John Adams
Library,



IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.



SHELF No
ADAMS
41-3
v.1

# IO. MATTHI. GESNERI

NOVVS

# LINGVAE LATINAE THESAVRVS.

TOM. I. A – C.

# NOVVS
# LINGVAE ET ERVDITIONIS ROMANAE
# THESAVRVS

POST

RO. STEPHANI

ET ALIORVM

NVPER ETIAM IN ANGLIA

ERVDITISSIMORVM HOMINVM

CVRAS

DIGESTVS, LOCVPLETATVS, EMENDATVS

---

ET

GEORGIO II

DEFENSORI FIDEI

ET

PACATORI ORBIS

BIBLIOTHECAM ACADEMIAE SVAE

*GEORGIAE AVGVSTAE*

QVAE GOTTINGAE EST

INVISENTI

DEVOTI ANIMI PIETATE OBLATVS

A. D. XXX. IVL. CIↃ IↃCC XXXXVIII.

---

A

IO. MATTHIA GESNERO

ELOQ. ET POES. P. P. O. ET ACAD. BIBLIOTHEC.

CVM PRIVIL. SACR. CAES. MAIEST. AC SER. REG. POL. ET EL. SAX.

*LIPSIAE*

IMPENSIS CASP. FRITSCHII VIDVAE ET BERNH. CHR. BREITKOPFII

M DCC XLIX.

ADAMS 41.3


IOHANNES MATTHIAS GESNERVS
*natus* CIↃIↃCLXXXXI. *moritur*
ΤΟ ΠΑΡΟΝ ΕΥ ΠΟΙΕΙΝ

# REX AVGVSTISSIME

*Indigna ſibi videretur tua pia fidelis Academia Georgia Auguſta honore illo et felicitate, adorandi coram Regem ſuum, Orbis eundem Pacatorem, venerabundae pietatis oſculo contingendi purpuram Conditoris ſui, et Rectoris Magnificentiſſimi, niſi etiam ſuis de fructibus offerret aliquid, quorum cauſa conditam ſe et conſtitutam eſſe, meminit. Itaque vt iuuentutem tibi corporibus et ingeniis, modeſtia ac doctrina, florentem praeſto eſſe, ac venerari Patrem veriſſimum Patriae, Regem bonorum virorum, voluit: vt ornatam diſpoſitamque pro copia praeſenti hanc bibliothecam laeta aperit, quae neque fuit vnquam, nec erit forte, quam eſt hoc ipſo momento, auguſtior; templum, in quo venerari licet praeſens Numen, cui vltro concedant Ioues omnes et Hercules, et quidquid*

*vene-*

*venerata eſt antiqua religio: ita priuata etiam mea pietas, quem aeditimum quendam huius templi eſſe, REX AVGVSTISSIME, voluiſti, audet offerre partum non decennis modo diligentiae, his ipſis, quibus praeſum, theſauris adiutae; ſed reliquarum etiam rerum, quas in eo vult eſſe tua ſapientia, qui humanitatis et eloquentiae ſtudia ſaeculo tuo et futurae aetati commendet: opus tam varium, quam eſt ipſa rerum natura, in quo non modo cum regnatore orbis terrarum populo de rebus omnibus loqui diſcere aliquis poſſit, et res a GEORGIO Pacatore Orbis geſtas chartis nunquam perituris tradere: ſed etiam de prudentia omni, de ſapientia, de magnitudine animi, eos concipere ſenſus, qui ciuem GEORGII deceant, qui felicem GEORGII auſpiciis reddant patriam, et orbem terrarum.*

*REX AVGVSTISSIME*

*TVAE MAIESTATI*

DEVOTVS

IO. MATTHIAS GESNERVS.

# PRIVILEGIVM.

Nos FRANCISCVS, Diuina Fauente Clementia Electus Romanorum Imperator, ſemper auguſtus, ac Germaniae, et Hieroſolymarum Rex, Dux Lotharingiae et Barri, Magnus Hetruriae Dux, Princeps Carolopolis, Marchio Nomenei, Comes Falkenſteinei etc. etc. agnoſcimus et notum facimus tenore praeſentium vniuerſis, quod, cum Nobis quondam *Caſpari Fritſch relicta Vidua*, et *Bernardus Chriſtophorus Breitkopf*, humillime exponi curarint, quem in modum *Ioannis Matthiae Geſneri* Nouum Theſaurum Linguae Latinae in quatuor Tomis diſtinctum in Folio denuo prelo committere reſoluerint, vereantur autem, ne aemulorum inuidia, hanc Editionem imitantium, impendii et laboris fructu fruſtrentur, ideoque Nobis demiſſe ſupplicarint; quatenus eorum indemnitati Priuilegio Noſtro Caeſareo ſuccurrere Clementiſſime dignaremur, Nos ſubmiſſae pariter ac aequae eorum petitioni annuendum cenſuerimus: ac proinde Auctoritate Noſtra Caeſarea omnibus et ſingulis Bibliopolis, Bibliopegis, Typographis, et aliis quibuscunque rem librariam ſeu Negociationem exercentibus, firmiter inhibemus, vetamus, et interdicimus, ne quis ſupra nominatum *Geſneri Theſaurum Linguae Latinae* ſub hoc alioue Titulo aut hac aliaue Forma, ſeu, vt aiunt, formato, per decem annorum ſpatium ab hodierno die computandum, intra Sacri Romani Imperii Fines recudere, vel aliis recudendum dare, aliorſumue impreſſum apportare, vendere vel diſtrahere, citra praefatorum impetrantium eorundemque heredum ac ſucceſſorum voluntatem et aſſenſum, in ſcriptis obtentum auſit vel praeſumat: Si quis vero ſecus faciendo Priuilegium hoc Noſtrum ſeu Interdictum violare contemnereque praeſumſerit, eum non ſolum eiusmodi Exemplaribus vbicunque locorum repertis, perperam quippe recuſis, ſeu apportatis (quae dicti *Caſpari Fritſch relicta Vidua* et *Bernar-*

*dus Chriſtophorus Breitkopf*, ſiue propria auctoritate, ſiue Magiſtratus illius loci auxilio ſibi vindicare poterunt) de facto priuandum, ſed et decem Marcarum Auri puri poena Aerario ſeu Fiſco Noſtro Caeſareo et parti laeſae ex aequo pendenda, omni ſpe veniae ſublata, mulctandum decernimus, dummodo tenor huius Noſtri Priuilegii in Fronte Libri impreſſus reperiatur, et conſueta quinque Exemplaria Conſilio Noſtro Imperiali Aulico exhibeantur. Mandamus itaque omnibus et ſingulis Noſtris et Sacri Romani Imperii ſubditis et fidelibus dilectis, tam Eccleſiaſticis, quam Saecularibus cuiuscunque ſtatus, gradus, dignitatis, aut ordinis fuerint, praeſertim vero iis, qui in Magiſtratu exiſtentes vel ſuo, vel ſuperiorum ſuorum loco aut nomine ius iuſtitiamque adminiſtrant, ne quemquam Priuilegium hoc Noſtrum Caeſareum impune violare, ſpernere aut transgredi patiantur, ſed ſi quos contumaces compererint, conſtituta a Nobis mulcta eos puniri, et quibuscunque modis idoneis coërceri curent, quatenus et ipſi grauiſſimam Noſtram indignationem praedictamque poenam euitare voluerint. Harum Teſtimonio literarum, Manu Noſtra ſubſcriptarum et ſigilli Noſtri Caeſarei appreſſione munitarum, quae dabantur Viennae Die vigeſima prima Maii Anno milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo octauo, Regni Noſtri tertio.

FRANCISCVS, mppr.

(L.S.)

Vt. *R. I. Comes Colloredo*, mppr.

*Ad Mandatum Sacr. Caeſar. Maieſtatis proprium*

I. I. Hayeck de Waldſtätten. mppr.

# IO. MATTH. GESNERI

# PRAEFATIO.

SI quo quis alacriori animo ad agendum aggreditur, eo illud, quod agit, ſuccedere felicius debet: nihil temere eſt, quod ex hac mea Officina exiit, de quo melius, quam de hac Praefatione, ſperare liceat. Non puto ſuauius eſſe his, ſi qui e longa captiuitate et ſeruitio in libertatem vindicantur, quam hac ipſa hora affectum me ſentio, qua vltimam plagulam vaſti operis de manu deponere, et reliquis Lipſiam ablegandis adiicere Deo bene iuuante contingit. Non eo iſta commemoro, quaſi valde veros putem verſiculos, quibus *omnes poenarum facies hic labor vnus habere* praedicatur, qui Lexico ſcribendo impenditur: quid enim hominis eſſem, qui poſt bina experimenta, poſt retractatum et recoctum bis Fabrianum Theſaurum, tertiam operam Stephanianis opibus recenſendis, expoliendis augendisque tribuerem. Lucelli quidem ſpes et cura peculî me adigere non poterant ad aerumnabiles meo ipſius iudicio labores tertium ſuſcipiendos: cum praeſertim longe plus a me praeſtitum eſſe, quam ſub ingreſſum Operis promiſeram, quam ex lege contractus debebam, mihi conſcius ſim, et iudicare poſſit, quisquis inquirere et examinare omnia voluerit. Non fuit profecto hoc mihi moleſtum, de ſingulis vocibus Linguae Latinae velut in conſilium ire, recenſere omnes, quae illis eſſet ſubiecta notio vel ſingulis, vel iunctis diſputare, teſtimoniis firmare omnia, et vnde vnumquidque ſumtum ſit, probariue poſſit, oſtendere. Quin habuit ipſum Opus, vt ſunt ſtudia hominum et voluptates diuerſae, voluptatem multiplicem, quod in tanta varietate verſaretur, quanta eſt ipſa rerum omnium, quatenus Romano ſtilo illae memoratae ſunt, natura, quanta eſt ingeniorum vel in auctoribus Linguae Romanae, vel in his, quos illi nobis pinxerunt, diuerſitas, quanta eſt ſubtilitas et magnificentia artificiorum, quanta maieſtas aliorum Operum, quanta denique virtutis ipſius admirabilitas. Poteſtne aliquis, quem natura vel conſuetudo non abiectum ad aeruginem vel humilitatem aliam mortalem fecit, non iucunde inter Tullios et Caeſares, et Varrones, inter Virgilios, Horatiosque et Liuios et Plinios, et Tertullianos Arnobiosque, et totum illum chorum, homines ſua quemque virtute maximos, alios etiam ſummum, quod habet mortalitas, fortunarum faſtigium conſecutos, verſari, iam ad hunc, iam ad alium accedere, interrogare illos, et nunquam ab illis, niſi aliqua parte, vel eruditior diſcedere vel melior? Equidem poſt varia experimenta homo ſexa-

ſexagenario propinquus, homo quem ſuis congreſſionibus non indignum iudicarunt vel dulces amici et aequales, vel maiores etiam, cui contigerit non ſemel illa Horatiana gloria *pauperemque Diues me petit:* illud vere confirmare poſſum, nusquam mihi melius eſſe, (poſt aeternorum quidem bonorum cogitationem) quam quoties inter magnas illas animas agere, nunc Platoni, (ſed ipſi Platoni, non infidelibus in optima etiam voluntate interpretibus) dare operam, vel ipſius diſcipulorum alicui, nunc quemcunque alium vel Graeciae vel Latii antiqui procerum in conſilio habere licet, et frui illa iucunditate, quam apud inferos ſperabat Socrates. *Vt vero colloqui cum Orpheo, Muſaeo, Homero, Heſiodo liceat, quanti tandem aeſtimatis? Equidem ſaepe emori, ſi fieri poſſet, vellem, vt ea, quae dico, mihi liceret inuenire* caet. Non opus eſt, vt emoriamur, bone Sophroniſci fili: iucundius forte vltimos tuos ſermones, a Xenophonte praeſertim relatos in literas, in meo cubiculo cognoſco, quam ipſi tui amici, qui non ſine lacrimis cicutam bibenti adfuere.

2. Sed quorſum iſta? Cur igitur gaudes, dicet aliquis, abſoluto iſto labore? Nempe ob id ipſum, quod liberius frui amicis illis mortuis licebit, ſi quid placuerit addere annis noſtris, prouidentiae, quod non ita ſaepe relinquere cogar inuitus locum amoenum, nunc iſtum nunc alium, in quo verſari lubebat diutius. Non labor me fatigauit, credite amici, ſed illud, quod poſtremis inprimis quatuor annis ex illo decennio, quo prae manibus habui Lexicon, vrgente ipſa neceſſitate, ſi vellem vir bonus eſſe erga bonos ſocios, ſi nollem committere, vt ſi immorerer forte operi, periret labor omnis ſuperior, et paſceret tineas: cogebar magis feſtinare, ſubmittendis ad numerum praeſcriptum plagulis, impediebarque adeo ſingula ita, vt optabam, exquirere; dimittere denique opus, in quo quid deſiderari poſſet, ipſe forte melius, quam plerique, viderem. Hac nunc quotidiana paene moleſtia tandem obfirmato animo ſuperata, maiori iure, quam ille apud Conſulem Plinium Claſſicus exclamare mihi videor, *Io, io! liber venio!* liber non ab inquirendi in ſermonem, hoc eſt in eruditionem et virtutem et ſapientiam veterum ſtudio, ſed liber, vt magis meo id arbitratu facere, quoties erit otium, nullis temporum anguſtiis conſtrictus poſſim: vt redire queam ad intermiſſa cum amicis literata colloquia, ad officium, quod debere multis, et ea re ruſticitatis aut ſuperbiae ſpeciem ſubire, coactus ſum.

3. Sed alia ſunt, de quibus hic dici aliquid lectores exſpectant. Quidam forte galeatum aliquem prologum, pro his, qui in Lexicis qua ſcribendis qua augendis et emendandis aliquid operae ſuae collocant. Sed hoc genere plane ſuperſedere poſſum, vel quod non valde neceſſarium eſt, cum Lexicis contingat, quod mulierculis, cum diu in eas inuecti ſunt viri, vltro ad eas ſupplicatum veniunt, et commoditatibus illarum vti gaudent: vel quod quantum opus eſt alio in loco videor ea de re dixiſſe *. Quae iuſtae ſunt doctorum hominum, quorum ea eſt exiſtimatio, querelae de Lexicis, eas minuere, quantum poteſt, ſtuduimus, et vitia in quae inuehuntur, euitare: ignauos homines, aut rerum imperitos, quibus totum hoc diſplicet, legere antiquos libros, et vt intelligi poſſint efficere, melius docere ſi velis,

*Infelix operam perdas, vt ſi quis aſellum*
*In campo doceat parentem currere frenis.*

Quare

*Si mala condiderit quis Lexica, mulio furque*
*Audiat, haud renuo; ſi quis mala: ſed bona ſi quis*
*Condiderit, ſano laudetur iudice.*

Quis

* In Praefatione Theſauro Reyheriano praemiſſa, quae recuſa eſt in Opuſculorum noſtrorum Tom. VII. p. 281. ſeqq.

Quis enim, cui vel mediocriter cor ſapiat, non amore dignum iudicauerit hominem, qui nullo ſuo labore diurno nocturnoue per plures annos parcat, et voluptatibus paene omnibus, quibus dolet natura negatis, ſibi interdicat ad hoc efficiendum, vt vnusquisque mediocri aere parare ſibi poſſit velut amicum aut familiarem, qui perpetuo et ſine moleſtia ſibi praeſto ſit, quem nullo negotio momentis omnibus conſulere poſſit, qui fideliter ſibi indicet, ſi quid de populi terrarum principis vel rebus vel verbis requirat, qui infinita veterum obſcure, perplexeue dicta, breui opera interpretetur e. i. g. a. Sed non eſt opus haec diſputare multis: qui contemnunt Lexica ſerio, illi ſatis hoc ipſo ſuſtinent poenarum, quod tam commodis amicis, tam fidis monitoribus carent; caeteri ſimiles ſunt paraſitorum, qui cibi, quo ſoli veſci cupiant, nauſeam caeteris conantur iniicere.

4. Supereſt, vt tale ſit hoc, quod nunc tibi traditur opus, bone lector, quod eam quam indicauimus operam tibi praeſtet. Illud quidem te experiundo cognoſcere, quam noſtrae credere praedicationi verius eſt. Caeterum non poenitebit, quid hic praeſtitum ſit breuibus recognoſcere. Illud in Programmate ante hos XII. annos ſcripto ſignificatum eſt, nos velle in nouo *Theſauro linguae et eruditionis Rom.* parando *Rob. Stephani* conſilium et rationem ſequi, et loculos quaſi aſſumere illis opibus diſponendis, libros Roberti eos, qui Virorum aliquot doctorum opera prodiere Londini CIↃIↃCCXXXV. Ad illas igitur opes Londinenſium primo *Ge. Matthiae* Viri doctiſſimi, et multis mihi nominibus cari, accurata et ſolers diligentia tum adiecit pluſcula, et aliorum, et *Scribonii* praeſertim *Largi*, quem ipſe Medicum Medicus prae caeteris amaret, tum ea me auctore reſecuit, quibus moles libri augebatur ſine vllo commodo lectorum, vt quod primo proponebatur phraſis quam vocant, deinde poneretur exemplum. V. g. in *Diſceptare*, *aequo iure diſceptare cum aliquo:* deinde locus Ciceronis, *Heraclius — poſtulat, vt ſibi cum Palaeſtritis — aequo iure diſceptare liceat.* Vix credat aliquis, quantum vel hac ſola re, ſed et aliis ſimilibus, delendis nempe quaecunque ſalua intelligentia abeſſe poterant, compendium factum ſit, vt in pari aut minore adeo chartarum numero multo plus, et paene alterum tantum earum obſeruationum collocari potuerit, quae proprie requirunt homines, cum tale opus in manus ſumunt.

5. Sic velut paratam materiam ego tractare coepi, triplici fere ratione, *auferendo*, *immutando*, *adiiciendo*. Abſtuli praeter ea, quae iam Matthiae ſtilus confixerat, multa, quae plane videbantur ἀπροσδιόνυσα, et onerare potius atque deformare tale opus, quam ad ornatum illius vllo modo pertinere. Feci, inquam, quod cum optarent facere docti editores Angli, cum optaret Cl. Birrius, per eos, qui ſumtus ſuppeditabant operi, facere prohibiti ſunt. „Ea, inquiunt iſti *, Nepotes noſtros manet felicitas, vt in Theſauro Latini-„ tatis nihil aliunde arceſſitum exſpectent. Ridebit ſaeculum non multo poſt futurum, „ ſi vana non ſit ſpes noſtra, Theſaurum Linguae Latinae in craſſitiem, atque fere in con-„ ſilium Lexici vniuerſalis abeuntem etc. Repraeſentata eſt illa felicitas huic ſaeculo, bona ſi ſua noſſe voluerit. Reſecuimus, non nos omnia quidem Geographica et Hiſtorica, ſed quantum aequo animo laturos putabamus, qui non ſunt iniquiſſimi h. e. negotii, de quo agitur, imperiti: tantum enim eorum retinuimus, quantum ad Linguam Latinam videbatur neceſſarium, quantum Poëtarum praeſertim deſiderare videretur curſoria et quotidiana lectio. Caeterum qui familias et perſonas Graecas, Romanas, Barbaras, antiquas, nouas noſſe cupiunt; qui regionum, inſularum, vrbium, montium, fluminum omnia nomina, et geographicas de illis diſputationes;

 qui

* Praef. f. 17. *vbi* de editione A. 1573.

qui plantarum, animaliumque et gemmarum omnis generis accuratas deſcriptiones et hodierna nomina: eos ad alios libros ablegamus. Erat tempus, ipſum nempe illud, quo e tenebris et puluere eluctabantur literae, cum tales libros poſtularet vſus, a quibus, tanquam a Pandora quadam, liceret repetere ſtudioſis, qui tum tirones omnes erant, quidquid cum maxime doctorum Virorum labore in lucem protrahebatur. Et tamen, quo quis erat ſuae alicuius artis conſultior, tanto magis diſcernere mature incipiebant argumenta, quae diligentius ſeparatim tractarent. Hodie poſt tantas omnium literarum progreſſiones, ſi quis ſit, qui indignetur expuncta eſſe a nobis capita (vt eorum aliquot nominemus, in quae primum incurrunt oculi) iſta, *Hafnia*, *Haga Comitis*, *Heraldus*, *Heraldica*, *Herbipolis*, *Iaponia*, *Impreſſor h. e. Typographus*, *Raphaël*, *Rhaſis Medicus Arabs*, *Rhodiginus*, *Roſredus*, *Ruellius*, *Runcaliae*, *Sembammephoras*, *Sina*, *Valaſca Bohemiae Regina*, *Varſouia:* ſi quis igitur haec, et horum gemella expuncta eſſe indignetur, ille eodem iure iraſci poteſt, quod non tota illa farrago Lexicorum omnis generis, Zedleriana, quae ad quinquaginta iam Volumina excreuit, in hunc Theſaurum noſtrum relata eſt. Tantum ſane abeſt, vt eiectorum nomine reprehenſiones intelligentium Virorum metuam, vt potius, ſubuereri ſubeat, ne patienter nimis quibusdam videar peperciſſe.

6. Vnum genus eſt, quod in Stephaniano Theſauro lectum non recte hic deſiderari, in mentem alicui poſſit venire: verboſae heroum illorum Eraſmi Roterodami, Guil. Budaei, Adriani Turnebi quorundam verborum, formularum, prouerbiorum enarrationes, et ipſa adeo illorum ſublata nomina: quod factum illiberale videri poteſt rem non, qua parte decet, conſiderantibus. Ego vero minime omnium inuideo gloriam ſuam illis heroibus: potius, ſi qua illam augere et propagare poſſim, lubens volensque facio et faciam. Sed puto primum non opus illis eſſe laureola ex hoc muſtaceo petita, cum in immortalibus ipſorum libris haec ipſa legantur, et ſolida ipſorum maneant; deinde, quae pro illius temporis ratione verboſe ab illis proponi verum erat, iis hodie, in tali quidem opere ſuperſederi poteſt ac debet: ſatis quidem eſt breuiter indicari, quae tum Orationis copia illuſtrari, et ita commendari hominibus par erat. De furti crimine, an illud nobis ab hac omiſſione magnorum nominum timendum ſit? paullo poſt dicendi locus erit.

7. Omiſſae porro hic ſunt interpretationes vernaculae, quibus cum Calepinum olim inſtruxiſſent Viri docti, abſtinuit ab illo Conſilio Stephanus, niſi quod paucis in locis Gallica adſperſit. Nempe tale opus, quale hoc noſtrum eſſe cupimus, neque aptum eſt his, qui carere patriae linguae interpretatione non poſſunt, quos alii minores libri ſubleuabunt facilius: neque ſoli debet inſeruire Germaniae; ſed, niſi nos fallit augurium, melior Europae pars illud comiter excipiet. Magna denique vis nominum eſt, in primis quibus plantas, tum aues, piſces, itemque foſſilia, quae *minerae* vulgo vocantur, Graeci et Latini appellarunt, quibus hodiernas appellationes addere difficile nobis futurum erat, in tantis diſſenſionibus eorum, qui in iſtis perquirendis aetatem conſumunt. Totum hoc ergo potius relinquere minoribus ſingularum gentium Lexicis viſum eſt, et partim naturalium rerum ſcrutatoribus, quam ponere, quae tirones aliunde petunt facilius, quae doctioribus tamen non ſatisfacerent: niſi quod hoc dedimus quorundam deſideriis, vti adiiciendum curaremus *Indicem etymologicum*, qui habet voces Latinas plerasque omnes ſub ſuis velut radicibus ordine collocatas, vt ſi totam aliquam quaſi familiam aut ſtirpem velit quis contemplari, vno illam obtutu poſſit cognoſcere, ac ſingula ſeorſim in ipſo Theſauro requirere:

rere: hic adiectae ſunt, ſi quis omnino eas deſideret, et Germanicae et Gallicae interpretationes. Debent porro illud veluti corollarium ſtudioſi induſtriae eruditi et modeſti iuuenis *M. Io. Caſimiri Happach*, hominis ad omnem laudem nati et facti, qui illa opella maioribus, quae partim iam prae manibus habet, ingenii ac doctrinae monimentis praeludit.

8. Dixi, quatenus omittendo et ἐξ ἀφαιρέσεως curauerim theſaurum noſtrum: maior longe opera impendenda fuit *immutando*, hoc eſt emendando. Dici breuiter non poteſt, quantam vim errorum multae manus, per quas ire ſolet hoc genus librorum, inuexerint. Itaque ſaepe deliberaui, an non conſultius fuiſſet, plane non adhibere alienum opus tanquam fundum, aut quemadmodum ſupra dicebam, tanquam loculos et repoſitoria, in quae ſingula diſponerentur. Ac mihi certe facilius fuiſſet, atque ad multas res commodius perlegere omnes ordine Scriptores Latinos, annotare in ſeparatis ſcidulis omnia; eas porro ſcidulas primo aliena opera vtcunque disponere: deinde meo iudicio ordinare accuratius. Verum, vt fit, conſilium illud ſero in mentem venit, et cum bona iam pars operis exhauſta eſſet, *ſic ne perdiderit non ceſſat perdere luſor.* Neque enim primo cogitaueram, decem amplius annos impendere huic negotio, ſed *intra tertium annum* illud *exiturum* in programmate promiſeram. Inciderunt deinde multa alia, quae hic commemorare nihil attinet, in primis amor ſuſcepti operis, et ſtudium efficiendi aliquid, quod vtile eſſe poſſet ſtudioſis et faciliorem reddere illam, quam expetendam valde equidem arbitror, cum antiquis Romanae reipublicae et imperii proceribus familiaritatem. Verbo ratio ineunda fuit, nobis haud paullo difficilior et ingratior. Quoties in aliquid inciderent mens et oculi, qualia multa in ſingulis paginis obuenire neceſſe erat homini non ignauiter per triginta amplius annos in his literis verſato, quique bis Fabrianum theſaurum curaſſem, quoties ergo aliquid legerem, quod aliquod momentum videretur habere, in quo vel minimus dubitandi locus eſſet, nulli meo labori peperci, vt inſpicerem ipſam orationis ſeriem, et quidem in libris, qui hodie habentur emendatiſſimi, et inſtructiſſimi. Sic nata eſt occaſio plura, quam cogitare poteſt, qui non expertus eſt, vitioſa detegendi emendandique: Quot enim, putamus, loci, ab eo inde tempore quo collecta ſunt Lexica, ſpeciatim ab aetate inde Rob. Stephani, criticorum ope vel ex libris, vel ex felici coniectura emendati ſunt? quot falſae interpretationes reuictae? Saepe hic accidit, vt plures horae impendendae eſſent vni loco primum inueniendo, ſi non niſi laxe, quod ſaepe factum indicatus eſſet, tum recte interpretando, quod vtrumque ita breuiter a nobis expeditum eſt, vt plerumque ne veſtigium quidem operae noſtrae exſtet: certe qui vtentur theſauro noſtro non ſentient, illas paucas notas numerorum, illa tria aut quatuor verba interpretationis, tanta nobis temporis et laboris impenſa conſtitiſſe. Multa hic a nobis animaduerſa, quae primum hic proferuntur, multos locos veterum noſtra opera vel emendatiores vel explicatiores, hic inuenient, qui conferre noſtra cum aliis tanti putabunt.

9. Sed nec illud diſſimulare mei pudoris eſt, non potuiſſe hanc diligentiam ſimpliciter omnibus, de quibus dubitabam, ſufficere: forte interdum nec dubitaui, vbi locus quaeſtioni erat. Erat vbi tempore excluſus ante cogebar vltra progredi, quam ſatis ipſe mihi in his feciſſem, quae typographis tradenda erant. In epithetis quidem vulgaribus, et notioribus formulis, in quarum neque ſignificatione, neque vſu valde peccari poſſe putabam, indulſi mihi ſecurius, et pluſcula reliqui qualia inueneram, cuius rei hoc fere indicium eſt, ſi indicium verſus in Poëtis, aut capitis in aliis ſcriptoribus

 omiſ-

omiſſum videas, quod ipſum tamen vt melius occurrat in oculos, et aliorum diligentiam excitet, ſignis quibusdam indicatum eſt, vt Liu. 23, . . Sil. 5, . . Sen. Herc. Oet. ſ. 3 nam, quae inſpexi, ea capitum et verſuum adſcriptos numeros habent.

10. Ordinem tum ipſorum capitum ſiue articulorum, tum exemplorum in capitibus ſaepe immutaui equidem, ſaepius idem facturus, niſi magis neceſſariis impendere illam operam, et errorum nouorum occaſiones, ſubtrahere operis ſcriptoriis et typographicis maluiſſem. Illud tamen feci magno ſtudio, vt certe remiſſionibus non fallacibus adiuuarem lectores, et ſic, quae deſiderari hac parte poſſent, explerem. Atque iſta de emendatione Theſauri Stephaniani, qualem quatuoruiri Cantabrigienſes dederant, qui, vt ſunt eruditi homines atque humanitate omni exculti, ita non rapient ad iniuriam, quae modo dicta ſunt de vitiis in hoc opere relictis, cuius rei rationes ipſos habuiſſe valde bonas, facile credo, neque quidquam ipſis hoc nomine ἀχαρι, et quod ipſi de ſe dici nolint, exprobro. Gratus accepi, quae ab illis quoque profecta ſunt; quae emendare illi quacunque de cauſa vel non potuere, vel noluerunt, ea ego pro praeſenti copia emendare ſtudui: veniet, ſpero, aliquis, qui ab vtrisque noſtrum relicta corriget. Hoc loco non poteſt a me praetermitti mentio viri perquam docti et ingenioſi, Ant. Birrii, qui Baſileenſi editioni Theſauri Londinenſis praefuit, et quantum ex praefatione intelligo, magnos in eo emendando labores exhauſit. Qui, vt mox fatebor, vndecunque corraſi, quae ornando operi huic prodeſſe putabam, certo conſilio ductus parce admodum Birriano labore vſus ſum: vnam alteramque emendationem, cum honore nominis ipſius proponere me memini, in pluſculis locis Liuii celerius inueniendis illius induſtria vſus ſum. Caeterum fundus, vt aliquoties dixi, perpetuus mihi fuit exemplar Londinenſe, vnde raro oculos ad Birrianum exemplum retuli, vix alia de cauſa, quam ſi forte illius indicio Liuii locos, in quibus illum in primis diligentem fuiſſe deprehenderam, facilius inuenirem: quod ſi alia ſint, in quibus inter nos conueniat, quod quidem toties fieri neceſſe eſt, quoties de eadem re verum vterque diximus, tanto facilius candide et ſimpliciter a me actum credet vir doctiſſimus, quo plura omnibus prope paginis, inueniet, et quo plures integras paginas inueniet, in quibus meo ſolius remigio me rem geſſiſſe facile videbit.

11. Venio ad tertiam claſſem eorum, quae in Theſauro hoc praeſtiti, ampliſſimam ſane, et quae facillime in oculos eorum incurrat, qui conferendi Stephanianum Theſaurum cum noſtro laborem non defugiant. *Adieci* nempe verba quidem noua non multa, praeter ea, quae primo Quatuoruiri Cantabrigienſes, deinde Cl. Matthiae adſcripſere, eadem bonam partem, quae e Falſterianis obſeruationibus ad Fabrianum quoque Theſaurum acceſſerant: ſed tanto plus formularum, quae obſeruatione dignae videbantur, tanto plus illuſtrium locorum, et ſententiarum, tanto plus interpretationum, qui hoc in primis conſilii habuerim, ſi poſſit paullatim in vnum opus congeri totum illud genus annotationum et obſeruationum, quo margines librorum antiquorum in ſplendidis, et optimis alioquin editionibus impleri ſolent: quae res illud habet incommodi, vt eaedem obſeruationes aut plurimis locis et libris adiiciendae ſint, aut ibi, vbi non minus illis opus erat, deſiderentur. Magnum profecto operae pretium fuerit, ſi generales illae et communes obſeruationes, quibus dictio, antiquitas, fabula, prouerbium, illuſtratur, in vnum Theſaurum linguae et eruditionis Rom. congerantur, in marginibus ſcriptorum ea tantum ponantur, quae cuique loco propria ſunt, quae ad emendandum illum, vel ex hiſtoria aut alluſione peculiari explicandum pertinent: ſic non opus erit amplius horribili paene et pretioſa

mole,

mole, ſub qua claſſici qui vocantur auctores prope deliteſcunt; poterunt illa voluminoſa opera Bibliothecis et priuatis beatioribus relinqui: homines alii literati, qui ſaepe non magna in re eſſe ſolent, vnum eiusmodi theſaurum poterunt aureis non pluribus, quam vnus iam Virgilius conſtat aut Ouidius, redimere: quantum autem nunc ſolus haurit Liuius, ea pecunia poterunt totam paene Bibliothecam Latinorum claſſicam comparare.

12. Hoc igitur conſilio, quantum eius facere per alia negotia potui, corraſi vndique quidquid idoneum videretur locupletando operi, non quo ego pulchra cornicula me iactarem, ſed vnde in poſterum omnes, quantum vellent, depromerent. Quae cum ita ſint, apparet Lexicographo non aliam eſſe legem poſitam, quam vt congerat in communia horrea, quidquid eſt bonae frugis, fideliterque ipſos fontes primos, primos, inquam, auctorum claſſicorum loca, vnde quidque deſcriptum ſit, indicet. De caetero *vnde habeas nemo quaerit, ſed oportet habere.* Pertinet ad nos praeceptum illud veteris lenae meretrici datum, inflexumque leuiter, *Spolies, mutiles, laceres, quemquem nactus ſis:* ratio eſt in promtu, *Nam nemo quisquam ad te venit, Quin ita paret ſeſe, abs te vt ſuam* viciſſim *indigentiam expleat.* Eſt ea fere ſors librorum vtiliſſimorum, vt illis pro ſui animi lubidine, facile et commode vtantur omnes, et inde iuuentur non quotidie, ſed ſingulis fere horis: nemo temere, quid inde didicerit fateatur, pauci aliter, quam in reprehenſione nominent. Ergo non pudet multa e commentariis Gronouianis, Heinſianis, Brouckhuſianis, Cortianis, Burmannianis, Drakenborchianis, accepiſſe multa, aureae Erneſti mei clauis opera de Tulliano penu ſuſtuliſſe, quaedam de Ill. Menckenii in Fabrum obſeruationibus huc deriuaſſe: ſed hoc aegre me habet, quod non potui cum puluiſculo omnia huc conuerrere: quandoquidem, qui talia ſcribunt hoc ipſum velle debent, vt quam plurimis proſit ingenium ſuum, doctrina ſua, atque diligentia. Ecqua vero ratione illud effici commodius poteſt, quam ſi in vnum veluti corpus paullatim vniuerſae id genus obſeruationes conferantur. At nominare debebas, inquit, ſingularum obſeruationum auctores. Factum id eſt non raro, vbi nempe honori illud videbatur eſſe poſſe viris praeſtantiſſimis: verum ſemper id facere et putidiuſculum eſſet, Rabbinorumque illis traditionibus ſimile et multis modis incommodum, et ipſis ſaepe auctoribus moleſtum. Quemadmodum igitur Leina noſter ſe creuiſſe a multis riuis minoribus non negat, nec auctum ſe Leinae aquis diſſimulat Allera, nec Viſurgis denique Alleram accepiſſe ſibi putat dedecori, omnes autem vnus haurit Oceanus; neque tamen poſtquam ſemel ſinu maioris aquae recepta eſt minor, diſtingui amplius poteſt: ita ſatis eſſe debet, quod hic in limine profitemur, a quibus acceperimus; ſingula ſuis aſſignare dominis, difficile, inuidioſum, inutile eſt. Habent viri docti ſolidam ex ſuis inuentis gloriam et integram, dum libri illorum exſtabunt, habent decora alia, ne poſſit nomini illorum hac diſſimulatione vmbra obiici.

13. Duodecim anni effluxerunt integri a conſilio huius operis ſuſcepto et publicato. Et poterat ſane, ſi vacui hoc toto tempore ab alio omni labore fuiſſemus, aliquid elaborari, quod nec acutiorum examen perhorreſceret. Verum enim vero non ceſſatum eſſe a nobis interim a varii generis praelectionibus, publicis, priuatis, et quae priuatiſſimae vocantur, nec vnquam interea defuiſſe, qui illa opera noſtra vellent vti; tum hoc ipſo interuallo dandum fuiſſe aliquid Luciano ex dodrante a nobis Latine conuerſo et adnotationibus illuſtrato, tum Quinctiliano et illius Plinio diſcipulo; dandum fuiſſe publicis et priuatis mole quidem minoribus, ſed eo pluribus numero

 ſcriptio-

ſcriptionibus: qui meas vitae rationes norunt, non ignorant. Quae non eo profecto a me commemorantur, vt diligentiam admirentur noſtram homines, quam imputari mihi nolo, cum nihil mihi ſit iucundius, quam in Bibliothecula mea cum veteribus illis, et commodis, et neque adulantibus neque moroſis, et non perfidis, et ſemper vultum eundem in vtraque fortuna ſeruantibus amicis verſari: ſed ne maiorem iuſto exſpectationem homines concipiant, qua ſi forte deſtitui illos contingat, deinde exclament, tantum erat! Dico ego, hic praeſtitum eſſe, quantum neque me neque vllum emtorem poenitere debeat, plus hic, longe plus praeſidii ad linguam et eruditionem Romanam, quam in vllo huius generis libro paratum eſſe; ſed non auſim dicere opus iam perfectum eſſe: fateor alicubi, vt nuper in *Subeo*, *Subiicio*, *Sum*, *Tabula*, *Tago*, *etc.* excluſum tempore ea me mittere coactum typographis, quae mihi ipſi diſplicerent. Non nego ſupereſſe, quae abeſſe malim, occurrere ſingulis prope diebus, quae vel addita vel immutata cupiam.

14. Quin haec ipſa cauſa eſt, quod numeros verſuum indices inter binas ſingularum paginarum areas, quas columnas Typographorum conſuetudo appellat, ponendos curaui, quorum vſum ad breuitatem pariter, et vitandos errores alios, ſub exemplo potius, quam praecipiendo demonſtrabo, ſi qua aliorum excitare ſtudia ad iuuandum opus publice profuturum, queam. Sit igitur hoc

## *Specimen Additamentorum et emendationum.*

AVDITOR *v. 67. poſt* auditor *add. Paullo ante de eodem*, Neque enim illi mos erat quemcunque audire declamantem. Declamabat ipſe tantum, et aiebat, ſe non eſſe magiſtrum, ſed exemplum. Nec vlli alii contigiſſe ſcio, quam apud Graecos Nicetae, apud Romanos Latroni, vt diſcipuli non audiri deſiderarent, ſed contenti eſſent audire.

AVGVSTVS *v. 57. Praeclara eſt de toto hoc nomine obſeruatio I. F. Gronouii, publicata a filio Laurentio Theodoro ad Baſin marmoream* pag. 63 ſeq.

AXICIA *legitur* Plaut. Curc. 4, 4, 22. *in ſupellectili lenonis. Turnebus interpretatur forficem, quaſi* Exſiciam, *ab* Exicando *ſiue* Exſicando *h. e.* Exſecando. *Lambino placet* Excutia *v. v.*

AZANIAE *nuces* Plin. 16, 22 ſ. 44 quae ſe in arbore ipſa diuiſere. *Sic. Hard. vid.* ZAMIAE.

CALLEO *v. 88.* ¶2 Callere *eſt occalluiſſe.* [ἀναισθητεῖν.] Plaut. Truc. 5, 40 *Miles ad meretricem cum dixiſſet*, Quí, malum, bella aut faceta es, quae ames hominem eiusmodi? *Illa reſpondet*, Venitne in mentem tibi, quod verbum in cauea dixit hiſtrio, Omnes homines ad ſuum quaeſtum callent et faſtidiunt. Callere ſe *h. e. obtuſi ſenſus eſſe ad ruſtici hominis inſulſitatem, oſtendit.*

CONFRACTVS, a, um. *in fin. add.* Confracta in humeros iuga *montium* Plin. 2, 44. *vt non iam aequabiliter procurrant, ſed quaedam ſubſidant: vt* confragoſum *eſt inaequale, vbi quaedam eminent, alia ſunt humiliora. Cogitare oportet fuſticulum, aut teſtam fractam.*

CONNIVEO *v. 7. leg. palpebras oculorum vel plane et perpetuo, vel certe ad tempus claudere: quam diu quidem* conniuent oculi, *non vident.*

*Ibid. v. 50. poſt* c. 57. Conniuentes oculi *Appii Caeci* Cic. de Ar. Reſp. c. 18. *ſunt clauſi. Debebat Marklandus cum reprehenderet h. l. potius vſum intueri, quam definitionem Grammaticorum.*

COOPEROR *in fin. add.* Cooperati *apud* Sic. Flacc. p. 5 *Goeſ. videtur ſignificare* ῥέξαντες, *ſacrificio peracto.*

COR *v. 76. leg.* aequom fuit. *v. 81. poſt* viuimus, *add. Sed iam praeferam ſententiam Gronouii obſeruatt.* 3, 19 p. 608, *vt incidatur poſt* cor, *et* ſapientiae *pendeat a* cauſa. *Speculum haberi vult non oris modo, ſed etiam ſapientiae cauſa.*

CREPO *v. 72. ante* n. 2. *add.* Cato *apud* Feſtum *voce* Prohibere comitia, Serui, ancillae, ſi quis eorum ſub centone crepuit, quod non ſenſi, nullum mihi vitium facit. *Vtrum de verbis inominatis, an de ventris crepitu?*

CYCLVS *v. 31.* ¶2 Cyclus *cauterium ad equos curandos* Veget. Mulom. 2, 5, 3. *it.* 2, 6, 11. *vid.* SEMISSIS. ¶3

DEVORO *v. 39.* Vitruu. 10, 6 *pr.* Propter magnitudinem onerum, et viarum campeſtrium mollitudinem non confiſus carris, ne Rotae deuorarentur, ſic eſt conatus *Cteſiphon. i. mergerentur profunde adeo, vt vix apparerent.*

FVNDVS *v. 85. Neque vero etymon* fundi *dare voluit ille* Varro, *qui ridetur hoc diſticho apud* Quinctil. 8, 6, 73, *et in* Catal. Scal. p. 194. *et Pithoei* p. 30, Fundum Varro vocat, quem poſſim mittere funda, Ni tamen exciderit, qua caua funda patet. *Non voluit, inquam, etymon tradere fundi is, in quem iocatur Cicero; ſed iactantiam inepti hominis notare, qui* fundum ſuum *diceret, quae vix* gleba *eſſet. Iocus ineſt in alliteratione et Hyperbola.*

IVDEX *v. 92.* Eligere iudicem *dicitur, qui edit, vel non reiicit. De illo* Seru. *ad* Virg. Ecl. 3, 50 Editicius iudex eſt, quem vna pars eligit. *Sic editum a Fabricio, Maſuicio, Burmanno. Paullo aliter Danielis, quem ſolum inſpexit V. C. Schwarzius Obſeruatt. ad* Plin. Pan. 36, 5 Liberum eſt diſceptanti dicere, nolo eum eligere. *Nempe* eligit *Procuratorem Caeſaris, qui non deprecatur. Vt verbo* reiicere *interdum comprehenditur probatio etiam: ita* eligi *quidni dicatur, qui non reiicitur?*

LABES *v. 78.* Cic. pro Flacco c. 10 *extr.* Vtrum hic tandem diſceptationem et cognitionem veritatis, an innocentiae labem aliquam aut ruinam fore putatis?

NATVRA ¶4. *v. 20. Pro ipſa anima et vitali rationalique principio poſuiſſe videtur* Macrob. Sat. 7, 11 *in ratione ruboris ex pudore aſſignanda*, Natura, cum quid ei occurrit honeſto pudore dignum, imum petendo penetrat ſanguinem: quo commoto atque diffuſo cutis tinguitur, et inde naſcitur rubor. Dicunt etiam Phyſici, quod natura pudore tacta ita ſanguinem ante ſe pro velamento tendat *etc. Sunt enim ſimilia de gaudio et metu.*

OBSERVO *v. 63. Sed proprie* obſeruantur *adoleſcentes nobiles a proceribus, cum eos in petendis honoribus comitantur, deducunt etc.* Cic. Phil. 2 c. 20. Poſtea cuſtoditus ſum a te (*contra vim Clodii*) tu a me obſeruatus in petitione quaeſturae. Id. pro Muraen. 70 c. 34. Neque enim fieri poteſt, neque poſtulari debet a nobis (*loquitur Conſul*) aut ab equitibus Rom. vt ſuos neceſſarios candidatos ſectentur totos dies: a quibus ſi domus noſtra (*per communicationem, ad candidatos enim pertinet*) celebratur, ſi ad forum deducimur, ſi vno baſilicae ſpatio honeſtamur, diligenter obſeruari videmur ac coli.

ONAGER

ONAGER *extr. add.* ¶2 *Machina bellica, alio nomine* Scorpio *v. v.* n. 2. *Add.* Veget. 4, 8. *et* 22.

ONAGRA *v.* 80. *et* 81. *deleantur.*

OPTO *v.* 92. *Repetit* Tuſc. 2 c. 12. *vbi ex Graecis etiam illuſtrat Dauiſius.* Cic. Acad. 4, 121 c. 38 Somnia cenſet haec eſſe Democriti, non docentis, ſed optantis. Hieron. adu. Pelagium ad Cteſiph. p. 546 Hoc eſt enim hominem ex homine tollere, — et optare potius, quam docere. *Nempe optant homines ſaepe repugnantia, et ſuo ſibi arbitrio, non certa ratione, vota ſua fingunt.*

PERSCRIPTVS *v.* 86. ¶2 Perſcriptus *eſt linea tranſverſa* (ſcripto γϱαμμῇ) traiectus. Priſcian. de Ponderib. p. 1347 As numus eſt libralis per L perſcriptam, Ⱡ notatus — Dupondius numus eſt bilibris per duas ⱠⱠ perſcriptas. Seſtertius — per duas ⱠⱠ et S, ex qua incipit *ſemis*, perſcriptas ⱠⱠS *etc.* *Et mox*, Denarius quoque decem librarum numus per X perſcriptam X notatur. Decuſſim inductum *vocat* Chariſ. 1 p. 58. *Eſt ex vſu Graecorum, Ariſtoph.* ΝεΦελ. 772. *de litura, quam ope vitri cauſtici in cera efficere vult,* ὅτι πεντετάλαντος διαγέγϱαπταί μοι δίκη, *inducta, deleta eſt.*

PESSINVS, *non* f. *ſed* m. *maſculini generis notam adſcriptam habere debebat. Et v.* 90. *add.* Cic. de Aruſp. Reſp. c. 13 Peſſinuntem per ſcelus a te violatum, et ſacerdote ſacrisque ſpoliatum: *et paullo ante*, In ipſo Peſſinunte.

PHYSICVS *v.* 35. Veget. Mulom. 1, 39, 2 Phyſicum remedium *videtur* magicum, *ſaepius ita Graeci.* Vid. *v. g.* *Ariſtoph. Plut.* 885.

PLATONICVS *v.* 62. Q. Cic. de Petit. Conſul. 12, 15 Illud alterum, (*vt iucunde promittas, quod facere non poſſis*) ſubdurum tibi, homini Platonico, ſuadere. *Videtur laudare honeſtatem, ſed ſimul blande ridere hominem nimis philoſophum.*

POENVLVS *v.* 52. Cic. Fam. 4, 56 c. 20 de *Zenone*, Tuus ille Poenulus, (ſcis enim Citiaeos clientes tuos e Phoenicia profectos) homo igitur acutus, cauſam non obtinens repugnante natura, verba verſare coepit. *Aperte alludit ad vafrum illum* Plauti Poenulum.

POSTERIOR *v.* 98. *Eadem ratione, vt mox* POSTREMVS. *Sic* Cic. de Prouinc. Conſ. c. 4 Sic fortuna cum improbitate certauit, vt nemo poſſet, vtrum poſterior an infelicior eſſet, iudicare.

PROSTO *v.* 51. Cic. pro Quint. c. 31 Funeſtum eſt a forti atque honeſto viro iugulari; funeſtius ab eo, cuius vox in praeconio quaeſtu proſtitit.

15. Sed neque ab operis et correctoribus nihil peccatum eſſe, ſperare poſſum. Nondum licuit mihi adhibere aberrationibus illorum indagandis acres oculos, et nunquam lubebit: interea aliud agendo hic illic deprehenſas eſſe maculas, non eſt pudoris mei diſſimulare; potius hic quaſdam breuiter, i. e. emendandi illas rationem, proponam.

*Sub* ABNVO, ABNVITVR imperſ. *v.* 47. adſcribi debebat exemplum, quod relatum video *v.* 57.

ACERVATIM *v.* 101. Quae ibi ponuntur ſub ¶2, pertinent ad ACERVVS *v.* 96.

ACROTERIA *v.* 97. leg. Acrocotia — *ſunt arulae. v.* 101. *coronis templorum — vti diximus.*

AEQVITERNVS *aeque aeternus etc.*

EDO, ĭdi *v.* 10. leg. Editicii iudices.

FABA *v.* 34. leg. *vermiculum* nidam.

LVNARIS *v.* 26. leg. Ratio lunaris Plin. 18, 32 *extr.*

MERCVRIALIS poni debebat *poſt* MERCVRIVS.

NAVSEO *v.* 53. leg. effutientem.

Pro ORTHIVS *v.* 102. leg. ORTHRVS *vel* ORTHVS.

16. Si cui vel confeſſio illa de nobis noſtra impudens, imprudens volebam dicere, vel hoc opus contemnendum propterea videatur, primo illud eum cogitare iubebo, multa tamen millia errorum hic ſublata, defectuum multa millia expleta eſſe; in Bibliotheca Academiae Gottingenſis exemplum, quo vſi ſunt Typographi, hoc ipſo conſilio repoſitum, vt, non modo, ſi quis ſatis audax homo poſt aliquot annos denuo ingredi hoc curriculum velit, deprehendere vno coniectu oculi poſſit, vbi diligentiae noſtrae confidere queat, vbi maiori attentione opus ſit; ſed etiam vt de noſtris laboribus, quicunque velint, exiſtimare breuiter poſſint. Hic eam legem fero, non iniquam, arbitror, reprehenſoribus, vt in centena recte animaduerſa vnam mihi hallucinationem, in dena autem ſupplementa omiſſionem vnam condonent. Si iſta non ſatisfaciant paullo duriori et plus quam aequum eſt ſeuero, cum illo Ciceroniano more diſputabo: At enim in quo opere eſt aliquid mali, deeſt aliquid boni, illud opus bonum eſſe non poteſt? *Ne ſeges quidem igitur ſpicis vberibus et crebris, ſi auenam vſpiam videris; nec mercatura quaeſtuoſa, ſi in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit? An hoc vsquequaque aliter in vita? et non ex maxima parte de toto iudicabis?*

Si nondum queri deſierit, ſtomachabor ipſe quoque Veronenſis Poëtae verbis, quibus ille puellam nimis accuratam veri exactricem amolitur,

*Sed tu inſulſa male et moleſta viuis* *
*Per quam non licet eſſe negligentem.*



* Catull. 10 extr. Video, dum locum exſcripturus forte oculos in virorum doctorum annotationem coniicio, mihi hic teſtato opus eſſe, non probari mihi interpretationem, quam miror ipſi quoque Voſſio potuiſſe placere, vt *viuis* ſit verbum optatiui modi, antiquaria ratione poſitum, iungaturque cum *male*, vt habeant verba imprecationem vitae infelicis: quam auget Voſſius (forte ſuae tum iratus) cum legi vult *ſed tu inuiſa* etc. Non voluit tam male Catullus mulierculae *Non ſane illepidae nec inuenuſtae*, a qua nulla alia re laeſus erat, quam quod vanitas, et gloriatio ipſius rogatione aperiebatur: nihil mali ei imprecatur inquam ſed accuſat eam tanquam parum vrbanam, parum commodis moribus, *inſulſa male*, id eſt ad vitium vsque et odium, et *moleſta viuis*, h. e. es, vt Horat. Art. Poët. 36 *Prauo viuere naſo.* Sed quidquid ille voluerit: equidem plus boni nactus ſum reprehenſorum et inimicorum adeo opera, quam vt optare illis aliud quam bonam mentem et reliqua bona omnia, velim ac debeam.

17. Sed iſta ludere, et ſuperato labore quaſi exſultare libuit, ſupereſt, mea quidem intereſt, hic moneri lectores de gemina lege, quam per totius operis decurſum ſervare ſtudui. Prima eſt, vt euitarem vulgare illud et perpetuum paene crimen, quo infamantur Philologi, Grammatici, Critici, quod in verborum diſciplina toti, conſeneſcant in literis et vocibus, rerum bonarum cognitione vel ipſi careant, eaque praeditos contumeliis afficiant. Magnum profecto crimen, cuius conuictos parum equidem ab inſania abeſſe arbitror: de quo nulla non occaſione monere amicos meos ſoleo *. Hoc igitur vt euitarem, vt ipſis factis oſtenderem, verborum non eſſe alium vſum, quam qui cogitationes et res ipſas adeo declarent, ſtudioſe in hunc Theſaurum retuli ſententias vitae vtiles, deſcriptiones rerum vel naturalium vel ab arte productarum, exempla, apophthegmata e. i. g. a. vt qui vel perlegere totum opus velit, (quod iuniorum certe neminem poenituerit;) vel per occaſionem hoc vel illud caput conſiderare, ille nusquam non inueniat, quod legiſſe iuuet, quod meminiſſe, quod in tempore et loco depromere optet. Hac de cauſa non detrectaui laborem exſcribendi locos etiam longiores, non modo vt ex ipſo orationis contexto melius iudicari poſſit de ſententia verbi vel formulae, quae tractatur; ſed vt ſimul exhibeatur animo liberali et rebus agendis nato, paſtus aliquis, quo ille nutriatur, et rei gerendae reddatur aptior. Non impudenter itaque videor titulum operi poſuiſſe *Theſaurus linguae et eruditionis Romanae*, non vane gloriatus eſſe apud Auguſtiſſimum M. Britanniae Regem, *opus hoc tam eſſe varium, quam eſt ipſa rerum natura*, reliqua.

Praeterea hanc rationem habui, vt, quantum eius fieri poterat, generalem aliquam, certe primam vocum notionem conſtituerem, vnde reliquae pendent, vel deriuantur; vt in epithetis, quoties id opus videbatur, oſtenderem, quatenus ille et quo reſpectu nomini tribuerentur; in figuris, quatenus verum in illis ineſſet, quod nempe ſolum poteſt hic etiam placere; vt occurrerem illi veterum Grammaticorum, Nonii praeſertim Serviique errori, qui ſine cauſa ſignificationes verborum multiplicant, quoties vident, ſalua ſententia in hoc illoue contexto orationis alterum verbum alteri poſſe ſubſtitui. Quae ſane eo pertinent omnia, et hanc vim habent, vt verba cum rebus componere, nihil ſine ratione neque dictum putare, neque dicere conſueſcant, qui mature tali libro velut conſiliario quodam vtuntur. Exemplis illuſtrare ſingula expeditum nobis erat, ſed malim illud inquiſitioni et obſeruationi lectorum relinquere.

18. Altera lex, quam mihi vt alias, ita in hoc etiam opere ſcripſi, et ſtudioſe ſervaui, haec eſt, ne quemquam hominem, voluntate quidem et conſilio, laederem. Non potuit fieri, quin multa multorum (quae quidem mihi talia viderentur) peccata obſervarem; non potuit mihi in tanta rerum omnium farragine deeſſe occaſio de quacunque re vellem diſputandi, vlciſcendi quosdam homines non praeclare de me meritos, vel exagitandis illorum erroribus, vel iniuriis in me exaggerandis. Sed quibusdam iraſci non tanti videbatur, aliorum meritis condonandum, ſi quid illis excidiſſet et me et ipſis indignum. Igitur veſtigium nullum vel triſtium irarum, vel vltricis malignitatis, cuius quidem mihi conſcius ſim, quisquam hic deprehendet, ſimpliciter poſui, quid verum videretur, ſine inſectatione cuiusquam, ſine ſtudio refutandi: eaque moderatione illud meruiſſe videor, vt non ſtatim flagella et fuſtes poſcantur, ſi quid forte ceſpitatum ſit. Si tamen hoc facere cuiquam placeat, verba Themiſtoclis mea faciam, cum is Eurybiadi baculum ſibi intentanti dixiſſe fertur, πάταξον μὲν. ἄκουσον δέ· πάταξον, quisquis es, qui irruere in me volueris, ἐπανόρθωσον δέ. Neque enim detrectabo, vel a moroſulo homine diſcere, gaudebo errores meos tolli, relicta a me reuocari. Qui placide et humaniter, quod decet literas noſtras, monuerit aliquid, huic lubens merito agam gratias: ſi quis ſecus fecerit, vel invitus me docebit aliquid, hoc eſt praeſtabit, quo ego gaudeam; vel nihil me laedet, ſuo praeconio ſuum ipſe dedecus vulgabit. Scrib. Gottingae a. d. XXIII. Septembr. CIƆIƆ CC XXXXVIII.

* V. g. in Annotationibus ad Heineccii Fundam. Stili Prooem. §. 1. et paſſim. Vid. ſi tanti eſt, praefatio libelli ante hos tres annos a nobis editi, *Enchiridion ſ. prudentia priuata ac ciuilis Attici, Ciceronum, Agricolae, ac Traiani.*

DISSER-

# DISSERTATIO
## de praecipuis *Lexicis Latinis* eorumque *Auctoribus*:
## Rob. Stephani Theſauro L. L. editionis Londinenſis praemiſſa,

*PERITISSIMO VIRO*

*IOANNI HOLLINGS*, M. D.

MEDICO REGIO,

ob ipſius ſingulare erga *Bonas Literas* ſtudium;

INSCRIPTA.

* * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * *

Quamuis iam diu omnibus vſu venit qui nouum opus moliuntur, vt in limine paulliſper Lectorem morentur; monendum ſcilicet, quanam ſpe aut conſilio vſi, quibus auxiliis freti, otium ſuum in communem vtilitatem produxerint, et qualem ipſe commoditatem ex alienis laboribus erit percepturus: nobis contra accidit, vt iſto praefandi munere licet aliquando neceſſario, ingrato tamen vt plurimum et moleſto, recte carere poſſe videremur. Communis nimirum eſt et vulgatiſſimae exſpectationis eorum opera, qui THESAVRVM LATINITATIS meditantur. Nemo enim eſt in literis mediocriter verſatus, qui non *iuxta* cum eruditiſſimis poſtulauerit, vt ea, quae in veterum libris Latine et eleganter dicuntur, hic accurate et diſtincte tradantur. Euolui Commentarios non ſemper exquiſitiſſimam lectionis iucunditatem praeferentes, neque minimae operae, et quidquid inde ad publicum vſum proferri poſſit, excerpi: Conferri lectionum varietates, vnamque e caeteris potiſſimum deſumi, quae ſola res quanti ſit ſtomachi et ſollicitudinis norunt, qui in ea palaeſtra exercentur, Criticorum filii; haec omnia cum non ſint quotidianae operae et laboris, adeo tamen communis de iis inualuit opinio, vt etiamſi taceremus, id omne a nobis perfectum eſſe clamaret operis ratio et inſtituti.

Neque credimus id muneris a nobis exigi, quod vulgus editorum facit, vt huiusmodi laborum vſus et commoditates praeconio noſtro commendentur. In eo paene eſt ea *res*, vt iam non *doceri*, nedum *ornari*, poſtulauerit. Qui literas norunt, haec literarum adminicula norunt et fatentur vltro. Quibus ſubſidiis nunquam fere caruiſſe Romanam eruditionem, id profecto iſtarum literarum felicitatis, et huius rei quam volumus, illuſtri argumento eſſe poſſit. Nam vti cum naſcente fere Latinitate, emicuit vna et enata eſt Gloſſariorum *ſeruitus;* ita cum vigente vigebat, collapſam pariter et deinde renaſcentem, eadem vtrinque fide et fortuna continuo proſequebatur. Graecae literaturae contra accidit, vt, quamvis hodie a nonnullis, pauciſſimis licet, ſtudioſiſſime colatur et percipiatur exactiſſime, eam tamen fortunam aliunde acciperet, non ex noſtrorum hominum in vocabulis explicandis digerendisque ſtudio. Sero quidem, quantum ex literis accepimus, ad id muneris acceſſit Graecia antiqua, animo quaſi ſuae linguae fortunas non ſtantes ornandi, ſed ſuſtentandi declinaturas. At vbi in eam operis partem ſe recepit *Schola Alexandrina*, et excultiſſima quaeque ingenia in eo munere exercuit, mirum eſt deinde ad quantum incrementum iſtiusmodi diſciplina erat perducta. Ex eo fonte riuuli ſatis largi ad noſtra vsque tempora dimanarunt, cum Romana fortuna vix aliquid praeter *inania nomina* nobis reſeruauerit. Adeo, vt quamuis neutri linguae hodie ex ea parte ſatis ſit conſultum, tantum tamen Graeci in antiquioribus Lexicis praeſtent, quantum in hodiernis Latini.

Horum notitiam cum nemo hactenus ſatis accuratam poſteris commendauit praeter commentatiunculas quasdam, quae ex BORRICHIO *a*), BOECKLERO *b*), MORHOFIO *c*), BAILLETO *d*), et MARTINIO *e*) exciderunt, ſatius duximus Lexicorum Latinorum hiſtoriam contexere, quam inutiliora praefando, noſtro otio et aliena patientia abuti. Ab iis igitur dicendi initium ſumemus, quae prima in lucem ſub auſpiciis Typographiae prodiere, vt ſingula perluſtrantes, quibus primordiis coeperit res Lexica, quibus rationibus adoleuerit, atque ad hanc quaſi maturitatem peruenerit, aliorum hominum in his literis excolendis ſtudia excitemus, quarum ſubſidiis inuigilare non dedignata eſt optimorum hominum induſtria: pauca admodum de Vocabulariis, Gloſſariis, caeterisque id genus intertexentes, niſi quantum ad inſtituti rationem conferre videatur.

### *Catholicon Io. de Ianua.*

Sub ipſis incunabulis Typographiae A. ſc. 1460. fol. prodiit Liber, qui dicitur CATHOLICON, non quidem optimae aut ſpectandae eruditionis, ſed, vt tempora tulere quibus Auctor inclaruit, non infimae aut vulgaris famae; neque (in rebus praeſertim Theologicis) magnopere, vt quibusdam olim vſu venit, contemnendus *f*). Complectitur praeter



Gram-

*a*) In Diſſertatione de Lexicis Latinis, in Append. ad Analecta. *b*) In Diſſertat. de Lexicis. *c*) In Polyhiſtor. *d*) *Jugement des Sçavans Tom. 2. troiſième part.* *e*) In Praefat. ad Lexic. Philolog. *f*) „ Etſi ERASMVS Roterodamus CATHOLICON Ianuenſis „ infamet et velut de gradu deiiciat, qua Latinitas ſpectatur, ego tamen in rebus Theologicis non contemnendum ſentio. „ *Phil. Boſquier.* in Notis ad *Gerſon* de Laude Script. „ IOANNEM GENOVENSEM cognomento CATOLICONEM — cum „ ſuo illo Vocabulario quod licet a plerisque ſusque deque fiat, tamen illis ad potiora viae initia ſubminiſtrauit. Facile autem in- „ ventis, credite mihi, addere; difficile vero initium inuenire. „ *Leand. Albertus* de Viris Illuſtr. Ordinis Praedicatorum lib. 4.

Grammaticalia nonnulla quae in limine operis occurrunt, *Dictiones quae ſaepe inueniuntur in Biblia et in dictis Sanctorum et etiam Poëtarum ſecundum ordinem Alphabeti ordinate ſubiunctas.* Diu erat quod ex hoc fonte ſuam in L. L. cognitionem Scholae deriuabant. Adeo non mirum, ſi tot doctorum hominum ingenia in recudendo exercuit, et poſteriores Gloſſographi ſe aliquantulum laudis comparaſſe exiſtimarunt, ſi CATHOLICI auctoritatem in ſuam ſententiam adducere potuerint, vel in Compendia redactum in lucem proferre. Interpretationes praecipue Biblicas, vti dictum eſt, continere profitetur, cuiusmodi exempli cauſa principem vocem in medium proferemus. „ Aalma interpretatur Virgo ab- „ ſcondita vel Abſconſio virginitatis, ſicut dicitur in „ interpretationibus. Hieronymus vero dicit quod „ Aalma ſignificat Abſconditam virginem & ſecretam. „ De hoc dicam in Virgo. „ Porro autem non tritam aut vulgarem Hominis in ſtudio Theologiae eruditionem oſtendunt ea, quae habet in voce *Interpres.* „ Item nota quod primum ſcripturas veteris teſtamenti „ de hebreo in grecum ſeptuaginta interpretes tran- „ ſtulerunt. Secundam editionem aquila. Tertiam „ & quartam theodocion & ſymacus ediderunt, am- „ bo judei profeliti. Quinta vero & vulgaris illa in- „ terpretatio (*ita in poſterioribus editionibus recte* „ *corrigitur*) cujus autor non apparet, & ob hoc „ ſine nomine interpretis quinta editio nuncupatur. „ Preterea ſextam & ſeptimam editionem origenes „ miro labore repperit & cum ceteris ſupradictis edi- „ tionibus comparavit. Hii ſunt itaque qui ſcriptu- „ ras ſanctas de hebreo in grecum verterunt, quique „ etiam numerantur. Nam latinorum interpretum „ quedam de greco in noſtrum eloquium tranſtule- „ runt ut meminit ſanctus auguſtinus quorum infini- „ tus eſt numerus. Si cui enim inquit primis fidei „ temporibus ad manus venit codex grecus atque ali- „ quantulum ſibi utriusque lingue peritiam ſenſit, „ auſus eſt ſtatim interpretari, atque inde accidit in- „ numerabiles aput latinos extitiſſe interpretes. De „ hebreo autem in latinum eloquium tantummodo „ ieronymus presbiter trium linguarum peritus eas- „ dem ſcripturas convertit eloquenterque transfudit, „ cujus interpretatio merito ceteris antefertur. Nam „ & eſt verborum tenacior & in verbis clarior atque „ utpote a chriſtiano interprete verior. „ Hunc tamen cum aliis quamplurimis articulum ex *Papia* tranſcripſit, quem cum *Hugutione* ſe in hac re autorem habuiſſe plurimis in locis non dubitat profiteri. Miramur ergo eorum hominum imperitiam, qui *Papiam* ad aetatem *Catholici* detrudunt, qui tamen multis annis praeceſſit et huic compilationi, vt vniuerſa fere vox in Catholico explicata clare indicat, originem dedit et argumentum. De *Papiae* aetate poſtea videbimus. Illud interea non tacendum, quod Typographiae praeclariſſimae pariter et vtiliſſimae artis, Promi vix arbitrati ſunt, ſe renaſcenti iam optimarum artium culturae melius potuiſſe conſulere, quam ſi ab hisce auſpiciis initium ſumerent, et humaniſſimis ſtudiis ſui inuenti primitias quaſi conſecrarent. Statim enim poſt vnam alteramue in libris grauiſſimi argumenti tentatam operam, prodiit Moguntiae immenſum iſtud opus, quod vix naſcentis artis, ſed vegetae potius et ad ſummam maturitatem perductae rectius dixeris. Conſtat foliis 372, nullis quas vocant ſignaturis paginarumue notatione diſtinctum, rudiori quidem characterum forma, quam hodiernae operae patiuntur, expreſſum, ſed luculenta ſatis et pro artis infantia tali, quam paene dixeris perpolitam. Vnaquaeque pagina in duas aequales columnas diuiditur, quarum vtraque lineis 66 conſtat, margine ſeu interuallo ſpatioſo ſatis diſtincta: Charta non nitida ſed grandior. Legitur ad calcem operis, „ Al- „ tiſſimi preſidio cujus nutu infantium lingue fiunt „ diſerte. Quique numero ſepe parvulis revelat quod „ ſapientibus celat. Hic liber egregius catholicon. „ dominice incarnacionis annis MCCCCLX Alma in „ urbe moguntina nacionis inclite germanice. Quam „ dei clemencia tam alto ingenii lumine donoque gra- „ tuito ceteris terrarum nacionibus preferre illuſtrare- „ que dignatus eſt. Non calami. ſtili. aut penne ſuf- „ fragio. ſed mira patronarum formarumque concor- „ dia proporcione et modulo impreſſus atque con- „ fectus eſt.

*Hinc tibi ſancte pater nato cum flamine ſacro*
*Laus et honor domino trino tribuatur et vno*
*Eccleſie laude libro hoc catholice plaude*
*Qui laudare piam ſemper non lingue mariam.*

*Deo gracias.*

Quanquam operis colophonem ſui nominis praeconio ornari noluit Typographus, neque ea ſit chartae nota, quae FAVSTI libros a caeteris diſtinguat, nos tamen credere non ſinunt rationes a doctiſſimis in hac re hominibus allatae, iſtud opus ab alio, quam a praeſtantiſſimo illo artifice, exiiſſe. Maius eſt quod mouet Cl. TRITHEMIVS, vir in antiquitate exploranda verſatiſſimus atque iſti aetati viuendo coniunctus: praeceſſiſſe nimirum huic editioni, de qua verba facimus, alteram, et longe venerabiliorem, non, vt noſtram, typis fuſis et mobilibus excuſam, ſed, quae erant naſcentis artis rudera, ex ligneis tabellis ſummo labore exſculptis, perpetuoque tenore in literarum apices effigiatis expreſſam. Credo non erit verendum quidquam a noſtrae diſciplinae laudibus detractum iri, ſi conſtaret, vnam hominum aetatem, immo quae intra quinquennii ſpatiolum contineatur, in opere tanti moliminis et ſumtus ſeſe denuo exercuiſſe. Verum iſtud nihili eſt, neque vllo modo veriſimile videri poteſt in tanta MStorum varietate et in arte nondum confirmata opus tantae molis ad incudem fuiſſe reuocatum; praeſertim cum, quod nonnullam auctoritatem ſecum affert, iſtud TRITHEMII portentum, quantum literis proditum eſt, neque contineat conquiſitiſſima Bibliotheca, neque vſurpauit doctiſſimorum hominum oculatiſſima induſtria. Accedit porro, quod hominem, qui vnicam editionem tractaſſe videtur, fallere poterat, quae caeteros etiam fefellit, peruulgata nimis de ea re fama, vel in his rebus iudicium non ſatis ſubactum. Sed vtcunque in Typographiae primordiis iſta Editio non adeo praepropere, vt quidam volunt, fuit iterata, idem tamen ſaeculum in vindicandis literis feliciſſimum ſaepius CATHOLICON prelo commiſit. Prodiit enim „ quam diligentiſſime emendatum atque correctum „ Venetiis ingenio ac impenſa Hermanni Liechten- „ ſtein Colonienſis. Anno natalis Domini M. C. C. „ C. C. L. XXXIII. octavo Klas Octobris *). Proxime autem (nam eodem anno prodiiſſe Norimbergae, vt viſum eſt Viro doctiſſimo vix eſt veriſimile) intra

*) Eandem puto editionem, quam indicat Bibliotheca Sarraziana, I. 184. Summa quae vocatur *Catholicon* edita a *Iohanne de Ianua* ſine loco et tempore editionis, attamen circa 1482. Editio rariſſima. Vide Fabricii Biblioth. Lat. Tom. 3. p. 671.

intra quadriennium Venetiis itidem per eundem *Liechtenſtein* An. ſc. 1487. 7. Cal. Dec. Quarta deinde Editio procurata erat „ Venetiis ingenio BONETI LOCATELLI mandante nobili viro Domino OCTAVIANO SCOTO ciue Modoetienſi anno natalis Domini 1495. 12 Calendas Decembres. „ Vertente ſaeculo PET. AEGIDIVS Vir doctiſſimus, et in vtroque Iure Licentiatus, *Catholicon* typis iterum commiſit, a quo ſc. *auctum prodiit Lugd.* 1506. Ibid. denuo per *Aſcenſium* 1514. Poſtremo denique cum hac Rubrica, „ Summa quæ Catholicon appellatur Fratris Johannis Januenſis ſacri ordinis Fratrum Prædicatorum nuper Parrhiſiis diligenti caſtigatione emendata per præſtantiſſimum virum magiſtrum Petrum Egidium in utroque Jure Licentiatum, una cum multis additionibus tum caſtigatis, tum plurimorum poetarum ſententiis apprime propoſitis adductis et probatis. Necnon cum certis annotationibus memoratu dignis, quo facilius ea, que queruntur, inveſtigari poſſint MCCCCCXX. fol.

Suam aetatem prodit Auctor ad *Catholici* finem. „ Catholicon (dicitur) ex multis & diverſis doctorum texturis elaboratum atque contextum: & per multa annorum curricula in milleſimo, ducenteſimo, octuageſimo, ſexto anno domini nonis martii ad finem uſque perductum. „ Cuius item aetatis notam exhibet Cod. *Catholici* MS. in Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi. Auctor erat IOANNES BALBVS, nobili loco natus apud Genuenſes, literis iuxta et pietate longe celeberrimus, qui aliter et quidem ſaepius dicitur IOANNES DE IANVA, ſeu IANVENSIS *a*). Ita enim *Catholicon* in *Ianua.* „ Item a Janua porta dictus eſt Janua *b*) quedam civitas potens, nobilis, pulchra & dives juxta mare ſita, & eſt quaſi introitus & porta Lombardie, Tuſcie, Provincie. Hujus civitatis oriundus fuit conpilator preſentis libelli, qui dicitur proſodia vel Catholicon. Conpilator ſiquidem iſtius operis dictus eſt frater Iohannes Ianuenſis de Balbis de ordine fratrum predicatorum modicus, qui eciam conpilavit alium libellum in theologia, qui dicitur dyalogus de queſtionibus anime ad ſpiritum, qui etiam compoſuit quoddam opus paſcale, ubi ſc. de facili reperitur paſcha. Sed hoc opus paſcale conpoſuit antequam ordinem intraret. „ Cui conſonat Supplem. Chronic. *Iac. Philip. Bergomenſis* ad A. C. 1290. „ Joannes Balbus natione Genuenſis ordinis Predicatorum profeſſor, vir bonarum artium & ſtudiis adornatus, per hoc tempus plurima vocabula & ferme omnia accurate diligenterque in volumen collegit, quod quidem opus *c*) Catholicon, i. e. Univerſale nominauit. Aliud præterea opuſculum in Dialogi modum, quo queſtionibus animæ ad ſpiritum edidit. Scripſeratque & ante religionis ingreſſum de ratione paſce, quo completo jam grandævus ad religionem tranſiens facultates ſuas ſatis amplas pauperibus erogavit.

BALBVM auctorem noſtrum multis praeconiis honeſtarunt, qui Ligurum res et hiſtorias tractant, vel de Ordine Praedicatorum quidquam literis mandarunt *d*). Praeter laudes quas ex ſcriptis vndique reportauit, ea erat morum ſanctitate, vt in numerum Sanctorum paene referri videretur. ERASMVS, qui ſibi in id ſolum natus eſſe videbatur, vt Barbariem debellaret, vbique fere auctorem noſtrum miſere proſcindit. „ Deum Immortalem! Quas naenias adducit Auctor Catholicon de hac voce *Triſtegon!* O miſerum illud ſaeculum! quum ex huiusmodi libris velut ex adytis petebantur oracula literarum. „ ad Act. Apoſt. 20, 9. „ Iam quanto inſulſius, immo impudentius delirat ſuper hac voce (*Melota*) quis, quis fuit auctor operis omnium indoctiſſimi, quod vocant Catholicon! „ ad Epiſt. ad Hebr. 11, 37.

Compoſuit IANVENSIS praeter opera ſuperius recitata, Poſtillam in quatuor Euangelia, ſecundum conſuetudinem Scholaſticam, hodie viſendam Genuae in Bibliotheca Conuentus Fratrum Praedicatorum *e*). Cum autem CATHOLICON non tam de proprio confecit IANVENSIS, quam ex diuerſis auctoribus conſarcinauit, maxime autem ex PAPIA et HVGVTIONE, viſum eſt neceſſarium, pauca de iis IANVENSI adnectere, ne vel videremur Vocabuliſtas iſtorum temporum prorſus negligere, vel cogamur in iſtam quaſi ſentinam Barbariſmi penitius deſcendere.

## *Papias.*

PAPIAS natione Lombardus, quem cum alii ad IANVENSIS aetatem compingunt, alii non minus inſcite vno tantum ſaeculo maiorem faciunt, inter quos TRITHEMIVS de Scriptor. Eccleſ. c. 413. PLATINA in vita Innocentis tertii P. M. CORNEL. A BEVGH. in opuſculo de incunabulis Typographiae et IAC. PHIL. BERGOMENSIS ad A. C. 1199. Ita enim ille: „ Papias, natione Lombardus, in Latina ac Graeca Lingua egregie doctus per haec tempora floruit, et multa compoſuit. Et inter caetera praeter Latina vocabula, quae diligenter in ordinem „ red-

f

*a*) Confuſus cum *Antonio Ianuenſi* Ord. S. Auguſtini, qui interfuit Conſtantienſi Concilio 1418. a Cl. *Iameſio* in Ecloga MSS. Codd. *Oxonio-Cantabrigienſi.* Cum *Iacobo Ianuenſi*, ſiue *de Voragine*, Ordinis itidem Fratrum Praedicatorum, Genuenſi deinde Archiepiſcopo ab *Oudino* in Supplemento de Scriptoribus Eccleſiaſticis a *Bellarmino* omiſſis p. 561. quem errorem in plenis commentariis de iisdem Scriptoribus reuocat Tom. 3. p. 577. Caute item diſtinguendus a *Simone Ianuenſi*, qui Vocabularium quoque compilauit, de quo nos alibi. Contra male diſtinguit *Ianuenſem* noſtrum a *Iohanne de Genua Ambroſius de Alta Mura* Biblioth. Dominican. p. 152. b. et 501. a. Imperite diſtrahit in quatuor Bibliotheca Simlero-Friſiana, ſc. in *Iohannem Balbum*, *Iohannem Genuenſem*, *Iohannem de Ianua* et *Iohannem Ianuenſem.* *b*) Ita poſteriores coepere loqui pro *Genua*, ciuitate Ligurum magnifica et ſuperba. Sed cum apud antiquos ſemper *Genua* proferebatur, futiliſſima erit Auctoris noſtri Etymologia. Quanquam neque iſtius gentis hiſtoricis potior adhuc ſuit comperta. „ Vnde hoc nomen habeat ductum (Vrbs *Genua*) neque compertum quaerentibus eſt, neque cum magno vllo ſane operae pretio quaeritur. Nam quae de *Iano Troiano*, et de altero *Iano Genio*, Rege Italiae, ac de *Genuo* quodam et *Genuino* nonnulli ſomniarunt, ea neque vllis certis hiſtoriarum monumentis, quibus ſtemus, traduntur, ac ne a veterum quidem Poëtarum fabulis narrantur. ——— Inter caetera igitur vetuſtate incomperta, cauſa quoque nominis noſtrae ciuitatis erit; quanquam ego facere non poſſum, quin quae tacita cogitatio ſaepe volutauit animum, eam in medium proferam. Illud inter omnes auctores conſtat, *Apennini* initium a *Genua* fieri, ad eamque vrbem Alpes cum Apennino committi, vt ea huius regionis pars, quae eſt vltra vrbem *Genuam*, Ligures Inalpini vocentur. Cum igitur duo hi celeberrimi orbis montes in angulum ad *Genuam* oppidum coniungantur, ac formam genu efficiant, haud omnino a vero abſimile eſt, hoc oppidum a forma genu *Genuae* nomen accepiſſe. „ *Vbert. Foliet. Genuenſ. Hiſtor.* lib. 1. *c*) *Catholicon* credo ratione Grammaticalium etc. quae in opere continentur. Ita ſcripſit *Probus* Grammaticus antiquus *Catholica* ſeu praecepta Grammaticalia, quibus lucem dederunt G. *Merula* et *Ianus Parrhaſius.* *d*) *Mich. Giuſtiniani* degli Scrittori Liguri p. 312. *I. Bracellius* de claris Genuenſibus apud *Graeuium* in Theſauro Italiae Tom. 2. *Giov. Mich. P.o* nella progenie di San Domenico in Italia l. 2. c. 59. *Leand. Albertus* de Viris illuſtribus Ordinis Praedicatorum. *Sixt. Senenſis* Biblioth. Sancta. *e*) Tabula iſta ſeu Syllabus *Ianuenſis*, in S. S. in quamplurimis Angliae Bibliothecis deliteſcens, ſc. Cantab. Acad. publ. Coll. C. C. et Pet. Coll. Merton. Oxón. non eſt noſtri *Ianuenſis*, vt nimis temere aſſerit *Oudinus* l. c. ſed *Simonis*, quem cum noſtro *Iohanne* toties confundi in ſuperioribus diximus.

„ redegit, etiam de ordine dicendi optime ſcripſit, atque plures epiſtolas elegantes doctasque compoſuit. „ Ex quo fonte dimanauit et inualuit error, an ex Trithemii ἀνιστορησίᾳ, an aliunde, incertum eſt; veram tamen aetatem diu eſt quod explorauit Cl. *Barth.* Aduerſ. 3, 3. his verbis: Videtur non diu „ poſt tempora Henrici II. ſcripſiſſe. Nam in vocabulo *Aetas* ordine omnes retro Principes memorans in hoc deſinit; Vixit vero Henricus ſecundus „ (quo poſteriorem eius nominis ſi nouiſſet, non minorem hunc diceret) annum Chriſti poſt milleſimum, non tamen multis annis. Vt antiquior ſit „ hic ſcriptor quam cenſeas. „ Conſentit Chronic. Alberic. MS. „ Anno MLIII (*male exſcripſit Du* „ *Cangius* MLXIII *quem etiam errorem propagauit* „ *Fabric. Bibl. Lat.*) anno decimo tertio Imperatoris „ Henrici filii Conradi, Papias librum ſuum, videlicet Elementarium doctrinae erudimentum edidit, „ quod probatur per numerum annorum, vbi agit de „ aetatibus ſaeculi in prima litera et numerando pertingit ad hunc annum. „

Scripſit PAPIAS, praeter Epiſtolarum librum ad diuerſos, quem memorant TRITHEMIVS et BERGOMENSIS, ſupra laudati, Vocabularium, ſiue, vt ipſe vocat, Elementarium doctrinae erudimentum, quod *futile opus* vocat *Scalig.* in Excerpt. Puteanis, ab aliis viciſſim egregie laudatum ob eruditionem ſumma cum cura coniunctam, et vetuſtiora omnia melioris notae Gloſſaria, ſiue comparata ſiue excerpta. Adeo inter caeteros, quibus palam profuit labor iſte PAPIAE, plurima ex eo non diffitetur tranſtuliſſe in Vocabularium ſuum *Vincentius Bellouacenſis* l. I. Speculi doctrinalis cap. vlt. Non grauabitur lector, ſi nonnulla ad iſtius laudem pertinentia in medium proferamus, quae impertiuit Gloſſariorum non indiligens inueſtigator, doctiſſimus BARTHIVS in Aduerſariis. „ Gloſſariorum „ veterum quendam cinnum fecit nobis ante annos „ iam quadringentos Papias Magiſter. In eo commentario multa bona leguntur, quae nequaquam ex „ aliis quam optimis quibusque auctoribus hauſta „ ſunt, ab illo an ab alio non intereſt. Certe vetera „ manu exarata gloſſaria paene a verbo, vt dicitur, ad „ verbum in illo reperio —— Non dubito autem, „ Papiam plerisque etiam bonorum auctorum interpretibus vſum, qui hodie nobis fuerunt. Curioſiſſime enim omnia corraſit. Neque vero facile genus aliquod vaſis, menſurae, poculi aut inſtrumenti „ alterius omiſit. Vt ſuſpicer, plerosque Gloſſarum „ ſarcinatores, quibus magnos ſe fecerunt noſtri aeui „ multi doctiſſimi viri, huius minorum gentium „ Grammatiſtae commentaria vel contraxiſſe vel ſublegiſſe. Virgilii, Horatii, Iuuenalis, Martiani „ commentatores laudat nominatim in praefatione. „ Inter Grammaticos Everium, quem ego nullus noui, et Luctatium Placitum. Aduerſ. 3, 3. Ex melioribus Gloſſariis notat Papias Accubare toto corpore, Accumbere Cubito. Idem 35, 11. Gloſſariorum veterum exſcriptor et auctor diligens et copioſus Papias Magiſter 35, 16. Sane in illo Grammatico optima quaeque non incurioſe adnotata ſunt „ 35, 22. Papias enarrator hoc genus Scriptorum „ vnicus 36, 7. Commentariorum in Boethii librum de conſolatione philoſophiae non minima „ olim fuit auctoritas, quos ſecutum ſe et exſcripſiſſe memorat Papias praefatione ſui Gloſſariorum „ aceruí 56, 10. Scriptor vtiliſſimus ad Chriſtianum „ lapſae latinitatis aeuum 4, 19. Fauſti Romani gloſſae, Scriptoris adeo probi et eruditi, vt nullum adhuc viderim, quem illi praeferre velim, eius quidem generis. Eum ſcriptorem fere totum, certe „ maximam partem exſcripſit minorum gentium Rhapſodus Magiſter Papias 12. vlt. Papias multa Latinis „ patribus non inutilia congeſſit 35, 4. Romanum „ morem paucis omnem enarrat Papias Magiſter in „ Dictionario, qui vel ex Perſii aliisque Scholiaſtis ſua „ exſcripſit, vel illi ex ipſo, vel ex antiquioribus „ ambo 35, 15. Sagax ille et laborioſus Magiſter. „ ibid. „ Quibus luculentis teſtimoniis adde, quae habet *Trithemius* de Scriptoribus Eccleſiaſticis; „ Papias natione Lombardus: vir ſaecularibus literis „ eruditiſſimus, Grammaticus olim ſuo tempore clariſſimus, Graeco et Latino ſermone ad plenum inſtructus: in diuinis quoque ſcripturis non mediocriter exercitatus: Scripſit gemino ſtylo in vtraque „ literatura quaedam egregia opuſcula, e quibus pauca ad notitiam meam peruenerunt.

| | | |
|---|---|---|
| „ De ordine dicendi | li. I. | |
| „ De linguae latinae vocabulis | li. I. | Olim in hoc libro inueni. |
| „ Epiſtolarum ad diuerſos | li. I. | |

PAPIAE Vocabularium ſiue Erudimentum, vt vocatur, Elementarium ſaepius erat prelo commiſſum, Mediolani ſc. 1476. per *Dominicum de Veſpolate.* Venet. 1485. per *Andr. de Bonetis.* Iterumque ibid. 1487. 1491. et 1496. Ex quo tempore vix credo fuiſſe impreſſum, vel in lucem prodiiſſe nouam editionem, quam molitus eſt *Iohannes Lydius*, vt diſcimus ex *Iſaaci Pontani* literis ad *Steph. Stephanium* ex part. XI. *Crenii* Animaduerſ. Edidit praeterea *Elias Putſchius* inter Grammaticos veteres explicationes notarum veterum ex PAPIAE Gloſſario.

*Hugutio.*

De HVGVTIONE ſiue VGVTIONE, nam vtroque modo ſcribitur, quem itidem exſcripſit *Catholicon*, pauca admodum ſuppetunt dicenda. Fuit ille natione Piſanus, Epiſcopus autem Ferrarienſis. PAPIAM excepit et ſimiliter exſcripſit. Eius obitum circa A. MCCXII. ſtatuit *Vghell.* Ital. Sac. T. 2 p. 576. qui haec de homine ſcripſit. „ Vgo ſiue „ Vguccio floruit Anno 1196. in monumentis autem „ Abbatiae Nonantulanae Vgo appellatur, Anno 1197. „ Anno vero 1199. die octaua menſis Septembris in „ fauorem Nonantulani Abbatis contra Mutinenſem „ Epiſcopum tulit ſententiam. Fato conceſſit circa „ annum 1212. „ Quibus addenda ſunt, quae habet Chron. Nonantulan. MS. „ Per haec tempora (*ſc.* „ *c. A.* 1192.) Agno Vgutio natione Piſanus, Epiſcopus Ferrarienſis, qui datus a ſede Apoſtolica Coadiutor Abbati Monaſterii Nonantulani prodigo homini, ex libro Papiae, qui illic eſt, librum Deriuationum compoſuit. „ Et accommode nomen ſuum et patriam prodit in praefatione ad Gloſſarium, quod nondum, vt ſciam, typis euulgatum hodie delitеſcit MS. in nonnullis Bibliothecis. „ Si quis quaerat, operis „ huius quis actor (*ſ. auctor*) fuerit, dicendum „ eſt, Deus. Si quaerat, quod operis huius fuerit inſtrumentum, reſpondendum eſt, quod patria Piſanus nomine Hugutio. „ Vocabuliſtam noſtrum aliquoties laudat Boccatius in libro de genealogia Deorum. An idem ſit ille HVGVTIO, qui librum ſcripſit de Animalibus, quem laudat cum Alberto Magno Steuchus cap. II. Annotationum in Leuiticum, non

ita

ita facile eſt dictu, cum per haec tempora plures extitere huius nominis eruditione celebres *a*).

Atque haec hactenus liberius fortaſſe recenſuimus, quam materiae vel dignitas vel etiam vtilitas poſtulare videretur. Reſtituta certe Latinitas habet, vbi honeſtius ſe gloriari patiatur. At profecto cum ea conditione vſa eſt res literaria, vt a paruis admodum initiis profecta ſenſim creſcat, et robore paullatim confirmato, ad quendam quaſi ſtabilitatis gradum ſero tandem perueniat, ſolemus ideo balbutientem artem atque omnem aetatis imbecillitatem, cum iucunditate quadam conſpicere: contra atque in populorum, vrbium, gentiumque monumentis accidit, quae, cum nihil niſi illuſtre et auguſtum in ſuis primordiis ducunt eſſe admittendum, mihi videntur praepoſtera quadam gloriatione poſterorum hominum ſocordiam atque ad maiora quaedam exequenda hebetudinem infeliciter exprobrare *b*). Miremur ergo quid adeo *Eraſmum* caeteroſque bonos viros exſtimulauit, vt huiusmodi compilatores non quidem de re literaria praeclare meritos, aliqua tamen tenus, tam acriter inſectentur, et confodiant: Cuiusmodi ſunt illa, quae ludenti ſimilis euomit in Conflict. Thaliae et Barbariei: „ TH. Veruntamen vel numerare incipias, ſi „ enumerare non ſufficias. BA. Praecipuum omnium „ FLORISTAM, qui a Floribus ſortitus eſt nomen. „ TH. Sed non bene olentibus. BA. Deinde PA„PIAM. TH. Doctiſſimum et quem primum di„ceres. BA. Deinde HVGVTIONEM. TH. Exi„mium. BA. Deinde MICHAELEM MODISTAM. „ TH. Praeclarum. BA. Deinde IACOBVM GLOSA„RIVM. TH. Mirabilem. BA. Et quem omnibus „ merito praetulerim, IOANNEM DE GARLANDIA, qui „ tanta verborum elegantia, tanta ſententiarum pol„let maieſtate, vt pauci admodum ſint, qui eum ca„piant. „ Et quae luſit *Pet. Bouherius*,

*Plinius, Italicus, Celſusque, Apuleius, Aratus,*
*Et quicumque bonus ſcriptor, opertus erat.*
*Infelix plebes Papiam Ebrardumque* * *legebat*
*Scriptaque Barbaricis vix bene nota Getis.*
*In precio fuerant Vguitio Catholiconque,*
*Atque Mamotrecti ſemilatina lues.*
*At nunc auſpicibus ſuperis caeloque ſecundo*
*Induit antiquum Romula lingua iubar.*
*Sic poſt millenos ales reparabilis annos*
*Abiecto renouat omne decus ſenio.*

## *Ioannes de Garlandia.*

In hanc claſſem abiectioris Latinitatis referri poteſt IOANNES DE GARLANDIA Anglus, qui floruit ſub *Haraldo* A. circiter 1040. Inſignis Grammaticus, Chymicus, Mathematicus et Theologus. Prodierunt in lucem eius Synonyma et Aequiuoca Colon. 1490. Iterumque cum expoſitione *Galfridi* per *Ricardum Pynſon* Lond. 1496. 4. et poſtea. Compoſuit quoque Dictionarium Alchymiſticum, nondum, quod ſciam, publici iuris factum.

## *Simon Ianuenſis, Mammothreptus, Gemma Gemmarum, Neſtor Dionyſius.*

Prudens praetereo SIMONEM DE IANVA, de quo pauca ſupra, Lexici Medici auctorem; MAMMOTRECTVM, rectius MAMMOTHREPTVM, rectiſſime tamen MARCHESINVM a Regio Lepido, quod oppidum non longe abeſt a Mutina, Ordinis Minorum, qui Dictionarium vocabulorum biblicorum et liturgicorum concinnauit. Prodiit hoc Lexicon biblicum, quod velut Infantulis mammae ad inſtar ſugendum *Mammothrepton* inſcripſit (quae appellatio inde in Auctorem recidit) Mogunt. 1470. Venet. 1479. 4. apud *Nic. Ienſon*, et alibi ſaepius *c*). Praetereo quoque GEMMAM GEMMARVM, caeteraque id genus vocabularia, NESTOREM item DIONYSIVM Nouarienſem, Ordinis itidem Minorum, qui vertente literarum fortuna floruit et eo vſque tantum vigilauit, vt priorum ſomnia detegere et redarguere potuerit, poſterioribus tamen in plurimis ipſe caecutire videretur. Prodiit eius Dictionarium, *Ludouico Sfortiae* dicatum, Anno 1488. recuſum Pariſ. 1496. eodemque anno Venet. per *Phil. Pinzium* Mantuanum. Argentor. deinde 1502. et 1507. ex *Iohannis Tacuini* recenſione.

Iam tot per ſaecula quaſi emortuae et in his ſordibus ſepultae reuixerunt literae Romanae: et, ſiue Graeca ſummo nitore interpretando *d*), ſiue rei Latinae rationem diſciplina et praeceptis commendando, ſubito ad inſperatam maturitatem, non lente aut gradatim, vt rerum humanarum conditio poſtulat, erant perductae. *Hanc* prouinciam optimis ſcriptis ornarunt inter caeteros, *Eraſmus*, *Valla*, *Longolius* et noſtras *Linacer.* Ex *illa* diſciplina, quaſi ex officina clariſſima, atque optima Latinitatis inſtaurandae palaeſtra, vel, vt cum Cicerone loquar, *Tanquam ex equo Troiano, meri principes exierunt.* Huiusmodi erant clariſſima iſtius aetatis lumina, *Leonardus Brunus Aretinus*, *I. Franciſcus Poggius Florentinus*, *Fr. Philelphus Picenus*, *Valla*, *Eraſmus*, *Angelus Politianus*, *Marſilius Ficinus*, *Georgius Trapezuntius*, caeterique. Quorum laudes cum vbique decantentur, et hoſpes plane in literis habeatur, qui eorum merita, virtutes et praedicationes non audiuerit, me continebo intra ea, quae de *Aretino* eleganter ſcripſit *Iohan. Latomus*,

*Si quis bene vnquam meritus eſt de literis,*
*Is Leonardus erit,*
*Qui fluctuantes literas Pelaſgicas,*
*Exilioque vagas*
*Iamiam futuras, ſcilicet Byzantii*
*Sceptra premente Deo*
*Late excitatis Barbaris, Quiritium*
*Primus ad arua vocans*
*Septena duxit vrbis ad palatia:*
*Vnde ſtatim Italiam*



*a*) *Vgo* ſiue *Vguccio* Epiſcopus Ferrarienſis A. 1192. Theobaldi, quem excepit noſter, deceſſor. *Hugo* ſiue *Hugutio* Romanus Cardinalis SS. Silueſtri et Martini in Montibus a P. M. Coeleſtino III. creatus A. 1191. humani diuinique iuris ſui temporis peritiſſimus, aliique. *b*) „ Quae ante conditam condendamue vrbem, poëticis magis decora fabulis, quam incorruptis rerum geſtarum monumentis traduntur, „ ea nec affirmare, nec refellere in animo eſt. Datur haec venia antiquitati, vt miſcendo humana diuinis, primordia vrbium au„guſtiora faciat. Liu. l. 1. init. * „ Ea ſchola (*Dauentriae*) tunc erat barbara. Praelegebatur *Pater meus*: exigebantur tempora: „ praelegebatur *Ebrardus* et *Iohannes de Garlandia*. „ Eraſmus de propria vita. *c*) De ſcriptore conſulendus eſt *Poſſeuin.* in Apparatu Sac. *Sixt. Senenſis* Biblioth. ſancta. *Wadding* in Annal. Fratr. Min. *Reiſer.* Ind. MSS. Biblioth. Auguſtan. p. 97. *d*) „ Poſtquam „ enim renatae literae a barbarie vindicatae ſunt, hoc interpretandi ſtudium viris doctis vſque adeo placuiſſe ſcimus, vt quum aliquid „ eſſent in vtriuſque linguae facultate conſecuti, ad conuertendos ſtatim auctores induſtriam ſuam conferrent, nec quidquam ſibi inter „ literatos laudis viderentur adepti, niſi transferendis Antiquorum ſcriptis doctrinae ſuae ſpecimen edidiſſent. „ *Huet. de Optimo genere interpretandi.*

*Miſſis per omnem plurimis coloniis*
*Tam bene nunc habitant,*
*Solo vt nequirent in patrio opulentius.*
*Proin, Leonarde, tuo*
*Fruere merito gens Latina literas*
*Dum colet Argolicas.*

Atque haec obiter quaſi parentauimus clariſſimis iſtius ſaeculi ingeniis, quorum opera Graecae pariter ac Latinae Muſae, ad priſtinum faſtigium atque ad illud quodcunque ſit in literis imperium, quaſi ex poſtliminio erant reuocatae. Non tulit ea aetas in vtrisque literis vindicandis et ornandis feliciſſima, earum fieri diſtractionem, quarum conſortium tantopere aluit Remp. literariam. His vtique temporibus factum eſt, vt reuertente Fortuna Graecia Romam iterum demereretur: et vt haec, a qua olim Rerumpub. inſtituta, Philoſophiae cultum, humaniorum ſtudiorum ornatum, Artium diſciplinarumque omnium rationem atque etiam linguam ipſam accepit, iam eidem hæc omnia deberet reſtituta. Nam praeter id, quod Graeci homines patriis ſedibus eiecti, his rebus primi quaſi ſignum aliquod ſuſtulere, iacebat id fere omne, quod *Saeculi genius* vindicandum eſſe decreuerat, in Graecarum literarum apicibus et inuolucris quaſi ſepultum et obliuioni conſecratum. Sed excitandum erat et Romanis literis illuſtrandum. Tum vero Graeca Latinis conferendo, his illa interpretando, vtrorumque porro indolem et naturam penitiſſime accurateque explorando, totum illud quod in Graecorum monumentis inſumebant operae, ad Romanam facundiam redintegrandam, atque ad alteras literas expoliendas, tandem non inutiliter animaduertebant conferri. Quod ad hodiernam induſtriam horumque ſtudiorum felicitatem attinet, malumus honeſte tacere, quam cum ſuſpicione laudare, et orationem noſtram ab omni acerbitate abeſſe, cum gratulatio ab exprobratione abeſſe non poteſt.

Tulit autem ea aetas praeter Grammaticos et Interpretes quos laudauimus, eosque quos laudare erit infinitum, tum noſtrae etiam diſciplinae praeſtantiſſimos viros Latinae elegantiae excolendae et conſeruandae natos. Aegre in Lexicorum claſſem reuocari poterant quae ſcripſit *Laur. Valla* de Lingua Latina, vel quae de Particulis Linguae Latinae, itemque de Modis Latine loquendi compoſuit *Adrianus Caſtellenſis* Italus, Cardinalis tit. S. *Chryſogoni a*). Viciniora ea, quae *Tortellius* aliique. De quibus proxime dicendum.

### *Ioh. Tortellius.*

IOHANNES TORTELLIVS Aretinus *b*), Romanae Eccleſiae Subdiaconus ſub Pontifice *Eugenio IV*, deinde *Nicolao V.* a Cubiculo, Conſiliis, et Bibliotheca. Fuit ille *Laurentii Vallae* amiciſſimus, Grammaticae puriorisque Latinitatis laudibus ita cumulatus, vt *Valla* exactiſſimus et ipſe Grammaticus, quaſi ſummo iudice et cenſore vſurus, libros ſuos Elegantiarum Linguae Latinae *Tortellio* inſcriberet. *Vir ille non indoctus*, vt clariſſimi Viri verbis vtar, *pro viribus cum barbarie manus conſeruit, remque literariam, cum qua male agebatur, promouere Lexico ac aliis ſcriptionibus conatus eſt.* Scripſit praeter caetera, Commentariorum Grammaticorum opus, ſiue Dictionarium vocum Latinarum, in quo Orthographiae ratio potiſſimum ſpectatur. Prodiit Taruiſ. 1477. Vicent. 1480. Venet. 1493. ibid. 1495. et rurſus ibid. 1504. Vicent. 1508. De eo ita *Iac. Phil. Bergomenſis* ad Ann. 1439. „ Ioannes Tortelius natione Aretinus, Romani Pontificis Subdiaconus et „ Cubicularius, ac Nicolai poſtmodo Pontificis Contubernalis et Studiorum ſuorum intimus comes; „ GraecisLatinisque literis ac theologicis non mediocriter doctus, hac ipſa tempeſtate floruit: ſingulariſſimae humanitatis et grauitatis ac reuerentiae vir, qui „ inter caetera ſtudiorum ſuorum monumenta de ſcribendi ratione opus praeclarum edidit, in dialectica „ etiam commentarios compoſuit, Athanaſiique vitam ad Eugenium Papam in Latinum tranſtulit et „ Appianum hiſtoricum ad verbum interpretatus eſt „. Epiſtolarum quoque librum edidit et alia plura, ſi fides *Geſnero*, quem conſule atque item *Trithemium*, *Poſſeuinum*, *Voſſium* de Hiſtoricis Latinis, *Corn. a Beughem* de Incunabulis Typographiae, *P. Iouium* in Elogiis, *Volaterranum*, *Hier. Magium* Miſcell. lib. 2 cap. 14. *Baelium* in Lexico Critico, aliosque.

### *Iunianus Maius.*

A IOHANNE TORTELLIO, ob literarum ſimilitudinem et aetatis coniunctionem, IVNIANVM MAIVM natione Italum, patria Neapolitanum, non diſtrahemus, quos neque diſtraxit *Sabellicus.* „ Subiiciet his aliquis haud immerito Iohannem Tortellium Aretinum, et Iunianum Maium Parthenopaeum. „ Iuuerunt illi induſtria vterque ſua, nec multum inter „ ſe diuerſa, verborum vtriusque linguae copiam „. *Sabellicus* de L. L. reparatoribus. Scripſit MAIVS praeter Epiſtolarum ad diuerſos librum I. et nonnulla alia *c*), librum de priſcorum proprietate verborum, ſiue Dictionarium, quod prodiit Neap. 1475. fol. et mox Taruiſ. 1477. fol. iterumque ibid. 1480. recuſum deinde Neapoli 1490. Ad hoc Lexicon ſunt qui arbitrantur digitum intendiſſe *Volaterranum.* „ Chalcidius Graecorum non erat ignarus nec imperitus Grammaticus, attamen infans et absque genio, „ Dictionibus in primis inuigilabat, lexiconque condiderat, quod obitu ipſius ſuperueniente, Iouinianus, „ eius diſcipulus, ſibi vindicauit „. In praefatione Auctoris ad *Henricum de Lunguardo* Siculum, Archiepiſcopum Acheruntinum et Materanum, *Ferdinando* Regi Neapolitano a ſacris confeſſionibus, haec quae ſubiecimus legantur. „ Viſum eſt, quae priſci „ recentesque Grammatici de vi vocabulorum tanquam per diuulſa membra conſcripſere, ne incompoſitos et velut congerie quadam congeſtos iacere „ ac

*a*) Vide de eo *Pierium Valerianum* de Literator. infelicitate, *Ciaconium* de Vitis Pontificum, et additamenta *Oldoini. Polydor. Virg.* Hiſtor. Anglic. Epiſcopatibus Herefordienſi in Anglia, deinde Bathonio-Wellenſi ab *Henrico VII.* erat donatus. Huius in hortis Romae peracta erat luctuoſiſſima Tragoedia *Alexandri* Sexti P.M. ex hauſto veneno, quod *Caeſar* Dux Valentinus Papae filius Cardinali noſtro aliisque Purpuratis deſtinauerat. *b*) Aretium (vulgo *Arezza*) Tuſciae oppidum, ſub haec tempora multis praeclarisque ingeniis ortum dedit. Fuit praeter noſtrum *Leonardus* Graecorum librorum interpres, de quo proxime verba fecimus. *Franciſcus*, quem ICtorum ſui temporis Principem ſolebat appellare ICtorum non extremus *Iaſo Mainus.* *Carolus* poſt *Leonardum* Illuſtriſſimae Florentinae Reip. Cancellarius, Graecis Latinisque literis celeberrimus. *Petrus* Poëta Satyricus et admodum laſciuus. *Benedictus Accoltus* Aretinus, Franciſci Frater, Iuris item Romani literarumque humaniorum cognitione celebris. Hi plerique fere omnes, cum cognomen ex patria potius quam genere ſibi aſſumſere, ſummis viris maximorum errorum anſam dedere. *c*) Plinii Epiſtolas, quae typis *Matthiae Morani* prodierunt Neapoli 1476, recognouit *Iunianus Maius*, vt liquet ex colophone. „ Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto, menſe Iulii. Impreſſit *Matthias Moranus*, vir ſingulari ingenio et arte. Recognouit *Iunianus Maius* Parthenopaeus, „ rhetor publicus, ſumma cura ſummaque diligentia. „

„ ac ſordeſcere pateremur, in vnum corpus redigere. „ Exſtabat tamen opus inchoatum de verborum Latinorum interpretatione, cui cum multa adimi, multaque addi poſſe viderentur, alios adhuc quosdam „ non paruo meo labore neque mediocri ſtudio, partim integros inſerendos, partim ne nimium opus „ increſceret, in compendium redactos adiunxi, praecipue Laurentium Vallam Tortelliumque, quorum „ non tam fuerat, vt ſic dixerim, caſtiganda luxuria, „ quam commendanda parſimonia. Nam horum curioſam cenſuram cumulumque exemplorum in breviorem vſum coërcui. Praeterea quae Seruius Honoratus, quae Donatus in Virgilium ac Terentium „ commentati ſunt, quaeque Porphyrion et Acron in „ Horatium, quae Aſconius Pedianus, Priſcianus, „ Macrobius, A. Gellius breuiores tamen quam ſuis „ congreſſionibus diſputarunt, quae Varro, Feſtus „ Pompeius, Nonius Marcellus ac Iure Conſulti, „ quae Iouianus Pontanus de aſpiratione eruditiſſime „ ſcripſit, Strabonisque et ex aliis pluribus claris auctoribus nonnulla digeſſi. „ Et ex epiſtola in fine operis. „ Quorundam auiditas opus vt feſtinarem „ coëgit, quod maturius edere cupiebam, vt vel luculentiore ordine digererem, aut plura ex Plinio, „ Vitruuio, Columella, Strabone, Cornelio Celſo „ aliisque compluribus annecterem, quae fortaſſe per „ otium in breue opuſculum conferemus. Illud „ etiam in animo eſt de notis quorundam Grammaticorum opuſculum conficere. „ Auctorem noſtrum plurimis laudibus extulere viri eruditi. „ Iunianus „ Maius Parthenopaeus Neapolitanus, vir certe in „ ſaecularibus literis ſtudioſiſſimus et egregie doctus, „ diuinarum quoque ſcripturarum non ignarus, Philoſophus et Rhetor celeberrimus, ingenio praeſtans „ et clarus eloquio. Scripſit quaedam non contemnenda lectionis opuſcula, quibus memoriam ſui poſteris reliquit. „ *Trithemius.* „ Iunianus Maius „ conterraneus meus, vir bene literatus, in exquirendis adnotandisque verborum et ſententiarum viribus multi ſtudii fuit. „ *Alexand. ab Alexandro.* Ex MAII libro plurimum profecit *Calepinus*, vt viri docti obſeruarunt. Floruit autem Auctor noſter 1480. et vitam ad proximum ſaeculum exiſtimatur continuaſſe.

## *Ioh. Reuchlinus*, *ſiue Capnio.*

IOHANNIS REVCHLINI Breuiloquum, ſeu Dictionarium Latinum, ordine alphabetico ſingulas voces Latinas breuiter explicans, ſunt qui impenſe laudant, inter quos *Chriſtian. Daumius* cap. 22. libri de cauſis amiſſarum radicum. At cum REVCHLINVS nondum ſtabilita aut bene confirmata Latinitate Dictionarium ſuum concinnauit, peregrina multa et paene barbara vocabula pro more *a*) admiſcuit. Et idcirco, tum autem quod iſtiusmodi argumenta longe potiora protulit, quae ſecuta eſt hominum aetas, iam diu deſiuit vel in pretio, immo paene in commemoratione eſſe. Operi ipſi Grammaticalia nonnulla et Orthographica praemiſit, nempe *Guarini Veronenſis* de Diphthongis ſcribendis libellum: dialogum de Arte punctandi: de Accentu tractatum, etc. cuiusmodi etiam notae et librum ipſum eſſe comperimus: Profitetur auctor in praefatione ſub nomine Typographi, „ hoc in opere tam Theologiae vniuerſae „ quam Iuris vtriusque caeterarumque facultatum vo„ cabula non ſine lucidis interpretationibus eſſe repe„ rienda, obſeruata eorum orthographia et diphthon„ gorum ratione et accentuum ratione in penultimis „ ſyllabis. „ Iuuenis admodum hoc Onomaſticon compoſuit, et quaſi primitias ſtudiorum orbi erudito obtulit. „ Eodem tempore (ſc. 1480.) Fratres Am„ berbachii Officinam Typographicam inſtituerunt, „ qui cum deſiderari viderent Latinum Onomaſticum, „ Capnio librum collegit, cui titulus eſt Breuiloquus, „ qui hinc cum nondum meliores libri in hoc genere „ haberentur et expetitus eſt et ſtudiis profuit. „ *Melchior Adamus* in vit. *Capnionis.* Prodiit hic liber impreſſus Baſil. apud *Amberbach.* 1480. in fol. non apud fratres *Amberbachios*, vt *Adamus*, ſed patrem *Amberbachium.* Natus *b*) eſt IOHANNES CAPNIO (ſiue Germanice mauis *Reuchlin c*) natione Germanus, domo Phorcenſis, honeſtis parentibus, Anno Chriſti 1454. d. 28. Decembr. Hebraice, Graece et Latine apprime doctus, earumque literarum feliciſſimis auſpiciis primus in Germania inſtaurator. „ Egregius „ ille trilinguis eruditionis phoenix *Iohannes Reuchli*„ *nus.* „ *Eraſm.* l. c. Romam miſſus ab aula Palatina Legatus, *Abdiam* Iudaeum in Hebraicis, *Argyropylum* Graecum in Graecis ſtudioſe audiuit praelegentes. Vbi cupidum ſe profitentem Graecae eruditionis, interrogat *Argyropylus*, cuias ſit: narrantem ſe eſſe Germanum, et Graecarum Literarum non omnino expertem, iubet Thucydidis portiunculam legat et interpretetur. Quam cum ille et honeſta ſatis pronunciatione recitauit, et oratione apta et eleganti reddidit, ibi exterritus *Argyropylus* exclamat, *Graecia noſtro exilio transuolauit Alpes.* Vixit REVCHLINVS apud ſummos viros maxima cum gratia, apud literatos ſumma cum laude. Illorum grauiſſima negotia expeditiſſime obiuit, horum famam et exiſtimationem feliciſſime promouit: In Iure Doctoratum meruit et deceſſit Profeſſor Tubingenſis. Notior eſt paullo, credo, quam vt hic pluribus commemorem, celebris illa contentio, quam cum Monachis Colonienſibus maximeque *Iacobo Hochſtrato* Inquiſitore exercuit REVCHLINVS. Non alia fuit ſimultatis origo, quam quod Iudaeorum libros vndique conquiſitos argutiſſime et grauiter ſcriptis a flamma et internecione vindicauit. Quorum igni tradendorum nebulo vaferrimus (nomine *Pfefferkorn*) auctor erat, ratus, id quod res erat, fore vt iſta gens magno pretio iſtam iacturam redimeret. Iudaiſmi poſtulatur CAPNIO: magna cum contentione cum ſcriptorum tum iudicii res agitur: Prouocatur ad Romam, ad Academias per Europam celeberrimas. Neque prius vtique reſidebat irarum aeſtus, quam Monachorum fulmen in *Lutherum* tunc temporis inclareſcentem deflectebatur. Multis grauiſſimis ſcri-

g ptis

*a*) „ Capnio vir magnus, ſed oratio redolet ſuum ſaeculum adhuc horridius impolitiusque. „ *Eraſmi* iudicium de *Capnione.* *b*) Vitam *Reuchlini* ſiue *Capnionis* deſcripſere *Melchior Adamus* in Vitis Germanorum Philoſophorum, et nuper *Io. Henr. Main.* Eius Elogium vide inter Elogia *P. Iouii.* Mortem, ſiue, vt ipſe vocat, ἀποθέωσιν ſingulari tractatu narrat *Eraſmus* inter Colloquia; *De incomparabili heroë Iohanne Reuchlino in Diuorum numerum relato.* *c*) Mos erat iſti ſaeculo, vt pro literarum tum repullulantium amore vernaculare nomen viri literati Graece vel Latine exprimerent. Ita Iohannes Oecolampadius, vernacule *Hank Schein;* Philippus Melanchthon, Germanice *Schvvartzerd*; Iohannes Oporinus, *Hank Herbſter*, ſecundum illud Martialis,

Si daret Autumnus mihi nomen, Ὀπωρινὸς eſſem:
Horrida ſi Brumae ſidera, Χειμερινός.

Et Gulielmus Xylander, *Holkmann.* Ita Gerardus, quia nomen iſtud Belgiae aliquid habeat neceſſitudinis cum *Deſiderare* Latinorum, poſtea literatis innotuit ſub nomine *Deſiderii*, et, quod idem Graece ſonat, *Eraſmi.* Noſter *Reuchlinus* Graecum nomen in Italica peregrinatione ſuſcepit hortatu Hermolai Barbari.

ptis ea cauſa argumentum praebuit, quae nunc omni-
um manibus teruntur, nonnullis etiam facetis et le-
pidis, veluti immortali illi operi quod dicitur *Epiſto-
lae obſcurorum virorum*, vbi Monachorum inſcitiam
probe exagitat, et de petulantiſſimo hominum gre-
ge, ſi fas ſit ita dicere, *ſerio* triumphat, ſiue ſit
CAPNIO, ſiue ex familiaribus, incertum. Vide
quid de ea re diſputatur apud *Baelium* in Lex. Crit.
v. *Hochſtratus; Maium* in vit. *Reuchlini; Plac-
cium* de Scriptoribus Anon. etc. CAPNIONI adiu-
dicat inter caeteros *P. Iouius* in Elogiis. Hos aduer-
ſarios innuit *Eraſmus* in Apoth. *Capnionis*. „ PO.
„ Sed nullusne comitabatur genius malus? BR. Immo
„ aliquot, vt Franciſcanus ille arbitrabatur. Procul,
„ inquit, a tergo ſequebantur aues aliquot pennis cae-
„ tera nigris, niſi quod explicatu alarum giluas ve-
„ rius quam candidas plumas oſtenderent. Picae,
„ inquit, videri poterunt colore, voce, niſi quod
„ ſingulae ſedecim picas aequarent magnitudine cor-
„ poris, nihilo minores vulturibus, criſtam geſtan-
„ tes vertice, roſtris et vnguibus aduncis, ventre
„ prominente, Harpyiae videri poterant, ſi tres mo-
„ do fuiſſent. PO. Quid moliebantur iſtae Furiae?
„ BR. Procul, inquit, obſtrepebant heroi Reuch-
„ lino, et impetiturae videbantur, ſi licuiſſet. „

### *Sipontinus.*

NICOLAVS PEROTTVS Saxoferratenſis,
claro genere ortus, Archiepiſcopus SIPONTINVS
*a*) 1458. 17. Octobr. *b*) „ homo accurato ingenio
„ et lectione multa exercitus *c*) „ non immerito poſt
*Tortellium* Latinitatis ſtator videri poteſt. Iuuenis
ille *Polybium* Latio donauit, tanta elegantia tanto-
que nitore, vt nemo de iſtius ſaeculi interpretibus
verbum fecerit, quin PEROTTVM noſtrum omni
praedicationis genere cumulatum ad caelum vsque
extulerit. „ Exinde Romae Graecas literas pertinaci
„ ſtudio conſectatus (Perottus) fretusque Beſſarione
„ generoſo Maecenate, adeo exacte feliciterque pro-
„ fecit, vt ab eo Polybius grauiſſimus hiſtoriarum
„ ſcriptor Latinitate donaretur. Non defuere tamen
„ ex aemulis, qui eius auctoris traductionem antiquiſ-
„ ſimam fuiſſe furtoque ſurreptam exiſtimarunt,
„ quod Thucydidem, Diodorum, Plutarchum et
„ Appianum clariſſimo ingeniorum certamine conuer-
„ ſos, vnus Polybius egregia fide Latinus aequabili et
„ praedulci Romani ſermonis puritate prorſus antece-
„ dat. „ *Paul. Iou.* in Elog. Et ita fere *Caſaubon.*
in praefatione ad *Polybium :* „ Nicolaus Perottus,
„ literarum Latinarum, quas perdiu docuit, exqui-
„ ſite, vt illa erant tempora, fuit peritus, et cum
„ primis curioſus —— Erat praeterea in hoc viro
„ non vulgaris induſtria in Graecis ita vertendis, vt
„ nullum perſaepe Graeci idiomatis in Latina eius ver-
„ ſione veſtigium appareret, quam interdum eſſe opus
„ αὐτοφυὲς dicas, non alieni interpretationem. Quod
„ ſi par fides reſponderet, inter excellentiſſimos In-
„ terpretes poterat ſine dubio Perottus recenſeri.
„ Nemo enim illis temporibus Italorum erat, qui am-
„ plius Graece ſciret, quam hic Interpres, pauci qui
„ tantum, quantum ille. „ Vide etiam eadem fere
apud *Huet.* de Clar. Interpret. pag. 165. Quamuis
alibi longe diuerſa ſentire de PEROTTI fama vi-
deatur. „ Perottus Latine quidem loquitur, ſed lon-
„ ge ab auctore diſcedit. „ Epiſt. 143. „ Scis quam
„ non contemnendus Perottus ſit, qui vir, ſi Grae-
„ carum literarum cognitionem habuiſſet, in eo ge-
„ nere ſcriptionis paene mihi regnare videretur: ſed
„ rudem fuiſſe τȣ̃ Ἑλληνισμȣ̃ reapſe deprehendimus,
„ ſic tamen vt τὸν καλοκαγαθὸν Muſculum, qui frag-
„ menta vertit multis paraſangis anteiret. „ Epiſt.
„ 425. „ In Polybio ſcis me nunc eſſe, cuius ver-
„ ſionem ne me poeniteat fuiſſe aggreſſum, Perotti
„ interpretis fatuitas facit, qui mille amplius locis
„ omiſſo Polybio Liuium deſcripſit nobis, quare me-
„ rito Itali tui Latinitatem hominis ſunt admirati, ſed
„ de fide illius quod praedicat Iouius quis ferat aequo
„ animo? Iraſcor et vehementer quidem. „ Epiſt.
426. „ Multa quidem in ſingulis fere periodis Perot-
„ tus perperam interpretatur. „ In Comment. ad
*Polyb.* „ Affirmamus Perottum a fidelis Interpretis
„ laude tantum abeſſe, quantum qui longiſſime -----
„ Omnino praelium nullum, facinus militare nullum
„ a Polybio fuerat paullo diligentius narratum, in quo
„ grauiſſima et momenti maximi peccata ab hoc In-
„ terprete non ſint admiſſa. „ Praefat. ad *Polyb.*
„ Quis ferat longe adeo ab auctoris ſui verbis diſce-
„ dentem, aut quis neget flagitium eſſe inſigne tot
„ locis verba, periodos atque adeo pericopas inte-
„ gras e Liuio deſumſiſſe et lectoribus Graecae lin-
„ guae imperitis obtruſiſſe pro Polybianis? Vbi fides?
„ Vbi pudor? In tanta igitur errorum omnis generis
„ copia ſingula velle perſequi, quod petiuerunt a nobis
„ nonnulli, eius ſit hominis, qui (vetus dictum) velit
„ tollere in lente vnguentum. „ Id. ibid. Attamen
non ſolus erat *Iouius* in praeconio huius Interpretis.
Adiungatur *Sabellicus* de L. L. reparatione: „ Nico-
„ laus vero Perottus, Sipontinus antiſtes poſt Lauren-
„ tium, quem velut Homericum illum Achillem ſem-
„ per excipiendum duxi, omnium quos diximus La-
„ tinae elegantiae longe ſtudioſiſſimus ſemper habe-
„ tur. Nihil ipſius Polybio candidius, nihil minus
„ elaboratum, quum elaboratiſſima alioqui omnia
„ appareant. „ *Andreas* item *Victorellus* in Additio-
nibus ad *Ciaconium ;* „ Iuuenis erat Nicolaus Perot-
„ tus Saxoferratenſis, claro ortus genere, cum Poly-
„ bium Latinitate donauit: fuit is deinde eruditiſſimi
„ Card. Picaeni familiaris, quem veris laudibus cele-
„ brauit, et cuius vitam, deſideratam tamen fuſe
„ conſcripſit: alia ex Graecis fontibus ad Latinos
„ idem tranſmiſit, quae ego apud Torquatum Perot-
„ tum maiorem Vrbani VIII. Pontificis Capellanum
„ et Cubicularium intimum, nec non alia eiusdem
„ Sipontini Archiepiſcopi Martialem praecipue cala-
„ mo ab ipſo exaratum et eruditis ſcholiis illuſtratum
„ MS. adſpexi. „ Et *Franciſcus Floridus Sabinus* in
Apolog. L. L. p. 111. Diſertiſſimum item virum ap-
pellat *Philelphus* in Epiſtola ad *Albertum Zancarium.*
At quod a nobis praedicandum magis, primus erat
ille purioris linguae Latinae *collector.* Nam ad ſtu-
diorum puerilium vtilitatem *Martialem* ampliſſimis
ſcholiis, quae Cornu-Copiam appellari voluit, illu-
ſtrauit, in quibus Linguae Latinae rationem expo-
ſuit, verborum vſum et proprietatem indicauit, in-
dice poſtremum ſingularum dictionum locupletauit,
vt praeter Commentarii rationem, iuſti quoque Le-
xici vices praeſtare poſſent, quas diu etiam praeſtitere.
Opus hoc aggreſſus eſt doctiſſimus Praeſul hortatu maxi-
me *Pomponii Fortunati*, abſolutum, *d*) vero edere noluit
propter

*a*) *Archeveſque de Monfredonia ou a eté transferé le Siege de Siponto.* Menagius ad Baillet. *b*) Ex Vghellio. *c*) Verba ſunt *Alex. ab Alex.* Genial. Dier. 4, 21. *d*) Solummodo Martialis librum primum commentariis hisce expoſuit, alterum deinde additurus, in quibus totam L. L. rationem ſibi complexurus videbatur. Ita profitetur Auctor in calce operis: „ Habes, Federice princeps, interpretationem primi libri, quod eſt vniuerſi operis et totius fere Latinae Linguae dimidium.

propter Auctoris, quem illuſtrare ſuſceperat, ſpurcitiem et obſcoenitatem. Diu ergo apud ſe domi preſſit, ſed qua erat humanitate, ineditos commentarios multis vſurpandos dedit, vnde factum eſt, vt quibus *a*) PEROTTI fama et exiſtimatio cara erat propter multa ex iis commentariis ſubrepta et ſub alieno nomine iactata, SIPONTINI noſtri poſthumos labores in lucem ederent. Is erat *Pyrrhus*, NICOLAI PEROTTI nepos, qui opus clam auunculo exſcripſit, et ad *Federicum Vbaldinum*, Vrbini Ducem, cui et ipſe SIPONTINVS inſcripſerat, mittendum curauit. Defuncto igitur PEROTTO circa A. 1480. et *Federico* Duce 1482. *Guido b*) *Vbald. Federici* fil. *Ludouicum Odaxium* ad editionem hortatur, et ab eodem ſibi inſcriptum recepit. Proxima editio procurata videtur ante elapſum prorſus decennium, Venet. 1492. fol. per *Bernardinum de Coris* de Cremona. Deinde autem prelo ſuo ſubiecit *Aldus Manutius* Anno 1499. vbi „ quamplurima loca, quae in aliis ante impreſſis „ incorrecta leguntur, emendata eſſe „ profitetur Editor. Tum autem proximo anno 1500. prodiit Pariſ. per *Vdalr. Gering* et *Berthold. Rembolt* ſocios *c*). Exemplar „ ex vniuerſis praecedentibus caſtigatum, „ et nonnunquam ex originalibus diligentiſſime perfectum. „ Nam, vt id tandem moneam, iam in eam creuit exiſtimationem res Lexica, vt praeter labores compilandi, aliorum etiam, qui Auctorem ſequebantur, cura in recudendo, corrigendo et ſupplendo exerceretur. Neque dedignati ſunt aliquando viri ſummi et in literis principes eam limam Recentiorum Lexicis admouere, quam grauiſſimis ex omni antiquitate Auctoribus ſumma cum laude admouere ſolebant. Neque erat PEROTTVS in hac laudis parte extremus. Nam ante editionem Pariſienſem, de qua modo, a *Ioanne Pompeio Corniano* Brixiano adornatam, cuius diligentia errores multos ſuſtulit, quibus ſcatebant Editiones priores, Vir ſummus et vltra noſtrum praeconium poſitus *Polydorus Virgilius* „ librariorum incuriam deprehendens, (*hominis verbis* „ *vtor*) ad Perottum integrum ac emendatum lectoribus praeſtandum acceſſit, et ad exemplar in Bibliotheca Ducis Vrbini ſe ipſum contulit. „ A quo proinde prodiit emendatior et ſibi reſtitutus. *Aldus* deinde *Manutius*, a quo non ſemel videtur Cornu-Copia typis deſcribi, in ea editione, quam prodire iuſſit Venet. 1513. fol. editione longe caeteris praeferenda, praeter Commentarios *recognitos atque ex Archetypo emendatos*, *Varronem*, *Feſtum* etc. operi ſubiecit, et, quod non parum aut vtilitatis aut nitoris huic editioni confert, *Nonium Marcellum*, cui tum primum tertia fere pars addita erat, et multae praeterea emendationes, quas in ante impreſſis fruſtra quaeſiueris, opera et diligentia ad eam rem vſus *I. Iucundi d*) Veronenſis, qui in Gallia *Nonium* cum antiquis contulit exemplaribus. *Polydori*, *Corniani* et *Aldi* laboribus ſucceſſit vir doctiſſimus *Valentinus Curio*, Baſil. 1526. 1532. et alibi, qui praeter operam in PEROTTO ſumtam, ſocios adiunxit *Varronem*, *Feſtum* et *Marcellum*. Quos Grammaticos, *Nonium* praecipue, illuſtrauit et ex Cod. veteri ſaepius emendauit *Mich. Bentinus*. Prodiit vero PEROTTI Cornu-Copia ſaepius, ne in ſingulis immorer, Anno ſc. 1504. Pariſ. 1506. per *Ioh. Pruſs* Argentinum. 1521. Baſ. Iterumque ibid. 1536. De his Commentariis iſtius aetatis homines omnia optima ſentire et dicere. Siſtam tibi, lector, iterum *Latomum*,

*Cornu nobile Copiae Perotti*
*Non quale Oleniae puer Capellae*
*Sanxit Iupiter, intulitque caelo:*
*Aut quale Herculea manu reuulſum,*
*Aetoli fluuii peremne vulnus,*
*Thymo et baccare Naiades replerunt:*
*At doctum variumque multiplexque,*
*Et cunctis opibus cupediisque,*
*Quas Muſae Oenotrides amant, refertum.*
*Hic ille eſt liber, ille Martialis*
*Interpres, Latiae illa lingua linguae,*
*Cornu nobile Copiae Perotti.*

Adiungamus *Geſnerum*: „ Haec pars quam habemus, „ plena eſt Philologiae et eruditionis variae, ex optimis quibusque veterum denſiſſima teſtimonia citans „ multiplici cum ad rerum tum ad vocabulorum cognitionem vſu: „ *Ludouic.* item *Viuem*; „ Nic. „ Perotti Cornu-Copiae, ſi vacet legere, non poenitebit collocatae in eo operae. „ *Trithemium* quoque: „ Nicolaus Perottus Saxoferratenſis et Sipontinus Epiſcopus, vir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus et in ſaecularibus literis nulli ſuo tempore „ ſecundus, egregius Theologus, ac rhetor diſertiſſimus, ingenio acer, et vita praeclarus. Scripſit „ quaedam luculenta opuſcula, quibus nomen ſuum „ poſteris notificauit. E quibus exſtat opus inſigne „ duobus voluminibus diuiſum, in Marcum Valerium „ Martialem Poëtam omnem Latini ſermonis elegantiam, rationem et enucleationem pulcherrime complectens, quod praenotauit Commentariorum Linguae Latinae volumen, ſiue vt vulgo appellatur, „ Cornu-Copiam. „ Eadem fere ad verbum, vt mos eſt, *Iac. Phil. Bergom.* Supplem. Chronic. et Chronica Chronicarum. Recte item *P. Iouius*: „ Compoſuit quoque volumen Commentarii nomine „ in Martialem, Cornu-Copiae, vſurpato vetere „ Graeco lemmate nuncupatum, perutile quidem ac „ ob id fortaſſe ſempiternum. „ Sempiternum profecto, cum ex hoc quaſi ſtamine perpetuam telam



*a*) „ Properantem autem me tam expetitum ac deſideratum opus emittere, illud magis ac magis accendit atque inflammat, quod neſcio „ quem viliſſimum paedagogum non puduit nuper, vt eſt omnium impudentiſſimus, pleraſque ſententias e ſacrario patrui mei ſumtas (hunc enim humaniſſime ſemper omnibus expoſitum adire frequens diſcendi gratia ſolebat) tanquam ſuas promere, et tam „ praeclaris inuentis impudentiſſime gloriari. Nullum enim vltionis genus in hanc belluam accomodatius fore exiſtimo, quam vt omnes „ hac noſtra editione illius furta vel potius ſacrilegia recognoſcant, et hominis temeritatem, ſcelus ingratitudinemque condemnent. „ Deinde paucis interiectis: „ Neque enim recuſo, ſi ita res ferat, poenas luere ad honeſtiſſimum factum, et ſubire „ optimi Pontificis qualemcunque indignationem malo, quam aut hanc iniuriam facere lucubrationibus eius, vt diutius in tenebris iaceant, aut hanc gloriam relinquere ſordidiſſimo paedagogo, vt aliorum inuenta ſibi adſcribat, aut tot eruditorum hominum preces, deſideria, vota contemnere, ne dicam perpetuum poſteritati damnum inferre. „ *Pyrrhi* nepotis praefatio ad *Federicum* ducem. Ille quem vexat *Pyrrhus* in praefatione erat *Domitius Calderinus*, quocum multas et ſeueras inimicitias exercuit NICOLAVS PEROTTVS. Vid. *Bael.* in Lexico Critico. *b*) *Odax.* in praefat. „ Hoc opus ego proximis menſibus iuſſu et auſpicio tuo diligentiſſime lectitaui, et, quoad per me fieri licuit, emendatiſſimum reddidi. „ Haec igitur princeps erat PEROTTI editio, „ quam certum eſt prodiiſſe intra ann. 1482. et 1486. ſub eo ſc. temporis interuallo, quo *Guido Vbaldinus* Vrbini Ducatum geſſit. Fallitur ergo *Du Cangius*, qui in praefat. ad Gloſſarium, hoc opus Cornu-Copiae ſub annum 1470. publicari exiſtimat. *c*) Videbis hanc Editionem deſcribi apud Annal. Typograph. viri praeſtantiſſimi *Mich. Mattaire* T. 1. p. 225. *d*) *I. Iucundus* Veronenſis claruit Anno 1518. Praeceptorem ſuum et omnium bonarum artium veterem nouamque bibliothecam appellat *Scalig.* in Exercit. 104. Vid. *Pignor.* Symbol. Epiſtol. p. 20.

celam duxerint, quae ſecutae ſint Lexicographorum operae.

### *Calepinus.*

Et ecce exortus eſt CALEPINVS *a*), quem alieni laboris non pudebat, cum *Perottum* exſcriberet, quem prope pudebat ſui. AMBROSIVS CALEPINVS Bergomenſis Ordinis S. Auguſtini Eremitanus *Calepini* nomen a Calepio *b*) Cenomannorum oppido deriuauit; multa et pietatis et literarum laude excellens exeunte ſaeculo 15. et ineunte 16. Videtur nihil poſteris reliquiſſe praeter Dictionarium ſatis notum. Nam quae de Vrbis Venetiarum laudibus a nonnullis exiſtimatur concinnaſſe, nihil aliud eſt, niſi curta notitia iſtius vrbis, quam cum *Iac. Philippo* Bergomenſi tunc temporis Chronicarum ſupplementum meditante communicauit. Ita enim ille in V. „Venetiae ciuitas inſignis, ------ de cuius laude quo- „niam apud Iacobi Philippi Chronicam a nobis late „congeſtum eſt, duximus omittendum.„ Obiit Bergomi annis cumulatus A. 1510. *c*). et in Eccleſia S. *Auguſtini* ibidem ſine vlla inſcriptione humatur *d*). Diu vigebat fama Lexici Calepiniani, et in magna auctoritate habebatur. At naſutioribus interea fumum non vendidit. „Sed vbi eſt interim, quod tam ma- „gnifice praecipit Calepinus *quidam*, ------ Et ta- „men ſunt, qui mihi indignantur, quod ab hoc auſim „diſſentire.„ *Eraſm.* ad Matth. 26, 63. „Ex re- „centioribus Nicolai Perotti Cornu-Copiae, Neſtor, „Tortellius. Ex quibus Dictionarium ſuum Ambro- „ſius Calepinus congeſſit, homo congerendis qui- „dem illis idoneus, explendis vero quae deerant non „idoneus.„ *Lud. Viu.* l. 3. de tradend. diſcipl. Auctor item Apologiae pro Poëtis Latinis apud *Giſan.* p. 505. Lexicon hoc appellat inſulſum et foetidum, additque CALEPINVM omnia ex *Perotto Sipontino* ſumſiſſe, ita, vt a ſe ne γρῦ quidem protulerit. Sententia ſi non veriſſima, attamen verae proxima, nam qui CALEPINVM cum *Perotto* conferre ſataget, vix ab eo latum vnguem diſcedere inueſtigando reperiet. Immo ea eſt ieiunitate Lexicon CALEPINI, vt licet toties incudi redderetur, et magnorum nominum auctoritatem in recudendo iactitet, hominum tamen exſpectationi hodie ſatisfaceret parum. Plurima in eo deeſſe etiam poſt vltimam limam, plurimis etiam barbaris vocibus redundare, nullo monente vt ab iis cauerent, plurima etiam ſupereſſe in ſyllabarum quantitatibus errata, praeter id quod in limine operis profitetur, conqueritur *Borrichius.* Adeo in eum incidit, quod non ſine ſale obſeruauerat vir doctiſſimus, „Bonus ille Calepinus toties coctus et reco- „ctus parum ſapit.„ Ita fere Vir cruditiſſimus *Gaſp. Sciopp.* in Conſultationibus, „Ambroſii Calepini „Lexicon quouis ſuperiorum eſt deterius, etiam il- „lud, cui auaritia Typographi nomen Io. Paſſeratii „cum maxima doctiſſimi viri iniuria praeſcribere ni- „hil dubitauit.„ *Hieron.* tamen *Magius*, quanquam de CALEPINO id, quod res eſt, ſentire videatur, de CALEPINI ſucceſſoribus plane caecutit. „Ambroſium, Diui Auguſtini fratrem cucullatum, ab „oppido in quo natus eſt, Calepinum nuncupatum, „Graecarum literarum omnino expertem, et huma- „nioribus literis vix tinctum, omnium ſcriptorum „fortunatiſſimum dicere ſoleo, quod cum Latinum „Lexicum Graecorum exemplo edidiſſet, non id „quidem, quod a doctis legeretur, ſed ab his, qui in „Grammaticorum ſcholis adhuc verſarentur, inor- „natum, aridum et exemplis e ſacrae ſcripturae in- „terpretibus ſaepius quam e Cicerone depromtis re- „fertum, doctiſſimorum poſtea virorum cura atque „opera factum eſt, vt hoc opus ad immenſam ma- „gnitudinem excreuerit, vt iure Calepon, id eſt, „*graue* dici poſſit, et copia verborum vocumque „non ſine elegantia ſatis expletum, iam non a pue- „ris modo, ſed ab omnibus legatur, vt nullus ſit, „qui non Calepino aut palam aut tecte hodie vtatur. „Tandem enim Geſneri et Manutii additamentis et „caſtigationibus ita auctum atque exornatum prodiit „in lucem, vt nihil in eo deſiderari poſſe videatur.„ Haec ille lib. de Equuleo, cap. 6. *Calepiniani* enim operis ſiue fama ſiue fortuna plurimos ad laboris ſimilitudinem allexit, qui ab his initiis exorſi tantum aliunde *Calepino* ingeſſerint, vt ſi iam ipſe in terras rediturus erat, ſuum opus neutiquam agnoſceret. „Id „quod Ambroſio Calepino contigiſſe videmus, qui „cum Lexicon quoddam Latinarum vocum, plera- „rumque fortaſſe non bene intellectarum edidiſſet, „placuit inuentum hominibus doctis, et quoniam „non eſſet integrum in illud inuadere, quia prior ille „occupaſſet, relicto Calepini nomine, tantum vnus- „quisque in illud, quantum poterat, contulit. Ita- „que iam liber ille tanta rerum copia abundat, vt „copia ipſa non aeque ſit copia, vt liber ille eſt copia, „neque quidquam ſit Calepini nomine illuſtrius. „Hoc quidem noſtra aetate, vt de aliis taceam, vſu „venit Octauio Pancirolae Regienſi, et Cathedralis „eiusdem Eccleſiae Canonico, quanquam fuit Cale- „pino aliquanto felicior. Ille enim ſuo inuentu, hic „eſt clarus alieno.„ *Ian. Nic. Erythr.* Pinacothec. 3, 53. Editio prima, quam paucis videre contigit, procurata erat ab Auctore, et impreſſa Rhegii Lingobardiae 1502. fol. quam Senatui Populoque Bergomenſi inſcripſit. Ibi cum profitetur ſe multa contra *Laurentium Vallam*, contra *Priſcianum* aliosque auctores proferre, praeſtantiorum auctoritate nixum, praeſtantiores illos et Latinitatis quaſi κριτήρια infeliciter ſubiungit. „Plus enim apud me Ambroſii, Hie- „ronymi, vel Auguſtini grauitas et doctrina valet, „et Graecorum, quam Laurentii Vallae ſtudioſa re- „prehenſio.„ In fronte hanc allocutionem ad librum praefixit verſibus non admodum comtis incluſam,

Mos

*a*) Alius eſt *Ambroſius Calepinus*, qui edidit tres tomos Praxis Eccleſiaſticae Criminalis. Floruit enim poſt integri ſaeculi interuallum et quod excurrit. *b*) De nihilo eſt, credo, quod *Borrichius* in Diſſertat. de Lexicis *Ambroſium* noſtrum Comitis de Calepio ait fuiſſe filium. Nihil de ea generis claritate memorant qui CALEPINVM aetate proxime attigerunt, *Trithemius* puta, de Scriptor. Eccleſ. *Leander Albertus* in deſcriptione Italiae, et *Iac. Philipp.* Bergomenſis *Calepini* et Conterraneus et Aequalis. Contrarium magis omnes quos vidimus. V. *Hier. Magium*, qui laudatur infra. Natalium certe ſplendorem minime confirmant ea, quae habet ipſe in praefat. 1. Editionis. „Et neque declamationibus refragante natura me dedendum putarem, neque percipiendae Philoſophiae vlla „mihi a patribus facultas daretur.„ *Borrichium* procul dubio in fraudem induxit *Ghilinus* in *Teatro d'huomini letterati: La ſua nobiliſſima famiglia principale in Bergamo ha origine da Calepio, del qual villaggio i ſuoi antenati furono Conti.* Tum vero poſtea. *Veſti il ſacro habito l'anno 1458. et chiamauaſi al ſecolo il Conte Giacomo Calepio figlio del Conte Truſardo.* Calepium oppidum eſt in Cenomannis ad 14. lapidem a Bergomo Brixiam verſus ad Colles in ſiniſtra parte poſitum. *c*) Erraſſe puto *Konig.* Biblioth. Vet. et Nou. qui ad A. 1513. refert. Quo etiam errore tenetur *Balletus.* *d*) In lucem editus fuiſſe videtur circa Annum 1440. Eius enim fere aetatis eſt *Iacobus Philippus* Foreſtus Bergomenſis, qui CALEPINVM coaetaneum ſuum appellat. Perfectum eſt enim opus Chronicorum (vti profitetur ipſe *Philippus* in calce Edit. 1492.) anno a natali Chriſtiano 1486. ſibi vero a natiuitate 52. Natus eſt ergo *Philippus* A. 1435. et apud ſuos Bergomenſes ſupremum diem obiens A. 1518. ad octuageſimum quartum annum vitam prorogauit: male ſeptuageſimum quintum Frater *Ioſephus Pamphilus* in Chronic. Ord. Fratrum Eremitarum S. *Auguſtini.*

*Mos eſt putidus: et nouus repertus;*
*Ingens materia vt queat videri:*
*Praeclarusque liber: bonusque totus:*
*Verſus addere nominis probati:*
*Mentitis titulis: rubore nullo:*
*Obſcurique viri; rudisque vatis:*
*Auctor ſic quaſi tunc: bonusque fiat:*
*Nullis mobile veritas: fidesque eſt.*
*Iis demtis liber exeas aperta*
*In vulgus facie: fauore nullo:*
*Et graiis galeatus: et latinis.*
*Nam: credas: alii magis: quam ipſe*
*Quaerent auxilium: petas ab illis.*
*Sed ſi flatus olet: proba: legasque.*

Qui nobilia haec Trochaica leget, et epiſtolam ad S. P. Q. Bergomenſem, mirabitur, quae de homine dicta ſunt a *Iac. Philippo* toties laudato. „ Ambroſius „ Calepinus conterrareus (ſic) et coaetaneus meus „ meique inſtituti profeſſor, cuius conſuetudinis ſua„ vitate iugiter fruor, his temporibus nobiscum dul„ citer cohabitans, innumerorum doctorum elucu„ brationes ſua induſtria magno labore opus pergrande „ atque inſigniſſimum de vocabulorum omnium noti„ tia ſolerti indagatione collegit. Illudque tandem „ dictum, vt in pluribus ſpargeretur atque diffunde„ retur, etiam imprimi curauit, idque docta et ele„ ganti epiſtola ad Senatum Populumque Bergomen„ ſem miſit. „ Supplem. Chronic. Prima haec Editio nullo paginarum indicio diſtincta conſtat quaternionibus quinquaginta quinque, nitidiſſimo charactere expreſſa, *induſtria Presbyteri Dionyſii Berthochi impreſſoris.* Refertur vſque ad ſatietatem nominibus propriis etc. quae Cl. *Du Cangius* editionum principum a CALEPINO elaboratarum nunquam compos factus, addubitat, an ab ipſo an a poſteris fuerint profecta. Iterata editio, et Auctori ipſi ſuprema prodiit Venet. 1509. fol. in officina *Petri Liechtenſtein:* quam *Aegidio Viterbienſi* totius Auguſtiniani gregis Eremitarum Paſtori nuncupauit. Prima haec editio, quam *Geſnero* contigit videre: Prima item quam *Borrichio* ſedulo licet inueſtigatori, et Lexicorum notitiam profitenti. Eruditiſſimus *Du Cangius* tamen editionem principem nunquam propriis oculis illuſtratam non inſcita coniectura circa A. 1500. ſtatuit prodiiſſe. Editio vberior multo et caſtigatior *a*). Epiſtolam nuncupatoriam, quoniam neque vbique obuiam, et nonnulla ſcitu non iniucunda contineat, viſum eſt ſubnectere:

*Ad clariſſimum et ſapientiſſimum Theologum, Dominum magiſtrum Egidium Viterbienſem, totius Auguſtiniani gregis Eremitarum Paſtorem digniſſimum, Ambroſius Calepinus Bergomas, eiusdem religionis de Obſeruantia nuncupatae minimus b*), *S. P. D.*

„ Quum hominem ſenem praeſertim, bullam „ quae dicitur eſſe non ignorarem, meque ingra„ veſcens aetas colligendas iam eſſe ſarcinas admone„ ret, dictionum interpretamenta olim quidem a me „ edita proximis vero annis incudi reddita et aliquanto „ diligentius amuſitata collegi, effecique vt caſtiga„ tiora et vberiora in manus hominum exire poſſent. „ Hoc vero quicquid eſt operis, quamuis et ipſe no„ mini tuo dicare exoptarem, idque ipſum religioſi „ quotquot Bergomi degunt Collegae noſtri pro ſua „ quisque in te pietate a me certatim contenderent, „ haerebam tamen, neque ingenii tui iudicium prae„ ſertim, vt Secundus ait, laceſſitum ſubire aude„ bam. Neque enim ſic toto, vt dici ſolet, caelo „ errabam, vt non viderem eum eſſe te, quem quaſi „ Lucillianum illum Perſium omnium doctiſſimum „ metuere etiam eruditi debeant. Quis enim, quae„ ſo, vel vnicam oden tuam Egidii Romani laudes „ continentem legere potuit, vt te ſummum in Poë„ tica non agnoſceret? Quis librum de Eccleſiae in„ cremento a te conſcriptum et diuina Pontificis Ma„ ximi voce laudatum non admiratur? Quis eloquen„ tiae tuae fulmina aequauerit? Quis ad populos te „ concionantem audiuit, qui non voces tuas Paulli eſſe „ tonitrua non exiſtimauerit? Quis tuae illius diale„ cticae ſubtilitatis ceratinas et ſoritas effugerit? „ Quem porro lateat, quantum in iis, quae Phyſica „ quaeque item Metaphyſica nominantur, quantum „ denique in ſacrarum literarum ſtudiis ſemper excel„ lueris? Quid plura? te vnum intelligebam, cui ni„ hil non lectum, nihil non intellectum eſſet. Sed „ bene quem ſumma doctrina formidabilem effinxe„ rat, eundem vitae ſanctitas amabilem reddidit. „ Neque enim mihi quamuis a te longiſſime conſtituto „ neſcire permittitur, quam bonus commiſſi tibi gregis „ paſtor exiſtas, vt languentes foueas, vt demiſſos „ erigas, vt ſalubribus medelis aut venienti morbo „ occurras, aut eundem ſi forte irroborauerit amo„ veas. Noſter ordo, quod diu exoptauimus, te „ auctore eſt integratus, te Magiſtro ſibi reſtitutus, „ te intercedente ſummis priuilegiis honeſtatus, quae „ cum animo voluerem facile percipiebam, te, qui „ vniuerſos ita dirigeres, ſingulos non contemnere. „ Hoc denique quaſi addita obrepſit audacia, meque „ illuc impulit, vt ad te, quaſi ad numen aliquod, con„ fugerem, et qualescunque vigilias meas tibi dicarem. „ Quod factum meum boni conſulas obſecro, me„ minerisque me quaſi non poſtremae notae villicum „ hac ipſa dicatione rationem otii mei exhibere tibi „ voluiſſe, quem tu vel vt diligens paterfamilias in„ ſpicere non grauaberis, vel certe vt bonus paſtor „ ne puſillae quidem ouis foetum tibi contemnendum „ putabis, ſed vmbra potius tui nominis proteges. „ Quod ſi, vt ſpero, feceris, ad ſummam votorum „ meorum perueniſſe mihi videbor, ac tuo quaſi co„ lophonio ſuffragio, vt in veteri verbo eſt, adiu„ tus, in ſingulis etiam tribus puncta omnia tuliſſe „ me exiſtimabo, nec aetatis tantum noſtrae oblatra„ tores, ſed et celebratum illum veteribus modum „ contemnam. Vale pater R. et congregationem no„ ſtram ac praeſertim Bergomenſem Conuentum habe „ commendatiſſimum. Nam et te, vt debent, „ omnes mirifice amant ac reuerentur et *me decrepi*„ *tum iam ſenem atque oculis captum* mira pietate com„ plectuntur. Bergomi Kalendis Octobris MDIX. „

Sublato e viuis CALEPINO ſtudioſe quamplurimi in eius meſſem ſuas falces iniecere. Oneratur prelum et ad ſatietatem vſque exercetur, prodiitque Lexicon CALEPINI, vel ſaltem *Calepinianum* nomen profitens, tot vicibus, vt paene taedium eſſet enumerare. Quas editiones vel oculis vſurpauimus, vel de iis legendo quidquam accepimus, ſubnectemus,



plures

*a*) *Vedonſi anco del ſuo infaticabile ingegno le dichiarationi delle voci ò parole che da lui furono ne' giovanili anni publicate, e poſcia con maggior diligenza corrette, et ampliate mando nuovamente alla ſtampa, e le intitolò al Padre Egidio da Viterbo, Priore Generale della ſua Religione.* Ghilini Teatro d'huomini letterati. *b*) Hoc eſt fortaſſe, quod voluit *Ioh. de Ianua*, „ De ordine fratrum Praedica„ torum *modicus.* „

plures fortaſſe addituri, ſi rei vtilitas laborem noſtrum commendaret. Prodiit itaque proxime 1510. apud *Aſcenſ.* Pariſ. et 1516. apud *Wechel.* Pariſ. 1534. ibid. 1535. et 1539. Baſil. 1544. et 1560. Venet. 1545. 1548. et 1592. Lugd. Bat. non ſemel, 1570. 1581. 1647. 1663. 1681. nec non ex officina *Fr. Hackii* 4. ſine nota aetatis. Antu. 1572. Geneu. 1620. et alibi ſaepius.

Inter caeteros, qui Theſaurum *Calepinianum* auxerunt, et celebritatem dedere, non poſtremi loci vel ordinis erat *Iohannes Paſſeratius* Trecaſſinus *a*) in Academia Pariſienſi Profeſſor Regius. Caeteros dixi, quales erant *Iac. Montanus*, *Paul. Manutius*, *Laur. Chifletius*, *S. I. I. Lud. de la Cerda*, *Conrad. Geſnerus Tigurinus*, *Budaeus*, *Aſcenſius* aliique, nam quod hodie legimus, vt obſeruauit dudum *Manutius* praefat. ad Edit. *Calepin.* 1548. vix eſt CALEPINI, ſed aliorum, qui eius ſolo inaedificarunt: „Bonum fatum (inquit ille etiam ea aetate quam „paene dixeris Calepini pueritiam) Calepinus ſorti„tus eſt, cui quotidie fere omnes homines de ſuo „largiantur. Certe enim illius Dictionarium non „tam auctoris induſtria, quam aliorum labore ſtu„dioque in tantam altitudinem excreuit.„ Ad *Paſſeratium* quod attinet, iis erat naribus, tanto ingenii acumine, tantaque elegantia, tam male autem interea conſutae, et tam impigrae additiones, quae ad CALEPINVM habentur, vt cuiusuis potius quam *Paſſeratii* videri debeant. „Homo enim emunctae „naris, et cui aliena vix placerent, vltimo elogio vo„vit, ne manes ſui malis carminibus onerarentur.„ *Thuan.* lib. 127. fin.

*Hic ſitus in parua Ianus Paſſertius vrna*
*Auſonii doctor regius eloquii;*
*Diſcipuli memores tumulo date ſerta magiſtri,*
*Vt vario florum munere vernet humus.*
*Hoc culta officio mea molliter oſſa quieſcent;*
Sint modo carminibus non onerata malis *b*).

Vix dici poteſt, quanta animorum contentione, omnique praedicationum genere ad *Paſſeratii* ſermonis puritatem, nitorem elegantiae, ingeniique felicitatem celebrandam confluxere eius aetatis viri doctiſſimi *c*). Natus erat A. 1534. Lutetiam accedens iis, qui auctoritate et gratia plurimum pollebant, inter paucos carus *Petro Ramo*, Eloquentiae Profeſſori ſuffectus, commendatione *Henrici Memmii* Maecenatis optimi, et ſtipendiis regiis honorifice ſubnixus, praecepta eloquentiae multa cum omnium admiratione infinitis paene diſcipulis tradidit. Egregia ſunt, quae de illo poſteris commendauit vir ingenii acerrimi *d*): „Si „illum dixero omnibus ferme Grammaticis et Rhe„toribus aetatis ſuae fuiſſe clariorem, ſique addidero, „*vltimum Romanorum* apud nos obiiſſe, veriſſime, „vt opinor, ſenſiſſe debeo videri.„ *Caſaub.* Epiſt. ad *Iac. Gillotium* 164. „At Paſſeratium non videbo, „cuius nuper audiui obitum. Nae veſtra Academia „vel praecipuum, niſi fallor, tibicinem amiſit, quo „fulciebatur. Nunc autem quis tanti viri locum oc„cupabit. Stephani etiam noſtri obitum, puto, in„tellexiſti. Commelini quoque. An parant Muſae „fugam ex Europa?„ *Scaeu. Sammarth.* Elog. lib. 4. „His enim extremis rei literariae temporibus, niſi „Scaligeri, Lipſii, Caſauboni, Fabri cum aliis pau„ciſſimis adhuc ſuperſint, quis vltimum politioris li„teraturae decus in huius tanti viri morte concidiſſe „non fateatur?„ *Iul. Caeſ. Bulenger.* Hiſtor. ſui temporis lib. 11. „Latinae integritatis in eloquendo, „ſi quis alius, retinens, oratione acutus et terſus.„ *Fr. Parentius* in Oratione de regia ſua profeſſione, A. 1595. „In literis humanioribus verborumque pro„prietate ac ſignificatione euoluenda, rara illa et „omni artium genere excultiſſima Paſſeratii doctrina, „qua ille velut Phoenix et vt Romanus alter Varro, „iudicio omnium excellit.„ Deceſſit Lutetiae Pariſiorum 68. anno aetatis, 18. Cal. Oct. Anno a partu Virgineo 1602. inque Dominicano templo ad Iacobaeam portam ſepelitur, cum hoc elogio:

IO. IAC. MEMMIVS. ERRICI. FIL. IOAN. IAC. NEPOS.
SVPP. LIBELL. IN. REG. MAG. DISCIP. PEAECEPT. CARISS.
HOC. MONVM. DE. SVO. FIERI. CVR.
OBIIT. XVIII. KAL. OCTOBR. DIE. S. CRVCIS. CIↃ.IↃ.CII.

D. O. M. S.

IANO PASSERATIO TRECENSI.

VIRO INTER ERVDITISS. MODESTISS. INTER MODESTISS. ERVDITISS. ACADEMIAE, IN QVA SOLI BARBARI ET IGNAVI PEREGRINANTVR, ASSERTORI PRAECIPVO: QVEM LICET SONTICVS MORBVS PER PLVRES *e*) ANNOS LECTO PROSTRATVM *f*) AFFLIXERIT, TAMEN VEL HOC IVVIT STANTEM MORI VT TRIVMPHALEM REGIAE CATHEDRAE SESSIONEM EGREGIO PAENE TERMINANS, MOXQVE INDIGES FVTVRVS LITERATIS PRAESENTIVS NVMEN IN POSTERVM AFFVLGERET.

ACAD. MOER. P.

Scripta eius recenſet V. Cl. *Heningus Witte* in Memor. Philoſoph. p. 18. itemque in Diario Biographico ad Ann. 1602. Opus autem, quo ſe magnopere extulit, concinnauit de Literarum permutatione ac cognatione, impreſſum Pariſ. 1606. 8. V. *Colomeſii* Biblioth. Choiſie, & *Scaligerum* de eo opere ibi adductum. Exſtant varia eius poëmatia miro lepore confecta, in tomo tertio Delitiarum Gallicarum p. 1. Quod vero nihil in palaeſtra *Calepiniana* ſe exercuit lubentiſſime adſentimur viris oculatiſſimis *g*). Commentum hoc fuit Bibliopolarum et aucupium vaſerrimum

Quid *Conradus Geſnerus* Tigurinus ὁ πολυμαθέϛατος de CALEPINO meruit, nam de omnibus ſingulatim ſcribere infinitum foret, placuit ipſius hominis verbis lectori ſiſtere: „Ambroſii Calepini Dictiona„rium, quod hoc anno 1544. menſe Septembri impreſ„ſum eſt Baſileae apud Leonhardum Hoſpinianum „innu-

*a*) Trecaſſium Campaniae vrbs, quae Sequano fluuio interluitur. Vulgo *Troyes.* *b*) Hoc Epitaphium inter vltima fere ſuſpiria ipſe ſibi concinnauit. *c*) *Scaligerum* ſemper excipio. „Paſſerat *eſtoit fort ignorant*, vix octo legerat libros: bene inſtituebat iuuentu„tem, duo verba latine ſciebat, omnes reprehendebat, non erat tantus quantus habebatur. Tricaſſinus erat, bonus Pedanus ad „inſtituendam iuuentutem.„ *Scaligerana.* Contra vir doctiſſimus. „*Il avoit joint à une grande erudition, une rare politeſſe et* „*il n' avoit* rien de pedant que la robe et le bonnet.„ *d*) *P. Maſſonus* in Elogiis. *e*) Per integrum ſcilicet quinquennium. *f*) Dolet in tanta literarum elegantia, quae ipſam Antiquitatem paene redoleat, tam barbare paene dici. Nam *afflixerit* legi video, non, vt oportuit, *affixerit*, ab omnibus qui hoc Epicedion deſcribunt. Vide τὸν κριτικώτατον ad Hor. Serm. 1, 1, 81. *g*) „*Mais* „*ce qui a toujours fait juſqu' icy le ſujet de l' ettonnement des Sçavans, c'eſt de voir que Paſſerat qui entendoit ſi parfaitement le genie* „*de là langue Latine, et toutes les fineſſes de la plus pure Latinité, n' ait pas eu le courage de purger le Calepin de tous le mechants* „*mots qui y ſont demeurez même apres ſon Edition, et qu' il ſe ſoit contentè d'y faire mettre ſes Additions comme les autres.*„ Baillet. *Jugem. des Sçavans.*

„ innumeris locis caſtigauimus, et ex poſtrema editio„ ne Venetiis excuſa ad inſigne Sirenis, quae ſupra „ quatuor mille vocabulorum ex probatiſſimis au„ ctoribus acceſſiſſe gloriatur, omnia in noſtrum exem„ plar tranſtulimus, et proſodiae, id eſt, quantitatis „ ſyllabarum notas nouo labore ſingulis dictionibus, „ quae ordine alphabeti explicantur, inſcripſimus. „ Caeterum nomina propria, ex quibus maxima pars „ Venetae acceſſionis conſtabat, ſeorſim a Latinis vo„ cabulis in peculiare alphabetum partim proprio la„ bore, partim iuuantibus amicis, digeſta ſunt, „ additis omnibus illis, quae in poſtremis dictionariis „ poëticis continebantur; nam et Veneti pleraque ſua „ ex eisdem decerpſerunt. Si cui lubet prolixius co„ gnoſcere, quantum noſtra editio caeteras omnes an„ tecellat, is praefationem noſtram dictionario praefi„ xam legat *a*).

*Nizolius.*

His ſuccedit MARIVS NIZOLIVS Brixellenſis, Ciceronianos omnes labore ſummo maximaque induſtria ſibi deuinciens. Edidit ille *Theſaurum Ciceronianum*, ſiue „ Obſeruationes in Ciceronem ordine lite„ rarum digeſtas, quibus omnis vere Latine loquendi „ ratio et quot quibusque modis vnaquaeque vox di„ ſtingui variarique poſſit per Exempla Ciceronis plane „ demonſtratur. „ Excuſas Baſil. 1530. et deinde Ven. 1535. fol. rurſus 1541. adiectis illis vocabulis, quae *Baſilius Zanchius* (de quo modo) poſt NIZOLIVM ex *Cicerone* collegerat. Auxerunt plurimi, atque edidit demum *Herwagius* 1548. cum magna acceſſione verborum per *Caelium Secundum Curionem*, iterumque Franc. 1568. fol. *Marcellus* deinde *Squarcialupus Plumbinenſis*, *Iacobus Cellarius b*) *Auguſtanus*, et *Alex. Scot, Scotus c*). Auctiſſimae deinde Editiones et emendatiſſimae, Lugd. apud *Th. Soubron.* 1608. fol. et Col. Allobrog. 1612. 4to. Poſtremo labor iſte ab vna *Ciceronis* radice profectus in iuſtam tandem molem et vtilitatem Lexici excreuit cura *M. Ludouici Lucii* Baſilienſis Academiae Profeſſoris, qui A. 1613. duobus voluminibus fol. edidit ibidem „ Latinae Lin„ guae Theſaurum bipartitum, priorem quidem ex „ vno Cicerone iam olim a Mario Nizolio collectum, „ poſteriorem autem ex aliis quoque Latini Sermonis „ auctoribus comportatum; probatiſſimorum tum „ Oratorum, Hiſtoricorum, ICtorum, Medicorum, „ tum etiam Poëtarum verba et loquendi modos co„ pioſiſſime explicantem. „ *Lucius* quod non praeſtitit *Nizolius* e magno Linguae Latinae Theſauro, *Stephani* puta, ſibi arripuit, ab ipſo *Plauto* ad *Claudianum* vsque verba verborumque vſus conferens, reſectis, quae erat iſtius ſaeculi continentia, *propriis* nominibus, aliisque plurimis, quorum peculiaria Onomaſtica paſſim exſtitere, de iis rebus, vti par erat, conſulenda. Ad NIZOLIVM autem vt aliquando revertamur, ea erat vel modeſtia vel infelicitate, vt nihil fere de eius fama vel fortunis poſteritati deſcribendum reliquerit. Nam quae *Iohannes Norwegus Haſſus* Promptuarii Grammatici, Nomenclatorisque Auctorum in Promptuario citatorum Scriptor de eo tradidit, ſunt αὐτολεξεὶ, vt ſolet, ex Geſnero deſcripta. Summorum virorum amicitiis et familiaritate vtebatur, quibus profecto maximum ſibi opus eſſe duxit, ad domeſticam tenuitatem ſubleuandam, qua videtur admodum laboraſſe. Ita fere ille in Epiſtol. qua librum ſuum *Ioan. F. Gambarae* inſcripſit. „ Nam quanquam „ poſſum multos commemorare, quibus plurimum „ debeo, et in iis praecipue clariſſimum et ampliſſi„ mum virum eundemque Iuris Ciuilis longe peritiſ„ ſimum Matthaeum Aduocatum et eius filium Ca„ millum adoleſcentem omni corporis animique vir„ tute ornatiſſimum, qui me antea ſibi multis et ma„ gnis de cauſis maxime obligatum nunc etiam obli„ garunt magis, cum in editionem huius operis „ *omnem pecuniam mihi liberaliſſime ſuppeditarunt*, „ tamen et ipſi, qua ſunt modeſtia, et caeteri omnes fa„ cile patientur, vt me tibi plus quam ſibi deuin„ ctum eſſe confitear. Tu enim primum *hoſpitio me* „ *accepiſti*, *quo iam tertium et decimum annum* ho„ neſtiſſime vtor, *tu tenuitatem meam liberalitate* „ *tua* ſemper ſuſtentaſti, tu literas et ſtudia mea „ nunquam fouere et excitare deſtitiſti, tu me „ omnibus rebus aſſidue prout facultates tuae tu„ lerunt, et auxiſti et ornaſti. Quid multa? niſi tu „ fuiſſes, ego plane nihil eſſem. Quare non ſolum „ mea omnia, ſed me ipſum prorſus tibi me debere „ fateor. „ Vixit NIZOLIVS STEPHANO noſtro aequalis, cuius quoque Theſauri editionem comparauit Ven. 1551. pluribus infra deſcribendam. Eius *Ciceronianitatem* falſo et pereruditο dialogo perſtringit *H. Stephanus* fil. *Nizoliodidaſcalo* ſc. 1578. 8uo. Cum *M. Ant. Maioragio* ſimultates quoque literarias exercuit, cum *Ioanne* quoque *Vernereto Pontarliano* qui librum a NIZOLIO conſcriptum et Parmae excuſum 1553. „ de veris principiis et vera ratione phi„ loſophandi contra pſeudophiloſophos „ acriter ad examen reuocat, atque intra biennium *Iuuenis* cum *Sene* concertauit. Tranſtulit praeterea NIZOLIVS *Galeni* explanationem obſoletarum vocum *Hippocrati*, excuſam Venetiis a *Iuntis* cum operibus *Galeni* 1550. Ad Theſaurum autem, quo maxime innotuit, quod ſpectat praecipue, diu eſt quod literatis deſiit eſſe in pretio, nec tanti videtur, vt nouennium, quod in eo digerendo ſe abſumſiſſe confitetur, exſpectare potuiſſet.

*Zanchius.*

BASILIVS ZANCHIVS Bergomas *d*), Canonicus ordinis Lateranenſis inter Lexicographos iure recenſendus. Nam praeter *ſpicas*, quas ad *M. Nizolii* e *M. Tullio* obſeruationes *collegit*, in *faſcemque colligauit Anton. Maſſae* Galeſio I. C. Ciui Romano ac Poëtae



*a*) Ex Catalogo Operum *Geſnerianorum* a ſe conſcripto, quem videre licet in *Bibliotheca*. *b*) Baſil. 1576. et 1583. fol. Lugd. 1580. et Francof. 1613. fol. *c*) Lugd. apud *Bart. Vincent.* fol. 1607. Col. Allobr. 1612. 4to. et Lugd. 1613. 4to. Idem ergo annus 1613. tres vidit NIZOLII editiones elaboratas, Francofurtenſem ſc. *Cellarii*, Lugdunenſem *Scoti*, et Baſilienſem *Lud. Lucii*, de qua mox quaedam erunt exponenda. *d*) Plures *Zanchios* doctrina et ingenio celebres Prouincia Bergomenſis eodem fere tempore edidit; *Ioannem Chryſoſtomum Zanchium*, noſtri fratrem germanum, qui libros tres de Origine Orobiorum ſeu Cenamorum ad *Bembum* Card. ſcripſit: Panegyricum quoque ad *Carolum V.* Imp. Auguſtum elegantiſſime elaboratum: Compendium item de 7 Sacramentis, etc. *Dionyſium* item *Zanchium*, alterum germanum, in Sodalitio Canonicorum Regularium vitam cum fratribus traducentem. Hic eſt, ni fallor, *Dionyſius* ille *Zanchius* Bergomas, qui vitam *S. Marthae* hoſpitae D. Ieſu Chriſti carmine complexus eſt. *Hieronymum Zanchium*, profundae in Theologicis ſtudiis eruditionis, inter Reformatos clari nominis, *Baſilio* noſtro et amicitia et cognatione coniunctiſſimum, de quo plura erudite diſceptat *Baelius* in Lexico. *Hieronymum Zanchium* Iuriſperitum ex eadem ſtirpe editum, qui in 2. Infortiati commentatus eſt, *Pauli Zanchii* ICti item excellentiſſimi filium. *Bartholomaeum Zanchium* Bergomatem, qui in *Salluſtii* Bellum Catilinarium ſcholia ſcripſit. Vide *Hieron. Zanchii* Epiſtol. penult. libri ſecundi ad *Laelium Zanchium* Veronenſem. Immo adeo literarum laude abundauit Bergomum, vt *Donatus Caluus* non dubitaret clarorum Bergomatium hiſtoriam literis tradere. „ *Scena letteraria de Scrittori Bergamaſchi.* „

Poëtae inſcriptas, ad *Ambroſii* etiam *Calepini* Dictionarium addidit ſiluam verborum Latinorum ex optimis quibusque ſcriptoribus collectam. A prima adoleſcentia in vrbe Roma, *Leone* X. Pontifice, verſatus eſt, literatis viris, quorum opimam meſſem ea aetas tulit, inprimis carus et acceptiſſimus. Scripſit „ Notationes in omnes S. Scripturae libros, „ *Antonio Auguſtino* Ilerdenſium Epiſcopo, mox Tarraconenſium Archiepiſcopo dicatas. Colon. Agrip. 1602. 8uo. „ Quaeſtiones item in 4. libros Regum „ et duos Paralipomenon, „ quas e *Theodoriti* potiſſimum ſcriptis decerpſit, et de Graecis Latinas fecit. „ Epithetorum Latinorum Theſaurum, et „ Poëmata Sacra „ quae magno in pretio habentur, praecipue autem inter caetera libri duo, verſu heroico elaborati ad *Petr. Bembum* Card. qui „ Hortus Sophiae „ inſcribuntur. Bibliothecae Vaticanae praefecturam ſumma cum laude geſſit, diemque ſupremum obiit Romae 1560. Vide de *Zanchio* plura agentem *Quenſtedtum* de viris illuſtribus, *Baelium* in Lexico Critico, *Arnoldum Mylium Birckmannum*, in praefatione ad *Zanchii* Notationes, *Ghilinum* in Theatro, *Konigium*, *Lilium Gregorium Gyrald.* de Poëtis ſuorum temporum.

### *Robertus Stephanus.*

De ROBERTI STEPHANI vita, ingenio et celebritate pauca ideo ſuſcepimus dicenda, quoniam in ea parte abunde ſatisfecit doctorum hominum exſpectationi Vir eruditiſſimus, *Hiſtoriae Stephanorum et annalium Typographicorum* auctor longe celeberrimus, qui ea, quae ex literarum monumentis iam olim ad eam rem pertinentia coëgerat, nunc denuo rogatu noſtro in ſtudioſorum gratiam quos indies demereri ſatagit, ad incudem reuocauit, atque vt Editione noſtrae auctarium accederet et incrementum, ſuo maximo merito exorari ſe paſſus eſt. Ad ea igitur properamus, quae hiſtoriam Latinitatis ad maturitatem fere perductae eius maxime laboribus et auſpiciis complecti videantur.

„ Vidit, „ inquit Vir doctiſſimus *a*), „ Calepini „ maciem et lacunas ROBERTVS STEPHANVS, „ vir ad promouendas bonas literas quaſi natus, qui „ decem eruditorum hominum opera et ex Auctori„ bus optimis proſis, vorſisque excerpendi labore „ vſus *Theſaurum Linguae Latinae* procudit. ——— „ quem ad noſtram quoque aetatem Gens docta amat, „ intuetur, conſulit tanquam ſtatuam Mercurialem. „ Bonus itaque *Calepinus* tantum laudis decerpſit, vt Lexici ampliſſimi atque locupletiſſimi, cui condendo ſuae vires vix poterant ſufficere, hortator tamen, et *cauſa*, vt aiunt, *vltima* exſtare videretur. Nam cum STEPHANVM efflagitarent plurimi, vt *Calepini* Dictionarium ſuae integritati reſtitueret iam tum * praue exceptum, aliorumque temeritate, id quod omnium minime decebat, corruptum, infinito labore deterritus vir vtcunque laborum, qui e re literaria eſſe poterant ſupra fidem patientiſſimus, tum vero maxime ſentiens ſe inanem operam praeſtare, neque Reip. prodeſſe poſſe, re ter quater tentata, tandem incoepto deſtitit. Mutato itaque conſilio inſtabant ſtudioſi, vt exquiſitius aliquod Dictionarium aut colligendum curaret, aut ipſe proprio labore colligeret. Caeteris itaque omnibus vno ore negotium tam iniquum palam detrectantibus, ipſe ſe operi accinxit, annosque circiter duos in eo negotio dies noctesque deſudauit. Iactis idcirco fundamentis, a *Plauto* et *Terentio b*) totam rem exordiri atque euolui voluit, quibus diligenter perlectis, atque adeo minute excuſſis, vt verbum fere nullum praetermiſerit, quin in commentarios ſuos coëgerit, eos deinde explicari et cum omni diligentia in ordinem alphabeticum redigi curauit, vt eſſent veluti ſilua quaedam et quaſi materies futuri Dictionarii. Qua igitur mente, quoue conſilio, opus ſuum hoc ſumto exordio contexuit et ordinauit, ex praefatione quam huic Editioni praefigi curauimus, diſcendum eſt, ne nobis ſint omnia repetenda. Infinitis igitur exantlatis laboribus, animoque ita diſtracto, vt inter operam paene Herculeam materiam duobus prelis quotidie ſufficere cogeretur, (nam eadem fere tempeſtate *Virgilio* operam dedit, et *Maturini Corderii* libellum de corrupti ſermonis emendatione in lucem protulit) IIII Cal. Octob. 1531. totam rem ad felicem exitum perduxit, Pariſ. Fol. craſſitie mediocri, typisque luculentis, propriis ſumtibus, proprioque labore. Totius operis conſilium et rationem ipſe expoſuit, commoditatesque explicuit ad calcem Epiſtolae praefatoriae, vnde mens primi *Theſauri* STEPHANICI commodiſſime aperietur. Ibi oſtentat magnopere alphabeticam vocabulorum ſeriem pulchramque diſtinctionem, nec vocabulorum modo, ſed conſtructionum locutionumque, cui rei ſi qua inerit vtilitas, quam ineſſe quidem ſuſpicor, non leuem ſtudioſorum gratiam demerebimur, qui iſtam commoditatem, maxima opera, auctiorem aliquantulum in hac noſtra Editione reddidimus. Vnicuique dictioni ſubiecit Gallicam interpretationem. Proprium illud erat, et vnicum praeter diligentiam quod ex ſuo penu ad hoc opus adduxit *c*). Quod vero vernaculum ſermonem ad explicandum maxime adhibuit, cum aliorum exemplis, tum nonnihil etiam rationibus ſe tuetur, quia ſcilicet permultae ſunt et dictiones et locutiones eiusmodi, vt vix vlla declaratione Latina intelligi poſſint. Sed cum eadem obiectio facile recurrat, quemcunque demum ſermonem adhibueris, vt alterius ſit Interpres, cumque ſuis ſolummodo conſulat, qui vernacule exponat, vnde fit, vt inter iſtius gentis limites iſtiusmodi Lexica fere contineantur, neque alibi innoteſcant, mutato conſilio interpretationem Gallicam recocto opere vt inutilem reſecuit. Ad teſtimonia quod attinet, ſumma nobiscum fide egit STEPHANVS. Nam quamuis praeter ea, quae propria lectura ſuppeditauerat, plurima ex *Calepino* aliisque, qui antecedebant, corraſit, ſi quos tamen auctores adduci

*a*) *Borrichius.* * *Edit. Theſ. 1531.* *b*) Inde fit, vt in omnibus *Theſauri* Editt. hos duos auctores quos dedita opera perlegit, ſedulo annotatos et loca diligenter adducta, numerisque ſignata vbique reperiamus. Nam in *Terentianis* teſtimoniis ferme vbique tres numeri ſignati ſunt, quorum primus actum, ſecundus ſcenam, tertius verſiculum deſcribit. (Non vtique ergo leuiſſimum fuit vulnus, quod STEPHANO inflixere poſtremi Sicarii potius quam Editores, qui vltimum numerum, verſiculi deſignationem, vt inanem amputarunt.) In *Plautinis* duo. Prior annotat quamlibet Comoediae diuiſionem, (nam in *Stephanica Plauti* editione, quam proximo fere anno abſoluerat, in tot diſtribuitur partes vnaquaeque fabula, quot complectitur ſcenas, in computum adſcitis argumento, prologo etc.) poſterior verſiculum, in editione modo memorata numeris ad marginem diligenter notatum. In teſtimoniis ex *Plinii* Epiſtolis vnicus eſt numerus, idemque epiſtolam denotans. „ Sic enim hos treis authores. „ (Verba ſunt STEPHANI lectorem in aditu compellantis) „ noſtris expreſſos characteribus per numeros diſtinximus, vt ſi quis locum ex Dictionario conferre velit, „ id facere nullo negotio queat. At cur, inquiet percontator, non idem feciſti in omnibus authoribus? Quia nondum ſub noſtrum „ prelum venerunt. „ *c*) „ Itaque ingenue fateor, nihil hic ineſſe de meo, praeter laborem ac diligentiam et Gallicae declarationis „ bonam partem. „ Praefat. STEPH.

adduci ſentiebat minus idoneos, iis reiectis, probatiores multo adhibuit, et vt nullam gratiam abeſſe ſineret, etiam probatiſſimorum teſtimonia, quae in aliis Dictionariis ſaepe corrupta legebantur, quam fideliſſime potuit fieri, paene omnia reſtituit. Ad ordinem etiam alphabeticum cum plurimum conferre videbat, vt etiam compoſita ſuo loco, non vt ſaepe fit, in alieno, id eſt in ſuis ſimplicibus quaererentur, eam etiam operam vtiliſſimam ſane praeſtitit, vnde mirandum (potius an dolendum?) poſterioribus hominibus tam inſcitam diſpoſitionem placere potuiſſe, vt vnumquodque vocabulum in ſuam quaſi gentem et familiam dubiam aliquando et incertam diſpertirent, vnde taedium conſulenti et moleſtia absque ingenti fructus ſpecie ſaepiſſime oboriri ſolet. Immo etiam mirandum maxime *Henrico* filio tale aliquid in mentem veniſſe, vt praeter iſtiusmodi diſtinctionem, quae ſibi in Graeco Theſauro vehementer placuit, vbi profecto integrum erat quamlibet adhibere, tale etiam commentum in paternum quoque Theſaurum meditaretur. Laeuum hominem, et omnium quos vidi peſſime feriatum *a*)! Nomina denique propria admiſit fere nulla. Vtinam ne vnum quidem! Nam quanquam adeo rara occurrant, vt vix viginti paſſim in toto opere inueniantur, ea potius cum caeteris ex Dictionariis ad eam rem concinnatis, ad quae ſc. lectorem amandat, quam ex huiusmodi opere quaeri oportebat. Licet denique eum, qui profiteatur, ſe nullas fere voces inſerere, niſi quotquot ex aliquo auctore recepto probatiſſimoque commendari poterant, intra aureae Latinitatis limites ſe vt plurimum continere decebat, aliquando tamen ad ferream barbaramque paene ſe delabi patitur. Neque haec increpandi animo dicimus. Nam qui Theſaurum L. L. meditetur, quanquam cum STEPHANO noſtro ex *Terentio*, *Cicerone*, *Plauto* caeterisque melioris notae ſpiritum animumque ducat, nonnihil tamen cum eodem ex *Apuleio*, *Palladio*, *Perſio*, *Martiali*, *Iul. Firmico*, *Lucano*, *Claudiano*, *Iuſtino*, *Curtio*, *Lampridio*, nonnihil quoque ex ICtis, ex *Caio*, *Paullo*, *Vlpiano*, etc. ſibi adnaſci et adhaereſcere lubens, videbit. At STEPHANO tamen neutiquam ſunt condonanda, quae ex ipſa ſentina Barbariſmi depromit, et quae non dicam a probatiſſimo auctore ſed a nullo commendentur; MYMPHVR, SVBTAL, SVBTEGVLANEA, PETILANSVRA, ACIALE, etc. Quae a Graecis mutuatur, a nullo Latino Scriptore vſurpata, OSTRACISMVS, POLIS, PHALACRON, ACARVS, etc. Condonari vtcunque poſſint, quae finxit incuria aut lectio nimis properata, ABINTEGRO, ACEDARIA, quod ACETARIA rectius ſcribitur, vti modo occurrat. Condonari etiam fortaſſe, quae adducit ex vnius *Perotti* auctoritate, vt NEQVITVS, etc. cum hominem ſapiat alienae diligentiae quam ſuae aequiorem aeſtimatorem. Neque profecto in ea περιεργία, modo ne nimium pingueſcat liber, quidquam vel fraudis vel iniuriae conſulentibus obiici ſentio; ſi vnaquaeque vox ſuam ſecum adferat αὐθεντίαν, ſiue ſit *Ciceronis* vſurpantis, ſiue *Perotti* adducentis, integrum interea ſit lectori, fidem ſuam vel adhibere, vel reprimere, modo inter *Ciceronem* et *Perottum* internoſcere et diiudicare poterit.

### *Edit. Theſ. 1536.*

Iactis vtique tam praeclaris fundamentis, quantum deinde operae Typographicae relinquebant otii, totum id in legendis Latinae Linguae principibus conſumſit, annumque 1536. Dictionario ſuo clauſit ad prelum reuocato. Nam cum multa lectione, magnoque vſu plurima deeſſe cognouit, idemque ab aliis accepit, plurima item emendari poſſe, manum operi iterum admouit, et a doctiſſimo quoque quidquid in hoc commentandi genere annotaſſet, nominatim *Gul. Budaeo*, *Lazaro Bayſio*, *Iacobo Tuſano* Graecarum literarum Regio Profeſſore accepit. Magna itidem vocum formularumque, et Nominum propriorum, quorum abſentiam nonnulli iam moleſte ferebant, adiectione locupletauit, XIV. Cal. Dec. 1536. fol. Vnum erat quod Lectoribus ſuis vehementer placiturum fore viſum eſt Compilatori, vt cum plurimae ſc. voces nulla auctoritate niſae, nullo vadimonio fultae, quibusdam idcirco tanquam parum Latinae minus probabantur, eae iam ſuos ſiſterent auctores. Sed cum *Calepinum* video, *Perottum* etc. adduci, curam laudo et diligentiam, exitum deſidero, neque voces idcirco tanquam Latiniores facile ero probaturus. Sermonem Gallicum adhuc retinuit interpretem, non ſuo conſilio vſus, ſed aliorum voluntati, a quibus vix diſſentire poterat, nimium fortaſſe obſequutus.

### *Edit. Theſ. 1543.*

Tertia et vltima Editio, quam procurauit ipſe STEPHANVS, prodiit huiusce anni aeſtate XII. ſc. Calend. Iun. Pariſ. ex ſua Officina, 2. Voll. fol. Cum Vir meritiſſimus nihil aliud in animo habuiſſe videtur, niſi vt frequenti lectione, communicatoque cum viris doctiſſimis conſilio, opus vix ſedulo inchoatum et quaſi rudiori filo adumbratum, latius aliquando explicare et in ſplendidiorem veſtem euoluere poſſet, facile erudito lectori liquebit, hominem prioribus veſtigiis inſiſtentem iam imperfecta omnia perpolire, obſcuris lucem, dubiis auctoritatem addere. Interpretatione igitur Gallica penitus exulante, praetermiſſa, quorum infinitus fere erat numerus, accedere, teſtimonia, quae partim ignoratione loci corruptae antea legebantur, partim omnino deerant, augeri et reſtitui voluit. Syllabarum quantitates iam primum ſumma cura expediuit. Loca *Ciceronis*, *Catonis*, *Varronis*, *Columellae*, *Plinii*, *Caeſaris*, *Liuii*, *Martialis*, *Perſii*, *Iuuenalis*, *Virgilii*, reliquorumque Poëtarum iuxta editiones, quibus ea hominum aetas vtebatur, fideliſſime adduxit. Cum plura ſint, quae hunc *Theſaurum*, licet ſui generis perfectiſſimum, tanquam naeui contaminent, duo maxime animaduertimus, quae ſunt illuſtriſſima. Et quod auctoritates excluſit optimas, et quod admiſit deterrimas. Excluſit, dixi, cum id potius erat temporis infortunium, quod nonnullos Auctores Latinos nondum ex prelo receperat. Neque enim ea aetas vidit, aut certe parum attente vidit STEPHANVS, *P. Syri* Sententias, Fabulas *Phaedri*, *Gratium Faliſcum*, *Hyginum*, *Solinum*, Panegyricos, Hiſtoriae Auguſtae ſcriptores, cum plurimis aliis. Prodierat quidem *Manilius* ſaeculo ſuperiore, ſed cum caeteris neglectus. Nondum, aut nondum ſatis Veterum Poëtarum Hiſtoricorumque fragmenta in vnum coëgerant Viri induſtrioſiſſimi: Nondum etiam ea Latinitas, quae non niſi in Marmoribus Saxisque reperitur, cura *Gruterorum*, *Boiſſardorum*, aliorumque ſub prelum ſubierat. Quibus quos opponit (id enim erat ſecundum) quaſi eorum iacturam redimere vellet, Commenta-



*a*) „ Spero autem fore, vt paternis vigiliis meas aliquando addens, illud Theſauri Latinae Linguae opus cum aliis rebus, *tum vero vo-* „ *cum diſpoſitione ei ſimili*, *qua in Graecis vſus ſum*, luculentius reddam. „ *H. Steph.* Praef. Graec. Theſ.

mentatorum antiquorum colluuiem, praeterea ex Recentioribus, *Laurentium Vallam*, *Hermolaum Barbarum*, *Ruellium*, *Budaeum*, *Bayſium*, *Caelium Rhodiginum* cum Lexicographis, quos pone ſequebatur. Vnde euenit, vt ex Aequalibus ſiue Philologis, ſiue Lexicorum ſcriptoribus, plurima deſumeret, quae ignorauit Vetuſtas; ASTROLABIVM ex *Sipontino;* ASTRONOMIA ex *Valla;* COMBENNONES ex eodem *Sipontino;* item COMBINARE, COMBINATIO, etc. CHEOPINA ex *Budaeo;* CHRIA, CHRYSOPLYSIVM, PHRATRIAE, PHRATORES, cum infinitis fere aliis, quae vſus et neceſſitas poſteriorum hominum ex Graecis Latina fecerat. Contulit multum ad hoc opus *Theodoricus Bellouacus a*) cuius auxilio debere ſe fatetur, quod tantae operis moli non ſuccubuerit. „ Ex ipſo autem Budaeo, „ inquit ille, „ tam multa ad verbum transſcripſimus, vt „ paene ei rara in hoc opere et exquiſita omnia debeantur. „ Quantum aliis quoque nonnullis, ex ipſius verbis excipiat lector ad calcem ſecundi voluminis, quae Mantiſſae ſiue Appendicis Epiſtola praefatoria exhibuit.

*Robertus Stephanus, Typographus Regius, Lectori.*

„ Quum eſſemus in eo paene temporis articulo, „ vt Theſaurum hunc noſtrum vix credendis „ laboribus congeſtum tandem publicum faceremus, „ eiusque rei fama conſtantior ad multos emanaſſet: „ ecce commodum, niſi quod non ſatis in tempore „ Andreas Tiraquellus Regis Chriſtianiſſimi in Senatu „ Pariſienſi Conſiliarius, vir etiam libris editis orbi „ notus, Aegidius quoque Perrinus officialis Ioſatius, et Iacobus Goupylius φιλίατρος, abs quo „ ſumus non mediocriter adiuti, ſedulo nos admonuerunt, eſſe quaedam apud ſe huius argumenti, „ non indigna, quae hic quoque appingerentur: eorumque, ſi nobis ita videretur, exſcribendorum poteſtatem ſe facturos vltro receperunt. Erant autem „ in librorum margines tumultuaria, vt fere fit, lectione adſcripta. Ego vero nihil eorum neglecturus, quae vſui fore ſtudioſis intelligerem, acceptos „ ab eis codices diligentia quanta potui maxima perluſtraui: quae viſa ſunt in rem tuam futura, Candide lector, ea protinus excerpſi, atque ſeorſum „ in hos quaterniones contuli: grandiori quidem illa „ volumini, ſuo quodque loco, inſerturus, niſi ſero „ ad nos perueniſſent. Habebat et Ioannes Theodoricus Bellouacus, cui plurimum debent quotquot „ vſuri ſunt noſtro Theſauro, non pauca, potiſſimum ex Plinio ſibi priuatim quondam ſelecta, ſed „ inter chartas ita latentia, vt non comparuerint, „ niſi vniuerſo opere prope perfecto. Ea tandem vbi „ praeter ſpem emerſerunt, ſtudioſe recognouit, et „ vt prius illud beneficium vel hac cumularet acceſſione, publica eſſe voluit. Nos quoque ſuprema „ huic operi impoſita manu, omnibus bibliothecae „ noſtrae libris pertractatis et euolutis, quae delapſa „ alicuius momenti viſa ſunt, vna cum locis aliquot „ corruptis, quae inter imprimendum animaduerſa, „ et reſtituta fuerant, his interſeruimus. Tuae partes erunt, amice lector, et hanc operam tibi nauatam boni conſulere: et his exemplis ad iuuandam rem literariam quacunque valebis ratione, vehementius accendi. Vale, et alienis ſudoribus „ fruere non ingratus, „

*Edit. Theſ. 1551.*

STEPHANO ſuperſtite *Marius Nizolius* Brixellenſis, de quo plura ſuperius, Theſaurum mendis expurgare, nouaque vocabulorum acceſſione locupletare, ſuſcepit. Quantum in emendando potuit, neſcitur, cuius ἀγχίνοια a nemine, quod ſciam, celebratur: qua ratione locupletauit, fortaſſe optime docebitur ex verbis *H. Stephani* Filii, quae curauimus ſubiungi *b*). Nihil ergo ſupereſt, quod *Nizolius* praeſtitiſſe videatur, praeter interpretationem Graecam, quam ſingulis fere *capitibus vocabulorum* (hominis verbis vtor) appoſuit, ex *Calepini* neſcio quo ex tanta turba Editore commentum mutuatus.

*Edit. Theſ. 1573.*

Denato STEPHANO prodiit *Theſaurus* multo vberior, ſi molem ſpectes, Lugduni cura *Philippi Tinghyi* Florentini, An. 1573. fol. 4. Tomis. Editio ab omnibus vndique expetita, quanquam nec cura nec vtilitate cum *Stephanica* poſteriori concertare poſſit. Cum ait *Tinghyus*, ſe *quae a Stephano edita erant*, *dediſſe integriora et emendatiora*, adeo eſt a veritate alienum, vt STEPHANI integritatem foediſſimis mendis deformauerit, ſi hoc ſit deformare ſcilicet, vocabula optimorum auctoritate comprobata omiſiſſe, quae a STEPHANO rite adducebantur, vel per incuriam male deſcripſiſſe, vel commiſiſſe denique, vt male deſcriberent operae Typographicae: Cum ait, *quae deſiderari videbantur*, *doctos expleuiſſe*, id ait vbi ſe magnificentiſſime oſtentet haec Editio et glorietur maxime. Sed mirabitur eruditus lector θαύματα haecce nihil eſſe praeter longas et oneroſas Antiquitatum Romanarum deſcriptiones ex *Budaeo*, *Manutio*, *Corrado*, *Gyraldo*, *Eraſmo*, *Rhodigino*, *Firmico*, *Alexandro ab Alexandro*, *Hermolao Barbaro*, caeterisque ad verbum mutuo ſumtas: Hiſtorias ex *Strabone*, *Aeliano*, *Pauſania*, *Philoſtrato*, *Tzetze*, etc. Expoſitiones quasdam et vim vocabulorum in Iure Ciuili, ad quae declaranda migrat in *Theſaurum* πανοικία ICtorum: Rhetorica denique et artificioſa nomina ex Dramate, Scho-

*a*) „ Qua in re praecipua ſane laus debetur Ioanni Theodorico Bellouaco, viro doctiſſimo, et in optimis quibusque auctoribus valde exercitato, ac, quod omnium eſt maximum, acri iudicio praedito: qui, niſi nobis auxilio fuiſſet, et quaſi Hercules quidam feſſo Atlanti in partem laboris ſucceſſiſſet, nunquam profecto tantam operis molem ſuſtinere potuiſſemus. Is igitur iam inde ab initio inſtituti laboris, ita nobis, vel Reip. potius, cuius eſt ſane amantiſſimus, operam dedit, vt omnia, quae et a nobis, et a noſtris „ congeſta erant, ipſe relegeret, eaque tanquam ſupremus artifex inchoata et adhuc rudia perpoliret. „ Praefat. Edit. 1543. *b*) Credibile eſt, Nizolianam *Theſauri* Editionem reſpexiſſe *Stephanum* in ſequentibus, quae ea ipſa tempeſtate Venetiis procurabatur, qua ROB. STEPHANVS patria profugus Venetias caeteraque loca Tranſalpina peragrauit. „ Metuo certe, ne miſeri iſti βαρβαρολεξικισυλλαπτάδας et voces illas et alias quamplurimas, itidem commenticias aut quolibet modo mendoſas, quas ego relegaui, vel potius „ ἐς κόρακας amandaui, tanquam per incuriam a me praetermiſſas in meum etiam illum Theſaurum intrudant. Quod quum accidet, „ idem prorſus mihi, quod patri meo, ROBERTO STEPHANO, id eſt, idem meis quod eius laboribus, vſu veniet. Quum „ enim ille Venetiis agens quandam officinam Typographicam ingreſſus eſſet, in qua excudebatur eius Theſaurus Latinae Linguae, „ ſumta in manus charta, oculos ſtatim in quoddam vocabulum coniecit, quod ſe olim reieciſſe, dum opus illud conſtrueret, recordabatur. Miratus ergo ſuum exemplar afferri ad ſe iuſſit, quod ſuae memoriae non omnino fidendum putaret. Ibi certe vocabulum illud non inuenit, ſed margini adſcriptum, vt inſereretur, videt. Tunc eum, cuius manu adſcriptum erat, conuenire, et „ quo id conſilio feciſſet, interrogare. Hic vero non aliud reſpondere, quam ſe non vocabulum hoc ſolum, ſed aliquot alia itidem adieciſſe. Quae quum patri meo oſtendiſſet, ea ipſa eſſe comperit, quae itidem olim reiecerat. Qua ex re tanto dolore arſit, „ vt continere ſe non potuerit, quin illum aliosque, qui ad ditandum praeclaris hisce diuitiis Theſaurum operam ſuam itidem locarant, Aſinos Arcadicos vocaret. „ *H. Steph.* Epiſt. de ſuae Typographiae ſtatu.

Scholis, etc. petita, verbis ſeu *enarrationibus* potius *Donati*, *Seruii* aliorumque explicata. Haec et ſimilia popellum et plebem vanam allexerunt et alliciunt hodie. Ex *Tinghyi* ſcilicet *magno aceruo tollere* iucundiſſimum. Si quaeratur aliquis haec non reſecari, illud ſperandum, dicimus, non audendum erat. Suis illecebris deliniendus erat et morandus Lector plurimus. Non ex noſtro ſed plurimorum conſilio ſcribendum erat. Et ne periret aliqua vtilitas, quam ſtudioſis praeſtare voluimus, exprimenda erat Lugdunenſis Editio, *Deliciae Domini* Vulgi. Iacuiſſet aliter vel omnino penitus ablata fuiſſet omnis ſpes *Theſauri* recudendi. Ea ſcilicet Nepotes noſtros manet felicitas, vt in Theſauro Latinitatis nihil aliunde arceſſitum exſpectent. Ridebit Saeculum non multo poſt futurum, ſi vana non ſit ſpes noſtra, *Theſaurum Linguae Latinae* in craſſitiem atque fere in conſilium LEXICI VNIVERSALIS abeuntem: Illi, credo, ſat erit verba forenſia et Iuridica ex *Briſſonio*, *Caluino*; Hiſtorica ex *Glandorpio* et Dictionariis Hiſtoricis *C. Stephani* vel *Nic. Loydii*; Philologiam ex *Martinio*; Philoſophica ex *Goclenio*, *Micraelio*, et *Chauuino*; Geographica ex *Ortelio*; Gloſſas ex Gloſſariis; Mythologica ex Mythologorum; Adagia ex Adagiorum; Technica ex Technicorum officinis; Antiquitates ex *Danetio* aut *Pitiſco*; Propria et patronymica ex iis, quibus id negotii potiſſimum datur; Graeca denique vocabula, ſi Muſis placet, non ex Theſauro Linguae Latinae, ſed ex *Suida*, quod potius moneo, aut *Heſychio* quando opus erit, deſumere.

Qui plura de ROBERTO STEPHANO deſiderat, praeter vitam in *Hiſtoria Stephanorum* concinnatam, adeat Iconas *Theodori Bezae a)*, *Thuanum*, *Teſſierum*, *Colomeſium* in Gallia Orientali, *Geſnerum*, Scriptores a *T. Pope Blount* in Cenſura Auctorum laudatos, *Morerium* in Lexico, *Henricum* filium de Statu ſuae Typographiae et in Epiſtola ad *Paullum* filium *Agellio* 1558. praemiſſa *b)*, *Sammarthanum c)*, *Bailletum*, et *Menagii* Anti-Bailletum, *Iac. Syluium* Iſagog. in ling. Gallic. *Paullum Manutium* ad Epiſtolas *Ciceronis*, *Ioach. Camerar.* in Epiſtolis p. 468. *Caillaeum* Hiſtor. Typograph. p. 95. *Ioh. Friſium* in praefat. ad Dictionar. Latino-Germanicum, *Corderium* in Colloquiorum praefatione *d)*, caeteroſque, quos operae foret recenſere.

In animo habuit vir de literis optime meritus ſuum *Theſaurum* ad incudem reuocare, vt liquet ex praefatione eius ad *Calepini* Dictionarium, quod A. 1553. publicauit. „Ne ceſſarent (amici) feſſo humeros ſupponentes ab emendando Latino eius Theſauro et augendo, Graecisque dictionibus formisque adiiciendis, vt quam pauciſſima poſthac in eo deſiderari poſſint; et in nouo Graecae Linguae Theſauro abſoluendo *e)*, in quo eadem, quae in Latino, ratio obſeruanda erat, ex optimis delectiſſimisque Graecorum Grammaticis, Poëtis, Rhetoribus, Oratoribus, Hiſtoriographis et variarum rerum ſcriptoribus.„

### *Forum Romanum Caelii Secundi Curionis.*

Quod cum STEPHANO egere *Lugdunenſes* ſuppreſſis tantum ipſius praefationibus, vbi et auxilii et conſilii totius ratio apparet, idem paene egit CAELIVS SECVNDVS CVRIO ſuppreſſo etiam ipſo nomine: niſi quod auxerunt illi, hic in fruſta minutatim concidit. Negligentia neutiquam condonanda, in animo inſtituere STEPHANVM exſcribere, plurimaque interea vocabula ſummae auctoritatis in medio relinquere. Non placuit homini delicatulo Inſcriptio caeteris vſurpata, *Theſaurus* vel *Dictionarium* „neque enim videbat, qua ratione de Lingua Latina praecipientes voce non Latina vti voluerint.„ Haec enim Barbara, illa Graeca. Prodiit itaque „THESAVRVS LINGVAE LATINAE SIVE FORVM ROMANVM, omnium Latini Sermonis Authorum tum verba tum loquendi modos pulcherrime explicans, „ Baſil. *Froben.* 1576. fol. 3. Tom. *Leodegarius Grimaldus*, qui Vocabulorum claſſes fini ſubiecit, Theſaurum hunc, pro muneris ratione quaecunque in *Frobenii* Typographia typis excuduntur legens atque relegens, nimis certe extollit. „Tot tantasque Latinae Linguae diuitias (Verba ſunt *Grimaldi*) ſane ſum admiratus: et eo magis quod cum omnia diligenter conſiderarem, ita plenum Copiae Cornu omnibus in locis animaduertebam, vt nihil addi poſſe niſi ſuperuacaneum videretur.„ CAELIVS SECVNDVS CVRIO Cyriaci, Subalpinae gentis apud Italos oppido A. C. 1503. natus, ob ſinceram Chriſti doctrinam varias perſecutiones paſſus, tandem Baſileae, conſedit, vbi Eloquentiae nactus profeſſionem, talem in ea per 22. annos ſe praeſtitit, vt a remotiſſimis regionibus illius audiendi gratia plurimi conuolarint. Exceſſit e viuis A. 1569. Vid. plura apud *Freber.* Theatr. illuſtr. virorum, *Baelium* et *Hoffmannum.* Operum eius non paucorum catalogum exhibent *Geſnerus* et *Teiſſerus.* Vitam quoque expedite recenſet *Martinus Cruſius* in ſua Turco-Germania.

### *Promptuarium Linguae Latinae.*

THEODOSIVS TREBELLIVS Foroiulienſis, *qui Latinae Linguae Vniuerſae Promptuarium ex diverſis ac optimis quibusque authoribus concinnauit*, ad eandem quoque claſſem compingi merito videtur. Sed neque pauxillula illa laudis portiuncula, quae deſcriptorem manet, ei relicta eſt integra. Vide vt laeuum quoque conſilium oſtendat, Hominis verbis vtor, „Continentur hoc volumine, vt in ſumma dicam, locutiones omnes vel latine (male latinae) loquendi formulae quotquot paſſim apud omnes Romanae linguae idoneos authores inueniuntur. Easque ita enucleate traditas comperies, vt hoc



*a)* „Tibi linguam Hebraeam magnopere illuſtratam, tibi Graecorum characterum ſummam elegantiam: tibi partim in lucem reuocatos, partim feliciſſime reſtitutos, tum Graecos tum Latinos ſcriptores plurimos: tibi denique infinita quadam induſtria et inexhauſtis laboribus ex omnium Claſſicorum Auctorum penu depromtum Latinae Linguae Theſaurum debemus.„ Verba ſunt *Bezae.* *b)* „Fuit tempus, cum Auus tuus Rob. Stephanus, Decemuiratum quendam literarium domi haberet, eumque vt παντοεθνῆ ita etiam πάγγλωσσον. nam vt ex omnibus nationibus conflatus, ita etiam omnium linguarum erat. Decem hi partim literati, partim literatiſſimi viri, quorum quidam correctorio munere fungebantur (iique praeſertim, qui Epigrammata poſtremae eius Editioni Theſauri praefixerunt) quum ſicut ex diuerſis oriundi erant gentibus, ſic etiam diuerſum ſermonem vernaculum haberent, Lingua Latina tanquam communi interprete inter ſe vtebantur.„ Horum opera vſus eſt maxime ad *Theſaurum* concinnandum. *c)* „Inter eos qui de re literaria bene meriti ſunt, Roberti Stephani, Pariſienſis Typographi ſolertiſſimi, ſplendidiſſimique, magna cum primis nec vllo aeuo peritura laus fuit, vel ex illo ampliſſimo Latinitatis Theſauro, quem omnibus eius Linguae ſtudioſis plurimo ſumtu, plurimo ſudore, plurima diligentia depromſit.„ In Elogiis. *d)* Qui ROBERTO noſtro primum doctore ad Euangelii cognitionem vſus erat. Ex verbis in praefatione. *e)* Nam et hanc operam quoque moliebatur, *Henrico* filio olim praeſtandam. Vide plura apud *Henr. Steph.* Epiſt. de Statu ſuae Typographiae.

„ vno libro contentus Commentariorum opera non „ admodum opus ſis habiturus. Ordinem vero neu„ tiquam poenitendum inuenies, qui mirifice te et „ doctiorem faciat et diſquirendi taedio cumprimis „ leuet. Quidquid inſuper in Dictionariis, quocun„ que licet nomine hactenus editis, quidquid in vtra„ que Theſauri editione, quidquid in Latinae Lin„ guae apparatu, Doleto, Valla, Grapaldo, Scopa, „ Adriano et aliis eiuſcemodi libris fuit, id totum in „ hoc vno volumine fideliter congeſtum inuenies. „ *Figuras* praeterea et *colores* tum Grammaticos tum „ *rhetoricos* diligentiſſime ex Cicerone, *Ariſtotele*, „ Quinctiliano, Rutilio, Priſciano, Rufiniano et aliis „ doctis viris inſeruimus. *Epitheta omnia religioſe „ ad vnum obſeruauimus. Adde quod ICtorum for„ mulas hactenus neglectas vel conciſe traditas ex Bu„ daeo, Alciato, viris ſine controuerſia incomparabili „ doctrina praeditis, ſumma cum fide transſcripſimus*, „ easque quoad fieri potuit, Ciceronis et aliorum „ auctoritate muniuimus. Antiquum item ſcribendi „ morem ex Valerio, Probo longe alio ordine tibi „ praebuimus. „

Hoc ipſum Promtuarium, prodiit enim STEPHANO ſuperſtite *a*), taxat ROBERTVS ipſe *b*), Queritur enim „ de iis, qui in Germania hunc Latinae „ Linguae Theſaurum contractum impreſſerunt, no„ vam Promptuarii inſcriptionem dantes ei, cum lon„ giſſima Epiſtola, in qua Ordo demonſtratur, quem „ ipſi adhibuerunt ac ſeruarunt, immo vero quem ille „ primus et inſtituerat et conſeruarat. Quod tamen „ vt diſſimularent ipſi, totam ſaepe ordinis rationem „ immutarunt, in principio ſaltem operis, dum in „ digerendis diſponendisque vocabulis ea collocant in „ fine, quae in principio et medio poſita fuerant, et „ in medio quae poſtremum ante locum occupabant. „ THEODOSIVS noſter natione Italus, patria Foroiulienſis, ſcripſit praeterea Orationem de illuſtriſſima Baſileenſi Academia inſtauranda, impreſſam Baſil. apud *Froben.*

## *Doletus.*

STEPHANI DOLETI Galli, Aurelii, Typographi eruditi Commentarios hic idcirco adiici voluimus, potius quia inter STEPHANI plagiarios *c*) referendus ſit, quam quod iuſti Lexici opus procuderit. DOLETVS noſter annos natus 16, eo auctore vtor, Lutetiae Pariſiorum poſitis Grammaticae rudimentis, in *Ciceronis* lectione multum verſatus, et loquendi modos attentius obſeruans, hos Commentarios coepit conficere, in quibus vocabulorum a *Cicerone* vſurpatorum vim tum priuatam et propriam, tum in conſtructione vſum et elegantiam, *Budaeum* maxime in Commentariis Graecis, in animo atque in oculo habens, tumultuario et quaſi deſultorio more complectitur *d*). Creuerunt hi cum aetate, et veritus ille ne, ſi rem extraheret, grauioribus poſthac commentationibus deditum eum ad humiliora referri pigeret, edendos vigente adhuc aetate curauit, annos ſc. 26 natus, prima quidem adoleſcentia coeptos, ſed repetita diligentia de integro fere confectos atque abſolutos. Tres Tomos meditabatur, quorum *primus Budaeo* inſcriptus prodiit 1536, fol. Lugd. apud *Seb. Gryphium*, in quo *de verborum et nominum ſignificatione vſuque dicitur;* demonſtrata ſcilicet vniuscuiusque vocis ſignificatione tum propria tum translata, deinde varietate vſus diſtincta, poſtremo exemplis cumulatis. *Secundus Franciſco Valeſio*, Galliarum Regi, literatorum Patrono optimo, atque eidem inſuper *Budaeo* inſcriptus, *inchoatam nominum et verborum expoſitionem perſequitur, itemque de particulis indeclinabilibus ad extremum agit.* Prodiit ibidem apud eundem 1538. *Tertium* intercepit temporum iniuria, in quo *raros quosdam eosque elegantiores loquendi modos ex ſcriptoribus Latinis erutos collectosque declarare, et L. L. phraſin atque numeros oratorios arte breui perſtringere voluit.* Quo minus ad exitum ſua incoepta perducere potuit, fortunae acerbitate factum. Nam viuicomburio miſer ob religionem combuſtus eſt Lutetiae, Auguſt. 3tio 1546. de quo ſic egregie *Adeodatus Seba Vezalius* (i. e. *Theodorus Beza*,)

*Ardentem medio rogo Doletum*
*Cernens Aonidum chorus Sororum*
*Charus ille diu chorus Doleto:*
*Totus ingemuit, nec vlla prorſus*
*E Sororibus eſt reperta cunctis*
*Naias nulla, Driasue Nereisue,*
*Quae non vel lacrymis ſuis vel hauſtu*
*Fontis Pegaſei ſtuderet vnda*
*Crudeles adeo domare flammas.*
*Et iam totus erat ſepultus ignis;*
*Iam largo madidus Doletus imbre*
*Exemtus poterat neci videri,*
*Quum caelo intonuit ſeuerus alto*
*Diuorum Pater et velut peraegre*
*Hoc tantum ſtudium ferens Sororum,*
*At ceſſate, ait, et nouum Colonum*
*Ne diutius inuidete caelo.*
*Caelum ſic meus Hercules petiuit.*

V. *Konig. Bailletum*, *Baelium*, *Caillaeum* in Hiſtoria Typographiae, *Geſnerum*, caeterosque. Exſtant nonnulla eius Poëmata in Deliciis Poëtarum Gallorum, Tom. I. Fertur morti vicinus plebem adſtantem et lacrymis madentem ita allocutus;

Non dolet ipſe DOLET, ſed pia Turba dolet.

## *Wendelinus, et Friſius.*

Ex STEPHANO quoque excerpſit ſuam *Medullam Latinitatis* MARCVS FRID. WENDELINVS: de quo plura apud *Morhof.* l. proxime citato. Neque enim in Lexicographorum claſſem iure eſt digerendus. Multum quoque Noſtro debet IOANNES

FRI-

*a*) An. ſc. 1545. fol. 2. Voll. *b*) In Praef. ad *Calepin.* 1553. *c*) „ A Plagii crimine non abſoluendus, licet ipſemet adhuc illud ſibi a „ Carolo Stephano obiectum diluere omni ſtudio ſit annifus, qua de re legi poteſt Thomaſius de plagio literario, §. 409. 412. Nempe „ nimium ſubito creuerunt in molem Latinae Linguae Commentarii, qui ante Theſaurum Robert. Stephani et Nizolii magnitudine „ Laur. Vallae Elegantias non ſuperabant; fruſtraque exſcribendi licentiam Lexicographis conceſſam Doletus praetendit, qui Barthol. „ Riccio inſuper atque Lazaro Bayſio eum in modum turpiter abuſus eſt, nunquam eos nominans, niſi vbi caſtigat. „ *Morhof.* Poly„ hiſt. lib. 4. cap. 9. §. 11. *d*) DOLETI admonitio de ſecundi Tomi ordine. „ Horum Commentariorum id meum primum inſti„ tutum fuit, vt auctor eſſem noui Dictionariorum conſcribendorum ordinis, quem nec Graecus quisquam nec Latinus ſibi vendicare „ poſſet. Qui ordo eſt, vt non ſeriem alphabeticam ſequamur, quod vulgus Grammaticorum facit, ſed res rebus attexamus, et di„ ctiones ſignificatione cognatas inter ſe copulemus. In quo non ſolum dictionum ipſarum ſignificationes potes comprehendere, ſed „ rerum etiam naturam et quandam humanarum actionum expreſſam imaginem effictumque ſimulacrum contemplari. Quod ſi tibi vis „ declarari familiarius, fac tibi ob oculos ponas noſtrum in rei Bellicae, Naualis, Ruſticae, Caeleſtis, Partium corporis humani „ vocibus explicandis ordinem. „ qui deinde mox ſubiungitur.

FRISIVS Tigurinus. Nam praeter Dictionarii ROBERTI STEPHANI Epitomen Latino-Gallici ab eodem ROB. STEPHANO excuſam, vbi voces nudae locutionibus omiſſis in puerorum vtilitatem continentur interpretatione Germanica auctae, Dictionarium etiam Latino-Germanicum locupletiſſimum conſcripſit, quod a *Froſchouero* Tigurino Typographo plus decies excuſum eſt in Folio. Poſtremae Editioni acceſſerunt praenomina Romana, et rei numariae, menſurarum et ponderum vocabula. Ingenue FRISIVS, qui lectorem praefatus non ſibi ſed STEPHANO gratias deberi oſtendit, et poſt plurima in laudem viri de literis meritiſſimi dicta, deque eiusque in Lexicis condendis incredibili opera ſumta, haec ſubiungit; „ Haec de Authoris laude „ praefari libuit. Supereſt vt breuiter demonſtremus, „ quantum et nos laboris in hoc Lexico, ſiue, vt „ vulgo appellatur, Dictionario contulerimus: nobis enim in hoc opere, quod modo vobis ſtudioſiſſimi adoleſcentes exhibemus, omnino nihil niſi „ Germanicam verſionem, veram tamen illam, et „ quae ad noſtrae linguae idioma quam proxime accedat, adſcribimus atque attribuimus. „ Eruditus Lector non in FRISIO quaeret STEPHANI Theſaurum ipſum, ſed eum, quem ipſe STEPHANVS in compendium redegit et Dictionarium Latino-Gallicum appellauit; a quo profecto ne latum quidem vnguem abſcedere exiſtimo FRISIVM, Gallica ſolummodo interpretatione in Germanicam commutata. Neque latius fere abſcedit *Lexicon Trilingue*, quod ex Theſauro ROBERTI STEPHANI et Dictionario IOANNIS FRISII ſumma fide colligi iactat. Vix enim ſemel a FRISII labore diſcrepat, niſi quod Germanicae Graeca adiecta ſit interpretatio. Prodiit cum praefatione *Ioannis Sturmii* Argentorati, excudente *Theodoſio Richelio* 1587. fol. Errat ergo *Morhofius*, qui *Lexicon Trilingue* ex *Foro Romano* natum eſſe voluit, cum, vt inſpectando accepimus, ita ordinanda erat Proſapia; Theſaurus minutatim conciſus cum interpretatione Gallica extulit R. STEPHANI Dictionarium Latino-Gallicum: Galliam Germania mutauit FRISIVS, cui deinde Graeciam adiecit ſiue *Sturmius*, ſiue quisquam alius.

*Fungerus*, *Daſypodius*, *Martinius*, *Plantinus*, *Comenius*, *Freigius*, *Mancinellus*, *Iunius*, *Voſſius*, *Conſtantinus*, *Decimator*, *Koenigius*, *Suſannaeus*, *Norwegus*, *Danetius*, *Laurentius*, *Morellus*, *Becherus*, *Gaudinus*.

Officina Latinitatis.

*Elliota*, *Cooperus*, *Gouldmannus*, *de Sacra Quercu*, *Thomaſius*, *Littletonus*.
*etc. etc. etc.*

Indagato fonte quid riuulos conſectemur, qui ſuam copiam hinc arceſſere? Opera quam inſumſit STEPHANVS erat quaſi Terminus huius Diſciplinae, neque Poſterorum erat, vt olim vſu venerat, Superiorum ſolo inaedificare, ſed aliquid potius tollere ex eorum cumulo ad priuatos vſus deriuandum, atque ad eam ſpeciem, quam vnusquisque ſibi profitendam ſuſcepit. Hos igitur nominare erit exſpectationi omnium occurrere. Neque hos ſolos nomino, quaſi totidem non eſſent, ſi res ita ferret, nominandi vltra. Non enim Bibliothecam Lexicographorum adornamus, ſed praecipuos perſtringimus. Sed de horum quoque nonnullis nonnulla licet pauciſſima.

In Etymologicis totus deſudat IOANNES FVNGERVS FRISIVS, M. MARTINIVS, de quo nihil niſi praeclariſſimum iubeo, I. NORWEGVS HESSVS, et IOANNES GERARDVS VOSSIVS.

Deſiderata caeterorum egregie ſuppleuit ROB. CONSTANTINVS, vocesque *abſtruſiores* in lucem protraxit opere et labore praedicando. Qualem operam quoque praeſtitit IOSEPHVS LAVRENTIVS Lucenſis in *Amalthea ſua Onomaſtica*, Lucae 1640. 4to. et Lugd. 1664. fol. in qua Voces vniuerſae *abſtruſiores*, Sacrae, Profanae, Antiquae, Antiquatae, Vſurpatae, Vſurpandae occurrunt cum Italica Interpretatione.

G. MATTHIAS KOENIGIVS multa in ſuo *Gazophylacio Latinitatis* congeſſit, quae fruſtra in operoſiſſimis aliis Lexicis quaeruntur.

In vulgarem et quotidianam vſuram ſunt expedita et ad Diſcipulorum Cathedras vt plurimum idcirco religata, quae ſuis *Germanis* ſcripſit PETRVS DASYPODIVS *Conradi* τȣ̃ πάνυ Pater, quae *Gallis* MORELLVS, GAVDINVS et DANETIVS *a*); et quae *Noſtratibus* GOVLDMANVS, THOMASIVS, LITTLETONVS caeterique quam plurimi.

In Nomenclatorum claſſem redigendi ſunt HADRIANVS IVNIVS, IOH. IOACH. BECCHERVS, et I. A. COMENIVS in *Lexico Atriali*, et *Ianua Linguarum*.

Has literas primus apud nos profeſſus eſt THOMAS ELLIOTA armatae militiae auratus Eques, in Sudouolciae Comitatu honeſtiſſimo loco natus. De quo vide *Lelandum* in Encomiis, *Balaeum*, *Antonium Wood*, aliosque. Claruit A. 1540. regi HENRICO a familiaritate et ſplendidis miniſteriis. Prodiit eius Dictionarium Latino-Angl. Lond. 1541. fol. mox tamen ſc. A. 1552. iterata vice a THOMA COOPERO Oxonienſi, atque Scholae Magdalenenſis ibidem Informatore, 33000 circiter vocibus adauctum. Sed adhuc pro Saeculi infelicitate multis ineptiis et foediſſimis monſtris ſcatebat opus, vt exſpectare par erat. Idem deinde COOPERVS, propter labores feliciter exantlatos ab optima Regina ELIZABETHA bonarum artium nutrice ad Epiſcopatum Wintonienſem euectus, (In tanto enim homine remunerando eumque bonis officiis cumulando ſibi ipſi ſe nunquam ſatisfeciſſe palam praedicauit Regina munificentiſſima) proprio tandem Marte Theſaurum molitur. Prodiit Londini 1584. fol. ſc. „ Theſaurus Linguae „ Romanae et Britannicae tam accurate congeſtus, vt „ nihil paene in eo deſiderari poſſit, quod vel Latine „ complectatur ampliſſimus STEPHANI *Theſaurus*, „ vel Anglice toties aucta *Elliotae* Bibliotheca, opera

k „ et

*a*) PETRVS DANETIVS Abbas S. *Nicolai* Virdunenſis, *Ludouico* XIV. Viro immortali, bonas artes reuocante, *Magnum* ſuum *Dictionarium ad vſum Sereniſſimi Delphini collegit atque Gallico Idiomate reddidit.* Pariſ. 1691. 4to. et ſaepius. Placuit nimirum ornatiſſimo *Montauſiero*, cuius auſpiciis Regia Iuuentus inſtituebatur, vt Latinae Linguae Scriptores, quos expoliri atque edi curauit, ad ſtudia Principis promouenda, pari etiam paſſu ſequeretur *Latinae Linguae Dictionarium.* Haud immerito in hac parte literarum DANETIVM caeteris fere omnibus praeferunt Eruditi: vti Lexicon, quod Auctore innominato vocatur OFFICINA LATINITATIS, Latino-Gallicum, viciſſim ad vltima detrudunt. Vide in hoc opus Stricturas cuiusdam praemiſſas DANETII LEXICO.

„ et induſtria THOMAE COOPERI Magdalenen- „ ſis. „ Quid exſpectandum ſit ab hoc Theſauro, diſcet lector ex verbis auctoris: „ Hic non ſolum „ cuiusque vocabuli vernaculam interpretationem va- „ riam et copioſam reperient, ſed et etiam ex am- „ pliſſimo ROBERTI STEPHANI *Theſauro* com- „ modiſſime congeſtas locutionum formulas, quibus „ eiusdem apud probatos auctores vſus, quantumuis „ multiplex, indicatur. Ex iisdem etiam ſubſcriptis „ locutionum exemplis intelligant, cuiusmodi in il- „ luſtribus ſcriptoribus adiuncta ſint nominibus Epi- „ theta, quae verbis eleganter aduerbia connectantur, „ quae interdum Antitheta et contraria, quae nomi- „ na quibus verbis, quae item verba quibus nomini- „ bus apte cohaereant. Genera verborum et nomi- „ num, inflexionem, accentum, deriuationem nus- „ quam paene praetermiſi, vt illorum etiam conſule- „ rem induſtriae, quibus deeſt viuae vocis inſtitutio. „ Adſcripta ſunt vbique Auctorum nomina, vt non „ obſcurum eſſe poſſit, quid cuique debeatur. Hinc „ etiam vel exiguo negotio depromant ſibi non con- „ temnendum apparatum verborum et locutionum, „ ſiue de re aliqua dicendum ſit, ſiue ſcribendum. „ Accedunt et iſta non exigua commoda, quod hic „ Latini Sermonis elegantiam et concinnitatem obſer- „ vent, quod eiusdem cum noſtro idiomate conſen- „ ſionem intelligant, quod in ſuis ſcriptis ad optimo- „ rum auctorum imitationem ſe facilius componant. „ Vtiliſſimam ſane operam vtique praeſtitit Praeſul do- ctiſſimus, Vir eruditione, moribus, omni laude maior. Nondum enim deſiuit eſſe vel in pretio vel in vſu. Attamen praeter quod Auctores raptim ci- tentur, nullo indicato loco quem conſulamus, ea- dem inopia, quae caeteros eius aetatis Lexicographos, premit quoque noſtrum. Nondum prodierant ali- quot Auctores optimae notae, ſcriptoresque Philo- logici, qui plurimum ad haec ſtudia conferre poterant. Plurima item barbara irrepſere, ſed, ne vllam lau- dem tanti viri omittamus, de iis cauere debet Lector in limine operis his verbis admonitus: „ Omnis di- „ ctio quae ex Claſſicis et probatis auctoribus depro- „ mitur, habet auctoris nomen adſcriptum. Quod „ ſi qua non habuerit, eam ſcito vel Graecam eſſe, „ necdum in ſatis probatum vſum Latini Sermonis „ pertractam, vel eiusmodi Latinam, quae in laudatis „ Scriptoribus non reperiatur. „ Propria locorum et perſonarum vocabula ſeparari a caeteris iuſſit, vbi quandoque grauiſſime hallucinatur. De eo Scriptor celeberrimus *a*), alienae laudis non nimium Studio- ſus: „ Multa de illo viro habeo, quae non ſine in- „ iuria videntur reticeri poſſe, nam profecto fuit „ et muneris ſui et eruditionis iure reuerendus: in- „ duſtriae ſpecimen reliquit ingens illud Dictiona- „ rium, cui operi vti famam ſuam apud poſteros, „ ita ſui ſaeculi laudes ſimul et promotionem ſuam „ praecipue debet. Fundamentum iſtius operis e „ Thomae Ellioti Militis Dictionario, ſicut et ipſa „ materia et verborum et phraſeôn copia e R. Stepha- „ ni Theſauro et Iohannis Friſii Lexico Latino-Teu- „ tonico deſumta ſunt. „ De his Lexicographis di- citur quod *Calepino* ELLIOTA, tunc temporis in- clareſcenti, FRISIO *b*), vel, quod perinde eſt, STEPHANO totum debeat COOPERVS. Hos ſe- quitur infinita Turba Lexicorum Latino-Anglico- rum. Dictionarium THOMAE THOMASII *c*), quod ad ſummam fere maturitatem perductum eſt a *Phile- mone Holland.* IOANNES RIDERVS Praeſul apud Hibernos non vtique negligendus, qui ſibi id negotii dedit, vt praeſtantiorum labores in compendium quaſi redigeret. THOMAS HOLYOAKE ſiue DE SACRA QVERCV, vt Latine reddi poteſt, atque ab ipſo red- ditur. FRANCISCVS GOVLDMANVS *d*) qui profi- tetur ſe THOMASIVM, RIDERVM, et HO- LYOAKVM complecti. ADAMVS LITTLETO- NVS *e*) S. T. P. Eccleſiae Weſtmonaſterienſis Canoni- cus. Et inſtar omnium, vtpote qui omnes praece- dentes complectitur, Auctor *Linguae Romanae Di- ctionarii Luculenti Noui:* ſiue, vt vulgo dicitur, *Dictionarii Cantabrigienſis*, ibi ſc. excuſi 1693. 4to. Nulli, quod ſciam, Lexico hodierno numero voca- bulorum, vel ſi molem ſpectes, vtilitate ipſa cedunt Noſtrorum hominum labores. Quae vnicuique Lite- rae praemiſit LITTLETONVS et deinde *Dictiona- rium Cantabrigienſe*, de natura, poteſtate, et qua- litate *Elementi* ſunt ex ipſis philologiae adytis petita et lectu cum iucunda tum neceſſaria. Cantabrigien- ſis Lexici Auctor gloriatur, ſe ad hoc opus adiutum fuiſſe curis MSS. Cl. *Miltoni*, quanquam aliunde di- dicimus *Edu. Phillips Miltoni* ex Sorore Nepotem, quod magis credibile eſt, Auunculi labores applicuiſſe ad conſarcinandum *Speculum Linguae Latinae*, quod eius cura prodiit 1684.

Dum haec commentabar, mihi in manus incidit *I. Georgii Walchii* Hiſtoria Critica Latinae Linguae Lipſ. ſumtu *Io. Friderici Gleditſchii*, *B.* filii 1729. 8uo. quem, quia caput quintum Lexicis Latinis de- ſtinauit, omnino nobis eadem profitentibus non ne- gligendum eſſe duxi. Legi, nec vehementer mihi do- lendum arbitrabar, quod in manus non iampridem ve- nerat. Ἀνιστορησίας et Temeritatis ſpecimen adne- ctam ex iis, quae habet ad noſtrum STEPHANVM ſpectantia. Vnde fortaſſe neque ſibi dolendum ar- bitrabitur lector eruditus.

„ ROBERTVS STEPHANVS, qui edidit Di- „ ctionarium ſeu Latinae Linguae Theſaurum, non „ ſingulas modo dictiones continentem, ſed integras „ quoque Latine et loquendi et ſcribendi formulas ex „ Catone, Cicerone, Plinio auunculo, Terentio, „ Varrone, Liuio, Plinio Secundo, Virgilio, Cae- „ ſare, Columella, Plauto, Martiale, cum Latina *f*) „ tum Grammaticorum tum varii generis ſcriptorum „ inter-

*a*) *Antonius Wood* in Hiſtoria Oxon. *b*) Quod ſcripſit FRISIVS Teutonice, Anglice tantum interpretatus eſt COOPERVS. Ita fere pronunciauit de eo T. DE SACRA QVERCV. *c*) THOMAS THOMASIVS inclytae Academiae Cantabrigienſis Typographus et *Legati* in eo munere Deceſſor. Coll. Regalis ibidem olim Alumnus. Ex *Hatcheri* Catal. MS. Electus vnus ex tribus librorum Impreſſoribus, 11. Febr. 1585. Regiſtr. Acad. Cant. Obiit Vxoratus, et humatus eſt in Eccleſia S. *Mariae* maioris Cantab. Aug. 9. 1585. *Hatcher* vt ſupra, et Regiſtr. S. *Mariae*. Lexicon hoc intra 8. annorum ſpatium quinquies prodiit, ad vicem 14tam de- inde peruenit, adeo vt a viro in hisce literis praeclariſſimo olim iudicabatur nulli Lexico, vel numero verborum, accurata interpre- tatione, phraſiumque delectu cedere poſſe. *d*) FRANCISCVS GOVLDMAN Collegii Chriſti apud Cantab. Alumnus. Obiit Anno 1689. Rector de *South Okendon* Com. *Eſſex*, cui praefuit ab Anno 1634. Praeter caeteros labores quos inſumſit non mediocres, *Criticos Sacros* 9. Vol. fol. una cum *Ioh.* et *Ric. Pearſon* et *Antonio Scattergood* edi curauit in Theologiae Criticae et Eruditae ma- gnum incrementum. In Lexico condendo debuit nonnihil *Thomae Parſons* Aul. Pembrochianae Socio. Prodiit ſaepius ingenti acceſ- ſione locupletatum cura *G. Robertſon* (viri in Hebraicis clariſſimi) et eiusdem *A. Scattergood.* Vide *Worthingtoni* Epiſt. 22. „ D. „ Gouldmano, qui mihi proxime praeiuit (ſi quid ego noui hominem, dubium magisne probum an eruditum ſenem, antiqua fide et „ moribus, atque tum temporis, cum id negotii in ſe reciperet Regiarum partium reum) etc. „ A. LITTLETON. praefatio. *e*) LITTLETONVS claris natalibus ortus apud *Weſtcot* in agro Vigornienſi. Vide *A. Wood* Athenas Oxonienſes ad Annum 1694. quo moritur LITTLETONVS. *f*) Immo *Gallica*, ſi vel hisce oculis vel STEPHANO ipſi fides.

„ interpretatione. Prodiit opus hoc Pariſ. *a)* 1536.
„ duobus voluminibus. Filius *b*) Henricus patre di-
„ gniſſimus auxit id ingenti acceſſione atque emenda-
„ vit. Ita ornatum in lucem editum fuit 1542. item
„ Lugd. 1573. quae Editio eſt optima *c*) Baſil. Froben.
„ 1576. *d*). Vere de opere hoc *e*) iudicat Olaus
„ Borrichius Append. de Lexic. Latinis p. 43. quum
„ ait, *in hoc tamen tam pulchro corpore, vt nec deeſſe*
„ *credant ſuas maculas ſoli, naeui quidem latent, nec*
„ *ii parum deformes, qui quo paucioribus hactenus vel*
„ *obſeruati ſunt, vel publice attacti, hoc mihi erunt*
„ *ſtudioſius liberiusque in gratiam tironum nominandi,*
„ *excutiendi. Et quidem principio dum auctores, qui-*
„ *bus totum aedificium innititur, forſan non optime in*
„ *perfectos et imperfectos tribuit, inelegantibus et im-*
„ *perfectis ſed proficientibus Plautum et Terentium im-*
„ *prouide adnumerat; perfectis et elegantiſſimis Var-*
„ *ronem, Salluſtium, et Catullum; imperfectis au-*
„ *tem et deficientibus Columellam, Lucanum, Sene-*
„ *cam, Tacitum, Plinium vtrumque, Curtium,*
„ *Quinctilianum. Secundo, infinita deſunt ad accura-*
„ *tam et abſolutam Latinae Linguae cognitionem neceſ-*
„ *ſaria. Enimuero certum eſt, alios auctores latinos*
„ *viuo adhuc Stephano publicatos, vel ab ipſo perfun-*
„ *ctorie tantum excuſſos, vel ne tentatos quidem,*
„ *alios ex quo viuere deſiit in lucem prodiiſſe, aut pla-*
„ *ne nouos aut longe emendatiores auctioresque.* Et
„ quibusdam interiectis, *Non multis vrgebo quod apud*
„ *Mariangelum Groſippus, varia in Editionibus qui-*
„ *bus vſus eſt Robertus Stephanus, oppido eſſe mendoſa,*
„ *capitalis tamen peſtis, adiectiua pro ſubſtantiuis ad-*
„ *verbiisque non raro obtrudi, deriuata ſuis primiti-*
„ *vis non attexi, nec ſimplicibus compoſita; ſed id*
„ *ſolum adiiciam, auctorum ſententias, phraſesque*
„ *praeſertim dubiae ſignificationis raro explicari, pro-*
„ *inde ambiguum allegatorum ſenſum variis interpre-*
„ *tationibus patere, immo lectorem in ſuſpenſo relin-*
„ *qui, vnde varii lapſus et fluctuationes.* Caſpar
„ Scioppius Conſultation. 11. p. 53 dicit, *Hoc Lexi-*
„ *con omnium eſt optimum, etſi nec paucis nec leuibus*
„ *erroribus vacuum.* In conficiendo hoc opere Ste-
„ phanus ſpatium duodecim annorum conſumſit,
„ quamuis aliorum, quos negotii huius cauſa ſumtu
„ ſuo aluit, opera adiutus, quorum negligentia aut
„ inſcitia facile multa vitioſa nec ſatis emendata locum
„ inuenire potuerant.

### *Faber.*

Lexicorum Latinorum a *Perotto* ad noſtra tempora perpetuo tenore et ſucceſſione vere πα͗ϱοπαϱαδότῳ deductorum ea eſt facies, ea fortuna. Neque extra eos limites, quos ſibi deſcripſerant primi Coloni, diuagari ſe paſſi ſunt Nepotes. Sed ecce exortus eſt BASILIVS FABER Soranus, ſuam quoque familiam ducens, nouaeque quaſi Scholae conditor. Nam quanquam ea lima hodie perpolitur eaque cura praeſtantiſſimorum virorum mactetur, vt optimi Lexici vice fungi queat, non tamen Dictionarium, vt dicitur, in animo habuit conſcribere FABER noſter *f*). Voluit Linguam Latinam non *pueriliter interpretari*, ſed *Critice exponere*, vocabulorum proprietatem ſubtiliter et quaſi philoſophice excutere, linguam ad originem vſque inueſtigare, atque eius quaſi hiſtoriam contexere, vices deprehendere, rationemque quam vel cum ſe ipſa, vel cum finitimis linguis exerceat, complecti, proindeque Orthographiae, Philologiae, totiusque demum Critices quam latiſſime pateat, Theſauros conradere. Nihil ergo quod Erudita Antiquitas in ſe complexa eſt vel memorabile vel ſingulare hominem tam probe exercitatum fugere debuit; Officia, Miniſteria, Artes, Ritus, Calculos, Philoſophiam, Cultus, vnde vel ſcribendi vel loquendi ratio affici potuiſſet, ob oculos poſuit, et praeterea, quod tamen condonaſſe malui, ſententias eruditas, adagia, apophthegmata, exempla, hiſtoriolas, phyſica etiam nonnulla et moralia, adduxit, quae in examine diſcentibus proponi et inculcari vocabulorum occaſione potuere. Scripſit denique non Pueris, ſed Confirmatis, ſed Adultis *g*).

His omnibus prodiit prima vice *Theſaurus Eruditionis Scholaſticae, ſiue ratio docendi ac diſcendi facili, plana, et compendiaria prorſus via, ex optimis quibusque auctoribus Graecis et Latinis: et ſupellex inſtructiſſima verborum, locutionum, rerum; ſententiarum, exemplorum, eorumque omnium, quae tum docentibus tum diſcentibus adminiculo vtiliſſimo eſſe, atque ad eruditionem negotio facili et expedito comparandam facere poſſunt, cum adiuncta in plerisque locis interpretatione Germanica; Ita omnia de induſtria collecta atque accommodata, vt et locos communes vocum rerumque multiplicium locupletiſſimos praeſtare poſſint. Lipſ.* 1571. *fol. h*) Floruit noſter ſaeculo 16to, natione Germanus, patria Soranus. Per totos annos 40 a prima adoleſcentia ad ſenectam vſque, aetatem omnem docendis aliis cum voce tum ſcriptis conſumſit. In publicum edidit plurimas lucubrationes, quibus veteribus Linguae Latinae Auctoribus lucem addidit, ex *Terentio* ſc. et *Cicerone* Excerpta, cum interpretatione locorum aliquot obſcurorum in vtro-



*a*) Credibile eſt ergo de Editione principe 1531. eum ne fando quidem audiuiſſe. *b*) Nihil minus. *Henricus Stephanus* anno natus 1528. parum conferre potuiſſe videtur ad Theſaurum proditurum Anno 1542. Neque in ipſius monumentis vlla vel minima fides de ea re reperitur. Videtur quidem poſt obitum patris voluiſſe Theſaurum eius ad incudem reuocare, vt monuimus ſupra ex ipſius praefatione ad Graecum Theſaurum. Eſt et alibi vbi ſuum de ea re aperit conſilium. „ *Elaborata a patre* et edita opera, quorum edi-
„ tiones cupio renouare, ſunt haec duo potiſſimum, *Theſaurus Linguae Latinae* et Dictionarium Latino-Graeco-Gallicum. „ Epiſtola de ſuae Typographiae ſtatu. *c*) Non optima ſed longe alia, ſi fides ſit adhibenda iis, quae diximus ad Annum quo prodiit Editio Lugdunenſis. *d*) Editio *Frobeniana* ſc. Forum Romanum non magis eſt STEPHANI quam Promptuarium. *e*) Quae habet *Borrichius* non ſpectant STEPHANI *Theſaurum*, ſed *Forum Romanum*, cuius Auctor inelegantibus et imperfectis *Plautum* et *Terentium* annumerat, etc. Non STEPHANVS, ſed omnia longe aliter. *f*) „ Sedulo incubui, vt *Theſaurum* Iuuentuti, ac tum
„ diſcentibus tum docentibus exhiberem, non obtruderem *Dictionarium*, qui ne Latinus quidem, vt ſit vulgatus, titulus eſt, hoc
„ eſt, vt non occuparer enumerandis vſitato modo, iuxta ordinem elementorum, vocabulis tantum, ſed oſtenderem etiam, quid in
„ vnaquaque voce proprietatis eſſet atque elegantiae, ac quomodo perſpici vſus eius negotio facillimo poſſet: Quomodo item voces
„ aliae cum aliis coniungi, ac locutiones certas et ſententias Latinas et perſpicuas praeſtare poſſent. Ac quia ſterile et ieiunum nimi-
„ um et hoc ipſum eſt, adiunxi ex Auctoribus Graecis et Latinis, ſi non omnibus, tamen plurimis, quidquid in iis deprehendi eru-
„ ditum, elegans, egregium, argutum, lepidum. „ Ex Prolegom. BAS. FABRI. Et mox, „ Si quis arbitrabitur Theſaurum
„ hunc noſtrum in hoc conſcriptum eſſe, vt Vocabularii aut Dictionarii, quemadmodum vocant, loco quis eo vtatur, nec prius ad eum
„ confugiat, quam de vocabuli alicuius ſignificatione dubitet, ac interpretationem eius petere ex eo inſtituat, tota aberrabit via. Non
„ enim vt Dictionarium tantum eſſet, conſcripſimus, ſed vt vberrimam copiam et inſtructiſſimum apparatum locutionum latinarum,
„ rerum ac ſententiarum contineret, ac quaſi in foro quodam, vt conſpici ab omnibus poſſet, explicaret atque oſtentaret. „ *g*)
„ Illa omnia, quae ad ſtudium Grammatices pertinent, adferri cupio ex Scholiis ad hunc noſtrum Theſaurum, cuius lectio grammati-
„ cis illis praeceptis nondum ſat recte imbutis prodeſſe vix poterit. „ FABER ipſe l. c. *h*). Multum ad hoc opus contulit FABRI ſobrinus *Michaël Leander* Soranus, trium linguarum cognitione clarus, qui ſcholam Ilfeid'enſem in faucibus ſiluae Herciniae per 40 annos rexit, de Chriſtiana iuuentute optime meritus. Eius opera, plurima ſane et praeſtantiſſima, recenſet *Teſſierius*.

vtroque auctore, Lipſiae. Vertit in linguam Germanicam *Lutheri* commentarios in Geneſin: Item Saxoniam *Cranzii*, Lipſ. 1563. Denato FABRO prodiit Theſaurus cura Filiorum *Philippi* et *M. Chriſtophori Fabri* 1587. fol. Qui *a*) huic expoliendo, illuſtrando, augendoque poſtea manus admouere, erant PAVLLVS FRANCVS, AVGVSTVS BVCHNERVS, IACOBVS THOMASIVS, CHRISTOPHORVS CELLARIVS, ANDR. STVBELIVS, CHR. FALSTERVS, et poſtremus omnium GESNERVS ὁ πάνυ. Certatim omnes eaque paene animi contentione, qua ad *Calepinum* locupletandum eorum Maiores aduolarunt, ſed diſpari plane ſucceſſu. Primus, vt admonui, erat P. FRANCVS Beſcouienſis Profeſſor Viadrinus, qui A. 1622. Spicilegium ſuum addidit, et FABRVM nonnihil auctiorem reddidit. Proxime ſequitur illuſtriſſimus paene omnium AVGVSTVS BVCHNERVS, qui Theſauro addidit et ſuas locupletationes et famam haud exiguam. Cuius curis grauiter adauctus prodiit Vitemb. ſaepius. In BVCHNERI laboribus nihil erat querendum, niſi quod aliquid poſterioribus reliquit ſupplendum. Nonnihil in hac parte ſatisfecit Bibliopola honeſtus, qui BVCHNERI vita functi lucubrationes nouas aere redemit, et cum Symbolis M. IACOB. THOMASII, M. IOH. GOTHOFREDI HERRICHEN et IOH. VORSTII Viri Celeberrimi denuo recudit 1672. Lipſ. fol. His ſuperuenit CHRISTOPHORVS CELLARIVS, Vir noſtro praeconio maior, et in his literis exercitatiſſimus: cui haec demandata erat opera, vt FABRVM ab innumeris mendis vindicaret, cum id aliquantulum neglexit BVCHNERVS in ſuis additamentis inſerendis magis occupatus. Nouem igitur menſibus in ea palaeſtra inſumtis, prodiit CELLARII induſtria paene ſingulari A. 1686. et rurſus 1691. 1696. et 1700. Poſt CELLARIVM manus admouit ANDREAS STVBELIVS: qui praeter acceſſionem vocum 7000, addiderat, quae ad marginem ſui libri (in Bibliothecam Seren. Elect. Palat. cum aliis poſt fata Auctoris migrantis) adleuerat vir praeſtantiſſimus I. GEORG. GRAEVIVS: qui neque in hoc literarum laude ſtudioſos demereri deſtituit: item *Aruſiani Meſſi* primi ordinis V. C. CR. Comitis exempla locutionum ex *Virgilio*, *Salluſtio*, *Terentio*, *Cicerone* per literas digeſta. Prodiit in Publicum vſum A. 1710. fol. et rurſus A. 1717. *b*) adiunctis Symbolis IOACH. IVRGENII et incredibili auctario vocum paene 20000. Prodiit denique *Theſaurus Eruditionis Scholaſticae, omnium vſui et diſciplinis omnibus accommodatus, poſt Celeberrimorum virorum Buchneri, Cellarii, Graeuii operas et adnotationes, et multiplices Andreae Stubelii curas, recenſitus, emendatus, et locupletatus a* IO. MATTHIA GESNERO; Lipſ. 1726. fol. qui opus ad hoc quod hodie conſpicimus culmen feliciter produxit, et omnia quae ab eruditiſſimo Lexicographo reique Criticae peritiſſimo exſpectari poterant, optime et fideliter praeſtitit. Quale id ſit, vide praeter praefationem Auctoris, *I. Chr. Coleri* Antholog. tom. I. faſcic. 3. p. 172. et *Walchium* nuper allatum, qui in Theſauro FABRI plus deſcribendo praeſtitit quam in caeteris omnibus. Hunc igitur Theſaurum pace *Borrichii Foro Romano*, *Boecleri Ludouico Lucio* audax antepono, vſu, eruditione, curaque caeteris paene omnibus Lexicis longe commendatiorem, in paucis tamen emendari adhuc deſiderantem. Nam dum Primitiuis Deriuatiua, Simplicibus Compoſita adtexuit, quod minime laudo, ad eam neceſſitatem detruditur, vt voces aliquando obſoletas, aliquando Graecas, aliquando paene pro ingenio fictas pro generis et familiae capite ſiſtat. Lectorem inde per incuriam aliquando ad plures radices amandat de vna voce quaeſiturum: aliquando deſtituit et deſerit in totum. Loca Auctorum non ea cura aut fide perpetuo qua par erat adducta, caeteraſque iſtiusmodi minutias, pro tantis meritis facile condonamus. Prodiit quoque Epitome Theſauri FABRI Lipſ. 1594. et Heidelberg. 1608.

### *Editio* STEPH. *Theſauri Londinenſis 1735.*

Vt tandem ad operam noſtram atque ad huiuſce Editionis methodum et rationem deueniamus, ſcire auebit Lector eruditus, quid tantum poſt molimina *Car. c*) et *Hen. Stephani*, *Miltoni*, *Baliolenſium*, *Kuſteri* denique, caeterorumque, qui animum ad hanc ipſiſſimam profeſſionem aduerterunt, (quorum tamen fere omnium labores intercepit vel fatum immaturum, vel iniuria temporis) et nos ipſi praeſtitimus, et praeſtitiſſe ab aliis voluimus intelligi. Haec non eſſe ſigillatim et minute deſcribenda, cum ea vnuſquiſque lector paene ſuo iure in tali re praecipere videatur, et quaſi nobis praeſcripſiſſe, in initio, monuimus. Pauca tamen ſunt, quae paucis declarabimus.

Lexicographorum Gente, vt vidimus, in duas quaſi familias diuiſa, quarum vna STEPHANVM, FABRVM altera auctorem habet, primum omnium id nobis viſum eſt commodiſſimum, ſi qua ratione aut arte id poterat fieri, vt eſſent in noſtro *Theſauro* haec duo conſilia communione quadam inter ſe coniuncta. Ea mente erant operae, quas in *Fabro* reformando inſumſerunt Viri praeſtantiſſimi, nobis conferendae atque digerendae. Contulimus et digeſſimus. Dolendum erat, commoditates quas vel hinc vel inde capere potuiſſemus, nulla neceſſitate diſtrahi et diſcerpi. Concludendi itaque erant et conglutinandi hominum labores literarum neceſſitudine antea coniunctiſſimi. Deinde praeter cultas

*a*) Mirum eſt, in quam diuerſa abeant Eruditi de Lexici huius praeſtantia. Subiungam duos. Verba mecum perpende. „ Plurimum *abeſt* „ (*Fabri Theſaurus*) *ab ea, quam in Foro Romano ſpectamus perfectione*, immenſum quantum a virtute conſummati Lexici, primo „ quod plurima hic deficiant, ſecundo, quod plurima, licet inueniantur, nullo tamen laudato Auctore, ſuſpicionem barbariſmi „ legentibus moueant, tertio, quod plurima barbara ſine praemonitu, lectori crude detrudantur, quarto, quod in quantitatibus „ magna deprehendatur ſiniſteritas, adeo vt hac parte *longe infra Decimatorem cenſeri mereatur*. „ *Borrichius*. „ Theſaurus La- „ tinae Linguae Roberti Stephani et *Forum Romanum* Caelii Secundi Curionis —— Quibus merito *anteponas* Baſilienſe Lexicon. „ *In Fabri Theſauro plus doctrinae eſt*, cui copiam, decus, limam addidit ſingularis induſtria et doctrina Cl. Buchneri, qui ex opu- „ ſculo opus dedit. „ *Boecler*. *b*) Eodem anno prodiit CHRISTOPHORI FALSTERI *Supplementum Latinae Linguae, Siue, Obſeruationes ad Lexicon Fabro-Cellarianum, cuius mille aliquot lacunae ex auctoribus aureae, argenteae et aeneae aetatis ſupplentur, adiectis paſſim notis Criticis et Philologicis, nec non indice quadruplici.* Dicitur et Francofurti ad Viadrum (ſi fides *Morhofio*) vberior latere vocabulorum collectio, quam *Tobias Magirus* ad FABRVM ſibi collegerat. *c*) Vide *Caroli Stephani* Praefationem ad Dictionarium Latino-Gallicum. Conſilium ſuum de ea re aperit *Henricus Stephanus* in praefatione ad Theſaurum Graecum, atque in Epiſtola de ſuae Typographiae ſtatu. De *Miltoni* conatibus vide ipſius Vitam, Praefationem ad Dictionarium, vt dicitur, Cantabrigienſe, et *Antonium Wood* in Athenis Oxonienſibus ad notitiam de *Eduardo Phillips*. Sodalitium *Baliolenſe*, quod eſt Oxonii, hoc ſaeculo ineunte, tale aliquid in animo inſtituit neſcio quo fato interceptum. A. Cl. *Kuſtero* omnia egregia exſpectauit orbis literatus. Subiunxit ille ſpecimen operae deſtinatae ad calcem tractatuli ſui De vſu Verbi medii.

tas obſeruationes criticoque homine dignas, quae in *Fabro* ſpectantur, in STEPHANO adhuc deſiderabantur, neceſſe erat nouas ſubinde exoriri vel voces vel vocum interpretationes, quas partim ſuppeditauit Auctorum lectio *a*) STEPHANI aetate in bibliothecarum latebris deliteſcentium, partim introduxit ſequioris aeui arbitrium et ea *b*) norma loquendi, quam caeteri omnes Lexicographi neque omnino non attigiſſe, neque penitus pertractaſſe videntur. Quod ad Orthographiam attinet, eumque Latinae Linguae genium, qui in ſtamine ipſo et in *partibus*, vt aiunt, *conſtitutiuis* cernitur, vniuſcuiusque *elementi* naturam, habitus, relationes, veramque proprietatem deſcripſimus; qua in re nobis facem praetulere praeter *Capellas*, *Lipſios*, *Scaligeros*, caeterosque Grammaticos tum Antiquos tum Recentiores, eruditae commendationes ſingulis literis in *Fabri* Theſauro et in nonnullis Lexicis Latino-Anglicis praemiſſae. Literarum Notae quae priſcorum Romanorum nomina, officia, dignitates in vetuſtis monumentis deſignabant, a Cl. *Sertorio Vrſato* diligenter collectae et alphabetice diſpoſitae non erant negligendae, praeſertim cum tam leui opera Romanae eruditionis ſtudioſos feliciter demereri potuimus. Publicarum Formularum ſollemnitatem eorumque vocabulorum explanationem, quae Romanae Antiquitatis notitiam in ſe complectuntur, nuper praeter caeteros *Sam. Pitiſcus* incredibili labore congeſſit et literis conſignauit; tradidit illuſtriſſimus Dom. *Ez. Spanhemius* in opere pereruditо, de Vſu et praeſtantia Numiſmatum; collegerunt viri laborioſiſſimi Romanarum Antiquitatum conſarcinatores, *Manutius*, *Roſinus*, caeterique. Attamen haec penitus neglexiſſe erat profecto *Theſaurum* noſtrum inſigni vtilitate priuaſſe, (praeſertim cum plurimorum vocabulorum vis et proprietas non aliunde ſit deducenda) omnia vero accumulaſſe, erat, ſi molem libri atque noſtrum laborem ſpectes, infinitum. Breuiter ergo ea omnia attigimus, et ne Lector ſibi fraudem parari exiſtimet, eos vbique adduximus auctores, qui plura conſulentibus abunde ſatisfacient, et tanquam *Pythius* alter aut *Ariſtoteles*, *pro nobis reſpondebunt*. Iam vero vt de Critica verba faciamus, atque ea ἀκρίβεια quae cum in omnibus artibus et diſciplinis dominetur, tum in hoc literarum genere imperium habeat ſingulare, et neceſſarium; plurima procul dubio adnotabit Lector fuiſſe in STEPHANO ipſo emendanda *c*); plurimum etiam operae inſumendum in iis auctoribus rite adducendis, quos vel STEPHANVS ipſe, vel ex poſterioribus nonnulli, aut per incuriam perperam citarunt, aut ope Codicum meliorum deſtituti. Plurimum ergo clariſſimorum noſtrorum hominum laboribus, caeterorumque in hac diſciplina Principum, debetur, vt THESAVRVS LATINAE LINGVAE longe nunc prodeat non ſolum locupletior, verum etiam ita emendatus, vt, vel ea ſola vtilitate atque hoc laudis genere, caeteris omnibus huiuſmodi libris eum anteferre non dubitemus. Quod ad rationem auctores deſcribendi allegandique attinet, tametſi cum *viris maximi nominis* vix arbitremur vniuerſas noſtras operas in ea ſola palaeſtra poſſe exerceri vel vtiliter Reip. literariae, vel nobis ipſis glorioſe, (quos tamen ipſos ne id quidem velle exiſtimandum eſt, vt STEPHANVS prelo denuo committatur incultus, inhoneſtus, imperfectus denique et mendis obſitus, nullo ornatu decoratus praeter eam pauxillulam laudis portiunculam, quae in *libri*, *capitis*, *inciſi* aut *paginae* religioſa notatione cernitur) eam tamen vtilitatem, per ſe quidem mediocrem ſed operoſam tamen, abeſſe noluimus. Numeros igitur Librorum et Capitum vel Verſuum (quod in Proſa vel Verſa oratione facile diſtinguetur) ſumma qua potuimus fide adduximus, optimorum Exemplarium auctoritatem in iis diſponendis ſecuti. Speramus itaque nos non minorem gratiam a lectorum plebe inituros in teſtimoniis rite & commode apponendis, quam Sacrilegi iſti *Lugdunenſis* Editionis Auctores in reſecandis. Ciceronis Editionem *Verburgianam* intelligimus eſſe conſulendam, ab omnibus iam tractatam et laudatam merito maximo; eamque in minora tmemata diuiſionem amplectimur, quam a *Nizolio* olim vſurpatam Margini ſuae Editionis apponi curauit Vir praeſtantiſſimus *d*): neglecta tamen in Epiſtolis ea allegandi ratione. De omnibus Auctoribus cum longum foret, tum Lectori nimium monendo faſtidium moueret. Erant nonnulla leuioris et quotidianae operae, praeſtanda tamen, licet hic a nobis monitum vix poſtulare videantur. Syllabarum ſcilicet *Quantitates*, *Genus*, *Flexionis*que rationem ea breuitate concluſimus, vt operis molem incredibiliter aliquando leuaremus. Expeditius enim multo et concinnius neque ad vtilitatem leuius adnotaſſe COMMŌNEO, *ui*, *ĭtum*, *ēre*. quam cum STEPHANO ad taedium ingeminare, COMMONEO, *commones*, *penultima correpta*, *commonui*, *commonitum*, *penultima correpta*, *commonere*. Leuicula haec eſſe dices. Fatemur vltro, attamen non prorſus omittenda. Alphabeticam denique ſeriem, congeriemque phraſium, locutionum, proprietatum etc. inſtituimus minima fortaſſe gratia, ſed labore et opera non minima: quod cum in animo habuit et ſerio vt plurimum perfecit STEPHANVS, lectorem tamen aliquando latuit ea diſpoſitio, cum verba, quae *dominantia* appellare libet, aliquando *poſt principia* latitabant, aciemque oculi ſaepiſſime fugiebant. Voces ipſas non eodem vbique atque exactiſſimo tenore Alphabeti conglutinatas reperiet Lector.



*a*) Huiuscemodi erant *Phaedrus*, *Syrus*, caeterique quam plurimi, Hiſtoricorum et Poëtarum Fragmenta, Inſcriptiones (nonnullae aureae aetatis) caeteraque id genus monumenta, quae poſteriorum hominum cura et luce publica et literarum lumine donauit. Erit inſtar omnium celeberrimum *Fabrettum* laudare, cui multum debet Latinitas reſtituta. Plures auctores recenſet *Borrichius* de Lexicis Latinis, qui *Stephanicae* aetati ignorabantur, non optima tamen fide, cum in his *Manilium* nominet, qui prodiit typis *Aldinis* ſaeculo 15, adeoque ante ipſum natum STEPHANVM. *b*) Theologorum ſcripta intelligimus, eorum praecipue, qui cum neque ad Summae neque ad Infimae Latinitatis claſſem redigantur, vtriusque quaſi medii, paene a Lexicis exſulabant. Vindicauit primus, quod ſciam, *Cellarius*, qui *Fabri* Theſaurum Anno 1710. ſeptem; Anno 1717. viginti circiter mille vocabulorum acceſſione locupletauit. Neque nos tamen temere omnia admiſimus, cum et idem paene fuit *Geſneri* conſilium. „Auximus vocabulis nouis non quidem nullis, ſed paucis tamen, nimirum dignis hoc Theſauro, quem ἐξ ἀφαιρέσεως et *de*„*tractione* potius *curare*, ſi res ita tuliſſet, quam προσανατρέφειν et pinguiorem reddere hac quidem parte maluiſſemus.„ Praefat. ad *Fabri* Theſaurum. *c*) Mirum vnde eueniret vt in omnibus Theſauri Editionibus et in omnibus praeterea Lexicis latinis locus ex *Horat.* Epod. 14, 8 adduceretur, *Ducere ad Vmbilicum*, cum omnes *Horatii* Editiones, ne *Stephanica* quidem excepta, *Adducere* legant. Miror *Stephanum*, qui haec quae ſequuntur ex *Calepino* arripuit, ea non obſeruaſſe, „Fuit et Demaratus Tarquinii Superbi „pater, qui Corintho in Hetruriam ſe recepit quod Cypſelum Tyrannum ferre non poſſet. Cic. Tuſc. lib. 5. *Hunc* Demaratum *vi*„*xiſſe temporibus Philippi Macedonis auctor eſt Plutarch. in vita Alex.*„ Sed in Hiſtoricis miſere offendunt omnes, quotquot vidimus, Lexicographi. *d*) In Orationibus contra *Verrem* laudandis, in diuerſum ſemper abiere Viri docti. Recenſent alii *Diuinationem* et *Actionem primam* inter *Verrinas*, alii eas, nomine tenus, reſecant, numerumque idcirco *Verrinarum* minuunt. Nos Stephanica diuiſione et computo vtimur.

Ea erat habenda aliquando Primitiuorum Deriuatorumque ratio, vt ſi haec ab illis literarum permutatione non immane diſcederent, in ſua nonnunquam *gente* conſulerentur, non tamen indiculo in propria *ſede* deſtituta. Condonabit Lector aequus, ſi religioſi nimium aliquando et vulgi metuentes, plurima in STEPHANO reliquimus feliciori ſaeculo tollenda. Turba enim lectorum *Lugdunenſem* editionem exprimi flagitabat, quorum criminationes deprecamur infinitis in locis ab eo diſcedere coacti.

Hiſce conſiliis atque his laboribus tandem ad vmbilicum adducitur EDITIO LONDINENSIS. Quantum ſtudioſos demeruerint Editores, penes omnes erit doctos pariter et indoctos, aequos et maleuolos, iudicandi arbitrium: quantos interea labores exantlauerint, eos ſolos ſtatuere voluimus, qui in huiusmodi vigiliis bonum otium contriuere, quibus tenuiſſimam gloriam, plurimam ſtudiorum ſeueritatem ineſſe, omnes fere intelligunt. Quantulumcunque ex iis decerpi poſſit laudis et gloriolae, labefactarunt nonnulli, et labefactare vltra fortaſſe non deſinent: Eam tamen vtcunque laudem quae mentes publicae vtilitatis ſtudioſas ſequitur, nobis cum illis, *ſpectatiſſimis* licet, communem; laudem denique humanitatis atque animi ad omnia officia paratiſſimi, eripiet nemo.

De preli induſtria atque Editionis nitore, Lectorem pluribus non moramur. Nihil in ea parte curarum defuit. Nihil tamen fortaſſe ſpectabilius quam ea celeritas conficiendi, qua, praeter ſpem atque exſpectationem omnium, intra triennium opus concluſum et perfectum eſt. Quod ſolum, vt ſperamus, deſit, id praeſtabit aequus Lector, vt quae menda irrepſerint, ea pro mole operae proque ſtudio noſtro in Remp. literariam condonare velit.

# INDICVLVS CHRONOLOGICVS AVCTORVM,

## *QVORVM TESTIMONIA ADHIBENTVR IN THESAVRO LINGVAE LATINAE.*

### *(EX LONDINENSI EDITIONE THESAVRI STEPHANIANI AD VERBVM REPETITVS *.)*

Fatales *Linguae Latinae* periodi fuerunt: Ideo a curioſis eius aeſtimatoribus valor Scriptorum Latinorum, non ſecus ac a Poëtis pretium temporum, et in ſacris literis ſtatua imperiorum Danielitica ad *quatuor diuerſi metalli aetates* referri ſolet; nempe I. ad *auream*, II. ad *argenteam*, III. ad *aeneam*, et IV. ad *ferream*, aut *fictilem*.

I. *Aurea aetas* a bello Punico 2 ad extremos vsque Octauii Auguſti Imp. annos producitur, id eſt, ab anno V. C. 536 ad annum 767; ſiue ab anno ante natum Chriſtum 217, vsque ad annum Chriſti 14 duratque adeo annis circiter 232. In quibusdam tamen huius ineuntis aetatis Scriptoribus, admiſta obſoleta notantur, quibus a ſola antiquitate plus venerationis accedit, quam a nobilitate metalli.

II. *Argentea aetas* ab obitu Auguſti vsque ad exceſſum Traiani Imp. id eſt, ab anno Chriſti 14, vsque ad annum 117, continet annos 103, quibus quamplurima adhuc verba ſatis eleganter et cum ſuffragio populi Romani ſunt formata; quamquam et tunc, dicente Seneca Controu. 1 Praefat. ingenia decreuerunt, et neſcio qua iniquitate naturae eloquentia ſe retro tulit.

III. *Aetas aenea* per annos 303 a Traiani obitu, hoc eſt, ab anno Chriſti 117 vsque ad Romam a Gothis captam, ſiue ad A. C. 410 extenditur. Inter Scriptores tunc dictione audaciores illi laudem merentur praecipuam, qui ſe genio ſaeculi aurei quam familiariſſime accommodarunt.

IV. *Aetas ferrea* eſt, qua Barbaris iam vbique graſſantibus, ſtudia humaniora per ſaecula nouem et amplius, cum ſordibus et ſqualore conflictata ſunt, donec poſtliminio quaſi reſpirare et e tenebris ſuis iterum ceperunt emergere. Longo itaque interuallo, illuſtribus ingeniis velut intermortuis, pauci admodum Latine et non ineleganter ſcripſerunt.

### I. AVREAE AETATIS SCRIPTORES.

#### SAECVLO III. ante Chriſtum natum.

A. 238. *Liuius Andronicus* Tragicus floruit. Fragmenta eius aliorumque collegit Petr. Scriuerius et Theod. Ianſonius ab Almeloueen.

A. 202. *C. Naeuius* Poëta obiit. Fragmenta collecta a Roberto Stephano et Henrico fil. Ioſ. Scaligero et T. I. ab Almeloueen.

#### SAECVLO II ante Chriſtum natum.

A. 182. *M. Accius Plautus*, Comicus mortuus eſt. Exſtant Comoediae XX cum Fragmentis a Georgio Fabricio collectis.

A. 177. *Stat. Caecilius*, Comicus, floruit. Fragmenta collecta a Stephanis et T. I. ab Almeloueen.

A. 167. *Q. Ennius* Poëta, obiit. Fragmenta in lucem producta a Stephanis, a Mart. Delrione et Pet. Scriuerio, Hier. Columna, Paullo Merula, T. I. ab Almeloueen et poſtremo a Franc. Heſſelio.

A. 157. *M. Terentius Afer*, Comicus, obiit. Superſunt Comoediae ſex, quas multi notis illuſtrarunt.

A. 152. *M. Pacuuius*, Tragicus, claruit; Fragmenta poſt Stephanos et M. Delrionem collecta a Pet. Scriuerio et Ioſ. Scaligero.

A. 147. *M. Portius Cato*, Orator et Hiſtoricus obiit. Exſtat liber de Re ruſtica. Fragmenta ex originibus et aliis ſcriptis deperditis collecta ab Auſonio Popma.

A. 136. *L. Attius, ſiue Accius*, Tragicus, claruit. Fragmenta vulgata a Stephanis, Pet. Scriuerio et T. I. ab Almeloueen.

A. 129. *C. Lucilius*, primus Satyricus, obiit. Fragmenta poſt Stephanos edidit Franc. Douſa.

A. 101. *Sextus Turpilius*, Comicus, obiit. Fragmenta collecta ab vtroque Stephano.

#### SAECVLO I ante Chriſtum natum.

A. 100. *L. Afranius*, Comicus, floruit. Fragmenta a Stephanis et Ioſ. Scaligero congeſta, et a T. I. ab Almeloueen.

A. 79. *L. Corn. Siſenna*, Hiſtoricus, claruit. Fragmenta ab Auſ. Popma et Ant. Auguſtino collecta.

A. 64. *P. Nigidius Figulus*, Mathematicus et Grammaticus, claruit. Fragmenta offert Ianus Rutgerſius Var. Lect. 3, 6.

A. 60. *C. Decius Laberius*, Mimographus, claruit. Fragmenta collecta a Stephanis, Ioſ. Scaligero et T. I. ab Almeloueen.

A. 50. *T. Lucretius Carus*, Philoſophus et Poëta obiit. Reliquit ſex libros de Rerum Natura.

A. 47. *C. Valer. Catullus*, Veronenſis, Poëta paſſim obſcoenus, obiit. Exſtat liber Epigrammatum et Carminum, Variorum notis editus.

A. 44. *P. Syrus*, Mimographus, claruit. Mimi ſiue ſententiae a variis varie editi.

A. 42. *C. Iul. Caeſar*, Imp. occiſus eſt. Reliquit de Bello Gallico libros ſeptem a ſe conſcriptos, et tres de Bello Ciuili. Inter commentatores eminet Io. Dauiſius.

A. 42. *A. Hirtius Panſa* claruit, Caeſaris familiaris et ſcriptor bellorum, quae Commentariis I. Caeſaris adiungi ſolent.

A. 42. *Cornelius Nepos* claruit, denatus tempore Auguſti Imp. Vitas Excellentium Imperatorum, quas ſcripſit, multi notis illuſtrarunt. Fragmenta ab Andrea Schotto congeſta. Sed verſio Dictyos et Daretis de Bello Troiano indigna aeſtimatur, vt ei tribui queat.

A. 41. *M. Tullius Cicero*, princeps eloquentiae, periit. Opera cum Fragmentis ex libris deperditis ſunt notiſſima, inprimis notis Iani Gruteri, Iacobi Gronouii et Io. Georgii Graeuii illuſtrata.

A. 33. *Sext. Aurel. Propertius* obiit, qui Elegiarum dedit libros quatuor.

A. 33. *L. Cornificius*, Rhetor, claruit. Auctor eſſe creditur librorum Rhetoricorum quatuor ad Herennium, qui cum Cicerone vulgantur.

A. 32. *C. Salluſtius Criſpus*, Hiſtoricus, obiit. Reliquit Bellum Iugurthinum et Coniurationem Catilinariam, nec non Orationes duas de Rep. ordinanda. Fragmenta ex ſex libris Hiſtor. a Lud. Carrione collecta. Editiones ſunt variae, etiam cum Variorum notis.

A. 30 et ſeqq. *Q. Mucius Scaeuola*, *Q. Corn. Maximus*, *Alfenus Varus*, *Antiſtius Labeo*, *Aelius Gallus*, ICti floruerunt, in Pandectis et aliis Iuris Ciuilis libris memorati.

A. 26. *M. Terent. Varro*, Romanorum doctiſſimus, obiit. Ex 490 libris, quos a ſe ſcriptos ipſe affirmat, ſuperant pauci de Lingua Latina et tres de Re ruſtica. Fragmenta collecta a Rob. Stephano, Ant. Riccobono et Auſ. Popma.

A. 25. *Corn. Gallus*, Poëta, obiit. Sex ſub eius nomine Elegiae ſpuriae.

A. 18. *Albius Tibullus*, Elegiographus, obiit. Exſtant Carminum libri quatuor.

A. 17. *Virgilius Maro*, Mantuanus, Poëta, obiit. Dedit in Bucolicis Eclogas decem, in Georgicis libros quatuor, et in Aeneide duodecim. Eidem Culex, Ciris, Copa, et nonnulla alia dubia tribuuntur. Luculenti Commentarii ſunt Frid. Taubmanni, Io. Ludouici de la Cerda, Caroli Ruaei.

A. 14. *Aemilius Macer*, Verſificator, obiit. Ianus Cornarius ſub huius nomine libros quinque de Materia Medica cum notis edidit, quos alii Marbodaeo Gallo A. 1050 mortuo tribuunt; nec pauca ibi eſſe Macro illi priſco debita cenſet Barthius Aduerſ. 12, 20.

A. 10. *Meſſala Coruinus* floruit, cuius liber de Progenie Auguſti cum Liuio olim editus.

A. 10. *M. Vitruuius Pollio*, Mathematicus claruit, denatus imperante Tiberio. Exſtant de Architectura libri decem. Variorum notas et Lexi-

* Hunc emendari augerique poſſe, non eram neſcius: ſed poteſt vnusquisque hanc ſibi operam praeſtare ope Bibliothecarum Fabricii; et exſpectatur libellus huius argumenti accuratus et politus; et nolebam nunc de quibusdam rebus ſententiam dicere: et eram occupatus rebus quas huic praeuertere erat magna ratio. I. M. G.

Lexicon Vitruuianum Bernardini Baldi multaque alia contulit Ioannes de Laët.

A. 6. *Gratius Faliſcus*, Poëta, floruit; auctor Cynegetici ſeu carminis epici de Venatione.

A. 6. *Q. Horatius Flaccus*, Venuſinus, Lyricorum princeps, obiit. Exſtant Odarum libri quatuor, Epodôn vnus, Sermonum ſiue Satyrarum quatuor, Epiſtolarum duo, et vnus de Arte Poëtica, cum variis notis et commentariis.

A. 4. *Verrius Flaccus*, Grammaticus obiit. Exſtat Fragmentum praemiſſum Feſti Pompeii libris, quibus ille Verrii de verborum ſignificatione Commentarios contraxit.

SAECVLO I poſt Chriſtum natum.

A. 1 et ſeqq. *T. Phaedrus Thrax*, Auguſti libertus, celebris fuit. Iambicis verſibus libros quinque fabularum Aeſopicarum reliquit, quos cum notis plures ediderunt.

A. 4. *C. Iulius Hyginus*, Auguſti itidem libertus, vixit, ſub cuius nomine hodie proſtant Fabulae et Poëtici Aſtronomici libri quatuor cum notis Io. Schefferi et Th. Munckeri.

A. 9. *P. Ouidius Naſo*, Sulmonenſis, Poëta, ab Auguſto in exilium pulſus, in eodem vixit vsque ad A. C. 17. Exſtant Metamorphoſeôn libri quindecim, Faſtorum ſex, Triſtium quinque, Epiſtolarum Ponticarum ſiue ex Ponto quatuor, Amorum tres, et de Remedio amoris vnus: praeterea Heroides ſiue Heroidum epiſtolae XXI. quibus III. *Auli Sabini* adiiciuntur; item Ibis ſiue Dirae in Ibin; Halieuticon, Fragmentum de Medicamine faciei, et nonnulla dubia. Nic. Heinſius, Pet. Burmannus, et alii plures notas adiecerunt.

A. 10. *Catullus*, Poëta, non ille Veronenſis, de quo ſupra, ſed Auctor Peruigilii Veneris, vixit.

A. 12. *M. Manilius*, Poëta, claruit, cuius Aſtronomicon libris quinque conſtat, cum notis F. Iunii Biturigis et Ioſ. Scaligeri.

A. 18. *T. Liuius*, Patauinus, ſcriptor Auguſtaei aeui poſtremus, obiit, cuius ex libris CXLII Hiſtoriarum ab vrbe condita exſtant XXXV a Iano Grutero et Gronouiis, patre et filio, illuſtrati.

## II. ARGENTEAE AETATIS SCRIPTORES.

A. 20. *Aur. Cornel. Celſus*, Medicus, Auguſti temporibus proximus, claruit ſub Tiberio Imp. De Re medica libros octo ad nos transmiſit.

A. 52. *Scribonius Largus*, Medicus floruit. Exſtant eius Compoſitiones Medicae cum Io. Rhodii notis et Lexico Sriboniano.

A. 26. *Valerius Maximus*, Hiſtoricus, claruit. Exſtant Dictorum factorumque memorabilium libri nouem cum variorum obſeruationibus per Ant. Thyſium.

A. 30. P. *Velleius Paterculus*, Hiſtoricus, claruit ſub finem Tiberii Imp. Exſtant Hiſtoriae libri duo illuſtrati Notis Io. Henr. Boecleri, et Nic. Heinſii.

A. 36. *L. Feneſtella*, Hiſtoricus, vixit. Fragmenta ab Ant. Auguſtino et Auſ. Popma collecta. Sed *And. Dom. Flocci* libri duo de Magiſtratibus Rom. ei perperam tribuuntur.

A. 42. *L. Iunius Moderatus Columella*, diligentiſſimus agricola, ſcripſit ſub Claudio Imp. libros XII. de Re Ruſtica et vnum de Arboribus.

A. 45. *Pomponius Mela*, Coſmographus claruit. In relictos eius tres libros de ſitu orbis Iſaac. Voſſius Commentarium edidit.

A. 49. *Curtius Rufus*, Hiſtoricus, ſub Claudio Imp. fuiſſe dicitur. Ex libris eius decem de Rebus Alexandri M. duo priores interciderunt. Io. Freinshemius, Sam. Pitiſcus et alii notis illuſtrarunt.

A. 60. *Porcius Latro*, vixit, quem commendant Sen. Praefat. Controverſ. Quinctil. 10, 1. Suet. Domit. c. 3. Plin. Prooem. 19. Et huic tribuitur Declamatio in Catilinam, quam Voſſius Vibii Criſpi eſſe putat de Vit. Serm. 3, 6.

A. 62. *A. Perſius Flaccus*, Poëta, obiit. Exſtant eius ſex Satyrae cum notis Th. Farnabii.

A. 64. *Q. Aſconius Pedianus*, Grammaticus, claruit: Exſtant eius Annotationes in quasdam Ciceronis orationes cum notis variorum. Alii eum ad Auguſti aetatem referunt, et duos eiusdem nominis comminiſcuntur.

A. 64. *M. Annaeus Seneca*, Rhetor, Lucii pater, obiit. Exſtant libri quinque mutili Controuerſiarum; Excerpta ex X. libris Controuerſiarum; et liber Suaſoriarum. Annumeratur a nonnullis aureae aetati, quia ſub Auguſto Imp. florere coepit.

A. 65. *L. Annaeus Seneca*, Philoſophus, Marci filius, a Nerone Imp. exſtinctus eſt. Exſtant libri tres de Ira, ſeptem de Beneficiis, ſeptem Naturalium quaeſtionum, Epiſtolae CXXIV. Conſolationes ad Heluiam, ad Polybium, ad Marciam; item libri de Animi tranquillitate, de Conſtantia, de Clementia, de Breuitate vitae, de Vita beata etc. Vtriusque Senecae opera Iuſtus Lipſius et alii notis illuſtrarunt. Alteri a nonnullis etiam decem Tragoediae *Senecae Tragici*, quem alii tertium Senecam facere malunt, adiudicantur. Tragoedias illas illuſtrauit Th. Farnabius.

A. 65. *M. Annaeus Lucanus*, Poëta, etiam a Nerone occiſus eſt. Exſtant libri decem Pharſaliae cum notis Hug. Grotii, Farnabii aliorumque. Eidem tribuitur carmen ad Calpurnium Piſonem.

A. 67. *Titus Petronius Arbiter*, obiit, nequitiae non minus quam elegantiae arbiter; cuius mutilum Satyricum Variorum notis et nouiſſime per Pet. Burmannum illuſtratum, ſicuti Fragmentum eius Traguriaum per Io. Schefferum et Th. Reineſium. Integrum demum ex codice Albae Graecae reperto editum per Franc. Nodotum; Catalecta autem Petroniana per Ioſephum Scaligerum.

A. 77. *C. Plinius ſecundus* maior, Hiſtoriae naturalis ſcriptor, in Veſuuio periit. Exſtant libri XXXVII. Iac. Dalechampii cura illuſtrati.

A. 77. *C. Silius Italicus*, Poëta claruit; cuius ſunt libri XVII. de Bello Punico 2. cum obſeruationibus Claudii Dausqueii et Chr. Cellarii.

A. 78. *C. Valerius Flaccus*, Poëta, condidit libros octo Argonautica, Lamp. Alardi aliorumque commentario illuſtrata.

A. 80. *C. Iulius Solinus*, in Polyhiſtore protulit Collectanea rerum memorabilium. Exſtant Claudii Salmaſii Exercitationes in eundem.

A. 82. *Decimus Iunius Iuuenalis*, reliquit Satyras XVI. a Th. Farnabio dilucidatas.

A. 82. P. *Papinius Statius*, Poëta, in gratia fuit apud Domitianum Imp. Exſtant Siluarum libri quinque, Thebaidos duodecim, et Achilleidos duo, cum notis Variorum per Io. Veenhuſen et prolixo Commentario Caſp. Barthii.

A. 82. *M. Valer. Martialis*, itidem ſub Domitiano Imp. floruit, et reliquit Epigrammatum libros, XIV. et vnum Spectaculorum. Notas eruditas addidit Th. Farnabius.

A. 95. *M. Fabius Quinctilianus*, Rhetor, vitam finiit. Exſtant libri XII. Inſtitutionis Oratoriae. Tribuunt eidem Dialogum de oratoribus, ſiue de cauſis corruptae eloquentiae; Sed CXLV. Declamationes vel patri vel auo.

SAECVLO II poſt Chriſtum natum.

A. 104. *Sextus Iulius Frontinus*, ſub Traiano Imp. mortuus eſt. Exſtant de Stratagematibus et Re militari libri quatuor, de Coloniis vnus, et de Aquaeductibus Romae duo, cum notis Rob. Keuchenii. Eſt et inter Scriptores de Re Agraria cum *Siculo Flacco, Aggeno Vrbico, Hygino, etc.* quos coniunctim edidit Wil. Goeſius cum ſuis et Nic. Rigaltii notis et Gloſſario.

A. 108. *C. Cornel. Tacitus*, Hiſtoricus, eſſe deſiit. Superſunt Annalium libri ſex priores, et mutili ab XI vsque ad XVI. item Hiſtoriarum libri quinque, et Vita Agricolae, et Germania. Commentariis illuſtrarunt I. Lipſius et alii.

A. 109. *C. Plinius Caecilius ſecundus* minor ſiue iunior, maioris illius ex ſorore nepos, floruit. Exſtant Epiſtolarum libri decem et Panegyricus in Traianum Imp. Non pauci cum notis emiſerunt, quos inter Aug. Buchnerus, Iac. Thomaſius, et Chriſtoph. Cellarius; et cum variorum notis Io. Veenhuſen.

A. 112. *Aulus Gellius*, Philologus, floruit; ſed alii eum ad aetatem Imp. Antonini Pii reiiciunt. Reliquit Noctium Atticarum libros viginti, in quibus multa veterum fragmenta continentur. Ant. Thyſius et Iac. Oiſelius ſelectis nouisque Commentariis ornarunt.

A. 115. et deinceps *L. Annaeus Florus*, Hiſtoricus, floruit. Scripſit Rerum Romanarum libros quatuor, quos Ioh. Freinshemius notis illuſtrauit et poſt eum alii plures.

A. 116. et deinceps *C. Suetonius Tranquillus*, Hiſtoricus, claruit. Exſtant Vitae XII Caeſarum, liber de illuſtribus Grammaticis et liber de claris Rhetoribus. Prodiit cum Iſaaci Caſauboni Animaduerſionibus et Io. Henr. Boecleri Diſſertationibus politicis, cum variorum notis per Io. Schildium et Io. Georg. Graeuium, etc.

A. 116 et ſeqq. *Apicius Caelius*, ſub Traiani et Adriani Principatu confeciſſe putatur libros decem de Arte coquinaria. Prodiit opus nuper cum notis Mart. Liſteri et aliorum.

## III. AENEAE AETATIS SCRIPTORES.

A. 142. aut paullo poſt *Iuſtinus* claruit, Epitomator Pompeii Trogi, Hiſtorici ſub Auguſto florentis, ex illius voluminibus XLIV quae poſtea perierunt, totidem libros excerpſit.

A. 163. *L. Apuleius*, Madaurenſis Philoſophus, claruit ſub Antonino Philoſopho. Exſtant Metamorphoſeos ſiue Fabularum Mileſiarum de Aſino aureo libri XI. Floridorum IV. Apologia I et II. de Magia, libri de Mundo, de Deo Socratis, de Dogmate Platonis, etc. Sed liber de Virtutibus herbarum dubius, et forte Apuleii Celſi eſt, qui fuit Auguſti tempore. Notas nactus eſt Apuleius Phil. Beroaldi, Petri Coluii, Geverhardi Elmenhorſtii aliorumque.

A. 180. *Irenaeus*, Lugdunenſis Epiſcopus, martyr factus A. 201. Quinque libros aduerſus Valentinum Latine ſcripſerit an Graece, lis eſt. Interpreti eius Latina verſio adſcribitur.

A. 195. *Q. Septimius Florens Tertullianus* floruit, Eccleſiaſticae Latinitatis artifex; et obiit anno circiter 215. Eius opera ſunt quamplurima, illuſtrata a Beato Rhenano, Franc. Iunio, Nic. Rigaltio, etc. Poëmata ad Caecilium Cyprianum referuntur.

SAECVLO III poſt Chriſtum natum.

A. 201 ſeqq. *Licinius Proculus, Pegaſus, Neraſius, Priſcus, Iuuentius Celſus, Iabolenus* et alii, ICti, floruerunt, quorum Fragmenta in Digeſtis Iuſtiniani occurrunt.

A. 210. *Minucius Felix*, claruit, Scriptor Chriſtianus Dialogi, nomine Octauii. Edidit cum ſuis et aliorum notis Iac. Ouzelius: et cum ſuis Chr. Cellarius.

——— *Dionyſius Cato* hoc ſaeculo vixiſſe putatur, eique tribuuntur Diſticha Moralia, quatuor libris diſtincta. Notas adiecit Eraſmus Roterod. et Chr. Daumius.

——— *Palladius Rutilius Taurus* ſiue *Scaurus* etiam circa haec tempora fuiſſe videtur, qui de Re Ruſtica libris quatuordecim varia complectitur.

——— *Iulius Obſequens*, qui libro de Prodigiis inclaruit, huc forte referendus ob praeſtantiam ſermonis, editus cum notis Io. Schefferi.

A. 216. *Q. Serenus Sammonicus*, Poëta Medicus, floruit ſub Ant. Caracalla. Habemus eius carmen heroicum de Medicina et Remediis morborum cum not. Rob. Keuchenii.

A. 221. *Domitius Vlpianus*, ICtus, occiſus a Caracalla. Eius vt et *Papiniani, Modeſtini* et aliorum reliquiae in Iure Ciuili reperiuntur.

A. 230. vel circiter *Terentianus Maurus*, Grammaticus, claruit, cuius exſtat Carmen de Arte Metrica.

A. 251. *Cenſorinus*, Grammaticus, claruit. Eius librum de Die natali illuſtrauit Henr. Lindenbrogius.

A. 251. *Nouatianus*, Presbyter Romanus, reliquit librum de Trinitate.

A. 258. *Caecilius Cyprianus*, Rhetor et tandem Epiſcopus Carthaginienſis, occubuit, cuius ſcripta ſunt varia.

A. 285. *T. Iulius Calpurnius*, Siculus Poëta, vixit, cuius exſtat Bucolicon.

A. 288. *M. Aurel. Olympius Nemeſianus*, Poëta fuit, et reliquit Cynegetica et quatuor Eclogas.

A. 293 et ſeq. *Aelius Spartianus, Iul. Capitolinus, Aelius Lampridius, Vulcatius Gallicanus, Trebellius Pollio, et Flauius Vopiſcus* floruerunt, Scriptores Hiſtoriae Auguſtae, quos commentario illuſtrauit Iſ. Caſaubonus et Claud. Salmaſius.

A. 297. *Arnobius Afer*, Scriptor Chriſtianus, florere coepit, et vixit vsque ad A. 326. Exſtant libri ſeptem aduerſus Gentes cum notis Theodori Canteri, God. Stewechii, Gebh. Elmenhorſtii et Deſ. Heraldi.

SAECVLO IV poſt Chriſtum natum.

A. 301. *Caelius Aurelianus*, Medicus, claruit. Exſtant libri tres de Morbis Acutis, et quinque de Chronicis ſiue Tardis; cum notis Io. Conr. Ammani et T. I. ab Almeloueen, cuius etiam eſt Lexicon Caelianum.

A. 306. *Fl. Eutropius*, Hiſtoricus, ſub Conſtantino M. vixit, et decem libris Hiſtoriam Romanam complexus eſt.

A. 312. *Rhemnius Fannius*, Poëta Medicus, claruit, cuius eſt Carmen de Ponderibus et Menſuris.

A. 317. *L. Caelius Lactantius*, Firmianus, Tullius Chriſtianus, floruit. Reliquit VII libros Inſtitutionum Diuinarum, I de Ira Dei, et I de Opificio Dei, etc. Notis illuſtrauit Ant. Thyſius, Chr. Cellarius, etc.

A. 320. *L. Septimius Romanus*, Dyctin Cretenſem de Bello Troiano Latine vertiſſe creditur; vt et Daretem Phrygium de Excidio Troiae, etſi C. Nepotis epiſtola ad Salluſtium Criſpum praemittatur.

——— *Lucius Ampelius*, Floro ſaepius adiunctus, auctor eſt libri memorialis circa eadem tempora.

A. 323. *Aelius Donatus*, claruit, cuius exſtant ſcholia in Virgilii Aeneidem et Terentium.

A. 325. aut paullo poſt *Commodianus*, Poëta Chriſtianus ex gentili factus, dedit Inſtructiones LXXX aduerſus Gentium Deos. Schurtzfleiſchius notas adiecit.

A. 329. *C. Vettius Aquilinus Iuuencus*, Presbyter et Poëta Chriſtianus, floruit, et Euangelicae Hiſtoriae libros quatuor expreſſit carminice. Nuper cum notis Konigii, Omeiſii et aliorum edidit Erh. Reuſch.

A. 340. *Iulius Firmicus Maternus*, Mathematicus, claruit, qui Chriſtianus factus ſcripſit de Errore profanae religionis et octo libros Aſtronomicos.

A. 360. *Zeno*, Veronenſis Epiſcopus, claruiſſe exiſtimatur. Exſtant Sermones XC ſub eius nomine.

A. 368. *S. Hilarius*, Pictauienſis Epiſcopus, obiit. Opera coniunctim edita, ex quibus Geneſis ſiue Hexaëmeron Hilario Arelatenſi vindicatur.

A. 370. *Fabius Marius Victorinus*, e gentili Chriſtianus, obiit. Exſtat Carmen de ſeptem fratribus Maccabaeis.

A. 370. *Rufus Feſtus Auienus*, Poëta, vixit. Exſtat Metaphraſis Arati et Periegeſeos Dionyſii Alexandrini, cum Fragmento deſcriptionis orae maritimae, et Fabulae Aeſopi XLII elego carmine. Forte eidem *Sexti Rufi* ſiue *Rufi Feſti* Breuiarium Hiſtoricum tribuendum.

A. 375. *Q. Octauius Horatianus*, Medicus, floruit temporibus Gratiani et Valentiniani Impp. Quatuor libros Rerum medicarum ſcripſit.

A. 380. *Ammianus Marcellinus*, Hiſtoricus, claruit. Ex libris XXXI ſuperſtites poſtremi XVIII a Frid. Lindenbrogio et Henrico Hadrianoque Valeſiis, vt et Iac. Gronouio illuſtrati.

A. 386. *Flauius Vegetius Renatus*, floruit. Exſtant libri quatuor de Re militari cum Commentario God. Stewechii. Alius eſſe creditur *P. Vegetius*, cuius ſunt libri quatuor Artis veterinariae ſeu Mulomedicinae.

A. 395. *Aurel. Theod. Macrobius*, Philologus, floruit. Exſtant Commentariorum in Somnium Scipionis libri duo et Saturnalium ſeptem cum notis Io. Iſ. Pontani et Io. Meurſii.

A. 395. *Q. Aurelius Symmachus*, floruit. Superſunt Epiſtolarum libri X. cum notis Fr. Iureti et Iac. Lectii.

A. 395. *D. Magnus Auſonius*, Poëta et Orator, inclareſcere coepit. Exſtant Epigrammata, Idyllia, Eclogae, Epiſtolae, etc. Iac. Tollius ſuas et Variorum notas contulit.

A. 396. *Sext. Aurelius Victor*, Hiſtoricus, claruit. Exſtant ſcripta de Origine gentis Romanae, de Viris illuſtribus, et de Caeſaribus. Sed addita Imperatorum Epitome diuerſi auctoris eſſe dicitur.

A. 397. *S. Ambroſius*, Epiſcopus Mediolanenſis, obiit, relictis variis operibus ſacris.

A. 397. *Aurel. Prudentius Clemens*, Poëta Chriſtianus, floruit. Exſtant Liber Cathemerinon ſiue Hymni, Periſtephanon, Apotheoſis, Hamartigenia, Pſychomachia, libri duo contra Symmachum etc. Suis et Variorum notis illuſtrauit Io. Weitzius, ſuis etiam Chr. Cellarius.

A. 397. *Cl. Claudianus*, Poëta gentilis, ſub Honorio et Arcadio floruit. Eius ſunt libri duo in Rufinum, duo in Eutropium, tres de Raptu Proſerpinae, cum nonnullis Panegyricis et carminibus aliis egregiis. Commentarios dederunt Caſp. Barthius et Nic. Heinſius, etc.

——— Iisdem fere annis *Marcellus Empiricus* librum Medicamentorum et *Theodorus Priſcianus* librum de Diaeta ſiue de Rebus ſalubribus conſcripſiſſe dicuntur.

## SAECVLO V poſt Chriſtum natum.

A. 400. *S. Hieronymus*, Stridonenſis floruit, denatus A. 420. Eius opera nouem Tomis continentur. Ipſe etiam, quantumuis aliis praeeuntibus, *Vulgati Interpretis Bibliorum* nomine maxime circumfertur.

A. 400 et ſeqq. *Sulpitius Seuerus*, Hiſtoricus, mortuus A. 422. ſcripſit Hiſtoriam ſacram, vitam S. Martini et tres Dialogos. Notas adiecit Io. Vorſtius, et nuper Io. Clericus ſex eiusdem Auctoris Epiſtolas cum ſuis notis.

A. 410. *Claud. Rutilius Numatianus*, Poëta gentilis, ſcripſit Itinerarium, cui notas adiecit Caſp. Barthius.

A. 412. *S. Auguſtinus*, Hipponenſis Epiſcopus, maxime floruit, denatus A. 430. operum Tomos decem reliquit. Eius de Ciuitate Dei libros XXII ſeorſum Io. Lud. Viues et Leonh. Coqueus Commentariis illuſtrarunt.

A. 412. *Seruius Honoratus*, Grammaticus, claruit, qui in Virgilium commentatus eſt.

A. 416. *Paullus Oroſius*, Hiſtoricus, ſcripſit Hormeſtam ſiue ſeptem libros Hiſtoriarum aduerſus Paganos.

## IV. FERREAE AETATIS SCRIPTORES.

A. 430. *Caelius Sedulius*, Poëta Chriſtianus, claruit. Carminum libros quinque et duos Hymnos adnotationibus illuſtrauit Chr. Cellarius.

A. 431. *Pontius Paullinus*, Nolanus Epiſcopus, obiit. Exſtat Carmen de Iohanne Baptiſta, Epiſtolae tres et alia ſimul edita cum notis per Ioh. Baptiſtam Le Brun.

A. 440 vel circiter *Dracontius*, claruit. Scripſit elegiam ad Theodoſium Imp. et Carmen heroicum ad Hexaëmeron.

A. 442. *Saluianus*, Maſſilienſis Epiſcopus, claruit vsque ad finem fere ſaeculi. Eius libros octo de Gubernatione Dei, et quatuor aduerſus Auaritiam, notis illuſtrarunt Conr. Ritterſhuſius, et Steph. Baluzius, qui et *Vincentii Lirinenſis* opera adiecit.

A. 449. *Petrus Chryſologus*, Scriptor Sermonum eccleſiaſticus, obiit.

A. 455. *Proſper Aquitanicus*, Rhegienſis Epiſcopus, obiit. Scripſit de Praedictione Dei, de Vita contemplatiua, et de Vocatione Gentium libros duos: item Carmina de Prouidentia Dei et de Ingratis, et alia plura.

A. 457. *Martianus Capella*, floruit, qui Satyricon, ſiue de Nuptiis Philologiae et Mercurii, libros IX concinnauit illuſtratos notis Hug. Grotii.

A. 461. *Bened. Paullinus Petrocorius*, floruit, cuius carmen de Vita B. Martini ſex libris conſtat. Cum notis Fr. Iureti, Caſp. Barthii et Io. Frid. Gronouii edidit Chr. Daumius.

A. 466. *Claudianus Ecdicius Mamertus*, Epiſcopus Viennenſis, obiit. Exſtant libri tres de ſtatu animae cum notis Caſp. Barthii, qui alia plura adiecit.

A. 482. *C. Sollius Sidonius Apollinaris*, Auernorum Epiſcopus, obiit, relinquens Epiſtolarum libros IX et Carmina XXIV. Notis illuſtrauit Iac. Sirmondus, Io. Sauaro et Io. Wowerius.

A. 492. *Alcimus Ecdicius Auitus*, Archiepiſcopus Viennenſis, floruit, denatus A. 521. Eius epiſtolas, Homilias et Poëmata edidit Iac. Sirmondus.

——— Sub finem ſaeculi *C. Plinius Valerianus*, Medicus, ſcripſit libros quinque Medicinae parabilis.

——— Isdem temporibus Panegyriſtae veteres, *Lat. Pacatus*, *Drepanius*, *Claud. Mamertinus*, *Nazarius*, *Eumenius* et alii vixerunt. Notae acceſſerunt Liuincii, Gruteri, Acidalii, Ritterſhuſii, Cellarii.

## SAECVLO VI poſt Chriſtum natum.

A. 517. *Orientius*, Poëta Chriſtianus et Tarraconenſis Epiſcopus, floruit. Exſtat Commonitorium fidelium cum notis C. S. Schurtzfleiſchii.

A. 521. *Ennodius*, Ticinenſis Epiſcopus, obiit: Epiſtolas reliquit, Panegyricum et alia.

A. 524. *Manl. Seuerinus Boëthius*, Philoſophus, in carcere, in quo quinque libros de conſolatione philoſophica compoſuerat, decollatus eſt.

A. 526. et deinceps *Priſcianus*, *Feſtus Pompeius*, et *Nonius Marcellus*, Grammatici, floruerunt, quibus multae vindiciae Latinae linguae et fragmenta veterum debentur. Priſcianum, vt et *Fl. Soſipatrum Chariſium*, *Diomedem* et reliquos Grammaticae Latinae Auctores ſimul edidit Elias Putſchius.

A. 529. *Fulgentius*, Ruſpenſis Epiſcopus, obiit, et varia ſcripta de rebus ſacris reliquit. Alius *Fulgentius*, Grammaticus eſt, cuius exſtat libellus de Priſco ſermone.

A. 533. *Iuſtinianus Imp.* Theſaurum iuris Romani per Tribonianum et alios adornauit, quod corpus conſtat Inſtitutionibus, quas ipſe compoſuit, Digeſtis ſeu Pandectis, Codice et Nouellis.

A. 544. *Arator* claruit, cuius eſt Hiſtoria Apoſtolica carmine heroico ſcripta.

A. 552. *Iornandes*, Hiſtoricus, claruit, et librum de Rebus Geticis conſcripſit.

A. 562. *M. Aurel. Caſſiodorus*, iam nonagenarius, libros adhuc edidit; quos inter eminent Variarum Epiſtolarum libri XII. de Anima liber, et de Diuinis lectionibus libri duo; vt taceam reliquos. Aliqui mortem eius in annum 575 reiiciunt.

A. 566. *Creſconius Corippus*, claruit. De Laudibus Iuſtini Imp. carmine heroico quatuor libros compoſuit.

A. 600. *Venantius Fortunatus*, adhuc in viuis fuiſſe dicitur. Reliquit quatuor libros de vita S. Martini carmine heroico et alia plura partim Poëtica, partim Hiſtorica.

## In SAECVLO VII.

A. 637. *Iſidorus*, Hiſpalenſis Epiſcopus, mortuus eſt, libris viginti Originum ſiue Etymologiarum celebris.

## In SAECVLO VIII.

A. 709. *Aldhelmus*, vel *Adelhelmus*, Antiſtes Eccleſiae, obiit. Scripſit de Laude Virginitatis.

A. 735. *Beda Venerabilis*, dictus, obiit. Opera exſtant multa et varia.

A. 767. *Paullus Diaconus*, obiit, relictis XII Epiſtolis.

## In SAECVLO IX.

A. 821. *Theodulfus*, Scriptor Eccleſiaſticus, obiit. Scripta edidit Iac. Sirmondus.

## In SAECVLO XI.

A. 1070. *Conſtantinus Afer*, Medicus, floruit; multa et varia de Re Medica ſcripſit.

## In SAECVLO XII.

A. 1153. *Bernhardus*, Abbas Claraeuallenſis, obiit. Eius Epiſtolae, Sermones et alia Scripta celebrantur.

A. 1182. *Iohannes Sariſburienſis*, eruditorum ſuae aetatis princeps, obiit. Metalogici libros IV. Epiſtolas quam plurimas, et de Nugis Curialium octo libros, quos Polycraticum vocat, reliquit.

——— Circa eadem tempora *Guil. Brito Armoricus*, floruit, cuius Philippidos libros XII Caſp. Barthius commentario illuſtrauit.

# A

## I. *De litera A.*

A *princeps etiam apud Latinos litera, quam vt ait* Martia. Capella 3. p. 58 ſub hiatu oris congruo ſolo ſpiritu memoramus. *Figura, vt caeterae fere, a Graecis.* Veget. de re milit. 3, 20 Ad ſimilitudinem A ( *forte leg.* L ) literae, vel libellae fabrilis, acies in hoc dimicandi genere conſtituitur. *In Longobardico charactere ab V parum differre, notat etiam Scaliger ad* Catull. 6 p. 13. *Graeu. et* 30 p. 48. Cic. Diuin. 1, 23 c. 13 Sus roſtro ſi humi literam A impreſſerit: num propterea ſuſpicari poteris, Andromacham Ennii ab ea poſſe deſcribi? ¶ 2 *De mutationibus huius literae etymologicis* Priſcia. 1 p. 552 *poſt med.* A correpta conuertitur in productam, *fauer, faui:* in E correptam, *parco peperci:* in E productam, *facio feci, capio cepi.* Producta quoque A in E productam inuenitur ( *intell.* conuerſa ) halitus anhelitus: in I correptam, *amicus inimicus:* in O etiam *μάρμαρος marmor:* in V, *ſalſus inſulſus. Plura Voſſius in tr. de literarum permutatione, qui de additione, abiectione, mutatione etiam huius vocalis luculenter docet. In primis illud apertum,* a *in priore parte compoſitorum frequenter in* i *mutari, vt* tubĭcen, tibīcen, *quaſi tibiicen* etc. ¶ 3 A *in tabellis Comitiorum ſignificaſſe* Antiquo, *merito colligitur ex iis locis veterum, quae damus h. v. in iudicialibus vero tabellis* Abſolutionem *notabat.* Aſco. Pedia. ad Cic. Verr. 1, 26. c. 9 (it. ad diuin. in Caecil. 23 c. 7.) Nam cum condemnandi nota eſſet C litera, abſoluendi A, ampliandi ſignum N L dabant, quo ſignificabant, non liquere; vnde ampliatio naſcebatur. *Haec itaque eſt* ſalutaris litera, de qua Cic. pro Milo. 15 c. 6 Quod niſi vidiſſet, poſſe abſolui eum, qui fateretur: cum videret nos fateri; neque quaeri vnquam iuſſiſſet, nec vobis tam ſalutarem hanc in iudicando literam, quam illam triſtem dediſſet. *In* Ciceronis Tuſculanis A *litera, qua perſona vna ab altera* M *diſtinguitur,* Atticum *intelligit* Lactantius Diu. Inſt. 1, 15, 26 Teſtatus eſt videlicet Attici conſcientiam *etc.* Adoleſcentem *notari putat Lambinus;* Auditorem Turn. 9, 18. Iſid. Orig. 1, 23 In breuiculis, quibus militum nomina continebantur, — cum pueritiam ſignificare vellent, A litera vſi ſunt. ¶ 4 A *praenomen ſignificat, vt* A. Cecinna, *id eſt,* Aulus. *Porro notat* A quingenta *apud* Valer. Probum c. 27. *item ex Sertorii Vrſati obſeruationibus* Abſoluto, Aedes, Aedilis, Aere, Aerarium, Ager, Albo, Amicus, Anima, Annus, Antiquo, Argentum, Auguſtus, ĀĀ. Auguſtalis, A. A. Apud agrum, Auro Argento, Auguſti duo, Aes alienum. A. A. A. Auguſti tres, Aere, Argento, Auro. AA. COSS. Auguſtis conſulibus. A. A. L. Aulorum libertus. A. A. L. M. Apud agrum locum monumenti. A. A. V. C. Anno ab Vrbe condita. A. A. V. S. E. V. Alter amboue ſi eis videbitur. A. A. V. S. L. M. Apud agrum viuens ſibi locum monumenti. ¶ 5 A *literam ſono inſuauiſſimam eſſe, ſi ſaepius iteretur in fine, non recte colligitur ex* Cic. Orat. 163 c. 49 *Auratus aries Colchorum* — ſplendidis nominibus illuminatus eſt verſus: ſed proximus inquinatus, inſuauiſſima litera finitus, *Frugifera et ferta arua Aſiae tenet* — *Nec enim de* A, *ſed de* T *ſermo eſt. Verum in repetita hac litera aſperitatem notat* Martia. Capella 5 p. 167. *Contrarium veteribus placuiſſe, oſtendit Barth. ad Gratium* 10, *et ad* Statii Theb. 1 p. 3. *it. Heſſelius ad* Ennium p. 101 *et* 378.

## II. De Praepoſitione A *et* AB.

¶ 6 A, AB, et ABS *eadem Praepoſitio, cuius originem a Graeco ἀπὸ non inepte arceſſi, ὑπὸ* nos *admonere poteſt, quae manifeſte* ſub *eſt. Ac de vſu quidem τῆς* ABS *deinde ſuo loco dicetur. Hic locum* Ciceronis *ponemus* Orat. 158 c. 47 Vna praepoſitio eſt ABS ( *ſic leg. cum Rob. Stephano, non* AB ) eaque nunc tantum in accepti tabulis manet, ne his quidem omnium; in reliquo ſermone mutata eſt. Nam *Amouit* dicimus, et *Abegit,* et *Abſtulit:* vt iam neſcias, *Ab*ne verum ſit, an *Abs.* Quid ſi etiam *Abfugit* turpe viſum eſt, et *Abfer* noluerunt, *Aufer* maluerunt? quae praepoſitio, praeter haec duo verba, nullo alio in verbo reperitur. ¶ 7 *Caeterum* A *ſolis conſonantibus praeponitur:* Ab *non vocalibus modo, ſed omnibus etiam conſonantibus, vt hac inductione conſtat.* Ab centro Vitr. 9, 8. Cruciatu Liu. 26, 30. Dextro cornu Liu. 30, 8. Fronte Liu. 34, 14. Gallis Liu. 21, 52. Ioue Virg. Ecl. 3, 60. Iuuenta Liu. 26, 19. Laeuo cornu Liu. 30, 8. Lateribus Liu. 32, 18. Lenone Plaut. Curc. 2, 4, 9. Multis Liu. 25, 36. Nocte Liu. 24, 46. Nullius tempore Cic. pro Arch. c. 6. Nullis Cic. Diuin. in Verr. c. 9. Pauculis Caeſ. 6, 21. Piraeeo Liu. 31, 25. Quaerente Liu. 24, 6. Rege Nep. 23, 12, 3. Romanis Liu. 24, 6. Sabinis Liu. 1, 17. Se Liu. 24, 4. Senatu Cic. de Inuent. 2, 111 c. 37. ( *paullo ante* ſ. 110. a Senatu) Sententia Cic. de Inu. 2, 141 c. 48. Sole Varr. R. R. 1, 12. Sua parte Liu. 1, 17. Syracuſis Liu. 24, 6. Tergo Liu. 24, 47. Vino Celſ. 1, 10. *Tacemus compoſita* Abduco, Abiicio, Abluo *etc.* ¶ 8 *Iam vſum huius praepoſitionis latiſſime patentem, ſi quis ſub unam generalem notionem referre velit, non errauerit, ſi* PRINCIPIVM *ea notari dicat, vt ipſa litera* A *notat principium ſonorum. Hac igitur communi notione ſeruata, adiungitur ad* I *perſonam* II *locum* III *tempus* IV *rem, ſiue adiunctum quodcunque aliud.* ¶ 9 *Nempe* (I) *deſignat perſonam agentem poſt verba paſſiua.* Cic. Fam. 5, 12 Neque enim Alexander ille gratiae cauſſa ab Apelle potiſſimum pingi, et a Lyſippo fingi volebat. Salluſt. Fragm. c. 24 Vincitur a paucis. Hor. Ser. 1, 2. 11 Laudatur ab his, culpatur ab illis. Plin. epiſt. 4, 7, 7 Credas non de puero ſcriptum, ſed a puero, *vbi diſcrimen praepoſitionum* a *et* de *pulchre indicatur.* ¶ 10 *In hac conſtructione cum Paſſiuis attendendum, an non etiam in actiuo locum habeat* a. Cic. pro Milo. 91 c. 33 Qui a *Clodio* ſpirante forum putent potuiſſe defendi, cuius non reſtiterit cadaueri curia *i contra Clodium.* Salluſt. fragm. c. 3 Quid a Pyrrho, Hannibale — defenſum eſt aliud, quam libertas *i. contra Pyrrhum.* Caeſ. B. C. 1, 6 Pecuniae a municipiis exiguntur *i. quas ſoluant municipia.* Cic. pro Sext. c. 65 Deligerentur autem in id conſilium ab vniuerſo populo *i. ex vel de populo.* Iuſti. 43, 5, 9 A Gallis redemta pax, *quam dedere ſcilicet.* Liu. 26, 39 Recuperata vrbe (*Tarento*) a Romanis *i. erepta iterum Romanis, qui illam tenebant.* Val. Max. 2, 4, 4 Atellani ab Oſcis acciti ſunt. Cic. Off. 2 c. 9 Haec quibus rebus pariuntur a ſingulis, iiſdem fere a multitudine. *Hinc intelligendus* Vlpia. l. 5 D. de Senatoribus, Senatoris filium accipere debemus non tantum eum, qui naturalis eſt, verum adoptiuum quoque: neque intererit a quo, vel qualiter adoptatus fuerit, *a quo i. e. cuius familia.* ¶ 11 *Porro hic Ablatiuus cum* a *non nunquam vertitur in Datiuum.* Catull. 8 Amata nobis, quantum amabitur nulla. Virg. Aen. 1, 444 Neque cernitur vlli. Horat. Sat. 1, 6, 116 Coena miniſtratur pueris tribus: *et* Od. 1, 6, 1 Scriberis Vario: *et* Ep. 1, 16, 25 Si quis bella tibi terra pugnata marique dicat. Sall. Iug. 106, 2 Sibi ex ſpeculatoribus cognitum. Caeſ. B. C. 3, 38 Cognitis hoſti inſidiis. Cic. Fam. 4, 13, 6 Quibus tenetur: *et* Offic. 3, 38 c. 9 Honeſta bonis viris non occulta quaeruntur. Tac. A. 3, 20, 4 Deſertus ſuis. Apul. Apol. p. 313 Elm. Idque Oeeae nemini ignoratur. *et* p. 316 *extr.* Vt aliquo inſigni iudicio ciuibus ſuis noſcerentur. Gell. 4, 5 Verſus cantatus pueris. *Vid. Voſſ. de Conſtr.* 38. *Perizo. ad Sanct.* 3, 4, 1 p. 397. *Graeu. ad* Sueto. Caeſ. 19 Opera optimatibus data eſt. *et* c. 20 Campum maioribus conſecratum. ¶ 12 *Paſſiuorum cum* A *conſtructionem imitantur etiam, quae Principium agens, vt loquuntur Philoſophi, alio modo indicant.* Cic. pro Milo. 96 Beatos eſſe, quibus ea res honori fuerit a ſuis ciuibus. *Et* Fam. 3, 3 Quibus ego a tali viro contentus eram. Ouid. Met. 13, 597 Occidit a forti Achille. *Plura Burm. ad* Ouid. Met. 5, 192 A tanto cecidiſſe viro. Quinctil. 12, 1, 43 Fabricius reſpondit, ſe a ciue ſpoliari malle, quam ab hoſte venire. Cic. Acad. 1, 29 c. 7 In qua ratio perfecta inſit, quae ſit eadem ſempiterna: nihil enim valentius eſſe, a quo intereat. *Huc referri etiam poteſt* Plaut. Curc. 1, 1, 51 A me pudica eſt. Ter. Hec. 1, 2, 70 Vt virgo a ſe integra etiam tum ſiet. *Laudatur etiam* Cic. de Orat. 3, 143 c. 35 Haec cum Craſſus dixiſſet, parumper et ipſe conticuit, et a caeteris ſilentium fuit. *Sed omittunt praepoſitionem optima exemplaria.* Plaut. Rud. 2, 5, 21 *de vrna literata* Ab ſe cantat, cuia ſit; *poterat dicere,* ab ipſa indicatur. Cic. de Leg. 3, 35 c. 16 Cui ne reditus quidem ad bonos ſalutem a bonis potuit afferre. Id. pro Milo. 56 c. 21 Martemque communem, qui ſaepe ſpoliantem iam et exſultantem euertit, et perculit ab abiecto. Id. Att. 5, 21 Vt ibi Iunius conſumatur; velim tranquille a Parthis, *i. vt nihil me turbent Parthi.* Liu. 6, 5 Criminabantur, multo eum infeſtiorem agrum a nobilitate fore, quam a Volſcis fuerit. ¶ 13 *Hinc perſonis iungitur, a quibus quocunque modo aliquid proficiſci indicatur. Praeter ea quae* n. 10 *dedimus ex* Caeſ. B. C. 1, 6 *et* Iuſti. 43, 5, 9, *huc pertinent* Cic. Fam. 12, 22 Maximam ab omnibus laudem adeptus eſſes. Id. Att. 13, 21 Scripſit Balbus ad me, ſe a te quintum de finibus librum deſcripſiſſe *i. te ſuppeditante exemplum, e ſuo libro. Et* Att. 6, 2 Saluebis a meo Cicerone. Fam. 12, 25 A me illos habe commendatiſſimos. De Orat. 1, 111 c. 24 Non ipſe aliquid a me promiſiſſe, ſed fortuito in ſermonem veſtrum incidiſſe. Id. Parad. 3, 2 A Philoſophia iſta ſumis. Ter. Phor. 5, 5, 3 Otium a ſenibus ad potandum vt habeam. *Et* Eunu. 3, 5, 9 Adibo, atque ab eo gratiam hanc, quam video velle, inibo *i.* Donato *interprete,* eius gratiam merebor. *Et* Andr. 1, 1, 129 Ea primum ab illo animaduertenda iniuria eſt *i. iniuria ab illo profecta, quam fecit.* Cic. pro Muren. 63 c. 30 Noſtri illi a Platone et Ariſtotele, moderati homines et temperati, aiunt apud ſapientem valere aliquando gratiam *i. Platonis et Ariſtotelis ſectatores. Et* Tuſ. 2, 7 c. 3 Quid enim dicant, et quid ſentiant hi, qui ſunt ab ea diſciplina *etc. Sed hoc forte melius ad* n. 21. *refertur. Huc pertinet* Cic. Orat. c. 4 Pericles ab Anaxagora. Quinct. 4, 2, 31 Plerique ſcriptores, maxime, qui ſunt ab Iſocrate. ¶ 14 *Sic* Ab aliquo legare. Cic. pro Cluent. 33 c. 12 Itaque ei teſtamento legat grandem pecuniam a filio, ſiqui natus eſſet: ab ſecundo haerede nihil legat. *Idem* Att. 13, 46 Cognoui Cluuium a T. Hordeonio legare et Terentiae HS. IↃↃↃ, et ſepulcro, multiſque rebus, nihil a nobis *i. Cluuium iubere, vt Hordeonius cohaeres meus Terentiae numeret, et ad ſepulcrum, multaſque alias res ſumptus ſuppeditet: ego vero nihil dem, ita vt meliore conditione ſim, quam Hordeonius cohaeres meus.* Ab aliquo poſſidere. Vlp. in l. 1 §. fi. D. Vti poſſidetis, Quod ait Praetor in interdicto, *Nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero poſſidetis,* hoc eo pertinet, vt ſi quis poſſidet vi, aut clam, aut precario: ſi quidem ab alio, proſit ei poſſeſſio; ſi vero ab aduerſario ſuo, non debeat eum propter hoc, quod ab eo poſſidet, vincere. Idem l. 3 in princ. eod. tit. Ego poſſideo ex iuſta cauſſa: tu vi, aut clam. Si a me poſſides, ſuperior ſum in interdicto: ſi vero non a me, neuter noſtrûm vincetur. nam et tu poſſides, et ego. Ab alio poſſides *i. cum alius poſſideret, tu illum poſſeſſione deiecisti aut vi, aut clam, aut precario.* Ab aliquo via vti. Vlp. in l. 3 princ. D. De itinere actuque priuato, Si cum a me recte via vtebaris, fundum vendidero, per quem vtebaris: deinde emtor te prohibuerit, licet clam videaris ab eo vti, (nam qui prohibi-


hibi-

hibitus vtitur, clam vtitur:) tamen interdictum tibi competere intra annum. *Paulo poſt* §. 2 Si quis ab auctore meo vi, aut clam, aut precario vſus eſt, recte a me via vti prohibetur, et interdictum ei inutile eſt: quia a me videtur vi, aut clam, vel precario poſſidere, qui ab auctore meo vitioſe poſſidet. Nam et Pedius ſcribit: Si vi, aut clam, aut precario ab eo ſit vſus, in cuius locum haereditate, vel emtione, aliove quo iure ſucceſſi, idem eſſe dicendum. A me via vteris, *cum ego dominus eſſem fundi, tibi conceſſi, vt via in meo fundo vtereris:* ab auctore meo, *cum auctor meus, qui mihi fundum vendidit, tibi eam viam conceſſit.* *Tale eſt* Vlp. in l. 1. princ. D. de ſuperficiebus, Alter ab altero fruemini *i. Altero alteri fructum concedente.* *item* Vlp. in l. 1. §. Deinde ait praetor D. de aqua quotidiana et aeſtiua, Vti priore aeſtate aquam, qua de agitur, nec vi, nec clam, nec precario ab illo duxiſti, quo minus ita ducas, vim fieri veto *i. vti ex illius fundo ipſo concedente in tuum duxiſti.* ¶ 15 *Conſimilia ſunt*, Ab aliquo ſoluere, dare, numerare. Cic. Att. 5, 21 Non modo non recuſare, ſed etiam hoc dicere, ſe a me ſoluere. Quod enim Praetori dare conſueſſent, quoniam ego non acceperam, ſe a me quodammodo dare *i. quaſi de meo, vel de mea pecunia.* Cic. Att. 7, 18 Frater laborat, vt tibi quod debet, ab Egnatio ſoluat *i. Egnatium debitorem ſuum tibi deleget, vt is pecuniam tibi numeret.* Idem pro Flacc. 44 Si Praetor dedit, vt eſt ſcriptum, a Quaeſtore numerauit: Quaeſtor a menſa publica: menſa aut ex vectigali, aut ex tributo. Idem pro Planc. 42 Sinite me, quod vobis fretus huic ſaepe promiſi, id a vobis ei perſoluere. Idem Att. 12, 25 Reliquae pecuniae vel vſuram Silio pendemus, dum a Faberio, vel ab aliquo, qui Faberio debet, repraeſentabimus. Idem contra Rull. 2, 32. c. 13 Sumtum haurit ex aerario, ſuppeditat a ſociis, *quem ſcilicet ipſis extorqueat.* ¶ 16 *Sed etiam ad quodcunque aliud principium morale et quaſi fontem actionum demonſtrandum adhibetur.* Balbus Ciceroni *ſub* Att. 9, 8 Haec quam prudenter tibi ſcribam neſcio: ſed illud certe ſcio, me ab ſingulari amore beniuolentiaque, quaecunque tibi ſcribo, ſcribere. Liu. 27, 28 Ab ira non defectionis modo, ſed etiam equitum interfectorum, rati occaſionem ſupplicii peti. Idem 39, 49 Iacentem hoſtes ſuperfuſi oppreſſerunt; cognitumque primum a verecundia et memoria meritorum, haud ſecus quam ducem ſuum, attollunt. Id. 36, 24 Non tam ab ira, nec ab odio, quam vt miles ſentiret: *et* 7, 10 Linguam etiam ab irriſu exſerentem Gallum producit: *et* 5, 44 Nunc ab ſecundis rebus magis etiam incauti: *et* 24, 30 Tanto ardore militum eſt vſus ab ira interfectae ſtationis: *et* 38, 52 Quum — ab eadem ſuperbia non venire ad cauſſam dicendam arguerent, qua iudicium — reliquiſſet. *Laudatur etiam illud* Liuii ... Quia ab ſatisfaciendi quoque cura imperata enixe facere videt, ex praeſenti illos potius, quam ex praeterito aeſtimat habitu. Tac. H. 4, 72, 4 Cerealis a metu infamiae — preſſit iras: *Sic olim editum: omiſere* τὴν a *recentiores.* Liu. 30, 6 Ab eodem terrore credere *i. propter.* (II) *Iam ea videamus exempla, vbi loci quoddam principium notat.* ¶ 17 Plaut. Poen. 4, 2, 107 Dum herus aduenit a foro. Martial. 10, 104 Ipſa protinus a via ſalutes. Scribo. comp. 101 A rheda excuſſis. comp. 191 Reiiciunt ab ſtomacho ramenta: *et* 193 Ab ore ſanguinem exſpuunt. Sueto. Tib. 19 A Germania in vrbem regreſſus. Flor. 1, 24, 1 A Graecia leges allatae. *Etiam cum nominibus vrbium.* Cic. Ac. 1, 1 Nuntiatum eſt nobis a M. Varrone, veniſſe eum a Roma pridie veſperi: *Sic Ro. Stephanus dedit, ſed alii* a *omitſunt.* *Certius eſt* Att. 6, 1 Credo te binas meas (*literas*) accepiſſe, vnas a Pindeniſſo capto, alteras a Laodicea. Liu. 37, 45 Sub idem fere tempus et ab Trallibus et a Magneſia — et ab Epheſo legati ad dedendas vrbes venerunt. *Sic* Cic. pro Sextio 124 c. 58 Vſque a Capitolio: *et* pro Cluent. 192 c. 68 Vſque a mari ſupero. Virg. Aen. 2, 254 Et iam Argiua phalanx inſtructis nauibus ibat A Tenedo. Tac. A. 2, 60 Orſus oppido a Canopo. *Quid differant* a loco *et* ex loco, *vid.* EX. Plaut. Rud. 2, 6, 55 Qui a fundamento mihi vſque mouiſti mare: *quod elliptice dixit* Virg. Aen. 2, 419 Atque imo Nereus ciet aequora fundo. Ab infimo Plaut. Moſt. 3, 2, 38. Liu. 1, 28 Ab extremo orſi, primos exciuere Albanos. Quinct. 7, 1, 25 Vltimum retrorſum, quod idem a capite primum eſt. ¶ 18 *Sic frequenter opponuntur ſibi* ab *et* ad. Cic. de Sen. 83. c. 23 Nec vero velim quaſi decurſo ſpatio a calce ad carceres reuocari *i. a ſenio ad pueritiam.* Plaut. Epid. 5, 1, 16 Contempla Epidice ab vnguiculo ad capillum ſummum eſt feſtiuiſſima. Cic. pro Roſc. Com. 20 c. 7 Nonne ab imis vnguibus vſque ad verticem ſummum (ſi qua coniecturam affert hominibus tacita corporis figura) ex fraude, fallaciis, mendaciis, conſtare totus videtur? Plin. 7, 17 Quod ſit hominum ſpatium a veſtigio ad verticem, id eſſe paſſis manibus inter longiſſimos digitos, obſeruatum eſt. Apul. met. 3 p. 138 Ab imis vnguibus vſque ad ſummos capillos. *Inuerſo ordine* Hor. Epiſt. 2, 2, 4 Candidus, et talos a vertice pulcher ad imos. Petro. c. 102 A capillo vſque ad vngues. Hieron. ad Domn. T. 3 p. 14 Contuli cum eo a vertice, vt aiunt, vſque ad extremum vnguem. *Simile* Plauti Perſ. 4, 4, 54 Hoſpes, volo ego hanc percontari. S. A terra ad caelum, quid lubet. *Add.* Trin. 4, 2, 105: *et illud* Ter. And. 1, 1, 56 Ita vt ingenium eſt omnium hominum a labore procliue ad libidinem. *Sic* Cic. Som. Scip. 16 Qui terras ab Oriente ad Occidentem colunt. Plaut. Pſeud. 3, 1, 10 Interminatus eſt a minimo ad maximum, Si quis non hodie *etc.* ¶ 19 *Ad hoc loci principium refero etiam illud* Virg. Ge. 2, 243 Dulceſque a fontibus vndae: *item* Iuuen. 7, 196 Modo primos incipientem Edere vagitus, et adhuc a matre rubentem. *Sic* Colum. 8, 5, 9 A matre pulli (*i. parui, vix excluſi*) non exiguis pretiis veneunt. Flor. 4, 2, 67 Elephanti bellorum rudes, et nuper a ſilua, conſternati tubarum clangore. ¶ 20 *In eadem claſſe ponenda illa Patronymicorum paraphraſis, vt* Liu. 1, 50 Turnus Herdonius ab Aricia, *qui* Aricinus vocatur c. 60. Id. 2, 22 Obſides dant CCC principum a Cora atque Pometia liberos. Id. 34, 9 Vnum (*oppidum Emporiarum*) Graeci habebant a Phocaea. *Apud eund.* 6, . . Coloni a Velitris. Varro R. R. 2, 2, 1 Paſtores a Pergamide Maledoue. Virg. Ge. 3, 2 Paſtor ab Amphryſo. *et* Aen. 7, 647 Primus init bellum Tyrrhenis aſper ab oris Contemtor Diuum Mezentius. Val. Fl. 1, 365 A litore Pellae Deucalion. Propert. 4, 6, 37 O Longe mundi ſeruator ab Alba, Auguſte. Sil. 5, 271 Atlas a litore Hibero, *vbi plura Heinſ.* *Etiam* Liu. 31, 22 Praedonum e Chalcide naues. Petro. c. 38 Arietes a Tarento. *Imitati ſunt recentiores*, V. G. Seu. Sulpic. 2, 58 A Singiduno Vrſacius, Valens a Murſa, ab Heraclia Theodorus, (*Epiſcopi*) *et* c. 39 Lucifer a Caralis, Paternus a Petrocoris. *Hinc per ellipſin* Plaut. Bacch. 2, 2, 53 Hoſpes Epheſo, *et* Merc. 5, 2, 99 Vidi ibi hoſpitem Zacyntho. *Plura ad vtrumque locum viri docti apud Taubmannum.* *Add.* Gell. 3, 15 Polycritam nobilem feminam Naxo. Ouid. Tr. 3, 9, 12 Vela Colchide. ¶ 21 *Huc pertinet illud, quod* A *vel* Ab *cum Caſu poſſeſſoris domicilium ſignificat.* Cic. Att. 5, 3 *extr.* A Pontio ex Trebulano a. d. V Idus Maii *i. cum eſſem in domo Pontii.* *Talia ſunt* Ter. And. 4, 5, 15 Vnde eſt. — MY. A vobis *i. e. domo veſtra.* Ibid. 1, 3, 22 Sed Myſis ab ea egreditur. Id. Heaut. 3, 3 *extr.* Quid eſt, quod tam a nobis grauiter crepuerunt fores? Id. Adel. 5, 3, 2 Quiſnam a me tam grauiter pepulit fores? *et* And. 3, 1, 3 Ab Andria eſt ancilla haec. *Add.* 4, 4, 18. *Sic* Plaut. Ciſt. 4, 1, 6 Haec ciſtella numnam hinc a nobis domo eſt? Id. Poen. 5, 2, 132 *et* Pſeud. 1, 2, 69 A lenone amare *i. puellam e domo lenonis.* Id. Mil. 2, 2, 5 A milite hominem. *Conf. n.* 13. ¶ 22 *Hinc viciniam et ſitum adeo declarat.* Plaut. Ciſt. 4, 1, 7 Ab oſtio iacentem ſuſtuli: *et* Mercat. 2, 4, 9 Omnia ego auſcultaui ab oſtio. *Id.* Bacch. 4, 6, 22 Nunc ab tranſenna hic turdus lumbricum petit *i. lumbricum qui poſt rete ſ. laqueum poſitus ſolicitat turdum, vt caput inſerat etc.* Liu. 3, 41 Quiritium fidem Valerius implorat a curiae limine *i. ſtans ipſe in curiae limine.* *Paulo aliter* Seneca Epiſt. 49 A limine ſalutare *i. leuiter attingere, non intrare quaſi domum, ſed ſalutare e longinquo.* *Loquitur de dialecticis*, Nec ego nego proſpicienda iſta; ſed proſpicienda tantum, et a limine ſalutanda. Stat. Silu. 1, 2, 23 Dominae niueis a vultibus obſtas *i. ſtas ante dominam.* *Vid. Geuart. ad h. l. notata.* Fronti. Strat. 1, 5, 10 Vniuerſi a limite obſtiterunt. *Vid. mox* n. 35. A PEDIBVS. Cic. de Diu. 1, 12 c. 7 Quod faciebat etiam Panaetius, requirens, Iupiterne cornicem a laeua, coruum a dextra canere iuſſiſſet? Id. ad Brut. 10, 8 Firmos omnino et duces habemus ab occidente, et exercitus: *et* Phil. 3, 32 c. 13 A tergo, a fronte, a lateribus tenetur. Liu. 27, 49 Ita ex omnibus partibus a fronte, a latere, a tergo, trucidantur Hiſpani. Id. 1, 37 Equites vtrinque ab cornibus poſitos — ita incurriſſe ab lateribus ferunt. Caeſ. B. C. 3, 26 Portus ab Africo tegebatur, ab Auſtro non erat tutus. Cic. Verr. 5, 32 c. 13 Ne excitetur Verres, ne denudetur a pectore, ne cicatrices populus Ro. adſpiciat. Caeſ. B. G. 6, 28 Cornua ab labris argento circumcludunt. Plin. 10, 16, ſ. 18 Hyias tradit, noctuam, bubonem, — a cauda de ouo exire, *quod alias ſine praepoſitione effert, vt* 7, 8 ſ. 6 Neronem pedibus genitum, parens eius ſcribit Agrippina. Ritu naturae capite hominem gigni mos eſt, pedibus efferri: *vel per praepoſitionem* in, *vt* 10, 64 ſ. 84 Quaecunque animal pariunt, in capita gignunt, circumacto ſub enixum foetu, alias in vtero porrecto. Plin. 24, 10 Eraſiſtratus hederae acinos quinque tritos in roſaceo oleo, calefactoſque in cortice Punici, inſtillauit dentium dolori a contraria aure. Id. 17, 2 pr. *de arboribus*, Aquilone maxime gaudent, denſiores ab afflatu eius laetioreſque, et materiae firmioris. Qua in re plerique falluntur, cum in vineis pedamenta non ſint a vento eo opponenda, et id tantum a Septentrione ſeruandum. Celſus 7, 26 Ab exteriori parte laeuis vncus. Plin. 13, 25 ſ. 48 Laudatiſſimo (phyco) a parte Aquilonis *i. eo qui naſcitur in litore aquilonali.* ¶ 23 *Qui vicinus nobis eſt, et latus noſtrum tegit in praelio, is* ſtare a nobis *dicitur, quod ipſum deinde ad aliud quodcunque genus auxilii et ſocietatis refertur.* Plaut. Rud. 4, 4, 56 Omnia iſtaec ego facile patior, dum hic hinc a me ſentiat *i. dum meae cauſſae faueat poſſeſſio huius viduli.* *Reſpondet* TRACHALO: Atqui nunc abs te ſtat; verum hinc ibit teſtimonium. *Neque enim audiendi, qui* abs *hic volunt interpretari* contra. Nep. 14, 6, 6 Coacti ſunt cum eis pugnare, ad quos tranſierant, ab hiſque ſtare, quos reliquerant. Cic. in Brut. 273 c. 79 Vt nemo contra ciuium perditorum popularem turbulentamque dementiam, a ſenatu et a bonorum cauſſa ſteterit conſtantius. Idem pro Cluent. 93 c. 34 Non modo dicendi ab reo, ſed ne ſurgendi quidem poteſtas erat. Idem Tuſc. 2, 7 c. 3 Quid enim dicant, et quid ſentiant hi, qui ſunt ab ea diſciplina, nemo mediocriter quidem doctus ignorat. *Niſi tamen hic locus potius ad* n. 13 *pertinet.* *Sed* de Inuent. 1, 90 c. 47 Commune eſt, quod nihilo magis ab aduerſariis, quam a nobis faciat. *ibidem.* 2, 61 c. 20 Locus communis a tranſlatione, et contra eum qui tranſlationem inducet. Et ad Heren. 2, 9 c. 6 Communes loci ſunt: a teſtibus, contra teſtes: a quaeſtionibus, contra quaeſtiones: ab argumentis, contra argumenta: a rumoribus, contra rumores. *Et paulo ante*, Communes loci ſunt, qui alia in cauſſa ab reo, alia ab accuſatore tractantur. A. ad Her. 2, 43 c. 27 Quod ſaepe conſulto multi ab reo faciunt *i. iuuandi rei cauſſa.* *Sic* Quinct. 4, 1, 24 A petitore. Cic. pro Roſc. Am. 85 c. 30 Vir et contra audaciam fortiſſimus et ab innocentia clementiſſimus *i. ad tuendam innocentiam, q. d. a partibus innocentiae.* *Sic* Liu. 1, 12 Principes vtrinque pugnam ciebant, ab Sabinis Metius Curtius, ab Romanis Hoſtus Hoſtilius. Id. 30, 33 A Romanis tubae cornuaque cecinerunt: *et p. p.* Ab anteſignanis pila non ceſſabant. ¶ 24 *Sed etiam diſtantiam locorum ſignat haec praepoſitio.* Caeſ. B. G. 5, 32 Occulto loco a millibus paſſuum circiter duobus Romanorum aduentum expectabant: *et* 6, 7 Poſitis caſtris a millibus paſſuum XV auxilia Germanorum expectare conſtituunt. *Sic* Tac. H. 1, 10, 2 Tam prope ab exule fuit, quam poſtea a principe. Id. Hiſt. 2, 76, 3 A contumelia quam a laude propius fuerit, poſt Vitellium eligi. Plin. 15, 18 ſ. 20 Tam prope a muris habemus hoſtem. Cic. Verr. 2, 6 c. 3 Tam prope ab domo. Verr. 5, 6 c. 2 Tam prope a Sicilia. *Id.* de Sen. 55 Cuius quidem ego villam contemplans, abeſt enim non longe a me (*i. mea villa*) admirari ſatis non poſſum. *Huc referimus etiam* Cic. Diuin. in Caec. 41 c. 13 Et qui omne tempus, quod mihi ab amicorum negotiis datur, in his ſtudiis laboribuſque conſumam. *Itemque* Cic. Att. 1, 1 Cum Romae a iudiciis forum refrixerit. Ter. Heaut. 1, 1, 23 Tantumne a re tua eſt otii tibi? *quo vtitur etiam* Cic. Att. 12, 6 Tantumne ab re tua eſt otii tibi, vt etiam oratorem legas? ¶ 25 *Hinc etiam* ab re *eſt idem notat, quod ſemotum, ſeiunctum ab re vel vtilitate.* Plaut. Trin. 2, 1, 12 *inter amoris incommoda*, Ab re conſulit blandiloquentulus: *et* Capt. 2, 2, 88 Quiduis, dum ab re ne quid ores, faciam *i. ab honeſtate et vtilitate ſeiunctum.* Id. Aſin. 1, 3, 71 Haud id eſt ab re aucupis *i. non inutile, ſed optandum.* Plin. 27, 8 ſ. 35 Illud non ab re eſt, dixiſſe. Id. 27, 13 ſ. 118 In fine earum admonere, non ab re iudicamus. *Et* 31, 3 ſ. 26 Non ab re ſit, quaerendi aquas iunxiſſe rationem. *Et* 34, 9 ſ. 20 Id quoque notaſſe non ab re eſt. Suet. Aug. 94 Non ab re fuerit, ſubtexere. *Similis formula ex* Varrone de vita Po. Ro. *eſt* Non. 14, 37 Neque id ab orbita matrum familias inſtituti, quod eae pectore ac lacertis erant apertis, nec capitia habebant. ¶ 26 *Huic loci et diſtantiae notationi vicina eſt illa defenſionis et ſecuritatis ſignificatio.* Virg. Ecl. 7, 6 Dum teneras defendo a frigore myrtos. Cic. de Orat. 1, 1 Hoc tempus omne obiecimus iis fluctibus, qui per nos a communi peſte depulſi in noſmet ipſos redundarunt. Cic. pro Font. extr. A quo periculo defendite, iudices, ciuem fortem. Id. pro Milo. 91 c. 33 Qui ab eo ſpirante forum putent potuiſſe defendi, cuius non reſtiterit cadaueri curia? *Vid.* n. 10. Plin. 20, 17 Veſtes quoque a tineis defendit. Liu. 8, 6 Legatos ab ira impetuque hominum tegere. Nep. 23, 9, 4 Templum magna cura cuſtodiunt non tam a ceteris, quam ab Hanni-

Hanni-

Hannibale, ne quid ille, inſcientibus his tolleret. Plaut. Perſ. 1, 3, 83 Continuo tu illam a lenone aſſerito manu. Liu. 7, 10 Corpus ab omni alia vexatione intactum. Caeſ. B. G. 7, 36 Vt tuto ab repentino hoſtium incurſu etiam ſinguli commeare poſſent. Celſ. 2, 3 Venter a periculo tutus. Iuſti. 10, 1, 7 Tutior ab hoſtibus, quam a filiis. Lucret. 3, 831 Quod letalibus ab rebus munita tenetur. *Huc etiam referimus illud* Cic. pro Rabir. Poſt. 27 c. 10 Quorum impunitas fuit non modo a iudicio, ſed etiam a ſermone. (III) *Temporis etiam principium notat haec praepoſitio.* v. g. ¶ 27 *In aetatibus hominum et partibus diei ſignandis.* Ter. Ad. 1, 1, 16 Iam inde ab Adoleſcentia. Cic. de Fin. 2, 96 c. 30 Tua erga me et erga philoſophiam voluntate ab Adoleſcentia ſuſcepta. *Sed libri optimi* ab adoleſcentulo. Cic. Fam. 13, 22 M. Aemilius Auianus ab ineunte Adoleſcentia me obſeruauit, ſemperque dilexit. *Sic etiam* Plaut. Trin. 2, 2, 20 Vsque ad hanc aetatem, ab ineunte Adoleſcentia. Cic. Fam. 19 Refero me ad manſuetiores muſas, quae me maxime, ſicut iam a prima Adoleſcentia, delectarunt. *Add.* Suet. Oth. c. 2. Cic. pro Quinct. 12 Nam qui ab Adoleſcentulo quaeſtum ſibi inſtituiſſet ſine impendio. Cic. pro Lege Manilia princ. Sed meae vitae rationes ab ineunte Aetate ſuſceptae prohibuerunt. *Add.* Off. 2, 44 c. 13. Iuſti. 12, 4, 10 A paruula Aetate. Cic. Fam. 4, 4 A prima Aetate me omnis ars et doctrina liberalis, et maxime philoſophia delectauit. *Add.* pro Planc. c. 21. A primis temporibus Aetatis Cic. Fam. 4, 3. 6, 13 al. 12. Ab Aeuo viridi Ou. Triſt. 4, 10, 17. A bima fructum incipit ferre vacca Varro R. R. 2, 1, 13. *Sic* Plaut. Pſeud. 2, 4, 48 Quid ſapit? CH. vſque a Cunabulis. *Sed libri boni* Hircum ab alis. A primis Cunabulis Columel. 1, 3, 5. Ab Incunabulis imbutum odio Tribunorum Liu. 4, 36. Ab ipſis dicendi Incunabulis Quintil. 1 pr. 6. Ab Infante Col. 1, 8, 2. Ab Infantibus Celſ. 7, 7. Prima ab Infantia Tac. A. 1, 4, 4. *it.* 2, 56, 2. Ab Initio aetatis Cic. Fam. 1, 4, 3. Pubertatis Iuſt. 23, 1, 8. Ab Iuuenta Liu. 26, 19. Suet. Dom. c. 12. Plin. 11, 53. A prima Lanugine Suet. Oth. c. 12. A Paruo Liu. 1, 39. A Paruis enim Quinte didicimus Cic. de Legg. 2, 9. *Add.* Ter. And. 3, 3, 7. A Paruulo Ter. And. 1, 1, 8. *it.* Ad. 2, 1, 23. Ab paruulis duritiei et labori ſtudent Caeſ. B. G. 6, 21. Tacit. H. 3, 34, 1 Hic exitus Cremonam habuit anno ducenteſimo octogeſimo ſexto a Primordio ſui. A Principiis ita diligentior fiet puer Quintil. 1, 1, 1. Cic. Acad. 4, 115 Diodoro quid faciam Stoico, quem a Puero audiui? *Sic* Nep. 5, 2, 1. Cic. Fam. 6, 9. Cic. 1. Tuſc. 57 c. 24 Nec vero fieri vllo modo poſſe, vt a Pueris tot rerum notiones haberemus. *add.* Cic. Tuſc. 5 c. 22 *et* de Orat. 1 c. 1. Ter. Heaut. 2, 1, 2. A Puero paruulo Plaut. Merc. prol. 89. A Pueritia Cic. Fam. 5, 8: 4, 7 et 1, 7 ad Qu. Fr. 1, 1. Idem Tuſc. 2, 27 *et* Ter. Heaut. 1, 2, 9 Iam inde vſque a pueritia. A pauxillo Puero Plaut. Stich. 1, 3, 21. Columell. 5, 6, 20 Eam partem caeli ſpectent, cui ab Tenero conſueuerunt. Virg. Georg. 2, 272 — adeo a Teneris conſueſcere multum eſt. *Sed libri optimi* in teneris. A teneris Vnguiculis Cic. Fam. 1, 6. ¶ 28 *Affines iſtis ſunt formulae aliae.* v. g. Vſque ab Aurora ad hoc quod eſt diei Plaut. Poen. 1, 2, 6. A prima Luce Caeſ. B. C. 1, 81. A primo Lucis Macr. Sat. 1, 5. Ab Sole orto Liu. 27, 2. A Mane ad noctem vſque Plaut. Moſt. 3, 1, 3. Idem Mil. 2, 6, 23 Supplicium longum diutinumque a Mane vſque ad veſperum. *Sic* Amphitr. 1, 1, 97 Haec illic eſt pugna pugnata vſque a Mane ad veſperum. Vlpian. l. 2. D. de Ann. leg. Si diurnas operas Stichi dare damnatus, non a Mane, ſed a ſexta diei Hora det, totius diei nomine tenebitur. A media Nocte togatus ero Martial. 10, 82, 2. ¶ 29 *Sic* Ab omni aeternitate vixit animus Cic. de Diuin. 1, 115 c. 51 — repetita eſt coniectura Cic. de Diuin. 1, 25 c. 14 et 2, 19 c. 7 Quod ab omni aeternitate certum fuerit eſſe futurum. *Sic* Caeremonias ab omni vetuſtate acceptas, a Brogitaro pollui non ſinit Cic. de Haruſp. reſp. 29 c. 13. A prima origine Celſ. 1 pr. Plin. 11, 16 pr. Gignitur mel ericaeum, maxime Arcturi exortu, a pridie Idus Septembris. *Sed Hard.* ex ante pridie. Ab initio Quinct. 2, 17, 12. A primo, *pro a principio.* Ter. Phorm. 4, 2, 14 Petam hinc vnde a primo inſtitui. *Sic etiam locutum aiunt Ciceronem ad Atticum aliquoties.* Ter. And. 1, 1, 21 Rem omnem a principio audies. *Etiam hanc formulam eſſe aiunt* Cic. Att. 7, 1 *et* ad Quinct. Fr. 1, 2. Ab ſeculo ad ſeculum viuunt Plaut. Milit. 4, 2, 87. Ab Sylla et Pompeio Conſulibus Cic. 2 contra Rull. 56. Nep. 25, 16, 3 A Conſulatu vſque ad extremum tempus. *Sic* Cic. in Vatin. c. 8 Quod augures omnes vſque a Romulo decreuerunt. Ter. Phor. 2, 3, 48 Memoriter progeniem veſtram vſque ab auo atque atauo proferens. *Sic* Cic. Verr. 4, 30 c. 13 Habuit ſecum eos ab illo tempore. Cic. Philipp. 2, 104 Ab Hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur. *Breuius* Iuu. 1, 49 Ab octaua. ¶ 30 *Aliquando tempus hoc per* Poſt *explicatur.* Cic. de Senect. 19 c. 6 Cuius a morte hic tertius et triceſimus eſt annus. Cic. Att. 1, 5 Quod mihi mandaras, vt primum a tuo digreſſu Romam veni, confeceram. Idem Acad. 1 extr. Qui quartus ab Arceſila fuit. Virg. Ecl. 5, 49 Tu nunc eris alter ab illo. Cic. de Or. 3 c. 2 Qui annus ei ab honorum perfunctione aditum primus ad ſummam auctoritatem dabat. Plin. 16, 39 Scipionis claſſis quadrageſimo die a ſecuri nauigauit *i. Poſtquam caeſa eſt materia.* Celſ. 6, 6 A balneo. *Sic* ab aqua mulſa, a balneo, ab oleo Scribonius. *Vid. Rhodii Lex. Scribo.* Ab exſequiis Ou. Triſt. 4, 10, 122. Protinus ab adoptione Vell. 2, 104, 3. Praelia ſumebat ſaepe ab itinere ſtatim Suet. Caeſ. c. 60. *Conf.* Curt. 6, 1, 20. Ab re bene geſta Liu. 5, 28. *etſi hoc exemplo etiam* propter *notat. Vid. n.* 33. Ab re diuina Plaut. Poen. 3, 3, 4. Proximus a poſtremo Cic. Orat. c. 64. Secundus a rege Hirt. B. Al. c. 66 *i. qui regem proxime ſequitur.* Tac. H. 2, 92, 1 Praepoſuerat Praetorianis P. Sabinum a praefectura cohortis *i. praefectura functum, qua ſignificatione ſaepius* Ex *adhibetur.* A narrationibus ſtatim Quinct. 2, 1, 8. (IV) *Ad res quoque relata haec praepoſitio illam* principii *ſignificationem obtinet.* ¶ 31 Liu. 34, 2 Equidem fabulam et fictam rem ducebam eſſe, virorum omne genus in aliqua inſula coniuratione muliebri ab ſtirpe ſublatum eſſe. Sall. Iug. 14 Maſiniſſae me nepotem, etiam ab ſtirpe ſocium atque amicum populi Romani. *Sed* Sueto. Vet. p. 23 Ad Iuniam Caluinam e (*non* a) gente Auguſti pertinere dicebat. Liu. 1, 17 Id ab re, quod nunc quoque tenet nomen, interregnum appellatum. Horat. Ser. 1, 3, 6 Ab ouo vſque ad mala *i. a principio conuiuii ad finem, qua ratione etiam ad ſuperiorem claſſem* n. 29 *pertinet.* Plin. 7 pr. A ſuppliciis vitam auſpicatur animal caeteris imperaturum. Cic. Ver. 3, 104 Vtrum exiſtimatis minus operis eſſe, vnam columnam efficere ab integro nouam, nullo lapide rediuiuo, an quatuor illas reponere? Virg. Ecl. 4, 5 Magnus ab integro ſaeclorum naſcitur ordo. ¶ 32 *Speciatim* cauſſam *notat.* Varro R. R. 2, 2, 17 *Agni* a frigore et aeſtu ne quid laborent, curandum. Cic. de N. D. 2, 129 Gallinae pullos cum excluſerint, ita tuentur, vt — ſi eſt calor a ſole, ſe opponant. Plin. 2, 8 Tertium ſidus Martis, quod quidam Herculis vocant, ignei, ardentis a ſolis vicinitate *etc.* Plin. 24, 5 Cupreſſi folia trita — imponuntur capiti cum polenta, ſi a ſole doleat. Lucret. 2, 49 Audacterque inter reges rerumque potentes Verſantur, neque fulgorem reuerentur ab auro. Plin. 17, 2 pr. Aquilone maxime gaudent *arbores,* denſiores ab afflatu eius laetioresque, et materiae firmioris. *Huc retulerim formulam ICtorum, quas quis dicitur* heres eſſe, *vel* ſuccedere ab Inteſtato. *Vid.* Dig. 29, 4 ſi quis omiſſa cauſſa teſtamenti, ab inteſtato vel alio modo poſſideat hereditatem. ¶ 33 *Itaque ſaepe etiam per* propter *interpretari eam licet.* Liu. 5, 28 Ibi eum incompoſito agmine negligentius ab re bene geſta euntem adorti Aequi. Sen. de Clem. 1, 14 Sanus filium a prima offenſa non exheredat. Ibid. c. 20 A duabus cauſſis punire princeps ſolet. *Huc referendum illud* Lucret. 4, 1162 Mammoſa Ceres ab Iaccho *i. propterea quod nutriit lacte ſuo Iacchum. vid.* Salmaſ. ad Soli. p. 528 a, B. ¶ 34 *Verum latius etiam patet hic vſus, vt reddi ſaepe poſſit verbis* Quantum ad, quod attinet ad. Plaut. Truc. 1, 1, 26 Bis periit amator, ab re, atque animo ſimul. Idem Ciſtel. 1, 1, 62 Doleo ab animo, doleo ab oculis, doleo ab aegritudine. Ter. Phorm. 2, 2, 26 Otioſus ab animo. Cic. Fam. 10, 15 Et Antonius ab equitatu firmus eſſe dicebatur. Idem Fam. 8, 10 Ego quidem praecipuum metum, quod ad te attinebat, habui, qui ſcirem quam paratus ab exercitu eſſes. Idem in Brut. 63 Acuti ſunt, elegantes, faceti, breues. Sed ille Graecus ab omni laude felicior. Idem Poſt reditum ad Quir. 16 c. 6 Me nudum a propinquis, nulla cognatione munitum, Pro Domo ſua, *etc.* 58 c. 22 Tam inops autem ego eram ab amicis, aut tam nuda Reſpublica magiſtratibus? In Brut. 227 c. 63 Erat ab Oratoribus quaedam in foro ſolitudo. *et* pro Flacco 54 c. 23 Vſque eo orba fuit ab optimatibus illa concio. Ad Quint. fratrem 2, 16 Sic enim habeto, nunquam me a cauſſis et iudiciis diſtrictiorem fuiſſe. Idem Fam. 10, 24 extr. Securos vos ab hac parte reddemus. *Talia etiam ſunt,* Ab ingenio improbus Plaut. Truc. 4, 3, 59. A me pudica eſt *Id.* Curc. 1, 1, 51. *Vid. n.* 12. Sumus flagitioſe imparati cum a militibus tum a pecunia Cic. Att. 7, 15. Locus copioſus a frumento ibid. 5, 18. Tantum poterit a facundia Ter. Heaut. Prol. 13 *i. vi facundiae.* Col. 6, 1, 2 Nec ab aſpectu decorus. Numquid ab aliquo naturali vitio formam meam excaeco? Petro. 128. Cic. Brut. 161 c. 43 Vt eo nihil ferme quiſquam addere poſſet, niſi qui a Philoſophia, a iure ciuili, ab hiſtoria fuiſſet inſtructior. *Add.* 233 c. 66 A doctrina inſtructus. Id. Off. 1, 68 c. 20 Qui inuictum ſe a labore praeſtiterit. Varro de L. L. 8, 29 Quid rogant ex qua parte ſimile oporteat eſſe verbum, ab voce, an a ſignificatione? reſpondeamus, a voce. Plaut. Epid. 1, 2, 26 A morbo valui, ab animo aeger fui. Apul. apol. p. 276, 5 Elm. multos Philoſophos ab ore honeſtiſſimos prodi, qui gratiam corporis morum honeſtamentis ornauerunt. *Huc etiam pertinet* Tac. Agr. 54 Saeuus ille vultus et rubor, a quo ſe contra pudorem muniebat. ¶ 35 *Ad hanc claſſem referenda videtur illa ratio, cum muneribus Libertorum ſeruorumque praeſertim, ſignificandis adhibetur. Horum Catalogum texemus, in quo Gruterianos numeros breuitatis cauſſa non laudamus, quos facile Index miniſtret, nec in Sponii Miſcellaneis eruditae antiquitatis: Addimus autem in Reineſio, cum eius libri exempla pleraque Indice truncata videamus.* Ab Actis Senatus, Vet. Lap. apud Lipſ. in Tac. A. 5 Exc. A. Aedibus Gr. Aegris Cubuclariorum *i.* Cubiculariorum Rein. 9, 91: Cubiculariorum *etiam editum eſt apud* Grut. p. 576, 1. Aerario, *vet. lap. apud Marcell. Donat. ad* Sueto. Aug. c. 67. Aq. Curt. Rein. 9, 84. Argento potorio, — ſcenico Gr. Atrio, *vid. mox* a Iano. Auctoritate, — Flauiae, — rationum hered. Gr. Ab agri loc. marit. Auraturis, Auro eſcario, — gemmato Praepoſitus, Gr. Balnea Cuſtos Rein. 11, 115. Balneis, Spon. Bibliotheca *ſ.* Bybliotheca, Bybliothecis, *vid. h. v.* a Bona Dea. *Gorius loco quem ſtatim laudabimus* p. 144 Philematio Aug. L. Sacerd. a Bona Dea. *De femina ſermonem eſſe, et nomen et res indicat.* Seru. a Calida, Spon. p. 206. *Sed cum ſit* A CAL. *Gorius ad Columbar. Liu.* p. 131 *monet, poſſe etiam eſſe* a Calceis. A Cancellis priſco de more miniſter, *ex Herrico de vita S. Glomani 6 Chifletius Anaſt. Childer.* p. 135. Cenſib. accipiendis Procurator, Grut. Lib. a Codicillis, Spon. Cognitionibus, Spon. commentariis, *vid. h. v.* Copiis militaris, *ſ.* rei militaris, *vel* militaribus, *i. commeatu* Gr. Militaribus *eſt in ſimili inſcriptione ap. Marc. Donatum ad* Sueto. Aug. c. 67. Corinthiis *i. vaſis* Gr. Praepoſitus a Criſtallinis, Grut. p. 474, 4. Cubiculo Auguſtorum, – Domitiae Auguſtae, – S. Pompeii, Gr. Cura amicorum, – Catellae Liuiae Auguſtae, Cuſtodia armorum Aug. Gr. Cyatho Gr. *vid. Gorius Columbar.* p. 210. Diplomatibus Rein. 6, 13. Ephemeride, Pignor. de Seru. p. 316. — Procurator, Grut. Epiſtolis Latinis verna, Rein. 9, 53. — Procurator Gr. Narciſſum ab Epiſtolis Claudii *memorat* Sueto. c. 28. Lamprid. Alex. Seu. 31 Ita vt ab Epiſtolis et Libellis et a Memoria ſemper aſſiſterent. Vopiſ. Cari. 19 Qui Diocletiano ab Epiſtolis fuit. *Plura* Grut. Spon. Frumento *vel* a Frum. miniſtrat *i.* frumenti miniſtratione Gr. a Fiblis *i. Fibulis* Praepoſitus, Grut. p. 474, 4. Hortorum cultura, Gr. ab Hortul. ſeruus Aug. Rein. 9, 88. Iano, – medio, – Palatino, Grut. *Quale fuerit id miniſterium, inde intelligas, quod iungitur* Grut. p. 75, 1 AB ATR. *i.* ab atrio. Inſtrum. gen . . . ialibus Gr. 586, 2. Iumentis, Spo. Laguna ſ. Lagena, Lapicidinis, Cauiſtiis, Libellis Gr. Proximus a libellis Rein. 9, 67. Libris Pontificalibus, Grut. Locis aegris cuſt. leg. Locis cubicul. ſtati Gr. a Lympheum ſeruus, Rein. 9, 85. Manu: Sueto. Veſp. 3 Caenidem Antoniae libertam, et a Manu, dilectam quondam ſibi, reuocauit in contubernium. Id. Caeſ. 74 Philemonem a Manu ſeruum *memorat.* Id. Aug. 67 Thallo a Manu, quod pro Epiſtola prodita Denarios quingentos accepiſſet, crura effregit. *Frequens huius miniſterii mentio, apud* Grut. *et in Columbario Liuiae.* Marmoribus Gr. *vid.* Rein. *ad* 1, 31. Memoria, Rein. 6, 13. Proximus a Memoria Rei. 9, 60. Militiis Rein. 14, 146. Mundo muliebri Grut. Officiis admiſſionum, Gor. p. 98. Ornamentis, Patrimonio Gr. — Procurator, Gor. p. 161. Pedibus, *it.* Pendice Cedri, *Vid.* ſſ. ll. a Pinacothecis Procurator, Gor. p. 158. Poculento argento, Potione Gr. Pugione: Lamprid. Commodo 8 Inter quos libertinus, qui a Pugione appellatus eſt. Punctis, *vid. h. v.* Purpura, *Columbar. Liu.* p. 136. *vid. Gor.* Quaeſtionibus, Rationibus, — XX hered. *i.* Viceſimae hereditatum, Grut. Regionibus vrbis, — Decurio Gor. l. c. p. 82 ſeqq. — Procurator *ibid.* p. 84. Sacrario Aug. Gor. l. c. p. 146 ſeq. Sacris Aug. Grut. Serua a Sandali Rein. 9, 78. *Sic etiam* a Secretis *dici poſſunt, qui ab ore Principis imperia accipiunt diplomatum ſubſcribendorum, dictorumque, quae in concilio delecto decerni ſolent Budaeus. Cuiac. in Parat. C. de adſeſſor.* a Sede Auguſtae Gor. l. c. p. 138. Statuis *id.* p. 157. Studiis: Sueto. Claud. 28 Libertorum praecipue ſuſpexit Poſidem Spadonem, et Harpocram: ac ſuper hos Polybium a Studiis, qui ſaepe inter duos conſules ambulabat. Sed ante omnes Narciſſum ab Epiſtolis et Pallantem a Rationibus. *Apud Grut.*

*Grut.* p. 584, 3 *eſt* TI. CLAVDIVS LEMNVS, DIVI CLAVDII AVG. LIB. A STVDIIS. Supellectile, Gr. *et* Gor. p. 160 ſq. Tabulario Caſtrenſi, Gr. Tabulis Decurio, Gor. p. 105. Tutulo ornatrix Gr. ab Vehiculis, Gr. a Veſta aedituus, *Vet. Lap. apud Lipſ. ad* Tac. A. 4, 3. a Veſte *id.* et *Marcellus Dona. ad* Sueto. Aug. c. 67. *et* Gor. p. 133. 135. Vnguentis Rein. 9, 82. — Imperatoris priuata Rein. 9, 86. — matutina, ſcenica, priuata, regia Grut. — Caſtrenſi Fabret. p. 317. — venatoria Fabr. p. 371. *Vid.* Gor. p. 134. Voluptatibus, *vid. h. v.* ¶ 36 *Haec exempla ſatis docent, Libertorum, vt diximus et ſeruorum miniſteria ita deſignari. Obiici poterat* Tac. A. 15, 35, 2 Quin eum nobiles habere, quos ab Epiſtolis, et Libellis, et Rationibus appellet, nomina ſummae curae (*nimirum Imperatores modo ad eum diem talia miniſteria Palatina habebant*) et meditamenta. *Sed merito diſplicuit viris doctis illud* nobiles; *cum praeſertim ipſe* Tacitus A. 16, 8, 1 *de eadem re ita dicat:* Tamquam diſponeret iam imperii curas, praeficeretque Rationibus, et Libellis et Epiſtolis Libertos. *Etiam conſtructionis ratio ſatis exemplis declarata eſt, vnde apparet, bona aetate genitiuum Domini vel patroni poni ſolitum, quia nempe vel intelligitur vel adiicitur nomen* libertus, ſeruus, verna, ſcriba, Praepoſitus, Procurator, Proximus. *Deinde etiam Datiuum ſequiori aetate adiici. Rationem eius conſtructionis aperit* Senec. Lud. extr. Is Menandro liberto ſuo tradidit, vt a cognitionibus ei eſſet. *Quamquam libri quidam Pronomen omittunt. Addimus hoc, in iisdem miniſteriis deſignandis etiam adhiberi Praepoſitionem* Ad, *vbi vid. n* . . . ¶ 37 *Comparatiuis quoque adiecta inuenitur haec Praepoſitio. Si Salmaſium audimus ad* Vopiſc. Cari. c. 19 p. 826 Hack. *Sic legendum et intelligendum eſt illud* Varr. R. R. 1, 2, 16 Quod eſt inferior, vt tibia ſiniſtra a dextra. *Sed* a *delendum cenſet Cuperus. Protulit Salmaſius huius vſus exempla* Hygi. de limit. conſtituendis, Actuarii latitudinem habent XII ped. quidam ex his latiores ſunt a XII pedibus: *ita ait eſſe in ſchedis Palatinis etc. Laudat deinde plura Hygini et Donati ad Terentium. Add.* Hier. Ep. ad Damaſ. Qui prima hora conductus eſt, plus meretur ab eo, qui hora tertia miſſus eſt ad vineam. *Quid? ſi ipſe ſic locutus* Cic. de Orat. 2, 285 c. 70 Ab hoc vero Craſſo nihil facetius. *Sed Lambinus edidit,* Hoc vero Craſſi n. f. Cael. Aur. Acut. 1, 9, 64 Maior ab intemporali ſomno vigiliarum eſt vexatio. Id. 1, 15, 134 Quid grauabilius ab his, quae adhibenda confirmas. *Add.* 2, 1, 1. 2, 1, 38 *etc. Nempe in talibus abundare cenſetur haec praepoſitio, non minus quam* ¶ 38 *abundat in iſtis* Vitruu. 5, 7 A peregre. *Sic* Ab intus: Paulli. Iamb. ad Cyther. v. 437 Ab intus eius emicabat gratia. Agge. Vrbic. p. 53 Goeſ. A foras. *Sic* Vulgatus Matth. 26, 58 *it.* 27, 55 *etc.* μακρόθεν *reddit* a longe. Ab inuicem *vid. h. v.* ¶ 39 A *et* Ab *in compoſitis ita adhibentur, vt* A *ponatur ante* M *et* V *conſonantem,* Ab *ante literas reliquas. conf. locus* Cic. Orat. 158 c. 47 *quem damus ſupra n.* 6. ¶ 40 A *et* Ad, *itemque* Ab *et* Ad *compoſitorum confunduntur ſaepe etiam a librariis. Vid. Brouckh. ad* Tib. 1, 2, 21 *Drakenb. ad* Sil. 4, 318. 6, 394. 10, 18. 11, 14 *praeſertim* 13, 268.

## A B

AB. Abdicauit. A. B. Alia Bona. AB AC. Ab Actis. A. B. M. Amico, *vel* Amicae, *vel* Animae Bene Merenti. AB R. P. Ab Ripa Proxima. A. B. V. A Bono Viro. AB V. C. Ab Vrbe Condita. *Vrſ.*

AB Praepoſitio ablatiua. *Vid.* A.

ABACTOR, ABACTVS v. ABIGO.

ĂBĂCVS, i, m. [ἄβαξ, ἀβάκιον] *generatim notat tabulam politam mediocris magnitudinis, cui deinde in diuerſa ſupellectili locus eſt. Cum tota vox Graeca ſit, audiamus* Euſtath. ad Od. Δ p. 166, 21 Δηλοῖ δέ φασι καὶ σανίδιον ὁ ἄβαξ, ὅθεν ἀβάκιον, ἐφ' οὗ ψηφίζουσι. *Add. ad* Od. X p. 786, 40. *Tabula ergo eſt* abacus, *quod oſtendet iam inductio. Nempe vt ab antiquiſſimo, de quo conſtet, vſu incipiamus,* ¶ 1 Cato R. R. 10, 4 *in oliueti inſtrumento* abacum vnum *memorat, et a* menſis, ſcamnis, ſellis, ſcabillis *ſeparat. Et eſt etiam* Polluci 6, 90 ἄβαξ *inter culinaria inſtrumenta: atque idem* βαλάνων ἄβακα *memorat* 6, 86 lancem palmularum. *Itaque aut* lanx *fuerit vel* patella *apud Catonem quoque* abacus, *aut quod magis placet, tanquam ſolennis deinde notio, menſulae genus ſuſtinendis vaſis aliis accommodatum: certe eiusmodi ſupellectilis occaſione ipſum quoque nomen Romanis primum videtur innotuiſſe.* Liu. 39, 6 *de Cn. Manlio Vulſone, Gallorum in Aſia victore,* Luxuriae peregrinae origo ab exercitu Aſiatico inuecta in vrbem eſt. Ii primum lectos aeratos, — et quae tum magnificae ſupellectilis habebantur, monopodia et abacos Romam aduexerunt. *De eadem re* Plin. 34, 3 ſ. 8 Triclinia aerata, abacosque et monopodia Cn. Manlium Aſia deuicta primum inueniſſe. *Legendum hic quoque, Liuio duce,* inuexiſſe. Plin. 37, 2 ſ. 6 *in praeda Pompeii memorat* Vaſa ex auro et gemmis abacorum nouem. Cic. Verr. 4, 35 c. 16 Ab hoc iſte abaci vaſa omnia, vt erant expoſita, abstulit. Ibid. 57 c. 25 Cum aliquot abacorum faceret vaſa aurea. Id. Tuſc. 5, 61 c. 21 Abacos complures ornauit argento auroque caelato. Varro de L. L. 8, 33 Sic vt abacum argento ornari videmus, vt alia paria ſint, alia diſparia, ſic in oratione. Plin. 37, 2 ſ. 7 *de murrhinis,* Abacis etiam, eſcariisque vaſis inde expetitis. *Harduinus fulcra pluteosque interpretatur, quibus vaſa, candelabraque, et alia imponimus* (des gueridons) *ſed ea videntur potius* monopodia. *Magis placet,* abacos *hic eſſe per notam metonymiam ipſa vaſa, quibus onerantur abaci: vel etiam tabellas illas parietibus expoliendis adhibitas, de quibus n.* 5. Iuuen. 3, 204 Vrceoli ſex Ornamentum abaci, nec non et paruulus infra Cantharus. *Huc refero* Sido. Apoll. 2, 2 In hac (*coenatiuncula*) ſtibadium et nitens abacus: *quae enim de* abaco *ſedili ſ.* banco *hic et ad* Vitruuium 7, 4, *viri docti, eorum idoneum fundamentum nusquam reperio. Idem* Sidonius 13, 9 Redolentibusque ſertis Abacum torosque pingant: *et diſertius,* Car. 17, 7 Nec per multiplices abaco ſplendente cauernas Argenti nigri pocula defodiam. Cauernae *iſtae loculamenta et caua quaedam videntur, in quae diuiſus abacus.* V. Gloſſ. Abaci, Delfica (*Vid.* DELPHICA) Μηνιστέριον. ¶ 2 *Arithmeticorum eſt* abacus, *tabula in qua calculos ducerent. Huc reſpicit* Perſ. 1, 131 Nec, qui abaco numeros, et ſecto in puluere metas Scit riſiſſe vafer. *Praepoſitio* in *retrahenda etiam ad* abaco. *Eiusmodi* abacum *aeneum exhibuit et explicauit M. Velſerus in monum. Auguſta. Opp.* p. 422 *diſertius multo quam Anto. Auguſti. de num. Dial.* 9. *De hoc genere Euſtathius* l. c. ἀβάκιον ἐφ' οὗ ψηφίζουσιν. Apul. apol. p. 284 Elm. Quem tu librum (*Archimedis*) Aemiliane, ſi noſſes, ac non modo campo et glebis, verum etiam abaco et puluiſculo te dediſſes *etc. Quamquam etiam ad tabulam erudito illo Geometrarum puluere conſperſam hic locus referri poſſit, et componi cum illis* Papiae, Abax et Abacus, tabula, in qua viridi puluere formae depinguntur, qua philoſophi vtuntur. Viridi *corruptum viris doctis videbatur, pro quo coniecit Barthius* vi radii, *Voſſius in Etymol. h. v.* radio in puluere. *Sed nihil opus eſſe, oſtendit locus* Martiani Capellae, *vt laudatur a Philandro ad* Vitr. 7, 3, *et in Vitruuiano Lexico l. v. ex* lib. 6 pr. Abacus, res depingendis deſignandisque opportuna formis, *menſula hyalini pulueris reſperſione colorata,* vbi vel lineares ductus, vel circulares flexus, vel triangulares radio deſcribuntur. *Sic ibi laudatur, lectione diſcrepante a Grotiana, qui* p. 190 *illa,* menſula — colorata, *omittit, et in fine ſic legit,* triangulares abraduntur anfractus. *Caeterum et p. c. extr.* abaci menſulam *appellat et p.* 191 *extr.* abaci, *inquit,* ſui ſuperfuſum puluerem mouens: *et in fine libri,* Lineam, *ait,* in abaco rectam ducens *etc. Si* hyalinus puluis *ſit a Capella, vel etiam ab interpolatore antiquo, de* viridi puluere *Papiae non eſt quod dubitemus. Etiam hunc* ἄβακος *vſum Graecum eſſe, conſtat.* ¶ 3 *Huic ſimilis ille luſorum, a Graecis ipſe quoque petitus. Apud* Poll. 10, 150 *inter* κυβευτοῦ σκεύη, *aleatoris ſupellectilem, ponitur etiam* ἄβαξ, ἀβάκιον. Sueto. Nero. c. 22 Quum inter initia imperii eburneis quadrigis quotidie in abaco luderet. *Nempe pro calculis ſigilla quadrigarum; luſus ipſe circi quandam ſimilitudinem forte habuit.* Macrob. Sat. 1, 5 Sed vultiſne diem ſequentem, quem omnes plerique abaco et latrunculis conterunt, nos iſtis ſobriis fabulis — exigamus? ¶ 4 *Apud* Vitru. 4, 1 Abacus, *Baldo interprete eſt tabula illa quadrata, reſimatis tamen lateribus, qua ſummum capitulum Corinthiae columnae integitur; quo ſenſu etiam adhibetur, et proportio illius deſcribitur* 3, 3. ¶ 5 *Tandem eidem* Vitruuio abaci *ſunt parietum ornamenta, partes et quaſi loculamenta, colore et politura a reliquo pariete diſtincta;* compartimenti *vocant architecti Itali: quae nempe ſpeciem praebeant inſertarum tectorio tabularum marmorearum. De his* laudatus Vitruuius 7, 3 p. 133 Veteribus parietibus non nulli cruſtas excidentes pro abacis vtuntur: ipſaque tectoria abacorum et ſpeculorum (*quae ſcilicet ipſa quoque inſerebant parietibus. Conf. Salmaſ.* ad Vopiſci Firmum c. 3.) diuiſionibus circa ſe prominentes habent expreſſiones. *It.* 7, 4 In his (tricliniis hibernis) ſupra podia abaci ex atramento ſunt ſubigendi et poliendi, cuneis ſilaceis ſiue miniaceis interpoſitis. *De his* Plin. 35, 5 ſ. 13 *de* Sinopide quae abacis vtilior, *et mox de* Sinopide fuſca, *cuius* vſus ad baſes abacorum. *Conf.* 33, 12 ſ. 56 Ad abacos non niſi marmoroſo ſile vtuntur. *Huc omnino referendum illud etiam* 35, 1 Non placent iam abaci. *Neque enim de marmoreis abacis hic ſermo eſt, quod vult Harduinus, ſed quod attendenti apparet, de illis cruſtaceis.* ¶ 6 Abax, abacis, *ex Graeco* ἄβαξ, *dici, iam ex Papia obſeruauimus* n. 2. *Iam addimus,* Priſcia. 7 p. 752 Putſch. Hic abax, huius abacis: quod tamen et hic abacus, huius abaci frequenter inuenitur. Abaces *etiam bis legunt vetuſtae editiones* l. 100 π. §. 3 de Legatis 3, *vbi e Florentino libro* βάσεις *ſunt:* Cui Corinthia vaſa legata eſſent, et βάσεις quoque eorum vaſorum collocandorum cauſſa paratas deberi, Trebatius reſpondit. Labeo autem id, non probat, ſi eas βάσεις teſtator numero vaſorum habuit. Proculus vero recte ait, ſi aeneae quidem ſint, non autem Corinthiae, non deberi.

ABACVLVS, i, m. Dimin. Plin. 36, 26 ſ. 67 *de fragmentis vitri,* Tingit ars, veluti cum calculi fiunt, quos quidam abaculos vocant, aliquos etiam pluribus modis verſicolores. *Neque luſorios hic, neque numerarios, calculos intelligi putamus, ſed illos, quos* ἀβακίσκους vocant *Graeci, teſſellas e quibus pauimenta muſiui operis fiunt.* Athenaeus Deipnoſ. 5 p. 207, D. *de naui Hieronis* ταῦτα δὲ πάντα δάπεδον εἶχεν ἐν ἀβακίσκοις συγκείμενον ἐκ παντοίων λίθων κ. τ. λ. *Add.* Euſtath. ad Od. X p. 786, 39 ſqq. *Vid. deſcriptiones operis muſiui et picturas apud Pitiſcum Praefat. Lex. Antiqq. et Gorium Columbario Liuiae Aug.* p. 5 coll. Tab. XIX ac XX.

ABADIR Deus eſt. Dicitur et hoc nomine lapis ille, quem Saturnus dicitur deuoraſſe pro Ioue, quem Graeci βαίτυλον vocant. *Haec* Priſcia. L. 5 p. 647 Putſch. *Conf.* BAETYLVS.

ABAESTVO, are. Tertull. *ſ.* Cypria. de Iud. Dom. c. 1. Quid faciat laetis vt vitis abaeſtuet vuis.

ABAGARVS *vid.* ABGARVS.

ABAGIO *vid.* ADAGIO.

ABAGMENTVM *vid.* ABIGO.

ABALIĒNO, āre, [ἀπαλλοτριόω] *alienum facere, quod cum proprie ad poſſeſſiones pertineat, tum ad animum eiusque partes refertur.* Cic. de L. Agr. 2, 64 c. 24 Idemque agros vectigales populi Ro. abalienaret. Plaut. Trin. 2, 4, 112 Noſtram ne vis nutricem, quae nos educat, abalienare a nobis? *de agro. Vid. mox* Abalienatio. *Forte huc referri debet fragm.* Cic. pro C. Cornel. vt omnino ne illius poteſtate abalienemur. *Et* Plaut. Mil. 4, 8, 11 Hoc crucior, a viro me tali abalienarier, *de diſtractione et diſcidio corporum.* Ter. Heaut. 5, 2, 26 Ita nos abalienauit, *eiecit familia, alere non amplius vult.* ¶ 2 *Frequenter ad animum et voluntatem refertur.* Cic. Phil. 2, 38 c. 15 At vero Cn. Pompeii voluntatem abalienabat a me oratio mea. De Orat. 2, 182 c. 43 Valde beniuolentiam conciliant, abalienantque ab iis, in quibus haec non ſunt. *Et* 304 c. 74 Nonne abs te iudices abalienes? Id. Fam. 1, 7 Quos fouendo in communi cauſſa retinere potuerunt, inuidendo abalienarunt. *Et* 1, 8 Qui a Senatu et ordinem coniunctiſſimum, et hominem clariſſimum abalienauerunt. *Et* Att. 14, 18 pr. Totum ſe a te abalienauit Dolabella, ea de cauſſa, qua me quoque ſibi inimiciſſimum reddidit. Plaut. Curc. 1, 3, 8 Sola mors animum meum a te abalienabit. Liu. 26, 38 Indigna patientium abalienabantur animi. Nep. Ageſ. 2, 5 Quod Tiſſaphernes periurio ſuo et homines ſuis rebus abalienaret, et Deos ſibi iratos redderet. Id. Hamil. 2, 2 Mercenarii milites totam abalienarunt Africam. *Ad ſenſuum voluptates* Cic. de Orat. 3 c. 25 Cur ea quae maxime ſenſus noſtros impellunt voluptate, et ſpecie prima acerrime commouent, ab iis celerrime faſtidio quodam et ſatietate abalienemur? ¶ 3 *Ad mentem ſ. intellectum pertinet* Scribo. Comp. 190 Opium ſenſus abalienat. *Et* c. 192 Ixia mentem abalienat.

ABALIENATVS, a, um. [ἀπαλλοτριωθεὶς] Feſtus, Abalienatus dicitur, quem quis a ſe remouerit. Cic. contra Rull. 72 c. 27 Vectigalibus abalienatis. ¶ 2 Cic. de Orat. 2 c. 48 Animos equitum Ro. — ad Q. Caepionis odium, a quo erant ipſi propter iudicia abalienati, renouabam. Id. Att. 1, 3 Sed mirandum in modum eſt animo abalienato (*int.* abs te) Id. Verr. 4, 60 c. 27 Abalienati a nobis ſcelere iſtius omnes reges amiciſſimi nationesque. ¶ 3 Quinct. 8, 3, 75 Vt medici abalienata morbis membra praecidunt; ita turpes ac pernicioſos, etiamſi nobis ſanguine cohaereant, amputandos. Scribo. Comp. 227 Mouere abalienatam (*partem*) oportet. *Vid. Rhod. Lex. Scribo.*

ABALIENATIO, ōnis, [ἀπαλλοτρίωσις] *actus abalienandi.* Cic. Top. 28 c. 5 Abalienatio eſt eius rei, quae mancipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut in iure ceſſio, inter quas ea iure ciuili fieri poſſunt.

ABALITES ſinus, [ἀβαλίτης κόλπος] *Exiguus ſinus in tractu Troglodytarum.* Plin. 6, 29 ſ. 34.

ABALVS, [Ἄβαλος] *Inſula Oceani Germanici, in qua nonnulli crediderunt Electrum ex arboribus fluere.* Plin. 37, 2 ſ. 11.

**ABAMBVLANTES**, Abſcedentes, Feſtus. *Male quidam* abambulat, Ouid. met. 2, 852 *pro* obambulat.

**ABAMĬTA**, ae. [ἀποτηθίς] Soror abaui. Inſtitutionum 3, 6 de gradibus cognat. Gai. D. 38 t. 10 l. 3 et Paul. ib. l. 10 et 14.

**ABANTE. ABANTE OCVLIS** Inſcript. *ap. Scip. Gentil. Parerg.* 1, 14. *Add. Grut. Inſcr. p.* 717 n. 11.

**ABANTEVS, ABANTIADES, ABANTIAS**, *Vid. mox in* **ABAS**.

**ABAORTAE**, a Plin. 6, 20 ſ. 23 *numerantur inter Indiae populos.*

**ABAPTISTVM**, vel **ABAPTISTA** terebella *huc relata quondam fuit ex* Celſo 8, 3. *Sed nihil ibi huius vocis legitur, licet* terebrae *ibi mentio fiat, qualem Graeci ἀβάπτιστον vocant, quae ob laminam adiectam plus quam opus eſt*, mergi non poteſt. *Monuit Morgag. Epiſt. in Celſum* 3 p. 57.

**ABARCEO**, es, ui. [ἀπέργω] Prohibeo. Feſtus. *Alii ſcribunt* Aberceo vt Coërceo.

**ABARIMON**, [Ἀβαρίμων]. Scythiae regio, in magna Imai montis conualle, in qua ſylueſtres homines degunt, auerſis poſt crura plantis, eximiae velocitatis, paſſim cum feris vagantes. Hos in alio non ſpirare caelo, — Baeton — prodidit. Plin. 7, 2.

**ABĂRIS**, is. [Ἄβαρις]. *Magus ille Hyperboreus, de quo monſtra fingebant Pythagorei, in primis Sagittae ab Apolline acceptae beneficio orbem terrarum peragraſſe. Palladium Troianum ab hoc Abaride confectum fuiſſe*, Iulius Firmicus de errore profanarum Religionum *auctor eſt, quem locum ita viri docti dederant* p. 19 *Ouzel.* Simulacrum eſt (Palladium) ex oſſibus Pelopis factum. Hoc auarus Scytha feciſſe perhibetur. *Sed hic pariter et paullo poſt* Abaris *legendum vidit* Scaliger, *et paſſim illi applauſum eſt. Vid. ergo ibidem Scaliger, itemque animaduerſionibus in Euſebium.*

**ĂBAS**, antis. [Ἄβας] *Lyncei ex Hypermneſtra filius, rex duodecimus Argiuorum, pater Proeti, Laſii, et Acriſii et auus Perſei; a quo poſtea Argiuorum reges* Abantiadae *dicti: et* Argi *ipſi*, Abantei. Ouid. Met. 15, 164 Cognoui clypeum laeuae geſtamina noſtrae Nuper Abanteis templo Iunonis in Argis. ¶ 2 **ABAS**, *Troianus nobilis, et Aeneae comes.* Virg. Aen. 1, 125.

**ABANTEVS**, Argiuus, *modo dictum in* Abas.

**ABANTĬAS**, adis, f. *patronym. a nomine* Abas, *filia, vel neptis Abantis. Vnde apud poëtas fere pro Danaë ponitur, Abantis ex Acriſio nepte: vel pro Atalanta, nepte eiusdem ex Iaſio.*

**ABANTIĂDES**, dae. *Patronym. aliud* Ouid. Met. 4, 606 Solus Abantiades ab origine cretus eadem Acriſius ſupereſt. Idem 5, 138 Torquet in hunc haſtam calido de vulnere raptam Ultor Abantiades. *i. Perſeus pronepos Abantis, filius Danaes, filiae Acriſii. Add.* Met. 4, 767 *et* 772. ¶ 2 *Alius hoſtis Troianorum, cuius clypeum Aeneas, cum Epigrammate fixit.* Vid. Virg. Aen. 3, 286.

**ABĂTON**, i. *Graece ἄβατον, inaceſſum.* Vitruu. 2, 8 p. 30 *extr.* Artemiſia Rhodo capta — tropaeum in vrbe Rhodo ſuae victoriae conſtituit, aeneasque duas ſtatuas fecit, vnam Rhodiorum ciuitatis, alteram ſuae imaginis, et iſtam figurauit Rhodiorum ciuitati ſtigmata imponentem. Poſtea autem Rhodii religione impediti (quod nefas eſt tropaea dedicata removeri) circa eum locum aedificium ſtruxerunt, et id erecta Graia ſtatione texerunt, ne quis poſſet adſpicere, et id ἄβατον vocitari iuſſerunt. ¶ 2 Abatos, ti. f. [Ἄβατος] *Aegypti* inſula in *Nilo, de qua* Seneca Nat. Qu. 4, 2 Petra diuiditur (*Nilus*) ἄβατον Graeci vocant; nec illam vlli, niſi Antiſtites calcant. Illa primum ſaxa auctum fluminis ſentiunt. *Hinc* Lucan. 10, 323 Hinc, Abaton quam noſtra vocat veneranda vetuſtas, Petra patens, primos ſentit perculſa tumultus. *Conf.* Seru. ad Aen. 6, 154. *Quo auctore, et Seneca, vt dedimus, legendum iam viderat Salmaſ. ad Soli.* p. 312. b *et Cortius.*

**ABAVVNCŬLVS**, [ἀποθεῖος] Abauiae frater. Inſtit. Iur. L. 3 t. 6. Caius in Digeſt. l. 38 t. 10. l. 3 et 10 §. 17. conf. Iſidor. 9, 7.

**ABĂVVS**, i. [ἀπόπαππος] Qui abeſt ab auo: et eſt auus aui. Feſtus. Cic. de claris Orat. 213 c. 58 Iam duorum abauorum quam eſt illuſtre nomen P. Scipionis? *conf.* Plaut. Mil. 2, 4, 20. Plin. 18, 6. Sen. de Clem. 4, 10. Sidon. Carm. 15, 153. *Dicitur* quartus pater, Virg. Aen. 10, 39. *Vid.* Paulus ICtus l. 10 §. 16 ff. de Gradibus.

**ABAVIA**, ae. [ἀπόμαμμα] *Eſt auia aui vel Auiae.* Inſtit. Iur. l. 3 t. 6. conf. Dig. l. 38 t. 10 l. 3 et 10.

**ABAX** *v.* **ABACVS**. *n.* 6.

**ABĀZEA**, ōrum. Inſtituta ſacra a Dionyſo Caprii filio, rege Aſiae, *legebantur olim* Cic. de Nat. Deor. 3, 58 c. 23 *et putabantur dicta a taciturnitate, qua haec ſacra celebrarentur, ἄβαζος, enim taciturnum ſignificat, a βάζω loquor. Sed legitur hodie* Sabazia, *vbi vid.*

**ABBAS**, ātis. [κοινοβιάρχης] *Syriace patrem ſignificat.* (*vnde illud* Abba *in Sacris*) *Sic autem dicitur collegii ſocietatisque magiſter, monachorum primus et antiſtes ac moderator. Sunt qui per vnicum b ſcribant. Vſus* Sidon. Epiſt. 7, 9 et 17 extr. et 9, 2 it. carm. 16. *Vid.* Archimandrita in Mandra.

**ABBATISSA**, f. [ἀρχιμανδρίτις] Hieron. de modo vivendi, cum a ſemitis iuſtitiae deuiat, ipſamet etiam Abbatiſſa cognoſcat, *et ſaepius in* Regula Monachorum Opp. Hieron. T. IX.

**ABBREVIO**, are. Veget. in prol. lib. 3 Quae per diuerſos auctores libroſque diſperſa, Imperator inuicte, mediocritatem meam abbreuiare iuſſiſti: ne vel faſtidium naſceretur ex plurimis, vel plenitudo fidei deeſſet in paruis. *conf.* Vulg. Marc. 13, 20.

**ABBREVIATVS**, a, um. *Vulgat.* Ieſ. 10, 22. Dan. 9, 24.

**ABBREVIATIO**, ōnis. *Vulgat.* Ieſ. 10, 23. *Conf.* c. 28, 22.

**ABBREVIATVRA**, ae. *Scripturae compendium. Vox recentior.*

**ABCAECATIO**, onis. f. Ἀποτύφλωσις, abcaecatio, eluſcatio. Gloſſ. Gr. Lat.

**ABDĒRA**, ae. *Thraciae vrbs* Plin. 4, 11 ſ. 18. *Id.* 25, 8 ſ. 53 Circa Abderam, — equi paſti inflammantur rabie. Cic. de Nat. D. 1 Equi certe in proximis Abderae paſcuis in rabiem vertuntur, quod caeli vitium etiam humanas mentes affecit. *Illud certum, ſtultitiam paſſim iis exprobrari.* Cic. de Nat. 1, 120 ſ. 43 *de ſententiis quibusdam Democriti Abderitani*, quae quidem omnia, *inquit*, ſunt patria Democriti, quam Democrito digniora. *Id.* Att. 4, 16 *ante med.* Hic Abdera, non tacente me — veruntamen quid tam ridiculum? Arnob. 5 p. 164 O Abdera, Abdera, dares quantas vias mortalibus irridendi, talis ſi apud te eſſet fabula ita conflata? Dicunt eam cuncti patres, et ſuperciliose perlegunt ciuitates: et eſſe tu fatua, et ſtoliditatis rigidiſſimae iudicaris? *Hinc intelligitur cur* Iuuen. 10, 5 Veruecum patriam eam dixerit. *Vid.* Abderita, Abderitanus, Abderiticus.

**ABDERĪTA**, ae. et **ABDERĪTES**, ae. m. [Ἀβδηρίτης] *Abderae natus.* Cic. de Nat. Deor. 1, 63 c. 23 Abderites Protagoras. Id. de Orat. 3, 128 c. 32 Quid de Protagora Abderita loquar? Iuſt. 15, 2 Caſſander — incidit in Abderitas, qui propter ranarum muriumque multitudinem, relicto patrio ſolo, ſedes quaerebant. Add. Plin. 10, 65 et Oroſ. Lib. 3.

**ABDERITĀNVS**, Adi. Mart. 10, 25 Abderitanae pectora plebis habes, *i. inſanus es, et ſtupidus.*

**ABDERITICVS**, a, um. *ſtultus, inſanus.* Cic. ad Att. 7, 7 Id eſt, Abderiticum, *vel vt meliores*, Ἀβδηριτικόν.

**ABDĒRVS**, [Ἄβδηρος] Hyginus fab. 30. Hercules Diomedem regem Thraciae, et equos quatuor eius, qui carne humana veſcebantur, cum Abdero famulo interfecit.

**ABDĬCO**, āre (ἀποκηρύττω) *Publice et ſolennibuus verbis a me remoueo.* Non. 6, 14 Abdicare non ſolum de patris facto poteſt dici, quod eſt familia abiicere; ſed rem quamlibet negare. Pacuuius Atalanta, Mortem oſtentant, regno expellunt, conſanguineam eſſe abdicant. *Vid.* Abdicatiuus. *Nempe* ¶ 1 *Patrum eſt iure familiae filios priuantium, vnde frequens rhetorum atque declamatorum materia.* Quinct. 7, 1, 14 Minus dicto audientem filium liceat abdicare. Id. 7, 4, 27 Mavult pater corrigere quam abdicare. *Conf.* Eiusd. declam. 17. 260. 279. 281. 290 *itemque* Senecae Controu. 1. 8. 9. 18. *Quia, vt ait* Lactant. 4, 4, 5 Abdicati hereditatem patris non aſſequuntur, *ideo* exhereditatum *pro* abdicato *dixit* Nepos Them. ſ. 2, 2, 2 *coll.* Val. Max. 6, 9 ext. 2, *Non ſemper ad poenam pertinet abdicatio* Plin. 6, 22 ſ. 24 *de Taprobane*, Eligi Regem liberis carentem; et ſi poſtea gignat, abdicari, ne fiat hereditarium regnum. *Argutum eſt illud* Curt. 4, 10, 3 Abdicari Philippum patrem, *vt contra naturam agere Alexandrum, oſtendatur, vt cum aliquis* nubere *dicitur* vxori. *Magis proprie* Apollinar. periocha Andriae 10 Chremes recuſat nuptias, generum abdicat. ¶ 2 Abdicare ſe magiſtratu *dicuntur, qui illum deponunt.* Cic. Cat. 3, 14. c. 6 Cum ſe praetura abdicaſſet. *Id.* de Leg. 2, 31 c. 12 Quid magnificentius, quam poſſe decernere, vt magiſtratu ſe abdicent Conſules? *Et* N. D. 2, 11 c. 4 Augures rem ad ſenatum: ſenatus vt abdicarent Conſules: abdicauerunt. Liu. 2, 2 Abdicauit ſe Conſulatu. Caeſ. B. C. 3, 2 Dictaturaque ſe abdicat, et ab urbe proficiſcitur. *Eodem modo* abdicare ſe tutela Cic. Att. 6, 1. Id. Phil. 3, 12 c. 5 Eo die non modo Conſulatu, ſed etiam libertate ſe abdicauit. Piſo *apud* Gell. 6, 9 Cn. Flauius Annii filius dicitur tabulas poſuiſſe, ſcriptu ſeſe abdicaſſe: isque aedilis curulis factus eſt. Sueton. Claud. 29 Silanus abdicare ſe Praetura coactus. *Dici etiam* abdicare magiſtratum, *probare quidam volunt ex* Sall. Catil. 47, 3 Senatus decreuit, vti abdicato magiſtratu Lentulus itemque caeteri in liberis cuſtodiis haberentur: *Sed recte reſtituit Cortius*, abdicatus magiſtratu. ¶ 3 *Neque tamen non dicebant boni auctores* abdicare aliquid *i. deponere, reiicere, interdicere.* Ciceronis *auctoritas dubia, apud quem* de Orat. 2, 102 c. 24 *legunt quidam*, vbi plus mali quam boni reperio, id totum abdico atque reiicio. *Sic v. g. editum* Venet. 1495 f. *Sed nunc edunt omnes, diſſimulata illa lectione*, abiudico atque eiicio. Plin. 7, 30 ſ. 31 *in elogio M. Tullii*, Te dicente legem agrariam, hoc eſt, alimenta ſua abdicauerunt tribus. *Id.* 4, 8 ſ. 16 Accipit amnem Euroton, nec recipit, ſed olei modo ſupernatantem — breui ſpatio portatum abdicat. *Id.* 33, 1 ſ. 3 Vtinamque poſſet e vita totum abdicari *aurum.* *Sic* 20, 3 ſ. 9 Democritus rapum in totum abdicauit in cibis. Et 13, 22 ſ. 42 Nec corticem (*ferulae medici*) abdicant. *Et audacius* 15, 30 ſ. 39 Laurus manifeſto abdicat ignes crepitu.

**ABDĬCANS**, tis. *Vid.* Quinct. 7, 4, 27 *quem ſtatim laudamus in* Abdicatio.

**ABDĬCATVS**, a, um. *Primae illius ſignificationis exempla affatim ſuppeditant declamationes modo laudatae.* Quinct. 3, 7, 96 Abdicatus ne quid de bonis patris capiat. *Videndus totus ille locus. Alia damus iſta:* Plin. 2, 63 *in elogio terrae*, Nouiſſime complexa gremio iam a reliqua natura abdicatos, tum maxime vt mater, aperiens. *Et* 5, 17 *de Eſſenis* Abdicata omni venere. *Et* 2, 20 ſ. 18 *de ſidere Iouis*, Ergo vt e flagrante ligno carbo cum crepitu, ſic a ſidere caeleſtis ignis (fulmina) exſpuitur, praeſcita ſecum afferens; ne abdicata quidem ſui parte in diuinis ceſſante operibus, *i. cum nec reiecta et excreta pars ſit inutilis.* Prudent. Paſſ. Cypr. v. 52 Antra abdicata ſoli *i. obſcura.*

**ABDĬCATIO**, onis (ἀποκήρυξις) *abdicandi actus.* Quinctil. 7, 4, 27 Abdicationum formae ſunt duae, altera criminis perfecti, vt ſi abdicetur raptor, adulter; altera imperfecti, velut pendentis, et adhuc in conditione poſiti, quales ſunt, in quibus abdicatur filius, qui non pareat patri. Illa ſemper aſperam abdicantis actionem habet *etc.* Iudicium abdicationis *memoratur* Quinct. 7, 4, 10 *etc.* Abdicatio Poſthumi Agrippae poſt adoptionem *inter res aduerſas Auguſti* Plin. 7, 45 ſ. 46. *Conf.* Sueto. Aug. c. 65. Abdicationis iniungere notam Val. Max. 6, 9, ext. 2. *De iure Romano circa abdicationem Burm. ad* Quinct. 7, 4 p. 630 *et Aerod. ad* Decl. 260 p. 481.

**ABDĬCATOR**, vnde

**ABDICATRIX**, īcis. Salu. l. 2 adu. Auar. p. 64 Abdicatrix miſericordiae inhumanitas.

**ABDICATIVVS**, a, um. *i. Negatiuus.* Apul. de dogm. Plato. p. 30 Elm. Aliae *propoſitiones* dedicatiuae ſunt — aliae Abdicatiuae, quae abdicant aliquid de quopiam, vt, Voluptas non eſt bonum. Abdicat enim voluptati ineſſe bonum.

**ABDICATIVE**, *Adu.* Abdicatiue concludere, *i. negatiue.* Mart. Capell. 4. p. 128.

**ABDICATORIVM**, *i.* Locus habilis ad abſcondendum Cathol.

**ABDĪCO**, ĕre. *Reiicere, reprobare, et auſpicio negare* [ἀπειπεῖν] *oppoſitum eſt* Addicere. *Vtrumque autem Augurale eſt Verbum.* Cic. de Diuin. 1, 31 c. 17 Cumque in quatuor partes vineam diuiſiſſet, treisque partes aues abdixiſſent: quarta parte, quae erat reliqua, in regiones diſtributa, mirabili magnitudine vnam, vt ſcriptum videmus, inuenit. *Laudant quoque* Ouid. Met. 1, 617. *de Io, quam ſibi ab Iove dari petit Iuno,*

Quid faciat? crudele, ſuos abdicere amores, Non dare, ſuſpectum. *Sed rectius legitur* addicere, *quaſi in ſeruitutem dare. Certius eſt illud* l. 2. §. 24. D. de Orig. iuris. Qui cum animaduerteret Appium Claudium contra ius vindicias filiae ſuae a ſe abdixiſſe, &c. *i. decreto recuſaſſe.*

**ABDITAMENTVM**, i. n. pro detractione diminutione *laudant ex* Apul. l. 9 p. 219 *Sed libri pariter ac ſententia* additamentum *poſtulant, vbi vid.*

**ABDO**, ĕre [χωρίζω, κρύπτω, ἀποκρύπτω] *prima et propria notione eſt* remouere, auferre, *contrarium verbo* addere. Virg. Ge. 3, 96 *de equo.* Hunc quoque, vbi aut morbo grauis, aut iam ſegnior annis deficit, Abde domo, nec turpi ignoſce ſenectae: *i. amoue, eiice domo, vende, vt recte interpretatus eſt poſt varios aeſtus interpretum I. F. Gronouius*

*uius de Pec. Vet.* 4, 8 p. 308. *Sic* Tib. 2, 1, 82 *ad Amorem ſ. Cupidinem*, Sancte veni dapibus feſtis: ſed pone ſagittas, Et procul ardentes, hinc procul, abde faces. Sil. 6, 21 *de Bruttio* Nec magna anima puer abdere ſeſe Pubeſcente gena caſtris optarat, *i. ſubducere, abeſſe. Sed nec diſſimulanda altera lectio*, addere: *qua admiſſa, plus* ἀπὸ τῦ κοινῦ *repetendum* etc. *Certior eſt locus et plane probat Gronouianam interpretationem, expreſſus e Virgilio locus* Nemeſi. Cyneg. 141 *De catulis reiiciendis*, Sin vero haec cura eſt, melior ne forte necetur, Abdaturue domo. *V.* ABDITIVVS. ¶ 2 *Hanc notionem* remouendi *retinet etiam cum illa* abſcondendi *vel* occultandi accedit. *Nam quae* occultare *volumus, ea ex conſpectu remouemus.* Cic. in Piſo. 39 c. 17 Ne tum quidem — tabulas Romam cum laurea mittere audebas? Miſi, inquit. — Nihil mea refert, vtrum tu — nihil auſus ſis ſcribere — an amici tui tabulas abdiderint, *i. remouerint, ſuppreſſerint, non tradiderint.* Tac. An. 1, 11, 5 Nitemi vt ſenſus ſuos penitus abderet. Cic. Off. 1, 126 c. 35 Quae autem partes corporis ad naturae neceſſitatem datae aſpectum eſſent deformem habiturae atque turpem, eas contexit atque abdidit. Id. Fam. 7, 29 (*al.* 28.) Abdo me in Bibliothecam. *Et* 13, 28 Abdidit ſe in intimam Macedoniam, quo potuit longiſſime a caſtris. *Dubium eſt, quod profertur ex* Att. 4, 3 Ille ſe in interiora aedium abdidit, *in magna lectionis varietate. Certius* Caeſ. B. G. 1, 12 Seſe in proximas ſylvas abdiderunt. Virg. 2. Aen. 571 Illa ſibi infeſtos euerſa ob pergama Teucros, Permetuens, Abdiderat ſeſe, atque aris inuiſa ſedebat. *i. ſeſe abſconderat.* Caeſ. Bell. Gal. 7, 12 Neque ſe in occultum abdiderat. Liu. 2, 12 Abdito intra veſtem ferro, proficiſcitur. Cic. Tuſc. 2, 60 c. 25 Audiſne haec Amphiaraë ſub terram abdite? Ter. Hec. 1, 2, 100 Nam ſenex rus abdidit ſe. Cic. in Piſon. 92 Domum ſe abdidit. *Laudatur ex* Liu. 1 Se in ſuis quisque tectis abdiderunt. *item ex* Ouid. Faſt. 3 Abdere verum *i. occultare.* Liu. 1, 58 Cultrum, quem ſub veſte abditum habebat, eum in corde defigit, *de Lucretia.* Plaut. Pſeud. 4, 7, 5 Ex conſpectu heri ſui ſi ſe abdiderunt. Cic. pro Archia poëta 12 c. 6 Si qui ita ſe literis abdiderunt. *Eſt autem* LITERIS *datiuus, pro quo Idem* Fam. 7, 33 Ac me totum in literas abdo. *Vt* Tacit. Ann. 2, 85 Satis viſum de Viſtilia ſtatuere. eaque in inſulam Seriphon abdita eſt. *Datiui exempla ſunt etiam* Vell. 2, 91, 4 Abditusque carceri cum conſciis facinoris mortem digniſſimam vita ſua obiit. *Poëtis id ſolenne* Virg. Aen. 2, 553 Lateri capulo tenus abdidit enſem. Sen. Troad. 48 Alto nefandum vulneri ferrum abdidit. *Tale eſt illud* Tib. 1, 2, 22 Blandaque compoſitis abdere verba notis *Vid.* Abditus.

ABDOR, paſſ. ex abdo. Condor, occultor. Plin. 9, 8 Abduntur tricenis diebus circa Canis ortum, occultanturque incognito modo. *De Delphinis.*

ABDĬTVS, a, um. Partic. *remotus, occultus, praeter iam laudata indicamus* Cic. Off. 2, 13 Nec ferrum, aes, aurum, argentum effoderetur, penitus abditum. Idem de Nat. Deor. 2, 151 Nos aeris, argenti, auri venas penitus abditas inuenimus. Id. de N. D. 1, 49 c. 18 Epicurus, qui res occultas et penitus abditas non modo viderit animo &c. Id. de Aruſp. reſponſ. 57 c. 27 Abditos ac penetrales focos *dixit.* Abditus in interiora exercitus Vell. 2, 110, 3. Latet Abditus agro, Hor. Epiſt. 1, 1, 5. Mediterraneis agris abditus vitansque praeternauigantium officia *de* Tiberio *Rhodi* Sueto. c. 12. *Siue hic Datiuus eſt, de quo modo in* ABDO *ſiue Ablatiuus omiſſa praepoſitione: quae exprimitur* Cic. de Invent. 1, 2 Qui diſperſos homines in agris et in tectis ſilueſtribus, abditos, ratione quadam compulit in vnum locum, et congregauit. *Sic* Abditi in tabernaculis Caeſ. B. G. 1, 39 *Ablatiuus nimis manifeſtus eſt in illo* Scribon. Comp. 132. Proderit — acetum — veſica abditum, et ita extra impoſitum. *i. veſicae inditum. Tale eſt* Sen. Agam. 728 Et aether abditus tenebris latet. Id Hippol. 147 Teneri crede Lethaeo abditum Theſea profundo. ¶ 2 *Iam quibus nominibus iungatur, videamus.* Tacit. A. 6, 46 Namque Macroni non abdita Ambage, occidentem ab eo deſeri, orientem ſpectari exprobravit. Cauſas abditas morborum *vocat* Celſ. praefat. lib. 1, p. 4 *quibus opponuntur* euidentes. *Pergit* Abditas cauſas vocant, in quibus requiritur, ex quibus principiis noſtra corpora ſint; quid ſecundam, quid aduerſam valetudinem faciat. Conſilia abdita Val. Flac. 4, 479. Fata abdita Tibul. 2, 5, 16. Sen. Herc. Fur. 659 vt Iura abdita et operta terris, liceat impune eloqui. Cic. Att. 15, 16 Loca venuſta ſunt, abdita certe, et ſiquid ſcribere velis, ab arbitris libera. Senſus abditos gerere, Sen. Hippol. 8, 12. Tacit. A. 6, 8, 6 Abditos principis ſenſus, et ſiquid occultius parat, exquirere, illicitum. Voluntas abdita ac retruſa Cic. de petit. Conſul. *Compar.* quae abditiora ſunt Auguſt. Conf. 5, 5. Quaſi in caueis abditioribus Ib. 10, 10. *Superl.* Quae abditiſſimis naturae ſinibus occuluntur Auguſt. Enchir. c. 16.

ABDITVM, i. n. [κρυπτὸν] *Subſtantiue locus obſcurus, res obſcura, ſ. occulta.* Plin. 8, 5 Nunquam niſi in abdito coëunt. Horat. Arte poët. 49 Indiciis monſtrare recentibus abdita rerum. Lucret. 6, 809 Terrai penitus ſcrutantes abdita ferro.

ABDITE, Adu. [κρυφίως] Occulte Cic. Verr. 2, 73 Omnia ita condita fuiſſe, atque ita abdite latuiſſe videantur.

ABDITĪVVS, adi. Plaut. Poen. Prol. v. 65 Filius abditiuus a patre, Puer ſeptuennis ſurripitur Carthagine. Feſtus, Abditiui, Abortiui. V. Gloſſ. Abditiuus ἀποσπασθείς. *Nempe amouendi, ſeparandique notio etiam huic adiectiuo haeſit, quam in verbo obſeruauimus.*

ABDOLOMINVS, *ſiue Abdalonimus* Iuſtin. 11, 10. Tunc in Syriam proficiſcitur (*de Alexandro loquitur*) vbi obuios cum inſulis multos reges Orientis habuit. Inſignis praeter caeteros fuit Abdolominus rex ab Alexandro Sidoniae conſtitutus, quem Alexander, quum operam oblocare ad puteos exhauriendos, hortosque irrigandos ſolitus eſſet, miſere vitam exigentem regem fecerat, ſpretis nobilibus, ne generis id, non dantis beneficium putarent. *Eius aequanimitatem laudat* Curtius 4, 1, 25. *qua Alexandro dixiſſe fertur* nihil habenti nihil defuit. Diod. Sic. 17, 46 Ballonymum *vocat barbaro nomine nonnihil ad indolem Graecorum deflexo.*

ABDŌMEN, ĭnis. n. [λαπάρα, ὑπήτριον, ἐπιγάστριον.] *Sic deſcribit* Celſ. 4, 1 extr. Ipſa ilia inter coxas et pubem imo ventre poſita ſunt: a quibus ac pube abdomen ſurſum verſus ad praecordia peruenit: ab exteriori parte, euidenti cute: ab interiori, leui membrana incluſum, quae omento iungitur, περιτόναιος autem a Graecis nominatur. *In ciborum deliciis ſuis* Abdomen Plaut. Curc. 2, 3, 44 Pernam, abdomen, ſumen ſuis glandium. Plin. 8, 51 ſ. 77 Hinc Cenſoriarum legum paginae, interdictaque coenis abdomina, glandia, teſticuli, vuluae, ſyncipita verrina, vt tamen Publii mimorum poëtae coena, poſtquam ſeruitutem exuerat, nulla memoretur ſine abdomine, etiam vocabulo ſuminis ab eo impoſito. *Nempe*, vt *ipſe docet* Plin. 11, 37 ſ. 84 *ſuillas cum lacte ſuo mammas* ſuis vno die poſt partum occiſae — antiqui abdomen vocabant, priusquam calleret incientes occidere non aſſueti. *Tractum nomen putat Hermolaus Barbarus ab lacte iam* abdito *et fugato, vtpote qui antequam vbera calleſcerent, hoc eſt, ſiccato lacte dureſcerent, ſuem occidere non ſolerent. In epulis etiam Deorum eſſe abdomen, docet* Iuu. 2, 18 Atque Bonam tenerae placant abdomine porcae Et magno cratere Deam. ¶ 2 *Ad reprehendendam luxuriam gulae pertinet* Abdomen [Gr. γαστριμαργία l. πολυφαγία] Cic. pro Seſt. 110 c. 5 Libelli etiam pro vino oppignerabantur: manebat inſaturabile abdomen: copiae deficiebant. Cic. in Piſon. 41 c. 17 Ille gurges atque helluo natus abdomini ſuo, non laudi atque gloriae. *Et ibid.* 66 c. 27 Solet in diſputationibus ſuis oculorum & aurium delectationi, abdominis voluptates anteferre. *Vtramque rationem complectitur*, Iuuenal. 4, 107 Montani quoque venter adeſt abdomine tardus. ¶ 3 *Partem qua viri ſunt notat* Plaut. Mil. 5, v. 5 Iam dudum geſtit *culter* moecho hoc abdomen adimere Vt faciam quaſi puero in collo pendeant crepundia.

ABDVCO, xi, ctum [ἀπάγω] Cic. pro Quinct. 84 c. 27 Quod non poterunt cuſtodire, id auferre et abducere licebit. Ter. Eun. 3, 1, 17 Tum me ſibi conuiuam abducebat ſolum. Cic. de Fin. 2, 12 c. 4 Maiores noſtri ab aratro abduxerunt Cincinnatum illum, vt Dictator eſſet. Cic. Verr. 3, 57 c. 23 Omne inſtrumentum diripuit, familiam abduxit, pecus abegit. *Proprie autem illae dicuntur abduci, quae praeter coniugum aut parentum voluntatem abſtrahuntur libidinis cauſa.* Feminam conſularem e triclinio viri coram in cubiculum abductam Suet. Aug. c. 69. Quid? ſoceros legere, et gremiis abducere pactas Virg. Aen. 10, 79. *Vid.* Iuſtin. 21, 2, 10 et 42, 3, 1. *Recte igitur* Agroetius p. 2271, 41 Putſch. Abducitur aliquis ad rem inhoneſtam: Perducitur ad ſtupra: *Sic legendum puto, non* ſtudia etc. *Nempe emtionum etiam verbum eſt.* Plaut. Merc. 3, 4, 31 Iam addicta atque abducta erat, Poen. 3, 4, 10 Abduc intro, addictum tenes. *Huc etiam pertinet* Cic. Verr. 3, 78 c. 34 Iſidori mimi filiam, vi abductam a Rhodio milite. Add. Verr. 5, 81 c. 31. *Sed etiam ad aliam vim refertur.* Liu. 2, 56 Conſularibus negotio dato, vt collegam per vim, ſi aliter non poſſent, de foro abducerent. Cic. Verr. 5, 146 c. 56 Ipſos in lautumias abduci imperabat. Plaut. Caſ. 1, 1, 21 Quando ego eam mecum rus vxorem abduxero. In diuerſum a nido Plin. 10, 33 ſ. 51 *de perdice et aucupe.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 11 Liberi eorum in ſeruitutem abduci non debuerint. Plaut. Pſeud. 4, 7, 97 Vt fallaciis hinc a me mulierem abduceres: *et* 101 abduxiſſe alium praedam. ¶ 2 *Ad animum etiam atque incorporalia refertur.* Aciem mentis a conſuetudine oculorum Cic. de Nat. Deor. 2, 45 c. 17. *Add.* 3, 20 c. 8. Animum a corpore Id. Tuſc. 1, 75 c. 31. Id. Tuſc. 1, 35 c. 16 Magni eſt ingenii reuocare mentem a ſenſibus, et cogitationem a conſuetudine abducere. Id. de fin. 5, 87 c. 29 Democritus dicitur oculis ſe priuaſſe, vt quam minime animus a cogitationibus abduceretur. Plin. 11, 37 ſ. 54 Sic magna cogitatio obcoecat, abducto intus viſu. Cic. Verr. 3, 210 c. 90 Ab illis hominibus qui tum verſati ſunt in rep. — ad hanc hominum licentiam et libidinem me abducis? *i. reuocas, non quid tum factum ſit, ſed quid nunc fiat, ſpectare iubes.* Cic. pro Cael. 22 c. 9 Equidem vos abducam a teſtibus, neque huius iudicii veritatem, quae mutari nullo modo poteſt in voluntate teſtium collocari ſinam. Cic. de Orat. 2, 293 c. 72 Abducere animos a contraria defenſione, et ad noſtram conor traducere. Idem de Diuin. 1, 92 c. 41 *de Aruſpicina loquens*, ne ars tanta propter tenuitatem hominum a religionis auctoritate abduceretur ad mercedem atque quaeſtum. Cic. de Diuin. 1, 35 c. 18 Nec abducar, vt rear aut in extis totam Hetruriam delirare, aut eandem gentem in fulguribus errare, aut fallaciter portenta interpretari. Animum a ſolicitudine Cic. epiſt. 4, 3. Ab iis rebus, quae ſenſu percipiuntur, abducere diuinationem Cic. Diu. 2, 13 c. 5. Diſcipulum a praeceptore. Cic. de Fin. 5, 86 c. 28 Ne diſcipulum abducam times. Ibid. 95 c. 3. Non modo meum Ciceronem, ſed etiam me ipſum abduces licebit. *Sic* de Orat. 2, 40 c. 10. *Et* Phil. 11, 27 c. 12 Brutus equitatum ad ſe abduxit Dolabellae. *Et* pro Deiot. 30 et 31 c. 11 Seruum ab auo abduxiſti. *Et* pro Flacco .... Vxorem a viro. Id. Cic. Verr. 5, 72 c. 28 Quos domum ſuam de piratis abduxerat. *Et paullo ante* Omnes qui artificii aliquid habuerant aut formae remouerat atque abduxerat. Puerum a Grammaticis Quinctil. 2, 1, 12. Se ab angoribus et moleſtiis Cic. Fam. 5, 13. Se ab omni reip. cura ad Q. Fr. 3, 5. Vos a veſtris abduxi negotiis Plaut. Rud. 1, 2, 1. A fide Cic. pro Fl. 83 c. 32. Ab officio Cic. de Amicitia 8. Veri ſtudio a rebus gerendis abduci contra officium eſt Cic. Off. 1 c. 6. Abducere ab ſtudio Ter. in prol. Hec. 11. et Cic. Fam. 4, 4 abduci a ſtudio, negotiis. Abduci a vero *laudant* Cic. de Fin. 3, .. Cic. Verr. 4, .. Veruntamen abducuntur homines nonnunquam etiam ab inſtitutis ſuis magnitudine pecuniae. Petro. c. 114 p. 528 Bur. Abduxere certiſſimae morti, *videtur eſſe ſubducere voluerunt.* Abducere aliquem ad nequitiam Ter. Adel. 3, 3, 4 *Sic certe legit* Donatus, *qui ait*, quaſi inuitum dixit, non vocare, ſed abducere. Ducimus enim volentes, ſed abducimus inuitos. *Sed hodie fere editur* adducere *vt etiam* Plaut. Bacch. 1, 2, 4 *et multis locis quae dat Pareus Lexico Crit.* h. v. *Et parum firma ſane eſt illa obſeruatio Grammaticorum, quae reperitur in Vet. Gram. apud Gotofredum* p. 1356, 44 *et* 1356, 35. *Non quod non etiam de inuitis dicatur, quod ſatis declarant exempla adhuc propoſita, ſed quod eadem oſtendunt, vel maxime dici de volentibus.* Cic. in Bruto 222 c. 62 Q. etiam Catulum filium abducemus ex acie, id eſt a iudiciis, et in praeſidiis reip. --- collocemus. Cic. Phil. 2, 44 c. 18 Curio te a meretricio quaeſtu abduxit. ¶ 3 *Poëtica ſunt iſta:* Virg. Aen. 5, 428 Abduxere retro longe capita ardua ab ictu. Sil. lib. 10, 18 Abſceſſere retro pauidique in terga relatos Abduxere gradus. *Sed* Adduxere *malint Heinſ. et Drackenb.* Ouid. Faſt. 5, 477 Vt ſecum fugiens ſomnos abduxit imago. Val. Flac. Argonaut. 5, 160 Vincula prenſa manu ſaxis abduxerat imis. *Sed Heinſius vult* adduxerat. *Inſolens etiam illud* Plaut. Caſ. 5, 2, 8 Vbi intro hanc nouam nuptam deduxi via recta, clauem abduxi. Scribon. Comp. 122 Potio datur abducenda, *i. bibenda ſec. Rhod. forte leg.* obducenda. Abduco tibi, pro abs te Diomedes *obſeruaſſe dicitur.* Abduce, pro abduc dixit Ter. Adel. 3, 4, 36 Hunc abduce, vinci. Add. Phorm. 2, 3, 63. Plaut. Curc. 5, 3, 15. Bacch. 4, 9, 108 *etc.*

ABDVCTIO, onis. *Vulgat.* Sirac. 38, 20 in abductione permanet triſtitia *hoc eſt, in ſolitudine, ſecreto.*

ABDVCTVS, [ἀπαχθεὶς] partic. Abductus in Secretum Liu. 30, 14. 22, 22. Iuſtin. 14, 3, 9 Ab ipſo limine patriae abductos decipere. Ouid. Her. 16, 357 caeſis abducta armenta recepi hoſtibus. Montes abducti, *i. ſemoti.* Val. Flac. Argonaut. 4, 677 *de Symplegadibus recedentibus.* Flumina ponto abducta Val. Flac. 5, 165. *retenta ſtragene influerent.*

## A B E

ABECEDARIVS, a, um. Auguſtin. Enarr. in Pſal. 118 conc. 32 et Retract. 1, 20 *ſic vocat* Pſalmos, *quorum quilibet verſus ab alia litera, ſeruato vulgari ordine literarum incipit. Sic* Abecedarii in diſcentium claſſibus *nuncupantur ab* Hieronymo, apud Cael. Rhodig. 26, 28 qui prima imbibunt elementa. Syllabarii, qui iam ſyllabas connectere inſueſcunt. Nominarii, qui denique integra proferunt nomina. Fulgent. Mytholo. 3, 10 In omnibus artibus ſunt primae artes, ſunt ſecundae: vt in puerilibus literis prima Abecedaria, ſecunda Notaria.

ABEDO, ēdis, *vel* abes, abēdi, abeſſe. [ἀποτρώγω] *Idem quod* Exedo, abſumo. *Laudatur* Tacit. Ann. 15, 5 Sibi imbecillum equitem pabuli inopia. Nam exorta vis locuſtarum abederat quicquid herbidum aut frondoſum. *Sed legendum eſt* ambederat *cum Lipſio, Pichena, Berneggero, Gronouio, Ryckio. Certius eſt*

ABESVS, a, um. Macies neque ſicca lacertos Succo tenuabit abeſo Prud. Cath. 10, 103.

ABELLA, ae. [Ἄβελλα] *Oppidum Campaniae Italicae, ſupra Neapolim.* Virg. Aen. 7, 740 Et quos maliferae deſpectant moenia Abellae. *Confer.* Sil. Ital. 8, 545 *et ibi Drakenb. Scribitur etiam* Auella *Vid.* AVELLANA.

ABELLĪNA, ae [λεπτοκάρυον] Plin. 15, 22 ſ. 24 in auellanis, nucum genere, quas antea Abellinas patrio nomine appellabant. *Itaque ab* Abellino *oppido, de quo* ſtatim. *Vid.* AVELLANA. Ap. Scrib. Larg. Comp. 167 Nux Abellana *legitur.*

ABELLINĀTES, [Ἀβελλινᾶτοι] Plin. 3, 11 ſ. 16 Abellinates cognomine Protropi, *et more* Abellinates cognominati Marſi.

ABELLINVM, [Ἀβέλλινον] ſiue AVELLINVM, Campaniae oppidum Plin. 3, 5 ſ. 9.

ABEMO, is. *verbum obſoletum.* Feſtus Abemito ſignificat demito, vel auferto. Emere enim antiqui dicebant pro accipere. Gloſſ. Abemit, ab eo accepit, ἔλαβεν. *Scribitur etiam* Abimo.

ABEO, is, īvi, *et per ſyncopen* abii, abĭtum, īre [ἀπέρχομαι, οἴχομαι] *Diſcedere.* Ter. Eunuch. 2, 3, 49 Rogo, numquid velit. Recte, inquit: abeo. ¶ 1 *Videamus primo, quibus praepoſitionibus iungatur* Plaut. Men. 5, 2, 83 Sed non abire poſſum ab his regionibus. Cic. 14, 1 De loco, nunc quidem abiit peſtilentia. *Vbi caue iungas,* de loco abiit, *ſed* quantum ad locum attinet, *ſcias peſtilentiam abiiſſe. Omittitur autem Praepoſitio praeſertim cum nominibus vrbium.* Virg. Aen. 1, 415 Ipſe Paphum ſublimis abit. *Et* 6, 375 Ripamue iniuſſus abibis. Liu. 24, 3 Locros omnis multitudo abeunt. *Sed* Ter. Heaut. 1, 1, 59 In Aſiam militatum abii. Plaut. Merc. 3, 4, 69 Cedo ſi hac urbe abis, amorem te hic relicturum putas? Ibid. Prol. 12 Abii domo. *At* Liu. 25, 16 Conſpectique repente ex oculis abierunt. Plaut. in Amph. Abin' e conſpectu meo? Ter. And. 1, 5, 64 Cur tu abis ab illa? *i. e domo illius. Sed ſimpliciter* Plaut. Bacch. 5, 2, 57 Abin' a me ſcelus? *et* Amph. 2, 2, 227 Abin' hinc a me? Cic. Tuſc. 1, 32 Abiit ad deos Hercules. Ter. Adel. 5, 2, 10 Interea in angulum aliquo abeam. Liu. 25, ... Cuius rei periculum vitantes plerique in exilium abierunt. ¶ 2 *Iungitur etiam Aduerbiis.* Plaut Rud. 4, 3, 88 Sine me hinc abire. *Sic* Ter. Eun. 4, 4, 56. 4, 7, 59. Phor. 3, 3, 9. Heaut. 1. 1, 59. Ter. Eun. 5, 4. 48 Ego abeo intro. *Idem* Adel. 2, 1, 15 Nimium iſtoc abiſti. Idem Eun. 5, 2, 67 Obſecro abeamus intro. Idem Adel. 5, 5, 1 Rogat frater ne abeas longius. Plin. 35, 12 Illo abeunte peregre, vmbram ex facie eius ad lucernam in pariete lineis circumſcripſit. Ter. Heaut. 2, 3, 8 Abi dum tu Dromo illis obuiam. Tu miſſus abibis Hor. Sat. 2, 1, 86 *i. dimitteris, abſolueris.* Abire impune, peregre *vid. ſſ. ll. Sic per metaphoram* abire longius, *pro euagari,* et *a propoſito diſcedere.* Cic. pro Roſc. Am. 47 c. 16 Quaſi vero mihi difficile ſit, quamuis multos nominatim proferre, (ne longius abeam) vel tribules, vel vicinos meos, &c. Ne longius abeam, id eſt, alienos dicam vel longinquos. *Add.* pro Caeci. 95 c. 33 Vt ne longius abeam, declarat iſta adſcriptio, eſſe aliquid. Non longe abieris, *i. non longe petatur exemplum,* Cic. Fam. 7, 20. *Quod* Lucanus 1, 94 *dixit,* Fatorum ne longe exempla petantur. *Similis formula* Plin. 17, 25 ſ. 38 ne in infinitum abeamus *i. nimis longi ſimus.* Tac. A. 6, 22 Ne nunc incerto longius abierim, *poſt digreſſionem.* Quinct. 9, 2, 55 Abit cauſſa (*i.* a cauſſa) in laudes Pompeii. ¶ 3 Abire *cum priore ſupino.* Plaut. Merc. 3, 4, 6 Si opprimit pater quod dixit, exulatum abiit ſalus. *Et* Prol. v. 43 Amare valide coepi hic meretricem: illico Res exulatum ad illam abibat clam patris. *i. congerebam ad illam rem familiarem.* Abire deambulatum Ter. Heaut. 3, 1, 26. Liu. 2, 15, 7 Tarquinius ſpe omni reditus inciſa, exulatum ad generum Mamilium Octauium Tuſculum abiit. *Simile eſt* Peſſum. Plaut. Trucul. 1, 1, 15 Quando abiit rete peſſum, tum adducit ſinum, *i. cum fundum petiit.*. ¶ 4 *Iam qui nominatiui praecedant, videamus.* Animus abiit in varios curſus *legebant* Ouid. Met. 9, 152. *Sed Heinſ.* Incurſus animus varios habet. Ferrum in corpus Stat. Theb. 11, .. Fides. Liu. 3, 10 Quia occidione prope occiſos Volſcos et Aequos mouere ſua ſponte arma poſſe, id fides abierit, *i. deſierit credi, et eſſe veriſimile.* Haſta trans pectus Stat. Theb.— Malum quod praeſens fuerat, in diem abiit Ter. Phor. 5, 3, 16 *i. dilatum eſt.* Memoria vetuſtate abiit Liu. 2, .. Modus Ov. Met. 11. 3. Nauſea Cic. Att. 14, 10 Tua ὑπηνέμιος Nauſea iam plane abiit? *i. ceſſauit.* Peſtilentia Cic. Fam. 14, 1. Pretium retro abiit Plin. epiſt. 3, 19 *i. imminutum eſt.* Res L. 205 de R. I. Sanguis cum metu Quinctil. 11, 3, 78. Sol Plaut. Merc. 5, 2, 32 *i. aduesperaſcit* Spes Lucan. 3, 504 Spes victis telluris abit, *i. perit, effluit.* Ouid. Met. 7. 565 Vtque ſalutis Spes abiit. *Sic* Abit tempus, *aut aliud nomen tempus ſignificans: pro praeterit, cedit, effluit.* Cic. pro Sext. 71 Abiit iſte annus. *Et pro* Murae. 7 c. 3 Abiit illud tempus: mutata ratio eſt. Quinct. decl. 250 Abiit tempus praeſcribendi. Ter. Eun. 2, 3, 49 Dum haec dicit, abiit hora. Idem Adel. 4, 5, 57 Haec dum dubitas menſes abierunt decem. Timor Liu. 2, 52 Vrbi cum pace laxior etiam annona rediit, et aduecto ex Campania frumento, et poſtquam timor ſibi cuique futurae inopiae abiit, eo quod abditum fuerat, prolato. Tutela ad propinquos Hor. Serm. 2, 3, 218. Vis, iucunditas, decor Quinct. 9, 4, 14. ¶ 5 Abire *ſequente nominatiuo* Liu. 1, 16 Haec locutus ſublimis abiit, *de Romulo ſ. Quirino.* Idem 2, 46 Praeceps Fabius in vulnus abiit, *i. pronus cecidit in vulnus. Quidam codices habent,* obiit, Virg. Aen. 5, 166 Quo diuerſus abis? Hor. Sat. 2, 1, 86 Tu miſſus abibis. ¶ 6 Abire *a re aliqua, i. mutare conſilium aut factum ſuum.* Cic. Acad. 4, 90 c. 28 Sed abeo a ſenſibus. *i. deſino plura de ſenſibus dicere.* Poſſe abiri ab emtione L. 7 §. 7 Dig. de Pactis. a Societate L. 14 et L. 18 pro ſocio. Cic. Verr. 1, 114 c. 44 Pater de ſuis bonis ita dat filiae, vt ab iure non abeat, *i. vt nemini iniuriam faciat.* Ter. Phor. 5, 9, 30 Ea mortem obiit: e medio abiit, qui fuit hac in re ſcrupulus. Cic. Tuſc. 1 c. 30 Cato autem ſic abiit e vita. Plaut. Caſi. Prol. 19 Qui nunc abierunt hinc in communem locum. Plaut. Milit. 4, 4, 29 Quaſi ex hoc matrimonio abierim. *Quod laudabant* Cic. Off. 3, 84 c. 21 Non abeo ad vulgi opinionem; *falſa erat lectio.* Abire magiſtratu, Conſulatu, *eſt Deponere magiſtratum, Conſulatum.* Cic. Fam. 5, 2 Abeuntem magiſtratu concionis habendae poteſtate priuauit. Add. Att. 1, 13 *it. mox* Abiens. *Caeterum* abiiſſe magiſtratu *etiam ille dicitur, qui quam deponere debebat poteſtatem vi retinet, vt fecere decemuiri, de quibus* Liu. 3, 51 Illi (Valerius et Horatius) negabant ſe aliter ituros, quam ſi Decemuiri deponerent inſignia eius magiſtratus, quo anno iam antea abiiſſent. *Sic* Abire Flaminio Val. Max. 1, 1, 4. Tutela *vel* Cura l. 3 fi. et l. 4 π. de ſuſpect. ¶ 7 Abire in rem aliquam: *pro in eam rem tranſire, mutari, redigi.* Liu. 1, 32 Ciuibus facta ſpes in aui mores atque inſtituta (Ancum) regem abiturum. Ouid. Ep. 15, 83 Siue abeunt ſtudia in mores, artesque magiſtrae. Abiit Oppidum (bello deletum) in villam Plin. 3, 5 ſ. 9. In deſuetudinem *v.* h. v. In Serum Plin. 16, 12. In Salem 31, 7 Id. In Semen Id. 21, 11. cum Succus omnis in corpus abeat Id. 15, 3 *de oliuis. Sic apud ICtos* in creditum abire *res dicitur, quae mutui naturam accipit,* v. l. 5 π. §. 18. de tributor. act. *et* l. 3 §. 3 de SC. Maced. *vbi ſic* Vlp. In creditum abiit filiofamil. vel ex cauſſa emtionis, vel ex alio contractu, in quo pecuniam non numerauit. ¶ 8 *Locutiones imprecandi ſunt.* Ter. And. 2, 1, 12 Abi hinc in malam rem. Idem Phor. 2, 3, 21 Abi hinc in malam crucem. *Sed variat lectio, laborat metrum: turbat* Donatus, dicens aduerbialiter, vt, huc viciniae, *vnde neſcio quam bene, concludunt legendum eſſe,* Abi hinc malam crucem, *absque praepoſitione,* vt Eun. 3, 3, 30 Malam rem hinc abis? Plaut. Aul. 3, 3, 11 Aut abi in malum cruciatum ab aedibus. Add. Perſa 2, 4, 17. Cic. Phil. 13, 48 c. 21 Quin tu abis in malam peſtem, malumque cruciatum? Sed eſt etiam Abi, verbum vel ſibi vel alteri cum laudatione blandientis. Nam ſic dicunt, qui iam compotes ſunt votorum omnium, perfectique in rebus uniuerſis. *Haec* Donatus *ad* Ter. Ad. 5, 1, 1. Aedepol Syriſce te curaſti molliter, lauteque munus adminiſtraſti tuum. Abi. *Secum Syrus loquitur. Sed ibid.* 4, 2, 25 *Pater de abſente filio,* Patriſſas: abi: virum te iudico. *Conf. et hic* Donatus. Abi *item per contemptum dicitur.* Ter. Adel. 2, 2, 13 Nunquam rem facies: abi, neſcis ineſcare homines. *Et* 4, 4, 10 Abi, abi iam Aeſchine, Satis diu verba dediſti nobis. *Add.* Plaut. Truc. 5, 1, 50. Poen. 1, 1, 32 Abi directus. *Porro* Abi *dicimus quaſi haerenti morantique.* Ter. And. 1, 1, 1 Vos iſtaec intro auferte: abite. *Add.* Plaut. Poe. 1, 3, 20 ſqq. ¶ 9 *Varias damus formulas huius verbi quaſi per ſaturam.* Liu. 2, 36 ne in ora hominum pro ludibrio abiret, *i. fieret vulgi fabula.* Abire in ſatietatem Plin. 8, 16 ſ. 18 *laudatur. Sed Hard.* Vt ſi fugiendum in ſatietate, abeant. Cic. Att. 11, 2 In quos enim ſumtus abeunt fructus praediorum? *i. impenduntur, inſumuntur. Sic interpretor illud* Cato. R. R. 135 in commiſſura abibunt pedes tres *i. impendentur de fune in nexum ſ. nodum.* In ventos, Ouid. Triſt. 1, 7, 35 Cunctane in aequoreos abierunt irrita ventos? Sub iugum Liu. 3, 28. Cato de R. R. 61. Si male arabit, Radices ſurſum abibunt. *Sed adibunt editum poſt Victorium.* Ter. And. 1, 2, 4 Mirabar, hoc ſi ſic abiret. Cic. Catilin... Non hoc tibi ſic abibit, *i. non impune feres.* Cic. Att. 14, 1 Non poſſe iſthaec ſic abire. Catul. 14, 16 Non, non hoc tibi, falſe, ſic abibit. Sen. Ep. 3 Hoc abierit. Eleganter Abire, *de ſermone dictum.* Cic. pro Roſc. Amer. 46 Quid ad iſtas ineptias abis, inquies? Sen. ep. 10 Vide, quo iudicium meum abeat. Plaut. Truc. 2, 2, 12 Niſi abis actutum, ac dicis, quid quaeras, *vbi videtur* παρέλκειν. Plaut. Amph. 1, 3, 45 Abi prae Soſia, iam ego ſequar. Plaut. Rud. 4, 3, 88 Sine me hinc abire, tu abi tacitus tuam viam. Virg. Aen. 4, 281 Ardet abire fuga dulceisque relinquere terras. ¶ 10 Laudatur Seruius ad Aen. 2, 25 Nos abiiſſe rati, et vento petiiſſe Mycenas, Abiſſe, *inquit,* et petiſſe dicimus, ſed propter metrum fit Epentheſis, cum dicimus Abiiſſe et Petiiſſe. *Sed Fabricius, it. Maſuicius,* Abiuiſſe dicimus et Petiuiſſe; ſed propter metrum ſyncope facta eſt *Idque verius.* ¶ 11 *Imperſonale* Plaut. Merc. 4, 4, 36 --- ſcio iam quid velis, Nempe me hinc abire vis. L. volo inquam. C. abitur. Plaut. Ciſtell. 1, 1, 35 Eas ſi adeas, Abitum quam aditum malis.

ABIENS, euntis. *partic.* [ἀπερχόμενος] *Diſcedens.* Ter. And. 1, 1, 57 Obſeruabam mane illorum ſeruulos venientes aut abeuntes. Cic. in Piſon. 6 c. 3 Ego cum in concione abiens magiſtratu dicere a Trib. Plebis prohiberer, quae conſtitueram. Hor. Od. 3, 6, 44 --- ſol vbi montium Mutaret vmbras, et iuga demeret Bobus fatigatis, amicum Tempus agens abeunte curru. Ouid. Ep. 5, 55 Proſequor infelix oculis Abeuntia Vela Qua licet, et lacrymis humet arena meis. Stat. Theb. 4, 38 --- rex triſtis et aeger Pondere curarum, propiorque abeuntibus annis, Inter adhortantes vix ſponte incedit Adraſtus.

ABITIO, ōnis. [ἀπέλευσις] *Ipſe abeundi actus, ſ. diſceſſus.* Ter. Heaut. 1, 2, 16 Propter eam haec turba atque abitio euenit. Abitionem antiqui dicebant mortem Feſtus h. v.

ABĬTVS, us. m. Idem. Ter. Heaut. 3, 1, 4 Cum videam miſerum hunc tam excruciarier eius Abitu. Abitus importuniſſimae peſtis, Cic. Verr. 3, 125 c. 54. ¶ 2 *Locus per quem abire poſſumus,* Virg. Aen. 9, 379 Obiiciunt equites ſeſe ad diuortia nota, Hinc atque hinc, omnemque abitum cuſtode coronant. Tacit. 14, 37 Circumiecta vehicula ſepſerant abitus.

ABĬTO, ĕre. Frequent. Plaut. Rud. 3, 4, 72 Hunc quoque aſſerua, ne quo abitat. *Vid.* BETO.

ABEONA, et ADEONA. Auguſt. de C. D. 4, 21. Quid neceſſe erat commendare naſcentes —Deae Adeonae adeuntes, Abeonae abeuntes. *Add. ibid.* 7, 3.

ABEQVĪTO, are. [ἀφιππάζω] *Equo abire, vel aufugere.* Liu. 24, 31 Vt praetores pauidi inter tumultum abequitarent Syracuſas: *Sed Gron.* adequit.

ABERCEO, ui, itum, [ἀπείργω] ēre. Arcere, prohibere, a Feſto *laudant, et addunt* Plaut. Atque eam abercet domo.

ABERRO, as, are. [ἀφαμαρτάνω, ἀποτυγχάνω, ἐξαμαρτάνω] *Eſt proprie a via recta per errorem digredi, deflectere, diſcedere; quod et ſimpliciter* errare *dicitur.* Plaut. Men. Prolog. 31 Mortales multi, vt ad ludos, conuenerant: Puer inter homines aberrauit a patre. *Sed frequentior ſignificatio metaphorica.* v. g. Cic. Tuſc. 5, 66 c. 23 Sed redeat vnde aberrauit oratio, *i. ad illud redeamus, a quo longius digreſſi fuimus* Idem de Orat. 2, 152 c. 36 A quo quidem homine iamdudum, Antoni, non aberrat oratio tua, *ſiue* tu ſimilitudine illius diuini ingenii in eadem incurris veſtigia, ſiue etiam illa ipſa legiſti atque didiciſti. Conf. n. 160.

n. 160. Aberrare a regula et praeſcriptione vitae Cic. Acad. 4, 140. Id. Offic. 1, 135 c. 37 Danda igitur opera eſt, vt etiam ſi aberrare ad alia coeperit, ad haec reuocetur oratio. Id. pro Caec. 55 c. 19 Ne nimium multa complectamur, atque ab eo, quod propoſitum eſt, longius aberret oratio. — Aberrat animus a ſententia ſuſpenſus curis maioribus Cic. Phil. 7, 1 *ſic excuſat, quod non dicat de relatione Conſulis, ſed iure ſenatorio vſus de re alia.* Id. pro Lig. 19 c. 6 Vtriſque cupientibus remp. ſaluam, ſed partim conſiliis partim ſtudiis a communi vtilitate aberrantibus. Non multum ab Herilli leuitate aberrabimus, *i. Pene aeque leues erimus quam eſt Herillus* Cic. Fin. 4, 40 c. 15. Cic. Att. 12, 45 Nullo enim alio modo a Miſeria quaſi aberrare poſſum, *i. A miſeria cogitationem, quaſi furtim, et non id agens, auertere. Conciſe* Att. 12, 38 At ego hic ſcribendo dies totos, nihil equidem levor: ſed tamen aberro, *nempe* a dolore, *vel* moleſtia: *dolorem aut moleſtiam ſcribendo fallo.* Cic. Tuſc. 1, 82 Aberrare Propoſito facile patiebar. Idem de Fin. 5, 83 c. 28 Tamen a Propoſito, inquam, aberravimus. Cic. Att. 14, 22 Cupio enim ante quam Romam venio, odorari diligentius quid futurum ſit: quanquam vereor, ne nihil Coniectura aberrem, *i. coniectura fallar.* Idem de Nat. Deor. 1, 101 c. 36 Qui etiam ſi aberrant a Coniectura, video tamen quid ſequantur. Id. Phil. 12, 23 c. 9 Nunc, quaeſo, attendite, num aberret a coniectura ſuſpicio periculi mei. Cic. de Aruſp. Reſp. 23 c. 11 Si Aedilis Verbo, aut ſi Nutu aberrauit, ludi ſunt non rite facti. Liu. 38, 56 Nec inter ſcriptores rerum diſcrepat ſolum, ſed orationes quoque aberrant inter ſe — *Sed* Gron. abhorrent. Plin. epiſt. 4, 28 *de picturae imitatione,* A qua rogo, vt artificem quem elegeris, ne in melius quidem ſinas aberrare.

ABERRATIO, [ἀπότευξις] *Digreſſio a recta via. Metaph.* Cic. Fam. 15, 18 Veruntamen aliam aberrationem a moleſtiis nullam habemus. Idem Att. 12, 38 ſiue hanc aberrationem a dolore delegerim, quae maxime liberaliſſima doctoque homine digniſſima-

ABERRVNCO, *vid.* AVERRVNCO.

ABFŌRE, [ἀπέσεσθαι] *infinitivus ex* fore *compoſitus, pro* Abfuturum eſſe, *vſus* rarioris. Virg. Aen. 8, 147 — nos ſi pellant, nihil abfore credunt Quin omnem Heſperiam penitus ſua ſub iuga mittant. Seruius, hoc eſt, ſibi obfuturum nihil arbitrantur: *quaſi lexiſſet* obfore.

ABFVTVRVS, *vid.* ABSVM.

ABGARVS, *Arabica vox,* magnum *et* potentem *notans, occurrit vt proprium Regum quorundam orientis, apud* Capitoli. Anto. Pio c. 9. Spartia. Seuero. c. 18. Aur. Vict. de Caeſar. c. 20 *ad quem locum caeteros laudat Arntzenius. Claſſicus quaſi erat Spanhemius de vſu et praeſt. num. diſſ. 2 et 8. Sed Th. Sig. Bayerus in hiſt. Osrhoena p. 73 ſqq. vnus omnium ſtudia ſuperauit.*

ABGRĔGO, [ἀφορίζω] āre. *Ab grege ducere.* Feſt. Gloſſ. ἀπαγελάζειν, διαχωρίζειν.

ABHIEMO, are. cum ſereno caelo fulgetrae erunt, abhiemabit Plin. 18 vlt. *i. hiems deſaeuiet.*

ABHINC, Adu. *temporis praeteriti, iungiturque ſaepius accuſatiuo, rarius ablatiuo. Cum accuſatiuo* Ter. And. 1, 1, 42 Abhinc triennium commigrauit huc viciniae. Cic. Verr. 4, 25, c. 9 Horum pater abhinc duos et viginti annos mortuus eſt. *i.* ante. *Et* Phil. 2. *extr.* Abhinc annos prope viginti — negaui *&c. Cum Ablatiuo.* Plaut. Moſt. 2, 2, 63 qui abhinc ſexaginta annis occiſus foret. Cic. pro Roſc. Com. 37 c. 13 Abhinc annis quindecim. Idem Att. 12, 17 Quod pro Cornificio me abhinc annis amplius XXV, ſpopondiſſe dicit Flauius. *Cum futuro etiam poſſe conſtrui putat Sciopp. Animadu.* p. 8. *Et ſane* Pallad. 4, 13, 9 Septimo anno omnes dentes *equi* explentur. Latent abhinc aetatis notae.

ABHORREO, ui, ēre. [ἀποφρίττω, μυσάττομαι] horrere ab aliquo, *i. propter eum, vid.* A *vel* Ab *n.* 32. *ſive ab eo prorſus alienum eſſe.* Ter. Hec. 4, 4, 42 Nam omnino abhorrere animum huic video a nuptiis. Ib. 5, 1, 10 Abhorrenti a re vxoria. Cic. pro Cluent. 27 c. 9 Se ab his nuptiis abhorrere reſpondit. Id. Att. 14, 13 A ducenda autem vxore ſic abhorret, vt qvidquam libero lectulo neget eſſe iucundius. Niſi forte fruſtra deos appello, quorum auris atque animus a nobis abhorret, *eſt ex epiſtola ad Octauium ſuppoſititia.* Cic. Fam. 2, 17 Solus enim tu ex omnibus qui cum Bibulo ſunt, certiorem me nunquam feciſti, quam valde Bibuli voluntas a me ſine cauſa abhorreret. Idem Verr. 2, 10 c. 4 A quo mea longiſſime ratio voluntasque abhorrebat. Idem Philipp. 7, 4 Ex quo intelligi poteſt, animo illos abhorruiſſe ſemper ab optimo ciuitatis ſtatu, non voluntate fuiſſe populares. Idem pro Flacco 9 Nam ſiquis vnquam de noſtris hominibus a genere iſto, ſtudio ac voluntate non abhorrens fuit, me et eſſe arbitror: et magis etiam tum cum plus erat otii, fuiſſe. Liu. 30, 30 Animo nobis opus eſt non abhorrente a quietis conſiliis. Cic. Attic. 7 Nam delectus adhuc quidam inuitorum eſt, et a pugnando abhorrentium. Idem 2, 6 A ſcribendo prorſus abhorret animus. Cic. Fam. 13, 12 Eſt praeterea a noſtris ſtudiis non abhorrens. Cic. pro Deiotaro 17 Etſi a veritate longe, tamen a conſuetudine criminandi non multum res abhorrebat. Quinct. 9, 2, 78 Cum haec — ratio ſententiarum non procul a ratione iocandi abhorreat. Vidiſti quem abhorrerem, ab vrbe relinquenda Cic. Fam. 2, 16. ¶ 2 *Hinc ad diſcrepantiam et diſſimilitudinem quamcunque deſignandam adhibetur hoc verbum.* v. g. Cic. de orat. 3, 66 c. 18 Genus orationis exile, inuſitatum, abhorrens ab auribus vulgi, obſcurum, inane, ieiunum. Noſtra aetas abhorret a caſtris, praeſertim ciuilibus Cic. Att. 14, 10. Idem pro Cluent. 167 c. 60 Quid vnquam Auitus in ſe admiſit, vt hoc tantum ab eo facinus non abhorrere videatur? Liu. 9, 36 Sed neque commercium linguae, nec veſtis, armorumue habitus ſic eos texit, quam quod adhorrebat a fide, quenquam externum Ciminios ſaltus intraturum. Cic. pro Sext. 96 Et, vt arbitror, nec ab vtilitate eorum qui audient, nec ab officio noſtro, nec ab ipſa cauſa Publii Sextii, abhorrebit oratio mea. A meis conſiliis tua ratio non abhorret Cic. Att. 1, 20 *i. diſſentit.* ¶ 3 *Ponitur etiam ſuppreſſa praepoſitione.* Cic. de Fato 8 c. 4 Alii talibus vitiis abhorreant. Tacit. Hiſt. 5, 24 Potuiſſe tunc opprimi legiones, et voluiſſe Germanos, ſed dolo a ſe flexos, imputavit Ciuilis. Neque abhorret vero, quando paucis poſt diebus deditio inſecuta eſt. Ea abhorrent moribus noſtris Curt. 7, 8. 11. *Etiam haec rarior conſtructio,* Abhorrent inter ſe orationes Liu. 38, 56. *i. diſcrepant.* ¶ 4 Abhorrere *cum Accuſatiuo, pro exhorrere, deteſtari, et quaſi exſecrari.* Sueton. de Auguſto c. 83 Nam pumilos atque diſtortos, et omnes generis eiuſdem, vt ludibria naturae, malique ominis, abhorrebat. Liu. 4, 44 Eodem anno Poſthumia virgo Veſtalis de inceſtu cauſam dixit, criminis obnoxia ob ſuſpicionem propter cultum amoeniorem, ingeniumque liberius quam virginem decet, parum abhorrens famam. Ampliatam, deinde abſolutam pro collegii ſententia Pontifex max. abſtinere iocis, colique ſancte potius quam ſcite iuſſit. Sueton. Galb. 4 Nihil aeque poſtea Galbam tentantem res nouas confirmauit, quam mulae partus: ceteriſque vt obſcenum oſtentum abhorrentibus, ſolus pro laetiſſimo accepit, memor ſacrificii, dictique aui. *Quin ipſe* Cic. pro Cluentio 41 c. 14 Nemo illum aditu, nemo congreſſione, nemo ſermone, nemo conuiuio dignum iudicabat: omnes aſpernabantur, omnes abhorrebant. ¶ 5 *Abſciſſe et elliptice.* Cic. de Orat. 2, 85 c. 20 *de candidato eloquentiae,* ſin plane abhorrebit, et erit abſurdus: vt ſe contineat, et ad aliud ſtudium transferat, admonebo. *Sic etiam* Liu. 30, 44 *vbi Hannibal de ſuo riſu, ob quem reprehenſus fuerat,* Nequaquam, *inquit,* adeo eſt intempeſtiuus, quam veſtrae iſtae abſurdae et abhorrentes lacrimae ſunt.

ABHORRENS, *Partic. praeter multa, quae iam ſub verbo retulimus exempla, laudare ſatis fuerit* Liu. 22, 13 Punicum abhorrens os ab Latinorum nominum prolatione. *v. ib. Gronov.* Curt. 3, 6, 19 Cultus habitusque paululum a priuato abhorrens. *Et* 8, 9, 4 Aquae a colore maris haud multum abhorrentes.

ABHORRESCO, *Adducitur* Lactant. de ira Dei 23, 12 Quem Daemones abhorreſcunt. *Sed ibi Interpres aliquis recentior ita reddit,* ἐκφρίττουσιν *ex oraculo Graeco.*

## A B I

ABIECTIO, onis. etc. *v. ſub* Abiicio.

ABIES, ĕtis. f. [ἐλάτη] *nomen arboris, de qua* Plin. 16, 10 ſ. 19 Abies e cunctis (*generibus piceae*) ampliſſima eſt, et femina etiam prolixior, materia mollior, vtiliorque, (*quid ſi* vitilior?) arbore rotundior, foliis pinnato denſa, vt imbres non tranſmittat. Ibidem c. 39 ſ. 76 n. 1 Abietis quae pars a terra fuit, enodis eſt: haec qua diximus ratione fluuiata decorticatur, atque ita ſapinus [Sapinea *mali Salmaſ.*] vocatur: ſuperior pars nodoſa, duriorque, ſuſterna. Add. 16, 42. Vitruu. 2, 9 p. 33 Abies — non eſt ponderoſa. Itaque rigore naturali contenta, non cito flectitur ab onere, ſed directa permanet in contignatione. Sed — procreat et alit termitem, ab eoque vitiatur. *Sed plura ibi ſunt conſideratione digna.* Pall. 12, ſ. Nou. 15, 1 Abies, quam Gallicam vocant, levis, rigida, et in operibus ſiccis perenne durabilis. Virg. Ecl. 7, 66 Populus in fluuiis, abies in montibus altis. Criſpa Abies Veteri Poëtae *apud* Cic. Tuſc. 3, 44 c. 19 *forte ob criſpantes venarum flexus: ſed nihil certi.* Ouid. Metaph. 10, 94 Enodiſque abies curuataque glandibus ilex. Virg. Aen. 8, 599 et nigra nemus abiete cingunt, *i. vmbroſa.* Claud. de R. Proſ. 3, 349 Altior at cunctis abies, vmbroſaque late, *i. ramos longe ſpargens.* Val. Flac. 7, 405 Abietibus Tacitis, aut immotis cypariſſis Aſſimiles, rapidus nondum quas miſcuit Auſter. ¶ 2 *Nauibus inprimis apta* Abies, *vnde frequens illius ea in re mentio,* Plin. 2, 10 ſ. 18 Abies expetita navigiis. Virg. Aen. 2, 16 *de naui aedificanda* ſectaque intexunt abiete coſtas. Abies viſura caſus marinos Virg. Georg. 2, 68 *e qua nauis fabricabitur.* Virg. Aen. 8, 91 Labitur vncta vadis abies: *Vnguntur naves pice.* Claud. R. Proſ. 2, 107 Apta fretis abies, bellis accommoda cornus. *Sic* Stat. Theb. 6, 104 Hinc audax abies, et odoro vulnere pinus. ¶ 3 *Pro haſta abiegna poſuit* Virg. Aen. 11, 667 cuius apertum Adverſi longa transuerberat abiete pectus. *i.* haſta abietali. Seru. *Imitatus* Statius Theb. 9, 572 Et tremebunda abies clypeum per et aenea terga Loricae; *Add.* Val. Fl. 6, 197. 236. ¶ 4 Abietem *pro tabellis vſurpauit* Plaut. Perſ. 2, 2, 66 quod proſa non recipit, *iudice* Quinctil. 8, 6, 20.

ABIEGNVS, a, um, [ἐλάτινος] *vt* Vitruu. 2, 9 p. 35 Rates (*an* crates) abiegnae, *i. quae ſunt ex abiete.* Colum. 12. 43, 4 Quidam eadem ratione arida populnea, vel abiegna ſcobe virides vuas cuſtodiunt. *Dictio eſt quadriſyllaba, ſed interdum apud poëtas triſyllaba.* Propert. 3, 17, 12 Induit abiegnae cornua falſa bouis, *de Paſiphaë.* Idem 4, 1, 42 Laeſerat abiegni venter apertus equi, *Troiani. Sed quadriſyllabum eſſe poteſt* 3, 1, 25 Nam quis equo pulſas abiegno noſceret arces? Ennius Medea, Vtinam ne in nemore Pelio ſecuribus Caeſa accidiſſet abiegna in terram trabes. *Leguntur hi verſus apud* Auct. ad Herenn. 2, 34 c. 22 et Cic. Inuent. 1, 91 c. 49. *itemque* de Nat. Deor. 3, 75 c. 30. *Denique apud* Varr. L. L. 6, 3.

ABIEGINEVS, *idem quod abiegnus. Nam legimus* abiegineas trabiculas *et* abiegineis ſectilibus *in lege aedificantium, quae marmori inſculpta Neapoli viſitur, vt refert Heſſelius in Not. ad Enn.* p. 199.

ABIETĬNVS, *Id. vt,* Vas abietinum. Apul. de Herb. c. 79. *Sed Humelbergius auctoritate MSS. et ratione ductus repoſuit* argenteum.

ABIETARIVS, a, um. Feſtus, abietaria negotiatio, quam materiam nunc [*materiationem*] dicimus, videlicet ab abietibus coëmendis. *Pro* Fabro lignario *Vulgat.* Ex. 35, 35.

ABIGĔNA, bos, *laudabatur ex* Varr. de L. Lat. 6, 3. *Sed nunc legitur* Ambiegna, *vbi vid.*

ABĬGA, ae. f. Plin. 24, 6 ſ. 20 Chamaepitys, Latine abiga vocatur, propter abortus, ab aliis tus terrae etc. *Add.* Apul. de herb. c. 26. *Aliis* aiuga, *vt* Scribo 167. *V. Rhod. Lex. Scrib. Quidam etiam ſic ſcribunt apud Plinium.*

ABĬGO, [ἀπελαύνω] actum, ĕre. *A loco remouere, atque expellere.* Cic. de Orat. 2, 247 Puer abige muſcas. Idem Acad. 4, 89 *ex vetere poëta* Peſtem abige a me. Martial. 10, 5 Abigatque moto noxias aues panno. Cic. Tuſc. 1, 104 c. 43 Diogenes Cynicus proiici ſe iuſſit inhumatum. Tum amici, Voluciibusne et feris? Minime vero, inquit: ſed bacillum prope me, quo abigam, ponitote. Plaut. Amph. Prol. 150 Abigam iam ego illunc aduenientem ab aedibus. *Add.* 3, 3, 24 Id. Men. 1, 2, 18 Enax, iurgio Hercle tandem vxorem abegi ab ianua. Id... Non viuam veſperi, niſi illam a me ſceleſtam abigam. Plin. Paneg. 76, 5 Omnia officia conſularia abigere, negligere, contemnere. Abigunt nubes venti Plin. 2, 47. Plaut. Curcul. 1, 3, 30 Iraſcere, ſi te edentem hic a cibo abigat. Id. Trucul. 2, 1, 41 Item, vt de frumento anſeres, clamore abſterret, abigit. Idem Aſin. 12 Hinc me clamantem ex aedibus abegit huius mater. Plaut. Merc. 18 Abegit vir meus olim ipſe ad mercatum Rhodum, filium. Ter. Adel. 3, 3, 47 Abigam hunc rus, *de aſtuta inductione.* ¶ 2 Abigere *eſt furto aut latrocinio pecudes abducere.* Cic. in Verr. 3, 57 c. 23 Omne inſtrumentum diripuit, familiam abduxit, pecus abegit. Idem Verr. 1, 28 c. 10 Praeterea greges equarum eius iſtum abigendos curaſſe. Id. in Piſo. 84 c. 34 Familias abripuerunt, pecus abegerunt. *Hanc ſignificationem apertius videbis ex Ulpiano, in* ABIGEVS. *Sed ponitur quoque* Abigere pecus, *pro Agere ſine vi, aut furto:* Varr. de R. R. 2, 1, 16 Itaque greges ouium longe abiguntur ex Apulia in Samnium, aeſtivatum. ¶ 3 Abigere *tranſlatum ad res incorporeas.* Plin. 12, 17 ſ. 40 Ex Syria revehunt ſtyracem, acri odore eius in focis abigentes ſuorum faſtidium. Plaut. Merc. 1, 2, 3 Agedum Achantio, abige abs te laſſitudinem, cave pigritiae praeverteris. ¶ 4

¶ 4 Abigere partum, vel foetum, *eſt immaturum foetum eiicere*, Cic. pro Cluent. 32, c. 11 Memoria teneo Mileſiam quandam mulierem, quum eſſem in Aſia, quod ab haeredibus ſecundis accepta pecunia, partum ſibi ipſa medicamentis abegiſſet, rei capitalis eſſe damnatam. Sic Plin. 14, 18. Et Colum. 6, 27, 11 Nam haec omnia incommoda foetum abigunt. ¶ 5 *Etiam ad vim aliorum medicamentorum pertinet.* e. g. Radicis inulae decoctae ſuccus abigit venenatorum Morſus Plin. 20, 5 ſ. 19. Febres Plin. 25, 9 ſ. 59.

ABIGENDVS, Partic. [ἀπελαθησόμενος] Ouid. Faſt. 3, 344 O vir colloquio non abigende meo. *Et iam dedimus* Cic. Verr. 1, 28.

ABACTVS, Partic. [ἀπεληλαμένος] ut, Abacti greges Cic. Verr. 2 c. 7. *qui aut furto, aut per vim abducti ſunt.* Liu. 4, 21 Exercitus in agrum Veientem ac Faliſcum ducti, praedae abactae hominum, pecorumque. Aſellus noctu abactus Apul. 8 p. 215. Plin. 8, 51 Compertum, agnita voce ſuarii, furto abactos. Id. 16, 1 Omni procul abacto frutice, *i. cum plane ea regio fruticem nullum alat.* Virg. Aen. 8, 407 - - - medio iam Noctis abactae Curriculo. Abacti Magiſtratu dicebantur, qui coacti depoſuerant imperium, Feſtus Stat. Theb. 3, 257 Syluarumque comas, et abacto Flamine nubes, Mulcet iners aeſtas. Stat. Theb. 1, 105 de Tiſiphone, - - - ſedet intus abactis Ferrea lux Oculis, *i. retro actis, et velut in profundum angulum* retruſis. Partus abactus Tac. Ann. 14, 63, 1. Hor. Sat. 2, 2, 44

- - - necdum omnis abacta
Pauperies epulis regum. nam vilibus ouis,
Nigriſque eſt oleis hodie locus.

*Et* Epod. 5, 29 Abacta nulla Veia conſcientia.

ABACTVS, us. [ἀπέλασις] *Ipſe abigendi actus, et violenta expulſio.* Plin. Paneg. 20 Quam diſſimilis nuper alterius principis tranſitus (ſi tamen tranſitus ille, non populatio fuit) cum abactus hoſpitum exerceret, omniaque dextra, laeuaque peruſta.

ABACTOR, oris. m. [ἀπελάτης] pecuariorum animalium fur, Apul. met. 7 p. 199 Meum vero Bellerophontem, abactorem indubitatum, cruentumque percuſſorem criminantes. V. Pauli Sent. l. 5 Tit. 18 de abactoribus. Pecorum abactores Firmic. Aſtr. 6, 31. Caſſiod. Epiſt. 4, 49 Tridilaum locis veſtris praeeſſe cenſuimus, qui abactores animalium legitima ſeueritate coërceat. vid. ABIGEVS.

ABAGMENTVM, i. Adiutoriis abagmentis aliquid prohibere Priſcian. Med. 2, 34. *i. medicamentis repellentibus. Ex notione verbi 4 et 5. vid. Reineſ. Var. 3, 12.*

ABIGEATOR vel ABIGATOR idem [Ἀπελάτης,] Abigeus, Abigator, Abactor Vet. Gloſſ. *ſecundum Edit. Labb.* In Iulii Pauli ſentent. l. 5 t. 18 *ſecundum quoſdam adiicitur,* Qui bouem vel equum errantem abduxerit; furem magis quam abigeatorem conſtitui placuit.

ABIGEĀTVS, us. [ἀπελασία] *Ipſe abigendi actus, ſiue crimen.* Macer l. 2, π. de Abigeis, Abigeatus, crimen publici iudicii non eſt: quia furtum magis eſt. *Add.* l. 5 π. de re milit. §. 2.

ABIGEVS, ei. *Idem qui* abactor. Vet. Gloſſ. Abigo, Abigeus, ἀπελαύνω, ἀπελάτης. Vlp. l. 1, D. (47, 14) de abigeis. Abigei proprie ii habentur, qui pecora ex paſcuis, vel ex armentis ſubtrahunt, et quodammodo depraedantur, et abigendi ſtudium quaſi artem exercent, equos de gregibus, vel boues de armentis abducentes. L. 16 de poenis (48, 19) §. 7. Quantitas furem diſcernit ab abigeo. Nam qui vnum ſuem ſubripuerit, vt fur coërcebitur, qui gregem, vt abigeus. *Sed conf. etiam* l. 3 de abigeis.

ABII, [Ἄβιοι] *Populus Scythiae.* Curt. 7, 6, 11 Legati deinde Abiorum Scytharum ſuperueniunt — Iuſtiſſimos barbarorum conſtabat; armis abſtinebant niſi laceſſiti. Libertatis modico et aequali vſu principibus humiliores pares fecerunt &c. *Neſcio an alia eorum exſtet apud Latinos ſcriptores mentio: tanto frequentior apud Graecos poſt* Homerum Ιλ. Ν, 6.

ABIICIO, eci, ectum, ere. [ἀποῤῥίπτω, ἀποβάλλω] *Eſt proprie aliquid* ab *ſe* iacere, *vt* proiicere, reiicere: et ſaepe ad *contemtum* aut indignationem pertinet. Cic. de Fin. 5, 92 Polycrates annulum — in mare abiecit. Tac. A. 1, 29, 6 Corpora extra vallum abiecta oſtentui. Cic. pro Sext. 58 c. 27 Inſigne regium, quod ille de tuo capite abiecerat, repoſuit. Att. 15, 28 ſcutum. *v. v.* Cic. Tuſc. 1 c. 34 Cum ei nihil accidiſſet aduerſi, e muro ſe in mare abieciſſe, lecto Platonis libro, *de Cleombroto* — Id. de Prou. Conſ. 6 c. 3 Conſtat, nobiliſſimas virgines ſe in puteos abieciſſe. et morte voluntaria neceſſariam turpitudinem depuliſſe. Idem de Orat. 1, 28. c. 7 Quod ille duriſſimis pedibus fecit, vt ſe abiiceret in herbam. Id. pro Sext. 79 c. 37 Multis vulneribus acceptis — ſe abiecit exanimatus, neque vlla alia re ab ſe mortem, niſi opinione mortis depulit. Plin. 21, 13 *de Aegolethro* Qui edêre, abiiciunt ſe humi refrigerationem quaerentes. *Interdum ad honorem habendum pertinet.* Cic. Att. 8, 9 Non ſum veritus, ne viderer aſſentari, cui tali in re libenter me ad pedes abieciſſem. Eidem 4, 2 Abiecta toga, ſe ad generi pedes abiecit. Id. pro Milone c. 36 Ego me plurimis pro te ſupplicem abieci. ¶ 2 Abiicere eſt rem *vili et quocunque pretio vendere.* Ter. Ad. 4, 7, 26 Nempe tua arte viginti minae Pro Pſaltria periere; quae quantum poteſt Aliquo abiicienda eſt, ſi non pretio, gratiis. *Vid. Burm. ad* Phaedr. 4, 4 *et ad* Quinctil. Decl. 16, 8 p. 329. item *Gron. ad* Plaut. Moſt. 3, 3, 3. ¶ 3 Abiicere, *translatum ad animum pro contemnere,* Cic. Parad. 1 Sic te ipſe abiicies atque proſternes, vt nihil inter te atque inter quadrupedem aliquam putes intereſſe? *Huc forte etiam referendum illud* ad Q. Fr. 3, 8 Scaurum iam pridem Pompeius abiecit. *Forte etiam* de Leg. 1, 26 c. 9 Cum ceteras animantes abieciſſet ad paſtum *natura*, ſolum hominem erexit *&c. i. prona feciſſet.* ¶ 4 *Frequentiſſime autem ſignificat mutato conſilio aliquid intermittere, contemnere etc.* Cic. Fam. 13, 1 Quod te abieciſſe illam Aedificationem conſtabat inter omneis amicos tuos. Id. Tuſ. 3, 27 Aegritudinem niſi ſic exuimus, vt abiiciamus. Cic. Philip. 2, 77 Caput autem literarum, ſibi cum illa mima poſthac nihil futurum: omnem ſe amorem abieciſſe illinc, atque in hanc transfudiſſe. Animum refringit et abiicit pudor Quinctil. 1, 3 *extr.* Arma. Cic. Fam. 6, 2 Armis defatigatione abiectis. *Et* ad Att. 10, 8 niſi forte — arma abiecturum Pompeium putas. Cic. Att. 1 . . . Nam et ſenatus Auctoritatem abiecit: et ordinum concordiam disiunxit. Exaggerantem (Xenocratem) tantopere virtutem, extenuantem Caetera et abiicientem Cic. Tuſc. 5 c. 18. *Conf.* de Or. 5 c. 26 Non ſtatim ſi quid obſtrepet, abiiciendi Codices erunt, et deplorandus dies. Quinct. 10, 3, 28. Cic. in Laelio 31 Qui ſuas omnes Cogitationes abiecerunt in rem tam humilem, tamque contemptam. Idem ad Fam. l. 9, 20 Nam omnem noſtram de Republica Curam, Cogitationem de dicenda in ſenatu ſententia, Commentationem cauſarum, abiecimus. Cic. Att. 5, 11 Fannius autem Conſilium aedificandi abiecerat. Idem Catil. 2, 14 Nunc ſi conſilium faciendi belli abiecerit. Cupiditatem certandi Cic. Fam. 4, 7 Dolorem Id. Tuſ. 3, 66. Id. Fam. 9, 16 Effugere autem ſi velim nonnullorum acute aut facete dictorum offenſionem, Fama ingenii mihi eſt abiicienda. Id. pro Lig. 16 Suam citius abiiciet humanitatem. Cic. de Orat. 2, 210 c. 52 Gloria parta non delectari totamque abiicere atque deponere. Cic. Fam. 10, 12 Hunc quemadmodum fregerim, quantaque contentione Titium Interceſſorem abiecerim, ex aliorum te literis malo cognoſcere. Memoriam doloris Cic. Philip. 1, 30. — beneficiorum Id. Phil. 8, 32. Cic. Off. 1 c. 29 Relinquunt enim et abiiciunt Obedientiam, nec rationi parent. Cic. pro Sex. Roſcio Amer. 10 Onus ſuſceptum aut propter perfidiam abiicere, aut propter infirmitatem animi deponere. Id. Fam. 8, 6 Triumphi poſtulationem abiecerat. Socordiam abiicere Plaut. Aſin. 2, 1, 6 *Sed* reice *Gron.* Cic. Verr. 3 . . . Socii vero nationesque exterae, Spem omnium tum primum abiecere rerum. *Et* Fam. 4, 7 Cum ſpe vincendi ſimul abieciſti etiam certandi cupiditatem. *vid. mox* Voluntatem. Brutus Cic. Fam. 11, 2 Ne de Planco quidem ſpem adhuc abiecit. Superbiam abiicere Plaut. Mercat. 2, 10. Timorem Cic. Bruto 11, 21. Verſum *i. negligenter pronuntiare* Cic. de Or. 3. c. 25. Cic. de Orat. 2, 132 c. 33 Vitam vel ſuſtentabo, vel — abiecero. Cic. Att. 3, 19 Vt voluntatem diſcendi ſimul cum ſpe perdiſcendi abiiceremus. ¶ 5 Turpe putas abici (*Heinſ.* abigi) Ouid. Pont. 2, 3, 37 *Sicut in omnibus verbi* Iacio *compoſitis alterum* i *eiicere moris erat. v. Broukhuſ.* ad Tibull. 1, 9, 54. *Vid. in* Adiicio, Coniicio, Reiicio.

ABIECTVS, Partic. [ἀποβεβλημένος] *Iacens, ſummiſſus, contemtus, quod tam ad res quam ad perſonas pertinet.* Abiectus in profluentem Flor. 1, 1, 2. Abiectis nugis ſapere Hor. Ep. 2, 2, 141. Atticus, qui pecuniam conferre noluerat florenti parti, abiecto Bruto Italiaque cedenti LLS centum millia muneri dedit Nep. 25, 8, 6. Cic. Off. 1, 72 Abiecta omni cunctatione, adipiſcendi magiſtratus, et gerenda res publica eſt. Abiectus in herbis, *i. proſtratus* Ouid. Epiſt. 7, 1. Sen. in Thyeſt. . . . Ira frater abiecta redit.

ABIECTVS, ior, iſſimus. [ἀπόβλητος, ἀπόῤῥιπτος] *Adiective, humilis, vilis.* Cic. Acad. 4, 235 Hos ſi contemnimus, etiam abiectos putamus. Cic. contra Rull. 93 Quem hominem vt grandi macie torridum Romae, contemtum, abiectum videbamus. Et pro Cluent. 75 Aut cauſam pecuniae publicae contemtam atque abiectam putarent. In Piſo. 82 c. 33 Qui abiectum hoc Cadauer Conſularibus ſpoliis nudare non nolit; *Piſonem ipſum intelligit.* Cic. Fam. 1, 5, 13 Niſi per te ſit reſtitutus, deſertum ſe atque abiectum fore. Humiles abiectoſque ſequitur contemtus Quinct. 4, 1, 14. Cic. in Orat. 192 Ita neque humilem, nec abiectam orationem, nec nimis altam et exaggeratam probat: plenam tamen eam vult eſſe grauitatis. Nihil abiectum et humile cogitare Cic. de Fin. 5, 57. Cic. de Fin. 3, 20 Minime autem conuenit, quum ipſi inter nos abiecti neglectique ſimus, poſtulare vt diis immortalibus chari ſimus, et ab illis diligamur. Id. Off. 2, 114 Priuatim autem oportet aequo et pari cum ciuibus iure viuere, neque ſubmiſſum et abiectum, neque ſe efferentem. Cic. in Piſon. 31 Abiecti hominis et ſemiuiui furorem petulantiamque fregiſtis. Cic. Fam. 4, 13, 3 Ipſe enim pari fortuna abiectus. Cic. Att. 1, 5 Senatum ad priſtinam ſuam ſeueritatem reuocaui, atque abiectum excitaui. Cic. pro Domo 135 Ciuitatemque fractam malis, mutam, debilitatam, abiectam metu, ad aliquam ſpem libertatis, et priſtinae dignitatis erexit. Cic. Att. 3, 2 Plura ſcribere non poſſum, ita ſum animo perculſo atque abiecto. Cic. Tuſc. 2, 97 Sin erit ille Gemitus lamentabilis, ſi imbecillus, ſi abiectus, ſi flebilis: ei qui ſe dederit, vix eum virum dixerim. Cic. in Orat. 184 At Comicorum ſenarii propter ſimilitudinem ſermonis ſic ſaepe ſunt abiecti, vt nonnunquam vix in his numerus et verſus intelligi poſſit. Cic. in Bruto 125 In M. Craſſi oratione ſermo Latinus erat, verba non abiecta, res compoſita diligenter. Quinct. 2, 12, 7 Sententiae magis eminent, cum omnia circa illas ſordida et abiecta ſunt. Cic. de Amicitia, 59 c. 16 Saepe enim in quibusdam aut Animus abiectior eſt, aut ſpes amplificandae fortunae fractior. *Simili ſenſu, Graeca figura.* Liu. Multos ſibi moeſtiores & abiectiores animi viſos. Quinct. 11, 1, 13 Parua illa quae Abiectiſſimus quisque Animus vtilia credit. Abiectiſſimum negotium Val. Max. 3, 7 ext. 5 Abiectiſſimus homo 9, 2, 2.

ABIECTIO, *Verbale* [ἀποβολή] Abiectio, adiectio, literarum mutatio ad Herenn. 1, 6. Quinct. 9, 3, 18 Additio et abiectio. Cic. in Piſon. c. 36 Quid debilitatio, atque abiectio animi tui.

ABIECTE, *Adu.* [ἀποβεβλημένως] Cic. Tuſc. 2, 55 c. 23 Sed hoc quidem in dolore maxime eſt prouidendum, nequid abiecte, nequid timide, nequid ignaue, nequid ſeruiliter, muliebriterue faciamus. Idem Philipp. 3, 28 Nec abiecte, nec ſine aliqua dignitate, caſum illorum temporum et dolorem tuli. Incurioſe et abiecte verbum poſitum Gell. 2, 6. Quo ſordidius et abiectius nati ſunt Dial. de Orat. c. 8. Se abiectius proiicere Ammian. 15, 2.

ABILA, [Ἄβιλα] oppidum in regione Decapolitana Plin. 5, 18.

ABILA, *mons vid.* ABYLA.

ABITIO, ABITVS. *vid.* ABEO.

ABIVDĬCO, are. [ἀποδικάζω] *Iudicio auferre: ea forma dictum, qua abiurare: contrarium eſt* adiudicare: *v. g.* Iudicabit Alexândriam regis eſſe; a Pop. Rom. abiudicabit Cic. contra Rull. 2, 43. Idem Verr. 1, 4 c. 2 Neque tanta fortunis omnium pernicies poteſt accidere, quam opinione Pop. Rom. rationem veritatis, integritatis, fidei, religionis ab hoc ordine abiudicari. Cic. de Orat. 2, 102 c. 24 Vbi plus mali quam boni reperio, id totum abiudico, atque reiicio. *Budaeus legit,* abdico. Cic. Verr. 2, 13 Nulla res cuiusquam tam patria atque auita fuit, quae non ab eo, imperio iſtius abiudicaretur. Cic. pro Cecin. 99, c. 34 Hoc iudicat, cum is qui in ſeruitute iuſta fuerit, cenſu liberetur: eum qui cum liber eſſet, cenſeri noluerit, ipſum Sibi Libertatem abiudicaſſe. Nunquam hercle hodie abiudicabit ab ſuo triobulum Plaut. Rud. 4, 3, 100. Abiudicata a me modo eſt palaeſtra Ib. 5, 1, 3. Abiudicabo me a vita Plaut. Aſinar. 3, 3, 17 *ſatis dure dixit, pro eo quod eſt,* vitam mihi adimam, me vita privabo.

ABIVDĬCATVS, Liu. 4, 1 Laeti ergo audiere Patres, Ardeatium populum ob iniuriam agri abiudicati deſciſſe.

ABIVGO, are, [ἀποζευγνύω] *proprie eſt a iugo remouere, deinde generatim alienare, ſeparare.* Pacuuius Medo, Quae res te ab ſtabulis abiugat, certum eſt loqui, *apud* Nonium 2, 37. *Sed vſitatius eſt*

ABIVNGO, xi, ctum, ĕre [ἀποχωρίζω] *idem.* Virg. Georg. 3, 518 . . . it triſtis arator Moerentem abiungens fraterna caede iuuen-

cum. *Legebatur* Plaut. Mil. 4, 8, 18 Quando aſpicio hunc, lacrymor, qui abiungitur, *verum nunc editur*, quia diiungimur. Cic. Att. 2, 1 Quod ſe ab hoc refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerat Demoſthenes.

ABIVNCTVS, a, um. Abiunctos lauare equos Prop. 2, 14, 12. (al. 2, 18, 10) Ab omni turpitudinis labe diſparata atque abiuncta diuinitas Arnob. 3, p. 105. *Sic* Prud. Periſt. 2, 441 Aduertat abiunctas plagas coire in unam gratiam. Id. c. Symm. 2, 816 Sed tantum diſtant Romana et Barbara, quantum Quadrupes abiuncta eſt bipedi, vel muta loquenti.

ABIVRGO, are. *Per iurgium auferre, abiudicare.* Arma Achillis abiurgata fuit Aiaci ab Agamemnone Hygin. fab. 107. *vid. Barth. Aduerſ.* 8, 6.

ABIVRO, [ἀπόμνυμι, ἐξόμνυμαι] are. *rem creditam negare periurio, ait* Seru. ad Aen. 8, 263. *Sic* Plaut. Cur. 4, 2, 10 Qui abiurant, ſi quid creditum eſt. *Et* Rud. Prol. v. 14 Quique in iure abiurant pecuniam, *i. periurio, apud praetorem negant, ſe pecuniam accepiſſe.* Abiurare creditum, Salluſt. in Catil. 25, 4 de Sempronia. Cic. Att. 1, 8 Tulliola noſtra, deliciae noſtrae, tuum munuſculum flagitat, et me ſponſorem appellat: mihi autem abiurare certius eſt, quam dependere, *i. periurio negare me ſpopondiſſe.* Abiuraſſo, *pro* Abiuravero Plaut. Perſ. 4, 3, 9 Nec metuo, quibus credidi hodie, nequis mihi in iure abiuraſſit.

ABIVRATVS, [ἀπωμνυμένος] periurio negatus, Virg. Aen. 8, 263 Abſtractaeque boues, abiurataeque rapinae. Coelo oſtenduntur. Seruius *plures interpretationes affert. Sed eſt optimum ſimpliciter accipere, quas peierando negat ſe abegiſſe.*

ABIVRATIO, onis [ἐξωμοσία] rei creditae abnegatio cum periurio, vt Iſiodorus 5, 26 definit.

ABLACTO, are. [ἀπογαλακτίζω] *A lacte remoueo: pro quo* Varro, R. R. 2, 1, 20 a matre disiungo. Virg. depello, *dixit* Ecl. 1, 22 *vt et Varro* 2, 2, 17. Verbum a vetere Bibliorum interprete vſurpatum 1 Sam. 1, 22 *et* 24. Hoſ. 1, 8.

ABLACTATVS, a, um. Vulgat. Geneſ. 21, 8. Ieſ. 28, 9. *Metaphor.* Sacratioris philoſophiae vberibus lactatus ablactatusque Sarisber. Proleg.

ABLACTATIO, onis. Vulgat. Geneſ. 21, 8.

ABLAQVEO, are, [γυρόω, περισκάπτω, ῥιζοτομῶ] *proprie ad vites et arbores pertinet, cum circum illas, quaſi* lacus *quidam foditur, vnde etiam nomen eſt;* (*vid.* Oblaqu.) *et radices ſuperiores reciduntur.* Cato R. R. 5, 8 Circum oleas autumnitate ablaqueato, et ſtercus addito. Col. 4, 8, 1 Poſt Idus Octobris vitis ablaqueanda eſt. Quod opus adopertas oſtendit aeſtiuas radiculas, easque prudens agricola ferro decidit *etc.* Plin. 17, 19 ſ. 31 Aliubi ablaqueant (arbores) perflatusque admittunt. *Paullo poſt* Vbicunque circumfodiendi arbores ratio. *Add.* 17, 22 ſ. 35 n. 17 et 18. Colum. 4, 29, 10 Sed antiquiſſimum eſt, et ante haec ablaqueari vitem, radicesque ſummas vel ſoboles amputari, et poſthaec adobrui truncum.

ABLAQVEATVS, a, um. Plin. 17, 27 ſ. 47 Ablaqueatis radicibus fimum ſuillum adhibent.

ABLAQVEATIO, onis. [γύρωσις, ῥιζοτομία] *Ipſe actus ablaqueandi.* Colum. de arboribus 5, 3 Per brumam, vitem ne colito: niſi ſi voles eas radices, quae in ablaqueatione apparebunt, perſequi. *Sic* Ablaqueatio nudauit radices Col. 4, 14, 2. — adopertas oſtendit radiculas Col. 4, 8, 1, *et mox* Ablaqueationis lacuſculi, *vnde firmatur, quod de etymo verbi ante dictum eſt.* Id. 4, 4, 2 Ablaqueationis orbem (Gr. γυρῶσαι, γύρωσις) fortius exaltare. Plin. 17, 26 ſ. 39. pr. Communia (arborum) ablaqueatio accumulatio, afflari radices aut cooperiri. *Pluralis etiam eſt.* Plin. 12, 15 ſ. 33 Myrrha gaudet raſtris et ablaqueationibus.

ABLATIVVS, a, um, *Adiect. Sic* Ablatiuae praepoſitiones Iſidor. 1, 12. *It.* Auguſtinus de Gramm. p. 2014. *Sed fere intelligitur, aut apponitur adeo caſus,* ἀφαιρετικὴ πτῶσις, Gloſſ. lat. gr. Nempe ſextus eſt caſus apud Latinos, et alio nomine (*teſte* Priſciano, l. 5. p. 671 pr. —) Comparatiuus appellatur: ut aufero ab Hectore, et fortior Hectore. Diomedes, l. 1. p. 277. Ablatiuum Graeci non habent: hunc tamen Varro interdum ſextum, interdum Latinum appellat, quia Latinae linguae proprius eſt, cuius vis apud Graecos per genitiuum explicatur. *Sed inſpice ipſum* Varronem de L. L. 7, 6 *vbi* ſine controverſia *tantum* quinque *eſſe ait* caſus: *Ablatiuum omittit.* Quinct. 1, 4, 27 Quaerat etiam, ſitne apud Graecos vis quaedam ſexti caſus, et apud nos quoque ſeptimi: nam cum dico haſta percuſſi, non utor Ablatiui natura, nec ſi idem Graece τῷ δορί. *Add.* 1, 5, 59. 1. 7, 3. 7, 9, 10.

ABLATVS. ABLATIO. ABLATOR. *vid.* AVFERO.

ABLĔGO, ĕre. *Separare. Hinc deriuabatur olim*

ABLECTAE aedes. [ἀπόλεκτος οἰκία] *i. nitidae et elegantes, quae emtores facile inuitent.* Plaut. Moſtel. 3, 3, 3. *Sed rectius poſt Turnebum Gron.* abiectae. *vid.* Abiicio. Ablecti *i. ſelecti conſulum ſatellites e militibus. vid. Lipſ. de Mil. Rom. 5. dial. 3. vbi qui ſunt apud* Polybium, τῶν ἐπιλέκτων ἱππέων ἀπόλεκτοι Extraordinariorum equitum Ablecti *vocantur.* Selectos *dici Latine malit Schel. ad Polyb. in Theſ. Graeu. To. 10. p. 1160, A.*

ABLĒGO, are. [ἀποπέμπω, ἀποστέλλω] Eſt proprie alio mittere. Dictum a legatis, qui cum legationibus mittuntur. *Haec* Nonius. 1, 133. *Inprimis hoc verbo utuntur vbi amolimur aliquem, ne taedio vel impedimento ſit.* Plaut. Mil. 3, 2, 55 - - - hunc ſubcuſtodem ſuum Foras ablegauit, dum ab ſe huc tranſiret. Ter. Hec. 3, 3, 45 aliquo mihi eſt Hinc ablegandus, dum parit Philumena. Cic. Verr. 5, 82 c. 31 Ipſe autem remoto atque ablegato viro non liberius quam ante, ſed paulo ſolutiore tamen animo ſecum illam haberet. Cic. Verr. 2, 73 c. 30 Cauſam ſeſe dimiſſo atque ablegato conſilio defenſurum negauit: *add.* n. 74 Illis adhibitis, quos ablegarat aegroti, Liu. 1, 35 Pueros venatum ablegauit. Cic. ad Att. 2, 18 A C. Caeſare valde liberaliter inuitor in legationem illam, ſibi vt ſim legatus — ſed haec a fratris aduentu me ablegat. Hoc eſt, me hinc remouet, vt in fratris aduentu adeſſe non poſſim. *Etiam* pecus ablegari *dicitur, ne noceat v. g.* Varr. de R. R. 47 Pecus a prato ablegandum. Colum. 6, 5, 2 Cum ablegabuntur *boues* in ea loca perducendi ſunt, quibus nullum impaſcitur pecus.

ABLEGATVS, a, um. *Modo vidimus.* Dimiſſo atque ablegato conſilio Cic. Verr. 2, 73 c. 30.

ABLEGATIO, onis. [ἀποπομπή] Ipſe actus ablegandi. Liu. 6, 39 Pudenda Agrippae ablegatio. Plin. Ablegatione iuuentutis ad Veliternum bellum. *Sed quod laudant* Cic. de leg. 110 c. 4 Ablegationem aliquam nimirum iſta oratio poſtulat, *nihil eſt. Legitur melius,* ATT. legationem *etc.*

ABLEGMINA, partes extorum, quae diis immolabant Feſtus. *Idem quod* Proſiciae. *Sic nempe legendum oſtendit Scaliger pro* Albegmina, *probante etiam Voſſio in Etymol. h. v.*

ABLEPSIA, ae. [ἀβλεψία] Animi caecitas, inconſiderantia. Sueton. Claud. 39 Inter caetera, in eo mirati ſunt homines et obliuionem et inconſiderantiam, vel vt Graece dicam, μετεωρίαν καὶ ἀβλεψίαν. *Caſaub. notat, vocem latine vſurpatam Seruio* in Aen. 7, 647 *et recte ibi legit:* Scienda eſt Poëtae affectatio. Nam ablepſiam nefas eſt dicere.

ABLEVO, are. *Leuius reddere* Ambroſ. *vid. Gronou. Obſſ. Eccleſ. c. 1.*

ABLIGVRIO, iui, itum, ire. [καταλιχνεύω] *Liguriendo abſumere.* Ter. Eun. 2, 2, 4 Itidem patria qui abligurierat bona. Patrimonium omne iam pridem abliguriuit Apul. Apol. p. 313. *Obſcene quidam ap.* Suet. de ill. Grammat. c. 23 *extr.* Vis tu, magiſter, quoties feſtinantem aliquem vides abligurire? *vid.* LIGVRIO, et OBLIGVRIO.

ABLIGVRITIO, onis. Heliogabalus imperium dedecorauit vitiis ingentibus, luxuria, turpitudine, abliguritione Capitol. Macrin. c. 15.

ABLIGVRITOR, oris. Vnusquisque ſe euiſcerat luxurioſus, heluo internecat, abliguritor perimit Ambroſ. Ep. 42 ad Sabin.

ABLINGO, ere. Oculos Marc. Empir.

ABLOCO, are. [ἀπομισθόω] *Idem quod locare, verbum rariſſimum.* Suet. Vitel. 7 vt domum in reliquam partem anni ablocaret. *conf.* OBLOCO.

ABLVDO, ſi, ſum, ere. [ἀπᾴδω, ἀπεικάζομαι] Cui opponitur Alludere. Hor. Ser. 2, 3, 320 - - - Haec a te non multum abludit imago, *i. hoc exemplum non multum diſſimile eſt tuis moribus.*

ABLVO, ui, ūtum, ere. [ἀπονίπτω, ἀποκλύζω] *Lauando abſtergere, vt* Corpus Curt. 3, 5, 2. 4, 1, 22 Cic. Tuſc. 5. 46 c. 16 Anticlea, Vlyſſi pedes abluens. Plin. 12, 12 ſ. 26 Gallicum nardum cum radice vellitur, abluiturque vino. Colum. 3 . . . terra quae in eum congeſta eſt, pluuiis non abluitur. Cic. pro Roſc. Amer. 72 *de parricidarum ſupplicio;* ita iactantur fluctibus vt nunquam abluantur. ¶ 2 *Expiare, et quaſi purificare ſe ſolebant.* Virg. Aen. 2, 719

Me bello ex tanto digreſſum, et caede recenti
Attrectare nefas: donec me flumine viuo
Abluero.

*vid.* Macrob. Saturn. 3, 1 Ouid. Faſt. 5, 681 *de mercatore ad fontem ſacrum Mercurii,* Spargit et ipſe ſuos lauro vorante capillos, Et peragit ſolita fallere voce preces. Ablue praetaeriti periuria temporis, inquit: Ablue praeterita perfida verba die *etc.* Plin. Epiſt. 3, 7 maculam veteris induſtriae laudabili otio abluerat. Cic. Tuſc. 4, 60 c. 28 ſed omnis eiusmodi perturbatio animi placatione abluatur illa quidem. *Non recte huc refertur* A. ad. Her. 4, 22 c. 15 Tui clariſſimi nepotes, (Africane) ſuo ſanguine abluerunt inimicorum crudelitatem. *Melius enim eſt* aluerunt. ¶ 3 *Poëtica ſunt.* Lucr. 4, 379 Facile et ſpoliatur lumine terra Et repletur item, nigrasque ſibi abluit vmbras. Idem 4, 874 Sic igitur anhela ſitis de corpore noſtro Abluitur. *i. reſtinguitur.*

ABLVENS, tis. Abluens aqua corpus Curt. 3, 5, 5.

ABLVTVS, Partic. [ἀπονιφθεὶς] Varr. de R. R. 3, 9, 12 eaque abluta condunt in furfures, vel acus, *de ouis,* Squalor ablutus Curt. 4, 1, 23.

ABLVTIO, onis, [ἀπόνιψις] *abluendi actus.* Macrob. Satur. 3, 1 Conſtat diis ſuperis ſacra facturum, corporis ablutione purgari: quum vero inferis litandum eſt, ſatis actum videtur, ſi aſperſio ſola contingit. Plin. 13, 12 ſ. 23 Quae ablutione Auguſti nomen accepit, *ſic etiam Hard. i. poſtquam abluta eſt, al.* adulatione. Adde Tertul. de Baptiſ. l. 5. et Fulgent. Epiſt. ad Venant.

ABLVTOR, oris. Ablutor carnis Cyprian. adu. Marc. 3, 7 Errorum ablutor Orient. Commonit. l. 2.

ABLVVIO, onis. Mundatio ſordium Cathol.

ABLVVIVM pro diluuio [ἀπόνιμμα] Laberius nimis licenter dixit, teſte Gellio 16, 7.

ABMATERTĔRA, [ἀποθεία] Soror abauiae. Inſtit. de gradib. cog. et in D. tit. eod. l. Iuriſconſult. Gai. l. 3 ff. de grad. et affin. *conf.* l. 10 *eod.*

ABMITTO, ſi, ſſum, ere. [ἀποπέμπω] *Idem quod mittere: verbum rariſſimum modo verbum ſit. Laudant* Plaut. Truc. 2, 7, 33 *ubi tamen poſt Camerarium pro* abmiſerit, *legitur* ad me miſerit.

ABNĂTO, are. [ἀπονήχομαι] Alicunde natando recedere. Statius Achilleidos 1, 383 Abnatat, et blandis affatur littora verbis.

ABNĔCO, ui, et aui, atum, āre. [ἀποκτείνω] *Prouocatur ad* Plaut. Truc. 1, 2, 99 *ubi recte poſt Camerarium legitur* puerumque ut enecaret.

ABNĔGO, are. [ἀπαρνέομαι, ἐξαρνέομαι] Negare *quod a nobis petitur,* Colum. 10, 51 Ingeniumque loci, vel Iupiter abnegat imbrem. Plin. Epiſt. 10, 97 *de Chriſtianis.* Ne depoſitum appellati abnegarent. Virg. Aen. 7, 423 Rex tibi coniugium, et quaeſitas ſanguine dotes Abnegat. *Et* Aen. 2, 637 Abnegat exciſa vitam producere Troia. Hor. Car. 1, 35, 22 Te ſpes, et albo rara fides colit Velata panno, nec comitem abnegat.

ABNEGANS, antis. Vulgat. 2 Timoth. 3, 5. Tit. 2, 12.

ABNEGATIO, onis. Abnegatio refutatoris increduli Arnob. 1 p. 18.

ABNEGATOR, oris. Quis talem abnegatorem ſpernat Tertull. de Fuga in perſec. c. 12.

ABNEGATIVVS, a, um. Duae abnegatiuæ vnam affirmationem faciunt Diomed. l. 2. Priſc. l. 17 p. 1058 extr. *Nuſquam* omnium locorum eſt abnegatiuum, et *nunquam* omnium temporum.

ABNĔPOS, ōtis, m. [ἀπέκγονος] Filius pronepotis vel proneptis: et refertur ad abauum. Suet. in Tib. Caeſ. c. 3, 6. Senec. Lud. p. 854.

ABNEPTIS, is. [ἀφυιώνη] Pronepotis vel proneptis filia. Sueton. in Neron. c. 35, 3. Gaius l. 3 ff. de Grad. et Affinit.

ABNITOR, ti. Ipſi nobis argumenta conquirimus, quibus eſſe videatur falſum id, quod eſſe nolumus, atque abnitimur verum Arnob. 2 p. 99 *al.* abnutamus.

ABNŎBA, mons Germaniae, in quo oritur Danubius. Plin. 4, 12 ſ. 24 *In* quibusdam *Plinii codicibus* Arnoba *legitur, ſed firmat* Abnobam

nobam *Harduinus e* Tac. Germ. 1, 4 Feſt. Auieno Perieg. 437 Abnoba mons Iſtro pater eſt, *etc.*

ABNOCTO, aui, are. [*ἀπονυκτερεύω*] *Per noctem abeſſe.* Martianus in l. 15 Illud D. de officio praeſidis, abnoctare ei non liceat. Seneca de vita beata, c. 26 Alius Iouem adulterum inducit et abnoctantem. Tribunis Plebis ius abnoctandi ademtum ſcribit Gell. 13, 12 *adeoque perperam ibi legitur*, ius ad ſe vocandi.

ABNŌDO, are. Colum. 4, 24, 10 Hunc ergo (focaneum palmitem) tanquam aemulum diligenter iidem amputant, et abnodant, priuſquam corroboretur, *i. leuant vulnus.*

ABNODATVS. Colum. 4, 22, 4 Pampinus non abnodatus, neque abraſus.

ABNORMIS, *normam et modum excedens*, [*ἄμετρος*] Hor. 2, 2, 3 Ofellus Ruſticus Abnormis ſapiens, etc. *id eſt, qui ſapiens quidem eſt, ſed non ad iſtorum philoſophorum normam, αὐτοδίδακτος. Al. legunt*, Abnormi ſapiens craſſaque Minerua, *non ita bene.*

ABNORMITAS, Gloſſ. graec. lat. *ἀρυθμία.*

ABNVMERO, are. Gell. 15, 3 *interpretatur* totum numero.

ABNVO, i, tum, ere. [*ἀνανεύω, ἀπονεύω*] *Eſt proprie nutu ſignificare te non aſſentiri, vel non concedere, hoc eſt, te negare, vel denegare quidpiam: cui contrarium eſt Annuere.* Plaut. Capt. 3, 1, 21 Vbi coenamus, inquam? atque illi abnuunt. Cic. pro Milo. 100 Non recuſo; non abnuo. Liu. 1, 56 Bruti quoque haud abnuit Cognomen. Virg. Aen. 5, 531 - - - nec maximus Omen Abnuit Aeneas. *i. accepit omen.* Tac. A. 11, 12 Certo, ſi abnueret, exilio. Abnuere curam pecoris Colum. 6, 1 pr. Liu. 28, 27 *In Scipionis oratione ad ſeditioſos milites*, Vos imperium auſpiciumque abnuiſtis. *Add.* 3, 66, 3. Id. 3, 38 Si plebs abnuat delectum. Tacit. 14, 37 Abnueratque contra ritum militiae, Iuſſa ducis, ſeipſum gladio tranſegit, *i. iubenti duci non paruerat.* ¶ 2 Abnuere, *ſolo verbo, ſimpliciterque negare.* Haud equidem abnuo egregium ducem fuiſſe Alexandrum Liu. 9, 17. Colum. 2, 8, 2 Nos quoque non abnuimus, in agro temperato et minime humido, ſementem ſic fieri debere. *Alii* nos quoque annuimus. *Nunc vulgo legitur*, Nos quoque non ambigimus in agro, etc. Cic. de fato 4 c. 2 Nihil enim vnquam abnuit meo ſtudio voluntas tua. Salluſt. Iugurth. 84, 3 Neque Mario Senatus, quanquam infeſtus, abnuere de ullo negotio audebit. Quinct. 1, 6, 33 Nec abnuerim *tegulae* et *regulae* rationem; *Add.* 5, 8, 3. Tacit. Hiſt. 3, 52, 3 Atque ita compoſitus, vt ex euentu rerum aduerſa abnueret, vel proſpera agnoſceret, abnueret, *i. a ſe amoliretur, nullam penes ſe culpam eſſe oſtenderet.* Cic. de fin. 2, 3 et intelligas quid quisque concedat, quid abnuat. Virg. Aen. 10, 8 Abnueram bello Italiam concurrere Teucris: quae contra vetitum diſcordia? *Iupiter loquitur.* Abnuit locus impetus et ſubita belli, *i. negat facultatem impetum faciendi.* Tacit. 5, 13, 6. Tib. 4, 1, 25 At quodcunque meae poterunt audere Camenae, Seu tibi par poterunt, ſeu, quod ſpes abnuit, vltra: *i. cuius rei nulla ſpes eſt.*

ABNVENS, entis. Abnuens terrenis remediis inquiſitionis Apul. p. 175. Elementa naturae communionem abnuentia Macrob. Somn. Sc. 1, 6.

ABNVENDVS, a, um. [*ἀνανευτέος*] Senec. in Thyeſt. 471. PLISTH. Nec abnuendum ſi dat imperium Deus. THY. Nec appetendum.

ABNVEO, es. [*ἀπονεύω*] pro abnuo. Ennius An. 8 Certare abnueo, metuo legionibu' labem. *(Sed Scip. Gentilis in Apul. Apol.* n. 323 p. 150 *legit*, Abnuto) Idem in Telamone, Ex eo futurum abnueant. Vtrumque eſt apud Diomed. l. 1 p. 378 *Putſch.*

ABNVĬTVR, Imperſ. [*ἀπονεύεται*] Liu. 3, 72, 7.

ABNVITIO, onis. Non ſemper abnuitionem ſignificat, ſed interdum etiam pro additamento ponitur Feſt.

ABNVTIO, onis. Paul. ICtus: *v. Gothofr. not. ad* Feſt. p. 1742.

ABNV̄TO, as, are. [*ἀπονευστάζω*] *Frequenter ſignum negans oculis facere.* Abnutemus verum Arnob. 2 *extr.* Plaut. Capt. 3, 4, 79 Longius quid mihi abnutas? T. tibi ego abnuto? Vetus poëta *ap.* Cic. de Orat. 3, 164 c. 41 Quidnam eſt obſecro? quid te adiri abnutas. *Subiicit Cicero ex perſona Craſſi*, melius eſſet, vetas, prohibes, abſterres. *i. abnuis et recuſas ſeu prohibes.*

ABNVTIVVS, a, um: *vel Subſt.* [*ἀπόνευμα*] *Diſſenſio, voluntas contraria, ſed ſine actione ad impediendum expromta.* Paul. in l. 83. D. de verb. obligat. Qui ſpondet dolum malum abeſſe, abſuturumue eſſe, non ſimplex abnutiuum ſpondet, ſed curaturum ſe, vt dolus malus abſit. *vid. Gothofr.* Nec abnuitur ita fuiſſe, ſi ad alios iudices itum foret.

ABNVRVS, us, *f.* *ἐκγόνη νυὸς* Gloſſ. Lat. Gr.

## A B O

ABO, are. *blande compellare, et velut Abam vel Abbam*, i. *Parentem, vel, vt alii volunt, vt fratrem honorare. Nam Scaliger per ἀδελφίζειν exponit. V. ejus Lect. Auſon.* 1, 29, *p.* 84 *Ipſe* Auſonius ad Patrem Epiſt. 1, 13 --- Nam ſupparis aevi Sum tibi ego, et poſſum fratris abare vice.

ABOCVLVS, i. *Dim.* Abocellus, *vnde Gallorum* Aveugle, putat *Birrius reſtituendum* Petronio 75 *vbi in laudibus pueri literati*, Librum ab Oculo legit. *Ipſe vult* Aboculo.

ABOLEO, eui et ui, itum, ere, [*ἐξαλείφω, ἀφανίζω*] *Omnino rem tollere, delere, obliterare, ita vt ne odor quidem rei ejus relinquatur.* Virg. Aeneid. 4, 497 --- abolere nefandi Cuncta viri monumenta iubet. Tacit. Agric. c. 2 Vt monumenta clariſſimorum ingeniorum in comitio ac foro vrerentur. Scilicet illo igne vocem populi Romani, et libertatem Senatus, et conſcientiam generis humani aboleri arbitrabantur. Corpus igni abolere Tacit. A. 16, 6, 3. Diuturnorum reorum, et ex quorum ſordibus nihil quam voluptas inimicis quaereretur, nomina aboleuit Sueto. Auguſt. c. 32. Paul. l. 3 D. de accuſat. Rei nomen non aboletur, et ex integro repetendi reum poteſtas fiet. Hinc titulus eſt in D. de abolitionibus criminum. Vid. NOMEN recipere, deferre. Virg. Aen. 11, 789 Da, pater, hoc noſtris aboleri dedecus armis. Dolorem et iram Tacit. Hiſt. 4. . . Imagines Tacit. Ann. lib. 4, 22. Lex vetus ſermonis abolebitur Quinctil. 1, 5, 29. Magiſtratum abolere alicui, *pro abrogare.* Liu. 3, 38 Sterilitatem foeminarum, et virorum inſaniam abolere produntur aquae Sinueſſanae. Plin. lib. 31, 2 ſ. 4. *Et ſic ſaepe de remediis.* Teſtamentum Vell. 2, 58. Vires alicuius Tacit. Hiſt. 4. . Virg. Georg. 3, 560 --- nec Viſcera quisquam Aut undis abolere poteſt, aut vincere flamma: *de cadaueribus beſtiarum peſtilentia mortuarum, quarum coria parari negat potuiſſe, et ab carneis fibris purgari.* „¶ 2 *Intranſitiue* Liu. 9, 36 Aliis omnibus cladis Caudinae nondum memoria aboleuerat. *i. exſtincta et adempta erat. Et* 3, 55 Cuius rei prope iam memoria aboleuerat. *Sic* Gell. 20, 1 Si non illa etiam ex XII tab. de teſtimoniis falſis poena aboleuiſſet. ¶ 3 Aboleor, *paſſ. ſimpliciter ponitur pro mori.* Plin. 7, pr. Itaque multi extitere, qui non naſci optimum cenſerent, aut quam ociſſime aboleri, id eſt, mori, extingui.

ABOLESCO, ĕre. [*ἀφανίζομαι*] Aboleri, deſtrui. Colum. 3, 2, 4 Eademque nec imbribus putreſcit, nec ſiccitatibus aboleſcit, *de vite.* Virg. Aen. 7, 232 --- nec veſtra feretur Fama leuis, tantique aboleſcet gratia facti. Aboleſcere, *pro decreſcere*, Lucret. 5, 732 Inque dies primos aboleſcere quaeque creata. *Sic Lambinus et Creech. Al.* aboriſci, *vel* aboriri.

ABOLITVS, [*ἠφανισμένος*] *Partic.* Plin. Epiſt. 7, 19, 6 Libri aboliti. Et 7, 6, 6 abolitæ accuſationes. Gell. 12, 1 Abolitis et obliteratis natiuae pietatis elementis. Abolita atque abrogata retinere, inſolentiae cuiuſdam eſt Quinctil. 1, 6, 20. Tacit. Ann. 2, 49 Deûm aedes vetuſtate, aut igni abolitas. *Et* abolitos paulatim patrios mores, funditus euerti per accitam laſciuiam idem 14, 20. Plin. 36, 26 ſ. 66 Totam officinam artificis illius abolitam. ¶ 2 *Pro occulto et arcano* Plin. 3, 5 ſ. 9 *de Roma*, cuius nomen alterum dicere arcanis ceremoniarum nefas habetur: optimaque et ſalutari fide abolitum enunciauit Valerius Soranus.

ABOLENDVS, a, um. Abolenda memoria Sueto. Cal. 60. *et* Dom. 23.

ABOLITIO, ōnis. [*ἀφανισμὸς*] Verbale: ut Abolitio legis. Sueton. Auguſto, 34 Tyrannus ſub pacto abolitionis tyrannidem depoſuerat *i. ἀμνηστίας ſ. obliuionis* Quinct. 9, 2, 97. Add. Sen. Exc. contr. 5, 8. Sueto. Tib. 4. Abolitio criminis, *dicitur a iuriſconſultis cum accuſati nomen de reis eximitur, ſic, vt accuſationis inſtitutae memoria funditus exſtinguatur.* l. abolitio, 8 D. ad S. C. Turpil. Et eſt duplex, Publica et priuata: Publica quae principis, ſenatusue auctoritate fit: Priuata quae rei, accuſatorisue poſtulatu conceditur. l. 1 C. de general. abolit. l. aut priuatim. D. ad Turpil. Abolitio Legis Sueto. Aug. 34. ſententiae Tacit. 6, 22 Tributorum, idem 13, 50 et 51.

ABOLITOR, ōris. Poſt eum caſum (cataclyſmi) omnium rerum abolitorem Tertull. de Habitu mul. c. 3. Somnus abolitor omnium Auſon. Grat. Act. c. 2.

ABOLEFACIO, ere. Ciuitatem tabernae habitu abolefacere Tertull. Apolog. c. 35. *Sed placet lectio Rhenani Scaligero probata* obolefacere *κνισσᾶν. nec non pulchre coniicit Hauercampus* halitu *pro* habitu.

ABOLEFACTVS, a, um. Scriptura abolefacta violentia cataclyſmi Tertull. de Habitu mul. c. 3.

ABOLLA, ae. [*χλαμὺς*] *teſte* Nonio, 14, 9 veſtis erat militaris. *Laudat deinde locum* Varronis *ex* Coſmotoryne *quem ita emendat Palmerius apud Voſſ. Etymol. h. v.* Toga detracta eſt, et abolla data eſt ad turbam mihi, fera militiai munera belli vt praeſtarem. *Vnde iocus* Martialis in Criſpinum, *qui poſita abolla, togam ſumſerat*, 8, 48 Neſcit cui Tyriam dederit Criſpinus abollam: Dum mutat cultus, induiturque togam. Tyria *eſt* purpurea, *vt* Sueto. Cal. 35 Ptolemaeum — conuertiſſe hominum oculos fulgore purpureae abollae animaduertit. *Apud* Iuuen. 4, 76 Rapta properabat abolla Pegaſus *Praefectus vrbi.* Seruius *in illud* Aen. 5, 421 duplicem ex humeris reiecit amictum, Id eſt, *inquit*, abollam quae duplex eſt, ſicut chlamys. Horatius, Contra quem duplici panno patientia velat. *Haec ille.* Horatii *locus eſt* Epiſt. 1, 17, 25 *de Diogene Cynico. Nempe* Abolla *etiam veſtis philoſophica.* Iuu. 3, 113 de philoſophis, --- Audi facinus maioris abollae Stoicus occidit Baream, delator amicum. *i. non vulgaris Graeculi, de quo genere dixerat, ſed Philoſophi, perſonae grauioris.* Vetus Schol. Prouerbium, *inquit*, quaſi maioris togae, id eſt, ſceleris potioris. Abollam *etiam Philoſophorum geſtamen fuiſſe apparet ex* Mart. 4, 53 *vbi de* Cynico, Cerea quem nudi tegit vxor abolla grabati. *Vid. Ferrarius de re veſtiaria* 1, 2, 12.

ABOMĀSVM, [*ἤνυστρον*] *Gaza interpretatus eſſe dicitur ab* Hermolao in cap. 9 lib. 28 Plinii.

ABOMĬNOR, ari. [*βδελύττομαι*] *Rem aliquam, veluti malum omen, vel verbo, vel facto deteſtari, exſecrarique, et a nobis amoliri.* Quod igitur nos maxime abominaremur, vos ante omnia optaretis, Liu. 30, 30 *Sic interrupta ſucclamantium vocibus oratio continuatur*, Benefacitis, quod abominamini 6, 18. Quod indignaris, quod abominaris *ibid.* c. 40. Plin. 28, 2 ſ. 5 Incendia inter epulas nominata, aquis ſub menſas profuſis, abominamur. Plin. Ep. 6, 4, 4 Ea maxime mihi, quae maxime abominor, fingo. Curt. 7, 4, 12 Hoc [regium inſigne] aut moderate perferendum eſt, aut (quod abominor) in te ruet. *Sic* Ouid. Met. 9, 676 *et* Pont. 3, 1, 105 Quod abominor! Sic Plin. Ep. 6, 22, 5. *Sic* Sueto. Claud. extr. Acceſſiſſe ſe ad finem mortalitatis, quamquam abominantibus, qui audiebant, ſemel atque iterum pronuntiauit. *Abominandi formula eſt quoque*, Hoſtibus illud eueniat! *de qua Drakenb. ad* Sil. 2, 54 *et Broukh. ad* Prop. 3, 6, 20. ¶ 2 *Actiua forma* abomino, *vſus eſt* Plaut. Trin. 3, 2, 82 *Sed fluctuat lectio. Hinc paſſ.* Verrius *apud* Priſcian. lib. 8, p. 791 Saeuitia eorum abominaretur ab omnibus. Abominari, cum infinitiuo. Senec. de Benef. Haec vniuerſa habere, de quibus loqueris, abominabitur.

ABOMINANTER. Si quis filiam fratris ſororisue faciendam crediderit abominanter vxorem Theodoſ. Cod. 2, 12.

ABOMINANDVS, [*βδελυκτὸς*] *Deteſtatione dignus.* Licinius tertia clade abominandam eam curiam facit Liu. 9, 38. Quinct. 9, 2, 80 Abominanda crimina ſparguntur in parentes. Abominanda infelicitas Quinct. in Prooem. lib. 8, 27. Senec. in Hippol. 948 Fer abominandam nunc opem nato parens. *Theſeus Neptunum alloquitur.* Abominanda caſus optata efficit Senec. in Hippol. 1120 *de eadem re.*

ABOMINATIO, *Deteſtatio, execratio*, [*βδέλυγμα ἀποτροπιασμὸς* Gloſſ. vet.] Vulgat. Quid equorum tam pertinax abominatio Lact. 1, 17 extr. Incenſum abominatio eſt mihi Tertull. adu. Iud. c. 5.

ABOMINAMENTVM, i. Proiecit homo abominamenta ſua aurea et argentea Tertull. adu. Iud. c. 13. Duo vel maxima malorum abominamenta, fames et peſtilentia P. Oroſ. 2, 5. *Add. ib. extr.*

ABOMINATVS, [*βδελυκτὸς*] *Partic. Actiue.* Abominatus mentionem facinoris Liu. 40, 4. *Add.* 30, 25. *Sed* ¶ 2 *paſſive ſumtum* Hor. Epod. 16, 8 Parentibusque abominatus Annibal. Liu. 31, 12 Ante omnia abominati ſemimares, iuſſique in mare extemplo deportari.

ABOMINABILIS, e. [βδελυκτικὸς] Gloſſ. Cyrill. Impudicitia abominabilis Quinctil. Trib. Mar. Decl. c. 4, Burm. p. 78. *Add.* Hieron. in Ierem. 22, 30.

ABOMINOSVS, a, um. Propter pares dies Februarius quaſi abominoſus diis inferis deputatur Solin. c. 3. *Sed al.* ominoſus. Sonum vocis abominoſae audire Diomed. L. 3.

ABŎRĪGĬNES, ĭnum [ἀβορίγινες, γενάρχαι, πρωτογόνοι] *vocantur antiquiſſimi incolae agri Ro.* Sall. Catil. 6 Vrbem Romam condidere atq. habuere initio Troiani, — cumque his Aborigines genus hominum agreſte, ſine legibus, ſine imperio, liberum atque ſolutum. Liu. 1, 1 Latinus rex Aboriginesque, qui tum ea tenebant loca ad arcendam vim aduenarum (Troianorum) armati — concurrunt. *Nempe appellatiuum nomen eſt et auctores gentis notat, a quibus originem habent alii.* Plin. 4, 22 extr. Gadis — Erythria dicta eſt, quoniam Tyrii Aborigines iſtorum ab Erythraeo mari ferebantur. *Merito enim amplectuntur viri docti Pinciani emendationem, cum ante legeretur* ab origine. *Et iam* Dionyſius Halic. - - - - Aborigines *interpretatus eſt* γενάρχας ἢ πρωτογόνους. Origines *dixit* Sall. Iug. 19, 1. *Haec ſaniora iis, quae* Aur. Vict. de Or. Gent. Ro. 4 *habet*, Aborigines appellatos, Graeca appellatione, a cacuminibus montium, quae illi ὄρη vocant, (*ſic enim legendum, pro* orae faciunt:) Alii volunt eos, quod errantes illo venerint primo Aborigines, poſt, mutata vna litera, altera demta, Aborigines cognominatos. *Poſterius probaſſe videtur* Feſtus, *qui*, Aborigines, *inquit*, appellati ſunt, quod errantes conuenerint in agrum, qui nunc eſt populi Rom. Fuit enim antiquiſſima gens Italiae. ¶ 2 Aborigines, περὶ ἀνθρώπου φύσεως, *liber Varronis paſſim laudatur a* Nonio *etc.*

ABŎRIOR, ĕris, vel īris, ortus, īri. [ἀποκυΐσκομαι] *Significat foetum abortiuum fieri, vel intempeſtiue naſci.* Gell. 12, 1 Quod quidem faciunt eadem vecordia, qua quibusdam commentitiis fraudibus nituntur, ut foetus quoque ipſi in corpore ſuo concepti aboriantur, i. *ante maturum partum eiiciantur.* ¶ 2 Aboriri *quidam actiue accipiunt, vt de matre dicatur, pro,* abortum facere: *de qua ſignificatione citatur apud* Non. Marcell. 2, 24 Varronis *locus pro* Callio vel Fundanio, de admirandis rebus, Vinum quod ibi natum ſit in quodam loco, ſi praegnans biberit, fieri, vt aboriatur. *Sed poteſt deeſſe nomen* foetus, *non magis quam intelligi* praegnans. ¶ 3 Aboriri *vox dicitur, per metaphoram, quando prae metu, aut alia de cauſa deficit.* Lucr. 3, 156. Corpore: & infringi linguam, vocemque aboriri *i. intercludi, intermori, quae priſca ſignificatio eſt, contraria τῷ oriri.* 40]

ABORISCOR, iſci. Idem. *Ita Pareus legit* Lucret. 5, 732. Inque dies priuos aboriſci quaeque creata, *idque Giſanius in Indice tuetur conſenſu librorum. Gaſſendus* aboriri. *At Fayus cum Lambino et Creechio* aboleſcere.

ABORTIO, onis. [ἀμβλωσις, ἐκτρωσμος] Actus aboriendi. Plaut. Truc. 1, 2, 99 Celabat, metuebatque te: ne ſibi perſuaderes, vt abortioni operam daret. Cic. pro Cluent. 34 c. 12 Si haec ſolutio legatorum, et non merces abortionis appellanda eſt. Qui abortionis aut amatorium poculum dant. Iul. Paul. recept. ſentent. tit. 23 ſent. 7. *Exſecratur eam effectam Ouid.* Am. 2, 13 inpr. 14.

ABORTIO, īre, *abortum facere. Quidam libri* Var. de R. R. 2, 4, 14. *Sed vid. mox* Aborto. Propter facilitatem obortiendi Plin. 8, 51. *Sed Hard. ex MSS. legit*, aboriendi. Bos eorum concepit et non abortiuit Vulgat. Iob. 21, 10.

ABORTIVM, *i.* [ἔκτρωμα] Idem quod Abortio. Hieron. ad Pammach. in Epiſt. conſolatoria ſuper obitu Paulinae vxoris. 26. c. 1. Tom. 1 f. 74. Dumque crebris abortiis, et experta foecunditate conceptuum non deſperat liberos, et ſocrus auiditatem, maritique triſtitiam praeponit imbecillitati ſuae, paſſa eſt aliquid de Rachelis exemplo. *Quem locum ſic exponit Eraſmus*, Saepius aborſum fecerat Paulina. Non facit autem abortum, niſi quae concepit, etiam ſi vitio aliquo vel corporis vel ſeminis fit, vt foetus nondum maturus eiiciatur. Ex abortiis igitur intellexit ſe non eſſe ſterilem.

ABORTO, are. [ἀμβλόω, ἐξαμβλόω, ἀμβλίσκω] Abortum facere. Varr. de R. R. c. 2, 4, 14 Ne dum exilire velit, praegnans abortet, *quid.* abortiat. Firmic. 3, 7, 6 Aut abortabit frequenter, aut difficilem edet partum. Id. 6, 31, *ad finem*, Filios quoque geminos abortabit.

ABORSVS, us, m. [ἀποκύημα] Non. 5, 106 Abortus et aborſus varias habent ſignificationes. Aborſus enim ille dicendus eſt, qui eſt in primis menſibus, cum conceptui exordium factum eſt. Abortus prope tempus pariendi. *Cui conuenit quod ſcribit* Feſtus, Abortum grauidae mulieris dici, quod non ſit tempeſtiue ortum. Aborſus *ab* abordior; Abortus ab aborior deduci videtur. Procurare aborſum homicidii ſpecies eſt *vid.* ICt. *in* l. qui in vtero ff. de ſtatu hom.

ABORSVS, a, um. Aborſus vel abactus venter *eſt embryo pharmacis violenter exturbatus. vid.* Paul. lib. 4. ſentent. t. 9 §. 6.

ABORTVS, a, um, *pro* Exortus. Laudatur Stat. Theb. 8, 32 de Plutone, Nec ſolitus ſentire metus, expauit aborta Sidera, iucundaque offenſus luce profatur. *Sed hodie ibi legunt*, Oborta Sidera. *Ian. Gebhardus Crepund.* 1, 12 in Ouidii MSS. *hanc vocem plurimis locis haberi obſeruat, vbi editur* obortus, *de lacrimis praeſertim.* Col. 7, 6, 5 Nec tamen ea ſola creant Abortus, ſed etiam glans, cum citra ſatietatem data eſt.

ABORTVS, us. [ἔκτρωμα, ἔκτρωσις] *partus praecipitatus et immaturus.* Ter. Hec. 3, 3, 38 Dicam abortum eſſe. *Vbi* Donatus, Non eſt Latinum, aborſa eſt: ſed abortum fecit. Plin. 7, 11 ſ. 9 Exſtat in monumentis etiam medicorum, vno abortu duodecim puerperia egeſta. Plin. 2, 18 Quoniam arborum etiam abortus inuenimus. Apium abortus Plin. 8, 11, 16 extr. Concharum, phyſemata, Id. 9, 35 ſ. 54. Plin. 28, 19 ſ. 77 Vngulae aſininae ſuffitae partum maturant, vt vel abortus Euocetur. Id. 24, 5 ſ. 13 *de galbano*, Abortus non Excuntes Trahit appoſitu vel ſuffitu. — Mortuos expellit coagulum leporis Id. 28, 19, 77. Abortum facere, *pro* abortum pati. Plin. Epiſt. 10 ad Fabatum, Quo magis cupis ex nobis pronepotes videre, hoc triſtior audies, neptem tuam abortum feciſſe. *Contra* Abortum facere, *pro* procurare, inferre, efficere Plin. 21, 18 Quod ad cyperon attinet, Apollodorum quidem ſequar: qui negabat bibendum, etc. foeminis quidem abortus facere non dubitat. *Add.* Id. 14, 18 ſ. 22. Plin. 30, 12 extr. ſ. 44 Ouum corui grauidis cauendum conſtat, quoniam tranſgreſſis abortum per os faciat. *Sic Hard. quem vide.* Abortum facere *per metaphoram*, Plin. praefat. Quoniam audio et Stoicos, ſubinde abortus facere iam decem annis, cum etiam celerius Elephanti pariant. *Loquitur de libris, qui etiamſi diu ab auctoribus preſſi ſint, nimium tamen mature ſunt editi, vt abortus potius ſit, quam perfectus et verus partus.* Abortum pati Plin. 28, 7 ſ. 23. Abortum inferre Plin. 24, 16, ſ. 92 *de dracunculo* Tantumque ineſſe ei virus, vt olfactum grauidis abortum inferat. *Add.* 8, 47 ſ. 72. ¶ 2 Abortus, *i. occaſus ſiderum laudatur* Manil. 1, 140. *Sed nondum inueniebam.*

ABORTVM, n. Vlp. in l. cum quidam 30. §. quod dicitur, 4 D. de adqu. vel omitt. hered. Quid ergo ſi praegnans fuit cum putaret heres non eſſe praegnantem, et adiit: mox abortum factum eſt? *Sic habent Haloander et Pand. Florentinae, atq. Gothofredus.*

ABORTĪVVS, a, um. [ἐκτρωματιαῖος] *imperfectus et informis, qui ſcilicet abortu natus eſt.* Hor. Sat. 1, 3, 46 Si cui filius eſt, vt abortiuus fuit olim Siſyphus. *Add.* Suet. Aug. c. 35 *vbi* Abortiuos *Senatores, habent editiones antiquae, nunc fere* Orcinos. ¶ 2 Abortiuum, *quod aboriri facit*, Plin. 7, 6 Oſcitatio quidem in enixu letalis eſt: ſicut ſternutaſſe a coitu abortiuum. Maluae cum adipe anſeris abortiuae Plin. 20, 21. Id. 25, 3 Ego nec abortiua dico, ac ne amatoria quidem. Et quod abortiuo non eſt opus Iuuenal. 6, 368 *i. medicamento ad procurandum abortum.* ¶ 3 Abortiuum, *i.* [ἐκτρωσις] Gloſſ. vet. Abortus Plin. 18, 17. Eſt et aliud ex vicino auenae vitium, cum amplitudine inchoata granum ſed nondum matura, prius quam roboretur corpus, afflatu noxio caſſum et inane a ſpica euaneſcit quodam abortiuo. *i. abortu. Ita omnes MSS. libri, teſte Harduino. Add.* Vulgat. Iob. 3, 16. 1 Cor. 15, 8.

ABORTICIVM, *et* ABORTICIOSVM, ἐκτρωματικὸν, ἐκτρωματιζον Vet. Gloſſ.

ABPATRVVS, ui. [ἀποθεῖος] Frater abaui Ex lib. 3. Inſtit. de grad. cog. et l. Iuriſconſ. D. eod. tit.

## A B R

ABRACADABRA, *vox ſuperſtitioſa, quam* Serenus Sammonicus c. 52 v. 941 ſqq. Hemitritaeo *depellendo chartae inſcriptam, ita vt ordine retrogrado litera deficiat, et lino incluſam collo ſuſpendere iubet. Vid. ibi Keuchen. et Voſſ. Theol. Gent.* 1, 8. p. 60. *Verſus* Sammonici *ſunt:* Inſcribis chartae quod dicitur Abracadabra Saepius, et ſubter repetis, ſed detrahe ſummae, Et magis atque magis deſint elementa figuris Singula, quae ſemper rapies, et caetera figes, Donec in anguſtum redigatur litera conum. *Eſt ergo haec figura*

A B R A C A D A B R A
A B R A C A D A B R
A B R A C A D A B
A B R A C A D A
A B R A C A D
A B R A C A
A B R A C
A B R A
A B R
A B
A

ABRĀDO, ſi, ſum, ere, [ἀποξύνω, ἀποξύω] *Radendo tollere, ſiue detrahere, quod et deradere dicitur.* Columel de Arb. 10, 3 Arida et vetera quae falce amputari non poſſunt, acuta dolabra abradito. Abradi pars ſummae dicitur, *pro detrahi vel decidi* Plin. Paneg. 37, 2 Abradere *per metaphoram, Difficulter et maligne ſ. parce, & quaſi radendo auferre.* Ter. Phorm. 2, 2, 9 Vnde aliquid abradi poteſt. Cic. pro Cecinna 19 c. 7 Poſteaquam videt nihil ſe ab A. Cecinna poſſe litium terrore abradere. Nec manibus quicquam teneris abradere membris, Poſſunt, etc. Lucret. 4, 1079 *de artis amantium complexibus.* Abradere barbam Plin. 6, 20.

ABRĀSVS, a, um. Partic. [ἀπεξυσμένος] Lucan. 6, 155 Abraſae fauces. Cic. pro Roſc. Com. 20 c. 7 Nonne Supercilia illa penitus abraſa, olere malitiam, et clamitare calliditatem videntur? Scribon. Comp. 215. Emplaſtrum ad tenera corpora mediocriter laeſa et abraſa, quae ἀποσύρματα Graeci dicunt.

ABRAHAM, ABRAHAMVS, ABRAM. *Patriarcha fidei celebratiſſimae*, Abram parenti dictus, Abraham Deo Prudent. Pſych. v. 4. *Caſus obliquus* Abrahae *eſt apud* Tertul. adu. Marc. 4, 13. et Carm. adu. Marc. 4, 6. & Prud. Cath. 12, 43. Abrae in Prud. Apoth. v. 373. *Primam et ſecundam in Abraham corripit* Tertul. Carm. aduerſ. Marc. 3, 2. *Vtramque producit Vict.* Gen. 3, 558.

ABRAXAS, ſiue ABRASAX, *Vnus ex deis, qui ab haereticis inducti ſunt, barbaris et inconditis nominibus: de quibus ab Irenaeo et Epiphanio facta eſt mentio. Vid.* Tertul. de Praeſcr. cap. 46. Voſſ. Theol. Gent. 1, 8.

ABRELINQVO, *i. deſero. vnde*

ABRELICTVS, a, um. Deo abrelicto Tertull. adu. Iud. c. 1. diuinitate abrelicta ib. eod.

ABRENVNTIO, are. *in formula baptiſmi*, abrenuntio diabolo, pompis, ſpectaculis, et operibus eius Saluian. 6 p. 208. *it. in exorciſmo ſimiliter ap.* Ambroſ. de Sacram. 1, 2 Tom. 4 p. 354. mundo abrenuntiauerunt Auctor Commentar. in Ep. ad Roman. (*qui reperitur in* Opp. Hieron. T. 8) c. 7, 6.

ABREPTVS. *vid.* ABRIPIO.

ABRIPIO, ui, eptum, ere. [ἀφαρπάζω, ἀναρπάζω] *quaſi raptu et violenter alicunde auferre, vel vi eripere.* Ter. Phor. 1, 1, 11 Id illa vniverſum abripiet. Cic. in Ver. 4 c. 10. Quem obtorta gula de conuiuio, in vincula abripi iuſſit. Id. Verr. 3, 163 c. 69 Frumentum per triennium auerſum a Rep. eſſe, abreptumque ab aratoribus. *Sed* ereptum Grut. *et* Gron. Id. 4, 11 c. 50 Vt Verres alter Orcus veniſſe Ennam, et non Proſerpinam aſportaſſe, ſed ipſam abripuiſſe Cererem videretur. Cic. de Orat. 3, 145 c. 36 Repente te quaſi quidam aeſtus ingenii tui procul a terra abripuit, atque in altum a conſpectu pene omnium abſtraxit. A complexu, vel ex complexu aliquem Liu. 3 c. 57 Sic. Cic. Verr. 1, 7 c. 3 Qui e complexu parentum abreptos filios ad necem duceret. *Add.* Verr. 4 c. 48. Ter. Eun. 1, 2, 30 Puellam dono quidam mercator dedit Ex Attica hinc abreptam. *Add.* Nep. 1, 4, 2. Cic. pro Cluent. 89 c. 33 Eo tempore ad quaeſtionem ipſe abreptus eſt. In ſeruitutem Hirt. de Bell. Afric. In cruciatum Ter. And. 4, 4, 47. Iam intro abripiere Ad. 2, 1, 27. Cic. pro Ligar. 34 c. 12 Tempeſtate abreptus eſt vnus. Plin. 2, 67 Qui ex India commercii cauſa nauigantes Tempeſtatibus eſſent in Germaniam abrepti. Cic. Verr. 3 c. 12 vt eum, etiam ſi natura a parentis ſimilitudine abriperet, conſuetudo tamen ac diſciplina patri ſimilem eſſe cogeret. Plaut. Milit. 2, 2, 21 - - - quis is eſt homo? PE. Neſcio: ita abripuit repente ſeſe ſubito. *Pro, ſurripuit, ſubduxit, ſubtraxit.*

ABREPTVS,

ABREPTVS, a, um. *Praeter plura quae modo dedimus*, Liu. 26, 39 Aliae *naues* in terram remis abreptae.

ABRODIAETVS, *Delicate et molliter viuens*, [ἀβροδίαιτος,] *Quod nomen ſibi arrogauit Parrhaſius pictor nobiliſſimus, indicaturus, credo, qua cura artem tractaret, apud* Plin. 35, 10 ſ. 36. *De eius delicato viuendi more vid.* Aelian. Var. Hiſt. 9, 11.

ABRŌDO, ſi, ſum, ere [ἀποβρώσκω] *rodendo auferre*, Plin. 10, 62 ſ. 82 Viperae mas caput inſerit in os: quod illa abrodit voluptatis dulcedine.

ABRODENS, entis. Crudum vnguem abrodens Perſ. 5, 162.

ABROSVS, a, um. Abroſae corporis partes Plin. 37, 6.

ABRŎGO, are [ἀποκυρόω, ἀκυρόω, ἀναιρέω] *conſenſu populi abolere, tollere, irritum facere. Nempe qui legem fert*, rogat, Velitis iubeatis Quirites *etc. vid.* Rogo. Abrogare, Infirmare. Feſtus. Abrogare legi *et* legem *dicitur: ſed vſitatius iungitur accuſatiuo.* Modeſt. in l. Derogat. D. de verborum ſignificatione, Derogatur legi, cum pars detrahitur: abrogatur legi, cum prorſus tollitur. Cic. Att. 3, 23 *in formula legis*, SI QVID IN HAC ROGATIONE SCRIPTVM SIT, QVOD PER LEGES PLEBISVE SCITA PROMVLGARE, ABROGARE, DEROGARE, OBROGARE S. P. SVA NON LICEAT etc. „Lex aut rogatur, Id eſt, fertur: aut „abrogatur, Id eſt, prior Lex tollitur: aut derogatur, Id eſt, pars „primae tollitur: aut ſubrogatur, Id eſt, adiicitur aliquid primae „Legi: aut obrogatur, id eſt, mutatur aliquid ex prima Lege. Haec „Vlp. in Fragm. Tit. 1. Cic. Att. 3, 23 Sed vides nunquam eſſe obſeruatas ſanctiones earum legum, quae abrogarentur. Nam ſi id eſſet, nulla fere abrogari poſſet: neque enim vlla eſt quae non ipſa ſe ſepiat difficultate abrogationis: Sed cum lex abrogatur, illud ipſum abrogatur, quo non eam abrogari oporteat. Liu. 9, 34 Vbi duae contrariae leges ſunt, ſemper antiquae abrogat noua. *Sic habebant libri typis excuſi. Sed* Antiquam abrogat noua, *manu ſcripti Codices. Alii* obrogat. *vid. Sigon. cuius lectionem expreſſit Gronou.* Cic. de Leg. 2, 14 c. 6 Lex illa neque tolli, neque abrogari poteſt. Leges rogatas abrogare Cic. Phil. 5 c. 6. Id. Cic. Inu. 2, 134 c. 45 Indignum eſſe, de lege aliquid derogari, aut legem abrogari. Tollere ib. 131. Iuriſdictionem abrogare *quid ſit videamus* Val. Max. 7, 7 Genucius quidam Matris Magnae gallus, a Cn. Oreſte Praetore vrbis impetrauerat, vt reſtitui ſe in bona Naeuiani iuberet, quorum poſſeſſionem ſecundum tabulas teſtamenti ab ipſo acceperat. Appellatus Mamercus a Surdinio, cuius libertus Genucium heredem fecerat, Praetoriam iuriſdictionem abrogauit: quod diceret Genucium amputatis ſui ipſius ſponte genitalibus corporis partibus, neque virorum neque mulierum numero haberi debere. *Erat nempe Mamercus hic, Conſul: hic* abrogauit Praetoriam iuriſdictionem, *non in vniuerſum, ſed hoc modo in iudicio. Sed* Cic. Off. 3, 40 c. 10 Cum Collatino Tarquinio collegae Brutus imperium abrogabat. Cic. Ver. 4, 140 c. 57. Si tibi magiſtratum abrogaſſet. *Add.* pro Mil. 72 c. 27. Id. de leg. 3, 24 Gracchus poteſtatem intercedendi collegae abrogauit. *Paullo aliter de eadem re* Aur. Vict. de V. I. 64. Octauio Collega intercedente, nouo exemplo magiſtratum abrogauit. *Sic leg. defendit etiam Arutzenius. Sed quod* ibid. c. 77 *legitur*, M. Lepidum acta Syllae reſcindere volentem, priuatus Italia abrogauit, *i. pepulit, eiecit: alii et ipſe Arutz.* fugauit. Plaut. Trin. 4, 3, 41 Male Fidem ſeruando, illis quoque abrogant etiam Fidem, qui nihil meriti, *i. faciunt*, ne illis credatur. Sic etiam Cic. pro Roſc. Com. 44 Si iam tibi deliberatum eſt, quibus abroges fidem iuriſiurandi, reſponde. Manilio et Luſcio, negas eſſe credendum *etc.* Plin. 26, 4 pr. Magicae vanitates in tantum euectae, vt abrogare herbis fidem cunctis poſſent. *Conf.* 28, 2 ſ. 4. Multam *vid.* in MVLTAM dicere. Nemo nocens ſibi ipſe Poenas abrogat Sen. Herc. Oet. 899. *i. ſe abſoluit apud animum ſuum. Conf. hic Gronou.* Ouid. Tr. 2, 1, 278 Et nimium Scriptis abrogat ille meis. *Sed videtur leg.* adrogat, *i. tribuit, imputat.* Plin. 2, 53 Nec minus hebetis, beneficiis abrogare Vires: quando in fulgurum quoque interpretatione eo profecit ſcientia, vt ventura alia finito die praecinat. *i. non credere ea, quae beneficii loco nobis natura tribuit.*

ABROGANS, tis, Humilis Gloſſ. Iſidori. *q. d. qui ſibi adeo non* arrogat *quidquam, vt potius* abroget.

ABROGATVS, a, um. Imperium abrogatum Cic. pro Dom. c. 31.

ABROGATIO, [ἀποκύρωσις] Actus abrogandi: vt Abrogatio legis, aut magiſtratus, Cic. Att. 3, 23 Neque enim eſt vlla lex, quae non ſe ſepiat difficultate abrogationis. *Laudatur etiam* Quinctil. lib. 1, 9.

ABROGATOR, oris. Diuini operis abrogatores Arnob. 1 pag. 30.

ABROICVS. Plautus Abroico *laudatur* Non. 3, 43. *leg.* Agroico, ἀγροίκῳ, *quod nomen fabulae, i. ruſtico ſ. agreſti.*

ABROTŎNVM, n. [ἀβρότονον] *Herbae nomen, de qua* Plin. 21, 10 ſ. 34 Abrotonum odore iucunde graui, floret. Eſt autem Flos aurei coloris. vacuum ſponte prouenit. cacumine ſuo ſe propagat *etc.* Id. 21, 21 ſ. 92 Abrotonum duorum traditur generum, campeſtre ac montanum: hoc feminam, illud marem intelligi volumus. *etc.* Horat. Epiſt. 2, 1, 114 Abrotonum aegro Non audet, niſi qui didicit, dare. Pallad. Mart. 10, 28 Abrotani virga ſuſpenditur. *Etiam* Scribon. Comp. 78. *habet* Abrotanum; *at* 167. Abrotonum. ¶ 2 ABROTONVS, *f. etiam dicitur.* Abrotonique graues Lucret. 4, 3, 23. Lucan. 9, 921 Et larices, fumoque grauem ſerpentibus vrunt Abrotonum, & longe naſcentis cornua cerui. ¶ 3 Abrotonum *oppidum Africae apud* Plin. 5, 3 ſ. 4.

ABROTONĪTES, is, *vel* ae [ἀβροτονίτης] *maſc. quia adiungitur ad οἶνος. Sed Latine etiam* neutri generi *iungitur*, Dicitur vinum abrotonites et vinum abſinthites, *ſicut* oppidum Roma, Flumen Rhenus. Colum. 12, 35 Vinum — abrotoniten — ſic condire oportet.

ABRVMPO, ūpi, uptum, ere [ἀποῤῥήγνυμι] *Rumpendo ſeparare, vel finire*, vt Plin. 2, 92 Ex inſula Cea amplius XXX millia paſſuum abrupta. Id. 5, 32 ſ. 40 pr. Impetum deinde ſumit Helleſpontus et mare incumbit, — donec Aſiam abrumpat Europae. *Metaphorice* Cic. Philip. 14, 31 c. 12 haec ſe prima latrocinio abrupit Antonii. *Sic* Plin. ep. 5, 5, 4 Vt quae ſemper Inchoatum aliquid abrumpat, *de morte. Videamus et alias formulas:* Lucan. 5, 659. --- licet ingentes abruperit Actus Feſtinata dies fatis, ſat magna peregi. Ouid. Faſt. 2, 495 Hinc tonat, hinc miſſis abrumpitur ignibus Aether, *i. diuidi, et hiare videtur.* Abrumpi Diſſimulationem etiam Silius vrgebat. Tacit. A. 11, 26. Virg. Aen. 3, 55 Fas omne abrumpit, etc. Senec. Herc. Oet. 895 Natum relinques? Fataque abrumpes tua? *i. vitam, ſeu ſtamina fatalia vitae tuae.* Tacit. Hiſt. 4, 60, 6 Caeteri retro in caſtra profugiunt, querente ſane Ciuile & increpante Germanos, tanquam Fidem per ſcelus abrumperent. Ouid. de Rem. Amor. 495 Non ego te iubeo medias abrumpere Flammas, *i. amores.* Virg. Aen. 4, 631 Inuiſam quaerens quamprimum abrumpere Lucem, *i. vitam.* Stat. Theb. 9, 600

Dum gemit, & planctu circundat pectus inani,
Abrupere oculi Noctem, moeſtoque cubili (Noctem *i. ſomnum.*)
Exſilit, & falſos quaerit per lumina fletus.

Ordines laxati abrumpuntur Tacit. Hiſt. 3, 25. *id.* A. 12, 50, 4 Atqui illi quamuis ſeruitio aſſueti, Patientiam abrumpunt. Virg. Aen. 4, 388 His medium dictis ſermonem abrumpit, etc. Add. Tac. 4, 60, 2. *id.* Quinct. 4, 3, 13. Virg. Georg. 3, 530 - - - nec Somnos abrumpit cura ſalubres. Tacit. Ann. 4, 50 Sed Tarſa properum finem, abrumpendas pariter Spes ac Metus clamitans, dedit exemplum, dimiſſo in pectus ferro. Quinctil. 6 pr. 14 Quis dilata Studia miretur, quae potius non abrupta eſſe mirandum eſt. Tacit. H. 4, 64, 7 Inſtituta cultumque patrium reſumite, abruptis Vectigalibus, (*quidam* voluptatibus,) quibus Romani plus aduerſus ſubiectos quam armis valent. Tacit. Ann. 15, 63, 3 Seneca, quoniam ſenile corpus et paruo victu tenuatum, lenta effugia ſanguini praebebat, crurum quoque & poplitum venas abrumpit. *Add.* 16, 9, 3. Virg. Aen. 8, 579 Nunc nunc O liceat crudelem abrumpere Vitam. *Add.* Heinſ. *et* Drakenb. ad Sil. 7, 33.

ABRVPTVS, Partic. et Nomen. [κατεῤῥωγὼς, ἀποῤῥὼξ] *In quantum nomen eſt, primaria ſignificatione, vnde aliae intelliguntur, ad loca refertur, quae abrupta dicuntur, i. diuulſa, atque ob id inuia, quae deſcenſum non habent, ſed tantum praecipitium, et alio nomine* praerupta *dicuntur, vt fere ſunt rupes et ſcopuli*, Graece ἀπόκρημνα, κρημνώδη. „Liu. 21, 36 Natura locus iam ante praeceps, recenti terrae lapſu in pedum „mille admodum altitudinem abruptus erat. *Hinc per metaphoram Plin.* 11, 37 ſ. 51 Supercilia homini & pariter et alterne mobilia: et in iis pars animi, Negamus, an annuimus? Haec maxime indicant faſtum. Superbia alibi conceptaculum, ſed hic ſedem habet. in corde naſcitur: huc ſubit, hic pendet. nihil altius ſimul abruptiusque inuenit in corpore, vbi ſolitaria eſſet. *Comparatur etiam alias, vt* Caucaſo abruptior Tertull. adu. Marc. 1, 1. *it.* Abruptiora tranare Frontin. Strat. 1, 4, 7. *i. fretum abrupti litoris.* ¶ 2 *Iam quibus ſubſtantiuis iungatur, perſequemur.* Stat. Sylu. 1, 3, 63 Et nunc ignaro forſan vel lubrica Nais, Vel non abruptos tibi demet Hamadryas Annos. Sil. Ital. 7, 420 --- immanis in Antro Conditur abrupto Proteus. Catull. 69, 108 Aeſtus in abruptum detulerat Barathrum. Tacit. H. 2, 53 Sola poſteritatis cura, et abruptis vitae Blandimentis. Add. A. 15, 64 Catul. 69, 84 Poſſet vt abrupto viuere Coniugio. Tacit. Ann. 4, 63 Liceatque inter abruptam Contumaciam et deforme obſequium, pergere iter ambitione ac periculis vacuum: Abrupta Contumacia, *nimis aſpera et velut inaceſſa, qua homines* praeciſe *negant.* Genus ſermonis Salluſtii abruptum, Quinct. 4, 2, 45. Lucret. 2, 214 Nunc hinc, nunc illinc abrupti nubibus ignes Concurſant, etc. Sil. Ital. 7, 219 *verba ſunt Fabii*, Feruida ſi nobis corda, abruptumque putaſſent Ingenium Patres, etc. *i. praeceps et nimis ad actum feſtinans.* Initium Quinct. 3, 8, 68 *et* Macrob. Sat. 4, 2. *Vid. mox* Principium. Vlp. in l. 1 D. Quar. rer. act. Neque enim oneratum ſe hoc nomine poteſt queri libertus, ſi Lucrum abruptum ex re patroni non fecerit. Virg. Aen. 3, 199 - - - ingeminant abruptis Nubibus ignes. Petra abrupta Curt. 7, 11, 2. Virg. Georg. 3, 259 - - - nempe abruptis turbata Procellis Nocte natat coeca ſerus freta. Quinct. 3, 8, 58 Principia abrupta, *vbi non paullatim ad cauſſam ſit acceſſio, ſed ſtatim prorumpit affectus.* Stat. Theb. 6, 184 ſic fata, repente Concidit, abruptisque immutuit ore Querelis. Sil. Ital. 7, 156 Tertius abrupta vigil iret ad arma Quiete. Ripae abruptiſſimae. *vid.* RIPA. Quinct. 9, 4, 125 Membrum eſt Senſus numeris concluſus, ſed a toto corpore abruptus, & per ſe nihil efficiens. Plin. 11, 51 ſ. 112 Oua parientibus Sibilus, ſerpentibus longus, teſtudini abruptus, *i. breuis.* Sil. Ital. 8, 51 Et ſpes abrupta e medio, etc. Virg. Aen. 12, 451 Qualis vbi ad terras abrupto Sidere nimbus It mare per medium, *i. ſubito impetu tempeſtatis.*

ABRVPTVM, n. [ἀπόῤῥηκτον] Ferri in abruptum Virg. Aen. 12, 687. Stat. Theb. 3, 262 Iamque iter extremum, coelique abrupta tenebat. Imus in abruptum Stat. Syl. 3, 2, 69 *de nauigantium audacia.* In abruptum ſorbere fluctus, *i. in profundum* Virg. Aen. 3, 422. Quinct. 10, 2, 19 Nec cui tenue ingenium erit ſola velit fortia et abrupta. Id. 2, 11, 6 Abrupta quaedam iaculantur, *i. breuia et acuta.* Ammia. Marc. 16, 8 In abrupto neceſſitatis.

ABRVPTA, ae. *Subſt.* Abruptae Veſuuii montis verticem magna profudiſſe incendia ferunt *Sic laudatur* Oroſ. lib. 7. *Additur* Iuſtin. 4, 1, 7 *apud* Pareum Lex. Crit. *h. v. Sed apud* Iuſtinum *plerique libri* Rhegium dicitur, quia Graece Abrupta hoc nomine pronunciantur: *apud* Oroſium *vero eſt*, Abruptum tunc etiam — verticem etc. *Itaque nondum idoneus exſtat vocis auctor.*

ABRVPTIO, Verbale [ἀπόῤῥηξις] *Actus abrumpendi.* Cic. de Diuin. 2, 64 c. 40 *extr.* abruptio corrigiae, et ſternutamenta erunt obſeruanda. *Pro ſubito diuortio et repudiatione* Cic. ad Att. 11, 3 Iſta quam ſcribis abruptio *int. matrimonii Tulliae cum Dolabella.*

ABRVPTE, Adu. [ἀπεῤῥηγμένως] Quinctil. 3, 8, 6 Nec enim abrupte, nec vnde libuit, incipiendum, *i. ſine exordio.* Abrupte cadere in narrationem Quinct. 4, 1, 79. Non abrupte agendum Iuſt. 2, 15, 4. *i. incaute, temere. Sic* Hoſtes abruptius inundantes Amm. 20, 11. *Sed pro* Simpliciter, Abſolute Macrob. in ſomn. Scip. 1, 19 Hoc adiiciendum eſt, cur Cicero cum quartum de ſeptem, ſolem velit, quartus autem inter ſeptem non fere medius, ſed omnino medius et ſit, et habeatur: non abrupte medium ſolem, ſed fere medium dixerit.

ABRVMVS, a, um. *vt* agni abrumi, *i. ablactati, opp.* ſubrumi.

ABS, [ἀπὸ, παρὰ] *vid.* A et AB n. 6 *vbi dedimus locum* Ciceronis Orat. 158 c. 47. *Supereſt eius vſus inprimis ante* Te. *Laudatur* Cic. Diu. 2, . . . Eos defendes, qui ſe ab omnibus deſertos potius, quam abs te defenſos eſſe malunt. Vincam te, vel vincar abs te Cic. Fam. 7, 31. Ter. Adel. 2, 3, 1 Abs quiuis homine. Idem Phorm. 4, 3, 12 Vt abii abs te. *Add.* Andr. 1, 5, 7. *Ante* c. Abs chorago Plaut. Perſ. 1, 3, 79. *Inueniri etiam ait ante Literam* ſ, *vt* Abs ſe Plaut. Capt. 3, 1, 10 etc. *Pareus Lex. Crit.* p. 5. *Sed Gram.* ab ſe *hic et* Men. 1, 2, 66. *it.* Rud. 2, 5, 21 *et* Truc. 4, 3, 78. *Verum* Caeſ. Bell. Gall. 1, 44 abs ſe *dedit* Dau. *Sic* Abs Sueſſa nunciatum eſt Liu. 32, 1. Gronou. *Quod tamen ſic recte edi negat Facciol. animaduerſ. ad Danetum* n. 7. *Ad hanc praepoſitionem pertinere etiam putat Geſnerus locum* Quinct. 12, 10, 32 Quid? quod Syllabae noſtrae in B literam et D innituntur adeo aſpere, vt plerique — mollire tentauerint, — in praepoſitione B literae ob ſonum et ipſam S ſubiiciendo. *Ita legenda arbitratur*

*vltima verba quae variant in libris.* ¶ 2 *Mira obſeruatio eſt Feſti,* Abs praepoſitio, a Graeco deducitur, ἀψ: ſignificat autem retractionem in partem poſteriorem. ¶ 3 Abs *compoſitionem ingreditur* ut Abſcedo, Abſtineo, Abſtrudo *etc.*

ABSCĒDO, ſſi, ſſum, ere. [ἀφίςημι] idem quod recedere, *vel* diſcedere, *cui contrarium eſt* accedere. *Proprie iungitur ablatiuo cum praepoſitione* A *vel* Ab: *aut adverbio de loco*, *ut* hinc, illinc, inde. Plaut. Caſ. 3, 5, 5 Abſcede ab iſta obſecro. Veneris et Mercurii ſtella nunquam longius a ſole abſcedunt Plin. 2, 17 pr. Ouid. Met. 6, 362 Minasque Ni procul abſcedat, conuiciaque inſuper addunt. Nep. 11, 2, 5 Non prius Thebani Sparta abſceſſiſſent. *Add.* 15, 9, 1. Sil. Ital. 10, 17 Abſceſſere retro. Hac, *laudatur* Plaut. Aſin. 9 Abſceſſit e conſpectu meo Plaut. Capt. 2, 3, 74. Illorum nauis longe in altum abſceſſerat Plaut. Rud. Pr. 66. Cic. de Diuin. 2, 37, c. 16 Caput eſt in iecore: cor in extis Iam abſcedet ſimul ac molam et vinum inſperſeris. Abſcedit ſol hieme Plin. 18, 28 ſ. 68. Somnus abſceſſit Ouid. Faſt. 3, 307. Ouid. Met. 5, 376 Pallada nonne vides iaculatricemque Dianam Abſceſſiſſe mihi? Liu. 26, 7, 2 Abſcedere irrito incoepto, et mouere a Capua ſtatuit caſtra. Munere abſcedere *laudatur* Liu. 9, 13. *De pecunia*, Plaut. Perſ. 4, 4, 1191 Decem accedent minæ. D. abſcedent enim, non accedent. ¶ 2 Abſcedere, *transfertur ad animum.* Plaut. Merc. 1, 2, 29 Aedepol tu calidam picem bibito, aegritudo, abſceſſerit. Ter. Hec. 5, 2, 14 Id leve eſt, cito ab eo haec ira abſcedet. ¶ 3 Abſcedere *etiam dicitur, quod incipit in abſceſſum ſeu apoſtema verti.* Sub lingua aliquid abſcedit Celſ. 7, 12. Idem 5, 18 Malagma ad ſupprimendum omne quod abſcedit. *Item.* Satisque omnia abſcedentia digerit murex combuſtus 2, 5. ¶ 4 Abſceſſem, *pro* Abſceſſiſſem Sil. Ital. 8, 109. - - - nec abſceſſem thalamo, ni magna minatus, etc. ¶ 5 Abſceditur, Imperſ. Liu. 27 Sed literae Marcelli negantis e republica eſſe, veſtigium abſcedi ab Annibale, curam iniecerant ne, etc. Nec ante abſceſſum eſt, quam Liu. 29, 2, 16. Tacit. Ann. 1, 63 Inde hoſtibus terror, fiducia militi, et manibus aequis abſceſſum.

ABSCĒDENS, *Partic.* [ἀφιςὰς] Vnde abſcedentia et prominentia in picturis Vitru. in praef. lib. 7. Abſcedente vſufructu. Caius in l. An vſusfructus. D. de vſufruct. An vſusfructus nomine actio municipibus dari debeat, quaeſitum eſt. Periculum enim eſſe videbatur, ne perpetuus fieret: quia neque morte neque facile capitis deminutione periturus eſt. Qua ratione proprietas inutilis eſſet futura, ſemper abſcedente vſufructu.

ABSCESSVS, ûs. m. Verbale. [ἀπόςασις] Receſſus. Cic. de Nat. Deor. 1, 24 c. 10 Longinquo ſolis abſceſſu. *Huic ibi contrarium eſt* Appulſus. Virg. Aen. 10, 445 At Rutulûm abſceſſu *etc.* ¶ 2 Abſceſſus *dicitur etiam concurſus mali humoris in aliquam partem corporis, ex quo ſuppuratio fit, quam Graeci vocant* apoſtema. Celſ. 5, 18 Prodeſt impoſitum minutis, maioribusque abſceſſibus. *Ib.* In incipiente abſceſſu 5, 7.

ABSCESSIO, onis. f. [ἀποβολή] Idem. Cic. de vniuerſitate c. 12. Cumque ad corpora neceſſitate acceſſio fieret, tum abſceſſio neceſſe erat, etc.

ABSCĪDO, īdi, *ex* abs *et* caedo, *idem ſignificat quod* abſcindo [περικόπτω, ἀποκόπτω] Ouid. Met. 12, 362 Abſcidit iugulo pectusque humerumque ſiniſtrum. Abſcidit vultus enſis vterque ſacros Mart. 3, 66. Vitae bona proiecit atque abſcidit Sen. Phoeniſſ. 194. *Add.* Lucan. 4, 503 *vbi pro Abſcindit*, *Gronou. ex* MSS. *legit*, Abſcidit. Huic abſcide caput, crux iſtum tollat in auras Prud. Hippol. 65. *vid.* Gronou. ad Liu. 44, 5. Nic. Heinſ. ad Prud. Apoth. v. 1060. Pareus Lex. Crit. p. 11. Io. Rhod. ad Scribon. Larg. Comp. 100 p. 164. qui *plurimis locis hoc verbum et eius coniugata reſtituunt e* MSS. *Idem de MSS. et antiquis editionibus Palladii obſeruat Geſnerus in Lexico Ruſt. h. v. Ad horum etiam obſeruationes pertinent, quae damus mox in* Abſciſus, Abſciſe. *Impreſſi variant.* Lactant. 1, 2, extr. Quomodo potuit — coelum a tempore abſcidi *i. caſtrari: et mox* c. 13, pr. Hominem ab homine abſciſum. *Vid. Munker. ad* Fulgent. Mythol. 1, 2 et 3, 5.

ABSCISVS, a, um. Vt Funes abſciſi Caeſ. Bell. Gall. 3, 14. Caput abſciſum Liu. 4, 19. Saxum abſciſum Idem 32, 4. *Comp.* Praefractior atque abſciſior iuſtitia, *i. rigidior.* Val. Max. 6, 5. 4, ext. Idem 3, 8, 3 Abſciſo reſponſo, *hoc eſt praeciſo.* Id. 6, 4, 3 Quam efficax eſt animi ſermoniſque abſciſa grauitas. *vid. Drakenb. ad* Sil. 15, 473. *Burm. ad* Vell. 2, 66, 2.

ABSCISE, Adu. *idem quod breuiter.* Val. Max. 3, 7, ext. 6 Si verba numeres, breuiter et abſciſe: ſi ſenſum aeſtimes, copioſe et valenter.

ABSCISIO, onis. *vid.* Abſciſſio.

ABSCINDO, ĭdi, iſſum, ere. [ἀποκόπτω, ἀποτέμνω,] Heſperum Siculo latus abſcidit aruaque et vrbes Virg. Aen. 3, 418. *Sic* Ouid. Met. 1, 22 Nam coelo terras, et terris abſcidit vndas. Lucan. 3, 471 Abſcidit impulſu ventorum adiuta vetuſtas. Partem meam neceſſe eſt abſcindam Petro. c. 80. Intremuit nubes eliſosque abſcidit ignes Id. c. 122 *Vi quadam auferre partem, vt* Cic. Verr. 5, 3 c. 1 Tunicamque eius a pectore abſcidit, *i. laceratam auulſit de M. Antonio et Aquilio.* Idem Phil. 11, 5 c. 2 Poſt ceruicibus caput abſcidit. Liu. 9, 23 Nos omnium rerum reſpectum, præterquam victoriae nobis abſcindamus. Cic. Att. 2, 7 Alteram (orationem) non libebat mihi ſcribere, quia abſcideram, *i. abruperam.* Quinctil. 8, 3, 23 Cum haec exercitatio laboret incredibili verborum faſtidio, ac ſibi magnam partem ſermonis abſciderit, *i. interdixerit, vti nolit.* Id. 8, 3, 85 Abſcinditur vox per ἀποσιώπησιν. ¶ 2 *Vbi in Editis*, Abſcindo, *ſaepe MSti legunt*, Abſcido, *vbi vid.*

ABSCINDENS, entis. Virg. Georg. 2, 23 Hic plantas tenero abſcindens de corpore matrum.

ABSCISSVRVS. Quinct. 12, 1, 20 *de Cicerone*, Fortaſſe inuenturus, quod adhuc abſciſſurum putem fuiſſe.

ABSCISSVS, a, um. Partic. [ἀποκοπεὶς] *vi quadam ſeparatus.* Militibus ceruices abſciſſae Hirt. B. Hiſp. c. 20. Caput abſciſſum Hor. Sat. 2, 3, 303. Exercitus in duas partes abſciſſus Caeſ. B. C. 3, 72. Abſciſſa a continenti inſula Plin. 4, 1. Vox publica abſciſſa Vell. 2, 66, 2 *de Cicerone, ſed al. legi iubent*, Abſciſa. Abſciſſa vox *per apoſiopeſin* Quinct. 8, 3, 85 *vid.* Abſciſſio. Abſciſſus ſonus vocis Scribon. Comp. 74. *i. interceptus.* Liu. 25. . . . Nec ferme quicquam ſatis arduum aut abſciſſum erat, quod hoſti aditum aſſenſumue difficilem praeberet, *i. abruptum. Legitur vulgo.* Cic. de provin. conſul. 3, 34 c. 14 Impolitae vero res et acerbae ſi erunt relictae, quanquam ſint abſciſſae, tamen efferent ſe aliquando, et ad renovandum bellum reuireſcent. *Sed melius Grut.* accisae. Liu. 35, 45 Nec niſi abſciſſa omni ſpe auxilium Antiochi imploraturos fuiſſe. *Add.* 26, 30 Abſciſſa caſtigatio, *pro dura et aſpera.* Val. Max. 2, 7, 14 *de Africano poſteriore.* Aſpero enim et abſciſſo caſtigationis genere militaris diſciplina indiget. *Sed* Abſciſo *hic et ſaepe alias edi curavit Torrenius.* Quinctil. 9, 4, 118 Cur alia paucioribus verbis ſatis plena, vel nimium, alia pluribus breuia et abſciſſa ſunt? ¶ 2 Abſciſſi, *quibus exſecta ſunt virilia.* Namque Senatusconſulto prohibitum erat, ne abſciſſi, vtpote ſemiuiri, aut lenones, quaerendi iuris, aut poſtulandi cauſa, tribunalia adirent. *Haec neſcio vnde* Alex. ab Alex. 5, 4 *neque quidquam ibi Tiraqu.* Abſciſſior, compar. Val. Max. 6, 5, 4 *etc.* Praefractior et abſciſſior iuſtitia. *Al.* Abſciſior, *quod vid. in* Abſciſus.

ABSCISSE, Adu. vel ABSCISE, *fixe, praeciſe*, [ἀποκεκομμένως] Calliſtratus in l. Semper, de iure immunita. Demonſtratur varie, nec abſciſſe, numerum liberorum ad excuſationem municipalium munerum prodeſſe, etc.

ABSCISSIO, onis. [ἀπόκοψις] Auct. ad Herenn. 4, 67 c. 54 Significatio eſt, quae plus in ſuſpicione relinquit, quam poſitum eſt in oratione. Ea fit per — abſciſſionem — ſi, cum incipimus aliquid dicere, praecidimus, et ex eo, quod iam diximus, ſatis relinquitur ſuſpicionis. *Vid. paullo ante* Abſciſſa vox. Abſciſio vocis Scribon. Comp. 72, 100. *i. interceptio. vid. Rhod. Lex. Scrib.*

ABSCONDO, i, ſum et ĭtum [ἀποκρύπτω.] *Remotum a conſpectu condere vel occultare.* Cic. pro Roſc. Am. 121 c. 41 Quod quo ſtudioſius ab ipſis opprimitur, et abſconditur, eo magis eminet et apparet. Lucret. 1, 903 Quod ſi tanta foret ſyluis abſcondita flamma. Plaut. Ciſt. 1, 1, 65 In latebras abſcondas pectore penitiſſimo tuam ſtultitiam. Virg. Georg. 1, 221 Ante tibi Eôae Atlantides abſcondantur, *i. occidant.* Abſcondere fugam furto, Virg. Aen. 4, 337 *eſt, furtim et ſecreto fugere.* Crimen Sen. in Hippol. 5, 2. In terram Colum. de arboribus 7, 3 Reliquas (gemmas ſurculi) quae in terram abſconduntur, fac abradas. ¶ 2 *De Praeterito huius* verbi. Non. 2, 59 Abſcondit, pro abſcondidit. Caecil. Exule, nam hic in tenebris intus ſeſe abſcondit. Pomponius Maccis geminis, Perii, non puellula eſt. Nunquid abſcondiſti inter nates? *De eodem* Priſcia. l. 10 p. 890 Abſcondidi. Plautus in Carbonaria, Secundum ipſam aram aurum abſcondidi. *Sic etiam* Sil. Ital. 8, 191 Donec arenoſo (ſic fama) Numicius illam Suſcepit gremio, vitreisque abſcondidit antris. *Sed* Abſcondiſſe epiſtolam Gell. 17, 9. Fumus quaſi quadam nube abſconderat coelum Curt. 6, 6, 30.

ABSCONDĬTVS. Partic. [ἀπόκρυφος] Cic. 4, 1 Verr. Non obſcurum opinor, neque abſconditum. Id. Phil. 2, 108 c. 42 Modo regnantem Caeſarem videramus. Erant forte gladii, ſed ii abſconditi, nec ita multi. Id. Cat. 3, 3 c. 1 Quemadmodum in tantis tamque abſconditis inſidiis ſalui eſſe poſſemus. Id. pro Domo 138 c. 54 Nihil me — de abſcondito iure Pontificum dicturum. Ad Her. 4, 9 c. 6 Si, qui ſe fontes maximos, penitus abſconditos aperuiſſe dicat. Quod ſi tanta foret ſyluis Abſcondita flamma Lucret. 1, 903.

ABSCONSVS, aliud Partic. Iul. Firm. 3, 8 Mercurius veſpertinus faciet aurifices, aut foſſores auri, aut abſconſarum quarundam artium magiſtros. *Paulo poſt*, Faciet alieni patrimonii heredes, & qui caſu abſconſas inueniant facultates. *Idem aliis quoque locis hoc participio vtitur: melioribus autem auctoribus inuſitatum eſt.*

ABSCONSE, Adu. Latenter. Vet. Interpr. Irenaei 4, 40 Cogitabat abſconſe dimittere eam. Item Hygin. Fab. 184 Filium infantem Merope mater abſconſe ad hoſpitem in Aetoliam mandauit.

ABSCONSOR, Firmic. 3, 8, 5 Mercurius abſconſores auri et diuitiarum faciet. *Et* c. 11 Pecuniarum abſconſores faciet.

ABSCONDĬTOR, Firmic. 5, 15 Mercurius homines faciet ſimulatores, multae cogitationis ac rerum humanarum abſconditores. Nec reuelator ipſe erit, qui abſconditor non fuit Tertull. adu Marc. 4, 25.

ABSCONSIO, [ἀπόκρυψις.] *Laudatur* Plin. 8, 16 ſ. 19 Velut deputans abſconſione turpitudinem. *Verum libri omnes*, Acerrimo curſu fertur velut abſcondente turpitudinem loco.

ABSCONDĬTE, Adu. [κρυφίως] *Occulte.* Cic. de Inuent. 2, 69 c. 23 Abſoluta pars generis iuridicialis eſt, quae ipſa in ſe, non vt negotialis implicite et abſcondite, ſed patentius et expeditius recti et non recti quaeſtionem continet. *Add.* de Fin. 3 c. 1.

ABSEGMEN, inis. Penitam offam Naeuius appellat abſegmen carnis cum coda Feſt. in P.

ABSENS, ABSENTO, In ABSVM.

ABSĬLIO, īre. [ἀποπηδάω] *Ex* ab *et* ſalio, ſaltu alicunde recedo. Lucret. 6, 1215

Multaque humi cum inhumata iacerent corpora ſupra
Corporibus, tamen alituum genus atque ferarum
Aut procul abſiliebat, vt acrem exiret odorem.

Nidosque tepentes Abſiliunt (metus vrget) aues Stat. Theb. 6, 97.

ABSIMILIS, [ἀνόμοιος] *Multum diſſimilis. Fere iungitur negatiuis particulis*, nec, neque, non, et haud. Colum. 6, 17, 2 Odoris grauis, neque abſimilis bitumini. Suet. in Othone, 1 Non abſimilis Tiberio principi fuit. Argentarios, neque alios vllus abſimiles eis, edere rationes cogit Gaius l. 10 §. 1 ff. de Edendo.

ABSINTHIVM, i, n. *male ſcribitur* Abſynthium: *eſt enim Gr.* ἀψίνθιον, *herba nobiliſſima. Phraſeologiam huius nominis diſcas ex iſtis* Plin. 27, 7 ſ. 28 Abſinthii genera ſunt plura: Santonicum appellatur a Galliae ciuitate, Ponticum a Ponto, vbi pecora pingueſcunt illo, et ob id ſine felle reperiuntur. — Latinarum feriis — victor abſinthium bibit. — Sapor eius in vina transfertur. Bibitur et decoctum aqua. — Bibitur et madefacti dilutum. — Deinde coctum — iterumque percolatum. — Crudum bibitur. — Veſtibus inſertum tineas arcet. — Atramentum librarium ex diluto eius temperatum literas a muſculis tuetur. Id. ſ. 29 Eſt et Abſinthium Marinum, quod quidam Seriphium vocant. — Huius ramum Iſiaci praeferre ſolenne habent. Anguſtius priore, minusque amarum etc. Lucret. 1, 943 Sed veluti pueris abſinthia tetra medentes Cum dare conantur — perparet amarum Abſinthi laticem. *Repetit* 4, 11, *et ex eo* Quinct. 3, 1, 4 *vbi addit*, Sed nos veremur, ne parum hic liber mellis, et abſinthii multum habere videatur, ſitque ſalubrior ſtudiis quam dulcior. Abſinthia tetra etiam vocat Lucr. 4, 122, it. 2, 400. Id. 6, 930 Dilutaque contra Cum tuimur miſceri abſinthia, tangit amaror. Ouid. Triſt. 5, 13, 21 Cana prius gelido deſint abſinthia Ponto. *Et ex Ponto* 3, 8, 15 Triſtia deformes pariunt abſinthia campi. ¶ 2 Abſinthium grauem *genere maſculino dixit* Varro *apud* Non. 3, 4.

ABSINTHIATVS, a, um, *abſinthio conditus, vt* Sen. Suaſor. 7 pr. Hoc ſi tamen recta via conſequi non potero, decipere vos cogar, veluti ſalutarem pueris daturus potionem abſinthiati poculi. *Abſolute poſuit.* Abſinthiatum Apic. 1, 3. Lamprid. Elag. 21 Roſato atque abſinthiato vulgus ad bibendum inuitauit. *Sed fluctuat hic lectio*, abſinthio, abſinthato, abſentato *aliis legentibus.*

ABSINTHITES, ae, m. [ἀψινθίτης *intellecto* οἶνος, *vnde etiam Latinis maſculino genere effertur*] *vinum abſinthio conditum, quod docet facere* Col. 12, 35. *Add.* Plin. 14, 16 ſ. 19 n. 5. Id. 23, 1 ſ. 26 Quis ſatius cenſeat abſinthite vino vtendum potius, quam abſinthio ipſo. *Meminit etiam* 20, 7 ſ. 26. Scribo. Comp. 192 *dicit* abſinthium potum cum vino.

ABSIS, idis. *vid.* APSIS.

ABSISTO, ſtiti, ere. [ἀποστατέω] *A loco vel a re aliqua diſcedere. Cui opponitur Aſſiſtere.* Licet alti vulneris orae Abſtiterint Grat. Cyneg. 352 *i. hient. Fere iungitur ablatiuo ſine praepoſitione.* Virg. Aen. 6, 258 - - - procul ô procul eſte prophani, Conclamat vates, totoque abſiſtite luco. Bello abſiſtere Horat. Sat. 1, 3, 104. Tacit. Hiſt. 4, 32. *Vid. Drak.* ad Sil. 2, 325. Conatu Liu. 33, 5. Furore Liu. 37, . . Incoepto Liu. 31, . . Imperio Liu. 38, . . Oppugnatione, vel obſidione Liu. 24, 34 *et* 37, 17. Pugna Liu. 31, . . Spe Sil. Ital. 16, 223 ſq. ¶ 2 *Sunt et aliae conſtructiones, v. g.* Plin. 2, 8 Ab ſole nunquam abſiſtens partibus ſex atque quadraginta longius, *de ſidere Veneris.* Abſiſtere, *cum gerundi verbo pro ablatiuo. Laudatur* Liu. 24, 34 Abſiſtere obſidendo. *Sed totus locus ſic habet:* Quum omnis conatus ludibrio eſſet, abſiſtere oppugnatione, atque obſidendo tantum arcere terra marique commeatibus hoſtem placuit. *Certius eſt ergo* Abſiſte precando Virg. Aen. 8, 403. Abſiſtere, *ſine caſu, pro deſinere.* Virg. Aen. 1, 192 Nec prius abſiſtit, quam ſeptem ingentia victor Corpora fundat humi. Abſiſtere, *cum infinitiuo, pro deſinere.* Benefacere ne ingratis quidem abſiſtam Liu. 36, 35. Nec prius abſtitimus ferrum exercere Ou. Met. 12, 534. Virg. Aen. 6, 399 - - - Abſiſte moueri. Colum. 12, 19, 4 Nec abſiſtat id facere. Abſiſtitur, Imperſ. [ἀποστατεῖται] Liu. 21, 6 Legati miſſi Carthaginem, ſi non abſiſteretur bello, ad ducem ipſum in poenam foederis rupti depoſcendum.

ABSISTENS, [ἀποστατῶν] Liu. 24, 20 Tamen ſpe labefactandae fidei haud abſiſtens, Salapiam tendit.

ABSOCER, eri. m. Socero, proſocero, et item alio proſocero, et duobus abſoceris COSS. Capitol. in Gordian. c. 2.

ABSOLESCO, *ex ſolito inſolitum fieri.* Tertull. Exhort. Caſt. cap. 6 Abſoleſcit Creſcite illud et multiplicamini. conf. Not. Iun.

ABSOLVO, ui, utum, ere. [ἀπολύω, ἀπαλλάττω] *Liberare, de omni quod ex nexu aut concluſione aliqua liberatur, aut editur.* Seuer. Aetna 346 Corpora diripiat, validoque abſoluerit arcu. *i. a fornice ſoluat, vti decidant. Quo non liceret* matribus, Quum pondus alui abſoluerent, Puerile pignus tollere Prud. Hymn. Epiphan. 145. *i. parerent. Hic igitur vim primam et propriam habet hoc verbum. Sic* liberare *ſimpliciter eſt in illo* Tac. A. 4, 23, 1 Is demum annus populum Ro. longo aduerſum Numidam Tacfarinatem bello abſoluit. Apul. Met. 1 p. 106 extr. Elm. Sic illa propitiata totam ciuitatem abſoluit, *i. poena iam inflicta liberauit.* *Et* de habit. doctr. Plato p. 6, 12 Animam — non — perituram cum corpore fuerit abſoluta. *Sed* ¶ 2 *multiplicem habet vſum: ſed maxime ad iudicia refertur, vbi Contrarium eius eſt* damnare. *Varium vſum et conſtructionem exemplis age doceamus:* Cic. Verr. 4, 100 c. 45 Seruus ille innocens omnibus ſententiis abſoluitur. Id. Verr. 1, 72 c. 28 Non te abſolutum eſſe improbitatis, ſed illos damnatos eſſe caedis. Ad Heren. 2, 19 c. 13 C. Caelius iudex abſoluit iniuriarum eum, qui Lucilium poëtam in ſcena nominatim laeſerat. *Sic* Abſolui maieſtatis Cic. pro Cluentio. *In hoc genere ſubauditur aliquis ablatiuus, vt,* crimine: *ſicut et in verbis accuſandi, cum iunguntur genitiuo. Ablatiuus cum vel ſine praepoſitione adiicitur:* Liu. 2, 8 pr. Latae deinde leges, quae conſulem regni ſuſpicione abſoluerent. *i. vnde intelligeretur, falſo illum in ſuſpicionem illam veniſſe.* De praeuaricatione Cic. ad Quint. frat. 2, 16. *Elegans eſt illud* Cic. Verr. 2, 22 c. 8 Hunc hominem Veneri abſoluit, ſibi condemnat. maluit videlicet homines peccare, quam deos. *Nempe a calumniatore accuſandum curauerat; abſoluit acceptis numis.* Tac. H. 2, 60 Vitellius credidit de perfidia, et fidem abſoluit. *i. credidit perfidos fuiſſe Paullinum et Proculum, quod illi neceſſitate quadam fingebant, et* fidem *earum in Othonem, quam puniturus erat, ſi credere perexiſſet, quia negabatur*, abſoluit. Cic. pro Roſc. Com. 3, 6 c. 12 Cur tam imperite facit, vt nec Roſcium ſtipulatione alliget, neque a Fannio iudicio ſe abſoluat? *vbi non iudicis eſt, ſed eius, qui cauet, ne in iudicium vocari poſſit.* Cic. ad Quint. frat. 2, 5 Senatorum vrna copioſe abſoluit, *i. multis ſententiis.* Hor. Sat. 2, 3, 279 - - - - an commotae crimine méntis Abſolues hominem, et ſceleris damnabis eundem? Luca. 7, 870 Quid totum premitis, quid totum abſoluitis orbem? *O Dii, cur noxium facitis totum orbem, et inſignem Romanis cladibus; et eo ipſo, quod totus eſt madidus caede noſtra, totum purum pronunciatis, et nullam eius partem inſignem eſſe patimini.* ¶ 3 Abſoluere, *eſt Perficere, et rei finem imponere.* [ἀποτελεῖν, διαπράττειν] Cic. Off. 3, 10 c. 2 Vt nemo pictor eſſet inuentus qui Coae Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquit, abſolueret. Varr. R. R. 2, 8, 1 Abſoluta ſunt liba, *i. parata.* Cic. de Nat. Deor. 2, 35 c. 13 In omni natura neceſſe eſt abſolui aliquid aut perfici. Id. ad Att. 13, 19 Dialogos confeci et abſolui. *Et* de Fin. . . . . Quae coniuncta cum honeſtis, vitam beatam perficiant et abſoluant. Cic. de Fin. 2, 105 c. 32 Nec enim abſolui vita beata ſapientis, neque ad exitum perduci poterit. Abſoluere Bellum Lucan. 2, 250. *Creditorem*, Ter. Adel. 2, 4, 13 Ego ad forum ibo, vt hunc abſoluam, *Vbi* Donatus, Id eſt, vt hunc reddito illi pretio dimittam. *Add. ib.* v. 18. Plaut. Epid. 5, 1, 25 Age, age, abſolue atque argentum numera, ne comites morer. *Et* Amph. 5, 1, 4 Quaeſo abſoluito hinc me extemplo, quando ſatis deluſeris. Diem, *i. vitam finire dixit* Auienus v. 455. Terentianus Maurus p. 2422 *Putſch.* Tantam noſtra nequit menſura abſoluere Litem, *i. dirimere.* Martial. 1, 83

Haec quae puluere diſſipata multo
Longas porticus explicat ruinas,
En quanto iacet abſoluta caſu! *i. quanto crimine liberata, quod non oppreſſit ruina ſua herum, qui paullo ante exierat.*

Abſoluere nauem, *pro* ſoluere, *quod laudant* Plaut. Milit. 4, 7, 17 *nihil eſt. Eſt enim in omnibus libris*, ſoluere. Varro. de R. R. 2, 2, 1 Sed quoniam nos noſtrum penſum abſoluimus. *vid.* Penſum *in* Pendo. Pignus, pro luere pignus. Paul. Sentent. 2, 5. Creditor ſi ſimpliciter ſibi pignus depoſitum diſtrahere velit, ter ante denuntiare debitori ſuo debet, vt pignus abſoluat, ne a ſe diſtrahatur. Varro de R. R. 2, 11, 1 Quoniam promiſſa abſoluimus, eamus. Valuulas ſtabuli abſolue Apul. *adſcribitur.* Abſoluere, Finire. Plaut. Rud. 3, 2, 39 Vno verbo abſoluam, leno eſt. Salluſt. Cat. 38, 3 Namque vti paucis abſoluam. Catil. 4, 3 Igitur de Catilinae coniuratione quam veriſſime potero, paucis abſoluam. Abſoluere, *pro vitam adimere* Plaut. Capt. 3, 5, 73 Diu ego nunc cruciabo, non vno abſoluam die. *Huc referendum videtur illud* Cic. Fam. 9, 21 extr. Iam pater eius accuſatus a M. Antonio ſutorio atramento abſolutus putatur. *Placet enim Manutii coniectura, praeuertiſſe hunc hominem — veneno ſumto damnationem.* ¶ 4 *Singularis eſt ratio Solin.* c. 8 (Salm. c. 2 p. 10, B.) Bocchus abſoluit, Gallorum veterem propaginem Vmbras eſſe. *i. narrat, vt ſtatim*, M. Antonius refert — Liciniano placet — Par ſententia eſt inter auctores.

ABSOLŪTVS, [ἀπολελυμένος, ἄφετος, ἀπόλυτος, τετελεσμένος] Partic. *proprie* Apul. Met. 6 p. 184, 30 Elm. Nam vbi me conſpexit abſolutum, *de aſino, qui* lorum abruperat. *Et* lib. 9 p. 231, 19 Eumque nodo ceruicis abſolutum detractumque — tradunt ſepulturae. Prudent. Roma. 1110 Anima abſoluta vinculis coelum petit. *Sic* Pall. Mart. 12, 2 Abſoluta tempeſtatibus dies, *Et* 1, 3 Abſoluta nebularum noctibus loca, *i. libera.* ¶ 2 *Senſu iuridiciali praeter iam commemorata.* Omnium ſententiis abſolutus Plin. 18, 6. *it.* Nep. 6, 3, 4. Capitis abſolutus Nep. 1, 7, 6. Tacit. Ann. 3, 38 Caeſar Antiſtium Veterem e primoribus Macedoniae abſolutum adulterii, increpitis iudicibus, ad dicendam maieſtatis cauſam retraxit. ¶ 3 *Eſt etiam perfectus, ad exitum perductus, ſuis numeris omnibus conſtans.* Cic. de Fin. 2, 87 c. 27 Neque appellatur omnino vita beata, niſi confecta atque abſoluta. *Et* de fin. 4, 18 c. 7 His initiis — omnis honeſtas perfecte abſoluta eſt. Plin. 9, 5 Viſum ab his in Gaditano Oceano marinum hominem, toto corpore abſoluta ſimilitudine. Id. 2, 65 Guttae — abſoluta rotunditate cernuntur. *Sic* bonitas, elegantia, nigritia, pila *eidem. Sic* 11, 37 ſ. 55 Adeoque iis (oculis) abſoluta vis ſpeculi. Abſoluta et perfecta elegantia Plin. 2, 4. Numeris omnibus abſolutus. *vid.* NVMERVS. Abſoluta conſtitutio ad Heren. 1, 24 c. 14 aſſumtiuae *opponitur*, cum id ipſum quod factum eſt, vt nihil foris aſſumatur, recte factum eſſe dicemus. *Ita* Cic. de Inu. 2, 171 c. 57 Hoc mihi videor videre, eſſe quaſdam cum adiunctione neceſſitudines, quaſdam ſimplices & abſolutas. ad Her. 2, 37 c. 24 Nam huiuſmodi in rationibus non vniuerſa neque abſoluta, ſed extenuata ratione expoſitio confirmatur. Cic. Partit. 94 c. 26 Conficiens cauſſa alia eſt abſoluta et perfecta per ſe; alia aliquid adiuuans, et efficiendi ſocia quaedam. *In his et ſimilibus formulis* abſolutum *eſt liberum ab omni circumſcriptione, reſpectu, conditione.* ¶ 4 *Attollitur per gradus, vt* Plin. 33, 4 ſ. 21 Nec vllum abſolutius aurum eſt. *Id.* 34, 8 Quo opere nullum abſolutius. Quo ſit abſolutius os, et expreſſior ſermo Quinct. 1, 1 *extr. Superl.* Auct. ad Heren. 4, 26 c. 19 et Macrob. de Somn. Scip. 1, 11 *extr.* Abſolutiſſima puritas. Poëta abſolutiſſimus Dial. de Orator. c. 5. Plin. 35, 10 ſ. 36 n. 6 Pinxit et Heroa abſolutiſſimi operis. Ad Her. 2, 28 c. 18 Abſolutiſſima et perfectiſſima argumentatio.

ABSOLŪTE, Adu. [τελέως] Perfecte. Cic. de Fin. 3, 26 c. 7 Neceſſario ſequitur omnes ſapientes ſemper feliciter, abſolute, fortunate viuere. *Sic* Omnia profluenter, abſolute, proſpere Cic. Tuſc. 5 c. 18 *extr. ſc.* ſuccedunt ſapienti. Cic. Acad. 4, 55 c. 7 Sed vndique perfecte et abſolute ita pares, vt inter eoś nihil prorſus interſit. *Sic* Perfecte atque abſolute beatus. Id. Tuſc. 4, . . . *Et* Suet. de Gram. 4 Vt Graeci grammaticum a grammatiſta: et illum quidem abſolute, hunc mediocriter doctum exiſtimant. Abſolute reſpondere *i. ſimpliciter, ſine conditione etc.* Scaeu. in l. Maeu. 3. D. de ann. leg. 33, 1. *Comp.* Macrob. Somn. Scip. 2, 75 vt abſolutius liqueat. Plin. Epiſt. 4, 27, 2 Nihil generis eiusdem abſolutius ſcriptum. *Superl.* Auct. ad Herenn. 2, 28 c. 19 vt abſolutiſſime vtamur. Abſolutiſſime reſpondere Hieron. ad Pammach. Ep. 61 c. 3 *pr.*

ABSOLVTIO, Perfectio. [τελείωσις, ἀπόλυσις] Cic. de Fin. 5, 38 c. 14 In homine autem ſumma omnis animi eſt, et in animo rationis, ex qua virtus eſt, quae rationis abſolutio definitur. Hanc ego abſolutionem perfectionemque in oratore deſiderans Cic. de Orat. 1 c. 28. *Et* de Inu. 2, 30 c. 9 Habitus in aliqua perfecta et conſtanti animi aut corporis abſolutione conſiſtit. ¶ 2 *Pro liberatione a crimine.* Cic. pro Fonteio, Magna mehercule cauſa, Iudices, abſolutionis cum caeteris cauſſis haec eſt. *Sic* abſolutio maieſtatis Cic. Fam. 3, 11. *Et* ad Qu. Fr. 9 Gabinii abſolutio lex impunitatis putatur. *Et* pro Clu. 74 c. 27 In conſilium erant ituri iudices triginta et duo. Sententiis decem et ſex abſolutio confici poterat. Quinct. 11, 1, 9 Nihil magis profuturum ad abſolutionem Socrati fuiſſe. *Et* ſ. 11 Non fuit hoc vtile abſolutioni, ſed, quod eſt maius, homini fuit. *Abruptius* Tac. Ann. 3, 13, 2 Quod neque conuictum, noxae reo, ſi recentia purgaret: neque defenſum abſolutioni erat, ſi teneretur maioribus flagitiis, *i. Nihil faciebat ad reum abſoluendum.* Reis abſolutiones venditare Suet. Veſp. c. 16. *Add.* Iuſt. 9, 4, 10.

ABSOLVTORIVS, a, um. *quod ad abſolutionem pertinet* [ἀπολυτικὸς] Sententia abſolutoria Aſcon. in Orat. pro Milone *extr.* Sueton. Auguſt. 33 Non tantum duas tabellas, damnatoriam et abſolutoriam ſimul cognoſcentibus dedit.

ABSOLVTORIVM, n. [ἀλεξιφάρμακον] *Remedium abſoluens, ſiue liberans.* Plin. 28, 6 Clauum ferreum defigere in quo loco primum caput defixerit corruens morbo comitiali: abſolutorium eius mali dicitur.

ABSŎNVS, a, um. [ἀπᾴδων, ἀπηχὴς] *Diſſonum, diſcors, diſcrepans: quaſi a ſono alienum, vel ſono abſurdum;* Cic. de Orat. 1, 115 c. 25 Sed ſunt quidam aut ita lingua haeſitantes, aut ita voce abſoni, aut ita vultu motuque corporis vaſti atque agreſtes, vt etiam ſi ingeniis atque arte valeant, tamen in oratorum numerum venire non poſſint. Cic. de Orat. 3, 38 c. 11 Vox extra modum abſona atque abſurda. Litera abſona Quinct. 12, 10, 32. Hor. in Arte Poët. 112 Si dicentis erunt fortunis abſona dicta. *i. Parum conuenientia.* ¶ 2 *Nam* Abſonus, *per metaphoram, eſt alienus, ſiue diſcrepans.* Liu. 7, 2 Nec abſoni a voce motus erant. Liu. 1, 15 Quorum nihil abſonum fidei diuinae originis. Lucr. 4, 520 Si praua eſt regula prima — Omnia mendoſe fieri et obſtipa neceſſum 'ſt, Praua, cubantia, prona, ſupina, atque abſona tecta. Quinct. 6, 3, 107 Illa eſt vrbanitas, in qua nihil abſonum, nihil agreſte, nihil inconditum *etc.*

ABSONE, Adu. Apul. Apol. p. 276, 36 Elm. Abſone et indocte verſus pronuntiare. Gell. 15, 25 Abſurde atque abſone fingere. Non eſt tamen abſone ſuſpicatus Arnob. 2 p. 52.

ABSŎNO, āre. Diſcordare. Cathol. Abſonans, *i.* Abſonus.

Iuſtin. Inſtit. 2, t. 25. Abſonans a iuris ratione codicillorum vſus.

ABSONANTIA, f. Diſcordantia. Cathol.

ABSORBEO, ui et pſi, ptum, ere. [ῥοιβδέω, καταπίνω, ἀμφιχάνω] *Quaſi ſorbendo abſumere. Proprie dicitur de rebus liquidis.* Plin. 9, 35 ſ. 57 Detractum vnionem merſit ac liquefactum abſorbuit. Idem 11, 35 ſ. 41 Araneus omnem humorem abſorbens, ariditatem ampliat. *Audax eſt illud* Luca. 3, 261 At Tigrim ſubito tellus abſorbet hiatu, *itemque* 4, 100 Palus Abſorpſit penitus rupes. *Hinc noua metaphora.* Hor. Sat. 2, 8, 24 Porcius infra Ridiculus totas ſimul abſorbere Placentas. *Et, de vnione, qualem Cleopatrae modo ex* Plin. 9, 35 *memorauimus*, Sat. 2, 3, 240 Scilicet vt decies ſolidum abſorberet, *i. pecuniam tantam vno hauſtu perderet. Ad maris vim etiam pertinet illud* Cic. in Bruto 282 c. 81 Sed hunc quoque abſorbuit aeſtus quidam non inſolitae adoleſcentibus gloriae. *Alia metaphora meretrix dicitur* Hominum ſanguinem abſorbere Plaut. Bacch. 3, 1, 5. Sorbent *Gron. Sed de eadem re.* Acerrime ac aeſtuoſe abſorbet, vbi quemque attigit Id. ib. 3, 3, 67.

ABSORBENS, tis. Vulgat. Ieſ. 14, 29.

ABSORPTVS, Vulg. Interpr. Num. 11, 2. 1 Cor. 15, 54.

ABSORPTIO, f. *Vox haec forte reſtituenda eſt*, Sueton. Neron. c. 27. *vbi vulgati*, Abſortio roſaria. *Intelligi nempe poſſit coena, vbi roſae, vel parati ex roſis liquores abundant.*

ABSORTIO, onis, f. *vid.* Abſorptio.

ABSPOSITVS, a, um. Abspoſitum perdiu reſeruari poteſt Plin. Valerian. 3, 21. *Conf. Barth. Adu.* 4, 21.

ABSPELLO, *vid.* Aſpello.

ABSPVLSVS, a, um. Fronto de Serm. Lat. 1331.

ABSQVE, *Praep. ablatiua* [ἄνευ, χωρὶς, δίχα] *idem notat quod Sine. Nam teſte* Priſcian. l. 14 Absque et Sine habent conſimilem ſignificationem, quae eſt negatiua: vt, Absque iniuria. *Sic* Propoſitio nihil valet absque approbatione Cic. Inuent. 1 c. 36. Epiſtola absque argumento Id. Att. 1, 19. *Sic* Quinct. 7, 2, 44 An etiam, ſi nulla ratione ductus eſt, impetu raptus ſit, et absque ſententia. Plaut. Menaech. 5, 7, 33 Nam absque te ſi fuiſſem hodie, nunquam ad ſolem occaſum viuerem. Ter. Phorm. 1, 4, 11 Nam absque eo eſſet, recte ego mihi vidiſſem, *i. Niſi per eum ſtetiſſet: niſi ille obſtitiſſet.* Idem Hec. 4, 2, 25 Quam fortunatus caeteris ſum rebus, absque vna haec foret. *vid. ibi* Donat. Plaut. Trinum. 4, 1, 13 Nam absque foret te, ſat ſcio in alto diſtraxiſſent. Idem Bacch. 3, 3, 8 Nam absque te eſſet, ego illum haberem rectum ad ingenium bonum. Id. Capt. 3, 5, 96 Quod absque hoc eſſet, qui mihi hoc fecit palam, Vsque offerre natum ſuis me ductarent dolis. ¶ 2 *Pro* Praeterquam *vſurpauit* Solin. c. 46. *de Phoenice*, Poſtera parte purpureus absque cauda in qua roſeis pennis caeruleus inſcribitur nitor, *i. praeterquam in cauda. Ita Graecis quoque ſuum* χωρὶς *adhibetur.*

ABSTANTIA, *vid.* Abſto.

ABSTEMIVS, a, um, *dicitur* ab Abſtinentia temeti, *teſte* Fabio 1, 7, 9 Abſtemius, quia ex abſtinentia temeti compoſita vox eſt, primae relinquet. *Ita legendum puto, et intelligendum S literam relinquendam ſyllabae primae* abs. *Caeterum* abſtemium *Graeci* ἄοινον, Apuleius, *Graecum quaſi interpretatus*, Inuinium Mileſ. 11 p. 268, 25 *vocat.* Vetus Gloſſ. Abſtemius, ὁ μὴ μετέχων οἴνȣ. Ouid. Met. 15, 323 Vina fugit, gaudetque meris abſtemius vndis. Gell. 10, 23 Qui de victu atque cultu Pop. Rom. ſcripſerunt, mulieres Romae atque in Latio aetatem abſtemias egiſſe. Hoc eſt, vino ſemper quod Temetum priſca lingua appellatur, abſtinuiſſe dicunt. *Conf.* Plin. 14, 13. Idem 22, 24 Et mulieribus vini abſtemiis. Prandium abſtemium, Gell. 13, 29. ¶ 2 *Abſtinens ſimpliciter.* Apul. Met. 7 p. 193, 17 Elm. Sauciis illis et crapula vinolentiaque madidis, ipſe abſtemius vinum non ceſſat impingere. *Non hoc vult, nunquam vinum bibiſſe Tlepolemum, ſed modo eo abſtinuiſſe. Sic ne ad vinum quidem refertur* Hor. Epiſt. 1, 12, 7 Si forte in medio poſitorum abſtemius, herbis Viuis. *Sic pro* Sobrio *poſuit* Auſo. Prof. 4, 19 Salibus modeſtus, felle nullo perlitis, Vini cibique abſtemius, *i. parce vino ciboque vtens. Quin* abſtemius *etiam eſt Ieiunus.* Dicitur ante horam ſecundam diei ieiunus adhuc et abſtemius teſtimonium vendidiſſe Apul. Apol. p. 311, 36 Elm. Comparet ſe atque me occupatum cum otioſo, Pranſum cum abſtemio Auſ. Eidyll. 11 praef. *i. ieiuno. Add.* Non. 2, 3 Paulin. Epiſt. 7 Videant ergo qui nos non mane ebrii, ſed veſpere ieiuni, nec heſterno inflati, ſed hodierno abſtemii.

ABSTERGO, is, et ABSTERGEO, es, ſi, ſum. [ἀπομόργνυμι, ἀπομάττω, ἀποτρίβω, ἀποσμήχω] *Tergendo auferre*, purgare. Ter. Eun. 4, 7, 9 Qui abſtergerem vulnera. *Metaphorice ſaepe accipitur.* Aegritudinem abſtergens oratio Cic. Top. 86 c. 22. Cruorem Liu. 1, 41. Cic. fratr. 2, 10 extr. Abſtergebo dolorem. Faſtidium Plin. 20, 5. Fletum Cic. Phil. 14, 34 c. 13. Labellum abſtergeas potius Plaut. Aſin. 4, 1, 52. Catull. ad Iuuent. 100, 7. Multis diluta labella guttis Abſterſiſti omnibus articulis. Luctum Cic. Tuſc. 3, 43. Metum Cic. Fam. 11, 24 it. 9, 16 extr. Moleſtias Cic. de Senect. 2. Pabula amoris Abſtergere ſibi, *ſine cauſſa coniiciunt quidam apud* Lucr. 4, 1057 *pro vulg.* Abſterrere, *v. v.* Pituita abſtergeatur Plin. 17, 27 ſ. 43 Succum ab odoratis fruticibus deſtillantem improbo barbarum villo abſtergere capras, plures tradidere Plin. 12, 17 ſ. 37. ¶ 2 *De remis adhibitum* frangere *ſignificat.* Collidi inter ſe Naues, abſtergerique inuicem remi coeperunt Curt. 9, 9, 16. *vid.* Ind. Freinſh. *et* Detergo.

ABSTERGENS, entis. Cic. in Topic. 86. Oratio aegritudinem abſtergens.

ABSTERGENDVS, a, um. Plin. 21, 10 ſ. 47 Penicilli (ſpongiarum genus) abſtergendae lippitudini vtiliſſimi.

ABSTERSVS, a, um. [ἀποσμηχθεὶς] Valerius, Abſterſis lacrymis. Abſterſus cruor Liu. 1, 41. Abſterſa dolia Plin. 14, 21 ſ. 27. Abſterſa fuligo Cic. Philipp. 2, 91 c. 36. Lacrymae abſterſae Curt. 5, 5, 8. Oculi amiculo abſterſi Id. 6, 9, 33. Abſterſus puluis et ſudor Liu. 3, 26.

ABSTERREO, ui, ĭtum, ēre. [φοβέω, ἀποτρέπω] *Terrore iniecto auertere, arcere, prohibere.* Ter. And. 3, 1, 14 Hanc ſimulant parere, quo Chremetem abſterreant. *ſubaud. a danda filia.* Liu. 2, Abſterrendo ſingulos a concionibus, conciliisque. A pecuniis capiendis homines abſterrere Cic. Verr. 2, 142 c. 58 *Et* pro Planc. 66 c. 27 Neminem a congreſſu meo neque ianitor meus, neque ſomnus abſterruit. Supplicem abſterrere a ſe, *i. Reiicere et excludere.* Cic. Antequam iret in exil. 24 c. 10. Plaut. Trucul. 2, 1, 41 Vt de frumento anſeres clamore abſterret et abigit. Hor. Sat. 2, 5, 83 Vt canis a corio nunquam abſterrebitur vncto. Plin. 8, 16 ſ. 18 Quia caeteri metu ſimilis poenae abſterrerentur eadem noxa. Cic. de Orat. 3, 164 c. 41 *ex vet. poëta*, Quidnam eſt obſecro? Quid te adiri abnutas? Melius eſſet, vetas, prohibes, abſterres. ¶ 2 Abſterrere ſibi pabula amoris, *i. A ſe repellere et abigere.* Lucret. 4, 1057 *Coniiciunt quidam* Abſtergere. *Sed etiam alias ita loquitur, nempe* 4, 1227. Nec diuina ſatum genitalem numina cuiquam Abſterrent. *i. Liberorum generationem impediunt, et ſemen genitale auferunt. Et* 5, 844 Quoniam natura abſterruit auctum, Nec potuere cupitum aetatis tangere florem, *i. impediuit incrementum.*

ABSTERRĬTVS, Partic. Liu. 5, 41 Inde rurſus ipſa ſolitudine abſterriti.

ABSTĬNEO, ui, entum, ēre. [ἀπέχομαι, ἀφίσαμαι] *Eſt ab aliqua re omnino vel ad tempus ſe cohibere: Quaſi ſe* tenere abs *re illa: vt* Abſtinet furto, *qui non furatur:* Abſtinet vino, Venere, voluptate, *qui iis rebus non vtitur:* Abſtinuit coena, *qui non coenauit, etc. Ponitur autem vel adiecto* ſe, *vel omiſſo: vel cum praepoſitione vel ſine ea. Vt* alieno abſtinere Suet. Tit. c. 6. Ab alieno Cic. Verr. 5 c. 2. Liu. 8, 2 Ne Campani quidem his ſe Armis abſtinuere. Hor. A. P. 379 Ludere qui neſcit, campeſtribus abſtinet Armis. Ouid. Epiſt. 17, 98 Eſt virtus placitis abſtinuiſſe Bonis. Se a cantu Plin. 10, 55 ſ. 76 *de gallis gallinaceis.* Plaut. Aulul. 4, 1, 15 Qui ea curabit, abſtinebit. Cenſione bubula, *i. loris bubulis non caedetur.* Cibo ſeſe Caeſ. Bell. Gall. 8, 44. Cibo ſe Nep. 25, 22. Culpa Plaut. Menaech. 5, 2, 18. Comitiis Plin. Paneg. 63, 5. Dedecore ſe nullo Cic. Fin. 3, 38 c. 11. Dicto, facto Sall. Iug. c. 64. Dono, munere, xeniis, pactione Plin. Epiſt. 5, 14, 8. Faba Pythagorei Cic. de diu. 2, 119 c. 58. Vxor ab Hereditate abſtinuit. in l. Thais. §. Stichus. D. de fideicom. liber. Honore ſemper expetito Plin. Pan. 58, 6. Imperio Iuſtin. 1, 1. Iniuria Cic. Off. 3, 72, c. 17. Inſectatione ne principum quidem virorum abſtinuit Sueton. de Clar. Gram. 9. Inſpectione rationum ſuarum Plin. Epiſt. 10, 57. Inuentis Hor. A. Poët. 170. Litibus et Iurgiis Cic. de Diuin. 1, 102 c. 45. Se maledictis Cic. ad Brut. Ep. 17. Plaut. Milit. 4, 7, 26. Maris cauſſa hercle iſtoc ego oculo vtor minus: Nam ſi abſtinuiſſem a mare (*ambigue pro* amare) tamquam hoc vterer. Muraenis Cic. Fam. 7, 27. A nefario ſcelere Cic. Philipp. 2, 5 c. 3. Negotiis, *i.* Nulla negotia tractare Celſ. 3, 22. A negotiis Suet. Tib. c. 50. Oſtreis Cic. Fam. 7, 27. Peccatis Plin. Ep. 8, 22, 2. Pecuniis Cic. Att. 9, 6. Cic. Ac. 4, 55 c. 17 Confugis ad Phyſicos eos, qui maxime in Academia irridentur; a quibus ne tu quidem iam te abſtinebis, *i. quos tu ridebis ipſe quoque.* Praelio Caeſ. Bell. Gall. 1, 22. Tacit. An. 3, 3 Tiberius atque Auguſta Publico abſtinuere, inferius Maieſtate ſua rati, ſi palam lamentarentur, *i. non prodierunt in publicum. Add.* Suet. Claud. c. 36. Pugna Liu. 2, 45. Rebus vrbanis te abſtines Plaut. Caſin. 1, 13. Seditionibus Liu. 3, . . . Tactu Virg. Aen. 7, 618. Venere et vino Hor. in Arte Poët. 414. Verbis nudis Plin. Epiſt. 4, 14. Vino Plin. 28, 7. Virgine Ter. Hec. 1, 2, 63. Se a Vitiis Cic. Verr. 3, 4. Liu. 1, 15 Vrbe valida, muris et ſitu ipſo munita abſtinuit. ¶ 2 *Praeter ablatiuum rei, a qua abſtinetur, cum vel ſine praepoſitione poſitum, frequentiſſime adiicitur accuſatiuus perſonae, vel rei.* e. g. Abſtinere aegrum cibo, *apud Celſum frequenter.* Abſtinet tutor pupillum hereditate patris. Papin. in l. tutores. §. aduerſus. D. de adminiſt. tut. Abſtinet ſe nepos hereditate aui. Paul. in l. ſi quis filium. D. de adquirenda hereditate. Plaut. Men. 5, 6, 20 Metum vt mihi adhibeam, culpam abſtineam, *int.* a me. Abſtinere manum alieno Cato de R. R. 5, 1. Cic. de Orat. 1, 194 c. 43 extr. Coërcere omnes cupiditates, noſtra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abſtinere. Id. Verr. 4, 35 a Siculorum argento cupiditatem aut manus. *Et* 71 a Capitolio. *Et* 1, 93 c. 37 a tutela, a pupillo, a ſodalis filio. Cic. in Verr. Act. 1, 36 c. 12 Abſtineant in hoc iudicio manus, animosque ab hoc ſcelere nefario. *Haec ad fraudem, furta corruptionem. Ad vim et necem adeo refertur.* Cic. Tuſc. 4, 79 c. 37 Qui cum interemiſſet Clytum familiarem ſuum, vix a ſe manus abſtinuit, *i. Vix ſe cohibuit, quin ſibi mortem conſciſceret.* Idem Phil. 12, 26 c. 11 Nunquam profecto a me ſacrilegas manus atque impias abſtinebit. Id. in Vatin. 10 c. 4 Ita impudenter, vt manus a te homines vix abſtinere poſſint. *Et* ad Att. 3, 7 Quod me ad vitam reuocas, vnum efficis, vt a me manus abſtineam. *Sed* Ter. Adel. 5, 2, 6 Non manum abſtines maſtigia? *eſt puellae petulantiam ſeruilem coërcentis: vt etiam* Plaut. Rud. 2, 4, 11. Potin' vt me abſtineas manum? *per ellipſin praepoſitionis: vt* Liu. 1, 1 Iam primum omnium ſatis conſtat, Aenea atque Antenore, omne ius belli Achiuos abſtinuiſſe. *Sic* ab ſociis ſuis non abſtinere iniuriam Liu. 42, 26. *Sic* idem Liu. 7, 27 Ab aede tantum Matris Matutae abſtinuere ignem. *Et* 8, 19 Denuntiatumque Samnitibus, vt eorum populorum finibus vim abſtinerent. *Paulo poſt*, Orare ſe Conſulem, vt bellum ab innoxio populo abſtineat. *Sed plane* Hor. Sat. 2, 3, 202 - - - abſtinuit vim Vxore et gnato. *vid. Burman. ad* Petron. c. 112 p. 519. ¶ 3 *Sunt etiam aliae formae notabiles.* Lucan. 4, 242 - - - a trepido vix abſtinet ira magiſtro, *i. Ipſe iratus vix abſtinet. Cum infinitiuo* Plaut. Curcul. 1, 3, 24 Dum mihi abſtineant inuidere. Quando ita praefari non abſtinuerit Suet. Tib. c. 23 Si ſe imber abſtineat Pallad. Feb. 24, 5 *i. ſi non pluat.* Sueton. de Clar. Gram. 3 Vt ne clariſſimi quidem viri abſtinuerint, quominus et ipſi aliquid de ea ſcriberent. Abſtineto irarum et rixae Hor. Od. 3, 27, 69 [Graec. ἀπέχου τῶν ὀργῶν] Ter. Heaut. 2, 3, 132 Gemitus, ſcreatus, tuſſis, riſus, abſtine. Abſtine — iam ſermonem de iſtis rebus Plaut. Moſtel. 4, 2, 17. Plaut. Amph. 3, 2, 45 Nunc quando factis me impudicis abſtines: *i. fateris me pudicam eſſe:* Ab impudicis dictis auorti volo, *accuſari me impudicitiae non patiar.* Liu. 8, 24 Romano bello fortuna Alexandrum magnum abſtinuit. Abſtinere, *abſolute* Plaut. Aul. 2, 5, 19 Teſcio facile abſtinere (*intellige* manum a furto) poſſe, ſi nihil obuiam eſt, *pro inediam ferre.* Scribon. Comp. 6. *vid.* Rhod. Lex. Abſtinere, *pro* Separare, et (*quod dicunt*) excommunicare. Cyprian. lib. 1. Epiſt. 11. ad Pomponium, Conſulte et cum vigore feciſti frater cariſſime, abſtinendo diaconum qui cum virgine ſaepe manſit. ¶ 4 Abſtinetur, *paſſ. in tertiis perſonis.* Cic. Verr. 4, 146 Nihil aegrius factum eſt multo labore meo, quam vt manus ab illo appellatore abſtinerentur. Vt ſacro auro abſtineretur Liu. 5, 50. Columel. 7, 10, 5 Totus grex tecto clauditur ſtabulo, atque vno die abſtinetur potione et pabulo. Columel. 6, 9, 1 Febricitanti boui conuenit abſtineri vno die. *Add.* 6, 30, 7. 8, 5, 17. *Sic etiam imperſonaliter.* Tergis abſtinetur Sall. Fragm. c. 24. Plin. 26, 12 ſ. 76 Lichen herba ſi cum ſumitur, caetero olere abſtineatur. Liu. 5, 21 Dictator praecones edicere iubet, vt ab inermi abſtineatur.

ABSTENTVS, [ἀπεσχημένος] Partic. *Separatus et excommunicatus.* Cyprian. lib. 1. Epiſt. 3. ad Cornelium, Quo in mendacio ſuo poſteaquam quinque ſolis conuenientibus naufragis, et a nobis abſtentis, detecti

detecti ſunt atque confuſi, Romam cum mendaciorum ſuorum merce nauigauerunt. Et in Expoſitione Orationis Dominicae, Hunc autem panem dari nobis quotidie poſtulamus, ne qui in Chriſto ſumus, et Euchariſtiam quotidie ad cibum ſalutis accipimus, intercedente aliquo graviore delicto, dum abſtenti et non communicantes a coeleſti pane prohibemur, a Chriſti corpore ſeparemur. ¶ 2 Abſtentus etiam dicitur a Iuriſconſultis, qui tutoris auctoritate ab adeunda haereditate eſt reuocatus. Scaeuol. in l. penult. D. de auct. tutor. An ſecundum haec acta adoleſcens a bonis paternis abſtentus ſit: reſpondi, proponi abſtentum.

ABSTĬNENS, entis. [ἐγκρατὴς, ἀποχόμενος] Hor. Od. 4, 9, 37 - - - abſtinens Ducentis ad ſe cuncta pecuniae. Homo mirifice abſtinens Cic. Att. 5, 21. Cic. Off. 1, 144 c. 40 At enim Praetorem, Sophocle, decet, non ſolum manus, ſed etiam oculos abſtinentes habere. *Compar.* In cibis cuius Sacerdotis abſtinentior cerimonia? Auſon. in Grat. Actione, c. 28. Somni et vini abſtinentiſſimus Colum. 11, 1, 13. Abſtinentiſſimus alieni Plin. Epiſt. 6, 8, 5. Abſtinentiſſimus rebus Venereis Columel. 12, 4, 3.

ABSTINENDVS, [ἀφεκτέος] Columel. 6, 7, 2 Prohibendus erit bos potione per triduum, primoque die cibo abſtinendus. Idem 8, 5, 23 Quibus (cibis) abſtinendae ſunt aues.

ABSTINAX, ācis. *Probum verbum, certe formatum, vt* Tenax, pertinax, etc. Petron. cap. 42 Quid ſi non abſtinax fuiſſet? Quinque dies aquam in os ſuum non coniecit. *Add.* Symmach. 1, 47.

ABSTINENTIA, ae. [ἀποχὴ, ἀπόχεσις] *Virtus cui opponitur* Rapacitas: *et ſic differt a* Continentia, *teſte Valla: Eſt enim haec, cum a voluptatibus nos continemus:* Abſtinentia *autem, cum* abſtinemus *ab alienis, nulli vim inferentes, nihil cuipiam eripientes. Eſt igitur* Abſtinentia *in viro* innocente, *Continentia in* temperante. Cic. Att. 5, 17 Sic in prouincia nos gerimus, quod ad abſtinentiam attinet, vt nullus teruncius inſumatur in quenquam. Idem Off. 2, 77 c. 22 Nulla autem re conciliare facilius beneuolentiam multitudinis poſſunt ii, qui reip. præſunt, quam abſtinentia et continentia. Quinctil. 5, 10, 22 Si continentia, virtus: vtique et abſtinentia. *Nonnunquam tamen indifferenter ponuntur*, vt apud Val. Max. titulus eſt de Abſtinentia et Continentia: *vbi harum virtutum exempla promiſcua ſunt.* Abſtinentia et quiete mitigare febrem Quinctil. 2, 17, 9. Abſtinentiam ſummam praeſtare Quinctil. 2, 2, 4. Plin. 25, 5 Corpus ſeptem diebus ante praeparandum cibis acribus, abſtinentia vini, quarto et tertio die vomitionibus, pridie coenae abſtinentia. Alieni abſtinentia Iuſtin. 2, 2, 11. Abſtinentia ab omni re Scribon. 52. ab aqua, 105.

ABSTINENTER, Adu. [ἐγκρατῶς] Pſeudo-Cic. in Sall. 19 c. 7 Poſteaquam Praetor eſt factus, modeſte ſe geſſit, et abſtinenter. *Compar.* Auguſtin. de Morib. Manich. 2, 13 Abſtinentius vitam ducere.

ABSTO, iti. [ἀφίσταμαι] *Diſto, longe ſto.* Hor. in Arte Poët. v. 361 Vt pictura poëſis erit: quae, ſi propius ſtes, Te capiet magis: et quaedam, ſi longius abſtes. *Reponi etiam vult Bentl.* Epiſt. 1, 18, 58 Et inexcuſabilis abſtes, *pro* abſis. Abſtit, *pro* Abſtitit, legit Priſcian. Ouid. Met. 11, 47 Alcyones lacrymas, et quae pars admonet abſtit. *In editis tamen legitur*, Abſit. *Verba* Priſciani *ſunt* l. 11 p. 862 med. Ouidius tamen *Abſtit* pro *Abſtitit* protulit in XI. Metam. *Alcyones lacrimas, et quae pars admonet abſtit.* Et abſiſto enim et abſto abſtiti facit.

ABSTANTIA, ae. Sol quum longius abſit abſtantia quadam Vitr. 9, 4 p. 187.

ABSTORQVEO, es. [ἀποστρέφω] Torquendo aufero. Accius apud Nonium 3, 66. Abſtorque proram, ac ſupra tortas copulas. *Al. legunt*, Abtorque.

ABSTRĂHO, xi, ctum, ĕre. [ἀποσύρω, ἀποσπάω] *Ex* Abs *et* Traho, *proprie* A *loco* trahere, *i. Violenter abducere. Conſtruitur autem frequentius cum ablatiuo et praepoſitione* A *vel* Ab, *aut cum aduerbio loco eius ablatiui.* Vi abſtrahere Liu. 3, 44. Quis igitur eum ab illa abſtraxit niſi ego Ter. And. 3, 2, 39. Ter. Adel. 5, 3, 37 - - - et iſtam pſaltriam Vna illuc mecum hinc abſtraham. *Vbi* Donatus, Mecum hinc abſtraham: non abducam, ſed quod eſt ſaeuientis, abſtraham. Cic. Philipp. 3, 31 c. 12 Ab hoc impetu abſtractus conſilio et copiis Caeſaris. Cic. Fam. 10, 18 Siquas Copias a Lepido abſtraxiſſent. Id. pro Archia 12 c. 6 Vt ab illis nullo me vnquam tempore aut commodum abſtraxerit, aut voluptas auocauerit, aut denique ſomnus retardarit. Cic. Tuſc. 1, . . . Mors nos a Malis, non a Bonis abſtraxiſſet. A Diſciplina Cic. Acad. 4, . . . Ciuitatem a Seruitio Cic. Fam. 16, 16. Cic. de Orat. 3, 145 c. 36 Quo cum ingreſſus eſſes, repente te quidam aeſtus ingenii tui abripuit, Atque in altum a Conſpectu pene omnium abſtraxit. Cic. de Orat. 1, 81 Deinde illud etiam verendum eſt, ne abſtrahamur ab hac Exercitatione et Conſuetudine dicendi populari et forenſi. Cic. Tuſc. 4, 38 Animus concitatus et abſtractus ab integra certaque Ratione, non conſtantiam ſolum amittit, verum etiam ſanitatem. Cic. de Senect. 80 A Rebus gerendis ſenectus abſtrahit? Cic. de Diuin. 1, 80 Saepe vidi in Aeſopo tantum ardorem vultuum atque motuum, vt eum vis quaedam abſtraxiſſe a Senſu mentis videretur. Cic. in Somn. Scip. 21 Idque ocius faciet, ſi iam tum, cum erit incluſus in corpore, eminebit foras, et ea quae extra erunt contemplans, quam maxime Se a Corpore abſtrahet. Cic. pro Deiot. 38 c. 14 Non dubito quin tuis literis, quas ad eum Tarracone huic Bleſamio dediſti, Se magis etiam erexerit, ab omnique Solicitudine abſtraxerit. Cic. pro Fonteio, 36 Num etiam de matris hunc Complexu lectiſſimae, miſerrimaeque foeminae vobis inſpectantibus auellat atque abſtrahet? Cic. pro Coelio, 59 Cum Q. Metellus abſtraheretur e ſinu gremioque patriae. Cic. pro Sylla 9 Quare nihil eſt, quod ex tanto Comitatu virorum ampliſſimorum me vnum abſtrahas. Cic. in Bruto 259 Pompeius vir ad omnia ſumma natus, maiorem dicendi gloriam habuiſſet, niſi eum maioris gloriae cupiditas ad bellicas Laudes abſtraxiſſet. Plaut. Men. Prol. 66 Abſtraxitque hominem in maxumam malam Crucem. Caeſ. Bell. Gall. 7, 42 Bona ciuium Rom. diripiunt, caedes faciunt, in Seruitutem abſtrahunt. *Sic*, In ſeruitium, apud Liu. 38, . .

ABSTRACTVS, Partic. [ἀποσπασθεὶς] *Praeter dicta* Caeſ. B. G. 3, 2 Suos ab ſe liberos abſtractos obſidum nomine, dolebant. Stat. Achil. 1, 153. - - - ipſi mihi ſaepe queruntur Centauri, raptaſque domos, abſtractaque coram Armenta. *Metaph.* Animus concitatus, et abſtractus ab integra certaque ratione, non conſtantiam ſolum amittit, verumetiam ſanitatem Cic. Tuſc. 4, 38. Quum a corpore animus abſtractus diuino inſtinctu concitatur Cic. Diu. 1 c. 31.

ABSTRACTIO, ōnis. Dictys Cretenſis 1, 4 Abſtractio coniugis animum permouerat.

ABSTRINGO, inxi, ictum, ere, [ἀποσφίγγω] *volunt eſſe Soluere, Contrarium ſui ſimplicis* Stringo. *Laudant* Liu. 24, 6 Tanquam laxaret elatum pedem abſtricto modo. *Sigonius legit*, Ab ſtricto nodo: *idque ſequitur Gronouius.*

ABSTRV̄DO, ſi, ſum, ĕre. [ἀποκρύπτω] *Abſcondere, occultare, abdere.* Virg. Aen. 6, 7 - - - Quaerit pars ſemina flammae Abſtruſa in venis ſilicis. *Vbi* Seruius, Abſtrudere, eſt de induſtria celare. Cic. Acad. 4, 32 c. 10 Naturam accuſa, quae in profundo veritatem (vt ait Democritus) penitus abſtruſerit. Plaut. Aulul. Argumento, *quod* Priſciano *tribuitur* v. 6 Auro formidat Euclio, abſtrudit foris. *Add.* 4, 1, 47. 4, 5, 3. 4, 8, 7. Cic. Att. 12, 15 Quumque mane me in ſyluam abſtruſi denſam et aſperam, *pro Abdidi.* Tac. A. 4, 69, 2 Tectum inter et laquearia tres ſenatores — ſe ſe abſtrudunt, foraminibus et rimis aurem admouent. Triſtitiam abſtrudere Tacit. 3, 6, 3.

ABSTRVSVS, a, um. [ἀπόκρυπτος] Cic. de Lege Agr. 2, 49 c. 8 Patefacio vobis quas iſti penitus abſtruſas inſidias ſe poſuiſſe arbitrantur contra Cn. Pompeii dignitatem. Cic. pro Domo 25 Reconditus et penitus abſtruſus animi dolor. Homo abſtruſus, *qui ſuum ſecretum magnopere celat.* Tacit. Ann. 1, . . . *Sed alio ſenſu* Plin. Pan. 45, 2 Bonos otio aut ſitu abſtruſos, et quaſi ſepultos, non niſi delationibus et periculis in lucem ac diem proferebant Id. 63, 5 Abſtineas comitiis, abſtruſus atque abditus. Paterc. 2, 130, 4 Quam diu abſtruſo (quod miſerrimum eſt) pectus eius flagrauit incendio, quod ex nuru, quod ex nepote dolere, indignari coactus eſt. Cic. de L. Agr. 1, 11 c. 4 Quisnam tam abſtruſus vsquam nummus videtur, quem non architecti huius legis olfecerint? Ratio Claud. Paneg. 8. Receſſus abſtruſi Claud. Conſ. Hon. 4, 274. Terra latet, vitatque tuas abſtruſa carinas Ou. Her. 7, 147 Paterc. l. 2, 129, 3 Qua vi conſiliorum ſuorum, Maroboduum inhaerentem occupati regni finibus, velut Serpentem abſtruſam Terrae, ſalubribus conſiliorum ſuorum medicamentis coëgit egredi? Eſſe in abſtruſo Ammian. 17, 7. *Compar.* Paulo abſtruſior diſputatio Cic. Acad. 4 c. 10 pr.

ABSTRVSE, *Adu. Idem. Hinc Compar.* Ammianus 28, 1 Inter reos recepti vocatique edictis ſemet abſtruſius amandarunt.

ABSTRVSIO, onis, f. *vt* Seminis abſtruſio Arnob. l. 5 p. 183.

ABSTRVO, ere. Ipſe docebat, lucernam non ſub modio abſtrui debere Tertull. de Praeſcr. adu. Haer. c. 26. *Add.* Id. adu. Marc. 4, 27.

ABSVETVDO, dinis, f. pro deſuetudine eſt ap. Apul. Apol. p. 318 Elmenh.

ABSVM, abes, fui, eſſe [ἄπειμι] *contrarium verbi* Adſum, *varie in conſtructione aliorum verborum ponitur. Nam interdum ſimpliciter negat praeſentiam*, vt Plaut. Stich. 5, 4, 291 Id abeſt, aliud nihil abeſt. Ita vt ſit, domini vbi abſunt Ter. Eun. 3, 3, 5. Virg. Aen. 1, 588 Vnus abeſt. Cic. Att. 4, 13 Ego, vt ſit rata, abfuiſſe me in altercationibus, quas in ſenatu factas audio, fero non moleſte. *i. Non interfuiſſe dum fierent altercationes.* Cic. Topic. 81 Extrinſecus ea ducuntur, quae abſunt, longeque disiuncta ſunt. ¶ 2 *Adiicitur ope praepoſitionis* a *vel* ab *quaſi terminus, a quo* abeſſe *aliquid dicitur*, v. g. Traia. ad Plin. 10, 33 Curandum, ne milites a ſignis abſint. Cic. Verr. 4, 39 Abeſſe ab domo paulisper maluit. Id. Fam. 6, 2 Aut quod abſim ab vrbe, vt, qui ad te proficiſcantur, ſcire non poſſim. Id. de Sen. 66 Appropinquatio mortis, quae certe a ſenectute non poteſt longe abeſſe. ¶ 3 *Spatia locorum ac temporis quomodo adiungantur, apparebit ex formulis iſtis*, Abeſt tres menſes Ter. Heaut. 1, 1, 66. Cic. Fam. 4, 23 Abfui magnam partem conſulatus tui. Cic. Fam. 10, 17 Ventidius bidui ſpatio abeſt ab eo. Id. Att. 5, 16 extr. Nos in caſtra properabamus, quae aberant bidui. *Et* 5, 17 princ. cum in caſtra proficiſcerer, a quibus aberam bidui, *intell.* itinere, ſpatio, via. Caeſ. Bell. Gall. 5, 46 Cuius hiberna aberant ab eo millia paſſuum XXV. Adrumetum abeſt a Zama circiter millia paſſuum trecenta Nep. 23, 6, 3. Conf. Id. 1, 4, 2. Zama quinque dierum iter ab Carthagine abeſt Liu. 30, 29. Cic. pro Sext. 29 Edixitque, vt ab vrbe abeſſet millia paſſuum ducenta. Id. pro Caeci. 28 Quot millia fundus ſuus abeſſet ab vrbe. Id. . . . Reliquaeque legiones magnum ſpatium abeſſent. Idem, Cum paucorum dierum iter abeſſet. Idem pro Planc. Qui cum abeſſent aliquot dierum viam. ¶ 4 *Aduerbiis etiam iungitur*, Plin. 2, 16 Illae a terra altiſſime abſunt, cum tardiſſime mouentur. Plaut. Merc. 5, 2, 53 Non longe hinc abeſt a nobis. Longius Ter. Heaut. 5, 2, 31. Ouid. Met. 2, 292. Longe gentium Cic. Att. 6, 3. Longiſſime Cic. pro Plancio 17. Paulum Cic. Acad. 1, . . Parumper a Sole Id. Tuſ. 5, 92. Procul Liu. 1, . . Cic. Fam. 3, 5. Prope, *it.* Propius abeſſe Cic. Att. 1, 1. Multum abeſt ab iis, *i. Longe eſt inferior.* Cic. in Brut. c. 62. Ab eo plurimum abſum Cic. de Fin. 3 c. 2. *i. hoc plane meum conſilium non eſt.* Vnde longe abſum Cic. in Brut. 318. *i. ab ingenio et eloquentia.* ¶ 5 *Cum Datiuo perſonae etiam conſtruitur, et vicinum eſt verbo deeſſe, niſi quod hoc ad ea fere pertinet, quae vitioſe, vel cum damno abſunt:* abeſſe *autem μέσον eſt.* Hoc vnum illi, ſi nihil vtilitatis habebat, abfuit; ſi opus erat, defuit Cic. Brut. c. 80. Cic. pro Roſc. Amer. 30 Quid ab his tot maleficiis ſceleris abeſſe videtur? Cic. pro Corn. Balb. 9 Quid abeſt huic homini, quod ſi adeſſet, iure hoc et tribui et concedi putaremus? Varr. de R. R. 2, 2 Et ſi cui vetuſtate dentes abſunt. Ouid. Epiſt. 9, 33 Vir mihi ſemper abeſt. Cic. de Orat. 1, 48 Quid huic abeſſe poterit de maximarum rerum ſcientia? ¶ 6 *Quam late porro pateat hoc verbum, exemplis iſtis declaratur.* Cic. pro C. Rabir. 16 Et nomen ipſum crucis abſit non modo a corpore ciuium Rom. ſed etiam a cogitatione, oculis, auribus. Cic. Philipp. 10, 15 Tantum autem aberat a bello, vt quum cupiditate libertatis Italia arderet, defuerit ciuium ſtudiis potius, quam eos in armorum diſcrimen adduceret. *i. Animum habebat a bello alienum.* A conſilio fugiendi Cic. Att. 7, 24 *i. abhorrere.* A contentione Caeſ. ap. Cic. Att. 10, 8 Neque honeſtius reperies quicquam, quam ab omni contentione abeſſe. A corpore, *vid.* Ab auribus paulo ante. A crimine Cic. pro Roſc. Amer. 20. Nihil abeſt a me longius Crudelitate Id. Att. 9, 19. Cic. Fam. 12, 22 Ego certe reipub. non deero: et quicquid acciderit, a quo mea culpa abſit, animo forti feram. Cic. pro Roſc. Amer. c. 20 Innocens eſt quispiam: veruntamen quanquam abeſt a culpa, ſuſpicione tamen non caret. Cic. Fam. 6, 2 Intelliges ferendam eſſe fortunam, praeſertim quae abſit a culpa. A cupiditate pecuniae abeſſe Nep. 25, 12, 2. *Add.* 20, 1, 2. Ad Heren. 4, . . Abſunt a nobis omnes hae difficultates. Cic. Tuſc. 3 Non multum abeſt ab inſania. Inſidiae. Ouid. de Arte Am. 3, 538 Adde quod inſidiae ſacris a vatibus abſunt. Ab Inſolentia gloriae abeſſe Nep. 17, 5, 2. Cic. Att. 8, 15 Quum et illi ciues optimi ſint, et ego ab iſta laude non abſim. Cic. Fam. 4, 3 a Moleſtiis. A principis Perſona abeſt Nep. 15, 1, 2. A re-

A reprehenſione temeritatis Cic. Fam. 10, 23. Cic. Off. 3 c. 20 C. Marius quum a Spe conſulatus longe abeſſet, et iam ſeptimum annum poſt praeturam iaceret. Cic. pro Planc. 62 Qui abfuiſſe ab iis ſtudiis confitentur. Cic. Off. 2, 24 extr. Res familiaris quaeri debet iis rebus, a quibus abeſt Turpitudo. Abſit, pro Sit procul. Cic. Off. 2 c. 18 Habenda eſt ratio rei familiaris — vt illiberalitatis auaritiaeque abſit ſuſpicio. Martial. in Epiſt. l. 1 Abſit a iocorum noſtrorum ſimplicitate malignus interpres. Liu. 9, 19 Abſit verbo inuidia, et ciuilia bella ſileant. Cic. Acad. 4, . . Nae ille longe aberit, vt argumentis credat philoſophorum. Cic. Att. 9, 11 Aberit non longe, quin hoc a me decerni velit. Cic. Orat. 233 Abeſſe non poteſt quin eiusdem hominis ſit, probos improbare, qui improbos probet. Nihil abeſt quin. *vid.* NIHIL. Tantum abeſt. *vid.* TANTVM. ¶ 7 *Vt* adeſſe *alicui eſt illius cauſam agere, Sic* abeſſe *contrarium eius ſignificat.* Cic. pro P. Sylla c. 5 Vt mirari Torquatus deſinat, me, qui Antronio abfuerim, Syllam defendere. Procul haec tibi mollis Infula terrificique aberit dementia Phoebi Stat. Theb. 3, 666. *nihil te iuuabit. Ipſe* Caeſ. B. G. 1, 36, 5 Si id non feciſſent, longe ab his nomen fraternum populi Ro. abfuturum, *i. nihil iis profuturum.* ¶ 8 *Apud ICtos* Abeſſe, videtur, qui in Iure non eſt, *i. qui ad tribunal Praetoris non eſt* L. 4. §. Praetor ait D. de damno infecto. *Sic etiam* Vlpiano L. 14. de V. S. Res abeſſe videntur etiam hae, quarum corpus manet, forma mutata eſt etc. *Sic* Paulus L. 14 D. de verborum ſignificat. Si veſtimentum ſciſſum reddatur, vel res corrupta reddita ſit: veluti ſcyphi colliſi, aut tabula raſa pictura, videri rem abeſſe: quoniam earum rerum pretium non in ſubſtantia, ſed in arte ſit poſitum. Item, ſi eam dominus rem, quae ſibi furto aberat, ignorans emerit, recte dicitur res abeſſe, etiam ſi id poſtea ita eſſe ſcierit: quia videtur res ei abeſſe, cui pretium abeſt.

ABSENS, entis. [ἀπών] Partic. *qui non adeſt, vbi adeſſe ſolet, aut deſideratur.* Cic. de Amic. 23 Quo circa abſentes adſunt et egentes abundant. Vlp. in l. Abſentem D. de verb. ſig. Abſentem accipimus eum, qui non eſt in eo loco in quo petitur: non enim trans mare abſentem deſideramus: et ſi forte extra continentiam vrbis ſit, abeſt. Ter. Heaut. 2, 2, 2 Vereor ne me abſente mulier hic corrupta ſit. Abſens prohibere non potuit Nep. 25, 3, 2. De abſente ſecundum praeſentem iudicare Cic. Verr. 2, 41. Id. ad Brut. 5 Exiſtimo omnino abſentium rationem ſacerdotum comitiis poſſe haberi. Nam etiam factum eſt antea. C. enim Marius cum in Cappadocia eſſet, lege Domitia factus eſt augur: nec quo minus id poſtea liceret, vlla lex ſanxit. Eſt etiam in lege Iulia, quae lex eſt de ſacerdotiis proxima, his verbis, QVI PETIT, CVIVSVE RATIO HABEBITVR, aperte indicat, poſſe rationem haberi etiam non praeſentis. *Contra ea* Abſentium nomina *(eorum ſcilicet, qui Reipublicae cauſa aberant)* non recipiebantur, *i. rei non fiebant. Vid. viri docti ad* Sueton. Caeſ. c. 23. *Caeterum* Abſens creari Conſul vel Praetor *dicitur, non tantum qui abeſt vrbe, ſed qui, cum in vrbe ſit, modeſtiae cauſa in campum non deſcendit. Vid.* Sigon. ad Liu. 10, 2. Cic. pro Caeci. 57 c. 20 Procurator legitime dicitur eius, qui in Italia non ſit, abſitue reip. cauſa. Abſente nobis, *figurata et antiqua locutio, pro,* nobis abſentibus. Ter. Eun. 4, 3, 7 Neſcio quid profecto abſente nobis turbatum eſt domi. *Vbi* Donatus, Aut diſtinguendum eſt, & ſubaudiendum *me;* aut ἀρχαϊσμὸς figura eſt, *Abſente nobis,* pro *Nobis abſentibus. Idem paulo poſt:* Cum ſic dicit, pro praepoſitione ponit *Abſente,* ac ſi diceret, *Coram amicis.* Non. 2, 66 Abſente nobis, et praeſente nobis, pro praeſentibus nobis et abſentibus nobis. — Afranius Auctione; Adeſt ſi hic abſente nobis venierit puer. *Vid.* Praeſens, et Voſſ. de Conſtr. c. 55. Locus abſens *dicitur, in quo quis non eſt.* Hor. Sat. 2, 7, 28 Romae rus optas, abſentem ruſticus vrbem Tollis ad aſtra leuis. Idem Epiſt. 1, 11, 21 Romae laudetur Samos, et Chios, et Rhodos abſens. Stat. Theb. 5, 87 - - - Ventisque abſentibus Aegon Motus, & ingenti percuſſit littora ponto. *i. mare Aegaeum, commotum ſine vento.* Abſentia *pro futuris vſurpaſſe Turnebo videtur auctor* Epiſt. ad Octau. Illud vero, quod et praeſentis doloris eſt indicium, et praeteritae iniuriae teſtimonium, et abſentium ſenſus ſignificatio, non praetermittam *etc. Superl.* Auguſt. Confeſſ. 4, 4 Baptiſmum acceperat mente atque ſenſu abſentiſſimus, *i. Moriturus, cum ſine ſenſu eſſet.*

ABFVTVRVS, Cic. ad Q. fratr. 11, 11 Simul et illud Aſia cogitet, nullam a ſe neque belli externi, neque domeſticarum diſcordiarum calamitatem abfuturam fuiſſe, ſi hoc imperio non teneretur. *Veteres ſaepe ſcribebant pro* Abfui Afui; *pro* Abfuturus Afuturus. Videtur etiam diutius afuturus Cic. Att. 13, 2. Ab inuidia afuturus Nep. 12, 3, 4 *al.* futurus *legunt. Et ſic in antiquis Codd. Hinc Lambinus in* Nep. 9, 1, 2 et Hor. Sat. 1, 4, 101 *contendit ſolum* Afuit *Latinum eſſe. Nec tamen minus bonum* Abfuit: *Quod aeque exhibent* MSS. *vid.* Cic. Fam. 2, 1 et 4, 3. Nep. 17, 5, 2. 20, 1, 3 etc. adde Torrent. ad Horat. l. c. Drakenb. ad Sil. 7, 748. et Papin. D. 50 t. 1 l. 13 §. 1.

ABSENTIA, ae. [ἀπουσία] *ſicut Praeſentia,* Vereor, ne abſentia mea leuior ſit apud te Anton. ap. Cic. Att. 14, 13. Cic. in Piſ. c. 16 Confer, ſi audes, abſentiam tuam cum mea. Sen. ad Lucil. Aequo animo ferre debemus abſentiam.

ABSENTO, are. [ἀποπέμπω] *Ablegare eſſe aiunt, laudantque* Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 214

Et dura de matre queri, quae tale receſſu
Maluerit damnare decus, vetitamque deorum
Colloquio, patriis procul abſentauerit aſtris.

*Sed in quibusdam libris* Amandauerit *legitur. Heinſius dedit* mandauerit: Abſentauerit *non putat Latinum.*

ABSENTANS, *Participio,* tamen vſus Sidon. Epiſt. 9, 13 extr. *pro* Abſens; *itemque* Cyprian. *et alii, quos ad* Sidonium *notauit Sauaro, qui* abſentare ſe *et* abſentari *dixere. Et ſic* Meſſala ille Coruin. p. 16 Metius proditor rem Romanam maximo in diſcrimine abſentando deſeruerat. *Apud* Petronium, c. 72 *ſic legit Nodot.* Abſentemur, ait ille. (Aſcyltos) et dum illi balneum petunt, nos in turba exeamus, *et probat Borrich. Vind.* p. 3. *Sed Burm. ſine indicio lectionis alterius* Aſſentemur.

ABSENTIVVS, a, um. *Diutius abſens* Petron. c. 23 *Sed ex perſona Trimalchionis* Ne abſentiuus morae vobis eſſem, omnem voluptatem mihi negaui.

ABSŪMO, ĕre. [καταναλίσκω, ἀποφθείρω] *Omnino conſumere vel abolere.* Animam abſumere leto Virg. Aen. 3, 654. Argentum Plaut. Moſtel. 5, 2, 19. Diem Liu. 30, 8. Plin. 1, 9, 3 Quot dies, quam frigidis rebus abſumſi! Domos abſumſit incendium Plin. Epiſt. 10, 42. Quos peſtilentia abſumſit Liu. 40, 40. Reliquias abſumere pugnae Liu. 5, . . Satietatem amoris abſumere Ter. Phor. 5, 5, 6. *i. agendo aliquid cauere, ne ſatietas ipſum amoris, ſi ei ſoli det operam, capiat.* Tempus dicendo Cic. pro Quint. 34 c. 10. Vinum pitiſſando Ter. Heaut. 3, 1, 49. Abſumſit aquarum illuuies maiorem partem Graeciae Iuſtin. 2, 6, 10. Abſumi Fame Liu. 21, . . . Flammis Liu. 30, 7. Cic. Tuſc. 2, 20 Sic corpus clade horribili abſumtum extabuit. Cura et ſumtu Ter. Phorm. 2, 2, 26. Plin. 11, 37 Qui putant dentes in cornua abſumi, facile coarguuntur ceruarum natura. Abſumti ſumus, *pro* Periimus, actum eſt de nobis Plaut. Moſtel. 2, 1, 18. Abſumtus es pene Plaut. Mil. 2, 4, 55. Virg. Aen. 1, 559 Sin abſumta ſalus, et te pater optime Teucrûm Pontus habet Libyae. *Sic* Vires abſumtae Id. Aen. 7, 301. Rebus maternis atque paternis fortiter abſumtis Hor. Ep. 1, 15, 26. Fratres morbo abſumti Sall. Iug. c. 5. Fato abſumtus Val. Max. 4, 6 vbi de Artemiſia. Morte fortuita abſumtus Tacit. Ann. 2, 4, 2. Nouo genere abſumtus mortis Val. Max. 4, 6 de Porcia.

ABSVMTIO, onis. Verbale. Vlp. in l. Hoc Senatusconſultum. D. de vſufr. ear. rer. quae vſ. conſ. Vel caeterae res, quae in abſumtione ſunt, *quae nempe* fugibiles *vocari ſolent.*

ABSVMEDO, ĭnis, f. *Conſumtio,* Plaut. Capt. 4, 3, 3 Quanta pernis peſtis veniet! quanta labes larido! Quanta ſumini abſumedo!

ABSVRDVS, Adi. [ἄτοπος, ἄλογος] *proprie ſignificat auditu alienum, ſiue alienum ab auribus; ſed vſitatius ad animum transfertur, abſonum, quod omnium mentes aſpernantur ac reſpuunt* Cic. pro Roſc. Com. 19 c. 7 Fraudauit Roſcius. Eſt hoc quidem auribus, animisque hominum abſurdum. Ter. Adel. 3, 3, 21 Voſtram nequeo mirari ſatis Rationem. S. eſt hercle inepta, ne dicam dolo, atque Abſurda. Cic. Acad. 4, 132 Modo nequis illud tam ineruditum abſurdumque reſpondeat. Hoc prauum, ineptum, Abſurdum atque alienum a vita mea Ter. Adel. 5, 8, 21. Cic. pro Sylla 57 Iam vero illud quam incredibile, quam abſurdum, qui Romae, etc. Ingenium Tacit. Ann. 13, 45. Res abſurda eſt caueri foedere *etc.* Cic. pro Corn. Balb. 37. *Sic* de Prouinc. Conſul. 37 Nam et non ſortiri, abſurdum eſt: et quod ſortitus ſis, non habere. Cic. de Diuin. 1, 15 Abſurdoque ſono fontes et ſtagna cietis. Id. Att. 16, 3 Tempus diſceſſionis abſurdum. *i. alienum, contrarium: ſed optimi legunt* ſubabſurdum. De Orat. 2, 85 Sin plane abhorrebit, et erit abſurdus: ut ſe contineat, aut ad aliud ſtudium transferat, admonebo. Ibid. 3, 41 Vox abſona et extra modum abſurda. Aetati vtriusque non abſurdum Tac. An. 12, 9, 1. Ab initio cauſisque talium facinorum non abſurda Tac. H. 4, 48, 1 *i. abhorrentia.* Non abſurdus ingenio Hiſt. 3, 62, 3. Cognitu non abſurda An. 6, 28, 1. *Compar.* Cic. Phil. 8, 41 Quo quid abſurdius dici aut exiſtimari poteſt. Cic. de Nat. Deor. 1 c. 16 Multo abſurdiora ſunt ea, quae Poëtarum vocibus fuſa ipſa ſuauitate nocuerunt. *Et* de Fin. 2 c. 13 Quo nihil mihi videtur eſſe abſurdius. Idem Att. 7, 13 Abſurdiſſima mandata.

ABSVRDE, Adu. [ἀτόπως] *vt,* Abſurde et aſpere reſpondere Cic. Att. 5, 1. Si abſurde canat is, qui ſe haberi velit muſicum Tuſc. 2 c. 4. Id. Cic. de Fin. 2, 21 Idque ſi ita dicit, non eſſe reprehendendos luxurioſos, ſi ſapientes ſint; dicit abſurde. Idem, de Diuin. 2, 219 c. 58 Sed neſcio quomodo nihil tam abſurde dici poteſt, quod non dicatur ab aliquo philoſophorum. Plaut. Epid. 3, 1, 6 Abſurde facis, qui angas te animi. *Compar.* ICt. in Dig. 9 t. 2 l. 5 Quod ſi quis abſurde a nobis haec conſtitui putauerit, cogitet longe abſurdius conſtitui, etc. *Superl.* Auguſtin. lib. 4. extr. de Trinitate, Deus pater abſurdiſſime miſſus diceretur. Conf. eodem tractatu, 5, 26.

ABSVRDITAS, atis. [ἀτοπία] Hanc vtramque abſurditatem ſententia ſana reſpuit Claud. Mamert. de Anim. 3, 11.

ABSYNTHIVM *vid.* ABSINTHIVM.

ABSYRTIDES, [Ἀψυρτίδες] *Inſulae in Adriatico mari, Illyrico adiacentes,* Plin. 3, 26 ſ. 30 Abſyrtides Graiis dictae, a fratre Medeae ibi interfecto Abſyrto. *Cognatae appellationis et ſitus.*

ABSYRTIVM, [Ἀψύρτιον] *Inſula maris Adriatici,* Plin. 3, 21 ſ. 25. *Vid.* Abſyrtus n. 2.

ABSYRTVS, [Ἄψυρτος] *filius Aeetae regis Colchorum, alio nomen Aegialeus, quem ſoror eius Medea, ſequens Iaſonem, lacerauit: vt ſic retardaret colligendis ad ſepulturam membris patrem volentem eam retrahere a fuga.* Huius meminit Cic. de Nat. Deor. 3, 48. *Fabulam deſcribit* Ouid. Triſt. 3, 9, 6. *Attingit et Sen.* Medea v. 963. ¶ 2 *Illyrici fluuius, in mare Adriaticum ſe exonerans.* Lucan. 3, 190 Et cadit Adriacas ſpumans Abſyrtus in vndas.

ABTORQVEO, ēre. Accius apud Non. 3, 66 Abtorque proram. *Sic Mercer. Al.* Abstorque.

ABTRECTATIO, ōnis. f. *Laudatur* Apul. de Deo Socr. *Sed recte Elmenh. p. 44, 13 legit,* adtrectatio. *Verba ſunt,* Nam vt idem Plato ait, Nullus Deus miſcetur hominibus: ſed hoc praecipuum eorum ſublimitatis ſpecimen eſt, quod nulla adtrectatione noſtra contaminantur.

## A B V

ABVERTO, ti, ſum, ere [ἀποστρέφω] *pro* Auertere *interdum invenias in libris, vt* Plaut. Rud. 1, 2, 76 Ab ſaxo abuertit fluctus, ad littus ſcapham *Sed Gron.* auortit. Ab oppugnando Hoſtem abuerteret Hirt. B. Hiſp. c. 41. *Verum hic etiam editur* auerteret. *Vid. ergo* Auerto.

ABVNDO as, are [περισσεύω, εὐπορέω] *Verbum proprium, tractum ex amnibus, qui quoties imbribus augentur, maioribus et crebris vndis egrediuntur littora.* Virg. Georg. 1, 115 Praeſertim incertis ſi menſibus annis abundans Exit, et obducto late tenet omnia limo. Plin. 18, 22 Abundat fons in omnem partem. *Et* 5. 9 ſ. 10 *De Nilo* Extracti ardoris vi, et ſuſpenſum abundare. *Add. mox* Abundantior. *Ad hanc proprietatem verbi accedit.* Virg. Ge. 3, 484 Rurſus abundabat fluidus liquor, *de morbo: et* Scribo. Comp. 24, 47 Cum per vtrasque nares ſanguis abundauit. ¶ 2 *Per metaphorum deinde ad copiam quamcunque ſignificandam adhibetur. Vt* Plin. 14 pro Abundabant et praemia et opera vitae. Cic. de Seneϲt. 56 c. 16 Villaque tota locuples eſt: abundat porco, agno, hoedo, gallina, lacte, caſeo, melle. *Simpliciter diuitem eſſe ſignificat* Cic. Att. 1, 3 Caietam, ſiquando abundare coepero, ornabo, *i. diues ero.* Idem de Amicit. 23 Quocirca et abſentes adſunt, et egentes abundant, et imbecilli valent, et (quod difficilius dictu eſt) mortui viuunt. Id. Att. 15, 15 Cum — abundare debeam, cogor mutuari. Cic. pro Cluent. 184 c. 65 Mulier abundat audacia, conſilio et ratione deficitur. Id. Off. 2, 13 Iam vero et earum rerum quibus abundaremus exportatio, et earum quibus egeremus inuectio, certe nulla eſſet, niſi his muneribus fungerentur. Idem de Diuin. 1, 61 Siue deeſt naturae quippiam, ſiue abundat atque affluit,

ſluit. Idem Verr. 3, 9 Iſtum rebus omnibus vndique ereptis impune eludentem circumfluere atque abundare? *Profertur ex* Cic. de Legib. 3, 14 Theophraſtus vero inſtitutus ab Ariſtotele abundauit, ut ſcitis, in eo genere rerum. *Sed optimi quique* habitauit. ¶ 3 *Iam, quibus nominibus iungatur, videamus.* Abundare Aequitate cauſae Cic. de Inu. 2, 143. Amicis, Clientibus, propinquis Quinctil. 5, 10, 26. Audacia *vidimus modo ex* Cic. pro Cluent. 184. Amore Ter. Phorm. 1, 3, 11. Apibus Virg. Ge. 4, 139. Aequalium familiaritatibus et conſuetudine propinquorum Cic. Tuſc. 5, 58 c. 20. Barbarie noſter abundat amor Ouid. de Arte Am. 2, 552. Caligine abundat domus Ouid. Met. 2, 764. Conſilio Cic. Fam. 10, 16. Copia frumenti Caeſ. Bell. Gall. 8, 40. Copia rerum, verborum Quinct. 2, 7, 4. Diuitiis Ter. Heaut. 3, 2, 16. Doctrina & ingenio Cic. de Orat. 3, 56. *it.* 1, 22. Exemplis domeſticis Id. Par. 1. Fortuna Quinct. 6, 1, 50. Honoribus omnibus ampliſſimis Cic. Epiſt. 10, 10. Ingenio Cic. de Orat. 1 c. 6. Ira Ouid. 6 Epiſt. 16. Laetitia Plaut. Stich. 2, 1, 6. Laudibus bellicis Cic. Off. 1, 78. Opibus fandi, *i. Eloquentia*, Stat. Syl. 1, 4, 7. Ornamentis omnibus abundauit oratio Cic. pro Corn. Balbo 17. Otio Cic. de Orat. 1 c. 6. Pecunia Cic. pro Quinct. c. 12. Praeceptis Philoſophiae Idem 1. Off. c. 1. Sapientia Cic. in Piſon. Venere abundantibus defluere palpebras tradunt, *i. libidinoſis*, λάγνοις Plin. 11, 37 ſ. 56. Virtutibus Plin. Epiſt. 1, 17 Vitiis abundat dulcibus Seneca, Quinct. 10, 1 p. 921 Burman. ¶ 4 Abundare cum genitiuo. Lucil. *apud* Non. Quarum et abundemus rerum, & quarum indigeamus. Abundare cum accuſat. Nerat. in l. Si fundum. D. Mandati. Sic tua pars coarctabitur, vt non abundet mandati quantitatem, *i. non ſuperet, non excedat. Sic habent Haloander et Pandectae Florent. Inter* Abundare *et* Redundare *haec eſt differentia.* Abundat, *non quod ſuperfluum eſt, ſed quod eſt copioſum et cumulatum.* Redundat, *quod ſuperuacaneum eſt.*

ABVNDANS, [περισσεύων, εὔπορος, ἄφθονος] *Partic. vt* Scribo. Comp. 24 Cum tenuis abundansque fluit lacrima. Priſcianus *lib.* 18. Abundans illius rei, nomen eſt. Nam partic. ablatiuo, quo modo et verbum eius, coniungitur. *Sed vidimus etiam verbo iunctum a Lucilio genitiuum.* Nep. Eum. 8 Via omnium rerum abundans. Virg. Ecl. 2, 20 Quam diues pecoris, niuei quam lactis abundans. Claud. in Eutrop. 2, 380 Abundans Corporis, exiguusque animi. Id. de IV Conſ. Honorii, 113 Mitis precibus, pietatis abundans, Poenae parcus erat. *Vſitatior tamen Ablatiuus.* Quis tam abundans copiis Cic. pro Cornelio. Id. Brut. 238 Non erat abundans, non inops tamen: non valde nitens, non plane horrida oratio. Philipp. 2, 66 Multa et lauta ſupellex et magnifica multis locis: non illa quidem luxurioſi hominis, ſed abundantis. *Ac* de Orat. 1, 22. Graeci homines non ſolum ingenio et doctrina, ſed etiam otio ſtudioque abundantes. *Et, mutata conſtructione*, Abundanti homo doctrina Id. de Orat. 1, 85 c. 19. Abundans ſupra neceſſitatem oratio Quinctil. 9, 3, 46. Claud. de Bell. Get. 110 Currus regumque cateruae Inter abundantis Fati ludibria ductae *i. quo carere poterant.* Cic. pro Quint. c. 12. Quis tam perditus ac profuſus nepos, non adeſa iam, ſed abundanti pecunia, ſic diſſolutus fuiſſet, vt fuit Sextus Naeuius? *Compar.* Fluuius abundantior aeſtate Plin. 2, 103. Triſtitia abundantior Hieron. adu. Iouinian. 1, 4. *Superl.* Cic. de Orat. 2 c. 14 Longe eruditiſſimus Timaeus, et rerum copia et ſententiarum varietate abundantiſſimus. *Aduerbii vim habet formula* Ex abundanti, *qua vtitur* Quinct. 4, 5, 15 Egregie vero Cicero pro Milone inſidiatorem primo Clodium oſtendit: tum addit ex abundanti, etiam ſi id non fuiſſet, talem tamen ciuem cum ſumma virtute interfectoris & gloria, necari potuiſſe. *Add.* L. 9 D. de Supellect. legata.

ABVNDANTIA, ae. [περιουσία, εὐπορία,] *Magna rei alicuius copia: vt* Cic. Acad. 1, . . . Abundantia quadam ingenii praeſtabat. Id. de Amicit. 23 Atque ibi ſuppeditans omnium rerum, quas natura deſiderat, abundantiam et copiam. Cic. Epiſt. 1, 9 Facis tu quidem abundantia quadam amoris. Iuuenilis Quinct. 12, 1, 20. Otii Cic. Fam. 7, 1. Rerum aliquarum abundantia Cic. de Orat. 3, 123. Vbertas agrorum, abundantiaque rerum omnium Cic. contra Rull. 1, 18. Circumfluere omnibus copiis, atque in omnium rerum abundantia viuere. Cic. de Amicit. 52, 15. *Add. ib.* c. 23. Tacit. in Vita Agric. 6, 6 Ludos et inania honoris, modo rationis atque abundantiae duxit, vti longe a luxuria, ita famae propior, *i. ſecundum menſuram rationis et ſuarum opum.* Abundantia mulierum Plinio 24, 9 ſ. 42 *ſunt Menſes, ſeu menſtrua largius fluentia.* Idem 24, 11 ſ. 55 Rhus foeminarum abundantiam ſiſtit cibo. *Sic etiam* 27, 12 ſ. 79. Abundantiam menſium *dicit* 23, 7 ſ. 71.

ABVNDATIO, onis. [ἐπίῤῥοια] Plin. 3, 16 ſ. 20 Omnia ex Philiſtinae foſſae abundatione naſcentia.

ABVNDATVRA, ae. *Idem.* Per ciuitates abundaturam, ſicut et egituram per ſolitudinem ſtruxerat Tertull. adu. Marc. 4, 24.

ABVNDANTER, *Adu.* [εὐπόρως] *Copioſe, affatim, affluenter.* Plin. 24, 9 Haec fert in Aegypto, Syriaque etiam abundanter lignoſum fructum. Idem 18, 18 Tanto tardius decedit, quanto abundantius creuit. Abundanter defuſo ſanguine, Sil. 5, 453. Alere abundantius Colum. 8, 8 *extr.* Copioſe et abundanter loqui Cic. de Orat. 2 c. 35 *extr.* *Add.* 3, 53 c. 14. *Sic* ad Heren. 3, 1 Ad omnem iudicialem cauſam quemadmodum conueniret inuentionem rerum accommodari, ſatis abundanter, vt arbitror, ſuperioribus libris demonſtratum eſt. Cic. Topic. c. 10 Tamen aliis diſputationibus abundantius occurrunt, aliis anguſtius. Abundantiſſime creſcit Luna Sole Leonem transeunte Plin. 5, 9 ſ. 10. Quinctil. 8, 3, 43 Concitate dicere an moderate, laete an ſeuere, abundanter an preſſe, aſpere an leniter.

ABVNDE, [ἀφθόνως] *aliud Adu.* Plin. in Praef. 6 Abunde pulchrum et magnificum eſt. Abunde bene Quinct. 12, 9, 7. Satis Id. 12, 11, 19. *Ponitur ſaepe cum genitiuo.* Virg. 7, 552 Terrorum et fraudis abunde eſt. Sall. Cat. 58, 9 Omnia nobis tuta, commeatus abunde. Abunde potentiae gloriaeque adeptus Sueton. in Caeſ. 86. Abunde ſalis Quinct. 10, 1, 94. Sall. Cat. 21, 1 Poſtquam ea accepere homines, quibus mala abunde omnia erant, *i. malis obruti.* Celſ. 1, 3 Ergo huic abunde eſt loco tepido demittere ſe. Plin. Epiſt. 5, 8, 7 Sed vtrumque tam magnum eſt, vt abunde ſit alterum efficere. Mihi abunde eſt, ſi ſatis expreſſi, quod efficitur. Id. Plin. Ep. 4, 30 extr. Id. 7, 2, 3 Abunde eſt, ſi epiſtolae non ſunt moleſtae. Si nulla, Genitor, cauſa viuendi eſt tibi, Haec vna abunde eſt Auct. Thebaid. 289. Abunde gratus Ouid. de Ponto, 4, 37. Abunde diſertus Quinct. 11, 1, 36. Miſera res Plin. Pan. 38, 5. Magna praeſidia Sall. Iug. 14, 18. Promittere abunde Lucret. 3, 180. Ratus abunde (*int. eſſe*) Si praeſentibus frueretur Tacit. Hiſt. 2, 95. Cic. de Diuin. 2 c. 1 Erit abunde ſatisfactum toti huic quaeſtioni. Abunde ſufficit his, ſi Plin. Pan. 88, 2. Abunde ſufficit illi, quod eſt Id. ep. 4, 12. 5. *Sic* Hor. Ep. 1, 4, 10 Gratia, fama, valetudo, contingat abunde. Cic. de Senect. Etiam ſi non abunde potitur. *Sic* Abunde tibi adſunt omnia Cic. ad Brut. 4. Abunde tractata eſt ratio Plin. 9, 41. ¶ 2 Abunde, *inſtar adiectiui ad ſubſtantiua adiectum videtur in iſtis*, Sall. Iug. 102, 7 Dein quod parentes abunde habemus, *i. ſatis multos.* Et Fragm. lib. 3 in Or. M. Licinii Tribuniplebis ſ. 26 Cunctaque praeſenti ignauia mutaſtis, abunde libertatem rati, quia tergis abſtinetur, *i. ſatis magnam libertatem.* *Sic* abunde eſt arboribus altitudo quatuor pedum Columel. 2, 2, 21 *De quantitate vltimae turbare non debet* Drepa. Flor. Pſal. 23, 5 Hic ſemper abunde refectus; *niſi ponere velimus, fuiſſe etiam adiectiuum* abundis, *n.* abunde: *quod tamen profert Guyetus ad* Ter. Ad. 4, 3 e Vet. Gloſſ. Ἄφθονον, τὸ πολὺ, Abunde, vbere.

ABVNDVS, Adi. Gell. 1, 2 Lauacris nitidis et abundis, et collucentibus. *Et* Accius *apud* Nonium 4, 191 Neque vi tanta quisquam eſt, neque tam abundis fortunis ferox. *Ita certe legit Guyet. ad* Ter. Adel. 4, 3. *Sed editur* abundans. *Hinc aduerbium* Abunde, *de quo antea.*

ABVOLO, [ἀφίπταμαι] *Volando diſcedo. Laudatur* Cunctis requies gratiſſima ſomnus Abuolat Corn. Gall. (Maximianus) El. 1, 249. Cic. de Fin. 2, 106 Fluit igitur voluptas corporis, et prona quaeque abuolat, ſaepiusque relinquit cauſas poenitendi quam recordandi. *Sed hodie legunt* Auolat.

ABVSIO. *Vid.* ABVTOR.

ABVSQVE, [ἕως ἀπὸ] *iunctim quidam ſcribunt, cum ſit transpoſitio poëtica particularum* Vsque ab. *Laudant* Plaut. Amph. 1, 1, 97 Haec illic eſt pugnata pugna ab vsque mane ad veſperum, *Sed editur*, vsque a mane. *Male puto.* Virg. Aen. 7, 289 - - - Siculo proſpexit ab vsque Pachyno. *Vbi* Seruius, Abusque et Adusque vſurpatiue dicimus. Praepoſitio enim nec aduerbio iungitur, nec praepoſitioni. Vsque autem aut Praepoſitio eſt, aut Aduerbium. Tacit. 15, 37, 2 Animalia maris (ſ. mari) Oceano abusque petiuerat, *Hic omnes iungunt. Et ſane* Donatus p. 1761, 14 Abusque *inter ea refert, quas* tanquam vnam partem orationis ſub uno accentu pronunciabimus. Inde pruinoſo ſi lumen abusque Dracone In conuexa feras Auien. Arat. Phaenom. v. 169. Abusque feruenti Aethiopiae plaga Ammian. 19, 7 (Valeſ. c. 4 p. 212.)

ABVTOR, Abuti, [ἀποχράομαι, καταχράομαι, παραχράομαι] *Eſt Valde vti, etiam in bonam partem.* Cic. de Nat. Deor. 2, 151 c. 60 Nos Elephantorum acutiſſimis ſenſibus, nos ſagacitate canum ad vtilitatem noſtram abutimur. Idem Fam. 9, 6 Quae igitur ſtudia magnorum hominum ſententia, vacationem habent eadem publici muneris, iis concedente repub. cur non abutamur? Vid. Gronou. *Similiter in bonam partem accipitur* in Miloniana c. 2 Annii Tribunatu ad huius criminis defenſionem non abutemur. Obſequio meo ad omnes res abuteretur Planc. ap. Cic. Fam. 10, 15 pr. Quum praeſertim in probationibus faciliore eius (iudicis) animo ſim abuſurus Quinct. 4, 2, 112. Sic Plin. Epiſt. 7, 30, 3 Querelae ruſticorum, qui auribus meis poſt longum tempus ſuo iure abutuntur. *Add.* Vell. Pat. 2, 105, 3 *cuius verba damus mox* n. 4. *it.* Quinct. 4, 2, 112 *et* 5, 10, 6. *Add.* Nazar. Paneg. Conſtantini cap. 30. Paulin. Nolan. Epiſt. 2 ad Seuer. Symmach. 3 Ep. 46. ¶ 2 Abuti *eſt vtendo conſumere, conficere*, Cic. Verr. 1, 25 c. 9 Niſi omni tempore, quod mihi lege conceſſum eſt, abuſus ero, *i. omne tempus, dicendo conſumſero. Antiquiores Accuſatiuo iungebant:* Cato de R. R. 76, 4 Linito vsque adeo donec omnem caſeum cum melle abuſus eris. *Sed poſt Victorium editum eſt* omnem caſeum aduſus eris. Plaut. Trin. 3, 2, 56 Me qui abuſus ſum tantam rem patriam. *Et* Bacch. 2, 3, 126 Nosque aurum abuſos. *Et* Perſa 2, 3, 10 Nam hoc argentum alibi abutar. *Ac* Poen. 5, 4, 29 Sapientiam tuam abuſa eſt. Et ita Ter. Prol. And. 5. Operam abuti in prologis ſcribundis, *pro Collocare et conſumere, Vid.* Iuret. 3 Miſc. ad Symmachi Ep. 46. ¶ 3 Abuti *paſſiue pro* Conſumor. Varr. apud Priſcian. lib. 8 p. 792 pr. Vtile vtamur potius, quam ab rege abutamur. *Inde* abuſus *participium in eadem ſignificatione.* Ibid. Hortenſ. Abuſis iam omnibus locis, καταχρησθέντων. Plaut. Aſin. 1, 3, 44 Vbi quae dedi ante? C. abuſa. *In quem locum* Nonius 2, 79 Abuſa, vtendo, vel in vſum conſumta. ¶ 4 *Hinc ſignificatione omnium conſultiſſima ponitur* Abuti *pro Male vti.* Ter. Phorm. 2, 3, 66 Itan' tandem, quaeſo, item vt meretricem vbi abuſus ſis Mercedem dare lex iubet eii atque amittere? *Vbi* Donatus, Vtimur cum honore, Abutimur cum iniuria. Cic. in Catilin. 1, 1 Quousque tandem abutêre Catilina patientia noſtra? Id. Fam. 12, 1 At enim ita decreuimus: fecimus id quidem temporibus cedentes, quae valent in rep. plurimum: ſed immoderate quidam et ingrate noſtra facilitate abutuntur. *Et* de Inu. 1, 4 c. 5 Nihilo minus eloquentiae ſtudendum eſt, etſi ea quidam et priuatim et publice peruerſe abutuntur. Dominatione Sueton. in Caeſ. 76. Cic. in Orat. 176 Gorgias autem auidior eſt generis eius, et his feſtiuitatibus inſolentius abutitur. Fortunis hominum ad cupiditatem Cic. Verr. 5, . . *Et* gloria nominis Cic. Acad. 4, . . Cic. pro Ligar. 1 Paratus veneram, quum tu id neque per te ſcires, neque audire aliunde potuiſſes, vt ignoratione tua, ad hominis miſeri ſalutem abuterer. Cic. pro Roſc. Amer. 54 Quid eſt aliud iudicio, ac legibus, ac maieſtate veſtra abuti ad quaeſtum, atque ad libidinem: niſi hoc modo accuſare? *Et* 59 Prorſus vti veſtro conſeſſu pro ſumma ſolitudine abutatur. Iure caedendi in probra Quinct. 1, 3, 16. Nomine alieno ad ſuos quaeſtus Cic. Verr. 3, 50. Cic. Tuſc. 1 c. 3 Fieri autem poteſt, vt recte quis ſentiat: et id quod ſentit, polite eloqui non poſſit: ſed mandare quenquam literis cogitationes ſuas, qui eas nec diſponere, nec illuſtrare poſſit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis eſt intemperanter abutentis et otio et literis. *Sed in meliorem partem* Paterc. 2, 105, 3 Sentium Saturninum, militarium officiorum patientem ac peritum: ſed eundem, vbi negotia feciſſent locum otio, liberaliter lauteque eo abutentem, ita tamen, vt eum ſplendidum aut hilarem potius, quam luxurioſum aut deſidem diceres. Regno et licentia ad omnia Cic. de Nat. Deor. 1, 65 c. 23. *Et* vt omni ſuo ſcelere et Perfidia abuteretur ad exitium meum Cic. Att. 3, 14. *Et* 7, 13 Vt id ipſum mihi ille videatur irridendi cauſa feciſſe, qui tantis de rebus huic mandata dederit: niſi forte non dedit, et hic ſermone aliquo arrepto, pro mandatis abuſus ſit. *i. Sermonem quemcunque interpretatus eſt vt mandatum ſibi datum.* Id. de Orat. 3, 169 c. 43 Abutimur ſaepe etiam verbo non tam eleganter quam in transferendo. *Vid.* ABVSIO.

ABVTENDVS, a, um. Sueton. in Galb. 14 His diuerſo vitiorum genere graſſantibus, adeo ſe abutendum permiſit et tradidit, vt vix ſibi ipſi conſtaret.

ABVSIO, *Tropus eſt durior, qui* κατάχρησις *dicitur, de quo* Cic.

in Orat. ad Brut. 94 Ariſtoteles autem translationi haec ipſa ſubiungit, et abuſionem, quam Catachreſin vocant: vt cum Minutum dicimus animum pro Paruo, et abutimur verbis propinquis, ſi opus eſt, vel quod delectat, vel quod licet. *De hac quoque* Fab. 8, 6, 34 κατάχρησις, quam recte dicimus abuſionem, quae non habentibus nomen ſuum accommodat, quod in proximo eſt *etc. Sunt enim ibi plura.* Idem 3, 3, 9 Hic per abuſionem poſita. *Add.* 8, 2, 5. 10, 2, 1.

ABVSOR, oris. m. *Prodigus.* Saluian. 8. p. 296 Perditorum hoc adoleſcentum ſpeciale convicium eſt, vt abuſores ſcilicet et incurioſi ac negligentes rerum ſuarum eſſe dicantur.

ABVSVS, ûs. m. [ἀπόχρησις] Conſumtio *et Interitus per vſum* Vlp. l. 5 §. 1 D. de vſufr. earum rerum quae vſu conſum. Si pecuniae vſusfructus legatus ſit, vel aliarum rerum, quae in abuſu conſiſtunt, nec cautio interveniat: videndum eſt, an finito vſufructu, pecunia quae data eſt, vel caeterae res, quae in abſumtione ſunt, condici poſſint. Cic. in Topic. 17 c. 3 Non debet ea mulier, cui vir bonorum ſuorum vſumfructum legauit, cellis vinariis et oleariis plenis relictis, putare id ad ſe pertinere. Vſus enim, non abuſus legatus eſt. *Vbi* Boëthius, Vtimur iis, quae nobis vtentibus permanent: iis vero abutimur, quae nobis vtentibus pereunt.

ABVSVS, a, um. *Paſſiua ſignificatione. Vid.* ABVTOR n. 3.

ABVSIVVS, a, um. Nomen ipſum abuſiua appellatione mutilatum Auct. Paneg. in Conſtant. Aug. 8, 4, 3 *de* Maxentio Maximiani *ſuppoſito.*

ABVSIVE, Adu. [καταχρηστικῶς] Quinctil. lib. 9, 2, 35 p. 777. *Burm.* Nunc non abuſiue diſpenſatio eſt. Idem 8, 6, 35 Abuſiue aliqua re vti. Abuſiue incuſſo ariete Ammian. 24, 4.

## A B Y

ABYDVS, [Ἄβυδος] *Vrbs Aſiae a Mileſiis condita ad Helleſpontum, patria Leandri, cui* Seſtos *in Europa opponitur.* Virg. Georg. 1, 207 Pontus et Oſtriferi fauces tentantur Abydi. Val. Fl. 1, 285 Coeperat a gemina diſcedere Seſtos Abydo *i. ſorore quaſi, quae e regione ſimili ſitu eminet et e longinquo vna videtur, quo propius venias, eo magis diſcedere.* ¶ 2 Aegypti oppidum Memnonis regia et Oſiris templo inclytum Plin. lib. 5, 9 ſ. 11.

ABYDENVS, Adj. [Ἀβυδηνός] Stat. Sylu. 1, 2, 87 Vidi et Abydeni iuuenis certantia remis Brachia *i. Leandri.* Idem Achill. 1, . . Littore Abydeno. Abydeni a *Philippo Macedonum rege graui obſidione preſſi, omni ſpe ſalutis abiecta, in eam rabiem ſunt accenſi, vt ſe ſuasque vxores et liberos, ferro, flammis, et omni genere mortis crudeliſſime interficerent, ne in hoſtis venirent poteſtatem.* Liu. 31, 17.

ABYLA, penult. corr. Dionyſius Afer de Situ Orb. Στηλάων ἀλύβη κεῖται μία· τῆς δ' ὑπένερθε. Avien. v. 111 Maura Abyla et dorſo conſurgit Iberica Calpe. Plin. lib. 3. prooemio: Proxima autem faucibus vtrinque impoſiti montes, coërcent clauſtra, Abyla Africae, Europae Calpe, laborum Herculis metae. Quam ob cauſam indigenae columnas eius dei vocant: creduntque perfoſſas excluſa antea admiſiſſe maria, et rerum naturae mutaſſe faciem. Mel. 1, 5. p. 335 *Gronou.* Deinde eſt mons praealtus, ei quem ex aduerſo Hiſpania attollit, obiectus. Hunc Abylam, illum Calpen vocant, columnas Herculis vtrumque. Addit fama nominis fabulam, Herculem ipſum iunctos olim perpetuo iugo diremiſſe colles, atque ita excluſum antea mole montium Oceanum, ad quae nunc inundat, admiſſum.

ABYSSVS, ſi. f. [ἄβυσσος] *Aqua patens in immenſam profunditatem, q. d. quae fundum non habet. Vid.* Iſidor. 13, 20 Profunditas aquarum impenetrabilis, ſ. ſpeluncae aquarum latentium, de quibus fontes et flumina procedunt *etc. Eccleſiaſticorum fere eſt, qui ad ſedem inferorum transferunt.* Prudent. Hamart. v. 835 *de Anima peccatis polluta:* Merſandam penitus puteo ferventis Abyſſi. *Et* Abde caput triſti iam frigida peſtis abyſſo Id. Pſychomach. v. 91. Add. Alcim. Au. 4 v. 534.

ABZOAE, *Populi, ad ſinum Scythicum* Plin. 6, 13 ſ. 15.

## A C

AC. Actio. ACC. Accepta. AC. D. N. Actione Domini noſtri. AC. D. Q. T. P. Actione dotis quae tibi petitur. AC. L. Actio Legis. A. Ↄ. L. Auli Conlibertus *vel* Conliberta. ACN. M. Actionem Mandati. AC. P. R. Actio Pecuniae Repetundae. A. C. P. VI. A Capite *vel* Ad Caput Pedes VI. A. C. S. L. E. C. A Conſiliariis Suae Legionis et Ciuitatis. A. C. V. A Claro Viro. *Vrſat.*

AC, *Coniunctio copulatiua* [καὶ] *pro* Et, *ſiue* Atque. *Vtplurimum conſonam antecedit; ſed tamen etiam vocalem, vt,* Ac ego ſcio Salluſt. Iug. 85, 11 *Cort. Sic* Cic. Fam. 1, 9 *vbi de tribus libris de oratore* Ac omnem antiquorum — rationem oratoriam complectuntur. *Iam vſum huius particulae perſequemur. Simpliciter connectit, v. g.* Ter. And. 1, 1, 47 - - - Pudice vitam, parce ac duriter Agebat, lana ac tela victum quaeritans. *Augendi vim habet, vt,* idque *vel* et quidem. Ter. Heaut. 4, 5, 15 Faciam boni tibi aliquid pro iſtac re, ac lubens. Idem Eun. 5, 3, 6 Amabo quid ait? cognoſcitne? C. ac memoriter. *Simpliciter connectit etiam.* Cic. pro Muraen. 6 c. 3 Ac de officio defenſionis meae, ac de ratione accuſationis tuae, fortaſſe etiam alia in parte orationis dicendum nobis erit. *Sic* Fam. 1, 4 Ego omni officio, ac potius pietate erga te, etc. *Sic ponitur* Ac non, *pro* Nec. Ter. Adel. 3, 3, 39 Nimium inter vos Demea, Ac non quia ades praeſens dico. Suo nomine, ac non impulſu tuo Cic. Verr. 3 c. 31 Decumae, ac non bona veniebant Verr. 5 c. 47. *Conf.* Liu. 8, 27. Cic. pro Domo ſua, 128 c. 50 Sit ſane hoc de noſtris aedibus, ac non de publicis templis. Vnum oſtende verbum conſecrationis in ipſa tua lege, ſi illa lex eſt, ac non vox ſceleris et crudelitatis tuae. ¶ 2 *In principio ſententiarum, continuandi vim habet, vt* Autem. Cic. de Orat. 1, in prooem. Ac primo quidem totius rationis ignari, etc. Ac iam illa omitto Cic. Catil. 1 c. 6. Ac primum, quanta innocentia debent eſſe imperatores Id. pro L. Manil. c. 13. Virgil. Aen. 1, 178 Ac primum ſilicis ſcintillam excudit Achates. ¶ 3 Ac, *pro* Contra quam, *poſitum ait* Donat. Ter. And. 5, 1, 22 Et neſcio quid tibi ſum oblitus hodie, ac volui, dicere. *Caſtigat Donatum Bentleius, qui auſus ſit vim vocis immutare, cum eam referret nimirum ad* ſub oblitus: *et legit* vt volui. *Sed particula* Ac *etiam ſimilitudinis illam et conuenientiae notionem alias habet, vt poſt* Aeque, Iuxta, Idem, Par, Perinde, Quaſi, Secus, Tanquam, *vbi vid. Ergo* Terentii *locum recte interpretabimur vocula* vt; *non tamen opus eſt, vt ſic quoque legamus.* ¶ 4 Ac etiam, Ac quoque *per Pleonaſmum dici videntur* Sueton. Caeſ. 26 Per equites Romanos ac etiam per Senatores. *conf.* ibid. c. 55. *et* Aug. c. 19. Celſ. 2, 6 Ac ſanguinem quoque in Febre vomuiſſe, peſtiferum eſt. conf. 2, 3. 5, 26. 7, 18.

AC *in compoſitione magno librorum lapidumque conſenſu eſt pro* AD, *vt* Accedo, Accenſus *etc. Quod inuenitur interdum* Adcipio *aut ſimile, id videtur affectationi ſemidoctorum librariorum deberi.*

## A C A

ACACIA, [ἀκακία] *Genus ſpinae itemque fructus illius, et ſucci inde expreſſi. Spinam quoque ipſam ſic vocari, teſtis* Dioſcorides 1, 133. *Et ſic erat apud* Plin. 24, 12 ſ. 67 Eſt et Acaciae Spina. *Sed Hard.* Acacia e ſpina, *vt ad ſolum fructum et ſuccum referatur. Sed referamus quae ad rem noſtram faciunt e Plinii l. c.* Semen lenticulae ſimile minore eſt tantum et grano et folliculo. — Spiſſatur ſuccus ex folliculis aqua caeleſti perfuſis: mox in pila tuſis exprimitur organis: tunc denſatur in Sole mortariis in paſtillos. — Foliorum ſuccus et Galaticae acaciae nigerrimus improbatur: item qui valde rufus. Purpurea aut leucophaea, et quae facillime diluitur, vi ſumma ad ſpiſſandum refrigerandumque eſt. — Capillum tingunt. *Notemus h c, ne ſudemus fruſtra cum interpretibus* Petro. c. 23 Perfluebant per frontem ſudantis cinaedi acaciae riui, *quibus nempe capillos tinxerat.* Plin. 20, 2 ſ. 85 Adiecta acacia lentis magnitudine. *Et* 30, 7 ſ. 19 Addunt acaciam fabae magnitudine. Conf. Celſ. 6, 6. Scribo. Comp. 23 *vbi* Acaciae chyliſma *laudat. it.* Comp. 41 *et* 85. ¶ 2 Acacien *i.* ἀκακίαν *legebant* Cic. de Fin. 5, 87 Id enim ille (Democritus) ſummum bonum, Euthymiam et ſaepe Acaciam appellat, *Sed cum ipſe addit Tullius*, id eſt, animum terrore liberum, *ſatis indicat, legendum, vt reſtituit Gronouius,* ἀθαμβίαν.

ACADEMIA, ae. (*Penultima communi* Ἀκαδημία *et* Ἀκαδήμεια *vid. infra* n. 5.) *locus prope Athenas celebratiſſimus, ac* Academo *vel* Ecademo *potius Heroë (Forte latet hic* Cadmus*) dictus, vid. Menag. ad* Diog. Laërt. 3, 7. *Vnde etiam apud* Hor. Epiſt. 2, 2, 45 Atque inter Siluas Academi quaerere verum, Ecademi *legendum putat Voſſ. in Etymol. h. v. De ſitu* Cic. de Fin. 5 pr. Conſtituimus inter nos, vt ambulationem poſtmeridianam conficeremus in Academia — Inde vario ſermone ſex illa a Dipylo ſtadia confecimus. Cum autem veniſſemus in Academiae non ſine cauſa nobilitata ſpatia *etc. Quod de ſex ſtadiis ait,* Liu. 31, 24 Ab Dipylo acceſſit — extra limes mille ferme paſſus in Academiae Gymnaſium ferens. *Nempe Gymnaſium hic fuiſſe ait etiam* Diogenes Laërt. *l. c. et qui ibi laudantur a Menagio: et ſtatim dabimus locum* Cic. Acad. 1, 17 c. 4. *it.* Fam. 4, 12 *de Sepulcro Marcelli,* In nobiliſſimo orbis terrarum Gymnaſio Academiae locum delegimus. ¶ 2 *Hic Diſputare ſolitus fuit Plato* Cic. de Fin. 5, 2 *poſt illa, quae modo adduximus*, Venit mihi Platonis in mentem, quem accepimus primum hic diſputare ſolitum. — Hic Speuſippus, hic Xenocrates, hic eius auditor Polemo: cuius ipſa illa ſeſſio fuit, quam videmus. — Et 4 c. 2 Ego illa moueor exedra. Modo enim fuit Carneades: quem videre videor. Idem Acad. 1, 17 c. 4 Illi autem qui Platonis inſtituto in Academia, quod eſt alterum (*poſt Lyceum*) Gymnaſium, coetus erant et ſermones habere ſoliti, e loci vocabulo nomen (Academicorum) habuerunt. *Add.* de Orat. 3, 62 c. 17. ¶ 3 *Hinc pro Philoſophis et Philoſophia Academica ſaepe ponitur.* Cic. Ac. 1, 17 *Vbi dixerat de iis, qui primi poſt Platonem in Academia docuere,* Certam quandam diſciplinae formulam compoſuerunt — illam autem Socraticam dubitationem reliquerunt; *ſubiungit*, Nihil inter Peripateticos et illam veterem Academiam differebat — *Tum enarratis diligentius vtriusque Scholae rationibus, et quae mutauerit Zeno Stoicorum princeps,* Cum Zenone, *inquit* n. 44 c. 12 Arceſilas ſibi omne certamen inſtituit — earum rerum obſcuritate, quae ad confeſſionem ignorationis adduxerant Socratem — Democritum, Anaxagoram, Empedoclem, omnes pene veteres, qui nihil cognoſci, nihil percipi, nihil ſciri poſſe dixerunt — n. 46 Hanc Academiam nouam appellabant — quae vsque ad Carneadem perducta — Carneades autem — *Nimirum varios quaſi gradus habuit haec* Academia, *quos ita licet conſtituere, vt* Vetus *appelletur illa conſentiens cum Peripaticis Platonica, de qua vid. etiam* de Fin. 5, 7 c. 3. De Legg. 1, 53. de Orat. 3, 67 c. 18. media *ſit, quae cum primum proferretur ab* Arceſila, noua *vocabatur; ſed exorta* Carneadis noua, *dicta eſt* media: quarta *tribuitur* Philoni, quinta Antiocho. *Vid. S. Empir. Pyrrh.* 1, 33. Cic. Bruto 120 c. 31 Ex vetere Academia Philoſophorum ſectam ſecutus es. *Sed* Fam. 9, 8 Noſti enim profecto os adoleſcentioris Academiae, quae quidquid dixiſſes, idipſum te negare cogeret. *Caeterum quoties* Academiam *ſimpliciter nominat, dubitantem illam de rebus omnibus, et in vtramque partem diſputantem intelligit. e. g.* de Orat. 1, 84 c. 18 Hic mos erat patrius Academiae aduerſari ſemper omnibus in diſputando. Att. 13, 25 O Academiam volaticam et ſui ſimilem; modo huc modo illuc. De Diu. 2 extr. Cum proprium ſit Academiae iudicium ſuum nullum interponere, ea probare, quae ſimillima veri videantur, conferre cauſas, et quid in quamque ſententiam dici poſſit, exprimere, nulla adhibita ſua auctoritate iudicium audientium relinquere integrum ac liberum: tenebimus hanc conſuetudinem *etc.* Lactantio 3, 5, 11 *ideo* Arceſilas *ſimpliciter* Academiae conditor *vocatur. Hanc philoſophiam a legibus condendis remouet* Cic. de Leg. 1, 39 c. 13 Perturbatricem autem harum omnium rerum Academiam, hanc ab Arceſila et Carneade recentem, exoremus vt ſileat. *Tanto plus ei tribuit in facultate dicendi.* De Off. 3, 20 c. 4 Nobis noſtra Academia magnam licentiam dat, vt, quodcunque maxime probabile occurrat, id noſtro iure liceat defendere. *Et diſertiſſime* Orat. 12 c. 3 Ego autem — fateor, me oratorem, ſi modo ſim, aut etiam quicunque ſim, non ex rhetorum officinis, ſed ex Academiae Spatiis exſtitiſſe. Illa enim ſunt curricula multiplicium variorumque ſermonum, in quibus Platonis primum impreſſa ſunt veſtigia. Sed et huius et aliorum Philoſophorum Diſputationibus et exagitatus maxime orator eſt et adiutus. Omnis enim vbertas et quaſi ſylua dicendi ducta ab illis eſt, nec ſatis tamen inſtructa ad forenſes cauſas; quas, vt illi ipſi dicere ſolebant, agreſtioribus muſis reliquerunt. *Conf.* Quinct. 12, 2, 23 ſq. *It.* Cic. de Orat. 1, 80 c. 21. Metrodorum ex Academia rhetorem ſuum Praeceptorem laudat ibid. 75 c. 20. It. de Fato 3, c. 2 Nam cum hoc genere Philoſophiae, quod nos ſequimur, magnam habet orator ſocietatem. Subtilitatem enim ab Academia mutuatur, et ei viciſſim reddit vbertatem orationis, et ornamenta dicendi. De Orat. 3, 110 c. 28 Apud Philonem, quem in Academia maxime vigere audio, etiam harum (*ciuilium*) iam cauſarum cognitio exercitatioque celebratur. ¶ 4 Academia Ciceronis villa. Plin. 31, 2 ſ. 3 Digna memoratu villa eſt ab Auerno lacu Puteolos tendentibus impoſita littori, celebrata porticu et nemore, quam vocabat Cicero Academiam ab exemplo

exemplo Athenarum, ibi compoſitis voluminibus eiusdem nominis, in qua, et monumentum ſibi inſtaurauerat. *Refert deinde fontes calidos, qui ibi erupere, ſalubres oculis, et carmen in eos Laureae Tullii. Meminit huius* Academiae *ſuae* ipſe Cic. Att. 1, 4 *Habuiſſe etiam Tuſculanum ſuam ſibi* Academiam, *apparet ex* Tuſc. 2, 9 c. 3 *et* 3, 7 c. 3. *De hac Sulpitius apud* Cic. de Orat. 1, 98 c. 21 Academiae illi ac Lyceo, tuum hoc ſuburbanum gymnaſium antepono. ¶ 5 Academia *penultimam variat.* Cic. de Diuin. 1, 22 c. 13 Inque Academia vmbrifera, nitidoque Lyceo Fuderunt claras foecundi pectoris artes. Laurea, Cic. libertus, *apud* Plin. 31, 2 Atque Academiae celebratam nomine villam. Claudian. in Paneg. de Manlii Theodori conſulatu, 34 In Latium ſpretis Academia migrat Athenis. Sidon. in epithal. Polemii *ſiue* Carm. 15, 120 Obuiet et quamquam totis Academia ſectis.

ACADEMICVS, a, um. [ἀκαδημαικὸς] *Philoſophorum nomen.* Cic. Ac. 1, 17 c. 4 Platonis auctoritate — vna et conſentiens duobus vocabulis philoſophiae forma inſtituta eſt Academicorum et Peripateticorum — illi, qui Platonis inſtituto in Academia — coetus erant, et ſermones habere ſoliti, e loci vocabulo nomen habuerunt. *De illo conſenſu* Academicorum veterum et Peripateticorum *paſſim* Cicero *v. g.* de Fin. 4, 5 c. 2. Brut. 120 c. 31. Offic. 1 pr. *et* 3, 20 c. 4 etc. *Sed, quod de* Academiae *vocabulo obſeruauimus, cum* Academici *appellantur ſimpliciter, illi* mediae *et* nouae *dubitatores fere intelliguntur. E. g.* Cic. Fin. 2. 43 c. 14 Nam cum Academicis incerta luctatio eſt: qui nihil affirmant, et quaſi deſperata cognitione certi id ſequi volunt, quodcumque veriſimile videatur. Cic. N. D. 2. pr. *ex perſona Velleii* Nae ego incautus, qui cum Academico et eod. rhetore congredi conatus ſum. Nam neque indiſertum Academicum pertimuiſſem, nec ſine iſta philoſophia rhetorem quamuis eloquentem. Gell. 11, 5 Vetus quaeſtio et a multis ſcriptoribus Graecis tractata eſt, in quid et quantum Pyrrhonios et Academicos Philoſophos interſit. *Tractat eam quaeſtionem etiam Sextus Empir. Hyp.* 1, 33. ¶ 2 *De* Academicis *et* Academia *agunt* Ciceronis Quaeſtiones Academicae. *De his ipſe* Att. 13, 19 Abſolui, neſcio quam bene, ſed ita accurate, vt nihil poſſet ſupra, omnem Academicam quaeſtionem libris quatuor, etc. *Ibidem vocat* Haec Academica. *Sic* Off. 2, 8 c. 2 Haec explicata ſunt in Academicis noſtris.

ACAENITVS, i. m. *interpretantur* virgatorem, qui baculum gerit, ἄκαιναν *enim eſſe inter alia* virgam paſtoriciam. *Nempe* Iuu. 7, 218 *legunt,* Diſcipuli cuſtos praemordet. Acaenitus ipſe. *Sed praeſtat legere cum Rigaltio* Acoenonoëtum ἀκοινονόητον, ſenſus communis expertem. *vbi vid.*

ACALYPHE, Gr. ἀκαλύφη, vrtica, *herba et* ζωόφυτον, *Latine ſcribi dicitur apud* Macrum 2, 2. *Graece legitur* Gell. 4, 11.

ACALANTHIS, idis. f. [ἀκανθὶς] *Auis eſt, de qua ſic* Probus, Acalanthis ea eſt, quae Graece ἀκανθὶς dicta eſt: Latine Carduelis, a Carduo. *Haec* Probus *ad* Virg. Georg. 3, 338 - - - reſonant Acalanthida dumi! *Sic legitur in omnibus antiquis codicibus, teſte Pierio, non,* Et acanthida.

ACAMANTIS, [Ἀκαμαντὶς] *Inter Cypri Inſulae antiqua nomina, forte ab* Acamante *promontorio, ſito ad occaſum. Vid.* Plin. 5, 31 ſ. 35.

ACAMAS, antis. *Vulcani miniſtrorum vnus apud* Val. Argon. 1, 583, ἀκάμας *q. d.* indefeſſus, παρὰ τῷ μὴ κάμνειν.

ACANON, [ἄκανον] quidam Eryngio adſcribunt, ſpinoſam, breuemque ac latam herbam ſpiniſque latioribus Plin 22, 9 ſ. 10.

ACANTHICE MASTICHE, [ἀκανθικὴ μαστίχη] Plin. 21, 16 Helxine rara viſu eſt, neque in omnibus terris eſt, radice folioſa, ex qua media veluti malum extuberat, contectum ſua fronde. Huius vertex ſummus lacrymam continet iucundi ſaporis, Acanthicen maſtichen appellatam.

ACANTHILLIS, idis. Aſparagus agreſtis Apul. de Herb. c. 84.

ACANTHION, ſiue ASCANTHIVM, ii. [ἀκάνθιον] Plin. 24, 12 ſ. 66 Spinae albae — ſimilis eſt ſpina illa, quam Graeci acanthion vocant, minoribus multo foliis, aculeatis per extremitates, et araneoſa lanugine obductis: qua collecta etiam veſtes quaedam bombycinis ſimiles fiunt in Oriente. Acanthion *verti poteſt Latine* Spinula.

ACANTHIS, idis. f. [ἀκανθὶς] *Auis minima.* De qua ſic Seru. in Virg. Georg. 3, 338 Acanthis, quam alii Luſciniam eſſe volunt, alii vero Carduelem, quae ſpinis et carduis paſcitur: vt inde etiam apud Graecos ἀκανθὶς dicta ſit, ἀπὸ τῶν ἀκανθῶν, *i.* Spinis, quibus paſcitur. Plin. 10, 74 ſ. 95 Et acanthis in ſpinis viuit, idcirco aſinos et ipſa odit, flores ſpinae deuorantes. Id. 10, 63 ſ. 83 Acanthis duodenos parit, auis minima. Calpurn. Ecl. 6, 7 Aſtile credibile eſt? vt vincat acanthida Cornix, Vocalem ſuperet ſi turpis aëdona bubo. Acanthis *enim vocalis eſt auis, et in primis canora. Cornix obſtrepera quidem, ſed minime canora.*

ACANTHVS, i. m. [ἄκανθος] Plin. 22, 22 ſ. 34 Acanthus eſt topiaria et vrbana herba, elato longoque folio crepidines marginum, aſſurgentiumque puluinorum toros veſtiens. Duo generis eius ſunt, aculeatum et criſpum, quod breuius, alterum leue, quod aliqui Paederota vocant, alii Melamphyllum. Quae Acantho *ſcriptores tribuunt, tam quadrant herbae vulgari, quae refert pedes vrſi anteriores,* Brancha vrſina *appellata, vt nihil amplius dubitandum ſit, eam ipſam eſſe. Folia habet multo quam luctucae latiora, longioraque, erucae modo diuiſa. Nam cum caule ſit duorum cubitorum altitudine, craſſitudine digiti, per interualla ſub ipſum vsque verticem foliolis quibusdam oblongis veluti nucamentis veſtito, ex quibus candidus prodit flos, ſemine oblongo et luteo, capitulo thyrſi figura. Habet plura Philander in* Vitru. 4, 1 *Cuius verba ponere operae pretium fuerit,* Virgo ciuis Corinthia — deceſſit. Poſt ſepulturam eius quibus ea viua poculis delectabatur, nutrix collecta et compoſita in calatho pertulit ad monumentum, et in ſummo collocauit, et vti ea permanerent diutius ſub diuo, tegula texit: is calathus fortuito ſupra acanthi radicem fuerat collocatus. Interim pondere preſſa radice acanthi media folia et cauliculas circa vernum tempus profudit, cuius cauliculi ſecundum calathi latera creſcentes et ab angulis tegulae ponderis neceſſitate expreſſi, flexuras in extremas partes volutarum facere ſunt coacti. Tum Callimachus — ad id exemplar columnas apud Corinthios fecit. *Hinc* Acanthos eleganter ſcalptos *laudat* Vitr. 2, 7. *Veſtibus quoque pretioſis figuram foliorum* acanthi *circumtexebant.* Vnde Virg. Aen. 1, 649 Et circumtextum croceo velamen acantho. *Sic de poculo* Ouid. Met. 13, 701 Summus inaurato crater erat aſper acantho, *Conf.* Mollis acanthus. Virg. Georg. 4, 123 Flexi vimen acanthi, *quia ſuo ductuli flexu in topiarium opus intorquebatur; qua de cauſa* Tortos *appellat* acanthos Columella 10, 24. *Eadem ratione dicitur* Mollis acanthus, Virg. Ecl. 3, 45 *de ſcalptura poculi* Et Molli circum eſt anſas amplexus acantho. Virg. Ecl. 4, 20 Miſtaque Ridenti colocaſia fundet acantho. *et* Georg. 4, 137 Ille comam Mollis iam tum tondebat acanthi. *Add.* Nemeſia. Ecl. 2, 5 Molli gremium compleret acantho Calpurn. 4. 68 Quem modo cantantem Rutilo ſpargebat acantho Nais. Stat. Sylu. 3, 1, 37 Hic tibi Sidonio celſum puluinar acantho Texitur, et ſignis creſcit torus aſper eburnis, *i. purpureo.* ¶ 2 Acanthus, *Arboris nomen, id eſt,* Acanthus ſilueſtris. Virg. Georg. 2, 119 Quid tibi odorato referam ſudantia ligno Balſamaque, et baccas ſemper frondentis acanthi? *Vbi* Seruius, Acanthus, arbor eſt in Aegypto ſemper frondens, vt oliva, laurus: Acanthos dicta, quia ſpinis eſt plena. Abundat hac etiam Circina inſula. *Ad arborem* Acanthum *etiam referendus eſt* Vell. 2, 56, 2 Quinque egit (Caeſar) triumphos: Gallici apparatus ex citro, Pontici ex acantho, Alexandrini teſtudine, Africi ebore, Hiſpanienſis argento raſili conſtitit. *Materia enim dura intelligenda, quae cum* citro, ebore, teſtudine *poſſit comparari. Huc etiam refero* Claud. Epithal. Hon. 95 *quem ita reſtituit Heinſius,* Balſamaque et baccas ſemper florentis acanthi: *itemque* Lactantii de Phoenice 85 olentis vimen acanthi. ¶ 3 Acanthus *vrbium quarundam nomen v. g. Macedoniae de qua* Plin. 4, 10 ſ. 17. *ab hac*

ACANTHIVS *Sal nomen habet,* Plin. 31, 7 ſ. 41.

ACANTHĬNVS, a, um. [ἀκάνθινος] Plin. 25, 7 Spectatur foliis acanthinis, *i. Spineis.* Caules acanthini Columel. 9, 4 *apibus grati.* Veſtis acanthina Iſidor. 17, *i. ad modum acanthi ornata.*

ACANTHYLLIS, *auis, quam* Plinio 10, 33 ſ. 50 *reſtituit Harduinus, cum legeretur antea* Argatilis. *Eſt enim* Ariſtoteli, ἀκανθυλλίς.

ACAPNA, [ἄκαπνα] ligna *de quibus* lemma Martial. 13, 15, *ea videntur eſſe, quae* Vlp. *dicuntur* ligna cocta, ne fumum faciant: *vid.* de Leg. 3. l. 53 ligna *et* l. 167 de V. S. *De lignis eiusmodi* Cato de R. R. c. 130. Codicillos oleaginos, et caetera ligna amurca cruda perſpergito, et in ſole ponito: perbibant bene: ita neque fumoſa erunt, et bene ardebunt. ¶ 2 *Eſt et mellis genus, quod eadem ratione* Acapnon Plinius appellat 11, 16 ſ. 15 *it.* 23, 4 ſ. 40. *Add.* Apul. de Herb. c. 30.

ACARNANIA, [Ἀκαρνάνια] *Regio et pars Epiri, quam Achelous amnis ab Aetolia ſeparat, merſa medio ſinu Ambracio. Vid.* Plin. 4, 1.

ACARNAN, ānis. [Ἀκάρναν] Ouid. Met. 8, 569 *de Acheloo* Amnis Acarnanum laetiſſimus. Virg. Aen. 5, 298 Hunc Salius ſimul et Patron: quorum alter Acarnan, Alter ab Arcadia Tegeae de ſanguine gentis. *Vbi* Seruius, Acarnan, *id eſt* Epirota. Acarnania enim eſt pars Epiri. ¶ 2 *Eſt et* Acarnan, ſeu (vt alii legunt) Acarnas, mons Atticae admodum lapidoſus. Sen. in Hippol. 22 Subditus auſtris frigora mollit. Durus Acarnas. *al.* Acharnan.

ACARNE, [Ἀκάρνη] *Oppidum Magneſiae, regionis Theſſaliae,* Plin. 4, 9. ¶ 2 *Eſt etiam* Acarne, *Piſcis marini genus,* teſte eodem Plin. 32, 11. *Eadem vocatur etiam* Acharne.

ACARON. [ἄκαρον] Myrtus ſylueſtris. Plin. 15, 7.

ACATALECTICVS, [ἀκατάληκτος] Verſus Grammaticis dicitur, cui nihil deeſt, nihil abundat. Huic opponitur Catalecticus, cui vna deeſt ſyllaba. *Vid.* Priſcian. Partit. Verſ. p. 1216. Diomed. 3 p. 501.

ACATALEPSIA, ae. [ἀκαταληψία] *q. d.* Incomprehenſibilitas *vocatur ab Academicis philoſophis illa mentis noſtrae imbecillitas, qua* comprehendi *quidquam ab ea poſſe negant. Vid. v. g.* Cic. Att. 3, 19.

ACATALEPTON, [ἀκατάληπτον] Quod comprehendi non poteſt. Sic interpretatur Cic. Acad. 4, 18 c. 6. Haeretici aeonem conſtituerunt acatalepton Tertull. adu. Valent. c. 35.

ACATIVM, ii. [ἀκάτιον] *Nauigii genus actuarii.* Plin. 9, 30 Concham eſſe acatii modo carinatam, inflexa puppe, prora roſtrata.

ACAVSTVS, i. m. *lapis pretioſus.* Carbunculi, cum ipſi non ſentiant ignes, ob id a quibusdam acauſti appellati Plin. 37, 7.

ACATVS, i. f. *idem quod Acatium,* Tertull. adu. Marc. 5, 1. *Vbi conf. le Prieur.*

## A C C

ACCA LAVRENTIA, *vel* Larentia [Ἄκκα Λαρεντία] *Fauſtuli paſtoris vxor, quae Romulum et Remum lactauit atque aluit.* Seru. in Virg. Aen. 1, 277. Larentia *ſimpliciter vocatur* Liu. 1, 4. *Hinc*

ACCALIA, um, n. pl. Feriae publicae Laurentinae, is dies, quem quidam in ſcribendo Laurentalia appellant; ab Acca Laurentia nominatus, cui Sacerdotes noſtri publice parentant ſexto die, qui atra (*marg. Scal.* Acea) dicitur, et dicunt hunc diem Tarentini Accas Tarentinas. *Haec et plura* Varro de L. L. 5, 3. *Multa etiam* Gell. 6, 7.

ACCANTO, are. [π ᾀδω] *Iuxta cantare* Stat. Sylu. 4, 4, 55 - - et magni tumulis accanto magiſtri.

ACCANTVS, ûs. Accentus quaſi accantus dictus eſt Mart. Capella 3 p. 60.

ACCĒDO, is, ſſi, ſſum, ere [ἀφικνέομαι, προσέρχομαι, μέτειμι, πρόσειμι] *ex* Ad *et* Cedo *compoſitum,* eſt *proprie ad aliquid propius venire.* Ter. Adel. 4, 4, 23 Ad illas ibo, vt purgem me: accedam ad fores. Idem Phorm. 5, 6, 27 - - - ad fores Suſpenſo gradu placide ire perrexi: acceſſi: adſtiti. Idem Andr. 1, 1, 103 Ad flammam acceſſit imprudentius. Cic. Fam. 4, 4 Et ad Caeſarem ſupplex accederet. *et* in Piſon. 1, 65 Non audebit accedere ad ludos. *Et* Att. 8, 3 Ad patriae moenia armatum accedere. Idem Verr. 5, 94 Praedones accedere incipiunt ad Syracuſas. Ad vrbem Cic. Fam. 3, 9. 4, 1. Ad Heracleam Verr. 5, 128. Ad Aquinum Phil. 2, 106. *Sed* Ariminum accedere Phil. 12, 23. Ennam qui acceſſiſtis Id. Verr. 4, 109. Cic. Att. 2, 1 Si muli barbati in piſcinis ſint, qui ad manum accedant, alia autem negligant. Si acceſſerit Prope ad te Plaut. Milit 4, 6, 55. Cic. Att. 5, 16 Bibulus ne cogitabat quidem etiam nunc in prouinciam ſuam accedere. Eidem lib. 7, 4 Ne ante in ſenatum accederem, quam rem confeciſſem. Idem de Legib. 2, 65 Quocirca Pittacus omnino accedere quemquam vetat in funus aliorum. Idem pro Caecinn. c. 13 Obſtitiſſe ne in aedes accederes. Idem in Piſon. 50 Accedere in regnum. Id. Fam. 1, 10 In Apuliam. Id. Phil. 10. 13 In Macedoniam. Cic. Verr. 4, 52 Ipſe in oppidum accedere noluit. Virg. Aen. 1, 204 Vos et Scyllaeam rabiem, penitusque ſonanteis Acceſtis ſcopulos: *Vbi* Seruius, Bene ait Acceſtis, non enim paſſi ſunt haec pericula, ſed his fuere vicini. *Sic* Tarpeium accedere collem Sil. 6, 604. *vid.* N. Heinſ. ad h. l. *Ipſe* Cic. Att. 8, 17 Vt has legiones — hoſtis accedere poſſit. Liu. 24, 20 Annibal quum propemodum muris acceſſiſſet, nullo ad conſpectum primi agminis, vt rebatur, motu facto, caſtra ab vrbe ferme paſſus mille locat: Tarentum triduo antequam Annibal ad moenia accederet, *etc.* Cic. Verr. 3, 133 Si quis tibi ad aurem acceſſiſſet, et dixiſſet, Apronium dictitare, te ſibi eſſe ſocium. *Sed* in Vatin. 4 *non* Accedere ad aures *eſt, ſed* accidere *vbi vid.* Ad manum accedere, *i.* Manum alicuius oſculo venerari, *dicunt poſterioris aeui* aucto-

*auctores: vid.* Lipſ. Elect. 2, 6. Celſ. 3, 1 Ibi deliberationi et mutationi remediorum tempus patet: adeo, vt raro, ſi inter initia Medicus acceſſiſſet, obſequens aeger ſine illius vitio pereat. *Et cum Aduerbiis, vt.* Accede huc, Plaut. Curcul. 5, 2, 28 Accede huc tu. Ter. Eun. 3, 2, 19 Vbi tu es Dore? accede huc. Plaut. Trinum. 5, 12, 14 --- modo mihi aduenienti nugator Quidam acceſſit obuiam. Plaut. Rud. 3, 4, 3 Iube modo accedat prope. Cic. pro Caecinn. Tamen acceſſit propius. Cominus Cic. Att. 2, 2. ¶ 2 *Ad animum, voluntatem, ſtudium refertur, vt,* Ad Amicitiam, Caeſ. B. C. 1, 48. Ad Conditiones Pactionesque alicuius Cic. Verr. 3, 69. Idem pro Roſc. Amer. 3 Propterea quod nondum ad rempubl. acceſſi. *i. nondum quaeſtor ſum. Hic enim primus gradus.* Idem Otl. 1, 28 Itaque eos ad rempubl. ne acceſſuros quidem putant, niſi coactos. *conf.* Nep. 9, 1, 1. Ad rem publicam liberandam Cic. Fam. 11, 10. Idem Diu. in Caec. 63 c. 19 Pro exterarum nationum commodis inimicitias ſuſcipere, ad Periculum accedere. *Sed ſine praepoſitione.* Plaut. Epid. 1, 2, 46 Ego iſtuc accedam Periculum potius atque Audaciam. In infamiam Plaut. Trinum. 1, 2, 84. Ad iſtam Rationem cur nemo acceſſerit Cic. pro Quinct. 76. Ad ſcelus auctionis Cic. Phil. 2, 64. *Sed ſic* Ter. Hec. 3, 5, 32. Cic. Act. 1 in Verr. 2 Huic ego cauſſae actor acceſſi. *Sed* Diu. in Caec. 63 Ab Sardis rogatus ad cauſſam acceſſerat. Et. ibid. 12 Siculorum rogatu ad cauſſam accedere. Ad haec bona Chryſogonum acceſſiſſe *i. ea ſibi vindicaſſe* Cic. pro Roſc. Am. 107. Ad Vectigalia, *int. conducenda* Cic. Verr. 3, 86. Ad eam partem fateor me acceſſiſſe reip. leuandae, quae maxime laboraret Cic. Diuin. in Verr. 9. ¶ 3 Accedunt *etiam res inanimatae.* Scribo. Comp. 13 Quo neque ſol, neque luna accedit. *Sic* Accedere febris *dicitur, cum in aliquem inuadit: contrarium eſt* Decedere. Cic. Att. 7, 2 Quartanam Pamphilus tuus dixit deceſſiſſe, et alteram leuiorem accedere. Accedit febris, et Accedit ſomnus Celſo *locutiones valde familiares.* Accedit *dolor* Scribon. Comp. 162. Accedit ſonus aures Apul. Met. 5 p. 160, 18 El. *vt ibid.* v. 15 Affertur vox aures. *Et* Met. 3. p. 115, 17 Quin etiam ipſe parentem tuam accedis et ſalutas? ¶ 4 Accedere, *pro* Inſuper addi, adiungi vel augeri, Cic. de Fin. 4, 68 Quia ne ad finem quidem bonorum quidquam poteſt accedere. *Et* p. a. Ad virtutis ſummam accedere nihil poteſt. *Et* Fam. 15, 21 Nam ad amorem quidem nihil poterat accedere. Cic. de Orat. 1, 254 Solet idem Roſcius dicere, ſe quo plus ſibi Aetatis accederet, eo tardioris tibicinis modos et cantus remiſſiores eſſe facturum. Cic. Att. 5, 5 Caſſio, qui Antiochia tenebatur, Animus acceſſit. Liu. 4, 18 Dictatori ac Romanis, quod detrectaſſet pugnam hoſtis, Animi acceſſere. Cic. pro Quinct. 3 Illud quoque nobis accedit Incommodum, quod M. Iunius, qui. etc. Sil. Ital. 16, 13 At iuuenis cui, Telum ingens, acceſſerat Ira, Barbaricam aſſiliens magno clamore bipennem Incutit. Ad reliquum ſuaſoriae laborem accedit etiam perſonae difficultas Quinctil. 3, 8, 49. Accedunt haec in ornamentum operis (*de ſigno Iouis Phidiae*) Quinctil. 2, 3. 6. Cic. Fam. 12, 26 Quare a te peto, vt ad eam liberalitatem, qua ſine meis literis vſus es, quam maximus his literis cumulus accedat. Add. Fam. 13, 17. *Et* Agr. 2, 61 Acceſſerint in cumulum manubiae veſtrorum Imperatorum. Celſ. 3, 10 Conſiderandum eſt etiam, febresne ſolae ſint, an alia his quoque Mala accedant. Id eſt, Num caput doleat, num lingua aſpera, num praecordia intenta ſint. *Graeci medici, quae morbis accedunt, συμπτώματα vocant.* Accedit plurimum Pretio, ſi venditio differri poteſt *pro Valde augetur pretium* Columel. 3, 21, 6. Manus extrema non acceſſit Operibus eius *pro Impoſita eſt, addita eſt* Cic. de Clar. Orat. 126. Pretium rei accedit Plin. Ep. 6, 19. Cic. Fam. 11, 29 In vtramque partem multa in mentem veniebant: magnum pondus acceſſit ad tollendam dubitationem, iudicium et conſilium tuum. Ter. Phorm. Prol. 29 Voluntas voſtra ſi ad poëtam acceſſerit. Cic. ad Brut. Ep. 18 Itaque ad reliquos hic quoque labor mihi acceſſit Idem Fam. 12, 9 Ad haec officia vel merita potius iucundiſſima conſuetudo accedit. Ter. Hec. 3, 5, 56 Quia paululum vobis acceſſit pecuniae, Sublati ſunt animi. Cic. pro Coelio 73 Cum autem paulum iam roboris acceſſiſſet aetati, in Africam profectus eſt. Celſ. 2, 11 Opus etiam eſſe cucurbitula poteſt in morbis longis, quamuis et iis iam Spatium aliquod acceſſit, ſiue corrupta materia, ſiue ſpiritu male habente, *i. quamuis non ſint recentes, ſed his aliquot iam dies laborent aegri. Sic* idem - - - Atque etiam illud vinum, cui nihil adhuc aetatis acceſſit. Hor. Epiſt. 2, 2, 211 Lenior et melior ſis accedente ſenecta? Quinct. 11, 3, 175 Vis et proprietas rebus accedit tali adſtipulatione. Tacit. 6, 7 Sed Minucius et Seruaeus damnati, indicibus acceſſere. *Pichena interpretatur, bona illorum indicibus accuſatoribusque ceſſere praemii loco: et ſimile eſſe ait* Liu. 45, . . Bonaque, eorum qui interfecti eſſent, et exulum, poſſidere qui arguebant. *Sed melius Lipſ.* Indicibus acceſſere *i. indicium profeſſi eaque re poena liberati ſunt.* ¶ 5 Accedere *dicuntur, qui tanquam appendices ſunt contractus emtionis.* Varr. de R. R. 2, 9, 6 Quibus gregibus canes ſine paſtoribus acceſſiſſent. *Et p. p.* Plerique ſtipulantur vt accedant canes qui conſueuerunt eſſe vna. *Similis fere ratio iſtorum:* Liu. 26, 50 Super dotem, inquit, quam accepturus a ſocero es, haec tibi a me dotalia dono accedent. Plaut. Perſ. 4, 4, 118 Pro veſtimentis decem accedent minae. Ter. Hec. 3, 5, 56 Quod hinc acceſſerit, id de lucro putato eſſe omne. Cic. Fam. 6, . . . Illud ſatis eſt, praeſertim quum acceſſit nihil noui. *Sic* Accedere rei iudicatae l. 4 §. ſi ex conuent. D. de re iudic. ¶ 6 Accedere *cum aduerbiis,* Huc, Eo, et Eodem: *modo ſequente* Quod, *modo ſine ipſo.* Cic. pro Roſc. Amer. . . Eo acceſſit ſtudium doctrinae. Idem Att. 1, 8 Accedit eo, quod mihi non eſt notum. Idem Verr. 3, . . Eodem accedit, quod hoc quoque intelligere poteſtis. Cic. pro Roſc. Amer. 6 Huc accedit ſummus timor quem mihi natura, pudorque meus attribuit. Caelius ad Cic. Fam. 8, 2 Acceſſit huc, quod poſtridie eius abſolutionis in theatrum Curionis Hortenſius introiit. Accedit quod, *etiam ſine aduerbiis ſupra dictis* Cic. Att. 13, 21 Accedit enim quod patrem (vt ſcire te puto) plus etiam, quam non modo tu, ſed quam ipſe ſcit, amo. Cic. de Haruſp. 6 Accedit etiam, quod T. Annio deuota et conſtituta iſta hoſtia videtur. Idem pro Roſc. Amer. 4 c. 1 Accedit illa quoque cauſſa, quod a caeteris forſitan ita petitum ſit, vt dicerent. Liu. 45, . . . Accedebat, quod alter decimum iam prope annum aſſiduus in oculis hominum fuerat. Accedit, quod tibi certamen eſt tecum Plin. Ep. 8, 24. *Et maior* Plin. in Praefat. Meae quidem temeritati acceſſit hoc quoque, quod leuioris operae hos tibi dedicaui libellos. *Subauditur nonnunquam ipſum* quod Ter. And. 1, 3, 10 Ad haec mala hoc mihi accedit etiam: haec Andria, Siue iſta vxor, ſiue amica eſt, grauida e Pamphilo eſt. Accedit Vt. Plancus *ſub* Cic. Fam. 10, 21 Acceſſit eo, vt milites eius — conclamarint. *Sic* de Senect. 16 Ad Appii Claudii ſenectutem accedebat etiam, vt caecus eſſet. *Et* de Orat. 2, 198 Accedebat, vt tu — exiſtimarere; ego --- vix viderer *etc.* ¶ 7 Accedere, *Similitudinem ſignificat.* Nectare Cecropias Hyblaeo accedere ceras Sil. 14, 26. *i. fere par eſt ei ſaporis praeſtantia. Vid.* Drakenborch. ad h. l. *Al. leg.* Accendere. Cic. pro Rabir. 5 Vos Quirites quorum poteſtas proxime ad deorum immortalium accedit, oro. Id eſt, Quorum poteſtas deorum poteſtati ſimillima eſt. Idem aliquando effertur per datiuum. Quinctil. 10, 1 Homero maxime accedit Virgilius. Cic. Acad. 4, 36 Si magna parte ad verum ipſum, aut quam proxime accedant. Id. de Orat. 3, 262 Vtrius oratio propius ad veritatem accederet. *Add.* Quinct. 12, 10, 9. Cic. Att. lib. 7, 2 Alexidis manum amabam, quod tam prope accederet ad ſimilitudinem tuae literae. Cic. de Nat. Deor. 1, 97 Ad ſimilitudinem enim deo propius accedebat humana virtus, quam figura. *Et* pro Mil. 60 Proxime acceſſit ad deos Clodius. *Et* in Bruto 173 Duobus igitur ſummis Craſſo et Antonio, L. Philippus proximus accedebat, ſed longo interuallo tamen proximus. *Et* Verr. 2, 7 Siculi proxime accedunt ad noſtram diſciplinam. Cic. Fam. 11, 21 Sed velim tibi perſuadeas, cum te conſtet excellere hoc genere virtutis, vt nunquam extimeſcas, nunquam perturbere: me huic tuae virtuti proxime accedere. Plin. 2, 7 Innumeros quidem Deos credere, atque etiam ex virtutibus vitiisque hominum, vt Pudicitiam, Concordiam, Mentem, Spem, Honorem, Clementiam, Fidem, aut, (vt Democrito placuit) duos omnino, Poenam et Beneficium, maiorem ad Socordiam accedit. *Et* 16, 40 ſ. 76, 3 Et huic nigricans color — quae proxime accedere ebenum videtur. ¶ 8 Accedere, *pro* Aſſentiri, *datiuo iungitur: et nonnunquam accuſatiuo cum praepoſitione Ad.* Quinct. 9, 4 pr. Accedam in plerisque Ciceroni. *Et alibi ſaepe, vt,* 6, 4 p. 570 Burm. *quem vide ad eum l. Add.* 3, 4, 16. 6, 4, 8. 9, 2, 102 *Sic* accedere opinioni 1, 5, 37. Parti 12, 2, 18. *De auxiliis militaribus hoc vocabulum ſaepe ſumi, obſeruat* Burm. ad Grat. 16. Cael. ad Cic. Fam. 8, 16 Ad eos fugatos accedere, quos reſiſtentes ſequi nolueris. Caeſ. B. C. 1, 48 Ciuitates, quae ad Caeſaris amicitiam acceſſerant. Tacit. Hiſt. 1, 70 Caecina paucos in Heluetiis moratus dies, — laetum ex Italia nuntium accipit, alam Syllanam circa Padum agentem Sacramento Vitellii acceſſiſſe, *i. fidem ei iuraſſe.* Sententiae alicuius Tacit. Hiſt. 2, - - - Quinctil. 2, 15, 1. Ad alicuius Sententiam Vlpian. l. 4 §. ait Praetor D. de re iudic. Cic. Att. 8, - - - Nec illos congreſſuros, nec ſi congreſſi eſſent, Pompeium ad vllam conditionem acceſſurum putabam. Cic. Verr. 3, 69 Condemnari cum iſtius inuidia, infamiaque malebant, quam ad eius conditionem, pactionesque accedere. Tacit. Ann. 12, 31 Quod primi Iceni abnuêre, valida gens, nec praeliis concuſſa, quia ſocietatem noſtram volentes acceſſerant. *Sed vid. leg.* qui ad ſoc. noſtr.

ACCEDĬTVR. Imperſ. Cic. pro Caecin. 22, c. 8 Ad eas cum accederetur, iſte cum omnibus copiis praeſto fuit. *Hinc eſt*

ACCESSVS, a, um [πρόσιτος] *quo accedi poteſt. Laudatur* Ouid. Faſt. 5, 582 *de Parthis* Gens fuit et terris et equis et tuta ſagittis, Et non acceſſis inuia fluminibus. *Sed* Heinſ. *et* Burm. Et circumfuſis, etc.

ACCESSVS, ûs. [ἄφιξις, πρόσοδος] *Accedendi actus, cui contrarium eſt,* Abſceſſus, diſceſſus, vel receſſus. Cic. de Orat. 3, 178 c. 45 Vt luna acceſſu et receſſu ſuo ſolis lumen accipiat. Plin. 12, 8 ſ. 18 Contermina Indis gens Ariana appellatur, cuius ſpina lacrymarum pretioſa, myrrhae ſimilis, acceſſu propter aculeos anxio. Acceſſus maris, et Receſſus *dicitur, cum ad nos affluit et refluit: qui proprie* Aeſtus *dicitur.* Cic. de Diuin. 2, 34 Quid de fretis aut de marinis aeſtibus plura dicam? quorum acceſſus et receſſus lunae motu gubernantur. Oceanus alternis acceſſibus nunc in hos nunc in illos impetu verſus Mela 2, 1. Sen. Nat. Quaeſt. 3, . . . Procellae quatiunt mare, tunc primum auctum fluminum acceſſu. Virg. Aen. 3, 570 Portus ab acceſſu ventorum immotus et ingens Ipſe. *Speciatim notat commodum ad aliquem locum iter militare.* Explorare acceſſus Flor. 1, 17, 4. Exploratis acceſſibus Id. 2, 12, 15. Cic. de Nat. Deor. 2, 33 Beſtiis autem ſenſum et motum dedit, et cum quodam appetitu acceſſum ad res ſalutares, a peſtiferis receſſum. Cic. pro Milon. 53 Illi, etiam ſi hunc non timeret, tamen acceſſum ad vrbem nocturnum fuiſſe metuendum. *De ſideribus etiam adhibetur.* Cic. de Nat. Deor. 2, 19 Poſſetne, etc. acceſſus diſceſſusque ſolſtitiis brumisque cognoſci. *Et* de Diuin. 2, 89 Cum tempore anni tempeſtatumque coeli conuerſiones commutationesque tantae fiant acceſſu ſtellarum et receſſu. *Eleganti metaphora* Cic. Fam. 9, 14 extr. Nihil concione tua ſapientius; ita pedetentim et gradatim tum acceſſus a te ad cauſam facti tum receſſus. Plin. 38, 4 Reliquum dant in tertianis acceſſu febrium bibendum. Ouid. de Ponto 2, 2, 411 Da precor acceſſum lacrymis mitiſſime noſtris, Nec rigidam timidis vocibus obde forem. Idem Heroid. 10, 64 Finge dari comitesque mihi, ventosque, ratemque, Quid ſequar? acceſſus terra paterna negat. Ouid. Met. 14, 635 Vim tamen agreſtum metuens, pomaria claudit Intus, et acceſſus prohibet, refugitque viriles. Stat. Theb. 12, . . . - - - - procul vsque fugati Acceſſus hominum: ſolis auibusque ferisque Ire licet. Mollire acceſſus. Ouid. de Arte Am. 1, 351 Sed prius ancillam captatae noſſe puellae Cura ſit: acceſſus molliet iſta tuos, *i. Molliores faciet, ſeu faciliores.* Stat. Sylu. 2, 1, 97 - - - - timide primum veſtigia iungit Acceſſu tacito, ſummosque laceſſit amictus. ¶ 2 Acceſſus Vitruuio 10, 19 extr. *eſt* ἐπιβάθρα, *obſidionalis machina ſcanſoria.*

ACCESSIO, ōnis. ſ. [πρόσοδος, σύντευξις] *accedendi actus.* Plaut. Truc. 2, 2, 3 Quid tibi ad haſce acceſſio eſt aedes? Id. Trin. 3, 2, 83 Quid tibi interpellatio aut in conſilium huc acceſſio eſt? Cic. Verr. 2, 133 c. 53 Is (Timarchides) ſuo labore, ſuisque acceſſionibus — conſequebatur. ¶ 2 *Deinde* [πρόσθεσις, προσβολή] Adiectionem et incrementum *ſignificat, vt* Acceſſio nummorum eſt, *quod* ſorti ſ. capiti accedit. Cic. Verr. 3, 76 Populus publice coactus eſt ei conferre lucri tritici modium XXVI, et acceſſionem HS MM. Ibid. 116 Ad ſingula (millia) medimnûm multi H-S duo, multi H-S quinque acceſſionis cogebantur dare; qui minimum ſingula nummum. *Paullo poſt* 3, 118 *hoc vocat* Corollarium nummorum. Columel. 1, 7 Vt Lignis et caeteris paruis acceſſionibus exigendis. Tanta pecuniae facta eſt acceſſio Nep. 25, 14, 2. Cic. de Amicit. 11 Quid igitur hunc paucorum annorum acceſſio iuuare potuiſſet? Acceſſiones fortunae et dignitatis Cic. Fam. 2, 1. Cic. Off. 3, 12 Eorum neque acceſſione meliorem vitam fieri, nec deceſſione peiorem. Id. de Vniuerſ. 38 c. 12 Cumque ad corpora neceſſitate cum acceſſio fieret, tum abſceſſio, neceſſe erat ſenſum exiſtere vnum *etc.* Cic. Off. 1, 138 Hanc Scaurus demolitus, acceſſionem adiunxit aedibus. Cic. Att. 16, 16 Ad paternas magnas et veteres et iuſtas neceſſitudines magnam attulit acceſſionem tua voluntas erga me. Cic. Fam. 10, 18 Magnam etiam perditi hoſtes acceſſionem ſibi feciſſent,

ſiquas

ſiquas copias abſtraxiſſent. Id. Acad. 4, 112 c. 35 Acceſſionem *vocat, quod ad definitionem adiicitur, vt plena et vera ſit,* determinationem *et* reſtrictionem *vocant hodie. Add.* de Fin. 2, 42 c. 13. ¶ 3 Acceſſio *febris, aut cuiuscunque morbi dicitur* Intenſio, *quae* Graecis *dicitur* Paroxyſmus: *cui contraria eſt* Remiſſio. Celſ. 3, 5 Si vero febres vagae ſunt, quia verendum eſt, ne cibum ſtatim ſubſequantur: quandocunque quis ex acceſſione leuatus eſt, tunc debet aſſumere. Interdum in acceſſione aegros deſipere Celſ. 3, 18. *Et* 3, 12 ſub expectatione proximae acceſſionis, quae inſtare tertia poteſt, deducendus in balneum eſt. Plin. 20, 14 ſ. 54 Pulegii ramum in tertianis ante acceſſionem olfactandum dari. *Et* 27, 12 ſ. 91 Dabatur et in febribus ante acceſſiones. Plin. 23 ſ. 25 Sed id dandum non niſi in acceſſione cenſent, alii non niſi in remiſſione, *de cardiacis.* Plin. 20, 13 ſ. 51 Dederunt et comitialibus bibendum decoctae ſuccum in cyathis quatuor ante acceſſiones. Sueton. Veſpaſ. 23 Prima quoque morbi acceſſione, vt (inquit) puto, Deus fio. Acceſſionibus vexari Scribon. 99. it. poſt binas ternasue acceſſiones. Ib. *Add.* 170. *vid.* Rhod. Lex. Scrib. ¶ 4 *Vtuntur hac voce, cum indicare volunt, rem per ſe non peti aut conſiſtere; ſed quaſi* Appendicem *eſſe alterius. vid.* Accedo n. 5. Plin. 29, 1 Hinc illae circa aegros miſerae medicorum concertationes, nullo idem cenſente, ne videatur acceſſio alterius. Liu. 45, 7 Syphax rex captus acceſſio Punici Belli fuerat, ſicut Gentius Macedonici. *vid. Gron. Plura in hanc rem collegit Nic. Heinſius ad* Vell. Paterc. 2, 25 *et quos laudat Burman. ad* Quinctil. Declam. 9, 21 p. 209. *Sic* Plin. 33 prooe. Turba gemmarum potamus, et ſmaragdis tegimus calices — et aurum iam acceſſio eſt *i. minus pretioſum in poculis. Sic apud* eundem 34, 3 ſ. 6 Acceſſio candelabri fuit Cleſippus fullo, gibber et alio foedus aſpectu, *i. emtor candelabri corollarium quaſi accipiebat hunc Cleſippum. Hinc* Acceſſiones *etiam* Fideiuſſores *vocantur a* Paullo in l. Si ſeruum ſtipulatus. D. de verb. obligat. Acceſſio eſt fideiuſſor qui principali debitori accedit. Acceſſiones *in iure etiam appellantur* Fructus, partus, et omnis cauſa. *v. g.* l. 2 D. de in diem addict. l. 50. D. ad Trebel. In Aedilium vero edicto quaecunque emptioni accedunt, et praeter pretium ab emtore erogantur, acceſſiones vocantur. l. 25 §. vlt. et l. 27 D. de aedil. edict. Poſſeſſionum *etiam* Acceſſiones *dicuntur,* quando auctorum, et eorum in quos ab his ius tranſit, poſſeſſiones coniunguntur. l. pen. D. de diverſ. et temp. praeſcr. *Sic* Acceſſio cedit principali Vlp. in l. Cum aurum §. perueniamus. D. de aur. et arg. leg. ſ. 34, 2, 19, 13. *Add.* 34, 2, 29 *et* 6, 1, 23, 5 *it.* Inſtit. 2, 1, 26. *vid. Cuiac. obſſ.* 10, 18.

ACCESSOR, ōris. [προσίτης] *qui accedit. Laudatur* Valer. 5, 7, 1 Nec acceſſor glorioſae illius pompae, ſed auctor ſpectatus eſt. Sed Accenſor *coniicit Pighius:* Acceſſio *ex libris optimis Torren.*

ACCESSIBILIS, et e. Gloſſae Cyrilli εὐπρόσιτος *vertunt.* Tertull. aduerſ. Praxean c. 15. Per acceſſibilem lucem.

ACCESSIBILITAS, atis, f. Eiusdem Tertulliani eſt dicto loco: vt contraria [Immortalitatis] ipſi filio adſcriberemus, mortalitatem, acceſſibilitatem.

ACCESSIVVS, a, um. Gloſſ. Gr. Lat. πρόσθετος.

ACCESSITO, are, *frequentatiu.* Gell. 18, 12 ex Catonis Origg. Eodem conuenæ complures ex agro acceſſitauere.

ACCESSORIVM, ii, *apud vulgus ICtorum, idem eſt quod* Acceſſio, *vbi vid.*

ACCELEBRO, are. Veſtrum crebrius accelebrare conſilium non piguerit Mart. Capella 9 p. 304.

ACCELĔRO, as. [ἐπισπεύδω] *ex* Ad *et* Celero, *actiue et neutraliter legitur.* Accelerare, *actiue poſitum, Rem aliquam facere celeriorem, vt,* Id, quod natura cogit, accelerare Nep. 25, 22, 2. *i.* Accelerare mortem Plin. 16, 36. Sil. Ital. 7, 565 Acceleremus Opem. Stat. Sylu. 1, 2, 268 Acceleret partu decimum bona Cynthia menſem. *Neutraliter eſt* Properare, feſtinare. Cic. Catilin. 2, 7 c. 4 Aurelia via profectus eſt: ſi accelerare volent, ad veſperam conſequentur. Plin. 2, 16 pr. Non quia accelerent, tardentue naturales motus. Accelera ſignifer, propera miles Liu. 3, 27 *extr. Sed tranſitiua ratio frequentior. Sic* Accelerare gradum, Liu. 2, 43. *Sic* Caeſ. B. C. 2, 39 Iterque accelerat, vt quam maxime ex fuga perterritos adoriri poſſet. Tacit. A. 3, 75, 3 Conſulatum ei accelerauerat Auguſtus. Quinct. 1, 1, 31 In lectione non properare ad continuandam eam vel accelerandam. Stat. Theb. 6, 242 Mirum opus accelerante manu. Praecepta accelerare, *i. Studioſe facere imperata.* Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 229 Viam Val. Flac. Argon. 8, 65.

ACCELERATIO, onis. [ἐγκόνησις, ἔπειξις] *Feſtinatio, properatio.* Auct. ad Herenn. 3 c. 13 Continuatio, eſt orationis enuntiandae acceleratio clamoſa.

ACCENDO, di, ſum, ere, [ἅπτω, διαπυρόω, διακαίω] *ignem ſubiicio, cuius Verbum ſimplex* Cando *in vſu non eſt; eſt tamen cognatum* Candeo. Auguſtus narrantibus Tarraconenſibus, palmam in ara eius enatam, Apparet, inquit, quam ſaepe accendatis Quinct. 6, 3, 79 *i. ſacrificium offeratis.* Accendi ebenum Fabius negat Plin. 12, 4. Ennius apud Cic. Off. 1, 51

Homo qui erranti comiter monſtrat viam,
Quaſi lumen de ſuo lumine accendat, facit
Vt nihilominus ipſi luceat, cum illi accenderit

*Sic* Cic. de Vniu. 28 c. 9 Deus ſolem quaſi lumen accendit. Cic. in Piſon. 5 c. 2. Ego faces iam accenſas ad huius vrbis incendium comprehendi, protuli, extinxi. Virg. Aen. 5, 4 Quae tantum accenderit ignem Cauſa, latet. Ouid. met. 15, 3 Admotis Athamanis aquis accendere lignum Narratur, *Hic putare poſſis* accendere *poſitum eſſe intranſitiue, pro exardeſcere, ignem concipere.* ¶ 2 Accendere, *ad animum, aut eius partes, et quicquid gradus et intenſionem admittit, refertur, vt* commouere, incitare, inflammare, *etc.* Salluſt. Iug. c. 64 Sed quae res Marium, prae honore quem affectabat, contra Metellum vehementer accenderat. Tac. H. 4, 52, 1 Ne criminantium nuntiis temere accenderetur. Ad conſequendos, quos priores ducimus accendimur Vell. 1, 17, 7. Ad dominationem accendi Sall. Iug. c. 31 Nationibus in arma accenſis Vell. 2, 98, 1. Animus fertur accenſus in ſocios Sall. Or. pro Rep. , 5. Liu. 25, . . . Adeo accenſae ſunt Spes ad pellendos Sicilia Romanos. Plin. 35, 0 Accenſo in poenam tyranno. Liu. 29, . . . Tum vero in multo impotentiorem ſubito rabiem accenſi. Neque vt Affectus veſtros in amorem mei accenderem Tacit. Hiſt. 1, 83, 3. Impenſius accendi certamina Liu. 1, 4. ¶ 3 *Iam reliquas formulas elementari ordine ponemus.* Virg. Georg. 4, 401 Ipſa ego te, medios cum ſol accenderit aeſtus, Cum ſitiunt herbae, et pecori iam gratior vmbra eſt, In ſecreta ſenis ducam. Alacritatem Curt. 4, 2, 10. Claudian. 6 Conſ. Hon. 166 Intextus Phaëton glaucos accendit Amictus, *i. illuminat, ſplendidiores reddit. vid.* Clypeum, Lucem, Olympum, Stellas, Vndas, Vultus. Animum Curt. 7, 11, 6. Sil. Ital. 15, 678 Et gemmis galeam, Clypeumque accenderat auro, *i. illuſtrauerat. Vid. de hoc vſu verbi Burmannus ad* Val. Flac. 5, 370 Saeuo cum nox accenditur auro, *i. illuſtratur a Comete. Ipſe* Cic. Somn. Scip. 20 Luna radiis Solis accenſa. Sil. Ital. 7, 529.

Quem poſtquam rapidum vidit procedere caſtris,
Hinc Libys, hinc Fabius, ſimul accendêre ſagaces
In ſubitum curas.

Deſiderium panis Plin. 19, 4. Deſiderium humoris accenſum eſt Curt. 7, 5, 7. Dextras pugnae auidas Sil. 12, 351. Equum ſtimulis Stat. Sylu. 1, 1, 39. Celſ. 3, 9 Sed eſt circumſpecti quoque hominis, et nouare interdum, et augere morbum, et febres accendere. Ingenium cupidum pacis vehementius accendere Sall. Iug. c. 10. Inuidiam Sall. Iug. c. 15. Sil. 11, 517 Late fulgentibus armis Accendunt vltro Lucem ſurgentis Eoi. Virg. Georg. 1, 251 Illic ſera rubens accendit Lumina veſper, *i. Heſperus oritur.* Virg. Aen. 6, 165 Aere ciere viros, Martemque accendere cantu. Sil. 4, 169 - - - - in praelia mentes Accendis, renouasque viros ad vulnera cantu. Tacit. Ann. 2, 57 Germanicus erat clementior, ſed amici accendendis Offenſionibus callidi, intendere vera, aggerere falſa. Medius cum Sol accendit Olympum Sil. 3, 671. *Sic Drak. al.* aſcendit. *Add. id. Drakenb. ad* Sil. 14, 26. Sil. 16, 459 His actis, ductor laeta ad certamina plantae Inuitat, poſitisque accendit Pectora donis. Tacit. Hiſt. 4, 56, 2 Vicit ratio parcendi, ne ſublata ſpe veniae, pertinacia accenderetur. Plin. 18, 25 ſ. 60 *de Vergiliarum ſidere,* Nubilo occaſu pluuioſam hiemem denuntiat, ſtatimque augent lacernarum Pretia: ſereno aſperam; et reliquarum veſtium accendunt. Lucret. 2, 957 Et quaſi iam leti dominantem in corpore motum Diſcutere, ac pene amiſſos accendere ſenſus. Celſ. 3, 6 Haec enim ſitim accendit, et tum maxime aquam exigit, quum illa periculoſiſſima eſt, *Loquitur de febre.* Tacit. Ann. 12, . . . Ad hoc gentium ductores circumire, hortari, firmare animos, minuendo metu, accendenda ſpe, aliisque belli incitamentis. Claud. de R. Proſ. 1, 253 Stellas accendit in auro, *i. ſilo aureo acu pingit.* Plin. 4, 5 Vino natura eſt hauſto accendendi calore Viſcera intus, foris infuſo refrigerandi. Ouid. de Rem. Amor. 133. Quinetiam accendas Vitia, irritesque vetando, Temporibus ſi non aggrediare ſuis. Val. Flac. 3, 41 Ergo vbi puniceas Oriens accenderit Vndas. *Sic vult Burm. al.* aſcend. Stat. Silu. 3, 4, 51 Veſtis roſeos accendere Vultus apta.

ACCENDOR, ĕris. *paſſ.* [διαπυρόομαι] *Praeter ea, quae dedimus modo n.* 2. Plin. 2, 38 Mundi celeritate diſcordia accenditur. *Loquitur de motu diurno caeli.* Cic. de Orat. 1, 114 Praeclare ſe res habeat, ſi haec accendi aut commoueri a te poſſunt. Accendier, Lucret. 6, 901

Nonne vides etiam nocturna ad lumina linum
Nuper vbi extinctum admoueas, accendier ante
Quam tetigit flammam?

ACCENSVS, a, um, Partic. vt Accenſa altaria [διακεκαυμένος] Sil. 1, . . . Paterc. 2, 91, 1 Atrox in Thracia bellum ortum, omnibus eius gentis nationibus in arma accenſis. Accenſus odio, ira, amore. Plin. 17, 1. Accenſis egeſtate longa cupidinibus immoderatus Tac. H. 1, 66, 3. Flamma accenſa Ouid. Met. 10, 279. Foci Ouid. Faſt. 1, 76. Furiis accenſus Virg. Aen. 12, 946. Furore Virg. Aen. 4, 697. Gloria accenſus Liu. 2, 20. Ouid. Met. 12, 12 Vt vetus accenſis incanduit Ignibus ara. Ira accenſus Plin. 17, 4. In iram Lucan. 3, *Et* Plin. 17, 4. Irae accenſae ſtimulis maioribus Stat. Theb. 11, 100. *Et* Ouid. Met. 9, 28. Lapis Samonic. 393 *i. candens.* Libidine Plin. 35, 3. Luctu Virg. Aen. 12, 277. Odio accenſus Plin. 17, 1. Rogi Virg. Aen. 11, 188. *Et* Plin. 6, 19. Senſus Lucret. 2, 958, Spes alicui accenſa Virg. Aen. 5, 183. Teda accenſa Lucr. 6, 881. *Denique* Virg. Aen. 4, 364. *ſimpliciter pro* irata *poſuit.* Et ſic accenſa profatur.

ACCENSVS, ûs. [ἔκκαυσις] Lucernarum accenſu Plin. 37, 7 *prout Hard. legere nos iubet. Conf.* Symmach. 3, 48.

ACCENSIO, onis. Vet. Gloſſ.

ACCENSIVNCVLA, ae. [ἐπιληψία, ἡ νόσος] Vet. Gloſſ.

ACCENSOR, oris. [βόλαρχος, εἰσαγωγεύς] Val. Max. 5, 7, 1 *ex ſententia Pighii, vbi tamen alii leg.* Acceſſor: *Optime Torren.* Acceſſio.

ACCENSIBILIS, e. Vulgat. Hebr. 12, 18. [κεκαυμένον]

ACCENDIVM, i. *Idem quod* Incendium. Solin. c. 5. (*al.* 11.)

ACCENDONES. Tertull. de Pall. c. vlt. *ex emendatione Salmaſii, quum antea legeretur,* Cerdones. *Ita vero laniſtas appellat* Tertull. *qui gladiatores inſtigant.*

ACCENSEO, ſui, ſum, ſere. *Annumero. Rariſſimum vocabulum. Nonii locum vid. in* Accenſus. Senecae *locus* Ep. 90 *dubius eſt. Apud* Lactant. 5, 2. 15 *in tribus MStis legitur,* Religionis, cui fuerat accenſus, proditor factus eſt. *Nempe vſitatius longe eſt.*

ACCENSVS, a, um. [προσεπιγεγραμμένος] *Sed vix aliter quam ſubſtantiue occurrit.* Varr. de Ling. Lat. 6, 3 p. 75, 29 Accenſos miniſtratores Cato eſſe ſcribit. Feſtus, Adſcriptitii veluti quidam ſcripti dicebantur, qui ſupplendis legionibus adſcribebantur. Hos et Accenſos dicebant, quod ad legionum cenſum eſſent adſcripti. Nonius 1, 289 Accenſi, genus militiae eſt, adminiſtrantibus proximum. Varr. Rhetor. lib. 20. Vt conſules ac Praetores qui ſequuntur in caſtra, accenſi dicti, quod ad neceſſarias res ſaepius acciantur, velut accerſiti: (*Sic* Merc. *al.* accenſiti) Idem 12, 7 et 8. Decuriones et Centuriones a numero cui in militia praeerant, dicebantur. Accenſi, qui his accenſebantur, *i.* attribuebantur. Varr. de Vita Pop. Rom. lib. 3. qui de Adſcriptiuis, Cum erant attributi Decurionibus et Centurionibus, qui eorum habent numerum, accenſi vocabantur. Eosdem etiam quidam vocabant ferentarios, qui depugnabant pugnis et lapidibus, his armis, quae ferrentur, non quae tenerentur. *Haec Nonius, confirmanda facile ex* Varr. de L. L. 6, 3 p. 75, 18. Vetus Inſcriptio *apud Conſtant. Landum in Select. Numiſm.* p. 18. C. OPPIVS C. L. LEONAS VI VIR ET AVG. HONORATVS IN TRIBV CL. PATRVM ET LIBERVM CLIENTVM ACCENSVS. Liu. 8, 8 Tertium vexillum ducebat Accenſos, minimae fiduciae manum, eo et in poſtremam aciem reiiciebantur. *Add.* c. 10 Accenſos ab nouiſſima acie ante ſigna procedere iubet: *eosdem itaque mox vocat* Antepilanos. *Vid. infra* Rorarii. Veget. de Re Milit. 2, 19 Ad obſequia tamen iudicum, vel tribunorum, necnon etiam principalium, deputabantur milites, qui vocabantur accenſi, hoc eſt, poſtea additi, quam fuiſſet legio completa, quos nunc Supernumerarios vocant. Cic. Verr. 1, 71 c. 28 Homo ordinis ſui frugaliſſimus, qui tum accenſus C. Neroni fuit. *Hoc* Aſconius, Accenſus, nomen eſt ordinis et promotionis in militia, vt nunc dicitur princeps, vel commentarienſis, aut cornicularius. Haec enim nomina de legionaria militia ſumta



ſunt.

ſunt. Magiſter equitum, quod ſumma huius poteſtas in equites et accenſos Varr. de L. L. 4, 14. *Vid. Salmaſ. de re Milit.* c. 14. ¶ 2 Accenſus, vt oſtendit Varr. 5, 9 de Ling. Lat. fuit etiam miniſter ſiue praeco magiſtratuum, ita dictus, quod ad cenſum ſolitus eſſet vocare populum. Talis eſt, quem modo vidimus ex Cic. Verr. 1, 71. *Sic* A Pauſania, Lentuli liberto, accenſo meo Cic. Fam. 3, 7. *Add.* Liu. 3, 33 Collegis (decemuiris) nouem ſinguli Accenſi apparebant. Suet. Caeſ. 20 Antiquum retulit morem, vt quo menſe faſces non baberet, Accenſus ante eum iret, lictores pone ſequerentur. Cic. de LL. 2, 61 c. 24 Dominus funeris vtatur Accenſo atque lictoribus. Plin. 7, 60, 1 Poſt aliquot annos adiectus eſt et meridies, accenſo Conſulum id pronuntiante. Vetus Poëta ap. Varr. de L. L. 5, 9 p. 62, 27 Vbi primum accenſus clamauit meridiem. *Locus ille totus Varronis de* Conſulari Accenſo *claſſicus eſt: vbi etiam de* praeconis *et* accenſi *ſimili quibusdam in rebus munere dicitur.* Cic. ad Q. fratr. 1, 1 Accenſus ſit eo etiam numero, quo eum maiores noſtri eſſe voluerunt: qui hoc non in beneficii loco, ſed in laboris ac muneris non temere, niſi libertis ſuis deferebant. *Hoc de libertis apparet etiam ex Varronis* l. c. *vbi* C. Calpurnius accenſum *alloquitur,* Calpurni, *ſuae gentis nomine, ſiue praenomine tamen verba damus in* Illicium. *Sic* Verr. 3, 154 ſ. 66 Timarchides eſt Libertus Verris et Accenſus. *Add.* Gruter. p. 586, 6. p. 598, 8 *etc.*

ACCENTO, are. [τονίζω] Gloſſ. Gr. Lat.

ACCENTVS, *vid.* ACCINO.

ACCEPSO, *vid.* ACCIPIO.

ACCEPTILATIO, ACCEPTIO, ACCEPTO, ACCEPTOR, ACCEPTVS. *vid.* ACCIPIO.

ACCERSIO, iui, itum, ire. [μεταπέμπω] *Idem quod* Accerſere, *Laudant* Plaut. Pſeud. 1, 3, 92 Accerſi hoſtias. *Sed etiam Gron.* Arceſſe. Liu. 3, 45 Placere itaque patrem accerſiri. *Sed Gron.* arceſſi. *Vide igitur* ARCESSO. Sic etiam dicendum de

ACCERSO, is, īui, ītum, ĕre. [μετακαλέω] *Sic, inquam, vulgo ſcribitur, ſed minus recte, pro* Arceſſo. Velius Longus de Orthographia p. 2232 Putſch. In eo quod eſt ARCESSO, ACCERSO, putauerunt quandam differentiam eſſe, vt Accerſo ſit Voco, tractum ab Acciendo; Arceſſo, Summoueo, ab Arcendo tractum. Sed errauerunt: Arceſſo enim pro eo quod eſt Arceo nunquam poſitum eſt. Id ergo nihil intereſt, vtrum arceſſo an accerſo dicant, eadem ſignificatione manente. *Eadem ſententia* Scauri de Orthogr. p. 2260. Priſcian. L. 1 p. 559 ſi. Vnde oſtenditur, recte *Arceſſo* dici ab *Arcio* verbo, quod nunc *Accio* dicimus, quod eſt ex *ad* et *cio* compoſitum. *Quin, quae etiam Voſſii ſententia eſt, Etym.* p. 40. Accerſo *per ſe non eſt Latinum, vt nec formam aut analogiam Latinam habet; ſed poſterioribus ſeculis corruptum ex* Arceſſo. *Quo correctiores enim Libri ſunt et antiquiores,* Arceſſo *habent, non* Accerſo. *Nec nouus hic Error, ſed praeter Velium a* Chariſio, p. 227 pr. Diomede, p. 375 pr. et Agraetio, p. 2265 *inculcatus, ſicut etiam* Gloſſae Veteres *vtrumque habent* Accerſo *et* Arceſſo; *in hoc autem meliores, quod vtrumque eodem ſenſu,* μετακαλεῖσθαι, μεταπέμπεσθαι *exponunt, quem Grammatici, quos diximus, perperam diſtinguunt. Quaecunque igitur ad* ACCERSO *referuntur, ea damus infra in* ARCESSO: *cuius rationis auctores laudat copioſe Cortius ad* Sall. Cat. 40, 6. *De* Virgilii *et* Terentii *optimis libris luculentus praeſertim teſtis eſt Pierius ad* Aen. 10, 11. *Contra Palatinos libros et Bembi* Terentium, *quos laudat Pareus Lex. Crit. nimis pugnat analogia; vt a* lacio, facio, capio, incio, *eſt* laceſſo, faceſſo, capeſſo, inceſſo: *ſic ab* arcio, *i.* accio, arceſſo, *etc.*

ACCĬDO, is, ĭdi, ere, [προσπίπτω, συμβαίνω, προστυγχάνω] *quaſi* ad *(id eſt, iuxta) aliquid* cadere. *Verbum inuentu rarum, niſi in tertiis perſonis.* Ter. Hec. 3, 3, 18 Iam vt limen exirem, ad genua accidit. *Vbi* Donat. Accidere, eſt geſtu corporis oſtendere humilitatem cadentis, propter Ad, quod eſt Iuxta, et cadere. Genibus praetoris accidens Liu. 44, 31. Sueton. Caeſ. 20, 9 Vt ad genua vltro ſibi accideret. Cic. Att. 1, 9 Ad pedes omnium ſigillatim accidente Clodio. ¶ 2 Accidere, *vetuſte poſitum cum accuſatiuo ſine praepoſitione.* Plaut. Stich. 1, 2, 31 Certo enim mihi paternae vocis ſonitus aures accidit. *Pro,* Ad aures, *vel* auribus. *Sed quod legunt quidam* Salluſt. Iugurth. 14, 17 Quos accidam? aut quos appellem? *alii ex bonis libris,* Quo accedam? Accidere *pro* incidere *etiam* Caeſ. Bell. Gall. 3, 14 Vt neque ex inferiore loco ſatis commode tela adiici poſſent, et miſſa a Gallis grauius acciderent. *Laudatur etiam* Ennius, ad Heren. 2, 34 Vtinam ne in nemore Pelio ſecuribus Caeſa accidiſſet abiegna ad terram trabes. *Sed hodie legitur,* cecidiſſet. *Melius huc facit illud* Clamor accidit auribus noſtris Plin. Paneg. c. 92, 5. Liu. 8, 24 Quod vbi ad aures accidit regis. Strepitus accidens auribus Liu. 24, 46. Cic. Vat. 4 c. 2 Nimirum es vehemens feroxque natura. Non putas fas eſſe verbum ex ore exire cuiusquam, quod non iucundum et honorificum ad aures tuas accidat. Liu. 27, 17 Inde nulla accidebat vox. *Et* 28, 7 Inde cum fama accidiſſet. *Et* 29, 6 Ni clamor — incertus vnde accidiſſet. Accidit ad aures *etiam* Fabius dixit 12, 10, 15. Quin Ter. Hec. 3, 5, 32 Pamphile, ad aures haud inuito ſermo mihi accidit tuus. Val. Fl. 4, 580 Vox haec ſimul accidit aures, *etiam ſine praepoſitione, quod illuſtrant ibi viri docti. Plura Pareus Lex. Crit. h. v.* Priſcianus in princ. operis, Philoſophi definiunt vocem eſſe — ſuum ſenſibile aurium, id eſt, quod proprie auribus accidit. Cic. Verr. 4, 2 Nihil iſtum quod ad oculos animumque acciderit, — tota in Sicilia reliquiſſe, *i. quod placuerit.* Cic. Att. 3, 20 Quod me vetas quidquam ſuſpicari accidiſſe ad animum tuum, quod ſecus a me erga te commiſſum aut praetermiſſum videretur. *Huc refero* Cic. Fam. 3, 1 Omnia quae a me profecta ſunt in te tibi accidiſſe gratiſſima: *et huic ſimilia, quae damus* n. 3. ¶ 3 Accidere *pro* Euenire, *in tertiis perſonis: ſed proprie* de malis *dicitur, ſicut* Contingere de bonis, *quamquam illud non perpetuum eſſe, ſtatim videbimus.* Cic. Acad. 4, 121 c. 38 Et ſiquid aduerſi acciderit, quod cui non accidit? extimeſcere, ne id iure euenerit. Idem in Laelio 10 Nihil mali accidiſſe Scipioni puto: mihi accidit, ſiquid accidit. *Et* pro S. Roſ. 16 Ne quid ex ea ſibi calamitatis accideret. *Et* Verr. 3, 127 Quibus ſi qua calamitas propter iſtum accidiſſet. *Add.* Nep. 17, 6, 1. Cic. Verr. 4, 135 Mirum quendam dolorem accidere iis, ex quorum vrbibus haec auferantur. ¶ 4 *Per euphemiſmum mors ita deſcribitur.* Pompon. L. 162 de Verb. Signif. Siquis ita in teſtamento ſcripſerit, Siquid filio meo acciderit, Damas ſeruus meus liber eſto: Mortuo filio, Damas liber erit. Licet enim accidat et viuis, attamen vulgi ſermone etiam mors ſignificatur. Cic. de Inuent. 2, 168 Siquid pupillo accidiſſet. Id. Tuſc. 1, 104 c. 43 Anaxagoras — quaerentibus amicis, Velletne Clazomenas in patriam, ſi quid ei accidiſſet, afferri? nihil neceſſe eſt, inquit. *Aliquando adiungitur aduerbium,* Humanitus. Cic. Phil. 1, 10 Sed vt, ſi quid mihi humanitus accidiſſet, etc. Id. de L. Manil. 59 c. 20 Si in vno Cn. Pompeio omnia poneretis, ſi quid eo factum eſſet, in quo ſpem eſſetis habituri? *Eandem Catuli vocem refert* Vell. Pat. 2, 32, 1 Si quid huic acciderit, quem in eius locum ſubſtituetis? *Eodem referunt viri docti fragmentum* Salluſtii *ex* hiſt. 5 Nam ſi Pompeio humani quid eueniſſet. Vell. 2, 93, 2 M. Marcellus, quem homines ita, ſi quid accidiſſet Caeſari, ſucceſſorem potentiae eius arbitrabantur futurum. Sueton. Aug. extr. Iulias filiam neptemque, ſiquid his accidiſſet, vetuit ſepulcro ſuo inferri. Sen. Contr. 2, 10 Si quid aciderit viro, *et* p. p. *ſimpliciter,* ſi quid acciderit: *et* in Themate, Vir et vxor iurarunt, vt ſi quid alteri obtigiſſet, alter moreretur. *Plura dabit Fornerius ad laudatam* L. 162 de V. S. *Caeterum haec eadem formula* Si quid ipſi accidat, *ad eam notionem reſpicere videtur* Cic. pro Milo. 58. *Verum conſuetam et modo declaratam notionem habet* ſ. 99 Si quid mihi acciderit prius, quam hoc tantum mali videro. ¶ 5 *Sed contra obſeruationem ſupra indicatam* accidunt *etiam bona.* Ter. And. 2, 3, 24 Interea aliquid acciderit boni: *vbi* Donatus, Nota *acciderit* etiam pro bono, et a Terentio, et apud veteres frequentatum. Cic. Att. 8, 6 Moriar, ſi magis gauderem, ſi id mihi accidiſſet. Cic. Fam. 3, 11 Quae ſcribis ad me, minime mihi miranda, et maxime iucunda acciderunt. *Et* Att. 1, 5 Nam mihi omnia, quae iucunda ex humanitate alterius et moribus homini accidere poſſunt, ex illo accidebant. Id. Fam. 6, 7 Ac neſcio, an tibi gratius opportuniusque acciderit. *Et* in Vatin. 8 Quid ergo praeſtantius mihi potuit accidere? quid optabilius ad immortalitatem gloriae, atque ad memoriam mei nominis ſempiternam *etc.* In Piſo. 46 c. 20 Illud etiam accidit praeter optatum meum; ſed valde ex voluntate. Pro Plancio 58 c. 24 In quibus ipſi aculei, ſi quos habuiſti in me reprehendendo, tamen mihi non ingrati acciderunt. Fam. 1, 10 Quae — ſcribis ad me, minime mihi miranda et maxime iucunda acciderunt. Tac. An. 2, 5 Tiberio haud ingratum accidit. *Maneat itaque etiam de bonis poni hoc verbum: ſed malorum nempe ſors crebrior.* ¶ 6 *Iam formulas alias perſequamur.* Nihil mihi ad dolorem accidit acerbius Cic. de Or. 2, 200 c. 49. Aegritudo accidit alicui Tacit. Ann. 2, . . Dubitatio, Cic. Off. 3, 18. Caeſ. 7, 44 Accidere viſa eſt facultas bene rei gerendae. Fama, *pro Venit, ſiue allata eſt* Liu. 27, . . Nouum, et aliquid noui Ter. Phorm. 1, 5, 20. Cic. Fam. 15, 2 Cum admirarer, quid accidiſſet noui. Cic. Diu. in Caec. 2 Siquod tempus accidiſſet, quo tempore aliquid a me requirerent. *Et* Nolim accidiſſet tempus, in quo Fam. 3, 10. Cic. de Inuent. 2, 4 Quod quoniam nobis quoque voluntatis accidit, vt artem dicendi perſcriberemus. Cic. Fam. 6, 21 Timebam enim, ne euenirent ea, quae acciderunt. Cic. de Diuin. 1, 104 Mihique a peritis in Aſia praedictum eſt, fore eos euentus rerum, qui acciderunt. Cic. pro Planc. 15 Nihil, vt plerumque euenit, praeter opinionem accidet. Idem Fam. 3, 10 Grauiter primo nuntio commotus ſum, quod nihil tam praeter opinionem meam accidere potuit. Caſu accidit Cic. pro S. Roſ. 96. Ouid. Her. 2, 49. Quinctil. 2, 17, 31 Adeo vt vix ex admirabili quodam caſu poſſit accidere. *Sed non eſt probabile ab* Quinctiliano vix ex *ita eſſe iuncta; itaque alterutrum libris auctoribus eiiciendum ſuademus.* ¶ 7 *Ad caſum etiam refertur in illo* Quinct. 9, 3, 2 Eſſet ſchema vitium, ſi non peteretur, ſed accideret. *Sed etiam de conſecutione naturali cauſarum, vt* Cic. Som. Scip. 16 c. 7 Propter eluuiones exuſtionesque terrarum, quas accidere tempore certo neceſſe eſt. *Et* de Diu. 2, 21 Nihil pro certo futurum eſt, quod poteſt aliqua procuratione accidere ne fiat. *Sic* Quinct. 1, 1, 13 Hinc enim accidunt et oris plurima vitia — et ſermonis, *Et* 1, 1, 32 Hinc enim accidit dubitatio, intermiſſio. *Add.* 8, 6, 67 Ex confuſis quae vitia accidunt. *Et* 1, 5, 38 Per quot ſpecies ſoloeciſmus accidat. *Scilicet generale verbum eſt, vt* fieri *etc.* Cic. de Diu. 2, 19 Si enim nihil fieri poteſt, nihil accidere, nihil euenire, niſi quod ab omni aeternitate certum fuerit eſſe futurum rato tempore; quae poteſt eſſe fortuna? Quinct. 5, 8, 4 Quae rebus aut perſonis accidunt. *Add.* 5, 10, 17. *Senſu Grammatico idem* Fabius 1, 5, 41 Verbo accidunt genera, tempora, perſonae, modi. *De caſu* ibid. ſ. 60. Accidit de. Cic. Att. lib. 1, 16 pr. Quaeris ex me, quid acciderit de iudicio, quod tam praeter opinionem omnium factum eſt. Cic. de Prouinc. Conſul. Neque ſolum ſummo in viro, ſed etiam in mediocri homine ne accidat prouidendum. Ter. And. 5, 3, 14 Eodem die iſtuc verbum vere in te accidit. *i. conuenit, competiuit.* Ter. And. 1, 5 Miſera timeo incertum hoc quorſus accidat, *i. euadat.* Cic. in Partit. 44 Maximeque ſi id diuinitus accidiſſe potuerit videri. Accidit nec opinanti Ter. Hec. 3, 3, 2. Accidit *poſitum abſolute, ſequente particula* Vt. Cic. Verr. 1, 63 Accidit, quum iſte a Cn. Dolabella efflagitaſſet, vt ſe ad regem Nicomedem, regemque Sadalam mitteret, etc. vt illo itinere veniret Lampſacum, cum magna calamitate, et prope pernicie ciuitatis. De Nat. Deor. 1, 59 Sed quod in illo mihi ſaepe vſu venit, idem modo acciderat, vt moleſte ferrem *etc.* Idem Cic. Fam. 2, 10 pr. Putareſne vnquam accidere poſſe, vt mihi verba deeſſent. Nep. 7, 3, 2 Accidit, vt vna nocte omnes Hermae deiicerentur. *Et cum infinitiuo.* Cic. Fam. 11, 1 Dolabellam antea tantummodo diligebam, obligatus ei nihil eram: nec enim acciderat mihi opus eſſe.

ACCĬDENS, entis, [συμβεβηκὸς, σύμπτωμα] *Participii exempla ſupra poſuimus, v. g.* Liu. 44, 31 Genibus Praetoris accidens. *Vſitatiſſimum eſt neutrum abſolute poſitum. Definitur a Dialecticis, Quod adeſt et abeſt praeter ſubiecti corruptionem.* Quinctil. 5, 10, 23 Cauſa, tempus, locus, occaſio, inſtrumentum, modus, et caetera, ſunt rerum accidentia. Theodorus qui de eo, an ſit, et de accidentibus ei, id eſt, περὶ οὐσίας καὶ συμβεβηκότων, exiſtimat quaeri. Quinctil. 3, 6, 35. *Et* 4, 2, 130 Perſonae cum ſuis accidentibus ponendae. Accidentia vniuscuiusque ſubſtantiae Tertull. adu. Prax. c. 26. Contingit claritas etiam ex accidentibus Quinct. 8, 3. *Add.* Senec. de Conſt. Sap. c. 9. *it.* Macrob. Saturn. 1, 4. Per accidens. *Vid.* PER. ¶ 2 Accidentia *quoque vocantur Caſus hominum.* Quinct. Decl. 5 pr. Quamvis iudices in tanta malorum continuatione iam potuerim nihil ex accidentium meorum nouitate mirari, etc. *Paulo poſt,* c. 3 Hic namque robuſtus ac patiens, non molliri proſperis facile, non accidentibus frangi, etc. *i. Rebus aduerſis.* *Sic* c. 23 Humanorum accidentium caſus. *Et* Decl. 17, 12 Poſſimus fortaſſis aliorum accidentium ſperare finem.

ACCIDENTIA, ae. Verbale. [σύμπτωσις] vt Accidentia naturae, pro Euentu Plin. 32, 2 ſ. 9 Eſſe vero illam naturae accidentiam, quod magis miremur, etiam in locis quibusdam, appoſito occurrit exemplo. Accidentiam ſpiritus paſſus eſt: cecidit enim ecſtaſis ſuper illum, ſancti ſpiritus vis Tertull. de anima c. 11.

ACCĪDO, idi, īſum, ere [περικόπτω] ex Ad et Caedo; *Caedendo extenuare.* Accidunt arbores tantum, vt ſumma ſpecies earum ſtantium relinquatur Caeſ. B. G. 6, 27. ¶ 2 *Metaphor.* Liu. 8, 29 Ita praelio vno accîdit Veſtinorum res, vt non in caſtra ſolum refugerent hoſtes, ſed iam ne vallo quidem ac foſſis freti, dilaberentur in oppida, ſitu vrbium moenibusque ſe defenſuri.

ACCĪSVS, Partic. [περικοπείς] Tacit. de Moribus German. 19, 2 Accîſis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus. Accîſae dapes Virg. Aen. 7, 125 *Vbi* Seruius, Accîſis, Vndique conſumtis. Et hoc eſt apud nos AC, quod apud Graecos ἀμφί. ¶ 2 Accîſae res, *Extenuatae, afflictae et imminutae* Liu. 3, 10 *Sic* Accîſae opes, *apud* eundem. . . Hor. Sat. 2, 2, 114 Integris opibus noui non latius vſum, Quam nunc accîſis. *Ipſe* Cic. de Prou. Conſul. 34 c. 14 Impolitae vero res et acerbae ſi erunt relictae, quamquam ſunt accîſae, tamen ſe efferent aliquando.

ACCĪEO, es, iui, itum [προσκαλέω] ex Ad et Cieo: *Verbum in vſu rariſſimum, idem ſignificat quod* Accio *ſiue* Arceſſo. Plaut. Milit. 3, 3, 61 Vos modo curate, ego illum probe iam oneratum huc acciebo *Sed Gron.* accibo. *Verum* ponitur a Diomede lib. 1 p. 363 in ſecunda coniugatione.

ACCINGO, xi, ctum, ere [ἐπιχειρέω, ἐγχειρέω, διασκευάζω] ex Ad et Cingo, *a gladio et armis ad omnem aliam praeparationem, et ſuſceptionem negotiorum refertur. Ergo proprie* Tac. Hiſt. 4, . . Accingi telis tanquam in aciem. *Et* Val. Flacc. 2, 197 Pugnae accincta. *Sed etiam generatim* Accingere ſe alicui rei, *eſt Eam rem gnauiter aggredi.* Virg. Aen. 1, 210 Illi ſe praedae accingunt. *Vbi* Seruius, Accingunt, Studioſe parant. Accinctos enim Induſtrios dicimus. Sicut contra Negligentes Diſcinctos vocamus. Virg. Aen. 2, 235 Accingunt omnes operi, *Subintel.* Se. Ad conſulatum accingi Liu. 4, 2. Liu. 28, . . . Quin igitur ad hoc accingeris? Accingi ad ſordidum lucrum Quinctil. 1, 12, 16. *Et* 12, 1, 5 Spectabit id ſolum, ad quod accingitur. Virg. Aen. 4, 493 Teſtor, cara, deos, — magicas inuitam accingier artes, *i.* me magicas artes aggredi. Liu. 2, 12 In hoc diſcrimen, ſi iuuat, accingere, vt in ſingulas horas capite dimices tuo. Ter. Phorm. 2, 2, 4 Tute hoc intriſti, tibi omne eſt exedendum: accingere. *Et* Eun. 5, 8, 30 Accingar. Accinge, pro Accingere. Pompon. Maccis geminis: Iam ego mihi adero, dum ego reuortor, age anus accinge ad molas. Nonius 7, 10. *Sed multo vſitatius Paſſiuum.* Simul Domitianus Mutianusque accingebantur Tac. Hiſt. 4, 68. *i. ſe armabant. Sic* Virg. Aen. 9, 74 Atque omnis facibus pubes accingitur atris. Val. Flacc. Argon. 4, 593 Ne deſice caſus praedicti memor, atque animos accinge futuris. Tac. An. 12, 25 Se quoque accingeret iuuene, partem curarum capeſſituro, *i. Domitium adoptaret, eoque aduerſus curas et imperii negotia ſe muniret, et velut armaret.* Accingor, *cum infinitiuo.* Virg. Georg. 3, 46 — accingar dicere pugnas Caeſaris. Accingi ad ſpem maiorem Tacit. An. 11, 28, 2. Sen. Medea 1, 51 Accingere ira teque in exitium para.

ACCINCTVS, Partic. [διεσκευασμένος, ἐζωσμένος] Plin. Paneg. cap. 20. Ad hoc comitatus accinctus, et parens, *i. non oneratus impedimentis et ob id grauis prouincialibus.* Vet. Gloſſ. εὔζωνος, Expeditus. *Comp.* Auſon. in Grat. Actione. p. 726 Cuius — habitus — militaris accinctior? Accinctus enſis lateri Stat. Theb. 1, 86. Accincta flagello Tiſiphone Virg. Aen. 6, 570. Animus in magnos vſus Stat. Silu. 4, 4, 48. In omnia pariter intenta bonitas et accincta Plin. Paneg. c. 30. Accinctus ſtudio popularium Tacit. 12, 44.

ACCĬNO, is, ui, entum, ere, [προσᾴδω] *Ex* Ad *et* Cano *compoſitum, cuius nullum adhuc exemplum obſeruatum eſt, niſi vbi origo nominis* Accentus *indicatur a* Diomede, *vt ſtatim videbimus. Nempe*

ACCENTVS, ûs. m. [προσῳδία] *Verbale ab* Accino. Diomed. lib. 2 p. 425 Accentus, eſt acutae, vel grauis, vel inflexae orationis elatio, vociſue intenſio vel inclinatio, acuto aut inflexo ſono regens verba. Nam vt nulla vox ſine vocali, ita ſine accentu nulla eſt: et eſt accentus, vt quidam recte putauerunt (v. g. Martian. Capella l. 3. p. 60) velut anima vocis. Accentus dictus eſt ab accinendo, quod ſit quaſi quidam cuiusque Syllabae cantus. Accentus quidam *faſtigia* vocauerunt, quod capitibus literarum apponerentur: alii *tenores* vel *tonos* appellant: nonnulli *cacumina* definire maluerunt. Sunt autem tres, Acutus ´, Grauis `, et qui ex duobus factus eſt, Circumflexus ^. *Haec* Diomedes. Martian. Capella 3 p. 62 extr. Acutus accentus notatur virgula a ſiniſtra parte in dextram aſcendente ´. Grauis autem a ſiniſtra ad dextram deſcendens `. Inflexi ſignum eſt ſigma ſuper ipſas literas deuexum ˜. *De his* Libros magnos ſcripſiſſe Apollonium et Herodianum inter Graecos, inter Latinos Cenſorinum, Priſcianus *teſtatur lib. 15. Cuius ipſius etiam de* accentibus liber *eſt Putſch. p. 1286 ſqq.* Quinctil. 1, 5, 22 Adhuc difficilior obſeruatio eſt per tenores, (quos quidem ab Antiquis dictos tonores comperi, vt videlicet declinato a Graecis verbo, qui tonos dicunt,) vel accentus, quas Graeci προσῳδίας vocant, cum acuta et grauis alia pro alia ponitur. Accentum Cicero ſonum vocis *appellat* in Orat. 57 c. 17 Mira eſt enim quaedam natura vocis, cuius quidem e tribus omnino ſonis, inflexo, acuto, et graui, tanta ſit, et tam ſuauis varietas, perfecta in cantibus. *Huc referebatur olim* Lucret. 5, 746 Crepitans accentibus algi. *Sed praeclare emendatur ille locus a Lambino* Crepitans ac dentibus Algus, *quae eſt hiemis periphraſis. Certior auctor* Quinct. 12, 10, 33 Sed accentus quoque — minus ſuaues habemus, quia vltima Syllaba nec acuta vnquam excitatur, nec flexa circumducitur, ſed in grauem vel duas graues cadit ſemper. ¶ 2 Magis proprie Ammianus 16, 12 *ſecundum Valeſium. aut* cap. 29. *Gruter.* Ahenatorum accentu ſigno dato. *Ita Valeſius: at Occentu Lindebrogius. Etiam Gron.* p. 157 Dato igitur ahenatorum accentu ſolemniter ſigno.

ACCENTIVNCVLA, ae. diminute Gell. 13, 6 *dixit, qui* προσῳδίας, *ita appellatas a Veteribus, memorat.*

ACCENTOR, oris Iſidor. 6, 19. *vid.* Incentor.

ACCIO, is, iui, itum, ire. [προσκαλέω, ἐκκαλέω] *Arceſſere, euocare.* Liu. 1, 35 Ludicrum fuit, equi pugilesque ex Hetruria maxime acciti. Acciri peregre Liu. 2, 6 *vid.* PEREGRE. Cic. Att. 5, 1 Tu inuita mulieres, ego acciuero pueros. Liu. 1, 35 Et Numam ignarum vrbis, non petentem, in regnum vltro accitum. Cic. de Fin. 5, 93 Qui ſe fatentur, virtutis cauſa, niſi ea voluptatem acciret, ne manum quidem verſuros fuiſſe. Cic. Attic. 13, 48 (al. 47.) Is igitur ſi accierit, accurram. *Et* de Or. 3, 141 Qui hunc Alexandro filio doctorem accierit. Tacit. Ann. 1, 5, 4 Vixdum ingreſſus Illyricum Tiberius, properis matris literis accitur. *Add.* Hiſt. 5, 25, 2. Mortem accire Flor. 4, 2, 70. Vellei. 2, 68, 6.

ACCĪTVS, Partic. [προσκεκλημένος] Arceſſitus, vocatus. Caeſ. B. G. 8, 31 pr. Ciuitates, quarum eo praelio — copias eſſe accitas ſciebat. Salluſt. in Iugurth. c. 102 Acciti ibant. Virg. Aen. 11, 235 Imperio accitos alta intra limina cogit et 308 Spem ſiquam accitis Aetolum habuiſtis in armis, *Vbi* Seruius Accitis, Euocatis, Adiunctis. *Sed edunt* Adſcitis. Accita Vitellio auxilia, *pro,* a Vitellio Tacit. An. 13, 38. Milone accito Vell. 2, 68, 2. Claſſis ex Graecia accita Curt. 4, 1, 36.

ACCĪTVS, ûs [πρόσκλησις] *Aduocatio.* Virg. Aen. 1, 677 Regius accitu chari genitoris ad vrbem Sidoniam puer ire parat. Accitu praetoris euocari Cic. Verr. 1, c. 28. Id. Verr. 3, 68 Et quinque primi accitu iſtius euocantur.

ACCIENDVS, Partic. paſſ. [προσκλητέος] Cic. de Aruſp. Reſp. 23 c. 12 Aruſpices acciendos ex Hetruria putaremus.

ACCITIO, onis. Magorum accitiones Arnob. Lib. 4 p. 134.

ACCĪTO, aui, are. [προσκαλοῦμαι] *Frequenter accire. Laudant* Lucret. 5, 945 Vt nunc montibus e magnis decurſus aquaï Clarior accitat ſitientia ſecla ferarum. *Sed recepta nunc Boyſii coniectura.* Claricitat late, *i. Allicit, inuitat, euocat ad ſitim explendam: cui fauet Edit.* 1486. Claritati a te.

ACCIPENSER. *vid.* ACIPENSER.

ACCĬPIO, cepi, eptum, ere. [δέχομαι, λαμβάνω, προσλαμβάνω, προσδέχομαι] ex Ad et Capio. *Correlatum verbi dare.* Quod dat, accipimus Cic. Fam. 1, 1. *Sic* de Fin. 2. . . . Accipio, quod dat. *Et* de Orat. 2, . . . quod datur. Quinctil. 2, 9 *extr.* Ita eloquentia coaleſcere nequit, niſi ſociata tradentis accipientisque concordia, *i. doctoris et diſcipuli. Conf.* 1, 3, 3. Vlp. l. 71 de verb. ſignif. Aliud eſt capere, aliud accipere: capere cum effectu accipitur: accipere, etſi quis non accepit, vt habeat. Ideoque non videtur quis capere quod erit reſtituturus. *Varie cum Praepoſitionibus conſtruitur, vt* Plaut. Pſeud. 4, 2, 14 Ab eo argentum accipies. Cic. Att. 1, 1 Quas eum dolo malo mancipio accepiſſe de Vario diceret. Plaut. Amph. 2, 2, 132 Ex tua accepi manu pateram. In deditionem accepit Sueſſiones Caeſ. B. G. 2, 13. C. Gracch. apud Gell. 15, 12 Ita verſatus ſum in prouincia, vt nemo poſſit vere dicere aſſem, aut eo plus in muneribus me accepiſſe. Plin. 9, 47 ſ. 71 Quo in numero chalcis accipitur. *i. traditur, legitur, auditur.* ¶ 2 *Iam quibus iunctum nominibus obſeruatum ſit, elementari ordine indicabitur: ac primo ponentur, quae commodi quidquam aut acceſſionis certe notant; in alteram claſſem coniectis, quae damnum potius et noxam ſignificant.* Cic. Fam. 9, 22 Quum me hoſpitio recipias, Aeſtimationem te aliquam putes accipere. *Vid.* Aeſtimatio. Aetatem Plin. 14, 7 *de vino, cui admixtum* dulce Tmolites. Virg. Aen. 1, 307 — in primis regina quietum Accipit in Teucros animum, mentemque benignam. Aquam ore Plin. 9, 18 *Nempe de* Cibis, Potu, Medicamentisque, *et quidquid ore ſumitur, paſſim adhibetur.* Sueton. Nero. 33 In quo cibi genere venenum is acceperat, Iuſtin. 12, 10, 3 Herba in potu accepta. Ouid. Met. 7, 287 Quos poſtquam combibit Aeſon Aut ore Acceptos aut vulnere. *Et* Rem. 740 Et vomit acceptas ore Charybdis aquas. *Sic Heinſii liber. Haec* Burm. *ad illud* Quinct. decl. 15, 6 Odium (poculum odii) accepi contra coniugem. *Sic* Scribon. c. 101 Accipere Medicamentum. *Et* 190 Ius ſuillum pingue. *Sed* ibid. 23 *et* 102 Medicamentum accipit haec, *i. recipit, haec miſcentur in vnum etc.* Potionem Quinct. 7, 2, 17. Artes a magiſtris Ouid. Met. 9, 718. *Sic* Quinct. 12, 11, 11. *Conf. mox n.* 4. Auras taurinis follibus Virg. Georg. 4, 171. *Add.* Aen. 8, 449. Beneficium accipere Ter. Adel. 2, 3, 1. Beneficium accipere, libertatem vendere eſt Publ. Syrus. Sen. de Benef. 2, 30 Qui libenter beneficium accepit, reddidit. Ouid. Met. 14, 844 Coniugis ora mihi, quem ſi modo poſſe videre Fata ſemel dederint, Caelum accepiſſe videbor. *Vid. infra* Vitam Deorum. Cic. Fam. 16, 19, 2 Et ſi ob eam rem moraris, accipio Cauſam, *i. excuſationem.* Idem in Piſon. . . . Quam nos cauſam quum accepiſſemus. *Sed alio ſenſu* Cic. de Or. 2, 355 Tenere quae didiceris in accipienda Cauſa, *i. diſcenda a litigatore. Denuo aliter* Ter. Hec. Prol. 55 Mea cauſa cauſam hanc accipite, *i. ſuſcipite tuendam.* Cognomentum Neronis acciperet menſis Aprilis. Tacit. 15, 74, 2. Colorem alienum quodam repercuſſu Plin. 11, 38 *extr.* ſ. 91. Commeatum *i. Profectionis veniam* Plin. Epiſt. 3, 4, 2. Complexum Liu. 2, 40. Caeſ. Bell. Gall. 5, 41 Cicero ad haec vnum modo reſpondit, non eſſe conſuetudinem pop. Romani accipere ab hoſte armato Conditionem. Conditiones Cic. Fam. 16, 12. Liu. 22, . Laeti tamen quamcunque Conditionem paciſcendi acceperunt. Coniecturam accipit hic Status, quid ſenſerit legis conſtitutor Quinctil. 3, 6, 42. Conſilium Liu. 24, . . . Cic. de Clar. Orat. 55 Quum de plebe Conſules non accipiebat Appius, *i. rationem plebeiorum non habere volebat, nomina eorum non recipiebat inter Candidatos. Conf.* Liu. 9, 46 *et vide mox* Nomen accipere. Cic. Verr. 3, 71 Imperat Agyrinenſibus, vt Decumas ipſi publice accipiant: Apronio lucrum dent. *Sic* Plin. 12, 14. Caeſ. Bell. Gall. 1, 40 Quos tamen aliquis vſus ac Diſciplina, quam a nobis accepiſſent, ſubleuaret. Cic. Att. 16, 1 Atticae meae Excuſationem accipio. *Reſpondet* Afferre excuſationem. *Add.* Fam. 4, 4. Experimento ſuo accipere, ac natura duce, non alio tradente. Quinctil. 6, 2, 25. Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 42 Amiſſo Exercitu, quem a Caeſare fidei commiſſum acceperit. Salluſt. in Iugurth. 14, 18 Poſtremo Maſiniſſa nos ita inſtituit P. C. ne quem coleremus, niſi populum Romanum: ne ſocietates, nec Foedera noua acciperemus. Plaut. Curcul. 4, 1, 19 Sub Veteribus, ibi ſunt, qui dant, quique accipiunt foenore. Virg. Aen. 8, 150 Accipe, daque Fidem Liu. 24, . . . Legati reſponderunt, Fide accepta. Fidem accepit Fabula, *i. Fabulae creditum eſt* Martial. Spectac. 5. Cic. pro Flacc. 51 Pecuniam adoleſcentulo grandi foenore, Fiducia tamen accepta, occupauiſti. Virg. Georg. 1, 170 - - - - et curui Formam accipit vlmus aratri. Virg. Aen. 12, 568 Vrbem hodie cauſam belli, regna ipſa Latini, Ni Fraenum accipere, et victi parere fatentur. Columel. 12, 12, 2 Lagenam in tabulatum, quod Fumum accipit, reponunt. *i. vt idem in fine eiusdem capitis exprimit,* In tabulatum, quod ſuffumigatur, reponunt. Virg. Aen. 1, 689 Vt cum te Gremio accipiat laetiſſima Dido. Brut. ad Cic. 4 Quum exploratum habere coepero Caeſarem Honoribus, quos acceperit, extraordinariis fore contentum. *Huic reciprocum eſt,* Deferre honores. Cic. ad Q. fratr. 1, 1 Certe Humanitatem iis potiſſimum tribuere debemus, a quibus accepimus. Imbrem *i.* aquam accipiunt naues Virg. Aen. 1, 126. Cic. pro Planc. 90 Ego vero ne Immortalitatem quidem contra remp. accipiendam putarem. Imperium, *pro Parere imperio, iuſſis obedire.* Liu. 25, . . . *Reciprocum* Imperare. *Add.* Nep. 22, 3, 3. Cic. pro Quinct. 63 Iudicium quin acciperet in ea ipſa verba quae edebat Naeuius, non recuſare, *i. iudicium pateretur, iudicio* defen-

defenderet, *vt ibid.* Cicero, *litem conteſtaretur.* *Add.* Verr. 5 c. 22. *Locutio haec Iuriſconſultis frequens eſt*, vt, in l. 2 §. 1 D. Si ex nox. cauſa l. 8 §. 3 D. de procurat. et l. 35 §. 2 D. de iureiurando. Iugum accipiunt boues, Columel. 6, 2, 7. *Sed etiam homines*, Liu. 3. 10 Caveant ne poſſeſſione vrbis pellantur, ne Iugum accipiant. Tacit. Ann. 12, 50 Vrbesque Armeniorum Artaxata et Tigranocerta Iugum accepere. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 28 Iureiurando accepto nihil iis nocituros hoſtes, ſe Otacilio dediderunt. *Reciprocum* dare iusiurandum. Plaut. Capt. 4, 2, 92 Nunc hanc laetitiam accipe a me, quam fero. Cic. Off. 3, 109 Quo deprecante accepta Lex non eſt. *Vid.* Cic. Fragm. pro C. Cornelio pr. *Reſpondet* Ferre legem. Liu. 25, . . . Vt victi a victore leges acciperent. *Vid.* Conditionem. Salluſt. in Iugurth. 89, 3 Vos pro Libertate quam ab illis accepiſtis. Literas aut epiſtolam ab aliquo, *vulgatum eſt de eo dici, ad quem ſcriptum eſt: vt* Cic. Fam. 4, 2 Ad tertium Calend. Maias quum eſſem in Cumano, accepi tuas literas. Idem ad Q. fratr. 2, 14 Duas a te adhuc accepi epiſtolas — plures — non acceperam. *Et* 2, 15 Accepi literas tuas datas Placentiae, deinde alteras poſtridie datas Blandenonae. *Sed et is dicitur* Accipere literas, *cui dantur aut ferendae aut mittendae.* Idem ad eundem, Accipio excuſationem tuam, etc. ſed accipio ex ea parte, quatenus aut negligentia, aut improbitate eorum, qui epiſtolas accipiunt, fieri ſcribis, ne ad nos perferantur. *Itaque* reddit *epiſtolam tabellarius, quam nempe* acceperit. Plaut. Moſtel. 5, 2, 23 Accipito hanc ad te Litem, *i.* in te transfer, et *meo te loco eſſe finge.* Cic. de Orat. 3, 178 Vt luna acceſſu et receſſu ſuo ſolis Lumen accipiat. Mancipio accipere. *vid.* MANCIPIVM. Cic. Philipp. 8, 23 Cui qui non paret, non ab eo Mandata accipienda ſunt, ſed ipſe totus repudiandus. *Sic etiam* Verr. 2, 14. *Reciprocum*, Dare mandata. In manum accipere. *vid.* MANVS. In matrimonium accepit Nero Octauiam Tac. A. 12, 58. *Sic* in Amicitiam libenter accepi Numerium Numeſtium Cic. Att. 2, 22. in ſocietatem regni Liu. 4, 3. Ita 10, 8 Sabinum aduenam — illi antiqui patricii in ſuum numerum acceperunt. In ciuitatem. Metum accipere Ter. Heaut. 2, 3, 96 *i. admittere periculoſum conſilium.* Cic. de Amicit. Loquimur de iis amicis, quos videmus, aut de quibus Memoriam accepimus. Cic. Off. 3, 44 Itaque praeclarum a maioribus accepimus morem rogandi iudicis. *Reciprocum*, Tradere morem. Stat. Achil. 2, 184 Vt leo, materno cum raptus ab vbere Mores Accepit, pectique iubas, hominemque vereri Edidicit, nullasque ruit, niſi iuſſus, in iras. Tacit. Ann. 14, 31 Quaſi cunctam regionem muneri accepiſſent. Virg. Aen. 4, 529

At non infelix animi Phoeniſſa, nec vnquam
Soluitur in ſomnos, oculisue aut pectore Noctem
Accipit.

*Vbi* Seruius, quia poteſt aliud eſſe ſine alio, vt ſiquis dormiens, mente turbetur. Plin. ep. 2, 10 *extr.* Cunctatio cum modum excedit, verendum eſt, ne inertiae et deſidiae, vel etiam timiditatis Nomen accipiat. *Alia notione.* Liu. 27, 6. Itaque ſi ſuum Nomen dictator acciperet, ſe comitiis interceſſuros Tribuni dixerunt, *i. ſi ipſe ſuum nomen inter Candidatos Conſulatus reciperet, ſui rationem haberet. Nempe agebatur a quibusdam, vt ipſe, qui comitia habebat dictator, illis ipſis comitiis conſul crearetur.* *Vide p. a.* Conſules accipere. Nummos adulterinos pro bonis Cic. Off. 3, 91. Cic. Fam. 2, 18 Cum optatiſſimum nuntium accepiſſem. Liu. 5, 27 Mittite qui arma, qui obſides, qui vrbem patentibus portis accipiant. Cic. de Diuin. 1, 103 Mi pater, inquit, Perſa periit. Tum ille arctius puellam complexus, Accipio inquit, mea filia Omen, erat autem mortuus catellus eo nomine. Plin. Pan. 5, 5 Nec aliter a cunctis omen acceptum eſt. Originem ab aliquo Quinctil. 5, 11, 19. Cic. de Nat. Deor. 2, 159 Quid de bubus loquar? quorum ipſa terga declarant non eſſe ad Onus accipiendum figurata, ceruices autem natae ad iugum, etc. Cic. Fam. 1, 9 Qui de vno acerrimo et fortiſſimo viro, meoque iudicio, omnium magnitudine animi et conſtantia praeſtantiſſimo, Q. Metello L. filio, quondam falſam Opinionem acceperunt. Pacem Iuſtin. 5, 4, 4. Cic. in Bruto, 173 Cum Palmam iam primus acceperit. Pecuniam aduerſum legem Plaut. Trucul. 4, 2, 47. Pecuniam ob rem iudicandam Cic. Verr. 2, 78. Marcian. l. 1 D. quae res pignori vel hypoth. Quid ergo ſi praedium quis litigioſum Pignori acceperit. Pap. l. 2 D. qui pot. in pign. hab. Plauſum ſi quis eorum aliquando acceperat, ne quid peccaſſet pertimeſcebat Cic. pro Sext. 105. Lucan. 8, 97 - - - nunc accipe Poenas, Sed quas ſponte luam, *i. Sume poenas.* Aur. Victor de Viris Illuſtr. 12 Accepta Poteſtate in caſtra Porſenae venit. Cic. de Orat. 2, 85 Sit enim mihi tinctus literis, audierit aliquid, legerit, iſta ipſa Praecepta acceperit. Cic. Fam. 2, 17 Laodiceae me Praedes accepturum arbitror omnis pecuniae publicae. *Add.* Verr. 1, 150. Cic. Fam. 13, 8 Albinus Praedia in aeſtimationem accepit. Cic. Fam. 2, 10 Bibulus Prouinciam acceperat. Tradere prouinciam, *eius reciprocum eſt.* Cic. pro Caecin. 94 c. 32. Deinde ipſe Caecina quum circuiret praedia, venit in iſtum fundum: rationes a colono accepit. *Huic reſpondet*, Reddere rationes. Cic. poſt redit. ad Quir. 5 Remp. illis accepi temporibus eam, quae pene amiſſa eſt. Cic. Off. 3, 109 Rogationem ſuaſit eam, quam L. Furius et Sex. Attilius ex S. C. ferebant: qua accepta eſt hoſtibus deditus. Cic. Philipp. 2, 74 Tam bonus gladiator rudem tam cito accepiſti? *vid.* RVDIS. Sacramentum accipere Tacit. Hiſt. 4, 21, *quod paullo ante dixerat*, in Verba Veſpaſiani adegit. Plaut. Epid. 4, 1, 21 Salua ſis. PH. Salutem accipio mihi et meis. *Ita fere dictum, vt* Accipio omen. *Sed aliter* Cic. pro Dom. 134 Audieras ex illo, ſe a me bis ſalutem accepiſſe, *i. Liberatum eſſe ab interitu.* Satis accipere. *vid.* SATIS. Cic. Fam. 7, 13 Hic tu me etiam inſimulas, nec ſatisfactionem meam accipis, *i. excuſationem.* Liu. 3, . . . Haec ſententia accepta eſt, *i. Rata habita eſt.* *Sed* Pap. in l. pen. D. de except. rei iudic. Si debitor de dominio rei quam pignori dedit, non admonito creditore cauſam egerit, et contrariam Sententiam acceperit: (*i. damnatus fuerit:*) creditor in locum victi ſucceſſiſſe non videbitur, quum pignoris conuentio ſententiam praeceſſerit. Seruitutem Tacit. Ann. 12, . . Societatem alicuius Tacit. Hiſt. 4, 26 *vid.* FOEDERA. Solem totius diei accipientes tegulae Plin. 20, 9 ſ. 39. In Solutum accipere bonam voluntatem Sen. de Benef. 7, . . . *Et* ibid. 2, . . . Inde fit, vt omnia ſe meruiſſe exiſtimet, et in Solutum accipiat. *Vid.* SOLVTVS *in* SOLVO. Cic. Att. 5, 21 Caue putes quidquam homines magis vnquam eſſe miratos, quam nullum teruncium, me obtinente prouinciam, ſumtus factum eſſe, nec in remp. nec in quemquam meorum, praeterquam in L. Tullium Legatum. Is caeteroqui abſtinens (ſed Iulia lege tranſitans ſemel tamen in diem, non vt alii ſolebant omnibus vicis, praeter eum ſemel nemo accepit) facit, vt mihi excipiendus ſit, quum teruncium nego ſumtus factum: praeter eum accepit nemo. Has a noſtro Q. Titinio ſordes accepimus, *i. hanc maculam habet noſter Proconſulatus ab homine, quem commendauit Titinius.* Columel. 2, 10, 23 Namque in alio ſolo rapa biennio ſata conuertuntur in napum, in alio napus raporum accipit ſpeciem. *Dixerat*, Loci proprietas vtriusque ſemen commutat. Quinct. 8 pr. 19 Corpora — ex iisdem his ſpeciem accipiunt, ex quibus vires. Accipere Spiritum *de tibiis* Quinct. 11, 3, 26. Stipendium de publico Liu. 4, 59. Suauitatem accipit vinum dulci Tmolite admixto Plin. 14, 7. Tacit. Ann. 1, 1 Et Pompeii, Craſſique potentia cito in Caeſarem: Lepidi, atque Antonii arma in Auguſtum ceſſere, qui cuncta diſcordiis ciuilibus feſſa, nomine principis ſub imperium accepit. Teſtimonium publicum Cic. Verr. 2, 14. *de Legatis publice miſſis.* Tempus iuſtum ac debitum. Plin. Epiſt. 1, 20 *de actione cui ſatis temporis a iudice tribuitur.* Cic. ad Brut. 18 Quum me pro adoleſcentulo ac pene puero reſp. accepiſſet vadem. Veniam pro aliquo Ouid. Met. 11, 401. Ventos accipiunt a tergo carinae Ouid. Met. 12, 27. Ventos accipere aperto pectore. Ouid. Faſt. 3, 15. Venuſtatem Quinct. 9, 3, 72. Plin. Epiſt. 3, 9, 9 Ne gratia ſingulorum collata atque permiſta pro ſingulis quoque Vires omnium acciperet. Vitam deorum Virg. Ecl. 4, 15 *vid. ſupra* CAELVM. Voces acceptas numeroſiore repercuſſu multiplicant ſeptem turres Plin. 36, 15. Vocem accipiunt Vrbes populique *per Proſopopoeian* Quinct. 9, 2, 31. Cic. Fam. 5, 2 Cum par voluntas accipitur et redditur. *Illud eſt, quod ipſe* Cicero *appellat* Mutuum in amicitia. Voluptatem accipiens ſenſus mouetur Cic. Fin. 2. 6. Cic. Att. 8, 12 (16) Cum imparatam iam Capuam, non ſolum ignauiae delectus, ſed etiam perfidiae ſuſpicionem ſugiens, accipere nolui. Liu. 7, 16 Quum iam ſcalas moenibus admouerent, in deditionem vrbem acceperunt. Cic. ad Q. fratr. 3, 8 De virtute et grauitate Caeſaris, quam in ſummo dolore adhibuiſſet, magnam ex epiſtola tua accepi voluptatem. Vxorem accipere dicitur filius fam. a Patre nimirum; ducere autem Paterfam. Donat. in Ter. Phorm.

¶ 3 *De malis autem et aduerſis rebus, haec ſunto teſtimonia.* Caeſ. Bell. Gall. 7, . . . Ne quam a finitimis Bellouacis calamitatem accipiant. *Add.* Nep. 9, 1, 3. Cic. Off. 3, 99. Liu. 5, . . Quum plus aliquanto cladium intuliſſet, quam accepiſſet. *Add.* Quinct. 9, 2, 62. Caeſ. Bell. Gall. 5, . . *et* 7, . . Cic. . . . Tanta Contumelia accepta. Detrimentum Cic. pro Lege Manil. Id. pro Domo 97 c. 36 Accepi, Pontifices, magnum atque incredibilem dolorem. Id. de Nat. Deor. 3, 32 c. 13 Quod dolorem accipit, id accipiat etiam interitum neceſſe eſt. Iacturam Liu. 4, . . Lucret. 4, 1046 Sic igitur Veneris qui telis accipit Ictum, Vnde feritur, eo tendit. Ignominia tanta accepta Cic. Verr. 2, 58. Iniuriam accipere quam facere praeſtat Cic. Tuſc. 5, 56 c. 19. Iugum, *vid. in ordine ſuperiore.* Malum dedi et accepi, *proverbium* Plin. Ep. 3, 9, 3. Repulſis aedilitatis duabus acceptis, ſepties Conſul factus eſt C. Marius Cic. pro Plancio c. 21. Id. Att. 1, 17 Nam quanta ſit in Quinto meo comitas, quanta iucunditas, quam mollis animus et ad accipiendam et ad deponendam Offenſionem, nihil attinet me ad te, qui ea noſti ſcribere. Cic. pro Planc. 51 Vidit M. Piſonem, in iſta aedilitate Offenſiuncula accepta, ſummos a populo Romano eſſe honores adeptum. Plagam in tonſura accepit ouis Varro de R. R. 2, 11, 7. Caeſ. Bell. Gall. 4, . . . Cum circumuentus multis Vulneribus acceptis cecidiſſet. Cic. Att. 5, 20 Qua in fuga magna auctoritate Oſaces dux Parthorum vulnus accepit. Celſ. 5, . . . Sin cerebrum membranaue eius vulnus accepit.

¶ 4 *Ad ſenſum externum pariter atque internum refertur, et quocunque modo aliquid ad intelligentiam noſtram peruenit: Et quidem vel ſimpliciter, vel vt etiam indicetur motus aliquis animi et voluntatis inde ortus. Iam de priore genere.* Cic. Verr. 3, 46 Sed quem accepi ipſe Oculis atque Animo Senſum, hunc vere apud vos, et vt potero pleniſſime, exponam. Ter. Andr. 2, 3, 23 Sed ſi te aequo animo ferre accipiet, negligentem feceris. Id. Eun. 3, 5, 48 Accipio triſtis *i. audio: niſi malis, quod fere magis placet, ad* flabellum *referre.* Ter. Hec. 4, 3, 1 Quem cum iſtoc ſermonem habueris, procul hinc ſtans accepi, vxor. Cic. Diu. in Caec. 61 c. 19 Sic enim a maioribus noſtris accepimus. *Conf.* Nep. 23, 2, 4. Cic. de Legib. 2, 3 Hunc locum (idem ego te accipio dicere Arpinum) germanam veſtram patriam eſſe, *i. intelligo.* Scribon. Comp. 38. (Compoſita) ab aliis accepi. Et Perorat. (Compoſitiones) ab amicis acceptas adieci, *i. auditas, viſas, deſcriptas.* Cic. de Orat. 1, 218 Sit boni oratoris multa auribus accepiſſe. *Add.* Philipp. 8 c. 10. Nep. 20, 2, 2. Cic. Verr. 2, 24 Nunc primum hoc crimen Aures tuae accipiunt? Accipe *et* accipite, *ſaepe dicunt, cum* vt aliquid Attentius audiatur ac intelligatur, monent. Virg. Aen. 2, 65 Accipe nunc Danaum inſidias. *Sic* Aen. 3, 250 Accipite ergo, animis atque haec mea Figite dicta. *Et* 5, 304 Accipite haec animis. *Et* 1, 676 Noſtram nunc accipe mentem. Cic. Fam. 3, 7 Ad omnia accipe, et cognoſce aequitatem expoſtulationis tuae. Verr. 3, 71 Accipite nunc, quid imperauit. Accipite enim optimi adoleſcentes veterem orationem Architae Cic. in Caton. 39. Cic. Fam. 8, 2 Romam cum veniſſem, ne tenuiſſimam quidem auditionem de ea re accepi. *Et mutato caſu* Idem, de Nat. Deor. 2, 95 Nec tamen vnquam exiſſent ſupra terram, acepiſſentque fama et auditione, eſſe quoddam numen et vim deorum. *Sic* idem Off. 1, 29 Vt de Socrate, itemque de C. Laelio accepimus. Idem Verr. 4, 39 Eriphylen accepimus in fabulis, ea cupiditate, (*int.* fuiſſe) vt, cum vidiſſet monile *etc.* *Hinc* accipere *eſt* diſcere, *vt* tradere, docere. Cic. de Orat. 1 c. 28 Si quis eſt, qui haec arte accipi poſſe putet. Quinct. 1, 3, 3 Hic meus, quae tradentur, non difficulter accipiet. Et 10, 5, 19 Iuuenis, qui rationem inueniendi eloquendique diligenter a Praeceptoribus acceperit. *Locum* 2, 9, extr. *ſtatim in principio laudauimus.* *Add. ſupra* n. 2 Artes. M. Cato apud Gell. 14, 2 Atque ego a maioribus memoria ſic accepi. Preces accipere, *vel ſimpliciter eſt*, Audire. Ouid. in Ibin 71 Ipſaque tu tellus, ipſum cum fluctibus aequor, Ipſe meas aether accipe ſumme preces. *Sed* Idem *ſenſu longe diuerſo* Faſt. 1, 17 At cur laeta tuis dicuntur verba Calendis? Et damus alternas, accipimusque preces? *i. alter alteri bene precamur.* *Aliter* Tacit. Ann. 2, 37 Quo magis mirum fuit, quod preces M. Hortali nobilis iuuenis in paupertate manifeſta ſuperbius accepiſſet. Plaut. Caſin. 2, 2, 18 ---- pol haud ſatis meo corde accepi Querelas tuas. Quinct. 1, 5, 2 Verba generaliter hic accipi volo, *i. intelligi.* A. ad Her. 4, 68 Cum verbum in duas pluresue partes accipi poteſt. Quinctil. 4, 2, 26 Id ita accipi volo. Cic. de Nat. Deor. 3, 4 Reſponderene mihi malis de ſingulis rebus quaerenti ex te ea, quae parum accepi, *i. intellexi.* Vim verbi in aliud atque caeteri accipiant, poſſe ducere. Cic. de Orat. 2, . . . *Et*, Cum ad verbum, non ad ſententiam rem accipere videare, ibidem, . . . Cic. de Nat. Deor. 2, 153 Quae contuens animus accipit ad cognitionem deorum, e

qua

qua oritur pietas. ¶ 5 *Motum aliquem animi vel probantis vel reſpuentis, certe iudicium et interpretationem, per varia adiuncta denotat.* Cic. Fam. 15, 16 Tento enim te, quo animo accipias. Si enim ſtomachabere, et moleſte feres *etc.* Ibid. 3, 7 Vt quam in partem accipias, minus laborem. Ad Her. 4, 49 Dicimus nos timere, quomodo accipiant; Sed tamen veritate commoueri, vt nihilo ſecius dicamus. De Reſp. Har. 50 Velim ſic haec accipiat vir ſummus, vt a me dicitur. Ver. 4, 68 Quemadmodum hoc accepturas exteras nationes putaſti? Phil. 7, 8 Periculoſe dico: quemadmodum accepturi, P. C. ſitis, horreo: Sed — accipiatis ſine offenſione, quod dixero. Pro Deiot. 26 Vt volet, quisque accipiat. Aequo animo, *i. ſine ira, inuidia, moleſtia etc.* Salluſt. Catil. 3, 2 Quae ſibi quisque facilia factu putat, Aequo animo accipit; ſupra ea, veluti ficta pro falſis ducit. Tac. An. 3, 29 Vtque haec ſecundo Rumore, ita Aduerſis Animis acceptum, quod Filio Claudii Socer Seianus deſtinaretur. Plin. Epiſt. 1, 8, 6 Etenim ſi alienae quoque laudes parum Aequis Auribus accipi ſolent; quam difficile eſt obtinere, ne moleſta videatur oratio de ſe aut de ſuis differentis. *Contra* Tac. H. 1, 1, 4 Obtrectatio et liuor pronis auribus accipiuntur. *Et* H. 1, 54, 2 Vbi pronis militum auribus accipiebantur. Cic. de Amicit. 90 Et monendi amici ſaepe ſunt, et obiurgandi: et haec accipienda Amice, quum beneuole fiunt. Tac. A. 3, 68 pr. Tiberius, quae in Silenum parabat, quo Excuſatius ſub exemplo acciperentur, libellos Diui Auguſti — recitari iubet, *i. vt excuſarent homines ſuum factum exemplo Auguſti.* Cic. Att. 15, 20 Mi Attice, Fortiter hoc velim accipias, vt ego ſcribo. Tacit. Hiſt. 1, 85 Et oratio ad perſtringendos mulcendosque militum animos, et ſeueritatis modus, Grate accepta. Cic. Att. 1, 14 Hic dies me valde Craſſo adiunxit: et tamen ab illo aperte, tecte, quicquid eſt datum, Libenter accepi. *Add.* Fam. 5, 21 pr. Cic. Fam. 10, 35 Ea te Moderate accepiſſe, *i. tuliſſe aequo animo.* Tacit. Hiſt. 1, 12 Quo ſeditio mollius acciperetur. Patienter accipere, non repugnanter Cic. de Amicit. 9 c. 25. Eo Aegrius Tacit. Ann. 4, 71, 3. Ter. Eun. 1, 2, 2 — vereor ne illud grauius Phaedria Tulerit: neue Aliorſum, atque ego feci, acceperit. Ter. Heaut. 2, 3, 23 Aliter tuum amorem atque eſt, accipis, *i. male interpretaris tarditatem amicae.* Cic. Att. 9, 2 Quanto nunc hoc idem accipiet Aſperius? Tacit. A. 4, 31, 5 Quod Aſpere acceptum ad praeſens, mox in laudem vertit. Aliquid Atrocius Tacit. Hiſt. 1, 23. Cic. Att. 1, 1 Durius accipere hoc mihi viſus eſt, quam vellem, et quam homines belli ſolent. Idem de Orat. 2, . . . Sen. de Benef. 3, . . . Alius accepit faſtidioſe, alius ſupine. Tacit. Ann. 2, 75 Piſonem interim apud Coum inſulam nuntius aſſequitur, exceſſiſſe Germanicum. Quo intemperanter accepto, caedit victimas, adit templa, neque ipſe gaudium moderans, et magis inſoleſcente Plancina. Aliquid ſiniſtre Tacit. Hiſt. 1, 7. Vultu truci aliquid Tacit. Ann. 4, 34. Ter. Ad. 4, 3, 15 Ad contumeliam omnia accipiunt. Cic. Att. 15, 11 Egone vt beneficium accepiſſe in contumeliam? *In primis crebro vtuntur in hac ſignificatione nomine partis v. g.* Cic. Att. 8, Id ego in eam partem accepi, haec oppida, atque oram maritimam illam pro derelicto habere. *Add.* Fam. 10, 6 De pace literae quam in partem acceptae ſint. Terent. Eun. 5, 2, 32 Equidem in hanc partem accipio *etc.* Cic. Att. 11, 7 Quod rogas, vt in bonam partem accipiam, ſiqua ſint in tuis literis, quae me mordeant: ego vero in optimam. Tacit. Ann. 6, 8, 7 Libertis quoque ac ianitoribus eius noteſcere, pro magnifico accipiebatur. Ad Heren. 2, 40 Vitioſum eſt, quod in aliam partem ac dictum ſit, poteſt accipi. *Et* 4, 68. Per ambiguum ſit ſignificatio, cum verbum poteſt in duas pluresue ſententias accipi, ſed accipitur in eam partem quam vult is qui dixit. Liu. 29, . . . Omnia in maius metu augente accipiebant. Tacit. Hiſt. 1, 52 Sed in maius omnia accipiebantur, *i. Maiora putabantur.* Idem Ann. 13, 58 Frugum quoque egeſtas, et orta ex eo fames, in prodigium accipiebatur. *Et* Hiſt. 4, 26 Apud imperitos prodigii loco accipiebatur ipſa aquarum penuria: tanquam nos amnes quoque et vetera imperii munimenta desererent. Tacit. Ann. 6, 13 Silentium ipſius non ciuile, vt crediderat, ſed in ſuperbiam accipiebatur. Cic. Fam. 10, 1 Te hoc exiſtimare volo, quidquid in eum iudicii officiique contuleris, id ita me accipere, vt in me ipſum te putem contuliſſe. ¶ 6 Accipere *eſt tractare, et quidem in vtramque partem.* Plaut. Amph. 1, 1, 8 Ita peregre adueniens hoſpitio publicitus accipier. Varr. R. R. 3, 2, 14 Libertus — me abſente patrono hoſpitio accipiebat. Cic. Att. 2, 16 Et hoſpitio agreſti accipiemus. Virg. Aen. 8, 155 Vt te Fortiſſime Teucrûm Accipio agnoſcoque lubens. Virg. Aen. 3, 353 Illos porticibus rex accipiebat in amplis, *i. Epulantes tractabat.* Aliquem mediis tapetibus Val. Flacc. Argon. 4, 487. Plaut. Men. 5, 2, 44 Accipiat alienum apud te. Plaut. Ciſtell. 1, 1, 11 — ita lepide, nitideque in prandio Accepiſti apud te, vt ſemper meminerimus. Tarquinius iuuenis ſocios dapibusque meroque Accipit Ou. Faſt. 2, 725. *Add.* Senec. Epiſt. 21. *Talia ſunt,* Accipere ampliter Plaut. Merc. Prol. 98. Apparatu regio Cic. Somn. Scip. 1. Apparatis epulis Liu. 23, . . Admirabiliter aliquem Cic. Att. 5, 4. Bene Idem 16, 3. Bene et commode Plaut. Caſin. 5, 1, 1. Clementer Cic. Verr. 4, 86. Comiter Liu. 35, . . . Cic. Att. 13 extr. Tribus tricliniis accepti οἱ περὶ αὐτὸν valde copioſe — Lautiores Eleganter accepti. Cruciatu Plaut. Pſeud. 1, 4, 40. Dictis Plaut. Menaech. 5, 1, 7. Familiariter Plaut. Amph. 1, 1, 198. Hilare Cic. de Orat. 2, 290. Hilari ingenio lepidoque Plaut. Moſtel. 1, 4, 6. Vt ego accipiar laute Hor. Sat. 2, 8, 67. Accipit homo melius nemo neque prolixius Terent. Eun. 5, 3, 52. *Sed contra* Indignis cum egomet acceptus ſim modis Ter. Adel. 2, 1, 12. Male Cic. Fam. 7, 26. Ibid. 8, 11. Male acceptus Nep. 8, 8, 1 *eſt victus profligatusque.* *Sic etiam* Cic. Fam. 12, 14 Male verbis Cic. Verr. 1, 140 c. 54. Ibid. 2, 56 *Sic* Ego pol te iſtis tuis pro dictis et malefactis, furcifer, accipiam Plaut. Amph. 1, 1, 129. Cic. Tuſc. 4 c. 36 Quo te modo accepiſſem, niſi iratus eſſem. *Huc retulerim illud* Lucillii ap. Non. 4, 15 Sic inquam veteratorem illum vetulum lupum Annibalem acceptum, *i. vt ait Nonius, deceptum.* Peſſime Brut. ap. Cic. Fam. 1, 13. Seuere facinus aliquod, *pro Vlciſci* Cic. pro Coelio 54. Vehementer Cic. Att. 10, 6. Verberibus Cic. Tuſc. 2, 34. ¶ 7 Accipere *interdum eſt* aſſentiri. *Huc pertinent illae formulae, quas in ipſo principio attulimus,* Quod dat accipimus *etc.* *Et illud* Gell. 18, 1. Hoc vbi accepit Peripateticus, *i.* conceſſit. *Huc retuleris* Accipere Conditionem, Imperium, Legem, *de quibus* n. 2. *Vid.* ACCEPTIO n. 2. ¶ 8 *Denique* accipere *et* Aſpicere *ſaepe miſceri in MSS. obſeruant Burm. ad* Quinct. Decl. 15, 14 pag. 321. *Drakenb. ad* Sil. 3, 573.

ACCIPIENS, tis. Part. Cic. de Fin. 2, 6 Voluptatem hanc eſſe ſentiunt omnes, quam ſenſus accipiens mouetur.

ACCIPIENDVS, a, um. Cic. de N. D. 2, 159 Terga boum non eſſe ad onus accipiendum figurata.

ACCEPTVS, Partic. [προσειλημμένος] *Praeter ea, quae iam dedimus,* Acceptae a maioribus clientelae Cic. Fam. 13, 65. Male acceptus Nep. 18, 8, . Acceptam facere ſtipulationem *Vid.* STIPVLATIO. Arma a patria accepta aduerſus hoſtes Nep. 2:, , 5. A patre accepta gloria Id. 13, 1, 1. Tac. Hiſt. 4, 3 Solatio fuit ſeruus Verginii Capitonis, quem proditorem Tarracinenſium diximus, patibulo affixus, in iisdem annulis quos acceptos a Vitellio geſtabat. *Sic omnes hodie legunt:* τὴν a *omiſerat Rhenanus.* ¶ 2 Acceptae, arum. f. plur. Abſolute dicuntur agri Portiones viritim aſſignatae, aut quae ſortito vnicuique obtigerunt. *Vid. Rigaltii Gloſſ. Agrim. p. 290. praeſertim ex* Hygino de Limit. conſtit. p. 195 *ed. Goeſ.* ¶ 3 Acceptum, i. [ληφθὲν] *abſolute dicitur, quidquid ab aliis accipimus, ſeu dono, ſeu mutuo, ſeu alio quouis modo.* Plaut. Trucul. 4, 2, 36 Hic ratio accepti ſcribitur. Cic. de Amicit. 168 c. 16 Hoc quidem eſt nimis exigue et exiliter ad calculos vocare amicitiam, vt par ſit ratio acceptorum et datorum. *Sic* Tabulae accepti et expenſi *memorantur* Cic. pro Roſc. Com. 2. *et* n. 4 Codex accepti et expenſi. *Iam quae in his tabulis in hoc codice ſcribuntur tanquam* expenſa, *ea dicuntur* expenſa ferri, *de qua formula agimus ſub* EXPENDO: *quae autem* accepiſſe *ſe ſcribebant, de his vtebantur veteres quidem aurea aetate formula* Acceptum *vel* Accepta referre. *Cuius rei ea videtur ratio, quod natura prius eſt dare, et* expenſum ferre *adeo, quod deinde alter* acceptum refert, *vt damus literas tabellario, ille* reddit. Cic. Verr. 1, 100 c. 39 Quod minus Dolabella Verri acceptum retulit, quam Verres illi expenſum tulerit. *Et mox* 102 Iis expenſum non ferres — cum tot tibi nominibus acceptum Curtii referrent. Aſcon. Pedian. ad h. l. Accepiſſe a te ſe ſcriberent, expenſum tuliſſe te ſibi ſcriberent. Cic. pro Caecin. 17 Hac emtione facta, pecunia ſoluitur a Caeſennia: cuius rei putat iſte rationem reddi non poſſe, quod ipſe tabulas auerterit, ſe autem habere argentarii tabulas, in quibus ſibi expenſa pecunia lata ſit, acceptaque relata: quaſi id aliter fieri oportuerit. Cic. Phil. 2, 40 Ego amplius H-S. ducenties acceptum hereditatibus retuli. Verr. 2, 170 c. 70 Quas pecunias iis ferebat expenſas Carpinatius, quibuscum contrahebat; aut ſcribae iſtius, aut Timarchidi, aut etiam ipſi iſti referebat acceptas. In acceptum referri etiam *dicitur opus publicum, cum magiſtratus opus, quod locatum eſt, tanquam ex lege dicta factum, probare ſe teſtatur.* Cic. Verr. 1, 149 c. 57 Primo negabat opus in acceptum referre poſſe — ſi in acceptum non retuliſſet, putabat ſe aliquid defenſionum habiturum — opus in acceptum retulit quadriennio poſt, quam diem operi dixerat. *ICti hoc etiam vocant* in acceptum ferre. *v. g.* Macer ICtus l. 7 D. Ad L. Iul. repetundar. §. 2 Illud quoque cauetur, ne in acceptum feratur opus publicum faciendum, frumentum publice dandum, praebendum, — ſarta tecta tuenda, antequam perfecta, probata, praeſtita, lege erunt. *Hic itaque* in acceptum referre *idem eſt, quod in codicem atque commentarium Acceptorum rei publicae referre et inſcribere.* *Sed porro* ¶ 4 Acceptum referre *translate dicitur de omnibus, quae alicui debemus, quaeque alicuius ope, aut per aliquem habemus; et tam in bonam quam malam partem accipitur.* Omnem tranquillitatem et quietem ſenectutis acceptam refert clementiae tuae Cic. pro Deiot. 38 c. 13. Idem Att. 1, 9 Vt ita diceret, ſe quod eſſet Senator, quod ciuis, quod liber, quod viueret, mihi acceptum referre. Idem Philipp. 2, 55 c. 23 Omnia denique quae vidimus (quid autem mali non vidimus?) ſi recte ratiocinabimur, vni accepta referemus Antonio, *i. Antonio imputabimus.* Cic. Att. 11, 1 extr. Te etiam atque etiam oro, vt me totum tuendum ſuſcipias; vt ſi ii ſalui erunt, quibuscum ſum, vna cum iis poſſim incolumis eſſe, ſalutemque meam beniuolentiae tuae acceptam referre. Cic. de N. D. 3, 86 Virtutem nemo vnquam Deo acceptam retulit. Choerilus retulit acceptos Philippos incultis verſibus Hor. Ep. 2, 1, 234. ¶ 5 *Sunt plures formae ex hoc participio ductae. Ac primo obſeruandum, apud argenteae aetatis ſcriptores pro* acceptum referre *dici* acceptum ferre. Plin. ep. 2, 4, 2 Quidquid mihi pater tuus debuit, acceptum tibi ferri iubeo. *Libri boni* fieri *habent, quod ipſum quoque rectum eſſe, ſtatim videbimus.* *Et ipſe* Plin. Ep. 6, 34, 3 Tu tamen meruiſti, vt acceptum tibi fieret, quod, quo minus exhiberes, non per te ſtetit. Acceptum ferre *eſt etiam* Sen. Ep. 78 Philoſophiae acceptum fero, quod ſurrexi. Val. Max. 2, 7 ext. 2 Futurum, vt ſpiritum poenae impenderent, quem pugnae acceptum ferre dubitaſſent. *Neque enim puto quidquam hic mutandum. Qui fugit intempeſtiue ex praelio, ille* dubitat pugnae acceptum ferre ſpiritum, *i. putat, ſe pugnando ſeruare vitam vix ac ne vix quidem poſſe, quare mauult pedibus quam gladio ſuo vitam debere.* Id. Val. Max. 8, 2, 3 Quod dotem ſeruaſſet, illius religioni acceptum ferri debere. Apul. Apol. p. 334, 36 Pontianus ipſe, quod a matre donatum accipiebat, meo muneri Acceptum ferebat. *ICtorum formulas ſuppeditat in primis titulus* D. de Acceptilatione. *v. g.* l. 7 Accepta facis decem? *Sic* l. 8 pr. bis. *Sed* Catull. 37, 16 Acceptum face redditumque votum *ſignificat, fac vt votum temere et iocoſe nuncupatum tamen ratum ſit.* Paullus l. 9 Pars ſtipulationis accepto fieri poteſt. Et Pompon. l. 10 Vni ex heredibus acceptum fieri poteſt. Et l. 6 Si aliud ego accepto tuli, aliud tu rogaſti. Vlpian. l. 6 Si promiſſor ita accepto rogaſſet: Quod ego tibi promiſi, habesne acceptum? Paullus l. 9 Habesne accepto? Vlpian. l. 8 §. 1 Seruus acceptum rogare vni ex dominis poteſt. *Nempe* Acceptum *vel* Accepto rogare *ſignificat, in ſtipulatione alterum, cui promiſſum eſt, rogare, et rogando impetrare, vt fateatur ſibi ſatisfactum, ſe nihil amplius ex promiſſione alterius petere; hoc eſt,* ſe Acceptum *(vt tanquam, ceu Acceptum) vel* Accepto *(pro Accepto)* ferre, *(in tabulis ſcribere)* facere, habere. Accepto fert iuſtitiam homini Deus, *etiam reddit* τὸ λογίζεται Vulgatus Rom. 4, 6. *Hinc* Accepto liberare Vlpian. l. 8 §. 2 *eſt, vt ibi explicatur* per Acceptilationem liberare aliquem, *a praeſtandis promiſſis. Hinc etiam intelligitur, quid ſit* Cic. Verr. 3, 139 c. 60 Sponſionem acceptam facere, *nempe, nihil amplius ex illa ſponſione petere; ſed ſibi eo nomine iam ſatisfactum, declarare. Addimus loca quaedam ICtorum.* Scaeuola l. 56 D. de admin. et per tutor. Tutor pretium rationibus pupilli accepto tulit. L. 89 D. de ſolutionibus etc. Titius Maeuius dico, me accepiſſe, et habere, et accepto tuliſſe a Gaio Titio reliquum omne. Tertullian. de Pudic. 16 Quanto delicta iſta ante lauacrum accepto facit *(condonat, delictum remittit)* tanto poſt lauacrum irremiſſibilia conſtituit. ¶ 6 Acceptus [χαρίεις, ἐπίχαρις] *Nomen ex Partic. dicitur id, quod placet,* Caeſ. Bell. Gall. 1, 3 Maxime plebi acceptus erat. Plaut. Merc. 3, 4, 70 Si id forte ita ſat animo acceptum eſt. Munus gratum acceptumque Nep. 23, 7. Cic. Tuſc. 5, 45 Quod vero approbaris id gratum acceptumque habendum. Acceptior plebi oratio Liu. 3, 69 Cic. in Somn. Scip. 4 Nihil eſt enim illi princi-

pi deo acceptius, quam etc. Acceptiſſimus apud te ſeruus Plaut. Capt. 3, 5, 56. Romulus acceptiſſimus militum animis Liu. 1, 15 *extr.* Diuitibus gens acceptiſſima noſtris Iuuenal. 3, 58. Acceptum in vulgus, *i. Gratum vulgo* Tacit. An. 5, . .

ACCEPSO, is. Nonius 2, 51 Accepſo, Accipio. Pacuuius Teucro, Haud ſinam quicquam profari, prius quam accepſo quod peto. *Sed potius eſt Futurum exactum archaicum, pro* Accepero.

ACCEPTO, āre. Frequentatiuum *ab* Accipio, *ſignificat* Accipere ſoleo. Plaut. Pſeud. 2, 2. 32 Argentum accepto. Sil. Ital. lib. 7, 41 Veientum populi violata pace negabant Acceptare iugum, *i. ſubiicere ſe Romanis.* Lithoſtrota *h. e. in vſum recipere* Plin. 36, 25 ſ. 64. *Sic e MSS. Harduinus. Al.* coeptauere. Mercedes Quinct. 12, 7, 9. Apul. Met. 10. p. 249, 27 Elm. Mercedes ampliſſimas acceptando. *Loca ICtorum* Papiniani l. 9 π. §. 1 de alimentis et cibariis legatis, *et* l. 40 §. 2 d pactis *it.* l. 10 §. 3 de annuis legatis: ac Paulli l. 44 §. 1 de admin ſtr. et periculo tutoris et curat. *dedit Gundlingius, Gundling. Tom. 6 p. 318 ſq.*

ACCEPTIO, [λῆψις] *Actus accipiendi.* Cic. in Topic. 37 c. 8 extr. Nam neque deditionem, neque donationem ſine acceptione intelligi poſſe. ¶ 2 Acceptio eſt Propoſitio, quae conceditur a Reſpondente. Vt ſi quis ita proponat, *Eſtne omne honeſtum bonum?* Propoſitio eſt, et ſi aſſentire ſe dicit, fit acceptio, remota interrogatione, quae et ipſa tamen communiter appellatur Propoſitio, *Omne honeſtum bonum eſt.* Huic iunge alteram Acceptionem Apul. 3 Doctr. Plat. p. 34. *Add. in* ACCIPIO *notata* n. 7. ¶ 3 *Pro* Accepta ponit Siculus p. 18 Edit. Goeſii, Acceptiones in centuriis explicandae ſunt. *Vid.* ACCEPTVS n. 2. ¶ 4 Acceptio Perſonarum, προσωποληψία *eſt* Vulgati 2 Paral. 19, 7. *Veteres potius dixere,* Diſcrimen aut reſpectus perſonarum.

ACCEPTOR, m. [ληπτὴρ] Plaut. Trinum. 1, 2, 167 Qui illorum verbis falſis acceptor fui, *i. qui aſſenſus ſum vel credidi.* ¶ 2 Hieron. Epiſt. 89. cap. 2. et Vulg. Act. 10, 34 Acceptor perſonarum Gr. προσωπολήπτης. ¶ 3 In Gloſſis Iſidori Pipiunculus, Accipiter, Acceptor. *Hinc Rutgerſ. Var. Lect.* 4, 13 *in iisd.* Gloſſis, *pro* Accepta genus nauis *legi vult*, Acceptor genus auis. *Quin* Lucilius *apud* Chariſ. p. 76 pr. *Putſch.* Exta acceptoris et vnguis. *Sed intermiſſum deinde* Acceptor, *frequentatum* Accipiter; *reuocatum* Acceptor *et celebratum aeuo medio.*

ACCEPTITO, are. *Nouum Frequentatiuum* Plautus in Tiberio ap. Non. 2, 588 Qui apud regem in latrocinio fuiſti, ſtipendium acceptitaſti.

ACCEPTRIX, īcis. [λήπτρια] Plaut. Trucul. 2, 7, 18 Huic (*meretrici*) des Quantumuis; nusquam apparet neque datori neque acceptrici. *Quod enim* Acceptricae *habent quidam, nihili eſt.*

ACCEPTILATIO, ōnis. f. [ἀποχὴ] *Ab* acceptum ferre *deriuatur, vt* Legislatio *a* ferre legem. *Peculiari titulo Pandectarum tractatur* 46, 4. Eſt autem *Liberatio eius obligationis, quae per ſtipulationem contracta eſt.* Modeſtin. l. 1 D. de acceptil. Acceptilatio, eſt liberatio per mutuam interrogationem, qua vtrique contingit ab eodem nexu abſolutio. Vlp. ibid. l. 8 §. 3 Acceptum fieri non poteſt, niſi quod verbis obligatum eſt. Acceptilatio enim verborum obligationem tollit, quia et ipſa verbis fit: Neque enim poteſt verbis tolli, quod non verbis contractum eſt. *Tota res manifeſtior fiet hoc exemplo, Decem aureos a me ſtipulatus es, (hoc eſt, verbis rogaſti) decem promiſi. Poſtea liberari volens, accedo ad te, et ſic interrogo,* Quod ego tibi promiſi, accepto fers mihi? *Reſpondes,* Fero. *Ita ſoluta eſt ſtipulatio: hoc eſt, Liberatus ſum obligatione, etiam ſi non ſoluerim. Et hoc pactum ſiue hic actus dicitur* Acceptilatio: *quae videlicet conſtat ex interrogatione promiſſoris, et reſponſione ſtipulatoris. Poteſt et ex parte* Acceptilatio *fieri ſ. vt loquitur Paullus* l. 9 cit. Pars ſtipulationis accepto fieri, non tantum ſi ſic dicat, Ex nummis decem, quos tibi promiſi, quinque habesne acceptos? Sed et ſic, Quod ego tibi promiſi, id pro parte dimidia habesne acceptum? Inter Acceptilationem et Apocham hoc intereſt, quod Acceptilatione omnimodo liberatio contingit, licet pecunia ſoluta non ſit: Apocha non alias, quam ſi pecunia ſoluta ſit. Vlp. l. 19 Si accepto. D. de Acceptil. Voſſ. de Vit. L. L. 1, 32 *notat,* Acceptilationem *male vocari ratione Dei Patris, quod pro peccatis noſtris ſatisfecit Deus filius, cum* Acceptilatio *ponat, non ſolutum eſſe, ſed pro ſoluto tantum haberi. Sed* vulgatum *etiam* Interpretem Rom. 4, 6 λογίζεται *reddere* accepto fert, *oſtendimus.*

ACCEPTORIVS, a, um. vt Acceptorius modulus, qui opponitur Erogatorio, apud Frontin. de Aquaeduct. *Polen.* Art. 34 *extr.* Conf. *Polen. ad* Art. 33, 1, 4. *Breuiter* Acceptorius modulus *eſt menſura, qua deriuat et* accipit aquam Aquarius, Erogatorius, *qua* erogat *et diſtribuit.*

ACCEPTATOR, ōris. m. Qui acceptat. Tertull. de Poenit. cap. 2. *it.* de Ieiun. c. 11.

ACCEPTABĬLIS, et e. [Ἐυπρόσδεκτος] Gloſſ. Gr. Lat. Lact. Epit. cap. 1 Acceptabilis victima. *Adde* Tertull. de Or. 7 *et* adu. Iud. c. 5. Vulgat. 2 Cor. 6, 2. Saluian. de Gubern. Dei p. 127.

ACCEPTATIO, ōnis. f. *laudatur ex* Apul. de Syll. ſ. de hab. doctr. Plat. 3. *Sed* Acceptio *ibi eſt, vt modo oſtendimus.*

ACCEPTABVLVM, i. n. *Herm. Barb. in* Plin. 19 cap. vlt. Acetabulum *dici ait, quaſi* Acceptabulum; *ſimiliterque* Acetaria, *quaſi* Acceptaria. *Improbat hanc ſententiam Voſſius Etym. p. 5. vbi et Beroaldum refutat, qui Tom. 1 Theſ. Cr. p. 306* Acceptabula *apud* Plinium *legit, vti et apud* Sen. Epiſt. 45 *vbi* Acetabula *Praeſtigiatorum caliculi ſeu vaſcula ſunt: ſed et Caeſ. Scal. de Hiſt. An.* 10, 3 κοτυληδόνας, Acceptabula *et ipſe appellat. Etiam* Cat. R.R. c. 102 *in primis editionibus ſunt* acceptabula. *Male vbique. Vid.* ACETABVLVM.

ACCIPITER, tris, m. [ἱέραξ] *Auis ab* Accipiendo *dicta, aliarum auium rapax. Appellatio communis eſt omnibus propemodum auibus rapacibus.* Plin. 10, 8 Nouem genera *enarrat*. *Deinde* in Thraciae, *ait,* parte ſupra Amphipolin homines atque accipitres ſocietate quadam aucupantur *etc.* *Sed hodierna* ars *illa* accipitraria *paullo poſt Conſtantinos demum inuenta.* Ter. Phorm. 2, 1, 16 Non rete accipitri tenditur, neque miluo. Virg. Aen. 11, 721 Quam facile accipiter ſaxo ſacer ales ab alto Conſequitur pennis ſublimem in nube columbam. Accipiter adurget molles columbas Horat. Od. 1, 37, 17. Cic. de Nat. Deor. 3, 47 c. 19 Accipitres *inter* barbarorum deos *refert.* Lucret. 3, 753 Tremeretque per auras Aëris Accipiter fugiens veniente columba. Accipiter nulli aui ſatis aequus Ouid. Met. 11, 344. ¶ 2 Accipiter, f. Lucret. 4, 1003 *metuunt ſuperſtitioſi,* Accipitres ſomno in leni, ſi praelia pugnaſque Edere ſunt perſectantes, viſaeque volantes. ¶ 3 Accipiter pecuniarum, *per metaph. pro Homine rapaci.* Plaut. Perſ. 3, 3, 5. Apul. de habit. doct. Plat. 1 p. 20, 25 Hunc talem Plato Lucricupidinem atque Accipitrem pecuniae nominauit. Eos, qui aliena quaerunt, recte Accipitres pecuniae nominabas Ambroſ. Orat. de obitu frat.

ACCIPITRĪNA, ae, f. Herba. Apul. cap. 30 *Lactuca ſiluatica, aliis Hieracium.*

ACCIPITRO, āre. [προσβάλλω] *Verbum obſoletum, quo vſum eſſe* Laeuium *diſcimus e* Gell. 19, 7 Quodque *Accipitret* poſuit pro *Laceret.*

ACCISVS. *Vid.* ACCĪDO.

ACCISSARE. *Fingunt quidam, ex Graeco, quo vſus eſt* Cic. Att. 2, 19 Quid ἀκκιζόμεθα tamdiu? *i. diſſimulamus. Deriuant ab* Accone *quadam muliere ſtulta.*

ACCITO, as. *Vid.* ACCIO.

ACCIVS PRISCVS *pictor nobilis, qui* Honoris et Virtutis aedes *Imperatori Veſpaſiano Auguſto reſtituenti vna cum* Cornelio Pino *pinxit.* Plin. 35, 10.

ACCIVS, (*ſaepiſſime* Attius) *Poëta Tragoediarum ſcriptor inſignis,* clariſſimus, *vt ait* Quinct. 10, 1, 79 grauitate ſententiarum, verborum pondere, et auctoritate perſonarum. Caeterum nitor, et ſumma in excolendis operibus manus, magis videri poteſt temporibus, quam ipſi defuiſſe etc. *Sermonem ipſius cum Pacuuio refert* Gellius 13, 2. *Accius hic etiam, narrante* Val. Max. 3, 7, 11. Iulio Caeſare ampliſſimo et florentiſſimo viro in collegium poëtarum venienti nunquam aſſurrexit, non maieſtatis eius immemor, ſed quod in comparatione communium ſtudiorum aliquanto ſuperiorem ſe eſſe confideret: quapropter inſolentiae crimine caruit: quia ibi voluminum, non imaginum certamina exercebantur. Cic. pro Archia P. 27 Decimus Brutus ſummus ille vir et Imperator Accii, amiciſſimi ſui carminibus templorum ac monimentorum aditus exornauit ſuorum. ¶ 2 *Inter reliquos huius nominis commemorari hic debet* Accius Naeuius (Attius *it.* Actius Nauius *libri etiam optimi*) *augur celeberrimus, qui iuſſu Tarquinii Priſci Roman. regis nouacula cotem diſcidit. Quam hiſtoriam an fabulam narrant* Liu. 1, 36 et Val. Max. 14. Cic. de Diuin. 1, 31 c. 17 *defendit, ſed* 2, 80 c. 38 Contemne, *inquit,* cotem Attii Nauii. Nihil debet eſſe in philoſophia commenticiis fabellis loci *etc.*

ACCIĀNVS, Adi. Cic. Tuſc. 3 Hinc ille Agamemnon Homericus, et idem Accianus etc.

ACCLĀMO, are. [ἐπιφωνέω, ἐπαναβοάω] *ex* Ad *et* Clamo. Acclamare *proprie dicitur populus oranti aut concionanti, quando clamore vel approbat vel improbat id quod agitur: in vtramque enim partem accipitur. Sed frequentius in malam apud antiquos quidem.* Cic. pro Caecin. 28 c. 10 Populus cum riſu acclamauit ipſa eſſe. Idem de Clar. Orat. 256 Non metuo, ne mihi acclametis. Cic. Verr. 2, 48 Homo inimicus iis qui recitaſſent, hoſtis omnibus qui acclamaſſent, exarſit iracundia ac ſtomacho. Pro Muren. 18 Illam *prouinciam,* cui, quaeſtores ſortiuntur etiam acclamari (*puto cum riſu et ioco*) ſolet, Oſtienſem, non tam gratioſam et illuſtrem, quam negotioſam et moleſtam. *Ad contumeliam etiam pertinet* Sueton. Aug. 70. *et* Tiber. 52. *De laude* Plin. Ep. 4, 9, 18 Conſurgenti ei ad cenſendum acclamatum eſt, quod ſolet reſidentibus. Ex quo potes aeſtimare, quo conſenſu ſit exceptum, quum diceret *etc.* Quinctil. 8, 3, 3 Vt populus Rom. admirationem ſuam non acclamatione tantum, ſed etiam plauſu confiteretur. *Vid.* Sueton. Domit. 13. Claud. 7 Immodicae ac nouae acclamationes Id. Caeſ. 79. Quum omnis concio acclamaſſet Vell. 2, 4, 4 *al.* occlamaſſet. *De qua permutatione τῶ* Acclamandi *et* Occlamandi *vid.* Acidal. *ad* Vell. l. c. Gruter. ad Sen. Ep. 47 *vbi ſcribit,* Hoc loco acclamabit mihi tota manus delicatorum. *Conf.* ACCLAMATIO.

ACCLAMATIO, onis. f. [ἐπιφώνημα] *Actus acclamandi.* Auctor ad Her. 3, 21 c. 12 Ictus fit, et vulnerantur arteriae acuta atque attenuata nimis acclamatione. ¶ 2 *Argentea aetate fere populi eſt plauſibili fauore aſſentientis. Praecipue inualuit hic mos, conuerſa Rep. datumque hoc fuit Principibus inter caeteros honores, vt eorum dicta non modo acclamationibus exquiſitis, nec ſine adulandi ſtudio (quod* Plinius *verae* acclamationi *opponit* Paneg. c. 71 coll. 3, 1) *exciperentur, ſed publicis actibus hae ipſae acclamationes deſcriberentur, quod primum coepiſſe Traiani Imperio, idem* Plinius *auctor eſt* Paneg. cap. 75. *Conf.* FAVSTA: *Et vide, quae de* Acclamandi Ritu *Lipſius El.* 2, 9 *itemque Caſaub. Salmaſiusque* ad Auid. Caſſium Vulcatii Gall. c. 13 *annotarunt, et iuſto Libro Franc. Bernardi. Ferrarius de Veterum Acclamationibus et Plauſu, Tom. 6 Antiquit. Graeuii.* Acclamationibus ſtudia ſua populus profitetur Curt. 7, 2, 7. *Hic miſericordiam regis implorantium eſt.* ¶ 3 *Aurea aetate fere, vt ipſum* Acclamare *in malam partem* Acclamatio *accepta reperitur.* Cic. ad Q. fratr. 2, 1 Cato contradixit et Caſſius, maxima acclamatione Senatus. *Vbi ſeries orationis indicat, diſplicuiſſe orationem Catonis.* De Inu. 1, 25 Non inutile eſt ab aliqua re — incipere ex tempore quae nata ſit, quod genus ſtrepitum, acclamationem etc. *Pulcherrimum exemplum conſtantiae oratoris in acclamatione eſt illud* Cic. pro C. Rabir. perd. 18 c. 6 Vtinam hanc mihi facultatem cauſa concederet, vt poſſem hoc praedicare, C. Rabirii manu L. Saturninum, hoſtem populi Rom. interfectum! *Hic acclamatum eſſe ſequentia indicant. Nam pergit Tullius:* Nihil me clamor iſte commouet, ſed conſolatur, cum indicat eſſe ciues quosdam imperitos, ſed non multos. Nunquam, mihi credite, populus Rom. hic, qui ſilet, conſulem me feciſſet, ſi veſtro clamore perturbatum iri arbitraretur. *Hic iterum acclamatum intelligimus.* Quanto iam leuior eſt acclamatio! Quin continetis vocem indicem ſtultitiae veſtrae, teſtem paucitatis. *Praeſtitit hic ex parte aliqua, quae praecipit* de Or. 2, 339 c. 83. Vitanda eſt acclamatio aduerſa populi, quae aut orationis peccato aliquo excitatur, ſi aſpere, ſi arroganter, ſi turpiter, ſi ſordide, ſi quoquo animi vitio dictum eſſe aliquid videatur; aut hominum offenſione vel inuidia, quae aut iuſta eſt, aut ex criminatione atque fama, aut res ſi diſplicet, aut ſi eſt in aliquo motu ſuae cupiditatis aut metus multitudo: hisque quatuor cauſis totidem medicinae opponuntur: tum obiurgatio, ſi eſt auctoritas; tum admonitio, quaſi lenior obiurgatio; tum promiſſio, ſi audierint probaturos; tum deprecatio, quod eſt infimum, ſed non nunquam vtile. Cic. ad Q. Fr. 2, 3 Dixit Pompeius, ſiue voluit. Nam vt ſurrexit, operae Clodianae clamorem ſuſtulerunt: idque ei perpetua oratione contigit, non modo vt acclamatione, ſed vt conuicio et maledictis impediretur. Quinctil. 12, 5, 1 Plurimum ex his valet animi praeſtantia, quam nec metus frangat, nec acclamatio terreat. Sueton. Dom. 23. Contumelioſiſſimo atque acerbiſſimo acclamationum genere lacerare. ¶ 4 *Eſt etiam paſtoricia* Acclamatio. Boues verentes plagarum et acclamationum Colum. 6, 2, 14 Acclamatione et baculo minari in recipiendis cogendisque ouibus Columel. 7, 3, 26. *Tandem* ¶ 5 Acclamatio *Figurae Species apud Rhetores.* Quinct. 8, 5, 11 Eſt enim ἐπιφώνημα,

rei

rei narratae vel probatae ſumma acclamatio, Tantae molis erat Romanam condere gentem: Facere enim probus adoleſcens periculoſo, quam turpiter perpeti maluit.

ACCLAMĬTO, are [*ἐπαναβοῶμαι*] *frequentatiuum ab* Acclamo, Plaut. Amph. 3, 2, 3 Ea quae ſunt facta, infecta eſſe acclamitat. *Sed mira hic lectionum eſt varietas.*

ACCLARO *vel* ADCLARO, are. Iupiter pater, vti tu ſigna certa adclaraſſis Liu. 1, 18 extr. *i. declaraueris. Vox auguralis.*

ACCLĪNO, āre [*ἐπικλίνω*] *Ad aliquid flecto, inclino.* Acclinare ſe ad cauſam ſenatus Liu. 4, 48 Circumſpexit Atyn, ſeque acclinauit in illum Ouid. Met. 5, 72.

ACCLINATVS, Partic. [*ἐπικλιτικὸς*] Caeſ. B. G. 6, 27 Atque ita paullum modo acclinatae quietem capiunt: *Et mox*, Huc cum ſe conſuetudine acclinarunt. *Sic libri optimi.* Ouid. Met. 10, 268 Appellatque tori ſociam, acclinataque colla Mollibus in plumis tanquam ſenſura reponit. Acclinatus lateri nauis Petron. c. 103.

ACCLINATORIVM, i. Cathol. *poteſt eſſe lecti genus vel pars, dorſo inprimis non iacentis plane, ſed* acclinantis *ſe accommodata.*

ACCLINIS, e, *a quo in libris vix diſcernitur*

ACCLĪVIS, e. [*ἀνάντης, προσάντης*] *Leuiter erectum et acclinatum. Et* Accliue *quidem proprie de Aſcenſu dicitur; ſicut* Decliue, *de Deſcenſu* cliui *ſeu collis. Cum vero* Acclinis *et* Accliuis *in libris, qui ad nos peruenere, antiquis difficulter diſtinguantur (vid.* Drakenb. ad Sil. 5, 470) *optimum fuerit ſignificatione ea diſcernere. Itaque* Acclinis *ad perſonas fere vel res refertur, quae* acclinari *poſſunt. v. g.* Plin. 8, 15 Ideoque non cubantem, ſed acclinem arbori in ſomno, eaque inciſa ad inſidias, capi. Virg. Aen. 10, 834 - - - corpusque leuabat Arboris acclinis trunco. Hor. Sat. 2, 2, 6 Acclinis falſis animus meliora recuſat. *Sic bonae editt. omnes praeter Cuning. qui* Acclinus. Lucan. 2, 356 Legitimaeque faces, gradibusque acclinis eburnis Stat torus. Val. Flac. 2, 92 Acclinem ſcopulo inueniunt, Iuſtinus 28, 4 Acclinis parieti. *Et paſſim reſtitutum iere poëtis hanc vocem viri docti, v. g.* Barth. ad Claudian. Conſ. Probius *etc.* Municipium monti accline *etiam eſt* Ammian. 29, 26. Colum. 12, 15, 1 Crates inter ſe acclines *debebamus dare, non* accliues.

ACCLIVIS, e, *pro quo etiam inuenias* ACCLIVVS, a, um, *vbi dictum eſt, a* cliuo *ſ. colle ductum, ad ſitum locorum refertur.* Caeſ. B. G. 2, 29 Aditus accliuis. Cic. ad Quint. Fratr. 3, 1 Ea viae pars valde accliuis eſt. Col. 3, 15, 2 Accliuibus locis. Ouid. Met. 9, 334 Eſt lacus accliuis, deuexo margine formam Littoris efficiens. *Burmannus,* Eſt lacus, acclini etc. Virg. Georg. 2, 276 Sin tumulis accliue ſolum, colleſque ſupinos. Ouid. Met. 10, 53 Carpitur accliuis per multa ſilentia trames Arduus, obſcurus, caligine denſus opaca. Accliuo limite Ouid. Met. 2, 19. *Add.* Faſt. 5, 154. Manil. 1, 232 Accliuis pariter decliuia iungit.

ACCLIVĬTAS, ātis. [*τὸ πρόσαντες*] *Loci facilitas in aſcenſu.* Caeſ. Bell. Gall. 2, 18 Ab eo flumine pari accliuitate collis naſcebatur. Columel. 2, 4, 10 Hac ratione difficultas accliuitatis infringitur.

ACCOGNOSCO, ere. *Vid.* ADC.

ACCŎLO, ui, ĕre, [*παροικέω*] *iuxta habitare.* Cic. in Somn. Scip. 13 Ea gens quae illum locum accolit. Accolere fluuium. Naeu. *ap.* Cic. in Orat. 152 c. 45 Vos qui accolitis Hiſtrum fluuium. Viam accolunt Liu. 28, 13. Priſcian. lib. 18 p. 1203 Noſtri dicunt, Accolit fluuium, et fluuio. Virg. Georg. 4, 288 Accolit effuſo ſtagnantem flumine Nilum. Apollo, qui aedibus propinquus noſtris accolis Plaut. Bacch. 2, 1, 4. *Paſſiue* Plin. 3, 1 Baetis fluuius accolitur dextra laeuaque crebris oppidis.

ACCOLENS, entis. Partic. [*παροικῶν*] Plin. 36, 12 ſ. 17 Ante has eſt ſphinx vel magis narranda, quaſi ſilueſtre numen accolentium.

ACCŎLA, ae. com. gen. [*πάροικος*] *qui iuxta habitat.* Virg. Aen. 7, 729 - - - amniſque vadoſi Accola Vulturni. Accola noſtrae ripae Martial. 5, 3. Liu. 37 . . . Nullos accolas, nec finitimos habere quam vos volo. Cic. Verr. 4, 111 c. 50 Habitare apud ſeſe Cererem Ennenſes arbitrantur: vt mihi non ciues illius ciuitatis, ſed omnes ſacerdotes, omnes accolae atque antiſtites Cereris eſſe videantur.

ACCOMMŎDO, āre. [*προσαρμόζω, συμβιβάζω*] Nonius 2, 21 Accommodat, adiugat, applicat. Virg. Aen. 2, 393 - - - laterique Argiuum accommodat enſem. Africano illi ſuperiori coronam ſibi in conuiuio ad caput accommodanti, cum ea ſaepius rumperetur, P. Licinius Varus, Noli mirari, inquit, Caput enim magnum eſt Cic. de Orat. 2, 250. *Iam quibus ſubſtantiuis iungatur, videamus.* Accommodare in pronuntiando ſuum vnicuique colori Actum Quinct. 2, 12, 10. Animum Negotio Sueton. in Auguſto 98. Accommodare ſe Aſſertorem veritati Sueton. in Galba 8. Clypeum ad dorſum Plaut. Trinum. 3, 2, 93. Cic. Fam. 9, 7 Sed tamen ſi ſciam quid tu conſtitueris, meum Conſilium potiſſimum accommodabo ad tuum. Curam accommodare pratis, et pecoribus, et hortis, et aluearibus Quinctil. 1, 12, 7. Fabulas poëtarum ad ea quae dicimus Cic de Nat. Deor. 1, 41. Celſ. 8, 10 Deinde membrum eodem modo deligandum, Ferulaeque ſuper accommodandae ſunt. Geſtum voci Quinct. 11, 3, 14. Geſtum ad vocem 1, 11, 8. Gladium dextrae Cic. Tuſc. 4, 48. Gratiam et vires ſenſibus, *i. conciliare ſententiis* Quinct. 9, 3, 28. Cic. Fam. 14, 15 Illud ſi ſciſſem, ad id meas literas accommodaſſem. Cic. pro Coelio 17 Vos autem, dum illi placere vultis, ad tempus ei Mendacium veſtrum accommodauiſtis. Quinct. 8, 6, 34 Abuſio, quae non habentibus Nomen ſuum accommodat, quod in proximo eſt. Nomen ſuum emtioni accommodare l. 4 D. de manumiſſionibus §. 1 *ille dicitur, cuius nomine aliquid emitur, ſed* qui nihil de ſuo impendit. *Ideo etiam vocatur* imaginarius emtor §. 7. Operam his ſtudiis Quinctil. 1, 10, 15. Opera temporibus Col. 11, 2, 1. Cic. de Orat. 2, 159 c. 38 Haec noſtra oratio multitudinis eſt auribus accommodanda, ad oblectandos animos. Vt ſumtus huius peregrinationis accommodet ad mercedes Argileti, *i. ne plus inſumat in hac peregrinatione, quam recipio ex Argileto* Cic. Att. 12, 32. Qui ſe ad Remp. et ad magnas res gerendas accommodauerunt Cic. Off. 1, 70. Cic. Off. 3, 43 Tantum dabit amicitiae, vt veram amici cauſam eſſe malit, et vt orandae liti tempus, quoad per leges liceat, accommodet, *i. ſatis temporis tribuat.* Idem pro Lege Manil. 60 c. 20 Semper ad nouos caſus temporum, nouorum conſiliorum rationes accommodaſſe. Idem Fam. 4, 6 Totum hoc tempus eſt ad vnius voluntatem accommodandum. Cic. Pr. Act. in Verr. c. 18 Illud a me nouum, Iudices, cognoſcetis, quod ita teſtes conſtituam, vt crimen totum explicem: vbi id interrogando, argumentis atque oratione firmauero, tum teſtes ad crimen accommodem. Trapetum *concinnare* Ca. R. R. 21, 5. Verba vultumque tantum, non etiam animum *affectui* Quinct. 6, 2, 26. Venae, quae ſpiritui accommodatae ſunt Celſ. praef. Vocem veritati Quinct. 11, 1, 39. Cicero in Orat. 24 Omnes qui probari volunt, voluntatem eorum qui audiunt intuentur, ad eamque et ad eorum arbitrium et nutum totos ſe fingunt et commodant. Se totum ad vnius voluntatem accommodare Cic. Fam. 4, 6. Largitus eſt ſingula millia denariorum praetorianis cohortibus, quod ſe Seiano non accommodaſſent Sueton. in Tiber. cap. 48. Cic. de Diuin. 3, 111 *de Sibylla,* Adhibuit etiam latebram obſcuritatis, vt iidem verſus alias in aliam rem poſſe accommodari viderentur. Idem de Inuent. 1, 26 Vulgare exordium eſt, quod in plures cauſas poteſt accommodari, vt conuenire videatur. Plin. Epiſt. 2, 5, 2 His *ſcriptis* tu, rogo, intentionem ſcribentis accommodes, *i. Ea animi intentione lege haec, qua ſoles ſcribere quae ſcribis.* Iusiurandum ad alicuius teſtimonium Cic. pro Roſc. Amer. 101, *i. iuratum iudicare ſecundum illius teſtimonium.* ¶ 2 *Interdum retinet ſignificationem ſimplicis* commodare. Cic. Fam. 13, 2 Peto igitur a te maiorem in modum, quod ſine tua moleſtia fiat, vt ei de habitatione accommodes. *Intelligitur nimirum* te. Plaut. Aſin. 2, 4, 39 Accommoda homini amico. *Sed Gron.* da, commoda. *Ad ſententiam certe conuenit pulchre illud* accommoda. *Sic legebatur olim* ad Heren. 4, 64 Ait ſe aedes maximas cuidam amico ad nuptias accommodaſſe. *Et mox* Apagete, inquit, aedes accommodaui. *Sed hodie in vtroque loco eſt* Commodaſſe *et* Commodaui. ¶ 3 Accommodari *dicitur, quod ab eo cui proprie conuenit, cuiusque gratia comparatum eſt, ad aliud transfertur, vel quod ex ſententia et mente legis per interpretationem elicitur. Vt* l. 48. D. de ritu nupt. Filio patroni — idem iuris, quod ipſi Patrono daretur, ex ſententia legis accommodatur. *Add.* l. 30. §. 1. in fin. D. de fideicom. libert.

ACCOMMODANS, antis. Partic. [*ἁρμόζων*] *Iam laudauimus* Cic. de Orat. 2, 250 c. 61 Coronam ſibi in conuiuio ad caput accommodanti.

ACCOMMODATVS, Partic. [*ἁρμοσθεὶς*] Cic. Fragm. Hortenſ. Quorum corpora viua cum mortuis, aduerſa aduerſis accommodata quam aptiſſime colligabantur. *Sed frequentior nominalis ſignificatio* [*ἁρμοστὸς, ἐπιτήδειος*] *aptus, idoneus. Vt de medicamentis.* Celſ. 5, 19 *de emplaſtris* Sunt etiam aduerſus morſus quaedam accommodata. Idem 5, 28, 8 Si caetera deſunt, imponi debet primum non pingue emplaſtrum, vt id reprimat: deinde ſi non repreſſit, quodlibet puri mouendo accommodatum. Quinctil. 4, 2, 36 Ipſa etiam pronunciatione in hoc accommodata, vt iudex quae dicuntur, quam facillime capiat. Id. 6, 3, 110 Accommodatus ſeriis iocisque pariter. Caeſ. B. G. 3, 13 Puppes ad magnitudinem fluctuum accommodatae Cic. Verr. 1, 63 *De Lampſacenis.* Ad ſummum Graecorum otium potius, quam ad vim aut tumultum accommodati, *de ingenio et moribus. Contra* Verr. 3, 60 Ad Verris flagitia libidinesque accommodatus *dicitur Apronius.* Cic. Tuſc. 3, 60 Oratio ad conſolandum accommodata. *Et* Fam. 5, 16 pr. Minime ſum ad te conſolandum accommodatus. Orationis ad perſuadendum accommodatae explicatrix vis Oratoria. Accommodati tantum ad ſpeciem Quinctil. 8, 6. Cic. Acad. 4, . . Percipi non poteſt, accommodatumne naturae ſit, an alienum. Idem Acad. 4, 38 Non poteſt animal vllum non appetere id quod accommodatum ad naturam appareat. *Et* de Fin. 5, 24 Omni animali illud quod appetit poſitum eſt in eo, quod naturae eſt accommodatum. Cic. de Senect. 70 Reliqua autem tempora demetendis frugibus, aut percipiendis accommodata ſunt. Accommodata tempora ad aliquid. Cic. Att. 2, 19. *Compar.* Accommodatior concionibus ſeditioſe concitatis, quam tranquillis moderatisque iudiciis Cic. pro Cluent. princ. *Sic* Caeſ. Bell. Gall. 3, 13. Reliqua pro loci natura, pro vi tempeſtatum illis eſſent aptiora et accommodatiora. Plin. 13, 3 *extr.* Aegyptus accommodatiſſima vnguentis. Columel. 3, 11, 7 Res alendo ſurculo accommodatiſſimae. Accommodatiores glandium generi caſtaneae *i.* ſimiliores Plin. 15, 23 ſ. 25.

ACCOMMODATIO, onis. *Actus accommodandi* [*ἁρμογὴ*] Cic. Verr. 3, 189 c. 82 Ex liberalitate atque accommodatione magiſtratuum, conſuetudo aeſtimationis introducta eſt. Idem de Inuent. 1, 9 Elocutio eſt idoneorum verborum et ſententiarum ad inuentionem accommodatio.

ACCOMMODATE, Adu. [*ἐπιτηδὲς*] Appoſite, apte. Cic. de Orat. 1, 149 c. 33 Dicere ad veritatem accommodate. Accommodatius Cic. Orat. c. 33. Symmach. 1 Ep. 5. Cic. de Fin. 5, 24 c. 9 Ita finis bonorum exiſtit, ſecundum naturam viuere ſic affectum, vt optime affici poſſit, ad naturamque accommodatiſſime.

ACCOMMODATOR, oris. Vetus inſcriptio apud Gruter. p. 789, 4 D. M. HERMA ACCOMMODATOR VIXIT AN. XLVIII.

ACCOMMODVS, Adi. [*ἐπιτηδὴς*] *Idem quod* Accommodatus, *aptus, idoneus.* Virg. Aen. 11, 522 Eſt curuo anfractu valles, accommoda fraudi. Sunt membra accommoda bellis Stat. Silu. 4, 4, 65. Accommodum digeſtioni Pall. Iul. 8, 2. Accommodum labori potius quam velocitati animal, bos Veget. Veter. 3, 2, 12.

ACCOMMODE, Adu. *Laudant* Quinctil. 4, 1, 76 Id debebit in Principio poſtremum eſſe, cui accommodiſſime iungi initium ſequentium poterit. *Sed libri habent* Commodiſſime.

ACCONGERO, is. *legitur* Plaut. Truc. 1, 2, 17 Nam ego huic dona accongeſſi. *Sed variatur.*

ACCORPORO ſ. ADCORPORO, āre. Paſſ. *προσφύεσθαι, firmiter adhaereſcere.* Solin. c. 50 (37 *Salmaſ.*) Et carinis ita tenaciter accorporatur (Sagda *gemma*) vt niſi abraſa parte ligni aegre ſeparetur. *Add.* Ammian. 16, 13 (Valeſ. 8.)

ACCRĒDO, ĭdi, ĭtum, ĕre. [*προσπιστεύω*] *Verbum rarius, pro ſimplici* Credere. Plaut. Aſin. 3, 3, 37 Quisnam iſtuc accredat tibi? Columel. 1, 1, 4 Idque etiam non ſpernendus auctor rei ruſticae Saſerna videtur accrediſiſſe. Lucret. 3, 870 — facile hoc accredere poſſis. Hor. Epiſt. 1, 15, 25 — tibi nos accredere par eſt.

ACCREDVO, is. *Obſoletum pro* Accredere, *ſiue* Credere. Plaut. Aſin. 5, 2, 4. Neque diuini, neque mihi humani poſthac quidquam accreduas: *quam lectionem metrum quoque poſcit.*

ACCRESCO, ēui, ĕre. [*ἐπαυξάνομαι, ἐπιδίδωμι*] *creſcendo addi, vel augeri.* Salluſt. in Cic. 3. Quae ſi tibi falſa obiicio, redde rationem, quantum patrimonii acceperis, quid tibi litibus accreuerit. Ter. And. 3, 3, 7 Quae incoepta a paruis, cum aetate accreuit ſimul. Flumen ſubito accreuit Cic. de Inuent. 2, 97 c. 31. Dolores Nep. 25, 21, 4. Vanaque Fides accreſcit Liu. 13, 54 Hor. A. P. 252 Pes citus, vnde etiam trimetris Accreſcere iuſſit Nomen Iambeis. Negotia noua veteribus accreſcunt Plin. Epiſt. 2, 8. 3. Plin. Pan. 62, 8 Sibi accreſcere putat, quod cuique adſtruatur. Tacit. Ann. 1, 19 Aggerebatur nihilominus ceſpes: iamque pectori vsque accreuerat.

ACCRETIO, onis. Incrementum, ipſe actus accreſcendi [ἐπίδοσις] Cic. Tuſc. 1, 68 Lunamque accretione et diminutione luminis, quaſi faſtorum notantem et ſignificantem dies.

ACCREMENTVM, i. [ἐπαύξησις *Verbale ab* Accreſco; *Idem quod* Incrementum. *Laudatur* Plin. 9, 2 In mari autem tam late ſupino, mollique ac fertili accremento, accipiente cauſas genitales e ſublimi, ſemperque pariente natura, pleraque etiam monſtrifica reperiuntur. *Sed* Harduin. ex MSS. legit Nutrimento.

ACCV̆BO, ui, itum, are [κατακλίνομαι] *iuxta cubare, ad menſam praeſertim.* Virg. Aen. 6, 686 - - - furiarum maxima iuxta Accubat. Accubat mecum Plaut. Aſin. 5, 1, 3. Liu. 28, 18 Et eodem etiam lecto Scipio et Aſdrubal, quia ita cordi erat regi, accubuerunt. Accubare regie Plaut. Stich. 2, 3, 52. *qui tricliniari hoc verbo ſaepe vſus eſt:* vt Men. 3, 2, 11 et 5, 9, 82 Prandi, potaui, ſcortum accubui. *Sic* Bacch. 5, 2, 71 Poteſque, et Scortum accumbas. *Aliter* Bacchid. 1, 1, 39 Vbi mihi pro equo lectus detur, Scortum pro ſcuto accubet. *Sic etiam* Bacchid. 3, 3, 50 In lupanari accubat. *Add.* Curc. 5, 3, 13 *etc.* Men. 1, 3, 7 Iube ire accubitum, *i. ad coenam.* *Sic etiam* Pſeud. 3, 2, 101. *Vid. mox* ACCVBITVS. Cic. Tuſc. 4, 3 Morem apud maiores hunc epularum fuiſſe, vt deinceps, qui accubarent, canerent ad tibiam clarorum virorum laudes. *Et* in Catil. 2, 10 Qui mihi accubantes in conuiuiis, eructant ſermonibus ſuis caedem bonorum. Mihi, *Graeco more abundat et magnam elegantiam habet.* Cic. Att. 14, 12 Haec ſcripſi x. Calendas accubans apud Veſtorium. Sueton. Veſp. 22 Inde quieti vacabat, accubante aliqua pallacarum. *Quaſi de canibus ad portam deligatis iocabundus* Plaut. Mil. 2, 2 57 Nam os columnatum poëtae eſſe inaudiui Barbaro Quoi bini cuſtodes ſemper totis horis accubant. Accubare, *pro Iacere volunt eſſe* Sen. in Hippol. 997 Hippolytus (heu me) flebili voto accubat! *Hoc eſt, Mortuus iacet, vt optaſti. Sed recte Gron.* fato occubat. *De re plane inanima* Sueton. Caeſ. 44 Theatrum Tarpeio monti accubans.

ACCVBANS, tis. Part. Sueton. Aug. 98 Conuerſus ad Thraſyllum — contra accubantem. *Add.* Caeſ. 49. Col. 11, 1, 19 *de villico,* Sitque frugalitatis exemplum; nec niſi ſacris diebus accubans coenet.

ACCVBATIO, onis. [κατάκλισις] *Actus accubandi.* Cic. Off. 1, 128 Status, inceſſus, ſeſſio, accubatio. Idem de Senect. 45 Bene enim Maiores accubationem epularem amicorum, quia vitae coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt. Nonius 3, 22 *quem ſequitur Grut. Gron. etc. legit* Accubitionem, *quomodo et* accubitus *mox, non* accubatus. *Sic* de N. D. 1, 94 Ingreſſus, curſus, accubitio, inclinatio, ſeſſio, comprehenſio. Accubationes ac menſas de roſis ac liliis fecit, Spartianus Vero c. 5.

ACCVBĬTVS, ûs. m. [ἀνάκλισις] *Idem quod* Accubatio. Plin. 8, 2 Pleniſque hominum tricliniis accubitu iere per lectos *Sed Hard. ex MSS.* Accubitum iere, *qualia Supini exempla modo ex* Plauto *dedimus.*

ACCVBITORIVS, a, um, vt, Accubitoria veſtimenta Petron. c. 30.

ACCVBITO, are, Frequent. Sedulius principio operis, Dignatus noſtris accubitare toris.

ACCV̆BVO, Adu. *Comica licentia fictum a* Plauto Trucul. 2, 4, 68 Poſt id ego tota tecum mea voluptas vsque ero aſſiduo. D. imo hercle vero accubuo mauelim iuxta me cubes, quam ſedeas. *Ad imitationem ergo vocis* Aſſiduo *finxit.*

ACCV̄DO, di, ſum, ĕre. [ἐπικολάπτω] *Cudendo addere quidpiam. Per translationem* Plaut. Merc. 2, 3, 96 Tres minas accudere etiam poſſum, vt triginta ſient.

ACCVMBO, ubui, ubĭtum, ĕre. [κατακλίνομαι] *Idem fere quod* Accubare, *et ad menſam atque epulas pertinet. Sic tamen, vt proprie* accumbere *ſit incipientis* accubare, *vt* ſidere *incipientis* ſedere, labare *incipientis* labi. Plaut. Stich. 5, 5, 9 Vtrubi accumbo? SA. vtrubi tu vis. ST. cum ambobus volo. *Et mox,* Date mihi locum vbi accumbam. Idem Perſ. 5, 1, 15 Age age ergo tu Sagariſtio, accumbe in ſummo. Proculus L. 124 de V. S. Subdiſtinctiui *hoc exemplum ponit,* Aut ſedet, aut ambulat. Nam vt nemo poteſt vtrumque ſimul facere, ita aliquis poteſt neutrum, veluti is qui accumbit. *Inter* Accumbere *et* Diſcumbere *illud intereſt; quod* Diſcumbere *ſemper de pluribus dicitur:* vt Cic. Att. 5, 1 Diſcubuimus omnes praeter illam. Plaut. Moſtel. 1, 4, 13 Caue modo ne prius in via accumbas, Quam illic vbi lectus (*epularis*) eſt ſtratus coimus. *Igitur de caſu ebrii in via ſermo quidem eſt, ſed cum reſpectu tamen ad menſam.* Cic. Fam. 9, 26 Accubueram hora nona, cum ad te harum exemplum in codicillis exaraui — Et quidem ſupra me Atticus, infra Verrius — Infra Eutrapelum Cytheris accubuit. *Nimirum tres in vno lecto conuiuae etc. Vid.* TRICLINIVM. Plaut. Stich. 3, 2, 32 Vin' ad te ad coenam veniam? EP. ſi poſſim, velim: Verum hic apud me coenant alieni nouem (*Pleni ergo tres lecti*) GE. Haud poſtulo equidem me in lecto accumbere: Scis tu me eſſe imi ſubſellii virum. — Ergo Oratores populi, ſummates viri, Summi accumbent, ego infimatis infimus. *Laudatur* Martial. 8, 50 - - - accubuit genitor cum plebe deorum. Cic. Verr. 1 c. 26 Tum ille negauit moris eſſe Graecorum, vt in conuiuio virorum mulieres accumberent. Virg. Aen. 1, 83 - - - tu das epulis accumbere diuûm. Cic. pro Muren. 74 Lacedaemonii qui quotidianis epulis in robore accumbunt, *i. in ligno nudo, quod* ex Athenaeo firmat Victor. V. L. 3, 15. *Pergit* Cicero, Cretes, quorum nemo guſtauit vnquam cubans. Accumbendi *morem breuiter et accurate deſcripſit* Lipſ. *Antt. Lect.* 3 p. 94 ſqq.

ACCVMBENS, tis. Partic. Sueto. Veſpaſ. 5 Bos — triclinium irrupit, ac — procidit ad ipſos accumbentis pedes.

ACCVBITVM, i. n. *Sic ſequiore aetate dictae ſunt culcitae in quibus accumberent ad epulas, quae in locum* trium lectorum, *quibus conſtat* triclinium, *ſucceſſere.* Vet. Schol. *ad illud* Iuu. 5, 17 Tertia ne vacuo ceſſaret culcita lecto, Apud veteres, *inquit,* Accubitorum vſus non erat, ſed in lectulis diſcumbentes manducabant. Lamprid. Heliog. c. 19 Nec cubuit in accubitis facile, niſi iis, quae pilum leporinum haberent, aut plumas perdicum. *Et* c. 25 Multis vilioribus amicis folles pro accubitis ſternebat, eosque reflabat prandentibus illis, ita vt plerumque ſubito ſub menſis inuenirentur prandentes. Primus denique inuenit ſigma in terra ſternere, non in lectulis, vt a pedibus (*h. e. ab ima parte, qua implentur vel deplentur*) vtres per pueros ad reflandum Spiritum ſoluerentur. *Apparet igitur* Accubita *fuiſſe culcitas humi, non in lectulis ſtratas, in modum* Stibadii *vel* Sigma *vbi vid. Res deinde frequentata medio aeuo, de qua proinde copioſe in vtroque Gloſſario Cangius. Hinc nomen habent*

ACCVBITALIA, ium. *toralia nempe, quibus ſternuntur* Accubita. Treb. Pollio in Claudio c. 14 Accubitalium Cypriorum paria duo.

ACCV̊MV̊LO, are, [κορθύω, κατασωρεύω, περισωρεύω] *Ad cumulum aliquid addere.* Cic. de Lege Agr. 2, 59 c. 22 Vix iam videtur locus eſſe, qui tantos aceruos pecuniae capiat. Auget, addit, accumulat. Lucret. 3, 71 Sanguine ciuili rem conflant: diuitiasque Conduplicant auidi, caedem caede accumulantes. Sabin. Epiſt. 2, 63 Non tamen excuſo reditus, licet vndique fata Accumulent cauſas. tempora parua peto. Ouid. Epiſt. 15, 69 Et tanquam deſint, quae me ſine fine fatigent, Accumulat curas filia parua meas. Ouid. Faſt. 2, 121 Dum canimus ſacras alterno pectine Nonas, Maximus his Faſtis accumulatur honos. Virg. Aen. 6, 885 Pupureos ſpargam flores: animamque nepotis His ſaltem accumulem donis. Lucr. 6, 1261 Confertos ita aceruatim mors accumulabat. ¶ 2 *Eſt etiam rei ruſticae verbum* Plin. 17, 19 ſ. 31 Feruentibus locis accumulant aeſtate radices, operiuntque, ne Solis ardor exurat. *Et* 18, 29 ſ. 71 Arbores circumfodere, vbi aeſtuoſa regio poſcat accumulare. *Vid.* Adaggero. *Contrarium* eſt Ablaqueare.

ACCVMVLANS, antis. Partic. Plin. 4, 13 Ventorum flatu congeriem arenae accumulantium.

ACCVMVLATVS, a, um. Semen accumulatum Apul. de Herb. c. 106.

ACCVMVLATE, Adu. [σωρηδὸν] Prolixe accumulateque polliceri Apul. Met. 10 p. 252, 6 *Elm.* Munus hoc accumulatiſſime tuae largiamur voluntati A. ad Herenn. 1 ext. Cic. Fam. 13, 42 Cum diceret, omnia te accumulatiſſime et liberaliſſime procuratoribus ſuis pollicitum eſſe.

ACCVMVLATIO, onis. [κατασώρευσις.] Plin. 17, 26 Communia, ablaqueatio, accumulatio. *De remediis arborum loquitur.*

ACCVMVLATOR, ōris. Tac. Ann. 3, 30, 2 Opum accumulator.

ACCV̄RO, āre. [ἐπιμελοῦμαι] *Studioſe et diligenter aliquid facere, ſiue curare.* Cic. de Inuent. 1, 58 Melius accurantur quae conſilio geruntur, quam quae ſine conſilio adminiſtrantur. Omnes res cautius, ne temere faciam, accuro Ter. Hec. 5, 1, 12 Omnes bonos bonasque accurare addecet, ſuſpicionem et culpam vt ab ſe ſegregent Plaut. Trin. 1, 2, 41. Idem Plaut. Perſ. 4, 1, 1 Si quam rem accures ſobrie, aut frugaliter, Solet illa recte ſub manus ſuccedere, Atque aedepol ferme vt quisque rem accurat ſuam, Sic ei procedit poſt principia denique. Plaut. Epid. 5, 1, 55 Remeabo intro, vt accurentur aduenientes hoſpites. *Et* Men. 1, 3, 25 Iube nobis tribus apud te prandium accurarier. *Et* Bacchid. 5, 2, 33 Ego penſum meum lepide accurabo. *Hoc eſt, Curabo vt efficiam quod mihi mandatum eſt.* Victus et cultus accurandus erat Colum. 12 praef. 2 *e* Ciceronis, *vt videtur* Oeconom.

ACCVRATVS, a, um. [ἐπιμελὴς, ἐξηκριβωμένος] *Diligenter curatum et perfectum:* Liu. 34, . . . Sed oratione etiam longa et accurata inſectatus ſit rogationem noſtram. Accurata Commendatio Cic. Fam. 13, 17. Orationis Copia Cic. de Orat. 1, 38. Corporis Cultus Gell. 1, 5. Delectum accuratiorem habere Liu. 5, 37. Accuratiſſima Diligentia tuarum literarum ſum mirum in modum delectatus Cic. Att. 7, 3 princ. Accuratius et exquiſitius dicendi Genus Cic. in Bruto 283. Id. Att. 13, . . . Ad quem accuratiſſimas Literas dedi. *Et* 7, 3 Literarum accuratiſſima diligentia. Malitia, *Studioſe excogitata.* Plaut. Trucul. 2, 5, 20. Accuratiſſima Oratio Cic. Lael. c. 7. Adorantium Preces Plin. Paneg. 2, 5. Accuratus ſermo. Cic. de Orat. 1, 233. Plaut. Bacchid. 3, 6, 21 Ipſe quod in ſe fuit, accuratum habuit quid poſſet, etc. *Satis Plautine dictum, pro* Accurauit, *i. Studioſe curauit.* Accurato opus Id. Mil. 3, 1, 210.

ACCVRATE, Adu. [ἐπιμελῶς] *Diligenter.* Agere cum aliquo accurate multis verbis Cic. Att. 6, 5. Accurare defendere Cic. in Parad. 4. Et cogitate aliquid ſcribere Id. pro Archia 18 c. 8. Et diligenter diſputare Id. de Nat. Deor. 1, 15. Eleganterque dicere Id. Brut. 86. Et exquiſite diſputare de re aliqua Cic. in Brut. 277. Et liberaliter habuit (legatos Sulla) Salluſt. Iug. 103, 5. Studioſe accurateque facere aliquid Cic. in Bruto 86. Accurate cum aliquo agere vt, etc. Cic. Att. 16, 5. Perſcribere ſententiam Cic. Att. 8, 16. Ad aliquem ſcribere Ibid. 5, 11. Accuratius aedificare Caeſ. Bell. Gall. 6, 21. Accuratiſſime accuſare Nep. in Lyſ. 4. Accuratiſſime tutari cauſam Cic. Fam. 5, 17.

ACCVRATIO, [ἐπιμέλησις] Cic. de Clar. Orat. 238 c. 67 At in inueniendis, componendisque rebus mira accuratio, vt non facile in vllo diligentiorem maioremque cognouerim: ſed eam vt citius veteratoriam quam oratoriam diceres. Veg. Veterin. 1, 56, 35 Ad omnem accurationem, *i. accuratiſſime.*

ACCVRATOR, oris, *Laudatur* Accuratorem ipſum laudatorem dabo Quinct. Decl. 377 *ſed Sphalma eſt: recte al.* Accuſatorem.

ACCVRRO, ri, ſum, ĕre. [προστρέχω, ἐπιτρέχω] *Ad aliquid, vel ad aliquem currere praeſertim auxilii ferendi cauſa.* Accurre huc Ter. Phorm. 5, 7, 40. Accurriſſe Romam *dicitur* Cic. Off. 3, 112 c. 31. Accucurrit Petronii *eſt* c. 9 *et* 139. Accurrit ad me Ter. Eun. 2, 3, 43. Cic. Fam. 9, 4 Nos accurremus ad te. Caeſ. B. G. 1, 22 Conſidius equo admiſſo ad eum accurrit. Cic. Verr. 5 c. 3 Illum cupide ad Praetorem, quaſi ad laudem atque praemium accurriſſe. *Et* pro Rabir. 21 Cum omnes praetores, cuncta nobilitas ac iuuentus accurreret. Accurres in Tuſculanum Cic. Att. 15, 3. Accurrere alicui, *i. ad aliquem* Stat. Theb. 2, . . Rapidis accurrunt paſſibus Stat. Theb. 3, 410. Ocius accurro, vt ſciſcam quid velit Plaut. Amph. 5, 1, 17. *Metaph.* Cic. de Diu. 2, 138 Iſtae imagines ita nobis dicto audientes ſunt, vt ſimul atque velimus accurrant?

ACCVRRITVR, Imperſ. Tacit. Ann. 1, 21, 5 Accurritur ab vniuerſis.

ACCVRSVS, ûs. [ἐπιδρομή] Tacit. Ann. 1, 27 Accurſu multitudinis protectus eſt. Sen. in Hippol. 89, 54 Liquit ſtuprator, ciuium accurſum timens. Accurſus prouinciarum Tacit. Hiſt. 4, 25.

ACCVRSO, are. Cathol. *Accurro.*

ACCVRSORIVS, a, um. Accurſoria potio Apul. Met. 9 *al.* Antecurſoria. *Sed* occurſoriam *dedere* Elm. p. 227, 32 et Pric. p. 192, 29.

ACCV̄SO, are [κατηγορέω, ἐγκαλέω, αἰτιάομαι, κρίνω, γράφω] *quaſi tu dicas* accuſo, *vt* cauſari eſt *litigare. Eſt autem (vt ait Valla)* accuſare, *vel apud iudices, vel apud alium quemuis, vel etiam apud illum ipſum quem accuſes, ſignificare atque oſtendere, aliquem peccaſſe. Huic opponitur* Defendere, *item* Excuſare. Cic. ad Quint. fratr. 2, 2 Primum me tibi excuſo in eo ipſo, in quo te accuſo. Quinct. 5, 13, 3 Tanto eſt accuſare quam defendere, quanto facere quam ſanare vulnera, facilius. Cic. pro Caelio 6 Aliud, eſt maledicere, aliud accuſare. Accuſatio, crimen deſiderat, rem vt definiat, hominem vt notet, argumento probet, teſte confirmet. Maledictio autem nihil habet propoſiti, praeter contume-

contumeliam: quae ſi petulantius iactatur, conuicium: ſi facetius, vrbanitas nominatur. Cic. Verr. 1, 43 Suis eum certis propriisque criminibus accuſabo. Inuidiae crimine accuſari Nep. 4, 7, 1. Collegae eius hoc crimine accuſabantur Id. 15, 8, 1. Cic. de Fin. 2, 27 c. 9 Eam tanquam capitis accuſet. Rei capitalis Verr. 2 c. 28. Plaut. Amph. 3, 1, 10 Quam vir inſontem probri Amphitruo accuſat. Cic. pro Sylla, . . . Qui alterum coniurationis accuſet. Ambitus Cic. pro Coelio 16. *Item*, Inter Sicarios et de Veneficiis accuſare Cic. pro Roſc. Amer. 90. Liu. 25, . . Aliquot matronas apud populum probri accuſarunt. Grauiſſime aliquem Cic. Att. lib. 11, 13 et 15, 11. *Sed* Cic. Fam. 3, 11 Te Leniter accuſans in eo, quod de me cito credidiſſes. Liberius Cic. Fam. 1, 1. Ter. Heaut. 1, 1, 49 Quotidie accuſabam. ¶ 2 *Interdum non ad perſonam, ſed ad rem, vel vitium refertur, vt* Accuſare auaritiam et perfidiam Nep. Lyſan. extr. Culpam alienam Quinct. 11, 1, 81. Deſperationem Cic. Fam. 6, 1. Plaut. Merc. 2, 3, 85 Quam tuam accuſari Fidem Multo aedepol, ſi quid faciendum eſt facere damni mauolo. Cic. de Or. 1, 246 Inertiam adoleſcentium. Operam accuſari non ſinam meam Plaut. Merc. 3, 1, 25. Tabulas accuſari ſcimus eſſe vſitatum Quinctil. 5, 5, 1. Scribon. 114 A quibusdam — eius (medicamenti) vſus accuſatur, quaſi nocuus. Cic. 1. Att. 6 Non committam poſthac, vt me accuſare de epiſtolarum negligentia poſſis. Cic. Att. 1, 1 Hoc ad te ſcripſi, quod is me accuſare de te ſolebat. Cic. pro Sylla 63 c. 22 Atque in ea re per Lucium Caecilium Sylla accuſatur. Accuſare inuicem Quinctil. 7, 2, 19 et 23. Plaut. Trinum. 1, 2, 59 Sed tu ex amicis certis mihi es certiſſimus. Si quid ſcis me feciſſe inſcite aut improbe, ſi id me non accuſas, tute ipſe obiurgandus es.

ACCVSANS, ACCVSATVS, ACCVSANDVS, Particc. Cic. Att. 9, 5 Venit ad me Q. Fufius, ſcelus accuſans Pompeii, leuitatem et ſtultitiam ſenatus. Id. de Fin. 1, 32 Vt perſpiciatis, vnde omnis iſte error natus ſit voluptatem accuſantium. Idem de Opt. Gen. Orat. 21 Aeſchines a Demoſthene capitis fuit accuſatus. Id. fragm. pro C. Cornel. p. 430 extr. Gron. P. Africanus — non ſolum a ſapientiſſimis hominibus, qui tum erant, verum etiam a ſe ipſo ſaepe accuſatus eſt, quod paſſus eſſet *etc.* *Add.* Nep. 4, 2, 6 *et* 6, 3, 4 *et* 1, 7, 5. Cic. de LL. 3, 22 Sed eſt iniqua, in omni re accuſanda, praetermiſſis bonis, malorum enumeratio, vitiorumque ſelectio.

ACCVSATOR, is. [κατηγόρος, ὁ διώκων] Cic. de Fin. 1, 50 c. 16 Plerumque improborum facta ſuſpicio inſequitur, deinde ſermo atque fama, tum accuſator, tum iudex. Cic. pro Roſc. Am. c. 20 Accuſatores eſſe in ciuitate multos, vtile eſt, vt metu contineatur audacia. Accuſator de via citur conſuetudine antiqua. Feſtus. *vid.* REVS. *Quod valet (vt cenſet Turnebus) accuſatorem* reum *citari de via, et* rei *nomine contineri. In editis*, De vi accitur *ſcriptum eſt.* Cic. Partit. 110 Accuſatorem pro omni actore et petitore pono. *Nimirum alias diſtinguit, vt* Accuſator *ſit in cauſa publica*, Petitor *in priuata. vid.* pro Quinct. c. 13. Idem Off. 2 c. 14 Id cum periculoſum ipſi eſt, tum ſordidum ad famam, committere vt accuſator nominere, quod contigit M. Bruto. Accuſator Acer et Acerbus Cic. in Bruto 136. Diſtrictior accuſator *i. Seuerior* Tacit. Ann. 4, 36. Firmus, *qui nihil timet* Cic. Verr. 2, 1. Accuſatorem Firmum Verumque eſſe oportet Cic. Orat. c. 4 Id. de LL. 3, 47 Hoc in Graecia fit publice conſtitutis Accuſatoribus, qui quidem Graues eſſe non poſſunt, niſi ſint Voluntarii. Mutus accuſator. *Vid.* MVTVS. Accuſator Vehemens et Moleſtus Cic. in Bruto 130 c. 34. Accuſatorem comparare in aliquem *vid.* COMPARO. Atrox odii Agrippina ac Lolliae infenſa, quod ſecum de matrimonio principis certauiſſet, molitur crimina et accuſatorem, qui obiiceret, Chaldaeos, Magos, interrogatumque Apollinis Clarii ſimulacrum ſuper nuptiis imperatoris Tacit. Ann. 12, 22. Cic. Verr. 1, 74 Accuſator autem apponitur ciuis Romanus de creditoribus Lampſacenorum, *i. ſubornatur.* Tacit. Ann. 11, 12 Quominus strueret crimina et accuſatores. Tacit. Ann. 4, 59 Subditis qui accuſatorum nomina ſuſtinerent, *i.* Se profiterentur accuſatores.

ACCVSATORIVS, a, um. [κατηγορικὸς] *Accuſatori conueniens.* Cic. pro Cluent. 11 c. 4 Non accuſatorio animo adduci. Accuſatorium artificium Cic. pro Roſc. Amer. 49 c. 17. Quae accuſatorio iure et more ſunt facta Cic. pro Fl. 14. Lex pro Mure. 11. Liu. 2, 61 *de Appio*, Semel cauſam dixit, quo ſemper agere omnia ſolitus erat, Accuſatorio ſpiritu. Vita Quinct. 12, 7, 3.

ACCVSATORIE, Adu. [κατηγορικῶς] Cic. Verr. 2, 176 Nequis hoc me magis accuſatorie, quam libere dixiſſe arbitretur. Liu. 40, 12, 6 Iam illud quam a cuſatorie? Non agam tecum accuſatorie Cic. Verr. 3 c. 70 Accuſatorie vociferari Pedian. in Diuinat. pag. 23.

ACCVSATRIX, [αἰτιάτρια] Plaut. Aſin. 3, 1, 10 Tu mi accuſatrix ades. Plin. Epiſt. 10, 67 Notum accuſatrici eius facerem. *Add.* Traian. Epiſt. ſeq.

ACCVSATIO, ōnis, f. [κατηγορία, αἰτίασις] *Actus accuſandi: cui opponitur* Defenſio, *it.* Excuſatio. Accuſatio *et* Maledictio *quid diſtent vidimus in* ACCVSO, *ex* Cic. pro Cael. 6. Tacit. Ann. 6, 4 Inter quae Haterius Agrippa Conſules Anni prioris inuaſit, cur Mutua accuſatione Intenta, nunc ſilerent? *De* Mutua accuſatione *vid.* Quinctil. 3, 10, 4. 7, 1, 3. 7, 2, 9 *et* 23. Licentior Val. Max. 9, 2, 3. Tac. Ann. 4, 52 Mox Capeſſendis accuſationibus, aut reos tutando, proſperiore eloquentiae quam morum fama fuit. Accuſationem et iudicium conflare, *vid.* CONFLO. Deſtitit accuſatione Fragm. Cic. pro Cornel. Accuſationem petit in Verrem Q. Caecilius Quinctil. 5, 13, 18. Accuſationem Rhetorices profiteri Quinctil. 2, 17, 15. Tacit. Hiſt. 2, 10 Ipſum Criſpum easdem accuſationes cum praemio exercuiſſe meminerant, *Cognatum huic* Delationes factitare. Cic. in Bruto 130 c. 34 *dixit* Accuſationem factitare. Inſtituere, inſtruere *vid.* hh. ll. Intendere *modo vidimus ex* Tac. Ann. 6, 4 In accuſationem alicuius coire, *vid.* COEO. Suſcipere Tacit. Ann. 6, 7.

ACCVSABILIS, et e. [αἰτιατὸς] *Accuſatione aut reprehenſione dignum.* Cic. Tuſcul. 4, 75 c. 35 Quorum omnium accuſabilis eſt turpitudo.

ACCVSATIVVS *caſus*, [αἰτιατικὴ] *Grammaticis dicitur, qui etiam* Incuſatiuus *vel* Cauſatiuus, *itemque* Laudatiuus *dicitur, vid.* Chariſ. p. 6. Diomed. p. 296. Priſcian. p. 671 Putſch. Mart. Capell. 3 p. 55. Iſidor. 1, 6. *Abſolute:* Accuſatiui geminatione facta amphibolia ſoluitur Ablatiuo Quinct. 7, 9, 10. Accuſatiuae propoſitiones Iſid. 1, 12 *i. accuſatiuo inſeruientes.*

ACCVSITO, āre. Frequent. *ab* Accuſo, apud Plaut. Moſtel. 3, 2, 23 Nihil erit, quod Deorum vllum accuſites.

ACDESTIS, *monſtroſa fabula narratur ab* Arnobio adu. Gent. 5 p. 158. *Conf.* AEDVS.

## A C E

ACEDIA, ae, *Graecum eſt* ἀκηδία, *Latine* Securitas, *item* pigritia, inertia, ſocordia, Cic. Att. 12, 45. Ἀκηδία tua me mouet; etſi ſcribis nihil eſſe. *Torpedinem interpretatur Manutius, quae ex* Hippocratis *diſciplina morbos praecedit. Quae apud Aſceticos ſcriptores ſit* Acedia, *quam* Accidiam *vitioſe ſcribunt, aliunde petendum: breuiter, Torpor quidam et veternus quaſi mentis, qui faſtidit actum omnem religioſum* etc.

ACEDIOR, ari. Vulgat. Sirac. 6, 22 *et* 22, 18.

ĂCENTĒTA, [ἀκέντητα] *Sine Punctis aut Centris. Sic appellantur puriores cryſtalli.* Plin. 37, 2 ſ. 10 de cryſtallis, Hoc *vitium* artifices caelatura occultant. Quae vero ſine vitio ſunt, puras eſſe malunt, acenteta appellantes, *i. quae ſalpri puncta non ſenſerunt, vbi nihil ars occultauit.*

ĂCEO, ui, ēre. [ὀξίζω] Acere *vinum dicitur, cum in* acetum *degenerauit.* Cato de R. R. c. 148 Vini in culeos ſingulos quadragenae et ſingulae vrnae dabuntur, quod neque aceat, neque muceat. Vlp. l. 9 §. vlt. D. de contrah. emt. Si modo vinum acuit. *Sed hoc ad* Aceſco *etiam pertinet.*

ACESCO, ĕre. [ὀξύνομαι] *Acidum fieri.* Columel. 12, 26, 1 In quo agro vinum aceſcere ſolet. Hor. Epiſt. 1, 2, 54 Sincerum eſt niſi vas, quodcunque infundis, aceſcit. Pallad. 3, 25, 11 Hieme durat, ſed prima aceſcit aeſtate, Vinum de piris. Plin. 20, 14 ſ. 53 Menta aceſcere — lac non patitur. Vlp. l. 18 D. de Peric. et commodo rei venditae, Si vinum venditum acuerit, vel quid aliud vitii ſuſtinuerit: *i. factum fuerit acidum, acorem contraxerit.*

ACESCENS, [ὀξυνόμενος] Plin. 11, 16 Quarum iniuriam celerrime ſentiunt mella, vel minimo tactu roris aceſcentia. Id. 11, 35 ſ. 41 Rurſus alia genera culicum aceſcens natura gignit, *i. acetum, interprete Harduino ex* Ariſt. H. A. 5, 18. *Et* 23, 2 ſ. 28 Acetum ſcillinum prodeſt aceſcentibus cibis, *i. contra pituitam acidam regurgitantem e ventriculo.*

ACOR, ōris, m. [ὀξύτης] *Sapor acidus, vt in vino poſtquam acuit: item in malo punico, et aliis rebus acidum ſuccum habentibus.* Vinum in acorem corrumpitur Macrob. 17, 12. Columel. 3, 21, 5 Vt aut ferum fructum cum praecoce eleuet: quae res mox acorem facit. Lac vitiatur acore Id. 12, 13, 1. acorem concipit Id. 7, 8, 1. Recolet cella Id. 12, 18, 3. Iucundus acor in cibis Quinctil. 9, 3, 27. Plin. Epiſt. 7, 3 extr. vt iucundiſſimum genus vitae nonnullis interdum quaſi acoribus condias. Periculum acoris praeſtare, l. ſi quis vina D. de per. et com. rei ven.

ACIDVS, ACIDVLVS. *vid.* ſuo loco.

ĂCER, acĕris. n. [σφένδαμνος] *Arbor de qua* Plinius 16, 15 ſ. 26 Acer tiliae fere amplitudinis, operum elegantia ac ſubtilitate cedro ſecundum. Ouid. Amor. 1, 11, 26 Subſcribam, Veneri fidas tibi Naſo tabellas Dedicat: at nuper vile fuiſtis acer. Nempe *de hac arbore* Plinius l. c. Intra pugillares, lectorumque ſilicios aut laminas, raro vſu ſpectatur. *Et* c. 43 ſ. 84 In laminas ſecantur aceris genera etc. Plura eius genera. Album quod praecipui candoris vocatur Gallicum — criſpo macularum diſcurſu, qui cum excellentior fuit, a ſimilitudine caudae pauonum nomen accepit — E viliore genere Craſſiuenium appellatur — *Et* c. 16 ſ. 27 Tuber arboris eius bruſcum intortius criſpum: molluſcum, ſimplicius ſparſum. — Aceris mares prius florent. Id. 32, 11 ſ. 52 Operta acere aut citro triclinia. *Vid.* OPERIMENTVM *ſub* OPERIO.

ĂCERNVS, a, um. [σφενδάμνινος] *Quod eſt ex acere arbore.* Virg. Aen. 2, 112 Praecipue cum iam hic trabibus contextus acernis Staret equus. Acerna menſa Martial. 14, 90. et Hor. Sat. 2, 8, 10.

ĀCER, acris et acre. [δριμὺς, ὀξὺς, δεινὸς] *pro forti ac vehementi, magnoque gradu cuiusque qualitatis accipitur.* Seru. ad Aen. 8, 614 Acrem Turnum, Fortem. Et proprie apud nos *Acer* eſt, qui apud Graecos δεινὸς dicitur. Nam *fortem* et *vehementem*, et *aſperum* et *amarum* poteſt ſignificare. *Apparebit hoc, ſi quis, quibus Subſtantiuis iungatur, nobiſcum voluerit recognoſcere.* In rebus gerendis acer. Cic. Fam. 8, 15 Ecquem autem Caeſare noſtro acriorem in rebus gerendis aut legiſti, aut vidiſti? In rebus inueniendis et iudicandis. Cic. Orat. 172 Quis in rebus vel inueniendis vel iudicandis acrior Ariſtotele fuit? Hor. Sat. 2, 3, 117 — acre Potet acetum. Celſ. 4, 4 Aſclepiades acetum ait quam acerrimum eſſe ſorbendum. Cic. de Orat. 3, 124 Nam neque tam eſt acris Acies in naturis hominum et ingeniis, vt res tantas quisquam, niſi monſtratas poſſit videre: neque tanta tamen in rebus obſcuritas, vt eas non penitus acri vir Ingenio cernat, ſi modo aſpexerit. Aciem in omnes partes acrem intendit Cic. Tuſc. 4, 3. Aduerſarius minus acer Cic. Ac. 4, 12. Acerrimus Cic. Att. 10, . . Aetas acris Ouid. Met. 3, 540. Cic. Att. 1, 10 Bibliothecam tuam caue cuiquam deſpondeas, quamuis acrem amatorem inueneris. Ambitus acrior Tacit. A. 14, . . Cic. pro Archia c. 11 Et de meo quodam Amore gloriae nimis acri fortaſſe, veruntamen honeſto. Tibul. 2, 5, 113. Cic. Off. 1 c. 41 Sic nos ſi acres ac diligentes eſſe volumus Animaduerſores vitiorum: magna ſaepe ex paruis intelligemus. Cic. pro Milon. 29 Quum autem hic de rheda reiecta penula deſiluiſſet, ſeque acri Animo defenderet. Cic. de Orat. 2, 84 Animus acer et praeſens, et acutus idem atque verſutus inuictos viros efficit. Ouid. Met. 10, 550 Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri. Virg. Aen. 7, 164 Aut acreis tendunt arcus, *i. Fortes*, Seruius. Ardore acerrimo et mobiliſſimo tenetur mundus Cic. de N. D. 2, 31 Valer. Flacc. 2, 555 Acri lubricus Aſtu. Cic. pro Corn. Balb. c. 6 Acerrimum et maximum Bellum. Bella acriora Pompon. l. 2 §. Populo. D. de origin. iur. Caedes Ouid. Met. 11, 402. Canis Hor. Epod. 12, 6. Cic. pro Roſc. Am. c. 20. Canis naribus Ouid. Met. 7, 806 Dulcibus Cibis acres acutosque miſcerem Plin. Ep. 7, 3. Plin. 11, 53 ſ. 117 Difficulter perficiuntur omnia in cibis acria. Cic. Hortenſ. ap. Non. 4, 17 Quod alterius ingenium ſic vt acetum Aegyptium, alterius ſic acre vt mel Hymettium dicimus. *Sic leg. puto, non* Sicut acetum *etc.* Ciuis acerrimus Cic. Fam. 10, 28. Cic. de Orat. 3, 17 Omne illud tempus meridianum, Craſſum in acerrima atque attentiſſima Cogitatione poſuiſſe. Collyrium acrius Scribon. Comp. 20. Conſilia acriora Tacit. A. 11, 29 cautis *opponuntur, vt* Acerrima inertiſſimis Hirt. *ſub* Cic. Att. 15, 6. Lucret. lib. 3, 295 Sed calidi plus eſt illis, quibus acria Corda, Iracundaque mens facile efferuiſcit in ira. Cic. Philipp. 12, 7 An vos acerrimam illam et fortiſſimam populi Romani libertatis recuperandae Cupiditatem non imminutam ac debilitatam putatis legatione pacis audita? Cura acris Cic. de Orat. 3, 182. Varro Parmenone ap. Non. 4, 17 Demitis acres pectore curas cantu caſtaque poëſi. Curae acres, Acerbae Varr. apud Nonium 4, 17. Lu-

cret. 5, 46. Curatio acris Scribon. Comp. 183. i. e. purgatio, ſec. Rhod. Curſus Stat. Silu. 4, 3, . . Cuſtodia Tacit. Ann. 1, 5. Defenſor acerrimus Cic. Fam. 1, 1. Dolor acer Virg. Aen. 11, 709. Acerrimis doloribus corpore toto opprimi Cic. Tuſc. 5, 26. Dominus Lucret. 5, 88. Egeſtas Lucret. 3, 65. Equus acer *non modo* Velocem equum *ſignificat*, *vt* Nonius 4, 17 *accipit : ſed etiam Ardentem et concitatum ad ipſum curſum.* Acer curſu equus Virg. Ge. 3, 119. *Sic* Aen. 4, 156 At puer Aſcanius mediis in vallibus acri Gaudet equo. Acer, et ad palmae per ſe curſurus honores, Si tamen horteris, fortius ibit equus Ou. Pont. 2, 11, 21. Fauor plebis acrior in Domitium, loco praeſagii acceptus eſt Tacit. Ann. 11, 4. Fax acerrima Tac. Hiſt. 2, . . Ferae acres Sen. in Octau. 7. Cic. in Bruto 18 Hunc video flagitatorem, non illum quidem tibi moleſtum, ſed aſſiduum tamen et acrem fore. Flamma Lucret. 5, 904. Fremitus Lucret. 1, 277 Frigus Lucret. 4, 261. Fuga Virg. Georg. 3, 141. Plaut. Trinum. 3, 2, 97 Credo ad ſummos bellatores acrem Fugitorem fore. Genus leonum Ouid. Faſt. 4, 215. Genus virúm Virg. Georg. 2, 167. Guſtu acri mordet Plin. 27, 13. Grauitas verborum acrior Cic. Off. 1, 136 apud Non. 4, 17. Hoſtis Hor. Epod. 6, 14 *i. fortis*, *vt* Turnus Virg. Aen. 8, 614. Lucan. 1, 146 *de Caeſare*, Acer et indomitus *etc.* Plaut. Trinum. 2, 3, 7 Suae ſenectuti is acriorem Hiemem parat, cum illanc importunam tempeſtatem conciet. Hor. Od. 1, 4, 1 Soluitur acris Hiems. Humores nimis acres aut nimis concretos colligere Cic. de N. D. 2, 59. Iactator acer Claud. in Eutrop. 2, 380. Ouid. Met. 13, 867 Vror enim, laeſusque exaeſtuat acrior ignis. Cic. de Orat. 2, 358 Imaginibus autem eſt vtendum agentibus, acribus, inſignitis. *De memoria loquitur artificiali.* Impetus Lucret. 6, 128. Incitatione acri et vehementi inflammari Cic. de Orat. 2, 183. Incuſatio vitiorum Cic. de Or. 3, 104. Vir acerrimo Ingenio Cic. Orat. c. 5. *It.* de N. D. 2, 16. *Vid.* ACIES. Cic. Hortenſ. ap. Non. 4, 17 Quod alterius ingenium ſic vt acetum Aegyptium, alterius ſic acre vt mel Hymettium dicimus. Inimicus acerrimus *Acerbiſſimus.* Cic. in Laelio. . . Inſtigatrix acerrima Tacit. Hiſt. 1, 51. Intentio acris Plin. 18, 26. Inueſtigator acer et diligens rerum, quae a natura inuolutae videntur Cic. de Vniuerſ. 1. Inuidia Hor. Sat. 1, 3, 60. Ira Lucan. 3, 142. Iras decurrit ad acres Lucret. 3, 312. Cic. Off. 1 Suum igitur quisque noſcat ingenium, acremque ſe et bonorum et malorum ſuorum iudicem praebeat. *i.* vt Nonius *exponit*, 4, 17 Seuerum. Iudicium acrius ac certius Cic. de Or. 3, 181. Iudicia acria ac ſeuera Cic. pro Roſc. Am. c. 5. Iurgium acre inter Heluidium et Eprium Tacit. Hiſt. 4, 6, 4. Labor Sil. Ital. 3, . . Libertas Tacit. Ann. 13, . . Lupus Hor. Epod. 12, 26. Lycurgus Virg. Aen. 3, 14 *i.* Saeuus et cruentus, Seru. Maieſtas Claud. Paneg. 5, . . Malum Lucret. 3, 253. Mel *vid.* CIBVS. Medicamentum acre Scribon. 240 — acerrimum Id. 38. Cic. pro Flacco 103 c. 51 Ego multo acriorem improborum interdum memoriam eſſe ſentio quam bonorum. Memoria Cic. de Orat. 2, . . Tac. Ann. 2, 87. Metus Virg. Aen. 3, 683. Milites Cic. Cat. 2, 21. Militia Hor. Od. 1, 29, 2. Miniſterium Tacit. 3, . . . Acerrimum miniſterium Tac. Ann. 2, 43. Moloſſus Virg. Georg. 3, 405. Morbus acer et durus Plaut. Men. 5, 2, 119. Morſus doloris Cic. Tuſc. 2, 3. Acris ſolet incitare Morſus *paſſer* Catulli 2, 4. Natura vbi me incendit *i. libido* Hor. Sat. 2, 7, 47. *Sed* Acer et ſublimis natura Romanus, *de vi poëtica* Id. Ep. 2, 1, 165. Cic. pro Sylla, 52 Quae nox omnium temporum coniurationis acerrima fuit atque acerbiſſima. Oculus acer et acutus Cic. pro Planc. 66. Oculis micat acribus ardor, *de ira* Lucr. 3, 290. Plin. Epiſt. 7, 21, 4 Gallinam vt a te miſſam libenter accepi, quam ſatis acribus oculis, quamquam adhuc lippus, pinguiſſimam vidi. Odor acer *apud* Plin. ſaepe *e. g.* 12, 17. Acerrimus, 15, 28 & 21, 7. Patrem lenem illum factum me eſſe acerrimum Ter. Phor. 2, 1, 32. Potentia ſolis acrior Virg. Georg. 1, 93, *Vbi* Seruius, Validior. Potor acer Hor. Sat. 2, 8, 37. Praelium acre Tacit. Ann. 12, 40, 6. Cic. de Orat. 2, 182 c. 43 Eaque omnia, quae proborum, demiſſorum, non acrium, non pertinacium, non litigioſorum ſunt, valde beniuolentiam conciliant. Pruina acri concreta nix Lucret. 3, 20. Remex acer Virg. Aen. 5, 116. Catul. 84, 5 Non ſolum meminit, ſed quae multo acrior eſt res, Irata eſt. Rubor, *i. Viuus, aut ardens.* Sen. Natural. Quaeſt. 3, . . Rumor Tacit. A. 5, . . Virg. Georg. 2, 405 Iam tum acer curas venientem extendit in annum Ruſticus. Senſus videndi acerrimus Cic. de Orat. 2, 357. Id. de N. D. 2, 30 Videmus, in partibus mundi ineſſe ſenſum et rationem. In ea parte igitur, in qua mundi ineſt principatus, haec ineſſe neceſſe eſt, et acriora quidem atque maiora. Seruitium acrius Tacit. Ann. 6, 48, 4 *i. Seruitus durior et ſaeuior.* Silentium acre et intentum Plin. Epiſt. 2, 10. Plin. 4, 8 Vuae paulum ante maturitatem decerptae, ſiccantur acri Sole, ter die verſatae per triduum. *Sic* Lucret. 6, 850. Plin. 17, 24. Sonipes Stat. Theb. 5, . . Sonitus Virg. Georg. 4, 409. Spiritus Hor. Sat. 1, 4, 46. Stimuli Hor. Sat. 2, 7, 94. Acres irarum mouit ſtimulos Lucan. 3, 323. Plin. 19, 8 ſ. 54 Acerrimum ſapore, ignei effectus, ac ſaluberrimum corpori Sinapi. Stomachus poſt vinum, *i. Acidus* Hor. Sat. 2, 4, 59. Cic. de Orat. 1 c. 21 Non deſpero fore aliquem aliquando, qui et ſtudio acriore, quam nos ſumus atque fuimus, et otio, etc. exiſtat talis orator. Vnguentis minus diu nos delectari. Succus Vitr. 8, 3. Summa et acerrima Suauitate conditis Cic. de Orat. 3, 99. Acriora Supplicia Cic. Cat. 1, 3. Teſtes acerrimi Plaut. Men. 4, 2, 30. Tibia Hor. Od. 1, 12, 1 *in quo laudat* Fabius 8, 2, 9 proprie dictum, quo nihil inueniri poſſit ſignificantius. *Nempe ad ſonum illum acutum, penetrabilem et clamoſum refertur : forte etiam per hoc ipſum ad famae vigorem.* Turba praedonum Hor. Sat. 1, 2, 42. Venenum Lucret. 4, 641. Vinum vapidum vt acre fiat Col. 12, 5, 1. Violentia leonum Lucret. 3, 742. Vir Cic. Att. 4, 3. Virtus Lucret. 1, 71. Vis Hor. Epod. 7, 13. Plin. 8, 25 Acerrimi Viſus eſſe. Vox Lucret. 3, 966. Vultus Lucret. 6, 1182. Ouid. Met. 9, 788. ¶ 2 Acer, *cum infinitiuo.* Lucan. 1, 146 *de Caeſare*, Acer et indomitus, quo ſpes quoque ira vocaſſet, Ferre manum, et nunquam temerando parcere ferro : Succeſſus vrguere ſuos, inſtare fauori Numinis, impellens, quidquid ſibi ſumma petenti Obſtaret, gaudensque viam feciſſe ruina. Sil. Ital. 3, 338 Cydnus agit, iuga Pyrenes venatibus acer Metiri, iaculoue extendere praelia Mauro. *Alias conſtruendi rationes quoque huc referemus.* Acer bello accendendo Tac. H. 4, 1. Armis Virg. Aen. 9, 176. Curſu equus Virg. Ge. 3, 119. Acer militiae Veſpaſianus Tac. H. 2, 5, 1. Cic. Diuin. 1, 61 Vt illa tertia pars rationis et mentis eluceat, et ſe vegetam ad ſomniandum acremque praebeat. Caelius ad Cic. Fam. 8, 15 Ecquem autem Caeſare noſtro acriorem in rebus gerendis aut legiſti, aut vidiſti? *Et* Orat. 172 Quis in rebus vel inueniendis vel iudicandis acrior Ariſtotele fuit? Virg. Aen. 12, 938 Acer in armis. ¶ 3 Acre, *pro* Acriter Perſ. Sat. 4, 34 Et prope te ignotus cubito qui tangat, et acre Deſpuat in mores. *Id eſt, exſpuendo, mores acriter et acerbe execretur. Sic et* Salluſt. Acre inuadunt apud Nonium 2, 492. et Apul. Met. 10 p. 594. ¶ 4 Acer et Ater *a Librariis interdum confunduntur. Vid. Drakenb. ad* Sil. 5, 154. et 17, 250.

ACRVS, a, um. *Idem quod Acer. Laudabant* Plaut. Bacchid. 4, 3, 15 *Sed ibi recte* Gron. Perii, multa mala mihi in pectore Nunc acria atque acerba eueniunt. *Certiora ſunt, ſed ſemibarbara.* Pallad. 9, 5, 3 Si ex nimis acra dulcem fieri velis (radicem) ſemina — melle macerabis. Veg. Veter. 2, 7, 1 Cum aceto non acro. *Sic Faber edidit. Sed al.* acri. Id. 4, 28, 16 Aceti acri ſextarium. Plin. Val. 2, 45 Piper terere, ita vt acrum ſit. *Hinc Superl.* Error acriſſimus, *pro* Acerrimus, lib. 4 cap. de Inceſt. et Inut. Nupt.

ACRICVLVS, a, um. Dimin. *apud* Cic. Tuſc. 3 c. 17. qui Acriculum ſenem Zenonem *dixit*, *vt feliciter Turnebus*, *Gebhardus et alii deprauatum locum reſtituerunt.*

ACRĬTER, acrius, acerrime. Adu. [σφοδρῶς, δεινῶς, ἐντόνως] Vehementer. Plaut. Pſeud. 1, 3, 39 Quid agitur Callidore? C. amatur, atque egetur acriter. Acriter et ardenter cauſas agere. Plin. Epiſt. 1, 16. aliquid Cauere Hor. Sat. 2, 3, 92. Elatrare, *i. Vociferari* Hor. Epiſt. 1, 18, 18. aliquid Expectare, *vid.* EXPECTO. Cic. in Piſon. 68 Lubricum genus orationis, adoleſcenti non acriter Intelligenti ſaepe praeceps. Acriter animum intendere Liu. in Prooem. Cogitare Cic. de Fin. 5, . . . Videre Cic. Acad. 4, . . . Acutius atque acrius videre Cic. de Orat. 1, 116. Acriter infeſtus Lucret. 6, 782. Oculis ſolem intueri Cic. Tuſc. 1, 73 c. 30. Offerre ſe morti Cic. pro Milon. 192. Pugnare acriter Hirt. B. Hiſp. 12, 5. Speculari Tacit. Hiſt. 3, . . Acriter et Vehementer dixerat accuſator Cic. pro Flacc. 21. ¶ 2 *Comparat.* Hor. Sat. 2, 7, 19 *legunt quidam*

- - - quanto conſtantior idem
In vitiis, tanto leuius miſer: acrius ille,
Qui iam contento, iam laxo fune laborat.

*Sed optimae quaeque editiones*, Ac prior ille. Plaut. Merc. - - - Multo inſaniunt acrius. Martial. 8, 81 Hos natis amat acrius duobus. Ardet acrius Tacit. 4, - - - Commonent me tui loca Plin. Ep. 6, 2. Acrius doluit populus Tacit. Ann. 2, . . . Acrius et inſtantius inquit Plin. Ep. 6, 20, 10. Acrius exarſit Ouid. de Arte Am. 2, 354. Experiri acrius Tacit. 4, . . Gratiam Caeſaris acrius fouere Tacit. 5, . . Acrius incumbere Virg. Georg. 4, 248. Acrius infremuit bellum Sil. 3, 230. Incurrere et vrgere Sil. Ital. 5, . . Acrius pater inſtat Ter. Hec. 1, 2, 45. Intendere ſcriptis ſuis Plin. Ep. 5, 3, 8. Iudicare Plin. Ep. 6, 27. Cic. de Orat. 1, 116 Adeſt fere nemo, quin acutius atque acrius vitia iudicet, quam ea laudet quae recta videat. Acrius micare *volunt quidam* Lucret. 3, 290. *Sed eſt* Oculis micat acribus ardor. Acrius, quam conſideratius initium tumultus excitauit Tacit. Hiſt. 1, . . Acrius vrget Ouid. Amor. 1, 2, 17. Hor. Sat. 1, 2, 15. Vrit Ouid. Amor. 19, 3. ¶ 3 *Superlat.* Acerrime quam maxime intentis oculis contemplari Cic. pro Flacco 26. Cum Arderet acerrime coniuratio Id. pro Sulla 53. Emendare Plin. Epiſt. 7, 17, 7. Decertare Cic. Tuſc. 2, . . Cic. de Orat. 2, 132 Quae Aguntur acerrime. Virgis caedere Cic. Verr. 5, 142. Acerrime occupatus Nep. 23, 7, 1. Aliquid vituperare Cic. Att. 7, 5.

ACRIMONIA, ae. f. [σφοδρότης, δριμύτης, δεινότης] *Vis, vehementia, non in ſaporibus modo atque odoribus, ſed etiam in animo et actionibus.* Cato de R. R. 157, 5 *de braſſica*, Et ſi vlcus acrimoniam, eius ferre non poterit, farinam hordeaceam miſceto. Plin. 12, 19 ſ. 42 Ipſum cinnamomi lignum in faſtidio eſt, propter origani acrimoniam, *i. quia acre eſt inſtar origani.* Id. 19, 8 ſ. 54 *de Sinapi*, Vſus eius etiam pro pulmentario in patellis decocto citra intellectum acrimoniae, *i. eo vsque decocto, donec non amplius ſentiatur acrimonia.* Id. 23, 8 ſ. 74 Nuclei nucis pineae ſitim ſedant, et acrimoniam ſtomachi roſionesque. Acrimonia ſtomachi *videtur eſſe ὀξυρεγμία, quem etiam* Ardorem ventriculi *vocant.* Id. 27, 13 ſ. 109 *de Smyrnio*, odore medicato, et cum quadam acrimonia iucundo. *Vt* 24, 14 ſ. 78 Sarcocollam cum quadam acrimonia dulcem *dicit.* Vis et acrimonia ad reſiſtendum hominibus audaciſſimis Cic. Act. in Verr. 52 c. 17 extr. *i.* δεινότης. Cic. de Inuent. 2, 143 Ideo quod, ſi id quo nititur aduerſariorum cauſa ſubduxerit, omnem illam eius vim et acrimoniam lenierit ac diluerit. Naeuius Lycurgo, Ne ille mei feri ingenii atque animi acrem acrimoniam Nonius 2, 36 animi viuacitatem *interpretatur*, *et addit* Accii Vim, ferociam, animum, atrocitatem, iram, acrimoniam. Auctor ad Heren. 3, 26 c. 15 Conuenit igitur in vultu pudorem et acrimoniam eſſe, *i. ſeueritatem.* Idem 4, 49 Licentia ſi videbitur nimium acrimoniae habere, multis mitigationibus lenietur. Id. 7, 19 c. 13 Haec exornatio (Interrogatio) cum multum venuſtatis habet, tum grauitatis et acrimoniae plurimum. Acrimoniam capere *vid.* CAPIO.

ACRĬTAS, ātis. [σφοδρότης] *Vehementia, Acrimonia.* Accius Neoptolemo, Vis veritatis atque acritas. *De quo eodem loco* Gell. 3, 2 Sicut autem nihil quidquam intereſt *Suauitudo* dicas, an *Suauitas; Acerbitudo*, an *Acerbitas; Acritudo*, an (quod Accius in Neoptolemo ſcripſit) *Acritas :* ita nihil rationis dici poteſt, qui *Neceſſitudo* et *Neceſſitas* ſeparentur. *Conf.* Non. 8, 48.

ACRĒDO, ĭnis. [δριμύτης] *Acrimonia*, *v. g.* Acredinem habere Plin. Valer. 1, 25. Nuces ſeruantur cepis miſtae, quibus hanc viciſſitudinem reddunt, vt eis acredinem tollant Pallad. Ianuar. c. 15, (al. 6) 19.

ACRITVDO, ĭnis [ὀξύτης] *pro* Acore. Vitruu. 8, 3 Fieri autem naturaliter hoc ideo videtur, quod acer et acidus ſuccus ſubeſt in ea terra, per quam egredientes venae intinguntur acritudine. *Ibidem*, Ratiocinemur iisdem rationibus ex acidis propter acritudinem ſucci, etiam calculoſos in natura rerum ſimiliter poſſe curari. *Add.* 2, 9. *Pro fortitudine :* Par fuit quondam vigor et acritudo amplitudoque Romani populi et Poeni Gell. 10, 27.

ACROR, oris. Rancidulo acrore poſtpoſito *Laudatur* Fulgent.

ACRESCO, ĕre. *Laudatur* Veget. de re veterin. 4, 8 de vino. *Sed adhuc editum ſine varietate*, vt per oui refrigerium vini virtus accreſcat.

ACRIMONIVM, i. [Ἀποτομία] Aceruitas, Acrimonium Gloſſ. Gr. Lat.

ACRIMONIOSVS, a, um. Fortis, conſtans, aſper. Cathol.

ACREMENTVM *vid.* ſ. l.

ACERATVS, ACEROSVS, ACERARE. *Vid.* ACVS, aceris.

ACERBVS, a, um. [ϛρυφνὸς] *Proprie immaturum, atque ita guſtatu aſperum, de fructibus.* Non. 4, 41 Incoctum praecoquum, et de pomis frequentius dicitur. Cic. de Seneɛt. 53 Vua primo eſt peracerba guſtatu, deinde maturata dulceſcit. Vuae acerbae *etiam* Col. 3, 21, 6 maturis *opponuntur.* Plin. 15, 6 Oleum quam acerbiſſima oliua optimum *ex* Caton. R. R. 65. *Hinc* Plin. 15, 27 ſ. 32 *inter* ſaporum genera *ponit etiam* acerbum, *inter* acutum *et acidum.* Plin. 27, 9 ſ. 50 Elatine - acerba guſtu. *Hinc ſumta metaphora,* Virginem acerbam *dixit* Varro ap. Non. 4, 41 Maiores noſtri virginis acerbae auris Veneris vocabulis imbui noluerunt. *Hinc etiam* Funus acerbum *eſt proprie immaturum.* Indole maturus, funere acerbus obis Auſon. Parental. 14 extr. *Sed continuata vt ſit, et extenſa ſemper amplius translatione,* ¶ 2 Acerbum *dicitur Durum, moleſtum, triſte, auſterum.* Cic. de Orat, 2, 200 Nihil mihi ad exiſtimationem turpius, nihil ad dolorem acerbius accidere poſſe. Homo acerbus, *cui* Lenis *opponitur, ſiue* manſuetus Cic. de Orat. 2, 182 Eaque omnia quae proborum, demiſſorum, non acrium, non pertinacium, non litigioſorum, non acerborum ſunt, valde beneuolentiam conciliant. Cic. de N. D. 3, 77 c. 31 Poſſe enim aſotos ex Ariſtippi, acerbos e Zenonis ſchola exire. Hor. Sat. 1, 3, 85 Paullum deliquit amicus, Quod niſi concedas, habeare inſuauis, acerbus. *Et* Ep. 1, 18, 94 Plerumque modeſtus Occupat obſcuri ſpeciem, taciturnus acerbi, *i. pertinacia quadam et odio tacentis.* Cic. Fam. 1, 4 Eo die acerbum habuimus Curionem, Bibulum multo iuſtiorem, pene etiam amicum. Tac. Agric. 22, 6 Acerbior in conviciis. Cic. pro Quinctio 95 Miſerum eſt exturbari fortunis omnibus, miſerius eſt iniuria. Acerbum eſt, ab aliquo circumueniri, acerbius, a propinquo, etc. *Reliqua iam elementari ordine dabimus :* Plaut. Poenul. 5, 2, 136 Earum hic alteram efflictim perit, Neque eam inceſtauit vnquam. P. acerba Amatio eſt. *i. Dura et toleratu difficilis: vel, quod magis placet, nondum matura.* Virg. Aen. 5, 462 Tum pater Aeneas, procedere longius iras, Et ſaeuire Animis Entellum haud paſſus acerbis. Cic. ad Q. Fr. 1, 1, 8 Illam acerbiſſimam Miniſtram Praetorum auaritiae Calumniam. Virg. Aen. 5, 700 At pater Aeneas Caſu concuſſus acerbo, Nunc huc ingentes, nunc illuc pectore curas Mutabat. Catul. 68, (Gr. 69) 90 Troia virûm, et virtutum omnium acerba Cinis. *Modo dixerat,* Commune ſepulcrum Europae Aſiaeque. Vetus Poëta *apud* Cic. Tuſc. 4, 77 c. 36 Atreum *inducit ſic loquentem,* Maior mihi moles, maius miſcendum malum, Quî illius acerbum Cor contundam et comprimam. Corpus Neptuni acerbum, *i. Aqua maris aſpera et amara* Lucret. 2, 471. Damnum Claud. in Gigant. 4. Virg. Aen. 5, 49 *de die annuo funeris paterni,* Quem ſemper acerbum, ſemper honoratum — habebo. Claud. de Bell. Gild. 302 - - - diſſenſus acerbus Et grauior conſenſus erat. Facetiis acerbis Tiberium irridere ſolitus Tacit. Ann. 5, 2, 3. Fata acerba Hor. Epod. 7, 17. Fata acerba poſcere Sen. in Agam. 6, 5. Frigus acerbum Hor. Epiſt. 1, 17, 53. Funus acerbum, *et* acerbus interitus, pro *Morte immatura, vt diximus, ideoque grauiore, atque amariore.* Virg. Aen. 6, 429. Cic. Tuſc. 4, 18 c. 8 Angor, eſt aegritudo premens: luctus, aegritudo ex eius qui carus fuerit, interitu acerbo. *Poteſt hic etiam pro Crudeli interitu accipi, vel generatim triſti.* Horror ſerrae acerbus, *i. durus et inamoenus ſtridor* Lucret. 2, 410. *Vid. mox* STRIDOR. Hoſtis acerbiſſimus Cic. Cat. 4, 3. Ictus Ouid. de Ponto 1, 4, . . .. Ictus phalangii Plin. 29, 4 ſ. 27. Incendium Cic. de LL. 2, 61. Incendio acerbiſſimo conflagrata vrbs A. ad Herenn. 4 c. 8. Inimicitiae Propert. Eleg. 2, 8, 3. Inimicus acerbiſſimus, apud Ciceronem. Id eſt Maxime infenſus aut crudelis. Inimicus acerbus Cic. de Amic. c. 24. Interitus Conſulum acerbiſſimus Planc. ap. Cic. Fam. 10, 17. Irae acerbae Lucret. 5, 1194. Iudicia acerba Sall. de Rep. ord. 1 c. 6. *i. crudelia.* Libitina Hor. Sat. 2, 6, 19. Liuor Claud. de Rapt. Proſerp. 59. Luctus Tibul. 2, 6, 41. Lux *i. Dies* Sen. in Herc. Oet. 11, 1. Mala multo maiora et acerbiora verbis facere Cic. de Orat. 1 c. 51. Mater in ſuos partus Ouid. Faſt. 2, 624. Mors acerba Ouid. Met. 14, 187. Morte acerbiſſima affici Seru. Sulpic. ap. Cic. Fam. 4, 12, 4. Fuit Naturae acerbae, non modo in Antiſophiſtas, ſed etiam in diſcipulos Sueton. de ill. Grammat. c. 9. *de Orbilio.* Odium Virg. Aen. 10, 904. Odium acerbiſſimum Cic. Att. 10, 8. Partus : Et pecus ante diem partus edebat acerbos Ou. Faſt. 4, 647. Pectus Ouid. Amor. 3, 6, 57. Virg. Georg. 3, 419 Peſtis acerba boum, pecorique aſpergere virus. Praedicatio luctuoſa et acerba Cic. in Rull. 2, 47. Hor. Arte Poët. 474 Indoctum doctumque fugat Recitator acerbus. Lucret. 3, 53 - - - multoque in Rebus acerbis Acrius aduertunt animos ad relligionem. Cic. de Prouinc. Conſ. 28 Impolitae vero Res, et acerbae ſi erunt relictae (quanquam ſunt abſciſſae) tamen efferent ſe aliquando, et ad renouandum bellum reuireſcent. Acerbae *i. immaturae, imperfectae.* Tibul. 4, 14, 4 Quid miſerum torques ? rumor acerbe tace. Cic. ad Qu. Fr. 1, 1, 7 Haec illius Seueritas acerba videretur, niſi multis condimentis humanitatis mitigaretur. Sen. in Hippol. 10, 1 O Sors acerba & dura famulatus grauis, *i. O conditio,* etc. Idem in Herc. Oet. 7, 20 O ſortem acerbam ! Spectaculum acerbum, durum, crudele, et viſu horrendum Cic. Verr. 5, 78. Idem ad Q. fratr. 2, 12 fin. Stridoris acerbi *animal Colotes* Plin. 29, 4 ſ. 28. *Vid. paullo ante* Horror. Supplicium acerbiſſimum Cic. Cat. 4, 16. Tumuli acerbi dubiique Flor. 2, 12 *i. iniqui acceſſu.* Cic. Fam. 1, 1 pr. vt vitam mihi eſſe acerbam putem. Acerbus in vituperando Cic. Brut. 65. Virg. Aen. 11, 823 Hactenus Acca ſoror potui : nunc vulnus acerbum Conficit, et tenebris nigreſcunt omnia circum. Ouid. Triſt. 5, 8, 17 Sed modo laeta manet, vultus modo ſumit acerbos. ¶ 3 Acerbum, *ſubſtantiue,* Ouid. Triſt. 5, 2, 21 Detrahat vt multum, multum reſtabit acerbi : Parsque meae poenae totius inſtar erit. Pſeudo - Cic. antequam iret in exil. 21 c. 9 Nihil duri, nihil acerbi mihi erit, quod Rempub. tutabitur. A. ad Her. 4, 48 Aliquid acerbi atque incommodi nuntiatur. ¶ 4 Acerba, pro Acerbe adu. Lucret. lib. 5, 34 Aſper acerba tuens, immani corpore ſerpens. Ouid. Epiſt. 8, 167 Nox vbi me thalamis vlulantem, et acerba gementem Condidit, in moeſto, procubuique toro.

ACERBĬTAS, ātis. [ϛρυφνότης, πικρότης] *Proprie dicitur Aſperitas illa ſiue Auſteritas in fructibus immaturis.* Pallad. Febr. 9, 12 *de vineis,* Nec paruo conſtabit, ſi legatur maturitas cum acerbitate. Plin. 15, 14 *De piro ſilueſtri,* Id peculiare improbitatis et acerbitatis conuicium, et vis tanta, vt aciem gladii perſtringat. ¶ 2 *Ad omnia moleſta, aduerſa et eorum ſenſum, non minus quam* Acerbus, *refertur; vt* acerbitas *ſignificet, et animum, qui alios quaſi mordet, et moleſtiae perceptionem, et rem quae moleſta eſt.* Cic. ad Q. fratr. 1, 1, 13 Nam ſi implacabiles iracundiae ſunt, ſumma eſt acerbitas: ſin autem exorabiles, ſumma leuitas: quae tamen (vt in malis) acerbitati anteponenda eſt. Acerbitas et iniuria Cic. Fam. 6, 10. Inuidiam non lenire obſequio, ſed acerbitate opprimere ſtuduit Nep. 10, 6, 5. Per tot annos ſine querela tolerata nouis acerbitatibus ad inuidiam vertere Tacit. Ann. 13, 50, 4. *Add.* Caeſ. B. C. 1, 32. Cic. Fam. 4, 4. Liu. 44, 10. Cic. Off. 1, 191 Atque etiam illud ipſum, quod acerbitatis habet obiurgatio, ſignificandum eſt ipſius id cauſa, qui obiurgetur, ſuſceptum eſſe. Pro Planc. c. 42 Nunc timeo, ne nihil tibi praeter lacrimas queam reddere, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudiſti. Cic. in Catil. 4 c. 1 Vt omnes acerbitates, omnes dolores, cruciatusque perferrem. Cic. de Fin. 4, 127 Nec acerbitatem ſententiarum, nec diſſerendi ſpinas probauit. Cic. in Laelio c. 23 Apud quem euomat virus acerbitatis ſuae. Cic. Tuſc. 3, 63 c. 26 Hecubam putant propter animi acerbitatem quandam et rabiem fingi in canem eſſe conuerſam. Propter acerbitatem imperii defecerant Nep. 5, 2, 4. Ad ſummum imperium acerbitatem naturae adiungere Cic. ad Q. fratr. 1, 1. Ad populum prouocanti nihil aeque ac iudicis acerbitas profuit Suet. Caeſ. c. 12. Conquiſitae acerbitates Tacit. Ann. 5, . . . Dilacerari acerbitatibus Tacit. Ann. 2, 71. Proſcriptionis acerbitas Cic. pro Cluent. 121. Temporis acerbitas Cic. Fam. 13, 4, 3. *Conf.* Nep. 7, 7, 3. Suet. Calig. c. 2.

ACERBITVDO, *Idem quod* Acerbitas. Gell. 13, 3 Sicut autem nihil quicquam intereſt, ſuauitudo dicas an ſuauitas, ſanctitudo an ſanctitas, acerbitudo an acerbitas, etc.

ACERBO, are. [παροξύνω, τραχύνω] *Aſperare, acerbum facere: vt,* Virg. Aen. 11, 407 Vel cum ſe pauidum contra mea iurgia fingit, Artificis ſcelus, et formidine crimen acerbat. Claud. in Rufi. 1, 183 Ingeminat crimen, commoti pectoris ignem Nutrit, et exiguum ſtimulando vulnus acerbat. Stat. Theb. 3, 214 Multumque nefas Eteoclis acerbat, *i. dictis exaggerat.* Claudian. de Rapt. 2, 208 Crimenque feri raptoris acerbat. *Sic* Gaudia acerbare alicui Stat. Theb. 12, 75. Caetera acerbans queſtu Sil. 6, 117. *Vid. hic Drakenb. qui ſimul docet,* Acerbare *in MStis confundi cum* Aceruare.

ACERBATVS, a, um. Laconum flagella acerbata Tertull. adu. Gent. c. vltim.

ACERBE, ius, iſſime. Adu. [τραχέως] *Dure, ſeuere, aſpere.* Cic. de Nat. Deor. 3, 82 Nec tamen poſſumus dicere non plures captiuos acerbe, quam praedones necatos. Idem Tuſc. 1, 93 c. 39 *de puero in cunis mortuo,* Ab hoc acerbius exegit natura, quod dederat. Aſpere et acerbe nimium accuſari Cic. Fam. 1, 5. Acerbe ferre Id. pro Planc. c. 1. Acerbius indies malefacere Sall. de Rep. Ord. c. 12. Proſcriptionem acerbius exercuit Suet. Aug. c. 27. Vt quisque acerbiſſime crudeliſſimeque dixit Caeſ. B. C. 1, 2. *Add.* ib. c. 5.

ACERNVS, *vid.* ACER pro Arbore.

ACEROSVS, *vid.* ACVS, aceris.

ACERRA, ae. [θυμιατήριον, Λιβανωτὸς] acerra, turibulum, *vid.* Gloſſ. et Vet. Schol. Hor. Od. 3, 8, 4. Ara quae ante mortuum poni ſolebat, in qua odores incendebant. Alii dicunt Arculam eſſe turariam, vbi tus reponebant. Haec Feſtus. Virg. Aen. 5, 745 - - - et plena ſupplex veneratur acerra, *vbi* Seruius Arcam turalem *vocat.* Martial. 10, 24 - - - - ſeptimamque Veſtris addimus hanc focis acerram. Plin. 35, 10 Item ſacerdotem aſtante puero cum acerra et corona. Cic. de Legib. 2, 60 c. 24 *de funerum ritu,* Ne ſumtuoſa reſperſio, ne longae coronae, nec acerrae praetereantur (*Manutius coniicit* praeferantur) Ouid. Met. 8, 266. Idem Faſt. 4, 934 Cumque meri patera, turis acerra fuit. *De incerta vocis origine, vel ipſa opinionum varietas teſtatur, de qua* Voſſ. Etym. p. 4.

ACERRAE, arum. [Ἄκεῤῥαι] *Vrbs Campaniae Italicae.* Virg. Georg. 2, 225 Talem diues arat Capua, et vicina Veſeuo Ora iugo, et vacuis Clanius non aequus Acerris. Seru. ad h. l. Acerrae ciuitas eſt Campaniae, haud longe a Neapoli : quam Clanius praeterfluit fluuius : cuius frequens inundatio eam exhaurit. Vnde ait Vacuis, *i.* Infrequentibus. Sil. Ital. 8, 538 Illic Parthenope, ac Poeno non peruia Nola, Alliphe, et Clanio contemptae ſemper Acerrae. *Vid. Drakenb. Fuit item eiusdem nominis oppidum in Vmbria de quo* Plin. 3, 14.

ACERSECŎMES, ae. m. [ἀκερσεκόμης] *Latine* Intonſus *Apollinis apud Homerum Epitheton. Si non appellatiue, certe per Antonomaſian* Iuuen. Sat. 8, 128 Si tibi ſancta cohors comitum, ſi nemo tribunal Vendit Acerſecomes, ſi nullum in coniuge crimen.

ACERVVS, i, m. [σωρὸς, ἀθροισμὸς, ὄγκος] *Non minutarum modo rerum congeries, vt Frumenti, leguminis, Salis, ſed rerum quarumcunque, id quod exempla docebunt. Sic* Cic. Cat. 3, 24 c. 10 Omnis hic locus aceruis corporum et ciuium ſanguine redundauit. *Et* Cat. 4, 11 c. 6 Miſeros atque inſepultos aceruos ciuium. *Et* pro Sext. 77 Acerui corporum exſtructi. Aceruus lignorum eſt L. 51 D. de acquir. poſſ. Aceruus ſcutorum Virg. Aen. 8, 562. *Sed* Plaut. Pſeud. 1, 2, 55 Acerui frumenti ſunt domi. Paruula (nam exemplo eſt) magni formica laboris Ore trahit, quodcunque poteſt, atque addit aceruo Hor. Sat. 1, 1, 33. Cic. Tuſc. 5, 45 Vt aceruus ex ſui generis granis, ſic vita beata ex ſui ſimilibus partibus effici debeat. Cic. in Rull. 2, 58 Vix iam videtur locus eſſe, qui tantos aceruos pecuniae capiat. Hor. Epiſt. 1, 2, 47 - - - - aeris aceruus et auri. Lucret. 3, 198 Papauerum — vt ab ſummo tibi diffluat altus aceruus. Ouid. Met. 1, 24 Quae poſtquam euoluit, caecoque exemit aceruo, Diſſociata locis concordi pace ligauit. *Per* aceruum caecum, *Chaos Elementorum intelligit.* Grandis Ouid. de Rem. Amor. 424. Virg. Georg. 1, 185 - - - populatque Ingentem farris aceruum Curculio. Heu ! magnum alterius fruſtra ſpectabis aceruum Virg. Georg. 1, 158. Hor. Sat. 1, 1, 51 - - - at ſuaue eſt ex Magno tollere aceruo. Dum ex Paruo nobis tantundem haurire relinquas, Cur tua plus laudes cumeris granaria noſtris ? Modicus Hor. Epiſt. 2, 2, 190. Cic. pro Sylla c. 27. Quantos aceruos Facinorum reperietis ? Plin. 36, 5 ſ. 4, 8 Magni officiorum negotiorumque acerui omnes a contemplatione talium abducunt.

ACERVATIM, Adu. quantitatis. [σωρηδὸν] *Per aceruos promiſcue.* Varr. de R. R. 1, 381 Stercus columbinum vt ſemen ſpargi debere in agro, non vt de pecore aceruatim poni. Mors confertos aceruatim accumulauit Lucret. 6, 1261. Cic. pro Cluent. c. 10 Aceruatim iam reliqua Iudices dicam. Cic. Orat. 85 c. 25 Nec aceruatim multa frequentans vna complexione deuinciet. Plerique aceruatim ſe de vallo praecipitauerunt Hirt. Bell. Alex. cap. 31. Apes aceruatim ſub fauis enectae reperiuntur Columel. 9, 13, 4. ¶ 2 Aceruus Chryſippi *vel Stoicorum, i. Sorites, ſyllogiſmi ſpecies, de qua ſ. l.* Hor. Epiſt. 2, 1, 47 Demo vnum, et demo item et vnum Dum cadat eluſus ratione ruentis acerui *etc.* Perſ. Sat. extr. 6 Inuentus, Chryſippe, tui finitor acerui. Cic. Ac. 4, 49 c. 16 Qui aceruum efficiunt, vno addito grano. *vid.* SORITES.

ACERVO, are. [σωρεύω] Accumulare. Plin. 26, 4 Plura vndique aceruabimus. Idem 21, 17 Octoginta ſimul aceruatis ſaepe bulbis. Quinctil. 9, 3, 47 Nec verba modo, ſed ſenſus quoque idem facientes aceruantur. Liu. 3, 34 Immenſus aliarum ſuper alias aceruatarum legum cumulus.

ACERVĀLIS, et e. *Sic dici poteſt Argumenti genus, quo vtebatur Chryſippus.* Cic. de Diu. 2, 11 c. 4 Aut quemadmodum Soriti reſpondeas? quem ſi neceſſe ſit, Latino verbo liceat acerualem appellare: ſed nihil opus. Vt enim ipſa philoſophia, et multa verba Graecorum, ſic Sorites ſatis Latino ſermone tritus eſt. *Apud* ICtos l. 177 D. de V. S. et l. 65 de R. I. *ad σωρίτην adiectum* Acerualem ſyllogiſmum *vt gloſſema ſcribi Gothofredus curauit.* *vid.* ACERVVS n. 2.

ACERVATIO, [σώρευσις] *Actus aceruandi, ſiue Accumulatio.* Plin. 11, 53 ſ. 117 Homini cibus vtiliſſimus ſimplex: aceruatio ſaporum peſtifera, et condimento pernicioſior.

ACESCO, is. *vid.* ACEO.

ACESINVS, *Fluuius.* Plin. 37, 13 Gemmiferi amnes ſunt Aceſinus et Ganges. *Eum 6, 20 tradit influere in Indum fluuium.*

ACESIS, [ἄκεσις] *Genus Chryſocollae, diuerſae ab Orobitide.* Plin. 33, 5 ſ. 28.

ACESTA, [Ἀκέστα] *Siciliae vrbs, ab Aceſte dicta, teſte* Virg. Aen. 5, 718 Vrbem appellabunt permiſſo nomine Aceſtam.

ACESTES, ae. [Ἀκέστης] *Filius Crimniſi fluminis ex Segeſta Troiana.* Virg. Aen. 5, 106 Famaque finitimos, et clari nomen Aceſtae Excierant. *vid.* Seruius *in illud* Aen. 1, 550 - - - - Troianoque a ſanguine clarus Aceſtes. *Et* Aen. 5, 711 Eſt tibi Dardanius diuinae ſtirpis Aceſtes. Ouid. Met. 14, 83 Ad ſedes Erycis, fidumque relatus Aceſten, Sacrificat. Virg. Aen. 5, 387 Hic grauis Entellum dictis caſtigat Aceſtes. Grauis aetate, vel obiurgatione, Seruius. Virg. Aen. 5, 301 Caetera Trinacriis pubes ſenioris Aceſtae Fertur equis. Sil. Ital. 14, 46 Miſcuerunt Phrygiam prolem Troianus Aceſtes, Troianusque Helymus.

ACETES, *Euandri armiger* Virg. Aen. 11, 30 ſeq.

ACETABVLVM, i, n. [ὀξὶς, ὀξύβαφον] *ab Accipiendo dici volebant viri docti, quaſi* Acceptabulum. *Nec aliter ſcribit hanc vocem Cael. Rhodig.* 13, 32. *Sic etiam Hermolaus Barbarus, et multi de primis literarum inſtauratoribus. Sed nimis aperte reſpondet* oxybapho *Graecorum,* quam *vt dubitare poſſimus eſſe* Acetabulum, *vaſculum* aceto *τῷ ὄξει aptum, in quod* intingantur *alii cibi,* [βάπτωνται]. *Quae deinde appellatio latius ſubinde extenſa, vt in mille aliis factum eſt. Hoc ipſum indicat* Quinct. 8, 6, 35 *de καταχρήσει* ſ. abuſione, Acetabula (*vocamus*) quidquid habet (*ſ.* acetum, *ſ. aliud habeat tale vaſculum*) et pyxides cuiuscunque materiae ſunt *i. licet non ſint e* buxo, *πύξῳ, vnde primum* dictae. *Porro* Acetabulum eſſe *Graecorum* Oxybaphon *apertiſſimum eſt, ſi modum vtriusque* ſ. *menſuram compares.* Iam Plin. 21 extr. Cum acetabuli menſura dicitur, ſignificat heminae quartam partem, *id eſt,* drachmas XV. *Eadem Graecos de ſuo* Oxybapho *memorare oſtendit Harduinus. Et* Fannius de Ponder. 81. *ait,* Oxybaphum *eſſe ad ſextarium vt* ſeſcunciam *ad libram, i. partem ſextarii octauam; et cum hemina ſit dimidium ſextarii, ipſius* heminae quartam, *quod modo affirmantem vidimus Plinium. Idem* Plinius *pro menſura etiam ponit* Acetabulum 18, 7 ſ. 14 Coriandri ſelibras, ſalisque acetabulo. *Et* Celſ. 5, 24 Inſtillaturque ſubinde quam optimi mellis acetabulum. Sen. Epiſt. 6, 45 Iſta ſine noxa decipiunt, quomodo praeſtigiatorum acetabula et caliculi: in quibus me fallacia ipſa delectat. *Haec vox reddenda etiam* Catoni R. R. c. 102 *vbi* caetabulum *legitur,* acceptabulum; *ſed in optimis libris* acetabulum. ¶ 2 Acetabula *in corporibus dicuntur pro Pyxidibus, vt Anatomici vocant, quibus coxendices infiguntur.* Plin. 28, 11 ſ. 49 Item oſſa ex acetabulis pernarum, circa quae coxendices vertuntur. ¶ 3 Acetabula *item ſunt veluti quidam Caliculi in iis piſcibus, qui Molles appellantur, vt in Polypo.* Plin. 9, 30 *de* Polypo, Praeterea negat eſſe vllum atrocius animal ad conficiendum hominem in aqua: luctatur enim complexu, et ſorbet acetabulis, ac numeroſo ſuctu detrahit, cum in naufragos vrinantesue impetum capit. *Et paulo poſt.* Oſtendêre Lucullo caput eius, dolii magnitudine, amphorarum XV capax: atque (vt ipſius Trebii verbis vtar) barbas, quas vix vtroque brachio complecti eſſet, clauarum modo toroſas, longas pedum triginta, acetabulis, ſiue caliculis vrnalibus, peluium modo, dentes magnitudini reſpondentes. ¶ 4 *Etiam floris pars eſt* acetabulum. Plin. 21, 15 ſ. 55 Vrtica maxime naſcitur acetabulis in flore purpuream lanuginem fundentibus.

ACETARE, dicebant veteres, quod nunc dicimus Agitare, Feſtus. *Nec eſt opus ſuſpicione Gothofredi,* acitare: *cum etiam* e *ſaepiſſime poſuerit antiquitas, vbi poſteriores* i *amarunt, vt* nauebos, intellego, *etc.* ¶ 2 Aceſcere. Ὀξύζει, aceſcit, acetat Gloſſ. Gr. Lat. Quod acetauerit, plagae impones Apul. de Herb. c. 3.

ACETARIA, orum. pl. [ὀξύβαφα] *Cibaria quae ex aceto ſumuntur ad excitandam appetentiam: quales ſunt herbae virentes, fructus, radices, quas aceto oleoque affuſo concinnamus, τρώξιμα Graecis: de quibus plura Salmaſius Exercitat. Plinian.* p. 898. *vbi tandem* b, C *ita definit,* Acetaria *appellata omnia olera, quae recentia ac cruda ex aceto vorarentur:* Salgama *quae ſale et aceto condita ſeruarentur:* Oxypora *ex pluribus ſpeciebus compoſita vna tritis mixtisque, quibus etiam addebatur acetum.* Plin. 20, 20 ſ. 81 Stomachum in acetariis ſumta corroborat. *De Porcilaca loquitur.* Idem 19, 4 ſ. 19 Horti maxime placebant, quia non egerent igni, parcerentque ligno, expedita res et parata ſemper: vnde et acetaria appellantur, facilia concoqui, nec oneratura ſenſum cibo. Acetaria *hic quaſi* Acceptaria *dici vult Hermolaus Barbarus: Nimirum putat etymologiam tractari a Plinio. Sed appellantur, ſignificat petuntur, arceſſuntur,* etc.

ACETOSA, ae, f. vulgo dicitur, *quae alias oxalis ſ. rumex.*

ACĒTVM, i. [ὄξος] Vini vitium, *vt appellat* Plin. 23, 1 ſ. 27 *vbi multa de illius viribus in* refrigerando *et* diſcutiendo. Illo os colluunt venena exſugentes. Domitrix haec vis non ciborum modo eſt, verum rerum plurimarum. Saxa rumpit infuſum, quae non ruperit ignis antecedens. Cibos et ſapores non alius magis ſuccus commendat aut excitat: in quo vſu mitigatur toſto pane, aut vino, vel accenditur pipere ac laſere: vtique ſale compeſcitur. Martial. 13, 122 Amphora Niliaci non ſit tibi vilis aceti, Eſſet quum vinum, vilior illa fuit. Plaut. Rud. 4, 3, 32 *de miſero et ſeruili prandio,* cum aceto et ſale prandere, ſine bono pulmento. Acerbum acetum Plaut. Truc. 1, 2, 77. Acidiſſimum Plaut. Pſeud. 2, 4, 49. Acre acetum Hor. Sat. 2, 3, 117. Acerrimum et pulcherrimum Cato 104, 2. Sammonicus Carm. 4 Furfuribusque nouis Durum miſcebis acetum, *i. acerrimum.* *vid.* MVRIA DVRA. Ficulneum Col. 12, 17 Frigorificum Gell. 17, 8. Laſerpiliatum Cato 116. E Malis Pallad. Feb. 25, 19. Mordax Perſ. 5, 86. Moriens Perſ. 4, 32. Mulſum Cato 157, 6. Pharium *i.* Aegyptiacum Iuuen. 13, 85. Columel. 12, 57 Deinde exiguum aceti piperati, et pluſculum mellis adiiciunt. De Piris Pall. Feb. 25, 11. Rubens Martial. 11, 57. Scillinum, ſcilliticum, et ſcillites. *vid.* SCILLA. E Sorbis et piris Pall. Febr. 15, 5. Oua aceto macerare Plin. 10 c. 60. Aceto aſperſas condito Scribon. 136 *ſ. vt vult Rhodius,* aſperſam coquito. *De vi* Aceti *in macerandis ſaxis* Liu. 21, 37 *itemque* Vitruu. 8, 3 *vbi et de aliis, quae* Acetum *ſoluit. Praeter caetera acria bene* cruorem ſiſtere *ſcribit* Celſ. 5, 1. Tacit. Hiſt. 5, 6, 7 *cum de bitumine Iudaeae tradit,* Alter, *inquit,* ſuapte natura liquor, et ſparſo aceto concretus, innatat. *Quid hic ſibi velit* acetum, *dictu non eſt facile. Fuit, qui intelligeret ipſum liquorem bituminis, qui iam in cruſtam coiuerit, quale quid in aceto fieri ſolet. Sed obſcure ſane locutus eſt, ſi hoc voluit, Tacitus.* ¶ 2 Acetum *ad animum tranſtulit Plautus* Pſeud. 2, 4, 49 Ecquid habet is homo aceti in pectore? Idem Bacchid. 3, 3, 1 Nunc experiar, ſitne acetum tibi, cor acre, in pectore. *Lambin. coniicit* aceto cor acre. *Illud apparet, vtroque loco de acrimonia, et vigore, qui iraſci, vbi opus eſt, poſſit, ſermonem eſſe.* Id. Truc. 1, 2, 77 In melle ſunt linguae ſitae voſtrae atque orationes Lacteque: corda felle ſunt lita atque acerbo aceto. Hor. Sat. 1, 7, 32 Italo perfuſus aceto, *i. mordacibus maledictis petitus.* Perſ. 5, 86 Aurem mordaci lotus aceto *eſt homo purgati iudicii.* Auſon. Epiſt. 4, 67 p. 583 Toll. Scillite decies non ſi (MS. cor ſi) purgeris aceto. *E Graeco fonte, apud quos ὀξὺς,* acutus, *ὄξος,* acetum. ¶ 3 *Adiectiue* melli *iunctum inuenitur.* Plin. 11, 15 ſ. 15 In omni melle, quod per ſe fluit, vt muſtum oleumque, appellatur acetum. *Sic ex manuſcriptis Turnebus, et Harduinus.* Heſych. Ἀκητὸν, κράτιστον. *Hinc emendandum cenſui Geſnerus* Columel. 12, 5, 1 *legendumque,* ſubtrita cum quartario mellis aceti diluito. *Adhuc legitur* aceto. *Quidam ſcribunt apud* Plinium, acoetum, *ἄκοιτον, et interpretantur purum, ſine ſedimento, quod κοίτην eſſe volunt. Verum ſine auctoritate; quam nobis praeſtant MSS. et Heſychius.*

ACHAEMENES [Ἀχαιμένης] *primus rex Perſarum, a quo poſtea reges omnes vsque ad Darium vocati ſunt Achaemenidae.* Horat. Od. 3, 12, 21 Quae tenuit diues Achaemenes, *i. Opes regiae. Hinc*

ACHAEMENIVS, [Ἀχαιμένιος] *Perſicus, vel Parthicus.* Lucan. 8, 224 Paſſus Achaemeniis longe decurrere campis. Stat. Silu. 5, 3 Alter Achaemenium ſecludit Zeugmate Perſen. Achaemenium coſtum Hor. Od. 3, 1, 44. Nardus Achaemenia, Id. Epod. 13, 8. Sagittae Achaemeniae Propert. 2, 13, 1.

ACHAEMENĬDES, [Ἀχαιμενίδης] *Vnus e ſociis Vlyſſis, qui narrat de Polyphemo* Virg. Aen. 3, 613 etc. Ouid. de Ponto 2, 2, 25.

ACHAEMENIS, [Ἀχαιμενὶς] Plin. 24, 17 ſ. 102 Democritus tradit, — Achaemenida *herbam* colore electri ſine folio naſci in Taradiſtilis Indiae, cuius radice in paſtillos digeſta, in dieque pota in vino, noxii, per cruciatus, nocte confiteantur omnia per varias numinum imaginationes. Id. 26, 4 ſ. 9 *inter* magicas vanitates *refert,* Achaemenide coniecta in aciem hoſtium, trepidare agmina, ac terga vertere. *Add.* Apul. de Herbis c. 57.

ĂCHĀĬA, [Ἀχάια] *Superior ſ. ſeptentrionalis pars Peloponneſi, cuius caput Corinthus. Poſt ſubactam a Romanis Graeciam tota in* Macedoniam *et* Achaiam *diuiſa eſt, complectebaturque adeo totam* Peloponneſum Achaia. *Sed etiam Poëtae paſſim totam Graeciam hoc nomine intelligunt.* Ouid. Met. 8, 268 Populi, quos diues Achaia cepit. *Et* Epiſt. 17, 209 Quid de me Sparte poterit, quid Achaia tota, Quid gentes Aſiae, quid tua Troia loqui? Cic. pro Flacco 100 Cuncta Achaia.

ACHAEVS, [Ἀχαιὸς] *Aliquis de Achaia, vel Graecus.* Cic. de Prou. Conſ. 5 Achaeos ingentem pecuniam pendere L. Piſoni quotannis. *Et* Diu. in Caec. 64 Quod eum ſibi Achaei patronum adoptarant. *Sed Boſporana gens fera ſunt, quos memorat* Ouid. de Ponto 4, 10, 27 Nec potes inſeſtis conferre Charybdin Achaeis. *Horum videtur etiam* Achaeorum portus *ad Pontum Euxinum de quo* Plin. 4, 12 ſ. 26. Achaeorum *verorum frequens mentio apud* Liuium a libro inde 27. *Vid.* ACHIVVS. ¶ 2 ACHAEVS, a, um. Stat. Achil. 2, 358 de *Paride Helenam rapiente,* - - - terrasque freto delatus Achaeas.

ACHAĬCVS, [Ἀχαϊκὸς] *Graecus,* Virg. Aen. 2, 462 Et Danaûm ſolitae naues, et Achaica caſtra. Hor. Od. 1, 14, 35 Poſt certas hyemes vret Achaicus Ignis Iliacas domos. *Magis proprie* Cic. ad Brut. Epiſt. 15 In medio Achaico curſu. *Et* Att. 11, 14 Achaici deprecatores.

ACHĀIS, ĭdis et ĭdos, f. [Ἀχαΐς] Ouid. Met. 5, 306 Perque tot Haemonias, et per tot Achaidas vrbes Huc venit. *Patronymicum pro poſſeſſiuo, quod frequens eſt, potiſſimum Poëtis.*

ACHAIAS, ădos. [Ἀχαιὰς] Ouid. Epiſt. 3, 71 Inter Achaiadas longe pulcherrima matres.

ACHAIVS, a, um. *Graecus.* Achaia moenia Sil. 15, 306.

ACHIVVS, a, um, Achaeus ſ. Graecus. Hor. Epiſt. 1, 2, 14 Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui. Virg. Aen. 2, 45 Aut hoc incluſi ligno occultantur Achiui. Ouid. Met. 14, 191 Gens Achiua. *Et* Epiſt. 1, 1, 21 Caſtra Achiua. Cic. *ex* Poëta vet. de Diu. 1, 29 Cum Achiui coepiſſent inter ſe ſtrepere.

ACHAMOTH, *Vnus ex Aeonibus Valentini haeretici.* Tertull. de Praeſcript. 49. et aduerſ. Valent. c. 16 ſeq. *Hinc*

ACHAMOTHIANVS, a, um. Ibid. c. 27.

ACHANVS, *morbi boum nomen videtur apud* Veg. Veter. 3, 2, 1 *edit. Sambuci, nam aliae omittunt. De hoc ita diximus in Lex. Ruſt. Graecum ἀχανὴς ſtupidum notat, hiantem ſine conatu alio: de oculis etiam dicitur, vt hic* ſtupentes oculi *commemorantur.*

ACHARNAE, [Ἀχαρναὶ] *Ciuitas Graeciae in Attica regione, Dionyſia ibi primum inuenta et celebrata. Hinc* Stat. Theb. 12, 623 Quaeque rudes thyrſos hederis veſtiſtis Acharnae. *Hinc*

ACHARNANVS, a, um, *deriuant viri docti, cum magno numero MSS.* Nep. 2, 1, 2 *matrem Themiſtoclis faciant* Acharnanam ciuem *Atticam.*

ACHARNE, f. *Piſcis marinus praeſtantiſſimus, capitur circa Aenum Thraciae.* Αἰγεὺς ἄχαρνος apud Athenaeum 7, 9 princ. ex Calliae Cyclopibus. Plin. 32, 11 ſ. 53 *inter* peculiares maris *recenſetur.*

ACHĀTES, ae. [Ἀχάτης] *Nomen proprium comitis Aeneae apud Virgilium.* Diximus quaeri cur Achates Aeneae ſit comes? Varia quidem dicuntur, melius tamen hoc fingitur, vt tractum nomen ſit a Graeca etymologia, *ἄχος* enim dicitur ſolicitudo, quae regum ſemper eſt comes. *Haec* Seruius ad Aen. 1, 312 - - - ipſe vno graditur comitatus Achate. ¶ 2 *Alius eſt* Achates, *de quo* Auſon. Moſella ſ. Idyll. 10, 316 Spirat enim tecti teſtudine Corus Achates. *Scal. ad h. l. Auſon.* Lect. 1, 4 Achates *videtur quidam fuiſſe, quem in deliciis habuerit Arſinoe. Et vt Arſinoe* Venus *et* Chloris *cognominata, ita* Achates Corus *vel* Zephyrus. *Vinetus* Achaten *pro* Magnete *poſitum arbitratur: Gronouius plane ſic legit,* Spirat enim tecti teſtudine vera Magnetis.

Magnetis. ¶ 3 Gemma. Et perlucentem ſplendenti gurgite Achaten Sil. 14, 229. Plin. 37, 1 ſ. 2 Pyrrhus habuiſſe traditur Achatem, in qua nouem Muſae et Apollo citharam tenentes ſpectarentur, non arte, ſed ſponte naturae ita diſcurrentibus maculis, vt muſis quoque ſingulis redderentur inſignia. Id. Plin. 37, 10 ſ. 54 Achates magna fuit auctoritate, nunc in nulla eſt: Reperta primum in Sicilia, iuxta flumen eiusdem nominis: poſtea plurimis locis, excedens amplitudine, varietatibus numeroſa, multa et cognomina eius. Vocatur enim Iaspachates, cerachates, ſardachates, haemachates, leucachates, dendrachates, velut arbuſcula inſignis: autachates, cum vritur myrrham redolens: corallachates guttis aureis ſapphiri modo ſparſa, qualis copioſiſſima in Creta, ſacra appellata. Et in India inuentae — reddunt ſpecies fluminum, nemorum et iumentorum, etiam eſſeda, et ſtaticula, et equorum ornamenta. Medici coticulas inde faciunt, *etc. Sunt enim plurima. Caeterum Adiectiua feminini generis in hoc loco ſunt omnia. Forte ob ſubauditum* Gemma.

ACHELŌVS, [Ἀχελῷος] *Epiri fluuius, a Pindo monte fluens, qui Acarnaniam ab Aetolis diuidit:* Thoas *prius vocatus a celeritate: nomen ſub* Acheloo *rege mutauit, qui cum Alcmaeone e Theſſalia profectus, apud eum conſedit.* Acheloi *autem ipſius Aetoliae, ſiue Epiri fluminis fabulam Diodorus lib. 5 refert.* Strabo *quoque lib.* 10, *et* Ouid. Met. 8, 548 *ad fin. et* 9, 1 *ad* 95. *Conf. Barth. ad* Theb. Statii p. 650. *De taurinis Cornibus* Acheloo *tributis vid. Spanhem. de Vſu et Praeſt. Num. Diſſ. 7 p. 490. Nunc vulgo dicitur* Pachicolam, Pachicolamus. *Iam Epitheta potiora dabimus ex Poëtis.* Propertius 2, 34, 33 Non rurſus licet Aetoli referas Acheloi Luxerit vt magno fractus amore liquor. *Is eſt, de quo* Ouid. Met. 8, 727 - - - - nixus cubito Calydonius amnis Talibus alloquitur. Stat. Theb. 7, 417 - - - - Acheloon vtroque Deformem cornu vagus infamabat Acarnan. Ouid. Faſt. 2, 43 Amphiaraides Naupactaeo Acheloo, Solue nefas dixit, ſoluit et ille nefas. Stat. Theb. 2, 732 Turbidus obiectas Achelous Echinadas exit. ¶ 2 *Ob celebritatem huius fluuii,* Achelous, *generaliter* Aquam *ſignificabat.* Virg. Georg. 1, 9 Poculaque inuentis Acheloia miſcuit vuis, *i. Aquam vino.* Seruius, ſicut Orpheus docet, et Ariſtophanes Comicus, et Ephorus hiſtoricus tradunt, Acheloum generaliter propter antiquitatem fluminis, omnem aquam veteres vocabant. *Quae firmat, et* Ariſtophanis, Ephori, Didymi *atque* Euripidis *ipſa teſtimonia Graeca profert* Macrob. Sat. 5, 18.

ACHELOIVS, *Adi. poſſeſſ.* [ἀχελώιος] *Modo laudauimus* Poculaque inuentis Acheloia miſcuit vuis Virg. Georg. 1, 9. *Sic* Ouid. Epiſt. 16, 265 Vt ferus Alcides Acheloia cornua fregit.

ACHELOÏDES, [ἀχελωΐδες] *Sirenes Acheloi filiae.* Ouid. Met. 5, 552 - - - - vobis Acheloides vnde Pluma, pedesque auium, cum virginis ora geratis?

ACHELOIĂDES, [ἀχελωϊάδες] *Eaedem quae et* Acheloides. Ouid. Met. 14, 87

Soluit, et Hippotadae regnum, terrasque calenti
Sulphure fumantes, Acheloïadumque relinquit
Sirenum ſcopulos.

ACHERINI, *Populus Siciliae* Cic. Verr. 3, 170 c. 43 *Cum alia non ſit mentio huius populi, varia conantur homines eruditi. Vid. Erneſti Index Geogr. in Ciceronem.*

ACHĔRON, *apud* Plautum *etiam* ACHERONS *vel* ACHERVNS, ontis *vel* untis m. *et* f. [Ἀχέρων] Seruius ad Virg. Aen. 6, 107 Acheron fluuius dicitur Inferorum, quaſi ſine gaudio, ἄνευ χαρᾶς. Sed conſtat, locum eſſe haud longe a Baiis, vndique montibus ſeptum, adeo vt nec orientem, nec occidentem ſolem poſſit aſpicere, ſed tantum medium. *Haec* Seruius. *Sunt qui malint dictum ἀπὸ τῦ ἄχεος καὶ ῥέω, quaſi Doloris triſtitiaeque fluuium.* Cic. de Nat. Deor. 3, 43 Et illi, qui fluere apud inferos dicuntur, Acheron *etc.* Vet. Poëta ap. Cic. Tuſc. 1, 37 Adſum atque aduenio Acheronte. *Caeterum fuit diuerſorum fluuiorum hoc nomen.* Liu. 8, 24 *de Alexandro Epiri Rege,* Eoque ocius transmiſit in Italiam, vt quam maxime procul abeſſet vrbe Pandoſia in Epiro et Acheronte amni, quem ex Moloſſide fluentem in ſtagna inferna accipit Theſprotius ſinus (Data *illi nempe* dictio erat, caueret Acheruſiam aquam, Pandoſiamque vrbem) — *ſed inuenit, vt porro narrat Liuius* Pandoſiam et Acheruntem *in Italia* in finibus Lucanis et Brutiis. *Plura Strabo lib.* 7 *et* 8 Ponticum Acherontem *ſic deſcribit* Val. Flacc. 4, 594 Illic peſtiferas ſubter Iuga concaua torquet Alter (al. Ater) aquas Acheron; vaſtoque exundat hiatu Fumens, et ſaeua ſequitur caligine campus. *Apparet etiam hunc infernalem eſſe.* ¶ 2 *Iam Poëtarum reliqua epitheta adferamus.* Appius apud Cic. Tuſc. 1, 37 Aperto oſtio Alti Acherontis. Lucan. 3, 16 Praeparat innumeras puppes Acherontis Aduſti Portitor. *Aquas enim flammeas habere dicitur.* Virg. Georg. 2, 492 Strepitumque Acherontis Auari, *quia mors rapit omnia.* Stat. Silu. 2, 6, 81 - - - - iam littora duri Saeua Pilete ſenis, Durumque Acheronta videbas, *i. inexorabilem.* Virg. Aen. 11, 23 Qui ſolus honos Acheronte ſub imo eſt. Moeſtus Sen. in Thyeſt. 17 *ab effectu, moeſtitiam inducens.* Nefaſtus Stat. Theb. 4, 522. Profundus Lucret. 3, 991. Tartareus Virg. Aen. 6, 295 Hinc via Tartarei quae fert Acherontis ad vndas. Sil. 13, 571 Triſtior his (Cocyto *et* Styge) Acheron ſanie craſſoque veneno Aeſtuat, et gelidam eructans cum murmure harenam, Deſcendit nigra lentus per ſtagna palude. ¶ 3 *Luxuriatur in hoc nomine* Plautus, *v. g.* Amph. 5, 1, 26 Non ſecus eſt, quam ſi ab Acherunte veniam. Amph. 4, 2, 9 Verbero, etiam quis ego ſim me rogitas? vlmorum Acheruns, *i. vorago et diſſipatio virgarum, quae tuo in tergo franguntur et pereunt, certe in eo confluunt, vt in Acheronte manes. Sic* ſtimulorum loculos *dixit* Caſin. 2, 8, 11. *Et* Poen. 1, 2, 131 Quo die Orcus ab Acheronte mortuos amiſerit, *prou. i. nunquam.* Ad Acheruntem mittere Caſ. 2, 8, 12 *eſt interficere.* Idem Caſ. 2, 1, 13 Acheruntis pabulum, *i. ſenex. Et* Capt. 5, 4, 1

Vidi ego multa ſaepe picta, quae ſub Acheronte fierent
Cruciamenta: verum enimuero nulla adaeque eſt Acheruns,
Atque vbi ego fui in lapicidinis,

Nonius 3, 10 foeminino genere Plautum *in hoc exemplo protuliſſe teſtatur,* Trinum. 2, 4, 124 Acheruntis oſtium in noſtro eſt agro. Caſin. 2, 8, 12 Hunc Acheruntem praemittam prius. *Et* Moſt. 2, 2, 68 Nam me Acheruntem recipere Orcus noluit. Capt. 5, 4, 1 Quae Acherunti fierent. *Sic* Capt. 3, 5, 31. *Add.* Merc. 3, 4, 21. Poen. 1, 3, 22. Truc. 4, 2, 36. ¶ 4 *Subiiciemus etiam aliorum formulas.* Flectere ſi nequeo ſuperos, Acheronta mouebo Virg. Aen. 7, 312. Perrupit Acheronta Herculeus labor Hor. Od. 1, 3, 36. Haud vllas portabit opes Acherontis ad vndas Prop. 3, 3, 35. Sil. 13, 271 Cui cordi comes aeterna eſt Acherontis ad vndam Libertas, *i. ad mortem vsque. Et* 13, 465 Daque vago portas quam primum Acherontis adire. Metellos paene ex Acheronte excitatos Cic. poſt Red. in Sen. c. 10. Eum ſuo ſanguine, ſi poſſent, ab Acheronte redimerent Nep. 10, 10, 3.

ACHERVNTICVS, a, um. [ἀχερόντιος] Plaut. Bacch. 2, 2, 21 Regiones colere mauellem ego Acherunticas. Acherunticus ſenex Plaut. Merc. 2, 2, 19. Acherunticus, capularis Id. Mil. 3, 1, 33. *Sed etiam Chriſtiani ſcriptores non abſtinuere. Sic Paſchatos periphraſis eſt,* Illa nocte, ſacer qua rediit Deus ſtagnis ad ſuperos ex Acheronticis Prud. Cath. 5, 128.

ACHERONTIVS, a, um. *vel* ACHERVNTIVS. *Nam* O *et* V *in hac Syllaba promiſcue fere inuenias.* Vet. Poëta ap. Cic. Tuſc. 1, 48 Acheruntia templa, alta, orci pallida: Leti obnubila, obſita tenebris loca.

ACHERONTIA, [Ἀχεροντία] Ciuitas Apuliae, contermina Lucaniae, quam ob hoc nidum appellauit Horatius, quia parua eſt et in montis conſtituta ſummitate, ſicut nidi auium in ſummis arboribus. *Haec* Acron ad Hor. Od. 3, 4, 14.

ACHERONTINI, [Ἀχεροντινοί] *Populi in agro Brutio, iuxta Acherontem fluuium habitantes* Plin. 3, 5.

ACHERVSIA, [Ἀχερουσία] Palus Cumis vicina Plin. 3, 5 ſ. 9. *Et alia, de qua* idem Plin. 4, 1 In eum (Ambracium ſinum) defertur amnis Acheron, e lacu Theſprotiae Acheruſia profluens. ¶ 2 Specus Acheruſia *memoratur* Plin. 6, 1. *De ea* Mela 1, 19, 55 Iuxta (Heracleam) ſpecus eſt Acheruſia, ad Manes (vt aiunt) peruius, atque inde extractum Cerberum exiſtimant. *Vid. quos hic Schottus laudat. Add.* Solin. c. 55. Ouid. Met. 7, 409 ſqq.

ACHERŪSIS, ĭdis et ĭdos. f. [Ἀχερουσὶς] *eadem quae* Acheruſia. Valer. Flacc. 5, 73 Inde premente Noto triſtes Acheruſidos oras, Praeterit.

ACHERVSIVS, Adi. [ἀχερούσιος] Lucret. 3, 25 At contra nusquam apparent Acheruſia templa, *i. Infernae regiones. Ex* Enn. ap. Varr. de L. L. 6, 2. Sil. Ital. 13, 398 Vbi ſignat Auerni ſqualentem introitum ſtagnans Acheruſius humor. Lucret. 3, 1036 Hinc Acheruſia fit ſtultorum denique vita, *i. infelix, qualis damnatorum apud inferos.*

ACHĔTAE, arum. [ἀχέται] Plin. 11, 26 ſ. 32 *de cicadis,* Quae canunt, vocantur Achetae: et quae minores ex eis ſunt, Tettigoniae: ſed illae magis canorae. Mares canunt in vtroque genere: foeminae ſilent. *Quod ex Ariſtotele deſcripſit* Hiſt. Animal. 5, 30.

ACHILLAS, [Ἀχιλλας] *Serui Aegyptii nomen, cuius manu interfectus fuit Pompeius.* Lucan. 8, 538 - - - ſceleri delectus Achillas.

ACHILLES, is et i: *vel* ACHILLEVS, ei et eos: *niſi malis Achilli, ab Achillei, per contractionem fieri,* [Ἀχιλλεὺς] *Graecorum omnium fortiſſimus, filius fuit Pelei et Thetidis; quem infantem (vt fabulantur Poëtae) mater Stygiis aquis totum immerſit: vnde inuulnerabilis toto corpore factus eſt, praeterquam ea parte pedis, qua comprehenſus a matre fuerat dum ablueretur. Demum Chironi Theſſalo Centauro iuſtiſſimo, deinde Phoenici datus eſt educandus. Hunc cum mater a Proteo vate audiſſet in expeditione Troiana periturum, ſi eo cum caeteris Graecis proficiſceretur: iam adultum inter filias Lycomedis in Scyro Aegaei maris inſula regnantis, puellari habitu furtim occuluit. Vbi quum aliquandiu latuiſſet, Deidamiam Lycomedis filiam vitiauit, ex eaque Pyrrhum ſuſcepit. Audiuerant autem Graeci, Troiam expugnari non poſſe, niſi Achilles ipſe adeſſet. Itaque Vlyſſes id quod erat, ſuſpicatus: mercibus quibus foeminae capiuntur, gladium, ſcutumque ac galeam immiſcens, ad Lycomedem ſe contulit, vbi mercibus expoſitis, Achilles gladium ac ſcutum, alia negligens, tractare coepit. Vnde cognitus, ad bellum Troianum deductus eſt. Vbi tandem cum Agamemnone propter ereptam ſibi quam amabat Briſeidem, ſimultates exercuit, adeo vt aliquamdiu bello abſtinuerit. Neque vllis precibus adduci potuit, vt confligeret, donec Patroclum ſibi cariſſimum intellexit ab Hectore interfectum. Cuius mortem occiſo Hectore ad poſtremum vltus eſt. Tandem Polyxenae Priami filiae coniugium ſperans, a Paride in Apollinis Thymbraei templo ſagitta occiſus eſt, et in Sigeo promontorio, a Graecis humatus, Haec ex variis Rob. Stephanus. Quae de illo tradit antiquitas, fere omnia collegit ad* Statii Achilleidos, *imperfecti et vix incepti operis libros, qui ſoli exſtant, duo, Caſp. Barthius. Achillis matri Thetidi praedixerat Proteus, ipſam parituram eſſe filium patre maiorem. Fabulam elegantiſſime deſcribit* Ouid. Met. 11, 220. Cic. pro Archia 10 Quam multos ſcriptores rerum ſuarum magnus ille Alexander ſecum habuiſſe dicitur? Atque is tamen, cum in Sigeo ad Achillis tumulum aſtitiſſet, O fortunate, inquit, adoleſcens, qui tuae virtutis praeconem Homerum inueneris. *Sed Ponto Euxino quoque, non procul ab Iſtri oſtiis, memorante* Plinio 4, 12 ſ. 26 Inſula Achillis tumulo eius viri clara. Plin. 16, 13 ſ. 24 *de fraxino,* Multum Homeri praeconio et Achillis haſta nobilitata. *Haec eſt illa* Pelias haſta. *de qua* h. v. *Iam ponamus Periphraſes* Achillis *et Epitheta. E. g.* Stat. Achill. 1, 526 Qui rapis ingentem magni Chironis alumnum. Hor. Od. 1, 8, 14 Quid latet, vt marinae Filium dicunt Thetidis ſub lacrimoſa Troiae Funera *etc.* Thetidis proles Sil. 7, 24. Hor. Od. 1, 6, 6 Pelidae ſtomachum cedere neſcii. Sen. Troad. 361 Mactanda virgo eſt Theſſali buſto ducis. Sen. Troad. 181 Emicuit ingens vmbra Theſſalici ducis. Ouid. Met. 12, 612 Iam timor ille Phrygum, decus et tutela Pelasgi Nominis Aeacides, caput inſuperabile bello Arſerat. Virg. Aen. 5, 808 - - - Pelidae tunc ego forti Congreſſum Aeneam, nec diis, nec viribus aequis, Nube caua eripui. Aemonius Achilles, *i.* Theſſalus Ouid. Met. 12, 81. Aequoreus, *a Thetide matre, quam Poëtae inter maris deas connumerant* Lucan. 6, 350. Aeacidae genus, atque Aeternus carmine Achilles Sil. Ital. 14, 95. Animoſus Hor. Sat. 1, 7, 12. Virg. Aen. 6, 839 - - - genus Armipotentis Achilli Atrox Claud. ad Hadr. Epiſt. (39) 13. Clarus Ouid. Triſt. 3, 5. Virg. Aen. 1, 468 Inſtaret curru Criſtatus Achilles. Expers terroris Catul. 62, 338. Fatalis Priamo Stat. Achill. 1, 475. Flauus Claud. Paneg. 8, 556. Honoratus, *i. Homeri et multorum carminibus laudatus,* etc. Hor. in Arte Poët. 120

Scriptor, Honoratum ſi forte reponis Achillem:
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,
Iura neget ſibi nata, nihil non arroget armis.

Virg. Aen. 1, 30 Troas relliquias Danaûm, atque Immitis Achilli. Indocilis Stat. Achil. 1, 284. Sen. Non illum Achilles flexit indomitus minis. Ingens Ouid. Met. 11, 265. Inſolens Hor. Od. 2, 4, 2 *vbi* Vet. Schol. Inſolens, qui praeter legem agit humanam ac naturalem. Virg. Aen. 2, 197 Quos neque Tydides, nec Lariſſaeus Achilles, Non anni domuere decem. Seruius, a Vicinitate: nam Phthius fuit. Vtraque tamen Theſſaliae ciuitas eſt. Magnanimus Ouid. Met. 13, 298. Magnus Ouid. Met. 12, 162. Virg. Ecl. 4, 36 Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles. Hor. Epod. 17, 8 Mouit nepotem Telephus Nereium, In quem ſuperbus ordinarat agmina Myſorum.

*Nempe Thetis Nerei filia.* Peruicax Hor. Epod. 17, 14. Phthius Hor. Od. 4, 6, 4. Virg. Aen. 2, 458 Hic Dolopum manus, hic Saeuus tendebat Achilles. Superbus Stat. Achil. 2, 350. Ouid. Amor. 2, 1, 29 Quid mihi profuerit velox cantatus Achilles. *Proprium Epitheton, et Homericum πόδας ὠκύς.* Statius *inter alia velocitatis argumenta inducit narrantem Achillem de ſuo Chirone,* Saepe etiam primo fluuii torpore iubebat Ire ſuper, glacienique leui non frangere planta Achill. 2, 403. Achilles, *Nomen eſt tragoediae ab Ariſtarcho compoſitae.* Plaut. in prologo Poenuli princ. Achillem Ariſtarchi mihi commentari lubet: Inde mihi principium capiam ex tragoedia. ¶ 2 *Translate fortes, magnanimos et rebus geſtis claros viros, vocant* Achilles. Gell. 2, 11 L. Siccium Dentatum — ſcriptum eſt in libris Annalibus plusquam credi debeat ſtrenuum bellatorem fuiſſe, nomenque ei factum ob ingentem fortitudinem, appellatumque eſſe Achillem Romanum. Achillis *etiam cognomen eadem de cauſa adſcribit* Q. Cotio Valerius Max. 3, 2, 21. *Eadem ratione apud* Virg. Aen. 6, 89 *Sibylla de Turno* - - - alius Latio iam partus Achilles. *Sic* Plaut. Milit. 1, 1, 61 *Artotrogus ita regi ſuo paraſitatur* Rogitabant *mulieres,* Hiccine Achilles eſt tibi? Immo eius frater, inquam.

ACHILLĒVS. Adi. poſſeſſ. [ἀχίλλειος] Virg. Aen. 3, 326

Nos patria incenſa diuerſa per aequora vectae,
Stirpis Achilleae faſtus, iuuenemque ſuperbum
Seruitio enixae tulimus.

Achilleo more Ouid. Triſt. 1, 1, 100. ¶ 2 Achilleus curſus, [Ἀχιλλεῖος δρόμος] *Peninſula eſt Ponti Euxini prope Boryſthenen.* Mela 2, 1, 51 Terra tum longe diſtenta excedens tenui radice litori adnectitur. Poſt ſpatioſa modice paullatim ſe ipſa faſtigat, et quaſi in mucronem colligens longa latera, facie poſiti enſis allecta (*quid ſi* arrecta?) eſt. Achilles infeſta claſſe mare Ponticum ingreſſus, ibi ludicro certamine celebraſſe victoriam, et cum ab armis quies erat, ſe ac ſuos exercitauiſſe memoratur. Ideo dicta eſt δρόμος Ἀχίλλειος. Plin. 4, 12 ſ. 26 *Poſt* Boryſthenem *et* inſulam Achillis; ab ea CXXV M. P. peninſula ad formam gladii in tranſverſum porrecta, exercitatione eiusdem cognominata Dromos Achilleos: cuius longitudinem octoginta M. P. tradit Agrippa. *Conf.* Strabo 7. et Euſtath. ad Dionyſ. Perieg. v. 306. ¶ 3 Achilleum *ſ.* Achilleon oppidum *Troadis* iuxta tumulum Achillis, conditum a Mitylenaeis, et mox Athenienſibus, vbi claſſis eius ſteterat, in Sigeo. *Credo, fuit ab initio fanum* Ἀχιλλεῖον. ¶ 4 Achillea *vel* Achillis inſula *in Ponto Euxino, ad Boryſthenem* tumulo eius viri clara Plin. 4, 12 ſ. 26. *Add.* Mela 2, 4. ¶ 5 *Alia* Achillea in ora Ioniae Plin. 5, 31 ſ. 37. ¶ 6 Achillea herba Plinio *aliquoties laudata v. g.* 26, 15 ſ. 90 nimios menſes ſiſtit. *Eadem* Achilleos (ἡ Ἀχίλλειος βοτάνη) *videtur, de qua* Plin. 25, 5 ſ. 19 Inuenit et Achilles diſcipulus Chironis, qua vulneribus mederetur, quae ob id Achilleos vocatur. Hac ſanaſſe Telephum dicitur — Alii et hanc Panacen Heracleon, alii Sideritin, et apud nos Millefolium vocant — veram Achilleon *etc. Sunt enim multa. Add.* Dioſc. 4, 33. ¶ 7 Achilleum genus ſpongiarum tenue denſumque ex quo penicilli, *fiunt* Plin. 9, 45 ſ. 69.

ACHILLĪDES, ae. m. Patronym, [Ἀχιλλείδης] Achillis *ſiue* Achillei filius. Ouid. Epiſt. 8, 3 Pyrrhus Achillides animoſus imagine patris. *Diphtongus Graeca per I exprimitur, vt in* Pelide, Atride *etc.*

ACHIVVS. *Vid.* ACHAIA.

ACHNE, [Ἄχνη] Plin. 5, 3 ſ. 36 Rhodiorum inſulae Carpathus, quae mari nomen dedit. Caſos, Achne olim.

ACHŌRES, [ἀχῶρες] *Sunt manantia capitis vlcera, quae fiunt in ipſa capitis cute, tenuiſſimis foraminibus cutem perforantia, ex quibus ſanies effluit glutinoſa. Notum mali genus, pueris admodum familiare. Vid.* MANO. *Habet* Octau. Horatian. 1, 5. *et* Macer de Ruta 1, 12, *vbi Cornarius reſtituit, cum legeretur* Acora.

ĂCHŌREVS, *Sacerdos Iſidis.* Lucan. 8, 475. et 10, 175 ſeq.

ACHRADĪNA, [Ἀχραδίνη] Stephano, *Pars vrbis Syracuſanae, cum reliquis eius vrbis partibus ponte coniuncta.* Cic. in Verr. 4, 119 c. 53 Altera eſt vrbs Syracuſis, cui nomen Achradina eſt. (*Non bene legitur* Acradina) in qua forum maximum, pulcherrimae porticus, ornatiſſimum Prytaneum *etc.* Achradinae *frequens* mentio *etiam apud* Liuium *v. g.* 24, 21 et 22.

ACHRĂS, ădis. [ἀχρὰς] *Pirus ſilueſtris; Piraſter. Ruell. Meminit* Columel. 7, 9, 6 Achrades Pyri. Idemque 10, 15 et 250.

ACHYRVM, i. f. Palea, Feſtus. *Eſt* Graec. ἄχυρον.

## A C I

ACIA, ae. [μίτος] *Filum in acu, vel acus Linum ducens.* Celſus 5, 26, 23 Vtraque (*tum* ſutura *tum* fibula) optima eſt ex acia molli non nimis torta, quo mitius corpori inſideat. Aciam *hic eſſe, quod diximus, magno apparatu demonſtrauit Io. Rhodius, peculiari libro* de Acia Celſi: nec *repugnant caetera loca, quae adhuc prolata ſunt.* Titinnius ap. Non. 1, 10 Phrygio fui primo, beneque id opus ſciui: Reliqui acus aciasque hero atque herae noſtrae. Ab acia et acu omnia expoſuit Petron. c. 76 *de Graeco fatidico plebeium prouerbium, i. minutiſſima omnia mihi dixit,* inteſtinas meas nouerat *etc.* In Gloſſ. vetere Latinograeco *ſub titulo* de laneis, p. 270 *Vulc.* Acia *explicatur* ῥάμμα. *In alio,* Acia et Acicla ἀκαλύφη, *quae eſt* vrtica. *Plane huc facit* Marcell. Empir. c. 2 Ea (herba) ſi in panno rufo acia rufa vel lino rufo ligata capite vel temporibus alligetur.

ACIAERIS, Securis aerea, qua in ſacrificiis veteres ſacerdotes vtebantur. Feſtus. Gloſſ. Phitox. ἀξίνη ἱεροφάντα. *Vid.* Heinſ. ad Sil. 16, 264. *Scribitur etiam* Acieris.

ACIARIVM, i. n. *ab, acus, ûs.* ῥαφιδοθήκη Gloſſ. Lat. Graec.

ACICŬLA, ae. *Vid.* ACVCVLA ſub ACVS.

ACIDALIA, [Ἀκιδαλία] Veneris epitheton, a fonte Acidalio, qui eſt in Orchomeno Boeotiae ciuitate: in quo ſe Gratiae lauant, quas Veneri conſtat eſſe ſacratas. Ipſius enim et Liberi filiae ſunt: nec immerito. Gratiae enim per horum fere numinum munera conciliantur. *Haec* Seruius *in illud* Aen. 1, 720. — at memor ille Matris Acidaliae, paullatim abolere Sichaeum Incipit. *Hinc* Mart. 6, 13 Acidalium nodum *vocat ceſtum Veneris. Et* 9, 13 Nomen Acidalia meruit quod arundine pingi, *i. calamo Veneris, vel penna de columba Veneris.*

ĂCIDVS, Adi. ab Aceo, [ὀξεῖος] *proprie dicitur, quod acuit, ſ. in* Acorem *verſum eſt.* Plin. 10, 70 Culices acida petunt, ad dulcia non aduolant. Plaut. Pſeud. 2, 4, 49 Ecquid habet is homo aceti in pectore? CH. atque acidiſſimi. *Metaphora, de qua vid.* ACETVM. Latex acidus Samon. 149 *et,* Latices acidi Id. 235 *i. acetum.* Virg. Georg. 3, 380 Hic noctem ludo ducunt, et pocula laeti Fermento, atque acidis imitantur vitea ſorbis. Acidae venae fontium Vitruu. 8, 3. Pompon. in l. Si vina. D. De peric. et comm. rei vendit. Si vina emerim, exceptis acidis et mucidis, et mihi expediat acida quoque et mucida accipere, Proculus ait, quamuis id emptotis cauſa exceptum ſit, tamen acida et mucida non veniſſe. Columel. 5, 10, 15 Malum Punicum ſi acidum, aut minus dulcem fructum feret, hoc modo emendabitur. ¶ 2 *Per Metaphoram, vt* Acerbus, *refertur ad ea, quae vel aliis ſenſibus, vel ipſi adeo animo ingrata ſunt. v. g.* Plin. 30, 4 ſ. 9 Penna vulturis ſi ſcalpentur dentes, acidum halitum faciunt. Vbicunque dulce eſt, ibi et acidum inuenies Petron. c. 82. Quod petis, id ſane eſt inuiſum acidumque duobus Hor. Ep. 2, 2, 67. Puer me acido cantico excepit Petron. c. 31. Nullus ſonus vnquam acidior percuſſit aures meas Id. c. 68. Quinct. 6, 3, 53 Placidum nomine, quia is acerbus natura eſſet, Acidum dictum inuenio. Sen. Controu. 5, 34 Timagenes homo acidae linguae et nimis liber.

ACIDE. Adu. Vulgat. Sirac. 4, 9 Non acide feras in animo tuo. Negat, ſibi vnquam acidius fuiſſe Petron. c. 92. *i. nunquam plus ſibi moleſtiarum, contigiſſe. Sic ſane malim, quam cum Burmanno referre ad gratum ex acritudine ſaporem.*

ACIDITAS, atis. Aciditates Stomachi conſumere Marcell. Empir. c. 20.

ACIDŬLVS, a, um. Dimin. [ὀξείδιος] *Aliqua ex parte acidum, quod et* Subacidum *dicitur.* Plin. 15, 15 Poſt autumnalia, acidulo ſapore iucunda. *De piris loquitur.* Plin. 2, 103 Lynceſtis aqua, quae vocatur, acidula, vini modo temulentos facit. *Add.* 31, 2 ſ. 13.

ACIECVLA: *Vid. poſt* ACIES.

ACIENSES, Olim populi erant in Latio, qui vna cum reliquis Latinis carnes in monte Albano ſolebant accipere. Plin. lib. 3. cap. 5.

ACIERIS: *Vid.* ACIAERIS.

ACIES, ēi. [ἀκὶς, ἀκὴ, ἀκμὴ] *dicitur in ferro ea pars, quae ſecat aut pungit.* Virg. Georg. 2, 365 Ipſa acies falcis nondum tentanda: ſed vncis Carpendae manibus frondes. Plin. 11, 37 Teſtudini marinae lingua nulla, nec dentes, ſed roſtri acie comminuit omnia. Vnguium Plin. 8, 16. Id. 17, 22, et 27 Exactam falcis aciem vtraque manu imprimentes. Ouid. Met. 3, 107 Primaque de ſulcis acies comparuit haſtae. Minax mucronis Firmic. 1, 3. Cic. Verr. 5, 113 c. 43 Quod iam ante aciem ſecurium tuarum, Seſtiique tui carnificis vultum et manum vidiſſet. Virg. Aen. 2, 333 — ſtat ferri acies mucrone coruſco Stricta, parata neci. Plin. 36, 12 ſ. 47 *de cotibus,* Repertae ſunt et in Italia, aqua trahentes aciem acerrimo effectu, *i. attenuantes aciem, ſiue acuentes.* Plin. 18, 28 Creticis tantum transmarinisque cotibus notis, nec niſi oleo, falcis aciem excitantibus. *Metaph.* Cic. Cat. 2, 98 At nos viceſimum iam diem patimur hebeſcere aciem horum auctoritatis. Habemus enim huiusmodi SCtum, veruntamen incluſum in tabulis, tanquam gladium in vagina reconditum, quo ex SCto interfectum te eſſe, Catilina, conuenit. Aciem ferri Hebetare Plin. 13, extr. ¶ 2 *Hinc pro nobiliore ipſo genere ferri et ad acies apto, i. Chalybe videtur poni in illo* Plin. 34, 14 ſ. 41 Ex omnibus autem generibus palma Serico ferro eſt. Seres hoc cum veſtibus ſuis pellibusque mittunt. Secunda Parthico. Neque alia genera ferri ex mera acie temperantur: caeteris enim admiſcetur. ¶ 3 *Oculorum quoque* acies *non vno modo dicitur: mox enim viſum generatim, mox pupillam, mox facultatem videndi praeſtantiorem notat.* Plin. 10, 3 Supereſt haliaeetos Clariſſima oculorum acie. *Et mox* Illum (pullum) cuius acies Firma contra (ſolis radios) ſteterit, educat. *Sic.* Cic. Fin. 4, 65 c. 24 Hebes eſt cuipiam acies oculorum. Suet. Domit. 18 Acie hebetiore eſſe. Bonum Incolumis acies, miſera caecitas Cic. Fin. 5 c. 28. Claudian. 3 Conſ. Hon. praef. 13 *De aquilis* Exploratores oculis qui pertulit ignes Suſtinuitque acie Nobiliore diem. Obtuſior Cic. de Seneƈt. c. 23. Pervicax oculorum Sen. Agam. 6, 14. Recta oculorum Ouid. Met. 2, 776. Sagax, *i. attenti oculi* Stat. Theb. 10, 593. Virg. Aen. 4, 643 At trepida, et coeptis immanibus effera Dido, Sanguineam voluens aciem, etc. Turbida oculorum acies Sen. Herc. 11, 12. Veſpertina acies reſtituitur his, quos Nyctalopas vacant, *i. facultas veſperi quoque videndi* Plin. 8, 50. Errat acies luminum Sen. Herc. 11, 30. Hor. Sat. 2, 2, 5 Stupet inſanis acies fulgoribus, *i. miratur mens et oculus diuitias.* Catul. 64, 56 Cupit ipſa pupula ad te ſibi dirigere aciem. Effugere aciem Sen. in Agam. 12, 6. Exacuere oculorum et ingenii aciem ad bona deligenda, et reiicienda contraria. Cic. de Legib. 1, 60. Excitare aciem oculorum Plin. 20, 4. Virg. Aen. 6, 789 Huc geminas nunc Flecte acies: hanc aſpice gentem. Flectere oculorum aciem retro Sen. Herc. 9, 42. Cic. Tuſc. 1, 50 c. 22 An tanta ſit eius tenuitas, vt fugiat aciem, *i. videri non poſſit.* Intendere oculorum aciem. *Vid.* INTENDO. Ludere aciem oculorum, *i. Decipere* Sen. Herc. 9, 11. Virg. Aen. 12, 558 Huc atque huc acies circumtulit, aſpicit vrbem. Idem Aen. 6, 789 Huc geminas nunc flecte acies: hanc aſpice gentem. Acies ipſa qua cernimus, quae pupula vocatur, ita parua eſt, etc. Cic. de Nat. Deor. 2, 142 c. 57. Acies, id eſt, membrana illa perlucens, quam ſiccari et obareſcere non oportet, niſi humore aſſiduo terſa pure niteat, obſoleſcit Lact. de Opif. Dei c. 10. Naſus vtramque aciem ſimul et diſcernit et munit Id. ib. Contenta oculorum acies, *i. intenta* Lucret. 1, 325. Aciem oculorum offendit claritas colorum Plin. 35, 10. Protendere in mare Catul. in Argon. 64, 127. Succo foeniculi reficiunt ſerpentes Plin. 20, 23. Reflectere Sen. Herc. 8. Hebetare traditur porrum Plin. 20, 6. et 32, 7 ſ. 24. Luminum acies torpet Sen. Herc. 9. Luminum a proſpectu rerum non auerſa Quinct. 11, 2, 10. ¶ 4 *Vt reliqua verba viſus, ſic etiam* Acies *ſaepe refertur ad animum.* Cic. de Leg. 1, 60. c. 23 Et exacuerit illam vt oculorum ſic ingenii aciem, ad bona deligenda et reiicienda contraria. Cic. in Catone Maiore, 83 c. 23 Nonne vobis videtur animus is qui plus cernat, et longius, videre ſe ad meliora proficiſci: ille autem cuius obtuſior ſit acies, non videre? *Sic* Fata animi eius aciem praeſtrinxerant Vell. 2, 118, 4. Cic. Ac. 4, 122 c. 39 Nulla acies humani ingenii tanta, quae penetrare in caelum, terram intrare poſſit. Cic. ad Brutum 18 Multi ad deprauandum parati, qui ſplendore falſi honoris obiecto, aciem boni ingenii praeſtringi poſſe confidunt. Contemplari aliquid omni acie ingenii Cic. de Orat. 1, 73 c. 33. Florus in prolog. 1, 3 Rerum diuerſitas aciem intentionis obrumpit. Abducere aciem mentis a conſuetudine oculorum Cic. de Nat. Deor. 2, 64. Mentis acies non nunquam hebeſcit Cic. Tuſc. 1 c. 30. Acies animi hebetata Vell. 2, 118, 4. Cic. de Diuin. 1, 61 c. 29 Nec inopia enecta, nec ſatietate affluenti, quorum vtrumque praeſtringere aciem mentis ſolet, ſiue deeſt naturae quippiam, ſiue abundat atque affluit. Acies orationis Plaut. Epid. 4, 1, 20. ¶ 5 *Cum in praeliis ſtricta gladiorum atque intentata haſtarum acie res geratur: hinc pro exercitu inſtructo, ipſaque pugna*

*ſ. praelii*

ſ. praelio Acies *ſaepiſſime ponitur* [παράταξις, τάγμα] Veget. 3, 14 Acies dicitur exercitus inſtructus. Cic. Tuſc. 2, 100 Non ſentiunt viri fortes in acie vulnera. Tacit. H. 4, . . . Prima acie fuſum victumque Romanum. Vna acie dextrum genu lapide ictus, altera et crus et vtrumque brachium ruina pontis conſauciatus Suet. Aug. c. 20. Quem exitum acies habitura ſit, diuinare nemo poteſt Cic. Fam. 6, 3. Cic. in Catil. 2, 5 Quibus ego non modo ſi aciem exercitus noſtri, verum etiam ſi edictum praetoris oſtendero, concident. ¶ 6 *Iam epitheta Aciei varia ordine literarum perſequemur. Poëtis pluralem numerum fere placere videbimus, velut ad plures multorum gladiorum acies reſpiciant.* Aeratae acies, *i. Aereis armis munitae* Virg. Aen. 9, 122. Aucta acies numero. *Vid.* AVGEO. Belligerae Stat. Theb. 12, 717. Ciuili acie cadere, *i. Mutuis caedibus, et velut bello ciuili.* Ouid. Met. 7, 142. Commota Liu. 30, . . . Condenſa In CONDENSVS. Confirmata Liu. 36, . . Conferta Tacit. 6, 35. Confertae campis Sil. Ital. 6, . . Agmina cedunt, conuerſaeque ruunt acies *i. fugiunt* Virg. Aen. 12, 369. Dehiſcens Liu. 29, . . Directae Virg. Georg. 2, 281, *i. e regione inuicem collocatae et ſibi oppoſitae. Sic* Acie directa pugnare Vell. 2, 47, 1. Diuerſa, *hoc eſt, Aduerſariorum* Tacit. A. 14, 30. Paterc. 2, 112, 5 Fugata regiorum Equeſtris acies. Fallaciarum acies Plaut. Mil. 4, 2, 37. Ferae Sen. in Agam. 7, 3. Firmata ſubſidiis Liu. 4, . . Fluctuans Curt. 3, 10, 6. Formoſa Dianae Claud. de laud. Stilich. 3, 258 *de Nymphis.* Frenata, *i. Equeſtris* Sil. 11, 266. Funeſtae Lucan. 3, 63. Generoſa Stat. Theb. 6, 297. Horrida Tacit. An. 6, 34 *oppon.* picta agmina. Immani acie Metellus fudit Achaeos rebellare incipientes Vell. 1, 11, 2 Incondita inordinataque acies Liu. 45, . . Infeſtior Liu. 4, . . Cic. Philipp. 4, 11 Faciam igitur, vt Imperatores inſtructa acie ſolent. Iuſta Liu. 1, . . Licitae *i. Bella licita.* Stat. Theb. 11, 123. Media acies Tac. H. 4, 77. Noua facta Liu. 34, . . Opimae Stat. Silu. 4, 6, 65 *i. praelia ſecunda.* Parca fugae acies Sil. 10, 7. Pedeſtris Liu. 2, . . Porrectior Tacit. in Vita Agric. 35. Primori in acie verſabantur Sido, etc. Tacit. Hiſt. 3, 21. Proſpera Sequanorum acie belli impetus ſtetit. Tac. Hiſt. 4, 67. Recta Liu. 34, . . Sociae Claud. Pan. 4, 81. Subſidiaria Liu. 30. Tenuis Tacit. Ann. 1, 64 et Hiſt. 4, 20 Tenuem aciem noſtrorum perſtringunt. Trepidae Ouid. Amor. 3, 7, 6. Turbatae Virg. Aen. 11, 619. Vaga Liu. 30. Verſa retro Hor. Od. 3, 4, 26. Propert. 3, 11, 14. Verſatilis acies *Vid.* VERSATILIS. Veſana gigantum Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 196. Vulcania horrida Vis ignis, quae late per campos effunditur Seru. ad Virg. Aen. 10, 408. *Adde hic formulas,* Defeſſus acie Stat. Theb. 12, 100. Virg. Aen. 10, 178 Mille rapit denſos acie, atque horrentibus haſtis, *i. ducit mille milites ordinibus denſandis adſuefactos.* Inuictus acie, Sen. in Oct. 8. Receptus tutus erat in aciem peditum Liu. 28, . . ¶ 7 *Iam verba referemus, quibus* Acies *iungitur,* Abſumſit acies magnam partem militum Vell. 2, 119, 3. Tacit. Hiſt. 4 Quidam expedire arma, teliſque tanquam in aciem accingi. Accipere ſocios in mediam aciem Liu. 28, . . Hirt. in Bell. Alexand. 1 Vt quum eſſet in duas partes vrbs diuiſa, acies vno conſilio atque imperio adminiſtraretur. Adſiſtit in aciem ordo agminis Tacit. Hiſt. 2, 41. Amplecti hoſtium aciem, *i. Circumuenire* Liu. 31, . . Aperire mediam aciem venienti ex aduerſo hoſti Liu. 28, . . Tacit. An. 12, 32 Vaſtati agri, praedae paſſim actae, non Auſis aciem hoſtibus: vel ſi ex occulto carpere agmen tentarent, punito dolo. Contra 12, 28 Obuio hoſti et aciem Auſon. Bellat acies Stat. Theb. 1, . . Bellare acie Liu. 32. . . Cadere in acie *i. Occidi.* Liu. 29, 3. Cadere acie Ouid. Met. 7, 142. *Sed* Tacit. Ann. 1, 10 Quum ferociſſimi per acies aut proſcriptione cecidiſſent. Virg. Aen. 2, 30 Claſſibus hic locus, hic acies certare ſolebant. Certatum acie Tac. H. 4, 27. Virg. Aen. 6, 829 Heu quantum inter ſe bellum, ſi lumina vitae Attigerint, quantas acies, ſtragemque ciebunt! Circumuallare aciem Sil. 7, 118. Circumuenire Liu. 31, . . Claudere Liu. 30. Virg. Aen. 9, 27 Meſſapus primas acies, poſtrema coërcent Tyrrhidae iuuenes, *i.* Cogunt, colligunt, Seruius. Cohaerent acies Curt. 3, 11, 4 et 5. Coire inter ſe mediae acies poſſent Liu. 3. Decad. lib. 8. Colligere ſe ad aciem. *Vid.* COLLIGO. Collucet flammis acies. *Vid.* COLLVCEO. Committere ſe in aciem. *Vid.* COMMITTO. Componere aciem Tacit. in lib. de Moribus German. 6, 8. Concurrunt acies Liu. 34, . . Concurrere acie Liu. 40, 46. Vell. 2, 20, 1. Tacit. Ann. 2, 41 Laetiore Tiberio quia pacem ſapientia firmauerat, quam ſi bellum per acies confeciſſet. Confligere duplici acie *metaph.* Quinctil. 5, 7, 3. Congredi acie Tacit. An. 14, 34. Conſiſtere in acie Liu. 9, . . Contendere acie Nep. 1, 4, 4 *al. decernere.* Caeſ. de Bell. Ciuil. 1, 83 Tali inſtructa acie tenere vterque propoſitum videbatur: Caeſar, vt niſi coactus praelium non committeret: ille, vt opera Caeſaris impediret. Producitur tamen res: aciesque ad ſolis occaſum continentur. Inde vtrique in caſtra diſcedunt. Damnare aciem, *i. Deteſtari et relinquere* Sil. 17, . . Tacit. Agric. 33, 6 Fortiſſimi cuiuſque vocem audiebam, Quando dabitur hoſtis? quando acies? Liu. 31, . . Potuiſſe caſtris prope vrbem poſitis, tutanda colonia, ita vt acie non decerneret, in aduentum eius rem extrahere. Et 32, . . Quum acie decernendum videret. Deductus in aciem Tacit. Hiſt. 1, 89. Deducta legio in aciem Tacit. Hiſt. 2, 43. Deſcendere in aciem omnibus copiis Liu. 31, . . Virg. Aen. 7, 42 Tu vatem, tu diua mone: dicam horrida bella, Dicam acies, actoſque animis in funera reges. Dilatare aciem Liu. 31, 21. Dimicare acie ſi vellet Liu. 31, 35. Vell. 2, 30, 6. Hirt. de Bell. Afric. 13, 1 Hoſtes interim aciem dirigunt mirabili longitudine non peditum, ſed equitum confertam. *Add.* Caeſ. B. C. 5, . . Liu. 28, 2 *et* 31, . . Directa ex diuerſo acies Tac. H. 4, 16. Disjecta acies Tacit. Hiſt. 3, 2, 7. Diſpoſita Vitellianarum legionum acie Tacit. Hiſt. 2, 41. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 92 Pompeius ſuis praedixerat, vt Caeſaris impetum exciperent, neue ſe loco mouerent, aciemque eius diſtrahi paterentur: vt primus excurſus viſque militum infringeretur, aciesque diſtenderetur: atque in ſuis ordinibus diſpoſiti, diſperſos adorirentur. Diuertere acies Lucan. 2, 470. Ducere firmamentum in aciem Liu. 29, . . Duplicare acies Sil. 15, . . Educere in aciem Caeſ. Bell. Ciuil. 4, 13, 26. Erigere aciem Liu. 1, . . Tacit. H. 2, 36. Hiſt. 4, 71. Erigere aciem in aduerſum collem Liu. 28, . . Erumpit noua acies Liu. 4, . . Euadere aduerſus aciem Liu. 27, . . Excedere acie. Liu. 31, . . Excire milites in aciem Liu. 27, . . Exire in aciem Liu. ibid. Exornare aciem Salluſt. Iugurth. 52, 5. Explicare Liu. 4, 27. Extenditur acies Curt. 3, 9, 12. Extenuare aciem Liu. 31, . . Ferre Tacit. 4, . . *i. Suſtinere.* Firmare ſubſidiis Liu. 4, . . Firmare Liu. 27, . . Hortari aciem Ouid. de Arte Am. 1, 207. Impulſa acies Liu. 24, . . Inclinauit acies Liu. 2, 20. Inclinatur acies Liu. 1, 12. *i. cedit.* Incubuit tum acies hoſtium integris ordinibus Tacit. Hiſt. 2, 42. Incurrere in auerſam hoſtium aciem Liu. 30, . . Inducere aciem in hoſtem Liu. 4, . . Inducere legiones in aciem Liu. 27, . . Inferre ſe in mediam aciem Liu. 28, . . Infertur pedeſtris acies Tacit. 2, . . Inſtaurare aciem Virg. 10, 543. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 93 Timens Caeſar, ne a multitudine equitum dextrum cornu circumueniretur, celeriter ex tertia acie ſingulas cohortes detraxit, atque ex his quartam inſtituit. Paullo poſt, Quod vbi Caeſar animaduertit, quartae aciei quam inſtituerat ex cohortium numero, ſignum dedit. Cic. pro Mur. 19 Tu actionem inſtituis: ille aciem Inſtruit. *Add.* Liu. 3, 2. Caeſ. B. G. 1, 22, 3. Integrare Sil. 12, 680. Interrumpere aciem. *Vid.* INTERRVMPO. Inuadere tranſuerſam hoſtium Liu. 9. Inuehi in aciem Liu. 2. Ire in aciem Tacit. Agric. 3, . . *et* H. 2, . . Iterare aciem *i. Renouare, iterum ire in aciem* Stat. Theb. 11, 455. Labantes acies Tacit. de Morib. German. 8. Laxata Liu. 27, . . Locare ante aciem pedites ex omni iuventute delectos Tacit. de Morib. German. 6. Miſcere pauidos fuga, vulneribuſque milites in certam et integram aciem Liu. 30, . . Antequam miſcerentur acies Tacit. Hiſt. 2, 25. Mouere loco Liu. 30. Sil. Ital. 11, . . Bellum infandum ominibuſque negatam Mouiſti, funeſte, aciem Stat. Theb. 3, 71. Nudare cornibus, auxilio, etc. Liu. 30, . . Nutantem aciem victor equitatus incurſat Tacit. Hiſt. 3, 18. Virg. Aen. 9, 469 Aeneadae duri murorum in parte ſiniſtra Oppoſuere aciem. Ordinare Curt. lib. 3, 8, 24. Pandere aciem Tacit. Hiſt. 2, 25. Liu. 3. Decad. lib. 8. Patefacta acie, cornua hoſtium amplexus in orbem, pugnantes ad vnum omnes occidit Liu. 3. Decad. lib. 8. Non poterat pateſcere acies effuſo hoſte, et impedientibus tentoriis ſarcinisque, cum intra vallum pugnaretur. Tac. H. 4, 78. Pellere. *Vid.* PELLO. Perfringere Tacit. H. 4, 20. Virg. Aen. 9, 513 Saxa quoque infeſto voluebant pondere, ſiqua Poſſent tectam aciem perrumpere. *i. Scutis facta teſtudine ſe tegentem.* Perturbata acies Liu. 37, 41. Pignerare ex acie Mars fortiſſimum quemque ſolet Cic. Phil. 14, 32. Virg. Aen. 8, 540 — poſcant acies, et foedera rumpant. Procedere in aciem. Liu. 4, . . et 27, . . Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 94 Eodem tempore tertiam aciem Caeſar, quae quieta fuerat, et ſe ad id tempus loco tenuerat, procurrere iuſſit. Caeſ. Bell. Gall. 8, 8 Omnibus rebus inſeruiendum ſtatuit, quo celerius hoſtes contemta ſuorum paucitate prodirent in aciem. Producere in aciem Liu. 2, . . Nep. 1, 5, 4. Profligare et perfringere aciem Sil. 11 . . Progredi in aciem Liu. 31, . . Promouere aciem Liu. 2, . . Propinquabat legionum acies Tacit. Hiſt. 3, 46. Proruebat hoſtilem aciem ingentibus ſaxis Tacit. Hiſt. 3, 23. Prorumpere in aciem Tacit. Hiſt. 2, 41. Lucan. 7, 78 Ipſae ſua ſigna reuellent Proſilientque acies. Protrita hoſtium acie Tacit. Hiſt. 2, 26. Pugnare acie Liu. 29, . . Hirt. Afric. 20 In eo praelio Petreius grauiter ictus ex acie receſſit. *it.* Tac. Germ. 14, 2. Recipere aliquem in aciem Liu. 2. Redintegrata acie, manus ad obſeſſos tendere Tacit. Hiſt. 4, 34. Refert pedem acies Val. Max. 1, 8, 1. Refugere in ſecundam aciem Liu. 30, . . Caeſ. B. C. 3, 95 Qui acie refugerant milites, et animo perterriti, et laſſitudine confecti. Reſtituere aciem Liu. 2, . . Reſtitutae ſunt a duce Vell. 2, 55, 4. Reſedit acies hoc campo Virg. Aen. 8, 504 - - - tum Hetruſca reſedit Hoc acies campo, monitis exterrita diuûm. Siſtere aciem Liu. 2, . . Tacit. Hiſt. 4, 18 Vt virorum cantu, foeminarum vlulatu ſonuit acies. Cic. Fam. 10, 13 Neruoſeque nos, qui ſtamus in acie, ſubornes. Virg. Aen. 8, 562

O mihi praeteritos referat ſi Iuppiter annos,
Qualis eram quum primam aciem Praeneſte ſub ipſa
Straui, ſcutorumque incendi victor aceruos.

Virg. Aen. 9, 42 Neu ſtruere auderent aciem, neu credere campo. Subducere ſaucios in poſtremam aciem Liu. 30, . . Subducere legionem ex acie faciendis caſtris Tacit. An. 2, 21. Succeſſit vallo Romana acies, vbi primum illuxit Liu. 27, . . Tacit. An. 4, 47 Quidam audentius apertis in collibus viſebantur: quos dux Romanus acie ſuggreſſus haud aegre pepulit. Summouere aliquos in poſtremam aciem Liu. 30, . . Suſtentare Virg. Aen. 12, 663. Tacit. Hiſt. 1, 65. Suſtinuit labantem aciem Antonius accitis praetorianis Tacit. Hiſt. 2, 23. Temperare acies, *i. regere ac moderari* Stat. Theb. 9, . . Caeſ. B. C. 3, . . In eo loco ipſe erat Pompeius: mediam aciem Scipio cum legionibus Syriacis tenebat. Turbauit extemplo aciem eorum eques immiſſus Liu. 34, . . Turbata acies Liu. 27, . . Velle acies, *i. belli cupidum eſſe* Stat. Theb. 12, 649. Venire in aciem Tacit. Germ. 14. Veniamus in aciem dimicationemque Cic. in Orat. 42 c. 13 Verſari in acie et ferro Cic. de Opt. Gen. Orat. 17. *it.* Off. 1, 81. Volitare tota acie Tacit. An. 2, 21. ¶ 8 Acies, *vt alia quintae inflexionis, olim habuit in genitiuo* Acie, *auctore* Seruio *ad* Ge. 1, 208 *vbi etiam laudat* Salluſtii *hoc,* Dubitauit acie pars. ¶ 9 Acies *aliquando cum* τῷ Facies *permutatur a librariis in MStis vid. Burmann. ad* Grat. Cyn. 97.

ACIECVLA, ae. Cathol. *Dimin.*

ACILA, [Ἀκίλη] Emporium maritimum Arabiae, diſtans triginta dierum nauigatione a Berenice Troglodytarum vrbe Plin. 6, 28 in deſcriptione nauigationis Indicae.

ACILIA, Gens plebeia Romae, *e qua v. g.* M. Acilius conſul, *cuius res in Graecia geſtas enarrat* Liu. 36 *et* 37. *it.* M. Acilius Glabrio, *apud quem* Cicero Verrem *accuſauit: cuius eſt etiam* Lex Acilia de pecuniis repetundis ſeueriſſima, *cuius meminit* Cic. in Verr. 1 c. 9, *de qua erudite poſt alios diſputat Io. Aug. Erneſti in Ind. Legum Ciceron.* Acilii Glabrionis Grammatici, iunioris Burdigalenſis *elogium eſt inter* Auſonii Profeſſores n. 24, *vbi* Glabrio Aquilini Dardana progenies v. 4 *vocatur.*

ACILIANI libri ſ. annales *neſcio cuius* Acilii *a* Claudio *Latine verſi laudantur* Liu. 25, 39 *et* 35, 14.

ACINACEVS. *Vid.* ACINVS.

ĂCĪNĀCES, is. m. [ἀκινάκης] Gladius Perſarum, ſiue Medorum, *inquit* Acron *ad* Hor. Od. 1, 27, 5 Vino et lucernis Medus acinaces Immane quantum diſcrepat. Inſignis manicis, inſignis acinace dextro *i. ad dextram ſuſpenſo* Val. Flacc. 6, 701. Acinacem *(coluere pro Deo)* Scythiae nationes Arnob. contra gentes 6 p. 196.

ACINETOS. [ἀκίνητος] Aeonis Valentini nomen Tertull. adu. Valent. c. 8.

ACINOS, [ἄκινος] *Herbae nomen apud* Plin. 21, 15 ſ. 52 et c. 27 ſ. 101 *vbi ita deſcribitur,* Acinon et coronarum cauſa et ciborum Aegyptii ferunt. Eademque erat quae ocimum, niſi hirſutior ramis ac foliis eſſet, et admodum odorata. *Vid.* Dioſcor. 3, 50.

ACINVM, n. *et* ACINVS, m. *(quod vtroque genere dici obſeruat etiam.* Non. 3, 19.*) non vno modo accipitur. Primo enim baccas illas notat, quibus conſtat vua* [τὰς ῥᾶγας] Plin. 15, 24 ſ. 29. Acinorum quoque magna eſt differentia. Primum inter vuas ipſas callo, teneritate,

tate, craſſitudine, interiore ligno, aliis paruo, et aliis etiam gemino, qui minime feraces muſti. Plurimum vero differunt ederae, ſambucique acini, et figura etiam Punici, anguloſi quippe ſoli. Nec cutis vlla ſingulis (*mali Punici acinis*) praeter communem, quae eſt candida, totisque ſuccus et caro eſt, iis praecipue, quibus paruulum ineſt ligni. *Sic ipſe* Cato de R. R. 112, 2 Vnde vinum Coum facere voles, vuas relinquito in vinea — in cratibus componito et ſiqua acina corrupta erunt, depurgato. *Sic dixit* acina arida et vitioſa Colum. 12, 39, 1. Corrugata ibid. 2. Rugoſa 12, 42, 4. Craſſa variaque 12, 43, 8. *Sic* Col. 11, 2, 69 Naturalis (vuarum) maturitas eſt, ſi cum expreſſeris vinacea, quae acinis celantur, iam infuſcata, et nonnulla propemodum nigra fuerint. Nam colorem nulla res poteſt vinaceis afferre, niſi naturae maturitas, praeſertim cum ita media parte acinorum ſint, vt et a ſole aeſtiuante, et a ventis protegantur, humorque ipſe non patiatur ea percoqui, aut infuſcari, niſi ſuapte natura. *Dubitari hic non poteſt, quin* acina *ſint illae* baccae, *quibus conſtat vua:* vinacei *autem vel* vinacea *illa* grana *interiora, γίγαρτα.* Col. 3, 1, 5 Humido loco ſciet non recte mandari fructus Teneri et Amplioris acini; ſed Calloſi et Anguſti; frequentisque vinacei. Plin. 23, 6 ſ. 57 *de malis Punicis,* nec carne acinorum vtili nec ſucco. *Et* 17, 21 ſ. 35, 5 Vnaque fert — acinos. *Ex* Colum. de arb. 9, 1 Eſt genus inſitionis, quod vuas tales creet, in quibus varii generis colorisque reperiuntur acini. *Ita* Plinius acinos *laudat* ederae *et* ſambuci, *vt vidimus ex* 15, 24. *tum* Ciſſanthemi 25, 9 ſ. 68. *ac* Liguſtri 24, 10 ſ. 45. Grychni acini coccinei Plin. 21, 31 ſ. 105. *Huc pertinet etiam illud ex* epiſtola Auguſti *apud* Sueton. 76 Panis vnciam cum paucis acinis vuae duracinae comedi. Plin. 17, 22 ſ. 35, 17 Peritiores affirmant, ſi iuſto ſaepius fodiatur (vinea) in tantum tenereſcere acinos vt rumpantur. ¶ 2 Acinum *etiam interdum eſt* nucleus *ille interior,* vinaceum lignum, [τὸ γίγαρτον]. Cic. de Sen. c. 15 Omitto vim ipſam omnium, quae generantur ex terra: quae ex fici tantulo grano, aut ex acino vinaceo, aut ex caeterarum ſtirpium minutiſſimis ſeminibus tantos truncos ramosque procreat. *Poterat aliquis tenui mutatione efficere vt* acinus *primam ſignificationem retineat, ſi legat,* ex acini vinaceo: *ſic reſpondeat* fici grano. *Sed nec diſſimulandum, eſſe alia loca, vbi acinus interius illud granum ſignificat.* Catull. c. 27 vt lex Poſtumiae iubet magiſtrae Ebrioſa acino (*Sic legendum puto, pro* acina) ebrioſioris. Laudat hunc locum Gell. 7, 20 *et ſubiicit,* quum dicere *ebrioſo* poſſet, et quod erat vſitatius, acinum in neutro genere appellare: amans tamen hiatus illius Homerici ſuauitatem, *ebrioſa* dixit, propter inſequentis *a* literae concentum. *Non dicit Gellius, mutatum aliquid in* acino, *ſed in* ebrioſo. *Caeterum* ebrioſam acinum *dixit, nucleum in ipſo ſucco et muſto demerſam atque haerentem. Multo clarior eſt locus* Plin. 18, 31 ſ. 74 Eius (vindemiae maturitatis) argumentum erunt acini colore mutati: *iam hoc de vinaceis intelligendum ſuadet, quem modo appoſuimus,* Colum. 11, 2, 69. Idem Plin. 15, 20 ſ. 22 *de meſpilo,* Setaniae maius pomum, candidiusque, acini molliore ligno. Meſpilum *ergo* pomum *habet* acinos, *qui iidem* lignum. *Puto ſic etiam ſumendam narrationem de morte Anacreontis* Plin. 7, 7 Anacreon Poëta acino vuae paſſae, vt Fabius — vno pilo in lactis hauſtu, ſtrangulatus. *Non apparet, quî totus* acinus, *i. bacca haerere potuerit; ſed de vinaceo facile intelligitur. Adde quod* vnum granum *vocat* Val. Max. 9, 12 ext. 8, *qui tamen in voce* humor *corruptus eſſe videtur, et forte legendum,* vnius grani pertinacior in aridis faucibus haeror (*i. adhaeſio*) *abſumſit: quod in mentem venit Barthio.*

ACINARIVS, Dolia acinaria Varr. de R. R. 1, 22, 44.

ACINATICIVM *vel* ACINATICVM, i. *pretioſae potionis genus.* Caſſiodor. Var. 12, 4 Acinaticum, cui nomen ex acino eſt — digna plane ſpecies, de qua ſe iactet Italia — Hoc eſt enim merum et colore regium, et ſapore praecipuum, vt blattam aut ipſius putes fontibus tingi, aut liquores eius a purpura credantur expreſſi. Dulcedo illi ineffabili ſuauitate ſentitur — tactus eius denſitate pingueſcit, vt dicas eſſe aut carneum liquorem, aut edibilem potionem — Autumno lecta de vineis in pergulis domeſticis vua ſuſpenditur — tunc fatuos humores exſudans magna ſuauitate dulceſcit. Trahitur ad menſem Decembrem — hiemale muſtum, vuarum frigidus ſanguis, in rigore vindemia, cruentus liquor, purpura potabilis, violeum nectar. — Non calcibus iniurioſe tunditur, nec aliqua ſordium admixtione fuſcatur, ſed — defluit, dum aqua dureſcit — Deſtillat gemmis comparem liquorem — *Fuiſſe etiam aliud* Acinaticum, *non rubrum, ſequentia indicant,* Nec illud negligendum putetis, quod lacteo poculo reluceſcit: quando plus eſt mirabile, quod potueritis difficilius inuenire. Albedo ibi decora eſt, et ſerena puritas, vt illud de roſis, hoc credatur natum eſſe de liliis — Similis in vtroque ſuauitas. Nam quod acute ſapit, quod cito reficit, commune illis intelligitur. Pallad. 1, 6, 9 Nigras vites omnino repudies niſi in prouinciis, et eius generis, quo acinaticium fieri conſueuit. MSS. *quidam* acinacium *aut* acinaticum, *quorum alterutrum etiam malit Hotomannus reddi* Vlpiano, l. 9 de oleo vin. leg. Acinaticium plane vino non continebitur. Gloſſ. Gr. Lat. ὀξῶδες Acinaticium.

ACINŌSVS, [ῥαγώδης] Acino *vel* Acinis *ſimile.* Plin. 12, 13 ſ. 27 *de aſaro ſ. nardo ſilueſtri,* ſemen habet acinoſum. Id. 21, 17 ſ. 68 *de aſphodelo,* caulis acinoſi *i.* acinos ferentis. *Sed* 14, 3 ſ. 4, 8 *vbi ante legebatur* Columbinae (vites) acinoſiſſimae *i. plurimorum acinorum feraces, Harduinus e MSS.* e racemoſiſſimis.

ĂCĬPENSER, ĕris, *et* ACIPENSIS, is, m. Plin. 9, 17 ſ. 27 Apud antiquos piſcium nobiliſſimus habitus acipenſer, vnus omnium ſquamis ad os verſis, contra quam in nando meant, nullo in honore eſt, quod quidem miror, cum ſit rarus inuentu. Quidam eum elopem vocant. *Sed hoc falli dicit* lib. 32 extr. *Locus quaſi claſſicus de hoc piſce eſt* Macrob. Sat. 2, 12 *Vbi non ſolum laudat* Fragm. Plauti ex Baccharia,

Quis eſt mortalis tanta fortuna affectus vnquam,
Quam ego nunc ſum, cuius haec ventri portatur pompa?
Vel nunc qui mihi in mari latuit acipenſer antehac *etc.*

*Sed etiam* Ciceronis in Dialogo de Fato. — Allatus eſt forte Scipioni acipenſer, qui admodum raro capitur, ſed eſt piſcis, vt ferunt, in primis nobilis. Cum autem Scipio vnum et alterum ex his, qui eum ſalutatum venerant, inuitaſſet, pluresque etiam inuitaturus videretur: in aurem Pontius, Scipio, inquit, vide, quid agas, acipenſer iſte paucorum hominum eſt. *Ac deinde amiſſum Plinii tempore honorem Seueri principis temporibus recuperaſſe e Sereni Sammonici ad Seuerum epiſtola docet, vbi* Gratiam *inquit,* eius video ad epulas quaſi poſtliminio rediſſe. Quippe qui dignatione veſtra cum interſum conuiuio ſacro, animaduertam, hunc piſcem a coronatis miniſtris cum tibicine introferri — *Sed etiam* Martialis, *ſuppar Plinio,* xeniis, ſ. 13, 91 (al. 88) Ad Pallatinas acipenſem (*ſic optimae omnes editiones, et in lemmate* Acipenſis, *niſi quod Aldus* acipenſera) mittite menſas. Ambroſias ornent munera rara dapes: *Sed redimus ad auream aetatem.* Cic. de Fin. 2, 24 c. 8 *ex* Lucillio, cum omnia in iſta conſumis ſquilla, atque acipenſere cum decumano. *Et* Tuſc. 3, 43 c. 18 Huic acipenſerem potius, quam aliquem Socraticum libellum dabis? *Sequuntur plures luxurioſi conuiuii partes. De eadem coena* Hor. Sat. 2, 2, 47 Haud ita pridem Gallonî praeconis erat acipenſere menſa Infamis. Ouid. Halieut. 132 Tuque peregrinis acipenſer nobilis vndis. *Denique mentio illius eſt* Plin. 32, 11 ſ. 53. *Ex recentioribus, quis piſcis ſit* acipenſer, *diſputant v. g. Salmaſ. Ex. Plin.* p. 940. *Lud. Nonius Ichthyophagia. Reſendius Antiquit. Luſitaniae disquiſ. de piſce Aſturione* p. 73 *etc.*

ACIS, is, vel idis. [Ἄκις] *Fluuius Siciliae, qui decurrit ex Aetna, (teli impetu, vnde dictus eſt, vt docet Euſtathius) apud* Ouid. Met. 13, 750, 756, 757. *primam producit.* Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 332 *corripit:* Lucus erat prope flumen Acin, etc. ¶ 2 *Fuit autem* Acis *pulcherrimus adoleſcens, Fauni filius ex Simethi fluuii filia, paſtor Siculus, quem dum Galatea Nerei et Doridis filia amaret, et Polyphemum Cyclopa ſperneret, ille iratus Acin necauit: qui poſtea Galateae miſeratione in fontem mutatus eſt,* Ouid. Met. 13, 750 ſq. ¶ 3 Acis *item Inſula vna eſt ex Cycladibus, Plin.* 4, 12.

ACISCVLVS, i. *Quaſi* Aſciculus *diminuto ab* Aſcia *nomine: cognomen* Valeriae *gentis, v. g.* Quinct. 6, 3, 53 *vbi* frigidus *iocus eſſe dicitur, quod quis* Aciſculum quia eſſet pactus Pociſculum *vocauit.* Vet. Gl. Aciſculus λατόμος, *et* Aciſculum, σκάφιον, ὄρυξ. *Haec et plura Spanh. de vſ. et praeſt. num. Diſſ.* 10 p. 76 *it.* p. 170. *Phil. a Turre Mon. Vet. Antii* p. 22. *Sed etiam*

ACISCVLARIVS, i. Vet. Gl. λατόμος. *Vtrumque ergo lapicidam notat.*

## A C L

ACLASSIS, Tunica ab humeris non conſuta. Feſtus. *Comparant viri docti cum altero* Feſti *loco,* Calaſſis, *vbi vid.* Gloſſ. Aclaſſis λώματα. *Sed* luma *in* Gl. Iſidori quadratum ſagum.

ACLIS, ĭdis. f. [ἀκλὶς] Iacula breuia, *vt ait* Non. 18, 10 *laudans illud* Virg. Aen. 7, 730 — teretes ſunt aclides illis Tela, ſed haec lento mos eſt aptare flagello. Seruius, Aclides ſunt tela quaedam antiqua adeo, vt nec vsquam commemorentur in bello. Legitur tamen, quod ſint clauae, cubito ſemis factae, eminentibus hinc et hinc acuminibus, quae ita in hoſtem iaciuntur religatae loro vel lino, vt peractis vulneribus poſſint redire. Putatur tamen eſſe teli genus, quod per flagellum in immenſum iaci poteſt. *Vid. la Cerda ad l. c. it. Lipſ. Poliorc.* 4, 4 *et* Salmaſ. ad Treb. Poll. Claudium c. 14. Turneb. Aduerſ. 30, 21. *Etiam* Sil. 3, 363 *et* 8, 552 *hoc telum nominatur, ſed Graeca vocali ſcriptum* Aclyde, Aclydis, *quod etiam in optimis Virgilii membranis vidit Heinſius.*

ACME, es. [Ἀκμή] *Nomen mulieris proprium.* Catul. Epigr. 43, 1 Acmen Septimius ſuos amores Tenens in gremio, mea, inquit, Acme etc.

ACMŌDAE, [Ἀκμῶδαι] *Septem inſulae ſupra Hiberniam, et Orcades.* Plin. 4, 16 ſ. 30.

ACMONIDES, [Ἀκμωνίδης] *Vnus Cyclopum* Ouid. Faſt. 4, 286. Ἄκμων *Graece eſt* Incus. *Vocatur alias* Pyracmon. *Vid.* BRONTES.

ACNVA, ae, (*ſed variante admodum ſcriptura,* acmina, agnua, acna) *modus agri.* Varro R. R. 1, 10, 2 Actus quadratus, qui et latus eſt pedes CXX et longus totidem. Is modus acnua Latine appellatur. *Sed* Col. 5, 1, 5 Hunc actum (quadratum) Baetici ruſtici acnuam vocant. Grammatici Graeci ἄκεναν *vocant. Vid. viri docti ad* Varr. l. c. *Geſner. edit.*

## A C O

ACOENONETOS Gr. ἀκοινώνητος, V. Gl. Inſociabilis, ſine ſocietate, *quaſi tu dicas* incommunicabilem; *ſocietati hominum propter ſuperbiam iniuſtitiamque ineptus.* Cic. Att. 6, 3 Nullas vnquam ad me literas miſit Brutus, in quibus non ineſſet arrogans, ἀκοινώνητον aliquid. *Eodem intellectu* 6, 1 *vtitur aduerbio* ἀκοινωνήτως, *de eadem re,* Ad me etiam cum rogat aliquid, contumaciter, arroganter, ἀκοινωνήτως ſolet ſcribere. *Affine eſt, ſed diuerſum.*

ACOENONOËTVS, [ἀκοινονόητος,] mentem et ſenſum communem non habens, *quo ipſo etiam Cicero eſſe dicitur vſus* Gell. 12, 12 Ἀκοινονόητοι, inquit, homines eſtis, cum ignoratis, prudentis et cauti patris familias eſſe, quod emere velit emturum ſeſe negare propter competitores emtionis. *Huc referendum etiam illud* Iuuen. 7, 218 Diſcipuli cuſtos praemordet Acoenonoëtus, *quomodo pro vulgato olim* Acaenitus ipſe, *legendum vidit Rigaltius.*

ACOETES, [Ἀκοίτης] *Lecto carens ſ. cubili. Nomen viri pauperis, cuius tenuitatem exprimit Ouid.* Met. 3, 582 ſqq.

ACOETVM *mel. Vid.* ACETVM.

ACOLASTVS, i. [ἀκόλαστος] *Prodigus, intemperans, immodeſtus, laſciuus, libidinoſus, infrenis, immoderatus. Vt in Latinis Lexicis locum inueniret, occaſionem videtur dediſſe* Gellius 19, 2 *vbi cum* incontinentes vel intemperantes *dixiſſet, ſubiicit,* ἀκολάστους enim, ſi interpretari coactius velis, nimis id verbum inſolens erit. *Nempe ſonat ad verbum,* impunitus, *vel* incoërcitus, *vt ſit qui cupiditates non puniat velut iniecto freno. Nam* κολάζω *punio eſt. Nec ſolum de hominibus, verum etiam de rebus dicitur, vt* ἀκόλαστος γλῶττα, *lingua infrenis.* Acolaſtus *homo nihili, neque rei, neque frugis bonae.* Gell. 7, 11 *etiam* nequam *vocat* ἀκόλαστον *Budaeus in Comment.* Proteruum *proprie ſignificare putat, et qui ſibi in libidine temperare non poteſt.*

ACOLV̄THVS, i. [ἀκόλουθος] *Proprie Adiectiuum eſt, Conſequens, conſentaneus, vt* Quinctil. 5, 10, 75. ¶ 2 *Subſtantiue, Aſſectator, comes, aſſecla, ſpeciatim in eccleſia.* Iſidorus 7, 12 *de Clericis,* Oſtiarius, Pſalmiſta, Lector, Exorciſta, Acoluthus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, Epiſcopus. *Frequens illorum apud Eccleſiaſticos mentio. V. g.* Hieronym. Nepot. de Vita Cleric. Auguſtin. Ep. 104. princ. Ep. 62. ſub init. et Cyprian. Ep. 7. Edit. Oxon. (Pamel. 36.) *etc.*

ACŎNAE, [ἀκόναι] Cautes. *Vid.* ACONITVM.

ACŎNE, es. [Ἀκόνη] Portus *in Ponto Euxino, prope Heracleam,* veneno aconito dirus Plin. 6, 1.

ACONITI, [ἀκονιτὶ] *Graeco aduerbio vtitur* Plin. 36, 11 ſ. 40, 32 Alcimachus pinxit Dioxippum, qui pancratio Olympiae citra pulueris iactum (*Hard.* tactum) (quod vocant Aconiti) vicit: couiti Nemaea.

*Prouti-*

*Prouerbii loco dicitur de eo, qui ſine labore victor euadit: ab athletis ſumtum, qui puluerem inſpergebant corporibus, vt ſe facilius comprehendere poſſent.* Ouid. Met. 9, 35 *de lucta Herculis et Acheloi.* Ille cauis hauſto ſpargit me puluere palmis, Inque vicem fuluae iactu flaueſcit arenae. *Eadem forma dicitur et* ἀνιδρωτὶ *ſine ſudore, et* ἀναιμωτὶ, *ſine ſanguine.*

ĂCŎNĪTVM, i. [ἀκόνιτον] *Herbae genus, de qua ſic* Plin. 27, 3 ſ. 3 Aconitum, folia habet cyclamini aut cucumeris, non plura quatuor, ab radice leniter hirſuta; radicem modicam, cammaro ſimilem marino. Quare quidam cammaron appellauere, alii thelyphonum, ex qua diximus cauſa (quod tactis genitalibus feminini ſexus animalium, eodem die inferat mortem.) Radix incuruatur paulum, ſcorpionum modo: quare et ſcorpion aliqui appellauere. Nec defuerunt qui myoctonon appellare mallent: quoniam procul et e longinquo odore mures necat. Naſcitur in nudis cautibus, quas aconas nominant. et ideo aconitum aliqui dixere, nullo iuxta, ne puluere quidem nutriente. Hanc aliqui rationem nominis attulere. Alii, quoniam vis eadem in morte eſſet, quae cotibus ad ferri aciem deterendam, ſtatimque admota velocitas ſentiretur. *Haec Plinius. Poſſis etiam putare, ab* Acone portu, *de quo paullo ante, tanquam a patria praecipua nomen habere, vt* Magnes, *vt* Lapis Herculeus *etc. Quin iam docuit tale quid* Theophr. Hiſt. Plant. 9, 16 *et hoc vſum* Solin. c. 45. *Plura longe de* Aconito Plin. 27, 2 Omnium venenorum ociſſimum — Ortum fabulae narrauere e Spumis Cerberi canis, extrahente ab inferis Hercule, ideoque ad Heracleam Ponticam, vbi monſtratur is ad inferos aditus gigni *etc. Sunt enim aliquam multa. Multa etiam dabit Rhodii Lex. Scribon. Iam Poetarum praeſertim aliquot ſententias ponamus, qui plurium fere numero vtuntur.* Sed nulla aconita bibuntur Fictilibus: tunc illa time, cum pocula ſumes Gemmata Iuuenal. 10, 25. Lurida terribiles miſcent aconita nouercae Ouid. Met. 1, 147. — Nec miſeros fallunt aconita legentes Virg. Georg. 2, 152 *in laudibus Italiae, i. non gignit aconita, quae fallant. Non enim audiendus hic Seruius, cum dicit eſſe* omnibus nota, vt fallere non poſſint quemquam. Auſonius monoſyllabis, p. 483 Dira aconita creat cos. Pallida Dictalis, Caeſar, naſcentia ſaxis Infundas aconita palam Lucan. 4, 322. Quae qui naſcuntur dura viuacia caute, Agreſtes aconita vocant Ouid. Met. 7, 418, *vbi fabulam narrat de* aconito *e ſpuma Cerberi nato.*

ACONITARIVS, i. φαρμακοπώλης Gloſſ. Gr. Lat.

ACONTEVS, *fictum apte Venatoris aut Militis nomen, quaſi tu* Iaculatorem *dicas, apud* Stat. Theb. 7, 590 et Sil. 16, 562 *ipſumque* Virg. Aen. 11, 612.

ACONTIAS, ae. [ἀκοντίας] *Cometae genus, de quo* Plin. 2, 25 Acontiae iaculi modo (τῦ ἀκοντίυ) vibrantur ociſſimo ſignificatu. Haec fuit de qua quinto conſulatu ſuo Tiberius imperator Caeſar praeclaro carmine perſcripſit, ad hunc diem nouiſſime viſa. Easdem breuiores, et in mucronem faſtigiatas, xiphias vocauere, quae ſunt omnium palliſſimae, et quodam gladii nitore, ac ſine vllis radiis.

ACONTIVS, [Ἀκόντιος] Boeotiae mons Plin. 4, 7.

ACONTIVS, [Ἀκόντιος] *E Ceo ſiue Cea Aegei maris inſula profectus ad ſacra Dianae, quae in Delo inſula frequenti virginum conuentu celebrabantur, in amorem viſae Cydippes exarſit. Quam cum ob generis imparitatem non auderet palam vxorem petere, nouam commentus eſt fraudem, qua illam ſibi coniugio obligaret. Siquidem in pulcherrimo pomo ſcripſit ſententiam, quam duobus verſibus exprimunt,*

Me tibi nupturam (felix eat omen) Aconti,
Iuro, quam colimus, numina magna Deae. *Sunt qui hos malint,*
Iuro tibi ſacrae per myſtica ſacra Dianae,
Me tibi venturam comitem, ſponſamque futuram.

*Itaque ſic inſcriptum pomum proiecit ad pedes puellae. Quae fraudis inſcia, cum imprudens legeret, viſa eſt ſe vxorem Acontio paciſci. Nam quae ante deos in templo Deliae Dianae dicerentur, rata eſſe debere, lex erat. Cum autem paullo poſt pater huiuſce rei neſcius, illam alteri deſponderet, ſubita febre correpta eſt. Cui Acontius per epiſtolam perſuaſit, morbum a Diana eſſe immiſſum, eo quod non impleuiſſet quae Dea praeſente promiſerat. Proinde contra patris voluntatem maluit in Acontii venire ſententiam, quam diutius torqueri. Hoc argumentum* Heroidum Ouidianar. 20 et 21.

ĂCONTIZO, *Iaculari. Translate* Veget. de Re Vet. 1, 26, 4 Vt poſſit ſanguis acontizare per venam. *Sic et* 1, 27, 2. *Sed* 1, 22, 5 *corruptum in* adcotidiet.

ACŎPA, ōrum, n. [ἄκοπα] *Proprie vnguenta laſſitudines et fatigationes leuantia. Sed deinde multo latius, ad dolores ſedandos* etc. *vocem extenderunt medici. v. g.* Plin. 29, 3 ſ. 13 de Commageno, vtiliſſimum ad perfrictiones, conuulſiones, caecos aut ſubitos dolores, omniaque, quae acopis curantur, vnguentumque pariter ac medicamentum eſt. *Sic* 31, 7 ſ. 42 *de* flore ſalis, ſudorem ciet, aluum ſoluit in vino et aqua, acopis et ſmegmatis vtilis etc. *Singularis huius nominis eſt* Celſ. 4, 24 Acopo articuli perfricentur. *Conf. I. Rhod. Lex. Scribon.* ¶ 2 Acopos, [ἄκοπος] *Gemma*, nitro ſimilis, pumicoſa, aureis guttis ſtellata, cum qua oleum ſubferuefactum, perunctis laſſitudinem, ſi credimus, ſoluit. Plin. 37, 10 ſ. 54. ¶ 3 Acopos, ſiue Acopus, f. [ἄκοπος] *Dioſcoridi*, Herba eſt fruticoſa, graui odore, flore oleris, quae et Anagyros vocatur, Plin. 27, 4 ſ. 13.

ACOR, *vid.* ACEO.

ACORNA, ae. [ἄκορνα] Herba colore tantum rufo diſtinguitur (*a Scolymo*) et pinguiore ſucco Plin. 21, 16 ſ. 56.

ACORVM, [ἄκορον] *deſcribit* Dioſc. 1, 2. Plin. 25, 13 Acoron iridis folia habet anguſtiora tantum et longiore pediculo, radices nigras minusque venoſas: caetero et has ſimiles iridis, guſtu acres, odore non ingratas, tactu faciles. Optimae Ponticae, dein Galaticae, mox Creticae. Sed primae in Colchide *etc. Add.* 26, 5 et 15. Celſ. 3, 21 *et* 5, 23 Apul. de Herb. 6 et 88. Scribon. *paſſim.*

ACOSMVS, i. [ἄκοσμος] *Inornatus, incomptus, vtitur* Lucret. 4, 153 Immunda et foetida (*appellatur ab amatore caeco*) ἄκοσμος.

## A C Q

ACQVIESCO, ēui, ētum, ĕre. [ἐπαναπαύομαι] *Ad quietem peruenire, vel ſimpliciter* quieſcere. Cic. Att. 13, 34 Vitandi caloris cauſa Lanuuii treis horas acquieueram. A laſſitudine acquieſcere Nep. 4, 11, 3. In ſpatiis ſilueſtribus crebro inſiſtens, interdum acquieſcens Cic. de LL. 1 c. 5. *Et* Orat. 199 Cum aures extremum ſemper expectent in eoque acquieſcant. ¶ 2 Acquieſcere *per translationem dicimus, quum Remittitur dolor, aut alia animi moleſtia.* Cic. de Fin. 1, 82 *de improbitate*, cuius in animo verſatur, nunquam ſinit eum reſpirare, nunquam acquieſcere. Idem Acad. 4, 141 c. 48 Quum es commotus, acquieſcis. ¶ 3 Acquieſcere in re aliqua, aut homine, *cum quadam animi voluptate, quieteque conſiſtere et oblectari, quum prius in dubio aut ſolicitudine animus fuiſſet. v. g.* Habeo nihil, tentatis rebus omnibus, in quo acquieſcam Cic. Att. 12, 18. Qui maxime P. Clodii morte acquieuerunt Cic. pro Mil. c. 37. Vno ſolatio acquieſcens Suet. Calig. c. 51. In tuis oculis, in tuo ore vultuque acquieſco Cic. pro Deiot. c. 2. Quum me aegritudo non ſolum ſomno priuaret, verum ne vigilare quidem ſine ſummo dolore pateretur: tecum vt quaſi loquerer, in quo vno acquieſco, hoc - - - ſcribere inſtitui Cic. Att. 9, 10 *pr.* Perlegi omnes tuas (literas) et in hoc acquieui Ib. *fin.* Id. de Amicit. c. 27 Viciſſim autem ſenes in adoleſcentium caritate acquieſcimus. Suet. Tib. 56 Nihilo lenior in conuictores Graeculos, quibus vel maxime acquieſcebat. ¶ 4 Acquieſcere κατ' εὐφημισμὸν *pro Mori dixit* Nepos 23, 13, 1 Sic vir fortiſſimus, multis variisque perfunctus laboribus, anno acquieuit ſeptuageſimo. *Vbi quidem ſignificanter* Acquieſcere *dictum videtur de Morte vitam laborioſam ſecuta. Conf.* Val. Max. 9, 12, 1 extr. *Sponius Miſc. Erud. Antiq.* p. 171 *ex Lapide Lugdunenſi:* Iulia adepta hic adquieſcit. *Ita ſepulti non raro* Quieſcere, *et mors ipſa* Quies *appellatur.* ¶ 5 *Citerioris aeui ſcriptoribus* Acquieſcere *Conſentire eſt, vel Aſſentiri.* Hieronym. lib. 2. aduerſ. Iouian. (Tom. 3. Oper. f. 36 a, B.) de Diogene. Volentibus eum amicis aut in iumentum aut in vehiculum tollere, non acquieuit. Gennad. Maſſil. cap. 55. de Eccl. Dogm. Sicut Papea auctore Irenaeus et Tertullianus et Lactantius acquieſcunt. ¶ 6 Acquieſcere alicui rei, *pro* In aliqua re. Sen. Epiſt. 24 princ. Vt meliora tibi proponas, et acquieſcas ſpei blandae. *Item* Suet. Tib. 31 Negante eo, deſtinatos magiſtratus (melius magiſtratibus) abeſſe oportere, vt praeſentes honori acquieſcerent, *i. eum ſibi gratum eſſe ſignificarent.*

ACQVIESCENS, Partic. [ἐπαναπαυόμενος] Cic. Q. fratr. 2, . . Erat ſummum otium forenſe, ſed ſeneſcentis magis ciuitatis, quam acquieſcentis.

ACQVIETVRVS, Cic. de Or. 2, 290 c. 71 Qui hoc diuerſorio ſermonis tam libenter acquieturum te eſſe dicebas.

ACQVIRO, ſiui, ſitum, ĕre. [κτάομαι, περιποιέομαι, προεπορίζω, ἀντέχομαι] *ex* Ad *et* Quaero; *Idem quod Comparo.* Acquirere, quae ad vſum vitae pertinent Cic. Off. 3 c. 5. Virg. Aen. 4, 175 Mobilitate viget, viresque acquirit eundo, *de fama* Ouid. de Arte Am. 2, 343 Naſcitur exiguus, ſed opes acquirit eundo, Quaque venit, multas accipit amnis aquas. Acquirendi dominii modi ſunt ſex, Mancipatio, traditio, vſucapio, in iure ceſſio, adiudicatio, et lex, Vlp. in Fragmen. Poſſeſſionis autem ſeptem, pro Emtore, pro herede, pro donato, pro derelicto, pro legato, pro dote, pro ſuo. lib. Digeſt. XLI. Cic. Fam. 3, 7 Vt mihi nihil neque ad honorem, neque ad gloriam acquirendum putarem. Cic. in Catil. 3, 28 Mihi quidem ipſi quid eſt quod iam ad vitae fructum poſſit acquiri? Beneuolentiam acquirere Quinctil. 3, 8, 7. Cic. Fam. 10, 3 Omnem tibi reliquae vitae Dignitatem ex optimo Reip. ſtatu acquires. Aliquid de poſſeſſione detrahere, et Fidem acquirere Cic. Catil. 2 c. 8. Id. Att. 1, 1 Vides in quo curſu ſumus, et quam omnes gratias non modo retinendas, verum etiam acquirendas putemus. Inimicitias acquirere Plaut. Mil. . . . Cic. pro Caecin. c. 2 Quamquam ego mihi ſic perſuadeo, Recuperatores, non vos tam propter iuris obſcuram dubiamque rationem, bis iam de eadem cauſa dubitaſſe, quam quod videtur ad ſummam illius exiſtimationem hoc iudicium pertinere, moram ad condemnandam acquiſiſſe: ſimul et illi ſpatium ad ſe colligendum dediſſe. Studia vulgi Tacit. An. 12, . . Paull. in l. ſi id D. de donat. inter vir. et vxor. Si quid per eum ſeruum, quem emerat ex nummis a marito donatis, mulier acquiſiſſet, forte legatum, haereditatem, etc. Acquiri, pro Augeri, vel Conciliari. Plin. 15 c. 17. Quo genere et vino odorem acquiri putant. Dicant ſine his in foro multi, et acquirant Quinct. 1, 12 extr. *i. rem faciant. Et ipſe* Cic. Tuſc. 1, 109 c. 45 Nihil enim iam acquirebatur, *i. nihil accedebat ad vllum genus bonarum rerum, quibus fruebar.*

ACQVISITVS, a, um. Minus egere acquiſitae extrinſecus opis Quinct. 2, 16 p. 188. *conf. Burm.* Acquiſita regio *in nummis eſt, foedere populo R. iuncta, ad mentem Harduini in* Plin. 2, 28 n. 17.

ACQVISITIO, onis. Adiuuatur fons ex compluribus aliis acquiſitionibus Frontin. de Aquaed. lib. 1. *i. collectionibus aquarum.* Temperati ſimus in acquiſitionibus Tertull. de Exhort. Caſtit. c. 12. *Conf.* Inſtitut. Iur. lib. 3 tit. 11 §. 3.

ACQVISITVS, ûs. *Subſtant.* Mart. Capella *et* Boëth.

## A C R

ACRA, ae. Gr. ἄκρα, Promontorium *eſt. Inde locorum quibusdam nominibus additum, v. g.* Acra Iapygia *apud* Plin. 3, 11. *Ipſum oppidum* Acragas, *de quo ſtatim, inde nomen videtur habere, vnde* Arduus Acragas Virgilio *etc.*

ACRADINA, *vid.* ACHRADINA.

ACRAGAS, [Ἀκράγας] Siciliae vrbs, quae AGRIGENTVM alias dicitur. Plin. 3, 8 *in deſcriptione Siciliae:* Oppidum Acragas, quod Agrigentum noſtri dixere. Virg. Aen. 3, 703 Arduus inde Acragas oſtentat maxima longe Moenia.

ACRAGANTINVS, Adi. [ἀκραγαντῖνος] Idem quod Agrigentinus. Lucret. 1, 716 *vbi etiam Creech.* Quorum Acragantinus cum primis Empedocles eſt.

ACRAGIANVS, a, um. Acragianae portae *Syracuſarum, quae* Acragantem *ducunt ſcilicet.*

ACRATOPHORON, [ἀκρατοφόρον] *Vas vino ferendo, quod etymologia indicat.* Cic. de Fin. 3 c. 4 Et tamen puto concedi nobis oportere, vt Graeco verbo vtamur, ſiquando minus occurret Latinum, ne hoc ephippiis & acratophoris potius, quam, etc. Varr. de R. R. 1, 8, 5 Vinea, quae ſine iugo adminiſtrat Acratophoro vinum.

ACRAVISCI, [Ἀκραυίσκοι] *Populi Pannoniae inferioris, iuxta Scordiſcos:* Plin. 3, 25.

ACRE, Oppidi nomen apud Plin. 5, 12. *Vid.* ACRA.

ACREDO, *vid. ſupra ſub* ACER.

ACREDVLA, ae. f. *auis nomen, vſurpatum* Cic. Diuin. 1 c. 8 Saepe enim pertriſte canit de pectore carmen Et matutinis Acredula vocibus inſtat. *Male pro* luſcinia *accipit* Iſid. 12, 7 *vbi hunc verſum ex memoria laudat*, Et matutinos exercet acredula cantus. *Eſt haud dubie* Ciceroni Acredula, quae *Arato*, ὀλολυγών. *Vid.* Dioſem. v. 216 *vbi epitheton* ἐρημαίη, *ſolitaria, ſatis oſtendit, auem indicari, quae a voce ſua, vt apud Graecos, ita apud Latinos* vlula *dicta eſt: Vnde etiam Auienus hic* vlulam *dedit. Caeterum etiam Ranas* Ololygones *appellari, auctor* Plin. 11, 37 ſ. 65 *Hinc fluctuans forte etiam circa orthographiam* Iſidorus 12, 6 Agredulae, ranae paruae, in ſicco, vel agris commorantes, vnde et nuncupatae. *Vet. edit.* Agridulae. *Nec mirum ita fluctuare circa* Acredulam

dulam Iſidorum, *cum etiam* Graeci Scholiaſtae *tum* Arati, *tum* Theocriti 7, 139 *inter* vlulam *ambigant, et aquaticum animalculum* lumbrico *ſimile. Vid. etiam Hard. ad Plin. l. c. Not. mai. 85.* Acredulam Ciceronis *eſſe* vlulam *etiam probat* Salmaſ. ad Solin. p. 942, b.

ACREMENTVM, i. *laudabant alias* ex Plin. 20, 7 In eos vſus, et oxypropolae ſeruant addito dulci, acrementum (*i. acrimoniam*) temperantes. *Qui vero locus ſic nunc legitur,* Stomachi diſſoluti vtiliſſime adiuuantur, in eo vſu et oxypori obolis aſperitatem, addito dulci, ad intinctum aceti temperantes.

ACRIDIA, ae. f. Iſidor. 17, 9 Scammoniam Latini Acridiam vocant.

ACRIFOLIVS, vel ACRVFOLIVS, a, um, *materiae nomen ſ. ligni. Memorantur* Cato. de R. R. 31, 1 Acrufolii vectes *ex emendatione Victorii. Nam ante illum erant* Aquifolii vectes *vbi vid. Cum* πρῖνος ὀξύφυλλος *ſit* Aquifolia ilex, *q. d.* acutifolia; *poteſt fieri vt* ἀκρόφυλλον *eodem intellectu cogitauit, qui* acrifolium *vel* acrufolium *primus dixit.*

ACRIMONIA, *vid.* ACER, Adiect.

ACRĪSIVS, [Ἀκρίσιος] *Argiuorum rex, Abantis filius, Proeto fratri ſucceſſit in regnum. Hic, filiam Danaen, cuius ſibi partum fatalem fore, oraculo monitus fuerat, in munita turri ſepoſuit, ſeruarique iuſſit, nequis poſſet ad eam accedere. Sed Iuppiter, verſus in auream pluuiam praegnantem effecit. Quod aegre ferens Acriſius, eam iuſſit in arcam poni, atque in mare proiici. quod cum miniſtri feciſſent, in litus vſque Apulum arca delata eſt, et caſu a piſcatore capta: in qua comperiſſet Danaën, et paruum filium quem enixa fuerat, eam ad Pilumnum regem detulit, qui illam libenter coniugio ſibi copulauit. Filius autem, cui Perſeus nomen fuit, cum adoleuiſſet, et Gorgoni Meduſae caput abſtuliſſet, Argos veniens, Acriſium transmutauit in ſaxum. quae quidem transmutatio ſecundum Euſebium id ſignificat, cum regnaſſet Acriſius apud Argos annis XXXI. a Perſeo nepote ſuo, non ſponte, tamen occiſum, et in lapidem, id eſt, in frigiditatem perpetuam verſum eſſe.* Ouid. Met. 4, 606 Solus Abantiades — Acriſius ſupereſt. Acriſius grauis Stat. Theb. 6, 286. ¶ 2 Acriſius *etiam a quibusdam vocatur Laërtae, patris Vlyſſis, pater, et Iouis filius, dicente Vlyſſe apud* Ouid. Met. 13, 144 Nam mihi Laërtes pater eſt, Acriſius illi, Iupiter huic etc. *Sed* Arceſius *verum eſt; vnde* Ἀρκεισιάδης Vlyſſes apud Homerum aliquoties.

ACRISIONĒVS, Adi. [ἀκρισιώνειος] Ouid. Met. 5, 239 Acriſioneas Proetus poſſederat arces. Amores Acriſionei Colum. 10, 205.

ACRISIONĒIS, Danaë Acriſii filia. Virg. Aen. 7, 409

Protinus hinc fuſcis triſtis dea tollitur alis
Audacis Rutuli ad muros: quam dicitur vrbem
Acriſioneis Danaë fundaſſe colonis,
Praecipiti delata, &c.

Seruius, Acriſioneis Danaë, Patronymicum. Nam male putant Acriſionei colonis. Sola enim venerat, non cum colonis.

ACRISIONIĂDES, ae. m. [Ἀκρισιωνιάδης] *Perſeus Acriſii nepos.* Ouid. Met. 5, 69 Vertit in hunc Harpen madefactam caede Meduſae Acriſioniades, adigitque in pectus.

ACRITAS, [Ἀκρίτας] Peloponneſi promontorium, iuxta Maleam et Taenarum Pompon. Mela, 2, 3, 110.

ACRITAS, ACRITVDO, ACRITER. *Vid.* ACER, Adi.

ACRIZYMVS, i. m. leuiter fermentatus, quaſi Acroazymus: *ita inter panis genera* Iſidor. 20, 2.

ACRO, *vel* ACRON, onis [ἄκρων] *trunculus, ſ. extremum pedis eſſe videtur.* Veg. Veter. 3, 66, 3 De maſculo pinguis porcinus acro decoquitur, donec omnis caro ſoluatur, abiectisque oſſibus vniuerſis *etc.* Id. 4, 8, 1 Acronem *coqui iubet, cui ſubſtitui poteſt* haedinum caput cum pedibus. *Sic etiam* 1, 56, 17 Acronem ſalſum porci pinguis *laudauerat, deinde* ſ. 18 Donec acron ille, *inquit,* vel certe caput haedi, liqueſcat. Vngulam de perna *in ſimili re commendat* Cato R. R. 158, 1. trunculos ſuum Celſ. 2, 20 et 4, 7. *Vid.* ACRON.

ACROĀMA, atis. n. [ἀκρόαμα] *ad verbum* Auditio *Latine dicitur. Deinde* Acroama, auditio lyrarum et tibiarum Iſidor. Gloſſ. *Non male. Sed non ſatis hoc. Nempe voluptas omnis aurium, et quidquid, in theatro vel conuiuio praeſertim voluptatis cauſa auditur. v. g.* Cic. pro Archia c. 9 *de Themiſtocle,* Cum, ab eo quaereretur, quod acroama, aut cuius vocem libentiſſime audiret, reſpondit, eius, a quo ſua virtus optime praedicaretur. *Et* in Verrem 4 c. 22 Hic quaſi feſtiuum acroama, ne ſine corollario diſcederet, emblemata auellenda curauit. Macrobius, Saturn. 2, 4 Delectatus inter coenam erat Auguſtus pueris ſymphoniacis Turonii Flacci mangonis, atque eos frumento donaverat, cum in alia acroamata fuiſſet liberalis nummis: eosdemque poſtea Turonius aeque inter coenam quaerenti Caeſari ſic excuſauit, Ad molas ſunt. Cic. pro Sextio, 116, de P. Clodio: Ipſe ille maxime ludius, non ſolum ſpectator, ſed actor, et acroama. Nanos, et nanas, et moriones, et vocales exoletos, et omnia acroamata et pantomimos populo donauit Lamprid. Alex. Seuero c. 34. Quum plebeiis ludis quidam paterfamilias per Circum Flaminium, prius quam acroama induceretur, ſeruum ſuum verberibus multatum ſub furca egiſſet Val. Max. 1, 7, 4 *Sic dedere quidam. Sed* pompa *reſtitutum a Torrenio. Conf.* Phaedr. 5, 6 et 8 Aut Acroamata et hiſtriones, aut etiam triuiales ex circo ludios interponebat, ac frequentius aretalogos Suet. Aug. c. 74 *ſc. in conuiuiis, et videntur hic tibicines ſignificari. Sic* Canus Auloedus *ἀκρόαμα dicitur* Plutarch. Galb. Nemo in eius conuiuio acroama aliud quam anagnoſten audiuit Nep. Att. c. 14, 1. *Add.* Plin. Ep. 6, 31, 13 Interdum acroamata audiebamus. *Sic* Ludis, per quos ſcena Marcelliani theatri reſtituta dedicabatur, vetera quoque acroamata reuocauerat Suet. Veſp. c. 19. *Conf.* Athen. lib. 14. Plutarch. Sympoſ. lib. 7 Qu. 7 et 8. Prudent. Hymno S. Laurentii v. 325 Ergon' cachinnis venditus Acroama feſtiuum fui. *Nec enim opus eſt contractione* Acroma. *Sic* v. 348 Semiuſtulati corporis.

ACROAMATĬCVS, *vid. mox* ACROATICVS.

ACROASIS, is. f. [ἀκρόασις] *Philoſophorum ſchola eſt.* Auditionem *vertit* Gellius 14, 1 pr. Inauditiunculam 5, 21. *Vid. Io. Wowerium de Polymathia cap. 4. circa finem. Vox ipſa legitur v. g. in* Fragm. Varronis apud Non. 4, 45 Diogenem literas ſciſſe, tum vſuni quod ſatis eſſet, tum quod etiam acroaſi bellorum hominum. *Sic* Vitruu. 10, 22 Callias Rhodum cum veniſſet, Acroaſin fecit, exemplumque protulit muri, et ſupra id machinam etc. *Haec acroaſis itaque fuit multitudo audiendi cauſa collecta. Etiam* Sueton. de Grammat. cap. 2. de Cratete: plurimas Acroaſes ſubinde fecit aſſidueque diſſeruit. Seneca *de Declamatorum recitationibus vſus eſt* excerptis Controu. lib. 4. Praef. *quemadmodum et Latino* Auditionis *vocabulo* Suaſ. 3. *Add. Lud. Creſollius in Theatro Rhetorum* 3, 5. *Caeterum* Acroaſis *non ſecus ac* Concio *et de loco et de lectione ſiue oratione dicitur. Ita* Cic. Att. 15, 17 *de Literis filii ſui,* vt eas vel in Acroaſi audeam legere: *qui ibid.* Epiſt. 15 Vt vel in Concione dicere auderem. *Haec et Graeca quaedam etiam* Pareus *Lex. Crit.*

ACROATICVS, a, um. (*pro quo hodie fere audias* Acroamaticus; *neſcio quam bene*) *E diſciplina Ariſtotelis nomen, de quo ponamus quaedam ex* Gell. 20, 5 Commentationum ſuarum artiumque, quas diſcipulis tradebat Ariſtoteles Philoſophus, regis Alexandri magiſter, duas ſpecies habuiſſe dicitur. Alia erant, quae nominabat ἐξωτερικά, alia quae appellabat ἀκροατικά. Ἐξωτερικὰ dicebantur, quae ad rhetoricas meditationes, facultatem argutiarum, ciuiliumque rerum notitiam conducebant. Ἀκροατικὰ autem vocabantur, in quibus Philoſophia remotior ſubtiliorque agitabatur; quaeque ad naturae contemplationes, diſceptationesue dialecticas pertinebant. Huic diſciplinae, quam dixi ἀκροατικήν, tempus exercendae dabat in Lyceo matutinum, nec ad eam quemquam temere admittebat, niſi quorum ante ingenium, et eruditionis elementa, atque in diſcendo ſtudium laboremque exploraſſet. — *Deinde etiam libros* alios *fuiſſe ait* exotericos, alios acroaticos. *Et* Alexandri *ipſius, atque* Ariſtotelis *ea de re* literas *ex* Andronici Philoſophi libro *ſubdit. Conf. de illa diuiſione Salmaſ. ad Simplic.* p. 226 ſqq.

ACROĀTHON, [Ἀκρόαθον] *Oppidum Thraciae, in vertice montis,* Atho *ſitum: vnde et nomen habet.* Mela, 2, 2, 130 *Dicitur et* Acrothon.

ACROBATICVS, a, um. [ἀκροβατικός] *Scanſorius:* Vitruu. 10, 1 Eſt vnum [Machinarum] genus ſcanſorium, quod Graece ἀκροβατικὸν dicitur. *Vid.* SCANSORIVS *in* SCANDO.

ACROCERAVNIVS, a, um, *Epitheton montium et promontoriorum quorundam, quorum ἄκρα ſ. vertices κεραυνοῖς fulminibus expoſita eſſe, ſic indicant. Nobiliſſimum, quod nomen ſibi hoc velut peculiare vindicauit* Acroceraunium *Epiri promontorium* Plin. 3, 9 ſ. 15. *De hoc* Horat. Od. 1, 3, 20 Infames ſcopulos Acroceraunia. Ceraunia *ſimpliciter vocat* Virg. Aen. 3, 506. Acroceraunii montes Plin. 2, 23 *et* 4, 1. Metaphor. Ouid. Rem. Am. 739 Hae tibi ſunt Syrtes, haec Acroceraunia vita.

ACROCHORDON, ŏnis, f. [ἀκροχορδών] Celſ. 2, 1 Verrucarum genera quaedam dolentia ἀκροχορδόνας Graeci appellant. *Et* 5, 28, 14 vbi ſub cute coit aliquid durius — infra ad cutem tenue, ſupra latius — raro fabae magnitudinem excedit. *Et quibusdam interiectis,* Acrochordon ſi exciſa eſt, nullam radiculam relinquit, ideoque ne renaſcitur quidem.

ACROCOLIA, orum [ἀκροκώλια] Cael. Acut. 1, 11, 95 Crura porcina, quae Graeci acrocolia vocant. *Nempe κῶλον membrum eſt. Haec vox etiam legitur in MSS. quibusdam* Vegetii Veter. 2, 47, 2 Similis deſperatio eſt, ſi coxam fregerit, aut acroteria. *Nempe ἀκρωτήρια et ἀκροκώλια ſunt Synonyma, et idem forte quod* Acro, *vbi vid.*

ACROCORINTHVS, [Ἀκροκόρινθος] q. d. ἄκρα Κόρινθος. Plin. 4, 4 *de Corintho.* E ſumma ſua arce, quae vocatur Acrocorinthus, in qua fons Pirene, diuerſa duo maria proſpectans.

ACROCORIVM, [ἀκροκόριον] *Bulbi ſpecies eſt* Plin. 19, 5 ſ. 30.

ACRODRYA, orum. n. [ἀκρόδρυα] Caius in l. 236 D. de Verb. Sign. Glandis appellatione omnis fructus continetur, vt Iauolenus ait, exemplo Graeci ſermonis, apud quos omnes arborum ſpecies ἀκρόδρυα appellantur. *Nempe cum δρῦς proprie ſit* quercus, *ea quae in* ſumma quercu, *ἐν ἄκρῳ δρυός, creſcunt, erunt ἀκρόδρυα, verbo* glandes. *Sed nimirum extenſum nomen vtrumque ad fructus arborum omnes ſ. guſficandos. De anguſtiore ἀκροδρύων intellectu, vbi a pomis et nucibus diſtinctas baccas notat, vid. poſt ICtos ad l. c.* Salmaſ. *ad* Solin. p. 429 et 430.

ACROLITHVS, a, um. [ἀκρόλιθος] vt, Statua acrolitha ſed aurata Pollio de 30 Tyr. cap. 32 p. 343 Hack. *i. Salmaſio interprete lapidea. Occurrit eadem appellatio, ſed Graece de Statua Coloſſi* Vitruu. 2, 8.

ACRON, ōnis *vel* ontis. [Ἄκρων] *Caeninenſium rex, quem Romulus ſingulari certamine vicit, teloque traiecit, et eius ſpolia opima Ioui Feretrio dedicauit. Locus claſſicus eſt* Prop. 4, 10, 5 Tempore quo portas Caeninum Acronta petentem Victor in euerſum cuſpide fundis (Romule) equum. Acron Herculeus Caenina ductor ab arce. ¶ 2 *Hinc forte occaſio Virgilio fingendi alium* Acronem *a Mezentio proſtratum* Aen. 10, 719.

ACRON *Vid.* ACRO. *Sed quid ſibi vult illud* Supra Acronem colocaſium Apic. 4, 4? *De Humelbergii ſententia* Acron *Graecis* ſublime et ſummum *ſignificans, latina forma inflectitur, intelligiturque* ſummus colocaſii *caulis vertex, et inde emergens faba, vel, vt Liſterus ait, tenerum et immaturum ciborium.*

ACRONIVS LACVS, [Ἀκρωνία λίμνη] Pompon. 3, 2, 67. Brigantinus Plinio et Solino, *nunc vulgo* Conſtantienſis. *In eum duobus alueis influit Rhenus.*

ACRONYCTVS, a, um. [ἀκρόνυκτος] *Veſpertinus; vt* ſtellae Acronyctae, quae tunc oriuntur, cum ſol occidit Firmic. Aſtrol. 2, 8.

ACROPODIVM, ii. n. [ἀκροπόδιον] *id eſt,* Baſis. Hygin. c. 88 Gladium ſub Acropodio Mineruae abſcondit. *Sic certe interpretatur* Barth. Aduerſ. 8, 6. Extremum podium, *vel* extremum pedem *ſuſpicatur Falſterus.*

ACROSTĬCHIS, ĭdis. f. [ἀκροστιχίς] *Quum ex primis aliquot verſuum continuo ordine ſequentium literis oratio aliqua connectitur, vt in quibusdam Ennianis et Sibyllinis.* Cic. de Diuin. 2 c. 54 Non eſſe illud Carmen (Sibyllinum) furentis, cum ipſum poëma declarat — tum vero ea quae ἀκροστιχὶς dicitur, cum deinceps ex primis verſus (*ſ. verſuum*) literis aliquid connectitur — Atqui in Sibyllinis ex primo verſu cuiusque ſententiae carmen omne praetexitur. *Haec vt breuiſſima et ſimpliciſſima eſt quorundam codicum lectio, ita videtur veriſſima.* ¶ 2 *Appellatur hoc nomine Carminis genus, cuius ſtrophae per Literas initiales repraeſentant Alphabetum. Ex hoc genere leguntur duo Hymni Acroſtichides in Poëtis Eccleſiaſticis G. Fabricii; quorum alter* p. 567 *eſt* Sedulii: A ſolis ortus cardine; *alter* Ven. Fortunati p. 721 Agnoſcat omne ſeculum Antiſtitem Leontium.

ACROTADVS, [Ἀκρόταδος] Inſula in ſinu Perſico, de qua Plin. 6, 23.

ACROTERIA, orum. n. [ἀκρωτήρια] *Extremitates ſunt corporis, vt* Acroedia, *vbi declaramus.* ¶ 2 *Sunt aculae ſiue ſtylobatae, quae in ſummis faſtigiis collocata ſigilla et ſtatuas, (quae ipſa etiam Graecis ἀκρωτήρια vocantur, teſte Heſychio) ſuſtineant. Haec* Vitruuius *cum faſtigiis et coronis columnarum coniungit* lib. 3 extr. *et vbi diximus explicantur in Lex. Vitr.* ¶ 3 *Idem* Vitruuius 5, 12 Portus naturaliter ſi ſint poſiti, habeantque acroteria ſiue promontoria procurrentia.

ACROTHON, *vid.* ACROATHON.

ACRO-

ACROTHYMIVM, i. [Ἀκροθύμιον] *vitium*, quod ſuper corpus quaſi verrucula eminet, ad cutem latius, ſupra tenue, ſubdurum, et in ſummo peraſperum. Id, qua ſummum, colorem floris Thymi repraeſentat, vnde ei nomen eſt, ibique facile finditur, et cruentatur. *Haec et plura* Celſ. 5, 28, 14.

ACRVMOERVMA, Vtenſilia ampliora Feſtus. *Vid.* Voſſ. Etym. p. 6. *Dacerius cum Scaligero legit* Acrumina f. Aeramina *quae Graecis* χαλκώματα.

ACTA, orum. *Vid.* AGO.

ACTA, ae. [ἀκτὴ] Secretum et amoenum litus. Quum in acta cum ſuis accubuiſſet Nep. 17, 8, 2. In litoris acta Prud. adu. Symmach. 1, 136. *Sic* Seru. *ad illud* Virg. Aen. 5, 613 At procul in ſola ſecretae Troades acta Amiſſum Anchiſen flebant. *In primis ad voluptuarium ſeceſſum refertur, vt* Cic. Verr. 5, 63 c. 25 Tametſi in acta cum mulierculis iacebat ebrius. *De eadem re* n. 96 c. 37 Ac primo ad illa aeſtiua praetoris accedunt, ipſam illam ad partem litoris, vbi iſte per eos dies tabernaculis poſitis caſtra luxuriae collocarat. *Eadem inquam res eſt, de qua* ibid. 82 c. 31 Ipſe tamen cum vir eſſet Syracuſis, vxorem eius paruum poterat animo ſoluto ac libero tot in acta dies ſecum habere. Delectatio omnibus et actis et voluptatibus anteponenda Cic. Fam. 9, 6.

ACTA, ae, vel ACTE, es. [Ἀκτὴ] Attica regio, *vt teſtantur* Gell. 14, 6. et Plin. 4, 7. *Cauſam nominis indicat* Strabo lib. 9, *nempe* Atticam *apud veteres* Acten, *i.* Litus, *appellatam eſſe, et nomine deriuato pro* Actica, Atticam *eſſe nuncupatam: quoniam maxima illius pars ad mare eſt extenta et anguſta: oblonga vero ſatis et porrecta montibus vſque Sunium ſubiicitur.*

ACTAEVS, Adi. [ἀκταῖος] *Litoralis, vel ſpeciatim* Atticus. Virg. Ecl. 2, 24 Canto, quae ſolitus, ſiquando armenta vocabat, Amphion Dircaeus in actaeo Aracyntho. Seruius, Sane Aracynthus mons eſt Thebanus. Vnde Actaeo, Litorali debemus accipere, non Athenienſi. *Sed,* Hoc initium ſalutis fuit Achaeorum Nep. Thraſyb. c. 2 *Edit. Boſ. al.* Atticorum. Ouid. Met. 1, 313 Separat Aonios Actaeis Phocis ab aruis, *i. Athenienſibus ſeu Atticis.*

ACTIAS, adis, f. [ἀκτιὰς] *Athenienſis.* Virg. Georg. 4, 463 Atque Getae, atque Hebrus, atque Actias Orithyia.

ACTIVS, a, um. [ἄκτιος] *Adiectiuum aliud*, ab Acte, *i.* litore *ductum: ſed a litore* Epiri *(quod ipſum quoque nomen appellatiuum terrae continentis eſſe, ſuo loco monetur) in quo colebatur* Actius Apollo *ſic dictus* Virgilio Aen. 8, 704, et Propertio 4, 6, 67 *qui quidem ad tempora Auguſti et* Actiacam victoriam *ſimul reſpiciunt: ſed antiquiſſimum ibi Apollinis cultum fuiſſe et templum, vel ex Thucydide conſtat: vnde* Sueton. c. 18 Vrbem Nicopolim apud Actium condidit, ludoſque illic quinquennales conſtituit, et ampliato vetere Apollinis templo locum caſtrorum, exornatum naualibus ſpoliis, Neptuno ac Marti conſecrauit. ¶ 2 Actia, orum, *Spectacula, ſ. ludi Apollinis antiqui* (vid. Strabo 7 p. 225 med.) *ſed magnifice ab Auguſto ipſi quoque inſtaurati. Huc reſpicit* Virg. Aen. 3, 280 Actiaque Iliacis celebramus litora ludis: *qui et* Actia bella *praeuidit* Aen. 8, 675. *ſicut* Actia Iulaeae monumenta carinae *celebrat* Prop. 4, 6, 17. ¶ 3 *Nobiliſſimum eſt* Actium promontorium *cum paruo oppido, vbi ſe* propter tempeſtatem moratum *ait* Cic. Fam. 16, 9: *eſt autem nobiliſſimum, quia ibi* debellatum eſt, *vt ait* Vell. 2, 84, 1 *inter Auguſtum et Antonium atque Cleopatram. Hoc* Actium *format ex ſe nouum* Adiectiuum

ACTIACVS, a, um. Ouid. Epiſt. 15, 185 Cur tamen Actiacas miſeram me mittis ad vndas? *Nempe non procul* Actio *erat* Leucas petra, *vnde deſiliebant amatores infelices, etc.* Conf. 15, 165 Phoebus ab excelſo quantum patet adſpicit aequor, Actiacum populi Leucadiumque vocant. Bellum Actiacum Vell. 2, 86, 1. De ludis Actiacis Suet. Tib. c. 6 *coll.* Aug. 18. Pugnam Actiacam *poëtice deſcribit* Prop. 4, 6 *etc.*

ACTAEA, *Herba eſt, ſiue Frutex*, graui foliorum odore, caulibus aniſi geniculatis, ſemine nigro, vt hederae, baccis mollibus. Naſcitur in opacis, et aſperis, et aquoſis. *Haec* Plin. 27, 7 ſ. 26.

ACTAEON, ŏnis. [Ἀκταίων] Hygin. fab. 181 Diana cum in valle opaciſſima, cui nomen eſt Gargaphia aeſtiuo tempore fatigata ex aſſidua venatione ſe ad fontem, cui nomen eſt Parthenius, perlueret; Actaeon Cadmi Nepos, Ariſtei et Autonoës filius eundem locum petens ad refrigerandum ſe et canes quos exercuerat, feras perſequens in conſpectum deae incidit: qui ne loqui poſſet, in ceruam ab ea eſt conuerſus. Ita pro cerua laceratus a ſuis canibus. Fulgentius lib. 3 p. 143 canes inaniter paſcendo paene omnem ſubſtantiam perdidit. Ob hanc rem a canibus ſuis deuoratus dicitur eſſe. *More ſuo narrat fabulam* Ouid. Met. 3, 138 ſqq. *a quo vocatur* Hyantius, *i. Boeotius vel Thebanus* v. 147. Autonoëius heros v. 197 *a matre.* Sen. Phoeniſſ. 14 Ibo — qua peragrato celer per ſaxa monte iacuit Actaeon, ſuis noua praeda canibus.

ACTANIA, [Ἀκτανία] *Inſula maris Germanici* Gleſſaria a ſuccino militiae (*i. a militibus Romanis*) appellata, a barbaris Auſtrania, praeterque Actania.

ACTASTA, *vid.* ACASTA.

ACTE, [Ἀκτὴ] *Planta cuius duo genera refert Galen. lib. 6. Simplic. Med.* Apul. de Herbis c. 91 *et* chamaeacten, *et* agrian acten *laudat.*

ACTIACVS, ACTIAS, ACTIVS, a, um, *vid.* ACTA.

ACTINAE Legiones Cic. Att. 7, 20 *Sed fluctuat lectio inter* Attianarum, Vicinarum, *et Lipſii coniecturam*, Appianarum.

ACTINOSVS, a, um. [ἀκτινωτὸς] *Radiatus, coruſcans, vt,* Eccleſia actinoſa Ambroſ. de Interpr. Dau.

ACTIO, ACTITO, ACTIVVS, ACTOR, *vid.* AGO.

ACTIVM, ACTIVS, *vid.* ACTA.

ACTIVS NAVIVS, *vid.* ACCIVS.

ACTOR, ŏris, *Aſtyoches pater, apud* Homer. Iliad. 2, 513. *Hinc forte ſumtus ille* Auruncus, Virg. Aen. 12, 94 - - - - validam vi corripit haſtam Actoris Aurunci ſpolium, etc. *Et alius* Maenetii Pater, auus Patrocli, cuius meminit Stat. Theb. . . .

ACTORĪDES, ae, m. patronym. [Ἀκτορίδης] *Actoris filius vel nepos, i. Patroclus.* Ouid. Met. 8, 308. Faſt. 2, 39.

ACTRIDA, [Ἀκτρίδη] *Oppidum coloniae* Mileſiorum, *quae* Ampelone *dicitur* Plin. 6, 28.

ACTVARIVS, ACTVOSVS, ACTVS, *vid.* AGO.

ACTVTVM Adu. [αὐτίκα] *Statim.* Plauto *vox frequentiſſima, ſed nec aliis inſolens.* Aperite aliquis actutum oſtium Ter. Ad. 4, 4, 24. Congredere actutum Id. Phorm. 5, 6, 13. Matrem Idaeam actutum in Italia fore nunciauerat Liu. 29, 14. *Sic* Virg. Aen. 9, 255 - - - - tum caetera reddet Actutum pius Aeneas. *Vbi* Seruius, Actutum, Confeſtim, ſine dilatione. Cic. Philipp. 12 c. 11 Si extra caſtra: caeteri viderint. Ego mortem actutum futuram puto. Plauti *de plurimis vnum tantum exemplum ponemus* Amph. 1, 1, 204 Vide ſis quam mox vapulare vis, niſi actutum hinc abis.

## A C V

ACVLEVS, i. [κέντρον] *Ab acu diminutiuum eſt, quod ait etiam* Priſc. l. 3 p. 618 *ab ἀκὴ originem habet, atque in inſectis dicitur id quo pungunt.* Cic. Tuſc. 2, c. 22 Apis aculeum ſine clamore ferre non poſſumus. Idem de Fin. 5 c. 15 Cornibus vti videmus boues, nepas aculeis. Aculeus *etiam dicitur quaſi Spina in foliis aut ſemine quarumdam plantarum, vnde et* Herbas aculeatas, et folia, et ſemina *ſaepe legimus.* Plin. 10, 32. Idem 12, 15 Florem purpureum mittit inter medios aculeos Plin. 20, 23 *de Carduo quodam. Sunt et* Aculei Herinaceorum, *et* hiſtricum *ſpinae* Plin. 8, 35. Col. 8, 2, 8 *reprobat gallinam, quae* calcis aculeis oua perfringit. *Vocat alias* calcaria. Sed hiſtrici longiores aculei. Aculeus ſagittae *pro Spiculo* Liu. 38, 21. ¶ 2 *Hinc varia translatio ad omnia, quae animo ſenſum quendam moleſtiae adferunt. V. g.* Plaut. Trinum. 4, 2, 158 - - - - iam dudum meum ille Pectus pungit aculeus, quid illi negotii fuerit ante aedes meas, *i. illa cogitatio me inquietum reddit.* Cic. in Brut. 173 In altercando, cum aliquo aculeo et maledicto facetus. Cic. de Orat. 2, 222 c. 55 Atque illo altero genere, in quo nulli aculei contumeliarum inerant. Cic. ad Q. fratr. 2, 1 Fuerunt nonnulli aculei in C. Caeſarem, contumeliae in Gellium, expoſtulationes cum abſente Pompeio. Cic. in Orat. c. 19 Horum oratio neque neruos, neque aculeos oratorios ac forenſes habet. Cic. Acad. 4, 98 c. 31 Sed vt omnes iſtos aculeos, et totum tortuoſum genus diſputandi relinquamus. Cic. Att. 1, 17 Ac domeſticarum quidem ſolicitudinum aculeos omnes et ſcrupulos occultabo. Aculeum teſtimonii conuertere, *vid.* CONVERTO. Cic. pro Planc. c. 24 In quibus ipſi aculei, ſiquos habuiſti in me reprehendendo, tamen mihi non ingrati acciderunt. Cic. pro Flacc. 41 Mortuus eſt aculeo iam dimiſſo ac dicto teſtimonio, *quaſi alludatur ad apes dimiſſo aculeo morientes.* Cic. pro Caelio 29 c. 12 Sed veſtrae ſapientiae Iudices eſt, non abduci ab reo: nec quos aculeos habeat ſeueritas grauitasque veſtra, quum eos accuſator Erexerit in rem, in vitia, in mores, in tempora, Emittere in hominem et in reum. *Metaphora ſumta ab herinaceis et hiſtricibus.* Cic. pro Cluent. 152 c. 55 Hoc metu propoſito Euellere ſe aculeum ſeueritatis veſtrae poſſe confidunt. Plin. Epiſt. 3, 15, 3 Confido tamen me non ſic auribus duci, vt omnes aculeos iudicii mei illarum delinimentis Refringantur. Hebetentur fortaſſe, et paullum Retundantur; Euelli quidem Extorquerique non poſſunt. Excutere. Noli aculeos orationis meae, qui reconditi ſunt, excuſſos arbitrari Cic. pro Sulla c. 16. Cic. in Bruto 38 c. 9 Non (quemadmodum de Pericle ſcripſit Eupolis) cum delectatione aculeos etiam Relinqueret in animis eorum, a quibus eſſet auditus.

ACVLEOLVS, i. m. Dimin. [κεντρίδιον] *Legebatur* Martial. 8, 71 Nouus aculeolos in cochleare tulit, *ſententia nulla, et ſecunda ſyllaba praeter rationem producta. Sed Gruterus e MSS.* Nouus (*annus*) acu leuius vix cochleare tulit, *i. munus nimis tenue, cochleare acu leuius.*

ACVLEATVS, Denom. [κεντρωτὸς] *Qui habet* aculeos, *aut aliquid inſtar* aculei. *v. g.* Folium aculeatum Plin. 12, 15. *Sic* Plin. 10, 32 Putant (nidos halcyonum confingi) ex ſpinis aculeatis. *In generibus piſcium etiam,* quos Aculeatos vocamus, *ponit* Plin. 32, 11. ¶ 2 Aculeatum, *per metaphoram dicitur, quod quaſi pungit ac mordet animum.* Plaut. Bacchid. 1, 1, 29

Quia haec lepida ſunt memoratu:
Eadem in vſu, atque vbi periculum facias, aculeata ſunt,
Animum fodicant, bona diſſimulant facta, et famam ſauciant.

Aculeata ſophiſmata Cic. Acad. 4 c. 24. Literae Cic. Att. 14, 18.

ACVLEIVS, a, um. Varronis *eſſe dicitur* Aculeia cura: *neſcio qua fide.*

ACVMEN, ACVMINARE, *vid.* iam ACVO.

ACVO, ui, utum, ĕre. [ἀκονάω, θήγω, ὀξύνω] *Eſt proprie ferri aciem ſic tenuare, vt bene incîdat, quod cote vel lima fieri ſolet. Cui contrarium eſt,* Obtundere *vel* Hebetare. Cic. Tuſc. 5, 116 At vocem citharoedi non audiunt, ne ſtridorem quidem ſerrae tum cum acuitur. Cultros Apul. Met. 8 extr. Ouid. Met. 15, 776 In me acui ſceleratos cernitis enſes. Colum. 3, . . . quoties falcem acueris, aciem pelle detergito. Ferrum Hor. Od. 1, 2, 21. Virg. Aen. 8, 386. Palos Col. 11, 2, 12. Sagittas Hor. Od. 2, 8, 15. Spicula veneno Sil. 1, 325. ¶ 2 Acuere *per translationem, eſt incitare, inſtigare, ſtimulare.* Cic. Off. 3, 61 Duae res quae languorem afferunt caeteris, illum acuebant: ocium et ſolitudo. Virg. Georg. 1, 123 - - - - pater ipſe colendi Haud facilem eſſe viam voluit, primusque per artem Mouit agros, curis acuens mortalia corda. Idem Aen. 7, 406 Poſtquam viſa ſatis primos acuiſſe furores. Ibid. 7, 330 Quam Iuno his acuit verbis. *Vbi* Seruius, Irritauit, et inſtigauit eius inſaniam. Acuere animos Liu. 34, . . . Ter. Adel. 5, 3, 49 Quod illos ſat aetas acuet. Cic. pro Ligar. c. 4 Quorum igitur impunitas, Caeſar, tuae clementiae laus eſt, eorum ipſorum ad crudelitatem te acuet oratio? Quinct. 12, 1, 8 Amor laudis acuit ad cupiditatem literarum. Ad bonas artes iuuentutem Plin. Epiſt. 2, 7. Cic. Fam. 15, 21 In excitando autem et in acuendo plurimum valet, ſi laudes eum quem cohortere. Cic. in Bruto c. 33 Legendus, inquam, eſt hic orator Brute, ſi quisquam alius, iuuentuti: non enim ſolum acuere, ſed etiam alere ingenium poteſt. Acuere, *ſubtilius reddere,* Alere, *copioſius.* Audaciam acuere Senec. Ep. 10. Acuere et adiuuare iuuentutem ad dicendum Cic. in Orat. c. 41. Dentes acuere Hor. Od. 3, 20, 10 *de leaena.* Fletus Valer. Argon. 2, 172. Gradum Stat. Theb. 6, 588. Induſtriam Ad Heren. 4 c. 2. Cic. Philipp. 2, 42 Vini exhalandi, non acuendi ingenii cauſa declamitas. *Add.* Quinct. 1, 4, 6. 1, 10, 34 *etc.* Iras Virg. Aen. 12, 590 *de Apibus.* Stat. Theb. 2, 331 Non alias tacita iuuenis Theumeſius iras mente acuit. Cic. in Bruto c. 97 Tuum forum, tuum erat illud curriculum, tu illuc veneras vnus, qui non linguam modo acuiſſes exercitatione dicendi, ſed et ipſam eloquentiam locupletauiſſes grauiorum artium inſtrumento. Ouid. de Rem. Amor. 801 Vtilius ſumas acuentes lumina rutas. Lupos acuunt agni balatibus Virg. Georg. 4, 435. Id. Aen. 12, 108 Aeneas acuit Martem et ſe ſuſcitat ira. Cic. Tuſc. 1, 80 Multa e corpore exiſtunt, quae acuant mentem, multa quae obtundant. Metum alicui Virg. Aen. 12, 850. Patres et vulgus Val. Fl. 1, 761 *i. incitare.* Plauſus acuunt equum Stat. Silu. 5, 2, 25. Cic. de Orat. 1, 90 Quod conſuetudo exercitatioque et intelligendi prudentiam acueret, et eloquendi celeritatem incitaret. Ruborem acuere Claud.

in Epigr. de Locuſta. Studia acuere. *Vid.* STVDIVM. Syllabam Quinct. 1, 4, 22. 1, 5, 22 *et* 30. Lucan. 1, 32 Quos acre recuruo Stridentes acuere tubae. Vos acuat gloria Ouid. de Ponto 1, 5, 57.

ACVENS, entis. Virg. Georg. 1, 123 — curis acuens mortalia corda. Ouid. de Rem. Amor. 3, 801 Vtilius ſumas acuentes lumina rutas. conf. Broukhuſ. ad Tib. 2, 6, 19.

ACŪTVS [ϑηκτὸς, ὀξὺς] *Partic. et inde Nomen a verbo* Acuor: *contrarium eſt* Hebes, *vel* Obtuſum. Plaut. Milit. 5 v. 4 Vide vt tibi iſtic ſit acutus, Cario, culter probe. Acutum *etiam dicitur, quod in mucronem ſiue acumen deſinit* vt Palus acutus. Ouid. Epiſt. . . . — et acutae Cuſpidis haſtam. Cacumen Ouid. de Arte Am. 3, 381. Virg. Georg. 3, 231 Frondibus hirſutis, et Carice paſtus acuta. Cupreſſus Ouid. Met. 3, 355 *vt* Pinus. Virg. Aen. 5, 208 Ferrataſque ſudes, et acuta Cuſpide contos Expediunt. Lucr. 2, 462 *de fumo, flammis* etc. Non e perplexis, ſed acutis eſſe Elementis. Enſis Ouid. Epiſt. 14, 45. Falx Ouid. Met. 9, 383. Hor. in Arte Poët. 304 — ergo fungar vice cotis, acutum Reddere quae ferrum valet, exſors ipſa ſecandi. Ouid. de Arte Am. 3, 589 Ponite iam gladios hebetes, pugnetur acutis. Haſta Ouid. de Rem. Amor. 27. Virg. Aen. 3, 46 Nam Polydorus ego: hic confixum ferrea texit Telorum ſeges, et iaculis increuit acutis. Virg. Aen. 5, 205 Concuſſae cautes, et acuto in murice remi Obnixi crepuere. *Vbi* Seruius, Murex, ſaxi cacumen eminens per tranquillitatem. Pinus Ouid. Met. 1, 699 *vt* Cypreſſus. Virgil. Georg. 2, 25 - - - hic ſtirpes obruit aruo, Quadrifidaſque ſudes, et acuto robore vallos, *i. vallos acutos ex robore.* Radius Ouid. Met. 6, 56 *De radio textorio.* Acuta volucribus Roſtra Plin. 11, 37. Rubus Sen. in Hippol. 10. Sagitta Ouid. Met. 5, . . . Saxum Ouid. Faſt. 4, 237. Virg. Aen. 1, 1, 49 Illum expirantem transfixo pectore flammas Turbine corripuit, ſcopuloque infixit acuto. Spiculum Ouid. de Arte Am. 3, 516. Virg. Ecl. 5, 39 Carduus, et ſpinis ſurgit paliurus acutis. Telum Virg. Aen. 3, 635. Vnguis Hor. Epiſt. 1, 19, 46. ¶ 2 Acutum *per metaphoram varie dicitur, et vt Graecum ὀξὺς ad omnem celeritatem et vehementiam atque efficacitatem ſubtiliorem praeſertim refertur. V. g. vt a ſenſibus incipiamus*, Acuti oculi, *poſſint forte eſſe, Clare cernentes: ſed* Plaut. Pſeud. 4, 7, 121 Magno capite, acutis oculis, *ad conformationem et figuram externam pertinere arbitror. Eſt enim ibi deſcriptio ſpeciei etc. Similis ratio eſt illius* Hor. Od. 2, 19, 4 Aures *enim* capripedum Satyrorum acutas *ad celerem forte intelligentiam referas, ſed ante omnia ad ſpeciem externam, cum et per ſe in acumen deſinant Satyrorum aures, et hic propter attentionem arrectae ſint. Denique idem dicendum de* Hor. Sat. 1, 3, 29 Acutis Naribus horum hominum; *intelliguntur enim primum non obeſae, aut craſſa pinguedine hebetes, ſed ſubtiles, deinde propter id ipſum celeriter olfacientes et faſtidioſae.* Cibi acuti, *qui appetentiam excitant, et quaſi ſtomachum acuunt: iidem paene qui et* Acres *dicuntur, niſi quod* acres *cibi ſunt vehementiores*, acuti *mitiores, vt Acetaria, ſalſamenta, et condimenta quaedam.* Plin. Epiſt. 7, 3, 5 Vt enim ſi coenam tibi facerem, dulcibus Cibis acres acutoſque miſcerem, vt obtuſus illis et oblitus ſtomachus his excitaretur. *Sic inter* Sapores *eſt* acutus Plin. 15, 27 *i. leniter pungens et vellicans palatum. Et* Plin. 15, 28 ſ. 33 Sua et in Odore miracula: malis acutus, Perſicis dilutus, dulcibus nullus. Add. 21, 7 ſ. 18 *qui velut locus claſſicus eſt de odore.* Sonus acutus Quinct. 1, 5, 24 coll. 30. *cui opponitur* grauis Plin. 10, 29. Cic. de Orat. 1, 251 c. 59 Graeci Tragoedi — vocem cubantes ſenſim excitant, eandemque cum egerunt ab acutiſſimo Sono vsque ad grauiſſimum ſonum recipiunt. Id. Somn. Scip. 11 Caeli ſtelliferi curſus, cuius conuerſio eſt incitatior, acuto et excitato mouetur ſono. *Hinc* Ouid. Met. 6, 589 Nocte ſonat Rhodope tinnitibus aeris acuti. Hor. Od. 1, 16, 7 Non acuta ſi geminant Coribantes aera. Hinnitus Virg. Ge. 3, 94. Stridor Hor. Od. 1, 34, 15. Tinnitus Ouid. Met. 5, 204. Catull. 64, 24 Vbi Sacra Sancta acutis vlulatibus agitant. Vox Hor. Od. 3, 4, 3. Ouid. Met. 3, 224. Morbi acuti *celeres ipſi quoque et vehementes* Celſ. 1 praef. Genera morborum modo acuta, modo longa. *Et mox* Aliter Acutis morbis, aliter vetuſtis medendum. Hor. Epiſt. 1, 6, 28 Si latus aut renes Morbo tentantur acuto. *Sic* Hor. 1, 9, 3 Geluque Flumina conſtiterint acuto. *Etiam Germani* Scharfe Kaelte. Radii acuti Solis Ouid. Her. 4, 159 Sol acutus Hor. Epiſt. 1, 10, 17. *Add.* Auien. *in* Arati Phaenom. in Leone. Acula belli Hor. Od. 4, 4, 76 *ſunt ſubita, et ob id ipſum periculoſa.* ¶ 3 *Frequenter in primis relatum ad animum inuenias.* Cic. de Inuent. 1, 35 Velox an tardus ſit, acutus an hebetior, memor an obliuioſus. Cic. Off. 1, 100 Si naturam ſequemur ducem, nunquam aberrabimus: ſequemurque et id, quod acutum et perſpicax natura eſt, et id quod ad hominum conſociationem accommodatum eſt. Idem de Orat. 1, 113 Nam et animi atque ingenii celeres quidam motus eſſe debent, qui ad excogitandum acuti, et ad explicandum ornandumque ſint vberes, et ad memoriam firmi atque diuturni. Acutius cogitatum Nep. 14, 6, 8. Breuitas acuta Quinct. 6, 3, 45. Concluſiones acutae Quinct. 2, 20, 5. Cic. de Orat. 2, 98 Alter acutiſſimum et ſubtiliſſimum dicendi genus eſt conſecutus. Cic. de Orat. 1 c. 39 Scaeuola aequalis et collega meus, homo omnium et diſciplina iuris eruditiſſimus, et ingenio prudentiaque acutiſſimus, et oratione maxime limatus atque ſubtilis. Att. 12, 38 extr. *Κύριος* mihi ſic placuit, vt caetera Antiſthenis, hominis acuti magis quam eruditi. Id. contra Rull. 2, 12 c. 5 Tamen ſi qui acutiores in concione adſtiterant, illum de lege agraria neſcio quid voluiſſe dicere, ſuſpicabantur. *Et* Tuſc. 4, 32 Inter acutos et hebetes hoc intereſt, quod ingenioſi, vt aes Corinthiacum in aeruginem, ſic illi in morbum et incidunt tardius, et recreantur ocius, hebetes non item. Quinct. 10, 1, 84 Stoici acuti rebus magis, quam oratione magnifici. Ad inueniendum acutior atque habilior Quinctil. 6, 3, 12. *Add.* 10, 1, 77. 12, 10, 39. Non eſt homo acutior quiſquam Cic. Verr. 4 c. 52. Callicrates, homo et callidus, et ad fraudem acutus Nep. 10, 8, 1. Homo acutus, et natura vſuque callidus Cic. de Orat. 1, 223. Homo in primis acutus Antiochus Cic. de Nat. Deor. 1, 16. Philoſophi minime mali quidem, ſed non ſatis acuti Cic. Off. 3, 39. Id. de Diuin. 1, 79 c. 36 Aliae agrorum partes, quae acuta ingenia gignant, aliae quae retuſa. *Sic* de Nat. Deor. 2, 42 Licet videre acutiora ingenia et ad intelligendum aptiora eorum, qui terras incolunt eas, in quibus aër ſit purus etc. Claud. in Eutrop. 1, 77 Sic fatus acutum Aggreditur lenonis opus, *i. artificium callidum.* Cic. in Orat. 124 Principia verecunda, non elatis intenſa verbis, ſed acuta ſententiis, vel ad offenſionem aduerſarii, vel ad commendationem ſui. Cic. de Opt. Gen. Orat. 5 c. 2 Sunt enim ſententiae docendi, acutae: delectandi, quaſi argutae: commouendi graues. ¶ 4 *Aduerbialiter* Acutum cernere, *eſt*, Acute. Hor. Sat. 1, 3, 26 Quum tua peruideas oculis mala lippus inunctis, Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum, Quam aut aquila, aut ſerpens Epidaurius? *Sic* Triſte et acutum reſonare Hor. Sat. 1, 8, 41.

ACVTE, Acutius, Acutiſſime Adu. [ὀξέως] Acute explicare Cic. Acad. 1, . . . Idem in Laelio 6 Multa ab eo reſponſa acute ferebantur. Acutiſſime cogitare Cic. Off. 1 c. 44. Acutiſſime perſpicere Id. Att. 10, 8. Acutiſſime ac diligentiſſime ſcripta Cic. Verr. 3, . . . Id. de Orat. 1, 143 Quum multa colligeres non modo acute, ſed etiam ridicule ac facete. Id. in Bruto 53 Quis putet aut celeritatem ingenii L. Bruto illi nobilitatis veſtrae principi defuiſſe? qui de matre ſuauianda ex oraculo Apollinis tam acute arguteque coniecerit, qui ſummam prudentiam ſimulatione ſtultitiae texerit, *etc.* Cic. pro Caelio c. 8 Si mihi ad haec acute, arguteque reſponderit. Cic. in Somn. Scip. 11 Natura fert vt extrema ex altera parte grauiter, ex altera autem acute ſonent. Cic. de Inuent. 2 c. 16 Sed illac tenuius et acutius et ſubtilius tractantur.

ACVTŬLVS, a, um. dimin. [ὀξεῖος] Cic. de Nat. Deor. 3 c. 7 Breues et acutulas concluſiones. Acutuli et minuti doctores Gell. 15, 5.

ACVTVLE, Adu. Auguſtin. Confeſſ. 3, 7 Quaſi acutule mouebar.

ACVTALIS, e. *vt*, Terminus lapideus ſi fuerit craſſus acutalis, Frontin. de Colon. p. 132 Goeſii, *qui interpretatur* acutum.

ACVTATVS, a, um. *Acutus, quaſi eſſet verbum* Acuto. Veget. de Re Vet. 1, 22, 4 Sagitta cotibus bene acutata.

ACVTIATOR, oris. m. Qui acutum reddit. Vet. Gloſſ. ἀκονητὴς, Samiarius, Cotiarius, Acutiator. *Poſſis putare, aut hic* Acutator *legendum, aut apud* Vegetium acutiatus, *vt ſit ab eodem quaſi fonte. Sed nimirum aeque facile fuit Semibarbaris* Acutare *dicere, atque* Acutiare.

ACVTELA, ae, Acumen, Cathol.

ACŪMEN, inis. n. [ἀκὴ, ὀξύτης, ϑῆγμα, τὸ ὀξὺ] *Nomen ab* Acuo, *rem, aut partem rei* Acutam *ſignificat eadem varietate, vt ipſum* Acutus. Ouid. Met. 4, 579 *De cruribus Cadmi verſis in caudam ſerpentis*, Paullatim tereti ſinuantur acumine crura. Lucret. 6, 1191 Compreſſae nares, naſi primoris acumen Tenue *etc. Signa mortis praenuntia.* Acumen ſeminum Pallad. 2, 15, 6 et 4, 9, 3. Lignum ſine acumine Ouid. Met. 8, 364. Contra acumina calcitrare Ammian. 18, 9 *i. ſtimulos.* Stili acumen *mox damus in figuratis.* Plin. 10, 71 Alia dentibus praedantur, alia vnguibus, alia roſtri aduncitate carpunt, alia latitudine ruunt, alia acumine excauant. *Hinc nomen habere videtur auſpiciorum genus, quod* ex Acuminibus dicebatur. Cic. de Nat. Deor. 2 c. 3 Itaque — bella — nullis auſpiciis adminiſtrantur; nulla peremnia ſeruantur, nulla ex acuminibus. *Et* de Diu. 2 c. 36 Itaque nec amnes transeunt auſpicato, nec tripudio auſpicantur. Nam ex acuminibus quidem, quod totum auſpicium militare eſt, iam M. Marcellus — omiſit. Vbi ergo auium diuinatio? quae quoniam ab his, qui auſpicia nulla habent, bella adminiſtrantur, ab vrbanis retenta videntur, a bellicis eſſe ſublata. *Tota ſeries orationis huius indicat*, auſpicia ex acuminibus auium diuinationem *fuiſſe, quae vix commodius, quam ad* roſtrorum acumina *refertur. Vidit hoc praeclare Cerda ad* Virg. Aen. 6, 199. *Reliqua ad coniecturas et ſomnia eruditorum redeunt: quo in genere etiam eſt, quod haec auſpicia ſibi deprehendiſſe videntur in* Plauti Epid. 2, 2 pr. Liquido exeo foras auſpicio, aui ſiniſtra. Acutum cultrum habeo, ſenis qui exenterem marſupium. *Ille profecto* acutus culter *ad nihil aliud, quam ad* marſupium ſenum *pertinet. Caeterum huius loci eſt* Arnob. l. 2 p. 91 Per clarigationem repetitis res raptas? aut Martium diſcrimen obeuntes ſpem praelii ſumitis, et ex acuminibus auſpicatis? Nepai acumen Cic. in Arateis, *i. aculeus ſcorpionis.* Plin. 14, 20 Et ſaporis quaedam acumina. Acumen pedum *vid. mox in* ACVPEDIVS, *i. celeritas.* Hor. Epiſt. 1, 17, 55 Meretricis acumina, *i. callida conſilia.* Ingenii Nep. 7, 11, 3. Naturale Quinct. 5, 7, 28. Cic. de Nat. Deor. 2, 74 c. 29 Epicurus ſine acumine vllo, ſine auctoritate, ſine lepore. Argutum iudicis acumen Hor. de Arte Poët. 364. Cic. in Orat. 110 c. 3 Nihil Lyſiae ſubtilitate cedit, nihil argutiis et acumine Hyperidi. Cic. pro Flacco c. 4 Graecis non adimo ſermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam. Quinct. 6, 4, 12 Valet in altercatione plurimum acumen, quod ſine dubio ex arte non venit; natura enim non docetur; ante tamen adiuuatur. *Eſt igitur celeritas videndi, quid conducat. Huc pertinet* Acumen differendi 10, 1, 81 *et* inuentionum 10, 1, 83. Cic. Tuſc. 1, 12 c. 6 Quem eſſe negas, eundem eſſe dicis? vbi eſt acumen tuum? *Et* Fam. 5, 14 Qui propter acumen occultiſſima proſpicit. Quantum non leue ſollicitae mentis diſcurrit acumen Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 201 *in ſummae celeritatis deſcriptione.* Acumen Stertinii delirat, *i. Stertinius homo acutus.* Hor. Epiſt. 1, 12, 20. Acuminis ſtrenui miniſter Col. 1, 91, 4. Cic. de Orat. 151 c. 33 Omneſque ſententiae, verbaque omnia quae ſunt cuiuſque generis, maxime illuſtria, ſub acumen ſtili ſubeant et ſuccedant neceſſe eſt. Serus enim Graecis admouit acumina chartis, *i. animum adiecit ad literas* Hor. Epiſt. 2, 1, 161. Acuminibus ſuis ſe compungunt dialectici Cic. de Orat. 2, 158 c. 38. Habet acumen haec interpretatio Cic. de Orat. 2, 257. Illudere nimium alicuius acumen Cic. de Orat. 1, 143. ¶ 2 *Faſtigium notat, et quam Graeci ἀκμὴν vocant* Arnob. contra Gent. 6 p. 198 fin. Phryna illa Theſpiaca cum in acumine ipſo eſſet pulchritudinis.

ACVMĬNO, as. [ὀξύνω] *Acutum facio.* Lactant. de Opific. 6 In quadrupedibus autem contextum ſpinae a ſummo capite deductum, longius extra corpus eduxit, et acuminauit in caudam.

ACVMINĀTVS, Adi. [ϑηκτὸς] *Qui acumen habet: vt*, Telum acuminatum Plin. 11, 2. Acuminatum cornu lunae 18, 35. Linguae cote liuoris acuminatae Sidon. 8 Ep. 1.

ACVMINARIVS, a, um. *Vt* mola acuminaria, *armis ſcil. acuendis.* Vet. Interpr. Statii ad Theb. 3, . .

ACVPEDIVS, [ὀξύπους] dicebatur, cui praecipuum erat in currendo acumen pedum Feſtus. Lucilio eſt *Scaligero obſeruante* Agipes.

ACVPEDIVM, ii. n. Gloſſ. Graec. Lat. ὀξυποδία, acupedium, *Et* Aquipedium, ὀξυποδία.

ACVPICTOR, oris. *Alias* Phrygio.

ACVPICTVS, a, um. Acupicta veſtis Iſidor. 19, 22 *alias dicitur* Phrygia.

ACVS, ûs. f. [βελόνη] Eſt (*inquit* Feſtus) qua ſarcinatrix, vel etiam ornatrix vtitur. Cic. pro Milon. 66 Vulnus in latere, quod acu punctum videretur, pro ictu gladiatoris putari. *Ornatricis eſt illa* Iuuen. 2, 94 Ille ſupercilium madida fuligine tactum Obliqua producit acu. *Vid. plura ap.* Salmaſ. Exerc. Plin. p. 534 Acus ahena Ouid. Faſt. 2, 577. Aſſyria, *ob rationem quam dicemus in* ACVS SEMIRAMIA, Claud. de Phoenice. Acus Babylonis Martial. 14, 150. *Vid.* SEMIRAMIA. Acus crinalis Apuleius Met. 8 p. 207. Comere comas acu Quinctil. 2, 5, 12. *Hinc* Comatoria acus Petron. c. 21. Acus crinibus diſtinguendis Tertull. de Poenit. c. 10. Diſcriminalis Hieron.

Apol.

Apol. adu. Rufin. 3, 11. *Ad chirurgicam acum et fibulam pertinet* Celſ. 7, 17 Quidam per acum duobus linis ad imam baſim immiſſis, ſic vtrinque vinciunt, quemadmodum, etc. Traiicere acu linum trahente Idem 7, 7. *Et* Acu tranſuere ibidem. Iuuen. Sat. 6, 498 Admotaque lanis Emerita quae ceſſat acu. *Vid.* Schol. Quae non ornatrix eſt, ſed iam quaſi emerita ceſſat. *Verbo Lanifica, quae alias ſuit ornatrix.* Idalia, *ab Idalio Cypri oppido* Claud. de Rapt. Proſerp. 2, . . Maeonia *i. Lydia. Nam Lydi lanificio et telarum vſu maxime claruerunt. Vnde orta eſt fabula de Arachne regionis illius puella, quae cum Pallade certaſſe dicitur.* Seneca Herc. Oet. 665 Nec Maeonia diſtinguit acu. Matris Deûm *inter pignora imperii Rom.* Seru. ad Aen. 7, 188. Lucan. 10, 142 *de Cleopatra*, Candida Sidonio perlucent pectora filo Quod Nilotis acus percuſſum pectine Serum Soluit. *Vbi* Schol. Diſcreuit filum ſericum Aegyptia acus. Obliqua Iuuen. Sat. 2, 94 *vt vidimus.* Acus Semiramia *i. Babylonia. Nam Babylonii primi omnium diuerſos colores intexuerunt* Martial. 8, 28. Tenuis Ouid. Epiſt. 4, 72. Ouid. Met. 6, 23 Siue leui teretem verſabat pollice fuſum, Seu pingebat acu, ſcires a Pallade doctam. Virg. Aen. 11, 777 Pictus acu tunicas. Seruius, Habebat veſtem Phrygionis arte perfectam. Pictus acu chlamydem Virg. Aen. 8, 582. Tetigiſti acu, Plaud. Rud. 5, 2, 19 *i. verum dixiſti, diuinando aſſecutus es.* Plaut. Men. 2, 1, 13 - - - ſi acum credo quaereres, acum inueniſſes. Acus mergendis ſarmentis Pallad. 1, 43, 2 *eſt Subula.*

ACVLA, ae. Diminut. *ap.* Cledonium *Putſch.* p. 1896. *Idemque vocabulum* Plin. 32, 11 *reddi iubet Gronou. Sed Hardu.* Belone, quos aculeatos vocamus.

ACVCVLA *vel* ACICVLA, idem. Cod. Th. l. 1 de repud. (3, 16) Nam ſi praeter haec tria crimina repudium marito miſerit, oportet eam vsque ad aculam capitis in domo mariti deponere *etc.*

ACVARIVS, i. *Qui acus conficit.* SYNTROPHO ATTIANI ACVARIO Inſcript. ap. Fabrett. p. 308.

ACVS, i. m. *Piſcis genus viliſſimum, forte a tenuitate ita dictum, de quo* Marcial. 10, 37 Et ſatius tenues ducere credis acos. Plin. 9, 51 Acus ſiue belone vnus piſcium dehiſcente propter multitudinem vtero parit. Et 32, 11 Batrachus, Belone, quos aculeatos vocamus. Aculas *coniicit Gronouius.*

ACVS, éris. n. Eſt, *vt ait* Priſcianus, quod Graeci σκύβαλον (*Etiam* ἄχυρον, *quod cum* acere *conuenit*) vocant, id eſt, Purgamentum frumenti. Varro rerum ruſticarum III (3, 9, 8) Acus ſubſternendum gallinis parturientibus. In area excutitur. *Quae verba forte reſpiciunt ad* Varr. 1, 52, 2 Ita fit, vt quod leuiſſimum eſt in eo, atque appellatur acus, euannatur foras extra aream. *Add.* Varr. 1, 57, 1 Parietes et ſolum — loricandi — ex argilla mixto acere e frumento. Cato de R. R. 54, 2 Acus fabaginum. Feſtus, Paleae etiam quaedam de frumento acus dicuntur. ¶ 2 Columel. 2, 10, 14 Duriſſimae quidem acus reſectae ſeparataeque erunt a cudentibus, *de faba, genere feminino.*

ACEROSVS, a, um. [ἀχυρώδης, σκυβαλώδης] *vt* Aceroſus panis, id eſt, Non ſine paleis, Feſtus. *Sic* Non. 5, 97 Aceroſum panem, farre minus purgato, nec ſordibus a candido ſeparato, dicendum veteres putauerunt. *Probat hoc* Lucilii farre aceroſo.

ACERO, are, *fuit forte verbum, i. cum paleis miſcere. Hinc*

ACERĀTVS, a, um. Aceratum lutum, *i. cum paleis miſtum* Feſtus *et* Non. l. c. *ex eod.* Lucilio.

ACERATA, ae. Sunt (*cochleae*) quae aceratae vocantur Plin. 30, 6 *i. ad ſimilitudinem aceris virgis notatae. Sed Hardu.* ἀκήρατοι. *Difficile eſt aliquid conſtituere, cum nondum alibi lectae ſint.*

ACVTIA, [Ἀκυτία] P. Vitellii vxor Tacit. Ann. 6, 47.

ACVTVS, *vid.* ACVO.

ACYLOS, [ἄκυλος] *Fructus eſt Ilicis feminae.* Plin. 16, 6 ſ. 8 Ilicis glans vtriusque breuior et gracilior, quam Homerus (Od. K, 242) acylon appellat, eoque nomine a glande diſtinguit.

ACYROLOGĬA ae. [ἀκυρολογία] *deſcribitur* ab Iſidoro 1, 20 pr. cum impropria verba ponuntur. *V. g.* Virg. Aen. 4, 419 Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem. *Vbi* Seruius, Sperare pro Timere: et eſt Acyrologia: nam ſperamus bona, timemus aduerſa. *Talia* Acyrologiae, *vel Catachreſeos adeo exempla ſunt iſtaec*: Nam, quod tu ſperas, propulſabo facile Ter. And. 2, 3, 21. Iam quartanam ſperantibus aegris Iuuenal. 4, 57. Vir gregis ipſe caper Virg. Ecl. 7, 7. Multis viduaſſet ciuibus vrbem Id. Aen. 8, 571. Viduus pharetra Riſit Apollo Hor. Od. 1, 10, 12. *Quam late pateat apud veteres hoc nomen, videre eſt ex illo*: Acyrologia *eſt etiam in ſenſu.* Ter. Eun. 5, 9, 59 Iſti te ignorabant. *Vbi* Donatus, Figura acyrologia: ad vtrumque enim pertinet, et ad laudem, et ad mores.

ACYRON, i. n. [ἄκυρον] apud Graecos id vitium, quod apud nos improprium, Quinctil. 8, 2, 3. Cic. Fam. 16, 17, 2 Vnde illud tam ἄκυρον. VALETVDINI FIDELITER INSERVIENDO? Vnde in iſtum locum FIDELITER venit? cui verbo eſt proprium domicilium in officio: migrationes in alienum multae — vt ſit verecunda tralatio. *Videtur ergo* ἄκυρον *tralatio non ſatis verecunda.*

ACYTOS, [Ἀκυτὸς] *Stephano, Inſula eſt non procul a Creta, e regione Cydoniae ciuitatis, quae alio nomine* Melos *appellatur. Vid.* Plin. 4, 12 ſ. 23.

## A · D

A. D. Ante diem. *Recte illud eſſe animaduertendum monuit Paullus Manutius, vbi apud Cic. in impreſſis libris legitur,* Ad IIII. Calend. Ad VI. Idus, *et ſimilia, in vetuſtioribus libris legi* A. D. *quae literae ab imperitis coniunctae fecerunt* Ad. Aliae notae Vrſato memoratae ſunt A. D. Agris dandis: ADF. Adfuerunt. ADI. Adiutor. A. D. P. Ante diem pridie.

AD. Praepoſitio [πρὸς, παρὰ, ἐπὶ, κατὰ] *Coniunctionem et connexionem quamcunque notat: adiiciturque Locis, perſonis, rebus aut cum motu,* v. g. Cic. Phil. 2, 106 Quum inde Romam proficiſcens ad Aquinum accederet. Cic. Att. 3, 3 Sed te oro, vt ad me Vibonem ſtatim venias. Eutrop. 2, 12 COSS. ad Africam profecti ſunt. *Et* c. 14 Regulus repreſſus ad Africam. Cic. Verr. 1, 69 Omnes ad eam domum, in qua iſte diuerſabatur, profecti ſunt *etc.* Ter. Eun. 3, 5, 64 Eamus ad me, *i. meam domum. Et* Ad. 4, 4, 18 Ad me abducta eſt domum. Cic. pro Milon. 51 Aricia rediens deuertit Clodius ad ſe, ad Albanum, *i. in villam ſuam.* Ouid. A. A. 2, 113 Quantumque accedit ad annos Fit minor, *de forma.* Ter. And. 1, 3, 10 Ad haec mala hoc mihi accedit etiam. Cic. pro Planc. 3 Ad reliquos labores — etiam hanc moleſtiam aſſumo, quod *etc. Huc refero loca, vbi* verſus ſignificat, *v. g.* Virg. Aen. 1, 93 Duplices tendens ad ſidera palmas. Id. Aen. 2, . . Ad caelum tendens ardentia lumina. *Sic* Ter. Phor. 5, 1, 14 Ad me reſpice. Cic. Diu. 1 c. 17 Ad meridiem ſpectans conſtitit. *Et* Catil. 2 c. 8 Simulacrum ad orientem conuertere. *Add.* Varr. R. R. 1, 7, 1. Caeſ. B. C. 3, 105 Sall. Iug. 58, 4 Animaduertit fugam ad ſe verſum fieri. *Et* 69, 1 Vagenſes, vbi animaduertere, ad ſe verſum exercitum pergere. *Aut ſine motu* Cic. Ac. 4, 9 In Hortenſii villa, quae eſt ad Baulos. Id. ad Brut. Ep. 10 Bellum ad Mutinam gerebatur. Virg. Aen. 1, 27 Veteriſque memor Saturnia belli Prima quod ad Troiam pro caris geſſerat Argis. Sueton. Ner. c. 2 Ad Corfinium captus eſt. ¶ 2 *Notabilis eſt formula* Ad vrbem. *Nimirum* Ad vrbem eſſe *dicebantur magiſtratus, qui cum poteſtate aut nuper e prouincia reuertiſſent, aut nondum in prouinciam profecti eſſent, quod extra pomoeria morarentur.* Cic. Verr. 2, 21 Ad vrbem quum eſſet, audiuit Dioni cuidam Siculo per magnam veniſſe haereditatem. Idem Act. 1 in Verr. 45 c. 15 de Pompeio Quum primum concionem ad vrbem Cos. deſignatus habuit. *Vbi* Aſconius, In vrbe: Sic autem dici ſolebat de iis, qui cum poteſtate prouinciali redierant: aut nondum in prouinciam profecti eſſent. Idem ad Verr. 2, 17 Omnis magiſtratus, qui intramuranus non eſt, nec vrbanus, etiamſi adminiſtrator eius Romae eſt, Ad Vrbem dicitur. Cic. Att. 7, 17 Trebatius quidem ſcribit, ſe ab illo IX. Calend. Febr. rogatum eſſe, vt ſcriberet ad me vt eſſem ad vrbem. *Nempe triumphum adhuc ſperabat. Sic* vtrique ad vrbem imperatores erant, impediti, ne triumpharent Sall. Cat. c. 30. *Sed* Sueton. Claud. 1 Corpus ad vrbem deuectum, *i. in vrbem vid. Caſaubon.* ¶ 3 Ad aedem Opis vtinam maneret pecunia Cic. Phil. 1, 17 *i. in aerario templo illius adiuncto.* Id. Att. 6, 1 Ea ſtatua, quae ad Opis (*int.* aedem) per te poſita in excelſo eſt. In illa item, quae eſt ad πολυδεύκους. *Non infrequens ea ellipſis*: Cic. pro Milon. 190 c. 33 Cum falcibus ad Caſtoris, cum gladiis toto foro volitarunt. *Et* ad Opis *iterum* Phil. 2, 275 c. 37. *itemque* ad Att. 14, 14 (16). *Et* pro Cluent. 55 c. 36 ad Iuturnae. Horat. Sat. 1, 9, 35 Ventum erat ad Veſtae. Caelius ad Cic. 8, 4 Cum Senatus habitus eſſet ad Apollinis. Liu. 1, 33 Quibus ad Murciae (*Veneris aedem*) datae ſedes. *Et* 1, 41 Habitabat rex ad Iouis Statoris. *Ac* 2, 51 Vt primo pugnatum ad ſpei ſit. Ter. Ad. 4, 2, 43 vbi ad Dianae veneris. ¶ 4 *Iam reliqua videamus, in quibus* Ad *coniunctionem et propinquitatem ſine motu ſignificat, ſiue vt loquuntur Grammatici, ponitur.* Ad *pro* Apud. Plaut. Merc. 2, 2, 54 Mihi quoque etiam eſt ad portum negotium. Cic. Fam. 11, 18 Ad omnia templa ſupplicatio. Caeſ. Bell. Gall. 5, 51 Totam hiemem ipſe ad exercitum manere decreuit. Cic. in Piſon. . . . Deprehenſus denique cum ferro ad ſenatum. Cic. Att. 10, 18 Commodum ad te dederam literas de pluribus rebus, quum ad me bene mane Dionyſius fuit. Eidem 10, 4 Fuit ad me ſane diu. Ad Caeſarem meam cauſam agas Cic. Fam. 5, 10. Ad iudicem ſic agi ſolet Id. pro Lig. c. 10. *Add.* pro Roſc. Com. 45. Quum M. Neuius Trib. Pl. accuſaret eum ad populum Gell. 4, 18. Coenare ad aliquem Id. 19, 7. Add. Caeſ. B. C. 3, 60. Ter. And. 4, 4, 7. Heaut. 3, 3, 45. Virg. Aen. 4, 134. Virg. Aen. 6, 481 Hi multum fleti ad ſuperos. Plaut. Caſin. 2, 2, 21 - - - nam ius viri ſuum Ad mulieres haud obtinere queunt. Cic. Verr. 3, 68 Reſpondebat ſe ad Recuperatores eſſe dicturum. Idem pro Roſc. Com. 7 Quis vnquam ad arbitrum quantum petit, tantum abſtulit? Ibid. Caeteri quum ad iudicem cauſam labefactari animaduertunt, ad arbitrum confugiunt. ¶ 5 *Temporis etiam connexionem notat, et per* circa, vsque, intra, poſt *et ſimiles praepoſitiones explicari nonnunquam poteſt. V. g.* Cic. Att. 5, 2 Furnium noſtrum, quem ad annum Tribunum pl. videbam fore. *Et* Att. 12 . . . Aut neſcio quid interſit, vtrum illuc nunc veniam, an ad decem annos *i. decimo abhinc anno.* Cato R. R. 161, 3 Semen maturum fit ad autumnum. Caeſ. Bell. Gall. 4, 23 Ad horam nonam in anchoris expectauit. *Sic,* Ad hanc diem Cic. Catil. 2, 19. Ad hanc horam Cic. Philipp. 14, 20. Ad id locorum. Id eſt, Adhuc, vel Vſque ad id tempus. Liu. 43, 5 Nec ſe ad id locorum ſcire, propter quam cauſam Conſuli pro hoſtibus fuerint. Salluſt. Iugurth. 63, 6 *de Mario* Tamen is ad id locorum talis vir (nam poſtea ambitione praeceps datus eſt) Conſulatum appetere non audebat. Ad lucem dormitare Cic. de Diuin. 1 c. 28. Ad lucem pugnare Liu. 3, 28. Ad noſtram memoriam Nep. 2, 10, 3. Ad menſem Ianuarium Cic. Att. 1, 2. Ad meridiem Plaut. Pſeud. 4, 7, 78. *Et* Moſt. 3, 1, 55. Ad multum diei, et, Ad multam diem Liu. 23, . . . Cic. Att. 3, 9 Multus ſermo ad multam diem. Ad multam noctem vigilare Cic. in Somm. Scip. c. 1. Ad ſolis occaſum Plaut. Men. 5, 3, 33. Ad rauim poſcamus prius, quam quicquam detur Plaut. Aulul. 2, 5, 10. *Notatur hic tempus; tam diu donec rauci fiamus.* Ad meum reditum Cic. Fam. 1, 9 Vt integrum mihi de cauſa Campana ad ſuum reditum reſeruarem. Idem Off. 2, . . Remque integram ad reditum ſuum iuſſit eſſe. *Et* Att. 4, . . Ad quae tempora te expectem, facies me certiorem. Id. Att. 1, 3 Venias ad id tempus, quod ſcribis. Varr. R. R. . . Refert ad quod tempus quaeque res facillime creſcat. Caeſ. B. C. 1, 3 Miſſo ad veſperam Senatu. Cic. Phil. 2, 77 Ad veſperum perpotare. *Et* ad Att. 7, 8 Ab hora octaua ad veſperum ſecreto collocuti ſumus. *Add.* Cic. Diu. 1, 103 c. 64. ¶ 6 *Adhibetur ad* numerum, *qui non ſatis finiri poteſt, laxe iudicandum, vt* circiter. Cic. ad Quint. Fratr. 2, 1 Sane frequentes fuimus, ad ducentos. Ad octingenti homines caeſi ſunt Liu. 28, 36. *Add. Gronou. ad* Liu. 10, 17. *Borrich. Vind. L. L.* p. 200. *It.* Liu. 35, 22. Occiſis ad hominum millibus quatuor Caeſ. B. G. 2, 33. Ad duorum millium numero ex Pompeianis cecidiſſe reperiebamus Id. B. C. 3, 53. *Conf. hic Ciaccon.* Plin. 9, 10 Pariunt oua ad centena numero. Campanum agrum ad XX millibus diuiſum Suet. Caeſ. c. 20. *Conf. hic Bernegg.* Ad annos maxime natus octo Gell. 16, 8. Ad quadraginta puto emi poſſe minimo minus Plaut. Epid. 2, 3, 11. Quaſi ad talenta quindecim coëgi Ter. Heaut. 1, 1, 93. ¶ 7 *Similitudinem et conuenientiam quamcunque notat.* Componitur orbis regis ad exemplum Claud. IV Conſ. Hon. 299. Ter. Hec. 1, 2, 88 Ad hoc exemplum ambarum mores earum exiſtimans. *Sed vid.* ad Amuſſim n. 15. Ad lineam Cato R. R. 161, 1. *Sic* Ad eum modum Plaut. Men. 1, 3, 28. Ad modum fugientium Liu. 37, 46. Ad naturam viuere Sen. *Id eſt, ſecundum naturam.* Ad normam Cic. in Laelio 18 c. 5. Ad numerum iudices habere, *i. quot oportet* Cic. ad Quint. Fratr. 2, 13. Ad nutum et arbitrium auditorum totum ſe fingere et accommodare Cic. Orat. c. 8. Ad perpendiculum columnas exigere Cic. Verr. 1, 133. Ad portionem virium Plin. 24, 8. Ad praeſcriptum omnia agere Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 51. *conf.* 1, 36. Ad meum ſenſum Cic. Fam. 15, 6. Ad coniecturam alieni ſenſus, non ad iudicium ſuum ſcribere Cic. Fam. 6, 7. Ad rationem loci et temporis Plin. Epiſt. 3, 18, 1. Ad ſimilitudinem

Cic. de Nat. Deor. 2, 161. Genus radicis ad ſimilitudinem panis efficiebant Caeſ. B. C. 3, 48. Ad ſpeciem honoris Liu. 3, 38. Ad vires cuiusque Scribon. 101. Fallaces ad voluntatem loquuntur omnia, nihil ad veritatem Cic. de Amic. c. 25.

¶ 8 Ad, *pro eo quod vulgo dicitur,* Quantum pertinet ad. Cic. Verr. 1, 58 Vidi ſimul cum populo Romano forum comitiumque adornatum ad ſpeciem magnifico ornatu: ad ſenſum, cogitationemque, acerbo et lugubri. Cic. Fam. 3, 11 Inſignes ad laudem viri. *Et* 4, 13 Sum ad inueſtigandum curioſior. Ad breuitatem aptius, et ad reliquas res prouidentius Cic. Fam. 3, 1, 1. Vt mea perſona ſemper ad improborum ciuium impetus aliquid videretur habere populare Id. ſub Att. 8, 11. Apul. de Deo Socr. p. 54, 36 *de equo,* Vt ſit ad ſpeciem honeſtus, ad curſuram vegetus, et ad vecturam validus. Cic. pro Muren. 60 c. 29 Finxit te ipſa natura ad honeſtatem, grauitatem, temperantiam, — ad omnes denique virtutes, magnum hominem et excelſum. *Ex Poëtis pluſcula collegit Brouckh. ad* Prop. 2, 8, 7 Fortes ad praelia turmas. Cic. de Nat. Deor. 1, 105 Neque eandem ad numerum permanere, *i. numero.*

¶ 9 *Comparationem ſignificat.* Nihil ad tuum equitatum Cic. pro Deiot. c. 8 *Id eſt, prae equitatu.* Ter. Eun. 2, 3, 69 Eſtne vt fertur forma? P. ſane, CH. at nihil ad noſtram hanc. Ad ſapientiam huius ille nimius nugator fuit Plaut. Capt. 2, 2, 25. Atque haec ad noſtram conſuetudinem ſunt leuia Nep. 15, 2, 3. Diſputator ad Cleanthen Stoicum Auſon. Prof. Burdigal. c. 16. Grammatice ad Scaurum atque Probum, promtiſſime Rhetor Id. Prof. Burd. Epigr. 20, 7. Scribon. 22 Tametſi a coli dolore tuti ſint, metuere nihilominus debent, ne alia parte corporis aeque adficiantur ad intemperantiam coli. Honore et pretio ad ſmaragdos viret Solin. c. 23 *edit. Salmaſ. Vid. I. F. Gronou. Obſſ. 4, 6 p. 87.*

¶ 10 Ad, *pro Contra.* Cic. Fam. 2, 3 Ne ad eam meditere, imparatum te offendam. Virg. 2. Aen. 443 - - - clypeosque ad tela ſiniſtris Protecti obiiciunt. *Sic* tecti eſſe ad alienos poſſumus: intimi multa apertiora videant neceſſe eſt Cic. pro Roſc. Amer. c. 40. Idem Cic. de Diuin. 1, 13 c. 7 Mirari licet quae ſint animaduerſa a medicis herbarum genera, quae radicum, ad morſus beſtiarum, ad oculorum morbos, ad vulnera. *Quae quidem Medicis ſignificatio frequentiſſima et Plinio.*

¶ 11 *Connexio inter cauſam et effectum hac praepoſitione indicatur.* Prop. 4, 11, 2 Panditur ad nullas ianua nigra preces. Scribon. 220 Duritia, quae ad omne medicamentum exaſperatur, quam Graeci καρκίνωμα a κακοήθες vocant. Id. 11 Nonnunquam vix ad duas tresue (torpedines) reſpondet curatio.

¶ 12 *Finem etiam et conſilium indicat.* Id non tam ad honorem eius factum, quam ad conſulum ignominiam Liu. 2, 17. Ne ad contumeliam honorem dediſſe videamini Caeſ. B. C. 2, 32 Mutatis ad celeritatem iumentis Id. 3, 11. Hoc ſerui eſſe officium reor, Retinere ad ſalutem Plaut. Aul. 4, 7, 7. Merces ei data ad honorem Vitruu. 10, 22. Smaragdum ad quam rem viridem, pretioſum vitrum Petron. c. 55. Plin. 20, 3 Hoc ad albicandam cutem in facie totoque corpore vtuntur. Cic. Verr. 3, . . . Vnum inquam da mihi ex illis aratoribus, qui vel ad ſtatuam pecuniam contulerunt, qui ſibi dicat pro frumento omne eſſe quod oportuerit, ſolutum. Ter. Heaut. 4, 5, 29 Argentum dabitur ei ad nuptias. Cic. Philipp. 5, 17 An illa non grauiſſimis ignominiis, monimentisque huius ordinis, ad poſteritatis memoriam ſunt notanda. *Et* Philipp. 14, 39 Vt extet ad memoriam poſteritatis ſempiternam. *Et* pro L. Manil. 1 Locus ad agendum ampliſſimus, ad dicendum ornatiſſimus.

¶ 13 *In deſignandis ſeruorum, libertorum aliorumque miniſteriis ponitur interdum vt* A *vel* Ab, *de quo h. v. n.* 34. *Sic* ad Alimenta Conſiliario, *Vlt. lap. ap. Marc. Donat. ad* Sueton. Aug. c. 67. ad Argentum pot. L. Caeſaris, Grut. p. 582, 6. *Vid. Gorius ad Monum. ſ. Columbarium Liuiae Aug. p.* 191. Ad Cyathos, Propert. 4, 8, 37 Lygdamus ad Cyathos. Sueton. Caeſ. 49 C. Memmius (Caeſari) ad cyathum et vinum Nicomedi ſtetiſſe, obiecit. *Add.* Iuuen. 13, 44. Ad Imagines Gor. p. 158. Ad Lecticam homines Catull. 10, 16. Ad Limina, θυρωρὸς V. Gloſſ. *Quin* Virg. Aen. 9, 648 Fidusque ad Limina cuſtos, *vbi* Seruius Aedituum *interpretatur.* Ad Manum *Grut.* p. 584, 1. *Eſt et hoc antiquum.* Cic. de Orat. 3, 225 c. 60 Quod pores audire ex Licino, cliente tuo, literato homine, quem ſeruum ſibi ille habuit ad manum. Ad Poſſeſſiones *Gor. p.* 162 et 189. Ad Remum ſerui *i. remiges* Liu. 34, 6. Ad Reſponſum *i.* Apocriſiarius *Vid.* Nouell. 25, 1 extr. L. 18 C. de re mil. §. 1 *et* 2. It. L. 7 C. de Palatinis ſacr. larg. Ad Valetudinarium, *Gor.* p. 124. Ad Venerem, *i. templum Veneris: confert Gorius* p. 146 *Inſcriptionem Grut.* p. 320, 8 Ad Templum Romae et Auguſtor. *vbi tamen de ſacerdote, homine ingenuo ſermo eſſe videtur.* Ad veſtem *Grut. et Gor.* p. 120. Ad vnguenta *Gor.* p. 127.

¶ 14 Ad, *cum ſuo accuſatiuo interim pro datiuo ponitur* Plaut. Capt. 1, 4, 22 Ad carnificem te dabo. Varr. de R. R. 1, 40, 1 Illud quod apparet ad agricolas, id videndum diligenter. *Diſtinxerat modo* ſemen, *in illud,* quod latet noſtrum ſenſum, *et id, quod* apertum. Ibid. cap. 38 Quod non ſolum ad agrum vtile, ſed etiam ad cibum. Ter. Phorm. 4, 3, 48 Ad ditem datur ea in ſeruitutem, *pro,* Diuiti datur. Virg. Aen. 12, 372 Obiecit ſeſe ad currum *vbi* Seruius, Ad currum, pro Currui ſe obiecit. *Huc etiam referam illud* Ter. Andr. 1, 1, 111 Nec ſatis ad obiurgandum cauſae. *Et magis illud* Cic. pro Sull. 23 Contumelia ad maximam partem ciuium conuenit.

¶ 15 *Reliquas formulas ordine elementari perſequemur.* Varr. R. R. 1, 2, 8 Mente eſt captus, atque ad agnatos et gentiles deducendus. *Nempe ex lege, quam refert.* Cic. de Inuent. 2, 148 Si furioſus eſt, agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque eius poteſtas eſto. *Add.* l. 3 Inſt. de curatoribus. Ad aetatem cuiusque Scribon. Comp. 85. Ad aetatem eius. Id. 91. *Vid. n.* 7. Ad amuſſim *Vid.* AMVSSIS. *Hic modo notamus, locum* Ter. Hec. 1, 2, 88 *quem ex vulgata lectione damus* n. 7 *ita emendari a Bentleio,* Ad amuſſim ambarum mores earum exiſtumans. Cic. Verr. 4, 117 *de Syracuſarum vrbe,* Nam et ſitu eſt cum munito, tum ex omni aditu, vel terra, vel mari praeclaro ad aſpectum. Ad aſſem impendium reddes. Plin. Epiſt. 1, 15. Plin. 33, 3 *de auro,* Quinimo quo ſaepius arſit, proficit ad Bonitatem, *i. Fit melius ac purius.* Ad certum Cenſorin. c. 19 *i. certo.* Plin. 20, 16 de cunila, Concoctionem mire adiuuat, et ad Cibos auiditatem. Ad Cibum purus Plin. 29, 4 *i. ita, vt ad cibum poſſit adhiberi.* Ad Cinerem ambuſtus Plin. 10, 33 *i. vt in cineres redactus ſit.* Ad Currum leones iungere, vel equos Plin. 8, 16 Ad Cyathos *Vid.* n. 13. Ad Denarium ſoluere Cic. pro Quinct. c. 4. *vid. h. v.* Liu. 1, 7 Inde cum actae boues quaedam ad Deſiderium vt ſit relictarum mugiſſent, *i. prae deſiderio.* Ad Dextra, Ad laeua Plin. 16, 36 ſ. 65 Latera arundini calamoque in rotunditatem bina, ſuper nodos alterno ſemper inguine, vt alterum ad dextra fiat, alterum ſuperiore geniculo ad laeua per vices. Quid ad Dextram, quid ad ſiniſtram ſit Cic. Phil. 12 c. 2. Ter. Heaut. 4, 4, 10 Proximam eſſe huic fundo ad dexteram? Ter. Adel. 4, 2, 43 Ad ſiniſtram hac recta platea. Plaut. Milit. 4, 7, 24 Vbi is eſt? M. ad laeuam. Ad Diem *intell.* conſtitutam *quod exprimit* Cic. pro Caecin. 32. *Sed* Verr. 2, 5 Quando illa frumentum quod deberet, non ad diem dedit? Caeſar B. C. 2, 19 Nulla fuit ciuitas, quin ad diem conueniret. *Sic* Ad diem venire, dare, decedere Cic. pro S. Roſc. c. 44. Off. 3 c. 2. Fam. 2, 17. *Contra* Cic. Fam. 2, 11 Vel quia belli magni timor impendet: quod videmur effugere, ſi ad conſtitutam diem decedemus. Idem Fam. 15, 12 (al. 10) Tu muſis noſtris para vt operas reddas: noſtra ad diem dictam fient. Plin. 2, 23 Vt protinus mundi quoque ipſius menſura veniat ad Digitos, *i. Supputetur.* Ad extremum, Ad poſtremum, Ad vltimum, *Aduerbia ſunt modo ordinis, pro* Denique *vel* Poſtremo: *modo temporis, pro* Tandem. Cic. Att. Illud te ad extremum et oro et hortor. conf. Att. 2, 21 *et* 22. et Nat. Deor. 2, 118. Off. 3 c. 21. Liu. 1, 33 et 53 et 54. Id. 30, 15. Hirt. B. G. 8, 43. Curt. 3, 12, 20 et 7, 1, 8. Cic. ad Brut. 10 Cui conſuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit. *Sed* Homo ad extremum perditus Liu. 33, 2 *i. prorſus. Aliter* Liu. 2, 56 Patres ad vltimum dimicationis rati rem venturam, *i. Ad vltimam et periculoſiſſimam dimicationem.* Liu. 21, 8 *in deſcriptione ſalaricae* Miſſile telum haſtili oblongo, et caetera tereti, praeterquam ad extremum, vnde ferrum extabat, *i. parte extrema. Ad tempus reſpicitur* Plaut. Aulul. 3, 5, 52 Ibi ad poſtremum cedit miles. Liu. 3, 5 Difficile ad Fidem eſt in tam antiqua re quot pugnauerint ceciderintue, exacto affirmare numero, *i. Non facile creditur ſi affirmes.* Ad frena leones biiugi Virg. Aen. 10, 253 *i. frenati.* Liu. 35, 10 in Quintio noua et recentia omnia ad Gratiam erant, *i. faciebant, vt Quintius gratior eſſet populo Romano.* Ad hoc, et Ad haec, *quae iungunt quidam,* melius *ſeparatim ſcribuntur, vt* Praeter hoc, Praeter haec. *V. g.* Decem veteranorum millibus, ad hoc magno voluntariorum numero contracto Vell. 2, 113. Ad haec ego naribus vti Formido Hor. Ep. 1, 19, 45. Ad haec catapultae etc. Liu. 39, 5. *Add.* Liu. 2, 23 *et* 7, 12. Flor. 2, 8, 16. 3, 9, 2. Curt. 5, 4, 23. 5, 13, 13. 9, 10, 13. Ad hoc tantum maiori fratri praelatus, vt prior occideretur Tac. H. 1, 48, 2. *Add.* Curt. 3, 11, 11. *Verum* Salluſt. Cat. 53, 3 Cognoueram paruis copiis bella geſta cum opulentis regibus: adhoc ſaepe fortunae violentiam toleraſſe, facundia Graecos, ſcientia belli Gallos ante Romanos fuiſſe. Sic. Cat. 14, 3 *et* 44, 6. Paul. in l. debitor. D. de leg. 2. Domini perſona ad hoc tantum inſpicitur, vt ſit cum eo teſtamenti factio, *i. hoc conſilio vel fine.* Ad teli Iactum peruenire, *i. ad eum locum, vnde tela in hoſtes iaci poſſint.* Q. Curt. 3, 11, 1 *etc.* Ad id, *pro Ad illud tempus, Vſque eo.* Liu. . . . Quum ad id dubios ſeruaſſent animos. Caeſ. B. C. 3, 14 Qui de ſeruis atque liberis omnibus, ad Impuberes ſupplicium ſumit, *i. ne his quidem excluſis.* Plin. 34, 2 Sed haec ad Infinitum effloruit multorum voluminum opere, ſiquis plura perſequi velit: omnia enim quis poſſit? *Dicitur et* In infinitum. *Add.* 36, 15. Ad Inſtar *vid. h. v.* Ad Irritum cadit ſpes Liu. 2, . . . Ad Lecticam homines *vid.* n. 13. Niſi planum fecerit HS. ↀ ad Libellam ſibi deberi Cic. pro Q. R. 11, *i. ne vna quidem libella minus.* Tacit. An. 12, 6 Arripi coniuges ad Libita Caeſarum. Ad Limina cuſtos *vid.* n. 14. Ad Liquidum explorata veritas. Liu. 35, 5. Quinctil. 9, 1, 25 Quem duobus ab eo libris tractatum locum, ad Literam ſubieci. *Pro quo vulgo dicunt* In forma, *vel* Verbotenus. Ad Manum eſt, quod ſatis eſt Sen. ep. 4. *i. in promtu, vt ſtatim adſit.* Eum ad Manum habuit ſcribae loco Nep. 18, 1, 5 *i. praeſto, ſecum.* Ad manum cantare hiſtrionibus, *quorum nempe maxima vis et motus in manibus* Liu. 7, 2. *vid. Gronou. conſ. Interpp.* Petron. p. 669 *Burm. Sed aliud eſt* Cic. Verr. 5, . . Nonnunquam etiam ea res ad manus atque ad pugnam veniebat. *Aliter etiam* Vitruuius, Alia enim ad Manum ſpecies eſſe videtur, alia in excelſo Plin. 31, 10 *de Apelle.* Vnum imitari nemo potuit, quod abſoluta opera atramento illinebat ita tenui, vt idipſum repercuſſu claritates colorum excitaret, cuſtoditetque a puluere et ſordibus: ad Manum intuenti demum appareret. *Igitur* ad Manum *eſt in proximo, vt* Cominus. Ad manum ſeruus *vid.* n. 14. Ad Matrem pendent pira Plin. 15, 15 *in ſua arbore.* Ad Morem actionum aliquid perſequi Quinct. 4, 1 *Add.* 3, 1, 18. Plin. 15, 28 Vinum dulce ſine odore, tenue odoratius. Multoque celerius talia ad Naſum veniunt, quam pinguia, *i. Nares feriunt.* Ad Nomen reſpondent *in delectu habendo, qui citantur* Liu. 7, 4. Cic. Att. 5, 21 *ſub fin.* Aſſidunt, ſubducunt (rationem), ad Nummum conuenit. Ter. Adel. 5, 3, 46 Ad omnia alia aetate ſapimus rectius, *i. in aliis.* Ad omnia Scribon. 201. pro ratione omnium: Acetum intritum conſumatur ad omnia, quae teri debeant. Ad pedes deſilire, *eſt De equo deſcendere.* Caeſ. B. G. 4, 12, 2. Ad perfectum Hieron. adu. Pelag. 2 Tom. 3 Opp. f. 29 *i. perfecte. Add.* Auguſtin. de Ciu. Dei 1. Plin. 22, 22 Iumentorum quoque vlcera ac ſcabiem, radix illita, aut decoctae ſuccus ad pilum reducit, *i. facit, vt pilo iterum obducantur.* Ad plenum, *i.* Perfecte Aſcon. in Diuin. Horat. Od. 1, 17, 14 Hic tibi copia manabit ad plenum. *Sic etiam* Virg. Georg. 2, 244. Veget. 3, 9. Hieron. Vit. Hilarion. Ad Pyrum, *Nomen regionis quidam putant, in qua habitabat Martialis. Frequenter enim arbores nomina regionibus dabant: vt,* Ad pinum, *quod eſt apud* Senecam. Ad malum punicum, *quod eſt apud Tranquil.* Sipont. et Domit. Calder. *ad* Martial. lib. 1, 118 Longum eſt ſi velit ad Pyram venire. Ad Planum reducere cicatrices Plin. 20, 9. Ad Polituram ſarcire Plin. 11, 24. Ad portionem, *i. Portione, ſeu* Pro portione. Plin. 16, 41 *et alibi ſaepe.* Ad Praeſens tempus Iuſtin. 1, 5, 7. *Et per ellipſin* Plin. 8, 22 Vocemque homini, quem priores contemplantur, adimere ad praeſens, *i. Non in perpetuum, ſed duntaxat ad illud praeſens tempus. Loquitur de lupis.* Occidiſſe ad praeſens contenti Plin. 9, 8. *Sic etiam* Suet. Tib. c. 6 extr. Tacit. Ann. 13, 22 extr. Plautus ad praeſens ſilentio tranſmiſſus eſt. *Add.* Id. 3, 6, 2. Ad Purum Hieron. Vit. Hilarion. *i. pure.* Cic. Att. 4, 15 Quid mihi hoc monumentum proderit? Ad quid laboramus res Romanas? *i. quorſum, quo conſilio?* Cic. de Fato 4 Ponere aliquid, ad quod audiam, volo, *i. de quo.* Suet. Auguſt. 16 Viginti ſeruorum millibus manumiſſis, et ad Remum datis, *vid.* n. 4. Ad Seras aliquid petere, *i.* Ex Serum regione Plin. 2 prooem. Cic. pro Quintio 59 Non ad ſolarium, non in campo, non in conuiuiis verſatus eſt, *i. apud* Solarium, *locum celebrem et frequentem otioſis hominibus. Vid. h. v.* Ad ſubtile Cenſor. c. 17, *i. ſubtiliter.* Ad ſummam rerum. Alter omnia agere ad praeſcriptum, alter ad Summam rerum conſulere debet Caeſ. B. C. 3, 51. *i. quod ad primum potiſſimumque ſcopum conducere videtur.* Cic. Off. 1, 149 c. 41 Ad ſummam, ne agam de ſingulis, *i. Breuiter, vt praecipua tantum complectar. Add.* Att. 7, 7. 10, 4. 14, 1. *Sed* Cic. Fam. 2, 1 A te vero bis terue ad ſummum, et eas perbreues accepi (*al. omittunt,* ad) Idem pro Milon.

lon. 12 c. 5 Quattuor, ad ſummum quinque ſunt inuenti. *Sic* Triduo, ad ſummum quatriduo Ib. c. 9. Scies cras, ad ſummum perendie Cic. Att. 3, 12. Hodie, aut ad ſummum cras Ib. 13, 21. Ad tempus, *i. in praeſens, vulgo*, pronunc. Cic. Fam. 9, 14 Neque ſolum ad Tempus maximam vtilitatem attuliſti, ſed etiam ad exemplum facti. *Sed refertur etiam, ad ſpatium temporis*, vt Coluntur tyranni duntaxat ad Tempus Cic. de Amic. c. 15. *Add.* Off. 1 c. 8. *et vid.* n. 5. *Huc pertinent*, Ad quoddam tempus Cic. de Nat. Deor. 3, . . . Ad punctum temporis Idem Philipp. 2, . . . Ad breue et breuiſſimum Tempus Idem Catil. . . Ad tempus redire, venire Cic. Att. 13, 43. Liu. 38, 25 *i. tempore conſtituto.* Plin. 10, 23 de anſeribus et oloribus, Colla imponunt praecedentibus: feſſos duces ad Terga recipiunt, *i. in locum et ordinem poſtremum.* Ad Terram dare, *eſt Abiicere* Suet. Auguſto 96 Aquila duos coruos hinc et inde infeſtantes afflixit, et ad terram dedit. Ad Tertias decoquere, *it.* ad quartas Col. 12, 34 *i. donec tertia aut quarta pars pereat.* Varro R. R. 1, 2, 26 Vsque quo ad tertiam partem decoxeris. *Sic* Plin. 20, 3 Aqua mulſa in ea decoquitur ad dimidias. Idem cap. 4 Item ad tertias decocto eorum poto cum vino, enterocelis proſunt. Ad ſummam quondam Vbertatem vini, frumenti vero inopiam, edixit *etc. i.* in ſumma vbertate Suet. Domit. 7. Ad venandum canes Ter. And. 1, 1, 29 *quod quidam interpretantur*, propter venandum, *alii,* canes venaticos. *Conf. Turneb. Adu.* 3, 23 et 23, 6. Ad Verbum, *vulgo* Verbotenus. Cic. de Fin. 1, 4 c. 2 Fabelias Latinas ad verbum de Graecis expreſſas. Suet. de Clar. Rhet. c. 2 Ex quibus non alienum fuerit vnam et alteram, exempli cauſa, ad verbum referre. Cic. de Orat. 1, 157 Exercenda eſt etiam memoria ediſcendis ad verbum quamplurimis et noſtris ſcriptis et alienis. Suet. Caeſ. 30 *et* 50. *et* in Auguſt. 86. Exempla ad verbum excerpta Plin. 18, 7 Ad verbum translata ſententia. Plin. 13, 6 *de terebintho,* Materies ei admodum lenta, ac fidelis ad Vetuſtatem. Aurel. Arcad. D. de offic. praefect. Praetor. Ad Vicem magiſtri equitum praefectos Praetorio antiquitus eſſe inſtitutos, a quibusdam ſcriptoribus traditum eſt. Ad Vinum diſertus, *i. inter pocula*, Cic. pro Caelio 67 c. 28 Quam volent in conuiuiis faceti, dicaces, nonnunquam etiam ad vinum diſerti ſint: alia fori vis eſt, alia triclinii. Plin. 20, 5 Eſſe tamen vtile conualeſcentibus ad Vinum tranſeuntibus, *i. Vinum bibere denuo incipientibus.* Ad Viuendum firmiſſimae oleae, vt quas durare annis ducentis, inter auctores conueniat Plin. 16 vlt. Ad Viuum reſecare. Columel. 6, 12, 3 Si ſanguis in inferiore parte vngulae eſt, extrema pars ipſius vnguis ad viuum reſecatur, et ita emittitur. *Hinc* Cic. de Amicit. c. 5 *vſus eſt pro Eo quod eſt rem accuratius examinare et excutere, ſicut etiam Tonſores cum capillos aut vngues* reſecant, *ſaepenumero moleſti ſunt, dum nimium diligentes eſſe ſtudent.* Liu. 45, . . Pietatem, conſtantiamque laudaturos, ſi fidem ad Vltimum fratri praeſtitiſſent. Ad vnguem, *i. Exquiſita diligentia, atque exactiſſima cura. A Marmorariis ſumta metaphora, qui ſuperinducto vngui commiſſuras explorant marmorum, quod vult Beroaldus ad* Columel. 11, 2, 13 Ab vno fabro dolari ad vnguem per quadra debet. Hor. Sat. 1, 5, 32 — Cocceius ad vnguem Factus homo. Ad vnguem perfectum caſtigare Hor. in Arte Poët. 294. Ad voluntatem loqui. *Vid.* n. 7. Ad vnum, Nullo excepto, ait Seruius ad Virg. Aen. 5, 687 Iuppiter omnipotens, ſi non exoſus ad vnum Troianos. Cic. de Amicit. 86 c. 23 De Amicitia vero omnes ad vnum idem ſentiunt. Cic. Famil. 12, 14 Onerariae omnes ad vnam a nobis ſunt exceptae. *Add.* Caeſ. B. C. 3, 27. Ad votum, *i.* Ex ſententia, Quinctil. Et ad omne votum fluente fortuna laſciuit otium. Ad vrinam ſanguinem reddere Scribon. c. 93 *i. cum vrina.* ¶ 16 *Interdum ſubauditur aliquid, vnde pendeat ipſum* Ad, *cum ſuo accuſatiuo.* Ter. And. 3, 2, 1 Quae aſſolent quaeque oportet ſigna ad ſalutem eſſe. *Vbi* Donatus, Deeſt, *inquit* haerentia aut (pertinentia.) Sic in Heaut. (1, 2, 33) *Atque haec ſunt ad virtutem omnia* Ergo abſolute dixit, vt deſit aliquid tale. Vnde et nos dicimus, *Quid ad rem?* et, *Quid ad me? Haec* Donatus. Nihil ad Caelium Cic. de Leg. 1, 2. Nihil ad veſtrum genus Id. Somn. Scip. c. 6 *ſc. pertinet.* Quid id ad ciuitatem Id. pro Balb. c. 16. Quid ad me? quid ad te Sen. Ep. 4. ¶ 17 *Sunt et aliae formae plures, in quibus, vt et in his, quas enarrauimus, illa quaſi generalis notio coniunctionis et nexus qualiscunque obſeruari poteſt, quasque referre omnes nimis longum fuerit. Adiiciamus hic velut corollarii loco, quasdam, in quibus iudicatur duas res tempore coniunctas eſſe, vel certe proxime ſe inuicem conſequi.* Et dicunt laudes ad tua vina ſuas Ouid. Triſt. 5, 3, 4 *Conf. Theſ. Fabr.* Ad buccinam inflatam conuenire Varr. R. R. 3, 13. Ad auditum ſociae ciuitatis obſidium Flor. 2, 6, 5. Cic. Verr. 4 c. 14 Quo ſolitus eſſet vti ad feſtos dies, ad hoſpitum aduentum. Hor. Epiſt. 1, 2, 31 Ad ſtrepitum citharae ceſſantum ducere curam. *Bentleius legit*, Ceſſantem ducere ſomnum. *Sic* — ad tua verba reuixi Ouid. Epiſt. 11, 63. — canet frondator ad auras Virg. Ecl. 1, 57. *Item.* Ad tibicinem immolare Cic. de Lege Agr. 2 c. 34 *i. Canente tibicine. Et,* Ad eum nuntium, *pro, Audito eo nuntio* Liu. 2, . . ¶ 18 *Pro A poni volunt in illo* Plin. 36, 6 ſ. 9 Vt ad Aethiopas vsque peteretur. *Sed poteſt ſubſtitui* apud, *manerique adeo in generali, quam diximus notione.* ¶ 19 *De Formula* Adigere iusiurandum, *vbi* Ad *deficere quidam putant, vid. in* ADIGO. ¶ 20 *Pro Ablatiuo inſtrumenti ponit paſſim* Vegetius Veterinarius, *v. g.* Ad acutam cannam exſeces 3, 3, 12. Ad Spongiam deterges 3, 4, 2. *vid. Morgag. Epiſt.* 3, 8 *apud Geſnerum, et huius Lex. Ruſt.* ¶ 21 *Interdum poſtponitur aliis particulis v. g.* quoad, quod ad. *Addit* Cuiacius Obſ. 8, 36 Donec ad *ex* Sueton. Aug. 17. *Sed legitur magno conſenſu*, donec deſideria militum ordinarentur: *nec ſatis expeditum vnde in vno alteroque MSC. illud* ad *adhaeſerit.* Quae *habet reliqua*, dum ad, quamdiu ad, *ea aliter diuidi volunt alii. Vid.* ADVIVO. *De mutatione huius Praepoſitionis in compoſitis difficile eſt aliquid certi conſtituere: cum auctoritas monumentorum antiquorum ipſa ſit ambigua. v. g. ante C mutari in* ac, *fere perpetuum eſt. Et tamen optimi quique libri* Ter. And. 3, 3, 7 *habent* Quae incepta a paruis, cum aetate adcreuit ſimul. *Et* Donatus, Adcreuit, *ait*, vt ſupra adcurate. Ad praepoſitione vtitur familiariter. *Atque* Gellius 7, 7 *vbi de accentu acuto huius praepoſitionis diſputat, quoties ea ἐπίτασιν i. intentionem, augmentum, ſignificat: ita loquitur, vt* adfatim, adpotus, adprime, adprobus *ipſum ſcripſiſſe, probabile ſit. Scilicet videntur iam a ſatis antiquis inde temporibus quidam et Scriptores et Grammatici maiorem etymologiae et Originis, alii euphoniae et conſuetudinis popularis rationem habuiſſe. Nos ſequemur in compoſitis eam rationem, quae ab inſtauratis inde literis magis vſitata videtur, vt tamen ſingulatim ſubinde aliquid de orthographia etiam illorum moneamus.* ¶ 22 *De* AR *pro* AD *Vid. ſ. l.*



## A D A

ADACTIO, ADACTVS. *Vid.* ADIGO.

ADAD, [Ἀδὰδ] ſiue Adadus, *Dei nomen.* Macrob. Sat. 1, 23 Aſſyrii — Deo — quem ſummum maximumque venerantur, Adad nomen dederunt *etc.* Plin. 37, 11 ſ. 71 *inter herbas* Adadunephros, eiusdem oculus ac digitus Dei: et hic colitur a Syris. *Reliqua petenda a Seldeno de Diis Syris* etc.

ADAEQVO, āre. [ἐξισόω, ἀπισόω, ἰσοφαρίζω] *Idem quod* Aequare, *hoc eſt* Complanare. Liu. 1, 29 Romanus paſſim publica, priuataque omnia tecta adaequat ſolo. Vrbem flammis Flor. 3, 10, 23. Sagittarium iactu adaequari Tac. Ann. 15, 9, 1. Caeſ. Bell. Gall. 5, 8 Qui vectoriis, grauibusque nauigiis, non intermiſſo nauigandi labore, longarum nauium curſum adaequauerunt. *Et* B. G. 1, 48 *extr.* Vt iubis equorum ſubleuati curſum adaequarent, *i. Currendi celeritate pares illis eſſent.* Deorum vitam adaequare Cic. de Vniuerſ. 36 c. 11 Idem Q. fratr. 2, 6 Senatorum vrna copioſe abſoluit, equitum adaequauit. *Id eſt, Par vtrinque numerus fuit, abſoluentium ſcilicet et damnantium.* Cic. pro Archia 24 Quid noſter hic magnus, qui cum virtute fortunam adaequauit? *i. aeque fuit fortunatus, ac virtute praeditus.* Famam alicuius Flor. 2, 2, 14. Cic. pro Archia 29 Inſidet quaedam in optimo quoque virtus, quae noctes et dies animum gloriae ſtimulis concitat atque admonet, non cum vitae tempore eſſe dimittendam commemorationem nominis noſtri, ſed cum omni poſteritate adaequandam. Adaequare Libertos ſibi et legibus Tac. Ann. 12, 60, 5.

ADAEQVE, pro Aeque, [ἐπίσης) Adu. *Idem quod* Aeque, *id eſt*, Tam *ſiue* Tantum. Neque fuit me ſenex quisquam adaeque miſer Plaut. Caſin. 3, 5, 45. Nunquam ecaſtor vllo die riſi adaeque Plaut. ib. 5, 1, 3. *Add.* Liu. 4, 43 Vt quemadmodum tribunis — vſi ſunt, adaeque in quaeſtoribus liberum eſſet arbitrium populi.

ADAEQVĀTVS, a, um. Amicus cum familiariſſimis adaequatus Cic. pro Balbo 63 c. 28.

ADAEQVATIO, ōnis. f. *Actio adaequandi.* Tert. ad Nat. 1, 1 Deficit adaequatio comparationis iſtius. adde eod. lib. c. 15.

ADAERO, āre [προσχαλκόω] *eſt Aere aeſtimare ſ. Ad aeris pretium redigere.* Imperatores in l. 12. C. de erog. mil. *aut.* L. 28 C. Theodoſ. eod. Septem diebus per quos tribuni praetoriani emolumenti gratia ſolenniter ſtellaturae nomine ſpecies conſequuntur :— ſpecies reſiſtentes non aliter adaerentur, niſi vt in foro rerum venalium diſtrahuntur. *Senſus eſt, Species quae militibus ſtellaturae cauſa penduntur a prouincialibus, ſi pecunia aeſtimentur, aeſtimari tanti debere, quantum eſt fori pretium.* Species *autem* reſiſtentes *intelligo*, reſtantes, *quae reliquamenti cauſa debentur, id eſt, ex praeterito.* Iam caetera pro moderatione praeſtabis, ſed ita, vt nihil adaeretur Val. Imp. ap. Treb. Poll. in Claud. c. 14 *i. ne cuius rei pretium aere perſoluatur. vid. Caſaub. et Salmaſ. ad h. l.* Annonas omnes ad ſimilitudinem militum, quibus aerariae praebentur annonae, adaerari praecipimus L. 15 C. de erog. mil. ann. In adaerandis reliquorum debitis non moleſtus Ammian. 31, 40 (c. 14 Valeſ.) *Conf. Not. Valeſ.* ¶ 2 *Per aera et calculos ſummam colligere.* Frontinus in Fragm. Agrar. *apud Rigalt.* Subiectas deinde extremitatum partes ad rectum angulum, Podiſmis ſuis adaeramus. *Ita hunc locum peſſime habitum vulgo, partim ex Arceriano codice, partim ab ingenio reſtituit Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 483. *Vbi* Podiſmis Adaerare, *nihil aliud eſt, quam Agri modum Podiſmis ſiue Ad menſuram pedum exigere, ſeu, Quot pedes ager faciat, computare.*

ADAERATVS, a, um. *Part. vt* Adaerata praedia, in l. 1. C. de collat. donat. *dicuntur*, ex Quibus aes certum praeſtabatur. *Hotoman.* Adaeratum ſalarium Eumen. pro reſtaur. ſchol. c. 11 *legi vult Scalig. de Emend. Temp.* 5 p. 420 *Sed alii nihilo minus defendunt* Adoratum. *Et recte puto. Vid. Cellar.* 5, 11, 3.

ADAERATIO, ōnis. Vet. Gl. Adaeratio, ἐξαργυρισμὸς, in l. Militaris. C. de militari veſte. et l. repetita. C. de erog. mil. nihil aliud eſt, quam Aeſtimatio ad aeris pretium. Hotoman.

ADAESTVO, āre. [προσκυμαίνω] Valde aeſtuare. Stat. Theb. 5, 517. — ſquammisque inciſus adaeſtuat amnis.

ADAGGĔRO, āre. [προσεπιχωννύω] Accumulare *vbi vid.* Cato de R. R. cap. 94 Cum ver appetit, terram adaggerato bene. *Add.* Plin. 36, 12. Columel. 5, 11, 8.

ADAGGERATVS, Partic. Plin. 13, 11 Aegyptus adaggerata Nilo.

ADAGIVM, ii. et apud antiquos, ADAGIO, ōnis. [παροιμία] ſignificat Prouerbium. Varr. de L. L. 6, 3 Apud Valerium Soranum vetus adagio eſt, o P. Scipio. Quod verbum vsque eo euanuit, vt Graecum παροιμία pro eo poſitum, magis ſit apertum. Nam idem, quod vocant Graeci παροιμίαν, vt, Auribus lupum teneo, canis caninam non eſt, Adagio, et litera commutata, Abagio, dicta ab eo quod ambit orationem, neque in aliqua vna re conſiſtit ſola. Feſtus, Adagia, Ad agendum apta. Donat. in Eun. Et dicta, et prouerbia, et adagiones, quod rem agant, facetis hominibus adſcribuntur. *Sed etiam ipſe* Plaut. Amph. 3, 5, 40 — vetus eſt adagium, Fames et mora Bilem in naſum conciunt. Vt, quod per adagionem coepimus, prouerbio finiamus Auſon. Monoſyll. praefat. *Vid. Eraſm. Prolegom. Chiliad. praemiſſa;* et *Voſſ. Inſtit. Orat.* 4, 9 p. 211.

ADAGNITIO, onis. Reuelatio et adagnitio Dei Tertull. adu. Marc. 4, 28.

AD ALIQVID, [πρός τι] *Quod vulgo* Relatiuum *dicitur.* Quinct. 1, 10, 13 Illi autem iidem, cum interrogantur, cur *aper apri* et *pater patris* faciat? Illud nomen ſimpliciter poſitum, hoc ad aliquid eſſe contendunt.

ADALLĬGO, āre [προσεπιδέω] *Idem quod inſuper Alligare.* Plin. 27, 10 Quos pyxide conditos adalligari cum pane, brachio, etc. Adalligare aliquid alicui rei Plin. 20, 21. In tertianis quidam ſiniſtra manu euulſam (*herbam*) adalligunt Plin. 27, 12. *conf.* 30, 6 et 32, 10.

ADALLIGĀTVS, Partic. Plin. 17, 23 Adalligato protenduntur in viduam arborem vnco. Herba adalligata laeuo brachio Idem 24, 19. *Et* circa caput Idem 27, 10.

ADAM, [Ἀδὰμ] *Indecl.* et ADĀMVS, i. *Primus homo*, Iſidor. 7, 6 Adam, ſicut beatus Hieronymus tradidit, *Homo* ſ. terrenus, ſiue *terra rubea* interpretatur. Ex terra enim facta eſt caro, et humus hominis faciendi materies fuit. Hic poſitus cuſtos Adamus. Tert. Gen. v. 64. *Vbi prima longa, quae et breuis.* v. 93. Ex Adam malus atque carnalis Auguſtin. C. D. 15, 1. *Inuenitur et Genitiuus*

*tiuus* Adae, *vt* Peccamen Principis Adae Prudent. Apoth. v. 911. Ibid. v. 926 Veterem ſplendens anima exuat Adam.

ADAMANTIS, ĭdis. [ἀδαμαντὶς] *Democritus tradit Herbam eſſe* Armeniae, Cappadociaeque alumnam. Hac admota Leones reſupinari feruntur hiatu laxo. Nominis cauſam eſſe, quod conteri nequeat. Haec Plin. 24, 17 ſ. 102. *Add.* Apul. de Herb. c. 4.

ADĂMAS, antis. m. [ἀδάμας] *gemma duriſſima ab* α *priuatiuo et verbo* δαμάζω, Domo, *quaſi* Indomitus *lapis*. Virg. Aen. 6, 552 — ſolidoque adamante columnae, Vis vt nulla virûm, non ipſi excindere ferro Caelicolae valeant. Plin. 37, 4 *vbi inter varia vera falſa* Incudibus hi (Arabici: ſex enim genera *enarrat*) deprehenduntur, ita reſpuentes ictum, vt ferrum vtrinque diſſultet, incudesque etiam ipſae diſſiliant. Quippe duritia inenarrabilis eſt, ſimulque ignium victrix natura, et nunquam incaleſcens. Vnde et nomen indomita vis Graeca interpretatione accepit. Siquidem illa inuicta vis, duarum violentiſſimarum naturae rerum, ferri ignisque contemtrix, hircino rumpitur ſanguine, neque aliter quam recenti, calidoque macerata, et ſic quoque multis ictibus — Adamas diſſidet cum magnete lapide in tantum, vt iuxta poſitus ferrum non patiatur abſtrahi: aut ſi admotus magnes apprehenderit, rapiat, atque auferat. *Haec ad notos hodie adamantas non pertinere, nemo hodie ignorat. Et id iamdudum Lipſius ad* Sen. de Conſtant. Sap. c. 3. *ex Garſia obſeruauit.* Ouid. Triſt. 48, 45 Nil adeo validum eſt, Adamas licet alliget illud, Non ſit vt inferius ſuppoſitumque Deo. Infragilis adamas Plin. 20 in prooem. *Sed* Val. Flac. Argon. 3, 225 *de Coeo*, Vincla Iouis, fractoque trahens adamante catenas. *Vid. mox* Textus. Ouid. Amor. 3, 7, 57 Illa graues potuit quercus, adamantaque durum, Surdaque blanditiis ſaxa mouere ſuis. Propert. 4, 11, 6 Non exorato ſtant adamante viae. Inuictus Ouid. de Ponto 4, 12, 132. Perennis Ouid. Met. 15, 813. Solidus Virg. Aen. 6, 552. Sen. Herc. 808 Tunc grauia monſtri (*Cerberi*) colla permulcens manu adamante texto vincit, *i. Adamantina catena.* Adamanta mouere lacrymis Ouid. de Arte Am. 1, 659. Adamanta ſuperare duritia Ouid. Epiſt. 2, 137. Ex adamante ſecuris facta Ouid. Faſt. 3, 805. Adamas ſupernas, *Maecenas dictus ioco* Auguſti *ap.* Macrob. Sat. 2, 4. *Sed cuius rationem diuinare difficile ſit.*

ADAMANTEVS, Adi. [Ἀδαμάντειος] *Quod ex adamante factum eſt, duriſſimum* Ouid. Met. 7, 104. Manil. 1, 919.

ADAMANTĬNVS, aliud Adi. [ἀδαμάντινος] *Idem. vt* Adamantina duritia Plin. 37, 11. Adamantini claui Hor. Od. 3, 24 5. Iuga Propert. 3, 9, 9. Saxa Lucret. 2, 447. Tunica Hor. Od. 1, 6, 13.

ADAMASTVS, [Ἀδάμαστος] *Nomen viri fictum apud* Virg. Aen. 3, 614.

ADAMBVLO, āre. Adambulabo ad oſtium Plaut. Bacch. 4, 5, 8. Vidi aſinum adambulantem cuidam ſeni debili Apul. Met. 11 p. 261. *Add.* Id. Met. 8 p. 213.

ADAMĒNON, i. n. Herba Hyoſciamus dicta Apul. de Herb. c. 4.

ADAMIANI, *Haeretici ſic* vocati quod Adae imitentur nuditatem: vnde et nudi orant, et nudi inter ſe mares feminaeque conueniunt Iſid. 8, 5.

ADĂMO, āre, [ὑπερφιλέω] *Vehementer amare, et amore exardeſcere.* Laudum gloriam adamare Cic. Fam. 2, 4. Dion Platonem adamauit Nep. 10, 2, 3. Si virtutem adamaueris, (amare enim parum eſt) Sen. Ep. 71. Cic. de Orat. 3, 59 Deinde ab Antiſthene, qui patientiam et duritiam in Socratico ſermone maxime adamarat. *Et alibi ſaepe.* Ouid. Triſt. 3, 4, 28. Quint. in Infami in matrem, Me quidem, marite, ſiquis interroget, omnes matres liberos ſuos tanquam adamauerint, amant, *i. quaſi Venereo amore proſequantur.* Cic. in Verr. 2, 84 Cum ſigna quaedam pulcherrima atque antiquiſſima Thermis in publico poſita vidiſſet, adamauit. Col. 10, 199 Adamat partes ſuas ſpiritus orbis. *Vid. etiam* ADHAMO.

ADAMĀTOR, ōris. m. Tertul. de Habit. Mulier. cap. 2. Nihil ad caſtitatem adamatores potuerunt praeſtare. Ἐρωτικὸς Gloſſ. Graec. Lat.

ADAMATVS, a, um. Veſpaſianus adamatus Suet. Veſp. c. 22. Pauper adamatus Sidon. Ep. 7, 2.

ADAMABĬLIS, et e. Gloſſ. Gr. Lat. ἐράσμιος.

ADAMATRIX, Quae amat. Plaut. Poenul. 5, 5, 25 *at al. diuiſim legunt, ad amatricem Africam.*

ADAMVSSIM, *Coniuncte quidam ſcribunt, vt* Examuſſim. *Sed nihil neceſſe eſt. Vid.* AMVSSIS.

ADAMPLIO, āre. *Idem quod ampliare, ſeu Auctius ampliare.* Vetus Inſcriptio apud Gruter. p. 128. n. 5. AEDICVLAM VETVSTATE CORRVPTAM ADAMPLIAVIT. adde p. 323. n. 1.

ADAMPLIATVS, *Partic.* Poena adampliata. Vet. Interp. Irenaei 4, 47.

ADĂPĔRIO, ui, ertum, īre. [προσανοίγω] *idem quod Aperire ſiue Patefacere.* Liu. 25, . . Qui improuiſo adorti ſemiplenas ſtationes, et adapertas fores portae. Plin. 2, 47 Vnde nubes diſcuſſae adaperuere caelum. Adaperire caput Sen. Epiſt. 64. *Vid.* CAPVT. Plin. 32, 95 Horum ius traditur aluum et veſicas exinanire, interanea diſtringere, omnia adaperire.

ADAPERTVS, a, um. [ἀνεωγμένος] Ouid. Amor. 1, 5, 3 Pars adaperta fuit, pars altera clauſa feneſtrae. Adaperta ſella Suet. Aug. c. 53, *vt* κριτικώτατοι *legunt, i. aliqua ex parte aperta.* Ianua per noſtras eſt adaperta manus Ouid. Amor. 3, 12, 12. Columel. 5, 5 Adapertas vites relinquere, et tota hyeme ablaqueatas habere conuenit.

ADAPERTĬLIS, Adi. [προσανοικτὸς] *Quod aperiri poteſt.* Ouid. Triſt. 3, 11, 45 Aſpicis a dextra latus hoc adapertile tauri.

ADAPERTIO, onis. Aug. Octog. Quaeſt. 61 Legis adapertione et diſputatione.

ADAPTO, āre. [προσάπτω] Onomaſt. vet. *Apte adiungere* Modeſt. Dig. l. 1. §. 6. de Excuſ. Conſtitutionem recte adaptans capitulis omnibus. *Conſ.* ib. l. 13 §. 12.

ADAPTATVS, Partic. Suet. Otho. c. 12 Capiti adaptatus galericulus.

ADAQVO, āre. *i. Rigare.* Denis diebus adaquari, ne grandeſcant Plin. 17, 10 *de arboribus. Add.* Vulgat. Geneſ. 24, 46.

ADĂQVOR, āris. *Idem quod* Aquor. Nec ſine periculo poſſent adaquari oppidani Hirt. B. G. 8, 41. Suet. in Galba, 7 Vt ad lacum vbi adaquari ſolebat, duceretur, etc. *de iumento.*

ADAQVATVS, Partic. Adaquatum vinum Petrus Cluniacenſ. 2 Mirac. 28. *Conſ.* Vulgat. Geneſ. 29, 11.

ADARCA, ae. [ἀδάρκης] *Salſilago quaedam eſt, ſeu Spuma ſalſuginoſa, concreta et velut gelata, in humidis et paluſtribus locis per ſiccitates paludum proueniens, atque ipſis arundinibus et herbis adhaereſcens. Galen. Dioſcor. et alii. Vocatur etiam* Adarces, Adarcion, Adarcos, et Calamochnus: *id eſt, Calami ſeu arundinis lanugo. Conſ.* Reineſ. Var. Lect. 3, 18. *Hinc commode interpretandus* Plin. 16, 36 ſ. 66 *in recenſu arundinum,* Eſt et in Italia naſcens Adarca nomine, paluſtris, ex cortice tantum ſub ipſa coma, vtiliſſima dentibus, quoniam vis eadem eſt, quae ſinapi. *Clarius enim* 20, 22 ſ. 88 Sinapis naturam effectusque eosdem habere traditur adarca — in cortice calamorum ſub ipſa coma naſcens. *Et* 32, 10 ſ. 52 Inter aquatilia dici debet et καλαμόχνους Latine adarca appellata. Naſcitur circa arundines tenues e ſpuma aquae. Adarche *non ſatis recte ſcribitur, v. g. ap.* Marcell. de Medic. v. 57 *ed. Burm.* Adarca *etiam* Veg. Mulom. 3, 48, 2. 4, 28, 15.

ADĀREO, ui, ēre [ξηραίνομαι] *i. bene Arere, ſiue Exarere.* Cato de R. R. 98 Amurca decoquito ad dimidium, et ea vnguito fundum areae, & extrinſecus pedes et angulos. Vbi ea adaruerit, veſtimenta condito. *Alias nondum obſeruatum.*

ADARO, āre. Nec curuo adaranda aratro, nec cura laboranda Plin. 23 praef. *Hard. Alias autem leg.* adoranda *vel* exoranda.

ADASIA, Ouis vetula, recentis partus. Feſtus. *i. quae primo partu edita eſt, ſ. quae vetula demum peperit, q. d.* adaxia, adacta ad partum, *quae eſt ſuſpicio* Voſſii Etym. Iſid. Gl. Adaſia ouis maior nata. (*ſ.* natu *Voſſ. l. c.*)

ADASSIM *Vid.* ADAXIM.

ADASVS, Tunica quae ab humeris non erat conſuta. Sipont. *nullo auctore.*

ADAVGEO, xi, ctum, ēre. [ἐπαύξω] *Inſuper Augere.* Cic. de Inuent. 2, 55 Per quem facti vtilitas aut honeſtas adaugetur. Huiusmodi ſigna adaugent ſuſpicionem A. ad Herenn. 2 c. 25 Cic. pro Roſc. Amer. 30 c. 11 Haec (maleficia) aliis nefariis cumulant atque adaugent. Ne tua duritia adaucta ſit Ter. Heaut. 3, 1, 26.

ADAVCTO, āre. [ἐπαύξομαι] Frequent. *Idem.* Accius Aeneadis, Quibus rem ſummam et patriam noſtram quondam adauctauit pater, *teſte* Nonio 2, 52.

ADAVGESCO, ĕre. [ἐπαυξάνομαι] Augeri, Creſcere. Lucret. 2, 296 Nam neque adaugeſcit quicquam, nec deperit inde. Cic. de Diuin. 1, 13 c. 7. Aut denſus ſtridor quum celſo e vertice montis Ortus adaugeſcit ſcopulorum ſaepe repulſu.

ADAVCTVS, ûs, m. [ἐπαύξησις] Lucret. 2, 1121 Nam quaecunque vides hilari grandeſcere adauctu, *i.* Incremento. Reſpicere adauctus lunae vel defectiones Solin. c. 36 (23 *Salmaſ.*)

ADAVCTOR, oris. Tertull. de Teſtim. An. c. 2.

ADĂVVS, *vid.* ATAVVS.

ADAXIM, *pro* Adigam *vel* Adegerim Feſt. et Non. 2, 53. *ex* Plaut. Aul. 1, 1, 11 Vtinam me DI adaxint ad ſuſpendium Potius quidem, quam hoc pacto apud te ſeruiam. *Quidam* Adaſſim, *ſolenni literarum* X *et* SS *permutatione.*

ADBELLO, āre, Vt perduelles adbellaret aſſiduos Ammian. 16, 9. Aduolaret *leg. Lindenbrog. ex MSt.*

ADBĬBO, ĭbi, ibĭtum, ĕre [ἐπιπίνω] *Subinde bibere.* Ter. Heaut. 2, 1, 8 Is mihi vbi adbibit plus paullo, ſua quae narrat facinora! Plaut. Stich. 2, 2, 58 Euge, quando adbibero, alludiabo. ¶ 2 *Vt* Imbibere, *per metaphoram* Plaut. Mil. 3, 3, 10 Poſtquam adbibere aures meae tuam moram orationis Hor. Epiſt. 1, 2, 67 — nunc adbibe puro Pectore verba puer.

ADBITO, āre. *Vetus verbum, vt* Rebito, *a* Beto *veteri, vnde eſt etiam* perbito, *et forte quoque* dubito. Plaut. Capt. 3, 4, 72 Si adbites propius, os denaſabit tibi mordicus. *Sic Gron. Quidam* Adites. *Vid.* ADITO.

ADBLATERO, āre. Has et alias ſimiles affanias fruſtra adblaterantes Apul. Met. 9 p. 221 *Elm. ſed alii aliter leg.*

ADCANTO *etc. Vid.* ACC.

ADCENSI, pro Accenſi, veteres ſcribebant, quaſi Ad cenſum adiecti. *Vid.* ACCENSI.

ADCOGNOSCO, *vel* Accognoſco, ĕre. Adcognoſco Cappadocem Petron. c. 69. Praeiudicium damnationis ſuae adcognoſcere Tertull. ad Vx. 2, 6. *Add.* Id. adu. Marc. 4, 20. Sen. de Benef. 2, 13 *in MSS.*

ADCOPIOSVS, a, um. εὔπορος Gloſſ. Lat. Gr.

## A D D

ADDĂX, acis. [στρεψίκερος] Strepſiceroti, quem Addacem Africa appellat, Graeci a contortis cornibus indidere nomen Plin. 11, 37.

ADDĔCET, [ἐπιπρέπει] Addecebat, addecuit. Imperſ. *Valde Decet.* Plaut. Amph. 3, 4, 21 Eius ſtudio ſeruire addecet. *Et* Caſi. 2, 2, 26 Nam peculi probam nihil habere addecet clam virum. *Vtitur eo ſatis frequenter.*

ADDECĬMO, āre [ἀποδεκατόω] *Decimam partem detrahere.* Vulgat. 1 Regum 8, 14 Sed et ſegetes veſtras, et vinearum reditus addecimabit, vt det eunuchis et famulis ſuis.

ADDENSEO, ui, ēre [ἐπιπυκνόω] teſte Seruio: Denſum facere, ſtipare, ſiue conſtipare. Virg. Aen. 10, 432 Extremi addenſent acies. *Verbum nondum alias obſeruatum.*

ADDENSO, āre. *Spiſſare, id eſt, ſpiſſum facere* Plin. 20, 21 Mirum, aquam radice ea addita, addenſari ſub dio, atque lacteſcere.

ADDĪCO, xi, ctum, ĕre. [ἀπαλλάττω, προστίθημι] *Generatim eſt dicto ſuo facere, vt ad alium perueniat aliquid. Vſitatiſſime fere eſt Licitanti rem auferendam permittere.* Cic. pro Caecina 16 Aebutio negotium datur. adeſt ad tabulam. licetur Aebutius. deterrentur emtores multi, partim gratia Caeſenniae, partim etiam pretio. Fundus addicitur Aebutio. Addicere fundum XXX aureis Iulian. in l. qui fundum t. Procurator D. Pro emtore. *Sic.* Cic. pro domo ſua 107 Hominem inuenire iſta labes tum, cum omnia tenebat, neminem potuit, cui aedes meas addiceret, cui traderet. Sueton. Calig. 38 extr. Auctione propoſita — Nota res eſt, Aponio Saturnino inter ſubſellia dormitante, monitum a Caio praeconem, ne praetorium virum crebro capitis motu nutantem ſibi praeteriret; nec licendi finem factum, quoad XIII gladiatores HS nonagies ignoranti addicerentur. *Sic* Cic. pro Rabir. 45. Ecquis eſt ex tanto populo, qui bona C. Rabirii Poſthumi nummo ſeſtertio ſibi addici velit? *Et paullo poſt* Tua bona, Poſthume, Nummo ſeſtertio a me addicuntur? *Indicat nempe paupertatem Poſthumi, qui nihil amplius habeat ſuum. Alias ad imaginariam venditionem, quae donatio potius eſt, haec formula pertinet.*

*tinet* Hor. Sat. 2, 5, 109 Si quis Forte coheredum ſenior male tuſſiet, huic tu Dic, ex parte tua ſeu fundi ſiue domus ſit Emtor, gaudentem nummo te addicere. Sueton. Caeſ. 50 Bello ciuili, ſuper alias donationes, ampliſſima praedia ex auctionibus haſtae ei (Seruiliae) nummo addixit. *Sed fluctuat hic lectio et ſententia inter* nummo, *et* minimo. *Quin hoc ſeries orationis facit fere probabilius. Res quidem, i. totum hoc genus emtionis et formulae certum eſt, vid.* Val. Max. 5, 2, 10. *Abrogatum illud deinde quodammodo eſſe, reſtricta donandi licentia, apparet ex* Digeſtis 19, 2, 46 *et* 41, 2, 10. *Vid.* DICIS cauſa. *Perſequamur iam loca, vbi* Addicere *eſt vendere.* Cic. Verr. 3, . . . Iam addictis et venditis decumis. Cic. Philipp. 2, 5, 2 Cum te neque principes ciuitatis rogando, neque maiores natu mouendo, neque frequens ſenatus agendo de vendita atque addicta ſententia mouere potuit. *Sic* Addictam pretio habere fidem et religionem Cic. Verr. 2, 78 *i.* ob rem iudicandam pecuniam accipere, *vt ipſe declarat.* ¶ 2 *Nimirum non ad venditionem modo pertinet, ſed addicit, qui quocunque modo facit, vt res ad alium tranſeat, ſtatum mutet. Eſt itaque donare, deſtinare, damnare, dicare etc.* Addicere ſuos amores crudele eſt Ouid. Met. 1, 617 *de Io, quam donari ſibi a Ioue, Iuno petierat.* Sanguinem alicuius Cic. in Piſon. 83. Id. poſt Red. in Sen. 16 Vt Conſularem dignitatem, vt reip. ſtatum, vt Senatus auctoritatem, vt ciuis optime meriti fortunas prouinciarum foedere addiceres. Addicta vita alicuius, et propoſita praemiis Cic. pro Milon. 57. Addicere bona in publicum, *Publicare* Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 18. Cic. Verr. 1, 144 Addicitur id opus HS. DLX millibus, *i. locatur.* Cic. Off. 3, 45 c. 10 Cum is qui morti addictus eſſet, paucos dies commendandorum ſuorum gratia poſtulaſſet. *Sed etiam in re leuiori* Cic. de Inu. 2, 5 Quodſi: in caeteris quoque ſtudiis a multis eligere homines commodiſſimum quodque, quam ſe ſe vni alicui certo vellent addicere, minus in arrogantia offenderent, non tantopere in vitiis perſeuerarent, aliquanto leuius ex inſcientia laborarent. *Sic* Addicere ſe et conſecrare certis ſententiis Tuſc. 2, . . Cic. in Salluſt. 11 Non enim vni priuatim ancillatus ſum, neque me addixi. Corpus ſuum turpiſſimae cupiditati Ad Heren. 4, 23 c. 16. Pueritiam ſuam omni intemperantiae Ad Heren. 4, 24. Se ſenatui Cic. pro Planc. 93. Se perpetuae ſeruituti Caeſ. B. G. 7, 77. In ſeruitutem Liu. 3, 56. ¶ 3 *Iudiciale verbum eſt et Praetorium, cum debitorem obaeratum adiudicat creditori* Plaut. Poen. 1, 1, 58 Vbi in ius venerit, addicet Praetor familiam totam tibi. Et 5, 6, 24 Quin egomet tibi me addico: quid Praetore opus eſt? Gell. 20, 1 Poſt deinde, niſi diſſoluerent (*aes alienum debitores*) ad Praetorem vocabantur, et ab eo quibus erant iudicati (*debere*) addicebantur, neruo quoque aut compedibus vinciebantur *etc.* Cic. pro Flacc. 48 Iſte cum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, et ab hoc ductus eſt. *Vid. mox* ADDICTVS. *Verum etiam* Addici *dicebatur* iudex, arbiterue, *qui ex formula a Praetore dabatur, vel ex conuentione litigatorum ſumebatur.* l. 39. l. 46. et l. 80. D. de iudic. Et ita addictus actioni arbitrariae iudex. in l. 3. in fine. D. quod cert. loc. *Hinc* Sen. Ep. 66 Te arbitrum addiximus. Addicere litem, *in XII tabulis pro Secundum aliquem iudicare, apud* Gell. 17, 2 Poſt meridiem praeſenti, litem addicito. *Sed alii actionem modo dare, et ad litigandum admittere hac lege Praetorem iuberi, aiunt. Certe firmatur haec ſententia loco* Macrobii Sat. 1, 16 Trebatius — ait, nundinis magiſtratum poſſe manumittere iudiciaque addicere. ¶ 4 *In augurali diſciplina* Addicere aues *dicuntur, i. ſignificare conſenſum et approbationem Deorum.* Liu. 27, 16 Fabio auſpicanti — aues ſemel atque iterum non addixerunt. Tac. Ann. 2, 14, 2 Auctus omine, addicentibus auſpiciis, vocat concionem. ¶ 5 *Dubius verbi huius vſus eſt in illo* Cic. Parad. 4, 1 Ego vero te non ſtultum, vt ſaepe, non improbum vt ſemper, ſed dementem et inſanum, rationibus addicam neceſſariis. *Sed incerta omnia facit librorum et doctorum diſſenſus.* Addicam *aegre admittit ſententia. In Longobardica eaque intricatiore ſcriptura videtur* addicam *oriri potuiſſe ex* euincam: *quod placet etiam Lambino, Graeuio, aliiſque viris ingenio praeſtantibus. Dubius non minus eſt locus, qui huc laudatur* Sall. Cat. 22 pr. *Dedit Cortius idoneis auctoribus,* Cum ad iusiurandum popularis ſceleris ſui adigeret.

ADDICTVS, a, um. Part. *Solenni velut ſignificatione de his dicitur, qui propter aes alienum in temporariam ſeruitutem traditi ſunt. Locus claſſicus eſt* Quinctil. 7, 4, 26 ſq. Addictus, quem lex ſeruire donec ſoluerit, iubet. — Seruus cum manumittitur, fit libertinus: Addictus recepta libertate eſt ingenuus. Seruus, inuito domino libertatem non conſequetur: Addictus ſoluendo, citra voluntatem domini conſequetur *etc. Add.* Gell. 20, 1. Quinctil. 3, 6, 25 Quaeſtio *eſt,* An is quem, dum addicta eſt, mater peperit, ſeruus ſit natus? *Hinc* Plaut. Poen. 3, 4, 10 Abduc intro, addictum tenes. *Add.* Bacch. 2, 5, 87. *Deinde etiam de aliis dicitur, in quibus ſimilitudinem illius nexus eſſe indicare volunt. v. g.* Addictum ſub ſua iura trahere Propert. 3, 9, 2. *Add.* v. 32. Habere aliquem addictum, deditum, obſtrictum Cic. pro Caelio 80 c. 32 Hor. Epod. 17, 11 Luxere matres Iliae addictum feris Alitibus, atque canibus homicidam Hectorem. Cic. Fam. 7, 24 Addictus Calui Hipponacteo praeconio, *quem Caluus aſperis verſibus lacerandum* ſibi propoſuit. Vaſtitati Cic. Att. 9, 11. Hor. Epiſt. 1, 1, 14 Nullius addictus iurare in verba magiſtri. *Plura dabit* Drakenb. ad Sil. 15, 247. Addictus, Nomen Plautinae Comoediae ab eo in piſtrino ſcriptae. Auctor Varro apud Gell. 3, 3.

ADDICTE, Adu. [προσδετῶς] *Laudatur* Tacit. de Morib. Germ. 43, 7 Trans Lygios Gothones regnantur, paulo iam addictius quam caeterae Germanorum gentes, nondum tamen ſupra libertatem. *Sed meliores libri legunt* Adductius, *vbi vid.*

ADDICTIO, ōnis. [κατάδικη] Cic. Act. in Verr. 1, 12 c. 4 Simul in iure dicendo bonorum poſſeſſionumque contra omnium inſtituta addictio et condonatio. *Alio, puto, intellectu* Lex Mamilia ap. Goeſ. R. Agr. p. 340 Deque ea re Curatoris, qui hac lege erit, iurisdictio, reciperatorumque datio addictio eſto. *Et p. p.* Eius magiſtratus ea de re iurisdictio iudiciſque datio addictio eſto. *Nempe* addicitur iudex, arbiter, recuperator, *vt vidimus* n. 3.

ADDISCO, didĭci, ĕre. [προσμανθάνω] *Quaſi aliquid addere ad ea, quae didiceris.* Cic. de Senect. 26 Quid, quod etiam addiſcunt aliquid? vt Solonem in verſibus gloriantem vidimus, qui ſe quotidie aliquid addiſcentem, ſenem fieri dicit. *Recte ergo, qui* l. 20 D. de fideic. libert. *verba* κἂν τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῇ σορῷ ἔχω προσμαθεῖν τι βουλοίμην, *ita reddidit,* Etſi alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret aliquid addiſcere. Cic. de Orat. 3, 84 c. 23 At Q. Velocius puer addidicerat, *vbi ſimpliciter diſcere notare videtur.* Addiſcere aliquid noui Ouid. Amor. 2, 5, 55. Addiſcere tubas, *i. Cantum tubarum.* Stat. Silu. 3, 1, . .

ADDIVĪNO, āre. [προσμαντεύομαι] *Idem quod ſimplex Diuinare.* Plin. 35, 10 Vt Appion Grammaticus ſcriptum reliquerit, quendam ex facie hominum addiuinantem (quos metopoſcopos vocant) ex iis dixiſſe aut futurae mortis annos, aut praeteritae.

ADDO, addāre. [προσδίδωμι] *Obſoletum verbum aiunt pro Dare vel Addere. Laudant* Plaut. Trucul. 5, 19 Tuo arbitratu quod iubebis, addabitur. *Sed hodie editur,* Id dabitur.

ADDO, ĭdi, ĭtum, ĕre. [προστίθημι, ἐπιτίθημι, ἐπιβάλλω] *ex* Ad, *et* Do, das; *adiicere, adiungere.* Virg. Aen. 9, 765 - - - et verbis haec inſuper addit. Ter. Phorm. 1, 1, 8 Vt ſemper aliquid addant ditioribus. Quinct. 4, 5, 15 Addere ex abundanti. Caeſ. B. C. 3, 49 Hunc laborem ad quotidiana opera addebant. Cic. Off. 1, 37 Quid ad hanc manſuetudinem addi poteſt? Idem ad Att. 1, 13 In illam orationem Metellinam addidi quaedam. Multas res nouas in edictum addidit Nep. 24, 2, 2. In vtramque aurem addito pane Plin. 28, 4 ſ. 12. *Add.* 16, 11 *Sed* Balſama ſi geminis inſtillans auribus addas Sammonic. 14. *Conf.* Varr. R. R. 1, 54, 2 *et* 3, 15, 2. Colum. 12, 22, 1. *et* 12, 57, 1. *Vnde apparet,* Addere *eſſe interdum ſimpliciter indere, infundere, at cum relatione ad vas, aut rem, cui applicatur; non ad ſpecies plures in vnum vas coniiciendas intelligi.* Additur in caua dentium Plin. 29, 8. Addere in coronas Plin. 21, 4. Addere in potu vnguentum Plin. 13, 3. Id. 25, 11 Purgat autem cyclaminos cum melle in nares addita. Addere in ouum inane Plin. 20, 22. Additur in potionem Plin. 20, 23. Album in veſtimentum addere Liu. 4, 25 extr. *Vid. Gronou. ad h. l. et ad* Cic. Att. 13, 20 pr. ¶ 2 *Ad ſermones pertinet in iſtis* Cic. Fam. 4, 3 Sed aliquid atque adeo multa addunt afferuntque de ſuo. Idem de Aruſp. Reſp. . . . Nihil addo de meo. *Sic* Addit, *i. dicit praeterea* Ter. Eun. 1, 2, 34. Adde huc, *ſiue* Huc adde: *formula connectendi ſententias:* Liu. 7, . . . Adde huc populationem agrorum, praedas hominum atque pecudum actas. Adde quod, *eandem vim habet.* Ouid. de Arte Am. 3, 538 Adde quod inſidiae ſacris a vatibus abſunt. Adde quod ingenuas didiciſſe fideliter artes Emollit mores, nec ſinit eſſe feros Ouid. Pont. 2, 9, 48. *Simile eſt* Cic. Off. 1, 67 Harum rerum duarum ſplendor omnis et amplitudo, addo etiam vtilitatem, in poſteriore. Cic. de Orat. 2, 54 Paululum ſe erexit, et addidit hiſtoriae maiorem ſonum vocis, vir optimus Craſſi familiaris Antipater: caeteri non exornatores rerum, ſed tantummodo narratores. ¶ 3 *Quae contraria ſint huius verbi, ex iſtis intelligas:* Cic. Acad. 4, 49 Cum aliquid minutatim et gradatim additur aut demitur. Cic. de Orat. 2, 26 Equidem ſic iudicare ſoleo, quicquid aut addideris, aut mutaueris, aut detraxeris, vitioſius et deterius futurum. Cic. Off. 1, 59 Vt boni ratiocinatores officiorum eſſe poſſimus, et addendo deducendoque videre quae reliqui ſumma fiat. ¶ 4 *Reliquas formulas literarum ordine recenſemus.* Herba coniza ſubſtrata frumentis, addit Aetati Pallad. 1, 19 extr. *i. illaeſa ſeruat diutius.* Alacritatem ſcribendi alicui Cic. Att. 16, 3. Id. 7, 2 Quos tu laudando Animos addidiſti. Annos duos addiderat ad duo luſtra, *i. Natus erat annos duodecim* Ouid. Faſt. 4, 702. Tibul. 2, 4, 42 Quin tua nunc iuuenes ſpectent incendia laeti; Nec quiſquam Flammae ſedulus addat Aquam. Virg. Aen. 9, 184 Niſus ait: Diine hunc ardorem mentibus addunt Euryale? Calcar alicui, *i. ſtimulare et inſtigare* Hor. Epiſt. 2, 1, 217. Cornua pauperi addis, *i. Superbiam, petulantiam, violentiam.* Horat. Od. 3, 21, 18 *Amphoram vini alloquens. Simile eſt illud* Ouid. de Arte Am. 1, 239 Tunc veniunt riſus, tunc pauper Cornua ſumit. Proinde, *ait* Feſtus, homines nimio vino truces fieri, et ideo Liberi patris ſimulacro cornua addi. Aſtris aliquem, *i. in diuos referre, caelo adſcribere.* Ouid. de Ponto 4, 8, 63. Cognomen Liu. 4, . . . Virg. Aen. 1, 267 At puer Aſcanius, cui nunc Cognomen Iulo Additur. Addere ad compendium Plaut. Caſin. 3, 1, 3 *Sed Gron.* Coaddito ad comp. Cic. Fam. 13, 15 Si ad id, quod ipſorum cauſa vis, addideris Cumulum commendationis meae. Plaut. Milit. 2, 6, 69 Cui me Cuſtodem herus addidit miles meus. Virg. Aen. 9, 649 Tum Comitem Aſcanio pater addidit. Dextram bello Sil. 10, 233. Dies paucos ſibi addere ad dictaturam gerendam Cic. Off. 3, 112. Dono addere, *Inſuper dare* Plaut. Epid. 3, 4, 38. Exemplis melioribus ſe addere, *Exempla meliora ſequi* Claud. Paneg. 4, 12. Facta pollicitis, *i. Facere ſeu implere quod promiſeris.* Ouid. Amor. 2, 16, . . . Fidem, *pro Confirmare, laudatur (mendoſe puto)* Plin. Epiſt. 248. Fidem pollicitam dictis Ouid. Faſt. 3, 366. Fiduciam alicui Tacit. Hiſt. 1, . . . Finem alicui rei, *pro Imponere* Claud. Paneg. 7, . . . Ouid. Met. 10, 207 Tempus et illud erit, quo ſe fortiſſimus Heros Addat in hunc florem, *i. mutetur in florem.* Virg. Aen. 5, 817 Iungit equos curru genitor, ſpumantiaque addit Frena. Valer. Flacc. Argon. 6, 181 Necdum clara quibus ſeſe Fuga mentibus addat, *vbi Fuga quaſi Dea aut Furia eſt.* Gradum, *pro Accelerare* Plin. Epiſt. 106. Honos addebatur togae Sil. 6, 394. Labem faſtis Id. 8, 258. Laborem alicui rei Tacit. Hiſt. 4, . . . *Add.* Virg. Georg. 1, 150. Lucrum emtori Cic. Verr. 3, . . . Ouid. Art. 2, 672 Aut fera belligeras addite in arma Manus. *Sed aliter* idem Amor. 1, 7, 1 Adde Manus in vincla meas: meruere catenas. Tib. 1, 2, 1 Adde Merum, vinoque nouos compeſce dolores, *i. copioſe bibe, poculis prioribus alia adde etc.* Sall. Iug. 46 Quorum maiores Punico atque aliis bellis Multum reip. addiderant, *i. auxerant remp.* Virg. Georg. 4, 149 Nunc age, Naturas apibus, quas Iuppiter ipſe Addidit, expediam. Nomen alicui Claud. Paneg. 5, . . . Sen. Her. Fur. 1237 Quis nomen vnquam ſceleris errori addidit? Ou. Met. 9, 355 Namque hoc auus Eurytus illi Addiderat Nomen. Plaut. Poenul. 4, 2, 48 Vt ego hanc familiam interire cupio. M. adde Operam ſi cupis, *q. d. Vota iſta ignaua ſunt: da etiam vel inſuper operam.* Idem Perſ. 4, 4, 77 Ita velim quidem Hercule. T. Optata vt eueniant, Operam addito. Partes illaeſas vitiatis Ouid. Met. 2, 826. Id. 8, 484 In ſcelus addendum Scelus eſt, in funera Funus. Spem et Metum alicui Tacit. Hiſt. 1, . . . Stimulos in praelia menti Lucan. 1, 263. Virg. Georg. 1, 513

Vt quum carceribus ſeſe effudere quadrigae,
Addunt in Spatia: et fruſtra retinacula tendens
Fertur equis auriga, neque audit currus habenas. *Id eſt,*

Currendo plus eorum curſus augetur, Seruius. *Conf. Cerda, it. Burmann.* ad Quinctil. 8, 3 p. 706. *vbi is locus laudatur.* Liu. 26, . . . Lictor viro forti adde virgas, *i. caede eum virgis.* Plaut. Amph. 2, 2, 179 Pudicitiae huius Vitium me hic abſente eſt additum. Addidit et proprio germana vocabula nato Claud. in Laude Seren. v. 109. Vocem quoque rebus vt addam Ouid. Epiſt. 16, 9. Salluſt. Catil. 60 Compertum habeo, milites, verba Virtutem non addere. *Siliana multa collegit* Heinſ. ad 3, 350.

ADDĬTVS, a, um. [προστεθειμένος] Partic. *Adiectus, adiunctus. v. g.* Flumen gentibus additum victis Horat. Od. 2, 9, 21. Addita

aetate, *quaſi Aucta et adulta* Plin. 11, 48 ſ. 108. *oppon.* infantiae. Additus eſt vnus annus tuo labori Cic. Q. fratr. 1, 1, 3. Plin. 23, 7 Dentium quoque dolori hic ſuccus appoſitus in lana prodeſt, aut in cauis eorum additus. Additus Voculae in partem curarum Herennius Gallus legatus Tacit. Hiſt. 4, 26. Calor viae additus eſt omnibus, *i. vehemens eundi voluntas* Valer. Flacc. 1, 271. Plin. 14, 4 Maroneum *vinum* vicies tanto addito aquae miſcendum Homerus prodidit. Addito tempore, *quod vulgo dicunt*, Succeſſu temporis Tacit. Ann. 12, 6, 4. Plin. 15, 16 Similiter deligi et ex locis ſiccis, et ante perfectam maturitatem, addito vt luna infra terram ſit. ¶ 2 Additus *peculiari notione eſt inimicus.* Macrob. Sat. 6, 6 *illud* Virgil. Aen. 6, 90 Nec Teucris addita Iuno vſquam aberit, *ita explicat.* Id eſt adfixa et per hoc infeſta. Hoc iam dixerat Lucilius — Si mihi non Praetor ſit additus, atque agitet me *etc.* Seruius ad Virgilii l. c. *comparat* Plaut. Aul. 3, 6, 20 Argus, quem quondam Ioni cuſtodem addidit. *Et ſane videtur hinc origo ſignificationis arceſſenda. Oderunt cuſtodes ſuos vulgo, qui cuſtodiuntur, acrius cuſtodiunt et obſeruant inimici. Talis eſt* Horat. Od. 3, 4, 78 Nequitiae additus cuſtos. *Pro* Infeſta *ponitur* Sil. 2, 595 Addita Erinnys, *quod reſtituere poſt Gronouium viri docti pro* Abdita. *Et ſaepe de moleſtis rebus aliis hoc participium adhibetur.* Stat. Theb. 2, 319 Exedere animum dolor, iraque demens, Et, qua non grauior mortalibus addita Cura, Spes, vbi longa venit. Id. Theb. 5, 33 O miſerae, quibus hic Furor additus. Sen. Agam. 589 Heu! quam dulce Malum mortalibus additum, Vitae dirus amor. *Videtur* additus *in hiſce talibus eam vim habere, quam* aſſiduus *in illo* Cic. pro Roſc. Am. c. 24 Hae ſunt impiis aſſiduae domeſticaeque Furiae.

ADDITAMENTVM, i. n. [*προθήκη*] *Quod additum eſt, Acceſſio.* Cic. pro Sext. 68 Interceſſit Ligus iſte neſcio quis, additamentum inimicorum meorum. Sapientia, vltimum vitae inſtrumentum, et, vt ita dicam, additamentum Sen. Ep. 17. Quo additamento intelligas Apul. de Deo Socr. p. 52. In oratione de Republ. ordinand. ad Caeſarem, Reliqui de factione ſunt inertiſſimi nobiles, in quibus praeter nomen nihil eſt additamenti. Apul. Met. 9 p. 219 *extr.* Elm. Additamento pretii laetus maritus.

ADDITIO, ōnis, f. Quinctil. 9, 3, 18 Ex eadem parte Figurarum Additio et Abiectio eſt. Additio magis putatur Quae Priſcian. 14 p. 978 *de vocula* Abſque.

ADDITITIVS, a, um. Celſus ICt. l. 98 D. de Verb. Signif. Cato putat menſem intercalarem addititium eſſe. Tertul. de Reſur. Carn. cap. 52 Addititium corpus.

ADDITĪVVS, a, um. Priſcian. l. 17.

ADDŎCEO, ēre. [*προσδιδάσκω*] Idem quod ſimplex Doceo, vel Abunde ſeu vehementer doceo. Hor. Epiſt. 1, 5, 18 Ebrietas — addocet artes.

ADDORMIO, īre. *Obdormiſcere leuiter et ad breue tempus.* Cael. Aurel. Acut. 1, 11, 83 Rurſum addormiunt, et difficile expergiſcuntur.

ADDORMISCO, ĕre. [*προσκοιμάομαι*] *Idem.* Suet. in Claud. 8 Et quoties poſt cibum addormiſceret. *In quibuſdam codicibus legitur* Obdormiſceret: *Sed illud melius.*

ADDVA. [Ἀδούας] Strab. *Fluuius Galliae Ciſalpinae, qui per Larium lacum (nunc Comenſem) influens, in Padum effunditur.* Plin. 2, 103 *de aquarum miraculis.* Quaedam vero et dulces inter ſe ſupermeant alias. Vt in Fucino lacu inuectus amnis, in Lario Addua, in Verbano Ticinus, in Benaco Mincius, in Lemano Rhodanus. *Hic fluuius a nonnullis* Abdua vocatur. Caeruleus Addua Claud. in ſext. Conſ. Honor. 196. Celer Idem ibid. 488. Spumoſus Ib. 458.

ADDVBANVM, Danubium. Feſtus. *Al.* Dubium. *Nihil certi Scal. et Dacer.*

ADDVBĬTO, āre. [*προσενδοιάζω*] *Aliquantum dubitare, quod et Subdubitare dicitur.* Cic. Fam. 7, 32 Quod ſine praenomine familiariter, vt debebas, ad me epiſtolam miſiſti, primum addubitaui num a Volumnio ſenatore eſſet. Idem Fam. 6, 6 Habes augurium meum: quo, ſiquid addubitarem, non potius vterer, quam illa conſolatione. Sic in Orat. 137 c. 40 Vt addubitet, quid potius aut quomodo dicat. Liu. 2, 4 De legatis paullulum addubitatum eſt. *Et* Manlius paulliſper addubitauit, an tempus eſſet Liu. 8, 10. Hor. Serm. 1, 4, 125 — et inutile factu Necne ſit, addubites? ¶ 2 Vehementer addubitare *legitur* Plin. Ep. 2, 19, 1 et 10, 119, 1 *noue, puto, et non ſatis accurate.*

ADDVBITĀTVS, a, um. [*προσενδοιασμένος*] Partic. Cic. Off. 1, 85 c. 22 Eoque magis, ſi plus adipiſcare re explicata boni, quam addubitata mali.

ADDVBITATIO, ōnis, f. *Idem ac* Dubitatio. Cic. Off. 3, 18 c. 4 Quod nonnunquam addubitationem afferre ſoleat. *Ita nonnulli libri, ſed caſtigatiores Lambini et Gruteri* Dubitationem *exhibent. Habet tamen* Mart. Capella lib. 5 p. 171 Diaporeſis eſt Addubitatio.

ADDV̄CO, xi, ctum, ĕre. [*προσάγω, παράγω*] *Ad locum vel perſonam ducere: cui contrarium eſt,* Abducere. Cic. Att. 8, 11 Gentes feras armatas in Italiam adducere. Idem pro Quinct. 24 Qui ex Gallia pueros venales iſti adducebat. Ter. Hec. 5, 2, 4 Puero nutricem adduxit. Ten' mi per fallacias adducere ante oculos? Ter. Heaut. 5, 4, 18. Huc coram Ter. And. 5, 3, 29. Ante oculos coram Ter. Eun. 4, 7, 24. Adducere a foro Plaut. Milit. 3, 2, 44. Varr. R. R. 2 pr. 6 Adducunt te pedes ad mercatum. Adducere *pro Conciliare lenonum opere.* Haec mihi te adducit tenebris Tibull. 1, 7, 65 *vbi tamen Broukh. legit,* deducit; *verum ex* Ouid. Met. 10, 441 *eam notionem confirmat. Forte huc reſpexit etiam* Plaut. Mil. 3, 1, 196. *vid.* ADDVCTOR. ¶ 2 *Metaphora huius verbi late patet, cum ad animum noſtrum, et alia quae manu duci moucrique non poſſunt varie transfertur, vt* Hor. Epiſt. 1, 7, 8 Officioſaque ſedulitas, et opella forenſis Adducit febres. *Et* Od. 4, 12, 13 Adduxere ſitim tempora. Taedium rei Plin. 30, 15. *Frequentiſſime autem ponitur cum accuſatiuo perſonae, et praepoſita rei particula* Ad *vel* In, *v. g.* In anguſtias ſummas aliquem Cic. pro Quint. 9 c. 5. In Anguſtum res adducta eſt Id. Lael. 20. Cic. Fam. 5, 20 Neque ita feci, vt te ad meum arbitrium adducerem. Cic. pro Deiot. 29 Hunc ad meam auctoritatem non potui adducere, *i. efficere, vt meum exemplum et conſilium ſequeretur.* Cic. in Piſon. 79 Adducta res in Certamen, te conſule, putabatur, vtrum quae ſuperiore anno ille geſſiſſet, manerent, an reſcinderentur. In Cogitationem Cic. poſt redit. in Senat. 16. Id. Att. 7, 3 Siue enim ad concordiam res adduci poteſt, ſiue ad bonorum victoriam, etc. Balbus Ciceroni Att. 8, 15 Qui vt adduci tali tempore ad vllam conditionem poſſit, magis opto, quam ſpero. Cic. Tuſc. 2, 9 Ad quam nos Conſuetudinem a familiaribus noſtris adducti. Caeſ. Bell. Gall. 4, 1 In eam ſe Conſuetudinem adduxerunt. Cic. de Orat. 1, 183 Mediocriſne res in Controuerſiam adducta eſt? Plin. 22, 25 Boletes — immenſo exemplo in crimen adductos veneno Tiberio Claudio principi per hanc occaſionem ab Agrippina coniuge dato. In diſcrimen extremum adducta eſt res Cic. Philipp. 6, 19. *Add.* pro Domo c. 29. Fam. 12, 6. Verr. 1, 6. Ad dubitationem Plin. 2, 26. Cic. Fam. 3, 5 Quod itinerum meorum ratio te nonnullam in dubitationem videtur adducere. In dubium Liu. 24, 15 Id. 33, . . . Hoc ſpe concipere, audacis animi fuiſſe: ad effectum adducere, virtutis et fortunae gentis. Cic. Tuſc. 1, 39 An tu, quum me in ſummam Expectationem adduxeris, deſeris? In Extremum adductam vitam a clientelis et ſeruitiis Octauiae, *queritur Poppaea* Tacit. Ann. 14, 61. Cic. pro Roſc. Amer. 86 Num quaerenda cauſa, quae te ad tantum Facinus adduxerit? In Faſtidium res Plin. in praefat. ad Veſpaſ. Ad vel in Fletum Cic. de Clar. Orat. 322. Id. Fam. 7, 26 Nam dum volunt iſti lauti, terrâ nata, quae lege excepta ſunt, in Honorem adducere, fungos, heluellas, etc. *Hoc eſt, Facere, vt illa in honore ac pretio ſint.* Auctor ad Herenn. 4, . . . Ad quam volemus indignationem animum auditoris adducemus. Cic. Acad. 1, 6 Aut quem ad intelligendum poterit adducere haec ipſa de vita et moribus, de expetendis fugiendiſque rebus. Cic. Off. 3, 79 Marius Metellum in Inuidiam falſo crimine adduxit. *Et* pro Cluent. . . . In ſummam enim L. Quintius Inuidiam concionibus eum quotidianis, ſeditioſis et turbulentis adduxerat. Cic. pro Cluent. 48 c. 17 Quis vnquam audacior? quis nocentior? quis apertior in Iudicium adductus eſt? *Add.* Verr. 1, 9. Idem pro Quinct. 13 Vt te in Ius adducerent. *Hinc ſimpliciter Reum* adducere Act. 1 in Verr. 6. Ouid. Met. 3, 698 Dextris adducor Littora (*i. ad litora*) remis, *pro appello.* In eum locum res adducta eſt Cic. Fam. 5, 21. Cic. pro Muren. 49 Cum tu populum Romanum in eum Metum adduxiſti, vt pertimeſceret, ne conſul Catilina fieret. Ad Miſericordiam Ter. Heaut. 5, 2, 42. Ad Mucrones ac Manus rem Tacit. in Vita Agric. 36. In Neceſſitatem Liu. 8, 7. In Negligentiam Hirt. de Bell. Afric. 66. Ad Nequitiam Plaut. Bacch. 1, 2, 4. Ter. Ad. 3, 3, 4. *Sed* h. l. Donatus abducere. In Obliuionem adducta eſt accuſatio diuturnitate Cic. Verr. 54. In Odium Senec. de Benef. 2, 4. In Opinionem Cic. Fam. 1, 1. Id. de Vniuerſ. 7 Ideoque ex inordinato, in Ordinem adduxit. In Periculum Liu. 35, 11 pr. In Sententiam noſtram aliquem Liu. 36, 11. Cic. Verr. 3, 140 Adductus erat in Sermonem, Inuidiam, Vituperationem, *i.* Male audiebat, odio habebatur, vituperabatur. In Seruitutem *laudant* Cic. in Piſon. 84, *Sed recte ibi Grut. et reliqui* abduxerunt. In Solicitudinem Cic. Fam. 12, 9. In Spem Cic. Att. 2, 22. Adducere amicitiam in Spem familiaritatis et conſuetudinis Q. Cic. de Pet. Conſ. 6. In Statum eum et Locum adduci Liu. 3, et Cic. ad Brut. 1. In Suſpicionem Cic. Att. 2, 24. Id. in Brut. 70 Myronis (*ſigna*) nondum ſatis ad veritatem adducta, iam tamen, quae non dubites pulchra dicere. Cic. Acad. 1, 15 Auocauiſſe philoſophiam a rebus occultis, et ad vitam communem adduxiſſe, *de Socrate.* Hor. Epod. 14, 8 Inceptos olim, promiſſum carmen, Iambos Ad vmbilicum adducere. *vid.* VMBILICVS. *Caeterum* adducere, *non* ducere *ſummo conſenſu dedere* Bentleius, Cuningamus, Sanadonus *etc.* In Voluntatem Cic. Att. 1, 14. Varr. de R. R. 1, 20, 3 Creber crepitus ac varietas rerum Conſuetudine celerrima ad vtilitatem adducit (*boues domandos*). ¶ 3 *Sunt et aliae formulae de hoc verbo memorabiles. v. g.* Adducere eſt Intorquere, Rotare. Virg. Aen. 9, 587 Fundam — Ipſe ter adducta circum caput egit habena. *Sic* Nonius 4, 37 *Nempe ille ipſe circularis et vertigino-ſus motus in eo ineſt, vt excuſſa et fugiens a centro habena ſubinde adducatur. Sic* Adducere equum *eſt cohibere.* Virg. Aen. 5, 507 Poſt acer Mneſtheus adducto conſtitit arcu. Cic. Tuſc. 2, 57 Tormenta telorum eo grauiores emiſſiones habent, quo ſunt contenta atque adducta vehementius. *Conf. Drakenb. ad* Sil. 1, 334. Virg. Aen. 9, 402 Ocius adducto torquens haſtile lacerto. Cicero *per metaphoram pulchram verbi proprietatem indicauit* in Laelio 45 c. 13 Quam commodiſſimum eſſe laxiſſimas habenas habere amicitiae: quas vel adducas cum velis, vel remittas. Id. de Diuin. 1, 123 In agro ambulanti ramulum adductum, vt remiſſus eſſet, in oculum ſuum recidiſſe. Liu. 9, 10 Quum apparitor verecundia maieſtatis Poſtumium laxe vinciret, Quin tu, inquit, adducis lorum, vt iuſta fiat deditio? *Huc refer illud, cum* Adducere *ponitur pro* Contrahere. Ouid. Met. 3, 397 Et tenuant vigiles corpus miſerabile curae, Adducitque cutem macies, etc. Virgil. Georg. 3, 483 Omnibus acta ſitis, miſeros adduxerat artus. Vultum ad triſtitiam; Sen. Epiſt. 58. ¶ 4 *Paſſiue etiam ad animi affectiones, et motus refertur cauſa illius ablatiuo poſita. v. g.* Cic. Verr. 3, 191 Qui benignitate adducti, per beneficium et gratiam ciuitatibus conceſſerunt, vt nummos pro frumento darent. Quae tu adductus commendatione mea feciſti Cic. Fam. 13, 54. Id. de Sen. 34 Nullo Imbre nullo Frigore adduci, vt capite operto ſit. Inopia rerum Caeſ. B. C. 1, 27. Mercede Cic. de Orat. 1, 198. Metu Cic. Verr. 3, 55. Odio Cic. Att. 1, 13. Cic. Diu. in Caec. 5 Adductus ſum officio, fide, miſericordia, multorum bonorum exemplo, veteri conſuetudine inſtitutoque maiorum. Oratione Caeſ. Bell. Gall. 1, 3. Oſtentatione aliqua Cic. Acad. 4, 65. Precibus Cic. Att. 14, 20. Caeſ. B. G. 1, 16. Pretio Cic. pro Caecin. 29. Pudore Caeſ. B. G. 1, 39. Rationibus Cic. Tuſc. 1, 71. Spe mercedis Cic. de Amicit. 31. Studio certandi Cic. Acad. 4, 65. Temporibus Cic. Off. 1, 39. Teſtimoniis Cic. Verr. 5, 158. Voluntate Cic. Fam. 5, 5. His rebus adducti Caeſ. Bell. Gall. 1, 3. ¶ 5 *Etiam ſimpliciter ſic ponuntur* Adducere, et Adduci Cic. Tuſc. 5, 32 Adducis me vt tibi aſſentiar, *i. mihi perſuades.* Idem Philipp. 8, 30 Nam illud quidem non adducor vt credam. Non adducar, vt rear Cic. Diuin. 1 c. 18. *Conf.* Colum. 2, 1, 4 Neque enim prudentis eſt adduci — cultibus agrorum fatigationem ſuccedere. Cic. de Finib. 1, 14 Nam illuc quidem adduci vix poſſum, vt ea quae ſenſerit ille, tibi non vera videantur. ¶ 6 Adduce, pro Adduc Ter. Phorm. 1, 5, 79. Plaut. Aſin. 2, 2, 88 *et alibi.* Fronte in ſupercilia adductiore Capitol. in L. Vero c. 10.

ADDVCTVS, a, um. [*προσηγμένος*] Partic. *Vid. in ipſo verbo.* Tac. Ann. 14, 4, 5 Nam pluribus ſermonibus modo familiaritate iuuenili Nero, et rurſus adductus, quaſi ſeria conſociaret etc. *i. ſeuerus. vid.* ADDVCTIVS. Id. A. 12, 7, 5 Adductum et quaſi virile ſeruitium: palam ſeueritas, ac ſaepius ſuperbia, *de Agrippina.* Plin. Epiſt. 1, 16 Preſſior tantum, et circumſcriptior, et adductior, *de Pompeio Saturnino, qui in ſcribendo ſtudebat breuitati.*

ADDVCTIVS, *Adu. Compar. vt,* Adductius regnari, *i. ſeuerius.* Tacit. Germ. 43, 7 *Et* Hiſt. 3, 7, 2 Adductius quam ciuili bello imperitabat, *quae formula ex Re Equeſtri et habenis adductis petita,* vid. n. 3. Adde Auſon. Gratiarum act. p. 726 *edit. Tollii;* Nemo adductius iacula contorſit.

ADDV-

ADDVCTOR, ōris, m. Vetus Epigr. Petron. Afran. ad Deliam, Graecule conſueta lenandi callidus arte Coepiſti adductor coniugis eſſe tuae. *Nimirum* Adducere *eſt etiam conciliare*, vid. n. 1.

ADDVIS, Adduit, *pro* Addideris, Addiderit, *obſoletum* Feſt.

ADDVPLĬCO, āre. [ἐπιδιπλόω] *Idem quod* Duplico. *Laudatur* Plaut. Poen. 3, 1, 61 Adduplicabit omne furtum, leno addicetur tibi. *Sed Gronou.* Id duplicabit.

## A D E

ADĔDO, ades *ſiue* adĕdis, adēdi, adēſum, adeſſe vel adedĕre. [κατέδω] *Edere incipere, decerpere.* Virg. Georg. 4, 242 - - - nam ſaepe fauos ignotus adedit Stellio. Vernanteſque comas triſtis adedit hiems Petron. c. 109 p. 502.

ADĒSVS, a, um. [κατεδηδομένος] Partic. Conſumtum, *ait* Nonius 2, 19 *et probat ex* Siſenna Hiſt. lib. 3 Iiſdem temporibus Aeſernini duplici foſſa valloque circumdati, frumento adeſo, quod ex arcis in oppidum portatum eſt. Liu. 1, 7 Forte ita euenit, vt Potitii ad tempus praeſto eſſent, iiſque exta apponerentur, Pinarii extis adeſis ad caeteram venirent dapem. *Inuenias etiam metaphorice poſitum.* Tacit. Hiſt. 1, 4, 4 Aut qui adeſis bonis per dedecus alebantur. Quae (flamma) plurima vento Corripuit tabulas et poſtibus haeſit adeſis Virg. Aen. 9, 537. Fortunae omnes adeſae Tac. Ann. 13, 21, 4. Cic. Tuſc. 2, 24 *ex Aeſchylo* Cum vero adeſum, inflatu renouatum eſt iecur. Lapides adeſos, *i. vi aquarum corroſos* Horat. Carm. 3, 29, 36. Cic. pro Quint. 40 c. 12 Quis tam perditus ac profuſus nepos, non adeſa iam, ſed abundanti Pecunia ſic diſſolutus fuiſſet, vt fuit Sex. Naeuius?

ADELPHI, m. pl. Gr. ἀδελφοὶ, *i. fratres, Terentii Comoedia, a rebus duorum fratrum appellata.*

ADELPHĬDES, um. f. pl. [ἀδελφίδες] Palmae ſpecies Plin. 13, 4 ſ. 9 *De fructu palmarum, ſ. palmulis*, Minus ſpecioſae, ſed ſapore caryotarum ſorores, ob hoc Adelphides dictae, proximam ſuauitatem habent, non tamen eandem.

ADEMTIO, ADEMTVS, *vid.* ADIMO.

ADEO, [τοσῦτον, ὕτως] *Adu. Proprie ſignificat* ad id, *ſiue* eo, *vt* Ter. Heaut. 1, 1, 61 Poſtremo adeo res rediit, adoleſcentulus — victus eſt. *Et* 5, 2, 27 Adeon' rem rediiſſe, vt periculum etiam a fame mihi ſit? *Add.* Phorm. 1, 2, 5 *et* 1, 3, 1. *coll.* Heaut. 2, 3, 118 In eum res iam rediit locum. Id. Andr. 4, 1, 37 Vſque adeo donec perpulit. *Et* Eun. 4, 6, 3 Vſque adeo ego illius ferre poſſum ineptias et magnifica verba, verba dum ſint. Plaut. Merc. Prol. 78 Adeo, dum, quae haberet, peperiſſet bona, *i. ad eum finem, donec.* *Et* 3, 4, 72 Quanto te ſatius eſt rus aliquo abire — Adeo dum illius te cupiditas atque amor miſſum facit. *Et* Aſin. 2, 2, 61 Age, age, manſero tuo arbitratu, vel adeo vſque dum peris. Feſtus, Adeo quum ſecunda acuta effertur, idem eſt quod Vſque eo; non quidem ſecundum rationem: quia (ad) praepoſitio accuſatiuis accommodata eſt: ſed vetuſta quadam loquendi conſuetudine. ¶ 2 *Vulgatiſſimus eius vſus eſt, cum intenſionem quandam, et gradum maiorem notat ſubiuncto* vt, *vel in eodem commate, vel in proximo.* Ter. And. 1, 1, 93 Et vultu, Soſia, adeo modeſto, adeo venuſto, vt nihil ſupra. Cic. pro Flacc. 37 Neminem quidem adeo infatuare potuit, vt ei nummum vllum crederet. *Interdum cum interrogatione effertur, vt* Cic. pro Rabir. 28 Adeone hoſpes huiuſce vrbis, adeone ignarus es diſciplinae conſuetudiniſque noſtrae, vt haec neſcias? Ter. And. 1, 5, 11 Adeon' hominem inuenuſtum eſſe, aut infelicem quemquam, vt ego ſum. Vt *hic ſimilitudinis eſt: Sic* Heaut. 5, 1, 12 Gaudere adeo occepit, quaſi qui cupiunt nuptias. Ter. And. 4, 4, 18 Adeon' videmur vobis eſſe idonei, in quibus ſic illudatis. Cic. Q. frat. 1, 2, 5 Rempublicam funditus amiſimus: adeo vt Cato adoleſcens nullius conſilii, ſed tamen ciuis Romanus et Cato, vix viuus effugeret. *Et, coniunctione* Vt ſubaudita Virgil. Aen. 1, 567 Non obtuſa adeo geſtamus pectora Poeni. *ſubaud. Vt haec ignoremus.* *Et* Aen. 4, 96 Nec me adeo fallit. ¶ 3 *Conſequentiam notat, et velut conſectarium eorum, quae praeceſſere, certe continuationem.* Ter. And. 5, 6, 13 Memini, atque adeo longum eſt, nos illum expectare. Eun. 2, 3, 30 Atque adeo autem cur non egomet intro eo. *Et* 4, 4, 20 Propera adeo puerum tollere hinc ab ianua. Virg. Aen. 2, 567 Iamque adeo ſuper vnus eram. *In his et ſimilibus* Donatus et Seruius *dicere ſolent*, abundat Adeo, aut vacat. *Exempla Silii plura dat Drakenb. ad* 8, 550. *Laudant* Liu. 24, 32 Sed ſurdae adeo omnium aures concitatae multitudinis erant, quod non minore intus vi, quam foris, portae effringerentur: *verum multo emendatius* Gron. Sed ſurdae ad haec omnia aures c. m. e. nec minore intus — effringebantur. *Contra ea* Cic. Verr. 4, 141 *Optimis auctoribus legitur* Id adeo, Iudices, vt mihi ab illis demonſtratum eſt, ſic vos ex me cognoſcite. *Et* pro Caecin. 87 c. 30 Id adeo ſi placet conſiderate. Et pro Cluent. 80 c. 29 Id adeo ſic cognoſcite. *In his vim habet vix paucis verbis explicabilem, velut dicas in parentheſi*, vt eo vſque progrediar, vt eo magis rem omnem demonſtrem *etc.* *Continuandae certe orationis vim habet. Quam magis etiam exſerit in* Epiphonemate, *quod conſectarii genus eſt, vt* Virg. Georg. 2, 272 - - - adeo a teneris conſueſcere multum eſt. Cic. Off. 1 c. 11 *Poſt enarratum Catonis factum*, Adeo ſumma erat obſeruatio in bello mouendo. *Sic* Liu. 1 praef. Adeo quanto rerum minus, tanto minus cupiditatis erat. ¶ 4 *Pro* Non ſolum, *vel* Nedum Tacit. Hiſt. 4, 80 *de Muciano*, Fauore militum anxius, ac ſuperbia viri, ſuperiorum quoque, adeo aequalium, impatientis. Vell. 2, 67 Huius temporis fortunam nec deflere quidem quiſquam ſatis digne potuit, adeo nemo exprimere verbis poteſt. Plin. 17, 22 ſ. 35, 12 Minimum id eſſe debet interuallum, vt attingat iugum ſperetque (vitis), non teneat; adeo non recumbat in eo, nec delicate ſe ſpargat. ¶ 5 *Interdum migrare videtur in locum particulae* quidem *vel* certe. Plaut. Epid. 2, 1, 8 Neque adeo iniuria. Cic. de Orat. 2, 15 c. 4 Magis adeo id facilitate, quam alia vlla culpa mea contigit. Caeſar Ciceroni, ſub Att. 9, 16 Dolabella tuo nihil ſcito mihi eſſe iucundius: hanc adeo habeo gratiam illi. *Et cum auxeſi.* Cic. in Catil. 1, 5 c. 2 Eorum autem caſtrorum imperatorem, ducemque hoſtium, intra moenia, atque adeo in ſenatu videtis. Ter. Eun. 1, 2, 124 Nam me eius ſpero fratrem iam propemodum reperiſſe, adoleſcentem adeo nobilem, *i. eumque, vel, et quidem.* ¶ 6 *Augendi vim etiam habet in illo* Plin. 26, 10 ſ. 63 *de Satyrio*, Venerem, etiam ſi omnino manu teneatur radix ſtimulari; adeo ſi bibatur in vino auſtero, *i. eo magis: ſeruitque adeo gradationi: quam ſignat etiam in talibus:* Liu. 8, 5 Adeo non tenuit iram, vt — diceret. *Et* 30, 34 Adeo non ſuſtinebant — vt — pedem referrent. *Add.* Vell. 2, 66, 4 *et* Curt. 3, 12, 22. *Simile eſt* Liu. 3, 2 Haec adeo nihil mouerunt quemquam, vt legati prope violati ſint. Columel. lib. 2, 12 Quum ſola haec res adeo non infeſtetur herbis, vt ipſa herbas perimat. Plin. 11, 6 Conduntur a Vergiliarum occaſu, ſed latent vltra exortum: adeo non ad veris initium, vt dixere. *In his exemplis etiam illam conſecutionis notionem retinet, de qua* n. 3. ¶ 7 *Singularis eſt ratio* Ter. And. 2, 6, 7 SI. Num illi moleſtae quippiam hae ſunt nuptiae? — DA. Nihil hercle: aut, ſi adeo; bidui eſt aut tridui Haec ſollicitudo, *q. d. aut ſi omnino res eo redeat: Si moleſtae erunt nuptiae aliquantum* etc.

ADEO, adīui vel adii, adĭtum, īre. [προσέρχομαι, πρόσειμι] Feſtus, Adeo, quum prima acuta effertur, idem ſignificat quod Accedo: vt cum dicimus, Adeo praetorem. Haec Feſtus. Cic. Acad. 4, 97 Tribunum aliquem cenſeo adeant. *Nempe* adire *comprehendit etiam alloquium* etc. *Sic* Ter. And. 3, 3, 2 Aliqui me adiere, ex te auditum qui aiebant. Cic. Fam. 3, 9 Te adeunt fere omnes, ſiquid velis. *Et* de Fin. 5, 87 Pythagoras Perſarum magos adiit. Tacit. Hiſt. 4, 12 Vitellius inferiorem Germaniam ingreſſus, hiberna legionum cum cura adierat. Tacit. Hiſt. 1, 9 Quies et Illyrico: quanquam excitae a Nerone legiones, dum in Italia cunctantur, Verginium legationibus adiſſent. Plaut. Milit. 4, 6, 10 Per epiſtolam, aut per nuntium, quaſi regem, eum adiri aiunt. Tac. Ann. 4, 39 At Seianus nimia fortuna ſocors, et muliebri inſuper cupidine incenſus, promiſſum matrimonium flagitante Liuia, componit ad Caeſarem codicillos. Moris quippe tum erat, quanquam praeſentem, ſcripto adire. Ter. Hec. 2, 2, 9 Adii te heri de filia. Aliquem poſtulatum Plaut. Bacch. 3, 3, 48. Plaut. Truc. 2, 7, 60 Accede huc modo, Adi huc modo, *minitantis vox.* Adire contra, *pro Obuiam ire* Plaut. Rud. 1, 4, 22. Ter. And. 2, 1, 17 Quid tibi videtur? adeon' ad eum? Haec praepoſitionis repetitio Ciceroni familiaris eſt. Cic. Verr. 4, 113 Seſe a ſuis ciuibus haec habere mandata, vt ad Verrem adirent. *Add.* Ter. Eun. 3, 5, 10. Plaut. Bacch. 4, 1, 6. Idem Aul. 1, 2, 24. Ad magiſtratus Nep. 2, 7, 1. Cic. in Verr. Homines tenues, obſcuro loco nati, adeunt ad ea loca, quae nunquam antea viderunt. Cic. pro Roſc. Com. De quo nomine ad arbitrum adiiſti, de eo ad iudicem veniſti. Sic, Adire in ius de re aliqua Verr. 4, 147. et 2, 55 *etc.* Cic. in Brut. c. 90 Tum primum nos ad Cauſas et priuatas et publicas adire coepimus. Lingua ad aliquid Sil. Ital. 8, 263. Plaut. Aul. 2, 2, 25 Nunc hic eam rem volt, ſcio, mecum adire ad pactionem, *Idem quod Accedere ad pactionem, i. paciſci.* Cic. pro Lege Manil. . . . Qui omnium mentes eorum qui ad Remp. adeunt, maxime perſpiciunt. Cic. Att. 11, 24 Epheſo qui veniunt, ibi ſe eum de ſuis controuerſiis in ius adeuntem, vidiſſe nuntiant. Adire *pro* Aggredi. Ter. Phorm. 1, 4, 25 Nunc prior adito tu: Ego in ſubſidiis hic ero ſuccenturiatus. *Vbi* Donatus, Adito, quaſi ad praelium: vt Virg. (Aen. 5, 378) - - - nec quiſquam ex agmine tanto Audet adire virum. *Haec* Donatus. *Contra ea* Plaut. Pſeud. 1, 5, 35 Quanto ſatius eſt adire blandis verbis? ¶ 2 Adeo *praeterea varie accipitur, pro adiectis ſibi nominibus, vt,* Plin. Epiſt. 9, 22 *extr.* Gratulare literis, quae ex periculo eius tantum Diſcrimen adierunt. Fortunam Liu. 25, . . Tibul. 1, 6, 3 Iam cum Gaudia adirem, *i. in ipſo fructu Veneris.* Cic. pro Archia, 11 Et adiit hereditates ciuium Romanorum. *Et* pro Q. Roſc. SS Heres ex ſua parte, qua hereditatem adiit. Adire autem *et* cernere haereditatem, *itemque* pro haerede ſe gerere, *heredis eſt alieni:* Immiſcere, *ſui ac neceſſarii. Nam ille aliunde ad alienam familiam accedebat, eoque his vtebatur verbis:* Cum me Maeuius haeredem inſtituerit, eam haereditatem adeo, cernoque, *vt ait* Vlp. tit. 22. *At filiusfam. permanebat, neque aliud quidpiam noui captabat, niſi quod, quas res antea non attigerat, earum ſe liberae adminiſtrationi tum* immiſcebat. Hotoman. *Sed perpetuum hoc diſcrimen non eſſe, vel ille* Ciceronis *locus euincit* Phil. 2, 42 c. 16 Quamquam hoc maxime admiratus ſum, mentionem te hereditatum auſum eſſe facere, cum ipſe hereditatem patris non adiſſes. *Vid. mox* Nomen. Cic. pro Sextio, 139 Sudandum eſt his pro communibus commodis, adeundae Inimicitiae, ſubeundae ſaepe pro rep. tempeſtates. Virg. Aen. 1, 11

> Quidue dolens regina deûm, tot voluere caſus
> Inſignem pietate virum, tot adire Labores
> Impulerit.

Non placebat, adiri nomen Vell. 2, 60, 1 *ſc. Caeſaris ad hereditatem obtinendam.* Ter. And. 5, 1, 2 Satis Pericli coepi adire, orandi iam finem face. Capitis Periculum adire Cic. pro S. Roſc. c. 38. Cic. de Fin. 1, . . At magnum periculum adiit. Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 7 Sed Naſidianae naues nulli vſui fuerunt, celeriterque pugna exceſſerunt: non enim has aut conſpectus patriae, aut propinquorum praecepta ad extremum vitae Periculum adire cogebant. Cic. Verr. 2, . . . Seque in eo capitis periculum aditurum. Tranquill. in Auguſto c. 84 Ne Periculum memoriae adiret — ſtatuit recitare omnia, *i. ne forte memoria illum deſtitueret cum pudore.* Periculum ſitus Sen. de Benef. 3, 2 *i. ne ſitu corrumpatur.* Tibul. 1, 6, 25 Pauper erit praeſto tibi, Praeſto pauper adibit. Sidera fama Virg. Aen. 4, 323. Vſque ad ſidera Sil. Ital. 15, . .

ADEOR, adīris, Paſſ. [προσίεμαι] ſed *vix aliter, quam in tertiis perſonis.* Cic. Tuſc. 2, 2 Illa pericula adeuntur in praeliis. Cic. Q. fratr. 1, 2 Neque praetores diebus aliquot adire poſſent. Vt libri Sibyllini adirentur Tac. A. 1, 76, 2. Cic. Verr. 2, 55 Antequam in ius aditum eſſet. *Et* pro Fl. 49 M. Gratidius, ad quem eſt aditum, negauit. Idem Fam. 3, 7 Quum ad me aditum eſſet ab iis qui dicerent.

ADĬTO, āre. *ab* Adeo *ſicut*, Itare *ab* Eo Diomedes, p. 335. extr. Item *Adeo adis:* hoc iteramus, *Adito aditas* dictitantes, vt Ennius, *Ad eum aditauere. Haec Diomedes. Laudatur etiam* Plaut. Capt. 3, 4, 72 Si adites propius: *Sed hodie fere legitur* Adbites. *Vid.* ſupra ADBITO.

ADIENS, untis [προσερχόμενος] Partic. Sil. Ital. 10, . .

ADĬTVRVS, Partic. [προσελευσόμενος] Ouid. Amor. 3, 7, 21 Flammas aditura pias aeterna Sacerdos.

ADEVNDVS, Partic. [προσιτέος] Ouid. Triſt. 3, 1, 70 Altera templa peto vicino iuncta theatro: Haec quoque erant pedibus non adeunda meis.

ADĬTVS, Partic. paſſ. [προσειμένος] Cic. Off. 1 c. 19 Vix inuenitur, qui laboribus ſuſceptis, periculiſque aditis, non quaſi mercedem rerum geſtarum deſideret gloriam. Libri Sibyllini aditi ex SCto Liu. 5, 13. Aditis, quae vix audita erant Vell. 2, 5, 1.

ADĬTVS, ûs. [πρόσοδος] *Adeundi actus vel facultas, aut via adeo, atque vt, quam late ipſum* adeundi *verbum pateat, meminerimus.* Cic. Verr. 5, . . Illi aditum litoris Syracuſanis ademerunt. *i. Acceſſum ad litus.* Virg. Aen. 4, 424 Sola viri molles aditus, et tempora noras.

Virg. Aen. 9, 58 - - - aditumque per auia quaerit. Cic. Fam. 15, 4 Duo ſunt aditus in Ciliciam ex Syria. Si genus hominum perſpexiſſet, loca, portus, aditus cognouiſſet Caeſ. B. G. 4, 20. Omnem aditum cuſtode coronant Virg. 9, 381. Aditus nidi Plin. 10, 33. Portus Cic. Verr. 5, 30 Nam in ipſo aditu atque ore portus. Veſtibulumque Templi Cic. Verr. 2, 160. *Sic* Cic. pro Caecin. 35 Quaero ſi te hodie domum tuam redeuntem coacti homines et armati non modo limine, tectoque aedium tuarum, ſed primo aditu veſtibuloque prohibuerint, quid acturus ſis? Id. Verr. 4, 117 Nam et ſitu eſt cum munito, tum ex omni aditu, vel terra vel mari praeclaro ad aſpectum. *De Syracuſis.* ¶ 2 *Epitheta* Aditus: Aërius, *i. Iter per aëra.* Ouid. Epiſt. 18, 44. Anguſtus Virg. Georg. 4, 35. Apertus quum nemini eſſet aditus in templum Caſtoris Cic. pro Domo ſua 120. Arduus *Vid. h. v.* Caecus *Id eſt, obſcurus, caliginoſus, tenebricoſus* Sen. in Herc. 10. Flexus *i. Obliqua via.* Lucret. 4, 307. Lati aditus ducunt illuc Virg. Aen. 6, 43. Pſeudo-Cic. Antequam iret in exil. 9. Socii quo fugiant, quum aditus cuſtodi patriae praecluſus ſit? Promptus ad capeſſendos honores Tac. Ann. 3, 30. *Sed* Prompti aditus An. 2, 2 *i. faciles.* *Adiicitur*, obuia Comitas. *Contra* Superbi regum aditus Sen. Herc. 3. ¶ 3 *Iam quibus verbis iungatur* Aditus, *videamus.* Anguſtare aditum Claud. Paneg. 5, . . Carere aditu Ouid. Met. 3, 326. Cic. Philipp. 1, 25 Forum ſepietur, omnes Claudentur aditus, armati in praeſidiis multis in locis collocabuntur. Cic. pro Lege Manil. 21 Patefactumque noſtris legionibus eſſe Pontum, qui ante Pop. Roman. ex omni aditu Clauſus erat. Cic. Att. 14, 16 Quae quidem noſtris amicis diuinis viris aditum ad caelum Dederunt. Catul. in epithalamio Iuliae et Mallii 43 - - huc aditum ferat, Dux bonae Veneris, boni Coniugator amoris. Firmare aditus Tacit. Hiſt. 1, 32. Cic. de Nat. Deor. 2, 123 Manus etiam data elephanto, quia propter magnitudinem corporis difficiles aditus Habebat ad paſtum. Cic. de Fin. 4, 21 Quae omnino aditum Habere nullum poteſt in vrbem, in forum, in curiam. Intercludere aditus ad Sullam Cic. pro Roſc. Am. 110 c. 38. *Vid.* INVENIO. Munire aditum. In MVNIO. Obſidere Ouid. Met. 4, 489. Occupat Aeneas aditum Virgil. Aen. 6, 424. Pererrare Virgil. Aen. 5, 441. Prohibere Ouid. Met. 12, 66 *Supra iam laudatus eſt* Cic. pro Caecin. 39. Idem de Orat. 2 c. 79 Sed oportet, vt aedibus ac templis veſtibula et aditus, ſic cauſis principia pro portione rerum praeponere. Quaerere Virg. Aen. 1, 58. Reperire ſibi aditum Ouid. Met. 14, 652. Rumpere Virg. Aen. 2, 494. Inacceſſos aditos Rumpere Sil. Ital. 3, . . Tentare Virg. Aen. 4, 293. ¶ 4 *Iungitur etiam Praepoſitionibus v. g.* Cic. Verr. 4, 99 Aditus in Cereris ſacrarium non eſt viris. Ne ad haec quidem aditum fieri potuiſſe, niſi ab aliqua ratione Celſ. 1 praef. Difficilior ad Antonium aditus eſſe dicitur Cic. Att. 15, 8. Idem Fam. 6, 13 Magnis occupationibus eius, a quo omnia petuntur, aditus ad eum difficiliores fuerunt. Cic. Fam. 13 Commendo tibi hominem, ſicuti tua fides, et meus pudor poſtulat: tantum vt faciles aditus ad te habeat. Facillimos eſſe aditus ad te Cic. ad Q. Fr. 1, 1. Cic. in Bruto 16. Nec enim ex nouis (vt agricolae ſolent) fructibus eſt vnde tibi reddam quod accepi: nec ex conditis, qui iacent in tenebris, et ad quos omnis nobis aditus, qui paene ſolis patuit, obſtructus eſt. ¶ 5 *Metaphoricas denique formulas ponamus.* Cic. Att. 2, 17 Nunquam huc veniſſent, niſi ad alias res peſtiferas aditus ſibi Compararent. Cic. de Orat. 3, 7 Qui autem ei annus primus ab honorum perfunctione aditum omnium conceſſu ad ſummam auctoritatem dabat, is eius omnem ſpem atque omnia vitae conſilia morte peruertit. Dare oculis Ouid. Epiſt. 16, 248 Date de hac religione aditum Pontifices, iam nullum fortunis communibus exitum reperietis Cic. pro Domo ſua 123. Dant aditum conuiuia Ouid. de Art. Am. 1, 229. Eſt aditus ad officii inuentionem Cic. Off. 1, 6. Idem Off. 2, 31 Eſt alius quoque quidam aditus ad multitudinem, vt in vniuerſorum animos tanquam influere poſſimus. Cic. in Orat. 50 Veſtibula nimirum honeſta, aditusque ad cauſam Faciet illuſtres. Ne ad haec (experimenta) quidem aditum fieri potuiſſe Celſ. 1 praef. Cic. contra Legem Agrariam, 38 Sed attendite animos ad ea quae conſequuntur: hunc quaſi gradum quendam atque aditum ad caetera iactum intelligetis. Cic. de Orat. 1, 98 Vterque veſtrum Patefecit earum ipſarum rerum aditum, quas quaerenus. *Et* 204 Ab hoc aditu ianuaque patefacta, facillime vos ad ea quae cupitis peruenturos. Patet alicui aditus ad cauſam Cic. pro Sulla 4 c. 2. — ad Conſulatum Cic. pro Muren. 17. Id. Fam. 6, 10 Itaque ſiquis mihi erit aditus de tuis fortunis, id eſt, de tua incolumitate, in qua ſunt omnia, Agendi, etc. Aditus Virtutis Stat. Achill. 2.

ADITICVLVM, Paruum aditum *habet* Feſtus.

ADITIO, onis. [ἄφιξις] Plaut. Trucul. 2, 7, 63 Quid tibi hanc aditio eſt? *i. Cur hanc adis?* caſu verbi addito nomini, *vt ſolet Plautus.* Hereditatis aditio L. 95 §. 2 pr. D. de Solut. et liberat.

ADITIALIS coena, *videtur dicta inde, quod praeberetur, quoties nouus Pontifex* adiret *munus ſuum, atque inauguraretur. Fundus huius coniecturae eſt locus* Metelli Pontificis, *relatus a* Macrob. 2, 9 Ante diem nonum Calendas Septembris, quo die Lentulus, flamen Martialis inauguratus eſt, domus ornata fuit. Triclinia lectis eburneis ſtrata fuerunt *etc. deſcribitur enim multis verbis coena ſumtuoſiſſima. Huc referas etiam* Sueton. Claud. c. 9 Seſtertium octogies pro introitu noui Sacerdotii coactus impendere. *Memoratur autem ipſum* Aditialis coenae *nomen* Varr. de R. R. 3, 6, 6 *de pauonibus* Primus hos Q. Hortenſius augurali adiiciali coena poſuiſſe dicitur. *Ita adhuc editum etiam a me, Geſnero eſt: Sed etiam obſeruatum, abeſſe in antiquis quibusdam editionibus, abeſſe apud* Macrobium 2, 9 pr. *vt adeo ſuſpicari aliquis poſſit eſſe gloſſam* auguralis. *Etiam notauimus, in MS. Mediceo eſſe* adiciali, *quod aeque* aditialem *quam* adiicialem *poteſt indicare. Iam quod* Scal. Coni. ad Varr. p. 118 *ab* adiiciendo *dictam putat argumento* Tac. A. 2, 65 Rheſcuponis ſanciendo, vt dictitabat, foederi conuiuium adiicit, *vereor vt ſolidum ſit. Multo certe magis conuenit, quam ſupra dedimus, ratio, cuius auctorem etiam laudare poſſumus* Lipſ. de Magn. Rom. 4, 9, *et ad* Sen. Ep. 95, poſt med. *vbi recte iam Gronou.* Et toties (*quid,* tricies) tamen Seſtertii aditiales coenae frugaliſſimis viris conſtiterunt. *Libri MSS.* adiciales *etiam hic habent. Idem Gronou. etiam* Epiſt. 123 pr. *in magna varietate lectionis dedit*, Haec qualiſcunque coena aditiali iucundior erit. *Denique* Plin. 10, 20 ſ. 23 et 29, 4 ſ. 14 Aditialis *legitur in MSS. quos vidit Harduinus. Priori loco ad Varronem reſpicitur forte*, Pauonem cibi gratia Romae primus occidit orator Hortenſius, aditiali coena Sacerdotii: *altero*, Aditialibus quidem epulis celebrem fuiſſe (*catulinam carnem*) Plauti fabulae indicio ſunt.

ADEONA, Dea, cui commendabantur adeuntes Auguſtin. de Ciu. Dei, 4, 21. *Vid.* ABEONA.

ADEPS, ĭpis. m. et f. [ςέαρ, πιμελὴ, τὸ λίπος] *Pingue quorundam animalium.* Plin. 11, 38 ſ. 85 Biſulca ſciſſiue in digitos pedibus, et non cornigera (pingueſcunt) adipe. Concretus hic, et cum refrixit fragilis, ſemperque in fine carnis. Contra pingue inter carnem cutemque ſucco liquidum. *Non ſibi conſtare Plinium, apparet collato* 28, 9 ſ. 37 Proxima in communibus adipis laus eſt, ſed maxime ſuilli, apud antiquos etiam religioſi. Certe nouae nuptae intrantes, etiamnum ſolenne habent poſtes eo attingere. Inueteratur duobus modis: aut cum ſale, aut ſincerus: tanto vtilior, quanto ſit vetuſtior. Axungiam etiam Graeci appellauere iam in voluminibus ſuis. Oryzae cremor, cum quo recens adeps cocta ſit Celſ. 3, 7. *De Obeſitate Hominis* Cic. Catil. 3, 16, c. 7 L. Caſſii adipem non pertimeſco. Adipes, in plurali. Columel. 8, 14, 11 Quae res ad creandas adipes multum conferunt *Sermo eſt de anſeribus anatibus.* Plin. 8, 36 Illi ſunt adipes medicaminibus apti. Priſcian. l. 5 p. 657 extr. *Putſch.* in *PS* deſinentia maſculina ſunt — adeps, τὸ λίπος — quae tamen veteres etiam feminino genere protulerunt. Varro in II. rerum ruſticarum *adipes illa pro adeps (Nondum reperi locum)* Marſus, *adipis pondo viginti vetuſtae. Haec* Priſcianus. Praeſulſae adipis offa *eſt* Col. 6, 2, 7 Leoninae *et* cerſinae *mentio* Veg. Veter. 4, 22, 2. Porcinae *ibid.* 3, 47, 10. *Sed Maſculino ſemper, puto,* Plinius *vtitur.* Adipes detrahere. Et Adipem minuere Plin. 32, 9. *Metaph.* Quinctil. 2, 10, 6 Sciat *declamator*, — ſibi quoque tenuandas adipes, et quidquid humoris corrupti contraxerit, emittendum, ſi eſſe ſanus ac robuſtus volet.

ADIPICVLVS, i. Paruus adeps, Cathol.

ADIPEVS, a, um. Taurina ceruix toris adipeis intumeſcens Hieron. . . .

ADIPĀLIS, Adi. [ςεατικὸς] Cic. in Orat. 25 c. 8 Itaque Caria et Phrygia et Myſia, quod minime politae, minimeque elegantes ſunt, aſciuerunt aptum ſuis auribus opimum quoddam, et tanquam adipale dictionis genus. *Sic laudatur hic locus: et ſic editum 1495. fol. Lambinus* adipatum. *Hodie receptum* Adipatae dictionis genus: *Eraſmus in prouerb.* Pontificalis coena, *dicit alicubi ſe legiſſe* Adipales coenas, et adipoſas verum locum vbi legerit, non citat. *Sine dubio eſt illud*, Niſi poſtes virorum adipali vnguine oblinerentur ab ſponſis Arnob. 3 p. 115. *Vid.* Plin. 28, 9 ſ. 37 *quem laudamus modo in* ADEPS. *Et ſtatim* ADIPATVM.

ADIPĀTVM, i. n. [ἐςεατωμένος] *Cibus pinguis, vel Adipe conditus.* Iuuen. 6, 631 Liuida materno feruent adipata veneno. Chariſ. 1 p. 73 Putſch. Opus piſtorium, quod adipe conficitur, omni genere dici poteſt, et *hic adipatus*, quo intelligitur *panis* aut aliud aliquid: et *haec adipata* hoc eſt *pars*, et *hoc adipatum, opus* ſcilicet. Nam et Lucillius quinto *adipatam* dicit feminino genere, ſed illi ſubiungit *pultem.* Non. 2, 4 Adipatum veteres honeſte pro pingui et ſucculento et opimo poſuerunt. Cic. in Orat. (25 c. 8) Adſciuerunt ſuis artibus (auribus aptum) opimum quoddam, et tanquam adipatae dictionis genus.

ADIPEVS, Idem. Hieron.

ADEPTIO, ADEPTVS, *vid.* ADIPISCOR.

ADEQVĬTO, āre. [προσιππάζω] *Iuxta vel prope equitare.* Plin. 15, 18 Portae Collinae adequitans Hannibal. Liu. 35, . . . Numidae adequitare, dein refugere, ſed propius ſaltum paullatim euehi. Aegre ferens, quo tam ferociter adequitaſſet, inde ſe fundi fugarique Liu. 9, 22. Iam per armatos adequitare coepit Curt. 4, 9, 23. Caeſ. B. G. 1, 46 Equites Ariouiſti propius tumulum accedere, et noſtros adequitare.

ADERRO, āre. Stat. Silu. 2, 119 - - - emergunt pelago, doctamque trahuntur Ad chelyn, et blandi ſcopulis Delphines aderrant. *Add.* Theb. 9, 178. cum Gronou. Caſtig.

ADESCATVS, a, um. *i. ſaginatus.* Non pinguia, neque cibis nutribilibus adeſcata Cael. Aurel. Acut. 1, 11.

ADESDVM, [πρόσιθι] Ter. And. 1, 1, 2 Adeſdum, paucis te volo. *Vbi* Donatus, *Ades*, imperatiuum eſt, et *dum* παρέλκον: eſt enim productio et adiectio ſyllabae, vt *Ehodum ad me.*

ADESPŎTVS, a, um. [ἀδέσποτος] *Incertus, et ſine auctore, q. d. ſine domino.* Cic. Fam. 15, 17 De Hiſpania noui nihil, ſed expectatio valde magna: rumores triſtiores, ſed adeſpoti.

ADESSE, *vid.* ADSVM.

ADESVRIO, īui, īre. [προσπεινάω] *Eſurientem appetere.* Plaut. Trin. 1, 2, 132 Adeſuriuit magis, et inhiauit acrius lupus.

ADĒSVS, *vid.* ADEDO.

## A D F

*Quae ab his literis incipiunt, damus in* A F F.

## A D G

ADGANDESTRIVS, *Cattorum princeps, cuius* Tacit. Ann. 2, 88 literas in Senatu lectas *memorat*, quibus mortem Arminii promittebat, ſi patrandae neci venenum mitteretur. *Cui* reſponſum *eſt*, non fraude neque occultis, ſed palam et armatum populum Romanum hoſtes ſuos vlciſci.

ADG. *reliqua vid.* AGG.

## A D H

ADHABITO, āre. *Laudare ſolent* Plaut. Capt. 3, 4, 72 *Sed ibi eſt* Adbites.

AD HAEC, *vid.* AD.

ADHAEREO, ſi, ſum, ēre. [ἔχομαι, κολλάομαι, προσέχω, συμπρόσειμι] *Coniunctiſſimum eſſe, Arctiſſime inſidere.* Caeſ. Bell. Gall. 5, 48 Haec (*tragula, cui alligatae literae*) caſu ad turrim adhaeſit. Procul abeſſe libertatis auctores Romanos lateri adhaerere grauem dominum Liu. 39, 25. Adhaeſit mihi ad infimum ventrem fames: *Iocus Plautinus in* Stich. 1, 8, 83 *pro Vehementer eſurio.* Humerum adhaeret Tertull. de Pall. c. 5. Fronte cuſpis adhaeſit Ouid. Met. 5, 38. Ad omnem contactum adhaerens bitumen Plin. 7, 15. *Et Metaphor.* Cic. pro Domo ſua 63 In me omnia, quae ego quondam retuderam, coniurationis nefaria tela adhaeſerunt. *Et* in Vatin. 13 Tela mea in tuis pulmonibus ac viſceribus adhaerebunt. *Sed a Grutero*, haerebunt. *Alia Metaphora* Caelius ad Cic. 8, 7 Sane tanquam in quodam incili iam omnia adhaeſerunt. *Rurſus alia* in Vat. 11 Te vix extremum adhaeſiſſe,

ſiſſe, *i. cum quaeſtores eligerentur, vix vltimum reliquis, tanquam appendicem adiectum.* Cic. in Arat. Spiniferam ſubter caudam piſtricis adhaeſit.

ADHAERENS, Partic. *praeter id, quod in verbo dedimus,* Quinct. 5, 10, 46 Adhaerens tempus, *i. praeſens.* Saluian. aduerſ. Auarit. 2 p. 93 Vidua Deo adhaerens. Et Claud. in Ruff. 1, 35 Et luxus populator opum, quem ſemper adhaerens Infelix humili greſſu comitatur egeſtas.

ADHAERESCO, ĕre. [προσκολλάομαι] *Adhaerere incipere,* Cato de R. R. cap. 152 Ne faex in lateribus adhaereſcat. *Et* Pall. Nou. 7, 6 Adhaereſcunt Perſica amygdalis, *i. comprehendunt, inoleſcunt inſita. Metaph.* Cic. Off. 1, 86 c. 25 Omninoque iuſtitiae, honeſtatique adhaereſcet. Adhaereſcere ad columnam *de obaerato* Cic. pro Sextio 18 c. 8. Cic. de Fin. 5, 49 *de Sirenibus,* Vt homines ad earum ſaxa diſcendi cupiditate adhaereſcerent. Ad eam diſciplinam tanquam ad ſaxum adhaereſcunt Cic. Acad. 4 c. 3. Id. pro Domo ſua 13 Nonne prouidendum ſenatui fuit, ne in hanc tantam materiam ſeditionis iſta funeſta fax adhaereſceret? *Et* de Orat. 1, 258 c. 61 Non tam ea, quae recta eſſent, probari, quam quae praua ſint faſtidiis adhaereſcere, *quaſi in ſcopulo.* Id. de Orat. 3, 37 c. 10 Vt ſi non omnia — ad omnium veſtrum ſtudium — adhaereſcerent, *i. conuenirent, applicari poſſent.* Cic. Att. 4, 4 Ipſe vero vtique fac venias, ſi potes in his locis adhaereſcere. *Et* Bruto 274 Oratio ita libere fluebat, vt nusquam adhaereſceret. *Vid. ſtatim* ADHAERESCENS. Cic. de Orat. 2, 14 Argumentum enim ratio ipſa confirmat, quae ſimulatque emiſſa eſt, adhaereſcit. Faſtidiis Cic. de Orat. 1, 258.

ADHAERESCENS Part. Cic. Brut. 320 Hortenſius in continuatione verborum adhaereſcens, *i. inſiſtens, qui ſtatim continuare nequiret orationem.*

ADHAESIO, ōnis. f. Cic. de Fin. 1 c. 6 Copulationes et adhaeſiones atomorum inter ſe. *Vbi Gruter. legit* Adhaeſitationes.

ADHAESVS, ûs. m. [κόλλησις] Adhaeſio. Lucret. 3, 382 Nam neque pulueris interdum ſentimus adhaeſum Corpore. Idem 6, 471 Veſtes — concipiunt humoris adhaeſum. *It.* 5, 840 Vinctaque membrorum per totum corpus adhaeſu.

ADHAESE, Adu. [προσκολλητῶς] Gell. 5, 9 De Aegle Samio athleta, Per omne inde vitae tempus non turbide neque adhaeſe locutus eſt: *i. Non impedite: mutus fuerat.*

ADHĀLO, āre. [προσεκπνεύω] *Afflare.* Plin. 22, 22 ſ. 46 Ducunt (*boleti*) alia vitia: et quidem ſi ſerpentis cauerna iuxta fuerit, ſi pateſcentes primo adhalauerit, capaci venenorum cognatione ad virus accipiendum.

ADHĀMO, āre. Obligare Cic. 2. Acad. Qui enim ſerius honores adhamauerunt, vix admittuntur ad eos. Sic *legebatur* Nonius 2, 5, *et aſſerit Scaliger in Cat. itemque Rutgerſius Var. Lect.* 3, 3. *Sed Mercerl* Nonius *ex MSS. habet,* Adamauerunt, *non* Adhamauerunt. *Vid.* p. 113. Ed. Pariſ. *Gebhardus in Crepundiis vindicatum it hoc verbum etiam* Quinctiliano 2, 5. p. 153 Burm. Vt praedulae illud genus, et puerilibus ingeniis hoc gratius, quo propius eſt, adament: *in quo merito nihil mutarunt editores poſt Gebhardum. Conf. Dauiſ. ad hoc Fragm.* p. 228. *Solus ergo fundus ſolidus huius verbi adhuc eſt* Vet. Onom. Adhamo ἀγκιστρεύω.

ADHĬBEO, ui, ĭtum, ēre [προσέχω, προσφέρω, προσάγω] *Ex* Ad, *et* Habeo *vſus, vt ſimplex ipſum, latiſſimi. Ac primo formulas aliquot ponamus, vbi ſubiunctum ſibi habet* ad. Cic. in Bruto 301 Celeriter ad maiores cauſas adhiberi coeptus eſt, *i. Aduocari.* Ad deliberationes eas, quas habebat domi de Republica, principes ciuitates adhibebat Cic. Philipp. 1, 2. *Et* Fam. 2, 7 A reliquis non adhibemur. Ad alicuius officii magnitudinem adhiberi. Aurelius Arcadius. D. de offic. Praefect. Praetor. *i. ad graue officium.* Cic. pro Cluent. 144 c. 52 Qui leges eas ad quas (*intell. interpretandas, et, prout vtile eſt clientibus, vel remouendas vel aduocandas*) adhibemur (*patroni cauſarum*) et in quibus verſamur, noſſe deberem. Cic. Tuſc. 5, 99 Perſarum a Xenophonte victus exponitur, quos negat ad panem adhibere quicquam praeter naſturtium. Ad partus adhibetur Iuno Lucina Cic. de Nat. Deor. 2, 69 *i. in partu mulierum inuocatur.* Ad amici pericula depellenda cum adhiberer Cic. pro Clu. 18. Quinctil. 11, 2, 12 Adhibitus ei coenae Simonides. Virg. Aen. 5, 62 Adhibete penates Et patrios epulis, et quos colit hoſpes Aceſtes. *i. libate illis.* ¶ 2 *Iam caetera Nomina quibus iungitur elementorum ordine obſeruabimus.* Affirmationis minus adhibetur Poëticis fabulis, *i. minore cum aſſeueratione narrantur* Quinct. 5, 11, 17. Cic. de Aruſp. Reſp. 20 Quare ne plura de re minime loquar dubia, adhibete Animos: et mentes veſtras, non ſolum aures, ad aruſpicum vocem admouete. Id. Fam. 6, 1 Sed tuum illum Animum nunc adhibe quaeſo, quo me tum eſſe oportere cenſebas *i. Fortitudinem.* Cic. pro Muren. Argumenta Quinct. 5, 10, 109. Huic ego, Iudices, ſatisfacere cupio, vosque adhibere Arbitros. Cic. Acad. 1, 5 Qui nulla arte adhibita, de rebus ante oculos poſitis, vulgari ſermone diſputant. Liu. 4, 44 A. Sempronium comitiis plus Artis adhibuiſſe quam fidei. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 26 pr. Illi adhibita Audacia et Virtute, nacti Auſtrum naves ſoluunt. Cic. pro Archia, 5 Nactus eſt Conſules, quorum alter cum res geſtas, tum etiam ſtudium atque aures adhibere poſſet. Cic. de Amicit. Plurimum in amicitia amicorum bene ſuadentium valet Auctoritas: eaque adhibeatur ad monendum. Auctoritatem extrinſecus in cauſam Quinct. 5, 11, 35. Celſ. 2, 11 Idque Auxilium vt minus vehemens, ita magis tutum, neque vnquam periculoſum eſt, etiam ſi in medio febris impetu, etiamſi in cruditate adhibetur. Blanditias Ouid. Met. 10, 259. Cic. in Bruto 204, c. 56 Vt Iſocratem in acerrimo ingenio Theopompi et leniſſimo Ephori dixiſſe traditum eſt, alteri ſe Calcaria adhibere, alteri Frenos. Cic. Att. 1, 16 Priuatis rebus meis propter infirmitatem bonorum, iniquitatem malorum, odium in me improborum, adhibeam quandam Cautionem et diligentiam. Celeritatem. Cic. Fam. 11, 12 Opprimi potuiſſe, ſi Celeritas adhibita eſſet, exiſtimant. *Add.* Nep. 18, 9, 2. Cic. Fam. 10, 21 in quo ſi Celeritas erit adhibita, Reſpublica in poſſeſſione victoriae deletis ſceleratis permanebit. Cic. de Senect. 36 Tantum Cibi et potionis adhibendum, vt reficiantur vires, non opprimantur. Id. Off. 3, 80 c. 20 Quum collegium Praetorum Tribuniplebis adhibuiſſent, vt res nummaria de communi ſententia conſtitueretur. Tacit. Ann. 12, 67 Agrippina prouiſam iam ſibi Xenophontis medici Conſcientiam adhibet, *i. Conſcium facit dandi Claudio veneni Xenophontem, et hac in re vtitur eius opera.* Cic. de Legib. 3, 44 c. 19 Deſcriptus populus cenſu, ordinibus, aetatibus, plus adhibet in ſuffragium Conſilii, quam fuſe in tribus conuocatus. Cic. Off. 2, c. 23 Adhibuit ſibi in Conſilium quindecim principes, cum quibus cauſas cognouit. Caeſ. Bell. Gall. 7, . . Neque hos habendos ciuium loco, neque ad conſilium adhibendos cenſeo. Cic. Fam. 2, 6 Tecum loquere: te adhibe in Conſilium, te audi, tibi obtempera. Cic. in Bruto 330 Tamen ea Conſolatione ſuſtentor, quam tu, mi Brute, adhibuiſti tuis ſuauiſſimis literis. Cic. Acad. 4, 56 c. 18 At non videmus hoc vſu venire, vt quos nunquam putaſſemus a nobis internoſci poſſe, eos Conſuetudine adhibita tam facile internoſceremus, vti minimum quidem ſimiles viderentur. Cic. Q. fr. 1, 1 Quia tanta adhibeatur et a nobis, et a Praetoribus Contentio, vt rem poſſe confici non diffiderem. Cic. Off. 3, 7 Quem nos Correctione quadam adhibita potiſſimum ſecuti ſumus. Cic. pro Domo ſua 60 Sed quid ego veſtram Crudelitatem expromo, quam in ipſum me ac meos adhibuiſtis? Cic. Off. 1, 83 Grauioribus autem morbis periculoſas Curationes et ancipites adhibere coguntur. Sic. Celſ. 5, 27. Cic. Fam. 2, 7 De ſacerdotio tuo quantam Curam adhibuerim, cognoſces. Id. Acad. 4, . . Vt non mediocrem Curam adhibeant et diligentiam. Decorem fructiferis Quinct. 8, 3, 9. Cic. in Orat. 48 Interdum ex illis locis, aut leuia quaedam, aut cauſis aliena, aut non vtilia gignuntur: quorum ab oratoris iudicio delectus magnus adhibebitur. *Et* de Fin. 5, 90 Mihi quidem etiam lautius videtur, quod eligitur, et ad quod Delectus adhibetur. Deos in auxilium Ouid. Faſt. 4, 829. Cic. Fam. 6, 1 Vt non adhibeas in conſilium cogitationum tuarum Deſperationem. Cic. Fam. 5, 6 Adhibui Diligentiam quotiescunque ſenatus fuit, vt adeſſem. Cic. Fam. 15, 2 Monui regem, vt omnem Diligentiam ad ſe conſeruandum adhiberet. *Et* Fam. 16, 9 In hoc omnem Diligentiam ſi adhibueris. Cic. Fam. 16, 6 Quantum me diligis, tantum adhibe in te Diligentiae. Diſcipulorum quantuscumque numerus adhibeatur rhetoribus Quinct. 1, 2, 13. *Et* de Amic. 60 Vt eam Diligentiam adhiberemus in amicitiis comparandis. Diſpoſitionem probatis Quinct. 10, 3, 5. Cic. Quint. Fratr. 1, 1, 2 Cuius natura talis eſt, vt etiam ſine doctrina videatur moderata eſſe potuiſſe. Ea autem adhibita Doctrina eſt, quae vel vitioſiſſimam naturam excolere poſſit. Idem in Bruto 44. Sed tum fere Pericles primus adhibuit doctrinam. Cic. Fam. 4, 6 Et in me conſolando non mediocrem ipſe animi dolorem adhibuiſti. Id. pro Domo ſua, 36 Illud in primis, ne qua calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur. Col. 6, 27, 9 Equus admiſſurae poteſt trimus adhiberi. Columel. 11, 2 Quo cautior villicus, vt iam dixi, vel abſtinere poſſit operibus, vel feſtinationem adhibere. Cic. pro Cluent. 118 Facile hoc Iudices impetrabo, vt quam ipſe adhibere conſueuit in amicorum periculis Fidem et Diligentiam, tum Vim animi, Libertatemque dicendi, in hac mihi concedat. *Alia ſententia eſt in illo* Quod ſi inſanorum viſis fides non eſt adhibenda Cic. Diu. 2 c. 59. *Gronouius tamen leg.* habenda. *Vid.* FIDES. Cic. Tuſc. 2, . . Et hic nimirum eſt fletus, quem duodecim tabulae in funeribus adhiberi voluerunt. Flores adhibet orator in cauſis Cic. in Orat. 65. Fraudem iuri Quinct. 2, 15, 30. Frenas Cic. de Cl. Orat. c. 56. Frictionem Celſ. 8, 11 Tunc frictionem ei membro adhibere. Celſ. . . Genusque victus adhibendum eſt, quo carnem ali docui. Cic. Q. Fratr. 3, 8 De virtute et Grauitate Caeſaris, quam in ſummo dolore adhibuiſſet. Cic. Tuſc. 3, . . Lacerant, vexant, ſtimulos admouent, Ignes adhibent, reſpirare non ſinunt. *Metaphora eſt.* Interpretem Curt. 8, 12, 9. Cic. in Orat. 48 Iudicium ergo adhibebit, nec inueniet ſolum quid dicat, ſed etiam expendet. Iudicium inuentis Quinct. 10, 3, 5. Columel. 3, 9 Si laborem et curam velimus adhibere. Cic. de Fin. 2, 67 Quae nec teſtes vllos e claris viris, nec laudatores poterit adhibere. Cic. Fam. 5, 20 Ad quas ego nihil adhibui praeter lectionem: *de rationibus ſuis loquitur, et ſui quaeſtoris.* Cic. de Fin. 2, 23 Adhibentis Ludos. Cic. de Orat. 3, 47 Vt oratio quae lumen adhibere rebus debet, ea obſcuritatem et tenebras afferat. Cic. ad Brutum 18 Itaque ad reliquos hic quoque labor mihi acceſſit, vt omnes adhibeam Machinas ad tenendum adoleſcentem, ne famam ſubeam temeritatis. *i. Vtar omnibus artibus.* Cic. Off. 1, 72 c. 21 Capeſſentibus autem Rempublicam nihil minus quam philoſophis, haud ſcio an magis etiam et Magnificentia et deſpicientia adhibenda ſit rerum humanarum quam ſaepe dico, et tranquillitas animi atque ſecuritas. Cic. Off. 1, 73 Et Magnitudo animi eſt adhibenda, et vacuitas ab angoribus. Manus genibus Ouid. Met. 9, 216. Virg. Georg. 3, 456 Dum medicas adhibere Manus ad vulnera paſtor Abnegat. Manus pomis Sen. Herc. Oet. 8. Cic. contra Legem Agr. 2, 46 Adhibeant Manus vectigalibus veſtris, irrumpant in aerarium. Cic. de Fato 29 Siue tu Medicum adhibueris, ſiue non adhibueris, conualeſces. Cic. Att. 16, 15 Sed deſperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam. *Add.* de Or. 2, 186. Cic. de Orat. 2, 144 Vt his rebus adhibeat tanquam lumen aliquod, Memoriam, vocem, vt vires. Memoriam contumeliae Nep. 15, 7, 2. Cic. pro Rabir. 5 Adhibeatis in hominis fortunis Miſericordiam, in Reipubl. ſalute Sapientiam. Miſerationem Cic. in Bruto. . . . Id. de Orat. 2, 238 cap. 59 Haec igitur adhibenda eſt primum in iocando moderatio, etc. Moderationem dicendi adhibere Cic. de Lege Agr. 2. Id. Tuſc. 5, . . Plena vita exemplorum eſt: ſed adhibeat oratio modum, et redeat illuc vnde deflexit. *Et* Tuſc. 4, 38 Sed adhibebit Modum quendam, vltra quem progredi non oporteat. Idem pro Cluent. . . In quo non modus eſt adhibitus, non mos, conſuetudoque ſeruata. *Add.* Off. 1 c. 5 extr. Cic. de Orat. 2, 189 Niſi omnes ii motus, quos orator adhibere volet iudici, in ipſo oratore impreſſi eſſe atque inuſti videbuntur. Cic. de Off. 1, 130 Adhibenda eſt praeterea mundities. Cic. Acad. 4, . . Nullam adhibent perſuadendi neceſſitatem. Vlpian. in l. ſi ambo. D. De compenſat. Si ambo ſocii parem Negligentiam ſocietati adhibuimus. Cic. Att. 16, 18 Si tu neruulos tuos mihi ſaepe cognitos, ſuauitatemque qua nemo tibi par eſt, adhibueris. Numerus iambicus adhibetur in fabulis Cic. in Orat. 111. Numeros ſaltationi, modulationibus Quinct. 9, 4, 139. Nutrices infantibus Quinct. 1, 10, 32. Obſeruationem Id. 10, 7, 9. Cic. Fam. 13, 6 Itaque hoc eius officium quod adhibet erga illos, ego mea facultate et gratia ſoleo, quantum poſſum, adiuuare. Cic. Acad. 4, 32 Interdum enim quum adhibemus ad eos orationem huiusmodi. *Et* pro Clu. 139 Nemo adhiberet Oratorem. Cic. de Nat. Deor. 1, 113 Quos odores adhibebis ad deos, vt eos perfundas voluptatibus? Lucret. 2, 854 Propterea demum debent primordia rerum Non adhibere ſuum gignundis rebus odorem, *i. tribuere, dare: odor non eſt in elementis atque atomis.* Ordinem Vlp. in l. Quia. §. 1. D. Si quis omiſſa cauſ. teſt. Cic. in Orat. 17 Ad has tot, tantasque res adhibenda ſunt Ornamenta innumerabilia. Plaut. Moſtel. 1, 3, 78 - - - noctes diesque eſtur, Bibitur: neque quiſquam Parſimoniam adhibet. Cic. de Orat. 3, 46 Quum difficilius intelligatur quid patronus velit dicere, quam ſi ipſe ille qui Patronum adhibet, de re ſua diceret. Cic. de Legib. 2, 19 c. 8 Ad diuos adeunto caſte, pietatem adhibento, opes amouento.

 Celſ.

Celſ. 3, 18 Quorundam vani metus leuandi ſunt, ſicut in homine praediuite famem timente incidit, cui ſubinde falſae hereditates nuntiabantur: quorundam audacia coërcenda eſt, ſicut in his fit, in quibus continendis Plagae quoque adhibentur. *Loquitur de inſanis hominibus.* Pompam in dicendo. *Vid. mox* ſpeciem. Cic. Off. 1, 73 c. 21 In omnibus rebus priusquam aggrediaris adhibenda eſt Praeparatio diligens. Id. de Nat. Deor. 1, 3 Quid eſt quod vllos diis immortalibus cultus, honores, Preces adhibeamus? Cic. Att. 12, 4 Cura, obſecro, vt valeas: eamque quam ad omnes res adbibes, in primis ad conualeſcendum adhibe Prudentiam. Purpuram buccinis *i. admouere comparandi cauſa* Quinct. 12, 10, 76. Querelas adhibere Tibul. 3, 4,75. Cic. in Bruto 261 Caeſar autem Rationem adhibens, conſuetudinem vitioſam et corruptam, pura et incorrupta conſuetudine emendabat. Q. Cic. de Petit. Conſ. 12 Ad hanc rem adhibeas neceſſe eſt omnem Rationem et Curam et Laborem. Adhibe te ad veram Rationem, *ſubaud.* Intelligendam Lucret. 1, 46. Cic. in Bruto, . . Vide ne religio nobis tam adhibenda ſit, quam ſi teſtimonium diceremus. Cic. ad Octau. 1 Nulla remedia quae vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quam quae ſunt ſalutaria. Cic. Off. 1, 99 Adhibenda eſt igitur quaedam Reuerentia aduerſus homines, et optimi cuiusque, et reliquorum. Cic. Off. 2, 24 Sed iis, qui vi oppreſſos imperio coërcent, ſit ſane adhibenda Saeuitia: vt heris in famulos, ſi aliter teneri non poſſunt. Cic. Quint. Fratr. 1, 1 c. 8 Permagni hominis eſt, ſic Se adhibere in tanta poteſtate, vt nulla alia poteſtas ab iis quibus praeſit, deſideretur. *Id eſt, ſic ſe gerere.* Cic. de Amicit. . . His fictus ad eorum voluptatem Sermo quum adhibetur, orationem illam vanam, teſtimonium eſſe laudum ſuarum putant. Cic. de Senect. 46 c. 14 Et is Sermo qui more maiorum a ſummo magiſtro adhibetur in poculis. Cic. de Fin. 1, 24 c. 7 Quum illam Seueritatem in eo filio adhibuit, quem in adoptionem D. Silano emancipauerat, vt eum Macedonum legatis accuſantibus, quod pecunias Praetorem in prouincia cepiſſe arguerent, cauſam apud ſe dicere iuberet. Hos caſtris adhibe ſocios, et foedera iunge Virg. Aen. 8, 56. Solatia Plin. Epiſt. 1, 12. Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 8 Hominum adhibita ſolertia inuentum eſt, magno eſſe vſui poſſe. Cic. de Orat. 2, . . Sed adhibere quandam in dicendo ſpeciem atque pompam, et pugnae ſimilem fugam. Stimulos Lucret. 3, 1032. Cic. in Bruto 151 Non facile quem dixerim plus ſtudii, quam illum, et ad dicendum, et ad omnes bonarum rerum diſciplinas adhibuiſſe. Cic. Philipp. 11, 6 Neque Antonius vllius ſupplicii adhibendi, ſi poteſtatem habeat, vllam partem eſt relicturus. Cic. Off. 1, . . Adhibebit ad conſiderandas res et tempus et diligentiam. Ter. Phorm. 4, 5, 2 Hoc temere nunquam amittam ego a me, quin mihi teſtes adhibeam. Quum dem: et quamobrem dem, commemorabo. Cic. de Fin. 2, 67 Nec Teſtes vllos e claris viris, nec Laudatores poterit adhibere. Cic. Off. 3, 44 c. 10 Quum vero iurato ſententia dicenda ſit, meminerit deum ſe adhibere teſtem. Liu. 26, 25 Eos vno tumulo contegerent, adhiberentque humatis titulum, HIC SITI SVNT ACARNANES, etc. Cic. Off. 3, c. 9 Sed tanquam tormenta quaedam adhibemus *de dilemmate.* Plaut. Poenul. 5, 5, 38 Cur non adhibuiſti, dum haec loquereris tympanum? *intell. vt te Gallum et ſemiuirum eſſe fatereris.* Cic. Off. 3, 58 Qui orationis vanitatem adhibuerunt. Id eſt, Vana vſi ſunt oratione. Cic. Hortenſ. Domitores equorum Verbera adhibent ad domandum. Cic. Off. 3 c. 30 Quaſi vero forti viro vis poſſit adhiberi. *Add.* pro Caecin. 49 *Et praeſertim illud* pro S. Roſc. 31 Non poteſt vim mihi maiorem adhibere metus quam fides. Cic. pro Caec. 42 Maior adhibita vis ei, cuius animus perterritus, quam illi, cuius corpus vulneratum. *i. Virum fortem cogi non poſſe: vt qui nihil non ſponte faciat.* Vim veritati Cic. pro Quintio. . . Virtutem. *Vid. ſupra* Grauitatem adhibere. Vſum. Cic. Studio adhibito et vſu. Vocem. *Vid. ſupra* Memoriam adhibere. Vincula alicui. Ouid. 3. Faſt. 293 Nec ſine vi tradent: adhibe tu vincula captis. Cic. de Nat. Deor. 3, 69 Vt vinum aegrotis quia prodeſt raro, nocet saepiſſime, melius eſt non adhibere omnino, quam ſpe dubiae ſalutis in apertam perniciem incurrere. Ouid. Amor. 2, 13, 15 Huc adhibe Vultus, et in vna parce duobus: Nam vitam dominae tu dabis, illa mihi.

ADHIBENS, ADHIBENDVS, ADHIBĬTVS, Partic. *Paſſim iam laudauimus.* *Add.* Adhibito Interprete Curt. 8, 12, 9. *et* 10, 3, 6. *Conf.* 7, 11, 6. Suet. Calig. 2 Nullo adhibito modo.

ADHIBITIO, ōnis. f. Marcel. Emp. cap. 15 Adhibitio cucurbitarum.

ADHINNIO, īui, ītum, īre [προσχρεμετίζω] *Equorum eſt, qui equabus adhinniunt, i. ad eas hinniunt, videlicet coitum appetentes: quin et equae ipſae interdum equis adhinniunt.* Plin. 35, 10 Namque ambitu aemulos praeualere ſentiens, ſingulorum picturas inductis equis oſtendit. Apellis tantum equo adhinniuere. Ouid. de Arte Am. 1, 280 Foemina cornipedi ſemper adhinnit equo. Idem de Rem. Amor. 634 Fortis equus viſae ſemper adhinnit equae. ¶ 2 *Metaphor.* Adhinnire poſſim ego equulam hanc Plaut. Ciſt. 4, 2, 83. Puellis adhinniuit moechus Prud. adu. Symmach. 1, 58. Auguſt. de morib. Manich. 2, 19 Vidimus tres electos tres feminas petulanti geſtu adhinnire. Arnob. 4 p. 135 Mercurius primus, qui in Proſerpinam dicitur genitalibus adhinniuiſſe ſubrectis. *Et* 5 p. 172 *de Ioue* Etiamne in matrem, etiamne in filiam efferati pectoris appetitionibus adhinniuit? Cic. in Piſon. 69 c. 28 Itaque admiſſarius iſte, ſimulatque audiuit a Philoſopho voluptatem tantopere laudari, nihil expiſcatus eſt: ſic ſuos ſenſus voluptarios omnes incitauit, ſic ad illius hanc orationem adhinniit, vt non magiſtrum virtutis, ſed auctorem libidinis a ſe illum inuentum arbitraretur, *i. Sic gauiſus eſt oratione quae praeſidium libidini ſuae praeſtaret.*

AD HOC. *Vid.* AD.

ADHORRESCO, adhorrui. [ἐπιφρίττω] Ouid. ad Liuiam 221 Ipſe pater flauis Tyberinus adhorruit vndis, *i. Ad peditum et equitum clamorem horruit. Sed al.* Inhorruit.

ADHORTOR, āri. [ἐγκελεύω] *valde hortari.* Quid eſt aliud igitur adhortari adoleſcentes, vt turbulenti, vt ſeditioſi, vt pernicioſi ciues velint eſſe? Cic. Phil. 1 c. 9. Ad libertatem recuperandam vos adhortabor Id. Phil. 4 c. 10. Cic. Fam. 15, 21 Multae erant et reconditae literae: vis non erat. Ad eam igitur adhortabar. In excitando autem et in acuendo plurimum valet, ſi laudes eum, quem cohortere. Ter. Heaut. 1. 1, 8 Quod mihi videre praeter aetatem tuam Facere, et praeter quam res te adhortatur tua. Idem Off. 1, c. 11 Maxime ne poſſet aliquando ad bellum faciendum locus ipſe adhortari. Catul. 58 de Berecynthia et Aty, Ferus ſeſe ipſe adhortatus, rapidum incitat animum, *i. Leo ſeſe ad iram acuens.*

ADHORTATVS, a, um. Paſſiue. Punctione aliqua adhortatus Cael. Aurel. Acut. Adulatique erant ab inimicis et adhortati Hemina ap. Priſcian. 8 p. 791.

ADHORTO. Adhortaui Cic. pro Arch. 28 c. 11 *vt habent meliores* Codd.

ADHORTATIO, ōnis. f. [ἐγκέλευσμα] actus adhortandi. Cic. de Orat. 2, 11 c. 3 Omiſſa noſtra adhortatione, ad eorum quos propoſuimus, ſermonem, diſputationemque veniamus. *Add.* Liu. 9, 13.

ADHORTATV. Apul. Apol. p. 228 Meo adhortatu.

ADHORTĀMEN, ĭnis. n. Idem Ap. Flor. 4 Non multa mihi apud vos adhortamina ſuppetunt.

ADHORTĀTOR, [ἐγκελευστὴς] Qui adhortatur. Liu. 7, 32 Vtrum qui audiendus duntaxat magnificus adhortator ſit, verbis tantum ferox, operum militarium expers: an qui, etc. *It.* 2, 58 *et* 9, 13.

ADHOSPITO, āre. Martem atque Concordiam multis immolationibus ſibi adhoſpitauere Dict. Cret. *i. conciliarunt.*

ADHVC, [μέχρι τούτου, προσέτι, εἰσέτι] *Adu. temporis, ſignificans ad hoc tempus.* Plaut. Trucul. 4, 3, 20 Conueniunt adhuc vtriusque verba. Cic. Att. 7, 12 Vnam adhuc a te epiſtolam acceperam. *Et* Fam. 6, 14 Ego tamen Caeſari pro te, ſicut adhuc feci, ſupplicabo. Haec adhuc Cic. Att. 5, 20. Vt celata adhuc eſt Ter. Phorm. 4, 3, 20. Qua pugna nihil adhuc eſt nobilius Nep. 1, 5, 5. Quicquid eſt commiſſum adhuc, Pietas vocetur Sen. Med. 904. *Add.* Caeſ. B. C. 2, 32 *et* 3, 57. ¶ 2 Adhuc, *pro Etiam, vel Praeterea.* Cic. in Laelio 32 c. 9 Ortum quidem amicitiae videtis, niſi quid adhuc forte vultis. Sunt adhuc aliquae non omittendae in auro differentiae Plin. 33, 2. *Vid. et* Quinct. 9, 3, 80 *it.* 7, 1, 36 *etc.* ¶ 3 Adhuc, *Continuationem temporis denotat.* Ter. Phorm. 3, 1, 15 Adhuc tranquilla res eſt. Plaut. Pſeud. 4, 7, 77 - - - tun' hodie Ex Sicyone huc perveniſti? H. alto adhuc meridie. Ouid. Epiſt. 16, 263 - - - Adhuc tua meſſis in herba eſt. *Et cum Futuro:* Ipſe pauculis adhuc diebus in Tuſculano commorabor Plin. 4 Ep. 13, 1. Vnam rem adhuc adiiciam Sen. N. Q. 4, 8. ¶ 4 *Comparatiuo iungitur.* Punctum eſt, quod viuimus, et adhuc paullo minus Sen. Ep. 49. Cui gloriae amplior adhuc ex opportunitate cumulus acceſſit Suet. Tib. c. 16. Maiore adhuc et turpiore infamia flagrauit Id. ib. c. 44. Vt mihi videatur melior adhuc priuignus eſſe quam filius Calpurn. Flacc. decl. 22 pr. p. 818. Adhuc concitatior Quinct. 2, 15, 28. ¶ 5 Adhuc locorum, *eadem figura qua dicimus* Vbique locorum, et Nuſquam gentium Plaut. Capt. 2, 3, 25 Vt adhuc locorum feci, faciam ſedulo.

ADHVCCINE. Adhuccine miſerum iſtum aſinum iugi furore iactari credimus Apul. Met. 9 p. 218.

## A D I

ADIABENE, *Vel totam Aſſyriam notat* Plin. 5, 12 Adiabene Aſſyria ante dicta: *vel partem nobiliſſimam,* Id. 6, 13 Adiabene Aſſyriorum initium, cuius pars eſt Arbelitis, vbi Darium Alexander debellauit.

ADIABENI, *eius regionis incolae.* Tac. An. 12, 13 Transmiſſo amne Tigri permeant Adiabenos.

ADIABENICVS, *in Cognominibus Imperatoris Seueri, de quo* Sextus Rufus cap. 21. Adiabenos deleuit — Huic cognomina ex victoriis quaeſita ſunt; nam Parthicus, Adiabenicus et Arabicus eſt cognominatus. *adde* Inſcript. *Gruteri* p. r. 11. 22. etc.

ADIĂCEO, ui, ēre. [πρόσκειμαι] Iuxta vel prope iacere Liu. 2, 49. Gentes, quae mare illud adiacent Nep. 13, 2, 1. Tuſcus ager Romano adiacet. Colum. 1 *pr.* 10 Nocte ſera foribus ingratis adiacere. *Et* 12, 1, 2 Adiacens complexibus feminae. Quinctil. 1, 6, 22 Recta eſt haec via. Quis negat? Sed adiacet et mollior et magis trita. Plin. 37, 9 ſ. 52 *de Ceraunia gemma,* Aliquas ante ſe proiecto nitore adiacentia illuſtrare. *Et* 5, 30 Helleſponto adiacet Troas. *Et* 6, 17 ſ. 21 Indorum gens non Eoo tantum mari adiacens, verum et meridiano. Adiacens inſula *dicitur, quae eſt Prope aedes, non tamen coniuncta contextui aedificiorum.* l. 15 §. 14 D. de damno infecto. Item quid dicemus ſi inſula adiacens domui vitium faciat?

ADIACVLATVS, a, um. Adiaculati fulgoris radios reuibrare Mart. Capella 2 p. 41.

ADIANOĒTA, [ἀδιανόητα] Quae verbis aperta, occultos ſenſus habent Quinctil. 8, 2, 20.

ADIANTVM, i. n. [ἀδίαντον] *Herba dicta ab α et διαίνω, quod folium eius aqua perfuſum non madefiat, ſicco ſemper ſimile.* *Vulgo* Capillus Veneris *dicitur. Sic enim vertit Theodorus. Mentio eius* Plin. 22, 21: 27, 13: *et* 28, 11. Apul. de Herb. cap. 47. 51 *et* 97.

ADIAPHORIA, *Quaſi tu* indifferentiam *dicas,* Ἀδιαφορία. Cic. Acad. 2, 130 c. 42 Ariſtoni ſummum bonum eſt, in his rebus neutram in partem moueri, quae Adiaphoria ab ipſo dicitur. *Add.* Cic. Att. 2, 17.

ADIAPHORON. Cicero de Fin. 3, 53 c. 16 Quod illi ἀδιάφορον dicunt, id mihi ita occurrit, vt indifferens dicerem. *Vid.* Gell. 2, 7. *Add.* Varr. ap. Non. 2, 103. Sen. Ep. 82 Indifferentia ponimus, quae ἀδιάφορα Graeci vocant.

ADIATREPSIA, ae. f. [Ἀδιατρεψία] *Quaſi tu inconuertibilitatem dicas, Impudentia, Pertinacia animi in factis turpibus.* Nihil magis in natura ſua laudare ſe, ac probare, quam adiatrepſian, dicebat *Caligula apud* Suet. 29. *Praecedit,* Immaniſſima facta augebat atrocitate verborum. *Veteres libri multi* inuerecundiam *addunt, ſiue a Suetonio, ſiue a Gloſſatore.*

ADIECTIO, ADIECTIVVS, ADIECTVS, ûs. *Vid.* ADIICIO.

ADĬGO, ēgi, actum, ĕre. [ἀναγκάζω, βιάζομαι] *Verſus locum aliquem agere.* Plaut. Bacch. 5, 2, 3 Quis has huc oues adegit? *Sic* Varr. R. R. 2, 5, 16 Adigi oportet lactentes ad matres. ¶ 2 *Sed plerumque ad vim pertinet. v. g.* Plin. 16, 10 ſ. 20 In ipſam arborem clauus aereus adigatur. Idem 17, 17 Si vaſtiore ramo pali modo exacuto adigatur alte, exiguo ſuper terram relicto capite. Col. 5, 10 17 Fiſſuram cuneo tedae pineae adigito, *pro* in fiſſuram cuneum adigito. Ibid. ſ. 20 Forata arbore lapidem adigito. Caeſ. Bell. Ciuil 3, 51 Pompeius tumulum quendam occupauit, qui tantum aberat a noſtro caſtello, vt telum tormentumue miſſum adigi non poſſet. Tacit. 11. Ann. 18, 3 Corbulo triremes alueo Rheni, ceteras nauium — per aeſtuaria et foſſas adegit. Vulnus Tacit. Ann. 6, 35. Enſem in pectu Ouid. Met. 5, 70. *Et* in media praecordia Sil. 7, . . Virg. Aen. 4, 24

Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras,
Pallentes vmbras Herebi, noctemque profundam,
Ante pudor quam te violem, aut tua iura reſoluam.

Cur

*Cum infinitiuo.* Virg. Aen. 6, 695 - - - tua me genitor, tua triſtis imago Saepius occurrens, haec limina tendere adegit. *i. Huc venire me impulit, coëgit.* Ad mortem adigi ab aliquo Tac. 12, 22, 4. *Et abſol.* Cic. Att. 10, 9 Adigit ita Poſtumia et Seruius. ¶ 3 *Per metaphoram, Concitare, Impellere.* Ter. Adel. 1, 2, 31 Tu homo adiges me ad inſaniam. Idem Eun. 2, 1, 3 Noctu te adigent horſum inſomnia. Adigere arbitrium, *vel, potius (huc enim ducunt meliores libri)* Adigere arbitrum. Cic. pro Roſc. Com. 25 c. 9 Quae cum ita ſint, cur non arbitrum pro ſocio adegeris Q. Roſcium, quaero. Idem Off. 3, 66 c. 16 Itaque Calpurnius cum demolitus eſſet, cognoviſſetque Clodium aedes poſtea proſcripſiſſe, quam eſſet ab Auguribus demoliri iuſſus, Arbitrum illum adegit, Quicquid ſibi Dare facere oporteret ex fide bona. Id. Top. 43 c. 10 Quemadmodum ſi in vrbe de finibus controuerſia eſt, qui fines magis agrorum videntur eſſe quam vrbis finibus regundis adigere arbitrum non poſſis: ſic ſi aqua pluuia in vrbe nocet, quoniam res tota magis agrorum eſt, aquae pluviae adigere non poſſis arbitrum. Sen. Ep. 65 Eam *(Sermonis noſtri)* partem ad te perferam, quae in lite eſt: te arbitrum adegimus. *Sed habent libri quidam* addiximus, vel adduximus. *Vid.* ADDICO. *Eſt autem* adigere arbitrum *vel* cogere dare arbitrum, *quod ſuadent verba* Feſti. Adigas, dare cogas: *quae ad hanc formulam videntur reſpicere: vel eſt* agere ad arbitrum, *quod magis naturale et rationibus linguae antiquae conueniens videtur, vt* Aduolare roſtra *i. volare ad roſtra,* Aduolui genua, Aſſidere moenia, *etc. Itaque etiam Scaliger ſuſpicabatur, apud* Feſtum *legendum* Adigas, adire cogas. *Sic etiam inuenias* iuſiurandum adigere *omiſſo* ad. Liu. 43, 17 extr. Cuius nondum iuſta miſſio viſa eſſet, ita iuſiurandum adigebant, Ex tui animi ſententia *etc. Etiam* Caeſ. B. G. 7, 67 pr. Probata re, atque omnibus iuſiurandum adactis. *Sic certe Scaliger et alii: Dauiſius hic* τὴν ad *admittit, ſed* B. C. 2, 18 *ipſe quoque dedit* Provinciam omnem in ſua et Pompeii verba iuſiurandum adigebat. *Et* B. C. 1, 76 Princeps in haec verba iurat. Ipſe idem iuſiurandum adigit Afranium. Salluſt. Cat. 22 pr. *dedit ex omnibus libris Cortius,* Cum ad iuſiurandum popularis ſceleris ſui adigeret. *Mutata conſtructione* Liu. 22, 37 Milites tunc — iureiurando ab Tribunis militum adacti *etc.* Idem Liu. 24, 16 Citatos ſingulos iureiurando adigam — non aliter quam ſtantes cibum potionemque, quoad ſtipendia facient capturos eſſe. *Et* Tac. An. 1, 37, 4 Germanicus — Legiones ſacramento adigit. *Et* Hiſt. 1, 76 Iudaicum exercitum Veſpaſianus, Syriae legiones Mucianus ſacramento Othonis adegere. *Conſ.* Hiſt. 2, 79. *Et* Hiſt. 2, 80 Mucianus alacrem militem in verba Veſpaſiani adegit. *Et* Hiſt. 4, 31 Adigente Hordeonio Flacco, vetus miles dixit Sacramentum. *In omnibus hiſce formulis de eo iureiurando ſermo eſt, quod hodie vulgo* homagium *vocant.* ¶ 4 Adaxint, Id eſt, Adegerint. Feſt. Adaxint, Adigant. Plaut. in Aulul. 1, 1, 11 Vtinam me diui adaxint ad ſuſpendium.

ADIGENS, *vidimus modo ex* Tac. Hiſt. 4, 31.

ADACTVS. Partic. [ἐμπηχθεὶς, βιαθεὶς] *Vi impulſus.* Plin. 17, 27 ſ. 43 E robore cuneo adacto. *Et* 16, 40 ſ. 79 Adacta in terram in paluſtribus aeterna, onerisque quantilibet patiens. Virg. Aen. 9, 431 - - - ſed viribus enſis adactus Tranſadigit coſtas. Plin. 25, 2 Dixit Democritus, credidit Theophraſtus, eſſe herbam, cuius contactu illatae ab alite quam retulimus, exiliret cuneus a paſtoribus arbori adactus. Propert. 3, 21, 14 In faciem prorae pinus adacta nouae, *i. Argo nauis.* Stat. Theb. 1, 19

- - - limes mihi carminis eſto
Oedipodae confuſa domus: quando Itala nondum
Signa, nec Arctoos auſim ſperare triumphos,
Bisque iugo Rhenum, bis adactum legibus Iſtrum. *i. ſubiugatum.*

Lucret. 3, 172 Vis horrida teli Oſſibus ac neruis diſcluſis intus adacta. Lucret. 5, 1224 Ne quod ob admiſſum foede, dictumue ſuperbe Poenarum graue ſit ſoluendi tempus adactum *i. aduenerit.* Quinctil. 7, 2, 3 Quare ad Troiam quinquaginta reges nauigauerint, iureiurando adacti, an exemplo moti, an gratificantes Atridis? Vulnus alte Virg. Aen. 10, 850 *id eſt Profunde impreſſum.*

ADACTIO, [βιάζωσις] *Actus adigendi* Liu. 22, 38 A tribunis ad legitimam iurisiurandi adactionem translatum.

ADACTVS, ûs. m. Idem. Lucret. 5, 1329 Nam transuerſa feros exibant dentis adactus Iumenta *i. euitabant.*

ADIĬCIO, ēci, ectum, ĕre [ἐπιτίθημι, ἐπιβάλλω, προσβάλλω] *proprie eſt* Iacere ad *aliquid* vt Adiicere tela. Caeſ. Bell. Gall. 3, 13 Vt neque ex inferiore loco ſatis commode tela adiici poſſent, et miſſa a Gallis grauius acciderent. Nempe Adiicere telum *eſt ita iacere, vt* ad *eum locum, quem iaculator petit, perueniat.* Caeſ. Bell. Gall. 2, 21 Et quia non longius hoſtes aberant, quam quo telum adiici poſſit, praelii committendi ſignum dedit. Idem 4, 23 Atque ita montibus anguſtis mare continebatur, vt ex locis ſuperioribus telum in litus adiici poſſet. Corn. Celſ. 7, 27 Idemque humor clyſtere intus adiicietur. *Sed hic in al. legitur,* Adigetur Morgag. *Ep.* 3 *in Celſ. Caeterum ſolenne prope verbum eſt in medicamentis, cibisque, quorum partes* adiici *iubentur, interdum etiam primae, ante quas nihil v. g. in olla eſt, vt de verbo* Addere *obſeruauimus. V. g.* Col. 12, 12, 3 Sextario aquae dodrantem mellis adiiciunt. *Et* 12, 16, 3 In lixiuiae ſextarios decem ſatis tres cyathos — adiiciant. *In primis* 12, 16, 4 Sorba — in vrceolos picatos adiicito, *vbi neque praecedit quidquam, neque ſequitur. Sic* 12, 43, 3. Et Pall. Non. 22, 5 Ollae adiicis mellis partes duas etc. *et* ſ. 6 Vuas in vaſe adiicis cum *etc. Sed* 12, 21, 1 Poteſt defrutum adiici in vinum. *Add.* 12, 54, 4 etc. *Paſſim ita loqui* Scribonium, *Rhodii Lexicon docet. Nimirum alias etiam* ¶ 2 *Saepe* adiicere *eſt addere.* Liu. 2. Adiiciebat huic muneri agri aliquantum. Cic. de Petit. Conſul. Non vt aliquid ex iis noui adiicerem. Cic. Off. 1, 116 Quod idem fecit Timotheus Cononis filius: qui quum belli laude non inferior fuiſſet quam pater, ad eam laudem, doctrinae et Ingenii gloriam adiecit. Quis ſcit, an adiiciant hodiernae craſtina luci Tempora Di ſuperi Hor. 4 Od. 7, 17. Adiicit ex abundanti hanc conſcientiae ſuae fiduciam Quinctil. 5, 6, 2. *Et* 1, 5, 10 Vt verbo adiiciat literam Syllabamue. Ter. Eun. 1, 2, 63 Quantum ſuſpicor, ad virginem Animum adiecit, *i. amare coepit. Vid. mox* Oculos. Animum conſilio, et ad conſilium Liu. 28, 33 et 25, 27. Plin. Epiſt. 1, 20 Quin etiam voluminibus ipſis Auctoritatem quandam et pulchritudinem adiicit magnitudo. Plin. Epiſt. 1, 2 Si modo tu fortaſſe errori noſtro album Calculum adieceris. Celſ. 7, 4 Adiicitur celeritati, ſicut tormento quoque, ſi et linum, et id quod ex penicillo eſt, aliquo medicamento illinitur ex his, quibus callum exedi poſui, *i. celerius ſit, ſed maiori dolore. Sic* 7, 21 Adiicitur tamen hic quoque Celeritati, ſi omentum etc. Cibo *i. plus dare* Celſus 4, 2 Clamorem Tacit. in Agricola . . Celſ. in prooem. lib. 7. Ac Romae quoque non mediocres profeſſores, maximeque nuper Tryphon pater, et Euelpiſtus, et (vt ex ſcriptis eius intelligi poteſt) horum eruditiſſimus Meges, quibusdam in melius mutatis, aliquantum ei diſciplinae adiecerunt. Quinctil. 4 pr. 5 Vt quantum nobis Exſpectationis adiecit, tantum ingenii adſpiret. Celſ. 2, 1 At aeſtas non quidem vacat plerisque ab his morbis, ſed adiicit febres, vel continuas, vel ardentes, vel tertianas. Celſ. 3, 11 Haec enim paulo ante data multum malo adiicit. Modum *i. Adhibere.* Tacit. Ann. 3, 6. Val. Flac. 8, 41 Hoc etiam adiice tantis Muneribus Meritisque tuis. Plaut. Aſin. 4, 1, 24 Ad eorum ne quem Oculos adiiciat ſuos Si quem alium aſpexit, caeca continuo ſiet. Cic. Verr. 2 c. 15 Partim plane videbant adiectum eſſe oculum haereditati, *i. animum, cupiditatem.* Cic. contra Rull. 2, 25 c. 10 Cum ad omnia veſtra pauci homines cupiditatis oculos adieciſſent. *Sed ſuſpectum merito illud* Cupiditatis *eſt Guilielmio atque Graeuio: et habet ſpeciem gloſſae. Ad fortuitum vero adſpectum pertinet.* Cic. de Legib. 2, 36 c. 14 Qua licentia Romae data, quidnam egiſſet ille, qui in ſacrificium cogitatam libidinem intulit, quo ne imprudentiam quidem oculorum adiici fas fuit? *Loquitur de Clodii facto in ſacris Bonae Deae.* Aliquid Potioni adiicere, *eſt Aliquanto largius bibere* Celſ. 1, 3. Stimulos Ioui frementi, *Iouem iam iratum magis accendere* Ouid. Met. 1, 245. Vires Liu. 4, . . Virtutibus, quod deſiderari poteſt Quinct. 10, 1, 120. Ouid. de Arte Am. 3, 8 Dixerit e multis aliquis, cur Virus in anguem Adiicis? et rapidae tradis ouile lupae? *i. feminas doces artem amandi.* ¶ 3 Adiicere, pro Conſentire. Epicurus Democrito adiicit in phyſicis Cic. de Fin. 1 c. 6 pr. Virg. Aen. 10, 182 Tercentum adiiciunt, mens omnibus vna ſequendi. Vbi Seru. Adiiciunt, accedunt, et conſentiunt eius voluntati. Vnde ait, Mens omnibus vna ſequendi, Id eſt, Coniurati ſunt. Haec ille. *Caeterum videtur eſſe ſermo eclipticus, vt ſit* Adiiciunt ſe. ¶ 4 Adicere *in libris antiquis ſcribitur ſaepe* pro Adiicere. Paul. in l. Neceſſe. D. de in diem addict. Neceſſe autem habebit venditor meliore conditione allata, priorem emtorem cretiorem facere, vt ſi quid aliud adicit, ipſe quoque adicere poſſit. *Vid.* Ant. Auguſt. Emend. 2, 3, *qui plura ICtorum loca hinc illuſtrat. Ita quoque Poëtae aliquando* Adicere *dicunt pro* Adiicere. Sic Martial. 4, 54 Nil adicit penſo Lacheſis. Sil. 17, 529 Audaces adicit ſine corpore motus. *Add. Parei Lex. Crit. h. v.*

ADIICIENDVM. Quinct. 7, 3, 25 Dicit finitionem parum plenam. Adiiciendum enim *etc.*

ADIECTVS, Partic. [ἐπιβεβλημένος] Plin. 18, 3. M. quidem Curii poſt triumphos immenſumque terrarum adiectum imperio, nota concio eſt, pernicioſum intelligi ciuem, cui ſeptem iugera non eſſent ſatis. Adiecti Britanni imperio Hor. Od. 3, 53. Calabris ſaltibus adiecti Lucani Id. Ep. 2, 2, 178. Adiecta ignominia poſt mortem Quinctil. 3, 7.

ADIECTVS, ûs. [ἐπίβλημα] *Actus adiiciendi* Vitru. 9, 9 Cuneorum adiectus, aut exemtus in ſingulis diebus aut menſibus. Lucret. 1, 689 — neque ſunt igni ſimulata: neque vllae Praeterea rei, quae corpora mittere poſſit Senſibus: et noſtros adiectu tangere tactus, *i. appulſu, admotione.*

ADIECTIO, ōnis. f. [προσβολὴ, πρόθεσις] Vitruu. 9, 9 Sin autem cuneorum adiectionibus et detractionibus correptiones dierum aut creſcentiae non probabuntur, etc. Calor non adiuuatur adiectione caloris Sen. Ep. 109. Illiberalis adiectio Liu. 38, 15. Nulla adiectione diminutioneque facta l. 14 D. pr. de Except. rei iud. *Add.* l. 6 §. 1 D. de Pecul. leg. Molitionibus nouis aliquot pedum vltra aedificia adiectionem permittere Symmach. 6 Ep. 9. Res Romana adiectione populi Albani aucta Liu. 1, 30. Tacit. Hiſt. 1, 78, 1 Hiſpalienſibus et Emeritenſibus familiarum adiectiones dono dedit. *Nempe erat certus in coloniis familiarum numerus, cui iniuſſu Senatus adiicere non licebat.* Liuius 43, 19 Poſtulantibus *a Senatu* Aquileienſium legatis, vt numerum colonorum augeret, M. et D. familiae ex S. C. ſcriptae. Vet. Inſcr. Tribus XXXV. quod liberalitate optimi principis commoda earum locorum adiectione ampliata ſunt. ¶ 2 Adiectio, *Iurisconſultis dicitur Melior oblata conditio in pretio, quae in addictionibus, et auctionibus plerumque locum habet.* Adiectionis *autem et* Addictionis (*quae verba non parum frequenter in quibusdam libris inepte confunduntur*) *ea eſt differentia, vt cum in* diem addictio *ita fiat.* Ille fundus eſto tibi emtus centum, niſi ſi quis intra illum diem meliorem conditionem attulerit: *ſi qui* adiectionem *ad pretium fecerit, et id rei domino placuerit, addicet ei rem: ſi nemo adiecerit, illi in diem emtori addictio facta conſiſtit. Idem in auctionibus.* Vlp. in l. Vbi autem. §. Idem Iulianus. D. de in diem addict. Idem Iulianus libro quintodecimo quaerit, ſi res in diem addicta interciderit, vel ancilla deceſſerit: an partus vel fructus eius nomine adiectio admitti poſſit? et negat admittendam adiectionem: quia alterius rei, quam eius quae diſtracta eſt, non ſolet adiectio admitti. *Quo loco ſi* Addictio *ſcriberetur, vt quidam volunt, ineptus Vlpianus foret.* Haec Ant. Auguſt. Emend. 2, 3. ¶ 3 Adiectiones Iuſtinianus §. vlt. de Succeſſ. libert. *accipere videtur pro Modis ciuitatem Romanam et ius familiae aſſequendi* Alciato parerg. 1, 17. *Vid. etiam* Cuiac. Obſ. 18, 21. *Verba ipſa ponamus,* Quibusdam adiectionibus ipſas vias, quae ad Latinitatem ducebant, ad ciuitatem R. capiendam transpoſuimus. *Senſum certe Grammaticum et generalem retinet vocabulum, quidquid etiam ſit, quod* adieciſſe *ſe ait ſuperioribus legibus, Imperator.*

ADIECTAMENTVM, i. n. *Adiectio* ſ. *Acceſſio* l. 242 D. de V. S. Arteno magis adiectamento quam pars nauis eſt.

ADIECTIVVS, a, um. [ἐπίθετος] *Nomen fictum a Grammaticis quum dicunt,* Adiectiuum nomen. Priſc. l. 2. p. 578 Putſch. Adiectiua (*nomina*) ideo vocantur, quod aliis appellatiuis, quae ſubſtantiam ſignificant, vel etiam propriis adiici ſolent, ad manifeſtandam eorum qualitatem vel quantitatem, quae augeri vel minui ſine ſubſtantiae conſumtione poſſunt, vt Bonum animal, Magnus homo, Sapiens Grammaticus, Magnus Homerus. Macrob. Saturn. 1, 4 Adiectiuum Graeci ἐπίθετον vocant, *Opponit hic* Poſitiuo.

ADIECTO, āre. Frequent. Apic. 8, 2 Adiectare caryotam, vuam paſſam et oleum.

ADIICIALIS *Vid.* ADICIALIS *ſub* ADEO, *is.*

ADĬMO, ēmi, emtum, ĕre. [περιαιρέω, ἀπαίνυμαι] *Auferre, ex* Ad, *et* Emo: quod antiqui, *vt ait* Feſtus, Emere dicebant, pro Accipere. Ter. And. 4, 2, 14 Hanc, niſi mors mihi adimet nemo. Cic. Verr. 5, . . Illi aditum litoris Syracuſanis ademerunt, *i. Prohibuerunt illos a litore.* Ter. Heaut. 3, 1, 12. Diem adimere Aegritudinem

dinem hominibus. Animam alicui Plaut. Milit. 3, 1, 134. Auƈtoritatem rebus (*caulibus*) ne adimat vilitas Plin. 19, 4 ſ. 19. Cantare adimam ſeueris Hor. Epiſt. 1, 19, 9. Cic. pro Sextio 6 Ademit Albino ſoceri nomen mors filiae, ſed Caritatem illius neceſſitudinis et Beneuolentiam non ademit. Cauſam rei alicuius faciendae Ter. Andr. 5, 1, 18. Cic. pro Caecin. 96 Deinde nihil rationis affers, quamobrem ſi libertas adimi nullo modo poſſit, ciuitas poſſit. Nam et eodem modo de vtraque re traditum nobis eſt. Et ſi ſemel ciuitas adimi poteſt, retineri libertas non poteſt. *Add.* ſ. 99. Cic. pro S. Roſc. 71 c. 26 Cui (*patricidae*) repente Caelum, Solem, Aquam, Terramque ademerunt. Corpus adimit multa fricatio Plin. 28, 4 ſ. 14. Curam Ter. Phorm. 5, 6, 47. et Hec. 5, 3, 19. Conſuetudinem Ter. Phorm. 1, 3, 9. Diem adimit nox Plaut. Capt. 2, 3, 57. Dolores Hor. Sat. 2, 3, 288. Facultatem Caeſ. Bell. Ciuil. 1, . . Cic. Att. 3, 7. Formam alicui, *laudatur* Plaut. Amph. 2, 1, 53. *Sed hodie legitur* Abſtulit *non* Ademit. Fortunas patrias Cic. Verr. 1, . . . Leges Cic. de Fin. 2, . . Leto aliquem adimere Hor. Od. 3, 22, 3. *i. eripere morti.* Memoriam Plin. 37, 12. Cic. Att. 3, 7 Niſi mihi dolor meus cum omnes partes Mentis, tum huius generis Facultatem ademiſſet. Metum Ter. Andr. 2, 2, 2. Cic. pro Roſc. Amer. extr. Hominibus leniſſimis ademit Miſericordiam conſuetudine incommodorum: *De* crudelitate Domeſtica *loquitur.* Cic. Att. 3, 5 Inimici mei Mea mihi, non Me ipſum ademerunt. Nomen alicui ademtum Plaut. Epid. 2, 2, 50. Nomen virgineum *i. Virginitatem* Ouid. Met. 8, 591. Poteſtatem Cic. de Legib. 3, . . . et pro Quintio . . . *Et* Diu. in Caec. 21 Cur his non modo perſequendi iuris ſui, ſed etiam deplorandae calamitatis adimis Poteſtatem. Cic. de Or. 2, 364 Adimere omnem Recuſationem Craſſo volui. Riſum Plin. 11, 73. Soccos pedibus, *pro Detrahere, laudant* Plaut. Epid. 5, 2, 60, *Sed ibi* eſt, Soccos dabo. Cic. Att. 2, 16 Primo me ita pupugit, vt ſomnum mihi ademerit. Id. pro L. Manil. 37 Spem deditionis non ademit. Tranſitum Plin. 17, 21. Venerem in totum adimit Nymphaea Heraclia Plin. 26, 10 ſ. 60. Vincula canibus Ouid. Met. 8, 332. Vires Ouid. Met. 3, 469. Vitam Cic. in Partit. et Tuſc. 5, 3. *Vid.* VITA. Vocem homini adimere creditur lupus Plin. 8, 22.

ADIMENDVM Omne Spiramentum in Concluſo Cotoneis Plin. 15, 17.

ADEMTVS, [περιῃρημένος] Partic. Hor. Od. 2, 4, 10 Barbarae poſtquam cecidere turmae Theſſalo viƈtore, et ademtus Heƈtor, *h. e. Occiſus, e medio ſublatus.* Anima ademta Lucret. 3, 405. Conditio mortis ademta, *i. Moriendi poteſtas* Virg. Aen. 12, 879. Ademta equorum pernicitas Tacit. Hiſt. 1, 79. Augmen ademtum, *Abſumtum augmentum* Lucret. 2, 1132. *Sed Creech,* demto. Fratrem ademtum lugere Ouid. Met. 11, 273. Imperium ademtum Liu. 22, 27. Ademta vati reddere lumina Hor. Epod. 17, 44. Lumen alicui, *i. Oculos* Virg. Aen. 3, 658. Lux Ouid. Met. 14, 197. Pax Ouid. de Ponto 1, 2, 16. Spolia Ouid. Amor. 1, 3, 29. Succi Ouid. Met. 2, 211. Torquis Ouid. Faſt. 1, 601. Tacit. Ann. 6, 31 Sed Parthis mittendi ſecretos nuntios validiſſimus author fuit Sinnaces, inſigni familia, ac perinde opibus, et proximus huic Abdus ademtae Virilitatis. Non deſpeƈtum id apud Barbaros, vltroque potentiam habent.

ADEMTIO, ōnis. f. [περιαίρεσις] *i. Ablatio, priuatio.* Cic. pro Domo ſua 78 c. 30 Id autem vt eſſet faciendum, non ademtione ciuitatis, ſed teƈti et aquae et ignis interdiƈtione faciebant. Ademtio bonorum Calliſtratus in l. ex iudiciorum D. de accuſationibus. Ademtio libertatis Paul. in l. Si ſeruo. D. de adimend. legat.

ADIMPLEO, ēui, ētum, ēre. [προσαναπληρόω] *Sequior aetas poſuit pro* Impleo, *Laudatur* Plin. 11, 37 Cochleis oculorum vicem cornicula bina praetentatu adimplent. *Sed plerique Libri tum veteres, tum noui,* Implent Paullus Leg. 43. Dig. de adminiſtratione, et Per. Tutor. Adimplere id quod promiſit et Leg. 57. Digeſt. de contr. emt. pr. Venditionem adimplere emtor coarƈtandus eſt. Tertull. contr. Marc. 5, 17 Temporum adimplendorum diſpenſatio. Quot philoſophi dicuntur, nec tamen legem philoſophiae adimplent Tertull. ad Nat. 1, 5. Et Saluian. de Gubern. Dei 2 p. 34 Saluat ea quae adimplentur.

ADIMPLĒTVS, Partic. Firm. de errore Prof. Rel. p. 10 Adimpleti tibiarum cantu.

ADIMPLETIO, onis. f. Tertull. aduerſ. Marc. 5, 17 Temporum adimpletiones; et mox, Diſpenſatio ſine adimpletione. *it.* de Monogam. c. 5. Conf. Saluian. l. c. p. 34.

ADINCRESCO, ĕre. Ne adincreſcant ignorantiae meae Vulg. Sirac. 23, 3.

ADINDO, ĭdi, ĭtum, ĕre. [προσεντίθημι] *Inſuper indo.* Cato de R. R. 18, 9 Orbem olearium latum pedibus quatuor Punicanis coagmentis facito craſſum digitis ſex, ſubſcudes iligneas adindito.

ADINGERO, ĕre. Non dignus, in quem debeam Satiram calente vi adingerere C. Siſenn. 2 Mileſ. ap. Seru. in Fragm. Vet. Hiſt.

ADINVĔNIO, ēni, entum, īre. [προσευρίσκω] *Ingenioſe et ſubtiliter inuenire.* Cic. de Nat. Deor. 2, 130 c. 60 Ex quo intelligitur, adinuenta animo, percepta ſenſibus, adhibitis opificum manibus, omnia nos conſecutos, etc. *Laudant* Plaut. Curcul. 1, 3, 34 Iam huic voluptati hoc adinuentum odium eſt. *In noſtris Exemplaribus legitur* Adiunƈtum. Vulgat. Exod. 35, 33 Quidquid fabre adinueniri poteſt.

ADINVENTVM, i. Alia adinuenta haereticorum venenorum Tertull. adu. Gnoſt. c. 1.

ADINVENTIO, onis. Modeſt. D. 27 t. 1 l. 6 §. 3. Promunt conceptis ab eorum ſpiritu adinuentionibus Paullin. Nolan. Ep. 50 (43) ad Auguſtin. n. 12. Viſcera animae adinuentiones ſenſuum ſunt Ambroſ. in Pſalm. 51, 12. Nouellis adinuentionibus contraire Vincent. Lerin. c. 9. *Add.* Vulgat. Iudic. 2, 19. Hoſeae 7, 2 etc.

ADINVENTOR, oris. [ἐφευρετής] Cyprian. Ep. 68 c. 10.

ADIOCOR, āri. Gladio adiocabatur infantulus P. Chryſol. Serm. 152 *de ſtrage Bethlehemitica, i. alludebat.*

ADIPALIS, ADIPATVM. *Vid.* ADEPS.

ADIPISCOR, adeptus ſum, ci. [καταλαμβάνω, προσκτάομαι, τυγχάνω] *ex* Ad, *et verbo antiquo* Apiſcor, *eſt aſſequi, ad aliquid peruenire.* Plaut. Stich. 2, 2, 8 Nunc poteſtas tibi adipiſcendi eſt gloriam, laudem, decus. Adipiſce honores Cic. pro Cluent. 118 c. 42. Ter. Phorm. 2, 3, 59 De eadem cauſa bis Iudicium adipiſcier. *Bentl.* apiſcier. Liu. 1, . . . Ius noſtrum adipiſcamur. Ter. Andr. 2, 1, 34 Nuptias effugere ego iſtas malo, quam tu adipiſcier. Ordinem Senatorium Cic. pro Flacc. . . . Palmam Plin. 35, 10. Cic. de Seneƈt. 4 Quo in genere in primis eſt ſeneƈtus, quam vt adipiſcantur omnes optant, eandem accuſant adepti. Voluptatem maximam adipiſcuntur praetermittenda voluptate Cic. de Fin. 1, 48 c. 14 *De itinere* Plaut. Epid. 1, 1, 13 Nam vt apud portum te conſpexi, curriculo occoepi ſequi: Vix adipiſcendi poteſtas modo fuit. Vigentes corporibus facile adepti feſſos Liu. 2, 30. *Add.* 44, 28. Cic. in prooem. 3. Off. Vt non modo Graecarum literarum rudes, ſed etiam doƈti aliquantum ſe arbitrentur adeptos et ad dicendum et ad iudicandum. Adipiſcor, paſſ. Plaut. Trin. 2, 2, 86 Non aetate, verum ingenio adipiſcitur ſapientia. *i. Acquiritur, comparatur, conf.* Priſc. pag. 791 Putſch.

ADIPISCENDVS, [προσκτηθησόμενος] Cic. de Legib. 1, 59 c. 22 Intelligit quanta inſtrumenta habeat ad obtinendam adipiſcendamque ſapientiam. Sic. Off. 1 c. 21 Adipiſcendi magiſtratus, *i. capeſſendi honores.* Id. de Fin. 1, 36 c. 10 Voluptates omittantur maiorum voluptatum adipiſcendarum cauſa. Id. de Or. 3, 136 c. 33 Ad honores adipiſcendos, et ad remp. gerendam, nudi veniunt. Suet. Dom. 15 Nero in adipiſcenda Morte manu eius adiutus exiſtimabatur.

ADEPTVS, Partic. [προσκεκτημένος] *Idem quod Aſſecutus.* Plin. 7, 24 Tam multis gloriam eius adeptis. Adeptus Ἀυτονομίαν Cic. Att. 6, 1 *et* 2. Cognomen Propert. 4, 4, 93 Crimen Ouid. Triſt. 2, 92. Coniugium regium Catul. 61, 6. Connubium Catul. 57. Diſciplinam rei ruſticae Gell. 19, 12. Gloriam Tac. A. 11, 14, 1. Honores ſummos a Pop. Rom. Cic. pro Clu. 118 c. 42. Imperium Tac. A. 1, 53, 5. Immutabile certumque Iudicium adeptis Sen. Ep. 95. Nomen Ouid. Met. 8, 151. Palmam adeptus Plin. 35, 10. Adeptus Rerum, *i. potitus* Tacit. Ann. 3, . . Vetuſtatem adepta Columel. 5, 6. ¶ 2 *Paſſiue.* Seneƈtutem vt adipiſcantur, omnes optant; eandem accuſant adeptam Cic. de Sen. c. 2. Adepta libertate Sall. Catil. c. 7 *vbi conf. Cort.* Ouid. Triſt. 4, 8, 19 Ne cadat, et multas palmas inhoneſtet adeptas. *Add.* Tacit. A. 1, 7, 5. Nazar. Paneg. ad Conſt. Aug. c. 8. Venant. Eleg. de Reſurr. Chriſti, extr. *vbi vid. Buchner.* Pall. de Inſit. v. 126 Ficus - Optatos implet adepta ſinus.

ADEPTIO, onis. f. [πρόσκτησις] Cic. de Fin. 2, 41 c. 13 Nos beatam vitam, non depulſione mali, ſed adeptione boni iudicemus. *i. Aſſecutione.* Vtilitas ex adeptione alicuius commodi Id. Part. Or. c. 32. Bonorum adeptio Quinƈt. 5, 10, 33.

ADEPTVS, ûs. m. Idem. Cic. de Fin. 3, 48 Qui proceſſit aliquantum ad virtutis adeptum. *Sic volebat legi* H. Steph. *ſed praeſtat ſeruare* aditum. Paul. Nolanus Ep. 32 ad Seuerum Edit. Par. (al. 12.) ſeƈt. 18 Ex adeptu fidei.

ADIPOSVS, *Vid.* ADEPS.

ADIPSOS, *vocatur* Glycyrrhiza, Plin. 22, 9 Hac diximus ſitim famemque ſedari. Ob id quidam Adipſon appellauere eam, et hydropicis dedere, ne ſitirent. Idem 12, 22 Meminit palmae Egyptiae, quae Adipſos vocatur, viridis, odore mali cotonei, nullo intus ligno.

ADIPSATHEON, Plin. 24, 13 ſ. 69 Frutex humilior ſpinoſus in Niſyro et Rhodiorum inſulis, quem alii Eryſiſceptrum, alii Adipſatheon, ſiue Diacheton vocant. *Sed vacillat leƈtio.*

ADITIO, ADITVS. *Vid.* ADEO.

ADIVBEO, ēre. adiubent ferri in nauim, ſiquidem imponi velit Plaut. Mil. 4, 4, 50.

ADIVDĬCO, āre. [ἐπιδικάζω, ἐπικρίνω] *Per ſententiam et iudicium alicui attribuere, contrarium eſt* Abiudicare: *ſed vt ipſum* iudicare, *non ſemper ad publicum munus; ſed ſaepiſſime ad priuatam ſententiam pertinet.* Cic. Off. 1, 33 Itaque illorum fines, ſicut ipſi dixerant, terminauit: in medio relictum quod erat, populo Romano adiudicauit. Cic. contra Rull. 2, 43 Volet eſſe popularis: populo Rom. adiudicabit — Iudicabit Alexandream regis eſſe: a populo Rom. abiudicabit. Cic. Att. 1, 16 Saepe, multisque verbis ſuis mihi ſalutem imperii atque orbis terrarum adiudicarit. Hor. Epiſt. 1, 18, 57 Et nunc ſi quid abeſt, Italis adiudicat armis. Cic. de Orat. 2, 129 Hoc neceſſe eſt, vt is qui nobis cauſam adiudicaturus ſit, aut inclinatione voluntatis propendeat in nos, aut defenſionis argumentis adducatur, aut animi permotione cogatur. Cic. Att. 4, 2 Nemo enim dubitat quin domus nobis eſſet adiudicata. Cic. Ver. 1, 56 Iſte in poſſeſſionem bonorum mulieris mittit: ipſam Veneri in ſeruitutem adiudicat. Plin. 9, 54 Is primus optimum ſaporem oſtreis Lucrinis adiudicauit. ¶ 2 Adiudicare *ſimpliciter videtur eſſe* Decernere Plaut. Men. 1, 3, 6 Adiudicato cum vtro hanc noƈtem ſies. *Vid. ſtatim* ADIVDICATIO.

ADIVDICATIO, onis. Faƈtis adiudicationibus l. 78 pr. D. t. 19 reg. 16 de hered. inſtit. Adiudicatione controuerſiam dirimere l. 2. ff. de fin. reg. Adiudicatione poſſidere l. 17 ff. de vſurp. et vſucap.

ADIVĔGO, āre. [ἐπιζευγνύω] *Proprie ſignificat Boues* ad iugum *pariter accommodare: cui opponitur* Abiugare. Nonius 2, 55 Adiugare, Adiungere. Pacuuius Chryſe, Mater eſt terra, ea parit corpus, animam aether adiugat. Idem Iliona, Blandam hortatricem adiugat voluptatem. Adiugare vitem, eſt Vitem in iugum diſponere, quod et Iugare dicitur. Plin. 17, 22 ſ. 35, 11 Satius pampinos (*viti*) adiugatae detergere. Columel. 4, 17, 6 Nihil enim refert iugum in ſtellam decuſſari atque diduci, niſi et palmites adiugentur.

ADIVGATVS, a, um. *Vid.* ADIVGO. Adiugatis corporibus elata ſoboles vniuerſas generatim conſeruat animantes Laƈtant. de Opif. Dei c. 6 *i. coniugatis, coëuntibus in Venerem.*

ADIVĔGVS, a, um. *Idem.* Seruitio domini ſubdenda eſt adiuga ceruix *ex* Fortunat. 8 Barth. Aduerſ. 6, 13.

ADIVMENTVM, *Vid.* ADIVVO.

ADIVNGO, xi, ƈtum, ĕre. [προστίθημι, προσάπτω, προσποιέομαι] *quaſi* Ad *aliquid* iungere, *et pene idem quod* Coniungere. Cic. de Orat. 1, 236 Iuris ſcientiam eloquentiae tanquam ancillulam pediſequamque adiunxiſti. Cic. Verr. 4, 117 c. 32 Eorum coniunƈtione, pars oppidi, quae appellatur inſula, mari disiunƈta anguſto, ponte rurſum adiungitur et continetur. Adiungit atque anneƈtit rebus praeſentibus futuras Cic. Off. 1, 11 c. 4. Id. Att. 1, 11 Hic dies me valde Craſſo adiunxit, *i. Coniunxit, et amicum fecit.* Idem Fam. 5, 7 Illud non dubito, quin ſi te mea ſumma erga te ſtudia parum mihi adiunxerint, Reſpublica nos inter nos conciliatura coniunƈturaque ſit. Cic. Att. 11, 12 Adiungitur ad Africam etiam Hiſpania. *i. de vtraque ſimilia narrantur.* Plaut. Aulul. 2, 2, 59 Quam ad probos propinquitate proxime te adiunxeris, Tam optimum eſt. Aliquem ad amicitiam Cic. de Petit. Conſul. 21. Cic. de amicit. 49 Si qua ſignificatio virtutis eluceat, ad quam ſe ſimilis animus applicet et adiungat. Cic. Fam. 12, 16 Adiunges me quam primum ad tuos ſermones *i. partes collocutoris mihi in Dialogis, quos ſcribis, tribues.* ¶ 2 *Iam literarum ordine, quibus nominibus adiungatur hoc verbum, videamus.* Cic. Off. 1, 18

Hanc

Hanc Scaurus demolitus, Acceſſionem adiunxit aedibus. Ad ſummum imperium etiam Acerbitatem naturae adiungere Cic. ad Q. Fr. 1, 1. Id. contra Rull. 1, 4 Agros populo Rom. adiunxit victoria Seruilii. Animum aliquo, aut ad aliquod ſtudium, *idem quod* Appellere animum. Ter. Hec. 4, 4, 61. et Andr. 1, 1, 29. Cic. Off. 2, 17 c. 5 Quum igitur hic locus nihil habeat dubitationis, quin homines plurimum hominibus et proſint et obſint: proprium hoc ſtatuo eſſe virtutis conciliare animos hominum, et ad vſus ſuos adiungere. Adiungi ad auctoritatem ſenatus Cic. Fam. 1, 9 *i. eam ſequi.* Cic. pro Roſc. Amer. 116 c. 40 Auxilium ſibi ſe putat adiunxiſſe, qui cum altero communicauit. Sibi aliquem Beneficio Ter. Adel. 1, 1, 47. Cic. Fam. 13, 29 extr. Ipſum Capitonem gratiſſimum, officioſiſſimum, optimum virum, ad tuam neceſſitudinem tuo ſummo Beneficio adiunxeris. Cic. pro Muren. 42 c. 20 Praetor offenſionem vitat aequabilitate decernendi, Beneuolentiam adiungit lenitate audiendi, *i. Conciliat ſibi.* Cic. Fam. 1, 8 Ad eorum Cauſam me adiungerem. Cic. Att. 9, 12 Nihil dignum faciebat, quare eius fugae Comitem me adiungerem. Id. pro S. Roſc. 86 Crimen et ſuſpicionem potius ad praedam adiungerent, quam ad egeſtatem, *i. ſuſpiciones mouere contra diuites.* Cic. pro Cluent. 30 Alteram partem cauſae ſic agemus, vt vos doceamus: alteram ſic, vt oremus. In altera, Diligentia veſtra nobis adiungenda eſt: in altera, fides imploranda, *i. concilianda attentio.* Cic. Fam. 5, 13 Mihi vero tantum Decoris, tantum Dignitatis adiunxeris, vt eundem te facile agnoſcam fuiſſe in laude mea, qui fueris in ſalute. Cic. de Diuin. 2, 113 c. 55 Auctoritatem quidem nullam debemus, nec fidem commenticiis rebus adiungere. *Et* Ac. 1 c. 11 Adiungebat non omnibus viſis Fidem. Cic. pro Lege Manil. 47 c. 16 Fuit profecto quibusdam ſummis viris quaedam ad amplitudinem et gloriam, et ad res magnas bene gerendas diuinitus adiuncta Fortuna. Virg. Aen. 7, 55

- - - petit ante alios pulcherrimus omnes
Turnus, auis atauisque potens, quem regia coniunx
Adiungi Generum miro properabat amore.

Inimicos alicui Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 4. Cic. pro Arch. 22 Magnus Honos Populi Rom. rebus adiungitur. Adiungi *dicuntur res in* Medicamentorum *compoſitione* Scribon. 236. Cic. pro Cluent. 8 Vt aliquis Metus adiunctus ſit ad gratiam. Cic. in Orat. 174 Qui Iſocratem maxime mirantur, hoc in eius ſummis laudibus ferunt, quod verbis ſolutis Numeros primus adiunxerit. Cic. pro Lege Manil. 50 Nunc quum ad ſummas vtilitates haec quoque Opportunitas adiungatur, vt in his ipſis locis adſit, vt habeat exercitum, vt ab iis, qui habent, accipere ſtatim poſſit, quid expectamus? Ornamenta oratoria dicendi ad elegantiam verborum Latinorum Cic. in Bruto 261. Prouinciam Cic. pro Lege Manil. 35. Quinquageſimo die totam ad imperium populi Romani Ciliciam adiunxit. *Sed* Diu. in Caec. c. 4 Marcellorum nomini tota Prouincia adiuncta eſt, *i. in eorum patrocinio eſt.* Se. Cic. Fam. 1, 8 Me ad eius Rationes adiungo, quem tu in meis rationibus tibi eſſe adiungendum putaſti. In Societatem vrbem aliquam Liu. 37. Sibi ſocium, *quod et* Socium adſciſcere *dicimus.* Cic. de Fin. 3, 9 et pro Quintio 12 c. 3. Sibi ſocium ad malam rem Plaut. Aſin. 2, 2, 22. Singulos adiunxit ad ſingula Cic. de Vniuerſ. 37. Tauros aratro Tibul. 1, 10, 7. Vectigalia populo Romano Cic. contra Rull. 1, 13. Vitem palis Tibul. 1, 8, 33. Vitem vlmis Virg. Georg. 1, 2. Cic. de Fin. 2, 42 Qui ad virtutem adiungunt vel Voluptatem, quam vnam virtus minimi facit, vel Vacuitatem doloris. Cic. de Fin. 3, . . . Atque vt e natura viuat, Vxorem adiungere, et velle ex ea liberos procreare.

ADIVNGENDVS, *Vide exempla ſub* Diligentia *et* ſe ad Rationes.

ADIVNCTVS, Partic. Cic. de Nat. Deor. 2, 135 Aſpera arteria oſtium habet adiunctum linguae radicibus. Hor. Art. Poët. 178 Semper in adiunctis aeuoque morabimur aptis. Adiunctae aues, *i. Adiugatae.* Ouid. Am. 1, 1, 26 Cic. pro Cluent. 30 c. 10 Aceruatim iam reliqua, Iudices, dicam, vt ad ea, quae propiora huius cauſae, et adiunctiora ſunt, perueniam. Ventum ad veram et adiunctiſſimam quaeſtionem Arnob. 7 p. 243.

ADIVNCTVM, Subſtant. Gellius *dici putat*, quod Graeci συνημμένον, ἀξίωμα dicunt. Id adiunctum vero tale eſt, Si Plato ambulat, Plato mouetur: ſi dies eſt, Sol eſt ſuper terras. *vid.* Noct. Attic. 16, 8. Cic. Topic. 53 c. 16 Conſequentium locus ab adiunctis longe diverſus eſt. Nam adiuncta non ſemper eueniunt, conſequentia autem ſemper. *Add.* Top. 50 c. 11. Idem de Inuent. 2, 41 Deinde videndum eſt, quid adiunctum ſit negotio; hoc eſt quid maius, quid minus, quid aeque magnum ſit, quid ſimile, ex quibus coniectura quaedam ducitur. *vid.* CONNEXVM.

ADIVNCTIO, ōnis. [πρόσθεσις] Cic. de Fin. 2, . . . In quibus nulla eſt virtutis adiunctio, *i. Acceſſio.* Sine adiunctione materiae Arnob. 1 p. 28. Q. Cic. de Petit. Conſ. 17 c. 6 Tribus rebus homines maxime ad beneuolentiam ducuntur, beneficio, ſpe, adiunctione animi vel voluntate. *vid.* ADIVNGERE Animum. Cic. Att. 7, 2 Etenim ſi haec non eſt, nulla poteſt homini eſſe ad hominem naturae adiunctio: qua ſublata, vitae ſocietas tollitur. *De parentum amore in ſuos loquitur.* ¶ 2 Cic. de Inuent. 2, 171 Atque etiam hoc mihi videor videre, eſſe quasdam cum adiunctione neceſſitudines, quasdam ſimplices et abſolutas. Nam aliter dicere ſolemus, *Neceſſe eſt Caſilinenſes ſe dedere Annibali, niſi malint fame perire:* aliter autem, *Neceſſe eſt Caſilinum venire in Annibalis poteſtatem.* Illic in ſuperiore adiunctio eſt haec, *Niſi malint fame perire:* ſi enim id malint, non eſt neceſſe. Huc inferius non item, propterea quod ſiue velint Caſilinenſes ſe dedere, ſiue famem perpeti atque ita perire, neceſſe eſt Caſilinum venire in Annibalis poteſtatem. *Vulgo vocant* Neceſſitatem conditionalem. ¶ 3 Adiunctio *forma loquendi ſiue exornatio, quae vt melius intelligatur, cognatae etiam formae apponendae ſunt* ex Auct. ad Her. 4, 37 c. 27. Disiunctio eſt, cum eorum, de quibus dicimus, aut vtrumque, aut vnumquodque certo concluditur verbo, ſic: *Populus Rom. Numantiam deleuit, Karthaginem ſuſtulit, Corinthum diſiecit, Fregellas euertit* — Item, *Formae dignitas aut morbo defloreſcit, aut vetuſtate exſtinguitur* — Coniunctio eſt, cum interpoſitione verbi et ſuperiores orationis partes comprehenduntur, et inferiores, hoc modo: *Formae dignitas aut morbo defloreſcit, aut vetuſtate.* Adiunctio eſt, cum verbum, quo res comprehenditur, non interponimus, ſed aut primum, aut poſtremum collocamus. Primum hoc pacto: *Defloreſcit formae dignitas aut morbo aut vetuſtate.* Poſtremum ſic: *Aut morbo aut vetuſtate formae dignitas defloreſcit. Eodem forte pertinet* Cic. de Orat. 3, 206 Et in eadem verba impetus et concurſio, et Adiunctio, et progreſſio. *Aut forte latius patet, eſtque generatim ea, quam* Adiectionem *vocat* Quinctil. 9, 3, 28.

ADIVNCTOR, ōris, m. [προσθέτης] *Qui aliquid adiungit.* Cic. Att. 8, 3 Ille Galliae vlterioris adiunctor, *de Pompeio, qui eam Caeſari adiunxerit.*

ADIVRGIVM, ii. n. [λοιδορία] *Arceſſunt ex* Plaut. Men. 5, 2, 21 - - - nec, pol, filia vnquam arceſſit patrem Ad ſe, niſi quid commiſſi adiurgii eſt cauſa. *Sed legitur recte*, aut iurgii. *Nihilo certius verbum*

ADIVRGO, āre. [ἐπιλοιδορέω] *Valde obiurgare, quod laudatur ex* Plaut. Amph. 2, 2, 73. At pol, quin certa res eſt adiurgare hanc quae me hodie aduenientem domum noluerit ſalutare. *Omnes hodie* Adiurgare.

ADIŪRO, āre. [ἐπομόω, ἐξορκίζω] *Proprie videtur* ad *alterum, i. alteri iurare.* Ouid. Epiſt. 20, 159 Promiſit pater hanc: haec adiurauit amanti. *Deinde eſt* iurare ad *aliquem, i.* apud *aliquem ceu teſtem, vt* Virg. Aen. 12, 816 Adiuro Stygii caput implacabile fontis. *Et* Catull. 66, 40 Adiuro teque tuumque caput. *Hinc Iurare vehementius et grauius.* Ter. And. 4, 2, 11 Per omnes tibi adiuro deos, nunquam eam me deſerturum. Cic. Att. 2, 20 Pompeius affirmat, non eſſe periculum: adiurat, *i. inſuper iurat.* Idem Philipp. 2, 9 Adiuraſque, id te inuito me non eſſe facturum. Iuſtin. 24, 2 Quo perducto in ſanctiſſimum Iouis templum veterrimae Macedonum religionis, Ptolemaeus ſumtis in manus altaribus, contingens ipſa ſacra et puluinaria Deorum, inauditis vltimisque exſecrationibus adiurat, ſe ſincera fide matrimonium ſororis petere. ¶ 2 Adiurare, *eſt iusiurandum exigere, vel Adigere ad iusiurandum*, Liu. 43, 16 Cenſores, vt eam rem adiuuarent, ita in concione edixerunt: legem cenſui cenſendo dicturos eſſe, vt praeter commune omnium ciuium iusiurandum haec adiurarent: Tu minor annis ſex et quadraginta es *etc.* *Nempe formula ſequitur adigentis iusiurandum, non dantis. Obſcurus eſt aut forte mendoſus* Cic. Q. fratr. 3, 5 Crebrius vt ante ad te ſcripſi, Romae eſt: et qui omnia adiurant, debere tibi valde renuntiant. *Alii legunt*, Adnuat. *Fr. Iun.* et quidem omnia adiurat.

ADIVRATVS, a, um. *Exorciſmo, aut obſecrationibus permotus.* Daemones Dei nomine adiurati de corporibus excedunt Lactant. 2, 15, 3. *Add.* 5, 10, 8. Quum ſciret, adiuratum eſſe in ſenatu Tacitum, vt, quum mori coepiſſet, non liberos ſuos, ſed optimum aliquem principem faceret Vopiſc. Florian. c. 1. *Conf.* Id. in Tacito c. 6.

ADIVRATOR, oris. Qui ad Adiuratoris contemſit murmura ſerpens Alcim. Au. 2, 313.

ADIVRATORIVS, a, um. Adiuratoria cautio Cod. 12 tit. 22 l. 8. *it.* t. 26 l. 4 §. 2 et t. 30 l. 3. §. 3. *Quae vulgo* Iuratoria *vocatur.*

ADIVRATIO, onis. Inſtantia Byrrhaenae, quae cum adiuratione ſuae ſalutis ingratis cogebat effari, perfecit vt vellet Apul. Met. 2 p. 34 *Pric. Nempe Byrrhaena per ſuam ipſam ſalutem adiurabat.*

ADIVRAMENTVM, i. Vulgat. Tob. 9, 5.

ADIVTO, *vid.* ADIVVO.

ADIŬVO, ūui, ūtum, āre. [βοηθέω, συμπράττω, ἀρήγω, συνεργάζομαι, ἀμύνω] Opem ferre, auxiliari, ſubleuare. Ter. Phorm. 3, 3, 4 Qui me dudum, vt dixi, adiuuerit comiter? Cic. Att. 7, 1 Adiuuo te. Ter. Phorm. 1, 4, 28 Fortes fortuna adiuuat. Cic. pro Quintio 75 Vt omnes intelligant, non ad obtinendum mendacium, ſed ad verum probandum, auctoritatem adiuuare. Idem pro Archia 16 c. 7 Qui profecto ſi nihil ad percipiendam, colendamque virtutem literis adiuuarentur, nunquam ſe ad earum ſtudium contuliſſent. Idem Off. 3, 55 In filiarum collocatione amicos adiuuant. Ter. Andr. 3, 3, 10 Vt me adiuues in hac re Cic. Fam. 2, 5 Non enim mihi tam mea ſalus cara fuit, in qua praecipue ſum adiutus ab illo, quam, etc. Ennius ap. Cic. de Sen. 1 O Tite, ſiquid ego adiuero (*al.* adiuro) *i. adiuuero.* Plaut. Poenul. 4, 2, 60 Si quid tu adiuuas, *i. Si in re aliqua, vel, re aliqua.* Cic. Verr. 1, 83 Iam nihil te iudicium Neronis adiuvat. Ter. Hec. 3, 5, 10 Qui ſic ſunt, haud multum haeredem adiuvant, *non multum ei relinquunt, vnde ditior fiat.* Adiuuare auxilio Liu. 29, . . . *Sic* Adiuuare conſilio Ter. Heaut. 5, 2, 29. Opera ac re Id. Phor. 5, 3, 3. Auxilio Plaut. Rud. 1, 4, 39. Auxiliis et copiis Cic. Fam. 1, 7. Factis Id. Caſ. 2, 4, 7. Quibus rebus indiguerunt, adiuuit Nep. 25, 9, 3. ¶ 2 *In Medicina frequens eſt. v. g.* Scribon. Comp. 198 Adiuuat et nitrum aceto dilutum et datum. It. 188. Adiuuat bene Id. 189. Quam plurimum bene 187. *Sic et paſſiua forma ſaepius*, vt 178-196. 198. 200. *Vbi etiam conſtruitur cum praepoſ.* ex, vt 185 Adiuuari debent ex vino mero atque plurimo. *Sic* 206 Sanguinis eruptiones e naribus adiuuat (emplaſtrum viride) It. ibid. Adiuvat coeliacos, torminoſos, ventri toto circumdatum. ¶ 3 *Iam alias formulas literarum ordine dabimus.* Adiuuare Artes Ouid. Met. 13, 866. Plin. 23, 1 Concoctionem minus adiuuant. Cic. Fam. 10, 10 Subueni patriae, opitulare collegae, omnium gentium conſenſum et incredibilem conſpirationem adiuua. Conſilium Sen. Medea 7. Cic. Att. 7, 14 Me Pompeius Capuam venire voluit, et adiuuare delectum. Idem ib. 12, 42 Sed ferendus tibi in hoc meus error. ferendus? immo vero etiam adiuuandus. Facultates alicuius Plin. Epiſt. 8, 6, 7 *de munere.* Formam cura Ouid. Met. 2, 752. Hiſtrionem multum adiuuat palaeſtra Cic. Or. 14. Ignem, *i. magis excitare et inflammare* Liu. 34. Ouid. Met. 10, 640 - - - Cythereaque comprecor, auſis Adſit ait noſtris, et quos dedit adiuuet ignes. Inſaniam alterius, Plaut. Amph. 2, 2, 166. Adiuuare manus voce, *i. acclamando laborantes* Ouid. Faſt. 4, 302. Cic. de Orat. 2, 105 Quum C. Marius moerorem orationis meae praeſens ac ſedens multum lacrymis ſuis adiuuaret. Nequitiam praeceptis Qinctil. 2, 15, 32. Salices aquationibus Pallad. Febr. 17. Celſ. 2, 10 Sed ſi nullum tamen apparet aliud auxilium, perituruſque ſit qui laborat, niſi temeraria quoque via fuerit adiutus. Voluntatem, Augere, aut Subleuare. Cic. de Amicit. Comiter, Lepide, Munifice. *Vid. ſuis locis.* Adiuuo cum Infinitiuo. Plin. 11, 24 ad fin. Phalangia tantum in ipſo ſpecu incubant magnum numerum: qui vt emerſerit, matrem conſumit, ſaepe et patrem: adiuuat enim incubare, *ex Ariſt.* συνεπωάζει τῇ θηλείᾳ. ¶ 4 *Paſſ.* Cic. de N. D. 2, 134 Quae confectio etiam a lingua adiuuari videtur. *Et* de Or. 1, 126 In dicendo non multum a magiſtro adiuuari. *Imperſonal.* Plaut. Capt. 2, 1, 8 In re mala animo ſi bono vtare, adiuuat. *Paſſ.* Salluſt. de Rep. Ordin. ad Caeſarem, Nam ſiue hac, ſeu meliore alia via perges, a me quidem pro virili parte dictum et adiutum fuerit.

ADIŪTVS, Partic. [βεβοηθημένος] Cic. Orat. 12 Philoſophorum diſputationibus et exagitatus maxime orator eſt, et adiutus. Ouid. Epiſt. 1, 43 - - - adiutus ab vno. Amor eſt adiutus fatis Sabin. Epiſt. 3, 21. Adiuta vires haſta Sil. Ital. 6, 249. Adiutum niſu telum Id. 5, 326. Adiuta eſt nouitas numine noſtra dei Ouid. de Ponto 1, 13, 24. Nerui aliquo conamine adiuti Ouid. Met. 15, 224. Val. Flac. 2, 528 Ventis adiuta vetuſtas, *de ruina. Vid. hic Burm. et Drakenb. ad* Sil. 7, 354. Adiutus ad te Scribon. Ep. Id. Comp. 20. (Medicamentum)

tum) adiutum oui infuſione et aquae calidae vapore (tollit dolorem) It. 106. Facilius adiuta antidotos adiuuabit et effectus exhibebit.

ADIVVATVS *profertur ex* Frontin. de Aquaed. *Sed reſpicitur, puto, ad eum locum, quem ſic dedit* Poll. p. 46, 5 Concipitur (*Fons*) Via Collatia — ſignino circumiecto, continendarum ſcaturiginum cauſa, adiuuatur: et cum pluribus aliis acquiſitionibus venit etc.

ADIVTV. Macrob. Sat. 7, 7 Solitos fuiſſe funerum miniſtros denis virorum corporibus adiungere ſingula muliebria, et vnius adiutu, quaſi natura flammei, et ideo celeriter ardentis, caetera flagrabant.

ADIVVATVRVS, *pro* Adiuturus *habet* Petron. cap. 18 Adiuuaturos nos diuinam prouidentiam vel periculo noſtro.

ADIV̄TO, āre. [*ἀμυνάθω*] Frequent. fere apud veteres vſitatius quam ipſum primitiuum. Ter. Andr. 1, 3, 4 Nec quid agam certum eſt, Pamphilumne adiutem, an auſcultem ſeni. Voluntatem alicuius adiutare Gell. 1, 3. Id adiuta me Ter. Eun. 1, 2, 70. Ennius apud Cic. de Senect. 1. O Tite, ſi quid ego adiuto, curamue leuaſſo. *Sed praeſtat* adiuero *vel* adiuro. Adiuta mihi, *vetuſte dictum pro* Adiuua me; Pacuu. in Chryſe. Donatus *ad illud* Ter. Hec. 3, 2, 24 Onera eis adiuta. *Hinc forte non barbarum illud* DEVS ADIVTA ROMANIS, *apud Car. du Freſne Famil. Byz.* p. 112 *ex numis.* *Conf.* Petron. c. 62. Ter. Phorm. 1, 2, 48 - - - neque cognatus extra vnam aniculam, Quiſquam aderat, qui adiutaret funus. Gratius Cyneg. 405 Magicis adiutant cantibus herbas.

ADIVTOR, āris, paſſ. [*ἀμυνάθομαι*] Lucret. 1, 812 Adiutamur enim dubio procul, atque alimur nos. ¶ 2 *Sed etiam* Dep. [*ἀμυνάθω*] Pacuu. Duloreſte, Illum quaero, qui adiutatur. Afran. Inimicis, Hoc obſecro igitur agite, et me adiutamini. *Haec et plura* Nonius 7, 83. *Add.* 2, 41.

ADIVTANS, Partic. [*ἀμυνάθων*] Ter. in Phorm. prol. 34 Bonitasque veſtra adiutans atque aequanimitas. *Vbi* Donatus, Sic veteres dicere maluerunt, quam Adiuuans. Varr. de R. R. 2, 7, 8 Eo enim adiutante equae alligatae celerius admittuntur, *de* Peroriga *loquitur.*

ADIVTABILIS, et e. Plaut. Mil. 4, 4, 8 Adiutabilem operam dare.

ADIV̄TOR, oris, m. [*συνεργὸς, βοηθὸς, συμπράκτωρ, ἀμύντωρ*] *qui adiuuat.* Cat. de R. R. 21, 4 Adiutores *ſunt operae mercenariae.* Cic. Verr. 1, 155 Homines arrogantes hoc adiutore Q. Opimium per ludum et iocum fortunis omnibus euertiſſe. Hor. Sat. 1, 9, 46 Haberes Magnum adiutorem, poſſet qui ferre ſecundas. Cic. Att. 9, 12 Huius igitur belli ego particeps et ſocius et adiutor eſſe cogor. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 7 Cuius ipſe honori et dignitati ſemper fauerit, adiutorque fuerit. Cic. pro Flacc. 1 Honoris potius L. Flacci me adiutorem futurum ſperabam, quam miſeriarum deprecatorem. Iracundiae alterius Ter. Adel. 1, 1, 66. Id. Phorm. 3, 3, 26 Opus eſt mi Phormionem ad hanc rem adiutorem dari. Id. de Amicit. Vt aut libidinis miniſtri, aut adiutores eſſent ad iniuriam. Cic. Att. 8, 3 Ille abſentis in omnibus adiutor. *Sic* Adiutor in re gerenda Cic. pro Sext. cap. 17. Id. de Lege Agr. 2, 12 Omni hoc vobis ratione confirmare poſſum Quirites, hoc animo me ad legendam legem, cognoſcendamque veniſſe: vt ſi eam vobis accommodatam atque vtilem eſſe intelligerem, auctor eius atque adiutor eſſem. Adiutor, auctorque eiusdem ſententiae Epicurus Cic. Off. 3, 116. Adiutor victoriae Cic. Tuſc. 1, . . . Id. de Nat. Deor. 1, 18 c. 7 Tu autem nolo exiſtimes me adiutorem huic veniſſe, ſed auditorem. Cic. pro S. Roſ. 6 Vt ad hanc praedam ſuam tam nefariam adiutores vos profiteamini. Adiutor his contra patriam inuentus eſt nemo Cic. de Amicit. 43. Socio atque adiutore conſiliorum periculorumque meorum L. Flacco Cic. pro Flacco 1. Adiutor operum *principalium* Vell. 2, 104. Conſiliorum miniſter et adiutor Id. 2, 129. Tiro libertus Ciceronis, adiutorque in literis ſtudiorum eius fuit Gell. 13, 9. Oratori Pragmaticum adiutorem dare Cic. de Orat. 1, 253. Mimorum *etiam* adiutores *erant, de quibus Faber et praeſertim Gudius ad* Phaedr. 5, 5. *Item ita vocabantur* Hypodidaſcali Rhetorum, *de quibus* Quinctil. 2, 5, 3. *Add.* Sueton. de Gr. 10 vbi de Ateio Philologo. ¶ 2 *Sunt inter Magiſtratus* Adiutores in Inſcriptionibus antiquis, *tum ſimpliciter, v. g.* Grut. 403, 5. *Tum* IIuir. 387, 4. *It.* datus Praetori Peregrino 399, 6. Praefecti annonae 622, 3. Proc. ſummi choragii 331, 3. Procc. ciuitatis Senonum 371, 8. Vrbicus 63, 8. *Apud Reineſium vero*, Adiutor Ducenarii a cenſibus accipiendis 8, 39. Adiutores magiſtri Memoriae 6, 40. Adiutor V. M. Quaeſtoris 6, 40. *Et inter homines militares* Adiutor Cornicul. 561, 11. Prae. 526, 9. Tribuni 431, 9. *Et in Reineſianis* Adiutor Praef. Annonae 8, 78. Adiutores Procuratoris Cohortis 6, 131. *Denique inter officia domus Auguſtae* Adiutor a libellis 587, 7, 8. a rationibus 318, 5. procurationis ornamentorum 579, 10. Tabulariorum 114, 3 *etc.* Viceſimae hereditatium 590, 10. *Et apud Reineſ.* Adiutor Procuratoris Corporis totius cohortis. *Sic* Adiutor Magiſtri *intell.* Admiſſionum *eſt* Caſſiod. Var. 6, 6 Commentarienſis l. ad Comment. C. de cuſt. reor. Adiutor Officii Palatini l. 17 et 20. C. Theod. de Pal. ſac. larg. *Alios ſuppeditabit* Notitia dignitatum Imperii. *Eosdem et plures* Notitia Dignitatum Codici Theodoſiano *a Iac. Gothofredo accommodata, quae quidem inſtar omnium eſſe poteſt.*

ADIVTORIVM, ii. n. [*βοήθεια, ἀντίληψις*] Adiumento ſeu Auxilio. Aſinius Pollio *apud* Suet. de Clar. Grammat. cap. 10. In eam rem adiutorium ei fecit maxime quidam Ateius, *i. Adiuuit.* Adiutorium deorum immortalium Valer. Max. 2, 7 ext. 1 Legis id. 2, 8, 1. Sen. Epiſt. 31 Nihil calidum eſt ſine adiutorio ignis. In adiutorium eius belli trahebat magnam manum Vell. 2, 112, 4. Adiutorio calami adnecti debet Pall. Mart. 1, 3. *i. calamo adiuuanti ſe.* Adiutorio iuris elabi ex crimine Quinctil. 3, 6, 83. *Add.* 3, 9, 4. Adiutoria ſenectutis Columel. 12 pr. 1 *forte ex Cicerone.* Egere adiutorio Quinctil. 1, 28. Vti adiutoriis Idem 12, 10, 43.

ADIV̄TRIX, īcis. [*συμπράκτρια*] Ter. Hec. prol. 32 Adiutrix noſtrae induſtriae. *Sic* Adiutrix ſcelerum tuorum Meſſana Cic. Verr. 4, 17. Et in Laelio 91 Aſſentatio, vitiorum adiutrix. *Sed* pro Dom. 144 Tuque Minerua, quae ſemper adiutrix conſiliorum meorum extitiſti. Id. pro Plancio 1 Quae res Cn. Plancio in petitione fuit adiutrix. *Et* Top. 95 Danda eſt igitur opera, vt legem adiutricem adhibeamus. Adiutrix legio Tacit. H. 2, 43 et 3, 44. *It.* l. vlt. C. de ſtipat. Praefect. Praet. lib. 12. *Etiam mentio illius* Spartian. Hadriano cap. 2 *Idque nominis* primae, ſecundae et tertiae legionibus *frequenter vindicatum. vid. Ind. Rer. Milit. Inſcript. Gruteri.* Ter. Heaut. 5, 2, 38 Matres omnes filiis in peccato adiutrices. Ouid. Met. 7, 195 Tuque Hecate triceps, quae coeptis conſcia noſtris Adiutrixque venis.

ADIVMENTVM, i. n. [*βοήθημα*] Auxilium. Cic. Off. 1, 72 Sed iis, qui habent a natura adiumenta rerum gerendarum. Cic. Tuſc. 5, 59 Neque ſane multum adiumentis externis et aduenticiis vteretur. Adiumentum ad pulchritudinem Ter. Phorm. 1, 2, 55. Cic. Verr. 3, . . . Vbi hoc videt, illorum confeſſionem, teſtificationem ſuam, tabellas ſibi adiumento futuras. *Add.* Fam. 2, 6. Cic. ad Brutum 4 Bruti eruptio non ſolum ipſi ſalutaris fuit, ſed etiam maximo ad victoriam adiumento. Adiumento eſſe in cauſis Cic. pro Quintio 4. Adiumentum afferre alicui ad rem aliquam Cic. Off. 1 c. 1. Adiumenta importare, *vid.* IMPORTO. Adiumento iuuari *eſſe dicitur* apud Columel. Adiumenta firma Ouid. de Ponto 4, 13, 31. Cic. Tuſc. 4, . . . A philoſophia omnia adiumenta et auxilia petamus bene beateque viuendi. *Delicatiores cibos* Salluſt. Iugurth. 45 Adiumenta ignauiae *vocat.*

## A D L *vid.* A L L.

## A D M

ADMANDO, āre. [*ἐπιτάττω*] *Laudabant* Plaut. prol. Poenul. 80. *Sed legitur hodie ſine dubio,* Si quid mandare voltis aut curarier.

ADMATV̄RO, āre. *Ad maturitatem perducere.* Caeſ. Bell. Gall. 7, 54 Horum diſceſſu admaturari defectionem ciuitatis exiſtimabat.

ADMEMBRĀTIM, Aduerb. *κατὰ μέλος*, Gloſſ. Lat. Gr.

ADMENTATIO, onis, *vid.* AMENTATIO.

ADMETIOR, enſus ſum, īri. [*προσμετρέω*] *Metiri, quod accipiat alter, per menſuram alteri tradere.* Caius in l. Quod ſaepe. D. de contrahend. empt. In iis quae pondere, numero, menſuraue conſtant, veluti frumento, vino, oleo, argento, non aliter videatur perfecta venditio, quam ſi admenſa, et appenſa, adnumerataue ſint. Cic. Verr. 3, 72 An poterat non modo Apronius, ſed quiuis, exercitui, ſi metiendum eſſet, improbare Siculum frumentum, quod illi ex area, ſi vellet, admetiri licebat? Frumentum militi Liu. 35, . . . Frumentum viritim admenſus eſt Suet. Aug. c. 41. Cato de R. R. 154, 1 Vinum emptoribus ſine moleſtia quomodo admetiaris. *Et* c. 148, 2 Dominus vinum admetietur: quod admenſum erit, pro eo dominus reſolvito. *Sic edidit poſt alios Geſnerus, tanquam paſſiuum ſit* admenſum: *ſed idem obſeruat, in optimo Politiani codice eſſe* admenſus, *vt referatur ad dominum metientem.*

ADMĒTVS, [*Ἄδμητος*] *Rex Theſſaliae, ſiue Pheraeorum, cuius armenta nouem annis pauit Apollo.* Tertull. Apol. c. 14 Hic (Homerus) Apollinem Admeto regi paſcendis pecoribus addicit. Ouid. de Ponto 1, 3, 105 Si mea mors redimenda tua (quod abominor) eſſet, Admeti coniux quam ſequereris erat. *vid.* ALCESTIS. *Eodem reſpicit* Val. Max. 4, 6, 1 *poſt relatum Tiberii Gracchi factum, qui mori ſe maluit, quam vxorem Corneliam,* O te, Theſſaliae rex, Admete, crudelis et diri facti crimine ſub magno iudice (*Graccho, ipſiusque exemplo*) damnatum! qui coniugis tuae fata pro tuis permutari paſſus es, eaque, ne tu exſtinguereris, voluntario obitu conſumta, lucem intueri potuiſti. Et certe prius parentum indulgentiam tentaueras, femineo animo impar inuentus. *Hic eſt* coniux. ¶ 2 *Alius* Pheraeus Sen. Medea 662. Admetus Moloſſorum rex Nep. 2, 8, 3.

ADMIGRO, āre, *eſt accedere.* Plaut. Perſ. 3, 1, 19 Nam ſi ad paupertatem admigrant infamiae, Grauior paupertas ſit, fides ſubleſtior.

ADMĬNĬCV̆LVM, i. n. [*χάραξ, ἀμυντὴρ*] *Quaſi dicas* ad *manum eſſe, proprie dicitur Suſtentaculum, ſiue fulcimentum rei alicuius, quale eſt Pedamentum vitis, aut palus arbuſculae.* Cic. de Nat. Deor. 2, 120 c. 37 Iam vero vites ſic clauiculis adminicula tanquam manibus apprehendunt. Cic. de Senect. 53 Adminiculorum ordines, capitum coniugatio, religatio, propagatio vitium ſarmentorumque. Col. 4, 33, 4 Quod genus fiſſilis adminiculi manet diutius, quam teres palus. *Et* 5, 5, 8 Niſi adminiculum tenerae viti atque infirmae contribueris, prorepens pampinus terrae ſe applicabit. Itaque poſito ſemini arundo adnectitur, quae velut infantiam eius tueatur atque educet. ¶ 2 Adminiculum, *Adiumentum, auxilium.* Varr. R. R. 1, 17, 1 Alii diuidunt in duas partes, in homines, et adminicula hominum, ſine quibus rebus colere non poſſunt. Cic. Off. 3, 34 c. 7 Hanc igitur partem relictam explebimus, nullius adminiculis, ſed (vt dicitur) Marte noſtro. Natura ſolitarium nihil amat, ſemperque ad aliquod tanquam adminiculum adnititur Cic. de Amic. c. 23.

ADMINICV̆LO, āre. [*χαρακόω*] Adminiculum adhibere, fulcire adminiculo Columel. de Arbor. 16. Tum demum circa Calendas Martias vitem de ſeminario ne minorem quidem decem pedum ſternito, et adminiculato, arborique iungito. Plin. 14, 1 ſ. 3 Eaedem modici hominis altitudine adminiculatae ſudibus horrent, *de Vitibus.* ¶ 2 Adminiculare, pro Iuuare. Varronis Cato, ſiue de Liberis Educandis, Quod petiſti, vt eius educationis fierem tibi ſocius, quoad potui, adminiculaui tuam voluntatem ſcribendo. Nonius 2, 72. Ex lege — commoniti et adminiculati ſumus Gell. 14, 2. Ad beatitudinem adiuvamur et adminiculamur Auguſtin. de Doctr. Chriſt. 1, 3.

ADMINICVLOR, Dep. [*χαρακίζω*] pro eodem. Cic. de Fin. 5, 39 c. 14. Quae ſit ſcientia atque ars agricolarum, quae circumcidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur. Columel. 4, 26, 1 His peractis, ſequitur (vt ante diximus) adminiculandae, iugandaeque vineae cura.

ADMINICVLĀTVS, Partic. [*χαρακωτὸς*] Gell. Praef. L. 1 Aut ingenia hominum vegetiora, aut memoria adminiculatior, aut oratio ſolertior. *Conf.* Macrob. Sat. 1 prooem. Plin. 14, 1 Vites adminiculatae ſudibus.

ADMINICVLĀTOR, ōris. m. Gell. 8, 3 Tirone Cicero adminiculatore et quaſi adminiſtro vſus eſt.

ADMINICVLATORIVS, a, um. Cathol.

ADMINISTER, tri. m. [*διάκονος, ὑπηρέτης*] *Qui* miniſtrat *aut iuuat ad perficiendum aliquid.* Cic. pro Sex. Roſc. 77 Vnus puer victus quotidiani adminiſter, ex tanta familia Sexto Roſcio relictus non eſt. Caeſ. B. G. 6, 16 Adminiſtris ad ea ſacrificia Druidibus vtuntur. Cic. Verr. 2, 69 c. 28 Rerum huiuſmodi omnium tranſactor et adminiſter, ad Sopatrum venit. *Et* 136 Timarchides adminiſter cupiditatum Verris. Adminiſter audaciae, libidinis, cupiditatum alicuius Cic. in Catil. 1, 4 c. 3. Adminiſtri et ſatellites Sex. Naeuii Cic. pro Quintio 80. ¶ 2 Adminiſtra Cic. pro Lege Manil. 36 c. 13 Multae ſunt artes eximiae huius adminiſtrae comitesque virtutis. *Nempe eſt re vera adiectiuum*, vt Lumina miniſtra Ouid. Epiſt. 21, 114. Vna miniſtrarum Ouid. Met. 9, 306.

ADMINISTRO, āre. [ὑπηρετέω] *Latiſſimi vſus verbum, illud tamen ſemper notat, in gratiam alterius aliquid facere, tanquam illius miniſtrum.* Caeſ. Bell. Gall. 7, 19 Reliqua quae ad oppugnationem oppidi pertinebant, adminiſtrare inſtituit, *nempe tanquam* miniſter *reipublicae. Etiam abſolute vt* curare, *vt* nauare *ponitur, intellecta* re publica. Cato ad Cic. Fam. 15, 5 Vt tuam virtutem, innocentiam, diligentiam, — pari induſtria adminiſtrare gaudeam, *vbi fruſtra viri doctiſſimi mutant in* adminiſtrari: *recte antiquam lectionem tuente Graevio, et laudante* Caeſ. B. C. 3, 26 Illi adhibita audacia et virtute, adminiſtrantibus M. Antonio et Fuſio Caleno naues ſoluunt. Id. de B. G. 4, 23 Tertia fere vigilia ſoluit, equitesque — ſe ſequi iuſſit: ab quibus cum paullo tardius eſſet adminiſtratum, ipſe hora circiter diei IV cum primis nauibus Britanniam attigit. Sall. Iug. 92, 9 Milites neque pro opere conſiſtere, neque inter vineas ſine periculo adminiſtrare. *Alioquin caſus adiungitur, v. g.* Caeſ. B. G. 7, 80 Crates proiicere, fundis, ſagittis, lapidibus, noſtros de vallo deturbare, reliquaque quae ad oppugnationem pertinerent, adminiſtrare. Id. B. C. 2, 15 Trebonius ea, quae ſunt amiſſa, multo maiore ſtudio militum adminiſtrare et reficere ſtuduit. Caeſ. Bell. Gall. 2, . . . Nihil iam Caeſaris imperium expectabant, ſed per ſe, quae videbantur, adminiſtrabant. Bellum adminiſtrare Cic. de Or. 1, 210. Caeſ. B. C. 1, 25. Vell. 2, 61, 4. Bellum cum Iugurtha, cum Cimbris, cum Theutonis Cic. pro Lege Manil. c. 20. Id. Off. 1, 88 Sine Seueritate adminiſtrari Ciuitas non poteſt. *Et* Verr. 1, 68 Per homines honeſtiſſimos viroſque fortiſſimos leges iudiciaque adminiſtrentur. L. 10. D. de inoff. teſtam. Illud notiſſimum eſt, eum qui legatum perceperit, non recte de inofficioſo teſtamento dicturum, niſi id totum alii adminiſtrauit. Cic. Fam. 13, 11 Operamque des, vt per te quam commodiſſime negotium municipii adminiſtretur, quamprimumque conficiatur. Cic. de Nat. Deor. 2, 132 c. 52 Sic vndique omni ratione concluditur, mente conſilioque diuino omnia in hoc mundo, ad ſalutem omnium conſeruationemque admirabiliter adminiſtrari. Pocula Ioui, *idem quod* Miniſtrare *eſſe dicunt* Tuſc. 1. *Sed non inueni, verum* miniſtrare *bis* ſ. 65. Prouinciam vigilanter, *i. Regere* Cic. Verr. 4, 44. Id. Fam. 13, 11 Ad ea viſenda, pecuniaſque quae a colonis debentur exigendas, totamque rem et cognoſcendam et adminiſtrandam, legatos miſimus. Male res adminiſtrata eſt Nep. 9, 1, 2. Rem conſilio et ratione Cic. de Fin. 1, 65. Id. de Inuent. 1, 35 Quomodo rem familiarem adminiſtret. Rempublicam Cic. Off. 1, 87. Nep. 24, 2, 2. Summam rerum Cic. pro S. Roſ. 91. *Sed etiam ruſticorum eſt. V. g.* Foeniſicium Varr. 1, 17, 2. Inſitionem Col. 11, 2, 23. Sementem Col. 2, 22, 4. Vindemiam Col. 11, 2, 64. *Sed* Varr. 3, 16, 5 Adminiſtratur mel in ſecundam menſam, *i. miniſtratur.*

ADMINISTRANDVS, a, um. *Praeter dicta* Cic. pro Flacco 87 O conditiones miſeras adminiſtrandarum prouinciarum, in quibus diligentia plena ſimultatum eſt, negligentia vituperationum, vbi ſeueritas periculoſa eſt, liberalitas ingrata, ſermo inſidioſus, aſſentatio pernicioſa.

ADMINISTRATVS, a, um. Caeſ. B. G. 3, 9 His rebus celeriter adminiſtratis. Cic. Verr. 5, 124 A nobis omnia Populi Rom. ſemper et belli adiumenta et pacis ornamenta adminiſtrata ſunt. *Hic idem fere eſſe videtur, quod* Subminiſtrata. *Sed retinet tamen generalem illam notionem.*

ADMINISTRĀTOR, ōris. m. [ὑπηρέτης] Cic. Tuſc. 5, 62 Itaque nec pulchros illos adminiſtratores aſpiciebat: *de menſa. Sed poſt Gruterum editur* Miniſtratores. Cic. de Orat. 1, 210 c. 48 Qui quum eſſet conſtitutus adminiſtrator belli gerendi.

ADMINISTRATORIVS, a, um. Vulg. Hebr. 1, 14. ὑπηρετικὰ πνεύματα.

ADMINISTRATIO, ōnis. f. [ὑπηρεσία] *actus adminiſtrandi* Cic. de Fin. 4, . . Diligentia rei familiaris, adminiſtratio Reip. ordo gerendorum negotiorum. Cic. Fam. 1, 9 In ſententiis Senatoriis, et in omni actione atque adminiſtratione Reip. floruiſſemus. Caeſ. B. C. 1, 25 Exitus adminiſtrationesque Brunduſini portus impedire inſtituit, *i. impedire, ne rem ibi gerere, explicare claſſem etc. poſſet Pompeius.* Cic. Off. 2, 12 Nec his ſine hominum adminiſtratione vteremur. An Dii ab omni curatione et adminiſtratione rerum vacent Cic. de Nat. Deor. 1, 2 c. 1. Officiis et adminiſtrationibus peccare Tac. Agric. 19, 5. Adminiſtratio libera *quae ſit, vid.* in l. filiusfam. D. de donat. Vlp. in l. eum actum. D. Neg. geſt. *caſum indicat*, quo ex ſuperioris temporis adminiſtratione nihil amplius in iudicium deduci poteſt.

ADMINISTRATĪVVS, a, um. Quinctil. 2, 18, 5 Si tamen vna ex tribus artibus habenda ſit, quia maximus eius vſus actu continetur, atque eſt in eo frequentiſſima, dicatur actiua, vel adminiſtratiua.

ADMĪROR, āri. [θαυμάζω] *Mirari vehementer, magni facere.* Cic. Att. 6, 9 Admiratus ſum breuitatem epiſtolae tuae. Ter. Eun. 2, 2, 19 His vltro arrideo, et eorum ingenia admiror ſimul. Cic. Acad. 4, 205 c. 36 Diodoro quid faciam Stoico, etc. quem et admiror, et diligo. Virg. Georg. 4, 316 Ille operum cuſtos, illum admirantur, et omnes Circumſtant. Cic. Att. 9, 12 De Dionyſio ſum admiratus. Cic. de Orat. 1, 47 Quo in libro in hoc maxime admirabar Platonem, quod mihi in oratoribus irridendis ipſe eſſe orator ſummus videbatur. Cic. de Orat. 2, 126 Ego vero in vobis hoc maxime admirari ſoleo, quod cum inter vos in dicendo diſſimillimi ſitis, ita, etc. Cic. Att. 6, 9 Sed amaui tamen, admiratusque ſum, quod nihilominus ad me tua manu ſcripſiſſes. Cic. de Diu. 2, 148 Eſſe praeſtantem aliquam aeternamque naturam, et eam ſuſpiciendam admirandamque hominum generi, pulchritudo mundi, ordoque rerum coeleſtium cogit confiteri. Cic. Tuſc. 1, 9 Errare mehercule malo cum Platone, quem quanti tu facias, ſcio, et quem ex tuo ore admiror: quam cum iſtis vera ſentire. Hor. Epiſt. 1, 6, 1 Nil admirari, prope res eſt vna Numici, Solaque quae poſſit facere et ſeruare beatum. *Hic* admirari *eſt magni facere, putare, vehementer ad ſe pertinere, ab eoque ſuſpenſum eſſe, et proinde inquietum: vt contra ea iubent nos philoſophi quaecunque extra nos ſunt* deſpicere *etc. Hoc loquitur tota illa epiſtola, in primis* v. 12 ſq. Gaudeat an doleat; cupiat metuatue; quid ad rem, Si quidquid vidit melius peiusue ſua ſpe, Defixis oculis animoque et corpore torpet? Admiratur *ergo cui magnum bonum videtur pecunia, magnum malum contemtus imperitorum, etc.* Cic. Tuſc. 3, 30 Nimirum haec eſt illa praeſtans et diuina ſapientia — nihil admirari *etc.* ¶ 2 *Interdum* admirari, *vt apud Socraticos* θαυμάζω, θαυμάσιον, θαυμαστὸν, *ad abſurditatis accuſationem modeſtam pertinet. Vid.* Cic. de Orat. 2, 315 c. 78. Id. Off. 2, 56 c. 16 Ariſtoteles — nos reprehendit, qui has pecuniarum effuſiones non admirenur, quae fiunt ad multitudinem deleniendam. *Sic* de Prou. Conſ. c. 2 Sed quid eſt, quod in hac cauſa homines maxime admirentur et reprehendant conſilium meum *etc. Plura in hanc rem Pareus Lex. Crit. h. v.* ¶ 3 Ammirari *nonnunquam in bonis libris inuenitur, v. g.* Gell. 4, 8 *et* 5, 14 *it.* Hygin. f. 29. *Paſſ.* Turpe eſt propter venuſtatem veſtimentorum admirari, et propter turpiſſime actam vitam contemni Priſcian. l. 8.

ADMIRANDVS, a, um. [θαυμαστέος] *Dignum admiratione: idem quod* Admirabilis. Virg. Georg. 4, 3 Admiranda tibi leuium ſpectacula rerum, etc. Admirandus in plurimis Quinctil. 3, 11. *Et* 12, 10, 6 Euphranorem admirandum facit, quod *etc.* In iisdem expoſuit, quae in Italia Hiſpaniisque viderentur admiranda Nep. 24, 3, 4. Admirandiſſimi iuuenes Saluian. Ep. 8.

ADMIRANS, antis. Partic. Nepos 2, 10, 1 Rex animi magnitudinem admirans. *Add.* Cic. de Orat. 1 c. 20. Virg. Aen. 2, 297 *et* 6, 408. Quinctil. 11, 3, 103 Digitos, cum ſummi coierunt, ad os referre, cur quibusdam diſplicuerit, neſcio. Nam id et leuiter admirantes, et interim ſubita indignatione velut paueſcentes, et deprecantes, facimus.

ADMIRĀTOR, oris. m. [θαυμαστής] vt apud Quinctil. 2, 5, 21 Admirator nimis antiquitatis. Irritamentum eſt omnium, in quae inſanimus, admirator et conſcius Sen. Ep. 94.

ADMIRATIO, ōnis. f. [θαυμασμός] Cic. de Nat. Deor. 2, 124 Eſt etiam admiratio nonnulla in beſtiis aquatilibus. Magna eſt admiratio copioſe ſapienterque dicentis Cic. Off. 2 c. 14. Plin. 10, 29 Alia admiratio circa oſcines. Cic. Off. 2, 37 c. 10 Admiratione autem afficiuntur ii, qui anteire caeteris virtute putantur, *i. magni fiunt.* Cepit eum admiratio *vid.* CAPIO. Caritas conciliat ipſa rebus admirationem Apul. de Deo Socr. . . Decreſcit admiratio Quinctil. 1, 3, 5. Cic. de Orat. 1, 152 Haec ſunt, quae clamores et admirationes in bonis oratoribus efficiunt. Plin. 16, 26 In maxima tamen admiratione pinus eſt. Varii caſus habent admirationem Cic. Fam. 5, 12. *Sic* Cic. in Orat. 6. Idem de Fin. 4 c. 17 Quid autem habent admirationis, cum prope acceſſeris? *Sic et* Quinct. 12, 10, 75 Inceſſit admiratio quod, etc. *Vid.* INCESSO. Ipſo adſpectu cuius iniecit admirationem ſui Nep. 11, 3, 1. Intermittere admirationem, *vid.* INTERMITTO. Cic. Philipp. 10, 3 c. 2 Hoc certe quod mihi maximam admirationem mouet, non tacebo. Mulcere animos admiratione Quinctil. 1, 10, 9. Obſtupefacti homines admiratione Cic. pro Deiot. 34. Obtinere admirationem, *vid.* OBTINEO. Traducere auditores ad magnam admirationem Cic. in Orat. 192. *Plurium numero.* Non minores ſunt, quam caeterarum naturae rerum conſiderantibus admirationes Vitr. 7, 13.

ADMIRABĬLIS et e. [θαυμαστὸς, θαυμάσιος] Admiratione dignum Cic. de Fin. 3, . . Verum admirabilis compoſitio diſciplinae incredibiliſque rerum traxit ordo. Res noua et admirabilis Cic. de Diu. 2 c. 28. Admirabilis et ſingularis ſapientia Id. Att. 9, 10. Ouid. Met. 6, 14 Opus admirabile. Cic. de Orat. 1, 6 c. 2 Quaerendum eſſe viſum eſt, quid eſſet, cur plures in omnibus artibus quam in dicendo admirabiles extitiſſent. Admirabile fuit in eo Nep. 17, 7, 3. Tractatio rerum efficit admirabiliorem orationem Cic. Orat. c. 35. Magnitudo populi Rom. admirabilior prope aduerſis rebus, quam ſecundis fuit Liu. 22, 37 pr. ¶ 2 Admirabilia, παράδοξα Cic. de Fin. 4 c. 27. Parad. praef. *et* Parad. 4. Id. de Fato 38 c. 16 O admirabilem licentiam, et miſerabilem inſcientiam diſſerendi.

ADMIRABILĬTER, Adu. [θαυμασίως] Mundus conſilio admirabiliter gubernatur Cic. de Nat. D. 2 c. 53. Id. de Opt. Gen. Orat. 37 Plato ſuum fere aequalem admirabiliter in Phaedro laudari fecit a Socrate. Id. Att. 5, 14 Nos Aſia accepit admirabiliter. Nimis admirabiliter, nimiſque magnifice dicere *Et* Tuſc. 4, 36 c. 16.

ADMIRABILĬTAS, ātis. [τὸ θαυμαστόν] *Qualitas, qua quid eſt admirabile* Cic. Off. 2, 38 c. 11 Haec animi deſpicientia admirabilitatem magnam facit. Nonius *tamen hic legit* Mirabilitatem 8, 53. Idem de Nat. Deor. 2, 90 c. 36 Quanta ſit admirabilitas caeleſtium rerum atque terreſtrium.

ADMISCEO, ui, iſtum *ſiue* ixtum, ēre [προσμιγνύω, προσφύρω] *Rem aliquam miſcendo alteri adiicere.* Cic. Tuſc. 2, 26 c. 11 Veruntamen verſus ab his admiſceri orationi. Deus bonis omnibus mundum impleuit, mali nihil admiſcuit Cic. de Vniu. c. 3. Admiſcere orationi aliquid nitoris Quinct. 3, 1, 3. Ter. Heaut. 4, 5, 35 Ita tu iſtaec tua miſceto, ne me admiſceas. Ibid. 5, 2, 22 Ne te admiſce, nemo accuſat Syre te. Cic. Q. fratr. 3, 17 Trebatium vero meum quod iſto admiſceas, nihil eſt. Cic. Att. 7, 1 Sed hoc tamen quidquid eſt Precianum, cum his rationibus quas ille meas tractat, admiſceri nolo. Cic. Philipp. 12, 16 c. 7 In hac ego legatione ſim, aut ad id conſilium admiſcear? Plin. 26, 10 Admixto in heminam ſeminis turis cochleare vno. Abſolute Scribon. Comp. 217. 266. 248. 255. Alicui rei Id. 234 — cum aliqua re Id. 231. Acidos Bacchi latices Tritonide oliua admiſcere Nemeſian. Cyneg. 206.

ADMISTVS, et ADMIXTVS Partic. [προσμεμιγμένος] Cic. Acad. 1, 8 In illis veteribus noſtris ſcriptis multa admiſta ex intima philoſophia. Aër admiſtus multo calore Cic. de Nat. Deor. 2, 27 c. 10. Caeſ. B. C. 3, 48 Eſt etiam genus radicis, quod admiſtum lacte multum inopiam leuabat. Cic. de Nat. Deor. 2, 26 Atque aquae etiam admiſtum eſſe calorem. Aqua admiſto calore liquefacta Ib. Animus non habet in ſe quidquam admiſtum Cic. de Seneƈt. c. 21. *Sic etiam* Tuſc. 1 c. 29.

ADMISTIO, *et* ADMIXTIO, ōnis. f. [πρόσμιξις] Cic. de Nat. Deor. 2, . . Suum retinet ardorem tenuem, et nulla admiſtione concretum. Idem de Senect. 79 Animus omni admiſtione corporis liberatus. Sine admiſtione terreni Pallad. 1, 5.

ADMIXTVS, ûs. m. Idem. Macrob. Saturn. 2, 1 Honorem Dei nullo admixtu voluptatis augemus.

ADMISSIVVS, ADMISSARIVS, ADMISSIO, ADMISSVRA. *Vid. ſtatim* ADMITTO.

ADMITTO, īſi, iſſum, ěre. [προσίεμαι, εἰσδέχομαι] *Facere, vel pati, vt aliquid accedat, adeat, fiat.* Ante fores ſtantem dubitas admittere famam Martial. 1, 26. Cic. Verr. 3, . . In tam graui nuntio nemo admitteretur. Ouid. Triſt. 5, 6, 13 Turpius eiicitur, quam non admittitur hoſpes. *Videamus primo conſtructiones cum praepoſitionibus.* Admitti ad aliquem Ter. Hec. 2, 1, 41. Partum ad vbera Plin. 8, 42. Cic. Philipp. 8, 22 In cubiculum admittere et reducere legatum hoſtium. In domum Cic. Off. 1, . . Ter. Eun. 2, 2, 50 Fac vt admittar ad illam. Cic. Philipp. 2, 45 Quoties cuſtodes

ſtodes poſuit, ne limen intrares ? cum tamen tu — per tegulas admitterere ? *Sed a Grutero inde*, demitterere. Quinctil. 4, 1, 6 Sed quia in initiis maxime neceſſaria, per quae in animum iudicis, vt procedere vltra poſſimus, admittimur. Cic. Diu. in Verr. 51 Mihi quam multis cuſtodibus opus erit, ſi te ſemel ad meas capſas admiſero? *Pro praepoſitione interdum Datiuus eſt, vt* Admittere aliquem arcanis, *i. ad arcana* Sen. in Herc. Oet. 4. Liu. 34, . . . Pacis cum tyranno mentionem admittendam auribus non fuiſſe, *Hoc eſt, nullo modo audiendam. Sic* Admittere conſilium auribus Ibid. 33, 35. Ad cauſam dicendam Cic. in Verr. . . . Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 58 Haec ad eum mandata Clodius refert : ac primis diebus, vt videbatur, libenter auditus, reliquis ad colloquium non admittitur. Pſeudo-Salluſt. in Cic. 7 Quem Minerua omneis artes edocuit, Iuppiter Opt. Max. in conſilium deorum admiſit. *Ipſe* Cic. pro Marc. 7 Nunquam enim temeritas cum ſapientia commiſcetur, nec ad conſilium caſus admittitur. Admittere, *pro Recipere miſſum in poſſeſſionem.* l. 17. D. de damno infect. *Et* Admittere bonorum poſſeſſionem, *pro Agnoſcere, et accipere*, in l. 7. C. de iure delib. Cic. pro Cluen. 116 c. 41 In litibus aeſtimandis fere, Iudices, aut quod ſibi eum quem ſemel condemnarunt, inimicum putant eſſe: ſi qua in eum lis capitalis illata eſt, non admittunt, *non recipiunt illum reum, vt interpretatur Manutius.* Plin. Epiſt. 6, 16 Placuit egredi in litus, et e proximo aſpicere ecquid iam mare admitteret, (*intell.* naues, ſine periculo ituras) quod adhuc vaſtum et aduerſum permanebat. *Perferre, Pati fieri, ſignificat etiam* Ter. Eun. 4, 6, 23 Sed tu quod cauere poſſis, ſtultum admittere eſt. ¶ 2 *Iam, quibus Subſtantiuis iungatur, videamus.* Liu. 4, 18 Dictatore arcem Rom. reſpectante, vt ab auguribus, ſimul Aues rite admiſiſſent, ex compoſito tolleretur ſignum. Admittunt aues, *idem eſt, quod* Addicunt, *vbi vid. Add.* Plaut. Aſin. 2, 1, 11. *et* Liu. 1, 36. Plin. 20, 11 *de apio* Neutrum ad cibos admittendum : immo omnino nefas. Idem 9, 25 In Cibos non admittitur echineis. Celſ. 3, 12 Horror autem eas fere febres antecedit, quae certum habent circuitum, et ex toto remittuntur. Ideoque tutiſſimae ſunt, maxime quae Curationes admittunt, *i. quae eo tempore curari poſſunt, quo eis caret aeger.* Plin. Epiſt. 9, 36, 2 Notarium voco, et Die admiſſo, quae formaueram, dicto. *Sic mox* Solem. Cic. de Fin. 2, 61 c. 19 Quum ſe deuoueret, et Equo admiſſo in mediam aciem Latinorum irruebat, etc. Liu. 2, 19 In Poſtumium Tarquinius Equum infeſtus admiſit. *Add.* Caeſ. de B. G. 1, 22. Ouid. Pont. 2, 6. extr. Admittebantur excuſationes multae. Aſconius. Fidem admittere *h. e.* Credere Claud. in Eutrop. 2, . . Celſ. 7, 26 Isque ſubinde oleo tepido madefaciendus eſt, vt neque frigus ad veſicam admittat, et neruos leniter molliat. Martial. 4, 8 Tunc admitte Iocos, *i. patere libellos meos venire in manus Caeſaris.* Celſ. 7, 14 Ex his id quod ex ſpiritu vitium eſt medicinam non admittit. Preces Sen. in Theb. 1, . . Solatia Plin. Epiſt. 8, 16. Plin. 12, 1 Commendatio platani non alia maior eſt, quam ſolem aeſtate arcere, hieme admittere. Martial. 8, 14 Hibernis obiecta notis Specularia puros Admittunt Soles et ſine faece Diem. *Vid. paullo ſupra* Diem. Ter. Adel. 5, 7, 15 Sumtum admittet *i. fieri domi ſuae patietur.* Lucan. 9, 1077 Admiſit Venerem curis, et miſcuit armis. Claud. Paneg. 4, 503 *de Metauro monte* Admiſitque Viam ſectae per viſcera rupis. ¶ 3 Admittere, *ſaepe eſt Peccare, vt* committere. Donat. Admittere plus eſt quam facere. *Dicuntur autem non* in alium *modo* admittere, *qui illum laedunt ; ſed etiam* in ſe, *qui peccant.* Plaut. Men. 5, 1, 12 Quid tandem admiſi in te, vt loqui non audeam? Caeſ. B. G. 3, 9 Simul quod, quantum in ſe facinus admiſiſſent, intelligebant. Cic. Philipp. 2, 47 c. 19 Tu autem eo liberior, quod ea in te admiſiſti, quae a verecundo inimico audire non poſſes. Idem pro Cluent. 167 Quid vnquam Auitus in ſe admiſit, vt hoc tantum ab eo facinus non abhorrere videatur? Liu. 31, 46, 11 Caeterum non plures tantum Macedones quam ante, tuebantur vrbem, ſed etiam praeſentioribus animis, et caſtigationibus regis in admiſſa culpa. Plaut. Trin. 1, 2, 61 Hic ille eſt, ſenecta aetate qui factus eſt puer, Qui admiſit in ſe culpam caſtigabilem. Ter. Phorm. 1, 5, 40 Si eſt, patrue, culpam vt Antipho in ſe admiſerit. Cic. Att. 9, 4 Tantum dedecoris. Ter. Adel. 4, 5, 48 Me hoc delictum admiſiſſe in me vehementer dolet. Facinus, flagitium Cic. Off. 3, 95. Fraudem capitalem Cic. pro Rab. 26. Maleficium Cic. pro Roſc. Amer. 62. Ter. Eun. 5, 2, 13 — vnam hanc Noxiam Mitte : ſi aliam vnquam vllam admiſero, occidito. *Quod vero pro* condonare *poni, aiunt*, Plaut. Poenul. 1, 2, 191 Verum etiam tibi hanc admittam noxiam vnam Agoraſtocles: Non ſum irata : *nihil eſt : eſt enim ibi* Amittam. Quid ego tantum ſceleris admiſi miſer Ter. Heaut. 5, 2, 3. *Et* Phorm. 2, 2, 68 *de virgine ciue loquens.* Vt ne quid ciuis turpe in ſe admitteret propter egeſtatem, proximo iuſſa eſt dari. Cic. Fam. 3, 10 Si quid a me praetermiſſum erit : commiſſum facinus, et admiſſum dedecus confitebor. ¶ 4 Admittere, *eſt marem foeminae, aut mari foeminam admouere ad initum.* Varr. R. R. 3, 8, 2 de foetura (animaduertant) quomodo admittant et pariant. Col. 6, 37, 1 Admittitur equus, *it.* Sic Veneri modeſtior admittitur. Ibid. 4 Aſina et onagro natus admittitur equae. Columel. 7, 2, 4 Patruus meus arietes feros mercatus, quosdam in agros tranſtulit, et manſuefactos tectis ouibus admiſit. Pall. Mart. 11, 5 Admitti oportet vaccis tauros. *Sed Vlitius ad* Nemeſian. Cyneget. 114 *ex MSS.* tauris oportet admitti. *Et certe vterque Sexus admitti dicitur non tantum indiſcretim et complexe, vt laudauimus* Varr. 3, 8, 2, *vt* Id. 3, 10, 3 Admittendis anſeribus tempus, *quod repetit* Col. 8, 14, 4. *Sed etiam* Varr. 2, 9, 11 Admiſſae tum canes pariunt circiter ſolſtitio. *Anceps etiam eſt locus* Varr. 2, 7, 8 Eo (peroriga) adiutante equae alligatae celerius admittuntur, neque equi fruſtra cupiditato impulſi ſemen eiiciunt. Quoad ſatis ſit admitti, ipſae ſignificant. *Ratio quoque ſimilis* Col. 6, 24, 1 Menſe Iulio feminae maribus plerumque permittendae. Admittere marem ad concubitum dedignatur contumax gallina Columel. 8, 2, 8. *Hinc verbum* Admittere *venuſte ad inſitionem tranſtulit* Plin. 17, 18 ſ. 30, 5 Qui ver probant, ab aequinoctio ſtatim admittunt, praedicantes germina parturire, *i. Surculum trunco iniungunt, arbores inſerunt. Totus ille locus libidinem plantis et coitum tribuit.*

ADMISSE *pro* Admiſiſſe *eſt* Plaut. Mil. 4, 7, 4.

ADMITTENS. Plin. Pan. 48 Et admittente Principe interdum eſt aliquid, quod nos domi quaſi magis neceſſarium teneat.

ADMITTENDVS, a, um. *Praeter allata* Pall. Mart. 13, 1 Admittendi equabus admiſſarii.

ADMISSVS. Partic. *Intromiſſus.* Plin. Pan. 48 Admiſſis et excluſis par metus. Hor. Arte Poët. 5 Spectatum admiſſi riſum teneatis, Amici ? Irrupiſſe, non admiſſus videbatur Curt. 3, 12, 10. *Cum* Admittere equum *ſit incitare ; hinc* Admiſſus *pro celeri ponitur.* Ouid. Met. 1, 532 Admiſſo ſequitur veſtigia paſſu. *Et* Art. Am. 3, 312 *de Sirenibus*, Quamlibet admiſſas detenuere rates. *Et proprie* Epiſt. 1, 36 Hic lacer admiſſos terruit Hector equos. ¶ 2 Admiſſa peccata Lucret. 3, 840. Admiſſum foede Lucr. 5, 1223. *Vnde*

ADMISSVM, i. n. [παράπτωμα] *pro Delicto.* Liu. 25, 23 Non erat colloquii copia : quia multorum animi ſuſpecti omnium curam oculosque conuerterant, ne quid falleret tale admiſſum. De admiſſis Poppeae Tac. A. 11, 4, 5. *Add.* Ouid. A. A. 1, 376 *et* 2, 381. Macer. in l. 2. D. de Abigeis, Grauiter puniri eorum admiſſum ſolet. Admiſſo honorem amittere. l. vlt. D. de poenis.

ADMISSIO, onis. f. [εἰσδοχὴ] Plin. in Paneg. 47 An quisquam ſtudia humanitatis profeſſus, non cum omnia tua, tum vel in primis laudibus ferat admiſſionum tuarum facilitatem ? *h. e. quod facile quemlibet admittis ad colloquium.* Sen. de Benef. 6, 34 Non ſunt iſti amici, qui magno agmine ianuam pulſant, qui in primas et ſecundas admiſſiones digeruntur. Idem de Clement. 1, 10 Totam cohortem primam interioris admiſſionis ex aduerſariorum caſtris conſcripſit. *Conf. Lipſ. ad h. l. it. ad* Tac. A. 6, 9. *L. Pignor. de Seru.* p. 231 ſqq. Admiſſionem dare, *i. ius ingrediendi cubiculum principis.* Plin. 33, 3 *Hinc* Admiſſionum magiſter Vopiſc. Aurelian. c. 12. *add.* Ammian. Marc. 15, 5. *apud quem* 22, . . *etiam* Proximus admiſſionum. Admiſſionis officium Suet. Veſp. 2, 14. Admiſſio cucurbitarum, Appoſitio Scribon. Comp. 67. ¶ 2 *Ex quarta notione verbi* Varro de R. R. 2, 7, 7 Horum foeturae initium admiſſionis facere oportet ab aequinoctio verno ad ſolſtitium, vt partus idoneo tempore fiat.

ADMISSVS, ûs. m. *Idem quod admiſſio.* Pallad. Mai. ſ. 6, 2, 2 Pampinatio — Admiſſu ſolis maturitati conſulit. Id. Mart. 9, 4 Admiſſu ſolis territae talpae. Veget. Veter. 4, 7, 3 Admiſſum faciunt equi.

ADMISSIONĀLIS. m. [εἰσδεκτικὸς] *Is dicitur, cuius officium eſt* admittere *aulicos intra cubiculum ad principem ſalutandum.* Lamprid. in Alexandro c. 4 Salutaretur quaſi vnus de ſenatoribus, patente velo admiſſionalibus remotis.

ADMISSIVVS, a, um. Aues admiſſiuae dicebantur ab Auguribus, quae conſulentem iuberent Feſtus. *Vid.* ADMITTO n. 2.

ADMISSVRA, ae. [ὀχεία] *Tempus et actio ipſa, qua mares gregum admittuntur foeminis, foeturae cauſa.* Varr. 2, 5, 12 Propter Foeturam haec obſeruare ſoleo. Ante admiſſuram, menſem vnum, ne cibo et potione ſe impleant. Admiſſurae idonei boues Colum. 6, 24 *vbi plura. Et* 6, 27, 3 Nec admiſſurae certa tempora ſeruentur. *Sic* Admiſſurae tempore Plin. 20, 12. Idem 8, 42 *de equis*, Ad generandum paucis animalium minor fertilitas: qua de cauſa per interualla admiſſurae dantur. *Etiam plur.* Varr. 2, 4 *de ſuibus*, Admiſſuras cum faciunt. Stat. Silu. 5, 2, 24 Titulis generoſus auitis Expectatur equus, cuius de ſtemmate longo Felix emeritus habet admiſſura parentes, *i. equauia, villa, in qua equi aluntur.*

ADMISSĀRIVS. [ἀναβάτης, ὀχεῖος, βιβαστὴς] Admiſſarius equus, *qui ad ſobolem procreandam potiſſimum ſeruatur.* Plin. 28, 15 Sanguis equi, praecipue admiſſarii. Varr. de R. R. 2, 7, 1 Et equos emittere incipiam, nec ſolum mares quos admiſſarios habeo, vt Atticus ſingulos in feminas denas. *Add.* Colum. 6, 27, 3 ſq. ¶ 2 Cic. in Piſon. 69 c. 28 *pro homine libidinis peruagatae poſuit, ad omniumque feminarum libidinem expoſito. Sic* Plaut. Mil. 4, 3, 19 Abi ſis hinc. Nam tu quidem ad equas fuiſti ſcitus admiſſarius, qui conſectare qua mares, qua feminas. *Vid.* ADHINNIO. *Add.* Senec. Nat. Qu. 1, 16.

ADMISSOR, ōris. m. *Scil. Facinoris*, Lact. Epit. 4, 4.

ADMODĔROR, āri. Idem ac Moderor. Plaut. Milit. 4, 2, 81 Nequeo riſu me admoderari.

ADMODV̆LOR, āri. [ἐπαυλέω] *Simul modulari.* Claud. in Epithal. Honor. et Mariae, 55 - - - et Padus electriferis Admoduletur alnis.

ADMŎDVM. [λίαν, ἐκ περισσοῦ] *Interdum intendit orationem, quaſi tu dicas*, ad *ſatis magnum* modum *vel quantitatem.*

ADMŎDVM *aduerbii more, vt vox compoſita ponitur varie, ſed ſemper vim ſimplicium e quibus iunctum eſt retinet. Ac primo, idque frequentiſſime intendit ſignificationem eorum, quibus iunctum eſt, quaſi tu dicas*, ad *ſatis magnum* modum. Cic. Verr. 4 c. 34 Erat admodum amplum et excelſum ſignum. Id. Att. 7, 24 Philotimi literae me quidem non nimis, ſed eos, qui in his locis erant, admodum delectarunt. Id. de Sen. 10 Eum colere coepi non admodum grandem natu. Quinct. 12, 11, 12 Paucorum admodum annorum intentione diſcantur. *Ipſe* Cic. Top. 3 Praeter admodum paucos. *Contra ea* de Nat. Deor. 2, 137 Diſtribuitur per venas admodum multas. Plin. 9, 38 ſ. 62 Pelagio admodum alligatur buccinum. *Et* 20, 3 Admodum prodeſt. *Adiecto* Quam, Plaut. Amph. 1, 3, 43 Ex amore hic admodum quam ſaeuus eſt. *Cum aliis aduerbiis* Ter. Heaut. 1, 1, 1 Haec inter nos notitia nuper admodum eſt. Ad Her. 4, 18 Quae (elocutio) maxime admodum oratori accommodata eſt. Cic. de fato - - - Acipenſer admodum raro capitur. *Etiam ad negatiua adiicitur.* Cic. in Bruto 210 c. 58 Curio Latine non peſſime loquebatur, vſu, credo, aliquo domeſtico. Nam literarum admodum nihil ſciebat. *Et ibid.* 35 c. 9 Plane quidem perfectum, et cui nihil admodum deſit, Demoſthenem facile dixeris. Id. de Orat. 2, 8 c. 2 Sed cum alter non multum, et id ipſum adoleſcens, alter nihil admodum ſcripti reliquiſſet etc. *Ne putemus hic* admodum *ſimpliciter idem, quod* plane, omnino, *ipſa res impedit. In vltimo loco ſermo eſt de Antonio. At hunc vnum libellum ſcripſiſſe, ipſe* Cicero *teſtis eſt* Bruto 163 c. 44. *In Demoſthene ipſe non nunquam aliquid deſiderat Tullius. Nec ſimpliciter literarum omnium rudem fuiſſe Curionem, credibile eſt. Talis etiam eſt locus*, Liu. 23, 29 Equeſtris pugna nulla admodum fuit, quia ſimul inclinatam mediam aciem Numidae Maurique viderunt; extemplo fuga effuſa nuda cornua deſeruere. *Quare in his omnibus* admodum *interpretor* ad modum iuſtum *vel* ſatis magnum. *Nec aliud dicendum videtur de* Gell. 19, 12 Qui nihil admodum ſuper vite aut arbore colenda ſciret. *Quamquam hic forte melius ſit interpretari* valde nihil. *De* Saluiano *non admodum pugnauerim equidem, qui* de Gubern. Dei 6 Omnes enim admodum, *inquit*, in perditionem ruunt, aut certe vt aliud dicam leuius, paene omnes. ¶ 2 *Cum numeris iungunt hiſtorici, hoc videntur indicare, numerum ſatis exactum eſſe, et prope* ad *illum* modum, *quem indicant accedere.* Caeſ. B. G. 5, 40 Turres admodum CXX excitantur incredibili celeritate. Liu. 22, 24 Sex millia hoſtium caeſa ; quinque admodum Romanorum. *Et* 27, 30 Philippus mille admodum hoſtium vtraque pugna occidit. *Et* 44, 43 Secuti ſunt eum admodum quingenti Cretenſes. Curt. 4, 9, 24

Mille admodum equites praemiſerat. *Et* 4, 12, 6 Bactriani ibant equites mille admodum. *Etiam ad tempus ſic refertur* Liu. 43, 13 Legati ex Macedonia exacto admodum menſe Februario redierunt. Epit. Liu. 55 Alexandri Filius, rex Syriae, decem annos admodum habens. Iuſtin. 7, 2, 6 Poſt menſes admodum ſeptem. *Sic de aetatibus,* Sen. de Breuit. vitae 7 Quasdam ex his (artibus) pueri admodum percepiſſe viſi ſunt. *Add.* Quinct. 12, 6, 1. *Sic* Flor. 2, 6, 10 Admodum praetextatus. *Ipſe* Cic. pro Rabir. perd. 21 Qu. Catulus admodum adoleſcens. ¶ 3 *Apud Comicos ſeruit reſponſionibus, et quidem fere cum aliquo augmento affirmantibus,* q. d. Ad *hunc* modum *quem dicis etc.* Plaut. Rud. 1, 5, 11 Nempe equo ligneo per vias caeruleas eſtis vectae? P. Admodum. Ter. Phor. 2, 2, 1 Itane patris ais conſpectum veritum hinc abiiſſe? G. Admodum. *Add.* Plaut. Bacch. 4, 7, 40 - 5, 1, 24. Rud. 1, 2, 55. 3, 6, 2. 4, 4, 37. *Et* Trin. 2, 4, 19. *Huc etiam refero illud* Cic. de Legg. 3, 26 c. 11 Scis ſolere frater, in huiusmodi ſermone, vt tranſire alio poſſit, ADMODVM dici. *Nempe diſputauerat quaedam contra Quintum fratrem ſuum: huius aſſenſionem quam ſperare alioqui non poterat, venuſtula hac fallacia auferre ſe velle ſimulat. Sed capi ſe non patitur Quintus.* *Cum enim* Atticus, Prorſus ita eſt *dicat; Ipſe* Haud equidem aſſentior, *inquit,* tu tamen ad reliqua pergas velim. *Qui ergo* admodum *reſpondet, aſſentitur,* ad *eum* modum *rem ſe habere, concedit* etc. ¶ 4 *Cum genitiuo conſtrui aiunt, et prouocant ad* Colum. 4, 1, 4 Quum ſcrobes defodimus, admodum exigui pulueris viuiradici ſubiicimus. *Sed iam Vrſinus vidit, corruptum eſſe locum, legendumque ſuſpicatus eſt* exiguum: *quae nobis quoque coniectura probatur.*

ADMOENIO, īre, [πολιορκέω] Plaut. Pſeud. 1, 3, 150 Hoc ego oppidum admoenire, vt hoc die capiatur, volo. *i. Operibus et machinis oppugnare: h. e. ſi luſum comicum demas, hominem decipere et aere emungere.* Ciſtell. 2, 2, 5 Quot admoeniui fabricas, quot fallacias.

ADMOLIOR, ītus ſum, īri. [ἐπιχειρῶ] *Admouere, de rebus magnis aut grauibus, vt* moles et moliri: vt Admoliri ſaxum, cui contrarium eſt, Amoliri. Plaut. Aſin. 3, 2, 24 Vbi ſacro manus ſis admolitus, Curt. 8, 10, 24 Velut de induſtria rupes praealtas admolita natura eſt. Apul. Flor. p. 344, 14 Elm. Imagini regis manus admolitus, *h. e. pingere, vel caelare eam aggreſſus. Et* Met. 6 p. 177, 18 Elm. Nec ipſa Pſyche manus admolitur inconditae illi et inextricabili moli.

ADMŎNEO, ui, ĭtum, ēre. [παραινέω, νουθετέω, παραγγέλλω, ἀναμιμνήσκω] *In memoriam adducere, ſiue Commonefacere.* Cic. Att. 1, 8 Vt me locus ipſe admoneret. *Sic.* Quinct. 11, 2, 20 Admoneri alicuius imagine. *It.* Admoneri ex aliqua re 12, 2, 31. Eam rem locus admonuit Sall. Iug. c. 97, 1 *i. in animum reuocauit.* Vid. *Brouckhuſ. ad* Tibull. 4, 6, 4. Si quippiam eſſem admonitus Cic. Fam. 5, 8. Id. Verr. 4, 5 c. 3 Canephorae ipſae vocabantur. Sed earum artificem ... *Simulat ſibi excidiſſe nomen, ſeque moneri ab Aduocatorum aliquo.* Quem? quemnam? ... Recte admones. Polycletum eſſe dicebant. Admonetur *ergo memoria. Sed etiam reliquae partes mentis.* Cic. de Diuin. 2, 134 Quam multi inopes digni praeſidio deorum, nullo ſomnio ad theſaurum reperiendum admonentur? Cic. de Fin. 2, 69 c. 21 Et eum tantum ad aurem admonerent (ſi modo id pictura intelligi poſſet) vt caueret, ne quid perficeret imprudens. Id. Fam. 1, 9 Ea tantae mihi curae ſunt, vt me nolim admoneri. Cic. Fam. 9, 6 Caninius noſter me tuis verbis admonuit vt ſcriberem. Cic. pro lege Manil. De quo vos paulo ante inuitus admonui. Putaui, ea de re te eſſe admonendum Cic. Fam. 4, 10. Amiciſſime admonere Cic. Att. 7, 26. Id. Att. 9, 11 Illud me praeclare admones, quum illum videro, ne nimis indulgenter, et vt cum grauitate potius loquar. Cic. pro Dom. 127 Neque erat cauſa, cur prohibendo non tam deterrere videretur, quam admonere. *Debitores etiam* admonentur Cic. pro Quinct. 42 Cum tibi eſſet quotidie poteſtas hominis admonendi. Cic. Fam. 9, 8 pr. Expectatione promiſſi tui moueor, vt admoneam te, non vt flagitem. Cic. de Nat. Deor. 2, 66 Multa praeterea oſtentis, multa in extis admonemur, multisque rebus aliis, quas diuturnus vſus ita notauit, vt artem diuinationis efficeret. Plin. Epiſt. 5, 3 Qui ſcripta ſua recitat, multa a multis admonetur: et ſi non admoneatur, quid quisque ſentiat, perſpicit ex vultu. Cic. pro Caelio 8 Illud tamen te eſſe admonitum volo: primum qualis es, talem te eſſe exiſtimes. Liu. 35, 13 Qui admonerent foederis eum Romani. Aduerſae res admonuerunt religionum Liu. 5, 51. Cic. Q. Fratr. 1, 1 Sed te illud admoneo, vt ſi hoc plene vitare non potes, quod ante occupatur animus ab iracundia, quam prouidere ratio potuit, ne occuparetur, vt te ante compares, quotidieque meditere, reſiſtendum eſſe iracundiae. Virg. Georg. 4, 186 — rurſus easdem Veſper vbi e paſtu tandem decedere campis Admonuit Hor. Sat. 1, 6, 126 Aſt vbi me feſſum ſol acrior ire lauatum Admonuit, fugio rabioſi tempora ſigni. ¶ 2 Admonere Flagello, *pro Stimulare, inſtigare, ſiue id percuſſu fiat, ſiue ſola flagelli concuſſione.* Columel. 2, 2, 26. Digna viſa eſt, quae flagro admoneretur Val. Max. 1, 1, 6. Virg. Aen. 10, 586 Lucagus vt pronus pendens in verbera telo Admonuit biiugos. Nonius percuſſit *interpretatur* 4, 20. Medio tam longi aeui ſpatio, multa inuicem damna. Non Samnis, non Poeni, non Hiſpaniae Galliaeuae, ne Parthi quidem ſaepius admonuere Tac. Germ. 37, 5 *ſc. Romanos cladibus, tanquam flagello, vt vinci ſe quoque poſſe intelligerent.* Qui (*parentes*) obiurgare liberos non nunquam blande, non nunquam minaciter ſolent, aliquando admonere etiam verberibus Senec. de Clem. 1, 14. ¶ 3 Ammonere *pro* admonere *eſt a* librariis.

ADMONĬTVS, Partic. [παραινούμενος] Admonitus huius aeris alieni Cic. Top. 5 c. 1. Ouid. Met. 6, 621. Ad matrem veniebat Itys: quid poſſit, ab illo. Admonita eſt.

ADMONITŪRVS, [παραινέσων] Partic. Ouid. Epiſt. 10, 42 Candidaque impoſui longae velamina virgae, Scilicet oblitos admonitura mei.

ADMONĬTVS, ûs. [νουθέτημα] Cic. Att. 9, 10 Hominis prudentis et amici tali admonitu. Admonitu tuo perfeci libros ad Varronem Cic. Att. 13, 18. Admonitu Allobrogum Id. Catil. 3 c. 3. Ouid. Faſt. 3, 612 Flet tamen admonitu mortis Eliſa tuae, *h. e. Ob recordationem mortis Didonis. Add.* Met. 3, 566. *Graeu. ad* Cic. ad Att. 9, 10 p. 57.

ADMONĬTVM, i. n. [παράγγελμα] Cic. de Orat. 2, 64 c. 15 In eodem ſilentio multa alia oratorum officia iacuerunt, cohortationes, conſolationes, praecepta, admonita, quae tractanda ſunt omnia diſertiſſime.

ADMONITIO, onis. f. [ἀνάμνησις, παραίνεσις] Cic. Fin. 5, 2 Tanta vis admonitionis eſt in locis, vt non ſine cauſa ex his memoriae ducta ſit diſciplina. Cic. de Orat. 2, 339 Tum obiurgatio, ſi eſt auctoritas: tum admonitio, quaſi lenior obiurgatio. Quod ſi aliter ſentirem, certe admonitio tua me reprimere poſſet Plane. ap. Cic. Fam. 10, 4. Admonitio in conſilio dando familiaris Cic. Off. 1, 145. Admonitionibus locum non relinquere Cic. Fam. 1, 1 (*ſponte faciendo*) Quinctil. 4, 1, 33 Animus (*iudicis*) ſpe, metu, Admonitione, precibus - agitandus eſt. Plin. 24, 17 Si qui morbi humano corpori acciderint florente aproxi, quamuis ſanatos, admonitionem eorum ſentire quoties florere eam contigerit. Idem 25, 8 Diebusque vicenis interpoſitis idem fiat, ſi qua admonitio doloris ſuperſit. Admonitioni iraſci. *Vid.* IRA. Quinctil. 2, 6. Admonitione non indignum Quinctil. 6, 1, 37. Admonitione vnius verbi in memoriam reponimur Id. 11, 2, 19. Admonitio, *pro Interpellatione, per quam debitor admonetur vt ſoluat,* Vlp. l. §. In omnibus D. de Iudiciis.

ADMONĬTOR, ōris. m. [παραινέτης] Cic. in Topic. 5 Etſi admonitore non eges. Id. Fam. 9, 8 pr. Miſi autem ad te quatuor admonitores, non nimis verecundos. Ouid. Met. 4, 664 Admonitorque operum caelo clariſſimus alto Lucifer ortus erat.

ADMONITRIX, f. Ammonitrix. Plaut. Truc. 2, 6, 20 Quid adhuc egeo tui, malum, ammonitricis. *Sic etiam Gron.*

ADMONITORIVM, i. Sufficit quaedam admonitoria eius facere Iuſtin. de Concept. Dig. §. 12.

ADMONEFACIO, [ὑπομνηματίζω] Gloſſ. Gr. Lat.

ADMORDEO, di, ſum, ēre. [προσδάκνω] *Morſu aggredi, et decerpere.* Virg. Georg. 2, 379 - - - et admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix. *Vbi* Seruius, Admorſo participium eſt, ac ſi diceret Abroſo. Admordere aliquem, per metaphoram, pro Aliquid ab eo corradere, vel Damno efficere. Plaut. Perſ. 2, 3, 15 Nam id demum lepidum eſt, triparcos homines, vetulos, auidos, aridos bene admordere, qui allium (ſalinum *al.*) ſeruo obſignant cum ſale. Idem Pſeud. 4, 7, 24 Habet argentum: iam admordere hunc mihi lubet. Hominem admomordi *ex* Plauti Aulularia *laudat* Gell. 7, 9.

ADMORSVS, Partic. [προσδηχθείς] Propert. 3, 9, 53 Brachia ſpectaui ſacris admorſa colubris: *de imagine Cleopatrae.*

ADMORSVS, ûs. Vereor aemula venena lectoris, ne libellus iſte admorſu duri dentis vratur Symmach. Ep. 1, 15.

ADMŎVEO, ōvi, ōtum, ēre. [προσάγω, προσάπτω, προστίθημι] *Aliquid vicinius facere, contrarium* Amouere. Liu. 4, . . Locum dedere ſcalas admouendi. Add. Curt. 9, 4, 30. *Iungitur praepoſitionibus* Ad *et* In. *v. g.* Liu. 34, . . . Ad vrbem Romam admoturus exercitum videbatur *Add.* Cic. Att. 6, 5. Ad aleae luſum admoueri Suet. Claud. c. 39 *al.* admoneri. Cic. Tuſc. 3, 43 c. 18 Faſciculum ad nares admouebis? incendes odores? *de luxuria conuiuiorum.* Cic. de Amicit. 100 c. 27 Ad lumen ſe admouet. In conuiuium admoueri Suet. Claud. c. 39 *al.* admoneri. In propiorem Amicitiae locum admotus Curt. 9, 2, 7. ¶ 2 *Subſtantiua porro obſeruamus iſta:* Aciemque admouerit vrbi Val. Flacc. 3, 502, *i. exercitum.* Aurem Ter. Phorm. 5, 6, 29. *et* Cic. de Orat. 2, 153 c. 36. *it.* Senec. Ep. 10. Blanditias, *i. Blandiri* Ouid. Met. 6, 632. Cic. Att. 6, 1 Adſcribit etiam, et quaſi Calcar admouet, interceſſiſſe ſeſe pro iis magnam pecuniam. *Metaph. Proprie* Addere Ouid. Epiſt. 1, 36 - - - et admiſſis addere calcar equis. Cibum ad os Plin. 11, 43. Cic. Verr. 5, 163 Quid quum Ignes, candenteſque Laminae, caeterique cruciatus admouebantur? *etc.* Cic. Tuſc. 4, 61 Sed alia quaedam ſit ad eum admouenda Curatio. Cucurbitulam Celſ. 5, 26 *Quod* 6, 6 Accommodare cucurbitulam *dicit.* Liu. 2, . . Equitibus admoti Equi, vt perſequi hoſtem poſſent. *It.* Curt. 6, 5, 5. Plaut. Ciſtel. 2, 2, 5 Quot admoui Fabricas? et quot Fallacias In quaeſtione? vix exculpſi vt diceret. Fabricas *i. Machinas. Metaphora ab oppugnatione vrbium.* Cic. Tuſc. 2 c. 25 Quumque quaſi Faces ei doloris admouerentur, ſaepe dixiſſe, Nihil agis dolor. Stat. Theb. 11, 560 Dum videt haec dicens, Greſſus admouit, et arma, *etc. i. Propius acceſſit.* Lucan. 7, 50. Mortis vicinae properantes admouet Horas. *i. Suae mortis tempus accelerat.* Iras, *i. Ad iracundiam incitare* Stat. Theb. 5, . . Cic. pro Cluent. 36 c. 13 Oppianicus continuo ſperare coepit hoc ſe Auilio, tanquam aliqua Machina admota, capere Aſinii adoleſcentiam, et fortunas eius patrias expugnare poſſe. Id. Ac. 4, 145 Cum laeuam manum admouerat. Plin. 35, 11 ſ. 40, 28 Praxiteles interrogatus, quae maxime opera ſua probaret in marmoribus. Quibus, inquit, Nicias Manum admouiſſet. Tantum circumlitioni eius tribuebat. *Sic* Admouere manum operi Ouid. Met. 10, 254. Manum nocentibus, *i. Punire nocentes* Liu. 5, . . Cic. de Lege Agr. 1 c. 4 Reges denique exhauriunt, admouent manus vectigalibus populi Romani. Cic. de Haruſp. Reſp. 20 Adhibete animos, et Mentes veſtras, non ſolum Aures ad Haruſpicum vocem admouete. Orationem admouere animis iudicum, tanquam fidibus Manum Cic. Brut. 200 c. 54. Oſcula Ouid. Met. 10, 344. Preces Ouid. de Ponto 3, 7, 36. Curt. 5, 10, 14. Vlp. in l. 1. D. De quaeſtion. Ad tormenta ſeruorum ita demum veniri oportet, quum ſuſpectus eſt reus, et aliis argumentis ita Probationi admouetur, vt ſola confeſſio ſeruorum deeſſe videatur. *Sic legit Budaeus. Sic et Pandectae Florentinae; aliter Haloander.* Cic. in Orat. 55 Itaque ille perfectus orator, vtcunque ſe affectum videri, et animum audientis moueri volet, ita certum vocis admouebit Sonum. Stimulos, *i. Stimulare Metaphor.* Cic. Tuſc. 3, . . *Vid.* ADHIBERE. Idem pro Sextio 12 c. 5. Liu. 7, . . Itaque tantos pudor ſtimulos admouit, vt ruerent in hoſtium tela. Plaut. Aſin. 4, 1, 34 Talos ne cuiquam homini admoueat, niſi tibi. Quum iaciet *etc. Videtur hoc dicere, Ne ad luſum talorum inuitet quemquam.* Terrorem, *i. iniicere* Liu. 6, . . Vim Celſ. 7, 26. Auctor ad Heren. 26 Nam hoc eſt a natura datum, vt quam proxime tum vultum admoueamus ad auditores, ſi quam rem docere eos, et vehementer inſtigare velimus. Cic. de Amicit. 31 Quam qui appetiuerunt, applicant ſeſe, et propius admouent. Cic. Philipp. 6, 5 Dum ne exercitum propius vrbem Rom. CC. mil. admoueret.

ADMŌTVS, Partic. [προσαχθείς] Nulla materies niſi admoto igni ignem concipere poteſt Cic. de Orat. 2 c. 45. Plin. 2, 9 de Luna, Iam vero humilis et excelſa, et ne id quidem vno modo, ſed alias admota coelo, alias contigua montibus. Bellum admotum Sil. Ital. 16, . . Machina. Tanquam aliqua machina admota capere et expugnare Cic. pro Cluent. c. 13. Mors Stat. Theb. 5, . . Occaſio ſceleris exſequendi Curt. 8, 6, 16. Spes Ouid. Met. 11, 454. Curt. 9, 9, 7. Tormentis admotis expreſſere Curt. 6, 11, 3.

ADMŎTVS, ûs. [πρόσθεσις] Plin. 24, 11 Ciet menſtrua admotu, *i.* ſi ventri inferiori admoueatur. Admota *alii legunt eodem intellectu.*

ADMOTIO, ōnis. f. [πρόσαψις] Cic. de Nat. Deor. 2, 150 c. 60 Ad neruorum eliciendos ſonos, ad tibiarum, apta manus eſt admotione digitorum.

ADMVGIO, īre. [προσμυκάομαι] Ad *alios* mugire. Ouid. de Arte Am. 1, 279 Mollibus in pratis admugit foemina tauro, Foemina cornipedi ſemper adhinnit equo.

ADMVLCEO, ēre. Non a latere, neque a tergo, ſed a fronte accedens bubulcus admulceat Pallad. Mart. 1, 12.

ADMVRMVRO, āre. [προσμορμύρω] Murmure *improbare, quae fiunt vel dicuntur. Certe exempla verbi nondum alia obſeruata. Sic* Cic. Att. 1, 13 Admurmurante ſenatu. Admurmuratum eſt, imperſ. Cic. de Orat. 2 c. 57. Id. Verr. 5, 40 c. 16 Memoria tenetis, Iudices, quam valde vniuerſi admurmurarint, quam palam principes contradixerint?

ADMVRMVRATIO, ōnis. f. [προσμόρμυσις] *Videtur mediae ſignificationis eſſe.* Cic. pro Lege Manil. 37 c. 13 Veſtra admurmuratio facit, Quirites, vt agnoſcere videamini, qui haec fecerint. *Probant murmure ſuo dicta Ciceronis: murmurant contra auaros Imperatores. Sic* Idem Q. fratr. 2, 1 Clodium accuſaui tanquam reum, multis et ſecundis admurmurationibus cuncti Senatus. *Sed aduerſum murmur eſt* Cic. in Piſon. 31 c. 14 Qui non admurmuratione, ſed voce et clamore abiecti hominis et ſemiuiui furorem, petulantiamque fregiſtis.

ADMVTILO, āre. [ἀποκείρω] *Videtur in tonſtrinis vſitatum fuiſſe verbum de iis, qui ad cutem vsque detonderentur. Deinde per Comicam laſciuiam eo vtitur* Plautus *de iis, qui per fallacias decipiuntur, et emunguntur pecunia. Sic* Perſa 5, 2, 48 Me vsque admutilaſti ad cutem: Capt. 2, 2, 19 *Allegoria de tonſtrina continuatur ita,* Si frugi eſt, vsque admutilabit probe. *Denique* Mil. 3, 1, 172 Nam ego inueni lepidam ſycophantiam, Qua admutiletur miles vsque caeſariatus, *i. diues defraudetur.*

## A D N

ADNASCOR, atus ſum, ſci. [παραφύομαι] Adnaſci *proprie dicimus quod naſcitur in re aliqua, praeter id, quod ei naturale et proprium fuerat.* Plin. 16, 44 Viſcum autem in quercu, robore, ilice, pruno ſilveſtri, terebintho, nec aliis arboribus adnaſci. Scribon. Comp. 82 Et ad tubera, et caetera, quae ſubito adnaſcuntur. ¶ 2 *Solenne in primis eſt ICtis: Sed hi fere ſcribunt* AGNASCOR, *vbi vid.*

ADNATVS, Partic. Adnatis cubitalibus, *ſcil. caulibus.* Plin. 27, 11. ¶ 2 *De Iuridica notione, vid.* AGN.

ADNATIO, ōnis. Folia longa cum adnationibus Apul. Herb. c. 59. Lanugineae adnationes Id. c. 62. ¶ 2 *Ap. ICtos ordinarie ſcribitur* AGNATIO, *vbi vid.*

ADNATO, āre. [προσνήχομαι] Frequent. *ab* Adnare, *i. Natando aliquo peruenire.* Plin. 9, 10 Troglodytae autem ad quos adnatant, *(teſtudines)* vt ſacras adorant. Ibid. cap. 29 Ad manum hominis adnatat. Plin. 8, 25 Itaque ei vni inſulae crocodili non adnatant. Idem 9, 10 Adnatare enim *(teſtudinibus)* ſingulis ternos (homines). Adnatat natanti *puero Delphinus* Plin. Ep. 9, 33. Ex aequore ſoſpes adnatet Sil. 10, 609. Sen. Agam. 452 Et comes lateri adnatat.

ADNAVIGO, āre. [προσπλέω] *Naui accedo.* Plin. 36, 12 Sane conſpicuae vndique adnauigantibus ſitae ſunt in parte Africae *(pyramides). Et* 35, 10 Quo cum ille adnauigaſſet.

ADNAVIGATIO, ōnis. [κατάπλους] Vlp. l. 4 §. 5. ff de Offic. Proconſ. et Leg.

ADNECTO, *vid.* ANNECTO.

ADNEGATVS, a, um. *i. negatus.* Pecunia ei depoſita, adnegata eſt Vlp. l. 3 de in litem iur.

ADNEPOS, ōtis. *Filius abnepotis* Inſcr. Grut. p. 253 n. 3. p. 262 n. 4. 5. 6. p. 263 n. 8 *et* p. 268 ſqq. Fabrett. p. 331.

ADNEPTIS, is. f. *Abnepotis filia.* Gai. π. 39 t. 10 l. 1 §. 7 *et* l. 10 §. 16.

ADNICTO, āre. [ὀφθαλμιάω] Feſtus, Adnictat, Saepe et leuiter oculo annuit. Naeuius in Tarentilla, Alii adnutat, alii adnictat, alium amat, alium tenet. *Conf.* Plaut. Aſin. 4, 1, 34.

ADNITOR, *vel* ANNITOR, ixus *vel* iſus ſum, iti. [διατείνομαι] Ad *aliquid* niti. Cic. de Amicit. 90 c. 23 Sic natura ſolitarium nihil amat, ſemperque ad aliquid, tanquam adminiculum adnititur. *Deinde ſignificat, Dare operam, aut* Niti *vehementius.* Ad ea patranda omnis ciuitas ſummo ſtudio adnitebatur Sall. Iug. c. 43. *Sic* Liu. 21, 8 Poeno, cepiſſe iam ſe vrbem, ſi paullulum adnitatur, credente. Plin. Epiſt. 6, 18, 1 Rogas, vt agam Firmanorum cauſam. Quod ego — adnitar. Cic. Att. 6, 8 Ego, niſi Bibulus, adniteretur de triumpho, aequo animo eſſem, *h. e. Ad triumphum vehementius aſpiraret.* Plin. Epiſt. 2, 5, 6 Adnixi certe ſumus, vt *etc.* Liu. 2, 52 Cum patres haud minus quam pro Coriolano adnixi eſſent. Omni ope adnixi ſunt Liu. 8, 16. Omni opere, vt viueret, adnixus eſt Plin. 7, 53. Salluſt. in epiſtola Mithridatis ſ. 14 Apud Cizycum magno cum exercitu in obſidione moranti frumentum defuit nullo circum adnitente, *i. ſerio opṫram ei rei dante.*

ADNITENDVM eſt mihi, vt *etc.* Plin. Epiſt. 2, 9, 3.

ADNIXVS, ANNIXVS *vel* ADNISVS, Partic. [διατεταμένος] Virg. Aen. 1, 145 Cymothoë ſimul, et Triton adnixus acuto Detrudunt naues ſcopulo. Seruius: *Adnixus* antiquum eſt, vt *Connixus,* quibus hodie non vtimur. Dicimus enim *Adniſus,* et *Conniſus. Sic* Virg. Aen. 9, 229 Stant longis adnixi haſtis, et ſcuta tenentes, *i. innixi, incumbentes haſtis.* Oculos Fotidis adnixis et ſorbillantibus ſauiis hauriebam Apul. 3 p. 135. Patres hoc idem de interceſſoribus legis anniſi Liuius 5, 25 *et paſſim.*

ADNISVRVS *vel* ANNISVRVS, *aut* ANNIX. Liu. 2, 39 Adniſurum, vt appareat exilio ſibi irritatos non fractos animos eſſe.

ANNISVS, ūs. m. Alieno iuuentur anniſu Symmach. 5 Epiſt. 75.

ANNIXE. Adu. *Vt quidam legiſſe volunt ap.* Apul. Met. 2. *Sed Elmenhorſt. ib.* p. 117 *legit* enixe.

ADNO, āre. [προσνήχομαι] *Natando aliquo venire: quod et* Adnatare *et* Adnauigare *ſignificat.* Plures adnabunt thynni Hor. Sat. 2, 5, 44. *Metaph. plures te heredem facient.* Delphinum repente inter vndas adnauiſſe Gell. 16, 19. Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 44 Quibus rebus accidit, vt pauci milites, patresque familiae, qui aut gratia, aut miſericordia valerent, aut naues adnare poſſent, recepti in Siciliam incolumes peruenirent. Virg. Aen. 6, 358 Paullatim adnabam terrae. Liu. 28, . . Multique adnantes nauibus. Virg. Aen. 1, 538 - - - huc pauci veſtris adnauimus oris.

ADNOTO, *vid.* ANNOTO.

ADNOTVS, a, um. Quos vtraque lingua, domi foriſque docuiſſe adnotum eſt Suet. de Ill. Grammat. c. 1 *de Liuio et Ennio, i. notum ſ. agnitum, agnotum eſt. Sic Burm. Gronouius volebat* Adnotatum.

ADNVBILO, āre. [προσομιχλόω] Stat. Silu. 5, 1, 149

- - - ſic plena maligno
Afflantur vineta Noto: ſic alta ſeneſcit
Imbre ſeges nimio; rapidae ſic obuia puppi
Inuidet, et velis adnubilat aura ſecundis.

*h. e. Nubilum tempus immittit.* Virtutem eius adnubilabant actibus prauis Amian. 27, 14.

ADNVMERO, *vid.* ANNVMERO.

ADNVNTIO, *vid.* ANNVNTIO.

ADNVO, *vid.* ANNVO.

ADNVTO, as. [προσνευστάζω] Plaut. Merc. 2, 3, 100 Etiam nunc adnutat *i, nutu ſignificat, ſe plus dare velle. Conf.* ADNICTO.

ADNVTRIO, is, iui, itum, īre. [προστρέφω] Plin. 17, 23 Singulis denas ſaepe adnutriunt vites, *i. iuxta ſingulas arbores.*

## A D O

ADOBRVO, ui, ūtum, ĕre. [καταχόω] *Adgerendo terram Obruere.* Columel. 11, 2, 54 Omnes arbores quae fuerant in ſegete, circumfodere, et adobruere oportet. Columel. 2, 11, 10 Minimis aratris proſcindunt, atque ita iaciunt ſemina, et ſarculis obruunt. *Adde* 2, 12, 2 Permota terra adobrui. *It.* 4, 15, 3. *Et* 5, 5, 2 Scrobes adobruentur.

ADOLABILIS, e. *dolore vacuus,* huic eſt animus propitiabilis, ita et adolabilis Enn. ap. Non. 2, 669.

ADOLEO, ui et ēui, ultum, ēre. [ἀτάλλω, θυμιάω, ἐπικαίω] *Ab* ἄλδω *vel* ἀλδέω *deriuat cum Voſſio Perizonius, et cognatum verbo* alo *putat ad Sanct.* p. 757. *Propriam quidem poſitionem eſſe* oleo, *ſatis loquuntur alia compoſita,* inoleſcere, exoleſcere, abolere, coaleſcere *etc.* Seruius *ad illud* Virg. Eccl. 8, 65 Verbenaſque adole pingues: Adole, Incende: ſed κατ' εὐφημισμὸν, nam Adole, eſt auge. Idem Aen. 1, 708 Cura penum ſtruere, et flammis adolere penates. *Vbi* Seruius *Adolere,* Colere, ſed *Adolere* proprie eſt Augere. In ſacris autem *Adolere* per bonum omen dicitur. Nam in aris non adolentur aliqua, ſed cremantur. Haec vox enim ſicut *Mactare* et *Immolare* non Conſumendi ſed Augendi ſignificationem habet. *Vid.* Feſt. in Suboles, et Non. 1, 288 (*et* 4; 44) *Adolere* verbum eſt proprie ſacra reddentium: quod ſignificat votis aut ſupplicationibus numen auctius facere, vt eſt in hisdem, *Macte eſto:* et intelligi debet ab eo, quod eſt *adoleuit i.* creuit *etc.* Priſcian. l. 9 p. 872 *Putſch.* Caſſius ad Tiber. 2 At contra Aegyptios vbi integrum anſerem adoluerunt. *Laudat etiam* Diom. p. 370. *Sic* Corpus patrium in ſolis aram perferre, atque adolere Tac. An. 6, 28 *de Phoenice. In paſſiuo pro Incendi.* Plin. 28, 2 Si pontifici accidat (vt cibus e manu prolabatur) ditis cauſa epulanti, in menſa vtique id reponi, adolerique ad larem, piatio eſt. *Porro* Ennius *ap.* Lactant. 1, 11, 63 Eamque hoſtiam, quam ibi ſacrauit, totam adoleuit. Virg. Aen. 7, 71 Praeterea caſtis adolet dum altaria tedis. Precibus et igne puro altaria adolentur Tac. Hiſt. 2, 3. Ouid. Epiſt. 16, 335 *Diuinos cultus Helenae promittens Paris ait,* Quaque feres greſſus, adolebunt cinnama flammae, *i. cremabunt.* Honores aris Ouid. Met. 8, 740. *Et,* Deo adolere honores Virg. Aen. 3, 547. *Proprie ignis omiſſa mentione.* Aras adolere cruore captiuo *et* hominum fibris conſulere Deos fas habebant Tac. Ann. 14, 30 extr. *Contra de crematione minime ſacra* Col. 12, 31 Id igni adoleatur: *de mure aut ſerpente qui in muſtum incidit.* ¶ 2 *Vim verbi* Coaleſco *habere videtur in illo* Salluſtii *apud* Chariſ. 1 p. 106 Glutino adoleſcebant. ¶ 3 *Ex alio fonte et verbo* olere *eſt illud* Plaut. Caſin. 2, 3, 19 Vnde hic, amabo, vnguenta adolent, *i. adſpirant, odorem huc ſpargunt.*

ADOLENDVS. *Inſcriptio fratrum arualium ſubiecta etiam a Geſnero Catoni de R. R.* p. 127 EARQ. ARBOR. ERVENDAR. FERR. PENDENDAR. ADOLENDAR. COMMOLENDAR. ITEM ALIAR. RESTITVENDAR. CAVSA. *Videtur ſignificare* comburendarum.

ADOLESCO, olui *et* oleui, ultum, ĕre [ἀτάλλω, μειρακιεύομαι, ἀκμάζω] Ab Adoleo formatum: *Eſt enim* Adoleſcere, Augeri *aetate, aetate creſcere. At* Feſtus *Graecum eſſe vult* Adoleſcit, a Graeco ἀδολέσχω, i. e. accreſco venit. Vnde fiunt Adultus et Adoleſcens *etc. Sed corruptum eſſe locum forte a Paulo credibile eſt: neque enim* ἀδολεσχέω accreſco *ſignificat. Forte fuit apud Feſtum* oleſco. Adolui, *praeteritum probare nihil attinet ex* Columella de Arbor. 22, 1 Ita iucundi ſaporis fructum cum adoluerit, praebebit, *cum edatur vulgo* Adoleuerit. *Sed* Adoluerit *eſt* Varronis *apud* Priſc. l. 9 p. 872. *Decl.* in Salluſt. 13 Impudicus et procax adoleueris. Cic. de Nat. Deor. 1, 99 Niſi in eo qui natus ſit, niſi in eo qui adoleuerit, niſi in eo qui didicerit. *Sic* Simulatque adoleuerit aetas Hor. Sat. 1, 9, 34. Robuſtis adoleuit viribus aetas Lucret. 3, 450. Virg. Aen. 12, 438 Mox cum matura adoleuerit aetas. Martia ter ſenos proles adoleuerat annos Ouid. Faſt. 3, 59. Infans adoleuit Celſ. in l. Inficiando. D. de furtis. Pupillus adoleuit Vlpian. l. vlt. D. Si quis caution. Adoleſcere ad aliquam aetatem Plaut. Caſin. prol. 47. Adoleſcere, *etiam dicitur de mutis animalibus.* Plin. 9, 8 Adoleſcunt celeriter delphini. De plantis. Virg. Georg. 2, 362 Ac dum prima nouis adoleſcit frondibus aetas. Plin. 6, 32 Arborum ibi proceritatem ad CXLIIII pedes adoleſcere. *Sic ſaepe Plinius.* In tria cubita triennio Plin. 7, 16 *de humani corporis incremento. Sic* Modus eſt ſummus adoleſcendi humani Corporis ſeptem pedes Gell. 3, 10 *ex* Varrone. *Sic* adoleſcere ad iuſtam magnitudinem Quinct. 8, 5, 26. ¶ 2 *Iam reliquas formulas elementari ordine ponemus, pleraſque metaphoricas.* Adoleſcit Amor in longos annos Ouid. Amor. 2, 19, 23. Auctoritas Tacit. Hiſt. 4, 61. Cic. de Fin. 5, 55 Eaque Cupiditas agendi aliquid, adoleſcit vna cum aetatibus. Cupido potentiae Tacit. Hiſt. 2, 38. Ius legatorum, prauo certamine Tacit. Hiſt. 4, 48. Adoleſcebat interea Lex maieſtatis Tacit. Ann. 2, 50. Numerus in tantum adoleuit Vell. 2, 30, 6. Opes adoleſcunt Tacit. Ann. 2, 33. Profectus Quinct. 10, 5, 14. Pueritia adoleſcit Tacit. Ann. 12, 8. Cic. de Legib. 1, 22 Quae (ratio) cum adoleuit, atque perfecta eſt, nominatur rite ſapientia. Seminibus iactis Segetes adoleſſe virorum Ouid. Heroid. 6, 11. *Conf.* Non. 4, 44. Semina concepta diutius in partum adoleſcunt Col. 6, 36, 2 *de mulis creandis.* Tac. Hiſt. 2, 73, 1 Vix credibile memoratu eſt, quantum ſuperbiae ſocordiaeque Vitellio adoleuerit. Ver donec adoleſceret Tac. An. 13, 36. Cic. de Senect. 51 Ex eo viriditatem, quae nixa fibris ſtirpium ſenſim adoleſcit. Adoleuit annis virtus Ouid. Faſt. 5, 175. Cremona numero colonorum, opportunitate fluminum, vbere agri, annexu connubiiſque gentium, adoleuit, floruitque Tacit. Hiſt. 3, 34. ¶ 3

Adoleſcere *in ſacrificiis pro incendi.* Virg. Georg. 4, 379 - - - adoleſcunt ignibus arae. *Vid.* ADOLEO: *et ſtatim* ADOLESCENS.

ADOLESCENS, entis. Partic. Creſcens. Frontin. Strat. 1, 5 extr. Ipſo motu adoleſcente flamma. Tertul. ad Nation. 1, 1 Adeo quotidie adoleſcentem numerum Chriſtianorum ingemitis. Ammian. 22, 18 Boryſthenes concurſu multorum amnium adoleſcens. *Nomen* Adoleſcens *mox ſeparatim* tractabimus.

ADVLESCO, is. *Inuenimus interdum in bonis libris pro* Adoleſco. Plin. Epiſt. 3, 3 Quibus omnibus ita demum ſimilis aduleſcet, ſi etc. *Sed Cortius et alii* adol. *Verum* in Terentio *vix aliter viri docti dedere quam* Aduleſcens.

ADVLTVS, a, um. [ἀνξηθείς, ἀνδρωθείς] *quum ad hominem refertur, qui adoleuit, i. e. creuit ad aetatem, quae adoleſcentia dicitur. Sed et de mutis dicitur, vt ipſum nempe* Adoleſco. Virg. Georg. 4, 162 - - - aliae ſpem gentis adultos Educunt foetus. Seruius, Educendo adultos faciunt. Plin. 11, 29 In Cyrenaica regione lex eſt ter anno debellandi eas: primo oua obterendo, deinde foetum, poſtremo adultas. *De locuſtis loquitur. Etiam de totis ciuitatibus* Cic. in Bruto 270 Qui non naſcentibus Athenis, ſed iam adultis fuerunt. Paterc. 2, 110, 2 Adulta viribus Dalmatia, omnibus tractus eius gentibus in ſocietatem adductis, ex conſtituto arma corripuit. ❡ 2 Adultus, *i. crematus, accenſus, certe,* Antias *ap.* Priſcian. l. 9 p. 872 Putſch. Eo omnes hoſtiae, vituli XXVII coniecti, et ita omnia adulta ſunt. *Sic* Apul. Met. 11 pag. 269, 16 Cum manu dextra gerebam flammis adultam Facem, *i. plane ardentem. Compar.* Plin. 10, 33 Adultioresque circumagi doceat, et foras ſaturitatem emittere, *de hirundinibus.* Aeſtas adulta Tacit. Ann. 2, 23, 1. Seruius ad Virg. Georg. 1, 43 Anni, *inquit,* quatuor ſunt tempora diuiſa in ternos menſes, qui ipſorum temporum talem faciunt diſcretionem: vt primo menſe Veris, *nouum* dicatur *Ver,* ſecundo *Adultum,* tertio *Praeceps:* ſicut etiam Salluſtius dicit vbique *Noua aeſtas, Adulta, Praeceps.* Sic *Autumnus* — *Item Hiems Noua, Adulta, Praeceps* vel *Extrema. Haec ille.* Aetatis adultae gradus ſcandere Lucret. 2, 1122. Aetate adulta puer Cic. Verr. 3, 160 c. 68. Artus adulti Stat. Silu. 4, 3, 14. Auctoritas Tacit. Ann. 1, 46. Autumnus Tacit. Ann. 1, 31. *Vid. modo* AESTAS. Sen. Oed. 49 Denegat fructum Ceres adulta: et albis flaua cum ſpicis tremat, Arente culmo ſterilis emoritur ſeges. Crinis Stat. Silu. 2, 1, 122. *i. adoleſcentuli.* Illa (Lacheſis) genas et adultum comere Crinem et monſtrare artes. Dialogo de Orat. 25 Quum fatear quaedam eloquentiae eorum, vt naſcenti adhuc, nec ſatis adultae defuiſſe. Nox Tacit. Hiſt. 3, 23. 3. Parthis nondum adultis *i. adhuc inualidis* Tacit. Hiſt. 5, 8. Peſtis Cic. in Catil. 1, 30. Robur Lucret. 2, 1130. Seditio Tacit. Hiſt. 1, 31. Seges Sen. Oed. 49. *Sed vid.* Ceres *p. a.* Virgo Cic. in Brut. 330. Hor. Od. 3, 2, 8. Vitia adulta, et praeualida Tacit. Ann. 3, 53.

ADOLESCENS, *vel* ADVLESCENS (*vt fere apud Terentium*) entis. c. [ἔφηβος, μεῖραξ, νεανίας] *Ortum e Participio Nomen: quo vocantur homines poſt pueritiam: quo vſque autem, vt fit in talibus, incertum.* Varro *ap.* Cenſorin. de die nat. c. 14 Quinque gradus aetatis aequabiliter putat eſſe diuiſos; vnumquemque ſcilicet praeter extremum, in annos XV. Itaque primo gradu, vsque ad annum XV pueros dictos — ſecundo ad XXX annum adoleſcentes, ab adoleſcendo ſic nominatos. In tertio gradu qui erant, vsque XLV annos iuuenes appellatos *etc. Non tantum apud Comicos paſſim* Adoleſcentes *vel* Adoleſcentuli *adeo appellantur, qui vxores habent; quo nomine etiam* Liuius 2, 3 Tarquinios *vocat maritos: Sed oſtendit Manutius ad* Cic. Fam. 2, 1. *Curioni ibi* adoleſcentiam *a Tullio tribui,* XXX *annis maiori; et eidem quatuor annis poſt a* Caeſ. B. C. 3, 38. *Sic eodem obſeruante,* pro Murena Adoleſcens *vocatur* Seruius Sulpicius, *qui annis tum* XXX *non minor eſſet. Sic* de Or. 2, 8 adoleſcens *ſcripſiſſe dicitur* Craſſus, *quae ante annum* XXXIIII *ſcripta non eſſe, poteſt oſtendi. Quin* Sall. Catil. 49, 2 Adoleſcentulum *appellat* Caeſarem *cum Pontificatum adipiſceretur, quod ante annum* XXXVI *non potuit. Ac denique* Phil. 2, 26 Brutus et Caſſius adoleſcentes *nominantur, quo anno Praeturam gerebant i. quadrageſimo:* Conf. Nep. Att. 8, 2 *et* 16, 1. *Denique* Liuius 9, 17 *de Alexandro M. qui anno aetatis* XXXIII *deceſſit,* Adoleſcens in incremento rerum, nondum alteram fortunam expertus, deceſſit. *Haec copioſe declarat Manutius. Add. Rob. Titius loc. controu.* 5, 16. *Douſa Sched. ſuccid. ad Tib. Et Cort.* ad Sall. Cat. 38, 1. *Itemque illud, quod* Plin. Ep. 1, 8, 3 Adoleſcentulum *ſe vocat, quo tempore* ſocrum habebat et agebat cauſſas, *anno aetatis, vt Maſſonus oſtendit, minimum* XXI. Marcellus IC. l. 69 D. de Leg. et fideicom. 3 Caeterum exiſtimari poſſet iuuenis is, qui adoleſcentis exceſſit aetatem, quoad incipiat inter ſeniores numerari. *Illud tandem conficitur, retinere hoc nomen vim verbi* adoleſcere. *Tam diu aliquis* Adoleſcens *dici poteſt, quam diu* adoleſcere *i. creſcere in illo vel corpus, vel animi vires indicare volumus. Et ad teneriorem etiam aetatem referri, patet ex* Liu. 8, 28 *vbi Publilius, quo ad malam libidinem abuti volebat Papirius* adoleſcens *vocatur.* ❡ 2 *Iam formulas et vſum loquendi perſequamur.* Cic. Off. 1, 122 Eſt igitur adoleſcentis, maiores natu vereri. Liu. 92, 3 Tarquinios adoleſcentes appellat, qui mariti iam erant. *Sic* Caeſar B. C. 2, 38 Curioni *iam Trib. plebis* adoleſcentiam *tribuit.* Plaut. Mil. 3. 1, 67 Tute me vt fateare faciam eſſe adoleſcentem moribus: Ita apud omnes tibi comparebo res benefactis frequens: *vid. reliqua.* Adoleſcens et vir vocatur Iſocrates a Cicerone in Orat. 41 *ex oratione Socratis apud Platonem in Phaedro extremo.* Cic. Fam. 2, 14 Hominem adoleſcentem non tam allicere volui, quam alienare nolui. Filia adoleſcens Cic. de Orat. 1, 117. et de Diuin. 1, 36. *Sic* Ter. Adel. 4, 7, 4 Eſt veritus Optimae aduleſcenti facere iniuriam. *Et* Hec. 1, 2, 64 Mater quod ſuaſit ſua aduleſcens Mulier fecit. Grauis et doctus adoleſcens Cic. de Fin. 1, 13. Laetae indolis. In INDOLES. Lectiſſimus. In LEGO. Perditus ac diſſolutus Cic. Tuſc. 4, 55. Id. Fam. 4, 5 Vt cum aliquo adoleſcente Primario coniuncta aetatem ageret? Probus Cic. pro Mil. 9 c. 4 *vbi plura Abram.* Verecundum decet eſſe adoleſcentem Plaut. Aſin. 5, 1, 6. *Opponuntur hinc* Adoleſcens *et* grandis. Hic et bella gerebat vt Adoleſcens, cum plane Grandis eſſet Cic. de Senect. 10. *Ab altera parte,* Adoleſcens *et* puer. Caeſar adoleſcens, paene potius puer. Cic. Philipp. 3, 3. *Et* Pueri ſiue iam adoleſcentis Idem Att. 6, 2. *It.* Fam. 11, 7. *Quam vicina ſint* adoleſcentia *et* iuuentus, *apparet ex illo* Quinct. 2, 2, 14 Pueros adoleſcentibus ſedere permixtos non placet mihi. Nam etſi vir talis — modeſtam habere poteſt etiam iuventutem etc. *Comparat.* Ter. Hec. Prol. 2, 3 Quo iure ſum vſus adoleſcentior. Cic. Fam. 9, 8 Noſti os illius adoleſcentioris Academiae. Beniamin adoleſcentior Hieron. Epiſt. 23. *conf.* Iſid. 12, 2.

ADOLESCENTIA, [ἐφηβία] *Aetas hominis poſt pueritiam vſque ad ſenectutem.* Cic. de Senect. 5 c. 2 Qui enim citius adoleſcentiae ſenectus, quam pueritiae adoleſcentia obrepit? Sen. Ep. 30 Quemadmodum ſenectus adoleſcentiam ſequitur, ita mors ſenectutem. Fretum adoleſcentiae. *Vid.* FRETVM. Haec Studia adoleſcentiam alunt Cic. pro Arch. c. 7. Obiecta morbis adoleſcentia Gell. 2, 1. Adoleſcentia, Flos aetatis Cic. in Topic. 32. Sen. Octau. . . Regenda eſt magis feruida adoleſcentia. Iniens. Vitia ineuntis adoleſcentiae magnis emandauit virtutibus Nep. 2, 1, 1. Cic. de Senect. 29 Libidinoſa etenim et intemperans adoleſcentia, effoetum corpus tradit ſenectuti. Lubrica *vid. h. v.* Proterua Cic. de Fin. 5, 62. Sumptuoſae adoleſcentiae homo Tacit. Hiſt. 4, 49. Ab adoleſcentia, *Vide* AB. Ineunte adoleſcentia. In INEO. Ab ineunte adoleſcentia. In AB. Iam a prima adoleſcentia me Muſae manſuetiores delectarunt Cic. Fam. 1, 9.

ADOLESCENTVLVS, Dimin. [μειράκιον] Cic. pro Flacco 51. Nep. Praef. n. 4 *coll.* 7, 2. Idem 22, 1, 1 Imberbis adoleſcentulus Cic. pro Domo c. 14. Gell. 18, 4 Cum iam adoleſcentuli Romae praetextam et puerilem togam mutaſſemus.

ADOLESCENTVLA, Dimin. [νεανίσκη] Ter. Andr. 1, 1, 91 Forte vnam aſpicio adoleſcentulam. *conf.* Plaut. Epid. 1, 1, 41.

ADOLESCENTIARI, [νεανιεύεσθαι] *Obſoletum pro Nondum ſatis habere modeſtiae.* Varro, Tu quidem vt facias cenſeo, quoniam tu quoque adhuc adoleſcentiaris. Ex Nonio 2, 25.

ADOLESCENTVRIRE, [μειρακιεύεσθαι] Adoleſcentium more facere. Laberius apud Nonium 2, 46 Incipiunt aduleſcenturire, et neſcio quid nugarum facere.

ADOLEFACTVS, Vet. Inſcriptio fratrum arualium *ſubiecta etiam Catoni a Geſnero* p. 127 ARBORVM ADOLEFACTARVM ET COINQVENDARVM, etc. *videtur idem, quod* ADOLENDARVM, *vbi vid.*

ADOLESCHOS, i. [ἀδόλεσχος] *Garrulus, nugator, loquax.* Cic. Att. 16, 11 Quod vereris, ne ἀδόλεσχος, mihi tu? quis minus? cui, vt Ariſtophani Archilochi Iambus, ſic epiſtola longiſſima quaequae, optima videtur.

ADOMINATIO, ōnis. f. *bona ominatio, in* Gloſſ. *v. Barth. ad* Stat. Theb. 2, 170.

ADONEVS, *Veteribus Latinis dictus videtur, qui Graecis* Adonis *vocatur* Plaut. Men. 1, 2, 35 Vbi aquila catamitum raperet, aut Venus Adoneum. Auſon. Epigr. 30 Ogygia me Bacchum vocat — Romana ſacra Liberum, Arabica gens Adoneum. Catull. 29, 9 Vt Albulus columbus Aidoneus. *Sic quidem vult* Voſſius p. 71. *Alii,* aut Adoneus. *Vid.* ADONIS.

ADŌNIS, is et idis. [Ἄδωνις] *Filius Cinyrae Cypriorum regis, et filiae ipſius Myrrhae: quem Venus in deliciis habuit, forma praecellentem. Hic apri dente ſub inguine percuſſus laceratusque proſternitur leto. Venus miſerata in florem Adonium (de quo deinde) qui eſt ſanguineo colore, eum transformauit, quin reuocauit plane ab inferis, ſi fides* Hygino f. 251. *qui et reliqua de illo tradit.* F. 164. 248. 271. *Add.* Macrob. Sat. 1, 21 *qui et hunc Solem eſſe autumat. More ſuo, id eſt iucundiſſime totam fabulam narrat* Ouid. Met. 10. *De conceptu* 300 ſqq. *De natiuitate ex matre iam arbore* 503. *De amoribus Veneris* 524. *De morte et reliquis* 710 ſqq. Adonidi nupſiſſe traditum eſt Venerem quartam, quae Aſtarte vocatur: Syria Tyroque conceptam Cic. de Nat. Deor. 3, 59. *Hinc Poëtarum epitheta intelligas,* Cinyreius, Auſonius Sectione 1. Epigram. Sic. Ouid. Met. 10, 712 et 730. Alii tamen legunt Cinareius, propterea quod Cinaram vocant, qui ab aliis Cinyras dicitur. Formoſus Virg. Ecl. 10, 18. Niueus Propert. 2, 10, 53. Auſon. Idyll. 6, 11 Et crocus auricomans, et murice pictus Adonis. Ploratus Veneri Ouid. de Arte Am. 1, 75. Adonidis horti *Graecis quam Latinis notiores, herbae et flores in vaſis mobilibus ſati. Neſcio an eodem pertineat* Plin. 19, 4 pr. *Vbi iungit* Heſperidum hortos, ac regum Adonis et Alcinoi. ❡ 2 Adonis *piſcis nomen.* Plin. 9, 19 ſ. 34 Miratur et Arcadia ſuum exocoetum, — idem aliquibus adonis dictus.

ADONĒVS, Adi. Ad Adonidem pertinens. Auſon. in Monoſyll. cap. de Hiſt. Caedis Adoneae mala gloria fulmineus ſus.

ADONIA, orum. [Ἀδώνια] *Sacra Adonidi dicata.* Ammian. 22, 9 Euenerat iisdem diebus annuo curſu completo, Adonia celebrari, ritu veteri, amato Veneris, vt fabulae fingunt, apri dente ferali deleto. *Reſpicit* Ouid. Met. 10, 726 Repetitaque mortis imago Annua plangoris peraget ſimulamina noſtri. *Loquitur Venus.*

ADONIVM, [ἀδώνιον] *Species eſt Abrotoni.* Plin. 21, 10 ſ. 34 *Quidam putant hanc herbam eſſe, quam ex Adonidis ſanguine ortum traxiſſe Poëtae fabulantur, atque inde Adonium appellatum. Quod tamen falſum eſſe Nicandri et Theophraſti teſtimoniis facile conuincitur, qui herbam illam Anemonem eſſe oſtendunt. Quo etiam alludit* Ouid. Met. 10 extr. *quos ſubiiciemus.* Flos e ſanguine concolor ortus

Qualem, quae lento celant ſub cortice granum,
Punica ferre ſolent, breuis eſt tamen vſus in illo.
Namque male haerentem, et nimia leuitate caducum,
Excutiunt Idem, qui praeſtant nomina, venti. (*οἱ ἄνεμοι.*)

ADONIVM, *Carminis genus apud Grammaticos. V. g.* Seruius Centim. p. 1820 Putſch. Adonium conſtat dimetro catalecto, vt eſt hoc, *Fundite fletus.*

ADOPĔRIO, ui, ertum, īre. [ἀποκρύπτω, καλύπτω] Operire, *aggerendo proprie* Columel. 4, 8, 1 Quod opus adopertas oſtendit aeſtiuas radiculas, *De ablaqueatione loquitur. Al.* adapertas *eodem ſenſu quod ad rem ipſam:* Adopertae *ante ablaqueationem,* adaperiuntur *per illam.* Aether adopertus nubibus Ouid. Faſt. 2, 75. Ouid. Faſt. 3, 235 Quid? quod hyems adoperta gelu tunc denique cedit, Et pereunt lapſae ſole tepente niues? Caput adopertum Liu. 1, 26 *it.* Epit. 89. Lumina ſomno Ouid. Met. 1, 714. Mors adoperta caput tenebris Tibul. 1, 1, 84.

ADOPERTE. Adu. Idem. Mart. Capella lib. 8. p. 303. Penſa Lacheſis adoperte denuntiat Genethliacae. *i. Fata obſcure ſignificat.*

ADOPĪNOR, āri. [προσδοξάζω] *Opinando adiicio.* Lucret. lib. 4, 814 Deinde adopinamur de ſignis maxima paruis, Ac nos in fraudem induimus fruſtramur et ipſi.

ADOPPETO, Pro Oppeto. *Laudatur* Apul. Met. 7. Colu. p. 110. Fortiſſimum quemque variis quidem ſed impigris caſibus adoppetiſſe. *Elmenh. legit,* oppetiiſſe. Sed Pricaeus p. 134, 33 Adoppetiſſe, *i. vnum poſt alterum oppetiſſe.*

ADOPTO, as, āre. [εἰσποιέω, υἱοποιέω, υἱοθετέω] *Optando i. eligendo aſciſcere.* Plaut. Ciſtel. 4, 2, 78 Sociam te mihi adopto ad meam ſalutem. Cic. Diu. in Verr. 64 c. 20 Tum illa erat cauſa iuſtiſſima, quod eum ſibi Achaei patronum adoptarent. Cic. Fam. 5, 9 Ego autem quem potius adoptem, aut inuocem, quam illum quo de-

fendente vincere didici? Cic. Diuin. in Verr. 54 c. 16 Prouincia accuſat, cum is agit cauſam, quem ſibi illa defenſorem ſui iuris, vltorem iniuriarum, actorem cauſae totius adoptauit. ¶ 2 *Verbum iuris eſt, et ſignificat Filii loco ſibi adſumere, et pro Filio deinde habere, qui Filius natura non eſt.* Cic. pro Dom. ſua 34 c. 13 Quod eſt, Pontifices ius adoptionis? Nempe vt is adoptet, qui neque procreare iam liberos poſſit, et cum potuerit, ſit expertus. *Perſequitur deinde ius illius rei, cuius ſumma videtur* n. 36 Vt haec ſimulata adoptio Filii quam maxime veritatem illam ſuſcipiendorum liberorum imitata eſſe videatur. *Add.* Gell. 5, 19 *Summa eſt*: Adoptantur, cum a parente, in cuius poteſtate ſunt, tertia mancipatione in iure ceduntur; atque ab eo qui adoptat, apud eum, apud quem legis actio eſt, vindicantur. Arrogantur ii, qui cum ſui iuris ſunt, in alienam ſeſe poteſtatem tradunt, eiusque rei ipſi auctores fiunt. *etc. Vid. Perizon. Animadu.* cap. 3 p. 125. *De nominibus adoptatorum Spanh. de Vſu et Praeſt. Num. diſſ.* 10 p. 77 *Ritum ipſum graphice expoſuit H. Noris Cenotaph. Piſan.* p. 85. Plaut. Men. prol. 60. Adoptat illum puerum ſubreptitium ſibi filium. *Dicitur etiam* pro Filio ſibi adoptare Cic. pro Domo ſua 37. et Plaut. Poenul. prol. 119 *It.* In locum. Publicus parens in locum liberorum adoptaſſe ſibi populum videbatur Flor. 1, 9, 5. Hegelochus apud Curtium 6, 11, 25 *in Alexandrum inuehens* Et nos, *inquit*, ſi viri ſumus a Dîs adoptabimur. *Dicitur etiam* Filius adoptare patrem. Plin. 9, 16 ſ. 22 Siculo bello, ambulante in litore Auguſto, piſcis e mari ad pedes eius exſiliit: quo argumento vates reſpondere, Neptunum patrem adoptante tum ſibi S. Pompeio (tanta erat naualis rei gloria) ſub pedibus Caeſaris futuros, qui maria tempore illo tenerent. ¶ 3 Adoptare ſe alicui ordini, *pro Inſerere, immiſcere, ſemetipſum.* Plin. 12, 1 Qui ſe potentiae cauſa, Caeſaris libertis adoptaſſet ſpado Theſſalicus. Cic. in Bruto 241 Et C. Stalenus, qui ſe ipſe adoptauerat, et de Staleno Aelium fecerat, *i. cum ex Aelia familia non eſſet, Aelium ſe appellarat Moris enim erat, vt adoptati nomen familiae et gentis in quam tranſibant, aſſumerent. Sic* C. Octauius *poſt adoptionem* Iulii Caeſaris *vocatur* C. Iulius Caeſar Octauianus. *Vid. Spanh. l. c.* Plaut. Poenul. 4, 2, 82 Is in diuitias homo adoptauit hunc, quum diem obit ſuum, *de ſeruulo herede ſcripto.* Cic. de Clar. Orat. 77 c. 19 Filius quidem eius, is qui hunc minorem Scipionem a Paullo (*patre naturali*) adoptauit. Sibi nomen, *h. e. Alienum nomen aſſumere, ſuo immutato.* Martial. 4, 31 Ergo aliquod gratum Muſis tibi nomen adoptes. Vitr. 7 praef. Zoilus adoptauit cognomen, vt Homeromaſtix vocitaretur. Plin. 25, 7 Mulieres quoque hanc gloriam affectauere. In quibus Artemiſia vxor Mauſoli, adoptata herba quae antea parthenis vocabatur, *i. de ſuo nomine appellata.* ¶ 4 *Metaph. ad rem ruſticam transfertur, v. g.* Ouid. de Rem. Amor. 195 Venerit inſitio: Fac ramum ramus adoptet Stetque peregrinis arbor operta comis. *Sic* Col. 10, 39 Aliena ſtirpe grauata Milis adoptatis curuetur frugibus arbor. *Vid.* ADOPTIVVS.

ADOPTATVS, Partic. [πρόσευκτος] Cic. Att. 7, 7 Adoptatus a plebeio patricius. Adoptatus Agrippa Vell. 2, 104, 1. Cic. de Clar. Orat. 212 Liciniae filius Craſſi teſtamento adoptatus. ¶ 2 *Quin* Adoptare *fuerit ſimpliciter dictum pro* Optare *non ſinit nos dubitare* Ciceronis *locus* Fam. 16, 21 Quorum mihi fuit aduentus adoptatiſſimus. *Ita meliores omnes libri praeſertim Palatt. Codd. Sic dedere Graeu. et Gron.*

ADOPTANDVS Cic. Att. 8, 3 Ille ni Clodio adoptando Augur.

ADOPTATIO, ōnis. f. [υἱοθεσία] *Idem quod* Adoptio: *ſed in vſu rariſſimum.* Gell. 5, 19 Quod per praetorem fit, adoptatio dicitur: quod per populum, arrogatio, *et deinde ſemel iterumque. Sed quod laudatur etiam* Plin. Paneg. 5, 1 *incertum nimis eſt. Accuratiſſimi quique dederunt* Adoptio. *Vid.* Arntz. *Videtur nomen ex antiquitate iuris repetitum, vt* Adoptator.

ADOPTATICIVS, [εἰσποιητικὸς] Feſtus, Adoptaticius, ex adoptato filio natus. Plaut. Poen. 5, 2, 100 Demarcho item ipſe fuit adoptaticius. *Quo in loco, pro* Filio adoptiuo *ſumitur. Add. ib.* v. 85.

ADOPTATOR, ōris. m. [υἱοθέτης] *Dicitur qui aliquem adoptauit.* Vid. ADOPTIVVS. Pater adoptator Gell. 5, 19 *Forte ex oratione Scipionis, quam ibi laudat Gellius.*

ADOPTIO, ōnis. f. [υἱοθεσία] *Forte contractum ex veteri* Adoptatio: *vt* Optio. Cic. pro Domo ſua 34 c. 13 Quod eſt pontifices, ius adoptionis? nempe vt is adoptet, qui neque procreare iam liberos poſſit: et quum potuerit, ſit expertus. *conf. ib.* c. 14 et Att. 7, 7 *Vid.* ADOPTO. Quinctil. 3, 6 Qui ex duobus legitimis alterum in adoptionem dederat, alterum abdicauerat, ſuſtulit nothum, etc. *Sic* Sueton. Tib. 2 In adoptionem ſe dare plebeio. *Vid.* titulum de Adoptionibus in Pandectis. In adoptionem adſciſci Spartian. Hadrian. cap. 4. Suet. Claud. c. 39 Adſciturus in nomen Familiae Neronem, quaſi parum reprehenderetur, quod adulto iam Filio priuignum adoptaret, identidem diuulgauit, neminem vnquam per adoptionem Familiae Claudiae inſertum. Id. Tib. 15 Adoptione amittitur ius patrisfamilias. Auunculus meus idemque per adoptionem pater Plin. Epiſt. 5, 8. ¶ 2 *Eſt etiam Metaphorae locus* Col. 9, 13, 9 *De apibus.* Nec tamen dubium, quin frequentiſſimorum examinum faui, qui iam maturos habent pullos, transferri, et ſubiici paucioribus debeant, vt tanquam nouae prolis adoptione domicilia confirmentur. *Sic* Plinius *de inſitione* ipſo principio l. 16 Pomiferae arbores, quaeque mitioribus ſuccis voluptatem primae cibis attulerunt, et neceſſario alimento delicias miſcere docuerunt, ſiue illae vltro, ſiue ab homine didicere blandos ſapores adoptione, et connubio, idque munus etiam feris volucribusque dedimus, intra praedictas conſtant.

ADOPTĪVVS, [εἰσποιητὸς, θετὸς] *Relationem* adoptantis *vel* adoptati *exprimit.* Gell. 5, 19 Id etiam eum culpauiſſe, quod filius adoptiuus patri adoptatori inter praemia patrum prodeſſet. *Et ex Oratione* P. Scipionis Filium adoptiuum tam procedere, quam ſi ſenatum habeat. Cic. pro Domo ſua 35 c. 13 Tu neque Fonteius es, qui eſſe debebas: neque patris haeres, neque amiſſis ſacris paternis, in haec adoptiua veniſti. *h. e. in ſacra adoptatoris tui Fonteii.* Pallad. de Inſit. 20 Quae ſit adoptiuis arbor onuſta comis. *Add.* v. 144. 160.

ADOPTARIVS, Adoptarius puer ex adoptato natus. In Iſidor. Gloſſ.

ADOPTABILIS, *i. Optabilis vehementer*, ICt. Cod. 11 t. 11 l. 1 Quod in cultu ornatuque noſtro ſacrum et adoptabile eſt.

ADOR. n. Feſtus, Ador, Farris genus, Edor quondam appellatum ab edendo: vel quod aduratur vt fiat toſtum, vnde in ſacrificio mola ſalſa efficitur. Nonius 1, 261 Ador, Frumenti genus, quod epulis et immolationibus ſacris pium putatur etc. *Vid.* FAR. *Indeclinabile vocant: Sed* Adŏris, genitiu. Auſon. in Monoſyll. cap. de Cibis p. 481 *Toll.* Mox ador, atque adoris de polline pultificum far. Gannius vero Poëta vetus producit apud Priſcian. 6 p. 700 *Putſch.* Emicat in nubes nidoribus ardor adoris. *Qui tamen et ipſe alibi corripuit his verſibus* Hic adoris dat primitias, ſibi ſanguine libat. *Et* illum ſponte ſatos adoris ſtrauiſſe maniplos. *Vnde Scaliger exiſtimat Veteres* Adus, adŏris, *pen. cor. in neutro, et* Ador adōris, *pen. prod. in maſc. dixiſſe*, vt Decus, et Decor. Vid. *eum ad Feſt. h. v. Neutrum certe eſt* Hor. Sat. 2, 6, 88 Quum pater ipſe domus palea porrectus in horna Eſſet ador, loliumque, dapis meliora relinquens.

ĂDŌREA, ae, *Proprie Omnis ex agro prouentus. Vnde poſtquam praemium militibus parta victoria frumentum fuit*, Adorea *pro* Laude *et* gloria *accipi coepta eſt* Scalig. Coniect. ad Varron. p. 16. *Et ante eum Hermol. Barb. in Plinium. Melius, puto, quam ipſe* Feſtus, *qui* Adoream, *inquit* Laudem ſiue gloriam dicebant veteres, quia glorioſum eum putabant eſſe, qui farris copia abundaret. *Illam priorem ſententiam firmat* Plin. 18, 3 Dona enim ampliſſima imperatorum ac fortium ciuium quantum quis vno die plurimum circum arauiſſet Item quartarii farris aut heminae conferente populo. *Et quibusdam interiectis* Gloriam denique ipſam a farris honore adoream appellabant. *Hinc* Plautus Amph. 1, 1, 38 Qui praeda atque agro, adoreaque affecit populares ſuos. Horat. Od. 4, 4, 41 Et pulcher fugatis Ille dies Latio tenebris, Qui primus alma riſit adorea. Apul. Met. 3 p. 137, 29 *Elm.* Ergo poſſum — mihi primam iſtam virtutis adoream — numerare. *Et* Met. 7 p. 194, 40 Vt Domi foriſque fortibus factis adoreae plenae gloriarer. Adoreae triumphales *ſunt* Sidon. 7, 13 Vet. Gloſſ. Adorea δόξα ἡ ἀπὸ τοῦ πολέμου. Sic Hortantes acuiſſe animum bellantis, vt illos metus habebat aut propinqua adorea Terentian. Maur. de Metris. *Nempe* Adorea *int.* gloria *eſt ab*

ADOREVS, Adi. Varro de R. R. 1, 9, 4 Periti in loco humidiore far adoreum potius ſerunt, quam triticum. *Add.* Colum. 11, 2, 74 *et* 2, 6, 3. Plin. 18, 3 Frumenti genera — vulgatiſſima, Far quod adoreum veteres appellauere, ſiligo, triticum. Id. 18, 17 In creta et rubrica et aquoſiore agro adoreum ſeri, Catonis ſententia eſt. *Reſpicit ad* R. R. 34, 2 *vbi* ſemen adoreum *appellat* Cato. *Quo nomine vtitur etiam* Col. 2, 6, 1 *Qui mox* n. 2 *ſimpliciter* Adoreum *appellat, eiusque* genera quatuor *enumerat*, far Cluſinum, venuculum (*vermiculum ſuſpicor, Geſnerus*) ſ. rutilum, candidum, trimeſtre. *Add.* Pall. Sept. 2 *et* Oct. 1. *Caeterum in Lexico ruſtico propoſui, quod nondum poenitet, videri* adoreum *eſſe illud genus quod* Dunckel *appellat Superior Germania. Habet enim, teſte* Col. 2, 8, 5 Folliculum firmum et durabilem, *qui tritura ordinaria non decedit, ſed peculiari machinatione, molis ſuſpenſis elidendus eſt, et vento arte excitato abigendus. Porro duplex fere* adorei *modus, quam tritici ſerendus eſt, vid.* Col. 2, 9, 1 *quod praeclare conuenit in frumentum tam ampli folliculi etc.* Virg. Aen. 7, 109 — et adorea liba per herbam Subiiciunt epulis. Columel. 2, 6, 3 Frumenta, triticum, et ſemen adoreum. Stat. Silu. 1, 6, 10 Vix aurora nouos mouebat ortus, Iam bellaria adorea pluebant.

ADORIOSVS, Adoream ſaepe adeptus, Gloſſ. Lat. Gr. ἔνδοξος.

ADORDINO, āre. Vt Adordinare patellam Apic. 4, 2 p. 113 *i. componere ea, quae inſunt.*

ADORDIOR, īri. *Idem quod ſimplex.* Ambroſ. lib. 1. Officior. Poſtea nunquam niſi conſulto Domino bellum adorſus eſt.

ADORIOR, īris vel ĕris, ortus ſum, vel orſus ſum, (*quod tamen videtur eſſe inuſitatius*,) īri, [ἐπιχειρέω, ἐπιτίθεμαι, εἰσβάλλω] Oriri aduerſus *aliquem et inſurgere, i. Aggredi ſignificat, et inuadere quouis modo:* Ter. Adelph. 3, 3, 50 Adortus iurgio fratrem apud forum de pſaltria iſtac. Cic. Verr. 4, 89 Poſtremam enim quamque nauem piratae primam adoriebantur. *Reperitur et* Adorio *actiua forma* ex Naeuio *apud* Priſcian. lib. 8 p. 801 Hectore proficiſcente tunc ipſos adoriant. Adoritur *ex quarta coniugatione* Lucret. 3, 514 Commutare animum quicunque adoritur, et ipſum. Adoriri ciuitatem Liu. 1, . . Aliquem gladiis et fragmentis ſeptorum, et fuſtibus Cic. pro Sextio 79 c. 37 Id. Verr. 2, 37 Hominem id aetatis quam tumultuoſiſſime odoriuntur. Aliquem a tergo. Liu. 3, . . Cic. pro Milon. 29 c. 10. Id. de Orat. 2, 205 Ne conuellere adoriamur ea, quae non poſſunt commoueri. Fortuna eum demergere eſt adorta Nep. 10, 6, 1. *Conf.* 8, 2, 5. Virg. Aen. 6, 396 Hi dominam ditis thalamo deducere adorti. *Etiam de literario opere* Cic. Att. 16, 2 extr. Ἡρακλείδειον — adoriemur, *i. librum Heraclidis Pontici exemplo et more incipiemus.*

ADORTVS, [ἐπικεχειρηκὼς] Partic. Ouid. de Ponto 2, 2. 16 - - et nullum maius adorta nefas. Virg. Aen. 7, 386 Maius adorta nefas, etc. *Vbi aliqui* MSS. Adorſa *legunt.* Arcem oppugnare adortus Curt. 3. 1, 6. *Raderus hic etiam mauult* Adorſus *ab* Adordior. adde Nep. 9, 4, 4. Flor. 1, 3, 4. 3, 1, 13. et 4, 12, 44. ¶ 2 *Paſſiue* Aurelius apud Priſcian. 8. p. 791 Ex his Gallos adortos ex inſidiis plurimos necatos. *Vulgo etiam tribuitur* Floro 2, 6, 46 Cum vrbem tantum non adortam reliquiſſet. *Sed in omnibus* MSS. *legunt et reſtituunt hodie* Adoratam.

ADORIENDVS, Adi. [ἐπιχειρητέος] Auctor ad Heren. 2, 7 Occaſio quaeritur, idoneane ſatis fuerit ad rem adoriendam, an alia melioro.

ADORNO, āre. [ἐπικοσμεῖν, παρασκευάζειν] *Addita re aliqua Ornare* Liu. 1, . . Flaminem Ioui aſſiduum ſacerdotem creauit, inſignique eum veſte et curuli regia ſella adornauit. Cic. Verr. 1, 58 Vidi forum comitiumque adornatum magnifico ornatu. Quinctil. 7, 2, 47 Hanc communem omnium legem leuiter adornabit, vt iuſtam *i. adiiciet aliquid, quo oſtendat, iuſtam eſſe.* Plin. Epiſt. 1, 8 Ii vero qui benefacta ſua verbis adornant, non ideo praedicare quia fecerint: ſed vt praedicarent, feciſſe creduntur. *Add.* Curt. 3, 3, 11 *et* 18. Ter. Eun. 3, 5, 34 - - Continuo hae adornant, vt lauet, *i. apparant.* Plaut. Epid. 5, 2, 25 Tragulam in te iniicere adornat. *i. Molitur et parat te decipere.* Adornare bellum Liu. 10, 38. Comparationem criminis Cic. pro Cluent. 191. *i. Comparare et fingere crimen.* Fugam Ter. Eun. 4, 4, 6. Galeas, ſcuta, gladios Plin. 32, 2 et 19, 34. Mare claſſibus, firmiſſimisque praeſidiis. Cic. pro lege Manil. 35. Naues Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 26 *pro Inſtruere.* Nuptias Plaut. Caſ. 2, 6, 67. et in Aulul. 2, 1, 35. Petitionem conſulatus Cic. pro Muren. 46. Teſtium copiam Cic. pro Cluent. 18 *i. Comparare.* Id. Fam. 11, 14 Mirabiliter mi Brute laetor, mea conſilia, measque ſententias a te probari de Decemuiris, de adornando adoleſcente. *Sed editur hodie* Ornando.

ADORNANDVS, a, um. Quinctil. 5, 13, 56 In his probandi ratio refutandique eſt, ſed adiuuanda viribus dicentis et adornanda.

ADORNATVS, vt Adornatus virtutibus Vell. 2, 2, 2. Donis Id. 2, 121, 3 Tunicae gemmis adornatae Curt. 3, 3, 13. Armis maximo cultu adornati

adornati Id. 5, 9, 1. Adornata verbis in ſpeciem Tac. A. 1, 52, 2. Id. Ann. 12, 13, 4 Equos venatui adornatos ſiſtant.

ADORNATE, Adu. Suet. de Rhet. cap. 6. Declamabat ſplendide atque adornate, *i. cum apparatu quodam eloquentiae.*

ADŌRO, āre. [προσκυνέω, προσεύχομαι] *Ex ipſa etymologia ſua ſignificat*, ore ad ſ. *apud aliquem uti.* Feſtus apud antiquos ſignificabat, Agere. Vnde et Legati, Adoratores dicuntur, quia mandata populi agunt. *Hinc Antonius Auguſtinus rectiſſime et ingenioſiſſime vidit* in lege 12 tabb. Si adorat furto, quod nec manifeſtum erit: adorare *eſſe agere.* Furti ne adorato Ibid. *Aliquoties ita ſtudioſus antiquitatis Apuleius, v. g.* Met. 2 p. 127, 30 *El.* Imo cum gemitu populum ſic adorat. *Et* l. 3 p. 130, 21 Populum ſic adorat, *i.* alloquitur. Seruius ad Aen. 10, 677 Volens vos Turnus adoro: Adorare veteribus eſt alloqui. *Magis etiam ad verba, quam ad geſtum venerabundum, de quo mox dicemus, reſpexit* Statius Silu. 3 praef. Herculem — in litore tuo conſecratum ſtatim vt videram his verſibus adoraui. *Et* 4 praef. Primo ſeptimum decimum Germanici noſtri conſulatum adoraui. ¶ 2 *Geſtum et actionem corporis notat, quo in honore Deorum hominumque uti Solebant.* Plin. 28, 2 ſ. 5 In adorando dextram ad oſculum referimus totumque corpus circumagimus Suet. Vitell. 2 C. Caeſarem adorari vt Deum conſtituit, cum reuerſus ex Syria non aliter adire auſus eſſet, quam capite velato circumuertensque ſe, deinde procumbens. *Conf.* Plaut. Curc. 1, 1, 69. Apul. Apol. p. 310, 31 *Elm.* Si fanum aliquod praetereat, nefas habet adorandi gratia manum labris admouere. *Et omnium diſertiſſime* Id. Met. 4, p. 155, 24 Inaceſſae formoſitatis admiratione ſtupidi, et admouentes oribus ſuis dextram, primore digito in erectum pollicem reſidente, vt ipſam prorſus deam Venerem religioſis adorationibus venerabantur. Min. Fel. 2, 5 Caecilius ſimulacro Serapidis denotato, manum ori admouens, oſculum labiis impreſſit, *i. adorauit.* Hier. adu. Rufin. 1, 5 Qui adorant, ſolent deoſculari manum, et capita ſubmittere. *Eundem apud Graecos adorationis, i.* προσκυνήσεως *rationem fuiſſe ex Luciano conſtare poteſt.* *Demoſt. Encom.* 2, p. 797 *de Demoſthene venenum ex calamo vel annulo ſugente,* τὴν χεῖρα τῷ ϛόματι προσαγαγόντος ὐδὲν ἀλλ' ἢ προσκυνεῖν ὑπελάμβανον. *Quin antiquiſſimus* Hiobi liber 31, 26 et 27 aperte huc reſpicit. *V. P. Pithoeum Aduerſ. Subciſiu. Lect.* 1, 7. *Lipſ. Elect.* 2, 6. *H. Grot. Explicat. Decal. Itaque religioſum cultum omnem paſſim ſignificat.* Arnob. l. 1 p. 20 Hominem natum, et — crucis ſupplicio interemtum — quotidianis ſupplicationibus adoratis. Id. l. 3 p. 101 In hoc (Deo patre) omne — quod adorari conuenit adoramus. *Sed paullo poſt*, Atque vt in terreſtribus regnis neceſſitate nulla compellimur, regalibus in familiis conſtitutos nominatim cum principibus adorare. *Sic* Mamertinus Pan. 2, 11, 1 Admiſſis, qui Sacros vultus adoraturi erant, *Neque enim hoc geſtu Deos tantum, aut Imperatorum numen ſed etiam populum colebant.* Vetus Epigramma de Pantomimo, Ingreſſus ſcenam populum ſaltator adorat. Suet. Neron. 12 Citharam a Iudicibus delatam adorauit ferrique ad Auguſti ſtatuam iuſſit. Tacit. Hiſt. 1, 36, 4 Nec deerat Otho protendens manus adorare vulgum, iacere oſcula. *Aliis verbis idem dicit* Ann. 16, 4, 3 Poſtremo flexus genu et coetum illum manu veneratus ſententiam iudicum operiebatur. *Nam et quouis modo Venerari aliquem* Adorare *dicebant; quemadmodum et Graeci ſuo* προσκυνεῖν *leguntur vſi, De quo Grotius l. c. Summam et diuinam venerationem exprimit etiam illud* Stat. Theb. 12 verſu a fine tertio, Nec tu diuinam Aeneida tenta, Sed longe ſequere et veſtigia ſemper adora. B. Hieron. de Vita Malchi. Peruenimus ad interiorem ſolitudinem: vbi dominam liberosque ex more gentis adorare iuſſi, ceruices flectimus. Sic Eumen. Paneg. pro Reſtaur. Schol. cap. 11 Hoc ego ſolatium, quantum ad honorem pertinet, adoratum accipio. *Quam lectionem et Liuineius ſequitur et confirmat Gruterus, quanquam alii, inter quos ipſe etiam Scaliger eſt,* Adaeratum *legunt. Tribuitur et Mutis.* Elephanti regem adorant Plin. 8, 1. *Add.* Martial. de Spectac. 17. ¶ 3 *Optare ſimpliciter interdum ſignificat, v. g.* Propert. 1, 4, 27 — maneat ſic ſemper adoro. Plura dabit Broukhuſ. ad loc. Inde Precari, Vota offerre. Ouid. Triſt. 1, 3, 41 Hac prece adoraui ſuperos ego, pluribus vxor. Virg. Aen. 2, 700 Affaturque Deos et ſanctum ſidus adorat. Et Aen. 10, 670 Volens vos Turnus adoro. Et Liu. 6, 12 Romanus Dictator caſtris eo die poſitis, poſtero cum auſpicato prodiiſſet, hoſtiaque caeſa Pacem deûm adoraſſet, laetus, etc. Id. 38, 43 Quos adorent, ad quos precentur et ſupplicent, Ambracienſibus non ſupereſſe. Tertull. de Orat. . . . Docuerat et Iohannes diſcipulos ſuos adorare. *Et ſic paſſim* Vulg. *v. g.* Io. 4, 20 ſqq. Id. Tertull. de Idol. c. 7 Attollere ad Deum patrem manus matres idolorum: his manibus adorare, quae foris aduerſus Deum adorantur. *Sermo eſt de ſabro idolorum ſtatuario. Huius* manus *ſunt* matres *operum; hae* adorantur *in imaginibus, quas fecere. Nihil hic emendatrice manu opus erat.* ¶ 4 *Admirari ſignificat* Plin. 27, 1 Quantoque maior copia herbarum dicenda reſtat, tanto magis adorare priſcorum in inueniendo curam, in tradendo benignitatem ſubit.

ADŌRANS, Ouid. Triſt. 2, 291 Adoranti Iunonia templa, ſubibit etc. *Sic* Id. Faſt. 3, 348 Dixit, adorantem deſtituitque Numen. *Verbum* προσκυνῶν *ita reddit* Vulg. Matth. 20, 20.

ADORĀTVS, Lucan. 6, 243 Magnus adorato ſubmittat Caeſare ſigna. Prudent. Periſteph. 4, 38 Adoratae cineres puellae. Flor. 2, 6, 46 *De Hannibale*, Cum vrbem tantum non adoratam reliquiſſet. *Al.* adortam. *Sed illud et libri firmant, et orationis ſeries. Dixerat*, Vt diuinitus hoſtem ſubmoueri videretur. *Agnoſcit ergo diuinum illud Hannibal.* Stat. Theb. 6, 664 Adorato rediit ingloria diſco. Ouid. Met. 9, 350 Adoratis Nymphis. Eumen. Pan. 3, 11, 3 Hoc ego ſalarium, quantum ad honorem pertinet, adoratum accipio, *i. gratus, venerabundus. Et* 4, 5, 1 Adoratae ſunt mihi Sarmaticae expeditiones *i. cum veneratione laudatae.*

ADORATIO, onis. f. [προσκύνησις, προσευχὴ] *adorandi actus* Plin. 28, 2 Cur et faſcinationibus adoratione peculiari occurrimus? *i. Precatione. vt* Venerem religioſis adorationibus venerabantur Apul. Met. 4 p. 155.

ADORĀTOR. Tertull. de Spectac. 8 Si Capitolium ſi Serapeum ſacrificator et adorator intrauero. *Adde* Vulg. Ioh. 4, 23.

ADORABĬLIS. Dignus adoratione. vt, Adorabile beneficium Apul. Met. 11 p. 265 Elmenh.

ADOSCVLOR, āri. Adoſculari genas atque omnem vultum Dict. Cret. 2, 51.

ADOXVS, Adi. [ἄδοξος] *Inglorius, infamis, abſurdus.* Phauorinus apud Gell. 17, 12 differens de materiis infamibus, ſiue inopinabilibus, Quas Graeci (inquit) ἀδόξυς καὶ ἀτόπυς appellant. Quinct. 4, 1, 40 *inter* Genera cauſarum *refert* ἄδοξον *et interpretatur* humide, *cui etiam* turpe ſubiiciatur.

## A D P

ADPANGO *vel* APPANGO *vel* APPINGO, ere. Feſt. in Antipagmenta. *Conf.* APPINGO.

ADPARIO, ĕre. *i. Acquirere, adiungere ſibi.* Lucret. 2, 1108 — vnde Adpareret ſpatium caeli domus. *Sic reſtituit ex Vet. lib. Giſanius.*

ADPATVLVS, a, um. Omnia vero adpatula Varr. L. L. 6, 3 *i. aperta, perſpicua.*

ADPECTŎRO, are. *Applicare ad pectus.* Gloſſ. Iſidor. *Hinc*

ADPECTORATVS. Solin. cap. 39 Canes interdum adpectoratas fouent. *Alii* Ad pectora eas. *Sed* adpectoratas *probat* Salmaſ. ad h. l. p. 224.

ADPEREO. [προσαπόλλυμι] Laudatur ex Plauto, Adperire aliquem amore, *vt ſit idem, quod* Perire.

ADPERTINEO, ĕre. Fons ad ipſam adpertinet Innocent. de Caſ. p. 221 Goeſ. Eidem adpertinet Id. ib. p. 232.

ADP. *in reliquis vid.* APP.

ADPVGNO, āre. *Contra pugnare, ſeu Oppugnare, eſt in optimis quibusque libris.* Tacit. 2, 81, 1 Interim Piſo claſſem haud procul operientem adpugnare fruſtra tentauit. Et alii caſtra Romana adpugnarent Ann. 4, 48, 3. *Add.* 15, 13, 1.

ADPVLSVS. In APPELLO, is.

## A D Q

ADQVIESCO, ADQVIRO, *vid.* ACQ.

ADQVO, [ὅσον] *pro Inquantum, Quousque, formatum vt* Adeo. Afran. Promo, Vt ſcire poſſis adquo te expediat loqui. Idem Priuigno, Ni tantum amarem talem tam merito patrem, Iratus eſſem adquo liceret. Non. 2, 63.

## A D R

ADRACHNE, es. [ἀδράχνη] *De hac audiamus* Plin. 13, 22 ſ. 40 Adrachnen omnes fere Graeci portulacae nomine interpretantur, cum illa ſit herba, et Andrachne vocetur, vnius literae diuerſitate. Caeterum Adrachne eſt ſilueſtris arbor, neque in planis naſcens, ſimilis onedoni, folio tantum minore, et nunquam decidente: cortice non ſcabro quidem, ſed qui circumgelatus videri poſſit, tam triſtis adſpectu eſt. *Add.* 16, 21 ſ. 33. *Et* 17, 24 ſ. 37, 9.

ADRĀDO, ſi, ſum, ĕre. [ἐπιξέω] *Radendo aggredior, atque adeo Abrado.* Scobinam ego illam actutum adraſi Plaut. ap. Varr. L. L. 6, 3. Columel. de Arborib. 8, 1 Ita ne medullam laedas adradito. *Et paullo poſt*, Et paratos ſurculos in fiſſuram demittito, eatenus qua adraſi ſunt. Id. 5, 11, 5 Ea fine, qua adraſeris, ſurculos ſic inſerito. *Add.* Plin. 17, 15.

ADRASVS, a, um. Conſpexit, vt aiunt, Adraſum quendam vacua tonſoris in vmbra Cultello proprios purgantem leniter vngues Horat. Ep. 1, 7, 50 *i. libertinum, ſecundum Marcilium in Not. vel recens raſum ſimpliciter: praeconem fuiſſe, deinde docet.*

ADRAMYTTĒON, *vel* ADRAMYTTIVM, [Ἀδραμύττειον] *ſiue, vt apud* Plinium 5, 30 ſ. 32 *legitur*, ADRAMYTTEOS, *Ciuitas eſt litoralis in maiore Myſia, ſiue Aeolide: ita dicta ab Adramytto conditore, Alyattae filio, et Croeſi fratre, vt tradidit Ariſtot. in Politic. Alii a Mercurio nomen accepiſſe ferunt, quem Lydi Phrygia lingua Adramyn vocant. Thucyd. lib. 5.* Ἀτραμύττειον *vocat: quam ſcripturam etiam Steph. agnoſcit.*

ADRAMYTTĒNVS, [Ἀδραμυττηνὸς Stephan.] *Ciuis ex* Adramytteo Cic. pro Flacco 31. Conuentum Adramyttenum *memorat* Plin. l. c.

ADRANA. [Ἄδρανα] *Fluuius Chattorum in Germania*, Tacit. Ann. 1, 56 *hodie* Eder *in ſiniſtrum Viſurgi influens.*

ADRAPIDVS. *Laudatur* Gell. 12, 5 Adrapida febri afflictari. *Sed Gron.* rapida.

ADRARRHIZA. f. *Herba, aliis* Ariſtolochia. Apul. de Herb. c. 19.

ADRASTĒA, *Regio, et Ciuitas eiusdem nominis non longe a Troade, Myſiae, vbi Alexander pugnauit cum Perſarum exercitu iuxta Granicum flumen.* Plin. 5, 32. *Hinc dicti*

ADRASTII campi [Ἀδραςείας πεδίον Steph.] *vbi* prima congreſſio *Alexandri et Darii* fuit Iuſtin. 11, 6.

ADRASTĒA, [Ἀδράςεια] *Iouis ac Neceſſitatis filia, ſcelerum vindex acerrima, quam nemo flagitioſus neque magnus, neque paruus, vi aut clam effugere poteſt, quae Graeci nominis vis eſt.* Apul. de Mundo p. 75, 35 Elm. Fatum — Adraſtea, eademque ineffugibilis neceſſitas vltionis. *Neque obſtat, quod* Strabo ait l. 13 p. 404 extr. *ex Calliſthene*, ab Adraſto primum Nemeſi templum dedicatum. *Manet enim, hoc nomen ei datum tamen, ob cauſam, quam diximus. Vid.* NEMESIS. *it.* RHAMNVSIA. *De hac eſt longa et Scholaſtica declamatio apud* Ammian. Marc. 14, 11 p. 65 Gron. Haec et huiusmodi quaedam innumerabilia vltrix facinorum impiorum, bonorumque praemiatrix, aliquoties operatur Adraſtea, atque vtinam ſemper: quam vocabulo duplici, etiam Nemeſim appellamus. Ius quoddam ſublime numinis efficacis, humanarum mentium opinione lunari circulo ſuperpoſitum etc. *Sunt enim pluſcula.*

ADRASTVS. [Ἄδραςος] *Talai vel Talaonis et Eurynomes filius, rex Argiuorum, pater Argiae et Deiphilae, quarum illam Polynici, hanc Tydeo deſpondit: vnus de ſeptem illis, qui ad recuperandam Polynici Thebarum vrbem profecti ſunt, qui ſolus illorum in iſta obſidione non periit. Ex* Hygino f. 69 *et* 70. *Iam ponamus Epitheta quaedam illius poëtica. Vocatur ergo* Talaonides, *h. e. Talaonis filius* Stat. Theb. 5, 18. Inachius *i. Argiuus, ab Inacho Argiuorum rege* Stat. Theb. 2, 199. Longaeuus Stat. Theb. 4, 74. Genus Adraſti, *i. Diomedes* Ouid. Faſt. 6, 433. Adraſti pallentis imago Virg. Aen. 6, 480 *occurrit apud inferos Aeneae. Hinc forte* Adraſteum pallorem *hauſit* Ammianus. Perſeius, *h. e. oriundus a Perſeo Iouis ex Danaë filio, et Argiuorum rege.* Stat. Theb. 3, 441.

ADRASTĒVS, Adi. [Ἀδράςειος] Stat. Silu. 11, 52 Hunc et Adraſteus viſum extimuiſſet Arion, *i. equum Domitiani aeneum metuiſſet equus ille Adraſti nobilis.* Adraſteo pallore perfuſus Ammian. 14, 38 *i. Ita perterritus, vt quaſi a Nemeſi agitari videatur: niſi malumus reſpici ad* Virg. Aen. 6, 480 *vbi* Seruius, Pallentis aut epitheton eſt vmbrae, aut illud reſpexit, quia in bello Thebano conſumtis ſex ducibus ſolus aufugit. Fugae autem comes ſemper eſt pallor.

ADREMIGO, āre. Cretes portibus ſuis adremigauerunt Flor. 3, 7, 3. *Add.* Id. 1, 18, 4 *et* 2, 8, 12.

ADRĒPO, pſi, ptum, ĕre. [προσέρπω] *Rependo accedere.* Varro de R. R. 3, 7, 3 Ne mus aut lacerta qua adrepere ad columbaria poſſit. Ad matris morientis mammam adrepens infans Plin. 35, 10. ¶ 2 *Metaphor.* Adrepere ad amicitiam alicuius Cic. Verr. 3, 158 c. 68. Animo alicuius Tacit. Ann. 3, 50. Dum occultis libellis ſaeuitiae principis adrepit Id. Ann. 1, 74, 2. Hor. Sat. 2, 5, 47 — leniter in ſpem Adrepe officioſus, etc.

ADREPTO, āre. Frequentat. Plin. 35, 10 ſ. 36, 22. Idem nobiles Bacchas, adreptantibus Satyris.

ADRIA, ae. m. *ſiue (vt nonnulli malunt)* HADRIA [Ἀδρίας] *Sinus maris, ſiue Mare Adriaticum, quod et* Superum *dicitur, vulgo* Mare Venetum. *Ibi enim ſitae ſunt Venetiae. Plerumque ſcribitur ſine adſpiratione, quam ſcripturam etiam praetulit Heinſius. Vid. Drakenb. ad* Sil. 8, 439. *Nec tamen contemnenda eſt ſcriptura altera.* Vet. Inſcriptio *apud Manutium* L. FLAVI. L. F. SEPTIMIO. APRO. OCTAVIANO. C. V. PLEB. SOD. HADRIAEQVE. PROVINCIAE. etc. *Nec leue argumentum eſt, quod nomen Imperatoris* HADRIANVS *in Numis et Lapidibus ſemper ſcriptum inuenitur.*

ADRIA, ae. [Ἀδρία] *duarum vrbium nomen eſt: quarum altera a Tuſcis condita,* Atria *potius fuit, de qua Plin. 3, 16. altera in Piceno, de qua* Aur. Vict. in Hadrian. pr. *Et* Sil. 8, 438 Humectata Vomano Adria. . *Add.* Plin. 3, 13. *Vtrique appellationem maris Adriatici ſunt qui aſſignent.* Iuſtin. 20, 1, 9 Adria Illyrico mari proxima, quae et Adriatico mari nomen dedit. Liu. 5, 33 Mari ſupero inferoque, quibus Italia inſulae modo cingitur, quantum potuerint (Tuſci,) nomina ſunt argumento: quod alterum Tuſcum communi vocabulo gentis, alterum Adriaticum mare, ab Adria, Tuſcorum Colonia, vocauere Italicae gentes. Graeci eadem Tyrrhenum atque Adriaticum vocant. Plin. 3, 16 Nobili portu oppidi Tuſcorum Atriae, a quo Atriaticum mare ante appellabatur, quod nunc Adriaticum. *Hoc igitur mare frequenter, Poëtis praeſertim, Adria vocatur. V. g.* Hor. Od. 1, 3, 12 — nec timuit praecipitem Africum Decertantem Aquilonibus: Nec triſtes Hyadas, nec rabiem Noti, Quo non arbiter Adriae Maior, tollere, ſeu ponere vult freta, *i. Notus ventus quaſi arbitrio ſuo tollit, et reprimit fluctus maris Adriatici. Caeterum* Hadria *hic et alias Bentleius, Cuninganus, alii.* Hor. Od. 3, 27, 18 — ego quid ſit ater Adriae noui ſinus. Idem Od. 1, 33, 15 Curuans Calabros ſinus Adria. *Calabriam enim alluit.* Ferus Auien. Perieg. v. 527. Hor. Od. 3, 9, 22 — et improbo Iracundior Adria. Inquietus Hor. Od. 3, 3, 5. Praeceps Stat. Silu. 3, 2, 87. Raucus Hor. Od. 2, 14, 14. Vagus Lucan. 5, 614. Ventoſus Sen. Thyeſt. v. 362.

ADRIĂCVS. Adi. [Ἀδριακὸς] i. Adriaticus. Propert. 3, 20, 17 Ergo ego nunc rudis Adriaci vehar aequoris hoſpes. Adriacus pontus Lucan. 4, . . Adriacum late patens Ouid. Faſt. 4, 501. Adriacae vndae Lucan. 2, 407 *et* 615. *it.* 3, 190. *it.* 5, 380.

ADRIĀNVS. Adi. [Ἀδριανὸς] Hor. Od. 1, 16, 4 Siue flamma, ſiue mari libet Adriano. Hadriano *Bentleius.* Cic. in Piſon. 92 Brunduſiumque vitauit, et vltimas Adriani maris oras petiuit. *Add.* Att. 10, 7. Plin. 3, 13 Picentes tenuere ab Aterno amne, vbi nunc ager Adrianus, et Adria colonia, a mari ſeptem millibus paſſuum, flumen Vomanum. Flor. 2, 5 Illyrii ſiue Liburni ſub extremis Alpium radicibus agunt inter Arſiam Titiumque flumen, longiſſime per totum Adriani maris litus effuſi. *Sed multo frequentior appellatio maris Adriatici.* Adrianus ager *in parte* Piceni *memoratur a* Frontino de Coloniis p. 118 *et* 119 *Goeſ.*

ADRIATĬCVS. Adi. [Ἀδριατικὸς] *Vid.* ADRIA. Minax Adriaticum, *ſubaudi, Mare* Catul. 4, 2. Adriaticum mare Plin. 3, 5. Sinus Maris Adriatici Suet. Tiber. 16 *etc.*

ADRIANVS, *rectius* HADRIANVS, C. Fabius, qui cum Africam obtineret vel Legatus, vel Propraetor, Vticae in praetorio ſuo viuus vſtus eſt, quod corrupto ſeruitio ciuitatis illius, de principum nece conſpiraſſe diceretur. Aſcon. ad Cic. Verr. 3, 70 c. 27. *Add.* Verr. 5, 94 c. 36, *it.* Valer. Max. 9, 10.

ADRIANVS. [Ἀδριανὸς] ſ. AELIVS HADRIANVS Rom. Imperator, ſucceſſor Traiani, *cuius ob adoptionem nomen gerit. In numis conſtanter cum adſpiratione,* IMP. CAES. TRAIANVS HADRIANVS AVG. ET HADRIANVS AVGVSTVS. *Nec aliter in Sabinae Vxoris Numis, vbi mariti mentio facta eſt. Vid. Gruter. et Manutium qui copioſus eſt in lapidibus exſcribendis, qui* Hadriani *non* Adriani *nomen habent inciſum, quales innumeros etiam Gruterus oſtendit, in quibus eſt* HADRIANO AVG. *Quod et in coloniarum, quas deduxit, nominibus obſeruatur. Salisburgenſis* Inſcriptio *apud* Gruter. p. 265, 4 IMP. CAES. L. SEPTIMI SEVERI PII PERTINACIS AVG. ARAB. ADIAB. PARTHICI MAXIMI COL. HADR. IVVAV. D. D. *Idem etiam oſtendit Ez. Spanhemius.*

ADRIANOTHERAE, *ſiue potius* HADRIANOTHERAE *Vrbs Moeſiae ab eodem Imperatore conſtituta, quod feliciter ibi venatus eſt.* Spartian. Hadr. 20. *Spanh. de Vſu Numiſm. diſſ.* 11 p. 338.

ADRIANOPOLIS, [Ἀδριανόπολις] *rectius* HADRIANOPOLIS, *Thraciae ciuitas eſt ad Hebrum fluuium, primum Oreſta dicta, a nomine Oreſtis conditoris: poſtea ab Ariano Caeſare, inſtaurata fuit, cum ei furore agitato reſponſum eſſet, vt ſe in furioſi domum reciperet. Cael. Rhodig. lib. 17 cap. 2. qui auctores ſe habere ait; metuo vt bonos. Caeterum* Spartianus Hadr. c. 20 *Et* cum titulos in operibus non amaret, multas ciuitates Adrianopolis appellauit. *Nouem earum ibi recenſet Salmaſius, ſed quae pleraeque omnes ad antiqua mox nomina rediere.*

.ADRIDEO etc. *vid.* ARR.

ADROBOLON. *Vid.* HADROBOLVM.

ADRODO. *Vid.* ARRODO.

ADROGO. *Vid.* ARROGO.

ADRŌRO, āre. Marcell. Empir. cap. 34 Adrorare herbam vino.

ADRVDVS, *Sunt duae voces* Ad Rudus *v. v.*

ADRVMETVM, Ciuitas Africae. Adrumetum peruenit, quod abeſt a Zama circiter millia paſſuum trecenta Nep. 23, 6, 3.

ADRVMO, are. *Obſoletum verbum,* Feſtus. Adrumauit, Rumorem fecit, ſiue Conmurmuratus eſt: quod verbum quidam a Rumine, i. e. parte gutturis putant deduci. Iſidori Gl. Adrumauit, rumorem attulit. Vett. Gloſſae, Adrumo, conrumo, φημίζω, vulgo. *Haec Scaliger ad Feſtum.*

## A D S *vid.* A S S.

*Quae ab* AD *praepoſitione incipiunt, quam* S *ſequitur, illa interdum ſeruant* D, *ſi illam* S *proxime vocalis excipiat: Sed ſi adhuc vna ſequatur conſonans,* D *perire volunt Grammatici.* Priſc. l. 1 p. 560 Subtrahitur D, cum ſequens Syllaba ab S et alia conſonante incipit, vt *aſpiro, aſpicio, aſcendo, aſto.* Velius Longus p. 2225 Eſt etiam, vbi neceſſe eſt, D literam interire, nulla alia ſubſtituta, vt in eo, quod eſt *adſpicio, aſcendo. Sed nihil certi poſſe conſtitui, certum eſt. Cum tamen alterutrum ſequendum ſit: pleraque ponemus ſub* ASS, *praeter pauca, eaque fere rarioris vſus, et verbum* Adſum, *quae hic collocabimus.*

ADSĔNESCO. Tertull. de Caſtitate. cap. 13 Cereri Africanae ſponte abdicato matrimonio adſeneſcunt, *i. in illius cultu perſeuerantes* ſeneſcunt.

ADSERVIO, *vid.* ASS.

ADSĪBĬLO, āre. *verſus aliquid ſibilare.* Auſon. in Moſell. 258 Aura crepat, motoque adſibilat aëre ventus. Claud. Nupt. Honor. et Mar. 68 et Stat. Theb. 5, 578 *de ſerpente.*

ADSIGNIFICO, āre. [προσημαίνω] Idem quod Significare. Varro 2. de R. R. 11, 10 Olim tonſores non fuiſſe, adſignificant antiquorum ſtatuae. *Add.* 2, 1, 10 Cognomina adſignificari, *i. ad ſignandos et diſtinguendos homines adhiberi. Sic* Aliud eſt, quarto Praetorem fieri, et quartum: quod quarto locum adſignificat, et tres ante factos; quartum, tempus adſignificat, et ter ante factum Varr. ap. Gell. 10, 1.

ADSIPERE, et Praeſipere [προσπεπνύσθαι, et προπεπνύσθαι] dicebant antiqui a Sapiendo: ſicut nos quoque modo dicimus Ab Aequo, Iniquum: a Quaerendo, Inquirere. Haec Feſtus.

ADSŎLO, āre. Ad *ſolum deiicere, ſolo aequare, ſolius forte* Tertullian. ad Nation. 1, 10 Saepe Cenſores inconſulto populo adſolauerunt. *Et* in fin. cap. Maieſtatis faſtigium adſolant.

ADSPVO, ui, ūtum. Plin. 28, 4 ſ. 7 Aut ſi dormiens ſpectetur infans, a nutrice terna adſpui.

ADSVCTVS, *quaſi a verbo* Adſugo, *i. vehementer ſugo.* Lucret. 4, 1187 Et tenet adſuctis humectans oſcula labris.

ADSVM, adfui, adeſſe, adfuturus. [πάρειμι, παραγίνομαι, παραστατέω] *Praeſens ſum. Antiquos duplici* ſſ, Aſſum *ſcripſiſſe, certe pronuntiaſſe, manifeſto argumento eſt iocus Plautinus,* Poen. 1, 2, 67 Heus Milphio, vbi es? M. Aſſum apud te eccum. AG. At ego elixum volo. *Interim neque* Adſum *damnamus, nec putamus vehementer laborandum eſſe, vtrum per* d, *ſcribamus,* Adfui, *et* Adfuturus, *an geminato* ff, Affui, *et* Affuturus: *niſi quod* Adſum *et* Adfui *hodie fere probari viris doctis videmus. Iam ad vſum verbi accedamus. Ergo* Adeſſe, *proprie ſignificat* Prope eſſe, vel Praeſentem eſſe. Plaut. Rud. 4, 4, 6 Quoniam ego adſum, faciet nemo iniuriam. Cic. Philipp. 2 c. 30 Omnibus his pugnis Dolabella affuit. *Sic ſcribitur etiam in Grut. Gronou. etc.* ¶ 2 *Cum praepoſitionibus varie iungitur.* Ter. Andr. 4, 4, 32 In pariundo aliquot affuerunt liberae. Plaut. Amph. 1, 3, 6 Vbi ſummus imperator non adeſt ad exercitum. Cic. de Diuin. 1, 57 Petere vt mane ad portam adeſſet. Cato de R. R. 83 Mulier ad eam rem diuinam ne adſit, neue videat, quomodo fiat. Qui ad mortem propius adſum Cic. de Senect. 77. *Sed a Manutio eſt* ab ea abſum. Adeſſe ad iudicium, *eſt Comparere in iudicio, quod et* Iudicio adeſſe, *et* Adeſſe *abſolute dicitur.* Cic. Verr. 1, 1 Atque hanc opinionem populi Romani fuiſſe, C. Verrem altera actione reſponſurum non fuiſſe, neque ad iudicium affuturum. Cenſores eum adeſſe iuſſerunt Vell. 2, 10, 1. *Sic* Cic. Fam. 9, 25 Ades ad imperandum, *i. accipienda imperia. Add.* pro Dom. 46. Plaut. Amph. 2, 1, 29 Et apud te adſum Soſia Idem. Ter. Andr. 1, 1, 80 — ibi tum filius Cum illis qui amabant Chryſidem, vna aderat frequens. *Et* Heaut. 3, 1, 96 Adero hic continuo. Plaut. Epid. 2, 2, 72 Ille aut iam hic aderit, credo hercle, aut iam adeſt. Ter. Eun. 3, 2, 53 Vna aderit in vnis aedibus. *Add.* Eun. 2, 3, 73. Vlp. in l. Quid tamen. D. de arbitr. Si arbiter iuſſerit in prouinciam adeſſe litigatores, quum Romae eſſet in eum compromiſſum: an ei impune non pareatur, quaeritur. Haloander et Pandect. Florent. habent, In prouincia. Vlp. in l. Quid tamen. D. de arbitr. Impune igitur ei non parebitur, ſi alio loco adeſſe iuſſerit. Sic Haloander. Pandectae vero Florent. Alio loci. Vlp. in l. Quid tamen. D. de arbitr. Quid tamen, ſi eo loci, qui ſit circa vrbem, adeſſe iuſſerit? ſic Haloand. At Pandectae Florent. Si in eo loco qui, etc. ¶ 3 Adeſſe, *cum datiuo* Ter. Heaut. 2, 2, 12 Eccum Dromonem cum Syro vna adſunt tibi. *Hic datiuus eam habet vim, vt Clinia, ad quem ea res maxime pertinebat, magis attendat. Alias magis eſt neceſſarius datiuus. v. g.* Cic. Q. Fratr. 3, 20 Pontino ad triumphum volebam adeſſe. *Et* Fam. 6, 14 extr. Ego rebus tuis ſic adero vt difficillimis. Paullus in l. Paullus D. de procurat. Cauſae ſuae adeſſe non prohiberi eum, qui ad litem ſuſcipiendam procuratorem dedit. *In quibus omnibus* adeſſe *eſt iuuare: Vt et in iſtis:* Cic. pro Quint. 4 Quae quo plura ſunt C. Aquili, eo te et hos, qui tibi in conſilio adſunt, meliori mente noſtra verba audire oportebit. Idem ibid. 79 c. 25 Vos, qui adeſtis in conſilio, quaeſo vt diligenter attendatis. *Hi ſunt* Aſſeſſores, *it.* Conſilium Praetoris. *Sic* Adeſſe in Iudicio alicui *eſt eum defendere, vt ſolent Patroni et aduocati.* Cic. de Senect. 37 Adſum amicis, venio in ſenatum frequens. Cic. pro Cluent. 54 Aderat frequens (*de iudicio ſermo eſt*) aduocabat (*alios amicos*) omni ſtudio gratiaque pugnabat. Ter. Phorm. 1, 8, 87 Aliquot mihi Amicos aduocabo ad hanc rem qui adſient. Idem ibid. 2, 2, 3 Adeſte quaeſo. Id. Phor. 1, 5, 36 Hic in noxa eſt: ille ad defendendam cauſam adeſt. Cic. pro Quint. 30 Recuſabant qui aderant tum Quintio. Idem Philipp. 2, 93 Semper enim abſenti affui Deiotaro. *Conf.* Donat. ad Ter. Andr. Prol. v. 24. Affuit et clientibus, vt ſcutario cuidam — qui poſtulabatur iniuriarum Suet. Aug. c. 56. *Add.* Id. in Claud. c. 38 Plin. Ep. 5, 4. Liu. 3, 44. Senec. Conſ. ad Helu. c. 2. Adeſſe dolori ſuo Senec. Conſ. ad Marc. c. 7. Qua in parte primum omnium patrocinari terrae, et adeſſe cunctorum parenti iuuat Plin. Prooem. L. 18. *It. pro Fauere, Auxiliari.* Hoc facit, vt miſero faueant adſintque Tomitae Ouid. ex Pont. 4, 9, 97 Si vocata partubus Lucina veris adfuit, *vel* affuit Hor. Epod. 5, 5. Aderant Aetolorum precibus Attici, Rhodii etc. Flor. 2, 9, 3. Aderat puellae forma Id. 4, 2, 56 *i. fauorem conciliabat.* Adſis o! placidusque iuues Virg. Aen. 4, 578. Nunquam principibus defuerunt, qui fronte graui et triſti ſupercilio vtilitatibus fiſci contumaciter adeſſent Plin. Paneg. c. 41. Adſunt opinioni meae leges Id. Ep. 1, 20, 11. Et tu, quae facibus legitimis ades Senec. Med. v. 67. Iam nunc timeo, quaſi nunquam adfueris, nunquam tute pepereris Ter. Adelph. 3, 1, 3 *i. parientem adiuueris.* Aderat (*Dionyſio*) in magnis rebus, eiusque conſilio multum vtebatur tyrannus Nep. 10, 1, 3. Vtriusque autem conſilio ſemper affuit Id. 18, 1, 6. Scribendo SCto adeſſe *ſolebant ii, in quorum illud ſententiam factum erat: iique ipſi praeſcribebantur SCto, h. m.* Scribendo affuere. Cic. poſt redit. in Senat. 7 Ne quis pedibus iret, ne ſcribendo adeſſet. Idem de Orat. 3 c. 2 Et eundem, id quod in auctoritatibus perſcriptis

ſcriptis extat ſcribendo adſuiſſe. Idem Fam. 8, 8 Scribendo affuerunt L. Domitius, Q. Caecilius. Idem ibid. 15, 6 Quod ſcribendo adſuiſti. Idem Att. 7, 1 Scribendo affuit: *Et* Fam. 12, 29 Te exiſtimare, alicui Senatus conſulto, quod contra dignitatem tuam fieret, ſcribendo Lamiam adſuiſſe. *Vid. plura ap. Briſſ. de Form.* l. 2, 70 p. 177. *Simile eſt* Cic. pro Flacco 43 Decreto ſcribendo primum video adſuiſſe Lyſaniam. ¶ 4 Adeſt praeſens, Plaut. Moſt. 5, 1, 27 Adſum praeſens praeſenti tibi. Cic. pro Domo ſua 39 Adeſt praeſens vir ſingulari virtute. *Figura eſt pleonaſmos, vt* Ter. Adel. 3, 3, 39 Non quia ades praeſens dico hoc. *Add.* 4, 5, 34. *Sic* Coram adeſſe, Cic. Fam. 15, 16 Fit enim neſcio quomodo, vt quaſi coram adeſſe videare, quum ſcribo aliquid ad te. *Et* Att. 5, 18 Video enim te, et quaſi coram adſis, ita cerno συμπάθειαν amoris tui. Virg. Aen. 2, 270 Ante oculos adeſſe. Id. Aen. 1, 599 - - - coram quem quaeritis adſum. *Laudatur quoque* Cic. in Antonium, Coram aderit praeſens tibi ipſe, et ille quem inſimulas pugio reſpondebit. ¶ 5 Adeſſe *pro Accedere, praeſertim in ſecunda perſona imperatiui.* Ter. Andr. 2, 2, 7 Daue, ades, reſiſte. Id. Hec. 3, 5, 60 Phidippe ades, audi paucis. Id. Andr. 1, 1, 2 Adeſdum, paucis te volo. Virg. Ecl. 2, 45 Huc ades ô formoſe puer. *Huc etiam referas illud* Ades ad imperandum, *de quo* n. 2. *Etiam alias poni videtur* Adeſſe, *pro Aduenire.* Virg. Aen. 2, 662 Iamque aderit multo Priami de ſanguine Pyrrhus. Ter. Eun. 4, 7, 41 Iam haec tibi aderit ſupplicans. Adeſſe ex Africa, *pro Aduenire* Cic. Att. 15, 11. Aduentare et prope adeſſe Id. 4, 16. Adeſſe et impendere, *vid.* IMPENDEO. Liu. 8, 7 Aderunt in tempore, (*exercitus Romani*) Manlius inquit, et cum illis aderit Iupiter ipſe. Virg. Aen. 9 107 Ergo aderat promiſſa dies. Idem Ecl. 4, 48 Aggredere ô magnos (aderit iam tempus) honores. Terent. Andr. 1, 1, 125 Prope adeſt, cum alieno more viuendum eſt mihi, *i. Tempus.* Sic, Adeſt partus, Ter. Adel. 4, 4, 9. ¶ 6 *Sunt etiam aliae formulae, vbi non perſonae, ſed res adeſſe dicuntur.* Cic. Att. 5, . . . Quoniam nunc abes, quum id non agetur, aderis autem ad tempus, vt mihi ſcripſiſti. Plaut. Amph. 2, 2, 21 Omnia adſunt bona, quem penes eſt virtus. ſubaud. Ei. Adſit modus amori Virg. Ecl. 2, 68. Cic. de Fin. 2, 96 Tanti autem morbi aderant veſicae et torminum, vt nihil ad eorum magnitudinem poſſit accedere. Aderant vires in corpore Propert. 3, 15, 23. Plaut. Capt. 2, 3, 63 - - - ergo quum optime feciſti, nunc adeſt occaſio Benefacta cumulare. Cic. Off. 1, 11 Ad id ſolum quod adeſt, quodque praeſens eſt, ſe accommodat. Ter. Eun. 3, 2, 11 Dona adſunt tibi a Phaedria, *quaſi dixerit*, En tibi dona, ecce tibi dona. ¶ 7 Adeſſe animo, vel animis, *eſt Fauere illi rei, cui interſis, certe attendere.* Cic. pro Sylla 33 c. 11 Adeſtote omnes animis, qui adeſtis corporibus, quorum ego frequentia magnopere laetor: erigite mentes, aureſque veſtras. Cic. Philipp. 8, 30 Sed etiam nuper ſumma laus Conſularium, vigilare, cogitare, adeſſe animo, ſemper aliquid pro repub. aut facere, aut dicere. Aequo animo per ſilentium Ter. prol. Andr. 23 et prol. Phorm. 31. Plaut. Trin. prol. 22 Valete, adeſte cum ſilentio. Adeſſe animo *etiam ad fortitudinem et conſtantiam pertinet.* Cic. pro Milon. 4 c. 2. Quamobrem adeſte animis, iudices, et timorem, ſi quem habetis, deponite. Idem in Somn. Scip. 2 Sed ille, Ades, inquit, animo: et omitte timorem. Eodem intellectu *dicitur* Adeſt ei animus. Plaut. Caſin. 3, 3, 8 Rogitare oportet prius et percontarier Adſitne ei animus, necne adſit. Nulli adeſt vis ad reſiſtendum Vell. 2, 61, 1. *Vim etiam quandam et attentionem atque inſtantiam notat in iſtis.* Aderat, inſtabat, ſaeuitia pro virtute vtebatur Flor. 3, 5, 6. Domina eſt, adeſt et iubet Senec. Ep. 53. ¶ 8 *Participium proprium cum non habeat hoc verbum, ſumit a* PRAESVM, Praeſens, *vbi vid.*

ADSVMO, ADSVO, ADSVRGO, ADSTERNO, ADSTIPVLOR, *cum deriu. vid.* ASS.

ADSVSPIRO, āre. Adſuſpirare alicuius fletibus Apul. Met. 4 p. 155 ſic adſpirans altius Id. ib. p. 153.

## ADT *vid.* ATT

ADTIBERNĀLIS, ADTVB. ATTIBERNALIS, *tot enim modis ſcriptum inuenias.* [πάροικος] Habitator continuae tabernae, quod genus domicilii antiquiſſimum Romanis fuiſſe, teſtimonio ſunt exterae gentes, quae adhuc tabulatis habitant aedificiis. Vnde etiam tecta caſtrenſia quamuis pellibus contegantur, tabernacula tamen dicuntur. Haec Feſtus. Adtubernalis *optime ſcribi videtur, vt* Contubernalis.

ADTINCTVS, a, um. Veg. Veter. 1, 11, 7 Poſthaec melle — adtinctum animal replebis. *Forte participium voluit Auctor ab* Adtingo *vel* Attingo, *vt ſit quaſi* morbo attactum. *Sed peculiare genus morbi, nempe* caſualis laeſio in neruo magiſtro cruris anterioris, Attinctus *vel* Attinctio *vocatur a Laur. Ruſio* c. 110 p. 97, *Hippiatriae.*

## ADV

ADVATĪCI, orum. m. pl. *Populus Galliae Belgicae.* Caeſ. B. G. 2, 29 Aduatici erant ex Cimbris Teutoniſque prognati — Nerviis *propinquos indicat, et vrbem illorum deſcribit* ibid. *Add.* 2, 4 *vbi* militum XXIX millia contuliſſe *ad bellum Romanum eos docet: ipſe* LIII millia captiuorum in ea vrbe vendidit. Ibid. c. 33. *Sed*

ADVATICA, *vt quidam ſcribunt, ſiue* ATVATICA, *vel* ATVATVCA, ae. f. *Apud* Caeſ. B. G. 6, 31 et 34 *Eburonum eſt, ſi bene Cellarius.*

ADVEHO, xi, ctum, ĕre. [ἐπάγω, ἐποχέω] *Eſt* Ad *locum vehere, ſeu vehiculo, ſeu quouis alio modo.* Liu. 23, 41 Impoſitoque, quem ſecum aduexerat, milite, Romam nauigat. Plin. 31, 6 Ex alto, et ad hunc vſum aduehunt ex India. Cic. Att. 14, 20 E Pompeiano naui aduectus ſum in Luculli noſtri hoſpitium. *Et* Tuſc. 1, 113 c. 47 Ita ſacerdos aduecta in fanum, cum currus eſſet ductus a filiis. Per maria maxima vectus Plaut. Trin. 4, 4, 80. Trans mare Plin. 35, 17. Cic. Off. 3 c. 12. 50 Si quis profectus Rhodum magnum frumenti numerum aduexerit. Aduehere naue Plin. 35, 17. Et Cic. Fam. 4, 12 Quum ab Epidauro Piraeeum naui aduectus eſſem. Id. Phil. 2, 77 Ciſio celeriter ad vrbem aduectus domum venit. Cic. de Diuin. 1, 58 c. 28 Cum tu equo aduectus ad magni fluminis ripam, prouectus ſubito ac delapſus in flumen. Virg. Aen. 8, 136 Dardanus — Aduehitur Teucros, *i. Troiam peruenit. Quin etiam* Tacit. Ann. 2, 45 Arminius equo colluſtrans cuncta, vt quoſque aduectus erat. *Sed quod laudant* Sil. 4, 318 Nunc Itali in tergum verſis referuntur habenis, Nunc rurſus Tyrias retro pauor aduehit alas, *mendoſum eſt. Legendum cum viris doctis,* Auehit. *Vid. Drakenb.* Val. Fl. 3, 69 Humeroque Learchum Aduehit: *De patre portante filium.* Aduehit imbres Auſter Sen. Medea. Aduehit vnda rates Ouid. Epiſt. 5, 90.

ADVECTVS, a, um. *Praeter ſuperiora,* Claſſis aduecta Virg. Aen. 5, 864. Aduectus Aeneas claſſi, Id. Aen. 8, 11. Aduectae militum copiae Hirt. Bell. Afr. cap. 11. Aduecti Commeatus Curt. 6, 2, 15. Lucan. 6, 85 Aduectos cum plena ferant praeſepia culmos.

ADVECTVS, ūs. Tacit. Hiſt. 4, 84, 6 Haec de origine et aduectu dei celeberrima.

ADVECTIO, onis. [ἐπαγωγή] Plin. 9, 54 ſ. 79 Nuper excogitatum, famem longae aduectionis a Brunduſio, compaſcere in Lucrino, *i. oſtreas Brunduſio aduectas, poſt hanc famem in Lucrino lacu paſcere.*

ADVECTOR, ōris. m. *Qui aduehit.* Apul. Florid. 4 p. 363, 33 Aduectorem ſibimet equum deligunt.

ADVECTICIVS, a, um. Aliunde Aduectus; vt Vinum aduecticium. Salluſt. Bell. Iugurth. cap. 44.

ADVECTO, aui, āre. [ἐπάγομαι] Frequent. Tac. Ann. 6, 13, 2 Addiditque quibus e prouinciis et quanto maiorem quam Auguſtus rei frumentariae copiam aduectaret.

ADVELITATIO, Iactatio quaedam verborum, figurate ab haſtis velitaribus. Velites dicuntur expediti milites, quaſi Volites, i. e. Volantes. Feſtus.

ADVĒLO, āre. [ἐπικαλύπτω] *Velo addito tegere.* Virg. Aen. 5, 246 Victorem magna praeconis voce Cloanthum Declarat, viridique aduelat tempora lauro.

ADVĒLANS, antis. Lampridius Commodo cap. 15 Panno purpureo nudos humeros aduelans.

ADVĔNA, ae. c. g. [πάροικος, ἐπηλύτης, προσήλυτος] Quos condidit aduena Dido Sil. 4, 767. *qui vel quae aliunde venit eo, vbi habitat.* Omnes terrae habitatores, aut indigenae ſunt, aut aduenae, aut conuenae. Indigenae, ſunt inde geniti. Aduenae, de vno loco venientes. Conuenae, de diuerſis. *Haec* Seruius. Iſid. Orig. 9, 4 Aduenae incolae aduenticii perhibentur, ſed permanentes. Aduena Amor Ouid. de Arte Am. 1, 176. Anus Ter. Heaut. 1, 1, 44. Cic. de Legib. 2, 19 c. 8 *in ipſa lege*, Separatim nemo habeſſit deos, neue nouos. Sed ne aduenas, niſi publice adſcitos priuatim colunto. Exercitus Virg. Aen. 7, 38. Grus Hor. Epod. 2, 35. Mancipium aduena Priſcian. 6, 1 p. 677 Pellex Ouid. Epiſt. 9, 121. Volucres Varro de R. R. 3, 5, 6 *et* 7. Aduena hiemis, et Aduena aeſtatis Plin. 20, 23 *de ciconiis hoc, illud de gruibus.* Aduena belli Stat. Theb. 8, 555. *Interdum* aduena *nouum* plane *incolam notat.* Cic. de Orat. 1, 249 c. 58 Ne in noſtra patria peregrini atque aduenae eſſe videamur. Idem contra Rull. 2, 93 Iam non hoſpites, ſed peregrini atque aduenae nominabamur.

ADVENĔROR, āri. [προσαιδεῖσθαι] *Valde et Ex animo venerari.* Varr. de R. R. 1, 1, 6 Item adueneror Mineruam et Venerem: quarum vnius procuratio oliueti, alterius hortorum. Sil. Ital. 13, 704 Proſequiturque oculis puer aduenēratus euntes.

ADVĔNIO, ēni, entum, īre. [προσέρχομαι, παραγίνομαι] Ad *locum venire.* Ter. Hec. 3, 5, 8 Aduenis modo? Aduenire, *cum aduerbiis.* Ter. Eun. 3, 2, 48 Si forte huc aduenerit. Idem Andr. 2, 2, 25 Cum illoc aduenio, ſolitudo ante oſtium. Plaut. Aſin. 5, 2, 23 Aduenit domum noctu. *Cum praepoſitionibus*, Plaut. Stich. 3, 2, 3 a portu aduenerit. Cic. de Nat. Deor. 3, 57 Quem ex Hyperboreis Delphos ferunt aduenisse. Ad forum Plaut. Capt. 4, 2, 6. Ouid. Triſt. 1, 9, 41 A quibus adueniat Miletida ſoſpes ad vrbem. Virg. Aen. 1, 392 - - Tyriam qui adueneris vrbem. Cic. Philipp. 11, 30 Quamcunque in prouinciam eius belli gerendi cauſa aduenerit. ¶ 2 *Aliae formulae:* Tacit. Ann. 1, 18 Properantibus Blaeſus aduenit. Ter. Phorm. 2, 2, 13 Etiam me vltro accuſatum aduenit. Ibid. 2, 2, 41 Tentatum advenis. Plaut. Amph. prolog. 32 Propterea pace aduenio, et pacem ad vos affero, *ſubaud.* Cum, *bona cum venia.* Plaut. Capt. 4, 2, 56 Optime mihi in tempore aduenis. In tempore ipſo Ter. Andr. 5, 6, 10. Tempore Plaut. Men. 1, 2, 30. Per tempus Ter. Andr. 4, 4, 44. Opportune Ter. Heaut. 1, 2, 5. Optato Ter. Andr. 3, 3, 1. Cic. Philipp. 11, 7 Eſt enim ſapientis, quicquid homini accidere poſſit, id praemeditari ferendum modice eſſe, ſi aduenerit. Cic. Verr. 2, 37 Interea dies advenit, quo die ſeſe ex inſtituto ac lege Rupilia dicas ſortiturum Syracuſis iſte edixerat. *Add.* Virg. Aen. 7, 145. Annus adueniet Tibul. 4, 6, 19. Hora proficiſcendi aduēnit Tacit. Hiſt. 4, 62. Aduenerunt literae, *pro Allatae ſunt* Suet. in Veſpaſ. 7. Luces optatae aduenere Catul. 64, 31. Cic. de Diuin. 2 c. 29 Nam medici ex quibuſdam rebus et aduenientes et creſcentes morbos intelligunt. Plaut. Men. 5, 2, 6 *de ſenectute*, res plurimas peſſimas quum aduenit, affert. Adueniet iuſtum pugnae tempus Virg. Aen. 10, 11. Lucret. 6, 165 - - - quia ſemper ad aureis Tardius adueniunt, quam viſum quae moueant res.

ADVENIENS, Partic. [προσερχόμενος] Ter. Eun. 2, 2, 3. Cic. Att. 6, 3 Eſt enim quiddam, aduenientem non eſſe peregrinum atque hoſpitem. Aduenientem adduxi illico ad coenam Ter. Heaut. 1, 2, 8. Hoſpes tardius adueniens Hor. Sat. 2, 2, 90. Milites aduenientes Hirt. B. Afr. c. 11. Aduenientes exeuntibus *opponit* Sen. Ep. 114. Liquor adueniens Lucret. 4, 871 *i. potus ingeſtus.* Plin. 12, 9 ſ. 20 Mari adveniente fluctibus pulſatae.

ADVENTITIVS, a, um. *Forte melius* ADVENTICIVS. [προσηλυτικός] *Quicquid aliunde accedit, Laudatur* Cic. Verr. 1, . . . In re aduenticia atque haereditaria. Cic. de Fin. 5, 59 c. 21 Neque ſane multum adiumentis externis et aduenticiis vteretur. Auxilium aduenticium requirere Cic. Verr. 4, 81 *i. extra familiam.* Coena adventicia, *vel* aduentoria, *qua amicos peregre redeuntes, aut longo intervallo ad ſe inviſentes amici excipiebant.* Suet. Vitell. 13 Famoſiſſima ſuper caeteras fuit coena ei data aduenticia a fratre etc. *Vid. Torrent. Huc videtur alluſiſſe Martial. praef. lib.* 12 Ne quid tamen aduenienti tibi ab vrbe et exigenti negarem, imperaui mihi, et ſtudui pauciſſimis diebus, familiariſſimas mihi aures tuas exciperem aduentoria ſua. *Eadem coena et* Viatica dicebatur. Cic. pro Lege Manil. 24 c. 9 Magnis aduenticiis multarum nationum copiis iuuabatur. Doctrina aduenticia et tranſmarina Cic. de Orat. 3 c. 33. Id. Topic. 69 Specie autem comparantur, vt anteponantur, quae propter ſe expetenda ſunt, iis quae propter aliud: et vt innata atque inſita, aſſumtis et adventiciis. Dos, Profectitiae *opponitur: eſt autem* Profectitia dos Vlp. in l. profectitia. D. de iure dotium, quae a patre, vel parente profecta eſt de bonis vel facto eius. Aduenticia *vero, apud eund.* Vlp. tit. 6, 3 quae a quouis alio data eſt. Fructus aduenticius Liuii *eſſe dicitur.* Humor Varr. de R. R. 1, 41, 3 *de inſitis.* Id. 3, 5, 7 De illo Genere ſunt turdi aduenticio. Peculium *quoque* aduenticium *dixerunt ICti*, Quod ab extraneis et cognatis nobis obuenit: quo in numero ſunt maternae materniue generis haereditates: amicorum item et legata

gata et haereditates: item lucra nuptialia: omnia denique, quae extra laborem militiae et noſtram induſtriam aliunde, quam ex paternis bonis, nobis acquiſita ſunt, *quibus formulis fere vtitur* Iuſtinianus l. 6 et 8 C. de bonis, quae liber. Iauolenus l. 28 *ff.* de reb. auctor. iud. poſſ. Quia id ex aduenticio acquiſitum eſt. Cic. Att. 1, 16 Vnam rationem non reiiciebam, vt ager hac aduenticia Pecunia emeretur. Idem pro Rabir. Poſth. 46 Quod, Iudices, non faciatis oro, atque eo magis, ſi aduenticia pecunia petitur ab eo, cui ſua non redditur. Idem de Inuent. 2, 64. Leue momentum in aduenticiis Rebus eſt, et quod in neutram partem magnas vires habeat Sen. ad Helu. c. 5. Tepor externus et aduenticius Cic. de Nat. Deor. 2, 26 c. 10. *Et* de Diuin. 2, 120 Animos externa et aduenticia Viſione pulſari.

ADVENTVS, a, um. *vid.* ADVENTVS, ûs, n. 2.

ADVENTVS, ûs. [παρουσία, ἔλευσις, ἄφιξις] Ter. Eun. 2, 2, 29 Salutant, ad coenam vocant, aduentum gratulantur. *Vbi* Donatus, Aduentus proprie expectatorum, neceſſariorumque dicitur. Idem Phorm. 1, 3, 2 Vbi in mentem eius aduenti venit. Vbi Donatus, Aduenti, ſic veteres genitiuo caſu proferebant. Commodiorem aduentum non vidi Ter. Andr. 5, 2, 3. Cic. Att. 12, 49 Vt me leuarat tuus aduentus, ſic diſceſſus afflixit. Cic. Verr. 4, 115 Conferre huius Praetoris aduentum cum illius Imperatoris victoria. Cic. pro Lege Manil. 13 c. 5 Vt etiam ſi ab hoſte defendant, tamen ipſorum aduentus in vrbes ſociorum non multum ab hoſtili expugnatione differant. Idem pro Milon. 49 c. 19 Vt illi nocturnus ad vrbem aduentus. Aduentum inimicorum ſuis corporibus intercludere. *vid.* INTERCLVDO. Aduentus Lucis Salluſt. Bell. Iugurth. cap. 91. Cic. Tuſc. 3 c. 14 Haec igitur premeditatio futurorum malorum lenit eorum aduentum. *Plur.* Cic. Fam. 6, 20 Nihil eſt, cur aduentibus te offerre geſtias. *Sic* Victor. *et eum ſecuti, vulgo erat* aduenientibus. Cic. in Piſon. 51 Quid dicam aduentus meos? Quid effuſiones hominum ex oppidis? *Nempe vtroque loco de vnius hominis aduentu in pluribus vrbibus ſermo eſt.* ¶ 2 *Nonnulla ex his pro Participiis deponentialibus habet* Palmer. Fac. Crit. Tom. 4 p. 652, *v. g.* eius aduenti, προσεληλυθότος. *Contra quem ſerio diſputat Voſſ. de Analog.* p. 203.

ADVENTO, âre. [ἐφικνέομαι] *Antiquis pro primitiuo ponebatur; ſicut* Adiuto *pro* Adiuuo: *Deinde fere ſignificat Appropinquare. De priore ſignificatu:* Plaut. Aulul. 2, 1, 24 Te id admonitum aduento. *Altero intellectu nunc de* tempore *dicitur, nunc de* perſona, *nunc de* re alia. Cic. de Orat. 1 c. 45 Quod fere iam tempus aduentat. Idem Fam. 2, 5 Nondum erat auditum te ad Italiam aduentare. Idem Att. 4, 17 Aduentare, et prope adeſſe iam debes. Properans aduentat ad vrbem Virg. Aen. 11, 514. Lucan. 7, 49 - - - diſcrimina poſtquam Aduentare ducum, ſupremaque praelia vidit. Reipublicae excidium Tacit. Hiſt. 4, 13, 5. Rates Ouid. Met. 12, 65. Aduentabat accipiendo Armeniae regno Tiridates Tacit. Ann. 16, 23 *h. e. ad accipiendum, ſiue vt acciperet.* Aduentare alicui, *pro* Ad aliquem Tacit. Ann. 5, . . . Portis *h. e. Appropinquare* Stat. Theb. 11, 202. Locum aliquem, pro Ad locum Tacit. lib. 5. Stat. Theb. 8, 6 *de Amphiarao, qui viuus cum curru ad inferos venerat*, Neque enim ignibus atris conditus, aut moeſta niger aduentabat ab vrna. Aduentare ſub finem Virgil. Aen. 5, 327.

ADVENTANS, Partic. Cic. Tuſc. 5 c. 19 Tum morti iam ipſi aduentanti paullum procedere obuiam. Dea aduentante Virg. Aen. 6, 258. Aduentantes Euri Virgil. Georg. 4, 192. Rex Ammian. 20, 6. Aduentans ſenectus Cic. de Senect. 2.

ADVENTATIO, onis. f. Vet. Interpr. Irenaei 1, 1 Saluatoris aduentatio.

ADVENTOR, [προσελευτής] *Ita dicuntur hoſpites in cauponis, ſtabulis, ganeis et fornicibus.* Aſtaphium *meretrix apud* Plaut. Trucul. 1, 2, 1 Ad fores auſcultato, atque adſerua has aedes, Ne quis aduentor grauior abeat, quam adueniat. Apul. Met. 1 p. 106, 16 Elm. *Caupo in ranam mutatus* vini ſui aduentores priſtinos in fece ſubmiſſus officioſis ronchis raucus appellat. *Eſſe idem nomen dicitur* l. 10 p. 248. *Et laudat in Indice Elmenhorſtius ex* paſſione Afrae, Illa autem videns honeſtos viros, exiſtimans aduentores impudicos, parat coenam. *Quod autem* Plaut. Aſin. 2, 3, 92 aduentorem *legimus, quem hoſpitem interpretantur et ipſum; aduectorem ſuſpicatur Gronouius.*

ADVENTORIVS, Adi. [προσελευτικός] *Quod aduenienti offertur. Vnde* Aduentoria coena apud Martial. in praef. lib. 12 *Locum dedimus in* Aduenticius. Caper de verbis dubiis p. 2247 *Putſch.* Aduenticia coena, non aduentoria.

ADVERBĔRO, âre. [προσαικίζω] *Crebro verberare.* Stat. Theb. 9, 686 - - - et auratis adverberat vnguibus armos. *De pelle tigridis, qua equus ſtratus eſt.*

ADVERBIVM, [ἐπίῤῥημα] *Vox ſine numero, quae alii voci adiungitur:* vt, Valde conſtans, Differit acute, Bene mane. *vid.* Quinct. 1, 4 *paſſim.* Iſidor. Orig. 1, 6. Gell. 12, 15. Quinct. 11, 3, 87 Aduerbiorum vicem obtinent aliquando manus. *Hinc ficta a grammaticis vocabula,* Aduerbialis, Aduerbialiter Diomed. l. 1 p. 403 *Putſch.* Quamdiu ſine caſibus enunciantur, aduerbialiter eunt; receptis caſibus, praepoſitiones ſunt.

ADVEREOR, êri. Adueréor, cum te eſſe Alcmaeonis fratrem factis dedicat Acc. ap. Non. 4, 121.

ADVERSARIVS, ADVERSARIA, ADVERSATOR, ADVERSITAS, ADVERSITOR, ADVERSOR, *vid. iam* ADVERSVS.

ADVERSVS, a, um. [ἀντικείμενος, ἐναντίος] *ab* Aduertor; *Oppoſitus, ſiue Obiectus.* Aduerſus aut Contrarium ſignificat, aut idem quod Erga. Feſtus. Salluſt. in Iugurth. 139, 17 Haud procul ab latere caſtelli, quod aduerſum praeliantibus erat. Quae ex eodem genere contraria ſunt, appellantur Aduerſa, vt Celeritas, Tarditas Cic. Topic. 47. Columel. 1, 5, 4 Cauendum tamen erit, vt a tergo potius quam prae ſe flumen habeat: vt aedificii frons auerſa ſit ab infeſtis eius regionis ventis, et amiciſſimis aduerſa. Cic. de Orat. 2 c. 28 Qui in cauſa peroranda non dubitauit excitare reum Conſularem, et eius diloricare tunicam, et iudicibus cicatrices aduerſas ſenis Imperatoris oſtendere, *de M. Antonio et Aquilio. De eadem re.* Id. Verr. 5, 3 Tunicamque eius a pectore abſcidit, vt cicatrices populus Romanus iudicesque adſpicerent, aduerſo corpore exceptas. Salluſt. Iugurth. 85, 29 Cicatrices aduerſo corpore oſtentare poſſum. *Huc ref.* Cic. de Orat. 2, 256 Aduerſus et auerſus impudicus es. Omnes in ora proni (*iacebant*) aduerſo corpore vulneribus acceptis Curt. 5, 11, 9. Dentes, *i. Anteriores* Cic. de Nat. Deor. 2, 154. Folia Plin. 27, 13. Fronte aduerſa obuius Sil. Ital. 5, . . . Aduerſis frontibus concurrunt damae Martial. 4, 35. Haſtis aduerſis incurrere Virgil. Aen. 11, 612. Cic. Philipp. 2, 82 Caput in aduerſam lecticam inferens. Manum aduerſam oſtendere Cic. Acad. 4, 145. Pectore aduerſo ferrum excipere Sen. Agam. v. 232. *vid.* Corpore. Cic. de Diuin. 1, 58 Eodemque equo aduerſam ripam aſcendit. Spatia aduerſa Virg. Aen. 5, 584. Solem aduerſum intueri nequitis, eiusque radiis acies veſtra ſenſusque vincitur Cic. in Somn. Scip. c. 5. Id. Acad. 4 c. 39 Nonne etiam dicitis eſſe e regione nobis, e contraria parte terrae, qui aduerſis veſtigiis ſtent contra noſtra veſtigia, quos Antipodas vocatis? *Conf.* Somn. Scip. c. 6 Partim obliquos, partim auerſos, partim etiam aduerſos ſtare vobis. *Et p. p.* aduerſa vobis vrgent veſtigia. Plaut. Bacch. 1, 3, 5 Quo nunc capeſſis tu te hinc aduerſa via? Liu. 2, . . . Aduerſis vulneribus occiſi. Aduerſis vulneribus conciderant Sall. Catil. *extr.* Vulneribus aduerſis honeſte cadere Cic. de Har. Reſp. c. 19. Valer. Flacc. 4, 184 Quibus aduerſo ſub vulnere nulla iam facies. ¶ 2 *Transfertur ad plura alia, ad contrarium aliquid, moleſtum, inimicum, nocens denotandum, v. g.* Cic. pro Mil. 3 Vnum genus (*auditorum*) eſt aduerſum infeſtumque nobis. Aerumna Ter. Phorm. 1, 5, 12 *abundat* aduerſa *teſte* Donato. Nam omnis aerumna, aduerſa eſt nobis. Amor aduerſus et ſecundus *opponuntur* Lucret. 4, 1135 ſq. Tacit. 3, . . . Vtque haec ſecundo rumore, ita aduerſis animis acceptum, etc. Animo aduerſo aliquid auſcultare, *i. inuito ac repugnante, probant ex* Plaut. Pſeud. 1, 3, 8 *Sed legitur*, quam Re aduerſa animo auſcultes. Aqua aduerſa per amnem aduecti ſumus, quod vulgo dicitur, *Contra aquam* Plaut. Trin. 4, 2, 101. Virgil. Georg. 1, 201 Non aliter quam qui aduerſo vix flumine lembum Remigiis ſubigit. *Contraria,* ſecundo flumine, *et* ſecunda aqua. Auſtris aduerſis aetatem ducere Hor. Epiſt. 2, 2, 202 *Metaphorice de fortuna.* Bellum aduerſum Hor. Sat. 1, 7, 11. Caſus Cic. Tuſc. 3, . . Deo aduerſo aliquid mouere Ouid. Epiſt. 7, 4. Deos aduerſos habere, *i. Aduerſantes et contrarios* Propert. 1, 1, 8. Liu. 37, . . . Aduerſa omnium fama, quod prouinciam Siciliam reliquiſſet. Ter. Eun. 2, 3, 33 Cui magis bonae felicitates omnes aduerſae ſient. Fortuna Virg. Aen. 9, 282 cui Secunda opponitur. Inconſideratior in ſecunda, quam in aduerſa fortuna Nep. 9, 5, 1. Salluſt. in Catil. 45, 10 Multosque mortales ea cauſa aduerſos habeo, *i. inimicos.* Cic. pro Sylla 29 Conſolare te, quod omnium mentes improborum mihi vni maxime ſunt infenſae et aduerſae. Muſis aduerſis tangere carmina Ouid. Amor. 3, 12, 1. Quinctil. 7, 3, 19 Nam et noſtra confirmanda, et aduerſae partis deſtruenda finitio. Valer. 6, 5 Semperque aduerſis contuſa praeliis. *Sic ſaepe apud* Liuium, *pro Praelio infeliciter commiſſo.* Procella Virg. Aen. 1, 106. *i. Tempeſtas.* Ouid. Tr. 5, 12, 5 Noſtra per aduerſas agitur fortuna Procellas. Cic. Off. 1, 90 c. 26 Vt aduerſas Res, ſic ſecundas immoderate ferre, leuitatis eſt. Et aduerſas ſuperiores et praeſentes ſecundas res Nep. 7, 6, 2. Aduerſis probitas exercita rebus Ou. Tr. 5, 5, 49. Subſellia *in quibus ſunt* aduerſarii Quinct. 11, 3, 132. Liu. 27, . . . Marcellus etiam aduerſo Rumore eſſe, ſuper quam quod primo male pugnauerat. Tacit. Hiſt. 2, 26 Aduerſo in vulgus rumore fuit. Tempeſtate aduerſa vſi ſumus Ter. Hec. 3, 4, 9. Cic. Off. 1, . . In tranquillo, tempeſtatem aduerſam optare, dementis eſt. Aduerſo Reipublicae Tempore Cic. Idem Verr. . . . *ſed alia ſignificatione,* Satisque feciliter anni iam aduerſo Tempore nauigaſſet. *Hiemem ſignificat, nauigantibus contrariam.* Liu. 3, 32 Poſthumium Valetudo aduerſa Romae tenuit. Valetudinis aduerſa rimari Tacit. Ann. 2, 69. Ouid. Epiſt. 6, 7 Quamlibet aduerſo ſignetur epiſtola Vento Hypſipyle miſſa digna ſalute fui. Hor. Epiſt. 1, 2, 22 *de Vlyſſe* - - - aſpera multa Pertulit, aduerſis rerum immerſabilis vndis. Aduerſus, *cum Datiuo.* Eorum obſequi ſtudiis aduerſus nemini Ter. Andr. 1, 1, 37. Quinctil. 3, 9, 7 Aduerſum gratiae an obnoxium. Id. 12, 1, 35 Aduerſa virtuti malitia. *Compar.* Plin. 32, 4 Neque eſt teſtudine aliud ſalamandrae aduerſius, *i. Magis contrarium. Superl.* Caeſar Bell. Ciuil. 3, 107 Qui Alexandria nauigantibus ſunt aduerſiſſimi venti. Idem Caeſ. ap. Cic. Att. 10, 9 Omnia enim ſecundiſſima nobis, aduerſiſſima illis accidiſſe videntur. ¶ 3 *Subſtantiue ponitur in illo* Quinct. 11, 3, 54 Demoſthenes ſcandens in aduerſum continuabat quam poſſet plurimos verſus. *Et* pro Re aduerſa, (δυσημερία) *quam vulgus* Aduerſitatem *vocat.* Cic. ad Brutum 4 Nihil iam nobis aduerſi euenire poteſt. Si quid aduerſi accidiſſet Nep. 7, 8, 4. *Vſitatior Pluralis, v. g.* Virgil. Aen. 9, 172 Quos pater Aeneas, ſi quando Aduerſa vocarent, Rectores iuuenum, et rerum dedit eſſe magiſtros. Tac. A. 3, 24 Illuſtrium domuum aduerſa ſolatio adfecit Silanus. Secunda felices, aduerſa magnos probant Plin. Paneg. c. 31. Explorant aduerſa viros Sil. 4, 6. Habet has vices conditio mortalium, vt aduerſa ex ſecundis, ex aduerſis ſecunda naſcantur Plin. Pan. c. 5. Aduerſis alicuius indolere Ouid. Triſt. 5, . . Idem Triſt. 5, 2, 27 Tot premor aduerſis: quae ſi comprendere coner, Icariae numerum dicere coner aquae.

ADVERSVM, et ADVERSVS, [ἀντί, κατά, ἐναντίον] *Praepoſitiones accuſatiuae indifferenter pro eodem accipiuntur.* Plaut. Amph. 2, 2, 118 Mirum quin te aduerſus dicat. *i. Tibi contradicat.* Cic. Att. 14, 4 Si duriorem te praebes, non contendam ego aduerſus te. Cic. Off. 3, 103 Hoſtis legitimus aduerſus quem totum ius feciale eſt. Aduerſus naturam Scribon. Comp. 230. *Eidem* Aduerſus morbos medicamenta facere *dicuntur paſſim.* Aduerſus edictum alicuius facere Ter. Heaut. 4, 1, 10. Aduerſum legem pecunias foenore auctitabant Tac. A. 6, 16, 1. ¶ 2 *Pro* Apud, *auctore* Donato, *ſed poſſis etiam Datiuum ſubſtituere:* Terentius Andr. 1, 5, 31 Sed nunc peropus eſt, aut hunc cum ipſa, aut me aliquid de illa aduerſum hunc loqui Ter. Andr. 1, 1, 5 Id gratum fuiſſe aduerſum te, habeo gratiam. *i. Tibi.* Cic. de Nat. Deor. 1, 116 Eſt enim pietas, iuſtitia aduerſum deos. Idem Off. 1, 74 Officia aduerſus eos ſeruanda, a quibus iniuriam acceperis. Idem Fam. 3, 13 Modeſtus aduerſus aliquem. *Et* Att. 12, 3 pr. Blandus aduerſus aliquem. Te aduerſus me omnia audere gratum eſt Cic. Fam. 9, 22 extr. *i. erga me. v. Manut.* Aduerſus merita ingratiſſimus Vell. 2, 69, 5. ¶ 3 *Ad locum refertur v. g.* Virg. Aen. 6, 684 Isque vbi tendentem aduerſum per gramina vidit Aeneam. *i. Verſus ſe venientem.* Iusiurandum verum te aduerſum dedi Plaut. Amph. 3, 2, 55, *i. in conſpectu tuo.* Aduerſum Athenas claſſem conſtituere Nep. 2, 3, 4, *i. E regione. Sic* Plin. 3, 5 Et Lerina aduerſum Antipolim. *Hinc eſt* Exaduerſum, *pro* E regione. Cic. de Diuin. 1, 101 Ara enim Aio loquenti, quam ſeptam videmus exaduerſus eum locum, conſecrata eſt. *Vid.* EX. *Nonnunquam poſtponitur.* Salluſt. in Iugurth. 146, 23 Iamque paullum a fuga aberant, quum Sylla profligatis iis, quos aduerſum ierat, rediens ab latere, Mauris incurrit. ¶ 4 Aduerſus *interdum* ſecundum *ſignificare videtur apud ICtos.* Vlpian. Frag. Tit. 28, 1 Bonorum poſſeſſio datur aut con-

tri

tra tabulas teſtamenti, aut aduerſus tabulas inteſtati. *Et* Tit. 20, 14 Vt aduerſus leges ciuitatis ſuae teſtetur, *quod Cuiacius* ſecundum leges *interpretatur, itemque* l. 5 π. de Vſucap. ¶ 5 *Aduerbii vim habet, cum ſine caſu ponitur.* Plaut. Amph. 2, 2, 43 Huic eam aduorſum, *i. obuiam.* Idem Men. 3, 2, 22 Quis hic eſt, qui aduorſum mihi fit? Aduerſum venire mihi volo Plaut. Moſt. 1, 4 pr. *ad ſeruulos.* Ter. Adel. 1, 1 pr. Storax, non rediit hac nocte a coena Aeſchinus? Non ſeruulorum quiſquam, qui aduerſum ierant? *Conf.* Donat. *et mox* ADVERSITOR Aduerſum quod, *pro Contra quam.* Plaut. Trin. 1, 2, 139 Aduerſum quod eius me obſecrauiſſet pater. Nep. 16, 1, 4 Cum Thebanis ſibi rem eſſe exiſtimabant, et eos eſſe ſolos, qui aduerſus reſiſtere auderent. Qui aduerſus arma tulerant Nep. 17, 4, 6.

ADVERSE, Adu. *apud* Gellium 3, 16 Id tam obſcure atque praeciſe, tamque aduerſe dictum, *i. vt nunc loquuntur contradictorie, certe* ἐναντιοφανῶς.

ADVERSO, *Archaice* ADVORSO, āre. [προσέχω] *Idem quod* Advertere. Plaut. Rud. 2, 2, pr. Animo aduorſaui ſedulo, ne herum vnquam praeterirem. *Forte melior altera lectio* Animum aduerſaui, *i. attendi.*

ADVERSOR, atus ſum, āri. [ἐναντιοῦμαι, ἀντίκειμαι] *ab* Aduerſus, *pro Contrario deriuatum.* Plaut. Capt. 2, 3, 43 Neque me aduorſatum tibi. Cic. Verr. 5, 81 Hanc Cleomenes vir amabat: veruntamen huius libidini adverſari nec poterat, nec audebat. Cic. pro Sylla 50 Ego vero quibus ornamentis aduerſor tuis? aut cui dignitati veſtrae repugno? Cic. in Orat. 172 c. 51 *de Ariſtotele.* Quis porro Iſocrati eſt aduerſatus infenſius? Impenſius *dedit Gruterus, et qui eum ſecuti.* Tacit. An. 1, 28 Sua facinora aduerſari deos lamentatur. *Add.* 1, 38, 1 Vidiſtis deos infauſtam adoptionem aduerſantes. *Pichena tamen vtrobique emendat,* auerſari. *Neque ap.* Plaut. Trin. 2, 2, 102 *talis verborum ſtructura reperitur in melioribus quidem Codd. Interim cum B. Rhenanus praeter laudata* Taciti *loca prouocet etiam ad* Hiſt. 3, . . Voce flebili precabatur placatos patris manes, neue ſe vt parricidam aduerſarentur. *Et* lib. 4, . . Vulgus aduerſari regem, inuidere Aegypto: *Difficile forte fuerit tot locis vnius ſcriptoris accuſare librarios; cum praeſertim nec in aliis ex* ad *compoſitis inſolens ſit illa cum quarto caſu conſtructio.* Idem Hiſt. 1, 1 Sed ambitionem ſcriptoris facile aduerſeris. *Abſolute.* Ter. Phorm. 1, 1, 25 Coepi aduerſari primo. Plaut. Catin. 2, 3, 35 - - - iam domuiſti animum, potius vt quid vir velit Fieri, id facias, quam aduerſere contra? Idem Merc. 2, 3, 43 Nolo tuam aduerſari aduerſus ſententiam.

ADVERSANS, antis. [ἐναντιούμενος] Cic. de Orat. 2, 187, c. 44 Sed tantam habet illa, quae recte a bono Poëta dicta eſt flexanima, atque omnium regina rerum oratio, vt non modo inclinantem erigere, aut ſtantem inclinare, ſed etiam aduerſantem et repugnantem, vt Imperator bonus ac fortis capere poſſit. Cic. de Senect. 71 c. 19 Quod idem contingit adoleſcentibus, aduerſante et repugnante natura, *i. de morte loquitur.* Idem Off. 1, 110 c. 31 Nihil decet inuita, vt aiunt, Minerva, id eſt Aduerſante et repugnante natura. *Add.* ib. 3 c. 19. Vento aduerſante Tac. Hiſt. 3, 42, 3. Anticis aduerſantibus Id. Ann. 13, 12, 2. Nulla (*ars*) eſt, quae non habeat aduerſantem ſibi ſub ſpecie ſimilitudinis malignam profeſſionem Scribon. Comp. 199.

ADVERSATVS, a, um. Idem Virg. Aen. 4, 127 Non aduerſata petenti annuit Cytherea. Tacit. Ann. 2, 67, 4 Paternis conſiliis aduerſatus. Idem Ann. 14, 64, 1 Aduerſatus nuptiis Poppaeae.

ADVERSARIVS, a, um. *Subſtantiue ſepe ponitur.* [ἀνταγωνιστὴς, ἀντίδικος, ἀντίπαλος] Sine aduerſario luctatio nulla eſt Cic. de Fato c. 12. Id. Fam. 2, 4 Eſt enim tibi grauis aduerſaria conſtituta et parata, incredibilis quaedam expectatio, quam tu vna re facillime vinces *etc.* Ad Att. 12, 43 *et* 13, 31 Aduerſarius *eſt, qui in auctione contra licetur.* Aduerſarius palam Cic. Verr. 1 c. 15. Id. de Aruſp. Reſp. 14 Ecquid ſciat vnum Acerrimum aduerſarium Hermachi, Theodorum legatum ad Senatum a ciuitate libera miſſum ſica percuſſum. Id. Act. 1 in Verr. 36 c. 12 Profiteor huic generi hominum me — aſſiduum acerbum aduerſarium. Cic. pro Cluent. 94 c. 34 Hic Tribunus plebis modeſtus, prudens, non modo, non ſeditioſus, ſed etiam ſeditioſis aduerſarius, *vbi magis Adiectiuum eſt.* Capere aduerſarium, it. Conuenit mihi cum aduerſario *vid. his verbis.* Conuincere aduerſarium auctoritatibus et teſtibus Cic. de Fin. 1 c. 5. Capitalis *vid.* CAPITALIS. Cic. de Aruſp. Reſp. 40 Vt tanquam fortis in pugna vir, acceptis a forti aduerſario vulneribus aduerſis et honeſtis cadere videatur. Cic. in Vatin. 1 Nemo enim horum, aut ita te refutandum, vt Grauem aduerſarium: aut ita rogandum, vt religioſum teſtem arbitrabatur. Cic. Fam. 8, 4 in euitandis eorum conſiliis, qui ſe intenderant aduerſarios in eius Tribunatum. Valentiorem nactus aduerſarium. *Vid.* NANCISCOR. ¶ 2 *Adiectiua notio* [ἐναντίος] *apertior in iſtis* Quibus rebus nox maxime aduerſaria eſt Caeſ. B. C. 1, 31. Cic. de Orat. 2, 156 Opinionem iſtorum ſtudiorum, et ſuſpicionem artificii, apud eos, qui res iudicent, oratori aduerſariam eſſe arbitror. Idem pro Caecin. 5 c. 2 Vis ea quae iuri maxime eſt aduerſaria. ¶ 3 Aduerſaria, orum. [ἐφημερίδες] *Dicuntur tumultuariae quaedam tabulae, quae ante tabularum confectionem perſcribebantur, ne memoria rerum excideret: vt ex iis poſtea tabulae iuſtae et aeternae fierent.* Cic. pro Roſc. Com. 5 c. 2 Nimium cito, ait, me indagare de tabulis, non habere ſe hoc nomen accepti in codicem accepti et expenſi relatum confitetur, ſed in aduerſariis patere contendit. *Et rurſus,* 6 c. 2 Quid eſt, quod negligenter ſcribamus aduerſaria? quid eſt quod diligenter conficiamus tabulas? qua de cauſa? Quia haec ſunt menſtrua: illae ſunt aeternae. Haec delentur ſtatim: illae ſeruantur ſancte. Haec parui temporis memoriam, illae perpetuae aeſtimationis fidem et religionem amplectuntur. Haec ſunt coniecta: illae in ordinem confectae. Aduerſaria *ex eo dici putant, quod* aduerſa *potiſſimum parte ſemper paterent, vt ibi expenſa ſcriberentur, ſicut accepta in* auerſa. *Vid.* OPISTOGRAPHVS *et* PARIARE. *Sed malim ego inde dicta putare, quod ſemper paterent et* aduerſa *vel* obuerſa *eſſent oculis domini. In libro ſ. codice aperto enim ſemper oculis patent duae quas hodie* columnas *vocant, olim modo* paginas, *auerſa prioris folii, et* aduerſa *ſequentis: vid. Salmaſ. de Vſur.* p. 147 ſq. In aduerſaria referre, *itemque* In aduerſariis iacere Cic. pro Roſc. Com. 8 c. 3.

ADVERSATIO, ōnis. f. Tertull. adu. Gnoſt. cap. 5 Quid aliud eſt aduerſatio Idololatriae atque Martyrii, quam mortis et vitae? Idem de Pudic. cap. 15 Aduerſatio immunditiarum.

ADVERSATOR, ōris. m. [ἐναντιωτὴς] *Qui aduerſatur.* Quem miſeris auxiliatorem quem bonis fautorem, quem aduerſatorem malis in omni vita ciebo Apul. de Deo Socr. p. 44.

ADVERSATRIX, īcis. f. Ter. Heaut. 5, 3, 4 Vllamne ego rem vnquam volui, quin tu in ea re mihi aduerſatrix fueris Soſtrata? Plaut. Moſt. 1, 3, 100 Nunc aſſentatrix ſceleſta eſt, dudum aduerſatrix erat. *Add.* Tertull. de Anima c. 51.

ADVERSIPEDES, um. Plur. [Ἀντίποδες] Gloſſ. Lat. Gr.

ADVERSITOR, [ἀπαντητὴς] *Nomen eſt ab eo dictum, quod* Aduerſum ire, *pro Obuiam ire dicimus. Nam* aduerſitores *Romani ſeruos appellabant,* qui *irent aduerſum domino, illumque deducerent* et *reducerent. Vnde apud* Plautum in Moſt. 4, 1 *et* 2 *inducitur ſeruus* Aduerſitoris *vel, vt eſt in antiquis libris,* Aduorſitoris *nomine, qui cum Phaniſco aduerſum it domino ſuo potanti apud amicam. Add.* Ter. Adelph. 1, 1 pr. Non rediit hac nocte a coena Aeſchinus? Neque ſeruulorum quiſquam, qui aduorſum ierant? Donatus, Proprie locutus eſt: nam Adverſitores dicuntur. *In Gronouiana Plauti editione omiſſum hoc perſonae nomen, quod agnoſcunt antiquae, it. Lambini et Taubmanni.*

ADVERSITAS, [ἐναντιότης] *Repugnantia.* Plin. 11, 25 Magna, inquit, putatur eſſe ſcorpionibus aduerſitas cum ſtellionibus. *h. e. Stelliones et ſcorpiones creduntur ſibi inuicem aduerſari, contrariique ac infeſti eſſe.*

ADVERSIO, *vid.* ADVERTO.

ADVERTO, ti, ſum, ĕre. [ἐπιστρέφω] Ad *aliquid* vertere, *contrarium eſt,* Auertere, *quae miſcent ſaepe librarii.* Terent. Eun. 2, 3, 50 Illa ſeſe interea commodum huc aduorterat, In hanc noſtram plateam. *Per ellipſin* Sil. 1, 288 Aduertêre coloni *i. appulerunt, ſe ac naues aduerterunt.* Aduertere vrbi agmen Virg. Aen. 12, 555. *i.* Contra vrbem, *ait* Seruius. Columel. 3, 12, 6 Vt in locis frigidis meridiano vineta ſubiiciantur; tepidis Orienti aduertantur, *i. Vertantur ad Orientem.* Animum aduertere Ter. Eun. 3, 1, 7. *Metaphora ab oculis translata, quae et attendere ſignificat, et per Synecdochen antecedentis, vt h. l. intelligere. Sic et* Ter. Phorm. 5, 7, 16 Poſtquam tantopere id vos velle animum aduorteram. *Attendere ſignificat omiſſa tamen praepoſitione altera* Lucret. 2, 124 Hoc etiam magis haec animum te aduertere par eſt Corpora, etc. Plaut. Pſeud. 1, 3, 43 Et id, et hoc quod te reuocamus, quaeſo animum aduorte. Caeſ. B. G. 1, 24 Poſtquam id animum advertit, copias ſuas Caeſar in proximum collem ſubiecit. *Interdum omittitur* Animum, *v. g.* Ter. Heaut. 4, 1, 44 Non aduerti. *Sic* Plin. 8, 10 Hauſta hirudine, quam vulgo ſanguiſugam coepiſſe appellari adverto. Liu. 4, 45, 4 Aduerterent animos, ne quid noui tumultus Lavicis oriretur. *Pro video, animaduerto.* Plin. 22, 1 Equidem et formae gratia, ritusque perpetui in corporibus ſuis aliquas exterarum gentium vti herbis quibusdam, aduerto animo. *Sed Hard.* Animum, *vt et Elzeu. it. Gronou.* Ter. Heaut. 3, 3, 9 Noui amantes: animum advertunt grauiter, quae non cenſeas, *i. mouentur iis rebus etc.* Diligenter aduerte de librariis Cic. Att. 4, 4. Imperſonaliter Cic. Fam. 1, 1 Nam aduertebatur Pompeii familiares aſſentire Volcatio. ¶ 2 Advertunt *hominem res inſigniores, aut nouae, aut admirandae.* Plin. Epiſt. 1, 10 Multa in Euphrate ſic eminent, et relucent, vt mediocriter quoque doctos aduertant et adficiant. Non docet admonitio, ſed aduertit, ſed excitat, ſed memoriam continet, nec patitur elabi Sen. Ep. 94. Omnes aduertit, quod eminet, et exſtat Plin. Ep. 9, 26. Aduertit ea res Veſpaſiani animum Tac. Hiſt. 3, 48, 1. Gemitusque ac planctus etiam militum aures oraque aduertere Id. A. 1, 4, 1. Octo aquilae, petere ſiluas et intrare viſae, imperatorem aduertere Id. A. 2, 17, 2. *Eodem intellectu perſonaliter dixiſſe videtur* Sil. 16, 69 Illum ego ad incenſas trepidantem et ſaeua pauentem Aduertam patriae ſedes. *Scipio loquitur de Hannibale. Sed* Auertam *malit Heinſius: quod quidem hic non videtur neceſſarium; licet alias* Auertere *et* Aduertere, Aduehere *et* Auehere *etc. miſceant librarii.* ¶ 3 *Iam formulas videamus reliquas.* Auertere Animos monitis Ouid. Met. 15, 140. Animos ad religionem Lucret. 3, 54. Animum leuiſſimis Tacit. Ann. 13, 49. Aures ad vocem Ouid. Faſt. 1, 179. Aures monitis Propert. 1, 1, 37. Aurem fabulis Martial. 6, 64. Curſum aliquo Ouid. Met. 3, 636. Gradus citatos aduertit Diana Stat. 2 Silu. 3, 21. *conf. Bernart. ad* Stat. Theb. 1, 89. Mentem Virg. Aen. 8, 440. Redeuntes Graecia Brundiſium Nauem aduertimus Gell. 16, 6. Numen luſibus Ouid. Triſt. 2, 223 *ad Auguſtum Caeſarem.* Oculos Plin. in Paneg. 34, 2 *ſic tamen vt ad animum proprie referatur.* Parſimoniae, *i. Attendere laudant* ex Tacit. Ann. 3, 52. *Sed ita iungenda verba,* Fecerant curam, ne princeps antiquae parſimoniae, *hoc eſt Tiberii elogium* durius aduerteret, *nempe* animum *vel* oculos, *vt modo ex Plinio habuimus, ad illam luxuriem etc.* Pedem ripae Virg. Aen. 6, 386. Vultum rei Ouid. Met. 8, 482. In aliquem, *pro Animaduertere, ſiue Punire.* Tacit. Ann. 5, 9 Placitum poſthac, vt in reliquos Seiani liberos aduerteretur.

ADVERTENS, entis. i. e. Animaduertens. Ouid. Met. 14, 270 - - - aduertens penſas examinat herbas.

ADVERTOR, Paſſ. imperſ. Cic. Fam. 1, 1 Nam aduertebatur Pompeii familiares aſſentire Volcatio.

ADVERSIO, ōnis. f. Cic. pro Arch. c. 7 Tamen hanc animi aduerſionem humaniſſimam ac liberaliſſimam iudicaretis. *Sic Gruterus poſt Victorium. Add.* Tertull. adu. Marc. 2, 13.

ADVESPERASCIT, [συσκοτάζει] *Inſtat veſper. Eſt de verbis, quae Grammaticis dicuntur Exemtae actionis.* Ter. Andr. 3, 4, 2 Iam aduesperaſcit. Plin. 7, 52 Deinde quum aduesperauiſſet. Cic. Verr. 4, 147 c. 65 Quum iam aduesperaſceret, diſceſſimus.

ADVIGILO, [προσαγρυπνέω] *Diligenter vigilare, et per translationem operam dare.* Ter. Andr. 4, 1, 50 - - - nam ſatis credo, ſi aduigilaueris, Ex vnis geminas mihi conficies nuptias. Si aduigilamus pro rei dignitate Cic. de Petit. Conſ. 44. Id. de Legib. 2, 29 c. 12 Ei colendae (*Veſtae*) virgines praeſint, vt aduigiletur facilius ad cuſtodiam ignis, *i. diligenter vigiletur iuxta ignem, ne exſtinguatur.* Tibul. 2, 5, 93 Nec taedebit auum paruo aduigilare nepoti. Et labor ingenium miſeris dedit, et ſua quemque Aduigilare ſibi iuſſit fortuna premendo Manil. 1, 81. Stat. Theb. 1, 147 Non impacatis regum advigilantia ſomnis Pila, nec alterna ferri ſtatione gementes Excubiae.

ADVIGILANTIA, ae. Omni aduigilantia praecauere Ruricius Ep. 1, 3.

ADVIVO, [ἐπιζῆν] *Viuere cum aliquo, vel apud aliquem.* Plin. 15, 18 *legit Hermolaus* Eadem autem fortuito ſatu aduiuit in medio foro *cum ſuis in libris inueniſſet adiuuit. Sed poſtea editum* viuit. *Certior* Inſcriptio vetus *apud Gruterum* p. 1145 n. 8 CONIVGI CVM QVO ADVIXIT SINE QVERELA. *Et* p. 1115 n. 8 ADVIVENTE EO. Scaeuola l. 28 π. §. 5 de Liberat. legat. Donec aduiuet. *Et* l. 30 pr. π. de Adimend. Leg. Quamdiu aduixerit. Tertull. de Anima c. 57 Cum aduiuerent. Id. adu. Marc. c. 19 Dic mihi omnibus natis mater aduiuit? Omnibus natis adgenerantur et fratres. Hieron. Ep. 30 extr. ſ. Apol. ad Pammach. Diues ille purpuratus

ratus — dum aduiueret (*Lazaro*). *Diſſimulandum non eſt, hic dediſſe Frobenium*, dumad viueret. *Et vult Cujacius* Obſſ. 8, 36. *in legibus laudatis et multis aliis quae adfert veterum locis, praepoſitionem* AD *ad praecedens verbum trahi*, Donecad viuet, Quamdiuad vixerit: *idque dici, vt quoad, etc. Sed vt in vno alteroque illud non ſit improbabile; tamen loca ex* Inſcriptionibus *et* Tertull. adu. Marc. c. 19 *producta eripi non poſſunt.*

ADVLA, Mons Germaniae, *vnde Rhenus oritur etc.*

ADVLCERO, āre. [ἑλκοποιῶ] Gloſſ. Gr. Lat.

ADVLE, ADVLIS. [Ἄδουλις] ADVLITON, Oppidum eſt maritimum in Troglodytarum regione, a ſeruis, qui a dominis profugerant, conditum, *vnde et nomen habet*, Plin. 6, 29. *Hinc* Adulitanum *monumentum nomen habet, quod poſt alios* edidit Fabric. Bib. Gr. T. 2 p. 604.

ADVLOR, āri. [σαίνω, κολακεύω, θωπεύω, ὑποθωπεύω, μειλίσσομαι] Adulatio, *inquit* Nonius 1, 57 eſt Blandimentum proprie canum: quod et ad homines tractum conſuetudine eſt. *Hinc ſunt, qui ab* οὐρᾷ, *cauda deriuent, quaſi ſit* adurari: *alii a* δούλῳ *ſeruo. Sunt qui* adollari *confugiant, et paraſitos dictos eſſe* adollari *etc. Certe Scaliger monet ad Feſtum, in MSS. vix aliter eſſe, quam* adolari. Aula *placet aliis, quod in* Aula *ſint* adulatores. *Sed quidni ab* Aula *antiquorum, quae eadem* olla *eſt? Sed haec vana. Potius videamus vſum.* Col. 7, 12, 5 *Canes mitiſſimi* furem quoque adulantur. Ouid. Met. 14, 46 *de Circe*, Perque ferarum Agmen adulantum media procedit in aula. Cic. Diuin. 2 c. 2 Neque porro ita aut adulatus aut admiratus fortunam ſum alterius, vt me meae poeniteret. Cic. Off. 1, 91 c. 26 Cauendum eſt, ne aſſentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos ſinamus: *quod vel paſſiue accipi poteſt, vel actiue.* Plebem adulari Liu. 23, 4. *Add.* Tac. A. 16, 19, 4 *et* Hiſt. 1, 32, 2. *Eiusdem* Hiſt. 4, 49 *eſt* Adulandi libido. Adulari alicui. Quinctil. 9, 3. pr. Verborum vero figurae et mutatae ſunt ſemper, et vtcunque valuit conſuetudo, mutantur. Itaque ſi antiquum ſermonem noſtro comparemus, paene iam quicquid loquimur figura eſt: vt, Hac re inuidere, non vt omnes veteres, et Cicero praecipue hanc rem: et, Incumbere illi, non in illum: et Plenum vino, non vini: et, Huic, non hunc Adulari, iam dicitur: et mille alia: vtinamque non peiora vincant. Potenti adulari Nep. 25, 8, 6. Singulis amicorum Alexandri — adulantes Curt. 4, 1, 19. Regi Id. 10, 4, 15. *Add. Rader. ad* Curt. f. 118. Προσκυνῆσαι *quoque Perſarum hoc verbo denotari docet I. F. Gronou. ad* Liu. 9, 18. *idemque in MStis nonnunquam confundi cum* Adorare. *Conf.* ADVLANS *et* ADVLATVS. Tertull. de Ieiunio . . . Vnde et qui in idolis comendis et in aris ornandis et ad ſingulas horas ſalutandis adulantur, curationem facere dicuntur.

ADVLO, [μειλίσσω] *Vetuſte dictum pro Adulari.* Cic. Tuſc. 2, 24 c. 10 *ex* Accio, ſec. Non. 1, 57

Tum Iecore opimo farta, et ſatiata affatim,
Clangorem fundit vaſtum: et ſublime auolans
Pinnata cauda noſtrum adulat ſanguinem.

*Venuſta pictura, cum adulationem animalium in blando caudae motu ineſſe, appareat. Vid.* Ouid. Met. 14, 263 *cuius verba damus in* Adulare. Lucret. 5, 1072 *de canibus* Longe alio pacto gannitu vocis adulant. *Sic paſſiue*, Adulati erant ab inimicis et aſſentati Caſſ. Hemina ap. Priſcian. 8 p. 791. *Sic* Val. Max. 4, 3 ext. 4 Diogenes Syracuſis, cum olera ei lavanti Ariſtippus dixiſſet, Si Dionyſium adulare velles, iſta non eſſes: Immo, inquit, Si tu iſta eſſe velles, non adulares Dionyſium. *Ita MSS. optimi. Pighius ad h. l. etiam* Columellae 7, 12, 5 *tribuit ex MS.* Vet. Inſcr. Murat. 1645 Deos pro me adularent. Tribunus militum adulandus erat Val. Max. 2, 7, 15. Tribus non circumiui, centurias non adulaui Auſon. Grat. Act. c. 5. Quemque ex cohorte imperatoria et probroſiſſimum adulabant Mamertinus Paneg. Iuliani c. 20. Κολακεύω, blandio, adulo, adſector, ancillor Gloſſ. Vet.

ADVLANS, ntis. More adulantium procubuerunt Liu. 30, 16. Blandas mouere per aëra caudas, Noſtraque adulantes comitant veſtigia Ouid. Met. 14, 263. More ac ritu adulantium canum Gell. 5, 14. Cic. de Amic. 99 Aperte adulantem nemo non videt, niſi qui admodum eſt excors. *Compar.* Quid adulantius, quam delicta non exſequi Tertull. adu. Marc. 1, 27.

ADVLATVS, a, um. [προσκυνήσας] *Humi proſtratus.* Val. Max. 4, 7 ext. 2 *de matre Darii*, Hephaeſtionemque, quia ei et forma et ſtatura praeſtabat, more Perſarum adulata, tanquam Alexandrum ſalutavit. Id. 6, 3 ext. 2 Athenienſes Timagoran, inter officium ſalutationis Darium regem more gentis illius adulatum capitali ſupplicio affecerunt. ¶ 2 *Paſſiue* Adulati erant, Hemina *apud* Priſcian. 8 p. 791.

ADVLATVS, ūs. m. Gloſſ. Adulatus κολακεία.

ADVLĀTIO, ōnis. f. [κολακεία, θωπεία] Cic. de Nat. Deor. 2, 158 c. 63 Canum vero tam fida cuſtodia, tamque amans dominorum adulatio. Adulatio, in ſecundo ſignificatu. Cic. in Laelio 91 c. 25 Nullam in amicitiis peſtem eſſe maiorem, quam adulationem, blanditias, aſſentationem. Deſideratae humi iacentium adulationes Liu. 9, 18. *Conf. Gronou. ad h. l. Add.* Sen. Qu. N. 4 Praef. Aberat adulatio Tacit. Ann. 3, 2. Auaris adulationibus aditum obſtruere Plin. Pan. 41, 3. Foediſſima Tacit. Ann. 3, 57. Foedis aduerſus Neronem adulationibus Idem Ann. 15, 59. Gliſcens Tacit. Ann. 1, 14. Sueton. in Auguſt. 53 Indecoras adulationes manu vultuque repreſſit. Quaeſitior adulatio, *i. Exquiſitior.* Id. Ann. 3, 57. Segnis Tacit. Hiſt. 1, 36. Submiſſa Quinct. 11, 1, 30. Triſti adulatione aduerſus ſuperiores Tacit. Ann. 11, 21. Id. Ann. 1, 13 Multa patrum et in Auguſtam adulatio. Semper magnae fortunae comes adeſt adulatio Paterc. 2, 102. Adulationem induere Id. Ann. 5, . . Demitti in adulationem Tacit. Ann. 14, . . Lapſos in adulationem cohibebat ipſe Tacit. Ann. 4, 6. Col. 6, 2, 5 Tum denum ad alligatos boues — placide, et cum quadam vocis adulatione venito.

ADVLĀTOR, [κόλαξ, κολακευτής] *Qui ficto amore, et obſequio, gratiam ac fauorem captat: eſt igitur* Adulatori *contrarius* Amicus *verus: nempe qui nihil ſimulat apud eum quem amat, ſed libere et ex animo facit ac dicit omnia.* Ex Cic. Lael. 91 *peti poteſt talis definitio* Homo leuis atque fallax, ad voluptatem loquens omnia, nihil ad veritatem. Nolo eſſe laudator, ne videar eſſe adulator A. ad Herenn. 4 c. 21.

ADVLĀTRIX, icis. [κολακεύτρια] *Quae adulari ſolet.* Trebell. Pollio in Claud. c. 3. Tertull. de Anima c. 51.

ADVLATORCVLVS, i. m. Dimin. Paruus adulator. Cathol.

ADVLATORIVS, Adi. [θωπικός] Tacit. Ann. 6, 32 Vitellius formidine C. Caeſaris, familiaritate Claudii, turpe in ſeruitium mutatus, exemplar apud poſteros adulatorii dedecoris habetur.

ADVLATORIE, Adu. Auguſt. Epiſt. 148 pr. Si perfunctorie atque adulatorie res agatur. *Conf.* Nonium 1, 203.

ADVLANTER, aliud Adu. Fulgent. Contin. Virg. p. 153 Vanae laudis appetitus falſa adulanter ingeſta, velut propria reputat.

ADVLĀBILIS et e. Qui blanditiis moueri poteſt. Ennius apud Nonium 2, 669 Huic eſt animus propitiabilis, ita et adulabilis. Sic, Adulabilis ſermo, ſententia, Ammian. 14, 11. et 31. 12.

ADVLTER, ĕri. [μοιχός] *Vnde foemininum* ADVLTERA. Feſtus, Adulter et Adultera dicuntur, quia et ille ad alteram, et haec ad alterum ſe conferunt. Quaeritur, Aegiſthus quare ſit factus adulter: In promtu cauſa eſt, deſidioſus erat Ouid. Rem. Am. 161. Adulter in aliqua Tacit. Ann. 3, 24. Pſeudo-Cic. in Salluſt. 21 Tu omnium menſarum aſſecla, omnium cubiculorum in aetate pellex, et idem poſtea adulter. Callidus adulter Ouid. Amor. 1, 10, 4. Dardanius *i.* Paris Virg. Aen. 10, 92. Fraternus *i. Thyeſtes, qui cum Merope fratris ſui Atrei vxore commiſit* adulterium Stat. Silu. 5, 58. Nitidus *i. Comtus* Hor. 3, 24, 20. Nocturnus Hor. Od. 3, 16, 4. Claud. de Bell. Gild. 167 Inſtat Virginibus raptor, thalamis Obſcoenus adulter. Iuuen. Sat. 6, 236 Abditus interea latet, et ſecretus adulter. Sororis adulter Clodius Cic. pro Sext. 39. Temerarius Ouid. Faſt. 2, 335. Adulter an ſit, qui deprehenſus eſt in lupanari? Quinct. 7, 3, 6. Adulterum occidere licet Quinct. 5, 10, 39 *etc.* Sed non niſi cum adultera Ibid. 104. ¶ 2 *Feminini* Adultera *haec exempla ſunto.* Cato nullam adulteram non eandem eſſe veneficam dixit Quinct. 5, 11, 39. Ouid. Met. 10, 346 Tune eris et matris pellex, et adultera patris? *de Myrrha.* Coniunx Ouid. Amor. 3, 4, 37. Lacaenae adulterae famoſus hoſpes Hor. Od. 3, 3, 25 *i. Paris Helenae.* Turpis Ouid. Epiſt. 13, 133. Ouid. Epiſt. 6, 133 Turpiter illa virum cognouit adultera virgo. Virgo, *ad aetatem refertur.* ¶ 3 Adulter, *pro Amatore etiam extra coniugium, vt ap.* Ouid. Heroid. Ep. 20, 8. Hor. Od. 1, 33, 9 Quam turpi Pholoë peccet adultero. *Sic alibi ſaepe.* Ouid. de Arte Am. 2, 637 — cum nominis extat adulter, *i. Qui per mendacium gloriatur de amoribus feminae.* ¶ 4 Adulter, *itemque* Adultera, *de brutis.* Pardi ſemine permiſto geniti, quum forte leaenae Nobiliorem vterum viridis corrupit adulter Claudian. Conſ. Mall. Theod. 302. *De eadem re* Plin. 8, 16 Odore pardi coitum ſentit in adultera leo, totaque vi conſurgit in poenam. ¶ 5 Adulter ſolidorum, *i. corruptor monetae* Conſtantius l. 5 C. Th. de falſa moneta.

ADVLTER, a, um. Numus adulter Tertull. de Poenit. c. 6 Clauis adultera Ouid. Art. 3, 643. Crines adulteri Hor. Od. 1, 15, 19. Arte adultera Tac. A. 14, 1, 5. Mens Ouid. Am. 3, 4, 5. Minium adulterum Plin. 33, 7 *h. e. reprobum.* Adultera culta Prudent. Hamart. v. 216, *i. ager malis ſeminibus obſitus.*

ADVLTERIO, ōnis. *Idem qui* Adulter. *Citat* Laberium Nonius 2, 12, *et addit*, Quem ſi quis legere voluerit, ibi inueniet, et fidem noſtram ſua diligentia adiuuabit. *Vid.* et Gell. 16, 7 *Vbi inter verba* praelecenter *ficta a Laberio refert et* adulterionem, adulteritatemque pro adulterio.

ADVLTĔRO, āre. [μοιχεύω] Adulterio ſtuprare. Suet. in Aug. 67 Adulterare matronas. *Abſolute* Cic. de Legib. 1, 43 Latrocinari, adulterare, teſtamenta ſupponere. Illa te, ſi adulterares, digito non auderet contingere Gell. 10, 23. Ergo tibi, ſoror, vt honeſtos habeas liberos, adulterandum eſt Ceſt. ap. Sen. 3 Contr. 12. ¶ 2 *Per metaphoram ſubiecta re ſimili rem ſinceram corrumpere.* Plin. 12, 7 Piper longum facillime adulteratur Alexandrino ſinapi. Cic. pro Roſc Com. 17 Adulterare tabulas. Adulterare eum aiebat rebus caeteri *i. aeque fallacem eſſe* Plaut. Bacchid. 2, 3, 34. Cic. de Amicit. 9. c. 25 Quum autem omnium rerum ſimulatio eſt vitioſa (tollit enim iudicium veri, idque adulterat) tum amicitiae repugnat maxime Cic. pro Caecin. 73 c. 26 Quod enim eſt ius ciuile, quod neque inflecti gratia, neque perfringi potentia, neque adulterari pecunia poſſit? *De Mercibus ſic vſurpatur a* Plin. 12, 12. Cic. in Partit. 90 Voluptas naturam boni fallaciter imitando adulterat. Vlp. l. 1. in fin. ff. De ſeruo corr. Vel actori ſuaſit, ſiue verbis, ſiue pretio, v rationes dominicas intercideret, vel adulteraret, vel etiam vt ratio nem ſibi commiſſam turbaret. *Etiam de beſtiis*, Hor. Epod. 16, 31 Mirus amor, iuuet vt tigres ſubſidere ceruis, Adulteretur et columba miluio, *i. a miluio per adulterium ineatur.*

ADVLTĔROR, āri. [μοιχεύομαι] Dep. *laudant* Cic. Off. 1, 128 c. 35 Latrocinari, fraudare, adulterari, turpe eſt, ſed dicitur non obſcoene. *Sed meliores* adulterare, *vt vidimus.*

ADVLTERATVS, a, um. Suet. in Caeſ. 48 Libertum gratiſſimum, ob adulteratam equitis Romani vxorem (quanquam nullo querente) capitali poena affecit. Adulteratae reliquiae Gallorum, *i Aliena gente mixtae* Flor. 2, 11, 3. Adulteratum Gummi Plin 19, 3. Id. 10, 9 Educat ergo feta (*palumbes*) ſubditum (*cuculum*) adulterato (*ſuppoſitis ouis*) nido.

ADVLTERATOR, oris. *Corruptor, Deprauator: vt* Adulteratores monetae in l. aut facta. in fin. D. de poenis.

ADVLTERATRIX, īcis. f. *Adultera.* Gloſſ. Vet. μοιχαλίς, Adulteratrix

ADVLTERATIO, onis. f. Gloſſ. Cyrilli, Adulteratio παραχάραγμα: ſicut ibidem Adulterator παραχαράκτης *eſt i. monetae corruptor* Legitur etiam Lemmatis Plinianis quae poſt praefationem loco primi libri viſuntur, ad lib. 12. n. 20. In odoribus aut condimentis dicuntur Adulterationes.

ADVLTERINVS, [κίβδηλος] Adi. *Quod pro vero aſſimilatum eſt vt* Adulterinum ſignum, *i.* Alieno annulo factum, Feſtus. Cic. pro Cluent. 41 c. 14 Teſtamentum in alias tabulas tranſcriptum, ſigni adulterinis obſignauit. *Add.* Liu. 40, 54. Crines adulterini, *vid.* Act. Erud. Lipſ. Suppl. T. 6 p. 199. Adulterina moneta, *vid.* MONETA. Varr. R. R. 1, 40, 2 Semina videndum, ne propter ſimilitudinem ſint adulterina. Plaut. Bacch. 2, 3, 31 — inſit dicere Adulterinum, et non eum eſſe ſymbolum. *i. Signum, teſſeram.* Salluſt. Iug. c. 12 Portarum claues adulterinas pauet, nam verae ad Hiempſalem referebantur. Cic. Off. 3, 91 c. 23 Si ſapiens adulterinos numos acceperit imprudens pro bonis. Adulterino ſanguine nati Plin. 7, 2. Adulterinae Veneris praecluſi aditus Apul. 8 p. 202. Plin. 10, 3 Et conniuentem humectantemque (*pullum aquila*) animaduertit, praecipitat e nido, velut adulterinum et degenerem.

ADVLTERITAS, pro Adulterio a Laberio nimis licenter dictum *teſte* Gellio 16, 7.

ADVLTERIVM, [μοιχεία] *Crimen Adulteri.* Adulterium, cum aliena vxore domi coire an et in lupanari? Quinct. 7, 3, 10. Papinianus in l. 6 §. 1 D. ad leg. Iuliam de adult. Lex Iulia ſtuprum et adulterium

adulterium promiſcue καὶ καταχρηστικώτερον appellat: Sed proprie Adulterium in nuptam committitur, propter partum ex adultero conceptum, compoſito nomine: Stuprum vero in virginem viduamue committitur: quod Graeci φθορὰν ſiue διαφθορὰν appellant. *Hanc Papiniani definitionem Valla 6, 45 approbat: illud tamen addens, Legem Iuliam recte haec duo promiſcue appellaſſe: non quod omne ſtuprum ſit adulterium: ſed quod omne adulterium ſit ſtuprum.* ❡ 2 Adulterium, *per metaphoram dictum.* Omne falſum adulterium eſt Tertull. de Idol. c. 1. *Conf. Barth. ad* Claudian. p. 176. Vt ſit adulterio ſuccorum gratia maior Manil. 5, 266. Plin. 9, 40 Iuuatque ludere impendio, et luſus geminare miſcendo iterum, et ipſa adulterare adulteria naturae: ſicut teſtudines tingere, argentum auro confundere, vt electra fiant: addere his aera, vt Corinthia. Idem 17, 1 Ob hoc inſita, et arborum quoque adulteria excogitata ſunt, vt nec poma pauperibus naſcerentur. Id. 19, 3 Mercis adulteria *dixit.* Labes adulterii Ouid. Am. 3, 5, 44. Foedum matris adulterium Ouid. Met. 8, 156. Impurum Catull. de coma Beren. 84. Obſcoenum Ouid. Triſt. 2, 212. Sordidum Liu. 1, 58 *Cum ſeruo nempe.* Turpe Iuuenal. Sat. 11, 175. Ouid. de Arte Am. 2, 367 Cogis adulterium dando tempusque locumque. Committere Quinctil. 7, 3, 1. Vlpian. in l. 1. §. ſi quis. D. de offic. praefect. vrb. Si quis ſeruum ſuum adulterium commiſiſſe dicat in vxorem ſuam, apud praefectum vrbi erit audiendus. Cum quibus illa malum fecit adulterium Catul. ad Ianuam 68, 36. Deprehendi in adulterio Cic. de Orat. 2 c. 68 Paterc. 2, 45, 1 P. Clodius infamis etiam ſororis ſtupro, et actus inceſti reus, ob initum inter religioſiſſima populi Romani ſacra adulterium. Adulterio nobilitatus *Vid.* NOBILIS. Cic. de Orat. 2, 275 c. 68 Qualem exiſtimas, qui in adulterio deprehenditur? tardum. Adulteriis caelata vaſa Plin. 14, 22. *i. hiſtoriis libidinoſis.*

ADVLTVS, *vid.* ADOLESCO.

ADVMBRO, āre. [ἐπισκιάζειν] *Vmbram tegendo facere.* Columel. 5, 5, 15 Sub ortu caniculae palmeis tegetibus vineas adumbrabat. Adumbrantur vel ſtramentis vel aliis tegumentis vuae Id. 11, 2, 61. Frondibus adumbrari Id. 9, 7, 4. Petron. c. 105 p. 487 Iuſſi ſqualorem damnatis auferri — vt notae quoque literarum, non adumbratae comarum praeſidio totae ad oculos legentium accederent. ❡ 2 Adumbrare *eſt Pictorum verbum, et quadantenus aliquid deformare et exprimere ſignificat: non primis tantum lineis, velut vulgo interpretantur, circumſcribere, ſiue delineare. Nimirum* Adumbrare *Latinis, quod* σκιαγραφεῖν *Graeci dicunt:* Adumbratio σκιαγραφία. *Atqui* Sciagraphia *non eſt lineatio, quae* Ichnographia *et* Orthographia *abſoluitur; ſed eſt, quae addit vmbras, et oculis non modo lineas exhibet, ſed explicatiores etiam rerum ſpecies ſubiicit, vt Bernardus Baldus recte interpretatur. Lex. Vitruu. voce* SCIOGRAPHIA. *Nempe Pictores primum lineamenta ducunt futurae imaginis (haec* Ichnographia eſt) *deinde inducunt colores, qui addunt vmbram, atque ſic paulo expreſſiorem ſpeciem exhibent, non tamen perfectam. Haec* adumbratio *igitur eſt, cui poſtea accedit manus vltima: cum omnia ad exactam elegantiam ac venuſtatem expoliuntur. Et hanc ob cauſam Ariſtoteles* Rhetor. 3, 12 *genus dicendi, quo in deliberatiuis cauſis vtimur,* σκιαγραφίαις *comparat, et Illi ideae, quae in demonſtratiuo genere adhibetur, opponit. Hoc enim vt omnium accuratiſſimum et ornatiſſimum vult; ita illum, ſi exquiſitum minus excultumque ſit, maxime probat.* Quinctil. 7, 10, 9 Nam quis pictor omnia, quae in rerum natura ſunt, adumbrare didicit? Adumbrare *et* Exprimere, *contraria.* Cic. pro Caelio 22 c. 5 Permulta maximarum non expreſſa ſigna, ſed adumbrata virtutum. Idem Tuſc. 3, 3 Eſt enim gloria ſolida quaedam res et expreſſa, non adumbrata. Adumbrare, pro Imitari. Cic. de Orat. 3, 16 c. 4 Id ipſum ſumus in eorum ſermone adumbrare conati. *Et* de Orat. 2, 194 c. 47 Quare nolite exiſtimare me ipſum, qui non heroum veteres caſus fictosque luctus vellem imitari atque adumbrare dicendo, etc. Eloquentiae ſpeciem et formam adumbrare Cic. Orat. c. 14. Id. de Fin. 5, 61 c. 22 In qua (*indole*) haec honeſta, quae intelligimus, a natura tanquam adumbrantur. Sed haec in pueris expreſſa. Cic. de Legib. 1, 59 Quoniam principio rerum omnium quaſi adumbratas intelligentias animo ac mente conceperit: quibus illuſtratus ſapientia duce, bonum virum, et ob eam ipſam cauſam cernat ſe beatum fore. Adumbrare morem alicuius. *Vid.* MOS. ❡ 3 *Hinc ad ea, quae finguntur, et ne probabiliter quidem ſatis finguntur, referre ſolet* Cicero: *v. g.* pro Domo ſua 80 c. 30 Quod ſi non fuit, quid te audacius, qui in eius nomen incideris? quid deſperatius, qui ne ementiendo quidem potueris auctorem adumbrare meliorem? *i. fingere, quaſi tu dicas, primis coloribus depingere. In primis vero ſic vtitur Participio*

ADVMBRATVS, a, um. *Vt* Comitia adumbrata contra Rull. 2, 30. Dii adumbrati de Nat. Deor. 1, 75. *Dixerat,* Illud video pugnare te, ſpecies vt quaedam ſit deorum, quae nihil concreti habeat, nihil ſolidi, nihil expreſſi, nihil eminentis, ſitque pura, leuis, perlucida — *ſubiungit*: Cedo mihi iſtorum adumbratorum deorum lineamenta atque formam: *i. fictorum a te. Sic* Tuſc. 3, 3 *opponit* eminentem effigiem virtutis et adumbratam imaginem gloriae. *Sic* pro Sulla 52 c. 18 Sed quoniam Cornelius ipſe, etiam nunc de indicando dubitat, vt dicitis, informat ad hoc adumbratum iudicium, filium. Verr. 3, 77 c. 33 Aeſchrio Pippae vir adumbratus, *i. qui vir illius eſſe diceretur: re vera quidem Verres erat.* Laetitia Tacit. Ann. 4, 31, 2. *h. e. Ficta et ſimulata, non vera.* Petron. c. 106 Mimicis artibus petiti ſumus, et adumbrata inſcriptione deriſi: *de ſtigmatis ementitis.* Opinio virtutis Cic. de Fin. 5, 69 Res fictae et adumbratae Id. de Amic. . . Suffragia Cic. de Lege Agr. 2, 31 c. 12.

ADVMBRATIO, ōnis. f. [σκιογραφία] Cic. de Perfect. Orat. 103 c. 29 Nulla eſt enim vllo in genere laus oratoris, cuius in noſtris orationibus non ſit aliqua, ſi non perfectio, at conatus tamen, atque adumbratio. *Add.* Vitruu. 1, 2 p. 6 Item ſcenographia (Al. ſciographia) eſt frontis et laterum abſcedentium adumbratio.

ADVMBRĀTIM, Adu. [ἐπεσκιασμένως] *Subobſcure, non aperte.* Lucret. 4, 363 *De turribus quadratis, quae a longinquo videntur,* Non tamen vt coram quae ſunt, vereque rotunda, Sed quaſi adumbratim paullum ſimulata videntur.

ADVNCVS, a, um. [ἐπικαμπής] Adi. *Proprie dicitur, Quod quaſi ad nos (i. e. verſus nos)* vncum *ſiue incuruum eſt, quale eſt, Aquilae roſtrum, et canum, leonum, ſimiliumque vngues. Huic opponitur* Reduncus Plin. 11, 37 ſ. 45 Cornua aliis adunca aliis redunca. *Et paullo ante,* Rupicapris in dorſum adunca, damis in aduerſum. Liu. 1, 18 Dextra manu baculum ſine nodo aduncum teneris, quem lituum appellauerunt. Cic. pro Cluent. 180 Se nuper in auctione quadam vidiſſe in rebus minutis aduncam ex omni parte dentium et tortuoſam venire ſerrulam. Aratrum aduncum Ouid. Met. 2, 286. Arcus Ouid. Epiſt. 4, . . Baculum *et* Cornua *modo vidimus.* Corpuſcula curuata, et quaſi adunca Cic. de Nat. Deor. 1, 66. Cymba Ouid. Met. 1, 290. Dentes aprorum Ouid. Met. 10, 550. Falx Ouid. Met. 14, 628. Ferrum Ouid. Met. 9, 128. Hamus Ouid. Met. 13, 934. Lucan. 2, 183 Spiramina Naris aduncae Amputat. Naſus Terent. 5, 5, 18. Naſo adunco aliquem ſuſpendere, *Spernere, ſubſannare, faſtidire, irridere.* Acron. ad Hor. Sat. 1, 6, 5. Ouid. Epiſt. 12, 16 — Oraque adunca boum. Pedes aquilae Ouid. Met. 6. Praepes Iouis adunca *h. e. Aquila* Ouid. Faſt. 6, 196. Puppis Ouid. Met. 14, 550. Roſtra Col. 8, 2, 9. Plin. 11, 37 Et acuta volucribus roſtra, eadem rapto viuentibus adunca. Serrulam *initio memorauimus.* Vngues Cic. Tuſc. 2, 24 c. 10. Vomer Ouid. Faſt. 2, 295.

ADVNCĬTAS, *vt* Aduncitas roſtri Plin. 8, 27. 10, 71 et lib. 12, 49. Cic. de Nat. Deor. 2, 122 Roſtrorum aduncitate cibum capiunt quaedam animalia.

ADVNO, āre. [ἑνόω] *In vnum cogere: verbum rarum.* Plin. 19, 2 Vulſum facibus in aceruo adunatum biduo. Quum adunata omnis ſociorum claſſis eſſet Iuſtin. 2, 12, 18. Membra diuiſa adunare Pallad. 3, 29, 1. *Add.* Caſſiodor. 5 Ep. 3. Ἀθροίζω, aduno, congrego, glomero Gloſſ. Gr. Lat.

ADVNĀTVS, a, um. *Saepe hoc participio* Iuſtinus *vſus eſt:* vt 7, 2, 12 Adunatae gentes variorum populorum. *Et* 15, 4, 22 Adunatis omnium ſociorum copiis. Item 24, 1, 5 Adunato exercitu, etc. ſic et Pallad. 4, 10, 36 Germen adunatum. Gloſſ. Gr. Lat. μονόχωρος ἐν τάβλῃ, Adunatus in tabula. Si Nonio 4, 10 *vel librariis certe illius, credimus, ipſi etiam* Ciceroni Off. 3 c. 8. *vindicanda vox eſt, vbi ſcripſiſſe dicitur:* Et ſi tum animum attenderis, turpitudinem videas adunatam, etc. *Sed* adiunctam *hodie ibi legimus.*

ADVNATIO, ōnis. f. Cypr. Epiſt. 57, 1 extr. Epiſt. 61, 1. *Siue Oxon. Edit.* Epiſt. 60 et 62.

ADVŎCO, āre. [προσκαλέομαι, ἐπικαλέω, μεταπέμπω] Ad ſe vocare, *proprie ad Ius pertinet, et ſignificat Homines vel patrocinii, vel conſilii, vel teſtimonii cauſa conuocare.* Hotoman. Ter. Phorm. 2, 1, 83 Amicos aduocabo, ad hanc rem qui adſient. Aderat frequens, aduocabat, omni gratia ſtudioque pugnabat Cic. pro Cluent. c. 19. *Vid. Graeu.* Viros bonos complures aduocat Cic. pro Quint. c. 21. Cic. pro Quintio 5 Quod tibi aduocaſti, viris electiſſimis ciuitatis. *h. e. Quos tibi aſſeſſores, et in iudicando vocaſti adiutores, quos in conſilium adhibuiſti.* Ideoque interim veniam aduocandi peto Plin. Epiſt. 5, 8. *i. conſulendi amicos, qua ipſa re dilationem conſequar. Vid.* ADVOCATIO n. 3. Pomponius in l. ſi procurator. D. Rem ratam haberi. In id committitur ſtipulatio, quod interſit agentis. Et ideo ſaepius ex ea ſtipulatione agi poteſt, prout interſit agentis in eo quod litigat, quod conſumit, quod aduocat, quod damnatus ſoluit. Aduocat, *h. e. Advocatos accerſit.* Quinctil. 11, 1, 38 Etiam in iis cauſis, quibus aduocamur, earum differentia diligenter eſt cuſtodienda. *Sic* Aduocari aegro Ouid. Rem. 110. Hor. Od. 4, 11, 13 Vt tamen noris, quibus aduoceris Gaudiis, *de conuiuio.* Cic. 12. Art. . . . Nam quod non aduocaui ad obſignandum, primum mihi non venit in mentem. Quinct. 12, 1 An ei, qui ad defendendas cauſas aduocatur, non eſt opus fide? Ad concionem Liu. 4, . . Concionem Cic. Verr. 3, 185 c. 80 *et* de lege Agr. 2, 13 c. 5 Concionem in primis aduocari iubet. Conſilium Cic. in Vatin. 15. Id. Tuſc. 1, 5 c. 31 Nam quid aliud agimus, quum a voluptate, id eſt a corpore, quum a re familiari, quae eſt miniſtra et famula corporis, quum a republica, quum a negotio omni ſeuocamus animum? Quid, inquam, tum agimus, niſi animum ad ſeipſum aduocamus, ſecum eſſe cogimus, maximeque a corpore abducimus? *Simpliciter poſuit* Sen. de Breuit. Vitae 2 Hic aduocat, (*int. amicos ad cauſam ſuam*) hic adeſt: ille periclitatur, ille defendit, hic iudicat. Aliquem contra alterum Cic. pro Quintio 71. In conſilium aduocare fauorem Cic. ap. Quinct. 8, 3, 34. In Conſilia Quinctil. 3, 8, 70. Virg. Aeneid. 5, 44 In coetum aduocare ſocios. Quod vſu optimum intelligit, id in Tutelam ſecuritatis ſuae libenter aduocat Vell. 2, 128. ❡ 2 *Iam ſubſtantiua ponamus, quibus iungitur hoc verbum.* Deſuper Alcides premit omniaque Arma aduocat Virg. Aen. 8, 250. Aduocare artem Cic. Acad. 4, . . . Nunc aduoca Aeſtus, anime Sen. Troad. 613. Plin. 15, 26 Inque alio cibi genere India aduocatur, in alio Aegyptus. Artes aduocare Ouid. Met. 7, 138. Sil. Ital. 17, . . Ergo aſper monitis fruſtra nitentibus enſes Aduocat. Aduocat inde manus operi auctor Moreti v. 24. *Conf.* Gronou. obſeruatt. 2, 19 p. 380 Genas in planctum Sen. Oed. 14. Tacit. Hiſtor. 1, 55 In Senatus populique Romani obliterata iam nomina, ſacramenta aduocabant, *i. In* S. P. Q. R. *verba iurare poſtulabant: quod factum paullo poſt oſtendit.* Ventos Stat. Achil. 1, 219. Licet omnes in hoc Vires ſuas natura aduocet Sen. de Benef. 6 c. 2. Sen. Medea, 562 - - - hoc age: omnes aduoca Vires, et artes. ❡ 3 *Dubia valde ſunt iſta,* Aduocaſſe, Prouocaſſe, *teſte* Nonio 2, 44. Lucil. lib. 29 Amicos hodie cum improbo illo audiuimus. Lucilio aduocaſſe. *Et* Advocare, *pro Allicere volunt eſſe* Plin. 1. Epiſt. vlt. Tranquilli mei ſtomachum multa ſolicitant, vicinitas vrbis, opportunitas viae, mediocritas villae, modus ruris, qui aduocet magis, quam diſtringat. *h. e. Qui delectet magis, quam occupet. Sed rectius alii legunt* Auocet: *interpretanturque A curis vrbanis paullum remoueat. Saepius ita peccatum a librariis, hic oſtendit Cortius.*

ADVOCANS, antis. Vulg. Int. Matth. 18, 2 Aduocans Ieſus paruulum, ſtatuit eum in medio eorum.

ADVOCATVS, a, um, *Vt* Aduocata concio Nep. 7, 6, 4. Iuſtin. 2, 8, 8. Quis Deus tibi non bene aduocatus Catull. 41, 3. *Sed frequentius longe, ſubſtantiue ponitur, vt iam dicemus.*

ADVOCATVS, *Subſt.* [παράκλητος, συνήγορος] Audiamus Aſcon. ad Cic. Diuin. in Verr. 11 c. 4. Qui defendit alterum in iudicio, aut patronus dicitur, ſi orator eſt: aut aduocatus, ſi aut ius ſuggerit, aut praeſentiam ſuam commodat amico: aut procurator, ſi abſentis negotium ſuſcipit: aut cognitor, ſi praeſentis cauſam nouit, et ſic tuetur vt ſuam. Eumolpus periclitantium aduocatus Petron. c. 110. Ad Iuriſconſulti officium pertinet illud Cic. Fam. 7, 14 Minus multi te aduocato cauſa cadent. *Itemque hoc,* Si turpe putas, te aduocato, illum ipſum, quem contra veneris, cauſa cadere Cic. pro Muren. c. 4. *Nempe Sulpicius, quicum hic diſputat Cicero, vt ICtus aduocari poterat ad reſpondendum aut cauendum ei, contra quem ipſe deinde in iure veniret, rogatus ab eius aduerſario: vti Cicero in petendo Conſulatu fauerat Sulpicio contra Murenam; poſtea in iudicio ambitus huic contra illum adfuit.* Vlpian. l. 1. D. de var. et extraor. cognit. Aduocatos accipere debemus omnes omnino, qui cauſis agendis quoquo ſtudio operantur.



Atque

Atque his cauſarum actoribus honorarium ſeu merces ſua ſoluebatur. *Vid.* Torrent. ad Sueton. Ner. 17. Ter. Eun. 4, 6, 25 Volo ego adeſſe hic aduocatos nobis in turba hac. Cic. pro P. Sylla 81 c. 29 Conſul de pecuniis repetundis Catilinae fuit aduocatus. ¶ 2 *Speciatim vero* Aduocatus, *pro Patrono, ſeu Cauſidico, ſiue pro Eo, qui cauſam agit, poni, argentea praeſertim aetate, ſolet.* Contradixerunt Vincentinorum legati, adfuit Tuſcillus Nominatus; dilata cauſa eſt: alio ſenatu Vincentini ſine aduocato intrauerunt Plin. Ep. 5, 14. Quinct. 12, 1, 13 Frequenter autem accidit, vt iis etiam vera dicentibus fides deſit: videaturque talis aduocatus, malae cauſae argumentum. Et n. 25 Non enim forenſem quandam inſtituimus operam, nec mercenariam vocem, nec (vt aſperioribus verbis parcamus) non inutilem ſane litium aduocatum, quem denique cauſidicum vulgo vocant. *Add.* 4. 1, 7. Aduocatus aſto cuipiam. *Vid.* ASTO. Per aduocatum defendi. *Vid.* DEFENDO. Cic. Off. 1, 32 Vt ſi conſtitueris te cuipiam aduocatum in rem praeſentem eſſe venturum. Ridicule, aduorſumne illum cauſam dicerem, cui veneram aduocatus Ter. Adelph. 4, 5, 47. Veni mihi aduocatus Varr. R. R. 2, 5, 1. Inuocare aduocatum ad cauſam defendendam Cic. de Orat. 2, 196. Aduocatum Plautus *pro Teſte rogato accipit* in Poen. 3, 6, 11 Factum a vobis comiter, bonam dediſtis Aduocati operam mihi, etc. *Verba ſunt Agoraſtoclis ad teſtes, quos aduocauerat in Lycum lenonem, quos primo huius ſcenae verſu diſerte* teſtes *vocat. Sed et in ſuperiore ſcena* v. 20 *Lycus Agoraſtoclem ſic alloquitur.* LYC. Malus es, captatum me aduenis cum teſtibus: Tuorum apud me nemo, nec quicquam tui. AGORA. Mementote illuc aduocati. ADVOC. Meminimus. Cic. Phil. 1, 16, c. 7 Vellem adeſſet Antonius, modo ſine aduocatis: *mordax iocus in milites, quos ille in cella templi, vbi Senatus habebatur, collocauerat.* Oculos aduocatos adhibere, *vid.* OCVLVS.

ADVOCANDVS. Cic. pro Quint. 47 Potentes, diſerti, nobiles omnes aduocandi ſunt.

ADVOCAMENTVM, i. [συνηγορία, vel θεραπεία] *Laudatur* Venia aduocamenti Plin. Epiſt. 5, 8. *Sed meliores libri* Aduocandi.

ADVOCATIO, ōnis. f. [συνηγορία, παρακέλευσις] *Aduocati officium, aut Patrocinium quod nobis affertur ab eo.* Cic. Fam. 7, 10 Sed tu in re militari multo es cautior, quam in aduocationibus. Plin. Ep. 2, 11, 19 Quod ego et Tacitus iniuncta aduocatione diligenter fortiterque functi eſſemus: arbitrari Senatum, ita nos feciſſe, vt dignum mandatis partibus fuerit. *h. e. Priſci accuſatione pro Africanis demandata ab Senatu.* Aduocatus *enim tam Accuſatoris eſt, quam Defenſoris.* Multos aduocatione, plures conſilio iuuat Plin. Ep. 1, 22. In aduocatione quadam (nam interdum et cauſas agebat) ſoloeciſmum ab aduerſario factum vsque adeo arguere perſeuerauit, quoad Caſſius Seuerus interpellatis iudicibus dilationem petiit Suet. de ill. Grammat. c. 22. Cic. Verr. 1, 129 c. 49 Quo ſaepenumero ſenatus conuocatur, quo maximarum rerum frequentiſſimae quotidie aduocationes fiunt. *De aede Caſtoris loquitur, in quam coëunt homines deliberandi cauſa cum amicis.* ¶ 2 Aduocatio, *interdum collectiuum nomen eſt, pro Multitudine et quaſi Cohorte patronorum et amicorum, qui alicui veniunt aduocati.* Copioſa aduocatio Cic. pro Quintio 47 c. 14. Diſcutere aduocationem Cic. pro Domo ſua, 54 c. 21. Liu. 3, 47 Virginius ſordidatus filiam ſecum obſoleta veſte, comitantibus aliquot matronis, cum ingenti aduocatione in forum adducit. Cic. pro Caec. 43 c. 15 Quod exercitus armatos mouet, id aduocationem togatorum non videbitur mouiſſe? Cic. pro Sulla 81 c. 29 Tuus parens aduocationem hominis improbiſſimi ſella curuli, atque ornamentis et ſuis et conſulatus honeſtauit, *i. conſul, ornatu conſulari inter aduocatos fuit.* ¶ 3 Aduocatio *pro Mora et Spatio ſaepius ponitur, tractum a Iudiciis: nam qui parum inſtructi ad reſpondendum,* aduocationem *ſolent* petere: *i. Moram et tempus deliberandi aduocandique amicos.* Cic. Fam. 7, 11 Ego omnibus vnde petitur, hoc conſilii dederim, Vt a ſingulis interregibus binas aduocationes peterent. Sen. Controu. 4 pro. Tanta illi perturbatio fuit, vt aduocationem peteret. Sen. ad Marc. 10 Nihil de hodierna die promittitur. Nimis magnam aduocationem dedi: nihil de hora. *Plura hic Lipſius, et in primis illud veteris Poëtae,* Cur differs, mea lux, rogata ſemper, Et longam petis aduocationem? Petron. c. 96. p. 458 Iniuriaeque Eumolpi aduocationem accommodabam, *a Burmanno interprete, moram, vt diutius vapularet.* Val. Max. 2, 9, 1 Longam praeſtandi muneris huiusce aduocationem eſtis conſecuti, *i. Spatium contrahendi matrimonium.* Sen. in Ludo cap. 18 *proprie poſuit,* Tandem procedit P. Petronius — et poſtulat aduocationem. *Sed vehementer improprie* Q. N. 6, 10 *de ſideribus, quae ſemper in motu,* Et vt det eis aliquam aduocationem, *i. ſtatum et quietem.*

ADVOCATOR, oris. Deus diuitum aſpernator, mendicorum aduocator Tertull. adu. Marcion. 4, 15. *i. vocat ad ſe mendicos.*

ADVOCITARE, Saepe aduocare. Feſtus.

ADVOLO, āre. [προσπέτεσθαι] Ad aliquid volare. *Ponitur* cum datiuo, Plin. 10, 40 Caprarumque vberibus aduolant. *Sed et cum praepoſitionibus.* Cic. de Nat. Deor. 2, 124 c. 49 Legi etiam ſcriptum eſſe, auem quandam quae Platalea nominaretur, eam ſibi cibum quaerere aduolantem ad eas aues, quae in mari mergerent. Cic. Fam. 15, 16 Sed ſi inſulam Britanniam coepero cogitare, eius εἴδωλον mihi aduolabit ad pectus. Plin. 9, 8 Quamuis occultus atque abditus ex imo aduolabat. Hoſtes repente ex omnibus partibus ad pabulatores aduolauerunt Caeſ. B. G. 5, 17. Plin. 10, 29 At in agrum Volaterranum palumbium vis e mari quotannis aduolat. ¶ 2 *Metaph. Celeriter adeſſe.* Cic. ad Brut. Ep. 10, 4 Quamobrem aduola obſecro. Idem Fam. 11, 27 Oblitumne me putas, qua celeritate, vt primum audieris ad me Tarento aduolaris? In auxilium Plin. 9, 8. Aduolat fama alicui Virg. Aen. 10, 510. Cic. Att. 1, 14 Hic tibi roſtra Cato aduolat, conuicium Piſoni Conſuli mirificum facit. Vrbem nuntius Claud. Paneg. 5, . .

ADVOLANS, Gladiator nobilis apud Martial. 5, 25.

ADVOLĪTANS, antis, ut, Noctua aduolitans praenuntia Prudent. in Symmach. 2, 573.

ADVOLATVS, ûs. [ἐπίπτησις] Cic. Tuſc. 2, 24 c. 10 Triſti aduolatu aduncis lacerans vnguibus, *ex* Vet. Poëta.

ADVOLVO, vi, utum, ĕre. [προσκυλίω] *Voluendo admouere.* Virg. Georg. 3, 378 — congeſtaque robora totas Aduoluere focis vlmos, ignique dedere. Pedibus alicuius aduolui Curt. 3, 13, 17. *Sic* Liu. 28, 34 Qui aduolutus genibus fatalem rabiem temporis eius accuſat. *Vid.* PROVOLVTVS. *Add.* Curt. 8, 1, 48. Plin. 11, 37 Ad ignem aduolutus lora cum corpore exuſſit, *De Ariſtomene Meſſenio.* Cumulos rerum multarum in vnum carmen Claud. Paneg. 1, . . Stat. Theb. 5, 143 Hinc ſtimuli ingentes, magnusque aduoluitur aſtris Clamor.

ADVORSEM, al. ADVOSEM, Aduerſarium, hoſtem. Feſtus. *Laudat hic Scaliger.* Vet. Gloſſ. Aduores ἐναντίοι, ἐπιβουλεύων.

ADVORSVM, *pro* Aduerſum, *et*

ADVORTO, *pro* Aduerto: *Veteres ſcripſiſſe, teſtimonio ſunt* Plauti *ac* Terentii *libri quique optimi, tum impreſſi, tum MSS.*

ADVRGEO, ſi, ēre. [ἐπείγω] *Subinde, aut verſus locum aliquem vrgere.* Celſus 7, 12 Is qui natus eſt in locum prioris, quotidie digito adurgendus eſt. *De dentibus.* Hor. Od. 1, 37, 17

Caeſar ab Italia volantem,
Remis adurgens, accipiter velut
Molleis columbas. *De Auguſto et naui Cleopatrae.*

ADVRO, ſſi, ſtum, ĕre. [ἐπικαίω] Vrendo *laedere, auferre etc.* Cic. Tuſc. 5, 77 c. 27 *de Indorum ſapientibus,* Cum ad flammam ſe applicauerint, ſine gemitu aduruntur. Idem Off. 2, 23 c. 7 Quid enim cenſemus ſuperiorem illum Dionyſium, quo cruciatu timoris angi ſolitum, qui cultros metuens tonſorios, candente carbone ſibi adurebat capillum? *Ac de eadem re* Tuſc. 5, 58 Inſtituit vt candentibus iuglandium putaminibus barbam ſibi et capillum adurerent. Admoto ferramento adurere Gell. 8, 2. *Add.* Id. 5, 8. Quacunque ibat, terram adurebat *plebeia, puto, ſeueritatis in magiſtratu deſcriptio.* Petron. c. 44 Flammis aduri Colchicis Hor. Epod. 5, 24 *i. magicis.* Medicamentum coquatur — moueaturque ſine requie, ne aduratur Scribon. 220. Virg. Georg. 1, 93 — rapidiue potentia ſolis Acrior, aut Boreae penetrabile frigus adurat. *Vbi* Seruius, Vno, inquit, ſermone duo diuerſa concluſit: quae tamen vnum effectum habent. Nam et frigoris finis, eſt caloris initium: et ſummus calor, frigoris eſt principium. Vnde quaſi vnus effectus eſt et caloris et frigoris. Hor. Od. 1, 27, 15 Quaecunque te domat Venus, non erubeſcendis adurit ignibus. Ephemerum potum adurit quaſi pipere manducato Scribon. 193. Plin. 28, 15 Femina atteri adurique equitatu, notum eſt.

ADVRENS, entis. Celſ. 6, 8 Curare oportet medicamentis adurentibus.

ADVSTVS, a, um. Ter. Ad. 3, 3, 72 Hoc ſalſum eſt, hoc aduſtum eſt, hoc lautum eſt parum. Quondam mihi corpus aduſtum Frigoris igne perit Sidon. Carm. 5, 528. *Add.* Celſ. 8, 9. Areaque attritis ridet aduſta pilis Petron. c. 109 *de caluitie, vid.* NIDEO. Panis aduſtus Hor. Sat. 2, 8, 68. *Add.* v. 90. Sanare aduſta niuibus Plin. 28, 8. ¶ 2 *Metaph.* Incendio Plaetoriano aduſtus Cic. Att. 5, 20 *i. inuidiae Plaetorii aliquatenus particeps. Comparat.* Liu. 27, 47 Si qui forte aduſtioris coloris, vt ex recenti via, eſſent. Color *in homine* Aduſtus *dici, qui ex ſole et vento contrahitur in itinere faciendo.*

ADVSTIO, ōnis. f. [ἐπίκαυσις] Plin. 14, 20 *de reſinae et picis vitiis.* Vitia praeter ſupra dicta, acor, aut fumidum virus: picis autem, aduſtio, *i. ſi pix inter decoquendum aduſta ſit.* Vrina cum erui farina contra aduſtiones Plin. 28, 6. Aduſtio infantium, quae vocatur Siriaſis: emendatur adalligatis oſſibus in canino fimo inuentis Plin. 30, 15 ſ. 47.

ADVSQVE, [μέχρι, ἄχρι] pro Vſque ad. Virg. Aen. 11, 262 Atrides Protei Menelaus adusque columnas Exulat. *Vbi* Seruius, Adusque ſic eſt dictum, quemadmodum Siculo proſpexit abusque Pachyno. Nam cum praepoſitio praepoſitioni nunquam cohaereat, adusque et abuſque licenter admiſſum eſt. Gell. 5, 2 Praeterea vini libidine adusque ludibria ebrioſos. Adusque ſupremum tempus Hor. Sat. 1, 1, 97. *Add.* Sat. 1, 5, 96. Adusque Iulii Caeſaris principatum Meſſalla Coruinus p. 20. Iuuenem adusque deraſo capite producit in medium Apul. Met. 2 p. 299.

ADVSTIO, *vid.* ADVRO.

## A D Y

ADYLISVS, [Ἀδύλισος] Mons eſt ad Thebas Boeotias, Plin. 4, 7.

ADYNAMON, [ἀδύναμος] Plin. 14, 16 Fictitiorum (*vinorum*) primum fit ex ipſo vino, quod vocant adynamon, *i. Inualidum, cuius nempe vires aqua admixta, et coquendo fractae. Itaque* dant aegris, quibus vini noxiam timent.

ADY̆TVM, [ἄδυτον] *Interpretatur* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 105 Pergamique in occultis ac remotis templi, quo praeter ſacerdotes adire fas non eſt, quae Graeci ἄδυτα appellant, tympana ſonuerunt. Talibus ex adyto dictis Cumaea Sibylla Horrendas canit ambages Virg. Aen. 6, 98. Idem Aen. 2, 115 - - - isque adytis haec triſtia dicta reportat. *vid.* Seruius. Ima adyta Virg. Aen. 5, 84. *Et* Aen. 2, 15 Aeternumque adytis effert penetralibus ignem. Lucan. 5, 146 Illa pauens adyti penetrale remoti Fatidicum, prima templorum in parte reſiſtit. Profunda Stat. Theb. 5, 646. Sacrata Lucan. 10, 23. Terrifica Stat. Theb. 10, 170. Vetuſta Lucan. 10, 179. *Metaph.* Ex adyto tanquam cordis reſponſa dedere Lucret. 1, 738.

## A D Z

ADZELO, āre, *et* ADZELOR, āri. Tanto magis adzelabor eos ſuper peccata ſua Vulgat. 4 Eſdr. 16, 49.

## A E A

AE, *in notis* Aedilis *eſt, vel* Aere.

AE. A. A. F. F. ſignificant Aere, argento, auro, flando, feriundo. *Reliquas notas vide ſub* AED.

AE *Syllabam antiqui Graeca conſuetudine per* AI *ſcribebant, vt* Muſaï, aulaï, pictaï: Feſtus. Quinctil. 1, 7, 18 Ai ſyllabam, cuius ſecundam nunc E ponimus, varie per A et I efferebant. Quidam ſemper vt Graeci: quidam ſingulariter tantum, cum in datiuum vel genitiuum caſum incidiſſent, vnde *pictaï veſtis,* et *aulaï* Virgilius amantiſſimus vetuſtatis carminibus inſeruit. In iisdem plurali numero E vtebantur, *hi Sullae, Galbae. Haec ille. Caeterum* ANTONIAI, IVLIAI, AVGVSTAI, AGRIPPINAI, *ſunt apud Grut. p. 236, 9 et ibidem* DRVSO CAISARI. AIMILV *pro* AEMILVS *frequentes ſunt: itemque* AIDILES *pro* AEDILIBVS. *Velut* E *pronunciandam videri, contra Lipſium oſtendit Rutgerſ. Var. Lect. 3, 5. Scribendo eam diſtinguendam cenſet Schurzfleiſch. Orthograph. praef. p. 8. non item in minuſculis compendii et celeritatis cauſa inuentis Cellarius Orthogr. p. 16. ſeq. De Synaereſi in* Phaeton, *vid.* Quinctil. 1, 5 *et ibi Burm. p. 56. et Voſſ. Art. Gr. 2, 14 p. 198.*

AEA, [Αἴα] *Nomen puellae venatricis, quae Phaſidis fluuii amplexus fugiens deorum miſeratione in ſui nominis inſulam verſa eſt. De Inſula, et vrbe fortaſſis* Valer. Flacc. 5, 51 Heu quantum Phaſis, quantum Aea receſſit. *Add.* 6, 96.

AEĂCVS, i. [Αἴακος] *Iouis ex Aegina* (Seruius in Aeneid. 6, 566 ex Europa) *filius, in Oenopia inſula regnauit, quam de matris nomine Aeginam appellauit. Rex idem Myrmidonum de quibus ſ. l. Deſcribitur tertius apud inferos iudex cum Minoë et Rhadamantho fratribus, ob eius in populos iuſtitiam. Suſcepit* Telamonem, et Peleum, et Phocum. Ex Hygino fab. 52 et Seruio. Ouid. in Ibin 187 - - - tuasque Aeacus in poenas ingenioſus erit. Propert. 4, 11, 19 Aut ſi quis poſita iudex ſedet Aeacus vrna, In mea fortita vindicet oſſa pila. Aeacus Aſopiades, *h. e. Aſopi Boeotiorum regis nepos. Aſopus enim pater Aeginae matris Aeaci.* Ouid. Met. 7, 668. Martial. 10, 5 Seueri ſectus Aeaci loris. Ouid. Met. 9, 434 Nec noſtrum ſeri curvarent Aeacon anni.

AEACĬDES, ae. [Αἰακίδης] Aeaci filius vel nepos. Virg. Aen. 1, 103 Saeuus vbi Aeacidae telo iacet Hector, *h. e. Achillis, quem genuit Peleus Aeaci filius.* Aeacides, *Pyrrhus Achillis filius, et Aeaci pronepos.* Virg. Aen. 3, 296. Aeacides, *Pyrrhus Epirotarum rex, ab Aeaco trahens originem, tametſi longa ſerie.* Virg. Aen. 6, 846 Aio te Aeacida Romanos vincere poſſe. *Nobile oraculum ex* Ennio *ap.* Cic. de Diuinat. 2 c. 56, *qui fictum putat ab Ennio:* Primum, *inquit,* Latine Apollo nunquam locutus eſt: deinde iſta ſors inaudita Graecis eſt: praeterea Pyrrhi temporibus iam Apollo verſus facere deſierat etc.

AEACIDĒĬVS, Adi. [Αἰακίδειος, Αἰακιδήιος] Ouid. Met. 7, 472 Oenopiam Minos petit Aeacideïa regna, *h. e. Aeacidarum.*

AEACIDINVS, aliud Adi. Plaut. Aſin. 2, 3, 25 Siquidem hercle Aeacidinis minis animisque expletus incedit. Iratus ſi me tetigerit, iratus vapulabit. *Ab Achille Aeaci nepote, quem Homerus vbique facit ſtomachabundum ac minitabundum. Eſt hic* Pelidae ſtomachus cedere neſcius.

AEAEE, es, ſiue AEAEA, ae. [Αἰαίη] *Inſulae nomen:* Mela 2, 7 Circa Siciliam in Siculo freto eſt Aeaee, quam Calypſo habitaſſe dicitur. Sic et Hygin. fab. 125. Seruius ad Aen. 3, 386 *ibi ponit, vbi deinde* Circeius mons *fuerit.* Hinc

AEAEVS, a, um. Adiect. *quod Circae, item Calypſo, vel Magicis adeo rebus a Circe tractatis additur.* Artes Aeaeae Ouid. Amor. 2, 15, 10. *Et* Amor. 1, 8, 5 Illa magas arteis, Aeaeaque carmina nouit. Propert. 3, 11, 31 Et thalamum Aeaeae fluentis fugiſſe puellae, *i. Calypſûs.* Virg. Aen. 3, 386 Infernique lacus, Aeaeaeque inſula Circes. Seruius, Aeaeae, tres ſunt diphthongi: nam genitiuus eſt ab Aeaea.

AEANTIVM, [Αἰαντεῖον, Αἴας *nempe eſt* Aiax] *Oppidum in Sigeo Troadis promontorio* a Rhodiis conditum in altero cornu: Aiace ibi ſepulto XXX ſtadiorum interuallo a Sigeo, et ipſo ſtatione claſſis ſuae Plin. 5, 30. ¶ 2 Aeantium Magneſiae promontorium Plin. 4, 9.

AEAS, antis. [Αἴας] *Epiri fluuius, ex Macedonia profluens in Ionium mare.* Lucan. 6, 361 Purus in occaſus, parui ſed gurgitis Aeas, Ionio fluit inde mari. *Meminit* Plin. 4, 23. *Dicitur alio nomine* Aous.

## A E B

AEBVRA, ae. f. *Hiſpaniae oppidum iuxta Tagum.* Liu. 40, 30 et 33.

## A E D

AED. Aedes. AED. D. S. C. Aedem de ſuo curauit. AED. MART. Aedituus Martis. AEDIL. CVR. Aedilis Curulis. AEDIL. C. C. Aedilis Curulis Coloniae. AEDIL. PL. Aedilis plebis. AED. Q. Aedilis Quinquennalis. AEL. Aelia, Aelius. AEM. Aemilia. AEQ. M. Aequator Monetae. AEQ. P. Aequator pecuniae, *vel* Aequalis perſona. AER. Aerarius. AER. C. *vel* COL. Aere collato. AER. P. Aere publico. AET. AVG. Aeternitas Auguſti.

AEDĒMON, onis. [Αἰδήμων] Ptolemaei libertus, qui patronum a C. Caeſare interfectum vltus eſt. *vid.* Plin. 5, 1.

AEDEPOL, [νὴ τὸν πολυδεύκη] *Nam vt ait* Gell. 11, 6 Ius iurandum per Pollucem eſt, et viro et feminae commune. Sed M. Varro aſſeuerat, antiquiſſimos viros neque per Caſtorem, neque per Pollucem deiurare ſolitos; ſed id iusiurandum fuiſſe tantum feminarum ex initiis Eleuſiniis acceptum; paullatim tamen inſcitia antiquitatis viros dicere Aedepol coepiſſe; factumque eſſe ita dicendi morem: ſed *mecaſtor* a viro dici, in nullo vetere ſcripto inueni. *Qui per diphthongum, vt nos inualuit, ſcribi volunt, per* aedem Pollucis *iurari aiunt. Sed doctores fere abeſſe* volunt A: *Ac de prima Syllaba conuenit, eſſe illam ex* E *iurandi Gr.* ἦ, *vt in* Ecaſtor, Eiuno, Equirine. *Syllaba* de *Voſſio* Deum *notat, vt* Me Dius Fidius. *Sed Murſ. Exer. Crit. ad Plauti Capt. c. 4 p. 80 et Pareus Lex. Crit. voc. Epol, epentheticam vult eſſe, ex productione vocalis ortam, vt* medecum *pro* mecum. *Et ſunt libri optimi, in quibus ſine diphthongo ſcribitur: vnde Faërnus, et nuper Bentleius, in* Terentio *ſemper dedere* Edepol. *v. g.* Andr. 2, 1, 5. Eun. 5, 3, 7. *Et in* Plauto *Gronouius, v. g.* Capt. 5, 1, 28 Edepol benigne facis, *et centum aliis locis. Sed* Cic. Fam. 2, 9 *adhuc editum,* Non aedepol, quantam egeris rem *etc. Quae Pareus Lex. Crit. profert exempla vocis* Epol, *ea forte in* MSS. *inuenit: in editis certe* Plauti *a Gronouio, et* Nonii *a Mercero, nihil eſt.*

AEDES, *vel* AEDIS, is. f. [οἶκος. Aedes, αὐλαὶ, ναοὶ, Vet. Gloſſ. αἶτος, i. e. ἐνδιαίτημα, *vox Pindarica ap.* Euſtath. ad Iλ. p. 288, 44 ἕδος, ἐνακτόρειον] *Quidquid ſit de origine, quam ab* aditu *arceſſit* Varro de L. L. 4, 33 *ab* aeuo, *quod in ea degatur,* Feſtus: *Minime inepte forte Voſſius ab* αἶτος, *quod ſupra poſuimus: (vnde forte eſt* δίαιτα *ipſa) quidquid igitur ſit de origine, illud ſatis oſtendit vſus,* aedem *reſpondere Graeco* οἶκος, *et eſſe cauum quiddam vnum, habitationi humanae aptum. Huc conuenit, quod ex* Varrone Seruius *habet ad* Aen. 2, 512 Varro locum quatuor angulis concluſum, aedem docet vocari debere. *Locutus eſt populariter potius, quam Geometrice. Hoc intelligitur, vnum conclaue, vnum cauum, eſſe* aedem. *Cum igitur templa vno fere cauo conſtarent, et ſi qua adiecta eſſent membra, ea ſua ſibi haberent nomina: hinc ſingulari numero* Aedes *templum notat, eius Dei, cuius nomen ſolet adiici; ſed plur.* Aedes, ium, *domum humanis vſibus deſtinatum in ſuos oecos, ſua conclauia, diuiſam, ſignificat. Diſertus admodum in hanc rem eſt locus* Plaut. Caſin. 3, 5, 31 Inſectatur omnes domi per aedes, *i. diuerſa cubicula.* Domus *ergo plures habet* aedes. *Recte* Curt. 8, 6, 3 Excubabant ſeruatis noctium vicibus proximi foribus aedis (*cubiculi*) in qua rex acquieſcebat. *Et* ſ. 13 Stabant igitur ad fores aedis eius, in qua rex veſcebatur (*triclinii*). *Hinc explicare licet etiam* Gell. 4, 14 Mancinum ad aedes ſuas veniſſe, eum ſibi fas recipere non fuiſſe aede ſua (*cella meretricia*) ſed quum vi irrumperet *etc. Sic non opus eſt emendatione, quam proponit Bentl. ad* Hor. Epiſt. 2, 2, 92. *Immerito ſuſpecta ſunt haec loca viris doctis. Sic de vno conclaui accipio* l. 3 D. de Locato Cond. *Sed haec iam porro exemplis declarabimus.* Aedes Dorica Vitruu. 4, 3 *i. Templum Dorici ordinis ſtructura.* Aedes Auguſti ſpectans medium forum et aedem Iouis Id. 5, 1. Senatum in aedem Iouis Statoris vocaui Cic. Catil. 2 c. 6. In aedem Concordiae Id. Catil. 3 c. 9. *Saepe omittitur.* Vbi ad Dianae veneris Ter. Adelph. 4, 2, 43. Ventum erat ad Veſtae Hor. Sat. 1, 9, 35. *vid.* AD n. 3. *Sed plurali numero.* Vix pars aedium mearum decima ad Catuli porticum acceſſit Cic. pro Dom. c. 44. Abſolutum offendi in aedibus tuis tectum Id. ad Q. Fr. 3, 1, 4. *Templum eſt* aedes *vna: plures* aedes *tamen etiam dicuntur* plura *templa, vt* Cic. pro Dom. 128 c. 49 Conſecrabuntur aedes, non priuatorum domicilia, ſed quae ſacrae nominantur. ¶ 2 *Iam Adiectiua, quae adiici ſolent, videamus, quae ſatis indicant, domusne priuata intelligatur, an templum. Eſt igitur* Anguſta aedes Ouid. Faſt. 1, 201 *in qua* Iupiter vix totus ſtabat. Virg. Aen. 2, 486 At domus interior gemitu, miſeroque tumultu Miſcetur: penitusque cauae plangoribus aedes Femineis vlulant. *i.* Tecta camerata. *Recte interpretatur* Seruius. Decora Hor. Od. 1, 30, 4 *de aedicula vel larario domus priuatae.* Excelſa Ouid. Met. 15, 842 *Iulii Caeſaris templum.* Magnas aedes domini diuitis hirundo peruolat Virgil. Aen. 12, 473. Marmorea aedes Ouid. Epiſt. 7, 99. Male materiatae, Ruinoſae, Peſtilentes, Salubres Cic. Off. 3 c. 13. Nitidae aedes meae ſint, cum redeam domum Plaut. Sticho 1, 2, 8. Nouae, *vid.* NOVVS. Perpetuae, *vid.* PERPETVVS. Primae *i. Primae aedium partes* Ouid. Faſt. 5, 312. Cic. de Nat. Deor. 2, 67 Fores in liminibus profanarum aedium, ianuae nominantur. Regiarum aedium magnificentia Cic. Tuſc. 5, 61. Aedes Rotundas tribus Diis dicunt fieri debere, Veſtae, Dianae, vel Herculi vel Mercurio Seru. ad Aen. 9, 408. Sacra Cic. Verr. 4, 119. Idem pro Flacco 44 Pecuniam in aedem ſacram reficiendam ſe perſcripſiſſe dicunt. Hor. Epiſt. 2, 2, 94 Vacuam Romanis vatibus aedem *Apollinis Palatini.* Votiuam aedem reddere Hor. Od. 2, 17, 31. ¶ 3 *Verba obſeruamus haec:* Conſecrare aedes Cic. pro Domo ſua 127. Id. de Legib. 2, 58 Ea cauſa fuit huius aedis dedicandae. Diſturbare aedes *ſuas Iouem dicit* Lucret. 2, 1101. Inſcribere mercede, aut Inſcribere aedes venales, *vid.* INSCRIBO. Intro aedem et in aedem, *vid.* INTRO. Obligare, in OBLIGO. Obſcurare, *vid.* Recludere lumen, in LVMEN. Perierunt aedes, in PEREO. Reficere labantes deorum aedes Hor. Od. 3. 6, 3. Cic. pro Flacco 44. Reſerata aedes Lucan. lib. 3. Tendere ad aedes alicuius, *pro Ire* Horat. Epiſt. 1, 7, 89. ¶ 4 *Metaph. et iocoſe.* Fac, ſis, vacuas Aedes Aurium, mea vt migrare dicta poſſint, qua volo Plaut. Pſeud. 1, 5, 54. *Et pro Apum alueis.* Virgil. Georg. 4, 258 Aut illae pedibus connexae ad limina pendent, Aut intus clauſis cunctantur in aedibus omnes. ¶ 5 *Antiquos dixiſſe* Aedis, *non modo ex* Varrone *probat* Non. 8, 87 Haec aedis, quae nunc eſt *etc. Sed apparet etiam ex dim.* Aedicula: *nam ab* Aedes *eſſet* Aedecula, *vt* Vulpecula, Nubecula: *contra* Apicula *eſt ab* Apis. *Etiam* Varr. de L. L. 5, 7 p. 56, 20 Aedis ſacra a magiſtratu pontifice praeeunte dicendo dedicatur. *Et* Plaut. Aſin. 1, 3, 67 Aedis nobis area eſt, *vbi cellam meretriciam aut fornicem notat.*

AEDICVLA, Dimin. [ναισκάριον] Aedicula, ſacellum Vet. Gloſſ. *Cellula in aedibus.* Plaut. Epid. 3, 3, 21 In aediculam ſeorſum iſtaec eat, iube. ¶ 2 Aedicula, *Sacellum, Aedis ſacrae appendix.* Liu. 35, 9 Iisdem diebus aediculam Victoriae virginis prope aedem Concordiae M. Porcius Cato dedicauit. Cic. pro Domo ſua 136. Quum Licinia virgo Veſtalis, ſanctiſſimo ſacerdotio praedita, aram et aediculam et puluinar ſub ſacro ſaxo dedicaſſet. Plin. 6, 32 ſ. 37 Aedicula lapide exſtructa. ¶ 3 Aedicula, *Loculamentum ſimulacri.* Plin. 36, 5 Aedicula eius tota aperitur, vt conſpici poſſit vndique effigies deae. *De Venere Cnidia loquitur.* In aedicula columnis adornata, in Palatio ſuper arcum, dedicauit Auguſtus honori Octauii patris ſui opus Lyſiae. Id eſt quadriga, currusque et Apollo ac Diana ex vno lapide Plin. 36, 5 ſ. 4, 10. Id. 35, 10 ſ. 36, 22 quae tabula fuit in Mineruae delubro, ſuper aediculam Iuuentutis. Aedicula aerea Concordiae in Graecoſtaſi Plin. 33, 2 ſ. 6. *Apud quem* 36, 13 ſ. 19, 2 *etiam ſunt* Nemeſes quindecim aediculis incluſae. Petron. c. 29 In aedicula armarii lares argentei. *Huc refero illud,* Quadrigae inauratae in Capitolio poſitae in cella Iouis ſupra faſtigium aediculae Liu. 35, 41. ¶ 4 Aediculae, arum, *Parua domus.* Aediculae oppoſitae ſunt pignori Ter. Phorm. 4, 3, 58. Cic. in Parad. 6 c. 3. M. Manilius patrum noſtrorum memoria pauper tandem fuit: habuit enim aediculas in Carinis, et fundum in Labicano. Cic. pro Cael. 17 c. 7 Nunc demum intelligo P. Clodii inſulam eſſe venalem: cuius hic in aediculis habitet decem, vt opinor, millibus. Petron. c. 90 Aedicularum cuſtodi mando coenae officium.

AEDICILIVM, ii. n. vt Domicilium. Plinio 13, 16 pr. *vbi legitur,* In deliciis Circes cedrum inter odores vri, *Salmaſius it reſtitutum in* Solin. p. 667, b, F. *Neglexit Harduinus.*

AEDICVLVS *Deus, Domibus peculiariter praeerat. Neſcio vnde acceptum tradit* Thomaſ. de donar. c. 8.

AEDIFICO, aui, āre. [δομεῖν, οἰκοδομεῖν] Quum ſit proprie aedem facere, ponitur tamen pro omni genere conſtructionis Feſt. Diruit, aedificat, mutat quadrata rotundis Hor. Ep. 1, 1, 100. Cato R. R. 3, 1 Aedificare diu cogitare oportet. Cic. Off. 1, 138 c. 39 Quod praeclaram aedificaſſet in palatio et plenam dignitatis domum. Caeſ. Bell. Gall. 6, 22 Ne accuratius ad frigora atque aeſtus vitandos aedificent. Aedificare intelligendus eſt, non ſolum qui opus nouum molitur, verum is quoque, qui vult reficere. Vlp. l. 1. D. de mort. inferend. Tribus locis aedifico: reliqua reconcinno. Cic. Q. frat. 2, 6. Belle aedificare Id. Att. 9, 13. *Et* Off. 3, 55 Quod ſi qui proſcribunt villam bonam, beneque aedificatam: non exiſtimantur fefelliſſe, etiam ſi illa nec bona eſt, nec aedificata ratione. Celeriter Cic. Q. frat. 2, 6. Eleganter Columel. 1, 4, 8. Lautius Cic. de Legib. 2, 3 c. 1. Strenue Id. Q. frat. 2, 8. *Et.* Off. 1, 138 Dicendum eſt etiam qualem hominis honorati et principis domum placeat eſſe, cuius finis eſt vſus: ad quem accommodanda eſt aedificandi deſcriptio. ¶ 2 *Sed ponitur etiam, vt* Feſtum *dicere vidimus,* pro omni genere conſtructionis. *Dicitur enim v. g.* Compagibus altum aedificare Caput Iuuenal. 6, 502 *de ornatu capilli.* Carcerem Cic. Verr. 5, 22. pro Sylla 70. Caſas Hor. Sat. 2, 3, 247. Claſſes Cic. pro Lege Manil. 9 c. 4. Nep. 2, 2, 2. Virg. Aen. 2, 15 Inſtar montis equum diuina Palladis arte. Aedificant. Cic. Att. 9, 13 *extr.* Cui Cnaeus noſter locum, vbi hortos aedificaret dedit. Id. de Nat. Deor. 1, 19 Quibus enim oculis animi intueri potuit veſter Plato fabricam illam tanti operis, qua conſtrui a Deo, atque aedificari mundum facit? Muros Ouid. Met. 11, 204. Nauem Plaut. Cic. Verr. 5, 43 et 44 c. 17 et 18. Piſcinas Varr. R. R. 3, 17, 5. Porticum Cic. pro Domo ſua 114. Praedia Cic. Att. 6, 3. Praediola Att. 7, 3. Cic. Fam. 9, 2 Non deeſſe, ſi quis adhibere volet, non modo vt architectos, verum etiam vt fabros, ad aedificandam Rempublicam.

Plin. 8, 36 Specus ſi non habuere, ramorum fruticumque congerie aedificant impenetrabiles imbribus. *De urſis.* Villam Cic. Off. 3, 55. *Et* de Legib. 2, 3. Vrbes Id. Off. 2, 15. *Et* Verr. 4, 119.

AEDIFICANS, antis. Nepos 2, 6, 2 Aedificantes prohibere.

AEDIFICATVRVS. Cic. Verr. 4, 23 Id quod erat aedificaturus.

AEDIFICANDVS. *Vid. modo* Aedificare Remp.

AEDIFICĀTVS, a, um. vt, Carcer aedificatus Cic. pro Sylla c. 25. Villa bona beneque aedificata Idem Off. 3 c. 13.

AEDIFICATIO, ōnis. f. [οἰκοδόμησις] Cic. Att. 12, . . Aedificatio me non mouet. De aedificatione aliquem vrgere Cic. Q. fratr. 2, 6. Id. Verr. 4, 117 c. 52 Portus habet (*Syracuſarum urbs*) prope in aedificatione et adſpectu vrbis incluſos. Immenſa et intolerabilis aedificatio Id. in Piſon. 48. Aedificationem ſuſtentare Id. Q. fratr. 2, 7. *i. prohibere, ne interim aedificetur.*

AEDIFICATIVNCVLA, [οἰκοδομίδιον] Parua aedificatio. Cic. Q. fratr. 3, 1, 2.

AEDIFICĀTOR, ōris. m. [οἰκοδόμος, τέκτων] *Qui aedificat, aut aedificauit.* Cic. de Vniuerſ. 3 c. 2 Neque mundo quicquam pulchrius, neque eius aedificatore praeſtantius. *Sic* de N. D. 1, 18 Aedificator et opifex mundi deus. ¶ 2 *Aedificandi nimis ſtudioſus.* Columel. 1, 4, 8 Eleganter igitur aedificet agricola, nec ſit tamen aedificator. Aedificator Ancus Flor. 1, 8, 4. Nemo illo minus fuit emax, minus aedificator Nep. Att. c. 13. Iuuenal. 14. Sat. 86

Aedificator erat Centronius, et modo curuo
Littore Caietae, ſumma nunc Tiburis arce,
Nunc Praeneſtinis in montibus alta parabat
Culmina villarum, Graecis, longeque petitis
Marmoribus, etc.

AEDĬFEX, ĭcis. m. *Idem* qui Aedificator Tertull. de Idolol. cap. 12.

AEDIFICIĀLIS et e. Dictys Cret. 5, 12 Priamus ad aram Iouis ante aedificiale confugit, *i. Aedificium, Regiam.*

AEDIFICĀTŌRIVS, a, um. Idem, vt, Verbum aedificatorium mortis Tertull. de Carne Chriſti cap. 17. Idem de Anima cap. 47 Somnia prophetica, reuelatoria, Aedificatoria, vocatoria.

AEDIFICIVM, ii. n. [οἰκοδόμημα, κτίσμα] Varr. de L. L. 4, 32 pr. Aedificia nominata a parte, vt multa: ab aedibus et faciendo. Maximum aedificium eſt oppidum *etc.* Caeſ. Bell. Gall. 3 *extr.* Omnibus vicis aedificiiſque, quo adire poterant, incenſis. Celſ. 1, 2 Habitare vero aedificio lucido, perflatum aeſtiuum, hibernum ſolem habente. Aedificii appellatio, aut Superficiem ſignificat, (*i. quidquid ſupra ſolum eminet*) aut Solum quoque, cui aedificium ſuperpoſitum eſt. Iulian. l. Si quis teſtamento. D. de leg. 1. Liu. 27, . . . Milites aedificiis emotos. Aedificiis vtilis Plin. 16, 6. Cic. ad Q. fratr. 3, 9 Quid ſi caementum bonum non haberem, deturbem aedificium. Exſtruere Cic. pro Milon. 75 c. 27.

AEDĪLIS, is. m. [ἀγορανόμος, ἀστυνόμος] Aedilis, Qui aedes ſacras et priuatas procurat Varr. de L. L. 4, 14. Cic. Verr. 5, 36 c. 14 *luculentius, quis eſſet* Aedilis curulis *oſtendit, his verbis,* Nunc ſum deſignatus Aedilis: habeo rationem, quid a populo Romano acceperim: mihi ludos ſanctiſſimos maxima cum ceremonia Cereri, Libero, Liberaeque faciendos; mihi Floram matrem populo, plebique Romanae, ludorum celebritate placandam; mihi ludos antiquiſſimos, qui primi Romani ſunt nominati, maxima cum dignitate ac religione Ioui, Iunoni, Mineruaeque eſſe faciendos; mihi ſacrarum aedium procurationem, mihi totam vrbem tuendam eſſe commiſſam. Ob earum rerum laborem et ſollicitudinem fructus illos datos, antiquiorem in Senatu ſententiae dicendae locum, togam praetextam, ſellam curulem, ius, imagines ad memoriam poſteritatemque prodendam. Idem de Legib. 3, 7 c. 3 Suntoque Aediles curatores vrbis, annonae, ludorumque ſolennium. Olliſque ad honoris amplioris gradum is primus aſcenſus eſto. *Quod de ludis dicit, hinc intelligimus, cur fabulae Terentii ab* aedilibus emtae *dicantur* Eun. Prol. *Conf.* Liu. l. 6 *extr.* Sueton. Caeſ. 10. *Quod autem ad illum* aſcenſum ad honores *attinet, exprimit illum ordinem* Cic. in Piſon. 2 Me cum Quaeſtorem in primis, Aedilem priorem, Praetorem primum, cunctis ſuffragiis populus Romanus faciebat *etc.* *Poſt Praeturam ſupererat Conſulatus, ſupremus magiſtratus ordinarius.* Aediles nobiliſſimi hoc quoque fungebantur officio, nimirum intrandi ea loca (*balnea publica*) quae populum receptabant, exigendique munditias, et vtilem ac ſalubrem temperaturam Sen. Epiſt. 86 ante med. Aedilis initio dictus eſt magiſtratus, qui aedium non tantum ſacrarum, ſed etiam priuatarum curam gerebat. Poſtea hoc nomen et ad migiſtratus tranſlatum eſt. Dictus eſt autem Aedilis, quod facilis ad eum plebi aditus eſſet. Feſtus, *cuius etymologia reſpicere videtur ad* Varronianum Aedium *etymon, quod ſupra indicauimus. Haec fere ad* Aediles Curules *pertinent, omnium nobiliſſimos et celeberrimos, de quorum origine* Liu. 6 *extr. et* 7 *pr.* *Caeterum* ¶ 2 *Antiquiſſimi* Aediles *fuiſſe videntur* plebeii: *de quibus* Liu. 3, 55 vt qui Tribunis pl. Aedilibus, Iudicibus, Decemuiris nocuiſſet, eius caput Ioui ſacrum eſſet. *Hi iidem de quibus* Ouid. Faſt. 5, 287 Plebis ad Aediles delata licentia talis (*agros publicos depaſcendi*) Publicios *etc.* *Vid. etiam* Liu. 10, 13 *vbi cauent*, ne quis plus quam lege finitum erat, agri poſſideret. *De his denique* Pompon. l. 2. de Or. Iur. §. 2 Itemque vt eſſent, qui aedibus praeeſſent, in quibus omnia ſua ſcita plebs deferebat; duos ex plebe conſtituerunt, qui etiam Aediles appellati ſunt. *Hi itaque* Leges XII tabularum in aes incidunt Liu. 3, 57. *Et* 3, 55 *narrauerat*, inſtitutum, vt SCta in aedem Cereris ad Aediles plebis deferrentur, quae ante arbitrio Conſulum ſupprimebantur, vitiabanturque. *Notatu dignum etiam illud* Liu. 4, 30 Datum inde negotium Aedilibus, vt animaduerterent, ne qui niſi Romani Dii, neu quo alio more, quam patrio, colerentur. *Conf.* 25, 1. ¶ 3 Aediles Cereales *duos inſtituit Auguſtus, qui frumento praeeſſent; vt adeo ſex iam eſſent Aediles, ex Patriciis duo* Curules, *reliqui ex* Plebeiis. *Nam et* Cereales *ex plebe fuiſſe luculenter demonſtrat Spanhem. de Vſu et Praeſtant. Num. diſſ.* 10 *p.* 154. *qui totum hoc de Aedilibus argumentum ex numis illuſtrauit* a p. 143 ſqq. *conf.* Dio. l. 43 extr. *Torrent.* ad Suet. Veſp. cap. 2 et *Rupert.* ad Pompon. Enchir. p. 211. ſq. item 241. 282. ¶ 4 *Erant etiam Coloniarum et Municipiorum* Aediles, *quorum frequens in legibus et inſcriptionibus antiquis mentio. De his peculiari libro egit. Eu. Otto vir doctiſſimus, iterum edito auctius Traiecti* 1732. *Talis erat ille* Hypatis Pytheas *apud* Apul. met. 1 p. 113, 24 Elm. *qui* Annonam, *inquit*, curamus, et Aedilem gerimus; et ſi quid obſonare cupis, vtique commodabimus. ¶ 5 Aedilem *pro* Aedituo *poſitum a* Varrone *ap.* Non. 2, 386 *vult* Salm. ad Solin. p. 765, b, A. *qui etiam huc refert*, Vet. Gl. Aeditilis νεωκόρος.

AEDILATVS, dicebatur Aedilis dignitas; ſicut Pontificatus, Magiſtratus. Feſtus. Vet. Gl. ἀστυνομία Aedilatus.

AEDILĪTAS, [ἀγορανομία] *Aedilium magiſtratus.* Cic. Off. 2, 57 c. 16 Munificentiſſima aedilitate functus eſt. Quod in aedilitate contra vetitum cocta vendentes multaſſet Suet. Claud. c. 38. Curulis aedilitas, quae maxime hanc tueri religionem ſolet Cic. de Aruſp. Reſpon. 27. Cic. Q. Frat. 2, 2 Sed omnia ſunt tardiora propter furioſae aedilitatis expectationem. *Sermo eſt de aedificatione Quinti, et aedilitate Clodii.* Fungi aedilitate Suet. de Cl. Rhet. c. 6. Plaut. Stich. 2, 2, 29 Sine ſuffragio populi tamen aedilitatem hic quidem gerit, *vſurpatur vbi quis imperioſior eſt in alieno negotio, aut in aedibus alienis. Nam ad Paraſitum reſpicitur, in domo non ſua mandantem et imperantem, non aliter ac ſua.* Magnificentiſſima aedilitas Cic. Off. 2, 57. *Et* ſ. 58 Praetermiſſio aedilitatis conſulatus repulſam attulit. *Nempe metu ſumtuum in ludos faciendorum noluit Aedilis fieri.* Aedilitatem petere cum hominibus nobiliſſimis Cic. pro Cluent. 69. *Add.* Diu. in Caecil. c. 22. Cic. Off. 2, 57 c. 16 Quanquam intelligo in noſtra ciuitate inueteraſſe iam bonis temporibus, vt ſplendor aedilitatum ab optimis viris poſtuletur. Liu. 32, 7 Iam Aedilitatem, Praeturamque faſtidiri, nec per honorum gradus — homines tendere ad conſulatum. *Gradus illi Quaeſtura, Aedilitas, Praetura.*

AEDILICIVS, Adi. [ἀγορανομικὸς] Cic. Off. 2, 57 c. 16 Craſſus cum cognomine diues, tum copiis, functus eſt aedilicio maximo munere. Liu. 30, 39 Aedilicii ſcribae viatoreſque. Aedilicia edicta. *De quibus ampliſſime in* Pandect. 21, 1 *vnde officium* aedilium *melius noſces. Huc pertinet* Plaut. Capt. 4, 2, 43 Edictiones aedilicias hic habet quidem *etc.* Cic. pro Planc. 51 Sed quid ego aedilicias repulſas colligo? *i. eorum, qui aedilitatem petitam non conſecuti ſunt. Eodem reſpiciunt illa*, Aediliciam praetextam togam, quam fruſtra confeceras, te vendidiſſe. Cic. in Vatin. 16. ¶ 2 Aedilicius, *qui aedilis fuit.* Cic. pro Cluent. 126. Idem in Bruto 209 Sed omnia is ſumma ſperans, aedilicius eſt mortuus. *h. e. Nullum adeptus magiſtratum praeter aedilitatem.* Quem aedilicium vides in Vatin. c. 7. Conſumſerunt (*bella*) viros aedilicios LX Eutrop. 5, 6. ¶ 3 Cic. Q. Fratr. 1, 1, 9 Quantum vero illud eſt beneficium tuum, quod iniquo et graui vectigali aediliciorum magnis noſtris ſimultatibus Aſiam liberaſti? *Nimirum exigebant aediles ad ludos ſuos collationem a Prouincialibus.*

AEDITĪMVS. [νεωκόρος, ζάκορος] Qui ſacris aedibus praeeſt. Varr. de R. R. 1, 2, 1 Sementiuis feriis, in aedem Telluris veneram rogatus ab aeditimo, vt dicere didicimus a patribus noſtris: vt corrigimur a recentibus vrbanis, ab aedituo. Id. 1, 69, 2 Aeditumi libertus. Cic. Topic. 36 c. 8 In quo Seruius noſter (vt opinor) nihil putat eſſe notandum, niſi POST; et LIMINIVM illud productionem eſſe verbi vult: vt in finitimo, legitimo, aeditimo, non plus eſſe TIMVM, quam in meditullio TVLLIVM. *Haec Ciceronis verba refellunt* Feſti *etymologiam, cui dicitur* aeditimus, quaſi aedis intimus. *vid.* Gell. 12, 10 *qui* Aeditimum *vel* Aeditumum Varroni et Ciceroni *vindicat. it.* Varr. de L. L. 6, 2.

AEDITVVS. [ἱερόδουλος, νεωκόρος] *Idem* qui Aeditimus. Feſtus, Aedituus, ſacrae aedis tutor, id eſt curam agens. Aedituum aperire fanum audio Plaut. Curc. 1, 3, 48. Fores aedis effringunt, aeditui cuſtodeſque mature ſentiunt Cic. Verr. 4 c. 44. *Add.* Suet. Aug. c. 5. *In inſcriptionibus paſſim occurrit.* Plin. 32, 2 Hierapoli Syriae in lacu Veneris aedituorum vocibus parent vocati. Hor. Epiſt. 2, 1, 230.

Sed tamen eſt operae pretium cognoſcere, quales
Aedituos habeat, belli ſpectata domique
Virtus.

*h. e.* Narratores, *vt ait* Porphyr. Aeditui enim templorum ac numinum quibus inſeruiunt, ſacrorum originem adueni et ignorantibus narrant. Schol. Cruq. Templorum cuſtodes et Sacerdotes vocat. *Alii* Aedituos pro Clientibus ac Familiaribus dici putant: ac per hoc Laudatores Poëtaſque ſignificant. *Eſt etiam* Valerius Aedituus, *Poëta vetus, cuius aliquot carmina* Gell. 19, 9 *ac quem forte reſpexiſſe aliquis putabat Horatium: quo modo etiam dixeris* Quales habeat Virgilios. *Parum probabiliter.*

AEDITVA, ae. DORIDI ASINII GALLI AEDITVAE A DIANA Inſcript. ap. Fabrett. p. 722. Eius templi aeditua et antiſtes pudicitia eſt Tertull. de cult. Fem. 1.

AEDITVALIS, e. Aeditualem legem ſcribere Tertull. de Pudic. c. 16.

AEDITVOR, et AEDITIMOR, ari. [νεωκορεύω, ἱεροδουλεύω] *Aedem tueor.* Gell. 12, 10 ſic ait: Pomponii fabula Attellana eſt, quae ita inſcripta eſt, Aeditimus: in qua hic verſus eſt, Qui poſtquam tibi appareo, atque aeditumor in templo tuo. Non. 2, 56 *idem verſus laudatur, ſed ſcribitur etiam in Merceriana* aedituor. *Nec aliter voluit* Nonius, *qui interpretatur*, aedem tueor. *Reineſ.* in Inſcript. p. 388 habet, AEDITVAVIT ANNOS XIII.

AEDITVENTES, [ἱεροδουλεύοντες] *pro* Aedituis *dixit* Lucret. 6, 1271

— onerataque paſſim
Cuncta cadaueribus coeleſtum templa manebant,
Hoſpitibus loca, quae complerant aedituentes.

Meminit Gell. 12, 10.

AËDON, ōnis. f. [ἀηδών] *Auis, quae et* Luſcinia *et* Philomela *dicitur.* Iulianus inter Catal. Virg. de cantu Sirenum p. 173 *Lindebr.* — Quodque leues calami, quod ſauis cantat Aëdon, Quod lyra, quod citharae, quod moribundus olor. *Nomen habet ab* ἀεὶ ſemper, et ᾄδω canto, *quaſi Perpetuo cantans, vbi ſemel inceperit* Triſtem *ab hiſtoria, quam pete e* Philomela, *vocat* Seneca in Agamemn. 660 Non quae verno nobile carmen Ramo cantat triſtis Aëdon. Idem in Octau. 1 Quis mea digne deflere poteſt Mala? quae lacrymis noſtris queſtus Reddet Aëdon? Calpurn. Eclog. 6, 68 Vocalem ſuperet ſi turpis aëdona bubo.

AĒDŌNIVS, Adi. *Quod* Aëdonis *eſt* Lucan. Paneg. ad Piſon. v. 257 Sic et Aëdonia ſuperantur voce cicadae.

AEDON, AEDONVS, AEDONIS *vid.* EDON etc. *quomodo ſcribendum eſt.*

AEDVI *vbi habitauerint intelligimus ex* Caeſ. B. G. 1, 10 Heluetii eſſe in animo per agrum Sequanorum et Aeduorum in Santonum fines facere. Id. 1, 33 Aeduos, fratres conſanguineoſque ſaepe numero ab ſenatu appellatos. *Quorſum reſpicit* Cic. Fam. 7, 10 extr. Vna noſtra vel ſeuera vel iocoſa congreſſio pluris erit, quam non modo hoſtes, ſed etiam fratres noſtri Haedui. *Sic enim hic editur.*

## A E E

AEĒTA, ae, *vel* AEĒTES, ae. [Αἰήτης] Non erat Aeetes a quem deſpecta rediret Ouid. Epiſt. Hel. ad Par. 17, 231. Sed Accip hoſpiti

hoſpitio iuuenes Aeeta Pelasgos Idem Med. ad Iaſ. 12, 29. *Fuit autem Solis et Perſeidos nymphae (alii Perſam, alii Hecaten vocant) filius, Rex Colchorum, et ex Idyia Medeam et Chalciopen genuit. Diodorus tamen Siculus lib. 5. ſcribit, Aeetam ex Hecate, fratris ſui Perſae ſiue Perſei filia, quam alii vocant Ipſeam, tres liberos ſuſtuliſſe, Circen, Medeam, et Aegialeum, quem plerique Abſyrtum nuncupant. Pignus imperii habuit aureum vellus, quo Iaſon Medeae ope potitus eſt. Vid.* Hygin. f. 22. Ouid. Met. 7: *Multa mentio eius in Argonauticis, v. g.* Val. Flac. 8, 10 O mihi ſi profugae genitor nunc ille ſupremos Amplexus Aeeta dares, fletusque videres. Aeetes ſoligena Argon. 5, 317. *i. Solis filius.* Nec ferus Aeetes 5, 553. Senec. in Medea 179 Medea Colchi noxium Aeetae genus.

AEETAEVS. Adi. [Αἰήταιος] Catul. in Nupt. Pel. et Thet. 3 Phaſidos ad fluctus, et fines Aeetaeos.

AEĒTIAS, Aeetiadis. [Αἰητίας] *Medea Aeetae filia.* Ouid. Met. 7, 9. Concipit interea validos Aeetias ignes.

AEĒTIS, idis. [Αἰήτις] *eadem.* Valer. Flacc. 6, 479 — et pauor artus Protinus, atque ingens Aeetida perculit horror.

AEETIVS. Adi. [Αἰήτιος] *ad Aeeten pertinens:* Valer. Flacc. 6, 542 Nec minus Aeolii proles Aeetia Phrixi Fertur et ipſa furens, *i. Phrixi et Chalciopes filii, Aeetae nepotes.* Aeetia virgo, *Medea* Flacc. 6, 267.

## A E G

AEGA, ae. *Nymphae nomen, quae ex Oleno Vulcani filio nata, Iouis nutrix fuiſſe fertur. Quidam Aegam Panos vxorem dixere, a qua et Aegis dicta. Recordemur* ἄιγα *eſſe capram, Amaltheae capram Iouis nutricem, Panem capripedem. Vid. plura apud* Hyginum Poët. Aſtr. 2, 13.

AEGĀTES. m. pl. *Inſulae Maris Siculi e regione Lilybaei promontorii, ad quas praelio bellum Punicum primum fuit compoſitum* Sil. 1, 60 *de Hannib.* — inſuper aeui

Flore virens auet Aegates abolere parentum
Dedecus, ac Siculo demergere foedera Ponto.

AEGAE, arum. *it.* Aege, Aegaea, Aegia; *alias* Edeſſa *vel* Aedeſſa. *Macedoniae oppidum*, in quo mos ſepeliri reges Plin. 4, 10. *Vid.* Iuſtin. 7, 1. *Eſt et eodem nomine oppidum Ciliciae.* Plin. 5, 27 *Item Aeolidis.* Plin. 5, 30. Strabo lib. 8 et 9 *meminit Aegarum in Euboea ſitarum, in quibus locatum eſt Aegaei Neptuni templum, et a quibus Aegaeum pelagus nomen aſſequi putat eſſe veriſimilius. Ad Aegas Achaiae, nemo praeternauigantium tempeſtatem maris paſſus creditur, ob Neptuni praeſentiam, qui illic impendio colebatur.*

AEGAEAE. [Αἰγαῖαι] *Inſulae Ioniae adiacentes, quae commemorantur* a Plin. 1, 31.

AEGAEON, ōnis. [Αἰγαιών] *Gigas, Caeli et Terrae filius.* Virg. Aen. 10, 565 Aegaeon qualis, centum cui brachia dicunt, centenasque manus, quinquaginta oribus ignem Pectoribusque arſiſſe, Iouis cum fulmina contra Tot paribus ſtreperet clypeis, tot ſtringeret enſes. Seruius *ad h. l.* Ipſe eſt, *inquit*, qui et Briareus dicitur, Caeli et Terrae filius. ¶ 2 Aegaeon centumgeminus Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 345. *quod* Virg. Aen. 6, 287 *Briarei epitheton eſt.* Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 45 Rurſusque cruentos Aegeon poſitis arcto de corpore nodis *(catenarum infernalium)* obuia centeno vexaſſet fulmina motu. Aegaeon Cycladas amplexus Stat. Theb. 5, 288 *eſt* mare Aegaeum. Ita Heſych. Αἰγαίων τὸ περὶ τὰς κυκλάδας πέλαγος. *Vid.* Turn. Adu. 19, 2. *Sic et* Aegon *vſurpatur.*

AEGAEVM Mare, [Αἰγαῖον πέλαγος] *eſt Graeciam inter Aſiamque amplum et multas habens inſulas: vulgo hodie dicitur Archipelagus.* Plin. 4, 11 Aegaeo mari nomen dedit ſcopulus inter Tenedum et Chium verius quam inſula, Aex nomine, a ſpecie caprae, quae ita Graecis appellatur, repetente in medio mari exſiliens. Cernunt eum a dextera parte Andrum nauigantes ab Achaïa, dirum ac peſtiferum. *Ab Aegeo Theſei patre alii ap. Suidam.* Feſtus *aliam affert nominis rationem,* quod in eo Amazonum regina Aegaea perierit. *Vel, eod. auctore,* quod crebrae in eo ſint Inſulae, quae procul intuentibus αἰγῶν Caprarum ſpeciem praebeant. *Conf.* Varr. de R. R. 2, 1, 8 Appellarunt a capris Aegeum mare. *Omnium veroſimillime D. Heinſius* ad Sil. 1, 468 *deriuat ab* αἶγες *fluctus, procellae, quae in illo mari maxime ſentiuntur. Adde, qui copioſe et erudite admodum hoc argumentum tractat, Boch. Geogr. Sacr. part. 2 l. 1 c. 13.* Hor. Epiſt. 1, 11, 16 Idcirco nauem trans Aegaeum mare vendas. Altum Aegaeum Virgil. Aen. 12, 365. Aquae Ouid. Met. 9, 447. Caerula Aegaea Valer. Flacc. 1, 561. Patens Aegaeum, *ſubaud. Mare* Hor. Od. 2, 16, 1. Profundum Val. Flacc. 1, 160. Aequor Aegaeum Ouid. Met. 11, 663. Cyclades Aegaeae Ouid. Triſt. 1, 11, 8. Fluctus Stat. Achil. 2, 1. Gurges Stat. Theb. 2, 45. Cic. in Arat. 426. Hyemes Stat. Silu. 1, 3, 95. Nereus Aegaeus *i. Mare Aegaeum* Stat. Theb. 5, 49. Neptunus Virg. Aen. 3, 74. Pontus Sen. in Oedip. 488. Sil. 1, 468. Portus Claud. in Eutrop. 2, 246. Procellae Stat. Achil. 1, 390. Salum Propert. 1, 6, 2. Stagna Stat. Theb. 6, 20. Tumultus Aegaei *i. Maris Aegaei tempeſtates* Hor. Od. 3, 29, 63. Venus Stat. Theb. 8, 477. *i. Mari orta.* Vndae Tibul. 1, 3, 1.

AEGER, aegra, aegrum. [δύσθυμος, ἐπίλυπος, ἄῤῥωστος, νόσιμος] Feſtus, Aegrum ex Graeco αἰάζω appellatur: a quibusdam putatur a voce doloris appellari, quae eſt αἶ αἶ. Seruius, Aeger et corpore et animo dicitur: ſicut etiam Aegrotus. Aegram eſſe ſimulant mulierem Ter. Hec. 1, 2, 113. Cic. de Nat. Deor. 2, 12 Ne aegri quidem omnes conualeſcunt. *De morbo animi.* Virg. Aen. 1, 208 — curisque ingentibus aeger. Idem Aen. 4, 35 — aegram nulli quondam flexere mariti. *i. Moeſtam.* ¶ 2 *Nomen morbi aut partis affectae Ablatiuo, Genitiuo, vel Accuſatiuo caſu adiungitur,* v. g. Liu. 30, 11 Stimulabant aegrum Amore vxor, ſocerque. Animi Liu. 2, 36. Curt. 4, 3, 11. Medea animo aegro Cic. pro Cael. c. 8. Plin. Epiſt. 9, 22, 3 Pro hoc ego amico, pro hoc ingenio, non minus aeger Animo, quam Corpore ille. Ab animo Plaut. Epid. 1, 2, 26. Auidus aeger, *h. e. Intemperans* Porphyr. Hor. Sat. 1, 4, 126. Conſilii Stat. Theb. 11, 141. *h. e. Triſtia cogitans.* Delicti, *h. e. Dolens ob delictum a ſe commiſſum* Sil. Ital. 13, 52. Ex vulnere Liu. 26, . . Curt. 7, 7, 5. Fluore Celſ. 3, 6 ſub fin. cui corpus profluit. Hic, cum venit in balneum, prius vngendus, deinde in ſolium deducendus eſt. Morbo graui Cic. in Catil. 1, 31 c. 11. *Sed* Valer. Max. 5, 7, 1 Ex Pulſu venarum comperit cuius morbi aeger eſſet. Salluſt. Bell. Catil. 59, 3 Antonius Pedibus aeger. Pedes Gell. 19, 10. Pericli Sil. 15, 135. Rerum motarum aeger Flor. 3, 17, 9. *i. dolens, quod res turbaſſet.* Timoris Sil. Ital. 3, 72. Valetudine Tacit. 14, 47. Vulneribus Nep. 1, 7, 5. Ouid. Amor. 3, 11, 25 Dicta erat aegra mihi. praeceps, amensque cucurri: Veni et riuali non erat aegra meo. ¶ 3 *Iam quibus ſubſtantiuis adiiciatur videamus. Vbi primum obſeruamus, dici etiam de mutis animalibus.* Virg. Georg. 3, 497 — et quatit aegros Tuſſis anhela ſues. *Sic* Sus aegra Col. 6, 5, 1. Amans aegra Virg. Aen. 1, 355. *i.* Moeſta et anxia, *inquit* Feſtus. Amor aeger Virg. Georg. 4, 464. Anhelitus aeger quatit vaſtos artus Virg. Aen. 5, 432. Animam aegram ponere, *i. Vitam* Lucret. 6, 1221. Animam aegram auferre Ouid. Met. 9, 179. Animus aeger Ouid. de Rem. Am. 129. Auſonia aegra vulnere Sil. Ital. 7, 2 *i. Italia clade triſtis, et debilitata.* Balatus aegri Ouid. Met. 7, 540. Cor Ouid. Triſt. 3, 2, 16. Val. Flacc. 3, 74. Corpus Virg. Aen. 3, 140. Cic. ad Quirit. poſt redit. 1 Bona valetudo iucundior eſt eis, qui e graui morbo recreati ſunt, quam qui nunquam aegro corpore fuerunt. Dolores Lucret. 3, 918. Familia Cic. Att. 16, 8. Femur Virg. Aen. 10, 856. Genua Virg. Aen. 5, 468. Hiatu aegro effoetus, *de luctatore, quem ſpiritus deficit* Stat. Theb. 6, 869. Inuidia laetis aegra, *Ob alienam ſcilicet felicitatem triſtis.* Stat. Theb. 1, 126. Luctus Ouid. Met. 2, 329. Lucret. 3, 946 — nimis aegris Luctibus indulges? etc. Manus Ouid. Epiſt. 2, 246. Membra Ouid. Epiſt. 11, 38. Stat. Theb. 6, 511. Mens Ouid. Triſt. 4, 3, 21. Virg. Georg. 3, 512 *de equis* — ipſique ſuos iam Morte ſub aegra Diſciſſos nudis laniabant dentibus artus. *i. quam aegrotatio et morbus adferebat.* Virg. Aen. 2, 268 Tempus erat quo prima quies mortalibus aegris Incipit. *i. Anxiis et ſolicitis.* Oculis aegris aliquid aſpicere Tacit. Hiſt. 2, 20. *i. inuidis.* Os Sil. Ital. 13, . . Cic. pro Milon. 68 c. 25 Sed quis non intelligit omnes tibi Reipub. partes aegras et labantes eſſe commiſſas? Paſſus Val. Flac. 3, 357. Pectora aegra curis Val. Flac. 6, 623. Pudor Val. Flac. 7, 125. Reſpub. Cic. Verr. 1, 5 Itaque mihi videor magnam, et maxime aegram, et prope depoſitam reip. partem ſuſcepiſſe. *Vid.* AEGROTA reſpublica. Virg. Aen. 3, 142 Arebant herbae, et victum ſeges aegra negabat. Ouid. Faſt. 1, 688. Senectus, *per metonymiam ex effectu, quod homines aegros reddat* Ouid. Met. 143. Spes Claud. de Nupt. Hon. et Mariae, 10. 14. Suſpiria Stat. Theb. 6, 17. Valetudo infirma atque aegra Cic. in Brut. 180. Verba Val. Flac. 8, 145. Vis Stat. Theb. 8, 531 — aegra animo vis, ac fiducia ceſſit. Cic. de Diuin. 1, 53 In eo igitur oppido ita grauiter aegrum Eudemum fuiſſe, vt omnes medici diffiderent. Cic. Tuſc. 3, 22 Corpus etiamſi mediocriter aegrum eſt, ſanum non eſt. Aegrum, *abſolute poſitum, pro Animi aegritudine.* Plaut. Amph. 2, 2, 11 — plus aegri Ex abitu viri, quam ex aduentu voluptatis cepi. Lucret. 5, 172 — ſed cui nihil accidit aegri. *Superl.* Apul. Met. 6 p. 178 Pſyche aegerrima.

AEGRESCO, ĕre. [δυσθυμοῦμαι] *Aegriorem fieri, et proprie refertur ad animum.* Virg. Aen. 12, 46 — exuperat magis, aegreſcitque medendo. *Vbi* Seruius, Inde magna eius aegritudo creſcebat, vnde ſe ei Latinus remedium ſperabat afferre. Aegreſcere, pro Aegrotare. Plin. 10, 12 ſ. 15 Corui ante ſolſtitium generant: iidem aegreſcunt ſexagenis diebus ſiti maxime ante, quam fici coquantur Autumno. Animus aegreſcit Lucret. 3, 520. Stat. Theb. 1, 400 Tantum in corde ſedens aegreſcit cura parentis. Morbis aegreſcere Lucret. 5, 350. Rebus laetis aegreſcere, *Ob alienam felicitatem dolere* Stat. Theb. 2, 16. Ripae aegreſcunt puluere Idem Theb. 4, 114. Cura aegreſcente ducere dolorem Sil. Ital. 8, 212.

AEGRE, Adu. [δυσκόλως] Virg. Georg. 3, 534 Ergo aegre raſtris terram rimantur. *i. e.* Difficulter, *ait* Seruius. Cic. de Prouin. Conſul. 6 Cum Byzantii totum Pontum armatum efferueſcentem in Aſiam; atque erumpentem, aegre repulſum ſuſtinerent. Aegre riſum continere Plaut. Aſin. 3, 2, 36. Aegre repertus Plin. 7, 44. Aegre eſt, pro Moleſtum eſt Plaut. Caſin. 2, 2, 8. — ſed quid eſt Quod tuo nunc animo aegre eſt? Idem Men. 4, 2, 62. Dic mea vxor, quid tibi aegre eſt? Ter. Adel. 1, 2, 57 *ſuppreſſo caſu,* Aegre eſt. *Sed* Ne quid aegre eſſet mihi Ter. Hec. 2, 1, 30. Aegre ferre, *vt* Moleſte ferre. Cic. de Diuin. 1, 73 Diſceſſit aegre ferens. *Add.* Ter. Andr. 1, 2, 7. Aegrius accipere Tac. Ann. 4, 71, 3. Rem aegerrime ferre Sall. Iug. c. 85. Cic. Verr. 4, 146 Nihil aegrius factum eſt multo labore meo, quam vt manus ab illo appellatore abſtinerentur. Inueterata vitia aegrius depelluntur Cic. Tuſc. 4 c. 37. A quo caueas aegrius Plaut. Aſin. 1, 1, 106. Caeſ. Bell. Gall. 1, 4 c. 13 Aegerrime confecerant vt flumen tranſirent. Omne bellum ſumi facile, caeterum aegerrime deſinere Sall. Iug. c. 83. Aegre alicui facere Ter. Eun. 4, 1, 10. *i. moleſtiam exhibere: cuius relatum eſt.* Ter. Adelph. 1, 2, 63 — ſed oſtendere, Me aegre pati, illi nolui. Ter. Hec. 5, 1, 39 Sed reprimam me: ne aegre quicquam ex me audias. *Vbi* Donatus, Vtrum Aegre pro Male, an Aegre pro Inuita? ¶ 2 Aegre *cum moleſtia, grauate, vix.* Aegre aliqua re carere Cic. Att. 3, 2. Idem pro Lege Manil. 13. Aegre ſe tenere. Cic. Att. 16, 11 De Sicca ita eſt vt ſcribis: aſt aegre me tenui. Cic. de Senect. 72 Iam omnis conglutinatio recens, aegre, inueterata, facile diuellitur.

AEGREO, ēre. *Aegrum eſſe.* Lucret. 3, 837 Morbis cum corporis aegret. *Sic enim legendum, non* aegrit, *ex deriuato* aegreſco, *non* aegriſco, *contra Turnebum Aduerſ.* 30, 10 *oſtendit Voſſius Etym. p.* 10.

AEGRIMŌNIA, ae. [δυσθυμία] *Sic ab* Aeger *factum, vt ab* Acer, Acrimonia; *idem ſignificat quod* Aegritudo. Cic. Att. 12, 38 Ferrem grauiter, ſi nouae aegrimoniae locus eſſet. Aegrimonia vetus Plin. 28, 8. Deformis, *quia triſtitia deformes facit* Hor. Epod. 13, 18. *Idem* Epod. 17, 73 Faſtidioſa triſtis aegrimonia. *Duo ſunt ablatiui,* aegrimonia faſtidioſa. Dum abſcedat a me haec aegrimonia Plaut. Rud. 4, 4, 146. Idem Stich. 3, 1, 5 Olim quos abiens affeci aegrimonia, Eos nunc laetantes faciam aduentu meo.

AEGRITV̄DO, ĭnis. f. [κατήφεια] *Eſt* Animi aegri *affectio.* Cic. Tuſc. 4, 14 Haec prima definitio eſt, vt aegritudo ſit animi aduerſante ratione contractio. *Et paullo poſt,* Eſt igitur aegritudo, opinio recens mali praeſentis, in quo demitti, contrahique animo rectum eſſe videatur. Ibid. 3, 23 c. 10 Sed proprie vt aegrotatio in corpore, ſic aegritudo in animo nomen habet, non ſeiunctum a dolore. *Et paullo ante* 22 Itaque praeclare noſtri, vt alia multa, moleſtiam, ſolicitudinem, angorem, propter ſimilitudinem corporum aegrorum, aegritudinem nominauerunt. Hoc propemodum verbo Graeci omnem animi perturbationem appellant. Vocant *enim* πάθος, id eſt Morbum, quicunque eſt motus in animo turbidus. Nos melius. Aegris enim corporibus ſimillima eſt Animi aegritudo. *Species* aegritudinis *ita enumerat* Cic. Tuſc. 4, 17 c. 8 Inuidentia, Aemulatio, Obtrectatio, Miſericordia, Angor, *qui* eſt aegritudo Premens, Luctus, Moeror *i.* aegritudo Flebilis, Aerumna aegr. — Laborioſa, Dolor — Crucians, Lamentatio — cum eiulatu, Solicitudo — cum cogitatione, Moleſtia

ſtia — Permanens, Afflictatio — Cum vexatione corporis, Deſperatio. Acerbae aegritudines Cic. Tuſc. 4, 34. Id. Tuſc. 3,52 c. 22 Culpa contractum malum Aegritudinem acriorem facit. Id. ib. 4, 34 c. 15 Important enim turbidi animorum motus aegritudines anxias atque acerbas. Grauiſſimae Cic. Tuſc. 3, 46. Id. ibid. 3, 67 Defatigatio igitur miſeriarum aegritudines cum faciat leuiores, intelligi neceſſe eſt, non rem ipſam cauſam atque fontem eſſe moeroris. Idem ibid. 3, 33 Leuationem autem aegritudinis in duabus rebus ponit, auocatione a cogitanda moleſtia, et reuocatione, ad contemplandas voluptates. Magnitudo aegritudinis Id. ibid. 3, 61. *Et* 4, 83 Sed et aegritudinis et reliquorum animi morborum vna ſanatio eſt, omnes opinabiles eſſe et voluntarios. Sedatio aegritudinis Idem ibidem 4, 82. Societas aegritudinis Cic. Fam. 4, 16. Id. Tuſc. 3, 83 Atqui ſtirpes ſunt aegritudinis quam multae! quam amarae! quae ipſo trunco euerſo omnes eligendae ſunt. Id. ibid. 5, 42 Securitatem autem nunc appello, vacuitatem aegritudinis. Criminis aegritudo Cic. pro Roſc. Com. 25. *h. e. Leuitas criminis et velut infirmitas ſeu debilitas, vel, vt Menardo placet, ex quo reo aegre eſt. Sed reſtituit Turnebus, et probarunt ſequentes* magnitudinem. ¶ 2 *Subiiciamus verba, quibus* Aegritudo *iungitur.* Aberit igitur a ſapiente aegritudo Cic. Tuſc. 3, 81. Accedunt aegritudines Id. ib. 4, . . Ter. Heaut. 3, 1, 13 Dies Adimit aegritudinem hominibus. Afferre aegritudinem Idem ib. 4, 3, 2. Cic. Tuſc. 3, 15 Ex quo efficitur, fortem virum aegritudine nunquam Affici. Idem ibid. 4, . . Aegritudo autem caeteraeque perturbationes amplificatae, certe peſtiferae ſunt. *h. e. ſi vehementes ſint.* Cic. Tuſc. 3, 14 In quem Cadit aegritudo, in eundem timor. Concedere aegritudini Id. ib. 4, 59. *Et* 3, 27 c. 12 Tarquinius Cumas ſe contuliſſe dicitur, inque ea vrbe ſenio et aegritudine eſſe Confectus. Idem ibidem 4, 35 Quid autem eſt non miſerius ſolum, ſed foedius etiam et deformius, quam aegritudine quis afflictus debilitatusque iacens? Idem Tuſcul. 3, 71 Aegritudini ſe ſolent dedere, *i. indulgere. Add.* Att. 9, 4. Depellere aegritudinem Cic. Tuſc. 3, 25. Detrahere Id. ibid. 3, 46. Idem ibid. 4, 11 Quae enim venientia metuuntur, eadem efficiunt aegritudinem inſtantia. *Conf.* Tuſc. 3, 28. Eleuare Tuſc. 3, 34. Eripere alicui ibid. 45. Eſſe in aegritudine Cic. Tuſc. 3, 14 et 32. Ibid. 52 Cyrenaicorum reſtat ſententia, qui tum aegritudinem cenſent Exiſtere, ſi nec opinato quid euenerit. *add.* n. 28. Non natura Exoritur aegritudo Tuſc. 3, 82. Extenuare aegritudinem ibid. 3, 78. Plaut. Curc. 2, 1, 9 Aegritudinem iſtam exturbes ex animo. Incidere in aegritudinem Cic. Tuſc. 3, 20 c. 9. Ter. Andr. 5, 5, 5 Si nulla aegritudo huic gaudio interceſſerit. Lenire aegritudinem Cic. de Diuin. 2, 3. *Et* Tuſc. 3, 79. Leuauit me epiſtola tua aegritudine Cic. Att. 9, 6. Manat longius aegritudo Cic. Tuſc. 3, 128. Moerens aegritudo Cic. Tuſc. 3, 83. Ibidem 4, 61 Si nec mala ſint illa, quae metum aegritudinemue, nec bona, quae cupiditatem laetitiamue moueant. Ib. 4, 19 Ex malis metum et aegritudinem naſci cenſent: metum futuris, aegritudinem praeſentibus. Obtundere aegritudinem Ib. 3, 60. Opprimi aegritudine Ib. 3, 48. Oritur aegritudo ex re aliqua Ib. 3, 55. Ponendae aegritudinis cauſa Ib. 3, 66. It. 3, 70 Neque tamen cum ſe in media ſtultitia, qua nihil eſt peius, haerere intelligant, aegritudine premuntur. Priuare aliquem aegritudine Id. 3, . . *Et* 3, 12 Humanum id quidem, quod ita exiſtimas: non enim ſilice nati ſumus, ſed eſt naturale in animis tenerum quiddam atque molle, quod aegritudine, quaſi tempeſtate, quatiatur. Id. 3, 66 Timor igitur ab iis aegritudinem potuit repellere, ratio ac ſapientia vera non poterit? Id. ib. 3, 75 Haec igitur officia ſunt conſolantium, tollere aegritudinem funditus, aut ſedare, aut detrahere quamplurimum, aut ſupprimere, nec pati manare longius, aut ad aliam traducere. Suſtulit vniuerſam aegritudinem philoſophia Id. ib. 3, 82. Sublata aegritudo Ib. 3, 83. Supprimere aegritudinem. *vid.* paullo ante, Sedare aegritudinem. Suſcipere Id. ib. 3, 66 Voluntate igitur et iudicio ſuſcipi aegritudinem confitendum eſt. *Et* 3, 74 *it.* 77 *et* 82. *It.* 4, 56. Tangit eos aegritudo Id. ib. 3, 61 Acta aetas honeſte ac ſplendide tantam affert conſolationem, vt eos, qui ita vixerint, aut non tangat aegritudo, aut perleuiter pungat animi dolor. Tolerare aegritudinem Id. ib. 4, . . An omnium rerum toleranda omnino aegritudo? Tollere Id. ib. 3, 75 Quum conſtet aegritudinem vetuſtate tolli. *Paullo poſt*, Tollere aegritudinem funditus. Vacare aegritudine Id. ib. 3, 34. *Et* 5, 61 Quid poteſt ad beate viuendum deeſſe ei, quem fortitudo ab aegritudine et a metu vindicet? ¶ 3 Aegritudinem *poni* Donatus *ait pro Morbo corporis.* Ter. Phorm. 5, 1, 24 Matrem ipſam ex aegritudine miſeram mors conſecuta eſt. *Sed triſtitiam hic intelligi, verius videtur. Neque recte ad Ciceronem prouocatur. Recte vero argenteae aetatis ſcriptoribus tribuitur. v. g.* Augurium ex homine ipſo eſt non timendi mortem in aegritudine, quamdiu oculorum pupillae imaginem reddant. Agnis quoque ſuccurrendum eſt vel febricitantibus vel aegritudine alia affectis Columel. 7, 5, 20. Iam ſigna letalia, in furoris morbo riſum, ſapientiae vero aegritudine fimbriarum curam Plin. 7, 51 in ſ. 52. Aegritudo faſtidii Id. 8, 16 ſ. 19 *fin.* Viſique ſunt feſſi aegritudine, quando et illas moles infeſtant morbi Id. 8, 1. *Et ita paſſim.* Animum autem aegritudo corporis vrgebat Curt. 3, 5, 10. *Add.* Tacit. Ann. 2, 69, 2. Flor. 4, 7, 10.

AEGROR, ōris. *pro Aegritudine ſ. morbo* Lucret. 6, 1130 Venit pecubus balantibus aegror. Adde 1257.

AEGROTVS, a, um. Denom. ab Aeger [*ἀῤῥωστος, νόσιμος*] Servius ad Virg. Ecl. 1, 13 *et alias.* Aeger et corpore et animo dicitur: Aegrotus, corpore tantum. Hor. Epiſt. 1, 2, 47 Non domus, et fundus, non aeris aceruus et auri, Aegroto domini deduxit corpore febres. Cic. Att. 9, 10 Vt aegroto, dum anima eſt, ſpes eſſe dicitur: ſic ego, quoad Pompeius in Italia fuit, ſperare non deſtiti. Id. Att. 6, 1 Vt ſi medicus, cum aegrotus alii medico traditus ſit, iraſci velit. *Metaph.* Cic. Diu. in Verr. 38 c. 22 Et profecto aut hoc remedium eſt aegrotae ac prope deſperatae reipublicae, iudiciisque corruptis, etc. *vid.* AEGRA reſpub.

AEGROTO, āre. [*νοσέω, ἀῤῥωστέω, ἀσθενέω, νοσηλεύομαι*] Aegrum *vel* Aegrotum *eſſe.* Cic. pro Cluent. 132 Apud hunc ille Romae habitauit, apud hunc aegrotauit. Col. 7, 5, 2 Si aegrotat vniuerſum pecus. Plin. 17, 24 ſ. 37, 6 Aegrotant aliquando et Poma ipſa per ſe ſine arbore, ſi neceſſariis temporibus imbres, aut tepores, vel afflatus defuere, aut contra abundauere. *Et paullo ante* Aegrotant *arbores* et cum alſere. *Totum illud caput longiuſculum eſt de morbis arborum, allegoria perpetua.* Aegrotant in te Artes antiquae tuae — Omnibus amicis morbum tu incuties grauem, vt te videre audireque aegroti ſient Plaut. Trin. 1, 2, 34. Varr. de L. L. 9, 1 p. 129, 1 In conſuetudine vehementer aegrotat *Declinatio, vel Analogia. Sed* al. nutat. Aegrotat *in* marg. Scaliger. Cic. Tuſc. 4, 79 c. 37 Quis dubitarit, quin aegrotationes animi, qualis eſt auaritia, gloriae cupiditas, ex eo quod magni aeſtimetur ea res, ex qua Animus aegrotat, oriantur? Lucret. 4, 1118 Languent officia, atque aegrotat fama vacillans. Vitio animi aegrotare Hor. Sat. 2, 3, 307. Diu, *vid. mox* Vehementer. Grauiter Cic. Off. 1, 47. de Senect. c. 19. *Et Superlat.* Cic. de Fin. 2, 70 c. 13 Quae cum Ariſtoni et Pyrrhoni omnino viſa ſunt pro nihilo, vt inter optime valere et grauiſſime aegrotare nihil prorſus dicerent intereſſe. Id. Off. 1, 116 c. 24 In adeundis periculis conſuetudo imitanda medicorum eſt, quae leuiter aegrotantes leuiter curant: grauioribus autem morbis periculoſas curationes et ancipites adhibere coguntur. Mortifere, *vid.* MORTIFERE, in MORS. Cic. Att. 8, 2 In vnius hominis quotannis periculoſe aegrotantis anima, poſitas omneis noſtras ſpes habemus. Id. pro Cluent. 138 Ibi primum in morbum incidit, ac ſatis vehementer diuque aegrotauit.

AEGROTATIO, ōnis. f. [*νόσημα, ἀῤῥώστημα*] Ciceroni Tuſc. 4, 28 eſt morbus cum imbecillitate. *vid.* AEGRITVDO. Id. Tuſc. 4, 8 Definiunt autem animi aegrotationem, opinationem vehementem de re non expetenda, tanquam valde expetenda ſit, inhaerentem et penitus inſitam. *Paullo poſt*, Aegrotationi autem talia quaedam ſubiecta ſunt, auaritia, ambitio, mulieroſitas, peruicacia, liguritio, vinolentia, cupedia, et ſi qua ſimilia. Id. ib. 3, 14 c. 4 Quia nomen inſaniae ſignificat mentis aegrotationem et morbum. *Et* 32 c. 14 Aegrotationes autem morbique animorum difficilius euelli poſſe putantur.

AEGERIA, *vid.* EGERIA.

AEGESTA, [*Αἴγεστα*] *it.* EGESTA, Ciceroni Plinioque *eſt* SEGESTA, vbi *vid.*

AEGEVS, *diſſyl.* ĕi *vel* ĕos. [*Αἰγεὺς*] *Athenarum rex, filius Neptuni, duas habuit coniuges, quarum prima dicta eſt Aethra, filia Pithei regis, ex qua Theſeum ſuſcepit. Secunda, vt teſtatur* Ouidius Met. 7, 401 *fuit Medea profuga, quam ab Iaſone repudiatam, atque fugientem non ſolum ſuſcepit hoſpitio, ſed illam etiam ſibi matrimonio copulauit, et ex ea, vt placet* Iuſtino 2, 6, 14. et 42, 2, 13 *Medum filium ſuſcepit. Succeſſit in regno Pandioni. Aegeo regnante, Athenienſibus bellum intulit Minos Cretenſium rex ob caedem Androgei filii, legesque duriſſimas impoſuit, vt ſcilicet quotannis ſeptem iuuenes nobiles in Cretam mitterentur ad Minotaurum, qui tribus annis ſorte miſſi ſunt, quarta autem ſors obtigit inter alios Theſeo, qui maximo patris Aegei dolore nauem conſcendit. Et cum omnia nauigii ornamenta nigra eſſent, et nauis velum; habuit in mandatis a patre, vt ſi contingeret in agendis eum felicem ſortiri exitum, rediens naui album poneret velum amoto nigro, vt eminus fortunam ſuam noſceret. Theſeus autem Ariadnae conſilio victor, mandatorum immemor, non amoto velo nigro redibat. Aegeus excelſa turri proſpectans nigrum velum, Theſeum mortuum arbitratus, ex turri ſe deiecit in mare, quod ab ipſo vocatum eſt Aegaeum: et mortuus, ab Athenienſibus liberatis et Neptuni filius, et marinus deus in ſolatium Theſei conſecratus eſt. Ex* Ouidio l. c. *et* Seruio *ad* Aen. 6, 14 *it.* 3, 74. Hygin. f. 43. *Hinc*

AEGĪDES, [*Αἰγείδης*] dicitur Theſeus filius Aegei. Stat. Theb. 12, . . . — riſit voceſque manumque Horridus Aegides, ferrataque ab arbore magnos Molitur iactus. Ouid. Epiſt. 4, 59 Perfidus Aegides ducentia fila ſecutus Curua meae fugit tecta ſororis ope.

AEGIĂLE, es. f. [*Αἰγιάλη*] Diomedis Aetoliae regis vxor, quam poſt Troiae expugnationem in patriam reuerſus, cum cognouiſſet cum Cyllabaro vel Comete Stheneli filio concubuiſſe, verecundia ductus domum noluit reuerti, vt ſcribit Seruius in Aen. 8, 9 *et* 11, 269. Stat. Silu. 3, 5, 48 Queſta eſt Aegiale, queſta eſt Meliboea relinqui. *Dicitur et* Aegialēa, *Αἰγιάλεια.*

AEGIALE, *Antiquitus nuncupabatur Sicyon ab Aegialeo, qui autochthon ſeu indigena comparuit ibidem primus, ſicuti memorant Sicyonii, et eſt a Pauſania repetitum.*

AEGIALEVS, ei. m. Adraſti filius ex Demoanaſſa Argiuus: hic ſolus periit ex ſeptem *(Epigonis)* qui exierant, *(ad patrum, qui ad Thebas perierant, mortes vlciſcendas)* quia pater exſuperauerat, pro patre vicariam vitam dedit. Caeteri ſex victores redierunt. Hygin. f. 71.

AEGIALIA, Inſula eſt adiacens Aetoliae regioni, Plin. 4, 12.

AEGIALOS. [*Ἀιγιαλὸς*] *Latine dicitur Litus. Hinc plurium litorum et promontoriorum proprium nomen factum eſt. In primis* Achaia, propter vrbes in litore per ordinem diſpoſitas, ante Aegialos vocata eſt, *teſte* Plin. 4, 5.

AEGIALVS, *Medeae frater*, Iuſtin. 42, 3, 1 *Hunc alii Abſyrtum vocant: qui cum Medeam perſequeretur, ab ea dicitur interfectus.* Aegialeus *vocatur ab aliis, et in Iuſtino Bongarſ. et Burm.* Agialius.

AEGICHON, Gramen Apul. de Herb. cap. 77.

AEGIDA, Iſtriae oppidum. Plin. lib. 3. cap. 19.

AEGILA, Inſula quindecim millibus paſſuum diſtans a Cythera Plin. 4, 12.

AEGILODES, Sinus Laconiae, Plin. 4, 5.

AEGILIVM, Inſulae nomen Plinio 3, 6 contra Coſanum litus ſita.

AEGĬLOPS, ŏpis. [*αἰγίλωψ*] *Arboris glandiferae ſpecies.* Plin. 16, 6. ¶ 2 Aegilops, *Fiſtula oculorum* Celſ. 7, 7. *Dicitur et* Aegilopa, ae. *Vox frequens* Plinio, *v. g.* 21, 19 ſ. 77 Bacchar imponitur aegilopis incipientibus. Id. 22, 21 ſ. 26 Aegilopia vocare videtur. ¶ 3 Idem 25, 13 ſ. 93 Aegilopas ſanat herba eodem nomine, quae in hordeo naſcitur, tritici folio *etc. Haec eadem forte, de qua* 18, 17 Eſt herba, quae cicer enecat et eruum circumligando ſe, vocatur orobanche; triticum ſimili modo aera; hordeum feſtuca, quae vocatur aegilops. *Forte de eadem* Virgilius, Infelix lolium, et ſteriles dominantur auenae Georg. 1, 37. *vid.* AVENA. ¶ 4 *Bulbi genus eſt* Plin. 19, 5 ſ. 30.

AEGILOPICVS, Cathol. *qui Aegilope laborat.*

AEGILOS, Inſula quae Latinis Capraria dicitur Plin. 3, 6.

AEGIMIVS, *Nomen viri, qui annos vixit ducentos. Auctor Anacreon* Plin. 7, 48.

AEGIMORI, Sunt contra Carthaginis ſinum duo Scopuli verius quam Inſulae: inter Siciliam maxime et Sardiniam Plin. 5, 7.

AEGĪNA, ae. [*Αἴγινα*] *Aſopi regis Boeotiae filia, cum qua Iupiter congreſſus genuit Aeacum et Rhadamanthum. Vid.* Ouid. Met. 7, 616. Hygin. f. 52. *Ab hac dicta eſt* ¶ 2 Aegina *Inſula Epidaurico litori proxima, cum* Oenone *alias vocata eſſet. Vid.* Plin. 4, 12 ſ. 19. Ouidius *pro* Oenone *ait* Oenopiam *prius vocitatam.* Met. 7, 472

— latere inde ſiniſtro
Oenopiam Minos petit Aeacideia regna.
Oenopiam veteres appellauere: ſed ipſe
Aeacus Aeginam genitricis nomine dixit.

AEGINETICVS, a, um. Adi. [Αἰγινητικὸς] *Vnde* aes Aegineticum Plin. 34, 2 et 3 non quod Inſula ipſa gigneret, ſed quod ibi officinae praeclare temperarent. *Locus, quem indicauimus, eſt claſſicus.* Id. Plin. 34, 8 ſ. 19, 14 Aegineticae aeris temperaturae meminit. *Hinc nobile* Talentum Aegineticum, *quod expendit Gronou. de Pec. Vet.* 3, 3. *Add.* Aelian. Var. Hiſt. 12, 20.

AEGINETA, [Αἰγινήτης] *Ciuis Aeginae* Cic. Off. 3 c. 11. Athenienſes ſciuerunt, vt Aeginetis — pollices praeciderentur. Aeginetae fictoris *meminit* Plinius 35, 11.

AEGINIVM, *Oppidum Macedoniae, in ea regione, quae appellatur Pieria.* Plin. 4, 10.

AEGION, [Αἴγιον] Suidae, Oppidum Achaiae proprie dictae, Plin. 4, 5.

AEGĪPAN, ānos. [Αἰγίπαν] *Monſtra et Semidei Africae, Panes cum caprinis pedibus.* Plin. 5, 1 *de Atlante monte,* AegipanumSatyrorumque laſciuia impleri, tibiarum ac fiſtulae cantu, tympanorumque et cymbalorum ſonitu ſtrepere. Idem 5, 8 *inter alia monſtra Africae* Aegipanas ſemiferos, *memorat. Vid. Salmaſ. Exercit. Plin. f.* 293. *et Iſaac. Voſſ. Obſeru. ad* Pomp. Mel. 1, 8.

AEGIRA, *Inſula.* Plin. 5, 31. *Eſt etiam eiusdem nominis Oppidum in Achaia.* Idem 4, 5. *Et* 18, 9 Taurinus quidem ſanguis recens inter venena eſt, excepta Aegira. Ibi enim ſacerdos Terrae vaticinatura, tauri ſanguinem bibit priusquam deſcendat in ſpecus.

AEGIS, idis. [αἰγὶς] *quae proprie eſt caprina pellis, ſpeciatim ſcutum Iouis ſignificat de pelle caprae Amaltheae. Sed deinde etiam nobiliores clypeos, et pectoris tegumenta Iouis et Mineruae. De Ioue* Virg. Aen. 8, 354 Arcades ipſum Credunt ſe vidiſſe Iouem, cum ſaepe nigrantem Aegida concuteret, dextra nimbosque cieret. *Hic* Seruius, *Aegida, i.* pellem Amaltheae caprae, a qua nutritus eſt. — Aegidis autem concuſſio commouet pluuias. *De Minerua* Virg. Aen. 8, 435 *Vulcanus cum Cyclopibus* Aegidaque horriferam, turbatae Pallados arma, Certatim ſquamis ſerpentum auroque polibant, Connexosque anguis, ipſamque in pectore Diuae Gorgona, deſecto vertentem lumina collo. *Add.* Ouid. Met. 4 extr. *Ad* Virgilii l. c. Seruius, Aegis proprie eſt munimentum pectoris aereum a Vulcano fabricatum, habens in medio Gorgonis caput: quod munimentum ſi in pectore numinis fuerit, aegis vocatur. (*Vid.* Sil. 9, 444 *et Brouckhuſ. ad* Propert. 2, 2 60) Si in pectore hominis, ſicut in antiquis imperatorum ſtatuis videmus, lorica dicitur. *Epitheta alia* Aegidos *ſunt*, Coruſcans Valer. Flacc. 4, 134. Cruenta Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 335. Fulua Claud. 8, 165. Irata Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 60. Hor. Od. 3, 4, 57 Contra ſonantem Palladis aegida. *Add.* 1, 15, 11. Terrifica Valer. Flac. 6, 35. ¶ 2 *Metaphorice* Ouidius Rem. Amor. v. 346 Aegidem *appellat gemmas, et alia huiusmodi ornamenta, quibus deformitatem tegunt mulieres,*

- - - gemmisque auroque teguntur
Omnia: pars minima eſt ipſa puella ſui.
Saepe, vbi ſit quod ames, inter tam multa requiras:
Decipit hac oculos aegide diues amor.

¶ 3 Plin. 16, 39 pr. Larix femina habet, quam Graeci vocant aegida, mellei coloris. *Eſt haec* Aegis, *vt e Theophraſto docet Harduinus τὸ ἐγκάρδιον, veluti cor, et medullae proximum in arbore.*

AEGISŎNVS, [αἰγίφωνος] Aegiſonum pectus Palladis, Valer. Flac. 3, 88.

AEGISTHVS, i. m. [Αἴγισθος] *Thyeſtis filius ex Pelopeia filia. Hic patruum ſuum Atreum occidit: et Agamemnonem eius filium ex bello Troiano redeuntem interemit, adiuuante Clytaemneſtra vxore, quae corpus ſuum Aegiſtho per adulterium proſtituerat. Ipſe tandem Aegiſthus ab Oreſte Agamemnonis filio peremtus eſt, necem patris vlciſcente.* Ouid. de Rem. Amor. 161 Quaeritur, Aegiſthus quare ſit factus adulter? In promtu cauſa eſt: deſidioſus erat. Thyeſtiades, *i.* Thyeſtis filius Ouid. de Arte Am. 2, . . Suet. in Caeſ. 50 *cum narraſſet, a Iulio Caeſare adulterio corruptam etiam* Cn. Pompeii *vxorem* Muciam, *ſubiungit,* Nam certe Pompeio exprobratum eſt, Quod cuius cauſa poſt tres liberos exegiſſet vxorem, et quem gemens Aegiſthum appellare conſueſſet, eius poſtea filiam potentiae cupiditate in matrimonium recepiſſet.

AEGITHVS, i. *Auis de qua* Plin. 10, 74 Aegithus auis minima *diſſidet* cum aſino. Spinetis enim ſe ſcabendi cauſa atterens, nidos eius diſſipat: quod adeo pauet, vt voce omnino rudentis audita, oua eiiciat, pulli ipſi metu cadant. Igitur aduolans, vlcera eius roſtro excauat. *Et paullo poſt,* Aegithum vero odit Anthus in tantum, vt ſanguinem eorum credant non coire multisque ob id veneficiis infament.

AEGIVM, [Αἴγειον] *Oppidum Achaiae, quo in loco Iouem a capra nutritum ferunt, vnde oppido nomen Strabo lib.* 8. Conuentum eo indictum *memorat* Liu. 38, 30.

AEGLE, es. f. [Αἴγλη *Quod alias ſplendorem ſignificat*] *Nymphae nomen, Solis ex Neaera filiae.* Virg. Ecl. 6, 21 Aegle Naiadum pulcherrima. *Fuit etiam* vna Heſperidum Aegle. Hygin. prooemio Fab.

AEGLES, ae. m. *Nomen athletae cuiusdam Samii, qui quum mutus eſſet antea et elinguis, prae indignatione et cupiditate detegendi fraudem, repente loqui coepit.* Gell. 5, 9. et Valer. Maxim. 1, 8, ext. 4.

AEGOCEPHALOS, i. m. *Auis eſt liene omnino carens.* Auctor poſt Ariſtotelem Plin. 11, 37 ſ. 80. *A Gaza ex re* Capriceps *vertitur.*

AEGOCERAS, ātis. n. *Foenum Graecum.* Plin. 24, 14 ſ. 120 Nec foeno Graeco minor auctoritas, quod Telin vocant, alii Carphos, aliqui Buceras, alii Aegoceras, quoniam corniculis ſemen eſt ſimile, nos Siliciam.

AEGOCĔROS, ōtis *vel* ōtos: m. *Latine dicitur* Capricornus, [αἰγόκερως] Lucr. 5, 614 Nec ratio ſolis ſimplex ac recta pateſcit, Quo pacto aeſtiuis e partibus Aegocerotis Brumales adeat flexus: atque inde reuertens, Canceris vt metas vertat ſe ad ſolſtitiales. *Hunc Iupiter, quod cum eo erat nutritus, inter ſidera coeleſtia eſſe voluit, vt capram nutricem. Fabulam deſcribit* Hygin. 196. Humidus Aegoceros Lucan. 9, 540.

AEGOLETHRON. [αἰγόλεθρος] Herba eſt ab exitio, et iumentorum quidem, ſed praecipue caprarum, appellata Aegolethron *etc.* Plin. 21, 13 ſ. 44.

AEGŌLIOS, Vlula Plin. 10, 6. Ariſtot. Hiſt. An. 9, 17.

AEGON, ōnis. m. *Nomen paſtoris apud* Virg. Ecl. 3, 2 *quaſi tu* Caprarium *dicas. Talis* Ecl. 5, 72 Cantabunt mihi Damoetas, et Lyctius Aegon. ¶ 2 Aegon, *pro Mari Aegaeo* Stat. Theb. 5, 55 - - - Deloue ſonanti Peior, et innumeris quas ſpumifer aſſilit Aegon. *Vbi Schol. Aegon,* mare Aegaeum, quod inſulas plurimas habet, dictum ab Aegaeo patre Theſei. *Aſſilit inſulas. i.* Circumfluit. Valerius Flac. 1, 629 - - - vix littore puppim Soluimus: et quanto fremitu ſe ſuſtulit Aegon? *Add.* 4, 714 Tantas quamuis Tyrrhenus et Aegon voluat aquas.

AEGONYCHON, i. *quaſi tu* caprae vngulam *dicas: inter* Lithoſpermi *ſynonyma ponit* Plin. 27, 11 ſ. 74.

AEGOPHTHALMOS, i. m. [αἰγόφθαλμος] *Gemma ſic ab* oculi caprini *ſimilitudine cognominata* Plin. 37, 11.

AEGOS, [Αἰγὸς] *i. e. Caprae* Flumen *in Cherſonneſo Thraciae,* naufragio claſſis Atticae inſigne Mela 2, 2. *Plenius* Ammian. Marcellin. 22, 8 Cherſonneſum pulſat Aegos potamos, in quo loco lapides caſuros ex caelo praedixit Anaxagoras. *Repetit* c. 16. *Sed* Plin. 2, 58 Celebrant Graeci Anaxagoram Clazomenium, Olympiadis ſeptuageſimae octauae ſecundo anno praedixiſſe, caeleſtium literarum ſcientia, quibus diebus ſaxum caſurum eſſet e ſole. Idque factum interdiu in Thraciae parte ad Aegos flumen. Qui lapis etiam nunc oſtenditur, magnitudine vehis colore aduſto. *Apud hunc fluuium claſſem Atticam ſuperauit Lyſander Lacedaemonius,* Nepos 6, 1, 4 Poſtquam apud Aegos flumen Lyſander claſſis hoſtium eſt potitus.

AEGOSTHENENSES, Graeciae populi contributi Megarenſibus Plin. 4, 7.

AEGRE, AEGRESCO, AEGRIMONIA, AEGRITVDO, AEGROTVS, AEGROTO, AEGROTATIO. *Vid.* AEGER.

AEGVSA, *vid.* AETHVSA.

AEGYPSOS, ſeu AEGYPSVS, i. m. [Αἴγυψος] *Vrbs ad ripam Iſtri fluuii ſita, nomen habens ab Aegypſo Caſpio conditore.* Ouid. de Ponto, 1, 8, 11. et 4, 7, 21.

AEGYPTA, *Ciceronis libertus: cuius idem meminit* Fam. 16, 15. Aegypta ad me venit. Et Att. 8, 15 Epiſtolas mihi tuas Aegypta reddidit.

AEGYPTILLA, ae. *Gemma eſt, de qua* Plin. 37, 10. Iſidor. 16, 11.

AEGYPTVS, et DANAVS, [Αἴγυπτος καὶ Δάναος] *Horum ponamus fabulam ex* Hygino f. 168 Danaus Beli filius ex pluribus coniugibus quinquaginta filias habuit, totidemque filios frater Aegyptus, qui Danaum fratrem et eius filios interficere voluit, vt regnum paternum ſolus obtineret: filiis vxores a fratre popoſcit. Danaus re cognita Minerua adiutrice ex Africa Argos profugit — At Aegyptus — mittit filios ad perſequendum fratrem, et eis praecepit, vt aut Danaum interficerent, aut ad ſe non reuerterentur. Qui poſtquam Argos venerunt, oppugnare patruum coeperunt. Danaus vt vidit, ſe iis obſiſtere non poſſe, pollicetur eis filias ſuas vxores, vt pugna abſiſterent. Impetratas ſorores patrueles acceperunt vxores, quae patris iuſſu viros ſuos interfecerunt. Sola Hypermeſtra Lynceum ſeruauit. Ob id caeterae dicuntur apud inferos in dolium pertuſum aquam ingerere. Hypermeſtrae et Lynceo fanum factum eſt. *Eadem narrat* Seru. ad Aen. 10, 497. Hypermeſtra Hygini *verius* Hypermneſtra *eſt.*

AEGYPTVS, [Αἴγυπτος] *vt vult* Mela 1, 9, 1 Aſiae prima pars *quam ibi deſcribit.* Plin. 5, 9 ſ. 11 Aegyptus ſuper caeteram antiquitatis gloriam XXM vrbium ſibi Amaſe regnante habitata praefert *etc. Cum Graeci omnem inde cultum prope humanitatis repetierint, ab his autem Latini; mirum non eſt, innumerabilia de* Aegypto *et* Aegyptiis *in Romanis libris commemorari: vnde quaedam hic per lancem ſaturam referentur. De Graecis laudandus in primis eſſet Herodotus. Sed hoc non agimus. De aëre Aegypti* Plin. 21, 7 Roſa et crocum odoratiora, cum ſerenis diebus leguntur: et omnia in calidis quam in frigidis. In Aegypto tamen minime odorati flores, quia nebuloſus et roſcidus aër eſt a Nilo flumine. *Ob hoc* Aeriam *dictam olim volunt* Aegyptum, *cuius nominis meminit et* Gellius 14, 6. Ammian. Marcell. 22, 15 *et regionem et religionem deſcribit, quam ſuperſtitioſam et immanem, habuere, de qua multa* Iuuenal. Sat. 15. *et quos laudat Elmenhorſt. ad* Arnob. 1 p. 15. ſeqq. Gentem *vocat* non fidam Lucan. 5, 58. Imbelle atque inutile Vulgus Iuuenal. 15, 124. Vanam gentem ac nouandis quam gerendis rebus aptiorem Curt. 4, 1, 30. *Quae omnia quaſi in compendio eſt complexus* Vopiſcus in Saturnino cap. 8. *vbi et de ſtudiis refert, quibus maxime delectati Aegyptii fuere.* Vide et Treb. Poll. 30 Tyrann. in Aemiliano. *De inuidia eorum, qua nemini dogmata et diſciplinas ſuas impertiebant, Beroald.* 37 *Annot. Tom.* 1 *Theſaur. Crit. Grut.* p. 213. *De* Aegypto *et* Aegyptiis *rebus multa congeſſit Barthius ad* Claud. p. 129 ſqq. *Tacemus Marſhamum, Witſii Aegyptiaca etc.* Claud. 87, 5 de Nilo Aegyptus ſine nube ferax, imbresque ſerenos, Sola tenet, ſecura poli, non indiga venti *etc.* Dionyſius de ſitu orbis, interprete Priſciano, Fertilis Aegypti terras foecundat opimas. Plin. 17, 4 Eſt fertilis Thracia frugum, rigore: aeſtibus, Africa et Aegyptus. Hiulca *ob nimiam ſiccitatem* Stat. Theb. 4, 788. Iuuenal Sat. 15, 46 - - - horrida ſane Aegyptus; ſed luxuria, quantum ipſe notaui, Barbara famoſo non cedit turba Canopo. Lucan. 2, 416 *de Eridano,* Non minor hic Nilo, ſi non per plana iacentis Aegypti Libycas Nilus ſtagnaret arenas. Loquax ac ingenioſa in praefectorum contumelias prouincia Aegyptus: in qua etiam qui vitauerunt culpam, non effugerunt infamiam. Seneca conſ. ad Heluiam ſub fin. Aegyptus *tota vocatur* Terra Memphitis, *i. Memphitica, a Memphi praecipua vrbe.* Iuuen. Sat. 15, 122 - - - anne aliam terra Memphitide ſicca Inuidiam facerent nolenti ſurgere Nilo? Sagax, *a ſtudio rerum ſideralium.* Macrob. Somn. Scip. 1, 21. It. Claud. in Ruff. 1, . . Virg. Georg. 4, 291 *de Nilo* Et viridem Aegyptum nigra foecundat arena.

AEGYPTIĂCVS, a, um. Plin. 6, 28 Ad mare noſtrum litusque Aegyptiacum.

AEGYPTIACE, Treb. Pol. in Zenobia, Loquebatur Aegyptiace.

AEGYPTINOS, Aethiopas *interpretatur* Feſtus. *Vid. Scal.*

AEGYPTIVS, a, um. [Αἰγύπτιος] Sil. Ital. 13, 474 - - - Aegyptia tellus. Cic. in Piſon. 48 Nomen ad dignitatem imperii, regi Aegyptio vendidit. ¶ 2 *Subſtantiue.* Cic. de Nat. Deor. 3, 43 Portenta magorum, Aegyptiorumque dementia. *Et* ibid. 36 Omne fere beſtiarum genus Aegyptii conſecrarunt. *Et* de Nat. Deor. 1, 102 Aegyptii nullam beluam niſi ob aliquam vtilitatem conſecrauerunt. Id. Diuin. 1, 93 Vt Aegyptii, vt Babylonii in camporum patentium aequoribus habitantes — omnem curam in ſiderum cognitione poſuerunt. Tacitus Ann. 11, 14 Primi per figuras animalium Aegyptii ſenſus mentis effinxerunt: et antiquiſſima monumenta memoriae humanae impreſſa ſaxis cernuntur. Fallax Aegyptiorum gens, ſemperque alia cogitans, alia ſimulans. Hirtius B. Alex. 24. Fuſci, *ob ingentem regionis calorem* Propert. 2, 33, 15. *Vid. Scal. ad* Feſtum voce AEGYPTINOS. Vopiſcus Saturnin. c. 7 Sunt Aegyptii ventoſi, furibundi, iniurioſi, atque adeo vani, liberi, nouarum rerum vsque ad cantilenas publicas cupientes; verſificatores, epigrammatarii, mathematici, aruſpices, medici *etc. ſunt enim pluſcula.* Ventoſa *eorum natio audit etiam* Plin. Paneg. 31, 2.

AEGYS, [Αἶγυς] Oppidum eſt Laconicae regionis apud Stephanum.

## A E L

AELIA, *Gens plebeia Romae in qua* Paeti Tuberones, Ligures, Cati etc. *De* Aeliae gentis paupertate Val. Max. 4, 4, 8 *et* 9. Aelia ſeries Claud. Laud. Seren. 56. *i. familia etc.* Aelia Lex Cic. pro Sext. c. 53 *etc.*

AELIANVS, a, um. Cic. de Cl. Or. 207 Cottam autem miror ſummum ipſum oratorem, minimeque ineptum, Aelianas leues Oratiunculas voluiſſe exiſtimari ſuas. *Nempe a* L. Aelio *Stoico philoſopho, ſed non Oratore, de quo ibi egerat.*

AELLO, ûs, [Ἀελλώ] *Nomen vnius Harpyiarum, quae tres eſſe finguntur,* Aëllo, Ocypete et Celaeno. *Teſtis* Seruius in Aen. 3, 211 et Ouid. Met. 13, 710. *Dicta* Aëllo, *a turbine et procella, quae Graece* ἄελλα *dicitur.* Id quod ſatis innuit Valer. Flac. 4, 450

- - - Harpyiae ſemper mea pabula ſeruant:
Fallere quas nusquam miſero locus ilicet omnes
Deueniunt, niger intorto ceu turbine nimbus.

¶ 2 *Eadem ratione* Aëllo, *inter canes Actaeonis cenſetur ab* Ouid. Met. 3, 220 Praeualidusque Lacon, et curſu fortis Aëllo.

AELVRVS, [Αἴλουρος] *Felis.* Gell. 20, 7 Aelurorum quoque oculi ad easdem vices lunae aut ampliores fiunt, aut minores. Iuu. 15, 7 *inter Aegyptiorum numina* Illic Aeluros, hic piſcem fluminis, etc. *Legendum cenſet Brodaeus. Sed retinet Turnebus* Caeruleos, *et interpretatur piſces.*

## A E M

AEMATHIA, *vid.* EMATHIA.

AEMIDVS, a, um. Aemidum, tumidum Feſtus, et Gloſſ. Iſidori. *ſc. a ſanguine,* τῷ αἵματι, *impacto.*

AEMILIVS, a, um. *Gentis Romanae nomen, in qua* Barbulae, Lepidi, Mamerci et Mamercini, Paulli, Scauri. Ludus Aemilius Hor. A. P. 32 *gladiatorius fuit* Aemilii Lepidi, *ſi fides* ſcholiaſtae. Prop. 3, 2, 8 Regiaque Aemilia vecta tropaea rate, *cecinit Ennius, i. Aemilii Paulli Macedonici victoriam de Perſe. Eſt et* Aemilia Tribus Cic. Att. 2, 1. *it.* Via Cic. Fam. 10, 30. etc.

AEMILIANVS, *Cognomen, ſi quis ex* Aemiliorum *gente in aliam ſe adoptandum daret,* vt P. Cornelii Scipionis, *qui Paulli Aemilii filius erat* etc. *Sic etiam* praedia Aemiliana *ab* Aemilia *gente poſſeſſa* Tac. Ann. 15, 40.

AEMON, *vid.* HAEMON.

AEMON, *Nomen viri.* Stat. Theb. 8, 498 Sterneret aduerſos etiamnum Iſmenius Aemon.

AEMONIA, [Αἰμονία] *Regio Graeciae vulgatiſſimo nomine* Theſſalia *dicta. De ea ſic* Plin. 4, 7 ſ. 14 Sequitur mutatis ſaepe nominibus Aemonia: Eadem Pelaſgicum Argos, Hellas, eadem Theſſalia, et Dryopis, ſemper a regibus cognominata. Ibi genitus rex nomine Graecus, a quo Graecia: ibi Hellen, a quo Hellenes. Hos eosdem Homerus tribus nominibus appellauit, Myrmidonas, et Hellenas, et Achaeos. Niualis Aemonia Hor. Od. 1, 37, 19. *Sed editur* Haemonia: *quod et de Adiectiuo* Aemonius *notabimus.*

AEMONIVS, *quod tamen fere cum adſpiratione hodie editur.* Adi. [Αἰμόνιος] *i. Theſſalicus.* Adulter Aemonius *i. Iaſon* Valer. Flac. 8, 338. Artes *i.* magicae Ouid. de Arte Am. 2, 99. Id. Met. 81 Per tamen aduerſi gradieris cornua Tauri, Haemoniosque arcus. *i. per Sagittarium coeleſte ſidus: quod Chironem Theſſalum fabulantur.* Boreas Sil. 10, 11. Culter Ouid. Met. 7, 314. Ouid. Triſt. 3, 11, 28 Vinctus ad Haemonios non erat Hector equos, *i. Achillis.* Gens Ouid. Triſt. 1, 9, 30. Hoſpitium *i.* Iaſonis Propert. 1, 15, 20. Iuuenis *i.* Iaſon Ouid. Met. 7, 132. Lyra Ouid. Triſt. 4, 1, 16. *qua vſus Achilles.* Proceres Ouid. Met. 12, 213. Puppis *i.* Argo Ouid. de Arte Am. 1, 6. Ratis *eadem* Val. Flac. 2, 353. *quae eidem* Alnus 3, 536. Carina 2, 636 *et* 7, 326. Terra Ouid. de Rem. Am. 249. Vallis Ouid. Met. 7, 264. ¶ 2 *Thraces etiam a monte* Aemo, *qui diuidit Theſſaliam a Thracia,* Aemonii *dici videntur.* Claud. de B. Get. 165 Thraces et Aemonii poterunt Moeſique fateri.

AEMONĬDES, [Αἰμονίδης] *Nomen viri, non patronymicum, vt* Thucydides. Virg. Aen. 10, 537 *vid.* Seruium. *Sed* ¶ 2 Aemonidae ſ. Haemonidae *pro* Argonautis *ex* Theſſalia *ponuntur* Val. Fl. 4, 506. 5, 125.

AEMVLOR, āri. [ζηλόω, ζηλοτυπέω] *Cum ardore quodam, et perturbatione animi imitari, et ſuperare ſtudere.* Cic. Tuſc. 1 c. 19 Quumque corporis facibus inflammari ſoleamus, ad omnes fere cupiditates, eoque magis incendi, quod iis aemulemur, qui ea habeant, quae nos habere cupimus. Aemulari, obtrectare, - - quum aut ſe non idem videat conſecutum, quod alium, aut alium idem, quod ſe Cic. Tuſc. 4 c. 20. *conf.* ib. c. 26. Aemulatione illa vitioſa, quae riualitati ſimilis eſt, aemulari Cic. Tuſc. 4 c. 26. Plin. Epiſt. 7, 30 Tu mihi bonum animum facis, qui libellos meos de vltione Heluidii, Demoſthenis orationi κατὰ Μειδίου confers. Quam ſane cum componerem, illos habui in manibus: non vt aemularer (improbum enim ac paene furioſum) ſed tamen imitarer, et ſequerer tantum, quantum aut diuerſitas ingeniorum maximi et minimi, aut cauſae ſimilitudo pateretur. Cic. pro Flacc. c. 26 Vt omnes eius vrbis inſtituta laudare facilius poſſint, quam aemulari. Agamemnonem aemulari Nep. 15, 5, 6. Pindarum quisquis ſtudet aemulari Hor. Od. 4, 2, 1. *Add.* Gell. 17, 10. Triſtes et ieiuni Pollionem aemulantur Quinct. 10, 2. Studium philoſophiae et placita Stoicorum aemulatus Tac. Hiſt. 3, 81, 1. *i. ſecutus.* Quem *(M. Tullium)* aemulari in ſtudiis cupio Plin. Ep. 4, 8, 4. Vitem aemularetur vlmus, ni pondus eſſet in culpa Plin. 16, 43. Liu. 28, 43 Tanquam mihi ab infimo quoque periculum ſit, ne mecum aemuletur. Quinctil. 10, 1, 122 Nam et conſummati iam patroni veteribus aemulantur. Amiſſo cui aemulari conſueuerant in ſegnitiam torporemque reſoluti Iuſt. 6, 9, 2. Quinctil. 1, 3, 11 Sunt etiam nonnulli acuendis puerorum ingeniis non inutiles luſus: quum poſitis inuicem cuiuscunque generis quaeſtiunculis, aemulantur. *Et* Pan. 70, 3 Aemulamur, quae laudari videmus.

AEMVLO, āre. *Antique actiua forma, Idem.* Apul. Met. 1 p. 149 Patris tui virtutes aemulaueris.

AEMVLANS, antis. Partic. [ζηλῶν] Quum ſit aemulantis, angi alieno bono, quod ipſe non habeat; obtrectantis autem etc. Cic. Tuſc. 4 c. 26. Liu. 1, 18 Aemulantium iuuenum ſtudia coetum Pythagoram habuiſſe conſtat, etc.

AEMVLANTER, Adu. Tertul. aduerſ. Haeret. cap. 40 Diabolus res tam aemulanter affectauit exprimere in negotiis idololatriae.

AEMVLANDVS, a, um. [ζηλωθησόμενος] Plin. Epiſt. 5, 15 Vna diligimus, vna dileximus omnes fere, quos aetas noſtra vtroque ſexu aemulandos tulit.

AEMVLĀTVS, ûs. m. [ζήλωμα] Idem quod Aemulatio. Exſtincto aemulatu Tac. Hiſt. 3, 66, 5. Id. Ann. 13, 46, 5 Otho, ne in vrbe aemulatus ageret, prouinciae Luſitaniae praeficitur, *i. parum aequo animo ferret aemulum ſui matrimonii atque adulterum Neronem.*

AEMVLATIO, ōnis. f. [ζῆλος, ζηλοτυπία] Cic. Tuſc. 4 c. 8 Aemulatio autem dupliciter illa quidem dicitur, vt et in laude et in vitio nomen hoc ſit. Nam et imitatio virtutis, aemulatio dicitur: ſed ea nihil hoc loco vtimur: eſt enim laudis. Et eſt Aemulatio, Aegritudo, ſi eo, quod quis concupierit, alius potiatur, ipſe careat. Ibid. 56 c. 26 Obtrectare vero alteri, aut illa vitioſa aemulatione, quae riualitati ſimilis eſt aemulari, quid habet vtilitatis? quum ſit aemulantis, angi alieno bono, quod ipſe non habeat: obtrectantis autem, angi alieno bono, quod id etiam alius habeat. Non haec inuidia, verum eſt aemulatio Phaedr. 2, 10, 7. Efficiebat, vt, inter quos tantae laudis eſſet aemulatio, nulla intercederet obtrectatio Nep. Att. c. 5, 4. Nihil eſt tam pronum ad ſimultates, quam aemulatio, in feminis praeſertim: Ea porro maxime naſcitur ex coniunctione, alitur aequalitate, exardeſcit inuidia, cuius finis eſt odium Plin. Paneg. c. 84. Aemulatio, ab imitatione hoc diſtat: quod Imitatio ſimplex eſt, et liuorem atque inuidiam non admittit: Aemulatio autem habet quidem imitandi ſtudium, ſed cum malitiae operatione. Virg. (Aen. 6, 173) Aemulus exceptum Triton ſi credere dignum eſt Inter ſaxa virum ſpumoſa immerſerat vnda. Nonius 5, 59. Alit Aemulatio firmiores profectus in literis etc. Quinctil. 1, 2, 26. Alit Aemulatio ingenia et nunc inuidia, nunc admiratio imitationem accendit Paterc. 1, 17, 6. Excitatur Aemulatio laude Quinctil. 1, 2, 22. Tacit. 13, 19 Quippe inter Agrippinam et Domitiam infenſa aemulatio exercebatur. Ille infenſus Blaeſo aemulatione praua Tac. Hiſt. 3, 38, 6. Neque in amantium eſſe poteſtate furioſam aemulationem Petron. c. 99. *i.* ζηλοτυπίαν. Valer. Max. 2, 9, 6 Inſtinctu autem aemulationis, animo diſſidens cenſura Claudii Neronis et Liuii Salinatoris. *Add.* 9, 2 ext. 8 Conſimili genere aemulationis inſtincta.

AEMVLĀMENTVM, i. n. Tertull. ſ. Cyprian. aduerſ. Marc. 4, 1 Quapropter merito nos aemulamenta locuti; *vbi perperam antepenultima corripitur.*

AEMVLATOR, ōris. m. [ζηλωτής] *Qui aliquem aemulatur.* Cic. Att. 2, 1 Quod Sicyonii te laedunt, Catoni et eius aemulatori attribuas Seruilio.

AEMV̆LVS, [ζηλότυπος] *In quo eſt* aemulatio, *qui quocunque modo aemulatur. Concurrunt igitur imitatio, ardor ſ. ſtudium vehemens, dolor ex alterius ſucceſſu, impediendi conatus, ita vt nunc ad vnum horum, nunc ad plura reſpiciatur, quod ſeries demum actionis indicat. Sic* Aemulus *eſt* Inuidus, *vt ait* Nonius 4, 13 *apud* Virg. (Aen. 5, 415) - - - aemula necdum Temporibus geminis canebat ſparſa ſenectus. Aemulam ſenectutem *dixit, quod videatur quodammodo nobis inuidere iucundiorem aetatis felicitatem. Seruio etiam eſt,* Aduerſa virtuti. *Add.* 6, 173 *vbi* aemulus Triton Miſenum *ſuffocat.* Piſo Druſum remoto aemulo aequiorem ſibi ſperabat Tac. Ann. 3, 8, 1. Aemulus, Eiusdem rei ſtudioſus, vt ait Seruius: vel, vt Nonius, Sectator atque imitator, *in illo* Virg. Aen. 5, 187 - - - partem roſtro premit aemula piſtris. *Sic* Cic. pro Muren. 61 Fuit ſummo ingenio vir Zeno: cuius inuentorum aemuli, Stoici nominantur. Aemulus et imitator ſtudiorum ac laborum meorum Cic. pro M. Marcell. c. 1 *vbi eum laudat.* Brutorum aemuli Tac. Ann. 16, 22, 9. *Rurſus* Cic. de Inu. 1, 43 Auctoritatis eius et inuentionis comprobatores atque aemuli. *Sed cum inuidia et obtrectatione coniunctum eſt ob naturam rei in illis:* Regni aemulus Curt. 5, 7, 2. Imperii Iuſtin. 11, 2, 3. *Sic* Remoto Carthaginis metu, ſublataque imperii aemula Vell. 2, 1, 1. *ex* Sall. Catil. c. 10. *Huc pertinet* Aemulus, *i. Riualis, et eiusdem mulieris vel rei alterius amator.* Ter. Eun. 2, 1, 9 Iſtum aemulum quod poteris ab ea pellito. Cic. Att. 6, 3 Licebit eum ſolus ames, me aemulum non habebis. *Add.* Ter. Eun. 4, 1, 9. Sen. de Benef. 1, 9. Plin. Ep. 6, 31, 5. Cic. Verr. 5 c. 31. ¶ 2 *Iam diuerſas conſtruendi rationes perſequamur.* Plin. 15, 18 Carthago de terrarum orbe per CXX. annos Vrbis aemula. *i. Cum vrbe Roma certans de orbis imperio.* Aemulus *cum Datiuo.* Dictator Caeſar ſummis oratoribus aemulus Tac. Ann. 13, 3, 5. *Cum Accuſatiuo.* Facta conſultaque *Alexandri* aemulus erat *Pompeius* Sall. Fragm. Hiſt. 3 p. 978 *Cort. Cum In.* In conuiuas aemulus Apul. Met. 1 p. 103. *i. voracitate certans.* In colorem aemulus Ib. p. 111. ¶ 3 *Comparationem et ſimilitudinem modo notat. v. g.* Aemulo gummi arbor Plin. 12, 9 ſ. 19. *i. ſimili.* Facta aemula Herculei laboris, *i. Non minora, quam quae de Hercule olim ferebantur* Sil. Ital. 4, 4. Martial. 1, 4, 41 Paeſtanis rubeant aemula labra roſis. Lingua aemula Timagenis, *quae conatur imitari Timagenem* Hor. Epiſt. 1, 19, 15. Lux aemula vultum reddidit Stat. Achill. 2, 190. *i. imago e Clypeo tanquam ſpeculo reſultans.* Plin. 9, 17 Lacus Rhetiae Brigantinus aemulas marinis muſtelas generat. *i. Similes et pares.* Ficus quaedam pyris magnitudine aemulae Plin. 15, 18. Muſae eiusdem aemulus Gell. Praef. Sidus Veneris, aemulum Solis et Lunae Plin. 2, 8. *Verum* Lucan. 1, 120 - - - ſtimulos dedit aemula virtus, *i. aemulatione accenſa. Et noxiam, velut inuidiam notat in illo* Columel. 5, 6, 17 Ne aemula vmbra viti noceat.

AEMVS, ſiue HAEMVS. [Αἷμος] *Rex fuit Thraciae potentiſſimus, qui Rhodopen Strymonis fluuii filiam duxit vxorem. Hi in tantam arrogantiam elati ſunt, vt Aemus ſe eſſe Iouem, Rhodope Iunonem praedicarent, ſeque vt deos adorari iuberent. Qua inſolentia Iupiter indignatus, eos in montes commutauit* Ouid. Met. 6, 87. *Nempe* ¶ 2 Aemus, *ſeu, quod hodie fere praefertur,* Haemus, *Mons eſt Thraciae.* Plin. 4, 11 In Pontum quidem vergit mons Aemus, caeteros eius ſpatii magnitudine ac ſublimitate ſuperans, mediamque Thraciam diuidens. Seruius in illud Georg. 1, 492 Emathiam et latos Aemi pingueſcere campos: *tradit,* montem eſſe Theſſaliae. *Nempe Theſſaliam a Thracia Aemus diuidit. Firmat* Seruius in Georg. 2, 488 - - - ô qui me gelidis in vallibus Aemi Siſtat, etc. Liu. *montem deſcribit* 40, 21. *Lepide finit narrationem,* Nihil vulgatae opinioni degreſſi inde *(Philippus rex cum ſociis)* detraxerunt: magis, credo, ne vanitas itineris ludibrio eſſet, quam quod diuerſa inter ſe maria *(Adriaticum et Aegeum)* montesque et amnes ex vno loco conſpici potuerint. *Iam videamus epitheta.* Gelidus Aemus Hor. Od. 1, 12, 6. Geticus Stat. Theb. 1, 189. Infelix iam mille furoribus Haemus Val. Flacc. 1, 727 *quia Mars ibi habitat,*

*habitat, et vinoſi Thraces. vid. mox* Oeagrius. Claud. . . . Praeda ſumus iam Biſtoniis, Aemoque niuali. Claud. in Ruff. 1, 336 Mauors, nubifero ſeu tu procumbis in Aemo. Claud. de B. Get. 166 Frigida ter decies nudatum frondibus Aemum Tendit hiems veſtire gelu. Nudus Stat. Theb. 5, 16 *puto* niuibus. Oeagrius nondum Haemus Ouid. Met. 2, 219. *i. in quo Orpheus, Oeagri fluuii filius, nondum fuerat a Maenadibus diſcerptus: a cuius interitu poſtea cognomen* Oeagri *ſortitus eſt. Sic* Orpheus *vocatur.* Ouid. de Ponto 4, 5, 5 Quum gelidam Thracem et opertum niuibus Haemum. Orpheus, *ab Orpheo ibi occiſo* Martial. de Spectac. 3, 3. Pulſus Aquilonibus *i.* Agitatus. Ouid. Met. 10, 77. Thracius Lucan. 3, 197. Vmbroſus Ouid. Epiſt. 2, 113 *Recte ſane.* Liu. 40, 22 *de* Aemo Peruenere deinde in opacum iter, vt prae denſitate arborum immiſſorumque aliorum in alios ramorum, perſpici caelum vix poſſet.

AEMYLIA gens, *vid.* AEMILIA.

## A E N

AENARE, [Αἰνάρη] *Inſula eſt in Aſia finitima Samo et Lesbo,* Plin. 5, 31.

AENARIA, ae. f. [Αἰναρία] *Inſula in Puteolano ſinu,* Plin. 3, 6 ſ. 12 Aenaria ipſa a ſtatione nauium Aeneae Homero Inarime dicta, Graecis Pithecuſa, non a ſimiarum multitudine, vt aliqui exiſtimauere: ſed a figlinis doliariorum. *Nunc* Iſchia *vocatur, a nomine oppidi imaginem coxendicis in monte praebentis. Hermol. in Plin.* Calculoſis mederi produntur aquae in Aenaria Plin. 31, 2. Statius quoque Silu. 3, 5, 104 Aenariaeque lacus medicos, Statinasque renatas. Aenariam, appellauere locum vbi Aeneas claſſem a Troia veniens appulit. Feſtus. *Meminit etiam* Cic. Att. 10, 15.

AENEA, *Vrbs maritima Theſſalonicae propinqua, vt intelligitur ex* Liu. 40, 4 Proficiſcuntur a Theſſalonica Aeneam ad ſtatutum ſacrificium, quod Aeneae conditori, cum magna ceremonia quotannis faciunt.

AENEAS, ae, m. [Αἰνείας] *Troianus, Anchiſae et Veneris filius. Poſt excidium patriae, et longos errores in Italiam veniſſe Romani ſcriptores contendunt, et ab eius poſteris Albae regnantibus origines Romanas repetunt. Hoc Aeneidis Virgilianae argumentum: hinc frequentiſſima illius Poëtis aliis eſt mentio. Quae apud hiſtoricos ſua aetate ferebantur, complexus eſt* Liu. 1, 1 *et* 2 *qui ita concludit narrationem,* Situs eſt, quemcumque eum dici ius fasque eſt, ſuper Numicium flumen: Iouem indigetem appellant. *Speciatim gentis* Iuliae *originem referebant aulici ad Iulum Aeneae filium, qui alio nomine vocatur Aſcanius. Huc alluditur in Satyrico epigrammate in Neronem* Suet. c. 39 Quis negat Aeneae magna de ſtirpe Neronem? Suſtulit hic (*veneno*) matrem; Suſtulit ille (*humeris ex incendio*) patrem. *De* Aenea *a Venere expiato, et deo facto* Ouid. Met. 14, 580. 603. *Iam Epitheta more noſtro indicabimus.* Acer Aeneas Virg. Aen. 8, 938. Anchiſa generatus Virg. Aen. 6, 322. Anchiſa ſatus Aen. 6, 244. Anchiſiades, *i.* Anchiſae filius Aen. 8, 407. Bonus Aen. 11, 106. Caſtus Hor. in Carm. Sec. 42. *i. religioſus, et propterea Diis carus.* Virg. Aen. 4, 191 Veniſſe Aeneam Troiano a ſanguine cretum. Cythereius, *Cythereae. Veneris filius* Ouid. Met. 13, 625. Dardanius Virg. Aen. 6, 495. Fatalis Aen. 11, 232. *i. fatis deſtinatus Italiae.* Ferus Virg. Aen. 4, 466. *Non tamen proprie Aeneae eſt epitheton: ſed deſcribitur furor Didûs,* Agit ipſe furentem In ſomnis ferus Aeneas. Gens deûm Virg. Aen. 10, 229. Seruius: propter illud, (Aen. 9, 642) Diis genite, et geniture deos. Heros maximus Aen. 6, 103. Iliacus hoſpes Sil. Ital. 8, . . Impiger Tibul. 2, 5, 39. Improbus Virg. Aen. 11, 512 *ita illum appellante Turno.* Ingens Aen. 6, 367. Inſignis pietate et armis Aen. 6, 403. Laomedontius, *i. Troianus, a Laomedonte Priami patre* Aen. 8, 18. Magnanimus Aen. 1, 18. Magnus Aen. 10, 159. Maximus Aen. 5, 530. Penatiger, *quia deos Penates ſecum aſportauit in Italiam* Ouid. Met. 15, 450. Phrygius Virg. Aen. 12, 579. Phryx Propert. 4, 1, 2. Pius, *quia deos Penates, et Anchiſen patrem ſuis humeris vectum, ab incendio Troiano eripuit* Virg. Aen. 1, 305. *et ſaepiſſime, vt inſtar proprii videatur. Inde etiam patienter ferebant Critici* Hor. Od. 4, 7, 15 *Donec repoſuit Bentleius* Pater Aeneas: *quod ipſum quoque proprium illius eſt, cum reſpectu quodam ad gentem Romanam, cuius eſt* Iupiter Indices. Rhoeteius ductor, *i.* Troianus, a promontorio Troiae Seruius Aen. 12, 456. Romanae ſtirpis origo Aen. 12, 166. Aen. 11, 108 Maternis Saeuus in armis Aeneas acuit Martem. Satus gente deorum Aen. 8, 36. *vt* 6, 322 Deûm certiſſima Proles. Troianus Aen. 4, 124. *Et* Aen. 1, 596 Troius Aeneas. Item Aen. 6, 52 Tros Aeneas. *Et* 10, 250 Tros Anchiſiade. ¶ 2 Aeneas Siluius *inter poſteros Aeneae, Albae reges* Virg. Aen. 6, 769 Et Capys, et Numitor, et qui te nomine reddet Siluius Aeneas, pariter pietate vel armis Egregius. *Meminit etiam* Liu. 1, 3.

AENEĂDAE, *Troiani Aeneae ſocii, deinde Romani, ab Aenea oriundi.* Seru. ad Aen. 1, 161 Aeneadae, nunc Troiani, aliquando Romani: vt Aen. 8, 648 Aeneadae in ferrum pro libertate ruebant. *Et* 565 Quis genus Aeneadum, quis Troiae neſciat vrbem? *Rurſum* Aen. 3, 18 Aeneadesque meo nomen de nomine fingo.

AENEIDES, ae. Patronym. [Αἰνεΐδης] Virg. Aen. 9, 653 Atque his ardentem dictis affatur Iulum, Sit ſatis Aeneide, telis impune Numanum Oppetiiſſe tuis. Vocatiuus eſt. *Vbi* Seruius, Patronym. hoc non venit ab eo quod eſt *Aeneas.* Nam hic *Aaeneades* et ô *Aeneade* faceret: Sed ab eo quod eſt Aeneis, vt a *Theſeis Theſeide.* Priſcianus lib. 2 p. 583 ſq. Si nominatiuus Graecus in *ας*, vel in *ης*, vel in *ιος* deſinat, genitiuus vero in *ι* diphthongum: *A* penultima breuis ante *des* inuenitur in patronymico: vt *Pelias Peliades, Aeneas Aeneades, Menoetias Menoetiades.* Nam *Aenides* magis contra regulam auctoritate poëtica poſuit Virgilius, *E* et *A* correptas in I productam conuertens, vel quaſi ab Aeneus Aenides, ſicut a Peleus Pelides, proferens in nono, Sit ſatis Aenide telis impune Numanum Oppetiiſſe tuis. *Paullo poſt,* Inueniuntur Poëtae in quibusdam addentes quasdam literas, vel adimentes: vt Scipiades, pro Scipionides, et vt ſupra diximus, Aenides, pro Aeneades.

AENĒIS, idos. [Αἰνηΐς] *Opus de rebus geſtis Aeneae.* Statius ad finem Theb. 12, 826 *Ipſe alloquens, ſuam Thebaida,* Viue precor, nec tu diuinam Aeneida tenta: Sed longe ſequere, et veſtigia ſemper adora. Ouid. Triſt. 2, 533 Et tamen ille tuae felix Aeneidos author Contulit in Tyrios arma virumque toros. *De forma vocis Grammatica vid.* Priſcian. l. 2 p. 584.

AENEIDOMASTIX, [Αἰνηϊδομάστιξ] Liber a Carbilio Pictore in Virgilium editus: quanquam non deſint, qui eum a Maecenate ſuppoſitum afferant. Hic eius vitia furtaque adnotauit, vt ſibi quidem perſuaſerat ſtultiſſimus nebulo. *Calepini, puto, obſeruatio, neſcio vnde ſumta, Seruio quidem, Suetonio, Macrobio, Putſchianis Grammaticis, Volaterrano, quod indicibus conſtare poſſit, incognita.*

AENEĬVS, a, um. [Αἰνήϊος] Adi. Virg. Aen. 7, 1 Tu quoque littoribus noſtris Aeneïa nutrix Aeternam moriens famam Caïeta dediſti. Ouid. Amor. 1, 15, 25 Tityrus, et ſegetes, Aeneiaque arma legentur, Roma triumphati dum caput orbis erit. Carmina Aeneia, *i.* Aeneis Virgiliana Lucan. Paneg. pag. 123 Lindebr. Fata Aeneia, *Mors Aeneae* Stat. Silu. 5, 3, 37. Pietas Ouid. Faſt. 4, 799. Virtus Ouid. Met. 14, 581.

AENESI, dicti ſunt Comites Aeneae. Feſtus, *neſcio quam bene.*

AENĔVS, a, um. *Idem quod* Aereus [χάλκεος] Columel. 12, 20, 1 In coctura aeruginem remittunt aenea vaſa. Aeneus vt ſtes Hor. Sat. 2, 3, 183. *i. ſtatua tibi poſita.* Candelabra aenea Cic. Verr. 4 c. 26. Equus aeneus Cic. Off. 3, 38. Tropaeum aenaeum ſtatuere, *crimen vel verum vel declamatorium contra Thebanos delatum ad Amphictyonas ap.* Cic. de Inu. 2, 69. Id. de N. D. 3, 30 Vt enim ſi omnis cera commutabilis eſſet, nihil eſſet cereum, quod commutari non poſſet: item nihil argenteum, nihil aeneum, ſi commutabilis eſſet natura argenti et aeris. Id. Verr. 4, 1 Signum vllum aeneum, marmoreum, eburneum. Varro de L. L. 8, 49 Hoc ab aere aeneaque libra. Id. 4, 26 Aenea Vaſa. *Cognata ſunt, non tam Aereus, pro quo etiam* Aerineus *et contracte* Aeneus *dici, videtur Voſſio; vt ſimpliciter pro* Aereus Aeneus Priſciano 1 p. 557: *quam* Ahenum et Aheneus, *ex quo etiam* Aeneus *contractum videri poteſt. Vid. mox* AËNVS, *et* AËNVM.

AENEATORES, [σαλπικταὶ] *Tubicines, ab aenea tuba.* Suet. in Caeſare 32. Quidam eximia magnitudine et forma, in proximo ſedens repente apparuit arundine canens: ad quem audiendum, quum praeter paſtores plurimi etiam ex ſtationibus milites concurriſſent, interque eos et aeneatores, rapta ab vno tuba proſiluit ad flumen: et ingenti ſpiritu claſſicum exorſus, pertendit ad alteram ripam. Feſtus, Aeneatores, Cornicines dicuntur, *i.* Cornu canentes. *Vid.* ibi Scal. et Torrent. ad Hor. Carm. 2, 1. Plin. 7, 56 Aeneam tubam Piſaeum Tyrrhenum inueniſſe dicunt.

AENEOBARBVS, *vid.* AHENOBARBVS.

AENEOLVM, Quod ex aere fit dicimus. Feſtus. Aeneoli piſcatores Petronii 73. *vt viris doctis placet, ſunt ſigilla piſcatores referentia. Sed fluctuat lectio, certe circa* piſcatores.

AENIGMA, ătis. n. [αἴνιγμα] Allegoria quae eſt obſcurior, *Sic definit* Quinctil. 8, 6, 52. *Exemplo vtitur illo* Virg. Ecl. 3, 104 Dic quibus in terris, et eris mihi magnus Apollo, Tres pateat coeli ſpatium, non amplius, vlnas. *Et illud* Caelii *laudat,* Quadrantariam Clytaemneſtram, in triclinio Coam, in cubiculo Nolam. *Subiicit* Namque et nunc quaedam ſoluuntur. *Tale eſt etiam illud Homericum,* Quot animalia manus effugerunt, non perdidimus: quot non effugerunt, perdidimus. Gell. 12, 6 Quae Graeci dicunt aenigmata, hoc genus quidam ex noſtris veteribus ſirpos (ſ. ſcirpos: *nam* ſcrupos *huc non quadrat*) appellarunt. *Ac ponit deinde* Varronis *illud,* Semel minusne, an bis minus, non ſat ſcio; An vtrumque eorum (ter minus, *i.* Terminus) vt quondam audiui dicier. Ioui ipſi regi noluit concedere. Cic. de Orat. 3 c. 42 Sumta re ſimili, verba eius rei propria deinceps in rem aliam (vt dixi) transferuntur. Eſt hoc magnum ornamentum orationis, in quo obſcuritas fugienda eſt. Etenim ex hoc genere fiunt ea, quae dicuntur Aenigmata. Quinct. 6, 3, 51 *De* Amphibolia, Peruenit res vsque ad Aenigma: *et deinde exempla profert.* Id. 8, 6, 14 *De* Translatione, vt modicus atque opportunus eius vſus illuſtrat orationem; ita frequens et obſcurat et taedio complet: continuus vero in allegoriam et aenigmata exit. Conf. Auguſtin. de Trinit. 15, 9. ¶ 2 *Quaeuis res obſcura.* Cic. de Diuin. 2 c. 64 Iam vero quo pertinent obſcuritates et aenigmata ſomniorum? Non aenigma eſt, ſed res aperta Petron. c. 41. Aenigma Oppiorum de Velia non intellexi: eſt enim numero Platonis obſcurius Cic. Att. 7, 13. Qui iuris nodos et legum aenigmata ſoluat Iuuenal. 8, 50. ¶ 3 *Apud* Prudentium *non ſemel inuenitur pro Imagine et Figura,* vt Cathem. 10, 134 Tu depoſitum tege corpus, Non immemor illa requiret ſua munera fictor et auctor, Propriique aenigmata vultus. *Et* Hymn. 2. Periſt. *ſiue* de B. Laur. v. 118. *etiam* Argentea aenigmata *legas, pro Numis ſcil. notis et imaginibus inſcriptis. Addunt Wouwerus, Ger. Io. Voſſ. et alii ex eodem* Hymno v. 96. Aenigma numis inditum: *Sed improbat Nic. Heinſius conſenſu veterum librorum, qui* Nomiſma, *vel* Numiſma *ibi, non* Aenigma, *habent. Caeterum videtur hauſiſſe* Prudentius *illam notionem ex* 1 Cor. 13, 12 *vbi opponuntur* Videre in aenigmate, et de facie ad faciem.

AENIGMATISTES, ae. [αἰνιγματιστὴς] *Qui aenigmata componit, aut proponit.* Sidon. Ep. 8, 16.

AENIGMATIZO, Cathol. Per aenigmata loqui.

AËNĬTŎLŎGIVM, ſ. AENITTOLOGIVM *Carminis genus* conſtat Dactylica et Iambica Penthemimeri, vt eſt hoc, Carmina bella magis vellem ſonare. *Haec in* Centimetro Seruius in Grammat. Putſchii p. 1825.

AENNA, *vid.* ENNA.

AENOBARBVS, [χαλκοπώγων] *Vid.* AHENOBARBVS.

AENOS, [Αἶνος] *Fabula. Graeci Grammatici a μύθῳ diſtinguunt. Et ipſum* Aenigma *nomen inde ductum obſcuriuſculum quiddam ſignificare monet. Caeterum* Quinctil. 5, 11, 20 *Vbi de* fabula; Αἶνον, *inquit,* Graeci vocant: noſtrorum quidam non ſane recepto in vſum nomine, *Apologationem.*

AENVLVM, Vas ex aere paruum, Feſtus.

AĒNVS, a, um. [χάλκεος] *i.* Aeneus *vel* Aereus, *pro eo quod eſt* Ahenus *interdum ſcriptum inuenias. V. g.* Mart. 14, 133 Non eſt lana mihi mendax, nec mutor aëno, *vt magno conſenſu ibi ſcribitur. Quin* Virg. Aen. 2, 470 Gellius *teſtatur* 2, 3 *ſe* in libro mirandae vetuſtatis, quem ipſius Virgilii fuiſſe credebat *poſſeſſor, vidiſſe ſcriptum* Et luce coruſcus aëna. *Sed addit,* Additam ſupra vidimus H literam, et *Ahena* factum. *Pergit,* Sic in illo quoque Virgilii verſu (Ge. 1, 296) in optimis libris ſcriptum inuenimus, Aut foliis vndam tepidi deſpumat aheni. *Ergo vid.* AHENVS.

AĒNVM, *ſiue* AENVM, i. n. *Idem quod* Ahenum, *ſiue Vas ſuper focum pendens, vt aqua in eo calefiat. Vid.* Paul. ICt. l. 18 §. 3 ff. de Inſtructo ſ. Inſtr. Leg. *Vbi Torrentius et Haloander* aheneum; *ſed Gothofredus, vt poſuimus. Adde eundem ad* l. 38 §. 2. ff. de Action. empt. et vend.

## A E O

AEOLVS, i. [Αἴολος] *Videntur huius nominis tres fuiſſe in Poëtarum lectione notabiles, de quorum genealogia, vt fit, diſſenſio eſt. Nos*

quae ad Latinorum Poëtarum intellectum maxime neceſſaria ſunt, breuiter ponemus. Primus igitur Aeolus, Hellenis Filius, Deucalionis Nepos, pater autem Siſyphi et Salmonei (vid. Hygin. f. 60) itemque Halcyones, et plurium liberorum. Regnauit Apollodoro teſte (1, 7, 2 p. 24 Galei) in locis circa Theſſaliam: Thucydides (3, 102) nominat regiones circa Calydonem, vbi poſt Aetolia fuit. Caeterum Aeolis vel Aeolia regnum eius dictum eſt, et ciues Aeoles. ¶ 2 Aeolus Hippotae et Melanippae filius, rex Inſularum inter Italiam et Siciliam, ex quarum nebulis, vt ait Varro apud Seru. ad Aen. 1, 56 et fumo Vulcaniae Inſulae, praedicens futura flabra ventorum, ab imperitis viſus eſt ventos in ſua poteſtate retinere. Huius regiam et hoſpitalitatem erga Vlyſſem deſcribit Homerus Odyſſ. K princ. Hic eſt qui tempeſtatem immittit Aeneae Virg. Aen. 1, 56 ſqq. Hunc vocat Ouid. Met. 14, 221 Aeolon Hippotaden cohibentem carcere ventos. Stat. Theb. 10, 241 Non aliter moto quam ſi Pater Aeolus antro Portam iterum ſaxo premat imperioſus, et omne Claudat iter etc. ¶ 3 Fuiſſe et tertius Aeolus videtur, ſecundi ex Arne filia quam Neptunus compreſſit (Melanippen hanc an Menalippen vocant alii) nepos, Boeoti frater. Vid. Hygin. f. 186. Sed non facile eſt dicere aliquid certi. Vid. Comment. ad Homeri Od. K. pr.

AEOLIS, idis. vel AEOLIA Primo fuit in Graecia propria, quae deinde fuit Aetolia. ¶ 2 In Aſia fuit a Colonis Graecis ita dicta, Aeolis, quondam Myſia appellata, vt ait Plin. 5, 30 ſ. 32 quae interdum Troadem et omnem oram Helleſponti complectitur. Contribuitur ei etiam Lesbos inſula: quod propter Poëtarum Epitheta notandum. Vid. ſtatim AEOLES. ¶ 3 Aeolia ſ. Aeolia inſula [Αἰολίη νῆσος Od. K, 1] Proprie non vna fuit, ſed nouem, vt vult Seruius ad illud Aen. 1, 56 Aeoliam venit: certe ſeptem, quas enumerat Plin. 3, 8 et 9 Citra Siciliam, inquit, ex aduerſo Metauri amnis, XXV millibus fere paſſ. ab Italia VII Aeoliae appellatae. Eaedem Liparaeorum, Hephaeſtiades a Graecis, a noſtris Vulcaniae. Aeoliae, quod Aeolus Iliacis temporibus ibi regnauit etc. Harum itaque vel vniuerſitatem, vel principem intelligunt Poëtae, cum Aeoliam nominant, vt Virg. l. c. de Iunone

Nimborum in patriam, loca foeta furentibus auſtris
Aeoliam venit, hic vaſto rex Aeolus antro
Luctantis ventos tempeſtateſque ſonoras
Imperio premit ac vinclis et carcere frenat.
Illi indignantes magno cum murmure montis
Circum clauſtra fremunt etc. Sunt enim pluſcula.

Add. Val. Fl. 1, 576 Continuo Aeoliam Tyrrhenaque tendit ad antra. It. 6, 354.

AEOLES vel AEOLII, Aeolidis vel Aeoliae tum Graecae tum Aſiaticae incolae. Vell. 1, 4, 4 Aeolii eadem profecti Graecia, longiſſimisque acti erroribus — claras vrbes condiderunt, Smyrnam, Cymen, Lariſſam, Myrinam, Mitylenemque, et alias vrbes, quae ſunt in Lesbo inſula. De Europaeis Cic. pro Flacco 64 c. 27 Tria genera Graecorum ſunt vere, Athenienſes - Aeoles - Dores. Haec cuncta Graecia --- paruum quendam locum Europae tenet —— Aſiae maritimam oram cinxit vrbibus.

AEOLICVS, a, um. Nobile apud Grammaticos Digamma Aeolicum de quo h. v. Quinctil. 1, 6, 31 Aeolicae rationi ſermo Latinus eſt ſimillimus. Id. 8, 3, 59 Aeolica dicta, i. verba dialecti Aeolicae.

AEOLIDES, Aeoli filius, nepos etc. Sic vocatur Phrixus Aeoli ex Athamante nepos Val. Flac. 1, 286. Itemque Phrixi filii ſunt Aeolidae 5, 462. Siſyphus Aeolides Hor. Od. 2, 14, 20. Vlyſſes etiam ita vocatur, quod mater ipſius Anticlea ante Laërtae nuptias clam a Siſypho corrupta eſſet. Vid. Seruius ad illud Virg. Aen. 6, 529 Hortator ſcelerum Aeolides. Miſenus autem Aeneae tubicen Aeolides vocatur Aen. 6, 164 ab Aeolo ventorum rege, quia ad illam artem vento inprimis opus eſt. Vid. Seru. 3, 239. Ouid. Met. 9, 506 At non Aeolidae thalamos timuere ſororum, per Synecd. pluralis intelligitur Macareus Aeoli filius, qui cum Canache ſorore concubuit. Vid. Seru. ad Aen. 1, 79. Niſi tamen reſpexit Ouidius ad Homeri Od. K, 7 vbi Aeolum ventorum tyrannum ſex filias ſuas totidem filiis ſuis matrimonio iunxiſſe canitur.

AEOLIS, idis. Aeoli filia, vel neptis. Sic vocatur Halcyone Ouid. Met. 11, 574 Aeolis interea tantorum ignara malorum Dinumerat noctes.

AEOLIVS, a, um. Adi. [Αἰόλιος] ab Aeolide regione. Hor. Carm. 4, 3, 12 Fingent Aeolio carmine nobilem. Vbi Porphyrio, Aeolio carmine ita dictum accipe, vt ſi diceret, Lyrico carmine: quia quidam Lyrici Poëtae, vt Alcaeus, Aeolica dialecto magis vſi ſunt. Sane Horatius Alcaeum Lesbium imitatus eſt. Lesbos autem in Aeolia regione eſt. Fides Aeoliae Hor. Carm. 2, 13, 28. i. Carmen lyricum. Sic Ouid. Her. 15, 20 Lesbides, Aeolia nomina dicta lyra, i. Lesbiae Sapphûs carmine. Plectrum Propert. 2, 3, 19 eodem intellectu Puella Hor. Carm. 4, 9. 12. i. Sappho Lesbia. ¶ 2 A ventorum Tyranno deductum etiam inuenias. Vt Virg. Aen. 5, 791 —— maria omnia coelo Miſcuit, Aeoliis ne quicquam freta procellis. Met. 1, 262 Protinus Aeoliis Aquilonem claudit in antris. Tyrannus Aeolius, ipſe Aeolus inſularum Aeoliarum rex Ouid. Met. 14, 224. etc. Val. Flac. 1, 654 Aeoliae portae aequora, i. regnum Aeoli. ¶ 3 A primo Aeolo, patre ſuo Siſyphus vocatur Aeolius Senex Sen. Hippol. 1231. Sic Phrixus Aeolius Val. Flac. 6, 542 Athamantis filius Aeoli nepos. Et Vellus Aeolium 7, 517. Add. Mart. 8, 28, 24.

AEOLIPYLA, ae. f. Vitruuius 1, 6 Fiunt Aeolipylae aereae, cauae. Hae habent punctum anguſtiſſimum, quo aquae infunduntur: collocanturque ad ignem: et antequam caleſcant, non habent vllum ſpiritum: ſimulac autem feruere coeperint, efficiunt ad ignem vehementem flatum. Hactenus Vitruu. Porro vt vult Philander ad h. l. dictae ſunt Aeolipylae, quaſi αἰόλου πύλαι: i. Aeoli ſiue venti portae. Sed cum vltima vocalis in Aeoli ſit Latina, ſuſpicor voluiſſe Vitruuium Aeoli pilas ſ. Sphaeras: nec compoſitam quidem vocem dediſſe. In Laetiana editione eſt Aeolipila.

AEON, onis. m. [αἰών] Saeculum, mundus. Tertull. de Praeſcript. 49 Iſtum aeonem in defectionem factum. Eadem vox ibidem occurrit et cap. 33, 34. et ſaepius de Fabula XXX Aeonum, ſcil. Deorum, partim marium, partim foemellarum, cuiusmodi Aeonas finxit Valentinus haereticus. conf. Irenaeum 2, 4.

## A E P

AEPHITIVS, a, um. Adi. Stat. Theb. 4, 296 Aephitios idem ardor agros, inter populos Arcadiae. Vid. leg. Aepytios. Αἰπύτιον τύμβον in Arcadia commemorat Homerus Ιλ. B, 604.

AEPOLIVM, ii. n. Sarmatiae Europaeae vrbs, circa fluuios Tyram et Iſtrum. Vid. Plin. 4, 12.

AEPVLO, Hiſtrorum rex, qui oppido in quod confugerat, ab Romanis capto, traiecit ferro pectus, ne viuus caperetur. Liu. 41, 15.

## A E Q

AEQVABILIS, vid. AEQVVS.

AEQVAEVVS, a, um. [ὁμῆλιξ] Aequi Aeui i. eiusdem aetatis: Plin. 16, 44 Verum altera lotos in Vulcanali, quod Romulus conſtituit ex victoria de decumis, aequaeua vrbi intelligitur. Virg. Aen. 2, 561 Vt regem aequaeuum crudeli vulnere vidi Vitam exhalantem. Sil. 3, 479 De Alpibus Cuncta gelu canaque aeternum grandine tecta Atque aeui glaciem cohibent Malunt viri docti Aequaeuam. Grex Sen. Agam. 639 de pueris eiusdem aetatis. Maieſtas Claud. Paneg. 8, 121. Palmes aequaeuus Stat. Silu. 5, 1, 48.

AEQVALIS, vid. AEQVVS.

AEQVAMENTVM, i. n. [σάθμησις] Aequanda, idem quod Aequilibrium. Ἰσότης vet. Gloſſ. Amuſſis eſt aequamentum laeuigatum Non. 1, 28 Hoſtimentum eſt aequamentum. Ib. 11.

AEQVANIMVS, a, um. [εὐγνώμων] Animi aequi et ſedati. Auſon. Praef. ad Drepanium, de ludo ſeptem ſapientum, v. 3 Aequanimus fiam te iudice: ſiue legenda, Siue tegenda putes carmina quae dedimus. Add. Eidyll. 3, 9.

AEQVANIMIS, e. [εὐγνώμων] Onomaſt. vet.

AEQVANIMITAS, atis. [εὐγνωμοσύνη] Animi aequitas. Plin. 18, 12 ſ. 31 De lente Aegyptia Inuenio apud auctores aequanimitatem fieri veſcentibus ea. Εὐθυμίαν vocant in eadem re Geopon. 2, 35. Aequanimitas populi, Fauor, et propitius animus, Donatus, ad Ter. prol. Phorm. v. 35 Bonitaſque veſtra adiutans, atque aequanimitas. Add. Adelph. Prol. extr. Canina aequanimitas Tertull. de Pat. c. 2. i. Cynicorum tolerantia.

AEQVANIMITER, [εὐγνωμόνως] Moderate, patienter, aequo animo. Macrob. Saturn. 2, 4. Ammian. 19, 21. Sulp. Seuer. Dialog. 1, 14 (Vorſt. 21) Tertull. de Pat. c. 8 et 9.

AEQVATIO, Vid. AEQVO, as, ſub AEQVVS.

AEQVATOR, oris. m. [ἰσημερινὸς] Circulus vulgo, quem Aequinoctialem vocat Plinius. Vid. mox AEQVIDIES.

AEQVE, vid. AEQVVS.

AEQVI, [Αἰκοί] Populi in Latio, certe commixti Latinis et Volſcis. Liu. 1, 9 vocat Veteres Romanorum hoſtes: traditque, vnum et quadraginta eorum oppida intra dies ſexaginta omnia oppugnando ab Romanis capta, et pleraque diruta atque incenſa, nomenque Aequorum prope ad internecionem deletum.

AEQVICOLAE, Iidem. Liu. 1, 32 Ius ab antiqua gente, Aequicolis, quod nunc Fetiales habent, deſcripſit. Et 10, 13 Carſeolos colonia in agrum Aequicolarum deducta.

AEQVICOLI vel AEQVICVLI, Eadem gens, Poëtis praeſertim [Αἰκκίκλοι] Virg. Aen. 7, 746

Horrida praecipue cui gens, aſſuetaque multo
Venatu nemorum, duris Aequicola glebis:
Armati terram exercent: ſemperque recentes
Conuectare iuuat praedas, et viuere rapto.

Ouid. Faſt. 3, 93 Aequicolus acer. Sil. 8, 370 Aequicula rura. Etiam Sueton. Vit. 1.

AEQVICVLANI, Iidem. Plin. 3, 12 qui etiam ibidem Aequicolos vocat.

AEQVICRVRIVS, a, um. Angulus aequicrurius Mart. cap. 6 p. 230 i. Iſoſceles.

AEQVIDICVS, a, um. Verſus aequidici, qui ſingulis propoſitionibus ἀντιθέτως apparant dictiones, vt, Alba liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur. Albis enim nigra oppoſuit, liguſtris autem vaccinia attribuit, et cadentibus legenda aſſignauit. Diomed. p. 498.

AEQVIDIES, ei. [ἰσημερία] Ea forma, qua Aequinoctium dicimus. Archithrenius I. Neuſtrii lib. 8 cap. 9. — aequator ſolem ſtatione reflectit, Aequidiemque facit. Idem 9, 4 Circulus aequidiem librans, Auſtrumque colurus Qui ſecat et Boream, Zephyri ſub cardine mundum Auroraeque ligant. Ibid. cap. 5 — haec plenior, illa Aequidie breuior, brumalibus euolat horis.

AEQVIDIALE, is. [ἰσημερινὸν, ἰσήμερον] Feſtus, Aequidiale apud antiquos dictum eſt, quod nunc dicimus Aequinoctiale: quia nox diei potius, quam dies nocti annumerari debet. Graeci quoque in hoc conſentiunt, ἰσημερίαν, i. e. Aequidiale dicentes.

AEQVIDISTANS, antis. [παράλληλος] Ordines aequidiſtantes Aggen. Vrb. p. 53. Circuli paralleli, aequidiſtantes Latine Mart. Capell. 8 p. 276.

AEQVIFORMIS, e. vt Verſus aequiformes, qui non compoſita, ſed ſimplici figura oſtentantur, vt, Vrbe fuit media Laurentis regia Pici. Nusquam enim hic duae partes orationis nectuntur. Diomedes p. 498.

AEQVILANIVM, vid. AEQVILAVIVM.

AEQVILANX, ancis. Fulgent. de Cont. Virg. Tunc demum trutina aequilance ponderatur ac diſponitur.

AEQVILATATIO, onis. f. [ἰσοπλάτυνσις] Nomen duriuſcule compoſitum ex Aequo et Latum: quaſi Aequalium linearum ſecundum latitudinem productio. Vitruu. 2, 8 et 9, 8. Tunc ab centro diducto circino ad lineam planitiae aequilatatio ſignetur, vbi erit litera, c, ſiniſteriore parte, i. Aequa ſiue Aequalis latitudo, lineis parallelis incluſa.

AEQVILATERVS, a, um. Adi. [ἰσόπλευρος] ab Aequalitate laterum. Firmicus 2, 11 Quum aequilateri trianguli figura, in ſemet aequa ſit et conueniens. Species aequilatera Mart. Capell. 6 p. 230.

AEQVILATERALIS, Idem. Cenſorin. cap. 8.

AEQVILATVS, eris. c. Idem, Auſon. Eidyll. 11, 51 Per trinas ſpecies trigonorum regula currit, Aequilatus, vel crure pari, vel in omnibus impar.

AEQVILAVIVM. Aequilauium, ſignificat ex toto dimidium: dictum a lauatione lanae, quae dicitur aequilauio redire, quum dimidium decidit ſordibus. Haec Feſtus. Add. Aequilotium. Scribitur in nonnullis exemplaribus Aequilanium, quaſi ſit a Lana.

AEQVILIBRATVS, a, um. Aequilibrato impetu ferebatur Tertull. adu. Hermogen. c. 41.

AEQVILIBRIVM, ii, n. [ἰσοῤῥοπία, ἰσομοιρία, ἰσοσταθμία] Gloſſ. Vet. Aequatio librae, quum ſcilicet pondera ita ſunt aequalia, vt neutra pars librae praeponderet: i. in neutram partem libra inclinet, quo et libramentum dicitur. Sen. Quaeſt. Nat. 3, 35 Cur quaedam tigna ſupra

ſupra aquam paene tota efferantur, quaedam ad medium ſubmerſa ſint, quaedam ad aequilibrium aquae deſcendant? Gell. 20, 1 Nam cui membrum ab alio ruptum eſt, ſi ipſi itidem rumpere per talionem velit, quaero an efficere poſſit rumpendi pariter membri aequilibrium? *i. vt neque plus, neque minus rumpat ei membrum, quam ille ipſi ruperit.*

AEQVILĬBRIS, e. [ἰσόῤῥοπος Vet. Gloſſar. ἰσοτάλαντος] Vitruu. 5, 12 Deinde ad ipſam aquam et latera puluino circiter ſeſquipedales margines ſtruantur aequilibres ei planitiae, quae ſupra ſcripta eſt, *i. quaſi ad libram aequati, aequaliter librati, eiusdem libramenti.*

AEQVILIBRĬTAS, ātis. Cic. de Nat. Deor. 1, 109 c. 39 Confugis ad aequilibritatem: ſic enim ἰσονομίαν (ſi placet) appellemus, et ais, quoniam ſit natura mortalis, immortalem etiam eſſe oportere. Iſto modo, quoniam homines mortales ſunt, ſint aliqui immortales *etc.*

AEQVILOTIVM. *Idem quod* Aequilauium Vet. Gloſſ.

AEQVIMANVS, i. m. [ἀμφιδέξιος] Iſidorus 10. lit. A. Aequimanus appellatus, qui vtraque manu gladio incunctanter vtitur. Auſon. in Monaſyll. Eidyll. 12 p. 488 Quis Myrmilloni contenditur? aequimanus Thrax. Symmach. 9, 105 (Par. 110) Nam pari nitore atque grauitate Senatorias actiones, et — limaſti, vt plane — περιδέξιον, *i.* Aequimanum te pronunciem. *conf.* Bedam de Orthogr. p. 2330.

AEQVIMELIVM, *vel* AEQVIMAELIVM, ii. n. *Locus Romae vbi domus Sp. Maelii ob frumenti largitionem in ſuſpicionem affectatae dominationis adducti, et quum ad populi fidem confugeret, ab Seruilio Ahala equitum magiſtro occiſi, diruta et ſolo aequata eſt.* Ex Liuio 4, 14 ſqq. Cic. pro Domo ſua 101 c. 38 Sp. Maelii regnum appetentis domus eſt complanata. Ecquid aliud? aequum accidiſſe Maelio populus Romanus iudicauit: nomine ipſo Aequimelii ſtultitia (*vid. leg.* ſtultitiae) poena comprobata eſt. *Vid.* Varro L. L. 4, 32. Aur. Vict. Vir. Illuſt. c. 17. *Oues ibi venales fuiſſe, colligas ex* Cic. de Diuin. 2 c. 17 An cum in Aequimelium miſimus, qui adferat agnum, quem immolemus.

AEQVIMENTVM, i. Nonius 2, 9 Aequimentum poſitum eſt, non aequamentum, quaſi parem vicem: ſed merces, pro eo quod dicitur admiſſum. Varr. Sexageſ. An ſi equam emiſſes quadrupedem, vt meo aſino Reatino admitteres: quantum popoſciſſem, dediſſes aequimenti? Equimentum *ſcribendum, iam vidit Turnebus et Mercerus. Eſt enim merces pro admiſſura aequi.*

AEQVINOCTIVM, ii. n. [ἰσημερία] *quaſi Noctis cum die aequalitas.* Varro de L. L. 4, 2 p. 45 Cum venit *Sol* in medium ſpatium, inter brumam et ſolſtitium, Quod dies aequus ſit ac nox, aequinoctium dictum. Caeſ. Bell. Gall. 4, 36 Propinqua die aequinoctii. *It.* Aequinoctium ſuberat Caeſ. B. G. 5, 23. *Sic* Liu. 31, 47 Iam autumnale aequinoctium inſtabat. Vernum *eſt* 33, 3 *et* 37, 9. Columel. 9, 14, 1 Ab aequinoctio primo, quod — circa VIII. Kal. Aprilis, in octaua parte arietis conficitur. *Et* n. 10 *de melle.* Idque optimae notae eniteſcit Autumni aequinoctio, quod eſt ante Calendas Octobris, cum octauam partem Librae ſol attigit. Plin. 18, 25 Carlo temporum quadripartita anni diſtinctione conſtat, per incrementa lucis. Augetur haec a bruma, et aequatur noctibus verno aequinoctio diebus XC horis tribus. Deinde ſuperat noctes ad ſolſtitium diebus XCIII horis XII vsque ad aequinoctium Autumni. Et tum aequata die, procedit ex eo ad brumam diebus XIC horis tribus. Omnesque hae differentiae fiunt in octauis partibus ſignorum: Bruma, Capricorni, ab VIII Calend. Ianuarii fere; aequinoctium vernum, Arietis; ſolſtitium, Cancri; alterumque aequinoctium, Librae: qui et ipſi dies raro non aliquos tempeſtatum ſignificatus habent. Columel. 11, 2, 16 Octauo Calend. Octobris, et ſeptimo et ſexto, Aequinoctium autumnale, pluuiam ſignificat. In quo autumnali, atque iterum ſol lumine verno Exaequat ſpatium lucis cum tempore noctis Cic. Arat. Phaen. v. 287 ſq. Columel. 11, 2, 31 Nono et octauo Calend. Aprilium, Aequinoctium vernum, tempeſtatem ſignificat.

AEQVINOCTIĀLIS, e. [ἰσημερινὸς] Quod ad aequinoctium pertinet:, Plin. 2, 75 Sic fit, vt vario lucis incremento, in Meroë longiſſimus dies XII horas aequinoctiales, et VIII partes vnius horae colligat. Ibid. cap. 69 Quum aequinoctiali tempore ex eadem linea ortus occaſusque cernatur. Catull. 44, 2 de aduentu Veris,

Iam ver egelidos refert tepores,
Iam caeli furor aequinoctialis
Iucundis Zephyri ſileſcit auris.

Oriens *vel* occaſus aequinoctialis *eſt ipſe cardo plagae, vbi ſol aequinoctii tempore eſt. Vt* Ab oriente aequinoctiali Subſolanus, ab occaſu aequinoctiali Fauonius Plin. 2, 47. *Add.* 17, 9. Aeſtus (*maris*) aequinoctialis Senec. Qu. Nat. 3, 28. Aequinoctialis linea *vel* circulus Ampel. de Mundo *i. aequator. Eſt quoque* Varro L. L. 8, 18.

AEQVĬPAR, ăris. Adi. Auſon. in Monoſyll. v. 113 Biſſenas partes quis continet aequipares? As. *i. Aequales.* Certare gloria aequipari Sidon. Ep. 8, 6.

AEQVIPĂRO, āre. [ἰσόω] (*non deſunt qui* Aequipero *ſcribant*) *Aequare, et quaſi* aeque parem vel eſſe, vel dicere, vel facere. Virg. Ecl. 5, 48 Nec calamis ſolum aequiparas, ſed voce magiſtrum. Gloſſ. vet. ἐξισοῖς. Vt nemo eum labore corporisque viribus poſſet aequiparare Nep. 7, 11, 3. *Add.* 2, 6, 1. Adeo adoleuit, vt aequipararet magiſtrum Suet. Aug. c. 94. *Add.* Id. Ner. c. 53. Vbi aequiparant famoſa iudicia L. 104 ff. de R. I. Cic. Tuſc. 5 c. 17 *ex veteri Epigrammate*, Nemo eſt qui factis aequiperare queat. Plaut. Mil. 1, 1, 11 Mars haud auſit dicere, Neque aequiparare ſuas virtutes ad tuas. Liu. 38, 10 Mari tranquillo quod ventis concitaretur, aequiparando multitudinem Aetolorum. Iouis ſolisque equis aequiparari dictatorem, in religionem etiam trahebant Liu. 5, 23. ¶ 2 *Pecuniari notione* Pallad. Febr. ſ. 3, 25, 16 Si ſpiſſa poma ramos onerabunt, interlegenda ſunt quaeque vitioſa, vt alimentum caeteris ſuccus aequiparet, *i. vt ſufficiat ſuccus reliquis alendis.*

AEQVIPARATIO, onis. f. [ἴσωσις] Gell. 14, 3 Aequiparatio ipſa plerumque et parilitas virtutum inter ſeſe conſimilium. Id. 5, 5.

AEQVIPARABĬLIS, e. [ἰσωτέος] *Aequari vel Comparari cum aliquo dignum.* Plaut. Trin. 2, 4, 65 Ita tu nunc dicis, non eſſe aequiparabiles veſtras cum noſtris Factiones atque opes? Idem Curc. 1, 3, 12 Quid vidiſti, aut quid videbis magis diis aequiparabile? *Melius* Non conferre Deo velut aequiparabile quidquam Auſim Prudent. Hamart. v. 79.

AEQVIPARANTIA, ae. f. *Idem quod* Aequiparatio. Peruenire in aemulas aequiparantias Tertull. adu. Valent. c. 16.

AEQVIPEDVS, a, um. Aequipedum trigonum Apul. de Dogm. Plat. p. 5. *i. iſoſceles ſ. aequicrurium.*

AEQVIPOLLEO, ēre. [ἰσοδυναμέω] *Aequiualere ſignificat, h. e.* Aeque pollere, *et viribus parem eſſe.*

AEQVIPOLLENS, entis. Apul. de Syllog. Cat. p. 36. *Add.* de Doctr. Plat. 3 p. 39.

AEQVIPOLLENTIA, [ἰσοδυναμία] Aequiualentia *Dialecticorum eſt.*

AEQVIPONDIVM, ii. n. [σήκωμα] *Ponderis aequalitas.* Vitruu. 10, 8 Aquipondium in alteram partem ſcapi (*in ſtatera*) per puncta vagando *etc. Idem* ſacoma *vocat* 9, 3 pr.

AEQVITERNVS, Tria ſimul aequiterna Claud. Mamert. 2, 4. Idem 2, 8.

AEQVIVALERE, [ἰσοῤῥοπεῖν] *Idem, quod Aequiparare.* Auctor libelli de Philomela 5 Nam quamuis aliae volucres modulamina tentent, Nulla poteſt modulis aequiualere tuis.

AEQVITAS, AEQVITER. *Vid.* AEQVVS.

AEQVĬVŎCVS. [ὁμώνυμος] Iſid. 2, 26 Aequiuoca ſunt, quando multarum rerum nomen vnum eſt, ſed non eadem definitio, vt *Leo: etc.*

AEQVOR, ŏris. n. [ὁμαλότης, πέλαγος] *proprie Aequalitatem et planitiem ſignificat. v. g.* Ventris aequor ne irrugetur Gell. 12, 1. *Sic* Lucr. 3, 905 In ſummo aequore ſaxi, *i. marmore polito.* Speculorum aequor *idem dixit* 4, 291. Columel. 8, 17, 3 Sublimius eſſe maris aequor oſtendat. Cic. de Diuin. 1, 93 c. 42 Vt enim Aegyptii, vt Babylonii in camporum patentium aequoribus habitantes. ¶ 2 *Hinc per Synecdochen ſignificat Mare, fluuium, terram, campum, quia aequata ſint.* Varro de L. L. 6, 2 p. 69, 35 Aequor mare appellatum, quod aequatum, commotum vento non eſt. Cic. Acad. 2 *apud* Non. 1, 332 Quid tam planum quam mare? ex quo etiam aequor illud Poëtae vocant. *Sed non ſoli Poëtae. Praeter* Melam, *aliquoties ita* Plinius *v. g.* l. 3 pr. Tam modico ore (*de freto Gaditano agit*) tam immenſa aequorum vaſtitas panditur. Id. 4, 1 Spatioſum aequor. *Ibid.* 6 ſ. 8 Velut penſante aequorum incurſus natura. *Et* 13 ſ. 24 Inde exſpatiatur aequor, rurſusque in arctum coit: laxitas Propontis appellatur; anguſtiae Thracius Boſporus. *Et* 9, 8 Puteolos per magnum aequor in ludum ferebat *Delphinus puerum. Denique* 3, 5 ſ. 6 Aequor Tuſcum. Altum aequor Ouid. Met. 2, 263. Virg. Georg. 4, 528. Pacuu. ap. Varron. L. L. 6, 2 p. 69, 34. Anguſtum Stat. Achill. 1, 29 pro Freto. Aequor, Fluuius. Virg. Aen. 8, 96 de Tybride — viridesque ſecant placido aequore ſiluas. *Add.* ibid. v. 89 Tybris — tacita refluens ita ſubſtitit vnda, Mitis vt in morem ſtagni placidaeque paludis Sterneret aequor Aquis, remo vt luctamen abeſſet, *i. vt aduerſus flumen remigari commode poſſet.* Arctoa, *i. Scythica, quae ſunt ſub Arcto* Val. Flac. 5, 620. Armatum ſcopulis Claud. de Bell. Get. 2. Aſpera nigris ventis aequora Hor. Od. 1, 5, 6. Atlanticum, *i.* Oceanus Hor. Od. 1, 31, 14. Atrum Valer. Flacc. 3, 500. Caeruleum Sil. Ital. 15, . . Caerula Catull. in Argon. 64, 7. Canens, *h. e. Spumoſum. Caneſcit enim ſpuma.* Sil. Ital. 4, . . Canum Lucan. 8, 722. Concita aequora mulcere, *Maria commota placare et ſedare.* Ouid. Epiſt. 2, 38. Contracta piſces Aequora ſentiunt *i. Anguſtiora et arctiora facta* Hor. Od. 3, 1, 33. Curua aequora Lucan. 8, 178. Denſum, *i. Gelatum* Lucan. 2, 640. Diductum Ouid. Triſt. 1, 2, 21. Diffuſum Lucan. 4, 82. Dubium pendet aequor cui vento pareat. *Flantibus ventis contrariis* Lucan. 5, 602. Dura aequora, *i. in glaciem indurata* Sen. Herc. 7. Feruidum aequor, *Aeſtuans et valde commotum.* Hor. Od. 1, 9, 10. Fluitans aequor magnis anfractibus Lucret. 1, 719. Hoſpita aequora luſtrare Virg. Aen. 3, 377. Horrida aequora Hor. Od. 3, 24, 41. Catull. Argon. 207. Hibernum. Catull. Argon. Hiemali frigore horrens. Illiſa ſcopulis aequora reclamant Virg. Georg. 3, 261. Ima aequora petere Virg. Aen. 9, 120. Inmania ponti aequora Lucret. 4, 412. Immenſa aequora Virg. Aen. 6, 355. Imperioſius Hor. Od. 1, 14, 9. *i. violentum, cui reſiſti non poteſt.* Indignatum magnis ſtridoribus Virg. Georg. 2, 162. Indomita Tibul. 2, 5, 80. Inertia, *i. non fluentia, quia glaciata* Lucan. 6, 107. Hor. Od. 1, 7, 32 Cras ingens iterabimus aequor. *i. Iterum nauigabimus.* Inuia aequora faciunt venti, *h. e. Innauigabilia* Ouid. Met. 12, 9. Irata Sil. Ital. 4, . . Laeua Virg. Aen. 3, 412. Laſſa aequora ponunt furorem Stat. Silu. 2, 2, 26. Laſſatum fluctibus Lucan. 5, 703. Latum Hor. Epiſt. 1, 2, 20. *et* Ouid. Met. 6, 704. Lucan. 5, 434 Aequora Lenta iacent alto torpore ligata. *h. e. Congelata.* Liquidum Stat. Achill. 1, 99. Longum Stat. Theb. 5, 484. Longinqua Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 363. Lunata, *in modum bicornis lunae recurua* Stat. Silu. 2, 2, 13. Magnum aequor metiri Virg. Georg. 4, 388. Magna aequora ſurgunt Virg. Aen. 3, 196. Maris aequora Hor. Od. 4, 5, 10. Virg. Aen. 2, 780 Longa tibi exilia, et vaſtum maris aequor arandum. Ouid. Epiſt. 19, 85 Nam memini, quum te ſaeuum veniente minaxque Non minus, aut multo non minus aequor erat. Mobile Ouid. Epiſt. 2, 128. Mollia Ouid. Epiſt. 22, 113. Nigrum Hor. Od. 3, 27, 23. Peruia velis Lucan. 5, 439. Placida Virg. Aen. 8, 89. Ponti aequora Virg. Georg. 1, 469 *vbi* Seruius, Non ſine cauſa addidit Ponti: quia ſunt et Campi aequora. Ponti aequora Lucret. 1, 8. *i. Tranquillitas atque aequabilitas maris; Mare nullis ventis concitatum, et idcirco aequabile et tranquillum.* Lambinus. Procelloſum Valer. Flac. 3, 621. Quieto aequore ferri Hor. Epod. 11, 10. Rapidum Valer. Flacc. 4, 470. Recuſſum Valer. Flacc. 5, 166. Refluum Sil. Ital. 2, . . Reuoluta Virg. Aen. 10, 256. Rubrum aequor Oceani, *propter occidentis in eo ſolis radios* Virg. Georg. 3, 359. Rubrum aequor, *Mare rubrum, ſiue Erythraeum* Claud. 1 in Ruff. *Et* Paneg. 10, 168. Saeua Stat. Silu. 1, 89. *Et* Ouid. Epiſt. 18, . . Salſum Lucret. 3, 492 *et* 5, 1079. Hor. Epod. 16, 34. Sinus aequorum Sen. in Hippol. *i. e.* Marium. Sinuata aequora Sil. Ital. 2, . . Sinuoſa Valer. Flacc. 3, 277. Spumantia Claud. in laudibus Seren. 124. Spumea Sil. Ital. 17, . . Spumoſum Lucan. 2, 627. Stratum Virg. Ecl. 9, 57. *Vid.* Silet aequor. Sulcata, *i. quaſi in ſulcos roſtris nauium ſciſſa* Sen. Agam. 6. Summa. *Vid.* Sternunt venti aequora. Turbida Lucret. 5, 998. Tuta aequora tenere Virg. Aen. 5, 171. Tranquillum Claud. Paneg. 10, 154. Truculentum Catull. in Argon. ſ. 64, 179. Tumefacta Sil. Ital. 16, . . Tumida *vid.* Placare aequora, et Sternunt venti aequora. Vaſtum aequor currere Virg. Aen. 3, 191. Ventoſum Ouid. in Ibin 593. *Et* Virg. Aen. 6, 206. Vndiuagum Virg. Catal. de ortu Solis. Vndoſum aequor Virg. Aen. 4, 313. ¶ 3 *Iam verba videamus, quibus* Aequor *iungitur.* Arare aequor maris Virg. Aen. 2, 780. Caneſcunt aequora Ouid. Epiſt. 3, 65. Ciere aequora imo fundo, *i. e. A fundo commouere* Virg. Aen. 2, 419. Commouere aequora dicuntur venti Lucret. 2, 765. Lucan. 5, 607 — mota-

— motaque poſſunt Aequora ſubductis etiam concurrere ventis. Conſcendere nauibus aequor Virg. Aen. 1, 381. Currere aequora Virg. Aen. 5, 235. Egerere aequora fundo Stat. Theb. 5, 383. *i. Aquam marinam e fundo nauis exhaurire.* *Vid.* REFVNDERE. Euertere aequora ventis Virg. Aen. 1, 43. Stat. Theb. 5, 704 — en validis ſpumant euerſa lacertis Aequora. Virg. Georg. 1, 327 — feruetque fretis ſpirantibus aequor. Frangere aequora vado Lucan. 2, 401. Luſtrare aequor nauibus Virg. Aen. 3, 377. Mergere aliquem aequore Virg. Aen. 6, 348. Mergere aliquem ſub medio aequore Id. ib. 6, 342. Miſcetur aequor magnis clamoribus Virg. Aen. 4, 411. Nauigare aequor Id. Aen. 1, 67. Percutere aequora multis claſſibus Lucan. 3, 287. Permenſi claſſibus aequor Virg. Aen. 3, 157. Id. ib. 6, 171 *de Miſeno tubicine Aeneae*, Sed tum forte caua dum perſonat aequora concha Demens etc. *Vbi* Seruius: Perſonat, perſonare facit: aut per aequora ſonat. Placare aequora Virg. Aen. 1, 142 Neptuni opus. *Et* Ouid. Met. 11, 432. Catull. in Argon. 12 Quae ſimulac roſtro ventoſum proſcidit aequor. Quieſcunt alta aequora Virg. Aen. 7, 523. Ouid. Met. 11, 488 Egerit hic fluctus, aequorque refundit in aequor. Secare aequor Valer. Flacc. 4, 271. Secatur aequor puppe Ouid. Met. 11, 432. Virg. Ecl. 9, 57 Et nunc omne tibi ſtratum ſilet aequor: et omnes (Aſpice) ventoſi ceciderunt murmuris aurae. Spumeſcunt remo aequora Ouid. Epiſt. 2, 87. Sternunt venti aequora Virg. Aen. 5, 821. *Et* 821 — tumidumque ſub axe tonanti Sternitur aequor aquis: fugiunt faſto aethere nimbi. Superare aequor, *Euadere, et velut vincere enatando* Ouid. in Ibin 595. Surgunt aequora Virg. Aen. 3, 196. *i. intumeſcunt.* Virg. Aen. 1, 150 Et vaſtas aperit Syrtes, et temperat aequor, *de Neptuno.* Tenent venti aequora Ouid. Met. 11, 433. Virg. Aen. 2, 176 Extemplo tentanda fuga canit aequora Calchas. Tepent aequora Stat. Silu. 1, 2, 89. Virg. Georg. 3, 246 Arctos, Oceani metuentes aequore tingi. Idem Aen. 4, 811 Vel mare per medium, fluctu ſuſpenſa tumenti Ferret iter, celeres nec tingeret aequore plantas. Turbant aequora venti Lucret. 2, 1. Verrere aequora Virg. Aen. 3, 201. *Et* Aen. 5, 778. Verrunt delphines caudis aequora Virg. Aen. 8, 673. Verrere aequora remis certantibus Id. ibid. 3, 668. Verrunt aequora venti Lucret. 5, 267. Vibrare aequora Sen. Agam. 6. Virg. Aen. 1, 117 — aſt illam ter fluctus ibidem Torquet agens circum, et rapidus vorat aequore vortex. ¶ 4 *Pro campo aperto et aequabili.* Virg. Georg. 3, 117 — ac per aperta volans, ceu liber habenis, Aequora, vix ſumma veſtigia ponat arena. Aequore campi Exercebat equos Virg. 7, 781. *Add.* Aen. 5, 456. Lucret. 3, 1015. Virg. Georg. 1, 50 Ac prius, ignotum ferro quam ſcindimus aequor. *Vbi* Seruius: Aequor modo terram accipe, ab aequalitate dictum: vnde et maria, aequora dicuntur. *Et* 97 Proſciſſo quae ſuſcitat aequore terga. Seru. Terram, quam arauerat. Id. Ge. 3, 541 Sed nos immenſum ſpaciis confecimus aequor: Et iam tempus equûm fumantia ſoluere colla. Virg. Aen. 2, 333 — illi aequore aperto Ante Notos Zephyrumque volant. *Add.* 12, 710. Colum. 10, 86 Durataque ſumma pruinis Aequora dulcis humi. Sil. 1, 267 Qua ſparſit ferrum, latus rubet Aequore limes. Id. 4, 143 Incurrunt acies, magnoque fragore per Aequor *etc.* *Et* 276 Medio ſtetit Aequore pugna. *Et* 5, 376 Quae dum turbatos auertunt aequore campi Ductores *etc.* *Itaque etiam* 1, 258 *de Sirio vel Sole adeo* Candentique globo medius coquit Aequora feruor *ex antiquis editionibus forte reuocandum eſt, vbi iam legitur* Aethera. Stat. Theb. 11, 403 Aequor puluureum.

AEQVOREVS, a, um. Adi. [πελάγιος] *Quod ad aequor pertinet.* Columel. 10, 200 Nunc pater aequoreus, nunc et regnator aquarum. Oceanum *et Neptunum ſignificat.* Martial. 13, 84 Hic Scarus aequoreis qui venit obeſus ab vndis. Arma aequoria Sil. Ital. 13, . . . Ouid. Met. 15, 753 Scilicet aequoreos plus eſt domuiſſe Britannos, *i. Mari circumdatos, et nauigationi deditos.* Buſtum, *i. Sepulcrum in litore erectum* Valer. Flacc. 5, 91. Virgil. Georg. 3, 243 *Et* genus aequoreum, *pro Piſcibus.* Imber Ouid. de Ponto 4, 1, 30. Id. Met. 10, 617 de Hippomene, Quid, quod ab aequorea numeratur origine quartus? *i. a Neptuno.* Piſces Id. Met. 10, 78. Proceres aequorei, *i. dii marini* Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 11. Puellae, *i. Nereides maris nymphae* Propert. 3, 6, 67. *Add.* Catull. 65, 15. Rex aequoreus, *Neptunus* Ouid. Met. 8, 603. Tridens, *Sceptrum Neptuni* Lucan. 4, 111. Vias aequoreas monſtrare Sil. Ital. 17, . . . Vulgus aequoreum, *Monſtra omnia marina* Sen. in Hippol. 8.

AEQVVS, a, um. Adi. [ὁμαλὸς, δίκαιος, ἴσος] *De corporum formis dicitur, vbi nihil eminet.* Cic. pro Caecin. 50 c. 17 Nullo modo poteſt deiectus eſſe quiſquam, non modo qui tactus non ſit, ſed ne aequo quidem et plano loco. Liu. 5, 38 Haud dubius facilem in aequo campi (tantum ſuperante multitudine) victoriam fore. Cic. de Orat. 3, 23 Nam ſiue de caeli natura loquitur, ſiue de terrae, ſiue de diuina vi, ſiue de humana, ſiue ex inferiore loco, ſiue ex aequo, ſiue ex ſuperiore, *etc.* Et ex ſuperiore et ex aequo loco ſermones habiti Cic. Fam. 3, 8. *Sic* Liu. 5, 47 Aſcenſus Aequus *eſt aequabilis, non praeruptus, proinde facilis.* *Sic* Locus aequus, *ob id ipſum commodus* Nep. 1, 5, 4. *Add.* Caeſ. B. G. 7, 28 *et* 51. Locis aequioribus Sall. Catil. 57. Aequiſſimo loco Caeſ. B. Gall. 5, 47. ¶ 2 Aequus, *pro Aequalis.* Ter. Eun. 1, 2, 12 Vtinam eſſet mihi pars aequa amoris tecum, *i. me aequaliter amares atque ego te.* Cic. ad Her. 4, 52 In inferiores crudelis, in ſuperiores contumax, in Aequos et pares faſtidioſus. Sen. Ep. 94 Aequum arcibus aggerem attollere. Sil. 3, 192 Non Aequas Arctos *dixit, i. inaequales maiorem et minorem.* *Sic* 5, 99 Vires legionibus Aequae. Virg. Aen. 5, 424 Caeſtus pater extulit Aequos. Ouid. Met. 6, 10 *Mulier* ſuo Aequa viro. Claud. de R. P. 3, 374 Germanas adeo credas; ſic frontibus Aequis adſtant. Plaut. Trin. 3, 4, 93 Cenſu aequo cenſeri. Virg. 5, 154 Aequo diſcrimine, *i. paribus interuallis.* Liu. 10, 24 Sortem aequam ſibi cum collega dent. Virg. Aen. 12, 230 — numerone an viribus aequis Non ſumus? Aequa pondera Scribon. Comp. 46, 71, 96. *i.* paria, vt 51. Aequae partes Scribon. 68. *In primis librae epitheton eſt, cum in neutram partem vel deprimitur vel attollitur, vnde etiam* Aequilibrium *dictum eſt.* Sen. Herc. Fur. 843 Libra Phoebeos tenet aequa currus, *de ſigno caeleſti, cum reſpectu ad Aequinoctium.* *Sic* Aequa lance, *metaphorice licet*, Modeſtinus l. Non tantum 20 ff. de re iudic. Quod et in perſona mulieris aequa lance ſeruari, aequitatis ſuggerit ratio. ¶ 3 *Hinc ad animum et mores transfertur, quem indicare volunt integrum, nusquam quo non oportet vel inclinatum, vel elatum, i. prout ſeries verborum et rerum poſcit, iuſtum, moderatum, mitem, benignum adeo et fauentem etc.* Cic. Q. Fratr. 16, 2 Ab aequis vero, aut etiam a propenſis in hanc partem, vehementer excolamur et amemur. Intelligo, aequos bonoſque fauere Sall. Iug. c. 85. Inter arma ciuilia aequi boni famam petit Id. ap. Sen. Ep. 115. *Add.* Suet. Aug. c. 53. Cic. pro Deiot. 2 Nemo enim fere eſt, qui ſui periculi iudex, non ſibi ſe aequiorem quam reo praebeat. *Vbi vt diximus, etiam fauorem quendam ſignificat.* *Sic* ſcilicet vni aequus virtuti atque eius amicis Hor. Sat. 2, 1, 70. *Huc referas illud*, Pauci, quos aequus amauit Iupiter, atque ardens euexit ad aethera virtus Virg. Aen. 6, 129. *Sed ad iuſtitiam pertinet* Cic. Fam. 2, 1 Quare ſi iniquus es in me iudex, condemnabo eodem ego te crimine, ſin me id facere noles, te mihi aequum praebere debebis. *Itemque* pro Quintio 45 c. 14 Quis hoc ſtatuit, quod aequum ſit in Quintium, id iniquum eſſe in Naeuium. Ter. Andr. 2, 5, 18 — quo aequior ſum Pamphilo. Liu. 5, 45 pr. Aequis iniquiſque perſuaſum erat; tantum bello virum neminem vsquam ea tempeſtate eſſe. *Noua Metaphora* Col. 10, 21 Nec manibus mites ferulas; nec cruribus aequa Terga rubi, *i. quae non parcunt, ſed laedunt.* ¶ 4 *Sed tam frequens eſt* Animi Aequi *mentio, vt operae pretium videatur, formulas huc pertinentes hoc loco congerere.* *Igitur* ſi eſt animus aequus tibi, ſatis habes, qui bene vitam colas Plaut. Aulul. 2, 2, 10 Aequo animo ferre *eſt patienter ferre, ſine ira, contumacia etc.* *Exempla dabunt* Ter. Andr. 2, 3, 23. Nep. 10, 6, 4 *et* 7, 3. Liu. 5, 39. Cic. de Senect. c. 23 Quid, quod ſapientiſſimus quiſque animo aequiſſimo moritur, ſtultiſſimus iniquiſſimo? Plaut. Rud. 2, 3, 71 Animus aequus optimum eſt aerumnae condimentum, *i. Mens tranquilla.* Attendere aequo animo Ter. Hec. Prol. 20, *i. Beneuolo.* Id. prol. Phorm. 25 Adeſte aequo animo per ſilentium, *i. Beneuole audite et ſilete.* Eam ſententiam haud aequioribus animis patres audierunt Liu. 23, 22. Concedere aliis aequo animo, *i. Volenter et libenter* Lucret. 3, 975. Hor. Epiſt. 1, 11, 30 — quod petis, hîc eſt, Eſt Vlubris, animus ſi te non deficit aequus. Cic. Att. 7, 7 Ego, niſi Bibulus adniteretur, de triumpho aequo animo eſſem, *i. non curarem.* Maxima de re aequo animo deliberanti mihi des conſilium velim Cic. Att. 8, 3 *i. liber a ſtudio partium.* Cic. pro Roſc. Amer. 145 Praedia mea tu poſſides; ego aliena miſericordia viuo: et quod animus aequus eſt, et quia neceſſe eſt. Mea domus tibi patet; mihi clauſa eſt: fero. Familia mea maxima vteris; ego ſeruum habeo nullum: patior, et ferendum puto. Cic. ad Brut. 4 Quae tua eſt humanitas, aequo animo te moneri patieris, praeſertim de communi ſalute. Id. pro Cluent. 6 Si quam opinionem iam veſtris mentibus comprehendiſtis, ſi eam ratio conuellet, ſi ratio (*Lambin.* Oratio) labefactabit, ſi denique veritas extorquebit; ne repugnetis eamque animis veſtris libentibus aut aequis remittatis. Cic. de Prouinc. Conſul. 17 Quos animo aequo videre non poſſumus, *i. ſine indignatione.* Lucret. 5, 1118 Diuitiae grandes homini ſunt viuere parce Aequo animo. ¶ 5 *Aliae formulae, in quibus aequus ad mores et animum pertinet.* Cic. Verr. 5, 154 Hic vide, quam me ſis vſurus aequo, *i. quam me ſim tibi praebiturus iuſtum et facilem.* Id. Off. 2 c. 18 In omni re contrahenda — aequum et facilem, multa multis de iure ſuo cedentem, a litibus vero — abhorrentem. Id. Verr. 2 c. 72 Aequa enim conditio, aequumque certamen proponitur. Imperio aequo regere dicitur Deus Horat. Od. 3, 4, 47 *de Ioue.* *Cui ſimile eſt illud* Virg. Aen. 10, 112 — Rex Iuppiter omnibus idem. Iudex aequus Cic. Fam. 2, 1. Aequiſſimus aeſtimator et iudex Id. Fin. 3 c. 2. *Add.* Quinct. 12, 7, 7. Cic. pro Quint. 45 Quis tandem nobis iſta Iura tam aequa deſcribit? Id. Off. 1 c. 34 Priuatum autem oportet aequo et pari cum ciuibus Iure viuere, neque ſummiſſum et abiectum, neque ſe efferentem Id. pro Balbo 60 c. 27 Et erat aequa Lex et vobis, Iudices, atqu omnibus, qui noſtris familiaritatibus implicantur, vehementer vtilis Id. pro Quint. 10 c. 2 Quum adhuc ei propter vim aduerſariorun non ius par, non agendi poteſtas eadem, non magiſtratus aequus reperiri potuerit. Manu aequa diſcedere Sall. Catil. c. 39. Marte aequ pugnare, contendere Curt. 4, 15, 29. Liu. 2, 6. Flor. 4, 2, 48. Hor Od. 2, 3, 1 Aequam memento rebus in arduis Seruare mentem Virg. Aen. 4, 372 — iam iam nec maxima Iuno, Nec Saturniu haec oculis pater aſpicit aequis. Poſtulatio aequa atque honeſta Cic pro Roſc. Amer. 7 c. 2. Id. in Orat. 34 Conſequeris tamen, vt eo ipſos quos contra ſtatuas, aequos placatoſque dimittas. *Et* Q. Cic. d Pet. Conſul. 39 c. 12 Tamen ii poſſunt abs te placati aequique diſcedere. Cic. Verr. 4, 146 Praetor aequus et ſapiens dimitti iubet Senatum. Id. Fam. 3, 6 Ego, vt me tibi amiciſſimum eſſe et aequi et iniqui intelligant, curabo. Salluſt. ad C. Caeſ. de Repub. Ord. 2, 16 Atque haec ita ſeſe habere, tametſi omnes aequi atque iniqui memorent tamen cum factione nobilitatis haud mediocriter certandum eſt ¶ 6 Aequum *abſolute, et per ſe poſitum, vt pro aequo loco, ſic in primis pro Aequitate.* *Illius exempla ſunto haec:* Vt primum agmen aequo, (*ſc. loco*) caeteri per accliue iugum inſurgerent Tac. Agric. 35 4. *Add.* ib. c. 36, 2. *et* Hiſt. 4, 23 pr. Deſcendere in aequum Liu 1, 12. *Huius iſta:* Cenſere aequum Liu. 5, 3. *et* Nep. 8, 2, 6. Iniuria grauius aequo habere Sall. Catil. c. 51. Virg. Aen. 2, 426 — cadi et Ripheus iuſtiſſimus vnus Qui fuit in Teucris, et ſeruantiſſimu aequi. Arbiter aequi, *i. Iudex ſecundum aequitatem iudicans* Sen Herc. 9. Contemptor aequi Ouid. Faſt. 3, 49. Vtilitas iuſti prop mater et Aequi Hor. Sat. 1, 3, 98. Cultor aequi Ouid. Met. 5, 10 Ter. Adel. 5, 3, 17 Non aequum dicis. Id. Heaut. 1, 1, 39 Ah, no aequum facis, *pro eo quod dici ſolet*, Non facis rationabiliter. *Add* Phorm. 1, 2, 64. Cic. Att. 11, 27 De coheredibus Suffidianis nih fuit, quod ad me ſcriberes: nam et aequum poſtulant. Aequum Ma amat Petron. c. 34. *Conf.* Burmann. 26. *Eſt ſaepe* Aequum *a iu ſeuero diuerſum, eoque laxius.* Cic. in Bruto 145 Qui quidem quu peracutus eſſet ad excogitandum quid in iure, aut in aequo verum a eſſet aut non eſſet, *etc.* Aequum eſt, me abs te impetrare Pomp. a Cic. Att. 8, 12. Ter. Eun. 2, 3, 94 An potius haec pati aequum fieri, vt a me ludatur dolis? *Add.* Plaut. Rud. 2, 2, 10. Ter. Andr. 3, 2. Nep. 2, 7, 2. Cic. Att. 8, 18 Aequum eſt me a te impetrar vt etc. Aequius eſt Cic. Off. 3 c. 15. Niti aequo Quinctil. 3, Pugnare aequo Id. 6, 5. *Ad conuenientiam et vtilitatem phyſicam refetur* Lucret. 4, 1237 *de ſemine animali* Craſſius hoc porro quoniam cocretius aequo Mittitur. *Sed ad mitem illam iuſtitiam pertinet* Te Adel. 1, 1, 39 Nimium ipſe durus eſt, praeter aequumque et bonu Bonum et aequum diuitiis carius Salluſt. Iugurth. c. 15. Ex aequo bono ius conſtat A. ad Her. 2 c. 13. *Add.* l. 1 pr. ff. de Iuſtit. Iure, Flor. 1, 22, 5. *et* 3, 14, 3. *Hinc formulae:* Aequum et bonu colere Plaut. Men. 4, 2, 10. Cic. pro Caecin. c. 23 Cum ſe in cau putant habere aequum et bonum, quod defendant. *Et* ἀσυνδέτως, *ſi copula*, Id. in Bruto, . . . Deinde aequum bonum, teſtamentoru ſententias, voluntateſque tutatus eſt. Ter. Phorm. 4, 3,

Si tu aliquam partem aequi bonique dixeris:
Vt eſt ille bonus vir, tria non commutabitis
Verba hodie inter vos. Cic. de Clar. Orat. 143

Cum de iure ciuili, cum de aequo et bono diſputaretur. *Et p. p.* 145 Ita enim multa tum contra ſcriptum pro aequo et bono dixit. Aequi boni facere: *vel* aequi bonique facere, *eſt in bonam partem accipere: quod et* Boni conſulere dicitur. Cic. Att. 7, 7 Tranquilliſſimus autem animus meus, qui totum iſtud aequi bonique facit. Ne ſerpat latius contagio eius mali, nos aequi bonique facimus Liu. 34, 22. Ter. Heaut. 4, 5, 40 — caeterum equidem iſtuc Chreme, Aequi bonique facio. Qui neque ius, neque bonum atque aequum ſciunt Ter. Heaut. 4, 1, 27. Cic. Philipp. 2, . . Is igitur, a quo viuo nec praeſens, nec abſens quicquam aequi boniue impetrauit, apud mortuum factus eſt gratus. Magis ex aequo bonoque quam ex iure gentium Sall. Iug. c. 35, 7. Ter. Adel. 5, 9, 30 Id non fieri ex vera vita, neque adeo ex aequo et bono: Sed ex aſſentando, indulgendo, et largiendo. Iudicare ex aequo et bono, *vid.* IVDICO. Cic. Phil. 2, 72 Propemodum aequa et iuſta dicebas. *Huc pertinet:* Aequius melius, *Formula in iudiciis bonae fidei obſeruari ſolita.* Cic. Off. 3, 61 Reliquorum autem iudiciorum haec verba maxime excellunt, In arbitrio rei vxoriae, *Melius aequius,* In fiducia, *Vt inter bonos bene agier.* Quid ergo? aut in eo quod *Melius aequius eſt*, poteſt vlla pars ineſſe fraudis? aut cum dicitur, *Inter bonos bene agier,* quidquam agi doloſe aut malitioſe poteſt? Idem in Topic. 66 In omnibus igitur iis iudiciis, in quibus *Ex fide bona* eſt additum, vbi vero etiam, *Vt inter bonos bene agier,* in primisque in arbitrio rei vxoriae, in quo eſt, *Quid aequius melius,* parati eſſe debent.

AEQVE, Adu. [ἴσως] *Idem fere quod aequaliter, aut Tam, vel Adeo.* Ter. Phorm. 3, 3, 32 Nihil eſt aeque quod faciam lubens. *Laudatur ex* Plauto, Ioui ſi viuo argento ſacrificaſſem, nunquam id *aeque bene* collocaſſem. Aeque facilis victoria Liu. 7, 29. Aeque proſpero euentu pugnare Id. 8, 13. Quod aeque corpus tegeret et leue eſſet Nep. 11, 1, 5. Aeque bene vſus eſt Id. 23, 4, 3. Iumenta aeque nitida Id. 18, 5, 6. *Saepe ſequitur coniunctio* Ac, Et, Atque. Cic. Acad. 4, . . Et ſomnia dormienti, non *aeque ac* vigilanti probantur. Id. Fam. 2, 2 Cui carus *aeque* ſis et iucundus, *ac* fuiſti patri. Labores non aeque graues imperatori et militi Id. Tuſc. 2 c. 26. Egnatii rem vt tueare, aeque a te peto, ac ſi mea negotia eſſent Id. Fam. 13, 43. Quis miſer aeque atque ego Ter. Andr. 4, 2, 19. *Add.* Id. Verr. Diu. c. 3. Liu. 10, 7 Tum P. Decium COS. purum piumque DIS immortalibus viſum, aeque ac ſi T. Manlius collega eius deuoueretur. Cic. Off. 1, 49 c. 15 Quae beneficia aeque magna non ſunt habenda, atque ea, quae iudicio conſiderate conſtanterque delata ſunt. Aduerte animum: vt aeque mecum haec ſcias Plaut. Aſin. 2, 2, 66. *Sic* Noui *aeque* omnia *tecum* Ter. Phor. 5, 9, 43. *Et cum ſolo ablatiuo, vt comparatiui.* Nullus eſt hoc meticuloſus aeque Plaut. Amph. 1, 1, 137. Plin. 35, 3 Extant certe hodieque antiquiores vrbe picturae Ardeae in aedibus ſacris, quibus equidem nullas aeque demiror tam longo aeuo durantes. *Abundat fere* Plaut. Men. 5, 9, 60 Aeque ambo pares. *Memorabilis etiam formula* Plaut. Mil. 3, 1, 189 Ingenuamne an libertinam? PA. Aeque iſtuc facio, dummodo *etc. i. Nihil mea refert.* Caeſ. Bell. Ciuil. 2 *extr. laudant* Diebusque aeque poſt paucis ſe in regnum cum omnibus copiis recepit. *Sed illud* aeque *ab Vrſini inde aetate expunctum merito.* Plaut. Epid. 2, 3, 2 Nullum eſſe ego agrum opinor in agro Attico Aeque feracem, quam hic noſter Periphanes. Sueton. in Auguſto cap. 64 Ac nihil *aeque* laborauit, *quam* vt imitarentur chirographum ſuum. *Add.* Liu. 5, 6 *et* 28, 26. Ter. Hec. 2, 1, 2 Vt omnes mulieres eadem aeque ſtudeant, nolintque omnia. *Et paullo poſt*, Viris eſſe aduorſas, aeque ſtudium eſt, ſimilis pertinacia eſt. Literae vtrique noſtrum prope aeque gratae erant Cic. Fam. 13, 18. Et conſolando et prope aeque dolendo Id. Fam. 4, 6. Aeque diſcordiam praepoſitorum, aeque concordiam, ſubiectis exitioſam Tac. Agric. c. 15, 4. *Add.* Hiſt. 1, 7, 4. Cic. Off. 2, 30 Fortaſſe non aeque omnes egent. *Paullo ante dixerat*, Sed ea non pariter omnes egemus. Idem pro Domo ſua c. 11 Cn. Pompeium ſtudio et auctoritate *aeque vt* vnumquemque veſtrum opibus, contentione, precibus, periculis denique, praecipue pro ſalute mea laboraſſe. Aeque admiſcentur Scribon. Comp. 88. Aeque teruntur Idem 111. *Add.* Comp. 84. ❡ 2 *Pro* iuſte *poni volunt apud* Senecam Med. 199 *Sed recte ibi Gronouius*, Qui ſtatuit aliquid parte inaudita altera, Aequum (*non* Aeque) licet ſtatuerit, haud aequus fuit. *Certius eſt illud* Plaut. Mil. 5, 22 Sed mihi id aeque factum arbitror, *i. iure merito.* *Compar.* Sall. ap. Seruium ad Virg. Aen. 3, 265. Fame quam ferro aequius perituros. *Superlat.* Iudicas vt qui aequiſſime Sidon. Ep. 5, 11.

AEQVITER, [ἐπίσης] Adu. pro Aeque. Accius Antenorid. Ad populum intelligo referundum, quoniam horum aequiter ſententiae fuere. Liuius Aegiſtho, Nam vt pergam accenſa, et praedam per participes aequiter partita eſt Nonius 11, 26.

AEQVITVS, *Aduerbium, factum ad normam* primitus *et* planitus *Plinio tribui voluit Gronouius Diatr. ad Stat.* c. 32 p. 9. *Locus eſt* Pan. 71, 3 Princeps et candidatus, aequales (*Gron.* aequitus) et ſimul ſtantes. *Sed locus ita dubius certe, vt auctoritatem praeſtare non poſſit.*

AEQVĬTAS, ātis. f. [ἐπιείκεια] Donatus ad Ter. Ad. 1, 1, 26 Inter ius et aequitatem, hoc intereſt. Ius eſt, quod omnia recta et inflexibilia exigit. Aequitas eſt, quae de iure multum remittit. Valer. 6, 5 *extr.* 3 Ita debitum ſupplicii modum legi reddidit: aequitatis admirabili temperamento, ſe inter miſericordem patrem et iuſtum legislatorem partitus. Cic. in Partit. 130 Aequitatis autem vis eſt duplex. Cuius altera directi, et veri, et iuſti, et (vt dicitur) aequi et boni ratione defenditur. Altera ad viciſſitudinem referendae gratiae pertinet. Quod in beneficio gratia, in iniuria vltio nominatur. Id. Top. 90 c. 23 *diſertius etiam quam late pateat* Aequitas *oſtendit:* Cum autem de aequo et iniquo diſſeritur, aequitatis loci colliguntur. Hi cernuntur bipartito, et natura et inſtituto. Natura partes habet duas, tuitionem ſui, et vlciſcendi ius. Inſtitutio autem aequitatis tripartita eſt. Vna pars legitima eſt, altera conueniens, tertia moris vetuſtate confirmata. Atque etiam rurſus aequitas tripartita dicitur eſſe, vna ad ſuperos deos, altera ad manes, tertia ad homines pertinere. Prima pietas, ſecunda ſanctitas, tertia iuſtitia aut aequitas nominatur. *Comprehendit ergo ipſam Iuſtitiam.* Firmiſſimum praeſidium aequitas et continentia Cic. Fam. 15, 4. *Iuſtitiam ipſam ſignificat etiam* Nep. 3, 2, 2 *coll.* n. 3. *It.* Salluſt. Catil. c. 9 Duabus his artibus, audacia in bello, vbi pax euenerat, aequitate ſeque remque publicam curabant. *Sic* Cic. de Off. 2, 22 Aequitas tollitur omnis, ſi habere ſuum cuique non licet. Aequitatem animi *dicimus rectam animi conſtitutionem, tranquillamque affectionem, nusquam vel inclinatam vel ſublatam.* Caeſ. Bell. Gall. 6, 22 Vt animi aequitate plebem contineant, cum ſuas quisque opes cum potentiſſimis aequari videat. Bene Pittacus, Nolo amplius quam centum iugera, quae et meam animi aequitatem et veſtram voluntatem indicent Nep. 8, 4, 2. Si ego eius aequitatem animi probe noui, vendet non inuitus Cic. contra Rull. in Senatu c. 5. Noui moderationem animi tui et aequitatem Cic. de Sen. c. 1. Aequitatem *pro eodem abſolute dixit* Cic. in Piſon. 27 Quo quidem in ſpectaculo, mira reip. aequitas erat, vter eorum periiſſet, tanquam laniſta, in eiusmodi pari lucrum fieri putabat. ❡ 2 *Hinc facile intelligentur formulae:* Cic. Fam. 16, 17 Propter ſummam bonitatem et aequitatem cauſae, *i. iuſtitiam.* Id. pro Caecin. 37 Omnino iam bene agis. A verbis enim recedis, et aequitate vteris, *ea nempe, quae verbis non nimis tenaciter et calumniatorie inhaeret; ſed ad ſententiam legislatoris reſpicit.* *Eodem pertinet* Cic. in Bruto 24 In explicanda aequitate, nihil erat Craſſo copioſius. Idque cum ſaepe alias, tum apud Centumuiros in M. Curii cauſa cognitum eſt. Ita enim multa, tum contra ſcriptum pro aequo et bono dixit. Aequitate alicuius niti, *vid.* NITOR. Id. Off. 2 c. 22 *extr.* Quam autem habet aequitatem, vt agrum multis annis aut etiam ſeculis ante poſſeſſum, qui nullum habuit, habeat: qui autem habuit, amittat? Id. pro Quint. 10 c. 2 Te C. Aquili, vosque qui in conſilio adeſtis, orat atque obſecrat, vt multis iniuriis iactatam atque agitatam aequitatem, in hoc tandem loco conſiſtere et confirmari patiamini. Id. pro Planc. 42 Fugiſti ſententiam legis, aequitatem omnem reieciſti. Id. Off. 1, 64 Difficile autem eſt, cum praeſtare omnibus cupieris ſeruare aequitatem, quae eſt iuſtitiae maxime propria. ❡ 3 Aequitas, *pro* Aequalitate *vel* Aequabilitate Sen. Nat. Quaeſt. 3, 10 Et natura partes ſuas, velut in ponderibus conſtitutas, examinat: ne portionum aequitate turbata, mundus praeponderet. Commoditas et Aequitas membrorum Suet. Aug. c. 79 *eſt iuſta proportio, συμμετρία, ſ. commenſus.*

AEQVĀBĬLIS, e. [ἴσος, ἄρτιος] *Compoſitam aequalitatem inter plura, vel rationem ſ. relationem aequalem, proportionemque adeo indicat.* Cic. de N. D. 1, 50 c. 19 In *infinitate* intelligi neceſſe eſt eam eſſe naturam, vt omnia omnibus paribus paria reſpondeant. Hanc ἰσονομίαν appellat Epicurus, id eſt, aequabilem tributionem. Id. de Inuent. 2, 68 Par *definitur*, quod in omnes aequabile eſt. Id. de Inu. 1, 2 Non ius aequabile quid vtilitatis haberet, acceperat. *Et* Off. 1, 3 c. 1 Sed hoc quoque colendum eſt aequabile et temperatum orationis genus. *Oratorio et forenſi opponitur, in quo multa aſpera ſunt et eminent vltra tenorem illum perpetuum.* *Conf. mox* Lenitas *et* Tractus. Tacit. Hiſt. 4, 5, 5 Quaeſtorius adhuc, a Paeto Thraſea gener delectus, e moribus ſoceri nihil aeque ac libertatem hauſit, ciuis, ſenator, maritus, gener, amicus, cunctis vitae officiis aequabilis, (*proportionem ſeruans, et eundem tenorem vitae*) opum contemtor, recti peruicax, conſtans aduerſus metus. Cic. pro Flacc. 32 In quo igitur praetoris eſt diligentia requirenda? in numero nauium, et in Deſcriptione aequabili ſumtus? *proportionatam diſtributionem vulgo dicunt.* Salluſt. Iugurth. c. 43 Metello Numidia euenerat, acri viro, et quanquam aduerſo populi partibus, Fama tamen aequabili et inuiolata. Cic. de Fin. 5, 35 Itaque e contrario moderati, aequabilesque Habitus, affectiones vſusque corporis, apta eſſe ad naturam videntur. Auct. ad Her. 3, 4 Si dicemus in omnibus Ius aequabile ſtatui conuenire. *Ante iam laudauimus* de Inu. 1, 2. Cic. de Orat. 2, 64 c. 15 Genus orationis fuſum atque tractum, et cum Lenitate quadam aequabili profluens. Id. de Nat. Deor. 2, 32 Nam omne quod eſt calidum et igneum, cietur et agitur moto ſuo. Quod autem alitur et creſcit, Motu quodam vtitur certo et aequabili. *Et* Off. 2, 40 c. 11 Itaque propter aequabilem praedae partitionem, et Bargulus Illyricus latro magnas opes habuit, et multo maiores Viriatus Luſitanus. Plauſus aequabilis Cic. Att. 5, . . Praebere ſe aequabilem Id. Tuſc. 2, . . Id. Q. fratr. 1, 1 Nam eſſe abſtinentem, continere omnes cupiditates, ſuos coërcere, et iuris aequabilem tenere rationem, facilem te in rebus cognoſcendis, in hominibus audiendis admittendisque praebere, praeclarum magis eſt, quam difficile. Satio aequabilis atque perpetua Id. Verr. 3, 112. Id. de Orat. 2, 54 c. 13 Caelius neque diſtinxit hiſtoriam varietate locorum, neque verborum collocatione: et tractu orationis leni et aequabili perpoliuit illud opus. Aequabilis in ſuos, *i.* Aequus Tacit. Ann. 6, 31. Cic. pro Caecin. 70 Iure ciuili ſublato Nihil eſt, quod aequabile inter omnes, atque vnum omnibus eſſe poſſit. *Compar.* Virium illis maior eſt et aequabilior firmitas Sen. Ep. 74. Cic. Att. 5, 20 Nihil ea iurisdictione aequabilius, nihil lenius, nihil grauius.

AEQVABILĬTAS, ātis. f. Denom. [ἰσότης, ἰσομοιρία] *Aequalitas rationis, tenor quidam aequitatis.* Cic. ad Brut. 16 Fortem et liberum animum, quo et Conſul et nunc Conſularis rempublicam vindicaſti, ſine conſtantia et aequabilitate nullum eſſe putaris. Id. de Orat. 2, 345 c. 85 Erit explicandum in laude iuſtitiae, quid cum fide, quid cum aequabilitate, quid cum eiusmodi aliquo officio is, qui laudabitur, fecerit. Lenitas et aequabilitas et purum quaſi quoddam et candidum genus dicendi Id. in Orat. 52. *Et* Off. 1, 90 c. 26 Praeclaraque eſt aequabilitas in omni vita, et idem ſemper vultus, eademque frons: vt de Socrate, itemque de C. Laelio accepimus. Id. de Orat. 2, 209 c. 52 Etiam ſuperioribus inuidetur — ſi aequabilitatem communis iuris praeſtantia dignitatis aut fortunae ſuae tranſeunt. Id. Off. 1, 88 c. 25 In liberis vero populis, et in iuris aequabilitate exercenda, etiam eſt facilitas et altitudo animi quae dicitur. Aequitatem ſe cum caeteris coaequandi, Cicero aequabilitatem vocat Lactant. 5, 14. Aequabilitas motus Cic. de Nat. Deor. 2, 15. Id. Off. 1, 111 c. 31 Omnino ſi quidquam eſt decorum, nihil eſt profecto magis quam aequabilitas vniuerſae vitae, tum ſingularum actionum. *Nimirum etiam pulchritudo corporum in conſenſu quodam et quaſi commenſu diuerſorum ineſt.*

AEQVABILĬTER, Adu. [ἐπίσης] *Aequaliter cum quadam continuatione.* Varro de R. R. 1, 6 Campeſter locus is melior, qui totus aequabiliter in vnam partem vergit. Aequabiliter in rempubl. in priuatos, in longinquos, in propinquos, in alienos, in ſuos irruebat Cic. pro Mil. c. 28. *Add.* de Orat. 2 c. 54 Genus facetiarum aequabiliter in omni ſermone fuſum. Tactus toto corpore aequabiliter fuſus Id. de Natur. Deor. 2, 141. Salluſt. Catil. c. 2 Quod ſi regum atque imperatorum animi virtus, in pace ita vt in bello valeret: aequabilius atque conſtantius ſeſe res humanae haberent. Id. Off. 2, 40 c. 11 Ille autem, qui archipirata dicitur, niſi aequabiliter praedam diſpertiat, aut occiditur a ſociis, aut relinquitur.

AEQVĀLIS, e. [ἴσος, ἔπισος, ἄρτιος, ἀτάλαντος] *Aequam et parem quantitatem notat, et in hoc differt a ſimili, quod ad qualitatem refertur.* Cic. in Laelio, Suntque pares in amore, et aequales. *Speciatim*

*ciatim* Aequalis, *eſt eiusdem aetatis* [ὁμῆλιξ] Demoſthenes maximos oratores habuit aequales Cic. Orat. 105 c. 30. Id. de Clar. Orat. 179 P. Orbius, meus fere aequalis. Id. de Senect. 46 c. 14 Nec cum aequalibus ſolum, qui pauci admodum reſtant, ſed cum veſtra etiam aetate, atque vobiſcum. Ter. Andr. 2, 6, 22 Quem vocabo ad coenam meorum aequalium? *Vbi* Donatus, Aequalium, aetate. Quinctil. 10, 3, 12 Memini narraſſe mihi Iulium Secundum aequalem meum. Sic M. Bruto vſus eſt, vt nullo ille adoleſcens aequali familiarius, quam hoc ſene Nep. 25, 8, 2. Cic. in Bruto 73 Cui cum aequalis fuerit Liuius, minor fuit aliquanto is, qui primus fabulam dedit. Id. de Diu. 1, 39 Dionyſii mater eius qui Syracuſiorum tyrannus fuit, vt ſcriptum apud Philiſtum eſt, et doctum hominem, et diligentem, et aequalem temporum illorum, cum praegnans, *etc.* Ne iſtuc Iupiter O. M. ſierit, vrbem fragili huic et mortali corpori aequalem eſſe Liu. 28, 28. Id. 5, 52 *med.* Sacra quaedam aequalia vrbi, quaedam vetuſtiora. Cic. de LL. 1, 9 c. 4 Sed vero intelligi ſic oportet, et haec et alia iuſſa ac vetita populorum, vim habere ad recte facta vocandi, et a peccatis auocandi: quae vis non modo ſenior eſt, quam aetas populorum et ciuitatum, ſed aequalis illius caelum atque terras tuentis ac regentis Dei. Plin. 9, 53 In Caeſaris piſcinis a Pollione Vedio coniectum piſcem ſexageſimum poſt annum exſpiraſſe ſcribit Anneus Seneca, duobus aliis aequalibus eius ex eodem genere etiam tunc viuentibus. Cic. de Aruſp. Reſp. 37 Etenim quod ſacrificium tam vetus eſt, quam hoc quod a regibus aequale huius vrbis accepimus? *i. mox a condita vrbe inſtitutum.* Id. Philipp. 11, 33 Quid dicam de Deiotaro patre, cuius beneuolentia in populum Romanorum eſt ipſius aequalis aetati? Virg. Aen. 3, 491 Et nunc aequali tecum pubeſceret aeuo. Aequales aeui *h. e. Aetate pares.* Sil. Ital. 3, . . Ouid. Met. 1, 34 Principio terram, ne non aequalis ab omni Parte foret, magni ſpeciem glomerauit in orbis. Ouid. Met. 1, 750 — Fuit huic animis aequalis et annis Sole ſatus Phaëton. Cic. in Orat. 205 Idque quando, aut cur? quibusque partibus, pluribusne an ſingulis, imparibus an aequalibus? Cic. in Bruto 244 Non puto exiſtimare te, ambitione me labi, quippe de mortuis, ſed ordinem ſequens, in memoriam notam et aequalem neceſſario incurro, *i. in mentionem hominum, qui eo tempore vixerunt.* Cic. de Legib. 1, 8 Ipſe autem aequalem aetatis ſuae memoriam depoſcit, vt ea complectatur, quibus ipſe interfuit. Peccata eſſe aequalia contendunt Stoici Cic. Parad. 3. Id. in Orat. 123 Sed erit rebus ipſis par et aequalis oratio. Pares et aequales inter ſe virtutes Cic. de Orat. 1, 83 c. 18. Parem et aequalem verbis vitam agere Pſeudo-Cic. in Salluſt. 1. Aequalis temperies Plin. 34, 2 *de aere Corinthio. Compar.* Strepitus lentior aequaliorque Liu. 24, 46. Neruoſitas filo aequalior Plin. 19, 1. *Superlat.* Aequaliſſima porticus Tertull. de Anima c. 17.

AEQVALĬTAS, ātis. f. [ἰσότης] *Paritas, quantitas eadem.* Cic. in Topic. 71 c. 18 Multa autem ſunt, quae aequalitate ipſa comparantur. Plin. 30, 13 Carnesque excreſcentes, ad aequalitatem redigit: explet quoque, et ad cicatricem perducit. Tacit. Ann. 3, 26 At poſtquam exui aequalitas, et pro modeſtia, ac pudore ambitio et vis incidebat, prouenere dominationes. *Add.* 1, 4, 1. Cic. pro Ligar. 35 c. 12 Quis eſt, qui horum conſenſum conſpirantem et paene conflatum, in hac prope aequalitate fraterna non nouerit. Id. in Partit. 21 c. 6 Habeatque *oratio* ſimilitudinem aequalitatemque verborum. *Et* in Brut. 156 Simul illud gaudeo, quod et aequalitas veſtra, et pares honorum gradus, et artium ſtudiorumque quaſi finitima vicinitas, tantum abeſt ab obtrectatione inuidiae, quae ſolet lacerare pleroſque, vti ea non modo non exulcerare veſtram gratiam, ſed etiam conciliare videatur. Aequalitas veſtra, *i. e. Veſtrarum aetatum.*

AEQVALITER, Adu. quantitatis. [ἐπίσης] Frumentum ciuitatibus aequaliter diſtributum Cic. Verr. 5 c. 70. Liu. 2, . . . Captiuum agrum plebi quam maxime aequaliter darent. Ouid. Faſt. 5, 109 Gratia Pieridum nobis aequaliter adſit. In communi odio paene aequaliter verſatur odium meum Cic. pro Mil. c. 29. *Conf.* Sall. Catil. c. 56 *et* Iug. c. 91. Ouid. Heroid. 7, 49 Iam venti ponent, ſtrataque aequaliter vnda Caeruleis Triton per mare curret equis. Idem Am. 3, 10, 33 Seminaque in latos ierant aequaliter agros. Cic. Acad. 4, 36 Aequaliter omnibus abrogatur fides. Cic. pro Milon. c. 28 Quanquam haec quidem iam tolerabilia videbantur, etſi aequaliter in Rempublicam, in priuatos, in longinquos, in propinquos, in alienos ſuos irruebat. *Al.* aequabiliter. Cic. de Amicit. 56 Vt noſtra in amicos beneuolentia, illorum erga nos beneuolentiae pariter aequaliterque reſpondeat. *Compar.* Altius fructum fert, et aequalius concoquit Colum. de Arbor. c. 4. *Add.* Tac. Ann. 15, 21, 3 *et* Hiſt. 2, 27, 1.

AEQVO, āre. [ὁμαλίζω, ἐξομαλίζω, ἰσόω] *Aequum, ſiue Aequale vel re vel verbis facere, complanare.* Stipitibus cumulatis faſtigium montis aequatum eſt Curt. 6, 6, 29. Plin. . . . . Aequato deinde pauimento, infunditur oleum. Virg. Georg. 1, 178 Area cum primis ingenti aequanda cylindro. Scipio Numantiam exciſam aequauit ſolo Vell. 2, 4, 2. *i. plane diruit, vt nihil emineret.* Liu. 24, 47 Solo aequata omnia inter ſalinas ac portam Carmentalem. *Hinc Metaph.* Liu. 6, 18 Solo aequandae ſunt Dictaturae, Conſulatusque: vt caput attollere Romana plebes poſſit. Virg. Aen. 6, 474 *de Didone apud inferos* — coniux vbi priſtinus illi Reſpondet curis, aequatque Sichaeus amorem. Aequare caelum videtur pontus: *i. Aeque altus eſſe ac caelum, de tempeſtate* Ouid. Met. 11, 497. Curſum alicuius Curt. 4, 1, 2. Ducem vadentem aequare paſſibus Virg. Aen. 6, 263. Formas veras imitamine aequare Ouid. Met. 11, 626. Frontes aequare Liu. 5, 38. *vid.* FRONS. Laborem operum aequare iuſtis partibus, *i. aequaliter in omnes partiri, ſuum cuique opus aſſignando.* Virg. Aen. 1, 511 Labores aequare lacrymis Virg. Aen. 2, 362. *i. digne deflere.* Seruius, Hypallage, pro Laboribus aequare lacrymas. Munia comparis aequare nondum valet iuuenca Hor. Carm. 2, 5, 2. *i. nondum poteſt iugum cum compare ex aequo ferre, aratrumque trahere.* Nomen claris virtutibus aequare Ouid. de Ponto 2, 3, 1. Virg. Aen. 1, 197 Nec prius abſiſtit, quam ſeptem ingentia victor Corpora fundat humi, et numerum cum nauibus aequet, *i. tot ceruos deiiciat, quot ſunt naues.* Virg. Aen. 6, 783 Imperium terris, animus aequabit olympo. Plin. 19, 8 Eruca praecipue frigorum contemtrix, diuerſae eſt quam lactuca naturae, concitatrix Veneris. Idcirco iungitur illi fere in cibis, vt nimio frigori par feruor immiſtus temperamentum aequet. Aequat pretia excellentium margaritarum Plin. 19, 1. Liu. 1, 53 Quin ea arte aequaſſet ſuperiores reges. Idem 31, . . . Quantum quidem velociſſimi pedites curſu aequare poterunt. Plin. 35, 11 Eam enim picturam primus inuenit: quem imitati ſunt multi, aequauit autem nemo. Cic. in Lael. . . . Qui ſunt in amicitiae coniunctionisque neceſſitudine ſuperiores, ſe aequare cum inferioribus debent. Cic. in prooem. Off. 1 Vt non ſolum orationes meas, ſed hos etiam de philoſophia libros, qui ſe iam illis (*al.* qui iam illos, *al.* qui ſe iam cum illis) fere aequarunt, ſtudioſe legas. Cic. de Legib. 3, 24 Inuentum eſt temperamentum, quo tenuiores cum principibus aequari ſe putarint. Cic. Verr. 3, 21 c. 8 Omnium ante damnatorum ſcelera, furta, flagitia, ſi in vnum locum conferantur, vix cum huius parua parte aequari, conferrique poſſe. Liu. 31, 7 Ne aequaueritis Annibali Philippum, ne Carthaginenſibus Macedonas: Pyrrho certe aequabitis. Liu. 26, . . . Ita aequante fortuna ſuſpenſa omnia vtrinque erant, integra ſpe, integro metu. Virg. Aen. 9, 308 — felix ſi protinus illum Aequaſſet nocti ludum, *i. tota nocte luſiſſet.*

AEQVANS, ntis. Vellera nebulas aequantia, *veſtes e lana ſubtiliſſimae* Ouid. Met. 6, 21. Aequantem ſuperos emeruiſſe virum Id. Triſt. 4, 8, 52.

AEQVĀTVS, Partic. [ἰσωθεὶς] Virg. Aen. 5, 844 Aequatae ſpirant aurae. *i. aequabiles, ſine impetu et tumultu tempeſtatum.* Seruius, Aequatae, proſperae: vt, Aequatis claſſem procedere velis. Machina aequata caelo Virg. Aen. 4, 89. Aequata nox diei, *h. e. Aequalis* Plin. 2, 19. Virg. Aen. 7, 698 Ibant aequati numero, *i.* Digeſti in ordinem Seruius. Caeſ. Bell. Gall. 1, 25 Caeſar primum ſuo, deinde omnium e conſpectu remotis equis, vt aequato omnium periculo ſpem fugae tolleret. Liu. 23, . . . Deinde concurſu facto, aequatisque viribus, atrox eſſe coepit pugna. Vela aequata Virg. Aen. 4, 587. *i. aequabili vento impleta, non inſtabili tempeſtate impulſa.*

AEQVATIO, ōnis. f. *Aequandi actus aut Aequalitas adeo. Laudatur ex* Liu. 4, . . . Nec excellere vnum aut alterum ordinem in ciuitate, ſed per aequationem ad dignitates fore credidit, vt multi eſſent, qui arma pro patria ferrent. Cic. Off. 2, 73 c. 21 Capitalis oratio eſt ad aequationem bonorum pertinens: qua peſte, quae poteſt eſſe maior? *i. Vt non plura bona poſſideret vnus quam alius.* Aequatio gratiae, dignitatis, ſuffragiorum. Cic. pro Muren. 47. *quod ipſe ita mox interpretatur,* Vt omnes et dignitatis et gratiae gradus tollerentur. Aequatio fortunae et dignitatis Liu. 34, 31. Aequatio iuris. Liu. 8, 4 Si foedus eſt: ſi ſocietas aequatio iuris eſt, cur non omnia aequantur?

## A E R

AĒR, ăĕris. m. [ἀὴρ] *Elementum ſpirabile,* circumfuſus nobis Spiritus, *vt vocat* Quinct. 12, 11, 13. Plin. 2, 5 Proximum ſpiritus: quem Graeci, noſtrique eodem vocabulo aëra appellant. Vitalem hunc, et per cuncta rerum meabilem, totoque conſertum: cuius vi ſuſpenſam, cum quarto aquarum elemento, librari medio ſpatio tellurem. Cic. de Nat. Deor. 2, 91 c. 36 Principio enim terra ſita in media parte mundi, circumfuſa vndique eſt hac animali (*al.* animabili) ſpirabilique natura, cui nomen eſt Aër. Graecum illud quidem, ſed perceptum iam tamen vſu a noſtris: tritum eſt enim pro Latino. *Add.* Acad. Qu. 1 c. 7. Id. de N. D. 2, 27 Oritur ex reſpiratione aquarum. earum enim quaſi vapor quidam aër habendus eſt. Is autem exiſtit motu eius caloris, qui aquis continetur. Et 101 Mari finitimus aër die et nocte diſtinguitur, isque tum fuſus et extenuatus ſublime fertur; tum autem concretus in nubes cogitur, humoremque colligens terram auget imbribus: tum effluens huc et illuc ventos efficit. Idem annuas frigorum et calorum facit varietates idemque et volatus alitum ſuſtinet, et ſpiritu ductus alit et ſuſtentat animantes. *Nempe ea ratione ſumſit hic aërem* Tullius *vt ſit medium* ſpatium, quod inter caelum eſt et terram, *vt ait* Non. 4, 18 *qui huc refert* Virg. 5, 839 Aëra dimouit tenebroſum et diſpulit vmbras. Virg. Georg. 2, 123 — vbi aëra vincere ſummum Arboris haud vllae iactu potuere ſagittae. *Pro altitudine hic poni ait* Nonius 4, 18. *Add. Philargyr. ad* Virg. l. c. *it. Scalig.* Poët. 5, 16. *et Burm. ad* Grat. 138. Aër, *eodem* Nonio *l. c. auctore* Sunus, Varro Andabatis, Anima, vt concluſa in veſica, quando eſt arcte ligata, ſi pertuderis, aëra reddet. Gell. 13, 19 Ennius in Annali duodeuiceſimo, *aëre fulua* dicit, non *fuluo:* non ob id ſolum, quod Homerus ἀέρα βαθεῖαν dicit, ſed quod hic ſonus (opinor) vocabilior eſt viſus et amoenior. Aërem *ſunt qui dici putant* ἀπὸ τῦ αἴρειν, *quod terram ferat, vel quod ab ipſa feratur. Aliis magis arridet* ἀπὸ τῦ ἄημι, *quod* ſpiro *ſignificat, vnde et producit vltimam.* Lucan. 1, 90 — dum terra fretum, terramque leuabit Aër, et longi voluent Titana labores. Aëra, *Accuſ. ſingul.* Cic. de Nat. Deor. 1 c. 10. Lucr. 4, 287 *etc.* Aëres, *numero plurali dixit* Vitruu. 1, 1 Nouiſſe oportet aëres locorum, qui ſunt ſalubres aut peſtilentes. *Et* c. 4 Nam ſemper calor cum excoquit aëribus firmitatem eripit: et vaporibus feruidis exſugendo naturales virtutes *etc. videntur ſynonymice poni* aëres *et* vapores. Lucret. 4, 292 Reddunt ſpeculorum ex aequore viſum Aëribus binis quoniam res confit vtrinque: *i. radiis vt nunc vocant Phyſici. Add.* 5, 644. ¶ 2 Aeſtus aëris Ouid. Amor. 3, 2, 39. Caliginis aër, *i. Caliginoſus* Lucret. 4, 339. Ouid. A. A. 3, 173 Aëris ecce color, tum cum ſine nubibus aër. *vid. Burm.* Cic. in Topic. 77 c. 20 Deinceps aërei volatus auium atque cantus: deinde eiusdem aëris ſonitus et ardores. Virgil. Ecl. 7, 57 Aret ager: vitio moriens ſitit aëris herba. Agitabilis aër, *i. Mobilis, qui facile huc illuc impellitur* Ouid. Met. 1, 75. Apertus Lucret. 3, 603. Ater, *i. Obſcurus, cui* Candens *opponitur* Lucan. 4, 74. Caſſus lumine Lucret. 4, 369. Saepe ſub autumno, quum formoſiſſimus annus, Aëre non certo corpora languor habet Ouid. A. A. 2, 315, 318. Circumfuſus Id. Met. 1, 12. Cic. Acad. 4, 81 c. 25 Dicet me acrius videre, quam vllos piſces fortaſſe, qui neque videntur a nobis, et nunc quidem ſub oculis ſunt, neque ipſi nos ſuſpicere poſſunt. Ergo vt illis aqua, ſic nobis aër craſſus offunditur. Horat. Epiſt. 2, 1, 244 Boeotûm in craſſo iurares aëre natum. *Huc reſpicit* Iuuen. 10, 50 Summos poſſe viros et magna exempla daturos Veruecum in patria craſſoque ſub aëre naſci. Denſus Hor. Carm. 2, 7, 13. Denſatus et Laxatus, *contraria.* Quinctil. 5, 9, 16. Lucis egens Ouid. Met. 1, 17. Id. Met. 1, 466 Eliſo percuſſis aëre pennis. *vid.* Stridulus. Exilis plantis interuenit aër, *de ſumma curſus celeritate* Stat. Theb. 6, 639. Gelidus, *vid.* Tenuare aërem. Humidus Lucan. 4, 71. Immenſus Tibul. 4, 1, 19. Iucundior Claud. in Nupt. Honorii et Mariae 238. Largus Lucret. 4, 892. Laxatus, *vid.* Denſatus. Liquidus, *i. Purus* Virg. Georg. 1, 404. Liquidus et purus Plin. 2, 25. Liquidum aëra lambere Stat. Theb. 5, 534 *de ſerpente ſitiente.* Lucidus Ouid. Faſt. 1, 105. Madentem rore

aëra

aëra ſuſpirare Lucan. 6, 370. *h. e. Exhalare, vel ſurſum exhalare, emittere, exſpirare.* Magnus Virg. Aen. 1, 300 *de Mercurio,* Volat ille per aëra magnum. Mobilis Lucret. 4, 891. Morbidus, *Vid. h. v.* Nebuloſus et roſcidus aër a flumine Plin. 21, 7. Niger Virg. Georg. 1, 428 *indicium pluuiae.* Nimboſus diſſilit aër Lucan. 5, 631. Nitidus Stat. Silu. 1, 3. Nudus, *i. Apertus* Stat. Theb. 9, . . Obſcurus Virg. Aen. 1, 411. Pallore oblitus infernae domus Lucan. 5, 627. Pacatus, *i. Tranquillus et ſerenus* Lucret. 3, 293. Peſtifer aër ſaeuit Claud. de Bell. Gild. 514. *Plin.* Epiſt. 2, 17, 19 Cryptoporticus parentibus feneſtris Fauonios accipit, transmittitque: nec vnquam aëre Pigro et Manente ingraueſcit. Placidus Lucret. 3, 303. Pluuius Stat. Silu. 5, 1, 104. Pronus, *i. Deorſum vergens* Ouid. Met. 14, . . Id. Met. 6, 47 Vt ſolet aër Purpureus fieri, cum primum aurora mouetur Et breue poſt tempus Candeſcere ſolis ab ictu. Purus Lucret. 4, 328. Purus et tenuis: *cui opponitur,* Caelum craſſum atque concretum. Cic. de Nat. Deor. 2, 42 c. 16. Virg. Aen. 5, 216 - - - mox aëre lapſa quieto Radit iter liquidum, *i.* Secat purum aërem. Seruius. Rarus Lucret. 2, 106. Roſcidus Plin. 21, 7. Stridulus aër Eliſus litis Lucan. 7, 475. Tabificum aëra reſoluit Phoebus Lucan. 5, 110. Temperatus. Cic. 2 de Diuin. Non veriſimile ſolum, ſed etiam verum eſſe cenſent perinde vtcunque temperatus ſit aër, ita pueros orientes animari atque formari, ex eoque ingenia, mores, animum, corpus, actionem vitae, caſus cuiusque euentusque fingi, o delirationem incredibilem! *etc.* *Add.* de N. D. 2, 117 c. 45. Tenebroſus Virg. Aen. 5, 839. Tenuem aëra carpere Virg. Georg. 4, 311. Tenuiſſimus Ouid. Met. 15, 248. Tepidus Ouid. Faſt. 1, 155. Torridus aeſtuat aër Propert. 2, 21, 5. Toto aëre ningit Virg. Georg. 3, 367. Turbidus aër ſpargitur Claud. de Aponi balneis ſ. 49, 35. Vacuus Virg. Georg. 3, 109. Vagus Tibul. lib. 4, 1, 21. Violentior Lucan. 5, 717. ¶ 3 *Verba* aëri *iuncta.* Candeſcit aër, *vid.* Purpureus. Virg. Aen. 3, 514 Haud ſegnis ſtrato ſurgit Palinurus, et omnes Explorat ventos, atque auribus aëra captat. *Vbi,* Seruius, Naturale enim eſt, vt a qua parte flaturus eſt ventus, ad eam auris admota frigidior fiat. *Neſcio, an ita ſubtiliter hic cogitauerit Poeta, nec potius reſpexerit ad murmur tempeſtatum praenuncium; vel lenes motus aquarum.* Cogitur aër in nubem Virg. Aen. 5, 20. Concipit aërem buccina, *i. Vento inflatur inſpirante et canente tubicine* Ouid. Met. 1, 119. Condenſet ſe aër Lucret. 1, 393. Diſcutere aëra Lucret. 6, 831. Lucan. 5, 631 Nec fulgura currunt Clara, Sed obſcurum nimboſus diſſilit aër. Lucret. 4, 936 Interiorem etiam partem ſpirantibus aër Verberat, hic idem cum ducitur, atque reflatur. Ouid. Met. 4, 666 Liquidum talaribus aëra findit. Fluit aër Lucret. 5, 637. Lambere aëra, *vid.* n. 2 Liquidus. Mulcere aëra concentibus Ouid. Faſt. 1, 155. Id. Met. 5, 734 - - - et odorant aëra fumis. *i.* Odoribus replent. Offunditur nobis aër, *vid.* n. 2 Craſſus *etc.* Lucret. 6, 1140 Aëra permenſus multum, camposque natantes. Perrumpere. *Vid.* PERRVMPO. Plaut. Aſin. 1, 1, 86 Iube vna me opera piſcari in aëre, venari autem iaculo in medio mari. Protrudere, Agere, Lucret. 4, 247 *De imaginibus Epicuri.* Veſica arcte ligata ſi pertuderis, aëra reddet Varr. ap. Non. 4, 18. *i. Sonum.* Reflatur aër. Lucret. 4, 936. Reſoluere aëra, *vid.* n. 2 Tabificum. Ouid. Met. 4, 124 - - - ictibus aëra rumpit. Saeuit aër. *Vid.* n. 2 Peſtifer aër. Secare aera pennis Cic. in Arateis. Vrget Aëre ſeptus iter, patitur nec regia cerni Iuno virum Val. Flacc. 5, 399. At Venus obſcuro gradientes aëre ſepſit Virg. Aen. 1, 411. Ouid. Met. 7, 187 Immotaeque ſilent frondes, ſilet humidus aër. Virg. Georg. 3, 336. Solis ad occaſum, cum frigidus aëra Veſper Temperat, et ſaltus reficit iam roſida Luna. *Vbi* Seruius: Temperat, refrigerat. Ouid. Epiſt. 6, 161 Cum mare, cum terras conſumſerit, aëra tentet. *i. Per aëra volet Medea.* Tenuare biga, *i. curru tranſire* Stat. Theb. 1, 338. Tollere denſo aëre aliquem Hor. Od. 2, 7, 13. Viderunt aëra exuti montes Stat. Achil. 1, 427. *i. nudati ſunt montes arboribus et vmbris, caeloque libero expoſiti.* Voluere Lucret. 4, 287. ¶ 4 Aër *etiam dicitur tuborum cauitas, qua aëra trahunt fiſtulae.* Sen. Quaeſt. Nat. 3, 24 Facere ſolemus formas, in quibus aëre tenui fiſtulas ſtruimus. Frontino *eſt* Lumen *v. v.* Aër et Aether *in MSS. confunduntur obſeruante Drakenb. ad* Sil. 13, 527. ¶ 5 *De homine taciturno et ſecretorum capace dici poteſt, quidquid etiam ſit de vera illius loci lectione et interpretatione,* Ciceronis *formula* Att. 1, 18 Non homo, ſed litus, aër, ſolitudo.

AERIVS, a, um. [ἀέριος] *vel* AEREVS, *quod in aëre eſt vel fit etc.* Cic. in Topic. 77 c. 20 Deinceps aërii volatus auium atque cantus, *i. Qui fiunt in aëre.* Aërium, *pro* Alto. Virg. Ecl. 1, 59 Nec gemere aëria ceſſabit turtur ab vlmo. Aditus aërios claudere alicui, *h. e. Iter per aërem* Ouid. Epiſt. 18, 44. Alpes aëriae, *Altae* Virg. Georg. 3, 474. Ouid. Met. 2, 226. Arces, *i.* Altae Virg. Aen. 3, 291. Aſtra Virg. Aen. 5, 518. *al. leg.* Aetheria. Auis, *Per aërem volans* Ouid. de Arte Am. 1, 26. Cacumen, *i. Altum* Catul. 64, 240. Columbae Ouid. de Ponto 3, 3, 19. Cupreſſus Catul. 64, 291. Curſus, *i. Volatus* Ouid. Met. 6, 709. Genus animantium pennigerum et aërium Cic. de Vniuerſ. 31. Grues Virg. Georg. 1, 375. Iter aërium peruolare Ouid. Faſt. 2, 252. Virg. Georg. 4, 1 Protinus aërii mellis coeleſtia dona Exequar. Mel aërium *vocat, quia ex rore colligitur: qui ex aëre defluit.* *Add.* Samonic. c. 16. *Et* Buchner. ad Venantii Eleg. de Reſurr. Chriſti v. 26. Murus, *i. Altus* Valer. Flacc. 6, 553. Virg. Ecl. 3, 69 - - - aëriae quo congeſſere palumbes, *i. Altius in aëre volantes; vel vagae,* Scalig. ad Ariſt. 1. Hiſt. Anim. Apol. 19. *Vid.* Taubmann. ad Virg. p. 11. Quercus Virg. Aen. 3, 680. Rupes Virg. Georg. 4, 508. Spes Arnob. 2, 86 *i. Caſſa, vt exponit Meurſius Exerc. Crit.* p. 17 Part. 2, 1, 5. Venti Catul. 64, 142. Vias aërias carpere Ouid. de Arte Am. 2, 44. Volucres Lucret. 1, 12.

AERIA, ae, f. Dea Iuno ab aëris regno nuncupata. Mart. Capell. 2. p. 38. ¶ 2 *Antiquum* Aegypti *nomen* Gell. 14, 6. *Vid.* AEGYPTVS.

AERINVS, Adi. Caeruleus, vergens in aërium colorem. *Vt,* Aues aërinae Tertull. de Habitu Mulier. cap. 8. *Vid.* Salmaſ. Exerc. Plin. p. 399. 770.

AERĬPES, ĕdis. Adi. [ἀερόπους] *ſignificare volunt Celerem, quaſi aerios pedes habentem, h. e. leues. Sic certe* Seruius *interpretatur* Virg. Aen. 6, 803 Fixerit aeripedem ceruam licet. *Et per* ἐπισυναλοιφὴν Duas ſyllabas in diphthongum contractas ait: *Alii tamen rectius ab* Aes, χαλκόποδα *interpretantur, i. ſolidos, indefatigabiles pedes habentem.* Ita Homer. χαλκόποδες ἵπποι. Iliad. Θ. v. 41. et ν. v. 23. *Vid.* Scal. in Auſon. 1, 16. p. 48. qui et ipſe *ab* Aes, aeris, *deriuat. Nempe* Auſon. in Gripho Ternarii ſ. Eid. 11, 14 Vincunt aeripedes ter terno Neſtore cerui. Ouid. Her. 6, 32 *Melius* Aenipedes *legitur, quam* Aeripedes.

AERA, ae. [αἶρα] *Herba inimica ſegetibus, de qua ſic Plinius* 18, 17 Eſt herba quae cicer enecat et eruum, circumligando ſe: vocatur orobanche: triticum ſimili modo aera. *Et paullo poſt,* Aerae granum minimum eſt, in cortice aculeato. Cum eſt in pane, celerrime vertigines facit: aiuntque in Aſia et Graecia balneatores cum velint turbam pellere, carbonibus id ſemen iniicere. *Hactenus Plinius. Latine* Lolium *volunt appellari* Virg. Ecl. 5, 37 Infelix lolium, et ſteriles dominantur auenae. ¶ 2 Aera, ae, f. Aerae, *plur.* Aera, numeri nota Lucillius, Hoc eſt ratio peruerſa, aera ſumma et ſubducta improbe. *Haec* Non. 2, 42. *Sed apud* Lucillium *quidem* aera *eſſe pluralis numeri, vix dubium eſt; legendum autem videtur,* Haec eſt ratio: peruerſa aera, ſumma et ſubducta improbe. *Bis peccatum in ratione,* aera *ſingula* peruerſa; ſumma, *quae inde colligitur,* improbe ſubducta. *Non certius illud alterum,* Morem ſecutus calculonum, qui ingentes ſummas aeris breuioribus exprimunt, res geſtas ſignabo, non eloquar Sext. Ruf. Feſt. Praef. Breuiarii. *Libri enim meliores* aere breuiori, *quod defendit contra Scaligerum et Salmaſ. ad Vop.* ll. cc. *Hauercampus. Haec itaque loca praeſidii nihil praebent conſuetudini, quae poſt inualuit, vt* Aera *diceretur numerus, et adhiberetur v. g. apud* Grammaticos, Epaphroditum, et Vitruuium Rufum, *quorum plura dat* Salmaſ. ad Solin. pag. 483. *Item in Epocha illa nobili Hiſpanica, quae* Aera *vel* Era *cum diceretur, inde aliae Epochae hoc nomen accepiſſe quibusdam videntur. Porro* Aera *illa orta videtur Geneſio Sepuluedae apud Scaligerum de Emend. temp.* l. 5 p. 447 *ex notis* A. E R. A. *id eſt,* Annus Erat Auguſti, *quod deridet Scaliger; ridiculum eſſe negat in Etymologico, ſed nec probat, Voſſius. Non ſine errore* Iſidorus Or. 5, 36 Aera ſingulorum annorum conſtituta eſt a Caeſare Auguſto, quando primum cenſum exegit, ac Romanum orbem deſcripſit. Dicta autem *aera* ex eo, quod omnis orbis *aes* reddere profeſſus eſt reipublicae. Aera *certe Hiſpanica annis* XXVIII *Annum Chriſti, et Auguſti illum nobilem cenſum, praecedit. Denique* Aera *pro numeris cantilenarum etiam dicta eſt, vnde Gallorum* Air *et* Aria *Italorum ortum; ſi fides Salmaſio ad* Vopiſci Aurel. c. 8 p. 432. Hack. *Illud maneat* Aeram *eſſe numerum Barbaris, qui cum* Aera *pro numeris dici pluraliter, accepiſſent, de quo ſub* AES n. 6. *inde* Aeram *ſuam formarunt: cuius exempla pluſcula dabit Scaliger* l. c.

AERĬNVS, Adi. [αἴρινος] *Loliaceus, ab* Aera. Plin. 22, 25 Aerina farina magis caeteris purgat vlcera vetera. Idem 21, 19 Panis vero cum melle et aerinea farina. Sic Hermolaus Auenae farina.

AERANTHEMIS, *vid.* ANTHEMIS.

AERARIVM, *Et caetera id genus, Vid.* AES, aeris.

AERENERVI, *Vox monſtroſa, quae profertur ex* Iulio Firmic. 6, 31. Muſicos faciunt, qui lyrae vel harenarios, vel aereneruos dulci modulatione percutiant. *Sed apparet locum eſſe mendoſum: legendum forte, ex neſcio cuius coniectura,* qui lyrae vel cytharae neruos dulci modulatione percutiant.

AEREVS, et AERIPES. *Vid.* AER.

AERIDES, [αἰρίδες] Gemmae ſunt e Beryllorum genere Plin. 37, 5.

AERIZVSA, ae. *Iaſpis aërii coloris.* Plin. 37, 8 Plurimae ferunt iaſpidem gentes: Smaragdo ſimilem Indi: Cypros duram glaucoque pingui: Perſae aëri ſimilem, ob id vocatur Aërizuſa, caeli autumnali matutino ſimilis. *Vid.* Dioſc. 5, 160.

AERO, ōnis. m. *Sic certe melius, quam* ero *vel* hero, quae Barbarae aetatis ſunt. *Eſt autem* aero *ſacci genus.* Donatus in Ter. Phorm. 1, 2, 72 *Phormio* non a *formula,* ſed a *phormione* dicitur ſparteo, quem nos *eronem* dicimus triuialiter et pro conſuetudine. *In argumento fabulae* fiſcum ſparteum *appellat. Vindicatum deinde hoc nomen etiam* Vitruuio 5, 12 *vbi* creta in aeronibus ex vlua paluſtri factis calcari *iubetur. Sic enim legi iuſſerat Cuiac. Obſ.* 7, 39 *vbi tractat* l. 31 ff. Locati Cond. *vbi* Alfenus, quod ſi *inquit,* ſeparatim tabulis aut heronibus, aut in alia cupa cluſum vnius cuiuſque triticum fuiſſet, ita vt internoſci poſſet, quid cuiusque eſſet. *Obſeruat idem Cuiacius, Graecos hic dediſſe pro* aeronibus, cophinos. *Tandem etiam* Plin. 36, 14 ſ. 21 *Cuiacii eiusdem indicio legebant viri docti,* Id conſecutus eſt ille aeronibus, arena plenis, molli cliuo ſuper capita columnarum exaggerato, paullatim exinaniens imos etc. *De Cherſiphrone et templo Epheſio. Quam lectionem deinde ex MSS. firmauit Harduinus, cum in antiquis editionibus eſſet* peronibus. *Add. Turneb.* 24, 2. *Salmaſ. ad* Solin. p. 574. Vet. Gloſſ. Aëro χόιξ. *Videtur autem* Aero *dictus* ἀπὸ τῦ αἴρειν, *quia eo commode aliquid tollitur, geriturque.*

AEROĪDES, f. Plural. Gemmae, ſmaragdi ſpecies Plin. 37, 5.

AËROMANTĪA, [ἀερομαντεία] Diuinatio ex aëre Iſidor. 8, 9.

AERŎPE, es. [Ἀερόπη] *Atrei vxor, a Thyeſte adulterio corrupta.* Ouid. Triſt. 2, 391 Si non Aëropen frater ſceleratus amaſſet, Auerſos Solis non legeremus equos.

AËROPETES, [ἀεροπετὴς] *Quo titulo ſextum ſuum librum, quo de volatilium condimentis agit, inſcripſit* Apicius.

AËROPHAGIA, ae. Per contumeliam aërophagiae Petron. c. 56 *forte eſus auicularum; alii aliter, vid. Burm.*

AËROPHOBVS, i. [ἀερόφοβος] Aërophobos ſimiles eſſe aiunt phreneticis Cael. Aurel. Acut. 3, 12. *Conficta vox ad ſimilitudinem* Hydrophoborum.

AERVCA, ae. Vitruu. 7, 12 pr. De ceruſſa aerugineque, quam noſtri aerucam vocant, non eſt alienum, quemadmodum comparetur dicere.

AERVGO, ĭnis. f. [ἰὸς χαλκῦ] *Rubigo in aere, vt Ferrugo in ferro.* Columel. 7, 5 Vel aeris aerugine infriata. Plin. 34, 12. *et* 28, 7 Aes contactum graue virus odoris accipere et aeruginem, magis ſi decreſcente luna id accidat. Virides obducta aerugine nummi Prud. Pſychom. v. 602. Sedul. 4, 21 Non mordax aerugo vorat, non tinea ſulcat. Aerugo raſa Scribon. 34. 203. 206. Cypria aerugine temperare Plin. 33, 5. ¶ 2 Aerugo, *poëtice translatum, pro Linguae mordacitate, ſeu Maledicentia, vel Liuore et inuidia.* Martial. 2, 10 Vteris ore aliter, nimiaque aerugine captus, Allatras nomen, quod tibi cunque datum eſt. Hor. Serm. 1, 4, 101 - - - hic nigrae ſuccus loliginis, haec eſt Aerugo mera. Martial. 10, 33 Vt tu, ſi viridi tinctos aerugine verſus Forte malus liuor dixerit eſſe meos. *i. Liuore, et maledictis.* ¶ 3 *Item pro immodico pecuniae et lucri ſtudio, propterea quod eo, tanquam aerugine quadam, ingenia praeclara, et ad res maiores nata, corrumpuntur ac deprauantur.* Hor. de Arte Poët. 330 - - - at haec animos aerugo, et cura peculi Cum ſemel imbuerit, etc. Lambinus. *Sic et* Apul. Met. 1 ſub fin. p. 112, 4 Aerugini intentum

intentum *pro Auaro dixit: vbi tamen* Aerugo *contemtim pro auro argentoque poni videtur.*

AERVGĬNO, āre. *Aerugine corrumpi* Vulg. Int. Iac. 5, 3 Aurum et argentum veſtrum aeruginauit. Habet et Fulg. Ep. ad Ven. et Saluian. de Auar. 1 p. 31.

AERVGINŌSVS, a, um. Adi. *Aeruginis plenus.* Sen. de Breu. Vitae cap. 12 Maiorem dierum partem aeruginoſis lamellis conſumit.

AERVMNA, ae. f. [ταλαιπωρία] Labor oneroſus. Chariſius ait Ennium per E ſimplex ſcriptitaſſe, quod mentem eruat. *Sed alii rectius ab* αἴρω, *gero, tollo, quaſi* αἰρομένη. Aerumna, aegritudo laborioſa Cic. Tuſc. 4 c. 8. Animus aequus optimum aerumnae condimentum Plaut. Rud. 2, 3, 71. *Add.* Ouid. Triſt. 4, 6, 26. *et* in Ibin 119. *Minus igitur recte ſuperfluam hanc vocem indicat Quinctil.* 8, 3, 26. *vid.* Voſſ. Inſtit. Or. 2, 4, 7. Scheffer. de Re vehic. 2, 2. *Certe vſus Ciceronis ſatis Fabium redarguit.* Cic. de Fin. 2, 118 c. 35 Vel Herculis perpeti aerumnas (ſic enim maiores noſtri labores non fugiendos, triſtiſſimo tamen verbo, aerumnas etiam in deo nominauerunt) exigerem ex te. Idem Poſt redit. in Senat. 33 Quod ſi mihi aeternam eſſe propoſitam aerumnam arbitrarer, morte me ipſe potius, quam ſempiterno dolore multaſſem. *Sententia vetus apud* Quinctil. 9, 3, 15 Quam magis aerumna vrget, tam magis ad male faciendum viget. Graues Sen. Herc. 4. Cic. de Fin. 5, 95 Vt vbi virtus ſit, ibi eſſe miſeria et aerumna non poſſit. Ornatus aerumnis Cic. pro Sylla, 50 *legebatur ante Gruterum. Sed hic dedit,* Tu ornatus exuuiis huius venis ad eum lacerandum. Lucret. 3, 50 Omnibus aerumnis affecti denique vivunt. Plaut. Amph. 1, 2, 26 Vno vt labore exſoluat aerumnas duas. *De Alcmena quae vno partu geminos edidit, al.* Abſoluat. Incidere in aerumnas Cic. Att. 3, 14. Perpeti aerumnas Cic. de Fin. 2, 118 c. 35. Aerumnae omnes te premunt Cic. in Parad. 2. Leuare aerumnas fletibus Sen. Troad. 86. Plaut. Perſ. 1, 1, 2 Superauit aerumnis ſuis aerumnas Herculis. ¶ 2 In pontificalibus myſteriis *Romanorum apud* Arnob. 7 p. 230 Aerumnae ſunt prima in gurgulionibus capita, qua deiicere cibos et referre natura eſt ruminatoribus ſacculis, *i. bubus et aliis animalibus ruminantibus.*

AERVMNO, āre. Cathol.

AERVMNĀLIS, Adi. [ταλαίπωρος] *Laudatur* Apuleius Met. 1 pr. Mox in vrbe Latia aduena ſtudiorum Quiritium indigenum ſermonem aerumnali labore aggreſſus nullo magiſtro praeeunte excolui. *Sed rectius eſt* aerumnabili, *quod dederunt Elm. et Pricaeus. Nempe*

AERVMNABĬLIS, e. *Aerumnis plenus.* Lucret. 6, 1228 Illud in his rebus miſerandum magnopere vnum Aerumnabile erat. Apuleium Met. 1 pr. *modo laudauimus in* Aerumnalis. Id. 8 p. 205, 19 Elm. Aerumnabili vitae ſeſe ſubtrahere tacita decernit.

AERVMNŌSVS, a, um. *Idem* Cic. Tuſc. 4, 82 At eos, qui ſe aegritudini dediderunt, miſeros afflictos, aerumnoſos, calamitoſos. Nihil eſt aerumnoſius Sen. de Ira 2, 7. Aerumnoſiſſimus Cic. Att. 3, 23. et pro Cluent. 201 c. vlt. Infelix et aerumnoſus Cic. Verr. 5, 161. Aerumnoſa et miſeriarum compos mulier Plaut. Epid. 4, 1, 32. Inopes, aerumnoſas vt aliquo auxilio adiuuet Plaut. Rud. 1, 4 extr. Cic. Tuſc. 3, 67 c. 28 *ex Euripide,* Si mihi nunc triſtis primum illuxiſſet dies, Nec tam aerumnoſo nauigauiſſem ſalo; Eſſet dolendi cauſſa *etc. Videtur vitae miſerias incommodae* nauigationi comparare. Perſ. 3, 79 Quod ſapio ſatis eſt mihi: non ego curo Eſſe quod Arceſilas aerumnoſique Solones.

AERVMNĀTVS. *Forma participii quaſi a verbo* Aerumno, *quod in* Catholico *laudatum eſt, profertur ex* Plaut. Capt. 3, 4, 108 Tum igitur ego aerumnatus, deartuatus ſum miſer. *h. e. Multis aerumnis affectus. Sed diu eſt cum editur* deruncinatus.

AERVMNVLA, ae. Dimin. Plautus apud Feſt. refert furcillas, quibus religatas ſarcinas viatores gerebant, quarum vſum quia C. Marius retulit, MVLI MARIANI poſtea appellabantur. *Apud* Plautum *hodie non exſtat,* niſi in Sticho 3, 1, 9 *pro* Miſerias *cum Douſa legas* Aerumnulas.

AERVSCO, *vid. inter deriuata ab* AES.

## A E S

AES, aeris. n. [χαλκὸς] *Genus eſt metalli, cui deſcribendo librum* 34 *a principio inde impendit Plinius. Notabilia praeſertim tria* genera, Regulare, Coronarium, et Caldarium *memorat* Plin. 34. 8 ſ. 20 In Cyprio coronarium tenuatur in laminas: taurorumque felle tinctum, ſpeciem auri in coronis hiſtrionum praebet. Idemque, in vncias additis auri ſcrupulis ſenis, praetenui pyropi bractea igneſcit. Regulare et in aliis fit metallis: itemque Caldarium. Differentia, quod caldarium funditur tantum, malleis fragile, quibus regulare obſequitur, ab aliis ductile appellatum, quale omne Cyprium eſt. Sed et in caeteris metallis cura diſtat a caldario. Omne enim purgatis diligentius igni vitiis, excoctisque, regulare eſt. In reliquis generibus palma Campano. *Haec* Plinius. Aeris metalla inuenit Cynira, Agriopae filius, idque in inſula Cypro. *Id.* Plin. 7, 56. ¶ 2 *Per Metonymiam* Aes *ponitur pro formis ex aere factis. Vt* Ouid. Met. 8, 32 Cum vero faciem demto nudauerat aere, *i. Depoſita galea. Sic* Lucr. 2, 636 Armati ni numerum pulſarent aeribus aera, *i. armis arma. Sic pro Roſtris nauium:* Virg. Aen. 1, 36 Vela dabant laeti, et ſpumas ſalis aere ruebant. Val. Flacc. 1, 688 *eodem ſenſu de Argo naui* - - - et ſpumas vomit aere tridenti. *Sed num* Horatius Od. 1, 1, 13 Trabem Cypriam *dixerit pro aerata, merito dubites. Videtur potius ad merces Cyprias reſpici. Caeterum pro Statuis ex aere.* Virg. Georg. 1, 480 Aera *abſolute poſuit:* Et moeſtum illacrymat templis ebur: aeraque ſudant. Id. Georg. 3, 363 *pro diuerſo genere ſupellectilis aereae,* Aeraque diſſiliunt vulgo: veſteſque rigeſcunt. *Sic Agrimenſoribus* Aes *dicitur aerea tabula, quae formam agrorum deſcriptam habet: vid. Rigalt. Gloſſ. agrim. Sic* Tac. Ann. 12, 53 Fixum eſt aere publico SCtum, *i. tabula aenea. Plura id genus occurrent n. 9.* ¶ 3 *Vſitatiſſime vero* Aes *pro pecunia et numis accipitur, cum antiquiſſima pecunia ex illo cuderetur, immo ante numorum vſum pretium aliarum rerum aeris pondere aeſtimaretur. Vid.* Plin. 33, 3 ſ. 13. *Idem* Plin. 18, 3 Seruius rex ouium boumque effigie primus aes ſignauit. *Repetit* 33, 3. *et addit,* Signatum eſt nota pecudum, vnde et pecunia appellata. Varro R. R. 2, 1, 9 Aes antiquiſſimum, quod eſt flatum, pecore eſt notatum. Aes *itaque, et* Aera *pro* pecunia *ſaepe ponuntur.* Vlpian. l. 159 ff. de V. S. Etiam aureos numos aes dicimus. *Laudatur* Catonis *nomine,* Fundum aeribus ſuis emtum poſſidebant. *Et profert ex* eodem Chariſ. 1 p. 97 Aeribus equeſtribus de duobus millibus actum. Ter. Phor. 3, 2, 26 Ancillam aere erutam ſuo. Hor. Od. 4, 8, 2 Donarem pateras grataque commodus, Cenſorine, meis aera ſodalibus. *Et* A. P. 343 Hic meret aera liber Soſiis. Id. Epiſt. 1, 7, 23 Quid diſtent aera lupinis. Liu. 5, 4 Annua aera (*ſtipendia*) habes; annuam operam ede. Iuuen. 2, 152 Pueri, qui nondum aere lauantur. *Cum numerantur* millia aeris, Aſſes aeri *intelliguntur,* librales *illi antiquiſſima aetate Romanorum, quorum* decem *vno* denario *argenteo permutarentur: quod pondus ipſaque ratio aeris ad argentum ſubinde imminutum. Vid. Viri docti ad locum ea de re claſſicum,* Plin. 33, 3 ſ. 13: *praeſertim Gronou. de Pec. Vet.* 3, 15. *Sic* millibus aeris *aeſtimatur cenſus ille antiquiſſimus Romanorum, inſtitutum Seruii Tullii:* Liu. 1, 43 Ex iis, qui centum millium aeris, aut maiorem cenſum haberent, LXXX confecit centurias etc. *Sed etiam ſub finem rei publicae.* Terna millia aeris in ſingulos menſes expenſum ſumtui ferre ſolitus eſt Atticus, *apud* Cornelium 25, 14, 6. *Sed* Sall. Catil. 33, 2 Propter magnitudinem aeris alieni argentum aere ſolutum eſt, *i. pro ſeſtertio argenteo, quarta illius tunc pars, as aereus, et ita pro omni debito quarta illius pars. Sic Gronou. de P. V.* 4, 5 *ex* Vell. 2, 23. *Vid. mox* Aes Graue. ¶ 4 Aere dirutus miles. Feſtus, Dirutum aere militem dicebant, cui ſtipendium ignominiae cauſa non eſſet datum, quod aes diruebatur in fiſcum, non in militis ſacculum. Nonius 12, 53 Aere diruti appellabantur milites, quibus propter ignominiam ſtipendium, id eſt merces menſtrualis, aut annua, quae eſſet in numis aereis, ſubtrahebatur. *Laudat deinde* Varronis *verba,* cui datum non ſit (*ſtipendium*) propter ignominiam, aere dirutus eſſet. *Hoc verbo* Cicero *facetiſſime* in Verrem *vſus eſt* 5, 33 c. 13 Aleatoris Placentini caſtra commemorabuntur, in quibus cum frequens fuiſſet, tamen aere dirutus eſt. *i. Quamuis non eſſet emanſor, ſed frequens in caſtris aleatoriis, tamen* aere dirutus eſt, *i. Stipendia perdidit, alea ſcilicet omnia abſumente.* Idem Philipp. 13, 26 Fraudator creditorum Trebellius, homo dirutus diruptuſque Q. Caelius. *i. Tum hernioſus, tum diſſipato patrimonio expeculiatus, atque omni aere exhauſtus. Add.* Auſon. Epiſt. ad Paullum, Centoni praefixa extr. Procedere mihi inter frequentes ſtipendium iubebis: ſin aliter aere dirutum facies; vt cumulo carminis in fiſcum ſuum redacto etc. ¶ 5 Aera, χαλκοὶ, *numuli viliores.* Centum aureolos, ſic velus aera, roget Martial. 11, 28, 12. *Sic* Stipis aera Ouid. Faſt. 1, 219. *Conf.* Caſaub. ad Theophraſt. περὶ ἀπονοίας. ¶ 6 Aera *plurium numero, etiam ſingulares illi numeri ſunt, vel capita, quae in pecuniariis rationibus ponuntur, e quibus deinde ſumma Acceptorum et Expenſorum colligitur.* Cic. Hortenſ. ap. Non. 3, 18 Quid tu? ſoles, cum rationem a diſpenſatore accipis, ſi aera ſingula probaſti, ſummam, quae ex his confecta ſit, non probare? *Sic* Varro de L. L. 4, 36 p. 42, 9 Eſt veteris conſuetudinis, vt retro aera dicerentur, ita vt ſemis tertius, ſemis quartus pronuntiarent. *De ſententia loci diſputat Gronou. de P. V.* 1, 3 p. 22. *Illud apparet* aera *eſſe numeros in re pecuniaria.* Id. Varro Myſteriis ap. Scalig. de Em. Temp. p. 448 Aes defrudaſſe coponem — tum portitores aera induxe. *Sed illum Varronis locum* Non. 1, 95 *ſic dedit Mercerus* p. 25 pr. Tum portitores erram duxe. *Itaque hic aliquid eſt ex ingenio Scaligeri. Certius illud* Voluſ. Maecian. in diſtribut. extr. *apud Gronou. de P. V.* p. 400 Iisdem notis — aera exprimebantur. *Illud quidem manet* Aera *eſſe numeros ſ. ſummas pecuniae in rationibus poſitas vel inductas.* Poſtas *etiam Germani appellant, q. d.* poſitas. ¶ 7 Aes alienum Vlpian. l. 213. D. de Verb. Signif. Aes alienum eſt, quod nos aliis debemus: aes ſuum eſt, quod alii nobis debent. Cic. pro Quint. 15 Cum aeris alieni aliquantulum eſſet relictum. Salluſt. Catil. . . . Simul quod aes alienum per omnes terras ingens erat. *i. Multi erant obaerati.* Aeris alieni atque litis comes miſeria. *Chilonis Lacedaemonii oraculum apud* Plin. 7, 32. Nexus ob aes alienum. *Vid.* NECTO. Cic. 13, 44 Si quid aeri meo alieno ſuperabit. *h. e. Si quid mihi ſupererit, poſtquam aes alienum diſſoluero.* Cic. Philipp. 2, 36 Etenim quae res egeſtati et aeri alieno tuo, praeter mortem Caeſaris ſubuenire potuiſſet? *i. Vnde aes alienum diſſoluiſſes: niſi ex morte Caeſaris tanta pecunia tibi acceſſiſſet?* Cic. Fam. 7, 23 *Ludens de* ſignis Martis *et* Saturni *emto illo ſibi inuito hoc emendo,* Haec enim duo ſigna putarem mihi aes alienum attuliſſe. Plaut. Stich. 1, 3, 49 Alienum aes cogat. (auctionem facere) Cic. Q. Fratr. 1, 1, 8 Nullum aes alienum nouum contrahi ciuitatibus. Idem Att. 13, 46 Ex quibus mihi etiam aes alienum faciendum puto, *i. mutuo ſumendum. Eodem ſenſu,* Quique aes alienum grande conflauerat Sall. Catil. 2, 9 *et* 14. Cic. Verr. 4, 28 Metuiſti, ne aes alienum tibi creſceret. Cic. Phil. 11, 13 c. 6 Videte etiam P. Decii auctionem clariſſimi viri, qui maiorum ſuorum exempla perſequens, pro alieno ſe aere deuouit. Aes alienum diſſoluere, *i. Soluere creditoribus, et ab eis ſe liberare* Cic. pro Sylla c. 20. Donare aes alienum Cic. ad Brut. 6. Eiicite ex animo curam, atque alienum aes, ne quis formidet flagitatorem ſuum Plaut. Caſin. Prol. 24. Cic. Verr. 4, 11 c. 6 At hominem video auctionem feciſſe nullam, vendidiſſe praeter fructus ſuos nihil vnquam, non modo in aere alieno nullo, ſed in ſuis numis multis eſſe et ſemper fuiſſe. Cic. Phil. 11, 13 O hominem ridiculum, qui ſe Exire aere alieno putaret poſſe, quum venderet aliena! Aes alienum Exonerare Paul. in l. profectitia D. De iure dotium Cic. Fam. 5, 6 Itaque nunc me ſcito tantum Habere aeris alieni, vt cupiam coniurare, ſi quiſquam recipiat. *Add.* Verr. 4 c. 6 Incidere in aes alienum Cic. Catil. 2, 20. *Vid.* INCIDO. Inueteraſcere eorum aes alienum non patiebatur *Atticus,* neque multiplicandis vſuris creſcere Nep. Att. 2, 5. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 22 Interim Milo quos ex aere alieno Laborare arbitrabatur, ſolicitabat. Leuare ſe aere alieno. *Vid.* LEVO. Liberare ſe maximo aere alieno Cic. Att. 14, 20. Add. 6, 2. Luere aes alienum *h. e. Diſſoluere* Curt. 10, 2, 25. Plin. Epiſt. 9, 37 Pleriſque iam nulla cura minuendi aeris alieni, quod deſperant poſſe Perſolui. Obrui aere alieno. *Vid.* OBRVO. Brutus ad Cic. Fam. 11, 10 fin. Tantum abeſt, vt meae rei familiaris ſit liberum quidquam, vt omnes iam meos amicos aere alieno obſtrinxerim. Oppreſſus aere alieno Cic. pro Font. 1. Perſoluere *totum diſſoluere vid. modo* Minuere. Reddere cauſas aeris alieni Sen. de Benef. 2, 8. Relinquere aes alienum Cic. pro Quint. . . Succurrere aeri alieno Sen. de Benef. 2, 7. Cic. Off. 2, 55 c. 16 Liberales autem, qui ſuis facultatibus aut captos a praedonibus redimunt, aut aes alienum Suſcipiunt amicorum, aut in filiarum collocatione adiuuant. Vacillare in vetere aere alieno Cic. Catil. 1, 21. Aes alienum *etiam eſt, de quo* Cic. Att. 2, 1 Tuſculanum et Pompeianum me valde delectant, niſi quod me ipſum illum vindicem aeris alieni, aere non Corinthio, ſed hoc Circumforaneo obruerunt. Aes circumforaneum, *quod ab argentariis foenerantibus ſumitur, qui tabernas habebant in porticibus circa forum.* ¶ 8 *Iam reliquas* Aeris *appellationes indicabimus.* Contrarium aes *apud* Feſtum *eſt* Graue aes. *Nam quae appenduntur, vt illi aſſes librales, illa* contra cara *eſſe dicuntur. vid.* CONTRA. Fuſum aes in Panibus, *vid.* PANIS. Aes graue *dici coepit, poſtquam aſſes aerei non amplius librales, ſed ſextantes, tum vnciales,*

*les, denique etiam ſemunciales facti ſunt*, qua de re Plinii 33, 3 ſ. 13 *ante laudauimus: quoties indicare voluerunt ſcriptores, ex veteri illa computatione intelligi ſummam, in qua X aſſes aerei librales reſpondeant vni denario argenteo, ſ. quatuor numis ſeſtertiis. (Nimirum vt hodieque in rationibus publicis pariter et priuatis vtimur nominibus numorum, qui iam nulli ſunt) ſiue deinde illa ſumma in aere ſ. in argento vel auro adeo ſoluta intelligatur. Interdum etiam* aeris grauis *nomen ad hoc ſolum adhibetur, vt indicetur agi de antiquis illis temporibus, vbi as ille aereus ita grauis fuit. Haec fere ſumma illorum, quae erudite diſputauit in libello* de Aere graui *Iac. Perizonius. Sic* Liu. 4, 60 Indicibus dena millia aeris grauis, quae tum diuitiae habebantur, data. Id. 5, 12 Denis millibus aeris grauis reos condemnauit. Sen. ad Helu. 12 Scipionis liberi a Senatu tutore ſuo in dotem aes graue acceperunt. Seru. ad Aen. 6, 862 Aes graue *et* Argentum graue, *ſimpliciter interpretatur* maſſas. *Sed* aes graue *etiam ſignatum eſſe, dubio caret. Nec obſtat* Liu. 4, 60 Et quia nondum argentum ſignatum erat, aes graue plauſtris quidam ad aerarium conuehentes, ſpecioſam etiam collationem faciebant. *Quod negat de argento, de aere affirmat.* Cic. Fam. 13, 62 Et me hercule ſemper ſic in animo habui, te in Meo aere eſſe, *i. inter amicos meos eſſe.* In aere enim meo eſt, *idem eſt quod meum, et in bonis meis eſt, atque in cenſu meo.* Idem Fam. 15. 14 Multi anni ſunt, cum ille in aere meo eſt. Aere meo me laceſſis. *Formula* Plauto *temere aſſignata,* Poen. 1, 2, 83 *Recte enim ibi editur hodie* Enimuero, here, (*non* aere) meo me laceſſis ludo, et delicias facis. Aes militare, Pecunia quae in ſtipendium militum de aerario a Tribunis aerariis adnumerari Quaeſtori ſolebat. Aſconius. *Add.* Varr. L. L. 4, 36.

¶ 9 *Sequuntur alia* Aeris *cognomina, vt* Aeris flos, [χαλκȢ ἄνθος] *Medicamentum rodens. v. g.* Veget. Veter. 4, 28, 2. *Paſſim vtitur eo* Scribonius. Aeris ſquama, [λεπὶς χαλκȢ] Celſ. 5, 5 *inter ea* quae purgant vulnera: *et* quae adurunt 5, 8. *Add.* Scribon. 51 *etc.* Aes combuſtum, [χαλκὸς κεκαυμένος] *Medicamentum eſt* rodens Celſo 5, 6 *etc.* Aes vſtum vocat Veg. Veter. 4, 28, 2. Aere acuto incidere venas Scribon. 16. *i. cui acies eſt, non quod ſolum pungat.* *Sed* Acuta aera, *quae* Corybantes geminant, *ſunt arma acute ſonantia.* Hor. Carm. 1, 16, 8. Aegineticum aes. *Vid.* Deliacum Sil. 17, . . . Circum arguta cauis tinnitibus aera, ſimulque Certabant rauco reſonantia tympana pulſu. Virg. Aen. 9, 503 At tuba terribilem ſonitum procul aere canoro Increpuit. Idem Aen. 3, 240 - - - dat ſignum ſpecula Miſenus ab alta Aere cauo. Cauum aes, pro Vaſe aereo concauato Ouid. Met. 4, 504. Virg. Aen. 3, 286 Aere cauo clypeum magni geſtamen Abantis Poſtibus aduerſis figo. Seruius, Aeris caui: vt Pulcra prole. Ouid. Met. 4, 29 - - - impulſaque tympana palmis Concauaque aera ſonant, longoque foramine buxus. Cordubenſe. *vid.* Salluſtianum Aes. Corinthium *de quo locus claſſicus* Plin. 34, 2 Ex illa autem antiqua gloria, Corinthium aes maxime laudatur; hoc caſus miſcuit *etc.* *Vid.* CORINTHVS. Crepitantia Curetum, *i. arma* Virg. Georg. 4, 151. Decorum Virg. Aen. 12, 210 pro Orichalco, *vt ait* Seruius. Plin. 34, 2 ſ. 4 Antiquiſſima aeris gloria Deliaco fuit mercatus in Delo concelebrante toto orbe, et ideo cura officinis, tricliniorum pedibus fulcriſque. Ibi prima nobilitas aeris. Peruenit deinde ad Deûm ſimulacra, effigiemque hominum et aliorum animalium. Proxima laus Aeginetico fuit. Inſula et ipſa nec aes gignens, ſed officinarum temperatura nobilitata. Virg. Georg. 2, 464 Illuſasque auro veſtes, Ephyrëiaque aera. *i. Corinthia.* *Vid.* EPHYRE. Exercita pulſu aera. *Vid.* Tacent Aera. Fuluum Ouid. Met. 1, 115. Hepatizon, ſuo colore pretioſum ad iecinoris imaginem vergens, procul a Corinthio, longe tamen ante Aegineticum atque Deliacum, quae diu obtinuere principatum Plin. 34, 2 ſ. 3. Liuianum, *vid.* Salluſtianum Aes. Marianum, *vid.* Salluſtianum Aes. Micantia *i. Arma* Virg. Aen. 2, 734. Ouid. Epiſt. 3, 31 Viginti fuluos operoſo ex aere lebetas, Et tripodas ſeptem pondere et arte pares. Paphium, *h. e.* Cyprium Ouid. in Ibin 440. Raucum, *pro Clypeo aereo, ad teli tactum, raucum ſonum emittente* Virg. Aen. 2, 545. Rauci aeris canor, *h. e. Tubarum clangor.* Virg. Georg. 4, 71. *Conf.* Aen. 6, 165. Lucan. 1, 432 - - - quos aere recuruo Stridentes acuere tubae. *h. e. Litui inflexi incitauere ad ineundam pugnam.* Renidens Virg. Georg. 2, 282 *de armis totius aciei.* Rotunda aera, pro Cymbalis. Propert. 4, 7, 61 Qua numeroſa fides, quaque aera rotunda Cybebes, Mitratiſque ſonant Lydia plectra choris. Plin. 34, 2 Proximum (Orichalco) bonitate fuit (Aes) Salluſtianum in Centronum Alpino tractu, non longi et ipſum aeui. Succeſſitque ei Liuianum in Gallia. Vtrumque a metallorum dominis appellatum: illud ab amico diui Auguſti, hoc a coniuge: velocis defectus. Liuianum quoque certe admodum exiguum inuenitur. Summa gloria nunc in Marianum conuerſa: quod et Cordubenſe dicitur. Saturnia aera, *Vaſa aerea, quibus vtebantur tempore Saturni in ſacris.* Perſ. Sat. 2, 59 Aurum vaſa Numae, Saturniaque impulit aera. Ouid. Met. 12, 46 *de fama* - - - tota eſt ex aere ſonanti, Tota fremit, voceſque refert, iteratque quod audit. *Vid.* Burmann. ad loc. qui legit, ex Ore ſonanti. Sonorum Claud. Paneg. 3, 119. Virg. Georg. 4, 173 *de Cyclopibus,* Alii ſtridentia tingunt Aera lacu. Temeſaea, *a Temeſe oppido Cypri, in quo praecipua aeris bonitas et fertilitas fuit, vt tradit Strab. lib. 6.* Ouid. Faſt. 5, 441. Add. Stat. Achill. 1, 412. Tinnula Ouid. Met. 4, 393. Illi robur et aes Triplex circa pectus erat Hor. Od. 1, 3, 9. Cic. Verr. 5, 33 c. 13 Cognoſcentur omnia iſtius aera illa vetera, *i. crimina paene obliterata, tanquam aes alienum antiquum.* Vetuſta, *Moneta vetus* Ouid. Faſt. 1, 220. Ouid. de Ponto 2, 7, 10 Qui ſemel eſt laeſus fallaci piſcis ab hamo, Omnibus vnca cibis aera ſubeſſe putat.

¶ 10 *Verba quaedam denique addimus.* Ouid. Faſt. 5, 441 Rurſus aqua tangit, Temeſaeaque concrepat aera. Conflare aes. *h. e. liquefaciendo commiſcere.* Plin. 7, 56 Aes conflare et temperare Ariſtoteles Lydum Scythen monſtraſſe: Theophraſtus Delam Phrygem putat. Domare aera, *h. e. Malleis tundendo mollire, et in longum latumue ducere* Stat. Achill. 1, 30. Plin. 7, 37 Edixit Alexander, ne quis ipſum alius quam Apelles pingeret, quam Pyrgoteles ſculperet, quam Lyſippus ex aere Duceret. *De eadem re* Hor. Epiſt. 2, 1, 241

> Edicto vetuit, ne quis ſe praeter Apellem
> Pingeret, aut alius Lyſippo duceret aera
> Fortis Alexandri vultum ſimulantia.

Virg. Aen. 6, 848 Excudent alii ſpirantia mollius aera. Incidere in aere, et in aes. *Vid.* INCIDO. Mutari aere. *Vid.* MVTO. Armati pulſant aeribus aera Lucr. 2, 636. Tacent aera Stat. Achill. 1, 427.

AERA, ae. *Vid. ſupra* ſ. I.

AERĀMEN, inis. n. *Idem quod* Aes. Commodianus Inſtruct. 20 Et Deos audetis aeramine dicere fuſos. Sic Flos aeraminis apud Th. Priſcian. 1, 22. *Add. Id. ſ. Octau. Horatian.* 1, 9 *et* L. 12 C. de Oper. publ.

AERAMENTVM, i. n. Denom. [χάλκωμα Gloſſ.] *Sunt autem* Aeramenta, *Opera ex aere facta, quemadmodum* Ferramenta *ex ferro.* Plin. 35, 15 In reliquo vſu aeramentis illinitur. Decocta amurca vngi aeramenta contra rubiginem Id. 15, 8.

AERARIA, ae. *Locus in quo aes effoditur, vt* Auraria, Ferraria Plin. 34, 13. Varr. L. L. 7, 33. *Eſt ex Adiectiuo* Aerarius, *int.* Officina.

AERARIVM, ii. n. [δημόσιον, ταμεῖον] *Q.* d. Aerarium *penu. Pecunia publica vno in loco condita.* Quam ſenatus vnam poſt hanc vrbem conſtitutam ex aerario aedificandam putaret Cic. de Aruſp. reſp. c. 8 *coll.* c. 7 extr. Feſtus, Aerarium ſane populus Romanus in aede Saturni habuit. Cic. Tuſc. 3, 48 Et quidem C. Gracchus quum largitiones maximas feciſſet, et effudiſſet aerarium, verbis tamen defendebat aerarium. Aerarium *populi,* Fiſcus *principis dicitur.* Plin. Paneg. 36 Quam iuuat cernere aerarium ſilens et quietum, et quale ante delatores erat! Nunc templum illud, nunc vere aedes, non ſpoliarium ciuium, cruentarumque poenarum ſaeuum receptaculum — At fortaſſe non eadem ſeueritate fiſcum, qua aerarium cohibes. Immo tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo, quam de publico credis. *Interdum tamen pro eodem a Iureconſultis vſurpatur.* Martian. l. 1. §. 5. D. Ad l. Cornel. de falſis. Paul. l. 13. D. de iure fiſc. *Sic* Aerarium commune *et* priuatum Nep. 3, 3, 3. *et* 25, 8, 3. *Vid.* FISCVS. Aerarium pro *Loco et repoſitorio publicae pecuniae.* Referre in aerarium pecuniam Id. Agrar. 2 c. 27. *De triplici Romanorum aerario vid. Manut. ad* Cic. Att. 7, 15. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 14 Quibus rebus Romam nuntiatis, tantus repente terror inuaſit, vt quum Lentulus Conſul ad aperiendum aerarium veniſſet; ad pecuniam Pompeio ex S. C. proferendam, protinus aperto ſanctiore aerario ex vrbe profugeret. *Conf.* Plin. Pan. 36 *quemmodo propoſuimus. Signa quoque militaria ſeruabantur in aerario: v. Liu.* 3, 69 *ibique Valeſ. ed. Gron.* p. 324. Ad aerarium rationes *ſuas* referebant *imperatores exercituum ex prouinciis decedentes.* Cic. in Piſon. 61 Rationem ad aerarium retuli continuo Caeſar, ſicut lex tua iubebat. *Nempe quod* docet ipſe Fam. 5, 20 pr. Lege Iulia relinquere rationes in prouincia neceſſe erat, eiuſdemque totidem verbis referre ad aerarium. *Add.* Fam. 2, 17 pr. Concionalis Hirudo aerarii, *vid.* HIRVDO. Suet. Aug. 49 Aerarium militare cum vectigalibus nouis conſtituit, *h. e. Quod peculiariter accommodatum eſſet ad ſoluenda militum ſtipendia.* *Add.* Tac. Ann. 1, 78, 2. Aerarium ſanctius, *quod prorſus intactum erat, ex quo nihil promi licebat, niſi in ſumma et prope extrema reipublicae neceſſitate.* Liu. 27, 10 Aurum viceſimarium, quod in ſanctiore aerario ad vltimos caſus ſeruabatur, promi placuit. In aerario ſanctiore condere Cic. Verr. 4 c. 63. Id. Att. 7, 21 Attulit mandata ad Conſules, vt Romam venirent, pecuniam de ſanctiore aerario auferrent, ſtatim exirent vrbe relicta. *Metaph. de exercitatione ſtili.* Quinct. 10, 3, 3 Illic opes velut ſanctiore quodam aerario reconditae.

AERARIVS, ii. m. [χαλκεὺς] *Qui aerea opera fabricatur.* Plin. 16, 6 ſ. 8 Certo in Aerariorum tantum officinis compendio, quoniam deſinente flatu protinus emoriens ſaepius recoquitur. Mart. 12, 57 Negant vitam Ludimagiſtri mane, nocte piſtores, Aerariorum marculi die toto.

¶ 2 Aerarius *fieri dicebatur,* qui plebeius a Cenſoribus in Ceritum tabulas referebatur, ac per hoc non eſſet in albo centuriae ſuae: ſcilicet ad hoc, vt eſſet ciuis, ſed tantummodo vt pro capite ſuo tributi nomine aera penderet. *Haec Budaeus fere ex* Aſconio. *Vnde* Aerarium facere, *et* inter aerarios, ſiue in aerarios referre, *pro eodem leguntur. V. g.* Varr. ap. Non. 3, 5 Hoc eſt magnum, Cenſorem eſſe, et non ſtudere multos aerarios facere. Cic. pro Cluent. 122 c. 43 Vt alter in aerarios referri, aut tribu moueri iubeat, alter vetet. Liu. 24, 18 His, ſuperioribuſque illis equi adempti, qui publicum equum habebant, tribuque moti, aerarii omnes facti. Valer. 2, 9, 7 Salinator vero quatuor atque triginta tribus inter aerarios referre non dubitauit. *Nempe non ſoli plebeii, ſed Senatores etiam equiteſque ſic notari poterant. Vid. Gronou. de Pec. Vet.* 4, 1 p. 263. Cic. pro Cluent. 126 Aerarium relinquere. *Contra* Cic. de Orat. 2, 268 c. 60 Is qui te ex aerariis exemit, luſtrum condidit. *Pro* Aerariis *ap.* Lamprid. in Alex. cap. 43 *legendum eſt* Arcarii: *vbi vid.*

AERARIVS, a, um. *Quod ad aes pertinet.* Plin. 33, 5 Laudationem eandem (chryſocollam) in aerariis metallis, et proximam in argentariis fieri compertum eſt, *i. aerariis fodinis.* Fabros aerarios *nobiles recenſet* Plin. 34, 8. Id. 34, 1 A rege Numa collegio tertio fabrûm aerariorum inſtituto. *Add.* Vitruu. 2, 7. Aerariam fabricam alii Chalybas monſtraſſe putant, alii Cyclopas Plin. 7, 56. Id. 34, 13. Scolecia fit et per ſe raſa ab aerario Lapide, de quo nunc dicemus. Chalcitim vocant lapidem, ex quo et ipſum aes coquitur. Mergus. *Vid. h. v.* Milites, *vt ait* Varro de L. L. 4, 36 Dicuntur ab Aere, quod ſtipendia facerent. Officina Plin. 18, 10. Aeraria fabrica Idem 7, 56. Tac. A. 13, 28 Neue multam ab iis (Tribunis pl.) dictam, quaeſtores aerarii in publicas tabulas ante quatuor menſes referrent. Aeraria ratio Cic. pro Quint. c. 4. *i. pecuniaria.* Aerarii tribuni, a tribuendo aere ſunt appellati. *Sic* Feſtus. At Varro de L. L. lib. 4, 36 Ab eo, quibus attributa erat pecunia, vt militi reddant, Tribuni aerarii dicti. Cic. Att. 1, 16 Maculoſi Senatores, nudi Equites, Tribuni non tam aerati, quam, vt appellantur, aerarii. *Deſcribit iudicium, quo Clodius abſolutus erat, corruptum. Iudicabant tum tres ordines; de plebe* tribuni aerarii. *Vid. Manut. ad h. l. ex* Aſcon. Pediano ad Milon. extr. et pro Scauro. *Porro* tribuni aerarii, *vt qui pecuniam P. R. tractarent, videntur ſumti de diuitibus. Debebant ergo eſſe* aerati, *i. bene numati. Sed hi erant reuera, vt vocabantur,* aerarii, *i. corrupti aere, vt* numarii, *corrupti numis. Vel poſſunt intelligi* aerarii, *in Ceritum numerum relati; certe referendi ex merito.*

AERĀTVS, a, um. [χαλκωτὸς] *Quod aere tectum eſt: vt* Auratus *ab* Auro. Cic. Verr. 4, 60 c. 26 Iam vero lectos aeratos, et candelabra aenea. Abaci aerati, *vid.* infra, Oſtia aerata. Aeratae acies, *vid.* ACIES. Stat. Theb. 4, 110 Omnibus aeratae propugnant pectora crates, *i. loricae.* Claſſes, *Naues roſtris aereis munitae* Virg. Aen. 8, 675. Clypeus Sil. 15. . . Cuſpis Ouid. Met. 5, 9. Fores Tibul. 1, 3, 72. Hominem aeratum Plautus *pro pecunioſo et bene numato poſuit in* Moſtel. 4, 2, 9 Ferocem facis, quia te aeratus amat. *Sic quidam* MSS. *quos laudat* Malaſp. ad Cic. Att. 1, 16. *Nam in pleriſque exemplaribus legitur,* Ferocem facis, quia te herus tam amat. Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 3 Interim. L. Naſidius a. C. Pompeio cum claſſe

nauium ſedecim, in quibus paucae erant Aeratae, L. Domitio Maſſilienſibusque ſubſidio miſſus. *Add.* Hor. 2 Od. 16, 21. *Conf.* Scheffer. de Mil. Nau. 2, 5. Camillo inter crimina obiecit Sp. Caruilius Quaeſtor, quod aerata Oſtia haberet in domo. Nam triclinia aerata, abacosque et monopodia Cn. Manlium Aſia deuicta primum inuexiſſe triumpho ſuo L. Piſo auctor eſt. Plin. 34, 3 f. 7 et 8 Pila Propert. 4, 1, 76. Portae Ouid. Met. 8, 41. Poſtes Virg. Aen. 2, 481. Id. Aen. 9, 121

--- hinc virgineae (mirabile monſtrum)
Reddunt ſe totidem facies, pontoque feruntur,
Quod prius aeratae ſteterant ad littora prorae.

Puppes Ouid. Met. 8, 103. Securis Virg. Aen. 11, 656. Tela Tibul. 1, 10, 25. Triclinia, *vid. paullo ante in* Oſtia.

AERĔVS, a, um. [χάλκεος] *Quod ex aere factum eſt: quod* Ahenum *etiam dictum eſt.* Virg. Aen. 1, 448 Aerea cui gradibus ſurgebant limina, nexaeque Aere trabes: foribus cardo ſtridebat ahenis. *Loquitur de foribus templi.* Nam priſci, *teſte Plin.* 34, 3 limina etiam ac valuas ex aere in templis factitauere. Caſſis Sil. 3, . . . Clauus Plin. 16, 10 extr. Clypeus Virg. Aen. 12, 541. Enſis aereus Virg. 7, 743. Galea Virg. Aen. 5, 490. Puppis *i. Nauis aerata* Virg. Aen. 5, 198 Rota Virg. Aen. 5, 274. Seculum aereum, *ſiue* Aetas aerea, *dici poteſt, quae* Ouid. Met. 1, 125 Tertia poſt illas ſucceſſit aënea proles. Temo Virg. Georg. 3, 173. Vas Plin. 12, 7.

AERICĀNVS, *Idem quod* Aeriſonus Cathol. Gloſſ.

AEREI, *Subſt. numi aerei.* Aerei ſignati Vitruu. 3, 1.

AERĬFER, Adi. [χαλκοφόρος] *i.* Aes ferens. Ouid. Faſt. 3, 740. Iamque erat ad Rhodopen, Pangaeaque flumina ventum: Aeriferae comitum concrepuere manus, *i.* Crepitacula aerea ferentes.

AERĬFEX, ĭcis. m. [χαλκότυπος] Gloſſ. Gr. Lat.

AERIFICE, Adu. Nihil ſunt Muſae policis veſtri, quas aerifice duxti Varr. ap. Non. 4, 30. *Rutgerſ.* Var. Lect. 1, 2 *legit*, quam cerifice etc. *De aliorum emendationibus, vid. Id. ib. et Lipſ. Crit.* pag. 875.

AERIFICIVM, [χαλκουργημα] Dictum quod fit ex aere. Varro γνῶθι σεαυτὸν, Nihil ſunt muſae politis, veſtrae quaſi aerificae duxti. Nonius 2, 10. *Sed locus mirifice corruptus, quem collatione* 4. 130 *Sanare cupit Gothofredus. Mercero placet, quod viſum ait doctis,* Nihil ſunt muſae Polyclis veſtrae, quas aerifice duxit. *Fuerit ergo* Aerifice *Aduerbium, quod ſignificet, arte Fabri aerarii: vt* Regifice.

AERIFODĪNA, ae. f. Varro. de L. L. 4, 1.

AERILAVINA, *vel* AERELAVINA, *Verbum confictum, ad eludendos, ſi qui nimium etymologiae tribuant.* Varr. de L. L. 7, 33 Vbi lauetur aes aerarias non aerelauinas nominari, et vbi fodiatur argentum argenti fodinas dici, neque vbi fodiatur ferrum ferrifodinas, *etc.*

AERINEVS, a, um. *Hinc per Syncopen factam eſſe vocem, Aeneus, cenſet Voſſius Etymolog.* p. 12.

AERĬPES, ĕdis. [χαλκόπους] *Aereos vel Aeratos pedes habens, quo celeritatem ſignificare volunt Poëtae, Drakenb.* Sil. 3, 39. *Sed et de robore poterit intelligi. Vid.* AËRIPES, *ſub* AËR.

AERESCRIPTVRA, ae. *Forma agri in aenea tabula deſcripta.* Aggen. Vrb. p. 54 *bis.*

AERISŌNVS, Adi. [χαλκόφωνος] *Vt* Antra, Curetum aeriſona Sil. 2, 93. *i. quae Sono armorum illorum perſtrepunt.* Stat. Theb. 1, 265 --- melius votis Mareotica fumat Coptos, et aeriſoni lugentia flumina Nili, *i. propter ſiſtra, queis in Iſidis ſacris vtebantur.* Ida aeriſona Valer. Flac. 1, 704. *Et* 3, 28 Aeriſono de monte ratem, praefixaque regum Scuta videt. *Cum reſpectu ad tumultuoſa illa ſacra Cybeles.* Vrbes, *h. e. Reſonantes propter crebros peluium et tintinnabulorum aereorum crepitus in eclipſi Lunae pulſari ſolitorum* Claud. de Bell. Get. 234.

AERO, āre. [χαλκόω] *Aere munio vel orno.* Priſcian. de ſpeciebus verborum lib. 8 p. 828 A metallorum quoque nominibus ſolent naſci verba: vt ab *auro, auro auras*: ab *aere, aero aeras*: vnde *auratus*, et *aeratus*. Huius verbi compoſita ſunt Obaero, et Subaero.

AERŌSVS, a, um. [χαλκώδης] Feſtus, Aeroſam appellauerunt antiqui Cyprum, quod in ea plurimum aeris naſcatur. Aeroſum aurum. *Quod multi aeris admiſtionem habet.* Plin. 33, 5 E diuerſo aeroſum contrahit ſe, hebetaturque, et difficulter ferruminatur. Ferrum aeroſum Plin. 34, 14. *i. fragile.* Idem 34, 1 *vbi de aeris generibus,* Fit et e lapide aeroſo, quem vocant Cadmiam: celebritas in Aſia, et quondam in Campania, etc. Pecunia aeroſa *dicitur* a Scaeuola in l. 102 D. de ſolution. *Quae aes mixtum habet.* Creditor, *inquit,* oblatam a debitore pecuniam, vt alia die accepturus diſtulit, mox pecunia qua illa reſpub. vtebatur, quaſi aeroſa, iuſſu principis ſublata eſt, et caet. *conf.* Bynkershoek Obſ. Iur. 3, 4 p. 232. *Ita* Argentum aeroſum *vocat* Schol. Iuu. 9, 31.

AERVSCO, āre. *Aera, ſc. numos quibuscunque artibus aucupari, ac colligere.* Sen. de Clem. 2, 6 Vultum quidem non deiiciet, nec animum ob aeruſcantis ciuis aut pannoſi aridam faciem, et innixam baculo ſenectutem. *Vſus et* Gellius 9, 2 *de mendicabulo,* Muſonius aeruſcanti cuipiam id genus, et Philoſophum ſe oſtentanti, dari iuſſit mille numûm.

AERVSCATOR, ōris, m. *Mendicabulum vagum, ſed proprie de praeſtigiarum artificibus dicebatur.* Gellius 14, 1 *Interpretatur,* Aeruſcatores, *inquit,* et Cibum quaeſtumque ex mendaciis captantes, *atque id nominis de Chaldaeis vſurpat.* Vulcat. in Caſſio, cap. 9 *legitur,* Audiſſe enim te arbitror, quod aeruſcatores de eo nuntiarent. *Sed emendat Salmaſius,* veri Statores.

AESCVLOR, āri. [χαλκολογῶ] Vet. Gloſſ. *idem cum* Aeruſco.

AESCVLATOR, ōris. [χαλκολόγος,] Numularius Vet. Gloſſ.

AESCVLANVS, *vid. mox ante* AESCVLAPIVM.

AESĂCVS, [Αἴσακος] *Priami ex Alexirrhoe nympha filius, quum amore Heſperies nymphae Cebrenii fluuii filiae captus, eam fugientem perſequeretur, illa a ſerpente in pede icta interiit: tantoque dolore Aeſacum affecit, vt moriturus e ſcopulo ſe in mare praecipitarit. Quem miſerata Thetys, in mergum transformauit. Ille vero indignatus, quod mori non potuerit, ſe mergere nunquam deſiſtit: vnde et* Mergus *a Latinis dictus eſt.* Ouid. Met. 11, 762 ſqq.

AESĀLON, onis: *vel* AESĀLVS, i. [αἰσάλων] *Genus accipitris apud* Plin. 10, 8 Aeſalona Graeci vocant, qui ſolus omni tempore apparet: caeteri hieme abeunt. Idem 10, 74 Aeſalon vocatur parua auis, oua corui frangens: cuius pulli infeſtantur a vulpibus. Inuicem haec catulos eius ipſamque vellit. Quod vbi viderunt corui, contra auxiliantur, velut aduerſus communem hoſtem.

AESAPIVS, Adi. [Αἰσάπιος] Valer. Flac. 3, 420. Ampycides petit aduerſis Aeſapia ſiluis Flumina.

AESAR, ăris. [Αἴσαρ] *Fluuius in Calabria apud Crotonem. Meminit* Ouid. Met. 15, 22 --- lapidoſas Aeſaris vndas, I, pete. ¶ 2 *Etruſca lingua* Deus. Suet. Aug. 97 Sub idem tempus ictu fulminis ex inſcriptione ſtatuae eius prima nominis litera effluxit. Reſponſum eſt, centum ſolos dies poſthac victurum, quem numerum C litera notaret: futurumque, vt inter Deos referretur, quod AESAR, id eſt, reliqua pars e Caeſaris nomine Etruſca lingua Deus vocaretur.

AESARĒVS, a, um, *a flumine* Aeſare. Ouid. Met. 15, 54 Inuenit Aeſarei fatalia fluminis ora.

AESCHĬNES, ĭnis, m. [Αἰσχίνης] Athenienſis orator, Demoſthenis aemulus: *paſſim laudatus etiam noſtris, v. g.* Plin. 7, 30. *tum iunior* Plin. Epiſt. 2, 3, 10. 4. 5, 1 *etc.* et Val. Max. 8, 10. *et* Cic. de Orat. 3, 211. *et* in Bruto. Quinctil. 2, 17 *et* 10, 1. ¶ 2 Aeſchines *Socraticus laudatur* Cic. de Inu. 1, 31.

AESCHRIO, ōnis. *Nomen hominis Syracuſani, in Herbitenſibus decumis publicani, cui vxor fuit Pippa Verri adamata.* Cic. Verr. 2 c. 14 *etc.*

AESCHȲLVS, [Αἰσχύλος] *Poëta tragicus Athenienſis.* Hor. in Arte Poët. 278

Poſt hunc perſonae, pallaeque repertor honeſtae
Aeſchylus, et modicis inſtrauit pulpita tignis,
Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno.

Val. Max. 9, 12 eum appellat originem et principium fortioris tragoediae. *Vid.* Plin. 10, 3. Quinctil. 10, 1. Cic. Tuſc. 2, 23. ¶ 2 Aeſchylus Gnidius, rhetor, Ciceronis praeceptor, ornato et faceto verborum genere vſus eſt Cic. in Brut. 325.

AESCHYLEVS, Adi. [Αἰσχύλειος] Propert. 2, 34, 41 Deſine et Aeſchyleo componere verba cothurno. *Sed Brouckhuſius, apud quem eſt* 2, 25, 41 Deſine Achilleo.

AESCHYNOMĔNE, es. [Αἰσχυνομένη] Herba eſt, Plinio ita dicta, quod appropinquante manu folia contrahit. *vid.* 24, 17.

AESCVLANVS et ARGENTINVS, *Dii, Aeris et Argenti:* Auguſtin. de C. D. 4, 21. Quid neceſſe erat — commendare — Deo Aeſculano, et Filio eius Argentino, vt habeant aeream, argenteamque pecuniam? Nam ideo patrem Argentini Aeſculanum poſuerunt, quia prius aerea pecunia in vſu eſſe coepit, poſt argentea. Miror autem, quod Argentinus non genuit Aurinum etc.

AESCVLAPIVS, [Ἀσκληπιός] *Apollinis ex Coronide nympha filius, et idem medicinae deus habitus.* Seru. ad Aen. 6, 618. Tarquitius *apud* Lactantium 1, 10 eum incertis natum parentibus, expoſitum in ſiluis, repertum a venatoribus, canino lacte nutritum et cuſtoditum a cane, Chironi traditum, didiciſſe medicinam; fuiſſe autem Meſſenium, ſed Epidauri moratum. Tullius etiam Cynoſuris ait ſepultum. *Haec* Lactantius. *Androgeonem Minois filium ab Athenienſibus interfectum, et Hippolytum dicitur ad vitam reuocaſſe. De illo* Propert. 2, 1, 63 *De hoc* Seru. ad Aen. 6, 398 *et* 7, 761 *Vbi etiam propterea a Ioue fulminatus memoratur. Quum Romani ſaeuiſſima peſte laborarent, inſpectis Sibyllinis libris didicerunt, non aliter priſtinam recuperari ſalubritatem poſſe, quam ſi ab Epidauro, vbi plurimum colebatur, Aeſculapius eſſet arceſſitus. Itaque miſſis Epidaurum legatis, Aeſculapius praegrandis ſerpentis ſpecie Romam naui aduectus, in inſulam Tiberinam vbi templum ei dicatum eſt, tranauit, aduentuque ſuo peſtem omnem diſpulit. Haec ſumma eorum, quae narrat* Val. Max. 1, 8, 2. Ouid. Met. 15, 640 Anguis Aeſculapius (ait Plin. 29, 4) Epidauro Romam aduectus eſt, vulgoque paſcitur et in domibus. *Quin et angui multa ineſſe remedia creduntur, et ideo Aeſculapio dicatur. Sunt qui putent ſerpentes Aeſculapio propterea dicatos, quia ſunt vigilantiſſimi: qualem oportet medicum eſſe.* Aeſculapii fons Athenis, in quo quae immerſa ſunt, in Phalerico redduntur Plin. 2, 103. Aeſculapios *multos facit* Cic. de Nat. Deor. 3, 57 c. 22 Aeſculapiorum primus Apollinis, quem Arcades colunt, qui ſpecillum inueniſſe, primusque vulnus dicitur obligauiſſe. Secundus, ſecundi Mercurii frater: is fulmine percuſſus, dicitur humatus eſſe Cynoſuris. Tertius, Arſippi et Arſinoae, qui primus purgationem alui, dentisque euulſionem, vt ferunt, inuenit: cuius in Arcadia non longe a Luſio flumine ſepulcrum et lucus oſtenditur. Epidaurius Aeſculapius Ouid. Met. 15, 723. Prop. 2, 1, 63. Opifer deus Ouid. Met. 15, 653. Pergameus deus Martial. 9, 17 *Pergami enim colebatur.* Virg. Aen. 7, 773 Ipſe repertorem medicinae talis et artis, Fulmine Phoebigenam Stygias detruſit ad vndas. *Vbi Seruius,* Poenigenam: matris poena genitum. Alii Phoebigenam legunt, vt Probus. *Illa verba,* matris poena genitum: *reſpiciunt ad illud, quod matris ſuae ventre exſectum volunt. Vid.* Seru. ad Aen. 10, 316. Salutifer Ouid. Met. 2, 642. Aeſculapium, apud Vitruu. lib. 7 praef. *eſt templum Aeſculapii, vt Mineruium et Dianium. Verba ſunt* p. 125 *Laet.* Argelius de ſymmetriis Corinthiis, et Ionico Trallibus Aeſculapio, quod etiam ipſe dicitur ſua manu feciſſe.

AESCVLATOR, *vid. ſub* AES.

AESCVLVS, i. f. [πλατύφυλλος] Arbor glandifera, Plin. 16, 6. Ioui ſacra, 12, 1. *et* 16, 4. Haec, *vt idem ait* 17, 20 Prouenit caeſura triennio ſerior, nimis moroſa naſci. In quacunque terra ſeritur, naſcitur e balano, ſed non niſi aeſculi, ſcrobe dodrantali. Idem 16, 4 Corona Ciuica ilignea primo fuit: poſtea magis placuit ex aeſculo Ioui ſacra. Variatumque et cum quercu eſt, ac data vbique quae ferat, cuſtodito tantum honore glandis. Virg. Georg. 2, 29

Altius ac penitus terrae defigitur arbos:
Aeſculus in primis, quae quantum vertice ad auras
Aethereas, tantum radice in tartara tendit.

*Vbi* Seruius: Aeſculus, arbor eſt glandifera, quae licet ab Eſu dicta ſit, tamen per ae ſcribitur. Sunt tamen qui ſine diphthongo ſcribant, ab Eſca deriuantes. *Vid.* Plin. 16, 31. Maxima aeſculus Virg. Georg. 2, 16. Rigida Hor. Carm. 3, 10, 17.

AESCVLĒTVM, i. n. [πλατυφύλλον] Locus aeſculis conſitus. Hor. Carm. 1, 22, 14 Quale portentum neque militaris Daunia in latis alit aeſculetis.

AESCVLEVS, Adi. [πλατυφύλλινος] Palladius 1, 9. Deinde vt axes quernae cum aeſculeis non miſceantur. Ouid. Met. 1, 449 — aeſculeae capiebat frondis honorem.

AESCVLINVS, Adi. Idem. Axes aeſculini Vitruu. 7, 1.

AESCVLOR, *vid. ſub* AES.

AESERNIA *Oppidum in Samnio* Cic. ad Pompeium ſub Att. 8, 11. *Hinc*

AESERNĪNVS, [Αἰσερνῖνος] Gladiator, qui cum altero non minoris famae gladiatore Pacidiano commiſſus, locum prouerbio fecit, Aeſerninus cum Pacidiano; *Fundus eſt* Lucill. ap. Non. 4, 424 *vbi oſtendere vult,* Spurcum *eſſe* faecum vel ſanguinarium,

Aeſerninu' fuit Flaccorum munere (*ludis*) quidam

Samnis,

Samnis, Spurcus homo, vita illà dignu' locoque,
Cum Pacideiano componitur, Optimu' multo
Poſt homines natos gladiator qui fuit vnus.

*Hos verſus παρῳδεῖ* Cic. de Opt. Gen. Or. 17 *vbi de Demoſthene et Aeſchine*, A me autem, *inquit*, gladiatorum par nobiliſſimum inducitur: Aeſchines, tanquam Aeſerninus, vt ait Lucillius, *non ſpurcus homo. ſed doctus et acer; Cum Pacideiano hic componitur, optimu' longe Poſt homines natos* — Nihil enim illo oratore arbitror cogitari poſſe diuinius. *Et* ad Q. Fr. 3, 4 pr. Non putaſſet ſibi Pompeius de illius (*Gabinii, quem defenſurus fuerat ſi accuſaſſet Cicero*) Sed de ſua dignitate mecum eſſe certamen: in vrbem intraſſet, ad inimicitias res veniſſet, cum Aeſernino Samnite Pacidianus comparatus viderer, auriculam fortaſſe mordicus abſtuliſſet, (*Narrauit id ipſum, puto, de ſuo pari Lucillius*) cum Clodio quidem certe rediſſet in gratiam.

AESIS, [Αἶσις] vulgo ESINO et FIVMESINO, *Vmbriae fluvius in Italia.* Plin. 11, 42 Caſeum Aeſinatem ex Vmbria mitti tradit. *Add.* Sil. 8, 446 ſq.

AESON, ŏnis. [Αἴσων] *Cretheus Aeoli filius Aeſonem genuit ex Tyro Salmonei fratris ſui filia: Aeſon vero Iaſonem: cuius rogatu Medea Aeſonem in aheno recoctum priſtinae iuuentuti reſtituit.* Ouid. Met. 7, 285. *Hinc*

AESONĬDES, ae. [Αἰσονίδης] *Iaſon, Aeſonis filius.* Ouid. Met. 7, 60. *It.*

AESONIVS, [Αἰσόνιος] Ouid. Epiſt. 12, 134 Auſus es Aeſonia dicere cede domo. *Etiam pro patronymico ponitur.* Ouid. Met. 7, 156 — et auro Heros Aeſonius potitur, *i. Iaſon Aeſonides.*

AESŌPVS, [Αἴσωπος] *Fabularum ille auctor nobiliſſimus.* Quinct. 1, 9, 2 Aeſopi fabellas, quae fabulis nutricularum proxime ſuccedunt, narrare — condiſcant pueri. *Et* 5, 11, 19 Illae quoque fabulae, quae etiam ſi originem non ab Aeſopo acceperunt, (nam videtur earum primus auctor Heſiodus) nomine tamen Aeſopi maxime celebrantur, ducere animos ſolent. — Et Horatius ne in poëmate quidem humilem huius generis verſum putauit, in illis verſibus, *Olim quod vulpes aegroto cauta leoni etc.* Αἴνον Graeci vocant et Αἰσωποποίητον· *Reliqua de Aeſopo non ſunt huius loci. Vid. Fabr. B. G.* 2, 9. ¶ 2 Aeſopus *tragoedus* familiaris Ciceronis, *vid.* de Diuin. 1, 80. de Orat. 1, 259. Fam. 7, 1. Horat. Epiſt. 2, 1, 82 Quae grauis Aeſopus, quae doctus Roſcius egit. Grauis, *quia Tragicus hiſtrio erat. De illius* patina Plin. 10, 51 Maxime inſignis eſt in hac memoria Clodii Aeſopi tragici hiſtrionis patina, ſexcentis ſeſtertiis taxata: in qua poſuit aues cantu aliquo, aut humano ſermone vocales, numis ſex ſingulas coëmptas: nulla alia inductus ſuauitate, niſi vt in his imitationem hominis manderet, ne quaeſtus quidem ſuos reueritus illos opimos et voce meritos: dignus prorſus filio, qui deuorauit margaritas. *De hoc* Hor. Serm. 2, 3, 239

Filius Aeſopi detractam ex aure Metellae,
Scilicet vt decies ſolidum exſorberet, aceto
Diluit inſignem baccam.

*Erat autem* Metella *huius Aeſopi vxor.* Plin. 9, 35 Clodius tragoedi Aeſopi filius, ne ſolus ſciret, quid ſaperent margaritae, ſingulos vniones conuiuis abſorbendos dedit.

AESOPEVS et AESOPIVS, Adi. [Αἰσώπειος] Sen. de Conſ. ad Poly. 17 pr. Non audeo, inquit, vsque eo te producere, vt Fabellas quoque, et Aëſopeos logos, intentatum Romanis ingeniis opus, ſolita tibi venuſtate connectas. Phaedrus *ſuas fabulas non modo in titulo Aeſopias vocat, vbi vid. Schefferus; ſed etiam* 5, 1 ſ. 81, 11 Quas Aeſopeas, non Aeſopi, nomino; Quaſi paucas oſtenderit, ego plures diſſero. Aeſopias *etiam nominat* Priſcian. p. 1329, 27 *Putſch.*

AESQVILIAE, *vid.* EXQVILIAE.

AESTAS, [Θέρος] *Secunda ex quatuor anni partibus: olim tamen pars anni dimidia. Secundum hanc diuiſionem aeſtas incipit a verno aequinoctio: finitur autem aequinoctio autumnali.* Virgil. Georg. 3, 296 Incipiens, ſtabulis edico in mollibus herbam Carpere oues, dum mox frondoſa reducitur aeſtas. *Vbi* Seruius, *i.* Donec vernum tempus adueniat. Nam ver et aeſtas, ſicut etiam hiems et autumnus, vnum erant ſecundum rationem hemiſphaerii. Varro de L. L. 5, 2 Ab aeſtu aeſtas, hinc aeſtiuum: niſi forte a Graeco *αἴθεσθαι*. Nox fuit, et clemens mare, et anni aeſtas Gell. 2, 21. *Add.* 19, 5. Plin. 12, 19 Auſtri ibi tam ardenter flant, vt aeſtatibus ſiluas accendant. Virgil. Aen. 2, 107 — nam te iam ſeptima portat Omnibus errantem terris, et fluctibus aeſtas, *i. Septimus annus.* Aeſtates, et quae decolorem cutem faciunt, fimum vituli cum oleo et gummi manu ſubactum emendat Plin. 28, 12 ſ. 50 Aeſtates *appellat per metonymiam maculas, quas Solis feruor et aeſtas elicere ſolet.* Adulta aeſtas, *vid.* ADVLTVS. Atrox Claudian. . . . Catal. Virg. de quatuor temporibus anni, Spicea ſerta gerit calidiſſima ſolibus aeſtas. Feruens Claudian. Pr. Conſ. Stil. 461. Flagrantiſſima aeſtate anni Gell. 19, 5 pr. Florens Pedo Albin. de obitu Maecenatis. Formoſa meſſibus Ouid. de Rem. Amor. 187. Stat. Silu. 3, 5, 83 *in laudibus Neapolis*, Sedes, Quas et mollis hiems, et Frigida temperat aeſtas. Frondoſa Virg. Georg. 3, 296. Idem 2, 377 — grauis incumbens ſcopulis arentibus aeſtas. Ignea Horat. Carm. 1, 17, 2. Stat. Theb. 3, 258 Non ſecus ac longa ventorum pace ſolutum Aequor — Mulcet Iners aeſtas, *i. placida, non tempeſtuoſa.* Iniqua Columel. 10. Virgil. Georg. 3, 322 At vero Zephyris quum Laeta vocantibus aeſtas. Liquida Id. Georg. 4, 59 *i. Serena.* Id. ib. 1, 312 Atque vbi iam breuiorque dies, et Mollior aeſtas. Id. Aen. 1, 430 Qualis apes aeſtate Noua per florea rura Exercet ſub ſole labor. *Vbi* Seruius, Aeſtate noua: Bene noua, quia eſt et adulta, et praeceps ſecundum Salluſtium. Dicitur autem aeſtas noua, primo aeſtatis menſe: adulta, ſecundo: praeceps vel extrema, tertio. *Add.* Seru. ad Georg. 1, 43. Catal. Virg. de quatuor temporibus anni, Stabat Nuda aeſtas, et ſpicea ſerta gerebat. Liu. . . . Grauis peſtilensque omnibus animalibus aeſtas. Praeceps, *vid.* Aeſtas Noua. Virgil. Georg. 1, 66 Glebasque iacentes Puluerulenta coquat maturis ſolibus aeſtas. Hor. Serm. 2, 4, 21 — ille ſalubres Aeſtates peraget, qui nigris prandia moris finiet. Virgil. Aen. 6, 708 Ac veluti in pratis, vbi apes aeſtate ſerena Floribus inſidunt variis. Torrida Id. Ecl. 7, 47. Claud. in Eutrop. 2, . . . Sed Vaga laſciuis flueret diſcurſibus aeſtas. Ineunte aeſtate, *vid.* INEO. Ingruente aeſtate, *vid.* INGRVO. Aeſtas *et* Aetas *confunduntur a Librariis, vid. Drakenb. ad* Sil. 3, 383.

AESTATVLA, ae. *Diminut.* Cathol.

AESTĪVVS, Adi. [Θερινὸς] *Quod* aeſtatis *eſt, licet ab* Aeſtus, *non ab* Aeſtas *formatum ſit.* Aeſtiua animalia vocat Pulices et Pediculos Plin. 9, 47. Vlp. in l. 1. D. de aqua quotid. et aeſtiua. Aeſtiua, *inquit*, Aqua eſt, qua ſola vti aeſtate expedit: ſicut dicimus Veſtimenta aeſtiua, ſaltus aeſtiuos, caſtra aeſtiua: quibus etiam interdum hieme, plerumque autem aeſtate vtimur. Propert. 4, 1, 124 Et lacus aeſtiuis intepet Vmber aquis. Aura Horat. Carm. 1, 22, 18. Calores Columel. 4, 7, 2. Claudian. Paneg. 1, 219 *de arundine in capite Patris Tiberini*, Quam neque fas — Aeſtiuo candore mori. Canis Tibul. 1, 4, 6 *Vulgo vocant*, Dies Caniculares. Claſſes Claud. de Bell. Gild. . . . Tertull. de Anima . . . Atque exinde in illo finita ſit metenſomatoſis, vt aeſtiua Coena poſt aſſum. Cubiculum altitudine aeſtiuum, munimentis hibernum Plin. Epiſt. 2, 17, 10. Dies Cic. Verr. 5, 80 c. 3. et ad Q. fratr. 2, . . . Falces Claudian. de Sext. Conſ. Hon. 389. Feruores Columel. 4, 24. Propert. 3, 19, 3 Tu quoque qui aeſtiuos ſpatioſius exigis Ignes Phoebe, *i. dies longiores facis aeſtate.* Iubar Claudian. de Tert. Conſ. Stil. 461. Leo Claud. in Ruff. 1, 369 *Nempe aeſtate viget ſole praeſente Leo, ſidus coeleſte*, In quem per aeſtatem animi gratia ſecedere ſolemus. Cic. Q. fratr. 3, 1, 1 Nunc hoc vel honeſtate teſtudinis, vel valde bonum aeſtiuum locum obtinebit. *Sed fluctuat lectio. Lambino placet, quod ego quoque probauerim.* Nunc hoc vel hieme teſtudinis, vel valde boni aeſtiui locum obtinebit. *Sic* Aeſtiuum *ſingulariter dicetur, intellecto* Cubiculum, *vt plur.* Aeſtiua. Lux Virgil. Georg. 4, 52. Menſes Cic. Att. 5, 14 Nilus Claudian. in Ruff. 1, 185. Niues Martial. 5, 65. Nox Hor. Epiſt. 1, 5, 11. Nubes Virgil. Georg. 4, 312. Tibul. 1, 1, 49 Canis aeſtiuos Ortus vitare ſub vmbra. Columel. de Arboribus 5, 4 Itaque optimum eſt exiguam partem relinqui, atque ita ſummas partes, quas aeſtiuas ruſtici appellant, reſecare, *i. quas proxima aeſtas produxit. Sic* aeſtiuas Radiculas *vocat* Id. 4, 8, 1. *Sic* Plin. 12, 14 Autumno tus legitur ex aeſtiuo Partu, *i. ex eo, quod produxit aeſtas proxima.* Porticus it. Cryptoporticus Plin. Ep. 5, 6, 29 et 31. Puluis aeſtiuus Claudian. Paneg. 4, 43. Supellex aeſtiua, *de poculis, quod ea tempeſtate lagenam et potionem potius, quam cibum et obſonium quaeramus.* Propert. 2, 8, 37 — Vitrique aeſtiua ſupellex, Et Methymnaei grata ſaliua meri. Saltus hibernos aeſtiuosque animo poſſidemus, quamuis certis temporibus eos relinquamus Paul. in l. 3. ff. de Acquir. Poſſeſſ. Sol aeſtiuus Plin. 12, 14. Plin. iun. Ep. 5, 6, 15. *Et* Virgil. Georg. 4, 28. Stat. Silu. 4, 4, 19 Aeſtiuos quo decipis aëre ſoles? Sopor Claud. Eidyll. Nil. 41. Sen. in Med. 10 Aeſtiua tellus floruit cantu meo, *i. Tellus meis incantationibus talis facta, qualis aeſtate ſolet eſſe.* Cic. Verr. 5, 80 c. 31 Tabernacula quemadmodum conſueuerat temporibus aeſtiuis, carbaſeis intenta velis collocari iuſſit in litore. Ouid. Met. 13, 793 Solibus hibernis, aeſtiua gratior vmbra.

AESTĪVA, orum. pl. tantum. [Θερινὰ] *Loca ſunt, in quibus armenta et greges, et milites* aeſtiuant: *ſicut* Hiberna, *in quibus* hibernant. *Caſtra ſubaudire licet, vbi de militia ſermo: quod* Tacitus *expreſſit*, Caſtris aeſtiuis tres ſimul legiones habebantur Ann. 1, 16, 2. *Nonnunquam alia vox ſubintelligitur, vt*, Ea (*vrbs Ecbatăna Parthis regibus*) aeſtiua agentibus ſedes eſt Curt. 5, 8. *i. habitacula a. tempora.* Anni eius aeſtiua vsque in menſem Decembrem perducta Vell. 2, 105, 4. *i. milites in aeſtiuis retenti.* Liu. 33, . . . Educto in aeſtiua milite. Virgil. Georg. 3, 471 — nec ſingula morbi Corpora corripiunt, ſed tota aeſtiua repente. *Vbi* Seruius, Loca poſuit pro animalibus. Aeſtiua autem ſunt loca vmbroſa, in quibus per aeſtatem pecora vitant ſolis calorem. Aeſtiuas paſtiones *vocat* Varro de R. R. 2, 2, 9. Cic. Verr. 5, 95 Ac primo ad illa aeſtiua Praetoris accedunt. *Metaph. De loco voluptuario. Sed de caſtris* Cic. Fam. 7, 14 Sin aeſtiuorum timor te debilitat, aliquid excogita, vt feciſti de Britannia.

AESTIVE, Adu. Plaut. Men. 2, 1, 29 Cum inſpicio Marſupium, viaticati admodum aeſtiue ſumus, *i. Tenuiter admodum et parce, quia per aeſtatem iter facientibus paucioribus opus eſt. vid.* Turneb. 18, 15.

AESTIVALIS, e. *Idem quod Aeſtiuus* Hyg. Aſtr. 3, 24.

AESTĪVO, āre. *Ad aeſtum vitandum alicubi morari.* Plin. 12, 5 Intra ſepem eam aeſtiuant paſtores, opacam pariter et munitam vallo arboris. Varro de R. R. 2, 2, 9 Nam mihi greges in Apulia hibernabant, qui in Reatinis montibus aeſtiuabant. Stat. Silu. 4, 4, 22 — Latiis aeſtiuat in oris. *Conf.* Theb. 5, 16. Itaque greges ouium longe abiguntur ex Apulia aeſtiuatum Varr. de R. R. 2, 1, 16. Plin. 9, 15 Multi in Propontide aeſtiuant. *De thynnis. Etiam de hominibus, vt* Cutilias ac Reatina rura, vbi aeſtiuare quotannis ſolebat, petiit Suet. Veſp. c. 24. Tuſculum, vbi aeſtiuare conſueuerat, auexit Id. Galb. c. 4. Aeſtiuans ſol Col. 11, 2, 69. *i. in ſignis aeſtiuis commorans.*

AESTIVATIO, onis. *Commoratio in aeſtiuis locis.*

AESTIVARIVM, i. n. *Idem quod* Aeſtiua. Varr. R. R. 3, 17, 8 Hac incuria laborare aiebat M. Lucullum Hortenſius, et piſcinas eius deſpiciebat, quod aeſtiuaria idonea non haberet.

AESTIMO, *vel* AESTVMO, (*quod antiquis fere placuit, vt* Optumus, Maxumus) āre. [τιμᾶν] *Idem quod* perpendo, trutino *eſſe videtur, nomine ab* aere *ducto, pretio rerum caeterarum. Vtrum vero poſterior pars verbi ab ipſo τιμάω ſit, quod placet Voſſio, vehementer dubium illud facit, quod ſic eſſet vox hybrida, et quod repugnat modus ſyllabae penultimae, quae in Graeco verbo longa eſt. Quare malim illud* timo *vel* tumo *eſſe productionem tantum verbi, vt in* autumo, *vt in nominibus* timus, *in* legitimus, maritimus *etc. Eſt igitur* aeſtimare, *conſiderare, et re perpenſa pretium illi ſtatuere; quod iam exemplis conſtabit.* Quinctil. 2, 13, 13 Conſumtis affectibus, non reperiens quo digne modo vultum patris poſſet exprimere, velauit eius caput, et ſuo cuiusque animo dedit aeſtimandum. Aeſtimabo, an debeas cognoſcere Traian. ap. Plin. Epiſt. 10, 78. Vltra, quam aeſtimari poteſt Aur. Victor. Epit. c. 60. *Add.* Caeſ. B. G. 3, 20 Aquitania et regionum latitudine, et multitudine hominum, ex tertia parte Galliae eſt aeſtimanda, *i. pro tertia parte habenda, tanta, quanta eſt tertia pars Galliae.* Martial. 4, 64

Hinc ſeptem dominos videre montes,
Et totam licet aeſtimare Romam,
Albanos quoque, Tuſculosque colles.

Aeſtimare, *i. oculis metiri et comparare cum aliis vrbibus.* Cic. Verr. 3, 215 c. 92 Eodem tempore Antonius tribus denariis aeſtimauit poſt meſſem. *De frumento loquitur.* ¶ 2 Qinctil. 11, 1, 10 Sic egit, vt qui poenam ſuam honoribus ſummis eſſet aeſtimaturus. *De Socrate loquitur. Conf.* Cic. de Or. 1 c. 54. *Idem eſt* Aeſtimare litem. Id. Verr. 4, 22 Caio Catone damnato HS. XVIII millibus lis aeſtimata eſt. *Et mox* Quanti Catonis Lis aeſtimata eſt. Idem 5, 27 Non ex litibus aeſtimatis tuis pecuniam domum, ſed ex tua calamitate cineri atque oſſibus filii ſui ſolatium vult reportare. Cauſa cognita capitis abſolutus, pecunia multatus eſt, eaque Lis quinquaginta talentis aeſtimata eſt Nep. 1, 7, 6. Arbitros inter ciuitates dat, qui Litem aeſtiment poenamque conſtituant Caeſ. B. G. 5, 1 *extr. Add.* l. 21 §. vlt. D. de pigno-

pignorib. Cic. Verr. 1, 99 c. 39 Ex Litibus aeſtimatis Dolabellae PR. P. R. pecuniae redactae. Aſconius, Repetundarum cauſa ita ſe habet, vt ſi reus conuictus ſit atque damnatus, pecuniam reddat aeſtimata lite: *i.* in pretium redactis omnibus furtis: quam ſummam pecuniae proſcriptis eius bonis ſectores curabant. Cic. Pr. act. in Verr. 38 P. Septimio Senatore damnato, Lis aeſtimata eo nomine, quod ille ob rem iudicandam pecuniam accepiſſet. *Hic* Aſcon. Hoc eſt pecunia, de qua lis fuit, et propter quam condemnatus eſt, in ſummam redacta, quae de rebus eius exigeretur. Duae res enim conſequebantur damnationem. Altera redditio pecuniae iis, ad quos pertinebat, in quo vel ſimpli, vel dupli, vel quadrupli ratio ducebatur: altera exilii (*f. leg.* exilium) Paullus L. Puta D. ad Leg. Aquil. Qui conuenitur, fateatur ſe occidiſſe, et paratus ſit aeſtimationem ſoluere, et aduerſarius Magni Litem aeſtimet. *Adſcribamus adhuc vnum Ciceronis locum, ex quo vſus huius formulae et res ipſa magis declaretur:* pro Cluent. 116 c. 41 Hic profertur id, quod iudicium appellare non oportet, P. Septimio Scaeuolae Litem eo nomine eſſe aeſtimatam. — In Litibus aeſtimandis fere iudices, aut, quod ſibi eum, quem ſemel condemnarunt, inimicum putant eſſe, ſi qua in eum Lis capitis illata eſt, non admittunt: — Itaque et maieſtatis abſoluti ſunt permulti, quibus damnatis de pecuniis repetundis, Lites eſſent aeſtimatae: et hoc quotidie fieri videmus, vt, reo damnato de pecuniis repetundis, ad quos perveniſſe pecunias in Litibus aeſtimandis ſtatutum ſit, eos illi iudices abſoluant. Quod cum ſit, non iudicia reſcinduntur; ſed hoc ſtatuitur, aeſtimationem Litium non eſſe iudicium. Scaeuola condemnatus eſt aliis criminibus: — omni contentione pugnatum eſt, vt Lis haec capitis aeſtimaretur *etc.* Cael. ad Cic. 8, 8 Mittit in conſilium eosdem illos, qui Lites aeſtimarant iudices. Pro Rabir. Poſt. 9 Ita contendo, neminem vnquam, quo ea pecunia perueniſſet? cauſam dixiſſe, qui in aeſtimandis Litibus appellatus non eſſet. In Litibus autem nemo appellabatur, niſi ex teſtium dictis *etc.* *Ad hoc genus refertur* Cic. Verr. 1, 99 Illa ſunt nomina, quae Dolabellae neceſſario ſunt aeſtimata, *Sed locum corruptum putant eruditi.* ¶ 3 Salluſt. Catil. 10, 5 Amicitias inimicitiasque non Ex re, ſed Ex commodo aeſtimare. Quinct. 5, 10, 28 Ex praeteritis aeſtimari ſolent praeſentia. Cic. Verr. 5, 23 c. 9 Deinde haec expendite atque aeſtimate Pecunia. *Et p. p.* Aeſtimate harum rerum omnium pretia. *Et* n. 24 Haec vero, quae vel vita redimi recte poſſunt, aeſtimare Pecunia non queo. Perſonas accuſatorum aeſtimare, vel De dignitate, vel Ex eo quod intereſt, vel Aetate, vel Moribus, vel alia iuſta De cauſa. Vlp. in l. ſi plures. D. De accuſat. Planc. ap. Cic. Fam. 10, 4 Etſi a te propter amorem Carius ſunt aeſtimata. Cic. ad Brut. 16 Valde Care aeſtimas tot annos. Plaut. Moſtell. 1, 1, 73 Neque quod dixi Flocci aeſtumat, *i. Nihili facit. Male, puto, Gron.* Exiſtumat: Aeſtumat *etiam metro aptius.* Salluſt. Cat. 2, 8 Eorum ego vitam mortemque Iuxta aeſtumo, *q. d. aequa lance ſuſpendo, aeque nullius momenti puto.* Cic. de Fin. 2, 55 c. 17 Magni enim aeſtimabat pecuniam. Ibid. 3, 11 c. 3 Ne ego iſtam glorioſam memorabilemque virtutem non Magno aeſtimandam putem. Cic. de Fin. 4, 62 Non quia bonum ſit valere, ſed quia ſit Nonnihilo aeſtimandum. Quod non Minoris aeſtimamus, quam quemlibet ampliſſimum triumphum Nep. 24, 1, 4. Quanti eſt aeſtimanda virtus Cic. Parad. *extr.* Sic callidi rerum aeſtimatores prata et areas quasdam Magno aeſtimant Cic. ib. Id. Verr. 4, 13 c. 7 Dicet aliquis: Quid? tu iſta Permagno aeſtimas? Ego vero ad meam rationem vſumque non aeſtimo. Veruntamen a vobis ita arbitror ſpectari oportere, Quanti haec eorum iudicio, qui ſtudioſi ſunt harum rerum, aeſtimentur: — denique ipſe Verres Quanti aeſtimet. Cic. Acad. 1, . . . Ex iis alia Pluris eſſe aeſtimanda, alia Minoris. Liu. 39, 44 Mancipia minora annis XX. quae poſt proximum luſtrum decem Millibus aeris, aut eo pluris veniſſent, ea quoque decem tanto Pluris, quam quanti eſſent, aeſtimarentur. Cic. poſt red. in Senat. 1 c. 6 Iidem expendunt atque aeſtimant voluptates, ſententiamque dicunt et iudicant, quantum cuique libidini tribuendum eſſe videatur. Colum. 4, 27 Quare prudentis eſt ac maxime callentis vinitoris, aeſtimare ac diſpicere, quibus locis in annum debeant materias ſubmittere. Plaut. Capt. 2, 3, 4 Nam ego te aeſtimatum huic dedi viginti minis. *Explicat ipſe* v. 20 Si non rebitas huc, vt viginti minas Dem pro te. Iuſte aeſtimantibus regem, liquet bona naturae eius fuiſſe, vitia vel fortunae vel aetatis Curt. 10, 5, 26. Cic. pro Roſc. Com. 28 c. 10 Nemo illum ex trunco corporis ſpectabat, ſed Ex artificio comico aeſtimabat. Idem ib. c. 10 Sic eſt vulgus, Ex veritate pauca, ex opinione multa aeſtimat. Large Liberaliterque aeſtimare, *vid.* LIBERALITER. ¶ 4 Aeſtimare et Exiſtimare *differunt: quod hoc finem quaſi* aeſtimandi *indicat et exitum, ipſum nempe iudicium.* Vid. ſ. l. *Interim notandi hic vnus alterque loci, vbi libros inuaſerat verbum* aeſtimare, *cui recte, i. auctoritate librorum meliorum ac ratione* aeſtimare *ſubſtitutum eſt.* *V. g.* Cic. Att. 9, 18 pr. Oratio fuit ea noſtra, vt bene ille potius de nobis exiſtimaret (*legebant quidam* aeſtimaret) quam gratias ageret. Id. de Leg. 1 c. 3 Siſenna eius amicus, omnes adhuc noſtros ſcriptores, niſi qui forte nondum ediderunt, de quibus exiſtimare (*quidam olim* aeſtimare) non poſſumus, facile ſuperauit. *Tamen* Aeſtimare *interdum* putare, exiſtimare *eſſe, intelligitur ex* Phaedri 3, 4, 5 Ridicule magis hoc dictum, quam vere aeſtimo: *quanquam Bentleius emendat,* Ridicule hoc dictum mage, quam vere exiſtimo. Ibid. 4, 17, 15 Turpe aeſtimantes aliquid commiſſum a ſuis: *Bentleius vult* autumantes. *Sequior certe aetas* Aeſtimo *dixit pro exiſtimo, v. g.* Hygin. Fab. 27, 29 *et ſaepe.* Macrob. Sat. 2, 8 Multi, vt aeſtimo, in hoc a Varrone diſſentiunt. *Et mox,* An Platonem aeſtimas *etc.* *Et,* qui aeſtimauit, fomitem eſſe *etc.* *Alia ratio eſt* Salluſt. Catil. 8, 2 Athenienſium res geſtae ſicut ego aeſtumo, ſatis amplae magnificaeque fuere: *Hic enim illa taxandi, ponderandi, comparandi notio locum habet. Verum huc pertineret* Id. Cat. 14, 7 Scio fuiſſe nonnullos, qui ita aeſtumarent *etc. niſi maior pars MSS. haberet* exiſtumarent: *etiam* 31, 7 *dubium eſt, an non potius ſequendi ſint, qui legunt,* Ne exiſtumarent, ſibi patricio homini *etc.* *Neque ſatis firmum eſt, quod profertur ex* Caeſ. B. C. 3, 95 Nullum ſpatium perterritis dare oportere aeſtimans: *cum et MSS. et antiquae editiones* exiſtimans *prae ſe ferant. Melius profecto eſt, qui ſcribunt, eos obſeruare ſolidum diſcrimen inter haec verba, quod indicauimus, et quod ſexcentis firmari exemplis poſſe arbitror.* ¶ 5 *Denique verbum* Extimo, *cuius exempla quaedam ſuo loco damus, ortum eſſe ex hoc noſtro* Aeſtimo *putamus eo tempore, cum* X *et* S *vulgo confunderent homines, (quale quid in* Mixtum *et* Miſtum, *tum* Exquiliis *et* Eſquiliis *factum, multisque aliis) et diphthongos fere negligerent. Interdum etiam* exiſtimare *contractum in* extimare *videtur, vt* Tac. Ann. 13, 17. *vid.* Cort. ad Sall. Exc. 3 p. 926.

AESTIMANDVS. Quinctil. 8, 4, 24 Ex inſtrumento quoque illorum heroum magnitudo aeſtimanda nobis datur.

AESTĬMANS, antis. Partic. Caeſar. Bell. Ciuil. 3, 1 Perinde aeſtimans, ac ſi vſus eſſet. *Add.* Terent. Hec. 1, 2, 88.

AESTĬMOR, āris. paſſ. Caeſ. Bell. Gall. 7, 14 Haec ſi grauia aut acerba videantur, multo illa grauius aeſtimari debere. Magni eius opera aeſtimata Nep. 24, 1, 2. Aeſtimandum dare aliquid ſuo cuiusque animo Quinctil. 2, 13, 13. Aeſtimata poena, ab antiquis ab Aere dicta eſt, qui eam aeſtimauerunt aere: ouem decuſſi, bouem centuſſi, *i.* Decem, et centum aſſibus: Feſtus. Ex litibus aeſtimatis pecunia Cic. Verr. 5 c. 49.

AESTIMATVS, ûs. Aeſtimatu aetatis Macrob. Sat. 1, 16. In aeſtimatu eſt mel e thymo Plin. 11, 15.

AESTIMATORIVS, Adi. [τιμητικὸς] *Vt* Actio aeſtimatoria, *de qua eſt* titulus Dig. 19, 3 *vbi* Vlpianus, Actio de aeſtimato proponitur, *inquit,* tollendae dubitationis gratia — Quoties enim de nomine alicuius contractus ambigeretur, conueniret tamen aliquam actionem dari, dandam aeſtimatoriam praeſcriptis verbis actionem. Aeſtimatoria exceptione agere Pomp. in l. Si tamen. D. de Aedilit. edict.

AESTIMĀTOR, ōris. m. [τιμητὴς] *Qui aeſtimat, conſiderat, iudicat.* Cic. de Fin. 3, 10 c. 2 Et quia te aequiſſimum habeo eorum ſtudiorum, quae mihi communia tecum ſunt, aeſtimatorem et iudicem. Id. Orat. 141 c. 41 Quis tandem id iuſtus rerum aeſtimator reprehenderet? Cic. in Piſon. 86 c. 35 Vnus tu dominus, vnus aeſtimator, vnus venditor frumenti fuiſti. Idem Paradox. 6 iſti callidi rerum aeſtimatores prata et areas quasdam magno aeſtimant, etc. Id. in Brut. 252 c. 72 De Caeſare et ipſe ita iudico (*inquit Atticus*) et de hoc huius generis acerrimo aeſtimatore (*Cicerone*) ſaepiſſime audiui, illum omnium fere Oratorum Latine loqui elegantiſſime. Aeſtimator benignior Plin. Epiſt. 6, 17, 6. Immodicus aeſtimator ſui Curt. 8, 1, 22. Impius aeſtimator muneris Val. Max. 2, 6, 6. *i. ingratus.* Parcus aeſtimator, *vid.* PARCO. Incautior fidei aeſtimator Liu. 34, 25. Cic. pro Marc. 15 c. 5 Ex quo nemo erit tam Iniuſtus rerum aeſtimator, qui dubitet.

AESTIMATIO, ōnis. f. [τίμημα, τίμησις, διατίμησις] *Conſideratio, et Perpenſio.* Cic. Verr. 4, 14 c. 7 Qui modus eſt in his rebus cupiditatis, idem eſt aeſtimationis Difficile eſt enim finem facere pretio, niſi libidini feceris. *Loquitur de ſignis aeneis.* Id. de Fin. 3, 34 c. 10 Bonum hoc de quo agimus, eſt illud quidem plurimi aeſtimandum, ſed ea aeſtimatio genere valet non magnitudine. Nam cum aeſtimatio, quae ἀξία dicitur, neque in bonis numerata ſit, neque rurſus in malis: quantumcunque eo addideris, in ſuo gēnere manebit. Alia eſt igitur propria aeſtimatio virtutis, quae genere, non creſcendo, valet. *Add.* 3, 20 *quae laudamus in* Aeſtimabilis. Aeſtimatione nocturnae quietis dimidio quisque ſpatio vitae ſuae viuit Plin. 7, 1. *Conf.* Id. 36, 15. Aliquid ſecreta aeſtimatione penſare Curt. 3, 6, 5. Conſilium ſera aeſtimatione perpendere Id. 4, 12, 21. Non eſt militi[s] de imperatore aeſtimatio, *i. iudicium* Liu. 4, 41. *Add. Gronou.* Aeſtimationem frumenti magiſtratus habet Liu. 43, 2. *Sed* Aeſtimatione[s] officiorum Gell. 1, 3 p. 43 *ſunt conſiderationes et iudicia.* Caeſ. Bell Ciuil. 1, 87 Militibus aequa facta aeſtimatione, pecuniam pro hi[s] rebus ſoluit. Non aeſtimatione cenſus, verum victu atque cultu ter[-]minatur pecuniae modus Cic. Parad. 6. Id. Fam. 13, 8. A M. Laberi[o] C. Albinus praedia in aeſtimationem accepit. *Et* 9, 16 Nunc quum tam aequo animo bona perdas, non eo ſis conſilio, vt quum me huſpitio recipias, aeſtimationem te aliquam putes accipere. Etiam *haec* leuior eſt plaga ab amico, quam a debitore. *Vtroque loco reſpicit ad* aeſtimationem *poſſeſſionum, quam Caeſar, pulſo ex Italia Pompeio, quum Romam reuertiſſet, per arbitros cauſa debitorum fieri voluerat, vt ii creditoribus facilius ſatisfacerent. Qua de re* ipſe B. C. 3, 1 Quum fide tota Italia eſſet anguſtior, neque creditae pecuniae ſoluerentur, conſt[i]tuit vt arbitri darentur: per eos fierent aeſtimationes poſſeſſionum, [e]t rerum, quanti quaeque earum ante bellum fuiſſent, atque eae credito[-]ribus traderentur. Hoc et ad timorem nouarum tabularum tollendum minuendumque, qui fere bella et ciuiles diſſenſiones ſequi conſueui[t] et ad debitorum tuendam exiſtimationem eſſe aptiſſimum exiſtimaui[t]. Sueton. Iulio 42 De pecuniis mutuis, disiecta nouarum tabularu[m] expectatione, quae crebro mouebatur, decreuit tandem, vt debitore[s] creditoribus ſatisfacerent per aeſtimationem poſſeſſionum, quanti qua[e-]que ante ciuile bellum comparaſſent, deducta ſumma aeris alieni, . quid vſurae nomine numeratum aut perſcriptum fuiſſet: qua condi[-]tione quarta pars fere crediti deperibat. Cic. Fam. 9, 18 Aeſtimatio[-]nes tuas vendere non potes, *i. praedia per aeſtimationem a debitoribu[s] accepta.* *Sic* Att. 12, 21 Ouiae C. Lolii curanda ſunt HS. C. negat Ero[s] poſſe ſine me. credo, quod accipienda aliqua ſit et danda aeſtimatio *i. Accipienda mihi poſſeſſio aliqua, et domus, aut res a debitoribus mei[s] et ea Ouiae, cui ipſe debeo, tradenda. Hinc etiam intelligemus illud* Ci[c.] Fam. 5, 20 *extr.* Quod ſi mihi expenſa iſta HS centum tuliſſes, tame[n] quae tua eſt ſuauitas, quique in me amor, nolles a me hoc tempor[e] aeſtimationem accipere. Nam numeratum, ſi cuperem, non erat.

AESTIMABĬLIS, e. [τιμητὸς] *Quod aeſtimari poteſt vel debe[t,] quod in aliquo pretio eſt. Quod nullo pretio poteſt aeſtimari.* Cic. d[e] Fin. 3, 20 c. 6 Aeſtimabile eſſe dicitur (ſic enim, vt opinor, appella[-]mus) quod aut ipſum ſecundum naturam ſit, aut tale quid efficiat, [v]t ſelectione dignum propterea ſit, quod aliquod pondus habeat dignu[m] aeſtimatione, quam ille ἀξίαν vocat; contraque inaeſtimabile, quo[d] ſit ſuperiori contrarium.

AESTIMIA, ae. f. *Obſol.* Aeſtimias Feſtus exponit aeſtimatione[s] *et in XII Tabulis* Aeris aeſtimiam praedicato.

AESTIMIVM, ii. n. Hyginus de Lim. p. 152. Ed. Goeſ. Po[s-]ſeſſiones pro Aeſtimio vbertatis aſſignatae. *Saepius etiam apud* Fronti[n.] de Colon. *occurrit.*

AESTVARIVM, AESTVO, *vid.* AESTVS.

AESTVS, ûs. m. [καύσων, πνῖγος, βρασμὸς, κλύδων] *Cum ipſu[m] calorem vehementiorem, tum qui motus a calore excitantur, aut his ſi[mi-]ſimiles, ſignificat.* Feſtus ap. Non. 4, 40 Aeſtus ſolis et aeſtiui tem[-]poris flagrantia. Virgil. Georg. 3, 331 Aeſtibus et mediis vmbroſa[m] exquirere vallem. *De calido ignis vapore, qui exit e fornace.* Virg Aen. 2, 706 — propiusque aeſtus incendia voluunt. Ibid. 7[..] — exſuperant flammae: furit aeſtus ad auras. ¶ 2 Aeſtu[s] *vt ait* Nonius, l. c. eſt Marinus impetus et Commotio. Plaut. Aſin. 3, 6 Quam magis te in altum capeſſis, tam aeſtus te in portum refe[rt] Virg. Aen. 1, 112 — Furit aeſtus arenis. *Ab hac ſignificatione* Aeſtuoſum mare, Exaeſtuare *etc.* Vaſti aeſtus pelagi Catull. Argon. 64, 127. Feruit aeſtu pelagus Vet. Poëta ap. Cic. de Orat. 3, 157 c. [..] Aeſtu frangitur mare Lucret. 6, 143. Marinus, ſiue Maritimus aeſt[us] Cic. de Diuin. 2 c. 14. De Nat. Deor. 2 c. 53. Caeſ. B. G. 3, 12 A[e-]ſtus cum ex alto ſe incitauiſſet, quod bis ſemper accidit XII horarum ſp[a-]tio — minuente aeſtu. Reciproci aeſtus vis inenarrabilis Plin.

prooe

prooem. lib. 32. Pallad. Nou. 15, 3 Alternis aeſtibus reciprocans fluctus. *Locus quaſi claſſicus eſt* Plin. 2, 97 pr. Aeſtus maris accedere et reciprocare, maxime mirum: pluribus quidem modis, verum cauſa in ſole lunaque. Bis inter duos exortus lunae affluunt, bisque remeant vicenis quaternisque ſemper horis. Et primum attollente ſe cum ea mundo, intumeſcentes: mox a meridiano caeli faſtigio vergente in occaſum, reſidentes: rurſusque ab occaſu ſubter caeli ima, et meridiano contraria accedente, inundantes: hinc donec iterum exoriatur, ſe reſorbentes. Nec vnquam eodem tempore quo pridie, reflui: vt ancillante ſidere, trahenteque ſecum auido hauſtu maria, et aſſidue aliunde quam pridie exoriente: paribus tamen interuallis reciproci, ſenisque ſemper horis, non cuiusque diei, aut noctis, aut loci, ſed aequinoctialibus. *Ac deinde*, Modici a luna noua ad diuiduam aeſtus, pleniores ab ea exundant, plenaque maxime feruent. Inde miteſcunt. Pares ad ſeptimam primis. Iterumque alio latere diuidua augentur. In coitu Solis pares plenae. Eadem Aquilonia, et a terris longe recedente, mitiores, quam quum in Auſtros digreſſa, propriore niſu vim ſuam exercet. *Paullo poſt*, Duobus aequinoctiis maxime tumentes, et autumnali amplius quam verno. Inanes vero bruma, et magis ſolſtitio. *Hactenus Plinius, et pluribus de hoc argumento interiectis*, In ripa Baetis oppidum eſt, cuius putei creſcente aeſtu minuuntur, augeſcunt decedente, mediis temporum immobiles. *Et* c. 98 His addit Ariſtoteles, nullum animal niſi aeſtu recedente expirare. *Conf.* Veg. de re Mil. 4. 42 (al. 5, 12). Virg. Georg. 2, 164 Tyrrhenusque fretis immittitur aeſtus Auernis, *i. mare aeſtu motum. Sic* Virg. Aen. 8, 674 Et circum argento clari delphines in orbem Aequora verrebant caudis, aeſtumque ſecabant. *h. e.* Maris agitationem. Seruius naturalem rem oſtendit. Nam ſemper mare turbatur, quum delphines apparuerunt. ¶ 3 *Transfertur hinc varie. V. g.* Aeſtus vlceris. Cic. Tuſc. 2, 19 c. 7 Iamiam abſumor, conficit animam Vis vulneris, vlceris aeſtus. *i. inflammatio et ille dolor fluctuans. Eodem modo calor ille febris* Aeſtus *dicitur. Vid.* n. 4 Incenſi, *et* n. 5 Iactari. Cic. de Clar. Orat. 281 c. 81 Sed hunc quoque abſorbuit aeſtus quidam non inſolitae adoleſcentibus gloriae, *i. Vehementior cupiditas et ardor.* Magno Curarum fluctuat aeſtu Virg. Aen. 8, 19. Certe difficile eſt, abſcondere Pectoris aeſtus Corn. Gallus El. 4, 25. Frontis aeſtus Paullin. Iambo ad Cytherium v. 340. Firmic. 3, 5 Erunt autem ſemper tales, in aeſtu Animi, et in maximis neceſſitatibus conſtituti. Inter aeſtus Iracundiae fluctuare Macrob. Saturn. 4, 2. Magnoque Irarum fluctuat aeſtu Virg. Aen. 4, 532. Cic. de Orat. 3, 143 Quo quum ingreſſus eſſes, repente te quaſi quidam aeſtus ingenii tui procul a terra abripuit, atque in altum a conſpectu paene omnium abſtraxit. Cic. de Legib. 2, 9 Ne aeſtus nos conſuetudinis abſorbeat. Lucret. 5, 1434 Et belli magnos commouit funditus aeſtus. *h. e. Tumultus bellicos.* Ouid. Met. 14, 352 Vt primum valido mentem collegit ab aeſtu. *Agitatio et difficultas eſt in illo* Quinctil. 11, 1, 84 Illic maior aeſtus vbi quis pudenda queritur. *Dubitatio, ſolicitudo eſt* Plin. Epiſt. 1, 23, 3 Erat hic quoque aeſtus ante oculos, ſi forte me appellaſſet. Idem 9, 34, 1 Explica aeſtum meum. Sen. Medea 12 Anceps aeſtus incertam rapit, *h. e. Incertus animi furor et agitatio.* ¶ 4 *Iam Epitheta videamus* Aeſtus *accepti praeſertim pro ipſa caloris vi, qualis aeſtate ſolet eſſe.* Ardens aeſtus Virg. Catal. de quatuor anni partibus. Calidi Lucret. 1, 301. Dubius Claud. in Ruff. 1, . . Feruidus Hor. Serm. 1, 1, 38. Grauem aeſtum ſolari fluuiis Hor. Carm. 2, 5, 7. Horriferi *vid.* ERVTO. Ignaui *ab effectu* Ouid. Met. 7, 529. Incenſos aeſtus auertere, *i. Febrem* Virg. Georg. 3, 459. Letiferi Ouid. Met. 7, . . Medii *h. e. Meridies, quo tempore ſol ardet maxime* Virg. Georg. 3, 331. Plaut. Moſt. 4, 2, 90 Muſtulentus aeſtus nares attigit. *de vapore vini recentis et muſtei.* Nebuloſus Col. 11, 2, 57. Rabidi aeſtus, *i. Calores* Auſon. 3 ſ. 3 ad Paullinum Epiſt. Rapidus Virg. Ecl. 2, 10 — et rapido feſſis meſſoribus aeſtu Allia, ſerpyllumque, herbas contundit olentes. *Vbi* Seruius, Rapido aeſtu, Vehementi et feruenti, Sicci Columel. 10, . . Sidereus Ouid. Met. 6, 341. *h. e. Solis ardores.* Claud. in ſec. Conſ. Hon. 277 — ſteriles iuuat ire per aeſtus. Plin. 8, 12 Elephantis frigidiſſimum eſſe ſanguinem, ob id aeſtu torrente praecipue a draconibus expeti. Tremulus Lucret. 6, 875. Validus Ouid. Met. 14, 352. ¶ 5 *Verba damus haec:* Profuit incenſos aeſtus Auertere Virg. Georg. 3, 459. Lucret. 6, 816. *et* 2, 1136 Hos igitur tellus omnes exaeſtuat aeſtus, *i. Ebullit et efflat.* Quinctil. 6, 2, 6 Omnem inquirendae veritatis rationem iudex amittit occupatus affectibus: aeſtu Fertur, et velut rapido flumini obſequitur. Cic. Catil. 1, 31 c. 13 Saepe homines aegri, morbo graui, quum aeſtu febrique Iactantur, ſi aquam gelidam biberint, primo releuari videntur: deinde multo grauius vehementiusque afflictantur. Inſinuare aeſtum Lucret. 6, 859 de Sole. Laborare aeſtu Columel. 4, 24. Releuare aeſtus Ouid. de Arte Am. 3, 697. Solari *vid.* n. 4 Grauis. Solui aeſtu Lucret. 1, 493. Suſtinere aeſtus Ouid. Met. 1, 228. Torrens aeſtu terra Columel. 4, 19, 3. ¶ 6 Aeſti, pro Aeſtus. Pacuu. Chryſe Aeſti forte ex arido, Nonius 8, 9.

AESTVARIVM, ii. n. Feſtus, Aeſtuaria ſunt omnia, qua mare viciſſim tum accedit, tum recedit. Caeſ. Bell. Gall. 2, 28 Maiores natu, quos vna cum pueris mulieribusque in aeſtuaria ac paludes collectos dixeramus. Plin. 5, 1 Affunditur autem huic aeſtuarium e mari flexuoſo meatu. *De eiusmodi* aeſtuariis *intelligitur* Virgilii *periphraſis* Georg. 2, 480 — qua vi maria alta tumeſcunt Obiicibus ruptis: rurſusque in ſeipſa reſidunt. *Vbi* Seruius, Aeſtuaria Oceani accipimus, qua per Gallias et Hiſpanias in infinitum erumpit, contemta lege riparum, ad quas rurſus recurrit. Eſt in Africa Hipponenſis colonia, mari proxima: adiacet nauigabile ſtagnum; ex hoc in modum fluminis aeſtuarium emergit, quod vice alterna, prout aeſtus aut repreſſit aut impulit, nunc infertur mari nunc redditur ſtagno Plin. Ep. 9, 33. *Hinc Metaphor.* In illo ſuffragiorum impiorum aeſtuario Tertull. de Spectac. c. 26. *i. theatro.* ¶ 2 Aeſtuarium, *quo vapores emittuntur, ſiue ſit hiatus naturalis, ſiue foſſa manu facta: quod et* Vaporarium *et* Spiraculum *dici poteſt.* Vitruu. 8, 7 Lucerna accenſa demittatur: quae ſi permanſerit ardens, ſine periculo deſcendetur. Sin autem eripietur lumen vi vaporis, tunc ſecundum puteum dextra ac ſiniſtra effodientur aeſtuaria, ita (quemadmodum per nares) ſpiritus ex aeſtuariis diſſipabuntur. *Eandem ſententiam, ſed breuius habet* Plin. 31, 3.

AESTVO, āre. [καυσόομαι, κυμαίνω] *Aeſtu feruere, et quaſi Calorem conceptum motu quodam alterno exſpirare.* Iuuen. Sat. 3, 103 — ſi dixeris, aeſtuo, ſudat. Cic. Tuſc. 2, 34 c. 14. Itemque Lycurgi (leges) laboribus erudiunt iuventutem, venando, currendo, eſuriendo, ſitiendo, algendo, aeſtuando. Columel. Vt a ſole aeſtuante vuae et a ventis protegantur. Virg. Aen. 6, 297 Turbidus hic coeno, vaſtaque voragine gurges Aeſtuat: atque omnem Cocyto eructat arenam. Aër torridus aeſtuat Propert. 2, 21, 5. Boues ſi aeſtuauerint Colum. 2, 3. Caloribus aeſtuare Columel. 4, 8. Dies aeſtuat Lucan. 1, 16. Virg. Georg. 4, 308 Interea teneris tepefactus in oſſibus Humor Aeſtuat. Id. Georg. 4, 263 Aeſtuat vt clauſis rapidus fornacibus Ignis. Curt. 4, 2, 16 Aeſtuare ſemper Fretum: quoque arctius volutetur inter inſulam et continentem, hoc acrius furere. *Freinsh.* Exaeſtuare. *Sic etiam* Sueton. Aug. 18. Foſſas omnes in quas Nilus exaeſtuat (*quidam* aeſtuat) oblimatas longa vetuſtate, opere militari deterſit. Maura ſemper aeſtuat vnda Hor. Od. 2, 6, 3. *de Syrtibus.* Nauis *vid. mox* Cat. 23. ¶ 2 *Conſueta admodum metaphora ad animum transfertur, cum ille inſtar feruentis humoris, vel maris concitati quocunque affectu mouetur.* Cic. Fam. 7, 18 Vt deſiderio te noſtri aeſtuare putarem, *i. inquietum, inconſtantem eſſe.* Cic. de Aruſp. Reſp. 2 Exſanguis atque aeſtuans ſe e curia proripuit cum quibusdam fractis iam atque inanibus minis. Claud. in Eutrop. 1, . . Iſte nec Eunuchis placidus, ſed peius in aurum Aeſtuat. Pudor aeſtuat in corde Virg. Aen. 10, 870. *Add.* 12, 666. Catul. 23 *extr.* Et inſolenter aeſtues, velut minuta magno Deprenſa nauis in mari veſaniente vento. Lenius Ouid. Met. 9, 764. Cic. pro Flacc. 47 Hunc aeſtuantem et tergiuerſantem iudicio ille proſequitur. Cupiditatibus Firmic. 3, 8. Cic. Verr. 4, 74 c. 30 Itaque aeſtuabat dubitatione, verſabat ſe in vtramque partem, non ſolum mente, verum etiam corpore. Salluſt. Cat. 23 Namque pleraque nobilitas inuidia aeſtuabat. *vt* flagrare.

AESTVANS, antis. Partic. [κυμαίνων] Aeſtimantur purgamenta aeſtuantis freti pretio, quod libido conſtituit Curt. 8, 9, 19. Sol aeſtuans Colum. 11, 2. Vina aeſtuantia Pallad. 11, tit. 14. Mulae aeſtuantis curatio Col. 6, 38, 4. Catul. 64, 48 Animo aeſtuante rurſus reditum ad vada retulit. *Conf.* Iuſtin. 1, 10, 15. Quae quum multos dies noctesque aeſtuans agitaret Sall. Iug. c. 93. Aeſtuantia refrigerare Plin. 17, 4.

AESTVABVNDVS, Adi. Idem. Pallad. Oct. 17, 2 Aeſtuabunda confectio, *i. miſtura quarundam rerum efferueſcens.*

AESTVATIO, ōnis. f. [κύμανσις] Plin. 18, 1 Quorum aeſtimatione et gaudio nos quoque relictis aeſtuationi ſuae iſtis hominum turbis, pergamus excolere vitam. *i. Vehementibus deſideriis et cupiditatibus. Hic vero tres MSS.* Exuſtioni *habent, Harduino teſtante.*

AESTVŌSVS, Adi. [πνιγώδης, καυσώδης, βρασμώδης,] quod aeſtu, *i. calore plenum eſt.* Columel. 11, 2, 53 Septimo Cal. Auguſtas Canicula apparet, caligo aeſtuoſa, *i. nebuloſus et feruidus aër.* Aeſtuoſus Auſter, Vulturnus et Fauonius Plin. 2, 47. Aeſtuoſa et puluerulenta via iter conficiebam Cic. Att. 5, 14. Calabria aeſtuoſa Hor. Carm. 1, 31, 5. Columel. 3, 1, 10 Caelum neque niuale vinea, nec rurſus aeſtuoſum deſiderat. Freta Hor. Carm. 2, 7, 16. Hor. Epod. 16, 62 Nullius aſtri Gregem aeſtuoſa torret Impotentia. Iupiter Catull. 7 *h. e. Iupiter Ammon, ad cuius oraculum in Libya Cyrenaica, Auſtro flante, ſic agitantur et aeſtuant arenae, vt mare fluctibus.* Celſ. 8, . . Locis tamen aeſtuoſis facilius inuenitur. Hor. Carm. 1, 22, 5 Siue per Syrtes iter aeſtuoſas. *propter aeſtus maris accedentes et recedentes, ac ſubinde arenarum cumulos mutantes.* Animal aeſtuoſiſſimum Columel. 7, 10, 6. *i. cui facile aeſtus nocet, vt* alſioſum, *cui frigus: de ſue autem ſermo eſt.* Plin. 34, 12 Non fit hoc niſi aeſtuoſiſſimis diebus circa Canis ortum.

AESTVOSE, Adu. Plaut. Bacch. 3, 3, 67 Acerrime atque aeſtuoſe abſorbet. *inſtar gurgitis aeſtuantis, de meretrice.* Aeſtuoſius. Hor. Epod. 3, 18 Nec munus humeris efficacis Herculis Inarſit aeſtuoſius. *Conf.* Acron. *Sunt qui pro Adi. habent.*

AESTĬFER, ĕra, ĕrum. [πνιγοφόρος, καυματοφόρος] Virg. Georg. 2, 353 Hoc vbi hiulca ſiti findit Canis aeſtifer arua, *i. Sirius.* Cic. in Arat. Aeſtiferos validis erumpit flatibus ignes. Ibid. Aeſtifer eſt pandens feruentia ſidera Cancer. *Add.* Sil. 1, 194. *ibique Drakenborch.* Lucret. 1, 663 Aeſtifer ignis vti lumen iacit, atque vaporem. ¶ 2 *Sed Aeſtum ferens, ſeu patiens eſt* Lucan. 1, 206 — ſicut ſqualentibus herbis Aeſtiferae Libyes viſo leo comminus hoſte. Stat. Silu. 3, 3, 91 — quod meſſibus Afris Verritur, aeſtiferi quicquid terit area Nili.

## A E T

AETA, *Colchorum rex, Medeae et Abſyrti pater. vid.* AEETA.

AETAS, ātis. f. [ἡλικία] *ab* Aeuo *deducitur, quaſi* Aeuitas. C. Tubero *apud* Gell. 10, 28 in hiſtoriarum primo ſcripſit, Seruium Tullium regem populi Rom. quum illas quinque claſſes iuniorum cenſus faciendi cauſa inſtitueret, pueros eſſe exiſtimaſſe, qui minores eſſent annis ſeptemdecim: atque inde ab anno ſeptimo decimo, quo idoneos iam eſſe reip. arbitraretur, milites ſcripſiſſe: eosque ad annum quadrageſimum ſextum iuniores, ſupraque eum annum ſeniores appellaſſe. Aetates omnes Varro ſic diuidit, infantiam, pueritiam, adoleſcentiam, iuuentam, ſenectam. Hae tamen ſingulae trifariam diuiduntur, vt ſit *prima*, vel *adulta*, et *praeceps.* Seru. in Aen. 5, 295. *Alii aliter deſcripſerunt, de quibus* Cenſorin. de Die Natal. 14. Cic. Fam. 13, 29 Vt primum per aetatem iudicium facere potueris, *i. ſatis annorum habueris et rationis ad iudicandum.* Aetas infirma, puerorum, puellarum, ſenioque confectorum hominum l. 122 D. de legat. 1. *Vtitur etiam* Cic. de Fin. 5, 43. Aetas aedificiorum l. 58. D. de legat. 1. Plin. 23, 1 ſ. 22 Sua cuique aetas vino gratiſſima, hoc eſt, media. *Et paullo ante*, Aetatem adde vinis. ¶ 2 Aetas *pro hominibus.* Artibus puerilis aetas ad humanitatem informari ſolet Cic. pro Arch. c. 3. Puellis vt ſaltem parcerent, a qua aetate etiam hoſtes abſtinerent Liu. 24, 26. *Add.* Hor. Od. 1, 35, 34. *et* Epod. 16, 9. Iuſtin. 18, 6, 12. *Burmann. ad* Quinct. 5, 10 p. 426. Ouid. Met. 2, 418 Quum ſubit illa nemus, quod nulla ceciderat aetas. *h. e. Nullius aetatis homines. Saepe ſane* Aetates *pro* pueris *poſuit* Quinctilianus *v. g.* 1, 1, 36 *et* 37. 1, 3, 10. 1, 9, pr. 1, 10, 34 *etc.* ¶ 3 *Pro tempore varie ponitur. Pro Iuuentute.* [ὥρα] Cic. Verr. 5, 64 c. 25 Erat ea nauis plena iuuentutis formoſiſſimae, plena argenti facti atque ſignati. *Paullo poſt*, Si qui ſenes aut deformes erant, eos in hoſtium numero ducit: qui aliquid formae, aetatis, artificiique habebant, abducit omnes. Quod in aetatem increpuiſti, tantum me abeſſe puto ab impudicitia etc. Declam. in Salluſt. c. 3 ſ. 11. *Conf. ibi Cort. Paſſim* Plautus *v. g.* Bacch. 3, 3, 5. Petron. c. 140 Philumene, quae multas ſaepe hereditates beneficio aetatis extorſerat. *Ipſe* Cic. in Verr. 1,

33 c. 12 Dedecora, quae aetas ipſius pertulit. *Vid.* AETATVLA. *Pro Anno. Laudatur* Varr. Aetatem vix decimam ingreſſus. Virg. Georg. 3, 190 At tribus exactis, vbi quarta acceſſerit aetas, Carpere mox gyrum incipiat. Seru. *i.* Quartus annus. Nam Aetatem plerumque generaliter dicimus pro Anno, pro triginta, pro centum, pro quouis tempore. *Editur tamen* Aeſtas. *Etiam alias* Aetas *et* Aeſtas *ita confunduntur. Vid. Drakenb. ad* Sil. 3, 383. *Generatim* pro Tempore. Plin. 12, 1 Hoc actum circa vrbis captae aetatem. Populum orbis terrarum viribus fultum ſua manu, aetate tam longa ſuſtinuit Flor. 2, 18, 16. *de Numantia.* In aetate Plaut. Trin. 1, 2. *et* 2, 4, 6, *i. aliquando. Pro Saeculo.* Cic. de Senect. 31 Tertiam enim iam aetatem hominum viuebat. *De Neſtore, qui ſecundum Poëtas trecentos annos vixit. Ipſe certe apud Ouid.* Met. 12, 187 — vixi Annos bis centum: nunc tertia viuitur aetas. Quatuor continuis aetatibus, intactum ſaltum fuiſſe Curt. 8, 1, 13. Totas aetates Cic. do Orat. 1 c. 51. Sempiternae ſaeculorum aetates Id. de N. D. 2 c. 20. Catull. Nupt. Pel. ſ. 65, 231 Nec vlla obliteret aetas. *Sed pro* XXX *annis*, Hor. Epod. 16, 1 Altera iam teritur bellis ciuilibus aetas. *Nam γενεὰ eſt, quae appellatur Graecis,* XXX *annorum, vt Lambinus Torrentiusque demonſtrant.* Statius *etiam pro Die ponit* Theb. 3, 562 — quid craſtina volueret aetas, Scire nefas homini. *Pro Vita hominis frequenter et venuſte accipitur.* Plaut. Rud. 4, 7, 10 — in aetate hominum plurimae Fiunt tranſennae, vbi decipiuntur dolis. Capiti atque aetati illorum Ter. 3, 1, 54. *ſc. male ſit.* *Vid.* n. 6 Agere, Contercre, Exacta. Virg. Aen. 8, 200 Attulit et nobis, aliquando optantibus aetas Auxilium, aduentumque dei. *i. viuendo attigimus illud tempus, vidimus illum diem.*

¶ 4 *Iam ſubſtantiua videamus, quibus adiungitur.* Cic. de Senect. 33 Curſus eſt certus aetatis, et via vna naturae, eaque ſimplex; ſuaque cuique parti aetatis tempeſtiuitas eſt data. Cic. de Senect. 64 Quae ſunt igitur voluptates corporum cum auctoritatis praemiis comparandae? quibus qui ſplendide vſi ſunt, ii mihi videntur Fabulam aetatis peregiſſe, nec tanquam inexercitati hiſtriones in extremo actu corruiſſe. Fata diurna aetatis implere Ouid. Epiſt. 6, 36. *de fratribus terrigenis e dentibus Draconis Colchici.* Cic. de Senect. 45 Epulabar igitur cum ſodalibus omnino modice, ſed erat tamen quidam Feruor aetatis: qua progrediente, omnia fiunt etiam in dies mitiora. Cic. de Orat. 1, 1 Si infinitus forenſium rerum labor, et ambitionis occupatio, decurſu honorum et aetatis flexu conſtitiſſet. Cic. Phil. 2 c. 2 Gratia non virtutis ſpecie, ſed aetatis flore collecta. *Ad Venereas voluptates reſpicit, vt* Flore aetatis frui Lucret. 4, 1094. *i. Venere.* Idem 3, 771 Quoue modo poterit pariter cum corpore, quoque Confirmata cupitum aetatis tangere florem Vis animi. *Verum* 1, 556 Summum Florem aetatis peruadere *ſignificat ad ſummum vigorem, et ἀκμὴν peruenire. Rurſus* Liu. 8, 28 Quae aetas formaque miſericordiam elicere poterat, ad libidinem et contumeliam animum accenderunt: et Florem aetatis eius fructum aduenticium crediti ratus, *etc.* Freta aetatis, *Feruores libidinoſi* Lucret. 4, 1024. Cic. Fam. 6, 20 Ita viximus, et Id aetatis iam ſumus, vt omnia, quae noſtra culpa nobis accidant, fortiter ferre debeamus. Verr. 3, 66. *et* 4, 37 c. 14. Modeſtinus in l. ex duobus. D. de negot. geſtis. Ex duobus fratribus, vno quidem Suae aetatis, *(i. fere aequali)* altero vero minore annis: quum haberent communia ruſtica praedia, etc. Tacit. Ann. 13, 16 Mos habebatur principum liberos cum caeteris Idem aetatis nobilibus ſedentes, veſci in aſpectu propinquorum. Grauitas Cic. de Senect. 33. Imbecillitas aetatis non poteſt grauitatem rerum ſuſtinere Cic. ad Brut. 10. Id. Att. 16, 5 Si quae minus antea propter Infirmitatem aetatis, etc. Ouid. Epiſt. 21, 85 Quid mirum, ſi me primae Lanuginis aetas Abſtulit, atque anni, quos vir amare poteſt? Lubricum, *vid.* LVBRICVS. Cic. Fam. 4, 4 Etſi abeſt Maturitas aetatis, tamen perſonare aures eius huiusmodi vocibus non eſt inutile. Nerui aetatis induſtriaeque Cic. Pr. Act. in Verr. 35 c. 12. Id. de Senect. 86 Senectus autem Peractio aetatis eſt, tanquam fabulae. Robur aetatis quam maturrimum Tac. Ann. 13, 29. Ouid. de Pont. 1, 5, 6 Nec me ſi ſubito videas cognoſcere poſſis: Aetatis facta eſt tanta ruina meae. Cic. de Senect. 60 *de Valerio Coruino,* Itaque quantum Spatium aetatis maiores noſtri ad ſenectutis initium eſſe voluerunt, tantus illi curſus honorum fuit. Lucret. 2, 1171 ſ. vlt. Omnia paullatim tabeſcere, et ire Ad ſcopulum Spatio aetatis defeſſa vetuſto. Ouid. Faſt. 5, 353 Et monet aetatis Specie, dum floreat, vti: Contemnunt ſpinam quum cecidere roſae. Cic. de Senect. 69 Breue Tempus aetatis ſatis eſt longum ad bene honeſteque viuendum. *Add.* ib. c. 1. Tempus extremum Cic. ibid. Temporis futuri aetas Ouid. Met. 15, 835. Cic. de Fin. 2, 88 Quum enim ſummum bonum in voluptate ponat, negat infinito Tempore aetatis voluptatem fieri maiorem, quam finito atque modico. Cic. Q. Fratr. 3, 5 Angor, mi ſuauiſſime frater, angor, nullam eſſe remp. nulla iudicia; noſtrumque hoc Tempus aetatis, quod in illa auctoritate Senatoria florere debet, aut forenſi labore iactari, aut domeſticis literis ſuſtentari. Tempora dura aetatis queri Propert. 1, 7, 8. Cic. de Fin. 2, 87 Neque expectat vltimum tempus aetatis. Ouid. Met. 10, 85 — citraque iuuentam Aetatis breue ver, et primos carpere flores.

¶ 5 *Epitheta* Aetatis *notamus iſta:* Adulta aetas cum primum roborat artus Lucr. 4, 1032. Affecta aetas, *vid.* AFFECTVS. Annua aetas Plin. 8, 40. Senec. . . Et quicquid Auida per tot annorum gradus Abſcondit aetas. Ouid. Met. 1, 89 Aurea prima ſata eſt aetas, quae vindice nullo Sponte ſua ſine lege fidem rectumque colebat. *De* Aurea Aetate *illa vid.* Virg. Ecl. 4 et Ge. 1, 125. Corn. Seuer. Aetna v. 9. Ouid. Am. 3, 8. *it.* Met. 15, 96. Hor. Epod. 16, 41. Senec. Hippol. 525. Med. 329. Octauia 395. Senec. Philoſoph. Epiſt. 90 ſub fin. German. Caeſar et Feſtus Auienus in Signo Virginis *(Huius enim abitus finem aureae aetati attulit)* Claud. in Rufin. 1, 282 *et* de Raptu Proſ. 3, 19. Boëthium de Conſol. Phil. 2, 5. *quos omnes, et recentiorum plures laudat* Broukhuſ. *ad* Tib. 1, 3, 35. *vbi ibidem elegans eſt aurea aetatis deſcriptio.* Bona, *pro Adoleſcentia, quae videlicet felicior vitae pars exiſtimatur.* Cic. de Senect. c. 14 Quod ſi ipſis voluptatibus bona aetas fruitur, libentius primum paruulis fruitur rebus. *Sic* Plaut. Rud. 2, 3, 7. *et* Hor. Epiſt. 2, 2, 216. *Vid.* Mala. Cic. de Senect. c. 10 Vt enim infirmitas puerorum, et ferocitas iuuenum, et grauitas iam Conſtantis aetatis: ſic ſenectutis maturitas naturale quiddam habet, quod ſuo tempore percipi debeat. Conſularis, *vid.* in CONSVL. Stat. Theb. 3, 562 — quid Craſtina volueret aetas, Scire nefas homini. Decrepita, *vid.* Prouecta. Dura Hor. Carm. 1, 35, 34. *i. Ferrea.* Lucan. 7, 397 Non aetas haec carpſit edax, *i. longinquitas temporis.* Effoeta Stat. Theb. 6, 252. Cic. de Senect. 46 c. 17 Huius extrema aetas hoc beatior quam media, quod auctoritatis plus habebat, laboris minus. Ferox Hor. Carm. 3, 5, 13. Feſſa Tac. Hiſt. 1, 12. *i. Senectus decrepita.* Cic. ad Brut. 18 Videtur enim eſſe indoles: ſed Flexibilis aetas, multique ad deprauandum parati. Cic. de Senect. c. 6 *extr.* Temeritas eſt videlicet Florentis aetatis, prudentia ſenectutis. Claud. Paneg. 8, . . Creſcite virtutes, Foecundaque floreat aetas. Futilis Sil. 16, . . Grandior Cic. Philipp. 5, 47. Ouid. Met. 6, 28 Non omnia Grandior aetas Quae fugiamus, habet; ſeris venit vſus ab annis. Cic. Tuſc. 5, 7, c. 3 Heroicis etiam aetatibus Vlyſſem et Neſtorem accepimus et fuiſſe et habitos eſſe ſapientes. Hor. Serm. 2, 2, 86 Accedent anni, tractari mollius aetas Imbecilla volet. *h. e. Senilis.* Lucan. 2, 569 — aetasque impenſa labori Dant animos? Impia Hor. Epod. 16, 9. *i. ſaeculum, homines.* Improuida puerorum Lucr. 1, 938. et Cic. Tuſc. 5, 62. Tacit. in Vita Agricolae pr. Clarorum virorum facta moresque poſteris tradere, antiquitus vſitatum, ne noſtris quidem temporibus, quamquam Incurioſa ſuorum aetas omiſit. *i. praeſens ſaeculum.* Ouid. Triſt. 4, 7, 3 Iam ſubeunt anni fragiles, et inertior aetas. Cic. Acad. 4, 73 c. 23 *De Democrito*, Quis hunc philoſophum non anteponit Cleanthi, Chryſippo, reliquisque inferioris aetatis? *i. poſterioris, recentioris.* Infirma Ouid. Faſt. 6, 599. Quinctil. 1, 3. et Cic. de Fin. 5, 43. Ter. Andr. 1, 1, 4 Egregia forma atque aetate integra. *Vt* Virg. Aen. 9, 255 — integer aeui Aſcanius. Hor. Carm. 1, 11, 7 — dum loquimur, fugerit inuida Aetas. Irreuocabilis aetas praeterita Lucret. 1, 469. Iuſtae aetatis homo Vlp. in l. cum filiofam. ad finem. D. de legat. 3. Stat. Silu. 2, 1, 139 Non te forma mouet, non te lacrymabilis aetas, *de puero.* Laſciua Hor. Epiſt. 2, 2, 216. Legitima aetas ad petendum magiſtratum Liu. 25, 2. Longa aetas magiſtra Ouid. Epiſt. 5, 96. *Sic* Quinctil. 1, 8 Longa aetas ſpatium dabit. Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 227 Teneris heu lubrica moribus aetas. Mala aetas, *pro Senectute.* Vt aetas mala, merx mala eſt tergo Plaut. Menaechm. 5, 2, 6. Afran. Vopiſco,

Si poſſent homines delinimentis capi,
Omnes haberent nunc amatores anus.
Aetas, et corpus tenerum et morigeratio,
Haec ſunt venena formoſarum mulierum.
Mala aetas nulla delinimenta inuenit.

*Hoc fragmentum ſeruauit et multa alia in hanc rem* Nonius 1, 1. *Add.* Hor. Epiſt. 2, 2, 216. Matura Claud. de Sext. Conſ. Hon. 557. Ad Heren. 4, 26 Hi ſapienter faciunt, qui adoleſcentes maxime caſtigant: vt quibus virtutibus omnem vitam tueri poſſint, eas in aetate maturiſſima velint comparare, *i. prima, ad hanc rem aptiſſima:* Mauortia Claud. de Bell. Get. 35. Media Plaut. Aul. 2, 1, 37. Liu. Nec vllo iam qui militaris aetatis eſſet, non aut caeſo, aut fugato. *Add.* Tacit. Ann. 2, 60, 4. Liu. 25, 5 Igitur non militaris modo aetas, aut viri tantum, ſed foeminae quoque puerique ſupra animi corporisque vires adſunt. Virg. Georg. 3, 165 — viamque inſiſte domandi: Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis aetas. Ouid. de Arte Am. 1, 10 Sed puer eſt, aetas mollis, et apta regi. Mollior luxu Claud. de Bell. Get. . . Neſcia ſimulandi Quinctil. 1, 3, 12. Aetate noſtra Quinct. 1, 4, 20. Nubilis Claud. Pr. Conſ. Stil. 1, 69. Obnoxia iniuriae Quinctil. 1, 3. Tacit. Ann. 6, 19 Iacuit immenſa ſtrages, omnis ſexus, omnis aetas, illuſtres, ignobiles, diſperſi aut aggerati. Cic. de Senect. 82 Nonne melius multo fuiſſet, Otioſam aetatem et Quietam ſine vllo aut labore aut contentione traducere? Cic. Fam. 7, 7 Imperatorem liberaliſſimum, aetatem Opportuniſſimam, commendationem certe ſingularem habes. Perpetuam aetatem *aduerbialiter* Lucret. 3, 999 Nec quod ſub magno ſcrutentur pectore quidquam Perpetuam aetatem poterunt reperire *volucres de Tityo.* Poſtera, *vid* Praeſens aetas. Praetextata Gell. 1, 23. *h. e. pueritia.* Hor Epiſt. 2, 2, 42 — veteresne Poëtas, An quos et praeſens, e poſtera reſpuit aetas. Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 185 — illic pretioſior aetas, Aurea progenies habitat. Prima Quinctil. 1, 2, 4 1, 11, 2. Puellaris Quinctil. 6, pr. 5. Puerilis Cic. pro Arch. c. 3 Quinct. 11, 3, 28. Quaeſtoria Qu. 12, 6, 1. *qua licet quaeſtorem fieri.* Robuſta Vlpian. in l. Si maritus ſit. §. lex Iulia. D. ad. leg. Iuliam de adulter. Robuſtior Claud. Paneg. 7, . . et Cic. Philipp. 5, 45. Quinct. 1, 12 pr. Idem 12, 1, 20 Data longiore vita et aetate ad componendum ſecuriore. Tacit. Hiſt. 3, 9 Magnam eo die pietatis eloquentiaeque famam Vipſanius Meſſala adeptus, nondum ſenatoria aetate. Plaut. Trin. 1, 2, 5 Senecta aetate qui factus eſt puer, *i. I* *ſenectute.* *vid.* SENECTVS. Senior Sen. Oed. 4. Ouid. de Arte Am. 1, 65 Seu te forte iuuat ſera, et ſapientior aetas. Simplex, *h. e* *Iuuenilis* Stat. Theb. 9, 878. Strenua Ouid. Amor. 1, 15, 3. Superior Cic. de Senect. 62. Tardus aetate Ouid. Met. 8, 688. Teneri aetatibus vtilis Quinctil. 1, 10, 34. Vberior Ouid. Met. 1, 207 Velox Stat. Achil. 2, 80. Ouid. Met. 5, 96 At Vetus illa aetas, cu fecimus Aurea nomen. Vinoſior Ouid. Faſt. 3, 785. *de Senectute f minarum.* Viridis aetas Plin. Epiſt. 1, 12. Vltima *i. Senectus* Quinct. 12, 4, 2. Ouid. Met. 10, 519 Labitur occulte fallitque volatili aetas, Et nihil eſt annis velocius.

¶ 6 *Verba obſeruamu haec, et Participia:* Accedit aetas vino, *quum inueteraſcit, vid.* ACCEDO. Cic. de Orat. 1, 254 c. 60 Solet idem Roſcius dicere, quo plus ſibi aetatis Accederet, eo tardioris tibicinis modos, et cantus remiſſiores eſſe facturum. Accipere aetatem, *vid.* ACCIPIO Illos ſat aetas Acuet Ter. Ad. 5, 3, 49. Plin. 23, 1 ſ. 22 Iam et patresfamiliâs aetatem Addi vinis, (excogitarunt) quae per ſe carie traxere. Tacit. Ann. 2, 43 Nam ſuam aetatem Vergere: Dru nondum ſatis Adoleuiſſe. Agere aetatem deſidioſe Lucret. 4, 113 Ter. Heaut. 2, 4, 12 Cum vno aetatem Agere viro. Cic. in Brut 172 c. 46 Quum aetatem Ageret Athenis. Idem de Legib. 2, 3 c. Hic fere aetatem Egit in literis. Cic. Tuſc. 5, 77 In India qu ſapientes habentur, nudi aetatem agunt. Salluſt. Catil. 37, 6 Alii diuites eſſe, vt regio cultu aetatem agerent. Cic. ad Brut. 2 De n poſſum idem, quod Plautinus pater (Trinum. 2, 2, 38) Mihi qu dem aetas acta ferme eſt, tua iſtuc refert maxime. Aetas quiete pure et eleganter Acta Cic. de Senect. c. 4. Aetas ante Acta Lucre 1, 235. Cic. de Senect. 64 Multa in noſtro collegio praeclara fur ſed hoc in primis, quod vt quisque aetate Antecellit, ita ſententi principatum tenet. Cic. Tuſc. 1, 5 Nam Galbam, Africanum, La lium, doctos fuiſſe traditum eſt: ſtudioſum autem eum, qui iis aeta Anteibat, Catonem. Ouid. de Arte Am. 3, 571 Iſta decent puer aetate et amore calentes. Cic. de Senect. 65 c. 18 Vt enim non om vinum, ſic non omnis aetas coaceſcit. Tacit. Ann. 13, 1 Virum aeta Compoſita, inſontem, nobilem, *i. non nimis iuuenem, ſed ab i*

*aet*

*aetate moderatum et ſapientem.* Virg. Aen. 4, 599. - - - confectum aetate parentem. Cic. in Catil. 2, 20 Tertium genus eſt aetate iam confectum. Cic. Fam. 10, 3 Ego, Plance, neceſſitudinem conſtitutam habui cum domo veſtra ante aliquanto, quam tu natus es: amorem autem erga te ab ineunte pueritia tua, Confirmata iam aetate familiaritatem, cum ſtudio meo, tum iudicio tuo conſtitutam. Conſumere aetatem multo labore et ſtudio in declamationibus Qinctil. 2, 20, 4. Ter. Ad. 5, 14, 15 Contriui in quaerendo vitam atque aetatem meam. Cic. de Leg. 1, 5 Vt nollent aetatem in litibus conterere. Aetatem totam in aliquo ſtudio conterere Id. de Orat. 1 c. 51. Cic. pro Caelio, 41 c. 17 Natura interdum multas vias adoleſcentiae lubricas oſtendit, quibus illa inſiſtere aut ingredi ſine caſu aliquo aut prolapſione vix poſſet: et multarum rerum iucundiſſimarum varietatem dedit, qua non modo haec aetas, ſed etiam iam Corroborata caperetur. Curare aetatem ſuam, *eſt idem fere, quod* genium curare *aut* cuticulam. *Vid.* Plaut. Pſeud. 4, 7, 34. Cic. pro Quint. 99 Quam honeſtatem in iudicium tuum prope acta iam aetate decurſaque attulit. Deficit me aetas Ouid. Met. 12, 448. Deflexa *vid.* Deuexa Degere aetatem Lucret. 3, 508. Cic. de Seneſt. c. 1 Philoſophiae qui paret, omne tempus aetatis ſine moleſtia poteſt degere. Degere omnem aetatem ſine dolore Cic. de Fin. 2, 118 Degere aetatem cum aliquo, *i. Viuere* Plaut. Ciſt. 1, 1, 79. Cic. Att. 9, 10 Et (vt verum loquar) aetas iam a diuturnis laboribus deuexa ad otium, domeſticarum me rerum delectatione mollit. *Sic Grut. Graeu. Al.* Deflexa. Hor. Epiſt. 2, 2, 202 Non aginur tumidis velis aquilone ſecundo: Non tamen aduerſis aetatem ducimus auſtris. Eſt ea aetate Cic. pro Cluent. Idem pro C. Rabir. Huic quidem afferet aliquam deprecationem periculi aetas illa, qua tum fuit. Eſſe aetatis. Vt Valeſii et Fuſii in Valerios Furiosque venerunt: ita arbos, labos, vapos etiam et clamos et laſes aetatis fuerunt Quinct. 1, 4, 13. *i. temporis ſ. moris.* Emendanda aetas alia aliter Quinctil. 2, 4, 14 Emoritur aetate ſpes in pueris Quinctil. 1, 1, 2. Cic. pro Roſc. Com. Quum illis exactae aetatis ſeueriſſime fructum quem meruerunt retribuam. Cic. de Seneſt. 66 M. quidem Valerium Coruinum accepimus ad centeſimum annum vitam produxiſſe, quum eſſet exacta iam aetate in agris. *Add.* Tuſc. 1, 94. Ter. Ad. 5, 14, 16 Nunc exacta aetate hoc fructi pro labore fero. Extinguitur aetas. *Vid.* Seneſcit aetas. Ferre aetatem *eſt ab ea non immutari, aut vitiari adeo. Hinc iocus* Ciceronis *ap.* Macrob. Sat. 2, 3 M. Cicero cum apud Damaſippum coenaret, et ille mediocri vino poſito diceret, Bibite Falernum hoc, annorum quadraginta eſt; Bene, inquit, aetatem fert. *q. d. non apparet ita antiquum, nihil adhuc aſperitatis ſuae amiſit. Vid. mox* Portare aetatem. *It.* Cic. de Sen. 67 c. 19 Veterrima quaeque, vt ea vina, quae vetuſtatem ferunt, eſſe debent ſuauiſſima. Petron. 43 Corneolus fuit, aetatem bene ferebat, niger anquam coruus, *de homine crudae et viridis ſenectae, ne canos quidem habente.* Firmata aetas Cic. pro Caelio 43, c. 18 Virg. Ecl. 4, 37 Hinc vbi iam firmata virum te fecerit aetas. Virg. Ecl. 7, 4 Ambo lorentes aetatibus, Arcades Ambo. Formanda aetas Quinctil. 1, 3, 2. Frangitur aetas, *vid.* Seneſcit aetas. Catull. 69, 43 Ne fugiens aeclis obliuiſcentibus aetas. Seru. Sulpic. ap. Cic. Fam. 4, 5 Vt cum liquo adoleſcente primario coniuncta, aetatem gereret. *In correctioribus tamen libris legitur,* Ageret. Habere ſatis aetatis Cic. ro Roſc. Com. 149. Idem Fam. 2, 7 Quare hoc animo in os eſſe debebis, vt aetas noſtra iam ingraueſcens, in amore atque n adoleſcentia tua conquieſcat. *Vid.* et de Seneſt. 6. *ac* de Amic. c. 10. b ineunte aetate Id. de Orat. 1 c. 21. Cic. Off. 2, 121 Ineuntis enim etatis inſcitia, ſenum prudentia regenda eſt. *Add.* de Amic. c. 10. Quinctil. 1, 3, 14 Si aetatem mutes, *i. ſi ponas, alius aetatis homini hoc actum eſſe.* Numerare Propert. 3, 5, 21. *i. commemerare annorum paucitatem miſericordiae commouendae cauſa.* Obtinere, *vid.* OBTINEO. Matius ad Cic. Fam. 11, 28 An quod adoleſcens praeſtiti, quum etiam errare cum excuſatione poſſem, id nunc aetate Praecipitata commutem? Praecipitata, *quod iam videatur quodammodo praeceps in fatum ruere, vt ait Virgilius.* Portare velle aetatem Apul. Met. 5 extr. *De Cupidine ſene pulchro: vt* Ferre aetatem. Cic. in Orat. 176 Horum vterque Iſocratem aetate Praecurrit. *i. e. Iſocrate maior natu fuit.* Cic. de Seneſt. 5 Praeterita enim aetas quamuis longa, quum effluxiſſet, nulla conſolatione permulcere poſſet ſtultam ſenectutem. Cic. de Seneſt. 30 Liuius vsque ad adoleſcentiam meam proceſſit aetate. *h. e. vixit vſque etc.* Progrediens aetas. *Vid.* Feruor aetatis. Progreſſa aetas Sueton. in Claud. 2. Cic. de Seneſt. 3 Niſi forte adoleſcentes, pueritiam: paullum aetate Progreſſi, adoleſcentiam debeant requirere. Prouecta et decrepita Cic. Tuſc. 1, 94 c. 39. Id. de Seneſt. 10 Eum colere coepi non admodum grandem natu, ſed tamen iam aetate Prouectum. Ad omnia aetate Sapimus rectius Ter. Ad. 5, 3, 46. Cic. de Seneſt. 39 Ita ſenſim ſine ſenſu etas ſeneſcit. Id. Phil. 11, 39 Nihil enim ſemper floret: aetas Succedit aetati. Traducere aetatem Cic. de Seneſt. 82. Tranſcendere etate aeuum Sen. Troad. 6. Tranſierunt haec *nomina* aetate Quinct. 1, 4, 13. *i. mutata ſunt.* Vergit aetas, *vid.* Adoleuit aetas. Tacit. Ann. , 43. Viuere tertiam hominum aetatem Ouid. Met. 12, 187. Volat enim aetas Cic. Tuſc. 1, 76. ¶ 7 *Pluralis exempla iam dedimus* n. 2. *Hic addimus* Virg. Ecl. 7, 4 Ambo florentes aetatibus. Vitruu. praef. lib. 9 Qui a teneris aetatibus doctrinarum abundantia atiantur. Cic. Fam. 3, 4 Duo duarum aetatum plurimi facio, Pompeium et Brutum. *Et* Att. 14, 12 Aetatibus noſtris aliena res eſt. Tuſc. 5 c. 3 Heroicis aetatibus. De N. D. 2 c. 20 Sempiternis Saeculorum aetatibus. *Conf.* de Orat. 1 c. 51. Curt. 8, 1, 13.

AETATEM, *Adu. temporis vocant. Eſt autem ipſe Accuſatiuus, miſſa Praepoſitione* Per, *ſignificatque adeo diuerſam temporis durationem, vel perpetuam, quod ipſum nomen adiici, ante obſeruauimus* n. 5. *vel vitae hominis parem.* Ter. Eun. 4, 5, 8 Anne abiit iam a milite? CHREM. Iamdudum: aetatem. Lites ſunt inter eos factae maxumae. Vt viuas aetatem miſer Plaut. Amph. 4, 2, 3. Quid, malum, me aetatem cenſes velle id aſſimularier Ter. Heaut. 4, 2, 38. Lucil. . . . vt multos menſesque diesque, Non tamen aetatem. Ter. Hec. 5, 1, 21 Nam neque ille hoc animo erit aetatem. Plaut. Aſin. 1, 1, 6 Vt tibi ſuperſtes vxor aetatem ſiet. Plaut. Aſin. 2, 2, 18 Adeo vt aetatem ambo ambobus nobis ſint obnoxii. Idem 2, 2, 8 Aetatem velim ſeruire, Libanum vt conueniam modo.

AETATVLA, Dimin. [ἡλικίδιον] *Tenerior puerorum aetas,* Cic. de Fin. 5, 55 c. 20 Facile eſt hoc cernere in primis puerorum aetatulis. Illuſit aetatulam meam Apul. 1 p. 107. *De fructu Veneris. De uo etiam* Cic. pro Sext. c. 8 Vexatores aetatulae tuae. *Et* de Har. Reſp. 42 c. 20 Qui primam illam aetatulam ſuam ad ſcurrarum loculetium libidines detulit. Suet. in Claud. 16 Nihil amplius quam monuit, vt aut parcius aetatulae indulgeret, aut certe cautius: *de eadem re.* Semper iſtam, quam nunc habes, aetatulam obtinebis Plaut. Ciſt. 1, 1, 51. *Add.* Rud. 4, 1, 3 Forma ſcitula atque aetatula. *Et* Pſeud. 1, 2, 40 In munditiis, mollitiis, delitiisque aetatulam agitis. Apul. 10 p. 254, 9 Qualis fuit Venus cum fuit virgo, nudo et intecto corpore perfectam formoſitatem profeſſa; niſi quod tenui pallio bombycino inumbrabat ſpectabilem pubem: quam quidem laciniam curioſulus ventus — reflabat, vt dimota pateret flos aetatulae, ὥρας ἄνθος.

AETERNVS, a, um. Adi. [ἀΐδιος, αἰώνιος, ἀθάνατος] *Quaſi* Aeuiternus, *teſte* Varrone, de L. L. 5, 2. *Nempe* Aeuum *immortalitas et vita Deorum eſt, vt ſ. l. docemus e* Seruio. Idem *enarrans illud* Aen. 6, 727 Mens agitat molem: Si, *inquit*, vt Cicero dicit in Tuſculanis, aeternum eſt quicquid in aeterno motu eſt: ſine dubio etiam animus aeternus eſt. Semper enim in motu eſt, adeo vt ne nobis quidem quieſcentibus conquieſcat. Virg. Georg. 1, 468 Impiaque aeternam timuerunt ſaecula noctem. Cic. Acad. 4, . . Et quicquid eſt, mortale ſit an aeternum. ¶ 2 *Inuenias etiam* Aeternum *de eo dictum, quod finem non niſi cum vita habeat.* Ter. Eun. 5, 2, 33 At nunc dehinc ſpero aeternam inter nos gratiam Fore Thais. Spero, me ob hunc nuntium aeternum adepturum cibum Plaut. Capt. 2, 1. *Vid.* n. 3 Aerumna. Pax. Sacerdos. ¶ 3 *Subſtantiuis iungitur iſtis:* Cic. poſt Red. in Sen. 33 Quodſi mihi aeternam propoſitam eſſe aerumnam arbitrarer, morte me ipſe potius, quam ſempiterno dolore multaſſem. Aeuum aeternum Ouid. Met. 1, 663 Aurum Stat. Silu. 5, 1, 189 *de ſtatua aurea.* Aeſopo ingentem ſtatuam poſuere Attici, Seruumque collocarunt aeterna in Baſi Phaedr. 2, 10, 1. Cic. de Fato 28 Nec ſi omne enuntiatum, aut verum aut falſum eſt, ſequitur illico, eſſe Cauſas immutabiles, easque aeternas. Cibus *vid.* n. 2. Hor. Carm. 2, 11, 11. Crepido Stat. Silu. 1, 1, 58. Quid aeternis minorem Conſiliis animum fatigas? *Vbi* Acron, Aeternis, *i.* Infinitis et diuturnis. Decus aeternum habere Ouid. Triſt. 3, 1, 46. Cic. de Fin. 2, 88. Quid eſt igitur, cur ita ſemper Deum appellet Epicurus beatum et aeternum? Demta enim aeternitate nihilo beatior Iupiter quam Epicurus. Dolorem aeternum perferre Lucret. 3, 1003. Virg. Aen. 4, 201 - - - vigilemque ſacrauerat ignem, Excubias diuum aeternas. *Vid. mox* Ignis. Exilium Hor. Carm. 2, 3, 28 *de morte.* Foedera Virg. Aen. 11, 356. Gratia *vid.* n. 2. Honores Hor. Carm. 2, 1, 15 *de triumpho.* Ouid. Faſt. 3, 420 Ignibus aeternis aeterni numina praeſunt Caeſaris. *Intelligit* ignem *illum, qui a virginibus Veſtae conſecratis, perpetuo et ſumma diligentia colebatur et aſſeruabatur.* Vnde et Hor. Carm. 3, 5, 11 aeternam Veſtam appellat. In aeternum condita vrbs Liu. 28, 28. *i. Vt aeterna ſit.* Virg. Aen. 1, 230 - - - ô qui res hominumque deûmque Aeternis regis imperiis, et fulmine terres. Laborem aeternum carpere Catul. 59, 310. Quo magis aeternum da dictis, diua, Leporem Lucret. 1, 29. Cic. de N. D. 1, 40 Idemque etiam legis perpetuae et aeternae vim, quae quaſi dux vitae et magiſtra officiorum ſit, Iouem dicit eſſe. Luctu aeterno tabeſcere Lucret. 3, 924. Mors Lucret. 3, 1104. Motus Lucret. 2, 1054. Mundus Ouid. Met. 5, 239. Lucret. 3, 641 At quod ſcinditur, et partes diſcedit in vllas, Scilicet aeternam ſibi Naturam abnuit eſſe. Nomen aeternum emere ſanguine Ouid. Amor. 2, 10, 32. Virg. Aen. 6, 235 - - - aeternumque tenet per ſaecula nomen. Virg. Aen. 10, 746 - - - in aeternam clauduntur lumina Noctem. Ouid. de Arte Am. 3, 83 Sed famae inuigilare iuuat. quis noſſet Homerum, Ilias aeternum ſi latuiſſet Opus? Virg. Aen. 4. 99 Quin potius Pacem aeternam, pactosque Hymenaeos Exercemus? *Add.* Flor. 4, 12, 59. Parietes aeterni Plin. 35, 14. Pergama Virg. Aen. 8, 37. *h. e. Nunquam famam neque nomen ſuum perditura.* Poſteritas Ouid. Epiſt. 15, 374. Sen. Agam. 7. - - - et miſeros libera mors vocet: Portus aeterna placidus Quiete. Regna Lucan. 1, 34. Ouid. Amor. 3, 7, 21 Sic flammas aditura pias aeterna Sacerdos ſurgit, *i. Veſtalis, cuius ſacerdotium non niſi cum vita finitur.* Tempus. Lucret. 1, 630, 634. Cic. de Fin. 1, 17 Eumque motum atomorum nullo a principio, ſed ex aeterno tempore intelligi conuenire. Ouid. Met. 1, 116 Ver erat aeternum, placidique tepentibus auris Mulcebant Zephyri natos ſine ſemine flores. Veſta aeterna Hor. Carm. 3, 5, 11. *Vid.* Ignis. Sacerdos. Salluſt. in Catil. Virtus clara, aeternaque habetur. Vitam aeternam dare. Virg. Aen. 12, 880 Quo vitam dedit aeternam? cur mortis ademta eſt Conditio? *h. e.* Immortalitatem. Vrbs aeterna, *pro Roma.* Ouid. Faſt. 3, 72 Iam, modo qua fuerant ſiluae, pecorumque receſſus, Vrbs erat, aeternae cum pater Vrbis ait: *nimirum de qua Iupiter* Virg. Aen. 1, 283 Imperium ſine fine dedi. Vulnus aeternum ſeruare ſub pectore Virg. Aen. 1, 36. ¶ 4 Aeternus, pro Magno atque immenſo. Virg. Aen. 8, 394 Tum pater aeterno fatur deuinctus amore. *Et* Curtius 4, 1, 22 *fere eodem modo*, Ablue Corpus illuuie aeternisque ſordibus ſqualidum. *Obſeruauit* Turneb. Adu. 13, 8. *De permutatione* τοῦ Aeternus, *cum* τῷ Alternus, *vid. Drakenborch ad* Sil. 15, 229 *et Burm. ad* Ouid. Met. 4, 662.

AETERNIOR, ōris. *Compar.* Plin. 14, 1 Nec eſt ligno vlli aeternior natura. *Pro Durabilior, et minus corruptibilis. Idem de* Cedro, Nullum aeternius lignum.

AETERNALIS, e. *Idem.* Tertull. adu. Iudaeos, cap. 6 Lex aeternalis. Aeternalis ſalus Venant. Fortun. 10 Carm. 10. Inſcript. apud Gruter. p. 752 n. 3 SOMNO AETERNALI SACRVM. et apud Reineſ. p. 649. SOMNO AETERNALI.

AETERNABILIS, e. Idem. In Theod. Cod. aliquoties, *vt.* L. 3 de Collat. Donat. Poſſeſſ. excepta aeternabili Vrbe. Accius *apud* Non. 7, 64 Aeternabilem diuitiam partiſſent.

AETERNITAS, ātis. f. [ἀιδιότης] *Tempus fine carens.* Cic. de Nat. Deor. 1, 21, 69 Sed fuit quaedam ab infinito tempore aeternitas, quam nulla circumſcriptio temporum metiebatur. *Deſcribitur copioſe et eleganter a* Claudiano de Laud. Stilic. 2, 424 Eſt ignota procul, noſtraeque imperuia menti Vix adeunda Deis, annorum ſqualida mater, Immenſi ſpelunca aeui, quae tempora vaſto Suppeditat reuocatque ſinu *etc.* Cic. Philipp. 14, 34 c. 13 Nec diſperſis buſtis humili ſepultura crematos, ſed contectos publicis operibus atque muneribus, eaque exſtructione, quae ſit ad memoriam aeternitatis, ara virtutis. Cic. de Vniuerſ. 5 Neque aeternitate immutabili continetur. Cic. de Diu. 2, 19 Si enim nihil fieri poteſt, nihil accidere, nihil euenire, niſi quod ab omni aeternitate certum fuerit eſſe futurum rato tempore; quae poteſt eſſe fortuna? *Rurſum* lib. 1, . . Animus vixit ab omni aeternitate. Ab omni aeternitate repetitum Idem Diuin. 1 c. 14. Idem de Diuin. 1 c. 125 Fatum eſt ex omni aeternitate fluens veritas ſempiterna. *Ac* de Nat. Deor. 2, 115 Ordo autem ſiderum, et in omni aeternitate conſtantia, neque naturam ſignificat, etc. Cic.

in Piſon. 7 c. 3 Mihi populus Romanus vniuerſus illa in concione non vnius diei gratulationem, ſed aeternitatem immortalitatemque donauit. *Sic* Plin. 2, 7 Nec mortales aeternitate donare. Mandare aeternitati. *Vid.* MANDO. ¶ 2 *Eſt in titulis imperatorum, vid. Buckner. ad* Plin. Ep. 10, 50 Opera non minus aeternitate tua, quam gloria, digna: *vbi ſolenni et Ciceroniana figura ponitur. Sequior aetas appellationem et titulum fecit, v. g.* Symm. 10, 34 Quid igitur aeternitas veſtra decernat, deuotus opperior.

AETERNO, āre. [ἀιδιόω, ἀποθανατίζω] *Aeternum et immortalem facere.* Varro rerum humanarum lib. 2. ap. Non. 2, 57 Literiſque ac laudibus aeternare. Hor. Carm. 4, 14, 1 Quae cura patrum, quaeue Quiritium, Plenis honorum muneribus tuas, Auguſtae, virtutes in aeuum Per titulos memoreſque faſtos Aeternet?

AETERNO, Adu. [ἀιδίως] Idem quod Aeternum. Plin. 2, 107 Viret aeterno hunc fontem igneum contexens fraxinus.

AETERNVM, Adu. *pro Semper.* Virg. Aen. 6, 617. Idem Georg. 2, 400 - - - glebaque verſis Aeternum frangenda bidentibus. *i.* Perpetuo, ſemper. Seru.

AETHALĪDES, ae. m. [Αἰθαλίδης] *(i. Fuliginoſus) Praeco, Mercurii filius, inter viuos modo, modo inter mortuos exiſtens. Vid.* Apoll. Argon. 1, 641. *Eum ſe fuiſſe gloriabatur Pythagoras, vet. Schol. Meminit in Catalogo Argonautarum.* Val. Flacc. 1, 437. *Itaque agit de eo Burmann.*

AETHALVS, i. m. *Vuarum genus fuliginoſum in Aegypto* Plin. 14, 7 *Harduinus coniicit legendum* Euthalum.

AETHER, ĕris. m. ſine Pl. [αἰθὴρ] Apul. de Mundo p. 57, 29 Caelum ipſum ſtellaeque caeligenae omniſque ſiderea compago Aether vocatur: non vt quidam putant, quod ignitus ſit et incenſus (παρὰ τῦ αἴθειν) ſed quod curſibus rapidis ſemper rotetur. (παρὰ τῦ ἀεὶ θέειν) Elementum non vnum ex quatuor, quae nota ſunt cunctis, ſed longe aliud numero quintum, ordine primum, genere diuinum et inuiolabile. Cic. de Nat. Deor. 2, 91 c. 36 *Aërem* amplectitur immenſus aether, qui conſtat ex altiſſimis ignibus. Mutuemur hoc quoque verbum, dicaturque tam Aether Latine, quam dicitur Aër: etſi interpretatur Pacuuius, *Hoc quod memoro noſtri caelum, Graii perhibent aethera.* — Ex aethere innumerabiles flammae ſiderum exſiſtunt *etc.* Id. 2, 41 c. 15 In ardore caeleſti, qui aether vel caelum nominatur. Cic. de Nat. Deor. 2, 101 c. 40 Reſtat vltimus, et a domiciliis noſtris altiſſimus, omnia cingens et coërcens caeli complexus, qui idem Aether vocatur, extrema ora et determinatio mundi. *Et* 84 c. 33 Et quum quatuor genera ſint corporum, viciſſitudine eorum mundi continuata natura eſt. Nam ex terra aqua, ex aqua oritur aër, ex aëre aether: deinde retrorſum viciſſim ex aethere aër, inde aqua, ex aqua terra infima. ¶ 2 *Sed obſcurum nomen varie adhibuerunt praeſertim Poëtae.* Aether, *pro Ioue* Lucret. 1, 250 Poſtremo pereunt imbres: vbi eos pater aether In gremium matris terraï praecipitauit. Virg. Georg. 2, 325 Tum pater omnipotens foecundis imbribus aether Coniugis in gremium laetae deſcendit. *Add.* Seru. ad Ecl. 10, 27. Cic. Acad. 4, 126 Zenoni et reliquis fere Stoicis aether videtur ſummus deus, mente praeditus, qua omnia regantur. Chryſippus diſputat, aethera eſſe eum, quem homines Iouem appellarunt Cic. de Nat. Deor. 1 c. 15. *Pro Aëre.* Virg. Georg. 1, 407 - - - raptim ſecat aethera pennis. *Pro Caelo.* Ouid. Triſt. 5, 2, 51 Sic habites terras, et te deſideret aether, *Auguſtum alloquitur. Pro Diis*, Aethera, *h. e. Caelum incolentibus.* Claud. de 6 Conſ. Hon. 352 Prouidus aether *eſt Prouidentia Diuina. Idem* Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 201 - - - Phlegra nobis infenſior aether, *h. e. magis ſunt irati nobis dii, quam gigantes.* Cleanthes et Anaximenes aethera dicunt eſſe ſummum Deum Lactant. 1, 5. *Pro Lumine et ſplendore diuino.* Valer. Argon. 5, 182. - - - ſimul aethere plena coruſco, Pallas. Aether et Dies, parentes Caeli, Caelum vero Saturni Cic. de Nat. Deor. 3, 44 c. 17. Id. de Nat. Deor. 2, 118 Vaporibus aluntur — ſtellae atque omnis aether — nihil vt fere intereat, — quod aſtrorum ignis et aetheris flamma conſumat. ¶ 3 *Iam Epitheta videamus.* Abditus tenebris aether, *i. Obſcuratum caelum caliginibus.* Sen. Agam. 7. Albus Catull. de Berecynth. et Aty. 40. Sol Altum petit aethera Virg. Georg. 3, 358. *i. oritur et verſus meridiem pergit.* Id. Georg. 4, 78 - - - aethere in alto Fit ſonitus, *i. aëre. Et* Aen. 6, 436 Quam vellent aethere in Alto Nunc et pauperiem et duros perferre labores. *i. apud ſuperos, ſupra terram, non apud inferos.* Apertus, *Aër* Virg. Aen. 1, 587 Scindit ſe nubes, et in aethera purgat Apertum. *Sic* Aen. 10, 102 Silet arduus Aether. Attritus ſubita face rumpitur Stat. Theb. 1, 354. Auius Stat. Theb. 5, 14 *int. hominibus; vel etiam vagus, in quo nullum viae veſtigium.* Aureus, *pro Caelo ſplendido* Ouid. Met. 13, 587. Clarus Sen. Herc. 9. Concuſſus mugitibus Virg. Georg. 3, 150. Lucret. 5, 468 Sic igitur tum ſe leuis ac diffuſilis aether, *i. Diffuſus, omnia implens.* Gelidus Virg. Aen. 8, 28. *i. aër nocturnus, vt ſub Ioue frigido.* Igneus Valer. Argon. 1, 616. Cic. in Arat. At propter ſe aliqua ardenti cum corpore portat, Igniferum mulcens tremebundis aethera pennis. Lucret. 5, 499 - - - inde aether ignifer ipſe. Cic. de Nat. Deor. 2, 91 c. 36 Aërem amplectitur immenſus aether, qui conſtat ex altiſſimis ignibus. Impulſus ſonitu Lucan. 1, 152. Incertus ducit nubila Valer. Argon. 1, 307. Innubilus Lucret. 3, 21. Laeuus Stat. Theb. 5, . . *i. ſiniſter et aduerſus.* Laetus Claud. in praefat. lib. 3. Leuis Virg. Georg. 1, 409. Sil. 2, 513 Liber nubibus aether, *i.* Serenus. Lucan. 3, 522. Liquidus aether, ſiue aër Virg. Aen. 7, 65. Longus Stat. Theb. 10, . . Mitior Claud. de Bell. Gild. 152. Nitidus Valer. Argon. 3, 467. Perlucens, *vid.* Tenuis ac perlucens aether. Peruius, *i. Aër penetrabilis* Ouid. Met. 6, 654. Prouidus, *h. e.* Deorum prouidentia Claud. 6 Conſulat. Honor. 352. Rapidus Lucret. 5, 520. Sacer Ouid. Met. 1, 254. Serenus Lucan. 1, 58. Signifer Lucret. 5, 499. Stellatus Valer. Argon. 2, 42. Summus aether, *i.* Caelum Ouid. in Ibin 70. Tenuis ac perlucens Cic. de Nat. Deor. 2, 54. Non eſt aetheris ea natura, vt vi ſua ſtellas complexa contorqueat. Nam tenuis ac perlucens, et aequabili calore ſuffuſus aether non ſatis aptus ad ſtellas continendas videtur. Tenuiſſimus Cic. de Nat. Deor. 42 c. 15 Sidera autem aethereum locum obtinent: qui quoniam tenuiſſimus eſt, et ſemper agitatur et viget, neceſſe eſt, quod animal in eo gignatur, id et ſenſu acerrimo et mobilitate celerrima eſſe. Vaſtus Virg. Aen. 5, 821. ¶ 4 *Verba etiam quaedam ponamus, ad quae* Aether *adiicitur.* Claudian. in Rufin. 1, 372 Terras qui nuncio ipſumque Fatigat Aethera. Grauitate Carens Ouid. Met 1, 68. Ferit aethera clamor nauticus Virg. Aen. 5, 140. Mulcere aethera cantu, *dicuntur volucres aſſuetae ripis.* Virg. Aen. 7, 34. Obſcurare aethera pennis *dicuntur volucres* Virg. Aen. 12, 253. Obumbrare aethera telis Virg. Aen. 12, 578. Onerare aethera votis, *i.* Deos Virg. Aen. 9, 24.

Purgatus aether, *diſcuſſis nubibus.* Sil. 12, . . Plangoribus reſonat aether Virg. Aen. 5, 668. Verberare alis aethera Virg. Aen. 11, 756.

AETHRA, ae. [αἴθρα] *Pro Aethere vel Aere: poëticum eſt.* Virg. Aen. 3, 585 Nam neque erunt aſtrorum ignes, nec lucidus aethra Siderea polus. Cic. de Nat. Deor. 2, 117 c. 45 Aërem complexa ſumma pars caeli, quae Aethra dicitur, et ſuum retinet ardorem tenuem, et nulla admiſtione concretum, et cum aëris extremitate coniungitur. *Sic poſt Victorium Grut. et rell. Vulgg.* Aether. Albens aethra Sil. Ital. 5, . . Aethra flamminea, *laudatur ex* Macrob. Saturn. 6, 4 *et ita editt. vett. Sed* Gron. Flammeam per aethram *ex vet. Poëta.* Lenis Valer. Flacc. Argon. 6, 748. Liquida, *i. Purus aër* Sil. 4, 103. Ennius apud Macrob. Saturn. 6, 4 *dixerat*, Interea fax occidit, oceanumque rubra tractim obruit aethra. *Hoc imitatus* Virg. Aen. 12, 247 Namque volans rubra fuluus Iouis ales in aethra. *Conſ.* Seru. Squalens aethra Prudent. Cath. 9, 78. *i. impurus aër.*

AETHEREVS, ſiue AETHERIVS, *quod propius ad Graecum fontem eſt.* [αἰθέριος] Virg. Aen. 8, 319 Primus ab aethereo venit Saturnus Olympo. Cic. de Nat. Deor. 2, 42 c. 15 Sidera autem aethereum locum obtinent. Arcti aethereae, *i. Vrſae* Sen. Thyeſt. 5. Ars aetherea, *pro Diuinatione* Stat. Theb. 6, 379. Arx aetherea, *Caelum* Ouid. Triſt. 4, 3, 19. Aſtra Virg. Aen. 5, 838. Aura aetherea veſci, *pro Viuere* Virg. Aen. 1, 547. Axis *Caelum* Ouid. Faſt. 3, 368. Curſus Virg. Aen. 6, 536. Cic. de Nat. Deor. 2, 54 c. 21 Nec habent *(ſtellae)* aethereos curſus, neque caelo inhaerentes — *ſed* habent ſuam ſphaeram — ab aetherea coniunctione ſecretam et liberam. Ouid. Faſt. 6, 427 Aetheream ſeruate Deam, ſeruabilis vrbem, *i. Pallada ſ. Palladium* διοπετὲς, *de quo v.* 421 Creditur armiferae ſignum caeleſte Mineruae Vrbis in Iliacae deſiluiſſe iuga. Domus, *Caelum* Hor. Carm. 1, 3, 29. Virg. Georg. 4, 221 Eſſe apibus partem diuinae mentis, et hauſtus Aethereos dixere. *h. e. Diuinos ſpiritus.* Ignes, *Sidera* Lucret. 2, 1097. Ouid. Faſt. 5, 88 Aethereum volucri qui pede carpit iter, *Mercurius* Lux Sen. Hippol. 8. Nubes Ouid. Met. 15, 804. Pater, *Iupiter* Stat. Silu. 3, 1, 186. Pax Valer. Argon. 2, 84 *inter Deos.* Plaga, *h. e. Aëris regio* Virg. Aen. 1, 394. Sedes aethereas ſperare auſus Tiphoëus Ouid. Met. 5, 348. Eſt Deus in nobis, ſunt et commercia caeli. Sedibus aethereis ſpiritus ille venit Ouid. A. A. 3, 549. Semen aethereum, *i. Diuinum* Virg. Aen. 7, 281. Solibus aethereis altoque recanduit aeſtu Ouid. Met. 1, 435. Tropaea aetherea, *i. Coeleſtia, et honori deorum dicata* Claud. de Rapt. Proſerp. 3, . . Vertex, *Altus* Tibul. 1, 7, 15. Via Ouid. Epiſt. 16, 72. Vindex aethereus, Iupiter Ouid. in Ibin 476.

AETHERIA, Vniuerſa gens *Aethiopum* appellata eſt Plin. 6, 30

AETHIOPIA. [Αἰθιοπία] *Pars Africae, torridae zonae ſubiecta* Plin. 6, 30 Vniuerſa gens Aetheria appellata eſt, deinde Atlantia, mox a Vulcani filio Aethiope Athiopia. Plin. 5, 8 Veriſſima opinione eorum, qui deſertis Africae duas Aethiopias ſuperponunt, et ante omnes Homeri, qui bipartitos tradit Aethiopas, ad orientem, occaſumque verſos. *Add.* Melam 3, 9 Aethiopia aeſtiuos imbres non habet. Pro inde in ea omni ſerunt menſe, vt in Aegypto et India Plin. 17, 18.

AETHIOPS, ŏpis. [Αἰθίοψ] *Aethiopiae incola.* Manil. 4, 723 Aethiopes maculant orbem tenebriſque figurant Perfuſas (*Bentl. Perfuſcas*) hominum gentes. Plin. 2, 78 Aethiopas vicini ſideris vapore torreri, aduſtiſque ſimiles gigni, barba et capillo vibrato, non eſt dubium. Cic. poſt red. in Sen. 14 c. 6 Cum hoc homine, an cum ſtipite Aethiope ſi in foro conſtitiſſes, nihil crederes intereſſe; ſine ſenſu ſine ſapore, elinguem, tardum, inhumanum, neglectum, Cappadocem modo abreptum de venalium grege diceres. *Seruos ex Aethiopia habere magnificum* Ter. Eun. 1, 2, 85. Tib. 2, 6, 37. *Fabula Homerica de Ioue et Diis apud Aethiopas epulantibus tangitur etiam* Stat. Theb. 5, 437, *vbi* Rubentes *vocat a vicino nempe ſole, et aurora.* ¶ 2 Aethiopus *etiam* lectum: ſed tantum Aethiops dicimus Seru. ad Aen. 7, 605. ¶ 3 Aethiopes *pro malis daemonibus, ap. veteres Chriſtianos.* Exſtinctus eſt fulgor, ac tenebris ſuccedentibus, aduerſarius nationibus natus eſt foetor, omniſque illa beatorum turba, expellentibus quibuſdam Aethiopibus minata eſt foras Victor Vtic. de Perſec. Vandal. lib. 3. Haec eſt dies, quae illuxit poſt turbida regni Aethiopum tempora Auctor hymni, Laudes Chriſto Redemtori. *vid. Torrent. a. h. l. Barth. Adu.* 3, 2 *et* 22, 5.

AETHIOPĬCVS, Adi. *vt*, Oceanus Aethiopicus Plin. 6, 30 Aethiopicae naues Idem 5, 9.

AETHIŎPIS, ĭdis. [αἰθιοπὶς] *Herba magica, de qua locus claſſicus* Plin. 27, 4 Aethiopide herba dicunt amnes ac ſtagna ſiccari coniectu tactu clauſa omnia aperiri Plin. 26, 4 Idem 24, 17 *tradit*, Aethiopidem in Meroë naſci, ob id et Meroidem appellari, folio lactucae, hydropicis vtiliſſimam e mulſo potam.

AETHON, [Αἴθων] *Vnus ex equis Solis: ſunt enim quatuor*, Pyrois, Eous, Aethon, Phlegon. Ouid. Met. 2, 154. *Eſt et* Aethon *nomen equi Pallantis*, Virg. Aen. 11, 89. Seruius, Aethon nomen equi, quo et Aurorae equus vocatur. *Apud Homerum iugalis eſt equus Hectoris: apud Claudianum Plutonis*, de Rapt. Proſerp. 1, 283.

AETHRA, [Αἴθρα] Pitthei filia, Theſei mater Hygin. f. 79. Ouid. in Ibin 577 Vtque nepos Aethrae, Veneris moribundus ob iram Exul ab attonitis excutiaris equis. *i. Hippolytus Theſei* F. ¶ *Ficta inter Comites Helenae ab* Ouidio Her. 10, 131 Et comitum prima Clymenenque Aethramque tuarum.

AETHRA, *pro* Aethere *vid.* AETHER.

AETHRAEA, Inſula, quae nunc Rhodos dicitur Plin. 5, 31.

AETHRIA, Inſula maris Aegaei, non procul a Lenno, aliquando dicta Aëria, poſtea Thaſſos Plin. 4, 12 ſ. 23.

AETHVSA, [Αἴθουσα] Inſula eſt in mari Libyco, quae a quibuſdam Aeguſa dicitur Plin. 3, 8.

AETIA, orum. [Αἴτια] *Operis nomen a Callimacho Poëta conſcripti de quo* Martial. 10, 4 — Hominem pagina noſtra ſapit. Sed non vis Mamurre, tuos cognoſcere mores, Nec te ſcire: legas Αἴτια Callimachi *librum, fabulas, de quibus ante dixerat, ab origine inde repetentem*

AETIOLOGIA, [αἰτιολογία] Cauſarum inquiſitionem cur aetiologiam dicere non audeamus Senec. Ep. 95. *Exemplum huius figurae eſt* Ter. Eun. 1, 1, 34 Sed ipſa egreditur fundi noſtri calamitas. Nam quod nos capere oportet, haec intercipit. Quinctil. 9, 3, 93 Ad propoſitum ſubiecta ratio *vocatur. Add.* Iſidor. 2, 21.

AETĪTES, ae. m. [Ἀετίτης] Plin. 36, 21. Aëtites lapis ex argumento nominis magnam famam habet. Reperitur in nidis aquilarum Aiunt binos inueniri, marem et foeminam: nec ſine iis parere aquilas. Genera eorum quatuor. *Paullo poſt*, Aëtitae omnes grauidis adalligati mulieribus vel quadrupedibus in pelliculis ſacrificatorum animalium

lium continent partûs, non niſi parturiant remouendi: alioqui vulnae excidium fit. Sed niſi parturientibus auferantur, omnino non pariunt. Idem 37, 11 Aëtites nomen habet a colore aquilae candicante cauda. Rurſum 30, 14 Lapis Aëtites in aquilae repertus nido, cuſtodit partus contra omnes abortuum inſidias. Lib. 10, 3 Tribus primis et quinto aquilarum generi inaedificatur nido lapis Aëtites, quem aliqui dixere Gagatem, (Gangitem. *Hard.*) ad multa remedia vtilis, nihil igne deperdens. Eſt autem Lapis iſte praegnans; intus cum quatias, alio velut in vtero ſonante. Sed vis illa medica nonniſi nido direptis. Add. Solin. c. 40.

AETNA, *vel* AETNE. [Ἄιτνα] Mons *Campaniae incendiis nobilis.* Plin. 2, 106 Ardet Aetna noctibus ſemper, tantoque aeuo ignium materia ſufficit, niualis hibernis temporibus, egeſtumque cinerem pruinis operiens. Idem 2, 103 extr. *tradit*, Aetnam flagrare in tantum, vt quinquagena et centena millia paſſuum arenas, flammarum globos eructet: in *eius tamen* radicibus exſilire *ſcaturireque* fontes. Aetnam *deſcribit* Virg. Aen. 3, 574. etc. *Quem locum* Macrobius Saturn. 5, 17 *et eruditius multo Phauorinus apud* Gell. 17, 10 *cum* Pindari, *vt ſumtum aiunt, verbis comparant. Cenſuram illam magno apparatu doctrinae refellit Cerda ad l. c. vnde reliqua fere licet petere. Nobis ſatis eſt indicare nobilia loca Poëtarum, vbi eum montem deſcribunt. Exſtat igitur* Cornelii Seueri Aetna in Catal. Virgilii. *De rationibus diſputat* Lucret. 6, 639. *Tangit* Ouid. Met. 5, 351 ſq. *philoſophatur* Met. 15, 340. *Diuina eſt deſcriptio* Claudiani de R. P. 1, 151 — 177. Aetna *Vulcani officina et Cyclopum* Cic de Diu. 2, 43 c. 19 Non enim te puto eſſe eum, qui Ioui fulmen fabricatus eſſe Cyclopas in Aetna putes. Aetnam et Athonem *montes, in moleſtiae taediique prouerbium abiiſſe indicat verſus* Lucilii apud Gell. 16, 9 Aetnae omnes, aſperi Athones. *Nempe* Degrauat Aetna caput, ſub qua reſupinus arenas Eiectat, flammamque fero vomit ore Typhaeus Ouid. Met. 5, 352. *vid. mox* Alta. *Vnde et* Cic. de Senect. 4 Onus Aetna grauius ſuſtinere. ¶ 2 *Iam Epitheta quaedam* Aetnae *videamus.* Alta iacet vaſti ſuper ora Typhoëos Aetne Ouid. Faſt. 4, 491. Fera Propert. lib. 3, 1, 45. Grauis Claud. in praef. in 6 Conſ. Hon. Ignea Ouid. Met. 15, 340. Ignifera Stat. Achill. 1, 89. Impetus Aetnae furit ignibus Lucret. 2, 593. Ingens Virg. Aen. 3, 579. Rapida Ouid. Triſt. 5, 2, 75. Sicana Hor. Epod. 17, 32. Sicanis, *i.* Sicula Ouid. in Ibin 598. Sicula Lucan. 1, 545. Trinacria Virg. Aen. 3, 579. Typhoidos Aetnae arua, *a Typhoëo* Ouid. in Epiſt. Sapphus, ſ. 15, 11. ¶ 3 *Verba et Participia:* Aeſtuat Aetna Seuerus in Aetna 71. Ardens Hor. de Arte Poët. 465. Excandeſcit Aetna Seuer. in Aetna. Feruens Sen. Thyeſt. 7. Fumans Stat. Theb. 8. Inmugit Aetna cauernis Virg. Aen. 3, 674. Redundans Claud. de Diis fratribus. Virg. Georg. 1, 472

- - - quóties Cyclopum efferuere in agros
Vidimus vndantem ruptis fornacibus Aetnam:
Flammarumque globos, liquefactaque voluere ſaxa?

Vaporifera Stat. Theb. 6, 716.

AETNAEVS, Adi. [Ἀιτναῖος] Camini Aetnaei, *i.* Crateres, vel fornaces Aetnae montis Sen. Oeth. 9. Cyclopes Aetnaei Virg. Aen. 440. Deus Aetnaeus, Vulcanus Valer. Flacc. Argon. 2, 420. Fratres, Cyclopes Virg. Aen. 3, 678. Fulmen Ouid. de Arte Am. 3, 90. Fabulantur enim Poëtae, Vulcanum et Cyclopas Ioui fulmen in Aetna fabricare. Ignes, *i.* Tam magni, quantos habet Aetna *inquit* Seruius Virg. Aen. 7, 786. Ouid. Ep. 15, 12 Me calor Aetnaeo non minor igne coquit. Cic. de Nat. Deor. 2, 96 c. 38 Nos autem tenebras cogitemus tantas, quantae quondam eruptione Aetnaeorum Ignium finitimas regiones obſcurauiſſe dicuntur, vt per biduum nemo hominem homo agnoſceret: cum autem tertio die ſol illuxiſſet, tum vt reuixiſſe ſibi viderentur. Paſtor, *Polyphemus* Ouid. in Ibin 269. et de Ponto 2, 2, 115. Tellus, *Sicilia* Ouid. Met. 8, 260. *Etiam alias* Aetnaeus *ſimpliciter pro* Siculis. *vid. Drakenb. ad* Sil. 2, 304.

AETNENSIS, Adi. *ab* Aetna *vrbe Siciliae, monti vicina* vt, Ager Aetnenſis Cic. Verr. 3, 105.

AETŌLIA, [Ἀιτωλία] *Graeciae regio, Epiro, Acarnaniae, et Locris finitima, dicta ab Aetolo Martis filio.* Cic. in Piſon. 91 c. 37 Aetoliam, quae procul a barbaris disiuncta gentibus, in ſinu pacis poſita, medio fere Graeciae gremio continetur, decedens miſeram perdidiſti. Ouid. Amor. 3, 5, 37 Nec tanti Calydon, nec tota Aetolia tanti. Plin. 10 ſ. 37 Marcus Ludius Helotas Aetolia oriundus. Aetolia *videtur triſyllabum, I colliqueſcente, vt* Abiete, Pariete, *cum Dactylum faciunt.*

AETOLĬCVS, Adi. [Ἀιτωλικὸς] Liu. 28, 5 Aetolicum bellum. 37, . . . Aetolicum magis ad Thermōpylas bellum, quam regium fuit. Aetolicus aper, *i. Calydonius* Plaut. Perſa 1, 1, 3. *Sed quae* laudatur Aetolica veſtis e Plauti Poenulo, *ea nulla eſt, puto, orta ex* 3, 3, 7 *ſi ita Gron.* Aetoli ciues te ſalutamus, Lyce.

AETŌLVS, *ſiue* AETOLIVS, Adi. [Ἀιτώλιος] *vt*, Aetolius heros, *Diomedes Tydei Aetoliae regis filius* Ouid. Met. 14, 461. Arpi Aetoli Virg. Aen. 10, 28. *Vbi* Seruius: De Aetolia Diomedes venit, qui Arpos in Apulia condidit. *Sic* Sil. 9, 495 Aetoli campi *ſunt* Apuli. ¶ 2 *Nomen reliquis dediſſe dicitur* Aetolus, Martis filius, *qui* iaculum cum amento inueniſſe fertur *ap.* Plin. 7, 56.

AETŎPON, i. *Herbae nomen, al. Leontopodion.* Apul. de Herb. c. 7.

## A E V

AEVVM, [αἰώνιον, αἰὼν Vet. Gloſſ.] Seruius ad Aen. 6, 764. Aeuum proprie Aeternitatis eſt: quae non niſi in deos venit. Ennius, Romulus in caelo cum diis genitalibus aeuum Degit. *Vnde* Cic. Tuſc. 1 c. 12 dixit, Agere aeuum cum diis in coelo, *i. Aeternum viuere.* Aeuum ab aetate omnium annorum Varr. L. L. 5, 2. Cenſorinus de Die Natali, cap. 16 Eſt immenſum, ſine origine, ſine fine, quod eodem modo ſemper fuit, ſemper futurum eſt: neque ad quemquam hominum magis quam ad alterum pertinet. Hoc in tria diuiditur tempora, praeteritum, praeſens, futurum. ex quibus praeteritum initio caret; exitu futurum: Praeſens autem, quod medium eſt, adeo exiguum et incomprehenſibile eſt, vt nullam accipiat longitudinem, neque aliud eſſe videatur, quam transacti futurique coniunctio: adeo porro inſtabile, ut idem ſit nunquam: et quicquid tranſcurrit, a futuro decerpit, et apponit praeterito. ¶ 2 *Sed ponitur* Aeuum, *pro* Aetate *in quantum ea vitam, ſaeculum, tempus etc. ſpectat, v. g.* Virg. Aen. 2, 633 — Vos ô quibus integer aeui Sanguis, ait. *Vbi* Seruius, Plenam aetatem ſignificat ex ſanguine, qui non eſt integer niſi in iuuenibus. Veneno interiit anno aeui quadrageſimo Aur. Victor in Tito. *Sic idem ſaepius.* Interiit anno aeui quarto et quadrageſimo Epit. Vict. in Conſtantio. Puer hoc aeui conuiuium agitat Apul. Apol. 2 p. 336. *i. eius aetatis.* Qualibus in tenebris vitae quantiſque periclis Degitur hoc aeui, quodcunque eſt Lucret. 2, 15. Forte meum ſi quis te percontabitur aeuum, Me, ſciat, vndenos quater impleuiſſe Decembres Hor. Epiſt. 1, 20, 26. Virg. Aen. 8, 627 Haud vatum ignarus, venturique inſcius aeui, *i. rerum futurarum. De praeteritis.* Ouid. Met. 15, 11 - - - veteris non inſcius aeui. *Sed* Virg. Ecl. 8, 28 - - - aeuoque ſequenti (*tempore*) Cum canibus timidi venient ad pocula damae. Plin. 10, 6 Vmbricius aruſpicum in noſtro aeuo peritiſſimus, *i. ſaeculo. Add.* Id. 36, 6. Nulli datus omnibus aeuis Tam procul a patria eſt horidiorue locus Ouid. Pont. 1, 3, 83. At non ter aeuo functus ſenex Hor. Od. 2, 9, 13 *i. Neſtor, trium ſaeculorum ſenex.* Aeuo noſtro accidit Plin. 2, 13. Ad hoc aeui, *pro* Ad hoc vſque tempus Plin. 16, 4. Hor. Serm. 6, 97 Viue memor, quam ſis aeui breuis. Confectus aeuo, *h. e. Aetate* Virg. Aen. 11, 85. Flos aeui Ouid. Met. 9, . . Grauior aeuo Virg. Aen. 2, 435. Maturus Virg. Aen. 5, 73. Metas aeui Pylias tranſcendere Stat. Silu. 5, 3, 255. *i. aetatem Neſtoris Pylii.* Praeſens aeuum Sil. 17, . . Reparator aeui immenſi Stat. Silu. 4, 1, 11 *Ianus.* Robur aeui Ouid. Met. 15, . . Sator aeui Iupiter. Sil. 16, . . Situs aeui, *vid.* SITVS. Tenor aeui Stat. Silu. 3, 3, . . Terminus aeui anguſtus Virg. Georg. 4, 206. Venerabilis aeuo Stat. Theb. 11, . . In aeuum. Calliſtratus in l. liberorum. 202. D. de verb. ſignif. Etenim idcirco filios filiasve concipimus atque edimus, vt ex prole eorum earumue, diuturnitatis nobis memoriam in aeuum relinquamus, *i. In perpetuum.* ¶ 3 *Adiectiua* Aeui *haec obſeruamus:* Aequale, *it.* Aeternum, *vid. in his locis.* Annoſum Lucan. 9, 359. Plin. 4, 12. Breue Hor. Carm. 2, 16, 17. et Serm. 2, 6, 97. Canum Claud. Paneg. 3, . . Plin. 7, 43 Tribuit ei pop. Rom. quod nunquam vlli alii a condito aeuo. Hor. Carm. 2, 2, 5. Viuet extento Proculeius aeuo, *de Fama nominis.* Futuri aeui euentura videre Tibul. 3, 4, 47. Grande aeuum Lucret. 2, 1141. Hoc aeui, *pro, id aetatis* Lucret. 2, 15. Apul. Apol. 2 p. 336. Ignauum Claud. de Rapt. Proſerp. 3, . . Immenſum Stat. Silu. 4, . . Immortali aeuo cum pace frui Lucret. 2, 646. Incertum Ouid, Met. 15, 874. Longinquo aeuo omnia fluunt Lucret. 2, 68. Longum aeuum prorogare Hor. de Arte Poët. 346. Magnum durare per aeuum. Lucret. 5, 62. Virg. Aen. 9, 446 - - - ſi quid mea carmina poſſunt, Nulla dies vnquam memori vos eximet aeuo. Catal. Virg. in Epigr. de litera Y. v. 120. At qui deſidiam, luxumque ſequetur inertem: Dum fugit oppoſitos incauta mente labores: Turpis inopſque ſimul miſerabile tranſigit aeuum. Mutabile Virg. Aen. 11, 425. Occulto velut aeuo creſcit arbor Hor. Carm. 1, 12, 45. Paruum Ouid. ad Liviam, 285. Perbreue aeuum, *vid. h. v.* Perpetuum Lucret. 5, 162. Placidum aeuum degere Lucret. 2, 1093 *de Dîs Epicuri. Primum.* Occidis, heu! primo potes hoc durare ſub aeuo Val. Flacc. 7, 338. *i. adoleſcentia.* Sempiterno aeuo frui Cic. de Somn. Scip. c. 3. Sen. Hippol. 6 Fama miratrix Senioris aeui. Spatioſum Ouid. Met. 3, 529. Tenerum Claud. Paneg. 4, . . Velox Sen. Herc. 3. Viride Ouid. Triſt. 3, 1, 7. ¶ 4 *Verba et Participia* Aeuo *addita.* Agere aeuum ſecurum *h. e. Sine ſolicitudine et cura aeternum viuere* Lucret. 5, 83. *de Dîs.* Agitare aeuum ſub legibus Virg. Georg. 4, 154. Colere vi aeuum *h. e. Vitam traducere in mutua violentia* Lucret. 5, 1144. Conſumere aeuum in curis Lucret. 5, 1430. Defunctum Claud. Epig. 3, . . Degere hoc aeui Lucr. 2, 15. Depereunt aeuo omnia Ouid. Amor. 1, 15, 32. Ducere aeuum per gradus Sen. Hippol. 4. Plin. 35, 14 In Africa Hiſpaniaque ex terra parietes aeuis durant, incorrupti imbribus, ventis, ignibus. Exigere aeuum ſtudiis virilibus Ouid. Met. 12, 208. Feſſus aeuo Lucret. 3, 459. Finire aeuum Ouid. Met. 5, 400. Florens Lucret. 5, 1021. At non ter aeuo Functus ſenex Hor. Od. 2, 9, 13. *i. qui tria ſaecula vixit.* Incorruptum tot aeuis Plin. 16, 36. Ineunte ex aeuo, *h. e. A principio aetatis et natiuitatis* Lucret. 3, 745. Infractum Sil. 15, . . Labens Sil. 17, . . Manet aeuo Col. 11, 3, 36. *i. diu durat.* Virg. Georg. 3, 100 - - animos aeuumque Notabis Praecipue. *de equis.* Stat. Theb. 1, 319 - - - hac aeuum cupiat pro laude paciſci, *h. e. Pro illo die totius vitae ſuae libenter offerre velit tempora.* Pati Colum. 2, 10, 1. *i. aetatem ferre, non ſtatim perire.* Peragere Ouid. Met. 15, 485. Perdere Stat. Theb. 5, 136. Prorogare, *vid.* Aeuum longum. Rediens aeuum, *vid.* Aeui conditor, in CONDO. Renouare Ouid. Met. 7, . . Seneſcere aeuo Lucret. 1, 326. Soluti annis et aeuo Ouid. Met. 8, 712. Eſſe aeui. Viue memor, quam ſis aeui breuis Hor. Sat. 2, 6, 97 Tardans aeuum. Stat. Theb. 6, 559. Terere aeuum Claud. Epigr. 3. Traducere leniter Hor. Epiſt. 1, 19, 97. Tranſigere in agris Claud. Epigr. 2, 1. Vergit aeuum in exuſtionem Plin. 7, 16. Aeuis, *plur. vidimus n. 1* ex Ouid. Pont. 1, 3, 83. *Sic* Plin. 14, 1. *et* 16, 36.

AEVVS, i. m. *Idem apud veteres.* Plaut. Poen. 5, 4, 14 Per quem viuimus vitalem aeuum. Et Lucret. 2, 561 *vbi tamen* Omne *Creech. Sed non aeque mutare* licuit 3, 604 Non modo non omnem poſſit durare per aeuum.

AEVĬTAS, ātis. f. [αἰωνότης] *Sic antiqui pro* Aetas *dixerunt.* Varro Tithono, ap. Non. 3, 17 Quam voluntatem aeuitatis extima attigit metam aeuitas. Aeuitatem annali lege ſeruanto Cic. de LL. 3, 8 *ex LL. XII. tabularum, puto, vt et illud ibid.* 7 Cenſores populi aeuitates, ſoboles, familias, pecuniaſque cenſento. *Et iterum* Exin pecunias, aeuitates, ordines partiunto. Gell. 20, 1 Si in ius vocat, ſi morbus aeuitaſque vitium eſſet, qui in ius vocabit, iumentum dato. *Sunt et haec verba Legis XII Tabul.* Arnob. 5 p. 161. Apul. de Philoſ. Nat. p. 8, 27 Natura mortales Deos ad aeuitatem temporis edidit.

AEVITERNVS, a, um, *Antiquum nomen, e quo contractum eſt* Aeternus, *vt vult* Varro apud Priſcian 2 p. 595. *it.* de L. L. 5, 2. Apul. de Deo Socr. p. 43, 9 Quos Deos Plato exiſtimat naturas (*Sic leg. pro* natura) in corporaleis, animaleis, neque fine vllo neque exordio, ſed prorſus (*i. antrorſum, verſus futura*) ac retro aeuiternas.

## A E X

AEX, [Ἄιξ] Plin. 4, 11 Aegaeo mari nomen dedit ſcopulus inter Tenedum et Chium verius quam inſula, Aex nomine, a ſpecie caprae, quae ita Graecis appellatur.

## A F F

A. F. *In notis eſt* Auli Filius. A. F. A. N. Auli Filius, Auli Nepos *etc.* A. F. P. R. Actum Fide Publii Rutilii: *quod ipſe interpretatus eſt ioco oratorio* Ante Factum Poſt Relatum, *C. Cannius autem* Aemilius Fecit Plectitur Rutilius. *Vid.* Cic. de Or. 2 c. 69. A. FR. A Fronte. AFR. Africa, Africanus. A FRVM. A Frumento *ſeruus.*

**AFER** Afri, *vid.* AFRICA.

**AFFABILITAS**, *vid.* AFFOR, aris.

**AFFABER**, ſ. Adfaber, bra, brum. Fabrefactus Feſt. [Ἐντέχνης] Gloſſ. Gr. Lat. *Hinc*

**AFFĂBRE**, Adu. [δαιδαλέως, καλλοέργως] *i.* Pulchre, vt ait Nonius 1, 192. *Caeterum, vt ex ipſa origine apparet, non modo pulchre ſignificat, ſed magis etiam artificioſe.* Cic. Verr. 2 c. 5 Deum denique nullum Siculis, qui ei paullo magis affabre atque antiquo artificio factus videretur reliquit.

**AFFABRICATVS**, a, um. *Studio et manu et quaſi fabricando additus.* Conſuetudo quaſi ſecunda et affabricata natura dicitur. Auguſtinus.

**AFFANIAE**, ārum. [ὕθλοι] *Pro Nugis, ſiue a Fando inclinatum nomen ſit, ſiue deriuatum ab* Aphannis, *ignobili Siciliae oppido, vt* Apinae *ac* Tricae. Apul. Met. 9 p. 221, 25 *Elm.* Has et alias ſimiles affanias fruſtra adblaterantes, eos retrorſum abducunt pagani. *Pricaeus* p. 183, 15 *dedit* His et aliis ſimilibus affaniis fruſtra oblateratis. Id. Apul. 10 p. 243, 14 Ore ſemiclauſo balbutiens neſcio quas affanias effutire. *Vtroque ergo loco adhibet de confuſo ſermone hominis in ſcelere deprehenſi.*

**AFFĂTIM**, *vel* ADFATIM, Adu. [ῥύδην, ῥοδὸν, ἄδην, κατακόρως] Primam *teſte* Gell. 7, 7 acuit. Feſtus, Affatim dictum a copia fandi, ſignificat Abundanter. Liuius (*Andronicus*) Affatim edi, bibi, luſi. Terentius Affatim dixit, pro eo quod eſt ad laſſitudinem. *Haec* Feſtus. *Vltimam Etymologiam non improbabilem facit verbum* fatiſco, *it.* fatigari. *Forte* affatim *eſſe dicebant primo quae* fatigarent *portantes, rumperent, et* fatiſcere *facerent vaſa* etc. Seruius ad Aen. 1, 127 Fatim, abundanter dicimus: vnde et affatim. Affatim diximus Plin. 17, 24. Affatim materiae Liu. 32, . . . Item Affatim lignorum. Id. . . . Auxiliorum affatim erat Liu. 34, 26. Sibi copiarum affatim eſſe Id. ib. c. 37. Plaut. Bacch. 3, 3, 94 Melius eſſet, me quoque vna ſi cum illo relinqueres. PH. Affatim eſt, *i. ſatis eſt* tibi diuitiarum affatim eſt Idem Mil. Glor. 4, 1, 33. Id. Poen. 4, 2, 45 Quoi domi eſt quod edis, quod ames, affatim. Affatim ſe replere Col. 9, 13, 2. Dare paleas Col. 6, 3, 4. Cic. Att. 16, 1. HS. LXX ſatis eſſe, affatim prorſus. Affatim ſatisfacere Cic. Att. 2, 16. Id. de Nat. Deor. 2, 127 Iisdemque ſeminibus et homines affatim veſcuntur. Id. Tuſc. 2, 24 c. 10 ex Aeſchylo, Tum iecore opimo farta, et ſatiata affatim *etc.*

**AFFECTATE, AFFECTATIO**, *etc. vid.* AFFICIO.

**AFFĔRO**, *vel* ADFERO, affers, attŭli, allatum, afferre. [ἐπιφέρω, προσφέρω, εἰσκομίζομαι] *Apportare, Admouere, Efficere pro ſerie orationis in qua ponitur.* Afferre *et* Efferre, *contraria.* Cic. pro Quint. 99 Itaque te obſecrat C. Aquili, vt quam exiſtimationem, quam honeſtatem in iudicium tuum attulit, eam liceat ei ſecum ex hoc loco efferre. Afferre ad os cibum manu Plin. 10, 46. Plaut. Pſeud. 2, 4, 21 Attuli hunc, P. quid attuliſti? CA. adduxi volui dicere. *Sed dicitur tamen aliquis* ſe afferre. Haud auſpicato huc me attuli Ter. Andr. 4, 6, 12. *Sic Georg. et Franc. Fabricius in libris ſuis inuenerunt. Sic dedit Bentleius, et ſic legendum ex MSS. docet etiam apud Priſcianum, vbi* p. 1009 Appuli *dedit Putſchius.* Virg. Aen. 8, 477 - - - fatis huc te poſcentibus affers. Fati neceſſitate factum eſt, vt venires. Seruius. Id. Aen. 3, 345 Cum ſeſe a moenibus heros Priamides multis Helenus comitantibus affert. Plaut. Amph. 2, 4, 6 Eius iuſſu nunc huc me affero. *Sed* Cic. pro Caelio 53 c. 21 *huc non pertinet. Legitur enim* Atque ita Caelium ad illam attuliſſe, ſe — quaerere. Afferre *et* referre *contraria.* Ter. in Prol. Phorm. 22 Quod ab ipſo allatum eſt, tibi eſſe id relatum putet. Vbi Donatus, Prouerbiale eſt, Quod dedit, recepit. Cic. pro Caecin. 85 Idque me non ad meam defenſionem attuliſſe, ſed illorum defenſioni retuliſſe. Afferre *pro* Conferre. Cic. de Fin. 2, 87 Negat Epicurus diuturnitatem quidem temporis ad beate viuendum aliquid afferre. Id. Off. 1, 155 c. 44 Noſque ipſi, quidquid ad remp. attulimus, ſi modo aliquid attulimus, a doctoribus atque a doctrina inſtructi ad eam et ornati acceſſimus. Cic. pro Archia 12 Vt nihil poſſint ex his neque ad communem afferre fructum, neque in aſpectum, lucemque proferre. Idem Off. 1 c. 17 Et ſemper aliquid ad communem vtilitatem afferendum. Afferre, *pro eo quod eſt Nuntiare.* [ἐπαγγελίζεσθαι] Cic. Att. 8, . . Complures attulerunt, Caeſarem iter habere Capuam. Magnum, quod afferebant, videbatur Caeſ. B. C. 3, 15 *al. corrupte leg.* afferebant. Hic quum crebri afferrent nuntii Nep. 1, 3, 3. Cic. pro Cael. Rumor attulit ad alicuius aures. *Et* pro Lege Manil. 25 c. 9 Calamitas tanta fuit, vt eam non ex praelio nuncius, ſed ex ſermone rumor afferret. Afferre, quod dici vulgo ſolet Allegare et adducere: [προβάλλεσθαι, προφασίζεσθαι, προσφέρεσθαι] vt, Afferre argumenta, exempla, excuſationes. Cic. de Sen. 17 c. 6 Nihil igitur afferunt, qui in re gerenda verſari ſenectutem negant. Idem de Orat. 2, 364 An aetatem afferet? quadriennio minor eſt. Ad ea quae dixi, affer, ſi quid habes Cic. Att. 7, . . Quae ad te vltro attulerim Cic. Fam. 7, 17 *med. i. obtulerim ſ. pollicitus ſim.* Cic. pro Cluent. Simplex in iudicium cauſa, certa res, verum crimen allatum eſt. Ibid. 91 c. 33 His de cauſis C. Iunius condemnatus eſt, quas omnino in iudicium afferri non oportuit. Cic. de Orat. 2, . . Aut ſi ita non refellas, afferendum eſt In contrariam Partem, quot ſit aut grauius, aut aeque graue. Cic. Off. 1 c. 7 In hoc naturam ducem debemus ſequi, et communes vtilitates In Medium afferre. pro Afferre in commune: *i.* Communicare. ¶ 2 *Sed non melius tota vis verbi intelligetur, quam ſi ſubſtantiua nomina, quae admittit, proponamus.* Cic. ad Plancum ſub Att. 16, 16 pr. Ad paternas neceſſitudines magnam attulit Acceſſionem tua voluntas erga me. Acerbitatem Cic. Quint. Fratr. 1, 1. Adiumentum alicui ad aliquam rem Cic. Off. 1, 1. Aegritudinem Ter. Heaut. 4, 3, 2. Aes alienum attulit mihi haec res Cic. Fam. 7, 23. Ter. Phor. 4, 3, 50 Mihi opus erat Aliquantulum quae adferret, *int.* Dotis. Amaritudinem alicui, *i.* Parere, generare Plin. 13, 1. Angorem Cic. Tuſc. 3, . . Animum alicui Cic. Att. 7, 13. Animum vacuum ad ſcribendum Cic. Att. 12, 37. Animi magnitudinem ad cauſam alicuius Cic. pro Milon. 1. Argumentum afferunt, quod citiſſime aſcias retundat Plin. 16, 40. Auctoritatem voluminibus Plin. 24, 17. Orationi Cic. in Orat. 121. Id. de Nat. Deor. 3, 85 c. 35 Inuita in hoc loco verſatur oratio. Videtur enim Auctoritatem afferre peccandi. Auctoritatem in iudicium Cic. Att. 2, 1. Auxilium Ter. Adelph. 3, 2, 2. Auxilii aliquid Celſ. 1. Praef. Ouid. Met. 12, 5 Poſt modo qui rapta longum cum coniuge bellum Attulit in patriam. *Sed* Cic. Att. 10, 16 Affert ſatis bella, *i. nunciat.* Cic. pro Cluent. 168 Vt ne cui innocenti moeror tuus calamitatem et falſum crimen afferret. Idem de Nat. Deor. 2, 7 c. 3 Qui riſus claſſe deuicta multas ipſi Claudio lacrymas, magnam populo Romano cladem attulit. Ter. Heaut. 4, 3, 23 Quid dicam? aut quam cauſam afferam? Cic. Philipp. 2, 72 c. 29 Ego ad illum belli ciuilis cauſam attuli. Cauſam mortis voluntariae, *i. facere, vt quis iuſte ſe interficere poſſit* Cic. de Fin. 3, 61 c. 18. Plin. 16, 25 Cauſam afferentes, quoniam in Theſſalia, Macedoniaque plurima tunc ficus exeat. Cic. Att. 11, 15 Quoniam iuſtas cauſas affers, quod te hoc tempore videre non poſſim. Ter. Hec. 5, 4, 1 Vide etiam, ſodes, vt haec mihi certa et clara attuleris. Commutationem voluntatis. *vid. paullo poſt,* Offenſionem afferre. Liu. 7, 39 Quidam compertum attulerunt T. Quintium in Tuſculano agrum colere. *i.* Pro certo nuntiarunt. Cic. Fam. 8, 8 Quae maxime confidentiam attulerunt hominibus. Si quam Coniecturam affert hominibus tacita corporis figura Cic. pro Roſc. Com. 20 c. 7. Id. de Fin. 1, 37 c. 11 Vt enim quum cibo potioneque fames ſitisque depulſa eſt, ipſa detractio moleſtiae conſecutionem affert voluptatis: ſic in omni re, doloris amotio, ſucceſſionem efficit voluptatis. Conſilium alicui Cic. Att. 15, 1. Conſilium in aliquam rem Liu. 25, . . . Conſolationem alicui malo Cic. Att. 10, . . Id. Off. 1, 69 Quae affert tum conſtantiam, tum etiam dignitatem. Conſuetudinem ſeruiendi Cic. Philipp. 2, 116. Conſulatum in familiam Cic. pro Mur. 86. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 60 Magnam haec res illis offenſionem et contentionem ad omnes attulit. Crimen falſum alicui Cic. pro Cluent. . . . et pro Rabir. Poſth. 27. Cumulum aliquem artibus *Philoſophorum* affert *eloquentia* Cic. de Orat. 3, 143. Curam Cic. Att. 7, 5. Delectationem Id. Fam. 7, 1. Dentes in dominum Varro de R. R. 2, 9, 9 *de canibus Actaeonis.* Deſperationem Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 11. Detrimentum *vt ſupra,* Calamitatem Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 82. et Cic. Att. . . . Id. Quint. Fratr. 1, 1 Atque huic tuae voluntati ac diligentiae difficultatem magnam afferunt publicani. Dignitatem affert fortuna Quinctil. 3, 7. Dolorem Plin. 23, 1. et Cic. Tuſc. 2, 27. Dubitationem Cic. de Nat. Deor. 2, . . *Et* Off. 3, 18. Afferre egeſtatem et luctum alicui Cic. pro Roſc. Amer. 13. Errorem animis Cic. de Diuin. 1, 36. Excuſationem Id. Fam. 10, 4. Exemplum Plin. 8, 6. Vnum antiquitatis exemplum afferam et Cic. Att. 7, 12. Exilium *vid. paullo poſt,* Peſtem. Expectationem Quinctil. 3, 8. *Et* Cic. Att. 3, 18. Id. de Orat. 1, 152 Qui a ſcribendi conſuetudine ad dicendum venit, hanc affert facultatem, vt etiam ſubito ſi dicat, tamen illa, quae dicantur, ſimilia ſcriptorum eſſe videantur. Fallaciam Ter. Andr. 3, 1, 13. Liu. 4, . . Fama affertur, ſumma vi ad bellum coortos. Faſtidium alicui Cic. pro Muren. 21. Columel. 6, 8, 1 Solent etiam Faſtidia cibo (f. cibi *vel* ciborum) afferre vitioſa incrementa linguae, quas Ranas veterinarii vocant. Plin. 9, 58 Verum omnibus his Fidem Nili inundatio affert, *h.e.* facit. Fiduciam Caeſ. Bell. Gall. 8, 10. Finem tributorum Cic. Off. 2, 76. *Sic* Afferre finem edicto praetoris. Florem afferre dicuntur arbores Columel. 11, 2, 11. Fructum Col. 11, 3, 29. *Sic* Flagellum vitis affert plurimum Col. 3, 10, 4. Segetes laetas ages Col. 2, 18, 3. Vinum vitis Id. 3, 2, 28. Vuam vitis Varr. R. R. 1, 8, 6. Hilaritatem, iucunditatem, laetitiam Plin. 26, 11. *et* Cic. Verr. 3, 109. Honorem Plin. 17, 1. Iacturam Columel. 1, 2. Incrementum Cic. de Fin. 2, 88. Inertiam alicui Cic. Fam. 12, 20. Cornel. Celſ. in prooemio lib. 1 Euidentes cauſas appellant, in quibus quaerunt, initium morbi calor attulerit, an frigus: fames, an ſatietas. Interitum Cic. de Fin. 2, 27. Id. ad. Att. 9, 18 Vix enim ſpero, *hunc* veniam mihi daturum, etſi multa affero Iuſta ad impetrandum. Laborem Cic. Att. 11, 25. Labores Propert. 1, 6, 23. Lacrymas Cic. Att. 12, 14. Laetitiam Cic. Tuſc. 4, 2. Languorem Cic. Off. 3, . . . Laudem Cic. Tuſc. 4, 2. Id. Tuſc. 1, 6 c. 3 Si quid oratoriae Laudis noſtra attulimus induſtria, multo ſtudioſius, *etc.* Cic. Fam. 4, 6 Maior mihi Leuatio afferri nulla poteſt. Cic. Att. 1, . . Nimium raro nobis abs te literae afferuntur. Cic. pro L. Man. 4 Afferuntur literae — vicos exuſtos eſſe *etc.* Lucis aliquid rebus Cic. Att. 2, 1. Luctum alicui Cic. pro Roſc. Amer. 3. Id. de Orat. 2, 353 c. 86 Ordinem eſſe maxime, qui memoriae lumen afferret. Manus pro ſe quisque affert Cic. Verr. 3, 67. *i. Depugnat.* Id. Off. 1, 23 Nam qui iniuſte impetum in quempiam facit, aut ira, aut aliqua perturbatione incitatus, is quaſi manus videtur afferre ſocio. *Pro eodem dicitur* Iniicere, *i. vim inferre.* Planc. ap. Cic. Fam. 10, 23 Manus, quas iuſtius in Lepidi perniciem armaſſet, ſibi afferre conatus eſt. *i. ſibi mortem conſciſcere.* Cic. Off. 2, 25 c. 15 Quum enim dando egere coeperint, alienis bonis manus afferre coguntur. *i. Aliena inuadere: quod et* Manus iniicere *dicitur.* Cic. Att. 3, 15 Sed non faciam, vt aut tuum animum angam querelis, aut meis vulneribus ſaepius manus afferam, *i. refricem vulnera.* Medicinam Cic. Att. 2, 35 (20). Id. de Fin. 5. 2 Cuius etiam illi hortuli propinqui non memoriam ſolum mihi afferunt, ſed ipſum videntur in conſpectu meo ponere, *i. me admonent.* Metum alicui Cic. Verr. 5, 62. Moleſtiam Id. Att. 1, 14. *et* Fam. 7, 13. Ter. Hec. 3, 2, 9. Moram alicui rei, *pro Impedire et retardare* Cic. pro Sext. 129. Plaut. Aſin. 3, 1, 29 Saluere me iubes, cui tu abiens affers Morbum. Mortem vno ictu Cic. Verr. 5, 117. *et* Fam. 4, 12. Id. Diuin. 2, 62 Emiſſio feminae anguis Mortem afferebat Ti. Graccho. Motum animis Cic. in Partit. 5. Munus Reip. Cic. de Diuin. 2, 5 Necem Plin. 17, 24. *et* Cic. in Vatin. 24. Cic. Philipp. 10, 2 Sed mihi, Patres conſcripti, neceſſitatem attulit paullo plura dicendi, etc. *i. Coëgit me.* Neruos et induſtriam Cic. pro Sylla 24. Nuncium Cic. pro Roſc. Amer. 19 c. 7. Obliuionem triſtitiae Plin. 25, 2. Obſcuritatem Cic. de Orat. 3, 47 Vt oratio, quae lumen adhibere rebus debet, ea obſcuritatem et tenebras afferat. Obſcuritatem laudibus caeterorum attulerunt tuae res geſtae. Cic. pro Deiot. 12. Plin. 25, 2 Pauorem aquae potusque omnis afferens Odium. *i. afficiens.* Cic. in Piſon. 93 Sic Odium quod in ipſum attulerant, id in eius imaginem ac ſimulacrum profuderunt. Cic. pro Sylla 3 Mihi maiorem haec res dolorem quam Q. Hortenſio, mihi maius Odium afferre debet? Cic. Att. 1, 14 Quidnam accidiſſet quod afferret Q. fratri meo, aut Offenſionem tam grauem aut commutationem tantam voluntatis? Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 60 Magnam tamen haec res illis Offenſionem et contentionem ad omnes attulit. Opem alicui, *idem quod Ferre opem, i. Opitulari* Ter. Phorm. 3, 2, 5 Ouid. de Arte Am. 2, 673 Aut latus, aut vires, operamque afferte puellis. Opinionem populo, *i. In opinionem populum inducere* Cic. Off. 2 46. Id. pro Muren. 1 Eaque res vobis populoque Rom. Pacem, Tranquillitatem, Otium, Concordiamque afferat. Pacem animis Cic. de Fin. 1, 47. Pacem ad aliquem Plaut. Amph. prol. 32. Cic. Orat. 18 Numerus quaſi quandam Palaeſtram, et lineamenta extrema oratori attulit. Pauorem *vid. paullo ante* Odium. Catull. 14, 22 Abite vnde malum pedem attuliſtis? *h. e. Vnde veniſtis, ſed Scaliger emendauit* Tuliſtis, *et negat alterum illud Latinum eſſe.* Periculum Cic. Fam. 8, 10 pr. *Sed* Off. 1, 154 Si ei — ſubito ſit allatum Periculum diſcrimenque patriae, *i. nunciatum.* Perniciem Cic. Off. 2, . . Perturbationem rerum

Cic

ic. Fam. 11, 10. Peſtem atque exilium Id. pro C. Rabir. 25. Peſtientiam Plin. 10, 28. Pondus Cic. Att. 9, . . . Poſtulationem Id. ro Roſc. Amer. 71. Potentiam in iudicium Id. pro Mur. 59. Id. 1 Orat. 66 Nam etiam Poëtae Quaeſtionem attulerunt, quidnam eſſet hud, in quo ipſi differrent ab oratoribus, *i. propoſuerunt*. Plin. 31, 3 ed hi rationem afferunt, quoniam leuiſſima ſit imbrium aqua. Et ic. Fam. 4, 13 Reliquum eſt, vt afferam rationes, quibus coner. Regionem Id. Verr. 6, 78. Repulſam attulit haec res Id. Off. 2, 58. equiem Ouid. Met. 12, 146. Cic. Fam. 16, 21 Gratos tibi optatosque Te, qui de me rumores afferuntur, non dubito. Spes rumoribus fertur Id. Att. 3, . . . Salubritatem Columel. 5, 10. Salutem Cic. am. 4, 3. Id. in Orat. 209 Si enim ſemper vtare, Satietatem affert. omo Scelus meditatum Id. Phil. 2, 85. Id. de Diuin. 1, 109 Affert utem vetuſtas omnibus in rebus longinqua obſeruatione incredibilem cientiam. Sedationem moerendi Tuſc. 3, 65. Cic. pro Sylla, . . . Greges hominum perditorum, metum nobis ſeditionesque afferebant. d. de Fin. 5, 72 Suam quisque videri voluit afferre ſententiam. Soatium Id. de Amicit. 104. Id. Fam. 10, 18 Ea nunc magnam affert olicitudinem, magnumque habet caſum. Somnum mihi attulerunt terae tuae Id. Att. 9, 6. *quod et ſomnum inducere, et conciliare ſomnum icitur.* Spem maturae deceſſionis Id. Q. Fratr. 1, 1. Splendorem oci Plin. 20, 6. Sumtum alicui Cic. Fam. 9, 16. Suppetias Plaut. len. 5, 7, 14. *Sic Gron. Al.* Ferre. Suſpicionem Cic. Phil. 12, 18 7. Tabem Columel. 6, 5. Taedium Liu. 34, . . . Terrorem, Terrere Id. 6, . . . Terrores ad aliquem Cic. Att. 6, 8. *pro Nunare.* Teſtimonium Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 53. Torporem Plin. 20, 21. ic. Att. 9, 14 Armati, vim et manus afferrent. Id. de Legib. 2, 19 x. Tarquinius vim Lucretiae Tricipitini filiae attulit, *i. inuitam upraiut.* Id. pro Caecin. 61 Sed perinde valebit, quaſi armatiſſimi erint, ſi reperientur ita parati fuiſſe, vt vim vitae aut corpori poerint afferre. Id. de Natur. Deor. 2, 151 Efficimus etiam domitu oſtro quadrupedum vectiones, quorum celeritas atque vis nobis ipſis fert vim et celeritatem. Vim in docendo, *de geometricis rationibus, uibus reſiſti non poteſt* Id. Acad. 4, 117. Vim oculis Quinctil. 2, 15. im ſenſibus Cic. de Fin. 2, 16. Id. in Laelio 26 c. 8 Vim hoc quiem eſt afferre. Quid enim refert, qua me ratione cogatis? Cogitis erte. Vinculum ad aliquid copulandum Id. Fam. 3, 4. Ter. Andr. 2, 18 Nunc haec dies aliam vitam affert, alios mores poſtulat. *Vbi onatus,* Affert, *i.* recte et ſeuere et inexorabiliter denuntiat. Solum uum hoc Vitium ſenectus affert hominibus, attentiores ſumus ad m Ter. Ad. 5, 3, 47. Voluptatem Plin. 16 pr. Vox affertur aures us Apul. Met. 5 p. 160, 15 *pro* ad aures, *vt ibid.* v. 19 clemens quiam ſonus aures eius accedit. Vtilitatem Cic. Offic. 3, 30. Quinct. 8. Affertur, imperſ. [ἀγγέλλεται] Liu. 4, . . . Volſcos exiiſſe aedatum affertur, *i. nunciatur.*

AFFERENDVS, a, um. Cic. de Fin. 5, 27 Rationes quoque, r hoc ita ſit, afferendas puto. Id. de Orat. 2, 115 Aut ſi ita non fellas, afferendum eſt in contrariam partem, quod ſit aut grauius, t aeque graue. *Gerundium eſt illud* Pall. Iul. 3, 2 Afferendo aequauit bor votum fertilitatis.

ALLATVS, Partic. [κομισθεὶς, προσενεχθεὶς] Plaut. Aſin. 4, 1, 16 lata peregre epiſtola. Epiſtolam ab eo allatam eſſe audiui Ter. Phor. 2, 99. Allatum eſt mihi de morte eius Cic. in Bruto. . . . Et Fam. 10 pr. Cum eſt ad nos allatum, de temeritate eorum *etc.* Viſum annibalem Cercinae, tandem allatum eſt Liu. 33, 49. *Add.* 10, 45 *. it.* Tac. Hiſt. 1, 76 pr. Sil. 1, 456. Allatus nuntius Cic. Fam. 1. *Laudant etiam* Hor. Sat. 2, 4, 62 Quin omnia malit Quaecunue immundis ferueut allata popinis. *Sed multo melior eſt, quae nunc gnat, lectio* feruent illota.

ALLATVRVS, [προσοισόμενος] Caeſ. Bell. Gall. 8, 10 Timorem uum ſperabat fiduciam barbaris allaturum.

AFFĬCIO, ēci, ectum, ĕre. [διατίθημι, καθίστημι] *Significat utationem quamcunque vel corpori, vel animo, vel fortunis alicuius inrre.* Cic. pro Milon. 79 c. 29 Quonam modo ille vos viuus afficeret, ui mortuus inani cogitatione percuſſit. Id. pro Att. 14, 13 Literae ae ſic me affecerunt. Tacit. Ann. 11, 19, 1 Caeterum is terror milites hoſtesque in diuerſum affecit, *i. contraria ratione.* Cic. de Orat. c. 41 Et animos illorum ita afficiat, apud quos aget, vt eos, quounque velit vel trahere vel rapere poſſit. Beneficiis afficere Cic. err. 5, . . . Caede Liu. 25, . . . Calamitate Cic. pro Roſc. mer. . . . Commodis Cic. pro Cluent. . . . Liu. 28, 15 Vt rius aeſtus a meridiano ſole, laborque ſtandi ſub armis, et ſimul mes, ſitisque corpora afficerent, quam manus cum hoſte confererent, *macerarent, fatigarent.* Cruciatu Caeſ. Cura Cic. Att. 1, 18 . Deſiderio Id. Fam. 2, 12. Difficultate Caeſ. . . . Cic. pro uint. . . . Domicoenio trinoctiali clientem Martial. 12, 78. Erore mentis Cic. Att. . . Gloria Cic. in Epiſt. . . Honore Deorum s ſordidas Cic. de Natur. Deor. 1, 38. Ignominia Cic. pro Roſc. mer. 123. Incommodo Cic. de Fin. 2, . . . Iniuriis Cic. . . . actitia Cic. pro Milon. 78. Lucro Plaut. Amph. prol. 2. *id quod d. ibid. aliter dicitur,* Lucro auctare. Macula Cic. pro S. Roſc. 113 39. Moleſtia Cic. Att. 15, 1. Muneribus aliquem afficere Id. Fam. 3. Magnis muneribus aliquem afficere Nep. 17, 3, 3. Cic. pro eiot. Vt eum ampliſſimo regis Honore et Nomine affeceris. Id. op. 94 Factum non eo Nomine afficiendum, quo laudator affecerit. *id.* Verbis. Poenis grauioribus adficere Nep. 17, 4, 8. Praemio ic. pro Balbo. Id. de Diuin. 1, . . . Moneri viſus eſt, ne id facet, ab eo, quem ſepultura affecerat. Solicitudine Id. Att. 6, 3. Sollitudo ex te duplex nos afficit Idem in Brut. 332 c. 92. Id. pro albo . . . Idem in anguſtiis aerarii, victorem exercitum ſtipendio fecit. Id. Tuſc. 2, 18 c. 7 Ego a te non poſtulo, vt dolorem iisem verbis afficias, quibus Epicurus voluptatem, *i. proſequaris, eoem modo de ea loquaris.* Id. ad Brut. 16 Studium tuum curaque de alute mea nulla me noua Voluptate affecit. Scribon. 188 (Aconitum) or afficit: itaque ſudor e veſtigio inſequitur multus et frigidus.

AFFICIOR, ĕris. Paſſ. [προσπάσχω] Cic. Verr. 4, 151 c. 67 Syrauſanam quidem ciuitatem, vt abs te affecta (*i. tractata*) eſt, ita aninatam eſſe videmus. Id. de Orat. 1 c. 19 Vti eorum, qui audirent e afficerentur animi, vt eos affici vellet orator. Id. Fam. 5, 12 A ua (Gratia) te affici non magis potuiſſe demonſtras, quam Herculem enophontium illum a Voluptate, *i. moueri, flecti, mutari.* Sueton. ib. 52 Ne mortuo quidem perinde affectus eſt. *Nimirum plerumque blatiuus ſolus, ſubaudita Praepoſitione, adiungitur: vt,* Cic. Off. 2 c. 10 dmiratione afficiuntur ii, qui anteire caeteros virtute putantur. egritudine Cic. Tuſc. 3, 15 c. 7. Calamitate et iniuria Id. Att. 11, 2. Id. tt. 2, 17 Quod eſt ſubinane in nobis et non ἀφιλόδοξον, id afficitur quadam Delectatione. Doloribus pedum Id. Fam. 6, 19. Exilio Id. Parad. 4. Honore Id. pro Roſc. Amer. 147. Laude Id. de Clar. Orat. 7. Leto Nep. 21, 3, 2. Morte Cic. de Inuent. 3, . . . Poena Id. pro S. Roſc. Amer. 113 c. 39. Satietate Id. Orat. 131. Id. Att. 6, 3 Magna — ſolicitudine afficior, magna inopia conſilii. Stomacho Veſicaque Scribon. Comp. 186. Timore Cic. pro Quint. Torminibus Plin. 29, 5. Cic. Att. 5, 20 Ego in vita mea nulla vmquam voluptate tanta ſum affectus, quanta afficior hac integritate. Voluptate animi Id. de Fin. 3, 37. Vulneribus Columel. 4, 11.

AFFECTVS, a, um. Partic. [διατεθειμένος, κακοπαθῶν, καμὼν, τετρυχωμένος.] *Latiſſima ſignificatione ſtatum omnem corporis et animi notat, et interdum abſque vlla affectionis voce ponitur. v. g.* Ter. Hec. 3, 1, 45 Quonam modo, Philumena mea, nunc te offendam affectam? Ego quo modo ſim affectus, ex Lepta poteris cognoſcere Cic. Fam. 14, 17. *Et* 16, 4 Varie ſum affectus tuis literis. Ita magis affectis animis quam doctis tua eſt a nobis tum accuſatio victa Id. de Orat. 2 c. 49 *extr.* affectis, *i. permotis, affectu turbatis.* Id. de Fin. 1, 68 c. 20 Eodem modo ſapiens erit affectus erga amicum, quo in ſe ipſum. *Add.* de Amic. 56 c. 16 Vt eodem modo erga amicum affecti ſimus, quo erga nosmet ipſos. Id. Tuſc. 3, 15 c. 7 Oculus conturbatus non eſt probe affectus, ad ſuum munus fungendum. Id. de Diu. 1, 62 Iubet Plato ſic ad ſomnum proficiſci corporibus affectis, vt . . . Id. Partit. 79 c. 23 Atque hi ſunt quidem fere, quaſi quidam habitus animi ſic affecti et conſtituti, vt ſint ſinguli inter ſe proprio virtutis genere diſtincti. Id. Tuſc. 3, 10 Eos ſanos intelligi neceſſe eſt, quorum mens motu, quaſi morbo perturbata nullo ſit: qui contra affecti ſunt, hos inſanos appellari neceſſe eſt. Id. de Diu. 2, 98 Quomodo caelo affecto compoſitisque ſideribus, quodque animal oriatur. Id. in Topic. 3 Ducuntur etiam argumenta ex iis rebus, quae quodam modo affectae ſunt ad id, de quo quaeritur, *i. Adiunctae aut propinquae aut aptae, ad ea relatae.* Aegritudine Col. 7, 5, 20. Lucret. 3, 50 Omnibus aerumnis affecti denique viuunt. Cic. de Legib. 1, 27 c. 9 Oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti ſumus, loquuntur. Id. Fam. 16, 2 Non poſſum ad te ſcribere, quo animo ſim affectus. Id. de Fin. 3, 37 Nulla Animo Voluptate. Artibus affectus animus, *vid. paullo poſt,* Virtutibus. Id. in Piſon. 32 Quum tantis a vobis P. C. beneficiis affectus ſim, tantis honoribus. Quo magis eſt igitur tellus affecta calore Lucret. 6, 843. Deſperatione Cic. Att. 14, 22. Id. Fam. 13, 7 maximis oneribus preſſum, ſummis affectum eſſe difficultatibus. Dolore iuſto, pio Id. de Orat. 2 c. 49. Id. Off. 1, 149 Bene de Republ. ſentientes ac bene meritos, aliquo honore aut imperio affectos, obſeruare et colere debemus. Ignominia Id. Att. 7, 3. Inertiis, *vid.* virtutibus affectus. Inflammatione Celſ. 7, 26. Laetitia Cic. ad Brut. 4. Moleſtia ex aliqua re Id. Fam. 1, 9. Id. de Diuin. 1, 63 Nam et idipſum vident, qui ſunt morbo graui et mortifero affecti, inſtare mortem. Morte Id. Fam. 4, 12. Munere deorum Id. de Natur. Deor. 3, 67. Peſtilentia Liu. 41, . . . Praemiis Cic. in Piſon. 90. Senectute Id. de Orat. 3, 65. Caeſ. Bell. Gall. 7, 40 Magna affectus ſolicitudine hoc nuntio Caeſar. Affecta ſterilitate terra, quaſi quodam morbo Columel. 1 pr. 2 Surculus Id. 3, 10, 15. Valetudine optima Cic. Tuſc. 4, 81 c. 37. Id. in Partit. 35 Animi autem ſpectantur, atque quemadmodum affecti ſunt Virtutibus, Vitiis, Artibus; Inertiis, aut quemadmodum commoti cupiditate, metu, voluptate, moleſtia. Id. pro Muren. 13 c. 6. Non debes temere Conſulem populi Romani ſaltatorem vocare, ſed conſpicere (*forte* circumſpicere) quibus praeterea Vitiis affectum eſſe neceſſe ſit eum, cui vere iſtud obiici poſſit. *Et* Philipp. 14, 7 c. 3. Vulnere intolerabili affecta ſemina, *ſ. ſurculi* Colum. 4, 11, 3. ¶ 2 *De ſpeciali huius nominis ſignificatione* Gell. 3, 16 Fauorinus mihi ait, περιπλομένου ἐνιαυτοῦ non *confecto* eſſe anno, ſed *affecto*. In qua re vſus eſt verbo non vulgariae ſignificationis. *Affecta* enim, ſicut M. Cicero, et veterum elegantiſſimi locuti ſunt, ea proprie dicebantur, quae non ad finem ipſum, ſed proxime finem progreſſa deductaue erant. Hoc verbum ad hanc ſententiam in Ciceronis oratione fuit, quam dixit de prouinciis conſularibus. *Nempe* Cic. de Prouinc. Conſ. 19 Bellum affectum videmus, et (vt vere dicam) paene confectum. Ibid. 26 Nam ipſe Caeſar, quid eſt quod in ea prouincia commorari velit: niſi vt ea, quae per eum affecta ſunt, perfecta Reipublicae tradat? Idem in Oeconom. Quum vero affecta iam prope aeſtate, vuas a ſole miteſcere tempus eſt. *Quae tria loca ad hanc notionem probandam attulit idem* Gell. 15, 5 *qui monuerat,* Aedificia, quae prope abſoluta affectaque ſunt, in profligato eſſe, ipſaque profligata iam eſſe dici. *Hinc vero de aliis, quae vehementer laeſa, et prope corrupta ſunt, dicitur, vt* Affecta aetas, *quae et* Grauis *dicitur, et* Effoeta, *nempe ipſa ſenectus* Cic. Verr. 4, 91 c. 43. *Et* de Orat. 1, 200 c. 45. Animos affectos recreare, *i. imminutos, debilitatosque* Liu. 21, 11. Id. 9, 3 In corpore tamen affecto vigebat vis animi conſiliique. *Et mox,* Animum quoque patris conſenuiſſe in affecto corpore rebatur. *Sic paſſim* Affectum corpus Celſo, *male habitum, quod indocte dicitur,* Male diſpoſitum. *Sic* Affectum malis medicamentis corpus, *i. Vitiatum* Celſ. 3, 22 de tabe, quam Graeci καχεξίαν vocant, quod fere fit, quum longo morbo vitiata corpora, etiamſi illo vacant, refectionem tamen non accipiunt: aut quum malis medicamentis corpus affectum eſt. Liu. 5, 52 Modo quae res — affectae Veienti bello reipublicae remedio fuit? Cic. Verr. 3, 47 c. 18 Sic mihi affecta viſa eſt *Sicilia,* vt hae terrae ſolent, in quibus bellum acerbum diuturnumque verſatum eſt. *Et* Fam. 5, 13 Quid eſt enim non ita affectum, vt id non deletum exſtinctumque eſſe fateare. Affecta tabo corpora Liu. 4, 30. Affecta fides, *Labefactata* Tacit. Hiſt. 3, 65. Hiems, *i. paene finita* Sil. Ital. 15, 502 Iamque hieme affecta miteſcere coeperat annus. Opes Tacit. Hiſt. 2, 69. Liu. 6, 3 Opem Rebus affectis orantes. Spes, *i. imminuta, fracta* Valer. Flacc. 4, 60. Vires corporis Liu. 5, . . . Auide ſum affectus de Fano: quod niſi fieri videro, incurſabit in te dolor meus Cic. Att. 12, 40 *Morbum et paene furorem notat.* Amico grauiter affecto et ſine ſpe iacenti Sen. Ep. 101. Cic. Att. 14, 19 Quem pridie Neapoli affectum grauiter videram, *i. aegrotum. Male tamen adiicit* Id. Fam. 13, 68 Iſtam partem Reipublicae male affectam tueri. *Simpliciter* Propert. lib. 2, 21, 1 Iuppiter, affectae tandem miſerere puellae, *i. aegrotae.* Ouid. Amor. 2, 2, 21 Ibit ad affectam, quae non languebit, amicam. Ex itinere reuocatus, iam quidem affectum, ſed tamen ſpirantem adhuc Auguſtum reperit Suet. Tib. c. 21. Quum quidam aegra et affecta mancipia in inſulam Aeſculapii taedio medendi exponerent Id. Claud. c. 25. Ego ex fatigatione itineris affectus — aliquam multis diebus decumbo Apul. Apol.

AFFECTISSIMVS, *Superl.* Paterc. 2, 84, 2 Vigebat in hac parte miles

miles atque imperator, illa marcebant omnia: hinc remiges firmiſſimi, illinc inopia affectiſſimi.

AFFECTE, *ſ.* ADFECTE. *Adu. ex ſignificatione 2 nominis adiectiui* Affectus, *i. miſere.* Adfecte et anxie Tertull. de Anima c. 45.

AFFECTVS, *vel* ADFECTVS, ûs. [διάθεσις, πάθος] Ciceroni *vno tantum, qui annotatus ſit, loco vſurpata vox ſignificat illi* Affectionem, *i. mentis quendam habitum*, Tuſc. 5, 47 c. 16 Qualis cuiusque animi affectus eſſet, talem eſſe hominem: qualis autem ipſe homo eſſet, talem eſſe eius orationem — Affectus autem animi in bono viro laudabilis. *Sic* Ouid. Tr. 4, 3, 32 Affectum quem te mentis habere velim. Triſtis es? *etc.* *Et* Met. 7, 171 Non tamen Affectus tales confeſſa. *Vterque tamen locus* Ouidii *poteſt ad alteram ſignificationem referri. Nempe* ¶ 2 Affectus *eſt πάθος, quam* perturbationem Cicero *e Stoica ratione appellare ſolet, quam hodie tota fere Europa* Affectum *appellat. v. g.* Affectus amoris, Auaritiae, Metus Quinctil. 1, 11, 2. Affectus ſunt motus animi improbabiles et ſubiti et concitati, qui frequentes neglectique fecere morbum: ſicut diſtillatio vna nec adhuc in morem adducta tuſſim facit, aſſidua et vetus phthiſin. Itaque qui plurimum profecere, extra morbos ſunt; affectus adhuc ſentiunt perfecto proximi Sen. Epiſt. 75. Amiciſſimus affectus Scrib. Ep. ad Calliſt. ſub fin. Affectus, *pro Amore* Plin. Ep. 3, 10. Id. 2, 1 Ille tutor mihi relictus, affectum parentis exhibuit. Continuum affectum deſiderant nonnullae materiae Quinctil. 6, 2, 10 *de oratione pathetica. Quod totum caput huc pertinet.* Ouid. Met. 8 473 Dubiis affectibus errat, Inque vicem ponit, poſitamque reſuſcitat iram. Dulciores Quinctil. 10, 1, 101. Duros affectus mollire Stat. Theb. 1, . . . Falſi Quinctil. 6, 2. Flebiles Id. 11, 3, 162. Lenes *vid. mox* Concitati affectus. Intimos mentis affectus proditor vultus enunciat Pacat. Paneg. Theodoſ. c. 37. Ocior affectu mentis Grat. Cyneg. 204. Mites Quinctil. 6, 2, 9. Mitiores Id. 5, 13, 1. Perturbatiores *forte reddendi, Geſnero iudice* Id. 4, 5, 6. Peſſimi Id. 5, 10. Sanos affectus tenere, *i. Temperatos* Sen. Hippol. 2. Tacito affectu laetari Ouid. Met. 7, 147. Truces affectus comprimere Sen. Agam. 3. Veri affectus, *vid. mox* Ficti et imitati affectus. Affectus Vehementiſſimus quum inualuit, etc. Quinctil. 6, 1. ¶ 3 *Verbis iungitur iſtis.* Abſtrahi affectibus effrenatiſſimis Sen. Epiſt. 88. Quinctil. 4, 2 Serum eſt enim aduocare his rebus affectum in peroratione. Aſſumere affectus Id. 6, 2. Commoti affectus, *vid.* Concitati affectus. Commouere affectus Id. 4 pr. Compoſiti affectus, *vid.* Concitati affectus. Quinct. 6, 2, 9 Affectus igitur hos concitatos, πάθος: illos mites atque compoſitos, ἦθος eſſe dixerunt. In altero vehementer commotos, in altero lenes: denique hos imperare: illos perſuadere: hos ad perturbationem, illos ad beneuolentiam praeualere. Effundere totos affectus Id. 4, 1. Erumpunt affectus, *vid.* Ficti et imitati. Firmic. 6, 10 Fido et incorrupto affectu maritos diligunt vxores. Id. 6, 32 Qui filios ſuos tenero diligat ſemper affectu. Id. 5, 7 Qui ad omne voluptatum genus toto cordis affectu ſaepiſſime ferantur. Quinctil. 11, 3, 61 Sed quum ſint alii Veri affectus, alii Ficti et Imitati: veri naturaliter erumpunt, vt dolentium, iraſcentium, indignantium: ſed carent arte, ideoque non ſunt diſciplinae traditione formandi. Contra qui effinguntur, imitatione artem habent. *Conf.* 10, 2, 11. Inducere iudicem in affectus Quinct. 11, 3, 58. Intrare in affectum, *vid.* INTRO. Mollire affectus Stat. Theb. 1, . . . Mouere affectus Quinctil. 4, 2. Id. 6, 1, 7 Athenis affectus mouere etiam per praeconem prohibebatur orator. Occupari affectibus Id. 6, 2, 6. Pati affectus, *vt* Quinct. 6, 2, 21 Metum duplicem intelligi volo, quem patimur, et quem facimus. Firmic. 5, 14 Homines tamen faciet, qui ſtultas mulieres ac temerarias ſummo dilectionis proſequantur affectu. Soluere affectus triſtes Quinctil. 6, 3, 1. Tenere affectus ſanos, *vid. paullo ante* Sanos. Tractare affectus Id. 6, 1, 52. Id. 6, 1, 26 Ex perſonis quoque Trahitur affectus. Verſatur affectus in periculis Id. 6, 1. ¶ 4 Affectus, *pro Liberis, vxoribus, parentibus, et aliis propinquitate coniunctis accipitur* in l. 26. lib. 12. Cod. Theod. Nec angetur cariſſimis, orbatus affectibus Apul. de Dogm. Plat. l. 2, 24, 20 Nec in eius liberos aut affectus ſaeuiit Vulc. Gallican. in Auid. Caſſ. c. 7. *Add.* Id. ib. c. 8. Militum affectus in Albano monte erant Capitolin. in Maximinis c. 23. *i. vxores et liberi, vt apparet ex Herodiano* 8, 5. ¶ 5 *Pro morbo* Celſ. 2, . . . In quibus affectibus ea quoque genera exercitationum neceſſaria ſunt.

AFFECTIO, ōnis. f. [πάθος, προσπάθεια, στοργή] *Audiamus definitionem ipſius* Cic. de Inuent. 1, 36 c. 25 Affectio eſt animi aut corporis ex tempore aliqua de cauſa commutatio, ut laetitia, cupiditas, metus, moleſtia, morbus, debilitas, et alia, quae in eodem genere reperiuntur. Ibid. 2, 176 Affectio eſt quaedam ex tempore, aut ex negotiorum euentu, aut adminiſtratione, aut hominum ſtudio, commutatio rerum: vt non tales, quales ante habitae ſint, aut plerumque haberi ſoleant, habendae videantur. Cic. de Fin. 3, 65 Ex hac Animorum affectione teſtamenta *etc.* *Et* Off. 3, 20 Animi talis affectio, neminem vt violem commodi mei cauſa. *Et* Tuſc. 3, 9 Animi affectionem lumine mentis carentem nominauerunt amentiam. *Et* 2, 25 Quae vis et natura eius ſit affectionis, qua impulſus aliquid reus commiſiſſe dicetur. *Complectitur ergo* Affectio *eum, quem* Affectum Seneca, Fabius, *alii dicunt*, Cicero Perturbationem; *quod etiam* Gellius *docet*, 1, 26 *extr.* Quos Latini Philoſophi Affectus vel Affectiones, Graeci πάθη appellant. *Sic* Cic. de Inuent. 2, 17 Impulſio eſt, quae ſine cogitatione, per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur, vt amor, iracundia, aegritudo, vinolentia, et omnino omnia, in quibus animus ita videtur affectus fuiſſe, vt rem perſpicere cum cura et conſilio non potuerit, et id quod fecit, impetu quodam animi potius, quam cogitatione fecerit. *Denique* ibid. 19 Illum impetum, et quandam commotionem animi, affectionemque verbis et ſententiis amplificare debebit. *Sed latius patere* Affectionem *cum ex illis apertum ſit, quae ſupra poſuimus, tum praeſertim ex* Tuſc. 4, 29 c. 13 Vitioſitas eſt habitus aut affectio in tota vita inconſtans — *Et* c. 30 Vitia affectiones ſunt manentes: perturbationes autem mouentes, vt non poſſint affectionum manentium partes eſſe. *Erudite* Gell. 12, 5 Natura — hoc eſſe fundamentum rata eſt conſeruandae hominum perpetuitatis, ſi vnusquisque noſtrum ſimul atque editus in lucem foret, harum prius rerum ſenſum affectionemque caperet, quae a veteribus Philoſophis τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν appellata ſunt *etc.* Senſum affectionemque caperet *ſignificat, ea ſentire, ab iis affici poſſet.* Cic. de Fato 8 Aſtrorum affectio valeat, ſi vis, ad quasdam res; ad omnes certe non valebit, *i. ſtatus, comparatio inter ſe. Plane ſimile illud* Cic. de Diuin. 2, 92 c. 47 Fac in puero referre, ex qua affectione caeli primum ſpiritum duxerit. Id. Tuſc. 4, 29 Affectio eſt illa quidem diſcrepans ſibi ipſa dum eſt inſipiens, ſed non diſtorta nec praua. Id. Tuſc. 5, 27 c. 9 Tu vero, Metrodore, qui omne bonum in viſceribus medullisque condideris, et definieris ſummum bonum Firma Corporis affectione, explorataque ſpe contineri, fortunae aditus interclusiſti? ¶ 2 *Pro amore bonaque adeo et propitia affectione* Plin. 8, 54 Simiarum generi praecipua erga foetum affectio. Laetas inter audientium affectiones Tacit. Ann. 4, 15, 5. *Add.* Iuſtin. 24, 3, 6. Vlpian. l. 17 §. 1 ff. de Adopt. OB ADFECTIONEM ET PIETATEM IN SE EXIMIAM Inſcript. Grut. p. 459 n. 4. Tanta dulcedo et adfectio hominis (*mihi*) inhaeſit Minuc. Fel. princ. Domino vere ſancto, et omni mihi affectione venerabili Papae, Auguſtino, Hieronymus in Chriſto ſalutem Hieron. Veg. Veter. 1 pr. 16 Affectionis comes induſtria, *i. ſtudii et amoris.*

AFFECTO, āre. [ἐπιτίθεμαι, ἐπιβάλλομαι, μνηστεύω] *Appeto, et cum affectu ad rem aliquam contendo. Non male* Feſtus, Affectare, eſt Pronum animum ad faciendum habere. Ciuitates affectare Salluſt. Iugurth. 66, 1. *it.* Tacit. Hiſt. 4, 66, 1. *i. ſolicitare, quo ſenſu* Aur. Vict. Caeſ. 39, 11 Militarium Nuptas, *i. ad ſtuprum ſolicitare: Et* 21, 3 Nouercam coniugem, *vid.* AFFECTOR, n. 2. Cruorem alicuius Stat. Theb. 11, 539. *i. effundere cupere.* Virgil. Aen. 3, 670 Verum vbi nulla datur Dextram affectare poteſtas. Seruius, Dextram affectare, dextram intendere, ſcilicet ſic, vt poſſet nauem tenere. *Sed eſt potius iniicere.* Diligentiam in ſuperuacuis Plin. 17, 1. Diuinitatem Lactant. 5, 3. Famam eloquentiae Quinctil. 7, 1, 40. Cic. pro Roſc. Amer. c. 48 Nunc vero quam viam munitet, quod Iter affectet, videtis. *i. paret, moliatur.* Munditiem, non affluentiam affectabat Nep. 25, 13, 5. Plauſum Quinctil. 3, 11, 20. Regnum, *i. ambitioſe ad regnum aſpirare* Liu. 1, 46. et Aur. Vict. de Viris Illuſtrib. 15, 17, 24. Spes Ouid. Met. 5, 377. Tyrannidem Quinctil. 7, 2, 11. Validius affectare aliquid Id. 3, 8, 61. Id. 10, 1, 97 Qui eſſe docti affectant. Firmic. in praef. lib. 5 Hos Romanis tuis libros ſcripſimus, ne omni diſciplinarum arte translata, ſolum hoc opus extitiſſe videatur, ad quod Romanum non affectaſſet ingenium. Virg. Georg. 4, 562 — viamque affectat olympo, *i. ad diuinos honores aſpirat, de Auguſti laude.* Ter. Phorm. 5, 8, 71 Hi gladiatorio animo ad me affectant viam. Sil. 4, . . . Dum primae decus affectat decerpere pugnae. Affectare, *pro eo quod eſt, Conſulto aliquid facere* Vlpian. in l. Quod ait lex. D. Ad legem Iuliam de adult. Plaut. Bacch. 3, 1, 9 Piſtoclere, tua flagitia, aut damna, aut deſidiabula, Queis patrem, et me, teque amicosque omnes affectas tuos Ad probrum, damnum, flagitium appellere vna. *Alii explicant per paras.*

AFFECTOR, āris. *Dep.* [ἐπιτίθημι] Varro *apud* Diomed. p. 377. Affectatus eſt regnum, pro Affectauit. *Obſoletum eſt.* Si quis ad mulierem non poterit affectari Apul. de Herb. c. 15. *i. coëundi ſtimulum ſentire.* Continuo affectaberis Ib. *i. cupiditate afficieris. Sed* ¶ 2 *Paſſiue* Liu. 29, 10 Se exercitumque ſuum graui morbo affectari. *Sic Gron. Al.* Afflictari. Affectari *rectum puto ex ea ſignificatione, qua* Affectare *eſſe ſolicitare obſeruauimus.*

AFFECTANS, antis. Partic. [ἐπιτιθέμενος] Ouid. de Ponto 4, 8, 59 Sic affectantes caeleſtia regna gigantes Ad ſtyga nubifero vindicis igne datos. Curioſius ſpectari affectans Ammian. 26, 3.

AFFECTANDVS. Ad Heren. 4, 30 Similitudo non tam affectanda — ſed tamen adhibenda nonnunquam.

AFFECTĀTVS, a, um. Partic. [κατεσπουδασμένος] Tyrannidis affectatae conſcii Lamprid. Anton. Diad. c. 8. Plin. in Paneg. c. 20 Affectata aliis caſtitas, tibi ingenita et innata. Stat. Silu. 5, 2, 99 Nec tantum pietas, ſed protinus ardua virtus Affectata tibi. Verſus affectatae difficultatis, *i. ſtudio quaeſitae* Quinctil. 1, 1 *extr.* Id. 11, 3, 10 Improbare aliqua vt affectata et parum naturalia. Affectata Scurrilitas Id. 11, 1, 30. *Comparatiuus.* Nitidius aliquid atque affectatius poſtulantibus Id. 12, 10 *extr. exquiſitius.* ¶ 2 Feſtus, Adfectata femina vel in bonam partem dicitur velut honorata; vel in malam, quaſi ad extremum periculum adducta. *Sic ex vett. editionibus legi vult Scaliger. Nam ſeries elementorum* Adfectata *poſtulat. Comparat porro Scaliger* Plaut. Rud. 2, 4, 5 AMP. Ad vos venio. SCE. Accipiam hoſpitio, ſi mox venis, item vt Affectatam. *Sed nimis et lectio fluctuat et ſententia. Vid. Taubm. et Gron.* Affectam *plerumque editur. Interim pro Scaligero facit* Gloſſ. Adſectata, σεμνή.

AFFECTATO, Adu. Lamprid. Heliag. c. 17 Siquidem illud (nomen Antonini) affectato retinuerat, *i. ſtudio, de induſtria.*

AFFECTATIO, ōnis. f. [ζήλωσις] *Vehemens ſtudium, ſed fere nimium, et cum inepta ac deformi aemulatione coniunctum.* Quinctil. 1, 6, 4 Nihil odioſius affectatione. *Conf.* 8, 3, 27. 9, 4, 173. *Sic* Affectatio frigida et puerilis Quinctil. 4, 1, 77 Mala Idem 8, 3, 56. Idem 1 Pr. 24 Nam plerumque nudae illae artes nimia ſubtilitatis affectatione frangunt atque concidunt quidquid eſt in oratione generoſius. Verborum affectatio Suet. Gramm. c. 10. Mira multorum circa aes Corinthium affectatio fuit Plin. 34, 2 ſ. 3. *i. immoderata cupiditas.* ¶ 2 *Sed tamen in bonam partem vſus eſt* Seneca Epiſt. 89 *cum* Philoſophiam ſapientiae amorem affectationemque *definit. Laudatur etiam iſta Sententia*, Homines tenues vnum habent beneficii locum, hanc in noſtris petitionibus operam atque affectationem Cic. pro Mur. c. 34. *i. officium comitandi deducendique candidatos; ſed olim legitur, et recte* Aſſectationem. *Plural.* Minime credunt rebus Dei; quarum affectationibus apud aemulum Dei credunt Tertull. de Bapt. c. 5. *i. κακοζηλίαις, peruerſis imitationibus.*

AFFECTĀTOR, ōris. m. [ζηλωτής] Quinctil. 6, 3, 2 Habitus eſt nimius riſus affectator. Affectator imperii Florus 2, 7, 2. Spartian. Adrian. c. 23. Libertatis Quinctil. 6, 2, 16. Regni Id. 5, 13, 24.

AFFECTĀTRIX, īcis. f. Ad ſimulatum fictumque ſtudium referre videtur Tertull. adu. Haer. cap. 7. Sapientia humana, affectatrix et interpolatrix veritatis.

AFFECTIOSVS, Adi. *Amoris plenus.* Tertul. de Anim. cap. 19 Infantia naturaliter affectioſa.

AFFECTVOSVS, Adi. Idem. Macrob. Saturn. 2, 11 Piam affectuoſamque rem feciſſe. Caſſiod. Ep. 5, 2. Tertull. aduerſ. Marc. 5, 14. *vbi vocabulum φιλόστοργοι Rom. 12, 10 hoc reddit.*

AFFECTVOSE. Adu. Caſſiod. Epiſt. 3, 4. Sidon. Epiſt. 4, 11.

AFFICTVS, AFFICTICIVS. *Vid.* AFFINGO.

AFFĪGO, vel ADFIGO, xi, xum, ĕre. [προσάπτω, προσπατταλεύω, παραπηγνύω] Ad aliquid figere Liu. 28, 37. Laceratosque verberibus, cruci affigi iuſſit. Adhaeſum affigere, *i. adhaerere* Lucret.

cret. 4, 1236. Cic. pro Roſc. Amer. 57 Sed ſi ego hos (iudices) bene noui, literam illam (K. *Kalumniae notam*) cui vos (*cauſidici mali*) vsque eo inimici eſtis, vt etiam eas (*literas, ſtudia literarum*) omnes oderitis, ita vehementer ad caput affigent, vt poſtea neminem alium niſi fortunas veſtras accuſare poſſitis. Liu. 4, 19 Cuſpide ad terram affixit *Coſſus Tolumnium.* Cic. de Inuent. 1, 37 Continentia cum ipſo negotio ſunt ea, quae ſemper affixa eſſe videntur ad rem, neque ab ea poſſunt ſeparari. Aliquid animo ſuo familiarius Quinctil. 2, 7, 3. *Add.* Sen. Ep. 11. Plin. 16, 39 Cui viri fortes affixerant arma. Conſueſtis crimen nobis maximum impietatis affigere Arnob. 6 *ineunte.* Humi affigere particulam diuinae aurae Hor. Serm. 2, 2, 79. *i. Animum rebus ſublimibus ineptum reddere.* Id. Serm. 1, 1, 81 Aut alius caſus lecto te affixit. *Sic Bentleius; ſed Lambini et Cruquii Codices exhibent,* Afflixit. Literas pueris, *h. e. Eorum memoriae tenaciter infigere, facereque vt haereant* Quinctil. 1, 1, 25. Aliquid penitus memoriae Id. 10, 1, 19. *it.* 11, 2, 31. Opinio ea non affigitur huic generi malorum Cic. Tuſc. 3 c. 28. *Sed Dauiſ.* Affingitur, *vt* c. 33. Claud. de Bell. Get. 619 Blanda cruentatis affigunt oſcula dextris. Virg. Georg. 2, 318 Rura gelu tum claudit hiems: nec ſemine iacto Concretam patitur radicem affigere terrae. Plin. 30, 1 *De Democrito Magicae vanitatis auctore,* Hunc enim maxime affixiſſe animis eam dulcedinem conſtat. Cic. de Orat. 2, 357 c. 87 Ea maxime animis affigi noſtris, quae eſſent a ſenſu tradita, atque impreſſa, *de memoria. Sic etiam Pearce: Grut.* effingi. Affigere *et* Affligere *ſaepe miſcent Librarii. Vid. Drakenb. ad* Sil. 1, 674. *Etiam inter* Affigere *et* Affingere *interdum fluctuant, vt* Cic. de N. D. 2, 59 c. 23 Minerua quinta — cui pinnarum talaria affigunt. *Victor.* affingunt. *Et* de Vniu. 16 c. 6 Itaque nec ei (*mundo Deus*) manus affixit. *Grut.* affinxit.

AFFIXVS. Partic. [παραπεπηγμένος] Signa Punicis affixa delubris Hor. Od. 3, 5, 18. Tibull. 1, 3, 87 Ac circa grauibus penſis affixa puella. Lateri affixus Virg. Aen. 10, 161. *i. aſſidens.* Affixa mundo ſidera Plin. 2, 8. Cic. Q. Frat. 3, 1 Dedit etiam alteram mihi, qua iubes eum mihi eſſe affixum tanquam magiſtro. Mentum pectori Quinct. 11, 3, 82. Cic. de Orat. 1, 196 c. 44 Vt Ithacam illam in aſperrimis ſaxulis tanquam nidulum affixam, ſapientiſſimus vir immortalitati anteponeret. Nihil illo perſaepe affixius ad colenda bonorum conſortia Porc. Latro Decl. in Catil. Cic. Fam. 1, 8 Quibus in rebus me ille affixum habebit. Id. Verr. 5, 138 c. 53 Sed in animo ſenſuque meo penitus affixa atque inſita eſt. Quinct. 11, 2, 44 Nec eſt mirum magis haerere Animo, quae diutius ei affixa ſunt. *Vid. et* AFFICTVS *ab* AFFINGO n. 2.

AFFIXIO, onis. Haec philoſophiae gracilenta quadam affixione conſueuit Mart. Capell. 1 p. 14.

AFFIGVRO *vel* ADFIGVRO, āre. Diſciplinoſus, victorioſus, Cato ita adfigurauit Gell. 4, 9. *al.* effigurauit.

AFFILIATVS, ſ. ADFILIATVS, i. m. De adoptiuis, hoc eſt, adfiliatis Inſt. 1 tit. 4 §. 2.

AFFILIATIO, onis. f. Gl. Iſidor.

AFFINGO, ſ. ADFINGO, inxi, ictum, ĕre. [ἐπιπλάττω] *Fingendo accommodare.* Cic. de Orat. 3, 179 c. 45 Nullam partem corporis ſine aliqua neceſſitate affictam totamque formam quaſi perfectam reperietis arte, non caſu. Addere et affingere rumoribus Caeſ. Bell. Gall. 7, 1. Cic. de Diuin. 1, 118 Paruis enim momentis multa natura aut affingit, aut mutat, aut detrahit. Id. de Or. 3, 33 Tantum alteri affinxit, de altero limauit. Cic. pro Lege Manil. 10 c. 4 Sed de Lucullo dicam alio loco, atque ita dicam, Quirites, vt neque vera laus ei detracta oratione noſtra, neque falſa afficta eſſe videatur. Cic. in Orat. 74 Poëta peccat etiam, quum probam orationem affingit improbo, ſtultoue ſapientis. Id. Tuſc. 3, 80 Qui nihil opinione affingat, aſſumatque ad aegritudinem. Id. Philipp. 1, 8 Qui boni aliquid volunt adferre affingunt aliquid, quo faciant id, quod nunciant, laetius. Idem pro Cluent. 9 Faciamque vt intelligatis in tota illa cauſa, quid res ipſa tulerit, quid error affinxerit, quid inuidia conflarit. Cic. de Orat. 2, 243 c. 60 In quibus (*facetiis*) deſcribuntur hominum mores, et ita affinguntur, vt aut re narrata aliqua, quales ſunt intelligantur. *Sed Grut. et reliqui habent* effinguntur.

AFFICTVS. Partic. [ἐπιπλασθεὶς] Cic. de Orat. 2, 325 c. 80 Connexum autem ita ſit principium conſequenti orationi, vt non tanquam citharoedi prooemium affictum aliquod, ſed cohaerens cum omni corpore membrum eſſe videatur. ¶ 2 *Ab* Affigo *etiam fit Partic.* Affictus. Varr. de R. R. 3, 3, 2 Septa afficta villae. *Sic Victor. ex MSS. Vid. Gronou. ad* Auſon. Moſ. 317. Varr. de R. R. 3, 9, 7 Cubilia gallinarum aut exſculpta, aut afficta firmiter. *Sic* Deficta *Mediceus liber habet* ibid. 3, 7, 7.

AFFICTICIVS. [ἐπίπλαστος] *formatum a Supino Affictum* Varro de R. R. 3, 12, 1 Affticticius ad villam actus, *i. diſputatio de leporario, quae acceſſio quaedam villae eſt.*

AFFĪNIS, *vel* ADFINIS, e. Adi. [προσκηδὴς, κηδεστὴς, πηὸς, κῆδεος] Affines in agris Vicini ſiue Conſanguinitate coniuncti, Feſtus. Gloſſ. Adfinis ἀγχιθέομων, καὶ ὁ κατ' ἐπιγαμίαν συγγενής. Modeſtinus l. non facile. D. de grad. et affin. (38, 10, 4) Affines ſunt viri et vxoris Cognati: dicti ab eo, quod duae cognationes, quae diuerſae inter ſe ſunt, per nuptias copulantur, et altera ad alterius cognationis finem accedit. — Nomina vero eorum haec ſunt, Socer, ſocrus; Gener, nurus; Nouerca, vitricus; Priuignus, priuigna. *Haec Modeſtinus.* Affinis nobis Ter. Ad. 5, 8, 25. Immo et gener et affines placent Ter. Heaut. 5, 1, 63. *i. ſponſi pater ac mater. Conſ.* Plaut. Trin. 1, 2, 39. Affinis *a* Lactant. de Mort. Perſec. 18 *vocatur ſororis filius. Hinc ad ſtupri etiam neceſſitudinem iocoſe transfertur.* Hi autem, qui erant affines iſtius, quorum iſte vxores nunquam alienas exiſtimauit Cic. Verr. 2 c. 14. *Add. ibid.* c. 36 *et* 38. ¶ 2 *Quod vidimus, Feſto dici etiam* Adfines *in agris, illud firmatur loco* Sall. Iug. 41, 8 Interea parentes, aut parui liberi militum, vt quisque potentiori affinis erat, ſedibus pellebantur. *Ita etiam* L. 12 D. Fin. reg. *Sic laudat* Turn. 3, 15: *Sic etiam MSS. aliquot apud Cortium: qui tamen dedit* confinis. ¶ 3 Affinis, *per tranſlationem dicitur alicuius rei particeps, et quaſi Coniunctus ei. Iungitur autem Genitiuo vel Datiuo.* Affinem alicuius culpae eſſe Cic. de Inuent. 2, 129. Idem pro Roſc. Amer. 18 c. 7 Hunc affinem culpae iudicatote. Cic. in Catil. 4, 6 c. 3 Huic (*Facinori*) ſi paucos putatis affines eſſe, vehementer erratis. Plaut. Trin. 2, 2, 50 Publicisne affinis fuit an maritumis Negotiis. Noxae Liu. 39, . . Scribon. Ep. ad Calliſt. Longe ſummotos a diſciplina medicinae, ac ne affines quidem eius profeſſionis. Rei capitalis Cic. Verr. 4, 94. Rerum affinis, quas fert adoleſcentia Ter. Heaut. 1, 1, 3. Sceleri Cic. pro Syll. 70 c. 25. Idem ibid. 17 c. 5 Homines huius affines ſuſpicionis. *Al.* huic ſuſpicioni. Cic. pro Cluent. 127 c. 45 Duos ſolos video auctoritate Cenſorum affines ei turpitudini iudicari. ¶ 4 *Vere adiectiuum eſſe* Ouid. de Pont. 4, 8, 9 Ius aliquod faciunt affinia vincula nobis, Quae ſemper maneant illabefacta, precor. *i.* Affinitas. *Pergit enim Poëta,* Nam tibi quae coniux, eadem mihi filia paene eſt, Et quae te generum, me vocat illa virum. *Sed Subſt.* Cic. Poſt red. in Senat. 17 Tu miſericors me affinem tuum conſtrictum inimicis Reipub. tradidiſti: tu affinem tuam. *Et* Ouid. l. c. v. 14 Et affinem te pudet eſſe meum.

AFFINĪTAS, ātis. f. [κῆδος, συγγένεια, πηοσύνη, οἰκειότης] *Hominum affinium inter ipſos coniunctio* Cic. Off. 1, 54 Sequuntur connubia et affinitates: ex quibus etiam plures propinqui. Interemit affinitate aliqua ſibi aut propinquitate coniunctos Suet. Ner. c. 35. Cic. pro Cluent. 190 c. 67 Affinitatis coniunctionem pignori fore putauit. *Et p. a.* Affinitatum diſcidia: *it.* Nouis affinitatibus adducti. Paterc. 2, 100, 4 Honoratum etiam matrimonio ſororis ſuae filiae, in arctiſſimam affinitatem receperat. Perpetua. *vid. h. v.* Deligere affinitatem alicuius Nep. 25, 12, 1. *i. ſocerum eligere.* Affinitate ſeſe deuincire cum aliquo Cic. in Brut. 98 c. 26. Liu. 1, 1 Neque hoſpitia modo cum primoribus eorum, ſed affinitates quoque iungebat. Manere affinitatem hanc inter nos volo Ter. Hec. 4, 4, 101. Dirimere Tacit. Ann. 12, 4, 4. ¶ 2 *Metaphora eſt,* Appendices vehementer pertinent ad culturam propter affinitatem Varr. R. R. 1, 16, 1. *i. cohaerentiam nexumue. Sic* Quinct. 1, 6, 24 Affinitatem literarum animaduertere. *i. ſimilitudinem.*

AFFIRMO, āre. [κατάφημι, ἰσχυρίζω, διισχυρίζομαι, συμβιβάζω] *Firmare dicendo, interdum contrarium* Negare. Cic. Acad. 4, . . Quid dubitamus igitur affirmare? Nemo ſcit, et omnes affirmant Tac. Hiſt. 1, 35, 2. Tu forſitan illic Iucundum noſtri neſcia tempus agis? Non agis, adfirmo Ouid. Triſt. 3, 3, 25 ſeqq. Caius in l. Si vina. D. De peric. et commod. rei vendit. Si vina, quae in doliis erant, venierint: eaque ante quam ab emtore tollerentur, ſua natura corrupta fuerint: ſi quid de bonitate eorum affirmauit venditor, tenebitur emtori. Quod ſi nihil affirmauit, emptoris erit periculum. Certum affirmare Liu. 3, . . Affirmo tibi nullam conſolationem eſſe talem Cic. Att. 2, 15. *Sic* Q. Cic. de pet. Conſ. 9 Affirmas, te de illius voluntate nunquam dubitaſſe. Cic. Att. 13, 23 Omni tibi aſſeueratione affirmo, quod mihi credas velim, *etc.* Fortiſſime Quinctil. 12, 4, 42. Liu. 29, 23 Data vltro citroque fide, eosdem amicos, inimicosque habituros iureiurando affirmatur. Scribon. Perorat. Affirmo, ex magna parte proſperos euentus has compoſitiones habituras. Crimen, *i.* Veriſimile reddere Liu. 2, . . Pro certo Liu. 1, . . Sine pudore Quinct. 12, 1, 13. Temere de aliquo Cic. ad Brut. 1. Id. Att. 7, 8 Quid opus eſt de Dionyſio tam valde affirmare? an mihi nutus tuus non faceret fidem? ¶ 2 Affirmare, *pro Confirmare, ſtabilireque etiam ſine verbis, quibus hoc ipſum agas.* Tacit. Ann. 14, 22, 7 Secuta anceps valetudo Iram Deûm affirmauit. Liu. 32, 35 Vulgo credebatur, de induſtria rem in ſerum tractam, ne tempus dari poſſet Achaeis Aetolisque ad reſpondendum, et eam opinionem ipſe affirmauit, petendo vt ſummotis aliis, cum ipſo imperatore Romano liceret ſibi colloqui. Cic. de Or 2, 146 Nihil enim aliud affirmare poſſum, niſi ſententiam et Opinionem meam. Affirmare ſe animo, *h. e. Confirmare ſe, et animum firmum induere* Catull. 71. *Sed Voſſius legi vult* Quin tu animum offirmas *ſ.* obfirmas. Liu. 1, 1 Ea res vtique Troianis ſpem affirmat. *Alii hic legunt,* Confirmat. Haec dicta promiſſaque affirmarunt auctoritate ſua Id. 26, 24. *Conf. Burm. ad* Quinctil. Declam. 18, 6 p. 354.

AFFIRMANS, ntis. Fore eum ſecum affirmans Hirt. B. Alex. c. 24.

AFFIRMĀTVS, a, um. Partic. Liu. 38, . . Rhodiis affirmata, quae data priore decreto erant. *h. e.* Confirmata. Rationibus aliquid affirmatum Cic. de Inuent. 1, 67 c. 37.

AFFIRMĀTIO, ōnis. f. [κατάφασις] *Actus affirmandi.* Simul in ſpem veniebant eius affirmatione de reliquis adiungendis ciuitatibus Caeſ. B. G. 7, 30. Plin. 28, 2 Conſtantiſſima annalium affirmatione. Cic. Fam. 9, 17 Sed quum explorati nihil haberem: nec tibi ſolicitudinem ex dubitatione mea, nec ſpem ex affirmatione afferre volui. Affirmationi alicuius credere Cic. Fam. 10, 21. Affirmatione aliquid alteri recipere, *i. promittere* Cic. Fam. 10, 7. Id. Off. 3, 104 c. 29 Eſt enim iusiurandum affirmatio religioſa.

AFFIRMATE. Adu. [καταφατικῶς] Cic. Off. 3, 104 c. 29 Quod autem affirmate quaſi deo teſte promiſeris, id tenendum eſt. *Quidam codices male,* Affirmatiue. Gell. 10, 12 Affirmatiſſime ſcripſerunt ſimulacrum columbae e ligno ab Archyta ratione quadam diſciplinaque mechanica factum, volaſſe.

AFFIRMANTER. Adu. Idem. Gell. 14, 1 Potuiſſet praedici affirmanter.

AFFIRMĀTOR, ōris. m. *Qui affirmat.* Tertull. adu. Marcion. 4, 7. *et* de Anima c. 46.

AFFIXVS, *vid.* AFFIGO.

AFFLAGRO, āre. *valde flagro. Metaph.* Nec priuatorum vtilitates in tempore afflagranti deſpiciens Ammian. 21, 12 extr. *i. turbulento.*

AFFLATVS, *Vid.* AFFLO.

AFFLECTO *ſ.* ADFLECTO, ĕre. Huic rutilos ſi ſol adflexerit axes Auien. Arat. v. 734.

AFFLEXVS, a, um. Quo latus afflexum ſinuoſi reſpicit anguis Caeſar. in Caſſiop.

AFFLEO, *vel* ADFLEO, ēui, ētum, ēre. [προσκλαίω] *Fletum et lacrimas adiicere.* Plaut. Perſ. 1, 3, 71 Sed longe ab Athenis eſſe ſe gnatam autumet: et vt affleat, quum ea memoret. Id. Poën. 5, 2, 149 Vt afflet! *Reſtituit etiam* Horatio *Bentleius* A. P. 101 Vt ridentibus adrident, ſic flentibus adflent Humani vultus. *Vulgo* Adſunt.

AFFLICTIO, *vid. poſt* AFFLIGO.

AFFLĪGO, xi, ctum, ĕre. [κακόω, προσαράσσω, ταλαιπωρέω, προσουδίζω] *Ad terram tota vi proſternere ſ. fligere, a quo inuſitato verbo eſt etiam* Confligere. Cic. in Piſon. 93 c. 38 Illi autem ſtatuam iſtius perſimilem, quam ſtare in loco celeberrimo voluerat, ne ſuauiſſimi hominis memoria moreretur, deturbant, affligunt, comminuunt, diſſipant. Aquila duos coruos hinc et inde infeſtantes afflixit et ad terram dedit Suet. Aug. c. 96. Plaut. Perſ. 5, 2, 15 Affligam te ad terram, ſcelus. Reſp. et nunc afflicta eſt, nec excitari ſine ciuili pernicioſiſſimo bello poteſt Cic. Att. 8, 11. Id. ib. 12, 49 Vt me leuarat tuus aduentus, ſic diſceſſus afflixit. Affligere et debilitare animos metu Cic. Tuſc. 4, 34 c. 15. *de perturbationibus.* Percellere atque affli-

gere Cic. pro Caelio, 80. Affligere cauſam ſuſceptam Cic. pro Sext. c. 41. *i. praeuaricari.* Id. pro Roſc. Amer. 33 c. 12 Vt omnes ciues ſuos perdiderit et afflixerit, *ſc. mors Scaeuolae.* Haec duo (*ſc. deſidia et luxuria*) corpora afflixerunt Celſ. I praef. Cic. de Senect. 32 Non plane me eneruauit, non afflixit ſenectus. Afflixit hunc calamitas Cic. pro Cluent. 101. Affligi leuius Quinctil. 6 pr. 15. Malo Id. ibid. 5. Cic. pro Caelio 78 Qui Catuli monumentum afflixit, meam domum diruit. Plin. 33, 11 ſ. 53 Aſia donata grauius adflixit mores. *i. occaſionem luxuriae dedit.* Opes alterius Plin. 2, 12. Cic. Bruto 47 c. 12 *de Gorgia*, Quod iudicaret, hoc oratoris eſſe maxime proprium, rem augere poſſe laudando, vituperandoque rurſus affligere. Affligere ſe, *i. angere, vexare, excruciare.* Cic. Att. 2, 19. Affligi frigoribus Columel. 2, 10. Affligit herbas lupinus Pall. Ian. 9, 2. Sententiis quempiam Cic. pro Muren. 88. De permutatione τȣ Affligere *cum* Affigere *in MStis Codd. vid.* AFFIGO.

AFFLICTVS. Partic. [κακωθεὶς] Cic. pro Lege Manil. 23 Hunc in illo timore et fuga Tigranes rex Armenius excepit, diffidentemque rebus ſuis confirmauit: et afflictum erexit, perditumque recreauit. Virg. Aen. 2, 92 Afflictus vitam in tenebris luctuque trahebam, *i. triſtis.* Afflictis prodeſſe Scribon. Ep. ad Calliſt. p. 3 Rhod. *i. aegrotis, decumbentibus.* Tam afflictus nemo Cic. Fam. 6, 1 extr. Id. pro Quint. 74 Vt per ſe afflictum atque euerſum propinquum ſuum non modo honeſte partis bonis, verum etiam communi luce priuaret. Cic. pro Flacc. 16 Itaque vt hanc Graeciam, quae iamdiu ſuis conſiliis perculſa et afflicta eſt, omittam. Id. pro Sylla 15 Hic ſe ita fractum illa calamitate atque afflictum putauit. Caſu aliquo grauiſſime afflictus Cic. Fam. 9, 11. Magnis clamoribus afflictus conticuit et concidit Id. Att. 1, 16. Afflictus et profligatus moerore Cic. Catil. 2, 2. Amicitia afflicta Cic. pro Quint. 63. Animos afflictos recreare Id. Att. 1, 16. Afflictus et fractus animus Id. pro Domo ſua 97. It. Att. 12, 21 extr. Afflicta ſenio aut tempeſtate arbor Columel. 5, 6, 1. Non afflictiore Conditione eſſe quam caeteri Cic. Fam. 6, 1. Moeſtitia domus afflicta Cic. Philipp. 12, 2. Fides afflicta, *eadem quae Affecta, h. e. Collabefactata, diminutaque* Tacit. Hiſt. 1, 88. Cic. pro Lege Manil. 24 Vt regum afflictae Fortunae facile multorum opes alliciant ad miſericordiam. Cic. Poſt red. in Senat. 24 c. 9 Qui mihi primus afflicto et iacenti Conſularem fidem dexteram porrexit. Nemo tam afflictis eſt moribus, quin faciat aut dicat nonnunquam, quod laudari queat Macrob. Sat. 6, 7. *i. perditis, corruptis.* Cic. pro C. Rabir. 25 Nec tuas vnquam rationes ad eos ſcopulos appuliſſes, ad quos Sexti Titii afflictam nauem videres. Afflictam et perditam prouinciam erigere atque recreare Cic. Verr. 3, 212 c. 91. Pudor afflictus Stat. Theb. 11, 164. Religiones eorum ſcelere proſtratae afflictaeque ſunt Cic. de Legib. 2, 42. Lucan. 1, 497 Velut vnica rebus Spes foret afflictis patrios excedere muros. Salus Cic. Fam. 1, 6. Afflicta et proſtrata Virtus maxime luctuoſa eſt Id. de Orat. 2, 211. Afflicta vrbs peſtilentia Liu. 3, . . . Excitare afflictos Cic. de Orat. 32 c. 8. *it.* 169 c. 37 et de Aruſp. Reſp. 50. Grauiſſime afflictus Id. Fam. 9, 11.

AFFLICTIO, ōnis. f. [κάκωσις] *Actus affligendi.* Aegritudo habet tabem, cruciatum, afflictionem, foeditatem Cic. Tuſc. 3 c. 13. Id. Tuſc. 4, 16 c. 7 Moleſtia, afflictio, deſperatio. *Sed Grut. Dauiſius et alii vbique legunt*, Afflictatio.

AFFLICTO, āre. [προσαράσσειν] *Vehementer affligere.* Caeſ. Bell. Gall. 3, 12 Naues in vadis afflictarentur. Tempeſtate aduerſa vehementique vento afflictari Hirt. B. H. c. 3. Afflictari de re aliqua Cic. Att. 11, 1. Amore foedo Lucret. 4, 1152. Morbo, *quod et* Morbo conflictari *dicitur* Liu. 29, 10. *Sed plures* adfectari, *v. v.* Tacit. Ann. 13, 30, 3 Quod Italiam luxuria ſaeuitiaque afflictauiſſet, veneno damnationem anteuertit. Caeſ. Bell. Gall. 4, 29 Et onerarias, quae ad ancoras erant deligatae, tempeſtas afflictabat. Ne te adflictes Ter. Eun. 1, 1, 31. Seſe Cic. Att. 3, 12. Acerbiſſime afflictari Id. Att. 11, 1. Id. in Catil. 1, 31 c. 13 Vt ſaepe homines aegri — primo releuari videntur, deinde multo grauius vehementiusque afflictantur. Turpius afflictatur Reſp. Cic. de Aruſp. Reſp. 40.

AFFLICTIM, Adu. Mart. Capel. l. 3.

AFFLICTATIO, ōnis. f. [προσάραξις] Iſraël Aegyptiis afflictationibus extractus Tertull. de Pat. c. 5. *Conf.* adu. Marc. 5, 16. Cic. Tuſc. 4, 18 c. 8 Afflictatio, Aegritudo cum vexatione corporis. *Add.* ib. 16 c. 7. *vid.* AFFLICTIO.

AFFLICTĀGO, ĭnis. f. *Hanc vocem Fr. Guyetus (Comm. in Ter. Andr. 1, 5, 16.) reſtitui vult veteris Poëtae ſeptenario apud* Cic. Tuſc. 3, 27 c. 13, *vbi in omnibus Libris eſt* Afflictatio, *vel* Afflictio, *vt modo vidimus.*

AFFLICTOR, ōris. m. [προσαρακτὴς] *Qui affligit, vel afflixit.* Cic. in Piſon. c. 27 Afflictorem et proditorem, (*al.* perditorem) non modo dignitatis et auctoritatis, ſed omnino ordinis ac nominis ſui.

AFFLICTATOR, Tertull. adu. Marc. 5, 16 pr.

AFFLICTVS, ûs. [κάκωσις] *Idem quod Afflictio.* Flamma vero illa, quam nubium adflictus excuſſit Apul. de Mundo p. 64. *Laudatur etiam* Cic. Tuſc. 2, 21 c. 8 Effeminata virtus afflictu occidit. *Sed ſanior videtur lectio Gruteri et Dauiſii.* Sed feminata virtus adflicta occidit.

AFFLO *vel* ADFLO, āre. [ἐπιπνέω] *Spiritu, flatuue quaſi contingere.* Columel. 8, 5, 18 Cauendumque ne a ſerpentibus afflentur. Hor. Serm. 2, 8, 95 — velut illis Canidia afflaſſet, peior ſerpentibus Afris. Colum. 8, 5, 18 Afflari a ſerpente peſtiferum eſt. *vid. Rhod. Lexicon Scribon.* Virgil. Georg. 1, 250 Noſque vbi primus equis oriens adflauit anhelis, *i. ſol ortus eſt.* *Add.* Aen. 5, 739. Cic. de Senect. 59 c. 17 Quum admiraretur Lyſander et proceritates arborum, et directos in quincuncem ordines, et humum ſubactam atque puram, et ſuauitatem odorum qui afflarentur e floribus, *i. ſpirarent.* *Sed rectius alii* afflarent, *vid. Ald. Manut. it. Giſan, ad* Lucret. Ind. *v.* EFFLARE. Vineta afflantur Noto Stat. Silu. 5, 1, 147. Ouid. Met. 5, 617 *de Arethuſa, cui imminet amator Alpheus*, Crinales vittas afflabat anhelitus oris. Propert. lib. 2, 22, 17 Afflabunt tibi non Arabum de gramine odores. Ouid. Met. 7, 29 At niſi opem tulero, taurorum afflabitur ore. Pallad. Iun. 3 Afflat Fumus aſſiduus granaria. Odor Veg. Veter. 3, 4, 43. ¶ 2 *Metaphoras ſuſcipit diuerſas.* Tib. 2, 4, 57 Et quod, vbi indomitis gregibus Venus afflat Amores, Hippomanes cupidae ſtillat ab inguine equae. Cic. Att. 16, 5 Sed tamen rumoris neſcio quid afflauerat, *i. ad aures meas peruenerat.* Tibul. 2, 1, 80 Felix, cui placidus leniter afflat amor, *i. adſpirat.* Cic. Verr. 3, 35 c. 13 Sperat ſibi auram poſſe aliquam afflari in hoc crimine voluntatis, diſſenſioniſque eorum, *cet.* Ad Herenn. 4, 62 Circumſpectans huc et illuc, ſi quem reperiat, cui aliquid mali faucibus afflare, quem ore attingere, dentibus inſecare, lingua aſpergere poſſit. *Praeceſſit* Tanquam iubatus draco: *deſcribitur* odium. Flor. 3, 5, 9 Afflat vrbem Terror regius. Virgil. Aen. 2, 649 Fulminis afflauit ventis, et contigit igni. *vid.* Seruium ad loc. *et Guther. de Vet. Iur. Pontif.* 3, 2. Plin. Pan. 90, 5 Vtrumque noſtrum ille optimi cuiusque ſpoliator et carnifex, ſtragibus amicorum, et in proximum iacto fulmine afflauerat, *de ſuis periculis a ſaeuitia Domitiani.* Ignibus afflari Ouid. Triſt. 1, 8, 22. *de fulmine et ipſe.* *vid.* AFFLATVS, a, um. Cic. pro Archia 18 c. 8 Poëtam natura ipſa valere, et mentis viribus excitari, et quaſi diuino quodam ſpiritu afflari. *Sed a Grutero eſt* inflari. *Vid.* AFFLATVS, *Subſt.*

AFFLANS, tis. *Partic.* Afflante vicinia alienae aegritudinis, *de contagione morbi*, Veget. Veter. 1 pr. 14.

AFFLATVS, a, um. *Partic.* Liu. 30, 6 Magna pars ſaucii afflatique Incendio effugerunt. Numine dei Virg. Aen. 6, 50. Peſte Sil. 6. Sidere Plin. 2, 41. Sole Claud. de Bell. Gild. 348. Fulminis afflati telis Ouid. Pont. 3, 6, 17.

AFFLĀTVS, ûs. [ἐπίπνευς, ἐνθουσιασμὸς] *Actus afflandi.* Plin. 10, 33 Perdices concipiunt maſculorum ſuperuolantium afflatu. Afflatus ſerpentium Scribon. 165. Afflatus benignus ventorum Plin. 37, 13. Columel. 11, 3, 51 Vt ab omni afflatu protegantur, *i. vento.* Calidi Stat. Theb. 10, 322. Noxius afflatus Plin. 4, 12. Tot montium afflatus Id. 3, 5. *Conf.* Id. Ep. 5, 6, 92. Triclinium ſaluberrimum afflatum ex Apennini vallibus recipit. *Add.* Voſſ. Obſſ. in Mel. p. 161. ¶ 2 Cic. de Natur. Deor. 2, 166 c. 66 Nemo vir magnus ſine aliquo afflatu diuino vnquam fuit. *Et* Vis illa terrae, quae mentem Pythiae diuino afflatu concitabat Cic. de Diuin. 1, 35 c. 19. Id. de Diu. 1, 34 c. 18 Oracula quae inſtinctu diuino afflatuque funduntur. Id. de Diuin. 2, 117 Quid tam diuinum, quam afflatus e terra mentem ita mouens, vt eam prouidam rerum futurarum efficiat? *Paullo ante*, Anhelitum terrae *vocauit.* ¶ 3 Afflatus, *pro* H *aſpiratione, ſeu nota aſpirationis.* Varr. de R. R. 3, 1, 6 Nec minus oppidi quoque nomen Thebae indicant antiquiorem eſſe agrum, quod ab agri genere, non a conditore ei nomen eſt impoſitum. Nam lingua priſca et in Graecia Aeoles Boeotii, ſine afflatu vocant colleis Tebas: et in Sabinis, quo e Graecia venerunt Pelaſgi, etiam nunc ita dicunt.

AFFLĀTOR, ōris. Tertull. adu. Herm. 32. de Sp. ſancto loquitur.

AFFLV̆O, *ſ.* ADFLVO, xi, xum, ĕre. [ἐπιῤῥέω, περιουσιάζω, παρειςρέω] *Proprie* Ad *aliquid* fluere. Columel. 1, 4 extr. Ne quum a vertice torrens imbribus conceptis affluxerit, fundamenta conuellat. *Sic laudatum hic inuenio locum: Sic eſſe in optimis libris, notaui ad ipſum locum: al.* effluxerit. Plin. 2, 97 Bis inter duos exortus lunae affluunt, biſque remeant. *De maris aeſtibus.* ¶ 2 Affluere, *varias patitur Metaphoras.* Liu. 39, 3 Dimicantibus iis legio quinta ſuperuenit: deinde vt quaeque potuerant, copiae affluebant. Virg. Aen. 2, 795 Atque hîc ingentem comitum affluxiſſe nouorum. Inuenio admirans numerum. Affluere ingens multitudo cum luminibus Tac. Ann. 14, 8, 2. Cic. Q. Fratr. 3, 3 Nihil ex iſtis locis, *non* modo literarum, ſed ne rumoris quidem affluxit. Cic. de Fin. 1, 39 c. 11 Nam ſi ea ſola voluptas eſſet, quae quaſi titillaret ſenſus, *vt ita* dicam, et ad eos cum ſuauitate afflueret, et illaberetur, *etc. Tanquam de liquore dixit afflueret. Vt* illiquefactas voluptates *alias memorat. Sic* Ouid. de Rem. Am. 148 Affluit incautis inſidioſus amor ¶ 3 *Pro Abundare.* Plaut. Pſeud. 1, 2, 57 Frumento affluam. Cic de Fin. 2, 93 c. 28 Affluere voluptatibus. Diuitiis affluere et honore Lucret. 6, 12. Effuſe affluunt opes Liu. 3, . . ¶ 4 Afluo *ex* A *et* fluo, *Pareus Lex. Crit. tribuit* Ciceroni de N. D. 114 c. 41 Cumque ex ipſo (*Deo*) imagines ſemper afluant. *Sic, inquam, ibi legendum putat: vt* Afluere *ſit* ἀπαῤῥεῖν, *quo ſane verbo de ſuis idolis vtitur Epicurus. Interim* Affluant *legitur. Reliqua Parei ſpeciem nullam habent.*

AFFLVENS. Partic. [περιουσιάζων] Liu. 35, . Quotidie affluente multitudine ad famam belli. Hor. Carm. 4, 11, 19 — quod ex hac Luce Maecenas meus affluentes Ordinat annos, *i. ſibi paullatim ſenſimque ſuccedentes.* ¶ 2 *Abundans, copioſus*, [περιουσὶς, ἄφθονος] *vt* Affluens Opibus et Copiis Cic. de Lege Agr. 2, 81. *Et* pro Cluent. 189 Affluens omni Scelere domus. Idem pro Roſc. Com. 27 Largitus eſt ſcilicet homo liberalis, et diſſolutus, et Bonitate affluens Fannius Roſcio? Homo omni Lepore et Venuſtate affluens Cic. Verr. 5, 41. Otio nimio et Ingeniis vberrimis affluentes doctiſſimi homines Cic. de Orat. 3, 54. *Genus dicendi* Ornatum, ſuaue, et affluens Cic. Orat. 79 c. 24. Id. pro Arch. 4 c. 3 Nam ibi natus eſt loco nobili, et celebri quondam vrbe et copioſa, atque eruditiſſimis Hominibus liberaliſſimiſque Studiis affluenti. Vnguentis affluens Cic. pro Sext. 18. *Vbi ex propria ſignificatione aliquid retinet: tam copioſis vtitur vnguentis, vt ea fluant per corpus.* Cic. Off. 1, 153 c. 43 Omnium rerum affluentibus copiis. Idem in Laelio c. 16 Ditior enim eſſe videtur et affluentior vera amicitia. Vitruu. 8, 1 Sub radicibus montium et ſaxis ſilicibus vberiores et affluentiores aquae ſunt. Exſudant humorem affluentiſſimum Solin. c. 50. *Add.* Ambroſ. Serm. 81 p. 379. Auguſtin. Conf. 2, 6. *it.* de Doctr. Chriſt. 4, 14.

AFFLVENTER. Adu. [ἀφθόνως, ῥύδην, δαψιλῶς] Affluenter ſucceſſus eius ampliandis opibus proficiebant Solin. c. 14 (*Salm.* 9) Cic. Tuſc. 5, 16 Quoque affluentius voluptates hauriat. Affluentius viuere Nep. 25, 14, 2.

AFFLVENTIA, ae. f. [ῥύδη, ἐπίῤῥοια, εὐπορία] *Abundantia* Cic. contra Rull. 2, 94 c. 35 Ex hac copia atque omnium rerum affluentia, primum nata eſt arrogantia. Plin. Paneg. c. 29 Inſtar ego perpetui congiarii puto affluentiam annonae. Munditiem non affluentiam affectabat Nep. 25, 13, 5. *al.* non affluentem. Affluentia ingenii Quinct. 12, 10, 13. Magnifica diuitiarum affluentia copioſus Firmic. 5, 3. Verboſa ſermonis affluentia Firmic. 8, 10.

AFFŎDIO, *vel* ADFODIO, ōdi, oſſum, ĕre. [προσορύσσω] *Fodiendo adiungere.* Plin. 2, 68 ad finem, Furtoque, vicini caeſpitem noſtro ſolo adſodimus, *i. inter fodiendum noſtro agro adiicimus.*

AFFOR, ātus ſum, āri. [προσφθέγγομαι, προσλέγομαι, προσφωνῶ] *ex* Ad *et* Fari, *Alloqui. Grammatici primam perſonam in vſu eſſe negant.* Hos ego affabar Virgil. Aen. 3, 492. Virg. Aen. 2, 775 Tum ſic affari, et curas his demere dictis. Cic. Philipp. 2 c. 13 Qui locus eſt aut tam deſertus, aut tam inhumanus, qui illos, quo acceſſerint non affari atque appetere videatur? Affari, *inquit* Nonius 6, 88 non ſolum Reſpondere vel Fabulari, ſed etiam Rogare poſitum. Accius Tereo, Deum Cadmo generatum Semel, et famulanter pete

Affare, Virg. Aen. 4, 424 I ſoror, atque hoſtem ſupplex affare ſuperbum. Haec Nonius. *Agere gratias eſt* Virg. Aen. 2, 700 Affaturque deos, et ſanctum ſidus adorat. Affari dulci amore, *i. Amice blande* Virg. Aen. 5, 455. Cic. de Clar. Orat. 253 Nam ſcripſit his verbis, quum hunc nomine eſſet affatus. Verbis blandis Stat. Achill. 1, 383. Virg. Aen. 9, 484 Nec te, ſub tanta pericula miſſum, Affari extremum miſerae data copia matri? *i.* Affandi.

AFFĀTVS, Partic. [προσειπών] *Allocutus.* Virg. Aen. 4, 632 Tum breuiter Barcen nutricem affata Sichaei. Hac affatus voce parentem Virg. Georg. 4, 320. *Paſſiue.* Affatis ex officio ſingulis Apul. Met. 11.

AFFĀTVS, ûs. [προσηγορία πρόσφθεγμα] *Alloquium, colloqutio.* Virg. Aen. 4, 284 Heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem Audeat affatu? Affatu bonus Stat. Theb. 1, 190. Affatus Malignus Claud. de Rapt. Proſerp. 3, .. Tacitus Stat. Theb. 6, 632. Affatus alicuius petere *i. Colloquium* Sen. Medea 4. Apul. Met. 4 p. 147, 19 Multis nos affatibus — adhortatur. ¶ 2 *Sequiori aetate ad Principum Epiſtolas et imperia referebant.* Praeſentibus te affatibus admonemus Caſſiod. Ep. 2, 29. Nemo deinceps tardiores fortaſſis affatus noſtrae perennitatis exſpectet L. 3 Cod. de Epiſc. audient.

AFFĀMEN, ĭnis. n. Idem. Apul. Met. 11 p. 260 Orbis Dominam blando mulcentes affamine. *Add.* Theodulf. 3, 21.

AFFABĬLIS, Adi. [εὐπροσήγορος, ὁμιλητικὸς] *Qui ſe facilem praebet in congreſſibus, loquendo, audiendo, et reſpondendo.* Cic. Off. 1, 113 c. 31 Et in omni ſermone omnibus affabilem et iucundum ſe eſſe velit. *Compar.* Sen. Ep. 79 Alius erit affabilior.

AFFABILĬTAS, ātis. f. [εὐπροσηγορία, φιλοφροσύνη] *Ipſa virtus eius qui affabilis eſt.* Cic. Off. 2, 48 c. 14 Comitas affabilitasque ſermonis.

AFFABILITER, [εὐπροσηγόρως] Macrob. Saturn. 7, 2 Comiter affabiliterque ſuſceptus. Affabiliter alloqui Spartian. Caracalla c. 3. Gell. 16, 3 Haec tum Phauorinus, multaque iſtiusmodi alia affabiliſſime dicebat.

AFFŎRE, ſ. ADFORE. [παρέσεσθαι] *Ex* Ad *et* Fore; *Affuturum eſſe: verbum ita defectiuum vt ipſum* Fore. Non ſuſpicatus ſum illam affore Cic. Fam. 9, 26. Virg. Aen. 1, 580 Atque vtinam rex ipſe Noto compulſus eodem Afforet Aeneas. Caeſ. Bell. Gall. 5, 27 Hanc affore biduo. Affore *ſignificatione praeſentis videtur accepiſſe* Stat. Theb. 494 - - - ſenſit manifeſto numine ductos Affore, *pro Adeſſe* Virg. Aen. 270 - - - generos externis affore ab oris. *i. Venturos, affuturos.*

AFFORMĪDO, āre. [ὑποπτήσσω ἐπιφοβέομαι] *Valde formidare.* Plaut. Bacch. 4, 10, 3 Magiſque afformido, ne is pereat.

AFFRANGO, ſ. ADFRINGO, ĕre. [προσάγνυμι] Adſiue Iuxta frangere. Stat. Silu. 5, 1, 36 - - - citius Tithonida moeſti Deficient rores: aut exſiccata fatiſcet Mater Achilleis hyemes affrangere fluctis. *i. Thetis fluctus ſuos frangere ad Sigeum, vbi ſepultus eſt filius eius Achilles.* Id. Theb. 5, 151 Pleniſque adfringere paruos vberibus, *pueros lactentes adfligere et impingere matribus.* *Et* Theb. 10, 47 *de lupis irrumpere in ſtabula conantibus,* Duris adfringunt paſtibus vngues.

AFFRĔMO, *vel* ADFREMO, ĕre. *Verſus aliquid Fremere, ſtrepere.* Sil. Ital. 14, 125

Non aliter Boreas Rhodopes a vertice praeceps
Quum ſeſe immiſit, decimoque volumine Pontum
Expulit in terras, ſequitur cum murmure molem
Eiecti maris, et ſtridentibus affremit alis.

Val. Fl. 1, 528 Adfremit his, quaſſatque caput, *de Morte.*

AFFRĬCO, ſ. ADFRICO, āre. [προστρίβω] Ad *aliquid* fricare. Plin. 29, 6 Anguium adeps aerugini mixtus, ruptas oculorum partes ſanat: et membrana ſiue ſenectus vernatione eorum exuta, ſi affricetur, claritatem facit. *Add.* Plin. 8, 27 ſ. 41 Marathro herbae ſeſe affricans. Columel. 7, 5, 6 Aut arbori affricant, locum vitioſum, *de ouibus ſcabioſis.* Malignus comes candido rubiginem ſuam affricuit Sen. Ep. 7. *Metaphora a ſcabioſis pecudibus ſumta.*

AFFRICATVS, a, um. Apul. Met. 3 p. 138, 27 Vnguedine pallulis ſuis adfricata.

AFFRICTVS, ûs. [πρόστριψις] *Actus affricandi.* Plin. 31, 6 Spumaque aquae marinae affrictu verrucas tollit. Accendat flammam ipſo adfrictu neceſſe eſt Sen. Qu. Nat. 5, 14 *de ſpiritu per ſubterraneas anguſtias ruente.*

AFFRICATIO, ōnis. *Idem.* Percuſſus atque affricationes Cael. Aurelian. Acut. Praef. n. 131 *Add.* id. ib. 1, 14, 106.

AFFRINGO, *vid.* AFFRANGO.

AFFRIO, āre. [προσπάσσω] *Adiicere friando.* Varro de R. R. 1, 57, 1 Alius aliud adfriat — vt cretam.

AFFVI, AFFVTVRVS, *vid.* ADSVM.

AFFVLGEO, ſ. ADFVLGEO, ſi, ēre. [ἐπιλάμπω, ἐλλαμπρύνομαι] Ad *aliquid* fulgere: Lux ciuitati affulſiſſe viſa eſt Liu. 9, 10. *Hinc varia metaphora.* Nitenti affulſit vultu videns Venus Sil. 7, 467. Liu. 27, 28 Prima ſpes morte nuntiata Marcelli affulſit. Id. 30, 30 Et mihi talis aliquando fortuna affulſit.

AFFVNDO, ūdi, ūſum, ĕre. [ἐπιχέω] *Fundendo addere.* Plin. , 21 Medici nucleos Arabicae glandis tundunt, affuſa eis paullatim calida aqua. Idem 16, 44 Vinumque illi affundere. Affundi *fluuii et maria dicuntur, quae vrbem, aut quiduis aliud alluunt.* Plin. 5, 1 Affunditur huic autem aeſtuarium e mari flexuoſo meatu. Idem 15, 19 Maeander plurimis affuſus oppidis. *Et per Hypallagen,* Plin. 3, 3 Caeſaraugusta, colonia immunis, amne Ibero affuſa. Tacit. Ann. 3, 17 frigida in aqua affunditur venenum. Idem 6, 28 *de Phoenice aue,* vbi mors propinquet, ſuis in terris ſtruere nidum, eique vim genitalem affundere. Affundere vinum Plin. 16, 44.

AFFVSVS, Partic. [προσχυθεὶς] Auctor ad Liuiam 422 Aridaque affuſa guttura tinxit aqua. ¶ 2 *Proſtratus, prouolutus.* Ouid. Met. 8, 605 - - - potui moritura videri, Amplectique pedes, affuſaque poſcere vitam. Lucan. 7, 71 - - - regesque tui cum ſupplice mundo Affuſi, vinci ſocerum patiare rogamus. Ouid. Met. 8, 539 Affuſaeque iacent tumulo, ſignataque ſaxo Nomina complexae, lacrimas in nomina fundunt. Ouid. ad Liuiam, de morte Druſi, Aridaque affuſa guttura tinxit aqua.

AFFVSIO, ōnis. Antidoti affuſione radices vitis infundunt Pallad. Febr. 28, 2.

AFLVO, *vid.* AFFLVO n. 4.

## A F O

AFŌRIS, Adu. [ἔξωθεν] *Laudatur* Plin. 17, 24 In vlcus penetrat omnis foris iniuria. *Sed rectius diuiſim ſcribitur,* a foris. *Vid.* FORIS.

## A F R

AFRA, Auis. *vid.* AFRICA.

AFRANIA, Licinii Buctionis vxor, promta ad lites contrahendas, pro ſe ſemper verba apud Praetorem fecit — adeo vt pro crimine improbis feminarum moribus C. Afraniae nomen obiiciatur Valer. Max. 8, 3. *Ab hac* Afraniam *vel* Afranianam Fabulam refricari *dixiſſe quidam volunt* Ciceronem pro Cael. c. 30. *Alii ad* Afranium *Poëtam referunt, de quo ſtatim.* Nempe

AFRANIVS, [Ἀφράνιος] *Poëta Latinus comicus, teſte* Cicerone in Brut. 167 c. 45 Homo perargutus, in fabulis etiam diſertus. Quinct. 10, 1, 100 In togatis excelluiſſe *eum dicit.* Horatius Epiſt. 2, 1, 57 Dicitur Afrani toga conueniſſe Menandro, *h. e. Afranii fabulae togatae dicuntur fuiſſe ſimiles comoediis Menandri.* Solebat *enim* Menandrum conuertere, Cic. Fin. 1 c. 3. Auſonius Epigr. 71, 4 Quam toga facundi ſcenis agitauit Afrani.

ĀFRĬCA, [Λιβύη] Tertia pars orbis, freto Herculeo, ac Nilo a caeteris orbis partibus diuiſa. *Etiam Latinis* Libya. Varr. R. R. 2, 1, 6 Vt in Libya ad Heſperidas, vnde aurea mala — Hercules ex Africa in Graeciam exportauit. *Scribitur per F, non PH, in Numis et Lapidibus, vt vt Graecis poſterioribus (nam veteres Λιβύην vocant) eſt* Ἀφρική. Plin. 8, 16 Africa haec *(adulteria leaenarum)* maxime ſpectat, inopia aquarum ad paucos amnes congregantibus ſe feris. Ideo multiformes ibi animalium partus, varie feminis cuiusque generis mares aut vi aut voluptate miſcente. Vnde etiam vulgare Graeciae dictum, ſemper aliquid noui Africam afferre. Africa *Perſona, Dea, ſpectrum* Plin. Epiſt. 7, 27, 2. Lucan. 9, 732 - - - dracones Peſtiferos ardens facit Africa. Feris et beluis frequens Plin. 5, 9. Fertilis Hor. Carm. 3, 16, 31. *vid.* Colum. 2, 12, 3. *it.* 3, 8, 1. Pallida Claud. de Bell. Gild. 374. *quod tamen non perpetuum eſt epitheton, ſed ad metum pertinet praeſentem,* Pallida tranſlatum iam ſentiat Africa Rhenum. Vadoſa Stat. Silu. 4, 5, 38 *cum reſpectu ad Syrtes.* Vltima Hor. Carm. 2, 18, 5 *de Numidia.* *Proprie Adiectiuum eſſe, deinde monemus, in* AFRICVS.

AFER, Afri [Λίβυς] *Cuius patria eſt Africa.* Hor. Carm. 4, 4, 42 Dirus per vrbes Afer vt Italas. Diſcincti Afri Virg. Aen. 8, 724 *Vbi* Seruius, Vel habitum eorum oſtendit, qui vſque in talos fluebat: Aut diſcinctos dixit, inhabiles militiae: vt contra, praecinctos, ſtrenuos dicimus. Vnde et Graece εὔζωνος appellatur, non qui bonam zonam habet, ſed qui eſt ſtrenuus. Rebelles Sil. 15, . . Sitientes Virg. Ecl. 1, 65. Iuuen. Sat. 8, 120 Cum tenues nuper Marius diſcinxerit Afros, *i. pauperes tamen Zona, in qua pecunia, exuerit.* Vagus Lucan. 4, 684. ¶ 2 *Adiectiue.* Virg. Georg. 3, 344 - - - omnia ſecum Armentarius Afer agit. Hor. Epod. 2, 53 Non Afra auis deſcendat in ventrem meum, *i. gallina Numidica,* ſ. Africana, *de qua mox.* Murice Afro tinctae lanae Hor. Carm. 2, 16, 35. Serpentes Afri Hor. Serm. 2, 8, 95.

AFRICĀNVS, Adi. [Λιβυκὸς] *Hinc* Africanus *Scipio, vterque,* maior, *et* minor *ſ.* ſequens, *ab Africa deuicta* Hor. Epod. 9, 25 Neque Africano, cui ſuper Carthaginem Virtus ſepulcrum condidit. Cic. pro Deiot. 25 Mittebat qui rumores Africanos exciperent. Fici Africanae nobiles *vid.* Cato 8, 1. Varro R. R. 1, 41, 6. Colum. 5, 10, 11. Africanae, *abſolute dicuntur* Pantherae, *quae et* Variae. Africanae *a patria.* Variae, *quoniam macularum varietate ſunt ſpectabiles.* Plin. 8, 17 ſ. 24 Senatusconſultum fuit vetus, ne liceret Africanas in Italiam aduehere. Primus autem Scaurus aedilitate ſua Varias centum quinquaginta vniverſas miſit. *Add.* Plin. Epiſt. 6, 34, 3. Sueton. Cal. 18. Claud. 21 Africanae, *Gallinarum genus eſt praegrandium.* Columel. 8, 2, 1 Gallinarum genera ſunt, vel cohortalium, vel ruſticarum, vel Africanarum. — Africana eſt, quam plerique Numidicam dicunt, Meleagridi ſimilis: niſi quod rutilam galeam et criſtam capite gerit: quae vtraque ſunt in Meleagride caerulea. Varr. de R. R. 3, 9, 18 Gallinae Africanae ſunt grandes, variae, giberae, quas Meleagridas appellant Graeci. *Vid. ad vtrumque locum Geſnerus, qui illud certe videtur confeciſſe, neque* Numidicas, *neque* Meleagrides *(quas* Varro *non diſtinguit ab* Africanis) *eſſe noſtris* Indicis ſ. Calecuticis. *De* Varronis *loco* Vid. A. E. Lipſ. 1730 p. 182.

AFRĬCVS, i. m. [Λὶψ] *Eſt Ventus ab Africa flans inter Auſtrum et Zephyrum.* Vitruu. 1, 6 Inter Auſtrum et Fauonium *(qui eſt idem Zephyrus)* ab Occidente hiberno Africus. Plin. 2, 47 A meridie Auſter, ab occaſu brumali Africus. Cic. de N. D. 1, 10 c. 36 Cum volucres angues ex vaſtitate Libyae vento Africo inuectas interficiunt, *de Aegypto. Quod in Plinianam deſcriptionem apprime conuenit, ſi ſitum vtriusque regionis conſideres. Ita* Sen. Q. N. 5, 16 Africus furibundus ac ruens ab Occidente hiberno. Hor. 1, 1, 15 Luctantem Icariis fluctibus Africum, *i. fluctus ab Icario mari venientes repellentem. Eodem modo* Od. 1, 3, 11 Africum decertantem Aquilonibus *intelligimus. Quod autem* Apul. de mundo p. 63, 14 Africum Vulturno reflare *dicitur, quod eſt etiam* Gell. 2, 22; *illud non eo pertinet, quaſi a Septentrionali occidente venire Africum illi putauerint, ſed (quod praeclare monuit Salmaſ. ad* Solin. p. 879, b A) *quia diuerſo modo ſibi aduerſari dicuntur venti vel e diametro, vel ſecundum chordam arcus, quem intercipiunt. Vid. Diagramma, quod damus in* VENTVS. *Vnus eſt locus, qui ſuadere videtur* Africum *Septentrionalem eſſe,* Prop. 4, 3, 47 Nec me tardarent Scythiae iuga, cum pater altas Africus in glaciem frigore nectit aquas. *Sed quid ſi Poëta ita frigus Scythiae deſcribere voluit, vt diceret, ab ipſo Africo ibi gelari aquas. Certe locus hic non debet obeſſe liquidis aliorum teſtimoniis, et ipſi etymo. Nec obeſſe debet rei nimis manifeſtae locus* Caeſ. B. C. 3, 26 *collatus cum* Lucan. 5, 720. Caeſar *ita:* Nacti portum, qui appellatur Nymphaeum — qui portus ab Africo tegebatur, ab Auſtro non erat tutus — Quo ſimul atque intus eſt itum, incredibili felicitate Auſter, qui per biduum flauerat, in Africum ſe vertit. Lucani *verba ſunt,* Nymphaeumque tenent: nudas Aquilonibus vndas Succedens Boreae iam portum fecerat Auſter. *Potuit, vt alias, ita hic, non ſatis accuratus fuiſſe Lucanus. Poteſt verum eſſe, vt etiam Aquilonibus expoſitus fuerit portus, Auſtrum autem cum latitudine quadam pro vicino Africo poſuerit Poëta.* Auſter Nymphaeum facit portum, *i. agit naues in illum ſinum, qui vero tum demum tutam ſtationem praebet, ſi vento verſus occidentem magis declinante Auſter mutet in Africum. Ita omnia conueniunt: Lucanus narrat, quomodo intrare in portum Caeſar potuerit: ipſe Caeſar, quomodo ibi, poſtquam intus eſt itum, commorari. Si* nudas Aquilonibus *non Datiuo caſu accipias, expoſitas, apertas, obiectas: ſed Ablatiuo, h. m.* Nudas, *i. vacuas, et nauibus carentes Spirante Aquilone, etiam ſic apparebit, diuerſa dixiſſe vtrumque ſcriptorem, ſed non pugnantia.* Celer Hor. Carm. 1, 14, 5. Creber procellis Virg. Aen. 1, 86. Peſtilens Hor. Carm. 3, 23, 5. Id. Epod. 16, 22 Ire, pedes quocunque ferunt, quocunque per vndas Notus vocabit, aut proteruus Africus.

AFRĬCVS, a, um, *eſt proprie Adi. ab Afris,* vt Africae procellae,

ab Africo vento excitatae Hor. Carm. 3, 29, 57. Africa bella Sil. 17, 11. *Ipſum nomen* Africa *ellipticum eſt, ſubaudita* Terra, *quod expreſſit* Ennius *ap.* Cic. de Or. 3, 165 Africa terribili fremit horrida terra tumultu. Col. 1 pr. 24 Sicut in Africa Numidia. *Si ſana eſt lectio, de quo diſputatur in Miſcell. Obſeruatt.* 7, 279.

AFRICIA, Genus quoddam liborum, quo vtebantur in ſacrificiis veteres. Arnob. l. 7 p. 230 Quid fitilla, quid frumen, quid africia, quid gratilla, catumeum, conſpolium, cucubula? ex quibus duo quae prima ſunt, pultium nomina, ſed genere, et qualitate diuerſa: ſeries vero quae ſequitur, liborum ſignificantias continet. Hactenus ille.

## A G A

A. G. *In notis ſignificat* Animo Grato. AG. Agit, vel Agrum, vel Agrippa. AG. E. R. Agitur ea res, AG. FD. Agri Fundus. AG. G. V. Agens Gratiam vouit. AGON. Agonata.

AGĀGA, ae. Seruus nequam Petron. cap. 69. *Conf.* Edit. Burm. p. 341. *it Reineſ. ad* Fragm. Petron. p. 100. *Add.* Petron. c. 58 *ibique Heinſ.* p. 296 *Edit. Burm.*

AGAGOLA ſ. AGAGVLA, ae. m. *Diminut.* Lenocinator, pantomimus Iſidor. Gloſſ. *Conf. Reineſ. ad* Fragm. Petron. pag. 100. *Sweert. Anal.* 1, 8.

AGALMA, ătis. n. [ἄγαλμα] Simulacrum, Mart. Capell. 6 p. 188 Qui agalmata firmant. *Sed* formant *legendum, i. Statuarii: vt vidit iam Grotius.*

AGAMĒDES, [Ἀγαμήδης] Viri proprium. Cic. Tuſc. 1, 114 c. 47 Trophonius et Agamedes quum Apollini Delphis templum exaedificaſſent, — petierunt — quod eſſet optimum homini. — vt illuxit dies tertius, mortui ſunt reperti. Iudicauiſſe deum dicunt, — *mortem eſſe optimum homini.*

AGAMEMNON, ŏnis. [Ἀγαμέμνων] *Rex Mycenarum, Pliſthenis filius (adoptiuus Atrei) ex Aërope, frater Menelai, natu maior. Hic omnium Graecorum in Aulide congregatorum conſenſu imperator delectus, ad expeditionem Troianam profectus eſt, Clytaemneſtra coniuge, ex qua iam liberos aliquot ſuſceperat, ad regni adminiſtrationem relicta.* Agamemno, Stat. Achil. 1, 553 Conclamant Danai, ſtimulatque Agamemno volentes. Ouid. Met. 15, 855 Sic magni cedit titulis Agamemnonis Atreus, *i. Filius maior ſaepe patre.* Cic. Fam. 9, 14 Et tamen non alienum dignitate tua, quod ipſi Agamemnoni regum regi fuit honeſtum, habere aliquem in conſiliis capiendis Neſtorem. Atrides Agamemnon, ab Atreo patre Ouid. Met. 13, 655. Mycenaeus Virg. Aen. 11, 266. Tantalides, *oriundus a Tantalo, Atreus enim filius fuit Pelopis, Pelops Tantali.* Ouid. Faſt. 5, 305.

AGAMEMNONIVS, Adi. Virg. Aen. 6, 838 Eruet ille Argos, Agamemnoniaſque Mycenas. Agamemnonius Oreſtes *illius Filius* Virg. Aen. 4, 471. et Ouid. in Ibin 527. Agamemnonia puella, *Iphigenia Agamemnonis filia* Propert. 4, 1, 111.

AGĂMVS, i. [ἄγαμος] *Expers matrimonii, caelebs.* Hieronym. in Iouinian. lib. 1. Primus Adam monogamus, ſecundus agamus.

AGANIPPE, es. [Ἀγανίππη] *Fons in Boeotia Apollini et Muſis ſacer. Vocatur etiam* Hippocrene: *quamquam vt diuerſos commemorare videtur* Plin. 4, 7 ſ. 12 *Add.* Solin. cap. 12. Aganippe Aonia Virg. Ecl. 10, 12. Frigerans Catull. 59, 30. Hyantaea, *i. Boeotia* Ouid. Met. 5, 312.

AGANIPPAEVS, Adi. [Ἀγανιππαῖος] Propert. 2, 2, 30 Et quantum Aeolio quum tentat carmina plectro, Par Aganippaeae ludere docta lyrae, *i. Muſis.* Claud. in Laud. Seren. 22 Fons Aganippaea Permeſſius educat vnda.

AGANIPPIS, ĭdis. [Ἀγανιππίς] Ouid. Faſt. 5, 7 Dicite quae fontes Aganippidos Hippocrenes, Grata Meduſaei ſigna tenetis equi.

AGĂPE, es. f. [ἀγάπη] *Caritas, dilectio. Sed* Agapae, f. pl. *Conuiuium pauperibus exhibitum.* Tertullianus aduerſus gentes, de Coena Domini loquens, cap. 39. *et* ad Mart. c. 2. Item Cyprianus ad Quirinum 3, 3. *De veris* Agapis Tert. Apol. 39 Coena noſtra de nomine rationem ſui oſtendit. Id vocatur, quod dilectio penes Graecos eſt. Quantiſcunque ſumtibus conſtet lucrum eſt, pietatis nomine facere ſumtum, ſiquidem inopes quoſque refrigerio iſto iuuamus *etc. Sed mature corruptum eſſe hoc genus liberalitatis, iudicat idem.* Tertull. de ieiunio adu. Pſychicos ſub fin. Apud te agape in caccabis feruet, fides in culinis calet, ſpes in ferculis iacet. Sed maior his eſt agape (*alludit, puto ad* 1 Cor. 13, 13) quia per hanc adoleſcentes tui cum ſororibus dormiunt; appendices ſcilicet gulae laſciuia atque luxuria eſt.

AGAPĒTAE, f. pl. [ἀγαπηταί] *Virgines et Viduae cum clericis caelibatum profeſſis cohabitantes (vti Agapeti, ἀγαπητοὶ cum Diaconiſſis) quaſi ſorores ſpirituali amore coniunctae. Cuiusmodi Contubernia a patribus improbata, damnata a conciliis. Vid.* Hieron. Epiſt. 2 et 22.

AGARĬCVM, i. n. [ἀγαρικόν] Vt Fungus naſcitur in arboribus circa Boſporum colore candido Plin. 25, 9 ſ. 57. *Vbi etiam marem et feminam eſſe docet.*

AGĀSO, ōnis. m. [ὀνηλάτης, δοῦλος, κτηνέσσια Vet. Gloſſ.] *A Graeco Dorum* Ἀγάζω, *qui iumenta curat et agit.* Feſtus, Agaſones, equos agentes: *i.* Minantes. Plin. 35, 11 Pinxit et in vna tabula, quaque maxime inclaruit, agaſonem cum equo. Curtius 8, 6, 4 Acceptos ab agaſonibus equos. Liu. 43, 5 Et duo equi phalerati cum agaſonibus. Plaut. Merc. 5, 2, 11 Egomet mihi comes, clauator, equus, agaſo, armiger. *Add.* Frontin. Strateg. 2, 4, 1. Perſ. Sat. 5, 76 - - treſſis agaſo. Apud Apul. Met. 7 p. 149, 28 *Puer aſini magiſter ſic vocatur.* Hor. Serm. 2, 8, 72 - - - ſi patinam pede lapſus frangat agaſo. *Vbi* Acron, Agaſo proprie dicitur Seruus, qui iumenta curat. Hic autem ſatyrice eſcarum miniſtrum agaſonem appellauit.

AGATHŎCLES, [Ἀγαθοκλῆς] *Siciliae tyrannus, ad regni maieſtatem ex humili et ſordido genere peruenit. Quippe in Sicilia patre ſigulo natus, non honeſtiorem pueritiam, quam principia originis habuit. Plura* Iuſtin. lib. 22 *et* 23. Auſonius epigrammate, 8 Fama eſt fictilibus coenaſſe Agathoclea regem, Atque abacum Samio ſaepe oneraſſe luto *etc. Add.* Valer. Maxim. 7, 4.

AGATHODAEMON, ŏnis. m. *Bonus genius* Lamp. Heliog. 28. Aegyptios dracunculos Romae habuit, quos illi agathodaemones vocant. *Phoenicibus illam appellationem tribuit ex Philone apud Euſebium Caſaubonus. Conf. de bono omine Draconum* Tac. An. 11, 11. Sueton. Ner. 6.

AGATHOSDAEMON, *Praeter alia apud Graecos* [ἀγαθὸς δαίμων, *bonus genius*] nomen herbae. Apul. de Herb. c. 94.

AGATHVRNA, *Vrbs Siciliae Vid. Drak. ad* Sil. 14, 259.

AGATHYRSI, [Ἀγάθυρσοι] *Populi teſte* Plin. 4, 12 caeruleo capillo inſignes. Virg. Aen. 4, 146 Creteſque, Dryopeſque fremunt, pictique Agathyrſi. Vbi Seruius, Agathyrſi populi ſunt Scythiae, colentes Apollinem Hyperboreum. Picti autem, non ſtigmata habentes: ſed pulchri, hoc eſt, cyanea coma placentes. Pomp. Mela 2, 1 Agathyrſi ora artusque pingunt, vt quique maioribus praeſtant, ita magis vel minus: caeterum iisdem omnes notis: et ſic, vt ablui nequeant. *Ab Agathyrſo Herculis filio dictos putat Herodotus lib.* 4. Auienus Rufus ex Dionyſio, Praecinctique ſagis ſemper pictis Agathyrſi. *Sed nihil tale ipſe Dionyſius.* Iuuen. Sat. 15, 125 Sauromataeque truces, aut immanes Agathyrſi.

AGĀVE, es. [Ἀγαύη] *Cadmi et Hermiones filia nupſit Echioni Thebano, ex quo Pentheum ſuſcepit filium, quem ipſa cum ſuis ſororibus Autonoë et Inone Bacchico furore acta lacerauit.* Hor. Sat. 2, 3, 303 Quid? caput abſciſſum manibus cum portat Agaue Gnati infelicis, ſibi tunc furioſa videtur? *Vid.* Ouid. Met. 3, 725. Agaue *Statii Poëtae Tragoedia,* Iuuen. Sat. 7, 86 - - - ſed quum fregit ſubſellia verſu, Eſurit, intactam Paridi niſi vendat Agauen. *Intactam, i. Nouam et nondum recitatam ab hiſtrione Fabulam.* Cadmaea Agaue, *i.* Cadmi filia. Tibul. 3, 6, 24. Pentheia Stat. Theb. 3, 109. Thebana Lucan. 1, 569.

## A G B

AGBARVS, *vid.* ABGARVS.

## A G D

AGDVS, i. Arnob. adu. Gentes 5 p. 158 ex Timotheo, In Phrygiae finibus — petra eſt quaedam, cui nomen eſt Agdus, — ex ea lapides ſumtos — Deucalion iactauit et Pyrrha, ex quibus cum caeteris et haec Magna quae dicitur informata eſt Mater — Hanc in vertice ipſo petrae datam quieti et ſomno quam inceſtis Iupiter cupiditatibus appetiuit. Sed — voluptatem in lapidem fudit victus. Hinc petra concepit, et — naſcitur — materno ab nomine cognominatur Acdeſtis. Huic robur inuictum etc. Agdiſtis *ergo ſcribi debebat vt ſcribit etiam Pauſanias,* Ἄγδιστις, *apud quem diuerſa Fabula.*

## A G E

AGE, [ἄγε, φέρε] *Ortum illud quidem ab Imperatiuo verbi* Ago, *eſt tamen Grammaticis hortandi aduerbium, ac proprie iungitur verbo imperatiuo ſingulari, ſecundae perſonae.* Virg. Aen. 4, 569 Eia age, rumpe moras. Idem 3, 362 Fare, age. *Vbi* Seruius, Hortantis eſt Age. *i. Dic celeriter.* En age ſegnes Rumpe moras Virg. Geor. 3, 42 Ergo, age, care pater, ceruici imponere noſtrae Virg. Aen. 2, 707 *Conf. hic* Seru. *Sed* Ter. Adel. 2, 2, 7 Age, ſcis, quid loquar? *Hic attentionem modo excitat. Sic etiam* Virg. Georg. 4, 149 *in tranſitione,* Nunc age naturas apibus, quas Iuppiter ipſe Addidit, expediam. *Dubitantem impellit* Ter. Adel. 2, 2, 16 Age noui tuum animum.

¶ 2 *Iam porro obſeruationes ponamus, vnde magis appareat, ab illa notione verbi ſingularis numeri, ſecundae perſonae in hac voce diſceſſum eſſe. Iungitur enim cum verbo tertiae perſonae, vt* Ilicet, Liu. 1, 57 Age ſane omnes citatis equis aduolant Romam. *Conf.* Gronou. *ad h. l. Cum verbo plurali.* Valer. Flac. 3, 311 Vos age funereas ad littora voluite ſiluas. Nunc age Diuae Praecipue noſtro nunc adſpirate labori Virg. Ciri v. 98. *Sic* Plaut. Stich. 1, 3, 68 Age licemini. Age nunc, - - factum conſideremus Cic. pro Sext. Roſc. c. 37. Id. de Senect. 2 c. 7 Age vt iſta diuina ſtudia omittamus, poſſum nominare *etc. Sic ſaepe in tranſitionibus.* Age age, *vix et poſt diſputationem aliqua conſentientis.* Ter. Heaut. 4, 3, 44 Age age, traducatur Bacchis. *Sic* Age, age, vt lubet Ter. Andr. 2, 1, 12. *Add.* Andr. 4, 2, 30 Hic face, ad me vt venias, ſi quid poteris. D. Quid veniam? nihil habeo. C. At tamen ſi quid. D. Age, veniam. Vbi Donatus, vix conſentientis eſt, Age veniam. Cic. de Fin. 5, 8 Age age, inquit: ſatis enim ſcite me noſtri ſermonis principium eſſe voluiſti. *Sic* Tuſc. 1, 14 c. 7 Age iam, concedo non eſſe miſeros qui mortui ſunt. *Vbi ſimul ſeruit tranſitioni; vt et in iſtis* Cic. pro Milon. c. 21 Age nunc, iter expediti latronis cum Milonis impedimentis comparate. *Et* Verr. 5, 55 Age porro, tu qui te tam religioſam exiſtimari voluiſti interpretem foederum. Age porro, *Verum eſto, Eſto, Ita ſit ſane!* Idem de Inuent. 2, 133 Age porro quid ſi ipſi velint iudices adſcribere, paſſuruſne ſit populus? *Et* de Inuent. 1, 3 Age vero, vrbibus conſtitutis. Idem pro Lege Manil. c. 1 Age vero, caeteris in rebus qualis ſit temperantia, conſiderate.

AGĔDVM, [φέρε δή] *Idem.* Feſtus, Agedum ſignificat Age modo: eſt enim Adhortantis ſermo. *Iungitur etiam pluralibus.* Prop. 1, 1, 21 En agedum dominae mentem conuertite noſtrae. Cic. pro Sylla 72 c. 20 Agedum conferte nunc cum illius vita vitam P. Syllae. Ter. Eun. 4, 4, 27 Agedum, hoc mihi expedi primum. *Vbi* Donatus, Agedum DVM παρέλκον eſt, et adiuuat ex animo loquentem. Plaut. Moſt. 1, 3, 125 Agedum contempla aurum. Agedum iſtum oſtende ſyngraphum Plaut. Aſin. 4, 1, 1 Agedum, pauca accipe contra Horat. Sat. 1, 4, 38. *Add.* ib. 2, 3, 155. *Ponitur etiam cum verbo tertiae perſonae.* Liu. 7, 9 Quem nunc (inquit) Roma fortiſſimum virum habet, procedat agedum ad pugnam.

AGĔSIS, *Idem:* SIS *illud enim ex* Si vis *contractum, de quo ſ. etiam aliis verbis adiicitur: et diuiſim* Cic. pro Roſc. Am. 48 c. 16 Age nunc, refer animum ſis ad veritatem. Lucret. 1, 266 Nunc ageſis quoniam docui, nil poſſe creari de nihilo. Cic. Part. 44 c. 12 Ageſis ergo, quoniam in confirmationem et reprehenſionem diuiſeras orationis fidem, et dictum de altero eſt, expone nunc de reprehendendo. *Vbi tranſitioni ſeruit. Sic* Tuſc. 2 c. 18 Ageſis nunc de ratione videamus. *Sed* Plaut. Bacch. 4, 9, 72 Hoc age ſis iam nunc *vix huc pertinet. Eſt enim formula ſolennis.* Hoc age! *adiuncto illo ſis.*

AGĬTE, *Secundam perſonam pluralem imperatiui vix excedit* Plaut. Men. 5, 2, 113 Agite, equi, facitote ſonitus vngularum appareant. Virg. Aen. 1, 627 Quare agite ó tectis iuuenes ſuccedite noſtris. Plaut. Amph. 1, 1, 146 Agite pugni, iamdiu eſt, quod ventri victum non datis. Cic. de Orat. 2 *extr.* Agite vero, ille inquit, vt vultis: ſed nunc quidem, quoniam id temporis eſt, ſurgendum cenſeo et requieſcendum.

AGITĔDVM, *vt* Agedum. Liu. 7, 34, 14 Agitedum ite mecum *Add.* Liu. 3, 62 *et* 68. 5, 52. 6, 35. 7, 33 *et* 35.

AGĔA, [κατάστρωμα] Via in naui, dicta quod in ea maxime quaeque res agi ſoleant. Feſtus. Iſidor. 19, 2 vbi Ennius, Multa foro ponens (*Scalig.* forum, pontes et,) ageaque longa repletur.

AGELĀDES, [Ἀγελάδης] *Nomen inſignis ſtatuarii, et magiſtri Polycleti, cuius meminit* Plin. 34, 8. Columella 10, 29
Neu tibi Daedaleae, quaerantur munera dextrae
Nec Polycleteae, nec Phradmonis, aut Ageladae
Arte laboretur.

AGELASTVS, [ἀγέλαςος] *Latine dicitur* Non ridens, *moeſtus, moroſus.* Cic. de Fin. 5, 94 c. 31 Dicimus aliquem hilare viuere. Igitur ſi ſemel triſtis effectus eſt, hilara vita amiſſa eſt? At hoc in eo M. Craſſo, quem ſemel ait in vita riſiſſe Lucilius, non contigit, vt ea re minus ἀγέλαςος, vt ait idem, vocaretur. Plin. 7, 19 Ferunt Craſſum auum Craſſi in Parthis interemti nunquam riſiſſe, ob id Agelaſtum vocatum.

AGELLVS, *vid.* AGER.

AGĒMA, atos, n. [ἄγημα] Agmen Latine dicitur. In dextro cornu locati ſunt equites, quos agema appellant Curt. 4, 13, 26. Addita his ala mille ferme equitum: agema eam vocabant Liu. 37, 40, 5. *Sed etiam peditum fuiſſe* agema, *docet* Liuius 42, 51 Delecta deinde et viribus et robore aetatis ex omni Cetratorum numero duo erant agemata: hanc ipſi legionem vocabant. Cetrati *enim haud dubie pedites.*

AGENEALOGETVS, *vel* AGENEALOGITVS, i. m. [ἀγενεαλόγητος] *Sine genere, ignoti generis.* Tertull. Praeſcript. Adu. Haeret. c. 53.

AGENNETVS, i. m. [ἀγέννητος] *Ortum non habens. Aeon haereticorum ap.* Tertull. Adu. Valent. c. 35.

AGĒNOR, [Ἀγήνωρ] *Rex Phoenicum, Beli regis filius, Cadmi pater.* Virg. Aen. 1, 338 Punica regna vides, Tyrios et Agenoris vrbem, *i. Carthaginem, quam condiderunt Phoenices.* Agenor, Tyriae gentis gloria. Sil. Ital. 1, 88. Agenor imperioſus Stat. Achil. 2, 358 *Qui Cadmum filium in longam expeditionem vel exilium potius eiecerit quaerendae Europae.*

AGENORĬDES, ae. [Ἀγηνορίδης] *Cadmus Agenoris filius.* Ouid. Met. 3, 7 - - - profugus patriamque iramque parentis Vitat Agenorides. *Sed Phineus ita vocatur* Val. Flac. 4, 582.

AGENORĔVS, Adi. [Ἀγηνόρεος] Sil. Ital. 17, 58 Littora Agenoreae tenuerunt perfida terrae. Id. 1, 14 Reſerauit Dardanus Arces Ductor Agenoreus, *i. Romanus Dux Carthaginem expugnauit. Eodem ſenſu* Id. 17, 197 Pulſat Agenoreas Rhoetëia lancea portas. Id. 7, . . Purpura Agenoreis ſaturata micabat ahenis. *i. Vaſis Tyriis. Nam in Tyro purpura tingebatur.* Agenoreus Ductor, *Annibal* Sil. 17, 392. Id. 17, . . . Sceptra ad Agenoreos eſſent ventura nepotes, *i.* Carthaginenſes.

AGENORIAM *Deam vocauerunt antiqui, quae ad agendum excitaret, ab agendo dictam.* Auguſt. 4, 11 de Ciu. Dei. De actu Agenoria nominetur. *Sed vid.* AGERONIA.

AGER, gri. m. [ἀγρὸς, χώρα] *Locus in rure, quem colimus ſiue arando; ſiue conſerendo.* Donatus *ad* Ter. Ad. 3, 3 Ab agendo ager dictus eſt, quod in eo multa agenda ſunt. Varr. de L. L. 4, 4 Ager dictus eſt, in quo terram agebant, et vbi quidem agebant aliquid fructus cauſa. *Sed* Quinctil. 1, 6, 37 Sed cui non poſt Varronem ſit venia? qui agrum, quod in eo agatur aliquid, et graculos quia gregatim volant, dictos Ciceroni perſuadere voluit? (ad eum enim ſcripſit) quum alterum ex Graeco (ἀγρὸς) ſit manifeſtum duci, alterum ex vocibus auium. Ter. Heaut. 1, 1, 94 Agrum hunc mercatus ſum, hîc me exerceo. Ager, *inquit* Vlpianus eſt Locus, qui ſine villa eſt l. 27. D. de verborum ſignificatione. ¶ 2 Ager *collectiue pro* agris *vrbi contributis ponitur ſingulariter, v.g.* Campanus ager Cic. in Piſ. c. 2. Falernus ager Nep. 23, 5, 1. Cic. contra Rull. 3, 8 Fundus Irpinus, ſiue ager Irpinus: totum enim poſſidet. *Ergo* ager Fundos *continet.* Picenus Cic. Phil. 5, 44 cap. 16. Troas ager Nep. 4, 3, 3. ¶ 3 *Iam Subſtantiua videamus* Agro *adiuncta.* Salluſt. Catil. 51, 12. Reliquos Catilina per montes aſperos in agrum Piſtorienſem abducit. *In hoc ſignificatu reticetur interdum.* Cic. Fam. 2, 5 Is habet in Volaterrano poſſeſſionem. Id. de Lege Agr. 2, 95 c. 35 Campani ſemper ſuperbi Bonitate agrorum, et fructuum magnitudine. Id. de Seneet. 56 c. 16 Num igitur horum ſenectus miſerabilis fuit, qui ſe agri Cultione oblectabant? Mea quidem ſententia haud ſcio, an vlla vita beatior eſſe poſſit: neque ſolum officio, quod hominum generi vniuerſo Cultura agrorum eſt ſalutaris: ſed et delectatione quam dixi, et ſaturitate copiaque omnium rerum, quae ad victum hominum et cultum etiam deorum pertinent. Columel. de R. R. 2, 1, 4 Neque enim prudentis eſt, adduci (*int.* ad credendum) nunquam in hominibus nimia corporis exercitatione, aut oneris alicuius pondere: ſic cultibus et agitationibus agrorum Fatigationem accedere. Modus agri. Columel. 1, 3, 11 Suaque lege C. Licinius damnatus eſt, quod agri modum, quem in magiſtratu rogatione Tribunicia promulgauerat, immodica poſſidendi libidine tranſcendiſſet. Columel. praefat. 32 Accedit huc, quod ille, quem nos perfectum eſſe volumus agricolam, ſi quidem artis conſummatae non ſit, nec in vniuerſa rerum natura ſagacitatem Democriti vel Pythagorae (non) fuerit conſecutus, et in motibus aſtrorum Ventorumque Metonis prouidentiam, vel Eudoxi, et in pecoris cultu doctrinam Chironis ac Melampodis, et in agrorum ſolique Molitione Triptolemi aut Ariſtei prudentiam: multum tamen, ſi vſu Tremellios, Saſernasque et Stolones noſtros aequauerit. Columel. ibid. 11 Cuius praecepta ſi vel temere ab indoctis, dum tamen agrorum Poſſeſſoribus (*neſcio vnde ſit* Profeſſoribus,) antiquo more adminiſtrarentur, minus iacturae paterentur res ruſticae. Id. 2, 2, 21 Haec quum ita explorauerimus, agrum ſationibus faciundis expediemus. *Et* 1, 3, 11 Mox etiam quum agrorum vaſtitatem victoriae noſtrae, et interneciones hoſtium feciſſent, criminoſum tamen ſenatori fuit, ſupra quingenta iugera poſſediſſe. Varr. de R. R. 1, 10 Ab hoc principio menſores nonnunquam dicunt, in ſubſiciuum eſſe vnciam agri, aut ſextantem, aut quid aliud, quum ad iugerum peruenerunt: id habet ſcrupula ducenta octogintaoctio. *Nempe ratio et partes Aſſis accommodantur etiam ad iugerum, quo agros metiebantur.* ¶ 4 *Epitheta agri haec damus:* Alieni agri Cic. pro Sext. Roſc. c. 18. Almus ager, quod nos alat Virg. Georg. 2, 330. Amoenus Hor. de Arte Poet. 17. Anguſtus *vid.* Ager laxus. Apertus, *vid.* Ager vacuus. Columel. 2, 16, 3 Nec dubium, quin Aquoſus ager maiorem ſtercoris copiam, ſiccus minorem deſideret. Arduus, *vid.* Ager confragoſus. Aruus ager, *i. aratus et conſitus, vid. ſ. l.* Ouid. Amor. 1, 10, 56 Praebeat Alcinoi Poma benignus ager. Siculus Fl. de condit. agror. p. 3 Goel. Occupatorii dicuntur agri, quos quidam Arcifinales vocant. Hi autem Arcifinales dici debent etc. *locum enim damus totum h. v.* Columel. 3, 11, 7 Simili quoque de cauſa probari ſolutam glaream, Calculoſumque agrum, et mobilem lapidem. Cato de R. R. 6, 1 In agro Craſſo et Caldo oleam conditiuam maxime ſerito. Varr. de R. R. 1, 6 Igitur quum tria genera ſint a ſpecie ſimplici agrorum, Campeſtre, Collinum, et Montanum: eſt ex his tribus quartum, vt in eo fundo, in quo haec duo, vel tria ſunt, vt multis locis licet videri. Columel. 3, 11, 9 Nam carbunculoſum agrum niſi ſtercore iuues, macras vineas efficere dixerunt. Collinus, *vid.* Campeſtris ager. Cic. Philipp. 5, 5 Cognoſcerent qui ager colonus eſſet, quo milites veterani deducti eſſent, *i. In quem colonia deducta eſſet, et qui colonis eſſet aſſignatus. Sed a Faërno introductum,* Qui ager his coloniis eſſet, *quod ſeruant* Grut. Graeu. Gron. Compaſcuus, *Qui in commune vtendus relinquebatur.* Cic. Topic. 12 Si compaſcuus ager eſt, ius eſt compaſcere. Varr. de R. R. 1, 18 Nam ſi eſt ita diſſimilis ager, vt totus arari non poſſit, vt ſi ſit Confragoſus, atque arduus cliuis, minus multi opus ſunt boues et bubulci. Plin. 18, 6 Pompeius nunquam agrum mercatus eſt conterminum, *intellige, agro alii iam ſuo. Nolebat continuare poſſeſſiones, habere latifundia.* Varr. de R. R. 1, 16, 3 Aut etiam diuitum copioſi agri et villae, *etc.* Cato de R. R. 6, 1 Vbi ager Craſſus et Laetus eſt ſine arboribus, eum agrum frumentarium eſſe oportet. Cretoſus, Vliginoſusque Columel. 2, 9. Cic. Verr. 3, 13 c. 6 Praeterea omnis ager Siciliae decumanus eſt: itemque ante imperium Populi Rom. ipſorum Siculorum voluntate et inſtitutis fuit, *i. ſuis regibus decimam partem frugum dederunt Siculi, et poſt Romanis.* Denſior Col. 5, 4, 3. Diues Virg. Aen. 7, 262. Dotales, *qui dote acquiruntur* Ouid. Faſt. 5, 209. Durus Col. 5, 10, 12. Effatus, Qui ſtatim poſt pomoerium ſitus, et intra quem auſpicia determinabantur Seru. ad Aen. 6, 197. *Vid.* et Gell. 13, 14. Effoeti, Continua fertilitate laſſati, *ait* Seruius ad Virg. Georg. 1, 81. Egregios agros colere Varr. de R. R. 1, 16. Emphyteuticus, *vid. h. v.* Exilis, *vid.* Peſtilens ager. Exoſſatus, *h. e. Elapidatus. Nam lapides* oſſa terrae *dicuntur* Perſ. 6, 14. Farrarius, *Qui far producit, i. Fruges. Nam* far *veteribus fruges omnes ſignificabat* l. defuncta. §. de vſufruct. Ferax Columel. 1, 4. Fertilis et iucundus, *vid.* Iucundus ager. Fertilis Ouid. Triſt. 5, 12, 23. Flauentes Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 321. *de meſſis tempore.* Foecundus Claud. in Ruff. 1, 190. Frigidus et macer Cato de R. R. 6, 2 Qui ager Frigidior et Macrior erit, ibi oleam Licinianam ſeri oportet. Fructuoſus, *vid.* Honeſtior ager. Frugifer Lucan. 1, 136 Columel. 2, 2, 17 Et ideo frumentarius ager, id eſt, pinguis, magis aliis qualitatibus (*quam colore*) aeſtimandus eſt. Gelidi Iuuen. Sat. 3, 322. Graminoſus, *vid.* Silueſter ager. Virg. Georg. 2, 5 - - - tibi pampineo grauidus Autumno Floret ager. Hiſpidi Hor. Carm. 2, 9, 1. *i. Horridi propter vepres.* Varro de R. R. 1, 4, 2 Nec non ea, quae faciunt cultura honeſtiorem agrum, pleraque non ſolum fructuoſiorem eundem faciunt: vt quum in ordinem ſunt conſita arbuſta atque olineta: ſed etiam vendibiliorem, atque adiiciunt ad fundi pretium. Humidus, *vid.* Silueſter ager. Ieiunus atque exilis Columel. 5, . . Id. 1, 3, 9 Imbecilliorem agrum, quam agricolam eſſe debere: quoniam quum ſit colluctandum cum eo, ſi fundus praeualeat, allidit dominum. Cic. Verr. 2, 166 Qui agros Immunes Liberosque arant, cur oderunt? Incultus, *cui opponitur* Cultus ager Ouid. Met. 7, 504. Hor. Serm. 1, 8, 16 Albis informem ſpectabant oſſibus agrum. *h. e. Foedatum.* Infrondes agri, *vid. h. v.* Ouid. Faſt. 4, 684 Frigida Carſeolis nec oliuis apta ferendis Terra, ſed ad ſegetes ingenioſus ager. Plin. 18, 5 Aiebat neque foecundiſſimis locis inſalubrem agrum parandum, neque effoetis ſaluberrimum. Iucundus et fertilis Cic. de Lege Agr. 2, 40. Iuncoſus Plin. 18, 6. Laetus, *vid.* Pinguis ager. Lapidoſus Ouid. Met. 8, 799. Lati Virg. Aen. 8, 8. Columel. 1, 3, 9 Nec dubium, quin minus reddat Laxus ager non recte cultus, quam Anguſtus eximie. Liber, *vid.* Immunis ager. Limitatus, *vid.* in LIMITO, as. Limoſus Columel. 2, 10, 3 Litigioſus Ouid. Faſt. 2, 660 *ad Terminum deum,* Omnis erit ſine te litigioſus ager. Lutoſus Columel. 2, 4, 5. Macer, *vid.* Frigidus ager. Id. Col. 5, 8, 6 Macer Sabulo et nuda glarea. Macerrimus Col. 5, 12, 1. Madidi Ouid. Met. 1, 422. Malignus, *vid.* MALVS. Plin. 18, 5 Malus eſt ager, cum quo dominus luctatur. Columel. 2, 9, 1 Iugerum agri pinguis plerumque modios tritici quatuor, mediocris quinque poſtulat. Mediterraneus Suet. in Tiber. cap. 12. *vid. h. v.* Melior, *vid. h. v.* Miſeri Valer. Argon. 1, 665. Montanus, *vid.* Campeſtris ager. Gell. 19, 12 Vt ager Mundus purusque fiat, eius arbor atque vitis foecundior. Nebuloſus Cato de R. R. 6, 1. Neglectus Ouid. Faſt. 2, 518. Noualis ager, *i. qui non conſeritur. vid. h. v.* Occupatorii, *vid.* Arcifinales. Operoſus Ouid. Amor. 2, 16, 33. Opimi et fertiles Cic. de Lege Agr. 1, 51 c. 19 Optimus ager, qui ſub radice montis ſitus eſt Varr. de R. R. 1, 7. Paſcuus ager, *i. paſtui dicatus. v. v.* Patrii Ouid. Met. 14, 476. Patuli Sil. 7, . . Idem 15, . . Perbonus, *vid. h. v.* Peſtilens et exilis Columel. 1, 4, 2. Pinguis ac laetus Id. 1, 4, 1. Pinguis aut campeſtris Idem 3, 14, 1 *de vinea.* Planus Columel. 2, 4, 11. Poenitendus colono, *vid.* Exercere agrum. Columel. 2, 2, 25 Idem pinguis ac putris ager. Quaeſtorius, *vid.* in QVAESTOR. Plin. 18, 5 Agroque, vt homini, quamuis quaeſtuoſus ſit, ſi tamen et ſumtuoſus, non multum ſupereſſe, ex Caton. R. R. 1, 6. Reſtibilis, *vid. h. v.* Columel. 2, 17 Poteſt tamen mediocriter accliuis, ſi aut pinguis eſt, aut riguus ager, pratum fieri. Rudis, *In quo nondum vlla fuit ſeges.* Columel. 2, 2, 14 Sed iam expediendi rudis agri rationem, ſequitur cultorum noualium cura. *Add.* Id. 3, 11. Salubrior Varr. de R. R. 1, 4. Ouid. de Nuce, 87 Felix ſecreto quae nata eſt arbor in agro, Et ſoli domino ferre tributa poteſt. Semimadidus nimbis exiguis Col. 2, 4, 5. Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 332 Prima ſub luce — cum rore ſerenus Albet ager. Siccatus ager Suet. Claud. c. 20. *i. exſiccato lacu factus.* Siccus, *vid.* Aquoſus ager. Sterilis Ouid. de Arte Am. 1, 450. Spurcus, *vid.* Silueſter ager. Cic. de Diuin. 2, 69 Ita aqua Albana deducta ad vtilitatem agri ſuburbani, non ad arcem vrbemque retinendam. Sumtuoſus, *vid.* Quaeſtuoſus. Varr. de R. R. 1, 2, 17 Colonus in agro ſurculario ne capras compaſcat. *Sed a Victorio inde editur* Ne capra natum paſcat. Columel. 1 pr. 25 Atque in his ipſis habere cognitum, quid recuſet collis, quid campeſtris poſitio: quid Cultus, quid Silueſter ager, quid Humidus, et Graminoſus, quid Siccus, et Spurcus, ratione quoque deſpicere. Id. 11, 2, 52 Silueſtris ager exſtirpatur. Tabulius ager, ex tabulis appellatus ille eſt, qui intra quinquageſimum lapidem iis eſt aſſignatus, qui mutuam reipublicae pecuniam ſecundo bello Punico dederant. Hic Trientius quoque dictus eſt, quia pro tertia pecuniae parte datus erat. *Haec comperiſſe ſe ait, neſcio vnde* Cael. Antiq. Lect. lib. 12. c. 21. Temperatus, et minime humidus Columel. 2, 8. Tepidi Valer. Argon. 3, 218. Triſtes Tibul. 2, 3, 10. Tutelatus,

latus, *vid. h. v.* Columel 2, 9 Inter caetera quoque non ignorare debemus, quintam partem ſeminis amplius occupare agrum conſitum arbuſto, quam vacuum et apertum. Columel. 3, 1 Prudens agricola pingui et vberi dabit agro gracilem vitem. Vectigalis Macer in l. pen. in princ. D. qui ſatisd. cogant. Viduus pecudibus Columel. 2, 15. Viridis Martial. lib. 5, 73. Vitiferi Sil. 15, . . Vliginoſus, *vid.* Cretoſus ager. Vtilior frumentis Columel. 2, 10. ❡ 5 Ager *cum verbis et Participiis.* Martial. 5, 23 Et viridis cancri menſibus Alget ager, *in laude.* Anhelantes agri, Stat. Silu. 3, 1 Acer anhelantes incendit Sirius agros. Incultus ager quando et quomodo Aperiendus Pall. Mai. 3, 1. Cic. pro S. Roſc. c. 18 Maiores noſtri ſuos agros ſtudioſe Colebant, non alienos cupide Appetebant. Arare agros, *vid.* Immunis ager. Columel. 2, 8, 5 Vbi aeſtiuis ſerenitatibus ager aret. Hor. Epiſt. 2, 1, 7 *de Heroibus*, - - - aſpera bella Componunt, agros Aſſignant, oppida condunt. Acron, Agros aſſignant, dum diſtribuunt colonias. Colere *vid.* Appetere agros. Plinius 18, 6 Temerarium videatur vnam vocem antiquorum poſuiſſe, et fortaſſis incredibile penitus exiſtiment, nihil minus expedire, quam agrum optime Colere. *Paullo poſt* Imo hercle iudico modum, rerum omnium vtiliſſimum. Bene Colere, neceſſarium eſt: optime, damnoſum. Add. Cato 61, 1. Varr. 1, 17, 2. Plin. 18, 6 Humidiorem agrum foſſione Concidi atque ſiccari, vtiliſſimum eſt. Virg. Ecl. 1, 73. - - - en queis conſeuimus agros? Conſitus arbuſtis Columel. 2, 2, 28. Contemtus Ouid. de Nuce 59. Hor. Carm. 4, 14, 27 Aufidus horrendam Cultis Diluuiem meditatur agris. Varro de L. L. lib. 4 tradit Agrum cultum dici ab eo, quod ibi cum terra ſemina coaleſcebant. Contra autem Inconſitum, incultumque. Quibus remediis curetur Pallad. 1, 35, 1. *Add.* Cato 6, 1. Col. 1, 7, 1. Deſertus Ouid. Met. 3, 606. Columel. 1, 3, 11 Flagitioſum, quos hoſtis profugiendo Deſolaſſet agros, nouo more ciuem Romanum ſupra vires patrimonii Poſſidendo Deſerere. Diſcretus Stat. Theb. 5, . . Varr. R. R. 1, 2, 10 XXvir ad agros Diuidundos Campanos. Exercere agrum Columel. 2, 2. Ager ſationi faciendae vt Expediendus Col. 2, 11, 21. Exſtirpare, *vid.* Ager Silueſtris. Columel. 3, 11, 3 Ager ſi frutetis aut arboribus obſeſſus eſt, facile extricatur. Findere ſarculo Hor. Carm. 1, 1, 11. Habet ager nil niſi cum ſpinis gramen Ouid. Triſt. 5, 12, 23. Induruit ager Columel. 2, 4, 7 Infamare agrum, *vid. ſ. l.* Infeſtatur ager quibusdam ſeminibus Columel. 2, 14, 3. Iteratur ager, *vid.* ITERO *it.* TERTIO, as, in TER. Vt Luſtrari ſoleat Cat. R. R. 141, 1. Virg. Georg. 2, 274 - - - ſi pinguis agros metabere campi Denſa ſere. Metabere, *h. e.* Eliges, Seruius. Virg. Georg. 1, 124

- - - pater ipſe, colendi
Haud facilem eſſe viam voluit: primusque per artem
Mouit agros, curis acuens mortalia corda.

Columel. 1, 2, 2 Nam illud vetus eſt, et Catonis, Agrum peſſime multari, cuius dominus, quid in eo faciendum ſit, non docet, ſed audit villicum. Bene natus ager, *vid.* NASCOR. Nouare agrum, *vid.* NOVVS. Obſerere, *vid. h. v.* Occare, *vid.* Subactus ager. Onerati agri meſſibus Ouid. Met. 8, 781. Parare agros Columel. 1, 3, 12 Percurrere, *vid. h. v.* Peruri agrum, *vid.* Refrigeſcere agrum. Prolatare agros Tacit. Hiſt. 2, 78. Proſcindere Columel. 2, 2, 21. *Add.* Varr. 1, 17, 2. Pallad. Ian. 3, 1. Columel. 2, 16, 2 Nec ignorare colonos oportet, ſicuti Refrigeſcere agrum, qui non ſtercoretur, ita Peruri, ſi nimium ſtercoretur. Ouid. Met. 1, 110. Nec Renouatus ager grauidis canebat ariſtis. *Et* Fertilis aſſiduo ſi non Renouetur aratro, Nil niſi cum ſpinis gramen habebit ager Ouid. Triſt. 5, 12, 23. Idem de Arte Am. 2, 351 Da requiem: Requietus ager bene credita condit. Reſoluere, *vid.* Conſitus arbuſtis ager. Siccari, *vid.* Concidere agrum. Sitiunt agri, *vid.* Agmen Aquae. Stercorare agros candida Foſſicia creta Varr. de R. R. 1, 7, 8 Virg. Aen. 2, 306

In ſegetem veluti cum flamma furentibus Auſtris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, ſternit ſata laeta, boumque labores.

Subigere, *vid.* Conſitus arbuſtis ager. *it.* Vertere agrum. Columel. 2, 4, 2 Nam veteres Romani dixerunt male Subactum agrum, qui ſatis frugibus Occandus ſit. Sulcare agros Tibul. 2, 3, 47. Tertiatur ager, *vid. h. v.* in TER. Tractare agrum, *vid.* Lutoſus ager. Val. Flac. 1, 665 Aemulus et miſeros ipſe Vreret Elidis agros. Columel. 3, 13, 1 In longinquis et remotis regionibus iſtud genus Vertendi et ſubigendi agri minime vſurpatur. ❡ 6 Agrum *et* aruum *in MStis Codd. permutari, notat Drakenb. ad* Sil. 5, 260.

AGELLVS, *Dimin.* [γήδιον] Cic. de Nat. Deor. 3 c. 35 At enim minora dii negligunt, neque agellos ſingulorum, nec viticulas perſequuntur. Ter. Adel. 5, 8, 26 Agelli hîc ſub vrbe eſt paullulum, quod locitas foris. Paruus admodum agellus Plin. 17, 6. Lucret. 5, 1366 Inde aliam atque aliam culturam dulcis agelli Tentabant. Nepos 19, 1, 4 Idem hic agellus illos alet. *Conſ.* Petron. cap. 48. Virg. Ecl. 9, 3. Hor. de Arte Poët. 117.

AGELLŬLVS, i. m. *Plus diminutiuum* Symmach. Epiſt. 2, 30 et Arnob. lib. 1 p. 12. *Sed et* Catull. Priap. 20, 3 Agellulum hunc, ſiniſtra tute quem vides, Tueor.

AGERCVLVS, i. m. *Aliud dimin.* Cathol.

AGRĀLIS, e. *vt*, Teſtimonia ſiue vocabula agralia. Front. de Colon. p. 146.

AGRARIVS, Adi. [ἀγρικὸς, κληρουχικὸς] *Quod ad agros pertinet, v. g.* Cic. in Catil. 4, 4 Qui agrarios concitare conatus eſt, *i. Fautores legum agrariarum, de quibus ſtatim.* Id. Phil. 7, 18 Non ſolicitabit agrarios? Idem Att. 1, 14 Huic toti rationi agrariae Senatus aduerſabatur. Cic. Att. 2, 15 pr. Quidnam inuenire poſſet ad Facultatem agrariam, *i. vt facilius perferre poſſet legem agrariam.* *Et* Ep. 16 pr. Omnis expectatio Largitionis agrariae in agrum Campanum videtur eſſe deriuata. Quum *Pertinax priuatus adhuc* oppreſſis foenore poſſeſſoribus latius ſuos teneret fines, ex verſu Luciliano Agrarius Mergus eſt appellatus Capitol. Pertinace c. 9. Cic. Att. 1, 19 Agraria lex a Flauio Tribuno plebis vehementer agitabatur auctore Pompeio, quae nihil populare habebat praeter auctorem. *Nempe qui populares videri volebant, ii ferebant ad populum de agris publicis diuidundis, coloniisque in eos deducendis: Hae* Rogationes *et* Leges Agrariae *de quarum rationibus nihil melius eſt, quam legiſſe vtramque* Ciceronis orationem de Lege agraria contra Rullum. *Etiam ſimpliciter ſ. elliptice*, Agraria promulgata eſt a Flauio, *i.* lex, *quod nomen neque praecedit neque ſequitur* Cic. Att. 1, 18. Res Cic. Off. 2, 87. Stationes agrariae *ſunt praeſidia militum, quae in caſtellis aut aggeribus publicis explorandi gratia conſtituuntur: ſic dictae, vt diſtinguerentur* a caſtrenſibus ſtationibus. *Sic explicat* Valeſ. *illud* Ammian. Marcell. 14, 3 p. 15 Quia Meſopotamiae tractus omnes crebro inquietari ſueti, praetenturis et ſtationibus ſeruabantur agrariis. *Hae quoque ſimpliciter* agrariae *dicuntur* Veg. de re Mil. 1, 3 *de tironibus*, In agrariis plurimum detinendi ſunt, proculque habendi a ciuitatis illecebris. *Add.* 2, 22. 3, 8 *bis*, 3. extr. *et* 4, 19. *in quibus pleriſque locis* angariae *irrepſerant, quas et Turnebiani* (Adu. 4, 7) *et ſuorum librorum auctoritate expunxit Stewechius.* Auctor de re milit. in Nobil. Dignit. Imperii, *diſertiſſime*, Eſt praeterea inter commoda reip. vtilis limitum cura — quorum tutelae adſidua melius caſtella proſpicient: ita vt millenis interiecta paſſibus, ſtabili muro et firmiſſimis turribus erigantur. Quas quidem munitiones poſſeſſorum diſtributa ſolicitudo ſine publico ſumtu conſtituat, vigiliis in his et Agrariis exercendis, vt prouinciarum quies, circumdata quodam praeſidii cingulo illaeſa requieſcat.

AGRATICVM, i. n. Cod. Theod. 7, 20, 11 Nihil illis agratici nomine deferatur. Agraticum *ergo eſt, monente Iac. Gothofredo, quod pro agro conceſſo penditur.*

AGROSVS, *Diues agris, vt* pecunioſus. Varr. de L. L. 4, 1 *extr.* Quare non cum de locis dicam, ſi ab agro ad agroſum hominem, et agricolam peruenero, aberraro.

AGRESTIS, e. [ἄγριος, ἄγροικος, ἀγρότερος] *Idem fere quod ruſticus; quod, vel quale in agris eſſe ſolet.* Virg. Ecl. 1, 10 Ludere quae vellem calamo permiſit agreſti. Alumnus agreſtis, *Aegiſthus: quia in agris, a capris nutritus fuit* Sen. Agam. 733. Aper Agreſtis Ouid. de Philom. Columbae Varr. R. R. 2, 7, 8. Cultus Stat. Theb. 6, . . Falx Iuuenal. 13, 39. Tibull. 2, 5, 28. Ferramentum Liu. 1, 40. Frondes Hor. Carm. 3, 18, 14. Virg. Aen. 5, 40 *Aceſtes Aeneam et Socios* Gaza laetus agreſti Excipit, *i. fructibus, et copia ruris.* Latium Hor. Epiſt. 2, 1, 157. Laurus Tibul. 2, 6, 121. Lupi Stat. Theb. 3, . . Mures Pallad. 1, 35, 9. Negotium Col. 11, 1, 16. Numen Sen. Hippol. 4. Nymphae Virg. Aen. 3, 34. Operum ſtudioſi Col. 5, 1, 1. Palaeſtra, *Ruſtica luctatio* Virg. Georg. 2, 531. Palmae Cic. Verr. 5, 87. Paſtinaca Col. 9, 4, 5. Pauonum greges Varr. R. R. 3, 6, 2. Poma Virg. Aen. 7, 111. Pubes Virg. Georg. 1, 343. Res *i. ruſtica* Col. 11, 1, 29. Saltus Ouid. Met. 14, 872. Satyri Hor. de Arte Poët. 233. Sparus Virg. Aen. 11, 682. Stramen Virg. Aen. 11, 67. Silua Ouid. Met. 7, 205. Tecta Ouid. Faſt. 7, 526. Tineae Ouid. Met. 15, 373. Plin. 8, 21 Sed atrociſſimos habent tauros ſilueſtres maiores agreſtibus, *i. Harduino interprete vulgaribus, quibus agros colimus.* ❡ 2 Agreſtis, *per metaphoram dicitur pro Duro, aſpero, acerbo.* Cic. de Lege Agr. 94 Ligures montani, duri atque agreſtes. Id. in Partit. 90 Hoc primum intelligamus, hominum duo eſſe genera, alterum indoctum et agreſte, quod anteferat ſemper vtilitatem honeſtati; alterum expolitum, quod rebus omnibus dignitatem anteponat. Cic. Att. 13, 45 Exculto animo, nihil agreſte, nihil inhumanum eſt. Idem de Orat. 1, 115 Sed ſunt quidam aut ita lingua haeſitantes, aut ita voce abſoni, aut ita vultu motuque corporis vaſti atque agreſtes, vt etiam ſi ingeniis atque arte valeant, tamen in oratorum numerum venire non poſſint. Animus agreſtis ac durus Cic. pro Archia, 17 c. 7. Aſperitas agreſtis Hor. Epiſt. 1, 19. Dominus agreſtis ac furioſus Cic. de Senect. 47. Donum agreſte Sil. 13. . . Immanitas agreſtis, Cic. de Diuin. 1, 60. Libri Cic. de Or. 2, 10 c. 3. Muſa agreſtis, *Ruſticum carmen, vt ait* Seruius Virg. Ecl. 6, 8. Cic. Or. 12 c. 3 Agreſtioribus muſis forenſes cauſas reliquerunt Philoſophi. Cic. Off. 1, 130 Adhibenda praeterea munditia eſt, non odioſa neque exquiſita nimis, tantum quae fugiat agreſtem et inhumanam Negligentiam. Pectus agreſte, *Dirum* Ouid. Epiſt. 15, 207. Cic. de Orat. 3, 225 Nam a principio clamare, agreſtre Quiddam eſt. Seruos agreſtes et barbaros Cic. pro Milon. 26. Id. de Orat. 1, 33 c. 8 Quae vis alia potuit aut diſperſos homines vnum in locum congregare, aut a fera agreſtique Vita ad hunc humanum cultum ciuilemque deducere? Vox ruſtica et agreſtis Cic. de Orat. 39 *Compar.* Cic. Tuſc. 5 c. 27 Quae Barbaria India vaſtior et agreſtior, adde in Orat. 3. ❡ 3 *Subſt. pro Homine ruſtico.* Agreſtis *herba* Colum. 6, 31, 2 *niſi leg.* Agroſtis, *quod iam propoſuimus ad h. l.* Virg. Aeneid. 9, 11 Lydorumque manum, collectos armat agreſtes. Duri agreſtes Virg. Georg. 1, 63. Tardi Ouid. Met. 9, 346. Cic. pro Muren. 61 Et quoniam non eſt nobis haec oratio habenda aut cum imperita multitudine, aut in aliquo conventu agreſtium, audacius paullo de ſtudiis humanitatis diſputabo.

AGRESTIVS, Adu. Spartian. Hadr. 3 Orationem in Senatu agreſtius pronuncians riſus eſt.

AGRESTĪNVS, a, um. *in agro naſcens; vt* Agreſtina lilia Commodian. Inſtruct. 67, 7.

AGROSVS, a, um. Si ab agro ad agroſum et agricolam peruenero Varr. L. L. 4, 1. *i. diuitem agris.*

AGRICŎLA, ae. c. [γεωργὸς, γήπονος, ἐργατίνης] *Ab* agro colendo, *eſt nomen generale. Nam inter* agricolas *alii ſunt aratores, alii* vinitores, *nonnulli* arboratores, *multi etiam* paſtores. Cato de R. R. 1, 2 Virum bonum quum laudabant, ita laudabant, bonum agricolam, bonumque colonum. Ampliſſime laudari exiſtimabatur, qui ita laudabatur. Virg. Georg. 2, 408 O fortunatos nimium, ſua ſi bona norint, Agricolas! Cic. Tuſc. 1 c. 14 Arbores ſeret diligens agricola. Agricola aſſiduus Cic. pro Roſc. Amer. 94. Auarus Virg. Georg. 1, 47. Beati Hor. Epiſt. 2, 1, 139. Martial. 12, 77 Ebrius et crudus nil habet agricola. Ouid. Nuce 10 Cum domini memores ſertis ornare ſolebant Agricolas fructu proueniente, Deos. *i. Liberum, Mineruam, Pomonam Vertumnum etc.* Cic. pro Deiot. 27 Vt optimus paterfamiliâs, et diligentiſſimus agricola et pecuarius haberetur. Fortes Hor. Epiſt. 2, 1, 139. Indocilis caeli, *vid. h. v.* Indomiti Virg. Aen. 7, 521. Miſeri Virg. Aen. 12, 292. Columel. 9, 2 ad fin. Studioſis quoque literarum gratiora ſunt iſta in otio legentibus, quam Negotioſis agricolis Parcus Stat. Silu. 5, 1. Pauper Propert. 2, 19, 8. Perfectus *qui ſit* Col. 1 pr. 32. Peritiſſimi Columel. 11, 1. Seueri Lucret. 5, 1356. Solers Nep. 24, 3, 1. Turpis Ouid. de Arte Am. 1. Validus Columel. 11, 1. Agricola et ruſticus Cic. pro Roſc. Amer. Agricolarum duces Di Varr. R. R. 1, 1, 4. Agricolûm, pro Agricolarum. Lucret. 4, 590 Et genus agricolûm late ſentiſcere cum Pan, *etc.* Agricola Deus Vertumnus ſcil. apud Tibull. 1, 1, 14. Vbi vide Brockhuiſ. et ad 1, 5, 27. item 2, 1, 36.

AGRICŎLOR, āri. Dep. Agrum colere. Saluian. 2. contra Auaritiam p. 73 Qui agricolantur, id ſibi fructuoſum eſſe exiſtimant. Capitolin. in Albino cap. 11. Agricolandi peritiſſimus.

AGRICOLATIO, ōnis. f. [γεώργιον] *Agrorum cultus.* Columel 1 Praef. 6 Agricolationis neque doctores, neque diſcipulos cognoui. *Sed* ſ. 10 *vbi eandem ſententiam repetit*, agriculturae. Id. 4, 1, 1 Agricolationis ſtudioſi. *Et* 1, 1, 1 Agricolationi qui ſtudium dederit. *Si*

Id. 11

d. 11, 1, 1 Eruditionis adoleſcens complurium ſtudiorum, et praeci-ue agri colationum *etc. Sed liber optimus* agricolarum. *In quibus-dam Codd. legitur etiam ap.* Cic. de Sen. c. 16, *vbi nunc editur*, qui ſe gri cultione oblectabant.

AGRICOLATOR, ōris. m. pro Agricola. Plin. 1 *vbi ſummatim neſſe dicitur* libr. 18 Natura frugum cerealium, ac ſtudia agricola-oris. *Sed non agnoſcit Harduini editio.*

AGRICOLATIM. Adu. Ciceroni *tribuitur a Barthio ad* Stat. Theb. 6, 261 p. 443. *vereor vt recte.*

AGRICOLĀRIS, e. *Ad agricolas pertinens.* Pallad. de Inſtitu-ibus pr. Bis ſeptem paruos, opus agricolare, libellos Scripſit.

AGRICVLTOR. [γεωργὸς] *Qui colit agros.* Liu. 26, 35 Seruos agricultores Rempublicam abduxiſſe. *Sic Gron. Legere poſſis etiam ſe-*paratim, Agri cultores. *Conf.* Curt. 8, 12, 12. Colum. 1 pr. 6.

AGRICVLTŪRA, ae. f. [γεωργία, γεωπονία, γηπονία] *Cultus agrorum.* Cic. Off. 1 c. 42 Nihil eſt agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. *Add.* de Fin. 3 c. 2. *it.* Plin. 18, 6 *Vere duae voces ſunt* Agri cultura: *vnde etiam transponi poſſunt, et numero mutari.* Cic. de Senect. 56 c. 16 Hominum generi vniuerſo cultura agrorum eſt ſalutaris. *Frequenti autem vſu factum eſt, vt ſaepius coniungerentur, et tanquam vna vox* Agricultura *efferretur, ſempe vt* Legislator *et ſimilia.* Varro R. R. 1, 5, 1 Quoniam agricul-turae quod eſſet initium et finis dixi, relinquitur, quot partes ea diſciplina habeat, vt ſit videndum. Indiſcreta agricultura, *vid. h. v.*

AGRIPĒTA. c. [κληροῦχος] Cic. Att. 15, 29 Seruulos autem di-cere eum et agripetas eiectos a Buthrotiis. *i. colonos, quos volebat Plancus deducere lege agraria. Recurrit* Att. 16, 1. *Vid. Dauiſ. ad lud* Cic. de Nat. Deor. 1, 72 c. 26 *de Epicuro,* Ibi enim adoleſcens habitabat cum patre et fratribus, quod in eam pater eius Neocles agripeta venerat.

AGERATON, *Herba eſt* ferulacea, duorum palmorum altitudine, origano ſimilis, flore bullis aureis. Huius vſtae nidor vrinam ciet, uluasque purgat, tanto magis inſidentibus. Cauſa nominis quoniam iutiſſime non marceſcit. *Haec* Plin. 27, 4. *Nimirum* ἀγήρατον *eſt, quaſi* non ſeneſcens. Dioſc. 4, 57.

AGERONA, *Dea, de qua* Auguſtin. de C. D. 4, 16 Vocauerunt eam Ageroniam, quae ad agendum excitaret. Vet. Gl. Angeronia θεὸς βαλῶς καὶ χαιρῶν. *Grotius ad* Capellam p. 2 extr. Ageroniam *emendat, et reddi etiam vult ipſi* Capellae *pro* Argionia; iam Coniuge. Auguſtin. de C. D. 4, 11 Agenoria *vocatur: ſed puto, idem vtrobique nomen eſſe.*

AGESILĀVS, [Ἀγησίλαος] *Rex Lacedaemoniorum, cuius vitam habemus etiam a Cornelio Nepote ſcriptam.* ¶ 2 *Eſt etiam* Plu-tonis cognomen *apud* Lactant. 1, 11, 31 *forte, quod* populos deducat *ad inferos.*

AGĒSIS, *vid. ſub* AGE.

## A G G

*Ab his duabus literis non male incipere Compoſita ex* Ad, *ſatis declarat Nomen* Agger.

AGGARRIO, īre. Mart. Capell. 1 p. 1 Nugulas ineptas ag-garrire.

AGGAVDEO, *vel* ADGAVDEO, ēre. Ego eram, cui *Deus* adgaudebat Lactant. 4, 6 *de ſapientia, ex Salomone. Add.* Paullin. Nol. Natal. Fel. 6, 14.

AGGĔLO, are. Tum frigidus artus Aggelat, atque animum ſub-acto robore torpor Lucan. 4, 289 *in MSS. Vid. Heinſ. ad* Ouid. Met. 1, 548. *Sed editur etiam ab Cortio et Oudendorpio,* Adligat.

AGGĔMO, *ſeu* ADGEMO, ĕre. [ἐπιστένω] Ouid. Triſt. 1, 1, 3 Aggemit et noſtris ipſa carina malis. Stat. Theb. 11, 2, 47 Flent ſocii retro comites, et vterque loquenti Adgemit.

AGGENĔRO, *ſ.* ADGENERO, āre. *Praeter et ad alios generare.* Tertull. adu. Marc. 4, 19 Omnibus natis adgenerantur et fratres.

AGGENICVLOR, *vel* ADGENICVLOR, āri. Presbyteris Nuolui, caris Dei adgeniculari Tertull. de Poenit. c. 9.

AGGER, ĕris. m. [χῶμα] *Quid ſit, dicamus Seruii verbis ad* ſud Virgil. Aen. 9, 567 — et foſſas aggere complent. Agger eſt cuiuslibet rei coaceruatio, vnde foſſae aut valles repleri poſſunt. *Quamquam in Virgilii loco ipſa egeſta e foſſa humus, atque aggeſta ad campum faſſae muniendam agger eſt. Melius Seruianae explicationi et gene-rali adeo intellectui conuenit. Sic* Virgil. Aen. 1, 112 Illidit-ue vadis, atque aggere cingit arenae. *Add. mox* n. 3. *Nunc generalem illam Aggeris notionem porro declaramus.* Virgil. Aen. 12, 446 Vidit ab excelſo venientes aggere Turnus, *i. e loco eminentiore.* Sic Stat. Theb. 2, 709 Aggere camporum medio. *Vid. mox* n. 5 Alpini. Celſus Gramineus, Niuei *etc. Sic* Agger *vocatur a* Iuu. 6, 588 et Quinctil. 12, 10, 74 *ea, quae alias Spina circi eſt. Vid. Geſner.* *ib. l. Quin de aceruis caeſorum* Valer. Flacc. 3, 280 In mediis ex-ſangui rege reperto Aggeribus. *Sic* Apuleius μεγίστας νήσους *Ariſtotelis* Aggeres inſularum *interpretatur* de Mundo p. 60, 13. *Hinc etiam* Agger, *eſt* *moles terrae circa fluuiorum ripas, ipſis oppoſita fluminibus, ne inundatione va-ſtent agros.* Virgil. Aen. 2, 496 Non ſic aggeribus ruptis cum ſpumeus amnis Exiit: oppoſitasque euicit gurgite moles. *Huiusmodi* Agge-res, *etiam Cicero vocat* Moles oppoſitas fluctibus Off. 2, 14 c. 4. ¶ 2 *Speciatim caſtrorum eſt* Agger, Virgil. Aen. 7, 159 — primus-que in littore ſedes Caſtrorum in morem pinnis atque aggere cin-git. *Et vrbium* Diſtinet hoſtem agger murorum Virgil. Aen. 11, 381. *it.* Aen. 10, 23 Quin intra portas, atque ipſis praelia miſcent Agge-ribus murorum, et inundant ſanguine foſſae. *Vbi Seruius*: Agger proprie dicitur terra illa, quae vallo facto propius ponitur, ſed abuſiue muros et munimenta omnia aggerem dicimus, ſicut modo Aggeri-bus murorum, pro munimentis. Cic. Fam. 15, 4 Vallo et foſſa cir-cumdedi: ſex caſtellis, caſtrisque maximis ſepſi: aggere, vineis, turribus oppugnaui. *Conf.* Caeſ. B. G. 2, 12. *it.* B. C. 1, 25. *Hinc metaphor.* Cic. Phil. 10, 9 c. 4 Eſſet vel receptaculum pulſo Antonio, vel agger oppugnandae Italiae Graecia. *Graeci hoc vocant* ὁρμητήριον, *locum, vnde impetus fieri poteſt commodius. Nobilis Romae* Agger Tar-quinii, *de quo* Plin. 3, 5 ſ. 9 Clauditur vrbs ab oriente aggere Tar-quinii Superbi, inter prima opere mirabili: namque eum muris aequauit *etc. Add.* 36, 15 ſ. 24, 2. *De hoc intelligunt* Sueton. Calig. 7. ¶ 3 Agger, *i. glebae, ceſpites, rudus, ex quibus agger fit.* Paullo longius, aggeris petendi cauſa proceſſerant Caeſ. Bell. G. 8, 20. Cratibus ac aggere paludem explere Id. 7, 58. Veſtire aggere *Id.* 7, 23. *Conf.* Tacit. Ann. 1, 65, 7. *Ligna quoque ac ſtipites mate-riem dabant aggeribus, vt liquet ex* Caeſ. B. C. 2, 14 *et* 15. ¶ 4 *Ad vias munitas et eleuatas ſaepe refertur, v. g.* Virgil. Aen. 5, 273 Qualis ſaepe viae deprenſus in aggere ſerpens. *Vbi Seruius,* Agger eſt mediae viae eminentia coaggeratis lapidibus ſtrata. Aurelius agger Rutil. Itiner. 1, 39. Agger, ſtrata via publica Onomaſt. P. Daniel ap. Turneb. Adu. 28, 5. *Conf. Id.* 11, 6 *et Burm. ad* Quinctil. 12, 4 p. 1104. Sidonius, Carm. 24, 5

Antiquus tibi nec teratur agger:
Cuius per ſpatium ſatis vetuſtum
Nomen Caeſareum viget columnis.

Idem Epiſt. 1, 5 Vel certe peruii pontes, quos antiquitas a fundamentis adusque aggerem calcabili ſilice conſtratum crypticis arcubus fornicauit. *Vid.* Paull. Petroc. de vita Martini 4, 153 ſqq. ¶ 5 *Iam Epitheta videamus varia.* Virgil. Aen. 6, 831 Aggeribus ſocer Alpinis, atque arce Monoeci Deſcendens. *Vbi Seruius, i.* a munimentis Alpium. Hae enim, Italiae murorum exhibent vicem. Apricus agger Horat. Serm. 1, 8, 15. Celſus *de montis ſupercilio* Stat. Theb. 2, 529. *Sed de munimento arcis* Id. Theb. 4, 9. Propert. 3, 11, 22 Perſarum ſtatuit Babylona Semiramis vrbem, Vt ſolidum cocto tolleret aggere opus, *i. moenibus latericiis.* Facti a milite aggeres Ouid. Met. 15, 592. Virgil. Aen. 7, 106 Gramineo ripae religauit ab aggere claſſem, *i. eminentia.* Herboſus Ouid. Met. 14, 445 *de ead. re.* Id. Met. 15, 690 In curuo munitos aggere portus. Itinerarius agger, *i. via alte munita* Ammian. Marc. 19, 8 pr. Stat. Silu. 2, 1, 175 Agmina, Fla-minio quae limite Miluius agger Transuehit, *i. Pons.* Niuei aggeres, *i. cumuli* Virgil. Georg. 3, 354. Purpureo triſtis rogus aggere creuit Stat. Silu. 2, 1, 160. *Vid. mox* Vaſtus agger. Rudis agger Val. Flacc. 5, 643. *i. ara de ceſpite impolita.* Rupti aggeres amnis Virgil. Aen. 2, 496. Solidus Stat. Silu. 4, 4, 3. *de via Appia.* Subitus, *i. ſubito factus* Lucan. 1, 512. Superbi aggeres Gratian. Cyneg. 63. *Vid. mox* Theſſalici. Terreus Varro de R. R. 1, 14. Terreno ex aggere buſtum Virgil. Aen. 11, 850. *Talis eſt* Agger Phrixi Valer. Flacc. 5, 187. Sen. Herc. Oet. 167

Quis vaſtus Briareus, quis tumidus Gyges
Supra Theſſalicos cum ſtetit aggeres,
Vt caelo insereret vipereas manus,
Hoc vultu riguit?

*i. Theſſaliae montes a gigantibus ac-cumulatos, vt in caelum conſcenderent.* Virgil. Aen. 7, 6 At pius exe-quiis Aeneas rite ſolutis, Aggere compoſito tumuli. *Dictum eſt Graecorum conſuetudine, qui* τάφον χώννυσθαι *dicunt.* Aggerem buſti *vocat* Valer. Flacc. 5, 92. *Sed ad rogum pertinent iſta:* Val. Flacc. 3, 337 Medio rex aggere longe Eminet. *Add.* Sen. Phoeniſſ. 110 Flammas potius et Vaſtum aggerem Compone; in altos ipſe me immittam rogos. Id. Herc. Fur. 1216 Structum Aceruans nemore congeſto ag-gerem Cruore corpus impio ſparſum cremo. ¶ 6 *Subiiciamus aliquot formulas.* Cingere locum aliquem aggere Virgil. Aen. 7, 112. Cinge aggere portas Stat. Theb. 2, 699. Conſtruere aggerem Lucan. 2, 300. Erigere Luc. 3, 455. Exſtruere aggerem Caeſ. B. G. 2, 30. Iacere, *vid. h. v.* Moliri aggere tecta, *i. domos materia aggerenda conſtruere* Virgil. Aen. 7, 127. Promouere aggerem ad vrbem Liu. 5, 7. ¶ 7 Agger, *Nili nomen apud* Vitruuium, *ſi audimus Hermolaum Barb. ad* Plin. 5, 9. *Sed nihil tale ibi inuenias* Vitruu. 8, 2 fin. *quem locum reſpici ab Hermolao, clarum eſt.*

AGGEREVS, a, um. *Aggeſticius.* Catalect. Poët. Dum tranſeat axem Aggereus velox tumuli.

AGGĔRO, āre. [χωννύω] *Accumulare.* Colum. 11, 2, 46 Omnes arbores fructiferae circumfoſſae aggerari debent, *i. Terra circum arbo-res aggerari debet.* Idem de arboribus cap. 28, 3 Stercoratam terram circa aggerato. *Et* Aggerare cinerem 11, 3, 38. Cadauera aggerare Virgil. Georg. 3, 556. *Add.* Id. Aen. 11, 79. *Sed* Quadrantes aggeras patrimonio Phaedr. 4, 19, 23 *eſt ex* Aggero, is. *Per metaphoram pro Augere et aggrauare* Virgil. Aen. 4, 197 — et his onerat dictis, atque aggerat iras. *Aggerendo implere ſignificat* Curt. 4, 2, 16 Exhau-riendas eſſe regiones, vt illud ſpatium aggeraretur, *i. molibus iunge-retur continenti, et aggere continuaretur.* Ergo aggerari alias arbores iubet Id. 6, 6, 29. *Sed Freinſh.* Adgeri.

AGGERATVS, a, um. *Vt*, Trames inter paludes aggeratus Tacit. Ann. 1, 63, 5 Quae gentes famem ſenſerint horridam, et Agge-rata interierint vaſtitate Arnob. adu. Gentes 1 p. 4.

AGGERATIM, Adu. Apul. Met. 4 p. 146 Eſtur ac potatur in-condite, pulmentis aceruatim, panibus aggeratim, poculis agminatim ingeſtis.

AGGERATIO, ōnis. f. *Aggeſtio, Agger.* Vitruu. 10, 22 Naues ſuper aggerationem, quae fuerat ſub aqua, ſederunt. Iuſtin. 2, 1, 20 Aegyptus aggerationibus regum, ſiue Nili trahentis limum, recen-tiſſima. Ita Gronou. ad Sen. Oet. v. 1260. *ex MSS. libris emendat, vbi alii legunt,* Exaggerationibus: *quidam, in quibus eſt Burm. diuiſe,* Ex aggerationibus.

AGGĔRO, *ſeu* ADGERO, ſſi, ſtum, ĕre. [ἐπιφορέω, ἐπαθροίζω, ἐπισωρεύω] *Idem quod Adiicere, Congerere.* Virgil. Aen. 3, 63 — et ingens Aggeritur tumulo tellus. Adgeſſere trabes Sil. 3, 641. *i. ap-portarunt.* Plaut. Trucul. 1, 2, 16 Nam ipſi vident, cum eorum agge-rimus bona: quin etiam vltro ipſi aggerunt ad nos. *Forte leg.* Egeri-mus. *Conſidera locum.* Plaut. Caſ. 1, 1, 36 Ita te aggerunda curuum aqua faciam probe. Idem Rud. 2, 5, 27 Siquidem mihi vltro his aggerunda etiam eſt aqua, *i. perpetuo gerenda.* Plin. 8, 16. *de leone,* Retuliſſe gratiam, venatus aggerendo, *i. ſubinde adferendo carnes.*

AGGESTVS, a, um. Aggeſta contumulauit humo Martial. 8, 55. Aggeſta fluminibus terra Plin. 17, 4.

AGGESTVM, i. n. *Machina bellica, turris, qua vrbes vel op-pugnantur vel defenduntur. Suidas,* Ἄγεστα πολεμικὸν μηχάνημα ἐκ λίθων καὶ ξύλων καὶ χοῦ ἐγειρόμενον. Ammian. 19, 8 Ex aggeſtis erectis intrinſecus. *Et* 20, 11 p. 281 Prunas vnius aggeſti inſeruere iuncturis, *i. turris.*

AGGESTIM, Adu. Idem. Vulg. 2 Maccab. 13, 5 Aggeſtim vndique habens cineres.

AGGESTVS, ūs. m. [χῶσις] *Aggerendi actus.* Lignorum ag-geſtus Tacit. Ann. 1, 35, 2. Id. Hiſt. 3, 60 Et locus ipſe caſtrorum placebat: late proſpectans, tuto copiarum aggeſtu, florentiſſimis pone tergum municipiis. ¶ 2 *Idem quod* Aggeſtum. Ammian. 20, 11 Dimicare ſuccinctius parans per ſublimes aggeſtus, *i. aggeres.*

AGGESTIO, ōnis. f. Idem. Pallad. 12, 15 fin. Vt trabes are-nis obruerentur in litore, vt aggeſtionem, qua tectae eſſent — fluctus allueret. Id. Ian. 13, 3 Aggeſtio fluminum ſaturat valles, *i. limus a fluminibus inuectus.*

AGGLOMĔRO, āre. [προσαθροίζω] *In glomerem implicare et coniungere: Vix inuenias aliter poſitum, quam metaphorice.* Valer. Flacc.

Flacc. 2, 499 Signaque peſtis (*bellua marina*) Agglomerare fretum, *i. ante ſe agere et quaſi cumulare. Vid.* GLOMERARE FLVCTVS. Idem 3, 87 Sequitur vis omnis Achiuum Adglomerant latera, *i. applicant, arctius iungunt. Burm. ſuſpicatur* lateri, *ex* Virgil. Aen. 2, 341 Et lateri agglomerant noſtro, *int.* ſe, *i. adiungunt, quaſi globum facturi, vt ipſe explicat* Aen. 12, 458 Denſi cuneis ſe quisque coactis Agglomerant, *i. Denſantur, vt cuneatim dimicent. Sic* Seru. *Imitatur* ex Valer. Flacc. 2, 171 Adglomerant ſeſe, nudisque ſub aſtris Condenſae fletus acuunt. Idem 2, 197 Ipſa Venus quaſſans vndantem turbine pinum Adglomerat tenebras, *i. denſam nubem obiicit.*

AGGLVTINO, āre. [προσκολλάω] *Proprie Glutine coniungere.* Cic. Att. 16, 6 *extr.* Itaque ſtatim nouum prooemium exaraui, et tibi miſi, tu illud deſecabis, et hoc agglutinabis. *Sed et pro* Ferruminare *nonnunquam accipitur.* Plin. 36, 26 ſ. 67 Fragmenta *vitri* teporata agglutinantur tantum. Idem 33, 5 Chryſocollam et aurifices ſibi vindicant agglutinando auro. *Metaph.* Plaut. Aul. 4, 10, 71 Ita mihi ad malum malae res plurimae ſe agglutinant, *pro Aggerantur, accumulantur.* Fortuna plerumque proſperis rebus triſte aliquid adglutinat Nazar. Paneg. Conſtant. c. 7.

AGGLVTINATVS, a, um. Vulg. Interp. Baruch. 3, 3 Agglutinata ſunt nobis mala.

AGGRĂVO, āre. [ἐπιβαρύνω] *Valde grauare, ſ. grauius facere, onerare.* Plin. 12, 17 Odor aggrauans capita, ſed circa dolorem. Id. 28, 4 ſ. 7 Quidam vero aggrauant ictus, ante conatum ſimili modo ſaliua in manu ingeſta. Aggrauatur pondus Id. 18, 12. Liu. 4, 12 Vnum abfuit bellum externum, quo ſi aggrauatae res eſſent, vix ope deorum omnium reſiſti potuiſſet. Quinctil. 5, 7, 18 Sparſa quoque plerumque colligimus argumenta, quae per ſe nihil reum aggrauare videantur.

AGGRAVANS, ntis. Morbo aggrauante Suet. Caeſ. c. 1.

AGGRAVATVS, a, um. Aggrauata valetudine Sueton. Aug. cap. 98.

AGGRĂVATIO, ōnis. f. Saluian. de Gubern. p. 176 Sicut ſunt in aggrauatione primi pauperes, ita in releuatione poſtremi.

AGGRĂVESCO, ĕre. [ἐπιβαρύνομαι] *Grauius fieri, aggrauari, ingraueſcere.* Ter. Hec. 3, 2, 2 Male metuo, ne Philumenae magis morbus aggraueſcat. *Vbi* Donatus, Aggraueſcat, grauior fiat, proprie: quia morbi graues dicti ſunt. Sic Aggraueſcens vulnus Cic. Tuſcul. 3 c. 31.

AGGRĔDIOR, *ſ.* ADGREDIOR, ĕris, eſſus ſum, ĕdi, *et Archaice*, īri. [μέτειμι, ἔπειμι, εἰσβιάζω, εἰσβάλλω] *Adire, accedere, alloqui, incipere aliquid dicere vel facere.* Plaut. Curc. 2, 3, 59 Forte aſpicio militem: Aggredior hominem: ſaluto adueniens. Cic. de Orat. 3, 60 Non enim inde repetletur, quo aggredi cupiet. Ter. Hec. 5, 1, 5 Aggrediar. Bacchis ſalue. *Vbi* Donatus, Bene *aggrediar*, quaſi rem difficilem. Plaut. Merc. 2, 3, 50 Quin ego hunc aggredior de illa? Cic. Att. 12, 33 Damaſippum velim aggrediare, *i. alloquare de hortis vendendis.* Virgil. Aen. 4, 476 Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis. Id. 4, 92. *Vbi* Seruius, Aggreditur, cum calliditate loquitur. *Add.* Id. 6, 387. Cic. pro Caecin. 71 Quid agat, quomodo aggrediatur iudicem, non habet. Plaut. Perſ. 4, 3, 12 Huic inſidiae paratae ſunt: probe aggrediar virum. Ter. Phorm. 5, 8, 75 Itane agitis mecum? ſatis aſtute aggredimini. Donatus. Proprie *Aggredi* accedere ad dimicandum eſt. *Vid. mox* Aggredi, inuadere. Cic. Off. 1, 75 c. 21 In omnibus autem negotiis, prius quam aggrediare, adhibenda eſt praeparatio diligens. Plaut. Truc. 2, 5, 7 Quae auſa ſum tantum clam dolum aggrediri. *Et mox* Nullam rem oportet doloſe aggrediri, niſi aſtute, accurateque exſequare. Cic. de Orat. 1, 186 Cum aggredior ancipitem cauſam. *Et* pro Muren. 15 His rebus fretum ad conſulatus petitionem aggredi par eſt. Cic. de Legib. 2, 8 c. 4 Priusquam aggrediamur ad leges ſingulas. Id. pro Cluent. 8 Aggrediar ad crimen cum illa deprecatione, Iudices. Ad hiſtoriam Id. ad Q. Fratr. 2, 12 *extr.* Id. Off. 1, 34 Ad iniuriam faciendam aggrediuntur, vt adipiſcantur ea, quae concupierunt. Quinctil. 2, 8, 12 Si vero liberalior materia (*ingenium diſcipuli*) contigerit, in qua merito ad ſpem oratoris ſimus aggreſſi, *i. de quo ingenio ſpem conceperimus, poſſe oratorem fieri. Sed fluctuat lectio.* Non vtique cum magna fiducia ad hoc genus vitii (ἰιλεὸν) aggredi debemus Scribon. Comp. 118. Cic. Off. 2 c. 1 De quibus dicere aggrediar, ſi pauca prius. *Add.* Quinct. 3, 6 pr. Neque enim artem grammaticam componere aggreſſi ſumus Id. 1, 5, 54. *Sic* aggredi ſcribere librum Id. 6 pr. 3. Tractare 2, 2, 2. Cic. de Clar. Orat. 139 c. 37 Imparatus ſemper aggredi ad dicendum videbatur Antonius: ſed ita erat paratus, vt iudices illo dicente nonnunquam viderentur non ſatis parati ad cauendum fuiſſe. Id. de Orat. 2, 9 Quod hoc etiam ſpe maiore aggredior ad probandum, quia *etc.* Aggredi, *Inuadere.* Cic. Phil. 12, 25 c. 10 Quis enim audeat luci, quis in militari via, quis bene comitatum, quis illuſtrem (*in quo latere non poſſit facilius*) aggredi? Salluſt. Iugurth. 16, 4 Reliquos legatos eadem via aggreſſus plerosque capit. *Et metaph.* ibid. 28, 1 Praecipit, omnis mortalis pecunia aggrediantur, *i. corrumpere omnes et quaſi expugnare pecunia ſtudeant.* Telephus et ipſum (*Auguſtum*) et Senatum aggredi deſtinauerat Seton. Aug. c. 19. *Add.* Salluſt. Catil. c. 19, 4 Equites illius voluntate Pompeii Piſonem aggreſſos. ¶ 2 *Sunt et aliae formulae, in quibus ſuſcipere fere ſignificat, vt* Cic. Att. 2, . . . Et tamen illud probem, magnum quid aggrediamur. Facinus Hirt. de Bell. Hiſp. c. 15. Opus magnum et difficile Idem de Bell. Alex. c. 6. Virgil. Ecl. 4, 48 Aggredere ô magnos (aderit iam tempus) honores. ¶ 3 *Paſſiue* etiam Cic. apud Priſcian. l. 8 p. 792 Hoc reſtiterat etiam, vt a te fictis aggrederer donis. *Vid.* AGGRESSVS.

AGGRESSVS, a, um. Iuſtin. 2, 8, 3 Inopinantes aggreſſus deleuit. Virgil. Aen. 2, 463 Turrim aggreſſi ferro circum. Idem Aen. 2, 165 Aggreſſi auellere Palladium. ¶ 2 *Paſſiue* Iuſtin. 7, 6, 5 Facillime quibusque aggreſſis. ¶ 3 Aggrettus pro aggreſſus apud antiquos legitur; vt apud Ennium: Aggrettus fari, Feſt.

AGGRESSIO, ōnis. f. [εἰσβολή] Cic. in Orat. 50 c. 15 Cumque animos prima aggreſſione occupauerit, infirmabit, excludetque contraria. *Quaſi Primo impetu. Metaphora ab oppidorum vel hoſtium aggreſſione.*

AGGRESSOR, ōris. m. *Qui vi iniuſta aliquem aggreditur vel inuadit.* Vlpian. l. 1. D. de ſenatusconſ. Silaniano, ad fin. Veluti ſi quis exclamauit, vt ad auxilium conueniretur: aut terruit aggreſſores, *etc.* Receptores non minus delinquunt, quam aggreſſores l. 3 §. 3 ff. de Incend. Latronibus aggreſſoribusque dare pecuniam l. 7 ff. de L. Pompeia. *Add.* Iuuenc. in Matth. 12, 29.

AGGRESSVRA, ae. [ἐπιχείρησις] *Impetum praedonum ſignificat.* Qui a latronibus aggreſſuram paſſus fuerat Zeno Verr. Serm. de ſomno Iacobi; *et paſſim. Conf.* Barth. Adu. 33, 22. l. 5. C. de pignor. act. l. 4. D. famil. erciſc. *Sic* Vlp. l. 3. D. de ſenat. Sil. Si cum omnes domini aggreſſuram paterentur, vni ſeruus opem tulit; an ſit excuſandus, an vero (quia omnibus non tulit) plectendus?

AGGRESSVS, ûs. m. *Eadem quae* Aggreſſio. Firmic. 2, 10 Iupiter inconſultum ſignificat rerum aggreſſum, atque difficilem operum exitum. Naufragio, vel ruina, vel adgreſſu perire l. 17 §. 7 ff. ad SC. Trebell. *i. praedonum inſultu.*

AGGRĔGO, āre. [συναθροίζω] Ad gregem ducere. Feſt. Cic. Catil. 1, 30 c. 12 Quod ſi eiecerit, ſecumque ſuos eduxerit, et eodem caeteros vndique collectos naufragos aggregauerit. Cic. Fam. 1, 9 Meamque voluntatem ad ſummi viri, de meque optime meriti dignitatem aggregaſſem. Caeſ. Bell. Gall. 6, 11 Qui ſe ad eorum amicitiam aggregauerant. Cic. in Vatin. 25 Huius etiam filium eodem iudicio et crimine ad patris interitum aggregare voluiſti, *i. ſimul damnatum perdere.* Id. pro Muren. 16 c. 7 Quare ego te ſemper in noſtrum numerum aggregare ſoleo.

AGGRESSIO, *vid.* AGGREDIOR.

AGGVBERNO, *ſ.* ADGVBERNO, āre. *Vna gubernare.* Flor. 2, 8, 1 Adgubernante fortuna. Id. 3, 5, 16 *de natante,* Pedibus iter adgubernans.

## A G I

AGĬLIS, e. Adi. [ἐλαφρὸς, εὐαγητὸς, γοργὸς, εὐτραφὴς, Vet. Gloſſ. πρακτικὸς, actuarius, efficax, agilis. Ib.] *Qui ſeſe facile agit, qui leui et expedito eſt ad agendum corpore. Non bene hic laudabant* Plaut. Epid. 1, 1, 8 Corpulentior videre atque agilior. *Eſt enim* habilior. *Melius* Horat. Epiſt. 1, 19, 89 Oderunt hilarem triſtes, triſtemque iocoſi; Sedatum celeres; agilem gnauumque remiſſi. Agilis *itaque etiam actiue capitur, qui agit facile, vel libenter,* πρακτικὸς. Nunc agilis fio, et merſor ciuilibus vndis Hor. Epiſt. 1, 1, 16. Natura humanus Animus agilis eſt et pronus ad motus Sen. de Tranq. An. c. 2. *i. agendi cupidus, vt ipſe paullo ante dixerat. Sed vere paſſiue* Liu. 30, 10 Quî enim reſtitiſſent agili, et nautico inſtrumento aptae et armatae claſſi, naues, tormenta machinasque portantes? Columel. 6, 29, 3 Corpus equi ab aſpectu quoque agile. Sen. Medea 787 Video Triuiae Currus agiles. Curſus Stat. Silu. 4, 3, 32. Dextra Id. Silu. 5, 1, 10. Flamma Sen. Hippol. 644. Sil. Ital. 3, 180 Fer greſſus agiles mecum, et comitare vocantem. Columel. 11, 1, 15 Iſchomachus, Malo, inquit, vnius agilem atque induſtriam, quam decem hominum negligentem et tardam operam. Pes Sen. Hippol. 234. Remus Ouid. in Sappho, Epiſt. 15, 65. Senſus agiliores Sen. Epiſt. 74. Studium Stat. Theb. 6, . . . Nonius 1, 284 Agilem, celerem, ab agendo. Siſenn. Hiſt. lib. 3 Agilem dari, facilemque victoriam, neque foſſas aut bellum remoratum. Vir Ouid. Faſt. 2, 516. *Compar.* Agilior animus Sen. Epiſt. 108. Apes ſarciendo damna *a fucis illata* agiliores fiunt Columel. 9, 15, 3. Id. 6, 37, 2. *de initu equarum,* vt tacita quadam vi ſemina ipſa principiis agilioribus figurentur. Senſus agiliores Sen. Epiſt. 74. Siniſtra manu agiliore ac validiore Suet. Tib. c. 68. *Superlat.* Agillimus *formatur* a Priſcian. l. 3 p. 606.

AGILĬTAS, [ἐλαφρότης, εὐκινησία] *Leuitas et dexteritas corporis.* Cic. Att. 1, 17 Nam ſi ita eſſe ſtatueris, et irritabiles animos eſſe optimorum ſaepe hominum, et eosdem placabiles: et eſſe hanc agilitatem, vt ita dicam, mollitiemque naturae, *etc.* Plin. 35, Lecythion agilitatis exercitator. Agilitas nauium Liu. 26, 51. Aquae currentis agilitas Pallad. 1, 17, 2. *i. mobilitas.* Segnities figuram bonitatis imitatur, et tantum recedit ab agilitate, quantum receſſit a ſcelere Id. praef. de Inſit.

AGILĬTER, Agilius, Agillĭme. Adu. [εὐκινήτως] *i. cum agilitate.* Columel. 2, 2 Detque requiem in ſumma, vt ſpe ceſſandi totum ſpatium bos agilius enitatur. Agiliter praeterito Calycadni fluminis ponte Ammian. 14, 8. (*Valeſ.* c. 2.) Minus agiliter mouer Frontin. Strateg. 2, 5, 47.

AGĪNA, ae. Eſt quo inſeritur ſcapus trutinae, *i.* In quo foramine trutina (*agitur et*) ſe vertit. Vnde AGINATORES (*vid.* AGINO) dicuntur, qui paruo lucro mouentur. Feſtus. In neutram partem pronus et praeceps, mediae, quod aiunt, aginae aequilibrato impetu ferebatur Tertull. adu. Hermog. c. 41. *Hinc*

AGĪNO, āre. *Volunt eſſe vilia negotiari, paruo lucro moueri: aginae inſtar, quae leui pondere huc et illuc impellitur.* Gloſſ. Lat. Gr. Aginat, διαπράσσεται, στρέφει, μηχανᾶται. *Ad* Petron. cap. 61. *Reineſius laudat* V. Gl. Aginare feſtinare. Id. AGENATOR ille eſt qui rem ſuam celeriter peragit. *Forte etiam huc trahere licet ex* Iſidori Gloſſis Aginari *pro* Acinari; *vbi Caſaubonus fecit* Apinari, *vid. infra* APINAE.

AGINVM, i. n. *Vrbs Aquitaniae praeclara ad Garumnam f.* Plin. 4, 19. Auſon. Epiſt. 24, 79. *Patria eſt Ioſ. Scaligeri, de quo ipſe Lect. Auſon.* 2, 10.

AGIPES, Feſtus in Pedarius, Pedarium Senatorem ſignificat Lucilius, cum ait, Agipes vocem mittere coepit *etc. Vid.* PEDARIVS.

AGIS, [Ἆγις] *Lacedaemoniorum rex a ſuis necatus propter legem agrariam, vid.* Cic. Off. 2, 80. *Penultimam producit in hoc nomine* Virgil. Aen. 10, 751.

AGITATIO, AGITATOR, *vid.* AGO.

AGITE, AGITEDVM, *vid.* AGE.

AGITO, [ἀνακινέω] *vid.* AGO.

## A G L

AGLAOPHON, [Ἀγλαοφῶν] *Pictor nobiliſſimus.* Plin. 35, 9 et Cic. de Orat. 3, 26. *Floruit nonageſima Olympiade.*

AGLAOPHOTIS, [ἀγλαοφωτὶς] Plin. 24, 17 ſ. 102 Democritus tradit, Aglaophotin herbam, quae admiratione hominum propter eximium colorem acceperit nomen, in marmoribus Arabiae naſcentem Perſico latere. *Idem nomen Poeoniae tribuitur ab* Apul. de Herb. c. 6 *et* Dioſcor. 3, 148.

AGLASPIS, *Nomen agminis Macedonici, a ſplendore clypeorum ductum.* Liu. 44, 41 Interuallum quod inter cetratos et phalangem erat, impleuit legio, atque aciem hoſtium interrupit. A tergo cetratis erat, frontem aduerſus clypeatos habebat: aglaſpides appellabantur.

AGLAVROS, [Ἄγλαυρος] *Filia Cecropis regis Athenarum antquiſſimi*

quiſſimi a Mercurio in ſaxum mutata, quam ſuo more narrat Ouid. Met. 2, 555 ſqq. et 739 ſqq.

## A G M

AGMEN, ĭnis. n. [ἄγημα, τάγμα, Vet. Gloſſ.] Seru. ad Aen. 3, 595 Agmen proprie eſt Exercitus ambulans. Quicquid fuerit aliud, abuſiue dicitur. Conf. Id. ad Aen. 1, 86 et 190. Virgil. Aen. 8, 595 — it clamor, et agmine facto Quadrupedante putrem ſonitu quatit vngula campum. Cic. Tuſc. 2, 35 c. 15 Cum aeſtu magno agmen ducebat, laborabat, Marius. Nonnullae cohortes in agmen Caeſaris, aliae in equites incidunt Caeſ. B. C. 1, 24. Agmen ſtare paratum et ſequi, nec turba nec ſarcinis praegraue Curt. 3, 3, 27. Liu. 1, 6 Iuuenes per mediam concionem agmine ingreſſi, i. militari gradu, armati. Hinc Metaph. Agmen etiam alia Multitudo. Liu. 2, 40 Nuntiatumque Coriolano, adeſſe ingens mulierum agmen. Ipſe actus etiam ſeu ductus exercitus aliquando Agmen vocatur. Suet. Caeſar. 57 In agmine nonnunquam equo, ſaepius pedibus anteibat. Salluſt. Iugurth. 45 Ne miles gregarius in caſtris, neue in agmine, ſeruum aut iumentum haberet. Tacitus Agric. 20, 2. ¶ 2 Ab hoc motu ſeu inceſſu exercitus ad alia quoque haec vox transfertur; vt ad decurſum actumque fluminis. Virg. Aen. 2, 783 — leni fluit agmine Thybris. Leni impetu, interpretatur Seruius, vel fluore. Et Georg. 1, 322 Saepe etiam caelo venit ingens agmen aquarum. De hoc loco Macrob. Sat. 6, 4 Agmen pro Actu et Ductu quodam ponere, non inelegans eſt. Immo et antiquum eſt. Ennius enim quinto ait, Quod per amoenam vrbem leui fluit agmine flumen. Imp. Claudius (A. C. 270) l. 6 C. de Seruit. et aqua, Cum ut durum, et crudelitati proximum, ex tuis praediis Aquae agmen ortum, ſitientibus agris tuis ad aliorum vſum — propagari. De puluere ſublato Virg. loco, quem damus mox n. 4 in Agmina Glomerare. Gell. 1, 4 Criſpum ſane agmen orationis rotundumque, ac modulo ipſo numerorum venuſtum. Id. 6, 2 Nec declinari transſcendique poſſe agmina fati et volumina. Item ad Serpentum tortus ſiue volumina. Idem Virg. Aen. 2, 212 Illi agmine certo Laocoonta petunt. Ac de iam deficiente huiusmodi beſtia Georg. 3, 423 Cum medii nexus extremaeque agmina caudae Soluuntur, tardosque trahit ſinus vltimus orbes. Virg. Aen. 5, 211

At laetus Mneſtheus, ſucceſſuque acrior ipſo
Agmine Remorum celeri, ventisque vocatis
Prona petit maria.

¶ 3 Iam Epitheta ordine elementorum ponamus. Aligerum agmen Virg. Aen. 12, 249. Armata agmina Claud. in Ruff. 2, 76. Tacit. Hiſt. 3, 70. Attonitum Stat. Theb. 5, . . Atrum Virg. Aen. 12, 449. h. e. Pulueris nube coopertum. Seruius. Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 322 Reginam Caſto cinxerunt agmine matres Elyſiae. Tacit. 1, 63, 5 Compendiis viarum et Cito agmine, onuſtum ſarcinis armisque militem cum anteueniſſet. Clipeata Virg. Aen. 7, 793. Condenſa Sil. 2, . . Confertum Virg. Georg. 3, 369. Denſum agmen agere Virg. Aen. 5, 834. Equeſtre Ouid. Epiſt. 9, 100. Ferrata Hor. Carm. 4, 13, 29. Foeminea exſultant lunatis agmina peltis Virg. Aen. 11, 663. Lucan. 7, 221 et medii robur belli fortiſſima denſant Agmina. Fugientium Tac. 1, 63, 3. Grande laudabatur Lucret. 1, 435. Sed eſt Augmine. Graniferum agmen ſpargere, h. e. Multitudinem formicarum grana ferentium Ouid. Met. 7, 638. Horrentia agmina Hor. Serm. 2, 1, 13. Hoſtile Ouid. Met. 8, 39. Immenſum agmen aquarum Virg. Georg. 1, 322. Incompoſitum. Vid. h. v. Infernum Sen. Med. 960 de Furiis. Infeſtum Sen. Herc. fur. 1182. Longum Virg. Aen. 5, 90. It. Ouid. Met. 7, 624. Molle Tacit. Hiſt. 3, 40. Nigrum Virg. Aen. 4, 404. de formicis. Numeroſum, vid. Agmen carpi. Palantia Sil. . , . . Cic. in Piſon. 51 At meus quidem reditus is fuit, vt a Brundiſio vsque Romam agmen perpetuum totius Italiae viderem, i. continuatam multitudinem. Virg. Aen. 12, 121 Procedit legio Auſonidum, Pilataque plenis Agmina ſe fundunt portis. Vbi Pilata, retulit ad Romanos, qui pilis vti ſolebant in bello. Puerile Virg. Aen. 5, 549. Pulverulenta vid. Glomerare agmina. Cic. Philipp. 2, 108 c. 42 Agmine quadrato cum gladiis ſequuntur ſcutati milites. Add. Curt. 5, ., 19. Liu. 2, 6. Lucan. 2, 491 — nec plura loquutus Deuolat rapidum nequicquam moenibus agmen. Rauca Stat. Theb. 5, . . Seruilia Lucan. 2, 94 Vt primum fortuna redit, ſeruilia ſoluit agmina. h. e. Seruis ad libertatem vocatis confecit exercitum. Virg. Aen. 9, 47 i. Peditum, qui equitum comparatione tardi ſunt. Seruius. Lucan. 5, 708 de claſſe, Latumque per aequor Vt Terreſtre init conſertis puppibus agmen. Terrificum Claud. Gigant. 75. Toruum Stat. Theb. 8, . . Trepidum Lucan. 2, 392. ¶ 4 Verba obſeruamus et Participia iſta fere: Agere agmen equitum Virg. Aen. 8, 594, 7. Plin. Epiſt. 3, 9, 11 Numeroſum agmen reorum, ita demum videbamus poſſe ſuperari, ſi per ſingulos Carperetur. Nam Carpi agmen dicitur, quum militum nunc hic nunc alius intercipitur. Ouid. Triſt. 1, 4, 30 At ſimul intonuit, fugiunt, nec noſcitur vlli, Agminibus comitum qui modo cinctus erat. Claudere agmen Caeſ. B. G. 1, 25. Ouid. Met. 2, 114 — quorum agmina cogit Lucifer: Metaphoricōs vti Cicero quoque Att. 15, 13 Aſſentior tibi, vt nec duces ſimus, nec agmen cogamus, faueamus tamen. Cogit agmen, proprie qui a tergo colligit exercitum, hoc videlicet curans, ne quis forte aberrans, aut reliquos ſequi non valens, ab hoſtibus intercipiatur, ne quis fugiat. Concitare Ouid. Met. 14, 239. Coniurata agmina Ouid. Met. 5, 151. Denſare agmina Sil. 8, . . Deturbare gladio Sil. 7, . . Deuaſtata ferro agmina Ouid. Met. 13, 255. Ducent agmina Virg. Aen. 1, 490. Exanimata Virg. Aen. 5, 805. Extenditur in dies agmen occupationum Plin. Ep. 2, 8. Frementia Valer. Argon. 6, 183. Virg. Aen. 4, 154 Agmina cerui puluerulenta fuga Glomerant, i. nubem quaſi pulueris tollunt. Metere agmen Sil. 13, . . Partitum agmen Virg. Aen. 5, 562. Lucan. 1, 493 Serieque haerentia longa Agmina Prorumpunt. Spargere Ouid. Met. 7, 638. Stipatum agmen Gell. 1, . . Tripartitum Tacit. Hiſt. 3, 82, 3.

AGMINĀLIS. Adi. [ταγματικός] Agminales equi, qui agmen exercitus ſequuntur ad conuehenda impedimenta. Bud. in Annot. poſt. l. 18 D. de muner. et hon. §. 21. et l. 6 Cod. Theod. de Curſ. Publ.

AGMINĀTIM. Adu. Solinus 38 de elephantis Mauritaniae; Oberrant agminatim. Apul. 4 p. 146 Poculis agminatim ingeſtis. Conf. AGGERATIM.

## A G N

AGNA, ae. Vid. AGNVS.

AGNASCOR, vel ADGNASCOR, atus ſum, ſci. [παραφύομαι] Ad et poſt alios vel alium naſcor. Cic. de Orat. 1, 241 c. 57 Numquis eo teſtamento, quod paterfamilias ante fecit, quam ei filius natus eſt, hereditatem petit? nemo. quia conſtat agnaſcendo rumpi teſtamentum: ergo in hoc genere iuris iudicia nulla ſunt. Ex verbis Ciceronis ſatis apparet, agnaſci eos proprie dici, qui naſcuntur alicui, poſtquam teſtamentum fecerit. Paullus in l. qui in adoptionem 23 D. de adoption. Qui in adoptionem datur, iis quibus adgnaſcitur, et cognatus fit. Add. l. Si quis nepotem 10 cod. Non adgnaſcitur auo ſuus heres. Vid. Gaium Inſtit. 2, 3. Conf. ADNASCOR. A quo hoc noſtrum nihil differt, niſi, quod in libris ICtorum illud G vix omittitur.

AGNATVS. Partic. [παραφυόμενος, παραφύσας] Plin. 11, 52 f. 113 Membra animalibus agnata, inutilia ſunt; ſicut ſextus homini ſemper digitus. Hic agnata ſunt praeter naturam et integritatem animalis nata. vid. ſupra ADNASCOR. ¶ 2 Alias Agnata in grege ſunt, quae poſt conſtitutum numerum gregis v. g. centum capitum naſcuntur. Vlpian. l. Vetus 68 de Vſufr. et quemadm. Si gregis vel armenti ſit vſusfructus legatus, debet ex agnatis gregem ſupplere, i. e. in locum capitum defunctorum. Sic Flor. et Gothofr. ſed Halo. natis. Sic etiam in hominibus Agnati, qui poſt familiam conſtitutam, vbi heres iam eſt, deinde naſcuntur. Gloſſ. Vet. ἐπίγονοι. Sic certe ſuadet verbum Agnaſcor et in primis locus Tac. Germ. 19 Numerum liberorum finire, aut quemquam ex agnatis necare, flagitium habetur. ¶ 3 Sed Agnati [ἀγχιστεῖς, οἱ πρὸς ἀνδρῶν οἰκεῖοι] dicuntur, qui per virilis ſexus perſonas cognatione coniuncti ſunt: quaſi a patre cognati veluti frater eodem patre natus, filius fratris, nepos ue ex eo: item patruus, et patrui filius, nepos ue ex eo. Hactenus Caius in l. Sunt autem. D. De legitim. tutor. Inter Agnatos ergo et Cognatos hoc intereſt: quod in agnatis continentur cognati: in cognatis non vtique agnati. Vt puta, frater patris, id eſt patruus, eſt agnatus, et cognatus. Matris vero frater, id eſt auunculus, cognatus eſt, ſed non agnatus. Gentilitas vero et agnationem et cognationem complectitur. Paullus in l. Iuriſconſultus, 10 §. 4 de Gradibus et Affinib. Inter agnatos et cognatos hoc intereſt, quod inter genus et ſpeciem. Nam qui eſt agnatus, et cognatus eſt: non vtique autem qui cognatus eſt, et agnatus eſt. Alterum enim ciuile, alterum naturale nomen eſt. Dicuntur vero etiam Agnati, de diis. Cic. de Vniuerſ. 35 Ex iis Saturnum et Opem, deinceps Iouem atque Iunonem, reliquos fratres inter ſe agnatosque vſurpare atque appellare videmus. Cic. de Inuent. 2, 148 Si furioſus eſt, agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque eius poteſtas eſto. Repetit Auctor ad Her. 1, 23. Hinc Varro de R. R. 1, 2, 8 Mente eſt captus, atque Ad agnatos et gentiles eſt deducendus. Nemo enim ſanus etc. Repetit Col. 1, 3, 1. Nempe, vt ait Iuſtinianus Inſtitution. 1 de Curatoribus, Furioſi quoque et prodigi, licet maiores viginti quinque annis ſint, in curatione ſunt agnatorum, ex lege XII tabularum. Vid. etiam titulus de Legitima Agnatorum tutela.

AGNATIO, vel ADGNATIO, ōnis. f. [ἀγχιστεία] ab Agnaſcor; eſt Agnatorum conſanguinitas. Cic. de Legib. 1 c. 7 Et quod in ciuitatibus ratione quadam, de qua dicetur idoneo loco, agnationibus familiarum diſtinguuntur ſtatus, id in rerum natura tanto eſt magnificentius, tantoque praeclarius, vt homines deorum agnatione et gente teneantur. Saepe vtuntur ICti v. g. Dig. 1, 7, 7 et 23. it. 2, 14, 34.

AGNELLVS, AGNINVS. Vid. AGNVS.

AGNITIO. Vid. AGNOSCO.

AGNŌMEN, quod etiam ADNOMEN ſcribitur ĭnis. [ἐπωνυμία] eſt, quod extrinſecus cognominibus adiici ſolet, ex aliqua ratione vel virtute quaeſitum, vt eſt Africanus Numantinus, et ſimilia. Haec recte Diomedes 1 p. 306 ſq. Cic. de Inuent. 2, 28 c. 9 Nomen autem quum dicimus, cognomen quoque et agnomen intelligatur oportet. Capitolinus in Vero cap. 3 Nec aliud ei honorificentiae adnomen adiunctum, quam quod Auguſti filius eſt appellatus. Adi Salmaſium eo loco. Laudant etiam Ouid. de Pont. 3, 2, 107 Adiectique probent genitiua agnomina Cottae, Si tu non eſſes, interitura domus. Sed leg. ad nomina. Cottarum cognomen adiectum ad nomina genitiua, i. gentilicia ſ. ipſum nomen proprie dictum et Praenomen.

AGNOMENTVM, i. n. Idem. Apul. Apol. p. 310, 35 Agnomenta ei duo indita, Charon — et Mezentius.

AGNOMINĀTIO, ſiue ANNOMINATIO, ōnis. f. [παρονομασία] definiente Auctore ad Her. 4, 29 eſt, cum ad idem verbum et idem nomen acceditur commutatione vnius literae aut literarum, Syllabae aut Syllabarum; aut ad res diſſimiles ſimilia verba accommodantur. Ea multis et variis rationibus conficitur. Has deinde percenſet. Huc itaque etiam referas illud Ter. Andr. 1, 3, 13 Inceptio eſt amentium, haud amantium: et innumera alia.

AGNOSCO, ōui, ĭtum, ĕre. [ἐπιγινώσκω] Agnoſco et Cognoſco, a plerisque ita diſtinguuntur, vt Agnoſcere dicamur olim notos: Cognoſcere prius incognitos. Fl. Caper de orthogr. Putſch. p. 2242, 13 Cognoſcimus ignorata et inuiſa: Agnoſcimus, quae nobis exciderant. Debebat adiicere, vel certe alias iam noueramus. Virg. Aen. 1, 405 Ille vbi matrem Agnouit. Et Aen. 3, 82 — et veterem Anchiſen agnouit amicum. Varro, Vereor ne me quoque dum reuertero, praeter canem agnoſcat nemo. Sed Non. 4, 109 Cognoſcat. Et ſane ſaepe haec verba confunduntur, vel potius vſurpantur promiſcue. Ter. Eun. 5, 2, 8 Ita miſerrimus fui, fugitando, ne quis me cognoſceret. vbi vid. Donat. Sic id. Ter. ib. 5, 3, 12. it. Heaut. 4, 1, 44. Add. Cic. ad Att. 12, 13 pr. De Terentia quod mihi omne onus imponis, non cognoſco humanitatem tuam. i. agnoſco: facis hoc praeter humanitatem tuam, mihi notam. Eadem ratione qua Ter. Eun. 5, 8, 36 Non cognoſco voſtrum tam ſuperbum. Contra ad primam cognitionem pertinere poteſt illud Cic. Tuſc. 1, 70 c. 29 Vt Deum agnoſcis ex operibus eius, ſic ex memoria — vim diuinam mentis agnoſcito. Interim tamen ſaepe ita ponitur, vt cum recordatione quadam coniunctum ſit v. g. Cic. Fam. 1, 7 Quod mihi de filia gratularis, agnoſco humanitatem tuam. Id. de Or. 2, 362 Humanitatem et facilitatem agnoſcimus tuam. Et Fam. 9, 15 Moriar, ſi praeter te quemquam reliquum habeam, in quo poſſim imaginem antiquae et vernaculae feſtiuitatis agnoſcere. Sed ad illud diſcrimen conuenit Cic. de Fin. 2, 33 Nam ſunt et in animo praecipua quaedam, et in corpore; quae cum leuiter agnouit, tunc diſcernere incipit. ¶ 2 Agnoſcit, qui Non repudiat, ſed admittit, i. e. προσίεται. Cic. de Amicit. 9 Tu autem Fanni, qui mihi tantum tribui dicis, quantum ego nec agnoſco, nec poſtulo. h. e. non ſentio in me eſſe: eſt vox modeſtiae. Saepe ita ICti v. g. Vlpian. in l. ex facto, 35. D. de hered. inſtit. Vnde ſcio quaeſitum, aeris alieni onus pro qua parte agnoſci debeat. Et refert Papinianus, pro hereditariis partibus eos agnoſcere aes alienum debere, i. fateri ſe debere. Idem Vlpian. in l. Quo enim. D. Rem ratam haberi.

beri. Rem habere ratam, hoc eſt comprobare agnoſcereque quod actum eſt a falſo procuratore. Vlpian. in l. Sed et fin. 11 §. 1. D. ad exhibend. Si apud officium fuerit depoſitus exhibendus: cibaria debebit agnoſcere, qui exhiberi deſiderauit, ſi non ſolebat poſſeſſor ſeruum paſcere. *Et p. a.* Interdum etiam hacc actorem agnoſcere oportere, *i. recipere, et proinde praeſtare cibaria etc. Redeamus ad meliorem aetatem.* Crimen agnoſco et amplector Plin. Epiſt. 7, 28. *i. fateor, et in eo glorior. Imitatur* Ciceronem *ſuum* pro C. Rabir. perd. 18 c. 6 Ego autem, ſi mihi eſſet integrum, ſuſciperem hoc Crimen, agnoſcerem, confiterer. *Et* de Diuin. 1, 33 Nec Pſychomantia — agnoſco, *i. laudo, probo, certe vera praedicere concedo.* Debitorem agnoſcere, *eſt Vt idoneum accipere, ita vt qui delegat, liberatus ſit.* Paulus l. Lucius. D. de adminiſtratione tut. *Sic* Debitum Paullus in l. Lucius Titius. D. de adminiſtrat. et per. tutor. *i. Ratum habere et approbare debitum ab alio factum, illudque in ſe recipere, et eum liberare, qui tale debitum contraxit.* Dolorem tuum, meum quodammodo agnoſco Cic. Fam. 4, 3. Vlpian. in l. Ariſto. D. de iure deliberand. Ariſto ſcribit: non ſolum creditoribus, ſed etiam heredi inſtituto Praetorem ſubuenire debere, hisque copiam inſtrumentorum inſpiciendorum facere: vt proinde inſtituere ſe poſſint, expediat, necne, agnoſcere Hereditatem. Nomina, *idem quod* Agnoſcere *debitum. Vtitur* Paullus in l. quum quaeritur. D. de adminiſtr. et peric. tutor. ❡ 3 *Subiiciamus adhuc formulas quasdam, quae et ipſae docebunt, quod ſupra diximus, tum ad primam cognitionem pertinere hoc verbum, tum ad eam, quae cum reminiſcentia coniuncta eſt.* Cic. pro Milon. 38 c. 14 Cum totius Italiae concurſus facti illius gloriam libens agnouiſſet. *i. factum illud gloria dignum iudicaturus fuiſſet.* Cic. de Fin. 5, 49 Auribus vt noſtros poſſis agnoſcere cantus? *i. primum audire.* Plin. 29, 1 Alienis pedibus ambulamus, alienis oculis agnoſcimus *promiſcue. Sed proprie* Virg. Aen. 8, 531 — ſed Troïus heros Agnouit Sonitum, et diuae promiſſa parentis. *Vbi* Seruius, Agnouit ſonitum, *h. e.* Quid ſonitus ſignificaret. Cic. pro Planc. 35 Quamquam iudices (agnoſco enim ex me) permulta in Plancium, quae ab eo nunquam dicta ſunt, conferuntur. *i. De me coniicio.*

AGNOSCENDVS. Partic. [ἐπιγνωστέος] Lucan. 2, 193 Vt ſcelus hoc Sullae caedesque oſtenſa placeret, Agnoſcendus erat. *De capite Marii Gratidiani deformato.*

AGNĬTVS. Partic. [ἐπεγνωσμένος] Valer. Flac. 4, 437 — ſalue ô mihi longum Expectata manus, noſtrisque (ait) agnita votis. Agniti natales, de nullis aliis quam de Ingenuis ſunt intelligendi. Pomponius in l. hoc ſermone 3. D. Si ingen. eſſe dic.

AGNITIO, ōnis. [ἐπίγνωσις] Plin. 10, 70 Piſces ſui cadaueris agnitionem fugientes. Cic. de Nat. Deor. 1, 1 Quaeſtio de natura deorum ad agnitionem animi pulcherrima eſt. *Add.* Vulgat. 1 Tim. 2, 4. *Et* Tertull. adu. Marc. 1 A Pentateucho natales agnitionis ſupputabuntur.

AGNITOR, ōris. m. Vulg. Sirac. 7, 5 Non te iuſtifices ante Deum, quoniam agnitor cordis ipſe eſt.

AGNITIONĀLIS, e. Tertull. adu. Valent. 27 Subſtantiualis, non agnitionalis forma.

AGNOSCĬBĬLIS, e. Idem. Tertull. de Reſurr. Carn. 55 Lineamenta Petro agnoſcibilia ſeruauerat.

AGNVS, [ἀμνὸς, ἄρνιον] *Nonnulli aſpirantes ſcribebant* Hagnus: *ſed vſus iam obtinuit, vt priore modo ſcribatur.* Feſtus, Agnus dicitur a Graeco ἁγνὸς, quod ſignificat caſtum, eo quod ſit hoſtia pura, et immolationi apta. Cic. de Diuin. 2, 39 In Aequimelium miſimus, qui afferat agnum quem immolemus. *Videamus primo Epitheta.* Hor. Carm. 3, 18, 13 Inter audaces lupus errat agnos. Non ſemper audaces, ſed Faunalium die, quo videlicet non timeant lupum inter ſe errantem. Et hoc interueniente numine Fauni euenire dicit, qui die feſto ſuo vult pecora, quae ſub tutela ſua ſunt, ſine periculo eſſe. Acron et Porphyr. Columel. 7, 3, 11 Autumnalis agnus melior eſt verno, ſicut ait veriſſime Celſus. Chordi dicuntur agni, Qui poſt tempus naſcuntur Varr. de R. R. 2, 1, 19. *Vid. h. v.* Expertes herbae agni. *i. qui nondum herbam ederunt* Columel. 7, 3, 13. Firmus, *vid.* Editus agnus. Formoſos agnos procreare Varr. de R. R. 2, 2, 4. Hirtus Columel. 7, 2, 5. Hornus, *i. Huius anni.* Propert. 4, 3, 61. Imbecillus, *vid.* Editus agnus. Immaturus Columel. 7, 4, 3. Mollis Martial. 3, 58. Lucret. 2, 368 Praeterea teneri tremulis cum vocibus hoedi Cornigeras norunt matres, agnique Petulci Balatum pecudis. Pingues Virg. Georg. 1, 341. Robuſtus Columel. 7, 3, 18. Saturior lactis agnus Col. 7, 4, 3. Varr. de R. R. 2, 2, 15 Vt agni ſaturi fiant lacte. *Poſt Victorium editum* Satulli. Subrumi *h. e.* Lactantes Varr. de R. R. 2, 1, 20. *et* 2, 11, 5. Virg. Ecl. 3, 103 Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos. Tenerior, *it.* validior, *vid.* Editus agnus. Vernus, *vid.* Autumnalis agnus. ❡ 2 *Verba et Participia.* Admitti ad matres non debent agni morbo laborantes Columel. 7, 5, 20. Confirmatur agnus, *i. Firmus efficitur et validus* Col. 7, 3, 11. Conualeſcit agnus, *vid.* Editus agnus. Virg. Ecl. 7, 15 Depulſos a lacte domi quae clauderet agnos. Varr. de R. R. 2, 2, 17 Quum depulſi ſunt agni a matribus adhibenda diligentia eſt, ne deſiderio ſeneſcant. Deſiderant agni matrem Varr. R. R. 2, 2, 18. Ibid. 2, 1, 20 Fere ad quatuor menſes a mamma non disiunguntur agni: hoedi, tres: porci, duos. Disiunguntur *Victor.* Columel. 7, 3, 17 Agnus autem quum eſt Editus, erigi debet — quamdiu non Laſciuit — poſtea Luxuriantem — arca Claudi oportebit — ne Maceſcat. — Tenerior ſeparetur a Validioribus, quia Robuſtus angit Imbecillum. Eripere agnum lupo, *vid.* LVPVS. Immolare agnum Cic. Diuin. 2 c. 17. Procreant agnos arietes Varr. R. R. 2, 2, 4. Seneſcunt agni deſiderio matrum Varr. de R. R. 2, 2, 17. Subiicere agnum ſub alterius mammam, ſi parum habet lactis mater Varr. de R. R. 2, 1, 20. Columel. 7, 4, 3 Diligenti cura ſeruandum eſt, vt et ſuis quotidie matribus, et alienis non amantibus, agni ſubrumentur. Summittere agnum nutrici Col. 7, 4, 3. Summouere agnos, *i. E grege tollere, vt lanio vendas* Col. 7, 3, 13. Sugere mammam matris *dicuntur* agni Varr. de R. R. 2, 1, 20. ❡ 3 Agnus ſ. Agnos *fruticis nomen. Audiamus* Plin. 24, 9 ſ. 38 *de vitice,* Graeci lygon vocant, alii agnon, [ἀγνὸς ſ. ἁγνὸς caſtus] quoniam matronae Theſmophoriis Athenienſium caſtitatem cuſtodientes, his foliis cubitus ſibi ſternunt. *Recentiores duplicata voce* Agnum caſtum *vocant.*

AGNA, ae, f. ab Agnus. Agna feſtis caeſa terminalibus Hor. Epod. 2, 59. Non procul a ſtabulis audet diſcedere, ſi qua Excuſſa eſt auidi dentibus agna lupi Ouid. Triſt. 1, 1, 77. Aſpera agna. Val. Flacc. 3, 706 Aſpera nunc pauidos contra ruit agna leones. Corunata agna aliquid luſtrare, *ſiue explare* Iuuen. 13, 63. Humilis Hor Carm. 2, 17, 32. *i.* Humilium oblationi apta, Acron. Lactens Ouid. de Ponto, 4, 8, 41. Varr. de R. R. 2, 2, 2 Oues primum oportet bonas emere, quaeſita aetate, ſi neque vetulae ſunt, neque Merae agnae: quod alterae iam nondum, alterae iam non poſſunt dare fructum. Merae agnae, *nihil niſi agnae, nondum oues.* Hor. Serm. 2, 2, 219 Quid ſi quis gnatam pro Muta deuouet agna. Iuuen. 12, 3 — niveam reginae caedimus agnam. *i.* Iunoni. Nitida agna Hor. Serm. 2, 3, 214. Nouella agna Ouid. de Arte Am. 1, 118. Pauens agna Ouid. Met. 6, 527. Pulla, *i. Nigra* Hor. Serm. 1, 8, 27. *in ſacro magico.* Tenera agna Stat. Theb. 8, 576. ❡ 2 Agna, ae. *vt quidam ſcribunt, Menſurae genus in agrorum dimenſione. Sed vid.* ACNVA. ❡ 3 *Pro* Spica *in illo* Feſti, ſ. Paulli potius, Pennatas impennatasque agnas inſaliari carmine ſpicas ſignificat cum ariſtis, et alias ſine ariſtis agnas nouas volunt intelligi. *Obſeruat Scaliger e Theophraſti H. Plaut. 8, 7 etiam ἄρνας ita ſumi. Io. Auratus apud Fruter. 2, 8 derivat ab ἄχνη, acus.*

AGNELLVS. Dimin. [ἀμνίσκος] Plaut. Aſin. 3, 3, 77 Agnellum hoedillum me tuum dic eſſe, *inter delicias amatorias.*

AGNĬCVLVS, i. m. Dim. Arnob. 7 p. 217 Centum caedat boves, totidemque cum agniculis ſuis matres.

AGNĪNVS, Adi. *Quod ex agno eſt, aut ad agnum pertinet.* Plaut. Aul. 2, 8, 4 Rogito piſces, indicant caros, agninam caram, bubulam, vitulinam, *int.* carnem. Coagulum agninum Varr. R. R. 2, 11. Plin. 30, 13. Id. 20, 4 Muris aranei morſus ſanatur coagulo agnino in vino poto. Agninum ius Scribon. 189. Plaut. Pſeud. 1, 3, 85 Quia pol, qua opera credam tibi, vna opera alligem fugitiuum canem agninis Lactibus. *Quam canem alligat inteſtinis agninis, is non modo canem amittit, verum et praedam vltro dederit fugitiuo.* Agninae pelles, et caprinae Vlpian. in l. Argumento. §. 1. D. de aur. et arg. legat. Agninam *dici ſubaudita* carne, *etiam iſta oſtendunt:* Horat. Ep. 1, 15, 35 patinas coenabat omaſi Vilis et agninae. Plaut. Capt. 4, 2, 39 Tum lanii autem (inquit) qui concinnant liberis orbas oues, Qui locant caedundos agnos et duplam agninam danunt, *interpretantur, alterum tantum quam veruecinae: neſcio quam bene.*

AGNĪLE, is. n. Gloſſ. Gr. Lat. ἀρνῶν τόπος, Agnile. *Nempe vt* ouile, equile, bubile.

AGNĀLIA, um. n. pl. Ouid. Faſt. 1, 325 *ſuſpicatur ita dicta antiquis quae deinde* Agonalia. Pars putat, hoc feſtum priſcis Agnalia dictum, Vna ſit vt proprio litera dempta loco.

## A G O

AGO, ēgi, actum, ĕre. [ἄγω] *Latiſſimi vſus verbum, quod ad omnem fere motum animorum et corporum ſignificandum adhibetur. Prim… ſignificationes illius vtcunque ordinabimus: deinde formulas fere infinita… elementari ordine diſponemus. Igitur* Ago *non minus quam Graecum* ἄγ… *initio ſignificaſſe videtur impello, vt* paſtores agunt pecora. Virg. Ecl 1, 12 En ipſe capellas Protenus aeger ago, *vbi* Seruius, Ago, *inquit* proprie: nam agi dicuntur pecora. *Sic* Ecl. 24 Paſce capellas, et po… tum paſtas age, et inter agendum *etc. Vid. mox* Caballum, Pecus ❡ 2 *Nec ſolum ad illum mitem actum paſtorum refertur; ſed etiam ad vehementem venatorum, hoſtium.* Ter. Ad. 3, 2, 21 Caeteros ruerem, agerem, raperem. Donatus, agerem, perſequerer, premerem. *Vid.* Agere Ceruum, Praecipitem, Praedam, Telis. *Praeſertim notabili… eſt formula* Agere et ferre [ἄγειν καὶ φέρειν] *qua vis hoſtium, vel cert… lubido et poteſtas dominorum notatur, qui* agunt, *qua valunt viuentia reliqua* ferunt. Liu. 3, 37 Hi ferre agere plebem plebisque res; cui fortuna, qua, quidquid cupitum eſſet, potentioris eſſet. Id. 38, 1 Conſul praedatum in agros miſit. Tum demum fracta pertinacia eſ… vt ferri agique res ſuas viderunt. Tacit. Hiſt. 1, 2 *de delatoribu…* Cum alii ſacerdotia — adepti — agerent ferrent cuncta. *Qua… lectionem tuetur et Graecis Latiniſque auctoritatibus illuſtrat Grono… obſ. 3, 22. Paullo mitiore intellectu, de poteſtate tamen maxima.* Dia… de Orat. c. 8, 6 *de Marcello Epiro et Criſpo Vibio,* Nunc principes i… Caeſaris amicitia agunt feruntque cuncta. *Non multum abit illud* Sal. Iugurth. 2, 3 Animus incorruptus aeternus, rector humani generi… agit atque habet cuncta, neque ipſe habetur. ❡ 3 *Ipſa quoqu… vis diuina mouendi animos et corpora ſic indicatur.* Ouid. Met. 14 750 Quam iam Deus vltor agebat. *Vid. Heinſ. ad* Art. Am. 2, 496 Quinctil. decl. 314 Agit aliquis Deorum. *Hinc Burm. ap.* Vell. Pat 2, 31 pr. *legi vult de Pompeio,* Per omnia maiore vi agebatur, *pr… vulg.* habebatur. *Vid.* Agere ad. ❡ 4 *Sed et res inanima…* agimus, *i. impellimus et promouemus. Vid.* Agere Cuniculos, Fundamenta, Naues, Rates, Tela, Turres, Vineas *etc.* ❡ 5 Agen… ſe *qui dicantur, etiam* deinde videbimus. *Frequenter vero omiſſo pro nomine, reciproca tamen, intranſitiua certe ſignificatione ponitur, vt ſi… ipſum viuere.* Tacit. Ann. 3, 19, 2 Non modo apud illos homines, qu… tum agebant, etiam ſecutis temporibus. *Vid.* Aetatem, Annum, Die… Facillime, In. *Huc retulerim etiam illa, in quibus plantarum vita in… ſ…* Agere Coliculum, Frondem, Gemmas, Radices, *ſimilia.* ❡ … *Saepiſſime autem* loqui *ſignificat non tantum cum nominibus* Cauſam… Fabulam, Gratias, Litem, Negotium, Partes *etc. item adiecta con… iunctione* Cum: *ſed etiam abſolute, vel ſubauditis illis nominibus, v. g…* Cic. Fam. 5, 2. *de Metello,* cum agere coepiſſet; tertio quoque verb… orationis ſuae me appellabat. Nepos 7, 8, 2 Alcibiades praeſente vulg… agere coepit. *Habet autem vim et emphaſin maiorem, quam* loqui. Ci… Act. 1 in Verr. 37 c. 13 Omnia non modo commemorabuntur, ſe… etiam expoſitis certis rebus agentur. ❡ 7 *Denique, quam la… pateat, generatim videamus.* Varro de L. L. 5, 6 pr. Actionum trium primus agitatus mentis, quod primum ea, quae ſumus acturi, cog… tare debemus, deinde tum dicere, ac poſtremo facere. De his trib… minime putat vulgus eſſe actionem cogitationem: tertium, in qu… quid facimus, id maximum. Sed et cum hoc agitamus, quid (*for… excidit* dicamus) et in eam rem cogitamus, in mente agimus; et cum pronunciamus, agimus. Itaque ab eo dicitur orator *agere cauſam* et augures *agere augurium* dicuntur, cum in eo plura dicant, qua… faciant. Id. c. 8 pr. Tertium gradum agendi dicunt, vbi quid faciun… In eo propter ſimilitudinem *agendi* et *faciendi* et *gerendi*, quida… error his, qui putant eſſe vnum. Poteſt enim aliquid *facere, non agere*, vt *Poëta facit fabulam, et non agit:* contra *act… agit, et non facit,* et ſic *a Poëta fabula fit, et non agitur,* … *actore agitur, et non fit.* Contra *imperator*, qui dicitur res gere… in eo *neque agit, neque facit, ſed gerit*, id eſt ſuſtinet — qui qu… adminiſtrat, cuius opus non exſtat, quod ſub ſenſum veniat, ab ag… tatu, vt dixi, magis agere quam facere putatur. Sed quod his mag… pr…

romiſcue, quam diligenter conſuetudo eſt vſa, translaticiis vtimur erbis. Nam et quidem *facere verba* dicimus, et qui aliquid agit, on eſſe inficientem. *Recte igitur* Agere *et* facere, Agi *et* Fieri *con-ingit* Cicero *v. g.* Fam. 7, 12 Quid agas, et a nobis quid agi, quid eri aut curari velis. *Et* 7, 11 Quid agis? *i. cogitas, ſtudes, moliris:* uid fit? *i. illo motu tuo, agitatione tua, efficitur.* De Fin. 3, . . ſt eius generis actio quoque quaedam, et quidem talis, vt ratio po-ulet agere aliquid, et facere etiam. Acad. . . Idem in ſimilibus ctibus contingit, quarum omne opus eſt in faciendo atque agendo. *ic etiam* Ter. Ad. 5, 3, Hei mihi, quid faciam? quid agam? *Et* , 5 O Syre noſter quid fit? quid agitur? *Iterum* Cic. Phil. 3, 33 13 Quod agendum atque faciendum, id non modo non recuſem, ſed ppetam etiam atque depoſcam. *Firmat iſta* Quinctil. 2, 18 Artium iae poſitae ſunt in *inſpectione*, id eſt, cognitione et aeſtimatione re-um: qualis eſt Aſtrologia, nullum exigens actum, ſed ipſo rei cu-is ſtudium habet, intellectu contenta: quae θεωρητικὴ vocatur. liae in *agendo*, quarum in hoc finis eſt, et ipſo actu perficitur, ni-ilque poſt actum operis relinquit, quae Practice dicitur, qualis eſt altatio. Aliae in *effectu*, quae operis quod oculis ſubiicitur, con-ummatione finem accipiunt, quam ποιητικὴν appellamus, qualis ſt pictura. *De vi huius verbi apud ICtos.* Vlpian. in Labeo 19 D. de verb. ſignif. Labeo libro primo Prae-oris Vrbani definit, quod quaedam agantur, quaedam geran-ur, quaedam contrahantur: et Actum quidem, generale ver-um eſſe, ſiue verbis quid agatur, vt in ſtipulatione: ſiue , vt in numeratione pecuniae. Contractum autem vltro citroque bligationem, quod Graeci συνάλλαγμα vocant: veluti emtionem, enditionem, locationem, conductionem, ſocietatem. Geſtum, rem gnificare ſine verbis factam. ¶ 8 *Iam elementorum ordine ormulas ex verbo* Agere *perſequemur, ita vt ſubinde ad propoſita modo enera eas revocemus. Plures complectitur* Martial. 1, 80

Semper agis Cauſas, et Res agis, Attale, ſemper:
Eſt, non eſt, quod agas, Attale, ſemper agis.
Si res, et cauſae deſunt, agis Attale Mulas.
Attale, ne quod agas deſit, agas Animam.

*De ſingu-s ſuo loco.* Agitur *eſt verſatur, in diſcrimine vel periculo eſt.* Cic. pro lanc. 79 Agitur ſtudium tuum. Id. Philipp. 7, 27 Agitur libertas op. Rom. *Et* Verr. 4, 13 Aguntur iniuriae ſociorum. *Et* pro Lege Manil. 6 Genus belli eſt eiuſmodi, in quo agitur populi Rom. Glo-ia, agitur Salus ſociorum atque amicorum, aguntur certiſſima po-uli Rom. Vectigalia et maxima. In damnatione Caeſonis libertatem gi credebant Liu. 3, 12 pr. Ter. Heaut. 3, 1, 67 Nonnunc pecu-ia agitur. Gell. 1, 3 ex Cicerone Off. 3 c. 17 Vt etiam ſi qua for-una acciderit, vt minus iuſtae voluntates amicorum adiuuandae ſint, quibus eorum aut Caput agatur aut Fama, declinandum de via ſit c. Cic. Phil. 11, 24 c. 10 Nunc quod agitur agamus. Agitur au-em, liberine viuamus, an mortem obeamus. *Vid. infra* Res agitur. *dverbia plura adiecit* Plaut. Capt. 2, 1, 30 Vt hoc Sobrie, ſineque bitris, Accurate hoc agatur, Docte et Diligenter — Haud Somni-loſe hoc agendum eſt. Cic. de Orat. 2, 317 Omnia quae fiunt quae-ue aguntur acerrime, lenioribus principiis natura ipſa praetexuit. ic. Att. 16, 5 Egit mecum accurate, multiſque verbis, tibi vt ſponde-em, ſe dignum et te et nobis futurum. Accurate et prudenter cum iquo de re aliqua Cic. Fam. 2, 14. Hor. Serm. 2, 7, 24 Si quis ad la deus ſubito te agat, vſque recuſes. *i. impellat.* Agi ad furores ex-emos Val. Flacc. 7, 154. Ad mortem Tac. An. 6, 10, 2. *i. adigere.* Agere d populum Cic. Att. 1, . . *Vid.* Cum populo. Agas Cauſam meam Ad aeſarem Vatin. ad Cic. Fam. 5, 10 *extr.* Omnia ad praeſcriptum aeſ. Bell. Ciu. 3, 51. Adulterii mecum agitur Quinct. 4, 4, 8 *int.* auſa. Cic. pro Arch. 16 c. 7 Haec ſtudia Adoleſcentiam agunt. *Sic* ictor. Muret. Grut. *et optimi quique libri, i. exercent, agiliorem fa-unt. Al.* alunt. *Gulielmius coniiciebat* acuunt: *ingenioſe ſane.* Ta-it. Ann. 13, 46 extr. Ne in vrbe aemulatus ageret, prouinciae Luſi-aniae praeficitur. *de Othone Poppaeae marito.* Aetatem *vid.* AETAS. etatem in literis Cic. de Legib. 2, 3 c. 1. In tenebris Plin. P. 44, 5. euum Ouid. Met. 15, 588. Aeuum per crimina, *i. Viuere ſcelerate et edecoroſe* Ouid. Met. 10, 243. *Vid.* AEVVM. Aliquem, *i. Repraeſentare et velut hiſtrionico motu exprimere alicuius perſonam.* Cic. Fam. , 9 Itaque quum primum audiui, ego ille ipſe factus ſum, ſcis uem dico: egique illos omnes adoleſcentes, quos ille iactitat. dem pro Roſc. Com. 20 Nam Ballionem illum improbiſſimum et per-uriſſimum lenonem quum agit, agit Chaeream. Aliud agere, *vid.* lias res agere. *Sed diuerſa ratio eſt* Cic. pro Roſc. Am. 8, 3 Sin Aliud gitur nihil, niſi vt iis ne quid deſit, quibus nihil ſatis eſt. Si hoc ſo-um hoc tempore pugnatur, vt — *Eadem ſententia vt* n. 13 c. 5 Etenim uid aliud hoc iudicio tentatur, niſi vt. *Nimirum hic* Agitur ad ſtu-ium, conſilium, finem refertur. *Vt in formula* Id ago *v. v.* Am-ages Plaut. Pſeud. 5, 1, 10 *pro* Vti ambagibus. Ambigue Tacit. Hiſt. 3, 35. Plin. in Paneg. c. 85 Tunc maxime imperator, quum micum ex imperatore agit. *Add.* Tac. Hiſt. 1, 30, 1. *Vid.* Partes gere. Animam agere *dicitur, cui cum difficultate meat anima, i. ſpiritus, n confinio mortis et vitae.* Cic. Tuſc. 1, 19 Animum autem, alii ani-nam, vt fere noſtri declarant, nominari. Nam et Agere animam, t Efflare dicimus. *Locus corruptus. Sed e quo tamen vſus formulae atet.* Eſt tanti habere animam, vt agam Sen. Ep. 101. *Ex Maecena-is voto, qui optaret viuere etiam in cruce, inter ſummos dolores. Conf. pigr. Martialis in principio* n. 8. *laudatum. Vid. Gronou. ad* Sen. Con-rou. 11. *et quae domus in* Anima n. 5. *Aliud eſt* agere animum, *v. g.* Hor. in Arte Poet. 100 Carmina dulcia ſunto, Et quocunque volent nimum auditoris agunto, *i. Impellant.* Animo non inimico agere Cic. Verr. 5, 149. Animo magno et forti rem aliquam agere Cic. Att. 8, . . Annum quartum agere incipientes equi Varr. R. R. 2, 7, 2. Cic. de Sen. 4, c. 2 Qui minus grauis iis eſſet Senectus, ſi octingenteſimum annum agerent, quam ſi octogeſimum. Agitur annus, *vid.* Agitur menſis. Vinctum Ante ſe Thyum agebat, vt ſi feram beſtiam duceret Nep. Datam. c. 3, 1. Apologum Plaut. Stich. 4, 1, 32. *i. fabulam narrare.* Cic. de Orat. 2, 176 c. 41 Animos eorum ita afficiet, Apud quos aget. *i. dicet, orationem habebit.* Aquas agit riuus Ouid. Faſt. 1, 404. Liu. 44, 15 Rhodios nuntio in orbe terrarum arbitria belli paciſque agere, *i. pro arbitris ſe gerere velle: exprobratio ironica.* Tacit. Hiſt. 4, 21 Proinde perſuaſa Batauus arbitrium rerum Romanarum ne ageret, ſed meritas ſceleris poenas expectaret. Aſellum agas Cic. de Orat. 2, 258 c. 64. Aſtute Cic. Fam. 11, 28. Agere autem, *pro Perſequi*, Venuleius eleganter dixit in l. vlt. D. Quod vi aut clam. Augurium Varro L. c. 1, 7. Auguriis diuûm agimur Virgil. Aen. 3, 5. Bella non agenda puero Ouid. de Arte Am. 1, 182. *Conf. Gronou.* obſ. 2, 3. *Burm. ad* Quinctil. 10, 1 p. 908. *ad* Ouid. Tr. 2, 230. *et ad* Grat. Cyneg. 334. *Sic etiam edidit Dauiſ.* Caeſ. Bell. Gall. 3, 28. *Sic* Mela 1, 16 pr. Bella aliena mercede agere. Bene agier, *vid. mox* Inter bonos. Bene mecum agitur, *idem eſt quod, Bona conditione ſum.* Porc. Latro declam. in Catil. c. 2 Nobiſcum noſtra ſententia bene ageretur, ſi *etc.* Fam. 5, 18 Vt optime actum cum eo videatur eſſe, qui quam leuiſſima poena ab hac rep. diſceſſerit. *Sic* Verr. 3, 119 c. 50 ſecum Male actum putet. *Et mox* Intelliget ſecum actum eſſe Peſſime. *Et* Fam. 4, 5 Non peſſime cum iis eſſe actum, quibus licitum eſt *etc.* *Et* Fam. 4, 14 Agiturque Praeclare, ſi noſmet ipſos regere poſſumus. *Ac* Verr. 3, 70 c. 29 Haec conditio fuit aratorum, vt ſecum Praeclare agi arbitrarentur, ſi — Idem in Laelio 11 c. 3 Cum illo vero quis neget actum eſſe praeclare? *Actiue* Cic. Phil. 14, 30 c. 11 Facile eſt Bene agere cum iis, a quibus etiam tacentibus flagitari videmur. Valer. Max. 5, 3 *extr.* 3 Bene egiſſent Athenienſes cum Miltiade, ſi eum poſt trecenta millia Perſarum in Marathone deuicta, in exilium protinus miſiſſent, ac non in carcere et vinculis mori coëgiſſent. Blanditiis agitur nihil Ouid. Met. 6, 685. *i. efficitur. Vid.* Nihil. Nepos 25, 9, 1 Naturalis Bonitas, quae nullis caſibus neque agitur neque minuitur. Agitur *et inconſtanter mouetur, huc illuc impellitur.* Aut olitoris ages mercede Caballum Horat. Epiſt. 1, 18, 36. Caedis ago Qu. 4, 4, 8. Cancellos agere Caſſiod. Varr. 12, 1 *extr. eſt* Cancellarium eſſe. Liu. 7, 2 Venia petita puerum ad canendum ante tibicinem quum ſtatuiſſet, Canticum egiſſe aliquanto magis vigente motu, quia nihil vocis vſus impediebat. Captiuos ſub curribus Martial. 8, 26 *In triumpho ducere.* Caudam crebrius, *i. mouere* Colum. 6, 6, 3. Cauſam, *vel* cauſas, *vid.* n. 6. *it.* CAVSA *et* ACTOR. *Dicitur autem aliquis* cauſam agere *vel ſuam, vt* Varro R. R. 1, 7 *extr. ac* Plin. 17, 4 Quum cauſam apud Cenſores ageret, *vel alienam, vt* Ouid. de Arte 3, 532 Facundus cauſam ſaepe clientis agit. Cic. Fam. 8, 9 Agit cauſas liberales, *i. defendit iudicio libertatem eorum, qui pro ſeruis habentur.* Ibid. 5, 10 *extr. Vatinius rogat Ciceronem,* Ad Caeſarem meam cauſam agas, meque tibi in omnes partes defendendum putes. *Opus patronorum et oratorum eſt, vid.* Quinct. 1 pr. 22. *it.* 10, 7, 30 *et* 12, 6, 6. *Ab hoc nomine intellecto pendent Genitiui in formulis* Agere adulterii, furti *etc.* Nep. 19, 3, 1 Erant — duae factiones, quarum vna populi cauſam agebat, altera optimatum. *Aliter accepiſſe* Suetonius *quibuſdam videtur,* Alium (de iudicibus ſermo eſt) interpellatum ab aduerſariis de propria lite, negantemque cognitionis rem, ſed ordinarii iuris eſſe, agere cauſam confeſtim apud ſe coëgit, proprio negotio documentum daturum, quam aequus iudex in alieno negotio futurus eſſet Claud. c. 15. *i. tractare cauſam tanquam iudex. Sic, inquam, quidam interpretantur cum Torrentio: ſed potior eſt Salmaſii ſententia, qui coactum putat cauſam dicere, vt reum. Omiſſo nomine cauſam.* Plin. Epiſt. 9, 40 Si agendi neceſſitas inſtat. *Vid.* Agere ex. Celocem Plaut. Pſeud. 5, 2, 2. Ante puer patribus claris et nomine auito Celſus erat, ſed nunc Celſus agit merito Paullin. de obitu Celſi pr. *i. inter caelites viuit. Simile illi,* Factus enim ſerui forma eſt, qui ſummus agebat Ib. v. 57. *i. in ſumma gloria viuebat.* Cenſuram inter aliquos, *pro* Exercere Sen. Epiſt. 67. Cenſura agitur Ouid. Faſt. 6, 647. Vt Ceruum ardentes agerent Virg. Aen. 8, 479. Circum agere, *i. in circuitu* Virg. Aen. 1, 117 — aſt illam ter fluctus ibidem Torquet agens circum, et rapidus vorat aequore vortex. Columel. 3, 21 Et quod de ſacro numine Poëta dicit, (Virg. Georg. 2, 392) Et quocunque deus circum caput egit honeſtum. Cic. Fam. 8 Epiſt. vlt. Dum mirificum Ciuem agis, amici officium neglexiſti. *Vid.* Partes agere. Coetus frequentes egerat Tac. Ann. 16, 34, 2. Coliculum agit olus Columel. 12, 56, 1. *h. e. Emittit, producit.* Agit coliculum arbor Col. 5, 9, 12. *Vid.* Florem, Folia. Cic. de Fin. 3, 10 c. 2 Sic, et quidem diligentius ſaepiuſque, iſta loquemur inter nos, agemuſque Communiter. Comoedias Quinct. 11, 3, 111. Liu. 10, . . Conſilia ſecreta agunt. *i. Tractant, conferunt.* Plin. in Paneg. c. 56 Tertium Conſulatum recuſaſti, cum agere tam bonum conſulem poſſes. *Vtitur etiam* Quinct. 12, 1, 16. Valer. Max. 2, 2, 4 etc. Contagia late agunt Corpora, *de Peſtilentia* Ouid. Met. 7, 551. Contentione magna Liu. 3, . . *Vid.* ORO. Conuentus, *i. cogere et habere* Caeſ. Bell. Gall. 6, 43. Cic. Verr. 5, 28 c. 11. *Add.* Varr. L. L. 5, 6. Conuiuam laetum, *Lacte conuiuari* Hor. Serm. 2, 6, 111. Corpora agere [κόπρον] *i. ſterquilinium egerere, videtur dixiſſe* Varr. ap. Non. 4, 22. *Sed locus nimis mendoſus eſt.* Cic. Verr. 4, 48 c. 22 Hic nolite expectare dum ego hoc Crimen agam oſtiatim. *i. omnes familias, quas hoc crimine vexarit Verres, recenſeam.* Cum aliquo agere *eſt loqui, diuerſo conſilio, rogare, ſuadere, poſtulare.* Ago Cum illa, ne quid noceat meis popularibus Plaut. 3, 1, 13. Huius coniugii cupidus Callias quidam, — egit Cum Cimone, vt eam ſibi vxorem daret Nep. 5, 1, 3. Dedi, quod Mecum egiſti Plaut. Aſin. 1, 3, 19. *i. de quo conuenit inter nos.* Cic. Fam. 9, 21 Veruntamen quid tibi ego videor in epiſtolis? nonne plebeio ſermone agere Tecum? *Sed multo latius patet, cum ait* Idem Q. Fratr. 1, 4 Non enim gladiis Mecum, ſed litibus agetur. *i. non vtentur gladiis aduerſum me, ſed litibus. Vid.* Bene agere cum aliquo. *Sed frequentiſſime ad verba et ſermones refertur.* Cic. Fam. 5, 2 Miſi ad Metellum communes amicos, qui agerent Cum eo, vt de illa mente deſiſteret. Caeſ. Bell. Gall. 1, 14 Is ita Cum Caeſare egit, ſi pacem populus Rom. cum Heluetiis faceret, in eam partem ituros, atque ibi futuros Heluetios. Cic. pro Planc. 92 Res vero ipſa publica ſi loqui poſſet, ageret Mecum, vt quoniam ſibi ſeruiſſem ſemper, nunquam mihi; iam mihi ſeruirem, conſulerem meis. Cic. Attic. 7, 7 Nunquam enim Curio ſuſtinuiſſet, ſi Cum eo agi coeptum eſſet. *Sic autem agebatur cum Tribunis plebis: Fiebant in eos ſenatusconſulta acerrima, niſi interceſſionem remitterent. Vt de domo Ciceronis, quum ſententiae grauiſſimae dicerentur in Serranum, qui ſenatusconſulto interceſſerat, pertimuit, et interceſſionem omiſit. Vid.* Att. 4, 2. Ter. Heaut. 3, 3, 34 Ecquid de illo quod dudum Tecum egi, egiſti? Id. 4, 1, 29 Quid Cum illis agas, qui neque ius, neque bonum atque aequum ſciunt, *i. quomodo illis perſuadeas? Etiam ad cauſas pertinet,* Agere cum aliquo dementiae Quinct. 9, 2, 90. *Vid.* Furti, Iniuriarum *etc. it.* Lege. *Laudatur ex* Plauto, Nihil ago tecum, *h. e. Nihil rei mihi eſt tecum.* Cic. de Legib. 3, 10 c. 3 Cum populo Patribuſque agendi ius eſto Conſuli, Praetori, Magiſtro populi, equitumque *etc.* *Et* 3, 40 c. 18 Quae cum populo, quaeque in patribus agentur, modica ſunto, id eſt, modeſta atque ſedata. Cum populo *ap.* Feſtum, eſt populum ad concilium aut comitia vocare. Gell. 13, 15. *extr.* Cum populo agere, eſt Rogare quid populum, quod ſuffragiis ſuis aut iubeat, aut vetet. Concionem autem habere, eſt Verba facere ad populum ſine vlla rogatione. Cic. Lael. 96 c. 25 C. Licinius Craſſus primum inſtituit in forum verſus agere cum populo.

Cuncta agere ac vertere Tac. Hiſt. 1, 2, 5. *Sed* Agere ac ferre *legendum ſupra vidimus.* Cuniculos ad aerarium Cic. Off. 3 c. 23. Curam Liu. 2, . . Valer. Max. 1, 1, 12 Magna conſeruandae religionis apud maiores noſtros cura acta eſt. *Sic etiam* Quinct. 8 pr. 18. *Item* Plin. Ep. 10, 85, 1. Currus Ouid. Met. 2, 62. Plin. 5, 24 Euphrates curſum ad occaſum ſolis agit. *Pro eo quod eſt, Labitur.* Cuſtodiam vrbis Liu. 5, . . Cic. Fam. 1, 2 De caeteris rebus quicquid erit actum, ſcribam ad te. Ter. Ad. 1, 1, 53 Sed eſtne hic ipſus, de quo agebam? *i. loquebar.* Cic. Act. in Verr. 26 Animo coepi multo magis vacuo et ſoluto nihil aliud niſi de iudicio agere et cogitare. Liu. 33, 41 *Antiochus* legatis ad Quinctium miſſis, qui ad fidem de ſocietate agerent, oram Aſiae legens peruenit in Lyciam: *i. ita ſe inſtituerent, quaſi ſerio peterent ſocietatem.* Cic. Att. 16, 14 De ſumma autem agi prorſus vehementer et ſeuere volo. Cic. Verr. 4, 49 Atque haec agebantur in conuentu palam de ſella, ac de loco ſuperiore. *h. e. haec pronunciauit, iuſſit Verres pro tribunali, tanquam Praetor. Vid. mox* Ex loco agere. Plin. 7, 29 Ingeniorum gloriae quis poſſit agere delectum per tot diſciplinarum genera, et tantam rerum operumque varietatem? *Pro Diſcernere ingenia, vel inter ingenia. Sic etiam* Quinct. 10, 3, 5. 12, 3, 5. Deſiderio alicuius rei agi Liu. 29, . . *i. Moueri, impelli, accendi.* Diem vitae extremum agere Cic. de Fin. 2, . . et Vltimum diem Liu. 5, . . Totos Dies iuxta focum atque ignem agunt Tac. Germ. 17, 1. *i. viuunt.* Cic. Verr. 4, 107 c. 48 Vbi ad hoc vsque tempus Syracuſani feſtos dies anniuerſarios agunt. Cic. Tuſc. 5, 5 Eſt autem vnus Dies bene et ex praeceptis tuis (o Philoſophia) actus, peccanti immortalitati anteponendus. Diris agere aliquem Hor. Epod. 5, 89. *i. perſequi.* Cic. Fam. 15, 4 Quod quum ab illo Diligenter eſſet actum, ego in caſtra ad ſeptimum calendas Septembres veni. *Sic* Diligenter omnia a nobis agentur Cic. Fam. 1, 5. Virg. Aen. 1, 573 Tros Tyriusque mihi nullo Diſcrimine agetur, *i. habebitur, tractabitur.* Liu. 9, 14 Agentibus Diuina Humanaque quae aſſolent, quam acie dimicandum eſt, Conſulibus. Enſis agit plurima bello nauali Lucan. 3, 570. Equum agere in viam Liu. 23, . . Ouid. Faſt. 3, 555 Diffugiunt Tyrii, quo quemque agit Error. Tacit. Hiſt. 4, 64 Aut Ex aequo agetis, aut aliis imperitabitis. Auctor ad Heren. 3, 27 c. 15 Hoc ſcire tamen oportet, pronuntiationem bonam id perficere, vt res ex animo agi videatur. *h. e. Non ficte, non ſimulate.* Quinctil. 5, 11, 43. Aut aduerſarii, aut eius, qui ex diuerſo agit. *i. ex aduerſis ſubſelliis.* Ex fide bona agere Cic. Off. 3, 70 c. 17. *Contra* Ex occulto. Ex inſidiis Id. de Off. 1, 109 c. 30. Cic. A. in Verr. 36 c. 12 Quod agam ex eo loco, ex quo me populus Rom. — ſecum agere de rep. — voluit. *Vid. p. ante* De loco ſuperiore agere. Idem Cic. pro Quint. 32 c. 9 Sponſionem facere maluit: fecit. te iudicem, C. Aquili, ſumſit: Ex ſponſo egit. *Sic* Seru. Sulpicius apud Gellium 4, 4 Sed ſi poſt eas ſtipulationes vxor non dabatur, aut non ducebatur, qui ſtipulabatur, Ex ſponſu agebat. Cic. pro Muren. 35 c. 17 Pergitiſne vos, tanquam Ex ſyngrapha, agere cum populo? *i. Populum veluti ex ſyngrapha obligatum quaſi in ius vocare, et cogere?* Plin. 10, 75 Et ſi Exemplis agatur, profecto paria fiant. Plin. 29, 1 Diſcunt periculis noſtris, et Experimenta per mortes agunt. *De medicis.* Fabulam, comoediam, tragoediam *eſt recitare in ſcena, vid.* n. 7. Cic. Philipp. 11, 13 c. 6 Quorum alter commentatus eſt mimos, alter egit tragoediam. *It.* Fam. 7, 6 Et quando Medeam agere coepi, *i. afferre quaedam ex fabula, Medea. Vid.* Partes. Ter. Prol. Eun. 22 Nunc quam acturi ſumus Menandri Eunuchum. *Add.* Hec. Prol. 18, 33, 33 Quomodo fabula, ſic et vita, non quam diu, ſed quam bene ſit acta refert Sen. Ep. 77 extr. *Omittitur interdum nomen* Fabulam, *v. g.* Adel. Pr. 24. *Hinc formulae* Agere Conſulem, Patrem *etc.* Ter. Ad. 3, 4, 55 Quam vos facillime agitis, quam eſtis maxime potentes, dites, fortunati, nobiles, Tam maxime vos aequo animo noſcere oportet. Hor. Carm. 2, 2, 7 Viuet extento Proculeius aeuo, Notus in fratres animi paterni: Illum aget penna metuente ſolui Fama ſuperſtes. *Vbi* Acron, Ducet per notitias omnium. Cic. Fam. 15, 4 Agam tecum Familiariter. Fiſcum agere Suet. Domit. c. 12. *i. adminiſtrare.* Florem lupinus Col. 2, 16, 6. Folia agit ficus, *h. e. emittit* Columel. 5, 10, 10. Fortuna noſtra agitur per aduerſas procellas Ouid. Triſt. 5, 12, 5. Cic. Att. 5, 7 In vltimam prouinciam ſe coniecit, Tarſum vsque: vbi forum agit. *i. Ius dicit. Add.* Fam. 3, 6. Virg. Georg. 1, 352 Aeſtusque, pluuiasque et agentes frigora ventos. Frondem *dicitur* arbor Plin. 18, 6. Fugam, *Fugere* Liu. 25, .. Cic. pro Milon. 76 Qui parietem ſic per veſtibulum ſororis inſtituit ducere, ſic agere Fundamenta, vt ſororem non modo veſtibulo priuaret, ſed omni aditu et lumine. Virg. Aen. 4, 465 Agit ipſe Furentem In ſomnis ferus, Aeneas, *i. inquietam reddit, incitat.* Furti agere Cic. Fam. 7, 22. *i. accuſare. Et* pro Cluent. 763 c. 59 Cum ſeruo Auiti furti egit. *Add.* Qu. 7, 1, 22. Gemmas agit vitis, aut arbor Varro de R. R. 1, 30. *h. e. Emittit. vid.* n. 5. Geſtum in ſcena Cic. de Orat. 2, 233. *vid.* Varro l. c. n. 7. Genialiter agere feſtum Ouid. Met. 11, 95. Gnauiter aliquid Hor. Epiſt. 1, 1, 24. Gradus agere praecipites Val. Flac. 8, 106. Tacitos Id. 3, 441. Cic. de Somn. Scip. 1 Et grates (inquit) tibi ago ſumme Sol, vobisque reliqui Caelites. *Sed hoc fere Poëticum. Vſitatius* Gratias agere, *i. beneficium alterius loqui. Vid.* GRATIA. Gratias Furtiue, In angulo ad aurem Sen. de Benef. 2, 23. Ibid. Ingratus eſt, qui remotis arbitris agit gratias. Cic. Fam. 13, 66 Nero meus mirificas apud me tibi gratias egit, prorſus incredibiles. Id. Att. 2, 24 In quo ei (Bibulo) Pompeius gratias egerat, *i. pro qua re.* Id. pro Caelio 33 c. 14 Sed tamen ex ipſa quaeram prius, vtrum me ſecum ſeuere et grauiter et priſce agere malit, an remiſſe ac leniter et vrbane. Hereditas magna ſi agitur, *i. ſi de ea adipiſcenda cogitabitur* Cic. de Fin. 2, 56 c. 17. Hoc age! *Vox in ſacris vſurpata. Quae vt intelligatur, primo iſtoc tenendum.* Agone *vel* Agon' *Victimarii vox, qua interrogat, feriatne victimam.* Varro de L. L. 5, 3 pr. Dies Agonales, per quos Rex (*puto* ſacrorum) in Regia (*vid. h. v.* n. 2.) arietem immolat, dicti ab Agone? eo quod interrogatur a principe ciuitatis, et princeps gregis immolatur. Interrogatur a principe ciuitatis *idem eſt quod* quaeritur e principe, *vel* Interrogatur princeps, *vt legi etiam voluit Scaliger, ſine cauſa idonea.* Ouid. Faſt. 1, 321 *vbi de miniſtro,* Qui calido ſtrictos tincturus ſanguine cultros ſemper, *Agone?* rogas: nec niſi iuſſus agis. Seneca Controu. 2, 11 *ſub fin.* Filius ceruicem porrigat, carnifex manum tollat, deinde reſpiciat ad patrem, et dicat, *Agon'*, quod ſolet fieri victimis? *Huic ergo reſpondet, qui ſacris praeeſt* Hoc age! *Huc reſpexiſſe videtur interfector Caligulae Chaerea,* qui ceruicem *illius* gladio caeſim grauiter percuſſit, praemiſſa voce, Hoc age! Sueton. c. 8. *Qui etiam in* Galba c. 20 *refert, eum percuſſoribus* obtuliſſe vltro iugulum, et vt hoc agerent ac ferirent, quando ita videretur, hortatum. *Neſcio quam bene eodem trahant etiam* Senec. 1, 12 *de Sulla* cum in vicino ad aedem Bellonae ſedens exaudiſſet conclamationem tot millium ſub gladio gementium, exterrito ſenatu, *Hoc agamus,* inquit, *ſeditioſi pauculi iuſſu meo occiduntur. Nempe referunt ad rem ſacram, quae fieri ante omnia in ſenatu ſolebat. Vid. in hanc rem Briſſon. de Form.* 1, 17 p. 10 *vbi illud Plutarchi locis conficitur haud dubie, in re ſacra facienda praeconis vocem auditam* OK AΓE, *i.* HOC AGE. *Caeterum eandem fuiſſe formulam attentionem et audientiam etiam aliis in rebus petentium, ſatis conſtat. Vid.* Plaut. Capt. 2, 3, 84. *Et* 5, 1, 10. *it.* 5, 2, 14 Hoc agamus, *ac ſaepe alias.* Id. Perſa 4, 4, 35 Hoc age. opusne eſt hac tibi emta? Ter. Phorm. 2, 3, 88 Te oblectet, tibi habe. P. minue vero iram. D. hoc age: ſatis iam verborum eſt. *Vbi* Donatus, Hoc age, annuentis eſt. Ter. Eun. 1, 2, 50 Hoc agite amabo. *Vbi* Donatus, Hoc agite, pro aduerbio corripientis eſt poſitum: aut certe pro adhortatione audientiae praebendae. Sic. Plaut. (Prol. Aſin. 1) Hoc agite ſultis ſpectatores. Et conuenit velut nutu audientiam ſignificantis, et geſtu hoc ipſum adiuuantis. Ter. Andr. 1, 2, 15 Hoccine agis, an non? D. ego vero iſtuc. Lucret. 1, 41 Nam neque nos agere hoc patriai tempore iniquo Poſſumus aequo animo. *Add.* 4, 966. Hor. Sat. 2, 3, 152 Vt viuas igitur, vigila, Hoc age? Id. Epiſt. 1, 18, 87 Tu, dum tua nauis in alto eſt, Hoc age, ne mutata retrorſum te ferat aura. Non agitur hoc, an etc. Sen. Ep. 9, *i. quaeritur, attenditur.* Cic Qu. Fratr. 1, 1 Ac iam hoc loco, non hortatione neque praeceptis, ſed precibus tecum fraternis agam. Hyemen agere ſub tectis, *i. Tranſigere* Liu. 5, . . *Sic* Aeſtiua agere ſub tectis Liu. 27, Ictum, *pro impellere.* Liu. 42, Id agere, vt *etc. Elegans formula, qua ſtudium, conſilium, et conatus ſignificatur.* Cic. Tuſc. 1, 46 c. 20 Saepe aut cogitatione, aut aliqua vi morbi impediti, apertis atque integris et oculis et auribus, nec videmus, nec audimus: vt facile intelligi poſſit, animum et videre et audire, non eas partes, quae quaſi feneſtrae ſunt animi: quibus tamen ſentire nihil queat mens, niſi Id agat, et adſit. Id. Offic. 1, 41 c. 13 Totius iniuſtitiae nulla capitalior eſt, quam eorum, qui tum, cum maxime fallunt, Id agunt, vt viri boni eſſe videantur. *Et* pro Domo ſua 11 Nonne id agendum nobis omnibus fuit, vt materiem ſubtraheremus furori tuo? *Et* pro Muren. 82 Id quod et agunt et moliuntur. *Saepe clandeſtinus.* Cic. Catil. 4, 12 c. 6 Qui id egerunt, vt gentem Allobrogum in veſtigiis huius vrbis collocarent. Nepos 2, 5, 1 Certiorem eum fecit, id agi, vt pons diſſolueretur. *Lepidiſſime* Cic. Att. 7, 7 extr. Alexim humaniſſimum puerum, niſi forte dum ego abſum, adoleſcens factus eſt. Id enim agere videbatur, ſaluere iubeas velim. Idus agendae ſunt tibi mecum Hor. Carm. 4, 11, 14 Acron: *i.* Celebrandae. *Diem natalem* Maecenatis ſignificat, nimirum Idus Apriles. Imperium agere *Laudatur* Plin. 7, 28. Ouid. Met. 2, 203 *De equis ſolis* Quaque impetus egit Hac ſine lege ruunt. In malis agere Quinct. 6 prooem. *i. Viuere, Eſſe. Omiſſa Praepoſitione.* Virg. Aen. 5, 51 Nunc ego Gaetulis agerem ſi Syrtibus exul. Plin. 8, 25 Dies in terra agit, noctes in aqua *de Crocodilo.* In furore, *i. Furioſum eſſe.* Vlpian. in l. Patre furioſo §. 8 D. De iis, qui ſui, vel alien. iuris ſunt. *Quo loco male quidam vſi ſunt, vt inde oſtenderent,* agere *ſumi pro actu coniugali. Verba ſunt,* Patre furioſo, liberi nihilominus in patris ſui poteſtate ſunt — ſed et ſi in furore agente eo, vxor concipiat — Sed et ſi ambo in furore agant et vxor et maritus, et tunc concipiat *etc.* In ſeceſſibus *i. viuere* Vlp. l. 21 de recept. qui arbitr. §. 10. Tacit. Ann. 12 ad fin. Crebroque vulgabat, ire in melius valetudinem principis, quo miles bona in ſpe ageret. In admirationem animum agit Plin. 25, 1. *i. Impellit.* In arma Liu. 6, . . In crucem, *i. Tollere* Cic. Verr. 5, 163 c. 63. et de Fin. 5, 84 In crucem qui agitur, beatus eſſe non poteſt. Cic. Verr. 5, 170 c. 66 Non tu hoc loco Gauium, non vnum hominem neſcio quem ciuem Romanum, ſed communem libertatis et ciuitatis cauſam in illum cruciatum et crucem egiſti. In exilium Plin. 7, 30. E Liu. 25. Cic. Att. 16, 20. 1 Cupiditas iuuenem egit in facinus Quinct. Decl. 2, 10. In fraudem Virg. Aen. 10, 73. In fugam, *i. Fugare* Liu. . . I hoc agam, vt eum deleget mihi Vlp. in l. Idemque 10 §. Si cui. D. Mandat. *i. actionem inſtituam, qua impetrem, vt.* In orbem ag Virg. Georg. 2, 401. Inconſiderate et negligenter. *Vid. ſub* NEGLIGO Tacit. Hiſt. 4, 28 Caeſae cohortes eorum in vico Marcoduro incurioſius agentes. Iniuriarum agere Quinct. 3, 6 p. 210. Burm. Cic. de Inu. 2, 59 Agit is, cui manus praeciſa eſt Iniuriarum. *Add.* pro Caecin. 35. Plin. 29, 1 Inquiſitio per parietes agitur. Cic. Fam. 7, 12 Vbi porro erit illa formula fiduciae, Inter bonos bene agier? *Vid.* Offic. 3, 70 c. 17. Inter ſe conuentionis verbum generale eſt, ad omnia pertinens, de quibus negotii contrahendi transigendique cauſa conſentiunt, qui inter ſe agunt l. 1 §. Conuentionis 3 D. de Pactis. *Sed* Tac. Ann. 15, 74 Agere Inter homines deſiit, *i. viuere.* Cic. Philipp. 8, 17 Vehementer me agere fateor, iracunde nego. Hiſtriones in pronunciando non irati populum mouent, ſed iratum bene agentes Sen. de Ira 2, 165. Ouid. de Arte Am. 2, 84 *de Icaro* Altius egit Iter, deſeruitque ducem. Plin. 9, 35 Poſtero die quo Iudicium agebatur. Iudicio agere cum aliquo Scaeuola l. penult. D. de acquir. haeredit. Inhibuit frenos is, qui iumenta agebat Liu. 1, 48. *Add.* Curt. 5, 12, 20. Cic. pro Caecin. 10 c. 4 Non enim minus laborat Caecina, ne ſummo iure egiſſe, quam ne certum ius non obtinuiſſe videatur. *Vid.* pro iure agere. Laudes et grates diis Liu. 7, . . Legationem apud aliquem. *Pro Exſequi legationis munus.* Aſconius. Legatis ſuppliciter agentibus reſponſum eſt Liu. 9, 45. Ter. Phorm. 5, 7, 91 Lege agito ergo. *Vbi* Donatus, Lege agito, dicebatur ei, cuius intentio contemtibilis aduerſario videbatur. Cic. de Orat. 1 c. 10 Agerent enim tecum lege primum Pythagorei omnes. *Vid.* Lege agere in LEX. Lege agere in hereditatem paternam Cic. de Orat. 1, 175 c. 38. *Etiam omiſſo nomine* Lege *vel* Iure, Agere *cum* aliquo *eſt illum in iudicio conuenire, a quo* Actor *idem eſt qui* Accuſator. *Sed et illud obſeruandum duxit* Vlpian. l. 1 de Exceptionibus, Agere etiam is videtur, qui exceptione vtitur. Nam reus in exceptione actor eſt. *Vid.* Agere Cauſam. Leniter, *vid. ſupra* Grauiter. Lente agere, *vid.* LENTVS. Virg. Aen. 10, 514 Ardens Limitem agit ferro. *Vid.* Cuniculos. Ouid. de Arte Am. 3, 558 Nec ſtabiles animos annis, viridemque iuuentam Vt capias idem Limes agendus erit. *h. e. Non iisdem artibus fefelleris ſenem et iuuenem. Saepe hac formula vtuntur* Agrimenſores, *v. g.* p. 3. 19. 16. *etc. quibus recte vtitur Gronouius, ad vindicandam* Tacito *vulgatam ſcripturam et ſuam* de Mor. Germ. 29 extr. Mox limite acto, promotisque praeſidiis, ſinus imperii et pars prouinciae habentur: *vbi Lipſius* aucto *reponi voluit.* Litem pecuniariam aduerſus aliquem agere Quinct. 6, 1, 50. Male agere, *vid.* Nihil agere. Mandata Cic. Att. 9, 8. Matrem Plin. Ep. 3, 16, 6. Mecum agit fortuna ſecundis rebus, *i. Fauet* Lucan. 1, 310. Menſis agitur *vel* annus *indicat, currere illum, et quaſi moueri, nondum* impletum *vel* exactum. Plin. 14, 1 A Virgili vatis obitu XC aguntur anni. Ter. Hec. 3, 3, 34 Tum poſtquam at

ti

venit, menſis iam hic agitur ſeptimus. Cic. de Sen. c. 10 Quartum mum ago et octogeſimum. Plin. 15, 3 Amurcae Menſuram nemo ;it, *i. Nemo amurcam metitur, ſiue ad menſuram redigit.* Agere men- ram agri Paullus l. 2 §. 1 ff. ſi menſor falſum mod. Menſuras agere *epius apud* Agrimenſores, *v. g.* Sic. Fl. p. 19 Frontin. p. 116. *Sed* Agę- agrum menſura Aggen. p. 48. *Vid.* Agens n. 3. Liu. 39, 15 Qui atus et externis religionibus captus Mentes velut furialibus ſtimulis l omne ſcelus et ad omnem libidinem agerent. Salluſt. Primum mnium, omittendum Morem hunc, quem agitis impigrae linguae. Lu- et. 3, 37 Et Metus ille foras praeceps Acherontis agendus Funditus, imanam qui vitam turbat ab imo. *h. e. Expellendus omni ex parte.* ic. in Laelio 19 Agamus igitur pingui Minerua, vt aiunt. Modeſte gere Quinctil. 5, 6. Cic. pro Caelio 32 c. 13 Nunc agam modice, c longius progrediar, quam me mea fides et cauſa ipſa coget. Tac. nn. 3, 73, 3 Non alias magis ſua populique Rom. contumelia indo- iiſſe Caeſarem ferunt, quam quod deſertor et praedo hoſtium More geret. Cic. pro Sext. c. 41 Videbat Clodius, ſe, ſi Moribus ageret, rem non eſſe poſſe. Multum agit ſexus, aetas, conditio: vt in fe- inis, ſenibus, etc. Quinctil. 4, 13. Multum agitur ſuperciliis Idem , 3, 77. Curius ad Cic. Fam. 7, 29 Quod quidem ſi inter vos ſenes ienale proſcripſerit, egerit non Multum. *i.* Non multum profecerit. auem agere ignarus nauis timet Hor. Epiſt. 2, 1, 114. *Add.* Tac. H. 22, 3. Cic. Off. 1, 29 Sunt etiam qui aut ſtudio rei familiaris tuen- ie, aut odio quodam hominum ſuum ſe Negotium agere dicant. Ni- l agere verum eſt M. Catonis oraculum: Nihil agendo homines ma- agere diſcunt Colum. 11, 1, 26. Nihil agunt Cic. Fam. 11, 28, 10. *i. uſtra laborant.* *Add.* NIHIL. *Sed* Cic. pro Cael. 19 c. 8. A quo iaeram, primum cur ſtatim Nihil egerit? Deinde ſi id queri, quam ere maluerit *etc. i. iure experiri.* Cic. Acad. 4, 7 Neque noſtrae ſputationes quicquam aliud agunt, niſi vt in vtramque partem dicendo audiendo eliciant, *etc.* Nimbos agens Eurus Hor. Carm. 2 16, 23. Nobi- ln agens Cael. ap. Cic. Fam. 8, 2, 6. *i. pro nobili ſe gerens.* Noctem inter udia agere Virg. Aen. 6, 514. *i.* Ducere. Nugas agere, *pro Nugari* aut. Ciſtel. 2, 3, 39. Orbum, agimus et naufragum, et periclitan- m, quorum induere perſonas non attinet, niſi affectus ſumimus Quin- il. 6, 2, 36. Cic. de Senect. c. 6 Appii exſtat oratio. Hanc ille egit c. *i. habuit.* *Aliud eſt* ſcribere, conficere orationem, *vt* ibid. c. 11 auſarum illuſtrium, quaſcumque defendi nunc quam maxime confi- o orationes. Oſcitanter, *vid. h. v.* Virg. Georg. 3, 377 Ipſi in de- ſſis ſpecubus ſecura ſub alta Otia agunt terra, *i.* otioſe viuunt. Sal- ſt. Liceatne tum pacem agere, *i. quieſcere.* Sil. Ital. 7, . . Pacem ncte datam mortalibus orbis agebat. Virg. Aen. 5, 265 Demoleus rſu Palantes Troas agebat. Ter. Prol. Phorm. 28 Quia primas Par- s qui aget, is erit Phormio. Cic. in Bruto 317 c. 92 Quum Cotta inceps adhibitus eſſet, priores tamen agere Partes Hortenſium, *h. e. mmam rerum illi committi, alios illi ſubſeruire.* Ter. Phorm. 5, 5, 7 iciſſim partes tuas acturus eſt. A. Quas? P. vti fugitet patrem. Te as rogauit rurſum vt ageres; cauſam vt pro ſe diceres. Agere par- s *priore loco eſt* agere *quod alter egerat, poſteriore inſuper cauſam il- is ſuſcipere. Conſ.* 2, 1 *praeſertim* v. 36. Cic. pro Muren. 6 Ego tem has Partes lenitatis et miſericordiae, quas me natura ipſa docuit, mper egi libenter: illam vero grauitatis ſeueritatisque perſonam non petiui, ſed ab Republica mihi impoſitam, ſuſtinui. *Sic vidimus* Age- Amicum, Ciuem, Conſulem, Conuiuam etc. *Sic* Agere Patremfa- iliae Plin. Ep. 9, 15, 3. Non nunc pecunia agitur Ter. Heaut. 3, 1, 67. *quaeritur.* Pecus paſtum agitur, qua vix agi poteſt Varr. de L. L. 5 *extr.* Peregre agere ſtudiorum cauſa l. 50. D. Fam. erciſc. iae pater filio. Periculum agitur magnum exercitus Planc. ap. Cic. m. 10, 23 f. Plebem *vid.* n. 2. Poenas ſceleris a ſe agere *aiunt eſſe* u. 25 *pro Exigere.* Poenitentiam facinoris Curt. 8, 6, 23. Neque rmonis mei poenitentiam ago Dial. de Orator. c. 15. Virtutibus ef- cit, vt haec ciuitas Poenitentiam ageret quod *etc.* Val. Max. 3, 4, 2. *dd.* Plin. Ep. 7, 2. Flor. 1, 7, 2 Scelere partam Poteſtatem non me- us egit, quam acquiſierat. Prae ſe agere aliquem Stat. Theb. 3, . . Ante ſe. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 46 Et ex inferiore loco aduerſus cli- im incitati curſu, praecipites Pompeianos egerunt, et terga vertere egerunt. Cic. pro Caecin. 60 Si glebis, aut ſaxis, aut fuſtibus ali- iem de fundo praecipitem egeris. Id. Philipp. 13 c. 18 Difficile eſt edere, eos qui me praecipitem egerint, aequiſſimas conditiones feren- m. *i. De ſtatu ac dignitate deiecerint, deturbarint.* Cic. Verr. 1, 7 c. 3 gunt eum praecipitem poenae ciuium Rom. quos partim ſecuri per- iſſit, partim in vinculis necauit. Liu. 1, 17 Inde eos collecta iuue- um manu hoſtilem in modum praedas agere. *Videtur proprie ad pe- ra pertinere, et homines. Haec enim* aguntur, *alia* feruntur. Gr. ηλατῆν. *Add.* Id. 1, 5. *Refertur etiam ad furtum.* Plaut. Aul. 4, 2, 3 ae illic pulchram praedam agat, ſi quis illam inuenerit aulam onuſtam ri. *Comico ioco.* Principem agere Suet. Claud. c. 29. Priſce, d. ſupra Grauiter. Properato agi ad mortem Tacit. Ann. 13, 1, 4. on neceſſe habeo, omnia pro meo iure agere Ter. Adelph. 1, 1, 26. ic. de Sen. c. 9 Quidquid agas, agere pro viribus. Virg. Georg. 4, o *de Orpheo,* Mulcentem tigres, et agentem carmine Quercus. Ser- us: *i.* Mouentem. Ter. Phorm. 2, 2, 8 Quid ages? P. quid vis, ſi vt maneat Phanium, *etc.* *Vbi* Donatus, Non interrogantis, ſed etuentis hoc dictum eſt. *Nempe vt in aliis interrogationibus, cum n conſequitur reſponſum, negatio eſt.* Quid ages? *i. Nihil ages: ni- l proficies. Affine eſt illud* Ter. Phorm. 1, 4, 38 Ah, quid agis? io abis Antipho? *Vbi* Donatus, Perturbati interceſſoris eſt dicere, uid agis? vt alibi, Mea Glycerium, quid agis? cur te is perditum? ratio illa, Quid agis, eſt prohibentis, aut reuocantis: quaſi tu dicas, uid agere paras? Quid vis facere? Ter. Eun. 2, 1, 18 Vniuerſum iduum? vide Quid agas. *Ironica demonſtratio difficultatis.* Idem horm. 2, 2, 72 Senex adeſt, vide quid agas. *Vbi* Donatus, Non ter- ntis, ſed excitantis eſt. Quod agitur agamus Cic. Philipp. 11, 24. *id.* n. 8. pr. Agitur. Columel. 2, 10, 24 Sed tenuem Radicem deor- m agit. *De napo, quod* non in ventrem lateſcit. *Hinc per metapho- am* Cic. Off. 2, 43 Vera gloria Radices agit, atque etiam propagatur. ates victrices Ouid. Met. 15, 754. Regnum agere Flor. 1, 6, 2. *i. mo- rari.* Remiſſius cum ſubiectis agere Columel. 11, 1, 25. *Vid. ſupra* rauiter. *Vt* Remiſſe imperare Col. 1, 8, 10. Rem publicam agere Qui mittuntur D. §. 8. Vopiſc. Probo c. 12 Exemplar agendae Reip. *gerendae.* Ter. Eun. 2, 3, 56 Deſine, iam conclamatum eſt. CH. lias Res agis. P. Iſtud ago quidem. *Vid.* Hoc agere. *Simile eſt* ic. pro Cluent. 179 Vt nunc Oppianicum Aliud agentem, ac nihil eius- iodi cogitantem, ad hanc accuſationem detraheret. Cic. Fam. 2, 9 *Poëta,* Non aedepol quantam egeris rem, neque quantum facinus feceris *etc.* Cic. Att. 12, 33 Tuam in agendis noſtris Rebus diligen- tiam mirifice diligo. *i. curandis, gerendis negotiis.* Non capitis Res agitur, ſed pecuniae Ter. Phorm. 4, 3, 26. Agi Res *dicitur, de qua in foro ac iudicio diſceptatur:* Eia, quum proxime res agentur, quoquo modo ad iudicandum veni Plin. Ep. 4, 29. Tunc tua res agitur, paries quum proximus ardet Hor. Epiſt. 1, 18, 84. *Vid.* n. 8 pr. QVA DE RE AGITVR autem illud, quod multis ICtorum includitur formulis, et vbi eſſet, videbat Cic. in Brut. 275 c. 79 extr. *i. quem dicunt, ſtatum contro- verſiae.* Plin. 36, 5 Quod ſi quis horum familiam ad proauum vſque Retro agat, inueniet artis eius originem cum Olympiadum origine coepiſſe. Retro agere, *hic ſignificat Ordine (vt dicitur) retrogrado recenſere, ſiue numerare. Sic,* Retro actus dactylus eſt anapaeſtus Quinct. 9, 4, 81. *Qui etiam dixit* Retro agere expoſitionem 2, 4, 15. Ordinem 12, 2, 10. *Sed et* Capillos 11, 3, 160. Plin. 2, 77 Vna accuſatur, vna agitur rea. *de fortuna. Add.* Vellei. 2, 45, 1. Gr. διώκειν. Cic. Att. 14, 9 Ta- bernae mihi duae corruerunt: reliquae Rimas agunt. *h. e. Diffindun- tur, ac diſſoluuntur.* Lucret. 2, 674 Scintillasque agere, ac late dif- ferre fauillam. *i. Eiicere.* Se agere *eſt incedere.* Virg. Aen. 6, 337 Ecce gubernator ſeſe Palinurus agebat. Idem Aen. 9, 696 - - - is enim ſe primus agebat. Ter. Andr. 4, 2, 25 Quid tu, quo hinc te agis? *Vbi* Donatus, Quo te agis: vt tarditatem diſcedentis oſtendat. Agere enim ſe, tardi et triſtes dicuntur. *Sed* hanc obſeruationem *non eſſe perpetuam, ſatis exemplis euincitur.* Vnde agis Te Plaut. Moſt. 1, 4, 28. Quo Te agis Id. ib. 3, 1, 35. Tanta mobilitate Seſe Numidae agunt Sall. Iug. 56, 5. Nec minus Aeneas Se matutinus agebat Virg. Aen. 8, 465. *Reciprocum pronomen in talibus abeſſe vult, teſtimonio quorundam MSS. vſus Ian. Mell. Palmerius Spicil. p. 868 T. 4. Fac. Grut. Inter- dum* Agere ſe *eſt gerere ſe. Vt* Haud illo quiſquam Se iuſtior egit Grat. Cyneg. 103. Non aliter eſſe acturum Se, quam militem Spartian. Peſcenn. c. 11. Ciuiliter Se agere Capitol. M. Ant. Philoſ. c. 8. Par- cius Id. Pertin. c. 8. Sordide Ib. c. 9. Suet. in Claud. 25 Libertinos qui Se Pro equitibus Romanis agerent, publicauit. *h. e.* Populo com- munes fecit. Saecula vitae aguntur Ouid. Met. 3, 444. Suet. in Ti- ber. 60 Piſcatori, qui ſibi Secretum agenti, grandem mullum inopinan- ter obtulerat, perfricari eodem piſce faciem iuſſit. Cic. Off. 1, 4, c. 2 Nulla enim vitae pars, neque publicis, neque priuatis in rebus, neque ſi Tecum agas quid, neque ſi cum altero contrahas, vacare officio pot- eſt. Senatus agitur, *i. Habetur* Suet. in Caeſ. 88. Senectutem hono- ratam agere Liu. 34, . . . Et quietam Cic. Att. 14, 3 Tolerabilem Cic. de Senect. 7. Seuere, *vid. ſupra* Grauiter. Sapienter agendum Ouid. Met. 13, 377. Silentium, *pro Silere* Ouid. Met. 1, 349. Cic. Acad. 4, 112 Cum ſimplici homine ſimpliciter agerem. Solute agere, Leniter, et oſcitanter Cic. in Bruto, 277 c. 8. *i. dicere.* Cic. Verr. 4, 148 c. 66 Nam quum ſpumas ageret in ore, arderent oculi; *videlicet ex iracun- dia et furore. Sic et* Virg. Georg. 3, 203 - - - et ſpumas aget ore cruentas. Tacit. Hiſt. 1, 28 Stationem in caſtris agebat Iulius Mar- tialis tribunus. Stationes agere, *i. Eſſe in ſtationibus* Liu. 3, . . Agit ſummus, *vid.* Celſus. Tac. A. 11, 16, 3 Ac primo laetus Ger- manis aduentus, quod nullis diſcordiis imbutus pari in omnes Studio ageret. Tabellis obſignatis, *h. e. Aliquem vrgere teſtimonio ſuarum literarum* Cic. Tuſc. 5, 33 c. 11. Telis *i. perſequi immiſſis telis* Virg. Aen. 4, 71. *it.* 1, 191. Ouid. Faſt. 3, 402 Quum croceis rorare genis Tithonia coniunx Coeperit, et quintae tempora lucis aget. *h. e. Quum aurora quintum diem faciet, vel adducet.* Tempora belli, *i. Tranſigere* Ouid. Epiſt. 13, 42. Terram aratro Agrimenſ. p. 296. *i. mouere.* Virg. Aen. 2, 441 Obſeſſumque acta Teſtudine limen, *i. admota. Sic et* Aen. 9, 505. *vid.* Vineas. Cic. Philipp. 14, 13 Pharſalicae vero pu- gnae ne Triumphum quidem egit. Triumphum ex aliquo populo Liu. 6, . . Cic. Verr. 5, 98 In portu Syracuſano de claſſe pop. Rom. triumphum agere piratam. Plin. 34, 3 Qui de Perſe rege naualem triumphum egit. Tib. 1, 5, 3 Namque agor, vt per plana citus ſola verbere Turbo. *Vid. mox* Verbere. Turres, *vid.* Vineas. Velis tumidis agimur Hor. Ep. 2, 2, 201. Ventis agi Ouid. Triſt. 1, 2, 40. Virg. Georg. 2, 338 - - - ver illud erat, ver magnus agebat Orbis, et hibernis parcebant flatibus Euri. Acciſis crinibus, nudatam coram propinquis, expellit domo maritus, ac per omnem vicum Verbere agit Tac. Germ. 19, 2. *Vid. modo* Turbo. Verberibus agitur nauis Lucan. 3, 536. *h. e. Ordinibus remorum impellitur.* Cic. de Orat. 3, 233 Nunquam agit hunc verſum Roſcius eo geſtu, quo poteſt. Vehemen- ter, *vid.* Iracunde. Virg. Georg. 2, 130 Membris agit atra venena, *i. exigit.* Caeſ. B. G. 3, 21 Quibus fortiter reſiſtentibus, vineas turresque egit, *i. admouit. Add.* 7, 17 Vineas agere, Turres duas conſtituere coepit. Vi Liu. 34, . . et Cic. Q. Fratr. 1, 2. Virg. Aen. 3, 695 - - - Alpheum fama eſt huc Elidis amnem Occultas egiſſe vias ſubter mare. Vigilias noctu ad aedes ſacras Cic. Verr. 4, 93. Sic in portu vigilias agere Liu. 10, . . Vitam ſine decretis Cic. Acad. 4, 109. Vrbane, *vid.* Grauiter. Ruri Liu. 7, 39. Grauiter et ſapienter Cic. de Fin. 4, 14. Scribon. 201 Quum Vulnus ita actum eſt, vt os laedatur. *Eadem ratione dictum vt* agere Cuniculos, Te- ſtudinem, Viam.

AGENS, entis. Partic. [ἐλαύνων, ἐνεργῶν] *Praeter exempla iam lau- data notemus* Vehicula agentibus ſuis deſtituta Curt. 3, 13, 10, *ex emen- datione Rutgerſ. Var. Lect.* 3, 10. Illo auctore atque agente ab armis diſceſſum Caeſ. B. C. 1, 26. Magna vitae pars elabitur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agenti- bus Sen. Ep. 1. Agens in hortis Tac. Ann. 16, 34, 1. Annum agens aetatis ſexageſimum Suet. Veſp. 24. Negligenter et auare agen- tes Eutrop. 6, 9. ¶ 2 Agens, *pro Agrimenſore.* Si fuerit ergo vallis, quae conſpectum agentis exſuperet Fragm. de Limitibus in Rigaltii Collectan. p. 340. Plurimum agentibus praeſtat acti li- mitis perpetua rectura Hyginus de Lim. ib. p. 188. *Nempe vidimus* Agere menſuram eſſe metiri. ¶ 3 Gaudentius, agens in re- bus Ammian. 15, 3 *vbi vid. not. Valeſ.* , *Add.* 16, 5. Agentes rerum Aur. Victor de Caeſ. c. 39. Erat autem ex eis, quos dicunt agentes in rebus Auguſtin. Confeſſ. 8, 6. *Add.* Id. Ib. 9, 8. *Nempe* Cic. in Bruto 317 c. 92 Acrem enim oratorem, incenſum et agentem, et ca- norum, concurſus hominum forique ſtrepitus deſiderat. Cic. de Orat. 2, 358 Vtendum eſt imaginibus agentibus, acribus, inſignibus. Agen- tes in rebus, *quorum et in Codice ſaepius mentio fit, Officii erat genus ſub Imperatoribus, qui mittebantur per prouincias, vt curſui publico et vehiculariae rei, importandisque frumentis, quae vel ex canone, vel in- dictione praeſtabantur, praeeſſent: rimatique ſecreta domorum, et ſpecu- lantes omnia ad principes, quae repererant, referrent:* Frumentarii *dicti ante. Vid. Caſaub. Salmaſ.* ad Spartian. Hadrian. c. 11 p. 103 ſq. *Turneb. Aduerſ.* 13, 10. *Cuiacium ad Tit.* Cod. de Agentibus in rebus; *et Pan- ciroll.*

*ciroll. in* Notit. Imper. Orient. cap. 64. Hieronymus in Obad. v. 18. Eos, *ait*, quos nunc Agentes in rebus vel Veredarios appellant; veteres Frumentarios nominabant. Curioſos *appellat* Lex Cod. 13 de Curſu publ. de quo infra ſuo loco. *Vſus eorum et in exſequendis reſcriptis Imperatoriis. Vid.* Ambroſ. de Off. 2, 9.

ACTVS, a, um. Partic. [πεπραγμένος] *Aeque late patet ac verbum.* Virg. Aen. 6, 236 His actis propere exſequitur praecepta Sibyllae. Cic. Fam. 6, 8 Actis his rebus, literae a te mihi ſunt redditae. Plaut. Trin. 2, 2, 38 Mihi quidem aetas acta eſt, tua iſtuc refert maxime. *Sic* Hor. in Arte Poët. 173 Laudator temporis Acti ſe puero. Cic. pro Cluent. 17 Vos ne huius honeſtiſſime actam vitam matris crudelitati condonetis, rogamus. Idem Tuſc. 5, 5 Eſt autem vnus dies bene et ex praeceptis tuis actus *etc.* Quinct. 7, 1, 50 Iam multum acti eſt, *i. actum.* Acta honeſte ſuperior aetas Cic. de Senect. 62. Conſcientia bene actae vitae Cic. de Sen. c. 3. Virg. Aen. 3, 708 Siue errore viae, ſeu tempeſtatibus acti. Idem Aen. 6, 532. - - - pelagine venis erroribus actus? Gyges notis actus ad Oricum Hor. Od. 3, 7, 5. Freto actus Id. Epod. 9, 7. *Add.* Virg. Aen. 1, 36. Vell. 1, 4, 4. Virg. Aen. 6, 379 Prodigiis acti coeleſtibus oſſa piabunt. Virg. Aen. 7, 224 - - - quibus actus vterque Europae atque Aſiae Fatis concurrerit orbis. Liu. 27, . . . Elephanti quoque commiſſo iam certamine in praelium acti. Actus multis caſibus, *i. Agitatus, vexatus* Virg. Aen. 1, 240. Cic. de Diuin. 1, 32 Id poſſetne fieri, conſuluit. Ille augurio acto, poſſe reſpondit. Imber actus caelo Virg. Georg. 2, 334. Cic. de Fin. 2, 105 c. 32 Quid ſi etiam iucunda memoria eſt praeteritorum malorum. vt prouerbia nonnulla veriora ſint, quam veſtra dogmata? Vulgo enim dicitur, *Iucundi acti labores.* Nec male Euripides (concludam ſi potero Latine, Graecum enim hunc verſum noſtis omnes) Suauis eſt laborum praeteritorum memoria. Actus reus criminis Ouid. de Arte Am. 1, 324. Sitis acta omnibus venis, *h. e. Calor ſitim generans, per omnes venas diffuſus.* Virg. Georg. 3, 482. Columel. 8, 3, 4 Palis in parietes actis vimineos qualos ſuperimponunt. Ouid. Met. 12, 253 Acta retro naris, medioque infixa palato eſt. ¶ 2 Actum eſt, *Deſperationem ſignificat.* Ter. Andr. 3, 1, 7 Quid ego audio? actum eſt, ſi quidem haec vera praedicat. *Vbi* Donatus, Haec res ſecundum ius ciuile dicitur, in quo cauetur, ne quis rem actam apud iudices repetat. Idem Adel. 3, 2, 27 Actum eſt. *Vbi idem* Donatus, Actum eſt (inquit) verba ſunt deſperationis. nam Actum eſt dicitur in ea re, de qua iam lata ſit ſententia. Actum hodie eſt de me Plaut. Pſeud. 1, 1, 63. Etiam de Seruio actum rati Liu. 1, 47. Veſte diſciſſa, capite conuerberato, actum de ſe pronunciauit Suet. Ner. c. 42. Acta eſt res: perii Ter. Heaut. 3, 3, 3. *Eandem rationem habet illud* Cic. Fam. 14, 3 Nunc ſpes reliqua eſt in nouis Trib. pleb. et in primis quidem diebus: nam ſi inueterarit, actum eſt. Actum habeo quod egeris Cic. Att. 13, 16. *h. e. Ratum. Itemque illud* Actum agere, *i. Fruſtra laborare, Sim. Boſius ad* Cic. Att. 9, 18 *Actum agere, inquit, apud hunc auctorem eſt, ea de re facienda cogitare, quam ante factam oportuit, et cuius gerendae tempus iam praeteriit.* Ter. Phorm. 2, 2, 72 Actum, aiunt, ne agas. *et* Cic. in Laelio c. 22 Praepoſteris vtimur conſiliis, et acta agimus, quod vetamur veteri prouerbio. ¶ 3 Actum *quod ſolet hodie praeſcribi tabulis, quibus, quae ſuper re aliqua tractata conſtitutaue ſunt, comprehenduntur, inuenitur. In* Teſtamento Galli Fauonii Iucundi ſculpto in lapide; ACTVM VI K. QVINTILES SERV. GALBA L. AVRELIO COSS. In alio lapide: ACTVM P. ROMVLIO CIT. HISPAN. PROC. ET DOMITIANO VESPAS. F. ORBI IMPERANTE. ¶ 4 Acta, orum. n. pl. *Res geſtae, facinora, inſtituta, decreta, quidquid egit aliquis.* Exitus acta probat: careat ſucceſſibus, opto, Quisquis ab euentu facta notanda putat Ouid. Her. 2, 85. Acta alicuius, quibus multi obtrectant, confirmare Vell. 2, 44, 2. Sanctius et reuerentius viſum, de actis Deorum credere, quam ſcire Tacit. Germ. c. 34, 4. Acta belli et domus Ouid. Met. 12, 186. Vitae acta Ouid. Triſt. 4, 9, 92. Forenſia Lucan. ad Piſon. Fortia Val. Flacc. 6, 128. Horrifica, *Horrorem incutientia, nempe magica* Val. Flacc. 3, 423. Inmania Caeſaris acta condere, *Grandia et praeclara Caeſaris geſta deſcribere* Ouid. Triſt. 2, 335. Idem Met. 9, 247 Ipſius datur hoc immanibus actis. Acta Caeſaris *etiam* Tac. A. 16, 22, 6. Ingentia acta recenſere Stat. Theb. 2, 706. Mortalia Ouid. Triſt. 1, 2, 97. Nocturna Ouid. de Arte Am. 2, 625. Patriis actis ſuperbire Ouid. Epiſt. 8, 43. Propiora Stat. Theb. 5, 120. *i. exempla recentiora.* Canere acta longi temporis Ouid. Faſt. 1, 104. Cognoſcere de alicuius actis, *vid. h. v.* At ſua Tydides mecum communicat acta Vlyſſes apud Ouid. Met. 13, 239 Comprobare Ouid. Triſt. 5, 14, 46. *i. partem laudis mihi tribuit.* Condere Ouid. Triſt. 2, 335. *i. Hiſtoriam ſcribere.* Conuellere *vid. h. v.* Ouid. Faſt. 3, 370. - - - mira quidem, ſed tamen acta loquor, *i. vera.* Interceſſit quo minus in acta ſua iuraretur Tiberius Suet. c. 26. Reſcindere acta Cic. Phil. 1, 23. Tollere acta. Cic. Att. 6, 1. Mater eris iuueni, qui fortibus actis Acta patris Vincet Ouid. Met. 11, 223. *Proteus Thetidi canit, de Achille.* ¶ 5 Acta, *Tabulae ſeu Commentarii Imperatorum, ſenatus, populi, quibus perſcribebantur, quae ſingulis diebus acta, geſta, iudicata eſſent: item natiuitates, matrimonia, mortes.* etc. *Seges atque materia eorum, qui condituri eſſent Hiſtorias; qui horum Actorum non raro mentionem faciunt. His conficiendis qui erant praepoſiti,* Ab Actis *et* Actuarii *appellati. De illis plura Lipſ. ad* Tacit. 5 Ann. *Excurſu A.* Etiam vulgatum actis quoque Quinct. 9, 3, 17 *de Graeciſmo valde vſitato, Saucius pectus.* Scelus Lepidi ex actis, quae ad te mitti certo ſcio, cognoſſe te arbitror Cic. Fam. 12, 8. *Etiam in iudiciis quidam commentarii ſcribebantur* Actorum. *De his* Paullus l. 45 D. de re iudic. Acta apud ſe habita, ſi partes conſentiant et iudex permiſerit, poteſt ea die iubere circumduci (*i. aboleri*): niſi vel negotium vel lis terminata eſt. *Vid.* Referre in acta. *Hanc publicam diligentiam priuatim quoque aemulati viri induſtrii ac frugi, habere ſolebant commentarios, in quibus, quicquid per dies ſingulos dicerent, facerentue, annotabant. Quo reſpicit* Sen. de Benef. 2, 9 Beneficium in acta non mitto. Suetonius, Diurnos commentarios, Aug. 64. Diurna Vrbis acta Tacit. Ann. 13, 31. Quotidiana Vopiſc vocat. in Aurel. cap. 1. *puta* Acta, *quod hic ſubaudiendum eſt.* Vellei. 2, 60, 4 Actorum commentaria; Appianus ὑπομνήματα. *Vid.* Bernegg ad Suet. Caeſ. 20.

ACTVS, ûs. m. *Aeque late patet, atque ipſum verbum* Ago. *Ac primo ab* agendo pecore Actus *dicitur.* Ouid. Faſt. 1, 323 Pars, quia non veniant pecudes, ſed agantur, ab actu Nomen agonalem credit habere diem. *Apud ICtos eſt* Ius agendi vel iumentum vel vehiculum. *Ius maius* itinere, via *anguſtius. Vid.* l. 1 De ſeruitutibus praediorum ruſt. *et plures hoc titulo* Digeſtorum *pariter atque* Inſtitutionum. *it. Bynckersh. Obſſ. Iur. Rom.* 4, 7 *qui notat* vehiculum *intelligi, non* plauſtrum onuſtum, *ſed currum truſatilem.* ¶ 2 Actus vocabatur, in quo boues agerentur cum aratro vno impetu iuſto (*vid.* Protelum) Hic erat CXX pedum, duplicatusque in longitudinem iugerum faciebat. *Haec* Plin. 18, 3 pr. *Conſentit de hac menſura* Varro R. R. 1, 10, 2 Actus quadratus, qui et latus eſt pedes CXX et longus totidem. *Sed eſt etiam* Actus minimus, *quem ex* Varronis *loco perdito memorat* Col. 5, 1, 5 *habens* latitudinis pedes quatuor, longitudinis pedes CXX. *Subiicit,* Actus quadratus pedibus vndique finitur CXX. Frontin. p. 30 *Goeſ. tantum* longitudinis pedum CXX menſuram *facit ſine latitudine.* Boëthius de Geom. lib. 2 *ap. Goeſ. in Indice* Actus duplicatus CCXL pedes explicat in lateribus, ſed ita, vt in capitibus pedes tantum habeat LX, ne pedaturam ſuam egrediatur, *i. numerum* 14400 *pedum quadratorum, quem habet etiam* actus quadratus Varronis *et* Columellae. *Sed idem* Boëthius, *vt eſt Baſileae editus* p. 1520 Actus, *inquit,* trifariam dicitur, in minimum, in quadratum, in duplicatum. Actus minimus quatuor tantum pedibus in latitudine, et CXX pedibus in longitudine protenditur. Actus vero quadratus ex omni latere CXX pedibus concluditur. Actus autem duplicatus CCXXXX pedes explicat. *Reliqua ex MS. forte addidit Goeſius.* ¶ 3 Actus *generali Significatione eſt ipſum* agere, *ipſe* motus *ille animi vel corporis, quo in agendo vtimur.* Quinctil. 2, 18, 1 Artium aliae poſitae ſunt in agendo, quarum in hoc finis eſt, et ipſo actu perficitur, nihilque poſt actum operis relinquit. *Et* n. 4 Ac tum pura voluptas literarum, cum ab actu, id eſt opere receſſerunt, et contemplatione ſui fruuntur. *Sic* Sen. Ep. 8 Vbi illa praecepta veſtra, quae iubent in actu mori. Id. de Otio Sap. c. 28 Certe Stoici veſtri dicunt, vsque ad vltimum vitae finem in actu erimus. *Etiam plur.* Quinct. 11, 1, 47 Cum etiam in caeteris actibus vitae non idem in foro, curia, campo, theatro, domi, facere conueniat. *Pertinet etiam ad motum animalium et rerum inanimatarum.* Ouid. Halieut. 72 *de equo,* Quam tumidus, quantoque venit Spectabilis actu *int. motu et glomeratione pedum etc.* Luc. 9, 30 Quas ne per litora fuſas Colligeret rapido victoria Caeſaris actu, *i. motu, impetu. Et iterum* 9, 472 Galeas et ſcuta virorum Pilaque contorſit violento Spiritus actu. *Sequitur* Virgilium Aen. 12, 687 Fertur in abruptum magno mons improbus actu. *Huc retulerim etiam* Prudent. H. poſt cib. 77 Mundi impotentis actu concluſos regis, *i. qui turbine rerum humanarum aguntur.* Actus menſurae nouis limitibus inciditur, *i. menſurae actae* Hygin. Agrim. p. 160. *Goeſ.* ¶ 4 Actiones *et id, quod* agendo *quaſi producitur, i. res geſtas, facta, facinora notat.* Cic. de LL. 1, 31 c. 11 Nec ſolum in rectis, ſed etiam in prauis actibus inſignis eſt humani generis ſimilitudo. *Hanc lectionem ex antiquis libris reuocauit Dauiſius, cum a Victorio inde et Grutero legeretur* prauitatibus. Pſeudo-Cic. in Sall. pr. Quod aut ſi de vita mea atque actibus huic conuiciatori reſpondero. *Sed multo frequentior hic vſus Poëtis et in ſequiori aeuo ſolutae orationis ſcriptoribus.* Lucan. 8, 807 Adde actus tantos, monumentaque maxima rerum. Plin. Pan. 45, 6 Actus tui obtinebunt vim cenſurae. Herculei actus Claud. in Ruff. 1, 284. Humanos actus digerere *laudatur* Stat. Silu. 5, 5, 8. Actus placiti diis Val. Flacc. 2, 5. Claud. Paneg. 8, 145 - - - actusque priores Commendat repetitus honor. Ferunt Theologi, in lucem editis hominibus cunctis, ſalua firmitate fatali, huiusmodi quaedam, velut actus rectura numina ſociari Ammian. 21, 28. *de geniis.* Tantam habes curioſitatem meorum actuum, vt, quid dormiens fecerim dixerimue, diſcutias Hieron. Apol. adu. Rufin. Opp. T. 3 f. 95. *Ita* Actus Apoſtolorum *olim dicti, qui nunc* Acta: *vid.* Iſidor. 6, 2. ¶ 5 Actus rerum *Speciatim cauſarum actiones ſignificat.* Quinct. 10, 6, 1 *de cogitatione,* Haec paucis admodum horis magnas etiam cauſas complectitur. — Haec inter media rerum actus aliquid inuenit vacui, nec otium patitur. Plin. Ep. 9, 25 3 Nunc me rerum actus modice, ſed tamen diſtringit. *Et* Traian. ad Plin. 10, 98, 1 Actum quem debuiſti, in excutiendis cauſis eorum — ſecutus es, *i. modum agendi,* Proceſſum *vocant hodie.* Sueton. Aug. 32 Triginta amplius dies, qui honorariis ludis occupabantur, actui rerum accommodauit, *i. iuſſit* faſtos *eſſe, et* iudiciales, *quibus agi poſſet,* ἀγοραίους. Sueton. Claud. 15 Quum decurias rerum actu expungeret, *i. qui in iudicum numero manerent, qui minus, conſtitueret.* Et c. 22 extr. *vel* 23 pr. Rerum actum diuiſum antea in hibernos aeſtiuosque menſes coniunxit. *Et* Nero 17 Vt rerum actu ab aerario cauſae ad forum ac recuperatores transferrentur, *i. in iudiciis. De hac re* Quinct. 10, 1, 27 Attrita quotidiano actu forenſi ingenia — reparantur. Actus Legitimi, *vid.* ACTIO n. 5. ¶ 6 *Sed etiam officia et adminiſtrationes tum honoratiores, tum in primis libertorum ac ſeruorum, ita appellantur. De priori genere* Probus Auguſtus *in* literis ad Senatum, *apud* Vopiſcum Caro c. 6 Felix eſſet noſtra reſp. ſi qualis Carus eſt — plures haberem in actibus collocatos. *De poſteriori* Trai. ad Plin. 10, 37 *De* Maximo liberto, Cum ad priſtinum actum reuerſus fuerit. *ICti ſaepius. v. g.* Scaeuola l. 40 §. 3 de Statu lib. Stichus ſeruus meus actor, ſi rationem omnem actus ſui heredi meo reddiderit. Martia. l. interdum D. de publicanis, Cum is ſeruus, qui actum Domini geſſiſſe diceretur, in commiſſum cecidiſſet *etc. Sic.* l. Thais 41 §. Ab heredibus 13 D. de Fideic. libert. Quaero, an ſeruum teſtator in diem vsque pubertatis filii ſui actum agere voluerit? *Add.* l. Notionem §. Inſtrum. 2 de V. S. *Sic* l. 51 ff. De ſolutionibus, Remoueri ab actu. *Pro ICto igitur loquitur* Tertull. Adu. Marc. 4, 47 *ex Euangelio Lucae* 16 Suffragia nobis proſpicere amicitiarum, ſecundum ſerui illius exemplum, qui ab actu ſubmotus, dominicos debitores deminuit. *Vid.* ACTOR n. 5. ¶ 7 *Non tantum generatim* Actus *dicitur de fabulis, quae in ſcena* aguntur, *vid.* Agere Fabulam. Quinct. 5, 10, 9 Nam et Fabulae ad actus Scenarum compoſitae argumenta dicuntur. *Sed etiam partes et quaſi interualla, de quibus* Horat. A. P. 189 Neue minor quinto, neu ſit productior actu *Huc* Cicero *reſpicit* de Senect. 69 Neque enim hiſtrioni, vt placeat peragenda eſt fabula, modo, in quocunque fuerit actu, probetur *Et* Fam. 5, 12. Secernas hanc quaſi fabulam rerum euentorumque noſtrorum: habet enim varios actus, multasque actiones et conſiliorum et temporum. *It.* pro Marcell. 28 c. 9 Haec igitur tibi reliqua pars eſt, hic reſtat actus: in hoc elaborandum eſt, ut Rempub. conſtituas. Idem Verr. 1, 32 c. 12 Itaque primum illum actum iſtius vitae turpiſſimum praetermittam. *Add.* ad Q. Frat. 1, 1 fin. Varro *etiam ad operis ruſtici quaſi periodos et interualla retulit* de R. R. 1, 26 2, 10, 1 *et* 3, 11, 4.

ACTĪVVS, a, um. [ἐνεργητικὸς] *Quod ad* Actum *pertinet, aut eum ſignificat. Vt* Actiua philoſophia Sen. Epiſt. 95. Actiuam Quinct. 3, 5 *extr. vocari vult Rhetoricen, quomodo interpretatur* πρακτικήν. *Apud Grammaticos.* Verbum actiuum, quod, *teſte* Priſciano, ſemper actum ſignificat

gnificat, et facit ex ſe paſſiuum. *Plura vide apud eundem lib.* 8 *cap.* *e* Generibus verborum. *Add.* Chariſ. 2 p. 138. Iſidor. 1, 8.

ACTŌRIVS, a, um. *Idem quod* Actiuus, [πρακτικὸς], *vt* Ingeiium actorium, Tertul. de Anim. cap. 14.

ACTVALIS, e, *vt*, Actualium vigor virtutum Macrob. Somn. cip. 2, 17. Philoſophia actualis Iſidor. 2, 24.

ACTVOSVS, a, um. [ἐνεργητικὸς] *Actus et actionis plenus.* Cic. e Nat. Deor. 1, 110 c. 40 Virtus autem actuoſa et deus veſter nihil geus. Maxime luminoſae et quaſi Actuoſae partes orationis Cic. n Orat. 125 c. 36. *i. oratoriam actionem maxime admittentes.* Animus in iotu eſt, eo mobilior et actuoſior, quo vehementior fuerit Sen. Ep. 9. Vita actuoſa eſt, mors quieta Lactant. 6, 17. *Haec generatim de ita. Sed ſpeciatim* Actuoſa vita *eſt in laboribus reip. occupata. Sic* Val. Max. 2, 1, 6 Ingredientes actuoſam vitam *ſunt iuuenes ad remp. ccedentes. Et* 8, 8, 1 *de Scipione et Laelio,* Vt actuoſae vitae iter equali gradu exſequebantur, ita animi quoque remiſſioni communier acquieſcebant. Actuoſi dicuntur, Qui motu corporis maxime xercentur, vt Hiſtriones et Saltatores. Feſtus. *Laudatur etiam* Doati *obſeruatio ad* Ter. - - - Haec Scena actuoſa eſt, magis in geſtu uam in oratione conſtituta.

ACTVŌSE, [ὑποκριτικῶς] Adu. Cic. de Orat. 3 c. 26 Quam lenier? quam remiſſe? quam non actuoſe? *Sermo eſt de actione hirionis.*

ACTIO, ōnis. f. [πρᾶξις] *Idem fere quod* Actus. *v. g.* Cic. Off. 1 5. Reliquis tribus virtutibus (iuſtitiae, fortitudini, temperantiae) eceſſitates propoſitae ſunt ad eas res parandas, tuendasque, quibus tio vitae continetur, *i. ſine quibus vita agi non poteſt.* Id. Tuſc. 5, 66 22 Si vitae modum actionemque quaerimus, *i. modum et rationem itae agendae.* Cic. Off. 1, 19 Virtutis enim laus omnis in actione conſtit, *q. d. in agendo.* Id. de N. D. 2, 44 Priuat deos omni procuatione atque actione Epicurus, *Deos agere aliquid negat. Sic* Haec ratio ſpoliat deos motu et actione diuina, *i. Deos nihil agere aſſeueat* Cic. de Nat. Deor. 1, 102. Ibid. 1, 46 Anquirit animus et foriam, et vitam, et actionem mentis atque agitationem in Deo. *Haec uaſi formalis ſignificatio.* ❡ 2 *Ipſum illud quod agitur* ueris non omnem ludendi licentiam damus, ſed eam, quae ab honeſtis actionibus non ſit aliena Cic. Off. 1 c. 29. Celſ. 1. praef. Naurales corporis actiones appellant, per quas ſpiritum trahimus et emitmus, cibum potionemque et aſſumimus et concoquimus: itemque er quas eadem haec in omnes membrorum partes digeruntur. Conntaneae appetitionibus actiones Cic. de Nat. Deor. 2, 58. Dare cuis et actiones honeſtas alicui Cic. Fam. 9, 8. *Ad motum corporis rertur* Cic. Off. 1, 17 c. 5 Ordo et conſtantia, et moderatio, et ea, iae ſunt his ſimilia, verſantur in eo genere, ad quod adhibenda eſt tio quaedam, non ſolum mentis agitatio. ❡ 3 *Speciatim, verbum* Agere, *ita* Actio *ad orationem refertur. Sic* Gratiarum actio atulatioque Cic. de Clar. Or. c. 3. *Vid.* GRATIAE. *Sic* Cauſae tio Cic. pro Deiot. 17. Id. Att. 9, 11 Diſperſione enim Conſulum tio de pace ſublata. Id. Fam. 3, 10 Qua denique facilitate, qua imanitate tulit contentionem meam pro Milone aduerſante interdum tionibus ſuis? Mandare ſcriptis actiones ſuas Cic. Off. 2, 3. *i. ſcrire orationes habitas.* Id. Att. 14, 23 Dolabellae et prima illa actio et ntra Antonium concio. *Et* Fam. 10, 28 Hic dies, meaque conten- atque actio. *De Patribus conſcriptis* Pſeudo - Cic. in Salluſt. 12 uos ego habui omnium mearum actionum monitores. *Huc pertinent* tiones, *i. rogationes ad populum, Conſulum, Tribunorumque, v. g.* Liu. 43. *it.* 48 *et* 55. *Sed* actio in Verrem *non ſimpliciter orationem, vem* Accuſationem, *vt* Agere, *et* Actor *ſignificat: vt* Vell. 2, 64, 3 ntinuis actionibus alicui notas inurere. *Vid.* n. 5. ❡ 4 *epe etiam ponitur* Actio, *de oratoris pronuntiatione* [ὑπόκρισις] Cic. rat. 55 c. 17 Eſt enim actio quaſi corporis quaedam eloquentia, quum nſtet e voce atque motu. — Nam et infantes (verborum copia ſtituti) actionis dignitate eloquentiae ſaepe fructum tulerunt, et iſerti deformitate agendi multi infantes putati ſunt: vt iam non ſine uſa Demoſthenes tribuerit et primas, et ſecundas, et tertias, actio- *etc. Nam pluribus tractat hunc locum; vt et* de Orat. 3, 219 Eſt im actio quaſi ſermo corporis *etc. Add.* Quinct. 11, 3 *qui et ipſe los claſſicus eſt, Pronunciatio* a plerisque *Actio* dicitur, ſed prius noen a voce, ſequens a geſtu videtur accipere. Idem tamen duas eius rtes facit, quae ſunt eaedem pronuntiationis, vocem atque motum. uapropter vtraque appellatione indifferenter vti licet *etc. Ad illas ias partes etiam reſpicit* Cic. de Clar. Orat. 239 Actio Cn. Pompeii abebat et in voce magnum ſplendorem, et in motu ſummam dignitam. *Ponamus iam quaedam huius* Actionis epitheta. Agitatior paullo uinct. 11, 3, 184. Ardentior actio Cic. in Bruto. Aſpera Quinct. 4, 27. Breuis, conciſa, perpetua Quinct. 6, 4, 2. Clamoſa Id. 5, 13, 2. acilis et fauorabilis Id. 5, 10, 113. Inotioſa Id. 11, 3, 183. *Sed locus eſt ibius, vid.* Geſn. Liberalis Cic. in Bruto. Laeta, Magnifica, Sublilis Quinct. 11, 3, 153. Mollis Id. 11, 3, 128. Solebat et proſperis orarum actionibus reſcribere Suet. Calig. c. 53. Varia, vehemens, plea animi, plena ſpiritus, plena doloris, plena veritatis Cic. de Orat. 73. Claudicat actio, *vid. h. v.* in CLAVDVS. Cic. de Orat. 3, 1 Actio inquam in dicendo vna Dominatur: ſine hac ſummus orar eſſe in numero nullo poteſt, mediocris hac inſtructus, ſummos iperare. *Cognata huic oratorum actioni eſt, et adiutrix ſaepe fuit* Actio iſtrionum Cic. Orat. 86 c. 25 Accedit actio non Tragica, nec ſcenae, d modica iactatione corporis: vultu tamen multa conficiens, non c, quo dicuntur os ducere; ſed illo, quo ſignificant ingenue, quo nſu quidque pronuncient. ❡ 5 Actio apud Iurisconſultos citur Ius perſequendi in iudicio quod ſibi debetur. *Haec* Iuſtinias 4, 6, 1. Vlpianus autem in lege vigeſima quinta, D. de actionius et obligationibus, duo actionum genera eſſe ſcribit: in rem, quae icitur Vindicatio: et in perſonam, quae Condictio appellatur. In em actio eſt, per quam rem noſtram, quae ab alio poſſidetur, petiius. In perſonam actio eſt, qua cum eo agimus, qui obligatus eſt nois ad faciendum aliquid, dandumue. *Erat autem nihil aliud, quam ormula, quaſi quis dicat rerum priuatim agendarum modus et forma, iuisconſultorum et pragmaticorum ingeniis excogitata. Itaque vulgo* Legis tiones *vocabantur, quoniam earum rerum, de quibus Lex XII tab. ſcri- erat, agendarum formam ritumque praeſcribebant. Haec ex Hotomanni xico deſcripta, quemadmodum et ea fere omnia, quae de actionum genebus ſequuntur, hic, qualia ſunt, legi maluimus, quam deſiderari a quiusdam, aut ipſi, quod non promiſimus, verba iuris interpretari. Hoc men vt alia paſſim annotaſſe iuuerit* Legis actiones *latius etiam patere, omnes exercendi iuris ritus, verborumque conceptiones et formulas comprehendant, quibus neglectis ſuſceptum quoduis ciuile negotium irritum haberetur. Vid. Schulting. Iurispr. Ante-Iuſt. Qui etiam docet, quantum conueniant cum* Actibus legitimis. *Vid. Heinecc. Antiquitt. Iur. prooem.* §. 7. *Iam perſequamur recenſum Actionum Hotomannianum, ac tum formulas Claſſicorum ſubiiciamus.* Actio aedium incenſarum *eſt in duplum ex XII tabul. vt ex* Iulii Paulli ſentent. tit. 3. *apparet.* Incendiarii, qui conſulto ignem inferunt, ſummo ſupplicio afficiuntur. Quod ſi per incuriam eorum ignis euaſerit, dupli compendio damnum eiusmodi ſarciri placuit. *Haec ille. Caeterum iſta eſt* actio, *quae* incenſarum aedium *dicitur* in l. Iurisgentium. D. de pact. de qua etiam in l. Qui aedes. l. pen. D. de incend. ruin. et naufr. Pro accuſatione. Pap. in l. 1 de crimin. ſtell. Actio ſtellionatus neque publicis iudiciis, neque priuatis actionibus continetur. Bonae fidei actiones, *conciſa loquutione dicuntur, in quarum formulis Praetor adiiciebat,* Ex bona fide, *de qua* Cic. in Topic. 66 Stricti, *autem* iudicii *ſunt, in quibus praefracte iudicium a Praetore definitur, et quaſi ad viuum reſecatur, vt Iudici a verbis formulae, ne tantillum quidem recedere liceat. Huc laudatur* Cic. pro Roſc. Com. 24 Sunt iura, ſunt formulae de omnibus rebus conſtitutae, ne quis aut in genere iniuriae, aut ratione actionis errare poſſit. Expreſſae ſunt enim ex vniuscuiusque damno, dolore, incommodo, calamitate, iniuria, publicae a praetore formulae, ad quas priuata lis accommodatur. *Conſ.* Iuſtin. Inſtit. de Actionibus §. 30. Actiones arbitrariae, id eſt ex arbitrio iudicis pendentes, in quibus, niſi arbitrio iudicis is, cum quo agitur, actori ſatisfaciat, veluti rem reſtituat, vel exhibeat, vel ſoluat, vel ex noxali cauſa ſeruum dedat; condemnari debeat. *vid.* Inſt. §. 31 de actionibus. Commodati, eſt perſonalis actio, per quam id, quod gratis alicui vtendum dedimus, reddi nobis poſtulamus Imper. §. 2 Quib. mod. re contr. obligat. Communi diuidundo *dicitur,* quae datur his, qui res quas vel voluntate, vel fortuna inter ſe communes habent, per arbitrum diuidi, et ſi quid alter alteri debeat, praeſtari poſtulant Paul. l. 1 D. comm. diuidund. Conducti, *ſiue* ex conducto, *eſt actio in perſonam, per quam is, qui vel rem vtendam, vel opus faciendum conduxit, ſiue recepit, vt vel re ſarta tecta vtatur, vel operis perfecti mercedem conſequatur, poſtulat.* Confeſſoria eſt, per quam rem noſtram, ab alterius poſſeſſione, in dominium noſtrum vindicamus Imp. §. 2 de act. Conſtitutoria eſt, qua cum eo agitur, qui vel pro ſe, vel pro alio ſoluturum ſe, ſine vlla ſtipulatione conſtituerit Imp. §. 8 et §. 9 de action. et tot. tit. de conſt. pec. in D. De albo corrupto eſt, qua quiuis de populo agere aduerſus eum, qui Praetoris edictum corrupit, poteſt, vt quinquaginta aureorum poena multetur Vlpian. l. 7. D. de Iurisd. omn. iud. De arboribus ſucciſis *ex 12 tab. eſt actio in perſonam, per quam qui alienas arbores ceciderit, aeris viginti quinque damnatur. Hanc enim poenam conſtitutam fuiſſe* Plin. 17, 1 *teſtatur.* Paul. l. 28 §. 6 D. de iureiur. De effuſo, deiecto, ſuſpenſo, eſt actio in perſonam, quae aduerſus eos intenditur, qui eum in locum, qua vulgo iter fit, aliquid effuderint, deiecerint, ſuſpenderint, cuius caſus alicui nocuerit, nocereue ſuſpenſum potuerit l. 1 et 5. D. de his qui deiecer. De in ius vocato vi exemto, eſt qua cum eo agitur, qui in ius vocatum exemerit, doloue eximendum curauerit, vt quanti ea res ab actore aeſtimabitur, damnetur l. 1 et 5. D. Ne quis eum, qui in ius voc. eſt, vi exim. De in rem verſo, eſt actio in perſonam, per quam pater dominusue, cuius filius ſeruſue cum aliquo, ſine ipſius voluntate, contraxit, ſi quid in rem ipſius verſum erit, totum praeſtare cogitur: aut ſi quid non ſit verſum, quatenus peculium patietur Imper. §. 4 Inſtit. Quod cum eo qui in alien. De iureiurando eſt, per quam is, qui aduerſarii poſtulatu deberi ſibi pecuniam iurauit, ita eum damnari poſtulat, ſi planum faciat, ſe illius poſtulatu iuraſſe Imp. §. 12 Inſt. de act. De paſtu pecoris ex l. 12 tab. eſt, cum in meo fundo pecus tuum depaſtum eſt l. Qui ſeruandarum. §. vlt. D. de praeſc. verb. De patre, patronoue in ius vocato, eſt per quam filius emancipatus, aut libertus, qui patrem patronumue ſine Praetoris venia in ius vocauit, poena quinquaginta aureorum damnatur. l. pen. D. de in ius voc. De peculio eſt per quam is, qui cum filiofam. ſeruoue contraxit, contra patrem dominumue ita agit, vt quoad peculium ferre poſſit, ſoluere damnetur Imp. §. 10 inſt. de act. et tot. tit. D. de pecul. Depoſiti directa, *eſt perſonalis actio, per quam id, quod apud aliquem depoſuimus, reddi nobis poſtulamus* §. 3 Inſt. Quib. mod. re contrah. oblig. Contraria *vero eſt,* per quam qui depoſitum recepit, quod in eo tuendo aſſeruandoque impendit, poſtulat; D. in tit. Depoſ. vel contra. De tigno iuncto eſt, qua vtitur dominus aduerſus eum, qui ipſius tignum, aedibus vineisue ſuis adiunxit, per quam non ipſum tignum, ſed duplum conſequitur Vlp. l. 1 D. de tig. iuncto. De aeſtimato ſiue aeſtimatoria, eſt actio in perſonam, per quam, qui rem aliquam vendendam accepit, vel rem ipſam incorruptam reddere debebit, vel ipſius aeſtimationem Vlp. in l. 1 D. de Aeſtimat. Emti, ſiue Ex emto, eſt actio in perſonam, per quam qui rem quampiam emit, venditorem, et quae lingua nuncupata ſunt, praeſtare, et ſi nominatim nihil conuenit, rem tradere, eamque vel emtoris facere, vel euictionis nomine obligari, cogit l. 2. D. de act. emt. Exemta dicitur, cum agi poſſe deſiit Vlp. l. 26 §. 4 D. Ex quibus cauſis maiores. Exercitoria, eſt actio in perſonam, per quam nauis exercitor, aut cauponae, aut ſtabuli, dolum, aut furtum, quod in naui, aut caupona, aut ſtabulo non per ipſum, ſed per aliquem eorum, quorum vtitur opera factum erit, praeſtare cogitur tot. tit. D. de Exercit. actio. Ex ſtipulatu eſt actio, quae ei competit, qui ſibi aliquid incerti dari fieriue ſtipulatus eſt, veluti Quicquid vini hoc anno ex vineis tuis colligetur Inſtit. de verb. oblig. in princ. Ex ſtipulatu doti exigendae, eſt actio in perſonam, per quam vxor dotem ſuam ſoluto matrimonio a marito condicit l. penult. C. de iure dot. l. vnic. C. de rei vxor. act. Familiae erciſcundae dicitur, quae datur coheredibus poſtulantibus, vt et hereditas diuidatur, et ſi quid alter alteri debeat, praeſtetur Vlp. in l. 22 §. 3. D. Fam. Erciſc. Finibus regundis eſt, quae confinibus conceditur, poſtulantibus, vt quod cuiusque proprium ſit, ab arbitro definiatur, et ſi quid ab alterutro commiſſum ſit, reſarciatur Paul. in l. 1. D. finium regund. Funeraria, eſt actio in perſonam, per quam is, qui pro officio ſuo, veluti delectus a teſtatore, vel haeres ſcriptus, vel ſuo ordine cognatus, funerandi defuncti cauſa ſumtus fecit, eos ab eo, ad quem ea res pertinet, recuperat l. 12 §. 2 de Relig. et ſumt. funer. Furti actione concepti tenetur is, apud quem furtum quaeſitum, et inuentum eſt Paul. lib. 2 ſent. tit. 11 §. 4 Inſt. de oblig. quae ex delict. Furti manifeſti eſt, qua quadrupli poena, ab eo, qui manifeſtus fur eſt, exigitur. Nec manifeſti autem, qua a non manifeſto dupli §. 17 Inſt. de oblig. quae ex delict. Furti non exhibiti aduerſus eum datur, qui furtiuam rem apud ſe quaeſitam, et inuentam non exhibuit §. 4 Inſt. de oblig.



quae

quae ex delict. Furti oblati competit ei, cui res furtiua oblata eſt, vt apud eum potius, quam eum, qui obtulit, conciperetur §. 4 Inſt. de oblig. quae ex delict. Furti prohibiti aduerſus eum eſt, qui furtum quaerere teſtibus praeſentibus volentem, prohibuerit §. 4 Inſt. de oblig. quae ex delict. Furti, ope, conſilioque facti, aduerſus eum datur, cuius ope conſilioque furtum factum eſt §. 9 Inſt. de oblig. quae ex delict. Hereditatis, eſt actio in rem, quae in illos, qui ius pro herede, vel pro poſſeſſore habent, vel rem hereditariam, licet minimam, poſſident, intenditur l. 9 D. de petit. hered. Hypothecaria, quae et quaſi Seruiana, et vtilis Seruiana, interdum Seruiana et pigneratitia vocatur, eſt actio in rem, per quam creditores, quibus res aliqua immobilis oppignerata eſt, rem illam, ſi forte in alterius poſſeſſionem inciderit, ſibi vindicant §. 7 Inſt. de action. Iniuriarum actio non ius poſſeſſionis aſſequitur, ſed dolorem imminutae libertatis iudicio poenaque mitigat. *Haec* Cic. pro Caecin. 35 c. 12. Inſtitoria, eſt actio in perſonam, per quam, qui inſtitoris opera vtitur. *i. e.* Eius, qui quaeſtuariae negotiationi profectus eſt, ex contractibus cum eo factis, tenetur l. 1 et tot. tit. D. de Inſtit. actio. Internecini, de qua in l. Qui vel internecini. C. de accuſat. Iſidor. Etymolog. 5, 26 Internecini (Interneciei *ed. Baſ. 1489 fol. et Goth.*) iudicium in eum dabatur, qui falſum teſtamentum fecerat, et ob id hominem occiderat. Accuſatorem eius bonorum poſſeſſio ſequebatur. Sex. etiam Pompeius Internecinum, *inquit*, teſtamentum eſt, propter quod dominus eius necatus eſt. Interneciuum *libri quidam.* Locati, ſiue Ex locato, eſt actio in perſonam, per quam, qui quempiam vel in praedio colendo, vel in opere faciendo locauit, ea, quae in contrahendo conuenerunt, illum ex aequo, et bono praeſtare cogit, l. 2 et 17. C. locat. Mandati directa, eſt actio in perſonam, per quam qui alicui mandatum dedit, quanti ſua intereſt, ob id quod alter vel non confecit, vel non tempeſtiue renunciauit, ab ipſo poſtulat l. 2 §. 11. et l. 27 §. 2 D. Mandat. Contraria autem eſt, per quam, qui alterius mandatum ſuſcepit, quod in eo conficiendo de ſuo impendit, ab altero poſtulat, tot. tit. D. Mandati, vel contra. Negatoria eſt, per quam actor negat aduerſario id licere, quod niſi ſibi ſeruitus deberetur; ei liceret Imp. §. 2 Inſt. de act. Negotiorum geſtorum, eſt actio in perſonam, qua qui alterius negotium ſine mandato, ac ſua ſponte geſſit, quicquid eo nomine illi vel abeſt, vel abfuturum eſt, a domino repetit, viciſſimque illi actus ſui rationem probare, et ſi quid, vel non vt oportuerit geſſerit, vel ex his negotiis retinet, praeſtare cogitur Caius l. 2 D. de Neg. geſt. Noxalis, eſt actio in perſonam, per quam is, cuius ſeruus noxam aliquam commiſit, aut litis aeſtimationem ſufferre, aut ipſum hominem noxae dedere cogitur Imp. tit. de noxa. actio. Inſt. Noxalis de pauperie, eſt actio in perſonam, per quam is, cuius quadrupes, quae cicurum numero ſit, alicui damnum dederit, aut litis aeſtimationem praeſtare, aut ipſam quadrupedem noxae dedere cogitur l. 1 D. Si quadrupes. Oneris auerſi, erat actio in perſonam, quae aduerſus nautam intendebatur, cuius in naue onus (id eſt, ſarcina aliqua) interuerſum, ac ſurreptum eſſet Alfen. l. 31 D. locat. Paulliana, eſt qua creditor, cui bonorum debitoris damnati poſſeſſio data eſt, ſi quid in ſuam fraudem alienatum eſſe contendat, aduerſus poſſeſſorem vtitur, vt ſi planum faciat, rem in ſuam fraudem alienatam eſſe, aduerſarius de poſſeſſione decedat Paul. l. 38 §. 3 D. de vſur. Pigneratitia (*vt ex verbi notatione intelligitur*) actio eſt ad pignus perſequendum inſtituta. *Vſurpatur aut proprie de ea*, quae debitori aduerſus creditorem, cui ſua pecunia ſoluta eſt, repetendi pignoris cauſa conceditur, *itaque ſumitur ſub* tit. de Pigner. act. lib. D. 13. *Improprie vero, pro* Hypothecaria *vſurpatur, vt apud* Modeſt. in l. Titius. 9 D. Quib. mod. pig. vel Hypoth. Poenariae actiones *dicuntur a* Fabio, *quae a Iuriſconſultis vulgo* Poenales, quibus poenam commiſſam perſequimur, vt Furti, rapinae, legis Aquiliae Fab. 4, 3, 9. *it.* 7, 4, 20. Populares actiones dicimus, quae ſuum ius populo tuentur, *inquit* Paullus in l. 1 D. de Popul. act. Pro ſocio, eſt actio in perſonam, per quam, qui non fortuna, ſed voluntate res communes habent, diremta communione, quod ex dolo, culpaue inter ſe debent, poſtulare poſſunt l. 31 et ſequent. D. pro Soc. Publiciana duplex eſt, et altera alteri ex aduerſo reſpondet. Prior eſt, qua recuperamus rem, iuſta ex cauſa aliquamdiu a nobis poſſeſſam et ante vſucapionem amiſſam, tanquam ſi ea a nobis vſucapta eſſet. Poſterior eſt, qua recuperamus rem ab alio abſente vſucaptam, tamquam ſi vſucapta non eſſet §. namque. et §. ſeq. Inſtit. de actionib. l. 1 et paſſim. D. de public. in rem act. Quod iuſſu (*inquit* Theophilus) eſt, qua de negotiis cum ſeruo geſtis agitur §. 1 Inſt. Quod cum eo, qui in alien. Quod metus cauſa, eſt in perſonam, per quam is, a quo per vim, vel metum res extorta eſt, quadruplum ab eo, qui rem extortam poſſidet, conſequitur §. 26 Inſt. de action. Rei vxoriae, erat olim actio in rem, per quam vxor dotem ſuam ſoluto matrimonio repetebat. Hodie vero in actionem ex ſtipulatu omnino transfuſa eſt l. vnic. C. de rei vxor. act. Reſciſſoria, eſt in rem actio, quam Praetor ei, cuius rem aduerſarius, dum ex iuſta cauſa abeſſet, vſucepit, reſciſſa pro imperio, et pro nihilo habita vſucapione, concedit §. 5 Inſt. de action. Reuocandae donationi dicitur, qua vtitur is, qui rem quampiam donauit, aduerſus eum, cui donauit, ſi eum ingratum probauerit l. vlt. C. de reuoc. Donat. Seruiana eſt, per quam dominus praedii, eius rei, quam ei colonus pro mercedibus oppignerauit, poſſeſſionem, ab eo, qui eam tenet, vindicat Pap. in l. 66 D. de Euict. Serui corrupti competit in eum, cuius hortatu, conſilioue ſeruus alienus fugerit, contumax factus erit, luxurioſe viuere coeperit, aut denique quolibet modo deterior factus erit Imperat. §. 21 Inſtit. de actionib. Sequeſtraria, eſt actio in perſonam, per quam is, qui rem aliquam litigioſam apud ſequeſtrum depoſuit, eam, impleta depoſitionis conditione, ab ipſo repetit l. 9 §. 2 D. de dol. Subſidiaria eſt ea, quae contra magiſtratum inſtituta eſt, qui aut omnino a tutoribus, vel curatoribus ſatisdari non curauit, aut non idonee paſſus eſt caueri l. 1 et 4 C. de Magiſt. conuen. Tributoria, eſt actio in perſonam, per quam is, cuius ſeruus in merce peculiari ſciente domino negotiatus contraxit, in tributum, id eſt, vt merces aequabiliter creditoribus diſtribuat, vocatur l. 1 et tot. tit. de Tribut. Tutelae, et rationibus diſtrahendis, eſt quae aduerſus tutorem in duplum datur, qui pupilli pecuniam intercepit, abſtulit, furatus eſt l. 1 tres tutores 55. D. de adminiſt. tutor. Vectigalis, eſt actio in rem, qua vtitur is, qui vectigalem fundum conduxit, aduerſus poſſeſſorem, et eos, a quibus eum fundum conduxit l. 1 D. Si ager vectig. Venditi, ſiue ex vendito, eſt actio in perſonam, per quam qui rem vendidit, pretium, eiuſque, poſt rei traditionem, quamuis precariam, vſuras, itemque ſumtus in rem factos, et quod inter contrahendum pactum ſit, poſtulat l. 13. §. 17. D. De actio. empt. Vi bonorum raptorum eſt, per quam, ab eo, qui rem eripuit, quadruplum intra annum exigitur, in quo ſimplum ineſt: poſt annum, ſimplum duntaxat Imp. Inſt. vi bon. rapt. in princ. Actionis *nomen ſaepe in iure deſideratur, Graeco dicendi modo, vt* titulo De tutelae, et ration. diſtrahendis, *Item* de aqua, et aquae pluuiae arcendae, *Item* Depoſiti, mandati, et ſimilia, *in quibus* Actione *addendum eſt. Vid. plura apud Ant. Auguſt. Emend.* 2, 1. *Iam perſequamur, vt dictum eſt, formulas de* Actione *illa iudiciali reliquas. Igitur* Cic. pro Muren. 9 Gloria militaris veſtris formulis atque actionibus anteponenda eſt. Actio eſt in actorem praeſentem his verbis, Quandoquidem te in iure conſpicio. Hac actione Appius ille caecus vti non poſſet, ſi tam vere homines verba conſectarentur *etc.* Cic. pro Caecin. 54 c. 19. Idem Verr. 1, 18 Nam ciuibus quum ſunt ereptae pecuniae, ciuili fere actione, et priuato iure repetuntur. Competit actio in eum Quinctil. 3, 6, 11. Cic. Att. 6, 1 Nec vero pauci ſunt auctores, Cn. Flauium Scribam faſtos protuliſſe, actionesque compoſuiſſe, *i. formulas.* Concipere, *vid. h. v.* Idem Philipp. 9, 11 Neque conſtituere litium actiones malebat, quam controuerſias tollere. *de Sulpitio loquitur.* Dictare, *vid.* in DICO. Cic. Verr. 2, 60 c. 25 Admonitu iſtius inſimulare coeperunt, Epicratem literas publicas corrupiſſe. — Aſſeuerat ſe eius rei inprimis actionem eſſe Daturum — *Et* 66 c. 27 Actionem eius rei Poſtulant. Edixit ſeſe iudicium iniuriarum non daturum, quicquid ab eo peteretur, iudicem de ſua cohorte daturum, ipſi autem nullius actionem rei ſeſe Daturum. Cic. de Inuent. 2, 57 c. 19 Praetoriis exceptionibus multae Excluduntur actiones. Excludere aliquid actionis iure Quinct. 7, 1, 9. *i. negare, ea de re ſecum agi poſſe.* Eximere actionem Vlp. in Tit. Ex quib. cauſ. maior. Cic. de Orat. 1, 186 Expoſitis a Cn. Flauio primum actionibus, nulli fuerunt, qui illa artificioſe digeſta generatim componerent, *i. illas ipſas formulas in artem et claſſes atque genera ſua redigerent.* Cic. pro Caecin. 34 c. 12 Si qui me exire domo mea coëgiſſent armis, haberem actionem: ſi qui introire prohibuiſſent, non haberem? Inferre actionem cum aliquo, *vid. h. v.* Cic. pro Muren. 22 Tu actionem Inſtituis, ille aciem inſtruit, *vid. h. v.* Cic. pro Milon. 37 c. 14 Diem mihi, credo, dixerat, multam irrogarat, actionem perduellionis Intenderat. Cic. pro Roſc. Com. 35 Qui de ſua parte decidit, reliquis Integram Relinquit actionem. Cic. pro Caecin. 140 Quare aut muta actionem, aut noli mihi inſtare vt iudicem. Poſtulare, *vid. paullo ante*, Dare actionem. Cic. de Fin. 5, 88 c. 29 Quae quum Zeno didiciſſet a noſtris, vt in actionibus praeſcribi ſolet, de re eadem (fecit) alio modo. Tranquillus Claud. 14 Nam et iis, qui apud priuatos iudices plus petendo formula exci diſſent, reſtituit actiones. Cic. Att. 14, 11 Ego non dimitto iſtam cu ram, ſed ſuſcipiam omnem iſtam actionem. ¶ 6 *An* Actionem *pro* Auctione *dixerint ICti veteres, viderint, qui illos libros accu ratius tractant. Certe* l. 2 ff. pro emtore §. 8 et 9. *quae pro ha notione laudantur, ſic Gothofr.* Tutor ex pupilli auctione, *Et* Procu ratorem quoque, qui ex auctione *etc. Sed in* Tit. Vlpian. 22, 2 *etiam Gothofr.* Pro herede gerit, qui rebus hereditariis tanquam do minus vtitur: velut qui actionem rerum hereditariarum facit. *It* l. 2 fin. π. de collatione vt tamen de his, quae mora deteriora futura ſunt, his qui in poteſtate ſunt, actio detur. *Et* l. 48 π. de vſurpat. et vſuc. Aliud ſi putem, me ex cauſa venditi teneri, et ideo tradam Hic enim, niſi actio praecedat, pro emtore vſucapio locum non ha bet. *Viderint, inquam, ICti.*

ACTIVNCVLA, ae. f. Dimin. Plin. Epiſt. 9, 15 Retracto act unculas quaſdam.

ACTIŌSVS, a, um. Obſoletum. Varr. de L. L. 6, 3 Vt a vna faciendo, Factioſae dictae ſunt: ſic ab vna agendo, Actioſae. I Actioſae annonam caram e vili concinnant viris. *Et* Actioſas demo ſtrari ſuſpicatrices. *Sed quidam libri* axioſae.

ACTOR, ōris. m. [πράκτωρ] *Qui agit.* Cic. pro Sext. 61 c. 2 Dux et auctor et actor illarum rerum fuit. Hunc in omni procura tione reipubl. auctorem actoremque habebant Nep. 25, 3, 2. Cic. d Orat. 3, 57 c. 15 Phoenix ſe — Achilli comitem eſſe datum dicit vt illum efficeret oratorem verborum actoremque rerum. Ouid. Her 1, 95 Pecoris actor, *i. paſtor.* ¶ 2 Actor *fabulae, hiſtrio* [ὑποκριτής] Cic. Q. Fratr. 1, 1 Tanquam Poëtae boni et actores in duſtrii ſolent: ſic tu in extrema parte et concluſione muneris ac ne gotii tui diligentiſſimus ſis. Cic. de Orat. 2, 34 c. 8 Qui actor i imitanda, quam orator in ſuſcipienda veritate iucundior? *Et* 1, 11 c. 26 Nullae lites — ſunt, quae cogant homines ſicut in foro no bonos oratores, item in theatro actores malos perpeti. *Et* 2, 19 c. 47 Neque actor eſſem alienae perſonae, ſed auctor meae. Id. pr Sext. 116 c. 54 Ipſe ille maximus ludius, non ſolum ſpectator, ſe actor et acroama. *Sic ſumuntur* Actoris partes Horat. de A. P. 1 ¶ 3 *Hinc* Actor, *quicunque agit, i. loquitur publice.* Cic. de Legib 3, 40 c. 18 Actor enim moderatur et fingit non modo mentem ac vo luntates, ſed paene vultus eorum, apud quos agit. *Sermo eſt de eo, qu* agit cum populo, vel in patribus. Infirmus actor Quinctil. 6, 1, 44 Mediocris actor cauſarum Hor. de Arte Poët. 369. Cic. in Brut. c. 8 Eodem anno etiam Moloni Rhodio Romae dedimus operam, et acto ſummo cauſarum et magiſtro. *Sic et* Quinctil. 4, 1, 6. *Qui etia ſubinde* actores *ſimpliciter appellat, v. g.* 2, 12, 11. 3, 1, 5. 5, 2, ¶ 4 *Sed ipſi etiam litigantes* Actores *ſunt. In primis, qui accuſat, ratione, qua apud Graecos ὁ διώκων dicitur, vt ὁ φεύγων* reus. Ga l. 13 ff. de iudiciis. In tribus iſtis iudiciis familiae erciſcundae, com muni diuidundo, et finium regundorum, quaeritur, quis actor intell gatur: quia par cauſa omnium videtur. Sed magis placuit, eum v deri actorem, qui ad iudicium prouocaſſet. *Et* Vlpian. l. 14 Sed cu ambo ad iudicium prouocant, ſorte res diſcerni ſolet. African. l. v ff. de Procuratoribus. Et ideo non poteſt videri (viri) boni arb tratu litem defendere is, qui actorem fruſtrando efficiat, ne ad exitu controuerſia deducatur. Plin. 9, 13, 18 Actorem *ſe vocat, qui cr accuſator.* ¶ 5 Actor *dicitur non modo* Syndicus, *i. qui v verſitatis vel collegii alicuius agit.* Caius l. 1. §. 1. D. quod cuiusqu vniuerſ. Quibus autem permiſſum eſt corpus habere collegii, ſociet tis, ſiue cuius alterius eorum nomine: proprium eſt ad exemplu Reipubl. habere res communes, arcam communem et actorem ſi ſyndicum: per quem tanquam in Republica quod communiter ag fieri oporteat, agatur, fiat. *Sed etiam ſeruus vel libertus, qui pecun et rationes patroni vel heri tractat. Optimum fere in familia ſu* actorem, *intelligas ex* Vlpian. l. 37. de Legatis I. Legato generali relicto, velut hominis, Gaius Caſſius ſcribit, id eſſe obſeruandum ne optimus vel peſſimus accipiatur: quae ſententia reſcripto imperat

r

is noſtri et Diui Seueri iuuatur, qui reſcripſerit, homine legato, Actorem non poſſe eligi. *Seruus ergo* Actor; *ſed optimus.* Paullus l. 5 §. 3. de doli mali exc. Actoris, qui exigendis pecuniis praepoſitus eſt, etiam poſterior dolus domino nocet Vlpian. l. 1 fin. de Seruo orr. Is quoque deteriorem facit — ſi Actori ſuaſit verbis ſiue preio, vt rationes dominicas interciderct, adulteraret, vel etiam vt ationem ſibi commiſſam turbaret. Plin. Pan. 36, 3. *de fiſco Traiani,* Dicitur Actori, atque etiam (*creſcit oratio*) Procuratori tuo, in ius veni. Id. Epiſt. 3, 19, 2 *de praediis vicinis*, poſſe ſub eodem procuatore, ac paene iisdem Actoribus habere. *Etiam* Actores publici *erant, qui Reipubl. hanc operam praeſtarent.* Tac. Ann. 2, 30, 5 Quia vetere SCto quaeſtio in caput domini prohibebatur, callidus et noui iuris repertor Tiberius mancipari ſingulos Actori publico iubet. Scilicet vt in Libonem ex ſeruis ſaluo SCto quaereretur. *Sic* Plin. Epiſt. 7, 18, 2 Mancipat agrum Actori publico, *vt iam eſſet ager Reipublicae: ab hoc* eundem vectigali impoſito recipit. *Pro* villico *videtur poſuiſſe* Col. 1, 7, 7 Ita fit, vt et actor, et familia peccent. *Conf.* 1, 8, 5. *vbi hunc eundem puto* Actorem, *qui paullo ante* villicus *dictus eſt. Poteſt tamen vnus* villicus *plures* actores *ſub ſe habuiſſe, quod colligo ex* Colum. 12, 3, 6 *vbi de* villica, Nihil enim nocebit, ſi ſibi atque Actoribus, et aliis in honore ſeruulis (*ita leg. pro* ſeruilis) veſtis domi confecta fuerit. *Etiam* Scaeuola l. 20. de Inſtructo et Inſtrum. leg. §. 3. *a* villico *diſtinguit* Actores: Praedia vt inſtructa ſunt, cum dotibus, et reliquis colonorum et villicorum, et mancipiis, et pecore omni legauit, et peculiis, et cum actore. *Poſſis ſuſpicari,* Actorem *hic paſtorem eſſe. Sic certe* Ouid. Her. 1, 95 Pecoriſque Melanthius Actor edendi.

ACTRIX, īcis. f. *Quae agit, actionem inſtituit.* Lege 41. Cod. de Liberali cauſa: Iubemus omnes epiſtolas actricis inanes ac vacuas eſſe.

ACTVARIVS, ii. m. [γραφεὺς] *Qui acta publica, actionesve cauſidicorum in iudicio velociter excipit: qui et* Notarius *dicitur.* Sueton. in Caeſ. 55 Orationes aliquas reliquit, inter quas temere quaedam feruntur, vt pro Q. Metello: quam non immerito Auguſtus exiſtimabat, magis ab actuariis exceptam, male ſubſequentibus verba dicentis, quam ab ipſo editam. Vox actuarii vice fungitur, *cum alienis verbis commodatur, alienas ſententias refert.* Sen. Epiſt. 33. *Conf.* l. 5 Cod. de Erogat. milit. ann. Eutrop. 9, 7. Aurel. Vict. de Caeſ. c. 33. *Heinſ. et Burm. ad* Petron. c. 53 p. 257. *It.* πρακτικὸς, Actuarius, efficax, agilis Gloſſ. Vet. ¶ 2 *Proprie* eſt

ACTVARIVS, a, um. Adiectiuum. *Sic* Actuarius limes eſt, qui primus actus eſt, et ab eo quintus quisque, quem ſi numeres cum primo, erit ſextus: quoniam quinque centurias ſex limites cludunt. Reliqui medeii limites linearii appellantur, in Italia ſubrunciui. Actuarii autem extra maximos, Decumanum et Cardinem latitudinem habent pedum XII. Per hos iter populo ſicut per viam publicam debetur. Hygin. de limit. conſtit. p. 151 ſeq. Goeſ. Actuaria nauis, *vel* Actuarium nauigium, quod velis ſimul agitur et remis. *Hanc definitionem* Iſidori 19, 1 *probat Scheffer. de mil. nau.* 2, 2 p. 83. *etiam ex* Gellio 10, 25 Actuariae, quas Graeci ἐποχώπας vocant, *quaſi tu dicas* celiremes. *Oſtendit idem Schefferus* p. 66. *duplicis generis, minores et maiores. Illae ſunt, quas* Actuariolas *vocat Cicero, de quibus mox: ad has etiam pertinere videtur* Non. 13 Actuariae nauiculae celeres; dictae quod cito agi poſſent: *quanquam exempla* Siſennae *et* Salluſtii *maiora potius retulerim.* Salluſtii *locus eſt* Ad hoc pauca piratica actuaria nauigia. Siſennae, Actuarias ad viginti, naues item compluris onerarias incendunt. Caeſar B. G. 5, 1 Cum *deſcripſiſſet naues* ad onera et ad multitudinem iumentorum transportandam *aptas ſubiicit,* has omnes actuarias imperat fieri. Liu. 25, 30 In hoc tumultu actuariae naues inſtructae. Id. 38, 38 *ſunt* Actuariae, quae triginta remis aguntur. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 27 Atque iis expedito loco actuaria nauigia reliquit. Actuariis minutis Patras accedere non ſatis decorum Cic. Att. 5, 9. *Sic* Hirt. de B. Alex. 44 Nauibus actuariis — magnitudine quamquam non ſatis iuſta ad praeliandum, roſtra impoſuit.

ACTVARIŎLVM, Dimin. ab Actuarium. Cic. Att. 16, 3 Haec ego conſcendens e Pompeiano tribus actuariolis decem ſcalmis. *Al.* Palmorum. Corbitane an Actuariolis Cic. Att. 16, 6. *Add.* ib. 10, 11 quid duro tempore anni Actuariolo fore cenſes?

ACTĬTO, āre. [ἐνεργεῖμαι] Gell. 9, 6 Ab eo quod eſt Ago et egi, verba ſunt, quae appellant Grammatici frequentatiua, Actito et Actitaui. *Et paullo poſt,* Actito producte in prima ſyllaba pronuntiantum: quoniam ex eo fit, quod eſt Ago, et actus. Cic. de Clar. Orat. 46 c. 70 Etiam M. Potidius municeps noſter multas priuatas cauſas actitauit. Quum inter praeſentes et conuenientes res actitata ſit l. 3 de Fide Inſtrum.

AGĬTO, āre. [δονέω, ἀνακινέω, ἐλαύνω] *Significat vehementer agere vel frequenter, concutere, commouere.* Virg. Georg. 1, 356 Continuo ventis ſurgentibus, aut freta ponti Incipiunt agitata tumeſcere. *Sic* Agitata ventis maria tepeſcunt Cic. de Nat. Deor. 2, 26 c. 10. Agitari atque turbari mare ventorum vi Id. pro Cluent. c. 49. Agitare verbis ſaeuis faſtidia alicuius Horat. Epod. 12, 13. Cic. de Nat. Deor. 3, 23 Naturae iſta ſunt, Balbe, naturae non artificioſae ambulantis (vt ait Zeno) ſed omnia cientis et agitantis motibus et mutationibus ſuis. Cic. de Nat. Deor. 1, 114 c. 41 Nec tamen video, quomodo non vereatur iſte deus beatus, ne intereat, quum ſine vlla intermiſſione pulſetur agiteturque atomorum incurſione ſempiterna. *Et* 69 c. 40 Indiuidua corpora — pellere ſe ipſa, et agitari inter ſe concurſu fortaſſe poſſent. Cic. pro Roſc. Amer. 67 c. 24 Nolite putare, quemadmodum in fabulis ſaepe numero videtis, eos, qui aliquid impie ſcelerateque commiſerint, agitari et perterreri furiarum taedis ardentibus. Sua quemque fraus et ſuus terror maxime vexat: ſuum quemque ſcelus agitat, amentiaque afficit: ſuae malae cogitationes, conſcientiaeque animi terrent. Cic. Diu. 2, 144 Aquila inſectatur et agitat alias aues. Id. de Legib. 1, 40 Vt eos agitent inſectenturque furiae. Virgil. Georg. 3, 415 Galbaneoque agitare graui nidore cheliydros. Id. Aen. 3, 609 — quae deinde agitet fortuna, fateri. Vbi Seruius, Agitet fortuna, fateri: Hortamur fateri, quae eum fortuna vexet. Sil. 16, 683 Tyrias agitare domos, *eſt vexare. Vid.* Bello, Furiis, Verbere *etc.* agitare. *Sic* Agitare *eſt ducere milites* Stat. Theb. 4, 128 Hos agitat, pulchraeque docet virtutis amorem Arduus Hippomedon. ¶ 2 *Sed etiam aliquas verbi* Ago *ſignificationes peruaſit. Sic notat* Litigare. Paul. in l. 73 D. de fideiuſſ. Poſtea victo dominus reuerſus iterum de ea re agitabat. Sall. Iugurth. 19, 5 per Numidiam Getulos accepimus, partim in tuguriis, alios Inculſis vagos agitare, *i. viuere, habitare. Add.* Iug. 18, 9 Libyes prous mare Africum agitabant. *Et* Iug. 74, 1 Agitabat varius incertusque. Tacit. Ann. 11, 21, 2 Dum in oppido Adrumetto vacuis per medium diei porticibus ſecretus agitat. Salluſt. Iugurth. 60, 4 Huc illuc, quaſi vitabundi aut iacientes tela agitare *intell.* ſe, mouere ſe. Valer. Argon. 2, 164 — totam inde per vrbem Perſonat, vt cunctas agitent expellere Lemno. *i. Conſultent, Conſilia ineant, id agant, quomodo expellant.* Cic. Verr. 3, . . . Quod ſi ille hoc vnum agitare coeperit. *Sic* Agitare *pro Tractare.* Non contenti febres et viſcera agitare, rerum quoque naturam ex parte aliqua ſcrutati ſunt Celſ. Praef. Nullo vero quicquam poſt eos, qui ſupra comprehenſi ſunt, agitante, niſi quod acceperat Ib. Illic agitauere, placeretne obſtrui Alpes Tacit. Hiſt. 3, 1, 2. Paullus l. 1 §. Veteres D. de acquir. poſſ. Agitatur, num haec regula longius producenda ſit, *i. diſputatur.* ¶ 3 *Sed commodiſſimum fuerit Alphabetico ordine ponere reliqua.* Virgil. Georg. 4, 154. *de apibus,* Magniſque agitant ſub legibus Aeuum. Alas, *i. mouere* Ouid. Tr. 3, 4, 21. Altius quaedam agitare conati Celſ. 1 praef. Liu. 29, 1 Nihil enim paruum, ſed Carthaginis iam excidia agitabat Animo. Cic. pro Fonteio c. 6 Vos et ſaepius eandem rem Animis agitare, et diutius vno quoque de teſte cogitare poteſtis. *Add.* Salluſt. Catil. 20, 5. Animo formidines Liu. 30. Plin. 2, 1 Furor eſt menſuram eius Animo quosdam agitaſſe. *De mundo loquitur.* Salluſt. ad Caeſarem, de Rep. Ord. 2 pr. Itaque mihi multa Cum Animo agitanti, conſilium fuit, famam modeſtiamque meam poſt tuam dignitatem habere. *Add.* Id. Catil. c. 27. In corde aliquid Plaut. Truc. 2, 5, 3. Liu. 7, 35 Nunc, quae Mente agitem, audite. Cic. de Nat. Deor. 1, . . . Habet enim nihil aliud quod agitet In Mente. Ter. Phorm. 4, 3, 9 Ego quoque id quidem Agitans Mecum ſedulo, inueni, opinor, remedium huic rei. Agitare rem aliquam ſecretis Imaginationibus Tacit. Ann. 15, 36. *Laudatur etiam* Liu. . . . His curis cogitationibusque animum agitauerat ab ineunte aetate, *i. exercuerat.* Aues agitare Cic. Diu. 2 c. 70. Sall. Iugurth. 109, 2 Se miſſum a Conſule veniſſe quaeſitum, pacem an Bellum agitaturus foret. Sil. 3, 700 Belloque agitare parabis Aſſaraci prolem. Atra Bilis agitat hominem Plaut. Capt. 3, 4, 64. Agitare Caput Columel. 6, 6, 3. *i. mouere.* Ceruos in retia Ouid. Met. 3, 356. Choros, *i. Choreas exercere* Virg. Georg. 4, 533. Sall. Ne quis in vrbe Coetus nocturnos agitarit. Liu. 4, 25 Ibi ſecreta Conſilia agitare: queri ſe a plebe adeo ſpretos. *Add.* Id. 28, 10, 5. Ter. Hec. 1, 2, 18 Agitarem inter vos libere conuiuium. *Vbi* Donatus, Agere, eſt aliquid vel neceſſarium facere: Agitare, voluptarium. Plaut. Aſin. 5, 1, 7 Hoc agitemus conuiuium vino et ſermone ſuaui. Currus Ouid. Tr. 2, 385. Cuſtodiam, *i. excubias agere* Plaut. Rud. 3, 6, 20. *De aliqua re.* De ſupremis agitare Tacit. Hiſt. 4, 59, 1. *i. mortem reputare ſecum.* Creditus etiam eſt de memoria clebranda Neronis agitauiſſe Id. Hiſt. 1, 78, 2. Plaut. Perſ. 5, 1, 17 Age accumbe, hunc Diem ſuauem meum natalem inter nos agitemus amoenum. Cic. Verr. 4, 154 c. 46 Cuius nomine apud Siculos Dies feſti agitantur. Dionyſia agitare Ter. Heaut. 4, 4, 11. Diſciplina literarum maiore ſtudio agitari coepit Celſ. 1 praef. Salluſt. Iugurth. 25, 6 Primo commotus, metu atque libidine Diuerſus agitabatur, *i. modo huc, modo* illuc *impellebatur in diuerſas ſententias.* Spumantemque agitabat equum Virgil. Aen. 11, 770. Plaut. Aſin. 3, 3, 118 Calcari quadrupedem agitabo aduerſus cliuum. Cic. Off. 3, 68 c. 17 Suntne igitur inſidiae, tendere plagas, etiamſi excitaturus non ſis, nec agitaturus? Ipſae enim ferae nullo inſequente ſaepe incidunt. Virgil. Aen. 2, 640 Vos agitate Fugam. Sil. 1, 146 Baeticolasque viros Furiis agitabat iniquis. Salluſt. Catil. 48, 1 Ciceronem ad caelum tollere, veluti ſeruitute erepta, Gaudium et Laetitiam agitabat. Greges lanigeros Virgil. Georg. 3, 287. Imperium orbis terrarum agitare Flor. 2, 2, 3. *i. animo ſibi deſtinare. Sed de ipſa adminiſtratione* Salluſt. Catil. 9, 5 Beneficiis (*potius*) quam metu Imperium agitabant. Inducias Sall. Iugurth. 29, 4. Sen. Epiſt. 109 Quia hoc tempus idoneum eſt laboribus, idoneum agitandis per ſtudia Ingeniis. Perſ. 6, 5 Mox iuuenes agitare Iocos, *i. Iuueniles ſiue iuuenum amores deſcribere. Add.* Ouid. Met. 3, 319. Plin. Epiſt. 8, 2, 2 Mihi autem egregium in primis videtur, vt foris, ita domi: vt in magnis, ita in paruis: vt in alienis, ita in ſuis agitare Iuſtitiam, *i. aſſidue exercere.* Salluſt. Catil. *extr.* Ita varie per omnem exercitum Laetitia, Moeror, Luctus, atque Gaudia agitabantur. Latrocinia Tac. Ann. 12, 39. Mentionem de re aliqua Liu. 7, . . . Moenia nouae vrbis agitare Flor. 1, 1, 5. *i. cogitare de illis.* Salluſt. Iugurth. 81, 4 Ne moras agitando, aliud quam bellum mallet, *i.* cunctando, differendo. Multa agitanti nihil procedit Sall. Catil. 27, 3. Noctem apud aquam Marius Syllam cum equitibus agitare iubet Id. Iugurth. 98, 4. *Et* 14, 10 Laeti pacem agitabamus, *i. agebamus, pacate viuebamus.* Piratas nauales Flor. 4, 8, 2. Plebem ſeditionibus Plin. 14, 4. *vid.* EXAGITO. Salluſt. Iug. 14, 2 Quae (praecepta patris mei) quum agitarem, *i. in illis ſeruandis me exercerem, certe in animo haberem.* Pro caſtris, *i. eſſe in caſtris* Id. Iugurth. 59, 1. Pro muro Ibid. 94, 14. Salluſt. in Iugurth. Cohortes cum omni equitatu praeſidium agitabant. Iuuen. 10, 33 Perpetuo riſu pulmonem agitare ſolebat. Democritus. Quadrigae agitantur Varr. L. L. 5, 5. Quaeſtionem, *vid. h. v.* Rationes agitare et exquirere Cic. Tuſc. 5, 64. Iuſtin. 1, 5 Et quoniam ſibi defunctus ſomnio videretur, agitato inter paſtores Regno, *de luſu et quaſi fabula.* Liu. 3, 34 Verſarent in animis ſecum vnamquamque Rem, agitarent deinde Sermonibus, atque in medium quid in quaque re plus minusue eſſet conferrent. Res in Senatu agitari coepta Sall. Iug. 27, 1. Rempublicam, pro Turbare Id. Catil. 38, 3. Sacra Catul. de Berecinth. et Aty 24. Spes inanes Ouid. Met. 7, 336. Triumphos Ouid. ad Liu. 35. Sil. 2, 529 Tiſiphonen, imos agitantem Verbere manes. Sen. Hippol. 965 Cur tibi tanta eſt cura perennes agitare Vias aetheris alti, *etc.* Vigilias Plaut. Trin. 4, 2, 27. *i. totam noctem vigilare.* Salluſt. Catil. 2, 1 Et iam tum vita hominum ſine cupiditate agitabatur, *pro* Agebatur.

AGITANDVM eſt corpus leui geſtatione Celſ. 3, 6.

AGITANS, Partic. [ἀνακινῶν] Cic. de Fin. 2, 45 Quod ſi rationem habeant a natura menti datam, et acrem et vigentem, celerrimeque multa agitantem, *etc.* Infidos agitans diſcordia fratres Virgil. Georg. 2, 496. Agitans in retia ceruos Ouid. Met. 3, 368. Eſt Deus in nobis agitante caleſcimus illo Id. Faſt. 6, 5.

AGITATVS, Partic. [ἐληλαμένος] Cic. de Somn. Scip. 21 c. 9 Sunt autem optimae curae de ſalute patriae: quibus agitatus et exercitatus animus, velocius in hanc ſedem et domum ſuam peruolabit. Saxis agitatus humor Horat. Od. 1, 12, 29. Zephyris agitata tempe Id. Od. 3, 1, 24. Cic. de Vniuerſ. 7. Nam quum conſtituiſſet Deus bonis omnibus explere mundum, mali nihil admiſcere, quoad natura patere-

patereṫur: quicquid erat quod in cernendi ſenſum caderet, id ſibi aſſumſit, non tranquillum et quietum, ſed immoderate agitatum et fluitans: idque ex inordinato in ordinem adduxit. Cic. pro Quint. 10 c. 2 Orat atque obſecrat, vt multis Iniuriis iactatam atque agitatam aequitatem, in hoc tandem loco conſiſtere et confirmari patiamini. Cic. de Orat. 3, 51 Verum enim oratori, quae ſunt in hominum vita, omnia quaeſita, audita, lecta, diſputata, tractata, agitata eſſe debent. Adoptio Theophanis agitata eſt Cic. pro Balb. 57. Res agitata in concionibus, iactata in iudiciis, commemorata in Senatu Cic. pro Cluent. 4. Sententia agitata Cic. pro Domo ſua, 9.

AGITATIOR, *Compar. vt* Agilior. Sen. Epiſt. 108 Agitatiorem mihi animum eſſe credebam. *Loquitur de eo tempore, quo abſtinebat a carnibus. Add.* Quinct. 11, 3, 178 Omnia agitatiora melius *agebat, de Stratocle actore. Exempla ipſe poſuit* Fabius, acres ſenes, callidos ſeruos, paraſitos, lenones.

AGITATVS, ûs. m. Macrob. 2, 14 Spontaneo ferri agitatu. Idem Saturn. 7, 8 Aër liquidior ſe factus agitatu flatus efficitur. *Conf.* 1, 20. *et* 2, 16. Varro de L. L. 5, 5 Actio ab agitatu facta.

AGITATIO, ōnis. f. [δόνησις] *Motus ſiue Commotio.* Cic. de Nat. Deor. 2, 26 Nec enim ille externus et aduenticius habendus eſt tepor: ſed ex intimis maris partibus agitatione excitatus. Id. de Nat. Deor. 2, 35 Agitatione et motibus linguae cibus detruditur depelliturque. *Add.* de Diuin. 2 c. 62. Cic. pro Muren. 35 Quod enim fretum, quem Euripum, tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuum? Plin. Epiſt. 1, 6, 2 Mirum eſt, vt animus agitatione motuque corporis excitetur. Columel. 2, 2, 6 De agitatione terrae nunc loquimur, non de ſitu, *i. de terra, quatenus aratro molienda et mouenda, non de pratis, in quibus ſolus ſitus ſpectatur.* Cic. Off. 1, 19 c. 6 Tum agitatio mentis, quae nunquam acquieſcit, poteſt nos in ſtudiis cogitationis, etiam ſine opera noſtra continere. Quinct. 1, 1 Sicut aues ad volatum, equi ad curſum, ad ſaeuitiam ferae gignuntur: ita nobis propria eſt mentis agitatio, atque ſolertia. Plin. 20, 5 ſ. 20. *de caepis* Et ſi ieiuni quotidie edant, firmitatem valetudinis cuſtodiri: ſtomacho vtiles eſſe ſpiritus agitatione. *An ructus intelligit?* Cic. de Seneſt. 23 c. 7 An non in omnibus his ſtudiorum agitatio vitae aequalis fuit? *Sic,* opus eſt ſapienti agitatione virtutum Sen. Epiſt. 109.

AGITĀTOR, ōris. m. [ἐλατὴρ] *Hoc nomen fere, relatum invenies ad equorum curruumue rectorem, ſiue aurigam.* Cic. Att. 13, 21 Vt bonus ſaepe agitator. Hic metaphorice. Id. Acad. 4, 94 c. 29 Ego enim vt agitator callidus, prius quam ad finem veniam, equos ſuſtinebo. *Add.* Sen. Epiſt. 30. Suet. Calig. c. 55. Virgil. Aen. 1, 476 — et equorum agitator Achillis Armiger Automedon. Id. Georg. 1, 273 Saepe oleo tardi coſtas agitator aſelli Vilibus aut onerat pomis. *i. Agaſo, ab Agendo. Add.* Quinctil. 8, 6, 9. Plin. Epiſt. 9, 6, 2.

AGITĀTRIX, īcis. f. *Gubernatrix.* Apul. de Dogm. Plat. 1 p. 6 Anima agitatrix aliorum, quae natura ſua immota ſunt atque pigra. Arnob. 4 p. 141 Siluarum agitatrix Diana.

AGITABĬLIS, e. Adi. [δονητὸς] *Quod facile huc atque illuc agitatur et impellitur.* Ouid. Met. 1, 75 Terra feras cepit, volucres agitabilis aër.

AGVMENTVM, i. n. *ab Ago, vt a Tego Tegumentum; Farciminis genus apud* Varr. de L. L. 4, 22 Agumentum, quod ex immolata hoſtia deſectum in iecore imponendo agendi cauſa. Sed apud Arnob. 7 p. 230. *eſt* Augmen.

AGŌGAE, [ἀγωγαὶ, ἢ ἀγωγοὶ] Foſſae *ſunt in* Hiſpaniae *metallis aurariis, ap.* Plin. 33, 4 ſ. 21. per quas profluat *aqua:* Agogas vocant (MSS. ap. Hard. agangas) eae ſternuntur gradatim vlice — Latera cluduntur tabulis, ac per praerupta ſuſpenduntur, canali ita profluente de terra in mare — Vlex ſiccatus vritur, et cinis eius lauatur — vt ſubſidat aurum. ¶ 2 Agoge, *q. d.* ductum *in modulando eſt,* quum per ordinem ſonus ſequitur Mart. Capell. 9 pag. 323.

AGOLVM, [λαγώβολον] Paſtorale baculum, quo pecudes aguntur Feſtus, *quaſi* Agulum, *vt* Cingulum *a* Cingo.

AGON, ōnis. m. [ἀγὼν] *Frequentiſſime hoc nomine appellabantur certamina ludicra, vt apud Graecos* Pythia, Olympia, Iſthmia; *apud Romanos,* Actiaca, Albana, Capitolina, Neroniana. Agonas iſtos, contentioſa ſolennia et ſuperſtitioſa certamina Graecarum et religionum et voluptatum, quanta gratia ſaeculum celebret, etiam Africae liquit Tertull. adu. Gnoſt. c. 6. *Vid.* Sueton. Domit. c. 4. *De* Muſicis agonibus Id. Neron. c. 22 ſqq. Plin. 4, 22, 1 Gymnicus Agon apud Viennenſes ex cuiusdam teſtamento celebrabatur. *Et in fin.* Placuit Agona tolli, qui mores Viennenſium infecerat. Id. 10, 79 Inſtituendos quinquennales Agonas, qui Traiani appellentur. *Conf.* Auſon. Epigr. 91. Agoni (*Hercules*) praeſedit Lamprid. Alex. Seu. c. 35. ¶ 2 Agon *in orationibus eſt contentio et pugna ſ. diſceptatio rerum controuerſarum, de quo* Cic. Att. 1, 13 Remoto illo ſtudio contentionis, quem ἀγῶνα appellatis. Plin. Ep. 6, 13, 6 Pugnam *et* certamen *vocat. Et* 2, 19, 5 Pugnacem ac contentioſam orationem. Quinct. 10, 1, 31 Actum rei pugnamque praeſentem *vocat.* Idem 11, 1, 48 Suaſoriae et iudiciales orationes ſunt in actu et contentione. *Gr.* ἐναγώνιοι. *Vid. Buchner. ad.* Plin. Epiſt. 5, 8 n. 134. ¶ 3 Nunc demum agon eſt Suet. Ner. c. 45. *eſt prouerbiale Graecorum dictum, quoties neceſſitas agendi ingruit. E Graecis illuſtrat Caſaubonus.* ¶ 4 Agones *eſſe* victimas, *probant viri docti Scaligerum ad Feſtum ſecuti e* Gl. Iſid. *vbi legitur,* Agonei victimae. *Emendant* agones. *Hariolatur etiam Meurſius,* Plaut. Poen. 2 v. 5 Sex immolaui agonas, *pro* agnos. *Fauet certe metri ratio: fauet vetus lectio* Sexagenos immolaui. *Vid.* Agonius, n. 3. ¶ 5 Agones dicebant montes: Hinc Romae mons Quirinalis Aegonis (Dac. Agonius, *vel* Agonus) et Collina porta Agonenſis.

AGONALIS, e. Ouid. Faſt. 1, 318 Ianus Agonali luce piandus erit. Agonales dies Varr. L. L. 5, 3. *Vid.* Agonius.

AGONALIA, Feſta quotannis celebrata in honorem Iani. Feſt. Ouid. Faſt. 1, 317. *Vid.* AGO n. 8. *in* Hoc age.

AGONENSIS, e. Adi. vt, Porta Agonenſis, *i. Collina, apud* Feſtum. *Vid.* AGON n. 5. Saliorum cognomen Agonenſium *apud* Varr. *vid.* AGONIVS n. 2.

AGONIVS, Adi. [ἀγώνιος] Feſtus *ex emend. Scaligeri,* Agonium putabant Deum dici praeſidentem rebus agendis. Agonalia eius feſtiuitatem. ¶ 2 *Apud eundem* Feſtum, Agonium dies appellabatur, quo rex hoſtiam immolabat. Hoſtiam enim antiqui Agoniam vocabant. *Ipſe* Varro de L. L. 5, 3 *de Liberalibus,* In libris Saliorum, quorum cognomen Agonenſium forſitan hic dies ideo appellatur potius Agonia. ¶ 3 Ouidius Faſt. 1, 331 Et pecus antiquus dicebat Agonia ſermo. *Vid.* Agones n. 4. Feſtus Agonias hoſtias putabant, ab Agendo dictas. *Firmat ex* Gloſſariis *Scaliger* Agonia (*ſic leg. non* Aglonia) ἱερεῖον. ¶ 4 Agonium *idem* Feſtus *ait* ludum (*A. Auguſtinus malit* ludicrum) ob hoc dictum, quia locus, in quo ludi initio facti ſunt, fuerit ſine angulo. Ἄγωνος, *rotundus, quod firmat ex Graecis Scaliger.*

AGONIA. Vulg. Luc. 22, 44 Et factus in agonia. *Ad verbum reddidit Graeca,* καὶ γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ. *Summam perturbationem notat, et conſilii inopiam.*

AGONĪZO, āre. [ἀγωνίζειν] *Certare.* Vulg. Sirac. 4, 27 Pro iuſtitia agonizare.

AGONISTA, ae. m. [ἀγωνιστής] *Concertator, peritus certandi. Hinc*

AGONISTICVS, a, um. [ἀγωνιστικὸς] *Ad agonas pertinens.* Tertull. de Coron. Mil. cap. 13 Numquid et agoniſticae cauſae diſputabuntur? *Et* Cyprian. Exhort. Mart. Agoniſtica corona.

AGONOTHĔTA, *ſiue* AGONOTHĒTES, ae, m. [Ἀγωνοθέτης] *Erant autem,* Agonothetae, *Agonum moderatores, praeſidesque et iudices. Horum lictores dicebantur* Maſtigophori, *i. Flagriferi, ad ſummouendam turbam, et cohibendas ſeditiones.* Spartian. in Hadrian. c. 13 Multa in Athenienſes contulit, et pro Agonotheta reſedit. *Hi ſunt, qui vocantur* Magiſtri certaminum Sueton. Ner. c. 12. Ad eundem agonothetam pertinet certaminis arbitrium, qui inuitat ad praemium Tertull. de fuga in perſecut. c. 1. *Add.* Id. adu. Gnoſt. c. 6.

AGONOTHESIA, ae. f. [ἀγωνοθεσία] *Munus Agonothetae* Theod. Cod. l. 12 tit. 1 Nec cogi ad agonotheſiam volumus inuitos.

AGONOTHĒTĬCVS, a, um. [ἀγωνοθετικὸς] *vt,* Fundi agonothetici iuris, *i. qui ſumtibus certaminum deſtinati erant.* l. 14. Cod. de fund. patrim. Agonotheticae poſſeſſiones l. 5. C. de diu. praediis Vrbanis.

AGORACRITVS Parius, Statuarius, Phidiae diſcipulus, ei aetate gratus. Itaque e ſuis operibus pleraque nomini eius donaſſe fertur. *Condiſcipulum habuit Alcamenem Athenienſem.* Certauere autem inter ſe ambo diſcipuli in Venere facienda: vicitque Alcamenes, non opere, ſed ciuitatis ſuffragiis, contra peregrinum ſuo fauentis. Quare Agoracritus ea lege ſignum ſuum vendidiſſe traditur, ne Athenis eſſet, et appellaſſe Nemeſin. Id poſitum eſt Rhamnunte pago Atticae: quod M. Varro omnibus ſignis praetulit. Eſt et in Matris magnae delubro in eadem ciuitate Agoracriti opus. *Haec* Plin. 36, 5 ſ. 4, 3.

AGORANŎMVS, i. m. [ἀγορανόμος] *Aedilis dicitur.* Plaut. Capt. 4, 2, 24 Mirumque adeo eſt, niſi hunc fecerunt ſibi Aetoli Agoranomum. *Add.* Id. Curc. 2, 3, 5.

## A G R

AGRĂGAS, AGRAGANTINVS, *vid.* ACRAGAS.

AGRAMMĀTVS, i. m. [ἀγράμματος] *Illiteratus.* Vitruu. 1, 1 Non debet nec poteſt eſſe Architectus Grammaticus, vti fuit Ariſtarchus, ſed non Agrammatus. Caſſiod. de Diu. Lect. 1, 28 Multi Agrammati ad rerum intellectum proueniunt. *Conf. Graece* Modeſt. ICt. l. 6 §. vlt. D. de Excuſat.

AGRARIVS, *vid.* AGER.

AGREDVLA *vel* AGRIDVLA, *vid.* ACREDVLA.

AGRESTIS, *vid. in* AGER.

AGRIA, ae. [ἀγρία] *i. fera, Adiectiuum Graecum, quod ſeruar[unt] interdum Latini. v. g.* Pallad. 1, 27, 2 Staphis agria etiam prode[st] *etc. Eadem quae* Col. 8, 5, 21 σταφυλὴ ἀγρία vocatur. Plin. 23, Aſtaphis agria ſ. ſtaphis, quam vuam taminiam, aliqui vocant falſ[o] Celſus 3, 21 Vua taminia, quam σταφίδα ἀγρίαν Graeci nominan[t] Aurel. Acut. 3, 30 Herbam pedicularem dicit. *Ita apud* Plinium [e] Agria Ampelos, andrachne, raphanos: agrium autem nardum [e] nitrium. *Et apud* Celſum 5, 28, 16 Scabies aſpera, quam Grae[ci] ἀγρίαν appellant.

AGRICOLA, *vid.* AGER.

AGRICOLA, *Cornelii Taciti ſocer: cuius vitam ipſe Tacitu[s] deſcripſit.*

AGRIFOLIVM, Bryoniam *vocat* Apul. de Herb. c. 66. *vid* ACRIFOLIVS.

AGRIGENTVM, *nomen vrbis, quam incolae Graeci vocabant* Acragas, *vbi vid.*

AGRIGENTĪNVS. [Ἀκραγάντινος] Cic. Verr. 2, 123 c. 5[0] Cum Agrigentinorum duo genera ſint, vnum veterum alterum colonorum, quos T. Manlius praetor — deduxit Agrigentum *etc.* Plin. 31, 7 Sal Agrigentinus ignium patiens, ex aqua exilit.

AGRIMENSORES. [ἀγρομέτροι] Caſſiod. Varr. 3, 52 fin. Agrimenſor (inquit) more vaſtiſſimi fluminis, aliis ſpatia tollit, aliis rur[sus] concedit. *Contra ea* Flumina cenſitorum vice funguntur, vt ex pr[i]vato in publicum addicant et ex publico in priuatum, Pompon. l. erg[o] 30 §. flumina. D. de acquirend. rer. domin. *Conf. Goeſ. Antiqu. Agrar.* c. 4. Cum Innocentio quodam agrimenſore Ammian. 19, 24. Agrimenſori finium lis orta committitur Caſſiod. Var. 3, 52.

AGRIMENSORIVS, a, um. *Sic,* Gloſſae agrimenſoriae, *qu[as] edidit Rigalt.*

AGRIMENSVRA, ae. Secundum artificium agrimenſurae In nocent. in Caſ. p. 223. Goeſ.

AGRIMONIA, *Herba, quam* Celſ. 5, 27, 10 *commendat ad morſ[us] venenatorum.* Graece ἀργεμώνη.

AGRION ſ. AGRIVM. Plin. 19, 5 *eſt armoracia ſ. raphanus marinu[s]*

AGRIOPHĂGI, Populi Aethiopum verſus Occidentem, panth[e]rarum et leonum carnibus maxime viuentes. Plin. 6, 30 fin.

AGRIOPHYLLON. [ἀγριόφυλλον] *Herba, quae alio nomine* Peuc[e]danum *appellatur.* Apul. de Herb. c. 66.

AGRIPETA, *vid.* AGER.

AGRIPPA, [Ἀγρίππας] *De hoc nomine* Gell. 16, 16 Quorum naſcendo, non caput ſed pedes primi extiterant, (qui partus diffic[il]limus aegerrimusque habetur,) Agrippae appellati vocabulo, ab aeg[ri]tudine et pedibus confecto. Eſſe autem pueros in vtero Varro d[icit] capite infimo nixos, ſurſum pedibus elatis: non vt hominis natu[ra] eſt, ſed vt arboris. Nam pedes cruraque arboris appellat ram[os] caput ſtirpem atque caudicem. Plin. 7, 8 In pedes procedere naſc[en]tem contra naturam eſt: quo argumento eos appellauere Agrippas, aegre partos. *Idem ſcribit* Feſtus, et *alludit* Quinctil. 1, 4, 25 No[bi]les Agrippae *in Romana hiſtoria praeſertim ille* Menenius, *qui fabula membris humani corporis populum reduxit in vrbem,* Liu. 2, 32. *Et*

Vip

pſanius Agrippa *Attici gener, amicus Auguſti, cuius felicitatem ex*ndit Plin. 7, 8. *Huius ſunt*

AGRIPPINAE *duae filiae, a quarum altera, Germanici vxore,* Colonia Vbiorum Agrippinae *nomen obtinuit. Vid.* Tac. A. 12, 27.

AGRIPPINENSIS, e. *Adi. vt* Colonia Agrippinenſis Tacit. Hiſt. 56, 4 *etc.* *Et* Agrippinenſes, *Incolae, olim* Vbii Tacit. de rm. 28, 8.

AGRIVS, a, um. [Ἄγριος, α, ον] Adi. *Ferus, agreſtis. Sic* grium Nitrum, [νίτρον ἄγριον] Plin. 31, 10 *de Nitri generibus,* Mis etiam fit in Thracia, iuxta Philippos, ſordidum terra, quod appellant Agrium. *Vid.* AGRIA, AGRION.

AGRIVS, [Ἄγριος] Partaeaonis (*Martis filii*) filius, *qui* vt vidit neum fratrem orbum liberis factum, egentem regno expulit, atque ſe regnum poſſedit. Hyginus fab. 175. *Hinc correctus locus* Ouidii biſt. 9, 153 Heu deuota domus, ſolio ſedet Agrios alto. *pro quo olim ut in omnibus editis* Acrior. *Pater fuit Therſitae Graecorum turpiſſimi,* uid. ex Ponto 3, 9, 9 Auctor opus laudat. Sic forſitan Agrius im Therſiten facie dixerit eſſe bona. Agrius Puer, *de quo* Stat. heb. 9, 266 *fictum eſt.*

AGROSTIS, [ἄγρωστις] *Herba, quam Gramen vſitatius dicunt Lai: reſtituenda videtur* Columel. 6, 31, 2 *vbi* agreſtis *legitur. Vid. poſt Pontederam Geſnerus.*

AGROSVS, a, um Agris abundans *vt ex Varrone vidimus, ſub* GER.

AGRYPNIA, ae. f. [ἀγρυπνία] *Peruigilium, inſomnia.* Mart. pell. lib. 2 p. 27 Ancilla Philologiae virginis, quae intra cubiculum s praebet excubias.

## A G V

AGVMENTVM, *vid. ſub* AGO.

AGVNCVLA, *vel* ACVNCVLA, ae. f. *videtur eſſe parua imago. e puppa: vt,* Aguncula puellaris Suet. Ner. 56 *Sed variat lectio. iri docti fere* imagunculam *emendant, aut* icunculam. *Ad* Acuculam *clinat Caſaubonus, quam ſuperſtitioſe cultam a Nerone non minus credile eſſe, quam* anulos, lamellas *et id genus nugas ab aliis. Videtur tam vox* puellaris *ad formam et ſpeciem pertinere. Quidquid nominis ſit, tauerim conuenire cum loco* Ciceronis *qui et ipſe dubius eſt,* Att. 6, 1 his (rebus Vedianis) inuentae ſunt quinque languncula matronam. *Quem vocem retinere maluit Graeuius, quam plangunculas Boſii et mbini recipere. Imaginem paruam muliebrem vtroque loco intelligi tiſſime, liquet.*

AGVRIVM, *vid.* AGYRINI.

## A G Y

AGYIEVS, [Ἀγυιεύς] *trium ſyllabarum vox, Apollinis epitheton, eter Graecos* Macrobius Saturn. 1, 9 Apollo apud Graecos et ἀγυιεὺς ncupatur, quaſi viis praepoſitus vrbanis. illi enim vias, quae intra moeria ſunt, ἀγυιὰς appellant. Hor. Carm. 4, 6, 28 Phoebe, qui ntho lauis amne crines, Dauniae defende decus camoenae Laeuis gyieu. Vbi Acron, Laeuis, imberbis. Agyiae vero Athenienſi gua Vici dicuntur: quo nomine ideo Apollo vocatus eſt, quia ex culi reſponſo in vicis publicis vrbis ſuae ſtatutis altaribus ei ſacrifi inſtituerant, vnde Agyieus dictus eſt.

AGYLLA, Vrbs *Tuſciae,* Virg. Aen. 8, 479

Haud procul hinc ſaxo colitur fundata vetuſto
Vrbis Agyllinae ſedes: vbi Lydia quondam
Gens bello praeclara, iugis inſedit Hetruſcis.

i Seruius, Agylla ciuitas eſt Tuſciae, a conditore appellata, cui ex citia Romana aliud eſt inditum nomen. Nam quum Romani eus per Tuſciam, interrogarent Agyllinos, quae diceretur ciuitas: illi, pote Graeci, quid audirent ignorantes, et optimum ducentes ſi prius s ſalutarent, dixerunt Χαῖρε. quam ſalutationem Romani nomen citatis eſſe putauerunt, et detracta aſpiratione, eam Caere nominauent, vt ſcribit Hyginus in lib. de Vrbibus Italicis. Plin. 3, 5 Caerenus amnis, et ipſum Caere, Agylla a Pelaſgis conditoribus dictum.

AGYLLINVS, [Ἀγυλλαῖος] Qui ex Agylla eſt, Virg. Aen. 7, 2 *it.* 12, 281.

AGYLLEVS *Herculeus, h. e. Herculis filius.* Stat. Theb. 10, 243 ſuper Herculeum ſibi iungit Agyllea vates. Agylleus, luctator eonaeus, ſtaturae praegrandis, nec minor Hercule, palaeſtra tamen Tydeo victus. Id. Theb. 6, 834 - - - leuat ardua contra Mema, Cleonaeae ſtirpis iactator Agylleus, etc.

AGYRIVM, *Vrbs Siciliae* Cic. Verr. 3 c. 27. *Vnde dicti*

AGYRINI, ſiue AGYRINENSES, [Ἀγυριναῖοι] Verr. 2 c. 65. ger, Agyrinenſis Cic. Verr. 3 c. 18.

AGYRTA, [Ἀγύρτης] *In vulgari vſu eſt pro Circulatore, praeſtigiatore.*

AGYRTES, [Ἀγύρτης] *Patrem interfeciſſe ſcribitur.* Ouid. Met. 148. - - - et caeſo genitore infamis Agyrtes. *Adde* Stat. Theb. 281.

## A H

A. H. *In notis ſignificat* Alius Homo. Altera Hora. Alter Heres. H. D. M. Amicus *vel* Amico Hoc Dedit (dedicauit) Monumenm. *Vrſat.*

AH, [ἆ, ἆ] *Interiectio, ſaepius dolentis eſt: interdum tamen ad ios affectus explicandos accommodatur. Itaque pro ſenſus et materiae nditione accipienda erit.* Fit autem ab Aha, teſte Priſciano l. 1 pr. 17 fin. per apocopen: interdum vero geminatur, vt, ah ah. *Eſt go* Ah, *dolentis* Virg. Ecl. 1, 15 - - - ah, ſilice in nuda connixa requit. Flentis, aut lamentantis, *inquit* Donatus, Ter. Adel. 3, 2, 11 h me miſeram. *Legitur et* Ah ah, *hoc loco. Indignantis ſibi ipſi, et ipſum arguentis* Ter. Andr. 3, 1, 12 Ah vix tandem ſenſi ſtolidus. *Dederii* Plaut. Aſin. 3, 3, 2 Ah, quanto amplius valerem, ſi hic manees. *Al. leg.* Aliquanto ampl. *Indignantis et ſtomachantis alteri, cum eprehenſione* Ter. Andr. 1, 5, 18 Nam quid ego dicam de patre? ah, ntamne rem tam negligenter agere? *Leniter arguentis, ſiue reprehenentis* Plaut. Bacch. 1, 1, 31 Ah, nimium ferus es. Ter. Andr. 5, 2, 7 Ah, ne ſaeui tantopere. *Obiurgantis* Ter. Andr. 2, 1, 8 Ah, quanto tius eſt, te id dare operam, qui iſtum amorem ex animo amoueas 10 *etc.* *Deprecantis* Ter. Andr. 3, 3, 11 Ah, ne me obſecra. *Reſpontis obtundenti* Ter. Eun. 1, 2, 3 Satne hoc mandatum eſt tibi? P. h, rogitare? quaſi difficile ſit. *Fiduciam ſignificantis* Ter. Eun. 5, 2, 50 Tamen ſi pater. C. quid? ah volet, certo ſcio. *Reclamantis aut contradicentis* Ter. Hec. 5, 1, 17 Meum receptas filium ad te Pamphilum. B. ah. L. ſine dicam. Cic. de Orat. 2, 185 Ah, Patres conſcripti, non ego mihi illum iniquum eiero, verum omnibus. Ah ah, *inclamantis* Plaut. Moſt. 3, 1, 50 Scio te bona eſſe voce: ne clama. D. hercle ego vero clamabo TR. ah ah, morem mihi gere. Ah ah, *ſuſpirantis.* Plaut. Mil. 4, 8, 48 Habe bonum animum. PA. ah ah, quum venit in mentem mores vt mihi mutandi ſient. *MSti Codd. nonnunquam hoc,* Ah, *per nudum,* A *expreſſum habent, Scalig. in* Catull. Epithal. Iul. et Manl. v. 46 *et Achill. Stat. in* Tibull. 1, 9 *et* 10. *Hinc forte*

AHA, [ἆ ἆ] *Interiectio indignantis alteri, et ipſum arguentis.* Plaut. Bacch. 4, 7, 11 Aha Bellerophontem' iam tuus me fecit filius. *Et abnuentis* Plaut. Bacch. 1, 1, 54 Manum da, et conſequere. B. aha minime.

AHALA, *non* Hala, *Seruiliorum cognomen teſte numo vetere, ap.* Spanhem. *Diſſ.* 10 To. 2 p. 53. *ſuffragantibus etiam faſtis Capitolinis, et antiquis Inſcriptionibus, editionibuſque accuratioribus. v. g.* Cic. pro Mil. c. 3 *et* Att. 2, 24. *itemque* Liu. 4, 13 *etc.*

AHARNA, Oppidum Hetruriae, cuius meminit Liu. 10, 25.

## A H E

AHĒNVM, i. n. [χαλκεῖον] *Subſtantiue ponitur cum ſit proprie* vas ahenum. Paul. in l. Quum de lanionis. D. de inſtruct. et inſtrum. legat. Nec multum refert inter cacabos et ahenum, quod ſupra focum pendet. Hic aqua ad potandum calefit: in illis pulmentarium coquitur — Vrcei quoque, quibus aqua in ahenum infunditur. Virg. Aen. 1, 217 Littore ahena locant alii. *Vbi* Seruius, Ahena, quibus vtebantur non ad elixandas carnes, ſed ad ſe lauandos. Heroicis enim temporibus carne non veſcebantur elixa. Ahenum *dicimus, per* h *interpoſitam inter* a *et* e: *non* Aënum; *vt ſonus ſit viuidior, vegetiorque, quod de hac et aliis feciſſe veteres, docet* Gell. 2, 3. *Ne tamen ſatis firmam putemus* Gellii *auctoritatem, obſtabunt forte* Lachrymae, Sepulchrum, Honera *et* Honuſtus, *quae etiam huc refert. Certe* Aënum *ſine adſpiratione etiam in optimis libris inuenias. vid. Drakenb. ad* Sil. 7, 642. *Et narrat ipſe* Gellius *l. c.* in libro mirandae vetuſtatis, qui ipſius Virgilii fuiſſe crederetur, ſcriptum *Aëna,* additamque ſupra *h* literam *etc.* *Conf.* Quinctil. 1, 5, 19. *Vid.* AHENOBARBVS. ¶ 2 Ahenum *ſaepenumero ponitur pro vaſe, in quo tingitur purpura. Vnde multa habet epitheta ex his locis, in quibus claruit vſus purpurae. Vt* Martial. 10, 16 Quidquid Agenoreo Tyros improba cogit aheno. *Agenor rex Phoeniciae. Add.* Sil. 7, 642. Amyclaeum, *Ab* Amiclys *vrbe Laconiae, in qua plurimus fuit vſus purpurae* Ouid. de Rem. Amor. 707. Aſſyrium, *i.* Tyrium, *tam late patebat nomen Aſſyriae* Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 96. Gaetulum Sil. Ital. 16, 17. *h. e. Purpura, quae apud Gaetulos tingebatur.* Sidonium Seneca Her. Oet. 663. Taenarium, *i. Laconicum, a Taenaro Laconiae promontorio* Val. Flacc. 5, 513. Tyrium Stat. Silu. 1, 2, 151. ¶ 3 *Iam alia Aheni epitheta dabimus:* Accenſum Sen. Med. 666. Iuuen. Sat. 15, 81 - - - nec Ardenti decoxit aheno, Aut verubus. *h. e. Nec elixauit, nec aſſauit.* Lignis calefactat ahenum Horat. Epiſt. 2, 2, 169. Calidum Ouid Met. 7, 279. Ahena tria componenda Vitr. 5, 10. Cauum Ouid. Met. 6, 645. Feruens Seneca Thyeſt. 1061. Paruum Ouid. Met. 8, 645. Spumans Sen. in Thyeſt. 60. Tepidum Virg. Georg. 1, 296. Seruius *legit* Trepidum. Vellera Tyrio medicantur aheno Ouid. Medicam. Fac. 9. Vndans Virg. Aen. 6, 463.

AHENEVS. Adi. [χάλκεος] *Poëticum pro* Aereus: *vt* Ouid. Met. 1, 125 Tertia poſt illas ſucceſſit ahenea proles. Hor. Epiſt. 1, 1, 60 - - - hic murus aheneus eſto. Nil conſcire ſibi: nulla palleſcere culpa. *Quod ex* Gellio 16, *extr.* Simulacra duo ahenea, *laudant,* Gron. Aenea. Iugum aheneum Hor. Carm. 3, 9, 11. Signa Hor. Epiſt. 2, 1, 248. Turris Hor. Carm. 3, 16, 1. *et* Ouid. Amor. 2, 19, 27.

AHĒNVS, ſ. AENVS. Adi. [χάλκεος] *Idem quod Aereus, i. Ex aere factus: ſed hoc proprie Poëticum eſt. De adſpiratione diximus in* Ahenum. Acus ahena Ouid. Faſt. 2, 577. Virg. Aen. 6, 228 Oſſaque lecta Cado texit Corynaeus aëno. Caſſis Stat. Theb. 6, 226. *Sed variat lectio.* Stat. Theb. 3, 280 - - - ſed ſcopulos, et ahena precando Flectere Corda paro. Propert. 4, 10, 33 Dumque aries murum Cornu pulſabat aheno. Crateres Virg. Aen. 9, 165. Fores Virg. Aen. 1, 453. Propert. 4, 2, 61 At tibi Mamuri formae caelator ahenae, Tellus artifices ne terat Oſca manus. Iugum Val. Flacc. 7, 595. Labrum Virg. Aen. 4, 22. Lux Id. Aen. 2, 470. *i. Splendor armorum.* Manus *h. e.* Fortis et dura, *vt vult* Acro Hor. Carm. 1, 25, 19. Maſſa, *pro Diſco aereo* Stat. Theb. 6, 648. Moles, *pro Clipeo laminis aereis graui* Stat. Theb. 4, 47. Porta Stat. Theb. 10, 257. Poſtes Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 73. Signa Lucret. 1, 318 Thoraces Virg. Aen. 7, 633. Trabes ahenae Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 243.

AHĒNIPES, ſiue AĒNIPES, ĕdis. *Duras vngulas habens.* vt, Ahenipides boues Ouid. Epiſt. 6, 32. Tauri, Epiſt. 12, 93. *Vid. Heinſium ad vtrumque locum. Nam vulgo leg.* Aeripes. *vbi vid. in* AES.

AHENOBARBVS *cognomen* Domitiorum, *de quo* Seut. Ner. 1 Ahenobarbi auctorem originis itemque cognominis habent L. Domitium, cui rure quondam reuertenti iuuenes gemini, auguſtiore forma ex occurſu imperaſſe traduntur, nunciaret Senatui ac populo victoriam, de qua incertum adhuc erat; atque in fidem maieſtatis adeo permulſiſſe malas, vt e nigro rutilum aerique adſimilem capillum redderent. Quod inſigne manſit in poſteris eius, ac magna pars rutila barba fuerunt. *Et* c. 2 In atauum Neronis Cn. Domitium dixit Licinius Craſſus orator, non eſſe mirandum, quod aeneam barbam haberet, cui eſſet os ferreum, cor plumbeum. *Quidam ſcribunt ſine aſpiratione* Aenobarbus, *et nonnulli* Aeneobarbus. *Sed in antiquis lapidibus et monumentis ſemper* Ahenobarbus. *Ita in numis gentis Domit. et lapidibus Capitol.*

AHENOTYMPANVM, i. *Vocant recentiores Ahenum, ſuper quod corium extenſum eſt, quo equites noſtri vtuntur.*

AHŌRVS, i. m. [ἄωρος] Praecoci morte praeuentus. Tertull. de Anima cap. 57.

## A I

*An ſit Diphthongus Latina* AI *diſceptatur. Negat* Priſcian. l. 1 p. 561 *et diaereſin potius eſſe dicit in* Aulai, Pictai, Aiax, Maia, *ſimilibus. Add.* Vel. Longus de Orthogr. p. 2222. *Sed magis tamen placet ratio Voſſii, qui* Ariſt. 2, 2 *in* Aimilio *certe pro* Aemilio, *et ſimilibus* AI *Diphthongum eſſe contendit.* A. I. *in notis ſignificat* A Iudice, *it.* Alter Iuſſit, Amicus Intimus. AI. anima. AIC. *vel* AIN. MT. Actione Mandati.

Mandati. AID. Aedilis. AIM. Aemilia, *tribus.* A. IM. Ante Ianuam.

## A I A

AIAX, *Telamonis filius ex Heſione filia Laomedontis, fortiſſimus Graecorum poſt Achillem. Sed Achille occiſo, quum illius arma peteret Aiax, et Vlyſſes eloquentia ſua illa a iudicibus accepiſſet: Aiax prae ira inſaniens pecora occidit, credens Vlyſſem cum ſociis occidere, deinde ſeipſum gladio transfixit. Implent haec primam partem libri* 13 Metamorphoſeon Ouidii. *Alter* Aiax *Oïlei filius, rex Locrenſium, velox pedibus, et peritus haſtae vibrandae. Hic capta Troia Caſſandram virginem et vatem in templo Palladis violauit: quam ob cauſam domum repetens, fulmine a Pallade exuſtus eſt in mari cum ſua naui, qua de re* Virgilius Aen. 1, 39 Pallasne exurere claſſem Argiuûm atque ipſos, potuit ſubmergere ponto Vnius ob noxam et furias Aiacis Oïlei — Illum — Turbine corripuit, ſcopuloque infixit acuto. *Add.* Ouid. in Ibin 342 *vbi* ferox raptor *vocatur.* Sen. in Agamemn. 532. ſqq. *Iam Epitheta ponemus vtriusque Aiacis, vt quae ad Oïlei filium pertinent diſtinguamus. Reliqua ad Telamonium pertinere, eo ipſo indicamus.* Aiax acerrimus Virg. Aen. 2, 414. Cic. Tuſc. 4, 52 c. 23 Semper Aiax fortis, fortiſſimus tamen in furore. Heros ab Achille ſecundus, *i. Virtute et fortitudine poſt Achillem primus* Hor. Serm. 2, 3, 193. Impatiens contumeliae Cic. Off. 1, 114. Impatiens irae Ouid. Met. 13, 194. Inuictus Ouid. Met. 13 pr. Moderatior Aiax *de Oïlei filio; nam Telamonius erat ferocior* Id. Met. 13, 356. Narycius heros, *Aiax Oïlei.* Naryx *enim, ſiue* Narycium, *vrbs Locridis: Aiax autem Locrenſium rex* Ouid. Met. 14, 468. Idem Met. 12, 622 *de Armis Aiacis Telamonii,* Non ea Tydides, non audet Oïleus Aiax Poſcere. Propert. 4, 1, 117 Victor Oïlide, rape nunc *etc.* Stolidum Aiacem Telamonium *vocat Vlyſſes apud* Ouid. Met. 13, 327. Telamone creatus Idem Met. 12 fin. *et* 13, 266. Telamonius ab Ioue tertius Ouid. Met. 13 pr. Iouis pronepos ibid. 142. Telamonius Heros Virg. Cul. 314. Telamoniades *Telamonis filius* Ouid. Met. 13, 231. Plin. 21, 11 ſ. 38 Hyacinthum comitatur fabula duplex, luctum praeferens eius, quem Apollo dilexerat: aut ex Aiacis cruore editi, ita diſcurrentibus venis, vt Graecarum literarum figura AI legatur inſcripta. Ouid. Met. 13, 394 Rubefactaque ſanguine tellus Purpureum viridi genuit de ceſpite florem, Qui prius Oebalio fuerat de ſanguine natus. Litera communis mediis pueroque viroque Inſcripta eſt foliis: haec nominis, illa querelae. Telamonii Aiacis ſepulcrum Aeantium a Rhodiis conditum Plin. 5, 30 ſ. 33. Aiax, *Auguſti Tragoedia, quam* non ſuccedente ſtylo aboleuit, quaerentibusque amicis quidnam Aiax ageret? reſpondit; Aiacem ſuum in ſpongiam incubuiſſe: *reſpiciens ad mortis genus, quo prior Aiax periit* Suet. Aug. cap. 85. ¶ 2 Aiax *Vnus e regis Antiochi elephantis.* Plin. 8, 5 Antiocho vadum fluminis experienti renuit Aiax, alioquin dux agminis ſemper.

AIGLEVCES, ab ἀεὶ, *ſemper, et* γλεῦκος muſtum. Plin. 14, 9 Medium inter dulcia vinumque eſt, quod Graeci Aigleucos vocant, hoc eſt, ſemper muſtum. Id euenit cura, quoniam feruere prohibetur: ſic appellant muſti in vina tranſitum. Ergo mergunt e lacu protinus in aqua cados, donec bruma transeat, et conſuetudo fiat algendi.

AĪNVS, i. m. [Ἀεῖνος] *Aeon Valentini apud* Tertull. adu. Valent. cap. 8.

AIO, [φημὶ] *Verbum anomalon et defectiuum, cuius proinde voces omnes obſeruari, operae pretium eſt. Significat autem vel dicere ſimpliciter, vel affirmare.* Ter. Eun. 2, 2, 21 Negat quis, nego: ait, Aio. Id. Andr. 4, 1, 41 Hem, quid ais? ſcelus. *Et* Eun. 3, 2, 20 Quid tu ais? Gnatho. Hor. Sat. 2, 7, 72 Non ſum moechus, Ais. *De* Ain' *ſeparatim ſtatim dicemus.* Hor. Serm. 1, 1, 5 O Fortunati mercatores! grauis annis Miles ait. *Sed et ab initio* Ter. Eun. 1, 2, 59 Ait, ſi fidem habeat, ſe iri praepoſitum tibi. *Hic* Donatus, Semper AIT dicimus, quum vel inuiſa nobis et audientibus, vel vana dicta narramus alicuius. Cic. Off. 3, 91 c. 23 Diogenes Ait, Antipater negat. *Et* Acad. 4, 97 c. 30 Contraria dico, cum alterum ait, alterum negat. Ter. Andr. 1, 2, 21 Omnes qui amant, grauiter ſibi dari vxorem ferunt. D. Ita aiunt. *Vbi* Donatus, *Aiunt*: haec credunt, et loquuntur vniuerſi. Et eſt trepida confeſſio, et quaſi inuiti reſponſio. Ter. Phorm. 2, 3, 72 Actum, aiunt, ne agas. *Vbi* Donatus, *Aiunt* dicimus, quum proverbium ſignificamus. *Sic* Andr. 4, 5, 10 Vt quimus, aiunt, quando vt volumus non licet. *Et* Phor. 5, 2, 3 Ita fugias, ne praeter caſam, quod aiunt. Cic. de Orat. 2, 233 c. 57 Et docebo ſus (vt aiunt) oratorem, *etc.* Idem pro Flacco 26 c. 12 Vos oro et obteſtor, Iudices, vt totam cauſam quam maxime intentis oculis (vt aiunt) contemplemini. *Add.* Id. Att. 9, 18. Cic. in Piſon. 69 Iſte claudus (quomodo aiunt) pilam retinere. Hor. Serm. 1, 9, 12 O te, Bolane, cerebri felicem Aiebam tacitus. Ib. 68 Certe neſcio quid ſecreti velle loqui te Aiebas mecum. Ib. 2, 8, 7 Vt Aiebat coenae pater. Cic. Diu. 2, 69 c. 32 Quid ergo? Aius iſte loquens, quando eum nemo norat, aiebat et loquebatur, et ex eo nomen inuenit? Aiebamus, Aiebatis *agnoſcit* Diomedes p. 371 *pr. Putſch.* Quinctil. 6, 3, 41 Siculi Aiebant in Delphino ſediſſe. Attius in Ione *ap. Voſſ. de Anal.* 3, 40 Quibusnam te aibant ortum locis? Praeterito perfecto deficit, *ſi credimus* Priſciano l. 8 p. 818 med. *Sed* Tertull. de fuga in perſec. . . . Atque ita omnes aierunt. Naevius *ap.* Diomed. l. 1 p. 371 pr. An eſt nata ſponſa praegnans, vel ai, vel nega. Plaud. Rud. 2, 4, 14 Vel tu mihi aias vel neges. Gell. 16, 2 Siue aias, ſiue neges; haerebis in captione. *Et* ibid. Aut aias, aut neges. Cic. de Fin. 2, 70 c. 22 Quaſi ego id curem, quod ille aiat aut neget. Aiamus *eſt* Priſciani l. 17. Apul. Flor. 2 p. 351 Sunt, qui aiant. Auguſt. de Trin. 9, 10 Sicut aiere et negare, eſſe et non eſſe. Cic. Top. 49 c. 11 Contraria aientibus negantia. ¶ 2 *Peculiariter cognoſci meretur vox* Ain', *pro* Aiſne; *ſicut* Viden', *pro* Videſne, *et ſimilia.* Ter. Andr. 5, 3, 4 Ain' tandem, ciuis Glycerium eſt? *Vbi* Donatus, Ain', percontatiuum verbum eſt. Idem Phorm. 2, 2, 26 Ain' tandem carcer? Ter. Hec. 3, 4. pr. Ain' tu tibi hoc incommodum eueniſſe iter? *Vbi* Donatus, Ain' tu, pro Aiſne tu. Et ſic iam aliquid dixiſſe magni in praecedenti oratione, ex reſpondentis ſermone demonſtratur. Cic. Att. 6, 1 Ain' tu? Scipio hic Metellus proauum ſuum neſcit Cenſorem non fuiſſe? *Oſtendi admirationem.* Plaut. Aſin. 4, 2, 3 Ain' tu, apud amicam munus adoleſcentuli fungare? *Verba ſunt Diaboli, Demaenetum abſentem, tanquam adeſſet, nec citra comminationem, alloquentis.* Cic. de Legib. 3, 14 Ain' tandem? etiam a Stoicis iſta tractata ſunt? *Cum admiratione excipit ſermonem praecedentem. Sic* Fam. 9, 21 *incipit* Ain' tandem *q. d. Quid dixiſti in tua epiſtola?* Ain' vero, *vid.* VERO.

AIENTIA, ae. f. Mart. Capell. lib. 4 p. 115 Opponitur Aientia negationi. *Add.* Idem p. 119.

AĪTHĂLES, n. [ἀειθαλὲς] *Herba, alias* Aizoon, *i.* Semperflorium. *Vid.* Apul. de Herb. cap. 123.

AIVGA, *vid.* ABIGA. et Voſſ. Etym. p. 15.

AIVS, [Ἀϊὸς] *Deus Romanis creditus, de quo haec* Cic. de Diuin. 2, 116 c. 32 At paullo poſt audita vox eſt, monentis, vt prouiderent, ne a Gallis Roma caperetur: ex eo, Aio Loquenti aram in noua via conſecratam. Quid ergo Aius iſte Loquens, quum eum nemo norat, et aiebat et loquebatur, et ex eo nomen inuenit: poſteaquam et ſedem, et aram, et nomen inuenit, obmutuit? *Reſpicit ad* de Diuin. 1, 101 c. 45. *Add. Plutarch. in lib. de Fortun. Roman.* Liu. 5, 50 Loquutium *appellat* Templum Aio Locutio fieri: *ſed* Aio Locuto, *legendum Sigonius ſuſpicatur ad Epit.* Liu. 5. Gell. 16, 17 *ex* Varrone, Nam ſicut Aius deus appellatus, araque ei ſtatuta eſt, quae eſt infima noua via, quod in eo loco diuinitus vox edita erat: ita Vaticanus *etc.*

## A I Z

AĪZOON, [Ἀείζωον] *Herba ſic dicta, quaſi* Semperuiuum. Plin. 25, 13 ſ. 102 Aizoi duo genera. Maius in fictilibus vaſculis ſeritur, quod alii Buphthalmum vocant, alii Zoophthalmon — Itali ſedum magnum — Aizoum vtrumque, quoniam viret ſemper, aliqui Semperuiuum *etc.* *Add.* Apul. de Herbis 123.

## A K

A. K. *In notis ſignificat* Ante Kalendas.

## A L

A. L. Animo Libens. Annis Quinquaginta. Auli Libertus, AL. AE. Alexandria Aegypti. A. L. AE. Arbitrium Liti Aeſtimandae, *vel* Exiſtimandae. A. LB. Animo Libens. Auli Libertus. A. L. F. Animo Libens Fecit, *vel* P. Poſuit, *vel* V. S. Votum ſoluit. AL. III. L Alpinae Tertiae Legionis. AL. III. VIN. Ala Tertia Vindelicorum ALL. Allectus. Allocutio. AL. P. EQ. Ala Prima Equitum *vel* Ala Primae Eques. *Vrſat.*

## A L A

ALA, ae. f. [πτέρυξ] *Qua aues volant. Sed multo patet latius. Vi detur enim diminutum eſſe ex* Axis *et dictum ab* agendo *et* agilitate. *Eſ enim* Ala axis *quidam et cardo motuum manus inſtrumenti principis noſtr. a qua re* Axilla *dicta eſt, deinde* fuga literae vaſtioris, *vt ait* Cic. Orat 153 c. 45 Ala: quam etiam literam e *maxillis* et *taxillis* et *vexillo e paxillo* conſuetudo elegans Latini ſermonis euellit. *Eſt vero* Ala *co ſuetiſſime auium.* Virg. Aen. 1, 397 Vt reduces illi ludunt ſtridentibu alis. *De cygnis.* Galli cantu plauſuque premunt alas Enn. ap. Ci Diuinat. 2 c. 26. ¶ 2 Ala, [μασχάλη] *Pars hominis concau ſubter bracchium, quae et* Axilla *dicitur.* Sine pennis volare haud facile eſt. Meae alae pennas non habent Plaut. Poen. 4, 2, 49. Pli 21, 20 Halitus oris commanducata abolet, alarumque vitia. *Nem* grauis hirſutis cubat hircus in alis Hor. Epod. 12, 5. Alarum Viri Plin. 35, 15 ſ. 52. Vitia Plin. 21, 20 ſ. 83. Ille et crura, hic ne ala quidem vellit Sen. Ep. 114. *Add.* Iuu. 11, 157. Sudor negligens ala rum Petron. c. 128. Horat. Epiſt. 1, 13, 12 Sub ala portare faſciculum librorum. ¶ 3 Ala *etiam in brutis.* Plin. 11, 40 ſ. 95 *de mam mis,* Elephas tantum ſub armis duas nec in pectore, ſed citra, *in ali* occultas. Plin. 9, 51 ſ. 74 *de coitu ranarum* Ranae ſuperueniunt prioribus pedibus alas feminae mare apprehendente, poſterioribus cl nes. ¶ 4 Ala [μασχάλη] *in herbis dicitur, Cauus inter caul et ramulos anfractus, vnde ſinuatim noua proles egreditur, facta ab hum nis alis translatione.* Plin. 25, 5 ſ. 18 *de Mercuriali herba,* Alarum c vis multis. Plin. 22, 18 Quibusdam in locis viſcum gignit album ſi alis foliorum. *Sic* Ramorum Plin. 16, 6 ſ. 8. ¶ 5 *Poet pro Velocitate.* Virg. Aen. 5, 319 - - - et ventis et fulminis oci alis. *Imitatus eſt* Val. Fl. 2, 97 *et* 6, 56. It. Claudian. de Rapt. 229. *Vid. mox* Luciferi, Noctis, Noti, Somni, *it.* Ambiguae, Aſſidua Pernices. ¶ 6 Alae, [Ἴλαι] *vocantur ab alarum ſimilitudi* Equitum ordines, vt Cincius *ait apud* Gell. 16, 4 Quod circum legi nes dextra ſiniſtraque, tanquam alae in auium corporibus, locabantu Quo in bello quum te Pompeius alae alteri praefeciſſet Cic. Off. 2 c. 1 Liu. 35, 5 Siniſtra ſociorum equitum ala. *mox etiam* dextram *nomina* Quum vni alae equitum praefuiſſet Nep. 18, 1, 6. *Hic ad totam acie refertur* Ala. *Sic* Liu. 40, 40 Egregie legiones, nec ſegnius duae ala pugnabant. *Hae fuere ſociorum, tum* equitum *tum* peditum. *Nam d ſtinguit* legionarios equites, *quos ſeorſim adhortatum ſcribit Flaccum: deinde,* Et alarii, *inquit,* equites poſtquam Romanorum equitum ta memorabile facinus videre *etc.* *Illam de* ala Sociorum equitum ped tumque *obſeruationem protulit, et ſuperiorum de ea re errores emendau R. H. Schelius ad Hygin. Grom.* p. 66. *quem merito ſequitur et laud Graeu. ad* Cic. Fam. 2, 17 p. 114. *Sed ſunt etiam* Alae *ſingularum Legi num trecenorum equitum. Quin* corpus *quodque equitum* Ala *dicitur.* Stat. Theb. 10, 46 Dirceae dux alae. *Add.* 468. Claudian. in Eutro 2, 175 Geticae dux improbus alae. *Vid. mox* Ala Frenigera. *it.* Socia Aequare alas, inſtigare. *Quin ipſe* Liu. 26, 38 Plusque aliquanto dam haec ala equitum amiſſa Annibali, quam Salapia fuit. *De quingent Numidis ſermo eſt. Sic* Virg. Aen. 4, 121 Dum trepidant alae, ſaltu que indagine cingunt. *Vid.* Seru. *et Lipſ. de Militia Rom.* 2. *Dial. et* 7. ¶ 7 Alae *dicuntur etiam* Columnarum ordines ad late aedis [πτερὰ] *apud* Vitruu. 6, 4. *Conſ. Salmaſ. in* Solin. p. 8 ¶ 8 *Iam formulas damus, et primo cum Subſtantiuis.* Conanem alaru Lucret. 6, 835. Remi alarum Ouid. Met. 5, 558 *de Sirenibus.* Rem gio alarum volare Virg. Aen. 1, 305 *de Mercurio.* Idem 6, 19 *de D dali alis.* Verbera alarum Virg. Aen. 12, 876. Val. Flacc. 2, 580 Pa ditur hinc totis in noctem Carbaſus alis, *i. Vela panduntur.* *Vid. m* Velorum. Cupidinis, *vid. mox* Bibulae. Famae, *vid.* Pernices. L 30, 34 *de Praelio* Ala deinde et vmbonibus pulſantes, in ſubmotos gr du illato, aliquantum ſpatii velut nullo reſiſtente inceſſerunt. *Ala detur hic ipſe humerus clypeo armatus, quo nituntur in hoſtem milit* Fati alas tardare *i.* Mortem Hor. Carm. 17, 25. Fulminis, *vid. ſepa tim* n. 5. Horae, *vid.* n. 9 Ambiguae. Luciferi roſeae Val. Fl. 6, 52 Mortis, *vid.* Atrae. Noctis Val. Fl. 1, 611. Noti fuſcae Id. 6, 494. Ra dae 1, 577. Sagittae alae, *i. Pennae* Virg. Aen. 9, 578 --- ergo alis alla ſagitta. Seruius. Somni, *vid.* Fuluae *it.* Molles *infra. it.* Paſſerat. ad Pr 1, 3, 45. Velorum Virg. Aen. 3, 520 - - - et velorum pandimus al. *vid. p. a.* Carbaſi. Ventoſior alis ſuis Cupido Ouid. Amor. 2, 9, 4 ¶ 9 *Epitheta* Alarum. Virg. in Ciri v. 487 Aëriis potius ſublime ſuſtulit alis. Ambiguis alis volat Hora Sen. in Hippol. 1142. Oedip Aſſiduis circumuolat alis Saeua dies animi, *i. Triſtitia, poenitent* Stat. Theb. 1, 49. Atrae alae mortis Hor. Serm. 2, 1, 58. Audaces Ou

Epi

Epiſt. 18, 49. *de Daedalo.* Bibulae Cupidinis Ouid. de Arte Am. 1, 233. Celeres alas commouere Virg. Aen. 5, 217. Deficientes *laudatur* Stat. Theb. 10, 460. Coruorum increpuit Denſis exercitus alis Virg. Georg. 1, 382. Stat. Silu. 5, 1, 99 Quisnam frenigerae ſignum dare dignior alae, *i. alam equitum ducere.* Id. Sil. 4, 7, 47 *de ead. re* Signa frenatae moderatus alae. Fuluae Somni legebantur Tibul. 2, 1, 89, *ſed recte fuſcas reſtituit Broeckhuſius. Add.* Humentes. Hor. Epod. 12, 5 - - - an grauis Hirſutis cubet hircus in alis, *vid.* n. 2. Humentes *Somni* Stat. Theb. 10, 142. Inſignes Virg. Georg. 4, 82. *de apibus.* Iucundae Soporis Prop. 1, 3, 45. *vid.* Fuluae, Molles. Laſſatae Ouid. Met. 1, 308. Loquaces Claud. Paneg. 2, 22, 408. Madidis cantat quae Soſtratus alis Iuuen. Sat. 10 178. *Credo notari hircoſum, cui ad omnem laborem alae madeant. Sed* Madidis Notus euolat alis Ouid. Met. 1, 264. *Quia pluuias adducit Notus.* Molles alae ſomni, *i. Suaues* Sil. Ital. 10, 344. *vid.* Iucundae. Porc. Latro Decl. in Catil. c. 5 Nec alae muliebres ab illo coetu religioſo ac nocturno (*Catilinae*) prorſus abfuiſſe indicatae ſunt. *Forte* Alas Muliebres *auxilia muliebria audaci translatione intelligi voluit declamator. Ita ſuſpicatur etiam Cortius.* Nigrantes Ouid. Met. 2, 535. *corui.* Nouae Id. 7, 401. Infernis tenebris Obſcurior alas Claudian. in Eutrop. 2, 230. *de Bellona.* Olorinae Ouid. Met. 10, 718. *quibus vehitur Venus.* Pares Id. 2, 708. *Mercurii.* Pendentes, *vid.* PENDEO. Pernices Virg. Aen. 4, 180. *de Fama.* Plantares alae Mercurii Stat. Theb. 1, 304. *quae talaria alias vocantur.* Plauſae Ouid. Met. 14, 577. Praepes Stat. Theb. 2, 39. Rapidae Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 254. *de Sirenibus.* Recentes Ouid. Met. 11, 737. Roſeae alae Pauonum Claud. in Eutrop. 1, 109. *ad ventilandum additae.* Rutilantes Claud. Paneg. 1, 29, 72. Rutilae fulminis Val. Fl. 6, 56. Sociae alae (*equitum turmae*) Id. 6, 218. Spatiantes Ouid. Met. 2, 364. *de aquila.* Tenerae Stat. Theb. 3, 541. *cygni iunioris.* Trepidae Stat. Theb. 9, 840. Veloces Ouid. Met. 4, 723. Ventoſae Virg. Aen. 12, 848. Ouid. de Arte Am. 1, 391 Non auis vtiliter viſcatis effugit alis. Volucris Valer. Flacc. 7, 186. ¶ 10 *Verba adiecta alis ſta notamus.* Accommodare alas humeris Ouid. de Arte Am. 2, 209. *de Daedalo.* Aequare alas geminis cornibus *de acie equeſtri* Val. Flacc. 6, 160. Agitat tutus Daedalus Ouid. Tr. 3, 4, 21. Aſſumere alas humeris Ouid. Met. 11, 789. Atterere alas in duris cotibus Virg. Georg. 4, 203. *de apibus.* Concitare Val. Flacc. 6, 264. Concutere Claud. in Ruff. 1, 123. Haeſit vterque polo, Dubiiſque Elanguit alis Val. Flacc. 4, 527 *de Zethe et Calai volatum ſuſtinentibus.* Eripere regibus apum Virg. Georg. 4, 107. Euerberabat alis os oculosque Galli coruus Quinctil. 2, 4, 18. Euerberare alis clipeum Virg. Aen. 12, 866. Excitare Sen. Oed. 165. Exuere alas, *i. Deponere* Virg. Aen. 1, 689. *de Cupidine.* Formare alas fulminis horrifici Valer. Flacc. 2, 97. Increpare alis amantibus *de matre pullos intra nidum continente. vid.* Alae Denſae. Stat. Theb. 10, 457. Virg. Aen. 11, 730 Fertur equo, variisque inſtigat vocibus alas, Nomine quemque vocans. *i. turmas equitum.* Inſiſtere alis Lucret. 6, 836. Imitari alas auium. *vid. h. v.* Impulit alas *filiorum ſuorum* genitor *Boreas* Val. Flacc. 4, 502. Mouere Sen. Hippol. 301. Ouid. Met. 8, 216. Niti alis, *vid. h. v.* Pandere alas ad ſolem aeſtiuum Virg. Georg. 4, 27. *de apibus.* Plaudere alis Virg. Aen. 5, 515. Ouid. Met. 8, 544 Longas per brachia porrigit alas, *i. brachia mutat in alas.* Portare alis ſublimem Virg. Aen. 4, 240. Premere alas plauſu Ennius *ap.* Cic. de Diuin. 2, 57 c. 26. Quatere alas Virg. Aen. 2, 226. *de Harpyiis.* Sciſſae alae velorum Claud. Paneg. 4. Virg. Aen. 7, 191 Picum Fecit auem Circe Sparſitque coloribus alas. Crepitantes alae Tibull. 2, 2, 17. *Sed Bruickh.* Trepidantes *de Cupidine.* Stridentes Ouid. Met. 4, 615 *de Pegaſo.* Stridunt alae Val. Fl. 498. Ouid. Met. 11, 337 - - - iam tum mihi currere viſus Plus omine eſt: alasque pedes ſumſiſſe putares. Sumtis alis effugere Ouid. Met. 5, 287. Superuolitare tecta alis Virg. Ecl. 6, 81. Tollere ſe alis Val. Flacc. 4, 69. *it.* Ouid. Met. 2, 708. Trepidantes alae Id. Met. 7, 2. Verberare alis aethera Virg. Aen. 11, 756. *de aquila.* Vertere alas ad iquem Sil. Ital. 15.

ALARIS, e. [ἰλαῖος] et ALARIVS, Adi. *Equitum et peditum in a pugnantium Epitheton, nempe in* ala ſociorum, *de qua* n. 6. Liu. 10, Cum cohortibus alaribus. *Add.* ib. c. 43. Idem 35, 5 Qui praeat alariis equitibus. *Et mox* Sed interequitantes alarii non patiebanr. *Deinde diſtinguit* legionarios equites, *et de* ſociorum ala *ſermo- m eſſe e principio capitis conſtat.* De 40, 40 *in* Ala n. 6. *diximus. A gionariis etiam diſtinguit* Caeſ. Bell. Gall. 1, 51 Omnes alarios in onſpectu hoſtium pro caſtris minoribus conſtituit, quod minus multudine militum legionariorum pro hoſtium numero valebat, vt ad eciem alariis vteretur. Idem Bell. Ciuil. 1, 73 Alarias cohortes *et gionarias diſtinguit.* It. 2, 18 pr. Legionibus completis II, cohortes rciter XXX alarias addidit. Cic. Fam. 2, 17 Quod autem meum erat oprium, vt alariis Tranſpadanis vti negarem, id etiam populo ſcre-iſiſſe ſcribit. *Vid.* Graeu.

ALATVS, Adi. [πτερυγωτὸς] Alas habens: Virg. Aen. 4, 259 *de ercurio, qui* talaria *habet,* Vt primum alatis tetigit magalia plantis. *Id.* Ouid. Faſt. 5, 666. Alati equi ſolis Ouid. Faſt. 3, 416.

ALĪFER, i. Adi. [πτερυγοφόρος] *Alatus* Ouid. Faſt. 4, 562 --- et *lifero tollitur axe Ceres. i. Curru a draconibus alatis vecto.*

ALĪGER, Adi. *Idem.* Plin. 12, 19 Aligeriſque ſerpentibus. *Et* 36, Aligerosque ludentes cum ea Cupidines. *Proprie tamen eſt Poëticum.* Virg. Aen. 1, 663 Ergo his aligerum dictis affatur amorem. Agmen gerum, *i. Aues* Virg. Aen. 12, 249. Aliger Arcas, *pro Mercurio* Stat. Silu. 3, 3, 80. Sen. in Hippol. 338 Ignes ſentit Genus aligerum *Ie. etiam aues ſentiunt flammas amoris.* Sil. 3, 169 Cyllenius — Alio lapſu portabat iuſſa parentis, *i. volans.* ¶ 2 Aligeri *Subſt.* *Cupidines* Sil. 7, 458 Dumque hic (ſ. haec) Aligeris inſtat Cytherea, *loquitur cum filiis ſuis, Amoribus.* ¶ 3 Aligero XII legionis *in* V. Inſcr. *Reineſ.* 8, 30 *pro* Aquiligero.

ALĪPES, ĕdis. [πτερυγόπους] *q. d. qui alas in pedibus vel pro pedis habet.* Sil. Ital. 7, 700 Alipedem planta currum premit, *i. celerem.* Virg. Aen. 12, 484. Alipedumque fugam curſu tentauit equorum. *Sic* Ouid. Met. 2, 48 *equos Solis vocat* Alipedes. Virg. Aen. 7, 277 Inſtratos oſtro alipedes, pictisque tapetis. *Sic* Alipedes turmae Sil. Ital. 15, 554. Cerui, *i. Veloces.* Lucret. 6, 765. Citus Stat. Theb. 198. Alipes deus, *Mercurius alatos pedes habens.* Ouid. Faſt. 5, 100. Met. 11, 312.

ALĪPILVS, i. [μασχαλοτίλτης] *Qui alarum pilos in balneis vellit.* Sen. Ep. 56 poſt pr. Alipilum cogita, tenuem et ſtridulam vocem, quo notabilior, ſubinde exprimentem, nec vnquam tacentem, niſi quum s vellit, et alium pro ſe clamare cogit. *In Gloſſis eſt* Alipila-tis, δρωπακιστὴς, *qui dropace, i. vnguento e pice aut volſellis pilos euellit.*

ALABANDA, *ſiue* ALABANDAE, *Vrbs Cariae, quae* Iuuen. Sat. 3, 70 *Inter perditas barbaricis deliciis ac luxu refert* Hic alta Sicyone, aſt hic Amydone relicta, Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus aut Alabandis.

ALABANDVS, [Ἀλάβανδος] *Deus Alabandarum.* Cic. de Nat. Deor. 3, 50 c. 19 Alabandenſes quidem ſanctius Alabandum colunt, a quo eſt vrbs illa condita, quam quemquam nobilium deorum: apud quos non inurbane Stratonicus, quum quidam ei moleſtus Alabandum deum eſſe confirmaret, Herculem negaret: Ergo, inquit, mihi Alabandus, tibi Hercules ſit iratus.

ALABANDENSIS, et ALABANDĒVS, Adi. Cic. Fam. 13, 56 *Graeca Declinatione,* Mylaſeis et Alabandeis [Ἀλαβανδεῖς *ab* Ἀλαβανδεὺς] pecuniam Cluuio debent. Alabandenſis Apollonius Cic. de Orat. 1, 75. Alabandenſem illum Meneclem, et eius fratrem Hieroclem. Cic. de Orat. 2, 95. Qualis in hiſtoria Timaeus, in dicendo autem pueris nobis Hierocles Alabandeus, magis etiam Menecles frater eius fuit Cic. in Bruto 325. Apaturius Alabandeus eſt Vitruu. 7, 5 p. 137.

ALABANDĬCVS, Alabandicos carbunculos *vocat* Plin. 37, 7 in Orthoſia caute naſcentes, ſed qui perficiantur polianturque, Alabandis. Alabandicus lapis terrae ſuae nomine, quanquam et Mileti naſcens, niger eſt, ad purpuram tamen magis aſpectu declinante. Idemque liquatur igni, ac funditur ad vſum vitri. Plin. 36, 8.

ALABARCHES, *vid.* ARAB.

ALABASTER, m. ſiue ALABASTRVS, f. et ALABASTRVM, n. [ἀλάβαστρος, ἀλάβαστρον] *Vas vnguentarium.* Cic. 2 Acad. *ap.* Non. 15, 17 Quibus etiam alabaſter plenus vnguenti putere videtur. Martial. 11, 9 Quod Coſmi redolent alabaſtra, focique deorum. Plin. 13, 2 Vnguenta optime ſeruantur in alabaſtris: odores in oleo. *Vid.* ALABASTRITES. Alabaſtri *figuram nonnihil exprimit* Plin. 9, 35 *de vnionibus,* Elenchos appellant faſtigiata longitudine, alabaſtrorum figura in pleniorem orbem deſinentes. *Melius etiam ea figura intelligitur ex eo, quod ſic etiam dicitur Calix roſae, antequam ſit expanſa.* Plin. 21, 4 Germinat omnis primo incluſa granoſo cortice: quo mox intumeſcente, et in virides alabaſtros faſtigiato, paullatim rubeſcens dehiſcit, ac ſeſe pandit, in calicis medio ſui ſtantes complexa luteos apices.

ALABASTRĪTES, ae. m. [ἀλαβαστρίτης] *Eſt genus marmoris, alio nomine* Onyx: *de quo ſic* Plin. 36, 7 Onychen etiam tunc in Arabiae montibus, nec vsquam alibi naſci putauere noſtri veteres. *Deinde* c. 8 *ita ſubiungit,* Hunc aliqui lapidem alabaſtriten vocant, quem cauant ad vaſa vnguentaria: quoniam optime ea incorrupta ſeruare dicitur. Alabaſtrites etiam Gemma eſt, naſcens in Alabaſtro Aegypti, et in Syriae Damaſco, candore interſtincto variis coloribus. Haec cremata cum foſſili ſale ac trita, grauitates oris et dentium extenuare dicitur. Haec Plin. 37, 10. *Add. Salmaſ. Ex. Plin.* p. 394 ſq.

ALABASTRVM, *Oppidum Aegypti, vt modo vidimus. Add.* Plin. 5, 9.

ALABETAE, Piſces in Nili lacu *naſcentes* Plin. 5, 9.

ALABRVM, i. *Quod radios, tanquam alas habet.* In alabrum deducere Cathol.

ALACER, cris, cre, *vel* ALACRIS, cre. [φαιδρὸς, πρόθυμος, γενναῖος, δυνατὸς Vet. Gloſſ.] *Antiquis* alacer *vtriusque generis erat, nunc maſculini tantum, ſecundum* Seru. ad Aen. 6, 685. Virg. Aen. 5, 380 Ergo alacris, cunctosque putans excedere pugna Val. Flacc. 3, 462 Illi alacres pars arma locant, pars ardua celſis Inſternunt tabulata foris. Alacris, ſiue Alacer (vtrumque enim dicimus) dicitur is, qui intentis eſt ſenſibus vniuerſis: quod eſt indicium erecti animi atque ſublimis. Nam e contrario *Lacer* dicitur, amputatis in corpore ſenſuum membris, hoc eſt, auribus, oculisue: quae ſignificatio ad animum ſaepe transfertur. Vt enim plerumque afflicto animo ſenſibus non vtimur erectis: ſic alacer dicitur is, cui omnes ſenſus in loco quisque ſuo, vegeti ſunt et intenti. *Laeti* vero, qui vultu indicant, adeſſe animum ſincerum ſenſibus ſuis. Qua re cognita illud quoque intelligitur, aliud eſſe *alacrem,* aliud eſſe *laetum.* Sunt qui *alacrem* feſtinantem et properum putant, quaſi alis acrem. Haec Aſconius in Cic. Act. 1 in Verr. 17 c. 6 Cum iſte repente ex alacri atque laeto, ſic erat humilis atque demiſſus *etc.* Alacris et laetus *etiam iungit* Cic. pro Mur. 49 c. 24. *Verba Aſconii in primis valent ad explicandum* Ter. Eun. 2, 2, 13 Quid tu es triſtis? Quidue es alacris? *i. inquietus, trepidus, actuoſus. Sic* ad Heren. 2, 29 c. 19 Nam quum feras beſtias videamus alacres et erectas vadere, vt alteri beſtiae noceant, etc. *Addidit* Erectas, *quaſi exponens* Alacres. Laetitia, magis videtur animi eſſe, Alacritas *autem, corporis: Itaque hominis propria* laetitia, *quippe quae opinione conſtet:* alacritas *autem communis omnium animantium, vt mox videbimus.* Cic. de Orat. 1, 184 c. 40 Erectum et celſum alacri et prompto ore ac vultu huc atque illuc intuentem, *de imperito cauſidico.* Cic. Fam. 5, 12 Illa nos cupiditas incendit feſtinationis, quod alacres animo ſumus, (*i. cum geſtu velut cupimus et inhiamus*) vt et caeteri viuentibus nobis ex libris tuis nos cognoſcant. Gaudio alacer Phaedr. 2, 5, 22. *Alios hic laudat Burm.* Monitu Sil. Ital. 13, . . Odio Stat. Theb. 1, 425. *Etiam hic apparet alacritatem eſſe poſſe ſeiunctam a laetitia.* Caeſ. Bell. Gall. 3, 19 Nam ad bella ſuſcipienda Gallorum alacer et promtus eſt animus. Ad Heren. 48 c. 30 Si huic ſit remiſſum, multos alacriores ad maleficia futuros. Ad tutandam rempublicam Cic. in Somn. Scip. 4 c. 3. Animus alacer Salluſt. in Catil. Sil. Ital. 1, 184 Exercitus — vna Hannibalem voce, atque alacri certamine poſcit. *i. Studio et contentione.* Enſes Claud. in Eutrop. 2, 281. Equum alacrem laetus aſpexit Cic. de Diuin. 1, 73. Id. Tuſc. 1, 101 c. 42 Quum legiones ſcribat Cato ſaepe alacres in eum locum profectas, vnde redituras ſe non arbitrarentur. Milites alacriores Caeſ. B. G. 3, 24. Virg. Ecl. 5, 58 Ergo alacris ſiluas, et caetera rura, Voluptas, Panaque, paſtoresque tenet, Dryadasque puellas. Tauros Claud. de Laud. Stil. 2, 21. Viſus alacres Sammonic. 192 *Burm. acres.*

ALACRIMONIA, ae. f. Cathol. *Idem atque* Alacritas.

ALACRĬTAS, [φαιδρότης, προθυμία] *Vigor, et animi erectio, nec non et Laetitia geſtiens. Secundum* Donatum ad Ter. Eun. 2, 3, 13 Proprie eſt mutatio quaedam vultus geſtientis in ſpem aliquam, *proinde media inter laetitiam, atque triſtitiam. Plural.* Senſus motusque animi, innexi implicatique vigoribus quibusdam mentium et alacritatibus Gell. 19, 12. Cic. in Tuſc. Vir igitur temperatus, conſtans, ſine metu, ſine aegritudine, ſine alacritate, nulla libidine vexatus, *apud* Nonium 6, 49. Cic. de Diuin. 1, 56 Galli victores alacritate, et quaſi laetitia ad canendum excitantur. Caeſ. Bell. Gall. 1, 46 *extr.* Poſteaquam in vulgus militum elatum eſt, qua arrogantia — multo maior Alacritas ſtudiumque pugnandi maius exercitui iniectum eſt.



*Sermo*

*Sermo eſt de indignatione.* Canum alacritas tanta in venando, quid ſignificat aliud, niſi ſe ad hominum commoditates eſſe generatos? Cic. de Nat. Deor. 2, 159 c. 63. Alacritas laboris in Laconicis canibus Plin. 10, 63. Egregia alacritas animi Cic. Fam. 1, 9. Id. Tuſc. 4, 36 Cupiditas auide ſemper aliquid expetens, et inanis alacritas, id eſt laetitia geſtiens, non multum differunt ab amentia. Liu. 3, 62 Poſtquam ingenti alacritate clamor eſt ſublatus. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 92 Eſt quaedam animi incitatio atque alacritas naturaliter innata omnibus, quae ſtudio pugnae incenduntur. Mira ſum alacritate ad litigandum Cic. Att. 2, 7. Additis mihi ſcribendi alacritatem Cic. Att. 16, 3. Affert mihi alacritatem ſummam Reipub. defendendae frequentia veſtrûm incredibilis Cic. Philipp. 4, 1.

ALACRĬTER, Adu. [φαιδρῶς] *Laudant* Plin. 20, 20 Sequuta aetas alacriter defendit. *Sed* Acriter *libri habent hodie.* In certamen alacriter conſurgere Ammian. 14, 8 Repetito alacrius certamine Iuſtin. 1, 6, 10.

ALĂCRE, [προθύμως] *Pro Alacriter.* Plaut. Amph. Verum quidem e loco compellemus alacre. *Sed hic verſus eſt in* Suppoſ. poſt Act. 4. Sc. 2, 50. Di voſtram Fidem.

ALĀNVS ["Αλανος] *Scythiae fluuius, a quo* Alani *populi* Plin. 4, 12 *iuxta quos* Roxolani. Ammianus 31, 2 p. 670 *ſcribit* Alanos *dici, quos priſci* Maſſagetas *dixerunt. Eſt hic locus claſſicus.* Alanorum *etiam ampliſſime meminit* Egeſippus de Excid. Hieroſol. lib. 5 c. 50. *Vid. etiam Barth. ad* Briton. Aremor. pag. 29 ſq. Ardentes Alani Valer. Flacc. 6, 42. Lucan. 8, 223 Et ſequerer duros aeterni Martis Alanos. *i.* Semper pugnaces. Feri Sen. Thyeſt. 629. Incauti Alani calor Claud. de Sext. Conſ. Hon. 224. Miſeri Valer. Flacc. 6, 648. Patiens ditionis Alanus Claud. de Bell. Get. 581. Gens Alana Claud. de Bell. Get. 583.

ALAPA, ae. [κόλαφος] *Idem quod* Colaphus. Iuuen. Sat. 8, 192 - - - ridere poteſt qui Mamercorum alapas, *iniurias nobilium hominum ſcurras mercede agentium. De his* Alapis *mimorum* Martial. 5, 62 O quam dignus eras alapis Mariane Latini! Te ſucceſſurum credo ego Panniculo. *Nempe* Latinus *mimus in ſcena ſolebat* Panniculum, *alium mimum, alapis caedere. Conf.* 2, 72. Alaparum procellas *lepide in paraſiti deſcriptione memorat* Sidon. Apoll. Ep. 3, 13. Tertull. de Spectac. c. 23 Inſuper contumeliis alaparum ſic obiicit, quaſi de praecepto domini ludat. *Vid.* ALAPISTA. Phaedr. 2, 5, 25 Multo maioris Alapae mecum veneunt, *i. Libertas carius emitur. De hac* Alapa manumiſſionis Iſid. Orat. 9, 4 Apud veteres, quando manumittebant, alapa percuſſos circumagebant, et liberos confirmabant. *Vid. Barth. ad* Briton. Aremor. p. 406. *Et Burm. ad* Petron. cap. 38 p. 164.

ALĂPO, āre. Gloſſ. Graec. Lat. ῥαπίζω, Expalmo. *Etiam pro illo quod dicimus* Alapam impingere, Gloſſatori *veteri eſt* Alapari, *dicenti,* Alapatur, ἀλαπάζει. *Vox ſcriptoribus probis ignota.* Alapare aliquem *non dixero, inquit Voſſius de Vit. Serm.* p. 653, *ſed* colaphum alicui ducere, *vel* infringere. *Vſus eſt ſequioris aeui ſcriptor* Bonauentura *voce paſſiua.* Part. 1. Stim. Diu. Amor. cap. 13. de Saluatore. Suſtinet alapari, qui mundum plaſmauerat.

ALAPĀTOR, ōris. m. *Qui colaphos aliis gaudet incutere.* Gloſſ. Lat. Gr. Alapator, καυχητής.

ALAPVS, i. m. Paraſitus propter mercedem Alapas ferens, in Gloſſ. Iſidor. *Vid.* Barth. Aduerſ. 19, 22.

ALAPISTA, ae. m. Idem *eſſe volunt, et laudant hinc* Alapiſtarum ſtrepitus apud Arnob. 7. p. 239 *pro Mimis et ludionibus qui*, finito ſpectaculo, *vt loquitur* Tertull. de Spectac. cap. 23 Faciem ſuam contumeliis alaparum obiiciunt: *his enim alapis ſibi inuicem inflictis ſpectatores ad riſum commouebant. Ita locum Arnobii reſtituit* Scaliger, *pro* Salapittarum ſtrepitu. *Sed vid.* SALAPITTA.

ALÁRICVS, ['Αλάριχος] *Nomen Gothorum regis, qui Romam obſedit, deſtruxitque. Vid.* Zoſim. 5, 38. Claud. de Bell. Get. 546 Rumpe omnes Alarice moras: hoc impiger anno Alpibus Italiae ruptis penetrabis ad Vrbem.

ALARIS, *vid.* ALA.

ALASTOR, *Plutonis equorum vnus.* Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 286

Orphnaeus crudele micans, Aethonque ſagitta
Ocior, et Stygii crudelis gloria Nycteus
Armenti, Ditisque nota ſignatus Alaſtor.

¶ 2 Alaſtor, *Vnus e ſociis Sarpedonis Lyciae regis, ad Troiam occiſus ab Vlyſſe: id quod ipſe gloriatur apud* Ouid. Met. 13, 257.

ALĀTERNVS, i. f. *Arbor ſiue Frutex, nullum ſemen aut fructum ferens: inter infelices propterea relata a* Macrob. Sat. 2, 16. Cui ſunt folia inter ilicem et oliuam Plin. 16, 26. Columel. 7, 6, 1 *inter* fruteta *refert cum* arbuto *et* cytiſo agreſti.

ALATVS, *vid.* ALA.

ALAVDA, ae. [κορυδαλὸς] *Auis, quae teſte* Plin. 11, 37 pr. Galerita *dicitur, quod* apicem habeat, in capite, *ad ſimilitudinem galeri.* Varro *appellat* Galeritum *de* L. L. 4, 11 Quod in capite habet plumam elatam: Gellius 2, 29 Caſſitam appellat *in enarratione fabellae de ea Eunianae. Ante* Caeſarem, *qui e Gallia nomen attulit, Latinis hoc vocabulum incognitum erat, nec poſtea valde frequentatum. Vid. Bernegg. ad* Caeſ. Suet. 24. ¶ 2 Alauda, *Legio Romana.* Plin. 11, 37 Praeterea (apex eſt) paruae aui, quae ab illo galerita appellata quondam, poſtea Gallico vocabulo etiam legioni nomen dederat Alaudae. *Nempe, vt* Sueton. *refert* l. c. Caeſar ad Legiones, quas a rep. acceperat, alias priuato ſumtu addidit: vnam etiam ex Transalpinis conſcriptam, vocabulo quoque Gallico (Alauda enim appellabatur) quam Diſciplina cultuque Romano inſtitutam et ornatam, poſtea vniuerſam ciuitate donauit. *Multa hic viri docti, praeſertim Berneggerus.* Cicero *plurali numero* Alaudas *et* Alaudarum legionem *appellat, v. g.* Phil. 1 c. 8. *it.* 5 c. 5. *et* 11 c. 18. *Adſcribamus* 13 c. 2 Huc accedunt alaudae, caeterique veterani, ſeminarium iudicum tertiae decuriae, qui ſuis rebus exhauſtis, beneficiis Caeſaris deuoratis, fortunas noſtras concupierunt. *Vid.* etiam Att. 16, 8.

ALAVSA, *Idem cum* Aloſa: *vbi vide.*

ALAZON, ŏnis. *Fluuius eſt Albaniam ab Iberia diſterminans,* in Cyrum amnem e Caucaſiis montibus defluens Plin. 6, 10. Val. Flacc. 6, 102 - - - tota non audit Alazona ripa.

## A L B

ALBA, ["Αλβα] *Plurium vrbium nomen. Noſtri inſtituti tantum eſt vrbs in Latio condita ab Aſcanio, filio Aeneae, quam Tullus Hoſtilius rex Romanus euertit, ab* Alba Sue *dictam docet* Virg. Aen. 8, 43 ſq. *Vocatur* Celſa Lucan. 1, 198 Dardania, *quia a Troianis ſ.* Dardanis *condita* Stat. Silu. 3, 1, 61. Iliaca *eadem de cauſa* Lucan. 5, 400. Longa Virg. Aen. 1, 766. Liu. 1, 3 Aſcanius florentem iam atque opulentam vrbem matri ſeu nouercae reliquit: nouam ipſe aliam ſub Albano monte condidit, quae a ſitu porrectae in dorſo vrbis Longa Alba appellata. Troiana, *a Troianis condita* Stat. Silu. 5, 2, 118.

ALBAMEN, *it.* ALBAMENTVM, *vid. poſt* Albus.

ALBANVS, Adi. *Patronym.* Quinct. 1, 6, 15 Alba facit Albanos et Albenſes, *vid. mox* ALBENSES. Columnae Albanae Cic. pro Scauro *ap.* Quinct. 5, 13, 40. Albanae Curiatiae Trigeminorum matres Col. 3, 8, 1 Forum Albanum Capuae *vel* Platea Albana: *locus certe luxurioſus non minus quam* Seplaſia. Cic. contra Rull. 2, 94 c. 11 *in deſcribenda delicata ſuperbia Campanorum colonorum* In Albana et Seplaſia quae concurſatio percontantium, quid praetor edixiſſet? vbi coenaret? quid enunciaſſet? *Sic* Val. Max. 9, 1, ext. 1 *De corrupto Capuae Hannibalis exercitu,* cum Seplaſia ei et Albana caſtra, *i. pro caſtris* eſſe coeperunt. Lacus Albanus *apud* Val. Max. 1, 6. Mons Albanus Liu. 1, 3. *In hoc* carnem ſolebant accipere populi *Latini, quos recenſet* Plin. 3, 5 ſ. 9. Vid. Liu. 32, 1. *et* 37, 3. Secures Albanae Hor. in Carm. Saecul. v. 54. *i. Latinae, vel Romanae: Romani enim ab* Alba *orti.* Tumuli Albani Cic. pro Milon. 31. Vinum Albanum. Hor. Serm. 2, 8, 16. Albanus *etiam eſt ab* Albania, *v. v.*

ALBENSIS, *Etiam ab* Alba. *Sed* Chariſ. 1 p. 81 Albani dicuntur ab Albano, Albenſes autem, ab Alba Fucente. *Nempe* Albani *illi antiqui Romanorum Aborigines:* Albenſes *aliarum* Albarum *ciues.* Nuces Albenſes Plin. 15, 22.

ALBANIA, ['Αλβανία] *Regio ab Oriente ſub mare Caſpium ſurgens, quam deſcribit* Plin. 6, 10. *Add.* 6, 13 ſ. 15. Id. 8, 40 ſ. 61 Indiam petenti Alexandro M. rex Albaniae dederat *canem* inuſitatae magnitudinis *etc. Conf.* Solin. c. 20. Plin. 7, 2 In Albania *tradit Iſigonus Nicaeenſis* quosdam gigni glauca oculorum acie, a pueritia ſtatim canos, qui noctu plus quam interdiu cernant. *Ob hoc dicta quibusdam videtur* Albania. *Meminit et* Gell. 9, 4. Solin. c. 25. Albani, qui poſteros ſe Iaſonis credi volunt, albo crine naſcuntur. Canitiem habent auſpicium capillorum. Ergo capillorum color genti nomen dedit. Iuſtinus 42, 3 *De ſecunda Iaſonis expeditione in Aſiam,* Cum Albanis Foedus percuſſit, qui Herculem ex Italia ab Albano monte, cum Geryone exſtincto armenta eius per Italiam duceret, ſecuti dicuntur, quique memores Italicae originis exercitum Cn. Pompeii bello Mithridatico Fratres ſalutauere. *Hinc etiam*

ALBĀNVS, Adi. ['Αλβανὸς] Vt, Albanum mare Plin. 6, 13 ſ. 15. Albana porta, *qua itur in Albaniam* Val. Flac. 3, 497. Albanae orae Id. 5, 460. Albanus tyrannus, *i. Styrus rex Albaniae.* Val. Flac. 5, 259. ¶ 2 *Flumen eſt in* Armenia, quod per Albaniam vna cum Caſio fluuio decurrit Plin. 6, 13.

ALBANENSES, *Populi* in conuentu *Hiſpaniae* Clunienſi Plin. 3, 3.

ALBARIVM, *vid.* ALBVS.

ALBATVS, *vid.* ALBVS.

ALBEGMINA, *Vitioſe quidam legunt pro* Ablegmina, *v. v.*

ALBEDO, ALBEO, ALBESCO. *vid.* ALBVS.

ALBEOLVS, ALBEVS, *vid.* ALVEVS.

ALBESIA, Scuta dicebantur, quibus Albenſes, qui ſunt Marſi generis, vſi ſunt. Haec eadem Decumana vocabantur, quod eſſent ampliſſima, vt Decumani fluctus. Feſtus.

ALBIA, Fluuius, *vid.* ALBIS.

ALBIA, *Gens Romae, e qua etiam* Tibullus Poëta, *quem notari putant* Hor. Serm. 1, 4, 109. *Hinc*

ALBIANVS, a, um. Adi. vt Albianum iudicium Cic. pro Caecin. 28. Albianum negotium Idem Att. 14, 18 *et* 20.

ALBICERA, Inter ſpecies oliuarum Plin. 15, 5. *Eadem*

ALBICĒRIS, Inter olearum ſpecies Cato de R. R. 6, 1 et Varr. de R. R. 1, 24, 1. *A colore cerae dictam puto. Sic*

ALBICERATA Ficus, [λευκηρινὸς] Pediculo minimo, latiſſima Plin. 15, 18.

ALBICI, ['Αλβικοὶ] *Populi Maſſilienſibus vicini* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 34 Albicos barbaros homines, qui in Maſſilienſium fide antiquitus erant, monteſque ſupra Maſſiliam incolebant, ad ſe vocauerant.

ALBICO, ALBIDVS. *vid.* ALBVS.

ALBIENSES, *vid.* ſub ALBA.

ALBINEVS, Color equi *eſt* Pallad. Mar. 13, 4. *Forte idem qui* Albicans.

ALBINOVĀNVS, *Cognomen Romanum, vel Agnomen forte a loco alias ignobili* Alba noua. Hor. Epiſt. 1, 8, 1 Celſo gaudere et bene rem gerere Albinouano Muſa rogata refer comiti ſcribaeque Neronis. Ouid. de Ponto 4, 10, 4 Duritiae confers Albinouane meae: *Nobilis etiam* C. Pedo Albinouanus, *cuius Elegiae duae cum Ouidianis edi ſolent.*

ALBINVS, *Cognomen gentis* Poſtumiae, *factum ex alio eiusdem gentis.* Albus. *Sed* ¶ 2 Albinus, i. [κονιάτης] *dicitur. Qui calce pura parietem illinit.* l. 1. C. de excuſat. artific. Albini, quos Graeci κονιάτας appellant. Dealbator, Albinus, Tector Gloſſ. Vet.

ALBION et BERGIOS, Pompon. Mela 2, 5 *In Gallia Narbonenſi.* Lapideus, vt vocant, campus, in quo Herculem contra Albiona et Bergion Neptuni liberos dimicantem, cum tela defeciſſent, ab inuocato Ioue adiutum imbre lapidum ferunt. *Graeci variant circa horum nomina. Vid. Iſ. Voſſius ad h. l.* ¶ 2 Albion *nomen magnae Inſulae Britanniae, quae* Angliam *hodie* Scotiamque *complectitur* Plin. 4, 16 Britannia inſula, clara Graecis noſtrisque monumentis — Albion ipſi nomen fuit, cum Britanniae vocarentur omnes, de quibus mox paullo dicemus: *nempe* Hibernia, Orcades.

ALBIONA, Ager trans Tiberim dicitur, a luco Albionarum: quo loco bos alba ſacrificabatur. Feſtus.

ALBIS, ["Αλβις] *Fluuius Germaniae celebratiſſimus, in Oceanum defluens, De quo* Tac. Germ. 41 In Hermunduris Albis oritur, flumen inclutum et notum olim, nunc tantum auditur. Velleius 2, 106, 2 Senonum Hermundorumque fines praeterfluere *notat. Add.* Lucan. 2, 51 et Plin. 4, 14.

ALBITVDO, *vid.* ALBVS.

ALBIVS, *vid.* ALBIA.

ALBO, āre. *vid.* ALBVS.

ALBOGALĒRVS, [λευκοπίλεον] à Galea nominatus: eſt enim pileum capitis, quo Diales flamines, *i.* Sacerdotes Iouis, vtebantur. Fiebat enim ex hoſtia alba Ioui caeſa, cui affigebatur apex virgulae oleagina. Feſtus. *Conf. Ruben. Elect.* 2, 25.

ALBOR, oris. *vid.* ALBVS.

ALBOSIA, *vid.* ALBESIA.

ALBVCVM, i. n. [ἀσφόδελος] Herba Plin. 21, 17 ſ. 68 Aſpholeli mentionem et Homerus fecit. Radix eius napis modicis ſimilis ſt, neque alia eſt numeroſior, LXXX ſimul aceruatis ſaepe bulbis. Theophraſtus et fere Graeci, princepsque Pythagoras caulem eius cubitalem, et ſaepe duûm cubitorum, foliis porri ſiluestris, Anthericon ocauere: radicem vero, *i.* Bulbos, Aſphodelon. noſtri illud Albuum vocant, et aſphodelon Haſtulam regiam. Ea eſt et caulis acinoſi: ic duo genera faciunt. Albuco eſt ſcapus cubitalis, et amplus, purus, leuis.

ALBVELIS, *Vuae genus eſt.* Plin. 14, 2 Albuelis ſummis arboribus fertilior eſt, Viſula imis. Quamobrem circa easdem ſatae, diverſitate naturae locupletant. Columel. 3, 2, 24 Albuelis vtilior, vt ait Celſus, in colle quam in campo; in arbore, quam in iugo, in ſumma arbore, quam in ima.

ALBVGO, inis. f. [λεύκωμα, λεύκωσις] *Macula alba in oculo, et quidem altiuſcula, ſicut vtique in ſummo* nubecula Hermol. in Plin. 20, 5. et 24, 5. *Fere plurali vtitur* Plinius, *vt* 24, 11 ſ. 52. 34, 10 ſ. 33. Albugines iumentorum Id. 25, 11 ſ. 91. *Sic* 29, 6 ſ. 39 Turturis fimum albugines extenuat. Album in oculo *vocat hoc vitium* Columel. 6, 17, 7. ❡ 2 *Apud* Plin. 26, 15 ſ. 90 Albugines in capite *ſunt furfures et porrigo.*

ALBVGINOSVS, *Apud* Veget. Veter. 3, 56. *videtur poſitum pro* icterico.

ALBVLA, [Θύμβρις] *Fluuius Italiae, ex Appennino Romam fluens, alio nomine Thybris vel Tiberis.* Virgil. Aen. 8, 331 A quo poſt Itali fluuium cognomine Thybrim Diximus: amiſit verum vetus Albula nomen. *Vid.* Plin. 3, 5. et Liu. 1, 3. Ouid. Faſt. 4, 68 *de Herule,* Hoſpes Auentinis armentum pauit in herbis Claniger, et tanto ſt Albula pota Deo. *Add.* Met. 14, 328. *Et* Faſt. 2, 389. *ac* 5, 646. Dictus autem eſt hic fluuius Albula ab albo aquae colore: Tiberis autem a Tiberio Siluio rege Albanorum, quod is in eo extinctus eſt. Feſtus. *Videtur* Albus *et* Albulus *generale Epitheton fuiſſe aquarum, earum praeſertim, quibus vel ſpuma vel ſulphur album colorem adderet. Vid. Cerda ad* Virgil. Aen. 7, 83. et 517. *Ita capiendus* Martial. 12, 100 *de Baeti,* Quem Bromius, quem Pallas amat, cui rector aquarum Albula nauigerum per freta pandit iter. Albula, *i. cana, ſpumea.* ❡ 2 Albulae aquae iuxta Romam vulneribus medentur: egelidae hae Plin. 31, 2. *De his* Martial. 1, 13 Canaque ſulfureis Albula fumat aquis. *Vid. Hard. ad l. c.* Plinii. ❡ 3 *Nympham ſ. deam, quae teneat hanc aquam, facit* Statius Silu. 1, 3, 75 Illic ſulfureos cupit Albula mergere crines.

ALBVLATES, *Fluuius in quinta regione Italiae.* Plin. 3, 13. *ſed* Hard. ſ. 18. *legit* Albula.

ALBVMEN, inis. n. *Album oui, quod* vitellum *continet.* Plin. 18, 6 ſ. 18 Illinit ſole vſta cum oui albumine. *Vocatur etiam* Album, Albamentum, Albumentum.

ALBVMENTVM, i. Idem. Veget. Veter. 2, 57, 1 Oui albumentum.

ALBVNEA, ae. [Ἀλβοῦνεα] *Nomen fontis et ſiluae in Tiburtinis montibus.* Virgil. Aen. 7, 82 Lucosque ſub alta Conſulit Albunea: nemorum quae maxima ſacro Fonte ſonat, ſaeuamque exhalat opaca Mephitim. Seruius: Albunea eſt in Tiburtinis altiſſimis montibus, dicta ab aquae qualitate, quae in illo fonte eſt. Vnde etiam nonnulli ipſam Leucotheam volunt. Horat. Od. 1, 7, 12 Albunea reſonans. Albunea, decima Sibylla, Tiburti colitur vt dea, iuxta ripas amnis Anienis, cuius in gurgite ſimulacrum eius inuentum eſſe dicitur, tenens in manu librum Lactant. 1, 6, 12. *Eam videtur* Albunam *appellare* Tibull. 2, 5, 69 Quasque Albuna ſacras Tiberis per flumina ſortes Portarit, ſicco perlueritque ſinu. *Turnebus* 11, 26. *putat, ſortes quas portauit, librum fuiſſe, quem etſi aqua perlueret, ſiccum et ſicco pectore geſſerit.* - Gloſſae Cyrilli, Albunea Mater Λευκοθέα. *Ergo,* Albuna, Albunea, Leucothea, *quae et* Matuta, *eadem Dea, quod confirmant aliae* Gloſſae Philoxeni, Λευκοθέα, Albunea Mater, Matuta. *Vid.* Taubm. ad Virgil. p. 764.

ALBVRNVM, i. [σέαρ δένδρου] *quid ſit declarat* Plin. 16, 38 ſ. 72 Humor et cortici arborum eſt: qui ſanguis earum intelligi debet, non idem omnibus. *Et paullo poſt,* Atque in totum corpori arborum, ut reliquorum animalium cutis, ſanguis, caro, nerui, venae, oſſa, medullae. *Item paullo poſt,* Proximi *(a cortice)* plerisque adipes. Ii vocantur a colore alburnum: mollis ac peſſima pars ligni, etiam in robore facile putreſcens, teredini obnoxia: quare ſemper amputatur.

ALBVRNVS, *Lucaniae mons a candore verticis dictus.* Virg. Ge. 3, 146 Eſt lucus Silari circa, ilicibusque virentem Plurimus Alburnum volitans, cui nomen Aſilo. ❡ 2 *Similiter* loci huius Deus Alburnus dictus eſt Tertull. contra Marc. 1, 18. ❡ 3 *Nomen piſcis apud* Auſon. in Moſella v. 126 Quis non et virides vulgi ſolatia Tincas Norit? et Albernos praedam puerilibus hamis?

ALBVS, Adi. [λευκὸς] *Nomen coloris notiſſimi. Sunt, qui* Album *a* Candido *ſic diſtinguant, vt* album *pallori coniunctum ſit, quale* eſt linteum: candidum *ſplendori, vt videmus in* niue. *Et certe haec* eſt *vtriusque propria ſignificatio: ſed ab auctoribus ſaepe confunditur.* Albo *opponitur* Atrum; Candido, Nigrum. Feſtus, Album quod nos dicimus, a Graeco quod ἄλφον eſt appellatum. Sabini tamen Alpum dixerunt. Vnde credi poteſt nomen Alpium a candore niuium vocitatum. Virg. Georg. 3, 81 — color deterrimus albis. *De equis loquitur. Vid.* Seru. Plaut. Capt. 3, 4, 115 Albo corpore et oculis nigris. *Videamus primo, quid* Album *ſubſtantiue ſignificet, deinde quibus ſubſtantiuis iungatur.* ❡ 2 *Subſtantiue ergo* Album, *eſt* Alba tabula, *vel* albus paries [λεύκωμα *apud Graecos*] *in qua atramento ſcribebatur.* Cic. de Orat. 2, 52 c. 12 Res omnes ſingulorum annorum mandabat literis Pontifex Max. referebatque (*al.* efferebatque) in album, et proponebat tabulam domi, poteſtas vt eſſet populo cognoſcendi. *Ex quo loco facile intellectu eſt, non literas (vt Theophilus exiſtimauit) ſed tabulas ipſas albas fuiſſe. Sic* Liu. 1, 32 Omnia ea ex commentariis regis pontificem maximum, in album relata proponere in publico iubet. *Ipſum porro parietem literas interdum accepiſſe, verum forte, ſed male probatur ex* Plauto Perſ. 1, 2, 22 Si id fias, ne iſti faxim nusquam appareant, Qui hîc albo pariete aliena oppugnant bona. *Melioris enim hic habent* albo Rete. *Nempe ſicut pontifices res geſtas, ſic praetores edicta ſua* in album referebant, *et proponebant in publico, poteſtas vt eſſet populo cognoſcendi, quemadmodum anno quisque ſuo ius dicturus eſſet. Vid.* Paull. l. 9 D. de Iuriſd. Si familia alicuius album corruperit, non ſimiliter hîc edicitur vt in furto. *Hinc* Sen. Epiſt. 48 ſedentes ad Album *ſunt Leguleii, vt recte Lipſ. Sic* l. 1 D. de eden. Eum quoque edere Labeo ait, qui producat aduerſarium ſuum ad album. *i. e.* Qui adducit eum ad album praetoris. Quinctil. 12, 3, 11 Quorum alii ſe ad album ac rubricas tranſtulerunt, et formularii, vel (vt Cicero ait) leguleii quidam eſſe maluerunt: *Hîc* Album *dixit pro Iure praetorio, et* Rubricas *pro Iure Ciuili: vt et* Formularios *ad praetorias retulit formulas:* Leguleios *ad Ius Ciuile et XII tabul. leges. Eſt etiam* Album Decurionum, *vnde* tit. in D. De albo ſcribendo, *in quo praecipitur, quo ordine ſcribi debeant Decuriones.* Vlpian. l. 1 D. de albo ſcrib. Decuriones in albo ita ſcriptos eſſe oportet, vt l. municipali praecipitur. *Ibidem:* in ſententiis quoque dicendis idem ordo ſpectandus eſt, quem in albo ſcribendo diximus. *Item eſt* Album iudicum *per Decurias. Huc pertinent iſta:* Adſcribi albo Suet. Tib. c. 51. Eradere albo Suet. Claud. c. 16. *it.* Domit. c. 8. *Huc alludit* Plinius in praefatione lib. 1 Quum hanc operam condicerem, non eras in hoc albo. Mittere in album iudicum Sen. de Benef. 3, 7. *Memoratur etiam* Album Senatorium, *in quo Senatorum nomina a Cenſoribus perſcribebantur.* Albo ſenatorio eradere aliquem Tacit. Ann. 4, 42, 5. *Sed in re etiam minus ſeria* Sueton. Nero. c. 21 Sine mora nomen ſuum in albo profitentium citharoedorum iuſſit adſcribi. ❡ 3 *Etiam alias ſubſtantiue ponitur* Album. Vet. Gl. Album λευκὸν, λεύκωμα. Liu. 4, 25 Ne cui album in veſtimentum addere petitionis cauſa liceret. *Sic* Virg. Ecl. 2, 41 Sparſis etiam nunc pellibus Albo. *Et* Georg. 3, 56 *de vacca,* Nec mihi diſpliceat maculis inſignis et Albo. Celſus 7, 7, 6 Vbi Albo ipſius oculi palpebra inhaeſit. *Et p. a.* vt palpebrae cum Albo oculi cohaereſcant. *Sed* Colum. 6, 17, 7 Album in oculo *morbus eſt,* Albugo. Album oui, *i. albumen, in quo* vitellus *natat.* Celſ. 4, 15 Album crudum ex ouis. Id. 4, 20, 1 Ex ouis album *et ſtatim,* Album ex ouo. *Et* 5, 2 pr. Oui album. *Et* 6, 6 Oui et Album et vitellus. Plin. 20, 11 ſ. 44 Cum oui Albo illitum *etc.* Scribon. 154 Albis ouorum temperatus clyſter *etc.* ❡ 4 *Pro* pallido *interdum ponitur, ſiue a curis, vt* Martial. 1, 56 extr. Viuat et vrbanis albus in officiis *(quamquam hoc ad togam refert Lipſius). Et* Hor. Epod. 7, 15 Et albus ora pallor *(a terrore)* inficit: *Siue a morbo vt* Hor. Od. 2, 2, 15 Aquoſus albo corpore languor, *i. hydrops. Et* Sulpic. Sat. v. 36 Ingluuie albus. *Iterum* Hor. Serm. 2, 2, 21 Pinguem vitiis albumque *dixit.* Perſ. 3, 98 Turgidus hic epulis, atque albo ventre, *vbi Caſaubonus Graecas comparat.* ❡ 5 *Notabilis eſt formula* Cic. Tuſc. 5 c. 39 Democritus luminibus amiſſis alba et atra diſcernere non poterat. *Et multo frequentior illa* Cic. Phil. 2 c. 16 Et quidem vide, quam te amarit is, qui albus aterue fueris ignorans, fratris filium praeteriit. Quinctil. 11, 1, 38 Negat ſe magni facere aliquis poëtarum (Catullus carm. 94) *Vtrum Caeſar ater an albus homo ſit:* inſania. Verte, vt idem Caeſar de illo dixerit, arrogantia eſt. Phaedr. 3, 15, 10 Vnde illa ſciuit, ater an albus naſcerer? Apul. apol. p. 284 *Elm.* Etiam libenter te nuper vsque, albus an ater eſſes, ignoraui. Catulli *epigramma, ad quod alluſit* Fabius, *hoc eſt,* Nil nimium ſtudeo, Caeſar, tibi velle placere, Nec ſcire, vtrum ſis albus an ater homo. ❡ 6 Albas *pro* Vnionibus Lampridius et Venantius *et alii mediae Latinitatis ſcriptores abſolute dixerunt. Vid.* Lamp. Elagab. cap. 21 *et ibi Salmaſ. Item pro Veſtimentis albis. Vnde et in veteri Eccleſia* Septimanam in albis *appellarunt, quae proxime Paſchalem ſequitur. nam baptizandis Catechumenis Paſcha olim deſtinatum fuit, et Baptizati veſte candida induebantur. De* Diaconorum Alba *in adminiſtratione Coenae vid. Pignor. de Seruis p. 50. ſeq.* ❡ 7 *Iam Subſtantiua videamus, quibus cum virtute quadam* Albus *iungitur.* Alba Auis, *pro Re noua atque auſpicata* Cic. Fam. 7, 28 Fit hoc etiam frequentius quam ſolebat, quod quaſi albam auem videntur, bene ſentientem ciuem videre. Albas Auriculas Perſ. 1, 59 *aſino tribuit, i. griſeas, vid. mox* Albentes villi. Albus Calculus *Approbationis nota in ſuffragiis, vel Abſolutionis. Deſcribit atros calculos, vt in albos mutati ſint* Ouid. Met. 15, 44. Plin. Epiſt. 1, 2 Confitebor et ipſum me et contubernales ab editione non abhorrere, ſi modo tu fortaſſe errori noſtro album calculum adieceris. Capillos albos vellere, *i. canos* Propert. 3, 23, 33. Tollere Tibull. 1, 9, 45. Coruo albo rarior Iuuenal. 7, 202. Dentibus albis deridere, *Prouerbium* Plautinum Epid. 3, 3, 48. *Conf.* Quinct. 8, 2, 10. *et* 8, 6, 40. Sed current albusque Dies horaeque ſerenae Sil. 15, 53. Albae Gallinae filius, *h. e. feliciter natus.* Iuuen. Sat. 13, 141 — quia tu gallinae filius albae. *Vel quod* Laeta *atque* auſpicata *Latini* Alba *vocant: vel alludit ad Fatalem illam gallinam, de qua* Suetonius in Galba, pr. Liuiae olim poſt Auguſti ſtatim nuptias Veientanum ſuum reuiſenti, praeteruolans aquila, gallinam albam, ramulum lauri roſtro tenentem demiſit in gremium. Quumque nutriri alitem, ac pangi ramulum placuiſſet, tanta pullorum ſoboles prouenit, vt hodie quoque ea villa Ad gallinas vocetur. *Conuenit igitur adagium in eos, qui rara et fatali quadam felicitate ſucceſſuque rerum vtuntur. Quo forte facit, quod* albas gallinas *infecundas eſſe, obſeruat* Col. 8, 2, 7 Cum ſint molles ac minus viuaces, tum ne fecundae quidem facile reperiuntur. *Porro illae Liuianae* Gallinae, *prodente Iuuenale, diu defecerant. Caeterum ſubiungit ex aduerſo* Nos viles pulli, nati infelicibus ouis. *Add.* Auis alba. Albus Lucifer Ouid. Triſt. 3, 5, 57. Luces albae calent leone flammeo Mart. 10, 62. *i. quaſi candentes.* Albi Montes in Creta. Plin. 16, 33 ſ. 60 *Cypreſſus gignitur* in Idaeis montibus, et quos Albos vocant, ſummisque iugis, vnde niues nunquam abſunt, plurima *etc. Memorat etiam* 31, 3 ſ. 26. *Vid.* Hard. ad 4, 20. *Nempe a niuibus ſunt, et vocantur* Albi. Notus albus obſcuro deterget nubila caelo Horat. Od. 1, 7, 15. *i. ſerenus.* Pallor Idem Epod. 7, 15. Promontorium album Africae Plin. 3 pr. *Item aliud in* Phoenice non procul a Tyro Id. 5, 19. Plin. 7, 30 Platoni ſapientiae antiſtiti Dionyſius tyrannus, alias ſaeuitiae ſuperbiaeque natus, vittatam nauem miſit obuiam: ipſe Quadrigis albis egredientem in litore excepit. Rete album *vid.* n. 2. *vbi de* Albo Praetoris. Propert. 3, 3, 46 Sparſerit integras alba Senecta comas. Seneca Controu. 3 pro. Sententiae, quas optime Pollio Aſinius albas vocabat, ſimplices, apertae, nihil occultum, nihil inſperatum afferentes, ſed vocales et ſplendidae. *Nempe quae alba ſunt nihil atrum, nihil caliginoſum habent, ſed clara quadam luce ſuffuſa pellucent.* Sol albus Ennio ap. Cic. Diu. 1 c. 48. Horat. Carm. 1, 12, 27

Dicam et Alciden, puerosque Ledae,
Hunc equis, illum ſuperare pugnis
Nobilem, quorum ſimul alba nautis
Stella refulſit.

Acron: Alba, Serena. Nam frequentius dum oritur, tempeſtates facit, ſed hîc proſperum poſuit. Porphyrius, Alba nautis ſtella, nunc candida et benigna. Album an atrum vinum potas? *Medici interrogatio ad melancholicum* Plaut. Men.

Men. 5, 5, 17. Albae Virgines *in veteri oraculo ap.* Cic. Diu. 1 c. 37. *ex interpretatione* Tzetzae Chil. 11, 388. *ſunt* Minerua et Diana. ¶ 8 Albiſſimus *ap.* Celſ. 5, 26, 20 *nonnullis legitur, ſed plurimis* albidiſſimus. Album, albius, albiſſimum *reperitur* in Varr. L. L. 7, 9.

ALBVLVS, Dimin. Adi. Catul. 30, 8 in Iulium Caeſarem, Vt albulus columbus Aidoneus. *Sic Voſſ. Scaliger,* Albulus columbus aut Adoneus. *Muretus emendauit,* aut Albulus Columbulus Dioneus, *i. Venereus: Sed repugnat verſus. Omnes enim in hoc carmine Iambici. Et neſcio, an dici poſſit* Dioneus *vel* Dionius *a* Dione, *a qua eſt* Dionaeus. *Vid. Achill. Statius.*

ALBAMEN, ĭnis. Albamen porri Apic. 2, 5. *Add.* Id. 3, 2 *et* 4, 3. *Medullam porri interpretatur Humelbergius.*

ALBAMENTVM, i. Oui Albamentum Apic. 5, 3 *et* 6, 9.

ALBARIVS, a, um. Albarius tector Tertull. de Idolol. c. 8. Albarii operis nitore decorare Pallad. 1, 40, 5. *Nempe* Opus albarium [κονίαμα] *dicitur, quod illinitur tectorio, quum paries pingendus non eſt: et ex pura calce fit. Subſtantiue* Plin. 35, 16. *de terra Selinuſia,* Eademque lacte diluta, et tectoriorum albaria interpolantur, *i. Tectoria, quibus propter vetuſtatem color albus induci ſolitus exoleuiſſet, exalbantur renouanturque. Vid.* Vitruu. 7, 2. et Pallad. 1, 14. Plin. 36, 23 Contra in albario opere, vt macerata calx ceu glutinum haereat. *Conf.* 35, 16. *Etiam ſubſtantiue* Albarius, *qui albarium facit.* Leg. 2. Cod. Theod. de excuſ. artif.

ALBĀTVS, Adi. [λευχείμων] *Veſtibus albis ornatus: cui contrarium eſt, Atratus.* Hor. Serm. 2, 2, 60 Ille repotia, natales, aliosue dierum Feſtos albatus celebret. Cic. in Vatin. 30 c. 13 Atque etiam illud ſcire cupio, quo conſilio, aut qua mente feceris, vt in epulo Q. Arii familiaris mei cum toga pulla accumberes: quem vnquam videris, quem audieris, quo exemplo, quo more feceris, *etc.* Quis vnquam coenauit atratus? *etc.* cum ipſe epuli dominus Q. Arius albatus eſſet, tu in templum Caſtoris te cum C. Fidulo atrato caeteriſque furiis tuis funeſtum intuliſti: quis tum non ingemuit? *etc.* hunc tu morem ignorabas? nunquam epulum videras? *Et caetera quae ſequuntur.* Albati equi palmam reportauere Plin. 8, 42. *i. albatae factionis, vid. Harduin.*

ALBEDO, ĭnis. f. Boëthius lib. 2. de Differentiis topicis. Quaeratur enim an albedo ſubſtantia ſit: hîc quaeritur an albedo ſubſtantiae velut generi ſupponatur, *etc. Apud veteres haec vox non reperitur.* Seuerus *demum* Sulp. Hiſt. Sacr. 1, 16. de Manna; Glaciali albedine erat. Onomaſt. vet. Albedo, λευκότης, λευκόν.

ALBEGMĬNA, pl. n. *apud* Feſtum, *ſunt potius* Ablegmina, *vbi vid.*

ALBELIO, ōnis. f. *Tegumentum capitis apud* Iuuen. Schol. 9, 30. *vt viſum Rutgerſio Varr. Lect.* 6, 18. et *Voſſio de Vit. Serm.* 1, 16.

ALBELIVNCVLVS, i. m. Dimin. Idem *apud eund.* Iuuen. Schol. 8, 144. *ex eiusd. coniectura Rutgerſii.*

ALBEO, ui, ēre. [λευκαίνομαι] *Album eſſe.* Virgil. Aen. 12, 36 — campique ingentes oſſibus albent. *Conf. Drakenb. ad* Sil. 9, 190. Plin. 12, 19 Damnatur inprimis molle cinnamomum, aut cui albet cortex. Eutyches Grammat. p. 2188, 24 *Putſch.* Albo, albas et Albeo, albes. *Sed vſitatius eſt*

ALBENS entis. Partic. Caelo albente Caeſ. B. C. 1, 68. A. de B. Afr. c. 80. Quinctil. 8, 3, 35. *aurorae deſcriptio, et vicinae lucis.* Comae albentes Ouid. de Ponto 4, 12, 30. *et* de Arte Am. 2, 666. *de canis et ſenectute.* Equi Plin. Paneg. c. 22. *de triumpho.* Oliua Ouid. Epiſt. 11, 14. Roſae Id. de Arte Am. 3, 182. *i. aliquantum palidae, euaneſcente rubore.* Spumis albentibus fraena oblita Ouid. Met. 15, 519. Villi albentes Id. Met. 11, 176. *auricularum aſininarum Midae. Vid.* Albae auriculae. Vitta Ouid. Met. 5, 110. et 15, 676.

ALBESCO, ĕre. [λευκαίνομαι] *Album fieri, aut Album eſſe.* Cic. Acad. 4, 105 c. 33. *de mari,* Quodque nunc quia a ſole collucet, albeſcit et vibrat. Virgil. Georg. 1, 367 Flammarum longos a tergo albeſcere Tractus. Albeſcit Fluctus in vndis fractis Sil. 8, . . Virg. Aen. 4, 586 Regina e ſpeculis vt primum albeſcere Lucem Vidit, *etc. Vbi* Seruius: Hypallage eſt. Luce enim albeſcunt omnia, non lux albeſcit. Albeſcit Meſſis ariſtis maturis Ouid. Faſt. 5, 357. Lux intrat, albeſcit Polus Prudent. Hymn. matut. v. 3.

ALBESCENS, Partic. [λευκαινόμενος] vt, Albeſcens capillus, *i. ſenectus.* Horat. Carm. 3, 14, 25. Albeſcentes vndae Sil. 8, 453. *de ſpuma.*

ALBĬCO, āre. [ὑπολευκαίνομαι] *Albere, ſiue Album eſſe: ſed* Albere *eſt rariſſimum,* Albicare *frequentiſſimum.* Plin. 27, 5 Mutat colorem, ſed ex nigro albicare incipit. Horat. Carm. 1, 4, 4 Nec prata canis albicant pruinis. Non. 2, 58 Albicatur, Candidatur, Exalbeſcit. Varro, Caue canem, Vbi riuus praecipitatur in nemore, deorſum rapitur, atque offenſus aliquo a ſcopulo lapidoſo albicatur.

ALBICANS, ntis. Albicantis loca littoris Catull. 64, 84 Paleae ex rutilo albicantes *in gallis gallinaceis* Colum. 8, 2, 9. Beli (*gemmae*) oculus albicans pupillam cingit nigram Plin. 37, 10. Albicantes commiſſurae dentium Scribon. 184.

ALBICANTER, Adu. Vnde Compar. Solinus cap. 43. de Hyacinth. Aut nubilo obducitur, aut albicantius in aquaticum eliqueſcit.

ALBICASCO, ĕre, *pro* Albicare, *dixit* Matius *apud* Gell. 15, 25 Iam iam albicaſcit Phoebus. *Alii legunt* Albicaſſit.

ALBĬCŎLOR, ōris. *Vt*, Albicolor Campus Corippus 17, 329.

ALBĬCŎMVS, a, um. *Vt*, Albicomi flores, apud Fortunatum.

ALBĬDVS, [ὑπόλευκος] Aliquantulum albus. Columel. 2, 9, 13 Granum quod extrinſecus albidum, intus etiam conſpicitur candidum, leue ac vanum intelligi debet. Plin. Epiſt. 28, 4 Color caeruleo albidior. Celſus 5, 26, 29 Vlcus quod aut pallidum, aut albidum, aut liuidum, aut nigrum eſt, id purum non eſt. Spuma Ouid. Met. 3, 74. Pus albidiſſimum Celſ. 5, 26, 20.

ALBIDV̆LVS. Dim. *vt* Color albidulus Pallad. in Februario ſ. 3, 25, 12. *vbi de liquamine ex piris.*

ALBINVS, *vid. ſupra.*

ALBITIES, ei, *vel* ALBITIO, onis. Apul. de Herb. c. 20. *Add. Barth. Aduerſ.* 37 *c. extr.*

ALBITV̄DO, [λευκότης] *Idem quod Albor.* Plaut. Trin. 4, 2, 32 Et item alterum ad ipſam capitis albitudinem, *i. ita canum, qualem te video. Antiquum eſt, teſte* Nonio 2, 33.

ALBO, āre. [λευκαίνω] *Album facio.* Priſcian. l. 8 p. 800 Albo et Albor, et Albeo. Idem in Perieg. 439 Hoc fuſcat niueas hoc albat gurgite nigras. *Hinc formatum fieri poteſt* Albatus.

ALBOR, ōris. m. [λευκότης Vet. Gloſſ.] *Ab Albeo, ſicut Candor a Candeo, ea, quae vulgo dicitur* Albedo. Varro, Qui vident, alborem eius admirantur. ¶ 2 Albor oui Scribon. 24. *Add.* Apic. de re Cul. 1, 1. *it.* Pallad. Oct. 14, 9 Ouorum trium alborem. *Plures laudat Scribon. in Lex. Scribon.*

ALBV̄CIA, *Gens Romana: vt* Canidia Albucl Horat. Serm. 2, 1, 48. *Et* 2, 2, 67 Albucl ſenis, *pro* Albucii.

## A L C

ALCAEA, ae. *vid.* ALCEA.

ALCAEVS, [Ἀλκαῖος] *Poëta Lyricus, patria Mitylenaeus, de quo* Ouid. Epiſt. 15, 29 Nec plus Alcaeus, conſors patriaeque, lyraeque, Laudis habet; quamuis grandius ille ſonet. Quinctil. 10, 1, 63 Alcaeus in parte operis aureo plectro merito donatur, qua tyrannos inſectatur, multum etiam moribus confert: in eloquendo quoque brevis, et magnificus, et diligens, Homero ſimilis, ſed in luſus et in amores deſcendit, maioribus tamen aptior. Cic. Tuſc. 4, 33 Fortis vir in ſua Republica cognitus, quae de iuuenum amore ſcribit Alcaeus? Idem de Nat. Deor. 1, 79 Nobis, qui adoleſcentulis delectamur, etiam vitia ſaepe iucunda ſunt. Naeuus in articulo pueri delectat Alcaeum. At eſt corporis macula naeuus: illi tamen hoc lumen videbatur. Alcaei Camoenae minaces Horat. Carm. 4, 9, 7. Alcaeum ſonans aureo plectro Id. Carm. 2, 13, 26.

ALCAICVM Metrum, [Ἀλκαϊκὸν ἔπος] *Ab* Alcaeo *Poëta Lyrico dictum non vnum.* Diomedes l. 3 p. 510. *haec exempla habet:* Vides vt alta ſtet niue candidum. *It.* Pones iambis, ſiue flamma. *It.* Vsque meis pluuioſque ventos. Seruius in Centim. p. 1823 Infandum tetigit ſidera carmen magicorum. Mar. Victorinus p. 2591 Beatus ille quem potens Deus.

ALCĂMĔNES, [Ἀλκαμένης] *Nobilis ſtatuarius, Phidiae diſcipulus, de quo* Plin. 36, 5. et 34, 8.

ALCĂTHŎE, *Vrbs fuit, vt putant eadem quae Megara.* Ouid Met. 7, 443 Alcathoën Lelegeia moenia *vocat. Nomen illi dedit*

ALCATHOVS, *Pelopis F.* Ouid. de A. A. 2, 421 Alcathoi qu mittitur vrbe Pelaſga Bulbus, *eſt Megaricus, quod genus alias quoque celebratur.*

ALCE, [Ἀλκή] *Vrbs* Hiſpaniae, quam Gracchus poſt debellato Celtiberos oppugnatam, ad deditionem compulit Liu. 40, 48. ¶ : *Canis nomen apud Xenophontem* περὶ κυνηγ. et Ouid. Met. 3, 217. c Columel. 8, 12. *a robore. Hoc enim ſignificat* ἀλκή. ¶ 3 *No men meretricis.* Gell. 4, 11. *Inprimis vero* ¶ 4

ALCE, quae et ALCES. *vbi vid.*

ALCĔA, ae. [ἀλκέα] *Herba, de qua* Plin. 27, 4 Alcea foli habet ſimilia verbenacae, quae ariſtereon cognominatur, caules tre aut quatuor ſoliorum plenos, florem roſae, radices albas *etc.*

ALCĒDO, inis. [ἀλκυών] *Auis eſt ſic dicta quaſi* Algedo, *quo frigidiſſimis temporibus nidificet. Dicitur a Graecis* Halcyone, *qua vid. ſuo loco.* Plaut. Poen. 1, 2, 142 Iam hercle tu periſti: niſi illa mihi tam tranquillam facis, Quam mare eſt olim, quum alcedo pul los educit ſuos. *Vid.* ibi Taubm. Feſtus, Alcedo dicebatur Antiqui pro Halcyone. Varr. de L. L. 4, 13 *a Graeco* Halcyon *deducit,* v querquedula *a* Cerceris.

ALCEDONIA, pl. [ἀλκυονίδες] *Dicuntur ab* Alcedine, *ſicut a* Halcyone, Halcyonides, *i. Tranquilli dies, quibus nidificant* halcyones. Plaut. Caſin. prol. v. 26 Tranquillum eſt, alcedonia ſunt circa forum. *vid.* HALCYON.

ALCES, is, *ſeu* ALCE, es. [ἀλκή] *Animal ſeptentrioni proprium.* Plin. 8, 15 Septentrio fert et alcem, ni proceritas aurium ceruicis diſtinguat, iumento ſimilem. Solin. c. 23 Eſt et Alces mul comparanda *etc.* Caeſ. Bell. Gall. 6, 27 Sunt item quae appellantu alces: harum eſt conſimilis capris figura, et varietas pellium, ſe magnitudine paullo antecedunt, mutilaeque ſunt cornibus, et cru ſine nodis articuliſque habent: neque quietis cauſa procumbunt: ne que ſi quo afflictae caſu conciderunt, erigere ſeſe aut ſubleuare po ſunt. His ſunt arbores pro cubilibus, ad eas ſeſe applicant, atqu ita paullum modo reclinatae quietem capiunt: quarum ex veſtigiis quum eſt animaduerſum a venatoribus quo ſe recipere conſueuerint omnes eo loco, aut a radicibus ſubruunt, aut abſcindunt arbores tantum vt ſumma ſpecies earum ſtantium relinquatur. Huc quum ſe conſuetudine reclinauerint, infirmas arbores pondere affligunt, at que vna ipſae concidunt.

ALCESTE, *ſiue* ALCESTIS, [Ἀλκέστη] *Filia Peliae Theſſa lorum regis: quae perſuaſis a Medea ſororibus, vt Peliam patrem iugu larent, ſola abnuit. Vir ipſius* Admetus, *qui, vt ait* Hygin. f. 51 illud ab Apolline accepit, vt pro ſe alius voluntarie moreretur, pro quo cum neque pater neque mater mori voluiſſent, vxor ſe Alceſti obtulit, et pro eo vicaria morte interiit, quam poſtea Hercules al inferis reuocauit. Iuu. 6, 651 Spectant ſubeuntem fata mariti Alce ſtim, et ſimilis ſi permutatio detur, Morte viri cupient animan ſeruare catellae. Sen. Medea 663 Coniugis fatum redimens Pherae Vxor impendes animam marito. *vid.* ADMETVS. *Marmor quo fabulam continet, peculiari commentario explicauit Begerus. Ad ban pertinent denique* Ouid. A. A. 3, 19 Fata Pheretiadae coniux Pagaſae redemit. *Et* Claudian. de Laud. Serenae 13 Conſorte redemto Caſt maritali ſucceſſit Theſſala fato Inque ſuos migrare virum non abnui annos.

ALCHIMIA, *Ars metalla ignobiliora mutandi in aurum vulgo voca tur. Nomen certe occurrit* Firm. 3, 15 Scientia Alchimiae. *Meliu ſcribitur* Alchymia, *ſi recte Scaliger ad* Culicem Virg. p. 43. *ab Ara bico articulo* Al, *et Graeco* χυμεία *deriuat. Vid.* CHEMIA.

ALCIBIADES, [Ἀλκιβιάδης] *Athenienſis pulcherrimus, nobiliſſi mus, et rei bellicae peritiſſimus, cuius vitam a Cornelio Nepote ſcriptan ediſcant iuniores.*

ALCIBION, [ἀλκίβιον] Herba, aduerſus ſerpentium morſus re medium habens Plin. 27, 5.

ALCIDĂMAS, [Ἀλκιδάμας] *Luctator inſignis, quod nomen de clarat, qui* robore *ſuo* domare *poſſit alios. Vtitur* Stat. Theb. 10 500. *Alius* Ouid. Met. 7, 369.

ALCIDAMVS, Quidam Rhetor antiquus in primis nobilis ſcripſit laudationem mortis, quae conſtat ex enumeratione humano rum malorum. *Haec* Cic. Tuſc. 1, 116 c. 48.

ALCĪDES, [Ἀλκείδης] *Audiamus de origine nominis huius* Ser uius, Sane Alciden volunt quidam dictum, ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, *i. a Vir tute:* quod non procedit, quia a prima aetate hoc nomen habuit al Alcaeo patre Amphitryonis. *Haec* Seruius *ad* Virgil. Aen. 6, 123 *vbi Charon,* Nec vero Alciden me ſum laetatus euntem Accepiſſe lacu *etc. Saepiſſime recurrit hoc cognomen in vtraque* Senecae *Tragoedia*

Hercul

ercule furente et Oeteo. Cluſus Alcides tempora hiatu Cleonaeo, habens caput vinctum pelle leonis Cleonaei Val. Flac. 1, 34. Tale eſt lud Senecae in Herc. Oet. 1935 Vallantque feri tempora dentes. Deictus Sen. Herc. Oet. 910. Deus Alcides Poſſidet Heben etc. Sen. ſtau. 210. Ferus Stat. Theb. 8, 55. Inclytus Sen. Herc. Oet. 1832. iſanus Ouid. Epiſt. 9, 133. Laetus Valer. Flac. 3, 633. Magnanimus Lucan. 611. Magnus Virgil. Aen. 5, 123. Lucan. 6, 391. Mortalis Sen. Oet. 11. Pius Stat. Theb. 6, 282. Supplex Sen. Herc. Oet. 1320. rux Martial. 9, 26. in Afrum.

ALCĬMĂCHVS, Pictor nobilis. Plin. 35, 11 ſ. 40, 32 Alcimaus pinxit Dioxippum, qui Pancratio Olympiae citra pulueris iactum Hard. tactum, quod vocant aconiti) vicit: coniti Nemeaea.

ALCĬMĔDE, *Vxor Aeſonis, et Iaſonis mater*, Hygin. f. 3 *et* 14. alcr. Flacc. 1, 317. et Stat. Theb. 5, 235.

ALCĬMĔDON, *Nobilis caelator.* Virg. Ecl. 3, 37 — pocula onam Fagina, caelatum diuini opus Alcimedontis.

ALCIMVS Ecdicius Auitus, *Archiepiſcopus Viennenſis qui Zenonis Anaſtaſii temporibus claruit, Poëta Chriſtianus.*

ALCĬNŎVS, [Ἀλκίνοος] *Nauſithoi filius, teſte Homero rex Phaeum in Corcyra inſula iuſtiſſimus, diligens hortorum cultor. Quamobm* Virgil. Georg. 2, 87. *per Antonomaſian*, Pomaque, et Alcinoi uae, *i. Arbores pomiferae.* Ouid. Am. 1, 10, 56 Praebeat Alcinoi oma benignus ager. *Add.* Ex Ponto 4, 2, 10. Stat. Silu. 1, 3, 81 uid bifera Alcinoi laudem pomaria? vosque Qui nunquam vacui odiſtis in aethera rami? *Meminit et* Plin. 19, 4 pr. Cautes Alcii ap. Ouid. Met. 14, 565. *ſunt rupes Corcyrae.* Hor. Ep. 1, 10, 29 cinoique In cute curanda plus aequo operata iuuentus, *Phaeaces naui et voluptuarii homines.* Alcinous Corcyraeus, *ab inſula in qua gnauit* Martial. 8, 68. Munificus Ouid. de Ponto 2, 9, 42. *quod Vlyſſem hoſpitio ſuſceperit. Ex eodem hoſpitio in prouerbium venit apud raecos* Menſa Alcinoi, *i. luxurioſa: et* Apologus Alcinoi, *fabula lon, portentoſa, quales narrauit Alcinoo Vlyſſes.*

ALCIPPE, [Ἀλκίππη] Alcippe, elephantum peperit, *ſi verum icit* Plin. 7, 3. *Suſpicatur Harduinus*, Puerum cum capite elephanno, *vt forte portentum illud ſit, quod Liuius* 27, 11. et Valer. Max. 1, 5. *narrant.*

ALCIS, is. m. *Numen a Naharualis, Germanica gente, cultum, uod Caſtorem ac Pollucem Romana interpretatione memorabant. Vid.* Tacit. de Germ. cap. 43. ¶ 2 *Mineruae Epitheton.* Liu. 42, 51 itium (Macedoniae oppidum eſt) copias omnes contrahit (*Perſeus*) ſe centum hoſtiis ſacrificio regaliter Mineruae, quam vocant Alcim, confecto, — profectus Citium eſt. *Apparet ex principio caitis, Pallae hoc ſacrificium peractum eſſe.*

ALCISTHĔNE, *Mulieris, quae pinxit* nomen apud Plin. 35, 11 40, 43.

ALCITHŎE, [Ἀλκιθόη] *Mulier Thebana, Minei filia, quae Bacum eſſe Iouis filium negabat: aliisque Thebanis mulieribus ſacra Bacci celebrantibus, lanificio vna cum ſororibus et ancillis operam dabat. a itaque Bacchi earum tela in hederam et vitem mutata, domoque incen, ipſae in veſpertiliones ſunt conuerſae* Ouid. Met. 4 pr.

ALCMAEON, [Ἀλκμαίων] Amphiarai vatis et Eriphyles filius. *uic Amphiaraus ad bellum Thebanum proficiſci coactus*, praecepit (*verponimus* Hygin. f. 73) vt poſt ſuam mortem poenas a matre exſequetur — Alcmaeon memor patris praecepti, Eriphylen matrem am interfecit, quem poſtea furiae exagitarunt. *Breuiter totam illius l hiſtoriam vel fabulam comprehendit* Ouid. Met. 9, 407 ſqq. Vltusque parnte parentem Natus erit facto pius et ſceleratus eodem *etc.* Amphiaides, *ſimpliciter vocatur, i. Amphiarai filius* Ouid. Faſt. 2, 43. mphilochi frater Ouid. de Rem. Amor. 455. Callirhoës vir Ouid. i 350. Virg. Aen. 6, 44 *Aeneas ap. inferos* Eriphylen Crudelis nati onſtrantem vulnera cernit.

ALCMAEONIVS, a, um. Adi. vt Alcmaeoniae furiae Propert. 4, 41.

ALCMAN *Poëta Graecus Lyricus, a quo genus carminis* Alcmanium, *ius* Seruius Centim. p. 1818 *haec dat exempla*, Spernis decorae virgiis toros. *Et* p. 1819 Fiſtula canit ſubulcus. *Et* p. 1820 Tundite peora palmis. *It.* Virgo decens comulas religa tibi, *Et* Vita quieta imis caret ingenio. *Et* p. 1823 Timor omnes docet artes, timor auet bona mentis.

ALCMĒNA, *ſ.* ALCVMENA [Ἀλκμήνη] *quod vetuſtis placuit, lectrionis filia, et Amphitryonis vxor, ex qua Iupiter genuit Herculem. urtum illud Iouis, argumentum* Amphitruonis, *fabulae Plautinae, quod reuiter etiam exponit* Hygin. f. 29 *vbi* Alcumena *ſemper ſcribitur. Nauitatem ex ea Herculis impeditam a Iunone, deſcribit* Ouid. Met. 9, 281 ſqq. *Vocatur ibi* Argolis Alcmene v. 276 *et* 313. Genitrix Alcidae il. 8, . . Mater Herculea Stat. Theb. 10, 106.

ALCYONE, es. [Ἀλκυόνη] *Pleiadum vna, vbi vid.*

ALCYONIVM, *vid.* HALCYONIVM.

## A L E

ALEA, ae. [κυβεία] *ſine dubio luſus eſt, in quo iactantur tali, vel eſſerae. Clariſſime hoc apparet ex* Plauti Curc. 2, 3, 75

Poſtquam coenati atque appoti, talos poſcit ſibi in manum.
Prouocat me in aleam, vt ego ludam: pono pallium.
Ille ſuum anulum oppoſuit. Inuocat Planeſium. (*Boni*

*minis cauſa ad ludum ſuum aduocat puellam ſuam*) *iacit vulturios quaor* etc. *Huc pertinet formula, quam deinde declaramus* Iacta eſt alea! Sueton. Aug. 70 Aleae rumorem nullo modo expauit: luſitque ſimpliciter et palam oblectamenti cauſa, etiam ſenex. *Deinde ex Auguſti piſtola autographa ponit iſta.* Inter coenam luſimus γεροντικῶς et heri t hodie. Talis enim iactatis, vt quisque canem, aut ſenionem miſerat, in ſingulos talos ſingulos denarios in medium conferebat, quos ollebat vniuerſos, qui Venerem iecerat. *Huc etiam illud pertinet, quod apud* Sen. Apocol. extr. Aeacus Claudium iubet alea ludere pertuſo fritillo, *quo in teſſeris iactandis vſos fuiſſe ſuo loco declaratur. Eodem ducit* Iuuen. 14, 3 Si damnoſa ſenem iuuat alea; ludit et heres Bullatus, paruoque eadem mouet arma fritillo. *In talorum ergo et teſſerarum iactu fuiſſe* aleam, conſtat: *rem fortunae ſolius, e qua artem per* Fritillum, Pyrgum ſ. Turriculam, Phimumque, *de quibus ſſ. ll. excludere ſtuderent.* Alea *igitur ex parte tantum eſſe videtur ille* Scriptorum *vel* Scriptulorum luſus *de quo h. v. et quem vna cum* alea *iunctim tractant et explicant viri docti, princeps Salmaſius ad* Vopiſci Proculum p. 744 ſqq. *Hack.* Gronou. de Pec. Vet. 3, 15. *Io. Corn. de Pauw diatribe de alea veterum ad Epigr. Agathiae, cuius errores caſtigavit Doruillius in Vanno Crit. c. 8. Multas forte ſuſpiciones et liticulas compendi feciſſet, ſi exſtaret* liber Claudii Imperatoris, *quem* de aleae arte emiſit *teſte* Sueton. c. 34. *Vnde recte agere apparet viros doctos, qui, vti diximus, etiam Scriptorum luſum ad Aleam referunt: contra quam vult Tho. Hyde in Hiſt. Aleae, quae pars eſt operis de ludis Orientalium p. 101. Etiam* Iſid. Or. 18, 60 Alea, id eſt ludus tabulae inuenta a Graecis in otio Troiani belli, a quodam milite nomine Alea. *Somniauit, puto, de Palamede: a quo libro ſuo de alea nomen fecit Souterius. Caeterum ob id ipſum* Alea *legibus vetita videtur, in quantum fortunae eſſet, quam fraudibus dirigebant homines.* Hor. Od. 3, 24, 58 Vetita legibus alea. *Hinc illa* Ciceronis Phil. 2, 56 c. 23 Licinium Denticulam, de alea condemnatum, colluſorem ſuum, reſtituit: quaſi vero ludere cum condemnato non liceret *etc.* — Hominem vero nequiſſimum, qui non dubitaret vel in foro alea ludere, legem quae eſt de alea condemnatum qui in integrum reſtituit, is non apertiſſime ſtudium ſuum ipſe profitetur? Id. Phil. 13, 24 c. 11 In luſtris, popinis, alea, vino, tempus aetatis omne conſumſiſſes? *Add.* Catil. 2, 10. *it.* pro Arch. 13 c. 6. *Vid.* tit. Dig. de Aleatoribus *vbi* l. 1 Praetor ait, Si quis eum, apud quem alea luſum eſſe dicetur, verberauerit — iudicium non dabo. Martial. 5, 85 *de fine Saturnalium*, Thlandomale proditus fritillo Arcana modo raptus e popina Aedilem rogat (*vt ſibi parcat*) vdus aleator. *Imperatores tamen vel ſaeculum ſuum vel potentia excepiſſe videtur.* Sueton. Aug. c. 70 *cum memoraſſet epigramma*, bello Siculienſi vulgatum, Poſtquam bis claſſe victus naues perdidit, Aliquando vt vincat, ludit aſſidue aleam: c. 71 *ſubiicit*, Aleae rumorem nullo modo expauit, *et reliqua, quae ante iam laudauimus. De* Claudio *iam dictum. De* Domitiano *idem* Sueton. c. 21. Vitellius *ap. eund.* c. 6 Claudio per aleae ſtudium familiaris fuit. *De* Caligula c. 41 Ac ne ex luſu quidem aleae compendium ſpernens, plus mendacio atque etiam periurio lucrabatur. Et quondam proximo colluſori demandata vice ſua, progreſſus in atrium domus, quum praetereuntes duos equites Romanos locupletes, ſine mora corripi confiſcarique iuſſiſſet, exſultans rediit, glorianſque nunquam ſe proſperiore alea vſum. Apollinaris Sidonii aeuo *honeſtam fuiſſe aleam variis illius locis conſtat vid.* Sauaro ad Epiſt. 8, 11 p. 510. *Vid. mox* ALEATORIVM. *Chriſtianis tamen primum in commune, dein ſeorſim Clericis interdictam fuiſſe* Canon. Apoſt. 42 ſq. et Can. Syn. 6. *Item* Nouella Iuſtinian. 123 *docent.* ¶ 2 *Quod* Alea Fortunae *tantum, certe maxima ex parte eſſet, ponitur etiam pro Fortuna et caſu. Laudatur* Liu. . . . Nec tam celerem aleam vniuerſi certaminis cernens. *Certius eſt illud* 42, 59 Ne ſummam rerum temere in non neceſſariam aleam daret. *Sic* Talibus admiſſis alea grandis ineſt Ouid. A. A. 1, 376. *Ipſe* Cic. de Diuin. 2 c. 15 Non perſpicitis aleam quandam ineſſe hoſtiis deligendis? Plin. in praef. lib. 1 Vtitur illa & M. Tullius, extra omnem ingenii aleam poſitus, *h. e. extra omne periculum, ne aliquis ei ingenio praeferatur. Nam in iudiciis quoque hominum fortunam regnare et caſum, conſtat.* Varro de R. R. 1, 4, 3 Quare ſi ſalubritas non eſt, cultura non aliud eſt, quam alea domini vitae, ac rei familiaris. Columel. 1 pr. 8 Maris et negotiationis alea. Lucan. 6, 7 Placet Alea fati Alterutrum merſura caput, *i. praelium decretorium. Et* 603 Quo tanti praeponderet alea fati. ¶ 3 *Iam Epitheta videamus Aleae, et formulas.* Ouid. de Ponto 1, 5, 46 Nec tenet incertas alea blanda manus. Damnoſa Iuuen. 14, 4. *Add.* Parua. Fallax Ouid. de Ponto 4, 2, 41. Gell. 18, 13 Saturnalibus Athenis Alea quadam Feſtiua et Honeſta luſitabamus huiuſcemodi. — Captiones, quae Sophiſmata appellantur, — quaſi talos aut teſſerulas in medium vice ſua quisque iaciebamus. Captionis ſolutae aut parum intellectae praemium poenaue erat nummus vnus ſeſtertius *etc.* Grandis Ouid. A. A. 1, 376. Martial. 14, 18 Alea Parua nuces et non Damnoſa videtur: Saepe tamen pueris abſtulit illa nates. Macrob. Sat. 1, 7 Aes ita ſignatum, hodieque intelligitur in aleae luſu, cum pueri denarios in ſublime iactantes, capita aut nauim exclamant. Periculoſae plenum opus aleae Hor. Carm. 2, 1, 6. Pernox, *in qua auiditate lucri pernoctatur* Iuuen. 8, 10. Hor. Epiſt. 1, 18, 21 Quem Praeceps alea nudat. Turpis Iuuen. 11, 175. Vetita legibus Hor. Carm. 3, 24, 58. Sen. de Benef. 3, 11 Itaque vt aequiore animo Adirent aleam, danda illis aliqua poteſtas fuit. Perſ. 5, 57 Hic campo indulget, hunc alea Decoquit, *i. decoctorem facit.* Emere aleam, *h. e. Incertum rerum euentum:* Pomp. in l. Nec emtio. D. de contrahend. emt. et vendit. Aliquando tamen et ſine re venditio intelligitur, veluti cum quaſi alea emitur, quod fit cum captus piſcium, vel auium, vel miſſilium emitur. Emtio enim contrahitur etiam, ſi nihil inciderit: quia ſpei emtio eſt. *Vſus eſt quoque hac loquutione* Paull. in l. quum haereditatem. D. de Haered. vel act. vend. Tacit. Germ. 24 Aleam ſobrii inter ſeria exercent — nouiſſimo iactu de libertate et corpore contendunt. Iacta eſto alea! *vox Caeſaris apud* Sueton. c. 32 *bellum ciuile ingredientis. De eadem re* Petron. c. 122 Iudice Fortuna cadat alea! ſumite bellum, Et tentate manus. Ludere alea Cic. Phil. 2, 56. *it.* Hor. Od. 3, 24, 58. aleam Suet. Aug. c. 70. *Sed fluctuantibus libris inter* alea *et* aleam *hic et* Claud. c. 33. Nero 30, *vt et* l. 26 ff. de Iniur. Perdere in alea Cic. Phil. 2, 56 c. 23. Quod in alea luſum eſt, *i. perditum* Paullus l. 5 ff. de Aleatoribus. Varro R. R. 1, 18, 8 Sequentes non aleam, ſed rationem aliquam. Subire aleam Vindemiatorum Colum. 3, 21, 6. *i. adhibere homines incertae fidei.* Ire in dubiam ſeruitii imperiique aleam Liu. 1, 23. *i. anceps fortuna eſt, dubiusque euentus, vtrum dominaturi, an ſeruituri ſimus.*

ALEĀRIVS, a, um. *Idem quod Aleatorius.* Ammian. 28, 4 Amicitiae Romae alearlae ſolae, *etc.*

ALEARIVM, ii. n. *Locus vbi luditur.* Cathol.

ALEĀTOR, ōris. m. [κυβευτής] *Conuicium in eum, qui ludum aleae, quaſi artem quandam exercet.* Cic. in Catil. 1, 23 In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri, impudicique verſantur. Idem Philipp. 2 c. 27 Domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum. Aleatoris caſtra Cic. Verr. 5 c. 13. Aleator quanto in arte eſt melior, tanto nequior *Troch. ſubi.* P. Syri Mimis. *Conf.* Sarisber. de Nug. Cur. 8, 11. *Et Tit.* Dig. de Aleatoribus. Firmic. 8, 25 Nona pars Librae — aleatores faciet populari notione perſpicuos. *Nempe etiam in bonam partem* Aleatores *dixit ſequior aetas. v. g.* Sidon. Apoll. Ep. 5, 17 Frater meus — teſſeras ceperat, quatiebatque: quo velut claſſico ad pyrgum vocabat Aleatores.

ALEATORIVS, Adi. [κυβευτικός] *Quod ad aleam pertinet.* Cic. Philipp. 2 c. 28 Suggerebantur etiam ſaepe, non enim ſemper iſte felix, damna aleatoria. Forus aleatorius, apud Suet. in Aug. cap. 71 Luſimus per omnes dies, forumque aleatorium calfecimus. *Verba ſunt Auguſti ex epiſtola autographa.* Forus, *non forum intelligitur*

gitur de ſententia Salmaſii, quam tuetur Gronou. ad Sen. de Conſol. ad Polyb. c. 36. *Vid. h. v.* Ritus aleatorius, Gell. 18, 13. Aleatoriarum vocum competitiones Sidon. Apoll. 2, 9. *i. clamores, conuicia.*

ALEATORIVM, ii. n. *Etiam ſubſtantiue poni videas pro loco, vbi alea luditur. Certe ita* Sidon. Apollin. 2, 2 In cuius (*vmbrae tiliarum*) opacitate — pilae vacamus, ſed hoc eo vsque, donec arborum imago (*i. vmbra*) contractior intra ſpatium ramorum recuſſa cohibeatur (*i. meridies et aeſtus pila ludentibus aduerſus adueniat*) atque illic aleatorium laſſis conſumto ſphaeriſterio faciat. *Non ergo peculiaria membra domus hic enarrat, ſed ſimpliciter indicat, circa aeſtus meridianos in breui vmbra tiliarum pila fatigatus alea ludere.*

ALEO, ōnis. Feſtus, Aleonem, aleatorem. Naeuius: Peſſimorum peſſime, audax, ganeo, lurco, aleo. Tertull. de Fug. c. 13. Fures, aleones, lenones. *Non indigna proinde vox* Salluſtii *ſtilo, non indigna illa ſocietate,* Cat. 14, 2 Nam quicunque impudicus, adulter, ganeo (*hic inſerunt libri quidam aleo*) ventre, manu, pene, bona patria lacerauerat. Tanto magis ſeruandum *illud* aleo, *quod alias,* manu *non habet, quo referatur commode.*

ALEOLA, Dimin. Parua alea. Cathol.

ĂLEA, [Ἀλέα] *Nomen oppidi in Arcadia, dictum ab Aleo conditore.* Nominat Plin. 4, 6. ¶ 2 *Mineruae cognomen, quae circa hanc vrbem colebatur.* Statius Silu. 4, 6, 51 Aut Aleae lucis vidit Tegaea ſacerdos. *Et* Theb. 4, 288 Templumque Aleae nemorale Mineruae.

ALĒBAS, *vel* ALEVAS, ae. m. [Ἀλήβας, Ἀλεύας] *Apud Lariſſam Theſſaliae vrbem crudeliſſime regnans, ſatellites adhibuit, a quibus tandem eſt interfectus.* Ouid. in Ibin. 325 Quosque putas fidos, vt Lariſſaeus Alebas, Vulnere non fidos experiare tuo. Ibid. 511 Lapſuramque domum ſubeas vt ſanguis Aleuae, *i. Simonides.*

ĂLEBRIA, Bene Alentia. Feſtus. Et Gloſſ. Lat. Gr. Alebrius εὔτροφος, θρεπτός, τροφεύς. Iſidori Gl. Alebra, bona quibus alimur. *Scaliger etiam laudat ex* Diomede l. 1. alibre alimentum.

ALEC, *vid.* HALEC, *it.* ALEX.

ALECTO, [Ἀληκτώ] *Vna eſt ex tribus furiis. q. d.* Irrequieta, Non deſinens, *ab α priuatiuo et λήγω, deſino, ceſſo, quod infernalium malorum et malae conſcientiae adeo, non eſt finis.* Alecto toruam faciem et furialia membra Exuit Virgil. Aen. 7, 415. Atra Alecto Idem Aen. 7, 329. Sata nocte, *i. noctis filia* Id. Aen. 7, 324. Atrox Claud. in Ruffin. 1, 26. Cocytia Virgil. Aen. 7, 479. Dea Idem Aen. 7, 346. Erinnys Id. ib. 7, 447. Infecta venenis Virgil. Aen. 7, 341. Inuiſa Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 279. Luctifica Virg. Aen. 7, 324. Saeua Idem Aen. 7, 84. Torquata colubris Ouid. Epiſt. 2, 119. Triſtis Virg. Aen. 7, 617. Cincta facibus atris Claud. in Ruffin. 1, 49. Mugit cruentum Idem in Ruffin. 1, 65. Alae Alectus ſtridentes anguibus Virgil. Aen. 7, 561. Alae Stygiae Alectus Idem Aen. 7, 773. *Idem eas appellat* Fuſcas ibid. 408. Oculi flammei Alectus Virgil. Aen. 7, 448. Os rabidum Alectus Id. Aen. 7, 451. Claud. in Ruffin. 1, 44 Obſtantes in tergum repulit hydros: perque humeros errare dedit; tum corde ſub imo Incluſam rabidis patefecit vocibus iram.

ALECTŎRIA, ae. *Lapis, qui in ventriculo galli inuenitur. Gallus enim, ἀλέκτωρ dicitur.* Plin. 37, 10 Alectorias vocant in ventriculis gallinaceorum inuentas cryſtallina ſpecie, magnitudine fabae: quibus Milonem Crotonienſem vſum in certaminibus, inuictum fuiſſe videri volunt. *Solino vocatur* Alectorius lapis cap. 4. *ad finem.*

ALECTOROLOPHOS, [ἀλεκτορόλοφος] Herba Quae apud nos criſta dicitur, folia habet ſimilia gallinacei criſtae, plura, caulem tenuem, ſemen nigrum in ſiliquis. *Haec* Plin. 27, 5 ſ. 23.

ALECVLA, *vid.* HALECVLA.

ĂLĒMANNIA, [Ἀλεμαννία] *Regio Alemannorum, quae et Germania:* Claud. 4 Conſ. Honor. 449 Imploratque tuum ſupplex Alemannia nomen. *Ita occurrit in pluribus numis, quod ideo praefert Spanheim.* Sed ALAMANNIA *in vno numo aureo, quem Nic. Heinſius exponit ad Claud. l. c. Conf. eund. de* Stil. 1, 234. et Inſcript. Gruteri, p. 159. et 160.

ALEMANNI, [Ἀλεμάννοι] *Populus conuenarum (vt videtur Cellario) ad Rhenum et Danubium, cuius primo nomen occurrit ſub Caracalla, qui* Spartiano teſte c. 10 Alemannorum gentem deuicit, et Alemanici cognomen (*quod tum a* Germanici *cognomine diuerſum erat*) affectauit. *Poſtea Galli Germanos omnes hoc nomine comprehenderunt.*

ALEMANNĬCVS, a, um. Adi. *Vidimus modo* Caracallam Alemanicum. *Sic* Tentoria Alemannica Amm. Marcell. 27, 3.

ĀLĒMON, ŏnis. m. Ouid. Met. 15, 19 Nam fuit Argolico generatus Alemone quidam Myſcelos, illius DIS acceptiſſimus aeui. *Hic eſt*

ALĒMŎNĬDES, ae. m. v. 26.

ALĒMŎNA, ae. f. Dea, *de qua* Tertull. de Anim. c. 37 Superſtitio Romana Deam finxit Alemonam, alendi in vtero foetus.

ALEO, onis. *Vid.* ALEA. *Sed* ¶ 2 Aleo *et* Melampus Dioſcuri *apud* Cic. N. D. 3, 53 c. 21.

ALEON, *fluuius* Plin. 5, 29 ſ. 31 *vel*

ALEOS, Amnis Erythris (*in Aſia minore*) pilos gignit in Corporibus Plin. 31, 2 ſ. 10.

ALERIA, Corſicae colonia a Sylla dictatore deducta Plin. 3, 6.

ALES, ĭtis. c. *Subſt.* [ὄρνις, οἰωνός] Auis *dicta ab alis. Sunt* Alites *proprie maiores aues:* Plin. 10, 19 ſ. 22 Nunc de ſecundo genere (*i. auibus digitatis*) dicamus, quod in duas diuiditur ſpecies, oſcines et alites. Illarum generi cantus oris, his magnitudo differentiam dedit. *Proprie femininum eſt: nempe vt* Auis. Martial. 14, 67 Alitis eximiae cauda ſuperba fuit. *i. Pauonis. Sic fere vbique* Plinius; ſed tamen 18, 26 ſ. 66 Per imitationem cantus Alitis Temporarii, quem cuculum vocant. *Poëtae maſculinum amant.* Virg. Aen. 12, 247 Namque volans rubra fuluus Iouis ales in aethra. *i. Aquila.* Alituum, *genit. pl. per epentheſin pro* Alitum. Virg. Aen. 8, 27 Alituum, pecudumque genus ſopor altus habebat. Cic. de Diuin. 1, 120 c. 53 Eademque efficit in auibus diuina mens, vt tum huc tum illuc volent alites, tum in hac tum in illa parte ſe occultent: tum a dextra tum a ſiniſtra parte canant oſcines. *Igitur* Alites *motu ſuo et volatu futura indicant, cantu* oſcines. *Illud genus etiam* Praepetes. Idem de Nat. Deor. 2 c. 64 Aues quaſdam, et alites, et oſcines, vt noſtri Augures appellant, rerum augurandarum cauſa natas eſſe putamus. Alites volatu auſpicia facientes iſtae putabantur: Buteo, Sanqualis, Immuſculus, Aquila, Vulturius. Feſtus. *Iam* ¶ 2 *Epitheta videamus,* Alitis Chaonis, *i. columba* Ouid. A. A. 2, 150. Iouis, *i. aquila* Id. Art. 3, 420. Palladis ales, *pro Noctua* Ouid. Faſt. 2, 89. Pandionis ales Lucan. ad Piſon. v. 255. *Hirundo. Progne filia Pandionis.* Phaſidis, *pro Phaſiano* Stat. Silu. 4, 6, 8. Cayſtrius, *i. Cycnus* Ou. Tr. 5, 1, 11. Cyllenius, pro Mercurio Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 440. Cythereia, *pro Columba* Sil. Ital. 3, 683. Daulias ales, *i. Philomela, ſiue Luſcinia.* Sen. Herc. Oet. 192. Ouid. Epiſt. 15, 154. *et ad* Liu. 106. Gangeticus, *pro Phoenice,* Auſonius in Ternario, ſ. Id. 11, 16. Iunonia *pauo.* Ouid. Am. 2, 6, 55. Phoebeius, *pro Coruo* Ouid. Met. 2, 544. Tegeaticus, *pro Mercurio* Stat. Silu. 5, 1, 102. Titanius, *pro Phoenice* Claud. Phoen. 7. Argentea, *i. Alba* Ouid. Met. 2, 536 Niueis argentea pennis. Ales auida, *vultur iecur Tityi iugiter exedens* Sen. Herc. fur. 1207. et Agam. 18. Canorus, *pro Cycno* Horat. Carm. 2, 20, 15. Criſtatus, *pro Gallo* Ouid. Faſt. 1, 455. Flammiger, *pro Aquila*, quae Iouis fulminibus ſeruit, vt exponit Lactantius Stat. Theb. 8, 675. Imitatrix ab Indis Eois Ouid. Am. 2, 6, 1. Impiger, *pro Mercurio* Stat. Theb. 1, 202. Interritus Sil. 5, . . Longaeua, *pro Phoenice* Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 83. Lugubris, pro Malo et infelici auſpicio, *vt interpretatur* Acron Hor. Carm. 3, 3, 61. Matutinae Propert. 1, 16, 46. Miſerabilis Ouid. Met. 11, 733. Potiore alite aliquid facere, *i. meliori auſpicio* Horat. Carm. 4, 6, 23. Praenuncius lucis ales *Gallus* Ouid. Faſt. 2, 767. Querula alite blandius murmur, *i. columba* Claud. Feſc. 119. Rara, *Pſittacus* Ouid. Am. 2, 6, 9. Regia, *Aquila* Idem Met. 4, 362. Saeua Sen. Thyeſt. 1032. Secunda alite aliquid facere, *i.* Proſpero auſpicio, *vt interpretatur* Porphyrio Hor. Epod. 16, 24. Secundis alitibus procedere, *i. felici et proſpero auſpicio* Claud. Paneg. 7, 9. Simulantior vocum Ouid. Am. 2, 6, 23. Temporarius, *cuculus* Plin. 18, 26 ſ. 66. Vaſta ales, *Struthiocamelus* Claud. in Eutrop. 2, 134. Delata pennis ales *in aliquem locum* Lucret. 6, 821. Lapſa ales ab aëre, *deorſum volans* Virg. Aen. 1, 394. ¶ 3 Ales, Adi. omn. gen. [ὠκύς] *Poëticum,* Alatus, Velox. Ales Aëllo, *Harpyia* Ouid. Met. 13, 710. Virg. Aen. 8, 430 — ignis et alitis auſtri. Cic. de Nat. Deor. 2, 44 Inde eſt ales auis lato ſub tegmine caeli. Angues ingentes alites iuncti iugo Vet. Poëta *ap.* Cic. de Inu. 1, 27 c. 19. Currus Sen. in Medea *extr.* Ego inter auras aliti Curru vehar. Deus, *pro Mercurio* Ouid. Met. 2, 714. Equus Ouid. Amor. 3, 12, 24. *pro Pegaſo.* Idem Met. 10, 587 — paſſu volat alite virgo. Pegaſus, Hor. Carm. 4, 11, 26. Planta Sil. 4, . . Plumbum ales, *pro Glande plumbea, quae funda emittitur in hoſtem.* Sil. 3, . . Tertull. Apol. c. 22 Omnis Spiritus Ales eſt. Hoc Angeli et Daemones. Igitur momento vbique ſunt. Velocitas diuinitas creditur *etc.*

ĂLESCO, ĕre. [πληθύνομαι] *Verbum intranſitiuum ab* Alo, alis; *idem quod* ali creſcere: *vnde fit* Coaleſcere, *i. Concreſcere.* Varro de R. R. 1, 2, 5 feri, aleſcere, meti. *Et* 1, 44, 4 Quae nata ſunt (inquit) in fundo aleſcunt, adulta concipiunt. *Et* 1, 45, 3 Radices hieme magis ſub terra, quam ſupra aleſcunt. *Sic editi ante Victorium qui hic dedit* adoleſcunt. Aleſcendo roborari Varr. de R. R. 2, 4, 15 *de porcellis.* Aleſcendi cacumen tangere Lucret. 2, 1128.

ALESIA, *vid.* ALEXIA.

ALĒTHES, *Nomen proprium viri Troiani, quaſi ἀληθής, i. verax* Virg. Aen. 1, 125 — et qua grandaeuus Alethes. *Et* 9, 246.

ALETHIA, ae. f. [ἀλήθεια] *Veritas: Aeon haereticorum apud* Tertull. adu. Valent. cap. 12.

ALETIVM, Oppidum Salentinorum in Italia Plin. 3, 11.

ALETINI, Salentinorum populi Plin. 3, 11.

ALETRINATES, *Italiae populi* Plin. 3, 5. ALETRINI, *ibid.* 3, 11. Fratres gemini fuerunt ex municipio Aletrinati Cic. pro Cluent. 20.

ALETRINENSIS, Cic. pro Corn. Balb. 22.

ALETVDO, inis. f. Corporis pinguedo. Feſtus.

ALEVS *pro* Elius *vid.* ALIVS.

ALEX, *vel* ALLEX, ēcis. f. ſine plur. *Genus eſt liquaminis.* Plin. 31, 8 ſ. 44 Vitium eius (*gari*) eſt alex, imperfecta nec colata fex. Coepit tamen et priuatim ex inutili piſciculo minimoque confici. Apuam noſtri, aphyen Graeci vocant — Foroiulienſes piſcem ex quo faciunt, lupum appellant. Tranſiit deinde in luxuriam, creueruntque genera ad infinitum — Sic alex peruenit ad oſtreas, echinos, vrticas, cammaros, mullorum iecinora: innumeriſque generibus ad ſaporem gulae coepit ſal tabeſcere. — Alece ſcabies pecori ſanatur *etc.* Mart. 3, 77 Capparin, et putri cepas alece natantes. Horat. Serm. 2, 4, 73 Allec *videtur vocaſſe.* Ego faecem primus et Allec etc. *Sic Bentl. Cuning. etc. Sed non puto recte huc referri* Cato R. R. 58 Halecem et acetum dabo. *Eſt enim hic ipſe piſcis. Conf.* Liſter. ad Apic. 7, 2 Manducatur cum alece. p. 188 et 7, 6 Alecem colatum p. 196 *Scribitur et* Allex. Plaut. Poen. 5, 5, 31 Allex viri *huc vix referri poteſt. Salmaſius vult legi* Hallex *i.* hallus *ſ.* pollex, *particula viri, non vir. Alii ab* Allicio *deriuant, v. v.*

ALLECVLA, *vid.* HALECVLA.

ALECATVS, a, um. *Vt,* Ius alecatum Apic. 7, 6.

ALEXANDER MAGNVS, [Ἀλέξανδρος ὁ μέγας] Philippi Macedonum regis et Olympiadis filius, forma fuit ſupra hominem auguſtiore, ceruice celſa, laetis oculis, et illuſtribus, malis ad gratiam rubeſcentibus, reliquis corporis (lineamentis) non ſine maieſtate quadam decorus. Peragrauit orbem, rectoribus Ariſtotele et Calliſthene vſus. Subegit Aſiam, Armeniam, Iberiam, Albaniam, Cappadociam, Syriam, Aegyptum. Taurum, Caucaſumque, montes transgreſſus eſt. Bactros domuit: Medis, et Perſis imperauit. Cepit Indiam, emenſus omnia, atque Liber et Hercules acceſſerant. Victor omnium, vino et ira victus, morbo vinolentiae apud Babylonem exemtus eſt *Haec ordine paullum immutato* Solinus cap. 15. Seneca Epiſt. 83 *illud de morte firmat,* Alexandrum tot itinera, tot praelia, tot hiemes, — tutum dimiſerunt: intemperantia bibendi — condidit. *Sed plures veneno exſtinctum cenſent. Vid. Plutarch. in eius Vita, et Curt. lib. 10. extr.* Plin. 7, 37 Idem hic Imperator (*de Alexandro loquitur*) edixit, ne quis ipſum alius, quam Apelles pingeret, quam Pyrgoteles ſculperet; quam Lyſippus ex aere duceret *Huc reſpicit* Cic. Fam. 5, 12. *it.* Horat. Epiſt. 2, 1, 237. *Idem tamen a Choerilo laudari ſe paſſus, Poëta malo, quod vitio illi vertit* Horatius l. c. 232. ¶ 2 Alexander Pheraeus *in Theſſalia tyrannidem apud Pheraeos exercuit,* De hoc Cic. Off. 2, 25 Quid Alexandrum Pheraeum quo animo vixiſſe arbitramur? qui quum vxorem Theben admodum diligeret, tamen ad eam ex epulis in cubiculum veniens, barbarum, et eum quidem compunctum notis Threiciis, diſtricto gladio iubebat anteire: praemittebatque de ſtipatoribus ſuis, qui ſcrutarentur arculas muliebres, et ne quod in veſtimentis telum occultaretur, exquirerent. O miſerum, qui fideliorem et barbarum et ſtigmaticum putaret, quam coniugem! Nec eum feſellit opinio: ab ea enim eſt ipſe propter pellicatus ſuſpicionem interfectus. Ouid in Ibin v. 321 Inque tuo thalamo iuguleris more Pheraei, Qui datus eſt leto coniugis enſe ſuae. *Meminit et* Valer. Max. 9, 14.

Etiam

tiam Paris Helenae raptor ita dictus. Varro de L. L. 6, 5 Quapropter Parin paſtores nunc Alexandrum vocant.

ALEXANDRĪA, vel ALEXANDRĒA, [Ἀλεξάνδρεια] Nomen ium vrbium ab Alexandro Macedone conditarum. Nobiliſſima eſt, et ſtri inſtituti in Aegypto, ad oſtium Nili ſita, quod Canopicum dicitur. lanc deſcribit ampliſſime Strabo lib. 17. Arrian. lib. 2. Curt. lib. 5. Plin. 5, 10. Egeſipp. 4, 27. De laudibus eiusdem ura collegit, Barth. ad Zach. Mityleneum p. 285. ſqq. Penultimam iam a Latinis produci, ſatis oſtendit Propert. 3, 10, 33 Noxia Alexndrea, dolis aptiſſima tellus. Hor. Carm. 4, 14, 35 Portus Alexanrea ſupplex Et vacuam patefecit aulam. In loco Propertii Alexanria habent MSS. Brouckhuſius tamen E in penultima praetulit, cum vera monumenta in hoc nomine eam fere agnoſcant. Vid. Priſcian. l. 2. 588 vbi vtrumque probat.

ALEXANDRĪNVS, Adi. [Ἀλεξανδρινὸς] Patronymicum. Quinct. 1, 2, 7 Ne Alexandrinis quidem Deliciis verba permittenda riſu et ſculo excipimus, i. pueris Alexandrinis ſtudioſe in hoc ipſum formatis, t dicaces eſſent. Vid. Burm. hic et ad Petron. 31 Barth. ad Stat. Silu. 5, 66 Pharia de puppe loquaces delicias. Itemque Ramireſ. ad Martial. 42. Nempe haec ad Alexandream Aegypti pertinent. Sed Alexanrina Laurus, ab Alexandrea Troadis nomen habet, vbi et Ida mons. e hac Plin. 15, 30 ſ. 39 Eſt et Alexandrina, quam aliqui Ideam, alii ypoglottion, alii Danaën, alii carpophyllon, alii hypelaten vocant: mos ſpargit a radice dodrantales, coronarii operis, folio acutiore uam myrti, molliore, et candidiore, et maiore: ſemine inter folia ubro. Plurima in Ida, et circa Heracleam Ponti, nec niſi monto. Alexandrinae naues Suet. c. 98. et Sen. Epiſt. 77. pr. quae ſuprtando ex Aegypto frumento maxime, quamquam et aliis mercibus in Itaam ab Auguſto inſtituta claſſis fuit, de qua Lipſ. in Electis 1, 8. et chwartzius ad Plin. Pan. 31, 2 in editione Arntz. Niliacum Cataplun [κατάπλουν] vocat Martial. 12, 75. Eo interpretanda et Pharia Puppis ud Stat. Silu. 5, 5, 66. Alexandrina Vita atque Licentia Caeſ. Bell. iuil. 3, 110. Sunt etiam Alexandrinae columbae Col. 8, 8, 8. Cucuritae Col. 11, 3, 49. Cuminum Veget. Mulom. 4, 28, 30. Lens Id. itrum Id. 2, 28, 2.

ALEXETERIVS, a, um. Depulſorius, eſt ab ἀλέξω, arceo, et meicamenta quaedam, in primis appenſa vel impoſita contra venenata et faſcitiones, ita vocari, docet Gorraeus. Sed quod laudant Alexeteria arma x Plin. 32, 8 ſ. 19, 2 infirmum eſt. Quidam legunt, Polycletus — fet — Herculem, qui Romae: Antaeum a terra ſuſtinentem: Harduis, Herculem, qui Romae: Alexetera arma ſumentem, diuerſum adeo Hercule opus, ſignum viri cuiuscunque, arma arripientis ad opem ferenm, et vim hoſtium repellendam. Ἀλεξητῆρα, Depulſorem, vt Aſtragalinta, Doryphoron, Apaxyomenon et alia operum Graecorum Graeca mina eodem loco Plinii.

ALEXIA, vel vt alii ſcribunt ALESIA, ae, vrbs Galliae, quam centorum quinquaginta millium iuuentute ſubnixam flammis adaeuauit Caeſar, vt ait Flor. 3, 10, 23. Add. ipſe Caeſ. B. G. 7, 68 ſqq. euiter Vell. 2, 47, 1 Circa Aleſiam tantae res geſtae, quantas audere x hominis, perficere paene nullius niſi dei fuerit.

ALEXICĂCVS, [Ἀλεξίκακος] Malorum auerſor ac depulſor, homim defenſor. Epitheton Herculis et Apollinis. Apollini nomen inditum unt, quod peſtilentia, quum bello Peloponneſiaco in Attica graſſaretur, aculo Delphis reddito, populum liberauit. De Hercule Lactant. 5, 3, 14. arro de L. L. 6, 5. Herculem quoque cognominatum ἀλεξίκακον, ab , quod defenſor eſſet hominum.

ALEXIO, ōnis. Medicus, Ciceroni familiaris, Cic. Att. 1, 15. et 7, 2. 1 25 forte ipſe nomen arti ſuae conueniens ſibi adoptauit.

ALEXIPHARMĂCON, i. n. [ἀλεξιφάρμακον] verti poteſt depulrium veneni medicamentum Plin. 21, 20. Nec magis alia herba connit medicamento, quod alexipharmacon vocant. De Polio. Intus umitur, qua ratione ab Alexeterio differre, Gorraei obſeruatio eſt.

ALEXIRHŎE, es. f. Nympha, quae peperit Aeſacon, Priami filium. uid. Met. 11, 763. al. Alyxothoe.

ALEXIS, Puer a Virgilio celebratus. Coniecturas, quod ſatis eſt, dabit Serus ad illud Virg. Ecl. 2, 1 Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexin. Vem Apuleius, apol. p. 279, 31 Quanto modeſtius tandem Mantuanus ëta, qui itidem vt ego puerum amici ſui Pollionis bucolico ludicro udans, et abſtinens nominum, ſeſe quidem Corydonem, puerum vero lexin vocat? Alexin autem nominauit (vt credibile eſt) de nomine illius eri, quem epigrammate Plato laudarat, cuius initium eſt, Νῦν ὅτε μηΝ Ἄλεξις, etc. Turnebus. Peperiſſe poteſt ille Platonis puer etiam nom. ¶ 2 Amanuenſis Attici Cic. Att. 7, 2 Alexin humaniſſium puerum, niſi forte dum ego abſum, adoleſcens factus eſt (id enim ere videbatur) ſaluere iubeas velim. ¶ 3 Alexis, Statuaus nobilis, Polycleti diſcipulus Plin. 34, 8.

## A L G

ALGA, ae. [φῦκος θαλάσσιον] Herba quae naſcitur in aquis marinis, quam mare ad litus proiicit Feſt. Plin. 13, 25 ſ. 48 Non habet linia alia nomen, quod Graeci vocant Phycos; quoniam Alga herbarum agis vocabulum intelligitur: hic autem eſt frutex. Videtur tamen litus huius ſuae obſeruationis Plinius 32, 6 ſ. 22 vbi ait Et algam mas theriacen eſſe Nicander tradit. Plura eius genera, vbi diximus, ngo folio et latiore, rubente, aliaue criſpo. Laudatiſſima, quae in reti inſula iuxta terram in petris naſcitur: tingendis etiam lanis ita olorem alligans, vt elui poſtea non poſſit. Quae quidem ad phycos ſ. cum pertinent manifeſte, et reſpiciunt ad 26, 10 ſ. 66 vbi phycos thaſſion et fucum marinum vocat et deſcribit. Id. 31, 10 ſ. 46, 4 Cum ſalinis herbae gignantur, et in mari tot animalia, tantum algae. arduinus intelligit, ſolas algas in mari naſci. Sed potius eſt et conſtruioni aptius, et verius, tantum eſſe nomen, algae genitiuum, tantum alae, i. tantam vim, tot genera vel ſolius algae, vt de reliquis in mari veetabilibus taceam. Id. libr. 32 ita claudit tractationem de animalibus arinis, Exeunt praeter haec purgamenta aliqua relatu indigna, et alis potius annumeranda, quam animalibus. Virg. Ecl. 7, 42 Proiecta ilior alga. Id. Aen. 7, 590 Laterique (rupis) illiſa refunditur alga. or. Serm. 2, 5, 8 Et genus et virtus, niſi cum re, vilior alga eſt. Ala inutilis Hor. Carm. 3, 17, 10. Marina Palladius. Mart. 10, 13 et . Mollis Val. Flacc. 1, 252. Claud. de Magnete 15 Quidquid Eois dus litoribus Rubra ſcrutatur in alga. Viridis Claud. in Ruffin. 1, 37. Algae herbis veſtiuntur ſcopuli Columella 8, 17, 6. Algae taenios inuoluuntur radices braſſicae Col. 11, 3, 239.

ALGENSIS, e. Plin. 9, 37 pr. Lutenſe et algenſe genus purpue enutritum alga. Nempe cochleae purpureae genus alga viuit.

ALGIĀNVS, a, um. Vt, Olea algiana forte a colore dicta Columel. 5, 8, 3.

ALGŌSVS, [φυκώδης] Denom. ab Alga. Plin. 32, 9 Purgant et myaces: quorum natura tota in hoc loco dicetur. Acuuntur muricum modo, viuuntque in algoſis. h. e. in locis alga abundantibus. Auſon. Epiſt. 7, 42 Algoſum littus.

ALGEO, ſi, ēre. [κρυμώω] Idem quod Frigere. Feſtus; Algeo ex Graeco ἀλγέω dicitur, i. Doleo: vt ſit Frigus, Dolor quidam membrorum rigore concretus. Cic. Tuſc. 2, 34 c. 14 Itemque Lycurgi (leges) laboribus erudiunt iuuentutem venando, currendo, eſuriendo, ſitiendo, algendo, aeſtuando. Ter. Adel. 1, 1, 11 Ne aut ille alſerit, aut vſpiam ceciderit. Hor. in Arte Poët. 413 Qui ſtudet optatam curſu contingere metam, Multa tulit, fecitque puer, ſudauit et alſit. Iuuen. Sat. 1, 74 - - - Probitas laudatur et alget. h. e. Friget, quia pauci eam exercent. Algentibus locis Plin. 14, 2. Algentes [κρυμῶντες] pruinae Stat. Theb. 3, 469.

ALGESCO, ĕre. Prudentius Apotheoſ. v. 142 - - - rabiem flammarum algeſcere cogit.

ALGĬDVS, Adi. [κρυμῶν, κρυόεις] Frigidus. Catul. de Berecynthia et Aty 64, 70 niuem vocat algidam. Saxa algida Prudent. Cath. 11, 35. Naeuius apud Cic. Orat. 152 c. 45 Vos qui accolitis Hiſtrum (mel. Iſtrum) fluuium, atque Algidam: puto Terram intelligi, Scythiam. ¶ 2 Algidus mons, regio, oppidum in Latio Liu. 3, 2 In Algidum miſſus exercitus, Et 3, 38 Aequi caſtra in Algido locant. Horat. Od. 1, 21, 6 Nemorum coma gelido prominet Algido, vbi notandum epitheton Gelido. Et Od. 3, 23, 9 Victima, quae niuali paſcitur Algido. Vtroque loco nominis rationem indicat. Ferax tamen eſt Od. 4, 4, 58.

ALGIDENSIS. Ab hac regione Plin. 19, 5 Algidenſe raphani genus, longum atque translucidum.

ALSIVS, [κρυωδέστερον] Compar. ab Alſus participio obſoleto, vnde et Alſioſus. Cic. Att. 4, 8 Nihil quietius, nihil alſius, nihil amoenius. Idem Quint. Fratr. 3, 1 Iam apodyterio nihil alſius, nihil muſcoſius. Sed

ALSIVS, a, um. Qui frigus ferre non poteſt, vt Alſioſus. Lucret. 5, 1014 Ignis enim curauit, vt alſia corpora frigus Non ita iam poſſent caeli ſub tegmine ferri.

ALSIŌSVS. Adi. [κρυώδης] Qui naturae eſt frigeſcentis, et facile a frigore laeditur. Plin. 20, 13 Alſioſisque efudam dederunt in cibo. Idem 21, 10 Abrotonum et adonium alſioſa admodum ſunt. Sic Alſioſum pecus caprile Varro de R. R. 2, 3, 6. Eodem modo dicitur Aeſtuoſus.

ALGIFĬCVS, [κρυμοποιός] Gell. 19, 4 Quod timor ſit omnibus algificus. i. Frigus inducat, algorem faciat.

ALGOR, ōris. m. [κρυμός, ψῦχος] ab Algeo, ſicut Calor a Caleo; Frigus vehementius. Varr. R. R. 2, 7, 10 Algor obeſt Praegnantibus. Plin. 14, 2 Aeſtu magis, quam algore vexantur. Algor, error, pauor membra omnia tenent Plaut. Rud. 1, 3, 33. Salluſt. in Catil. c. 5 Corpus patiens inediae, vigiliae, algoris. Plur. Oleo corpus contra algores munire Plin. 15, 4 pr.

ALGVS, ûs. [κρυμός] Idem quod Algor. Plaut. Rud. 2, 7, 24 Tu vel ſuda, vel peri algu. Idem, Paupertatem, algum, famem. Lucret. 3, 733 - - - morbis, alguque, fameque. Nomen obſoletum, ſine plurali. Nonius 2, 28 vt a Mercero emendatus eſt Algu pro Algore laudat ex Accio, Varrone, Lucillio, Lucretio. Al. Algo. Algu in vſum reuocauit etiam Paullin. Nola. ad Cyther. v. 303.

## A L I

ALIA, ALIAS, ALIBI, vid. ALIVS.

ALIACMON, vid. HALIACMON.

ALIBILIS, vid. ALO.

ALICA, ae, [ἄλιξ et interdum χόνδρος] non HALICA: dicitur enim quod alit corpus, Feſto. Idem docet Velius Longus de Orthogr. p. 2229 extr. contra eos, qui adſpirationem adiiciunt. Conſideremus Alicam in agro, in grano, in vſu. ¶ 1 Frumentum e quo paratur. Sic Plin. 3, 5 ſ. 9 de Campis Laborinis Campaniae, Hic in delicias alicae populatur meſſis. Sed hic poteſt fieri vt iungenda ſint, non meſſis alicae, ſed delicias alicae. Verum Idem 18, 7 ſ. 10 Frumenti — genera per tempora ſatu (quid ſi ſatus) diuiſa — Aliqui verna milium, panicum, lentem, cicer, alicam appellant. vid mox ALICASTRVM. ¶ 2 Proprie quidem Alica eſt res facticia, vt Far facticium, vt Amylum, vt Ptiſana, vt Polenta. Locus de eo claſſicus eſt Plin. 18, 11 ſ. 29 Sed inter prima dicatur et alicae ratio, praeſtantiſſimae ſaluberrimaeque: quae palma frugum indubitata Italiam contingit. Fit ſine dubio et in Aegypto, ſed admodum ſpernenda. In Italia vero pluribus locis, ſicut Veronenſi Piſanoque agro: in Campania tamen laudatiſſima. — Alica fit e Zea — Tunditur granum eius in pila lignea — Excuſſis inde tunicis, iterum iisdem armamentis nudata conciditur medulla. Ita fiunt alicae tria genera, minimum, ac ſecundarium, grandiſſimum vero aphaerema appellant — Poſtea admiſcetur creta, quae tranſit in corpus coloremque et teneritatem affert — Alica adulterina fit maxime quidem e Zea, quae in Africa degenerat — Piſunt cum arena, et ſic quoque difficulter deterunt vtriculos, fitque dimidia nudi menſura. Poſteaque gypſi pars quarta inſpargitur — Alia ratio vbique adulterandi. Ex tritico candidiſſima et grandiſſima eligunt grana, ac ſemicocta in ollis poſtea arefaciunt Sole ad initium, rurſusque leuiter aſperſa molis frangunt. Ex Zea pulchrius quam ex tritico fit granum, quamuis id alicae vitium ſit. Candorem autem ei pro creta lactis incocti mixtura confert. Pallad. Iun. 12 Lemma Alicam habet: ſed Polentam potius ibi deſcribi obſeruamus. ¶ 3 De vſu huius Alicae locus itidem claſſicus eſt Plin. 22, 25 ſ. 61 Alica res Romana eſt et non pridem excogitata: alioqui non ptiſanae potius laudes ſcripſiſſent Graeci — Eſſe quidem eximie vtilem, nemo dubitat, ſiue eluta detur ex aqua mulſa, ſiue in ſorbitiones decocta, ſiue in pultem. Eadem in aluo ſiſtenda torretur, dein fauorum cera coquitur — Ternis eius cyathis in ſextarium aquae ſenſim decoctis etc. Tali ſorbitionis genere emendantur ſyntexes (tabitudinem modo dixerat) Id. 26, 8 ſ. 28 Alica ex ſucco plantaginis ſumta laudatur. It. 28, 17 ſ. 67 Puls ex alica. Celſus 2, 18 Elota quaedam genera frumenti, vt alica, oryza, ptiſana, vel ex iisdem facta ſorbitio vel pulticula. Id. c. 20 Boni ſucci ſunt, triticum, ſiligo, alica, oryza, amylum, tragum, ptiſana. Et 4, 7 Sorbitio ptiſanae, vel alicae, vel oryzae — elota alica ex aqua mulſa. Mel ad alicam pertinere docet etiam Martialis 13, 6 Nos alicam, mulſum poterit tibi mittere diues. Si tibi noluerit mittere diues eme. Plin. Epiſt. 1, 15 pr. In conuiuio lauto ſed frugali Alica cum mulſo et niue. Add. Sen. Epiſt. 122 Aliquoties etiam alicae mentio eſt apud Apicium v. g. 2, 1 Alicam elixatam. Id. 5, 5 Ptiſanam vel alicam lauando fricas. Et 5, 1 Pultes Iulianae ſic coquuntur. Alicam purgatam infundis. Martial. 2, 37 Stillantem alica ſua palumbum memorat. Ad placentam adhibet Cato R. R. 76 Alicae primae l. 11. et

11. *et pergit* Aliam in aquam infundito, vbi bene mollis erit, in mortarium purum indito, ſiccatoque bene. Deinde manibus depſito — *Si haec ſunt a Catone, nec inſiticia, falſus eſt* Plin. 22, 25 ſ. 61 *vbi* Nondum *inquit*, arbitror Pompeii M. aetate in vſu fuiſſe. *Caeterum de* Alica *Graecorum praeſertim dicta conduxit diligenter* Io. Rhodius *ad* Scribon. Comp. 104, *vbi* halica (*ſic ibi ſcribitur non recte*) ex mulſo *commendatur* ad ſtomachum ſolutum.

ALICARIVS, a, um. *Inde* Alicarii, *qui parant alicam.* Chariſ. l. 1 p. 75 Alicam ſine adſpiratione dictam, Verrius tradit, et ſic multi dixerunt, niſi quod Lucilius decimo quinto, *Nemo eſt halicarius poſterior te*, cum adſpiratione dixit. Plaut. Poen. 1, 2, 54 Profedas, piſtorum amicas, reliquias alicarias.

ALICASTRVM, *Genus farris eſt, ea forma ab* Alica *deriuatum, qua* Siliquaſtrum *a* Siliqua. Columel. 2, 6, 3 Semen trimeſtre, quod dicitur Alicaſtrum, idque pondere et bonitate praecipuum eſt. *Add.* 2, 9, 8. Iſid. 17, 3 Alicaſtrum ſimile eſt alicae, pondere et bonitate praecipua.

ALICVBI, ALICVNDE, *vid.* ALIVS.

ALICVLA, ae. f. *ſiue* ALLICVLA. Aliculae chlamydes *recenſentur ab* Vlpiano *inter* Pueriles veſtes, l. 23 ff. §. 2 de aur. et arg. *Hotomanus* Aliculae, *vt manicatae tunicae intelligantur, quae pueris decorae, grandioribus autem minus honeſtae apud Romanos fuerint, quod poſterius patet ex* Gell. 7, 12 *damnantur enim ibi* tunicae chiridotae: *Porro* ἀλλιξ *apud Heſychium* χιτὼν χειρίδωτος *eſt. Verum idem Heſychius* Ἀλλῆκα interpretatur χλαμύδα. *Et* Ἄλλικα χλαμύδα πορφυρᾶν. *Chlamys autem cui etiam* Vlpianus *iungit* aliculam, *non habet manicas. Conuenit etiam etymon, quod adfert.* Velius Longus p. 2229 *extr.* Aliculam exiſtimant dictam, quod alas nobis iniecta contineat. Petron. 40 Barbatus ingens, faſciis cruralibus alligatus, et aliculi ſubornatus polymita, ſtrictoque venatorio cultro *etc.* *Eſt igitur pars habitus venatorii. Lepidus iocus eſt* Martialis 12, 83 Brumae diebus feriiſque Saturni: Mittebat Vmber aliculam mihi pauper: Nunc mittit alicam: factus eſt enim diues. *Nempe* Alicula *diminuto nomine plus eſt, veſtimentum enim eſt*: Alica *minus, eſt enim aliquantulum farris. Mitti ſolitam a tenuioribus* alicam, *docet ipſe* Mart. 13, 6.

ALID, pro aliud, *vid.* ALIVS.

ALIENATIO, ALIENATVS, *vid. poſt* ALIENO in ALIVS.

ALIENĬGĔNA, ae. com. g. (*vel omnis ſecundum* Probum) [ἀλλόφυλος] *ſignificat Externum, vel Alieni generis, vel Inter alienos genitum. Cum neutro iunxit* Gell. 2, 24 Neque vino alienigena, ſed patrio vſuros *ex veteri* Senatus decreto. Cic. pro Font. 22 Iniquos aequis, alienigenas domeſticis. Alienigenae dii Cic. pro Cornel. 25. Eumenes alienigena inuidiam effugere non potuit Nep. 18. 7, 1. Homo longinquus et alienigena Cic. pro Deiot. c. 3. Hoſtes Cic. in Catil. 4 c. 10. Liu. 26, 13.

ALIENIGĔNVS, Adi. [ἀλλόφυλος] Idem. Columel. 8, 16, 9 Ne nos alienigeni piſces decipiant. Alienigenis foetibus Col. 8, 5, 10. Val. Max. 1, 5 extr. 1 Adiici noſtris duo eiuſdem generis alienigena exempla non abſurde poſſunt. Id. 6, 5 extr. 1 Verum ne alienigenae Iuſtitiae obliti eſſe videamur. Id. 4, 6 extr. 1 Alienigeni amores iuſti. Ligna alienigena Lucret. 1, 873. *i. Ex elemento diuerſae naturae.* Membra Centaurorum. *i. Humana et equina* Lucret. 5, 878. Alienigenos Pullos Pallad. 1, 28, 2. Res *i. naturarum diuerſarum* Lucret. 1, 866. Mulier alienigeni ſanguinis Valer. Max. 6, 2 extr. 1. Semina Col. 3, 4, 1 Studia Val. Max. 2, 1. prope fin. Terrae Lucret. 1, 870. *vid.* Priſcian. l. 6 pr. Antiquiſſimi hic alienigenus, et haec alienigena, et hoc alienigenum, dicebant *etc.*

ALIENIGĔNO, āre. Legitur in veteri Inſcript. apud Fabrettum p. 69. Cum monumentum vendere aut alienigenare voluerit.

ALIENO, ALIENVS, *vid.* ALIVS.

ALIFA, *vid.* ALLIFA.

ALIFER, ALIGER, *vid.* ALA.

ĀLIGMON, ŏnis. *Nomen corruptum ex* Aliacmon ſ. Haliacmon *vbi vid.*

ALII, *vel* ALEI. *Populi ſunt Elienſes, vel* Elei *alias vocati: quos geſſiſſe bellum cum Aetolis, ex Polybio cognoſcimus.* Plaut. Capt. Prol. 24 Poſtquam belligerant Aetoli cum Aliis, vt fit in bello, capitur alter filius, Medicus Menarchus emit ibidem in Alide, Coepit captiuos commercari hic Alios. *Deinde* v. 31 Equitem Aleum. Sic reſtituit Turnebus.

ALIMENTVM, etc. *vid.* ALO.

ALIMODI, pro Aliusmodi. Feſtus.

ALĪMON, i. n. [ἄλιμον] *Medicamentum contra famem. Laudant* Plin. 17, 24 *extr.* Nec viſcum prodeſt, et cytiſus, nec auro quod alimon vocant Graeci. *Sed locus eſt corruptus. Salmaſius*, necat viro, quod *etc.* *Hard.* Et cytiſus necatur eo, quod halimon vocant Graeci. *Locus claſſicus de* Alimo *eſt.* Plin. 22, 22 ſ. 33 Aſphodelon ab Heſiodo quidam Alimon appellari exiſtimauere, quod falſum arbitror. Eſt enim ſuo nomine Alimon, non parui et ipſum erroris inter auctores. Alii enim fruticem eſſe dicunt — foliis oleae — coqui autem haec ciborum gratia — Alii olus maritimum eſſe dixere, falſum, et inde nomen *etc.* *Nempe* ἄλιμον.

ALIMONTIA Myſteria, apud Arnob. l. 5. p. 176 Pudor me habet Alimontia illa proferre myſteria. *Nempe* Alimus *pagus Atticae, vbi ſacra Cereris celebrata. Vid.* Meurſ. Rel. Att. c. 1.

ALIO, *etc.* id genus, *vid.* ALIVS.

ALIPANTA, [ἀλίπαντα] *Emplaſtra quae* conſtant ex medicamentis non pinguibus Celſ. 5, 19.

ALIPES, *vid.* ALA.

ALIPHE, *vid.* ALLIFA.

ALIPILVS, *vid.* ALA.

ALIPTES, ae. m. [ἀλείπτης] *Vnctor, qui athletas certaturos vngebat, et magiſter ac praeceptor athletarum dicebatur.* Iuuen. Sat. 3, 76 Grammaticus, rhetor, geometres, pictor, aliptes. Idem 6, 421. Cic. Fam. 1, 9 Sed vellem non ſolum ſalutis meae, quemadmodum medici: ſed etiam ut aliptae, virium et coloris rationem habere voluiſſent. *Conf.* Celſ. 1, 1. Sen. Epiſt. 56. *Vid. Mercurial. de Gymnaſtica. Et Petr. Fabr. Agnoſtico. De aliptis inter balnearios ſeruos, vid. Pignor. Conf.* Iatraliptes.

ALIQVA, *vid.* ALIQVIS.

ALIQVAM. *Videtur Aduerbium contractum ex* Aliquantum; *certe eandem vim habet: iungiturque in primis cum* diu. Cic. pro Cluent. c. 9 Cognoſcite reliqua, vt non aliquando condemnatum eſſe Oppianicum; ſed aliquam diu incolumem fuiſſe, miremini. Id. Acad. 1 c. 3 Ariſtum Athenis audiuit aliquam diu. *Et* de Am. c. 19 Qui aliquam diu in famulatu fuerunt. Caeſ. B. Gall. 1, 40 Quos aliquam diu inermes ſine cauſa timuerunt, hos poſtea armatos ac victores ſuperarunt. Liu. 3, 70 Sulpicius momento temporis diſſipaſſet hoſtes, ni ſuo proprio cum praelio equites Volſcorum exceptum aliquam diu tenuiſſent. Liu. 3, 36 Aliquam diu aequatus inter omnes terror fuit: paullatim totus vertere in plebem coepit. Sueton. Caeſ. c. 82 Caeſar exanimis aliquam diu iacuit, donec lecticae impoſitum tres ſeruuli domum retulerunt. Liu. 2, 10 Cunctati aliquam diu ſunt, dum alius alium, vt praelium incipiat, circumſpectant. *Add.* Nep. 9, 5, 3. *et* 10, 3, 1. *Vtrum iunctis an diuiſis vocibus ſcribatur, parum refert, et ex antiquis monumentis vix poterit confici. Sed illae videntur Grammaticorum ſequioris aeui deliciae, quod in multis libris ſcribitur* Aliquandiu. ¶ 2 Aliquam multi *recte reſtituiſſe videtur Lambinus* Ciceroni in Verr. 4 c. 25 Sunt veſtrum, iudices, aliquam multi, qui L. Piſonem cognouerunt. *In MSS. fuerat* alii quam multi. *Sed* aliquam multi *diſerte iam legitur in editione Veneta* 1496 fol. Apul. Metam. l. 1 p. 113, 17 Qui me poſt aliquam multum temporis amanter agnitum inuadit. *Et* Apol. p. 320, 10 Ego — apud Appios — aliquam multis diebus decumbo. *Et* Apol. p. 276, 7 Sed haec defenſio aliquam multum a me remota eſt. *Aldus dedit* Aliquo multum. ¶ 3 Aliquam plures *laudatur ex* Tertull. Apol. c. 12 Iidem eſtis, qui Senecam, aliquam pluribus et amarioribus de veſtra ſuperſtitione perorantem, probatis. *Sed editur* aliquem, pluribus *etc. Neque tamen contemnenda videtur, vndecunque petita ſit illa lectio.*

ALIQVANDO, Adu. temporis. [πώποτε, ἐνίοτε] *In aliquo tempore.* Quaedam peſtes hominum et me aliquando immutarunt tibi Cic. Fam. 5, 8. Plin. 4, 12 ſ. 19 Zacynthus aliquando appellata Hyriae. Cic. Off. 3 c. 3 Liceret ei dicere, honeſtatem aliquando cum vtilitate pugnare. Aliquando, *pro Tandem.* Cic. pro Cluent. c. 19 Collegi me aliquando. Aliquando miſeremini ſociorum Cic. Verr. 3 c. 28. Sit diſcordiarum finis aliquando de Aruſp. Reſp. c. 22. *Sic* Cic. pro Quint. 43 De rationibus et controuerſiis ſocietatis vult diiudicari. Sero. Verum aliquando tamen. Id. Orat. 166 c. 48 Aliquando, idque ſero. Aliquando deſciſcere Nep. 7, 5, 1. Diu exſpectauerunt, dum retia extraherentur: aliquando extractis piſcis nullus infuit. Declam. ap. Sueton. de Cl. Rhet. c. 1. Aliquando tandem, *vel* Tandem aliquando. Cic. Catil. 2 pr. Tandem aliquando Quirites, *etc.* Idem pro Quint. 94 c. 30 Spes eſt et hunc miſerum atque infelicem aliquando tandem poſſe conſiſtere. *Etiam de rebus praeteritis vt, praeter ſuperiora,* Domus aliquando ſolita frequentari Cic. Off. 1 c. 39. Ille aliquando non defuit meae ſaluti Id. Fam. 6, 6. Quis ciuis meliorum partium aliquando Id. pro Cael. c. 6. *Idem* Cic. pro Cluent. 67 Vt etiam beſtiae fame dominante, plerumque ad eum locum, vbi paſtae aliquando ſint, reuertantur. Cic. pro Caecin. 14 Voluntarius amicus mulieris, *etc.* magis opportuna opera nonnunquam, quam aliquando fideli. *Sed futuro tum alias additur, tum* Cic. de Orat. 1, 95 Non deſpero fore aliquem aliquando, qui, *etc.* ¶ 2 *Quid ſibi vult* Priſcian. l. 15 p. 1018 m. *Quando* quoque ſimplex et ex eo compoſita omnia, *aliquando, ſiquando, nequando,* quae et infinita ſunt, et antepenultimae accentu acuto proferuntur: quomodo etiam ab *inde* compoſita, *exinde, perinde, ſubinde, deinde, proinde. Nimirum Graecorum delicias imitati videntur: vt illi* ánthropon *dicere potuere, ita hi* aliquando, éxinde *etc.*

ALIQVANTVS, Adi. [ποσός] *Incertum quantus.* Salluſt. Iugurth. c. 105 Timor aliquantus, ſed ſpes amplior, quippe victoribus. *Adfertur ex eodem* Romani ſignorum et armorum aliquanto numero, hoſtium paucorum potiti ſunt. Cinis aliquantus Pallad. 4, 10. ¶ 2 Aliquanti, ae, a. Plur. pro Aliquot: *aeui inferioris eſt, vt Barthius Ad verſ.* 25, 12 *obſeruauit.* Eutrop. 4, 11, 6 Aliquanta oppida. Palladiu 1, 19, 2 Aliquantis diebus. *Et* Dec. 5 Poſt aliquantos dies. *Sic* Veget. Mulom. 3, 4, 8 *et* 19 *etc.* Oroſ. 3, 13 pr.

ALIQVANTO, Adu. quantitatis. [πόσον τι] Epulamur intra legem et quidem aliquanto Cic. Fam. 9, 26. *Nempe* aliquanto intra. *Cum comparatiuis proprie iungitur.* Plin. 21, 6 Folio aliquanto latiore. Cic. Verr. 4 c. 34 Aliquanto amplius quam ferre poſſent. Aliquanto crudelior Nep. 10, 3, 3. Iniquior Ter. Heaut. 1, 2, 27. Liu. 27, 36 Minor aliquanto numerus, quam qui ante bellum fuerat. *Etiam cum adverbiis temporis.* Cic. Off. 1 c. 23 Et aliquanto ante conſtituere, quid accidere poſſit. Idem pro Caecin. 4 Aliquanto poſt argentaria diſſoluta.

ALIQVANTVM, [ἐπὶ πόσον] *Idem: verum poſitiuo, aut verbo proprie iungitur.* Plaut. Bacchid. 1, 1, 73 Credo timida es? BA. Aliquantum ſoror. Cic. Fam. 5, 13 Aliquantum labefactata atque conuulſa. *Sed tamen etiam cum comparatiuo.* Ter. Eun. 1, 2, 51 Eius frater aliquantum ad rem eſt auidior. Liu. 1, 7 Habitum formamque viri aliquantum ampliorem, auguſtioremque. *Sic etiam Gron. quidam* Aliquanto. *Cum verbo.* Cic. Parad. 3 In re aliquantum intereſt. Id. de Fin. 2, 45 c. 14 Quod quale ſit, non tam definitione, qua ſum vſus, intelligi poteſt (quamquam aliquantum poteſt) quam communi omnium iudicio. Idem ibid. 3, 48 Qui proceſſit aliquantum ad virtutis aditum. *Et* Fam. 4, 6 Lectis tuis literis aliquantum acquieui. Aliquantum retardari Nep. 25, 9, 2. *Cum genitiuo.* vt, Aliquantum numorum Cic. pro Cluent. 126 Aliquantum agri in medio relictum eſt. Off. 1, 33 c. 10. Aliquantum animi videtur nobis attuliſſe Labienus Cic. Att. 7, 13. Laudis Id. Fam. 1, 7. Aliquantum iam etiam noctis aſſumo Id. Fam. 7, 25. *Sed* Verſus mei habebunt Aliquantum noctis, *i.* Obſcuritatis Ouid. in Ibin 61. Temporis Cic. Fam. 10, 8.

ALIQVANTVLVM, Dimin. [ὀλίγον] *Interdum Aduerbii vicem ſubit, v. g.* Ter. Andr. 2, 6, 16 Subtriſtis viſus eſt eſſe aliquantulum. Vt a propoſito declinet aliquantulum Id. in Orat. c. 40. Cic. in Lael. 40 Deflexit enim iam aliquantulum de ſpatio curriculoque conſuetudo maiorum. *Interdum eſt nomen:* vt, Aliquantulum frumenti, aliquantulum ſimi Plin. 17, 8. Cic. pro Quint. 15 c. 4 Aliquantulum aeris alieni. *Sic* Arietibus aliquantulum muri diſcuſſit Liu. 21, 12. Amne agri aliquantulum amplexi Id. ib. c. 30.

ALIQVANTVLO, Idem. Vopiſc. Aurel. c. 34 Etſi aliquantulo triſtior.

ALIQVANTILLVM, [ἐπὶ μικρόν] *Dimin. ab* Aliquantulum. Plaut. Capt. 1, 2, 34 Foris aliquantillum etiam quod guſto, id beat.

ALIQVANTISPER, Adu. temporis. [ὀλίγον χρόνον] *Ad temporis breuitatem refertur, vt ait* Valla lib. 2. Plaut. Pſeud. 1, 5, 158 Aliquantiſper concedere hinc mihi intro lubet. Ter. Heaut. 3, 3, 11 Concedas aliquo ab ore eorum aliquantiſper. *Add.* Iuſtin. 1, 8, 3. Non. 11, 20.

ALIQVAPIAM, *vid.* Aliquiſpiam in ALIQVIS.

ALIQVATENVS, *vid.* ALIQVIS.

ALĬQVIS, a, od, vel id. [τὶς, ἔνιος, ἐνιαῖος] *Rem aut hominem incertum denotat, indiuiduum, quod vocant, vagum. Interdum* Aliqui vis

m habet pluralem, quamuis ſingulariter dicatur: non enim eſt ali- is, niſi de multis. *Haec* Donatus *ad* Ter. Adelph. 4, 4, 24 Aperi- aliquis actutum oſtium. *Sic* Plaut. Epid. 3, 3, 18 Exite huc aliquis. iquae, f. ſing. *pro* Aliqua *legitur apud* Lucret. 4, 264 - - - fieri- e perinde videmus Corpore tum plagas in noſtro, tanquam ali- ae res Verberet, *etc. Alii* Aliqua res *legendum putant, aiunt-* A *vltimam vocalem eſſe longam, etiamſi ſit recti caſus. Quidam docti* endum cenſent, *Tanquam* aliqua re, *in ſexto caſu*, Verberet *autem*, *mpe* Ventus. Ex Lambino. Aliquae res *dedit etiam Creechius.* *ec paene ſingularia praemittere libuit. Iam exempla vulgaris vſus pona-* *us.* Ter. Andr. 4, 6, 18 Simul arbitror iam eſſe aliquem amicum defenſorem ei. Celſus ICtus l. 96 ff. de V. S. Praedia dicimus ali- orum eſſe, non vtique communiter habentium ea, ſed vel alio aliud bente. Cic. de Legib. 3 c. 7 Puto poſſe, et quidem aliquem de tri- s nobis. Idem pro Cecin. c. 19 Aliquis de familia. Id. de Inuent. 7 Demonſtratiuum genus eſt, quod tribuitur in alicuius certae per- nae laudem aut vituperationem. Cic. pro Ligar. 22 c. 7 Aliquem ſe peratorem eſſe maluiſſe: atque is tamen Aliquis, Ligarius non fuit. c. de Fin. 2, 62 Tres aliqui aut quatuor. Cato R. R. 156, 1 Ali- a V folia — *Repetit.* Varro 1, 2, 28. Cic. Verr. 2, 129 c. 52 imant vnum aliquem dicm. Idem Off. 2, 41 c. 12 Nam quum pre- retur in initio multitudo ab iis, qui maiores opes habebant, ad um aliquem confugiebant virtute praeſtantem. Vnum aliquem no- nare Cic. pro Cluent. 185. *Sic* Quinct. 12, 1, 31 Cur non aliquis am vnus vtrumque conſequi poſſit? Cur autem non ſe quisque ſpe- fore illum aliquem? *Sed* 1, 12, 2 Vt ne poſſet quidem aliquid age- tantum vnum. Aliqui, *pro* Nonnulli, *ap.* Plin. 15, 30 Aliqui ne- t eandem eſſe. *Sic* 22, 21. 24, 15 *etc.* Aliquis, Aliquid, *bis ſae-* *sque repetita occurrunt ap.* Liu. 42, 39 Aliquid illi regiae maieſtati, quid hi populi Rom. nomini, exiſtimabant deberi. *Sic* Quinctil. 1, 7. *et* 4, 2. Plin. 10, 53. *et* 19, 7.

¶ 2 Aliquis, *pro*, *ius quis.* Cic. Brut. c. 44 Vellem aliquid Antonio, praeter illum ellum libuiſſet ſcribere. Liu. 3, 68 Ecquis retulit aliquid ad coniu- gm et liberos, praeter odia? *Sic* Ptolemaide, aut aliquo propinquo o Cic. Fam. 1, 7, 13. Id. ad Quint. Fr. 3, 1 Hiſce literis nihil c ſcribo, quod, ſi in alicuius manus inciderit, moleſte ferendum Cum Meſcinio, ſi minus, cum honeſto aliquo homine Id. 16, 99. Ter. Andr. 1, 4, 25 Aliquid facerem, vt hoc ne facerem. Ne quidem annis aliquid quam iram et ſimulationem meditatum Tac. A. 1, 4, 4. *Add.* Plaut. Aul. Prol. 24 *Quem laudamus* n. 4.

¶ 3 Aliquis, *venuſte* ſubauditur *ante relatiuum* Qui, quae, quod. Cic. C. 2, 7 Praemittebatque de ſtipatoribus ſuis, qui perſcrutarentur ar- cas muliebres, *i. Quosdam, ſiue Aliquos.* Hor. Serm. 2, 1, 1 Sunt q bus in ſatyra videar nimis acer. *Sic* Quinct. 4, 2, 63 Sunt, qui ad- ant his euidentiam. *Contra ea* ibid. ſ. 69 Verum in his quoque cfeſſionibus eſt aliquid, quod ex inuidia *etc.*

¶ 4 Aliqui Aliquis. Si te dolor aliqui corporis tenuit Cic. Fam. 7, 1. Anu- us aliqui Id. Acad. 4 c. 26. Quam perſonam caſus aliqui aut tem- imponit Id. Off. 1 c. 32. Dicat mihi quaeſo aliqui Gell. 11, 13. d. 13, 23. *Etiam Ablatiuo caſu dicitur* Aliquî *pro* Aliquo: *ſicut* *pe pro* Quo *dicitur* Quî. Plaut. Aul. Prol. 24 Aut ture aut vino, aliquî ſemper ſupplicat. Moſt. 1, 3, 18 Te, Scapha, donabo ego lie aliquî. *Et* Truc. 5, 30, 31 Gaudere aliquî me volo — Niſi tuo aliquî gaudeo.

¶ 5 Si aliquis, *non abiecta τῷ Aliquod* , Si, Ne, Ne, Niſi, Cum *etc. omitti ſolet:* Si aliquem nacti ſumus, is cum moribus et natura congruamus Cic. Lael. c. 8. Si aliquid itatis nactus ſit Antonius Id. Fam. 11, 2 *etc.*

¶ 6 Aliqui Aliquot. Quum tum abeſſent aliquorum dierum viam Cic. pro c. c. 41. *Ita omnes* MSS. *et editi praeter Lambin. quam ſecutae ope-* *Graeuianae, non ipſe.*

¶ 7 Aliquis ex. Plin. 13, 3 Ali- m ex priuatis audiuimus iuſſiſſe. Aliquo modo Plaut. Stich. 4, 2, 4 Aliquo pacto Ter. Andr. 5, 3, 13. *Vbi* Donatus; Aliquo pacto, oquo modo. Aliqua ex parte Cic. de Fin. 5, 38. Idem pro Cluent. 6 Si modo velint aliqua ex parte liberaliter viuere. *Conf.* de Amic. c. 3.

¶ 8 Aliquis *cum Genitiuo.* Plin. 13, 4 Ex palmis, gen- tim aliquibus panis. Cic. Att. 13, 15 Expectabam aliquem meorum. *rimis ita ponitur* Aliquid, *vt*, Interea aliquid acciderit boni Ter. Adr. 2, 3, 24. *Sic* Plaut. Capt. 3, 4, 54 Profecto iam aliquid pugnae dit. *Sed* Cic. Fam. 2, 5 Graue eſt enim homini pudenti petere ali- d magnum ab eo, de quo ſe bene meritum putet. Ter. Adelph. 5, 23 Huic aliquid paullum prae manu dederis. Plaut. Rud. 2, 7, 13 mihi aliquid loci, vbi condormiſcam parum. *pro Aliquem locum.* quid noui Cic. de Pet. Conſ. c. 1. Aliquid monſtri alunt Ter. Adr. 1, 5, 15 *Vbi* Donatus, Duplex contumelia, et MONSTRI et ALIQVID: minus enim eſſet, Aliquod monſtrum. *Sic*, Quid mulieris vorem habes? Quinct. 2, 4, 12 Aliquid ſui interponere, *vulgo*, *de* *Contra ea* Cic. Att. 1, 16 Ego tibi aliquid de meis ſcriptis mittam, *aliquid ſcriptorum. Et* Colum. 11, 3, 57 Aliquod ſemen, *i. aliquan-* *ſeminis.* Plin. 5, 9 ſ. 10 Aliquid et ſpatio feſſus, *i aliquantum.* *fere* Virg. Aen. 10, 84 Nos aliquid Rutulos contra iuuiſſe, nefan- n eſt.

¶ 9 Eſt aliquid, *pro Non prorſus contemnendum eſt.* iſtud quidem aliquid, ſed nequaquam in iſto ſunt omnia Cic. de . c. 3. Solebas meas eſſe aliquid putare nugas Catull. 1, 4. *Sic* id. Met. 13, 241 Eſt aliquid de tot Graiorum millibus vnum A Dio- de legi. Idem Faſt. 6, 27 Eſt aliquid nupſiſſe Ioui, Iouis eſſe ſoro- n. *Affine huic illud, quod* Aliquis, *vel* Aliquid eſſe, *ponitur pro eo* *d eſt.* Exiſtimatione praeditum eſſe, In aliquo numero haberi. . Diuin. in Verr. 45 c. 15 Vt tu tum aliquid eſſe videare. Ibid. Et cilius tum denique ſe aliquid futurum putet. Idem Att. 3, 15 Ita- fac, vt me velis eſſe aliquem: quoniam qui fui, et qui eſſe potui, eſſe non poſſum. *i.* Velis eſſe me non prorſus obſcurum et abie- m. Aude aliquid breuibus Gyaris et carcere dignum, Si vis eſſe quis Iuuenal. 1, 73 *al.* aliquid. An quidquam ſtultius, quam quos gulos ſicut operarios barbarosque contemnas, eos aliquid putare eſſe uerſos Cic. Tuſc. 5 c. 36. Aliquid dicere. Hic ab artificio ſuo n receſſit: et tamen dixit aliquid Cic. Tuſc. 1, 11. Siue aliquid di- nt, nihil proſunt; ſeu delirant, nihil nocent Lactant. 3, 7. *Sic* Ali- id loqui Id. 3, 24.

¶ 10 *Sed etiam ad contemtum refertur.* C. Orat. 1 c. 23 Gerendus eſt mos adoleſcentibus, qui non Graeci ali- ius quotidianam loquacitatem ſine vſu, neque ex ſcholis cantilenam quirunt. Id. Orat. c. 15 Non declamatorem aliquem de ludo, ſed ctiſſimum et perfectiſſimum quaerimus oratorem. *Minuit etiam et* *ſi ad infimum gradum rem perducit.* Cic. Fam. 5, 16 Minus miſeri nt, qui his temporibus liberos amiſerunt, quam ſi eosdem bona, aut ique aliqua reip. perdidiſſent.

¶ 11 *Ad σεμνολογίαν quan-* *dam et honeſtam reticentiam pertinet illud* Cic. Tuſc. 3 c. 18 Si quem tuorum adflictum moerare videris, — faſciculum ad nares admouebis, incendes odores — ſi vero Aliquid etiam, tum plane luctum omnem abſterſeris. *Illud* aliquid *honeſte Veneream voluptatem deſignat. Similis locus eſt* Cic. Fam. 9, 22 Si dicimus, ille patrem ſtrangulauit, honorem non praefamur. Sin de Aurelia Aliquid aut Lollia, honos prae- fandus eſt.

ALIQVILIBET, Cael. Aurel. Chron. 1, 4, 70. Aliqualibet cauſa.

ALIQVISPIAM, *Pro* Aliquis. Cic. pro Sext. 63 c. 29. Atque ille etiam, ſi aliquapiam (*Al.* alia quapiam) vi expelleretur ex hac vrbe, facile pateretur. Idem Tuſc. 3 c. 9 Num manus affecta recte eſt cum in tumore eſt? aut num aliquodpiam membrum tumidum ac turgidum non vitioſe ſe habet? *Sic Gronou. qui prouocat ad Patris ſui notata ad* Liu. 41, 7 *vbi is locum pro Sextio tuetur. Dauiſius* aliud quodpiam *dedit. In MSS. eſt* aliquod quippiam.

ALIQVISQVAM, Idem Liu. 41, 7 al. 6 al. 10 Nec Lycios Rho- diis, nec vllos alicuiquam, qui nati liberi ſint, in ſeruitutem dari placere. *Sic* Gron. *ex MSS. et Aldina. Ante, in ipſa quoque* Elzeu. 1644. 12. Nec vllos alicui, quam qui nati liberi ſint. *Idem Grono- vius apud* Cic. de Diu. 2 c. 50 *ita legendum eſſe cenſebat, et ita edidit eius filius*, Quis hoc vobis dabit? Epicuruſne? qui negat aliquid- quam Deos nec alieni curare nec ſui. *Sed Dauiſius* quidquam *e. MSS.* repoſuit.

ALIQVA, [πῇ] *Intell. via, ratione, ope, machina.* Plaut. Epid. 1, 2, 48 Aliqua reperibitur: Aliqua ope exſoluam, extricabor aliqua. Cic. Verr. 3, 67 c. 26 Cuperet aliqua euolare ſi poſſet. Liu. 26, 27 Si qui euaſiſſent aliqua. Ter. Phorm. 4, 1, 19 Vereor ne vxor aliqua hoc reſciſcat mea. Virg. Ecl. 3, 13 Et ſi non aliqua nocuiſſes, mor- tuus eſſes. Iuuiſſent aliqua forſitan illud opus Ouid. Pont. 3, 4, 28.

ALIQVATĔNVS, [μέχρι τινὸς] *Vsque ad aliquam partem, ſiue Aliqua ex parte.* Apertis aliquatenus labris Petron. c. 102. Aliquate- nus dolere Sen. Ep. 116. Aliquatenus proceſſit Pomp. Mela 1, 2. Plin. 27, 12 Caulibus pluribus ab vna radice aliquatenus rubentibus. Ali- quatenus ſe confirmauit Columel. 4, 3, 4 *De vinea.* Aliquatenus lu- cidior Quinctil. 10, 1, 74. Aliquatenus nouare rem aliquam Quinct. 3, 9, 5. *Idem* Quinctil. 11, 1, 27 Sed iſtud magis minusue vitioſum eſt, pro perſonis dicentium. Defenditur enim aliquatenus aetate, digni- tate, auctoritate. Et 11, 3, 72 *De ſuperciliis*, Nam et oculos formant aliquatenus, et fronti imperant. Aliquatenus culpae reus eſt Caius in l. Ex maleficio. §. vltimo. D. de action. et oblig.

ALIQVO, Adu. [ποῖ] *Ad vel in aliquem locum.* Ter. Andr. 2, 1, 29 Dum proficiſcor aliquo. *Et* Eun. 4, 3, 25 Illum aliquo concluſiſſem. *Et* Heaut. 3, 3, 11 Aliquo profugiet militatum. *Et* 4, 6, 5. Aliquo ex- trudar hinc. *Et* Adelph. 3, 3, 32 Credo abductum in ganeum ali- quo, *pro* In aliquod ganeum. Ibidem 5, 2, 11 In angulum aliquo abeam. *Sic* migrandum Rhodum aut aliquo terrarum Brut. ap. Cic. Fam. 11, 1, 7. Abigere aliquo. *Vid.* ABIGO. Abiicere ſe aliquo. *Vid.* ABIICERE.

ALIQVORSVM, *Nondum obſeruatum: Sed idem valet*

ALIQVOVERSVM, Plaut. Caſ. 2, 4, 18 Ego iſtam iam aliquo- vorſum tragulam decidero.

ALIQVOSECVS, *Laudatur* Vlpian. l. 1. de Off. Proconſ.

ALIQVOT, [τινὲς ἔνιοι] *Indecl. incertum quot: ſiue neſciamus, quot ſint, ſiue numerare nihil attineat.* Ter. Andr. 3, 3, 2 Aliquot me adiêre. *Vbi* Donatus, Aliquot, *h. e.* Nec multi, nec pauci. Ter. Andr. 4, 4, 32 In pariundo aliquot adfuerunt liberae. *Et* Phorm. 2, 1, 82 Aliquot mihi amicos aduocabo. Aliquot anni ſunt, quum etc. Cic. Att. 9, 11. Liu. 21, 11. Virg. Ecl. 1, 70 Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas.

ALIQVOTFARIAM. Varro de R. R. 1, 2. In eo agro aliquot- fariam in ſingula iugera dena culea vini fiunt. Vox eſt inuſitata.

ALIQVOTIES, *Siue, vt alii ſcribunt*, ALIQVOTIENS, Adu. [ἐνιάκις] Cic. Verr. 4, 24. Aliquoties ad ſocios literas de iſtius iniu- riis miſerat. *Conf.* Id. *de* Leg. 2 c. 4. Liu. 7, 18.

ALIQVOVSQVE, *Nondum habet auctorem idoneum.*

ALICVBI et ALICVNDE *q. d.* Aliquubi *et* Aliquunde, *vid. ſub* ALIVS *poſt* ALIBI.

ALIS, pro Alius, *vid.* ALIVS.

ALISMA, ătis. n. [ἄλισμα] Herba *de qua* Plin. 25, 10 Item aliſma, quam alii Damaſonion, alii lyron appellant. Folia erant plantagi- nis, niſi anguſtiora eſſent, et magis laciniosa *etc.*

ALĬSONTIA, ae. m. *Amnis, qui in Moſellam delabitur: hodie contractius die Eltz.* apud Auſon. Moſella 371. *vid. Freher.*

ALITER, *vid.* ALIVS.

ALITVRA, *vid.* ALO.

ALIVBI, ALIVNDE. *vid. poſt* Aliter in ALIVS.

ALIVS, a, ud; gen. alīus, dat. alii. *pen. prod.* [ἄλλος] Cic. Offic. 1 c. 1 Quantum in vtroque profecerimus, Aliorum ſit iudicium. *Sic* Succeſſere magis alii homines quam alii mores Tac. Hiſt. 2, 95, 5. Priſcianus 6 p. 717 Alius, quoque tam huius *Alius* penultima circum- flexa, quam *Alii*, genitiuus inuenitur apud veteres. Caecil. in V. *nullius aliae rei, niſi amicitiae eorum cauſa. Aliae* pro *Alius* dixit. *Ad- fert deinde ex* Caeſaris Anticatone Alius modi, *et ex* Catone Alii modi. Gell. 4, 10 *ex* Ateio Capitone, Erat enim ius ſenatori, vt ſententiam rogatus, diceret ante quidquid vellet aliae rei, et quoad vellet. Id. 9, 4 Emoriantur omnia haec, nulli aliae cauſae obnoxia. *Rurſus* Id. 17, 5 Neque alīus modi iſti ſunt, quam cuius eſſe eos ſupra docui- mus. *Sic* Alii generis beſtiae Cic. N. Deor. 2 c. 48 *Vbi conſ. Grut.* Alii modi, *vid. in* PERINIVRIVS. Cic. de Diuin. 2, 30 c. 13 Sed ſi ea- dem hora aliae pecudis iecur nitidum atque plenum eſt, aliae horri- dum et exile, quid eſt quod declarari poſſit habitu extorum et colore? Aliae partis Liu. 24, 27. Gell. 17, 9 Inſcriptio alia, aliae locum et nomen teneret. Ita Plaut. Mil. 3, 1, 207 Qui niſi adulterio, ſtudio- ſus rei nullae aliae eſt improbus. *Sed* Quinctil. 9, . . Non enim neſcio cui alii prius: nec poſtea ſibi vni, ſed omnibus praecipit. Salluſt. in Catil. 2, 10 Aliud alii natura iter oſtendit.

¶ 2 *Iam vſum nominis varium declarabimus. Ergo* Alius, *pro* Alter, *ſiue* Se- cundus. Cic. Verr. 4, 28 Tam te has phaleras a Philarcho Centuripi- no abſtuliſſe dicebant, quam alias item nobiles ab Ariſto Panormitano, quam tertias a Cratippo Tyndaritano. Propalam alium Neronem praedicabant Suet. Tit. c. 7 Alium Liberum patrem aduentare Curt. 9, 8, 5. *Add.* Apul. Mileſ. 5 p. 1637. Suſcipit alia, *i. altera Soror de duabus. Vid. Taubm. ad* Plaut. Capt. Prol. 2. *Sic* Gallia eſt omnis diuiſa in partes tres, quarum vnam incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam *etc.* Caeſ. B. G. 1, 1. *Nempe ordinarie* Alter, *de duobus di- citur;* Alius *de multis, h. e.* Alter *vnus eſt e duobus;* Alius, *ex tribus aut pluri-*

*pluribus.* *Quod monent paſſim Grammatici v. g.* Priſcian. l. 2 p. 603, 39. *Sed aliter nonnunquam ſcriptores optimi.* Sall. Catil. 54, 1 *De* Caeſare *et* Catone, Magnitudo animi par, item gloria, ſed alia alii *etc.* Liu. 1, 21 Ita duo deinceps reges, alius alia via, ille bello, hic pace ciuitatem auxerunt. *Antique igitur locutus eſt* Hier. ad Euagr. Epiſt. 85 Presbyter et Epiſcopus aliud aetatis, aliud dignitatis, eſt nomen. *Et ſic alias quoque.* ¶ 3 Alius Lyſippo, *pro A Lyſippo, ſiue Quam Lyſippus:* Hor. Epiſt. 2, 1, 240

Edicto vetuit ne quis ſe praeter Apellem
Pingeret, aut alius Lyſippo duceret aera,
Fortis Alexandri vultum ſimulantia.

Idem Epiſt. 1, 16, 20 Neue putes alium ſapiente bonoque beatum. Sall. Iugurth. c. 81 Aliud Bello mallet, *ex Iani Palmerii emendatione, quam adfert Spicileg. in Salluſt. in Face Crit. Gruteri Tom.* 4 p. 649. *Quanquam plerique libri,* Quam Bellum, *habent.* Liu. 5, 54 Expertis alia experiri. *Et* Phaedrus 3, 1, 41 Si accuſator alius Seiano foret. *Conf.* Curt. 5, 4, 9. *Agnoſcas autem in his locutionibus abſorptionem electiuae particulae,* Quam, Ac, Atque *illi ſimilem, quae in comparatiuis eſt.* Cic. Fam. 11, 2 Nos ab initio ſpectaſſe otium, nec quidquam aliud libertate communi quaeſiſſe, exitus declarat. *Sic ex MSS. optimis editur nunc.* *Olim dabant* a libertate. ¶ 4 *Iam formulas alias per lancem ſaturam commemorabimus. Multas praeſertim parit, geminatum et repetitum. Geminatum, vt* Plaut. Stich. 2, 2, 46 Alius alium percontamur, cuia eſt nauis? Salluſt. in Catil. 6, 3 Alius alio more viuentes. Cic. de Fin. 5, 26 c. 9 Sed naturas eſſe diuerſas, vt aliud equo ſit natura, aliud boui, aliud homini, et tamen in omnibus ſumma communis. Ter. Andr. 4, 5, 39 Fallacia alia aliam trudit. Quinctil. 1, 1 Praeſtat tamen ingenio alius alium. Salluſt. in Catil. . . . Alius alium hortari. Cic. Att. 7, 2 Venio ad epiſtolas tuas, quas ego ſexcentas vno tempore accepi, aliam alia iucundiorem. Cic. Fam. 7, 25 Habes Sardos venales, alium alio nequiorem. Idem de Fin. 454 c. 19 Quod aliud alio melius eſſet aut peius. *Sic* Feliciores aliae aliis videntur Iuſtin. 2, 4, 7. Cic. de Diuin. 1, 76 Simia quam rex Moloſſorum in deliciis habebat, et ſortes ipſas, et caetera, quae erant ad ſortem parata, diſturbauit, et aliud alio diſſipauit, *i. Varios in locos diſiecit.* Sall. Cat. 60, 5 Alios alibi reſiſtentes interfecit. Cic. de Diuin. 2, 89 Vim quandam eſſe aiunt ſignifero in orbe, qui Graece ζωδιακὸς dicitur, talem, vt eius orbis vnaquaeque pars alia alio modo moueat, immutetque coelum. Cic. Q. Frat. 3, 1, 7 Quod multos dies epiſtolam in manibus habui propter commorationem tabellariorum, ideo multa coniecta ſunt, aliud alio tempore. Cic. Off. 1, 22 c. 7 Vt ipſi inter ſe, aliis alii prodeſſe poſſent. ¶ 5 Alius *repetitum,* Cic. in Laelio 6 Diuitias alii praeponunt: bonam alii valetudinem, alii potentiam, alii honores, multi etiam voluptates. Pſeudo-Salluſt. in Cic. extr. Aliud ſtans, aliud ſedens de Repub. ſentis. *Sic* alius iam capta caſtra pronuntiat, alius victores barbaros veniſſe contendit Caeſ. B. G. 6, 37. Alii metu relinquunt, alii metu produnt Sen. Ep. 9. Chryſippus ait, alias animantium corpore excellere, alias autem animo, nonnullas valere vtraque re Cic. de Fin. 4 c. 11. Proferebant alii purpuram Tyriam, thus alii, gemmas alii, vina nonnulli Graeca Id. Verr. 5 c. 56. *Conf.* Liu. 42, 61. *et* 45, 23. Plin. 31, 2 Aquae aliae Sulfuris, aliae aluminis, aliae ſalis, aliae nitri, aliae bituminis, nonnullae etiam acida ſalſaue miſtura. *Hoc in vſu reſpondet interdum* pars *vel* partim. Sall. Cat. 2, 1 Pars ingenium, alii corpus exercebant. *Et* Iug. 51, 1 Pars cedere, alii inſequi. Ouid. Faſt. 1, 405 Naiades effuſis aliae ſine pectinis vſu Pars aderant poſitis arte manuque comis. Sall. Fragm. Hiſt. 6 in Orat. Cottae 1 Quorum alia toleraui, partim repuli. ¶ 6 Alius *geminatum interpoſita coniunctione, Varietatem ſignificat.* Liu. 8, 23 Inchoata res aliis atque aliis de cauſis dilata erat. Liu. 1, 8 Quum alia atque alia appetendo loca — munirent. *Sic* Milites trans flumen aliis atque aliis locis traiiciebat Id. 2, 2. Itaque adoptatus es, non vt prius alius atque alius Plin. Paneg. c. 7. Febres aliae aliaeque ſubinde oriuntur Celſ. 3, 3. Cancer aliis aliiſque ſignis diſcernitur Id. 5, 26. Col. 3, 8, 10 Aliam quoque atque aliam (*apem*) patitur egredi. Sal. Iug. 18, 7 Saepe tentantes agros alia deinde alia loca petiuerant. *Add.* 36, 2 Alias deinde alias morae cauſas facere. Cic. in Orat. 72 c. 22 Eadem res ſaepe aut probatur, aut reiicitur, alio atque alio elata verbo. Alio atque alio loco exoritur Plin. 2, 10 *De Luna.* ¶ 7 Alius, pro Diuerſus. Ter. Andr. 1, 2, 18 Nunc haec dies aliam vitam affert, alios mores poſtulat. *Vbi* Donatus, Aliam vitam, pro Diuerſam et contrariam. Alia longe nomina Gell. 27, 5. *Sic* Verbis paucis quam cito Alium feciſti me, alius ad te veneram Plaut. Trin. 1, 1, 123. Valete; adeſte; ibo: alius nunc fieri volo Id. Poen. Prol. *extr.* Homines alii facti ſunt Cic. Fam. 11, 12. Alius vir erat Liu. 44, 18. Enſeſque recondit Mors alia Stat. Theb. 7, 806. *i. naufragii ex tempeſtate metus.* Salluſt. in Catil. c. 52 Longe alia mihi mens eſt. Quinct. 10, 1, 53 Quanto ſit aliud proximum eſſe, aliud ſecundum. *Sollennis quaſi hic vſus eſt in formula, qua Conſul diſceſſionem imperabat in Senatu. Locus claſſicus eſt* Plin. Epiſt. 8, 14, 19 Qui haec ſentitis, in hanc partem, qui alia omnia, in illam partem ite, qua ſentitis. *Examinat deinde ſingula verba Plinius et expendit.* Feſtus in lit. Q *ita,* Qui hoc cenſetis, illuc tranſite, qui alia omnia, in hanc partem: *ac ſubiicit,* His verbis praeit, ominis videlicet cauſa, ne dicat, qui non cenſetis. Caeſ. (ſ. Hirtius, Oppiusue adeo) B. Gall. 8, 53 Sententiiſque dictis, diſceſſionem faciente Marcello — Senatus frequens in alia omnia tranſiit. *Sic* Cic. Fam. 2, 1 De tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia. *Et* 10, 12 *De Seruilio* Frequens eum Senatus reliquit, et in alia omnia tranſiit. *Hinc* Alia omnia, quam quae velis agere Plin. Ep. 7, 15. Non alius erga te nouus honor ſupereſt, quam ſi aliquando de te tacere audeamus Id. Paneg. c. 55. Cic. pro Cecin. 57 Non enim alia cauſa eſt aequitatis in vno ſeruo, et in pluribus. Idem Off. 2, 62 Alia cauſa eſt eius, qui calamitate premitur, et qui res meliores quaerit nullis rebus ſuis aduerſis. Cic. de Inuent. 2, 12 Quum communiter quaedam de omnibus praecipi poſſint, ſeparatim quoque aliae ſunt cuiuſque generis et diuerſae praeceptiones. *Etiam hoc intellectu inuenitur geminatum, et fere in diuerſis caſibus ſine coniunctione:* Salluſt. Catil. 2, 10 Sed in magna copia rerum, aliud alii natura iter oſtendit. Virg. Georg. 1, 276 Ipſa dies alios alio dedit ordine Luna. *Hinc etiam* Idem *et* Aliud, *contraria.* Cic. Topic. 8 Comparationum duo genera ſunt: vnum de eodem et alio: alterum de maiore et minore. *Rurſum* ibid. Huic generi finitimum eſt illud, quod appellari de eodem et altero diximus. Ther. Phorm. 4, 4, 3 Aliud mihi reſpondes, ac rogo. Cic. in Orat. 237 Poteſt enim non ſolum aliud mihi ac tibi, ſed mihi ipſi aliud alias videri. Idem Fam. 1, 9 Non alius eſſem atque nunc ſum. Alia dicentis, ac ſignificantis diſſimulatio Cic. de Orat. 3 c. 53. Aliae ſunt legati partes atque imperatoris Caeſ. B. C. 3, 53. In aliis rebus aliiſque ſententiis verſaris atque ille Cic. Leg. 2, c. 7. Alia atque antea ſentire Nep. 23, 2, 2. Ibi cultura non aliud eſt atque alea domini vitae Varr. R. R. 1. 4. ¶ 8 *Cum* Ex *varie iungitur* Aliam rem ex alia cogitare Ter. Eun. 4, 2, 3. Aliud ex alio malum Id. Ib. 5, 6, 17 Cic. Fam. 9, 9 Me quotidie aliud ex alio impedit. *quaſi dicas, Sine intermiſſione et requie.* Virg. Aen. 5, 494 - - - nos alia ex aliis in fata vocamur. Rerum cauſas alias ex aliis aptas et neceſſitate nexas videt Cic. Tuſc. 5, 70. *Familiari tranſitioni inſeruit,* Vt aliud ex alio, *intell. in mentem venit, incidit etc. v. g.* Cic. Att. 16, 14 Tamen vide, ſi forte in Tuſculano recte eſſe poſſum, ne id melius ſit: (ero libentius: nihil enim ignorabo) an hoc, quum Antonius venerit. Sed, vt aliud ex alio, mihi non eſt dubium, quin quod Graeci καθῆκον, nos officium. *Plene* Terent. Heaut. 3, 3, 37 Vt aliud ex alio incidit. Ex alio in aliud viciſſitudo atque mutatio Cic. Tuſc. 5, 69. ¶ 9 *Etiam cum aliis praepoſitionibus. v. g.* Alius poſt alium Salluſt. Iug. c. 63. Cic. Att. 9, 10 Vidi Pompeium plenum formidinis. Illo ipſo die ſenſi quid ageret. Nunquam mihi poſtea placuit, nec vnquam aliud in alio peccare deſtitit. *Quamquam* in *potius* ad peccare *refertur.* Prodigia alia ſuper alia Liu. 23, 36. Plin. Epiſt. 7, 8 Aliis ſuper alias epiſtolis egit mihi gratias. Aliud ſuper aliud ſcelus Liu. 30, 26. Idem 3, 56 Quae impie nefarieque per biennium alia ſuper alia es auſus. *Magis proprie* Liu. 1, 25 Duo Romani ſuper alium alius, vulneratis tribus Albanis, exſpirantes corruerunt. Manil. lib. 5, 41 - - - totumque volet tranare profundum Caſſibus, atque alios menſes, aliumque videre Phaſin. *i. Diuerſam temperiem, vt interpretati ſunt. Sed Bentleius repoſuit* Minyas. *Certe acute.* ¶ 10 Alius *partitiuum nomen eſt, et genitiuo iungitur.* Plin. 11, 37 Terreſtrium aliis denticulatae aſperitatis venter. *Item relatiuum eſt, vt Grammatici loquuntur, ſubſtantiae.* Virg. Ecl. 2, 49 Tum caſia, atque aliis intexens ſuauibus herbis. Ex quo ſequitur, caſiam ſimiliter herbam ſuauem eſſe. *Sic* Salluſtius *citante ibidem* Seruio, Leonem atque alias feras. *Porro* Alii, *indefinite ſignificat aliquos eiuſdem generis, de quo agitur, non autem omnes:* Caeteri, *ſine exceptione omnes alios ſignificat.* Ter. Eun. 4, 7, 6 Cedo alios. *Vbi* Donatus, Non reliquos dixit: ſed alios, quaſi multi ſint. Salluſt. in Catil. pr. Omnis homines qui ſeſe ſtudent praeſtare caeteris animantibus. *Etiam* dicimus omnia alia, *et* cuncta alia *pro* caeteris. Virg. Aen. 1, 347 - - - ſcelere ante alios immanior omnes. Plin. 7, . . prooemio, Principium iure tribuetur homini: cuius cauſa videtur cuncta alia genuiſſe natura *Interdum tamen ornatus gratia* OMNES *cum* CAETERI *coniungitur.* Cic. Fam. 1, 1 Caeteris ſatisfacio omnibus, mihi ipſe nunquam ſatisfacio. *Satis erat* caeteris: *Sed durior ac minus plena fuiſſet compoſitio. Quin etiam* Alii *pro* caeteris *ſimpliciter ponitur. v. g.* Diuitiaco ex aliis Gallis maximam fidem habebat Caeſ. B G. 1, 41. Trecenti delecti, qui Romam mitterentur, vulgus aliud trucidatum Liu. 7, 19. Inter primos atrox praelium fuit, alia multitudo terga vertit Id. 7, 26. ¶ 11 *Iungitur quoque aliis Pronominibus.* Cic. Fam. 11, 2 Nec quidquam aliud libertate commun[i] quaeſiſſe. Ter. Phorm. 5, 2, 5 Dum aliud aliquid flagitii conficiat Ter. Adel. 5, 2, 4 Eſt alius quidam paraſitaſter paruolus. Gell. Alius quidam veterum Poëtarum. Cic. Off. 1, 10 Si verum eſt Q. Fabium Labeonem, ſeu quem alium, etc. Plaut. Amph. 1, 1, 244 Nec nobis praeter me, alius quiſquam eſt ſeruus Soſia. *Sic,* Alius nemo, *apu[d]* Terentium. ¶ 12 *Sunt et aliae compoſitiones, v. g.* Cic Orat. c. 71 Poteſt non ſolum aliud mihi ac tibi; Sed mihi ipſi aliu[d] alias videri. Liu. 44, 43 Equites alii alia (*via*) in ciuitates ſuas d[i]lapſi ſunt. Sall. Catil. 60, 5 Alios alibi reſiſtentes interficit. Ci[c.] de Diuin. 2, 146 Quomodo autem diſtingui poſſunt vera ſomnia a fa[l]ſis, quum eadem et aliis aliter euadant, et iiſdem non ſemper eode[m] modo? Ter. Phorm. 2, 2, 19 Aliis aliunde eſt periculum. ¶ 13 *Fr[e]quenter praecedit* Non *aut* Nihil; *ſequitur* Niſi *vel* Quam. Cic. de Sen. Quid eſt aliud gigantum more bellare cum diis, niſi naturae repugnare idem in Laelio c. 27 Amare autem nihil aliud eſt, niſi eum ipſum diligere quem ames, nulla indigentia, nulla vtilitate quaeſita. Nihil aliu[d] agerem, niſi eum, qui accuſatus eſſet, defenderem Cic. pro Sylla c. 12. Non intelligitis, nihil aliud agi, niſi vt proſcriptorum liberi tollantur Id. pro S. Roſc. 5 c. 52 *Sic* Petron. c. 86 *extr.* Nihilque aliu[d] (*feci*) quam puerum baſiaui, *vid.* Burm. Videritis regem — exclu[ſ]ſum, nihil aliud quam Aulide et Euripo ſpectatis, in Aetoliam red[e]euntem Liu. 35, 49. *i. poſtquam nihil aliud fecerit.* Id. 2, 63 Et ho[ſ]ſtes quidem nihil aliud (*int.* agunt) quam perfuſis vano timore Romanis citato agmine abeunt. *Vid.* Gron. ad Liu. 31, 24. *Pleniora ſun[t] iſta:* Liu. 2, 8 Horatius nihil aliud ad eum nuncium a propoſit[o] auerſus, quam vt cadauer efferri iuberet. *Et* 2, 29 Sed a lictore nihil aliud quam prehendere prohibito, cum conuerſus in patres impe[t]tus eſſet. Liu. 3, 40 Cum aliud praeterquam de quo retuliſſent, Decemuiri dicere prohiberent. ¶ 14 *Vim ſuperlatiui exprimunt iſtae formulae:* Liu. 1, 27 Non alia ante Romana pugna atrocio[r] fuit? *Et* 2, 31 Poſt pugnam ad Regillum lacum non alia illis annis pugna clarior fuit. Id. 2, 46 Non alio ante bello infeſtior praeliu[m] iniit. Plaut. Merc. 1, 1, 100 Mulier, qua mulier alia nulla eſt pulchrior *Similem exaggerandi vim habet illud* Cic. Verr. 5 c. 30 Quid eſt aliu[d] capere et conciliare pecunias, ſi hoc non eſt?

ALIS, pro Alius: et Alid, pro Aliud veteres dicebant. Lucret. 263 Quando alid ex alio reficit natura. Id. 1, 1108 Namque alid [e]x alio clareſcet. *Et* 5, 1455 Namque alid ex alio clareſcere corde vidi[e]bant. *Sic* 3, 984 *et alibi frequenter,* fruſtra contra nitente Giſani[o]. Catullus de Coma Berenices ſ. 66, 27 An'ne bonum oblita es facinu[s] quum regium adepta es Coniugium, quod non fortior auſit alis. S[ic] *enim eſt legendum: ſic etiam Voſſ. i. Audeat alius.* Chariſ. lib. 1 133 *extr.* Veteres non tantum alius dixere ſed etiam alis, ſicut et S[al]luſtius, Alis alibi ſtantes, omnes tamen aduerſis vulneribus conciderunt. *Eadem* Diomedes l. 1 p. 323 pr. *Vid. tamen Cortius ad* Cati[l.] 60, 5. *Id. ad* Iug. 50, 5 *ſuſpicatur fuiſſe* Alis alio, quam maxim[e] diuorſi: *Itemque* Iug. 12, 1 Alis alio. *Conf.* Priſcian. l. 13 p. 959 *ext[r.]* *Idem* Priſcian. lib. 15 cap. de Aduerbio p. 1014. Alia vero aſſumunt datiuo TER, penult. corrept. vt. Fortis, forti, fortiter; Vtilis, vtil[i] vtiliter. *Paullo poſt,* Aliter, quoque ab eo quod eſt *Alis, huius ali[s] huic ali;* pro Alius, alius, alii, ſecundum ſupra dictam analogia[m] profertur.

ALIA, Adu. loci. Donatus in Hec. Ter. 1, 2, 5 *Alias* alio tem[]pore ſignificat, *Alia* aliter, aut per alia. Plaut. Rud. Prol. 10 Is n[os] per gentes alium alia diſparat. Lucret. 6, 986 Nam penetrare al[...] ſonitu

ɔnitus, aliaque ſaporem Cernimus e ſuccis, alia nidoris odores. *ipban. leg.* alio, *ſed male.*

ALIAS, Adu. [ἄλλοτε] *Alio tempore.* Extrema circumflexa Priɔian. l. 15 p. 1014. Cic. in Laelio 1 Sed de hoc aliàs. *ſubaud.* Agenus. Quibus de rebus et alias ſaepe nobis multa quaeſita et diſputaı ſunt Cic. Acad. 4 cap. 3 Sed haec alias pluribus Id. Diuin. 2 c. 2 *ctr.* ¶ 2 Aliàs, *Alio loco vel modo.* Vlp. in l. palam. D. e ritu nupt. Si qua in taberna, caupona, vel aliàs pudori ſuo non arcat. *It. Alioqui:* Plin. 8, 25 *de crocodilo,* Vnum hoc animal terɔeſtre linguae vſu caret: vnum ſuperiore mobili maxilla imprimit orſum: aliàs terribile, pectinatim ſtipante ſe dentium ſerie. Hoɔerus multus aliàs in admiratione Circes Plin. 25, 2. Vir aliàs doɔtiſſimus. Macrob. Saturn. 5, 19. Illum debilitatum vulnere iacuiſſe, on aliàs, quam ſimulatione mortis tutiorem Curt. 8, 1, 24. Reges Nuɔidarum et aliàs infenſi Tac. A. 16, 1, 4. *Pro Alibi* Plin. 24, 14 daeus rubus appellatus eſt, quoniam in Ida, non aliàs naſcitur. Nusquam aliàs tam torrens fretum Iuſtin. 4, 1, 9. ¶ 3 liàs, *geminatum, pro Interdum geminato* Cic. in Orat. 256 Sed aliàs a loquor: vt conceſſum eſt: aliàs, Vt neceſſe eſt. Sub caſtris eius agabatur, aliàs vt ſitum caſtrorum cognoſceret, aliàs colloquendi ut territandi cauſa Caeſ. B. G. 5, 55. Minus libere, minus audacter agabantur, aliàs non longo ab caſtris progreſſi ſpatio, aliàs longiore ɔrcuitu Id. B. C. 1, 59. Nox aliàs contractior, aliàs productior en. Ep. 12. Aliàs beatus, aliàs miſer Cic. Fin. 2 c. 2. Plin. 7, 55 liàs immortalitatem animae, aliàs transfigurationem, aliàs ſenſum ɔferis dando. Cic. de Inuent. 1, 99 c. 52 Atque hic item, vt in noſtra erſona licebit aliàs ſingillatim tranſire omnes argumentationes, aliàs partitiones ſingula genera referre, aliàs ab auditore quid deſideret uaerere, aliàs haec facere per comparationem ſuarum et contrariarum gumentationum. Cic. de Orat. 3, 204 Geminatio verborum habet terdum vim, lepôrem aliàs. Cic. de Orat. 2, 30 c. 7 Itaque et illi liàs aliud iisdem de rebus et ſentiunt et iudicant. Non aliàs militi miliarior dux fuit Liu. 7, 33. Cic. in Bruto 144 Idque quum ſaepe liàs, tum apud Centumuiros in M. Curii cauſa cognitum eſt. Saepe liàs Nep. 23, 11, 6. Cic. de Orat. 1, 38 Quorum pater et ſaepe aliàs, maxime Cenſor ſaluti Reipublicae fuit.

ALĬBI, Adu. [ἀλλαχῆ, ἄλλοθι] *Alio in loco, Alia in re.* Miles ibi pauorem, alibi gaudium ingens facit Liu. 3, 28. Alibi preces, ibi minae audiebantur Id. 8, 32. *Add.* Tac. H. 3, 83, 3. Exercitus ifariam diſſipatus, alibi primum, alibi poſtremum agmen, alibi npedimenta Liu. 38, 46. *Vid. et* Plin. 5, 27. Virg. Georg. 1, 55 ic ſegetes, illic veniunt felicius vuae: Arborei foetus alibi. Plin. 3 Praeterea viſus probatione, alibi plauſtri, alibi vrſi, tauri alibi, ibi literae figura, candidiore medio ſuper verticem circulo. Alibi que alibi Idem 13, 1. *et* 34, 14. Cic. Acad. 4, 103 Illud ſit diſputaɔm, non ineſſe in his propriam, quae nusquam alibi eſſet, veri et rti notam. Plaut. Bacch. . . . Atque ego ſi alibi plus perdiderim, miıs aegre habeam. Nolo alibi quam in innocentia ſpem habere Liu. 41. Nec ſpes ſalutis alibi, quam in pace impetranda eſt Id. 30, 35. in. 14, 1 Vua non alibi gratior colio. *Sic et* 31, 6. Duas omnino dcdes, nec alibi, quam in Germania accepit Suet. Aug. c. 23. Ter. c. 3, 1, 14 Habebam alibi animum amori deditum. Quinctil. 11, 1 47 Pleraque quae natura non ſunt reprehendenda, atque ideo inɔum ſunt neceſſaria, alibi quam (*intell.* vbi) mos permiſerit, turpia bentur. Vlp. l. 2. §. ignominiae. D. de his qui not. infam. Ignoɔnia miſſis, neque in vrbe, neque alibi, vbi imperator eſt, morari et.

ALĬCVBI, Adu. [ἐνιαχῆ] *Aliquo in loco.* Cic. Att. 9, . . Ita ſi ſaluus ſit Pompeius, et conſtiterit alicubi. Vtinam hic prope adɔet alicubi Ter. Adelph. 3, 4, 7. Cic. pro Flac. 71 c. 29 Omnino llem, et magis erat tuum, ſi iam te Craſſi agri delectabant, hic alibi in Cruſtumino aut in Capenati parauiſſes. Sen. de Tranq. An. 2 alicubi obſtes tibi, alicubi iraſcaris, alicubi inſtes grauius.

ALICVNDE, Adu. [ἀμόθεν] *Ex aliquo loco.* Ter. Andr. 2, 4, 3 ɔnit meditatus alicunde, ex ſolo loco. Idem Adelph. 2, 2, 35. et orm. 1, 5, 75. *Vt ipſum vnde, ita etiam* Alicunde *non ſemper Locum nificat, ſed ad Rem aut Hominem interdum refertur.* Plaut. Perſ. 1, 44 Alicunde exora mutuum. *i. Ab aliquo homine.* Cic. Verr. 2, Non quaeſiuit procul alicunde. Ali *poſt* Si *nonnunquam abiicitur,* cunde *quod vide.*

ALIENVS, a, um. [ἀλλότριος, ἀλλόκοτος] *dicitur, quod eſt alioɔm ſ. quod noſtrum non eſt.* Ouid. de Arte Am. 1, 349 Fertilior ſeges alienis ſemper in agris. Alienus cibus Ter. Eun. 2, 2, 34. *de vita raſitorum.* Alianae domi eſſe *vid.* DOMI. Martial. in praef. lib. 12 decor mihi litigare in alieno foro. Plaut. Stich. 3, 2, 31 Apud me cenant alieni nouem. *i. non domeſtici.* Cic. in Laelio 5 Itaque ciues tiores ſunt, quam peregrini: et propinqui, quam alieni. Alieno ore viuere Ter. Andr. 1, 1, 125. Plaut. Milit. 3, 1, 51 Et meam rtem itidem tacere, quum aliena eſt oratio. *i. Quum alius loquitur.* n. 12, 1 Sed quis non iure miretur, arborem vmbrae gratia tantum, alieno petitam orbe? *i. Non noſtro, ſed peregrino et longinquo ſolo.* ienis Pedibus ambulamus, alienis Oculis agnoſcimus Plin. 29, 1 *lecticariis, anagnoſtis, et nomenclatoribus vtentes.* Cic. in Laelio. Off. 1, 30 c. 9 Difficilis eſt cura rerum alienarum. ¶ 2 ienum, *abſolute, pro Re aliena.* Salluſt. in Catil. 5, 4 Alieni appeɔns, ſui profuſus. Tantumne ab re tua eſt otii tibi, aliena vt cures r. Heaut. 1, 1, 23. Ita aliena appetimus, vt de noſtris dimicemus u. 30, 30. Cic. Fam. 3, 8 Quum et natura ſemper ad largiendum alieno fuerim reſtrictior. *Nempe vulgo* Facile Romani de alieno gebantur Iuſtin. 36, 3, 9. ¶ 3 *Familiari, domeſtico, ami-, opponitur* Plin. 7, 1 Tot gentium ſermones, tot linguae, tanta quendi varietas, vt externus alieno paene non ſit hominis vice. In enos, in ſuos irruebat Cic. pro Mil. c. 28. In phyſicis totus eſt enus Cic. de Fin. 1, 6 *de Epicuro, ſua Democrito debente.* Cic. Fam. 6 Vt tuum factum alieni hominis, meum vero coniunctiſſimi et ieniſſimi eſſe videatur. Ter. Phorm. 3, 3, 12 Quid? Ego vobis, ta, alienus ſum? *i. non veſter. Pro Alienato* Ter. Hec. 1, 2, 83 ſtquam hunc alienum ab ſeſe videt. ¶ 4 *Idem quod Corrupɔr, et inde foetidus* Varro R. R. 3, 4, 3 Alienus odor opplet nares. ribonius Largus Comp. 201 Si os ſcabrum, aut putre vetuſtate vitii ctum eſt, expurgat et educit quantum eius alienum eſt. *Vid.* ALIE-*extr. Sic* Alienum, *pro Abſurdo, et non pertinente ad rem.* Caeſ. ll. Gall. 6, 10 Non alienum eſſe videtur, de Galliae Germaniaeque ribus, et quo iſtae nationes differant inter ſe, proponere. *Vid.* p. 1, 6, 1. et Ter. Adel. 5, 8, 22. *Sic* Scribon. Comp. 10 Quo tempore etiam ſternutamentum concitare non alienum erit. *Et* Comp. 47 Non alienum eſt ſcire. *Sic etiam* c. 52. *Et* 135 Non alienum iudicauimus exponere. *Hinc etiam* Aliena loqui *dicuntur, qui vehementer aegrotantes aut mente capti delirant, neſcientes quid dicant.* Interdum in acceſſione aegros delipere et aliena loqui Celſ. 3, 18. Ouid. Triſt. 3, 3, 19 *ad vxorem.* Quin etiam ſic me dicunt aliena loquutum, Vt foret amentis nomen in ore tuum. *Eodem ſenſu* Alienus, *Qui aliena loquitur, vel mente captus.* Firmic. 3, 6 Si cum Sole Mars et Saturnus fuerint inuenti, facient alienos, deliros, cardiacos, aut phreneticos. *Vid.* ALIENATVS. *Huc etiam refertur, quod* Alienum, *interdum notat Contrarium: i. Inſalubre et noxium.* Celſ. 4 vlt. Equitare, podagricis quoque alienum eſt. Salluſt. Bell. Catil. 56 *extr.* Alienum ſuis rationibus. Celſ. 4, 5 Sumendi cibi faciles, et ſtomacho non alieni. *Add.* 4, 24. ¶ 5 *Iam videamus conſtructionem diuerſam Cum genitiuo.* Cic. de Fin. 1, 11 Quis alienum putet eius eſſe dignitatis, quam mihi quisque tribuit, *etc.* Lucret. 6, 68 — alienaque pacis eorum. *Add.* Idem 6, 1063. et 3, 832. Salluſt. Catil. 40 Ille eos in domum D. Bruti perducit, quod foro propinqua erat, neque aliena conſilii propter Semproniam. Sed nimirum inopinans incidi in cauſam temporis huius alienam Rutil. Lup. l. 2 de Figuris Sentent. Alienum veritatis Cyprian. Tr. contra Demetrian. Lucret. 3, 833 Aliena ſalutis. *i. contraria, noxia. At* 6, 1281 Aliena rogorum. *i. rogi alieni. Cum Datiuo.* Quinctil. 1 pro. 5 Ego autem quum exiſtimem nihil arti oratoriae alienum. *Et* 4, 2, 62 Quibus omnibus aliena eſt illa magnificentiae virtus. Cic. pro Cecin. 24 c. 9 Quod illi cauſae maxime eſt alienum. *Vid.* Tacit. Hiſt. 2, 74, 2. et Sen. praef. 4. Nat. Quaeſt. *Cum Ablatiuo omiſſa Praepoſitione* A. Cic. Fam. 11, 27 Sum admiratus te, quicquam a me commiſſum, quod eſſet alienum noſtra amicitia, credidiſſe. Cic. de Prouinc. Conſ. 1 Sed alienum ſibi videri dignitate imperii. *Add.* Fam. 9, 14. Alienum exiſtimatione mea Cic. Att. 6, 1. Alienum ingenio ſuo Plaut. Capt. 1, 1, 31. *Sic* Cic. Fam. 5, 17 Non putaui eſſe alienum inſtitutis meis, haec ad te ſcribere. Alienum loco, tempore Quinctil. 6, 3 *vid. Burm.* p. 537. Cic. de Diuin. 1, 83 Neque hoc dii alienum ducunt maieſtate ſua. Salluſt. in Catil. 56 *extr.* Alienum ſuis rationibus exiſtimans, videri cauſam ciuium cum ſeruis fugitiuis communicaſſe. Liu. 29, 29 Extitit quidam Mezetullus nomine, non alienus ſanguine regibus. *i. Cognatus.* Alieniora vſu Gell. 19, 7. *Cum Ablatiuo et Praepoſitione.* Alienus eſt ab noſtra familia Ter. Adelph. 3, 2, 28. *i. amare heram meam deſiit.* Cic. Fam. 4, 7 pr. Non aliena eſſe ducerem a dignitate. Cic. Verr. 4, 64 c. 26 Letilius quidam, homo non alienus a literis. Cic. Acad. 4, 132 Si Polemoneus peccat Stoicus, rei falſae aſſentiens, vos quidem nihil dicitis a ſapiente tam alienum eſſe. Ter. Adel. 5, 8, 21 Abſurdum atque alienum a vita mea videatur. Cic. de Prou. Conſ. 17 Sed non alienum eſſe arbitror, quo minus ſaepe aut interpeller, — explicare breuiter, quae mihi ſit ratio et cauſa cum Caeſare. Cic. Att. 16, 3 Mouet etiam nauigationis labor; alienus non ab aetate ſolum noſtra, verum etiam a dignitate. Ab amore noſtro Cic. de Petit. Conſ. 1. Id. de Fin. 1, 17 Epicurus in phyſicis, quibus maxime gloriatur, totus eſt alienus. ¶ 6 *Subſtantiua quaedam videamus, quibus iungitur.* Alieno Animo eſſe ab aliquo Cic. pro Deiot. 24 c. 8. *Et* in Laelio 8 Ab altero, propter probitatem eius, non nimis alienos Animos habemus. *Sic* pro Roſc. Amer. 136. Alienus Locus. *i. incommodus* Caeſ. B. G. 1, 16. *Sic* Cic. Fam. 15, 14 Sin maiora, conſidera, ne in alieniſſimum Tempus cadat aduentus tuus. *Add.* 3, 10. Alienum fortunae ſuae Vultum gerere. *i. Male conuenientem.* Sen. de Vita beata *extr.* ¶ 7 *Gradibus aſſurgit* Ter. Adel. 1, 2, 30 Alieniore aetate poſt faceret tamen. Alienior haeres, *Qui nulla neceſſitudine coniunctus eſt ei, cui ſuccedit.* Cic. pro Cluent. 162 c. 59 P. Aelii teſtamento propinquus exhaeredatus quum eſſet, haeres hic alienior inſtitutus eſt. *Vid. mox* Alieniſſimus. Cic. Fam. 2, 17 Sin a me eſt alienior, nihil tibi meae literae proderunt. *Add.* Fam. 1, 9, 49. Alieniſſimo ſibi loco conflixit Nep. 2, 4, 5. Alieniſſimi homines a Clodio. *i. Minime coniuncti ſanguine aut propinqui.* Cic. pro Domo ſua 170 c. 27 Quam legem eſſe homines alieniſſimi a P. Clodio iudicarent, Piſo et Gabinius: eam nullam eſſe frater P. Clodii iudicauit. *Add.* Fam. 8, 12, 3. 15, 4, 39. Caeſ. B. G. 6, 31 Multi ex ſuis finibus egreſſi ſe ſuaque omnia alieniſſimis crediderunt, *qui nullum ius haberent.* Plin. Pan. 37 Niſi ſimul cognationis iura impetraſſent, alieniſſimi habebantur, quibus coniunctiſſimi fuerant, *i. viceſimam ſoluere cogebantur, quae neceſſariis et proximis remittebatur.* Cic. de Clar. Orat. 2 Augebat etiam moleſtiam, quod magna ſapientium ciuium, bonorumque penuria, vir egregius coniunctiſſimusque mecum conſiliorum omnium ſocietate, alieniſſimo Reipub. tempore extinctus, et auctoritatis et ſapientiae ſuae triſte nobis deſiderium reliquerat. Alieniſſimus ruſticae vitae Columel. 3, 21, 3. *i. imperitiſſimus.*

ALIĒNĬTAS, ātis. f. *Aliena rerum conſtitutio, res quae abeſſe debebant. Vt,* Alienitatis obtruſione veſicae impedito meatu Cael. Aurel. Tard. 5, 64. Idem de excrementis Acut. 3, 20 Manens alienitas grauat, *etc.* Idem. Acut. 2, 227 Ad mentis alienitatem detrahendam, *i. alienationem.*

ALIĒNO, āre. [ἀλλοτριόω] *Alienum facere.* Ita nos alienauit Ter. Heaut. 5, 2, 26. *i. familia eiecit filios.* Certe edepol tu me alienabis nunquam, quin noſter ſiem Plaut. Amph. 1, 1, 243. *i. non alium, quam verum Soſiam facies ex me.* Plin. 20, 18 ſ. 75 Sacopenium quod apud nos gignitur, in totum transmarino alienatur, *h. e. Propter transmarinum ſit alienum, et ab vſu remouetur.* Cic. Verr. 4, 134 c. 60 Pretio paruo ea quae accepiſſet a maioribus, vendidiſſe atque alienaſſe. Cic. de Leg. Agr. 2, 54 c. 21 Venire veſtras res proprias, et in perpetuum a vobis alienari. Reiiculae ſunt alienandae Varr. R. R. 2, 1. Vlpian. l. Item D. de alienat. iudic. mut. cauſ. fact. Item ſi res fuerint vſu captae ab eo, cui alienatae ſunt. Cic. de Lege Agr. 33 Permittitur infinita poteſtas innumerabilis pecuniae conficiendae de veſtris vectigalibus non fruendis, ſed alienandis. Plin. 30, 6 ſ. 16 Quos linquit animus, aut quorum alienatur mens. *Sic* Odor ſulphuris ſaepius hauſtus alienat Sen. Qu. N. 2, 53. *i. dementes facit, vt paullo ante dixerat.* ¶ 2 *Saepiſſime ad animum et voluntatem, beniuolentiamque adeo refertur. Sic* Timore ab eo alienati ſunt Nep. 7, 5, 1. Cic. Att. 1, . . Mirum in modum omnes a ſe bonos alienauit. *Et* Att. 9, 10 Alienant inſulſae, immundae, indecorae. Ab aliquo voluntatem Caeſ. Bell. Gall. 7, 10. Cic. Fam. 3, 6 Conabantur alienare a te voluntatem meam. Paterc. 2, 112 *extr.* Agrippa mira prauitate animi atque ingenii in praecipitia conuerſus, patris atque eiusdem aui ſui animum alienauit ſibi. Cic. de Prouinc. Conſ. 21 Nonne vno tempore cum ſuis inimiciſſimis in gratiam rediit, quibus cum omnibus


bus

bus eadem Reſpublica reconciliauit quae alienarat ? Cic. Fam. 2, 15 Hominem adoleſcentem non tam allicere volui, quam nolui alienare. Cic. Fam. 5, 8 Sed quaedam peſtes hominum laude aliena dolentium, et te nonnunquam a me alienarunt, et me aliquando immutarunt tibi. Cic. Att. 1, 14 Summum erat periculum, ne ſi nibil impetraſſent, plane alienarentur a Senatu. Ab interitu, hisque rebus quae interitum videantur afferre Cic. de Fin. 3, 16. *i. abhorrere, euitare omni conatu.* ¶ 3 *Vt* Alienus *pro corrupto ponitur, vid.* n. 4 : *Sic* Alienari, *pro Corrumpi.* Celſ. 7, 16 Si vero adhuc ea ſui coloris ſunt, cum magna feſtinatione ſuccurrendum eſt. Momento enim alienantur, externo et inſueto ſpiritu circumdata. *Loquitur de inteſtinorum vulneratorum curationibus.*

ALIENĀTVS, Partic. [ἠλλοτριωμένος] Plaut. Merc. 3, 4, 26 Alienata eſt abs te mulier. Me falſa ſuſpicione alienatum eſſe ſentiebam Salluſt. Catil. c. 35. *i. repulſum.* Cic. in Laelio 21 Propter diſſenſionem autem, quae erat in Repub. alienatus eſt a collega noſtro Metello. Inſulae alienatae Nep. 5, 2, 4. *i. quae defecerunt.* Oppida alienata Id. 22, 2, 4. Alienatus ad libidinem animus, *i. libidine furens* Liu. 3, 48. A periculi memoria alienatis animis Liu. . . *i. vt non cogitarent periculum.* *Sic* 2, 12 Alienato ab ſenſu animo. *i. non ſentiente dolorem.* *Et* 25, 39 Hoſtes ſimul ignis, clamor, caedes, velut alienatus ſenſibus, nec audire nec prouidere quidquam ſinunt. Corpus alienatum Sen. Ep. 89. *i. corruptum.* Alienatus mihi eſt vſus aedium *h. e. ablatus* Plaut. Merc. 5, 1, 4. Alienatus mente Plin. 28, 8 ſ. 27. Alienata mente Caeſ. B. G. 6, 41. *Add.* Suet. Aug. c. 100. Veg. Veter. 3, 23, 1 Alienatum morbum auctores vocauerunt, quoties haec ſigna procedunt. Patentes oculos animal habet, nec ſentit hominis aduentum — Alienatus autem vocatur, quod eripit animalibus ſenſum : Malleus, quod *etc.* Voluntate alienati principes inter ſe coniurant Salluſt. Iug. c. 66. Vlpian. l. 67 de V. S. Alienatum non proprie dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet : venditum tamen recte dicitur. *Vid. ICti.* Alienatae ſordes Cael. Aur. Chron. 4, 28. *nimis induratae.*

ALIENATIO, ōnis. f. Cic. in Orat. 144 c. 42 An quibus verbis Sacrorum alienatio fiat, docere honeſtum eſt : quibus ipſa ſacra retineri, defendique poſſint, non honeſtum eſt ? *i. venditio, qua ſignificatione frequens eſt apud Iuriſconſultos.* *Sic* Venditio alienatio eſt, et rei ſuae iurisque ſui in alium translatio Sen. de Benef. 5, 10. *Sed* Caeſ. Bell. Ciu. 2, 31 Caſtrorum autem mutatio quid habet, niſi turpem fugam, et deſperationem omnium, alienationem exercitus? Cic. in Laelio 78 c. 21 Vt non ſtatim alienatio disiunctioque facienda ſit: *in quibus ad voluntatem pertinet, vt et* Cic. Philipp. 2, 1 Tuamque a me alienationem tibi ad ciues impios gloriae eſſe putauiſti. Alienatio mentis, *eſt tanta commotio perturbatioque rationis, vt homo non ſit compos ſui.* Plin. 21, 21 ſ. 89. Celſ. 4, 2. *Etiam omiſſo nomine mentis,* Dolor in alienationem ſtuporemque conuertitur Sen. Ep. 78. Firmic. 4, 1 Luna alios facit caducos, aliis alienationis decernit incommoda, aliis plerumque decernit inſanias.

ALIENATOR, oris. m. Imp. Cod. 1 t. 5 l. 10 Orthodoxae fidei venditor, vel quocumque modo alienator.

ALIENIGENA, ALIENIGENVS, ALIENIGENO, *vid. ſupra ſuo ordine.*

ALIMODI, pro Aliusmodi, *apud* Feſtum *quaſi* Alii modi *pro* Alius.

ALIO, Adu. [ἄλλῃ] *Ad alium locum.* Plaut. Mil. Alio miſſus ſum. Ter. Eun. 2, 2, 49 Fortaſſe tu profectus alio fueras. Alio conferre animum. *i. Ad aliam rem ſe conuertere* Ter. Heaut. 2, 4, 10. conf. eund. 2, 2, 49. *Sic* Alio me conferam Cic. Fam. 14, 1 *extr.* Alio reſponſionem ſuam deriuauit Cic. Verr. 1, 139 c. 53. *h. e. aliud reſpondit, quam quod interrogabatur.* Cic. de Fin. 2, 27 Appellet haec deſideria naturae, cupiditatis nomen ſeruet alio, *i. ad aliud.* Cic. de Orat. 1, 133 c. 29 Sed (ſi placet) ſermonem alio transferamus. Hoc longe alio ſpectabat atque videri volebant Nep. 2, 6, 3. Non alio datam ſummam, quam in emtionem Alexandrinarum mercium abſumturos Suet. Aug. c. 88. Plebs nusquam alio quam ad ſeruiendum nata Liu. 7, 18. Cic. pro Cluent. 63 Vocat me alio iamdudum tacita veſtra expectatio. *h. e. ad aliud tractandum dicendumque.* Id. Att. 9, 17 Ex illius ſermone ſtatuam, Arpinumne mihi eundum ſit, an quo alio. *i.* In aliquem alium locum.

ALIŌQVI, *ſiue* ALIŌQVIN, [ἄλλως, εἰδὲ μὴ] *Aliter, ſiue Alio modo, vel Quod ſi non, vel Praeter hoc.* Cic. in Orat. 48 Quorum ab Oratoris iudicio delectus magnus adhibitus : alioquin quonam modo ille in bonis haerebit et habitabit ſuis ? Tumulum commodum alioqui, niſi quod longinquae aquationis erat, cepit Liu. 30, 29. Vitiis paucis et mediocribus Mendoſa eſt natura, alioqui recta Hor. Sat. 1, 6, 66. Cic. de Legib. 2, 62 c. 25 Credo minimam olim ſepulcrorum fuiſſe cupiditatem : alioquin multa extarent ampla maiorum. *De Orthographia* Caper Grammaticus in lib. de Orthographia p. 2241 m. Atqui careat n, ſimiliter Alioqui. *Baptiſta Pius in illud* Lucretii 3, 415 Incolumis quamuis alioqui ſplendidus orbis, *etc. ſic praecipit : Sequente vocali, imitatione Graecorum, dicimus* Alioquin. *Sequente vero conſonante, vt ſeruetur euphonia,* Alioqui. *Quod tamen perpetuum non eſt.* Cic. de Leg. 2, 62 c. 25 Alioquin multa exſtarent exempla maiorum. *Hoc forte ſolo loco adhibuit Cicero : alter enim dubius* Orat. 48 c. 15. *vbi ſic Grut. et Gronou.* Quorum ab oratoris iudicio delectus magnus adhibebitur alioqui. *Sed alii omittunt.* *Sic* Curt. 4, 2, 5 Alioquin potens. *et* 7, 4, 8 Alioquin moderatus. *Item* Alioqui *ante vocalem.* Plin. Epiſt. 8, 11 Fuit Alioqui in ſummo diſcrimine. *Sed Cort.* alioquin ſummo diſcr. *At idem* 5, 16, 3. *dedit,* qua alioqui optima et meritiſſima fruitur. *Eſt* alioqui *vt rarum Ciceroni, ſic familiare Plinio, et ſequioribus verbum.*

ALIORSVM, *et* ALIORSVS, Adu. [ἀλλαχόσε] *Verſus alium locum per ſyncopen pro* Aliouerſum. Plaut. Truc. 2, 4, 49 Ancillas iubet, quoniam iam decimus menſis aduentat prope, aliam aliorſum ire. Aliorſum, In aliam partem, *ait* Donatus *ad illud* Ter. Eun. 1, 2, 1 Miſeram me, vereor ne illud grauius Phaedria tulerit : neue aliorſum atque ego feci, acceperit. Impetus ſuos aliorſus tendentes frenare Ammian. 22, 10.

ALIOVORSVM, *et* ALIOVERSVS, [ἀλλαχόσε] *Idem quod* Aliorſum : *ſed hoc minus vſitatum.* Plaut. Aul. 2, 4, 8 Atqui ego iſtuc, Anthrax, aliouorſum dixeram, non iſtuc, quod tu inſimulas. Lactant. 1, 17, 1 Stoici aliouerſus deos interpretantur.

ALĬTER, Adu. [ἄλλως] *Alio modo.* Cic. Fam. 3, 7 Tu ſi aliter exiſtimas, nihil errabis. Multo fit aliter Nep. Praef. 7. Fieri aliter non poteſt Ter. Ad. 5, 8, 13. Sin aliter ſint animati Plaut. Amphit. 1, 1, 54. Aliter, *geminatum.* Plaut. Epid. 4, 2, 9 Aliter catul[i] longe olent, aliter ſues. Cic. Off. 3, 68. Sed aliter leges, aliter philoſophi tollunt aſtutias. *Et ſaepius repetitum* Cic. Acad. 4 c. 47 Aliter Diodoro, aliter Philoni, Chryſippo aliter placet. Celſus Med praef. Aliter acutis morbis medendum, aliter vetuſtis, aliter increſcentibus, aliter ſubſiſtentibus, aliter iam ad ſanitatem inclinantibus Aliter atque aliter numen erumpens Plin. 2, 93. *i. variis modis.* Aliter pro Contra, Donato *interprete* Ter. Prol. Andr. 4 Verum aliter euenire multo intelligit. Virgil. Aen. 2, 428 Diis aliter viſum. Ne ſim ſaluus, ſi aliter ſcribo, ac ſentio Cic. Att. 16, 13. Multo aliter ac ſperabat Nep. 22, 2, 1. Ter. Phorm. 3, 2, 45 Ego iſti nihilo ſum alite[r] ac fui, *vbi pro* Alius *poni videtur, vt et paullo ante,* Ego hunc eſſe alite[r] credidi. *Sic etiam* Ter. Adel. 4, 3, 6 Nunquam te aliter atque es, i[n] animum induxi meum. *Et* 3, 5, 5 Sin aliter de hac re eſt eius ſen[-]tentia. Phorm. 3, 2, 44 Ego hunc eſſe aliter credidi — Ego iſt[i] nihilo ſum aliter ac fui. Cic. Att. 16, 13 De Antonii itineribus, ne[-] ſcio quid aliter audio atque vt ad te ſcribebam. Id. Tuſc. 3, 73 c. 3[1] Qui ſuos caſus aliter ferunt, atque vt ipſi auctores aliis fuerunt, no[n] ſunt vitioſiores *etc.* Varr. R. R. 3, 15, 2 In doliis, quae figuli faciunt multo aliter atque alia. Vlp. in l. extraneo. D. de vent. in poſſeſſ mittend. extraneo poſthumo haerede inſtituto, non aliter venter i[n] poſſeſſionem mittitur, niſi mater aliunde ſe alere non poſſit. Niſi *pro* Quam ſi. *Vt in illo* Profectum clam, furtim, haud aliter quar[n] ſi exilii cauſa ſolum vertiſſet Liu. 21, 63. *Add.* 23, 4. *Sed* Niſi *etia[m]* Caelius ad Cic. Fam. 8, 14 Pompeius conſtituit, non pati Caeſare[m] conſulem aliter fieri, niſi exercitum tradiderit. *Add.* Liu. 45, 11 [c.] 31. Quam *vero vſitatius :* Cic. Verr. 1 c. 9 Ne Hortenſius alite[r] quam ego velim, meum laudet ingenium. Plaut. Stich. 1, 1, 42 A[t]que aliter nos faciant, quam vxores ſuas aequum eſt viros. Colun Arb. 7, 5, Si vitis non aliter potuerit palos, ad quos perducitur pe[r-]tingere, quam vt diffluat ; curabis *etc.* Cic. Att. 10, 13 Quod [de] puero aliter ad te ſcripſit, et ad matrem de filio, non reprehend[o] Ibid. 11, 28 Illud quidem mutari, ſi aliter eſt et oportet, non vide[o] poſſe. Aliter, *pro* Alioqui Cic. in Laelio 76 c. 20 Qui negligen[di] quidem non ſunt, ſed alio quodam modo colendi. Aliter enim am[i-]citiae ſtabiles permanere non poſſunt. *Sic* Aliter ampla domus ded[e-]cori domino ſaepe fit Cic. Off. 1 c. 39. *Huc retulerim etiam* Char[iſ.] p. 175 poſt. med. *Aliter* pro *Alias* Salluſt. Hiſt. 1 Sanctus aliter ingenio validus. Idem in eadem inſanum aliter ſua ſententia, atq[ue] aliarum mulierum. Plin. Epiſt. 9, 23, 3. *de ſe et Tacito,* quod vte[r-]que noſtrum his etiam ex ſtudiis notus, quibus aliter ignotus eſt, *alio nomine alioqui.* Longe aliter eſt Cic. pro Roſc. Am. c. 47. ego longe aliter eſſe iudico Liu. 39, 28. Multo aliter *dedimus ex* Va[rr.] R. R. 3, 15, 2. Sen. Ep. 94 *extr.* Adſpice quanto aliter vnusquisq[ue] populo viuat, aliter ſibi. *Pro* aliter *veteres dicebant* aliuta Feſt. *Ad[d.]* Plaut. Rud. Prol. 10.

ALIVˇBI, [ἀλλαχόθι] Adu. *loci, pro Alibi.* Nec vsquam aliu[bi] naſci Nep. Fragm. 6, 7. Plin. 10, 30. *de merulis.* Nec vsquam aliu[bi] candidae naſcantur. Idem 34, 14 ſ. 41 In noſtro orbe aliubi ve[ro] bonitatem hanc praeſtat, vt in Noricis; aliubi factura, vt Sulmo[ne] aqua. Varro de R. R. 1, 44, 1 Vt ex eodem ſemine aliubi cum d[e-]cimo redeat, aliubi cum quintodecimo. Sen. de Benef. 1, 5 Vt aliub[i] ſit ſpecies rei, aliubi ipſa res. Aliubi et aliubi apparere Sen. Epiſt 35. *i. diuerſis locis.* Plin. 9, 54 Aquatilia genera aliubi atque aliu[bi] meliora. Idem 11, 14 Aliubi enim faui cera ſpectabiles gignunt[ur] vt in Pelignis, Sicilia ; aliubi mellis copia, vt in Creta, Cypr[o] Africa ; aliubi magnitudine, vt in Septentrionalibus.

ALIVNDE, Adu. [ἀλλαχόθεν, ἄλλῃ] *Ex alio loco.* Sen. Breuit. vit. c. 16 Aliunde alio transfugiunt. Plin. 13, 16 [...]dice nihil criſpius, nec aliunde pretioſiora opera, *i. ex nulla a[lia] arboris parte, quam ex radice.* *Et* 9, 34 Cum populatio morum atq[ue] luxuria non aliunde maior, quam e concharum genere proueni[at] Id. 37, 12 ſ. 75 Aliunde nigro, aliunde candido, aliunde minio. A[li-]unde, *ad hominem relatum.* Cic. Att. 10, 1 Quod ſcribis, non q[uod] aliunde audieris, ſed teipſum putare, me attractum iri. Quum neque per te ſcires, neque aliunde audire potuiſſes Cic. pro Lig. c. Aliunde mutuati ſumus Cic. Att. 11, 13. Aliunde ſtat ſemper, aliunc[de] ſentit Liu. 24, 45. Aliunde ſe alere Vlp. in l. extraneo. D. de vent[re] in poſſeſſ. mittendo. Aliunde aſſumto bono vti, non proprio, n[on] ſuo Cic. de Orat. 2, 39 c. 10. *Et paullo ante* Hic niſi domeſticis ſe i[n-]ſtruxerit copiis, aliunde dicendi copiam petere non poſſit. Aliun[de] factum verbum Cic. in Orat. 80 c. 24. Aliunde nota Quinct. 4, Cic. Fam. 5, 13 Quam quidem laudem ſapientiae ſtatuo eſſe ma[xi-]mam, non aliunde pendere, nec extrinſecus aut bene aut male [vi-]vendi ſuſpenſas habere rationes.

ALIVSMŎDI, [ἀλλοῖος] *Proprie duo verba ſunt,* Alius *Alterius* modi. Res aliusmodi eſt, ac putatur Cic. de Inuent. 2 c. *bis.* *Laudatur etiam, neſcio vnde,* Caeſar, Vno enim excepto, qu[em] aliusmodi atque omnis natura finxit, ſuos quisque habebat caros.

ALIVTA, Antiqui dicebant pro Aliter. Hinc eſt illud in legib[us] Numae Pompilii, Si quis aliuta faxit, ipſus Ioui ſacer eſto. Feſt[us] *Ianus Guilelmius etiam* Plaut. Rud. Prol. 10. *legit,* Is nos per gent[es] aliuta diſparat. *Sed vulgatum* alium alia *retinet etiam Gronou.*

## A L L

ALLĀBOR, *pro* ADLABOR, *quod quibusdam placet,* ĕris, apſus ſum, [...] [ἐπιῤῥέω, προσπίπτω] *Labendo accedere, vel quocunque modo admoueri.* V[ide] *ſimplex* LABOR. Cic. de Diuin. 2, 58 Et humor allapſus extrinſecus, vt tectoriis videmus. Liu. 25, 16 Ad exta ſacrificio perpetrato angues duo occulto allapſi edēre iecur. Virg. Aen. 9, 578 — ergo alis allapſa ſagitt[a] *Add.* ib. 12, 319. *De nauigatione* Virg. Aen. 6, 2 Et tandem Euboicis C[u-]marum allabitur oris. Allapſus genibus, *i. ad genua proſtratus,* qu[i] *ſolent ſupplicabundi.* Sen. Hippol. 667.

ALLAPSVS, ûs. [ἐπίῤῥευσις] *Acceſſus eorum animalium, qu[ae] labi dicuntur, vt ſerpentes, aues.* Horat. Epod. 1, 20 Vt aſſidens i[m-]plumibus pullis auis Serpentium allapſus timet.

ALLABORO, āre. [προσπονέω] *Labore ſuo adiicere.* Hor. C[arm.] 1, 38, 5 Simplici myrto nihil allabores. *Vel laborem ſuum conſe[rre] ad aliquid* Hor. Epod. 8 *extr.* Ore allaborandum eſt tibi. *Ne[ſcio] an alias obſeruatum ſit verbum.* *Quod enim laudant* Cic. Brut. 184 c. An tu, inquit, allaboraſſe (*vel* adlaboraſſe) huic modo Bruto prol[a-]turus es ? *Multo emendatius poſt Aldos, Gruterus et reliqui,* An tu laboras, ſi huic modo Bruto *etc.*

ALLACRYMO, āre. *Lacrimas adiicere ſermoni.* Vbertim adla-ymans Apul. Met. 10 p. 239, 28.

ALLACTO, āre. *Idem quod Lactare.* Marc. Emp. cap. 8 Mulier, uae puerum allactat.

ALLAEVO, *vid.* ALLEVO.

ALLAMBO, *ſ.* ADLAMBO, ĕre. [προσλιχμάω] Lambendo, *rte leniter attingo.* Quinctil. in Sepulcro incantato, *ſ.* Decl. 10, 4 ;itis ipſi, quo exequiarum die labore extracta ſit, quamdiu filium nuerit allambentibus flammis. Feſtinant famulis quam primum ad-mbere lymphis Auſon. Moſella 360. Adlambunt ora ceraſtae Pru-ent. Hamart. 135. Anguis allambere feminam attentat Mart. Capell. pag. 95.

ALLAPSVS, *vid.* ALLABOR.

ALLASSON, ontis. c. [ἀλλάσσων] *Verſicolor,* vt, Calices allaſ-ontes Vopiſc. Saturn. cap. 8. *qui pro diuerſo aſpectu et motu colorem utarent. Vid. Salmaſ. ad loc.*

ALLĀTRO, āre. [προσυλακτέω] *Aduerſus aliquem latrare: et ad nes proprie pertinet, ſicut ſimplex Latrare.* In Capitolium eunti nun-uam canes allatrauerunt Aur. Vict. Vir. Illuſtr. c. 49 *de Scipione fricano. Sic plerique: verum Arutzenius,* euntem — latrauerunt. aut. Poen. 5, 4, 64 Etiam me meae allatrant canes. *Sed Gron. etiam c* latrant: allatrant *Lambinus. Metaphorice* Liu. 38, 54 Qui viuo ioque eo allatrare eius magnitudinem ſolitus erat. *Ad hunc locum ſpicit* Quinct. 8, 6, 9 Et vt Liuius Scipionem a Catone allatrari ſoli-m refert. Colum. in praef. lib. 1, 9 Sed ne caninum quidem (ſicut xere veteres) ſtudium praeſtantius, locupletiſſimum quemque alla-andi. Sil. Ital. 8, 292 — nigro tunc allatrauerat ore Victorem uidia et ventis iactarat iniquis. Martial. 5, 62 Allatres licet vsque os et vsque, Et gannitibus improbis laceſſas. *Alia metaphora* Plin. , 5 Tot ſinus Peloponnenſem oram lancinant, tot maria allatrant. *d fluctuum ſonitum reſpexit, quem canum latratibus comparant ſaepe oetae. Vid.* LATRO.

ALLATVS, [προσενεχθεὶς] Partic. *Vid.* AFFEROR.

ALLAVDO, āre. *Poëticum* Plaut. Merc. prol. 84 Agit gratias ihi, atque ingenium allaudat meum, *i. inſuper laudat, vel valde udat.*

ALLAVDABILIS, e. Plaut. Perſ. 4, 5, 1 Dediſti operam allau-abilem. *Sed quid.* Adiutabilem.

ALLAVO, *ſ.* ADLAVO, āre. Piſces vsque dum viuunt alla-nt Plaut. ap. Varr. L. L. 8, 61.

ALLECTO, ALLECTOR, *vid.* ALLICIO.

ALLECTVS, *vid.* ALLĔGO, is.

ALLĒGO, *ſiue* ADLEGO, āre. [πέμπω, ἐπιπρεσβεύομαι] *Eſt oprie grauioris negotii cauſa quempiam mittere interceſſorem, inter-etem, ſequeſtrem, internuncium: ſed hoc in priuatis rebus, ſicut* Le-*re in publicis.* Plaut. Caſin. prol. 52 Pater allegauit villicum, qui ſceret ſibi iſtam vxorem. *Add.* Id. Perſ. 1, 3, 45 *et* Stich. 5, 3, 8. erent. Andr. 5, 3, 28 Hoc modo te obſecro, vt ne credas, a me alle-tum hunc ſenem, *i. ſubmiſſum, ſubornatum.* Cic. Verr. 3, 149 c. 57 tit a me Rabonius, et amicos allegat: facile impetrat. Cic. Fam. 1, 4 Extremum illud eſt, vt quaſi diffidens rogationi meae philoſo-iam ad te allegem — Haec — tecum agit de mea laude. liquem ad aliquod negotium, *pro Mittere* Plaut. Epid. 3, 3, 46. *Et* ph. 2, 2, 42 Alium ego iſti rei allegabo, ne time. Cic. pro ſc. Amer. 25 Chryſogonus et ipſe ad eos accedit, et homines nobi-l allegat iis, qui peterent, ne ad Syllam adirent. ¶ 2 *Ad icia pertinet, et cauſam dicendam* [δικαιολογεῖσθαι] Quinct. 4, 1, 16 licem conciliabimus nobis, — vt allegemus pro honeſtis dignita-n illi ſuam, pro humilibus iuſtitiam, pro infelicibus miſericor-um, pro laeſis ſeueritatem, et ſimiliter cetera. *Et* n. 13 Nam tum gnitas litigatoris allegatur — Multum agit ſexus, aetas, condi-o, in feminis, ſenibus, pupillis, liberos, parentes, coniuges, alle-ntibus. Vlpian. in l. 1 §. his igitur. D. de poſtulan. His igitur rſonis: quae non virtutis cauſa cum beſtiis pugnauerunt, pro ſe hetor permittit allegare, pro alio prohibet. Plin. Epiſt. 10, 65, 3 hil proferebat, quo reſtitutum ſe doceret: allegabat tamen, pro titutione et libellum a ſe Domitiano datum *etc. Et* 3, 4, 4 Alle-ntes patrocinii foedus. *Et* 3, 15, 1 Adhibes preces, allegas exem-um. Stat. Achill. 2, 225 Allegantque ſuos vtroque a ſanguine diuos. *d.* Schulting. ad Decl. Quinct. 1 p. 1 ſeq. Poterat allegare vobis iſſam cum oculis cogitationum omnium temeritatem. *Huc pertinet* n. 8, 1 de elephantis. Herbas ſupini in caelum iacientes veluti lure precibus allegata. *Harduino placet* Alligata: *Sed videtur eſſe pallage: certe dicitur etiam* Preces allegare alicui Apul. de Deo Socr. 44, 33. Cui igitur preces allegabo? *Et* Apol. p. 309, 13 Tacitas ces in templo Dis allegaſti. *Vid. Deſ. Herald. ad* Ter-l. Apol. *Digreſſ.* 2, 4 p. 278. Plin. Paneg. 70, 2 Hoc Senatui alle-ndum putaſti, *i. commemorandum in cauſis laudationum. Add.* Sym-ach. Epiſt. 7, 89 et 9, 127. Vlp. in l. Tutor qui repertorium D. de miniſtr. tutor. Tutor, qui repertorium non fecit, quod vulgo In-ntarium appellatur, dolo feciſſe videtur: niſi forte aliqua neceſſaria iuſtiſſima Cauſa allegari poſſit, cur id factum non ſit.

ALLEGANS, Plin. Epiſt. 3, 4, 4 Allegantes patrocinii foedus.

ALLEGATVS, Ter. Andr. 5, 3, 28 Ne credas a me allegatum nc ſenem. *Add.* Cic. Q. fratr. 2, 3.

ALLEGATĬO, ōnis. f. [ἐπιπρέσβευσις] *Quaſi priuata quaedam tio.* Cic. Verr. 1, 44 c. 16 O dii immortales, quanta iſte cupiditate, ibus allegationibus illam ſibi legationem expugnauit! Id eſt, ami-um interceſſionibus, et velut legationibus. Ibid. 136 c. 51 Quum i omnes ad iſtum allegationes difficiles, omnes aditus arduos ac tius interclusos viderent. ¶ 2 *Quae in iudicio allegantur.* ul. Met. 10 p. 241, 26 Iudicio reddito, et vtrinque ſecus allegatio-bus examinatis.

ALLEGATVS, ûs. Idem. Plaut. Trinum. 5, 2, 18 Allegatu o venit. *Conf.* Gell. 13, 19 Hic quoque *Allegatus* et hic *Arbitratus* *Allegatione* proque *Arbitratione* dicuntur.

ALLEGAMEN, ĭnis. n. Guil. Brit. Philipp. 2, 37 At comes ec contra dabat allegamina regi.

ALLĔGO, *aut* ADLEGO, ēgi, ectum, ĕre. [προσκαταλέγω] *coetum legendo adiungere, adſcribere, et cooptare. Nam et* Legi-*ebantur, qui in ſenatorum numerum adſcribebantur: vt* Sublegere, *locum demortui* legendo *ſubſtituere: quibus verbis Iuriſconſulti vſi ſit.* Sueton. in Caeſ. cap. 41 Senatum ſuppleuit. Patricios allegit. . in l. 3. D. de Decurionibus, Spurios quoque poſſe in ordinem gi, nulla dubitatio eſt. Calliſtratus in l. Semper. D. de iure im-munit. Eos, qui in corporibus allecti ſunt, quae immunitatem prae-bent, vt nauiculariorum, ſi honorem decurionatus agnouerint, com-pellendos ſubire publica munera accepi. Suet. in Tiber. 57 Inſtanti ſaepe vt ciuitate donatum in decurias allegeret, negauit ſe allecturum. Plin. Epiſt. 1, 14 Allectus enim a diuo Veſpaſiano inter Praetorios, honeſtam quietem huic noſtrae, ambitioni dicam, an dignitati? con-ſtantiſſime praetulit.

ALLECTVS, *ſ.* ADLECTVS, Partic. [προσκατειλεγμένος] Fe-ſtus, Adlecti dicebantur apud Romanos, qui propter inopiam, (*i. paucitatem et attenuatum nimis numerum Senatorum*) ex equeſtri ordine in Senatorum ſunt numerum aſſumti. Nam Patres dicuntur, qui ſunt Patricii generis: Conſcripti, qui in Senatu ſunt ſcriptis annotati. Suet. in Auguſt. 2 Ea gens — allecta in Senatum mox a Seruio Tullio in patriciis transducta. *Sed hic locus dubiae admodum et lectio-nis et interpretationis eſt. Burmannus dedit,* Ea gens a Tarquinio Priſco rege inter Romanas gentes adlecta, (*i. ciuitate donata*) in Se-natum mox a Seruio Tullio in patricias transducta. Sueton. Iul. 80 Peregrinis in Senatum adlectis, libellus propoſitus eſt, Ne quis Sena-tori nouo curiam monſtrare velit. *Eſt etiam* Allectus *ab* Allicio. Adlecti ſcenae, *Adiuncti Comoedorum numero.* Marm. Praeneſt. FOR-TVNAE PRIMIG. ET ARNENO ADLECTO. *Vid.* Fer-ret. Muſ. Lap. 3, 42 LAVDATVS POPVLO SOLITVS MANDATA REFERRE ADLECTVS SCENAE, PARA-SITVS APOLLINIS. Turneb. Aduerſ. 11, 9. Apollinis.

ALLECTIO. f. Tertull. adu. Haeret. cap. 43 Cura et allectio explorata. Allectio in clerum Idem de Monogam. cap. 13. *Vid.* Capitolin. in Pertin. cap. 6 *et in* M. Anton. Philoſ. c. 11. *It.* Sym-mach. 7, 96.

ALLEGORIA, ae. [ἀλληγορία] Allegoria obſcurior aegnima dicitur Quinct. 8, 6, 52. Allegoriarum explanationes Arnob. 5 p. 186. Cic. in Orat. 94 c. 27 Iam quum fluxerunt plures continuae trans-lationes, alia plane fit oratio. Itaque genus hoc Graeci appellant ἀλληγορίαν, nomine recte, genere melius ille, qui iſta omnia trans-lationes vocat. Quinct. 8, 6, 44 Ἀλληγορία, quam inuerſionem in-terpretamur, aliud verbis, aliud ſenſu oſtendit, ac etiam interim contrarium *etc.* Cic. Att. 2, 20 De Republica breuiter ad te ſcribam: iam enim charta ipſa ne nos prodat, pertimeſco. Itaque poſthac ſi erunt mihi plura ad te ſcribenda, allegoriis (*al. Gr.* ἀλληγορίαις) ob-ſcurabo.

ALLEGORĬCVS, *Quod ſignificatum eſt per allegoriam.* Arnob. 5 p. 183 Lex Allegorica tenebroſis ambiguitatibus explicata. *Add.* p. 186. Sidon. 7, 6 In hac allegorica verſamur Aegypto.

ALLEGORĬCE. Adu. Tertull. adu. Marc. 3, 5 *extr.* Duo argu-menta allegorice cucurriſſe. *Add.* Arnob. 5 p. 183. Auguſtin. de Geneſ. ad lit. 4, 28 pr.

ALLEGORĪZO, āre. *Per allegoriam dicere.* Tertull. adu. Marc. 4, 7 Quae Chriſtus in homines allegorizauit. *Conf.* de Reſurr. Carn. cap. 27 et 30.

ALLELV-IA, *Duae ſunt dictiones Hebraicae, quae ſignificant,* Laudate Dominum. ALLELV *enim, ſ. potius* HALLELV *Hebraice eſt imperatiui modi:* IA *autem ſ.* IAH *vnum eſt ex nominibus Dei.* Amen reddidit, Alleluia dixit Prudent. Cathem. 4, 72. *Vid.* Iſidor. 6, 19. Sidon. Epiſt. 2, 10. v. 26. Sirmond. ibi.

ALLENIMENTVM, *ſiue* ADLENIMENTVM, i. n. Adle-nimenta tumultus operiri Ammian. 25, 5. *ſic et Valeſ.* p. 480.

ALLEVIO, āre. *Leuem facere.* Vulg. Interp. Act. 29, 38 et Sa-risb. 1, 5 Curarum grauium pondus alleuiare. *Etiam* Cic. de Inuent. 1, 78 c. 42 Reprehenſio eſt, per quam argumentando aduerſariorum confirmatio diluitur aut infirmatur, aut alleuiatur. *Sic olim editum; ſic etiam MSS. quidam. Rectius tamen editur* Alleuatur, *vel* eleuatur *potius.*

ALLEVIATVS, *vt,* Alleuiata Terra Zabulon Vulg. Ieſ. 9, 1.

ALLĔVO, *ſiue* ADLEVO, āre. [ἐπαίρω, ἐπικουφίζω] *In altum ſiue ſurſum tollere.* Quinctil. 1, 11, 10 Vidi multos, quorum ſupercilia ad ſingulos vocis conatus alleuarentur. Id. 6, 3, 97 Homini in aquam lapſo, atque vt alleuaretur oranti. Manu alleuare Curt. 3, 12, 17. Floro *tralate* Alleuari *dicuntur, qui efferunter et ſuperbiunt,* 4, 2, 10. Ouid. Met. 6, 249 Euolat, vt gelidos complexibus alleuet artus. ¶ 2 *Varie transfertur ad ea, quae, cum iacerent quaſi, tolluntur.* Sum-mis eloquentiae viribus et alleuanda ſunt plerumque et refellenda Quinct. 5, 1, 2 *de argumentis inartificialibus, quae noſtra iuuanda ſunt, contraria infirmanda. Sed contraria plane ratione* Cic. de Inuent. 1, 78 c. 42 Infirmari et alleuari *videntur tanquam cognata poni, vt adeo* alleuari *ibi ſit idem quod* Eleuari. *Quin hoc ipſum* eleuatur *recte, puto, ſubſtitui iam Camerarius voluit. Et dedit* leuatur Victorius. Al-leuare afflictum Quinctil. in Pariete palmato, ſ. Decl. 1, 1. Tac. Ann. 6, 43 Alleuatur animum Artabanus, *i. animo recipit animum. Idem* Tac. Ann. 12, 51 Ille primo amplecti, alleuare, adhortari *etc.* Dictis aerumnam aliorum Cic. Tuſc. 3, 71 c. 29. Idem pro Roſc. Amer. 10 c. 4 Hoc onus, ſi vos aliqua ex parte alleuabitis, feram, vt potero, ſtudio et induſtria, Iudices. Cic. de Clar. Orat. 12 Quod aliqua ex parte ſolicitudines alleuaret meas. Alleuor, quum loquor tecum abſens Id. Att. 12, 39. *Et* 7, 1 Conturbatum, quod cum febre Ro-mam veniſſes: bono tamen animo eſſe coepiſſe, quod Acaſtus ea, quae vellem de alleuato corpore tuo nuntiaſſet.

ALLĔVATIO, ōnis. f. [ἐπικούφισις] *Doloris mitigatio, ſiue di-minutio* Cic. de Fin. 1, 40 c. 12 Dolor in longinquitate leuis, in gra-vitate breuis ſoleat eſſe: vt eius magnitudinem celeritas, diuturnita-tem alleuatio conſoletur.

ALLEVATVS, Part. *Praeter ea, quae iam dedimus,* Flor. 4, 11, 5 Naues turribus atque tabulatis alleuatae. Quinctil. 11, 3, 94 Alleuata, ac ſpectante humerum manu.

ALLĔVĀMENTVM, i. n. [ἐπικουφισμὸς] *Idem quod Alleuatio.* Cic. pro Sylla, 66 c. 23 Et in aduerſis ſine vllo remedio atque alleua-mento permanere.

ALLEVATOR, ōris. m. *Qui alleuat.* Tertull. adu. Marc. 4, 36 Deſtructor ſuperborum, alleuator humilium.

ALLEVĀTĬCIVS, Vet. Interp. Irenaei 1, 34 In ſuperiora alle-vaticius abreptus, *i. ſublatus in altum.*

ALLĒVO, āre. [ἐπιλειαίνω] *Leue et politum reddere.* Columel. 4, 24, 4 Soboles diligenter explantanda, ferroque alleuanda eſt. *Et* 4, 25, 2 Cum alleuare (quid debet) ſcalpro (vtitur.) *Et mox:* Nam ea plaga, quae ſic efficitur, vno veſtigio alleuatur. *Et* 3, 15, 3 Alle-vare nodos et cicatrices. *Caeterum* Alleuo *maluimus, vt nempe* Leuis *ex* λεῖος *quam* Laeuis, *vbi vid.*

ALLEX, Plaut. Poen. 5, 5, 31 Tune etiam amator audes eſſe allex viri? *Hoc loco* Allex viri, *Faecem et ſordes quidam interpretantur: quod* allex *foeculentus ſalſamentorum liquor ſit Vid. ſupra* ALEX. *Alii ab* Allicio *deductum volunt, quae allicere ad te viros ſoles. Taubm. et Gronou.* Hallex.

ALLIA, [Ἀλλίας] *Fluuius, qui a Cruſtuminis montibus praealto deſluens aluco, Tiberino amni miſcetur, vbi magna ſtrage Romani a Gallis, duce Brenno, profligati ſunt. Vid.* Liu. 5, 37 ſeq. et 6, 1. Lucan. 7, 409 — cedant feralia nomina Cannae, Et damnata diu Romanis Allia Faſtis. Allia flebilis Ouid. de Arte Am. 1, 413. Grauis Idem in Ibin 219. Virgil. Aen. 7, 717 — populique Latini, Quosque ſecans infauſtum interluit Allia nomen. Seruius: Allia fluuius haud longe ab vrbe eſt: iuxta quem Galli Brenno duce, XV Kalendarum Auguſtarum die, deleto exercitu poſt triduum deleuerunt etiam vrbem, excepto Capitolio.

ALLIENSIS, Adi. *Vt*, Allienſis pugna Cic. Att. 9, 5. Allienſis dies *ex clade ſc. funeſtus et inter nefaſtos relatus* XV Kal. Sext. *vt apud* Liu. 6, 1, *et* Tacit. Hiſt. 2, 91 *ſed* XVI Kal. Aug. Aurel. Vict. de V. I. cap. 23. *Malo ergo omine Vitellius* Allienſi die pontificatum maximum cepit, Suetonio *obſeruante in* Vita cap. 11. *et* Tacito l. c. *Deinde ad alios dies lugubres transfertur*, Cenot. Piſan. v. 26. DIEM EVM QVO DIE C. CAESAR OBIT QVI DIES EST A. D. VIII K. MARTIAS, PRO ALLIENSI LVGVBREM MEMORIAE PRODI.

ALLIATVS, *vid.* ALLIVM.

ALLĬCIO, *ſiue* ADLICIO, exi, (Allicui Hygin. Aſtr. 2, 7.) ectum, ĕre. [ἐπάγομαι, ἐφέλκομαι, ἐπισύρομαι] *Ex Ad et Lacio antiquo verbo compoſitum; eſt Blanditiis attrahere, ſiue potius adducere atque inuitare.* Cic. de Amicit. c. 8 Allicit homines ad diligendum virtus. Idem Off. 2, 20 Dicendum eſt, quonam modo hominum ſtudia ad vtilitates noſtras allicere atque excitare poſſimus. Cic. de Orat. 2, 315 Prima eſt enim quaſi cognitio et commendatio orationis in principio, quae continuo eum, qui audit, permulcere atque allicere debet. Idem de Petit. Conſul. 42 c. 14 Excelle dicendo: hoc et tenentur Romae homines, et alliciuntur. Allicere et trahere ferrum, dicitur Magnes Cic. de Diuin. 1, 86 c. 39. Animos ad beneuolentiam Idem Off. 2, 48. Lucret. 6, 182 Inde ſonus ſequitur, qui tardius adlicit aures. *Sic prima editio et Creech. Al.* Attigit. *Al.* Afficit. Cic. Fam. 1, 9 Quum vero in hunc ſenſum et alliciar beneficiis hominum, et compellar iniuriis: facile patior, *etc.* Idem Verr. 5, 182 c. 71 Nullis noſtris officiis beniuolentiam illorum allicere poſſumus. *Et* pro Muren. 74 c. 35 Cato negat verum eſſe allici beniuolentiam cibo. Delectatione Quinctil. 5, 14, 29. Iuuentutem ad cognitionem Idem 3, 1, 3. Delectatione aliqua Cic. Tuſc. 1, 6. Mentes hominum Id. de Orat. 1, 30. Id. pro Lege Manil. 24 c. 9 Regum afflictae fortunae facile multorum opes alliciunt ad miſericordiam. Lucan. 9, 844 — calidoque vapore Alliciunt gelidas nocturno frigore peſtes, *i. ſerpentes.* Allicere ſomnos; *quod etiam dicitur* Somnum inuitare, et conciliare Plin. 21, 18 et 9, 13. Ouid. Faſt. 6, 681 Alliciunt ſomnos tempus, motusque merumque. Voluntates alienas populi Cic. pro Planc. 11, c. 4. *i. alienatas.*

ALLECTVS, Partic. [ἐπαχθεὶς] *Vt* Quinctil. 7, 3 An etiam conſuetudine peccandi ſit allectus. *Eſt etiam* Allectus *ab* Allego.

ALLECTOR, ōris. m. [ἐπαγωγεὺς] *Qui allicit.* Columel. 8, 10, 1 Qui ab aucupibus in hunc vſum nutriti, quaſi allectores ſint captiuorum. *De turdis loquitur.*

ALLECTO, āre. [ἐπάγω] Frequent. ab Allicio eſt; Columel. 2, 3, 2 Ad aquam duci boues oportet, ſibiloque allectari, quo libentius bibant. Cic. de Senect. 58 c. 16 Ad quem fruendum non modo non retardat, verum etiam inuitat, atque allectat ſenectus. *Et* de Amic. 99 c. 26 Quamuis blanda iſta vanitas apud eos valeat, qui ipſi illam allectant et inuitant.

ALLECTATIO, ōnis. f. [ἐπαγωγὴ] Quinctil. 1, 10, 32 Et Chryſippus etiam nutricum, quae adhibentur infantibus, allectationi ſuum quoddam carmen aſſignat: *puto intelligi cantilenam, quam cantat interim nutrix, dum lactat paruum,* naeniam.

ALLICEFĂCIO, ēci, actum, ĕre. [ἐπάγομαι] *Idem quod Allicere.* Suet. Vitell. 14 Nobiles viros, condiſcipulos et aequales ſuos, omnibus blanditiis tantum non ad ſocietatem imperii allicefactos, vario genere fraudis occidit. *Simile verbis* Calefacio, frigefacio, *et ſimilibus. Gronouius etiam* Senecae *reſtitui vult* Ep. 118 At quod inuitat ad ſe et allicefacit, veriſimile eſt.

ALLĪDO, īſi, īſum, ĕre. [ἐδαφίζω, καταφέρω, προσαράσσω] *Compoſitum ex* Ad *et* Laedo; *eſt ad aliquid impingere:* Caeſ. Bell. Ciu. 3, 27 Et ex magno remigum propugnatorumque numero pars ad ſcopulos alliſa interficeretur. Lucret. 4, 298 Sic eliditur, vt ſi quis prius arida quam ſit Cretea perſona, allidat pilaeue, trabiue, *etc.* Catul. 62, 68 Ipſius ante pedes fluctus ſalis allidebant. *Verſus eſt ſpondaicus. Conf. tamen* ALLVDO. *Metaph.* Colum. 1, 3, 9 Quippe acutiſſimam gentem Poenos dixiſſe conuenit, imbecilliorem agrum quam agricolam eſſe debere: quoniam cum ſit colluctandum cum eo, ſi fundus praeualeat, allidi dominum. *Perſeuerauit in translatione a luctantibus: quorum victus a victore proſtratus, allidi humi ſolet.* Adde Cic. Q. Fratr. 2, 6 Sed hoc incommodum conſolantur quotidianae damnationes inimicorum, in quibus me perlubente Seruius alliſus eſt, caeteri conciduntur. *Verbo* alliſus eſt *videtur mediocre incommodum notari: altero autem* conciduntur *multo maius.* Ille vir fuerit, qui periculis vndique imminentibus, armis circa et catenis frementibus, non alliſerit virtutem, nec abſconderit Sen. de Tranquill. An. c. 3. ¶ 2 *De appulſu aquarum et humorum* Catull. 62, 68 Ipſius ante pedes fluctus ſalis allidebat. *Sic Scal. Voſſius malit* alludebat. *Sic etiam* Plin. 26, 7 ſ. 22 Tripolium in maritimis naſcitur ſaxis, vbi alludit vnda. *Ante Gelenium legebatur* allidit. *In definitione Aquiliana* litoris *apud* Cic. Top. c. 7 et Quinct. 5, 14, 34 Ritus eſt qua fluctus cludit, *ſunt libri, qui habent* elidit, *vel* allidit. *Vid. Geſnerus ad* Columel. 4, 20, 2 Nam rectus truncus ſimilem ſui medullam gerit, per quam — facilius terrae matris alimenta meant — At quae (*vites*) curuae ſunt et diſtortae, non aequaliter alliduntur (*ſic optimi MSS.*) inhibentibus nodis. *Nempe illud manet*, allidere *dici aquas, cum adfluunt, et attingunt locum aliquem. Vid.* ALLVDO.

ALLĪSIO, ōnis. f. Treb. Pollio in Tyr. Mario, cap. 8 Multa duorum digitorum alliſione contriuit. *Conf.* Vulg. Interp. Ieſ. 25, 11.

ALLĪFAE, arum. *Antiquum oppidum in Samnio* Liu. 9, 38 C. Marcius Rutilus Allifas de Samnitibus vi cepit. Sil. 8, 536 Allifae et Clanio contemtae ſemper Acerrae, *Geminandum* L *oſtendit Cellarius Geograph.*

ALLIFANI, *Incolae.* Cic. Agr. 2 c. 25 Ager Allifanus. *Et* pro Planc. c. 9 Totus ille tractus celeberrimus, Venafranus, Allifanus. ¶ 2 Allifana *videntur* pocula *intelligi, ſi fides veteri Scholiaſtae Cruquiano, qui ad illud* Hor. Serm. 2, 8, 39 Inuertunt Allifanis vinaria tota, *adſcripſit*, Alliphe oppido Samnii maiores calices fiebant. *Forte huc reſpicit* Sil. 12, 126 Hinc Allifanus Iaccho Haud inamatus ager.

ALLĬGO, āre. [προσδέω, περιάπτω] *Ad aliquid ligare: vt*, Alligare vitem palis, vel ad palos Colum. 4, 13 et 20. *Locus eſt Ciceronis apud* Macrob. Sat. 2, 3 Quis generum meum ad gladium alligauit? Col. 4, 13, 1 Ne in alliganda materia flexum pali ſequatur. *Et* de Arb. 16, 4 Arbuſtiuam vitem quam putare tam alligare diligenter oportet. Alligare caput lana Martial. 12, 91. *Apparet contra capitis dolores id factum.* Alligat naues ancora morſu Virg. Aen. 1, 169. Alligare vulnus Cic. Tuſc. 2, 39 c. 17. Liu. 7, 24. *Vid.* Gronou. ad loc. In panno inlitum medicamentum imponitur, faſcia quam longiſſima alligatur Scribon. 131. Cic. Verr. 4, 90 c. 42 Cuius ad ſtatuam Siculi te praetore alligabantur. Ad palum alligare Cic. Verr. 5, 70. Id. Tuſc. 1, 63 c. 25 Archimedes Lunae, Solis, quinque errantium motus in ſphaeram alligauit. *Sed Grut. et reliqui* illigauit. Stat. Silu. 4, 3, 48 Tunc vmbonibus hinc et hinc coactis, Et crebris iter alligare gomphis. *De coloribus firmiter inhaerentibus* Plin. 9, 38 ſ. 62 Buccinum per ſe damnatur, quoniam fucum remittit. Pelagio admodum alligatur. *Recte hic Harduinus comparat* 32, 6 ſ. 22 *de alga marina ſ. fuco* Tingendis lanis ita colorem alligat, vt poſtea elui non poſſit. ¶ 2 *Ad quamcunque neceſſitatem vel agendi vel non agendi refertur. Vt* Virg. Aen. 4, 480 Fata obſtant, triſtique palus inamabilis vnda Alligat, et nouies Styx interfuſa coërcet *Sic* Torpor grauis alligat artus Ouid. Met. 1, 548. *conf. Heinſ. ibid* Cic. Att. 8 vlt. Cedendum enim celeriter eſt, ne forte qua in re impediar atque alliger. Ter. Adel. 5, 3, 58 Eo pacto prorſum illis alligaris filium. *Vbi* Donat. Quis dicitur alligari ad aliquid, ſine quo eſſe non poſſit. Ergo proprie ad amicam alligari adoleſcentem dixi amatorem. Aliquem ſtipulatione Cic. pro Roſc. Com. 35. Id. pro Planc. 81 Equidem nihil tam proprium hominis exiſtimo, quam non modo beneficio, ſed etiam beneuolentiae ſignificatione alligari: nihil porro tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quam committere vt beneficio non dicam indignus, ſed victus eſſe videare. Noua lege Cic. pro Cluent. 148. Sacris, pro Obſtringi Cic. de Legib. 2, 5 Alligare ſe hereditati Pompon. in l. Duo. D. de Acquir. hered. *i. declarare ſe heredem, vt poſtea recuſare non poſſis. Ad crimina et reatum ſaepe refertur, v. g.* Ibi leno ſceleratum caput ſuum imprudens alligab Plaut. Epid. 3, 2, 33. Cic. pro Flac. 41 Ne L. Flaccus nunc ſe ſcelere alliget, quum iam teſtem illum effugere non poſſit. Ter. Eun. 4, 39 Audin' tu? hic furti ſe alligat. *Vbi* Donat. Alligat, aſtringit, illaqueat, et obnoxium facit. Alligare ſe Ad praecepta, Quinct. 13, 14 *pro accuratiſſime obſeruare. Vid.* Schulting. et Burman. ad Quinctil. decl. 1 p. 13. Artem ad exitum Quinct. 2, 15, 35. Aliquem ad poenam Quinct. 10, 3, 10. Ad omnia verba Id. 11, 2, 48. Orationem ad rhythmos Id. 9, 4, 53. *Sic* Cic. de Orat. 3, 174 Neque verba alligata ſint, quaſi certa aliqua lege verſus *etc.*

ALLIGATVS, Partic. [προσδεδεσμένος] Alligata pyxis Scribon. 8c *i. obligata.* Vas bene clauſum et alligatum Scribon. 269. ¶ 2 Alligati lactis maſſam. *i. coacti vel coagulati dixit* Martial. 8, 64. ¶ 3 I *neceſſitate quacunque, vt ipſum verbum, multo frequentius adhibetur.* Alligata foedere ciuitas Liu. 35, . . Quum videas ciuitatis voluntatem ſolutam, virtutem alligatam Cic. Att. 2, 18. Id. pro Cluent. 179 c. 64 Vt illum nuptiis alligatum, et teſtamenti ſpe deuinctum poteſtate haberet. Alligatus Caeſaris actis teneretur Cic. pro Domo ſua 41. Id. de Orat. 3, 174 Vt verba neque alligata ſint, quaſi certa aliqua lege verſus: neque ita ſoluta, vt vagentur. *Et* Q. Frat. 3 Sed idem Nerius index edidit ad alligatos Cn. Lentulum Vacciam C. Cornelium. *Legendum exiſtimo.* Edidit alligatos, *niſi quis* Adalligatos *vno verbo legendum cenſeat, quod et mihi magis probatur, cum Plinius* Adalligare *vſurpet* 17, 23. *Cuipiam tamen melior* Iſidori *ſententia videbitur.* Alligatos *ita explicantis* Orig. 5, 23. Teſtes ſunt, quibus quaeritur veritas in iudicio: quos quisque ante iudicium ſibi placitis alligat, ne cui ſit poſtea liberum, aut diſſimulare, aut ſubtrahere ſe: et alligati appellantur. *Haec Turneb. 20, 5. Sed Lambinus* Alligatos *interpretatur* ἐνόχους, *reos. Iunius legit* Allegatos.

ALLIGATIO, ōnis. f. [πρόσδεσις] Columel. 11, 2 Arbuſtorumque ſiue putatio, ſiue alligatio finienda eſt. *adde* Vitruu. 7, 3. *et* 8, 7

ALLĬGĀTOR, ōris. m. [προσδετὴς] Qui alligat. Columel. 13, 1 Deinde ſequitur alligator: cuius officium eſt, vt rectam vitem producat in iugum. *Sic* 4, 17, 5. 4, 20, 1. 4, 26, 4. Gloſſ. Gr. Lat. δέτης.

ALLIGATVRA, ae. f. [ἐπίδεσις] Columel. de Arboribus, 8 Infra inſitionem et alligaturam falce acuta leuiter vitem vulnera (Emplaſtrum) ſine alligatura celerius ſanat Scribon. 209. *Vſus hac voce ſaepius* Ambroſius, *vt* Epiſt. 44. de Off. 1, 3 *etc. Conf.* Vulgat. 2 Sam. 16

ALLIGĀMEN, inis. n. Gloſſ. Gr. Lat. ἀποδεσμός.

ALLIGAMENTVM, i. n. Idem Gloſſ. eaedem δέμα.

ALLĬNO, *vel* ADLINO, ini, iui et ēui, ĭtum, ĕre. [ἐπιχρ *Linendo addere. Laudant* Plin. . . Sunt qui leporino coagulo addant, et hoc ſaepe allinant dentem. *Certiora ſunt iſta* Plin. ſ. 23 Supina tabula ſcheda adlinitur longitudine papyri. Id. 20 ſ. 40 Theodorus bulbos epiphoris allinit. Hor. in Arte Poët. 445

Vir bonus et prudens verſus reprendet inertes,
Culpabit duros, incomtis allinet atrum
Transuerſo calamo ſignum. Acron. *i. Apponet.*

Cic. Act. 1 in Verr. 17 c. 6 Nulla nota, nullus color, nullae ſordes videbantur his ſententiis allini poſſe. Sen. Epiſt. 7 pr. Nemo non aliquod nobis vitium aut commendat, aut imprimit, aut neſcientibus allinit. *Dicitur etiam* Allinīre, *vti ſimplex* Linio *et* Lino. In vnum corpus omnia redacta curabis adlinire Pallad. Mai. 8, 1. *It.* Allinitur 1, 41, 3. *et* Feb. 33.

ALLIVESCIT *vel* ADLIVESCIT liuere incipit. Feſt.

ALLIVM, ii. [σκόροδον] *Genus oleris vehementi odore.* Plin. 19, ſ. 34 Allium ad multa ruris praecipue medicamenta prodeſſe creditur. tenuiſſimis, et quae ſeparantur in vniuerſum velatur membranis, pluribus coagmentatur nucleis, et his ſeparatim veſtitis: aſperi ſaporis: et quo plures nuclei fuere, hoc eſt aſperius. Taedium huic quoque halitu, vt cepis, nullum tamen coctis. Allii (*ſcribitur* Alii) Spicas III *in* medicamento bubus *commendat* Cato R. R. c. *Vid. h. v.* Spicis *ſiue* nucleis *pluribus conſtat* caput allii Col. 6, 34 Capitellum *vocat* Veg. Veter. 1, 18. Scribon. Comp. 233 Allii cand Spi

ſicae (*vnius*) capitis tritae. Virg. Ecl. 2, 11 Allia, ſerpillumque rbas contundit olentes. Aui et ataui noſtri, quum allium ac cepe rum verba olerent, tamen optime animati erant Varr. ap. Non. 3, Allium olet, *prouerbium in ruſticos*: *vid. Taubm. ad* Plaut. Moſt. 1, 38 p. 612. Suet. Veſp. c. 8. *Deteſtationem lepidam* allii *habes* rat. Epod. 3. Allium ne foeteat *docet* Pall. Nou. 6, 2. Vlpicum, quod idam Allium Punicum vocant, Graeci autem ἀφροσκόροδον appellant, ge maioris eſt incrementi, quam allium Coll. 11, 3, 20. Perſ. 5, *de Gallis et Sacerdotibus Iſidis*, Incuſſere deos inflantes corpora, ſi n Praedictum ter mane caput guſtaueris alli. *E ſuperſtitione antiqua di-ım eſt : alliorum enim capita ad multarum noxarum depulſionem valere imis vetuſtas imbiberat. Columella quidem etiam ouis, quae incubantur, ſterni vtiliter aduerſus* tonitrua *putat. Turn. Locus Columellae eſt 8, 5, 12.* in. 19, 6 ſ. 32 Allium cepasque inter deos in iure iurando habet gyptus.

ALLIĀTVM, i. [σκοροδωτὸς] Plaut. Moſt. 1, 1, 45 Sine me al-to fungi fortunas meas. *Sunt, quibus videtur legendum in Accuſatiuo*, liatum : *vt ſit ſenſus*, Sine me alliatum fungi fortunas meas. *h. e. rmitte me, quem allium olere, et foetere dicis. Sed potius eſt eſſe Sub-ntiuum, nempe Moretum, cui allium admixtum eſt, atque adeo cibi nes, in quibus allium intritum eſt. Ad hoc cibi genus reſpexit* Ter. or. 2, 2, 4 Tute hoc intriſti, tibi eſt omne exedendum : *quod notat* Donatus a ruſticis de alliato moretario dici ſolere : *vbi* more-ium *cibum ipſum, i.* Moretum *vocat. Sic poſt* Turneb. Aduerſ. 16, et 19, 13. *Villiomarus. i. Scaliger Animadu. in Tit. 5, 1 qui com-rat prouerbium*, ſuo cibo ſua moenire moenia.

ALLOBRŎGES, [Ἀλλόβρογες] *Populus Galliae iuxta Rhodanum, nunc Sabaudi et Delphinates.* Hor. Epod. 16, 6 Nouisque rebus idelis Allobrox. Cic. de Diuin. 1, 21 At clades patriae flamma fer-que parata, Vocibus Allobrogum Patribus Populoque patebat. *iurationem quippe Catilinae detexerunt Legati Allobrogum.*

ALLOBROGĬCVS, Adi. [Ἀλλοβρογικὸς] *Vt*, Allobrogicum uum Celſ. 4, 5. Allobrogica vua Plin. 14, 2. Iuuen. 8, 13 Al-rogicos *per Synecdochen Fabium Maximum* Allobrogicum *a gente de-ta appellatum, ſignat : de quo* Val. Max. 3, 5, 2. *et* 6, 9, 4.

ALLOEOTĬCVS. Virtus ἀλλοιωτικὴ *inter* quatuor virtutes, quae miniſtrandam alimoniam receperunt. Qui cibum in aliud ex alio tat Macrob. Saturn. 7, 4.

ALLOPHY̆LVS, [ἀλλόφυλος] *Alienigena, Alterius generis, uerſae nationis, ab* ἄλλο *aliud, et* φῦλον, *gens, natio.* Ita LXX erp. et Vulg. et Sulpic. Seuerus *vocant Philiſtaeos, ſ. Palaeſtinos.* Tertull. adu. Iud. cap. 4. adu. Marc. 4, 13. et Prudent. Hamar-500. *qui contra naturam Graece vocis, accentum recentiorem ſecutus irum corripuit penultimam : quod etiam a* Paullino *factum eſt* tal. 8, 71.

ALLOQVOR, i. [προσφθέγγομαι, προσαγορεύω] *ex* Ad, *et* Loquor. . pro Cluent. 170 c. 61 Quem propter animi importunitatem nemo ipere tecto, nemo audire, nemo alloqui, nemo reſpicere vellet? Herenn. 4, 23 Te nunc alloquor, Africane. *Speciatim* Alloqui *ſalutare Deos* Plaut. Amph. 1, 1, 26 Dîs aduenientem gratias pro ritis agere atque alloqui. *Item conſolari, vt* Gr. παραμυθεῖσθαι. Sen. oad. 619 Alios parentes alloqui in luctu decet : Tibi gratulandum *etc. Et* Oed. 1007 Dubitat, afflictum alloqui cupit, pauetque. *etiam referri videtur* Varr. de L. L. 5, 7 p. 55, 25 Alloquutum lieres ire aiunt, quum eunt ad aliquam loquutum conſulendi cauſa. *te viri docti legendum cenſent* Conſolandi. *Pro quibus facit etiam* ulli *carmen paullo poſt citatum in* ALLOQVVTIO. Alloqui mi-s oratione Curt. 3, 10, 4. Legatos benigne Id. 4, 2, 3. Plaut. ph. 1, 1, 232 Alloqui te perparce liceat obſecro.

ALLOCVTVS, a, um. Patriam allocuta voce moeſtula Catull. 6, 49.

ALLOQVIVM, [πρόσφθεγμα] *Alloquutio.* Plin. 6, 22 Hoſpi-i regis clementia ſex menſium tempore imbutus alloquio, *i. linguam tis edoctus.* Id. 8, 16 ſ. 19 Mulceri alloquiis feras. *Et p. a.* Mul-um (leonum) in ſiluis impetum mitigatum a ſe alloquio. *Graeci itium* παρηγορίαν, et παραμύθιον *nominant : ſic* Alloquium *et* Allo-ionem *noſtri.* Hor. Epod. 13 extr. Illic omne malum vino cantu-e leuato Deformis aegrimoniae Dulcibus alloquiis. Apul. Met. 4 80, 5 Pric. Blando ſolaretur alloquio. Liu. 1, 34 Et ipſe quoque tunam benigno alloquio, comitate inuitandi, beneficiisque quos erat ſibi conciliando adiuuabat. Lucan. 10, 174 Longis Caeſar ducere noctem inchoat alloquiis. *i. colloquiis.* Plin. Epiſt. 1, 8 dici ſalubres, ſed voluptate carentes cibos, blandioribus alloquiis ſequuntur.

ALLOQVVTIO, *ſ.* ALLOCVTIO, ōnis. f. [προσφώνησις] *idem.* n. Epiſt. 2, 20, 8 Mutat perſonam, vertit allocutionem. *i. Sermo-m. Pro conſolatione* Catul. ad Cornif. 39, 5

Quem tu (quod minimum, facillimumque eſt)
Qua ſolatus es alloquutione?
Iraſcor tibi, ſic meos amores
Paullum quidlibet alloquutionis
Moeſtius lacrymis Simonideis.

*Vid.* Pet. Victor. r. Lect. 8, 23. *et* Muret. 2, 4. Quid, quod nouis verbis, nec ex vul-i et quotidiana ſumtis allocutione, opus erat homini ad conſolan-ſuos, ex ipſo rogo caput alleuanti Sen. ad Helu. c. 1. *Huc refert rrentius illud* Sueton. Tib. 23 Inchoataque adlocutione, derepente ut impar dolori congemuit. Adloquutio Augg. *in Numis celebratur, Conciones militares. vid.* Spanh. diſſ. 13 p. 627. ſeq.

ALLV̆BET, *vnde*

ALLVBENTIA, *aut* ADLVBENTIA, ae. f. Apul. Met. 1 p. , 12 Iam Adlubentia procliuis eſt ſermonis et ioci, *i. incipiens uptas.*

ALLVBESCO, ubui, ubitum, ĕre. [ἐπαρέσκω] *Vel imperſonaliter itur* Allubeſcit, *i.* lubere *incipit, vt* Plaut. Mil. 4, 2, 13 Hercle ve-iam allubeſcit primulum. *Vel, quod recentioris aetatis eſſe videtur, ſonaliter, voluptatem et lubentiam quaſi concipere.* Apul. Met. 9 p. 8, 30 Pric. Si intrepidus — aquis allubeſcerem, *i. cupide ad biben-m accederem. Id.* 2 p. 27, 19 Iam patentis oris inhalatu cinnameo, occurſantis linguae illiſu nectareo prona cupidine adlubeſcenti, Per-, inquam *etc. Et* 7 p. 140, 16 At illa — nonnunquam baſiare vo-ti promtis ſauiolis adlubeſcebat.

ALLV̄CEO, ſ. ADLVCEO, xi, ēre. Sen. Epiſt. 92 Niſi aliquis iculus alluxerit. Plaut. Perſ. 4, 3, 46 Tibi fortuna faculam allu-e vuit. Vulg. Pſ. 96 Adluxerunt fulgura eius orbi terrae.

ALLV̄CENS, entis. Aug. Conf. 11, 23 Diluceſcant allucente mi-ſicordia tua, Domine.



ALLVCINOR, *vel potius* ALVCĬNOR, (*ſcribitur etiam* Hallucinor *et* Halucinor) āri. [παραβλέπω] Gell. 16, 12 Cloatius Verus in libris quos inſcripſit Verborum a Graecis tractorum, — *Alucinari* factum ſcripſit ex eo, quod dicitur Graece ἀλύειν, Vnde *Elucum* quoque eſſe dictum putat, A litera in E conuerſa, tarditatem quandam animi et ſtuporem, qui allucinantibus plerumque vſu venit. Nonius 2, 406 Allucinari, (*Merc.* Halucinare) aberrare, et non conſiſtere, atque diſſolui, obſtupefieri atque tardari, honeſte veteres dixerunt *et Laudat deinde iſta, quae ex Gellii octauo libro, perdito, ſumta oſtendit Mercerus.* Et aſſiduo (*ſic legendum monet pro* aſſitudo) oſcitantem vidit. Atque illius quidem delicatiſſimas mentis et corporis halucinationes. *Haec* Nonius, *ad quem Mercerus ita diſputat, vt* alucinari *proprie eſſe oſcitare perſuadeat. Firmat Salm. Exerc. Plin.* p. 903 aB. Gellius 2, 3 *otioſam eſſe adſpirationem, et tantum ad firmiorem pronuntiationem a quibusdam aſſumtam, docet. Voſſius pater in Etymol. et filius ad Catull.* p. 90. *a* luce *deriuare malunt ; Sed pater potius* Adlucinari, *i. ad lucem, vel luce praeſtinguente oculos errare, filius autem* Ablucinari : *vid.* ALVCVS *et* ALVCITA. *it.* Feſtus in Oblucinaſſe, *quam laudamus h. v. it.* Allus. Feſtus, Alucinatio, erratio. Papias, Allucinare vane ſomniare. Allucinatio lucis alienatio.. Allucinaria, vana ſomniaria. Allucitae ſomniatores. *Quod ſi ad vſum vocis attendamus, videtur nihil commodius, quam* oſcitandi *notionem, vt diximus, ei tribuere.* Columell. 7, 3, 26 Nec fur aut beſtia allucinantem paſtorem decipiat. *i. oſcitantem, aliud agentem. Plane vtrumque verbum coniungit* Cic. de Nat. Deor. 1, 72 c. 26 Iſta enim a vobis quaſi dictata redduntur : quae Epicurus oſcitans alucinatus eſt. Cic. Quint. Fratr. 2, 11 pr. Sed quemadmodum coram cum ſumus, ſermo nobis deeſſe non ſolet : ſic epiſtolae noſtrae debent interdum allucinari. *Conf. hic Manut. Etiam* Apuleii *locus ferre videtur hanc notionem*, Florid. 4 p. 359, 5 Nec quod hic alias mimus hallucinatur, comoedus ſermocinatur, tragoedus vociferatur *etc. Puto* hallucinari *vel* alucinari *etiam hic eſſe magno hiatu oris vel veri vel ficti i. perſonae, et velut oſcitantem, agere. vid. ſtatim* ALLVCINATIO. *Inprimis huc facit* Gell. 4, 20 Deliberatum eſt de nota eius, qui — clare nimis ac ſonore oſcitauit — tanquam illud indicium vagi animi foret, et alucinantis (*ſic optimi* MSS.) *et* fluxae atque apertae ſecuritatis. *Et* . . . At ille oſcitans et alucinanti ſimilis. Heſych. ἀλυχὴν χάσμησιν *exponit.* Ἀλύκη *etiam languor, oſcedo.*

ALLVCINATIO, ALVCINATIO, HALLVCINATIO, ōnis. f. *Error.* Sen. de Vita Beat. 26 Veſtras hallucinationes fero, quemadmodum Iupiter optimus maximus Poëtarum, *i. oſcitantium et ſemiſomnorum iudicia.* Arnob. adu. Gentes 4 p. 152 Et ſi quando animum deſidem otioſis vultis alucinationibus occupari, *de ſpectaculis.*

ALLVCINATOR, HALLVCINATOR, ōris. m. Nugarum amator, Feſti *eſſe dicitur.*

ALLVCITAE, *vid.* ALVCITAE.

ALLVCTOR, *vel* ADLVCTOR, āri. Ad *vel* Aduerſus *aliquem* Luctari. Apul. Met. 10. Edit. Elmenh. p. 247 Me quidem menſam accumbere ſuffixo cubito, dein adluctari et etiam ſaltare ſublatis primoribus pedibus perdocuit.

ALLVDIO, āre. Plaut. Stich. 2, 2, 58 Quando adbibero, alludiabo. Et Poen. 5, 4, 64 Tu alludiato.

ALLV̄DO, ſi, ſum, ĕre. [προσπαίζω] *Quaſi* Ad *Aliquem* ludere. Plin. 9, 8 Hominem non expaueſcit, vt alienum : obuiam nauigiis venit : alludit exultans. *Et paullo poſt*, Et alludens natantibus, impoſitosque portans. *De delphinis.* Virg. Aen. 7, 117 Nec plura alludens : ea vox audita, laborum Prima tulit finem. Alludens *ſimpliciter ſignificat per iocum et ludum dicens ad ſocios.* Cic. de Orat. 1, 240 c. 56 Galba, autem alludens, varie et copioſe multas ſimilitudines afferre, *i. variis iocis et cauillationibus alterum appetens.* Sueton. Caeſ. 22 *extr.* Reſponderit quaſi adludens (*i. iocum ioco reponens*) in Aſſyria quoque regnaſſe Semiramin *etc.* Phaedr. 3, 19 *extr.* Qui occupato adluſerit. *Add.* Gell. 19, 8 Tum alludens Fronto. Quinctil. 3, 11, 18 Trebatio alludens, *i. iocans.* Ter. Eun. 3, 1, 34 Forte habui ſcortum : coepit ad id alludere. Iuſtin. 1, 4 *de Cyro infante :* Quem ut in manum mulier accepit, veluti ad notam alluſit, *i. arriſit illi.* Alludere philoſophiae, *eſt quaſi per luſum et non ſerio tractare philoſophiam.* Sen. Epiſt. 73 Adhuc eſt tertium genus, qui philoſophiae alludunt, et nondum quidem eam attigerunt. ¶ 2 Alludere *dicitur de leni appulſu aquarum ad litora.* Ouid. Met. 4, 342 *de Salmaci*, Huc it, et hinc illuc, et in alludentibus vndis ſumma pedum, taloque tenus, veſtigia tinguit. *Hic ſine dubio rectum* Alludentibus : *exprimit enim Poëta quasdam quaſi aquarum* blanditias. Auien. Perieg. 121 Inſula qua Cyrnus fluctu madet alludente. *Hic etiam* Allidente *poſſet locum habere, de cuius verbi in hoc vſu confuſione cum* Alludere, *ſupra in* ALLIDO n. 2. *dictum eſt.*

ALLVSIO, ōnis. f. *Actus alludendi.* Arnob. 7 p. 229 Si manu viperam mulceas, nihil iſta proſit alluſio.

ALLVO, ĕre. [προσκλύζω] *Ex* Ad *et* Lauo, lauis, *vt veteres declinabant. Pro quo etiam* Luo, is *dictum eſſe, tum compoſita, tum metaphoricus eius verbi vſus declarant. In primis vero* Fluuii *dicuntur* vrbes alluere, *qui eas praeterlabuntur, et* Maria terras. *v. g.* Virg. Aen. 8, 149 Et mare quod ſupra teneant, quodque alluit infra. *De Heſperia, i. Italia ſermo eſt.* Cic. de Legib. 2, 6 Diuiſus aequaliter in duas partes, latera haec alluit, *de Fibreno fluuio.* Alluit gentes Moeotis Sen. Oedip. 475. Id. Herc. fur. 886 Quodcunque alluitur ſolum Longo Tethyos ambitu. Alluuntur a mari moenia Cic. Verr. 5, 95 c. 37. Id. pro Flacco 63 c. 26 *de Maſſilia* Cincta Gallorum gentibus barbariae fluctibus alluitur. Flumen Sidenum quo alluitur oppidum Polemonium Plin. 6, 4 *vid.* 3, 1 *et* 4. Sen. Hippol. 1232 Me ludat amnis ora vicina alluens, *de ſupplicio Tantaleo.*

ALLV̆VIES, ēi. f. [πρόσκλυσις] *Immoderata aquarum violentia, vel pluuialium, vel fluuialium, ſimiliumque : quae non tantum agros confundit, ſed interdum eripit, et nonnunquam funditus deſtruit.* Colum. 3, 11, 8 Vel etiam valles, quae fluminum alluuie et inundationibus concreuerint. Mira alluuies Cic. Q. Fratr. 3, 7 *al.* proluuies, *de hac ipſa re. Aqua etiam placida ripas egreſſa intelligi videtur* Liu. 1, 4 In proxima alluuie, vbi nunc ficus Ruminalis eſt, (quam Romularem vocatam ferunt) pueros exponunt.

ALLVVIO, ōnis. f. [ἐπίκλυσις] *Idem fere quod* Alluuies. Alluvione ſali Auien. Phaen. Arat. v. 1249. *vbi vid. Grot.* Cic. de Orat. 1, 173 c. 38 Alluuionum, circumluuionum iura. *Eſt autem ICtis* Alluvio, Incrementum latens, quod ita paullatim adiicitur, vt intelligere non poſſimus, quantum quoquo momento temporis adiiciatur praeterea. Inſtit. de rer. diuiſ. *Conſentiunt Agrimenſores* Si riuus alicuius terras minutatim ex alia terra abſtrahat, et alii contrario relinquat, vocant alluuionem Sicul. Flacc. Goeſ. p. 13. *Sed ponamus plaſcula, cum non*



*ſint*

*ſint in omnium manibus hi ſcriptores.* *Ex* epiſtola Theodoſii et Valentiniani p. 344 Goeſ. Alluuionum, quae contingere ſolent in praediis, quae ripis quorundam fluminum terminantur, ea natura eſt, vt ſemper incerta poſſeſſio, incertum ſit eius dominium, quod poſſeſſori per alluvionem adcreſcit. nam quod hodie poſſidemus, nonnunquam altero die vicini fundi dominio in alteram fluminis ripam translatum adquiritur. nec tamen, apud quem accreſcit, remanet, ſed plerumque redit ad priorem dominum cum augmento: ſaepe nec ad poſteriorem manet, nec redit ad priorem, ſed in arenam fluminis inundatione ſoluitur, ideoque ſuggeſtione culminis ſui admittitur, vt iudicio agrimenſoris finiatur. Non Aegyptiis ſolis, nec de Nili tantum alluuionibus loquimur: ſed, quod ſalubre eſt orbi terrarum, atque omnibus prouinciis, promulgamus, vt ea, quae per alluuionem poſſeſſoribus acquiruntur, neque ab aerario vendi, neque a quolibet peti, nec ſeparatim cenſeri, vel functiones exigi, hac perpetua lege valitura ſancimus: ne alluuionum ignorare vitia, vel rem noxiam poſſeſſoribus indicere videamur. Similiter nec ea quidem, quae paludibus antea, vel paſcuis videbantur adſcripta, ſi ſumtibus ac laboribus poſſeſſorum nunc ad frugum fertilitatem translata ſunt, vel vendi, vel quaſi fertilia ſeparatim cenſeri, vel functiones exigi concedimus: ne hi doleant diligentes operam ſuam agri dediſſe culturae, ne diligentiam ſuam ſibi damnoſam intelligant. *Haec illi.* Aggenus p. 56 ſq. De alluuione obſeruatio eſt, ſi in occupatoriis agitur agris: quidquid vis aquae abſtulerit, repetitionem nemo habet. quae res neceſſitatem ripae muniendae iniungit, ita tamen, vt ſine alterius damno quidquam fiat. Si vero in diuiſa et aſſignata regione tractabitur, nihil amittet poſſeſſor: quoniam formis per centurias certus cuique modus adſcriptus eſt. Circa Padum autem cum ageretur, (quod flumen torrens, et aliquando tam violentum decurrit, vt alueum mutet, et multorum late agros trans ripam, vt ita dicam, transferat: ſaepe etiam inſulas efficiat) Caſſius Longinus, vir, prudentiſſimus, (iuris auctor,) hoc ſtatuit, vt, quidquid aqua lambendo abſtulerit, id poſſeſſor amittat: quoniam ſcilicet ripam ſuam ſine alterius damno tueri debet. Si vero maiore vi decurrens alueum mutaſſet, ſuum quisque modum agnoſceret: quia non poſſeſſoris negligentia, ſed tempeſtatis violentia abreptum apparet. Si vero inſulam feciſſet, a cuius agro feciſſet id poſſideret: at ſi ex communi, quisque ſuum reciperet. Scio enim quibusdam regionibus cum aſſignarentur agri, adſcriptum aliquid per centurias et flumini. Hoc autem prouidit auctor diuidendorum agrorum, vt quoties tempeſtas fluuium concitaſſet, non per regionem excedens alueum vagaretur, ſed ſine iniuria cuiusquam deflueret. — Hos tamen agros, id eſt, hunc omnem modum, qui flumini adſcriptus eſt, reſp. quibusdam vendidit. Hae quaeſtiones maxime in Gallia togata mouentur, quae multis contexta fluminibus inmodicas Alpium niues in mare transmittit, et ſubitarum regelationum repentinas inundationes patitur. Aliquibus locis impetrauerunt poſſeſſores a praeſide prouinciae, vt aliquam latitudinem flumini daret. nam et in Italia Piſaurum flumini latitudo eſt aſſignata eatenus, quousque alluebat.

ALLVVIVM, i. n. *dixit* Sidon. Epiſt. 2, 2 *eodem intellectu conf.* Iſid. 14, 8.

ALLVVIVS, Ager *ex* libello de Limitibus *profertur. vid. Hotom. de Verb. Iur.*

ALLVS, Pollex, proximum digitum ſcandens, quod velut inſiluiſſe in alium videatur: quod Graece dicitur ἄλλεσθαι. Feſtus. ποδὸς μέγας δάκτυλος Gloſſ. *Ab hoc nomine verbum* Allucinari *deriuat Becmannus, vt ſit offendere pedem. Pedis enim pollicem eſſe* Allum, *tum Gloſſa modo laudata docet: tum ipſe* Feſtus *in* Hallus; *nam etiam ibi nomen hoc retulit. Veteres editiones etiam habent* Allex, *itemque* Gloſſae *Iſidori, teſte Scaligero.*

## A L M

ALMĬTAS, ātis. f. Gloſſ. Lat. Gr. ἀνατροφή. *Ab* Alo *et* Almus: *vt* Fauſtitas *a* Fauſtus.

ALMĬTĬES, ēi. f. Habitus almarum rerum Feſt. Gloſſ. Gr. Lat. αὔξησις ἀρχῆς. *Apud* Chariſ. l. 1. p. 25 Almities eſt εὐπρέπεια. *Videtur ergo felicem reip. ſtatum notare, et annonae praeſertim copiam.*

ALMO, ōnis. m. [Ἄλμων] *Fluuius, vel potius Riuus ante portam Capenam, vrbi Romae vicinus, apud quem Romani olim ſacra Cybeles faciebant eodem ritu, quo Galli in Phrygia. vid.* Ouid. Faſt. 4, 337 ſqq. Vibius Sequ. Almon Romae, vbi mater Deûm, VI Kal. April. lauatur. Almo Italus Stat. Silu. 5, 1, 224. Claud. de Bell. Gild. 119. Lubricus Ouid. Faſt. 4, 337. Paruus Lucan. 1, 600. Curſu breuiſſimus Ouid. Met. 14, 192. Val. Flacc. 8, 239 Sic vbi Mygdonios planctus ſacer abluit Almo. Tepidus Sil. Ital. 8, 364. Prudent. in Romano 160 Riuulum vocat, quod arguit paruum et exiguum amnem eſſe. *Adde* Fr. Lindenbrog. ad Ammian. Marc. p. 127. Auguſt. de Ciu. Dei 2, 4. *et viros doctos ad loca Poëtarum citata.* Almo *etiam Deus illius riui pater Larae Nymphae, ex qua Mercurius Lares genuit.* Ouid. Faſt. 2, 599 *fabulam narrat.*

ALMON, [Ἄλμων] Oppidum Theſſaliae, aliis Salmon Plin. 4, 8 pr. *Et Boeotiae ciuitas Stephano. Eſt etiam* Almon *apud* Virg. Aen. 7, 532 *Paſtoris nomen, filii Tyrrhaei, regii pecoris magiſtri.*

ALMOPIA, ae. Macedoniae pars, Plin. 4, 10 *Sic dicta ab Almope gigante, Neptuni, et Athamantidos Helles filio.*

ALMVS, Adi. [ζείδωρος] *Ab* Alendo *dictum. Vnde* Feſtus, Alma, *inquit* Sancta ſiue Pulchra: vel Alens, ab alendo ſcilicet. Item Clarus, Inclytus. Vet. Gloſſ. Almus, κλυτὸς, ἔνδοξος. Item alma, κλυτὴ ἁγνὴ, ὡραία, θρεπτεῖρα. *Vtramque ſignificationem loca citanda illuſtrabunt.* Plaut. Curc. 2, 3, 79 Inuoco almam meam nutricem. Adorea alma, *i. Gloria, quae altrix eſt virtutum* Hor. Carm. 4, 4, 41. *vel inclita, ſplendida.* Virg. Georg. 2, 330 Parturit almus ager. *Vbi* Seru. Almus, ab eo, quod nos alat. Carthago alma Sil. Ital. 13, 11. Ceres Virg. Georg. 1, 7. Virg. Ecl. 8, 17 Naſcere, praeque diem veniens age lucifer almum. Hor. Carm. 4, 7, 7 Almum quae rapit hora diem. *Pulchre hic Baxterus,* Almum *i.* verendum et ſanctum: perpetuum pulcherrimarum et magnarum rerum Epitheton. Hor. Carm. 4, 5, 18 Nutrit rura Ceres, almaque Fauſtitas, *i. Bonus Euentus agriculturae.* Fides Cic. Off. 3, 104 c. 29. *ex Ennio*, O Fides alma. Iubar, *i.* Dies Val. Flacc. 5, 311. Liquor almus aquarum Lucret. 3, 390. *philoſophicum epitheton, cum aqua alantur et vigeant omnia.* Lux Virg. Aen. 1, 306. Vt primum lux alma data eſt. Alma lux dicta, quod alat vniuerſa: nam phyſici dicunt, omnia per diem creſcere. Seruius, *Nempe pandit et aperit canaliculos calor, quos ſubit motus eodem calore humor.* Maiae almae filius, *pro Mercurio* Hor. Carm. 1, 2, 43. Muſae Almae Hor. Carm. 3, 4, 42 *vel inclitae, vel nutriculae pueritiae et adoleſcentiae.* Cic in Arat. Hanc illi tribuunt poenam Nereides almae. Nox Sen. Agam. 74 Idem in Troad. 438 *et* Medea 876. Nutrix Lucret. 5, 231. Pallas Lucret. 6, 750. Alma parens, *pro Venere* Virg. Aen. 2, 591. Martial. 8, 21 - - - vigilat Memnonis alma parens. *i. Aurora.* Virg. Aen. 10, 252 Alma parens Idaea deûm. Vbi Seruius, Alma propri[e] eſt Tellus, ab eo, quod nos alat: abuſiue etiam aliis numinibus ho[c] epitheton datur. Pro terra ſ. Tellure Sen. Phoen. 222. Pax Tibul. 1, 11, 67 *Pacis ſimulacrum fingebatur manu ſpicam gerens: ideo* Alma. *nam pacis tempore agricultura floret. vnde illi et ſpicae et poma et huiusmod[i] reliqua offerebantur.* Sibylla alma Virg. Aen. 6, 74. *i. veneranda.* So[l] Hor. in Carm. Saecul. 9. Columel. 3, 21, 3 Quibus alma Tellus annu[a] vice velut aeterno quodam puerperio laeta, mortalibus diſtenta muſt[o] demittit vbera. Venus Virg. Aen. 1, 622. Virg. Georg. 2, 233. --- pe[-] corique, et vitibus almis Aptius vber erit.

## A L N

ALNVS, i. f. [αἴγειρος] *Arbor fluuialis, ſiue paluſtris, notiſſima quae inter* infelices *refertur*, et damnatas religione, quae neque ſerun[-] tur vnquam, neque fructum ferunt Plin. 16, 26 ſ. 45. *De hac mult[a]* Vitruuius 2, 9. *Meminit* et Plin. 16, 18 *et* 31. Alnorum vmbracula *e[-]* Cic. quinto de legibus *laudat* Macrob. Sat. 6, 4. Alta alnus Sen. Hip[-] pol. 10. Alnus amica fretis Stat. Theb. 6, 106. Electrifera Claud[.] Feſcenn. 55. *Nempe in* Alnos *mutatae Phaëtontis ſorores* Phaëthuſa, Phoebe, et Lampetie, *ad Padi fluminis ripas; earum vero lacrimae i[n] electra* Virg. Ecl. 6, 63 Tunc Phaëthondiadas muſco circumdat amarae Corticis, atque ſolo proceras erigit alnos. *Idem tamen* Aen. 1[0,] 189 *alteri ſubſcribit opinioni, quae* populos *memorat*

Namque ferunt luctu Cycnum Phaëthontis amati,
Populeas inter frondes, vmbramque ſororum
Dum canit, *etc.*

Fluminea Sil. Ital. 3, . . Long[a] Ouid. Met. 13, 790. Procera Virg. Ecl. 6, 63. Viridis alnus Vir[g.] Ecl. 10, 74. ❡ 2 Alnus, *pro Nauigiolo: quia ex trunco al[ni] excauatae fiebant huiusmodi ſcaphae.* Claud. praef. 1 de Rapt. Proſerp. Qui dubiis auſus committere flatibus alnum, Quas natura negat, pra[e-] buit arte vias. Virg. Georg. 1, 136 - - - alnos primum fluuii ſenſe[re] cauatas. *Et* Georg. 2, 451 Torrentem vndam leuis, innatat alnus Mi[ſſa] Pado. *Sed etiam* Remos motura per immenſum mare alnus *eſt* Se[n.] Oed. 540. *Hinc Vocem hanc plus ſimplici vice Poëtis reddidit Bur[m.] ad* Ouid. Met. 1, 133. *Conf.* Drakenb. *ad* Sil. 12, 522. Lucan. 3, 4[..] Siluaque Dodones, et fluctibus aptior alnus.

ALNEVS, Adi. *quod fit ex* Alno. Vitruu. 3, 3 Locus palis aln[eis] configatur.

ALNĒTVM, *Vt* Quercetum, Dumetum, Eſculetum: *locus al[nis] conſitus.* Gu. Brito 8, 303 Difficiles vbi denſa vias alneta tenebant.

## A L O

ALO, ui, ĭtum et altum, ĕre. [τρέφω] *Eſt Rebus ad vitam, victum cultumque neceſſariis ſuſtentare:* Cic. Parad. 8 Multi ex te audierun[t] quum diceres, Neminem eſſe diuitem, niſi qui exercitum alere poſſ[et] ſuis fructibus. Copias militum alere Cic. pro Deiot. 22. Noni[us] 5, 5 Alere et Educare hoc diſtant: Alere eſt victu temporali vit[am] ſuſtentare. Educare autem ad ſatietatem perpetuam educere. Acc[ius] Andromeda, Alui, educaui: id facite, gratum vt ſit ſeni. Idem 74 Paſcere et Alere hoc diſtant, auctoritate vt ſit Alere, ſufficie[n-] generis curam habere, (*v. g. canes qui alit aut equos, ſupplet numeru[m]*) Paſcere, natos cibo ſaginare. Varro Geronto didaſcalo: Vbi gra[n-] paſcantur atque alantur pauonum greges. *Sic* Ter. Andr. 1, 1, Aut equos alere, aut canes ad venandum. *Saepe tamen* Alere *et* N[u-] trire, *pro eodem ponuntur. Vnde lex illa* XII *tabularum, apud* Quin[ct.] 5, 10, 96. Sen. contr. 7 *etc.* Liberi parentes alant, aut vinciant[ur.] ❡ 2 *In rebus incorporeis* Alere *ſignificat augere, certe conſerua[re].* Quinct. in praef. lib. 1, 23 Sed alere facundiam, vires augere el[o-] quentiae poſſit. Virg. Aen. 5, 231 Hos ſucceſſus alit. *i. Horum a[ni-] mos ſucceſſus auget, talia deinde multa dabimus* n. 3 *et* 4. ❡ *Iam phraſeologiam perſequamur* Paullus in l. Neſennius. D. de negot. g[e-] ſtis. E contrario dicebatur: hoc recte dici, cum de ſuo aluiſſe ma[t...] probaretur. at in propoſito auiam, quae negotia adminiſtraſſet, ve[ri-] ſimile eſſe, de re ipſius nepotis eum aluiſſe. Alit binos foetus vbe[ra] Virg. Ecl. 2, 30. Alunt rhombos aequora Hor. Serm. 2, 2, 48 Alu[nt] victum mortalium glandiferae arbores Plin. 16 prooem. Aluntur aſperit[a-] te aquarum arbores Plin. 12, 9. *i. aqua ſalſa maris.* Lucret. 2, 1155 N[ec] mare, nec fluctus plangentes ſaxa crearunt, Sed genuit tellus eade[m] quae nunc alit ex ſe. Cic. de Inuent. 2, 162 Conſuetudine ius e[ſt] quod aut leuiter a natura tractum, aluit et maius fecit vſus. Cic. Nat. Deor. 2, 101 Spiritu ductus aër alit et ſuſtentat animantes. Cic. Lael. 104 Sed nec illa extincta ſunt, aluntur que potius et augent cogitatione et memoria. Cic. in Catil. 3, 26 c. 11 Memoria veſt[ra] res noſtrae alentur, ſermonibus creſcent. Cic. de Nat. Deor. 2, 51 M[ul-] taque a luna manant et fluunt, quibus et animantes alantur, au[gea-] ſcantque et pubeſcant, maturitatemque aſſequantur, quae oriuntu[r e] terra. Cic. de Nat. Deor. 2, 23 Sic enim res ſe habet, vt omnia, qu[ae] alantur, et quae creſcant, contineant in ſe vim caloris, ſine qua [ne-] que ali poſſent, nec creſcere. Cic. Verr. 3, 11 Re frumentaria ex [Si-] cilia alimur ac ſuſtinemur. Ali *apud* Lucretium *interdum non eſt N[u-] triri ſimpliciter ſed* Altum (*quod ipſum nomen ab* Alo *deriuatur*) *et p[ro-] cerum euadere. Itaque* creſcunt *apud eum res, deinde* aluntur. *N[on] vero ordinis perturbatione videri poteſt id dicere, cum perſpicue in ea [ra-] tione, quam dixi, verbum illud ab eo vſurpetur: vt,* 2, 1129 Donec a[d-] ſcendi ſummum tetigere cacumen. *Iterum* 2, 546 - - - neque qu[o] ſupereſt procreſcere alique. *Rurſum* 1, 192 Quaeque ſua de mate[ria] grandeſcere, alique. *Monuit Turnebus.* Lucret. 1, 812 Adiutam[ur] enim dubio procul atque alimur nos Certis ab rebus. Cic. pro Cec[in.] 13 Aebutius iſte, qui iam diu Caeſenniae viduitate ac ſolitudine ale[ba-] tur, *etc.* Lucret. 1, 859 Diditur in venas cibus omnes, auget, a[lit-] que Corporis extremas quoque partes, vnguiculoſque. Agellus qu[i] eum non ſatis aleret, ludimagiſter fuit. Cic. de Nat. Deor. 1, 72 [de] *patre Epicuri.* Idem hic agellus illos alet Nep. Phoc. 1, 4. Alunt I[ta-] rici Quinct. 1, 8, 6. *i. profectum adoleſcentium iuuant.* Pax aluit vi[res] Tibul. 1, 10, 49. Alere ſe conſumtione et ſenio ſui Cic. de Vniu[erſ.] 16. ❡ 4 *Reliqua Nomina, quae iunguntur huic verbo, ele[men-] torum ordine ponemus.* Adoleſcentiam alunt ſtudia Cic. pro Arch. c[.] Amor alitur diuitiis Ouid. de Rem. Amor. 746. Aridum atque ie[iu-]

nu

m, *de eloquentiae ſtudio* Quinctil. 2, 8, 9 Artem quaeuis alit terra et. Ner. c. 40. Honos alit artes Cic. Tuſc. 1 c. 2. Id. de Inuent. 4 c. 3 cendi aſſiduitas aluit audaciam. Bellum, *idem quod fouere* Liu. 31, 15 r. Plin. 24, 15 Infantibus illita capillum alunt. Cogitatione ali, *vid.* ALI AVGERI n. 3. Conſuetudo concionum perditarum alitur. Cic. Att. 11. Controuerſiam alere, Caeſ. Bell. Gal. 7, 32. Copiam verbo- n alere Cic. in Orat. 27. Corpus *vid. mox* Victu. Culpam Pro- rt. 4, 4, 60. Flammam Quinct. 5, 5, 13. Flammas Ouid. Met. 10, . Furor effrenatus alitur impunitate diuturna Cic. pro Sext. 82. in Bruto 32 c. 8 Iſocrates forenſi luce caruit, intraque parietes it eam Gloriam, quam nemo eſt poſtea conſequutus. Ingenia alit nulatio Vell. 1, 17, 6. *Add.* Quinct. 1, 8, 8. *et* 12, 6, 6. Ita leo- s alit Stat. Theb. 12, 7, 50. *i. acuit, fortiores reddit.* Luxuriam re Nep. 19. 1, 4. Memoria ali. *Vid.* ALI *et* AVGERI. Memoriam ercitatione Quinct. 1, 1, 36. Mens hominis alitur diſcendo Cic. Off. 1, c. 30. *Sic* Quinct. 2, 4, 5. Ter. Andr. 1, 5, 15 Aliquid monſtri nt, *puellam habent deformem, aut alias inuenuſtam.* Mihi ſtat, alere rbum deſinere Nep. 25, 21, 6. Orationem Quinct. 10, 1, 31. Pro- tus alit aemulatio Quinct. 1, 2, 26. Semina Quinct. 10, 3, 2. Sitim re Ouid. de Ponto, 3, 1, 18. Cic. in Catil. 1, 30 c. 12. Qui ſpem tilinae mollibus ſententiis aluerunt. Spe ali Ouid. in Ibin 128. eſ. Bell. Gall. 6, 20 *de Germanorum moribus*, Qui diutiſſime impu- es permanſerunt, maximam inter ſuos ferunt laudem. Hoc ali ſta- am, ali hoc vires, neruosque confirmari putant. Lucret. 4, 634 c refert quidquam, quo Victu corpus alatur, Dummodo quod ca- s concoctum didere poſſis Artubus. Vires alere Caeſ. Bell. Gall. 1. *de Germanorum moribus.* Virg. Georg. 3, 454 - - - alitur vi- m, viuitque tegendo. Virg. Aen. 4, 2 At regina graui iamdudum cia cura, Vulnus alit venis: et caeco carpitur igni. Lucr. 3, 64 ec Vulnera vitae Non minimam partem mortis formidine aluntur. . pro Marcell. 29 Illa vita eſt tua, Caeſar, quae vigebit memoria culorum omnium, quam poſteritas alet. Alere mollius more nutri- n Quinctil. 2, 4, 5. Plenius alit viua vox Quinctil. 2, 2, 8. Pluri- s minore faſtidio alitur ſtomachus Quinctil. 1, 12, 5.

ALENDVS, [ϑρεπτέος] Ouid. de Arte Am. 2, 152 Dulcibus eſt bis mollis alendus amor.

ALTVS, et ALĬTVS, [τεϑραμμένος] Altus alieno ſumtu Varr. Non. 4, 8. Cic. pro Planc. 81 c. 33 Cui non locus ille mutus, vbi e altus aut doctus eſt. *Sic optimi quique: al.* alitus. Cic. in Bruto c. 10 Videſne igitur, vt in ea ipſa vrbe, in qua et nata et alta ſit quentia, quam ea ſero prodierit in lucem? Vbi nata et alta eſt ra- ac moderatio vitae Cic. Fam. 6, 1. *al.* alita. Id. de Nat. Deor. 2, Stellae vaporibus aquarum aluntur his, qui a Sole ex agris tepe- tis et ex aquis excitantur: quibus altae renouataeque ſtellae atque nis aether refundunt eadem, et rurſum trahunt indidem. Liu. 30, Alito atque educato inter arma. Val. Max. 7, 2, 7 Non oportere riri in vrbe leonem; ſi autem ſit alitus, obſequi ei conuenire. rt. 8, 10, 8 Flamma igni alita. *Vtramque formam* Altus *et* Alitus *bat* Chariſius l. 3 p. 220. ¶ 2 *Ipſum Adiectiuum* Altus, *d hinc ortum eſt, ſeparatim ſ. l. tractamus.*

ALTELLVS, Romulus dicebatur (Feſti *verba damus*) quaſi altus ellure: vel quod tellurem ſuam aleret, ſiue quod aleretur telis: quod a Tatio Sabinorum rege poſtulatus ſit in colloquia pacis, et rnis vicibus audierit, locutusque fuerit. Sicut enim ſit diminu- e *a macro macellus, a vafro vafellus*, ita *ab alterno altellus. Prae his is nemini non placebunt iſta Scaligeri:* Eſt ὑποκοριστικὸν (*diminutiuum*) us, Altulus, Altellus. *Significat* ϑρεπτὸν, τρόφιμον, *Alumnum. vocabantur expoſiti, qui inuenti ab aliis alebantur, qualem habitum Romulum, conſtat.* Plin. Epiſt. 71 Magna — quaeſtio eſt de con- one et alimentis eorum, quos vocant ϑρεπτὰς. *Reſpondet* Traia- , Quaeſtio iſta, quae pertinet ad eos, qui liberi nati, expoſiti, nde ſublati a quibusdam, et in ſeruitute educati ſunt, ſaepe tra- ta eſt.

ALTVS, ûs. m. Nutricatio. Macrob. Saturn. 1, 2 Rerum naturae nutritur vniuerſitas.

ALĬTVS, ûs. m. Idem. Donat. in Vita Virgilii; Parentibus tarmis aurum ad abundantem alitum mittebat.

ALTILANEVS, *vid. ſub* ALTVS.

ALTĬLIS, e. [ϑρεπτὸς] *Ex ſupino* Altum, *ab* Alo. *Sunt autem ilia, Animantia, quae incluſa aluntur: ſiue aues in corte aut auiario, quadrupedes in roborario, ſiue piſces in viuario.* *Haec* Valla lib. 1. n. 10, 50 *ex lege Fannia*, Ne quid volucre poneretur, praeter vnam linam, quae non eſſet altilis. Iuuen. 5, 115 Anſeris ante ipſum gni iecur, anſeribus par Altilis — Fumat aper. Altiles boues, ſacrificia publica ſaginati dicuntur opimi Varr. R. R. 2, 1, 20. *Neque babilis coniectura Almelouenii, qui patales ſuſpicatur.* Cochleae altiles, n. 9, 56. Satur altilium Hor. Epiſt. 1, 7, 35. ¶ 2 Alti- , *actiue vim alendi habens*, Macrob. Saturn. 7, 4 In venis et arteriis, e ſunt receptacula ſanguinis et ſpiritus, tertia ſit digeſtio. Nam eptum ſanguinem quodammodo defaecant: et quod in eo aquoſum , venae in veſicam refundunt: liquidum vero purumue et altilem guinem ſingulis totius corporis membris miniſtrant. ¶ 3 ile, non ſolum Pingue ab alendo: verum etiam Opulentum. Plau- Ciſtell. (frag. 1, 20) Prohibet diuitiis maximis, dote altili atque nia. Nonius 2, 30.

ALTILIĀRIVS, i. m. Qui altilia curat. Gloſſ. Lat. Gr. Altilia- s ὀρνιϑοτρόφος.

ALTOR, ōris. m. [τροφεύς, τροφὸς] *qui alit.* Cic. de Nat. Deor. 86 c. 34 Omnium autem rerum, quae natura adminiſtrantur, ſe- nator et ſator et parens, vt ita dicam, atque educator, et altor eſt ndus. Sen. Herc. fur. v. 1247 - - - ſiue me altorem vocas, Seu parentem. Maenalus (*mons*) altor Grat. Cyneg. 100. *vid. Burm.* cci altores Nemeſ. Cyneg. 297. *i. nutricii.* Lactant. 1, 21, 41 Cur ores Iouis dicantur Curetes fuiſſe. Id. 5, 3, 25 Quem parentem nium, quem factorem altoremque viuentium confeſſus es. Ouid. et. 11, 101 Gaudens altore recepto, *Bacchus Sileno.* Apul. Met. 10 248, 16 Altor *vocatur* praepoſitus, agaſo *Apuleii tum aſini.*

ALTRIX, īcis. [τιτϑή, ϑρέπτειρα,] Quae alit. Plin. 10, 64 Altri- mque habere per ſe vitam illam quae ſatis, arboribusque contingat. c. pro Flacco 62 c. 26 Et eorum eadem terra parens, altrix, pa- a dicatur. Apul. de Mundo p. 57, 11 Genitrix atque altrix ani- ntium omnium tellus. Altrix Apulia fabuloſa Hor. Carm. 3, 4, 10. rix bellorum Numidia Sil. 1, 218. Ida Ouid. Met. 4, 293. Saeta- Sil. 3, 372. Romani nominis altrix *Lupa, quae Romulum et Re- m lacte aluit.* Cic. de Diuin. 1, 20 c. 12. Pacuu. ap. Varr. de L. L. 6, 2 Calydonia terra altrix exuberantium virûm. Altrix nix Valer. Argon. 6, 325 *quaſi pro patria tellure, niuem dicat.* *Vt* Plin. Paneg. 28 Altricem amare patriam. *In primis tamen pro nutrice proprie dicta, et ſubſtantiue adeo ponitur.* Stat. Sil. 2, 1, 96 Quid referam altricum vi- ctos pietate parentes? *Et* Theb. 1, 530 Natarum haec altrix, eadem fidiſſima cuſtos. Sen. Hippol. 250 *Phaedra ad nutricem*, Altrix pro- fare. Prop. 4, 1, 38 Sanguinis altricem nunc pudet eſſe lupam. Ouid. Met. 11, 683 Altrici, quae luctus cauſa, roganti *etc.*

ALĬBĬLIS, e. [ϑρεπτικὸς] *Quod facultatem habet alendi.* Varro de R. R. 2, 11, 1 Eſt enim lac omnium rerum quas cibi cauſa capimus liquentium, maxime alibile. *Rurſum ibidem paullo poſt*, Caſei quum molles ſunt, magis alibiles, in corpore non reſides: veteres et aridi, contra. *Compar.* Idem 3, 9, 14 Pulli alibiliores, *paſſiue.*

ALVMNVS, i. m. [τρόφιμος] *et* ALVMNA, ae. f. *Quin et* ALVMNVM n. (*videbimus enim* Numen alumnum n. 1 *et* Stagna alumna n. 4) *qui alitur, vel altus eſt ab alio.* *Ac proprie quidem re- latum eſt altoris, educatoris, nutricis.* Virg. Aen. 11, 33 *Acoetes* comes caro datus ibat alumno, *Pallanti, cuius educator fuerat.* Plaut. Merc. 4, 5, 6 EV. Herus atque alumnus tuus ſum. SY. Salue alumne. *He- rus minor ſua cum nutrice loquitur.* Hor. Epiſt. 1, 4, 8 Quid voueat dulci nutricula maius alumno? Ouid. Met. 14, 443 *in epitaphio Caie- tae*, Hic me Caieten notae pietatis alumnus, *i.* pius Aeneas, *cuius nu- trix fuerat.* Claudius *apud* Sueton. c. 39 non ceſſauit omni oratione Agrippinam filiam et alumnam, et in gremio ſuo natam atque educa- tam praedicare. Virg. Aen. 6, 695 Tityon Terrae omniparentis alu- mnum *vocat, non in quantum ex ea natus, ſed quod nutritus eſt.* *Etiam Dii ſic vocantur* alumni, *v. g. Bacchus Sileni, de quo* Ouid. Met. 11, 99 Iuueni Silenum reddit alumno. *Idem vocatur* Numen Alumnum *ab* Ouidio Met. 4, 421 *reſpectu Inûs.* Stat. Theb. 8, 224 *De ſacris ma- tris Idaeae*, Tunc dulces ſuperos atque omne ex ordine alumnum Nu- men vbique ſacri reſonant Paeanes *etc.* *Sic* Ouid. Met. 2, 527 *Iuno ad Tethyn et Oceanum* At vos ſi laeſae contemtus tangit alumnae. *Ds eadem plane re* Hygin. Fab. 177 *verſus profert, quos ibi vocat* Creticos, *Vrſam minorem ſ. Calliſto* Oceano prohibet ſemper ſe tingere Thetis, Auſa ſuae quia ſit quondam ſuccumbere alumnae, *i. pellicem agere Iu- nonis.* *Etiam ad Lupam illam Romuli nutricem et Remi refertur:* Var- ro *apud* Non. 4, 25 Vbi quod lupam alumni fellarunt olim. *Quin* Grex alumnus *de porcellis dicitur reſpectu ſcrofae* Pallad. 26, 4. *Atque adeo ad ipſa inanimata referri videas* Colum. 4, 27, 4 Siquidem eue- nit, vt quidam oculi (*in vite*) trigeminis palmis egerminent, quibus binos detrahere oportet, quo commodius ſingulos alumnos educent. *Et* Martial. 4, 19, 1 Sequanicae textricis alumnam *vocant* endromida *a femina Sequanica textam.* ¶ 2 *Interdum ad patriam et loca, vbi quis alitus eſt, refertur.* Cic. Verr. 5, 169 c. 66 Italia autem alumnum ſuum ſeruitutis extremo ſummoque ſupplicio fixum videret. Virg. Aen. 6, 877 Nec Romula quondam Vllo ſe tantum tellus iacta- bit alumno. Ouidius Am. 3, 15, 3 Peligni iuris alumnum *ſe vocat.* Martial. 12, 21 Capitolini collis alumna, *i. mulier Romae nata et edu- cata.* Sil. 12, 397 Rudiae alumnus *eſt Ennius.* *It.* Martial. 1, 77 An- tenorei laris alumnus, *Val. Flaccus Patauinus.* Hor. 3, 18, 4 Paruis ruris *ſui* alumnis aequum Faunum *precatur*, *i. pueris ibi natis et habi- tantibus.* Sueton. Calig. 13 *inter blandas acclamationes huic imperatori adoleſcentulo factas refert*, ſidus, et pullum, et pupum, et alumnum. Stat. Theb. 10, 363 Nemorum alumnus, *i. venationi deditus.* Senec. Agam. 733 Agreſtis ille alumnus, euertet domum *de Aegiſtho in agris nutrito.* *Etiam ad Deos pertinet.* Ouid. Am. 3, 10, 23 *Iupiter* Cretae Alumnus *eſt.* *Et ad animalia, cum* Stat. Sil. 1, 3, 6 Nemees alumnus *leo dicatur.* Martial. 12, 60 Martis alumne dies: *Kalendas Martias in- telligit, natalem ſuum.* ¶ 3 *Nempe* Alumnus *et* Alumna *dicuntur aliarum rerum, quaecunque ab illis rebus iuuantur, aluntur, augentur etc.* Varro *apud* Non. 2, 138 Et ecce de improuiſo ad nos accedit cana ve- ritas, Atticae Philoſophiae alumna, *i. quam Philoſophi Athenienſes co- luere.* Cic. Fam. 9, 14 Diſciplinae meae alumnus. Vell. Pat. 2, 36, 2 Brutum, Calidium, Caelium — eorumque velut alumnos Coruinum ac Pollionem Aſinium. Cic. de Bruto 45 c. 12 Pacis eſt comes otii- que ſocia, et iam bene conſtitutae ciuitatis quaſi alumna quaedam eloquentia; *quaſi dixiſſet*, pace alitur in ciuitatibus bene conſtitutis eloquentia. ¶ 4 *An etiam actiue dicatur* Alumnus, τροφὸς, *qui alit, diſputatur.* Non. 4, 25 Alumnos conſuetudo, quos alas vel educes, vel eos qui aiunt (*ſic Merceri emendata editio: Gothofredus* aluntur) dici vult. *Inter exempla, quae laudat, nullum eſt, quod ad acti- vam ſignificationem trahi poſſit, niſi forte illud ſupra iam laudatum, vbi* Cana veritas Atticae philoſophiae alumna *vocatur: nempe maior laus eſt, ſi philoſophiam aluerit veritas, quam ſi veritatem philoſophia.* *Sed quan- do locus non exſtat integer, nihil licet aſſeuerare.* *Itaque etiam Scaliger negabat probatum aliquid a Nonio*, ad Cirin 441. Seruius ad Aen. 4, 72 Alumnum *eſſe dicit*, qui alit, et qui alitur. *Exemplum non ponit.* Caper de verbis dubiis *extr.* p. 2250 Alumnus dicitur, et qui nutrit, et qui nutritur. *Nonium refutauit* Valla 6, 1. *Vallam reprehenderunt Cruquius ad* Hor. Od. 3, 18. *et* Taubm. ad Virg. Culicem 307 *Quod laudatus eſt in hanc ſententiam* Plin. 3, 5 *vbi de Italia*, Terrarum, *in- quit*, omnium alumna, eadem et parens: *vereor, ne ratio fugerit viros doctos.* *Opponitur hic* parens alumnae: *et verum eſt, Italiam tum nutri- tam eſſe frumento Aegyptio et Africano.* *Multo minus huc faciunt* Virg. Aen. 11, 33 Comes caro datus ibat Alumno, *ſermo enim eſt de educa- tore: aut* Curt. 9, 2, 28 *ibi enim* Alumnus et commilito ſuorum *mili- tum vocatur Alexander, quod adultus eſſet inter illos, vt Caligula* Tac. 1, 44, 1 Legionum alumnus dicitur. *Ambiguum certe eſt, quod in* Dial. de Orat. c. 40 Alumna licentiae eloquentia *vocatur.* *Neque enim quisquam actiue accipit, quod ſciam, illud* Cic. in Bruto 45 c. 12 Bene conſtitutae ciuitatis quaſi alumna quaedam eloquentia: *licet eloquentia quaſi parens ciuitatum alio nomine dici poſſit.* *Ita extra contextum ora- tionis poſſis actiue accipere* Cic. Phil. 7, 8 c. 3 Ego itaque, pacis, alumnus, *i. pacificator, auctor tranquillitatis:* *Sed ſi legas, quae prae- ceſſere, et quae ſtatim ſequuntur*, qui quantuscunque ſum, ſine pace ciuili certe non fuiſſem: *aliter ſentias.* Virg. Ciri 441 *magno conſenſu Codicum legitur* Nec et illa quidem communis alumna omnibus, in- iecta Tellus tumulauit arena. *Hic ergo* Tellus alumna, *i. altrix vo- catur.* *Suſpicatur Scaliger, legendum* communis alumnis, *i. hominibus: Sed ipſe, nihil tamen, inquit, temere affirmamus.* *Magnam ſpeciem ha- bet* Flor. 3, 21, 12 *vbi* cliens et alumna vrbis Oſtia *vocatur.* *Nempe portus Oſtienſis alere videbatur Romam.* *Conſ.* 1, 4, 3. *Sed quid ſi alumna eſt hic colonia, quaſi filia quaedam ſuae Metropoleos: certe ita* cliens *melius congruit.* *Solus adhuc dubitatione omni carere videtur lo- cus* Martian. Capellae l. 1 p. 11 Cycnus impatiens oneris, atque etiam ſubuolan-

ſubuolandi, alumna ſtagna petierat: *niſi quod hypallagen hic comminiſci licet. Nec enim dubium eſt, quin magis proprie* Cycnus ſtagnorum alumnus *dici potuerit, atque adeo debuerit. Merito igitur, in media licet barbarie,* Iſidorus Orig. 10, 1 Licet et qui alit, et qui alitur, alumnus dici poteſt, id eſt, et qui nutrit, et qui nutritur: ſed melius tamen, qui nutritur.

ALVMNARI, [τροφιμοῦσθαι] *Alere et nutrire ſignificat.* Apul. Met. 8 p. 209, 8 Quos ad tutelae praeſidia curioſe ſuerant alumnati, *de canibus. Et paſſ.* Puellae in penetralibus virginis alumnatae Mart. Capell. lib. 9 p. 302 Alumnandam dare alicui puellam Apul. Met. 10, 281. *Vtrumque bona aetate inauditum.*

ALIMENTVM, [τροφὴ, διατροφὴ] *Nutrimentum.* Cic. de Vniu. 16 c. 6 Nec vero deſiderabat mundus alimenta corporis. Iauolenus Alimentorum legato et cibaria, et veſtitum, et habitationem contineri tradit l. 6. D. de alim. et cibar. Vlpianus autem Cibariorum legato ea contineri negat l. 21. D. eod. ex Hotomano. *De liberalitate in alimentis*, dandis *de qua* Plin. Pan. 26 *et* 27 *multa ex numis et Inſcriptionibus Spanhem. de Vtil. num. Diſſ.* 13 p. 542 ſq. Iul. Capitolin. Pertin. c. 2 Poſt in Moeſia rexit alam, deinde alimentis diuidendis in via Aemilia procurauit. Spartian. in Didio Iulian. c. 2 Poſt hoc curam alimentorum in Italia meruit. Plin. 11, 14 *de genere mellis verno ſ. anthino*, Hoc quidem attingi vetant, vt largo alimento, valida exeat ſoboles. Celſ. 8, 10 Liberalius alimentum, longa a vino abſtinentia. Alimenta mitia Ouid. Met. 2, 288. Perpetua *v. h. v.* Alimenta flammae vel ignis Ouid. Met. 14, 532. Plin. 14, 20 *extr.* Faex vini ſiccata recipit ignes, ac ſine alimento flagrat per ſe. Alimenta ignis arida Sil. 17, . . Alimenta lactis dare puero Ouid. Met. 3, 315. Malignis ſermonibus Quinct. Decl. 18, 13. Alimenta nubibus adfert Iris Ouid. Met. 1, 271. Id. Met. 2, 769 Videt intus edentem Vipereas carnes Vitiorum elementa ſuorum Inuidiam. Alimentum virtutis honos Val. Max. 2, 6, 5. Tacit. Ann. 6, 43 Artabanus in Hyrcanis repertus eſt, illuuie obſitus, et alimenta arcu expediens, *i. victum quaerens.* Miſeris alimenta negare Ouid. Triſt. 5, 8, 13. Alimenta reponere in hiemem Quinctil. 2, 16, 16. . Celſ. 8, 1 Interque ea venae discurrunt, quas his alimentum ſubminiſtrare credibile eſt.

ALIMENTARIVS, Adi. *vt* Lex alimentaria, *quae prouidebat, vt filii alerent parentes ad inopiam redactos, de qua* Sen. Contr. 7. *Sed* Lex alimentaria Cic. Fam. 8, 6 *vt ſuſpicatur Manutius, ferebatur de frumento plebi gratis diuidendo.* Res alimentaria Ammian. 20, 8. Inuectio alimentaria Symmach. Ep. 4, 54 *i. commeatus.* Alimentaria cauſa, *cum alimenta legata*, Vlpian. in l. 8 Quum hi. §. 21 ſi eidem. D. de tranſact. Alimentaria ratio Martian. in l. 4. D. Ad leg. Iuliam peculat. Alimentarius, *Cui alimenta legata ſunt: ſaepe legitur in iure ciuili, v. g.* Leg. 8 §. 9. *et* 24 D. de Tranſact. Alimentarii pueri, *qui publice aluntur.* Iul. Capitol. in Antonino Pio cap. 8 Puellas alimentarias in Fauſtinae honorem Fauſtinianas conſtituit. Gruter. Inſcript. MXXII, 6 PVERI ET PVELLAE ALIMENTAR. Capitolin. Pertinace c. 9 Alimentaria compendia, quae nouem annorum ex inſtituto Traiani debebantur, obdurata verecundia ſuſtulit.

ALĬMŌNIA, ae. *Victus neceſſarius. Vtitur frequenter* Macrob. Saturn. 7, 4 *et* 5. Plaut. Perſ. 1, 2, 1 Queſtus alimoniae. *Sed fluctuat lectio. Caeterum de Paraſito ſermo eſt.* Gell. 17, 15 Naturalis alimoniae fundamentum. *Adde* Suet. Calig. cap. 42. Prudent. Cathem. 5, 19. *Plural.* Apul. Met. 2 p. 115. 27 Parentis tuae Non modo ſanguinis, verum etiam alimoniarum ſocia fui, *i. cum illa educata ſum et nutrita.*

ALIMONIVM, i. n. [διάθρεψις] *Nutrimentum.* Varro de R. R. 1, 8, 7 Vbi enim natura humida, ibi altius vitis tollenda, quod in partu et alimonio vinum, non vt in calice, quaerit aquam, ſed ſolem. Id. 2, 1, 24 In alimoniis, *i. quod ad alendi rationem pertinet. Sic* 2, 5, 16 In alimoniis pecus ſic contuendum. Id. 1, 44, 4 De nutricationibus atque alimoniis eorum. (*ſeminum, leguminum.*) Idem 3, 16, 15 Haec omnia vocant a mellis alimonio, aluos. *Ad alimenta hominum refertur illud*, Necare videtur, qui alimonia denegat L. 4 ff. de agnoſc. et al. lib.

ALITVDO, ïnis. Gloſſ. Gr. L. τροφὴ, cibus, alitudo.

ALITVRA, [θρέψις] *Nutricatio.* Gell. 12, 1 Non partionem ſolam, ſed alituram quoque feram, et ſaeuam criminatus eſt.

ALŎĒ, es. f. [ἀλόη] *Herba amariſſimi ſucci. Metaphorice* Iuuenalis Sat. 6, 180 Plus aloës, quam mellis habet. *h. e. Plus amaritudinis, quam dulcedinis.* Plin. 27, 4 Aloë ſcillae ſimilitudinem habet, maior et pinguioribus foliis ex obliquo ſtriata. Caulis eius tener eſt, rubens medius, non diſſimilis antherico: radice vna, ceu palo in terram demiſſa, graui odore, guſtu amara, laudatiſſima ex India affertur: ſed naſcitur et in Aſia, *etc.* Aloë Gallica *eadem, quae* Gentiana Apul. de herbis c. 16. Aloë Indica Scribon. Comp. 21. Aloë epatica Pall. Oct. 14, 8 *et* 13 *Corrupte puto* Veget. Veter. 1, 14, 5 Semunciam optimi aloës, *pro* optimae.

ALŌEVS, [Ἀλωεὺς] *Gigas, Titanis et Terrae filius, cuius vxor Iphimedia a Neptuno compreſſa, Otum et Ephialten peperit, gigantes maximos, qui nouem digitis per ſingulos menſes creſcebant, qua magnitudine freti caelum voluerunt ſubuertere, Dianae et Apollinis telis confixi. Hi* Aloidae *dicti ſunt. Haec* Seru. *ad* Virg. Aen. 6, 582

Hic et Aloidas geminos immania vidi
Corpora, qui manibus magnum reſcindere caelum
Aggreſſi: ſuperiſque Iouem detrudere regnis.

Lucan. 6, 410 Impius hanc prolem ſuperis immiſit Aloeus. *Add.* Claud. de B. Get. 67.

ALOGIA, [ἀλογία] *Latine* Irrationalitas *interpretari ad verbum poſſis, ſtultitia irrationabilis.* Senec. de morte Claudii c. 7 Citius mihi verum dicito, ne tibi alogias excutiam. Aug. ad Caſulan. Epiſt. 86 Quo poſſimus Dominica Alogia referti omnes aequali corde digne cantare: Saturaſti domine animam inanem. *Rationem appellationis ipſe indicat* Auguſtinus, cum epulis indulgetur, vt a rationis tramite devietur *etc. Alludens eo Lipſius, cum ad conuiuium ibat, dicebat* ſe pecoratum ire.

ALOGISTOS, [ἀλόγιστος] *Rationibus reddendis liber et ſolutus. Nempe* l. 5 §. 5 D. de admin. tut. in *antiquis exemplaribus legitur:* Quidam decedens ſuis filiis dederat tutores, et adiecerat, Eoſque Alogiſtos eſſe volo. *In exemplaribus autem Florentinis legitur,* Eoſque Anecclogiſtos eſſe volo. *Dicuntur alias* ἀλογοθέτητοι, ἀνεξέταστοι.

ALŎGVS, *Irrationalis:* vt Lineae alogae, Spatia aloga *ſ.* irrationabilia, Pedes alogi, *quae rationem inter ſe aut proportionem non habent, comparari non poſſunt.* Mart. Capell. lib. 6 p. 232. *et* lib. 9 p. 321 *et* 329.

ALOGI *et* ALOGIANI, [ἀλογιανοὶ] Haeretici fuerunt, ſic vocati tanquam ſine verbo, propterea quod ἐν τῷ λόγῳ, *h. e.* Dei filio, qui patris Verbum appellatur, diuinitatem non agnoſcerent, Ioannis Euangelium reſpuentes. Cael. lib. 16 c. 17.

ALOIDAE, *vid.* ſupra ALOEVS.

ALOITE, [ἀλοΐτη] *quae alio nomine* Gentiana, *it.* Aloë Gallica *dicitur. Plura* Apul. de Herb. c. 16.

ALONE, ſ. HALONE, Inſula inter Lebedum et Teon repente enata Plin. 2, 87. Eſt et Alone, Fluuius Hiſpaniae in ſinu Ilicitano, apud Melam 2, 6.

ALONESVS, *vid.* HALONESVS.

ALOPE, *Cercyonis filia a Neptuno compreſſa, et mater facta Hippothoi, vid.* Hygin. f. 187.

ALŌPĔCIA, ae. [ἀλωπεκία] *Morbus in capite humano et barba, cum profluuio capillorum. Dicta a* vulpe, *quam Graeci vocant* ἀλώπεκα, *quod ea crebro id genus morbi patiatur.* Plin. 24, 19 ſ. 108 Lingua herba eſt, quae circa fontes naſcitur: cuius radix combuſta et trita, alopecias emendat. *Sic ſaepe in plurali, vt* 23, 6. 25, 2. Idem 29, 6. *et* 13, 22. *Hinc*

ALOPECIOSVS, *qui eo morbo laborat.* Octau. Horat. 1, 6.

ALOPECIAS, Piſcis marini *genus, apud* Plin. 32, 11 ſ. 53. Vulpes marina eidem 9, 63 ſ. 67.

ALOPĒCIS, [Ἀλωπεκὶς] Vitis caudas vulpium imitata Plin. 14, 3 *et* 7.

ALOPECONĒSVS, *Quaſi tu* Vulpinſulam *dicas:* Vrbs Aſiae, circa quam nobiliſſima naſcuntur tubera Plin. 19, 3. Eſt praeterea eiusdem nominis Inſula ante Thraciam Cherſoneſum, non procul a Caelo eiusdem Cherſoneſi portu Plin. 4, 12.

ALŌPĔCVRVS. f. *Herba.* Plin. 21, 17 ſ. 61 Alopecurus ſpicam habet mollem, et lanuginem denſam, non diſſimilem vulpium caudis, vnde ei et nomen.

ALŌSA, [θρίσσα] *Piſcis eſt, ſic dictus hodieque a Gallis et Campanis.* Θρίσσαν *quoque* Aloſam *interpretatur Gaza.* Auſonius in Moſella, v. 127 Stridenteſque focis obſonia plebis aloſas, *al.* Alauſas, *vid.* *Freber.*

## A L P

ALPES, Alpium. [Ἄλπεις, τὰ Ἀλπεινὰ ὄρη] *A candore niuium dictae ſunt: quia perpetuis fere niuibus albeſcunt.* Sabini *enim,* Feſto *teſte,* pro Album dixerunt Alpum, vnde credi poſſe, *ait* nomen Alpium a candore niuium vocitatum. *vid. ſupra* ALBI MONTES. *Cluuerius Celticum vocabulum exiſtimat, lib. 1. Germaniae Vet. item in peculiari libro de Vindelicia et Norica in primis Italiae ant.* 1, 30. *Vid.* Seru. ad Virg. Georg. 3, 474. *et ad* Aen. 4, 442. *Sunt montes excelſi Italiam ſeparantes a Gallia et Germania, de quibus* Plin. 2, 80. *et* 3, 4. *it.* Tac. H. 3, 53 Cic. de Prouinc. Conſul. 34 Alpibus Italiam munierat ante natura. *Has cum* exercitu *primus* Hercules Graius tranſiit, vnde et Graius ſaltus appellatus Nep. 23, 3, 4. *Deinde* Hannibal Poenus, *qua de cauſa* Poeninas *vocatas nonnullis viſum, quos redarguit* Liuius 21, 38. *dictasque* Penninas *ait* ab eo, quem in ſummo ſacratum vertice Penninum montani appellant. *A tertio Caeſaris tranſitu* Iulias Alpes, *appellatas vult Gonſal. ad* Petron. cap. 121 p. 204. *De* Alpium altitudine Rupert. *ad* Flor. p. 344. *Barth. ad* Theb. Stat. p. 269. *De niuibus Alpinis ipſisque Alpibus Polyb.* 3, 55. *Herodian.* 8, 1. *et ibi Boecler.* p. 402. *ſiue ad* 2, 11. Alpis *ſing. num.* Claud. in Sec. Conſ. Stilich. 285 - - - extemplo frondoſa fertur ab Alpe. Lucan. 3, 299 Agmine nubiferam capto ſuper euolat Alpem. *Eodem numero dixerunt* Ouid. de Arte Am. 3, 150. Lucan. 1, 688. Iuuen. 10, 152. Sidon. 16, 95. *vid. n.* 3. ¶ 2 *Iam formulas et Epitheta videamus, Ac Geographica quidem, vt* Carnicae, Centronicae, Cottiae, Dalmaticae, Graiae, Iuliae, Lepontiae, Noricae, Penninae *an* Poeninae, Rhaeticae, Tridentinae *ad Geographos pertinent, vt et Gentes illarum incolae, de quibus* Plin. 3, 20 *etiam ex inſcriptione tropaei Alpium. Nos hic Poëtica praeſertim perſequimur.* Alpium iuga Hor. Epod. 1, 11. Cic. Philipp. 5, 37 Vt eius furorem ne Alpium quidem muro cohibere poſſemus. Cic. in Piſon. 81 Alpium vallum contra aſcenſum transgreſſionemque Gallorum obiicio et oppono. Aëriae Alpes Ouid. Met. 2, 226. Item Virg. Georg. 3, 474. Iſid. 14, 8 Dicendo *Aërias* verbum expreſſit a verbo. Nam Gallorum lingua Alpes montes alti vocantur. Altae Catullus 11, 9. Celſae Sil. 1, 117. Deuexae Lucan. 2, 429. Edomitae Claud. in Ruff. 2, 1. Gelidae Lucan. 1, 183. Geminae Sil. 2, 333 *et* Sidon. Apoll. 5, 593. Alpes *proprie dictas*, et Cyrenen *intelligit Heinſius. vid.* n. 3. Hor. Serm. 2, 5, 41 Furius hibernas cana niue conſpuet Alpes, *quo alluditur ad riſum ſaepe aliis carmen Furii,* Iupiter hibernas cana niue conſpuit Alpes. Inexſuperabiles Alpes. *vid. h. v.* Infames frigoribus, *vid.* INFAMIS. Latebroſae Ouid. ad Liu. 15. Maritimae Tacit. Hiſt. 2, 12. Nubiferae Claud. de Quart. Conſ. Hon. 441. Patulae Sil. 15, . . . *h. e. Perviae et apertae.* Saeuae Iuuen. 10, 166. Trepidae Claud. Bell. Get. 194. Ventoſae Ouid. Amor. 2, 16, 19. Laxare Alpes Claud. de Sext. Conſ. Hon. 266. Recluſae Alpes Claud. de Bell. Get. 197. Lucan. 1, 219 Et madidis Euri reſolutae flatibus Alpes. Virg. Georg. 1, 475 Armorum ſonitum toto Germania caelo Audiit, inſolitis tremuerunt motibus Alpes. Hor. Carm. 4, 14, 12. ¶ 3 Alpium *nomen etiam aliis tribui montibus, modo indicatum eſt in* Geminae. *Etiam* Prudentius Paſſ. Laurent. v. 438 Pyrenaeos montes Alpes *appellauit:* Sidonius *montem* Atho, *quem Xerxes perfodit* Carm. 2, 510 Turgida ſiluoſam currebant vela per Alpem. Et Carm. 9, 44 Iuxta frondiferae cacumen Alpis. *Vnde* et Vet. Gloſſ. ὄρη ὑψηλὰ *interpretatur. vid. Scalig. Lect. Auſon.* 2, 16 p. 133 ſ. p. 697 *Toll. qui laudat etiam* Catonis Alpinos Hiſpanos, qui circa Iberum colunt, *ex* Gellio. *In* Tabula Peutingeriana Alpes Baſtarnicae *ſunt montes inter Poloniam, Vngariam, Tranſilvaniamque hodiernas procurrentes.*

ALPĪNVS, Adi. [Ἀλπεινὸς] Alpinae gentes Liu. 21, 43. *Recenſentur eae, vt diximus* Plin. 3, 20. Alpina arbor Id. 16, 18 ſ. 31. Alpina bella Lucan. 8, 808. Alpinae boues Plin. 8, 45 ſ. 70. Alpinum dorſum Stat. Silu. 14, 58. Virg. Aen. 8, 661 - - - duo quiſque Alpina coruſcant Geſa manu. *Alpina dixit bonitatem materiae demonſtrans. Conſtat enim materiam campeſtrem eſſe molliorem et teneriorem: montanam duriorem atque rigidiorem, et haſtilibus aptiorem. Nam et montium ſiccior et aridior habitus, lignum magis durat et adſtringit, et ventis ibi ad ſoliditatem et firmitatem tunduntur arbores.* Turneb. Glacies Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 176. Alpina iuga, *pro ipſis Alpibus* Claudian. de IV. Conſ. Honor. 105. Mures Plin. 8, 37. Pruinae Claud. in Conſ. Prob. et Olyb. 255. Rigor Ouid. Met. 14, 794. ¶ 2 *Bentleius ad* Hor.

Hor. Sat. 1, 10, 37 *putat, eum, qui ibi vocatur* Turpidus Alpinus, *eſſe* Furium Bibaculum, *ſic dictum ob ridiculum verſum* Iupiter hibernos cana niue conſpuit Alpes.

ALPĬCVS, Qui in Alpibus habitat. Nep. Hannib. 3, 4 Alpicos conantes prohibere tranſitum concidit. Lambinus *tamen ibi* Alpinos. *Nec alias obſeruatum temere nomen* Alpicus, *niſi* Inſcript. Vet. *agud Spon. Miſcell.* p. 84 PER MONTES ALPICOS.

ALPHA, Nomen primae Graecorum literae. *vid.* Tertull. de Praeſcript. c. 50. Martial. 5, 27 Quod alpha dixi Codre penulatorum. *Reſpicit ad* 2, 57. Alpha *autem eſt ſui ordinis primus.*

ALPHABĒTVM, i. n. [ἀλφάϐητον] *Series literarum, dictum ab* α, β, *primis duabus literis.* Tertull. de Praeſcript. cap. 50. Hieron. Ep. 1, 32. Plin. 37, 10 *lemma parum antiquum*, de quibusdam gemmis per Alphabeti ordinem. *Harduinus dedit* ſ. 54 de gemmis literarum ordine.

ALPHEIAS, [Ἀλφηϊὰς] *dicitur* Arethuſa Ouid. Met. 5, 487 Tum caput Eleis Alpheias extulit vndis. *vid mox* ALPHEVS.

ALPHESIBOEA, *Proprium mulieris apud* Propert. 1, 15, 15 Alpheſiboea ſuos vlta eſt pro coniuge fratres. Alpheſiboea Phegei filia *eſt* Hygin. f. 244. *Coniunge Pauſan. in Arcad. Ita etiam vocatae omnes elegantioris formae puellae. vid. Muret. ad* Propert. l. c.

ALPHESIBOEVS, *Paſtor* Virg. Ecl. 8, 1.

ALPHĒVS, [Ἀλφειὸς] *Fluuius Elidis ciuitatis Arcadiae iuxta Piſas (vbi colitur Olympicus Iupiter) defluens, longo tandem curſu in Achaia demergitur, et ibi a terra abſorptus, atque ſupter mare defluens, ex Graecia in fontem Arethuſam, apud Syracuſas in Sicilia, ſe attollit, inde in mare Siculum cadit. vnde* Virg. Aen. 3, 694

- - - Alpheum fama eſt huc Elidis amnem
Occultas egiſſe vias ſubter mare: qui nunc
Ore Arethuſa tuo Siculis confunditur vndis

Seruius: Elis et Piſa ciuitates ſunt Arcadiae, in qua eſt fons ingens, qui ex ſe duos alueos creat, Alpheum et Arethuſam. Vnde fit, vt fingantur coniungi in exitu, quos origo coniunxit ita. *Meminit et lib. 6. et lib.* 8 *Strabo,* Alpheum *dictum exiſtimans, quod* ἄλφους, *i. Maculas albas et impetigines curet. Vide quibus hunc* Virgilii *locum* Seruius *expoſuerit.* Plin. 2, 103 Arethuſa fons Syracuſanus, in quo redduntur iacta in Alpheum, qui per Olympiam fluens Peloponneſiaco litori infunditur. *Add.* 2, 97. *item* 31, 5. *Pro opinione vulgi videtur habere.* Sen. Nat. Quaeſt. 3, 26. *vid. Barth.* ad 2 Theb. Stat. p. 575. *Heinſ. et Drakenb.* ad Sil. 14, 54 Hic Arethuſa ſuum piſcoſo fonte receptat Alpheon. *Pauſan. Eliac.* l. 1 p. 153. Alpheus celer Sen. Hippol. 505. Alpheus aeſtuat Ouid. Met. 2, 250. Alpheus ſacer Sen. Med. 81. *vid.* ARETHVSA.

ALPHEVS, Adi. *vt* Piſae Alpheae Virg. Aen. 10, 179.

ALPHION, Lacus vitiligines tollit Plin. 31, 2 ſ. 8. *de* Alpheo amne *eadem praedicantem laudauimus Strabonem, et ſuſpicatur Harduinus, etiam a Plinio reſpici.*

ALPHIVS, *ſ. vt meliores* ALFIVS, *fenerator nobilitatus ab* Hor. Epod. 2, *extr. Procul dubio idem qui, vt* Columell. 1, 7, 2. *auctor eſt, dixiſſe fertur*, Vel optima nomina non appellando fieri mala. Flaui *cuiusdam* Alfii *mentio fit apud* Plin. 9, 8.

ALPHOS, *quid ſit, docet his verbis* Celſ. 5, 28, 19 Vitiliginis tres ſpecies ſunt: ἄλφος vocatur, vbi color albus eſt, fere ſubaſper et non continuus, vt quaedam quaſi guttae diſperſae eſſe videantur. Alphos ſanare Priſcian. de Diaeta c. 15. *vid.* VITILIGO.

ALPINVS, *vid.* ALPES.

## A L S

ALSA, Fluuius eſt Venetiae Aquileiam praeterfluens Plin 3, 18.

ALSIDENA, ae. *Cepae genus ap.* Plin. 19, 6.

ALSINE, es [ἀλσίνη] *Herba, de qua* Plin. 27, 4 ſ. 8 Alſine quam quidam myoſoton appellant (*μυὸς ὦτα muris auriculae*) naſcitur in lucis, vnde et alſine (*ab* ἄλσος *lucus*) dicta eſt. — Cum prorepit, muſculorum aures imitatur foliis. Sed aliam docebimus eſſe, quae iuſtius myoſotis vocetur *etc. Add.* Apul. de Herbis c. 81.

ALSIOSVS, *etc. vid.* ALGEO.

ALSIVM, [Ἄλσιον] Vrbs Tuſcorum Plin. 3, 3. Sil. Ital. 8, 475 Nec non Argolico dilectum littus Aleſo Alſium. *Ab hoc* Aleſo *conditore dictum ſubindicat Poëta,* Alſium, *quaſi* Aleſium. Hinc

ALSIENSIS, Cic. pro Milon. 55. *Et*

ALSIVS, a, um. Rutil. Itiner. v. 223 Alſia praelegitur tellus.

ALSVS, *vid.* ALGEO.

ALSVS, *Nomen paſtoris apud* Virg. Aen. 12, 304 - - - Podalirius Alſum Paſtorem, primaque acie per tela ruentem, Enſe ſequens nudo ſupereminet.

## A L T

ALTĀNVS, *Genus venti, ſiue flatus, e terra conſurgens.* Plin. 2, 43 Namque et e fluminibus ac ſinubus, et e mari videmus, et quidem tranquillo, et alios, quos vocant altanos, e terra conſurgere. *Sed ſpecialis venti nomen facere videtur* Vitruu. 1, 6 p. 14 Dextra et ſiniſtra circa auſtrum Euronotus et Altanus flare ſolent. *Rurſus* Flatus omnis qui eſt ripae et pelagi, altanus vocatur, Seru. *in illud* Virg. Aen. 7, 27 Quum venti poſuere.

ALTĀRE, is. n. [βωμὸς] Feſtus, Altaria, ſunt in quibus ignis adoletur. Idem, Altaria ab Altitudine dicta ſunt: quod antiqui diis ſuperis in aedificiis a terra exaltatis ſacra faciebant: diis terreſtribus in terra: diis inferis, in effoſſa terra. Virg. Aen. 2, 515 Hîc Hecuba et natae nequidquam altaria circum. Vbi Seruius, Superorum et arae ſunt et altaria: inferorum tantum arae. *Conf.* Id. Ecl. 5, 66. *it.* Weitz. ad Prudent. p. 453. Plin. 15, 30 Vt ne propitiandis quidem numinibus accendi ex his altaria araeque debeant. *Meton.* Altaria *pro his, quae in iis cremantur: vt nempe* Fornacem *et* Hypocauſtum. *Conf.* Virg. Aen. 8, 285. Sil. 12 — ſed enim ante omnes altaria fument, Feſta Ioui. Fumida Ouid. Met. 12, 258. Cic. de Aruſp. Reſp. 9 c. 5 Ab altaribus Religioſiſſimis fugatus. Turea Stat. Theb. 4, 412. Liu. 21, 1 Fama eſt, Annibalem annorum ferme nouem, pueriliter blandientem patri Amilcari, vt duceretur in Hiſpaniam, quum perfecto Africo bello exercitum eo traiecturus ſacrificaret, altaribus admotum, tactis ſacris iure iurando adactum, ſe quum primum poſſet, hoſtem fore populo Romano. Altaria adolere donis Lucret. 4, 1230. Altaria taedis caſtis adolere Virg. Aen. 7, 71. Impoſitis ardent altaria fibris Idem Georg. 3, 490. Numero diuorum altaribus *exſtructis*) addere *aliquem* Idem Aen. 7, 211. Altaria cumulare donis Virg. Aen. 11, 50. Altaria molli vitta cingere Virg. Ecl. 8, 64. *vbi improprie et καταχρηστικῶς; Nam ſacra magica deſcribit, quae inferis fiebant.* Claudian. Cultaque iam tumidis lucent altaria flammis. Sen. Med. 39 Poſtque ſacrificas preces Caedam dicatis victimas altaribus. Facere altaria pinguia ture Ouid. de Ponto 2, 3, 99. Ouid. Epiſt. 1, 25 Argolici rediere duces, altaria fumant. Virg. Aen. 8, 285 Incenſa altaria circum. Pateris altaria libant, *i. perfundunt* Idem Aen. 12, 174. Struere altaria donis Id. ibid. 5, 54. Vaporata altaria Stat. Theb. 1, 556. ¶ 2 *Aliquando* Altare *eſſe aiunt Arae cacumen, ſeu ſummitatem.* Solin. cap. 9 Ed. Salmaſ. Ara eſt in cacumine Ioui dicata, cuius altaribus ſi qua de extis inferuntur. *Sed cuius referendum ad* Ioui *monuit Salmaſius.* Prudentius Altare *cum* Ara *coniungit* Hym. Ieiun. 203. et in Rom. 49 *vbi* Iſo Aram planitiem *interpretatur. Verba ſunt,* Altaris aram funditus peſſum dare. Petron. c. 135 Menſam veterem poſuit in medio altari. Vet. Gloſſ. Altarium, ἐπιϐωμίς.

ALTAR, *pro* Altare Prudent. *poſuit* περὶ Στεφ. Vincent. v. 515. *et* Hymn. 9. (*3 Heinſ.*) v. 211. *Vid. Barth. Aduerſ.* 8, 12. *Prudentium imitatus* Alcuinus Poëm. 241. f. 1735.

ALTARIVM, *pro* Altare. Sulp. Seuer. Hiſt. Sacr. 1, 19. Hieron. Epiſt. 83 ad Occan. ſub fin. Paul. Warnefred. de Geſt. Longob. 2, 13. Anon. *Gennadio de Eccleſiaſt. Dogm. ſubiunctus ab Elmenhorſt.* pag. 52.

ALTARIOLVM, Paruum altare. Cath.

ALTERAS, Antiqui dicebant pro Aliâs. Feſtus.

ALTER, ĕra, ĕrum; erius, ĕri, [ὁ ἕτερος, ἕτερος et ἄλλος, Vet. Gloſſ.] *Vnde compoſitum ducunt quidam ap.* Feſt. *Quomodo differat ab* Alius, *ibi vid. Nempe proprie de Duobus dicitur, vt* Alius *de Multis.* Cic. Tuſc. 1, 79 Neceſſe eſt, alterum ſit de duobus. Conſules coepere pro vno rege duo creari, vt, ſi vnus malus eſſe voluiſſet, alter eum, habens poteſtatem ſimilem, coërceret Eutrop. 1, 8. Alterum pedem in cymba Charontis, *vel* tumulo habere, *i. morti eſſe proximum* Pomponius l. 20 ff. de fideicom. libertate. *Vid. Chiliad. Eraſm.* Altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera Plaut. Aul. 2, 2, 18. Quinct. 6 Pro. 6 Alterum ex duobus lumen. Liu. 41, 18 Duo ordinarii Conſules alter morbo alter ferro periit. Horat. Epiſt. 1, 14, 11 Cui placet alterius, ſua nimirum eſt odio ſors. Alterae *in datiuo protulerunt veteres.* Ter. Heaut. 2, 3, 30 Hoc ipſa in itinere alterae dum narrat, forte audiui. Columel. 5, 11, 10 Vt alterae delibratae parti conueniat Plaut. Rud. 3, 4, 45. *it.* Nep. 18, 1, 6 *in MS.* Cic. Fam. 1, 7 pr. Quorum alterum mihi facere neceſſe eſt, alterum facio libenter. ¶ 2 Alter *in plurali eleganter vſurpatur, non modo cum iis nominibus, quae carent ſingulari numero, verum etiam cum aliis.* Curt. 3, 7, 5 Alteris caſtris peruenit ad oppidum. Cic. Att. 13, 22 Alteris iam literis nihil ad me de Attica. Idem Tuſc. 5 *extr.* Ad Brutum noſtrum hos libros alteros quinque mittemus. Varr. R. R. 1, 17, 1. *et* 2, 2, 7 De alteris quatuor. Virg. Ecl. 3, 71 Aurea mala decem miſi: cras altera mittam, *i. altera decem.* Cic. Fam. 4, 14 Binas a te accepi literas Corcyrae datas: quarum alteris mihi gratulabare: alteris dicebas te velle, quae egiſſem, bene et feliciter euenire. *In priore loco potuit recte etiam dici* Quarum vnis, *vt*, Idem Fam. 3, 9 Nam quas ex itinere antequam ex Aſia egreſſus es, ad me literas miſiſti, vnas de legatis a me prohibitis proficiſci, alteras de Apameorum aedificatione impedita, legi perinuitus. ¶ 3 Alter *bis poſitum, ſi ad praecedentia duo referatur, capi plerumque ſic debet, vt eodem ſeruato ordine prius priori, poſterius poſteriori reſpondeat.* Cic. Off. 1 90 c. 26 Philippum quidem Macedonum regem rebus geſtis et gloria ſuperatum a filio, facilitate et humanitate video ſuperiorem fuiſſe. Itaque alter (Philippus) ſemper magnus, alter (Alexander) ſaepe turpiſſimus fuit. *Add.* Vell. 2, 61, 4. Cic. Fam. 7, 3 poſt med. *Plerumque dixi. Nam ſi quis putat, vbique hoc obſeruari, facile is errabit, vt Popma de Diff. verb. v. Interrogare, in* Quinctil. *loco* 9, 2, 6. *Vid.* Cic. pro Quint. init. *Et* Off. 3 c. 10. *coll.* Vrſin. Anal. Rhet. p. 171 ſq. *Add.* Cic. Off. 1 c. 12. *et* 3 c. 18. pro Roſc. Com. c. 6. Varr. R. R. 2, 9. Plin. Epiſt. 5, 8. *ibique Buchner.* Lactant. 5, 13. Liu. 22, 57. *et infinitos alios.* Alter *in hac forma nonnunquam ſemel tantum ponitur:* Non ego iam Epaminondae, non Leonidae mortem huius morti antepono: quorum alter cum viciſſet Lacedaemonios — Leonidas autem (*pro* Alter autem) Cic. Fin. 3 c. 30. ¶ 4 Alter, *pro* Alius, *poſt* Nemo *aut* Nullus. Quinctil. 2, 9, 2 Qui tantum inter ſe diſtant genere dicendi, vt nemo ſit alteri ſimilis. *Et* 7 Pr. 4 Cum tot ſaeculis nulla reperta ſit cauſa, quae eſſet tota alteri ſimilis. *Sed etiam alias.* Id. 1, 1, 3 Vt neutra alteri officiat. Caeſ. B. C. 1, 35 Neutrum eorum contra alterum iuuare. *Etiam alias ponitur pro* Aliis, *aut pro* Quouis alio. Cic. ad Brut. 4 Non ſoleo, mi Brute, (quod tibi notum eſſe arbitror) temere affirmare de altero. Qui alteri exitium parat, eum ſcire oportet, ſibi paratam peſtem, vt participet parem Cic. Tuſc. 2 c. 17. Modo longa coruſcat Sarraco veniente abies: atque altera pinum Plauſtra vehunt Iuuenal. 3, 254. Altera Romanae longe rectoribus aulae Conditio Claudian. de IV Conſ. Hon. 218. Alter adoleſcens deceſſit, alter ſenex; alius inter coenandum ſolutus eſt, alterius continuata mors ſomno eſt, aliquem concubitus exſtinxit Sen. Ep. 66. Cic. Fam. 6, 3 Vt, cui ipſi omnia deeſſent, alterum confirmarem. Idem in Lael. 65 Aperte enim vel odiſſe alterum, magis ingenuum eſt, quam fronte occultare ſententiam. *Sic eſt in vetuſtis codicibus: recentes immutarunt,* Alium *pro* Alterum *ſcribentes, vel plane hoc nomen omittentes.* Plaut. Truc. 1, 2, 58 Qui alterum incuſat probri, eum ipſum ſe intueri oportet. Cic. Off. 3, 13 Detrahere autem alteri ſui commodi cauſa. Idem Tuſc. 5, 121 c. vlt. Ad Brutumque noſtrum hos libros alteros quinque mittemus. Cic. Off. 2, 22 Atque etiam ſubiiciunt ſe homines imperio alterius, et poteſtati pluribus de cauſis. Alteri dimicant: alteri victorem timent Cic. Fam. 6, 3. *Conf.* Off. 1 c. 21. Fam. 4, 14. Alter *etiam* de duobus *dictum, nonnunquam incertam perſonam ſignificat: licet proprie ad certam perſonam referri debeat.* Cic. in Lael. 8 Quanto id magis in homine ſit natura, qui et ſe ipſe diligit, et alterum anquirit, cuius animum cum ſuo commiſceat? *i. alium aliquem. Vt* Alius *cum Ablatiuo poni obſeruauimus; ſic etiam* Alter *poſuit* Plaut. Aſin. 2, 4, 85 Neque me Athenis eſt alter hodie quiſquam, cui credi recte aeque putent. *Sic cum Comparatiuo* Plaut. Epid. 1, 1, 24 Quem dices digniorem eſſe hominem hodie Athenis alterum? Id. Ciſt. 4, 1, 8 Sceleſtiorem in terra nullam eſſe alteram. *Add.* Bacchid. 2, 3, 21. *et* Men. 5, 8, 41. ¶ 5 Alter *de duobus quando dicitur, de iis maxime dicitur, qui ſunt pares:* Secundus *enim dicitur, qui impar eſt atque inferior.* Nep. Pelop. 4, 3 Haec fuit altera perſona Thebis, ſed tamen ſecunda ita, vt proxima eſſet Epaminondae. Eumenius, Paneg. Conſtantii, 14 Ita-

que Fronto Romanae eloquentiae non ſecundum ſed alterum decus, *hoc eſt, par. Aliter* Horat. Carm. 1, 12, 18 Simile aut ſecundum, *ſequitur enim*, Proximos illi tamen occupauit Pallas honores. ¶ 6 Alter, *Differens, diſſimilis, mutatus*, Horat. 2, 10, 14 Sperat infeſtis, metuit ſecundis Alteram ſortem, *i. diuerſam*. Idem Carm. 4, 10, 6 — quoties te ſpeculo videris alterum. *Huc retulerim quod ait* Feſtus, Alter et pro non bono ponitur; vt in auguriis *altera* cum appellatur *auis*, quae vtique proſpera non eſt. Sic *alter* nonnunquam pro aduerſo dicitur et malo. *Comparauit aliquis* primum P. Syri, Ames parentem ſi aequus eſt; ſi alter, feras. *Et ſic dedit Pithoeus; ſed Grut. et Bentl.* ſi aliter. *Contra ea ad ſimilitudinem etiam refertur* Alter. Liu. 5, 49 Conditor alter vrbis *Camillus, i. ſimilis Romulo*. Liu. 21, 10 Amilcar, Mars alter, vt iſti volunt. Cic. Verr. 4 c. 50 Vt Verres, alter Orcus veniſſe Ennam, et non Proſerpinam aſportaſſe, ſed ipſam abripuiſſe Cererem videretur — *Et* 5 c. 33 Alter Verres luxuria et nequitia. Id. Fam. 5, 8 Me ſicut alterum parentem obſeruat. Flor. 2, 6, 42. *et* 3, 5, 15 Altera patria, altera Roma. *Vid.* n. 13 Alter ego. *Sed* Horat. Epiſt. 2, 2, 174 Cedat in altera iura, *ſignificat ſimpliciter, in alterius iura*. ¶ 7 *In iſtis formulis vim, quam primo dictum eſt, habet*. Cic. in prooem. Off. Eodemque modo de Ariſtotele et Iſocrate iudico: quorum vterque ſuo ſtudio delectatus contemſit alterum. Cic. de Natur. Deor. 3, 51 Non vides Solem deum eſſe, Lunamque: quorum alterum Apollinem Graeci, alteram Dianam putant. Auct. ad Herenn. 3, 33 c. 20 Duplices ſunt ſimilitudines, vnae ſunt rerum, alterae verborum. Cic. pro Syll. 61 Ita carus vtriſque eſt atque iucundus, vt non alteros demouiſſe, ſed vtroſque conſtituiſſe videatur. ¶ 8 *Formulas plures parit* Alter *geminatum ſine coniunctione*. Liu. 1, 40 Vterque vociferari: et certatim alter alteri obſtrepere. Alter alterius vbicunque nactus eſt oua, frangit Cic. de Nat. Deor. 2 c. 49. Alter ab altero adiutus Id. Brut. c. 1. Vlpian. in l. Neratius. D. de ſeruo corrupt. Nec ſufficit alterutra actione egiſſe: quia altera alteram non minuit. Suet. in Calig. cap. 56 Nec ceſſauit ex eo alterum alteri criminari, atque inter ſe omnes committere. Plin. 11, 30 *de formicis*, Et quoniam ex diuerſo conuehunt, altera alterius ignara. *Caeterum Alter in eiusmodi geminatione cum verbo plurali figurate iungitur: ſicut Alius, Quiſque, Vterque*. Cic. de Fin. 3, 8 Quum alter alterum videremus. Noxii ambo alter in alterum cauſam conferunt Liu. 5, 11. Satis magnum alteri theatrum ſumus Sen. Epiſt. 7. *Etiam* Plaut. Truc. 2, 4, 30 Quondam fuit, quum inter nos ſorderemus vnus alteri. ¶ 9 *Numerale eſt, idem quod ſecundus*. Liu. 31, 14 Nauibusque ex claſſe C O S. Cornelii lectis, altera die, quam a Brunduſio ſoluit, in Macedoniam traiecit, *i. ſecundo die, vel Duobus diebus poſtquam, etc. Nempe primus dies eſt ipſe, quo ſoluit; alter ſ. proximus, quo peruenit. Sic* Cic. Fam. 12, 25 Liberalibus literas accepi tuas, quas mihi Cornificius altero viceſimo die (vt dicebat) reddidit, *i. viceſimo ſecundo: vid. Manut. qui ex monumento antiquo hoc oſtendit, vbi* alter et nonageſimus annus, *tum* ſeptem anni et XVIII dies *tribuuntur ei*, qui attigit annum centeſimum. Auctor Dial. de Orat. cap. 34 Vno et viceſimo anno Caeſar Dolabellam: altero et viceſimo Aſinius C. Catonem iis orationibus inſecuti ſunt. Sueton. Tito 11 Altero et quadrageſimo aetatis anno *mortuus eſſe dicitur Titus. Burmannus quidem ad Petron.* c. 108 p. 196 *oſtendiſſe ſibi videtur, eum eſſe annum quadrageſimum primum. Quod monere tamen ad Suetonium intermiſit. Sed idem* Sueton. Nero. c. 57 Obiit ſecundo et trigeſimo aetatis anno: *Eutropius autem* 7, 15 Obiit trigeſimo et altero aetatis anno. Columel. 12, 41, 1 Poſt trigeſimum et alterum diem. Cic. pro Milon. c. 35 fin. Centeſima lux eſt haec ab interitu Clodii et, vt opinor, altera. Secundum *ſignificat etiam in iſtis* Cato. R. R. 157 Prima eſt leuis, altera eſt criſpa. Cic. Orat. 175 Haec et multa huiusmodi dicens fidem faciebat, quod eſt e tribus officiis oratoris alterum. Hor. Od. 4, 5, 31 Hinc ad vina redit laetus, et alteris Te menſis adhibet Deum. Colum. 5, 6, 23 Materiam ferro coërcendam, vsque in alteram, vel tertiam gemmam. Celſ. 4, 12 Altero quoque die vinum vel aquam bibere. *Sed al.* Alterno. *Vid. Morgag. Epiſt. 3 in Celſum. Vtitur etiam* 3, 13 et 23. Cic. de Diuin. 3, 53 Ioues tres numerant ii, qui theologi nominantur, ex quibus primum et ſecundum natos in Arcadia: alterum patre Aethere: ex quo etiam Proſerpinam natam ferunt, et Liberum: alterum patre Caelo, qui genuiſſe Mineruam dicitur; quam principem et inuentricem belli ferunt: tertium Cretenſem Saturni filium. Cic. Verr. 1, 20 c. 7 Vt primo die — vt alter dies — vt tertius dies. Primus, alter, tertius. Cic. in Partit. c. 9 In primo coniectura valet, in altero definitio, in tertio ratio. Cic. Philipp. 1, 32 c. 13 Proximo, altero, tertio, denique reliquis conſequutis diebus, *etc.* Id. Verr. 4 c. 29 Dies vnus, alter, plures. Cic. pro Cluent. 178 c. 64 Vnum, alterum, tertium annum Saſſia quieſcebat. Id. Verr. 2, 187 c. 76 Vsque ad alterum R — alterum, tertium, quartum. Alter *itaque ſine dubio eſt* ſecundus. *Nec mutat ſignificationem hanc, vbi adiecta eſt Praepoſitio* Ab. Virg. Ecl. 5, 49 Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo, *i. ille eſt primus, tu eris ſecundus. Ergo etiam* Ecl. 8, 39 Alter ab vndecimo iam tum me ceperat annus. *In hac ratione vndecimus primus eſt, alter i. ſecundus eſt duodecimus: quam interpretationem recte contra ipſum Seruium tuetur Perizon. Anim.* c. 7 p. 282. *Huc etiam refero* Cic. Off. 2, 82 c. 23 Aratus ad Ptolemaeum ſuum hoſpitem venit, qui tum regnabat, alter poſt Alexandream conditam. Alterum *i. ſecundum* Ptolemaeum *ſ. Philadelphum intelligere licebat, vel etiam* alterum *ab ipſo Conditore Alexandro regem, ipſum nempe Lagi filium: Sed priorem ſententiam firmat hiſtoria.* ¶ 10 *Verum* Terent. Andr. 1, 1, 50 Acceſſit amans vnus et item alter: *Illa formula nihil aliud ſibi vult, quam veniſſe vnum, deinde paullatim plures. Sic* Cic. pro Cluent. 38 Cum is vnum iam et alterum diem deſideraretur. *Et* ibid. 72 c. 26 Vnus et alter dies interceſſerat, *non praeciſe duo, ſed aliquot*. Virg. Aen. 3, 356 Iamque dies, alterque dies proceſſit. *Sic etiam* Petron. c. 108 p. 495 Vnus alterque infirmiſſimus vector. ¶ 11 *Subiiciamus hic formulas alias*. Ter. Eun. 2, 3, 8 Ludum iocumque dices fuiſſe illum alterum, praeut huius rabies quae dabit. Cic. de Inu. 2, 14 Caupo — cum illum alterum — animaduertiſſet. Ter. Eun. 2, 3, 5 Ecce autem alterum, neſcio quid de amore loquitur. Vbi Donat. Sic dicimus, quum propter alterum, de altero venit in mentem. Alter ab altero adiutus Cic. in Brut. 13. Liu. 5, 11 Noxii ambo alter in alterum cauſam conferunt. *Atque hac ratione* Alter *bis poſitum idem valet ac* Inuicem, Mutuo. *Sic etiam* Cic. in Lael. 84 Omniaque alter pro altero ſuſcipiet. *De duobus amicis*. ¶ 12 Hor. Epiſt. 1, 18, 18 — pretium aetas altera ſordet. *i. Si quis hoc offerat tacendi pretium vel praemium, vt liceat vitam denuo auſpicari et alterum tantum viuere, aſpernaturus ſim conditionem. Eandem vim habet nempe, atque in formula* Alterum tantum, *quae ſignificat, modum ſ. quantitatem alicuius rei geminari ſ. duplicari*. Liu. 1, 36 Tarquinius — numero centuriarum alterum tantum adiecit, *i. interprete* Aurelio Vict. Vir. Ill. 6 Equitum centurias numero duplicauit. *Sic quod dixerat* Liu. 3, 22 Duae partes ſociorum in exercitu, tertia ciuium fuit; *quod ipſi conqueruntur Latini ap.* Vell. 2, 15 Per omnes annos atque omnia bella duplici numero ſe militum equitumque fungi; *hoc breuiter* Liu. 8, 8 Alterum tantum ex Latino delectu adiiciebatur. *Rurſus* 10, 46 Militibus ex praeda centenos binos aſſes, et alterum tantum centurionibus atque equitibus diuiſit. Cic. in Orat. 188 c. 56 Pes qui adhibetur ad numeros, partitur in tria; vt neceſſe ſit partem pedis aut aequalem eſſe alteri parti, aut altero tanto, aut ſeſqui eſſe maiorem. Plaut. Bacch. 5, 2, 65 Alterum tantum auri non meream. Idem Epid. 3, 4, 8 Etiamſi alterum tantum perdendum eſt. Nep. 18, 8, 5 Altero tanto longior anfractus. *Illud* alterum tantum *interdum intelligitur excluſo priori tanto, ſi ita fas eſt dicere. i. non duplum, ſed eundem modum, eandem quantitatem ſignificat. V. g.* l. 9 ff. de vſuris, Pecuniae foenebris, intra diem certum debito non ſoluto, dupli ſtipulatum *(i. eum, qui morae cauſa duplum promiſit)* in altero tanto ſupra modum legitimae vſurae, reſpondi, non teneri. *Legitimae vſurae modus ſit IV, conuenit de tribus; promiſit, ſi intra tempus non ſoluat VI; in* altero tanto, *i. tribus poſterioribus, tenetur modo de vno, vt fiat legitimus modus IV.* ¶ 13 Alter ego Cic. Att. 4, 1 Pompeius omnia *(omnibus in rebus)* me alterum ſe fore dixit. *Sic* Fam. 2, 15 Dicerent iniqui, non me plane poſt annum de prouincia deceſſiſſe, quoniam alterum me reliquiſſem. *Et* Fam. 7, 5 Vide, quam mihi perſuaſerim, te, me eſſe alterum. *Add.* Att. 3, 1 *et* 15 ad Brut. Ep. 15 pr. Sollicitudinem quaſi pro me altero patior Plin. Ep. 2, 9 pr. Cic. in Lael. 82 c. 21 Eſt enim is amicus quidem, qui eſt tanquam alter idem. *Nempe* Alter *ſimilitudinem notat, vid.* n. 6. ¶ 14 Alter *pro* Alteruter. Non poteſt vterque ſapiens eſſe, quoniam tantopere diſſentiunt, ſed alter Cic. Acad. 2, 132 c. 43. Hos tanquam medios nec in alterius fauorem inclinatos miſerat rex Philippus Liu. 11, 20. *Add.* Iuſtin. 16, 5, 11. ¶ 15 *Genitiuus* Alterius *nunc corripitur in penultima, vt* Hor. Epiſt. 1, 14, 11 Cui placet alterius, ſua nimirum eſt odio ſors: *nunc producitur, vt* Terentian. de pedibus p. 2412 Putſch. Seſcuplo vel vna vincet alterius ſingulum: *Et* p. 2432 Nec alterius indigens opis veni. *Hic eſt iambicus purus; ille trochaicus.*

ALTERNVS, Adi. [ἀμοιβαῖος] *vbi alterum alteri ſuccedit, vel per vices fit.* Cic. pro Arch. 25 Quod epigramma in eum feciſſet, tantummodo alternis verſibus longiuſculis, *vbi de duobus alter verſus eſt paullo longior, vt in elegiaco genere.* Virg. Ecl. 7, 18 Alternis igitur contendere verſibus ambo Coepere. *i. Dicere verſus alternis vicibus.* Virg. Ecl. 5, 14 Carmina deſcripſi, et modulans alterna notaui. *Vbi* Seruius, Alterna, varia: propter muſicam, cuius ſonus varius inuenitur ex pedum diſſimilitudine. *Putauerim hoc velle, per vices cecini tibia et voce mea.* Catull. 107, 6 Alternum hoc ſanctae foedus amicitiae. *i. Mutuum.* Virg. Aen. 12, 233 Vix hoſtem alterni ſi congrediamur habemus, *i. Secundus quiſque noſtrum: altero tanto plures ſumus.* Aen. 12, 389 *deſcribit Aeneam* Alternos longa nitentem cuſpide greſſus, *i. Paſſus alterius vulnerati pedis haſtili ſuſtentantem et fulcientem. Vid.* n. 2 Pes alternus. Virg. Ecl. 3, 59 — amant alterna Camoenae. *i. Varietatem, ſpeciatim verſus amoebaeos.* ¶ 2 *Iam Subſtantiua, quibus adiicitur hoc nomen, elementorum ordine perſequemur* Aeſtibus alternis reciprocans fluctus Pall. Non. 15, 3. Annis alterni Cato de R. R. cap. 59 Saga *dari vult* familiae, et Sculponeas. *Sic* Colum. 5, 9, 11 Oliuetum in duas partes *iubet* diuidere, quae alterni annis fructu induantur. Neque enim olea continuo biennio vberat *Add.* Varr. R. R. 1, 44, 3. Plin. 8, 30 *de Hyaena.* Aquae alterna Charybdis Prop. 2, 20, 54. *et* 3, 10, 28 *quae ſorbentur et reuomuntur.* Brachia iactat alterna Virg. Aen. 5, 376. Cic. Verr. 2, 32 c. 1: Quod priuatus a populo petit, aut populus a priuato, Senatus ex aliqua ciuitate, qui iudicet, datur: quum alternae ciuitates reiectae ſunt. *i. Alternatim a priuato et a populo: quum priuatus nunc banc, nunc illam reiecit: populus ſimiliter illam ac illam.* Cic. in Vatin. 27 c. 11 Et quoniam crebro vſurpas, legem te de alternis conſiliis reiiciendis tuliſſe: vt omnes intelligant, te ne recte quidem facere ſine ſcelere potuiſſe: quaero, etc. *De ſimili re ſermo eſt. Poterat ex hac lege primo reus, deinde actor non paucos modo iudices, ſed tota conſilia, totum illum conſeſſum, qui datus a Praetore fuerat, reiicere. Vid. mox* Iudicum alternorum. Celſ. 3, 21 Vtilis quotidianus, aut alterno quoque die poſt cibum vomitus. *Sed al.* altero. *Vid.* ALTER n. 9. Plin. 8, 16 Raro in potu, veſci alternis diebus, *de leonibus.* Cic. pro Planc. 36 c. 1: De ipſo denique ambitu, reiectionem fieri voluerit iudicum alternorum. *Sed* Gron. De reiectione fieri voluerit iudicium alternorum. *Vid* Ciuitates, *it.* Conſilia Alterna. Manu alterna periere Ouid. Triſt. 5, 5, 34 *de fratribus, qui ſe mutuo occiderunt.* Id. Faſt. 2, 234 Vulneraque alterna dantque feruntque Manu. Morte alterna fratrem redemi Pollux Virg. Aen. 6, 121. Motus Quinct. 11, 3, 102. Ordo Quinct 11, 2, 38. Pedem alternum facere, *apud* Papinium *eſſe videtur* Claudicare *Turnebo. Nempe* Silu. 1, 2, 9 *ait Poëta*,

Quas inter vultu petulans elegia propinquat
Celſior aſſueto diuaſque hortatur, et ambit,
Alternum factura pedem.

*Nec diſplicet Barthio. Sed Geuartius mauit* fractura: *quo claudicatio melius exprimeretur. Quid ſi* tractura? *Trahere pedem eſſe claudicare, dubio caret. Sed ſic* Alternum *foret idem, quod* Alterum. *Forte optimum fuerit nihil mutare* Pede alterno terram quatere, *pro* Saltare Hor. Carm. 1, 4, 7. Pedibus alternis inſiſtere Plin. 10, 2. *de gruibus.* Pulſus Alternus Plin 2, 82. Quinctil. 1, 3, 8 Nam quae ſenſu et anima carent, vt ſeruare vim ſuam poſſint, alterna quiete retinentur. Ouid. Epiſt. 4, 89 Quod caret alterna requie, durabile non eſt. Sermonibus alterni aptus Iambus Hor. de Arte Poët. 81. Tabulata. *Vid. h. v.* Tempore alterno tenebras et lucem gigni Lucret. 5, 976. Verbis alternis Liu 8. *i. Altero quoque verbo, ſiue ſecundo quoque verbo.* Alterno Verſu ſubſidunt carmina Ouid. Tr. 3, 1, 11. Columel. 3, 2 Vtraque candidi muſti alterna vice annorum plus aut minus afferunt. *Add.* Plin. Epiſt. 9, 33, 22. Vices per alternas ire Ouid. de Ponto 4, 2, 6 Lux et nox, alternae mundi vices Sen. Ep. 12. Id. Hippol. 102 Vomitque vicibus alternis aquas. *Interdum ſubauditur vicibus, et accipit naturam Aduerbii,* [ἀμοιβαίως, παραλλάξ] Verſum rudem alternis iaciebant Liu. 7, 2. Varro R. R. 3, 16, 9 Alternis dormiunt. *i. per vices.*

*vices., de apibus.* Sen. Epiſt. 121 Alternis Catones, alternis Vatinii. *i. nunc ſeueri et boni ciues, nunc vitiis obruti.* Plin. Epiſt. 5, 6, 35 Alternis metutae ſurgunt, alternis inſerta ſunt poma. Virg. Ecl. 3, 59 Alternis dicetis. Idem Georg. 1, 71 Alternis idem tonſas ceſſare nouales. *Et de eadem re,* 1, 79 *intell.* vicibus *vel* annis, Alternis facilis labor. Alternis, ſc. diebus. Hoc medicamentum ſoluitur tertio quartoue die, ſi non ſuppurauerint ſtrumae: ſed ſi apertae fuerint, hieme alternis, aeſtate cotidie Scribon. 81. *Eadem porro ratione* Hor. Serm. 1, 8, 40 Alterna loqui, *interrogare et reſpondere.* *Vid.* Sermones alterni. *Quod imitatus* Apul. Met. 10 p. 524 Ciliis alterna conniuens. ¶ 3 Alternus *eſt parallelus* [παράλληλος] *Ita* Boëthius *in* Geometria lineas alternas *vocat, quas Euclides* parallelas. *Hinc* Stat. Silu. 1, 3, 25 Alternas ſeruant Praetoria ripas; *quod expreſſiſſe videtur* Auſonius Moſella 286 Alternas comunt Praetoria ripas, *i. aequalibus interuallis procurrentes.* Statius l. c. 64 Alternas gemino ſuper aggere menſas *eadem ratione dixit: menſas aequis ſpatiis diſtantes reſpondentibus ſibi in vtroque litore locis poſitas. Statius loquitur de flumine aedificatione comprehenſo coërcitoque intra parallelos vere aggeres: quod Auſonius ad aequabiles ſuo ingenio ripas transtuliſſe poteſt. Niſi tamen ibi quoque moles fuiſſe obiectas docet.*

**ALTERNO**, āre. [ἀμείβω, παραλλάττω, ἐπαμφοτερίζω] *E duobus modo vnum, modo alterum facere: et quaſi* alternis vicibus *variare.* Plin. 7, 13 Alii aliaeque feminas tantum generant, aut mares: plerumque et alternant. Columel. 5, 6, 4 Si fieri poterit, totum agrum genere vno Atiniae vlmi conſeremus: ſi minus, dabimus operam, vt in ordinibus diſponendis pari numero vernaculas et Atinias alternemus. Virg. Aen. 4, 287 Haec alternanti potior ſententia viſa eſt. *Vbi* Seruius, Alternanti, varia mente tractanti. *Nempe nunc ab hac nunc ab alia parte qui rem conſiderat, nunc commoda nunc incommoda conſilii perpendit, ille* alternare *dicitur.* Plin. 10, 33 *de hirundinibus,* In foetu ſumma aequitate alternant cibum. *i. vni pullo poſt alterum dant aequabiliter.* Ouid. Epiſt. 6, 38 Alternant ſpeſque timorque fidem. *i. nunc fidem habeo timori, nunc ſpei; nunc verum puto eſſe quod ſpero, nunc quod metuo.* Plin. 16, 6 Arborum fertilitas omnium fere alternat, ſed maxime fagi. Idem 15, 3 *de olea,* Sic quoque alternare fructus cogitur decuſſis germinibus: *i. interpoſitis, alternisque adeo annis ferre.* *Et* 16, 38 Alternant fructus quaedam arbores. Ouid. Met. 15, 409 Alternare vices, et quae modo femina tergo Paſſa marem eſt, nunc eſſe marem, miremur hyaenam. *Conf. de re ipſa Hard. ad* Plin. 8, 30 pr. Alternante aqua Propert. 2, 20, 54. *Nempe edebant* Alternante vorans vaſta Charybdis aqua. *Sed probat Brouckhuſius Paſſeratii lectionem,* Alternas reuomet vaſta Charybdis aquas. *De vicibus pugnae et mutuis ictibus taurorum.* Virg. Georg. 3, 220 Illi alternantes multa vi praelia miſcent. Variant ſe alternantes recurſus Solin. c. 36.

**ALTERNĀTVS**, Partic. [ἐπηλλαγμένος] Plin. 29, 4 f. 20 Canis vnguibus adalligatis ceruino corio, neruisque cerui alternatis et dorcadis, *i. mutuo nexu colligatis et deuinctis.* Sen. Epiſt. 44 Ex ſplendidiſſimis ſordidiſſimisque alternata ſeries. *i. Conſerta.* Col. 2, 2, 2 His autem generibus ſingulis fenae ſpecies contribuuntur, ſoli pinguis vel macri, ſoluti vel ſpiſſi, humidi vel ſicci, quae qualitates inter ſe mixtae vicibus et alternatae, plurimas efficiunt agrorum varietates. Alternata conditio, *quae vulgo* Alternatiua *dicitur.* Vlp. in l. Quae ſub conditione. D. de condition. inſtitut. Sed ſi ſub iuriſiurandi conditione ſit inſtitutus, aut ſi decem dederit: hoc eſt, alternata conditione: vt aut pareat conditioni, aut iuret, *etc.*

**ALTERNATIO**, ōnis. f. [ἐναλλαξις] Per vices ſucceſſio, Feſtus. Apul. Met. 10 p. 243 Pedes incertis alternationibus commouere. Idem in Triſmeg. p. 95 Ordo et tempus innouationem omnium rerum, quae in mundo ſunt, per alternationem faciunt. *Conf.* Macrob. Saturn. 7, 5 pr. Eſt rhetorica proluſio communes locos in vtramuis partem inuentorum alternatione tractare. *Iuriſconſulti pro* Disiunctione *vſurpant, quum dicitur,* Illud aut illud. l. 7 §. quod autem. D. de iniur. l. 2 §. 2 D. quod cert. loco. *Vſurpatur etiam improprie pro rerum complexione, et ambarum rerum coniunctione:* vt l. 9 D. de ſer. corrupt. Qui cum extraneo agit, ſiue recepit, ſiue corrupit, agere poteſt: qui cum ſocio ſine alternatione, *hoc eſt, extraneus vtroque caſu tenetur, ſocius hoc vno duntaxat, ſi corrupit.* Hotom.

**ALTERNAMENTVM**, i. n. *Idem.* Claud. Mamert. de Statu, An. 3, 8 Sine alternamento reciproci aëris.

**ALTERNĀTIM**, Adu. [ἀμοιβαίως] *Per vices.* Quadrigarius Annalium lib. 3 Item gaudium atque aegritudinem alternatim ſequi. *Seruauit* Nonius 2, 64. Admouere digitos alternatim Ammian. 29, 2 f.

**ALTERNE**, Adu. [ἀμοιβαίως] *Idem.* Plin. 11, 37 Supercilia homini et pariter et alterne mobilia. *Adde* Sen. Quaeſt. Nat. 7, 12. Scrib. Larg. Comp. 181.

**ALTĔRO**, āre. [ἑτεροίω] *Variare, et quaſi* Alterum *facere.* Ouid. Faſt. 1, 373 Ille ſuam faciem transformat, et alterat arte. *Sed quum* Alterare *Heinſio vix latinum videretur, quamquam* in gloſſis *occurrat, reponit fide praeſtantiſſimorum* Codd. Ille ſua faciem transformis adulterat arte. *Lectionem receptam tueri voluit Pincier.* Parerg. Otii 2, 50. *ſed fruſtra. Vid. Burman. ad loc. Ouidii, et* Quinctil. 10, 1 p. 882.

**ALTERATIO**, ōnis. f. [ἑτέρωσις] Philoſophi definiunt eſſe Progreſſionem ab vna qualitate in alteram. *Locus adducitur ex* Quinctil. 10, 1, 19 Lectio multa alteratione mollita: *ſed perperam. Vid.* Burman. p. 882. *Legendum ex optimis libris,* iteratione.

**ALTERORSVS** *vel* **ALTRORSVS**, Adu. *In alterum locum.* Apul. Met. 9 p. 230 Pudiciſſima vxore altrorſus diſcluſa. *Sic Elm. et Pric.*

**ALTERPLEX**, Duplex. Feſtus. Iſid. Gl. Alterplicem, duplicem, doloſum.

**ALTERTRA**, Alterutra. Feſtus. *Quidam* Alterta.

**ALTERVTER**, ius. [ὁποτερονοῦν] *Vnus ex duobus, Alter.* Cic. Att. 8, 12 Si vobis videretur, alteruter veſtrûm ad me veniret. *Conf.* Cic. Att. 10, 1 *ibique Gronou.* Ne alteruter alterum praeoccuparet Nep. 10, 4, 1 Alterutrum victoria coronet Hor. Ep. 1, 18, 64. Cic. pro Roſc. Com. 17 Dabit enim nobis iam tacite vita acta, in alterutram partem firmum et graue teſtimonium. Nep. 25, 2, 2 Quin alterutram partem offenderet. Alterutrum fieret neceſſarium Cic. Nat. D. 10, 25. Si in alterutro peccandum ſit Id. pro Marcell. c. 7. Quum ſit neceſſe alterutrum vincere Id. Fam. 6, 3, 4. *Add.* ib. 6, 1, 6. Alterutrum latus Plin. 2, 17. Celſ. Id quod infunditur, neque frigidum eſſe oportet, neque calidum, ne alterutro modo laedat. ¶ 2 *De flexione et declinatione huius vocis diſputatur.* Chariſ. l. 2 p. 132 fin. Alteruter alterutrius, alterutra alterutrius: ſed veteres alterutra, alterutrae. *Hoc vnum. Deinde* Priſcian. l. 5 p. 667 pr. Vnum apud Latinos inuenitur nomen, quod, quamuis ex duobus Nominatiuis ſit compoſitum, non tamen ex vtraque parte declinatur: id eſt, Alteruter alterutrius *etc.* *Sed idem* l. 6 p. 693 fin. Inueniuntur tamen et Altera vtra et alterum vtrum protuliſſe veteres, et ex vtraque parte ea declinaſſe. *Laudat deinde ex* Cic. in Protagora, Quae igitur poteſt eſſe indignitas voluntatis ad moleſtiam, niſi in magnitudine aut longitudine alterius vtrius poſita. *Et ex* Catone de ambitu, Sed ſunt partim, qui duarum rerum alterius vtrius cauſa magiſtratum petunt. *Plura eius generis exempla e MSS. dedit Pareus Lex. Crit. h. v.*

**ALTERVTRINQVE**, Adu. [ὁποτέρωθεν] Plin. 20, 7 *de lactucae facultatibus,* Nec vlla res in cibis auiditatem incitat, inhibetque eadem: in cauſa alterutrinque modus eſt. *Sed Hard.* In cauſa altervtraque modus eſt.

**ALTRINSĔCVS**, Adu. [ἑτέρωθεν] *E regione, vel Ex altera parte.* Plaut. Mil. 2, 5, 36 Quid illic aſtas? quin retines altrinſecus? Idem Pſeud. 1, 3, 123 Pſeudole, aſſiſte altrinſecus, atque onera hunc maledictis. Reſpondit ille altrinſecus Prudent. Hymn. S. Vincent. v. 53. *Conf.* Ammian. 20, 11. Apul. Met. 1 p. 111.

**ALTROVORSVM**, Adu. Plaut. Caſin. 3, 2, 25 Verum autem altrouorſum quum eam mecum rationem puto, eius eſſet mecum poſtulatio. *i. In alteram partem, vel Ex altera parte.*

**ALTERCANGENVM**, *vid.* **ALTERCVM**.

**ALTERCO**, as, *et vſitatius* **ALTERCOR**, aris, *idem fere fuit initio, quod alternatim loqui, ſermones ſerere.* [Vet. Gl. Altercatur, ἀνταποκρίνεται, φιλονεικεῖ, διαλέγεται] *Studioſiſſimus antiquitatis* Apuleius Met. 2 p. 22, 11 Pric. Dum hunc et huiusmodi ſermonem altercamur, *i. alternamus, quod fruſtra quidam ſubſtitutum iere. Loquitur de blandiſſimis ſermonibus. Sic* Met. 9 p. 200, 16 Pric. Iam his in poculis mutuis altercantibus, *i. blande colloquentibus, et ſe inuicem inuitantibus.* Apul. 6 p. 126 Pric. Dum ſecum mitiſſimi homines altercant de mea caede. *Sunt ſermones non rixantium certe, ſed ſatis concordes ſententias dicentium. Ipſe* Caeſar B. C. 3, 19 T. Labienus prodiit: ſubmiſſa oratione loqui de pace, atque altercari cum Vatinio incipit. ¶ 2 *Ad iudiciorum ſermones alternos, interrogationes ac reſponſiones, refertur, de quibus dicemus iam ſub* Altercatio n. 2. Cic. de Cl. 159 c. 43 Craſſus in altercando inuenit parem neminem. Quinct. 6, 4, 5 Quidam in dicendo mediocres hac altercandi praeſtantia meruerunt nomen patronorum. Plin. Epiſt. 3, 9, 24 Quibus toties agendum, toties altercandum. ¶ 3 *Hinc ad contradictiones diſputantium, expoſtulantium, vel rixantium adeo adhibetur.* Ter. Andr. 4, 1, 29 Cum patre altercaſti dudum, *vbi formam actiuam vt inuſitatam notat* Priſcian. 8 p. 797 Putſch. *Imitatus eſt* Apul. Met. 2 p. 40, 20 Pric. Mente ſacrilega coarguenti marito reſiſtens altercat. *Etiam* Non. 7, 12 *cum* Mercero p. 470, 7 *legendum ex* Pacuuio, Cur — hic mecum altercas? *Sic paſſ.* Iuſtin. Inſtit. § vlt. de Except. Ne, dum de iis altercatur, ipſius negotii diſceptatio proteletur. *Sed Depon.* Liu. 3, 68 Altercantur inter ſe mulierum ritu. Hor. Sat. 2, 2, 57 Altercante libidinibus tremis oſſa pauore, *i. contradicente, repugnante; quamquam ſimpliciter ad alternas vices vtriusque affectus potuit reſpici. Sic in illo* Apul. Met. 10 p. 245, 31 Elm. His et ſimilibus altercati conuiciis, *adiuncta vox* conuiciis *indicat, verbum* altercari *patere latius.*

**ALTERCATIO**, ōnis. f. [Vet. Gloſſ. ἀψιμαχία, ἀμφιβολία, ἀντίῤῥησις, ἀμοιβαῖοι λόγοι] *Quam vltimo loco ponunt gloſſae ſignificationem, ea prima fuiſſe videtur, quod de verbo modo obſeruatum eſt. Nempe ſignificabat initio vices ſermonum, interrogandi et reſpondendi. Supereſt veſtigium in titulo libelli,* Altercatio Hadriani Auguſti et Epicteti Philoſophi, *quem a Lindenbrogio editum inſeruit Bibliothecae Gr.* Vol. 13 p. 557 *Fabricius. Add. mox* Altercabilis. ¶ 2 *In foro atque adeo in Senatu* Altercatio *eſt perpetuae orationi vel actioni oppoſita, atque interrogatione fere ac reſponſione conſtat, cui in teſtibus praeſertim atque aliis probationibus locus eſt. Huius artem et praecepta copioſe tradit* Quinctil. 6, 4 int. *Saepe Cicero mentionem facit, vt iam videbimus. Nempe* ad Att. 1, 16 ante med. Clodium praeſentem fregi in Senatu cum oratione perpetua — tum altercatione eiusmodi, ex qua licet pauca deguſtes: *Deinde ex vtraque quaedam profert.* Idem Att. 4, 13 Abfuiſſe me in altercationibus, quas in Senatu factas audio, fero non moleſte. *Et* Fam. 1, 2 pr. Dies magna ex parte conſumtus eſt altercatione Lentuli COS. et Caninii Tribuni plebis. De Clar. 164 c. 44 Nulla eſt altercatio clamoribus vnquam habita maioribus. Quinctil. 2, 4, 28 Altercationibus velociter occurrere. *Et* 10, 1, 35 Altercationibus atque interrogationibus oratorem futurum optime Socratici praeparant. *Add.* 6, 3, 4. Auctor Dial. de Orat. c. 34, 1 Altercationes quoque *magni oratoris* excipere *tironem iubet.* Apul. Met. 10 p. 215, 4 Pric. *de lite et iudicio agens* orationes altercationesque *coniungit.* ¶ 3 *Sed et omne genus diſceptationis, ortarumque adeo inde rixarum, hoc nomine interdum comprehenditur.* Plaut. Aul. 3, 5, 11 In maximam illud populi partem eſt optimum: In pauciores auidos altercatio eſt, *i. contra auaros iſta diſputantur.* Cic. de Nat. Deor. 1, 15 c. 6 Oritur mihi magna de re (*de natura deorum*) altercatio (*amica diſputatio*) cum Velleio. *Sed ad iurgia et rixas retulit* Liu. 1, 7 Inde cum altercatione congreſſi certamine irarum ad caedem vertuntur. *Sic* Liu. 35, 17 Dum ſuas quisque nunc querelas, nunc poſtulationes inferit, aequa iniquis miſcentes, e diſceptatione altercationem fecerunt. *Contra* Tac. H. 4, 7 Paullatim per altercationem ad continuas infeſtasque orationes prouecti ſunt. Valer. Max. 9, 1, 4 Cn. Domitius L. Craſſo collegae ſuo altercatione orta obiecit. Sueton. Caeſ. c. 71 Maſintham — tam enixe defendit, vt Iubae regis filio in altercatione barbam inuaſerit. Id. Tib. c. 2 Claudii quidam in altercatione et iurgio tribunos plebis pulſarunt. *Hinc* Feſtus, Altercatio, iurgatio. *Vid. mox* **ALTERCVM**.

**ALTERCATOR**, ōris, m. *Patronus, in quantum altercatione, de qua n. 2, vtitur.* Quinctil. 6, 4, 10 Bonus altercator vitio iracundiae careat, *et* ſ. 15 Ne turbidus et clamoſus ſit altercator, quales fere ſunt, qui literas neſciunt.

**ALTERCABILIS**, e. Arnob. 5 p. 156 *de colloquiis Iouis cum Numa,* Altercabilem conſeruiſſe ſermonem.

**ALTERCVM**, i. n. Herba. Plin. 25, 4 Herculi eam quoque adſcribunt, quae Apollinaris, apud Arabas (*Melius MSS. quidam alios*) altercum ſiue altercangenon (*duo poſteriora verba omittit Harduinus*) apud Graecos vero hyoſcyamus appellatur. Plura eius genera *etc.* Scribon. 181 Altercum — qui biberunt — mente abalienantur, cum quadam verborum altercatione: inde enim hoc nomen trahit altercum. *Meminit praeterea* Comp. 52, 53, 90, 173, 220.

ALTERCVLVM *eiuſdem herbae nomen apud* Apul. de Herb. c. 4, *vbi plurima eius nomina et virtutes.*

ALTERNATIM, ALTERNATVS, ALTERNATIO, ALTERNE, ALTERNO, ALTERNVS. *Vid.* ALTER.

ALTHĒA, [Ἀλθαία] *Theſtii filia, Oenei Calydoniae regis vxor, Meleagri mater.* Ouid. Met. 8, 447 Quum videt extinctos fratres Althea referri. *Huius ſcelere Meleager filius extinctus eſt. Cuius facti poſtea poenitens, laqueo vitam finiuit, vt tradit ampliſſime Diod. Sicul.* 5, 2. Ouidius *tamen occubuiſſe, ait* v. 531 — acto per viſcera ferro. *Vid.* MELEAGER. Sen. in Med. 780 Piae ſororis impiae matris facem vltricis Altheae vides. *Conf.* v. 645.

ALTHAEA, [ἀλθαία] Genus maluae ſilueſtris, ab excellentia effectus a quibusdam ἀριςαλθεία (Hard. Pliſtolycia) appellata, teſte Plin. 20, 21 ſeq. *Haec et* Hibiſcus *vocatur* Apul. de Herb. c. 38. *it.* Pallad. Oct. 14, 11.

ALTILIS, *vid.* ALO.

ALTĪNVM, [Ἄλτινον] *Venetiae oppidum.* Martial. 14, 155 Velleribus primis Appulia, Parma ſecundis Nobilis, Altinum tertia laudat ouis. Plin. 3, 18.

ALTĪNVS, Adi. *vt*, Altinae vaccae Columel. 6, 24, 5.

ALTINĀTES. Altini incolae. Plin. Epiſt. 3, 2, 2 Arrianus Maturius Altinatium eſt princeps. Altinates oues laudantur Columel. 7, 2, 3. *Vid.* Martial. 14, 155, *quod laudamus in* Altinum.

ALTISONVS, ALTITONANS, ALTITVDO, ALTIVOLANS, ALTIVOLVS. *vid.* ALTVS.

ALTOR. *Vid.* ALO.

ALTRINSECVS. *Vid.* ALTER.

ALTRIX. *Vid.* ALO.

ALTROVERSVM. *Vid.* ALTER.

ALTVS, a, um. Adi. [ὑψηλὸς] *Cum ſit proprie Participium ex* Alo, *de quo ſ. l. generatim diſtantiam perpendicularem, inter id quod ſummum et imum eſt, notat.* Altum et ſuperiorem et inferiorem altitudinem ſignificat Seru. ad Aen. 1, 3 ſ. 7. *Nempe vnum idemque ſpatium eſt, quod, ab imo ſi ſuſpicias*, altum; *ſi deſpicias a ſummo*, profundum *vocatur. Hinc eſt quod permutatis vicibus* mare altum, *et* caelum profundum *dicitur. Vid.* n. 3. *Vt*, Alta maceria pedes quinque Cato de R. R. cap. 15. Virg. Aen. 12, 295 Deſuper altus equo grauiter ferit. Alti colles attolluntur Plin. 12, 12. Aceruus altus Lucret. 3, 198. Caelum Virg. Georg. 4, 227. Ouid. Met. 2, 64 Ardua prima via eſt, et qua vix mane recentes Enituntur equi: medio eſt altiſſima caelo. *Sic* Vltimus, et a domiciliis noſtris altiſſimus, omnia cingens et coërcens caeli complexus Cic. de Nat. D. 2, 101 c. 40 pr. Ceruices Virg. Aen. 2, 219. Gradus altos euadere Virg. Aen. 4, 685. Hor. Epod. 16, 52 Nec intumeſcit alta viperis humus. Iter altum ire Virg. Georg. 4, 107. *i. euolare, de apibus.* Iter altius egit, tactus caeli cupidine Ouid. Met. 8, 225 *de Icaro.* Sen. Hippol. 1037 *de monſtro marino*, Erexit altam fronte viridanti Iubam. Montes Virg. Georg. 3, 412. Lunam altam ſuſpiciens Virg. Aen. 9, 403. Nemora Virg. Georg. 3, 393, *quae eadem alias* profunda. *Vid.* n. 3 Stabula alta. Nix Hor. Serm. 1, 2, 104. Praeſepia Virg. Aen. 7, 275. Pedum quinquagenûm altus. *Vid.* LATVS cum Genitiuo. Soni altiſſimi Quinctil. 11, 3, 23. *Vid.* Vox alta. Tapetes alti Virg. Aen. 9, 325. Torus altus Virg. Aen. 2, 2. Via alta atque ardua Cic. Tuſc. 1, 37 c. 16 *ex Vet. Poëta.* Via alta ad Argos collibus ruptis Sen. Hippol. 1057. Vox alta *videtur a Muſicorum diagrammatis primum dicta.* Sen. Troad. 197 Haec fatus alta voce dimiſit diem. Catull. 43, 18 Conclamate iterum altiore voce. *i. quae magis exaudiri poſſit. Poteſt etiam a viſu traducta eſſe haec ratio: cum quo quid altius tollatur, a pluribus poſſit conſpici. Sic vox* ſplendida, fuſca, clara, obſcura *dicitur.* Altiorem gradum dignitatis aſſequi Cic. pro Cluent. c. 55. Ex altiſſimo dignitatis gradu praecipitari Cic. pro Domo ſua 98 c. 37. In altiſſimo ampliſſimoque gradu dignitatis locati Cic. Philipp. 1, 14. In altiſſimo gradu poſitus alienis opibus Cic. pro Sext. 20. ¶ 2 *Metaphoricũs.* Altus, *i. praeclarus et excellens.* Altus Aeneas Virgil. Aen. 7, 568. Horat. Serm. 2, 5, 62 *Quamquam hic ad remotam antiquitatem poteſt referri.* Apollo Virg. Aen. 6, 9 *et* 10, 875. *Vid. vtroque loco* Seruius. Carthago Idem Aen. 4, 97. Multa rerum (*grammaticarum*) ſubtilitas exercere altiſſimam quoque eruditionem ac ſcientiam poteſt Quinctil. 1, 4 p. 39 *Burm.* Iupiter Ouid. de Arte Am. 2, 38. Mente alta praeditus Cic. pro Milon. 21 c. 8. *Add.* Quinct. 6 Pr. 7. Oratio alta et exaggerata Cic. in Orat. 192. Altiſſime Princeps Claudian. Epigr. 22, 11 *Sic compellat Honorium.* Roma alta Virg. Aen. 1, 7. Spiritus altior Ouid. Triſt. 4, 1, 44. Vir altus et excellens Cic. de Fin. 3, 29 c. 8. Vir altus et magnus Cic. Tuſc. 5, 31. Horat. Carm. 4, 9, 42 Reiecit alto dona nocentium Vultu. Cic. Tuſc. 2, 11 Te natura excelſum quendam videlicet, et altum, et humana deſpicientem genuit. ¶ 3 Altus, *Profundus, et hinc intimus.* Caeſ. Bell. Gall. 8, 18 Altiſſimo flumine velut indagine munitum. Plin. 10, 48 Apicius nepotum omnium altiſſimus gurges. *Vid. mox* Gurges. Enipeus Virg. Georg. 4, 368, Flumen Idem ibid. 4, 359. Curt. 7, 4, 13 Altiſſima flumina minimo ſono labuntur. Fundamenta theatri Virg. Aen. 1, 427. Gemitus Id. Aen. 11, 633. Gurges Virg. Ecl. 6, 76. Lacus Plin. Epiſt. 10, 69, 3. Mare altum Virg. Aen. 7, 799. Sub alto Pectore Tityi habitat vultur, *i. intimos receſſus rimatur* Virg. Aen. 6, 599. Portu ſe condidit alto Idem Aen. 5, 243. *i. intimo.* Puteus Plaut. Men. 4, 4, 14. Cic. Philipp. 4, 13 Virtus eſt vna altiſſimis defixa Radicibus, quae nunquam vlla vi labefactari poteſt, nunquam dimoueri loco. Spelunca Virg. Aen. 6, 237. Stabula alta, *luſtra intima*, ferarum Idem Aen. 6, 179. *it.* 10, 723. Stirpes ſtultitiae Cic. Tuſc. 3, 13 c. 6. Vulnus Virg. Aen. 10, 557. ¶ 4 *Ab hac* profundi *notione fluxerunt per nouam metaphoram iſtae formulae:* Altiores artes, *quae profundius rimantur omnia, et penitius ſcrutantur* Quinct. 8, 3, 2 Conſilium altiſſimum Id. 2, 13, 15. Diſciplinae Id. 2, 1, 3. Eruditio Id. 1, 4, 6. Ingenium altiſſimum Plin. 9, 33, 1. Intellectus altior *abſtruſior, occultior* Quinct. 8, 3, 83. Literae altiores Sen. de Benef. . . Quaeſtio altior Quinctil. 3, 8, 42. Studia altiora Plin. Epiſt. 5, 16, 8. *Sic* Dolor altus, *vt vulnus* Virg. Aen. 1, 209. Mente alta repoſtum manet Id. Aen. 1, 26. Otium Plin. Epiſt. 9, 3, 1. Pauor altior Tacit. Ann. 16, 29, 1. Quies alta Virg. Aen. 6, 522. Silentia alta rumpere Idem ib. 10, 63. Sen. ad Marc. 5 De quo altum ſilentium eſt. *Sic* Altiſſimum ſilentium Quinct. 10, 3, 22. Solicitudo altior Idem 4 pr. Somnus Horat. Serm. 2, 1, 8. Sopor Virg. Aen. 8, 27. Id. Aen. 10, 625 Sin altior iſtis ſub precibus Venia vlla latet, *i. ſi quid amplius petis et occultius.* Non. 4, 8 Altum preſſum, obſcurum. Vopiſcus in Numeria. c. 15 Denique, vt erat altus, *i. tacitus, premens conſilia et cogitationes*, riſit et tacuit. *Vid.* Altitudo ingenii. ¶ 5 *Saepe ſubſtantiue ponitur* Altum. *v. g.* Quidquid in altum Fortuna tulit, ruitura leuat Sen. Agam. 100. Qui quaerit alta, is malum videtur quaerere Plaut. Pſeud. prol. 22. *Conf. tamen* Taubm. p. 952. Ex alto diſſimulare Ouid. Am. 2, 4, 16. *Ipſe* Cic. Verr. 3, 98 c. 41 Sic eſt hic Ordo (*Senatorius*) quaſi propoſitus atque editus in altum, vt ab omnibus ventis inuidiae circumflari poſſe videatur. *Speciatim pro Caelo ponitur, vt* Virgil. Aen. 1, 301 Haec ait, et Maia genitum demiſit ab alto. *Deinde* Altum, *profundior maris pars, et a terra remotior, ſiue ipſum mare.* Salluſt. Fragm. Et piſcatoria ſcapha in altum nauigat. Virgil. Aen. 1, 34 Vix e conſpectu Siculae telluris in altum Vela dabant laeti. Alto iactatus Idem Aen. 1, 3. Cic. de Inu. 2, 95 Cum nautae in alto iactarentur. Alto merſa Poenorum claſſe Sil. 6, 665. Altum tenere Virgil. Aen. 3, 192. Ab alto vrget in breuia et ſyrtes Idem Aen. 1, 111. Cic. de Fin. 4, 64 c. 23 Quis enim ignorat, ſi plures ex alto emergere velint, propius fore eos quidem ad reſpirandum, qui ad ſummam aquam iam appropinquent? Cic. Verr. 5, 84 c. 32 Ab illa parte vrbis nauibus aditus ex alto eſt. Id. de Orat. 3, 143 Repente te quaſi quidam aeſtus ingenii tui procul a terra abripuit, atque in altum a conſpectu paene omnium abſtraxit. Ipſa ſibi imbecillitas indulget, in altumque prouehitur Cic. Tuſc. 4 c. 18. *in malum grauiſſimum.* In alto tempeſtas magna eſt, *i.* in mari. Cic. de Inuent. 2, 98 c. 32 Quum magna in alto tempeſtas eſſet, vis ventorum inuitis nautis Rhodiorum in portum nauem coëgit. Per altum ire Virg. Aen. 3, 374. Eadem ratione hanc vitae viam quaeri oportet, qua in alto via nauibus quaeritur Lactant. 6, 8. Virgil. Georg. 1, 324 Collectae ex alto nubes: *poſſes de mari intelligere. Sed erudite* Seruius, Ab Aquilone, qui vtique de alto flat, id eſt, a ſeptentrione, et tempeſtates grauiſſimas facit: nam Auſter humilis eſt, vt: Mundus vt ad Scythiam Riphaeasque arduus arces Conſurgit; premitur Libyae deuexus in Auſtros. ¶ 6 *De permutatione verborum.* Altus *et* Artus *in MStis vid.* Drakenborch. ad Sil. 6, 194.

ALTE, [ὑψηλῶς] Adu. Liu. 1, 41 Ferrum haud alte in corpus deſcendiſſe, *i. non profunde.* Ouid. Met. 2, 136 Altius egreſſus caeleſtia tecta cremabis, Inferius terras. Alte cadere non poteſt Cic. in Orat. 78. Alte cinctus Hor. Serm. 2, 8, 10. *vt miniſterio eſſet aptior. Caeterum* Alte cinctum *antiqui vocabant Strenuum, fortem, virilem, minime mollem: quod genus illud cincturae hominum eſſet non delicatorum, ſed militarium et negotioſorum. Vid.* PRAECINCTVRA, DISCINCTVS. Sen. Epiſt. 92 de Maecenate, Alte cinctum putes dixiſſe. Habuit enim ingenium et grande et virile, niſi illud ipſe diſcinxiſſet. *Coniunctim extulit* Phaedr. 2, 5, 11 Ex alticinctis vnus atrienſibus. *Sic etiam Burmann. Sed ſunt tamen, qui diuiſim legunt* alte cinctis. Nihil tam alte natura conſtituit, quo virtus non poſſit eniti Curt. 7, 11, 10. Altius agitare quaedam conati ſunt Celſ. 1 praef. Altius cogitare aliquid Cic. in Orat. 82. Altius efferre caput Virgil. Georg. 3, 553. Altius exaggerata oratio Cic. in Brut. 192. Alte extollere pugionem Idem Philipp. 2, 28. Alte extulit dextram Virg. Aen. 5, 444. Cic. de Diuin. 2, 50 c. 23 Quum terra araretur, et ſulcus altius eſſet impreſſus. Virg. Georg. 3, 76 Continuo pecoris generoſi pullus in aruis Altius ingreditur, *i. caput et pedes tollit altius.* Altius ordiri, *vid.* ORDIOR. Altius penetrare Celſ. 5, 27. *de fiſtulis et earum generibus.* Saeuae iam altius irae Dardanio ſurgunt ductori Virg. Aen. 10, 813. Altius ad viuum perſedit Id. Georg. 3, 442 *i.* oſſa et medullas penetrauit. Seruius. Cic. Act. 1 in Verr. 19 Indignum videbatur iis, qui altius perſpiciebant. Schol. interius, acutius, melius. Altius aliquid perſequi Plin. 2, 23. Cic. pro Cluent. 58 c. 21 Incipit longo et alte petito prooemio reſpondere. Virg. Georg. 4, 286 — altius omnem Expediam, prima repetens ab origine, famam. Altius cura ſerpit Plin. 14, 11. Alte ſubiectare arenam Virgil. Georg. 3, 241. Alte vulnus adactum Virgil. Aen. 10, 850. Cic. Tuſc. 5, 37 Iraque et arbores, et vites, et ea, quae ſunt humiliora, neque ſe tollere a terra altius poſſunt: alia ſemper virent, alia hyeme nudata verno tempore tepefacta frondeſcunt. Verbum altius transferre Cic. in Orat. 82, *i. longius, metaphora audaciore.* Alte oculis veſtigare Virg. Aen. 6, 145 *de ramo aureo in arbore inueniendo.* Id. Aen. 4, 444 — it ſtridor, et alte Conſternunt terram, concuſſo ſtipite, frondes, *i. cumulantur frondes decuſſae.* Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 51

Inualidum dextro portat Titana lacerto
Nondum luce grauem, nec pubeſcentibus alte
Criſtatum radiis,

*i. longe fulgentibus: Sic quidem exponit Parrhaſius, citans et illud* Stat. Theb. 1, 28 — ignipedum moderator equorum Ipſe tuis alte radiantem crinibus arcum, *etc. Nempe Claudinus pingit Titana, i. Solem adhuc paruulum, cuius radii perpendiculares nondum alti, nondum longe a centro procurrunt. Superl.* Plin. Epiſt. 8, 4 Ingenium altiſſime aſſurgit. Apul. Met. 2 p. 129 Altiſſime demergo gladium ſingulis latronibus.

ALTĬCINCTVS, *vid. modo in* ALTE.

ALTĬCŎMVS, Tertull. de Iudic. Dom. cap. 8 Alticoma vmbra criſpata cupreſſus.

ALTĬGRĂDVS, *vel* ALTEGRADIVS, *Alte gradiens.* Beſtia quaedam magis, quam auis altegradia Tertull. de Vel. Virg. c. 17.

ALTILANEVS, *Ouilli generis Epitheton.* Inſcr. Fratr. Arual. *apud Phil. a Turre Mon. Vet. Ant.* p. 389 IOVI VERBECES II ALTILANEOS MARTI ARIET. ANTILAN. II *etc.*

ALTĬLŎQVVS, Qui alta loquitur. Cathol.

ALTĬLŎQVIVM, i. n. Meſſala Coru. ad Auguſt. p. 7 Te perſaepe altiloquio tuo differentem dubitare animaduerti.

ALTĬPĔTA, ae. Paulin. Epiſt. 20 Leuitas altipeta, *quae altum petit.*

ALTIPĔTAX, ācis. Strabo Gallus, Altipetax cucurbita, *quae clauiculis ſuis ſerpit in altum.*

ALTĬPŎTENS, entis. Vt, Altipotens Mercurius Mart. Capell. l. 2 p. 32.

ALTISPEX, *ſiue* ALITISPEX, ĭcis. Augur, vel Aruſpex. Nonius 4, 330.

ALTISŎNVS, [ὑψηλόφωνος] *Nomen poëticum, Quod ex alto ſonat.* Cic. Tuſc. 3, 44 c. 19 Septum altiſono cardine templum. Id. de Diuin. 1, 106 c. 47 Hic Iouis altiſoni ſubito pinnata ſatelles Arboris e trunco. Altiſoni mariti (*Iunonis, i. Iouis*) praelia referens Claud. Epiſt. ad Seren. 27. Iuuen. 11, 179 Altiſoni Maronis carmina.

ALTĬTHRŎNVS, Apud Fortun. et Iuuenc.

ALTITŎNANS, [ὑψιβρεμέτης] *Poëticum ad Iouem pertinens,* quia

*quia ex alto tonat.* Cic. de Diuin. 1, 19 c. 12 Nam pater altitonans ſtellanti nixus Olympo.

ALTĬTŎNVS, Varro apud Prob. in Virgil. Ecl. 6, 31 Quam quinque altitonae flammeae (*Scal.* ſragmine) zonae cingunt.

ALTITVDO, ĭnis. f. *Sublimitas.* Arboris altitudo, ad quinque pedes Plin. 12, 15. Altitudine montium defendi Cic. Agrar. 2 c. 19. Ex altitudine in profundum cadere Lact. 6, 4. *al. leg.* in altitudinem profundam. Altitudo aedium Cic. Off. 3, 66 c. 16. Immenſitas altitudinum Cic. de Nat. Deor. 1, 54. Id. de Vniuerſ. 42 Id fit, quum ſpeculorum leuitas hinc illincque altitudinem aſſumſit, etc. Altitudo, *Profunditas* Plin. 10, 33. *Sic* Altitudo fluminis, apud Caeſ. Bell. Gall. 4, 17 *et alibi.* Altitudo maris Caeſ. *ap.* Cic. Att. 9, 14. *it.* B. G. 4, 25. Concauae altitudines ſpeluncarum Cic. de Nat. Deor. 2, 99 c. 39. Id. de Diuin. 1, 97 Delata etiam ad Senatum labes agri Priuernatis, quum ad infinitam altitudinem terra deſediſſet. Idem Verr. 4, 107 c. 48 Spelunca altitudine infinita. In altitudinem mirandam depreſſus Cic. Verr. 5, 68. *de Lautumiis Syracuſanis.* In profundam altitudinem maris ſe immittere Sen. Epiſt. 71. Altitudo plagae Celſ. 7, 7. Altitudo animi, *paene idem ſignificat, quod* Animi magnitudo, *quae non facile mouetur aut perturbatur.* Cic. Fam. 3, 10 fin. *de Pompeio*, Haec in eo grauitas, haec animi altitudo fuit, vt ne ſummorum quidem hominum maliuolis de me ſermonibus crederet. *Sic 4, 13 in conſolatione*, Quid ſit forti et ſapienti homine dignum, quid grauitas, quid altitudo animi — a te flagitent, tu videbis. *Add.* Partit. 77 c. 22 Altitudo animi in capiendis incommodis. *Et* Off. 1, 88 c. 25 In liberis populis, et in iuris aequabilitate exercenda etiam eſt facilitas, et altitudo animi, quae dicitur: ne ſi iraſcamur aut intempeſtiue accedentibus, aut impudenter rogantibus, in moroſitatem inutilem et odioſam incidamus. Elatio atque altitudo orationis Cic. in Bruto 66. Quinct. 8, 3, 88 Δείνωσις in exaggeranda indignitate, et in caeteris altitudo quaedam. Salluſt. Iug. 95, 3 Ad ſimulanda negotia altitudo ingenii incredibilis. *i. Profundus quidam alteque demerſus animi ſenſus, neque aliis patens, notusue, ſed penitus reconditus, quae etiam a Graecis* βαθύτης *dicitur, quo vtitur* Cic. Att. 4, 6. 5, 10. 6, 1. *Vid.* ALTVS n. 4. *extr.*

ALTĬVŎLANS, [ὑψιπέτης] Poëticum. Cic. de Diuin. 1, 107 ex Ennio, — at Romulus pulcher in alto Quaerit Auentino, ſeruat genus altiuolantum. *i. Auium.* Altiuolans grus Auſon. Technop. Hiſt. v. 12. Lucret. 5, 434 Hic neque tum Solis rota cerni lumine largo Antiuolans poterat, *etc.* *Sic enim ex Macrobio (6, 2) legendum eſſe contendit Lambinus, et dedit Creechius.*

ALTĬVŎLVS, Adi. Plin. 10, 19 Sunt fere omnes altiuolae praeter nocturnas. *Et* cap. 47 Grauiores omnes fruge veſcuntur: altiuolae, carne tantum.

ALTIVSCŬLVS, Dimin. Sueton. Aug. 53 Altiuſcula calceamenta.

ALTIVSCŬLE, Adu. Idem. Apul. Met. 2 p. 117 Faſciola praenitente altiuſcule.

ALTO, āre. Verb. inuſit. Inde

ALTATVS, a, um. Sidon. Epiſt. 2, 2 Sol per lineas altatus extremas in axem Scythicum porrigitur.

## A L V

ALŪCVS, i. m. in Gloſſ. Philoxen. Alucus, bubo νυκτικόραξ. *Hoc omen reſtitui vult Voſſius ad Catull.* p. 90 Seruio ad Virg. Eccl. 8, 55 Vlulae aues ἀπὸ τȣ̃ ὀλολύζειν, id eſt a fletu nominatae, quas vulgo vluos vocant. *Nempe* Alucos *dici vult volucres a luce alienos, lucifugas. Hinc explicat etiam, qui ſint*

ALVCITAE, in fragm. Petronii p. 674 *Burm. quod ſeruauit* Fulgentius n. 54. Alucinari dicitur vana ſomniare; tractum ab alucitis, quos nos κώνωπας (*ſuſpicor hic fuiſſe vocabulum Latinum, forte* VLVLAS) dicimus. Sicut Petronius Arbiter: Nam centum vernalis me alucitae moleſtabant. *Iſ. Voſſius l. c. legi vult* Nam contubernales me alucitae moleſtabant, *et interpretatur illos, qui officia lucis noctisque peruertunt, qui in tenebris viuunt, et interdiu ſtertunt, cuiusmodi hominum genus* M. Cato Antipodas vocabat *apud* Senecam Epiſt. 122.

ALVEVS, i. m. [πόρος, χώρημα κῦτος] *Continens fluminis inter vtramque ripam.* Virg. Aen. 7, 33 Aſſuetae ripis volucres, ac fluminis alueo. Lembum in praeceps prono rapit alueus amni Virg. Georg. 1, 203. Plin. 7, 2 Alueus nauigabilis. Quinctil. 2, 1, 4 Grammatice tenuis a fonte, aſſumtis Poëtarum hiſtoricorumque finibus, pleno iam ſatis alueo fluit. ¶ 2 Alueus, *pro Vaſe ligneo concauo, in quo expoſiti Romulus* et *Remus*, Liu. 1, 4. *Sic* Cato R. R. 11, 5 Alueos *ponit in inſtrumento torcularis, ad portandas, puto, vuas.* *Sic idem in pro mactra.* Col. 12, 9, 1 In alueo ſalire *iubet herbas.* *Oblique continuos fuiſſe* alueos, *etiam illud indicat, quod* angulis expreſſis *opponuntur illorum flexus* Col. 4, 4, 1. Alueus ad Hordeum miniſtrandum equis *eſt* Veg. Veter. 1, 56, 3. In alueo aqua apponitur boui ibid. 3, 31, 2. ¶ 3 Alueus, *pro Naui, ſeu fundo nauis, i. Carina.* Propert. 3, 7, 16 Portabat ſanctos alueus ille viros. Cauatum ex materia conſcendit alueum Vell. 2, 107, 1. *i.* lintrem, *vt ipſe paullo poſt vocat.* Alueo accipit ingentem Aeneam *Charon* Virg. Aen. 6, 412. Liu. 23, 35 Ibique adeo non armamenta modo, ſed etiam aluei nauium quaſſati erant) ſubductae naues dum reficiuntur, aliquantum temporis triuerunt. Salluſt. in Iugurth. 18 Hique alueos nauium inuerſos pro tuguriis habuere. Vell. 2, 107 Cauatum ex materia conſcendit alueum, ſolusque id nauigii genus temperans *etc.* ¶ 4 Alueus, *Solium vel Labrum balneare, apud* Capitolin. in Albino, cap. 5, *quod et* Deſcenſio *dicebatur.* Auct. ad Herenn. 4, 14 c. 10 In alueum deſcendere. *Conf.* Cic. pro Caelio 67 c. 28. *et* Sen. Epiſt. 123. Ouid. Met. 8, 653 Erat alueus illic fagineus, curua clauo ſuſpenſus ab anſa, Is tepidis impletur aquis; artusque fouendos Accipit. Vitruu. 5, 10 Alueus et labrum *ſunt lapideae ſtructaeue foſſae balnearum, in quas deſcendunt lauantes.* ¶ 5 Alueus, *in quo apes continentur et mellificant* Plin. 11, 16 Hoc alueis ex cornu laternae translucido factis, expertum eſt. *Add.* 21, 14. *Et* Colum. 9, 2, 1 *qui ex* fimo *etiam et* lateribus *fieri eos docet* 9, 6, 2. *quo loco reliquam materiam et fabricam perſequitur.* *Add.* Varr. 3, 16, 15. Tibull. 2, 1, 49 Rure leuis verno flores apis ingerit alueo. Alueus, *pro ipſis apibus.* Plin. 11, 16 Feruntque ſocietate fraudata alueos mori. *Sic* Colum. 9, 3, 1 Alueorum cultores. ¶ 6 Alueus luſorius Plin. 37, 2 Tranſtulit (in triumpho ſuo Pompeius) alueum cum teſſeris luſorium e gemmis duabus, latum pedes tres, longum pedes quatuor. Vitr. 5 Praef. Vti ſunt etiam teſſerae, quas in alueo ludentes iaciunt. ¶ 7 Alueus *ſaepe cum* Aluo *permutatur in MStis. vid.* ALVVS. Albeus *et* Albeolus *ſaepe ſcribunt librarii ſolemni illa litterarum* b *et* v *permutatione ſ. confuſione.*

ALVEOLVS, i. *Dimin.* πολύσημον *itidem.* *Primo* Fluminis Curt. 6, 4, 4: *deinde Vas ligneum concauum.* Liu. 28 Secures, falces, alueolos, molas. Columel. 8, 5, 13 Totum ouorum numerum in alueolum ligneum conferat, deinde vniuerſum leniter in praeparatum nidum transfundat. Iuuen. Sat. 7, 73 Cuius et alueolos, et laenam pignerat Atreus: *De Poëta, qui, dum* Atreum *tragoediam ſcribit, oppreſſus paupertate cogitur* alueolos, *i. Lances ſuas et paropſides, et laenam pignori opponere.* Turneb. *Tabula luſoria eſt* Cic. de Fin. 5, 56 c. 20 Aut alueolum poſcere, aut quaerere quempiam ludum. Alueolum neutro genere, Feſto.

ALVEAR, ſiue ALVEĀRE, et ALVEARIVM. [σίμβλον, κυψέλη] *Alueus apum, Locus vbi ſunt* aluei *apum, vel Copia* alueorum *eodem in loco poſitorum, atque apum mellificantium.* Columel. 9, 6, 1 Aluearia fabricanda ſunt pro conditione regionis. *Et* 9, 9, 1 Cuſtos ſedule circumire debet aluearia. *Et* 9, 11 Quum vetus alueare numero apium deſtituitur, *in quibus locis pro Alueo poſitum videtur, vt et* Cic. apud Chariſ. p. 82 Apes in aluearium conceſſerant. *Sed pro pluribus alueis* Varro de R. R. 3, 16, 10 Circum villam totam aluearium feciſſe. *Et* 11 Dic, vbi et cuiusmodi facere oporteat aluearium. *At Id.* 15 Collocare aluearia. *i. Alueos. Pro Alueis etiam* Plin. 21, 14 Circumlini aluearia fimo bubulo vtiliſſimum: *et ſaepius.* Virg. Georg. 4, 34 - - - aluearia vimine texta. *Huc pertinent etiam iſta* Pallad. Apr. 8, 7 Purganda ſunt Aluearia ſordibus. *Et* Oct. 13 Hoc etiam menſe aluearia caſtrabuntur.

ALVEĀTVS, Adi. [κυβωτὸς] *In modum aluei cauatus.* Cato cap. 43, 1 Sulcos, ſi locus aquoſus erit, alueatos eſſe oportet. *i. deorſum faſtigiatos, in ſummo latiores lateribus inclinatis, vt fundus ſit contractior.*

ALVEŎLĀTVS, Adi. [κυτώδης, κοιλωτὸς] Vitruu. 3, 3 *de Columnarum faciendarum ratione*, Stylobatam ita oportet exaequari, vti habeat per medium adiectionem per ſcamillos impares. Si enim ad libellam dirigetur, alueolatus oculo videbitur.

ALVINVS, *vid.* ALVVS.

ALVM, [σύμφυτον πετραῖον] *Herba.* Alus Gallicus Scribon. 83 Plin. 27, 6 ſ. 24 Alum nos vocamus Graeci Symphyton petraeum, ſimile cunilae bubulae, foliis paruis, ramis tribus, aut quatuor a radice, cacuminibus thymi, ſurculoſum, odoratum, guſtu dulce, ſaliuam ciens, radice longa, et rutila *etc.* *It.* Allium in aruis ſponte naſcens, alum *vocatur. vid.* Plin. 19, 6 *extr.* *Add.* Larg. Compoſ. 87 *cum not. Rhodii.*

ALŪMEN, ĭnis. n. [στυπτηρία] *Minera etiam vulgo notiſſima.* Plin. 35, 15 ſ. 52 *poſt* ſulphuris et bituminis tractionem ſic infert, Nec minor, aut ab eo diſſimilis eſt aluminis opera: quod intelligitur Salſugo terrae. Plura et eius genera. In Cypro candidum et nigrum, exigua coloris differentia. Inficiendis claro colore lanis, candidum liquidumque vtiliſſimum — Fit omne ex aqua limoque — Corriuatum hieme aeſtiuis ſolibus maturatur. Gignitur — laudatiſſimum in Aegypto, proximum in Melo. Huius quoque duae ſpecies, liquidum ſpiſſumque. — An ſit adulteratum deprehenditur ſucco Punici mali. Sincerum enim mixtura ea nigreſcit. Alterum genus eſt pallidi et ſcabri, et quod inficiatur galla *etc.* Concreti aluminis vnum genus Schiſton appellant Graeci, in capillamenta quaedam caneſcentia dehiſcens. Alumen Aegyptium Scribon. 47. Quo infectores vtuntur Id. 57. Liquidum Celſ. 5, 5. Scribon. 86, 227. Melinum Id. 226. Rotundum Celſ. 5, 6. Scribon. 30, 203. Fiſſum 4. 31. 41. *et paſſim.* Sciſſile Celſo 5, 2. *i.* Schiſton, *vt ex Plinio vidimus.* *De etymo* Iſid. 16, 2. Voſſ. Etym. p. 21. *Sed praeſtat ignorare, quam iſta repetere.*

ALVMĬNĀTVS, [στυπτηριωτὸς] *Sicut Sulphuratus a Sulphure: vt* Aqua aluminata, *quae tranſit per venas aluminis* Plin. 31, 6. Marc. Empir. cap. 25.

ALVMĬNŌSVS, [στυπτηριώδης] *Idem quod* Aluminatus. Plin. 31, 3 ſ. 28 Depreſſis puteis ſulphurata vel aluminoſa occurrentia putearios necant. Vitruu. 8, 3.

ALVMĬNĀRIVS, *Aluminis foſſor.* Gruter. Inſcript. p. DCXLII. 9.

ALVMNVS, et ALVMNA, *vid.* ALO.

ALŪTA, ae. [δερμάτιον] *Pellis mollior, calceis ſimilibusque operibus faciendis concinnata.* Caeſ. Bell. Gall. 3, 13 Pelles pro velis, alutaeque tenuiter confectae. Plin. 23, 7 Produnt etiam, ſi quis inclinata arbore, ſupino ore aliquem nodum eius morſu abſtulerit nullo vidente, atque in aluta illigatum licio e collo ſuſpenderit, ſtrumas et parotidas diſcuti. (Emplaſtro) linitur aluta Scribon. 81. 82. (Viſcum) aluta inductum imponere Id. 229. *Etiam* Ouid. A. A. 3, 202 Paruaque ſinceras velat aluta genas. *de fuco.* Nonius 2, 635 Paſceolus, ex aluta ſacculus. Auſon. Idyll. 4, 30 Fallax ſcuticam praetexit aluta. *Nomen eſt ex Alumine, quo ſubigebantur pelles et perficiebantur, vt tenuiores ficrent.* Vet. Gloſſ. στυπτηριακὸν δέρμα, Aluta. it. στυπτηρία, alumen, aluta Ib. Fuit autem coloris varii. Martial. 2, 29 Coccina non laeſum cingit aluta pedem. Idem 7, 34 - - - ſuccinctus nigra tibi ſeruus aluta. Iuu. 7, 192 Appoſitam nigrae lunam ſubtexit alutae, *de calceis luna inſignibus, quos COSS. geſtabant.* ¶ 2 *Satirica laſciuia, pro ridicula parte, qua viri ſunt, ſed ſenili et languida, quam* lorum in aqua *alius dixit, poſuit* Martial. 11, 61 Vlcus habet, Priami quod tendere poſſit alutam.

ALVTA, orum. *Plur.* Inuenitur plumbum et in aurariis metallis, quae aluta vocant Plin. 34, 16 ſ. 47. *Al.* Elutia. *vid.* Harduin. *Conf.* ALVTACIVS.

ALVTĀCIVS, Marc. Empir. cap. 23 Alutacia pellis. *Add.* Id. c. 26. Alutacium gummi Plin. 33, 4 ſ. 21 *Al. leg.* Alutationem. *Nondum conſtat, quid ſibi velit haec appellatio: ſed huc pertinere videtur* Aluta, orum. *v. v.*

ALVTARIVS, *Coriarius: pellium, et coriorum concinnator.* Plaut. Hic alutarius cerdo. *Proprie tamen* Alutarii, tenuiorum pellium *dicuntur*: Coriarii, craſſiorum. Alutarium emplaſtrum *dixit* Marc. Empir. cap. 15.

ALVTATIO, *quibusdam in libris legitur apud* Plin. 33, 4 ſ. 21. *Vide modo* ALVTACIVM gummi.

ALVTĀMEN, vel ALVTAMENTVM, *a veteribus dicebatur Opus ex concinnatis pellibus factum.* Lucil. *ap.* Non. 2, 635 Paſceolum, alutamen.

ALVVS, i. f. [κοιλία] Alui natura ſubiecta ſtomacho, cibi et potionis eſt receptaculum Cic. de Nat. Deor. 2 c. 54. *vid.* n. 4. *Sed* Seruius ad Aen. 2, 19 quo defluunt ſordes: vt Salluſt. Simulans ſibi aluum purgari. *In vtroque genere reperiri teſtatur* Soſipater p. 61. Priſcian. l. 5. p. 654 *vbi laudat verſum* Accii, Maia nemus retinens grauido concepit in aluo. *Add.* l. 6 p. 718. Noniusque 3, 21. *Item* Columella 10, 146 Florida quum ſoboles materno pullulat aluo. *Quod an-*

*tiquarium eſſe, oſtendit Barth. ad* Guil. Briton. 6, 560. *Sed quidam* aruo. *Interim* Aluus, *inquit* Feſtus, Venter feminae, ab Alendo dicta eſt. Vnde, Geſtare aluum, pro Grauidam eſſe. Aluus, *Venter qui apparet.* Columel. 7, 10, 6 Niſi obeſam illuuiem, atque diſtentam pabulis aluum demerſerit, *de ſuibus, quibus volutabra neceſſaria.* ¶ 2 *Iam conſideremus, quibus ſubſtantiuis iungatur* Aluus. *v. g.* Alui cauſa dare aliquid Plin. 22, 24. *h. e. ad molliendam aluum.* Dolores alui cohibere Plin. 23, 8. Celſ. 2, 12 pr. Deiectionem antiqui variis medicamentis, crebraque alui ductione, in omnibus fere morbis moliebantur. Add. 3, 18. Genitricis ab aluo Infans eripitur Ouid. Met. 3, 310. Ceu Matris in aluo creuerunt Id. 1, 420. Profuſio alui Celſ. 2, 7. Cic. de Nat. Deor. 3, 57 c. 22 Aeſculapius tertius, primus purgationem alui, dentiſque euulſionem, vt ferunt, inuenit. Reſolutio alui Celſ. 2, 7. Vitia alui detrahere Plin. 20, 7. ¶ 3 *Et quibus Adiectiuis:* Ouid. Met. 13, 732 *de Scylla,* Illa feris atram canibus ſuccingitur aluum, *i. iuxta vel circa ventrem.* Adſtrictior Celſ. 1, 3. Auida aluo recondere Ouid. Met. 12, 17. Billioſa Celſ. 2, 8. Bonam aluum facere Cato 156, 1. Cita Plin. 27, 4. 23, 7 fin. 24, 10 *et* 13. *et* Celſ. 1, 6. Citata Scribon. 111. Cruda Cato c. 125, *quae cibos non conficit.* Virg. Aen. 2, 51 In latus, inque feri curuam compagibus aluum. Dura Hor. Serm. 2, 4, 27. *Et* Fuſior Celſ. 1, 3 Melior eſt aluus in iuuene fuſior, in ſenectute adſtrictior Idem 1, 35. *Poſſis etiam de ipſis excrementis intelligere, vid.* n. 5. Grauida Ouid. Epiſt. 6, 61. Inanis Iuuen. Sat. 5, 7. *Aliter* Ouid. Met. 12. 392 Haerentem Peleus — mediam ferit enſe ſub aluum Proſiluit, terraque ferox ſua viſcera traxit, Tractaque calcauit: calcataque rupit, et illis Crura quoque impediit, et inani concidit aluo. Latam trahens aluum Virg. Georg. 4, 94 *de regibus apum.* Longa *ſerpentis* Ouid. Met. 4, 574 ſq. Virg. Georg. 3, 427 *de eadem re,* Atque notis longam maculoſus grandibus aluum. Mala. Celſ. 2, 4 Aluus autem mala eſt, ex toto ſuppreſſa. *vid. paullo ante* Bona. Melior, *vid.* Aluus fuſior. Periculoſa eſt, quae inter febres fluens, conquieſcere hominem in cubili non patitur Celſ. 2, 4. Soluta Celſ. Plin. 14, 18. Scribon. 256. *vid. mox* Soluere aluum. Superior, *pro Ventriculo.* Cato R. R. 156, 2 Aluum ſi voles, deiicere ſuperiorem, *i. vomere.* Add. 158, 1. Tenera Celſ. 3, 18. Tumens Plin. 2, 5. Tuta Celſ. 2, 8. quae quotidie coacta, eaque conuenientia his, quae aſſumuntur, reddit. ¶ 4 *Verborum exempla:* Cic. de Nat. Deor. 2, 136 Sed quum Alui (*i. ventriculi et reliquorum inteſtinorum*) natura ſubiecta ſtomacho, cibi et potionis ſit receptaculum: pulmones autem et cor extrinſecus ſpiritum ducant: in aluo multa ſunt mirabiliter effecta, quae conſtant fere e neruis. Eſt autem multiplex et tortuoſa natura, arcetque et continet, ſiue illud aridum eſt, ſiue humidum quod recepit, vt id mutari et concoqui poſſit: eaque tum aſtringitur, tum relaxatur: atque omne quod accipit, cogit et confundit, vt facile et calore, quem multum habet, exterendo cibo, et praeterea ſpiritu omnia cocta atque confecta, in reliquum corpus diuidantur. Aluum aſtringit labor, ſedile, *etc.* Celſ. 1, 3. Idem 2, 30. Ciere aluum, *i. mouere, ſoluere* Plin. 20, 9 *et* 33, 1. Humorem alui ciet radix labruſcae decocta in aqua. Citatur aluus Col. 7, 9, 9. Cohibere aluum Plin. 23, 1. Commoueri aluo Plin. 2, 41. Compeſcere aluum Plin. 24, 13. *i. ſiſtere.* Comprimere et Mouere aluum, *contraria* Celſ. 1, 10. Concita Plin. 21, 12. Conquieſcit aluus Celſ. 4, 19. Si aluus non conſiſtet Cato 126. Cic. de Diuin. 1, 19 Quum praegnans hunc ipſum Dionyſium aluo contineret, ſomniauit ſe peperiſſe Satyriſcum. Idem pro Cluent. 34 Spem illam, quam in aluo commendatam a viro continebat. Contrahitur aluus in ſenectute, iuuenibus cita Celſ. 4, 19. Cato 156 Aluum ſi voles Deiicere ſuperiorem, ſumito cymam braſſicae. Si diu non Deſcendit aluus Celſ. 2, 7. *i. nihil deiicitur.* Detrahere aluo aquam Plin. 24, 8 ſ. 35. *de Sambuco.* Ducere Lotionibus aluum, *i. mouere, euacuare* Celſ. 2, 12. *et* 3, 18. *it.* 4, 3. *et* 6, 14 pr. Ducenda aluus Scribon. 154. Acri clyſmate ducta 197. Celſ. 3, 4 Deinde eam materiam, quae laedere videbatur, ducendo ſaepius aluum ſubtrahebant. Plin. 19, 5 de Raphano, Sapor autem aſper et medicamenti inſtar ad eliciendas aluos. Emendare Plin. 24, 10. Id. 20, 2 Pepones qui vocantur, refrigerant maxime in cibo, et emolliunt aluum. Euacuare aluum Plin. 20, 6. Id. 26, 8 Plurimum tamen homini negotii aluus exhibet, cuius cauſa maior pars mortalium viuit. Alias enim cibos non tranſmittit, alias non continet, alias non capit, alias non conficit. Eoque mores venere, vt homo maxime cibo pereat. Peſſimum corporum vas inſtat vt creditor, et ſaepius die appellat. Plin. 22, 21 Et ſi decocti ſuccus bibatur, *aluum* efficaciſſime exinaniri. *Add.* 33, 9. Cato 156, 1 Vinum ſi voles concinnare, vt aluum bonam faciat, *etc.* Plin. 14, 18 Thaſiam vuam Aegyptus vocat apud ſe praedulcem, quae ſoluit aluum. Eſt contra in Lycia, quae ſolutam firmat. *Add.* Celſ. 1, 35. Id. 2, 12 Aluus ſi vehementius fluit, aut ſaepius ducitur, hominem infirmat. *Add.* 4, 19. Impoſuit folia aluo, epiphoris, ſtranguriae, et veſicae Plin. 25, 5. Id. 24, 16 Aluum inaniunt ex ſale et aceto ſumta. *Add.* 20, 3. Inhibere aluum Plin. 19, 8 *de beta. vid.* INHIBEO. Celſ. 2, 12 Tum iniicienda aluus (*al.* immittenda in aluum) eſt, ſi leui medicina contenti ſumus, pura aqua: ſi paullo valentiori, mulſa: ſi reprimendi cauſa, ex verbenis. *de clyſtere.* Cato R. R. 157, 7 Vbi ex multo cibo aluus non it, *i. ſi aluus obſtructa eſt.* Laborare aluo Celſ. 2, 7. Plin. 23, 7 *ad finem,* Inuenio apud auctores, ſi quis matutino ceraſa roſcida cum ſuis nucleis deuoret, in tantum leuari aluum, vt pedes morbo liberentur. Liquanda aluus, interdum etiam ducenda, quibus extenuatum corpus incipit ſpiritum trahere commodius Celſ. 4, 4. Mollire Plin. 20, 9. Aluum modice mollientem Idem 23, 7. Hor. Serm. 2, 4, 27 Si dura Morabitur aluus Mitylus et durae pellent obſtantia conchae. Mouere Plin. 20, 20 *ad finem.* Idem 13, 23 Vinum ad aluum mouendam concinnare docet Cato c. 115. Plin. 20, 7 Idem ſuccus aluum purgat. It. 21, 19. Celſ. 2, 12 Cui ſatis aluus Reddit quotidie, quiue eam liquidam habet. Id. 7, 23 Vrgent enim febres ardentes, et aut virides, aut nigri vomitus: praeter haec ingens ſitis, et linguae aſpritudo, fereque a die tertio ſpumans bilis aluo cum roſione redditur. *Sed* reddere aluum, *vid.* n. 5. Reprimere, *vid.* Aluus iniicienda. Siſtitur aluus ladano vtroque Plin. 26, 8. Idem 20, 7 Lactucae copioſiores aluum ſoluunt, modicae ſiſtunt. *It.* 32, 9. Id. 23, 8 Siliquae recentes, ſtomacho inutiles, aluum ſoluunt. Eaedem ſiccatae ſiſtunt. *Add.* 14, 18. *Et* 24, 8 ſ. 35. *vid.* Firmare aluum. Aluos ſoluit rhus Plin. 24, 11 ſ. 55. Subducere Celſ. 3, 4, Subſtitit aluus Celſ. 6, 11. Succurrere aluo Plin. 20, 23. Celſ. 4, 19 Alia via eſt, vbi velis aluum ſupprimere. Celſ. 2, 4 Aluus ex toto ſuppreſſa. *it.* 2, 12. Plin. 25, 5 Trahit aluum, et bilem, pituitasque. Trahenda eſt Aluus acri clyſmate Scribon. 155. Trahere aluum, Aliter. *Vid.* TRAHO. Turbare Plin. 22, cap. vlt. *de Eruo. Etiam intercedunt praepoſitiones:* Ex aluo matris natura profudit in oras luminis Lucret. 5, 226. In aluum ſua viſcera congerit Ouid. Met. 6, 651 *De Tereo filium ſuum epulato.* In aluo obliqua Stat. Theb. 5, . . In aluum delabuntur cibi Plin. 11, 37. Id. 22. cap. vlt. ſ. 72 *de cicere et cicercula;* Cicer ſi largius ſumatur, aluus ſoluitur. Cicercula etiamnum magis in aluo proficit. Per aluum purgari ſi libeat Plin. 26, 8. Per aluum trahit bilem et pituitam Plin. 26, 8. ¶ 5 Aluus, [σκύβαλα] *pro Excrementis alui.* Celſ. 2, 6 *de indiciis mortis:* Aluus quoque varia, peſtifera eſt. *Paullo poſt.* Sed haec quidem poteſt paullo diutius trahere. In praecipiti vero iam eſſe denuntiat, quae liquida: eademque vel nigra, vel pallida, vel pinguis eſt. Celſ. 2, 7 Quibus — aluus cum multo ſpiritu redditur. *Et* 2, 8 Si extremam aluum ſpiritus ſequitur. Celſ. 2, 7 Mulieri grauidae fuſa ſine modo aluus elidere partum poteſt. Plin. 21, 18 Lilii radices e mulſo potae, inutilem ſanguinem cum aluo trahunt. *Add.* Celſ. 2, 3 Matutinis temporibus coacta magis — rufa — neque foeditate odoris ſimilem aluum ſani hominis excedit. Id. 2, 8 Aluus nigra ſanguini atro ſimilis. Bilioſa *ib. Et* 4, 19 Liquida aluus — fertur. ¶ 6 Aluus [διάῤῥοια] *pro Fluxu ventris.* Columel. 6, 7, 2 Aluus, corpus ac vires carpit, operique inutilem reddit. *ſubaudi* Bouem. ¶ 7 Aluus, *pro* Alueo, *i. vaſe, in quo apes mellificant.* Varro de R. R. 3, 16, 15 Aluos vbi ſint, alii faciunt ex viminibus rotundas, alii e ligno ac corticibus, alii ex arbore caua, alii fictiles, alii etiam ex ferulis quadratas longas pedes circiter ternos, latas pedem, ſed ita vti cum parum ſit, qua compleant, eas coanguſtent: ne in vaſto loco et inani deſpondeant animum. Haec omnia vocant a mellis alimonio, aluos: quas ideo videntur facere anguſtiſſimas, vt figuram imitentur earum. — easque aluos ita collocant — Media aluo *etc. Sic* Col. 9, 6, 1 Vtiliſſimas aluos faciemus ex corticibus — *Et mox* Reliqua ſunt alueorum genera. Id. 9, 14, 7 Alui aperiendae ſunt. *Et* 9, 15, 11 Caſtratae. *Add.* 11, 2, 50. *Sic* Ab aluo cauo fagi demiſſus exercitus Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 126. *De apibus. Recte igitur promiſcue dici* Aluum *et* Alueum, *notat Gronou. ad* Plin. 21, 12. *et Gud. ad* Phaedr. 3, 13.

ALVĪNVS, Adi. [κοιλιακὸς] *Qui aluo langueſcit.* Plin. 25, 7 ſ. 37 Aduerſaturque aluinis. Idem 21, 27 Aluinis impoſita multum prodeſſe dicitur. *Verum Cornarius ex vetuſto codice primum exemplum ſic legit.* Ac verſatur alternis: *ſecundum ſic,* In aluta impoſita, *etc.*

ALVVĬLVS, i. m. *Parua aluus.* Cathol.

## A L Y

ALYACMON, *vid.* HALIACMON.

ALYATTES, [Ἀλυάττης] *Croeſi regis pater, ipſe quoque ditiſſimus. Inde formant Adiectiuum nomen*

ALYATTĬCVS, *quo porro ſubſtantiue vſus ſit* Hor. Carm. 3, 16, 41 *vel pro* Alyatte *ipſo, vel pro Filio Croeſo. Receperunt* vero *Bentleius et Cuningamus* Alyattei, *vt* Vlyſſei, Achillei.

ALYPON, [ἄλυπον] Cauliculus eſt molli capite, non diſſimilis betae, acre guſtatu ac lentum, mordensque vehementer et accendens Plin. 27, 4 ſ. 7.

ALYSSON, [ἄλυσσον] *Fruticis nomen, de quo* Plin. 24, 11 ſ. 57 Diſtat (*rubia*) ab eo, qui Alyſſon vocatur, foliis tantum et ramis minoribus: nomen accepit, quod a cane morſos rabiem [Gr. λύσσα] ſentire non patitur potus ex aceto alligatusque. Mirumque eſt quod additur, inſaniam conſpecto eo frutice ſanari. *Sed Hard.* Saniem — ſiccari.

ALYTARCHES, [Ἀλυτάρχης] *Praefectus* Alytis, *i. Maſtigophoris, qui ad ſummouendam turbam, et cohibendas ſeditiones in ſacris certaminibus adhibebantur.* Alytarcharum *autem ſit mentio in* l. vlt. de expenſ. ludor. in Cod. Theod. l. 12. de iur. fiſc. eod. *It.* l. 2 C. de cupreſſ. *Vid.* Cuiac. Obſ. 2, 13. Faber Agoniſt. 1, 18.

ALYTARCHIA, ae. f. *Ipſum munus, ad editionem ludorum pertinens* l. 1. C. off. Com. or.

ALYTIS, is. f. Herba perdicalis Apul. de Herb. cap. 81.

ALYXŎTHŎE, [Ἀλυξοθόη] *Mater Aeſaci, filia Dymantis, apud* Ouid. Met. 11, 763 *Sed Burm. dedit* Alexirhoë.

ALYZIA, [Ἀλυζία] *Acarnaniae ciuitas.* Cic. Fam. 16, 4 Tertio die abs te ad Alyziam acceſſeramus. Is locus eſt citra Leucadem ſtadia centum viginti.

## A M

AM. *De notis iſta obſervauit Sertorius Vrſatus* Actio Mandati. AMicus. AMico Bene Merenti Curauit. AMC. N. Amicus Nobis. AMico Monumentum CONdidit ET SIBi. AMico poſuit. A. MN. Actione Mandati. AMN. Amantiſſimus. AMicus Noſter. Alae Macedonicae Primae. Amabilis Prouincia. Amator Pacis vel Patriae. Amicus Pius, Poſuit, Principis, Patriae, Populi, Potentiae, Prouinciae. Amico Poſuit. A MR. A Marmoribus. ſ. A Maioribus. AMR. Amator. AMS, Amicus ſ. Amantiſſimus. A Municipalibus SACRis. A Monumento Suo Dolus Abeſto: ſ. Augures Male Senſerunt de Auibus. AMico Suo Poſuit. Ad Milliare XX. AM. T. DG. A Maioribus Tuis DeGeneras.

AM, *Accuſatiua olim praepoſitio, nunc autem extra compoſitionem obſoleta.* Priſcian. lib. 14. p. 1002 *extr.* Am περὶ Graecam praepoſitionem ſignificat *Amplector, Amputo, Ambio,* in quo etiam additio b conſonantis fuit, propter m. *Nempe quando componitur cum dictione incipiente ab* a, e, i, u, *interponitur* b, *euphoniae cauſa: ut,* Ambages, ambio, ambeſus, ambigo, amburbium, ambarualis, ambuſtus. *Si vero cum* c, h, f, q, *mutatur* m *in* n: *vt* Anciſus, anhelo, anfractus, anquiro. *Vid. Becman. de Orig. L. L. p.* 215. *Cum* p, *remanet integra: vt,* Amputo. Feſtus, Am praepoſitio loquelaris, ſignificat Circum, vnde ſeruus Ambactus *i.* circumactus dicitur. Macrob. Sat. 1, 14 Veteres *Am pro Circum* ponere conſueuerunt: vt Cato in Originibus *Am terminum, i. Circum terminum* et *Ambire* dicitur, pro *circumire. Sed Scaliger ad* Feſtum, voce Amtermini, *legit* Amtermini vel Amtermines. *Et Scaligeri ſententiam probat Voſſ. Etym. ſ.* 21. *et* 516. *Veriſimile eſt Latinos* Ambe *vel* Ambi *ſuum* (*vnde contracte* Am) *Graecorum* ἀμφὶ *debere: eadem elementorum permutatione, qua ducitur* ambo ἀπὸ τοῦ ἄμφω. *Add. Voſſ. de Anal.* 4, 24 p. 236. *Io. Iſ. Pontan. ad* Macrob. *l. c. Et vid.* Amſanctus, Amſegetes, Amtermini, Anteſtari.

## A M A

AMA, ae. *vid.* HAMA.

AMABILIS, AMABILITAS, AMABILITER, AMABO. *vid.* AMO.

AMADRYADES, *vid.* HAMADRYADES.

AMAFANIVS. *Philoſophus* Cic. Acad. 1, 5 Amaſinius *Codd. alii. Etiam* occurrit Tuſc. 4, 6. *it.* Famil. 15, 19.

AMALCHIVM, *apud* Plin. 4, 13 ſ. 27 Hecataeus appellat Oceanum ſeptentrionalem a Paropamiſo amne, qua Scythiam alluit, quod nomen eius gentis lingua ſignificat Congelatum.

AMALOCIA Campanis et AMALVSTA Dacis Herba chamaemelon Apul. de Herb. cap. 23.

ĂMALTHĒA, [Ἀμαλθεία] *Nympha, cuius* Capella vberibus ſuis aluit Iouem infantem Lactant. 1, 21, 38, *qui* 1, 22, 19 *ex* Didymo *refert*, Meliſſei Cretenſium regis duas fuiſſe filias, Amaltheam *et* Meliſſam, quae Iouem puerum caprino lacte et melle aluerunt. *Alii* Amaltheam *ipſam* capram *faciunt apud* Hygin. Poët. Aſtr. 2, 13 *vbi et reliquae fabulae. Caeterum Iupiter rerum potitus* Sidera nutricem (*capram*) nutricis fertile cornu (*copiae*) fecit: quod Dominae (Amaltheae) nunc quoque nomen habet, *vt canit* Ouid. Faſt. 5, 127, *vbi totam fabellam habes.* ¶ 2 Amalthea *etiam Sibyllarum vna apud* Tibull. 2, 5, 67 Quidquid Amalthea, quidquid Mermeſſia dixit. Lactant. 1, 6, 10. ¶ 3 Amalthea *villa, pars certe, aut membrum villae, Gymnaſium, Exedra, Bibliotheca, vel tale quid. Attici in Epiro* Cic. ad Att. 1, 13 *et al.* Amaltheon *vocat* 1, 16 *et* epigrammatum *ibi* poſitorum *mentionem facit. Et ibid. in fine*, Velim ad me ſcribas, cuiusmodi ſit Ἀμαλθεῖον tuum, quo ornatu, qua τοποθεσίᾳ; et quae poëmata, quasque hiſtorias de Ἀμαλθείᾳ habes, ad me mittas. Lubet mihi facere in Arpinati. *Huius deinde ſui operis ita mentionem facit* ad Att. 2, 1 Amalthea mea te expectat et indiget tui. *Videntur ea loca ſic appellaſſe, in quibus Iouem ſuum, Genium ſuum, doctrina paſcere vellent, vt illum antiquum Iouem ſua capella. Niſi magis placet, I. F. Gronouii coniectura, qui putat, in Amalthea Attici poſitas imagines virorum illuſtrium, qui nutrierint remp. Rom. vt Amalthea illa Iouem, cum ſubiectis verſiculis, de qua re* Nepos c. 18.

AMANDO, āre. [ἀποπέμπω, ἀποσκευάζομαι] *Ablegare, aliquo mittere, vt a nobis amoueamus* Cic. pro Roſc. Am. 44 c. 15 An amandarat hunc, ſic vt eſſet in agro, ac tantummodo aleretur ad villam? vt commodis omnibus careret? Cic. Verr. 5, 68 Denique Syracuſas totas timet, amandat hominem, quo? Lilybaeum fortaſſe. Spiritu duntaxat viuit: re quidem infra omnes mortuos amandatus eſt Cic. ad Quir. poſt red. c. 4 *extr.* Id. Att. 7, 13 Itaque de Ciceronibus noſtris dubito quid agam, nam mihi interdum amandandi videntur in Graeciam. *Et* de Nat. Deor. 2, 141 c. 56 Vt in aedificiis architecti auertunt ab oculis et naribus dominorum ea, quae — tetri aliquid eſſent habitura: *Sic* natura res ſimiles procul amandauit a ſenſibus.

ĀMANDATVS, [ἀποπεμφθεὶς] Cic. pro Domo ſua, 66 c. 23 Me expulſo, Catone amandato, *i. Miſſo et quaſi relegato in Cyprum.* Amandati ad nutricem aliam filii obliuio Gell. 12, 1.

AMANDATIO, ōnis. f. [ἀπόπεμψις Cic. pro Roſc. Amer. 44 Tamenne haec attenta vita ad ruſticana, relegatio atque amandatio appellabitur?

AMANIENSIS, *vid.* AMANVS.

AMANS, AMANTER. *vid.* AMO.

AMANTIA, *Ciuitas Macedoniae, auctore Ptolemaeo.* Meminit Cic. Philipp. 11, 26.

AMANVENSIS, [ὑπογραφεὺς] *Seruus, cuius opera et manu in ſcribendo vtimur.* Suet. in Neron. 44 Ne diſpenſatoribus quidem, aut amanuenſibus exceptis. *Et* Tit. 3 Comperi, notis quoque excipere velociſſime ſolitum, cum amanuenſibus ſuis per ludum iocumque certantem, imitarique chirographa, quaecunque vidiſſet. *Dicitur a* A manu. *vid.* A. n. 35.

ĂMĀNVS, *Portio montis Tauri ad Ciliciam, auctore Ptolemaeo.* Amanus mons Syriam a Cilicia aquarum diuortio diuidit Cic. Att. 5, 20. *Add.* Fam. 2, 10 *et* Plin. 5, 22. Lucan. 3, 244 - - - duri populus nunc cultor Amani. ¶ 2 *Eſt etiam* Amanus, *Viri proprium.* Sil. 17, 442 Vergilio Caudinus, acerbo Sarris Amano Sternitur,

AMĀRĂCVS, i. m. vel AMĀRĂCVM, [ἀμάρακος, σάμψυχον] *Herba, vulgo Maiorana.* Abrotonum et Amaracus acres habet odores Plin. 21, 7. *Conf.* c. 11 ſ. 35 Amaracum Diocles medicus, et Sicula gens appellauere, quod Aegyptus et Syria Sampſuchum. *Et* 21, 22 Sampſuchum ſiue amaracum in Cypro laudatiſſimum et odoratiſſimum, ſcorpionibus aduerſatur ex aceto et ſale illitum. Virg. Aen. 1, 696 - - in altos Idaliae lucos vbi mollis amaracus, *etc.* Catull. 59, 7 Cinge tempora floribus Suaue olentis amaraci.

AMARĂCĪNVS. Adi. [ἀμαράκινος] *Quod ex amaraco eſt. Add.* Plin. 13, 1. Id. 21, 22 *vbi de amaraco,* Fit ex eo oleum, quod Sampſuchinum vocatur, aut amaracinum, ad excalefaciendos emolliendosque neruos. *Subſtantiue pro vnguento* Gell. in Praef. p. 10 Gron. (*Alias in fine collocabatur*) Vetus adagium eſt: Nihil graculo cum fidibus, nihil cum amaracino ſui. Lucret. 6, 973 Denique amaracinum fugitat ſus: et timet omne Vnguentum. *Et* 4, 1172 Poſtesque ſuperbos Vnguit amaracino.

AMĂRANTVS, i. m. [ἀμάραντος] *Flos, ſi vim nominis ſpectes, non marceſcens.* Plin. 21, 8 ſ. 23 Amaranto non dubie vincimur. Eſt autem ſpica purpurea verius, quam flos aliquis, et ipſe ſine odore: mirumque in eo, gaudere decerpi, et laetius renaſci. Prouenit Auguſto menſe, durat in autumnum. Alexandrino palma qui decerptus aſſeruatur. Mirumque: poſtquam defecêre cuncti flores, madefactus aqua reuiuiſcit, et hybernas coronas facit. Summa eius natura in nomine eſt, appellato, quoniam non marceſcit. Tibull. 3, 4, 33 - - - contexunt amarantis alba puellae Lilia.

AMĀRĬCO, [πικραίζω] *Amarum, i. aſperum, iratum, facio, et quaſi exacerbo. Eſt in* Vulgata Apoc. 10, 10. Plin. Valerian. 1, 17. Auguſtin. T. VIII p. 30 *et* 696.

AMĀRVS. Adi. [πικρὸς] *Dulci contrarium.* Virg. Ecl. 1, 79 - - - et ſalices carpetis amaras. Cic. de Nat. Deor. 3, 31 Omne animal ſentit et calida et frigida, et dulcia et amara. Doris amara ſuam non intermiſceat vndam Virg. Ecl. 10, 5 *de ſalſedine maris.* Plin. 12, 9 Facilius hoc et cruſtoſius, amariusque, *de Gummi ſermo eſt.* ¶ 2 *Metaphorice ea notat, quae animo moleſta ſunt.* Amara curarum, *pro* Amaris curis, Hor. Carm. 4, 12, 19 Spes donare nouas largus, amaraque Curarum eluere efficax. Amaros amores experiri Virg. Ecl. 3, 110. Ouid. ex Ponto 1, 9, 21 Vitae cuſtos inuiſus amarae. Grat. Cyn. 390 Sedem ſpernit amaram. *Vbi Barth. vſum ſimilem Gr.* πικρὸς *declarat.* ¶ 3 *Sed praeſtat elementari ordine ponere ſubſtantiua, ad quae* amarus *adiungitur.* Apium Virg. Ecl. 6, 68. Bacca amara *Pauſiae oliuae* Virg. Georg. 2, 86. Calices amariores ingerere Catull. 25, 2. Ouid. Triſt. 5, 4, 15 Fert tamen, vt debet, caſus patienter amaros. Cortex Virg. Ecl. 6, 62. cf. Quinct. 1, 5, 35. Dicta Ouid. Triſt. 3, 11, 31 Tibul. 2, 4, 11 Nunc et amara Dies, et noctis amarior Vmbra eſt. Prudent. de Caſſiano Martyre Hym. 9, 27 Doctor amarus enim diſcenti ſemper ephebo Nec dulcis vlla diſciplina infantiae eſt. Virg. Georg. 1, 120 Amaris intuba fibris. Foliis Oleaſter amaris Virg. Georg. 2, 314. Fumus Virg. Aen. 12, 588. Ouid. in Ibin 239. Hiſtoria Hor. Serm. 1, 3, 88. Hoſtis Virg. Aen. 10, 900. Inulae Hor. Serm. 2, 8, 51. Val. Max. 7, 6, 1 Amariſſimae leges abominandae neceſſitatis, *i. inuitis extortae.* Lingua Ouid. de Arte Am. 2, 151. Luctus Ouid. Met. 14, 465. Lues Ouid. de Pulice. Mella etiam ſine te iurabat amara videri Calp. Sic. 3, 12. Meſſis Ouid. ex Ponto 3, 1, 24 *de abſinthiis.* Monitus Ouid. Epiſt. 18, 115. Mors Propert. 1, 19, 20. Ter. Hec. 4, 4, 88 Amarae mulieres ſunt, non facile haec ferunt. *Add.* Sen. de Ira 1, 4. Noctes amaras exercere Propert. 1, 1, 33. Os amarum dicitur Corn. Celſo 1, 3 *quum Amarorem quendam ſentimus.* Pericula ponti Ouid. Triſt. 5, 2, 29. Pondera ſenectae Ouid. Met. 9, 436. Virg. Aen. 4, 203 Iſque amens animi, et rumore accenſus amaro. Quinctil. 10, 1, 117 *in mentione Caſſii Seueri,* Praeterea vt amari ſales, ita frequenter amaritudo ipſa ridicula eſt. Scripta Ouid. ex Ponto 4, 14, 37. Sermo Hor. Serm. 1, 7, 7. Sonitus Stat. Theb. 10, 547. Succus Ouid. de Rem. Amor. 227. Salſa autem Tellus, et quae perhibetur amara, Frugibus infelix Virg. Georg. 2, 238. Terra amara Plin. 17, 5. Via Cic. Att. 16, 13. *Sed variat lectio. Sic Gron.* Vmbra noctis amarior Tibul. 2, 4, 11. Voluptas liberorum amariſſima Tertull. ad Vxor. 1, 5. Amara riſu lento temperare Hor. Carm. 2, 16, 16. Amariorem me facit ſenectus, *i. Acerbiorem, auſteriorem:* Cic. Att. 14, 21.

AMĀRE, Adu. [πικρῶς] *acerbe, nimis, duriter.* Caius in l. Si quid. D. de Aedilit. edict. Haec omnia videntur eo pertinere, ne id, quod affirmauit venditor, amare ab eo exigatur, ſed cum quodam temperamento. Plaut. Truc. 1, 2, 77 Corda amare facitis amantes. Admonebo non amare Sen. de Benef. 5, 23. *Conf.* Vulgat. Eſai. 33, 7. *Compar.* Tertull. adu. Marc. 2, 10. Diabolus amarius punitur. *Add.* Macrob. Sat. 7, 5. Somn. Scip. 1, 2. *Superl.* Sueton. Aug. cap. 70 et Tiber. cap. 54. *It.* Lactant. 1, 21, 3 Illum ſibi amariſſime conuiciantem cum riſu et cachinnis audiebat.

AMĀRĬTER, Idem. Hieron. ad Marcell. Epiſt. 23. init. Petrus amariter flens.

AMĀRVM, Idem. Apul. Met. 6 p. 178. Contortis ſuperciliis ſubridens amarum. *conf.* Ammian. 21, 9.

AMĀRVLVS, Apul. Flor. 4. Crateram bibi dialecticae amarulam. Elmenhorſt. *legit* Auſterulam. p. 363.

AMARESCO, ĕre. [πικραίνομαι, πικρίζω] Amarum fieri. Palladius Ianuar. 15 Amygdalus ſi rodatur, amareſcit.

AMĀRĬTAS, ātis. f. [πικρία γεύσεως] Gloſſae Philoxeni. Amaritas ſucci Vitruu. 2, 9.

AMĀRĬTIES, ēi. Idem. Catul. 69, 18 Multa ſatis luſi, non eſt dea neſcia noſtri Quae dulcem curis miſcet amaritiem.

AMARITIA, ae. [πικρία] Amaritia, Amaritudo, Acrimonium Ver. Gloſſ.

AMĀRĬTVDO, ĭnis. f. [πικρότης] *Rei amarae ſapor, qui Dulcedini opponitur.* Propter amaritudinem illas (*oleas*) reſpuit palatum Varr. R. R. 1, 66. Plin. 11, 37 *Ideo tantam habent amaritudinem,* vt a canibus non attingantur. Abſinthii amaritudo Plin. 21, 21. *Add.* Plin. 22, 25. Ingrata amaritudo. *Vid.* INGRATVS. ¶ 2 *Tralate ad alia refertur, et v. g. conuiciandi acerbitas eſt.* Attendas, ne in bilem aut amaritudinem vertat iniuria Plin. Epiſt. 6, 8, 8. Amaritudo ridicula Quinct. 10, 1, 117. Si linguae amaritudo maledicto ſ. conuicio eruperit Tertull. de Pat. c. 8 *Add.* Id. ib. *paullo inferius.* Lamprid. in Alex. Seuer. 20 Si minus recte factum eſſet aliquid, etiam ipſe conuinceret, idque ſine faſtu, et ſine amaritudine animi. Plin. Ep. 7, 33, 7 Senecionem non aduocati fidem, ſed inimici amaritudinem impleſſe. Carminum Plin. 36, 5. Iamborum auctor de Cauſis corruptae eloquentiae, cap. 10. *Add. Buchner. ad* Plin. Epiſt. 5, 11. Studiorum Quinctil. 1, 1, 20. Temporum Ammian. 21, 16. ¶ 3 *Speciatim ſumma orationis vehementia,* δριμύτης, *ſic vocatur.* Quinctil. 11, 3, 169 Eſt his diuerſa Vox, et paene extra organum, cui Graeci nomen Amaritudinis dederunt, ſupra modum ac paene naturam vocis humanae acerba: (*cuius exemplum proponit ex* Cic. pro Rabir. Perd. c. 6) Quin compeſcitis vocem iſtam, indicem ſtultitiae teſtem paucitatis. Plin. Epiſt. 5, 8, 10 *in comparatione hiſtoriae et orationis,* Haec vel maxime vi, amaritudine, inſtantia; illa tractu et ſuauitate, atque etiam dulcedine placet. *Add.* 4, 20 *extr. it.* 1, 16, 5. *et* 4, 11, 2 Cui ſententiae tantum bilis, tantum amaritudinis ineſt. Id. 6, 21, 5 Non illi vis, non granditas, non ſubtilitas, non amaritudo, non dulcedo, non lepos defuit.

AMĀRO, āre. *Amarum facere.* Auienus Epiſt. ad Flau. Myrmecium *ap. Pithoeum Collect. Epigr. et Poëm. Vet.*

Haec vt amice petam cogunt faſtidia longis
Nata malis, et quod penitus fellitus amarans
Ora ſapor nil dulce meo ſinit eſſe palato.

AMĀROR, ōris. m. [πικρότης] *Idem quod Amaritudo.* Virg. Georg. 2, 248 Triſtia tentantum ſenſu torquebit amaror. Lucret. 4, 225 Quum tuimur miſceri abſinthia, tangit amaror. *Adde* 6, 930. *et* Gell. 1, 21.

AMAROTĬCVS, apud Theod. Priſc. de Diaet. cap. 9.

AMARVLENTVS, Adi. [πικρὸς] *Valde amarus. Per metaphoram.* Gell. 3, 17 Amarulentus librum maledicentiſſimum conſcripſit. Erat amarulenta dicacitate Macrob. Sat. 1, 7 *fin.*

AMARĔFACIO, ĕre. *Nonnullis eſt compoſitum apud* Plaut. Truc. 1, 2, 77, *quod diiunctum dedimus ſupra in* AMARE.

AMARYLLIS, ĭdis. [Ἀμαρυλλὶς] *Nomen ruſticae apud* Virg. Ecl. 2, 14 Triſtes Amaryllidis iras. Amarylli, *Vocatiuus Graecus eſt, qui breuis eſt, quotiescunque in* IS *terminatur Nominatiuus.* Virg. Ecl. 1, 37 Mirabar quid moeſta deos Amarylli vocares. Amaryllis formoſa Virg. Eccl. 1, 5. *Quo reſpiciens* Ouid. Triſt. 2, 537 Teneros Amaryllidis ignes *memorat.*

AMASCO, āre. Amare cupio Gloſſ. Iſidor. Diomed. p. 334 Ab Amo vett. inchoatiuo modo dixerunt Amaſco. Naeu. Nunc primum amaſco. *Hinc*

AMASCVS, i. m. *Amator eſſe putabat* Diomedes l. c. *in* Plauti Truc. 3, 1, 13 Iſtos mundulos amaſcos. *Sic enim ibi legendum vidit* Graeu. ad Iſid. Gloſſ. p. 4. *Caeterum Putſchius ibi dedit, quod recte apud Plautum legitur,* Amaſios.

ʽAMASĒNVS, [Ἀμάσηνος] *Fluuius Volſcorum.* Virg. Aen. 11, 547. *Sed* Ouid. Met. 15, 272 *non* Amaſenus *legendum verum* Amenanus.

AMĀSIS, [Ἄμασις] *Rex Aegyptiorum, cuius tumulus fuit vna pyramidum, dicente* Luc. 9, 155 Non mihi pyramidum tumulis euulſus Amaſis.

AMASIVS, [ἐρώμενος] *Amator.* Plaut. Caſin. 3, 3, 27 Miſerrimum hunc hodie ego habeo amaſium. *Add.* Truc. 3, 1, 13. Gell. 19, 9 Audite ac diſcite noſtros quoque antiquiores Poëtas amaſios ac venerios fuiſſe. *Conf.* Id. 7, 8.

AMASIO, ōnis. Idem Apul. Met. 7 p. 197 Feſtiuus hic amaſio. Amaſionum comprimuntur fraudibus Prud. Periſt. in Romano v. 182.

AMASIVNCVLVS, i. m. *Dimin.* Petron. Fragm. Trag. p. 25 Burmann. cap. 45.

AMASIVNCVLA, ae. f. *Dimin.* Petron. Fragm. p. 70 Burm. cap. 75

AMASTRIS, [Ἄμαστρις] *Vrbs Paphlagoniae,* Seſamum *olim nuncupata* Plin. 6, 2. Sil. 14, 268. *et* Catull. 4, 13. *Inde*

AMASTRIĂCVS, vt, Amaſtriacae orae Ouid. in Ibin 329.

AMĀTA, [Ἀμάτα] Vxor Latini regis, et ſoror Veniliae deae, *vt auctor eſt* Seruius, *ad* Virg. Aen. 7, 343 Celſa petit, tacitumque obſedit limen Amatae. ¶ 2 Amata, *omnis virgo Veſtalis,* inter capiendum a Pontifice max. appellatur: quoniam quae prima capta eſt, hoc fuiſſe nomine traditum eſt Gell. 1, 12.

AMĂTHVS, untis. [Ἀμαθοῦς] *Vrbs Cypri inſulae Veneri ſacra, unde tota inſula* Amathuſia *dicebatur, vt eſt apud Ptolemaeum.* Virg. Aen. 10, 51 Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos, atque Cythera, *etc.* Ouid. Met. 10, 220 Fecundam Amathunta metalli *dixit.* *Et* Grauidam metallis Ibid. 531.

AMATHVNTĒVS. Adi. [Ἀμαθούντειος *vt,* Ouid. Met. 10, 227. - - - mactatos crederet illic Lactantes vitulos, Amathunteaſque bidentes. *Alia exemplaria habent* Amathuſiacas, ab Amathuſia: *Al.* Amathuſiadas. *Ab* Amathunte.

AMATHVSIA, [Ἀμαθουσία] *Inſula appellata, quae vulgatiore nomine* Cyprus *dicitur.* Plin. 5, 31 ſ. 35. *Item Venus, ab Vrbe, in qua colebatur.* Tacit. Ann. 3, 62, 4 Delubra Paphiae Veneri auctor Aërias: poſt filius eius Amathus Amathuſiae Veneri, et Ioui Salaminio Teucer poſuerunt. *Adde* Catull. 61, 51. *et* Ouid. Amor. 2, 15, 15 *a quibus abſolute* Amathuſia *vocatur.*

AMATHVSIACVS, Adi. Ouid. Met. 10, 227. *vid.* AMATHVNTEVS.

AMATIO, AMATOR, AMATORIVS, AMATRIX, *vid.* AMO.

AMAXĪTIS, is. *Forte rectius* HAMAXITIS, f. Herba eadem quae Agroſtis. Apul. de Herb. c. 77.

AMAZŎNES, [Ἀμαζόνες] *Feminae Scythicae, de quibus qui ſcire vult, quae ſciuntur, Petri Petiti de Amazonibus diſſertationem legat opus eſt. Nos pro more et vſu huius operis e Latinis ſcriptoribus, quae ad ſcribendi et intelligendi vſum neceſſaria ſunt, breuiter indicamus.* Iuſt. 2, 4 *Summam hiſtoriae et fabularum refert: v. g.* Auxere remp. ſine viris — Viros, qui domi remanſerant, interficiunt — Ne genus interiret, concubitum finitimorum (*Sauromatarum*) ineunt, Si qui mares naſcerentur, interficiebant. Virgines in eundem ipſis morem, non otio neque lanificio; ſed armis, equis, venationibus, exercebant, inuſtis infantum dexterioribus mammis, ne ſagittarum iactus impediretur: vnde Amazones dictae ſunt. Ne ſucceſſibus deeſſet auctoritas, genitas ſe Marte, praedicabant. — Maiore parte Europae ſubacta, Aſiae quoque nonnullas ciuitates occupauere. Ibi Epheſo multiſque aliis vrbibus conditis — Quae ad tuendum Aſiae imperium remanſerant, concurſu barbarorum cum Marpeſia regina interficiuntur. — Herculi rex, cui XII Stipendia debebat, quaſi impoſſibile imperauit, vt arma reginae Amazonum ſibi afferret. — Multae caeſae captaeque: in his duae Antiopae (*Reginae*) ſorores Menalippe ab Hercule, Hippolyte a Theſeo. Sed Theſeus obtenta in praemium captiua, eandem in matrimonium aſſumſit, et ex ea genuit Hippolytum. Hercules Menalippen captiuam ſorori reddidit, et pretium arma reginae accepit. — Poſt Orithyiam Pentheſilea rerum potita eſt: cuius Troiano bello inter fortiſſimos viros, cum auxilium aduerſus Graecos ferret, magna virtutis documenta exſtitere. Interfecta demum Pentheſilea, exercituque eius abſumto, paucae — vſque tempora Alexandri M. durauerunt. Harum Minithyia ſiue Thaleſtris regina, concubitu Alexandri per dies XIII ad ſobolem ex eo generandam obtento, reuerſa in regnum breui tempore cum omni Amazonum nomine intercidit. *Haec Iuſtinus. Conf.* Curt. 6, 5, 24 *Vbi magnum Catalogum texuit Freinshemius, qui de Amazonibus aliquid dixere. Nos iam Epitheta quaedam illarum ponemus.* Anus Amazon Claud. in Eutrop. 1, 240. Bellatrix Virg. Aen. 1, 493 *de Pentheſilea. Sic contumclioſe vocat Eunuchum Eutropium:* Erubuit Mauors, auerſaque riſit Enyo Dedecus Eoum, quoties intenta ſagittis Et pharetra fulgens anus exercetur Amazon. Ferox Argolicas turmas ſtrauit Sen. Troad. 673. *i. Pentheſilea.* Val. Fl. 5, 89. - - - qualem Mauortia vidit Amazon, *i. Bellicoſa; vel potius ad id reſpexit Poëta, quod Amazones generatas ſe Marte praedicabant, vt ex Iuſtino vidimus.* Peltata Sen. Agam. 218. Martial. 9, 104. Stat. Theb. 12, 771 Non cum peltiferis, ait haec tibi pugna puellis. Saeuae Claud. Feſcen. 32. Sen. Troad. 243. Sauromatides Plin. 6, 13 ſ. 15. Mela 3, 5. Securigerae Valer. Argon. 5, 137. Ouid. Epiſt. 4, 117. Catal. Virg. de Laborib. Hercul. 6 Threiciam ſexto ſpoliauit Amazona balteo. Virg. Aen. 11, 659 Quales Threiciae cum flumina Thermodontis Pulſant, et pictis bellantur Amazones armis. Seu circum Hippolyten, ceu cum ſe Martia curru Pentheſilea refert magnoque vlulante tumultu Feminea exſultant lunatis agmina peltis. Plin. 6, 7 *inter* Sarmatas *referuntur* Sauromatae Gynaecocratumeni, vnde Amazonum connubia. *Conf.* Mela 1, 19.

AMAZONĬDES, [Ἀμαζονίδες] *i. Amazones.* Virg. Aen. 1, 494 Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis, Pentheſilea furens. *Vbi* Seruius; Amazonidum deriuatio eſt pro principalitate: ſicut Scipiadas duros bello, pro Scipionibus.

AMAZONĬCVS, [Ἀμαζονικὸς] *Tauri montis, qua parte Amazones accolunt, cognomen.* Plin. 5, 27. *it.* Mela 1, 19. Amazonica parma Plin. 3, 5. Secures peltaeque Sueton. Neron. 44.

AMAZŌNIVS, Adi. Idem. Amazonio caelatus balteus auro Ouid. Epiſt. vlt. 119. Sen. Agam. 736 Laecena cultu Ferrum Amazonio (*rectius* Amazonium) gerens. Genus Sen. Hippol. 332. Id. Herc. Oet. 1450 Vtinam liceret ſtipite ingeſto impiam effringere animam, quale Amazonium malum (*i.* Amazonas) Circa niualis Caucaſi domui latus. Mons et Oppidum in Cappadocia Plin. 6, 3. Pelta latus intercludere Stat. Silu. 5, 1, 131. Amazoniam pharetram victor habeto Virg. Aen. 5, 311. Amazonio ritu Claud. in Eutrop. 1, 499. Securis Hor. Carm. 4, 4, 20.

AMAZONIVM, Amazonum caſtrum Mela 1, 19.

A M B

AMBACTVS, *apud* Ennium *Seruus eſt, certe conducticius mercede homo.* Vet. Gloſſ. Ambactus δοῦλος μισθωτὸς ὡς Ἔννιος. *Similia fuiſſe videntur apud* Feſtum, *vbi hodie,* Paulli *interpolatoris opera legitur,* Ambactus apud Ennium lingua Gallica actus dicitur. *Nempe ſunt etiam* Ambacti Caeſ. B. G. 6, 15 Alterum genus eſt Equitum. Ii — omnes in bello verſantur, atque eorum vt quiſque eſt genere copiiſque ampliſſimus, ita plurimos circum ſe ambactos clienteſque habet. *Hos Gallica id eſt Germanica voce* Ambactos *dici, non obſoleta illa Enniana, poſt Scaligerum ad Feſtum plerique viri eruditi putant, quorum argumenta ſplendide in primis exornauit Io. Guil. Bergerus de natur. pulchr. orationis* p. 398 ſqq. *Ambacti igitur fuerint* Amtachten; *cum* Amt *munus ſit,* achten *vero curare. Salmaſius vero ad* Vopiſci Cari. 16 *mere Latinum et Ennianum nomen etiam apud Caeſarem agnoſcit, vtiturque* Feſti *verbis praecedentibus,* Am praepoſitio loquelaris ſignificat circum, vnde infra ſeruus Ambactus, id eſt circumactus dicitur; *et* Gloſſis Placidi, Ambacti ſerui. Ambactus *ergo de illius ſententia eſt* ὁ περιφόρητος, ὁ περιφερόμενος, *perpetuus alterius aſſecla, et aſſiduus comes. Poterat comparare* ἀμφιπόλους *et* περιπόλους *Graecorum, ad quam analogiam ſuos* Ambactos *formaſſe videtur* Ennius, *vel quiſquis primus dixit. Hanc vim verbi pulchre expreſſit Graecus interpres* πλείστους μεθ' ἑαυτοῦ συμπεριάγει ἀκολούθους. *Pro* Ambacto *etiam* Ambaxus *dictum putat, vnde* Ambaxia, *miniſterium, opera mercede conducta: pro hoc etiam* Ambaſcia *ſolenni permutatione dictum, et inde* Ambaſciatores. *Conf. Voſſ. de Vitiis Serm. it. in Etymol.* etc. *Haec enim noſtri non ſunt inſtituti.*

AMBĂDĔDO, dĕre. *Decompoſ.* Plaut. Merc. 2, 1, 15 *et* 17 Dixit capram ſuae vxoris dotem ambadediſſe — Vt vna illa capra vxoris ſimiae dotem ambadederit. *Comica laſciuia fictum verbum, vt et* Adedo *ſignificet et* Ambedo.

AMBĀGES, f. [περιαγωγὴ, περιπλοκὴ] *cuius tres modo caſus obſeruati,* Ambage, Ambages, Ambagibus: *ab* ambigendo, *i. circum ducendo dictum nomen, primo circuitum et circumductionem propriam notat.* Varro de L. L. 6, 3 p. 71 Profectum *eſſe ait* a verbo Ambe, quod eſt in Ambitu et Ambitioſo. Lucret. 6, 919 Et nimium longis ambagibus eſt adeundum. *Conf.* 6, 1079. Ouid. Met. 8, 161 Daedalus — lumina flexum Ducit in errorem variarum ambage viarum, *de Labyrintho. De eodem* Plin. 22, 13 ſ. 19 Quae itinerum ambages occurſuſque. *De eodem* Virg. Aen. 6, 29 Daedalus ipſe dolos tecti ambageſque reſoluit Caeca regens filo veſtigia. Ouid. Her. 7, 149 Ambage remiſſa, *i. omiſſis et intermiſſis illis terra marique erroribus atque itineribus. De vario lunae motu* Plin. 2, 9 Multiformi haec ambage torſit ingenia contemplantium. *De maris circuitu* Claud. Conſ. Probi et Olyb. 35 Illum fama vehit trans aequora transque remotas Tethyos ambages, Atlanteoſque receſſus. ¶ 2 *Orationis etiam ſunt* ambages, *in nimia verborum ad rem nihil facientium multitudine.* Lucilius *ap.* Varr. L. L. 6, 3 p. 71 Quid tibi ego ambages, Ambiui, ſcribere coner? Ter. Heaut. 2, 3, 77 Quas ambages mihi narrare occipit? Perſ. Sat. 3, 23 Quid iſtas Succinis ambages? Ouid. Met. 7, 520 Sine vllo ordine nunc repetam, ne longa ambage morer vos. *Etiam* Virg. Aen. 1, 345 Longae ambages *ſunt longa narratio.* Quinctil. 3, 11, 23 Per ambages diſcentem fatigare. *Iterum* Virg. Georg. 2, 45 Non hic te carmine ficto atque per ambages et longa exorſa tenebo. Horat. Sat. 2, 5, 9 Quando pauperiem miſſis ambagibus horres, *i. ſimpliciter et ſine circuitu fateris, te horrere.* ¶ 3 *Ad* obſcuritatem *refertur, quae ſaepe ex multitudine verborum oritur.* Liu. 1, 54 Sexto, vbi quid vellet parens, quidue praeciperet tacitis ambagibus, patuit: Tacitae ambages *quae fuerint, declarant verba,* Nihil voce reſponſum eſt. Rex veluti deliberabundus in hortum aedium tranſit, ſequente nuntio filii. Ibi inambulans tacitus ſumma papauerum capita dicitur baculo decuſſiſſe. *De eadem re* Plin. 19, 8 ſ. 53 Sanguinarium illud reſponſum (*de interficiendis principibus Gabiorum*) hac facta ambage reddidit. Tac. An. 6, 46, 4 Non abdita ambage, *i. verbis non obſcuris* Ouid. in Ibin 377 Vt quos obſcuri luſos ambagibus oris Legimus infandae Sphinga dediſſe neci. Liu. 1, 56 *De Bruto* Aureum baculum incluſum corneo cauato ad id baculo, tuliſſe donum Apollini dicitur, per ambages (*i. obſcuram ſignificationem*) imaginem ingenii ſui. ¶ 4 *Speciatim vero ad* Oraculorum vaticiniorumque obſcuritatem *denotandam pertinet.* Virg. Aen. 6, 99 *De Sibylla,* Horrendas canit ambages. *De eadem* Stat. Theb. 3, 614 Dum pallida virgo tremendas Nunciet ambages. *Et* Theb. 4, 645 Labitur, et flexa dubios ambage relinquit. Val. Max. 1, 8, 10 Inter obſcuras verborum ambages fata cecinit. Ouid. Faſt. 3, 337 Sed verum ambage remota Abdidit, et dubio terruit ore virum. Stat. Theb. 1, 495 Adfore, quos nexis ambagibus augur Apollo Portendi generos — Ediderat. Val. Fl. 1, 227 Iam dudum vates Minyas ambage ducemque Terrificat. Liu. 1, 55 Quae viſa ſpecies (*capitis humani in fundamentis Capitolii*) haud per ambages arcem eam imperii, caputque rerum fore, portendebat. ¶ 5 *Sed etiam ad* Magorum carmina *refertur.* Ouid. Met. 14, 57 *de Circe* Obſcurum verborum ambage nouorum Ter nouies carmen magico demurmurat ore. Plin. 30, 1 ſ. 2 Vt Menander Theſſalam cognominaret fabulam, complexam ambages feminarum, detrahentium lunam. ¶ 6 *Non mirum ergo, ſi etiam* fallacias *notat.* Liu. 9, 11 *De calumniis, quibus Caudinum foedus eludebant Romani, Pontius Samnis,* Et vix pueris dignas ambages ſenes et conſulares fallendae fidei exquirere. Gell. 14, 1 *de genethliaca diſciplina* Fallacioſae ambages. Ouid. Met. 10, 19 Falſi poſitis ambagibus oris Vera loqui. ¶ 7 *Errores ſignificat* Plin. 7, 55 Poſt ſepulturam variae Manium ambages. *Et* 10, 49 ſ. 70 Immenſa vitae ambage circa auguria. ¶ 8 *Denique pro dubitatione ex notione verbi* ambigo *poſuit* Plin. 26, 1 ſ. 6 *de morbo* colo *an* colico? Tiberii Caeſaris principatu irrepſit id malum: nec quiſquam id prior Imperatore ipſo ſenſit, magna ciuitatis ambage, cum (*in*) edicto eius, excuſantis valetudinem, legeretur nomen incognitum.

AMBĀGO, ĭnis. Idem. Vet. Gloſſ. [περιοδεύσιμος τόπος] Amfragos locus, Amfractus, Ambago. *It.* περίοδος, Amfractus, Circuitus, Ambago. Manil. 4, 304 Et verum in caeco eſt multaque ambagine rerum.

AMBĀGIO, ōnis. f. Varr. de L. L. 6, 3 p. 71, 16 Adagio, et litera commutata Abagio dicta ab eo, quod ambit orationem, neque in aliqua vna re conſiſtit ſola. Ambagio dicta, vt ambuſtum, quod circum vſtum eſt.

AMBAGIŌSVS, Adi. [περίπλοκος] Gell. 14, 1 Non enim comprehenſa (inquit) neque definita, neque percepta dicunt: ſed lubrica atque ambagioſa coniectatione nitentes, inter falſa atque vera pedetentim quaſi per tenebras ingredientes eunt.

AMBARVĀLES, Hoſtiae appellabantur, Feſto *auctore,* quae pro aruis a duobus (*vel potius* a duodecim, *vt notant Scaliger et Ant. Auguſtinus*) fratribus (Arualibus *v. v.*) ſacrificabantur. Ambarualis hoſti

eſt

eſt, quae rei diuinae cauſa circum arua ducitur ab iis, qui pro frugibus faciunt. *Haec poſteriora habet etiam ex* Pompeio Feſto Macrob. Sat. 3, 5, *qui etiam aduocat loca* Virgilii, *quae ſtatim laudabimus.* Seruius ad Ecl. 3, 77 Ambaruale ſacrificium dicitur, quod arua ambiat victima. *Nempe* Ambarualia Sacra *Romanis erant, cum per agrorum fines luſtro quodam hoſtia ducebatur. Hinc illud* Maronis Ecl. 5, 74 Haec tibi ſemper erunt, et cum ſolennia vota Reddemus Nymphis, et cum luſtrabimus agros. It. Georg. 1, 345 Terque nouas circum felix eat hoſtia fruges, Omnis quam chorus et ſocii comitentur ouantes *etc. vbi* Seruius, Dicit Ambaruale ſacrificium, quod ſaepe de porca fecunda et grauida fieri conſueuerat.

AMBAXIOQVI, pl. Feſto *ſunt* Circumeuntes cateruatim. *Scaliger putat legendum* Ambaxi. *Voſſius*, Ambaxitioſi *vel* Ambaxies.

AMBE, *vel* AMBI *ex Graeco* [ἀμφὶ] *circum notat. Nomen* Ambages *explicans.* Varro de L. L. 6, 3 p. 71 Profectum verbum ab ambe, quod eſt in Ambitu et Ambitioſo. *Ab eodem eſſe videtur non* Ambarualia *modo et* Amburbium; *Sed* Ambedo *etiam et* Ambiegnum, *de quibus ſuis locis. Denique inde correptum ipſum* An *vel* Am *in compoſitis* Ancile, Anfractus *vel* Amfractus, Anquiro *etc. Vid. ſupra* AM.

AMBĔDO, ēdi, ēſum, edĕre *vel* eſſe. [περιέδω] *Circumedere.* Tacit. Ann. 15, 5, 4 Vis locuſtarum ambederat quidquid herbidum aut frondoſum. *Et* l. 38 ff. de adquir. rer. domin. Flumen ambedit agrum. Plaut. Merc. 2, 1, 15 Suae vxoris dotem ambediſſe. *Sed* Gron. Ambadediſſe. *Vid.* AMBADEDO.

AMBEDENS, *et* AMBENS, ab Ambeſſe. *Tralate* Lucret. 5, 397 Ignis enim ſuperauit, et ambens multa peruſſit. *Giſanius certe et Lambinus ab* Ambedo *deducunt.*

AMBĒSVS, Partic. [περιεδηδεσμένος] Virg. Aen. 3, 256 Quam vos dira fames, noſtraeque iniuria caedis Ambeſas ſubigat malis conſumere menſas. Ambeſa flammis robora Virg. Aen. 5, 752. Ambeſum multo vulnere Sen. Hippol. 1266. *Sed meliores et Gron.* Abruptum. *Vid. tamen* AMBESTRIX.

AMBEST, Tertiae perſonae verbum eſt, vt nullam aliam habeat declinationem. Feſtus. *Si recte iſta ſe habent, videtur eſſe a* Sum, es: *quum ab* Edo, es, Ambedo *plures caſus habeat.*

AMBESTRIX, īcis. Ammian. Marcellin. 29, 19 (cap. 3 Valeſ.) Cum duas haberet vrſas ſaeuas hominum ambeſtrices.

AMBEGNI, Bos et Veruex appellabantur, quum ad eorum vtraque latera agni in ſacrificium ducebantur. Feſtus. Ambegnae oues. Baeb. Macer, qui Feſtalia ſacrorum ſcripſit, ait, Iunoni, eas, quae geminas parerent oues, ſacrificari cum duobus agnis altrinſecus alligatis, quas oues ambegnas vocari, quaſi ex vtraque parte agnos habentes. Fulgent. Exp. Serm. ant. n. 6. *Vid.* AMBIEGNA.

AMBIDENS, *ſiue* BIDENS. [δυοδὰς] Ouis dicitur, quae ſuperioribus et inferioribus eſt dentibus. Feſtus.

AMBIDEXTER. m. *Qui ſiniſtra aeque vt dextra vtitur.* ἀμφιδέξιος, *et* ἀμφοτεροδέξιος *Graecis* περιδέξιος Syneſio, *et* Gloſſ. *Ille pro* Ambiguo *ponit* Dione p. 32. *Appellatur etiam* Ambimanus, *it.* Aequimanus.

AMBIEGNA bos apud augures, quem circum aliae hoſtiae conſtituuntur. *Haec* Varro de L. L. 6, 3. *Sed vid. paullo ante* AMBEGNI.

AMBIFARIVS, Duplex. *vt*, Ambifariae fabulae Arnob. 5 p. 181. Ambifaria obtentione Idem 182.

AMBIFARIAM, Adu. Apul. Apol. p. 276 Ambifariam diſſoluere. *et* 4 Florid. p. 360.

AMBIFARIE. Idem. Claud. Mamert. de Statu An. 1, 3 Ambifarie ſubditum propoſuit.

AMBIFORMITER, Adu. *vt*, Ambiformiter dictum Arnob. 5 p. 183. *h. e.* Ambigue.

AMBĬGA, ae. f. [ἄμβιξ] *Vaſculi ſpecies.* Apic. 6, 7 Aues in ambigas ſublatae. *Ad vaporem coctorum in fundo excipiendum et hic pertinent, et* Cael. Tard. 4, 7, 94 *Vbi ad* vaporationes *adhibentur* vaſcula, quae ἄμβικας vocant. *Hinc eſſe* Alembicum, *conſtat.*

AMBIGENVS, a, um. *Quae ex diuerſi generis animalibus naſcuntur.* Eugen. Tolet. Car. 22

Haec ſunt ambigena, quae nuptu diſpare conſtant.
Burdonem ſonipes generat commixtus aſellae.
Mulus ab Arcadicis et equina matre creatus.
Tityrus ex ouibus oritur hircaque parente.
Muſmonem capra ex veruegno ſemine gignit.
Apris atque ſue ſetoſus naſcitur Ibris.
At lupus et catula formant coëundo lyciſcam.

*Habentur etiam hi verſus inter Petronii pſeudepigrapha, itemque in Pithoeana collectione* p. 154.

AMBIGO. [ἀμφιβάλλω] *Huc et illuc, in ambas tanquam partes ago: ſed nondum aliqua metaphorica diſceptandi ſignificatione quod ſciamus, obſeruatum eſt, licet cognatum* Ambages *vim illam propriam, circum et in diuerſas partes agendi ſeruarit, vt demonſtrauimus. Prope tamen ad hunc vſum accedit illud* Tacit. A. 6, 15 *extr. de Tiberio*, Deuiis plerumque itineribus ambigens patriam et declinans. *i. per ambages potius de vno loco in alterum iens, quam Romam vel obiter intraret. Sed multo frequentior ſcilicet altera ratio eſt.* Liu. 21, 31 Regni certamine ambigebant fratres. Ter. Heaut. 3, 1, 90 Vicini noſtri hic ambigunt de finibus. Cic. de Orat. 3, 111 c. 29 Omnis igitur res eandem habet naturam ambigendi, de qua quaeri et diſceptari poteſt. *Hic* Ambigendi, *videtur accipi paſſiue. Non enim res ambigit, ſed ambigitur et controuertitur.* Cic. de Orat. 2, 110 c. 26 Ex contrariis ſcriptis ſi quid ambigitur, non nouum genus naſcitur, ſed ſuperioris generis cauſa duplicatur. *i. In controuerſiam vocatur.* Cic. de Inuent. 2, 122 c. 42 Ambigunt agnati cum eo, qui eſt ſecundus haeres, *i. diſputant, litigant.* Liu. 21, . . Et id de quo verbis ambigebatur. Ambigere de vero Cic. in Orat. c. 36. Quinct. 7, 3, 7 Non de appellatione, ſed de vi facti eius ambigitur. De regno ambigere Liu. 40, 15, 4 *et* Iuſtin. 1, 10, 1. Cic. de Orat. 2, 104 c. 24 Nihil eſt enim, quod inter homines ambigatur, in quo non aut quid factum ſit, aut fiat, futurumue ſit, quaeratur, aut quale ſit, aut quid vocetur. Plin. 16, 40 De ipſo ſimulacro deae ambigitur. Cic. Verr. 3, 117 c. 45 Si de haereditate ambigitur. Ambigitur ſaeua de morte Stat. Theb. 12, . . Cic. de Orat. 2, 111 c. 26 Quum idcirco aliquid ambigitur, quod aut verbum, aut verba ſint praetermiſſa. *Et p. a.* Quale quid ſit, ambigitur. Cic. de Orat. 1, 142 In eo autem iure quod ambigitur inter peritiſſimos. Id. de Orat. 2, 110 Ita fit, vt vnum genus in iis cauſis, quae propter ſcriptum ambiguntur, relinquatur, ſi eſt ſcriptum aliquid ambigue.

AMBIGENS, entis. Ambigens Nero, quonam modo ingenia noteſcerent Tac. A. 16, 20, 1. Animi, quaenam militiae conditio, ambigentes Id. A. 1, 16, 5. De parte finium cum vicino ambigens Id. H. 1, 24, 3.

AMBIGVVS, Adi. [ἀμφίβολος] *Dubius.* Feſtus, Ambiguum eſt, quod in ambas agi partes animo poteſt. Ter. Hec. 4, 4, 26 Ambiguum hoc mihi iamdudum fuerat. Ego tamen non habui ambiguum Brut. ap. Cic. Fam. 11, 11. Tacit. Ann. 2, 40 Ambiguus pudoris ac metus. Idem Hiſt. 1, 3 Conſilii. Idem Hiſt. 2, 83. Tacit. Ann. 1, 7 Tiberius cuncta per Conſules incipiebat, tanquam vetere Republica, et ambiguus imperandi. *h. e. Incertus an imperare deberet. Sed ponamus Subſtantiua, quibus additur, literarum ordine.* Ambiguus vitae iacuit Claud. in Eutrop. 1, 53. Sen. in Hippol. 1141. Volat ambiguis mobilis alis hora: *videtur proprie ſumi actis et motis in vtramque partem, ſurſum deorſum.* Ouid. Met. 15, 333

Eſt lacus Arcadiae, Pheneon dixere priores,
Ambiguis ſuſpectus Aquis, quas nocte timeto;
Nocte nocent potae: ſine noxa luce bibuntur.

Dictis ambiguis animi ſententia praetentanda mihi erat Ouid. *de Byblide*, Met. 9, 587. Virgil. Aen. 1, 661 Quippe domum timet ambiguam. *Vbi* Seruius, Domum ambiguam, in qua habitat mutabilis femina. Error ambiguus Stat. Theb. 5, 437. Liu. 21, . . . Per ambiguum fauorem haud dubie gratiam victoris ſpectantes. Fidei ambiguae vir, *i. lubricae, qui ſe modo huc, modo illuc inclinat* Liu. 24, . . Id. 6, 2 Per annos prope centum nunquam ambigua fide in amicitia populi Romani fuerant. Haeres tanti certaminis ambiguus Ouid. Met. 13, 129, *incertus, de quo nunc litigatur.* Sen. Hippol. 693 Scelusque matris arguit vultu truci ambiguus infans. *Minotaurum intelligit.* Plin. Epiſt. 4, 2 Erat puer acris ingenii, ſed ambigui. Iter Perſ. Sat. 5, 34. Labor ambiguus ignotae ſortis, *i. dubii exitus* Sen. Hippol. 840. Lapſu ambiguo refluitque, fluitque Ouid. Met. 8, 163 *de Maeandro fluuio Phrygiae.* Claud. Eutrop. 1, 462 Eunuchi veſtros habitus, inſignia ſumunt Ambigui Romana mares. *Sed alio ſenſu.* Ambiguus modo vir, modo femina Ouid. Met. 4, 280 de Scythone. Cic. Tuſc. 3, 20 Ab Inuidendo autem Inuidentia recte dici poteſt, vt effugiamus ambiguum nomen inuidiae. Virgil. Aen. 3, 180 Agnouit prolem ambiguam, geminosque parentes. Seruius: Ambiguam, non incertam, ſed duplicem: vt in ſequentibus probat, dicens, Geminosque parentes. *Nempe Troiani diuerſo reſpectu et Creta et Italia oriundi erant.* Proteus Ouid. Met. 2, 9 *quia in varias ſe mutat formas, modo vrſi, modo leonis, modo aquae, modo ignis.* Rem ambiguam primum videre, deinde diſtinguere Cic. de Clar. Orat. 1. 2. Id. in Topic. 96 Id autem contingit, quum Scriptum ambiguum ſit, vt duae differentes ſententiae accipi poſſint. Claud. in Ruff. 1, 19 Quae numina ſenſu Ambiguo vel nulla putat, vel neſcia noſtri. Vates, *qui rem obſcuris verbis inuoluit* Sil. Ital. 7, . . Verba ambigua diſtinximus Cic. in Orat. 102. *vulgo* Aequiuoca *dicunt.* Ouid. Amor. 3, 12, 28 Ambiguae captos virginis ore viros, *de Sphinge, puto.* Verba ambigua perplexa voce iacis Sen. Hippol. 659. Voces ambiguas in vulgum ſpargere coepit Vlyſſes Virg. Aen. 2, 98. Vultu ambiguo Horat. Carm. 2, 5, 24 *de puero puellari forma.* Virgil. Aen. 5, 326 Tranſeat elapſus prior, ambiguumque relinquat. *Vbi* Seruius: Ambiguum, minus firmum ad celeritatem. *Turnebus melius, Parem adhuc et ambigentem cum eo de curſus palma et victoria.*

AMBIGVVM, i. n. [ἀμφίβολον] *Subſtantiue.* Cic. de Orat. 2, 102 c. 24 Statim occurrit animo, quae ſit cauſa ambigui. Ouid. Met. 1, 765 Ambiguum eſt, Clymene precibus Phaëtonis, an ira Mota magis dicti ſibi criminis. Nŏn habeo ambiguum, *i. non dubito* Cic. Fam. 11, 11. Tacit. in Vita Agric. 5, 4 Non ſane alias exercitatior magisque in ambiguo Britannia fuit, *i. incertum an noſtra.* In ambiguo ſpes Id. Hiſt. 2, 45, 4. Hor. Epiſt. 1, 16, 28. Tene magis ſaluum populus velit, an populum tu, Seruet in ambiguo, qui conſulit et tibi et vrbi Iupiter. In ambiguo verbum iaculata reliquit Lucret. 4, 1130, *ambigue locuta eſt, quod torquet amatorem.* Ex ambiguo dicta, vel argutiſſima putantur: ſed non ſemper in ioco, ſaepe etiam in grauitate verſantur Cic. de Orat. 2, 150 c. 61.

AMBIGVĬTAS, ātis. f. [ἀμφιβολία] *Quum de re aliqua ambigitur.* Cic. de Inuent. 2, 74 c. 40 Sed nobis ambiguitate nominis videntur errare. Ambiguitas nominis *eſt, quae minus docte* Aequiuocatio *dicitur.* Quinctil. 6, 3, 47 Conuerſa in maledictum ambiguitate. Id. 7, 9, 3 Verba quoque quaedam diuerſos intellectus habent, vt *cerno.* Quae ambiguitas plurimis modis accidit. Ambiguitates exquiſitae Quinct. 1, 10, 5. In ambiguitatem incidere Sen. Epiſt. 9. *Add.* Id. Ep. 108. Ambiguitatem coniectura explicare Quinctil. 3, 6, 42. Soluere Idem 7, 2, 49. Vitare Id. 1, 5, 2.

AMBIGVE. Adu. [ἀμφιβόλως] *Sententia dubia.* Cic. Acad. 4, . . Quid ambigue dictum ſit. Ambigue multa dicuntur Idem in Orat. c. 32 *extr.* Ambigue agere Tacit. Hiſt. 1, 3. Ambigue certare Idem Ann. 2, 21, 5. *i. varia fortuna.* Loqui Cic. de Nat. Deor. 1, 86. Ambigue poſitum verbum Cic. pro Caecin. 81. Apollo ambigue reſpondit, Aio te Aeacida Aur. Vict. Vir. Ill. c. 35. Ambigue ſcriptum Cic. de Orat. 2, 116 c. 26 de Inuent. 2 c. 48.

AMBĬMĂNVS, [Gloſſ. Vet. περιδέξιος] *Vid. ſupr.* AMBIDEXTER.

AMBIO, iui, itum, (*propter craſin vocalium ex* Ambi, *praeter morem compoſitorum ex* Eo, *vid. Voſſ. Etymol.* p. 22. *et Art. Grammat.* 2, 18.) ire. [κυκλόω, περιβάλλω] *Ex* Ambi *et* Eo, *circumire, vndique cingere, circumdare.* Cic. de Vniuerſ. 26 Vt terram lunae curſus proxime ambiret. Virg. Aen. 10, 243 — atque oras ambiit auro. *De clipeo loquitur.* Ambire maximo circulo Plin. 2, 8. *Et* Ouid. Met. 2, 516 Circulus breuiſſimus axem ambit. Ambit terram aquis Oceanus Ouid. Faſt. 5, 82. Ambire baculum nexibus Idem Met. 15, 659 *de ſerpente.* Id. Met. 5, 361 Ambibat Siculae cautus fundamina terrae. *Sed* Muros mare ambiebat Curt. 4, 2, 9. Littora tranquillo certatim ambite natatu Stat. Silu. 3, 2, 18. Virgil. Aen. 6, 550 Quae rapidus flammis ambit torrentibus amnis. Siluas plagis Ouid. Met. 2, 599. Torum ambierant, *i. circumſtabant* Id. Met. 7, 332. Vallum armis Tacit. Ann. 1, 68, 1. *Etiam Paſſiue.* Lucan. 1, 592 Mox iubet et totam pauidis a ciuibus vrbem Ambiri. *Et* 10, 303 Ambitur nigris Meroë fecunda colonis. ¶ 2 Ambire, [μετιέναι, φιλοτιμεῖσθαι] Ambitionibus appetere, *vt ait* Nonius 4, 21, *quod circumire ſolerent homines et prenſare atque ſic rogare ſuffragia, candidati.* Cic. Philipp. 11, 19 Quod ſi comitia placet in Senatu habere, petamus, ambiamus. Virtute ambire oportet, non fautoribus Plaut. Amph. Prol. 78. *Conf.* v. 69 Qui ambiſſent palmam hiſtrionibus, *i. conciliare ſtuduiſſent. Et mox:* Seu per ſcriptas literas, ſiue ipſi ambiſſent, ſeu per


inter-

internuncium. Plin. Epiſt. 6, 6 Ego ambio, ego periclitor. Quid dignum ſtolidis mentibus imprecer? Opes, honores ambiant, Et quum falſa graui mole parauerint, Tum vera cognoſcant bona Boëth. de Conſ. Phil. 3, Metr. 3. Virg. Aen. 4, 283 — quo nunc reginam ambire furentem Audeat affatu? *Vbi* Seruius, Ambire, blanditiis circumuenire. Nonius l. c. *interpretatur* Interpellare. Valer. Flacc. 7, 256 Variis moerentem vocibus ambit. Ouid. Met. 14, 585 Ambieratque Venus ſuperos. *De brutis etiam animalibus* Claudian. *de* Rapt. Proſ. 1, 127 Vitulam non blandius ambit Torua parens. ¶ 3 Ambire, *pro Cupere.* Ambire aliquam nuptiis Tacit. Germ. c. 17. *i. nuptum expetere.* Stat. Silu. 2, 1, 254 — hunc ipſe choro plaudente Philetas, Callimachusque ſenex, Vmbroque Propertius antro, Ambiſſent laudare diem. Quum ambirent multi, ne filias in ſortem darent Suet. Aug. c. 31.

AMBIENS. Partic. Curt. 4, 7, 16 Sedes ambientibus ramis contecta eſt. Sueton. Caeſ. 18 Cum ambienti, vt legibus ſolueretur, multi contradicerent.

AMBIENTER. Adu. Sidon. Epiſt. 7, 9 Ambienter expetere, *i. ambitioſe.*

AMBITVS. Partic. Ouid. Met. 1, 37 Iuſſit et ambitae circumdare brachia terrae. Claudian. de 4 Conſ. Hon. 151 Ambitus ſignis (*militaribus*) auguſtior infans. Cic. pro Planc. c. 4 Populus Aediles facit eos, a quibus eſt maxime ambitus. Tacit. Hiſt. 3, 39, 3 Integris quoque rebus a Caecina et primoribus partium iam Vitellium aſpernantibus ambitus. *Add.* Ouid. Met. 15, 287 Fluctibus ambitae fuerant. Val. Flacc. 5, 621 Ambitumque ſenem.

AMBĬTIO, ōnis. f. Ipſa actio ambientis, *ait* Feſtus, *Proprie ad corpora ambientia refertur* [περίβολος] Solin. 48 Nam fuliginem intrinſecus fauillaceam ambitio tantum extimae cutis cohibet. Idem 35 Nauigant autem vimineis alueis, quos circumdant ambitione tergorum bubulorum. ¶ 2 *Affectatio dignitatis aut honorum,* [φιλοτιμία] *atque interdum pro actu ſumitur, ipſaque adeo petitione, et ſic* μέσον *eſt, prout ſcilicet animus vel cauſa eius, qui petit: interdum pro affectione animi, quae incitat homines, vt ambiant, quomodo fere in malam partem accipitur. Satis hoc Epitheta indicabunt.* Cic. Off. 1, 87 c. 25 Miſerrima eſt omnino ambitio, honorumque contentio. Licet ipſa vitium ſit ambitio, tamen frequenter cauſa virtutum eſt Quinctil. 1, 2, 22. Cic. Att. 1, 17 Me ambitio quaedam ad honorum ſtudium, te autem alia minime reprehendenda ratio ad honeſtum otium duxit. Id. Declam. in Salluſt. 6 Cedo, ſi fuerim in honoribus petendis nimis ambitioſus, non hanc dico popularem ambitionem, cuius me principem confiteor: ſed illam pernicioſam contra leges, cuius primos ordines Salluſtius ducit. Claud. de Laud. Stilich. 2, 114 Trudis auaritiam, cuius foediſſima nutrix Ambitio, quae veſtibulis foribusque Potentum Excubat, et pretiis commercia paſcit honorum. Ambitione metiri omnia, *vid.* METIOR. Cretata ambitio Perſ. Sat. 5, 177 *cum reſpectu ad Candidatos. v. v.* Demens Claud. Paneg. 2, 186. Impatiens Stat. Theb. 1, 129. Impotens Sen. Thyeſt. 350. Inanis Horat. Epiſt. 2, 2, 207. Leuis Ouid. Faſt. 1, 303. Mala Horat. Serm. 2, 6, 18. Miſera grauique ſolutus Id. Serm. 1, 6, 129. Praua Id. Serm. 1, 6, 51. Solicita Ouid. Triſt. 4, 10, 38. Cic. Verr. 2, 131 Summa ambitione hic magiſtratus a populo contenditur. Idem pro Milon. 43 Scio enim, quam Timida ſit ambitio, quantaque et quam ſolicita cupiditas Conſulatus. Cic. Att. 1, 1 Sane ſum perturbatus, tum ipſius Satrii familiaritate, tum Domitii, in quo vno maxime ambitio noſtra nititur, *i. petitio. Sic* Moleſte tuli, non illa beneficia tuae potius ambitioni reſeruata eſſe, quam meae, qui ambitione nihil vterer Cic. Fam. 5, 20. *Agit cum quaeſtore ſuo, qui magis opus habebat ad futuros honores adipiſcendos hominibus beneficio obligatis. In deteriorem partem.* Liu. 2, 25 Tollendae ambitionis cauſa lex lata eſt. Idem 35, 10 In exitu iam annus erat, et ambitio magis quam vnquam aliàs exarſerat Conſularibus comitiis. Ambitione relegata dicere poſſum, *i. ſine ambitione* Horat. Serm. 1, 10, 84. *Plural.* Cic. Verr. 2, 132 c. 52 Vt ſtudia cupiditatesque honorum, atque ambitiones ex omnibus ciuitatibus tolleret. Id. Tuſc. 2, 62 c. 26 Quid de noſtris ambitionibus, quid de cupiditate honorum loquar. ¶ 3 Ambitio, *pro Aucupatione gratiae.* Cic. in Bruto 244 Non puto, inquam, exiſtimare te, ambitione me labi, quippe de mortuis. *i. ſtudio placendi, et colligendi beneuolentiam popularem, quo inductus aliquis etiam indignos laudet.* Cic. Q. Fratr. 1, 1 praeſertim quum ii mores tantum iam ad nimiam lenitatem et ambitionem incubuerint. Tacit. Hiſt. 1, 1, 4 Sed ambitionem ſcriptoris facile auerſeris: obtrectatio et liuor pronis auribus accipiuntur. Ambitio vulgi Iuſtin. 12, 15, 11, *eadem, quae* vulgi adulatio *dicitur* 13, 3, 2. Sueton. in Othon. 4 Nullo officii aut ambitionis in quenquam genere omiſſo. Tac. Ann. 14, 29 Magna dum vixit feueritatis fama, ſupremis teſtamenti verbis ambitionis manifeſtus. Cic. Off. 1 c. 30 In C. Laelio multa hilaritas, in Scipione ambitio maior, vita triſtior, *i. habitus externus magis ſolicitus, et ad candidati ſtudium, honoremque ac dignitatem tuendam compoſitus. Vid. Gronou. ad* Liu. 45, 36. ¶ 4 Ambitio, *Contentio et flagitatio.* Cic. Fam. 13, 5 Nam quum multi a me petunt multa, quod de tua erga me voluntate non dubitent, non committo, vt ambitione mea conturbem officium tuum. Nep. 10, 2, 2 Magna eum ambitione Syracuſas perduxit. Per ambitionem ſibi pridie ius dictum non eſſe Liu. 3, 47. *i. inimicorum contentiones.* Claudian. Laude Serenae 166

Antiquos loquitur muſarum pagina reges,
Quod dira ſub lege procos certare iuberent
Emturos thalamum dubii diſcrimine leti,
Et ſua crudeles gauderent pignora mortis
Ambitione peti.

*i. ea contentione, quae cum praeſenti mortis periculo coniuncta eſſet.* Quum admitti magna ambitione aegre obtinuiſſet Iuſtin. 1, 3, 2. Vt immundum Stephani corpus tanta funeris ambitione praecederent Hieron. Ep. 53 ad Ripar. adu. Vigilant.

AMBITIŌSVS, Adi. *Ex vi verbi quod ambit, vel ambitur, vel ambitum magnum habet. v. g.* Ambitioſa colus Claudian. Conſ. Hon. 4, 594 *quam ambit lana, et circa quam voluitur et currit fuſus.* Plin. 5, 15 *de Iordane,* Amnis amoenus, et quantum locorum ſitus patitur, ambitioſus, *i. Magni ambitus, ſiue Multa ambiens.* Horat. Carm. 1, 36, 20 Nec Damalis nouo Diuelletur adultero Laſciuis hederis ambitioſior. *Vid.* Schol. Ambitioſa ab ambitu lacertorum. Ambitioſa oppida *dixit* Solin. cap. 17, *i. quae magni ſunt ambitus.* ¶ 2 *Ad honoris ſtudium refertur* [φιλότιμος] Ambitioſus, et qui ambit, et qui ambitur Gell. 9, 12 pr. Cic. pro Flacc. 42 Qui ita ſit ambitioſus, vt omnes vos, nosque quotidie perſalutet. Horat. Serm. 2, 3, 165 — verum ambitioſus et audax, *i. petitor honorum.* Cic. Att. 1, 18 Nam illae ambitioſae noſtrae fucoſaeque amicitiae, ſunt in quodam ſplendore forenſi, fructum domeſticum non habent. *Hoc vult, multi nos ambiunt, et ſectantur, eaque re honori nobis ſunt etc.* Martial. 12, 69 Atria ſi ſapias, ambitioſa colas, *i. magnorum patronorum, qui ambitioni tuae ſuffragari poſſunt.* Ouid. Amor. 2, 4, 48 Denique quas tota quisquam probet vrbe puellas Noſter in has omnes ambitioſus amor, *i. omnes ambit, omnibus placere cupit.* Ars Plin. 29, 1 *de arte medica loquitur, quae famae et gratiae ſeruit.* Martial. 12, 67 Et Caſa diuitiis ambitioſa latet, *i. vilis domus quam ſit, non apparet ob ſplendidam, qua ornata eſt ſupellectilem.* Decreta ambitioſa *vocantur, quae per gratiam et fauorem facta ſunt.* Vlpian. l. 3 ff. De minor. D. Seuerus huiusmodi Conſulum vel Praeſidum decreta, quaſi ambitioſa eſſe interpretati ſunt. Vlpian. l. Si bene collocatae. D. de vſur. et fruct. Nam inter inſolentiam curioſam, et Diligentiam non ambitioſam multum intereſt. Diligentia non ambitioſa *eſt iuſta et accurata, nec nimia, nec affectata, nec famae aucupatrix.* Budaeus. Liu. 39, 7 Carminaque a militibus ea in Imperatorem dicta, vt facile appareret, in ducem indulgentem ambitioſumque ea dici: triumphumque eſſe magis militari fauore, quam populari celebrem. Quinctil. 1, 4, 22 Ambitioſa feſtinatione plerique a poſterioribus incipiunt, et dum oſtentare diſcipulos circa ſpecioſiora malunt, compendio morantur. Gloria Stat. Theb. 6, 435, *i. ſtudium gloriae.* Cic. Fam. 13, 1 Sic hoc a me contendit homo minime ambitioſus, minime in rogando moleſtus, vt nihil vnquam magis. *Laudat modeſtiam Attici, qui non ita petat, quaſi honos ſuus agatur, quaſi conſulatum ſibi petat etc. Vid. mox* Rogationes. Honor ambitioſus Ouid. Met. 8, . . . *i. qui ambitioſos facit: vel, quem ambitioſe ſectantur homines.* Imperator Cic. pro Muren. 20. Ornamenta ambitioſa recidere *iubet* Horat. in Arte Poët. 447, *i. nimia et affectata.* Tac. H. 2, 49 *de Othone,* Funus maturatum: Ambitioſis precibus id petierat, ne amputaretur caput ludibrio futurum. *Hic modo ſerias notat* κατεσπουδασμένας. *Paullo aliter ſumtum vide mox in* Rogationes *et* Sententia. Quinctil. 2, 4, 29 Apud Pauperes ambitioſos eadem ſuppellex pluribus et diuerſis officiis conteritur. Rogationes Cic. Fam. 6, 12 *vehementes, in quibus, qui rogant, opes ſuas et gratiam oſtentare volunt; opponuntur* neceſſariis, *vbi quis petit ob neceſſarium officium. Vid. mox* Sententia, *et p. a.* Preces. Sententia, *i. gratiae cauſa lata.* Suet. Domit. 8. Quinctil. 6 Pr. 7 Non ſum ambitioſus in malis, nec lacrymarum augere cauſas volo. Ouid. de Ponto 3, 1, 84 Pro noſtris vt ſis ambitioſa malis. *Rogat vxorem vt adeat, prenſet, roget pro ſe.* In honoribus petendis Pſeudo-Cic. in Salluſt. 6. Martial. 1, 52 Quid fugis hos dentes, ambitioſe lepus. *Exprobrat lepori ſuperbiam, qui fuga ſua prodat, ſe ſibi videri dignum Leonis dentibus.* Cic. Q. Fratr. 1, 2 Ne forte me in Graecos tam ambitioſum factum eſſe, mirere. ¶ 3 Ambitioſum *pro gratioſo, ac paſſiue adeo poni volunt.* Iuſtin. 17, 2, 6 Igitur Ptolemaeus cum et in gratiam memoriae magni Ptolemaei patris, et in fauorem vltionis Lyſimachi ambitioſus ad populares eſſet, primo Lyſimachi filios ſibi conciliare ſtatuit. *Sed videtur hic etiam actiue poſſe intelligi,* ambitioſus in gratiam, *qui illam petit. Ita etiam* 30, 2, 2 Ambitioſae pulchritudinis ſcortum, *puer meritorius, qui aetatis florem non pecunia, ſed gratia et potentia vendit.* ¶ 4 *Campar.* Ambitioſius id exiſtimans Suet. Aug. c. 25, *i. fauori aucupando magis ſeruiens. Superlat.* Quinctil. 11, 1, 22 Ambitioſiſſimum gloriandi genus.

AMBITIOSE, Adu. [φιλοτίμως] *Per ambitionem.* Liu. 1, 35 Isque primus et petiiſſe ambitioſe regnum, et orationem dicitur habuiſſe ad conciliandos plebis animos compoſitam. *de Tarquinio Priſco.* Cic. Att. 7, 3 Vtrumque vero ſimul agi non poteſt, et de triumpho ambitioſe, et de Republica libere. Cic. Fam. 3, 7 Quum in iſto genere multo etiam ambitioſius facere ſoleam, quam honos meus, et dignitas poſtulat, *i. humilius, indecentius, vid. Graeu.* Cic. Att. 15, 1 Brutus noſter miſit ad me orationem ſuam habitam in concione Capitolina, petiuitque a me, vt eam nec ambitioſe corrigerem, ante quam ederet. Ambitioſe *autem* corrigere *dicitur is, qui in amici ſcriptis pauca mutat, quod vereatur, ne eum offendat, ambitioſus in eius gratia retinenda. Alii aliter, nempe* ambitioſe *eſſe nimis diligenter: ſed prius videtur aptius.* Ambitioſius quam honeſtius defendere Tacit. Hiſt. 4, 40. Ambitioſe fouere aliquem Liu. 38, . . . Ambitioſiſſime comitia fiunt Iul. Obſeq. c. 71. Ambitioſiſſime petere prouinciam Quinctil. 6, 3, 68. *Add.* Petron. c. 65. Ambitioſe pro aliquo ſcribere Cic. Fam. 13, 69. Martial. lib. 1 praefat. Si quis tamen tam ambitioſe triſtis eſt, vt apud illum in nulla pagina Latine loqui fas ſit, *i. triſtitiam ita ſtudioſe affectat, et prae ſe fert.*

AMBĬTVS, ûs. m. [περίβολος] Varro de L. L. 4, 4 Ambitus, Circuitus: ab eoque XII tabularum interpretes, ambitum parietis circuitum eſſe deſcribunt. Feſtus, Ambitus proprie dicitur Circuitus aedificiorum, patens in latitudinem pedes duos et ſemiſſem, in longitudinem idem quod aedificium. Sed et eodem vocabulo, crimen auaritiae, vel Affectati honoris appellatur. *Hactenus* Feſtus. Aeterno et irrequieto ambitu circumagi Plin. 2, 3. *quod idem* irrequietum circuitum *vocat* ibid. c. 5. Cic. in Topic. 14 c. 4 Quoniam P. Scaeuola id ſolum eſſe ambitus aedium dixerit, quantum parietis communis tegendi cauſa tectum proiiceretur. Aquae Horat. de Arte Poët. 17. Molli ambitu omenta pingues viſcerum obtendunt ſinus. Sen. Oedip. 369. Nauigationis Quinctil. 1, 10, 39. Operis totius ambitus Curt. 5, 1, 26. *Conſ.* 4, 8, 2. Cic. de Vniuerſ. 23 Sic animus a medio profectus, extremitatem coeli a ſuprema regione rotundo ambitu circumiecit. Stellarum rotundi ambitus cognoſcuntur Cic. de Nat. Deor. 2, 49. Ambitu ſuo adſtringere Sen. Epiſt. 12. ¶ 2 *Metaphorice de verbis adhibetur non vna ratione. Nam vel ſimpliciter verba inter ſe iuncta, ſeu complexionem verborum, notat, vt* Col. 2, 2, 2 Neque enim artis officium eſt, per ſpecies, quae ſunt innumerabiles, euagari; ſed ingredi per genera, quae poſſunt cogitatione mentis et ambitu verborum facile copulari. *Deinde* ambages *et multitudinem verborum, vt* Liu. 27, 27 Multos circa vnam rem ambitus fecerim, ſi — omnia exſequi velim. *Huc retulerim* Quinctil. 10, 1, 16 Excitat, qui dicit, ſpiritu ipſo, nec imagine et ambitu rerum, ſed rebus incendit. Ambitus rerum *eſt deſcriptio copioſis verbis comprehenſa.* Plin. 15, 30 ſ. 35 Id quoque, quod daphnoides vocatur, lauri genus in nominum ambitu eſt. Alii enim Pelasgum, alii eupetalon, alii ſtephanon Alexandri vocant. *Denique dicitur* Ambitus verborum, *pro Periodo.* Cic. in Bruto 162 Comprehenſio, et ambitus ille verborum (ſi ſic Periodum appellari placet) erat apud illum contractus et breuis. Idem de Orat 2, 184 Quae ſi in extremo breuiora ſunt, infringitur ille quaſi verborum ambitus: ſic enim has orationis conuerſiones Graeci nominant

Cic

Cic. in Orat. c. 50 Perfecto completoque verborum ambitu gaudent aures meae, et curta ſentiunt, nec amant redundantia. Idem ibid. Arguti, certique et circumſcripti verborum ambitus conceduntur. *Add.* Quinctil. 9, 4, 22. ¶ 3 Ambitus, Affectati honoris crimen, *vt e Feſto vidimus.* Effuſae ambitus largitiones Nep. 25, 6, 2. Cic. de Orat. 2, 105 Et de ambitu raro illud datur: vt poſſis liberalitatem ac benignitatem ab ambitu atque largitione ſeiungere. Ambitus acrior Tacit. de Germ. 37. Cic. Q. Fratr. 2 epiſt. vlt. Ambitus redit immanis: nunquam fuit par. Lucan. 1, 179 Letaliſque ambitus vrbi, Annua venali referens certamina campo. Accuſari ambitus Cic. pro Cael. 16. Damnari ambitus Id. de Clar. Orat. 180. Quinctil. 11, 1, 79. Iudicium ambitus Cic. pro Cluent. 114. Quinct. 9, 3, 56. Leges de ambitu *plures erant, aliis aliae ſeueriores. v. g.* Calpurnia, Licinia, *de quibus ICti. Vid.* Liu. 7, 15 *it.* 40, 19. ¶ 4 Ambitus, *pro Aucupatione gratiae, et vitioſa emerendae famae cupiditate, a* Quinctiliano *ponitur*, 4, 1, 18 Eſt enim nonnunquam prauis iudicibus hic ambitus aduerſus amicos, aut pro his, quibuscum ſimultates gerant, pronunciandi faciendique iniuſte, ne feciſſe videantur. Idem 12, 7, 6 Submouendum vero eſt vtrumque ambitus genus, vel potentibus contra humiles venditandi operam ſuam, vel illud etiam iactantius minores vtique contra dignitatem attollendi. Quinct. 3, 8, 45 Nec enim eſt quiſquam tam malus, vt malus videri velit. — Quanto magis eis, quibus cura famae fuit, conſeruandus eſt hic vel ambitus, *i. ſeruiendum famae.* ¶ 5 Ambitus *item Quaeuis contentio nimia.* Sen. Med. 400 Segnis hic abit dies tanto petitus ambitu tanto datus. Tacit. Hiſt. 1, 19, 5 Ambitu remanendi aut eundi, vt quemque metus vel ſpes impulerat. Flor. 1, 16 Gemmeis et argenteis armis vſque ad ambitum ornatum. Proprius quidam intelligendi ambitus Quinctil. 12, 10 p. 1086. *Burm. i. ſcientiae affectatio. Conf.* Prud. Cath. 10, 47.

AMBITVDO, ĭnis. f. *Circuitus.* Apul. in Aſclep. p. 95, 36 *Elm.* Tempus per alterius ambitudinem reditus definiri poteſt.

AMBĬTOR, ōris. m. *Qui ambit.* Paullin. Epiſt. 13 ſect. 16 Aeternae laudis ambitor. *Conf.* Lamprid. in Alex. 28. et Saluian. lib. 5 de Gubern. p. 118 Baluz.

AMBIVIVS, *Nomen Roman. vt* L. Ambiuius Turpio *actor comicus, qui pleraſque Terentianas fabulas docuit. Meminit auctor* Dialogi de Oratt. cap. 20. et Symmachus Epiſt. 10, 2.

AMBIVIVM, *Idem quod Biuium.* Varro apud Nonium 6, 15 Hic in ambiuio nauem conſcendimus paluſtrem.

AMBO, ae, o. [ἄμφω] *Nomen collectiuum duorum.* Cic. de Divin. 1, 70 Quorum amborum generum vna ratio eſt. Fit a Graeco ἄμφω, *vt ait* Feſtus. Ter. prol. Andr. 10 Qui vtramuis recte norit, ambas nouerit. Ambo accuſandi eſtis Ter. Heaut. 1, 1, 67. Ambo (ait Soſipater lib. 1 p. 49.) non eſt dicendum, niſi de iis, qui vno tempore quid faciunt: vt puta, Eteocles et Polynices ambo perierunt: quaſi dicas, Vna. Romulus autem et Africanus non Ambo triumphauerunt, ſed Vterque, quaſi Diuerſo tempore. Cic. in Orat. 11 Vicinus amborum, in neutro excellens, vtriuſque particeps, vel vtriuſque (ſi verum quaerimus) potius expers. Terent. Eun. 4, 4, 35 Vna ambo abierunt foras. Vna ſalus ambobus erit Virgil. Aen. 2, 710. Ambo, *etiam in Accuſ.* Hor. Serm. 2, 3, 180 Praeterea ne vos titillet gloria, iure Iurando obſtringam ambo. Plaut. Rud. 3, 5, 7 Iube dum recedere iſtos ambo illuc modo. Quos quidem ego ambo vnice diligo Cic. Fam. 5, 8. Hoſce ambo tibi ſic commendo Id. 9, 13. *Conf.* Soſipat. Chariſ. 1 p. 49. *Drakenborch. ad* Sil. 17, 427. *Add. in* Duo *dicenda. Verbo eſt a Graecis, quorum accuſatiuus Dualis et ipſe in* O *exit.* Ambo iter peragunt Horat. Serm. 2, 6, 99. Ambo conuenimus Virgil. Ecl. 5, 1. Ambo florentes aetatibus Idem Ecl. 7, 4. Ambae vna feruntur iunctis frontibus Virg. Aen. 5, 158 de Centauro et Priſti nauibus loquens. Ambas buccas iratus inflat Iupiter Horat. Serm. 1, 1, 21. Ambas palmas ad caelum tendit Virg. Aen. 10, 596. *Per ellipſin* Plaut. Moſt. 2, 2, 23 Pultando pedibus paene confregi haſce ambas. *Apparet intelligi* fores.

AMBONES. [Gr. Ἄμβωνες] *Vid.* VMBO, *ex Varrone.*

AMBRACIA. [Ἀμβρακία] *Nobilis ciuitas Theſprotiae Epiri.* Stich. 3, 2, 35 Ambracia veniunt huc legati publice. *Hanc diu oppugnatam deditione accepit M. Fuluius* Liu. 38, 3 ſqq.

AMBRACIVS. Adi. [Ἀμβράκιος] *Patronym.* Frondes Stat. Silu. 2, 2, 8. *i. ludi Actiaci, quod docuit Turneb.* 11, 15. Ora Lucan. 5, 652. Pontus Stat. Theb. 4, 805. *Idem qui alias appellatur* Ambracius ſinus Liu. 32, 14. Quo merſa eſt Acarnania, *vt teſtatur* Plin. 2, 90.

AMBRACIENSES, *et* AMBRACIOTAE, *vrbis* Ambraciae *ciues et incolae.* Liu. 38, 9. *it.* c. 43. 44. Ambraciotam Cleombrotum *laudat* Cic. Tuſc. 1, 84 c. 34. Apollodorus Medicus in volumine quo ſuaſit Ptolemaeo regi, quae vina biberet, laudauit — Leucadium, Ambrocioten et — Peparethium Plin. 14, 7 *extr.*

AMBRACIOTAE, *vid.* AMBRACIENSES.

AMBRĪCES, Tegulae, quae tranſuerſae, aſſeribus et tegulis interponuntur. Feſtus. *Turnebus et Gothofr.* Regulas *non* Tegulas *legunt, id quod ſenſus ipſe declarat: ſed et Francorum lingua, quae articulo addito tabellas, quibus lacunaria texuntur, aut aedes obducuntur* Lambrices *vocat: quod cum ſit,* aedes Lambricari, *pro* Ambricari *dicit.*

AMBRONES, fuerunt Gens quaedam Gallica, qui ſubita inundatione maris, quum amiſiſſent ſedes ſuas, rapinis et praedationibus ſe ſuosque alere coeperunt. Eos, et Cimbros, Teutonoſque C. Marius deleuit. Ex quo tractum eſt, vt turpis vitae homines Ambrones dicerentur. Feſtus. *Ita* Iſidorus in Gloſſ. Ambro, Deuorator, conſumptor patrimoniorum, decoctor, luxurioſus, profuſus.

AMBRONĪNVS, a, um. Adi. Auctor. Anon. apud Cathol. Tu habes turconinam buccam et ambronina labia.

AMBROSIA, [ἀμβροσία] *Herba, de qua* Plin. 27, 4 ſ. 11 Ambroſia vagi nominis eſt, et circa alias herbas fluctuati. Vnam habet certam, denſam, ramoſam, tenuem, trium fere palmorum, tertia parte radice breuiore, foliis rutae circa imum caulem. In ramulis ſemen eſt vuis dependentibus, odore vinoſo, qua de cauſa Botrys a quibuſdam vocatur, ab aliis Artemiſia. Coronantur ea Cappadoces. Vſus eius ad ea, quae diſcuti opus ſit. ¶ 2 *Poëtis* Ambroſia *cibus Deorum: quemadmodum* Nectar, *potus. Dicta ab* ἀ *στερητικῷ, et* βροτὸς, *mortalis, interpoſito* μ, *vocalitatis gratia: vel quod mortales eam non edant: vel quod, qui eam ederint, immortales euadant.* Ouid. ex Ponto 1, 10, 11 Nectar et ambroſiam, latices epulaſque deorum. Non ambroſia aut nectare Deos laetari arbitror Cic. Tuſc. 1 c. 26. Ambroſia alendus, *prouerbiale* Cic. de Orat. 2, 234 c. 57 Cum Craſſum nuper audiſſet Catulus, *Faenum alios aiebat eſſe oportere.* Tum Craſſus, Iocabatur, inquit, Catulus, praeſertim cum ita dicat ipſe, vt *Ambroſia alendus* eſſe videatur. Ambroſia dulci dulcius Catul. 100, 2. Virg. Aen. 12, 419 — ſpargitque ſalubris Ambroſiae ſuccos, et odoriferam panaceam. *Hic vnguentum quoque Deorum ſic appellari perhibet* Seruius. *Nimirum ſic etiam* Virg. G. 4, 415 Haec ait, et liquidum ambroſiae diffundit odorem. *Hinc colligit Eccardus praefat. ad Leibnitii Collectan. Etymol.* p. 7 Ambram griſeam *iam vetuſtiſſimis notam fuiſſe Homeri aetate. Add. Haſaeus de Leuiath.* p. 19. *Caeterum* l. c. *Virgilii Ambroſia vngit filium Ariſtaeum Cyrene,* vt videndi Numinis ſit capax. Seruius. ¶ 3 Ambroſia Antidotum. Celſ. 5, 23, 2 Alterum Antidotum, quod Zopyrus regi Ptolemaeo dicitur compoſuiſſe atque Ambroſiam nominaſſe, ex his conſtat *etc. Sic, vt Graecos taceamus,* Marcell. de Medic. 23 *memorat* Medicamentum Iunii Priſci, quod appellatur Ambroſia.

AMBROSIVS, Adi. [ἀμβρόσιος] *Epitheton rerum, quas ob ſingularem ſuauitatem Diis et Deorum epulis dignas oſtendere volunt* Poëtae. Martial. 4, 8 Temperat ambroſias quum tua cura dapes, *de coenis Domitiani, Dei vt volebat videri.* Virg. Aen. 1, 403 Ambroſiaeque comae. *Vbi* Seru. Ambroſiae comae, aut deorum vnguento oblitae, *h. e.* Ambroſia: aut certe abuſiue dixit, Diuinae comae. Color ambroſius Apul. Met. 10 p. 254. Corpus 8 p. 205. Pedes 11 p. 258 *pro pulchris, quales eorum ſunt, qui paſcuntur ambroſia. Ad colorem quoque refert* Capella l. 2 p. 28 Ambroſium promens aurora pudorem. Liquore ambroſio membra ſpargit *Diana Parthenopaeum,* ne quo temeretur vulnere corpus. Stat. Theb. 9, 731 Sinu ambroſio puerum complexa Venus Claud. de Nupt. Honorii 110. Sil. Ital. 7, 210 Ambroſiis Ariuſia pocula ſuccis. *Sic et* Columel. 10, 408 *de Perſicis.*

AMBROSIĂCVS. Adi. [ἀμβροσιακός] Plin. 14, 3 Sed ſunt etiamnum inſignes, vua non vino, ambroſiaca, duracina. *De vitibus ſermo eſt.*

AMBV̆BAIAE. [Ἀμβουβάιαι] Mulieres impudicae, vagae ac viles. *Hactenus recte* Porphyrio *ad* Hor. Serm. 1, 2, 1 Ambubaiarum collegia *etc. Sed quod ſubiicit,* quibus nomen hoc caſu vanorum et ebrietate balbutientium verborum videtur eſſe inditum: haud paullo melius Acron, Ambubaiae dicuntur mulieres tibicinae lingua Syrorum. Etenim lingua eorum, tibia ſiue ſymphonia, *Ambubaia* dicitur. *Nimirum Ambub, ex* Abub *Syris* αὐλὸν *ſignificat. Vid.* Interpr. Syr. 1 Cor. 14, 7 *vbi* abuba *eſt* αὐλός. *Inde Ambubaia,* ἡ αὐλητρὶς, *vt docet Scaliger Coniect. ad* Varr. p. 54. *et Comment. in Copam* Virg. p. 256 *firmatque Caſaub. ad* Sueton. Nero. 27 Inter ſcortorum totius vrbis, ambubaiarumque miniſteria. *Non igitur audiendi, qui inde dictas putant, quod* AM, *i. Circum* BAIAS, *Locum amoeniſſimum, et voluptatibus plenum, verſarentur. Conf. Steph. le Moyne in notis ad Varia Sacra,* p. 471.

AMBVBEIA *herbae nomen, quod ſine variatione legitur apud* Celſum 2, 30 Lenticula, cui vel beta, vel intubus, vel ambubeia, vel plantago adiecta eſt. *Et mox* ambubeia fricta. *Sic, puto, omnes: certe non aliter* Aldus, Conſtantinus, Almelouenius. *Hac auctoritate videntur viri docti etiam Plinio attributum voluiſſe, apud quem* 20, 8 ſ. 29 *ſic legit Hard.* Erraticum *(intubum)* apud nos quidam ambulam appellauere. In Aegypto cichorium vocant *etc. Sic eſſe in MSS. omnibus monet Harduinus, et videri ſic dictum ab* ambulando, *quod alteri appellationi* erraticus *ſic ſatis reſpondeat. In Indice tamen libri* Ambubaiam *vocari, addit. Plerique ante Hard.* Ambugia. Ambulam *etiam* Varia lectio *in edit. Elzeuir. vbi etiam monetur, Salmaſii librum habere* Ambulium. *Idem Salmaſius in* Solin. p. 583, b. B. *monet, idem nomen eſſe* Ambulam, Ambuiam, Ambuuiam, Ambugiam. *Denique* Ambulam *et ipſe dictam putat, quae* ambulat, *et proſerpit.*

AMBVLACRVM, *vid.* AMBVLO.

AMBVLO, āre. [περιπατέω] *Ab* Ambio *deducitur, quod eſt Circuire; ſignificat autem huc atque illuc ire, proprie tamen exercitationis, aut animi cauſa: De illa* Cic. Tuſc. 5, 97 c. 34 Socratem ferunt, quum vſque ad veſperum contentius ambularet, quaeſitumque eſſet ex eo, quare id faceret, reſpondiſſe, ſe, quo melius coenaret, obſonare ambulando famem. *De hac, quae fit animi cauſa* Varro R. R. 1, 16, 4 Ne ambulet feriata familia. Cato 5, 5 Si hoc faciet, *(villicus)* minus libebit ambulare. Plaut. Men. 2, 2, 4 Conuiuae ambulant ante oſtium, *expectantes nempe iuſtum Coenae tempus. De otioſis adhibetur, etiam* Plaut. Pſeud. 4, 1, 14. ¶ 2 Ambulare, [πορεύεσθαι, βαδίζειν] *Ire, incedere* Plin. 10, 65 Mures Aegyptii bipedes ambulant, ceu Alpini. Plaut. Bacch. 4, 8, 55 Cum illa neque cubat, neque ambulat. Milites bellum ambulando confecerunt. Cael. ap. Cic. Fam. 8, 15, 2 Defeſſus ſum ambulando Ter. Ad. 4, 6 pr. Ambulare pedibus Plaut. Truc. 2, 6, 46. Ambulare paſſus quingentos, aut ſeptingenta millia paſſuum Plin. 20, 2. Cic. pro Quint. 79 c. 25. Plin. 10, 38 Ambulant aliquae *(aues)* vt cornices, ſaliunt aliquae, vt paſſeres, merulae, *etc.* ¶ 3 *Metaphor.* Ambulant naues Cato de R. R. 1. *Sic* Ennius *ap.* Feſtum *in* Rigido, inde Parum per caerula nauibus ambulabant. Veg. de re mil. 3, 8 Per loca idonea, qua noſtrorum ambulat commeatus. *Alio intellectu, et proprio* Cic. de Fin. 2, 112 c. 34 Quum Xerxes tantis claſſibus, tantiſque equeſtribus et pedeſtribus copiis, Helleſponto iuncto, Athoue perfoſſo, maria ambulauiſſet, terram nauigaſſet, *etc. Vbi nota* ambulare *actiue vſurpari.* Manibus ambulare num ſolitus eſſet? ioci gratia interrogat P. Scipio Naſica *inter prenſandum aliquem.* Val. Max. 7, 5, 2. Ambulauit poſſeſſio per multos Vlp. in l. Sed et ſi §. Perinde D. de petit. haered. *i. ſaepius poſſeſſio mutata eſt, et ab vno ad alterum tranſlata: qua ſignificatione ſaepe hoc verbo ICti vtuntur. Nam et* Emtiones *eodem modo* per plures perſonas ambulaſſe *dicuntur in* l. ſed vbi 15 D. de minor. ¶ 4 *Iam reliquas formulas perſequemur.* Cic. de Orat. 3, 131 M. vero Manlium nos etiam vidimus tranſuerſo ambulantem foro. In litore Cic. in Bruto 96 c. 53. In ſole Cic. de Orat. 2, 60. Cum aliquo Id. Acad. 4, 5. *It.* Att. 9, 5 Si enim recte ambulauerit, qui hanc epiſtolam tulit, in ipſum tuum diem incidit. *i. in via non ceſſauerit, non cunctatus, non retentus ſit.* Cic. Att. 8, 14 Eo modo autem ambulat Caeſar, et iis diariis militum celeritatem incitat, vt timeam, ne citius ad Brunduſium, quam opus ſit, acceſſerit. Ambulat demiſſis tunicis Hor. Serm. 1, 2, 25. Ambulat libera per tutas vias Ouid. Faſt. 1, 122 *de Pace.* Ambulet ante noctem cum facibus Hor. Serm. 1, 4, 51 *de ebrioſo et petulante.* Ambulat erecto pectore Claud. in Eutrop. 1, 307 *geſtus ſuperbi: de quo ſimpliciter.* Hor. Epod. 4, 5 Licet ſuperbus ambules pecunia, Fortuna non mutat genus. Plaut. Curc. 5, 2, 23. Ambula in ius. Ter. Phorm. 5, 7, 43 In ius ambula. *Vbi* Donatus, Ad iudicem eamus ſcilicet: nam Ius pro Loco eſt. *Sed in quo Praetor ius reddit: Itaque* in ius ire *et* ambulare, *non eſt* Ad iudicem ire,

ire, *vt putat Donatus, ſed* Ad Praetorem. Ambulat hoc caput tranſlatum per omnes leges Plin. 10, 50. *i. tranſlaticium eſt, e prioribus legibus in poſteriores transfertur.* Bene ambulato Plaut. Capt. 2, 3, 92 *et* ibid. 4, 2, 119 Bene ambula et redambula: *formulae ſunt bene precandi abituris. Add.* Truc. 2, 4, 18. *Inter* Dionyſii Catonis breves ſententias *eſt* n. 7 Cum bonis ambula, *quod recte ex vſu orientis per conſuetudinem et conuerſationem explicatur, vt vidit Boxhornius, cui fruſtra contradicit Arutzenius, et ad ambulationes animi cauſa inſtitutas refert.* ¶ 5 *Sumitur etiam paſſiue.* Plin. 23, 1 Si ſtatim bina ſtadia ambulentur. *Et imperſonaliter.* Varro de L. L. 5, 1 Sedetur, ambulatur. Gell. 2, 2 In publicis locis atque muneribus atque actionibus patrum iura, cum filiorum, qui in magiſtratu ſunt, poteſtatibus collata interquieſcere paullulum et conniuere. Sed cum extra remp. in domeſtica re atque vita ſedeatur, ambuletur — publicos honores ceſſare *etc. Partic.* Martial. 7, 47 Pro menſis habet Annius miniſtros: Transcurrunt gabatae, volantque lances: Has vobis epulas habete lauti, Nos offendimur ambulante coena. Plin. 5, 9 f. 10 *de Nilo,* It per deſerta et ardentia: et immenſo longitudinis ſpatio ambulans. ¶ 6 Ambulatum educere *quid ſit, doceat nos* Veget. R. Mil. 1, 27 Auguſti atque Adriani conſtitutionibus cautum erat, vt ter in menſe tam equites quam pedites educerentur ambulatum. Hoc verbo genus hoc exercitationis appellabant. Decem millia paſſuum armati inſtructique omnibus telis pedites, militari gradu ire ac redire iubebantur in caſtra, ita vt aliquam itineris partem curſu alacriore conficerent. — Nihil magis in itinere vel in acie cuſtodiendum eſt, quam vt omnes milites incedendi ordinem ſeruent. Quod aliter non poteſt fieri, niſi vt aſſiduo exercitio ambulare celeriter et aequaliter diſcant.

AMBVLATIO, ōnis. f. [περίπατος] Cic. de Fin. 5 pr. Conſtituimus inter nos, vt ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia. Haec ambulationibus reſeruemus Cic. Att. 2, 3. Ambulatione cibos perficere Athletas malunt Plin. 11, 73. Ventum eſt in ambulationem Cic. de Orat. 1, 28. *i. ambulari coeptum.* Ambulatio plana non vtique commodior eſt Celſ. 1, 2. Ambulatio recta melior, quam flexuoſa Id. ib. Ambulatio, *Locus ad ambulandum.* Vitruu. 5, 9 Circa theatra ſunt porticus et ambulationes: quae videntur ita oportere collocari, vt, *etc.* Nihil ei reſtabat praeter balnearia et ambulationem et auiarium Cic. ad Q. Frat. 3, 17. Columel. 1, 6, 2 Ambulationes meridiano aequinoctiali ſubiectae ſint, et vt hieme plurimum ſolis, et aeſtate minimum recipiant. Catull. 56, 6 Te quaeſiuimus — In Magni ſimul ambulatione. *i. in porticu Pompeiana.* Plin. Epiſt. 5, 6, 17 Ambit ambulatio preſſis varieque tonſis viridibus incluſa. Varro R. R. 3, 5, 9 Ambulatio ſub dio pedes lata denos.

AMBVLATIVNCVLA. Dimin. [περιπατήδιον] Cic. Fam. 2, 12 Cum vna mehercule ambulatiuncula, atque vno ſermone noſtro omnes fructus prouinciae non confero. *De loco* Cic. Att. 13, 29 Tecta igitur ambulatiuncula addenda eſt.

AMBVLATOR, ōris. m. [περιπατητικὸς] *Qui prae pigritia huc et illuc ſaepe ambulat.* Cato 5, 2 Villicus ne ſit ambulator. Columel. 1, 8, 7 Villicus enim (quod ait Cato) ambulator eſſe non debet. Martial. 1, 42 *de circulatoribus et circumforaneis.*

AMBVLĀTRIX, īcis. f. [περιπατήτρια] Cato cap. 143 *de villicae officio,* Ad coenam ne quo eat, neue ambulatrix ſiet.

AMBVLATORIVS. Adi. *quod ambulare, i. moueri poteſt, in quo ambulatur.* [πορευτικὸς] *vt,* Turris ambulatoria, *quae rotis et machinis admouebatur muris, ad vrbes oppugnandas: vocatur in lemmate* Veget. 4, 17 et 18. Hirt. Bell. Alex. 2 Praeterea ambulatorias totidem (X) tabulatorum confixerant, *(ſubaudi* Turres) ſubiectisque eas rotis, funibus iumentisque obiectis, directis plateis in quamcunque erat viſum partem mouebant. Vitruu. 1, 19 Diades ſcriptis ſuis oſtendit, ſe turres inueniſſe ambulatorias, quas etiam diſſolutas in exercitu circumferre ſolebat. Plin. 21, 14 f. 47 Vtiliſſimum, *(in aluis apum)* operculum a tergo eſſe ambulatorium, vt proferatur intus, ſi magna ſit aluus, aut ſterilis operatio, ne deſperatione curam abiiciant: id paullatim reduci, fallente operis incremento. Ambulatoria porticus Vlp. in l. ſicuti. §. Competit. D. Si ſer. vind. ¶ 2 Ambulatorius, *ICti ponunt pro Mutabili et inconſtante quemadmodum et* Ambulare *pro Mutare, vt ante diximus* n. 3. *v. g.* Ambulatoria actio. *i. a perſona in perſonam tranſiens.* l. fin. C. de furt. Conditio in l. ſeruus 34 D. de ſtatu lib. Poteſtas legis l. erit. 10 D. de fund. dot. *i. Mutabilis ad permittendam alienationem.* Voluntas teſtatoris vsque ad mortem l. quod ſi 4 D. de adim. leg.

AMBVLĀCRVM, i. n. [περίπατος] *Locus in aedificiis ad deambulandum accommodatus.* Feſtus, Ambulacra, ambulationes. Plaut. Moſtel. 3, 2, 69 Gynaeceum aedificare vult hic in ſuis, et balneas, et ambulacrum, et porticum. *Add.* ib. v. 130. Gell. 1, 2 Propulſabamus caloris incommoda lucorum vmbra ingentium, longis ambulacris et mollibus aedium poſticum refrigerantibus lauacris nitidis. Luculentum. *Vid.* LVCVLENTVS.

AMBVLATĬLIS. Adi. [πορεύσιμος] *Idem quod* ambulatorius. Vitruuius 10, 13. *in deſcriptione machinae hydraulicae,* Aerei modioli fundulis ambulatilibus ex torno ſubtiliter ſubactis, habentibus fixos in medio ferreos ancones *etc.*

AMBVLATORIVM, i. n. Locus aptus ad ambulandum Cathol.

AMBVLATV̄RA, ae. f. Veget. de R. Vet. 2, 5, 2 Ambulaturae gratiam perdere. *Add.* 4, 6, 6 *et* 7. *Eſt autem ille inceſſus equi, quem Galli adhuc* Amble *vocant, mollis crurum alternatio et celeris. Vid. Salmaſ. ad* Capitolin. Maximi. c. 3.

AMBVLĀTVS, ūs. m. Arnob. l. 1 p. 28 Chriſtus ſcitur ambulatum dediſſe contractis, *i. ambulandi facultatem.*

AMBVRBALE, *vel* AMBVRBIVM, dicitur Sacrificium, quo vrbem circuit et ambit victima, vt ait Seruius in Virg. Ecl. 3, 77. Feſtus *vero,* Amburbiales, *inquit,* hoſtiae dicebantur, quae circum terminos vrbis ducebantur. *Vid. Salmaſ. in* Vopiſcum Aurel. c. 20 Luſtrata vrbs, carmina cantata, amburbium celebratum. *Deſcribit haec ſacra* Lucan. 1, 592

Mox iubet et totam pauidis a ciuibus vrbem<br>
Ambiri; et feſto purgantes moenia luſtro<br>
Longa per extremos pomoeria cingere fines<br>
Pontifices, ſacri quibus eſt permiſſa poteſtas.

AMBV̄RO, ſſi, ſtum, ĕre. [περιφλέγω, περικαίω] *Circum vrere.* Plaut. Epid. 5, 2, 9 Ille quidem Vulcani irati eſt filius: Quaqua tangit, omne amburit. Nimis calebat, amburebat gutturem Plaut. Mil. 3, 2, 22. Cic. pro Milon. 87 Sine funere, oblitus cruore et luto, ſpoliatus illius ſupremi diei celebritate, quam concedere etiam inimici ſolent, ambureretur etiam abiectus, *h. e. Imperfecte cremaretur. De Clodio loquitur.* Amburere *ponitur etiam pro Comburere.* Plin. 10, 33 f. 49 Hirundinum pulli ad cinerem ambuſti, — multis morbis medentur. *i. Combuſti.*



AMBVSTVS, a, um. [περιπεφλεγμένος, περικεκαυμένος.] Feſtus, Circum vſtus. Claud. de Bell. Get. 24 Et Iuga taurorum rapidis ambuſta fauillis, *ex Iaſonis fabula.* Sude ambuſta truncus Sen. Hippol. 1098. Feruoribus ambuſta Ariana regio Plin. 6, 23. Fulminibus Plin. Epiſt. 3, 11, 3. Sen. Agam. 540. Nubila ambuſta fumant Ouid. Met. 2, 209. *Nimis audacter, de incendio Phaëthonteo.* Pruinis lumina Valer. Argon. 4, 70. *de Prometheo.* Agger ambuſtus flagrantis ripae Claud. in Ruff. 1, 120. *de Phlegethonte.* Aquis ambuſta, ſi ſtatim ouo occupentur, puſtulas non ſentiunt Plin. 29, 3. Tac. A. 13, 35, 5 Ambuſti multorum artus vi frigoris. Sonipes Claud. de Sext. Conſ. Hon. 344. *a flammeo imbre, quo vixit M. Aurelius.* Illinere ambuſta Plin. 24, 10. Illinitur ambuſtis cruda cannabis Plin. 20, 23. Achilles, Oſſibus ambuſtis arua premit Iliaca Ouid. ad Liuiam 434. *i. funeribus implet.* Igni ambuſta vel frigore Plin. 24, 8. ¶ 2 *Metaphor. Sic vocantur, qui magnum periculum inuidiae, damnationis, exitiique adeo effugere* Vetus lemma Val. Max. 8, 1 *poſt* XIII abſolutos *et* VIII damnatos, *memorat* Ambuſtas *duas, quae* in diſcrimen capitis *(de matricidio)* adductae neque abſolutae neque damnatae ſunt. Plin. Ep. 3, 11, 3 Atque haec feci, cum ſeptem amicis meis occiſis aut relegatis — tot circa me iactis fulminibus quaſi ambuſtus, mihi quoque impendere idem exitium, certis quibusdam notis augurarer. Damnatione collegae et ſua prope ambuſtus euaſerat Liu. 22, 35 pr. Cic. pro Domo ſua 113 c. 43 Qui denique ambuſtas fortunarum mearum reliquias ſuas domos comportari iuberent. Cic. Verr. 1, 70 c. 27 Hic ſociorum ambuſtus incendio, tamen ex illa flamma periculoque euolauit. ¶ 3 *Cognomen Fabiorum.* Primus hoc geſſit Fabius Eburnus, quod fulmine eſſet ambuſtus. *Vid.* Feſtus *in* Pullus Iouis. *Ab hoc Fabio tanquam haereditarium eius poſteri retinuerunt.*

AMBVSTVLĀTVS, a, um. *vt* Vſtulatus, *per partes, et paullatim ambuſtus.* Plaut. Rud. 3, 4, 65 Te ambuſtulatum obiiciam magnis auibus pabulum.

AMBVSTIO, ōnis. f. Plin. 23, 4 Myrteum oleum medetur ambuſtionibus.

AMBVSTANDVS *eſt in* Vet. Gloſſ. ἴδος ὀρνέα, *quod Scaliger ad* Feſtum *v.* Buſtum *legit* AMBVSTANEVS, *et ita dictas vult aues quae de buſto ſiue rogo aliquid in tecta deferebant, et incendium portendebant: vnde* Incendiariae aues *in augurali diſciplina. (vid.* INCENDIARIVS) *Laudat deinde* Seru. Aen. 4, 462 Sane bubo, ſi cuius aedes inſederit, et vocem miſerit, mortem ſignificare dicitur. Si autem de buſto ſudem ad tectum detulerit, incendium aedibus portendere. *Eandem etiam* Spinturnicem *dictam negat ſe dubitare. v. v.*

AMBVRVO, āre. Eſt Corpus ſaltu reciprocare, prout Salii facere ſolebant, de quibus apud Feſt. et Non. Lucilius, Praeſul et amburuat, ſic volgu redumptruat inde. Ita emendat locum Scaliger *Vid.* Voſſ. Etym. p. 568.

## A M C

AMCAESA, *vel* ANCAESA dicuntur Vaſa, quae Caelata appellamus, quod circumcaedendo talia fiant. Feſtus. *Vid. Buleng. de Conviu. 4, 11. Grapald. de Part. Dom. 11, 3, 10.*

## A M E

AMECVM, *et* AMECAM, *pro* Amico *et* Amica, *antiqui diceban*[t] Feſtus *in* Amicitiae, Ab antiquis *Ameci* et *Amecae* per E literam eff[e]rebantur. *Scaligero ad h. l.* Amicus *ſiue* Amecus *videtur eſſe qua[ſi]* Amaequus, *i. Amans aeque: vt in* Gloſſ. Philoxeni, Animecu[s] ἰσόψυχον. *Et* Iſid. Gloſſ. Animaequus patiens animo. Mulierem *aute[m]* amantem Laberius *non* Amecabundam, *vt nonnulli exiſtimant, ſe[d]* Amorabundam *dixit apud* Gell. 11, 15.

AMELETIDES, *vid.* ANALECTIS.

AMELLVS, i. *Herba, cuius meminit* Columel. 9, 4, 4. *et* 9, 15, [...] *De ea ſic ſcribit* Virgil. Georg. 4, 271

Eſt etiam flos in pratis, cui nomen Amello<br>
Fecere agricolae: facilis quaerentibus herba:<br>
Namque uno ingentem tollit de ceſpite ſyluam<br>
Aureus ipſe: ſed in foliis quae plurima circum<br>
Funduntur, violae ſublucet purpura nigrae:<br>
Saepe deûm nexis ornatae torquibus arae:<br>
Aſper in ore ſapor: tonſis in vallibus illum<br>
Paſtores et curua legunt prope flumina Mellae.

*I[n] quem locum ſic ſcribit Seruius,* Mella fluuius Galliae eſt, iuxta que[m] herba haec plurima naſcitur, vnde et Amello dicitur, ſicut popul[i] habitantes iuxta Lemannum fluuium Alemanni dicuntur. *Conf. Cer[d]. ad h. l. qui* Aſterem Atticum *notari idoneis auctoribus credit.*

AMEN, [ἀμὴν] *Dictio Hebraea, quae Vere aut Veritas ſignifica[t] ſeruiens, cum aliquid confirmandum eſt, vt* Num. cap. 5, Et diceba[t] mulier, Amen, amen. *i. Veritas, aut Verum hoc erit: aut Sit it[a]. Suidas exponit per* ἀληθῶς πεπιστωμένως. *Gr.* ἀμὴν *in N. T. paſſi[m] Septuaginta reddunt* γένοιτο, *fiat. Particula eſt Aſſeuerandi, approban[di] et optandi.* Fortun. de P. V. v. vlt. *primam corripit; eandem produc[it]* Auſon. Ephem. Orat. v. 85.

ĀMEN, ĭnis. n. ab ἅμμα, *vinculum, nexus, extrito altero* [...] *ab* ἅπτω, *necto. Tribuitur* Arnobio l. 7 p. 230 ſed lectio varia *Vid.* Heraldi Animadu. p. 271 Hinc Amentum, de quo mox.

AMĔNĀNVS, i. m. *Fluuius Siciliae, Aetnae monti propinqu[us]. Reſtituendum eſſe* Ouidio *pro* Amaſenus *et* Amiſenus *euicere dudum Ful[u]. Vrſinus, et Phil. Cluuerius. Verſus eſt* Met. 15, 279 Nec non Sicanii[s] voluens Amenanus arenas.

AMENS, entis. Adi. [ἄνους, ἀνόητος, ἔκφρων] Qui a mente [...] diſceſſit, *vt ait* Varro de L. L. 5, 6 p. 53, 9. *Eſt enim* amens, *n[on] ſemper aut ſimpliciter, qui mente caret, ſed qui aliqua perturbatione [...] mente motus eſt, vt ob rationem turbatam, quid agat, quidue dicat, [...] nere non poſſit.* Ter. Andr. 1, 3, 13 Nam inceptio eſt amentium, ha[ud] amantium. Cic. de Fin. 2 c. 22 An me tam amentem putas, [...] apud imperitos iſto modo loquar? Pater amens, qui odiſſet filium ſi[ne] cauſa Cic. pro S. Roſcio c. 14. Vecors et amens Idem in Piſon. 2 Agrippa nihilo tractabilior, imo indies amentior Suet. Aug. c. 6 Homo amentiſſimus, atque omnibus conſiliis praeceps et deuius Ci[c]. Philipp. 5, 17 c. 23. Quos, amentiſſimus fuiſſet, ſi oppugnaſſet [...]

pro Rabir. c. 8. Conſilium amentiſſimum, *vid.* CONSILIVM. Amens animi Virgil. Aen. 4, 203. Aeneas aſpectu obmutuit amens Id. Aen. 4, 279. *i. admiratione obſtupefactus.* Amens dolore ſemianimis procubuit Ouid. Triſt. 1, 3, 92. Amenti furore caeca Catull. 62, 197. Amens metus incubat Lucan. 2, 27. Amens terror Claud. in Ruff. 1, 256.

AMENTIA, ae. f. [ἄνοια] *Status amentis.* Cic. Tuſc. 3, 9 Nec minus illud acute, quod animi affectionem lumine mentis carentem, nominauerunt amentiam, eandemque dementiam. *His verbis ſatis oſtendit* Amentem *et* Dementem *pro eodem accipi.* Cur meam ſenectutem ſolicito huius amentia Ter. Andr. 5, 3, 16. Amentia grauis Ouid. Met. 5, 511. Confligit ſana mens cum amentia Cic. in Catil. 2, 25 c. 11. Flagrare amentia Cic. pro Cluent. 12. Incidere in amentiam Cic. . . . *Certe* Incidere in furorem et inſaniam *dixit* in Piſon. 46. Cic. Verr. 2, 104 Tantane amentia praeditus atque audacia fuiſti? Rapi amentia Cic. Fam. 16, 12. Tenere amentiam aliquam Auctor ad Herenn. . . . Cic. Vatin. 37 Quae te tanta tenuit inſania? Hor. Serm. 2, 3, 249 Ludere par impar, equitare in arundine longa, Si quem delectat barbatum, amentia verſet. *i. agitet.*

AMENTO, āre. Gloſſ. Gr. Lat. ἀπονοῶ, amento. *Graecum certe verbum ſignificat, ad* Amentiam *non ad* Amentum *referri. De quo ſtatim.*

AMENTVM, i. n. [ἅμμα V. Gl. ὅθεν κατέχεται ἡ λόγχη, *it.* ἅμμα ἀκοντίων] *Lorum, quo aliquid retinetur, aut ligatum eſt: vt, Solearum corrigiae, et lora in quibusdam iaculis.* Plin. 34, 6 Corneliae Gracchorum matri ſedens poſita ſtatua eſt, ſoleisque ſine amento inſignis. Feſtus, Amenta ſunt, quibus, vt mitti poſſint, vinciuntur iacula: ſiue ſolearum lora: ex Graeco quod eſt ἅμματα, ſic appellata: vel quia aptantes, ea ad mentum trahunt. *Sed* mento *hic nihil opus eſt. Eſt potius quaſi* apimentum, *ab apere, quod eſt ligare, iungere. Audiatur etiam* Seruius, Amentum eſt lorum, quo media haſta religatur et iacitur. *Nempe* Virg. Aen. 9, 665 Intendunt acres arcus, amentaque torquent. Liu. 3, 7, 41 Humor iaculorum amenta emollierat. Plin. 7, 56 Iaculum cum amento ferunt inueniſſe Aetolum Martis filium. Flatus Poenorum tela ſecundat. Et velut amento contorta haſtilia turbo Adiuuat Sil. 9, 509. Sen. Hippol. 812 Amentum digitis tende prioribus, Et totis iaculum dirige viribus. Ouid. Met. 12, 321 Inferit amento digitos. *Sed* Sil. 13, 158 Indignatus opem amenti ſocioque iuuare Expulſum nodo iaculum.

AMENTĀTVS, a, um. *Quod amentis ligatum eſt.* Vt Haſtae velitibus amentatae, ſic apta quaedam et parata ſingulis cauſarum generibus argumenta, traduntur Cic. de Cl. Orat. 271 c. 78. Id. de Orat. 1, 242 c. 57 In eo autem iure, quod ambigitur inter peritiſſimos, non eſſe difficile oratori, eius partis, quamcunque defendet, auctorem aliquem inuenire: a quo quum amentatas haſtas acceperit, ipſe eas oratoriis lacertis viribusque torquebit. ¶ 2 *Participium* Amentatus *ſtatim dabimus poſt* AMENTO.

AMENTO, āre, [ἀμματίζω] Lucan. 6, 221 Quum iaculum parua Libys amentauit habena. *i. iaculum amentatum contorſit:* Paſtosque bitumine torquet Amentante noto Poenorum apluſtribus ignes Sil. 14, 423. *vt legitur in MStis Colon. et edidit Drakenb.* Tert. adu. Marcion. 4, 33 Amentauit hanc ſententiam, Non poteſtis Deo ſeruire, et Mammonae: *i. iaculauit intorſit, vt telum. Eſt igitur* Amentare *ſine dubio vel* Amento *proprio, vel tanquam* Amento *torquere aliquid, vibrare, et motum illius incitare. Quam notionem etiam habet*

AMENTATVS, Partic. Claudian. Conſ. Mallii Theod. 321
Vel qui more auium ſeſe iaculentur in auras,
Corporaque aedificent celeri creſcentia nexu:
Quorum compoſitam puer amentatus in arcem
Emicet *etc.* Amentatus *i. funibus vel quacunque machina libratus, et ſubito in altum promotus, ad emetiendum volatum. Vid.* PETAVRISTES.

AMENTATIO, *ſiue* ADMENTATIO, ōnis. f. *Actus amentandi, ſ. iaculandi.* Tertull. ad Nation. 1, 10 Nunc vero eadem (*tela*) ipſa de noſtro corpore vulſa in vos retorquebo. — quo machaeris veſtris amentationibusque cadatis.

AMEOS, *vid.* AMMIVM.

AMERIA, [Ἀμερία] *Oppidum Vmbriae, patria Roſcii Amerini, quem defendit Cicero.* Ameriam Cato ante Perſicum bellum conditam annis nongentis ſexaginta quatuor prodidit Plin. 3, 14.

AMERĪNVS, Adi. [Ἀμερῖνος] *vt,* Amerina ſalix Plin. 24, 9. Colum. 4, 30, 4. Virg. Georg. 1, 265 Atque Amerina parant lentae retinacula viti. *Vbi* Seruius; Amerina retinacula, Virgas de quibus vites religantur. Quae virgae abundant circa Ameriam oppidum Italiae, cuius crebram in Roſciana fecit Cicero mentionem.

AMERINA, ōrum. n. pl. Subſt. *Genus pirorum.* Stat. Silu. 1, 16, 18 Et maſſis Amerina non peruſtis. *Vid. Barth. Adu.* 24, 7. Plinius ſeriſſima Pirorum *vocat* 15, 15. Amerina mala Colum. 5, 10, 19.

AMERIMNON, [ἀμέριμνον] *Herba, quae alio nomine* Aïzoon maius *appellatur* Plin. 25, 13.

AMES, itis. m. Feſtus; Amites, Perticae aucupales. Hor. Epod. 2, 33 Aut amite leui rara tendit retia. Amites (*inquit* Porphyrio) hodie appellantur quoque Furculae, quibus retia in venatione vel in aucupio ſuſpenduntur. Pallad. 10, 12 Nunc in amitibus apparetur aucupium noctuae, caeteraque inſtrumenta capturae. Idem 7, 2, 3 Duo breuiſſimi temones, velut amites baſternarum. Vet. Gloſſ. amites, ἰξευτικοὶ κάλαμοι: item Amites στάλικες. *Quae in* Gr. Lat. Gloſſ. στάσεις δικτύων *interpretantur.* Varos *Lucanus appellat.*

AMĔTHYSTVS, i. m. [ἀμέθυστος] *Gemma purpurea, colore violae, dicta a colore, qui ad vinum,* μέθυ *non plane accedat.* Cauſam nominis, *inquit* Plin. 37, 9 ſ. 50 afferunt, quod vsque ad vini colorem non accedunt: prius quam enim deguſtent, in violam definit fulgor. Aliqua ſiquidem in illis purpura non ex toto in igneum, ſed in vini colorem deficiens. Perlucent autem omnes violaceo colore, ſcalpturis faciles. Indicae abſolutum purpurae colorem habent: ad hancque tingentium officinae dirigunt vota. Id. 9, 41 Non eſt ſatis abſtuliſſe gemmae nomen, Amethyſtum *i. tingere lanam eo colore, vt et ipſa* Amethyſtus *dici poſſit. Pergit* Plinius, Rurſum abſolutum inebriatur (*tingitur*) Tyrio *etc.* Imperito nonnunquam concha videtur margarita, vt amethyſtus ſmaragdus Varro ap. Non. 3, 138. Amethyſtus, *Vuae genus* Columel. 3, 2, 24. *a colore, puto.* Amethyſtos purpureas ſimulat *color quidam* Ouid. de Arte Am. 3, 181.

AMETHYSTĬNĀTVS, Martial. 2, 57 *in fictum diuitem,* Hic quem videtis greſſibus vagis lentum, Amethyſtinatus media qui ſecat ſepta. *Hominem dicit veſte amethyſtina ornatum, ſicut* Purpuratum *dicimus. Nempe*

AMETHYSTĬNVS, Adi. [ἀμεθύστινος] *quod habet colorem gemmae Amethyſti.* Iuuen. Sat. 7, 135 Cauſidicum vendunt amethyſtina. *i. Veſtes colore amethyſtino. Ideo purpurati, aut amethyſtinati incedunt cauſidici, vt ſuas operas carius vendant. Hic enim color maximo pretio, qui miſtus ex purpura. Vid.* Plin. 9, 41 *quem modo laudauimus in* AMETHYSTVS. *In nomine, quod etiam* minime ebrium *notare, i.* ſobrium *poteſt, ludit* Mart. 14, 154 *cui lemma poſuit,* Lanae Amethyſtinae: Ebria Sidoniae cum ſim de ſanguine conchae, Non video, quare ſobria lana vocer. *Nero* Suetonio *teſte* c. 32 interdixit vſum Amethyſtini ac Tyrii coloris. Plin. 21, 8 ſ. 22 Alium (*colorem animaduertimus*) in Amethyſto, qui a viola (*migrante gratia*) et ipſe in purpureum (*colorem trahitur*) quemque Ianthinum appellauimus.

AMETHYSTIZONTES [ἀμεθυστίζοντες] *carbunculi. h. e.* quorum extremus igniculus in amethyſti violam exit Plin. 37, 7 ſ. 25.

AMĒTOR, ŏris. [ἀμήτωρ] Matrem non habens, apud Tertull. de Praeſcript. cap. 53.

AMFLEXVS, a, um. Melae 3, 2 *tribuitur: Sed eſt in fine,* Eiusdemque nominis Inſulam amplexus.

AMFRACTVS, AMFRAGOSVS, *vid.* ANFR.

## A M I

AMĪA, ae. [ἀμία] *Piſcis Ponto familiaris, qui* cum thynnis, *vt* et Pelamydes in Pontum ad dulciora pabula intrat gregatim, *cuiusque* incrementum ſingulis diebus intelligitur Plin. 9, 15.

AMIANTVS, [ἀμίαντος] *Lapis eſt friabilis in modum lanae, aluminis ſciſſili ſimilis, de quo* Plin. 36, 19 ſ. 31 Amiantus alumini ſimilis, nihil igni deperdit. Hic veneficiis reſiſtit omnibus, priuatim magorum. *De ellychniis et tela inde confecta Dioſcor.* 5, 158.

AMICA, AMICABILIS, AMICE. *vid. poſt* AMICTORIVM.

AMICĪNVM, *vel* AMICINVS, Vtris pediculus, ex quo vinum diffunditur. Feſtus, Gloſſ. Amicinus ἀσκοῦ στόμα.

AMĬCIO, ĭui et ixi, ictum, īre. [ἀμπέχομαι] *Veſtire, operire. Vid.* AMICTVS. Hippias gloriatus eſt, pallium, quo amictus, ſoccos, quibus indutus eſſet, ſe manu ſua confeciſſe Cic. de Orat. 3 c. 32. Suet. Veſp. 21 Dum ſalutabatur, et calceabat ipſe ſeſe, et amiciebat. Plin. Epiſt. 2, 3, 2 *de oratore,* Surgit, amicitur, incipit. *Comparamus cum hoc loco* Quinctil. 11, 3, 156 Leniter conſurgendum, tum in componenda toga, vel, ſi neceſſe ſit, ex integro iniicienda paullum eſt commorandum, vt et amictus ſit decentior *etc. Nempe* amicitur *etiam, qui veſtem, qua indutus iam eſt, componit. Sic* Plaut. Perſ. 2, 5, 6 Subnixus alis me inferam atque amicibor glorioſe. *Conf.* Diomed. p. 364. Amicitur fuluis ab alis Ouid. Met. 5, 546. *i. in auem mutatur.* Quidquid chartis amicitur ineptis. Hor. Epiſt. 2, 1, 270. *i. inuoluitur.* Amicitur vitibus vlmus Ouid. ex Pont. 3, 8, 13. Amicire *et* Induere *ita differunt; vt hoc de veſte interiore, illud de exteriore ſemper accipiatur. Ferrar. Anal. de Re Veſt. cap.* 26. *Vid. mox* AMICTVS. *Subſt. it.* AMICVLVM.

AMICTVS, Partic. [ἠμφιεσμένος] *Veſtitus vel opertus.* Cic. Philipp. 2 c. 34 Sedebat in roſtris collega tuus, amictus toga purpurea, in ſella aurea coronatus. Nube candentes humeros amictus Hor. Carm. 1, 2, 31. Amicta oſſa lurida pelle Hor. Epod. 17, 22. Amicta loca niue Catull. de Berec. et Aty 64, 71. Velis amictos, non togis Cic. in Catil. 22. Amicti vitibus montes Flor. 1, 16, 5 Amicta vitibus vlmus Hor. Epiſt. 1, 16, 3.

AMICTVS, ūs. [ἀμπεχόνη, ἀμφίεσμα, ἐπίβλημα] *Quicquid eſt, quo quis amictus, ſiue opertus eſt: in primis autem Veſtitus, quo veſtimur.* Status, amictus, annulus, imago ipſa declarat Cic. Att. 6, 1. Id. Tuſc. 5, 119 c. 32 Mihi amictui eſt Scythicum tegmen. Tibull. 1, 8, 13 Fruſtra iam veſtes, fruſtra mutantur amictus. Varro de L. L. 4, 30 p. 32, 38 Amictus eſt dictum Amiectum, id eſt Circumiectum, a quo etiam quod veſtitu (*al.* veſtes) ſe inuoluunt, Circumiectum appellant: et quod amictui habent purpuram circum, vocant circumtextum. Antiquiſſimi amictui vicinium *etc. Obſeruat etiam Brouckh. ad* Tib. 1, 9, 13 Veſtes *eſſe indumenta interiora,* amictum, *quicquid veſtibus ſuperiniicitur: et videbimus deinde* n. 2 *a Quinctiliano* 11, 3, 137 ſq. *de toga aliquoties vſurpari. Conf.* AMICVLVM. Aurato amictu velatur Ouid. Met. 14, 263. Caeli amictum mutare, *i. aërem nos ambientem, aduerſus peſtilentiam* Lucret. 6, 1132. Croceo amictu velatus Hymenaeus Ouid. Met. 10, 1. Virg. Aen. 5, 421 Haec fatus, duplicem ex humeris reiecit amictum, *i. veſtem, quae vtrumque humerum tegeret.* Ferrugineus Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 275. Glauco amictu caput contexit, *Iuturna nympha, in ſuam ſe aquam abdens* Virg. Aen. 12, 885. Lineus Tacit. Hiſt. 3, 74 *quo* ſacricolae *vtebantur.* Leuis Catull. Argon. ſ. 62, 64. Multo amictu nebulae circumfudit dea gradientes Virg. Aen. 1, 412. Perlucens Ouid. Met. 4, 313. Puniceo velabat amictu Stat. Silu. 2, 1, 132. Purpureus Hor. Epiſt. 1, 17, 27. Refugo palleſcit amictu Nox Claudian. De Phoen. 6. *Nocti itaque peplum quaſi nigrum tribuit, qui ſub auroram refugit.* Sordidus Virg. Aen. 6, 301. Deponere amictus Iuuen. 1, 142. Laceſſere ſummos amictus Stat. Silu. 2, 1, 197 *i. lacinia aliquem prehendere.* Lapſus ex humeris amictus Ouid. de Arte Am. 3, 268 Tectus plebeio amictu Lucan. 2, 18. Tenues amictus laniauit Ouid. Met. 4, 104. Amictu erepto nuda Propert. 2, 1, 13. Oneratus madido amictu Claud. de Bell. Get. 351. Catull. 117, 7 Contra nos tela iſta tua euitamus amictu. *i. Non armis, non clipeo; ſed veſte oppoſita et quaſſata, depellimus, non ſecus quam muſcarum inſultus.* Exoleuerunt Graeci amictus Tacit. Ann. 14, 21 Graius amictu Stat. Silu. 2, 1, 113. *i. Graeco more veſtitus.* Velauit amictu femineo Stat. Achill. 2. ¶ 2 Amictus, pro Modo et ratione veſtiendi corporis, et decore veſtitus. Quinctil. lib. 11, 3, 137 Eſt aliquid in amictu, quod ipſum aliquatenus temporum conditione mutatum eſt. Iterum ſ. 147 et Negligentior amictus, et ſoluta ac velut labens vndique toga. It. ſ. 156 Decentior amictus *etc. In omnibus autem his locis ad togam pertinet.*

AMĬCĪMEN, ĭnis. n. *Idem quod Amictus.* Apul. Met. 11 p. 261 Mulieres candido ſplendentes amicimine. *Et* p. 268 Linteo et rudi contectus amicimine.

AMĬCŬLVM, [ἐπιβλημάτιον] *Veſtis extima ſuperinjecta aliis. Vid.* AMICTVS, AMICIO. Feſtus; Amiculum, genus veſtimenti a circumiectu dictum. Cic. de Diuin. 2, 139 Viſus eſt in ſomnis amicae eſſe amictus amiculo. Curt. 5, 1, 38 Feminarum conuiuia ineuntium in principio modeſtus eſt habitus: deinde ſumma quaeque amicula exuunt, paulatimque pudorem profanant. ad vltimum ima corporum velamenta proiiciunt. *Eſt etiam regum ac deorum;* Cic. N. D. 3 c. 34 Dionyſius, aureum Ioui Olympio detraxit amiculum, grandi pondere,

in eo etiam cauillatus, aeſtate graue eſſe aureum amiculum, hieme frigidum; eique laneum pallium iniecit. Curt. 3, 12, 5 Inſignibus quoque imperii, ne fugam proderent, indecore abiectis. *Aliquanto vero poſt ſic.* Vnus namque e captiuis ſpadonibus amiculum, quod Darius, ſicut paullo ante dictum eſt, ne cultu proderetur, abiecerat, in manibus eius qui repertum ferebat, agnouit. *Eſt itaque* Amiculum Candys *ille Perſarum amictus exterior laxus, chlamydis inſtar.* Liu. 27,4 Cleopatrae Reginae *dono mittitur a Romanis* amiculum purpureum. *Et* 34, 7 *vindicatur matronis Romanis.* Feralibus amiculis inſtrictus atque obditus Apul. Met. 10 p. 244. *de mortuo Faſciis inuoluto.*

AMICVLĀTVS, a, um. *Indutus.* Solinus cap. 65. (al. 52) de India, Pars nudi, pars obſcoena tantum amiculati.

AMICTORIVM, [ἀμπεχόνιον] *Veſtimentum puellare, candidum, et ſubtiliſſimum ex lino, de quo* Martial. 14, 149 Mammoſas metuo, tenerae me trade puellae, Vt poſſint niueo pectore lina frui. *Huius enim diſtichi* lemma *eſt* Amictorium. Gloſſ. Gr. Lat. ἐπιβόλαιον, amictorium, opertorium.

AMĪCA, ae. [φίλη, ἑταίρα] *Amaſia, vel quae amatur extra coniugium.* Hor. Epiſt. 1, 1, 20 - - - vt nox longa, quibus mentitur amica. Anima eſt amica amanti Plaut. Bacch. 2, 2, 16. Ter. Andr. 1, 3, 10 Siue vxor eſt, ſiue amica eſt, grauida eſt e Pamphilo. Ter. Heaut. 1, 1, 52 Amicam vt habeas prope iam in vxoris loco. *Sic* Neque enim muliebres vnquam inimicitias gerendas putaui, praeſertim cum ea, quam omnes ſemper amicam omnium potius, quam cuiusquam inimicam putauerunt Cic. pro Cael. c. 13 *extr. in Clodiam. Laudat etiam h. l.* Quinctil. 9, 2, 99. Culta amica Ouid. de Arte Am. 2, 175. Dura Ouid. Amor. 1, 9, 19. Id. ib. 2, 9, 38 Me modo decipiant voces fallacis amicae. Formoſa Id. Faſt. 5, 339. Magna Iuuen. 4, 20. Mollis Ouid. Epiſt. 3, 114. Tenera Id. de Arte Am. 1, 465. Venales amicae ad munus Propert. 2, 16, 21. Inſinuare ſe ad amicam alterius. *vid.* INSINVO. *Philaenis turpiſſima* Amica Mart. 7, 69. ¶ 2 *Honeſta tamen etiam dicitur* Mulier Amica mulieris, *v. g.* Ouid. Am. 2, 2, 21 Ibit ad affectam, quae non languebit amicam Viſere. *Sic* Ter. Hec. 4, 2, 16 Amicas et cognatas deſerere et feſtos dies. Id. Hec. 5, 2, 25 Easdem amicas fore tibi promitto. *Sic* Iuuenal. 6, 353, 455. 481. *Sic etiam* Interpres Vulg. Lucae 15, 9. *Sic* Inſcr. Grut. p. 865, 17 Amicae cariſſimae. *it.* p. 891, 4. *it.* p. 892, 8. *et* p. 888, 10. *Add.* Lactant. de M. P. 39, 5. ¶ 3 *De honeſto inter ſponſum et ſponſam, vel qui ſunt, vel qui fieri cupiunt, amore* int. Vulg. Cant. *paſſim v. g.* 1, 8, et 14. *it.* 2, 10 *etc. Sic* Iuuenal. 3, 12 Hic vbi nocturnae Numa conſtituebat amicae, *de Egeria Nympha, quam coniugem dicebat.* ¶ 4 *De honeſto inter mulierem et virum amore extra coniugium.* Grut. Inſcr. p. 323, 11 C. Sammiae Q. Fil. Seuerinae Flamin. Aug. Nem. C. Terentius Anicetus Amicae optimae et ſibi. *Neque enim aliter amari, certe in ſepulcri titulo ſic appellari poteſt ſ.* Flaminia *virguncula,* ſ. Flaminica *vxor* Flaminis *a non-marito. Vel huc vel ad* n. 3 *retuleris etiam* Inſcr. Vet. *inter* Florentinas Gorii p. 398 n. 186 Amica Amico cariſſimo. *It.* Vulgat. Sap. 7, 4 Fili, dic ſapientiae, ſoror mea es, et prudentiam voca Amicam tuam.

AMĪCVĬLA, [ἑταιρίδιον] *Dimin. ab* Amica. Plin. Epiſt. 3, 9 Miſerat etiam epiſtolas Romam ad amiculam quandam. Cic. de Orat. 2, 244 Cum eo Tarracinae de amicula rixatus. Quoties amiculae collum exoſcularetur Suet. Calig. c. 33. Vxore contentus haud vna, concubinis, pellicibus, atque amiculis delectatus Arnob. 4, p. 141 *de Ioue.*

AMĪCVS, i. m. [φίλος] *Non ex* Am *et* Aequus, *i. Vtrinque aequus, ſed ab* Amando *dictus.* Paullus in l. 223 D. de verb. ſignif. Amicos appellare omnes debemus, non leui notitia coniunctos, ſed quibus fuerint iura cum patref. honeſtis familiaritatis quaeſita rationibus. Ex omnibus ſaeculis vix tria aut quatuor nominantur amicorum paria Cic. de Am. c. 4. *De variis amicorum generibus eleganter* Enn. ap. Gell. 12, 4. *et* Hor. Sat. 2, 6, 41. Cic. Verr. 3, 148 c. 63 Si hoc doceo, poteritne te Alba tuus antiquiſſimus non ſolum amicus, verum etiam amator abſoluere? Amicus, neceſſariusque communis Cic. pro Cluent. 86. Amicus ac perneceſſarius alicuius Cic. pro Flacc. 14. ¶ 2 *Adiectiua recipit tanquam ſubſtantiuum.* Amicus aequaeuus Virg. Aen. 5, 452. Tacit. Hiſt. 4, 7 Nullum maius boni imperii inſtrumentum, quam bonos amicos. Certus, *vid.* CERTVS. Cari amici Hor. Carm. 4, 9, 51. Manil. 5, 66

Inſtar erit populi, totaque habitabit in vrbe
Limina peruolitans, vnumque per omnia verbum
Mane ſalutandi portans communis amicus,

*Hic ergo* communis *potentium omnium amicus: ſed etiam de duobus.* Cic. Fam. 5, 2 Miſi ad Metellum communes amicos. Diſcolor amicus infido ſcurrae Hor. Epiſt. 1, 18, 4. Diffugiunt cadis Cum faece ſiccatis amici, Ferre iugum pariter Doloſi Hor. Od. 1, 35, 26. Dulcis Hor. Serm. 1, 3, 69. Cic. Philipp. 11, 34 c. 13 Pompeius vnum Deiotarum in toto orbe terrarum ex animo amicum vereque beneuolum, vnum fidelem populo Romano iudicauit. Hor. Epiſt. 1, 5, 24 - - - ne fidos inter amicos Sit, qui dicta foras eliminet. Hercule amico diues Hor. Serm. 2, 6, 12. *Sed hic Adiectiuum videri poteſt.* Ordinis inferioris amici. *vid.* ORDO. Inops Perſ. Sat. 6, 28. Intentatus et nouus amicus. *vid.* INTENTATVS. Iucundus Hor. Serm. 1, 3, 93. Purus Id. ib. 1, 6, 69. Sterilis Iuuenal. 12, 96. *a quo nihil accipit, qui illum colit.* Lucan. ad Piſon. 106 Rara domus tenuem non aſpernatur amicum. Verus amicus eſt tanquam alter idem Cic. in Lael. 82 c. 21. Hor. Arte Poët. 425 Mirabor ſi ſciet inter - Noſcere mendacem Verumque beatus amicum. ¶ 3 Amici Principum, *dicebantur qui nunc Conſiliarii et proceres Principum, eorumque domeſtici, familiares et miniſtri.* Nep. 1, 3, 2 Amicis ſuis oppida tuenda tradit Darius. *Sic* 21, 3, 1 Magni reges ex amicis Alexandri M. *Add.* Curt. 4, 1, 19. *vid. Freinsh. Indice, it. I. G. Graevius ad* Iuſtin. 1, 4 *et ad* Cic. Fam. 15, 2. *Hi et* Comites *appellati, a* Comitando. *Quod cum faciebant, hoc eſt, procedenti principi aderant officii cauſa, praecedere ſolebant; nam ſerui et minus honorata miniſteria ſequebantur: vnde et* Pediſſequi *dicti. Illi enim* Anteambulones, *item* Antepedes *appellati, vt notat Salmaſius ad* Treb. Poll. D. Claud. 14 p. 390 Hack. *Erant* Amici *iſti ſeu* Comites *principum in diuerſas claſſes diſtincti, pro ratione honorum, quos ſuſtinebant. qua de re Lipſ. ad* Tacit. An. 6, 9. *et ad* Senec. de Benef. 6, 3. *Salmaſ. ad Spartian.* Adrian. 18 p. 165 ſqq. Marcil. ad Hor. Epiſt. 1, 9. *Ita* Amicos Caeſarum *ſe vocabant Reges minores. vid. Spanh. de Vſu et Praeſt. Num. diſſ.* 8 p. 525. *Sed et* Potentes *et* Magni amici *principum ſunt, qui gratia apud eos florent aulici, et primae admiſſionis purpurati; vid. Burm. ad* Quinctil. 5, 12 p. 454. *Sic et ipſi Patroni, et quibus praeſtamus obſequia,* Amici *ſaepe dicuntur.* Hor. Epod. 1, 1. Idem Carm. 2, 18, 12. *et* Epiſt. 1, 18, 44. Iuuen. Sat. 3, 57. *et* 6, 312. *et* Sen. de Breu. Vitae cap. 7. ¶ 4 *Formulae ex verbis* Cic. Tuſc. 5, 62 Vtinam ego (inquit) tertius vobis amicus adſcriberer. Exornare amicos, *i. Honoribus augere* Plin. Epiſt. 2, 13. Cic. Off. 1, 35 Illud enim honeſtum, quod ſaepe dicimus, etiamſi in alio cernimus, tamen nos mouet, atque illi, in quo ineſſe videtur, amicos facit. Fungi munere propioris amici Hor. Epiſt. 1, 9, 5. Plorare cauſam lugentis amici Iuuen. 15, 134. Remanens amicus in duris rebus Ouid. Triſt. 1, 8, 23. Rodere amicum abſentem Hor. Serm. 1, 4, 82. Spoliari amicis caris Claud. Epiſt. 1, 24.

AMĪCVS, a, um. *Amicitia coniunctus: item vtilis, accommodatus ad aliquid.* Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 18 Quas Caeſar eſſe amicas ciuitates arbitrabatur. Amicus conſiliarius. *vid. h. v. ſub* CONSILIVM. Ante tamen bellum vires acquirit Amicas. *i. Amicorum auxilia.* Ouid. Met. 7, 459. Amicus Muſis Hor. Carm. 1, 26, 1. *oblectans me literis.* Amicum agmen, *i. Amicorum* Ouid. Epiſt. 1, 45. Animus Ter. Hec. 3, 3. 29. *i. beniuolentia. Sed* Hor. Od. 4, 7, 19 Cuncta manus auidas fugiunt heredis amico Quae dederis animo. *Hic* animus amicus *vt* φίλον ἦτορ *apud Graecos, eſt ipſe ſuus cuiusque animus, geniusque adeo; huic* quae dederis, *i. quidquid genio et cuticulae curandae impenderis, etc. Sic* Animus rebus ſuis amicus, *i. ſorte ſua beatus* Sen. de Vita Beat. c. 6. Aruum amicius, *i. locum mitiorem exilii optat* Ouid. ex Ponto 4, 15, 21. Diana votis puerorum amicas Applicat aures Hor. in Carm. Saecul. 71. Dictis fatur amicis Virg. Aen. 2, 147. Hercule amico diues Hor. Sat. 2, 6, 12. *i. fauente.* Ouid. Faſt. 6, 510 Non venit haec noſtris Hoſpes amica choris. Lector amice Ouid. Tr. 3, 1, 2. Manus Ouid. Epiſt. 10, 122. Tuta frequensque via eſt per amicum fallere Nomen Ouid. A. A. 1, 585. *Sed* Manil. 2, 636 Scorpios adſpergit noxas ſub nomine amici. Numen male amicum Virg. Aen. 2, 735. Id. Aen. 5, 41 Feſſos opibus ſolatur amicis, *i. hoſpitio benigno, cibo, balneis etc.* Amici pauones et columbae Plin. 10, 74. Pondus leuant amicum Stat. Theb. 10, 374. Portus amicos intramus Virg. Aen. 5, 57. Quies amica, *h. e. Grata, iucunda, placida* Claud. in Praef. Sext. Conſ. Hon. 2. Sidus appareat amicum Hor. Epod. 10, 9. Silentia lunae, *i. accommodata nobis* Virg. Aen. 2, 255. Sulfure amico paſcere ignes Val. Fl. 2, 450. *de excitando igne - Locus eſt,* Citum ſtrictis alius de cautibus ignem Oſtendit foliis (*aridis, quae iam ſemel arſere*) et ſulfure paſcit amico, *i. conuenienti.* Tempus agit amicum ſol Hor. Carm. 3, 6, 43. *h. e. Gratum laborantibus, nimirum quando occidit.* Tempus fraudibus amicum Stat. Silu. 5, 2, 39. *i. aptum, commodum.* Vento amico nauem ferri Ouid. Triſt. 1, 4, 17. *i. ſecundo.* Vultu amico promittere ſpem Id. Met. 3, 457. Vultus amicos veneratur Claud. Conſ. Mall. Theod. 133. ¶ 2 *Amat Datiuum.* Dea carminis illa (Pallas) eſt: Si mereor, ſtudiis adſit amica meis. Ouid. Faſt. 3, 833. Amica luto ſus Hor. Epiſt. 1, 2, 26. *i. adſueta.* Homo amicus non magis tyranno, quam tyrannidi Nep. 10, 3, 2. *Sic* Cic. Att. 10, 16 pr. Velim vt tibi amicus ſit. Hoc cum tibi opto, opto vt beatus ſis: erit enim tam diu. Pompeius tibi Valde amicus eſt Cic. Fam. 1, 8, 10. Vsque in extremas res amicus Tac. H. 1, 45, 3. Hor. Carm. 2, 17, 2. Nec diis amicum eſt, nec mihi, te prius Obire Maecenas, *etc. i. non placet DIS. Sic fere* Vell. 2, 45, 1 Quid inter diſſimiles amicum eſſe poteſt? *i. conuenire, vtrinque placere.* Hor. Serm. 1, 2, 20 - - - hic vix credere poſſis Quam ſibi non ſit amicus. *i. vt ſtatim interpretatur, Heautontimorumenos, ſe ipſe crucians cupiditatibus contrariis.* Idem Epiſt. 1, 2, 101 Quid minuat curas, quid te tibi reddat amicum. *In concordiam reuocatis nempe animi motibus, ne alia cupiditas aduerſetur et repugnet alteri: quo pertinet etiam, quem paullo ante vidimus,* Animus ſuis rebus amicus. ¶ 3 *Compar.* Cic. Att. 8, . . . Neque enim ego amicior C. Caeſari vnquam fui, quam illi: neque illi amiciores Reipub. quam ego. Amicior omnium libertati, quam ſuae dominationi Nep. 1, 3, 7. Mihi nemo eſt amicior, nec iucundior, nec carior Attico Cic. ſub Att. 16, 16. Nihil homini amico eſt opportuno amicius Plaut. Epid. 3, 3, 44. Amicior vndis fraxinus Stat. Theb. 9, 493. *i. maiori parte ſtabat in vndis: dixerat* Stabat gramineae producta crepidine ripae vndarum ac terrae dubio: ſed amicior vndis. *Superl.* Cic. Fam. 3, 3 Succeſſor coniunctiſſimus et amiciſſimus. Eumenes Romanis amiciſſimus Nep. 23, 10, 2.

AMICVĬLVS, i. m. [φιλίσκος] *Dimin. ab* Amicus. Cic. Verr. 3, 79 c. 34 *vbi* Verres *deliciarum et venuſtatis cuiusdam cauſa* Docimum *vocat* Amiculum ſuum. Hor. Epiſt. 1, 17, 3 Diſce docendus adhuc, quae cenſet amiculus. Catul. ad Alphenum 31, 2 Iam te nil miſeret dure tui dulcis amiculi.

AMICE. Adu. [φιλικῶς] *i. Amici more; quod eſt, cum amore et beneuolentia.* Cic. in Lael. 9 Facis amice. Ibid. Et haec accipienda amice. Amice cogitare de aliquo Nep. 22, 2, 6. Cic. de Fin. 1, 34 Quos tu paullo ante, cum memoriter tum etiam erga nos amice et beneuole collegiſti. Familiariſſime et amiciſſime viuere cum aliquo Cic. Diuin. in Verr. 29 c. 9. Id. Off. 1 c. 26 Haec praeſcripta ſeruantem licet grauiter, magnifice animoſeque viuere, atque etiam ſimpliciter, fideliter, et vitae hominum amice. Amiciſſime Cic. de Fin. 5, . .

AMICĬTER. Adu. [προσφιλῶς] *pro Amice.* Plaut. Perſ. 2, 3, 3 Quia meo amico amiciter hanc commoditatis copiam danunt argenti minuti. *Et* Pacuu. apud Nonium 11, 12 Quando amico amiciter feciſti.

AMICITIOR, *Comparat.* Vir auſterae ſectae amicitior Apul. Apol. p. 286, 17. *ſic ſine varietate legitur. Sic etiam ex optimis MSS. legendum cenſent ap.* Cic. Fam. 3, 2. *et* 3, 5 *Gruterus et Gebhardus pro* Amicior. *Quaſi fuiſſet poſitiuus* Amicitus, *quo referri etiam poteſt Adverbium* Amiciter. *Etiam* Sall. Iug. 10, 5 *legunt quidam,* Quis autem amicitior, quam frater fratri? *Sed Cortius et hic et alias ſolum* amicior *rectum putat.*

AMICABĬLIS, e. *et*

AMICALIS, *Fluctuat enim fere lectio, idem quod Amicus* [φιλικός] Amicabilis Gloſſ. Vet. *Add.* Vulgat. Prou. 18, 24. Plaut. Mil. 4, 4, 8 Vos modo porro, vt occoepiſtis, operam date amicabilem. *Alii legunt* Adiutabilem. *Sic et Gronouius.* Transactio amicabilis L. vlt. §. vlt. C. de legit. hered. Vlp. in l. Idemque 10. D. Mandati. §. 7. Et eſt verum, eum, qui non animo procuratoris interuenit, ſed Affectionem amicabilem promiſit in monendis procuratoribus et actoribus mandati non teneri. *Haloander et Pandectae Florentinae habent* Amicalem *quos ſequitur Gothofr.* Scamnis amicabilibus (*Sirm.* amicalibus) deputari Sidon. Epiſt. 1, 3. *id eſt ſubſelliis Aduocatorum, vt interpretatur Sauaro, qui probat* amicabilibus. *Iudicum ſ. Aſſeſſorum ſubſellia mauult intelligere* Chimentel. de Honor. Biſell. cap. 22. Apul. de Mundo p. 75, 9 *in Diuinis nominibus,* Hoſpitalis *et* Amicalis *recenſetur.*

AMICĀRIVS, i. m. *qui ſit, doceat* Diomed. 1 p. 313 pr. *Putſch.* Omnis appellatio primae poſitionis, A litera terminata caſu nominatiuo, acceptis Syllabis RI et VS ſignificat eum, qui eam rem aut praeſtat,

at, aut vendit, aut emit, veluti *Amica*, *Amicarius*, ἐρωμενοπάροχος, ωμενοπώλης, ἐρωμεναγοράςης.

AMICOSVS, Qui multas amicas habet. Diomed. *l. c. in* AMICARIVS.

AMĪCO, āre. [φιλόω] *Conciliare*. Stat. Theb. 3, 470 Ac prior Aecli-es ſolita prece numen amicat, *i. Amicum ſibi facit, propitiat, placat.* Radulph. Ardent. Homil. 27 in Euangel. Cui nos ſimilitudo et familiaritas amicat. *Vtitur et* Guil. Brito Philipp. 1, 357. *Probam tamen eſſe, oſtendit verbum* INIMICO. *v. v.*

AMĪCĬTIA, ae. [φιλία] *Quid ſit, audiamus ex* Cic. in Lael. 20 Eſt autem amicitia nihil aliud, niſi omnium diuinarum humanarumque rerum cum beniuolentia et caritate ſumma conſenſio. Idem de Inuent. 2, 166. Amicitia, eſt voluntas erga aliquem, rerum bonarum, illius ipſius cauſa quem diligit, cum eius pari voluntate. *Sic* Carum ipſum verbum eſt amoris, ex quo amicitiae nomen eſt ductum, quam ſi ad fructum noſtrum referemus, non ad illius commoda, quae diligimus; non erit iſta amicitia, ſed mercatura quaedam vtilitatum Cic. de Nat. Deor. 1, 122 c. 44. Vos hortor, vt, virtute excepta, nihil amicitia praeſtabilius eſſe putetis Id. in Lael. *extr.* Amicitiai, *genit. uſus eſt* Lucret. 3, 83 Hunc vexare pudorem, hunc vincula amicitiai Rumpere. Amicitia adiutrix virtutum Cic. in Lael. 83 c. 22. Plin. 19, 8 Amicitia eſt rutae cum fico. Idem in prooem. lib. 20. Odia amicitiaeque rerum ſurdarum ac ſenſu carentium. *Haec eſt, quam* Sympathian *et* Antipathian *vulgo appellant.* ¶ 2 *Nomina iuncta* amicitiae, *tum Adiectiua tum Subſtantiua.* Amicitiae ambitioſae. *vid. v. ſub* AMBIO. Caritas et amicitia hominum, gratuita eſt Cic. de Nat. Deor. 1, 122 c. 44. Communes amicitiae Cic. in Lael. 79. Conciliatrix amicitiae virtutis opinio Ib. 37. Condimentum amicitiae haudquaquam mediocre, ſuauitas ſermonum atque morum Ib. 66. Dignus amicitia Ib. 81. Exercita amicitia cum aliquo Tacit. Ann. 15, 62. Amicitiae non modo Fautrices fideliſſimae, ſed etiam effectrices ſunt voluptatum, tam amicis quam ſibi Cic. de Fin. 1, 67. Fideles in amicitiis Id. Fin. 2, 81. Fines in amicitia qui ſint, conſtituendi ſunt, et quaſi termini diligendi Cic. in Lael. 56. Fons amicitiae a natura conſtitutus bonorum inter bonos beneuolentia Id. ib. 50. Fucoſae amicitiae Cic. Att. 1, 18. Graues principum amicitiae Hor. Carm. 2, 1, 4. *i. aliis verba Triumuirorum ſocietas.* Gloria amicitiae excellens Laelius Cic. in Lael. 5. Vulgatum illud, quia verum erat, in prouerbium venit, Amicitias Immortales, Inimicitias mortales debere eſſe Liu. 40, 46. *Vid. etiam mox* Sempiternas amicitias, *et* Quinctil. Declam. 257. Iniuſtae amicitiae grauis exitus imminebat Tacit. Ann. 4, 74. Ius amicitiae in eo eſt, vt vnus quaſi animus fiat ex pluribus Cic. in Lael. 94. Iuſtae praeque amicitiae vetus eſt lex illa, vt idem amici ſemper velint Cic. pro Planc. 5. Leues amicitiae Cic. in Lael. 100. Locus amicitiae vbi eſſe poteſt, aut quis amicus eſſe cuiquam, quem non ipſum amet propter ipſum? Cic. de Fin. 2, 78. Mediocres amicitiae Id. ib. 2, 84. Naturalis *vid.* Pulcherrima. Neceſſitudo amicitiae coniunctionisque Cic. in Lael. 73. Nomen amicitiae ſanctum et venerabile Ouid. Triſt. 1, 7, 1. Nouis amicitiis indulgere Cic. in Lael. 54. Officioſam amicitiam nomine inquinas criminoſo Cic. pro Planc. 46. Ornamentum amicitiae verecundia Cic. in Lael. 84 c. 22. Par amicitiae Conſularis Cic. pro Domo ſua 27, *de ſe et Pompeio conſulari vtroque, ſed qui non iisdem anni conſules fuerant.* Cic. de Fin. 1, 67 Ratio ipſa monet amicitias comparare, quibus partis confirmetur animus. Peſtis in amicitiis nulla maior, quam adulatio, blanditiae, aſſentatio Cic. in Lael. 91 c. 25. Praeſidium amicitiae firmiſſimum Cic. de Fin. 1, 68. Praetextata amicitia, *a praetexta inde culta* Mart. 10, 20, 4. Principis amicitia Plin. Epiſt. 1, 17. *i. gratia.* Pudicae amicitiae ſanctus amor Stat. Silu. 2, . . . Pulcherrima et maxime Naturali carent amicitia, per ſe et propter ſe expetenda Cic. Lael. 80 c. 21. Pyladea amicitia, *i. ſumma, qualis fuit inter Pyladem et Oreſtem* Cic. de Fin. 2, 84. Satietates amicitiarum eſſe non debent Cic. in Lael. 69. Id. pro Rabir. Poſth. 32 Neque me vero poenitet mortales inimicitias, ſempiternas amicitias habere. Simulatio amicitiae Cic. in Lael. 26. Stabiles amicitiae permanent Cic. in Lael. 76. Firmic. 5, 10 Qui ſimilium ſibi principum ſtrictas amicitias neceſſitudinesque concilient, *i.* arctas. Suauis amicitia Lucret. 1, 142. Suffragatoria *vid. ſ. l.* Validus ad amicitiam alicuius Tacit. Ann. 12, 18. Venenum amicitiae, odium Cic. in Lael. 81. Vera amicitia mihi ditior et affluentior videtur eſſe Ibid. 58. Verae amicitiae ſempiternae ſunt Ibid. 32. Vetuſta amicitia ſuper puero vinctus Ouid. ex Ponto 4, 3, 12. Vinculum amicitiae nullum eſt certius, quam conſenſus et ſocietas conſiliorum et voluntatum Cic. pro Planc. 5. Vis amicitiae Cic. in Lael. 15. Vſus amicitiae varius eſt et multiplex Ibid. 90. Vulgares amicitiae Ibid. 78. ¶ 3 *Verba* Amicitiae *addita:* Accedere ad amicitiam. *vid.* ACCEDO. Accipere aliquem in amicitiam Liu. 34, 32. Adiungere ſibi amicitias quorum Cic. Fam. 5, 20. Admittere Sueton. Aug. 66. Adrepere in amicitiam, *vid.* ADREPO. Adſcribere aliquem ad amicitiam Cic. Off. 3, 45 c. 10. Allicit et attrahit ad amicitiam ſimilitudo Cic. in Lael. 50. Amplecti amicitiam alicuius, *vid.* Exuere amicitiam. Aperire fores amicitiae Cic. Fam. 13, 10. Appetere amicitias Cic. in Lael. 46. pro Roſc. Am. c. 13. Applicare ſe ad amicitiam alicuius *vid. h. v.* Auertere ſe ab amicitia alicuius, *vid. h. v.* Carere amicitia Cic. in Lael. 80 c. 21. Cernuntur amicitiae, caritate et amore Cic. in Partit. 88. Claudicare amicitia videtur Cic. de Fin. 1, 69. *Vid.* CLAVDICO. Coeptae amicitiae perenne foedus Stat. Silu. 4, 6, 92. Colere amicitias Cic. in Lael. 53. Comparare amicitias, *i. Acquirere* Cic. de Fin. 1, 67 c. 20. Complecti ſe concordi amicitia et caritate Cic. de Vniuerſ. 13. Conciliat amicitias et conſeruat virtus Cic. in Lael. 100. *Add.* pro S. Roſc. 27. *v.* CONCILIO. Conferre ſe ad amicitiam alicuius. Cic. in Bruto 1 c. 81 Quum Craſſus initio aetatis ad amicitiam ſe meam contuliſſet. Confirmari poteſt ſtabilitas amicitiae Cic. in Lael. 84. Id. in Lael. 32 Si vtilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata diſſolueret. Ad Coniungendas amicitias quantam vim habeat ſtudiorum ac naturae ſimilitudo, ſcitis omnes Cic. pro Cluent. 46. Iucundiſſima eſt amicitia, quam ſimilitudo morum coniugauit Cic. Off. 1, 58 c. 17. Connectitur amicitia cum voluptate Cic. de Fin. 1, 67. Connectere amicitias Plin. Epiſt. 4, 15. Cic. de Fin. 2, 78 Si vtilitas amicitiam conſtituet, tollet eadem. Conſequi amicitiam Cic. in Lael. 86. Id. pro S. Roſc. c. 22. Conſtituit amicitiam vtilitas, *vid.* CONSTITVO. Continere amicitiam, *vid.* CONTINEO. Contrahit amicitiam virtus Cic. in Lael. 49. Conuerterant ſe amicitiae in graues inimicitias Cic. in Lael. 80. Conuortimus in amicitiam Plaut. Stich. 3, 1, 13. *i. Conuertimus nos, coiimus.* Dare terga amicitiae Ouid. Triſt. 3, 5, 6. Id. Triſt. 1, 218 - - - dat cenſus honores, Cenſus amicitias: pauper vbique iacet. Deficere ab alicuius amicitia Nep. 9, 2, 2. Depoſitae Amicitiae Cic. in Lael. 79 c. 21. Deſerere ius amicitiae Id. in Lael. 35. Amicitia, quae Deſinere poteſt, vera nunquam fuit Hieron. Epiſt. 41 ad Rufin. fin. Dimittere amicitias Cic. in Lael. 76. Dirumpere amicitias Id. ib. 85 c. 22. Diſcindere, *vid.* Diffluere. Diſſociat amicitias diſſimilitudo ſtudiorum Cic. in Lael. 74 c. 20. Diſſoluere Ibid. 32 c. 9. *Vid.* Conglutinare. Diffluere amicitias Cic. Off. 1, 120. *it.* Lael. 76 c. 21 Diffluendae magis amicitiae, quam Diſcindendae. Diuelli amicitiam a voluptate non poſſe Cic. de Fin. 2, 82. Durant amicitiae firmiſſime religioſa quadam neceſſitudine imbutae, *de ſchola et condiſcipulis* Quinctil. 1, 2, 20. Eluere amicitias remiſſione vſus Cic. in Lael. 76 c. 21. Eſſe in amicitiam et in amicitia alicuius, *vid.* IN. Eſt mihi amicitia cum eo Cic. pro Cluent. 117. Euertere funditus amicitiam Cic. de Fin. 2, 80. Exardeſcit amicitia Cic. in Lael. 100 c. 27. Excludunt fideles amicitias multorum opes praepotentium Id. in Lael. 45 c. 15. Expetenda amicitia Cic. de Inuent. 2, 167. Expetere amicitiam Romanorum Antiochum, ſed quae impetrata gloriae ſibi non pudori ſit Liu. 34, 58. Expletum eſt amicitiae munus Cic. in Lael. 69. Exſtinctae amicitiae potius quam Oppreſſae vt videantur, opera danda eſt Id. in Lael. 80. Exuere amicitiam alicuius Tacit. Ann. 6, 8. Faciunt quidam moleſtas amicitias, quum ipſi ſe contemni putant Cic. in Lael. 72 c. 20. Amicitia nobis nulla tecum — facta eſt Liu. 34, 32. Fingere amicitias vtilitatis cauſa Cic. in Lael. 51. Frui amicitiae recordatione Id. ib. 15. Cic. Fam. 3, 8 Doctiſſimis hominibus auctoribus, quorum ſunt de amicitia gerenda praeclariſſime ſcripti libri. *Conf.* Nep. 14, 10, 4. Habere laxiſſimas amicitiae habenas, quas vel adducas cum velis, vel remittas Cic. in Lael. 45. Impediri amicitiae rationem, ſi ſummum bonum in voluptate ponatur Cic. de Fin. 1, 71. Incepta amicitia a paruis. *Vid.* INCIPIO. Incidere in amicitias malorum Cic. in Lael. 42. Increpuit amicitias muliebres Tacit. Ann. 5, 2. Ouid. Triſt. 4, 5, 24 Teque (quod eſt rarum) praeſta conſtanter ad omne Indeclinatae munus amicitiae. Indulgere amicitiis nouis, *vid.* INDVLGEO. Iniunxit amicitiam cum eo, *vid.* INIVNGO. Inſtituere amicitiam cum aliquo Liu. 34, 31 *et* 32. Inſtituendarum amicitiarum conſuetudo Cic. de Fin. 1, 70. Iungere ſibi pares amicitias Ouid. Triſt. 3, 4, 44. Iungere amicitias et conſuetudines cum aliquo Cic. pro Deiot. 27 c. 9. Ad amicitiam ſociali foedere inter ſe iungendam coire Liu. 34. 57. *Add.* c. 58 pr. Manere amicitiam difficile eſt, ſi a virtute defeceris Cic. in Lael. 37. Manere in amicitia, *vid.* MANEO. Si metiare amicitiam ſua caritate, nihil eſſe praeſtantius; ſin emolumento, ſummas familiaritates praediorum pretioſorum mercede ſuperari Cic. de Fin. 2, 85. Naſci amicitiam quidam volunt ab inopia Cic. in Lael. 29. Oppreſſae amicitiae, *vid. paullo ante* Exſtinctae. Orta amicitia mihi videtur a natura potius, quam ab indigentia Cic. in Lael. 27. Ortus amicitiae generoſus Id. ib. 29. Paciſcuntur inter ſe amicitias ciuitates regesque foederibus Liu. 34, 57. Peperit amicitiam natura ipſa Cic. in Lael. 19. *Add.* Nep. 7, 7, 5. Pepigerat amicitiam cum ea gente Liu. 38, . . Permanet amicitia vsque ad extremum vitae diem Cic. in Lael. 33. Permanet amicitiarum ſua cuique ſtabilis et certa poſſeſſio Cic. in Lael. 55. Petere amicitiam propter vtilitatem Cic. de Inuent. 2, 68. Praecurrit amicitia iudicium Cic. in Lael. 63. Probat amicitias vtilitate vulgus Ouid. ex Ponto 2, 3, 8. Profectae amicitiae ab noſtro beneficio Cic. de Inuent. 2, 168 c. 55. Prouecti in amicitia longius Cic. in Lael. 34. Quaeſita amicitia vtilitatis cauſa Cic. de Fin. 2, 83. Quaerere praeſidia amicitiarum Cic. in Lael. 46. Recipere aliquem in amicitiam Cic. Att. 2, 20. Remouere ſe ab amicitia alicuius Cic. in Lael. 79. Renouata amicitia ac ſocietas Liu. 34, 31. Renuntiare amicitiam alicui, *i. Diremtam ſignificare* Tacit. Ann. 2, 70. Sueton. Cal. 3 Ne tunc quidem vltra progreſſus, quam vt amicitiam ei more maiorum renuntiaret. Reperiri omnino ſine hoc inſtitutionem amicitiae non poſſe Cic. de Fin. 1, 70. *i. niſi voluptas ſit ſummum bonum, non poſſe reperiri cauſam inſtituendae amicitiae.* Repudiare amicitias gratioſorum Cic. pro Planc. 46. Retinere conſtantiſſime amicitias Sueton. Aug. 66. Rogatus per amicitiam diuosque Hor. Serm. 2, 4, 88. Rumpere amicitiae vincula Lucret. 3, 84. Serpit amicitia, neſcio quo modo, per omnium vitam Cic. in Lael. 88. Poteſtne in diuerſis mentibus pax aut amicitia ſperari Sall. Iug. c. . . Spernere veteres amicitias Cic. in Lael. 54. Tollere amicitiam funditus e vita Id. in Lael. 48. Tollere amicitiae nodum amabiliſſimum Cic. in Lael. 51. Idem ibid. 6 Ad tollendam amicitiam valet hoc praeceptum. Tueri amicitiam Cic. de Fin. 1, 67. Amicitias ciuitatum Aſiae Liu. 34, 58. Vacillat ſtabilitas amicitiae Cic. de Fin. 1, 66. Venire in amicitiam alicuius Liu. 34, 57. Id. 34, 31. Veſtram amicitiam violaſſem. *Et* c. 32 Vos tamen veſtramque amicitiam ac ſocietatem proprie non violaui. Vocare amicitiam ad calculos nimis exigue et exiliter, vt par ſit ratio acceptorum et datorum. Cic. in Lael. 58 c. 16. Ter. Hec. 5, 1, 38 Noſtra Vtere amicitia vt voles. *Conf.* Adel. 2, 2, 43. ¶ 4 Amicitiae *plur. quoque dicuntur pro ipſis Amicis, vt* Cic. in Laelio 45 c. 13 Fugiendas eſſe nimias amicitias. *Et ibid.* 46 Mulierculae magis amicitiarum praeſidia quaerunt, quam viri. *Conf.* Suet. Tiber. 51. Omnes amicitias ac familiaritates, etiam quibus ea funeris curam moriens demandauerat, intra breue tempus adflixit: vno ex his equeſtris ordinis viro *etc.* *Add.* Aug. 66. ¶ 5 Amicitia Dea *ex idoneo auctore nondum prolata eſt: quamquam ad* Nepot. Att. 3 *de* Philia *diſputatur, cui cum Attico ſtatuam poſuerint Athenienſes, quae Latine fuerit* Amicitia, *non minus certe eo honore digna, quam* Fides, Pudicitia, Concordia *etc.* *Vid. tamen Giraldus de* Dis 1, 53.

AMICITIES, ēi. [φιλία] *Idem quod Amicitia.* Lucret. 5, 1018 Tunc et amicitiem coeperunt iungere habentes Finitima inter ſe. *Sed Creech.* Amicitiam. *Giſanius* Amicitiem *probat, laudatque* Chariſ. *qui* l. 1 p. 94 Putſch. *ex Plinii ſermonis dubii libro ſexto*, Amicities, *inquit*, vt planities, luxuries, mollities et ſimilia, veteri dignitate.

AMĪDA, ae. f. *Meſopotamiae oppidum, cuius mentio apud* Ammianum *ſaepe fit, qui* 18, 14 *vocat* ciuitatem Romanorum cladibus inclytam, *puta, ſub Conſtantio, et totum fere librum* 19 *oppugnationi illius deſcribendae impendit*, *vid.* Sex. Ruf. c. 27. *Hinc*

AMIDENVS, i. gentile, Amida oriundus.

ĂMILCAR *vel* HAMILCAR, *Auctoritate fere pari, vid. Drakenb. ad* Sil. 1, 39, *qui probat adſpirationem in Punicis hoc et* Hammone, Hannibale, Hannone, Hasdrubale. *Graeci fere ſine adſpiratione* Ἀμίλκαρ, *vt et in reliquis. Apud Liuium conſtanter ſatis editur* Amilcar, Annibal, *ſed non minus conſtanter* Hanno, *quorum tamen ſimilem rationem volunt viri docti. Diſputatur etiam de modulo i. quantitate penultimae. Apud* Gell. 4, 7 Valerius Probus *Hannibalem* et *Hasdrubalem* et *Hamilcarem* ita pronuntiabat, vt penultimam circumflecteret — Plautum, Ennium multosque alios veteres eo modo pronuntiaſſe affirmat.

Solius tamen Ennii verſum vnum ponit, — in quo niſi tertia Syllaba de Hannibalis nomine circumflexa ponatur, numerus clauſurus eſt (*i. claudicabit*) — Qui propter Hannibālis copias conſiderant. *Haec ille. Tamen* Sil. 13, 731 Si ſtudium et ſaeuam cognoſcere Hamilcaris vmbram. *Iam nobiles* Amilcares *recenſere noſtrum non eſt. De Annibalis patre, qui nobiliſſimus reliquorum* Liu. 21, 1 ſqq. *De antiquiore in caſtris Alexandri M.* Iuſtin. 21, 6.

ĂMĪNAEVM, AMINEVM, AMINNEVM, AMINNIVM, AMMĬNEVM, [Ἀμιναῖος, Ἀμίνιος οἶνος] vinum *pro optimo et nobiliſſimo paſſim laudari videmus, ſed maxima quam notauimus inter libros antiquos. diſcordia. Repetamus, quando nondum melius nouimus, dicta iam in Lexico ruſtico: Hoc apparet, non peccare, qui vel* Ammineum *legat cum Pierio* Virg. Georg. 2, 97 Sunt etiam Ammineae vites, *cui ſuccenturiatus venit* Auſon. Epiſt. 18 ad Vrſulum *extr.* Solus qui Chium miſcet et Ammineum: *vel* Serenum Sammonicam *ſequatur* 544, Succus Aminaeae vitis cum pane medetur; *cui conformant quidam* Virgilii *carmen*, Sunt et Aminaeae vites. *Quantum ad appellationis rationem nugatur* Seruius, *vel interpolator potius, cum* Amineum, *inquit*, vinum dictum eſt, quaſi ſine minio, id eſt rubore, nam album eſt. *Id quidem falſum eſſe, iam oſtendit Pierius. Melius* Philargyrius, Amineos Ariſtoteles, in Politicis ſcribit Theſſalios fuiſſe, qui ſuae regionis vites in Italiam transtulerint, atque inde illis nomen impoſitum. *His conciliari forte poteſt Heſychius, qui vbi monuit, vno* v *tantum ſcribendum eſſe hoc nomen*, ἡ γὰρ πευκετία, *inquit*, ἀμιναία λέγεται. *Vtitur hoc loco Harduinus ad* Plin. 14, 2 ſ. 4 No. mai. 5 *vbi* Principatus datur Ammineis, *et confert* Macrob. Sat. 2, 16 Vua Aminaea, ſcilicet a regione. Nam Aminaei fuerunt, vbi nunc Falernum eſt. *Emendat Harduinus*, vbi nunc Salentum eſt. *Vid.* Io. Rhod. ad Scribon. c. 64 p. 123. *et ad* c. 257 p. 325. *Iam* Amineum maiuſculum et minuſculum *laudant* Cato. 6, 4. *et* 7, 2. Varro R. R. 1, 25. Amineae vites *quales, et quot generum ſint, copioſe explicat* Colum. 3, 2, 7 ſqq. *Add.* Pall. Feb. 9, 4. Amineae vetuſtiſſimae quaeque vineae Col. 3, 9, 3. Amineum *quoque* vinum *legendum* Veget. Veter. 2, 22, 8. *pro vulgato* Amenium. *Eſt etiam* Aminaeum vinum l. vlt. §. 1 D. de vino ol. trit. leg.

AMISIVS, [Ἀμίσιος] Melae 3, 3. et Plinio 4, 14 *Fluuius Germaniae nobilis, hod.* die Ems.

AMISSIO, AMISSVS, etc. *vid.* infra in AMITTO.

AMĬTA, ae. [πατραδέλφη] Feſtus, Amita patris mei ſoror, quia ſimiliter tertia a me ſit, atque auia videri poteſt. Dicta: ex eo, quod ab antiquioribus Auita ſit vocitata. Siue Amita dicta eſt, quia a patre meo amata eſt. *Haec Feſtus.* Erat mater cum Datame, amita Paphlagonis Nep. 14, 2, 4. Si mihi nulla Iam reliqua ex amitis, patruelis nulla Perſ. 6, 52. *Hic penultima corripitur. Tamen apud* Propert. 2, 5, 12 Me ſoror, et cum qua dormit amica ſimul; *pro* Amica *quidam legunt* Amita, *quod eſt MS. Palat. Videtur hic apud veteres ſecundam habuiſſe productam. Brouckhuſius* Amica *ſeruat.* Cic. pro Cluent. 30 Qui vxori ſuae Cluentiae, quae amita huius Auiti fuit *etc.* Amita magna, Aui ſoror Leg. 10. Dig. §. 15. de Grad.

AMITĪNI, et AMITĪNAE, [ἀνεψοί] Fratrum maris et feminae filii, Nonius 19, 7. Caius in l. 1. D. de gradib. affinit. §. 6 Amitini, amitinae, *i.* qui quaeue ex fratre et ſorore propagantur.

AMITERNVM, [Ἀμίτερνον] *Vrbs Veſtinorum aut Sabinorum in Italia Natalibus Salluſtii nobilis. Meminit* Plin. 3, 5.

AMITERNVS, Adi. *vt*, Amiterna cohors Sil. Ital. 8, 415. Virg. Aen. 7, 710. Amiternus ager. Martial. 13, 20 *de Napis*, Hos Amiternus ager felicibus educat hortis. *Contractum poëtice nomen videtur ex pleniore*

AMITERNĪNVS. Idem. Columel. 10 v. 422 Quaeque Amiterninis defertur Bunias aruis. *Eſt autem* Bunias *idem quod Napus.* Amiternina vua Plin. 14, 2. Amiternini Sabinorum populi Plin. 3, 12.

AMĬTHĀON, *vid.* AMYTHAON.

AMITINI, *vid.* AMITA.

AMITTO, īſi, iſſum, ĕre. [ἀποπέμπω, ἀφίημι] *Dimittere.* Et te et hunc amittam hinc Plaut. Capt. 2, 2, 82. Ter. Heaut. 3, 1, 71 Prius proditurum te tuam vitam, et prius pecuniam omnem, quam abs te amittas filium. *Vbi* Donatus, Amittas, pro Dimittas dixit. Nam quod nos dicimus Dimittere, antiqui etiam dicebant Amittere. Virg. Aen. 2, 148 Quisquis es, amiſſos hinc iam obliuiſcere Graios, *q. d. amitte et obliuiſcere.* Ter. Phorm. 1, 3, 23 Ego in eum incidi infelix locum, vt neque mihi ius ſit amittendi, nec retinendi copia. *Add.* 5, 8, 28. *it.* 2, 3, 67. Aut haec cum illis ſunt habenda, aut illa cum his amittenda ſunt Ter. Heaut. 2, 3, 48. *i. deſerenda.* Quod dii dant boni, caue culpa tua amiſſis (*pro*, amiſeris) Plaut. Bacch. 5, 2, 70. Cic. pro Cael. 66 c. 27 Cur Licinium de manibus amiſerunt? *i. Comprehenſum abire permiſerunt.* Ter. Eun. 2, 3, 1 Neque virgo eſt vsquam: neque ego, qui illam e conſpectu amiſi meo. Ex animis amittere Cic. pro Roſc. Am. *extr. i. obliuiſci.* Liu. 29, 32 Maſiniſſam ſaucium prope e manibus inter tumultum amiſit. Plaut. Capt. Prol. 36 Quo pacto hic ſeruos ſuum herum hinc amittat domum, *i. Seruitute liberato domum redeundi copiam procuret.* Ter. Andr. 5, 3, 27 Vis me vxorem ducere, hanc vis amittere? *Et* Phor. 1, 3, 91 Nunc amitte quaeſo hunc, *dimitte, ignoſce; omitte legunt alii: Sed* amitte *probat* Donatus. *Vid.* n. 3 Amittere noxiam. ¶ 2 Amittere, [ἀποβάλλειν] *Perdere* Salluſt. 52 Iam pridem equidem nos vera rerum vocabula amiſimus, quia bona aliena largiri liberalitas, malorum rerum audacia fortitudo vocatur. Cic. A. 1 in Verr. 13 c. 5 Claſſes amiſſae et perditae. Sil. 4, 242 Eliſa incuſſis amiſit calcibus ora, *i. Calcatus ab equo ita eſt, vt noſci non poſſit: Vid. Barth. et Drakenb. ad loc.* ¶ 3 *Interdum tamen* Amittere *et* Perdere *ſibi inuicem opponuntur.* A. ad Her. 4, 57 c. 44 *Decius ille, qui ſe pro patria deuouit*, Amiſit vitam, et non perdidit: re enim viliſſima et perparua maximam redemit. Dedit vitam, accepit patriam: amiſit animam, potitus eſt gloria *etc.* ¶ 4 *Iam Subſtantiua elementorum ordine ponamus.* Amittere Amores Virg. Georg. 3, 227. *i. rem amatam.* Animam amittunt prius, quam loco demigrent, *al.* omittunt, Plaut. Amph. 1, 1, 85. *vid.* Nep. 15, 9, 3. *Add. paullo ante* n. 3. Cic. Tuſc. 1, 13 Quod iis ſaepe vſu venit, qui quum acriter oculis deficientem ſolem intuerentur, vt aſpectum omnino amitterent, *i. vſum, vel videndi facultatem.* Auctoritatem Cic. Acad. 4, . . Cauſam Cic. Att. 9, 4. *i. Cauſa cadere, vid.* Litem. *Et* de Or. 2, 100 Quarum rerum negligentia pleraſque cauſas videmus amitti. Ciues quos amiſimus, eos Mars perculit, non ira victoriae Cic. pro Marcel. 17 c. 6. Id. de Orat. 1, 182 Num is ad ſuos poſtliminio rediiſſet, et amiſiſſet hanc ciuitatem? Colorem Ouid. Met. 9, 321. Neque amiſſos colores lana refert Hor. Od. 3, 5, 27. *Vid.* Decorem, *it.* Succum. Confidentiam Plaut. Amph. 5, 1, 2. Conſilium cum re Ter. Eun. 2, 2, 10. Corpus et vires Cic. Fam. 7, 26. Celſ. 2, 2 Peius tamen ſignum eſt, vbi aliquis contra conſuetudinem emacuit, et colorem decoremque amiſit, *etc.* Dignitatem amittere Cic. Fam. 1, 8. Domum incendio Suet. Claud. c. 6. Egeſtatem, aerumnas, *etc.* Salluſt. *neſcio quam bene!* Exiſtimationem pudoris Cic. Verr. 2, . . Fidem Phaedr. 1, 10, 2. Filium Cic. Fam. 4, 6. *de morte. Sic et* Plin. Epiſt. 2, 7, 3. *et* 4, 2, 1. Florem amittit punica roribus nimiis, et pruinis Plin. 16, 26. Formam Ouid. Met. 15, 556. Fratrem Druſum in Germania amiſit Suet. Tib. c. 7. Fugam Salluſt. *i. fugiendi occaſionem.* Honeſtatem omnem Cic. pro Roſc. Amer. 114. Humorem Cic. de Nat. Deor. 3, 35. Imperium Plin. 2, 26. Impetum amiſit liquor Sen. Oet. 1039 *de fluminibus apud Orpheum conſiſtentibus.* Ius imperii et exercitus Cic. Philipp. 10, 12. Laudem amittere multo deformius, quam non aſſequi Plin. Epiſt. 8, 24, 9. Liberos amittere malum eſt Seru. Sulp. ap. Cic. Fam. 4, 5. *Add.* Plin. Ep. 2, 7, 5. Libertatem Cic. pro Domo ſua, 77. Libidinem omnem Plaut. Mil. 4, 8, 20. Cic. pro Roſc. Com. 10 Ad iudicium hoc modo venimus, vt totam Litem aut obtineamus, aut amittamus. Lumina Cic. Tuſc. 5, 114 c. 39. *i. viſum.* Memoriam alicuius Cic. pro Deiot. 12. Mentem Cic. de Aruſp. 33. *i. inſanire.* Tibi hanc amittam Noxiam vnam Plaut. Poen. 1, 2, 191. *i. condonabo. Conf.* Ter. Phor. 1, 3, 91. Occaſionem Cic. pro Caecin. 15. *et* ad Att. 15, 11. *et* Ter. Eun. 3, 5, 56. Oculos Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 53. Ouid. Epiſt. 15, 66 Quaſque male amiſit, nunc male quaerit Opes. Oppidum amittere et Recipere, *contraria.* Cic. de Senect. 11 c. 4 Salinatori, qui amiſſo oppido fugerat in arcem, glorianti atque ita dicenti, Mea opera Q. Fabi Tarentum recepiſti: Certe, inquit ridens, nam niſi tu amiſiſſes, nunquam recepiſſem. Ornamenta Cic. Fam. 4, 6. Patriam Ouid. Triſt. 3, 3, 53. Piſcem captum amittere Cic. de Nat. Deor. 2, 124. Praedam manibus Plaut. Mil. 2, 5, 47. De manibus Cic. Verr. 4, 44. Nam me, quam illam inquiſitam Quaeſtionem hodie amittere, mortuum ſatius eſt Plaut. Amph. 4, 1, 19. Cic. Att. 8, 12 ad Domit. Neque ex omnibus oppidis contrahere copias expedit, ne receptum amittam. *i. Locum, in quem poſſim me recipere.* Iſtam rem inquiſitam certum eſt non amittere Plaut. Amph. 2, 2, 217. Res amiſſas reparare Hor. Sat. 2, 5, 2. Reuerentiam amittere *dicitur* imperator, *quem ſui non reuerentur*, Plin. in Paneg. 8, 6. Salutem Plaut. Merc. 3, 4, 5. Senſum humanitatis omnem ex animo Cic. pro Roſc. Com. 154. Senſus amiſit Ouid. Met. 10, 499. Spiritum Cic. de Nat. Deor. 3, 35. Studium populi Cic. Att. 10, 4. *i. deſinere popularem eſſe.* Cic. Att. 4, 16 Amiſimus omnem non modo ſuccum ac Sanguinem, ſed etiam Colorem et Speciem ciuitatis. Vim omnem ſui iuris Cic. Att. 3, 24. Vires Ouid. ex Ponto 1, 2, 38. Tempus Cic. pro Muraen. 43. *et* de Prouinc. Conſ. 17. *it.* Att. 8, 3. *et* 7, 13. Virtutem et fidem nunquam amiſerim Cic. Poſt. red. in Senat. 38. Vitam Hor. Serm. 1, 1, 60. Cic. pro Marc. c. 7. Vitam ſuſpendio Gell. 15, 10. *Conf.* n. 3. Vitam per dedecus Cic. pro Roſc. Amer. 30. *et* pro Milon. 38. Plaut. Aſin. 3, 3, 21 Cur ergo minitaris, tibi te Vitam eſſe amiſſurum. Vrbem, *vid.* Oppidum. Vſum pedum Plin. Pan. 24, 5. *de vſu lecticarum.*

AMISSIO, ōnis. f. [ἀποβολή] *Rei alicuius priuatio.* Plin. 17, 2 Foliorum amiſſio. Dignitatis amiſſio Cic. in Piſon. 43 c. 18. Oppidorum turpis amiſſio Cic. in Piſon. 40. Omnium rerum amiſſio et deſperatio recuperandi Cic. Fam. 4, 3. Senſuum amiſſio Cic. de Fin. 3, 16. Nullum bonum iuuat habentem, niſi ad cuius amiſſionem praeparatus eſt animus Sen. Epiſt. 4. Nullius rei facilior amiſſio eſt, quam quae deſiderari amiſſa non poteſt Id. ib.

AMISSVS. Partic. [ἀποβεβλημένος] Virg. Aen. 2, 148 Quisquis es amiſſos hinc iam obliuiſcere Graios. Amiſſa recuperare Nep. 13, 3, 2 Ouid. Faſt. 4, 916 *ad Robiginem*, Quae tu frumenta notaſti Moeſtus in amiſſis illa colonus habet.

AMISSVS, ûs. m. Nepos 7, 6, 2 Siciliae amiſſum culpae ſua tribuebant.

AMISSIBILIS, e. Auguſtin. de Trin. 5, 4 Nihil accidens in Deo quia nihil mutabile aut amiſſibile. Ibid. 15, 13. ſub fin.

AMIVM, *vid. ſtatim* AMMI.

## A M M

AMMI, ſ. AMMIVM, Scribonio cap. 121. AMIVM, *ita deſcribit* Plin. 20, 15 ſ. 58 Eſt cumino ſimillimum, quod Graeci vocant Ammi Quidam vero Aethiopicum cuminum id eſſe exiſtimant *etc.* Id. 20 *extr cum* aneſi et feniculi ſemine et Ammii et apii *meminit in compoſitione contra venena.* Gr. Ἄμμι, εως.

AMMŎCHRȲSVS, [ἀμμόχρυσος] *Gemmae nomen.* Plin. 37, 11 Arenarum ſimilitudo eſt in ammochryſo, velut auro arenis mixto.

AMMŎDȲTES, [ἀμμοδύτης] *Sic ſcribendum, vel* HAMMODYTES, *non* AMMODITES, *vel* HAMMODITES, *Serpentis genus cui nomen ἀπὸ τοῦ δύναι ἐν τῇ ἄμμῳ. Vid.* Aët. 13, 25 Lucan. 9, 715 Concolor exuſtis atque indiſcretus arenis Ammodytes: *Sic recte Grotius, Cortiusque. Male alii* Hammodites, *qui* ὁδίτην *viatorem alteram compoſiti partem faciunt. Eſt etiam apud* Solin. c. 40 (Salm. 27 p. 37 F. *vbi Salmaſius* p. 243 b, A. *comparat* Plin. 8, 23 Quod ad ſerpentes attinet, vulgatum eſt, colorem eius pleraſque terrae habere, in qua occultentur.

AMMON ſ. HAMMON (*vid.* Amilcar.) ōnis. [Ἄμμων] *Iouis apud Afros culti cognomen, ſiue ab arenis, quae Graece ἄμμος eſt, dictus ſit, ſiue quod Arietem gentes illae Ammonem vocant, ſiue ab Hamo denique, Noachi filio. Vid.* Seru. ad Aen. 4, 198. *Voſſ. de Idol.* 1, 27 *et* 32. *it.* 2, 11. *Bochart. Phaleg.* 1, 1 *etc. Ad noſtram rem pertinet deſcriptio templi Ammonis* Curt. 4, 7, *ad quam reliquos liberaliter laudauit Freinshemius: ex Poëtica* Lucani 9, 511 ſq. Ammonis fanum Lucr. 6, 848 Hammon corniger Lucan. 3, 297. Sil. 14, 572. Hammonis cornu inter ſacratiſſimas Aethiopiae gemmas, aureo colore, arietini cornu effigiem reddens, promittitur praediuina ſomnia repraeſentare Plin. 37, 10 ſ. 60. *vbi ordo indicat, ipſum* Plinium primam adſpiraſſe. *E* Solin. cap. 40. Ammon Garamanticus Sil. 14, . . Marmaricus Claud. in Eutrop. 180 Syrticus Lucan. 10, 38. Tortis cornibus Hammon Luc. 9, 514.

AMMONEO, *vid.* ADMONEO.

AMMONIACVM, ſ. HAMMONIACVM, [ἀμμωνιακὸν] *Arboris lacryma, de qua ſic* Plin. 12, 23 ſ. 49 Ergo Aethiopiae ſubiecta Africa Hammoniaci lacrymam ſtillat in arenis ſuis, (inde nomine etiam Hammonis oraculo, iuxta quod gignitur arbor) quam metopion vocant: reſinae modo aut gummi. *Latini, vt ait Dioſcor.* 3, 9 *γοῦτα, i. Guttam vocant.* Ammoniaci guttae Scribon. 28, 35, 79. *et ſaepius Vid.* Celſ. 5. 5 *et* 6, 6. Plin. 20, 18 Hammoniaci lacrymae. *Add.* 24, *et* 3

t 31, 7. Solin. c. 40. *Proprie Adiectiuum eſt, vt ſtatim videbimus. Nempe*

AMMONIACVS, *ſiue* HAMMONIACVS, a, um. [Ἀμμωνιακὸς] *vt*, Ammoniacus ſal Columel. 6, 17, 7. Ouid. de Medicam. Faciei v. 94 Cumque Ammoniaco maſcula tura ſale. Plin. 31, 7 *de ſalis generibus loquens;* Nam Cyrenaici, *ait*, tractus nobilitantur Ammoniaco, et ipſo, quia ſub arenis inueniatur, appellato. Ammoniacae guttae Scribon. 128. 167. 201. *it.* Veget. Veter. 3, 68, 2.

AMMONĪTRVM, i. n. [ἀμμώνιτρον] *Maſſa vitri, de qua ſic* Plin. 36, 26 ſ. 66 Iam vero et in Vulturno mari Italiae arena alba naſcens, ſex M. P. a litore inter Cumas atque Liternum, quae molliſſima eſt: pila molaque teritur. Dein miſcetur tribus partibus nitri pondere vel menſura, ac liquata in alias fornaces transfunditur. Ibi fit maſſa, quae vocatur Ammonitrum: atque hoc recoquitur, et fit vitrum purum, ac maſſa vitri candidi.

AMMONIVM, *quod laudant ex* Varr. R. R. 3, 2, 4 *eſt* Armenium, *vbi vid.*

AMMVDĀTES, *Deus olim apud Gentiles, cuius mentio tantum fit apud* Commodianum Inſtruct. 18. *Monet Rigaltius, terminationem eſſe Perſicam, et* Ammudium *agrum Perſicum memorari a Procopio. Sed nihil conſtitui poteſt.*

## A M N

AMNACVM, i. *Herba.* Plin. 21, 30 Parthenium alii leucanthen, alii amnacum vocant.

AMNENSES, appellabantur Vrbes ſitae prope amnem; vt a Mari, Maritimae: vnde Interamnae, et Antemnae dictae ſunt, quod inter amnes ſunt poſitae, vel ante ſe habeant amnes. Feſtus.

AMNESTĪA, ae. f. [ἀμνηστία] *Obliuio, intell. iniuriarum, qua bella, ciuilia praeſertim, finiuntur.* Valer. Max. 4, 1 *extr.* 4 *de Thraſybulo,* Plebiſcitum interpoſuit, ne qua praeteritarum rerum mentio fieret. Haec obliuio, quam Athenienſes ἀμνηστίαν vocant, concuſſum et labentem ciuitatis ſtatum, in priſtinum habitum reuocauit. Nep. 8, 3, 2 Praeclarum hoc quoque Thraſybuli, quod reconciliata pace, quum plurimum in ciuitate poſſet, legem tulit, Ne quis ante actarum rerum accuſaretur, neue multaretur: eamque illi (legem) obliuionis appellarunt. *Multa huc congeſſit Boſius.* Cic. Philipp. 1, 1 In quo templo, quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis, Athenienſiumque renouaui vetus exemplum: Graecum enim verbum vſurpaui, quod tum in ſedandis diſcordiis vſurpauerat ciuitas illa, atque omnem memoriam diſcordiarum obliuione ſempiterna delendam cenſui. *Per Graecum verbum, ἀμνηστίας vocem intelligendam, plerique interpretes conſentiunt: diſſentiente tamen Mureto Var. Lect.* 2, 15, *qui mauult μὴ μνησικακεῖν. Ipſo nomine tanquam Latino vſus videtur* Vopiſcus in Aureliano 39 Amneſtia etiam ſub eo delictorum publicorum decreta eſt de exemplo Athenienſium. *De* Thraſybuli Amneſtia Oroſius 2, 12 Athenienſes reuocati in vnum, haec prima fundamina recuperatae libertatis inſtaurant, propoſita iuriſiurandi conteſtatione, vti diſcordiae animoſitateſque praeteritae in obliuionem perpetuam atque in immortale ſilentium deducantur. Quod pactionis genus, Amneſtiam vocauerunt: *i.* Abolitionem malorum. Sueton. in Claud. 11 Imperio ſtabilito, nihil antiquius duxit, quam id biduum, quo de mutando Reipubl. ſtatu haeſitatum erat, memoriae eximere. Omnium itaque factorum dictorumque in eo veniam et obliuionem in perpetuum ſanxit ac praeſtitit. *Plura in hanc rem Boeclerus in Diſſert. de* Amneſtia *olim cum Velleio edita. Boxhorn. diſſert. peculiari. Forſtner. ad* Tacit. Annal. 12, 19.

AMNIS, is. m. [ποταμὸς] *Fluuius.* Feſtus, Amnis proprie dicitur a Circumnando, quoniam *am* ex Graeca praepoſitione ſumtum, quae eſt ἀμφὶ, ſignificat Circum, et *Nare*, fluere. Varr. de L. L. 4, 5 Amnis id flumen eſt, quod circuit aliquid: nam ab ambitu Amnis. *Ponitur interdum etiam de aliis humoribus vid.* n. 2 Falerni, Fumidus, Mulſi, Vulneris. Chariſius lib. 1 pr. Syllabae, poſitione *longae ſunt*, quum correpta vocalis ſequentes habet duas conſonantes: hae aut in eadem ſyllaba ſolent eſſe, vt Ars: aut in proxima, vt Amnis: aut in duas ſyllabas diuiſae, vt Arma. *Ergo ita diuiſit,* A-mnis. Amnis *vetuſte poſitum in fem. g.* Plaut. Merc. 5, 2, 18 Neque vlla mihi obſtabit amnis. Naeuius Lycurgo, ſed quaſi amnis cis rapit, ſed tamen inflexa flectitur. Varro περὶ πλέτα, lib. 1. Propter hos fluit amnis, quam olim Albulam dicunt vocitatam. *Haec et plura Nonius* 5, 11. ¶ 2 *Epitheta:* Alti Iuuen. 10, 177. Auriferi Claud. in Eutrop. 2, 260. Caſtior bibendus amnis Stat. Silu. 4, 7, 12. *i. fons muſarum.* Auſon. Eid. 6, 69 Ingerit illa cauos amnes, *i. inanes, vt ſi dicas* campos aërios. *Sermo eſt de infelicibus amatricibus ſua cupidini ſupplicia intentantibus apud inferos.* Caeruleus Stat. Silu. 1, 5, 51. Ouid. Met. 15, 739 Scinditur in geminas partes circumfluus amnis. Clamatus ſacris vlulatibus Stat. Theb. 9, 434. Clementiſſimus Ouid. Met. 9, 116. Concitus imbribus Id. Met. 3, 79. Denſior Stat. Theb. 5, 344. Falerni amnis Samon. v. 773. *i. vinum.* Frigidus Claud. de Ter. Conſ. Hon. 99. Virgil. Aen. 7, 465 Furit intus aquai Fumidus atque alte ſpumis exuberat amnis, *de aqua in aëno ſeruente.* Gelidus Claud. Epigr. 5. Gratiſſimus caelo Virg. Aen. 8, 64. *de Thybride.* Horridus Stat. Theb. 9, 366. Inflatus aquis Liu. 23, . . . Latiſſimi Quinctil. 5, 14, 31. Lethaeus Virgil. Aen. 6, 705. Liquidiſſimus Ouid. Met. 6, 400. *de Marſya, Phrygiae amne.* Lubricus Idem Amor. 3, 6, 81. Lucidus Quinctil. 12, 10, 60. Magnus Ouid. Met. 1, 574. Maligno amne radit arenas Sen. Hippol. 16. Mitiſſimus Stat. Silu. 1, 3, 24. Mulſi amnes Samon. v. 747. *i. aqua mulſa.* Nubigena Stat. Theb. 1, 365. Lucan. 1, 220 Primus in obliquum ſonipes opponitur amnem. Oceani amnes Virgil. Georg. 4, 233 *Aquae* Oceani *terram ambientes.* Palans amnis, *i. ripas egreſſus* Plin. Pan. 30, 3. Papyrifer Ouid. Triſt. 3, 10, 27. *i. Nilus.* Peregrinus Idem Met. 8, 836. Perlucidus magis vitro Id. Epiſt. 15, 157. Phaëthontius Sil. Ital. 7, *Padus, quo decidit Phaëton.* Piſcoſus Ouid. Faſt. 3, 581. Placidus Idem Met. 1, 72 *Ladon.* Virgil. Georg. 1, 283 Atque illum in praeceps prono rapit alueus amni. Purus Horat. Epiſt. 2, 2, 120. Quietus Claud. Epigr. 46. Rapidus Sen. Med. 411. Lucret. 1, 15 Et rapidos tranant amneis. Refluus Claud. Epigr. 22. Auſon. Epigr. 3 Quod ſi lege maris refluus mihi curreret amnis. Rigidus Valer. Flacc. 4, 345. Riguus Virgil. Georg. 2, 485. Sacer Stat. Theb. 9, 342. Cic. in Orat. 19 c. 12 *de Herodoto et Thucydide,* Alter enim ſine vllis ſalebris quaſi ſedatus amnis fluit: alter incitatior fertur. Seuerus Virgil. Georg. 3, 37. *de Cocyto.* Solutus Lucan. 2, 492. Sonans Catul. 32, 12. Sonantes et ſonori: *v. Cerda ad* Virg. Georg. 3, 269. Spumans Valer. Argon. 4, 195. Spumeus Virg. Aen. 2, 496. Spumoſus Idem Aen. 12, 524. Subactus Claud. Epig. 5. Taciturnus Horat. Carm. 1, 31, 8. Torpens Stat. Theb. 4, 172 *in clipeo expreſſus.* Tortuoſi amnis ſinus flexuſque Liu. 27, 47. Traiecto amni Liu. 21, 27. Tumidus Lucan. 1, 204. Turbidus Lucret. 1, 287. Vadoſus Virgil. Aen. 7, 728. Vagus ille cum expanditur amnis Plin. Pan. 30, 4. Vagus Claud. in Ruff. 2, 121. Vagi amnis ripae Sen. Hippol. 510. Val. Argon. 4, 717 Nam ſuper (*i. inſuper*) huc (*in Pontum Euxinum*) vaſtos tellus quoque congerit amnes. Viridis Sil. Ital. 4, . . Vorticoſus Liu. 21, 5. Vulneris. Nimii reſerati vulneris amnes Samon. v. 809. *i. cruor.* ¶ 3 *Verba.* Deducunt amnes vndas in mare Ouid. Met. 1, 582. Defluit amni ſecundo Virg. Georg. 3, 447. Eliſo amne pellitur vapor ſpumeus Claud. Epigr. 5. Epoti amnes arebant Idem de laud. Stilich. 1, 170. Euanuiſſe amnes et exaruiſſe quoſdam videmus Cic. de Diuin. 1, 38. Exhauſti amnes ſolibus Stat. Theb. 3, 259. Incurrit amnis validis cum viribus Lucret. 1, 970. Ruunt amnes *de montibus, i. torrentes* Virgil. Aen. 4, 164. Rumpuntur amnes fontibus, *i. erumpunt, profluunt* Idem Georg. 3, 428. Sedatis amnibus ſeptem altus ſurgens Ganges Id. Aen. 9, 31. Solutis amnibus iam nare iuuat Stat. Theb. 5, 15. Sonant amnes balatu et crebris mugitibus Virg. Georg. 3, 554. Sonuerunt Amnes curſibus Lucan. 4, 299. Tranare amnes Virgil. Aen. 6, 671.

AMNĬCVLVS, i. m. *Dimin.* Liu. 36, 22.

AMNICŎLA. [ποτάμιος] *Qui habitat, vel inuenitur ad amnes.* Ouid. Met. 10, 96 Amnicolaeque ſimul ſalices, et aquatica lotos.

AMNĬCVS. Adi. [ποτάμιος] *Qui eſt in amni.* Plin. 3, 25 Inſula in Sao Matubarris, amnicarum maxima. Amnicae herbae Solin. cap. 20. Amnicus liquor Prudent. Periſteph. 11 fin. Amnica terga Auſon. Moſell. v. 205.

AMNIGENVS, a, um. *In amne genitus.* Auſon. Moſell. v. 116. *Et* Valer. Flacc. 5, 584.

## A M O

AMO, āre. [φιλέω, ἐράω, ἀγαπῶ, στέργω] *Amare dicuntur (quidquid ſit de origine vocis, forte ſimplicis et primitiuae) qui alterius bonis gaudent, cum illo eſſe cupiunt, etc.* Non. 5, 3 Inter amare et diligere hoc intereſt, quod amare vim habet maiorem, diligere autem eſt leuius amare. Cic. ad Brutum, Sic igitur facies, et me aut amabis, aut, quod contentus ſum, diliges. Et lib. 1 (epiſt. 1 pr.) Clodius Tribunus plebis deſignatus, valde me diligit, vel vt ἐμφατικώτερον dicam, valde me amat. *Haec Nonius, qui etiam laudat* Cic. Fam. 9, 14 Quis erat, qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, poſſe aliquid accedere? tantum tamen acceſſit, vt mihi denique nunc amare videar, antea dilexiſſe. Plin. Epiſt. 3, 9, 7 Quem ego cum olim mutuo diligerem, ex hac officii ſocietate amare ardentius coepi. Amare nihil aliud eſt, niſi eum ipſum diligere, quem ames, nulla indigentia, nulla vtilitate quaeſita Cic. in Lael. 100 c. 27. *Haec forte finitio induxit Sanchum Miner.* 1, 2 *et* 3, 2 *vt negaret, recte dici* Ego amo Deum, *aut* Deus amatur a me: *quod nempe* indigentia noſtra, vtilitas noſtra *nunquam abeſt. Sed agit nempe Cicero de pulcherrimo genere amoris inter homines. Caeterum* Plaut. Poen. 1, 2, 70 Deos quoque edepol et amo et metuo. *Et* Sen. Epiſt. 47 Id dominis parum eſſe, quod Deo ſatis eſt, qui colitur et amatur. *Illud tamen fatendum, diligendi vocabulo fere vti Vulgatum interpretem,* v. g. Deut. 6. Rom. 7. 1 Io. 4 *etc.* ¶ 2 *Iam formulas aliquot ponamus:* Ouid. A. A. 2, 107 Vt ameris amabilis eſto. Mart. 6, 11 Marce, vt ameris, ama. *Repetit* Auſon. Epigr. 91. *Vid. Toll. et cf.* AMATORIVM. Cic. Q. Fratr. 1, 1 Te autem ament ex animo, ac non ſui commodi cauſa ſimulent. Idem Q. Fratr. 3, 8 O dii, quam ineptus, quam ſe ipſe amans ſine riuali! Horat. A. P. 444 Quin ſine riuali teque et tua ſolus amares. Phyllida amo ante alias Virgil. Eclog. 3, 78. Amat nos, caroſque habet Pompeius Cic. Att. 2, 20. Id. Att. 1, 13 Tuus ille amicus — nos, vt oſtendit, admodum diligit, amplectitur, amat, aperte laudat. Cic. Verr. 4, 51 Artagathus homo nobilis, qui a ſuis et amari et diligi vellet. Plaut. Capt. 2, 3, 60 Videas Corde amare inter ſe, *i. ex animo, ſerio.* Ouid. de Arte Am. 3, 544 Et nimium certa ſcimus amare Fide. Mutuis animis amant amantur Catull. de Acmo et Sept. 46, 20. Cic. Fam. 9, 16 Delectarunt me tuae literae, in quibus primum amaui Amorem tuum. Cic. Fam. 15, 20 Cura vt valeas, meque ames amore illo tuo ſingulari. Amat nemus, ſcriptorum chorus, et fugit vrbes Horat. Epiſt. 2, 2, 77. Aliquem plus ſuis oculis Catull. 3, 4. *et* Ter. Adel. 5, 7, 5. *it.* 4, 5, 67. Otia Virgil. Ecl. 5, 61 *in bonam partem, i. quietem publicam.* Poenas amate, *vox Tantali* Sen. Thyeſt. v. 82. *i. patienter ſuſtinete, ne infligantur vobis maiores.* Amare ſiluas Ouid. Met. 2, 819. *i. libenter ibi eſſe.* ¶ 3 *Apud* Ter. Eun. 3, 2, 21 Ita me dii ament! *Iurandi formula ſolennis, quae occurrit etiam* Hec. 5, 4, 24. Idem Heaut. 3, 1, 54 Sic me DI amabunt, vt me tuarum miſeritum eſt fortunarum. *Conf.* Heaut. 4, 5, 1. Plaut. Poen. 1, 3, 30 Ita me DI amabunt. *Et mox elliptice,* Ita me Iupiter. *Et* 4, 2, 47 SY. Dieſpiter me ſic amabit. MI. Vt quidem edepol dignus es. SY. vt ego hanc familiam interire cupio. Plin. Paneg. 74, 4 Amarent te DI, vt tu nos. Ter. Phor. 1, 3, 13 Ita me DI bene ament, vt mihi liceat tam diu quod amo frui, iam depeciſci morte cupio. ¶ 4 *Ad Venereum amorem inprimis pertinet, idque diuerſa ratione.* Ter. Hec. 1, 2, 40 Bacchidem amabat vt cum maxime. Quinctil. 11, 1, 82 Pater ex meretrice natum, quod amet meretricem in matrimonium, abdicat, *i. ita, vt etiam iuſtam vxorem ducere paret.* Amare, *abſolute pro amore captum eſſe* Ter. Andr. 1, 2, 20. Omnes qui amant, grauiter ſibi dari vxorem ferunt Ibid. 1, 2, 14. Meum gnatum rumor eſt amare. Ter. Eun. 4, 2, 12 Certe extrema linea amare, haud nihil eſt. *Vbi Donatus,* Amare, modo frui amore dicit. *Conf.* LINEA. *Hoc ſenſu* Diligere *interdum plus eſt, quam* Amare: *nimirum quando verbum* Amare *ad aeſtum libidinis refertur, a quo abeſſe poſſit vera beniuolentia* Catull. 73 *ad Leſbiam,*

Dilexi tum te, non tantum vt vulgus amicam,
Sed pater vt gnatos diligit et generos.
Nunc te cognoui. Quare etſi impenſius vror,
Multo mi tamen es vilior et leuior.
Quî potis eſt? inquis. Quod amantem iniuria talis
Cogit amare magis, ſed bene velle minus. *Vid. Muretus.*

Virgil. Ecl. 8, 107 Credimus? an, qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt? ¶ 5 *Saepe ad effectus, actus, adiuncta amoris potius, quam ad ipſum affectum refertur.* Cic. Att. 4, 16 Dices tu, Ergo haec quomodo fers? Belle me hercle, et in eo me valde amo, *i. mihi placeo, me recte feciſſe puto.* Idem de Aruſp. Reſp.

Reſp. 19 Quam volumus licet P. C. ipſi nos amemus, (*praeclare de nobis ſentiamus*) tamen nec numero Hiſpanos, nec robore Gallos, nec calliditate Poenos, nec artibus Graecos ſuperamus. Cic. Att. 5, 8 Nimis in iſto Brutum amaſti, *i. nimis ei indulſiſti.* Credo igitur hunc me non amare, at ego me amaui, quod mihi iampridem vſu non venit Id. Att. 9, 18. *i. a Caeſare gratiam non inii, ſed feci, quod me delectet apud conſcientiam.* Horat. Serm. 2, 7, 31 — amasque Quod nusquam tibi ſit potandum, *gaudere te dicis.* ¶ 6 *Speciatim ad venuſtam humanitatem rogantium, gratiasque agentium pertinet. In precibus et hortationibus ſolenne eſt illud* Amabo, *vel* Amabo te, *de quo mox ſeparatim. Sed etiam in ſermone obliquo, v. g.* Menaecchme, amare ait te multum Erotium, vt hoc vna opera ad aurificem deferas Plaut. Men. 3, 3, 1. *Huc etiam precandi formula pertinet,* Si me amas *vt* Ter. Heaut. 4, 4, 8. *Sic* Cic. ad Q. Fratr. 2, 10 Adduc, ſi me amas, Marium. Id. Att. 5, 17 Si quidquam me amas. *In gratiis agendis.* Cic. Att. 1, 2 Te multum amamus, quod ea abs te diligenter paruoque curata ſunt. Ter. Eun. 3, 2, 3 Ecquid nos amas de fidicina hac? Ibid. 1, 2, 106 Merito te amo, et bene facis. Cic. Att. 7, 2 De Rauduſculo Numeriano multum te amo. *Add.* Ter. Heaut. 2, 3, 119. Adel. 5, 8, 23. *it.* Plaut. Merc. 4, 7, 52 *ſuppoſ.* Poen. 1, 2, 42. Quinctil. 6, 3, 93 Afer (*Domitius, nobilis orator*) ingrato litigatori, conſpectum eius vitanti, in foro per nomenclatorem miſſum ad eum, Amas me, inquit, quod te non vidi. *Nempe gratias egit, quod ſibi non moleſtus fuerit, et blande reſalutandi neceſſitatem remiſerit.* Cic. Fam. 13, 62 pr. Et in Atilii negotio te amaui. Hor. Carm. 2, 3, 9. ¶ 7 *Ad conſuetudinem et facilitatem inde ortam pertinet. Ita loca* amari *dicuntur ab hominibus aut beſtiis, quae frequentare ſolent: vid. Burm. ad* Grat. Cyneg. v. 390. *Quin ad inanimata etiam refertur.* Horat. Od. 2, 3, 9 Quo pinus ingens albaque populus vmbram hoſpitalem conſociare amant. *Et* 3, 16, 9 Aurum per medios ire ſatellites, et perrumpere amat ſaxa *etc. i. ſolet. Sic* Libelli Stoici amant iacere inter puluillos ſericos Hor. Epod. 8, 16. Amat bibere toto anno palma Plin. 15, 4. Amat fluuius alueum ſuum Plin. Paneg. 31, 4. *i. non excedit.* Quinctil. 9, 3, 17 Ex Graeco translata Salluſtii plurima, quale eſt, vulgus amat fieri. *Cortius putat reſpici ad* Iugurth. 34, 1 Impetu atque aliis omnibus, quae ira fieri amat, *vbi ex Graecis hanc formulam illuſtrat. Sic* Tacit. Ann. 4, 9, 3 Memoriae Druſi eadem, quae in Germanicum decernuntur, plerisque additis, vt ferme amat poſterior adulatio. *Add.* Ammian. 16, 12 *med.* ¶ 8 *Aduerbia obſervamus iſta:* Ardentius Plin. Epiſt. 3, 9, 7. Caute amet pauper Ouid. de Arte Am. 2, 167. Certatim Cic. Phil. 3, 18. Crudelius amauit Ouid. Met. 3, 442. Efflictim Plaut. Amph. 1, 3, 19. Apul. Met. 5 p. 161. Familiariter Quinct. 10, 3, 12. Fortiter Plin. Paneg. 36, 4. Fraterne Cic. Att. 1, 5 *extr.* Inuitus amabo Ouid. Amor. 3, 11, 35. Medullitus amare Plaut. Moſt. 1, 3, 27. Mirifice, *vid. mox* Valde. Miſere Ter. Heaut. 2, 1, 16. Occulte amet Ouid. Triſt. 3, 4, 72. Patienter amare Idem Epiſt. 18, 4. Perdite Ter. Phorm. 1, 2, 32. Pertinaciter Plin. Paneg. 86, 2. Sapienter Ouid. Epiſt. 21, 57. Specioſius Plin. Paneg. 90, 2. Tuto Ouid. Amor. 2, 2, 65. Cic. Att. 6, 2 Mihi videtur matrem valde, vt debet, amare, teque mirifice. Vnice amare patriam et ciues ſuos Cic. Catil. 3, 11.

AMĀBO, [πρὸς θεῶν] *Interi. blandientis et amantis. Vt volunt quidam Grammatici, cum* ſit *ipſum futurum verbi eo intellectu accepti, quem declaramus* n. 6, *adeo vt ſimpliciter pro oro poſitum videri poſſit, vt in illo* Sed ſcin', quid te amabo, vt facias Plaut. Men. 2, 3, 71. Amabo te, vt illuc tranſeas Ter. Eun. 3, 3, 30. *Plerumque tamen velut in parentheſi ponitur. Vt* Cic. Fam. 7, 32 Vrbanitatis poſſeſſionem, amabo, quibusuis interdictis defendamus. Ter. Eun. 4, 4, 7 Habesne hominem, amabo? *Add.* 1, 2, 50 *et* 70. Cic. Att. 5, 17 Amabo te, incumbe in eam rem, et ad me ſcribe. Hiſcine tu, amabo, non contra inſidiabere Ter. Heaut. 1, 1, 13. Amabo, mea dulcis Ipſithilla Catull. 33, 1. Cura, amabo te, Ciceronem noſtrum Cic. Att. 2, 2. *Add.* Id. ib. 9, 18. *et* ad Q. Fratr. 2, 10.

AMASSO, *Futurum exactum pro* Amauero, Feſto *obſeruatum. Eſt apud* Plaut. Caſin. 5, 4, 22 Si vnquam poſthac aut amaſſo Caſinam, aut occepſo modo, Nedum vt eam amaſſo (f. amaſſim) ſi ego vnquam poſthac tale admiſero *etc. Et* Curc. 4, 4, 22 Amaſſint. *Et* Mil. 4, 2, 16 Amaſſis. *Hinc formaretur infinitum* Amaſſere, *vt* Expugnaſſere.

AMANDVS, a, um. *Amabilis, Amari dignus.* Ter. Adelph. 4, 5, 75 Hic non amandus? Ouid. de Arte Am. 1, 615 — ſibi quaeque videtur amanda. Amanda vox Hor. Carm. 4, 11, 34. ¶ 2 *Gerundiui exempla:* Amandi praeceptor Ouid. de Arte Am. 2, 161. Amando perdere Horat. Carm. 1, 8, 2. Amando ſuperare aliquem Ouid. Met. 14, 641.

AMANS. Partic. [ἐρῶν] *Praeter dicta* Virgil. Georg. 3, 315 — amantes ardua dumos. Amantes littora myrtos Id. Georg. 4, 124. ¶ 2 *Nominis inſtar Genitiuo iungitur.* Plaut. Aſin. 5, 2, 7 Continentem, amantem vxoris maxime. Cic. Att. 9 epiſt. vlt. Boni ciues amantes patriae. Homines amantes tui Cic. Fam. 9, 6. Id. pro Rabir. Poſth. 43 Veterem amicum ſuum, ſtudioſum, amantem, obſeruantem ſui, labentem excepit, corruere non ſiuit, fulſit et ſuſtinuit, re, fortuna, fide. Amans cruoris Ouid. de Ponto 2, 9, 46. *i. crudelis.* Cic. Tuſc. 2, 36 Itaque induſtrios homines, illi ſtudioſos, vel potius amantes doloris appellant: nos potius laborioſos. *Gr.* φιλόπονος. Cic. ad Q. Fratr. 1, 1, 5 Quo in genere, ſi quem forte tui cognoſti amantiorem quam temporis, hunc vero ad tuum numerum libenter adſcribito. Id. pro Cluent. 12 Quo enim ipſum nomen amantius indulgentiusque maternum. Amantior domini famulus Columel. 7, 12. Nihil poteſt illo fieri noſtri amantius Cic. Fam. 16, 5. *Sic* Plin. Epiſt. 8, 21, 5 At illud modeſtius et fortaſſe reuerentius? ſed hoc ſimplicius et amantius. Amantiſſimus tui Cic. Fam. 16, 2. Amantiſſimus bonorum Plin. Epiſt. 4, 15, 1. Amantiſſimus animus Valer. Max. 7, 8, 8. Fauentes Id. 4, 7 *extr.* 3. Vxor amantiſſima Tacit. Agric. 45, 8. Cic. Fam. 5, 15 Me leniſſimis et amantiſſimis verbis vtens re grauiter accuſas. Amantiſſimum *etiam paſſiuo intellectu capi pro cariſſimo,* amatiſſimo, *contra Voſſium diſputat Borrich. Cog. de L. L. p. 45. Sed bonae aetatis exemplum certum prolatum eſſe non puto. Et cum in* Inſcriptionibus, *v. g. Grut.* p. 484, 8 Ciuis amantiſſimus *vocatur, ſtatim ſubiiciuntur eius merita in patriam. Sic* p. 804, 3 Frater amantiſſimus, *et* p. 940, 3 Coniux amantiſſima *poſſunt intelligi, qui amarunt, licet ſine dubio ea ipſa de cauſa* amabiles, *et* amati *fuerint. Ipſe* Cic. Cat. 4, 3 Qui fratris cariſſimi atque amantiſſimi moerore non moueat; cariſſimum *dixiſſe videtur, quem ipſe amaret;* amantiſſimum, *a quo amaretur.* ¶ 3 Amans, *pro Amatore,* [ἐραστὴς] Ter. Andr. 1, 1, 49 Sed poſtquam amans acceſſit, pretium pollicens, vnus et item alter. Durius in terris nihil eſt, quod viuat amante Propert. 2, 17, 9. Ouid. Amor. 1, 9, 1 Militat omnis amans. Cic. *tamen* Tuſc. 4, 27 Aliud eſt, amatorem eſſe, aliud amantem. *Nempe hic* amatorem *dixit* ἐρωτικὸν, *qui ſemper in amore aliquo occupatus eſt;* amantem, *qui aliquando amat: vt* aedificator *etc.* Lucret. 4, 1070 Fluctuat incertis erroribus ardor amantum. Amantis nutus Tibull. 1, 8, 1. Ouid. Epiſt. 3, 26 Firmius ô cupidi tandem coëamus amantes. Fictus Ouid. de Rem. Amor. 755. Propert. 1, 20, 3 Saepe imprudenti fortuna occurrit amanti. Incautum dementia cepit amantem Virgil. Georg. 4, 488. Inſomnis Valer. Argon. 7, 23. Miſer Ouid. Amor. 1, 9, 28. *et* Virg. Aen. 4, 429. Neglectus Ouid. Amor. 3, 8, 65. Oblitos amantes melioris famae Virg. Aen. 4, 221. Palleat omnis amans Ouid. de Arte Am. 1, 731. Pallidus color aptus amanti Id. de Arte Am. 1, 729. Pallor amantium viola tinctus Hor. Carm. 3, 10, 14. Periuri amantes Propert. 2, 16, 47. Periuria amantum ridet Iuppiter Tibull. 3, 7, 17. Teneri amantes Id. 1, 2, 29. Ter. Andr. 3, 3, 23 Amantium irae, amoris redintegratio eſt. Virgil. Aen. 4, 101 Ardet amans Dido. Deludere amantem Ouid. Amor. 2, 19, 32. Deſerere Id. Met. 3, 478. Excludere Id. Amor. 1, 6, 31. Virgil. Aen. 4, 296 — quis fallere poſſit amantem? Flectere amantem Ouid. Met. 11, 450. Fraudare ſpe Id. Met. 14, 715. Ludere vana ſpe Virgil. Aen. 1, 352. Meminerunt omnia amantes Ouid. Epiſt. 15, 43. Perdere amantem Id. Met. 9, 546. Praecurrere amantes omnes vna dies potuit Propert. 1, 13, 25. Recedere ab amante Ouid. de Rem. Amor. 619. Virgil. Aen. 4, 479 *Dido de Aenea* Inueni viam, Quae mihi reddat eum, vel eo me ſoluat amantem. Lumina amantia Ouid. Epiſt. 19, 25.

AMANTER, ius, iſſime. Adu. [φιλικῶς] *Amice et cum amore.* Cic. Fam. 12, 30 Requiſiui equidem proprias ad me vnum literas, ſed neque vehementer et amanter. Plin. Epiſt. 5, 16, 3 Vt nos amicos paternos et amanter et modeſte complectebatur. Cic. in Lael. 2 c. 1 Quicum coniunctiſſime et amantiſſime vixiſſet. Nihil potuit fieri amantius Cic. Fam. 3, 6. Amanter diligenterque aliquid conficere Cic. Att. 2, 4. Amanter expectare aduentum alicuius Cic. Fam. 5, 19. Tac. A. 1, 43, 1 Melius et amantius ille (*fecit*) qui gladium offerebat. Amantiſſime obſecrare aliquem Cic. Att. 6, 1.

AMANTIA, ae. f. *Amor.* Plaut. Truc. 4, 2, 4 Prome venuſtatem, amantiam, gaudia, copeis amores. *Ita Lambinus cum Scaligero: alii aliter. Vulg.* Amanti tuam venuſtatem.

AMĀTVS. Partic. [ἠρασμένος] Ouid. Met. 5, 636 — ſed enim cognoſcit amatas Amnis aquas. Amate mihi non minus quam frater fratri Ouid. ex Pont. 4, 12, 22. *Add.* Hor. Carm. 3, 27, 47. *et* Epod. 17, 20. Virg. Aen. 10, 189. Tac. Germ. 40, 6. ¶ 2 *Ponitur et Subſtantiue:* Amatus Veneris Ammian. 22, 9. *i. Adonis* Alpheus adusque amatae confinia progreditur Ammian. 15, 4. *i. Arethuſae.* Amata relinquere pernix Hor. A. P. v. 165.

AMATIO, ōnis. [ἔρασις] *Amor Venerius.* Plaut. Poenul. 5, 2, 136 Acerba amatio eſt. Nimis inepta Plaut. Rud. 4, 5, 14. *Add.* Capt. Epil. v. 2. Odioſa Caſ. 2, 5, 20. *Plur.* Merc. 4, 4, 54 Cum tua hac amica, cumque amationibus.

AMĀTOR, ōris. m. [ἐραστὴς] *De amicitia pariter ac de Venerio amore, hocque tum caſto tum impuro dicitur.* Cic. Att. 14, 10 Amator pacis. *Idem* Fam. 7, 33 Viuamque tecum multum, et cum communibus noſtris amatoribus. Proditor amatoris Curt. 6, 7, 11. *Add.* Cic. Fam. 9, 15, *vbi Caeſarem Paeti* amatorem *vocat. Ad Veneriam libidinem* Ter. Eun. 4, 3, 23 Amatores audieram eſſe mulierum eo (*eunuchos*) maximos. Idem Andr. 4, 3, 3 Amicum, amatorem, virum in quouis loco paratum. *Vbi* Donatus Amicus animi eſt, Amator vero corporis. *Quo minus audiendus hic eſt Bentleius, qui, ne obſcenus oriatur intellectus, inuitis omnibus libris* tutorem *reponit. Idem* Donatus ad Eun. 1, 2, 68 Aliud eſt Amator, aliud eſt Amicus: Amator qui ad tempus: Amicus, qui perpetuo amat. Idem et alibi, Amator fingere poteſt: Amans vere amat. Cic. Verr. 3, 148 c. 63 Poteritne te Alba, tuus antiquiſſimus non ſolum amicus, verum etiam amator, abſoluere? Cic. Tuſc. 4, 27 c. 12 Vt inter Ebrietatem et Ebrioſitatem intereſt, aliudque eſt, Amatorem eſſe, aliud Amantem. *Vid.* AMANS n. 3. Acer Cic. Att. 1, 10. *de emturo bibliothecam.* Blandus Propert. 2, 3, 16. Caecum amatorem decipiunt vitia turpia amicae Hor. Serm. 1, 3, 38. Fluminis et montium, apud quos erat educatus Flor. 1, 1, 5. Magnus amator mulierum Plaut. Men. 2, 1, 43. Manifeſtus fiam amator Ouid. Amor. 1, 4, 39. Pauper Ouid. Amor. 1, 8, 68. Plenus languet, *cum reſpectu ad lectores carminum* Hor. Ep. 1, 20, 8. Propert. 2, 21, 4 Vxorem ille tuus pulcher amator habet. Hor. Epiſt. 1, 10, 2 Vrbis amatorem Fuſcum ſaluere iubemus Ruris amatores. Iuuen. Sat. 6, 547 Spondet amatorem tenerum. Veneris amator Ouid. Rem. Am. 160. *i. Mars.*

AMATORCŬLVS. Dimin. Plaut. Poen. 1, 2, 27 Vix aegreque amatorculos inuenimus.

AMĀTRIX, īcis. f. [ἐράστρια] Plaut. Aſin. 3, 1, 8 Satis dicacula es amatrix. Martial. 7, 14 O bene, quod ſilua colitur Tyrinthius iſta Et quod amatrices tam prope ſeruat aquas, *ne ſcil. rapiant Hylam.* Idem 7, 68 Sappho amatrix.

AMATRICŬLA, ae. f. Parua amatrix Cathol.

AMATORIVS. Adi. [ἐρωτικὸς] *Quod facit amatorem, quod facit amator etc. vt,* Amatorium poculum Iul. Paul. Rec. Sent. t. 23 n. 8. *Sic* Amatorium virus Plin. 8, 22. et 13, 25 Efficacem in amatoriis *vbi Subſtantiue per ellipſin ponitur, vt et* Quinct. 7, 3, 10. Imitatio amatoria Plin. 28, 2. Leuitates Cic. Fin. 1, 61 c. 18. Poëſis Cic. Tuſc. 4, 71 c. 33. Sermo Cic. Tuſc. 2, 72. Voluptate amatoria frui Cic. Tuſc. 4, 73 c. 34 ¶ 2 *Subſt. omiſſo* Poculo, Plin. 13, 25 Efficacem in amatoriis. Quinctil. 7, 3, 10 Cum res vtraque habeat ſuum nomen, vt amatorium, venenum. *Et* 7, 8, 2 *Mulier* ſaepe ſecubanti *marito* amatorium dedit — Fortiſſima eſt actio dicentis amatorium venenum eſſe. Id. 5, 5, 31 Vis ſcire venenum eſſe amatorium? Viueret homo, niſi illud bibiſſet. Sen. Epiſt. 9 Ego tibi monſtrabo amatorium ſine medicamento, ſine herba, ſine vllius veneficae carmine, ſi vis amari, ama. *Vid. mox* AMABILIS. Vet. Gl. Amatorium φίλτρον.

AMATORIE, Adu. [ἐρωτικῶς] Cic. Philipp. 2, 77 c. 31 Erat enim amatorie ſcripta epiſtola. *i. More amatoris.* Plaut. Merc. 3, 3, 20.

AMABĬLIS, e. Adi. [ἐράσμιος] *Amore dignus.* Plaut Aſin. 3, 3, 84 Nimis bella es, atque amabilis. Cic. Att. 5, 19 Filiolam tuam tibi iam Romae iucundam eſſe gaudeo, eamque quam nunquam vidi tamen et amo, et amabilem eſſe certo ſcio. Vt ameris, amabilis eſto Ouid

Ouid. A. A. 2, 107. Ariſton aiebat, malle ſe adoleſcentem triſtem, quam hilarem et amabilem turbae Sen. Ep. 36. Cic. Fam. 11, 15 Mihi autem nihil amabilius officio tuo, et diligentia. Nihil virtute amabilius Id. ib. 9, 14. Amabiles mores oratoris Cic. in Partit. 22. Amabile frigus Hor. Carm. 3, 13, 10. *Compar.* Amabilior mihi Velia fuit Cic. Fam. 7, 20. *Superl.* Cic. in Lael. 51 c. 14 Amabiliſſimum nodum amicitiae tollere videntur.

AMABILĬTAS. Denom. [ἐράσμιον] Plaut. Stich. 5, 4, 58 Si amabilitas tibi noſtra placet, ſi tibi ambo accepti ſumus. *i. Ea gratia, quae nos facit amabiles.* Plaut. in Poen. 5, 4, 1 Fuit hodie operae pretium eius, qui amabilitati animum addiceret, *i. non luſit operam, qui puellas amabiles ſpectare in ſacro Veneris voluit.* ¶ 2 *Blanda compellatio patris ad filium, qua paſſim vtitur* Symmachus *v. g.* 7, 3 ſqq. Secundas ad Amabilitatem tuam literas mitto. *Hinc illud Germanorum*, Euer Liebden.

AMABILĬTER. Adu. [ἐρασμίως] Anton. ap. Cic. Att. 14, 13 Sed mehercule ſi humaniter, et ſapienter, et amabiliter in me cogitare vis, facilem te profecto praebebis. Hor. Epiſt. 2, 1, 148 Libertasque recurrentes accepta per annos Luſit amabiliter donec, *etc.* *Compar.* Spectet amabilius iuuenem Ouid. A. A. 3, 675. Libentius atque amabilius legi Sidon. Ep. 5, 20.

AMASSO, *vid. ſupra ſub* AMO.

AMASCO, āre. *Amare, cupere.* In Gloſſ. Iſidor. et Diom. p. 334 Ab Amo veteres inchoatiuo modo dixerunt Amaſco. Vnde et

AMASCVS, i. *Amator, vt,* Plaut. Truc. (3, 1, 13) Iſtos mundulos amaſcos. *Sic certe legi vult Graeuius ad Iſid. l. c.*

AMASIVS, i. m. *Sed apud* Diomedem *pariter atque ipſum* Plautum *editur* Amaſios, *quod etiam metri lex poſtulat.* Gell. 7, 8 Delfinos Venerios eſſe, et amaſios. *Iungit etiam* 19, 9 Noſtros quoque antiquiores Poëtas Amaſios et Venerios fuiſſe. Plaut. Caſ. 3, 3, 27 Miſerrimum hodie ego nunc habeo amaſium. *Vid. modo* AMASCVS.

AMASIO, ōnis. m. Idem. Apul. Met. 7 p. 197 *de Aſino*, Feſtiuus hic amaſio mulierem — geſtiebat inſcendere. Et Prudent. Periſteph. in Rom. v. 182 Puellae — Amaſionum comprimuntur fraudibus.

AMASIVNCVLVS, i. m. Dimin. Petron. Fragm. Trag. p. 25. *Burm. cap.* 45.

AMASIVNCVLA, ae. f. Fragm. eiusd. Petron. p. 70. *Burm. cap.* 75.

AMATVRIO, īre. Amare, cupere. Cathol.

AMBIMANVS, a, um. [περιδέξιος] Gloſſ. Lat. Gr.

AMŌDO, [ἀπὸ τοῦ νῦν] *Iunctim ſcribunt*, *pro* A modo. *Laudatur* Apuleius, Nemo me amodo tam mane egredientem ſolum videbit. *Sed neſcio quam bene quidam citant et* Auſon. in Moſell. 414, *Sed ibi ſic recte legitur*, At modo coeptum Detexatur opus. *Non igitur auctorem habet antiquiorem* Vulgato Interprete, *qui ſic reddit* Gr. ἀπάρτι *v. g.* Matthaei 24, 39. *it.* 26, 64. *Hinc Eccleſiaſtici accepere*, *v. g.* Amodo noſtis illum et vidiſtis Nouat. de Trinit. c. 28. *Conf.* Euſeb. Gallican. Homil. in Natiu. B. Steph. p. 21, 6. Gu. Brito 4, 136. *et* 12, 81. *Add. Barth. ad* Briton. 12, 81 p. 718.

AMOEBAEVS, a, um. [ἀμοιβαῖος] *Mutuus, Alternus.* Seruius ad Virg. Ecl. 3, 29 Quid poſſit vterque, viciſſim Experiamur: Amoebaeum carmen eſt, quoties ii qui canunt, et aequali numero verſuum vtuntur, et ita ſe habet ipſa reſponſio, vt aut maius, aut contrarium aliquid dicat. *Eadem fere* Feſtus *h. v. Vid.* Scalig. Poët. 1, 6. ¶ 2 *Inter Pedes carminum etiam* Amoebaeus *et* Antamoebaeus *ſunt, pentaſyllabi: Prioris exemplum eſt* ˘ ˉ ˉ ˘ ˉ vt īncrēdĭbĭlēs: poſterioris ˉ ˘ ˘ ˉ ˘ vt mānĭfēſtārĕt. *Explicat* Diomed. lib. 3 p. 478 ſq.

AMOEBEVS, i. m. [Ἀμοιβεὺς] *Nomen Citharoedi Athenienſis celeberrimi apud Polyaen.* 4, 6, 1. *et Athen. lib.* 14. *Hinc* Ouid. de Arte Am. 3, 399 Tu licet et Thamyran ſuperes et Amoebea cantu.

AMOENVS, a, um. [τρυφερός] *Sic dicitur*, *quod ſine fructu iucundum aſpectu: ſed proprie dicitur de locis, quae naturalem iucunditatem afferunt.* Amoenus εὔσκιος τόπος, συνηρεφής, τερπνός Vet. Gloſſ. Seruius ad Aen. 6, 638 Amoena, ſunt loca ſolius voluptatis plena, quaſi amunia: hoc eſt, ſine fructu, vt Varro et Carminius docent. *Add.* Id. ad 5, 734. Feſtus, Amoena dicta ſunt loca, quae ad ſe amanda alliciant: id eſt, attrahant. *Aliis dicta videntur ab* ἀμείνων, *melior, iucundior.* Virg. Aen. 6, 638 — et amoena vireta Fortunatorum nemorum. Cic. Verr. 5, 79 Amoeno ſane, et arbitris remoto loco. Tacit. Ann. 3, 7 Per amoena Aſiae atque Achaiae. Idem Hiſt. 3, 76 Noctu dieque fluxi, et amoena litorum perſonantes, de bello tantum inter conuiuia loquebantur. Quinct. 12, 9, 2 Amoena et plena *int.* loca. Agros per amoenos Hor. de Art. Poët. 17. Concilia piorum amoena Virg. Aen. 5, 734. Domibus amoenis Claud. in Prim. Conf. Stilich. 189. Amoenus egreſſionibus *modus dicendi* Quinct. 12, 10, 60. Facies hortorum amoena Cyprian. Epiſt. 1, 2 ad Donatum. Fluuius amoenus Virg. Aen. 8, 31. Fontem propter amoenum aſſidet Lucret. 4, 1018. Iter Quinct. 4, 2, 46. Pictura parietum amoeniſſima Plin. 35, 10. Portu amoeno Stat. Silu. 3, 7, 28. Praediola noſtra ſatis amoena Cic. Att. 16, 3. Roſae amoenae flores Hor. Carm. 2, 3, 14. Roſaria amoena Ouid. Triſt. 4, 2, 23. Ruris amoeni riuos Hor. Epiſt. 1, 10, 16. Salicta amoena Cic. de Diuin. 1, 40. Suburbanum amoeniſſimum Plin. Ep. 1, 3. *i. praedium.* Surrentum amoenum Hor. Epiſt. 1, 17, 52. Villa amoenior Plin. Paneg. c. 50. Voluptas amoeniſſima Cic. Acad. 4, 127.

AMOENIA, [αἱ ἀκταί] Vet. Gloſſ. *Alii legere volunt* Amoena. *Vid. Ia. Iſ. Pontan. ad* Macrob. Sat. 2, 12. *Voſſ. Etymol.* f. 25.

AMOENĬTAS, ātis. f. [ψυχαγωγία, εὐφροσύνη] *Iucunditas illa, quae ex rebus amoenis percipitur.* Cic. de Legib. 2, 3 c. 1 Praeſertim hoc tempore anni et amoenitatem et ſalubritatem hanc ſequor. *Add.* Id. N. D. 2 c. 39. Cuius (*ſc. domus*) amoenitas non aedificio, ſed ſilua conſtabat Nep. 25, 13, 2. Fontis gelidi amoenitas Plin. 12, 1. Loci Cic. de Prouinc. Conf. 29. Studiorum amoenitates quaerere Plin. in praef. 6. Non intempeſtiuis amoenitatibus admonebamur Plin. Ep. 1, 2. *Pro Munditie et Elegantia* Plautus Men. 2, 3, 6. Mea amoenitas! *in Blanditiis amantum* Caſ. 2, 3, 13. Poen. 1, 2, 152.

AMOENE. Adu. Plaut. Mil. 2, 5, 2. Apul. Met. 10 p. 254. *Compar.* Gell. 14, 1. *Superl.* Plin. Epiſt. 4, 23 Habitare amoeniſſime.

AMOENITER. Adu. *pro Amoene.* Gell. 20, 7 Annianus Poëta in fundo ſuo, quem in agro Faliſco poſſidebat, agitare erat ſolitus vindemiam hilare atque amoeniter.

AMOENO, āre. [εὐφραίνω] *Delectatione afficio.* Cyprianus ad Donat. 2, 1 Et dum in arbores et vites quas videmus, oblectante proſpectu, oculos amoenamus, animam ſimul et auditus inſtruit, et paſcitur obtutus. Caſſiod. 2, 40 *de Muſaeo* per Elyſios campos felices animos ſeptem chordarum pulſibus amoenabat. *Add.* Sidon. Epiſt. 1, 9. Io. Sariſb. Policr. 8, 8.

AMOENATVS, a, um. Saluian. lib. 7 p. 249.

AMOLIOR, īri. [ἀποσκευάζω] Amoliri dicuntur ea, quae cum magna difficultate et molimine ſummouentur et tolluntur e medio. *Haec* Donatus *ad* Ter. Andr. 4, 2, 24 Proinde hinc vos amolimini. Amolimini, *vt* Plaut. Pſeud. 1, 5, 144 Amouemini. *Sic* Iube haec hinc omnia amolirier Moſt. 2, 1, 24. *Paſſiue. Sed Deponent.* ibid. v. 44 Haec hinc propere amolimini. Plin. 11, 10 Amoliuntur omnia e medio. Prius ab oculis mortalium amolita natura eſt, (*ſc. Herculem Bacchumque,*) quam in caelum fama perueheret Curt. 8, 5, 17. Amoliri periculum Plin. 32, 2. Amolior et amoueo nomen meum Liu. 28, 28. *i. nihil de me dico.* ¶ 2 Amoliri, *pro Refellere.* Quinct. 5, 13, 11 Videndum etiam, an ſimul nobis plura aggredienda, an amolienda ſingula. *Et* 7, 1, 33 Si omnia amoliri non poteram, tamen plura amoliebar. *Et* 4, 1, 29 Haec non mouere tantum, verum amoliri quoque prooemio opus eſt. *Et* 4, 2, 27 Quae (*crimina*) prius amolienda ſunt. Id. 5, 7, 23 Ea in oratione praedicenda atque amolienda ſunt. *Et* 9, 2, 71 Amoliamur caetera, vt hoc vnum ſuperſit.

AMOLITIO, ōnis. Gell. 12, 1. *Vid.* CONSILESCO.

AMOLITVS, a, um. Apul. de Deo Socr. p. 117. *et paſſim.*

AMŌMIS, [ἀμωμίς] *Herba* Amomo *ſimilis*, minus tamen venoſa, et durior, minuſque odorata Plin. 12, 13 f. 28. *et Dioſcorid.* 1, 14.

AMŌMVM, [ἄμωμον] *Exiguus frutex ex ligno vuae modo in ſeipſum conuolutus etc. Vid. Dioſcor.* 1, 14. Plin. 12, 13 f. 28 Amomi vua in vſu eſt, Indica vite labruſca: vt alii exiſtimauere, frutice myrtuoſo, palmi altitudine, carpiturque cum radice, manipulatim leuiter componitur, protinus fragile. Laudatur quam maxime punici mali foliis ſimile, nec rugoſis, colore rufo. Secunda bonitas pallido. Herbaceum peius, peſſimumque candidum, quod et vetuſtate euenit. *Praeſcribit* Amomum Scribon. Comp. 70. 126. 177. 271. Celſ. 3, 18 *et* 21. *it.* 5, 18. *Plur.* Amoma Plin. Valer. 4, 2. *Vid.* n. 3 Craſſis. ¶ 2 *Salmaſ. ad Solin.* p. 284 (*qui eſt locus claſſicus de* Amomo) *obſervat, videri veteres omne Aroma ſincerum et inculpatum* ἄμωμον *appellaſſe (quod* ἄμωμον *Graece ſit* καθαρὸν καὶ ἀκηράσιον*) vt in Euang.* νάρδος πιστική. *quae ſine dolo et minime adulterata. Sic* ἄμωμον λίβανον *Tus ſincerum; et* ἄμωμον *ſimpliciter, ſic* κινάμωμον *quaſi* κίνναμον ἄμωμον, *vnde* Amomum *pro* Cinnamomo Auienus *aliique poſuerunt: ſimiliter et* Cardamomum *dicitur. Certe* Amomum *pro* Vnguento *quolibet ponitur apud Poëtas. v. g.* Ouid. ex Ponto 1, 9, 52 *De funere curando.* In gelidos verſit amoma ſinus. Pingueſcat nimio madidus mihi crinis Amomo Mart. 5, 66. Id. 12, 17 *de febri hominis luxurioſi* Circumfuſa roſis et nigra recumbit amomo. *In primis vero DIs amoenioribus, Veneri eiusque ſodalibus tribuunt.* Ouid. Epiſt. 21, 166 *de Hymenaeo*, Spiſſaque de nitidis tergit amoma comis. Stat. Silu. 3, 3, 131 Illa ſagittiferi circumuolitaſtis Amores Funera, maternoque rogos vnxiſtis amomo. *Eſt ergo Veneris vnguentum. Et* 3, 3, 82 *de vertice ſ. crine Earini*, Hunc multo Paphie ſaturabat amomo. ¶ 3 *Iam ponamus Epitheta* Amomi, *vnguenti.* Aſſyrium Virg. Ecl. 4, 25. Mart. 8, 77 Aſſyrio ſemper tibi crinis amomo ſplendeat. Sil. 11, 404 Nec crinem Aſſyrio perfundere pugnet amomo. Craſſiſque lutatus amomis, *de defuncto* Perſ. Sat. 3, 104. Feret rubus aſper amomum Virg. Ecl. 3, 89. *de inſperata felicitate.* Sil. 15, 117 Nec donum deforme viro Fragrantis amomi. *Nempe viros non decent vnguenta.* Mitis amomi ſeges Claud. in Nupt. Hon. 93. Stat. Silu. 1, 2, 111 — nec pingui crinem deducere amomo. Puluis amomi Ouid. Triſt. 3, 3, 69. *cum eo miſceri vult oſſa ſua.* Lactant. in Phoenice 83 Cinnama dehinc auramque procul ſpirantis amomi Congerit. Spiſſum *vidimus ex* Ouid. Epiſt. 21, 166. Succo amomi viuit Ouid. Met. 15, 394. *de Phoenice.*

AMOMIA, ae. f. *Ab* Amomo *vnguento emortuali, ſic recentiores vocauerunt. Illud omne, quo defunctorum corpora medicabantur et condiebantur. Quod vulgo detruncato vocabulo* Momiam, *vel* Mumiam *appellant. Sic certe Salmaſ. ad* Solin. p. 285. *et* Quenſtedt. de Sepult. Vet. p. 75.

AMONEO, ēre. *Apud* Ouid. Met. 2, 564. *et* 6, 150 *legit Pareus* Lex. Crit. p. 86. *i. dehortor, monendo auoco. Sed Burm. priore loco* Mea poena volucres Admonuiſſe poteſt, ne voce pericula quaerant; *poſteriore*, Nec tamen admonita eſt poena popularis Arachnes.

AMOR, ōris. [ἔρως, ἀγάπη, ζῆλος, ἵμερος] *Non male Stoici apud* Cic. Tuſc. 4, 72 c. 34 *definiunt* conatum amicitiae faciundae ex pulchritudinis ſpecie. Id. de Amic. 26 c. 8 Amor enim, ex quo amicitia nata, princeps eſt ad beniuolentiam coniungendam. Cic. Fam. 10, 5 Eſt omnino patriae caritas maxima: ſed amor voluntatiſque coniunctio plus certe habet ſuauitatis. Amor et Cupido, *inquit* Nonius 5, 1 idem ſignificare videntur: et eſt diuerſitas. Cupido enim inconſideratae eſt neceſſitatis: Amor iudicii. Plaut. Bacch. (Fragm. 3, 35) Cupido te conficit, anne amor? Idem Curc. (1, 1, 3) Diſcreuit, et vim eiuſdem diuerſitatis expreſſit dicens, quod Venus, Cupidoque imperat, ſuadetque amor. Afranius in nomine, Amabit Sapiens, cupient caeteri. *Haec* Nonius. *Sed ſaepe etiam* Amorem *pro* Cupidine *caeco et inconſiderato poni, ſatis conſtat. Vid.* Cic. Tuſc. 4, 69 c. 32 ſq. *Inter alia* f. 70 Amorem negant ſtupri eſſe *philoſophi*, et in eo litigant cum Epicuro, non multum, vt opinio mea fert, mentiente. Quis eſt enim iſte amor amicitiae? Cur neque deformem adoleſcentem quiſquam amat, neque formoſum ſenem? *Nempe mediae ſignificationis eſt, prout res, quae amatur, aut, ſinis, aut modus etc. Sic* Pietas et amor in patriam Cic. pro Flacc. 96 c. 38 Amor gloriae nimis acer Idem pro Archia Poëta c. 11. Cic. in Partit. 88 Amicitiae autem, caritate et amore cernuntur. Idem Tuſc. 5, 58 Coniuges autem, et liberi, et fratres, et alii, quos vſus familiaritaſque coniunxit, quamquam etiam caritate ipſa, tamen amore maxime continentur. Cic. Fam. 12, 16 Filio tuo nos et caritate et amore tuum officium praeſtaturos non debes dubitare. *In his Caritas eſt ipſum pretium, quod rei ſtatuimus, quod nos mouet, vt ſeruare et tueri illam velimus; Amor autem pulchri et honeſti ſenſus nos quaſi trahens. Conf.* n. 6 Conciliatur Amor. ¶ 2 *Videamus iam Epitheta:* Acer amor, *vid. ſ. l.* Aegrum ſolans teſtudine amorem Virg. Georg. 4, 464. Amari amores Virg. Ecl. 3, 110. Cic. Att. 2, 24 Non ignoro quam ſit amor omnis ſollicitus et Anxius. Ouid. Amor. 1, 10, 16 *in deſcriptione* Amoris *ſ. Cupidinis*, Et nullas veſtes, vt ſit apertus, habet. Ardentes amores excitaret ſui, ſapientia, ſi videretur Cic. de Fin. 2, 52. *Add.*

*Add.* Tuſc. 2 c. 16. Propert. lib. 2, 3, 24 Aureus argutum ſternuit omen amor, *ſic legendum, pro* Aridus, *quod libros obſederat, oſtendit Broukh. et quam frequenter* Aureus amor, Venus aurea *dicatur, demonſtrauit. v. g.* Ouid. Am. 2, 18, 36 Aureus in medio Marte tacetur Amor. Aduena amor multos torſit Ouid. de Arte Am. 1, 176. *i. nouus.* Auidus, *i. Cupidus explendae voluptatis Catull. 66, 83.* Blandum amorem incutiens Lucret. 1, 20. *Venerem intelligit.* Caecus Claud. in Eutrop. 2, 50. Virg. Georg. 3, 349. Caecus ſui Hor. Carm. 1, 18, 14. Caſto amori aequus deus Ouid. Epiſt. 1, 23. Caſtus Id. Epiſt. 13, 30. Certus amor non eſt in hoſpitibus Ouid. Epiſt. 16, 30. Gell. 12, 1 Quidquid ita educati liberi amare patrem atque matrem videntur, magnam fere partem non Naturalis ille amor eſt, ſed Ciuilis et Opinabilis, *de his, qui non domi, neque materno lacte aliti ſunt.* Plaut. Curc. prol. 49 Malus Clandeſtinus eſt amor. Conceſſus Ouid. Amor. 3, 19, 52. Conſuetus, *vid.* CONSVESCO. Defecto amori vires reddere Ouid. Met. 9, 154. Diſſimulatus Ouid. Epiſt. 15, 236. Dubius Claud. de Nupt. Honor. et Mar. 26. Dulcis Martial. 8, 3. et Virg. Ecl. 3, 109. Dulci amore affatus Virg. Aen. 6, 455. Dubitatus Ouid. ad Liuiam 84. Virg. Aen. 6, 259 Hîc quos durus amor crudeli tabe peredit. Effraenus Ouid. Met. 6, 465. Externus Ouid. Epiſt. 5, 102. *adulteri. Sic et 17, 96 Helena Paridi,* Altera vel potius felix ſine crimine fiat, Quam cadat externo noſter amore pudor. Facilis Propert. 1, 13, 22. Fallax Sen. Hippol. 634. Ferus Ouid. Amor. 1, 2, 124. Feſtiuus Claud. Paneg. 7. Lucret. 4, 1186 Nec mulier ſemper ficto ſuſpirat amore. Fidus Ouid. Ep. 2, 21. Foedo amore afflictantur Lucret. 4, 1151. Femineus Ouid. Amor. 3, 2, 40. Fraternus amor in aliquem Cic. Q. Fratr. 1, 1, . Fugitiuus Ouid. de Rem. Amor. 2. Furtiuus Id. Faſt. 6, 573. Gratus Id. Triſt. 2, 160. Graui amore perculſus Hor. Epod. 11, 2. *Bentl.* Percuſſus. Ignauus Stat. Silu. 3, 2, 99. Inmaturus, *vid. h. v.* Impii amoris flammas compeſce Sen. Hippol. 165. Impotens Catull. 33, 12. Inceſtus Horat. Carm. 3, 6, 23. Incredibilis amor in te meus cogit me, *etc.* Cic. Fam. 2, 1. Indigno amore perire Virg. Ecl. 10, 10. Incuſtoditus Sil. 8, . . Auſonius Epigr. 95 *in Hylam, quem Naiades rapuerunt, i. qui ſubmerſus eſt,* Oſcula et Infeſtos inter moriturus amores. Infitiandus, *i. pudendus* Ouid. Amor. 2, 17, 26. Ingenioſus Idem Epiſt. 9, 28. Ingenuus Horat. Carm. 1, 27, 16. Iniquus Propert. 1, 19, 22. Inops Lucret. 4, 1136. Inſanus Virgil. Ecl. 10, 44. Inſitus penitus Cic. pro Roſc. Am. c. 19. Sen. Herc. Oet. 452 Iratus amor magnus dolor. Iucundus Catull. 106, 1. Laſciui amoris praeceptor Ouid. de Arte Am. 2, 43. Legitimus Id. Epiſt. 13, 30. Lentus me torret Horat. Carm. 3, 19, 28. Leuis Ouid. Epiſt. 3, 42. Libidinoſi amores Cic. Tuſc. 4, 72. Longus, *vid. h. v.* Luxurioſus Ouid. de Rem. Amor. 746. Magno amore labefactus Virgil. Aen. 4, 395. Mali amoris ſedamen mors Sen. Hippol. 1188. Manſuetus Propert. 1, 9, 12. Medicabilis herbis Ouid. Met. 1, 523. Meretricius, *vid.* ſ. l. *it.* CONGLVTINO. Merus Catull. 13, 9. Mirus Virgil. Aen. 7, 298. Miſero amore periturus Ouid. de Rem. Amor. 21. Moderatus Idem Met. 5, 73. Mollis Id. Epiſt. 21, 179. *Sic* Gens mollis Amorum Claud. Nupt. Hon. 73. Muliebris Cic. Tuſc. 4, 71. Mutuus Hor. Epod. 15, 10. Mutuis amoribus bene fidum pectus Horat. Carm. 2, 12, 15. Naturalis Cic. Tuſc. 4, 76. Id. ib. 4, 74 Etiam Nouo quodam amore veterem amorem tanquam clauo clauum eiiciendum putant. Occultis in amoribus felix index Ouid. Faſt. 2, 81. *de Delphino, de quo conf.* Hygin. Poët. Aſtron. 2, 17. Patrius Virgil. Aen. 1, 643. Perditus Catull. in Gell. 92, 2. Peregrinus Ouid. Epiſt. 9, 47, *vt Externus; Deianira Herculi,* Peregrinos addis amores, Et mater de te quaelibet eſſe poteſt. Perfidus Claud. Epig. 25. Perpetuus, *vid. ſ. l.* Peſtifero amore vinctus Sen. Phoeniſſ. 39. Ouid. Amor. 2, 19, 25 Pinguis amor, nimiumque patens in taedia nobis Vertitur, et, ſtomacho dulcis vt eſca, nocet. Pius Valer. Argon. 4, 2. Tibull. 2, 1, 80 Felix cui Placidus leniter afflat amor. Virg. Aen. 4, 38 Placitone etiam pugnabis amori, *i. quae ipſa elegiſti.* Polluto amore duri dolores Id. Aen. 5, 6. Id. ibid. 4, 516 Quaeritur et naſcentis equi de fronte reuolſus, Et matri praereptus amor, *i.* Hippomanes *v. v.* Ouid. Met. 1, 452 Primus amor Phoebi Daphne, *etc.* Properatus ferri Stat. Achill. 2, 393. *i. bellicarum rerum.* Lucret. 4, 1135 Atque in amore mala haec Proprio, ſummeque ſecundo Inueniuntur: Proprius amor *hic eſt, vbi quod amatur ita noſtrum eſt, vti omnes excludat alios.* Pudendus Ouid. Epiſt. 5, 44. Rebellis, *qui iam ſemel victus erat* Ouid. Rem. 246. Cic. de Fin. 3 c. 20 Ne amores quidem Sanctos a ſapiente alienos eſſe arbitrantur, *int. puerorum illos Socraticos amores. Nam de coniugio praeceſſit.* Sceleratus habendi Ouid. Met. 1, 131. *i. auaritia.* Simulatus Id. Amor. 1, 8, 71. Singularis amor tuus erga me Cic. Fam. 9, 11. Socii amoris deſertor Ouid. Epiſt. 19, 157. Sollicitus Id. Epiſt. 18, 196. Virg. Ecl. 10, 6 Spreto toties iratus amore Ouid. Met. 7, 375. Sterilis Id. Met. 1, 496. Stultus et improbus Horat. Serm. 1, 3, 24. Suauis Lucret. 1, 923. Surrepticius Plaut. Men. Prol. 68. Suſpectus Ouid. Epiſt. 22, 84. Tacitus Stat. Silu. 1, 2, 271. Tener Ouid. Amor. 2, 18, 69. Timidus Id. Epiſt. 18, 172. Claud. Epigr. 38 Paupertas me ſaeua Domat, diruſque Cupido: ſed toleranda fames, non Tolerandus Amor. Turpis meretricis Horat. Serm. 1, 4, 111. Tutus Ouid. Epiſt. 5, 89. Veri amoris non diſſimulator Id. Epiſt. 5, 61. Propert. 2, 15, 29 Errat qui finem Veſani quaerit amoris. Vetus, *vid.* Nouus amor. Vilis Claud. in Ruff. 1, 284. Viuus Virgil. Aen. 1, 721. Amor, *pro Veneris appetitu etiam in beſtiis.* Virg. Georg. 3, 242 — pecudes, pictaeque volucres, In furias, ignemque ruunt, amor omnibus idem.

¶ 3 Amor, *pro Cupidine, quem Poëtae amoris deum eſſe fingunt.* Cic. Tuſc. 4, 69 c. 32 O praeclaram emendatricem vitae poëticam! quae Amorem, flagitii et leuitatis auctorem in concilio deorum collocandum putet. Sen. Hippol. 195 Deum eſſe Amorem turpis et vitio fauens Finxit libido, quoque liberior foret, Titulum furori numinis falſi addidit. Virgil. Aen. 1, 663 Ergo his aligerum dictis affatur Amorem. *Picturam eius Allegoriamque perſequitur.* Propert. 2, 9, 1 Quicunque ille fuit puerum qui pinxit Amacem *etc. Add.* Peruigil. Ven. v. 29. Nudi Amores cum pharetris Ouid. Met. 10, 516. *i. Cupidines. Triumphum eius habes* Ouid. Am. 1, 2, 24. *Deſcriptio pulcherrima* Claudian. de Nupt. Hon. 72 Mille pharetrati ludunt in margine fratres Ore pares, habitu ſimiles, gens mollis Amorum. Hos (Amores) Nymphae pariunt, illum (Cupidinem) Venus aurea ſolum edidit. *Tamen* Ouid. Faſt. 4, 1 *ad Venerem,* Alma faue vati geminorum mater Amorum. *Nempe* geminus *etiam* Cupido *eſt, v. v. Sic* Sil. 11, 390 *Turbam* Amorum, *qui* nati *omnes Veneris, deſcribit, Annibalis exercitum corrumpentium. Sic* Stat. Sil. 3, 4, 30 Natorum plebem *tribuit Veneri. Et* Silu. 1, 2, 54 Tenerûm agmen Amorum *ſunt filii Veneris. Vide locum tenerrimum. Et varie, pro Poëtarum lubidine, iſta finguntur. Iam Epitheta perſequamur, quae per allegoriam ad* n. 2 *referri ex parte poſſunt.* Domitus Ouid. Amor. 3, 11, 5. Gemini amores *modo indicati* Ouid. Faſt. 4, 1. Inermis erret Tibull. 2, 5, 106. Infamis deus Tibull. 2, 4, 38. Inſidioſus Ouid. de Rem. Amor. 148. Id. ibid. 197 Debilibus pennis irritus exit Amor. Ouid. Epiſt. 3, 42 *Amorem alloquitur,* Tu leuis es, multoque tuis ventoſior alis. Nudus Amor Ouid. Amor. 1, 10, 15. Pharetratus Id. de Rem. Amor. 379. Pinniger Lucret. 5, 1074. Pulcher Ouid. ex Pont. 3, . . Purpureus Id. Amor. 2, 1, 38. Rebellis Id. de Rem. Amor. 246. Sagittifer Stat. Silu. 4, 3. Saeuo Amore ſaucia Medea Cic. pro Cael. 18. Saeuus Ouid. Epiſt. 7, 190. Seneca Herc. Oet. 543 Metuende matri teliger ſaeue puer. Vagus Seneca. . . Ventoſus Ouid. Amor. 2, 9, 49. Volucrum late comitatus Amorum Proſequitur Claudian. de Nupt. Hon. 153.

¶ 4 Amores, pl. *de coniugali affectione* Virgil. Aen. 1, 350 Clam ferro incautum ſuperat, ſecurus amorum Germanae, *i. parum curans, quantum dolorem adferret Sorori interficiendo marito ipſi cariſſimo. Sic* Aen. 4, 28 Ille meos primus ſibi me qui iunxit, amores Abſtulit. *De amicitia* Cic. 7, 32 *de Curione,* Eſt mihi, vt ſcis, in amoribus. *Sed etiam dicunt metonymice* Amores, *pro* Amico, *vel* Amica. Cic. Philipp. 6, 12 c. 5 Sed redeo ad amores deliciaſque noſtras L. Antonium. Idem Att. 16, 6 Piliae ſalutem dices, et Atticae, deliciis atque amoribus meis. Sic Titus Veſpaſianus *vocatur* amor ac deliciae generis humani Suet. cap. 1. *Plura exempla ſunt* n. 3 et 6.

¶ 5 *Subſtantiua, quibus iungitur* Amor, *vbi fere cupiditatem ſignificat.* Amor amicitiae Cic. Tuſc. 4, 70 c. 33. Argenti Hor. Serm. 2, 3, 78. Auri caecus Virg. Aen. 1, 353. Edendi Lucret. 4, 867. Famae venientis incendit animum Virg. Aen. 6, 890. Flagitii et leuitatis auctor Cic. Tuſc. 4, 69 c. 32. Habendi ſeneſcit Hor. Epiſt. 1, 7, 85. Lactis Virg. Georg. 3, 394. Laudum percuſſus amore Virg. Aen. 9, 197. Nummi amor Iuuenal. 14, 138. Sanguinis amor *pro Crudelitate* Sil. 1, 148. Sui amor Hor. Od. 1, 18, 14. *Alia Subſtantiua naturam amoris declarant, vt* Aeſtus amoris Ouid. Amor. 3, 5, 30. Agmen Amorum Stat. Silu. 1, 2, 54. *i. Cupidinum, Veneris filiorum.* Ardor Cic. Off. 1, 47. Boni Coniugator amoris Catull. in Epith. Iul. 62, 44. *eſt Hymenaeus.* Calcaribus ictus Lucret. 5, 1074. Certamen peragere Ouid. ex Pont. 3, 89. Gell. 12, 1 *fin.* Quae partus ſuos aliis nutriendos dedunt, vinculum illud Coagulumque animi atque Amoris — interſcindunt *etc.* Flammae Sen. Hippol. 165. Foedera Cic. pro Cael. 34. Fructu egens Propert. 3, 20, 30. Cic. Tuſc. 4, 75 Maxime autem admonendus, quantus ſit furor amoris. Irritamen munus Ouid. Met. 9, 133. Quis enim Modus adſit amori Virg. Ecl. 2, 68. Pabula Lucret. 4, 1057. Pignus Virg. Aen. 5, 538. Plagae amoris, *i. Retia* Lucret. 4, 1140. Poculum Hor. Epod. 5, 38. *h. e. Potio amatoria, philtrum.* Studium et ardor quidam amoris Cic. de Orat. 1, 134. Id. Att. 6, 2 De iſto hactenus. Dixerim, me vel plurima vincula tecum ſummae coniunctionis optare, etſi ſunt amoris arctiſſima: tantum abeſt, vt ego ex eo, quo adſtricti ſumus, laxari aliquid velim. *Vid. p. a.* Coagulum. Vulnere aeterno deuictus Lucret. 1, 35.

¶ 6 *Verba obſeruamus iſta:* Cic. Philipp. 2, 77 Omnem ſe amorem abieciſſe illinc, atque in hanc transfudiſſe. Virg. Aen. 4, 29 Ille meos primus ſibi me qui iunxit, amores Abſtulit. Abundare amore, *vid. h. v.* Accedere nihil poteſt ad amorem *vid. h. v.* Addere amores Ouid. Epiſt. 9, 47. *i. nouas amicas aſſumere. Sic* Ouid. Met. 1, 617 Quid faciat? crudele, ſuos Addicere amores: Non dare, ſuſpectum. *h. e. Puellam ſibi amatam.* Adiutus amor fatis Sabin. Epiſt. 3, 21. Adoleſcit amor, *vid. h. v.* Aequare amorem. Virg. Aen. 4, 474. *i. aeque amat.* Alendus amor verbis dulcibus Ouid. de Arte Am. 2, 152. Amittere amores Virg. Georg. 3, 227. *i. bouem amatam.* Amplecti amore, *vid. h. v.* Appetit me amor, *vid. h. v.* Ardebat amore illius hoſpitae Cic. Verr. 2, 116 c. 47. Ardebat amore femineo praedae et ſpoliorum Virg. Aen. 11, 782. Arſit amore vetito fratris Ouid. de Art. Am. 1, 283. Adſtrictum in amore eſſe Lucret. 4, 118. Attenuatus amore liquitur Ouid. Met. 3, 489. *de Narciſſo.* Auferre amorem ab, *vid. h. v.* Auget amorem timor Ouid. Epiſt. 12, 61. Bibere longum amorem Virg. Aen. 1, 749. *i. haurire, concipere.* Captus amore Virg. Ecl. 6, 10. Cecidit amor Catull. ad Fur. et Aurel. 11, 22. Celare amorem Ouid. Epiſt. 12, 37. Cernere amorem, *vid.* Cernere hereditatem, in CERNO. Commendo amores meos tibi Catull. 16, 1. Commiſſo amori officium ſpondet. *i. promittit auxilium, ſi ſuum amorem reuelet* Ouid. Met. 10, 4 8. Committere amores alicui, *i. Reuelare* Ouid. Amor. 1, 12, 21. Compeſce amoris impii flammas Sen. Hippol. 165. Complecti amore Claud. Laud. Seren. 132. Componere amores, *i. Verſus de amore* Ouid. Triſt. 2, 361. Denique compoſui teneros non ſolus amores, Compoſito poenas ſolus amore dedi. Ouid. Epiſt. 8, 52 Quem ſibi permiſit, genero Concedet amorem. Conciliat amores forma Ouid. Epiſt. 6, 94. Conciliatur amor auro Propert. 3, 3, 49. *Et Ouid.* de Arte Am, 2, 278. Cic. de Orat. 2, 206 Sentimus amorem Conciliari, ſi id videare, quod ſit vtile ipſis, apud quos agas, defendere: ſi aut pro bonis viris, aut certe pro iis, qui illis boni atque vtiles ſint, laborare. Namque haec res amorem magis conciliat, illa virtutis defenſio caritatem. *Hic* amor *eſt ardentius quiddam ex reſpectu ad nos ortum:* caritas *aeſtimatio virtutis et admiratio.* Concinnat amorem conſuetudo Lucret. 4, 1278. Concipere Ouid. Met. 10, 249. Conferre, *vid. h. v.* Coniicere aliquem in amorem, *vid. h. v.* Coniuncti amore Cic. Tuſc. 5, 58. Connexus amore Stat. Achill. 1, 74. Contexere amores Catull. Argon. ſ. 62, 330. Horat. Carm. 3, 12, 1 Miſerarum eſt neque amori Dare ludum, *i. quaſi ludos et ſpectacula edere Cupidini.* Sen. Herc. Oet. 524 Hoc, inquit, magae dixere amorem poſſe Defigi malo. *Sic Neſſus loquitur centaurus de ſanguine ſuo tanquam amatorio, quo poſſit amor* Defigi, *i. aut fortiter figi, aut reſolui a pectore, in quo fuerat fixus.* Defuncta amore leui nulla Minois Sen. Hippol. 128. *i. tolerabiliter amauit.* Deludet amorem ſuſpenſum fallax rumor Claud. in Pr. Conſ. Stilich. 199. Demere amores Ouid de Rem. Amor. 557. Deponere amorem Catull. de Lesb. 74, 13. Deſertus amor Catull. 59, 129. Ducere amores in longum Virgil. Ecl 9, 56. Durat amor Ouid. de Arte Am. 1, 38. Effugere amorem Id Met. 13, 744. Eſſe in amoribus alicui Cic. Att. 6, 1. *Sic* Cic. Verr. 4, 2 Vnde igitur potius incipiam; quam ab ea ciuitate, quae tibi vna in amore atque deliciis fuit? Cic. pro Flacc. 8 Summo autem in amore eſſe propter nomen ipſum imperii non potuerit? Excitare

mir

mirabiles amores ſapientiae, ſi oculis cerneretur, forma et tanquam facies honeſti Cic. Off. 1, 14. Exhauritur amor, *vid. h. v.* Exit corde amor Stat. Silu. 4, 4, 102. Ouid. Amor. 3, 11, 43 - - - facies exorat amorem. Exponere amores, *i. Recenſere* Ouid. Met. 10, 433. Exſtitit tanto in me amore frater, vt negaret *etc.* Cic. poſt Red. ad Quir. 8 c. 3. Ouid. Met. 1, 469 Eque ſagittifera promſit duo tela pharetra, Diuerſorum operum: Fugat hoc, Facit illud amorem. Virg. Aen. 4, 85 - - - Aſcanium genitoris imagine capta Detinet, infandum ſi fallere poſſit amorem. Fallit amor Ouid. Amor. 3, 4, 20. Ferire amorum turpiſſimorum foedera Cic. pro Cael. 34. Fixus amor medullis penitus ſedet Sen. Herc. Oet. 450. Flagrans amor Hor. Carm. 1, 25, 13. Flagrare amore Hor. Epod. 5, 81. Flagrat amor in molli pectore Ouid. Epiſt. 15, 124. Frenare amores Sen. Medea 867. Fugandus amor omni parte Ouid. de Rem. Amor. 358. Fugit amor Alcidae tibi? Sen. Herc. Oet. 449. Cic. pro Domo ſua 103 Pro amore quem Habetis in Rempublicam, et ſemper habuiſtis. Idem Fam. 9, 14 Quis erat, qui putaret, ad eum amorem, quem erga te habebam, poſſe aliquid accedere? Habendus eſt amor tibi reſtat, et altera Dido Ouid. Epiſt. 7, 17. Haerere in amore apud aliquam Plaut. Epid. 2, 2, 7. Haeret amor Ouid. Met. 13, 395. Iaciamur amoris in plagas Lucret. 4, 1140. *h. e. in retia.* Igneſcit amor, *vid. h. v.* Immittere amorem Sen. Her. Oet. 554. Impulſus amore haec ad te ſcribenda putaui Cic. Fam. 10, 3, Incenſus amore alicuius Catull. 62, 19. Incidere in amorem, *vid. h. v.* Inducere aliquem in amorem Catull. 28, 8. Indulgere amori Ouid. Met. 9, 594. Inflammare amore animum Virg. Aen. 4, 54. Inflammati eſſe debemus amore in patriam, Cic. de Orat. 1, 96. Inflammat amorem peior fortuna Sen. Herc. Oet. 358. Ingenerare amorem, *vid. h. v.* Inhaereſcere amoribus erraticis Firmic. 5, 16. Innatus in nobis amor cognitionis *vid.* INNASCOR. Inſanit amoribus nuptarum Hor. Serm 1, 4, 27. Inſitus menti amor cognitionis, *vid.* INSERO. Inſpirat amorem tacitum Stat. Silu. 1, 2, 194. Intendere amorem pignoribus ſuis Claud. Epig. 22. Interrumpere iter amoris, *vid. h. v.* Irritare Ouid. Met. 1, 461. Laedere Id. ib. 4, 192. Largiri amori pluſculum, *v. h. v.* Latuiſſet amor, quem tegi volumus Ouid. Epiſt. 18, 14. Leuare amorem Ouid. Met. 14, 13. Manet amor perennis coniugis caſtae Sen. Octau. 192. Manſit amor Ouid. Met. 11, 13. Marcet amor ſegnis Claud. Laud. Seren. Regin. 227. Mederi amori Ouid. Met. 9, 774. Ouid. Epiſt. 21, 183 - - - ſi non mentiris amorem. *i. Fingis.* Miſcendus pudor amori Ouid. Epiſt. 4, 9. Miſſum facere amorem *vid. ſub* MITTO. Modus nullus adeſt amori Virg. Ecl. 2, 68. Morem gerere amori Ouid. Amor. 2, 2, 13. Neſcit ordinem amor Hieron. Epiſt. 43. Nutrire amorem Ouid. Met. 1, 496. Obiicere amores alicui Sen. Medea 496. Oblitus amorum Virg. Aen. 5, 334. Oſtendere meum amorem Cic. Fam. 10, 3. Partiri amorem Stat. Silu. 2, 1, 207. Perdidit te amor infelix Ouid. Met. 4, 108. Cic. Fam. 2, 1 Perſpectum mihi quidem, ſed tamen dulcem et optatum amorem tuum prae te ferres. Potiri amore Ouid. Met. 10, 428. Praeſentit amorem aliquem mente Id. 10, 404. Praeſtare amorem verum Ouid. ex Ponto 4, 6, 23. Proſequi amore Cic. Fam. 15, 21, 15. Raptat me amor per deſerta ardua Virg. Georg. 3, 292. Reddere amorem fratribus Sen. Theb. 451. Lucan. 4, 236 - - - ſcelerumque Reduxit amorem. Reparare Sen. Agam. 184. *i. aliam poſt aliam amare.* Cic. Fam. 5, 5 Siquid in te Reſidet amoris erga me, id omne in Pomponii negotio oſtendas. Reſpectare amorem alicuius Catull. 11, 21. Reſpondere alicui in amore Cic. ad Brut. 1. Amori amore reſpondere Cic. Fam. 15, 21, 5. Reſurgens amor Virg. Aen. 4, 531. Reuincire mentem amore Catull. 59, 33. Saeuit amor Virg. Aen. 4, 532. Saturare amorem Catull. 66, 83. Seruare Ouid. Met. 4, 270. Seruire amori aliorum flagitioſiſſime Cic. Catil. 2, 8. Soluere amores cantibus, aut herbis Tibull. 1, 2, 62. Spernere Hor. Carm. 1, 9, 16. Spirare Id. 4, 13, 19. Subleuare Cic. Tuſc. 4, 74. Submittere animos amori Virg. Aen. 4, 414. Succenſus amore Ouid. Met. 15, 167. Suſcipere amorem Cic. Fam. 10, 1. Tenet me amor Hor. Epod. 11, 36. Teneri amore Stat. Theb. 1, 70. Tentari amore Ouid. Amor. 1, 2, 5. Teſtari amorem Virg. Aen. 3, 487. Torqueri amore Hor. Epiſt. 1, 2, 37. Torret me amor Hor. Carm. 3, 19, 28. Transgredi amores veteres Stat. Silu. 1, 2, 90. *i. magis amare, quam quisquam veterum. Comparat Stellam ſuum cum Leandro, et aliis audacibus amatoribus.* Translatos alio amores Hor. Epod. 5, 23. Vacat metu amor Ouid. Amor. 1, 6, 60. Vinci didicimus feros amore Sen. Hippol. 240. Vincit omnia amor Virg. Ecl. 10, 69. Vitare amorem Lucret. 4, 1066. Vitiare Stat. Silu. 5, 1, 57. Tibull. 2, 5, 39 Impiger Aenea volitantis frater amoris, *i. Cupidinis: quia vterque Veneris fuit filius.* Vrit amor Virg. Ecl. 2, 68. Vſa amoribus dementer Ouid. Met. 4, 259.

AMORABVNDVS. Gell. 11, 9 Laberius mulierem amantem verbo inuſitatius ficto Amorabundam dixit.

AMŌRĬFER, a, um. *Amorem concilians.* Ven. Fortun. Epithal. Sigib. Reg. 6, 2.

AMORIFĬCVS, a, um. Idem. Herba amorifica Apul. de Herb. cap. 123.

AMOSIO, *vid.* ANNOS *ſub* ANNVS.

AMOTVS, *vid.* AMOVEO.

AMŎVEO, ōui, ōtum, ēre. [ἀποκινέω, ἀποσοβέω, ἀπαμύνω] *De loco mouere.* Ter. Adelph. 4, 2, 14 Age, tamen ego hunc amouebo. *Vbi* Donatus, Proprie amouetur ſaxum de loco. Cic. Att. 1, 9 Et nebulonem illum, ſi quo pacto potes, ex iſtis locis amoue. *In eodem ſignificatu legitur etiam* Remoueo. Auct. ad Her. 3, 32 Sine nimis procul amoueris, ſiue vehementer prope admoueris. Lucret. 1, 226 Praeterea quaecunque vetuſtate amouet aetas. Animus ſtudio puerili amotus eſt meus Plaut. Merc. Prol. 41, *declarat id, quod modo poſuerat,* Animus ephebis aetate exiit. Cic. de Aruſp. Reſp. 43 c. 20 Saturninum Quaeſtorem a ſua frumentaria procuratione Senatus amouit, eique rei M. Scaurum praefecit. Aſſentationem Cic. in Lael. 91. Plaut. Pſeud. 1, 1, 35 Inde huc exii, crapulam dum amouerem. Culpam a ſe Liu. 5, 42. Culpas amouit Hor. Carm. 4, 15, 11. *Sed al.* Emouit. Cuſtode amoto Propert. 1, 11, 15. Frumentum et aſportare (*de area et agro*) Cic. Verr. 3 c. 8. Tac. A. 4, 31 P. Suillium amouendum in inſulam cenſuit. *i. Deportandum.* Iurgia amouere Cic. de Legib. 2, 19 c. 8. *i. non admittere. Sic* Opes, libidinem, odium, inuidiam, metum, cupiditateſque omnes Cic. pro Cluent. 159. Ludo amoto quaeramus ſeria Hor. Serm. 1, 1, 27. Metum Ter. Andr. 1, 2, 10. Moleſtiam a foribus Plaut. Amph. 1, 2, 2. Opes *i. non adhibere* Cic. de LL. 2 c. 8. Opinionem Ter. Andr. 3, 2, 30. *et* 1, 2, 10. Segnitiem a ſe Plaut. Trin. 2, 1, 6. Cic. de Prouinc. Conſul. 2 Praecipuum illum et proprium ſenſum doloris mei, a ſententia dicenda amoueo, ad vlciſcendi tempora reſeruabo. Somnum ex pectore Plaut. Pſeud. 1, 2, 11. Suſpicionem ab aliquo Plaut. Trin. 3, 3, 54. Tactus impudicos a caſto corpore Sen. Hippol. 704. Virgas amouit ab omnium ciuium Romanorum corpore lex Porcia Cic. pro C. Rabir. 12. *i. Vetuit, ne virgis caederentur ciues Romani per carnificem.* ¶ 2 Amouere [ὑφαιρεῖσθαι Harmenop. 1, 3] *verbum a ICtis poni ſolitum, vbi furandi vox aſperior videbatur.* Eſt titulus Pandectarum 25, 2 de actione rerum amotarum, *vbi* Paullus l. 1 Rerum amotarum, *inquit,* iudicium introductum eſt aduerſus eam, quae vxor fuit, quia non placuit, cum ea furti agere poſſe *etc. Deinde in hereditatibus in primis etiam locum habet.* v. g. l. 71 ff. de acquir. vel omitt. hered. §. 6 Amouiſſe eum accipimus, qui quid celauerit, aut interuerterit, aut conſumſerit. It. §. 8 Amouere non videtur, qui non callido animo nec maligno rem repoſuit *etc.* Vlp. in l. rei communis. 45. D. pro ſocio. Rei communis nomine cum ſocio, furti agi poteſt, ſi per fallaciam dolone malo amouit, vel rem communem celandi animo contractet. Idem in l. Si ego. D. de iure dotium. Agetur rerum amotarum, ſi amouentis animo maritus ea retineat: aut ad exhibendum, ſi non amouere eas coniſus ſit. Idem in l. Tutor. D. de furtis, Tutor ſi quid furandi animo amouerit, furtum facit. Adminiſtrationem enim rerum pupillarium habet: intercipiendi autem poteſtas ei non datur. *Plura Briſſonius de V. S. h. v. Videtur Rutgerſio huc reſpexiſſe* Horat. Od. 1, 10, 10 *atque* Amotae per dolum boues *ideo dici, quia fratris Apollinis fuerant. Quod autem addit,* Ciceronem in Verrinis *acerbiſſimo ioco ea, quae Verres Siculis eripuerat, eum* non furatum eſſe, ſed amouiſſe, *dicere; nondum reperi.*

AMOTIO, ōnis. f. Cic. de Fin. 2, 9 c. 3 Augendae voluptatis finis eſt, doloris omnis amotio.

## A M P

AMPEDICES dicebantur ab antiquis, quod circum penderent, quos nunc Appendices appellamus, Feſtus. *Sed legendum potius ex* MSS. Ampendices.

AMPĔLĪTIS, dis. [ἀμπελῖτις] *Terra eſt* bitumini ſimillima. Experimentum eius, ſi cerae modo accepto oleo liqueſcat *etc.* Plin. 35, 16 ſ. 56. *Vbi reliqua ex Graecis Harduinus. Nomen habet, quia vitibus illinebant contra vermiculos.* Ἄμπελος *enim vitis eſt.*

AMPELODESMON, [ἀμπελόδεσμον] *Vocant Siculi herbam, ex qua vincula molliora fiunt alligandis vitibus* Plin. 17, 23 ſ. 35, 26.

AMPELOPRĂSON, [ἀμπελόπρασον] *Herba, cuius nomen explicat* Plin. 24, 15 ſ. 86 Ampeloprason in vinetis naſcitur, foliis porri, ructu grauis, *etc.*

AMPELOS, [Ἄμπελος] *Nomen pueri, qui quum a Baccho amaretur, ab eodem poſt mortem inter ſidera relatus eſt. Fabulam habet* Ouid. Faſt. 3, 409. *qui monet, hunc eſſe* Vindemitoris *ſidus.*

AMPĔLOS AGRIA, [ἄμπελος ἀγρία] *ad verbum Vitis ſilueſtris,* Plin. 23, 1 ſ. 14 Labruſca — a Graecis ampelos agria appellatur, ſpiſſis et candicantibus foliis, geniculata, rimoſo cortice, fert vuas rubentes cocci modo, *etc.*

AMPELOS CHIRONIA. *Herba, de qua* Plin. 25, 4 ſ. 16 Eſt Chironis inuentum Ampelos quae vocatur Chironia. *Et* 23, 1 ſ. 17 Eſt ergo et nigra *vitis,* quam proprie bryoniam vocant, alii Chironiam, alii gynaecanthen, aut aproniam, *etc.*

AMPELOLEVCE, es. [ἀμπελολεύκη] *i. Vitis alba.* Plin. 23, 1 ſ. 16 Vitis alba eſt, quam Graeci Ampeloleucen, alii Ophioſtaphylon, alii Melothron alii pſilothrum, alii archezoſtin, alii cedroſtin, alii madon appellant. Folia pampinoſa ad magnitudinem ederae, diuiduntur vt vitium. Radix alba, grandis, raphano ſimilis initio: ex ea caules aſparagi ſimilitudine exeunt, *etc.*

AMPELOS Melaena, [ἄμπελος μέλαινα] *Latine* Vitis nigra, *de qua modo diximus ſub* AMPELOS CHIRONIA.

AMPENDICES, *vid.* AMPEDICES.

AMPHEMERINOS, i. [ἀμφημερινός] *Quotidianus* Plin. 28, 16 ſ. 66 Eſt genus febrium, quod Amphemerinon vocant. Hoc liberari, tradunt, ſi quis e vena auris aſini, tres guttas ſanguinis in duabus heminis aquae hauſerit.

AMPHĬĀRĀVS, [Ἀμφιάραος] Oeclei, (*alii Lyncei*) et Hypermneſtrae Theſtii filiae filius, augur, qui ſciret, ſi ad Thebas oppugnatum iſſet, ſe inde non rediturum: itaque celauit ſe, conſcia Eriphyle, coniuge ſua, Talai filia. Adraſtus autem, vt eum inueſtigaret, monile aureum ex gemmis fecit, et muneri dedit ſorori ſuae Eriphylae, quae doni cupida coniugem prodidit. Amphiaraus Aclmaeoni filio ſuo praecepit, vt poſt ſuam mortem poenas a matre exſequeretur. Qui poſtquam apud Thebas terra eſt deuoratus, *etc. Hunc illius exceſſum graphice deſcribit* Stat. Theb. 7 *extr.* Cic. de Diuin. 1, 88 Amphiaraum ſic honorauit fama Graeciae, deus vt haberetur, atque vt ab eius ſolo, in quo eſt humatus, oracula peterentur. *De Amphiarai fano et loco vbi periit, qui* ἅρμα, *i. currus dictus, vid. Salmaſ. in Solin.* p. 103. ſq. Amphiaraus ſublimis agit equos Stat. Theb. 6, 327. Doctus futuri Stat. Theb. 1, 398. Id. Theb. 3, 451 Solers tibi cura futuri Amphiaraë datur. *Sed magna pars Thebaidos eſt Amphiaraus.*

AMPHIARAIDES. Ouid. Faſt. 2, 43 *eſt Alcmaeon.*

AMPHIAS, [Ἀμφίας] Tharſius, quum ex hortulano potens eſſet, et in amicum quaſi degenerem nonnulla dixiſſet, mox ſubiecit, *Sed et nos de iiſdem ſeminibus ſumus;* et omnes pariter laetos fecit. *Haec* Macrob. Saturn. 7, 3.

AMPHĬBĂLVS, i. m. ſiue AMPHIBALVM, i. n. *Veſtis genus, quo exterius amiciebantur, apud* Sulp. Seuer. Dial. de Virt. B. Martini 2, 1. *et* Fortunat. de Vita eiusd. 3, 1. Ἀμφίβαλος *corruptum ex* Ἀμφίβολος *ab* ἀμφιβάλλω.

AMPHĬBĬVM. [ἀμφίβιον] *In terra et aqua viuens.* Varro de L. L. 4, 13 Graeci ea, quae in aqua et in terra poſſunt viuere, vocant Amphibia. Id. R. R. 3, 10, 1 Tranſi nunc in illud genus, quod vos Philograeci vocatis ἀμφίβιον, quod non eſt villa (*forte* vna) villa ac terra contentum, ſed requirit piſcinas. *Eadem fere* Columel. 8, 13, 1 Venio nunc ad eas aues, quas Graeci vocant ἀμφίβια, quia non tantum terreſtria, ſed aquatilia quoque deſiderant pabula: nec magis humo, quam ſtagno conſueuerunt: eiusque generis anſer praecipue, ruſticis gratus eſt. Cic. de Nat. Deor. 1, 104 c. 37 Beſtiarum terrenae ſunt aliae partim aquatiles, aliae quaſi ancipites in vtraque ſede viuentes. Amphibios *etiam forte dixeris illas piſces terrenos apud* Plin. 9, 57 ſ. 83. *Itemque illos* piratas, *de quibus* Flor. 3, 6, 6 Vt quaedam animalia, quibus aquam terramque incolendi gemina natura eſt, ſub ipſo hoſtis receſſu impatientes ſoli in aquas ſuas reſiluerunt.

AMPHIBOLIA, ſiue AMPHIBOLON. [ἀμφιβολία, ἀμφίβολον] Ambiguitas ἀμφιβολία nominatur Quinct. 3, 6, 45. *Et* ſ. 88 ἀμφιβολία ſemper coniectura explicatur. Id. 7, 10, 1 Finitio quodammodo eſt amphibolia, cum in duas partes diducatur intellectus nominis. Acuta amphibolia Cic. Fam. 7, 32. Id. de Diuin. 2, 116 c. 56 Illa amphibolia, quae Croeſum decepit, vel Chryſippum potuiſſet fallere. Quinctil. 7, 9, 1 Amphiboliae ſpecies ſunt innumerabiles, vt philoſophorum quibusdam nullum videatur eſſe verbum, quod non plura ſignificet: genera admodum pauca, *quae deinde enarrat, et exemplis illuſtrat. In primis frequens eſt, neque praetermiſſa Fabio, Amphibolia per Accuſatiuos duos, vt,* Aio te Aeacida Romanos vincere poſſe. *Sic* Ter. Andr. 5, 3, 25 Ego me amare hanc fateor. *Vbi* Donatus: ἀμφιβολία eſt. Quinctiliani *etiam eſt* ſ. 8 Teſtamento quidam poni iuſſit ſtatuam auream haſtam tenentem. Quaeritur ſtatua haſtam tenens aurea eſſe debeat, an, haſta eſſe aurea in ſtatua alterius materiae. *Cf.* 8, 2, 16. Virg. Aen. 1, 492 Aurea ſubnectens exertae cingula mammae. *Vbi* Seruius, Amphibolon eſt hoc loco, vtrum ipſa aurea, an aurea cingula. Id. Aen. 4, 178 — terra parens ira irritata deorum. *Vbi* Seruius, Amphibolon eſt vtrum ſua ira, propter extinctos gigantes: an ira deorum irritata, quae extinxerat gigantes.

AMPHIBOLVS, a, um. Adi. Nomen amphibolum Mart. Capella 5 p. 149.

AMPIBOLOGIA pro AMPHIBOLOGIA. [ἀμφιβολογία] *Recentiorum Grammaticorum eſſe videtur. Nam apud Quinctilianum meliores libri* ἀμφιβολίαν *praeferunt. Sed* Soſip. Chariſ. 4 p. 243 Ἀμφιβολογία eſt dictio ſententiaue dubiae ſignificationis. Diomedes 2 p. 444. Ἀμφιβολογία eſt vitio compoſitionis in ambiguo poſita ſententia. *Sic* Caſſiodor. Rhet. p. 527. *Sic* Iſidor. Orig. 1, 33. *Etiam* Martian. Cap. 5 p. 149. ¶ 2 *Non pro Vitio orationis, ſed pro* Dubitatione, *figura rhetorica poſuiſſe videtur* Seruius ad Aen. 4, 371 Quae quibus anteferam? *Ait enim*, Amphibologia eſt, Quid prius, quid poſterius dicam?

AMPHĬBRĂCHVS, [ἀμφιβραχὺς] *Pes eſt ex prima et vltima breuibus, media producta. Sic dictus, quod in vtraque parte* breuem *habeat.* βραχὺς *enim breuis dicitur*, vt Cŭpīdŏ. *Vid.* Quinctil. 9, 4, 82 *et* 105.

AMPHICTYONES, [Ἀμφικτυόνες] *Conſeſſus Graecus apud Thermopylas, deinde etiam Delphis conuenire ſolitus, ab Amphictyone Deucalionis filio ſic dictus, qui et ipſe, quum populos regeret, ad conuentus conuocaſſe dicitur. Hic eſt, qui* ab Liuio 33, 5 conuentus Pylaicus *appellatur. De Concilio hoc Amphictyonum eſt Diſſ. VI Anton. van Dale. Meminit* Cic. de Inuent. 2 c. 23 Accuſantur apud Amphictyonas, id eſt, apud commune Graeciae concilium. *Vltima haec non a Cicerone eſſe, ſed ab Expoſitore, putat Guilelmius.* Tac. A. 4, 14 Samii decreto Amphictyonum nitebantur, quîs praecipuum fuit rerum omnium iudicium, qua tempeſtate Graeci conditis per Aſiam vrbibus ora maris potiebantur.

AMPHICYRTOS, [ἀμφίκυρτος] *Vtrinque gibboſus.* Macrob. Somn. Scip. 1, 6 Amphicyrtos eſt luna, cum ſupra Diametrum dichotomi eſt, antequam orbis concluſione cingatur, vel de orbe iam minuens inter medietatem ac plenitudinem inſuper mediam luminis curvat eminentiam.

AMPHĬDĂMAS, [Ἀμφιδάμας] *Argonautarum in Colchica expeditione comes.* Val. Flacc. 1, 376.

AMPHIGENĪA, [Ἀμφιγένεια] *Oppidum Peloponneſi, in tractu Meſſeniaco.* Stat. Theb. 4, 178 Huic parere dati, quos fertilis Amphigenia, Planaque Meſſene, montanaque nutrit Ithone. *Meminit et Hom.* Il. 2, 593.

AMPHILOCHVS. *Amphiarai filius.* Liu. 45, 27 *de Aemilio Paullo*, Inde Oropum Atticae ventum eſt, vbi pro Deo vates Amphilochus colitur: templumque vetuſtum eſt fontibus riuisque circa amoenum. *Add.* Plin. 4, 1. Cic. de Diu. 1, 88 Amphilochus et Mopſus Argiuorum reges fuerunt, ſed iidemque augures: iique vrbes in ora maritima Ciliciae Graecas condiderunt.

AMPHĬMĂCRVS, ſiue AMPHĬMĂCER, [ἀμφίμακρος] *Pes habens breuem inter duas longas, vt* Pāllĭdī, *contrarius* Amphibracho. Quinctil. 9, 4, 81 Media inter longas breuis faciet Amphimacrum, ſed frequentius eius nomen eſt Creticus.

AMPHIMALLA. [ἀμφίμαλλα] *Texta ab vtraque parte villoſa.* Plin. 8, 48 ſ. 73 Gauſapa patris mei memoria coepere, amphimalla noſtra. *Eadem ſunt* Amphitapa, *v. v.*

AMPHĬMĔDON. *Nomen Libyos, qui in aula Cephei regis aduerſus Perſeum pugnans, occiſus eſt.* Ouid. Met. 5, 75 Ecce Syenites genitus Methione Phorbas, Et Libys Amphimedon, auidi committere pugnam.

AMPHINOMVS. *Alter* piorum fratrum, *de quibus vid.* FRATRES PII.

AMPHĪON, ŏnis. m. [Ἀμφίων] *Iouis et Antiopes, vel ſecundum aliquos, Mercurii filius, a quo accepta lyra, adeo dulciter canebat, vt ſaxa ad ſtruendos muros Thebanos traxiſſe dicatur.* Hor. in Arte Poët. 394 Dictus et Amphion Thebanae conditor arcis Saxa mouere ſono teſtudinis, et prece blanda Ducere quo vellet. Stat. Theb. 8, 233 Alii (*canunt*) Tyriam reptantia ſaxa Ad chelyn, et duras animantem Amphiona cautes. Amphionis arces Ouid. Met. 15, 427. *Thebas intelligit.* Amphion et Zethus gemini fratres Hor. Epiſt. 1, 18, 41. Acer Stat. Theb. 10, 382. *alius, fictum nomen.* Hor. Carm. 3, 11, 2 Mercuri, nam te docilis magiſtro Mouit Amphion lapides canendo. Dircaeus Virg. Ecl. 2, 24. *i. Thebanus.* Extinctus cum ſtirpe Ouid. Met. 6, 402. *Nempe Niobes maritus, filiis interfectis ab Apolline* ferro per pectus adacto Finierat moriens pariter cum luce dolorem ibid. v. 271. *Paullo aliter* Hygin. f. 9. Ferus Stat. Theb. 10, 443. *vid. Acer.* Propert. 3, 15, 29 Et durum Zethum, et lacrymis Amphiona mollem. Vindex iuſtiſſimus Matris *vocatur ab* Ouid. de Arte Am. 3, 323. *quia Dircen matris ſuae aemulam* ad murum indomitum deligatam vita priuauit *vid.* Hygin. f. 7. ¶ 2 Amphion alter, vnus ex Argonautis Val. Flacc. 1, 367.

AMPHIONIVS. Adi. [Ἀμφιόνιος] *vt*, Amphionia lyra Propert. 1, 9, 10. Canes Sen. Oedip. v. 178. *i. Thebani.*

AMPHIPROSTYLVS, [ἀμφιπρόστυλος] Aedificii ſpecies, omnia habens ea, quae proſtylos: practereaque habet in poſtico ad eundem modum columnas, et faſtigium Vitruu. 3, 1. *et* Bald. p. 6.

AMPHIRREVSIS, is. f. [ἀμφίῤῥευσις] Tympanum amplum, quod nonnulli rotam appellant, Graeci autem ἀμφίῤῥευσιν, alii περίτροχον vocant. *Haec agens de machina tractoria* Vitruu. 10, 4.

AMPHISBAENA, ae. [ἀμφίσβαινα] *Genus ſerpentis gemino capite, quod credidit etiam* Plin. 8, 23. Lucan. 9, 719 Et grauis in geminum ſurgens caput amphisbaena. *Multi libri habent* Amphiſibaena. Solin. c. 30 Amphisbaena conſurgit in caput geminum, quorum alterum in loco ſuo eſt, alterum in ea parte, qua cauda: quae cauſa efficit, vt capite vtrinque ſecus nitibundo ſerpat tractibus circulatis. *Sed de gemino capite falſum eſſe iam vidit Heſychius. Orta fabula inde, vnde etiam dicta eſt* Amphisbaena, *quod ex vtraque parte progreditur.*

AMPHISSA, *Vrbs Phocidis* Lucan. 3, 172.




AMPHISSIVS, a, um. Adi. *vt*, Amphiſſia ſaxa Ouid. Met. 15, 703.

AMPHITANE, [ἀμφιτανὴ] *Gemma.* Alio nomine appellatur Chryſocolla, in Indiae parte, vbi formicae eruunt aurum, in qua inuenitur auro ſimilis quadrata figura affirmaturque natura eius, quae magnetis; niſi quod trahere quoque aurum traditur. *Haec* Plin. 37, 10 ſ. 54.

AMPHITĂPVS, a, um. [ἀμφίταπος, ἀμφίμαλλος] *Amphitapae veſtes dicuntur vtrinque habentes villos. Docet* Heſychius, Ἀμφιτάπης, χιτὼν ἑκατέρωθεν ἔχων μάλλους. Lucil. Sat. lib. 1 Pſilae atque amphitapae villis ingentibus molles. Idem 6 Pluma, atque amphitapae, et ſi aliud quid deliciarum. Varro Manio, Alterum bene acceptum dormire ſuper amphitapa bene molli. *Haec* Nonius 14, 24. *Idem autem ſignificant* Amphimallum et Amphitapum, *ſiue* Amphitapa. *Vtitur hac voce* Vlp. in l. 23 §. 2 Veſtis, D. de auro et argent. leg. *Vid.* etiam Ferrar. de Re Veſt. 1, 18. *et* 2, 14.

AMPHITHĂLĂMVS. *Cubiculi genus.* Vitruu. 6, 10 In proſtadis dextra ac ſiniſtrà cubicula ſunt collocata, quorum vnum Thalamus, alterum Amphithalamus dicitur. *Nempe viri et vxoris cubiculum* Thalamus *eſt;* Amphithalamus, *vbi ancillae.*

AMPHITHEATRVM, i. [ἀμφιθέατρον] *Eſt locus ſpectaculis, i. locis ad ſpectandum aptis in rotundum concluſus.* Caſſiodor. Var. 5, 42 Cum Theatrum quod eſt Hemiſphaerium Graece dicatur, Amphitheatrum, quaſi in vnum iuncta duo viſoria, recte conſtat eſſe nominatum: oui ſpeciem eius arena concludens (*forte leg. concludente*) vt concurrentibus aptum daretur ſpatium, et ſpectantes omnia facilius viderent, dum quaedam prolixa rotunditas (*ſic Lipſ. pro* rotunda) vniverſa collegerat (*Lipſ.* colligeret). *Quod dicit* iuncta duo viſoria, *i theatra explicari poteſt e narratione* Plinii 36, 16 ſ. 24, 18 de C. Curione, qui bello ciuili in Caeſarianis partibus obiit. — Theatra duo iuxta fecit, ampliſſima e ligno, cardinum ſingulorum verſatili ſuſpenſa libramento, in quibus vtrisque ante meridiano ludorum ſpectaculo edito inter ſeſe auerſis, ne inuicem obſtreperent ſcenae; repente circumactis, vt contra ſtarent, poſtremo iam die diſcedentibus tabulis et cornibus in ſe coëuntibus faciebat amphitheatrum, et gladiatorum ſpectacula edebat. *Fuit ergo primus ſitus vtriusque theatri tali*

 *; alter eiusmodi*  *; tertius*  *quae eſt ipſ*

Amphitheatri *forma. Adiicit, poſt quaedam interpoſita,* Plinius, Variaui hanc ſuam magnificentiam feſſis turbatisque cardinibus: et Amphitheatri forma cuſtodita, nouiſſimo die duabus per medium ſcenis athleta edidit, raptisque e contrario repente pulpitis eodem die victores e gladiatoribus ſuis produxit. *Hinc igitur et formam* Amphitheatri *intelligas, et quatenus verum dixerit* Iſidor. Orig. 15, 2 Amphitheatrum vocatur, quod ex duobus theatris ſit compoſitum. Nam amphitheatrum rotundum eſt: theatrum vero ex medio Amphitheatri eſt ſemicirculi figuram habens. *Hinc etiam patet ſententia* Ouid. Met. 11, 25 Structoque vtrinque theatro Ceu matutina ceruus periturus arena Praeda canum eſt. *Et* Calpurn. Ecl. 7, 32 Sic tibi planitiem curuae ſinus ambit arenae, Et *geminis* medium ſe *molibus* adligat *ouum. Accuratiore deſcriptionem* Amphitheatri eiusque partium *dedit Lipſius in libro de Amphitheatro, et de Amphitheatris quae extra Romam libello. Parum quod adiicere potuerunt poſteri. Nos iam loca veterum proferimus. Primum Romae ſtabile quidem et perpetuum fuiſſe videtur, de quo* Sueton. Aug. 29 *narrat, Auguſti hortatu* exſtructum a Statilio Tauro amphitheatrum. *Illud tamen bonam partem ligneum fuerit oportet, cum Neronis incendio conflagraſſe Dio apud Xiphilinum memoret.* Tiberius *apud eundem* Sueton. 7 Munus gladiatorium dedit in Amphitheatro. Ibid. 75 Corpus *Tiberii* Atellam deferendum et in Amphitheatro ſemiuſtulandum, *conclamant homines, nempe ſupplicii cauſa. Firmatur* ibid. c. 27 Atellanae Poëtam ab ambigui ioci verſiculum media Amphitheatri arena igni cremauit. *Sic* Titus *apud* eund. 8 Delatores traductos per Amphitheatri arenam partim ſubiici in ſeruos ac venire imperauit *etc. Primum lapideum fuiſſe videtur, quod* vrbe media fecit *Flauius Veſpaſianus, teſte* Sueton. c. 9. dedicatum a Tito, ibid. c. 7 *cuius hodieque bona pars ſupereſt, ad quod pertinet* P. Victoris *illud*, Amphitheatrum quod capit loca LXXXVII ∞ *In gradibus ergo ſedere potuerunt ſeptem et octoginta millia hominum: quod minus mirabitur, qui legerit apud eundem* Suetonium Tib. 40 Apud Fidenas ſupra viginti hominum millia gladiatorio munere Amphitheatri ruina periiſſe: *quam cladem deſcribit* Tac. Ann. 2, 62 *et ligneam fuiſſe compagem oſtendit, et* quinquaginta millia hominum eo caſu debilitata vel obtrita. *Ad illud* Amphitheatrum Flauium *ſiue* Titianum *actaque in eo* ſpectacula *celebranda pertinet libellus Epigrammatum, qui* Martiali *non ſatis certa quidem fide tribuitur, et quintus decimus a quibusdam numeratur. Hic* 1, 7 *dicitur* Omnis Caeſareo cedat labor Amphitheatro. It. 2, 5 Hic vbi Conſpicui Venerabilis Amphitheatri Erigitur moles. Neronis *quidem* Amphitheatrum *adhuc* ligneum *fuiſſe videtur indicare* Tac. Ann. 13, 31 Niſi cui libeat laudandis fundamentis et trabibus, quis molem Amphitheatri apud campum Martis Caeſar adſtruxerat, volumina implere. *De hoc* Plin. 19, 1 ſ. 6 Vela nuper colore caeli, ſtellata, per rudentes iere etiam in Amphitheatro principis Neronis. *Meminit etiam* 16, 11 ſ. 76 2. Tac. H. 2. 67 Tertiadecimani ſtruere Amphitheatra iuſſi. Nam Caecina Cremonae, Valens Bononiae ſpectaculum gladiatorium edere parabant. Plin. Ep. 5, 6, 7 Imaginare theatrum aliquod immenſum, et quale ſola rerum natura poſſit effingere.

AMPHITHEATRĀLIS. Adi. [ἀμφιθεατρικὸς] Magiſtri amphitheatrales Martial. 11, 70. Amphitheatrale ſpectaculum Plin 11, 24 Amphitheatralis pompa Claud. Conſ. Mall. Theod. 293. Prudent. adu. Symmach. 1, 385.

AMPHITHEĀTRĬCVS. Adi. Amphitheatrica charta, *ita dicta* loco confecturae, *cui quartus locus tribuitur a* Plin. 13, 12. Spectaculum Symmach. Ep. 4, 8.

AMPHITHOE, es. [Ἀμφιθόη] *q. d. circum currentem*, Nereis *Nympha marina.* Nerei et Doridis filia, *vt poſt Heſiodum tradit* Hyginus in fabulis poëticis, Praef. *Sed credibile eſt, ibi* Amphitriten *legendam. Nempe*

AMPHĪTRĪTE. [Ἀμφιτρίτη] *Oceani et Doridos filia, fingitur Poëtis eſſe vxor Neptuni, et ſignificat mare.* Colum. 10, 201 Regnator aquarum

a iarum ſuam pellicit Amphitriten. Ouid. Met. 1, 13 — nec brachia l go Margine terrarum porrexerat Amphitrite. Hanc vbi diues aquis a eperit Amphitrite Ouid. Faſt. 5, 731. *i. vbi occiderit dies.* Amphitrite reia Claud. in Rapt. Proſerp. 1, 104. Illa rudem curſu prima imbuit phitriten Catull. Argun. 11. *loquitur de Argo naui: pro prima Voſ- ſ.* prora.

AMPHĬTRYŌ, vel AMPHITRVO. [Ἀμφιτρύων] *Alcmenae, Her- cis matris, maritus. Apud* Plautum *in fabula, cui nomen et argumentum* Amphitruo, *penultima per* u *ſcribitur, quia vetuſtiſſimi Romani pere- nas literas non admittebant, vt* Bruges, *pro* Phryges. *Sed* Ouid. Her. 9, Nec pater Amphitryon, nec puer Hyllus adeſt. *Hinc*

AMPHITRYONIADES. *Herculis patronymicum, quod ex Amphi- yonis certe vxore natus eſſet.* Virg. Aen. 8, 214 Cum iam ſtabulis ſa- rata moueret Amphitryoniades armenta. Ouid. Met. 9, 140 Amphi- oniaden Ioles ardore teneri. Parens Amphitryoniadae Ouid. Met. , 49. *Iupiter eſt.* Amphitryoniades falſiparens Catul. 69, 112 *dicitur pter fabulam Iouis Amphitryonem ſimulantis.* Amphitryoniades vi- t cum vinceret Hydram Lucan. 9, 644.

AMPHITVS, [Ἄμφιτος] *Alter ex Caſtoris et Pollucis aurigis: al-* Telchius, *qui Dioſcuriaden condidere.* Plin. 6, 5.

AMPHŎRA, [ἀμφορεύς, κεράμιον, Orcium, Amphora Vet. Gloſſ.] *nus vaſis vinarii, ex* ἀμφὶ *et* φέρω, *quod vtrinque ferretur duabus an- . Latine* Quadrantal *appellabatur, vt* Feſtus voce Quadrantal, et luſius Maecian. ICtus in diſtribut. aſſ. extr. *apud* Gronou. *de Pec. Vet.* 400. *docent. Fictiles fuiſſe oſtendit illud* Horatii in Arte Poët. v. 21 nphora coepit inſtitui, currente rota cur vrceus exit? Amphora *qua- nus menſura eſt, capit viceſimam partem cullei, ſextarios* XLVIII. Plin. 1, 4 ſ. 5 *extr.* Septenos culleos ſingula iugera, hoc eſt amphoras cen- nas quadragenas muſti dedere. Cic. pro Font. 9 c. 5 Itaque Titu- m Toloſae quaternos denarios in ſingulas vini amphoras portorii mine exegiſſe. Amphoram *in ceruicem gracileſcere ſolitam, ex* Cato- *intelligimus,* R. R. 88, 1 Amphoram defracto collo puram impleto uae purae. Amphora mellis Cic. Verr. 2, 183 c. 74 Amphora Nar- ni Plaut. Mil. 3, 2, 11. Amphoras complures complet plumbo Nep. , 9, 3. Liu. 21, 63 Ne quis ſenator maritimam nauem, quae plus quam centarum amphorarum eſſet, haberet. Lentulus ad Cic. Fam. 12, 15 Na- s onerarias, quarum minor nulla erat, duum millium amphorûm: MSS. *pro* amphorarum, *vel potius ex Graeco* ἀμφορέων. Amphoram ſtantem horreo deripere Hor. Carm. 3, 28, 8. Amphora Laeſtrygo- a Hor. Carm. 3, 16, 34. *i. vini Formiani.* Mamertina Martial. 13, 7. O nata mecum conſule Manlio (*Amphora*) Hor. Od. 3, 21, 1. Mar- l. 1, 19, 8 Amphora non meruit tam pretioſa mori, *i. affuſo vino tam i corrumpi.* Amphora ex onyche Nep. Fragm. 25. ex Plin. 36, 7. onita Hor. Carm. 1, 36, 11. Vitreae amphorae, diligenter gypſatae tron. c. 34. Siculus Fl. de Condit. agror. p. 6 Goeſ. In quibusdam gionibus iubemus vertices amphorarum defixos (inuerſos) obſerua- pro terminis. *Comparari* poſſunt termini lagenares vel orculares *ud Goeſ.* p. 251. Amphoris puris condit mella Hor. Epod. 2, 15. lianus ICtus l. 206 de V. S. Eandem cauſam amphorarum eſſe; vt, m vinum habeant, tum in vaſis vinariis, cum inanes ſint, tum extra merum vinariorum ſint: quia aliud in his addi poſſit.

AMPHORĀLIS. Adi. [ἀμφορεαῖος] *Vnius amphorae capax.* Plin. , 2 Idem Xenocrates auctor eſt, vas amphorale (*e cryſtallo*) viſum, aliqui ex India cryſtallum ſextariorum quatuor.

AMPHORARIVM Vinum, *quod e doliis in amphoras diffuſum eſt.* vlt. §. 1. D. de tritic. vin. et oleo legat.

AMPHRȲSVS. [Ἄμφρυσος] *Fluuius Theſſaliae, iuxta quem Apollo lo exulans ob occiſos Cyclopas pauit armenta regis Admeti.* Lucan. 6, 8 Flumine puro Irrigat Amphryſos famulantis paſcua Phoebi. *Hinc catur* Paſtor ab Amphryſo Virg. Georg. 3, 2. Amphryſus lenis uid. Met. 1, 580. Amphryſi gramina Ouid. Met. 7, 229. Ne- us Amphryſi Colum. 10, 265.

AMPHRYSIĂCVS. Adi. [Ἀμφρυσιακὸς] *Vt,* Amphryſiacum gra- en Stat. Silu. 1, 4, 105.

AMPHRYSIVS. Adi. [Ἀμφρύσιος] *Vt,* Amphryſia ſaxa. Ouid. et. 15, 703. Amphryſia vates *i. Apollinea.* Virg. Aen. 6, 398 *de bylla.*

AMPLE, *vid.* AMPLVS.

AMPLECTOR, exus ſum, ecti, [ἀμφιβάλλω, περισπτύσσομαι, ιλαμβάνω, περιπλέκω] *Circumiectu brachiorum teneo.* Plaut. Rud. 1, 16 Amplectimur tibi genua egentes opum. Virg. Ecl. 3, 45 Et molli rcum eſt anſas amplexus acantho, *i. circumdedit.* Id. Aen. 3, 351 aeaeque amplector limina portae. *Sic nempe ſalutat imaginem pa- iae, nouam Troiam:* Seruius, Amplector pro Teneo: *vt,* Aen. 2, 0 Amplexaeque tenent poſtes, atque oſcula figunt, *diſceſſurae e pa- ia victa.* ¶ 2 *Metaphorice cum diuerſis nominibus iungi- r, v. g. Amare, ſtudere alicui rei ſignificat* Cic. de Orat. 1, 110 24 Tum Antonius vehementer ſe aſſentire Craſſo dixit, quod neque a amplecteretur Artem, vt ii ſolerent, qui omnem vim dicendi in te ponerent, neque rurſum eam totam — repudiaret. Cic. de Orat. 234 c. 55 Nec quod ius ciuile, Craſſe, tam vehementer es ample- us. *h. e. quod tanto ſtudio animum ad eam rem appuliſti. Complecti, ue Comprehendere eſt* Virg. Georg. 2, 42 Non ego cuncta meis am- lecti verſibus opto. *Vbi* Seruius; *i.* Non ſum vniuerſa dicturus. ic. pro Roſc. Com. 36 Quod ego pluribus verbis amplecterer, ſi on *etc. Cognoſcere et intelligere* Cic. Verr. 2, 32 c. 13 Verum vt totum enus amplectamini iudiciorum, prius iura Siculorum, deinde iſtius ſtituta cognoſcite. *Sic primae editiones: poſt,* complectamini. Am- lecti cogitationem aliquam toto pectore Cic. Att. 12, 35. Amplecti- ur cognitionem mens noſtra Cic. Acad. 4, 31 c. 10. *i. aſſequi ſtudet, ea- ue gaudet.* Cic. pro Font. 15 Quae iudex non amplectatur omnia onſilio. *i. Comprehendat, percipiat.* Cic. Tuſc. 2, 30 c. 13 Quod ho- eſtum, quod rectum, quod decorum appellamus, quod idem inter- um virtutis nomine amplectimur. Cic. Fam. 5, 19 Libenter ample- tor talem animum, *i. probo, laudo, amo.* Salluſt. in Iugurth. 7 Igi- ur Imperator omnes fere res aſperas per Iugurtham agere, in amicis abere, magis magisque eum in dies amplecti. Cic. Fam. 6, 6 Me miciſſime quotidie magis Caeſar amplectitur. Hor. Serm. 1, 2, 53 Hoc e amplectitur vno, Hoc amat, hoc laudat. Diligere, amplecti, ama- e aliquem Cic. Att. 1, 10. Idem 71 Omnem tuum amorem quo me s amplexus. Cic. pro Milon. 72 c. 27 Quia nimis amplecti plebem utabatur, *i. nimis popularis eſſe, nimis captare illius gratiam.* Quum emp. nimium amplecteretur, peculatus damnatus eſt Cic. pro Font. . 18 m. *Iocus ex ambiguo: ita rem publicam amplectebatur, vt ad ſe raberet, ſibi adſumeret, quae publica ſ. populi erant.* Cic. Philipp. 10,

18 c. 9 Quae (malum) eſt iſta ratio, ſemper optimis cauſis vetera- norum nomen opponere? quorum etiamſi amplecterer virtutes, vt fa- cio: tamen ſi eſſent arrogantes, non poſſem ferre faſtidium. Cic. Fam. 4, 8 Fauet ingenii, nobilitatem vero et dignitates hominum ample- ctitur. Cic. Fam. 5, 8 De me ſic exiſtimes, ac tibi perſuadeas velim, non me repentina aliqua voluntate, aut fortuito, ad tuam amplitudi- nem meis officiis amplectendam incidiſſe, ſed *etc.* Cic. pro Roſc. Com. 6 Haec (aduerſaria) parui temporis memoriam, illae (tabulae) per- petuae exiſtimationis fidem et religionem amplectuntur.

AMPLECTO. Act. Plautus Rud. 3, 5, 36 Amplectitote crura fuſti- bus. Paſſ. Lucill. *ap.* Priſc. 8 p. 791 Ego non ſinam me amplectier.

AMPLECTENS. Virg. Aen. 10, 523 Genua amplectens. Ouid. Met. 6, 99 Gradus templi. Propert. 2, 7, 47 Exanimem Achillem Briſeis.

AMPLEXVS. Partic. *vt,* Amplexusque ſinu tulit et genuiſſe pu- tauit Stat. Silu. 2, 1, 81. Amplexa iugerum ſoli quercus Plin. 16, 31. *Sic* Aedibus in mediis totos amplexa penates Stat platanus denſis Cae- ſariana comis Martial. 9, 62. *i. ſuper extenſa.* Lucret. 1, 1068 Amplexi quod habent peruerſe prima viai. *i. quia amplexi ſunt, et tenent peruerſe prima elementa, et primas vias naturae inueſtigandae. Simile eſt illud eiusdem* 6, 899 Semina habent ignis tedae, ſtuppaeque tenentes. *Phra- ſis eſt Graeca, qua vtitur etiam* Virg. Aen. 2. 517 — Diuum amplexae ſimulacra tenebant. Cic. pro Sulla 59 c. 20 Qui tanto amore ſuas poſ- ſeſſiones amplexi tenebant, vt ab his membra diuelli citius ac diſtrahi poſſe, diceres. ¶ 2 Amplexus, paſſ. apud Priſcian. 8 p. 791 *ex* Petron. (in fragm. Burm. p. 671) Animam noſtro amplexam in pe- ctore περιπλεχθεῖσαν.

AMPLEXOR, āri. Frequentat. [περιπλέκομαι] Amicam amplexari Plaut. Pſeud. 2, 4, 32. *Sic* Ter. Heaut. 5, 1, 27 Mitto iam oſculari atque amplexari: id nil puto. Plaut. Mil. 5, 1, 40 Amplexari et oſcu- lari inter ſe. *Alias fere pro primitiuo ponitur.* Cic. Acad. 1, 33 Quas mirifice Plato amplexatus erat. *De Ideis loquitur, ſ. ſpeciebus.* Cic. Fam. 1, 9 Erat hoc mihi dolendum, ſed multo magis illud, quod ini- micum meum (meum autem? imo vero legum, iudiciorum, otii, patriae bonorum omnium) ſic amplexabantur, ſic in manibus habe- bant, ſic fouebant, *etc.* Amplexari ac tueri iudicium alicuius Cic. ad Brut. 11. Auctoritatem Cenſoris Cic. pro Cluent. 124 c. 44. *Vid. mox* AMPLEXO. Cic. de Fin. 4, 36 c. 14 Ipſius animi cognitionem amplexarentur, actionem relinquerent. Cic. pro Sext. 98 c. 45 Neque enim rerum gerendarum dignitate, homines ita efferri conuenit, vt otio non proſpiciant: neque vllum amplexari otium, quod adhorreat a dignitate. Cic. de Fin. 2, . . Virtutem ipſam, quam amplexaban- tur, ſuſtulerunt Id. de Orat. 3, . . Nec voluptatem tuentur, quam amplexari poſſunt. Totum me amplexatur Appius. Cic. Quint. Frat. 2, 14.

AMPLEXO, *vetuſte pro* Amplexor. Accius Alcmaeone, *ap.* Non. 7, 14 Poſtremo amplexa fructum, quem dii dant, cape. Plaut. Poen. 5, 4, 60 Hanc amabo atque amplexabo. *Conj.* Petron. cap. 63. *Hinc paſſ.* Lucilius *apud* Priſcian. 8 p. 791 Quin amplexetur (περιπλεχθῶ) qui velit, ego non ſinam me amplectier. *Lambinus etiam apud* Cic. pro Cluent. 124 c. 44 *legit* Auctoritatem Cenſorum amplexato — de- fendito, *cui conſentit MS. Palat. ap. Grut.*

AMPLEXVS, ûs. [περιπλοκή] Plin. 10, 72 Dracones amputata oui parte ceu ferro, reliquam, quae amplexu tenetur, ſorbent. *Ad- iectiuis iungitur cum aliis forte, tum iſtis:* Ouid. Met. 7, 143 — Aui- diſque amplexibus haerent. Denſis certatim amplexibus vrguent Valer. Argon. 4, 325. Virg. Aen. 8, 388 Cunctantem amplexu molli fouet. Mutuo amplexu iungi Plin. 2, 65 *al.* implexu. Pudici Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 277. Sil. 17, . . — et Rapidis amplexibus arma viroſque Corripit. Turpis amplexus Claud. Epigr. 22. ¶ 2 *Verba recipit haec:* Accipere amplexus Ouid. Epiſt. 13, 154. Arcet ab am- plexu caro cuſtodia Ouid. Met. 9, 750. Circumplicatus ſerpentis amplexu puer Cic. de Diuin. 1, 79 c. 36. Dare amplexus Virg. Aen. 1, 687. *Et* vltimum, vel ſupremum amplexum dare Sen. Medea 552. Stat. Silu. 3, 2, 57 Diſſipat amplexus, atque oſcula fida reuellit. Ex- cutere Ouid. Met. 9, 52. Haerere auidis amplexibus Ouid. Met. 7, 143. Ire in amplexus Ouid. Epiſt. 16, 86. Iungi amplexu Plin. 2, 65 *al.* Implexu. Occupat amplexibus longis Ouid. Met. 3, 48. *de Serpente loquitur.* Occupare amplexu Ouid. Faſt. 3, 509. *i. ſubito amplecti. Vid. etiam* n. 3. Petere amplexus Ouid. Epiſt. 14, 69. Perfrui am- plexu Ouid. Epiſt. 16, 214. Ruit in amplexus Sen. Hippol. 705. Satia- ri amplexu petito Stat. Silu. 1, 2, 36. Soluere amplexus Valer. Argon. 1, 351. Subtrahere amplexu ſe Virg. Aen. 6, 698. Tenere dulci am- plexu Lucret. 3, 320. Tendite ad amplexus dulces parentum Valer. Argon. 1, 237. ¶ 3 *De concubitu Venerio hoc verbum adhi- betur caſte* Sil. 11, 399 Amplexu, multoque mero, ſomnoque virorum Profliganda acies. Idem 13, 638 Subitus mihi membra ligauit Am- plexus, non ille meo veniente marito Aſſuetus facilisque mihi. Ouid. Met. 4, 184 In mediis ambo deprenſi amplexibus haerent, *Venus et Mars a Vulcano capti. Et* 7, 615 Iupiter, o, dixi, ſi te non falſa lo- quuntur dicta, ſub amplexus Aeginae Aſopidos iſſe. *Et* Faſt. 6, 126 Sub rupe latentem occupat amplexu, Speque potitus, ait. Ibid. 553 Vna miniſtrarum ſolita eſt, Cadmei, tuarum ſaepe ſub amplexus con- iugis iri tui. Iuuenal. 6, 64 Appula gannit Sicut in amplexu. Petron. c. 79 Indormiuit alienis amplexibus. *Et* 126 Vendisque amplexus non commodas. *Et* 127 Sume ergo amplexum, ſi placet. *Haec Dra- kenborch. ad* Sil. l. c.

AMPLIFICARE, AMPLIO, AMPLITER, AMPLITVDO, AMPLIVS, *vid.* AMPLVS.

AMPLVS. Adi. [μεγαλεῖος, εὐρέεις] *Auctore* Victorino *dicitur,* quod late patet, et per multa diffunditur: vt Ampla domus. *Et ſane ad omnem magnitudinem, tum quam corporea menſura metimur, tum quam animo aeſtimamus refertur.* Caeſ. Bell. Gal. 4, 3 Quorum fuit ciuitas ampla atque florens. Aedes amplae Claud. VI Conſ. Hon. 3. Atria Virg. Aen. 1, 726. Porticibus amplis Id. ib. 3, 353 Magnitudo ampla Plin. 12, 26. Ad Heren. 3, 31 Loci praeter modum ampli vagas imagines red- dunt: et nimis anguſti ſaepe non videntur poſſe capere imaginum col- locationem. Theatrum magnitudine ampliſſimum Cic. Q. Frat. 1, 1. Ampliſſimum magnitudine auellanae nucis ſaccharum, *i. quo maius non inuenitur.* Plin. 12, 8. Ipſis populis haec ampla ſunt Cic. pro Arch. c. 10. *i. magnam gloriam afferunt. Sed perſequamur ordine ſubſtantiua nomina, quibus adiungitur. Eſt igitur* ampla atque Amicitia, *i. Magnifica et honorifica* Cic. Fam. 3, 10. Ampla atque potens ciuitas Cic. de Inuent. 2, 165 c. 56. Decora Stat. Theb. 6. Diuitiae Hor. Serm. 2, 2, 101. Familia ampla et honeſta Cic. pro Muraen. 35. Seruius ad

Cic. Fam. 4, 12 Funus C. Marcello ſatis amplum faciendum curaui, *i. ſplendidum.* Cic. Att. 5, 11 *ex ſuo de rep. opere,* Huic moderatori Reip. beata ciuium vita propoſita eſt, vt opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honeſta ſit. Cic. Philipp. 3, 20 Conuenerunt corrogati et quidam ampli homines, ſed immemores dignitatis ſuae. *Sic* Hor. Epiſt. 1, 3, 28 Parui properamus et ampli. Honores Hor. Serm. 1, 6, 11. Munus Ouid. Triſt. 3, 8, 21. Munus aedilitatis amplius aut gratius Cic. Verr. 1, 14. Occaſio ampla calumniae, *pro Maxima* Cic. Verr. 2, 61 c. 25. Orator amplus et grandis Cic. in Orat. 30. Oratione Pompeius ſatis amplus Id. in Bruto 239. Pignora Ouid. f. Sabin. 2, 55. Poena Propert. 3, 6, 32. Praemiis parum amplis afficere aliquem Cic. pro Milon. 8. Res pecuaria ampla Cic. pro Quint. 12. Solinus c. 27 Denique baſiliſci reliquias amplo ſeſtertio Pergameni compararunt, *i. Magna numorum ſumma. Nihil aliud hic quaerendum: monet Salmaſius* p. 263. b F. Signum admodum amplum et excelſum cum ſtola Cic. Ver. 4, 74. Spolia Virg. Aen. 4, 93. Spes Propert. 3, 22, 41. Cic. Att. 3, 10. Ecquis vnquam tam ex amplo Statu, tam in bona cauſa, tantis facultatibus ingenii — concidit? ¶ 2 *Comparat.* Frutex duorum pedum interdum aut etiam amplior Scribon. 163 *i. altior, maior.* Quo legatis animus amplior eſſet Sall. Cat. c. 40 *extr. i. ſpe maiori impletus et confidentior. Conf.* Ib. c. 59, 1. Cic. in Lael. 71 Suos omnes per ſe eſſe ampliores volebat. Ampliorem honorem alteri tribuebat Pompeius, quam ipſe erat conſequutus Cic. de Prouinc. Conſ. 2. Amplior patrio decore Sil. 3, . . Irae ampliores Ter. Hec. 3, 1, 9. *i. Maiores.* Id. Hec. 3, 1, 50 Si forte morbus amplior factus ſit, *pro Auctus ſit.* Nefas amplius Flor. 4, 1, 4. Pecunia illi ampliore opus erat Plin. Epiſt. 3, 11. Praemiis amplioribus ad perdiſcendum commoueri Cic. de Orat. 1, 13. Sen. Herc. fur. 922 Victima haud vlla amplior Poteſt magisque opima mactari Ioui, Quam rex iniquus. ¶ 3 *Superlatiuus.* Ampliſſima inſula Plin. 6. 20. Arborum ampliſſima, *i. maxima* Plin. 16, 11 *pr.* Ciuitas ampliſſima Cic. Ver. 4, 108. Fortunas ampliſſimas amittere Cic. Verr. 5, 18 c. 8. Pecuniam ampliſſimam poſſidere Cic. pro Roſc. Amer. 86. Idem ib. 83 Is mihi videtur ampliſſimus, qui ſua virtute in altiorem locum peruenit, non qui aſcendit per alterius incommodum et calamitatem. *Et* 102 Ita more maiorum comparatum eſt, vt in minimis rebus homines ampliſſimi teſtimonium de ſua re non dicerent. Ciues ampliſſimi Cic. Att. 7, 13. Collegium Decemuirale ampliſſimum Cic. Verr. 4, 108. Curia ampliſſima Id. Verr. 4, 119. Dona ampliſſima Imperatorum, *h. e. Maxima et honorificentiſſima* Plin. 18, 3. Familia ampliſſima, *vel* Ampliſſimo loco natus Cic. Att. 6, . . Gymnaſium Cic. Verr. 4, 119. Honos ibid. 137. Ampliſſimis honoribus abundabis Cic. Fam. 10, 10. Locus ad agendum ampliſſimus, ad dicendum ornatiſſimus. Cic. pro Lege Manil. 1. Loco ampliſſimo natus Cic. Verr. 5, 108. Ordo ampliſſimus, *vocabatur Senatorius: nempe omnium maximus et nobiliſſimus.* Cic. pro Domo ſua 55 c. 21 Quid quum Senatum pro me non modo propugnare ampliſſimum ordinem, ſed etiam plorare et ſupplicare mutata veſte prohiberent, ne tum quidem vis erat? *Add.* pro Mil. c. 2. Suet. Veſp. c. 2. Plin. Epiſt. 10, 3, 2. Sedes Claud. de Conſ. Mal. Theod. 23. Teſtimonium, *i. Grauiſſimum et magni ponderis* Plin. 7, 30. Caecilia habet patrem clariſſimum, ampliſſimos patruos, ornatiſſimum fratrem Cic. pro Roſc. Am. 147 c. 50. Virtute cognita et ſpectata fide ampliſſimus Cic. pro Caecin. 104. Id. Fam. 6, 7 Si quid rogatus fueris, vt facias (quamquam id magnum et amplum eſt) *etc.* Cui ſua non videntur ampliſſima, miſer eſt Sen. Ep. 9. Magna negotia, et ampla et expedita Cic. Fam. 1, 3. Magna et ampla pars Cic. de Inuent. 1, 6. Id. de Lege Agr. 10 Omnia quae vobis cara atque ampla ſunt, in fidem et patrocinium mei Conſulatus collata eſſe video.

AMPLE. Adu. [*μεγαλείως*] Cic. de Fin. 2, . . Si ne haec quidem ſatis ample, ſatis honeſte dici putas. Dicere integre, ample, ornate Cic. de Opt. Gen. Or. c. 4. Elate et ample loqui non eſt auſus, quum humiliter demiſſeque ſentiret Cic. Tuſc. 5, 24 c. 8. Satis ample ſonat Flor. 4, 2, 65. Sublate ampleque dicens orator Cic. in Brut. 201. Exornant ample magnificeque triclinium Cic. Verr. 4, 62 c. 27.

AMPLIVS. *Adu. habet quidem formam comparatiui ab* Ample *vel* Ampliter: *Sed ampliſſimae praeterea ſignificationis et vſus eſt. Notionem aduerbii* ample *ſeruare putant in illo* Ter. Heaut. 1, 2, 11 Quam vellem Menedemum inuitatum, vt nobiſcum hodie eſſet amplius, *i. lautius, ſplendidius: ſed referendus hic locus potius ad* n. 3. *Significat enim,* praeter caeteros, inſuper. *Nihil magis laudari debebat* Stat. Silu. 1, 1, 18 Exhauſtis Martem non amplius armis Biſtonius portat ſonipes, *i. magnificentius, ſuperbius. Sed recte editur* amplior. ¶ 2 *Significat ergo* Amplius *generatim vnamquamque acceſſionem ſ. incrementum v. g. temporis, vt* Virg. Aen. 3, 192 Nec iam amplius ollae Apparent terrae. Sall. Iug. 25 Ne amplius morando Scaurum, quem plurimum metuebat, incenderet. Lucret. 4, 872 Vrere ne poſſit calor amplius aridus artus. Cic. pro Caecin. 23 Quid loquar amplius de hoc homine? *Et* Verr. 2, 26 c. 10 At ego amplius dico: HS quadringenties accepiſſe te arguo contra leges. *Etiam hic diutius aut porro ſignificat: vt et* Cic. Verr. 4 c. 43 Hora amplius iam in demoliendo ſigno permulti homines moliebantur. ¶ 3 *Frequenter ponitur pro praeterea, inſuper.* Cic. pro Caecin. 27 Se ſuos armatos adduxiſſe dixerunt. Etiam hoc amplius: cum Aebutius Caecinae malum minitaretur, ibi tum Caecinam poſtulaſſe. Cic. ad Brut. 5 *pr.* Cui cum eſſem aſſenſus, decreui hoc amplius, vt tu *etc.* Id. Fam. 9, 25 *pr.* Obtemperare cogito praeceptis tuis: hoc amplius, nauicularum habere aliquid in ora maritima. Ter. Heaut. 4, 3, 39 Vnus eſt dies dum argentum eripio: pax! nihil amplius. Cic. Verr. 5, 127 Seſe ipſum abs te repetit, nihil amplius. Idem pro Planc. 17 Nihil dico amplius. Id. de Leg. 2, 64 c. 26 De ſepulcris autem nihil eſt apud Solonem amplius, quam, ne quis *etc.* Cic. de Nat. Deor. 2, 33 Quibus natura nihil tribuit amplius, quam vt. Flor. 1, 18, 8 Quum incognitas ſibi belluas amplius quam erant, ſuſpicarentur. Id. 1, 14, 1 Quum — iam amplius quam congredi auderent. Cic. pro Milon. 32 c. 13 Quid vultis amplius? *Et* 145 c. 50 Quid vis amplius? Quid inſequeris? De Inu. 1, 160 Quidnam amplius deſideratis, iudices? Quinct. 1, 5, 50 *et* 55 Hoc amplius, *i. praeterea.* Id. 1, 1, 8 De paedagogis hoc amplius. *Notabile eſt genus dicendi ellipticum poſt* nihil amplius. Sueton. Claud. 16 Alium corruptelis adulteriisque famoſum nihil amplius quam monuit, vt *etc. Hoc vult, nulla alia nota ipſum notauit, non vltra in eum animaduertit.* Id. Nero. 39 Hiſtrionem et philoſophum Nero nihil amplius, quam vrbe Italiaque ſubmouit. *Et* Galba 19 Nihil amplius, quam continere ſe ſtatuit. Id. Veſpaſ. 20 Valetudine proſperrima vſus eſt, quamuis ad eam tuendam nihil amplius (*faceret*) quam fauces caeteraque membra ſibimet ad numerum in Sphaeriſterio defricaret. Id. Domit. 3 Quotidie ſecretum ſibi horarium ſumere ſolebat, nec quidquam amplius (*facere*) quam muſcas captare, ac ſtilo praeacuto configere. *Sic* Tac. An. 13, 40, 6 Vbi nihil temeritate ſolutum, nec amplius (*quidquam damni factum*) quam decurio equitum — confixus *etc.* ¶ 4 *Huc itaque pertinet etiam deliberantium et iudicantium formula v. g.* Terent. Phor. 2, 3, 17 Ego amplius deliberandum cenſeo. *Sic.* Mart. Capella 1 p. 4 Amplius deliberandum ſuggerit virtus. Cic. Verr. 1, 26 c. 9 Verum, vt opinor, Glaucia primus tulit, vt comperendinaretur reus: antea vel iudicari primo poterat, vel AMPLIVS pronunciari. *Vid. mox* AMPLIATIO. Cic. Bruto 86 c. 22 Cum conſules re audita AMPLIVS de conſilii ſententia pronunciaſſent; paucis interpoſitis diebus iterum Laelium multo diligentius meliusque dixiſſe, iterumque eodem modo a conſulibus rem eſſe prolatam. Id. Verr. 1, 74 c. 29 Tanta vis iſtius iniuriae, tanta in iſto improbitas putabatur, vt de Philodamo AMPLIVS pronunciaretur. Aſcon. *ad h. l.* Mos veterum hic fuerat, vt ſi — cauſa non eſſet idonea ad damnationem, abſolui tamen non poſſet AMPLIVS pronunciaretur. ¶ 5 *Etiam illa iudiciorum formula huc pertinet, ad quam reſpicit* Cic. Brut. c. 5 At vero, inquam, tibi ego, Brute, non ſoluam, niſi prius a te cauero, AMPLIVS eo nomine neminem, cuius petitio ſit, PETITVRVM. *Et* pro Roſc. Com. c. 12 Quid ita? Satis non dedit, AMPLIVS a ſe NEMINEM PETITVRVM? Qui de ſua parte decidit, reliquis integram relinquit actionem; qui pro ſociis tranſigit, ſatisdat, NEMINEM POSTEA PETITVRVM. *Et p. p.* Cur igitur decidit, et non reſtipuletur, neminem amplius petiturum? Id. Fam. 13, 29 Sed duo te nominatim rogo, primum, vt ſi quid ſatisdandum erit, Amplius eo nomine non peti, cures, vt ſatisdetur fide mea. *Hinc itaque planae* l. 2 D. vt legator. ſ. fidei commiſſor. nom. cau. *it.* l. 27 §. 14 D. ad L. Aquil. ¶ 6 *Saepe idem plane, quod plus ſignificat.* Cic. Verr. 4 cap. 29 Facite, quod vobis libet: daturus non ſum amplius. *Et* Verr. 4 c. 14 Amplexus animo ſum aliquanto amplius. *Et* Acad. 4, 81 At amplius non deſideramus. *Et* Act. 1 in Verr. 37 c. 13 Ego aedilis, hoc eſt paullo amplius quam priuatus: *vbi videtur pro nomine poni, paullo maior, amplior, vt etiam in illo* Lact. de Opif. Dei 8, 6 Oculos neque minus neque amplius quam duos voluit, *pro neque pauciores, neque plures. Ita nempe apud* Ciceronem *mox* Hortenſius etiam minus quam priuatus. *Sed imitatur etiam reliquam conſtructionem nominis plus, poniturque cum Genitiuo, vt* Caeſ. B. G. 6, 8 Si amplius obſidum velit. Cic. Catil. 4, 9 c. 5 Neſcio an amplius mihi negotii contrahatur. Plaut. Ciſt. 5, 4 Gaudeo tibi mea opera liberorum eſſe amplius. *Cum Ablat.* Cic. pro Roſc. Com. 10 c. 4 Hic tu ſi amplius ſeſtertio numo petiſti, quam tibi debitum eſt, cauſam perdidiſti. Id Acad. 4 c. 26 Solem mathematici amplius duodeuiginti partibus confirmant maiorem eſſe quam terram. Caeſ. B. G. 2, 7, 4 Quae caſtra amplius millibus paſſuum VIII in latitudinem patebant. Id. 1, 15, Vti inter nouiſſimum hoſtium agmen et noſtrum primum non amplius quinis aut ſenis millibus paſſuum intereſſet. ¶ 7 *Pro hoc Ablatiuo, velut per ellipſin particulae* quam, *vel coniunctionis* et, *ſaepe ponitur nominatiuus, aut caſus, quem alioqui poſtulat conſtructio.* Cic pro Roſc. Com. 8 c. 3 Amplius ſunt ſex menſes. *Et mox* Quid ſi tandem amplius triennium eſt? *Et* Verr. 1, 14 c. 5 Cum eum amplius centum ciues Romani cognoſcerent. Pro Flacco 68 c. 28 Laodiceae (expenſum eſt) viginti pondo paullo amplius. *Et* Phil. 2. 40 c. 16 Ego enim amplius HS ducenties acceptum hereditatibus retuli. Cic Verr. 5, 95 Qui cum amplius centum ciues haberet ex conuentu Syracuſano. *Et* pro Flacco 63 c. 26 Lacedaemonii - ſoli toto orbe terrarum ſeptingentos iam annos amplius vnis moribus et nunquam mutatis legibus viuunt. Caeſ. B. C. 3, 99 Amplius millia XXIIII. *Et* ibid. Non amplius CC milites. Liu. 43, 7 *extr.* Amplius tria millia militum amiſſa. Id. 28, 2 Duo haud amplius millia peditum — effugerunt Id. 28, 40 Cum conſul per ſaltum iret, Thracum decem haud amplius millia ad ipſas anguſtias viam circumſederunt. Virg. Aen. 1, 687 Noctem non amplius vnam Falle dolo. Plin. 6, 22 *pr.* Mare intereſt vadoſum ſenis non amplius altitudinis paſſibus. *Vt nimirum* 6, 17 ſ. 2 Proditur Alexandrum nullo die minus ſtadia ſexcenta nauigaſſe in Indo *quam rationem etiam* Plus *ſequitur. Sic* 13, 11 ſ. 22 Decem non amplius cubitorum longitudine in gracilitatem faſtigatum. *Et* 12, 14 Feruntque tria millia non amplius eſſe familiarum.

AMPLISSIME, [*εὐρύτατα*] *vt,* Ampliſſime gerere honores, *h. e. cum ſumma amplitudine ac dignitate* Cic. Verr. 2, 112 c. 46. Ampliſſime dati militibus agri Cic. Philipp. 5, 54. Ampliſſime decernere de alicuius ſalute et dignitate Cic. pro Domo ſua 74. Ampliſſime ac honeſtiſſime ex Praetura triumphare Cic. pro Muraen. 15. Ornatiſſimus ampliſſime Cic. Fam. 3, 10. Ampliſſime ſupremo die ſuo efferri Cic Phil. 9 c. vlt. *Add.* Caeſ. B. C. 3, 53 f.

AMPLIVSCVLVS, a, um. Apul. Apol. p. 322 Ampliuſcula fortuna deuolutus.

AMPLIVSCVLE. Sidon. 8, 16 Ampliuſcule ſcribi depopoſciſſet

AMPLĬTER. Adu. *pro* Ample. *Vt* Ampliter acceptus, *i. cum magno apparatu et copia* Plaut. Merc. Prol. 98. Ampliter apponere in coena, *copioſe et abundanter* Plaut. Mil. 3, 1, 163. Sumtum facere Plaut Stich. 5, 4, 10. Ampliter fient ſaturi Plaut. Pſeud. 1, 3, 162. Ampliter mentiri Plaut. Merc. 4, 2, 12. Ampliter numatus Apul. Met. 1 p 112, 1. Ampliter teſtis Plaut. Amph. ſuppoſ. v. 58. ſc. Di. voſtr. Ampliter occupatus, *pro Occupatiſſimus* Plaut. Ciſt. 2, 3, 54. Homerum non virtutibus appellandis, ſed vitiis detrahendis, laudare ampliter ſolet Gell. 2, 6. *Conf.* Non. 11, 19.

AMPLITV̄DO, ĭnis. f. [*μεγαλειότης, τὸ μεγαλεῖον*] *Denom. per quam aliquid amplum eſt.* Amplitudine ſtadiorum ſexaginta Plin. 6, 26 Amplitudo corporis Plin. Epiſt. 6, 16, 13. *de pingui et obeſo.* Plin. 7, 16 Oreſtis corpus oraculi iuſſu, refoſſum ſeptem cubitorum fuiſſe, monumentis creditur. *Et paullo poſt,* Naeuii Pollionis amplitudinem annales non tradunt. Amplitudo modica ſimulacri Cic. Verr. 4, 109 c. 49. Viua (*cochlea*) mortario cum ſua teſta contunditur, atque vt ei teritur, donec nullum veſtigium appareat teſtularum. Poſtea vini Falerni - cyathus adiicitur, et nihilominus rurſus teritur. Magis enim tunc apparent reſidendo amplitudines, ſi quae reliquae ſunt Scribon. 122. Amplitudo vrbis, *Late patens magnitudo* Plin. 6, 16. Id. 12, Platanos non potuiſſe in amplitudinem adoleſcere, apud auctores inuenitur. *i. Dilatari, extendi, creſcere etiam in altitudinem.* Amplitudine opum nulli prouinciarum poſtferenda Plin. 3, 4. Cic. de Inu. 2, 16 c. 55 Amplitudo eſt Potentiae, aut Maieſtatis, aut aliquarum rerum magna abundantia. *Et* de Or. 2, 164 Maieſtas eſt amplitudo ac dignitas ciuitatis. Ad Her. 2, 14 Maieſtatem is minuit, qui amplitudinem ciuitatis detrimento afficit. *Laudatur* Cic. de Fin. 4, . . Am

plitudine

plitudines quaedam bonorum excitabantur. Tibi amplitudo iſta ſoliciturо futura eſt Cic. Fam. 3, 10. *Sic eſt in omnibus libris. Non ergo temere mutandum, quod quidam voluere, in* Amplitudini. Cic. Fam. 1,4 *extr.* Poſſum confirmare, te et ſenatus et pop. Rom. ſtudio amplitudinem tuam retenturum. Cic. Tuſc. 2, 64 Hoc igitur tibi propone, amplitudinem animi, vnam eſſe omnium rem pulcherrimam, *i. magnitudinem.* Honores et amplitudo alicuius Cic. Verr. 2, 112 c. 46. Id. pro Roſc. Amer. 2 Iſti, in quibus ſumma auctoritas eſt atque amplitudo. Nobilitas et amplitudo Idem ibid. Amplitudinem ac gloriam alicuius amplificare, *vid.* AMPLIFICO. Amplitudinem nominis tradere poſteris ſuis Cic. pro Muraen. 16 c. 7. Illuſtrabit tuam amplitudinem hominum iniuria Cic. Fam. 1, 6. Ad ſummam amplitudinem peruenire Cic. in Brut. 280 c. 81. Amplitudine ſumma dignus Cic. pro Muraen. 16. Ad amplitudinem tuam conferimus omne noſtrum conſilium, ſtudium, officium, operam, laborem, diligentiam Cic. Fam. 10, 1. Ad claritatem amplitudinemque aptior eſt eorum vita, qui ſe ad Rempublicam et ad res magnas gerendas accommodauerunt Cic. Cff. 1, 70. Splendor omnis et amplitudo harum rerum duarum, *etc.* Cic. Off. 1, 67.

AMPLIO, āre. [*μεγαλύνω, δειναυξῆσαι* Vet. Gloſſ.] Augere. *vt,* Ampliare aetatis ſpatium Martial. 10, 23. Aetatem l. 16 §. Baſilicae D. de alim. vel cibar. Lucan. 3, 276 Nunc hunc, nunc illum, qua flectitur, ampliat orbem. Ampliare dotem Iulianus in l. Si ſeruo. D. de iure dot. et Florentinus in l. Si inter D. De pact. dotal. Imperium Sueton. Caeſ. 44. Maieſtatem ſenatus numero ampliauit Flor. 1, 5, 2. Plagam Celſ. 7, 5, 1. Amplianda ſcalpello plaga eſt. Poenam damnatorum l. 45 §. 1 D. de re iud. *vbi* Paullus, De amplianda vel minuenda poena damnatorum poſt ſententiam dictam ſine principali auctoritate nihil eſt ſtatuendum. *Recentior eſt haec notio: qua cum vſus eſſet apud* Sen. Controu. 1, 3 Triarius; *reprehenditur a* Ceſtio, *qui* Et ipſa, inquit, ampliatio, quae apud iudices fieri ſolet, et verbum (poena ampliata eſt) in ſententia poſitum, non eſt damnantis, ſed dubitantis. *Vid.* Statim n. 2. Rem Hor. Serm. 1, 4, 32. Seruitia, *i. augere numerum ſeruorum* Tacit. Hiſt. 2, 78. Templum Sueton. Aug. 18. Vires Plin. 23, 2. *Paſſ.* Quinct. 1 pr. 27 Ampliari ingenita adiumenta modica poſſunt ratione. Id. 8, 4, 20 Annibalis bellicis laudibus, ampliatur virtus Scipionis. ¶ 2 Ampliare, [*ἀναβάλλεσθαι*] *Verbum eſt iudiciorum, i.* AMPLIVS *pronunciare, de quo h. v.* n. 4. Cic. Verr. 1, 26, c. 9 Accuſabo: reſpondebis. Teſtibus editis ita mittam in conſilium, vt, etiamſi lex ampliandi faciat poteſtatem, tamen iſti turpe ſibi exiſtiment, non primo iudicare. Ad Heren. 4, 48 c. 36 Quid fuit Iudices, quare iſtum hominem nefarium ampliaueritis; Valer. Max. 8, 1, 16 Scipio Aemilianus Cottam apud populum accuſauit: cuius cauſa grauiſſimis teſtimoniis erat confoſſa, ſepties ampliata, et ad vltimum octauo iudicio abſoluta eſt. Liu. 43, 20 Bis ampliatus tertio abſolutus eſt reus. Id. 4, 44 *de Poſtumia Veſtali, quae* de inceſtu cauſam dixit, Ampliatam deinde abſolutam pro Collegii ſententia Pontifex Maximus abſtinere iocis, colique ſancte potius quam ſcite iuſſit. Ampliatur a iudicibus in poenam Sen. Contr. 1, 3. *Et deinde,* Remiſſam tibi poenam putas: ampliata eſt. *Conf. n. 1 h. v.*

AMPLIATVS. Auctus Vet. Gloſſ. *ηὐξημένος.* Ampliatus honor Hirt. Bell. Hiſp. cap. 42. Solum Marm. Ancyr. p. 81. Vulnus Celſ. 7, 5, 6. ¶ 2 *Dilatus.* Senſit hoc Venus de pulchritudinis palma diu ambiguo ampliata iudicio Auſon. Epiſt. 11.

AMPLIATIO, ōnis. f. [*ἀναβολή*] *Actus ipſe ampliandi, qui fit in iudicio.* Aſconius ad Verr. 1, 26 c. 9 Ampliandi ſignum NL dabant, quo ſignificabant non liquere: vnde Ampliatio naſcebatur. — Tertull. de Bapt. cap. 13. et de Reſurr. cap. 58.

AMPLO, are. Cauſam humilem dictis amplant Pacuu. ap. Non. 10, 14. *de Poëtis, i. amplificant.*

AMPLIFĬCO, āre. [*μεγαλύνω*] *Amplum facere, Valde augere.* Liu. 1, 44 Ad eam multitudinem vrbs quoque amplificanda viſa eſt. Cic. de Orat. 1, 143 Ea quae pro nobis eſſent, amplificanda et augenda: quaeque eſſent pro aduerſariis, infirmanda atque frangenda. Amplitudinem ac gloriam alicuius amplificare Pſeudo-Cic. Antequam iret in exil. 6. Cic. Acad. 4, 5 c. 3 Vereor interdum, ne talium perſonarum, quum amplificare velim, minuam etiam gloriam. Auctoritatem amplificare Caeſ. Bell. Gall. 2, 14. Cic. de Inuent. 1, . . Virtute amplificata auctoritas. Ornare aliquem et amplificare Cic. Fam. 5, 11. Dignitatem amplificare Cic. Fam. 11, 5. *it.* 2, 18. Dolorem, quod et Exaggerare dicitur Cic. Tuſc. 2, 50. Facultatem diſſerendi amplificauit tibi Academia Cic. de Nat. Deor. 2, 168. Fortunam, *i. conditionem et vitae genus* Cic. in Lael. 59. Gloriam alicuius Cic. Acad. 4, 5 c. 2. Orator amplificat atque ornat dicendo, ea quae vulgo expetenda atque optabilia videntur Id. de Orat. 1, 221 c. 51. Orationem exaggerare et amplificare Cic. de Orat. 3, 103. Id. pro Domo ſua 23 c. 9 Gabinio, pretio amplificato, Syriam nominatim dediſti. Id. de Orat. 2, 202 Summa autem laus eloquentiae eſt, amplificare rem ornando: quod volet non ſolum ad augendum aliquid et tollendum altius dicendo, ſed etiam ad extenuandum atque abiiciendum. Rem familiarem amplificare Cic. Off. 1, 25. Idem de Nat. Deor. 2, 8 c. 3 Quorum exitio intelligi poteſt, eorum imperiis Rempubl. amplificatam. *Sic* conſeruare atque amplificare Rempublicam Cic. pro Lege Manil. 49. Sonus amplificatur Idem de Natur. Deor. 2, 144 c. 57. Verbis, aut dicendo aliquid amplificare Id. de Orat. 1, 221. Virtutem laudibus amplificare Cic. de Fin. 5, 72.

AMPLIFĬCANS. Partic. [*μεγαλύνων*] Cic. de Fin. 5, 72 Et virtutem ipſam ſuis laudibus amplificantis.

AMPLIFICĀTVS. Partic. [*μεγαλυνθεὶς*] Cic. Catil. 3, 2 Qui hanc vrbem conditam amplificatamque ſeruauit. Idem pro Domo ſua 8 A populo Romano ſemper defenſus, amplificatus, ornatus. Amplificatus honore et gloria Cic. de Legib. 3, 32 c. 14. Gratia Ius populi amplificatum Salluſt. de Ord. Rep. 2, 13.

AMPLIFICATVRVS. Caeſ. Bell. G. 2, 14, 6 Quod ſi fecerit, Aeduorum auctoritatem apud omnes Belgas amplificaturum.

AMPLIFICATIO, ōnis. f. [*μεγάλυνσις*] *Actus amplificandi.* Amplificatio pecuniae Cic. de Diuin. 2, 33 c. 13. Amplificatio honoris et gloriae Idem Off. 2, 41 c. 12. Amplificatio rei familiaris Id. Off. 1, 25 c. 8. Amplificatio *apud Rhetores dicitur; vbi argumenta ipſa, cum verbis tum rebus ampliſſime dilatantur, ad ipſos magis afficiendos auditores. Vid.* Quinctil. *diffuſe de* Amplificatione *tractantem,* 8, 4. *et* Cic. in Partit. c. 15 Eſt grauior quaedam affirmatio, quae motu animorum conciliat in dicendo fidem. *Add.* Auct. ad Heren. 3, 23. *it.* 2 c. 30. Quinctilianus 2, 5, 9 *inter eloquendi virtutes ponit* amplificationem, *puto δείνωσιν. Etiam* 5, 10, 99 *ſic accipitur, vt* exaggerationem *et* intentionem, *quae non tam in multitudine verborum ineſt, quam in viuidiore repraeſentatione, et vehementiore in animum audientis quaſi impetu. Hoc in primis patebit, ſi* 8, 4 *legas, vbi omnes* amplificandi et minuendi ſpecies *recenſet. Conf.* Cic. Partit. 128 c. 36.

AMPLIFICĀTOR, ōris. m. [*μεγαλυντὴς*] *Qui amplificat.* Cic. 5, 10 c. 4 Nec vero Pythagoras nominis ſolum inuentor, ſed rerum etiam ipſarum amplificator fuit. Amplificator dignitatis Idem Fam. 2, 9.

AMALIFICATRIX. Pacat. Pan. Theod. 8, 5 Quos etſi plurima laude dotauerit amplificatrix veri vetuſtas.

AMPLIFĬCE. Adu. [*μεγαλείως*] Amplifice decorata veſtis, *i. magnifice* Catul. Argon. ſ. 65, 261. *Sic certe Voſſ. Sed Graeu. Amplificae.*

AMPLIFLVVS, a, um. Strab. Gall. Hort. praef.

AMPLIVAGVS, a, um. [*πολυπλανὴς*] *Quod in amplum vagatur. Laudant* Ad Heren. 3, 31 c. 19 Ampliuagas imagines reddunt. *Sed fruſtra. Meliores ſic:* Mediocres locos habere oportet. Nam et praeter modum ampliuagas imagines reddunt; et nimis anguſti *etc.*

AMPLVSTRE, *vid.* APLVSTRE.

AMPVLLA, ae. f. [*λήκυθος*] Vas *vulgare vitreum, coriaceum, aut figlinum, anguſto collo, ventre amplo, et quaſi inflato: cuius vſus tum in balneis ad oleum, tum in menſa ad aquam, vel potionem etc.* Fabricata ampulla olearia, lenticulari forma, tereti ambitu, preſſula rotunditate Apul. Flor. p. 346. *Vas vile balneare fuiſſe, indicat* Cic. de Fin. 4, 30 Si ad illam vitam, quae cum virtute degatur, ampulla aut ſtrigilis accedat, ſumturum ſapientem eam vitam potius, quo haec adiecta ſint. — Ampulla enim ſit, nec ne ſit, quis non iure optimo irrideatur, ſi laboret? — Nec, ſi ille ſapiens ad tortoris eculeum ire cogatur, ſimilem habet vultum, ac ſi ampullam perdidiſſet. Plaut. Stich. 1, 3, 78 Rubiginoſam ſtrigilem, ampullamque rubidam. Feſtus *in* Rubidus *ad hunc ipſum locum videtur reſpicere* Scorteae ampullae vetuſtate rugoſae, et coloris eiusdem, rubidae dici ſolent. Plaut. Perſ. 1, 3, 45 Cynica eſſe e gente oportet paraſitum probe. Ampullam, ſtrigilem, ſcaphium, ſoccos, pallium, Marſupium habeat. Ampullae quibus non hians nec ſtatim patens exitus Plin. Epiſt. 4, 30, 6. Suet. in Domit. 21 Prandebatque ad ſatietatem, vt non temere ſuper coenam, praeter Matianum malum, et modicam in ampulla potiunculam ſumeret. Martial. 14, 110. *Lemma eſt* Ampulla potoria, Hac licet in gemma, quae ſeruat nomina Coſmi, Luxorioſe bibas, ſi foliata ſitis. *Nimirum tales ſunt* Coſmianae ampullae, *de quibus idem Poëta* 3, 82, 26, *quibus vnguenta ſeruantur.* Plin. 20, 14 Cum ſurculis ſuis in ampullas vitreas aceti vtrisque deiectis. *Quod* Vitreas *adiecit, ſatis oſtendit, eſſe et ampullas ex alia materia.* Martial. 6, 35, 3 Vitreisque tepentem Ampullis potas ſemiſupinus aquam. ¶ 2 Ampulla *per tranſlationem* [*πομφόλυξ*] Horat. in Arte Poët. 96 Proiicit ampullas, et ſeſquipedalia verba. *Vbi interpres,* Acron, Ampullas, inflata et ſuperba verba: adhuc enim ampullas vocamus, quaſi inflata vaſa.

AMPVLLACEVS, a, um. Adi. [*πομφολυγώδης*] Columel. 8, 2, 15 Impedienda eſt itaque procacitas eius (*galli gallinacei*) ampullaceo corio: quod cum in orbiculum formatum eſt, media pars eius reſcinditur, et per exciſam partem galli pes inſeritur, eaque quaſi compede cohibentur feri mores. Ampullaceum fruſtum, *vel ex veteri* ampulla coriacea *ſectum, vel ita inflexum, quaſi ex ampulla vel bulla ſit.* Ampullaceam *videtur* Plautus Men. 5, 2, 50 *vocare Mulierem magnifice cultam. Carmen ſic fertur,* Quando te auratam et veſtitam bene habet, ampulla ſpem. Ampullaceam *et metro congruit et ſenſui. Haec Eraſmus in prouerb.* Ampullacea. *Sed Gronou. poſt alios,* ancillas, penum *etc.* Ampullacea pira a collo *nuncupata* Plin. 15, 15.

AMPVLLARIVS, i. m. [*ληκυθοποιὸς*] *Ampullarum artifex.* Plaut. Rud. 3, 4, 51 Poſtea aſpicito meum (*tergum*), quando ego tuum inſpectauero: Ni erit tam ſincerum, vt quiuis dicat ampullarius optimum eſſe opere faciundo corium, et ſinceriſſimum. *Quo ex loco iterum apparet,* Ampullas *etiam ex corio fieri ſolitas* Inſcript. Grut. p. 643, 10 C. LVCIVS PHILOMVSVS AMPVLLARIVS.

AMPVLLARIVS. Adi. *volunt eſſe* Plaut. Stich. 1, 3, 76 Vel vnctiones Graecas ſudatorias, vel alias malis malacas ampullarias, *i. quibus in balneis fruaris, vbi ampullae et ſtrigiles adhibentur corporibus. Alii aliter vid. Taubm.* p. 1269. *Gronou. probat* crapularias.

AMPVLLOR, āri. [*πομφολυγόω*] *Turgere et inflari in genere ſcribendi.* Horat. Epiſt. 1, 3, 14 An tragica deſaeuit et ampullatur in arte. *Grandiloquentiam ſignificat.*

AMPVLLAGIVM, i. n. *Flos mali punici cum paruulo fructu a ſimilitudine ampullae.* Cael. Aurel. Tard. 4, 3, 52 p. 512 Decoctio mali Punici, aut eius (*mali Punici*) caduci, quod Graeci *κύτινον ῥόας* appellant, nos ampullagium.

AMPVTO, āre. [*ἀποκόπτω, περιαιρῶμαι*] *Proprie eſt Circumcidere, quaſi* Circumputare. *Saepe tamen accipitur pro Abſcindere vel Reſecare.* Feſtus, *parum ille quidem accurate,* Amputata, *i.* Circumputata dicuntur, ab eo, quod antiqui Putum pro Puro dicebant: vnde deducuntur Pudor et Pudicus. Cic. de Fin. 5, 39 Quae ſit ſcientia atque ars agricolarum, quae circumcidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur. Sribon. c. 230 *ſatis licenter de Tryphera medicamento,* Vuam nimis iacentem ſine periculo per auriſcalpium lana inuolutum, perunctam, ex parte qua tollenda eſt, amputat. *Vid.* AMPVTATORIVS. Scalpello vsque ad viuum reſecare et amputare ſcabiem Columel. 6, 32. Amputat artus fractos rigor Sil. 3, 553. Amputat humeros trunco tenus Sen. Thyeſt. 759. Circumcidit et amputat multitudinem Cic. Acad. 4, 138. *i. negat eſſe plures.* Cic. Tuſc. 3, 13 Nos autem audeamus, non ſolum Ramos amputare miſeriarum, ſed omnes radicum fibras euellere. *Sic* Id. Partit. 15 c. 5 Narrationes aut amputandae quae laedunt (*quaſi rami quidam, et partes detrahendae*) aut relinquendae (*plane intermittendae*) ſi totae ſunt moleſtae. Amputata circumciſaque inanitas, *pro Sublata* Cic. de Fin. 1, 44 c. 13. Amputata longa colloquia Sen. Med. 530. Cic. Philipp. 8, 15 In corpore ſi quid eiuſmodi eſt, quod reliquo corpori noceat, vri ac ſecari patimur, vt membrorum aliquod potius, quam totum corpus intereat: ſic in Reipublicae corpore, vt totum ſaluum ſit, quicquid eſt peſtiferum amputetur.

AMPVTANS, antis. Inutiles falce ramos amputans feliciores inſerit Hor. Epod. 2, 11.

AMPVTANDVS. *Praeter laudatum iam* Cic. Partit. 15 c. 5. Quinctil. 8, 3, 75 Vt medici abalienata morbis membra praecidunt, ita turpes ac pernicioſos, etiam ſi nobis ſanguine cohaerent, amputandos.

AMPVTATVS, a, um. *Metaphor. Praeruptus, aſper.* Infracta

et amputata loquuntur, et eos vituperant, qui apta et finita pronuntiant Cic. in Orat. 170 c. 51.

AMPVTATIO, onis. f. [ἀπόκοψις] *Amputandi actus.* Cic. de Senect. 53 c. 15 Propagatio vitium ſarmentorumque ea, quam dixi, aliorum amputatio, et aliorum immiſſio.

AMPVTATORIVS, a, um. Priſcian. de Diaeta, cap. 10 Origanum eſt amputatorium, et ſiccatorium, et extenuatorium. *Vid. de hac notione locum* Scribonii c. 230, *quem damus in* Amputo.

AMPYCVS, *vel* AMPYX *potius*, [Ἄμπυκος] *Titanoris filius, qui ex Chloride Mopſum augurem ſuſcepit.* Hygin. f. 14. Ouid. Met. 12, 450 Ampyca quid referam, qui quadrupedantis Oecli, *etc.* Idem 5, 184 Proximus huic Ampyx *etc.*

AMPYCIDES, [Ἀμπυκίδης] *Mopſus Ampyci filius.* Ouid. Met. 8, 316 Ampycideſque ſagax. *Et* 12, 456 Ampyciden Mopſum.

## A M S

AMSANCTVS. [Ἀμφόσιος] Vibius Sequeſter *inter lacus*, p. 109 Heſſ. Amſanctus Lucaniae, cuius halitus volucres necat. Cic. de Divin. 1, 79 c. 36 Quid enim non videmus, quam ſint varia terrarum genera? ex quibus et mortifera quaedam pars eſt, vt et Amſancti in Hirpinis, et in Aſia Plutonia quae videmus. Virgil. Aen. 7, 565

Eſt locus Italiae in medio ſub montibus altis
Nobilis, et fama multis memoratus in oris:
Amſancti valles, *etc.*

Seruius, Loci Amſancti, i. omni parte ſancti. *Locum nos aliquando ſpectauimus (ait Ianus Parrhaſius in* Claudian. de R. P. 2, 350.*) quum Daunios et Salentinos, quibus tum ius dicebamus, Neapoli peteremus. Incolae, Mepkitim vocant, a Fregento non procul. Nec abeſt a vero Donatus, qui ſtatuit ad Calorem. Nam Calor amnis, qui Samnitas interſecat, illac praeterfluit. Vt vero Canuſio proximum diceret, vrbis illius nobilitas effecit, quum caetera proxima regione oppida obſcura ſint, nec eius generis vnde locorum notitia peti debeat. Conſ.* Claudian. de R. P. l. c. Plin. 2, 93. Sidon. Epiſt. 3, 13 Taceo, quod alarum ſpecubus hircoſis atque aceſcentibus latera captiua vallatus nares circumſedentium ventilata duplicis Amſancti peſte funeſtat.

AMSEGETES, dicuntur quorum ager viam tangit. Feſtus. *Ex quo loco et* Cic. pro Caecin. 54 c. 19 Si via ſit immunita, lex iubet, qua velit, agere iumentum, *formant hanc legem*, Amſegetes viam muniunto: Si via immunita eſcit, qua volet iumentum agito. *Conſ.* Hennin. ad Bergier. de Viis Milit. 11, 8 §. 2.

## A M T

AMTERMINI, (*inquit* Feſtus) Qui circa terminos prouinciae manent. Vnde Amiciri, Amburbium, Ambarualia, Amplexus dicta ſunt. *Nimirum vim praepoſitionis* Am *ita explicat.*

AMTESTOR, *vid.* ANTESTOR.

AMTRVO, *vel* AMPTRVO, are. *Ab* Am, *circum, et* Truo, *moueo. Nempe in Saliorum exſultationibus, praeſul* Amtruare *dicitur. Fundus totius verbi eſt* Lucill. *apud* Feſt. *Vid.* Redentruare, *quem locum ita Scaliger reſtituit?* Praeſul vt amptruat, inde et volgu' redamptruat olli. Vel vt P. Merula, ad Enn. p. 266, 18 Praeſul vt amtruet hinc et vulgu' redamtruet inde. *Addit Merula:* Amtruare, *id eſt, circumuoluere, Praeſulis;* Redamtruare *Saliorum eſt, qui vulgus hic, cum numeros Praeſulis imitantur. Nititur Merula* Nonio, *qui* 2, 739 Lucillii *hemiſtichion laudat*, vt vulgus redandruet inde: *Sic legitur etiam in Merceriana. Et apud* Feſtum, Andruare id eſt recurrere à Graeco verbo ἀναδρᾶν, id eſt inuenire. Hinc et drua vocata eſt. *Quae quidem corrupta eſſe, et hariolandi materiem, apparet. Vid. Scalig. Nec alter* Feſti *locus non corruptiſſimus eſt in ipſis verbis, de quibus quaerimus.* Redentruare *enim ibi legitur*, Ampiruauit *atque* Ampiruet, *quod ita placet Turneb.* 17, 8, *vt vocabulo Gallorum* pirouette *cognatum arbitretur. Mihi nihil videtur tutius, quam ſequi Merulam. Conſ.* REDAMTRVO *et* TRVA.

## A M V

AMVLA, ae, *vid. ſub* HAMA.

AMVLĒTVM, i. [ἀλεξιφάρμακον, περίαμμα, Vet. Gloſſ. φυλακτήριον] *Omne genus remedii aduerſum cuncta mala medicamenta, et veneficia valentiſſimum: ab* Amoliendo *dictum.* Plin. 25, 9 ſ. 67 *de cyclamini radice*, Naſcitur in vmbroſis, a noſtris tuber terrae vocatur, in omnibus ferenda domibus, ſi verum eſt, vbi ſata ſit, nihil nocere mala medicamenta: amuletum vocant. Idem 37, 3, 12 *de ſuccino*, Infantibus alligari amuleti ratione prodeſt. Id. 37, 9 pr. Totus oriens pro amuletis traditur geſtare eam (*iaſpidem*) quae ex iis ſmaragdo ſimilis eſt. Priſcian. Perieg. Atque malos lemures quod pellit munus, iaſpim. *Nempe ipſe* Dionyſius v. 725 ἠερόεσσαν Ἴασπιν Ἐχθρὴν Ἐμπέσησι καὶ ἄλλοις Εἰδώλοισιν *appellat. Vid. infra* PHYLACTERIA.

ĂMVLIVS, [Ἀμύλιος] *Procae filius et Numitoris frater, qui Albae, pulſo fratre Numitore, regnauit. Vid.* Liu. 1, 3. Romuleoque cadit traiectus Amulius enſe Ouid. Faſt. 3, 67. ¶ 2 Plin. 35, 10 Fuit et nuper grauis ac ſeuerus idemque floridus, humilis rei pictor Amulius, Huius erat Minerua, ſpectantem aſpectans quacunque aſpiceretur.

AMVLVM, *vid.* AMYLVM.

AMVRCA, ae. f. [ἀμοργὴ] Amurca, ἀμολγὴ, ἔστιν δὲ τρὺξ ἐλαίας Vet. Gloſſ. *Olei ſordes quae praecedunt.* Virg. Georg. 1, 194 — et nigra perfundere amurca. *Vbi* Seruius Amurca, ex olei ſordibus: ſed iis quae praecedunt: nam ſordes, quae oleum ſequuntur, faeces vocantur. Et Amurca per c ſcribitur, et per g pronunciatur vt C. Gaius: Cn. Gneius. *Etiam per* g *paſſim ſcribi obſeruat Sylburgius in Ind. ad Script. R. R.* Varroni R. R. 1, 64 *vocatur* Humor aquatilis ac retrimentum. *Varias illius vtilitates perſequitur* Cato c. 95 ad 101. *it.* 103. *Conſ.* Varro 1, 55, 7. Id. 1, 61 Recte amurcam periti agricolae tam in doliis condunt, quam oleum aut vinum. *Conſ.* Plin. 15, 8 *qui claſſicus eſt locus.* Auguſtin. de Ciu. D. 1, 8. Columel. 12, 50 Eſt inimiciſſima oleo amurca. Amurca Palladia, *quia* Oliua *ſacra Palladi* Columel. 10, 353 Palladia ſine fruge ſalis conſpergere amurca. Id. 12, 50, 14 Villica debet adhibere curam, vt ſi quae faeces aut amurcae in fundis vaſorum ſubſederint, ſtatim emundentur. Cato 64 Oleum quam diutiſſime in amurca et in fracibus erit, tam deterrimum erit.

AMVRCARIA [ἀμοργητικὰ] Dolia, *In quibus amurca conditur* Cato 10, 4 Dolia queis vinacea condat decem, amurcaria decem.

ĀMVSSIS, is. f. [στάθμη] Forte *ex* Am *et* Aſſis. Feſtus Regulam vocat, ad quam aliquid exaequatur. Nonius 1, 28 Regula fabrorum, quam architecti, quum opus probant, rubrica illinunt. *Deinde ex* Varrone Quaeſt. Plaut. l. 2 Amuſſis eſt aequamen, leuamentum, (*ſic Merc. Al.* aequamentum leuigatum, *quod facilius intelligo*) id eſt apud fabros tabula quaedam, qua vtuntur ad ſaxa coagmentata. (*ſ.* coagmentanda) Siſenna *apud* Chariſ. l. 2 p. 178 *extr.* Amuſſis eſt tabula rubricata, quae demittitur examinandi operis gratia, an rectum opus ſurgat. Iſid. Gloſſ. Amuſſis regula, fabrica, qua tabulae diriguntur. *Illud quidem apparet, eſſe inſtrumentum fabrile examinandis directionibus adhibitum. Rarior eſt nominatiuus: occurrit tamen* Auſon. Id. 16, 11 Nihil vt deliret amuſſis. *Alioqui vix aliter inuenias, quam iunctum praepoſitioni* Ad, ad amuſſim. Gell. 20, 1 Neque eius, qui membrum alteri rupiſſet, et paciſci tamen de talione redimenda nollet, tantam eſſe habendam rationem arbitrati ſunt, vt — talionem in eo vel ad amuſſim aequipararent, vel in librili perpenderent. Id. 1, 4 vt iudicium factum eſſe ad amuſſim diceres. *Sed hic meliores* Examuſſim, *de quo ſtatim.* Macrob. Sat. 1, 4 Vt ad amuſſim verum ſit, *i. rigide, ſine exceptione.* Varro *ipſe de* R. R. 2, 1, 26 Si numerus non eſt, vt ſit ad amuſſim, vt non eſt, cum dicimus mille naues iiſſe ad Troiam, centumuirale eſſe iudicium Romae. *Ergo* numerus eſt ad amuſſim, *cum nec plus vno nec minus eſt. Idem* Varro *apud* Non. 2, 28 Quare, ſi diu gens eſt ad amuſſim per me licet aſſumes teneo διῶκον. *Eſt hic locus varie tentatus. Mercerus ſuſpicatur*, Sidia gens eſt ad amuſſim, per me licet aſſumas ſtemma ἴσον. *Bentleius ad* Ter. Hec. 1, 2, 88 Aſſumas γενεθλιακόν. *Quid ſi*, teneo διάκονον; *Caeterum Bentleius* l. c. Terentii *ita legit*; Ad amuſſim ambarum mores earum exiſtumans. *Vid.* EXAMVSSIM. ¶ 2 Amuſſim, *Aduerbialiter poſitum monet* Feſtus, Amuſſim, Regulariter. Tractum a regula ad quam aliquid exaequatur, quae Amuſſis dicitur. ¶ 3 Quidam Amuſſim eſſe dicunt Tacite, quod Mutire interdum dicitur, loqui. Feſtus.

AMVSSIVM, *Ventis reperiendis excogitatum organum, Deformata tabula, cuius ad regulam et libellam ſummum libramentum ſit laeuigatum et politum, exactis etiam (ſi ita videbitur) ad normam angulis. Sic deſcribit Philander ad* Vitruu. 1, 6 Vt inueniantur regiones et ortus ventorum, collocetur ad libellam marmoreum amuſſium mediis moenibus: aut locus ita expoliatur ad regulam et libellam, vt amuſſium non deſideretur.

AMVSSITATVS *habet formam Participii ex* Amuſſito. Plaut. Mil. 3, 1, 38 Ineſt in hoc amuſſitata ſua ſibi ingenua indoles, *i. quaſi ad regulam facta, numeris omnibus abſoluta.*

AMVSVS, [ἄμουσος] *Inelegans, indoctus, et a muſis alienus.* Vitruu. 1, 1 Nec muſicus, vt Ariſtoxenus: ſed non amuſos. *Vid.* Symmach. Epiſt. 1, 14. *Vid.* Agreſtes Muſae, *in* MVSAE.

AMVSIA, ae. Si quis melodiis DIS eſt ὄνος λύρας, Praeſepibus ſe retineat forenſibus, quibus ſuam delectet ipſe amuſiam Varr. apud Non. 1, 54 *et* 247.

## A M Y

AMYCLAE, [Ἀμύκλαι] *Oppidum inter Caietam et Tarracinam, quod ſilentio pernicioſo nobilitatum eſt.* Peruig. Ven. 90 Perdidi Muſam tacendo, nec me Phoebus reſpicit: Sic Amyclas, cum tacerent, perdidit ſilentium. *Sic* Auſon. Profeſſ. 15 Taciturne, Amyclas qui ſilendo viceris. Sidon. Epiſt. 8, 6 Amyclis taciturnior. *Antiquum prouerbium eſſe demonſtrat* Lucilius, Mihi neceſſe eſt loqui: nam ſcio Amyclas tacendo periiſſe. *Laudat verſum* Seruius *in illud* Aen. 10, 563 — et tacitis regnauit Amyclis, *Et longus eſt in cauſis eius cognominis expediendis. Nempe Pythagorei fuerunt ciues, periere a ſerpentibus, quas occidere nollent tanquam Pythagorei, quorum etiam ſilentium nota res eſt. Vel periere, quia tacuerunt nimis modeſte vicinorum iniurias. Vel falſis rumoribus turbati legem tulerant, ne quis nunciaret hoſtium aduentum. Metrapolis fuit harum* Amyclarum. ¶ 2 Amyclae, *Peloponneſi ciuitas, Tyndari regia, Caſtoris et Pollucis patria, (vbi vt in tota fere Laconia) ſumma veneratione Apollo colebatur. Hinc* Amyclae Apollineae Stat. Theb. 4, 223. Armiferae Ouid. de Arte Am. 2, 5. Antiquae Id. Met. 8, 314. Lacedaemoniae Grat. Cyn. 101. Ledaeae Stat. Theb. 7, 163. *et* Sil. 2, 434. *Vid. Meurſ. Miſc. Lacon.* 4, 2, 3. *T.* 10. *Theſ. Gronou.* Tetricae Stat. Silu. 5, 3, 154. *i. ſeuerae, vt Lacones.* Therapnaeae, *a Therapnis vrbe Laconiae* Martial. 9, 106. Trepidae Claud. Bell. Get. 193.

AMYCLAEVS. Adi. [Ἀμυκλαῖος] *Ita dictus Apollo ob Fanum ei Amyclis dicatum.* Strab. 8 p. 250. Amyclaeis medicatum vellus ahenis Ouid. de Rem. Amor. 707. *i. purpura Laconica.* Arenae Stat. Silu. 1, 2, 223. Canis Virgil. Georg. 3, 345. *i. Laconicus.* Seruius. Olores Stat. Silu. 1, 2, 142, *ad currum Veneris. Talis etiam fuit, cuius formam ſumſit Iupiter in Leda.* Pollux Virgil. Georg. 3, 89.

AMYCVS, [Ἄμυκος] *Filius Neptuni et nymphae Melies, a Polluce pugilari certamine victus.* Seru. in. Aen. 5, 373 — qui ſe Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat. *Huius infelix cum Polluce certamen bonam partem implet libri quarti Argonauticon Valerii Flacci.* Plin. 16, 44 in Ponto portus eſt, Amyco Bebrycum rege interfecto clarus.

AMYCTĬCVS, a, um. [ἀμυκτικὸς] *Exulcerans, vellicandi vim habens, vt,* Amyctica malagmata. Oct. Hor. 2, 5. Cael. Aurel. Tard. 2, 6 *extr.* Medicamina, quae partes in paſſione conſtitutas exerceant a Graecis ἀμυκτικὰ appellata.

AMYDON, [Ἀμυδὼν] *Paeoniae ciuitas, quae Troianis auxilia miſit, vt tradit Homerus.* Iuuen. Sat. 3, 69 Hic alta Sicyone, at hic Amydone relicta.

AMYGDĂLA, ae. [ἀμυγδαλῆ] *Arbor eſt, cuius fructus* Nux Graeca, *et* Nux Thaſia, *et* Amygdala, *ſiue* Amygdalum *dicitur.* Nucleus amygdalae Plin. 15, 13. *i. nucis.* Macrob. Saturn. 2, 14 Nunc dicendum eſt, quae ſit Graeca nux: ac ſimul hoc dicens amygdalam de lance tulit, et oſtendit. Nux Graeca haec eſt, quae et amygdala dicitur. Sed et Thaſia eadem nux vocatur *etc.* Columel. 5, 10, 2 Amygdala ſi parum ferax erit, forata arbore lapidem adiicito. Amygdalae arbores Columel. 9, 4, 3. *Sic et* 11, 2, 96. Plin. 16, 25 Floret prima omnium amygdala menſe Ianuario.

AMYGDALVM, i. n. plur. Amygdala, *pro Fructu.* Pallad. 2, 15, Graeci Aſſerunt naſci amygdala, *etc.* Amygdalorum amarorum Scribon. 5. *Et de arbore* Col. de Arb. 251 Amygdala ſi parum feracia erunt per foratam arborem lapidem adigito. *De* Amygdalis depilatis Apicii *vid.* ſ. l. Amygdala toſta Apic. 6, 5.

AMYGDALACEVS. Adi. Plin. 26, 11 Amygdalaceo folio, flore roſaceo, *i. amygdalae folium referenti.*

AMYGDALEVS, a, um. Idem. Pallad. de inſit. 157 Quin et Amygdaleos ſubeunt piſtacea ramos.

AMYGDĂLĬNVS. Adi. [ἀμυγδάλινος] *Id quod eſt, vel fit ex amygdalis: vt*, Amygdalinum oleum Plin. 23, 4. *it.* 15, 4. Seren. Sammon. Carm. 26 ſ. 463 Fertur amygdalinae ſuccus nucis eſſe bibendus, *i. oleum.* Plin. 15, 13 *de prunis*, Nuper in Baetica, Malina appellari coeperunt, malis inſita, et alia Amygdalina, amygdalis. His intus nucleus amygdalae eſt, nec aliud pomum ingenioſius geminatum eſt.

AMYGDALOIDES. [ἀμυγδαλοειδὴς] Apuleius c. 108. Dioſcor. 4, 159. *Herba ex genere tithymali, a ſimilitudine amygdali, quae et Corymbites dicitur, et Platyphyllos a latitudine foliorum.*

AMYGDALITES, ae. m. Idem. Plin. 26, 8.

AMY̆LVM, i. n. *Graece* ἄμυλον *intell.* ἄλευρον, *farina ſine molae ope elaborata: quod apparet ex deſcriptione, quam ſuppeditat* Cato 87 Amylum (Amulum *al. nec male. Vid. Salm. ad* Alex. Seu. c. 37.) ſic facito, Siliginem purgato bene: poſtea in alueum indat: eo aquam addat bis in die. Die decimo aquam exſiccato, extergeto bene, in alueo puro miſceto bene, facito tanquam faex fiat. Id in linteum nouum indito, exprimito cremorem in patinam nouam, aut in mortarium: id omne ita facito et refricato denuo. Eam patinam in ſole ponito, areſcat: vbi arebit, in patellam nouam indito, inde facito cum lacte coquat. *Ponamus etiam* Plinianam *formulam ex* 18, 7 ſ. 17 Amylum (fit) ex tritico ac ſiligine, ſed optimum e trimeſtri. Inuentio eius Chio inſulae debetur, et hodie laudatiſſimum inde eſt. Appellatum ab eo, quod ſine mola fiat. Proximum trimeſtri, quod e minime ponderoſo tritico. Madeſcit dulci aqua ligneis vaſis, ita vt integatur, quinquies in die mutata. Melius ſi et noctu, ita vt miſceatur pariter. Emollitum prius quam aceſcat, linteo aut ſportis ſaccatum, tegulae infunditur illitae fermento, atque ita in ſole denſatur. Poſt Chium maxime laudatur Creticum, mox Aegyptium. Probatur autem leuore et leuitate, atque vt recens ſit. Iam et Catoni dictum apud nos. Apic. 2, 2 Amylo obligas ſpiſſo, *i. inſpiſſas, et denſes. Sic etiam* 8, 2. *Inter ea*, quae boni ſucci ſunt, *refert* Celſ. 2, 20: *et inter* cibos lenes 2, 22. Id. 4, 4, 4 ad tuſſim *commendat* potionem ex menta, nucibusque Graecis, et amylo. *Add.* Scribon. 27 *et* 86.

AMYLO, āre. *Idem quod* Amylum adiicere, amylo obligare Apic. 7, 5 *et* 7, 6. *Conf.* 7, 7. *et* 8, 3. *Hinc*

AMYLATVS, a, um. Amylo confectus, vt Iſicia amylata Apic. 2, 2. Lac amylatum Cael. Aurel. Tard. 2, 13.

AMYLATVM, i. n. Subſt. Apic. 2, 2 *in lemmate. Sed intelligitur* Iſicium.

AMY̆MŌNE, [Ἀμυμώνη] *Fons apud Argos, ab* Amymone *Danai Argiuorum regis filia, appellatus.* Ouid. Met. 2, 239 *in ſiccitate deſcribenda* — quaerit Boeotia Dircen, Argos Amymonem, Ephyre Pyrenidas vndas. *Nempe* ¶ 2 *audiamus* Hygin. f. 169 Amymone, Danai filia, dum ſtudioſe in ſilua venatur, Satyrum iaculo percuſſit: eam Satyrus voluit violare. Illa Neptuni fidem implorauit. Quo Neptunus cum veniſſet, Satyrum abegit, et ipſe cum ea concubuit, ex quo conceptu naſcitur Nauplius. Id in quo loco factum eſt, Neptunus dicitur fuſcina percuſſiſſe terram, et inde aquam profluxiſſe, qui Lernaeus fons dictus eſt, et Amymonium flumen. *Haec* Hyginus, *qui et aliter mox fabulam narrat.* Stat. Theb. 6, 288 Amne reperto Triſtis (*ob raptam virginitatem*) Amymone.

AMYNTAS, [Ἀμύντας] Pater Philippi Macedonis Nep. 21, 2, 1. *Fuit et plurium Macedoniae regum, et ducum Alexandri M. nomen. Sed et* paſtoris Virgil. Ecl. 3, 28 At mihi ſeſe offert vltro meus ignis Amyntas. Id. Ecl. 3, 73 Quid prodeſt, quod me ipſe animo non ſpernis Amynta?

AMYNTICVS, *Depulſorius, vt*, Emplaſtra amyntica Th. Priſc. 2, 26. *Vid. Reineſ. Var. Lect.* 3, 12 pag. 555. *Nempe* ἀμύνομαι *defendo.*

AMYNTOR, Pater Phoenicis, Hom. Il. 9. Ouid. Met. 8, 307. Item ¶ 2 Dolopum rector Ouid. Met. 12, 364. *Hinc*

AMYNTŎRĬDES, ae. m. *Phoenix, praeceptor Achillis.* Ouid. in Ibin 259.

AMYRIS. [ἄμυρις] Genus arboris, (*vt volunt auctore* Hieronymo) quod Latini putantes Myrrham dictum, Vnguentum interpretati ſunt. De cuius arboris notitia hoc ſolum ad nos peruenire potuit, quod odorem ſolum habeat ſuauem, nullum tamen offerat fructum.

AMYSTIS, ĭdis. [ἄμυστις] *Genus potandi, vno tenore, nunquam clauſo gutture, magnis poculis;* μύζειν *eſt claudere os ad ſugendum. E Graecis illuſtrat Lambin. ad illud* Horat. Carm. 1, 36, 14 — nec multi Damalis meri Baſſum Threïcia vincat amyſtide. *Conf.* Scholiaſten. *Breuiter* ἀμυστίζειν *eſt* ἀμυστὶ *ſ.* ἀπνευστὶ πιεῖν; *vno, et longiſſimo ſpiritu educere magnum poculum.*

AMY̆THĀON, ŏnis. [Ἀμυθάων] *Melampodis pater, Crethei filius, Aeſonis frater; qui Pyli habitauit, vti tradit Apollodor. Bibliothecae lib.* 1. Stat. Theb. 3, 452 Iuxtaque Amythaone cretus, Iam ſenior, ſed mente virens ſenioque, Melampus Aſſociat paſſus. *Hinc*

AMYTHAONIVS. [Ἀμυθαόνιος] Prop. 1, 2, 18 Mox Amythaonia nupta futura domo. Amythaonius Melampus Virgil. Georg. 3, 550 *et* Tibull. 4, 1, 120.

## A N

A. N. *in notis* Ante noctem, Auli Nepos, Argentum nouum. AN. Actionem. AN. M. Actionem mandati. ANM. Anima. AN. *vel* ANI. Anienſis Tribus. AN. *vel* ANN. Annus, Anni *etc.* Annales, Annius, Annona. AN. IIS. Annos duos ſemis. AN. IVL. Annorum ſex et quadraginta. AN. Θ. XVI. Anno defunctus ſexto decimo. ANN. AVG. Annona Auguſti. ANN. P. Annonae Praefectus. ANN. PL. M. X. Annis plus minus decem. AN. P. R. C. Anno poſt Romam conditam. ANQ. Anquiſitionis. ANT. Antiochia, Antonius, Anteſtatus. ANT. T. C. Ante terminum conſtitutum. AN. V. P. M. II. Annis vixit plus minus duobus. *Ex Vrſato.*

AN, [εἰ, ἦ, μὴ] *Interrogandi et dubitandi particula, interdum ſimpliciter interrogat.* Ter. Eun. 4, 5, 7 An abiit iam a milite? *Et* 5, 5, 21 Obſecro an is eſt? ¶ 2 *Vehementiam et affectum conciliat orationi*, Ouid. Epiſt. 17, 166 An neſcis longas regibus eſſe manus? *i. probe ſcis.* Cic. Phil. 1, 13 c. 6 An me cenſetis — decreturum fuiſſe, vt parentalia cum ſupplicationibus miſcerentur? *i. Nolite putare.* In Piſon. 10 c. 5 An poteſt vlla eſſe excuſatio non dicam male ſentienti, ſed ſedenti, cunctanti, dormienti in maximo reip. motu Conſuli? Id. pro Milon. 33 c. 12 An vero, iudices, vos ſoli ignoratis. *i. non poteſtis ignorare. Sic in grauiſſima reprehenſione* Cic. Phil. 2, 34 An tu Narbonae in menſas hoſpitum cum vomeres, Dolabella pro te in Hiſpania dimicaret? *Item in redarguendo*, Id. pro Cluent. c. 22 An vero illi ſua per ſe ipſi iudicia reſcinderent, cum caeteri ſoleant in iudicando, ne ab aliorum iudiciis diſcrepent, prouidere? Id. in Verr. 1, 127 c. 48 An haec ad rem non pertinent? — An id quod dicunt leue eſt? — An vero dubitamus, quo ore iſte caeteros homines — ſolitus ſit appellare, qui ob ius dicendum M. Octauium — poſcere pecuniam non dubitauerit? *Et* Tuſc. 5, 90 c. 32 An Scythes Anacharſis potuit pro nihilo pecuniam ducere; noſtrates philoſophi facere non poterunt? *Et* Ibid. 104 c. 37 An tibicines, iique qui fidibus vtuntur, ſuo, non multitudinis arbitrio cantus numeroſque moderantur: vir ſapiens, multo arte maiore praeditus, non quid veriſſimum ſit, ſed quid velit vulgus, exquiret. *Sic in occupatione oratoria* Cic. Catil. 1 c. 11 Quid tandem impedit te? — An inuidiam poſteritatis times? praeclaram vero populo Rom. refers gratiam *etc.* Liu. 41, 29 An infirmiſſimi omnium — Dolupes? Immo contra vel viribus noſtris, Deûm benignitate, vel regionis interuallo tuti. *Etiam in minando*, Ouid. Met. 4, 336 Deſinis, an fugio? *Vbi plura id genus Burmannus.* ¶ 3 *In dubitationibus.* Neſcio an, *vel* Haud ſcio an *idem ſignificat quod* forte. Ter. Ad. 4, 5, 33 Qui infelix haud ſcio an illam miſere nunc amat. Cic. Fam. 9, 15 Eſt id quidem magnum, atque haud ſcio an maximum. Id. Off. 3 c. 2 Quod quum omnibus eſt faciendum, tum haud ſcio, an nemini potius quam tibi. *Et* Fam. 13, 1 Sed quando illis non valde inimici ſumus, neſcio an ignoſcendum ſit huic, ſi tantopere laborat; *Non habet hic locum inclinatio verſus negantem ſententiam, ſed potius affirmationi propior eſt oratio: verbo*, neſcio an, *ſignificat* fortaſſe. *Sic* Fam. 9, 18 Extremum illud eſt, quod tu neſcio an primum putes. Liu. 3, 60 Quod ſi extemplo rem fortunae commiſiſſet, neſcio an magno detrimento certamen ſtaturum fuerit. *Simili ratione* Nep. Thraſyb. 1 Si per ſe virtus ſine fortuna ponderanda ſit, dubito, an hunc primum omnium ponam. ¶ 4 *In disiunctiuis interrogationibus et dubitationibus adhibetur tum binorum membrorum, tum plurium. Hic I) interdum priori vel primo membro nulla plane particula adiecta eſt.* Cic. de Or. 3, 209 Refert etiam qui audiant, Senatus, an populus, an iudices: frequentes, an pauci, an ſinguli. Id. Verr. 2, 188 c. 77 Poſtulo mihi reſpondeat, qui ſit iſte Verrutius? mercator, an negotiator, an arator, an pecuarius? in Sicilia ſit, an deceſſerit? *Et* 3, 113 c. 48 Errauit an potius inſaniuit Apronius? De Orat. 1 c. 38 Volitare in foro — quum omnino, quid ſuum, quid alienum, quare denique ciuis an peregrinus, ſeruus an liber quiſpiam ſit, ignoret; inſignis eſt impudentiae. Id. Att. 1, 2 Nos hic te ad menſem Ianuarium expectamus, ex quodam rumore, an ex literis tuis ad alios miſſis? *Hic omiſſum*, dubito, neſcio, incertum *aut ſimile, vt* Aur. Vict. de Vir. Ill. 73 Aurum dolo an ſcelere Caepionis partum. Tac. A. 2, 42, 6 Archelaus finem vitae ſponte an fato impleuit. *Et* 2, 22, 1 De ſe nihil addidit metu inuidiae, an ratus conſcientiam facti ſatis eſſe. *Magis hiat oratio* An. 14, 8, 3 Longum vtriusque ſilentium, ne irriti diſſuaderent, an eo deſcenſum credebant, vt niſi praeueniretur Agrippina, Neroni pereundum eſſet. *Aperta et directa dubitatio eſt.* Cic. Phil. 2, 27 c. 11 Quid duos Seruilios? Caſcas dicam an Ahalas? Plin. Epiſt. 2, 8 Studes? an piſcaris? an venaris? an ſimul omnia? Salluſt. Catil. 25 Pecuniae an famae minus parceret, haud facile diſcerneres. Hor. Serm. 2, 4, 10 Ede hominis nomen: ſimul et Romanus an hoſpes? *Sic Bentl. quem conſulere etiam iuuat ad* Serm. 2, 3, 166. *Sic* Claud. in Rufin. 1, 2 Saepe mihi dubiam traxit ſententia mentem, Curarent ſuperi terras, an nullus ineſſet Rector. *Haec et plura Drakenb. ad* Sil. 4, 78. *Sic* Quinct. 5, 10, 37 Locus montanus an planus, maritimus an mediterraneus, conſitus an incultus, frequens an deſertus, propinquus an remotus, opportunus conſiliis an aduerſus? *Etiam plura membra ſine particula ponuntur* Tac. A. 3, 12, 5 Simulque illud reputate, turbide et ſeditioſe tractauerit exercitus Piſo; quaeſita ſint per ambitionem ſtudia militum; armis repetita prouincia; an falſa haec in maius vulgauerint accuſatores? ¶ 5 *II) Frequentiſſima ratio eſt, vt in primo membro* ne *vel* vtrum *ponatur, alterum et reliqua* an *habeant.* Cic. Orat. c. 61 Quaeſitum eſt, in totone circuitu orationis, an in principiis ſolum, an in extremis, an in vtraque parte, numerus tenendus ſit? tum, in omnibus ne numeris aequaliter particulas deceat incidere, an facere alias breuiores, alias longiores? Id. pro Roſc. Am. 119 c. 41 Quaero abs te, iine qui poſtulabant indigni erant, qui impetrarent? An iſte non commouebat, pro quo poſtulabant? an res ipſa tibi iniqua videbatur? *Et* in Piſon. c. 10 Nemo poteſt dicere, vtrum iſte plus biberit an vomuerit, an effuderit? *Et* Verr. 3 c. 36 Vtrum impudentius — an turpius — an improbius — an audacius. Liu. 21, 10 Vtrum hoſtem, an vos, an fortunam vtriusque populi ignoratis. Cic. Fam. 1, 7 Multum enim intereſt, vtrum lacus imminuatur, an ſalus deſeratur. *Et* 7, 16 Id vtrum Romano more locutus ſit, an quomodo Stoici dicunt — poſtea videro. *Rariuſculum eſt, quod loco huius* vtrum *aut* ne, *ſi ponitur* Tib. 3, 1, 19 Illa mihi referet, ſi noſtri mutua cura eſt, An minor, an toto pectore deciderim. *Tres enim, vt recte monet Broukhuſius, hic ſunt gradus, ardor mutuus, cura minor, obliuio flammae prioris. Nempe* Si *etiam ad interrogationes infinitas adhiberi ſ. l. monemus.* ¶ 6 *III) Interdum, ſed rarius apud bonos, etiam primum membrum* An *habet.* Cic. Brut. 89 c. 23 *de Catone*, Quam orationem in origines ſuas retulit, paucis antequam mortuus eſt an diebus, an menſibus? Id. Att. 2, 6 Qui etiam dubitem, an hic, an Antii conſidam. Sen. Suaſ. 7 Dubium eſt, an ſatius ſit cum illis iacere, an cum his viuere. Celſ. 3, 6 Id quoque videndum eſt — an adſtrictum corpus ſit, an profluat. Curt. 8, 6, 25 Id quod an ad conſolandam patientiam verberum, an ad incendendum iuuenum dolorem dictum eſſet, in ambiguo fuiſſe. Hor. Serm. 2, 4, 10 Simul an Romanus, an hoſpes. *Sed hic Bentl. et Cuning. ex antiquis libris reſtituere*, Simul et Rom. *vid. n.* 4. *Neque huc pertinet* Catull. 29 (30) in Caeſar. 16 Quid eſt? an haec ſiniſtra liberalitas Parum expatrauit? an parum heluatus es? *Sunt enim duae interrogationes, non disiunctio. Neque plane ex hoc genere eſt* Tib. 3, 1, 19 *de quo diximus* n. 5 *extr.* Virg. Aen. 1, 328 Odea certe: An Phoebi ſoror? An nympharum ſanguinis vna? *duae interrogationes videri poſſunt.* Plin. 15, 1 *extr.* Caetero diſtat, an maturitas illa in torcularibus fiat, an ramis: rigua fuerit arbor, an ſuo tantum bacca ſucco. Plin. iun. Ep. 6, 16, 15 *legebatur*, In commune conſultant, an intra tecta ſubſiſtant, an in aperto vagentur: *Sed prius* an *deleuit bonis auctoritatibus Cortius. Neque huc referri debet* 8, 14, 24 An ſententias

tentias diuidi, an iri in ſingulas, oportuerit? *Eſt enim hic non disiunctio; ſed* an *repetitum per anaphoram, pro quo licebat dicere*, An ſententias diuidi, *et* iri in ſingulas oportuerit. *Verum ea, quae ſequuntur*, huc *pertinent*, Nihilominus tamen quaero, An poſtulare debuerim, an abſtinere? *Laudatur etiam* Quinct. 7, 1, 13 Videndum eſt, an vnum aliquid reſpondeamus, an plura? *Sed prius illud* an *pulchre amitti in MS. iam in addendis ad eum locum obſeruauimus.* Id. 5, 10, 50 Haec et in deliberando intuemur, et in iudiciis ad duas res ſolemus referre, An voluerit quis? An potuerit. *Hic non disiunctio eſt, ſed duae diuerſae quaeſtiones.* ¶ 7 *Pro* ſiue *ponit* Ouid. Rem. 797 Daunius, an Libycis bulbus tibi miſſus ab oris, An veniat Megaris: noxius omnis erit. Varro de L. L. 8, 61 p. 122, 37 Item reprehendunt quidam, quod putant idem eſſe ſacrifico et ſacrificor, et lauat et lauatur: quod ſit an non, nihil commouet analogiam, *i. ſiue ſit, ſiue minus. Caeterum huc pertinet* Fabii *obſeruatio* 1, 5, 49 Et *an* et *aut* coniunctiones ſunt: male tamen interroges, *hic aut ille ſit? Vid.* AVT. ¶ 8 *Ad* An *refertur nonnunquam in proxima membro* nec ne. Cic. Catil. 2, 13 c. 6 Quaeſiui a Catilina, an nocturno conuentu apud M. Leccam fuiſſet, nec ne? *Vid.* NEC. ¶ 9 Anne *pro* An *ponitur*. Ter. Andr. 5, 2, 10 Anne eſt intus Pamphilus? Cic. in Piſon. 1 Nam quid ego de Conſulatu loquar? parto vis, anne geſto? Idem pro Corn. Balb. 54 c. 23 Anne de nobis trahere ſpolia foederatis licebit, de hoſtibus non licebit? Cic. Acad. 4, 48 Non internoſcat vera illa viſa ſint, anne falſa. Idem lib. eod. 93 c. 29 Quum interrogetur, tria pauca ſint, anne multa. Quaerendum, vtrum vna ſpecies et longitudo ſit earum, anne plures Cic. in Orat. c. 61. Etiam haud ſcio, anne vxorem ducat Ter. Heaut. 5, 2, 46. Scire velim, quando dicar ſpopondiſſe? et pro patre, anne pro filio Cic. Att. 12, 15. ¶ 10 An non *pro* Nonne. Ter. Andr. 3, 5, 15 An non hoc dixi eſſe futurum? *Eſt etiam* An non *dubitandi* Plaut. Mil. 4, 8, 26 Tentabam ſpiraret an non: *pro* Necne. Pater eius rediit, an non? Ter. Phorm. 1, 2, 97 Is ne eſt, quem quaero, an non Id. ib. 5, 6, 13. *Add.* Liu. 8, 13. Poſtulo, vti reſpondeas, deſierisne facere adulterium, an non Gell. 16, 2, *vbi perperam al.* aut non. An non, *in ſecundo membro poſitum, Tarditatem increpat.* Ter. Andr. 1, 2, 15 Hoccine agis, an non? *Simile* Ter. Andr. 1, 2, 30 Intellextin? an nondum etiam ne hoc quidem? Item Heaut. 3, 3, 36 Reperiſti tibi quod placeat, an nondum etiam?

AN *pro* circum *potius* AM *eſt, quod ante quasdam Conſonantes in* An *mutant Grammatici, v. g. in* Anceps, Anfractus, Anquiro, Antermini. Macrob. Sat. 1, 14 *ex* Catonis originibus *laudatur* An terminum, id eſt circum terminum. *Sed legendum* Am terminum, *iam vidit Meurſius.*

## A N A

ANAS. [Ἄνας] *Fluuius Hiſpaniae, Baeticam a Luſitania diuidens. Vid.* Plin. 3, 1 ſ. 2. et 4, 22. Prudent. Periſt. 3, 188 Memorabilis amnis Anas.

ANA. [ἀνὰ] *Vox medica et pharmaceutica*, Omnium parem modum, *vt* Celſus 3, 27 *loquitur, indicans. Rhodius Lex. Scrib. voce* Singulorum p. 442 *recte ex Graeca* ἀνὰ *deriuat, quod aequas partes ſ. aequabilem diſtributionem notat.* Veg. Veter. 3, 2, 6 Folii myrti ſilueſtris, folii cypreſſi ana vncias tres diligentiſſime deteres. *Conf.* 3, 45, 6 *in varietate lectionis.*

ANABĂSIS, [ἀνάβασις] Herbam Equiſetum Graeci Hippurin, alii Ephedron, alii Anabaſin vocant Plin. 26, 13 ſ. 83.

ANABASIVS. [ἀναβάσιος] *Qui emittitur in exteras regiones, rumorem aliquem diſſeminaturus, qualem Triptolemum fuiſſe in fabulis legimus, quem ſemina per orbem ſparſurum, Cererisque beneficia annuntiaturum, a dea rapidiſſimo curru emiſſum fabulantur. Sic interpretantur illud* Hieronymi contra Rufinum 3, 1 Idcircone Cereales, et Anabaſii tui per diuerſas prouincias cucurrerunt, vt laudes meas legerent?

ANABATHRVM, [ἀνάβαθρον] *Pulpitum, gradus ſuperior, quaſi tu aſcenſorium dicas.* Iuuen. Sat. 7, 46 Et quae conducto pendent anabathra tigillo, *de apparatu recitantis Poëtae.*

ANABOLADIVM. Amictorium lineum feminarum, quo humeri operiuntur, quod Graeci et Latini ſindonem vocant. *Haec* Iſid. 19, 25. *Eſt* Gr. ἀναβολάδιον, *amiculum.*

ANABOLĬCVS, a, um. [ἀναβολικὸς] *vt* anabolicae ſpecies Vopiſc. Aurel. cap. 45. *Vid.* Salmaſ. p. 536 *qui obſeruat, eſſe* Embolicas. *Eſſe autem* Anabolen *et* Embolen *onus nauium.* Anabolicae *ergo* ſpecies *fuerint ea, quae nauibus adferuntur.* Turnebus Aduerſ. 18, 17 *legebat etiam* Embolicas, *interpretatus certum tributi genus ex Aegypto transuecti.*

ANACAMPSEROS. Herba cuius omnino tactu redeunt amores vel cum odio depoſiti Plin. 24, 17 ſ. 102.

ANACEPHALAEŌSIS. [ἀνακεφαλαίωσις] *Perorationis ſ. Epilogi pars eſt, qua rerum capita ſummatim repetuntur.* Quinctil. 6, 1, 1 Rerum repetitio et congregatio, quae Graece dicitur ἀνακεφαλαίωσις, a quibusdam Latinorum *Enumeratio*, et memoriam iudicis reficit, et totam ſimul cauſam ponit ante oculos, et etiamſi per ſingula minus mouerat, turba valet. In hac quae repetemus quam breuiſſime dicenda ſunt, et, quod Graeco verbo patet, decurrendum per *capita. Deinde multis interiectis* ſ. 8 Caeterum illud conſtitit inter omnes, etiam in aliis partibus actionis, ſi multiplex cauſa ſit, et pluribus argumentis defenſa, vtiliter ἀνακεφαλαίωσιν fieri ſolere.

ANACES, um. m. [ἄνακες] *ſ.* ANACTES [ἄνακτες] *apud Graecos* regum *nomen: ſed ſpeciatim ita vocantur* Dioſcuri. *Vtitur* Cic. de Nat. Deor. 3 c. 21 Dioſcuri etiam apud Graecos multis modis nominantur. Primi tres, qui appellantur Anactes (*Victor.* Anaces) Athenis ex Ioue rege antiquiſſimo et Proſerpina nati *etc. Vid.* Dauiſ.

ANACHARSIS. [Ἀνάχαρσις] *Philoſophus Scythes, Solonis temporibus, de quo* Cic. Tuſc. 5, 90 c. 32 An Scythes Anacharſis potuit pro nihilo pecuniam ducere — Illius epiſtola fertur his verbis: Anacharſis Hannoni ſalutem. Mihi amictui eſt Scythicum tegmen, calceamentum ſolorum callum, cubile terra, pulpamentum fames: lacte, caſeo, carne veſcor *etc.* Sidon. Car. 2, 165 Quidquid laudatum eſt Scythicis Anacharſis in aruis.

ANACHĪTES. [ἀναχίτης] Plin. 37, 4 ad fin. Adamas et venena irrita facit, et lymphationes abigit, metusque vanos expellit a mente, et ob id quidam eum Anachiten vocauere. Salmaſ. ad Sol. p. 263 b G Ἀναγκίτην ſ. ananciten *emendat; alii aliter: Sed nihil opus videtur. Simpliciſſimum eſt ab* ἄχος *deriuare, quod moeroris ſ. moleſtiae notionem habet, et* α *priuatiuo.*

ANACHORĒSIS. [ἀναχώρησις] *Eremus, ſeceſſus: vnde Monachi, eremum incolentes, et quicumque procul ab hominibus ſeceſſerint,* Anachoretae, ἀναχωρηταὶ, *vocantur.* Caſſian. in Col. Cuius ſectatores Anachoretae: *i.* Seceſſores merito nuncupantur, eo quod nequaquam contenti hac victoria, qua inter homines occultas inſidias diaboli calcauerunt, aperto certamine ac manifeſto conflictu daemonibus congredi cupientes, vaſtos eremi receſſus penetraſſe non timeant. *Vid.* Hieron. Epiſt. ad Euſtoch. 22 cap. 15. Sidon. Epiſt. 7 p. 191. et Sulp. Seuer. Dial. 1 De Virtutibus Monach. cap. 9 et 17. Anachoreta tremit Sidon. Carm. 16 v. 97. *Aut legendum, tamquam ſi ſcriptum eſſet Anchoreta, vt primus pes fiat Spondaeus: aut Anapaeſtum pro Dactylo poſitum, dicendum eſt.* Iſid. Orig. 7, 13 Anachoritae ſunt, qui poſt coenobialem vitam deſerta petunt, et ſoli habitant per deſerta: et ab eo, quod procul ab hominibus receſſerunt, tali nomine nuncupantur *etc. Nimirum* Anachoritae *dicebant, inualeſcente Iobaciſmo.*

ANACHYLIS, is. f. *Lat.* Conſolida Apul. de Herb. c. 59.

ANACOENŌSIS. [ἀνακοίνωσις] Communicatio *Latine*. Schema eſt, quum aut ipſos aduerſarios conſulimus, aut cum iudicibus deliberamus. Iulius Rufinianus p. 26.

ANACLASIS. [ἀνάκλασις] *Reuerberatio, reflexio.* P. Rutilius Lupus *inter figuras ſententiarum* p. 2. Hoc ſchema, *inquit*, fieri ſolet, cum id, quod ab altero dictum eſt, non in eam mentem quae intelligitur, ſed in aliam aut contrariam excipitur. Antanaclaſin, [ἀντανάκλασιν] vocat Quinct. 9, 5, 68. *et definit* Eiusdem verbi contrariam ſignificationem. *Exemplo vtuntur eodem, quod* Fabii *verbis ponamus.* Cum Proculeius quereretur de filio, quod is mortem ſuam, exſpectaret, et ille dixiſſet, Se vero non exſpectare: *Immo*, inquit, *rogo exſpectes.*

ANACLINTERIVM. [ἀνακλιντήριον] *vel vt editur* ANACLITERIVM, *quaſi tu* Reclinatorium *dicas, pluteus ad inclinationem ſ. angulum, qui placet, ad lectum applicatus et puluinatus.* Spartian. in Aelio Vero c. 5 Nam lectum eminentibus quatuor Anacliteriis fecerat. *Vid.* Caſaub. et Salmaſ. p. 232 ſq.

ANACOELIASMVS, i. m. [ἀνακοιλιασμὸς] *Medicamentum*, Cael. Aurel. Tard. 2, 14 n. 213. *quod* Ventrifluum *vocat ibid.* n. 194.

ANACOLLĒMA, ătis. n. [ἀνακόλλημα] *Cataplaſma reſtringens* Veget. Veter. *ſaepe vtitur, ſed ſcribitur fere* Anacollima. *Vid.* 4, 22, 1 *vbi definit* emplaſtrum, quod diuulſa coniungit. *Conf.* 3, 18, 7. 4, 23, 1 *etc.*

ANACOLV̄THON, i. [ἀνακόλουθον] *Inconſequens. Sic vocant Grammatici vitium orationis, quando non redditur quod ſuperioribus reſpondeat. v. g.* Virg. Aen. 2, 331 Millia quod magnis nunquam venere Mycenis. *Vbi* Seruius, Subaudi TOT, et eſt anacoluthon, nam dixit QVOT, quum non praemiſerit TOT. Idem Aen. 3, 541 Sed tamen iidem olim curru ſuccedere ſueti. *Vbi* Seruius, Sed tamen, anacoluthon: nam QVAMQVAM non praemiſit.

ANACRĔON, ontis. [Ἀνακρέων] *Poëta Lyricus, ex Teo vrbe Ionum.* Hor. Carm. 4, 9, 9 Nec, ſi quid olim luſit Anacreon, Deleuit aetas. Anacreon Poëta, acino vuae paſſae ſtrangulatus eſt Plin. 7, 7. Hor. Epod. 14, 10 Anacreonta Teïum. *Iambicus purus eſt. Hinc*

ANACREONTIVS. Adi. [Ἀνακρεόντιος *vel* Ἀνακρεόντειος] Quinctil. 9, 4, 78 Anacreontium protinus colon efficias. *Gell.* 19, 9 Ἀνακρεόντεια *vacantur verſus Anacreontici.* Anacreontia *vel* Anacreontica metra *pluſcula tradunt Grammatici. Sed ea, quae genuina ſuperſunt Anacreontis carmina, habent vt plurimum Iambum vel Anapaeſtum, vel Spondeum in prima regiane: in ſecunda et tertia Iambum: poſtremo loco ſyllabam Catalecticam. vt,*

Θέλω λέγειν Ἀτρείδας. — *Canam libens Atridas.*
Ἐπὶ μυρσίναις τερείναις. — *Teneris ſuperque myrtis.*
Χαίροιτε λοιπὸν ἡμῖν. — *Nobis valete poſthac.*

*Inueniuntur quidem alii pedes, ſed non videntur legitimi.*

ANACRISIS. [ἀνάκρισις] *Quaeſtio* l. Diuus Adrian. 6. D. de cuſtod. et exhibit. reor. Et ideo cum quis ἀνάκρισιν *id eſt quaeſtionem ſ. inquiſitionem* faceret, iuberi oportere venire Irenarchen, et quod ſcripſerit exſequi. *Conf.* Nouella 142, 2.

ANACTES. [ἄνακτες] *Vid.* ANACES.

ANACTORION. [ἀνακτόριον] *Herba, quae notioribus nominibus* ξιφίον *Graecis, et Latinis* Gladiolus *appellatur* Apul. de Herb cap. 10 et 78.

ANACTORIVS, a, um. Idem quod Acarnanius. *vt*, Anactoria ora Sil. 15, 299 *ab* Anactorea *oppido ad ſinum Ambracium, de quo* Plin. 4, 1.

ANĂDĒMA, *vel* ANADESMA, ătis. n. *Vtrumque enim reperitur* [ἀνάδημα *et* ἀνάδεσμα] *Faſciae, redimicula, varii generis taeniae ſic vocari poſſunt.* Lucret. 4, 1122 Et bene parta patrum, fiunt anademata, mitrae, *h. e. quae bona magno labore a maioribus parta ſunt et acquiſita, ex iis venditis anademata comparantur emunturque.* Paull. in l. 26 quamuis. D. de aur. et arg. legat. Ornamentorum eſſe conſtat quibus vti mulieres venuſtatis et ornatus cauſa coeperunt: neque referre, ſi quaedam eorum alium quoque vſum praebeant, ſicuti mitrae et anademata: quamuis enim corpus tegant: tamen ornamentorum non veſtis eſſe.

ANADENDROMALĂCHE. [ἀναδενδρομαλάχη] *Malua arboreſcens, quam Galen. 4 Therapeuticae eandem facit cum Althaea. Dicitur et* Hibiſcus *apud* Apul. de Herb. cap. 38.

ANADIPLŌSIS. f. [ἀναδίπλωσις] *Dici poteſt Reduplicatio. Eſt enim congeminatio dictionis in vltima parte verſus, et prima ſequentis ſiue vt* Aquila Rom. p. 20 *finit*, Cum ea, quae in ſuperiore membro poſteriora ponuntur, in poſteriore prima repetuntur. Virg. Ecl. 8, 55 Certent et cygnis vlulae: ſit Tityrus Orpheus, Orpheus in ſyluis inter delphinas Arion. Idem Ecl. 6, 20. *et* Aen. 10, 180.

ANĂDYŎMĔNE. [Ἀναδυομένη] *Emergens.* Plin. 35, 10 ſ. 36, 1 *inter Apellis opera*, Venerem exeuntem e mari diuus Auguſtus dicauit in delubro patris Caeſaris, quae Anadyomene vocatur, verſibus Graecis tali opere dum laudatur victo, ſed illuſtrato: cuius inferiorem partem corruptam qui reficeret, non potuit reperiri. Verum ipſa iniuria ceſſit in gloriam artificis. Conſenuit haec tabula carie: aliamque pro ea Nero principatu ſubſtituit ſuo, Dorothei manu.

ANAEA, *vel* ANAITIS, Regio Armeniae Plinio 5, 24 ſ. 20 *Ab hac dictam* ¶ 2 Anaitidem *deam colunt in primis Armenii ita more condito, vt vel nobilitate praeſtantes eius miniſterio dedicent filias, quae ibi corporis pudicitia in vulgus data, velut inde auguſtiores factae, mox traduntur viris, nemine non coniugia id genus alacriter oppetente. Haec Strabo l. 11 extr.* Plin. 33, 4 ſ. 24 Aurea ſtatua prima omnium

omnium nulla inanitate — in templo Anaitidis poſita dicitur, — numine gentibus illis ſacratiſſimo.

ANAITICVS lacus in Aſia circa *quem* probatiores calami naſcuntur Plin. 16, 36 ſ. 64.

ANĂGALLIS, idis. f. [ἀναγαλλὶς] *Herba, de qua* Plin. 25, 13 ſ. 92 Anagallida aliqui corchoron vocant. Duo genera eius, mas flore Phoenicio, femina caeruleo, non altiores palmo: frutice tenero, foliis puſillis, rotundis, in terra iacentibus: naſcuntur in hortis et aquoſis *etc.*

ANAGALLICVM *aliquoties legitur apud* Vegetium Veterinarium. *Sed nemo, quid ſit explicat.* Ali Gallici *nomen ſubſtituit ſemel Rhodius ad* Scribon. Comp. 83. Allii Gallici *Morgagn. Epiſt.* 4, 38. *Vid. Lexicon ruſticum noſtrum.*

ANAGLY̆PHA, *vel* ANAGLYPTA, ōrum. n. [ἀνάγλυφα, ἀνάγλυπτα] *dicuntur Vaſa aſpera, caelaturis eminentibus, inaequalibusque.* Plin. 33, 11 ſ. 49 Nunc anaglypha (*Hard.* anaglypta) in aſperitatemque exciſa, circa linearum picturas quaerimus. *Huius generis ſunt illa* fagina pocula *de quibus* Virg. Ecl. 3, 37 ſeqq. Martial. 4, 39 Nec mentis anaglypta de paternis. Seru. ad Aen. 5, 267 Cymbia aſpera ſignis *interpretatur* ἀνάγλυφα. *Vox medio aeuo familiaris: opponuntur* Cataglypha, *profunde caelata.*

ANAGLYPHARIVS, i. *Caelator.* Opifices, ſerui argentarii, laborioſi, anaglypharii Scholiaſt. Iuuenal Sat. 9, 145.

ANAGLYPTICVS, a, um. *i. e. Caelatus.* Sidon. Epiſt. 13, 9 Geruli caput plicantes anaglyptico metallo.

ANAGNIA. ['Αναγνία Ptolemaeo] Ciuitas Hernicorum in Latio, vbi Antonius ſorore Auguſti contemta, et Cleopatra in vxorem ducta, monetam feriri iuſſit. *Sic deſcribit* Seruius *ad* Virg. Aen. 7, 684 — quos diues Anagnia paſcit, *etc.* *Conf.* Sil. Ital. 8, 394 Quis putri pinguis ſulcaris Anagnia gleba. *Et* 12, 533 Surgit ſuſpenſa tumenti Dorſo frugiferis cerealis Anagnia glebis. *Add.* Cic. Att. 16, 8.

ANAGNĪNVS, a, um. Adi. Plin. 3, 5. Cic. Att. 12, 1. *et* 15, 26.

ANAGNOSTES, ae. m. [ἀναγνώστης] *Lector, ſeruus ad praelectiones in cibo aut alias faciendas.* Cic. Att. 1, 12 Eram conturbatior. Nam puer feſtiuus, anagnoſtes noſter, Soſitheus deceſſerat. *Et* Fam. 5, 9 Dicitur mihi tuus ſeruus anagnoſtes fugitiuus cum Vardaeis eſſe. *Sic* Nep. 25, 13, 3 In familia erant pueri literatiſſimi, anagnoſtae optimi. Lectores *appellauit* Suetonius Aug. cap. 78. Plin. Epiſt. 8, 1. *et* 3, 5, 12. *Iterum* Nepos 25, 14, 1 Nemo in Conuiuio eius aliud acroama audiuit, quam anagnoſten, neque vnquam ſine lectione coenatum eſt, vt non minus animo, quam ventre delectarentur conuiuae. Gell. 18, 5 pr. Puteolis aeſtiuarum feriarum *tempore* — nuntiatur, ἀναγνώστην quemdam, non indoctum hominem voce admodum ſcita et canora Ennii annales legere ad populum in theatro.

ANAGNOSTICVM, i. *Medii aeui vocabulum, pro ſcripto l. epiſtola.* Anagnoſtici fidem ſecutus Ennod. Ep. 1, 4. *Add.* Ep. 8, 5. *et C. du Freſne Gloſſ.*

ANAGŌGE, es. f. [ἀναγωγὴ] Receſſus ſubtilis, ſiue Excelſa, aut ſuperior intelligentia. Figura, quaſi Subductio, quum ſenſus ad altiora tollitur. Hieronym. in prol. Nahum. *Hinc*

ANAGOGICA, [ἀναγωγικὰ] *Myſtica ſunt, quae hominem mortalem ſublimia diuinaque meditando in caelum ſubuehunt. Et* ſenſus anagogicus dicitur, *quum ſenſus literalis (vt vocant) in ſpiritualem vertitur. Bud.*

ANAGRAMMA, ătis, *et* ANAGRAMMATISMVS, i. m. *Ingenioſa permutatio, vel tranſpoſitio literarum, in vna pluribusue dictionibus, vnde alia ſententia generatur. vt* Laudator *per Anagram.* Adulator. Galenus *per Anagr.* Angelus. 'Αναγραμματισμοῦ *mentionem facit Artemid. Oneirocr.* 4, 25. *Vid.* Voſſ. Etym. p. 240.

ANAGRAPHE, [ἀναγραφὴ] *Perſcriptio.* Vlpian. in l. vlt. D. de reb. authorit. iudic. poſſ. Anagraphen *vocat, quod alibi* Inuentarium, *et* repertorium, *et* ſynopſin *appellat.*

ANAGYROS, *vel* ANAGYRIS, ['Ανάγυρις] *Herba,* quam alii acopon vocant, fruticoſa eſt, grauis odore, flore oleris *etc.* Plin. 27, 4 ſ. 13 *Quod de odore dicit, aperit vim prouerbii* Anagyron mouere, *quod eandem nempe vim habet, quam illud* Camarinam mouere.

ANAITIS. *vid. paullo ante,* ANAEA.

ANALECTA, ōrum. n. [ἀνάλεκτα] *Reliquias ſub menſa interpretantur, quae, quod colligi debeant, id ſint ſortitae nomen.* Martial. 14, 82 In pretio ſcopas teſtatur palma fuiſſe; Sed pretium ſcopis nunc analecta dabunt. *Add.* Id. 7, 19 Analecta, quidquid et canes reliquerunt. *Sed alii, in quibus Scriuer. et Voſſ. Etymol. h. v. priore loco legunt,* Sed pretium ſcopis nunc Analecta dabit. *Et alterum ita diſtinguunt* Analecta quidquid, et canes reliquerunt. *Nempe*

ANALECTA, vel ANALECTES, [Gr. 'Αναλέκτης] *Seruus, cuius miniſterium tollere menſarum reliquias, quod in media etiam coena fieri, cum res ipſa monet, tum deſcriptio* coenae Naſidieni *apud* Hor. Sat. 2, 8, *o vbi poſt primum miſſum pergit Poëta,*

His vbi ſublatis puer alte cinctus aceruam
Gauſape purpureo menſam perterſit, et alter
*Sublegit*, quodcunque iaceret inutile, quodque
Poſſet coenantes offendere.

*Hinc intelligi poteſt lepidus locus* Senecae, *qui totus apponendus eſt:* Calviſius Sabinus, *infelicis memoriae homo,* nihilominus eruditus volebat videri. Hanc itaque compendiariam excogitauit. Magna ſumma emit ſeruos, vnum qui Homerum teneret, alterum qui Heſiodum, nouem praeterea Lyricis ſingulos aſſignauit. — Poſtquam haec familia illi comparata eſt, coepit conuiuas ſuos inquietare. Habebat ad pedes hos, a quibus ſubinde cum peteret verſus quos referret, ſaepe in medio verſu excidebat. Suaſit illi Satellius Quadratus — vt Grammaticos haberet Analectas *Manifeſtum ergo eſt,* Analectas *in menſae miniſterio eſſe, qui tollant, quae decidere vel relicta ſunt, ne quid pereat, ne quid offendat conuiuas. De hoc officio agitur* Petron. c. 34 Inter tumultum, cum forte parapſis excidiſſet, et puer iacentem ſubtuliſſet, animaduertit Trimalchio, ac proiicere rurſus parapſidem iuſſit. Inſecutus eſt *lecticarius,* argentumque inter reliqua purgamenta ſcopis coepit verrere. *Qui hic* Lecticarius *in omnibus libris, bene an ſecus non diſputamus, vocatur,* Analecta *eſt. Heinſius legere etiam iubet* Analecta micarius: *Burmannus malit* Analectarius. *Huc etiam reſpici putatur a* Sen. Epiſt. 47 Quod cum ad coenandum diſcubuimus, alius ſputa detergit, alius reliquias temulentorum ſubditus colligit. *Sed poteſt hoc turpius et obſcenius officium denotari. Conf. quae modo ſub* Analecta, orum *ex Martiale dedimus. vid.* Voſſ. Etymol. p. 27.

ANALECTRIDES, [ἀναλεκτρίδες] *dici putant, quibus e xylino, lino, vel quauis materia, puellae tanquam puluillis conſtipant ſcapulas prominentes, vt videri habitiores poſſint.* Ouid. de Arte Am. 3, 273 Conueniunt tenues ſcapulis analectrides altis: Auguſtum circum faſcia pectus eat. *Sed magna eſt lectionis varietas. Vid.* Cael. 13, 31. Turneb. Aduerſ. 4, 23, *qui coniiciebat* Oractides. *v. v. Sed* Analectrides *Burm. qui dabit reliqua volentibus.*

ANALEMMA, [ἀνάλημμα] eſt ratio conquiſita Solis curſu, et vmbrae creſcentis, a brumae obſeruatione inuenta, e qua per rationes architectonicas circinique deſcriptiones eſt inuentus effectus in mundo. Vitruu. 9, 4. *Conf. Turneb. Adu.* 1, 19. *Bald. in Lex. Vitruu. Salmaſ. in Solin.* p. 520. *Omnia huc redeunt* Analemma *ſola longitudinis vmbrarum obſeruatione conſtat, qua vtebantur Aſtronomi diu ante inuenta horologia, quorum fundus et baſis eſt* Analemma. *Sunt apud* Vitruuium *etiam Genit.* Analemmatos, *et Plur.* Analemmatorum.

ANĂLĪMŌTĬCVS, a, um. [ἀναλιμωτικὸς] *Famem pellens; vt* Cibi analimotici Th. Priſc. 2, 24.

ANALOGIA, ae. [ἀναλογία] *Proportio. Propria Geometrarum vox fuit initio apud Graecos, qua indicarent ſimilitudinem rationis. v. g. vt ſe habent duo ad quatuor, ſic quatuor ad octo, ſic tria ad ſex* etc. *Sic* Analogia *eſt, qua vſus apud* Gell. 1, 1 *Pythagoras, primo collegit,* modum ſpatiumque plantae Herculis — tanto fuiſſe quam aliorum procerius, quanto Olympicum ſtadium longius eſſet, quam caetera: *et,* quod erat conſequens, tanto fuiſſe Herculem corpore excelſiorem, quam alios, quanto Olympicum ſtadium caeteris pari numero (*pedum*) factis anteiret. Quinct. 5, 11, 34 'Αναλογίαν quidam a ſimili ſeparauerunt. Nos eam ſubiectam huic generi putamus. Nam, vt vnum ad decem, ſic decem ad centum, ſimile certe eſt: et, vt hoſtis, ſic malus ciuis. Quamquam haec vlterius quoque procedere ſolent. Si turpis dominae conſuetudo cum ſeruo, turpis domini cum ancilla; ſi mutis animalibus finis voluptas, idem homini *etc.* *Ita apud* Martian. Capellam l. 6 p. 232 'Ανάλογος collatio. *i.* Analogia eſt, cum linea ab alia duplo victa aliam tantundem ſuperat. *Hanc* Analogiam *intelligit* Cic. de Vniu. 12 c. 4 *extr.* Vinculorum id eſt aptiſſimum atque pulcherrimum, quod ex ſe atque de his, quae adſtringit, quam maxime vnum efficit. Id optime aſſequitur, quae Graece ἀναλογία, Latine comparatio proportioue dici poteſt. Quando enim trium vel numerorum vel figurarum vel quorumcunque generum contingit, vt quod medium ſit, vti (*videtur inſerendum* ſibi) primum proportione, ita id poſtremo comparetur, viciſſimque vt extremum cum medio, ſic medium cum primo comparetur. Seneca Epiſt. 120 poſt pr. Per analogian noſtro intellectu et honeſtum et bonum iudicante. Hoc verbum cum Latini Grammatici ciuitate donauerint, ego damnandum non puto, nec in ciuitatem ſuam (*Graecam*) redigendum. Vtar ergo illo non tanquam recepto, ſed tanquam vſitato. Quae ſit haec analogia, dicam. Noueramus corporis ſanitatem: ex hac cogitauimus, eſſe aliquam et animi - noueramus corporis vires: his collegimus, eſſe et animi robur *etc.* ¶ 2 *Hinc migrauit* Analogia *ad Grammaticos, vbi ita eam definit* Varro de L. L. 9, 4 p. 141, 14 Analogia eſt verborum ſimilium ſimilis declinatio: *ac ſaepiſſime alias in libris, qui ſuperſunt, eo nomine vtitur.* Iulii Caeſaris de Analogia *hac Grammatica ſaepe laudantur a* Gellio *et aliis.* Quinctil. 1, 6, 3 — Analogia, quam proxime ex Graeco transferentes in Latinum, proportionem vocauerunt. Eius haec vis eſt, vt id, quod dubium eſt, ad aliquid ſimile, de quo non quaeritur, referat, vt incerta certis probet. *Et,* 1, 6, 16 Non enim, cum primum fingerentur homines, analogia demiſſa caelo formam loquendi dedit, ſed inuenta eſt poſtquam loquebantur, et notatum in ſermone, quid quoquo modo caderet; nec lex eſt loquendi, ſed obſeruatio, vt ipſam analogiam nulla alia res fecerit, quam conſuetudo *etc.* Idem 1, 6, 11 *Dixerat* Analogia tueri dictum. *Non recte huc laudabant* Cic. de Fin. 3 c. 6. *Ibi enim non* Analogiam, *ſed* ὁμολογίαν *habent libri optimi. Melius huc refertur* Att. 6, 2 Primo me ἀναλογία deceperat.

ANALOGVS, a, um. [ἀνάλογος] *Proportione reſpondens.* Varro de L. L. 9, 3 p. 133, 26 Ex eodem genere quae res inter ſe aliqua parte diſſimiles rationem habent aliquam; ſi ad eas duas alterae res duae conlatae ſunt, quae rationem habeant eandem: quod ea verba bina habent eundem λόγον, dicitur vtrumque ſeparatim analogon; ſimul conlata quatuor, analoga — Cum dicimus eandem rationem habere aſſem ad ſemiſſem, quam habet in argento libella ad ſembellam, quid ſit analogon oſtendimus. *Habet ex loco plura* Varro, *quibus Geometrarum* Analogiam *cum Grammatica contendit.*

ANALOGĬCVS, a, um. *vt,* Libri analogici, *nempe* Caeſaris, *apud* Gellium 4, 16. *i.* de Analogia, *illa Grammatica ſcripti.* Senarius analogicus Mart. Capell. 7 p. 240.

ANALOGISTA [ἀναλογίστης] *Tutor vitioſe legebatur olim pro* ANECLOGISTVS. *v. v.*

ANALYSIS, [ἀνάλυσις] *Reſolutio, Retexio complexionis ad ipſius principia. Quum compoſitum aliquid in ſuas ſimpliciſſimas partes, vel in ſua principia reſoluitur, vt Ariſtoteles oſtendit primo Analyt. vt patet item in elementis Euclidis* 13 *pr.* 1. 2. 3. 4. 5.

ANALYTĬCA, [ἀναλυτικὰ] Reſolutoria: *volumina* ſ. libri Reſolutorii *vt vocat* Boëth. in libr. de interpr. p. 394 fin. *Nempe ſic inſcribuntur quatuor libri Ariſtotelis in Organo, quibus illam* Analyſin *docet.*

ANAMNĒSIS, is. f. [ἀνάμνησις] *Figura: Commemoratio eius rei, quam oblitos fuiſſe nos fingimus. Vid.* Iſidor. 2, 21. Quinctil. 9, 2.

ANANCAEVM. *Vrnale poculum interpretatur* Turnebus, Aduerſ. 21, 12. *Nam cum* ἀνάγκη *ſit vrna iudicialis, quidni Vrnale poculum* Anancaeum *dicatur? Fundus eſt* Plaut. Rud. 2, 3, 33 *de naufrago,* Perit potando, opinor: Neptunus magnis poculis cum hac nocte inuitauit. TR. Credo hercle anancaeo datum quod biberet. *Quidquid ſit de vrna* ἀνάγκη. *Alludit certe ad Etymon,* neceſſarium. Varro apud Nonium, 15, 36 Ad Sybaritanam praedam, in qua ſunt tripodes, craterae, anancaea pocula nobilium Tarentinarum. *Sic Canterus apud Mercerum, qui dedit* anancaea populo nob. Tar. *et* Anancas *ait maius vas, quam vt eo biberetur. Vid. Taubm. ad l. c. Plauti.* ¶ 2 Anancaeon *Schema memorat* Rutil. Lupus l. 1 p. 6 cum volumus oſtendere neceſſitudinem aut naturae, aut temporis, aut alicuius perſonae.

ANANCHĪTIS, Gemma: *de qua* Plin. 37, 11 ſ. 73 Ananchitide in hydromantia dicunt euocari imagines deorum. Synochitide vmbras inferorum euocatas teneri. Repetit Iſid. Orig. 16, 14 *vbi* Anancitide *legitur in edit.* A. 1489. *Quemadmodum ſcribi debere cenſet* Turnebus 1, 17 *nomenque eſſe adeptam a neceſſitate, quae* ἀνάγκη *eſt.* Anagogitide *malit Salmaſ. ad* Solin. p. 768, a E. *ab verbo* ἀνάγειν *reducere: qui tamen etiam* 'Αναγκίτην *agnoſcit, de quo vid.* ANACHITES.

ANANTAPODŎTON. [Ἀνανταπόδοτον] *Schema Graecum, Atticae linguae proprium, Oratio ſcilicet vno membro defecta, cum protaſi non reſpondet apodoſis, quam ſcilicet coniectura adſequi poſſe videatur auditor vel lector. Et eſt finitima figura Apoſiopeſi. Hic deſideratur, quod reſpondeat verbis:* Si acceperit. *Nimirum ſuſtinet ſe Cicero, et non ſubiungit* Bene eſt, *vel ſimile quid: cum ipſe adhuc dubius ſit.* Cic. Att. 7, 18 Reſponſa Pompeii grata populo et probata concioni eſſe dicuntur. Ita putaram. Quae quidem ſi ille repudiarit, iacebit: ſi acceperit? Vtrum igitur, inquies, mauis? Reſponderem, ſi quemadmodum parati eſſemus ſcirem.

ANĂPAESTVS. [ἀνάπαιστος] *Pes ex duabus ſyllabis breuibus, et tertia longa, inuerſus Dactylus,* ſ. retroactus, *vt ait* Quinct. 9, 4, 81, *vt* Vĕnĕrī. Cic. Tuſc. 2, 37 c. 16 Nec adhibetur vlla ſine anapaeſtis pedibus hortatio. Idem de Orat. 3, 182 c. 47 *Vbi* cum dactylo et ſpondeo pes herous *dicitur.* *Add.* Sidon. Epiſt. 9, 15. ¶ 2 *Pro genere carminis* Anapaeſtus Ariſtophaneus Cic. Orat. cap. 56. *Illum ſic declarat* incertus ſcriptor, *qui Cenſorino ſubiici ſolet*, c. 14 p. 225 Axena ponti per freta Colchos denique delatus adhaeſi. Recipit pedes quaternorum temporum. Omnes implet pedes, praeter ſemipedem. Anapaeſtus octonarius: Ore beato lumine volitans: qui per caelum candidus equitas. Recipit eosdem pedes, praeter ſemipedem. *Infinita ſunt, quae habent Grammatici Putſchiani.*

ANAPAESTVM, i. n. *pro Genere* carminis. Cic. Tuſc. 4, 57 c. 24 Nec ſiletur illud potentiſſimi regis Anapaeſtum (*al.* anapaeſticum) Idem in Orat. 190 c. 56 Elegit ex multis Iſocratis libris triginta fortaſſe verſus Hieronymus, Peripateticus inprimis nobilis, pleroſque ſenarios, ſed etiam anapaeſta.

ANAPAESTĬCVS, Adi. *vt*, Anapaeſticus verſus, *qui conſtat Anapaeſtis. Saepe Grammatici, v. g.* Mar. Victorin. pag. 2525 Putſch. Purum Anapaeſticum (*carmen*) tale eſt: Niret aurea purpureae Veneris coma roſcida lactea ceruix, quod eſt tetrametrum Catalecticum. *Apud* Terentian. p. 2425 Anapaeſticus *tali verſu deſcribitur,*

Anapaeſtus ineſt quater; vltimus Antibacchos.
Similem dabo verſiculum magis vt probetur:
Tibi naſcitur omne pecus, tibi creſcit haedus.

*Et mox;* Generi datur auctor huic vetus Archebulus, *Nempe ab hoc dicitur Archebulicum.*

ANAPAVOMENE. [Ἀναπαυομένη] Acquieſcens *ad verbum* Plin. 35, 10 ſ. 36, 19 *de Ariſtide*, Pinxit et currentes quadrigas, et ſupplicantem paene cum voce. Et venatores cum captura. Et Leontionem pictorem. Et Anapauomenen propter fratris amorem morientem. *Vltimam vocem e MSS. expungit Hard. et intelligit Byblida, amoris in fratrem impatientia mortuam. Ego intelligebam ſimpliciter quieſcentem, quam pinxerit in fratris ſui gratiam. Sic*

ANAPAVOMĔNOS, [ἀναπαυόμενος] *quieſcens* Plin. 35, 10 ſ. 36, 20 Satyrus hic eſt, quem Anapauomenon vocant, ne quid deſit temporis eius ſecuritati, tibias tenens *inter Protogenis opera. Etiam*

ANAPAVOMENOS [Ἀναπαυόμενος] *Fons eſt* Plin. 2, 103 In Dodone Iouis fons quum ſit gelidus, et immerſas faces extinguat, ſi extinctae admoueantur accendit. Idem meridie ſemper deficit: qua de cauſa Anapauomenon vocant. Mox increſcens ad medium noctis exuberat: ab eo rurſus ſenſim deficit.

ANAPHALIS, [ἀναφαλὶς] *Videtur corruptum nomen Herbae, quae* Gnaphalium, et Centunculus *appellatur* Plin. 27, 10 ſ. 61. *et* 24, 15. ſ. 88.

ĂNĂPHE, [Ἀνάφη] *Inſula eſt vna Sporadum, inter Theraſiam et Aſtypalaeam, quam* Plin. 2, 8 *enumerat inter eas, quae diu aquis tectae tandem emerſerunt.* Ammian. 17, 7. Ouid. Met. 7, 461.

ANAPHŎRA, ſeu EPANAPHŎRA, [ἀναφορὰ] *Ad verbum,* Relatio *eſt.* Aſcon. Pedian. in Diuin. in Caec. 3 c. 1 Cum Anaphora ſit ad perſonam Siculorum. *i. cum referantur vel introducantur loquentes Siculi. De eadem re* Aſcon. *ad* 28 c. 9 Amariora dicturus ad Siculorum perſonam contulit cuncta. ¶ 2 *Figura dictionis eſt, quam ita definit* Beda *ap. Pithoeum* p. 344 eſt relatio, cum eadem dictio plus ſaepiusue per principia verſuum (*i. commatum ſ. inciſorum, aut membrorum adeo*) repetitur. *Splendida et multiplex* Anaphora *eſt in illo* Cic. de Haruſp. Reſp. 12 c. 6 De ſacris publicis, de ludis maximis, de Deorum Penatium Veſtaeque Matris cerimoniis, de illo ipſo ſacrificio, quod fit pro ſalute populi Rom. quod poſt Romam conditam huius vnius caſti tutoris religionum ſcelere violatum eſt, quod tres pontifices ſtatuiſſent, id ſemper populo Rom. ſemper Senatui, ſemper ipſis Dis immortalibus ſatis ſanctum, ſatis auguſtum, ſatis religioſum eſſe viſum eſt. Ad Herenn. 4, 19 c. 13 *Simpliciter vocatur* Repetitio, cum continenter ab vno atque eodem verbo in rebus ſimilibus et diuerſis principia ſumuntur, hoc modo, Vobis iſtud attribuendum eſt, vobis gratia habenda, vobis res iſta erit honori *etc.* *Sic* Virg. Aen. 1, 665 Nate, meae vires, mea magna potentia ſolus: Nata patris ſummi qui tela Typhoëa temnis. Add. Aen. 4, 369. ¶ 3 Anaphorae *etiam et* Epanaphorae, *Scanſiones ſeu Aſcenſiones ſignorum vocantur ab Oriente circumactu mundi quotidiano factae: non aequales, ſed ex inclinatione caeli varia, nunc maiores, nunc minores.* Firmicus 3, 3 Sed iſtis tamdiu vitiis laborabit, quoad ſigni eius fuerit anaphora completa Plin. 7, 49. Negauere illi quenquam XC partium exortiuam menſuram (quod anaphoras vocant) tranſgredi, et has ipſas incidi occurſu maleficorum ſiderum, aut etiam radiis eorum, Solisque? *vid. quae ibi Harduin.*

ANAPHORICVS, a, um. *i. Relatiuus. vt,* Prologus anaphoricus, *vid.* PROLOGVS. ¶ 2 Vitruu. 9, 9 Anaphorica Horologia, *quae* Anaphoras, *de quibus modo* n. 3. *dictum, indicant. Sic nempe legendum, non* Anaporica. ¶ 3 Anaphorici, [ἀναφορικοὶ] *dicuntur apud Paullum Aeginetam, Aegre pituitam craſſiorem reiectantes e pectore.* Nam *ἀναφέρεσθαι, Surſum ferri ſignificat. Cael. Antiq. Lect.* 16, 3. *Hinc explicari poteſt* Firmic. 3, 13 Mercurius cum Marte anaphoricos faciet cardiacos, oligochronios, et infelices.

ANAPHYSEMA, [ἀναφύσημα] Apuleius, De mundo pag. 242. Anaphyſemata Graeci eos nuncupant ſpiritus, qui de fundo vel hiatibus terrae exploſi, ad ſuperna maris ſolent deuenire. *Vid. Cael. Rhod.* 20, 19.

ANĀPIS. [Ἄναπις] *Siciliae fluuius, decem ſtadiis a Syracuſis in mare defluens.* Ouid. Met. 5, 417 *Perſonam facit, amatorem Cyanes fontis. Id.* Faſt. 4, 469 Praeterit et Synanen, et fontes lenis Anapis. *Sed* de Pont. 10, 26 Anapus *editur: vt et* Sil. 14, 516. ¶ 2 Anapis ſ. Anapus *et* Amphinomus, Fratres Pii. *Vid.* FRATER.

ANAPLĒRŌSIS, is. f. [ἀναπλήρωσις] *Repletio chirurgica. Hinc*

ANAPLEROTĬCVS, a, um. *vt*, Anaplerotica medicamenta, *quae alta vulnera carne complent.* Veget. 2, 26, 2.

ANAPŎRĬCVS, a, um. [ἀναπορικὸς] *vt*, Horologia hyberna anaporica Vitruu. 9, 9. *Sed leg.* Anaphorica. *v. v.*

ANARCHVS, i. m. [ἄναρχος] Principio carens, *vt* Ambroſ. lib. Hexaëm. *interpretatur.*

ANARRHINVM, [ἀνάῤῥινον] *Quod et* ANTIRRHINVM. Plin. 25, 10 ſ. 80. Antirrhinon vocatur ſiue Anarrhinon, ſiue lychnis agria, ſimilis lino, radice nulla, flore hyacynthi, ſemine vituli narium, *a qua ſimilitudine nomen videtur habere. Conf.* Apul. de Herb. c. 86.

ANARTES, ium. m. pl. *Populi Dacis vicini;* Caeſ. Bell. Gall. 6, 25.

ANAS, ătis. f. [νῆττα] Auis a nando dicta, *auctore* Varr. de L. L. 4, 13. *Conf.* Cledon. p. 1911, 37 *Putſch.* Anas femina. Anas maſculus Scribon. 177. Anas maſcula Plin. 30, 7 ſ. 20. Plaut. Capt. Quaſi patriciis pueris aut monedulae, Aut anates, aut coturnices dantur quîcum luſitent. Martial. 13, 52 Tota quidem ponatur anas, ſed pectore tantum, Et ceruice ſapit, caetera redde coco Et pictis anas enouata pennis Petron. c. 93. Anatium ſtabula Varr. R. R. 3, 5, 14. Cic. de Nat. Deor. 2, 124 c. 48. Anatum oua gallinis ſaepe ſupponimus, e quibus pulli orti primum aluntur ab iis, vt a matribus, a quibus excluſi fotique ſunt. Deinde eas relinquunt, et fugiunt ſequentes, cum primum aquam, quaſi naturalem domum videre potuerunt. Gell. 17, 16 *ex* Pompeio Lenaeo (*poſt* Plin. 25, 2 ſ. 3. *et* 29, 17 ſ. 33) Anates Ponticas edundis vulgo venenis victitare: — et ſolitum Mithridatem earum ſanguinem miſcere medicamentis, quae digerendis venenis valent, eumque ſanguinem vel potentiſſimum eſſe in ea confectione. Col. 6, 7, 1 Ventris et inteſtinorum dolor ſedatur viſu nantium, et maxime anatis, quam ſi conſpexerit cui inteſtinum dolet, celeriter tormento liberatur. Eadem anas maiore profectu mulos et equinum genus conſpectu ſuo ſanat. *Modeſtius* Plin. 30, 7 ſ. 20 Anate appoſita ventri, tranſire morbum, anatemque emori. *Conf.* Veg. Mulom. 5, 3, 7. *Generatim de anatibus, vid.* Varr. R. R. 3, 11. Col. 8, 15, 1. *Subiiciamus vnam alteramque deſcriptionem.* Varro *ap.* Non. 6, 65. Neque quaſſagipennas anates, tremipedas, buxeis roſtris pecudes, paludibus nocte nigra ad lumina lampadis ſequens. Auſon. Epiſt. 3, 11 Tum quas vicinae ſuggeſſit praeda lacunae, Anates maritas (*totidem turdis*) iunximus, Remipedes, lato populantes caerula roſtro, Et crure rubras punico. Iricolor vario pinxit quas pluma colore, Collum columbis aemulas. Ouid. Met. 11, 773 Fugit, veluti longe lacu deprenſa relicto Accipitrem fluuialis anas. ¶ 2 Anatem Morbum anuum dicebant: *i.* Vetularum: ſicut Senium, Morbum ſenum. Feſtus. Gloſſ. Anas γῆρας κατ᾽ ὀργὴν θεῶν. Antas (ſ. Anitas) γερουσία. Antites (ſ. Anitates) γερουσίαι. Anet γηρᾷ, Annas θεοχολωσία ἢ μῆνις. Gloſſ. al. Anitas γραότης. *Haec omnia Scaliger* ad Feſtum *qui etiam addit* Apul. Met. 1 p. 105, 29 Ab vnico congreſſu annoſam ac peſtilentem contraho, *id eſt θεοχολωσίαν. Illud* ac *poſt* annoſam *omittit Scaliger. Sed habent omnes libri. Beroaldus iam cum* Apuleio Feſtum *compoſuerat. Sed eſt difficultas, quam non extricamus.*

ANATICVLA. Dimin. [νηττάριον] *Parua anas, aut aquatilis auicula, anati forma perſimilis, ſed multo minor.* Plaut. Aſin. 3, 3, 103 Dic igitur me anaticulam, columbam, vel catellum. Cic. de Fin. 5, 42 c. 15 Serpere anguiculos, euolare merulas, nare anaticulas, cornibus vti videmus boues.

ANATĪNVS. Adi. denom. [νηττινὸς] Plaut. Rud. 2, 6, 49 Vtinam fortuna nunc ego anatina vterer, Vt poſtquam exiuiſſem ex aqua arerem tamen. *Subſtantiue* Petronius cap. 56. Mihi iubent ſaepe anatinam parari, *int. carnem. vid.* ibi Not. Burm. p. 275.

ANATĀRIVS. Adi. Vet. Gloſſ. Νηττοφύλαξ Anatarius, *i. Cuſtos anatum.* Item, Anataria aquila, *quae anates circa lacus venatur* Plin. 10, 3 *Aeliano νηττοφόνος.*

ANAS, *pro Fluuio, vid.* ANA.

ANASCĒVE, es. f. [ἀνασκευὴ] *Deſtructio rei propoſitae, cui opponitur* Cataſceue. *vid.* Iſidor. 2, 12. *et* Quinctil. 2, 4, 18 Opus deſtruendi confirmandique narrationes, quod ἀνασκευὴ et κατασκευὴ vocatur.

ANASTASIS, is. f. [ἀνάστασις] *Reſurrectio.* Lactant. 7, 23, 2 De anaſtaſi Philoſophi quoque dicere aliquid conati ſunt. Anaſtaſin mortuorum futuram eſſe conſentiunt Id. ib. n. 5.

ANASTOMŌSIS f. [ἀναστόμωσις] *Sanguinis per ſputum reiectio, quae fit* alicuius venae ore patefacto Celſ. 4, 4, 5 *et* Cael. Aur. chron. 2, 10 ſ. 12 *inter* differentias fluoris ſanguinis *ponit* oſculationem, quam Graeci Anaſtomoſin vocant.

ANASTOMOTICA. Celſ. 5, 18, 25 Sunt etiam quaedam malagmata, quae ἀναστομωτικὰ Graeci vocant, quoniam aperiendi vim habent. Cael. Aur. acut. 3, 4, 40 Vnguentis acrioribus vtitur, et prouocatiuis, et apertiuis, quae anaſtomotica appellant.

ANASTRŎPHE, es. f. [ἀναστροφὴ] *Inuerſio dicitur.* Eſt enim (vt docet Diomedes p. 246) Duorum verborum mutatus ordo *vt,* Italiam contra, *pro* Contra Italiam. Saxa per *etc.* Virg. Georg. 3, 276 Anaſtrophe, inuerſionis vitium Quinctil. 1, 5, 40. *Add.* 8, 6, 65. *vbi de ordinis mutatione*, Verum id cum duobus verbis fit, ἀναστροφὴ dicitur *Reuerſio* quaedam, qualia ſunt vulgo *Mecum*, *Secum;* apud oratores et hiſtoricos, *Quibus de rebus.*

ANATARIVS, *vid.* ANAS.

ANATHĒMA, ătis. n. [ἀνάθημα] *Donarium, quod dicatum diis ſuſpenditur in parietibus et columnis templi:* Inſigne tegens anathema fauillis Prudent. Pſychom. v. 540. *de Achare, vt ibi vocatur, qui de praeda Hierichuntis deo deuota auertere quaedam et amouere in tentorium ſuum auſus eſt.* Anathema *igitur res Deo dicata, licet in templo nondum dedicata, quod proprie ἀνατιθέναι eſt, vel ἀναθεῖναι.*

ANĂTHĔMA, ătis. [ἀνάθεμα] Anathemata, *dicti ſunt Homines ſacri, quorum capita diis inferis dicata ſunt, et deuota: quemadmodum etiam Latini veteres* SACRVM *etiam in malum ſenſum vſurpabant. Budaeus.* Diuus Hieronymus in 1 cap. Epiſt. ad Galat. Anathema dicit verbum eſſe proprie Iudaeorum: *interpretaturque* Deteſtationem. Idem ad Algaſiam quaeſt. 9. *tradit* interdum ſignificare quod Occiſionem. Idem Zachar. Proph. cap. 14. *interpretatur* Maledictionem et Abominationem. *Sed Salmaſ. Exerc. Plin.* p. 767, *in alia omnia abit, et nihil aliud hac voce ſignificari contendit, quam ſeparationem ab Eccleſia, e notione verbi ἀναθέσθαι, quod aliter ponere, ſitum alicuius rei mutare, ſignificat. Poſſunt iſta cum ſolenni et antiqua interpretatione conciliari cum ſeparationem ab Eccleſia de ſententia eorum, qui aliquem excluderent, mala illa horribilia conſequerentur.* Anathematis ſententia ferire Auguſtin. Ep. 75 *pr.* Anathematum vinculis innodare Eccleſiaſtici Patres *ſaepius*

ANATHEMATIZARE. [ἀναθεματίζειν] *Deuouere, deteſtari* Hieron. Epiſt. 75. Si haec quotidie non anathematizarem. *i. Deteſtarer*

er. Tota domus anathematizata eſt Auguſtin. Epiſt. 75. *Salmaſ. in* Tertull. de Pallio, p. 225 *teſtatur, in priſcis libris etiam* Anathemare t Anathematus *reperiri, pro* Anathematizare *etc. quod ex* Gloſſis *et* xemplis *confirmat C. du Freſne.*

ANATHYMIASIS, is. f. [ἀναθυμίασις] *Vapor et exhalatio.* Petron. cap. 47. Anathymiaſis ſi in cerebrum it, in toto corpore fluctum facit. *Sic* Octau. Horat. 2, 1 Quibus ex Anathymiaſi caput fuerit inquietatum. *Plura Reineſ. ad* Petron. l. c.

ANATINVS, *vid.* ANAS.

ANATOCISMVS, i. m. [ἀνατοκισμός] *Eſt Vſurae anniuerſaria renouatio, et quas vſuras vſurarum vocant.* Cic. Att. 5, 21 Interim quum go in edicto translaticio centeſimas me obſeruaturum haberem cum natociſmi (*al.* anatociſmo) anniuerſario, ille ex ſyngrapha poſtulabat quaternas. Ibidem, Clamare omnes qui aderant, nihil impudentius Scaptio, qui centeſimis cum anatociſmo contentus non eſſet. Anatociſmus anniuerſarius, *cum ſingulis annis ad ſortem adiiciuntur et computantur vſurae vſurarum, ſed non in infinitum, vt harum vſurarum pro vſuris debitarum aliae denuo vſurae exigantur. Verum hoc modo. Debeantur vſurae nomine primo anno* 1000. *altero debebuntur et horum vſurae, v. g.* 50, *ſumma* 2050: tertio 3100: quarto 3150 *etc. vt de acceſſionibus* 50, 100, 150 *nouae vſurae non accedant.*

ANATOLE. [ἀνατολή] *Locus vnde exoritur ſol, et Ipſe ſolis exortus: hinc item* vna Horarum *apud* Hyginum Fab. 183.

ANATŎME. [ἀνατομή] Inciſio *Latinis dicitur, vt* Celſo. *Aliis* Diſſectio, confectio, *maxime corporum membrorumque humanorum, quam medici faciunt.* Gell. 10, 10 Inſectis apertisque humanis corporibus, t mos in Aegypto fuit, quas Graeci ἀνατομὰς appellant, repertum eſt. *De inuentione Anatomes. Vid.* Plinii Valer. *locum apud Barth. Aduerſ.* 3, 4.

ANATOMICE, es, et ANATOMICA, ae. f. Macrob. Saturn. , 15 Plato nec anatomica quae Medicinae propria eſt, abſtinuit.

ANATOMĬCI. *Anatomes periti.* Macrob. Saturn. 7, 13 Sed libris natomicorum poſtea conſultis, verum reperi. Ammian. 28, 26.

ANATŎNVS, a, um. [ἀνάτονος] *Surſum tendens.* Vitruu. 10, 15 i capitula altiora, quam erit latitudo, facta fuerint, quae Anatona icuntur *etc.*

ANAVROS. [Ἄναυρος] *Fluuius Theſſaliae, quaſi abſque aura dictus.* Lucan. 6, 370 Quique ne humentes nebulas, nec rore madentem Aëra, nec ventos tenues ſuſpirat Anauros. *Fluit ex Pelio, Theſſaliae monte. Sunt qui etiam Nilum hoc nomine vocent, quod nullas exſpiret auras: vt teſtatur* Plin. 5, 9. *De hoc fluuio ſiue potius torrente plura Apollonius Argon.* 6.

ANAVSIS. [Ἄναυσις] *Alanorum Heniochorumque rex, procus Medeae. Sed pater virginis Aeetes, Styro Albaniae regi, repudiato illo, filiam deſpondere maluit: a quo Anauſis poſtea, quum forte fortuna ſe rivali obtuliſſet, interfectus fuit. Hiſtoriam habet* Valer. Argon. 6, 44.

ANAXĂGŎRAS. [Ἀναξαγόρας] *Clazomenius philoſophus, phyſicus, de* quo Val. Max. 8, 7 *extr.* 6 Quali ſtudio Anaxagoram flagraſſe credimus, qui cum e diutina peregrinatione patriam repetiſſet, poſſeſſionesque deſertas vidiſſet, Non eſſem, inquit, ego ſaluus, niſi iſtae periiſſent. Cic. Ac. 4, 72 Anaxagoras niuem nigram dixit eſſe: ferres me, ſi ego idem dicerem? *Repetit* Lactant. 3, 23, 11. Lucret. 1, 830 Nunc et Anaxagorae ſcrutemur ὁμοιομέρειαν, *h. e. ſimilares particulas, eandem, quae totius eſt, rationem obtinentes, quas principia eſſe rerum Anaxagoras docuit. De ſententiis illius de Deo* Cic. de Nat. Deor. 1 c. 10. Lactant. 1, 5, 18 *nempe, eſſe* infinitam mentem, quae per ſe ſe ſam moueatur.

ANAXARCHVS. [Ἀνάξαρχος] Philoſophus Abderita, ſectator Democriti, *de quo* Cic. Tuſc. 2, 52 c. 22 De Anaxarcho Democritico cogitetur, qui cum Cypri in manus Nicocreontis regis incidiſſet, nullum genus ſupplicii deprecatus eſt, neque recuſauit. *Adde* Val. Max. 3, 3 *extr.* 4 *Genus ſupplicii indicat* Ouid. in Ibin 571 Aut vt Anaxarchus pila minuaris in alta. *In hac pila dixiſſe fertur illud nobile* Tunde, tunde Anaxarchi follem! Anaxarchum non tundis.

ANAXĂRĒTE. [Ἀναξαρέτη] *Puella Cypria, ex Salamine oppido, forma inſignis, et regia ſtirpe ſuperba, quam quum Iphis, infimae ſortis iuuenis perditiſſime amaret, et ab ea ludibrio haberetur, doloris impatientia, ſeſe ad fores eius ſuſpendit: cuius funus quum Anaxarete ſiccis immotisque oculis intueretur, in ſaxum eſt conuerſa. Fabulam narrat* Ouid. Met. 14, 799 Viderat a veteris generoſam ſanguine Teucri Iphis Anaxaretem *etc.*

ANAXILAVS. [Ἀναξίλαος] Meſſenius, qui Meſſanam in Sicilia condidit, fuit Rheginorum tyrannus. Is quum paruos relinqueret liberos, Mycitho ſeruo ſuo commendaſſe contentus eſt. Is tutelam ſancte geſſit, imperiumque tam clementer obtinuit, vt Rhegini a ſeruo regi non dedignarentur. Perductis deinde in aetatem pueris, et bona et imperium tradidit: ipſe paruo viatico ſumto profectus eſt: et Olympiae cum ſumma tranquillitate conſeniuit. *Haec* Macrob. Saturn. 1, 11. *Eadem* Iuſtin. 4, 2. 4.

ANAXĬMANDER. [Ἀναξίμανδρος] *Eiusque auditor*

ANAXĬMĔNES, [Ἀναξιμένης] *Phyſici inter antiquiſſimos, quorum ſententias memorat* Cic. Ac. 4 c. 37. *et* de N. D. 1, 10.

ANAZETESIS, is. f. *Herba.* Apul. de Herb. c. 59.

## A N C

ANCAESA, Dicta ſunt ab antiquis Vaſa, quae Caelata appellamus: quod circumcidendo talia fiant. Ipſum quoque Caelare verbum eadem cauſa eſt dictum, d, litera cum l, permutata. *Haec* Feſtus.

ANCAEVS. [Ἀγκαῖος] *Argonautarum vnus, aut duo potius hoc nomine. Vid. Catal. Burm. Valerio Flacco praepoſitus. Ad horum vnum refertur Adagium,* πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου, *cui comparat* Gellius 13, 17 Catonis *vocem,* Multum intereſt inter os et offam. *Alius eſt* Ancaeus Ouid. Met. 8, 407, *ab apro Caledonio interfectus, qui vocatur* Parrhaſius 315.

ANCALE, es. f. [ἀγκάλη] *Poples.* Cael. Aurel. Tard. 5, 1, 3 Ad ancalen perueniens atque ſuram. *It.* Ex talo atque ancala ſanguinem detraxerunt Id. ib. 23.

ANCARIA, *vel* ANCHARIA *potius,* Aeſculanorum, (*al.* Aeſulanorum, *al.* Aſcul.) Dea *laudatur* Tertull. Apol. c. 24. Faeſulanorum *legendum coniicit Reineſ. Inſcr.* 2, 23 *cum inſcriptio Faeſulis reperta ſit eiusmodi* L. Magilius L. F. Paullinus. Variſcus - III vir Signum Anchariae ſua. pec. reſtitu. L. D. D. D. *Ab hac* Ancharianam familiam *quidam dictam hariolantur, cuius Cicero meminit apud* Quinctil. 4, 1, 74. *et* 9, 2, 56. *Sed nihil certi conſtitui poteſt, niſi* Ancharium *vel* Ancarium *quemdam fuiſſe, a quo* familia *denominata ſit, cum praeſertim ſaepius hoc nomen apud Ciceronem legatur, v. g.* pro Cluent. c. 59 *pr.* Sext. c. 53. in Piſon. c. 38. Fam. 13, 40. ¶ 2 Ancarium, Angarium, Ancharium *eſſe aſinum volunt* Lucilio *ap.* Non. 1, 78 *in* Quiritare. Haec, inquam, rudet e roſtris atque eiulitauit (f. eiulitabit, *vt* rudet) Concurſans veluti ancarius, clareque quiritans. *Ex hoc loco, et quod Graeci* Ἀγγάριον *interpretantur* Ἀχθοφόρον, *Voſſius ad* Melam 1, 8, p. 361 *colligit, etiam apud* Martialem 11, 95 *legendum* Non credo: iura, verpe, per ancharium. *Accuſatos enim Iudaeos adorati aſini. vid.* Cillus. *Sed de* Martiali, *vid. mox* ANCHIALVS. Lucilii *locus obſcurior, quam vt inde confici certi quidquam poſſit.*

ANCEPS, ipitis. [ἀμφιδέξιος, ἀμφίστομος, Anceps, ἀμφισβητον, ἀμφήριστον, δικέφαλος Gloſſ. Vet. Ancipites, ἀμφίβολοι Ibid.] *Adi. a* Capite *diriuatum.* Feſtus, Anceps ſignificare videtur id quod ex vtraque parte caput habeat, vt Secures et bipennes. Sed magis a Capiendo, quod ex vtraque parte aeque capiatur, appellatum eſt. *Sed adverſatur Feſto Genitiuus, qui manifeſte declinationem nominis caput ſequitur, vt* biceps, triceps, praeceps: *contra* particeps, participis. *Nec multum tribuendum videtur rationi, quam adſert* Chariſ. lib. 1 p. 96 Ancipes veteres cum ratione dixerunt, ne genitiuo ancipitis duabus videretur ſyllabis creſcere. *Poteſt enim nihilo minus a nomine* caput *deriuatum eſſe. Laudat* Chariſius Plaut. Rud. 4, 4, 114 Poſt altrinſecus eſt Securicula ancipes. *Repetit* Priſc. 3 p. 612: *qui* 6 p. 725 *etiam* Praecipes *ex* Plauto, Liuio, Ennio, *adfert. Conf. in noſtram ſententiam* 7 p. 754 *extr. Proprie* Ouid. Faſt. 1, 95 Ancipiti mirandus imagine Ianus, *i. bifrons.* ¶ 2 *Porro ſignificat* Anceps *Acutum ex vtraque parte.* Lucil. lib. 29 Vecte atque ancipiti ferro effringam cardines *apud* Nonium 4, 32. Huius manum potentem Gladius pererrat anceps, Et fulgurans vtrinque Geminum minatur ictum Prud. Hymn. ante Som. 2, 85. Anceps mucro Lucret. 2, 519. Anceps ſecuris Ouid. Met. 8, 397. ¶ 3 Duplex. Nepos 2, 3, 3 Ne ſi pars nauium Euboeam ſuperaſſet, ancipiti premerentur periculo. Val. Flacc. 4, 576 *de Symplegadibus,* Pontus et infeſtis anceps cum montibus errat. Lucil. lib. 29 Nemo hos ancipites ferro effringet cardines *ap.* Non. 4, 32. Ibid. Varro de Vita Pop. Rom. lib. 4 Caeſar reuerſionem fecit, ne poſt occipitium qui eſſent in Hiſpania exercitus relinqueret, quo ſe coniiceret Pompeius, vt ancipiti vrgeretur bello. ¶ 4 *Sic vocantur Amphibia* Cic. de Nat. Deor. 1, 104 Beſtiarum autem terrenae ſunt aliae, partim aquatiles, aliae quaſi ancipites, in vtraque ſede viuentes. *vid.* AMPHIBIVM. ¶ 5 *Dubius incertus, ad vtrumque euentum indifferens.* Virg. Aen. 5, 654 At matres primo ancipites, oculisque malignis Ambiguae, ſpectare rates. Cic. pro Marcel. 15 Quum eſſet incertus exitus, et anceps fortuna belli. Idem in Orat. 98 Ancipites dicendi incertosque caſus non extimeſcit. Cic. Fam. 5, 12 At viri ſaepe excellentis ancipites variique caſus habent admirationem. Animus anceps Liu. 24, . . Ancipites animos tenere Lucan. 9, 46. Sen. Hippol. 761 Anceps forma Bonum mortalibus: *quia propter formam alii perierunt, alii gratiam et fauorem inuenerunt.* Caſus Plin. 28, 2. Caſus anceps belli Lucan. 9, 585. Cauſa Cic. de Orat. 2, 86 c. 44. Certamen Liu. 21, 29. Plin. 22, 23 ſ. 47 Quae voluptas tanta ancipitis cibi? *De fungis loquitur.* Contentio Cic. pro Lege Manil. 9. Cura anceps propter incertos exitus praeliorum Cic. Fam. 12, 10. *et* Off. 1, 9. Diſputationes ancipites, in quibus de vniuerſo genere in vtramque partem diſſerere copioſe licet Cic. de Orat. 3, 107 c. 27. Formidine ancipiti Virg. Aen. 3, 47. *vid.* Pauor. Fortuna pugnae Virg. Aen. 4, 603. *et* Stat. Theb. 6, . . Fortuna belli Cic. pro Marcel. 15 c. 5. Fauore vario ancipites Lucan. 2, 448. Hor. Serm. 2, 5, 34 Ius anceps *i.* Controuerſum vel obſcurum: quod poteſt vtrique parti prodeſſe, pro ingenio interpretantis. *Sic* Acron. Lapſus rerum ancipites Claud. in Pr. Conſ. Stilich. 142. Malo ancipiti oppreſſi Curt. 5, 4, 31. Marte ancipiti bellum geſtum eſt Liu. 21, 1. Morbi ancipites Plin. 7, 45. Stat. Theb. 3, 2 Nocte ſub ancipiti, *i. curis exercita.* Val. Flacc. 3, 74 At Minyas anceps fixit Pauor — nec quae regio, aut diſcrimina cernunt. *Nempe* Formido, Pauor, *inde eſt quia dubitatur de exitu. Huc pertinet* 5, 310 Sic tum diuerſis hinc atque hinc molibus anceps Pectora dux crebro gemitu quatit. Et 3, 46 Deus ancipitem lymphauerat vrbem. Praelium Liu. 23, . . Caeſ. B. G. 7, 76. Terror Caeſ. B. C. 3, 72. Cic. de Orat. 3 c. 16 pr. Qui in rep. propter ancipitem, quae non poteſt eſſe ſeiuncta faciendi dicendique ſapientiam florerent, vt Themiſtocles, vt Pericles, vt Theramenes. Anceps ſapientia *eſt ad vtrumque* parata. Via fatorum. *i. incerta, quae ſcilicet huc vel illuc ducat.* Cic. in Somn. Scip. 2. Vox Tac. H. 1, 5, 5. *i. periculi plena. Sed alio ſenſu* Gellius 12, 9 Eſt plurifariam videre atque animaduertere in veteribus ſcriptis pleraque Vocabula, quae nunc ſermonibus vulgi vnam certamque rem demonſtrent, ita fuiſſe media et communia, vt ſignificare et capere poſſent duas inter ſeſe res contrarias. Ex quibus quaedam ſatis nota ſunt, vt tempeſtas, valetudo, facinus, dolus, gratia, induſtria. Haec enim fere iam vulgatum eſt ancipitia eſſe, et vtraque verſus dici poſſe.

ANCHARIVS, *vid.* ANCARIVS.

ANCHĀTES. *Nomen ducis in exercitu Perſae contra Aeetem Colchorum regem, fratrem Perſae.* Valer. Argon. 6, 132 Doctus et Anchates, patulo vaga vincula gyro Spargere, et extremas laqueis adducere turmas.

ANCHĔMŎLVS. [Ἀγχέμολος] Rhoeti Marrubiorum regis filius fuit: qui cum Caſperiae nouercae ſtuprum intuliſſet, a patre ad ſupplicium petitus, ad Turnum in militiam profugit. *Haec* Seru. in Virg. Aen. 10, 389 Hinc Sthenelum petit, et Rhoeti de gente vetuſta Anchemolum, thalamos auſum inceſtare nouercae.

ANCHESITES. *Si Turnebum audimus* 20, 16. *Fundus eſt Ventus ab Anchiſa portu Epiri ſpirans.* Cic. Att. 7, 2 Flauit ab Epiro leniſſimus Ancheſites. *Sed legitur hodie* Oncheſmites, *v. v.*

ANCHIALOS, ſ. ANCHIALVS. [Ἀγχίαλος] Vrbs Thraciae, ſita in intimo ſinu, atque vbi pontus alterum ſui flexum angulo finit, non procul a magna Apollonia. *Haec* Pompon. Mela 2, 2. Ouid. Triſt. 1, 9, 36 *Nauis* per Apollinis vrbem Acta ſub Anchiali moenia tendat iter. *Meminit etiam* Ammian. 22, 19. ¶ 2 *Eſt et aſtrologi nomen, cuius meminit* Cic. de Diuin. 2 c. 42. *Verum al.* Archelaum. *Certior* Anchialus ſeruus Egnatii Fam. 13. 45. *It. Homericus Od.* 8, 112. Anchialum *vnum alterumque etiam ſuppeditat Index Inſcriptt. Gruterianus. Probabilis itaque ſit Io. Spenceri ſententia, qui* ¶ 3 Anchialum Martialis 11, 95. *poſt Rigaltium ſimpliciter ita interpretatur, vt ſit ipſe puer meritorius, quem Iudaeo inuidet Poëta. Ponamus verba:*

Paedicas puerum verpe Poëta meum.
Ecce negas, iurasque mihi per templa Tonantis
Non credo: iura, verpe, per Anchialum.

*Peieraturum putat Iudaeum, quidquid iuret aliud: pro amore autem ſuo in* Anchialum, *per illius caput non iuraturum falſo. Poterat illuſtrare hoc*

*Spencerus etiam ex* Plin. Ep. 2, 20, 5 *vbi* moriens Verania clamat, *agens de Regulo*, O hominem nequam, perfidum, ac plus etiam quam periurum, qui ſibi per ſalutem filii ſui peieraſſet. Facit hoc, *pergit Plinius*, Regulus non minus ſcelerate quam frequenter, quod iram deorum, quos ipſe quotidie fallit, in caput infelicis pueri deteſtatur. *Haec multo planiora ac certiora hariolationibus hominum eruditorum, qui ex oriente arceſſunt formulam iurandi* אם חי אלה *aut ſimiles: de quibus Spencerus de LL. Ebr. ritual. 2, 4 diſſertatione peculiari. Nec ita opus eſt Iſ. Voſſii coniectura* Ancharium *vel* Ancarium *legentis, et interpretantis* Aſinum. V. Ancharius. *Cf. Sam. Petitus Var. Lect.* 1, 16 p. 73. *Et diſſ. Morini, quae habetur in Commentariis Acad. Inſcriptt. Vol.* 3 p. 455 *ed. Belg.*

ANCHĪSES. [Ἀγχίσης] *Filius Capſos et Segeſtae, pater Aeneae.* Virg. Aen. 5, 535 Ipſius Anchiſae longaeui hoc munus habebis. Anchiſa, vocat. Virg. Aen. 3, 475 Coniugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo, *vbi Seruius vocatiuum in* A *Graecum eſſe, ait, quia ſit longus. Eſt etiam* Anchiſa, *abl.* Virg. Aen. 6, 322 Anchiſa generate, deûm certiſſima proles: *Sibylla Aeneam alloquitur.* Dardanius Virg. Aen. 1, 494. Magnanimus Ouid. Met. 14, 118. Magni Anchiſae animam vocabat Virg. Aen. 8, 98. Phryx Ouid. Epiſt. 16, 197. Pius Ouid. Met. 13, 640.

ANCHISAEVS. Adi. [Ἀγχισαῖος] Virg. Aen. 5, 761 — tumuloque ſacerdos Et lucus late ſacer additur Anchiſaeo.

ANCHĪSĬĂDES. Patronym. [Ἀγχισιάδης] Virg. Aen. 8, 521 Aeneas Anchiſiades et fidus Achates. Anchiſiades magnanimus Virg. Aen. 5, 407. Anchiſiade, *vocat.* Virg. Aen. 6, 348 Dux Anchiſiade, nec me deus aequore merſit, *etc.*

ANCHISTRVM, i. n. ſ. ANCISTRVM *potius.* Gloſſ. Gr. Lat. ἄγκιστρον, hamus, vncus. Iſidor. 4, 11 *inter inſtrumenta medica refertur et* angiſtrum *vocatur.* Cael. Aurel. Tard. 5, 1, 19 Anchiſtris ex vtraque parte cutem praetendunt.

ANCHŎRA, *vel potius* ANCORA. [ἄγκυρα] *Dens ferreus, quo firmantur ac retinentur naues.* Virg. Aen. 1, 169 — hic feſſas non vincula naues Vlla tenent, vnco non alligat ancora morſu. Vbi Seruius, Hoc nomen quum in Graeco, vnde originem ducit, adſpirationem non habeat, in Latino aſpiratur, quod eſt contrarium: nam magis Graecorum eſt aſpiratio. ſed hoc in paucis nominibus inuenitur. MORSV autem de ancoris bene dixit, quum alio loco inueniamus (Aen. 6, 3) — tum dente tenaci Ancora fundabat naues. Plin. 7, 56 *extr.* Ancoram bidentem inuenit Anacharſis. *Adſpirandum etiam putat* Iſidor. 19, 2. *Sed* Marius Victor. p. 2466 *extr. probat* Ancora. Ancoris ſolutis, *de phaſelo* Cic. Att. 1, 10. Ancorae, Vincula quibus antennae tenentur. *Sic legitur apud* Non. 14, 16. *Sed vid.* ANGVINA. *Iam ponamus formulas.* Commorari in ancoris Hirt. B. Afr. 63. Conſiſtere in ancoris naues Caeſ. B. C. 3, 28. Exſpectare in ancoris Id. B. G. 4, 23. Ancora figitur Ouid. Met. 1, 297. Virg. Aen. 6, 4 Ancora fundabat naues. Plin. 32, 1, *de piſciculo echeneide*, Cogit ſtare nauigia, quod non vincula vlla, quod non ancorae pondere irreuocabili iactae. Iacere ancoras ante portum. *vid.* IACIO. Ancora de prora iacitur Virg. Aen. 6, *vlt.* Infrenare. *vid. h. v.* Reſolutis oris in ancoras inuehi Liu. 22, 19. Moliri ancoras Liu. 28, 17. *vid.* Vellere ancoras. Ouid. Epiſt. 2, 4 Littoribus noſtris anchora pacta tua eſt. *i. Promiſſa, Pollicitus es, te ad noſtra litora renauigaturum.* Praecidere ancoras, *i. Funes ancorarios* Cic. Ver. 5, 87 c. 34. Sidunt ancorae Plin. 6, 22. Soluere ancoram Cic. Att. 1, 10. *vt vidimus.* Stare in ancoris, *vel* ad ancoras Caeſ. Bell. Gall. 5, 10. *Et* Flor. 2, 2, 7. Subſiſtere ancoras Caeſ. B. G. 5, 10. Tenere nauem in ancoris Nep. 2, 8, 7. Tollere ancoras Varr. R. R. 3, 17. *i. rem coeptam dimittere, modo prouerbii dictum.* Sublatae ancorae ſunt Quinctil. 4, 2, 41. Sublatis ancoris digreſſus Caeſ. Bell. Gall. 4, 23. *Add.* Id. B. C. 1, 31. Liu. 22, 19. Vellere ancoram, *laudant ex eodem* Liu. 22, 19 Alii reſoluunt oras, aut ancoram vellunt. *Sed reſtituit Gron. Obſ.* 4, 26 Reſolutis oris in ancoras euehuntur. *Nempe miſſae de proris ancorae, funes ex puppi ſtatuebant naues. Quidam funibus ſolutis obliti ancoras vellere prae feſtinatione nimia, prouecti contra ancoras impellunt naues.* ¶ 2 Ancora *metaphorice ponitur pro Patrocinio amici.* Ouid. Triſt. 5, 2, 42 Ancora iam noſtram non tenet vlla ratem. *Alia metaphora.* Apul. Flor. p. 348, 35 *de pſittaco* Cum in petram — praecipitat, roſtro ſe velut ancora excipit. *Nempe* ancora fundat nauem, *vt vidimus.* Solin. *ex emendatione Salmaſii* p. 785, b G Vt nullae vnquam ancorae ad profunda illius fundamento potuerint peruenire.

ANCHORĀGO, *vel* ANCORĀGO, ĭnis. f. *Nomen piſcis.* Caſſiodor. Ep. 12, 4. *vid.* SALMO, *idem enim eſſe creditur.* Voſſ. de Orig. Idol. 4, 29.

ANCHORALIS, e. Adi. [ἀγκυρατικὸς] Apul. Met. 11 p. 265, 5 Nauis abſoluta ſtrophiis anchoralibus, pelago redderetur, *i. funibus.* Fractus anchoralis Liu. 37, 30. *vt legit Sigon. Sed Gronou. aliter. Nempe*

ANCHORĀLE. *Subſtantiue dicitur funis, cui alligata eſt* ancora Plin. 16, 8 ſ. 13 Vſus ſuberis ancoralibus nauium, *int. ſuſtinendis, et minuendo pondere ancorarum.* Liu. 22, 19 Ancoralia incidunt, ne quid teneat. Id. 37, 30 Tractum ancorale et implicitum remis.

ANCHORARIVS. Adi. [ἀγκυραῖος] Anchorarii funes Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 9.

ANCHVSA. [ἄγχουσα] *Herba.* Plin. 22, 20 Et anchuſae radix in vſu eſt, digitali craſſitudine. Finditur papyri modo, manusque inficit ſanguineo colore: praeparat lanas pretioſis coloribus. Sanat vlcera. *etc.*

ANCIDO, *vid.* ANCISVS.

ANCĪLE, is. n. Ἀγκύλιον *ſcribit, et varias etymologias adfert* Plutarchus in Numa p. 68 *Vnde alii cum* Nonio 18, 11 *ſcribunt* Ancyle. Virg. Aen. 7, 188 — laeuaque ancile gerebat: *Vbi* Seruius, Ancile, Scutum breue. Regnante Numa, caelo huiusmodi ſcutum lapſum eſt: et data reſponſa ſunt, illic fore ſummam imperii, vbi illud eſſet. Quod ne aliquando poſſet auferri, aut ab hoſte agnoſci, per Mamurium fabrum multa ſimilia fecerunt: cui et diem conſecrarunt, quo pellem virgis feriunt ad artis ſimilitudinem. Dicimus autem hoc Ancile, et haec Ancilia, pluraliter. Anciliorum vero vſurpauit Horatius (Od. 3, 5, 10.) *Idem* Seruius ad 8, 664 Ancile autem dicitur aut quaſi vndique circumciſum, aut quaſi ἀμφίχειλον, *h. e.* Vndique labrum habens. *Priorem rationem firmat illud* Idque ancile vocat, quod ab omni parte reciſum Ouid. Faſt. 3, 376. *qui locus claſſicus eſt. Sic* Varro de L. L. 6, 3 Ancilia dicta ab Anciſu, quod ea arma ab vtraque parte, vt Thracum, inciſa. Liu. 1, 20 Salios item duodecim Marti Gradiuo legit, tunicaeque inſigne dedit, et ſuper tunicam aeneum pectori tegumen, caeleſtiaque arma, quae ancilia appellantur, ferre. *Hiſtoriam ſiue fabulam de lapſis caelo Ancilibus, habes praeter laudatos apud Dionyſ. Halic.* Ant. Rom. 2. Lactant. 1, 21 *extr. Vento erepta forte militibus, et Romam ſic deportata putat.* Lucan. 9, 474 ſqq. Sic illa profecto Sacrifico cecidere Numae, quae lecta iuuentus Patricia ceruice mouet *etc.* Vet. Gloſſ. Ancilia Διοπετῆ. *Figuram eorum habes apud* Guther. de Iure Pontif. 1, 11. Ancilia lapſa caelo Virg. Aen. 8, 664. Arma ancilia Val. Max. 1, 1, 9.

ANCILLA. [δμωὴ, θεράπαινις] *Mulier ſerua.* Feſtus. Dictae Ancillae ab Anco Martio rege, quod is bello magnum feminarum numerum ceperit. Siue ideo ſic appellantur, quod antiqui Anculare dicebant, pro Miniſtrare: ex quo dii quoque ac deae feruntur coli, quibus nomina ſunt Anculi et Anculae. *Nempe vt a* Furca *eſt* Furcula, Furcilla, *ſic ab* Anca, Ancula, Ancilla. *Conf.* ANCLO. Mulier ancilla Sall. Iug. 12, 5. Ab Andria eſt ancilla haec Ter. Andr. 3, 1, 3. *Metaph.* Terra vſus mortalium ſemper ancilla Plin. 2, 63. Cic. Terr. 3, 8 c. 4 Hunc ſerui ancillaeque amant. In ancilla delinquere Ouid. Amor. 2, 8, 9. ¶ 2 Ancilla *conuicium in virum ſeruilis et effeminati ſimul ingenii. Sic* Fuſidius, *apud* Salluſt. Fragm. Hiſt. 1. *Quod prenſaret populum et adularetur ſeruiliter*, ancilla turpis *a M. Aem. Lepido appellatus in Orat. ſ.* 21 et honorum omnium dehoneſtamentum. *Quae verba confirmant lectionem veterum Codicum* Treb. Poll. *in* Claud. 5 Gallus Antipater, ancilla honorum et hiſtoricorum dehoneſtamentum, *etc. Nemo enim non videt haec Pollionis verba ex Salluſtiano loco expreſſa eſſe: quod neque Salmaſius, neque Caſaubonus aduerterunt; qui eam lectionem protulerunt primi: Salmaſius autem interpretatur adulatorem et aſſentatorem ſummarum poteſtatum vel ambitioſum.*

ANCILLVLA. Dimin. [θεραπαινίδιον] Ter. Eun. 1, 2, 85 Nonne vbi mihi dixti cupere te ex Aethiopia ancillulam? *etc.* Cic. de Orat. 1 c. 55 Iuris ſcientiam eloquentiae tanquam ancillulam pediſſequamque adiunxiſti. Id. de Fin. 1, 69 Praeſto eſſe virtutes, vt ancillulas, quae nihil aliud agerent *etc.* Adde Sen. Controu. 21. Plaut. Rud Prol. 73. *et* Ouid. de Rem. Amor. 639.

ANCILLĀRIS, e. Adi. [θεραπαινιδικὸς] *Quod ad ancillam pertinet.* Cic. Tuſc. 5, 58 Ancillari ſordidoque artificio regiae virgines vt tonſtriculae tondebant barbam. *Sed quod quidam apud* Pſeudo-Salluſt. in Cic. ſ. 25 *legunt* Cui inſidias in ciuitate feciſti ancillares? *apparet, ex aduerſaria oratione* ſ. 16, *legendum eſſe* Ancillaris, *cum in* … *ſcribatur*, Nulli priuatim ancillatus ſum. *vid.* ANCILLOR.

ANCILLARIVS, a, um. *v. g.* δουλοπρεπὴς, *ſeruili ingenio et moribus homo. Hinc Subſtant.*

ANCILLARIVS, *vel potius diminutiue contemtus indice*

ANCILLĀRIŎLVS. *humilis amator ancillarum.* Martialis 12, 5 … Ancillariolum tua te vocat vxor, et ipſa Lecticariola eſt: eſtis Ala… da pares. Sen. de Benef. 1, 9 Si quis nulla ſe amica fecit inſignem; ne… alienae vxori annulum (aemulum *Lipſ.* annua *Gron.*) praeſtat: hun… matronae humilem, et ſordidae libidinis, et ancillariolum appellan… *vid.* INFANTARIA, *it.* MVLIERARIVS, CARNARIVS, PINGVIARIV… *etc. quae amorem ac delectationem ſignificant. Huc etiam referunt illu…* Gallus Antipater, ancillariorum et hiſtoricorum dehoneſtamentum Tre… bell. Poll. in Claud. c. 5. *Sed rectius legitur* ancilla honorum.

ANCILLATRVM, i. n. *Humilis ſubmiſſio.* Arnob. l. 7 p. 2… Salutet accliuis, ancillatrum ſeruuli pauibundis trepidationibus im… tatus. *Sic dedit e veſtigiis MSS. Salmaſius, vt ipſe docet ad* Solin. p… 804, AF. *Al.* Ancillarum ſeruuli: *pro quo Gelenius*, Ancillae aut ſer… vuli. *Forte optimum fuerit*, Ancillatum *ſeruuli.*

ANCILLOR, āri. [δουλεύω] *Dicitur, quum viri ancillarum mor… praeter dignitatem ſeruitio alicuius ſe ſubiiciunt.* Cic. in Salluſt. c. 4 … 11 Non enim vni priuatim ancillatus ſum, neque me addixi. Titini… Praelia ap. Non. 2, 26 Verum etiam dotibus deliniti vltro etiam vx… ribus ancillantur. *Dicitur etiam de inanimatis rebus, quae hominibus ſ… uiunt.* Plin. 2, 97 Nec vnquam eodem tempore, quo hodie reſlui, ancillante ſidere, trahenteque ſecum auido hauſtu maria. Caete… membra ancillari et ſubſeruire capiti Apul. Dogm. Plat. p. 9. V… Gloſſ. Ancillor κολακεύω. ¶ 2 *Aliam etiam notionem* veter… Gloſſae *ſuggerunt, cum* Ancillare (*ita enim legendum, non* Antillare) θ… λεύεσθαι, παλλακεύεσθαι, *interpretantur. Itaque* Ancillari *etiam pro P… licem eſſe, et libidinis cauſa ſe viro addicere, ſignificat. Nempe quia h… vices ancillae et famulae ſuſtinere ſolent haud raro, et ſuae quod dom… nae debebatur ſolum, id ſibi vſurpare. Sed quid eſt* θηλεύεσθαι? *Vtrum* θῆλυ *aut* θῆλυς *non feminam tantum quamlibet, ſed et aliquando* ancillar… *notat? An de effeminatis viris vt* ancillari, *ſic* θηλεύεσθαι *Graeci?* A… pro θηλεύεσθαι δουλεύεσθαι *reſcribendum?*

ANCILLATVS. *Subſt. vid. paullo ante* ANCILLATRVM.

ANCIPES, *vid.* ANCEPS.

ANCISVS, ûs. m. Varro de L. L. 6, 3 Ancilia dicta ab Ancíſ…

ANCISVS, a, um. *Amputatus: nam* An *ſiue* Am *eſt* Circum… Lucret. 3, 660 Omnia iam ſeorſum cernes anciſa recenti Vuln… re tortari.

ANCLA, ae. f. *Machina hauriendae aquae*, hauſtrum *antiquis dic…* (*de quo in* HAVRIO) *nititur adhuc auctoritate admodum dubia.* Suet. Ti… c. 51 Vno ex his equeſtris ordinis viro et in antliam condemnato: *… legitur hodie ſuffragante praeſertim* Artemidoro 1, 50. *vnde conſtat, ſu… plicium fuiſſe* εἰς ἀντλίαν καταδικασθῆναι. *Sed ſunt, qui* anclam *habe… Neſcio, an multo certior ſit inſcriptio* ſ. *lemma veteris epigrammatis, p… ducti a Salmaſio ad* Vopiſci Bonoſum *extr.* et *hic* repetendi: De Ancl…

Pendet, et haurit aquas, pendentes euomit vndas:
Et fluuium vomitura bibit, mirabile factum:
Portat aquas, portatur aquis: ſic vnda per vndas
Voluitur, et veteres haurit noua machina lymphas.

*Putat Salmaſius*, anclam *dictam pro* ancula, *vt* vigla *pro* vigilia. S… ſaeclum, ſigla *pro* ſaeculo *et* ſigilla, *nota ſunt. Similia iam dixerat M… ret.* V. L. 13, 17. *qui ab* ancyle ſ. ἀγκύλη *deriuat, quae Heſychio te…* ſcutella *ſit, vas certe cauum, hauriendo aptum.*

ANCLABRIS, e. *Adiectiuum antiquum, de quo ſuperſunt iſta ap…* Feſtum: Anclabris menſa miniſteriis diuinis apta. Vaſa quoq… aenea, quibus ſacerdotes vtuntur anclabria appellantur. *Et Voc.* Ef… riae: Anclabris *menſa* ea, quae in ſacrificando diis anclatur, (quod … hauritur, miniſtratur.) *Verba vncis incluſa certe illud* hauritur, … Feſti, *ſed interpolatoris videntur, qui forte* antlare *et* anclare ſ. ancu… re *miſcuit. Quid ſi huc pertinet, quod eſt in* Gloſſario, Angla, … τράπεζαι τρίγωνοι, ὡς Νέβιος.

ANCLO, āre. [ἀντλῆσαι *interpretatur* Gloſſarium] Priſcian. lib. 8 … 796 Vetuſtiſſimi — protulerunt — *anclor* pro *anclo.* Feſtus, Anc… re, haurire, a Graeco ἀντλῶ deſcendit. Liuius (Andronicus) Flor… anclabant liberi ex carcheſiis. *Scaliger legendum cenſet*, anculabant, … *ſus cauſa: et in* Gloſſario, Anclat ἀρύεται *pro vulgato* ancleat: *item* Anclator (*pro* auclator) ὑπηρέτης. *Sed malim in* Gloſſario *pro* ancleat … *gere* antliat, *verbo forte ab* antlia *formato: ac diſtinguere duo verba* … cul…

:ulare *vel* Anclare, *id eſt miniſtrare;* et antlare *i. haurire. Illud vel ab* Anco *deriuem, quem miniſtrum dixerint; vnde etiam* Anculi et Anculae DI deaeque, *de quibus* Feſtus *loco, quem damus in* ANCILLA: vel Anculos :t Anculas Feſti *cum Dacerio dicam* ἀγγέλες, *vt a* συκελὸς *eſt* Siculus; *atque inde dictum demum eſſe* anculare, *vt* miniſtrare *a* miniſtro. Gloſſas :ſidori *laudat Dacerius,* Anculus, (Vulcanius *edidit,* Aculus) miniſte- :ialis domus regiae. *Itaque etiam verſus Liuii ſupra laudatus, forte poſ- :it ita intelligi, vt* anculare florem Liberi, *ſit miniſtrare. Sed vbi :auriendi ſignificationem habet, videtur potius* antlare *legendum eſſe, cum :imis aperte Graeco* ἀντλεῖν *reſpondeat: niſi tamen ipſum* τ *Graecum in : Latinum tranſiſſe placeat, quod Doribus et Aeolibus familiare in quibusdam :liis imitati ſunt Latini, v. g.* Proceres, πρότεροι, foecundus *a* foetu *etc. Et :uc inclinat Voſſius in Etymol. Incertiora omnia facit ſolennis illa :n libris ſcripturae Longobardicae confuſio elementorum* t *et* c. *Vid.* :XANTLO.

ANCLATOR, ōris. Ὑπηρέτης Vet. Gloſſ. *vt modo vidimus in* :NCLO.

ANCLENA, ae. Inſtrumentum ferreum forte. Gloſſ. Iſidori. *:uid ſi* Antlema *legendum* Gr. ἄντλημα, *quod in* Euangelio Io. 4, 11 Au- :uſtinus *vertit* Hauritorium; *i.* Hauſtorium.

ANCON, ōnos. m. [ἀγκών] *Locus vbi oſſa brachii committuntur, :atine* Cubitus *vel* cubitum. *Accuſ.* Ancona Plin. Valer. 2, 71. 14, 6. ¶ 2 *Metaph. de diuerſis rebus, inſtar cubiti inflexis adhibetur, inprimis :e angulo recto ſ. normali* Vitruu. 3, 3 Columnarum ſtriges faciendae :int XXIIII. ita excauatae, vti norma in cauo ſtrigis cum fuerit con- :ecta, circumacta ita anconibus (*i. crurum ad angulos rectos poſitorum :teribus externis*) ſtriarum (*partium inter ſtriges eminentium*) dextra : ſiniſtra angulus tangat, vt acumen normae circumrotatione tangen- :o peruagari poſſit. *Vult ſtriges ſiue canaliculos habere ſectionem ſemi- :rcularem, cuius hoc indicium eſt, ſi anguli recti vertice in quacunque :rte arcus interna poſito ita circumagi poſſit norma, vt vtrumque latus :ringant latera normae ſiue gnomonis, quae hic* ancones *a cubiti humani :militudine dicuntur. Tales ſunt apud eundem* Vitr. 8, 6 Chorobates :t regula longa circiter pedum XX. Ea habet ancones in capitibus :tremis aequali modo perfectos, inque regulae capitibus ad normam :agmentatos. *Idem* Vitr. 4, 6 Ancones *vocantur, quae et* Prothyri- :s, *flexurae quaedam a corona ima ſecundum antepagmenta dependentes, :ae hominis aliquam ſimilitudinem praebent manu coxis innixi, et velut :ſati.* Cael. Aurel. Chron. 2, 1, 46 Conſilium dabimus, vt ſella :nſoria ſedeant aegrotantes, quae ſit obliquis anconibus fabricata, :ibus incumbentes ſeſe leuare nitantur. *Haec ſunt, quae* brachia :*lgo in ſellis vocare ſolemus.* ¶ 3 Ancones *vnci ſunt ſ. hami, :ibus aliquid prebendi ſuſpendique poſſit,* Vitr. 10, 13 *vbi* ferrei anco- :s *in machina hydraulica memorantur,* fundulis ambulatilibus modio- :rum aeneorum fixos, *ad eos nempe tollendos et deprimendos. Furcas :e vallas notat in illo* Gratii 87 Lineaque exſtructis lucent anconibus :ma. *Ad hoc genus etiam retulerim, quod* l. 13 D. de inſtr. leg. Dolia, :ſa, ancones, calices *memorantur, nempe vncos, quibus ſuſpendi ali- :id poſſit. Nam quod* pocula *interpretatur* Turn. 18, 23 *in cubitum :xa, auctoritate veteri plane caret. Quod eſt* Cic. Att. 7, 11 pr. Cingu- :lm tenemus, Anconem amiſimus, *etiamſi vrbium ea ſint nomina, vi- :tur tamen alludi ad* anconem, *i. vncum, fibulam cinguli, ſine qua neque :nguli magnus vſus eſt. Denique* Martial. Spectac. 26, 3 *quidam legunt* :iſcina dente minax, nexu fluit anco recuruo: *Sed meliores* nexu :it ancora curuo, *quod etiam ſententiae apprime conuenit.* ¶ 4 *:b hac cubiti noſtri ſimilitudine dicta quoque Vrbs Piceni.* Mela 2, 4 Illa :i anguſto duorum promontoriorum ex diuerſo coëuntium, inflexi :biti imagine ſedens, ac ideo a Graiis dicta Ancona, inter Gallicas :licasque gentes quaſi terminus intereſt. *Sed an pro litore curuo ap- :latiuo more ponatur, nondum videtur eſſe confectum. Quod* Ouid. Met. :, 718 *quidam legunt,* Sinuoſi litoris Ancon, *hodie editur,* Spiſſi lito- :s Antium: *et proprium nomen ipſa ratio poſtulat.* Lucan. 1, 420 *:gi iubebat* Scal. ad Auſon. Moſellam 467, Quem litore curuo Molli- :r admiſſum claudit Tarbellicus Ancon: *Sed certatim viri docti tuen- :r antiquam lectionem,* Qua l. c. M. a. cludit Tarbellicus aequor, *i. :urbelli us* ſ. *vt Cortius dedit,* Tarbellius *circum habitat.*

ANCRA, ANCRAE, ANCRIA, *vid.* ANTRAE. Propertio *:ſtituere volebat pro* Antris 1, 1, 11. *et* 1, 2, 11. (*Sed inuitis Muſis et :oukhuſio.*)

ANCTVM, *vid.* ANGO.

ANCVLARE, ANCVLI *et* ANCVLAE, *vid.* ANCLO.

ANCVNVLENTAE. Feminae menſtruo tempore appellantur: :de trahitur Inquinamentum. Feſtus.

ANCVS, appellatur, qui aduncum brachium habet, vt exporrigi :n poſſit. Feſtus. Ancus, mancus, κυλλὸς, λοϱδὸς Vet. Gloſſ. ¶ 2 *Quid ſi* Ancus *etiam fuit* miniſter, *vt* Encke *Saxoniae inferioris;* Ancus Martius, *de quo ſtatim,* θεϱάπων Ἄϱεως. *Vid.* ANCLO. ¶ 3 Ancus Martius *Numae Pompilii nepos ex filia, et quartus Romano- :m rex.* Virg. Aen. 6, 815 — quem iuxta ſequitur iactantior An- :s. Hor. Carm. 4, 7, 15 Quo pater Aeneas quo Tullus Diues et :ncus.

ANCȲLA, ae. f. [ἀγκύλη] Contracti recenti cicatrice articuli :elſ. 5, 18, 28.

ANCYLOBLEPHARON, i. n. [ἀγκυλοβλέφαϱον] *Vitium in :ulis* Celſo 7, 7, 6 *quae etiam dicitur*

ANCYLOSIS, [ἀγκύλωσις] Cum inter ſe palpebrae coaleſcunt ape- :rique non poteſt oculus. Cui malo ſolet etiam illud accedere, vt pal- :brae cum albo oculi cohaereſcant — Ἀγκυλοβλέφαϱον ſub vtroque :raeci vitium vocant.

ANCȲRA, [Ἄγκυϱα] *Nomen duarum vrbium: quarum altera eſt :rygiae, altera Galatiae. Vid.* Curtius 3, 1, 22. *et* Plin. 5, 32 ſ. 42 *in Ga- :tia* Tectoſagum Ancyra. *Cf. Hard.*

ANCYRANVS. Adi. [Ἀγκυϱανὸς] Claud. in Eutrop. 2, 416 — :ncyranique triumphi.

## A N D

ANDĂBĂTA, ae. m. *Quidquid ſit de origine nominis, quam eſſe :olunt ex Gr.* Ἀναβάτης, *quaſi tu* aſcenſorem *dicas, ex equo pugnantem :cilicet: illud tamen conficitur locis* Hieronymi, *obligatis oculis eos pugnaſ- :, v. g.* adu. Heluid. T. 3 p. 3 A. Et ad hoc approbandum congerit :e ſcripturis exempla quam plurima, more Andabatarum gladium in te- :ebris ventilans, et linguae ſonum ad confodienda ſui tantum corporis :embra concutiens. Id. contra Iouin. . . Melius tamen eſt, quod di- :tur, clauſis oculis Andabatarum more pugnare, quam directa ſpicula, clipeo non repellere veritatis. *Et* contra Rufin. T. 3 p. 101 A. Habetur dialogus apud Graecos Origenis et Candidi, in quo duos Andabatas digladiantes inter ſe ſpectaſſe me fateor. *Loquitur de ea, quam elenchi ignorationem appellant Philoſophi. Hinc non obſcurum poteſt eſſe, quod genus ſpectaculi intelligat* Cic. Fam. 7, 10 Qui neque in Oceano natare volueris, ſtudioſiſſimus homo natandi: neque ſpectare eſſedarios, quem antea ne andabatam (*Malint viri docti* Andabata) quidem defraudare poteramus.

ANDICAVI, *qui rectius, certe frequentius, ſcribuntur*

ANDEGAVI, [Ἀνδεγαυοὶ] *Galliae populi, qui et* Andes. Tacit. Ann. 3, 41. Plin. 4, 18. Caeſ. Bell. Gall. 2, 35.

ANDES, [Ἄνδες] *Populi inter Celtas, Carnutibus et Turonibus finitimi, iidem qui* Andegaui Caeſ. Bell. Gall. 3, 35. *Conf.* 3, 7.

ANDI, *iidem apud* Lucan. 1, 438 In nebulis Meduana tuis marcere peroſus Andus iam placida Ligeris recreatur ab vnda. ¶ 2 Andes, Vicus non procul a Mantua, Virgilii patria, *teſte* Donato in vita. *Hinc*

ANDĪNVS. Adi. [Ἀνδῖνος] *Virgilii epitheton, et rerum, quae ab eo denominantur, v. g.* Sil. 8, 594 Mantua muſarum domus, atque ad ſidera cantu Euecta Andino, *i.* Virgiliano.

ANDRACHNE, [ἀνδϱάχνη] *Herba, quae a Latinis* Portulaca *dicitur.* Plin. 13, 22. Columel. 10, 376. Apul. de Herb. cap. 103. Andrachne agria, [ἀνδϱάχνη ἀγϱία] *Herba, de qua* Plin. 25, 13 ſ. 103 Huic (Aïzoo) ſimilis eſt, quam Graeci Andrachnen agrian vocant, Itali illecebram, puſillis, latioribus foliis, breuiori cacumine. Naſcitur in petris et colligitur cibi cauſa *etc.*

ANDRIA, *Terentii Fabula, cui ab occaſione* Andriae (*ex* Andro *inſula*) *cuiuspiam mulierculae nomen eſt.*

ANDROCLAS. [Ἀνδϱοκλᾶς, ᾶδος] *Pro quo vitioſe libri quidam* ANDRODAS. *Genethliacis vocatur Annus ſexageſimus tertius.* Firmic. 4, 14 Septeni anni, ac noueni, per omne vitae tempus multiplicata ratione currentes, naturali quadam et latenti ratione, variis hominem periculorum diſcriminibus ſemper afficiunt. vnde et ſexageſimus tertius annus, quia vtriusque numeri ſummam pariter excipit, Androclas appellatus eſt. Nouies enim ſeptem anni, ſexaginta tres fiunt: et rurſus ſepties nouem, ſimili modo anni fiunt ſexaginta tres. Quia itaque vtriusque numeri curſus, in hoc anni (ſ. anno) aequata ratione concurrit, grande ſemper periculi diſcrimen imponit. Si enim ſepteni et noueni anni, qui hebdomatici a Graecis, atque enneatici appellantur, grauia ſemper hominibus indicunt pericula, quid annus faciet ſexageſimus tertius, qui vtriusque numeri multiplicatam, et inuicem ſibi obligatam perficit ſummam? Hac igitur ex cauſa Androclas ab Aegyptiis dictus eſt, quod omnem vitae (*quidam MS.* viri) ſubſtantiam frangat, atque debilitet. *Haec Firmicus. Conf. Salmaſ. de annis climact. p. 97 ſq. qui poſt Rigaltium ad* Tertull. de Idolol. ſ. 303 *veram lectionem reſtituit, et illuſtrat.*

ANDROCLVS, *Dacus ſeruus, Romae in circo maximo agnitus, a leone, cuius pedem vulneratum aliquando curauerat in ſiluis. Vid.* Gell. 5, 14. *Forte ad hunc ipſum narratio ſimilis pertinet apud* Sen. de Benef. 2, 19. *Caeterum* Androclus *vocatur hic ſeruus in melioribus Gellii editionibus, et apud Aelian. Hiſt. An.* 7, 48. Ἀνδϱοκλῆς. Androdus *eſt ab errore librariorum.*

ANDROCYDES, [Ἀνδϱοκύδης] Sapientia clarus ad Alexandrum magnum ſcripſit intemperantiam eius cohibens, Vinum poturus, rex, memento te bibere ſanguinem terrae: cicuta hominum venenum eſt, cicutae vinum. Haec Plin. 14, 5 ſ. 7.

ANDRŎDĂMAS. [ἀνδϱοδάμας] *Lapis ex genere haematitarum,* colore nigricante, pondere ac duritia inſignis, *vnde* nomen traxiſſe *dicitur* — Trahere in ſe argentum, aes, ferrum. Experimentum eius eſſe in cote ex lapide baſanite. Reddere enim ſuccum ſanguineum *etc. Haec* Plin. 36, 20 ſ. 38. Eſt praeterea Androdamas, Gemmae nomen, quae argenteum nitorem habet vt Adamas, quadrata, et ſemper teſſellis ſimilis: cui Magi putant nomen impoſitum ab eo, quod impetus hominum et iracundias domet. Plin. lib. 37 cap. 10. Solin. cap. 36.

ANDROGEOS, [Ἀνδϱόγεως] *Minois Cretenſium regis filius, ab Athenienſibus et Megarenſibus per inuidiam occiſus, quod palaeſtra caeteros ſuperaret. Quapropter ſuſcepto Minos aduerſus hos populos bello, primo Megarenſes ſubegit, deinde Athenienſes ſibi tributarios fecit, et in Androgei memoriam pueros Athenienſes Minotauro coepit obiicere.* Androgeos, *nomin. Graecus et Atticus, declinatur enim,* ὁ Ἀνδϱόγεως, τῶ Ἀνδϱόγεω, *etc.* Virg. Aen. 2, 370 Primus ſe Danaûm magna comitante caterua Androgeos offert nobis, *etc.* Ouid. Her. 10, 99 Viueret Androgeos vtinam *etc. Sic Genit.* Virg. Aen. 6, 20 In foribus, letum Androgeo, *etc. Sed* Androgei, Id. ibid. 2, 392 — ſic fatus: deinde comantem Androgei galeam, clipeique inſigne decorum Induitur. *Add.* Ouid. Met. 7, 456. *Eſt etiam* Androgeona, *accuſ. a nomin.* Androgeon, Propert. lib. 2, 1, 64 Et deus extinctum Creſſis Epidaurius herbis Reſtituit patriis Androgeona focis. *Refert itaque* Androgeon *ab Aeſculapio in lucem reuocatum, quod alii de Hippolyto. Vid.* MINOTAVRVS.

ANDROGEONAEVS. Adi. [Ἀνδϱογεωναῖος] Catul. Argon. 77 Androgeonaeae poenas exſoluere caedis.

ANDRŎGȲNVS, [ἀνδϱόγυνος] *Qui vtrumque habet ſexum, feminae ſcilicet ac maſculi, Hermaphroditus.* Androgynum inter vtrum, nec vtrumque, et vtrinque remotum Lucret. 5, 837, *quem verſum quidem critici ſpurium cenſent: et variat infinitis fere modis lectio. Commodius forte pro* inter vtrum *legas* alterutrum. Cic. de Diuin. 1, 98 c. 43 Quid ortus Androgyni? nonne fatale quoddam monſtrum fuit? Gell. 9, 4 Gignuntur homines vtriusque ſexus, quos Hermaphroditos vocamus, olim Androgynos vocatos, et in prodigiis habitos, nunc vero in deliciis. Liu. 27, 11 Sinueſſae natum ambiguo inter marem et feminam ſexu infantem, quos Androgynos vulgus, vt pleraque faciliore ad duplicanda verba Graeco ſermone, appellat. *Add.* Auſon. Epigr. 69, 12 Vidit nubentem Plinius androgynum. ¶ 2 Androgyni [Ἀνδϱογυνοὶ] Populi ſunt in Africa ſupra Naſamonas, *vt* 7, 2 Plinius *ſcribit,* vtriusque naturae, inter ſe vicibus coëuntes, dextera mamma his virilis, laeua muliebris. ¶ 3 *An etiam dicitur* Androgyne? *Ita eſt, ſi ſatis emendatus eſt* Valer. Max. 8, 3, 1 *de* Amaeſia Sentia, Quam quia ſub ſpecie feminae virilem animum gerebat, Androgynen appellabant. *Poſſis ſuſpicari* Androgynon.

ANDROGYNE, es. Amaeſiam Sentiam, quia ſub ſpecie feminae virilem animum gerebat, Androgynem appellabant Val. Max. 3, 1.

ANDRŎMĂCHE, [Ἀνδϱομάχη] *Hectoris Troiani vxor, quae a virili pugna nomen ſortita eſt. Fuit enim virili animo ſepta, et quaedam*

*dam veluti virago.* Virgil. Aen. 3, 486 — et longum Andromaches teſtentur amorem. *Legitur etiam* Andromachae. *Hinc* ¶ 2 Andromache *vel* Andromacha Ennii, *Tragoedia ab Ennio ſcripta.* Cic. de Diuin. 1, 23 c. 13 Sus roſtro ſi humi A literam impreſſerit, num propterea ſuſpicari poteris, Andromacham Ennii ab ea poſſe deſcribi? *Conf.* Varr. de L. L. 6, 5 *vbi reprehendit* Ennium, *qui in Latina Tragoedia ad nomen Graecum alludens dixerit*, Andromachae nomen qui indidit, recte indidit. *Hinc prouerbialis locutio*, Nihil ad Andromacham *apud* Tertull. de Pudic. cap. 8.

ANDRŎMĔDE, [Ἀνδρομέδη] ANDROMEDA, *vel* ANDROMADA. *Ponamus fabulam eius ex* Hygin. fab. 64 Caſſiope filiae ſuae Andromadae formam Nereidibus antepoſuit. Ob id Neptunus expoſtulauit, vt Andromada Cephei filia ceto obiiceretur. Quae cum eſſet obiecta, Perſeus Mercurii talaribus volans eo dicitur veniſſe, et eam liberaſſe a periculo. Quam cum abducere vellet, Cepheus pater cum Agenore, cuius ſponſa fuit, Perſeum clam interficere voluerunt *etc.* *Conf.* Eiuſd. Poët. Aſtron. 2, 11 *Nempe inter ſidera relata eſt. Vid.* Cic. de Natur. Deor. 2, 111 c. 43. Manil. 5, 533 ſq. Plin. 5, 31 *et Salmaſ. in* Solin. p. 401 ſq. Andromede Cepheia Propert. 1, 3, 4. Hor. Carm. 3, 29, 17 Iam clarus occultum Andromedes pater Oſtendit ignem. *Sed* Propert. 3, 21, 29 Non hic Andromedae reſonant pro matre catenae, *quibus illa nimirum ſuperbiam matris luit.*

ANDRON, ōnis. m. [μεσοτοίχιον] *Eſt Spatium illud, quod eſt inter duos parietes, in quod pluuia deſcendit.* Plin. Epiſt. 2, 17 Tam alti, abditique ſecreti illa ratio, quod interiacens andron parietem cubiculi hortique diſtinguit, atque ita omnem ſonum media inanitate conſumit. *Sed* Feſtus, Andron, locus domicilii appellatur anguſtior longitudine, in quo viri plurimum morabantur, vt Gynaeceum a mulieribus. Vitruu. 6, 10 Inter haec periſtylia et hoſpitalia itinera ſunt, quae Meſaulae dicuntur, quod inter duas aulas media ſunt interpoſita. Noſtri autem eas Andronas appellant. Sed hoc valde eſt mirandum: nec enim Graece nec Latine poteſt id conuenire. Graeci enim ἀνδρῶνας appellant oecos (οἴκους,) vbi conuiuia virilia ſolent eſſe, quod eo mulieres non accedant. *Haec* Vitruuius. *Patauini hodie Viam arctiorem* Andronem *vocant.*

ANDRŌNĪTIS, ĭdis. f. [Ἀνδρονῖτις] *Locus in domo, vbi ſoli viri ſolent verſari.* Vitruu. 6, 10 Haec autem periſtylia domus Andronitides dicuntur, quod in his viri ſine interpellationibus mulierum verſantur.

ANDRONIVM. *Medicamentum eſt* vuae, *morbo et inflammationi curandae vtile. Eius confectionem vide apud* Celſum 6, 14. *Add.* Scribon. 225. *it.* 232, *vbi abſolute ponitur. Idem videtur* Andronicum Scrib. comp. 248. *Et* Andronis Celſ. 6, 18. Scrib. 63.

ANDROS. [Ἄνδρος] *Inſula vicina Samo, cum oppido eiusdem nominis, quae Aſiae adiacet ex oppoſito ad Epheſum, quam* Ouid. Met. 13, 648 *a filio Anii dictam ait*, Quem dicta ſuo de nomine tellus Andros habet. *Hinc* Andria Terentii, *de qua ſupra.*

ANDROSACES. [ἀνδρόσακες] Herba eſt alba, amara, ſine foliis, folliculos in cirris habens, et in his ſemen naſcitur in maritimis Syriae maxime. Datur Hydropicis *etc.* Plin. 27, 4.

ANDROSAEMON, [ἀνδρόσαιμον] Non abſimile hyperico, cauliculis maioribus, denſioribusque, et magis rubentibus. Folia alba rutae figura: ſemen papaueris nigri. Comae tritae ſanguineo ſucco manant. (*Hinc nomen videtur, quaſi tu* viri ſanguinem *dicas*) Odor eis reſinoſus, gignitur in vineis *etc.* Plin. 27, 4 ſ. 10.

ANDRVARE, *i.* Recurrere, a Graeco verbo ἀναδραμεῖν. Hinc et Drua vocata eſt. Feſtus. *Vid.* AMTRVO.

## A N E

ANECDŎTOS, i. m. [ἀνέκδοτος] *Ineditus.* Cic. Att. 14, 17 Librum meum anecdoton nondum perpoliui. Idem Att. 2, 6 *abſolute* anecdota *ſua dixit.*

ANECLOGISTVS, i. m. [ἀνεκλόγιστος] *Liber et ſolutus a ratione reddenda, vt* Tutores aneclogiſti l. 5 §. 7 ff. de Admin. Tut. *Vbi obſeruat Gothofredus, eos alias* ἀλογοθετήτους, *item* ἀνεξετάστους *vocari.*

ANELLVS, *vid.* ANNVLVS.

ANEMŌNE, es. f. [ἀνεμώνη] *Herba, de qua ſic* Plin. 27, 12 Othonna in Syria naſcitur, ſimilis erucae, perforatis crebro foliis, flore croci: quare quidam anemonen vocauerunt. *Alioquin eodem auctore* 21, 11 ſ. 38 Anemone eſt ſilueſtrium bulborum flos, alia, quam quae dicetur in medicinis. *Nempe* 21, 23 ſ. 94 Anemonas, *inquit*, coronarias tantum diximus; nunc reddemus et medicas. Sunt qui phrenion vocent. (*Hard. coniicit Phaenion*) Duo eius genera: Silueſtris prima, altera in cultis naſcens, — Flos nunquam ſe aperit, niſi vento ſpirante: vnde et nomen accepere *etc.* *Ad ſimilem etymologiam reſpicit* Ouid. Met. 10 *extr. vbi Venus cruorem ſui Adonidis in florem mutat. Hic enim* flos e ſanguine concolor ortus,

Qualem quae lento celant ſub cortice granum
Punica ferre ſolent: breuis eſt tamen vſus in illo.
Namque male haerentem, et nimia leuitate caducum
Excutiunt iidem, qui praeſtant nomina, venti.

ANENNOETOS, *Aeon haereticorum* ἀνεννόητος, *quaſi tu* incogitabilem *dicas.* Tertull. adu. Val. cap. 35.

ANEO, ēre. *Vetulam*, ſ. Anum *fieri, eius mores imitari*, Philox. Gloſſ. γηρᾷ anet, et Flan. Caper. lib. de Orthogr. Sordet, acet, anet, *etc.*

ANESCO, Idem ibid.

ANESVM. Scribon. ſaepius, *i.* aniſum. *Sic* Aneſſum Pallad. Feb. 24, 14 *in MS. Pal.*

ANĒTHVM, i. [ἄνηθον] *Herba boni odoris.* Plin. 20, 18 Anethum quoque ructus mouet, et tormina ſedat, aluum ſiſtit. *De ſatione et cultu eius* Columel. 11, 3, 42. Pallad. Febr. t. 24. *et* Apul. 121. Virg. Ecl. 2, 48 Narciſſum, et florem iungit bene olentis anethi.

ANETHĀTVS, a, um. *Anetho conditus. Vt*, Anethatus pullus Apic. 6, 9 Anethatum ius Idem 7, 6.

ANĔTĬCVS, a, um. [ἀνετικὸς] *i. in remiſſione. Vt*, Aneticis temporibus, *et* Per interualla anetica Th. Priſcian. 3, 3. *et* 2, 25. *Vid.* Reineſ. Varr. Lect. 3, 11.

ANEVRYSMA, atis. *Vox Medicorum Graecorum*, ἀνεύρυσμα, *reſtituta a nobis* Vegetio Veterin. 2, 30, 1, *tumor mollis a ſanguine effuſo ac dilatatis ab eo vaſis.*

ANEXETASTVS. [ἀνεξέταστος] Rationibus reddendis, ſiue ſubducendis ſolutus. Scaeu. l. 23 §. 2. D. de pecul. legat. *Vid.* ANECLOGISTVS.

## A N F

ANFRACTVS, ûs. m. *vel* ANFRACTVM, *ſiue* AMFRACTVM, i. n. [περίοδος, ἀνάκαμψις] *Sinuoſus quidam reflexus: cuius figuram videmus in teſtis cochlearum, in cochlide, et fere in arietum cornibus.* Plin. 11, 37 Conuoluta in anfractum cornua arietum generi. Varro de L. L. 6, 2 p. 68, 21 *cum poſuiſſet ex* veteri Poëta, Terrarum anfracta reuiſam, *addit*, Anfractum eſt ab origine flexum duplici: dictum ab Ambitu et Frangendo. Ab eo leges iubent in directo pedum VIII eſſe: in anfracto XVI, id eſt in Flexu. Nonius 3, 16 Anfractum maſculino genere dici putant: Neutro Accius Euryſace, Super Oceani ſtagna alta patris terrarum anfracta reuiſam. Varro Parmenone, Cauo fronte vt quum irrigauit cauata aurium anfracta in ſiluam vocans. *Haec* Nonius. *Eſt ergo* Anfractus *viarum flexus.* Caeſ. Bell. Gall. 7, 46 pr. Oppidi murus ab planitie atque initio aſcenſus, recta regione; ſi nullus anfractus intercederet, MCC paſſus aberat. Quidquid huic circuitus ad molliendum cliuum acceſſerat, id ſpatium itineris augebat. Cic. de Natur. Deor. 2, 47 Quid enim pulchrius ea figura, quae ſola omnes alias figuras complexa continet? quaeque nihil aſperitatis habere, nihil offenſionis poteſt, nihil inciſum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunoſum? *Loquitur de figura caeli, quae ſphaerica eſt.* Via, qua omnes commeabant, altero tanto longiorem habebat anfractum Nep. 18, 8, 5. *Add.* ibid. 9, 6. Cic. de Legib. 2, 19 c. 8 Itaque vt ita cadat, in annuis anfractibus deſcriptum eſto, *i. circuitu annuo. Nempe ipſum* Anni *nomen orbem ſignificat.* Cic. in Somn. Scip. 3 c. 2 Quum aetas tua ſeptenos octies Solis anfractus reditusque conuerterit, *i. Annos LVI.* Anfractus, *pro Circuitu, eſt etiam* Lucan. 1, 605 Dumque illi effuſam longis anfractibus vrbem Circumeunt, *de ſupplicatione, in qua populus longo et reflexo ambitu vrbem circumibat. Sic* Anfractus litorum flexuoſus Plin. 3, 1. Valer. Argon. 6, 240 Orbibus hos rapidis, mollique per aequora Caſtor Anfractu leuioris equi deludit anhelos. *Vid. Barth. ad illud* Stat. Theb. 5, 520 *de dracone*, Saeuior anfractu laterum. Valer. Flacc. 7, 525 Immenſis recubantem anfractibus anguem dixit. Claudian. de Probi et Olyb. COS. 105 Qua fine ſub imo Anguſtant aditum curuis anfractibus Alpes. Id. de VI COS. Honorii 519 *de Nare fluuio*, Ilice ſub denſa ſiluis arctatus opacis Inter vtrumque iugum tortis anfractibus albet. *Vt* Valer. Flacc. 4, 727 *de mari*, Europam curuis anfractibus angit. *Et* 5, 121 Longisque fluens anfractibus Iris. Anfractu blando ſinuoſa littora Valer. Argon. 2, 452. Blando, *i.* Molli, *nec difficili.* Anfractu opaco latuere viae Lucan. 4, 160. *i. flexu et circuitu vmbroſo.* Obſcuriſſimi amfractus Petron. c. 8. *Add.* Tertull. de Spect. c. [illegible] Anfractu riparum incuruus Eliſſos, *i.* flexu. Stat. Theb. 4, 52[illegible] ¶ 2 *Metaph. vt* Ambages, Anfractus infinitos habere Quinctil. 6, [illegible] 15. *i. variam rationem tractandi. Et ſunt libri, qui habent* tractatu[illegible] Anfractu non longo circumſcripta oratio, ſed ad ſpiritum vocis apt[illegible] Cic. in Partit. 21 c. 6. *Periodos intelligit.* Cic. de Diuin. 2, 127 c. [illegible] Iam vero quid opus eſt circuitione et anfractu, vt ſit vtendum interpretibus ſomniorum, potius quam directo deus, — Hoc facito Hoc ne feceris, diceret? *Sic interpungendus videtur locus, quem ſignu[m] interrogandi poſt* directo *poſitum reddit difficilem.* Cic. pro Cluent. 15 Et vitam illam tranquillam et quietam, remotam a procellis inuidiarum, et huiuscemodi iudiciorum anfractu ſequi maluiſſe. Quincti[l.] 12, 9, 3 Si iuris anfractus aut eruendae veritatis latebras adire cogetu[r] Idem 9, 2, 78 *de figurato genere dicendi, cum aliud indicatum itur, qua[e] verba prae ſe ferunt*, Haec deuerticula et anfractus ſuffugia ſunt infirmitatis; vt qui curſu parum valent, flexu eludunt.

ANFRACTVS, *vel* AMFRACTVS. Adi. [περίκαμπτος] *Circum fractus. Laudant* Varr. de L. L. 6, 2 Vt ſignum cadens in pector[e] quod eſt terrarum anfractarum viſum. *Sed melior lectio, quam ſup[ra] dedimus*, anfracta reuiſam. *Certius* Anfracta vndique ſpatia Ammian. 29, 5.

ANFRAGOSVS, a, um. Gloſſ. Gr. L. περιοδεύσιμος τόπος, Anfragoſus locus.

## A N G

ANGĂRIA, ae. [ἀγγαρεία, περιεργασία, ἀκκσία, ἐργασία, Ve[t.] Gloſſ.] *Coactio, ſeruitus. Suidas indicat, vocem eſſe Perſicam: qu[od] apud illos regii nuntii* ἄγγαροι *dicerentur. Vid. Briſſon. de Reg[no] Perſ.* p. 147. *it. Salmaſ. ad* Capitol. in Pio cap. 12. *nec non Stewec[h.] ad* Veget. 1, 3. *et* 2, 8. *Vſus eſt ea voce* Nigidius *Ciceroni aequal[is] apud* Gell. 19, 14 *niſi quod in MSS. eſt* Angari. *Et poteſt eſſe* Non[.] *Plur.* ἄγγαροι. *Scribitur et* Engaria *Vid.* Scheffer. de Re Vehic. 2[,] 29, *vbi oſtendit, proprie vſurpari pro vectura ſeu deductione vehiculi onerati: adeo vt etiam ipſa vehicula* angarias *dicerent.* L. 28 C. Theod. de Curſu publ. Non amplius rheda, quam mille pondo ſu[s]tollat vectet, et angariae mille quingenta ſufficiat. *Idem vehiculi genus etia[m] clabulare dictum: de quo ſ. l.* L. 4 C. Theod. de Curſu publ. N[e]quis poſt hanc legem amplius quam duas angarias, et hoc eorum qui aegri ſunt cauſa, vſurpare conetur, cum ad deſtinata proficiſcitu[r] ita tamen, vt pro ſingulis angariis bina tantum boum paria conſequatur. L. 5 C. Theod. de Curioſis, E curſu clabulari ſingulas angarias percipiatis. L. 48 C. Th. de Curſu publ. Lineae vel amictoria — nec vlterius rhedis, ſed angariis vel nauibus dirigantur. *Et* l. 16 co[d.] Angariarum curſum ſubmoueri non oportet propter publicas ſpeci[es] — tantum numerum angariarum collocari oportere decerna[t] quantum neceſſarium eſſe — deliberationes ſuaſerint. *Deniqu[e]* vlt. eod. Nemo ducum ingreſſus ſemel prouinciam ſuam poſt modu[m] itineribus faciendis curſu atque angariis ipſe, ſiue ſuum officium vt[a]tur. *Sed etiam in Digeſtis huius rei mentio. v. g.* l. Sunt muner[a] 11. D. de Vacat. et excuſat. muner. Sunt munera, quae rei proprie c[o]haerent: de quibus neque liberi, neque aetas, neque merita milita[e] nec vllum aliud priuilegium iure tribuit excuſationem: vt eſt praediorum collatio, viae ſternendae angariarumue exhibitio, hoſpit[is] ſuſcipiendi munus. *Sic* Angariarum praeſtatio, et recipiendi hoſpit[is] neceſſitas et militibus, et liberalium artium profeſſoribus inter caete[ra] remiſſa ſunt Paullus in l. 10 D. de Vacat. et excuſat. muner. *Con[f.]* CLABVLARE *et* Curſus Clabularis *ſub* CLABVLA. *Caeterum ab* Angaria e[ſt]

ANGARIO, āre. [ἀγγαρεύω] *Adigere, compellere, cogere.* Vl[p.] in l. Viae ſternendae. D. de Priuil. veter. Nec a contributionibus, qu[ae] in poſſeſſionibus fiunt, veteranos eſſe excuſatos palam eſt. Sed et naues eorum angariari poſſe Aelio Firmo, et Antonino Claro veteran[is] reſcriptum eſt. *Vid. Panciroll. de Magiſtr. munic. cap.* 23 *et Beza* [ad] *Matth.* 5, 41. Iumentum angariauit in vias duras Paullin. Epiſt. 37 a[d] Victric. n. 1. *Add.* Arator. 2, 903.

ANGARIALIS, e. Theod. Cod. l. 8 tit. 5 Angarialem habere copiam

ANGELVS. [ἄγγελος] *Graeca dictio, Latine* Nuntium *ſignifica[t.] Legitur* Sen. Epiſt. 20 Ego angelus Epicuri. *Sed locus deſperatus Lipſi[o,] Gronouio intactus. Vulgo vtimur pro Spiritibus bonis, quos Deus ad [ſuum] miniſterium creauit, qui eam ob cauſam dicti* Angeli, *quod Deus ad bon[...]*

t pios eos mittere conſueuit, vt illos a malis et periculis conſeruent. Exempla apud Script. Eccleſiaſt. paſſim, v. g. Arnob. 1 p. 25. Iſidor. 7, 5.

ANGELĬCVS, a, um. vt, Angelicae excubiae Paullin. Epiſt. 18, 1. Carmen angelicum Alcim. Auit. 1, 190. Panibus angelicis ilbent tentoria patrum Prudent. Tetraſt. 11 de Manna. Angelicus verſus numeros et ſyllabam coarctat hexametro : vt Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia ſeruas? Fragm. Incerti ſub Cenſorino de Die Natal. cap. 14 et vlt. Conf. Mar. Victor. p. 2531 Putſch. et Plotius p. 2633, qui eſt omnium copioſiſſimus, vocatque idem metrum Choerileum et Delphicum.

ANGELIFICATVS, a, um. Caro in regno Dei reformata et angelificata Tertull. de Reſurr. Carn. c. 26.

ANGERONA. [Ἀγγερώνη] Silentii dea, cui ſacrificabatur ad diem XII Calend. Ianuarii, ore obligato obſignatoque ſimulacrum habebat Plin. 3, 5 ſ. 9 Repetit Solin. c. 1. Vid. Salmaſ. p. 6, b. Angeroniam vocat Macrob. Saturn. 1, 10 XII Kal. Ian. Feriae ſunt Diuae Angeroniae, cui pontifices in ſacello Volupiae ſacrum faciunt: quam Verrius Flaccus Angeroniam dici ait, quod angores ac animorum ſollicitudines propitiata depellat. Maſurius adiicit, ſimulacrum eius deae ore obligato atque obſignato in ara Volupiae propterea collocatum, quod qui ſuos dolores anxietateſque diſſimulant, perueniant patientiae beneficio ad maximam voluptatem. Iulius Modeſtus ideo ſacrificari huic deae dicit, quod populus Rom. morbo, qui angina dicitur, praemiſſo voto ſit liberatus. *Haec* Macrobius. Feſtus, Angeronae deae ſacra a Romanis inſtituta ſunt, quum angina omne genus animalium conſumeretur : cuius feſta Angeronalia dicebantur. *Dedit huic rei occaſionem* os obligatum Angeronae *apud* Plinium ; praenexum obſignatumque, Solini, *quod, neſcio quam bene, ad ſolum digitum labia compeſcentem refert Salmaſius : qui etiam conijcit potius, quam ex Plinii vel Solini verbis demonſtrat,* Angeronam *fuiſſe arcanum ipſum vrbis Romae nomen :* cum ii ſilentio tegendi huius nominis cauſa Angeronam coli, dicant. *Sed praeiuit Salmaſio* Macrobius 3, 9 *qui, poſt alias coniecturas de nomine illo vrbis, ait,* ſunt qui Angeronam, quae digito ad os admoto ſilentium denuntiat. Vet. Gl. Angeronia ἡ θεὸς τῆς βουλῆς καὶ καιρῶν. H. Grotius ad Mart. Capell. 1 p. 2 *extr. emendari vult* Agerona : *eandemque ſubſtitui* Argioniae, *quam ibi* Capella Iano coniugem *aſſignat. Sed* Angeroniam *vtroque loco probo Geſnerus, quam in* Gloſſario *ordo elementorum tueri videtur, et ipſum munus ſilentio cognatum: apud* Capellam *coniux decet, et literarum ductus ſuadet. Conuenit* Varro L. L. 5, 3 p. 48, 34 Angeronalia ab Angerona, cui ſacrificium fit in curia, *ſilentii cauſa ſine dubio. Scaliger malit* Angenora *ab* angendo ore *ad contradicit Salm. l. c.*

ANGINA, *vid.* ANGO.

ANGIPORTVS. [στενωπός, στενωπὸς] Priſcianus, l. 6 p. 714 a portu compoſitum, tam maſculini quam neutri generis inuenitur, et ſecundae declinationis hic Angiportus, et hoc Angiportum, his Angiportis. Sic Plinius Secundus in primo Artis Grammaticae, Ter. quoque in Adel. 4, 2, 39) Id quidem angiportum non eſt peruium. Idem Phorm. 5, 7, 8) Sed hinc concedam in angiportum hunc proximum. *Hactenus* Priſcianus. *Add.* Ter. Eun. 5, 2, 6. Plaut. Pſeud. 4, 2, 6. 4, 7, 134. Catull. 59, 4. Angiportus *(inquit* Feſtus*)* Iter compendiarium in oppido, eo quod ſit anguſtus portus, *i.* Aditus in portum. Varro de L. L. 4, 32 Angiportum et id anguſtum, ab angendo et portu. Donatus in Adel. Ter. 4, 2, 39 Angiportum, id eſt, anguſta et curua via : quaſi anguiportus : vt Angitia, aut Anguitia. Alii quod inter portus ſit locus anguſtus. *h. e.* Inter domos. Nam domos, vel portus, vel inſulas veteres dixerunt. Cic. Verr. 2, 141 57 Vt omnibus in angiportis praedonis improbiſſimi ſtatuae ponantur. Idem de Diuin. 1, 69 Ex horreis direptum effuſumque frumentum vias omnes angiportuſque conſtrauerat. Ita dirigantur plateae et angiportorum diuiſiones Vitruu. 1, 6 *extr.* Angiporto toto deerraſſe ad Heren. 4 c. 51. Hor. Carm. 1, 25, 10 Flebis in ſolo leuis angiportu.

ANGISTRVM, *vid.* ANCHISTRVM.

ANGITIA [Ἀγγιτία] *vel vt alii legunt* ANGVITIA. *Aeetae filia, et ſoror Medeae, quae prima Marſis remedia contra venena fertur oſtendiſſe.* Silius 8, 500 Aeetae prolem Angitiam mala gramina primam Monſtrauiſſe ferunt, tactuque domare venena. Virg. Aen. 7, 759 Te nemus Angitiae, vitrea te Fucinus vnda, Te liquidi fleuere lacus. Angitiae *hic probat Pierius. Vid.* Salmaſ. ad Solin. p. 60. *Delrio ad* Sen. Med. 1024 Anguiciam *dici vult, a* ciendis anguibus.

ANGLVS, i. Anglorum *Germaniae populorum* Tacitus Germ. 40, *meminit, quos habitaſſe ad Albim Ph. Cluuerius Germ. Vet. 3, 27 tribit.*

ANGO, is, xi, ĕre. [ἄγχω] Priſcian. l. 10 p. 895 *Ango* differentiae cauſa ſeruauit *N* in Supino *anctum*. Nam ab *ago*, *actum* fit. Quidam tamen etiam *anxus* eius Participium protulerunt. Angere *proprie ſignificat Praefocare, ſiue Strangulare, vnde et* Angina *dicta eſt.* PRAEFOCO, praefocaui, Probus quaſi nouam vocem miratur. ANGIT enim veteres dicebant Diom. 1 p. 361. Quatit aegros Tuſſis anhela ſues, ac faucibus angit obeſis Virg. Georg. 3, 497. Aſparagus non erit decerpendus, ſed radicitus vellendus. Nam niſi ita fiat ſtirpes praefractae angunt oculos ſpongiarum, et quaſi excaecant, nec patiuntur aſparagum emittere Columel. 11, 3, 45. *Sic* 4, 2, 2 Angitur vitis pluribus radicibus inter ſe connexis. Id. Col. 10, 149 Angentem exterminet herbam. Ardeolae in coitu anguntur Plin. 10, 60. ¶ 2 Angi [ἀδημονεῖν] *per metaphoram, eſt Dolere, aut Cura, aliaue animi aegritudine premi, torqueri, cruciari.* Cic. Att. 1, 15 Multa ſunt animi, quae me ſolicitant anguntque. Idem de Senect. 66. Me illa cura ſolicitat angitque vehementer Cic. ad Q. Fratr. 3, 3. Intimis ſenſibus angi Id. Att. 5, 10. Angere ſeſe animi Plaut. Epid. 3, 1, 6. Angere aliquem incommodis Plaut. Caſin. 2, 1, 11. Cic. Fam. 16, 14 Audio te animo angi, et medicum dicere, ex eo te laborare. Cic. de Cl. Or. 7 Equidem angor Animo, remp. *etc.* Id. Off. 2, 25 Dionyſius maximo Cruciatu timoris angi ſolitus. Id. pro Arch. 29 Neque tot Curis vigiliiſque angeretur. Id. Fam. 4, 3 Vehementer eſſe ſolicitum, et in communibus miſeriis praecipuo quodam Dolore angi. Et de Amic. 10 Amicorum Deceſſu *(i. morte)* angi. Id. Att. 9, 1 Tamen angebatur ſingularum horarum expectatione. Colum. 6, 27, 7 Angi deſideriis naturalibus, *de equabus coitum appetentibus.* Cic. in Lael. 10 Suis autem incommodis grauiter angi, *etc.* Angebatur ad impenſas regis animus *Laudatur* Liu. 1, 55. *Sed eſt* Augebatur. Angi de re aliqua, *i. Ob, ſiue Propter.* Cic. Att. 2, 18. *it.* 7, 22. Gell. 3 Ea res animum illius anxit. Lucan. 6, 102 Nec inertibus angi ur vndis. *i. non laboret ob aquam parum ſalubrem.*



ANCTVS, a, um. *Colligas ex* Priſcian. l. 10 p. 895. Anxus ſum Diomed. l. 1 *in Paſſiu.* Anctus *legitur a Scalig. ap.* Feſt. *vbi vulgo* Antios. Vet. Gloſſ. Anctos ἀναγκασθέντας. *it.* Ancti ἀγχόμενοι.

ANGOR, ōris. m. [ἀδημονία] Cic. Tuſc. 4, 18 c. 8 Angor, eſt Aegritudo premens. Feſtus, Angor, id eſt Animi vel corporis cruciatus proprie a Graeco συνάγχη, id eſt Strangulatione dictus. Vnde et Faucium dolor, Angina vocatur. *Plerumque tamen ad animi aeſtuantis et dubitantis de exitu moleſtias refertur, v. g.* Cic. de Fin. 1, 49 Sic robuſtus animus et excelſus omni eſt liber cura et angore, quum et mortem contemnit, *etc.* Lucret. 3, 865 — nec iam de illis nos Afficit angor. Cic. in Lael. 48 c. 13 Quamobrem angor iſte qui pro amico ſaepe Capiendus eſt, *etc.* Confici angoribus Cic. Att. 2, 37. Id. Phil. 2 c. 15. Dedere ſeſe angoribus Cic. Off. 2, 2. Diſſoluit ſe animus angore Lucret. 3, 916. Implicatus angoribus et moleſtiis Cic. Tuſc. 5, 3. Leuandi angoris et doloris cauſa aliquid perſcribere Cic. Epiſt. 6, . . Leuare curam et angorem animi ſermone Cic. Att. 1, 15. Vacuitas ab angoribus Id. Off. 1, 73. ¶ 2 *Ad corpus et ſpirandi difficultatem pertinet* Aeſtu et angore vexari Liu. 5, 48. ¶ 3 Angor, pro Angina. Plin. 8, 27 Pantheras perfricata carne aconito (Venenum id eſt) barbari venantur. Occupat ilico fauces earum angor : quare Pardalianches id venenum appellauere quidam.

ANGĪNA, ae. f. [συνάγχη, κυνάγχη] *Genus morbi acutiſſimi, quo fauces anguntur ac ſtrangulantur ; Deprauato* κυνάγχης *nomine Barbari Squinantiam vocant, Hippocrates ac Galenus* Synanchen *appellarunt. Diuerſa eius genera enarrat* Celſus 4, 4. Verum angina ſibi miſtum ſale poſcit acetum Samon. 16. Plin. 20, 1 Illitum anginas et arterias cum melle et oleo vetere ſanat. Plaut. Trin. 2, 4, 13 Sues moriuntur angina acerrime. *Conf.* Moſt. 1, 3, 60. *Vid. et* Gell. 11, 9 *de* Argyranche Demoſthenis *vbi vid.* Anginam vinariam habere dicuntur, qui vino ſuffocantur. Feſtus. Anginae perunguntur intus palimpiſſa liquida Plin. 24, 7. Ad anginam prodeſt Scribon. 67. Ad anginas vtuntur herbarii polygono Plin. 23, 12. Abolet anginas menarum ſalſarum ex capitibus cinis ex melle illitus Plin. 32, 8. Aduerſatur anginae pix Plin. 24, 7. Aduerſus anginas ſucco praecipuo Plin. 24, 19. Curari anginam eximie tradunt herba proſerpinaca Plin. 27, 12 ſ. 104. Angina correptae fauces Scribon. 206. Finita eſt ſi ſubito in pulmonem id malum tranſit Celſ. 2, 7. Diſcutiunt anginas violae ex aqua potae Plin. 21, 19. *et* 23, 2. Gargarizatur laſer in angina Plin. 22, 23. Hebetant anginam nuces iuglandes cum ruta et oleo Plin. 23, 8. Illini efficaciſſime anginam tradunt hominis ſanguine ex quacunque parte emiſſo Plin. 28, 4. Medetur anginis ſuum Plin. 25, 5. Mentis angina Tertull. de An. c. 48. Pollet efficaciſſime contra anginas herba quae gignitur ſupra fimeta ruris Plin. 24, 19. Angina non periclitari toto anno vulgo audio, ſi quis pullum hirundinis ederit Celſ. 4, 4. Prodeſt anginis omphacium Plin. 23 in praefat. Profuiſſe contra anginas oxymeli calidum gargarizatum fatentur Plin. 23, 2. Salutaris eſt contra anginas herba quae vocatur Britannica Plin. 25, 3. Suum anginas ſanat peculiariter ſideritis Plin. 26 fin. Sedat anginas aniſum cum melle et hyſſopo ex aceto gargarizatum Plin. 20, 17. *Sic* 32, 4. Strangulari angina Celſ. 2, 10. Succurritur anginis citiſſime felle anſerino cum elaterio et melle Plin. 30, 4. Vtile eſt contra anginas miſy Plin. 34, 12. Vtiliſſimum anginis eſt mel Plin. 22, 24. ¶ 2 Angina *vel* Anguina *funis nauticus, quo antennae alligantur. Nempe ſic legendum videtur viris doctis apud* Iſid. 19, 4 *vbi inter funes nauticos memoratur* Anquina, qua ad malum antenna adſtringitur. *Hinc emendandus videtur* Nonius 13, 16 Ancorae *legere, nos iubent* Anginae *vel* Anguinae vincla, quibus Antennae tenentur. Lucil. Armamenta tamen, malum, vela omnia, ſeruo. Funis enim praeciſu' cito atque ancora (Angina) ſoluta. Gloſſ. Philox. Anguina ἄγκυρα. Συνάγχη, Κυνάγχος. *Sed hic ipſe locus ſuſpicionem mouet, apud Lucillium etiam intelligendam ancoram potius, quam funem, quo antennae tenentur. Quin non abſurdum videtur putare totum hoc quod de* Anquina, Anguina, Angina *fune dicitur a Grammaticis ſemiantiquis, commenticium eſſe, et e Lucillii falſa lectione ortum. Equidem puto, apud illum fuiſſe,* Ancuira *vel* Anquira, *id eſt* ἄγκυρα, *in quo nomine Graeco penultimam longam eſſe conſtat. Iuniores corripuerunt penultimam in* o. *Sed de hoc exiſtimet, vt quiſque voluerit. Syllabae Graecae* κυ *in* qui *verſae exempla ſunt* Quatus, Quilon, Quima, Coloquintha, Squibala, Squilla, Iuſquiamus *pro* Cyathus, Cylon, Cyma, Colocyntha, Scybala, Scylla, Hioſcyamus: *de quibus ſ. l.*

ANGRAE, *vid.* ANTRAE.

ANGVEVS, ANGVESCO, ANGVICOMVS, ANGVICVLA, ANGVICVLVS, ANGVIFER, *et* ANGVIGENA, *vid.* ANGVIS.

ANGVILLA, ae. f. [ἔγχελυς] *Piſcis.* Ab anguis figura ſic dicta Varr. L. L. 4, 121. *Quorſum etiam reſpicit illud* Vos anguilla manet longae cognata colubrae Iuuenal. 5, 103. Plin. 9, 51 Anguillae atterunt ſe ſcopulis, ea ſtrigmenta viuiſcunt, nec alia eſt earum procreatio. Plin. 9, 20 ſ. 37 *de pinnis*, Binae omnino longis et lubricis, vt anguillis et congris. Id. 9, 21 ſ. 38 Anguillae octonis viuunt annis. Durant et ſenis diebus ſine aqua, Aquilone ſpirante, Auſtro paucioribus. At hiemem eaedem in exigua aqua non tolerant, nec in turbida : ideo circa Vergilias maxime capiuntur, fluminibus tum praecipue turbidis. Paſcuntur noctibus. Exanimes piſcium ſoli non fluitant. Lacus eſt in Italia Benacus in Veronenſi agro Mincium amnem tranſmittens, ad cuius emerſus annuo tempore Octobri fere menſe, autumnali ſidere, vt palam eſt hiemato lacu, fluctibus glomeratae voluuntur, in tantum mirabili multitudine, vt in excipulis eius fluminis, ob hoc ipſum fabricatis ſingulorum millium globi reperiantur. Paſcuntur noctibus anguillae Plin. ibid. Anguillae exemtae aquis diutius viuunt Plin. 9, 57. Anguilla eſt, elabitur Plaut. Pſeud. 2, 4, 57 *Dictum per metaphoram. Qua figura etiam dicunt* Anguillam cauda tenere, *in eos, qui lubrica ſunt fide.* Anguillis craſſius tergus eoque verberari ſoliti praetexati Plin. 9, 23. *Vbi Harduinus laudat* Iſidor. in Gloſſ. Anguilla eſt, qua coërcentur in ſcholis pueri, quae vulgo Scutica dicitur.

ANGVILLARIVM, i. e. Locus vbi anguillae abundant Cathol.

ANGVILLARIVS. Adi. *vt*, Anguillarius lacus, *in quo aluntur anguillae.* Procul. in l. Rutillia Palla D. de contrah. emt. l. 69. *Vid.* Cell. Not. Ort. Ant. 2, 9, 2, 200.

ANGVIS, is. [ὄφις] Abl. e *vel* i. *tam* m. *quam* f. gen. *ſaepius tamen* m. *Eſt autem Serpentis genus vulgo notum.* Plaut. Amph. 5, 1, 56 Deuolant angues iubati deorſum in impluium duo Maximi. Virg. Ecl. 3, 93 Frigidus, ô pueri fugite hinc, latet anguis in herba. Id. Aen. 2, 204 Ecce autem gemini — immenſis orbibus angues Incumbunt

cumbunt pelago pariterque ad littora tendunt, *vbi* Seruius, *Angues,* aquarum ſunt ; *Serpentes*, terrarum ; *Dracones*, templorum. Sed haec ſignificatio plerumque confunditur. *Sed etiam in feminino genere vſurpatur. v. g.* Volucres angues, vento Africo inuectae Cic. de N. D. 1 c. 36 Mediae angues ſinduntur Ouid. Med. Fac. 39. Varro Atacinus *apud* Non. 3, 9 Cuius vt aſpexit torta caput angue reuinctum. Val. Max. 1, 6 Subito ab vna parte arae prolapſam anguem proſpexit: qua viſa *etc.* Tacit. Ann. 11, 11 Vnam omnino anguem in cubiculo viſam narrare ſolitus eſt. *Vtrumque genus occurrit apud* Cic. de Diu. 2, 62 c. 28 Coniector quidam et interpres portentorum non inſcite reſpondiſſe dicitur ei, qui cum ad eum retuliſſet quaſi oſtentum, quod anguis domi vectem circumiectus fuiſſet, Tum eſſet, inquit, oſtentum, ſi anguem vectis circumplicauiſſet. *Et mox :* C. Gracchus ad M. Pomponium ſcripſit, duobus anguibus domi comprehenſis, haruſpices a patre conuocatos — Ego tamen miror, ſi emiſſio feminae anguis mortem afferebat Ti. Graccho ; emiſſio autem maris anguis erat mortifera Corneliae, cur alterutram (*Victor.* alteram vtram) emiſerit ? Nihil enim ſcribit reſpondiſſe haruſpices, ſi neuter anguis emiſſus eſſet, quid eſſet futurum. ¶ 2 *Iam Epitheta quaedam videamus.* Priſcian. l. 7 p. 766 Anguis ab Angue et Angui. Stat. Angue ter excuſſo. Hor. Epiſt. 1, 17, 30 Alter Mileti textam cane peius et angui Vitabit chlamydem. Aliger anguis Valer. Argon. 1, 224. Ater Ouid. Met. 4, 453. Atrox Stat. Theb. 6, 156. Auidus Ouid. in Ibin 288. Caeruleus Virg. Georg. 4, 482. Criſtatus Sen. Herc. fur. 4, 217. Criſtis praeſignis Ouid. Met. 3, 32. Ferus Ouid. Met. 11, 56. Frigidus Virg. Ecl. 3, 93. Gorgonius Ouid. de Arte Am. 3, 504. Intortus capillis Eumenidum Hor. Carm. 2, 13, 36. Lethifer Stat. Theb. 5, 628. Lubricus Virg. Aen. 5, 84. *et* Sen. Thyeſt. 870. Maculoſus Virg. Georg. 3, 427. Martius Ouid. Met. 3, 32. Minax Stat. Theb. 4, 96. Purpureus vndantes anguibus haſtae Claud. in Ruff. 2, 177. *i. vexilla in quibus Dracones.* Salutifer Stat. Silu. 3, 4, 25. *de Dracone Aeſculapii.* Squalens Sil. Ital. 13, 643. *i. Squamoſus. vid. Drakenb. ad 2, 547.* Squameus Virg. Georg. 2, 154. Terribilis Ouid. Amor. 3, 6, 14. Teter Claud. Laud. Herc. 42. Tortus Ouid. Met. 2, 138. *et* Virg. Georg. 3, 38. *Paullo aliter* Sen. Med. 962 *de Megaera Furia* Ingens anguis excuſſo ſonat Tortus flagello. *Vid.* VIBRATVS. Toruus Virg. Aen. 6, 571. Trux Ouid. Triſt. 4, 7, 14. Tumidus Ouid. Triſt. 5, 2, 14. Venenatus Ouid. in Ibin 481. Venenoſus Ouid. in Philom. Sen. Herc. fur. 789 *de Cerbero*, Attollit hirtas angue vibrato comas. Viridis Claud. in Eutrop. 2, 186. ¶ 3 *Subiiciamus et formulas.* Odiſſe aeque atque angues Plaut. Merc. 4, 4, 21. Statius Silu. 1, 4, 104 Quoque anguis abundat Spumatu. *De ſaliua anguium Aeſculapii, qui lingendo aegros ſanabant ſua ſpuma.* Emerſit anguis ab infima ara Cic. de Diuin. 1, 73 c. 33. Anguis modo et ſtelliones ſenectutem exuere, eamque protinus deuorare Theophraſtus auctor eſt Plin. 8, 31 ſ. 49. Id. 8, 27 ſ. 41 Anguis hiberno ſitu membrana corporis obducta feniculi ſucco impedimentum illud exuit, nitidusque vernat. Exuit autem a capite primum, nec celerius, quam vno die ac nocte replicans, vt extra fiat membranae quod fuerat intus. Idem hiberna latebra viſu obſcurato, marathro herbae ſeſe affricans, oculos inungit ac refouet : ſi vero ſquamae obtorpuere, ſpinis iuniperi ſe ſcabit. *Comparemus de eadem re* Tertullianum de Pall. c. 3 *de ſerpente loquitur*, Nam et iſte quod ſortitus eſt conuertit corium et aluum. Siquidem vt ſenium perſenſit, in anguſtias ſtipat, pariterque ſpecum ingrediens et cutem egrediens ab ipſo ſtatim limine eraſus, exuuiis ibidem relictis nouus explicat: cum ſquamis et anni recuſantur. ¶ 4 De angui coeleſti, *aſteriſmo, vid.* Vitruu. 9, 7. Manil. 1, 404. *Add. Drakenborch. ad* Sil. 3, 193. *Hic eſt* Lucidus Anguis Virgil. Georg. 1, 205.

ANGVEVS, a, um. *Vt*, Angueos lapſus Solin. 24. *Vulg.* 37 de Libya.

ANGVESCO, ĕre. *Anguium ritu iuueneſcere.* Tertull. de Pall. cap. 3 Serpente paſtus veneno angueſcit in iuuentutem. *Ita Scaliger pro* Langueſcit: *Sed ſeruat* Langueſcit *Salmaſius, i. aeger eſſe non recuſat, vt iuueneſcat. Multo minus audiendus Bernartius, qui illud volebat impingere* Statio Achill. 1, 11. *Recte enim ibi* Primis albeſcunt tempora vittis.

ANGVĬCŎMVS, a, um. *Angues loco crinis habens.* Ouid. Met. 4, 698 Gorgonis anguicomae.

ANGVĬCŬLVS. [ὀφίδιον] *Diminut. ab* Angui. Cic. de Fin. 5 c. 15 Serpere anguiculos, nare anaticulas.

ANGVĬFER, a, um. *Adiectiuum. Subſt.* [ὀφιοῦχος] *ſidus caeleſte, de quo* Columel. 11, 2, 49 Anguifer qui a Graecis dicitur ὀφιοῦχος, mane occidit, tempeſtatem ſignificat. *Adiectiuum eſſe indicant iſta:* Anguiferum caput Prudent. Hamart. v. 131. Anguifera domus *Cleopatrae* Stat. Silu. 3, 2, 119. Anguifera cauda Cerberi Sen. Herc. fur. 812. Gorgo Propert. 2, 2, 60. Anguifera Lerna Stat. Silu. 2, 1, 181.

ANGVIGĔNA, ae. [ὀφιογενής] Ouid. Met. 3, 531 Quis furor anguigenae, proles Mauortia, veſtras Attollit mentes ? *Thebanos vocat* Anguigenas, *et* prolem Mauortiam, *quod a ſparſis Cadmi manu draconis dentibus, qui in tutela Martis erat, originem ducant. Vid.* Metam. 3, 103 ſqq.

ANGVINEVS. Adi. [ὀφιαῖος] Anguineus cucumer, *dicitur a* Columel. 2, 9, 10 *Oblongus, et ad anguis ſimilitudinem contortus.* Plinius 20, 2 ſ. 4 *de* Scorpionio cucumere, Multi hunc eſſe apud nos, qui anguinus vocetur, ab aliis erraticus, arbitrantur. Anguineae comae Meduſae Ouid. Triſt. 4, 7, 11. Capillus Eumenidum Catul. in Argon. 65, 193.

ANGVĪNVS, [ὀφιώδης] aliud Adi. *vt*, Anguina ceruix. Cic. de Diuin. 2 c. 64. Anguina pellis Cato de R. R. c. 73. Anguina vernatio, *pro Pelle, quam verno tempore angues exuunt* Plin. 30, 3. Pietatis tegmine crines obtegit anguinos *Bellona* Prud. Pſychom. v. 560. Plin. 29, 3 ſ. 12 Eſt ouorum genus in magna Galliarum fama, omiſſum Graecis. Angues innumeri aeſtate conuoluti, ſaliuis faucium corporumque ſpumis, artifici complexu glomerantur: Anguinum appellatur. Druidae ſibilis (*puto inter ſibilos*) id dicunt in ſublime iactari, ſagoque oportere intercipi (*quale quid etiam de* viſco *narrant*) ne tellurem attingat. Profugere raptorem equo : ſerpentes enim inſequi, donec arceantur amnis alicuius interuentu. — Vidi equidem id ouum mali orbiculati modici magnitudine, cruſta cartilaginis velut acetabulis brachiorum polypi crebris, inſigne *etc. Mirifica enim de eo ouo narrantur.*

ANGVĬMĂNVS, [ὀφιόχειρ] Anguimani *vocati ſunt elephantes: quia proboſcis eorum, quae* manus *vocatur, in omnem partem anguium more, facile flectitur et vertitur:* Lucret. 5, 1302

Inde boues Lucas, turrito corpore, tetros,
Anguimanos, belli docuerunt vulnera Poeni
Sufferre, et magnas Martis turbare cateruas.

Idem 2, 536 Sicuti quadrupedum cum primis eſſe videmus In genere anguimanos elephantos. *Add.* Lactant. de Opif. Dei cap. 5.

ANGVĬPĔDES, [ὀφιόποδες] *a Poëtis dicti ſunt Gigantes, quod eorum* pedes in draconum volumina deſinebant, *vt ait* Macrob. Sat. 1, 20. Ouid. Met. 1, 184 Centum quisque parabat Iniicere Anguipedum captiuo brachia caelo, *vbi ſubſtantiue poſuit.*

ANGVĬTĔNENS, entis. [ὀφιοῦχος] *Sidus quod et* Anguifer *dicitur.* Cic. de Nat. Deor. 2 c. 42 Atque haec quidem a tergo: propter caput autem Anguitenens, Quem claro perhibent ὀφιοῦχον nomine Graii: Hic preſſu duplici palmarum continet anguem.

ANGVITIA, *vid.* ANGITIA.

ANGVĬLVS, [γωνία, κάνθος ὀφθαλμοῦ, Vet. Gloſſ.] *Mathematicis eſt Magnitudo in communi ſectione terminorum : vt Superficiarius in communi ſectione linearum, quibus terminatur: vt Solidus, in communi ſectione ſuperficierum, quibus terminatur.* Varr. L. L. 5, 5 p. 52, 25 Angulus *dictus eſt*, quod in eo, locus anguſtiſſimus, cuius loci is angulus. Feſtus, Angulus a Graeco ἀγκύλον, ſiue ab eo, quod eſt ἐγγὺς, id eſt prope: quod aduncatur, quod ex diuerſo coacta faciunt anguli formam. Lucret. 4, 356 Angulus obtuſus quia longe cernitur omnis. Cic. de Natur. Deor. 2, 47 Figura habens nihil inciſum angulis, nihil anfractibus. Idem Tuſc. 1, 40 Terrena et humida ſuopte nutu et ſuo pondere ad pares angulos (*perpendiculariter*) in terram et in mare feruntur. *Angulum ſolidum notat* Ouid. Met. 13, 833 Extremus quamvis peruenit ad illum Angulus e ſaxo, totum tamen obruit Acin. *Cauum* Plin. 11, 37 Anguli oculorum bini ſunt, vni ad nares, alteri ad tempora pertingunt. *Sic* Scribon. c. 163 Angulus oculi ad nares verſus. ¶ 2 *Hinc vulgari vſu ſignificat locum anguſtum, abditum contemtum etc. v. g.* Angulum mihi aliquem eligas prouinciae, reconditum ac derelictum Cic. Verr. 3 c. 83. Idem Catil. 2, 8 c. 4 Nemo non modo Romae, ſed nec vllo in angulo totius Italiae oppreſſus aere alieno fuit, quem non *etc. Metaphor.* Cic. pro Caecin. 84 c. 29 Me ex hoc, vt ita dicam, campo aequitatis ad iſtas verborum anguſtias, et ad omnes literarum angulos reuocas. Idem de Orat. 1 c. 13 Vt de his rebus omnibus in angulis conſumendi otii cauſa diſſerant. *Sic* ceſſat omne ſtudium : et, liberalia profeſſi, ſine vlla frequentia, deſertis angulis praeſident Sen. Epiſt. 95. Claud. de Laud. Stil. 2, 179

— — quis deuius eſſet
Angulus, aut regio, quae non pro numine vultus
Dilectos coleret.

Bruttius angulus Flor. 3, 20, 13. *Conf.* Id. 2, 6, 51. Horat. Carm. 1, 9, 22 Latentis gratus ab intimo Riſus puellae proditur angulo. *Pro Seceſſu vſurpauit* Id. Hor. Carm. 2, 6, 14 Ille terrarum mihi praeter omnes Angulus ridet. *Add.* Epiſt. 1, 14, 23. Sidon. Ep. 7, 17.

ANGELLVS. Dimin. [γωνίδιον] *Paruulus angulus.* Lucret. 2, 428 Angellis proſtantibus. *Quidam legunt* Angululis.

ANGVLĀRIS. Adi. [γωνιαῖος] *Quod in angulo eſt, quod in angulum conuenit.* Cato de R. R. 14, 1 Pilas ex lapide angulari, *i. Quadrato, ad angulos rectos caeſo.* Columel. 5, 3, 2 Extremos ordines, quos vocant angulares, *de vinea conſerenda.* Angulares venae *in iumentis, quae leguntur* Veget. Veter. 2, 12, 2, *credo, nullae ſunt: et praefero Sambuci lectionem*, vt auferatur ei ſanguis de iugularibus venis, de palato, et poſt de cruribus. ¶ 2 *Subſtant.* Angularis *Vaſis coquinarii genus, a forma angulari ſic dictum apud* Apic. 5, 3 Angularem accipies. *Et* 7, 4 In angularem refundis, *intelligo* ollam *vel* cacabum.

ANGVLARIVS. Adi. *pro* Angularis. Angularius, γωνιαῖος, Vet. Gloſſ. Procul. in l. 69. D. de contrah. empt. Rutilia Polla emit lacum Sabatenem angularium, et circa eum pedes decem. *Sed al.* Anguillarium.

ANGVLO, āre. *Eſſe dicitur apud* Fortunat. lib. 4. Carm. *Paſſiue* Ambroſius Epiſt. 42. Tom. 3. Op. f. 144 *de ſerpente;* Tortuoſis angulatur anfractibus.

ANGVLĀTVS. Adi. [γωνιατὸς] Cic. de Natur. Deor. 1, 66 c. 24 Eſſe corpuſcula quaedam leuia, alia aſpera, rutunda alia, partim autem angulata. *Conf.* Lactant. de Ira Dei 10, 8.

ANGVLATIM. Adu. Apul. Met. 3 p. 103 Circumductus angulatim, *i. per omnes angulos.* Idem 9 p. 237 Angulatim cuncta ſer ic perluſtrari iubent. Sidon. Epiſt. 7, 9.

ANGVLATILIS, e. Auct. de Limit. Goeſ. p. 303 In fontem quatuor — angulatilem deſcendit, *i. quatuor angulos habentem.*

ANGVLŌSVS, [γωνιώδης] *aliud* Adi. *i. Plurimos habens angulos.* Plin. 37, 12 Figura oblonga maxime probatur, deinde quae vocatur lenticula, poſtea clypeidos (*Hard.* Cycloides) et rotunda, anguloſis minima gratia. Anguloſa hederae folia rotundantur Plin. 16, 23. Anguloſi receſſus maris Aegaei Id. 4, 4. Anguloſus vrbis procurſus Id. 5, 10.

ANGVSTVS. Adi. [στενὸς] *Ita ab* Angendo *dictum videtur, vt ab* Augendo Auguſtus. *Eſt autem non* locorum *modo et* Spatiorum: *ſed* Animorum *etiam, et quae ad illos referuntur, atque ab illis proficiſcuntur, epitheton, cum valde ea minuere volumus. Sic* Cic. Fin. 1, 65 c. 20 Epicurus vna in Domo, et ea quidem anguſta, quam magnos — tenuit amicorum greges? Anguſtum et Latum *contraria* Cic. Acad. 4, 92. de Clauo lato et anguſto, *vid. h. v.* Aditus anguſti Virg. Georg. 4, 35. Animi anguſti et parui eſt, amare diuitias Cic. Off. 1, 68 c. 20. Animi anguſti et demiſſi eſt, triumphi honorem contemnere Cic. in Piſon. 57. *Etiam ſimpliciter* Cic. de Fin. 1, 61 c. 18 Ecce autem alii minuti et anguſti, aut omnia ſemper deſperantes, aut maleuoli, inuidi, difficiles *etc.* Aqua anguſta Ouid. Triſt. 3, 10, 42 *de freto Helleſponti, vbi periit Leander.* Concertationes minutae anguſtaeque Cic. de Or. 3, 119. Dies anguſta Stat. Theb. 1, . . Differentia anguſta Plin. 21, 5. Diſputationibus anguſtis et conciſis illigari Cic. de Orat. 2, 61 c. 14. Fauces anguſtiſſimae Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 25. Fides, *vid.* FIDES. Habenis anguſtis equum compeſcere Tibull. 1, 4, 11. Interrogatiunculis anguſtis pungere Cic. de Fin. 4, 7. Littus anguſtum Virg. Aen. 3, 419. Legatarius anguſtus *qui ſit* l. 22 D. de vſu et habit. *ex ipſis* Pomponii *verbis ſatis intelligitur :* Licet tam anguſtus eſt (f. ſit) legatarius, cui domus vſus legatus eſt, vt non poſſit occupare totius domus vſum ; tamen eis, quae vacabunt, proprietarius non vtetur : quia licebit vſuario aliis et aliis temporibus tota domo vti *etc. Anguſtus itaque eſt, cui non eſt magna familia, qua occupare amplam domum poſſit.* Menſa Sen. Thyeſt. 452 Tutusque menſa capitur anguſta cibus. Nox Ouid. Amor. 3, 7, 25.

Odoris

Odoris anguſti roſa Plin. 21, 4. *i. non late ſe ſpargentis.* Oratio anguſta atque conciſa alia eſt, alia collatata atque diffuſa Cic. Orat. 187 c. 56. Horat. Carm. 3, 2, 1 Anguſtam, amice, pauperiem pati Robuſtus acri militia puer Condiſcat. Pace anguſta frui *laudant* Ouid. de Ponto 2, 5, 18: *Sed eſt* Auguſta. Pectore anguſto ingentes animos verſant apes Virg. Georg. 4, 83. Puluis anguſtus, *i. exiguus* Stat. Theb. 10, 421. Horat. Carm. 2, 10, 21 Rebus anguſtis animoſus atque Fortis appare. *Sed* haud facile emergunt, quorum virtutibus obſtat Res anguſta domi Iuuenal. 3, 165. Saxum anguſtius Lucan. 8, 862 *ex vitioſa lectione huc relatum: eſt enim* Anguſtius. Semitae anguſtiſſimae Cic. de Lege Agr. 2, 95. Anguſtus telis Stat. Theb. 2, 594. *Quia omnes vnum petunt, tela ſe inuicem impediunt.* Temporis anguſti manſit concordia diſcors Lucan. 1, 98. Vmbrae imum anguſtiſſimum Plin. 2, 11 *de meta vmbrae.* Cic. de Amicit. 20 c. 5 Contracta res et adducta in anguſtum. Claudi in anguſtum Ouid. Met. 13, 407. Concludi in paruum et anguſtum locum Cic. de Leg. 1 c. 5. *Add. Id.* Off. 1, 53. Contrahere, in anguſtumque deducere perturbationes animi Id. Acad. 4, 38 c. 10. In anguſtum oppido nunc meae coguntur copiae Ter. Heaut. 4, 2, 2. Tenuari in anguſtam ſubtilitatem venas, adeo vt ſanguis penetrare non poſſit Plin. 11, 37. In anguſtum venire Cic. pro Planc. 54 c. 22, *eſt pauciora ſuffragia ferre.* Celſ. 8, 4 Si in anguſto noxa eſt, duo: ſi latius patet, tria *int.* foramina facienda. In anguſto ſpes eſt Id. ib. Virgil. Aen. 2, 332 Anguſta viarum. Seruius, Vicos anguſtos: vt eſt, Et ſtrata viarum. Tacit. Hiſt. 4, 35 Qui pontes et viarum anguſta inſiderent. Anguſtum *et* Auguſtum *miſceri facile a librariis, vidimus modo in* Pax *et* Saxum. *Comparat.* Plin. 13, 21 Foliis anguſtioribus herbae. Liberalitas anguſtior Cic. Fam. 3, 8. *Superlat.* Anguſtiſſimum intervallum Hirt. B. Al. c. 39. Fauces anguſtiſſimae Curt. 7, 4, 4.

ANGVSTE. Adu. *Arcte: vt* Anguſte ſedere Cic. *apud* Macrob. Saturn. 2, 3. Varro de R. R. 1, 37, 5 Aliae radices anguſtius diffundunt, vt cupreſſi, aliae latius, vt platani. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 16. Caeſar — profectus erat — ad rem frumentariam expediendam qua anguſte vtebatur: *vbi illud* anguſte *ad* expedire *reſpicit. Sic mox* anguſte pabulari. Anguſte ſcriptum, *i. tenuiter, arcte, exiliter: cui contraria ſunt,* Late, diffuſe, copioſe Cic. pro Muraen. . . Breuius et anguſtius concludere; *cui contrarium eſt,* Vberius et fuſius diſputare Idem de Natur. Deor. 2, 20 c. 7. Anguſte et exiliter dicere, eſt Atticorum Cic. de Clar. Orat. 288. Preſſe et anguſte rem definire Cic. in Orat. 117 c. 33. Habere ſe anguſtius Id. Tuſc. 5 c. 31. *i. vrgeri difficultatibus.* Anguſtius pabulari, *eſt Minus habere ſpatii locorum ad pabulandum* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 59 *vt p. a.* anguſte vti re frumentaria. Vt anguſtiſſime Pompeium contineret Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 45.

ANGVSTICLAVIVS, *Dignitatis nomen, Equeſtri ordini conveniens: vt* Laticlauius *Senator dicebatur. Hinc* patrem ſuum tribunum anguſticlauium fuiſſe Othoniano bello Suetonius *dicit* Oth. cap. 10. *Mendoſe enim quidam* Auguſti clauium. *Vid.* CLAVVS.

ANGVSTO, āre. [ϛενόω] *Anguſtum ſeu Arctum facere.* Lucan. 5, 232 Qua maris anguſtat fauces ſaxoſa Cariſtos. Idem 4, 326 Aëris alternos anguſtat pulmo meatus. Stat. Theb. 4, 828 Tumidos animam anguſtaret in artus, *de Hercule Cerberum (faucibus angente.) Vid. Barth.* Idem Stat. Theb. 12, 666 At procul ingenti Neptunius agmina Theſeus Anguſtat clipeo. Sen. in Conſolat. ad Albinum. Si deſiderabit ſeruorum turbam, quae domum quamuis magnam anguſtet. Anguſtare videor vim eius Sen. ad Helu. c. 6. Nimis anguſtat gaudia ſua Idem ad Polyb. c. 29. Anguſtauit humum latam ſtipata iuuentus Alc. Auit. 5, 521. *Participia etiam habet:* Catul. Argon. 65, 357 Cuius iter caeſis anguſtans corporum aceruis. Cic. in Somn. Scip. 15 c. 6. Omnis enim terra quae colitur a vobis, anguſtata verticibus, lateribus latior. *Sed legitur hodie* anguſtis. Plin. 17, 8 Puteis ore anguſtatis. Anguſtatis gradibus adſcendere Sidon. Epiſt. 2, 2. Sen. de Tranquil. vitae, cap. 8 Anguſtanda certe patrimonia ſunt, vt minus ad iniurias fortunae ſimus expoſiti.

ANGVSTIO, āre. *Eodem ſenſu placuiſſe ſequiori aetati, monet* Barth. ad Stat. Theb. 4, 828.

ANGVSTIA, ae. [ϛενότης, ϛενοχωρία] *ſiue vſitatius* ANGVSTIAE, arum, *ſunt Loca adeo anguſta et difficilia, vt vix tranſiri queant: quales ſunt viae in quibusdam montibus.* Cic. de Lege Agr. 2, 87 c. 32 In anguſtiis atque faucibus Graeciae Corinthus eſt poſita. *Add.* Nep. 2, 3, 2. Caeſ. Bell. Gall. 5, 47 Tamen anguſtiis viarum quam maxime poteſt, contrahit. Anguſtias itineris vereri Idem B. G. 1, 39. Anguſtia loci Plin. 14, 6. Anguſtiae locorum Vlpian. l. 2 §. vlt. D. Quemad. teſtam. aperiant. Cic. de Nat. Deor. 2, 20 c. 7 Anguſtia autem concluſae orationis (*Syllogiſmi nudi*) non facile ſe ipſa tutatur. Anguſtiae aerarii, *quum pauca admodum pecunia eſt in aerario* Cic. pro Balbo 61 c. 27 *et* de Lege Agr. 2, 36 c. 14. *Sic,* Anguſtiae pecuniae publicae Idem Fam. 12, 29. Rei familiaris anguſtiae Cic. in Partit. 112. Ex ſuis anguſtiis, alterius ſuſtentare tenuitatem Idem Fam. 16, 21. Id. pro Planc. 54 c. 22 Verebantur, credo, anguſtias, *i. paucitatem ſuffragiorum.* Cic. in Piſon. 24 c. 11 Magnum nomen eſt, magna ſpecies, magna dignitas, magna maieſtas Conſulis: non capiunt Anguſtiae Pectoris tui, non recipit leuitas iſta, non egeſtas animi, non infirmitas ingenii ſuſtinet, non inſolentia rerum ſecundarum tantam perſonam tam grauem, tam ſeueram. Anguſtiae temporum *de multitudine negotiorum dicuntur.* Cic. de Orat. 1, 3 Sed tamen in his vel aſperitatibus rerum, vel anguſtiis temporis, obſequar ſtudiis noſtris. Idem Verr. 1, 148 c. 56 Diem praeſtituit operi faciundo Calend. Decemb. locat circiter Idus Septemb. anguſtiis temporis excluduntur omnes. Vt me temporis anguſtiae coëgerunt Cic. de Orat. 3 c. 61. Anguſtia temporis, *dicitur etiam ſingulariter* Paul. in l. Non enim. D. ex quib. cauſ. maior. Cic. pro Caecin. 84 Et me ex hoc (vt ita dicam) campo aequitatis: ad iſtas verborum anguſtias, et ad omnes literarum angulos reuocas. Anguſtiae *etiam dicuntur, Quum quis tantis difficultatibus premitur, vt neſciat, quo ſe vertere debeat.* Cic. de Fato 17 Anguſtiis vrgeri. Adductus in ſummas anguſtias Idem pro Quint. 19 c. 5. *Et* de Fin. 2, 28 c. 9 Ex eo, quo eam voluptatem, quam omnes ita appellant, videtur amplexari ſaepe vehementius, in magnis interdum verſatur anguſtiis, vt, hominum conſcientia remota, nihil tam turpe ſit, quod voluptatis cauſa non videatur eſſe facturus.

ANGVSTĬTAS, [ϛενότης] *Vetuſtum nomen pro* Anguſtiis. Accius Alpheſiboea, Sed anguſtitatem incluſam ac ſaxis ſqualidam. Idem in Oenomao, Saxum id facit anguſtitatem Nonius 2, 38.

ANHĒLO, āre. [ἀσθμαίνω, ἰσθμαίνω] *Ex* Am *vel* An *et* Halo *compoſitum. Eſt quum ex curſu, aut alio quouis labore vehementi, crebris quaſi ſingultibus ſpiratur ac reſpiratur.* Columel. 2, 3, 2 Sed ante ad praeſepia boues relegari non expedit, quam ſudare atque anhelare deſierint. Ouid. de Rem. Amor. 394 Principio cliui veſter anhelat equus, *i. de ſucceſſu parum proſpero et inter initia iam languido. Sunt et aliae Metaphoricae formulae:* Cic. de Natur. Deor. 2, 111 Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans. *De Capricorno ſidere loquitur.* Plin. 5, 9 ſ. 10 Phialam appellari fontem eius, mergique in cuniculos ipſum amnem, vapore anhelantem fumidis cautibus vbi conditur, *de Nili origine.* Stat. Theb. 11, 17 — et anhelantem caeleſti ſulphure campum, *h. e. Odoris vaporem ſulphurei exhalantem poſt vibratum e caelo fulmen.* Virg. Aen. 8, 421 Fornacibus ignis anhelat. Perſ. 5. 10 Anhelanti, premitur dum maſſa camino. Folle premis ventos. Virg. Aen. 5, 254 Acer anhelanti ſimilis. Perſ. 1, 14 Scribimus — Grande aliquid, quod pulmo animae praelargus anhelet. Stat. Theb. 11, 7 *de Ioue,* Phlegrae ſeu feſſus anhelet Praelia, et Encelado fumantem impreſſerit Aetnam. *i. poſt praelia vel a praeliis. Verum ad futura referri videtur* Cic. in Catil. 2, 1 Tandem aliquando, Quirites, Catilinam furentem audacia, ſcelus anhelantem, peſtem patriae nefarie molientem, *etc. h. e. Ad ſcelus omni conatu aſpirantem.* Auctor ad Her. 4, 68 Anhelans ex intimo pectore crudelitatem. *Nempe proprie* Anhelans ex imis pulmonibus prae cura ſpiritus ducebatur A. ad Herenn. 4 c. 33. *Simpliciter pro ſpirare ſ. ſpiritum ducere, poſuit* Prud. Apoth. 919 Quod paruula anhelent Vaſcula.

ANHELATVS. Partic. Ouid. Epiſt. 12, 15 Iſſet anhelatos non praemedicatus ad ignes, *de Iaſone et tauris ignivomis.* Cic. de Orat. 3, 38 c. 11 Nolo exprimi literas putidius, nolo obſcurari negligentius, nolo verba exiliter exanimata exire, nolo inflata et anhelata grauius. Sil. 14, 380 Celſaque anhelatis exſurgens ictibus alnus. *i. laborioſis pulſibus remorum.*

ANHELANTER. Adu. *Cum anhelitu; item Feſtinanter, cupide.* Ammian. 16, 15 (Valeſ. 10.) Anhelanter auido flatu. *ita Lindebruchius aliique legunt.*

ANHELATOR, ōris. m. [ἀσθματικὸς] *Suſpirioſus: quod vitium ineſt in ſpirandi difficultate.* Plin. 22, 23 Anhelatoribus, et in tuſſi vetuſta cum porro ex aceto datur. Siccae fici vtiles anhelatoribus et ſuſpirioſis Id. 23, 7.

ANHELATIO, ōnis. f. [ἆσθμα] *Spirandi difficultas.* Plin. 21, 21 Prodeſt et orthopnoicis, et anhelationi. Idem 23, 1 ſ. 24 Anhelationibus, luxatis, in ſuccida lana impoſitum. *vid. Harduin.*

ANHĒLĬTVS, ûs. m. [ἆσθμα] *Ipſe ſpiritus anxie ductus. v. g.* Virg. Aen. 5, 432 — vaſtos quatit aeger anhelitus artus. Ouid. Met. 10, 663 Aridus a laſſo veniebat anhelitus ore. Virg. Aen. 5, 199 — tum creber anhelitus artus Aridaque ora quatit. Letalis Ammian. 21, 29. *i. moribundorum.* Hor. Carm. 1, 15, 31 Sublimi fugies mollis anhelitu. Nec male odorati ſit triſtis anhelitus oris Ouid. A. A. 1, 521. *i. foetidus.* Ouid. Met. 4, 72 Inque vicem fuerat captatus anhelitus oris, *de amantibus per rimam colloquentibus.* Cic. Off. 1, 131 Ne in feſtinationibus ſuſcipiamus nimias celeritates: quae quum fiunt, anhelitus mouentur, vultus mutantur. Recipere anhelitum Plaut. Epid. 2, 2, 21. Plin. 9, 7 Nec piſcium branchias habentes, anhelitum reddere, ac per vices recipere exiſtimant. Cic. de Diuin. 1, 114 c. 50 Credo etiam anhelitus quosdam fuiſſe terrarum, quibus inflatae mentes oracula funderent. Pallad. Aug. 9, 1 Anhelitum peſtis exhalant, miſti ſpiritus aluminis, ſulfuris *etc.* Cic. poſt Red. in Senat. 15 Non te illius vnguentorum odor, non vini anhelitus, non frons calamiſtri notata veſtigiis, in eam cognitionem adducebat?

ANHĒLVS. Adi. [ἀσθματικὸς] *Anhelans.* Virg. Georg. 2, 135 — et ſenibus medicantur anhelis, *i. Suſpirioſis.* Id. Aen. 12, 790 Certamina Martis anheli. *i. ſanguinem et caedem ſpirantis: non ad fatigationem, ſed ad cupiditatem refertur.* Idem Georg. 1, 250 Nosque vbi primus equis oriens afflauit anhelis. *Vbi* Seruius Anhelis, Curſu anhelantibus. *Add.* Aen. 5, 739. *et* Nemeſ. Cyn. v. 255 Nec non terribiles ſpirabile flumen anheli Prouoluunt flatus. Febres anhelae Ouid. ex Ponto 1, 10, 5. Sitis anhela Lucret. 4, 873. Tuſſis anhela aegros quatit ſues Virg. Georg. 3, 497.

ANHYDROS, i. m. [ἄνυδρος] Narciſſus. Apul. de Herb. c. 54.

## A N I

ANIATROLOGETOS. [ἀνιατρολόγητος] *Rationis medicae imperitus.* Vitruuius 1, 1 Neque vero debet, nec poteſt architectus eſſe grammaticus velut Ariſtarchus, ſed non agrammatos; nec muſicus vt Ariſtoxenus, ſed non amuſos: nec pictor vt Apelles, ſed graphidos non imperitus: nec plaſtes quemadmodum Myron ſeu Polycletus, ſed rationis plaſticae non ignarus: nec denuo medicus vt Hippocrates, ſed non aniatrologetos: nec in caeteris doctrinis ſingulariter excellens, ſed in his non imperitus.

ANICELLA, *vid.* ANVS.

ANICĒTVM, *vid.* ANISVM.

ANICIVS, i. m. *Gentis Romanae nomen, vnde memoratur* Q. Anicius Praeneſtinus, Aedilis curulis Plin. 33, 1 *etc. Hinc*

ANICIANVS, a, um. Adi. *vt* Anicianae lapicidinae Plin. 36, 22. Aniciana lectica Cic. Q. Fratr. 2, 10. Aniciana pira Columel. 5, 10.

ANICVLA, ANICVLARIS, *vid.* ANVS.

ANIEN, ANIENICOLA, ANIENSIS, ANIENVS, *vid.* ANIO.

ANIGROS ſ. ANIGRVS. [Ἄνιγρὸς] *Fluuius Theſſaliae, in quo Centauri ab Hercule vulnerati lauerunt vulnera ſua: quamobrem quum primo habuiſſet aquas dulces atque potabiles, habuit poſtea foetidas atque turpes. Sed praeſtat cognoſcere ipſos verſus* Ouid. Met. 15, 281

Ante bibebatur, nunc quas contingere nolis
Fundit Anigros aquas: poſtquam (niſi vatibus omnis
Eripienda fides) illic lauere bimembres
Vulnera, clauigeri quae fecerat Herculis arcus.

ANILIS, ANILITAS, ANILITER, *vid.* ANVS.

ANIMA, ae. f. [ψυχὴ] *Vt ait* Non. 4, 2 Eſt ſecundum conſuetudinem ſpiritus, quo viuimus. *Sed praeſtat accuratius et a prima quaſi origine nomen multiplicis vſus perſequi.* Anima *ergo mutato genere deſcendit a Graeco* ἄνεμος *et ſumitur primo pro vento ſ. ſpiritu* Lucr. 5, 1229 Prece quaeſit Ventorum pauidus paces, animasque ſecundas. Horat. Od. 4, 12, 2 Impellunt animae lintea Thraciae, *i. venti e Thracia flantes.* Virg. Aen. 8, 403 Quantum ignes animaeque valent, *de fabrica Vulcani, i. ignes a flatu agitati follium.* Vitruu. 10, 13 *de hydraulica machina,* Recipit arcula animam: *et mox,* Replet anima canales. *Laudatur* etiam Sen. Hippol. 11 Quae (*prata*) rorifera mulcens

anima Zephyrus vernas euocat herbas. *Sed hodie legitur* aura. Non. 4, 2 ex Varrone, Detis habenas animae leni, Dum nos ventus flamine ſudo ſuauem ad patriam perducit, *i. permittite nauem vento: et ex* Accio, Laſſis trahere in ſalum, et vela ventorum animae immittere, *per hypallagen, vt videtur, i. velis ventos admittere.* ¶ 2 *Ipſum elementum aëris notat.* Varro de R. R. 1, 4, 1 Eius (*agriculturae*) principia ſunt eadem, quae mundi eſſe Ennius ſcribit, aqua, terra, anima et ſol. Lucret. 1, 715 Et qui quattuor ex rebus poſſe omnia rentur, Ex igni, terra, atque anima procreſcere, et imbri. Id. 5, 237 Terrai corpus, et humor, Aurarumque leues animae, calidique vapores. Virg. Ecl. 6, 31 Namque canebat, vti magnum per inane coacta ſemina terrarumque, animaeque, mariſque fuiſſent. Meſſala *apud* Macrob. Sat. 1, 9 *de Iano,* Qui cuncta fingit eademque regit aquae terraeque vim ac naturam grauem atque pronam in profundum dilabentem, ignis atque animae leuem immenſum in ſublime fugientem copulauit circumdato caelo: quae vis caeli maxima duas vis diſpares colligauit. Cic. Tuſc. 1 c. 11 Si cor, aut ſanguis, aut cerebrum eſt animus; certe, quoniam eſt corpus, interibit cum reliquo corpore: ſi anima eſt, fortaſſe diſſipabitur: ſi ignis, exſtinguetur. *Sic legendum eſſe, docet Victorius ad h. l. qui etiam obſeruat in* fragmentis de Vniuerſo, Quod tum eueniet, cum illa, quae ex igni, aqua, anima, atque terra turbulenta et rationis expertia inſederint, ratione depulerit. *Et mox* Particulas ignis et terrae, et aquae, et animae, a mundo, quas rurſus redderent, mutuabantur. *Laudatur etiam e* Varrrone, Anima vt concluſa in veſica, quando eſt arcte ligata, ſi perculeris, aëra reddet. Lucret. 6, 129 Plena animae veſicula parua Saepe ita dat pariter ſonitum diſploſa repente. *Huc etiam refero* Cic. Tuſc. 1, 19 c. 9 Animum alii animam (*i. aërem eſſe putant,*) vt fere noſtri. Declarat nomen — Ipſe enim animus ab anima dictus eſt. *Quae omiſimus, ea cum Bentleio e margine irrepſiſſe: ac delenda proinde cenſemus.* Cic. de Nat. Deor. 2 c. 54 Quae ſpiritu in pulmones anima ducitur. ¶ 3 *Pro hac ipſa* anima, quae ſpiritu ducitur, *i. aëre, quem trahimus et reddimus, ſaepiſſime ponitur.* Varro L. L. 5, 2 p. 45, 24 Vel quod tum anima quae flatur omnium apparet. *Loquitur de hieme, vbi nebulae ſpeciem praebet, dum congelatur, humidus exiens ore ſpiritus.* *Id.* Varro ap. Non. 4, 2 Phrygio per oſſa cornu liquida canit anima. Cic. pro Roſc. Amer. 72 Ducere animam de caelo. *i. ex libero et aperto aëre.* Plaut. Merc. 1, 2, 14 Genua hunc curſorem deſerunt (*de ſe loquitur ſeruus*) Perii, ſeditionem facit lien, occupat praecordia. Perii, animam nequeo vertere, nimis nihili tibicen ſiem. *Videtur tibicinum formula eſſe* animam vertere, *i. mutare, prout opus eſt flando ſpiritum; quam hic transfert ad recipiendum a vehementi anhelatione, curſu concitata, ſpiritum. Pro* anima *in tibiis inflandis laudatur etiam* Apul. Flor. *Sed locus ita conſtituitur in Elmenhorſtiana editione* p. 341, 13 Nondum quidem tam flexanimo ſono. *Habebant quidam* infixa anima, *vel* infeſſa anima. Plaut. Aſin. 5, 2, 44 An foetet anima vxoris tuae? Id. Merc. 3, 3, 13 Foetida anima. Virg. Georg. 2, 134. *de malo Medico,* Animas et olentia Medi Ora fauent illo, et ſenibus medicantur anhelis. *De eadem re* Cic. Verr. 3, 134 c. 58 Tu Apronium — qui non modo animum integrum, ſed ne animam quidem puram conſeruare potuiſſet. Id. de Orat. 1, 261. *de Demoſthene,* Deinde quum ſpiritus eius eſſet anguſtior, tantum continenda anima eſt aſſecutus. *Et* de Or. 3, 179 Interclusio animae atque anguſtiae ſpiritus attulerunt clauſulas atque interpuncta verborum. *De ſyncope, ſ. deliquio animi* Tac. Ann. 6, 50 Intercluſa anima, creditus eſt mortalitatem expleuiſſe: *de Tiberio.* Sen. de Prouid. *extr. de celeris mortis generibus,* Siue hauſtus ignis curſum animae remeantis interſcidit. Val. Max. 9, 12 *extr.* 1 *de Coma latrone, qui* compreſſo ſpiritu *mortem quaeſiuit,* Intra pectus incluſa anima finem ſui reperit. *De minori conatu* Ter. Phor. 5, 6, 28 Animam compreſſi, aurem admoui. Ouid. Faſt. 1, 425 Surgit amans, animamque tenens, veſtigia furtim Suſpenſo digitis fert taciturna gradu. Id. Met. 8, 643 Ignes - nutrit et ad flammas anima perducit anili. Apul. Apol. p. 279, 19 *in carmine amatorio,* Quod ſi animam inſpires, dona et iam carmina noſtra Cedent victa tuo dulciloquo calamo. Plin. 11, 37 ſ. 72 Sub corde pulmo eſt ſpirandique officina, attrahens ac reddens animam. Plaut. Aul. 2, 4, 23 Quin cum it dormitum, follem obſtringit ob gulam. CO. Cur? ST. Ne quid animae forte amittat dormiens. CO. Etiamne obſtringit inferiorem gutturem, Ne quid animae forte amittat dormiens? ¶ 4 *Cumque vitae praeſentis certiſſimum indicium ſit haec* anima; *hinc pro* vita, *et ipſa illa parte eſſentiali, vt appellant, qua viuit et ſentit* animal (*quod inde nomen habet,*) *atque adeo, qua ſapit homo, frequentiſſime ponitur. Haec ita ſibi ſunt vicina vel implexa potius, vt difficile ſit dicere, quid proprie horum cogitarint ſcriptores, cum* animae *nomen poſuere. Quare hic ponemus formulas, in quibus horum vel aliquid locum habet, vel omnia. Ac primum ea, in quibus* Animum *et* Animam *diſtinguunt. Igitur* Nonius 5, 20 Animus eſt quo ſapimus, Anima qua viuimus. Accius Epigon. Sapimus animo, fruimur anima: ſine animo anima eſt debilis.

Lucr. 3, 94 Primum animum dico, mentem quam ſaepe vocamus,
In quo conſilium vitae regimenque locatum eſt,
Eſſe hominis partem nihilo minus, ac manus et pes.
*Et* 118 Nunc animam quoque vt in membris cognoſcere poſſis
Eſſe, neque Harmoniam corpus retinere ſolere *etc.*
*Et* 135 Nunc animum atque animam dico coniuncta teneri
Inter ſe, atque vnam naturam conficere ex ſe:
Sed caput eſſe quaſi et dominari in corpore toto
Conſilium, quod nos animum mentemque vocamus.
*Et* 144 Caetera pars animae per totum diſſita corpus
Paret et ad numen mentis nomenque mouetur.
*Et* 158 Denique concidere ex animi terrore videmus
Saepe homines, facile vt quiuis hinc noſcere poſſit
Eſſe animam cum animo coniunctam, quae quum animi vi
Percuſſa eſt exin corpus propellit et icit, *etc.*
Id. 4, 884 Ergo animus, cum ſeſe ita commouet, vt velit ire
Inque gredi, ferit extemplo, quae in corpore toto
Per membra atque artus animai diſſita vis eſt.
Et facile eſt factu, quoniam coniuncta tenetur.
Inde ea (*anima*) pro porro corpus ferit, atque ita tota
Paullatim moles protruditur, atque mouetur.

*In* animo *igitur ſunt intellectus, voluntas, affectus,* anima *viuit, ſentit, mouet corpus,* *Cf.* Cic. Tuſc. 1, 19 c. 9 ſqq. Animus *eſt ſolius hominis proprie,* anima *omnium* animalium, *etiam beſtiarum. Quin latius patet nomen* animae. Sen. Ep. 58 Sunt quaedam, quae animam habent, nec ſunt animal. Placet enim ſatis et arbuſtis animam ineſſe: itaque et viuere illa et mori dicimus. Ergo animantia ſuperiorem (*in ordine generum, et illa quam vocant ſcala praedicamentali*) tenebunt locum, quia animalia in hac forma ſunt et ſata. Quaedam anima carent, vt ſaxa. Rurſus animantia quemadmodum diuido? vt dicam quaedam animum habent, quaedam tantum animam: aut ſic, quaedam impetum habent, incedunt, tranſeunt; quaedam ſolo affixa *etc.* Iuuenal. 15. 148 Indulſit communis conditor illis Tantum animas, nobis animum quoque. Macrob. in Somn. Scip. 1, 14. *ad verba* Hisque animus datus eſt ex illis ſempiternis ignibus, Mentem, *inquit,* praeſtat intelligi, quae nobis proprie cum caelo ſideribusque communis eſt. *Pergit,* Cum vero ait, Retinendus animus eſt in cuſtodia corporis; ipſam tunc animam nominat, quae vincitur cuſtodia corporali, cui mens diuina non ſubditur. *Vide ibi plura; inter alia:* Anima ergo creans condensque corpora: nam ideo ab anima natura incipit, quam ſapientes de deo et mente νοῦν nominant *etc.* Ouid. Met. 15, 158 *ex perſona Pythagorae,* Morte carent animae, ſemperque priore relicta ſede, nouis habitant domibus viuuntque receptae. Sall. Iug. 2, 1 Nam vti genus hominum compoſitum ex anima et corpore: ita res cunctae, ſtudiaque omnia noſtra, corporis alia, alia animi naturam ſequuntur. *Sic* Catil. 2, 8 Quibus corpus oneri, anima oneri fuit. *Vnde patet* Salluſtio animum et animam *indifferenter adhiberi. Etiam* Cic. Verr. 5, 139 c. 53 Cauſa in anima ſenſuque meo penitus affixa atque inſita eſt. ¶ 5 *Iam formulas perſequamur, vbi* anima *pro vita, vel principio vitae ponitur.* Anima dum aegroto eſt, ſpes eſſe dicitur Cic. Att. 9, 10. *Ad* Virg. Aen. 9, 349 Purpuream vomit ille animam, *notat* Seruius, Purpuream, ſecundum eos, qui animam dicunt eſſe ſanguinem. Ouid. Met. 15, 846. *de Venere,* Suique Caeſaris eripuit membris, nec in aëra ſolui Paſſa recentem animam, caeleſtibus intulit aſtris. Perſ. Sat. 2, 61 O curuae in terras animae, et caeleſtium inanes! *Ponitur quidem pro hominibus conſueta Synecdoche, de qua* n. 7. *Sed ita tamen, vt indicetur, etiam illam partem, quae caelum reſpicere debebat, et originem ſuam, humi affixam eſſe.* Viuax anima, *Quae difficulter e corpore diſcedit* Ouid. Met. 12, 508. *de Caeneo.* Iuuen. Sat. 8, 83 Summum crede nefas animam praeferre pudori. *de teſtibus loquitur.* Sall. in Catil. 20, 13 Denique quid reliqui habemus praeter miſeram animam? Colum. 3, 10, 9 Anima auriga rectrixque membrorum. Varro R. R. 2, 4, 10 Sui pro Sale data. Animam abſumere leto Virg. Aen. 3, 654. Animam hanc accipite Id. Aen. 4, 652. Adimere alicui animam, *pro Occidere* Plaut. Mil. 3, 1, 137. Aeſtimare denis aſſibus animam et corpus Tac. Ann. 1, 17, 4. Agere, *pro Mori* Cic. Fam. 8, 13. Senec. de Morte Claud. *non procul principio,* Claudius animam agere coepit, nec inuenire exitum poterat: *difficultatem moriendi notat, vt* Liu. 26, 14 Impletae cibis vinoque venae, minus efficacem in maturanda morte vini veneni fecerunt. Itaque noctem totam plerique eorum, et diei inſequentis partem cum animam egiſſent, omnes tamen, priusquam aperirentur hoſtibus portae, exſpirarunt. *Plura damus in* AGO. Amittere, *Mori,* Auctor ad Herenn. 4, 57. Cic. Fam. 14, 4 Peccatum eſt nullum, niſi quod non vna cum ornamentis animam amiſimus. *vid. mox* Omitto. Anima (*et lacertis*) auellitur infans Stat. Silu. 5, 5, 9. Auferre animam alicui, *Occidere* Virg. Aen. 9, 443. Carere anima Quinctil. 1, 3. Carent morte animae Ouid. Met. 15, 158. Clauſit animam dolor Lucan. 8, 59. *h. e. de animi deliquio.* Claudere animam laqueo Ouid. Met. 7, 604. *h. e. Strangulare.* Colligere animas in orbes aeternos Lucan. 9, 9. *dicitur virtus, i. in caelo et ſideribus collocare.* Concedere alicui, *Sinere eum viuere* Ouid. Met. 5, 222. Condere ſepulcro Virg. Aen. 3, 67. *i. efficere ſepeliendo corpore, vt manes quieſcant. vid.* Seruius. Credere animam non vni morti Lucan. 3, 751. *h. e. Non eſſe contentum vno genere mortis. Gladio enim transfixus in mare etiam ſe praecipitem dedit.* Dare Virg. Georg. 4, 204. *i. mori:* Vltroque animam ſub faſce dedere. Debere Ter. Phor. 4, 3, 56. *i. obaeratum eſſe.* Deponere Nep. 23, 1, 3. Diffunditur anima *e corpore diſſoluto, quemadmodum humor e vaſe quaſſato* Lucret. 3, 438. Dimiſſa anima, corpus caret vndique ſenſu Lucret. 3, 357. Diviſit animam *fuſus ex vulnere duplici cruor* Lucan. 3, 591. Edere Cic. pro Sext. 87 c. 38. Efflare Cic. pro Milon. 49 c. 18. Nep. 4, 5, 4. Sen. Her. Oet. 1450 Vtinam liceret ſtipite ingeſto impiam effringere animam. Effundere Virg. Aen. 1, 98. Elidere Ouid. Met. 12, 508. Eripere alicui Id. Met. 6, 540. Exhalare Id. ib. 6, 247. Expellere Id. ibid. 618. Exſpirare Ouid. Met. 5, 106. Exprimere reluctantem animam Sen. Oedip. 344. Exſtinguere alicui Ter. Adel. 3, 2, 16. Pallad. Aug. 9, 1 Quorum ſpiritus miſti anhelitum peſtis exhalant, et occupatis ſtatim naribus Extorquent animas. Exturbare Ouid. Met. 15, 175. Exuere *i. mori* Id. ibid. 14, 777. Ferire animam Lucret. 4, 885, *dicitur* animus. *vid.* n. 4. Finire Ouid. Met. 7, 591. *i. mori.* Fundere animam moribundo corpore Lucret. 3, 1046. Inſpirare animam dicitur Deus Lucan. 7, 769. Linquebant dulces animas Virg. Aen. 3, 140. Mittere, *pro Mori* Lucret. 6, 1232. Mittere ſub tartara Virg. Aen. 4, 243. Naſci animas cum corporibus, et item cum corporibus exſtingui, putabant Epicurei Lactant. de Opific. Dei cap. 4. Negotiantur medici animas noſtras Cato apud Plin. 29, 1. Obiectare periclis Virg. Aen. 12, 230. Omittunt animam prius, quam loco demigrent Plaut. Amph. 1, 1, 85. Profundere per vulnera Ouid. Epiſt. Sabin. 1, 77. Proiicere Virg. Aen. 6, 436. Reddere animas ademptas dicitur Aeſculapius, *i. Vitam reſtituere* Ouid. Met. 2, 644. Relinquam animam potius, quam illas deſeram Ter. Adel. 3, 4, 52. Reſumere Sen. Oet. 24 *de Antaeo.* Seducere artus ab anima *dicitur mors* Virg. Aen. 4, 385. Stat. Theb. 5, 260 — poſitique patrum ſuper ora gementum Semineces pueri, trepidas in limine vitae Singultant animas. Spoliare ferro animam Sil. 13, . . Subducere morti Ouid. Triſt. 1, 3, 129. Tradere funeri Sen. Troad. 376. *vid.* Condere ſepulcro. Tacit. Ann. 1, 42 Meque precariam animam inter infenſos trahere. ¶ 6 *Blandimentum eſt* Hor. Od. 1, 3, 8 Animae dimidium meae, *it.* 2, 17, 5 Ah te meae ſi partem animae rapit Maturior vis; quid moror altera? *Quin etiam plane* Animam *vocant, quem amant* Cic. Fam. 14, 14 Vos meae cariſſimae animae, quam ſaepiſſime ad me ſcribite. *Nota inſcriptio ita habet,* Tullius Terentiae et Pater Tulliolae, duabus animis (*non* animabus) ſuis. *Nempe* ¶ 7 Anima *etiam alias pro toto homine dicitur.* Hor. Sat. 1, 5, 41 Animae, quales neque candidiores Terra tulit *etc.* Virg. Aen. 11, 24 Egregias animas, quae ſanguine nobis Hanc patriam peperere ſuo *etc.* *Non audiendus eſt* Non. 6, 107 *qui* animas *h. l. pro corporibus poni ait. Maior ſpecies eſſet in* Condere *et* Tradere funeri, *de quibus* n. 5. Tac. Hiſt. 4, 32, 5 Vos autem Treviri, et caeterae ſeruientium animae. Vulgatus *etiam* interpres Geneſ. 46, 26 *et alias* Animas *pro* hominibus *vel* capitibus, *vt loquuntur Latini, poſuit. Sic etiam pro animali* Lact. 3, 8 Ab hisne igitur praecepta viuendi petemus, qui hoc idem ſentiunt, quod animae rationis expertes? *i. beſtiae.* ¶ 8 *Denique quod in quaque re nobiliſſi-*

*mum*

*mum eſt, et quo cenſetur,* animam *vocant.* Plaut. Amph. 2, 2, 41 Ni ego illi puteo ſi occepſo animam omnem intertraxero. *Non quo* aquam *ſignificet* anima, *quod innuit* Non. 4, 2. *ſed propter analogiam quandam, quia aqua eſt puteo, quod anima animali. Ita* Phaedr. 3, 1 *Anus odorem vini e lagena epota trahens,* o ſuauis, *inquit,* anima qualem te dicam bonam antehac fuiſſe; tales cum ſint reliquiae. Reliquiae *erant* ſex Falerna. *Ergo* anima *ipſum vinum. Sic* animam rationis *vocat* Claudian. Mamertus de Statu An. 1, 1 p. 6 Rationis animam ſpernunt, et verborum corpora diligunt.

ANIMVLA, ae. Dimin. [ψυχάριον] Seruius ad Cic. Fam. 4, 5 In vnius mulierculae animula ſi iactura facta eſt, tantopere commoueris? *De filia Ciceronis mortua.* Cic. Att. 9, 7 Alicui quiddam quaſi animulae reſtillare. *i. aliquantulum ſolatii.* Hadrianus *apud* Spartian. cap. 25 Animula vagula, blandula, *etc.*

ANIMAL, ālis. n. [ζῶον] *ab* Anima *dictum, quidquid viuit et ſentit* Plin. 10, 63 Bipedum ſolus homo animal (*non ouum*) gignit. Ouid. Met. 1, 76 Sanctius his animal. *Et,* 84 Pronaque quum ſpectent animalia caetera terram, Os homini ſublime dedit, caelumque tueri Iuſſit. Animal prouidum et ſagax, *homo* Cic. de Legib. 1, 22. *Sed etiam de inſectis dicitur, vt,* Si vero incautas animal penetrauerit aures Samon. c. 13. Credimus, ſi quod animal aurem intrauerit, et inſpuatur exire Plin. 28, 4. *De pecudibus ſ. beſtiis generatim, vt homini opponatur, v. g.* Ea, quae timentur tanquam mala, iniiciunt formidinem mentibus, et illas non aliter, quam animalia ſpecies periculi, agitant Sen. Epiſt. 76. Nobis et cum Deo et cum animalibus eſt aliqua communitas Lactant. 3, 6. *Conf.* Gennad. de Dogm. Eccleſ. c. 17. *Add. Elmenhorſt. ad* Gennad. *l. c. Contemtus et deteſtandi cauſa* Cic. in Piſon. 21 c. 9 *Clodium vocat* Funeſtum animal, ex nefariis ſtupris, ex ciuili cruore, ex omnium ſcelerum importunitate et flagitiorum impunitate concretum. Verum *Stoici etiam mundum vocant* Animal *Platonem ſecuti, e quo* Cic. Timaeo c. 3 *extr.* Quam ob cauſam non eſt cunctandum profiteri, ſi modo inueſtigari aliquid coniectura poteſt, hunc mundum animal eſſe, idque intelligens, et diuina prouidentia conſtitutum. *Paullo poſt:* Deus mundum animal vnum, in quo omnia animalia continerentur, effecit. *Et* c. 9 *extr.* Vt hoc omne animal, quod videmus, eſſet illi animali, quod ſentimus, ad aeternitatis imitationem ſimillimum. *Etiam de* Daemonibus Apul. de Deo Socr. p. 49, 5 Daemones ſunt genere animalia, ingenio rationabilia, animo paſſiua, corpore aëria, tempore aeterna. Deus animal vnum aſpectabile, in quo omnia animalia continentur, effecit Cic. de Vniuerſ. 9 *de mundo.*

ANIMĀLIS, e. [ψυχικός] *Aërius, v. g.* Reliquae duae partes, vna ignea, altera animalis Cic. Tuſc. 1, 40 c. 17. *i. ſpirabilis, vt ipſe mox declarat,* Perſpicuum debet eſſe, animas, cum e corpore exceſſerint, ſiue illi ſint animales, id eſt, ſpirabiles, ſiue ignei, ſublime ferri. Scribon. c. 84 Vena animalis. *i. arteria, quae nempe* animam *etiam i. aërem in pulmonibus conceptum vehere putabatur. Quod habet animam i. principium vitale, vt* Lucret. 1, 27 Vnde animale genus generatim in lumina vitae Reducit Venus. Animalia corpora Lucret. 2, 726. *i. animalia ſ. animantes et forte latius etiam* ſecundum eos, qui *apud* Seru. ad Aen. 4, 523 dicunt, omnia quae creſcunt animalia eſſe. Animales dii. Seruius in Aen. 3, 168 Labeo in libris qui appellantur de diis animalibus, ait eſſe quaedam ſacra, quibus animae humanae vertantur in deos, qui appellantur animales, quod de animis fiant. Hi autem ſunt Dii penates et viales. *Conf.* Apul. de Deo Socr. p. 49. Hoſtia, quae tantum immolatur, et caro ſacerdotibus proficit Seruius ad Aen. 3, 231. *vid.* HOSTIA. Intelligentia. Cic. Acad. 4, 119 c. 37 Erit enim perſuaſum etiam ſolem, lunam, ſtellas omnes, terram, mare, deos eſſe: quod quaedam animalis Intelligentia per omnia permeet et tranſeat. Animales res opponuntur Inanimis Quinctil. 8, 6, 9. Plin. 8, 42 Equas Fauonio flante obſeruas, animalem concipere ſpiritum: idque partum fieri. Animalis ſonus Cic. de Diuin. 2, 133. *i. viuidus, de teſtudine inſtrumento.* Cic. de Vniu. 20 c. 9 colligatis corporibus vinculis animalibus, tum animantia orta ſunt.

ANIMALCVLVM, i. Dimin. [ζωΐδιον] *Paruum animal. Nullo adhuc antiquo auctore ſe tuetur.*

ANIMALITER. Adu. Auguſt. Retract. 1 cap. vlt. n. 67.

ANIMABILIS, *vid.* ANIMO *ſub* ANIMVS.

ANIMADVERTO, ti, ſum, ĕre. [διανοέω, ἐπινοέω, σκοπέω, φράζομαι] *eſt Animum ad rem aliquam aduertere, quod vel temere fieri poteſt, et praeter conſilium, vel dedita opera ab id agentibus: vnde pro Obſeruare, Conſiderare, Curare, ponitur.* Laudant ex Plauto Animaduerto hominem ſubalbidum, tremulum. *i. Conſpicio.* Cic. de Diuin. 1, 79 Experrecta nutrix animaduertit puerum dormientem circumplicatum ſerpentis amplexu. Si animaduerſum eſſet Nep. 17, 6, 2. *Et* 16, 5, 4 In quo praelio Alexandrum vt animaduertit. *Haec fere ad caſum referuntur: conſilii ſunt iſta* Ter. Phor. 3, 1, 3 Alios tuam rem crediditi magis, quam tete animaduerſuros. *Sed quod laudant* Ter. Eun. Prol. 44 Date operam, et cum ſilentio animaduertite, *in MSS. eſt* animum attendite. Cic. Att. 8, 19 Non enim pro tua prudentia debes illud ſolum animaduertere. Cic. de Nat. Deor. 1, 3 Nec omnino curant, nec quid agamus animaduertunt. Animaduertere, vnde ea coeperint Celſ. 1 praef. Cic. in Catil. 1, 20 Quid eſt, Catilina, ecquid attendis? ecquid animaduertis horum ſilentium? Cic. de Nat. Deor. 1, 14 Sed vt adſint, cognoſcant, animaduertant. Id. Att. 6, 1 Deinde me obſecras amantiſſime, ne obliuiſcar vigilare, et vt animaduertam, quae fiant. Liu. Praef. Sed haec et his ſimilia vtcunque animaduerſa aut exiſtimata erunt, haud in magno equidem ponam diſcrimine. Ad illa mihi pro ſe quisque acriter intendat animum. Nep. 15, 5, 2 Animaduertere debere Arcades, quales vtraque ciuitas ciues procreaſſet. Cic. de Amicit. 27 Quod quidem quale ſit, etiam in beſtiis animaduerti poteſt, *i. obſeruari. Sic,* Vt et in caeteris artibus animaduertitur Scribon. 199. Ter. Phor. 5, 8, 16 Poſtquam tantopere id vos velle animaduerteram. Animaduertuntur ſues a facie, et progenie, et regione caeli. *i. Conſiderantur* Varro de R. R. 2, 4, 4. *Obſeruant diſcrimen inter* Intelligere *et* Animaduertere: Intelligitur aliquid argumentis; Animaduertitur ſenſibus praeſenti animo vtentibus. Plerumque enim aduertimus rem aliquam oculis, aut quouis ſenſu corporis, absque animi intentione. Aſconius. . . . *Satis ille quidem accurate* Cic. Fam. 3, 5. Animaduerti enim et didici ex tuis literis, *etc.* ¶ 2 Animaduertere, *dicitur de lictoribus.* Conſul animaduertere proximum lictorem iuſſit, et is inclamauit Liu. 24, 44. Quum lictor animaduerti ex more iuſſiſſet Suet. Caeſ. cap. 80. *Iubet igitur Magiſtratus* Animaduertere lictorem, *i. attentum eſſe ſuo officio;* lictor populum, *vt praeſentia magiſtratus obſeruata honorem ei habeat.* ¶ 3 *Hinc ſpeciatim ad poenas transfertur,* Namque Animaduerto in te [κολάζω] *eſt* Punio te: *ſed cum hac differentia, quod* Punire *eſt quorumcunque, ſiue iure, ſiue iniuria: malum pro malo reddentium* Animaduertere *eius, qui in alterum habet poteſtatem ordine ac rite: i. Cum animaduerſione puniendi:* Cic. Verr. 3, 110 Poteſtas erat iſti homini integro atque innocenti data, vt in Apronium quum animaduertiſſet, ſeſe grauiſſima leuaret infamia. *Add.* Cic. Catil. 1 c. 12 Imperii, ſi in hunc animaduertiſſem, crudeliter et regie factum eſſe dicerent. *Dicitur etiam* Animaduertere iniuriam, facinus, peccatum. Ter. Andr. 1, 1, 129 Ea primum ab illo animaduertenda iniuria eſt. *Vbi* Donatus, Nota participium a paſſiuo. Animaduertenda, caſtiganda, vindicanda eſt. Facinus animaduertendum Ter. Andr. 4, 5, 28. Cic. pro Roſc. Amer. 116 cap. 40 Atqui ea ſunt animaduertenda peccata maxime, quae difficillime praecauentur. Ter. Phor. 3, 1, 3 Alios tuam Rem crediſtiſti quam tete animaduerſuros magis, *i. curaturos.* Vlpian. in l. aut damnum. D. de poenis. Vita adimitur: vt puta ſi damnatur aliquis, vt gladio in eum animaduertatur, ſed animaduerti gladio oportet, non ſecuri, vel telo, vel fuſte, vel laqueo. Verberibus in aliquem Sulluſt. Catill. 51. Vltimo ſupplicio animaduertendum eſt in ſeruos, qui ſpadones fecerint Vlpian. in l. 4. D. ad leg. Corn. de ſicariis. *Eſt etiam abſolute poſitum* Cic. Verr. 1, 44 In Achaia magiſtratum Sicyonium nummos poſcit: ne ſit hoc crimen in Verrem, fecerunt alii. Quum ille non daret, animaduertit.

ANIMADVERSVS. Partic. *Vt* Fortunae varietas animaduerſa Nep. 13, 4, 1. *Sic* Caeſ. Bell. Gall. 8, 77 Hac re animaduerſa, Caeſar iubet ſigna conuerti. Virg. Georg. 3, 123 His animaduerſis. *i. Cognitis, intellectis. Add.* Id. 2, 259. Animaduerſa ac notata a peritis Cic. de Orat. 1, 109 c. 23. ¶ 2 Sueton. in Neron. cap. 16 Multa ſub eo et animaduerſa ſeuere, et coërcita. Paullus l. vlt. D. de cadau. punit. Corpora animaduerſorum quibuslibet petentibus, ad ſepulturam danda ſunt. *i. Supplicio affectorum.*

ANIMADVERSVRVS. *Supra habuimus ex* Ter. Phor. 3, 1, 3.

ANIMADVERSIO, ōnis. f. *Ex vi verbi eſt aduerſio, applicatio, attentio animi ſ. mentis. Quam late pateat, intelligitur ex* Cic. de Fin. 1, 30 c. 9 Negat (Epicurus) opus eſſe ratione, neque diſputatione, quam ob rem voluptas expetenda, fugiendus dolor ſit. Sentiri hoc putat, vt calere ignem, niuem eſſe albam, dulce mel: quorum nihil oportet exquiſitis rationibus confirmare: tantum ſatis eſſe admonere. Intereſſe enim inter argumentum concluſionemque rationis, et inter mediocrem animaduerſionem atque admonitionem: altera, occulta quaedam et quaſi inuoluta aperiri, altera promta et aperta indicari. *Hinc etiam intelligas illud:* Atque hoc totum eſt ſiue artis, ſiue animaduerſionis, ſiue conſuetudinis Cic. de Orat. 2 c. 34. *Idem* Cic. pro Arch. 16 Et ſi ex his ſtudiis delectatio ſola peteretur, tamen (vt opinor) hanc animaduerſionem humaniſſimam atque liberaliſſimam iudicaretis. Notatio naturae, atque animaduerſio peperit artem Cic. in Orat. 183 cap. 55. Id. Off. 1, 103 cap. 29 Ex quibus illud intelligitur, appetitus omnes contrahendos ſedandosque eſſe, excitandamque animaduerſionem et diligentiam, vt ne quid temere ac fortuito, inconſiderate negligenterque agamus. Cic. Or. 195 c. 57 Nec enim effugere poſſemus animaduerſionem, ſi ſemper iisdem (*pedibus in oratione*) vteremur. *i. Sentirent homines moleſtum quendam quaſi cantum, certe rhythmum.* ¶ 2 Animaduerſio, *Punitio* [κόλασις] *Vt,* Summa ſeueritas animaduerſionis Cic. Fam. 9, 14. Id. Phil. 1, 5 Talis animaduerſio fuit Dolabellae, cum in audaces ſceleratosque ſeruos, tum in impuros et nefarios liberos, vt *etc. Et* Fam. 5, 10 Animaduerſionem et ſupplicium alicui remittere. Pro Caecin. c. 12 Actoris animaduerſio, *quam decernit Praetor poſtulante actore.* Idem Verr. 1, 55 Improbum, ſed non inauditum genus animaduerſionis videte. *Sequitur deinde de horribili cruciatu* Cic. Off. 1, 88 c. 25 Omnis autem animaduerſio et caſtigatio contumelia vacare debet. Id. pro Cluent. 129 Maiores noſtri nunquam iudicium nominauerunt, neque perinde vt rem iudicatam obſeruauerunt animaduerſionem et auctoritatem cenſoriam. *Eſt igitur ea, quae alias vocatur* Nota Cenſoria. *De poena proprie dicta adhibetur:* Extraordinaria animaduerſione temeritatem aliquorum coërcere Vlp. l. vlt. D. de Furt. Si quid erit, quod maiorem animaduerſionem exigat Venuleius l. Si quid erit. D. de Offic. Proconſ. *Haec autem* grauior et maior animaduerſio, *eſt punitio infamiae.* Nocentes qui duriore animaduerſione indigent Modeſtin. l. Cuſtodias. D. de publ. iudiciis. Grauiore animaduerſione indigent Vlpian. in l. 1. D. de Offic. Praefect. Vrb. Capitali animaduerſione puniri Iuſtin. ſub fin. Inſt.

ANIMADVERSOR, ōris, m. *Obſeruator.* Cic. Off. 1, 146 cap. 41 Itaque vt in fidibus muſicorum, aures vel minima ſentiunt: ſic nos, ſi acres ac diligentes eſſe volumus animaduerſores vitiorum, magna ſaepe intelligimus ex paruis.

ANIMADVERSVS, ūs. m. Lamprid. in Seuer. c. 25 In animaduerſibus aſper: *vt reponi vult Salmaſius pro* animaduerſionibus.

ANIMAL, *vid.* ANIMA.

ANIMANS,

ANIMATIO, ANIMATVS, *vid.* Animo *ſub* ANIMVS.

ANIMVLA, *vid.* ANIMA.

ANIMVLVS, *vid.* ANIMVS.

ANĬMVS, i. [λογισμός, θυμός, ψυχή, νοῦς Vet. Gloſſ.] *Quod in nobis cogitat, intelligit, vult: quomodo ab* Anima *differat, vidimus. Addi poteſt illud* Seruii ad Aen. 10, 487 Animus conſilii eſt: Anima, vitae. Varro *apud* Non. 5, 20 Animus ad intelligentiam tributus. *Magnifice Africanus ad Nepotem ſuum ap.* Cic. in Somn. c. 8 Tu vero enitere et ſic habeto, non eſſe te mortalem; ſed corpus hoc. Nec enim tu es, quem forma iſta declarat, ſed mens cuiusuis eſt quisque: non ea figura, quae digito demonſtrari poteſt. Deum te igitur ſcito eſſe. Siquidem Deus eſt, qui viget, qui ſenſit, qui meminit, qui prouidet, qui tam regit, et moderatur, et mouet id corpus, cui praepoſitus eſt, quam hunc mundum ille princeps Deus: et vt mundum ex quadam parte mortalem ipſe Deus aeternus, ſic fragile corpus animus ſempiternus mouet. *Sed tamen etiam mutis animantibus tribuitur. v. g.* Cic. Tuſc. 1, 80 c. 33 Quarum (*beſtiarum*) animi ſunt rationis expertes. Apul. de Deo Socr. p. 54, 35 Equum ipſum nudum, et ſolum corpus eius et animum contemplamur. Salluſt. Catil. 51 Haud facile animus verum prouidet, vbi illa officiunt. Ter. Adel. 4, 5, 21 Animo male eſt. Ibid. 4, 4, 3 Animus timore obſtupuit. *Sed etiam* Animus, *pro* Anima, *a* Cicerone *dicitur, vt in* Catone *extr.* Qui, ſi in hoc erro, quod animos immortales credam, libenter erro, *et ſaepe antea.* Animus *pro ſpiritu vitali.* Vna eademque via ſanguis animusque ſequuntur Virg. 10, 486. Cic. Nat. Deor. 2, 18 c. 6 Humorem et calorem — animum denique illum Spirabilem *etc. pro Memoria* Virg. Ecl. 9, 51 Omnia fert aetas, animum quoque. *Nempe Animi pars eſt Memoria.*

*Memoria. Sic etiam* Plaut. Epid. 1, 1, 43 Captiuam adoleſcentulam de praeda mercatus eſt. EP. Cur eam emit? TH. Animi cauſa. EP. Quot illic homo animos habet? Nam certe — ipſe mandauit mihi — vt fidicina — emeretur ſibi. *Hic demta comica laſciuia* Animus *voluptatem ſignificat. vid.* n. 5 Vti animo. Ter. Heaut. 3, 3, 9. Noui ego amantium animos: aduertunt grauiter quae non cenſeas, Gr. *θυμὰς, quam ſint irritabiles.* Et mente et animo in bellum inſiſtit Caeſ. B. G. 6, 5 *pr.* Vt in aliam partem mente atque animo traheretur Id. B. C. 1, 21 *fin. Add.* Ib. 3, 19 *fin. et conf. Manut. Comment.* Accipit in Teucros animum mentemque benignam Virg. Aen. 1, 304. Ter. Andr. 1, 1, 137 Mala mens, malus animus. Idem Heaut. 1, 2, 15 Timet omnia: patris iram, et animum amicae ſe erga vt ſit ſuae. Cic. Verr. 7, 181 Ita diſſident a nobis animo ac voluntate. *In his omnibus exemplis non tam diuerſae notiones ſubiiciuntur nomini* Animus, *quam diuerſae partes, facultates, effectiones* Animo, *quo vno viuimus, cogitamus, meminimus, volumus, amamus, iraſcimur, tribuuntur.*

¶ 2 *Magis hoc patebit, ſi formulas enarremus, et primo eas, vbi nominibus Subſtantiuis iungitur.* Aegrotatio, *item* Aeſtus animi. *Vid. his locis.* Altitudo Cic. Fam. 3, 10. Amplitudo animi, et quaſi quaedam exaggeratio quam altiſſima Cic. Tuſc. 2, 64 c. 26. *Vid. mox* Excelſitas. Ardor animi conſedit. *Vid.* Ardor, in ARDEO. Ardor animi ferus lacrimas ſiccauerat Ouid. Met. 8, 469. Plin. 22, 24 ſ. 51 *cum obſeruaſſet,* In laſſitudine proniores eſſe ad iracundiam, et in ſiti; *ſubiicit,* Ergo et haec animi Aſperitas, ſeu potius animae (*animus enim diuinus eſt, anima corpori magis aſſinis*) dulciore ſucco (*mellis*) mitigatur. Candor animi Ouid. Triſt. 36, 7. Animi cauſa. *vid.* n. 7. Commotio animi Cic. Tuſc. 5, 42. Coniectura animi ſui colligere Quinctil. 1, 2, 25. Conſtantia animi Ouid. Met. 11, 293. Curas animi leuare Catul. ad paſſ. Lesb. 2, 10. *Vel,* E pectore ſoluere Lucret. 4, 906. *Et,* Alio traducere Lucret. 4, 1065. Cic. Att. 3, 18 Omnia mittit ſpei plena, metuens (credo) Defectionem animi mei. Error animi reſanuit Ouid. Am. 1, 10, 9. Excelſitas animi et magnitudo Cic. Off. 3, 24. Firmitas Quinctil. 6 Pro. 4. Firmitudo et Grauitas Cic. Fam. 5, 13. Att. 12, 38. Fluctus inſanos animi pellere Sen. Herc. fur. 1093. Grauitas et altitudo animi Cic. Fam. 4, 13. Habitum animi ſemel conſtitutum difficile eſt nobis mutare Quinctil. 4, 2, 115. *Add.* 5, 10, 29. 11, 3, 45. Tacit. Hiſt. 1, 8 Habitus animorum. Impetu animi in aliquid incumbere Cic. Fam. 10, 5. Imago vultus animi, indices oculi Cic. de Orat. 3, 221 c. 59. *et* Orat. 60 c. 18. Incendia animorum reſtincta. *Vid.* INCENDO. Ingenium animi. *Vid.* INGENIVM. Magnitudo animi Cic. Fam. 1, 9. Tuſc. 2 c. 22. Id. Fam. 1, 7 Magnitudinem animi tui ne vnquam inflectas cuiusquam iniuria. Medicina animi, philoſophia Cic. Tuſc. 3, 1. Mens animi moerore perturbata Lucret. 6, 1181. Morbi animi Cic. Tuſcul. 3, 5. Motus animorum Virg. Georg. 4, 86. *de apibus.* Nerui atque robur animi Cic. Fam. 6, 1. Nubem animo dolor ipſe remouit, Et tandem ſenſus conualuere mei Ouid. Triſt. 1, 3, 13. Oblectatio animi Cic. de Orat. 1, 118. Partes animorum Idem in Orat. 15 Gnarum quibus orationis modis quaeque animorum partes impellerentur. *De his ipſe* Off. 1, 101 Duplex eſt enim animorum vis atque natura. Vna pars in appetitu poſita eſt, quae eſt ὁρμὴ Graece, quae hominem huc illuc rapit: altera in ratione, quae docet et explanat quid faciendum fugiendumque. Ita fit, vt ratio praeſit, appetitus obtemperet. Pax animi Ouid. Met. 11, 624. Permotio animi Cic. de Orat. 2, 216. Perturbationes animi Id. Tuſc. 5, 43. Prauitas animi atque ingenii Paterc. 2, 112, 7. Praeſtantia animi Quinctil. 6, 1, 25 *et* 27. *it.* 12, 5, 1. Quid animi veſtri ſuper hac re fiet, teneo Plaut. Amphit. Prol. 58. Rectum animi ſeruare Hor. Serm. 2, 3, 201. *i. ſanam mentem.* Remiſſio ac diſſolutio animi Cic. de Orat. 2, 22. Robore incredibili animi ſeptus Id. pro Milon. 102. Sanitas animorum Id. Tuſc. 3, 8. Praetentare animi ſententiam Ouid. Met. 9, 587. Splendor animi. Cic. in Bruto 267 P. Lentulo inſtrumenta naturae deerant: ſed tantus animi ſplendor, et tanta magnitudo, vt ſibi omnia, quae clarorum virorum eſſent, non dubitaret aſciſcere. *Lentulum commendat a liberalitate, et animi magnitudine: quas illi virtutes libro* 1 *Fam. ſaepe tribuit.* Sublimitas animi Plin. 7, 25. Subtilitas animi Idem 11, 39. Tenor animi Id. 7, 19. *Vid.* TENOR. Terrorem et tenebras animi diſcutere Lucret. 1, 147. Vigor animi Ouid. Epiſt. 16, 51. Vis animi Cic. pro Cluent. c. 42. *i. magnitudo. Sed* Lucret. 3, 451. Conſilium quoque maius, et auctior eſt animi vis, *omnes facultates mentis notare videtur.* Vitio aegrotare animi Hor. Serm. 2, 3, 307. Vulnus animi graue habere Ouid. Met. 9, 539.

¶ 3 *Epitheta damus iſta.* Abiectus animus Cic. Att. 3, 2. Abiectiſſimus Quinctil. 11, 1, 13. Animus accliuis falſis Hor. Serm. 2, 2, 6. Acer et praeſens animus Cic. de Orat. 2, 84 c. 20. Acri et attento animo intueri Cic. de Fin. 1, 57. Acres animi incaluere Ouid. Met. 2, 87. Acres animos conuertere ad aliquem Virg. Aen. 11, 800. *i. attente obſeruare.* Acrior animus, qui fere neceſſitatibus repugnat Quinct. 1, 3, 9. Acerbis animis ſaeuire Virg. Aen. 5, 462. Aduerſis animis accipere Tacit. Ann. 3, 29. Adhortator. Liu. 9, 13 Suus cuique animus memor ignominiae adhortator aderat. *Vid.* Adulter, Carnifex, Cenſor, Conſul, Contemtor *etc.* Adulter. Alcimus Auitus ad Soror. Nec caſtam dicere carnem iure poteſt, animus quem ſi corrumpat adulter. Aeger animus, Animi, Animo, vel Ab animo, *vid.* AEGER. Aequus Hor. Epiſt. 1, 11, 30. Aequo animo Lucret. 1, 43. Aequis animis Hor. in Arte Poët. 250. Aeternus Sall. Iug. 2, 3. Agreſtes animi Quinct. 1, 10, 9. Alienum animum habere ab re aliqua Cic. de Amicit. 28. Id. de Fin. 5, 57 Qui altiore animo ſunt, capeſſunt Remp. honoribus, imperiisque adipiſcendis. Cic. Tuſc. 1, 34. Idque in maximis ingeniis, Altiſſimisque animis et exiſtit maxime, et apparet facillime. Amicus. *Vid. h. v.* Amplus, et excelſus, et patiens incommodorum Cic. de Inuent. 1 *extr.* Ancipites Lucan. 9, 46. Anguſtus atque demiſſus Cic. in Piſon. 57. Anxius. *Vid. h. v.* Apertus et ſimplex Cic. Fam. 1, 9. Aſper *Vid. h. v.* Atrox Catonis Hor. Carm. 2, 1, 24. Attonitis animis haerere Virg. Aen. 5, 529. Attonitis animis inhiare Id. ib. 7, 814. Hor. Epiſt. 2, 1, 179 Sic leue, ſic parum eſt, animum quod laudis Auarum ſubruit ac reficit. Auari animi irritamen opes Ouid. Met. 13, 434. Audax Liu. 33, . . Auerſiſſimus, *vid.* AVERTO. Beneuolus, *vid. h. v.* Benigno animo et clementi Ter. Hec. 3, 5, 22. Bilinguis, *vid. in* BIS. Quare bono animo es: video enim, *etc.* Cic. Att. 5, 20. Bonus animus in re mala dimidium eſt mali Plaut. Pſeud. 1, 5, 37. *Add.* Capt. 2, 1, 8. Caecus, *vid. h. v.* Caeleſtis ex alto domicilio depreſſus Cic. de Senect. 77. Capax ad praecepta Ouid. Met. 8, 243. *Sed melius* Rapax. Capaci animo maiora concipere Ouid. Met. 15, 5. Carnifex Plin. 7, 7. Celer Virg. Aen. 4, 285. Quinctil. 1, 2, 30 Animus quo generoſior Celſiorque eſt, hoc maioribus velut organis commouetur. Cenſor Sen. de Ira 3, 36. Certus et Confirmatus, Clemens, Commotior, Communis, *vid. ſuis locis.* Commutabilis Cic. de Amicit. 94. Compos, *vid. h. v.* Conſcius animus ſe remordet Lucret. 4, 1129. *vid.* CONSCIVS. Conſtantes animi Ouid. Rem. 718. Lucan. Paneg. *extr.* Eſt mihi, crede, meis animus conſtantior annis, *vid.* Robuſtior. Conſul non vnius anni Hor. Od. 4, 9, 39. *vid. Bentl.* Contemtor Lucis Virg. Aen. 9, 205. Ambitionis Plin. Pan. 55, 9. *vid.* Adhortator, Deprecator, Domitor, Frenator, Proſcriptor, Rector, Simulator, Tortor. Credulum animum dare rebus laetis Sen. in Troad. 3. Cupidus animus litium et rixae Hor. Carm. 3, 14, 26. Degeneres animos timor arguit Virg. Aen. 4, 13. Delibatos habemus animos ex diuina mente Cic. de Senect. 78. Demiſſus, *vide paullo poſt* Timido animo, *etc.* Deprecator Sen. de Ira 3, 28. Diſſimulator, *vid.* Simulator. Dociles animi percipiant, teneantque fideles. Hor. in Arte Poët. 336. Domitor ac frenator infinitae poteſtatis Plin. Paneg. 55, 9. Duriores animos ad pleraque robur ipſum facit Quinctil. 1, 1, 22. Virg. 5, 751 Animos nil magnae laudis Egentes *vocat homines quietis quam gloriae armis pariendae appetentiores.* Excelſus, *vid. paullo poſt* Magnus et excelſus animus. Exiguus, *vid. paullo poſt* Minutus, *etc.* Expertus bellis animus Tacit. Agric. 41. Faciliore animo abuti *auditoris,* occupato vel ira vel miſeratione. Quinctil. 4, 2, 112. Faciles iuuenum animi Virg. Georg. 3, 165. *de bubus.* Feracem animum dabit ſpes Lucan. ad Piſon. 205 Ferox Sen. in Medea 12. Fidelis Ter. Hec. 3, 5, 22. Quam fideli animo et benigno in illam et clementi fui. *vid.* Docilis *paullo ante.* Fortis atque obſirmatus. Plaut. Amph. 2, 2, 15. Perferam vsque eius abitum animo forti atque obfirmato. Fractus, *vid. paullo poſt* Timido animo, *etc.* Frenator, *vid.* Domitor. Generoſior celſiorque Quinctil. 1, 2, 30. *vid.* Celſior. Gladiatorio animo ad me affectant viam Ter. Phor. 5, 8, 71. Grauior natu animus *legitur vulgo* Ter. Heaut. 4, 1, 32. *Sed Bentl.* Quanto tu me es annis grauior, tanto es ignoſcentior. Hoc animo ſum Cic. Fam. 3, 5 Quod quibus adhuc non ſatis eſt perſpectum, ii mihi nolle magis hoc animo nos eſſe, quam non intelligere videntur. Hoſtilis Sen. in Octau. 23. Humani animi, *i.* Hominum Hor. Serm. 1, 8, 20. Humilis et Imbecillus Cic. Fin. 1, 49. Humilis et Pertinax, *contraria* Cic. Fam. 4, 7. Iacens Quinctil. 6, 4, 12. Idem animus omnibus Virg. Aen. 3, 60. Ieiunus animus, *vid. mox* puſillus, *it.* IEIVNIVS. Ignoſcentior, *vid. modo* Grauior. Imbecillus, *vid.* Humilis. Impatiens animus Ouid. de Rem. Amor. 124. Impotens Ter. Andr. 5, 3, 8. Sen. Herc. fur. 350 Impotenti pertinax animo abruet. *Eſt nempe impotens, qui ſe in poteſtate non habet.* Tacit. Ann. 4, 12 Priſca in animo Auguſtae valida. Inanis Virg. Georg. 2, 285. *vid. mox* Puſillus. Incertus, *vid. h. v.* Incorruptus Sall. Iug. 2, 3. Infenſo atque inimico animo Cic. Verr. 2, 149 c. 61. Infeſto, *vid. h. v.* Infirmus, *vid. paullo poſt* Minutus, *etc.* Infirmior rebus dubiis animus deſperatis eſt confirmatus Cic. Fam. 5, 21. Infixus animus in patriae charitate, *vid.* INFIGO. Inflatus, *vid.* INFLO. Informatus bene a natura animus nemini vult parere, niſi aut praecipienti aut docenti, aut vtilitatis cauſa iuſte et legitime imperanti Cic. Off. 1 c. 4. Infractus animus, *vid.* INFRINGO. Infragilis Ouid. ad Liu. 354. Virg. Georg. 3, 207. — namque *ante* domandum Ingentes tollent animos. Ingentes animos anguſto in pectore verſant Virg. Georg. 4, 83. *de apibus.* Inimicus, *vid. paullo ante* Infenſo atque, *etc.* Iniquo animo Ter. Eun. 2, 1, 6. Iniquis animis Virg. Aen. 10, 7. Inſatiabilis, *vid. h. v.* Intacti religione animi, *vid. h. v.* Inſtabiles annis animi Ouid. de Arte Am. 3, 557 Intemperans, *vid. h. v.* Intractabilis, *vid. paullo poſt* Triſtis, *etc.* Inuictus Plin. 7, 25. Iracundus, *vid. h. v.* Laetus in praeſens animus quod vltra eſt, Oderit curare Hor. Carm. 2, 16, 25. Latens Iuuen. Sat. 9, 18. Leniſſimi vir animi Paterc. 2, 22, 2. Liber religione terrore, *vid.* LIBER adi. Liquidus et tranquillus, Lubenti animo. Magnus animo, *vid. ſſ. ll.* Magnus et excelſus Cic. Fam. 1, 9. Magnus et fortis Cic. Att. 8, 19. Magno fortique animo Cic. Fam. 6, 14 Magni animi plenum pectus Ouid. Met. 5, 184. Maximi homo animi Cic. pro Font. 31 *et* Liu. 28, . . Mares animi, *h. e. Viriles et fortes.* Hor. in Arte Poët. 402. Meliore animo aliquid ferre Ouid. Met. 9, 432, *i. aequiore.* Memori animo notare Ouid. Met. 9, 777. Cic. de Inuent. 1, 5 c. 4 Quare meo quidem animo nihilominus eloquentiae ſtudendum. Ter. Adelph. 5, 6, 4 Hominem maximi pretii eſſe hodie te iudicaui animo meo, *i. mea ſententia.* Plaut. Men. 2, 1, 2 Nulla eſt voluptas nauitis maior, meo animo, quam quom ex alto procul terram conſpiciunt. Minaces Ouid. Met. 6, 688. Minacem animum in Cyro fregit Aſtyages Iuſtin. 1, 5, 5. *h. e. depoſuit illius interficiendi conſilium.* Iuuen. Sat. 13, 190 — quippe minuti Semper et Infirmi eſt animi, Exiguique voluptas Vltio. Mitis Iuuen. Sat. 14, 15. Mobiles Quinctil. 2, 17, 29. Mollis, Muliebris, *vid. hh. ll.* Multiplex Cic. de Amicit. 94 c. 18. *vid. h. v.* Mutabilis vulgi, *vid. h. v.* Mutuus animus Hor. Carm. 4, 1, 30, *i. beneuolentia.* Mutuis animis amare Catull. 43, 20. Obfirmatus, *vid. paullo ante* Fortis, *etc.* Obnoxius, *vid. h. v.* Obſtinatus Liu. . . . Ter. Heaut. 5, 2, 9 Te vidi animo eſſe omiſſo. *i.* Negligenti. Donatus. Ter. Andr. 5, 2, 1 Animo iam nunc otioſo eſſe impero, *h. e. ſecuro, ſine cura et ſolicitudine.* Hor. Serm. 1, 2, 10 Sordidus atque animi Parui, quod nolit haberi *Vt magnanimi ſunt liberales.* Paruo et prauo animo Cic. Att. 1, 13 Perattentus, *vid. h. v.* Pertinax, *vid. paullo ante* Humilis. Placidioribus animis Quinctil. 4, 2, 74. Plenus culpa Sen. in Hippol. 163. Ter. Eun. 4, 6, 32 Fac animo haec praeſenti dicas. Haec non dicerentur a Thaide, niſi in illius vultu pauor nimius appareret. Donatus. Praeſens animus et acer Quinctil. 6, 4, 8. Praeſens animus in pectore Virg. Aen. 5, 363. Prauus, *vid. modo* Paruus. Promtus et alacris ad defendendam Rempub. Cic. Fam. 3, 11. Proſcriptor Plin. 7, 12 ſ. 10. *vid.* Contemtor. Pudicus Ouid. Epiſt. 7, 5. Puſilli animi homo Hor. Serm. 1, 4, 18. Cic. Fam. 2, 17 Illud vero Puſilli animi, et ipſa maliuolentia ieiuni, atque inanis. Rapacis ad praecepta animi Ouid. Met. 8, 249. Rector humani generis Sall. Iug. 2, 3. Rex noſter Sen. Ep. 114. Reſides animi Virg. Aen. 1, 722. Robuſtus et excelſus Cic. de Fin. 1, 49. Robuſtior annis anguſtis animus Stat. Silu. 5, 2, 13. *vid.* Conſtantior. Rudis Quinctil. 1, 1, 36. Rudes atque agreſtes Idem 1, 10, 9. Sagax Lucret. 1, 403. Segnes animos prouocare Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 30. Simulator cuiuslibet rei ac diſſimulator Sall. Catil. 5, 3. Speculator ſui Sen. de Ira 3, 36. Stabili animo et firmo et magno Cic. de Fin. 3, 29. Stomachoſus, *vid. h. v.* Plin. Epiſt. 6, 16 Non vertit ille conſilium: et quod ſtudioſo animo inchoauerat, obit maximo. Subdoli ac verſuti animi plena conſilia Paterc. 2, 102, 1. Supinus animus Catull. 18, 25. Suſpicacem animum perſtrinxere Tacit. Ann. 1, 13. Silueſtrem animum exuere Virg. Georg. 2, 51. *de*

2, 51. *de arboribus.* Teneriore animo videri Cic. Fam. 6, 21. Tenuis et infirmus Caeſ. B. C. 1, 32. Timido animo, humili, demiſſo, fractoque aliquid facere Cic. Off. 3, 115. Id. Tuſc. 5, 111 Huic diſcendi, quaerendique diuinae delectationi toto ſe animo dedidiſſent. Tortor animus quatit occultum flagellum Iuuen. Sat. 13, 195. *vid.* VERBER. Tranquilliſſimus Cic. Att. 7, 7. Triſtis et intractabilis Sen. Hippol. 271. Truces etiam tum animos Cupido inuolat eundi in hoſtem, piaculum furoris Tacit. Ann. 1, 49. Turpificatus animus, *vid. h. v.* Cic. in Brut. 20 Nunc vero, ſi es animo vacuo, expone nobis quod quaerimus. *Subaudiri poteſt*, A curis. Vagus Catull. 61, 4. Virg. Aen. 7, 216. Animis Volentibus vrbem Adferimur. Velox ſine corpore Hor. Epiſt. 1, 12, 13. Victor miſeriarum Sen. ad Helu. c. 11. Voluptatum Id. ad Marc. c. 23. Virides auſis Silius 1, 187. *Sed recte reſtituit Heinſius* anni. Virilis Ouid. Met. 13, 165. Viriles animos gerere Sen. Agam. 958. Viuidus Tacit. Ann. 13, 3. ¶ 4 *Interdum genitiuo vel ablatiuo caſu adiectiuis adiungitur.* Aeger animi Tacit. Hiſt. 3, 58. Amens animi Virg. Aen. 4, 203. Calidus animis equus Virg. Georg. 3, 119. Tacit. Hiſt. 3, 73. Dux ſegnis et veluti Captus animi, non lingua non auribus competere, neque alienis conſiliis regi, neque ſua expedire. Carus animo Ter. Andr. 1, 5, 40. Tacit. Hiſt. 4, 84 Qui diuerſus animi, modo numen paueſcere, modo minis aduerſantis populi terreri, ſaepe, *etc.* Dubius animi Virg. Georg. 3, 289. Felices animi credit auaros Iuuen. 14, 119. *vid. mox* Infelix. Ferox animi Tacit. Ann. 1, 32. Fidens animi Virg. Aen. 2, 61. Tacit. Ann. 4, 59. Id. Hiſtor. 1, 53 Corpore ingens, animi immodicus. Incertus animi Tacit. Ann. 6, 46. Infelix animi Virg. Aen. 4, 529. *vid. paullo ante* Felices. Ingens animi femina Tacit. Ann. 1, 69. Inops animi Virg. Aen. 4, 300. Integer animi, *i. Sanus mente* Hor. Serm. 2, 3, 220. Tacit. Hiſt. 2, 59 Genere illuſtri, largus animo, et par opibus. Virg. Aen. 9, 246 Hic annis grauis, atque animi maturus Alethes. Maturus animo et aeuo Ouid. Met. 8, 617. Mitior animo Hor. Carm. 3, 10, 18. Praeſtans animi Virg. Aen. 12, 19. Promtus animi Tacit. Hiſt. 2, 23. Turbidus animi Idem Hiſt. 4, 48. Validus animi, et corpore ingens Tacit. Ann. 15, 53. Victus animi Virg. Georg. 4, 492. ¶ 5 *Verba cum* Animo *conſtructa:* Aberrat animus a ſententia ſuſpenſus curis maioribus Cic. Phil. 7, 1. *qua relationem conſulis exit, i. de alia re cenſet.* Cic. Philipp. 7, 4 Ex quo intelligi poteſt, animo illos abhorruiſſe ſemper ab optimo ciuitatis ſtatu, non voluntate fuiſſe populares. Abiicit animum pudor. Quinct. 1, 3, 16. Accendunt haec animos Idem 1, 2, 22. Cic. Att. 5, 20 Rumore aduentus noſtri et Caſſio, qui Antiochia tenebatur, animus acceſſit, et Parthis timor iniectus eſt. Accinctus animus in magnos vſus, *vid.* ACCINGO, Accipere animis dicta alicuius Virg. Aen. 3, 304. Accipere animum quietum in aliquem Virg. Aen. 1, 303. *vid.* ACCIPIO. Accommodare animum literis, *vid. h. v.* Accommodare animum, quum lugemus et iraſcimur Quinctil. 6, 2, 26. Cic. Att. 7, 2 Sed haec, opinor, ſunt in his libris, quos tu laudando, animos mihi addidiſti. Additus furor animis Virg. Aen. 2, 355. Adeſt animus, *it.* Adeſſe animo, vel Animis, *vid.* ADSVM. Adhibete animos Ouid. Met. 15, 239. *i. attendite.* Adiicere animum ad virginem Ter. Eun. 1, 2, 62. Adiicere animum alicui rei Liu. . . . Adiicere animos, *i. Audaciam addere* Ouid. Met. 7, 121. Adiungere animum ad aliquod ſtudium Ter. Andr. 1, 1, 29. *vid.* ADIVNGO. Adleuatur animum Tacit. Ann. 6, 43. *i. animum recipit.* Id. Ann. 3, 50 Nec quicquam graue ac ſerium ex eo metuas, qui ſuorum ipſe flagitiorum proditor, non virorum animis, ſed muliercularum Adrepit. Ter. prol. Andr. 8 Nunc quam rem vitio dent, quaeſo animum Aduertite. *Antique dictum, pro* Animaduertite. Tacit. Ann. 13, 49 Qui animum etiam leuiſſimis adverterent. Aduertere animos monitis Ouid. Met. 15, 141. Aduertite animis veſtris quae dicam Virg. Aen. 2, 712. Aduocare animum, *vid. h. v.* Aequare animos Olympo Virg. Aen. 6, 783. Curt. 6, 5, 18 Bucephalum Alexander non eodem quo caeteras pecudes animo aeſtimabat. Affectus animo, *vid.* AFFICIO. Afferre animum vacuum ad res difficiles ſcribendas Cic. Att. 12, 38. Affigere animo ſuo quod compoſuerimus Quinctil. 2, 7, 3. *de ediſcendo. Sic et* 11, 2, 31. Agere animum, *vid.* AGO. Agi animis in funera Virg. Aen. 7, 42. Agitare animum ſpe et metu Quinctil. 4, 1, 33. Agitare aliquid animo, *i. Cogitare* Cic. Fam. 6, 1. Quinctil. 12, 2, 29. *vid.* AGITO. Alienare iudicum animos Quinctil. 4, 1. Alleuare animum Sen. Troad. 950. Alleuare a moerore Curt. 4, 15, 11. Allicere ad beneuolentiam. Amovere. Angere animum, et animo angi, *vid. ſſ. ll.* Angere animum curis mordacibus Lucan. 2, 681. Aperire animum, Apparare, *vid. ſſ. ll.* Appellere ad ſcribendum Ter. prol. Andr. 1. Applicare. *it.* Ardet mihi animus, *vid. h. v.* Ardentibus animis ſonare iurgia Iuuen. Sat. 15, 52. Arrigere animos Virg. Aen. 12, 251. Arrectus animus, *vid.* ARRIGO. Arrecti ad bellandum animi Liu. 8 *fin.* Aſſueſcere bella animis Virg. Aen. 6, 833. Attendere animum et animos. Attendere animo aequo. Attento animo intueri, *vid.* ATTENDO. Auertere taedio animum diſcentis Quinctil. 1, 12, 13. Auertere animum ab *vid.* AVERTO. Auferre animum ad contemplationem, *vid. h. v.* Augere animos et adiicere Ouid. Met. 7, 121. Tacit. Hiſt. 2, 4 Titus auctus animo ad patrem peruectus. *Conf.* Quinctil. 1, 8 p. 95 *Burm.* Cadunt animi Ouid. Met. 11, 537. Cadere animis Cic. Fam. 6, 1. Cadit animus, vel Cadere animo, Caecare animos, Caligante animo, *vid. ſſ. ll.* Cic. pro Lege Manil. 66 Quae ciuitas in Aſia, quae non modo vnius Imperatoris aut Legati, ſed vnius Tribuni militum animos ac ſpem capere poſſit? Capere animum, *vid.* CAPIO. Cepit animum dementia Virg. Aen. 5, 465. Cernit animus, *vid. h. v.* Certant animi decem in pectore incerti Plaut Merc. 2, 3, 11. Circumſpicere animo, *vid. h. v.* Coërcere animos Sen. Hippol. 256. Cogitare aliquid cum animo ſuo Cic. Agrar. 2 c. 24. Ter. Adel. 3, 4. 55 Hoc tu facito, cum animo cogites. Id. Ad. 1, 1, 5 Quae in te vxor dicit, et quae in animo cogitat irata. Cohibere animum, Colligere animo et animum, Commiſcere animum alterius cum ſuo Cic. Amic. 81 c. 21. Commotus animus metu Ter. Andr. 5, 4, 35. Commoueri animo, *vid. h. v.* Cic. Fam. 5, 17 Quae animo complectimur (*i. cogitando repraeſentamus*) non minus noſtra ſunt, quam quae oculis intuemur. Complere animum voluptate, Componere animos, *vid. h. v.* Comprehendere aliquid animo Cic. de Nat. Deor. 1, 115. Id. pro Flac. 53 Remittant ſpiritus, comprimant animos ſuos, ſedent arrogantiam. Concidere animo vel animis, Conciliare animum ſibi, *vid. hh. vv.* Concipere aliquid animo Ouid. Met. 2, 77. Tacit. Ann. 2, 39 Et fraude aut vi raptum Agrippam ferre ad exercitus Germanicos, non ſeruili animo concepit. Concipere imagines animo Quinctil. 1, 2, 30. *Add.* 2, 20, 4. 9, 1, 19. Concipere iras animo Ouid. Met. 1, 166. Concitatum ab ira flectere difficile eſt Sen. Med. 203. Conferre animum alio, Confidere animo, *vid. hh. vv.* Confirmare animum Sen. Octau. 183. Confirmare animum trepidum Iuuen. Sat. 13, 106. Quinctil. 1, 12 *pr.* Quia confundatur animus ac fatigetur tot diſciplinis in diuerſum tendentibus. Conſiderate cum veſtris animis Cic. Verr. 3, 29 c. 12. *vid.* CONSIDERO. Conſiſtere animo tranquillo, *vid. h. v.* Conſternante ſanos etiam animos tumultu Liu. 8, 27. Conſulere animum ſuum, ne quid dicamus naturae aduerſum Quinctil. 4, 2, 52. Contemplari animo, *vid. h. v.* Contendere animum in curas Ouid. ex Ponto 1, 5, 11. Contrahere animum, aut demittere Cic. Quint. Frat. 1, 1. Contundere arte animos Ouid. de Arte Am. 1, 12. *vid. h. v.* Tacit. Hiſt. 1, 85 Animum vultumque conuerſi, *vid.* CONVERTO. Corrumpere animum, Credere animum ſuum alicui, Creuerunt animi, Debilitare animos, Deditus amori animus, *vid. hh. ll.* Deducere curas animo Hor. Epiſt. 1, 2, 49. Defecerat eam animus Plaut. Mil. 4, 6, 47. Defectus animo Plin. 20, 14. Deficere animis Curt. 4, 3, 20. Id. 7, 5, 6 Itaque primum animi deinde corpora deficere coeperunt. Deficiunt animi Hor. in Arte Poët. 27. Deficere animo Scribon. 189. Defici animo Idem 191. Cic. Acad. 4, 46 Aduerſantur enim, primum quod parum Defigunt animos et intendunt in ea, quae perſpicua ſunt. Cic. Verr. 5, 134 Animum illis non copias Defuiſſe. Deleo ex animo omnes mulieres Ter. Eun. 2, 3, 5. Deluſit animum hoc vno reſponſo Virg. Aen. 6, 344. Demittere animum Cic. de Fin. 5, 42. Tac. An. 16, 24. Deſpondere animum Plaut. Milit. 1, 1, 6. *vid. h. v.* Deponere curas animo Virg. Georg. 4, 531. Deprendere animum furtim blanditiis Ouid. de Arte Am. 1, 619. Deriuare a curis animum Lucret. 2, 365. *de boue, quae foetum amiſit.* Deſtruit longius aeuum ingentes animos Luc. 8, 27. Detegit imbelles animos nil fortiter auſa Seditio Luc. 5, 322. Diffundere, *i. Laetas reddere* Ouid. de Arte Am. 1, 218. Curt. 5, 2, 2 Ne deſides otio dimitteret animos, *Alexander militum.* Dimovere loco Quinctil. 7, 3, 17. *Sed eſt locus* Cic. pro Caecin. c. 15 Formidine animum perterritum loco ſaepe et certo de ſtatu demouet. Diſtendit ea res animos Samnitium, *vid. h. v.* Hor. Carm. 4, 7, 19 Cuncta manus auidas fugient heredis, amico Quae dederis animo, *i. quae genio curando voluptatique adeo impenderis. Vid.* Vti animo. Dabit ſpes animum Lucan. ad Piſon. 206. Dant animos vina Ouid. Met. 12, 242. Cic. Fam. 11, 9 Abiectiore animo me futurum: quum Reſp. maiorem etiam mihi animum, quam vnquam habuiſſem, daret. *Conf.* Plaut. Aſin. 1, 3, 15. Dare in luctus animum Ouid. Met. 2, 384. Dolet mihi animus Plaut. Merc. 2, 3, 54. *i. Male mihi eſt; de morbo. Reſpondet enim pater*, Nauſea edepol factum credo: verum actutum abſceſſerit. Domare rigentem animum Sen. Hippol. 413. *Add.* Plaut. Caſ. 2, 3, 34. Virg. Aen. 6, 690 Sic equidem ducebam animo, rebarque futurum. Ducere animos ſolent Aeſopi fabulae, praecipue ruſticorum, et imperitorum Quinctil. 5, 11, 19. Efferre animos inſolentia dominatus Cic. pro Domo ſua 141 c. 55. Elatus animis ingentibus Flor. 2, 5, 3. Eiicere ex animo amorem Cic. pro Roſc. Am. 53 c. 19. Ter. Heaut. 5, 2, 2 Vt pater tam in breui ſpatio omnem de me eiecerit animum patris? Emendare animum Propert. 3, 21, 25. Enervatus amore animus Paterc. 2, 86, 3. Erigere animum, *vid.* ERIGO. *Eſſe parit formulas varias:* Teneo, quid animi veſtri ſuper hac re fiet Plaut. Amph. Prol. 58. Eſſe alacrem animo Cic. Fam. 5, 12. Eſſe bono animo Ter. Adelph. 4, 2, 4. Cic. de Fin. 5, 69 Tamen ex illa inueſtigatione naturae conſequi volebat, vt eſſet bono animo. Animo iſto eſſe Nep. 18, 11, 4. *i. id propoſitum habere.* Cic. Att. 11, 13 Quod certiorem te vis fieri, quo quisque in me animo ſit, aut, *etc.* Fideli et benigno animo eſſe in aliquem Ter. Hec. 3, 5, 22. Eſt male animo Plaut. Amph. 2, 2, 92. *de lipothymia. Sic et* Ter. Adelph. 4, 5, 21. Quum conſuli duplicatae vires, Poeno recens victoria, animo eſſet Liu. 29, 36. *i. animum adderet, Gron.* Nobis erat in animo Cic. Fam. 14, 11. Eſt perficere animus Virg. Aen. 4, 639. Eſt animus reditus, *i. redeundi.* Ouid. Epiſt. Sab. 2, 106. Curt. 5, 3, 11 Paucis ad moriendum, pluribus ad fugam animus fuit. Id. 5, 13, 13 Si Beſſo tantum animi fuiſſet ad praelium, quantum ad parricidium fuerat. Animus eſt circa campos Horat. Od. 2, 5, 5. Eſt animus in naui meus, *i. De naui cogito* Plaut. Perſ. 4, 6, 27. *Sic* Animus eſt in hortis Cic. Att. 12, 12. *Add.* Plaut. Pſeud. 4, 5, 1. Eſt animus in patinis Ter. Eun. 4, 7, 46. Exacuere verſibus animos mares in bella Hor. de Arte Poët. 403. Exaſperare animum, *vid. h. v.* Excidere animo Virg. Aen. 1, 26. Excitare animum Sen. Herc. fur. 311. Excolere Quinctil. 5, 11, 24. Exercere in armis animos Ouid. Amor. 1, 8, 41. Eximit onus animis ſolicitis ebrietas Hor. Epiſt. 1, 5, 18. Expedire metu animum Hor. Carm. 3, 24, 8. *Laudatur* Liu. 8 Et expedire tela animoſque equitibus iuſſit. Explere animum vltricis flammae Virg. Aen. 2, 586. Ter. Andr. 1, 2, 17 Sini animum vt expleret ſuum. Explorare Ouid. de Arte Am. 1, 456. Tacit. Hiſt. 1, 15 Secundae res acrioribus ſtimulis animum explorant: quia miſeriae tolerantur, felicitate corrumpimur. Extollit animos nobilitas Iuſtin. 1, 4, 4. Exuitur animus Stat. Theb. 10, . . Facere animum iudicis mitem Seuerum, concitatum, remiſſum, aduerſum gratiae, obnoxium Quinctil. 3, 9, 7. Facere animos Liu. 1, 34. *i. Addere. Sic* 8, 6 Vox conſulis tantum ardoris animis fecit. — in aliquem Ouid. Triſt. 5, 8, 3. Fateri animum clamore Ouid. de Art. Am. 1, 115. Fatigare Hor. Carm. 2, 11, 12. Fauere linguis et animis Ouid. Faſt. 1, 71. Ferre vel pati aliquid aequo animo Ter. Andr. 5, 14, 18. *et paſſim tum hic, tum alii. Sic et* Iniquo animo, *vid.* INIQVVS. Fingere animos audientium concitandis componendisque affectibus Quinctil. 3, 4, 15. Firmare animum praeſenti pignore Virg. Aen. 3, 611. Ouid. Met. 9, 744. Tacit. Ann. 15, . . Animum aduerſum ſuprema firmat. Flagrante animo quodcumque liberet ſcribendi Simplicitas Iuuen. Sat. 1, 152. Flectere animum Virg. Georg. 4, 516. *Et* Quinctil. 4, 2, 80. Flectere animum ab ira concitatum Sen. Med. 203. Formare puerorum animos Quinctil. Prooem. 14. *it.* 6, 2, 1. Frangere animum Ouid. Met. 8, 508. Fractiore eſſe animo Cic. Att. 11, 12. Fractus animus Id. Fam. 1, 9. Fugere. Spiritus magnos fuge animoſque veteres Sen. Troad. 505. Generatus a deo animus Cic. de Diuin. 82. Gerere animum infirmum, *vid.* INFIRMVS. Gerere morem animo Ter. Andr. 4, 1, 17. Nec vnus in te ego hos animos geſſi Liu. 2, 12. *i. audaciam et cupiditatem nocendi.* Quot illic homo animos habet Plaut. Epid. 1, 1, 43. *i. cogitationes vel libidines.* Habe bonum animum Plaut. Aulul. 2, 2, 15. *Et* Liu. 34, . . Habere fortem animum Cic. Fam. 6, 13. Id. ib. 11, 23 Tamen tribus tantis exercitibus propriis Reipublicae valentibus, magnum animum habere debebas, quem et ſemper habuiſti. Habere ſtatutum cum animo et deliberatum Cic. Verr. 3, 95. Hilarare animum Catull. 61, 18.



Horret

Horret animus meminiſſe Virg. Aen. 2, 12. Imbibere animo opinionem. Imbuere animos errore. Imminere animis in rem aliquam. Impellere animos in ſpem metumque, *vid. ſſ. ll.* Impellunt animum frequenter vno ictu ſententiae Quinct. 12, 10, 48. Imperare animo nequeo, *vid.* IMPERO. Implere veris animum, *vatis ſui Apollo dicitur* Virg. Aen. 3, 434. Imprimitur animo oratio, *vid.* IMPRIMO. Incaluere animi Ouid. Met. 2, 87. Incendere animum amore famae Virg. Aen. 6, 890. Incendere animos bonorum. Inclinare animum ad rem aliquam. Inclinatior ad pacem animus. Inculcare animis. Indipiſci animo, *vid. hh. vv.* Quamquam inuita te carebo, animum ego Inducam tamen, vt *etc.* Plaut. Ciſt. 3, 1, 3. Ter. Andr. 3, 3, 40 Si iſtuc animum induxti eſſe vtile. *h. e. Si tibi perſuaſiſti.* Cic. Fam. 4, 8 Tu quoque animum inducas, ſi ſit aliqua Reſp. in ea te eſſe oportere. *Add.* Ter. Hec. 2, 3, 4. Plaut. Aſin. 5, 1, 5. *et* Stich. 2, 2, 22. Ter. Andr. 5, 2, 15. Inducere animum cantare Hor. Serm. 1, 3, 2. Inducere in animum Ter. Adel. 4, 3, 6. Indulgere animis Ouid. Met. 7, 566. *de deſperatis in peſtilentia.* Induere animum bonis artibus Tacit. Ann. 15, 45. Induere magnum animum Id. Ann. 11, 7. Infamare animum vano timore Ouid. ex Ponto 3, 6, 43. Infeſtare rudes animos ſuperſtitione, *vid.* INFESTVS. Infigere animis Quinctil. 1, 8, 17. 9, 4, 134. Inflammare animum alicuius. Inflat animos rumor, *vid. hh. vv.* Inflectere animum Cic. Fam. 1, 7. Influere in animos. Informatus animus bene a natura. Infringere animos, *vid. ſſ. ll.* Infundere animos Ouid. Met. 1, 364. Inhabitat animus in oculis. Inſcribere in animo orationem. Inſculptum in animo. Inſidere in animo. Inſinuare aliquem animo alterius. Inſiſtere mente et animo in rem aliquam. Inſitum et innatum animis. Inſtaurare animum, *vid. ſſ. ll.* Inſtituere in animum (*vel*, animo) Ter. Adelph. 1, 1, 13. Intendere animum. Intentus animus cura et cogitatione. Intento animo intueri quidpiam. Inuaſit in animum. Inuitare animos viſu. Irrumpunt in animos extrinſecus imagines. Iudicare animo ſuo, *vid. ſſ. ll.* Inſpirare animum Virg. Aen. 6, 12. Inſtaurati animi Virg. Aen. 2, 451. Inſtituere ad cogitandum Ter. Phorm. 1, 5, 10. Tacit. Agric. 18 Monam inſulam redigere in poteſtatem animo Intendit. Intendere animum ordini rerum Quinctil. 4, 1, 78. Intendere animum ſtudiis et rebus honeſtis Hor. Epiſt. 1, 2, 36. Intendere animum in rem aliquam Quinctil. 3, 6, 11. 9, 2, 63 *etc.* Tacit. Agric. 5 Intrauitque animum militaris gloriae cupido. Inuigilant animo curae Stat. Theb. 3, 4. Inuitare pretiis animos Virg. Aen. 5, 292. Inuolat truces animos cupido Tacit. Ann. 1, 49. Iuuandis animis natum poëma Hor. in Arte Poët. 377. Labant animi, *vid. h. v.* Labantes animos confirmare Lucan. 4, 249. Curt. 5. Labefactus vulnere animus Ouid. Met. 10, 375. Laborare animo, *vid. h. v.* Ter. Andr. 5, 4, 9 Solicitando et pollicitando eorum animos Lactas. Laetanti animo. Lapſus animi, *vid. h. v.* Latentes animi ſub vulpe Hor. Arte Poët. 437. Laxare animum a laboribus, *vid.* LAXO. Lenire animum Hor. Carm. 3, 14, 25. Leuantur animi exercendo Cic. de Senect. 36. Leuare animum mutationibus Quinctil. 4, 2, 118. Liberare animos errore, *vid. h. v.* Linqui deinde animo coepit Alexander ob ſanguinem e vulnere latius manantem Curt. 4, 6, 20. *Add.* 9, 5, 28. *Conf.* Plaut. Amph. 5, 1, 6. Curt. 2, 3, 30 *et* 33. Linquente animo, in eum, a quo tenebatur, incubuit Curt. 6, 9, 33. 7, 9, 14. Linquentem reuocauit animum, et nudum hoſtis latus ſubiecto mucrone hauſit Curt. 9, 5, 11. Luſtrare animos, *vid. h. v.* Cic. Catil. 1, 27 Penitus animis veſtris mentibusque Mandate. Marcet animus, *vid. h. v.* Hic quum animo Meditaretur proficiſci in Perſas Nep. 17, 4, 1. Metiri animo Ouid. Met. 2, 188. Micat animus, *vid.* MICO. Miniſtrat animum Deus Virg. Aen. 5, 640. Minuere animos Sen. Medea 175. Mitigare animum Sen. Medea 426. Mollire animos Virg. Aen. 1, 57. Mouere animum Virg. Georg. 3, 521. Mouere multa animo Virg. Aen. 3, 34. Mulcere animos admiratione Quinctil. 1, 10, 9. Mutare animum. Natus animo leni. Noſcere animum alicuius, *vid. hh. vv.* Noſſe alicuius animos ac ſpiritus Cic. pro Cluent. 109. Nudare animos. Obrepere in animo, *vid. ſſ. ll.* Obſequi animo Ter. 1, 1, 8. *i. genio indulgere. Vid. mox* Vti animo. Occaecare animum. Occupare animum vel animos. Obfirmare animum, *vid. hh. vv.* Oblectare animum Lucret. 2, 363. Obſequi animo Ter. Adelph. 1, 1, 8. Obſtare animis Stat. Theb. 11, . . Obſtupuere animis Rutuli Virg. Aen. 9, 123. Occupare animum in re aliqua Ter. prol. Hec. 5. Occupare animos iudicum Quinctil. 4, 1, 48. *Conf.* 5, 12, 14. Offenditur animus meus multis rebus Cic. Fam. 1, 9. Offendere animum alicuius Quinctil. 2, 4. Omiſſus animus, *vid.* OMITTO. Tu tua oratione omnem animum Oſtendiſti tuum Plaut. Aſin. 1, 1, 99. Parant animos vina Ouid. de Arte Am. 1, 237. Parati animis Virg. Aen. 2, 799. Paſcere animum Virg. Georg. 2, 285. Paſcere animum pictura Virg. Aen. 1, 464. Pendere animi, *vid.* PENDEO. Peragere ſecum animo aliquid Virg. Aen. 6, 105. Perculſo et abiecto eſſe animo Cic. Att. 3, 2. Percutere animum Lucret. 2, 885. *de ſenſu et perceptione.* Peregre eſt animus ſine corpore velox Hor. Epiſt. 1, 12, 13. Perfundere animum religione. Pergere animo forti. Perire ab animo, *vid. ſſ. ll.* Permouere animos Quinctil. 3, 8. Permulcere animos Lucret. 5, 21. Perſeuerare animo Quinctil. 4 prooem. *extr.* Cic. Fam. 1, 9 Quorum quidem animum tu non perſpexiſti ſolum, quum de me ageres, ſed etiam confirmaſti atque tenuiſti. Ponere animos Sen. Troad. 745. Poſſidere iudicum animos Quinctil. 6, 1, 52. Praeceperant animis orationem Patres Tac. An. 3, 57. Praegrauat animum corpus heſternis vitiis onuſtum Hor. Serm. 2, 2, 78. Praeſtare animum Cic. Fam. 1, 9. Premitur animus ratione Perſ. Sat. 5, 39. *i. cedit rationi, vinci ſe patitur argumentis.* Prohibere ludo animum Virg. Georg. 4, 105. Promere animos et vires Virgil. Aen. 5, 191. Proſpicere animis Cic. Verr. 3, 218 c. 94. Pulſant animum ſimulacra Lucret. 4, 880. Paterc. 2, 110 Tantus huius belli motus fuit, vt ſtabilem illum et firmatum tantorum bellorum experientia Caeſaris Auguſti animum quateret, atque terreret. Recenſere cum animo ſuo Minuc. Fel. c. 1. Ter. Adelph. 3, 2, 26 Quid feſtinas mi Geta? animum Recipe. Cic. Att. 1, 5 Quod ſcribis, etiam ſi cuius animus in te eſſet offenſior, a me recolligi oportere, quid dicas: neque id neglexi. Recurſabant animo vetera omnia Tacit. Hiſt. 2, 78. Reddere alicui animum Horat. Carm. 1, 16, 28. Ter. Andr. 2, 1, 35. Reddere animum finitis amoribus Hor. Carm. 1, 19, 4. *i. denuo amare.* Rediit animus Ouid. Epiſt. 6, 31. Referre animum a paruis ad maiora Ouid. de Arte Am. 3, 499. Reficit animos varietas Quinctil. 1, 12, 4. *Conf.* 4, 1, 49. Refringit et abiicit animum pudor vapulantibus iuuenibus Quinct. 1, 3, 16. Horat. Epiſt. 1, 2, 62 Ira furor breuis eſt: animum rege; qui niſi paret, Imperat: hunc frenes, hunc tu compeſce catena. Regere dictis Virgil. Aen. 1, 153. Releuare Ter. Adelph. 4, 3, 11. Reliquerat animus hanc modo, *i. defecerat* Plaut. Mil. 4, 8, 37. Reſtituere animum Sen. Hippol. 867. Cic. Verr. Diuin. in Caec. 33 c. 11 Sunt alia magis occulta furta, quae ille, vt iſtius (credo) animos atque impetus retardaret, cum Quaeſtore ſuo benigniſſime communicauit. Reuocate animos, moeſtumque timorem mittite Virgil. Aen. 1, 202. Reuocare a metu animos perterritos Quinctil. 2, 16, 8. Reuocare ab ira Ouid. Triſt. 2, 557. Saeuire animis Sen. Herc. fur. 6. Sedet animo fixum immotumque Virgil. Aen. 4, 15. Seruire animo Plaut. Trin. 2, 2, 26. Solari animum dolentis Sen. Octau. 52. Solicitare Celſ. 3, 22. Soluere arctum animum hoſpitiis Horat. Serm. 2, 6, 83. Spernere animo aliquem Virgil. Ecl. 5, 74. Stare animo, *i. ſanum eſſe animo* Horat. Serm. 2, 3, 213. Statuere apud animum, vtrum *etc.* Liu. 34, 2. Stimulatus animus furenti rabie Catull. 61, 4. Non Subibunt animos iuuenum maiora intellectu, velut parum apertos Quinctil. 1, 2, 28. Hor. Carm. 2, 1, 24 Et cuncta terrarum ſubacta Praeter atrocem animum Catonis. Submittere animos Liu. 6, 34. *it.* 23. 25. Sumere animum Ouid. Faſt. 1, 147. Parentis erga diſcipulos Quinctil. 2, 2, 4. Iudicis Idem 9, 2, 8. Sumere obſequium animo ſuo, *vid.* OBSEQVIVM. Surrexerat intentio animis. *Laudatur* Quinct. 4, 5. Cic. . . . Videte quem vobis animum ſuſcipiendum putetis. Suſpendere animos rogantes ficta grauitate Ouid. Met. 7, 308. Animus, qui in ardore pugnae corpus Suſtentauerat, liquit Curt. 8, 2, 38. Tangit honor animum Virgil. Aen. 12, 58. Tenere animos incertos Sen. Thyeſt. 638. Tenere animos nouitate Ouid. Met. 4, 284. Tentare precando Virgil. Aen. 4, 113. Terrere Idem Aen. 2, 755. Terrificare Id. Aen. 4, 210. Tollere animos, *i. ſuperbire* Plaut. Truc. 2, 8, 10. Tollere dictis Virgil. Aen. 9, 127. *i. excitare ſuos.* Horat. Epiſt. 1, 6, 14 Defixis oculis, animoque et corpore torpet, *i. ſtupore hebet et deficit.* Tremere animo Cic. Q. Fratr. 1, 1. Tumere animis Sen. Troad. 1096. Turbare animos Virgil. Aen. 1, 515. Cic. Fam. 7, 1 Sin haec, quae caeteri mirantur, contemnenda duxiſti, et quum per valetudinem poſſes venire, tamen noluiſti: vtrumque laetor, et ſine dolore corporis te fuiſſe, et animo Valuiſſe, quum ea, quae ſine cauſa mirantur alii, neglexeris. Verſare animum in omnes partes Virgil. Aen. 4, 286. Verſare aliquid animo Tacit. Hiſt. 2, 78. Vertere animum ad iura ciuilia Ouid. Met. 15, 832. — Vexat animos noua tempeſtas Sen. Agam. 63. Videre animo Ouid. Epiſt. 16, 37. Vincere animum Cic. Att. 12, 44. Vince animos iramque tuam, qui caetera vincis Ouid. Epiſt. 3, 85. Vocant animum in contraria curae Virg. Aen. 12, 487. Volutare animo euentus Idem Aen. 6, 157. Vti animo ſuo Curt. 7, 7, 18. *i. obſequi ſuo animo. Nempe* Animus *pro Libidine a ratione auerſa ſaepe ponitur. Ponamus locum* Plauti *comica laſciuia turgidum, ſed huc apprime facientem.* Trin. 2, 2, 23

Meum animum tibi ſeruitutem ſeruire, aequum cenſui.
PH. Qui homo cum animo inde ab ineunte aetate depugnat ſuo,
Vtrum is itane eſſe mauelit, vt eum animus aequom cenſeat;
An ita potius, vt parentes eum eſſe et cognati velint:
Si animus hominem perpulit actum eſt, animo ſeruibit non ſibi.
Sin ipſe animum perpulit; dum viuit victor victorum cluet.
Tu ſi animum viciſti potius, quam animus te, eſt quod gaudeas.
Nimio ſatius eſt, vt opu'ſt, te ita eſſe, quam vt animo lubet.
Qui animum vincunt, quam quos animus, ſemper probiores cluent.

*Vid.* Animi cauſa, n. 7. ¶ 6 *Cum praepoſitionibus etiam varie iungitur. v. g.* Cic. Verr. 3, 130 c. 57 Quum eius animum ad perſequendum non negligentia tardaret, ſed conſcientia ſceleris auaritiaeque frenaret. Apud animum, *vid.* APVD. Certum apud animum conſtat, *vid.* CONSTO. Multis modis cum iſthoc animo vituperandus es Ter. Phorm. 3, 1, 1. *i. propoſito.* Cum, vel In animo cogitare, *vid.* COGITO. Ex animo *ſerium quiddam, et ab ipſa natura profectum indicat.* Ter. Andr. 4, 4, 55 Paullum intereſſe cenſes, ex animo omnia, Vt fert natura facias, an de induſtria. Cic. de Natur. Deor. 2 *extr.* Mala et impia conſuetudo eſt contra deos diſputandi, ſiue ex animo id fit, ſiue ſimulate. Ter. Eun. 1, 2, 95 Vtinam iſtuc verbum ex animo ac vere diceres. Idem Adel. 1, 1, 47 Ille quem beneficio adiungas ex animo facit, *int.* ſuum officium. Cic. Fam. 9, 16 Ex animo diligere. *Et* Fam. 11, 22 Ita a te peto, vt maiore ſtudio magisue ex animo petere non poſſim. *Sed* Ouid. Epiſt. 11, 88 Nam potes ex animo colligere ipſe tuo, *h. e. ex tuo ſenſu iudicare.* In animo habere Cic. Att. 8, 10. *Et* pro Roſc. Amer. 91. In animo inſtituere, *vid. h. v.* Vt mihi eſt in animo facere, *i. vt decreui, propoſui* Cic. Att. 5, 14. Etiamnum mihi ſcripta illa dicta ſunt in animo Chryſidis de Glycerio Ter. Andr. 1, 5, 49. In animis in iudiciis noſtris eras pater patriae Plin. Pan. 21, 3. Multum animi habere ad maledicendum Cic. de Orat. 2, 84. Sine animo miles Cic. Att. 1, . . ¶ 7 *Tandem illas adhuc formulas notamus.* Animo procuratoris non interuenit, ſed affectionem amicalem promiſit Vlpian. in l. Idemque. D. Mandati, *i. non eo conſilio, vt eſſet procurator, ſed vt amici officium praeſtaret. Sic etiam* Animo vxoris habere mulierem Vlpian. in l. Si vxor. §. Sed et in ea. D. ad leg. Iul. de adult. Animi cauſa, *i. libidinis, animi exhilarandi.* Cic. Philipp. 7, 18 Et qui illud animi cauſa fecerit, hunc praedae cauſa quid facturum putatis? Plaut. Epid. 1, 1, 43 Cur eam emit? T. animi cauſa. *Add.* Trin. 3, 2, 52. Nec quisquam tantum a naturali lege deſciuit et hominem exuit, vt animi cauſa malus ſit Sen. de Benef. 4, 17. Anime mi, *Vox blandientis.* Plaut. Aſin. 3, 3, 74 Da meus ocellus, mea roſa, mi anime. Ter. Andr. 4, 2, 2 Anime mi, noli te macerare. Eun. 1, 2, 16 Meus fac ſis animus, quando ego ſum tuus. Heaut. 2, 4, 25 Salue anime mi, *Amator ad puellam.*

ANIMVLVS. Dimin. [ψυχάριον] *Blandiendi cauſa.* Plaut. Caſin. 1, 1, 46 Mi animule, mi Olympio, mea vita. *Et* Men. 2, 3, 11 Animule mi, *meretrix ad iuuenem.*

ANIMO, āre. [ζωοποιεῖν] *Animam, i. vitam dare.* Pacuuius *apud* Cic. de Diuin. 1, 131 c. 57, *de Aëre, puto*

Quidquid eſt hoc, omnia animat, format, alit, auget, creat,
Sepelit, recipitque in ſe ſe omnia: omniumque idem eſt pater.
Indidemque eademque oriuntur, de integro atque eodem occidunt.

Cic. de Diuin. 2, 89 Perinde vtcunque temperatus ſit aër, ita pueros orientes animari atque formari. Ouid. Met. 4, 619 Gorgonei capitis guttae cecidere cruentae, Quas humus exceptas varios, animauit in angues. Columel. 8, 5, 10 Animantur oua, et in ſpeciem volucrum con-

conformantur. *Et* 6, 36, 2 Animantur ſemina genitalibus locis iniecta. Claudian. Nupt. Hon. 188 Subitis animantur frondibus haſtae, *i. vireſcunt, et vegetabilem illam Scholaſticorum vitam viuere incipiunt.* ¶ 2 *Dicitur etiam de recreatione* (ἀναψύχειν) Hygin. Fab. 126 Cibo potuque animare. Pallad. Iul. 3, 2 Animare plantam quotidianis rigationibus. *Et* Martio 1, 3 Animari alimento contra vim caeli torrentis. ¶ 3 Claudian. de Raptu Prof. 3, 386 Animare ad crimina taxos, *i. faces ex ligno venenato accendere.*

ANIMANS, tis. *Participiali forma, ſed intellectu intranſitiuo, viuus, animatus,* [ἔμψυχος] Cic. de Natur. Deor. 1, 23 c. 10 Qui mundum ipſum animantem ſapientemque eſſe dixerunt. Columel. 3, 10, 10 Vt diuina praeditus ratione rerum aeternus opifex — hanc animantis machinae ſpeciem effingeret, *de corporibus hominum et animalium.* Sen. Epiſt. 58 Corpus quomodo diuido? vt dicam aut animantia ſunt, aut inanimata. — Sunt quaedam, quae animam habent, nec ſunt animalia. Placet enim ſalis et arbuſtis animam ineſſe. Itaque et viuere illa et mori dicimus. Ergo animantia ſuperiorem tenebunt locum, quia animalia in hac forma ſunt et ſata. ¶ 2 *Subſtantiue ſumitur pro* animali, *vel ſpecialius pro beſtia: adiectiui notionem indicat generis diuerſitas.* Cic. de Natur. Deor. 2, 133 c. 61 Soli ex animantibus nos aſtrorum ortus, obitus curſusque cognouimus. *Et mox*, ſatis docuiſſe videor, hominis natura quanto omnes anteiret animantes. Idem de Nat. Deor. 2, 120 c. 47 Vites — ſe ita erigunt, vt animantes. *Et* de Vniu. c. 13 Immortale principium mortalis animantis. Cic. de Vniu. 15 c. 6 A quo enim animante (*mundo*) omnes reliquos contineri vellet animantes, hunc ea forma figurauit, qua vna omnes reliquae formae concluduntur. *Et* c. 11 *extr.* Ita orientur animantes, quos et viuos alatis, et conſumtos ſinu recipiatis. Lactant. 2, 12, 9 Mors eſt naturae animantium diſſolutio. Horat. Serm. 2, 1, 40 Hic ſtilus haud petet vltro Qemquam animantem: *vbi in primis homines intelliguntur, vt* Scribon. Epiſt. ad Call. Quod malum (*inuidia*) cum omnibus animantibus inuiſum eſſe debet, tum praecipue medicis. Cic. de Legib. 1, 26 Nam cum caeteras animantes abieciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit. Idem de Vniu. 32 Nullius profecto eorum quidem, quae ſunt nobis nota animantia. *Et* c. 9 Colligatisque corporibus vinculis animalibus, tum animantia orta ſunt.

ANIMAEQVVS, a, um. [εὐγνώμων] Aequi animi. Gloſſ. Lat. Gr. Animaequus ἰσόψυχος. Vulgat. Marc. 10, 49 Animaequior eſto, Gr. θάρσει.

ANIMĀTVS, a, um. [ἔμψυχος] Cic. Tuſc. 1, 54 c. 23 Animatum quod eſt, id motu cietur interiore et ſuo. Claud. de tert. Conſ. Hon. 114 Animata ſaxa Orpheis modis. Lucret. 5, 146 Vitaliter animata. Animatum cachry Scribon. 70. Semen naſturtii 95. *quid ſit, diſputat Rhodius.* ¶ 2 Animatus [διακείμενος] *aliqua voluntate, aut animo affectus.* Quod ſi aliter eſſem animatus, nunquam, quod facerem negarem Matius ap. Cic. 11, 28. Plaut. Amph. 2, 2, 130 Ita animatus fui, itaque nunc ſum, vt ea te patera donem. Cic. Fam. 15, 1 His rebus allatis, etſi intelligebam ſocios infirme animatos eſſe, et nouarum rerum expectatione ſuſpenſos: ſperabam tamen, *etc.* Animatus melius, quam paratus Pompeius Cic. Fam. 6, 6. Hoſtili animo aduerſus Rempublicam, vel principem animatus Vlpian. in l. vlt. D. ad leg. Iul. maieſt. Cic. Att. 15, 12 Videbaturque erga noſtros ἥρωας ita fore, vt nos vellemus, animatus. *Sic* bene animatas (inſulas) confirmauit Nep. 5, 2, 4. Sueton. in Vitel. cap. 7 Male animatus erga principem exercitus. Macrob. Sat. 1, 11 Cepionem, qui in Auguſti necem fuerat animatus. Plaut. Pſeud. 5, 2, 25 Nempe ita animati eſtis, vos vincere hoc duritia tergi. Idem Trucul. 5, 1, 71 Si quid animatus es facere. ¶ 3 *Pro Iracundo* Accius *apud* Non. 4, 2 Temere hoſti me animato offeram? ¶ 4 Philargyr. ad Virg. Georg. 2, 134 Animas et olentia Medi ora fouent illo, *laudat tanquam ſimilem locum* Plauti in Milite glorioſo, Tum in Apulis non ſum natus, non ſum animata. *Quae corrupta videntur. Certe nihil eius hodie in iſta fabula legi puto.*

ANIMATIO, ōnis f. [ἐμψύχωσις] Cic. de Vniu. 31 c. 10 Erant autem animantium genera quatuor, quorum vnum diuinum atque caeleſte, alterum pennigerum et aëreum, tertium aquatile, terreſtre quartum. Diuinae animationis maxime ſpeciem faciebat ex igne *etc. de ignea illa ſphaera, circumſuſa reliquis.* Animatio arboris Tertull. de An. cap. 19.

ANIMATOR, ōris. m. *Qui vitam dat.* Tertull. adu. Herm. cap. 32. Prudent. in Rom. 788.

ANIMATRIX, Tertull. adu. Gnoſt. cap. 12.

ANIMATORIVS, a, um. Gloſſ. Gr. Lat. χύτρα τετρημένη, olla animatoria, *i. pertuſa ad rigandum: hoc enim eſt* Animare plantam rigationibus.

ANIMĀTVS, ûs. m. *Idem quod* Animatio. Plin. 11, 3 Volare quidem aliqua, et animatu carere in ipſo ſpiritu viuentia, quis crediderit?

ANIMABĬLIS, e. Adi. Cic. de Natur. Deor. 2, 91 c. 36 Principio enim terra ſita in media parte mundi, circumfuſa vndique eſt hac animabili ſpirabilique natura, cui nomen eſt aër. *Vt* Spirabilis aër *dicitur, vnde poteſt duci* ſpiritus, *ſic* Animabilis, *vnde* anima.

ANIMESCO, ĕre. [θυμοῦμαι] animeſco, iraſcor Gloſſ. Gr. Lat.

ANIMICIDA, ae. [Ψυχοφθόρος] Apollinarem ita vocat Iuſtinian. Cod. 1 t. 1 l. 5 §. 2 *et* l. 6 §. 4.

ANIMĬTVS, [ψυχόθεν, Onomaſt. Vet.] *ſignificat* Animo tenus, *vel tanquam ipſum* animum, *quemadmodum* Oculitus et Medullitus. Nonius 2, 608.

ANIMŌSVS, a, um. Adi. [θυμοειδής] *Magno et vehementi animo praeditus.* Cic. Tuſc. 2, 11 Videremus quid eſſet fortis et animoſi viri. Idem Tuſc. 1, 19 Animum autem alii animam, vt fere noſtri, declarant nominari. Nam et agere animam, et efflare dicimus, et animoſos, et bene animatos. Idem de Senect. 72 Ex quo fit, vt animoſior etiam ſenectus ſit quam adoleſcentia, et fortior. Fortes et animoſi Cic. pro Milon. 93 c. 34. Bella animoſa gerebant iuuenes Ouid. Faſt. 5, 59. *i. animoſe, vel magno animo, vel ipſi animoſi.* Colla animoſa praebere ſecuri Ouid. Triſt. 4, 2, 45. Comes animoſior quam auctor Liu. 3, 20. Contentio Plin. 10, 29. Corruptor Tacit. Hiſt. 1, 24. *qui audet magnas largitiones facere. vid.* ANIMOSE. Equus Ouid. Triſt. 4, 5, 3. Euri Virgil. Georg. 2, 441. *i. vehementes.* Fides animoſa Prudent. Pſychom. 874. *Vid. Salmaſ. ad* Capitol. Marc. c. 17. *Conf.* Animoſiſſime. Frigus Stat. Theb. 6, 395. Infans non ſine DIs animoſus Horat. Od. 3, 4, 20. Leones Claudian. de Bell. Gild. 423. Pars altior et animoſior Sen. Qu. Nat. pr. *de illa philoſophiae parte, quae ad deos ſpectat.* Parthus animoſus verſis equis Horat. Od. 1, 19, 11. Virgil. Georg. 3, 81 Luxuriatque toris animoſum pectus. *De equis.* Seruius. Pericula Martial. 12, 14. Theſſalia animoſa Lucil. *apud* Non. 4, 2. Vento animoſo impulſa ianua Ouid. Amor. 1, 6, 51. *i. vehementi. Alluſit ad ventos, qui et* animae *dicuntur.* Animoſus in armis Ouid. Epiſt. 13, 91. Animoſus rebus anguſtis appare Horat. Carm. 2, 10, 21. *i. in rebus aduerſis magnanimus.*

ANIMOSE. Adu. [θυμοειδῶς] *Magno animo.* Cic. Philipp. 4, 6 Nec ſolum id animoſe et fortiter, ſed conſiderate etiam ſapienterque fecerunt. Idem Tuſc. 3, . . Animoſe defendere. Cic. *ap.* Non. 4, 2 Nimis animoſe ferox. Grauiter, magnifice, animoſeque viuere Idem Off. 1, 62 c. 26. Vt animoſius conſurgat audacia Arnob. 4 p. 150. *Conf.* Sen. Epiſt. 71 *et* 73. *it.* de Benef. 6, 37. de Tranq. An. c. 8. Valer. Max. 5, 4, 9 *et* 8, 2, 3. Macrob. Sat. 7, 13. Suet. Caeſ. 47 Gemmas, toreumata, ſigna, tabulas operis antiqui, ſemper animoſiſſime comparaſſe, *i. ſine vllius pretii reſpectu.* Animoſe licitus eſt, *i. prae ſtudio habendi nimium obtulit.* Paul. l. 29 D. Famil. Erciſc.

ANIMOSĬTAS, ātis. f. [θύμωσις] *Eſt Vehementia et impetus animi.* Macrob. Somn. Scip. 1, 6 *illa pars animi, quae τὸ θυμικὸν Graece vocatur.* Firmic. 8, 12 Ad ſaltandum aptus, et qui ſcenicas artes ſtudioſa animoſitate perdiſcat. Abiecta reſiſtendi animoſitate Ammian. 16, 30. Macrob. Somn. 2, 12 *plur.* Animoſitates *dixit*, et Auguſt. Epiſt. 162. *et* de C. D. 14, 2. Equi animoſitas *eſt* Sidon. 4, 3. *Conf.* 7, 1. *Et* Arnob. 3 p. 100. Haereticus pertinaciſſima animoſitate defendit Auguſt. Retr. 2, 33.

ANIO, ōnis, *vel* ANIEN, ĕnis. [Ἀνιών] *Fluuius in Tiberim influens: quem dictum putant ab* Anio *Hetruſcorum rege ibi ſepulto.* Plin. 3, 12 Anio in monte Trebanorum ortus, lacus treis amoenitate nobiles, qui nomen dedere Sublaqueo, defert in Tiberim. *Ex* Aniene *duo aquarum ductus Romam perducebantur: quorum alter* Anio vetus, *alter* Anio nouus *nuncupabatur, de quibus* Frontinus de Aquaeduct. Art. 90 Duae Aniones (*int.* aquae, *vt dedit Polenus; quidam* Anienſes) minus permanent limpidae: nam ſumuntur ex flumine, ac ſaepe etiam ſereno turbantur: quoniam Anio, quamuis puriſſimo defluens lacu, mobilibus tamen cedentibus ripis, aufert aliquid quo turbetur — Alter quidem ex his, id eſt Anio vetus, cum plerumque libra ſit inferior — Nouus autem Anio *etc.* Virg. Aen. 7, 682

Quique altum Praeneſte viri, quique arua Gabinae
Iunonis, gelidumque Anienem, et roſida riuis
Hernica ſaxa colunt.

Anio (*inquit* Seruius) fluuius haud longe ab vrbe eſt: ſed hic euphoniam ſequutus eſt. Nam Ennius Anionem dixit iuxta regulam. Propert. 4, 7, 81 Ramoſis Anio qua pomifer incubat aruis. Sil. Ital. 12

Praeceps ad ripas immani turbine fertur,
Sulphureis gelidus qua ſerpit leniter vndis,
Ad genitorem Anio labens ſine murmure Tibrim.

Praecipitem *vocat propter catarrhactam quam facit, de qua verba* Propertii *mox damus in* ANIENVS adi. Horat. Carm. 1, 7, 13 Et praeceps Anio, et Tiburti lucus, et vda Mobilibus pomaria riuis. Praeceps Anio, (*ait Acron*) aut per deuexa cadens, aut rapidus. *Alias tamen lenem indicat, vid.* ANIENICOLA. Anien *etiam dicitur.* Stat. Silu. 1, 5, 25 Quas praeceps Anien, atque exceptura natatus Virgo iuuat.

ANIĒNVS, i. [Ἀνιώνειος] *Eiusdem fluuii nomen.* Propert. 4, 7, 86 Hac Tiburtina iacet aurea Cynthia terra, Acceſſit ripae laus Aniene tuae. *Conf.* Stat. Silu. 1, 3, 70 Ipſis ille antris Anienus (*pater, Deus*) fonte relicto, Nocte ſub arcana glaucos exutus amictus.

ANIĒNVS, a, um. Adi. *Vt*, Virg. Georg. 4, 369 Vnde caput Tiberinus, et vnde Aniena fluenta. Propert. 3, 14, 4

Nox media, et dominae mihi venit epiſtola noſtrae,
Tibure me miſſa iuſſit adeſſe mora.
Candida qua geminas oſtendunt culmina turres,
Et cadit in patulos lympha Aniena lacus.

Aquam Anienam, *pro* Anienem, *in fragm.* Catonis *legendum cenſet Lipſ.* Varr. Lect. 3, 11.

ANIENĬCŎLA, ae. [Ἀνιώνοικος] *Qui ad Anienen habitat.* Sil. 4, 225 Quosque ſub Herculeis taciturno flumine muris Pomifera arua creant, Anienicolaeque Catilli.

ANIENSIS, e. Adi. Vt Anienſis tribus Cic. pro Planc. 22. et Fam. 8, 8.

ANISOCYCLA, ōrum. [ἀνισόκυκλα] *Organa ex multis inaequalibus circulis apud* Vitrum. 10, 1, *de quibus nondum potuit certi quid conſtitui. Minime videbatur nobis errare, qui intelligat inſtrumentum in helicen acutam, ſeu muricatum deſinens, quales ſunt cochleae in Horologiis conicae. Hic enim certe* inaequales, *minores ſemper*, circuli.

ANĪSVM, i; *et* ANISVS. (Th. Priſcian. de Diaet. c. 10.) [ἄνησον, καὶ ἄνησος, ἄννησον, ἄνισον] *Herba.* Plin. 20, 17 ſ. 72 Et aniſum aduerſus ſcorpiones ex vino bibitur, Pythagorae inter pauca laudatum, ſiue crudum, ſiue decoctum. Item, (*f. leg.* Idem) viride aridumue omnibus quae condiuntur, quaeque intinguntur, deſideratum. Panis etiam cruſtis inferioribus ſubditum. Saccis quoque (*quibus vina colantur*) additur. Cum amaris nucibus vina commendat. Quin ipſum oris halitum iucundiorem facit, foetoremque tollit manducatum matutinis cum ſmyrneo et melle exiguo, mox vino collutum. *Et paullo poſt:* Ob has cauſas quidam Anicetum vocauere. (*inuictum* ἀνίκητον) *Conf.* Celſ. 2, 71. Columel. 12, 15. Pallad. Febr. t. 14.

ANIVS, *Apollinis filius, rex in Delo*, qui habuit Andrum filium. Virgil. Aen. 3, 80 Rex Anius, rex idem hominum, Phoebique ſacerdos. *Plura de eo Diod. Sicul. lib. 5 pag. 229. Filiae eius ex Dorippe fuere tres, de quibus et tota Anii fabula* Ouid. Met. 13, 632 ſqq. *Breviter ex* Seruio *ad* Aen. 3, 80 Anius rex Deli, et ſacerdos Apollinis, et filius tres habuit filias, quarum vna quod attigiſſet vertebatur in fruges; quod altera, in vinum; quod tertia, in oleum. Poſtea mutatae in columbas.

## A N N

ANNA PERENNA. [Ἄννα] *Dea, ab Annis, quibus praeſidebat, vocata eſt, et illi Idibus Martiis priuatim et publice ſacrificabant, vt* annare perennareque commode liceret, *vt ait* Macrob. Sat. 1, 12. *Caeterum fuit Beli filia, ſoror Didonis, cuius fabulam copioſe perſequitur* Ouid. Faſt. 3, 523 *et poſt peracta fata ita dicentem introducit* v. 653 — placidi ſum nympha Numici: Anne perenne latens, Anna Perenna vocor. *Latius perſecutus eandem fabulam eſt, vt certaſſe cum Ouidio videatur,* Silius 8, 50 — 202. *Sed cum antiquior cultus* Annae Perennae *apud Romanos fuerit, quam Troianae fabulae ſolennis receptio: alias quoque* origines

*origines commemorat* Ouid. l. c. v. 657 ſqq. Mart. 4, 64, 16 Et quod virgineo cruore gaudet Annae pomiferum nemus Perennae: *i. Ramireſio interprete, morte eius gloriatur. Sed vid. Raderus.*

ANNAEVS, *Romanae gentis nomen, quod nobilitarunt* Senecae, Lucanus, Florus *etc.*

ANNALES, ANNALIS, ANNARIA, *vid.* ANNVS.

ANNASCOR, *vid.* AGNASCOR.

ANNAVĬGO, *vel* ADNAVIGO, ADNAVIGATIO, *vid.* ANNAV.

ANNECTO, xui, xum, ĕre. [προσείρω] *Simul nectere, alligare.* Plin. 10, 37 Epiſtolas annexas earum pedibus. Idem 4, 1 Inſulam continenti annectens, *i. coniungens.* Celſ. 4, 3 Morbus qui modo caput ſcapulis, modo mentum pectori annectit. Primum Graeci ὀπισθότονον, ſequentem ἐμπροσθότονον — appellant. Cic. de Natur. Deor. 2, 135 c. 54 Paullo ſupra, quam ad linguam ſtomachus annectitur. *Metaphor.* Cic. Offic. 1 c. 4 Rebus praeſentibus annectit futuras, *i. futura ex praeſentibus colligit.*

ANNEXVS, a, um. Plin. 28, 8 ſ. 28 Crocodili — Cor annexum in lana ouis nigrae. Annexam ſcapham puppi funiculus trahebat Cic. de Inuent. 2, 154 c. 51. Idem Top. c. 13 Quod annexum eſt, *i. conſequens in enuntiatione conditionali.*

ANNEXVS, ûs. Tacit. Hiſt. 3, 34 Igitur numero colonorum, opportunitate fluminum, vber agri annexu connubiisque gentium adoleuit, floruitque.

ANNEXIO, ōnis. Germinantes oculos aliqua annexione conglutina Pallad. Mart. tit. 10, 36.

ANNELLVS, *vid.* ANNVLVS.

ANNIBAL, *vel* HANNIBAL, *auctoritate fere pari, vid.* AMILCAR. [Ἀννίβας] *Etiam modulus penultimae in genitiuo ambiguus,* Hannibālis *penultima circumflexa dicere nos iubente* Valerio Probo *apud* Gell. 4, 7, *cuius verba itidem ponimus in* AMILCAR; *corripiente v. g.* Iuuen. 6, 170 Tolle tuum, precor, Hannibalem, victumque Syphacem. *Sic etiam* Silius *v. g.* 7, 389 Vidiſti clauſum Hannibalem *etc. Scilicet plane exulandum fuiſſet ab Heroico genere bono* Hannibali, *ſi penultima tenax nimis ſuae magnitudinis fuiſſet. De ipſo Duce nobiliſſimo, quem ipſi pueri norunt ex Nepote, hic nihil dicimus, niſi quod commendamus elogia illius* Liuiana 21, 4 *et* 28, 12. *Epitheta quaedam Poetarum:* Abominatus parentibus Horat. Epod. 16, 8. Perfidus Idem Carm. 4, 4, 49. Superbus periuro enſe Stat. Silu. 4, 6, 77. Tyrius Iuuenal. 12, 107.

ANNICVLVS, ANNIFER, *vid.* ANNVS.

ANNIHILO, āre. Ἐξουδένωσας, non putatis transferendum *deſpexiſti,* ſed ſecundum diſertiſſimum iſtius temporis interpretem *nullificaſti,* ſeu Annihilaſti, vel Annullaſti Hieron. ad Sun. et Fretel. Epiſt. 135 p. 322.

ANNIHILĀTOR, Gloſſ. Gr. Lat. ἐξουδενητής.

ANNĪTOR, [διατείνομαι] *vid.* ADNITOR.

ANNIVERSARIVS, *vid.* ANNVS.

ANNIVS, Nomen gentile Romanorum, cuius nominis multi apud Cic. occurrunt.

ANNO, *vid.* ANNVS.

ANNOMINATIO, *eſt quae* παρωνομασία *Graecis dicitur.* Ad Heren. 4, 29 c. 21 Annominatio eſt, cum ad idem verbum et idem nomen acceditur commutatione vnius literae aut literarum, ſyllabae aut ſyllabarum; aut ad res diſſimiles ſimilia verba accommodantur. *Videndus eſt totus locus.*

ANNONA, ANNOSVS, ANNOTINVS, *vid.* ANNVS.

ANNŎTO, *ſ.* ADNOTO, āre. [ἐπισημειοῦμαι, ἐπισημαίνω] *Eſt proprie* Notam *aliquam, vel* notae quid adiicere, *vt ait* Corn. Fronto p. 2200 *Putſch.* Col. 12, 3 Eumque admonuimus, vt quodcunque opus eſſet ſciret vnde daret, et meminiſſet, atque annotaret, quid, et quando, et cui dediſſet. Quinct. 1, 14, 7 De quibus in Orthographia pauca annotabo. Id. 7, 1, 58 Illud protinus non indignum, quod annotetur, poſſe *etc.* Plin. 7, 48 Qua in re et illud annotare ſuccurrit. *Sic* Legere, adnotare, excerpere aliquid ex libro Plin. 3, 5, 10 *et* 11 *vbi eſt* Annotare aliquid curſim. Indiſtincte atque promiſcue annotare Gell. praefat. pr. Haec annotanda eſſe exiſtimauimus Id. 19, 1. Plin. 2, 25 Breviſſimum quo cernerentur ſpatium, ſeptem dierum annotatum eſt, *pro Obſeruatum eſt ac deprehenſum, aut a ſcriptoribus memoriae proditum. Sic idem* 28, 2 ſ. 5 Repente conticeſcere conuiuium adnotatum eſt. Annotare *de librorum inſcriptione.* Auſus eſt, libros ſuos nefarios ac Dei hoſtes φιλαληθεῖς annotare Lactant. 5, 3. *Conf. Barth. Adu.* 50, 10. Plin. 3, 5 Haec litora fontibus calidis rigantur: praeterque caetera in toto mari conchylio et piſce nobili annotantur: *i. Notabilia ſunt, vel inſignia.* Suet. in Calig. 27 Quum ad ſaginam ferarum muneri praeparatarum carius pecudes compararentur, ex noxiis laniandos annotauit. *Etiam apud ICtos* Annotari *reus dicitur, qui abſens in reos refertur.* Martianus l. 1 et 2 D. de requirendis vel abſ. damn. Abſens requirendus adnotatus eſt. *Et,* Praeſides prouinciarum circa requirendos adnotatos hoc debent facere, vt eos, quos adnotauerint, edictis adeſſe iubeant *etc.* Annotare *quoque eſt, quum praeſes notat, qua quemque poena damnatum cenſeat dignum, idque ad Imperatorem reſcribit.* l. 1 D. quando appell. et l. 6 §. praeſides. D. de interdict. et relegat. *Sed* Annotatus cenſibus, *idem quod Adſcriptitius, Cenſibus adſcriptus, in* l. Si quis. et l. Quisquis. C. de epiſc. et cleric.

ANNOTATIO, ōnis. f. eſt *Notae ad aliquam rem adiectio, Obſeruatio.* Gell. Praef. Facta igitur eſt in his quoque commentariis eadem rerum diſparilitas, quae fuit in illis annotationibus priſtinis, quas breuiter et indigeſte, et incondite eruditionibus, tractationibus, lectionibusque variis feceramus. Annotatio eſt *abſentis in reos relatio.* Macer. in l. 4 D. de requir. reis. *Dicitur etiam Principis reſcriptum ſua manu ſubnotatum* l. iubemus. 10 C. de ſacroſ. eccl. Hotom.

ANNOTATIVNCVLA. Gell. 17 *extr.* Finem proponere annotatiunculis *Principio capitis vocauit* Excerptiones.

ANNOTĀTOR, oris. m. [ἐπισημαντής] Plin. in Paneg. 49 Non enim ante medium diem diſtentus ſolitaria coena, ſpectator annotatorque conuiuis tuis immines. *h. e. Obſeruator, vt videlicet notes, et obſerues, vt quisque ſe gerat.*

ANNOTATVS, ûs. m. Val. Max. 9, 12 *extr.* Mortes dignae annotatu.

ANNOTAMENTVM, *Idem quod* Annotatio. Gell. 1, 7 Veterum locutionum copiam his annotamentis inſperſimus.

ANNVATIM, *vid.* ANNVS.

ANNVLLO, āre. *In nihilum redigere.* Hieron. ad Sun. et Fretel. Ep. 135 p. 322 Nullificaſti ſeu annihilaſti, vel annullaſti. *Conf.* Vulg. Sirac. 21, 5.

ANNV̆LVS, i. m. *vel quod alii praeferunt,* Anulus. [δακτύλιος] *Circulus, qui digito induitur, et plerumque palam habet, in qua Sigillum inſculptum, vel gemmam adeo ſcalptam, cum praecipuus vſus illius in obſignando fuerit.* Cic. Ac. 4, 85 Si in eiusmodi cera centum ſigilla hoc annulo impreſſero. Id. Off. 3, 38 c. 9 *de Gyge,* Foribus apertis hominis mortui vidit corpus, annulumque aureum in digito, quem vt detraxit, ipſe induit — Cum palam eius annuli ad palmam converteret, a nullo videbatur. *Et* ad Q. Fr. 1, 1, 4 Sit annulus tuus non vt vas aliquod, ſed tanquam ipſe tu: non miniſter alienae voluntatis, ſed teſtis tuae. Plin. 33, 1 ſ. 6 Nunc cibi quoque ac potus anulo vindicantur a rapina, *i. obſignantur. Talis* annulus *vocatur* ſigillaritius Vopiſ. Aurel. c. 50. Signatorius Val. Max. 8, 14, 4. Quinctil. 11, 2, 30 Multum ſigna faciunt, et ex alia memoria venit alia, vt cum translatus annulus vel Alligatus commonet nos, cur id fecerimus. Plin. 33, 1 ſ. 6 Ad Sponſiones etiamnum anulo Exſiliente *i. promto, parabo pignore.* Plin. 33, 1 ſ. 4 Sponſae anulus Ferreus mittitur, isque ſine gemma. *Hic vocatur* Annulus pronubus l. 38 ff. pr. de ritu nupt. l. 3 de Sponſal. Tertull. apol. c. 6. Martial. 11, 101 Cuius lacertos anuli mei cingant, *de tenui nimis et macra puella.* Cic. Verr. 3, 185 c. 80 Saepe enim noſtri imperatores, ſuperatis hoſtibus, optime Republica geſta, ſcribas ſuos annulis Aureis in concione donarunt. *Eſt hic quaſi claſſicus locus de donatione illa* annuli aurei, *quo velut Symbolo equeſtris dignitas dabatur; quod firmant* Hor. Serm. 2, 7, 53. Liu. 23, 12. Flor. 2, 6, 18. Ferreus aſſiduo Conſumitur annulus vſu Ouid. A. A. 1, 473. Detrahere annulum e digitis Suet. Caeſ. c. 33. Iuuen. Sat. 7, 140 — Ciceroni nemo ducentos Nunc dederit nummos niſi Fulſerit annulus ingens. Induere digitis annulum Plin. 33, 1. Obſignare annulo tabulas Plaut. Curc. 2, 3, 67 Tabulis teſtamenti annulum imprimere Sen. Ep. 8. Plin. 23, 6 ſ. 59 Solutus vinculo omni cinctus et calceatus, atque etiam anuli. *Caeterum d[e] anulorum origine et vſu apud Romanos plurima* Plin. 33, 1 et 2 ſ. 4-5 *quae nihil ad nos, quum de lingua, non de moribus Romanorum theſau[ru]rum congeramus. Ad nos pertinent iſta* Plinii l. c. Quamquam et d[e] nomine ipſo ambigi video. Graeci a digitis appellauere [δακτύλιον] apud nos priſci vngulum vocabant: poſtea et Graeci et noſtri Symbolum. *Obſ.* Anulum *ſemper ex MSC. dedit etiam Harduinus. Illud vide[tur] tur certum, ab eadem origine eſſe* Annum, *i. circuitum, orbemque tempo[ris] ris, et* Anum, *qui circulare foramen eſt. Ipſa particula* An *circa ſignifi[cat] cat. Videtur autem euiciſſe conſuetudo, vt ſicut* Annus *ita* Annulus *ſcri[be]batur hodie ab omnibus.* ¶ 2 Annulus *etiam orbes alios nota[t]* Martial. 2, 29 Has cum gemina compede dedicat catenas, Saturne tibi Zoilus, annulos priores. *Et in eundem* Zoilum, Annulus iſte tui fuerat modo cruribus aptus; Non eadem digitis pondera conueniunt *Vid. mox* Anulati pedes. Plin. 34, 15 ſ. 43 Et exſtare ferream catenam apud Euphratem amnem in vrbe quae Zeugma appellatur, qu[a] Alexander Magnus ibi iunxerat pontem, cuius anulos qui refecti ſunt rubigine infeſtari, carentibus ea prioribus. Plin. 13, 9 ſ. 18 *de* Cuc[i] *arboris* pomo, Lignum intus grande firmaeque duritiae ex quo velare[s] detornant anulos, *i. velis et tapetibus ſuſpendendis, delicatioribus, cu[m] leues ſint, et rubiginis expertes,* κρίκους στρωματεῖς *vocat Theophraſtus* 4, 2 Martial. 2, 66 Vnus de toto peccauerat orbe comarum Annulus i[n]certa non bene fixus acu.

ANNELLVS. (*al.* Anellus) Dimin. [δακτυλίδιον] Hor. Serm. [1,] 7, 9 — ſaepe notatus Cum tribus anellis. *Sic MSS.* Cic. de Fin. 3 c. 1 Epicuri imaginem non modo in tabulis noſtri familiares, ſe[d] etiam in poculis, et in anellis habent. *Sic legit* Nonius 2, 17: *nun[c]* Annulis *legitur.* Annelli catenae Lucret. 6, 911. *Add. ib. v.* 102[0] 1037. 1085. Anellus *probat* Laurenb. Antiq. p. 28.

ANNVLARIVS, a, um. Adi. *vt,* Creta annularia Vitruu. [7,] 14. *i. ſigillaris.* Anulariae ſcalae Suet. in Aug. cap. 72. *Beroaldu[s] ita dictas putat, quae in cochleae formam figurantur, et inſtar annuloru[m] rotundantur.* Cic. Ac. 4, 86 c. 26 Quid ſi in eiusdemmodi cera ce[n]tum ſigilla hoc annulo impreſſero? ecquae poterit in agnoſcendo eſ[ſe] diſtinctio? An tibi erit quaerendus annularius aliqui, quoniam ga[l]linarium inueniſti Deliacum illum, qui oua cognoſceret. Vet. Glo[ſſ.] Anularius δακτυλιοποιός.

ANNVLĀTVS, a, um. [δακτυλιωτὸς] *Annulis ornatus.* Plau[t.] Poen. 5, 2, 21 Quia incedunt cum annulatis auribus. *De iis loquitu[r] qui in perforatis auriculis annulos geſtant.* Frontes literati et capillu[m] ſemiraſi et pedes annulati Apul. Met. 9 p. 222. *de ſeruis vinctis. Ad[d.]* Id. p. 234.

ANNVLĀRIS, e. [δακτυλιακὸς] *vt,* Annularis digitus Gell. 1[0,] 10. *it.* Macrob. 7, 13 Anulare, *pigmenti genus,* candidum — Fit et ipſu[m] creta, admixtis vitreis gemmis ex vulgi anulis, vnde et anulare dictu[m] Plin. 35, 6 *extr.* Anulare, δακτυλικὸν Gloſſ. Vet.

ANNVMĔRO, *ſ.* ADNVMERO, āre. [προσαριθμέω] *Propr[ie] ſignificat numero aliquid addere, vel ad numerum adiungere.* Cic. de D[i]vin. 2, 3 c. 1 Atque his libris annumerandi ſunt ſex de Repub. Ouic[.] ex Pont. 4, 16, 4 — et mihi nomen Tunc quoque, quum viui annumerarer, erat. ¶ 2 *Interdum eſt enumerare, ad numeru[m] alteri tradere.* Cic. de Nat. Deor. 1, 2 Vt eorum moleſtum ſit annumerare ſententias. Computare et annumerare literas Quinct. 11, 3 33. *i. in putida diligentia omnes exprimere.* Verba lectori Cic. de Op[t.] Gen. Orat. 14 c. 5. Varr. R. R. 2, 2, 5 Agni chordi duo pro vno ou[e] annumerantur, *quod ſtatim dicit,* procedunt. Plaut. Merc. Prol. 8 Talentum mihi argenti ipſe annumerat ſua manu. Cic. Verr. 3, 19 c. 84 Quum tibi Senatus ex aerario pecuniam promiſiſſet, et ſingulc tibi denarios annumeraſſet. *Add.* Diuinat. in Verr. c. 17. Pſeudo Cic. in Salluſt. 4 Vna cum illis annumeratus eſſes. Cic. pro Roſc. Amer. 89 c. 32 Verum ego forſitan propter multitudinem patronorum in grege annumerer. Ouid. Triſt. 5, 4, 20 Se quoque in exempli annumerare ſolet.

ANNVMERATVS, a, um. Macrob. in Somn. Scip. 1, 6. Varr. de R. R. 2, 2, 6 Grex dominum non mutauit, niſi ſi eſt annumeratum. Cic. de Inuent. 1, 84 c. 45 *de enumeratione vitioſa,* Si infirmui aliquid annumeratum.

ANNVMERATIO, ōnis. f. Modeſt. ICt. l. 13 §. 2 de Excuſa[t.] Annumeratio dierum.

ANNVNTIO, *vel* ADNVNTIO, āre. [προσαγγέλλω] Ide[m] quod Nuntio. Cic. Att. 5, 11 Quae mihi annuntiabantur. *Vid. lo[cus]* Donati, *quem Damus in* OBNVNTIO. Annuntiare e longinqu[o] Plin. 7, 52. Cic. Att. 12, 1 Eique interea (vt ſcribis) ſalutem a[n]nuntiabis.

ANNVNTIANS, antis. Partic. Vulgat. Sirac. 43, 2.

ANNVNTIATIO, ōnis. f. Cic. de Fato cap. 12 Haec annuntiatio vera eſſe non poteſt. *Sed Gronou. edidit*, enuntiatio.

ANNVNTIATOR, ōris. m. Tertull. adu. Marc. 4, 7. Auguſtin. Tom. 10. Serm. 14 de Sanctis.

ANNVNTIVS, *vel* ADNVNTIVS, a, um. *Idem quod nuntius.* Apul. de Deo Socr. p. 52 Elm. Sub quodam arboris opacae vmbraculo ſignum illud adnuntium ſenſit. Ambroſ. Hexaëm. 5, 9 (*Opp.* To. 4 f. 57) Echinus tempeſtatis aut tranquillitatis adnuntius nauigantibus.

ANNVO, ui, ĕre. [νεύω] *Proprie Nutum addere: deinde nutu aſſentiri, confiteri, promittere, permittere, confirmare etc. Plene et proprie* Legati Campani *apud* Liu. 7, 30, 20 Annuite Patres Conſcripti nutum numenque veſtrum inuictum Campanis, et iubete ſperare incolumem Capuam futuram. Virgil. Aen. 9, 106 Annuit, et totum nutu tremefecit Olympum. Annuui, *praeteritum antiq.* Ennius *ap.* Priſcian. 9 p. 822 Annuit ſeſe mecum decernere ferro, *vbi penultimam produci, monet verſus et* Priſcianus. Adnuuit *legendum, poſt Turnebum, contendit Merula* p. 163 *et* 275. Annuere toto capite aliquid Cic. de Orat. 2, 285 c. 70. Vellere ſigna annuunt ſuperi Virgil. Aen. 11, 20. Plaut. Bacch. 2, 2, 9 Ego autem venturum annuo. Ter. Eun. 4, 5, 31 Ne abſcedam imperat: in interiore parte vt maneam ſolus cum ſola. Annuo. Annuere, *pro Nutu ſciſcitare legitur* Tacit. Ann. 15, 58, 4 Idem Subrio Flauio aſſiſtenti annuentique, an inter ipſam cognitionem diſtringeret gladium, caedemque patraret? renuit, fregitque impetum. *Sed liber Ryckii firmat, quod coniecerat Acidalius*, innuenti. Non. 5, 65 Innuere eſt facie ſignificare Ter. Adel. (2, 1, 20) Non innueram? verum in iſtam partem potius peccato tamen: Annuere, Concedere Virg. Aen. 12, 841 Annuit his Iuno, et mentem laetata retorſit. M. Tull. in Hortenſio Quod cum vterque noſtrum annuiſſent *etc. Verum haec differentia ſaepe negligitur. Nec certior differentia, quam tradit* 5, 7: *vbi ait*, Inter Nutare, et Annuere, et Nictare veteres hoc intereſſe voluerunt; vt Nutare capitis; Annuere vel Innuere, narium vel labiorum; Nictare, oculorum ſignificantiam eſſe decreuerint. Plaut. (Aſin. 4, 1, 39) Nec illa vlli homini nutet, nictet, annuat. *Pergamus potius vſum verbi exemplis certis declarare.* Virg. Aen. 1, 250 Nos tua progenies caeli quibus annuis arcem, *i. promittis.* Cic. Verr. 3, 213 Hoc enim mihi ſignificaſſe et annuiſſe viſus eſt, *i. conceſſiſſe, confeſſus eſſe.* Cic. Cat. 3, 10 Quaeſiui, agnoſceretne ſignum? Annuit. *Fauere, nutu probare ſignificat.* Virg. Georg. 1, 40 — atque audacibus annue coeptis. Ouid. Met. 7, 178 — et praeſens ingentibus annuat auſis. *Sic*, Supereſt vt promiſſis Deus annuat Plin. Epiſt. 1, 22, 11. Id. 7, 24, 3 Intra quartum et viceſimum annum maritus, et ſi Reus adnuiſſet, pater. *Et cum caſu* Hor. Od. 4, 6, 21 Ni diuom pater adnuiſſet, Rebus Aeneae — muros. Martial. 2, 24 Quod ſi Deus ore ſereno Annuerit, felix Candide ſolus eris. *Sic* Quibus facili Deus annuet aure Propert. 1, 1, 31. Hanc mihi militiam, veterum quae pulchrior actis, Annue Val. Flacc. 1, 40. Virg. Aen. 12, 187 Si noſtrum annuerit nobis victoria Martem: *pro*, Si Mars annuerit victoriam. *Sic* Seruius. *Lepide de ſenibus tremulo capite nutantibus* Cat. 60, 163 Vſque dum tremulum mouens Cana tempus anilitas Omnia omnibus annuit.

ANNVTO, vel ADNVTO, Frequent. Plaut. Merc. 2, 3, 100 Etiam nunc adnutat *i. nictu ſignificat.*

ANNVTANS. Apul. Met. 10 *extr.*

ANNVS, i. m. [ἐνιαυτός, ἔτος] Tempus a bruma ad brumam, dum ſol redit, vocatur annus: quod vt paruuli circuli annuli, ſic magni dicebantur anni; vnde annus Varr. de L. L. 5, 2. Feſtus, Annus ex Graeco venit, quem illi ἔννον dicunt. et quod nos Triennium, illi dicunt τρίεννον. Seruius ad Aen. 1, 273 Annus dictus eſt quaſi Anus: *i.* Anulus, quod in ſe redeat: vt eſt, (Georg. 2, 402) Atque in ſe ſua per veſtigia voluitur annus. Vel ἀπὸ τοῦ ἀνανεοῦσθαι, *i.* Ab Innouatione: quod videlicet aſſidue innouetur et alter fiat. *Et paullo ante:* Tria ſunt genera annorum: aut enim lunaris annus eſt XXX dierum; aut ſolſtitialis XII menſium; aut ſecundum Tullium, Magnus, — vt in Hortenſio: Et horum annorum, quos in Faſtis habemus magnus XII millia, nongentos LIV annos complectitur. *vid. mox* Magnus *in Epithetis.* Macrob. 2, 11 Martis annus fere biennium tenet. Tanto enim tempore caelum circumit. *Nunc* ¶ 2 *Nomina ſubſtantiua ponimus, quibus iungitur:* Exitu anni Tac. Ann. 5, 11. Extremo Ibid. 6, 27. Fine anni vulgantur prodigia Ibid. 15, 47. Initio ſtatim anni Liu. 2, 52. Principio anni Liu. 2, 48. Nouitas anni Ouid. Faſt. 1, 160, *i. nouus annus.* Series annorum et fuga temporum Hor. Carm. 3, 30, 5. Spatia annorum Propert. 3, 21, 31. Tempora vertuntur annorum Lucret. 5, 1183. Virg. Aen. 6, 797 — iacet extra ſidera tellus, Extra anni ſoliſque Vias. Vices annorum Sen. Herc. Oet. 1422. *Huc pertinet etiam* Callus multorum annorum Scribon. 37. it. duritia Comp. 131 *quae adfuit, ac durauit multos annos.* Fortior annis Ouid. Amor. 3, 7, 42. ¶ 3 Grauis annis Virg. Aen. 9, 246. Integer annorum Stat. Theb. 1, 415. Ouid. Met. 14, 639 Silenuſque ſuis ſemper Iuuenilior annis, *h. e. Quam pro aetate, qui quum ſit ſenex, agit tamen iuuenem.* Maturior annis Remulus Ouid. Met. 14, 617. Maximus Virg. Aen. 2, 339. *i. maximus natu. Sed* armis *legitur hodie.* Obſcurior annis Virg. Aen. 7, 205 *h. e. Res minus nota propter temporis longinquitatem.* ¶ 4 *Epitheta anni.* Anni apti luſibus Ouid. Epiſt. 15, 21. Alternis annis, *vid. h. v.* Bellicoſior annus, *in quo plus bellorum geritur.* Liu. 10, 9. Bonus Sidon. Ep. 3, 6 *extr. iudicio prouincialium* de magnis non tam fructibus quam poteſtatibus (*magiſtratibus*) exiſtimandus. *Quin* 6, 12 *extr. ad Epiſcopum liberalem* Inter haec temporum mala bonus ſacerdos, bonus pater, bonus Annus es. Breues annos fata dederunt Cinarae Hor. Carm. 4, 13, 23. Celeres Stat. Silu. 3, 3, 20. Climactericus *vid. ſ. l.* CLIMAX. Conſumtus Sil. 15. . . Diſſimiles annos ſolertia temperat artis Claud. de Piis Fratr. 23. Emeriti Ouid. Met. 15, 226. *i. Senectutis.* Virg. Georg. 3, 304 Extremoque irrorat Aquarius anno, *i. hieme.* Fauſtus Ouid. Faſt. 1, 63. Fertilis Propert. 4, 8, 14. Feſtior annus eat Claud. de Conſ. Hon. 3, 3. Florentes Stat. Silu. 3, 5, 23. Foecundus Ouid. Amor. 3, 10, 37. Formoſiſſimus Virg. Ecl. 3, 57. *i. ver.* Frigidus, *i. hiems* Id. Aen. 6, 311. Fugaces labuntur anni Hor. Carm. 2, 14, 1. Grauiſſimus et peſtilentiſſimus Cic. Fam. 5, 16. Hibernus Hor. Epod. 2, 29. *h. e. Hibernum tempus anni.* Horrens *i. hiems* Stat. Theb. 4, 1. Ignaui Ouid. Amor. 1, 15, 1. *i. vitam.* Immunes cladibus Lucan. 8, 704. Ouid. Met. 9, 416 — facietque viros impubibus annis. Incipientis anni primum diem, laetis precationibus inuicem fauſtum ominamur Plin. 28, 2, ſ. 5. Iners anus, *Inertia, et nihil agendo conſumtus* Ouid Faſt. 1, 168. Imbellis, Infamis, Inſequens, Intercalaris, *vid. ſſ. ll.* Inuerſus *i. hiems*



Hor. Sat. 1, 1, 36. Iudicialis, *in quo multa, et ſeuera iudicia facta ſunt,* Cic. in Bruto 243 Q. Arius quum omni iam fortuna proſpere functus, labores etiam magnos excepiſſet: illius iudicialis anni ſeueritatem, quaſi ſolem non tulit. Iuſtos annos peragere Ouid. Met. 10, 36. Iuueniles Id. ib. 8, 632. Letifer Virg. Aen. 3, 139. *et* Stat. Theb. 7, 709. *i. peſtilitas aeſtiua.* Locuples frugibus Hor. Epiſt. 1, 137. Longus Ouid. Met. 1, 273. Idem ex Pont. 4, 4, 23. Lucifer Val. Flac. Argon. 3, 454. Magnum ſol circumuoluitur annum Virg. Aen. 3, 284 *i. ſolarem,* ne putemus lunarem eſſe, *ait* Seruius. *Sed* Magnus annus (*iam ſupra memoratus ex* Seruio ad Aen. 1, 273) *ſi audimus* Cic. de Nat. Deor. 2 c. 20 Tum efficitur cum ſolis et lunae et quinque errantium ad eandem inter ſe comparationem confectis omnium ſpatiis eſt facta conuerſio. Quae quam longa ſit magna quaeſtio eſt: eſſe vero certam et definitam, neceſſe eſt. *De hoc* Cenſorin. de die nat. c. 18 Eſt praeterea annus, quem Ariſtoteles Maximum potius, quam magnum appellat: quem Solis, Lunae, vagarumque quinque ſtellarum orbes conficiunt, cum ad idem ſignum, vbi quondam ſimul fuerunt, vna referuntur: cuius anni hiems ſumma eſt κατακλυσμός, quam noſtri diluuionem vocant: aeſtas autem ἐκπύρωσις, quod eſt mundi incendium. *Affert deinde ſententias de numero ſolarium annorum, quo ille contineatur. Plures Graecorum Latinorumque de eo locos indicauit Lindebrogius ad h. l.* Mundanus *hic idem* annus *vocatur a* Macrob. in Somn. Scip. 2, 11 *vbi locum* Ciceronis *explicat, quem mox damus in* Vertens. Melioribus natus annis Virg. Aen. 6, 649. Magnanimi heroës nati melioribus annis. Minor annus geminis menſibus Ouid. Faſt. 3, 100. *de anno Romuli denorum menſium.* Molles Ouid. Epiſt. 1, 11. *i. Pueriles.* Nitidiſſimus annus veri Id. Faſt. 5, 207. Nouus incipit Id. ibid. 1, 149. Nouus annus, *i. ver* Tibull. 1, 1, 17. Nubiles Ouid. Met. 14, 335. Par annus diuerſis quatuor temporibus Virg. Georg. 1, 258. Phrygiis degere longius annis Stat. Theb. 5, 762. *diutius viuere, quam Priamus Phrygiae rex.* Piger *tarde procedens, diu durans* Hor. Epiſt. 1, 1, 21. Plenus Hor. Carm. 3, 18, 5. *h. e. Completus. Sic* Plenis annis nubilis virgo Virg. Aen. 7, 53. Pomifer Hor. Carm. 3, 23, 8. *i. auctumnus.* Praecipitis anni rota vertitur Sen. Herc. fur. 180. Add. Herc. Oet. 1095. Primis annis eximenda vitia Quinctil. 1, 1, 37. Proni Hor. in Arte Poët. 60. Pruinoſus Auien. Arat. v. 57. Pubeſcentes Stat. Theb. 1, 21. Pueriles Quinctil. 1, 11, 19. *et* 1, 12, 1. Ouid. Epiſt. 5, 157. Robuſtior annus poſt ver in aeſtatem tranſit Ouid. Met. 15, 206. Romanus Ouid. Faſt. 3, 75. Rudes Sen. Thyeſt. 317. *i. pueritia. Sic* Rudibus annis aliquid percipere Quinctil. 1, 1, 5 *et* 20. Scanſilis, *idem qui* climactericus, *vid. ſ. l.* Seniles Ouid. Met. 7, 163. Seri Ouid. Met. 9, 434. Sidereus Valer. Argon. 3, 401. Sitiens Plin. 13, 4. *i. aeſtas.* Steriles annos tranſmittere Stat. Silu. 4, 2, 12. Superiore anno Cic. pro Arch. c. 8. Teneri Ouid. Epiſt. 4, 25. Et Perſius Sat. 5, 36. Turbulentior, *vid. ſ. l.* Velox in terga reuoluitur annus Stat. Theb. 5, 460. ¶ 5 *Verba et Participia,* Abſolutus perfectuſque Cic. de Vniuerſ. 29. Acceſſit annus tertius deſiderio et labori, *vt et* Acceſſio annorum. *vid.* ACCEDO. Addere annum labori Cic. Q. Fratr. 1, 1. Addere annos Ouid. Met. 7, 168. *vid.* ADDO. Adoleſcere, *vid. ſ. l.* Aequare annos Ouid. Met. 15, 838. Affluentes annos ex hac luce ordinat Maecenas meus Hor. Carm. 4, 11, 20. Agere annos Ouid. Met. 9, 430. Cic. de Senect. 32. *vid. h. v.* Aperit annum Taurus auratis cornibus Virg. Georg. 1, 217. *i. annus agricolarum incipit ab ingreſſu ſolis in ſignum tauri.* Cedere annis dicuntur vina. Circumagit ſe annus, Colligere annos, *vid. ſuis verbis.* Complevit annos centum, *vid.* COMPLEO. *Conſ.* Nep. 25, 21, 1. Conficere annum, *i. Tranſigere* Cic. de Clar. Orat. 176 Non annis anni, non menſes menſibus vſque Conueniunt, ſeque ipſe dies aliumque relinquit Manil. 3, 526. Creſcentibus annis Ouid. de Arte Am. 1, 61. Defecti anni Ouid. Epiſt. Sab. 1, 83. Egreſſus quintum annum Quinct. 6. Prooem. 6. Eſſe annis aequalem alicui Ouid. Met. 1, 750. Eunt anni more fluentis aquae Ouid. de Arte Am. 3, 62. *Add.* Hor. Epiſt. 2, 2, 55. Excedere annos centenos. *vid.* CENTENI. Exit annus. Cic. de Diuin. 1, 53 c. 25 Quinto autem anno exeunte ad Syracuſas occidit. Exigere Annos cum aliquo Virg. Aen. 1, 75. Expleto anno aetatis vndeuigeſimo Quinctil. 6 Prooem. 4. Extendere ſuos annos Sen. Troad. 699. Exuberat annus pomis Virg. Georg. 2, 516. Ferre annos dicuntur vina quaedam, et vetuſtate proficere Quinctil. 2, 4, 9. *vid. Graeu. ad* Cic. Fam. 4, 5. Val. Flacc. 6, 795. *Burm.* ad Petron. c. 43. Feſſis annis ſolamen vnicum hera Sen. Hippol. 267. *Add.* Herc. Fur. 1250. Fracti Sen. Hippol. 1253. Habere annos viginti Cic. pro Caecin. 54. *Add.* Id. de Cl. Orat. c. 43. Nep. 25, 7, 1. Implere annum Ouid. Met. 9, 338. Id. Faſt. 3, 657 Sunt quibus haec Luna eſt, quia menſibus impleat annum. Impleuit annum octauum et nonageſimum Quinctil. 3, 1, 14. Incipit annus viceſimus, *vid.* INCIPIO. Indefeſſi anni Sil. 13 . . . Ineunte anno Suet. Tib. c. 51. Inſignire annum cladibus, Interceſſit annus, Interfuerunt anni decem, *vid. his verbis.* Irrorare annum flatibus Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 75. Labuntur anni fugaces Hor. Carm. 2, 14, 1. — Labentem caelo quae ducitis annum, Sidera Virg. Georg. 1, 6. Labens annus tacite Ouid. Faſt. 1, 65. Marcet corpus annis Lucret. 3, 959. Metiri annum longum Ouid. Met. 4, 226. *de Sole.* Natus annos decem, Obire annum petitionis. *vid. his locis.* Perfecti anni Ouid. Met. 15, 817. Totidem annis mihi aetate Praeſtabat Cic. Brut. c. 43. Virg. Aen. 8, 560 O mihi praeteritos Referat ſi Iuppiter annos, *i. reducat, reuocet.* Recolligere annos primos Ouid. Met. 7, 216. *i. Recipere dicitur ſenectus.* Recurrentes anni Hor. Epiſt. 2, 1, 147. Rediens Hor. Serm. 2, 2, 83. Relinquere annos Stat. Silu. 2, 1, 109. *i. annis ſuis maiora praeſtare.* Renouare annos Ouid. Met. 9, 424. Reſumere annos virides Stat. Silu. 3, 1, 161. Seruare annos Ouid. Met. 8, 459. Silentes anni Claud. de Conſ. Mall. Theod. 157. *Annos quinque intelligit, quos totos ſilebant noui diſcipuli Pythagorae, ſolum ea, quae dicerentur, audientes.* Superare annos memores Stat. Theb. 19, 440. *i. aeterna memoria celebrari. Expreſſum ſed parum feliciter ex* Aen. 9, 447 Nulla dies vnquam, memori vos eximet aeuo. Tacitis annis ſeneſcimus Ouid. Faſt. 6, 771. Venientes anni et Anni recedentes, *contraria* Hor. in Arte Poët. 175. Multa ferunt anni venientes commoda ſecum, Multa recedentes adimunt. Tacit. Ann. 13, 19 Sextium Africanum nobilem iuuenem a nuptiis Syllanae deterruerat Agrippina, impudicam et Vergentem annis dictitans. *i. Seneſcentem.* Iuuen. Sat. 7, 242 — quum ſe Verterit annus. *i. orbis inſtar* (annus *enim, vt diximus, orbis eſt*) *ad principium ſuum redierit, atque adeo finitus fuerit. Hinc frequens bonis ſcriptoribus formula,* Vertens annus. *E. g.* Cic. Phil. 13, 22 c. 10 Apparuiſſe numen deorum intra finem anni vertentis. *Add.* de Nat. Deor. 2 c. 20. pro Quint. c. 12. *Sic* Suet. Calig. cap. 37 Non toto vertente anno, Iter Xerxes anno vertente confecerat Nep. 17,

4, 4. *Rem declarat* Vitruuius 9, 4 Sol autem ſigni ſpatium, quod eſt duodecima pars mundi, menſe vertente vadens tranſit. ita duodecim menſibus duodecim ſignorum interualla peruagando, quum redit ad id ſignum vnde coeperit, perficit ſpatium vertentis anni. *Conf.* Cenſorin. c. 19. *Etiam* Plaut. Perſa 4, 4, 76 Menſem vertentem dixit. *vid. mox* Voluitur. *Caeterum* Vertens *etiam de* anno *illo* magno *dicitur.* Cic. Somn. Scip. c. 7 Homines populariter annum tantummodo ſolis, id eſt vnius aſtri reditu metiuntur. Cum autem ad idem, vnde ſemel profecta ſunt, cuncta aſtra redierint, eandemque totius caeli deſcriptionem longis interuallis retulerint, tum ille vere Vertens annus appellari poteſt, in quo vix dicere audeo, quam multa hominum ſaecula teneantur. Macrob. ad h. l. 2, 11 Annus vero qui mundanus vocatur, qui vere vertens eſt, qui conuerſione plenae vniuerſitatis efficitur, largiſſimis ſaeculis explicatur, cuius ratio eſt talis — mundanum annum quindecim millia annorum, quales nunc computamus, efficiunt. Annos bis centum, nunc tertia viuitur aetas Ouid. Met. 12, 188. Virg. Georg. 2, 402 — redit agricolis labor actus in orbem: Atque in ſe ſua per veſtigia Voluitur annus. Ouid. Met. 5, 565 Iuppiter ex aequo volventum diuidit annum. Virg. Aen. 1, 234 Certe hinc Romanos olim voluentibus annis. *i.* Volubilibus. et eſt participium pro nomine. Voluens enim eſt, Qui voluit: Volubilis autem, Qui voluitur. Servius. ¶ 6 *Cum Praepoſitionibus.* Ante annos occidere Ouid. Amor. 2, 2, 46. In annum et in hunc annum, *it.* In annos. *vid.* IN. Habebit ſenatus in hunc annum quem ſequatur Cic. pro Sext. c. 8. In annum decimum durare Ouid. Met. 12, 76. In multos annos praedicuntur ſolis defectiones, itemque lunae Cic. de Diuin. 2 c. 6 In annum venientem curas extendere Virg. Georg. 2, 405. Ouid. Met. 1, 148 Filius ante diem patrios inquirit in annos. In nonum annum premere opus aliquod Hor. in Arte Poët. 388. Inter tot annos. *vid.* INTER. Intra quatuor annos. *vid.* INTRA. Per annos longos deſeruire alicui Ouid. Amor. 1, 3, 5. Virg. Georg. 2, 100 — aut totidem durare per annos. Per annos mille Id. Aen. 6, 748. *Et* Georg. 3, 47 Caeſaris, et nomen fama tot ferre per annos. Sub annis primis Ouid. Met. 12, 183. *Interdum praepoſitiones ſubaudiuntur, v. g. in illo* Tac. Hiſt. 1, 49 Hunc exitum habuit Galba, tribus et ſeptuaginta annis quinque principes proſpera fortuna emenſus. *Sic* per *intelligendum in talibus:* Quum Romae annum prope fuiſſet Cic. Fam. 13, 19, 2. Scripſi, me annum pacem non videre Cael. ap. Cic. 3, 14, 5. ¶ 7 Annus meus, noſter, veſter, *etc. eſt, quo mihi aut vobis per leges licet Conſulatum aut alium magiſtratum petere.* Cic. Att. 1, 1 Nemo eſt enim ex iis, qui nunc petunt, qui ſi in noſtrum annum reciderit, firmior candidatus fore videatur. Contra Rull. 2, 4 Eſt illud ampliſſimum, Quirites, quod honore ex nouis hominibus primum me, multis poſthabitis, affeciſtis: quod prima petitione, quod anno meo. *Porro ad petendum Conſulatum legitimus erat annus aetatis quadrageſimus tertius.* Cic. Philipp. 5, 48 Quid Macedo Alexander, quum ab ineunte aetate res maximas gerere coepiſſet, nonne tertio et triceſimo anno mortem obiit? quae eſt aetas noſtris legibus decem annis minor, quam Conſularis. ¶ 8 Annus *Prouentum anni, ſiue Annonam ſignificat* Stat. Theb. 4, 720 Donec Phariis alimenta rogatus (*Nilus*) Donet agris, magnumque inducat meſſibus annum. Stat. Silu. 3, 2, 22. — Pharium grauis intulit annum, *i. Aegyptiacum frumentum. Sic et* Claud. B. Gild. 57 Penſabam Pharium Gaetulis meſſibus annum. Lucan. 3, 450 — curuoque ſoli ceſſantis aratro Agricolae raptis annum fleuere iuuencis. *Conf.* v. 70. Tacit. de Germ. 14, 7 Nec arare terram et expectare annum tam facile perſuaſeris, quam prouocare hoſtem Lucan. 9, 437, *regionem circa Syrtes ita deſcribit*

Temperies vitalis abeſt, et nulla ſub illa
Cura Iouis terra eſt: natura deſide torpet
Orbis, et immotis annum non ſentit arenis.

*i. vices annuos tempeſtatum a quibus pendet fertilitas.* ¶ 9 Annum *ſaepe pro partibus ſuis ſumi, patet, ſi epitheta inſpicias* n. 4. *poſita,* Extremus, Frigidus, Hibernus, Horrens, Inuerſus, Letifer, Nouus, Pomifer, Robuſtus, Sitiens. ¶ 10 *De permutatione caſuum ex* Annus *et* Arma, *vid.* ARMA.

ANNALIS, e. [ἐνιαύσιος] *Adiectiuum, vt mox apparebit. Frequentiſſime intelligitur liber, breuiter quae ſingulis annis geſta ſunt complexus. Plene* Annalis liber Quinct. 6, 3, 86. *Sed* Gell. 2, 1 Poſuimus igitur verba ipſa Quadrigarii ex annali eius VI tranſcripta *Sic idem* 15, 1 *et alibi* Cic. Att. 12, 24 Quibus COSS. Carneades et ea legatio venerit Romam, ſcriptum eſt in tuo annali. Plin. 7, 28 Q. Ennius T. Caecilium Teucrum, fratremque eius praecipue miratus, propter eos ſextum annalem adiecit. *Cum tale opus pluribus plerumque Libris conſtet, pluralis frequentior eſt.* Seruius *ad* Aen. 1, 373 Inter Annales et Hiſtoriam hoc intereſt: Hiſtoria eſt eorum temporum, quae vel vidimus, vel videre potuimus; dicta ἀπὸ τῦ ἱςορεῖν, *i.* Videre. Annales vero ſunt eorum annorum et temporum, quae aetas noſtra non nouit. Vnde Liuius ex Annalibus et Hiſtoria conſtat. Haec tamen confunduntur licenter. ut, (Virg. Aen. 1, 373) Et vacet annales noſtrorum audire laborum. pro Hiſtoria inquit Annales. *Hactenus* Seruius Gell. 5, 18 Hiſtorias quidam eſſe aiunt rerum geſtarum vel expoſitionem, vel demonſtrationem, vel quo alio nomine id dicendum eſt: Annales vero eſſe, quum res geſtae plurium annorum obſeruato cuiusque anni ordine, deinceps componuntur. *Plura ibi* Gellius. *vid.* Voſſ. Hiſt. Lat. 5 p. 21. *Phil. Carol. ad* Gell. l. c. p. 317. *Buchner. ad* Prudent. Hymn. de Nat. Chriſti p. 54, 55. *Gronou. Obſ. ad Script. Eccleſ.* c. 9 p. 95. Annales Pop. Rom. et monumenta vetuſtatis Cic. pro Domo ſua 86. Annalium monumenta Quinctil. 2, 4, 18. Annalium ordo Cic. Fam. 5, 12. Ex annalibus cognoſcere, *vid.* COGNOSCO. Annales, *pro Faſtis, i. Pontificum monumentis, dierum et totius anni deſcriptionem et ordinem continentibus: quum tamen haec duo inter ſe differant.* Ouid. Faſt. 1, 7 Sacra recognoſces annalibus eruta priſcis. *Conf.* Cic. de Orat. 2 c. 12. *et* Quinctil. 10, 2, 7. Ex annalium vetuſtate eruenda eſt memoria nobilitatis tuae Cic. pro Muraen. 16. Annales priſcos voluere Claud. in Conſ. Stilich. 2, 184. Iuuen. Sat. 2, 102 Res memoranda nouis annalibus atque recenti. ¶ 2 Legem annalem *dixerunt, quae praeſcribebat legitimam ad petendum magiſtratum aetatem, quae et* Annaria *dicebatur.* Cic. de Legib. 3, 8 Ciuitatem annali lege ſeruanto. Idem de Orat. 2, 52 Vt olim Ruſca quum legem ferret annalem. *Add.* Cic. Phil. 5 c. 17, *et quae infra dicemus in* Magiſtratus. Liu. 40, 43 Eo anno rogatio primum lata eſt ab L. Iulio Trib. plebis, quot annos nati quemque magiſtratum peterent caperentque. Inde cognomen familiae inditum, vt Annales appellarentur. *Ex hac gente fuiſſe videtur ille, de quo* Quinctil. 6, 3, 86. Diſſimulauit Cicero, quum Sextus Annalis teſtis reum laeſiſſet, et inſtaret identidem accuſator ei, Dic M. Tulli, numquid potes de Sexto Annali? Verſus tunc dicere coepit de libro Ennii Annali ſexto, Qui potis ingentis cauſas euoluere belli? *vid. Burm. ad loc.* ¶ 3 *Vere adiectiuum eſſe declarat etiam illud* Varr. de R. R. 1, 27, 1 Et quoniam tempora duorum generum ſunt: vnum annale, quod ſol circuitu ſuo finit: alterum menſtruum, quod luna circumiens comprehendit: prius dicam de Sole. Eius curſus annalis *cet. vid.* CLAVVS annalis.

ANNALIA, n. pl. Grut. p. 116 n. 2. AVGVSTORVM ANNALIA FELICITER. *int.* Vota.

ANNARIVS, a, um. vt Annaria lex, dicebatur ab antiquis, Ea qua finiuntur anni magiſtratus capiendi. Haec Feſtus. *Conf.* Lamprid. Comod. c. 2.

ANNICVLVS. Adi. [ἔνος, ἐνάενος] *Vnius anni.* Hanc Caeſar vix anniculam deſpondit Nep. 2, 5, 19, 4. Filius anniculus L. 6 D. de his, qui ſui vel al. iur. Varro de R. R. 2, 5, 12 Habeo tauros totidem quot Atticus, ad matrices ſeptuaginta: duos, vnum anniculum, alterum bimum. Plin. 9, 41 Anniculo gramini languidus ſuccus. Idem 21, 19 ſ. 73 Semen anniculo vetuſtius. *Et* 13, 4 ſ. 8 *de palmis,* Ergo plantaria inſtituunt, anniculaſque transferunt, et iterum bimas. Columel. 7, 9, 2 Quam ſalaciſſimos oportet eſſe mares, qui et annicula aetate commode progenerant. Anniculum defrutum Col. 12, 20, 1. Malleolus Col. 4, 7, 3. Nuces Cato R. R. 17, 2, Pulli Varr. R. R. 2, 7, 11. Surculus Pall. Mart. 10, 32. Vinum Varr. R. R. 1, 65, 1.

ANNIFER. Adi. *Toto anno fructum habens* [ἐνιαυτοφόρος] Plin. 16, 26 ſ. 44. Cedrus (*Hard.* Citreas) et iuniperus et ilex anniferae habentur, nouusque fructus in his cum annotino pendet. *Sed* 19, 7 ſ. 36 Anniſera *vocat, quae apud Theophraſtum ſunt* ἐπετειόκαυλα, *quae nouum ſingulis annis caulem producunt, vt cepae, bulbi.*

ANNIVERSARIVS. Adi. [ἐτήσιος] *Quod ſingulis annis fit, vt,* Anniuerſaria ſacra Cic. Verr. 4, 84 c. 39. *Add.* Id. Att. 1, 18. Hoſtes anniuerſarii Flor. 1, 12, 1. Anniuerſariis armis aſſueſcere Liu. 4, 45. Anniuerſariae viciſſitudines, *quae ſingulis annis ſtato tempore recurrunt* Cic. de Nat. Deor. 2, 97 c. 38. Anniuerſarii vicini Varro de R. R. 1, 16, 4. *Singulis annis conducendi mercede.* Anniuerſaria ſolennitate celebrare feſtos dies Auguſt. Epiſt. 118 c. 1.

ANNIVERSARIE. Adu. *Vertente quouis anno.* Auguſtin. Epiſt. 118 *extr. it.* de Doctr. Chriſti 2. 29.

ANNO. Adu. [πέρυσι] *q. d.* Anno *ſuperiore, ante annum: cui opponitur* Horno. Plaut. prol. Amph. 91 Hiſtriones anno cum in proſcenio Iouem inuocarunt. Et Truc. 2, 4, 38 Quaſi vxorem me habebat anno, dum hic fuit. Id. Men. 1, 3, 22. Quatuor minis emi iſtanc anno vxori meae Lucill. *ap.* Non. 2, 403 Vtrum anno an horno te abſtuleris a vino.

ANNO, āre. Macrob. Saturn. 1, 12 Annare perennareque commode. *vid.* ANNA.

ANNONA, ae. [σιτηρέσιον, ὁ σῖτος] *Anni prouentus eſt: nec frumenti ſolum, ſed etiam aliarum rerum.* Columel. 3, 15, 5 Regionis annona *inprimis ad vinearum fructum pertinet, vt et* 3, 3, 10. Id. 8, 17, 13 Lactis. *Et* 3, 21, 6 muſti. *Ad* fruges *maxime pertinet illud* Cic. Verr. 3, 227 c. 98 Non habet pretium annona, niſi in calamitate fructuum. Cic. Off. 2, 58 c. 17 In caritate annonae, aſſe modium dedit. Idem de Diuin. 2, 59 At ſi Epicuri de voluptate liber corroſus eſſet, putarem annonam in Macello cariorem fore. *Add.* Sueton. Tib. 34 Macelli annona. Tacit. Ann. 4, 6 Plebes acri quidem annona fatigabatur Liu. 26, 20 Arctiorem annonam ſociis quam hoſti faciebat. *Contra* Liu. 26, 20 Annona haud multum Laxauerat, *i. laxa, facilis facta erat.* Id. 2, 52 Vrbi cum pace Laxior etiam annona rediit, ex aduecto ex Campania frumento. Suet. Claud. 10 Arctiore autem annona ob aſſiduas ſterilitates, detentus quondam medio foro a turba, *etc.* Annona ſalaria, *vid. h. v.* in SAL. Caritas annonae Cic. pro Dom. 13 c. 5. Compreſſam annonam vocat Liu. 38, 35. *quum pretium per coëmtionem eſt auctum.* Difficultas annonae, ſummaque inopia rei frumentariae Cic. pro Domo ſua 12 c. 5. Facta durior annona Id. pro Domo 15 c. 6. Foecundae annonae prouincia Tacit. Hiſt. 1, 11. Grauis annona Plaut. Stich. 4, 2, 53. Graui annona conflictari, *vid.* CONFLIGO. Grauitas annonae Tacit. Ann. 6, 13. Quinctil. Decl. 12, 4 p. 244 Burm. Etiam ſi quid reſidui erat, vt carius quidam venderent, ad annonae Incendium ſuppreſſum eſt. *i. Ad annonae pretium augendum.* Manil. 4, 168 Et grauia annonae ſpeculantem Incendia ventis Credere opes *etc. Vid. mox* Incendere annonam. Militaris annona Tit. C. Theodoſ. *vid.* n. 4. Moderatior annona Paterc. 2, 126, 3. Saevitia annonae Tac. Ann. 2, 87, 1. Vilitas nec opinata conſequuta eſt annonam cariſſimam Cic. pro Domo 14 c. 6. Ex ſumma inopia et caritate rei frumentariae conſequuta eſt annonae Vilitas Cic. pro Lege Manil. 45. ¶ 2 *Saepe adiunctam habet pretii maioris minoriſue notionem.* Donatus *ad illud* Ter. Phor. 1, 2, 29 Sciſti vti foro, Secundum illos, *inquit,* negotiatores, qui ante locum commercii non praeſcribunt, quanti vendant, quae aduehunt; Sed ſecundum annonam fori, quam deprehenderint, conſilium de vendendis et non vendendis mercibus ſumunt. *Sic* Marcianus ICtus l. 8 ff. ad Municip. Non debere cogi Decuriones vilius praeſtare frumentum ciuibus ſuis, quam annona exigit. *Hinc emendanda videtur* l. 5 ff. de admin. rer. ad ciuit. Decuriones pretio viliori frumentum quod (*vid. leg.* quam) annona temporalis eſt, patriae ſuae praeſtare non ſunt cogendi. *Sic certe* l. 3 ff. de L. Iul. de annona pr. Minime aequum eſt, decuriones ciuibus ſuis frumentum vilius, quam annona exigit, vendere. *Ad hanc igitur* annonae *notionem pertinent tum forte ſuperiorum quaedam. v. g.* Acris, Durior, Grauis, Incendium, Moderatior, *tum inprimis iſta.* Attentare annonam, et vexare vel maxime Dardanarii ſolent. Vlp. in l. Annonam attentare. D. De extraordin. crimin. Commutata annona Cic. pro Domo 15 c. 6. Conualeſcit annona Suet. in Aug. 42. *i. facta eſt abundantior. Sed contraria fere ratione* Caeſ. Bell. Civil. 1, 52 His tamen omnibus annona creuit, (*i. carior facta eſt*) quae fere res inopia non ſolum praeſentis, ſed etiam futuri temporis timore ingraueſcere conſueuit. Iamque ad denarios quinquaginta in ſingulos modios annona peruenerat. Excandefacere annonam macelli Varr. R. R. 3, 2, 16, *vt* Incendere. Alia *translatione* Plin. 33, 13 Pretia rerum, quae vsquam poſuimus, non ignoramus alia in aliis locis eſſe, et omnibus paene annis mutari, prout nauigationes conſtiterint, aut vt quisque mercatus ſit, aut aliquis praeualens manceps annonam flagellet. *De pretiis pigmentorum.* Grauare Lamprid. Alex. Seu. 41 Incendere annonam Varro de R. R. 3, 2, 16. *h. e. Cariorem facere, vt* Excandefacere. Inferre caritatem annonae Plin. 18, 28. Ingraueſcit annona

nona Cic. pro Domo 11 c. 5. Leuare annonam vrbis Romae atque Italiae Liu. 26, 40. Non habet pretium annona, niſi in calamitate fructuum Cic. Verr. 3, 227 c. 98. Onerant annonam etiam ſtaterae adulterinae Vlp. in l. Annonam. D. de extraord. criminibus. Praeſtare annonam Cic. pro Domo 14 c. 6. Hor. Epiſt. 1, 16, 72. Annonae proſit, portet frumenta penumque. Temperare annonam Sueton. Tib. c. 34. Paterc. 2, 77, 1 Tum expoſtulante conſenſu populi, quem grauis Vrebat infeſto mari annona, cum Pompeio quoque pax inita. ¶ 3 *Simili ratione* annona *etiam de aliarum rerum pretio dicitur.* Hor. Epiſt. 1, 12, 24 Vilis amicorum annona, bonis vbi quid deeſt, *i. paruo pretio comparare licet rem alioquin pretioſiſſimam, amicos, quoties occaſio eſt ſubleuandi inopiam boni viri.* Iuuen. Sat. 9, 100 His apibus nunquam cara eſt annona Veneni. Sen. Qu. Nat. 4, 15 Nix habet inſtitores et annonam, proh pudor! variam. *Locum* Plinii 33, 13 *dedimus* n. 3 *in* Flagellare annonam. ¶ 4 Annona, *pro Menſtrua vel Annua mercede ac ſtipendio.* Veget. de Re Milit. 1, 13 Torques aureus ſolidae virtutis praemium fuit: quem qui meruiſſet, praeter laudem, duplas conſequebatur annonas. Annonae ciuiles l. 14. C. de ſacroſ. eccleſ. Ael. Lamprid. Alex. Seu. c. 41 Aulicum miniſterium in id contraxit, vt eſſent tot homines in ſingulis officiis, quot neceſſitas poſtularet, ita vt annonas, non dignitatem acciperent fullones et veſtitores *etc.* — Sed annonas ſingulas, vix binas. *Videntur poſſe intelligi portiones frumenti, vini, olei, carnis, de quibus* Titulus Cod. Theod. de erogatione militaris annonae. *Sed* Salmaſius p. 983 panes binos *intelligit, eo praeſertim argumento vſus, quod deinde* c. 42, *dicitur*, Medicus — annonas binas aut ternas accipiebant, ita vt mundas ſingulas conſequerentur. *Putat ergo pluralem ſemper de panibus capi.* ¶ 5 Annona, Diua: *vid.* Grut. Inſcript. MLXV, 10. *et* LXXXI, 10. *Elmenhorſt. ad* Arnob. p. 121.

ANNONARIVS. Adi. [σιτηρεσιακὸς] *Quod ad annonam pertinet.* Veget. 3, 3 Ante igitur, quam inchoëtur bellum, de copiis expenſisque ſolers debet eſſe tractatus, vt pabula, frumentum, caeteraeque annonariae ſpecies, quas a prouincialibus conſuetudo depoſcit, maturius exigantur. Hermog. in l. Aufertur. D. de iure fiſci, Vt debitoribus fiſci, quod fiſcus debet, compenſetur, ſaepe conſtitutum eſt: excepta cauſa tributaria, et ſtipendiorum, et item pretio rei a fiſco emtae, et quod ex cauſa annonaria debetur. *Sic* Annonaria prouiſio Trebell. Poll. de 30 Tyrann. cap. 18 Annonaria regio Idem cap. 24.

ANNONOR, āri, *vt* aquari, lignari, pabulari, annonam petere. Capitol. Gordian. c. 29 Loca in quibus milites annonari non poſſunt, *vid.* Salmaſ. p. 125 *Hack.*

ANNOS, ōtis. Vet. Gl. Annos, annua, πολυετής. *Eſt autem* annua, *hic* anus. Gl. Annua, γραῦς, πολυετής. *Haec Scal. ad* Feſtum, *vid.* Amoſio, annuo, *pro quo legi vult* Annos, annua. *Et ab hoc* Annos, annotis *deriuat nomen* Annotinus, *de quo deinde.*

ANNOSĬTAS, ātis. Antiquitas. Cathol.

ANNŌSVS. Adi. [πολυετὴς] Qui multos habet annos. *vt*, Ouid. Faſt. 2, 571 Ecce anus in mediis reſidens annoſa puellis. Aeuo annoſo degit gens Hyperboreorum Plin. 4, 12. Brachia vlmi annoſa Virg. Aen. 6, 282. *Et* 10, 766 Annoſa ornus. Cornix annoſa Hor. Od. 3, 17, 13. Falernum annoſum Martial. 6, 27. Merum Tibul. 3, 7, 26. Mundus Sen. Oedip. 503. Palatum Hor. Serm. 2, 3, 274. Quercu annoſa durior Ouid. Met. 13, 799. Robore annoſo lucus Sil. 3. *Et* Virg. Aen. 4, 441. Senex Ouid. de Arte Am. 1, 14. Senectus Id. Met. 7, 237. Vetuſtas Id. Triſt. 5, 2, 11. Volumnia vatum Hor. Epiſt. 2, 1, 26. In aliquo annoſiore Auguſt. Confeſſ. 1, 7. Annoſiſſimus vigor Ambroſ. de Vocat. Gent. 2, 8.

ANNOTĬNVS. Adi. [ἐνάενος] *ab* Annus, *vel* Annos, *Quod eſt vnius anni.* Columel. 4, 24, 8. Vngues cuſtodum annotinos reſecato. *Conf.* Plin. 16, 26. Caeſ. Bell. Gall. 5, 8 Multitudine nauium perterritae, quae cum annotinis priuatisque, quas ſui quisque commodi cauſa fecerat, amplius octingentae vno erant viſae tempore. Annotinae, *ante annum adhibitae, ſ. vt Metaphraſtes reddit,* αἱ τῷ πρόσθεν ἔτει. *Errant qui annonarias interpretantur.*

ANNVVS. Adi. [ἐτήσιος, ἐνιαύσιος] *Quod annum durat, vel anno interiecto fit.* Plaut. Aſin. 5, 2, 36 Vita vxoris annua conduci non poſſum, *i. etſi aliquis Deus illud mihi magnum bonum promittat, futurum, vt vltra annum non viuat vxor mea.* Vt ſimus annui Cic. Att. 5, 13, *i. annuum magiſtratum geramus.* Plin. 11, 39 Quadrupedibus pilum cadere atque ſubnaſci annuum eſt. Aur. Victor. de Viris Illuſt. 1 Quibus regnum annuis vicibus habendum reliquit, et vt alternis imperarent. Plin. 10, 20 Cauda pauonis annuis vicibus miſſa cum foliis arborum. *Et ſingul.* Plin. 2, 39 Quis enim aeſtates et hiemes, quaeque in temporibus annua vice intelliguntur, ſiderum motu fieri dubitet? Cic. Att. 12, 3 Perdere malo etſi praeter ipſam turpitudinem hoc ipſum puto perdere: aut delegationem a mancipe annua die. quis erit, cui credam? *etc. i. vt intra annum ſoluatur.* Idem Fam. 7, 23 Plus annua die poſtulare, *i. longius ſpatium, dum ſoluas.* Sueton. Aug. c. 101 Legatis ſoluendis annuum diem finiit. *Sic apud Iuriſconſultos legitur,* Annua, bima, trima die, *pro* anno, biennio, triennio, *vid.* Pomp. in l. 8. §. 3. D. de pignor. action. et l. 3. D. de annuis legat. Annuae copiae Tacit. in Vita Agric. 22. Interdicta annua, et Iudicium annuum Paullus in l. Ex quibus. D. de interdict. ſeu extraord. crimin. Cic. Att. 6, 15 Etſi annuum Tempus, prope tamen emeritum habebamus (dies enim XXXIII erant reliqui) ſolicitudine prouinciae tamen vel maxime vrgebamur. Tempus annuum conficere Cic. Att. 15, 15. Vſus annuus Africanus in l. Cum quaereretur. D. de leg. 3. Annuum, Quod ſingulis annis fit: dictum quaſi Anniuerſarium, vt Annua ſacra Virg. Georg. 1, 338. Annua certamina Lucan. 1, 180. Cultura Hor. Carm. 3, 24, 14. Cura annua milio venit Virg. Georg. 1, 216. Curſus Cic. Leg. 2 c. 8. Liba annua Ouid. Faſt. 1, 670. Magiſtratus annui Caeſ. B. G. 1, 16. Virg. Aen. 5, 46 Annuus exactis completur menſibus orbis. Vbi Seruius, Annuus orbis, quia menſes in ſe recurrunt et annum faciunt. Sacra Id. Georg. 1, 388. *i. anniuerſaria.* Solennia Propert. 3, 8, 31. Add. 4, 1, 19. Spatio annuo Hor. Od. 4, 5, 11. Plin. 9, 10. Sumtus Cic. Att. 15, 29. Varietates frigorum et calorum Cic. N. D. 2 c. 39. *i. anniuerſariae.* Annuum, *abſolute poſitum ſignificat Salaria ſeu Mercedem, vel Alimenta in ſingulos annos.* Vlp. D. de Annuis leg. et fideicommiſſ. l. Si cui annuum fuerit relictum ſine adiectione ſummae, nihil videri huic relictum Mela ait. Sueton. in Tiber. 50 Peculio conceſſo a patre, praebitisque annuis fraudauit, per ſpeciem publici iuris. Idem Veſp. 18. Plin. Epiſt. 10, 40. Atque etiam vt publici ſerui annua accipiunt. *vid.* ANNONA.

ANNVALIS, e. *Ad annum ſpectans: vt,* Arnob. 1 p. 22 Cur luna ſemper in mutuis damnis ac crementis, annualibus cauſis lucem ſemper atque obſcuritatem reſumens. *Sic lectionem conſtituit Salmaſius valde fluctuantem. Add.* Vulg. Sirac. 37, 14 Operarius annualis, *credo qui toto anno opus facere optat. In Graeco eſt* ἐφέτιος, *qui domi alienae opus facit.*

ANNVATIM. Adu. *Per ſingulos annos. Valla lib. 6 citat locum* Plin. 12, 18 *in quo ſic nunc legitur,* Herodoto teſte, qui tradit ſingula millia talentûm annua turis Arabes penſitaſſe regibus Perſarum. Vbi Valla fuiſſe mendum ſubdubitabat. In Onomaſt. vet. κατ᾽ ἔτος *exponitur.*

ANNVTRIO, *vid.* ADNVTRIO.

## A N O

ANŌDȲNON. [ἀνώδυνον] *Quae leuationem doloris ſomno arceſſendo moliuntur.* Celſ. 5, 25 Anodyna vocant, quae ſomno dolorem leuant. Idem 6, 6 Si tantum mali eſt, vt ſomnum diu prohibeat, eorum aliquid dandum eſt, quae ἀνώδυνα Graeci vocant.

ANOMALIA, ae. [ἀνομαλία] *Inaequalitas rationis, et eſt Anologiae contraria.* Gell. 2, 25 In Latino ſermone ſicuti in Graeco, alii analogiam ſequendam putauerunt, alii anomaliam: ἀναλογία, eſt ſimilium ſimilis declinatio, quam quidam Latine Proportionem vocant: ἀνομαλία, eſt inaequalitas declinationum conſuetudinem ſequens.

ANOMALVS, a, um. Mart. Cap. 1 p. 13. *et* 3 p. 71.

ANŌNIS, is, vel ĭdis. f. [ἀνωνὶς] Plin. 27, 4 ſ. 12 Anonin quidam Ononida malunt vocare, ramoſam, ſimilem foeno graeco, niſi fruticoſior hirſutiorque eſſet, odore iucunda, poſt ver ſpinoſa. Eſtur etiam muria condita. *vid.* ONONIS.

ANONOMASTOS, *i. Aeon haereticorum ap.* Tertull. adu. Valent. cap. 35.

ANONYMI, Populi ſunt in Africa, Atlantes dicti, qui ſunt anonymi, *h. e.* Sine propriis nominibus, cum in vniuerſum Atlantes tantum vocitentur. Horum meminit Plin. l. 5. c. 8.

ANONȲMOS, [ἀνώνυμος] *Sine nomine, vt herba apud Plin.* 27, 4 ſ. 14 Anonymos non inueniendo nomen inuenit: affertur e Scythia, *etc. Sic* Anonymos *vocare ſolent fabuloſam gentem, de qua* Plin. 5, 8 Atlantes degeneres ſunt humani ritus ſi credimus. Nam neque nominum inter eos appellatio eſt *etc.* Solin. c. 31 Nulli proprium vocabulum, nulli ſpeciale nomen. Mela 1, 8 Nomina ſinguli non habent.

ANORMIS, e. *vid.* ABNORMIS.

## A N Q

ANQVINA, ae. *vid.* ANGINA, *it.* ANCHORA.

ANQVIRO, ſiui, ſitum, ĕre. [ἀναζητέω] *vt ait* Feſtus, eſt circum quaerere, *i. accurate quaerere.* Cic. de Fato 17 c. 9 Sed ad illam Diodori contentionem — reuertamur, in qua, quid valeat id, quod fieri poſſit, anquiritur, *i. diſputatur.* Cic. Offic. 1 c. 3 Tum autem anquirunt, *i. vndique quaerunt. Add.* ib. c. 39. Qui et ſe diliget, et alterum anquirit Cic. de Amic. c. 21, *i. amicum quaerit. Et* c. 33 Vt non anquirat aliquem, apud quem euomat virus acerbitatis ſuae. *Et* c. 27 Semper aliqui anquirendi ſunt, quos diligamus. ¶ 2 *In primis ad quaeſtiones cauſarum et criminum* pertinet. Liu. 22, 52 Seu legibus, ſeu moribus mallet, anquireret: Cicero *tum* Quaerere, *tum* Inquirere in aliquem *dicit.* Liu. 6, 20 Sunt qui Duumuiros, qui de perduellione anquirerent, creatos, auctores ſint. Liu. 8, 33 Capite anquiſitum ob rem bello male geſtam de imperatore nullo ad eam diem eſſe. Idem 2, 52 In mulcta temperarunt Tribuni: cum capitis anquiſiſſent, duo millia aeris damnato mulctam edixerunt. *Et* 26, 3 Bis eſt accuſatus, pecuniaque anquiſitum. *In Obſ. MStis Codd. ſemper fere* Anquirere *in* Acquirere *vel* Inquirere *commutatum eſt. Non nunquam ibidem reperitur* Amquirere.

ANQVISITE. Adu. vt Anquiſite ſatis ſatisque ſolicite aliquid quaerere, Gell. 1, 3. Anquiſitius ſuper aliqua re diſſerere ib.

ANQVISITIO, ōnis. f. Varr. de L. L. 5, 9 In eodem commentario anquiſitionis.

## A N S

ANSA, ae. [λαβὴ, κώπη] *eſt, qua vas, aut quiduis aliud manu teneri ſolet.* Virg. Ecl. 6, 17 Et grauis attrita pendebat cantharus anſa. Dura anſa Ouid. Met. 8, 653 *aluei lignei.* Ferreae anſae Vitruu. 2, 8. Panda vrcei anſa, *vid.* VRCEVS. Tortilis Ouid. Epiſt. 16, 252 *poculi. Laudatur* Senecae *ſententia* Plagiarios eſſe ſimiles furibus alienis poculis anſas mutantibus. Add. l. 21 §. 4 D. de furtis. Sed ſi anſam in poculo ſuam putauit *etc.* Item l. 26. §. 1. de acquir. rer. dominio. Anſa, *qua conſtringuntur calcei.* Tibull. 1, 9, 14 Anſaque compreſſos colligat arcta pedes. *Eleganter libri quidam* colligit. *vid.* Anſula. ¶ 2 Anſa *per metaph. pro Occaſione* Cic. pro Planc. 84. Si locus habet reprehenſionis anſam aliquam. Arripere anſam, *vid. h. v.* Cic. pro Sext. 22 c. 10 Deinde etiam ſermonis anſas dabat. Anſam dare ad reprehendendum Cic. in Lael. 60 c. 16. Praebere anſam, *vid. ſ. l.* Quaerere anſam Plaut. Perſ. 4, 4, 120. Cic. pro Caecin. 17 Iſte autem hac Sextula ſe anſam retinere omnium controuerſiarum putat, *i. occaſionem litium coheredibus mouendarum.* ¶ 3 Aras *antiquitus* Anſas *ſ.* Aſas *eſſe appellatas, notat* Macrob. Sat. 3, 2 *ex* Varrone. *Locum damus in* Ara.

ANSV̆LA, ae. Dimin. [λαβίδιον] Val. Max. 8, 12 *extr.* 3 Mirifice et ille artifex, qui in opere ſuo moneri ſe a ſutore de crepida et anſulis paſſus, de crure etiam diſputare incipientem, ſupra plantam aſcendere vetuit. *Nempe crepidarum vel vnci vel annuli per quos traiecta lora pedem adſtringunt, quas* Anſas *a Tibullo vocari, modo obſeruatum eſt. Add.* Auguſtin. de Doctr. Chriſt. 2, 20.

ANSĀTVS. Adi. [κωπήεις] *Quod anſam habet. vt*, Vas, anſatum Columel. 9, 15, 5. Plaut. Perſ. 2, 5, 7 Anſatum hominem *ioco dixit, Qui incedit vtroque brachio in anſarum modum ad latera applicato: ſiue (vt ipſemet loquitur)* Qui ſubnixis alis ſeſe infert. ¶ 2 Anſatae, Subſt. Iaculamenta cum anſis, *inquit* Nonius 18, 30 Ennius lib. 5 Anſatas mittunt e turribus. *Nempe intelliguntur* haſtae.

ANSANCTVS, *vid.* AMSANCTVS.

ANSEGETES, *vid.* AMSEGETES.

ANSER, ĕris. m. [χὴν] *Auis notiſſima.* Anſerum autem alii domeſtici, alii agreſtes. *De vtrisque* Plin. 10, 22. De Domeſticis Col. 8, 14. Pallad. 1, 30. Virg. Georg. 1, 119 Improbus anſer, *i. Iſatiabilis.*

Priapei. c. 64 Quidam mollior anſeris medulla. *Et* Catull. 25, 2 Cinaede Thalle mollior cuniculi capillo, Vel anſeris medullula, *de molliſſima anſerum pluma, quae interior eſt, et corpori proxima. Sic etiam Voſſ.* Medulla *proprie ita dicta profecto locum non habet. vid. h. v.* n. 3. Anſer Argutus Martial. 3, 58. Anſer maſculus Scribon. 177. Anſeres plumigeri Plin. 10, 22. Ouid. Met. 11, 599 Sollicitiue canes, canibusve ſagacior anſer. Strepit anſer. Virg. Ecl. 9, 35 — argutos inter ſtrepere anſer olores. Velluntur anſeres quibusdam locis bis anno Plin. 10, 22. Anſeribus cibaria publice locantur et canes aluntur in Capitolio, vt ſignificent ſi fures veniant Cic. pro Roſc. Amer. 56. ¶ 2 De Falerno Anſeres depellantur Cic. Phil. 13 c. 5. *quod de Poëta Anſere exponit* Seruius ad Ecl. 9, 36. *Idem itaque fuerit, quem* Ouid. Triſt. 2, 435 *nominat,* Cinna quoque hic comes eſt, Cinnaque procacior Anſer. *Meminit et* Propert. 2, 34, 84.

ANSERARIVM, i. m. *Lemma neſcio quam antiquum.* Columel. 8, 14 De anſeribus educandis et anſerario conſtituendo. *Ipſa Columellae verba haec:* Qui vero greges nantium poſſidere ſtudent, Chenoboſcia conſtituant Gr. χηνοβοσκεῖα. ¶ 2 Gloſſ. Lat. Graec. Anſerarius, χηνοβοσκός.

ANSERCVLVS. Dimin. [χηνίδιον] Columel. 8, 14, 7 Ne noceri poſſit excuſſis anſerculis quos enecant vrticae.

ANSERĪNVS. Adi. [χήνειος] *Quod eſt anſeris: vt,* Adeps anſerinus, *apud* Plin. *ſaepiſſime* 20. 6. *et* Scribon. 189. Genus anſerinum Columel. 8, 5, 10. Sanguis Plin. 29, 5. Oua Pallad. 1, 30, 2. Anſerina lana Vlp. in l. Si cui lana. D. de leg. 3.

ANSVLA, *vid.* ANSA.

## A N T

ANTACAEVS, i. [ἀντακαῖος] *Piſcis nomen Graecis familiare inde ab Herodoto. Elatinis nominant* Caſſiodorum.

ANTACHĀTES. [ἀνταχάτης] Gemma ex Achatae generibus, myrrham redolens cum vritur, et ob id mulieribus grata Plin. 37, 10.

ANTAE, ārum. plur. [παραστάδες] *Proprie videntur eſſe parietes maiorum aedificiorum, paullum vltra transuerſum parietem, cui ad angulos rectos adiuncti ſunt, excurrentes et eminentes. Deinde ad hanc ſimilitudinem effictae pilae ad latera ianuarum vltra parietem aliquantulum eminentes;* pilaſtros *vocant hodie. Haec ex comparatione locorum, quae laudabimus, facile efficiuntur, et declarauit ad Vitruuium Dan. Barbarus.* Feſtus, Antes ſunt Extremi ordines vinearum. Vnde etiam nomen trahunt Antae, quae ſunt Latera oſtiorum. Non. 1, 124 Antes ſunt quadraturae: vnde et Antae dictae ſunt Quadrae columnae. Vitr. 3, 1 Aedium principia ſunt, e quibus conſtat figurarum adſpectus; et primum in antis, quod Graece ναὸς ἐν παραστάσι dicitur *Conf.* 4, 4 *et* 7. Id. 3, 1 In antis erit aedes, quum habebit in fronte antas parietum, qui cellam circumcludunt, et inter antas in medio columnas duas, ſupraque faſtigium. *etc.* Proiicere antas Inſcript. Grut. p. 207, *i. prominentes facere. Conf. Lexicon Vitruu. Quod laudatur ex* Vitruuio *Singul.* Anta fixa *nihil eſſe puto; ortum errorem ex* 10, 15 p. 225 ante fixa.

ANTARIVS. Adi. *quod hinc deriuant, vid. ſ. l.*

ANTAEVS. [Ἀνταῖος] *Neptuni ex Terra filius, qui quoties membra labore defeſſa eſſent, tactu terrae recreabatur, quem Hercules pectori adſtrictum expirare coëgit. Copioſe tota fabula enarratur* Lucan. 4, 593 ſqq. Sen. Oet. v. 24 Nullus Antaeus Libys Animam reſumit. Stat. Theb. 7, 891 — Herculeis preſſum ſic fama lacertis Terrigenam ſudaſſe Libyn. Sil. 3, 40 Nec leuior vinci Lybicae telluris alumnus Matre ſuper.

ANTANACLASIS. [ἀντανάκλασις] *Figura, de qua* Quinctil. 9, 3, 68 Antanaclaſis, eiusdem verbi contraria ſignificatio. Quum Proculeius quereretur de filio, quod is mortem ſuam *exſpectaret,* et ille dixiſſet, *ſe vero non exſpectare: Imo* (inquit) *rogo exſpectes.* Non ex eodem, ſed ex diuerſo vicinum accipitur, quum *ſupplicio afficiendum* dicas, quem *ſupplicatione dignum* iudicaris. *Nempe* ſupplicium *etiam pro* ſupplicatione *poni, ſ. l. obſeruamus. Figuram deſcribit, nomine diſſimulato* A. ad Her. 4 c. 14.

ANTAPOCHA, *vid.* APOCHA.

ANTAPODŎSIS, [ἀνταπόδοσις] *Quaſi redditionem contrariam dicas, Figura,* qua commemorantur quaſi narrata ea, quae non ſunt ante praedicta Seruius ad Virg. Aen. 9, 454 Nec minor in caſtris luctus Rhamnete reperto Exſangui et primis vna tot caede peremtis Serranoque Numaque. *De his nihil ante dixerat Poëta.* ¶ 2 Quinctil. 8, 3, 77 Antapodoſin *interpretatur* Redditionem contrariam in comparatione, *quam nempe vulgo* Apodoſin *in periodis comparatiuis vocamus, quae applicationem et accommodationem ad propoſitam ſimilitudinem continet.*

ANTARCTĬCVS. [ἀνταρκτικὸς] *Polus eſt auſtralis, Arctico videlicet oppoſitus, qui terrae obiectu a nobis cerni non poteſt. vid.* Varr. de L. L. 8, 18. *et* Higin. Poët. Aſtr. 1, 6. Vertex antarcticus humo tegitur Apul. de mundo p. 57. Circuli arcticus et antarcticus Ampel. lib. memor. de mundo. Antarcticae terrae Capella 6 p. 193.

ANTARIVS, a, um. Funes antarii Vitruu. 10, 3 *ſunt qui erigendi oneris longi et grauis cauſa ad caput illius alligantur, vt in diuerſas partes, prout opus eſt, tracti, ne in vllam declinet onus, impediant. Praeſtant igitur, quod in malo nauis erigendo rudentes illi, qui vocantur* πρότονοι. *Haec ſumma eorum, quae diſputantur in Lexico Vitruuiano.* Antarium bellum Feſto *eſt,* quod ante vrbem geritur. *Sed etiam hoc melius dictum videtur ab* ἀνταίρειν, *contra tollere, contra aliquem inſurgere, vt referatur ad rebellionem* Vet. Gl. Antarium ἀνταρμὸς, *it.* ὁ πρὸ τῶν πυλῶν πόλεμος. Heſych. Ἀντάρτης τύραννος ἀντιβαίνων βασιλεῖ. *Conuenit cum Germanorum* Empoerung: ſ. empoer, *ab* empor, *ſurſum.*

ANTAXON. [ἀντάξων] *Dici ita volunt Plagam illam mundi et partem, quae eſt ſub contrario axe, vnde et nomen habeat.* Cic. Tuſc. 1, 68 c. 28 Globum terrae eminentem e mari fixum in medio mundi vniuerſi loco, duabus oris diſtantibus habitabilem et cultum, quarum altera, quam nos incolimus, *Sub axe poſita ad ſtellas ſeptem, vnde horrifer Aquilonis ſtridor gelidas molitur niues:* altera auſtralis, ignota nobis, quam vocant Graeci antaxona. *Sic olim libri editi. Sed recte receptum hodie* Ἀντίχθονα, *quod pulchre firmat Dauiſ.*

ANTE [πρὸ, πρόσθε, ἔμπροσθεν] *vel Praepoſitio eſt, vel Aduerbium. Praepoſitio cum eſt, vel* Tempus praecedens *notat, vel* Praeſentiam et conſpectum in loco, *vel* Comparationem et praerogatiuam. I) *In tempore denotando vel iungitur nominibus temporum, vt,* Ante annum Colum. de Arb. 4, 3. *et* 16, 2. *id eſt* anno ante. *Add.* Col. 5, 5, 2 Ante annum ſcrobes fiant, quam vineta conſerantur. *Conf.* 5, 10, 2. Ante annos ſuos occidere Ouid. Am. 2, 2, 46. *i. legitimos, quos alioquin ſperare poterat. Sic mox* ante Diem. Ante biduum aut triduum Scribon. c. 38. Ante aliquot dies Nepos 14, 11, 2. Ante diem *varie dicitur: ſimpliciter* Ouid. Triſt. 4, 10, 82. *de parentibus ſuis* Felices ambo, tempeſtiueque ſepulti Ante diem poenae quod periere meae. *Sed diem ſiue tempus legitimum et iuſtum ſiue maturum notat in iſtis:* Ouid. Met. 1, 148 Filius Ante diem patrios inquirit in annos. Perſ. 4, 4 Rerum prudentia velox ante diem venit. Stat. Silu. 2, 1, 108 Si tener ante diem vultu greſſuque ſuperbo Vicerat aequales multumque reliquerat annos. ¶ 2 Ante diem *etiam more Romano ſignificat* ipſo die, *ſiue* ante *quam ille dies plane finitus ſit. Oſtendit hoc copioſiſſime Noriſ. Cenotaph. Piſan. Diſſ.* 2, 17 p. 342 ſq. *In illo nempe eſt* Diem eum, quo die C. Caeſar obit, qui dies eſt A. D. (ante diem) VIII K. Martias pro Allienſi lugubrem memoriae prodi. *Item,* Neue quae ſupplicationes poſtea in eum diem, eoue die, qui Dies erit A. D. (ante diem) VIIII. K. Mart. fiant. *etc. Oſtendit, inquam, Noriſius, v. g. eundem diem eſſe, qui* Cic. Phil. 6 pr. *deſignatur* XIII Kalendas Ian. *et qui* Fam. 10, 28 Ad (*Gron.* a. d. *hoc eſt* ante diem) XIII Kalendas Ianuarias, *vocari* Phil. 14, 20 c. 7 Ante diem XIII Kalendas Ianuarias. *Solide errores doctorum hominum in hac re refellit. Sic* Caeſ. B. C. 1, 11 Polliceri, ſe in prouinciam iturum; neque ante quem diem iturus ſit definire. *Sic* Cic. Att. 6, 2 Itaque ſtatim dedi literas, vt ex Cypro equites ante diem certam decederent. *Et* Att. 4, 3 Ante diem tertium Idus Nou. Ante diem XII Kal. Decemb. Ante diem XI Kal. Ante diem X Kal. nundinae. Ante diem VIII Kal. haec ego ſcribebam, hora noctis nona. Cic. Fam. 16, 3 Nos apud Alyziam — vnum diem commorati ſumus — Is dies fuit Nonae Nouembris. Inde ante lucem proficiſcentes, ante diem VIII Idus Nou. has literas dedimus, *i.* octauo Idus Nou. *vel ante finem huius diei.* Id. Catil. 1, 7 c. 3 Meminiſtine me ante diem XII Kalendas Nouemb. dicere in ſenatu, certo die fore in armis, qui dies futurus eſſet ante diem VI Kal. Nouembris, C. Manlium — Caedem te optimatum contuliſſe in ante diem V Kalendas Nouembris. *Conf.* n. 3. Liu. 40, 59 Poſtero die reliqui tres (Praetores) facti, ante diem quartum Idus Martias. M. Titinius Curuus *etc.* Liu. 37, 4 Ludis Apollinaribus ante diem quintum Idus Quinctiles. Add. 27, 23 *extr. vbi de P. Licinio Vara,* Legem ferre ad populum iuſſus, vt hi ludi in perpetuum in ſtatam diem vouerentur. Itaque ipſe primus ita vouit fecitque ante diem III. Non. Quinctil. Is deinde dies ſolennis ſeruatus. *De ludis Apollinaribus ſermo eſt, de quibus in veteri Kalendario Lambeciano, in Iulio,* III Idus, Apollinares. Liu. 3, 8 Ante diem tertium Idus Sextiles. *Idem* Liu. 41, 20 Latinae feriae fuere ante diem tertium Nonas Maii. Gell. 15, 28 Ante diem tertium Nonas Ianuarias M. Cicero natus eſt. *Ipſe* Cic. Att. 7, 5 Ita ad vrbem (*ero*) III Nonas, natali meo. *Et* Att. 13, 42 Diem meum ſcis eſſe III Non. Ian. *Hinc etiam explicat* Noriſius p. 345 legem 132 D. de V. S. *quae ita legitur Florentiae,* Anniculus amittitur, qui extremo anni die moritur. Et conſuetudo loquendi id ita eſſe declarat, Ante diem decimum Kalendarum, poſt diem decimum Kalendarum; neque vtro enim ſermone (*i.* neutro) vndecim dies ſignificantur. *Nempe ipſum diem termini, Kalendas menſis proximi computamus, ſiue retrorſum ſignare diem placeat, ſiue antrorſum.* ¶ 3 *Interdum ad illud* Ante diem *adiicitur etiam* In *vel* Ex. Comitia in ante diem tertium Nonas Sextiles, Latinas in ante diem tertium Idus Sextiles edixit. Id. 43, 18 In ante dies VIII et VII Kalend. Octob. comitiis perduellionis dicta dies. Liu. 45, 3 Latinae (feriae) edictae a conſule ſunt, in ante quartum et tertium et pridie Idus Nouembr. *Hic, vt in locis pluribus modo laudatis, male libri quidam iungunt praepoſitiones faciuntque compoſitum, quod etiam in* ex ante diem *faciunt.* Inante. *Sic etiam* Cic. Att. 1, 16 Tua comitia in ante diem VI Kal. Sext. dilata ſunt. *Et* Att. 2, 20 Comitia Bibulus cum Archilochio edicto in ante diem XV Kal. Nouemb. diſtulit. *Huc trahunt etiam* Sen. ad Helu. c. 15 Quod te ante tertium demum diem quam percuſſus ſum ſecuram, neque quidquam tale metuentem regredi voluit. *Sed hic tamen illud* ante *ad* quam *referri poteſt.* Liu. 41, 16 (*al.* 20) C. Claudius -- Mutinam -- ante triduum (*intell.* exactum, impletum) quam oppugnare coeperat, receptam ex hoſtibus colonis reſtituit. *Nihil opus eſt illud* ante *mutare in* intra. *Ponitur enim vt* ante diem n. 3. *Aliter* Plin. 15, 18 Atqui tertium ante diem ſcitote decerptum Carthagine. ¶ 4 Ex ante diem *ſimili ratione dicitur.* Cic. Att. 3, 17 pr. De Quinto fratre nuntii nobis triſtes, nec varii venerant ex ante diem Non. Iun. vsque ad prid. Kal. Sept. eo autem die *etc.* Varro R. R. 1, 28 Primi dies verni temporis ex a. d. VII. Id. Febr. aeſtiui ex a. d. IV Idus Maii, autumnalis ex a. d. VII Id. Sext. hiberni ex a. d. Id. Nouemb. *Etiam hic* a. d. *eſſe* ante diem *indicat Florentinus Geopon.* 1, 1. *vbi iſta ex Varrone laudans* τῆς πρὸ ἑπτὰ εἰδῶν *etc. Nempe initium veris, aeſtatis et reliquorum temporum ſic deſcribitur, vnde incipiant.* Liu. 45, 2 Supplicationes in quinque dies decreuit ſenatus. — Supplicatio indicta eſt ex ante diem V Idus Octobr. cum eo die in quinque dies. ¶ 5 *Sed quod* poſt ante *laudant ex* Varr. de L. L. 5, 9 p. 62, 12 *nihil eſt: legitur enim recte,* Poſt autem conuentionem habet. ¶ 6 *Huc referamus etiam ellipſin τῆς* Ante *in deſignatione dierum Romanorum, de qua audiendus* Priſcian. lib. 18 p. 1210 Romani tertium et tertio Kalendas vel Nonas vel Idus, vel Kalendarum, Nonarum, Iduum, pro, in tertio ante Kalendas vel Nonas vel Idus. Cicero Inuectiuarum I (Catil. 1, 7 c. 3) *Meminiſtine, me in ante diem XII Kalendarum Nouembrium dicere in Senatu, fore in armis certo die, qui dies futurus eſſet in ante diem ſextum Kalendarum Nouembrium,* pro in diem ſextum Kalendarum Nouembrium. Ante frequentius tamen accuſatiuo adiungitur, et per ellipſin praepoſitionis. *Factum eſt autem in Codicibus antiquis, vt ſaepe illud* Ante diem *per compendium ſcriptum* A. D. *in* Ad *tranſierit, quod tanto difficilius eſt ad diſtinguendum, cum etiam* Ad *praepoſitio denotando tempori ſeruiat.* ¶ 7 *Iam pergimus in nominibus temporum enumerandis, quibus* ante *iungitur.* Ante Horam Scribon. Comp. 95. Paucos ante Menſes Sueton. Caeſ. 81. Liu. 27, 42 Multo ante noctem. Ante tempus *intell. iuſtum, legitimum* Cic. de Amic. c. 3. Liu. 31, 36 Duces cetratae cohortis ante tempus excitatis ſuis, occaſionem bene gerendae rei omiſere. Cic. Att. 12, 15 Ante veſperum. ¶ 8 *Etiam perſonis aut rebus iunctum tamen tempus denotat.* Cic. Att. 12, 18 Mihi ante Aedilitatem meam nihil erat cum Cornificio. Hor. Sat. 1, 10, 61 Ante Cibum: *oppon.* coenatus. Macrob. Sat. 2, 9 *ex* Indice Metelli Pontificis, Coena haec fuit. Ante coenam echinos, oſtreas crudas *etc.* Scribon. 243 Ante Deſudationem corporis ac poſtea. Sueton. Caeſ. 18 Quod ante Eum nemo. Cic. Verr. Act. 1, 9 Qui cauſam ante eum diceret. Plaut. Mil. 4, 8, 64 Ante hoc Factum. Nep. 11, 1, 3 Ante illum Imperatorem Virg. Georg. 1, 125 Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni. *Cui ſimile* Georg. 2, 536 Ante ſceptrum Dictaei regis.

regis. Cic. Att. 13, 18 Ante has literas. Seruius ad Cic. Fam. 4, 12 *Paullo ante* Lucem. *Add.* Cic. Fam. 16, 5 *pr.* *Sic* Cic. Cat. 4, c. 3 Is honos ante Me eſt habitus nemini. *Add.* Plin. Praef. Hoc ante me fecit in literis noſtris Valerius Soranus. Plin. 23, 1 Per viginti dies ante canis ortum, totidemque poſtea. Cic. Verr. 1 c. 45 Minucius quidam mortuus eſt ante iſtum Praetorem. Iuſtin. 2, 10, 1 Darius decedit relictis filiis et in regno et ante Regnum ſuſceptis. Celſus praef. Paucis ante Nos ſaeculis. Cic. Ac. 1 c. 4 Omnes ante Socratem Philoſophi. *Sic cum participiis, vt* Cic. de Diuin. 1 c. 39 Neque ante philoſophiam patefactam hac de re communis vita dubitabat. *Et* Tuſc. 5 c. 3 Ante hanc verbem conditam. *Et* de Diuin. 1, 101 c. 45 Non multo ante vrbem captam. Nep. 15, 10, 4 Ante Epaminondam natum et poſt eius interitum. Huc Mithridates ante aliquot dies venit Nep. 14, 11, 2. II) ¶ 9 *Praeſentiam, conſpectum, locum, denotat, v. g.* Virg. Ecl. 5, 70 Ante focum, ſi frigus erit. Cic. Verr. 4, 5 c. 3 Ante hoſce deos erant arulae. Virg. Aen. 1, 96 Queis ante ora patrum, Troiae ſub moenibus altis Contigit oppetere. Cic. Fam. 2, 14 Nam mihi ante oculos dies noctesque verſaris. Virg. Aen. 2, 773 Vmbra Creuſae Viſa mihi ante oculos. Non libenter erat ante oculos ciuium ſuorum Nep. 12, 3, 2. *Metaph. Ad animum refertur,* Cic. de Orat. 1, 192 Omnia enim ſunt poſita ante oculos. *Vehementiam ex pleonaſmo habent iſta:* Virg. Aen. 2, 531. Vt tandem ante oculos euaſit, et ora parentum Concidit. Ter. Eun. 4, 7, 24 Quae mihi ante oculos amatorem coram adduxiſti tuum? Cic. Verr. 5, 64 Quam libenter eum palam ante oculos omnium eſſe patiatur. Ter. Adelph. 3, 3, 33 Iſthuc eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt, videre, ſed etiam illa, quae futura ſunt, proſpicere. Cic. pro Roſc. Amer. 12 Vt non modo clam, verum etiam hic in foro ante tribunal tuum M. Fanni ante pedes veſtros Iudices, inter ipſa ſubſellia caedes futurae ſint. Col. 6, 2, 2 Ante ſtabulum nullae anguſtiae ſint. *Et cum motu,* Caeſ. B. C. 1, 55 Ante caeteras extra aciem procurrerat. *Et* 2, 34, 5 Curio — praecurrit ante omnes. III) ¶ 10 *Comparationem ſignificat, ſiue potius Excellentiam:* Ei vni ante alios fuit cariſſimus Nep. 25, 3, 3. Virgo vna longe ante alias ſpecie ac pulchritudine inſignis Liu. 1, 9. *Add.* 35, 14. Nullos mortalium armis aut fide ante Germanos eſſe Tac. An. 13, 54. Gloria belli ante Romanos fuiſſe Salluſt. Cat. c. 53. Ante Iouem haberi Curt. 8, 7, 13. Plin. 12, 16 Sembracena myrrha ante alias hilaris. Virg. Aen. 11, 416 — ante alios fortunatus. Idem Aen. 3, 321 O felix vna ante alias Priameia virgo. Virg. Aen. 1, 351 Pygmalion ſcelere ante alios immanior omnes. Id. Aen. 4, 141 — petit ante alios pulcherrimus omnes Turnus. Plaut. Aſin. 5, 2, 8 Scito illum ante omnes minimi mortales pretii. *Hic* Alios *ſubaudiendum.* Id. Trin. 4, 1, 5 Tibi ante alios deos gratias ago atque habeo ſummas. Ante cunctos claritate Peneus Plin. 4, 8. Cic. Att. 8, 24 Caue putes hoc tempore plus me quemquem cruciari, quod eum, quem ante me diligo, video in Conſulatu quoduis potius eſſe, quam conſulem. Ante omnia, *In primis, praecipue.* Quinctil. 1, 1, 3 Ante omnia ne ſit vitioſus ſermo nutricibus. *Sic etiam* 1, 2, 8 *et ſaepe alias.* Liu. 4, 40 Ante omnia decolorati erant equites. Id. 2, 7 Publica moeſtitia, eo ante omnia inſignis, quod. Id. 7, 4 Ante omnia inuiſum ipſum ingenium atrox. Quinctil. 10, 1, 3 Dicere ante omnia eſt. Virg. Georg. 2, 475 Me vero primum dulces ante omnia Muſae Accipiant. *Sic,* Ante rationem eſt neceſſitas Curt. 7, 7, 10.

ANTE. Adu. temp. [πρότερον] Plaut. Trin. 5, 2, 17 Neque eum ante vsquam conſpexi prius. Cic. Att. 14, 22 Idipſum, quod me moles, quatriduo ante ad eum ſcripſeram. Croci, ſiccati ante Scribon. 71. Myrrhae, ante tritae Id. 88. Quum opus autem eſt, ante nitro et aceto ocus exaſperatur Id. 254. *Interdum abundare videtur v. g.* Ter. Andr. , 5, 4 Nonne oportuit praeſciſſe me ante? Cic. Phil. 2 c. 33. Quod tu — prouideras, et tanto ante praedixeras. Liu. 40, 4 Ad multo ante praecogitatum reuoluta facinus. Suet. Tib. 67 Multo ante, quanta ſe infamia maneret, proſpexiſſe. *Vbi etiam hoc notamus,* Ante, *ſicut et* Poſt *proprie iungi aduerbiis in* O *deſinentibus,* Aliquanto ante Cic. Off. 1 c. 23. Ter. Eun. 4, 5, 7 Sed Thais multo ante venit? Liu. 27, 28 Paullo ante hic nuncius — venerat, cum literae ab Annibale allatae ſunt. Longe ante videre mala venientia Cic. Tuſc. 3, 28 c. 14. Et feci ante, et facio nunc Cic. Fam. 15, 14. Et ante et poſt eadem facienda Celſ. 8, 10. *Add.* Id. 6, 5. *et* 7, 26. Virg. Aen. 1, 198 O ſocii neque enim ignari ſumus ante malorum. *acſi Graece diceres,* ἐκ ἀμνήμονες ἐσμὲν τῶν προτȣ̃ κακῶν. *Id igitur valet, malorum quae ante perpeſſi ſumus. Simile eſt illud* Ouidii Met. 1, 20 Frigida cum ſiccis, ſine pondere habentia pondus, *i. e.* τὰ βάρος ἔχοντα τοῖς ἄνευ-βάρȣς. Turnebus. Ante, *cum Abl.* Paucis ante nos ſaeculis Celſ. 1 praef. Paucis menſibus ante Caeſ. B. G. 1, 31. Anno ante ... tum filium amiſit Tac. Agr. 28, 6. Themiſtocles aliquot ante annis Cic. Tuſc. 1 c. 2. Tyrannis paucis annis ante fuerat Nep. 1, 8, 1. Quatriduo ante Cic. Att. 14, 19. Plin. 4, 16 Reperta multis ante ſaeculis. Cic. Tuſc. 1, 7 Et paucis ante diebus quum facile poſſet educi cuſtodia noluit. ¶ 2 Ante *ſignificat primum.* Celſ. 7, 29 ... agendum eſt, vt ante caput, deinde reliqua pars auferatur. Idem ... 26 Ante dicam de his, *etc.* tum de his. *Conf.* 6, 6 *et* 18. *et* Plin. ..., 13. ¶ 3 *Ad motum localem refertur* Cic. de Fin. 5, 35 c. 12 ... ſi aut manibus quis ingrediatur, aut non ante, ſed retro. Col. 6, 5 Vt et aliquis ante, et a tergo complures qui ſequantur, retinaculis eos contineant.

ANTEA. Adu. temp. [πρότερον, προτȣ̃, πρὶν] *Ante id, ſiue, Ante id tempus: quaſi* Ante ea. Hor. Epod. 11, 2 Petti, nihil me, ſicut antea, iuuat Scribere verſiculos Amore percuſſum graui. *Sic* Oratione Caeſaris adductus, quod antea tacuerat, proponit Caeſ. B. G. 8, 17. Cic. Verr. 3, 130 c. 57. Non hoc nunc primum audit priuatus de iniquo, reus ab accuſatore: iam antea in ſella ſedens Praetor. Cic. ...m. 3, 6 Te antea, quam tibi ſucceſſum eſſet, deceſſurum fuiſſe. ...udatur etiam 11, 13 Hora antea praeſidium meum Pollentiam venit, ...am *etc.* *Sed optimi quique* ante. Cic. *ſub* Att. 15, 14 Antea quum ...r literas Attici noſtri, de tua ſumma, *etc.* certior factus eſſem. ...c. Fam. 1, 9 Appius in ſermonibus antea dictitabat, poſtea dixit ...am in Senatu palam. Cic. Att. 15, 13 Quod ad te antea, atque ...co prius ſcripſi. Id. Att. 11, 13 Neque hoc tempore nec antea pate...iſſet odium ſuum.

ANTEACTVS. Partic. [προδιαχθεὶς] *ſine verbo, ex* Ante *et* ...tus: *modo non rectius diuiſim ſcribatur, quod ſuadere etiam Poëtae* ...*entur. Nam quod ex* Silio 4, 30 *laudant* Anteagitur coniux: *recte* ...*tum diuiſim* Ante agitur *a Drakenborchio.* Cic. Verr. 3, 146 c. 62 Nihil putas valere in iudiciis coniecturam, nihil ſuſpicionem, nihil anteactae vitae exiſtimationem. It. pro Marc. c. 1 Fructum omnis vitae anteactae. Anteacta aetas Lucret. 1, 234. *et* Vetuſtas Lucret. 3, 985. *vtrobique* E *medium eliditur.* Res anteactae Nep. 8, 3, 2. *Add.* Iuſtin. 5, 10, 11. Ex anteacta vita facere iudicium Cic. de Invent. 2, 36. Anteactis male credere Ouid. Met. 12, 115. *Etiam hic* E *eliditur. Nempe etiam in nomine, quod ſtatim ſequitur,* ANTEAMBVLO.

ANTEAEDIFICIALIS, e. Ara Iouis anteaedificialis Dict. Cret. 5, 12. *vid. not. Obrechti.*

ANTEAMBVLO, ōnis. m. [προπομπός] *ab* Ante *et* Ambulare, *qui aliquem honoris cauſa praecedens comitatur.* Martial. 10, 74 Anteambulones et togatulos inter Centum merebor plumbeos die toto. Martial. 2, 18 Sum comes ipſe tuus, tumidique anteambulo regis. Suet. in Veſp. cap. 2 Dum eum identidem per contumeliam anteambulonem fratris appellat.

ANTEBASIS, *vid.* ANTIBASIS.

ANTEBELLO, āre. Gloſſ. Gr. Lat. προπολεμῶ, antebello.

ANTECĀNIS. [προκύων] *Volunt eſſe Nomen ſideris.* Sed Cic. de Nat. Deor. 2, 114 c. 44 *ſic optimi,* Hic Geminis eſt ille ſub ipſis Ante canem, Procyon Graio qui nomine fertur. Ante canem *ergo dictum, vt* Pro Conſule *et ſimilia.* Scholiaſtes *tamen ad* Germanici Caeſ. Aratea, Lepus ſub pedibus Anticanis (*leg.* Antecanis) et Orionis conſtitutus eſt.

ANTECANTAMENTVM, i. n. *Quod ante canitur, ſiue praecinitur.* Apul. Met. 11 p. 261 Interim maiorum antecantamenta votorum. *Beroaldus: Vt,* Anteloquia *dicuntur praefamina, ſic et* Antecantamenta *ſunt illa, quae praecinuntur ante vota et preces legitimas. Vid.* Iul. Flor. p. 370. *Pricaeus* p. 245 *legit* Antecantamina.

ANTECĂPIO, cēpi, captum, ĕre. [προλαμβάνω, φθάνω] *Praevenire, occupare.* Tacit. Hiſt. 4, 66 Quia pontem Moſae fluminis anteceperat. Salluſt. in Catil. cap. 55 Conſul optimum factu ratus noctem quae inſtabat, antecapere, ne quid eo ſpatio nouaretur. Ibid. cap. 13 Non famem aut ſitim, neque frigus, neque laſſitudinem opperiri: ſed ea omnia luxu antecapere. *Et* c. 32 Ac prius quam legiones ſcriberentur, multa antecapere, quae bello vſui forent. Id. Iugurth. cap. 21 Maximeque feſtinans tempus legatorum antecapere. *i. Legatos praeuenire. Expreſſit hoc* Dictys *ille* 2, 8 vti propere inſtructo exercitu tempus profectionis antecaperent.

ANTECAPTVS. Partic. [προληφθεὶς] Liu. 5, 38 Non loco caſtris antecapto, non praemunito vallo. *Sed Gruter. et Gronou. diiungunt.* Antecaptus cogitatus alterius Apul. Met. 4 p. 144. Anteceptus, *etiam legitur, ſi locus mendo vacat,* Cic. de Nat. Deor. 1, 43 c. 16 Quam appellat πρόληψιν Epicurus. id eſt, Anteceptam animo rei quandam informationem.

ANTECĒDO, ſſi, ſſum, ĕre. [προέρχομαι] *Idem quod* Praecedere, *ſ.* Ante *aliquem* incedere. Columel. 7, 6 Vt antecedat gregem, *de magiſtro caprini pecoris.* Antecedere aliquem biduo Cic. Fam 11, 13. Liu. 2, 6 Brutus ad explorandum cum equitatu anteceſſit. Caeſ. Bell. Gall. 7, 33 Ne contra ſuam voluntatem dimicare cogeretur, magnis itineribus anteceſſit. ¶ 2 Antecedere, *per metaph. pro* Antecellere, *ſuperare, excellere.* [προέχειν] Cic. Off. 1, 105 Quantum natura hominis pecudibus reliquisque beſtiis antecedit. Caeſ. Bell. Gall. 3, 8 Et ſcientia atque vſu nauticarum rerum caeteros antecedunt. Cic. de Senect. 59 Neque enim ſolum honore antecedentibus. Eum nemo in amicitia antecedit Nep. 7, 9, 3. *Add.* Id. 7, 11, 4. Antecedere alteri, vel alterum aetate Cic. de Clar. Orat. 82 c. 28. Aliquem aetate et vſu rerum Cic. Verr. 4, 138 c. 62. Plin. 16, 4 Cedunt his murales vallaresque, et aureae, quamquam pretio antecedentes. *i. Pretioſiores. De coronis militaribus loquitur.* Cic. Verr. 4, 143 Vt quisque honore et aetate antecedit: ita primus ſolet ſua ſponte dicere, et longe antecedere. Plaut. Pſeud. 1, 5, 118 Virtutem regis Agathocli anteceſſeris. ¶ 3 *De tempore.* Ter. Phorm. 3, 2, 40 Iamne ea praeteriit? D. Non, verum ei haec anteceſſit *Loquitur de praeſtituta die.* Plin. 13, 8 Pomo antecedentis anni detracto. Cibum ſemper antecedere debet exercitatio Celſ. 1, 2.

ANTECĒDENS. Partic. [προέχων] *vt, modo laudatus eſt* Antecedens annus Plin. 13, 8. Hor. Carm. 3, 2, 31 Raro antecedentem ſceleſtum Deſeruit pede poena claudo. Antecedens dignitate Cic. de Inuent. 2, 66. Id. ad Octau. Et quae non inſequens hora antecedente calamitoſior, Pop. Rom. illuxit? Cic. de Partit. 7 Alia ex antecedentibus, alia ex conſequentibus.

ANTECESSVRVS, a, um. Petron. 17 Vbi fabulas anteceſſura latrocinia didiciſtis, *quae narrabuntur prae fabulis aliis.*

ANTECEDOR. Paſſ. Auſon. Grat. act. p. 701 Toll. Animi noſtri celeritas beneficiis praeeuntibus anteceditur.

ANTECESSVS, ūs. m. [πρόληψις] *pro Anticipatione poni videtur a Sen.* Epiſt. 119 Bene credi tibi ſcio: itaque in anteceſſum dabo, *i. Antequam debeatur.* Idem de Benef. 4, 32 Aliis poſt longam diem repono, aliis in anteceſſum. Item Epiſt. 7 *extr.* Ex quibus duo tibi in debitum ſoluuntur: tertium in anteceſſum accipe. Sumſerant bellum, adeo certa victoriae ſpe, vt praedam in anteceſſum pactione diviſerint Flor. 4, 12, 24. *Conf.* Id. 3, 21, 20 In anteceſſum, προχρεία Gloſſ.

ANTECESSOR, ōris. m. [πρόδρομος, προηγούμενος, προηγητὴς Vet. Gloſſa.] *Qui antecedit.* Hirt. de Bell. Afr. 12 Interim, quum iam Caeſar progreſſus eſſet a caſtris circiter millia paſſuum tria, per ſpeculatores et anteceſſores equites nuntiatur ei, copias hoſtium haud longe a ſeſe viſas. Suet. in Vitell. 17 Irruperant iam agminis anteceſſores et ſingula rimabantur. ¶ 2 Anteceſſor, *prior magiſtratus, cui alter ſuccedit, qui alias* Deceſſor *dicitur.* Paull. l. 55 D. de Iudic. ¶ 3 Anteceſſores, *in* Iuſtiniani, *oratione de iuris docendi ratione, itemque in* pro. Inſtit. *vocat, quos in* ead. oratione Profeſſores, et Magiſtros legum *appellat: vt etiam* Theophilus *in* Conſt. de emend. Codicis iuris doctor *vocatur, praeſcribiturque iis* Orat. cit. *quid quoque anno doceant.* ¶ 4 *Simili ratione, ſed tamen puto, cum praerogatiuae inter collegas notatione, Apoſtolos principes* Tertullianus *vocat* Anteceſſores, vt lib. 5 adu. Marc. Quum Paullus ſciret, ſe non in vacuum cucurriſſe, quum dexteras ei darent anteceſſores: *et* lib. 1 Tunc primum cum anteceſſoribus Apoſtolis conferebat. *Nec vero probandi, qui* Antecenſores *eſſe legendum contendunt, quae vox Latinis hominibus inſolens et inaudita eſt, licet* Ἀντικήνσωρα *vocari videamus in Graeca Paraphraſi Inſtitutionum* Anteceſſoris *ipſius quoque* Theophili, *et* Ἀντικένσωρ *ſit apud Heſychium, atque alios recentioris aetatis Graecos; qui militares etiam illos* Anteceſſores *hoc nomine appellant.*

ANTECESSIO, ōnis. f. [πρόβημα] Cic. Off. 1, 11 c. 4 Conſequentia cernit, cauſas rerum videt, earumque progreſſus et quaſi anteceſſiones non ignorat. In orbibus concurſiones anteceſſionesque Cic.

Cic. de Vniu. c. 10. Id. in Topic. 53 Quum tripertito igitur diſtribuatur locus hic, in conſecutionem, anteceſſionem, repugnantiam.

ANTECESSIVVS, a, um. Tertull. de Virg. Veland. cap. 4.

ANTECELLO, ui, ĕre. [ὑπερέχω] Praeſtare, excellere. Cic. Off. 1, 11 Omnes participes ſumus rationis, praeſtantiaeque eius, qua antecellimus beſtiis. Omnibus ingenii gloria antecellere Cic. pro Arch. c. 3. Id. pro Corn. Balb. 1 Qui eloquentia caeteros antecellis. Cic. de Inuent. 1, 5 Quare praeclarum mihi quiddam videtur adeptus is, qui, qua re homines beſtiis praeſtent, ea in re hominibus ipſis antecellit. Cic. de Seneſt. 1, 64 Quod vt quisque aetate antecellit, ita ſententiae principatum tenet. Cic. Verr. 4, 118 Quae longe caeteris antecellunt. Idem pro Lege Manil. 14 c. 6 Facile omnibus terris antecellat. Cic. pro Muraen. 29 Non ſolum illa gloria militaris veſtris formulis atque actionibus anteponenda eſt, verum etiam dicendi conſuetudo longe et multum iſti veſtrae exercitationi ad honorem antecellit. *Sic* Senſus hominum multo antecellit ſenſibus beſtiarum Cic. de N. D. 2, 145 c. 57 *extr.* Auct. ad Heren. 2, 48 c. 30 An ad pares, hoc eſt in eisdem partibus animi, corporis fortunarum poſitos: an ad inferiores, qui omnibus his rebus antecelluntur?

ANTECELLENS. Partic. [ὑπερέχων] Cic. pro Muraen. 36 c. 17 Q. Catulum humanitate, ſapientia, integritate antecellentem.

ANTECOENA, ae. *Quod* verbum legitur ap. Macrob. Sat. 2, 9 *a* Salmaſ. ad Hiſt. Aug. p. 262.

ANTECOENIVM. [πρόδειπνον] Quaſi, Ante coenam: Cibus inter prandium et coenam ſumtus: alio nomine Merenda. Iſidor. 20, 2. Apul. Met. 2 p. 121 Prorſus gladiatoriae Veneris antecoenia. *Vid.* Lipſ. Miſc. Ep. 1, 65.

ANTECVRRO, ĕre. Stella ſolem antecurrens Vitruu. 9, 4.

ANTECVRSOR, ōris. m. [πρόδρομος] *Qui antecurrit, idem qui* Anteceſſor *in re militari.* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 16 Ibi cum antecurſoribus Caeſaris praelio commiſſo. Idem Bell. Gall. 5, 45 Hora circiter tertia ab antecurſoribus de Craſſi aduentu certior eſt factus. Ioannes antecurſor Tertull. de Monogam. c. 8.

ANTECVRSORIVS, a, um. *Vt,* Antecurſoria potio Apul. Met. 9 p. 227, 32 *Sed Elmenh. et Pric.* Occurſoria. *Illud apparet, intelligi primam potionem, qua ante coenam excipitur hoſpes adueniens. Al. legunt* Accurſoria.

ANTEDEXTRA, *Vna voce dicebantur et Aues et fulmina. Vid.* ANTESINISTRA.

ANTEDĪCO, xi, ctum, ĕre. [προερέω] *Praedicere.* Cic. de Diuin. 2, 17 c. 6 Haec qui antedicunt, quam rationem ſequantur, vides. Idem Philipp. 1, 26 c. 10 Atque ego hoc dico de futuris: quod eſt amicorum, antedicere ea, quae vitari poſſunt. *Sed vtroque loco ſeparatis vocibus ſcribunt hodie.*

ANTEDICTVS, a, um. *Vt,* Antedictus perfuga Ammian. 16, 12. Antedicti dies Scribon. 16. Antedicta cauſa 163. Medicamenta 47.

ANTEEO, īui, īre. [πρόειμι] *Praecedere, ſiue Antecedere.* Cic. Off. 2, 25 c. 7 Barbarum diſtricto gladio iubebat anteire. Tacit. Ann. 3, 69 Sic a maioribus inſtitutum, vt ſi anteiſſent delicta, poenae ſequerentur. Horat. Epiſt. 1, 2, 7 Quod ſi ceſſas, aut ſtrenuus anteis. Metus anteire Val. Flacc. 1, 31. *i. anteuertere eum, qui metuitur.* Anteire ventos Sil. 16. Anteeamus, dum tempus datur Ter. Andr. 3, 3, 24. *i. occurramus.* In agmine nonnunquam equo, ſaepius pedibus anteibat Sueton. Caeſ. c. 57. Vehiculo Idem Aug. c. 65. ¶ 2 Anteire, *per metaph. pro Antecellere* et *Anteponi.* Plaut. Amph. 2, 1, 18 Virtus omnibus rebus anteit profecto. Virgil. Aen. 2, 84 Qui candore niues anteirent, curſibus auras. Anteire caeteris virtute Cic. Off. 2, 37 c. 10. Quum eum nemo his anteiret virtutibus Nep. 8, 1, 3. Omnes auctoritate anteibat Idem 12, 4, 1. Anteire claritudine generis Tacit. Ann. 12, 6. Cic. Philipp. 9, 1 Sed quum Seruius Sulpicius aetate illis anteiret. *Conf.* Tuſc. 1 c. 3 Qui iis aetate anteibat, Catonem. *Paſſ.* Tac. Hiſt. 2, 101 Ne ab aliis apud Vitellium anteirentur, peruertiſſe ipſum Vitellium videntur. ¶ 3 *Peculiari notione* Anteire *eſt praeſentire* Sil. 14, 456 Idem, quid Boreas, quid vellet craſtinus Auſter anteibat. *Caeterum hic, et in aliis Poëtarum locis, quae dedimus, vltima praepoſitionis vocalis eliditur. Quin apud* Tacit. Ann. 3, 69 *etiam editur*, Anteiſſent.

ANTE-EXPECTATVM. [πρὸ τοῦ προσδεδοκημένου] *Adu. temp.* Virgil. Georg. 3, 348 Ante expectatum poſitis ſed in agmine caſtris. *Vbi* Seruius, Ante expectatum, Dicto citius, Ante quam eius expectetur aduentus. Et eſt vna pars orationis, hoc eſt Aduerbium. *Sed in hoc vereor, vt aſſentiantur Grammatici. Aliis placebit Hyphen vocare, vt quaedam ſuperiorum, et quae ſequentur.*

ANTEFACTVM, i. n. [προπεπραγμένον] Liu. 37, 53 Vos modo id dicere et conueniens eſſe antefactis, dicent. *Sic etiam Gronou.* Vitruu. 9, 7 Antefacta et futura ex ratiocinationibus aſtrorum explicare. *Sic Elzeu.*

ANTEFACTVS, a, um. Gell. 17, 7 Vt Furta antefacta.

ANTEFĔRO, tŭli, lātum, ferre. [προτιμάω] Virgil. Aen. 6, 677 Dixit, et antetulit greſſum. ¶ 2 Anteferre, *Praeferre, anteponere.* Cic. Tuſc. 3, 46 Tenuem victum antefert copioſo. Quum vel iniquiſſimam pacem iuſtiſſimo bello anteferrem Cic. Fam. 6, 6. Antetulit irae religionem Nep. 17, 4, 6. *Add.* 15, 5, 3. Nemo, qui ſe illi anteferret Cic. Brut. c. 47. Anteſertur huic nemo Nep. 2, 1, 1. Anteferre alterum alteri de toto iure pacis et belli Cic. pro Corn. Balbo 45.

ANTELĀTVS, [προτετιμημένος] *Partic. ab* Anteferor. Cic. de Prouinc. Conſ. 27 c. 11 Quum ipſe caeteris omnibus eſſet omni honore antelatus. Nullius conſilium antelatum Nep. 20, 3, 6. Horat. Epiſt. 2, 1, 19 Te noſtris ducibus, te Graiis anteferendo Aeſtimat.

ANTEFIXVS, a, um. Vitruu. 10, 15 Antefixa latitudo foraminis, *vbi disiungit Elzeuir. Sed iunctim Gronouius etiam edi curauit.* Liu. 26, 23 Quae in antefixis erant: *Et* 34, 4 Antefixa fictilia deorum. *Sunt autem, quod* Feſtus *docet*, Antefixa, Quae ex opere figlino tectis affiguntur ſub ſtillicidio: *quae ſignificatio Liuianis locis optime congruit.*

ANTEGENITĀLIS, e. Adi. [προγεννητικὸς] Quaſi ab ante genitus factum. Plin. 7, 55 At quanto facilius certiusque ſibi quemque credere, ac ſpecimen ſecuritatis antegenitali ſumere experimento? *i. comparare ſtatum poſt mortem cum eo, qui fuit ante, quam geniti eſſemus, et cogitare, non magis nos miſeros futuros, cum non amplius erimus, quam fuimus, cum nondum eſſemus geniti.*

ANTEGESTVM. Paullus in l. quoties D. de pecul. Non tantum autem quiuis creditor cum venditore ex antegeſto agere poteſt, ſed et ipſe emtor. *Etiam hic dubium, an non melius diuidantur voces.*

ANTEGREDIOR, eſſus ſum, ĕdi. [προκατάρχω] *Praecedere.* Cic. de Natur. Deor. 2, 54 c. 20 Lucifer Latine dicitur, quum antegreditur Solem: quum ſubſequitur autem, Heſperos. Idem de Fato 19 Sed intereſt inter cauſas fortuito antegreſſas. Id. Off. 1, 94 Quicquid enim eſt quod deceat, id tum apparet, quum antegreſſa eſt honeſtas.

ANTEHĂBEO, ui, ĭtum, ēre. [προκρίνω] *Praeferre.* Tacit. Ann. 4, 11 Peteremque ab iis, quorum in manus cura noſtra venerit, ne diuulgata atque incredibilia auide accepta, veris, neque in miraculum corruptis, antehabeant.

ANTEHAC. Adu. temp. [πρὸ τοῦ] *Ante hoc tempus: quaſi* Ante haec. Non, vt antehac putabam Cic. Fam. 1, 7. Idem 12, 23 Atque antehac quidem ſperare ſaltem licebat: nunc etiam illud ereptum eſt. Ter. Andr. 1, 2, 16 Nam quod antehac fecit, nihil ad me attinet. *Vbi* Donatus, Antehac, pro Ante haec, conſuetudine magis quam ratione dicitur. Vsque antehac. *Vid.* VSQVE. Antehac nunquam Ter. Andr. 5, 4, 14. Salluſt. in Catil. 25 *de Sempronia*, Libido ſic accenſa, vt ſaepius peteret viros, quam peteretur. Sed ea ſaepe antehac fidem prodiderat, creditum abiurauerat.

ANTĒLIVS, *alii malint* ANTHELIVS, i. m. [Ἀντήλιος] Tertull. de Idol. cap. 15 Etiam apud Graecos Apollinem θυραῖον, et Antelios daemonas oſtiorum praeſides legimus. *Eadem repetit* de Coron. Mil. c. 13 Ianum a ianua, Limentinam a limine, Forculum et Cardam a foribus et cardinibus, et apud Graecos Thyraeum Apollinem et Antelios daemones.

ANTELLA, ae. f. *quaſi* Anteſella. Iſidor. 20, 16 *in inſtrumento equorum.*

ANTELOGIVM, i. n. *Vox neque plane Latina, nec Graeca: pro eo quod eſt Prooemium.* Plaut. Men. prol. 13 Huic argumento antelogium hoc fuit. *Conf.* Auſon. praef. Epiſt. 16. Muret. V. L. 3, 13.

ANTELOQVIVM. [πρωτολογία] *Primus in loquendo locus, ſeu Principatus loquendi.* Macrob. Saturn. 7, 4 Hic aſſenſi omnes, Praetextato anteloquium detulerunt, *i. primas loquendi vices.* Idem Saturn. 1, vlt. Sed et Euſtathius, et poſt hunc Nicomachus meminerint, craſtina diſſertatione ſeruari ſibi anteloquii functionem. *Conf.* Symmach. Epiſt. 1, 71. et Ep. 8, 23.

ANTELVCĀNVS, a, um. [λυκαυγὴς, ἀμφίλυκος] *Quod eſt vel fit ante lucem.* Cic. Fam. 15, 4 Eranam — antelucano tempore vsque ad horam diei decimam magna multitudine hoſtium occiſa cepimus. Idem in Catil. 2, 22 Quorum omnis induſtria vitae et vigilandi labor in antelucanis Coenis expromitur, *inuidioſe pro coenis, quas a principio noctis ad ortum fere ſolis producebat Catilina cum ſociis.* Idem Tuſc. 4, 43 c. 19 Cui non ſunt auditae Demoſtheni vigiliae? qui dolere ſe aiebat, ſi quando opificum antelucana victu eſſet induſtria. Antelucana lucubratio Columel. 11, 2, 12. Antelucana officia Plin. Epiſt. 3, 12, 2 Erunt Officia antelucana, (*i. ſalutationes mane ante lucem peragendae*) in quae incidere impune ne Catoni quidem licuit. *Tale* antelucanum officium *erat, de quo idem* Plin. Epiſt. 3, 5, 9 Ante lucem ibat ad Veſpaſianum imperatorem Somnus Symmach. Epiſt. 1, 22. Antelucana tempora Varro de R. R. 1, 14, 2. Columel. 11, 2, 55.

ANTELVCIO, *vel* ANTELVCVLO. Adu. *Quaſi, Ante lucem.* Apul. Mil. 9 p. 223, 30 Antelucio recubans adhuc. Id. 1 p. 108, 3 Optimum itaque factu viſum eſt anteluculo furtim euadere. *Et* p. 107, 8 Antelucio aufugiamus.

ANTELVDIVM, i. n. Apul. lib. 11 poſt pr. p. 260, 31 Ecc pompae magnae paullatim praecedunt anteludia, vocibus (*f. leg.* votivis) cuiusque ſtudiis exornata pulcherrime. Hinc incinctus balthe militem gerebat, *Enarrat deinde magnam vim repraeſentationum ludicrarum, quae praecederent pompam Iſidis.*

ANTE-MALA. [πρόσθεν κακῶν] *Figurate dictum, pro eo quo eſt, mala praeterita: ſicut apud* Ter. Andr. 1, 2, 4 Semper-lenitas *pro perpetua lenitas.* Virgil. Aen. 1, 202 — neque enim ignari ſumus ante-malorum. *Vbi* Seruius, Ante-malorum ὑφὲν eſt: V alibi, Caeli ſubter-labentia ſigna.

ANTEMERIDIALIS, e. Mart. Capella l. 6.

ANTEMERIDIĀNVS. Adi. [προμεσημέριος] *Quod eſt vel f ante meridiem.* Ambulatio antemeridiana Cic. de Orat. 3 c. 30. Plin 36, 15 Antemeridiano ludorum ſpectaculo edito. Antemeridianis tu literis heri ſtatim reſcripſi, *i. quae mihi ante meridiem redditae fueran* Cic. Att. 13, 23. Antemeridianus ſermo Idem de Orat. 3, 21 c. 6.

ANTEMITTO, ĕre. Solin. cap. 38 *de Elephantis*, Flumen tranſi turi minimos antemittunt.

ANTEMISSVS, a, um. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 51 Imprudente antemiſſis equitibus aggreditur. *Apud* Sicul. Flaccum, Frontinum *et alios.* Arbores antemiſſae *ſunt, quae obſeruationem finium praeſtam* *Vid.* Script. Gromat. *Goeſii*, p. 4, 10, 40, 45, 254 *etc.*

ANTEMNAE, arum. [Ἀντέμναι] *Vrbs Italiae, de qua* Virg Aen. 7, 631 Ardea, Cruſtumerique et turrigerae Antemnae. *Vbi* Servius, Turrigerae, Bene muratae. Antemnae autem dictae ſunt quo eas amnis praeterfluit, quaſi Ante amnem poſitae.

ANTEMOENIO, īre. Antemoeni aliqua nos Plaut. Mil. 2, 2, 66. *al.* Anteuenito aliqua aliquos. *Et ſic Gronou.*

ANTEMONENS, entis. *Coniuncte quidam legunt apud* Valer Flacc. 5, 259 Interea auguriis monſtrisque minacibus vrbem Territ antemonens ſemper deus. *Sed diuiſim Burmannus.*

ANTEMVRĀLE, is. n. *Exterius propugnaculum.* Vulg. Inter Thren. 2, 8. Hieron. Hom. 2 in Cant. *An apud antiquiores, nondu obſeruauimus.*

ANTEMVRANVS, a, um. Ammian. 21, 22 (Valeſ. p. 28 Antemuranum vallum.

ANTENNA, ae. [κεραία. Vet. Gloſſ. κέρας πλοίου] *Lignum* tranverſum *malo alligatum, cui velum alligatum eſt.* Plin. 7, 56 Vela *inuen* Icarus, malum et antennam Daedalus. Liu. 30, 10 Malis antennisque naue in nauem traiectis, ac validis funibus, velut vno inter ſe vinculo ill gatis. Antennam demittere Ouid. Triſt. 3, 4, 9. Hirt. B. Alex. c. Aduerſam ad ſe venientem nauem, antennis ad medium malum d miſſis — aduertit. Quod vbi conſpexit, celeriter vela ſubdu demittique antennas iubet. Disiectare ſolet magnum mare tranſtr guberna, Antennas, proram, malos *etc.* Caeſ. Bell. Gall. 3, 14 H (*falcibus*) cum funes, qui antennas ad malos deſtinabant, comprehe adductique erant, nauigio remis incitato praerumpebantur, quib abſciſſis, antennae neceſſario concidebant, vt cum omnis Gallicis n vibus ſpes in velis armamentisque conſiſteret, his ereptis, omnis v nauiu

nauium vno tempore eriperetur. Gemunt antennae Horat. Carm. 1, 14, 6. *in deſcriptione procellae.* Preſſae antennae graui ſpiritu tremunt Sen. Oedip. 886. Subnectere velum antennis Ouid. Met. 11, 483. Cornua velatarum obuertimus antennarum Virg. Aen. 3, 549.

ANTĒNOR, ŏris. [Ἀντήνωρ] *Troianus fuit, patriam prodidiſſe exiſtimatus: quia et legatos, qui propter Helenam venerant, ſuſcepit hoſpitio, et Vlyſſem habitu falſo cognitum, non indicauit. Hinc Venetiam venit, vrbemque in ea condidit Antenoream primo dictam: poſtea Patauium.* Virgil. Aen. 1, 242 Antenor potuit mediis elapſus Achiuis Illyricos penetrare ſinus. Idem 247 Hic tamen ille vrbem Pataui ſedesque locauit. Ouid. Faſt. 4, 75 Adiice Troianum ſuaſorem Antenora pacis. *Conf.* Aurel. Vict. de Orig. Gent. Rom. 1. Meſſala Coru. de Progen. Aug. pr.

ANTENŎRĔVS, a, um. Adi. Martial. 1, 77 Flacce Antenorei ſpes et alumne laris, *i. Pataui.*

ANTENORIDAE, arum. m. *Filii Antenoris.* Virgil. Aen. 6, 484. *Item Incolae vrbis Antenoreae.* Meſſ. Coru. p. 7 vtramque gentem Italicos et Phrygios Antenoridas cognominari ſtatuit.

ANTEOCCVPO, āre. [προλαμβάνω] *Praeoccupare.* Cic. in Orat. 138 c. 40 Vt anteoccupet quod putat opponi. *Sed ſeiungit Gronouius.*

ANTEOCCVPATIO, ōnis. f. [πρόληψις] *Vid.* OCCVPATIO. Cic. de Orat. 3, 205 c. 53. *Hoc etiam ſeparatur a Gronouio et Pearcio. Alii per Hyphen iungendum dicent, vt* Ante-malorum.

ANTEPAGMENTA, *vid.* ANTIPAGMENTA.

ANTEPANNI, *erant Faſciae vel Lora, quibus anterior pars veſtis praetegebatur, ſed placet coniectura Salmaſii ad* Vopiſci Aurel. p. 575 Hack. *colligit hoc ex Heſychio,* Ἀντίπανον, παραπάριον, κράσπεδον.

ANTEPĀRO, āre. Propert. 1, 8, 36 Et quas Elis opes anteparat equis. *Sed recte diuiditur.*

ANTEPARTVS, a, um. Naeu. apud Chariſ. p. 189 Anteparta patria peregre prodigere. Plaut. Trin. 3, 2, 17 Virtute maiorum anteparta prodigere. *Sic etiam Gronou.*

ANTEPĔDES, um. *i. Anteambulones iunctim legi vult apud* Iuven. Sat. 7, 143 Togati antepedes. *Salmaſ. in* Treb. Claud. cap. 14 p. 390. *Sed editur* Ante pedes. *Fundum habet eius ſententiae* Agroetium de Orthograph. p. 2274 Circumpedes ſunt obſequia ſeruorum; Antepedes amicorum. *Et* Gloſſ. Iſid. Antepedes obſequia amicorum. *Hinc emendari vult etiam* Caſſiod. Varr. 7, 5 Illud quoque conſidera, qua gratificatione tracteris, vt aurea virga decoratus, inter obſequia numeroſa ante pedes regios (*legendum* et antepedes regios) videaris incedere. *Vult igitur Synonyma eſſe* obſequia numeroſa, *et* antepedes regios.

ANTEPENDVLVS, a, um. *Vt,* Antependuli crines Apul. Mileſ. 2 p. 125, 4. *Et* 5 p. 168, 23 Crinium globos alios antependulos, alios retropendulos. *Conf.* ANTEVENTVLVS.

ANTEPENVLTIMVS, a, um. Mart. Capell. 3 p. 60.

ANTEPEREO, īre. Incipe verſiculis anteperire meis Auſon. epigr. 34. *Sic dedit etiam Tollius.*

ANTEPILĀNI. plur. Liu. 8, 8 *in deſcriptione militiae Rom. vbi* Haſtatos *et* Principes *commemorauit, ſubiicit,* Hoc Triginta manipulorum agmen, Atepilanos appellabant: quia ſub ſignis iam alii quindecim ordines locabantur, ex quibus ordo vnusquisque tres partes habebat: earum vnamquamque primum pilum vocabant. Tribus ex vexillis conſtabat: vexillum centum octoginta ſex homines erant. Idem c. 9 Nam et rorarii procurrebant inter antepilanos. *Non eſt opus* Antepilanos *in* Anteſignanos *mutare. Erant enim reuera* Haſtati *et* Principes *in acie* ante Pilanos. Ammianus Marc. 16, 12 Antepilanis, Haſtatisque et ordinum primis, velut inſolubili muro fundatis. *Vid. Valeſ. ad h. l. Metaphorice* Antepilanum Ammian. 28, 10 *pro Inſigni auxiliatore dixit,* Incruento certamine cum Maximino velut antepilano ſuo contendens.

ANTEPOLLEO, ui, ēre. Apul. Met. 1 p. 104 Quae ciuitas cunctae Theſſaliae antepollet. Idem Met. 7 pag. 189 Toto vertice cunctos antepollebat.

ANTEPONO, ſui, ſitum, ĕre. [προτίθημι] *Ante aliquem apponere.* Plaut. Curc. 1, 1, 73 Quid antepones Veneri a ientaculo. *Sed melius Gronou.* Quid? an te pones Veneri ientaculo. *Certius eſt* Men. 2, 2, 2 Bonum anteponam prandium pranſoribus. ¶ 2 *Praeferre, praeponere.* Cic. in Lael. 23 c. 5 Vt amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis. Alterius vitam anteponere ſuae Cic. pro Marc. c. 7. Eum ſibi anteponi indigne ferebant Nep. 18, 1, 2. *Add.* 15, 7, 4. *Tmeſin facit* Sall. Ne verba inimici ante facta ſua ponerent Iugurth. c. 15. *Sed hic praepoſitio ſuum caſum retinet. Magis ad Tmeſin referas* Cic. Off. 3, 71 c. 17 Malitia (ſi omnia quae turpia ſunt mala ſunt) mala bonis ponit ante. *Sic meliores pro* ante ponit.

ANTEPOSITVS, a, um. *Vt,* Antepoſita propugnacula. Tac. Ann. 12, 56, 3. Antepoſitae vigiliae Idem Ann. 1, 50, 5. ¶ 2 *Praelatus.* Idem Ann. 12, 69, 5 Antepoſitus filio priuignus.

ANTEPOTENS, entis. Hic homo eſt omnium hominum praecipuus, voluptatibus gaudiisque antepotens Plaut. Trin. 5, 1, 1.

ANTEPRAECVRSOR, oris. m. Tertull. de Bapt. c. 6 Sic enim Ioannes antepraecurſor domini fuit, *ſed illud* ante *fortaſſis melius ſeparatim legitur.*

ANTĔQVAM. [πρὶν ἄν, πρὶν ἤ] *Adu. temp. quod modo iunctum legitur, modo diſiunctum, aliquo ſcilicet interiecto, et vtraque forma nunc cum Indicatiuo, nunc cum Coniunctiuo.* Cic. Verr. 2, 2 Atque ideo, antequam de incommodis Siciliae dico, pauca mihi videntur eſſe de prouinciae dignitate — dicenda. Idem Phil. 1, 1 Ante quam de rep. dicam, ea — exponam vobis. Liu. 39, 10 *extr.* Nec ante dimiſit eum, quam fidem dedit adoleſcens. Idem 41, 2 (*al.* 6.) Nec ante finitum eſt praelium, quam tribunus militum, quique circa eum conſtiterant, interfecti ſunt. Idem 42, 52 *de Macedonibus,* qui nec ante vincere deſierint, quam — quod vincerent deſuerit. Liu. 22, 3 Annibal — perueniat: nec ante nos hinc mouerimus, quam — acciuerint. Virgil. Aen. 4, 27 Ante pudor quam te violo, aut tua iura reſoluo. *Ita legendum, oſtendit Pierius.* Cic. pro Muraen. c. 1 Antequam pro Muraena dicere inſtituo. Idem ad Att. .. Antequam diſcedimus. Virgil. Georg. 4, 306 Hoc geritur Zephyris primum impellentibus vndas, Ante nouis rubeant quam prata coloribus. Cic. pro Rabir. c. 9 Quae cauſa ante mortua eſt, quam tu natus eſſes. Idem in Parad. 6 Nunquam eris diues, antequam tibi ex tuis poſſeſſionibus tantum reficiatur, vt eo tueri ſex legiones, *etc.* ¶ 2 *Notabilis eſt particularum harum Anaſtrophe:* Quam naſcimur ante Lucr. 3, 986. Quam multae ante meis cedant ſermonibus horae Prop. 3, 19, 7.

Delia non vsquam, quae me quam mitteret vrbe, Dicitur ante omnes conſuluiſſe Deos Tibull. 1, 3, 9. Victricem laurum, quam venit, ante vides Martial. 9, 36. *Quam poſt praepoſitionem* Ante. Sulci ante annum fiant, quam vineta conſerantur Columel. 5, 5. Natus eſt ante nouem menſes, quam Tiberius exceſſit Suet. Ner. c. 6. *Conf.* Idem ibid. c. 56. *et* Domit. c. 23.

ANTERIOR, us. [ἐμπρόσθιος] *Compar. ab* Ante *formatum, ſine Superlat. Significat autem quod ante eſt, ſiue quod praecedit. Vnde et non nunquam pro Priore accipitur. Laudatur* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 63 Milites in anteriorem vallum tela iaciebant. *Sed* exteriorem *legendum eſſe, ex libris et ratione oſtendit Gronou. Obſſ.* 3, 18. *Sed habet* Iuſtinianus l. 12 C. qui potiores in pign. Creditores anteriores. Anteriores reges, *i. ſuperiores, priores.* Sulp. Seuer. 1, 52. Ammian. 16, 8 Anterior chlamydis pars. *Et* Ad ſpeculanda anteriora 25, 3. *Et* Anteriores pedes 30, 15. *Saepe eo vſus eſt Sidonius. In Codd.* Plinii *MStis ter exſtare ſcribit Harduinus.* Anterius, *aduerbialiter.* Breu. Fid. adu. Ar. p. 82 *Sirmondi,* Ceſſit Quaeſtio de Patre anterius nominato. Onomaſt. vet. Anterius, ἔμπροσθεν.

ANTĔRIS, pl. ANTERĬDES, f. [ἀντερίδες] *Obnitentes muris et ſubſtructionibus pilae, de quibus* Vitruu. 6, 11 Maxima eſſe debet cura ſubſtructionum, quod in his infinita ſolet vitia facere terrae congeſtio. Ea enim — hibernis temporibus recipiendo ex imbribus aquae multitudinem creſcens et pondere et amplitudine diſrumpit et extrudit ſtructurarum ſeptiones. Itaque vt huic vitio medeatur — in frontibus Anterides, ſiue eriſmae ſint, vna ſtruantur, eaeque inter ſe diſtent tanto ſpatio, quanto altitudo ſubſtructionis eſt futura, craſſitudine eadem, qua ſubſtructio. (*Quid ſi ita,* craſſitudo ſubſtructionis eſt futura, altitudine eadem qua ſubſtructio. *Viderint architecti*) Procurrant autem ab imo per (*eam craſſitudinem, per*) quam craſſitudo conſtituta fuerit ſubſtructionis, deinde contrahantur gradatim, ita, vt ſummam habeant prominentiam, quanta (*ibi, in ſummo*) operis eſt craſſitudo. Heſych. Ἀντερίδες, τὰ ἀντερείδοντα ξύλα, ἢ λιθινὰ παρασκευάσματα. *Hinc videtur*

ANTERIDION, Vitruu. 10, 17 *forma et ſignificatione diminuta, quod contra nititur. Graece reddunt* ἀντερείδιον.

ANTERMINI, *vid.* AMTERMINI.

ANTĔROS, ōtis. [ἀντέρως] *Gemma eſt,* ex amethyſtorum *genere* ad viciniam cryſtalli deſcendens, albicante purpurae defectu. — Has quidam malunt Paederotas vocari, alii Anterotas, multi Veneris gemmam, quod maxime videtur decere et ſpecies et colos. Haec Plin. 37, 9 ſ. 40. *Pro* defectu *al.* deiectu. ¶ 2 Anteros, Veneris et Martis filius Cic. de Nat. Deor. 3, 60. *Potes autem et mutuum amorem interpretari, et repugnantem amori, et ſimilem vel vicarium adeo amorem.*

ANTES, ium. m. [στίχοι] *Ordines, ſeries, vt vinearum,* Virg. Georg. 2, 412 Iam canit extremos effoetus vinitor antes, *i. gaudet, ſe ad extremos ordines vineae perueniſſe.* Vet. Gloſſ. Antes στίχοι ἀμπέλων, *it.* Antium τάξεων, ὀρχάτων, *quorum prius cuiuslibet rei eſt, alterum vinearum, vel plantarum quarumlibet.* Columel. 10, 376 Humidaque Andrachne ſitientes protegit antes: Andrachne *ſ. portulaca, olus humidum et ſatis robuſtum vmbra ſua protegit ſitientes aliarum herbarum ordines, praetexta ipſa areolis.* Sidon. 8, 8 Quousque pondus ligonis obtuſi nec perfoſſis antibus ponis? *Sauaro hic laudat* Gloſſ. Vet. ὄρχατοι, στίχοι ἀμπέλων, antes: ſingulare non habet. *Et* Iſidor. in gl. MSS. Antes extremi ordines vinearum. *Illo extremi, quod etiam alii inculcant, carere poteramus, cum ortum ſit ex confuſione cum Antis. v.* ANTAE. *Tale quid etiam contigit* Nonio, *cum* 1, 124 *ait,* Antes *eſſe* quadraturas, vnde et Antas dictas *eſſe* quadras columnas. *Similes errores ſunt* Iſidori 15, 7 *et* Seruii ad Virgil. Georg. 2, 412, *caſtigati a Salmaſio ad Solin.* p. 856, a. ¶ 2 Cato *apud Seru. et* Philargyr. *ad* Virgilii l. c. Pedites quatuor agminibus, equites duobus antibus ducas, *intelligit, puto, ordines, ſiue transuerſos, quae iuga ſunt, ſiue in profundum directos, qui verſus vocantur. Translatio aperta.*

ANTESCHOLĀNVS, i. m. Petron. 81 Veritus ne Menelaus anteſcholanus ſolum me in diuerſorio inueniret. *Poteſt notare, quem Graeci* πρόσχολον *vocant ſ. ſubductorem, vid.* PROSCHOLVS. *Sed variat lectio.*

ANTESIGNANI, [πρόμαχοι τῶν σημείων *apud Dion. Halic.* l. 9 p. 606, 31.] *Milites Romani, ante ſigna pugnantes, vnde nomen habent, iuuenes, celeres, fortes tamen viri, et pilis armati, non leuis armaturae ſiue velites. Haec, partim in dubium vocata a viris doctis, iam teſtimoniis comprabanda ſunt. Ac primo* ante ſigna *et* pro ſignis *pugnaſſe, docent iſta:* Liu. 4, 37 Signa nunc reſiſtentia deferuntur ab Anteſignanis, nunc inter ſuos manipulos recipiuntur. *In prima certe acie fuiſſe,* Liu. 2, 20 Ad equites dictator aduolat obteſtans, vt feſſo iam pedite deſcendant ex equis, et pugnam capeſſant. Dicto paruere. Deſiliunt ex equis, prouolant in primum, et pro Anteſignanis parmas obiiciunt. Idem 7, 33 Equitibus immiſſis turbare prima ſigna hoſtium conatur — reuectus ad Anteſignanos legionum. *Et* 9, 32 Quia nullis recentibus ſubſidiis fulta prima acies fuit, ante ſigna (*pugnatum ergo* ante ſigna, *non tantum a velitibus, hi refugere ſolent*) circaque omnes ceciderunt. *Mox* 9, 39 Nihil ab vlla parte mouetur fugae. Cadunt Anteſignani: et ne nudentur propugnatoribus ſigna, fit ex ſecunda prima acies. Anteſignani *ergo prima acies ante ſigna. Et quomodo ſeruari potuiſſent ſigna, niſi prima acies vno certe gradu praecederet illa, tegeret, tueretur. Diſerte* Liu. 22, 5 *de acie ad Traſimenum,* Non illa ordinata per principes, haſtatosque, ac triarios, nec vt pro ſignis Anteſignanus, poſt ſigna alia pugnaret acies. *Et* 23, 29 Triplex ſtetit Romana acies. Velitum (*ſic legendum, oſtendit Gronouius*) pars inter Anteſignanos locata, pars poſt ſigna accepta. *Vid. infra* POSTSIGNANI. Liu. 27, 18 In eas velites Anteſignanique, et qui primi agminis erant — adeo contemtim impetum fecere *etc.* Fortes viros, *quod diximus, fuiſſe, ex Caeſare in primis apparet; et quidni ſignorum tutela mandaretur fortiſſimis?* Caeſar *ergo* B. C. 1, 43 Acie in locis idoneis inſtructa, vnius legionis Anteſignanos praecurrere (procurrere *malint viri docti*) atque occupare eum tumulum iubet — Sed terga vertere, ſeque ad ſigna legionum recipere coguntur — c. 44 Itaque perturbatis Anteſignanis (*hoc in Velitibus nemo curat*) legio, quae in eo cornu conſtiterat, locum non tenuit, atque in proximum collem ſe recepit. Idem B. C. 1, 57 Erat multo inferior numero nauium Brutus. Sed delectos ex omnibus legionibus fortiſſimos viros Anteſignanos Centuriones ei Claſſi Caeſar attribuerat. *Et* 3, 84 Superius inſtitutum in equitibus, quod demonſtrauimus (cap. 75.) vt adoleſcentes atque expeditos ex Anteſignanis electos milites ad pernicitatem, armis inter equites praeliari iuberet. *Et Velites non fuiſſe, etiam illis*

illis locis oſtenditur, vbi pila eis tribuuntur, vt Liu. 30, 33, qui etiam alias illos diſtinguit, Vias patentes inter manipulos Anteſignanorum Velitibus compleuit, — vt — applicantes ſe Anteſignanis —. Reſilientes ad manipulos Velites coniiciebant haſtas: nec pila ab Anteſignanis ceſſabant. *Sic* Liu. 30, 33 Legionum Anteſignani pila coniiciunt. *M. Tullius* Phil. 5 c. 5 Anteſignanos, et manipulares, et Alaudas iudices ſe conſtituiſſe dicebat. *Videndum an bene ſe habeat locus* Varronis *ap.* Non. 18, 4 Quem ſequuntur cum rotundis velites leues parmis, Anteſignani quadratis multis inſignibus tecti. ¶ 2 *Pro duce quocunque poſuiſſe videtur* Cic. Phil. 2 c. 29 Fueras in acie Pharſalica Anteſignanus, *de Antonio, qui ſiniſtro cornui praefuerat.* Apul. Met. 4 p. 147, 12 Anteſignanus latronum *vocatur, qui paullo ante* p. 146, 38 Vexillarius *dicitur, cum reſpectu puto ad proprium* Anteſignanorum *munus, ſigna defendere. Elmenhorſtius in Indice laudat ex* Sidonio . . Factionis fomes, incentor, Anteſignanus.

ANTESINISTER, tra, trum. Seru. *ad illud* Virgil. Ecl. 9, 15 Ante ſiniſtra caue monuiſſet ab ilice cornix. *Anteſiniſtra, inquit,* indiuiſe legendum, et dicendo *monuiſſet*, oſcinem fuiſſe demonſtrat. Sane hoc ad auguralem pertinet diſciplinam. Augures enim deſignant ſpatia lituo, et eis dant nomina, vt prima pars dicatur antica, poſterior poſtica; item dextra et ſiniſtra. Modo ergo cornicem de nulla harum parte veniſſe dicit, ſubaudi ad illum, qui augurium captabat; ſed ab antica ad ſiniſtram partem volaſſe; et in caua ilice conſediſſe, *etc. Sic igitur etiam* antedextra, *et* poſtdextra *et* poſtſiniſtra *dicta putabimus, ſi audimus Seruium.*

ANTESTO, *vel* ANTISTO, ſteti, āre. [προΐσταμαι] *Proprie* Stare ante: *ſed per metaph. pro Antecellere accipitur.* Cato R. R. 156, 1 Braſſica eſt, quae omnibus oleribus antiſtat. Nep. 3, 1, 2 Quanto antiſtaret eloquentia innocentiae. Lucret. 5, 22 Herculis antiſtare autem ſi facta putabis, *ſine caſu.* Catull. 9, 1 Ver anni omnibus e meis amicis Antiſtans (*ſic Voſſ.*) mihi millibus trecentis. Cic. de Inuent. 2, 2 c. 1 Crotoniatae multum omnibus corporum viribus, dignitatibus anteſteterunt. Gell. 2, 7 Hiſtrio in terra Graeca fuit fama celebri, qui geſtus et vocis claritudine et venuſtate caeteris anteſtabat. *Cum accuſat.* Apul. Met. 4 p. 146, 5 Qui robore caeteros anteſtabat, *vbi etiam* antiſtabat *legitur, quod non damnandum, vel* Antiſtes *nos monere poteſt.*

ANTESTOR, *vel* AMTESTOR, āri. [μαρτύρομαι] *Depon. Vulgo aiunt ex* Ante *et* Teſtor *compoſitum. Sed, quod ſuadet vetus ſcriptura* Amteſtor, *potius cum Salmaſio obſeruatt. ad ius Att.* p. 814 *compoſitum dixerim ex* Am, *cum ſit in re praeſenti, vbi res geſta eſt aut gerenda, teſtem facere proximum vel primum, qui adſtat loco etc. Vt nempe* Amſanctae valles, *vt* amſegetes, *vt* amtermini. *Totam* anteſtandi *rationem pulchre declarat* Hor. Sat. 1, 9 *extr. vbi a moleſte garrulo ſe ita liberatum memorat:*

Caſu venit obuius illi
Aduerſarius, et quo tu, turpiſſime? magna
Exclamat voce: et, Licet anteſtari? Ego vero
Oppono auriculam. Rapit in ius. Clamor vtrinque,
Vndique concurſus. Sic me ſeruauit Apollo.

Plin. 11, 45 In aure ima memoriae locus, quem tangentes anteſtamur. Plaut. Perſ. 4, 9, 8 SA. Age ambula in ius, leno. DO. Quid me in ius vocas? SA. Illi apud Praetorem dicam: ſed ego in ius voco. DO. Nonne anteſtaris? SA. Tuane ego cauſa carnufex Quoiquam mortalium libero aures atteram? Idem Poen. 5, 4, 59 HA. Ite in ius, ne moramini. AN. Anteſtare me atque duce. AG. Ego te anteſtabor. Gell. 15, 13 *viri docti legendum cenſent,* Qui ſe fierit anteſtarier, *vel* qui ſe am ſirit teſtarier, *pro vulgato,* Qui ſe fierit teſtarier. *De* obteſtatione *etiam extra iudicium* Cic. pro Milon. 68 c. 25 Te, Magne, tamen anteſtaretur, quod etiam nunc facit (*Milo*), Vide quam ſit varia vitae commutabiliſque ratio? *etc.*

ANTESTATVS, a, um. *Paſſiue dici tanto minus abſurdum eſt, quod* Priſcian. 8 p. 791 *inter ea verba refert* Anteſtor, quae actiuam vim habent et paſſiuam, *laudatque eius rei probandae cauſa* p. 792 Liuium, Impubens libripens eſſe non poteſt, neque anteſtari, προδιαμαρτυρηθῆναι. *Igitur* Anteſtatus *legitur apud* Caium Inſtit. 1, 6, 3 p. 57 Emancipatio ſolebat ante Praeſidem fieri, modo ante Curiam facienda eſt, vbi quinque teſtes ciues Romani in praeſenti erunt, et pro illo, qui libripens appellatur, id eſt, ſtateram tenens, et qui Anteſtatus appellatur, alio duo, vt ſeptem teſtium numerus impleatur. *Cum vero* Iuſtinianus Inſt. §. 1 de teſtamentis ordin. *illos Septem teſtes ita enumeret,* quinque teſtibus et libripende ciuibus Romanis puberibus praeſentibus, et eo, qui familiae emtor dicebatur; *veri ſimile ſit,* Anteſtatum *in emancipatione antiqua non eſſe alium, quam patrem fiduciarium, qui imaginaria emtione emit a vero patre filium, mox a ſe emancipandum. De hoc* anteſtato in mancipationibus *eſt elegans diſputatiuncula Chriſti. Wilh. Kuſtneri edita Lipſ. 1742.*

ANTEVĒNIO, ēni, entum, īre. [προφθάνω] *Idem quod praevenire, occupare.* Sall. Iugurth. 56 Magnis itineribus Metellum antevenit. Plaut. Mil. 2, 2, 66 Viden' hoſtes tibi adeſſe? *Et paullo poſt,* Anteueni aliqua. Salluſt. Iugurth. 88 Explorare itinera regum: conſilia et inſidias eorum anteuenire. *Sine caſu* Plaut. Trin. 4, 2, 66 Tempori huc hodie anteueni. *Sed Gronou.* huic *non* huc. ¶ 2 *Interdum praeſtare ſignificat, vel ſuperare* Tacit. Ann. 4, 18, 3 Nam beneficia eo vsque laeta ſunt, dum videntur exſolui poſſe: vbi multum anteuenere, pro gratia odium redditur. Plaut. Caſ. 2, 3 pr. Omnibus rebus ego amorem credo, et nitoribus nitidis anteuenire. Salluſt. Iugurth. c. 4 Etiam homines noui, qui antea per virtutem ſoliti erant nobilitatem anteuenire.

ANTEVENTVLI Crines. Apul. Florid. 1 p. 342, 2 *a vento vel aura leni agitati, ſic vt faciem inumbrent.* Idem Met. 9 p. 231, 5 Diſcerptae comae — plerumque eius anteuentulae contegebant faciem. *Vid.* ANTEPENDVLVS.

ANTEVENTVS, a, um. Cato apud Nonium 2, 143 Quod compluries vſu venit, omni tempore anteuentum eſt.

ANTEVERTO, ti, ſum, ĕre. [φθάνω] *Aduentum alicuius occupare.* Cic. pro Milon. 40 Vidit neceſſe eſſe Miloni proficiſci Lanuvium, illo ipſo quo profectus eſt die: itaque anteuertit. Ter. Eun. 4, 5, 12 Miror vbi ego huic anteuerterim. Caeſ. Bell. Gall. 7, 7 Qua re nuntiata, Caeſar omnibus conſiliis anteuertendum exiſtimauit, vt Narbonem proficiſceretur, *i. praeferendum.* Tac. Ann. 13, 30, 3 Damnationem veneno anteuertere, *vt occupare.* Moerores mihi anteuertunt gaudiis Plaut. Capt. 4, 2, 60. *i. intercipiunt gaudia, impediunt, vt gaudere non poſſim.* Idem Bacch. 3, 5, 1 Rebus aliis anteuortam Bacchis quae mandas mihi. *Sed Gronou.* Anteuortar *Depon.* Cic. Lael. 16 Atque id ipſum quum tecum agere conarer; Fannius anteuertit.

ANTEVERTENS, ntis. Stella mercurii tum anteuertens, tum ſubſequens Cic. Nat. Deor. 2 c. 20.

ANTEVERSIO, ōnis. f. Ammian. 21, 5 Expertus quid in rebus tumultuoſis anteuerſio valeat et praegreſſus.

ANTEVIDENS, entis. Nunc quo ſe raperet, nunc quo diuerſus abiret, Anteuidens Valer. Flacc. 6, 581. *Sed Burm. diuidit.*

ANTEVINDEMĪTOR, ōris. m. *ap.* Plin. 18, 31 *legi iubet Philander ad* Vitr. 9, 6 *pro vulg.* vindemiator.

ANTEVŎLO, āre. [προΐπταμαι] Stat. Theb. 3, 427 Fama antevolat currum. Virgil. Aen. 9, 47 — anteuolans tardum praeceſſerat agmen. Sil. 12, 600 Fuluius anteuolans agmen.

ANTEVORTA, *Dea Romanorum, dicta quod futura proſpiceret.* Macrob. Saturn. 1, 7 Ianus — creditur geminam faciem praetuliſſe, — quod ad prudentiam regis — referendum eſt, qui et praeterita noſſet, et futura proſpiceret, ſicut Anteuorta et Poſtuorta diuinitatis ſcilicet aptiſſimae comites apud Romanos coluntur. *Eadem Porrima videtur, de qua ſuo loco: it.* Proſa.

ANTEVRBANVS. Adi. [προάστειος] Anteurbana praedia, Vrbi propinqua. Feſtus.

ANTEVS, *vid.* ANTAEVS.

ANTHALIVM. [ἀνθάλιον] *Inter herbas edules* Plin. 21, 15 ſ. 52 Anthalium longius a flumine (*de Aegypto praeceſſit*) naſcitur, meſpili magnitudine et rotunditate, ſine nucleo, ſine cortice, folio cyperi. Mandunt igni paratum. *Et* c. 29 ſ. 103 Anthalii, quod Aegyptii edunt, nullum alium comperi vſum.

ANTHĒDON, ōnis. f. [ἀνθηδών] Meſpili arboris genus, pomum ferens minus caeteris, ſed odore praeſtantius, et quod diutius ſeruetur. Flos amygdalae flori ſimilis, folium magna ex parte fiſſum, quod antequam decidat, valde rubeſcit Plin. 15, 20.

ANTHĔMIS, idis. f. [ἀνθεμίς] *Herba, de qua* Plin. 22, 21 ſ. 26 Anthemis magnis laudibus celebratur ab Aſclepiade. Aliqui Leucanthemida vocant, alii Leucanthemum, alii Eranthemon, quoniam vere floreat: alii Chamaemelon, quoniam odorem mali habeat. Non nulli Melanthemon vocant. Genera eius tria flore tantum diſtant, palmum non excedentia, paruiſque floribus, vt rutae, candidis, aut melinis, aut purpureis *etc. Camomillum volunt eſſe.*

ANTHEMVM, i. n. [ἄνθεμον] *Herba.* Plin. 26, 8 ſ. 55, 9 Anthemum quoque calculos eiicit, paruis a radice foliis quinis, caulibus longis duobus, flore roſeo.

ANTHĒRA, ae. f. [ἀνθηρά] *Proprie Adiectiuum nomen Graecum, quibus* ἀνθηρός, ά, όν *eſt floridum. Sic vocant medicamentum ſ. compoſitionem, ex floribus praeſertim, aridam ad gingiuas.* Celſus 6, 11 Si (vlcera oris) iam cruſtas habent, quales in aduſtis eſſe conſueuerunt, adhibendae ſunt compoſitiones, quas Graeci ἀνθηρὰς nominant. Habent hae iunci quadrati, myrrhae, ſandarachae, aluminis, pares portiones. *Add.* c. 13 et 15 *vbi ſic,* Satis proficit Anthera humido vlceri arida inſperſa. *Vtitur etiam* Scribon. comp. 61. ¶ 2 *Sequiores* Antheram *vocant puluerem illum croceum ſtilis et capillamentis, ex florum vmbilico ſurgentibus adhaerentem: quam appellationem contra reprehenſores vtcunque defendit Reineſ. V. L.* 3, 12 p. 541. ¶ 3 *Metaph.* Quinctil. 12, 10, 59 Floridum dicendi genus, ἀνθηρὸν a Graecis dici, *obſeruat.*

ANTHERICVS. [ἀνθέρικος] *Scapus eſt, ſiue Caulis* Aſphodeli *herbae, quam* Haſtulam regiam *quidam hodie appellant.* Plin. 21, 18 ſ. 68 Graeci caulem cubitalem et ſaepe duum cubitorum, foliis porri ſilueſtris Anthericon vocauere: radicem vero, id eſt, bulbos, Aſphodelon. *Add.* 22, 22 ſ. 32.

ANTHESPHŎRIA, orum. n. pl. [ἀνθεσφόρια] *Feſta Proſerpinae, ſic dicta quod Pluto eam flores legentem rapuiſſet: qua de re* Ouid. Met. 5, 591 ſeq. et Claudian. de Rapt. Proſerp. 2, 137. *Vid. etiam* Floriſertum.

ANTHESTĒRIA, orum. n. pl. [ἀνθεστήρια] Macrob. Saturn. 1, 12 Apud Athenienſes Aprilis Ἀνθεστηριών menſis vocatur ab eo, quod hoc tempore cuncta floreſcant. *Sunt ergo* Antheſteria *quaſi* Floralia.

ANTHIAS. [ἀνθίας] *Piſcis nomen, qui circa Chelidonias Aſiae inſulas capitur, cuius naturam vide apud* Plin. 9, 59. Ouid. Hal. 45 *ſic eum deſcribit:*

Anthias his, tergo quae concutit, vtitur armis,
Vim ſpinae nouitque ſuae, verſoque ſupinus
Corpore lina ſecat, fixumque intercipit hamum.

*Add. Conſt. Land. in Numiſm. p. 130. et Caſp. Schott. Phyſ. Curioſ. 10, 6.*

ANTHĪNVS, a, um. [ἄνθινος] *i. Floreus.* Plin. 11, 14 Terna ſunt mellis genera. Vernum ex floribus conſtructo fauo, quod ideo vocatur Anthinum (*ab* ἄνθος *flos*). Hoc quidam attingi vetant, *etc.*

ANTHOLŎGĬCA, ōrum. n. [ἀνθολογικά] *Intell.* βιβλία, *Libri de floribus tractantes.* Plin. 21, 3 ſ. 9 De floribus ſupra dictos ſcripſit Theophraſtus apud Graecos. Ex noſtris autem inſcripſere aliqui libros Anthologicon.

ANTHRAX, ācis. f. [ἄνθραξ] *Carbo. Apud medicos vlceris genus eſt, quod Latini* Carbunculum *dicunt.* Scribon. Comp. 25 Carbunculos, quos ἄνθρακας dicunt. ¶ 2 Vitruu. 7, 8 Foditur gleba, quae Anthrax dicitur, antequam tractationibus ad minium perueniat, vena, vti ferreo magis ſubruſo colore, habens circa ſe rubrum puluerem. Cum id foditur, ex plagis ferramentorum crebras emittit lacrimas argenti viui.

ANTHRĂCĬNVS. Adi. [ἀνθράκινος] *A nomine* Anthrax *deriuatum: antiqui pro* Atro *dixerunt. Vnde* Anthracinae veſtes, *i. Lugubres.* Varro de Vita Pop. Rom. lib. 3 *ap.* Non. 16, 14 Propinquae adoleſcentulae etiam Anthracinis; proximo amiculo nigello, capillo demiſſo ſequerentur luctum. Anthracina fortuna, *quibuſdam eſt* Plaut. Rud. 2, 6, 49. *Sed recte legitur* Anatina.

ANTHRĂCĪTES, ae. m. [ἀνθρακίτης] Gemma carbonibus ſimilis Plin. 37, 7 ſ. 27. *Et* 37, 11 ſ. 73 In Anthracitide ſcintillae diſcurrere aliquando videntur. *Et nomen et res cognata* Carbunculo. *Eadem* Anthracias Solin. cap. 37 *extr.* Ed. Salmaſ. *Eſt et* haematites lapis ſic dictus, *eodem Plinio auctore* 36, 20 ſ. 38. *Vid. Salmaſ. in d. l. Solini p.* 541.

ANTHRISCVM. [ἀνθρίσκον] *Herba, quam cum ſcandice memorat* Plin. 21, 15 ſ. 52. Id. 22, 22 ſ. 38 *poſt ſcandicem,* Eadem erat Anthriſcus, ſi tenuiora folia, et odoratiora haberet. Peculiaris laus eius, quod fatigato Venere corpori ſuccurrit, marcenteſque ſenio iam coitus excitet. Siſtit profluuia alba feminarum.

ANTHROPOGRĂPHVS, i. m. [ἀνθρωπογράφος] *Ita* Dionyſius, *qui* nihil aliud, quam homines pinxit, cognominatus eſt Plin. 35, 10 ſ. 37.

ANTHROPOMORPHITAE. [ἀνθρωπομορφῖται] *Dicti ſunt, qui ſimplicitate ruſtica, Deum ἀνθρωπόμορφον eſſe, h. e. humanam formam et membra habere arbitrabantur.* Vnde et Anthropomorphitica haereſis. Iſidor. 8, 5. *Nempe*

ANTHRŌPOS. [ἄνθρωπος] *Latine eſt Homo. Sic dictus etiam Aeon haereticorum apud* Irenaeum 1, 1.

ANTHROPOPHĂGI. [ἀνθρωποφάγοι] *Populi Scythiae, qui carne humanâ veſcebantur* Plin. 4, 12 ſ. 26. 6, 17 ſ. 20 *etc.* 30, ſ. 35. 7, 2. Gell. 9, 4.

ANTHVS. [ἄνθος] Auis eſt, quae aduentu equorum herbae pabulo pulſa, vt iniuriam vlciſcatur, hinnitum irridendo imitatur Plin. 10, 42 ſ. 57. *Conf.* 10, 74 ſ. 95.

ANTHYLLION, *ſ.* ANTHYLLVM. [ἀνθύλλιον] Herba eſt lenti ſimillima, quae in vino pota, veſicam vitiis liberat, et ſanguinem ſiſtit Plin. 26, 8 ſ. 51. *qui diſtinguit ab Anthyllide.*

ANTHYLLIS. [ἀνθυλλὶς] Herba eſt chamaepityos ſimilitudine, flore purpureo, graui odore, radice intubi Plin. 26, 8 ſ. 51.

ANTHYPŎPHŎRA, ae. f. [ἀνθυποφορὰ] Figura ſententiae, qua aduerſariorum nobis ſententias ac dicta proponimus ac ſubſtituimus, in hoc tantum, vt illis reſpondeamus. *Sic definit* Rufinianus p. 36 Pith. *et vtitur exemplo* Virg. Aen. 4, 603 Verum anceps belli fuerat fortuna; fuiſſet. *Addit et hoc,* Si periiſſe ſatis ſemel eſt, peccare fuiſſet Ante ſatis. *Subiicit*, Latine dicitur Oppoſitio vel obiectio. *Conf.* Quinctil. 9, 2, 106. *et* 9, 3, 87. Sen. Controu. 1, 7 Deinde Anthypophoram ſumſit.

ANTIA *Lex, cibaria, de qua* Macrob. 2, 13. Cato ſumtuarias leges cibarias appellat. Dein paucis interiectis annis alia lex peruenit ad populum, ferente Antio Reſtione. Quam legem, quamuis eſſet optima, obſtinatio tamen luxuriae et vitiorum firma concordia nullo abrogante irritam fecit. Illud tamen memorabile de Reſtione latore ipſius legis fertur; eum, quoad vixit, foris poſtea non coenaſſe, ne teſtis fieret contemtae legis, quam ipſe bono publico pertuliſſet. Gell. 2, 24 Lex deinde Antia praeter ſumtum aeris, id etiam ſanxit, vt qui Magiſtratus eſſet, Magiſtratumue capturus eſſet, ne quo ad coenam, niſi ad certas perſonas, itaret.

ANTIĂDES, um. f. pl. [Gr. ἀντιάδες.] Tonſillae, quae poſt inflammationem induruerunt Celſ. 7, 12. et l. 14 §. 8 ff. de Aedil. Edict.

ANTIAE, arum. [προκόμιον] Antiae, κόμαι διὰ τῶν κροτάφων κρεμάμεναι γυναικεῖαι Vet. Gloſſ. Muliebres capilli demiſſi in frontem, appellati ex Graeco videntur: quod enim nos contra, illi ἀντὶ dicunt. Feſtus. Apul. Florid. p. 342, 1 *de Apolline*, Crines eius praemulſis antiis, et promulſis caproneis anteuentuli et propenduli. *Breuiores et in media fronte videntur eſſe* antiae: Caproneae *longiores et in tempora dependentes.* Al. Gl. Antiae προκόμιον. *Sed* ¶ 2 Aliae Gl. Antiae, τρίχες αἱ μεταξὺ τῶν κεράτων τῶν βοῶν, *pili inter boum cornua, vnde analogia ſatis docet, quae ſint in homine* Antiae.

ANTIAS, ANTIATNE, *vid.* ANTIVM.

ANTIBACCHIVS. [ἀντιβακχεῖος] *Pes metricus, Bacchio contrarius: conſtat enim duabus longis, et vltima breui, vt* auditĕ. Antibacchus *dicitur* Auſon. Ep. 4, 91. *Alio nomine* Palimbacchius *dicitur* a Quinctil. 9, 4, 82. et Iſidor. 1, 16.

ANTIBASIS. [Ἀντίβασις] Pars catapultae Vitruu. 10, 15 et 17. *Poſteriore loco ſcribitur* Antebaſis. *Quid ſit, non ſatis liquet; niſi quod ipſa nominis ratio indicat, eſſe quaſi contrariam quandam baſin et renitentem baſi primariae, aut etiam illius vicariam.*

ANTIBOREVM, i. n. *Horologium, alias Aequinoctiale dictum, quod in plano Aequatoris boream reſpicit.* Vitruu. 9, 9.

ANTICANIS, *vid.* ANTECANIS.

ANTICATEGORĬA. [ἀντικατηγορία] *Latine dici poteſt* Recriminatio; *ſiue* Mutua accuſatio: Quinctil. 3, 10, 4 Adiecerunt quidam numero mutuam accuſationem, quae ἀντικατηγορία vocatur. *Et paullo poſt.* Duo erunt genera eius, alterum quo litigatores idem crimen inuicem intentant: alterum, quo aliud atque aliud. *Add.* 7, 2, 9 *et ſqq.* *Conf.* Mart. Capell. 5 p. 152.

ANTICATO. [Ἀντικάτων] *Liber Caeſaris contra Catonem.* Quinctil. 1, 5, 68. Iuuen. Sat. 6, 337 — duo Caeſaris Anticatones.

ANTICHIR. [ἀντίχειρ] *vid.* POLLEX.

ANTICHRESIS. [ἀντίχρησις] *Mutuus vſus.* Sic enim is contractus dicitur, quo pignus ita datur, vt quoad debitor ſatisfaciat, creditor eo vtatur, fruatur vſurae nomine Martial. in l. 33 D. de pignorat. action.

ANTICHRISTVS, i. m. *Qui ſe Chriſto opponit, vel pro Chriſto venditat.* Tertull. de Praeſcr. cap. 4. *conf.* cap. 33. *et* de Anima cap. 50. *et* adu. Marc. 1, 20. Lactant. de Mort. Perſ. 2, 8. Prudent. Cath. 6, 102.

ANTICHTHŎNES. [Ἀντίχθονες] *Quaſi alteram, et oppoſitam noſtrae terram habitantes.* Pomp. Mela 1, 1 Antichthones alteram (*duarum habitabilium terrae partium*) nos alteram incolimus. *Sunt ergo qui vltra Zonam torridam in temperata Auſtrali habitant.* Plin. 6, 22 pr. Taprobanen alterum orbem terrarum eſſe, diu exiſtimatum eſt, Antichthonum appellatione.

ANTICĬPO, āre. [προκαταλαμβάνω, προλαμβάνω] *Ante capere.* Cic. Att. 8, 14 Quid igitur proficis, qui anticipes eius rei moleſtiam, quam triduo ſciturus ſis? Ouid. Met. 3, 235 Tardius exierant, ſed per compendia montis Anticipata via eſt. Suet. in Tiber. 61 Quum audiſſet vnum ex reis T. Carnulium, anticipaſſe mortem, exclamauit, Carnulius me euaſit. Anticipare vno die Plin. 2, 47. Anticipesque tuo (*vt emendat Salmaſ. ad Fl. Vopiſci Aurelian.*) Samii Lucumonis (*i. Pythagorae*) acumen Auſon. Epiſt. 4, 65. *i. ſuperes.*

ANTICIPĀTVS, a, um. Suet. in Claud. 21 Fecit et ſaeculares ludos, quaſi anticipatos ab Auguſto. Cic. de Nat. Deor. 1, 76 c. 27 Primum quod ita ſit informatum, anticipatumque mentibus noſtris, vt homini quum de Deo cogitet, forma occurrat humana.

ANTICIPATIO, ōnis. f. [πρόληψις] Cic. de Nat. Deor. 1, 43 c. 16 Quae eſt enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat ſine doctrina anticipationem quandam deorum, quam appellat πρόληψιν Epicurus; id eſt anteceptam animo rei quandam informationem; ſine qua nec intelligi quicquam, nec quaeri, nec diſputari poteſt? ¶ 2 Anticipatio a Iulio Rufiniano p. 30 Pith. appellari poſſe *dicitur figura, quae Graece* Prolepſis.

ANTICIPATOR, ōris. m. Auſon. Ephemer. v. 9 Ipſe Dei verbum, verbum Deus, anticipator Mundi quem facturus erat. *i. qui fuit prior mundo.*

ANTICLEA, *ſ.* ANTICLIA, ae. [Ἀντίκλεια] *Mater Vlyſſis, de qua* Hygin. f. 201 Siſyphus Anticliam Autolici filiam compreſſit, quae poſtea Laërtae data eſt in coniugium, ex qua natus eſt Vlyſſes: ideo nonnulli auctores dicunt Siſyphium (*ex emendat. Micylli*) Ob hoc Vlyſſes verſutus fuit. *Recte illud* Siſyphium *pro* Ypſipylon. Ouid. Met. 13, 31 Sanguine cretus Siſyphio *Vlyſſes vocatur ab Aiace.*

ANTICVS, a, um. Quae ante nos ſunt, antica, et quae poſt nos ſunt, poſtica dicuntur Feſt. in Poſticum. Antica pars Cic. de Vniu. c. 10. Varro de L. L. 6, 2 p. 66, 33 Caelum, qua tuimur, dictum templum. Eius templi partes quatuor dicuntur, Siniſtra ab Oriente, Dextra ab Occaſu, Antica ad Meridiem, Poſtica ad Septentrionem. *Eadem fere* Seru. ad Virg. Ecl. 9, 15. *Add.* Frontin. de Limit. pr. ¶ 2 Anticum Veteres etiam pro Ianua poſuere anteriore, Feſtus.

ANTICYPRIOS. *Pes poëticus* ex longa et breui, et duabus longis et breui, temporum octo. *Sic* Diomedes l. 3 p. 479. *Vid.* CYPRIVS PES.

ANTICY̆RA. [Ἀντίκυρα] *Inſula ad ſinum Maleacum et Oetam montem, vbi auctore* Plinio 25, 5 ſ. 21 Helleborum tutiſſime ſumitur. Ouid. ex Ponto 4, 3, 54 I, bibe, dixiſſem, purgantes pectora ſuccos, Quicquid et in tota naſcitur Anticyra. *Vnde quoties inſanum hominem ſignificare voluerunt, Anticyra egere ſcribunt.* Hor. Serm. 2, 3, 166 — verum ambitioſus, et audax, Nauiget Anticyram. *Add.* ibid. 82. *et* Arte Poët. 300. *It.* Gell. 17, 15.

ANTICYRICON. [ἀντικυρικὸν] Seſamoidis herbae ſpecies, ſimilis Erigeronti, quae in Anticyra inſula creſcit Plin. 22, 25.

ANTIDEA. Adu. *Laudatur, neſcio quam bene* Liu. 32, . . Si antidea Senatus fieri iuſſit.

ANTĬDEO, īre. *pro* Anteire, *apud antiquos.* Plaut. Perſ. 5, 2, 2 Qui ſunt, qui fuerunt, quique futuri ſunt poſthac, ego ſolus omnibus antideo facile, miſerrimus hominum vt viuam. *Conf.* Ciſt. 2, 1, 3. *Et* Trin. 2, 4, 145 Campas genus Multo Syrorum (*genus*) iam antidit patientia.

ANTIDHAC. Adu. Plaut. Aul. 2, 8, 26 Iam ſubueniſti antidhac. *Conf.* Pſeud. 1, 1, 14. *et ſaepius.*

ANTIDŌRVM, i. [ἀντίδωρον] *Latine* Remuneratio: *quo nomine* Vlpianus *vſus eſt* in l. 25 §. 8 D. de petit. hered. Plane (inquit) ſi antidora acceperunt, dicendum eſt eatenus locupletiores factos, quatenus acceperunt velut genus quoddam hoc eſſet permutationis.


ANTIDŎTVM, i. n. *et*

ANTIDŎTVS, i. f. [ἀντίδοτος] *Compoſitio ex variis medicinis, quae datur contra venena, quaſi dicas.* Contra datum, *ab ἀντὶ et δίδωμι.* Quinctil. 7, 2, 25 Ille datum ei venenum dixit: ſed ſe antidotum daturum. Id. 1, 10, 6 Antidotum — ex multis, atque interim contrariis quoque inter ſe effectibus componi videmus, quorum ex diuerſis fit illa mixtura vna, quae nulli earum ſimilis eſt, ex quibus conſtat, ſed proprias vires ex omnibus ſumit. Plin. 32, 4 Pro antidoto dari dicuntur. Gell. 17, 16 Huius regis antidotus celebratiſſima eſt, quae Mithridatios vocatur. Antidotos hiera, *it.* πικρὰ Scribon. Comp. 99. *conf.* 106. *Et 167 in lemmate eſt* Altera Theriace *in ipſo contexto* Antidotos altera ad aſpidis morſum. *Sic 169 laudatur* Antidotos Zopori, *et* 170 Mithridatis, *et* 177 Marciani. *Tum* 178 Antidotos, quas optimas ſciuimus, poſui. *Sed neutro genere* Idem 194 Antidoto Mithridatio *habet: quo etiam vſus eſt* Celſus 5, 27, 2 Antidotum, praecipue id, quod primo loco poſui. *Eſt igitur Adiectiuum nomen, ad quod nunc* medicina, *nunc* medicamentum *intelligitur.*

ANTIGENA, ae. c. [προγεννηθεὶς] Gloſſ. Lat. Gr.

ANTIGERIO, Antiqui pro Valde dixerunt, Feſtus. Gloſſ. Iſid. Antigerium (Voſſ. *ſuſpicatur* Antigerio) quemadmodum inprimis: *Nempe indicat ſignificationem. Inter obſoleta refert* Quinctil. 1, 6, 40. *it.* 8, 3, 25. *Conf.* Merul. ad Enn. p. 85.

ANTIGŎNE, es. [Ἀντιγόνη] *Filia Laomedontis et Priami ſoror: quam ob ſuperbiam formae Iuno conuertit in ciconiam.* Ouidius *fabulam deſcribit* Met. 6, 93. ¶ 2 Antigone, *Oedipi regis Thebanorum filia, quae patri caeco, et a Creonte in exilium acto viae dux exſtitit.* Stat. Theb. 12, 350 *ſeq.* *Quam quum poſtea iugulari feciſſet Creon, Haemon amator ad mortuae tumulum ſe interfecit.* *Vid.* Propert. 2, 7, 83. *Conf.* Hygin. Fab. 73.

ANTĬGRĂPHVS, i. [ἀντίγραφος] *Inter notas criticas Semicirculus qui dextram ſpectat et punctum intra ſe habet. Sic certe pingitur,*  *in antiquo libro* Iſidori Orig. 1, 20 *et adſcribitur*, Antigraphus cum puncto apponitur, vbi in translationibus diuerſus ſenſus habetur. *In Gothofrediana eſt operoſior figura* .

ANTIGRAPHARIVS, i. m. *Idem qui* Antigrapheus. *Vid.* Iuſtinian. de Confirm. Digeſt. Ep. 2 §. 9 *vbi laudat* Conſtantinum magnificentiſſimum Comitem ſacrarum Largitionum, et Antigraphariuni ſacri ſcrinii. *Nempe* Antigrapharius *ſ.* Antigrapheus, [ἀντιγραφεὺς] *qui commiſſas alterius fidei rationes ipſe quoque tractat, quos recentior aetas* Contrarotulatores (*Controlleurs*) *appellauit.* Cuſtodes *dixeris e* Cic. de L. Agr. c. 9. Vlpian. L. 3 §. 2 de Adminiſtr. tut. Obſeruatores et cuſtodes actus alieni.

ANTILEGŎMĔNA, ōrum. n. [ἀντιλεγόμενα] *Quaſi Latine dicas*, Contradicta. Plin. 20, 8 Petronius Diodorus, qui Antilegomena ſcripſit.

ANTILĒNA, ae. Onom. Vet. Antilena προστηθίδιον. Gloſſ. Philox. Antilena ἱμὰς ἵππων. *Et* Antelena, διερηστὴρ (*ſiue, vt recte Martinius* διερειστὴρ) ὅ ἐστιν ἱμὰς ἵππων περὶ τὸ στῆθος. *Eſt ergo lorum circa pectus equorum.* *Vid.* *Scheff. de re vehic. 1, 11.* *Conf.* POSTILENA.

ANTĬLŎCHVS. [Ἀντίλοχος] *Neſtoris ex Eurydice filius, interfectus in bello Troiano a Memnone Aurorae filio, vt tradit Homerus, et* Ouid. Epiſt. 1, 15. Iuuen. Sat. 10, 252. Hor. Carm. 2, 9, 13.

ANTĬMĂCHVS, i. m. [Ἀντίμαχος] *Colophonius Poëta Graecus.* Clarium *appellat* Cic. Bruto 191 c. 51 Qui, *inquit*, cum conuocatis auditoribus legeret eis magnum illud, quod nouiſtis, volumen ſuum, et eum legentem omnes praeter Platonem reliquiſſent, *Legam*, inquit, *nihilominus: Plato enim mihi vnus inſtar eſt omnium etc.* Catul. 96, 10 At populus tumido gaudeat Antimacho. Clarium etiam facit Ouid. Triſt. 1, 6, 1 Nec tantum Clario Lyde eſt dilecta Poëtae. *Nempe in ipſa Colophone fuit Appollinis Clarii templum.* Plin. 2, 103 Colophone in Appollinis Clarii ſpecu lacuna eſt, cuius potu mira redduntur oracula.

ANTIMETABOLE, es. f. [ἀντιμεταβολὴ] *Quaſi tu ex aduerſo permutationem dicas*, Quinctiliano 9, 3, 85 figura *vocatur*, qua verba declinata repetuntur. *Exemplum addit*, Non vt edam viuo; ſed, vt viuam, edo. *Diſerte magis* Auctor ad Her. 4, 39 c. 28 Commutatio

eſt, cum duae ſententiae inter ſe diſcrepantes ex traiectione ita efferuntur, vt a priore poſterior contraria priori proficiſcatur, hoc modo, Eſſe oportet vt viuas, non viuere vt edas. Item, Ea re poëmata non facio, quia cuiusmodi volo non poſſum; cuiusmodi poſſum nolo *etc. Ponit enim plura.*

ANTIMONIVM, i. n. *Ita Stibium appellant Officinae. Vid.* STIBIVM.

ANTINOMĬA, ae. f. [ἀντινομία] *Quae ſit doceat* Quinctil. 7, 7, 1 Proximum eſt de legibus contrariis dicere, quia inter omnes artium ſcriptores conſtat, in antinomia duos eſſe, ſcripti et voluntatis, ſtatus: neque immerito: quia cum lex legi obſtat, vtrinque contra ſcriptum dicitur, et quaeſtio eſt de voluntate: in vtraque id ambigitur, an vtique illa lege ſit vtendum? Omnibus autem manifeſtum eſt, nunquam eſſe legem legi contrariam iure ipſo: quia ſi diuerſum ius eſſet, alterum altero abrogaretur; ſed eas caſu collidi et euentu *etc. Locus ille eſt claſſicus. Vtitur etiam* 3, 6, 45. 7, 1, 15. *et* 7, 10, 2.

ANTIOCHEA, *vel* ANTIOCHIA, *(variant enim libri, vt in* Alexandrea) ae. f. [Ἀντιόχεια] *Vrbium plurium nomen, ab Antiochis Syriae regibus ortum: quarum celeberrima illa* Epidaphnes *dicta, de qua modo ponimus verſum* Auſon. de clar. vrb. 3, 1 Tertia Phoebeae lauri domus Antiochia.

ANTIOCHENSIS, *de ciuibus Antiochiae* Caeſ. B. C. 3, 102, 6.

ANTIOCHENVS, a, um. *ab Antiocho deriuatur, vt* Gell. 7, 19 Antiochena pecunia *ab Antiocho rege capta.*

ANTĬŎPA, ae. [Ἀντιόπη] Nyctei filia, ab Epapho per dolum eſt ſtuprata: itaque a Lyco viro ſuo eiecta eſt. Hanc viduam Iupiter compreſſit — *Inde natus* Zetus *et* Amphion *etc.* Hygin. f. 7. Propert. lib. 1, 4, 5 Antiopae Nycteidos formam *laudat. Fabulam quoque tangit* 3, 13, 12 ſqq. ¶ 2 Antiopa, *Tragoedia Pacuuii.* Perſ. Sat. 1, 77 Sunt quos Pacuuiusque, et verruccſa moretur Antiopa, aerumnis cor luctificabile fulta.

ANTIOS, Excruciatos, Feſtus *habere dicitur: Sed leg.* Anctos *ab* Ango. Gloſſ. Anctos ἀναγκασθέντας. Ancti ἀγχόμενοι. *Scalig.*

ANTIPAGMENTA. Valuarum ornamenta, quae antis appanguntur: *i.* Affiguntur, *Haec* Feſtus. *Sed rectius legitur* Antepagmenta, *vt* Antefixa *et ſimilia; videturque multo latius patere nomen, et pertinere ad omnia ornamenta, vel ex ligno, vel e ſaxo, quae* ante *pilas aut trabes, ſi quae vltra perpendiculum parietis eminent,* panguntur *ſiue figuntur. Hoc ſuadet* Vitruu. 4, 6 Oſtiorum autem et Antepagmentorum hae ſunt rationes *etc. Vbi primo proportione* Antepagmentorum *contrahi iubet luminis oſtiorum in ſummo latitudinem; deinde,* Ipſa, *inquit* Antepagmenta craſſa fiant in fronte (altitudine, *quod adiicitur, gloſſam puto, quae ſenſum peruertat)* luminis parte duodecima contrahanturque in ſummo ſuae craſſitudinis quarta decima parte. Supercilii altitudo, quanta Antepagmentorum in ſumma parte erit craſſitudo. Cymatium faciendum eſt Antepagmenti parte ſexta. Cato de R. R. 14, 2 et 4 *in locanda villae aedificatione etiam ponit* Antepagmenta. *Sic in* lege parieti faciundo *apud Grut.* p. 207 Antepagmenta abiegnea — cumatiumque (*ſ.* cymatiumque) inponito. — Tegulas primores omnes in Antepagmento ferro figito. *Illud certe apparet* Antepagmenta *non tantum ea eſſe ornamenta, quibus Antae ſ. Paraſtades veſtiuntur, ſed etiam in aliis partibus aliquantum eminentibus aut proiectis, vt feneſtris, mutulis etc. vbicunque nempe aliquid* ante *pangitur; vel eminenti ornamento veſtitur.* Antipagmenta *forte ſcripſere quidam, vt* Antidhac, Antiſtes. Antepagmenta *ab* Antis *diſtinguere docuit Dan. Barbarus ad* Vitr. l. c. *et Salmaſ. ad* Solin. p. 856, a E.

ANTIPATHES. [ἀντιπαθής] *Gemmae ſpecies, de qua* Plin. 37, 10 ſ. 54 Antipathes nigra, non translucet. Experimentum eius, ſi coquatur in lacte: facit enim hoc myrrhae ſimile immiſſa. Eam contra effaſcinationes auxiliari, magi volunt. *Inde nempe nomen habere videtur. Add.* Apul. Apol. p. 294, *ex* Laeuio.

ANTIPATHĬA, ae. [ἀντιπάθεια] Plin. 32, 2 ſ. 12 Quod ad repugnantiam rerum attinet, quam Graeci antipathiam vocant, nihil eſt vsquam venenatius, quam in mari paſtinaca *etc.* Idem 24, 9 Mirabilis antipathia. *Remedium contrarium ſignificat* Plin. 20, 4 ſ. 13 Vbi acrior raphani medicina admota ſit, hyſſopum dari protinus imperant. Haec antipathia eſt. Antipathia *etiam eſt quaedam temperatura ferri rubigini reſiſtens apud* Plin. 34, 15 A rubigine vindicatur ceruſa, et gypſo, et liquida pice. Haec eſt temperatura, a Graecis Antipathia dicta.

ANTĬPHĀTES. [Ἀντιφάτης] *Filius nothus Sarpedonis, apud* Virg. Aen. 9, 696. ¶ 2 Antiphates *rex Laeſtrygonum, a quibus Vlyſſes, eiusque ſocii ad vnum diſcerpti eſſent, niſi funibus ancorarum praeciſis quamprimum e portu ſoluiſſent, ſeſeque in altum recepiſſent: quo ex periculo tamen non omnes naues ſeruatae ſunt, ſed aliquot cum vectoribus perierunt. Narrantur haec ab Vlyſſe Odyſſea* K. Meminit Hor. de Arte Poët. 145. *vid.* etiam Sil. 8, 531. *et quae ibi adnotauit Cellar.* Ouid. Met. 14, 234. Rutil. Itin. 1, 382.

ANTIPHERNA, [ἀντίφερνα] *dicuntur ea*, quae maritus conſtante matrimonio vxori ſuae quaſi remunerandae dotis cauſa largitur. l. vlt. C. de donat. ante nupt. *vid. Hottom. de Vet. Rit. Nupt. cap.* 6.

ANTĬPHĔRON, ontis. m. [ἀντιφέρων] *i. Obuiam ſe ferens; qualem ex Ariſtotele deſcribit* Seneca Nat. Quaeſt. 1, 3 Qui hoc genere valetudinis laborat, vt ipſe ſibi videatur occurrere, vt vbique imaginem ſuam cernat.

ANTĬPHŌNA, ae. f. *Scil. Cantio.* [ἀντίφωνος] Vox reciproca, duobus choris alternatim pſallentibus, *interprete* Iſidoro 6, 19. *De antiphonarum origine et progreſſu, vid. Spelmanni Gloſſ.*

ANTIPHRĂSIS. f. [ἀντίφρασις] *Figuram eſſe volunt, quum per contrarium verba dicuntur, vt* Parcae, *quia nemini* parcant: *ſic* Manes, *quia non ſunt boni. Manum enim, antiqui* Bonum *dicebant. Ex* Donato *et* Seruio. Vnius verbi Ironiam *vocat* Beda, de Tropis Sac. Script. p. 352 *Pith. Similia* Chariſ. l. 4 p. 247. *et* Diomed. l. 2 p. 458. Gell. 11, 1 *de nomine* multa, Turba Grammaticorum nouicia κατ' ἀντίφρασιν, vt quaedam alia, hoc quoque dici tradiderunt. *Et* 19, 7 Vulgus enim ἀκύρως vel κατὰ ἀντίφρασιν obeſum pro pingui atque vberi dixit. *Iam* Quinctilianus 1, 6, 34 Etiamne a contrariis aliqua ſinemus trahi? vt *lucus* quia vmbra opacus parum *luceat*? et *ludus*, quia ſit longiſſime ab *luſu*? et *Dis* quia minime *diues*? *His auctoribus, immo recta ratione duce* eruditi negant, vllum vocabulum eſſe per antiphraſin dictum, *vt Luc. Ioann. Scoppa,* Collect. 1, 18. *Quem ſecutus Voſſius* ἀντίφρασιν *vocat inane Grammaticorum commentum Etymol. voce* Lucus. ¶ 2 *Rectius aliis* Antiphraſis *eſt* Figura ſententiae, cum quaedam negamus nos dicere, et tamen dicimus: vt apud Lucilium, Non tango, quod auarus homo eſt: quodque improbus, omitto, (*vid. leg.* quodque improbu' mitto) Et apud Virg. (Georg. 2, 16.) Quid memorem portus, Lucrinoque addita clauſtra? Latine dicitur Omiſſio. *Haec* Iul. Ruſin. de Schematis Lexeos, *Pithoei* p. 37.

ANTĬPŎDES, um. [Ἀντίποδες] Cic. Acad. 4 c. 39 Nonne etiam dicitis, eſſe e regione e contraria parte terrae, qui aduerſis veſtigiis ſtent contra noſtra veſtigia, quos ἀντίποδας vocatis. *An ſint* Antipodes? *diſputat, ſed ita, vt vocabulo hoc abſtineat* Plin. 2, 65 *et* 97. Lactant. 3, 24, *ſerio illos oppugnat,* Quid illi, qui eſſe contrarios veſtigiis noſtris Antipodas putant? *Et* quae igitur illos ad Antipodas ratio perduxit. Seru. ad Aen. 6, 532 *cum dixiſſet,* Inferos nobis eſſe Antipodas, nos illis, *adiicit,* Tiberianus etiam inducit epiſtolam vento allatam ab Antipodibus, quae habet, *Superi inferis ſalutem: qua occaſione tractat reciprocum hoc, quod diximus ſupra. Iucunde* Seneca Epiſt. 122 Qualis illorum conditio dicitur, quos natura, vt ait Virgilius, pedibus noſtris ſubditos e contrario poſuit, Noſque vbi primus equis oriens afflauit anhelis, Illis ſera rubens accendit lumina veſper: Talis horum contraria omnibus non regio, ſed vita eſt. Sunt quidam in eadem vrbe Antipodes, qui, vt M. Cato ait, nec orientem vnquam ſolem viderunt, nec occidentem.

ANTIPTŌSIS, is. f. [ἀντίπτωσις] *Figura eſt Grammatica, quum caſus pro alio caſu ponitur. vt,* It clamor caelo, *pro* In caelum. *Vtitur* Seruius ad Aen. 1, 577. 2, 283. 6, 727 *etc. vbi ſimul exempla habes.*

ANTĪQVVS, a, um. [ἀρχαῖος, παλαιός] *Idem videtur olim fuiſſe, quod* Anticus. Vel. Longus de Orthogr. p. 2223 *extr. De Litera* Q, In *antiquo* videmus locum literam habere, et in *poſtico* non habere: nam et *anticum* ab eo quod eſt *ante*, quod apparet ex ſcriptione temporum. *Haec vltima non ſatis intelligo, ſed illud video, eandem vocem, cum ad locum refertur, per* C *ſcribi,* Anticum; *cum ad tempus, per* QV, Antiquum. *Eſt ergo* Antiquum *quod* ante *adfuit, et in hoc differt non nunquam a* Vetere, *quod* Vetus *diu fuit, opponiturque adeo recenti, quod nuper eſſe coepit; antiquum autem nouo, ſiue illi quod* nondum, *aut* ante *non fuit. Hinc eſt, quod* Antiquus *et* Vetus, Recens *et* Nouus *aliquando coniunguntur.* Plaut. Trin. 2, 2, 100 Hiſtoriam veterem atque antiquam haec mea ſenectus ſuſtinet. *Et* Amph. Prol. 118 Veterem atque antiquam rem nouam ad vos proferam, *i. diu et olim cognitam, ita agam, vt nondum illam ſic videritis, vid.* NOVVS. *Itaque Antiqui ſunt, qui olim, ante nos vixere,* v. g. in Lael. 20 Plus apud me antiquorum auctoritas valet. *Hoc ſenſu etiam Veteres dicuntur: ſed ſenes, quos longa ſpatia viuendi habuiſſe indicare volumus. Rurſus vetus gladiator, qui diu hoc vitae genus habuit, ſiue adhuc viuat, ſiue vita functus ſit, vt ſuo loco oſtendimus. Iam de Antiquis exempla addimus.* Siquidem verum eſt, antiquos herbis ac radicibus earum corporis vitia curaſſe Scribon. Ep. Non ignorata quidem ab antiquioribus Scribon. 97. Viri antiquiores Celſ. 1 praef. Curius et Fabricius et Coruncanus, antiquiſſimi viri noſtri: et his antiquiores Horatii illi trigemini Gell. 1, 10 Antiquiſſimi Macedoniae reges Curt. 8, 8, 3. Cic. Verr. 1, 56 cap. 21 Vereor, ne haec forte cuiquam nimis antiqua et iam obſoleta videantur. *Sic* Antiquo opere ac ſumma arte perfecto Cic. Verr. 4, 72. Item Act. 1 in Verr. 14 c. 5 Affabre atque antiquiſſimo artificio factus deus. Cedrus antiqua Virg. Aen. 7, 178. Tibull. 1, 1, 31 Fictilia antiquus primum ſibi fecit agreſtis. Cic. Att. 9, 9 Tres epiſtolas tuas accepi poſtridie idus. Erant autem illae tertiae pridie Idus datae. Igitur antiquiſſimae cuique primum reſpondebo. Cic. Quint. Frat. 3, Nam mihi vno die tres ſunt redditae, et quidem, vt videbantur, eodem abs te datae tempore: vna pluribus verbis, in qua primum erat quod antiquior dies in tuis fuiſſet adſcripta literis, quam in Caeſaris Cenſu antiquo diues Hor. Serm. 2, 3, 169. Amicus antiquus Ouid ex Pont. 2, 3, 93. Hoſpes Plaut. Bacch. 2, 3, 27. *Hic non, quam diu quis vixerit, quaeritur; Sed quam diu* amicus *aut* hoſpes *fuerit. Si.* l. 1 D. de Albo ſcrib. Inter Duumuirales antiquiſſimus quiſque prior *i. qui ante reliquos Duumuir fuit.* Ter. Ad. 5, 3, 26 Eandem illam rationem antiquam obtine, *i. ſerua morem, quem ante habuiſti.* Id. Hec. 5, 4, 18 Antiquam tuam venuſtatem obtines — Ac tu eculor morem antiquom atque ingenium obtines. *Etiam abſolute* Andr. 4, 6, 22 Optime hoſpes pol, Crito, antiquum obtines. *Et in obiurgatione* Plaut Moſtell. 3, 2, 102 Antiquum obtines hoc tuum, tardus vt ſis. Nobilibus antiquis ortus *Laudatur* Quinctil. 3, 8. *Sed non inueniebam.* Catull. 67, 64 Me Sidus in antiquis Diua nouum poſuit, *i. in iis, quae olim fuere.* Stirps antiqua Virg. Aen. 1, 626. ¶ 2 Antiqui *dicuntur grandaeui.* Auus antiquus Tibull. 1, 1, 36. Iupiter Prop. 2, 30, 28. *et* 4, 4, 2. Senectus antiquior Hieron. Epiſt. ad Paull. Concord. *Conf.* Vulgat. Iob 33, 6. Eumenidum antiquiſſima Stat. Theb 7, 477. *Add. Barth. Commentar. it.* Aduerſ. 50, 12. ¶ 3 *Cum laudare ſoleant homines ſuperiora ac praeterita, hinc factum, vt* Antiquus *etiam ſaepe ad laudem ſinceritatis, candoris, honeſtatisque adeo vniverſae referatur, v. g.* Cic. pro Quint. 56 Quid tum? tu aliquem patronum inuenies hominem antiqui officii, qui ſplendorem noſtrum et gratiam negligat? Idem pro Roſc. Amer. c. 10 In qua muliere etiam nunc, quaſi exempli cauſa, veſtigia antiqui officii remanent. *Vt quaſi teſtimonio ſit, olim fuiſſe homines tanto officio et probitate praeditos* Vir antiquus et grauis Pompeii partes laudaret magis, prudens ſequeretur Caeſaris Vell. 2, 49, 4. Quod ſcribis, aſperius me, quam mei patiantur mores, ſcripſiſſe, vide quam ſim antiquorum hominum Cic. Att. 9, 15. *Ita etiam* Antiqua Sen. de Benef. 3, 16 *vocatur mulier probitatis ſtudioſa, non cultus.* Cic. pro Roſc. Amer. 26 Homines antiqui, qui ex ſua natura caeteros fingerent, *vbi ſimul aliquam ſtultitiae et nimiae ſimplicitatis accuſationem continet, vt* ἀρχαῖος. *In laude etiam dicitur,* Homo antiqua virtute ac fide Ter. Adelph. 3, 3, 89. Plaut Capt. 1, 2, 20 Ille demum antiquis eſt adoleſcens moribus. Moribus antiquis res ſtat Romana viriſque Enn. *ap.* Cic. Fragm. l. 5 de Rep *Sic* Iam hoc ipſum pulchrum et antiquum, ſenatum nocte dimitti, tri duo vocari, triduo contineri Plin. Ep. 2, 11. *Sic* Virg. Georg. 2, 17 Res antiquae laudis et artis, *de agricultura.* ¶ 4 Antiquus *Qui verbis antiquis et priſcis vtitur. Dicitur et* Antiquarius. Cic. in Brut. 137 Fuerunt etiam in oratorum numero mediocrium L. et Sp Mummii fratres, quorum extant amborum orationes: ſimplex quidem Lucius et antiquus, Spurius autem, *etc. Sic* Laelius *dicitur* Vetuſtior in eodem Bruto, *vid.* Vetuſtus, *in* VETVS. ¶ 5 Antiquum Nobile. Virg. Aen. 1, 531 Terra, antiqua, potens armis. *Vbi* Seruius, Antiqua, *i.* Nobilis. *Nempe etiam hominum, quae vulgo vocatur nobilitas antiquitate generis fere conſtat.* ¶ 6 Antiquum *pro Caro.* Virg. Georg. 2, 209 Antiquaſque domus auium. *Vbi* Seru. Aut reuera antiquas, aut caras. *Ita etiam interpretatur illud Sinonis* Virg. Aen. 2, 137 Nec mihi iam patriam antiquam ſpes vlla videndi

*Turnebus*

*Turnebus vero exiſtimat, cum transfugam ſimulet, qui iam ſolum mutarit et patriam velut nouam nouasque ſedes exilio quaeſierit, eum appellare* patriam Antiquam, patriam Priſtinam, *cuius ſolum verterit, et cuius amiſerit ius. Sic Tyrus, Didûs* antiqua patria *dicitur* Virg. Aen. 4, 670. ¶ 7 *Ad locum priorem et honoratiorem ſignificandum adhibetur. Sic* Cic. Verr. 5, 36 c. 14 Antiquiorem ſententiae in ſenatu dicendae locum *dixit.* Gell. 5, 13 Antiquiorem locum hoſpiti tribuit, quam clienti. *Hinc ad praerogatiuam omnem denotandam ponunt, v. g.* Oportet antiquiorem mortem turpitudine haberi A. ad Herenn. 3 c. 3, *i. eligere ante turpitudinem, ei anteponere.* Cic. Att. 10, 8 Itaque qui nunquam id egit, vt Hiſpaniae per ſe tenerentur, naualis apparatus ei ſemper antiquiſſima cura fuit. *i. Potiſſima et cordi in primis fuit.* Nihil antiquius iudicare communi ſalute et libertate Cic. Fam. 10, 35. Nihil ſibi antiquius amicitia noſtra fuiſſe Cic. Att. 2, 22. Id. Fam. 11, 33 Nec habui quicquam antiquius, quam vt Panſam ſtatim conuenirem. Nihil antiquius vita exiſtimare, et omnia libertate poſteriora ducere Cic. Philipp. 13 c. 3. Longe antiquiſſimum ratus ſacra publica facere Liu. 1, 32. Cic. Att. 12, 22 Non poſſum commodius ſcribere, quam tu ſcribis. officium ſit nobis antiquiſſimum. De Tullia mea tibi antiquiſſimum eſſe video: idque ita vt ſit: te vehementer rogo. Cic. Att. 12, 5. *Et ad* Quint. Frat. 2, 1 Isque iudiciorum cauſam ſuſcepit, antiquiſſimamque ſe habiturum dixit. Cic. Att. 12, 19 *extr.* Me quidem id multo magis mouet, quod mihi eſt ſanctius et antiquius. Cic. de Inuent. 1, 69 Quid hunc tanta Thebanorum gloria, tam claro atque exornato tropaeo carius atque antiquius habere conuenit?

ANTIQVARIVS, a, um. Adi. [Vet. Gloſſ. φιλάρχαιος] *hoc nomine homines dicti ſunt, qui voces priſcas et iam diu deſitas curioſe conſectantur.* Nec quemquam adeo antiquarium puto, vt Caelium ex ea parte laudet, qua antiquus eſt Dial. de Cauſ. corr. Eloqu. 21, 9. Sueton. Aug. 86 Cacozelos et antiquarios, vt diuerſo genere vitioſos, pari faſtidio ſpreuit. Iuuen. Sat. 6, 454. Ignotosque mihi tenet antiquaria verſus. ¶ 2 *Sequiore aetate* Antiquarius *erat, qui Codices vetuſtos in vſum Bibliothecarum deſcriberet.* Auſon. Epiſt. 16 *pr.* Oblata per Antiquarios mora. *vid. quae hic viri docti* p. 630 *Toll. praeſertim* Sidon. Epiſt. 9 vlt. L. 10 C. de Prox. Sacror. Scrin. (12, 19) *et* L. 2 C. Theod. de Stud. liber. (14, 9) *ibique Iacobus Gothoſredus. Add.* Iſidor. 6, 14. Vet. Gl. Ἀρχαιογράφος, καλλιγράφος. *Guther. de Offic. Dom. Aug.* 3, 7. ¶ 3 *Hoc ſignificatu etiam Adiectiue* Hieron. ad Florent. Epiſt. 6. Habeo alumnos, qui antiquariae arti ſeruiunt.

ANTIQVE. Adu. Hor. Epiſt. 2, 1, 66 Nimis antique dicere. *Compar.* Tacit. de Germ. 5, 6 Simplicius et antiquius. *Superl.* Solin. c. 17 Titanas in ea antiquiſſime regnaſſe.

ANTIQVĬTAS. [παλαιότης] *Vetuſtas: res antiquae,* de antiquitate aliquid ab aliquo requirere Nep. 25, 20, 2. *i. de rebus antiquis interrogare.* Multae antiquitatis peritus Gell. 5, 12. *Varronis* Humanarum antiquitatum *libri citantur* a Plin. 13, 13. *Sic* Quinct. 10, 1, 95 Antiquitatis omnis peritiſſimus. *Et* 2, 5, 21 Antiquitatis admirator. Antiquitatis auctoritas. Quinctil. 1, 6, 39. *Et* 8, 3. 24 Antiquitas dat dignitatem verbis. Cic. de Fin. 1, 65 c. 20 Quod quam magnum ſit, fictae veterum fabulae declarant: in quibus tam multis, tamque variis ab vltima antiquitate repetitis, tria vix amicorum paria reperiuntur. Antiquitas generis Nep. 1, 1. Antiquitas generis ex clariſſimo municipio profecta Cic. pro Font. 31. Antiquitas, pro Ipſis antiquis. Plin. lib. 12 cap. 19 Cinnamomum et caſias fabuloſe narrauit antiquitas. *Adde* Curt. 7, 3, 22. Cic. de Diuin. 2 c. 33. *et* Tuſc. 1 cap. 12. ¶ 2 Antiquitas, *i. virtus antiqua* Salluſt. *apud* Seruium *ad* Georg. 2, 209 Tantum antiquitatis curaeque maioribus pro Italica gente fuit, *quam lectionem a correctoribus tuetur. vid. I. F. Gronou. ad* Liu. 1, 32 *pr.*

ANTIQVĬTVS. Adu. *Ab antiquo tempore.* Caeſ. B. Gall. 7, 32 Cum ſinguli magiſtratus antiquitus creari — conſueſſent. Bell. Gall. 2, 4 Rhenum Antiquitus transducti. *Et* 6, 4 Quorum antiquitus erat in fide ciuitas. Pondera fulgent antiquitus auri Sil. 11, 280. Antiquitus factitatum Plin. 18, 18. Quinctil. 1, 10, 12 Quum Pythagoras — acceptam ſine dubio antiquitus opinionem vulgauerit. *Et* ſ. 18 Sic inſtitui pueros antiquitus ſolitos eſſe demonſtrat. *Et* ſ. 30 Cum vero antiquitus vsque a Chirone et Achille ad noſtra tempora apud omnes — durauerit *int.* hoc ſtudium. Antiquitus inſtitutum Aurelius in princip. D. de Offic. Praef. Praetor. Percrebuerat antiquitus Plin. in Paneg. cap. 31. *Et* ibid. 82, 7 Video enim iam inde antiquitus maritos dearum, ac deorum liberos *etc.* Non adeo antiquitus placuit Plin. 2, 2.

ANTĪQVO, āre. [ἀπαρχαιόω, καταργέω,] *Abrogare, abolere, ſiue, vt Nonius interpretatur* 2, 67 Obſolefacere, et e memoria tollere: *vel vt* Feſtus, In antiquum morem reducere. *Vix aliter inuenies, quam in formula,* Antiquare legem. Legem vna plures tribus antiquarunt Liu. 5, 30. *Add.* 8, 37. *Et* 31, 6 Rogatio de bello Macedonico primis Comitiis, ab omnibus fere centuriis antiquata eſt. Cic. de Legib. 3, 38 c. 17 Vos item, vt video, legem antiquaſtis ſine tabella. Idem Att. 1, 13. Piſo — operam dat, vt ea rogatio, quam fert, et fert ex SCto, et de religione, antiquetur. *Et* 1, 14 Cum dies veniſſet rogationi ex SCto ferendae, concurſabant barbatuli iuuenes — et populum, vt antiquaret, rogabant. *Sic* Cic. Off. 2, 73 c. 21 Quum legem agrariam ferret, quam tamen antiquari facile paſſus eſt. Antiquatur ergo lex, *quum populus eam perferri non patitur, ſuffragiis improbans.* Abrogatur *autem* vetus lex, *quam antea latam populus ſuffragiis tollit. Tamen* Minucius *apud* Liu. 22, 31 Itaque plebiſcitum, quo oneratus magis quam honoratus ſum, primus antiquo (*quaſi re adhuc integra*) abrogoque, (*licet perlatum ſit*) *Nota antiquantis in tabella ſuffragii erat* A, *vt ſuo loco dictum.*

ANTIQVATIO, ōnis. f. *Abolitio, abrogatio. Laudatur ex Gell.* Facta mox eſt antiquatio legis. Cod. Th. 6 t. 56 l. 4. Infamiae abolitio et poenarum antiquatio.

ANTIQVATVS, a, um. Adi. *vt,* Antiquata lege Liu. 5, 55. Antiquorum antiquata dilectio Sidon. 5, 9.

ANTIRRHINVM, *vid.* ANARRHINVM.

ANTISCII, [Ἀντίσκιοι] Populi. Apud Meroën Aethiopiae partem, aequinoctiali circulo proximam, per nonaginta dies vmbrae noſtris in contrarium cadunt, vnde Antiſcios eius incolas vocant Ammian. 22, 15.

ANTISCORODON. [ἀντισκόροδον] *Herba ex generibus Allii, quae et* Vlpicum *et* Allium Cyprium *appellatur* Plin. 19, 6.

ANTISIGMA, *inter notas criticas eſt, conuerſum Sigma, quod illi litera C aſſimilabant, atque adeo Figura tali* Ↄ *Iſidorus Orig.* 1, 20 Ↄ Antiſigma ponitur ad eos verſus, quorum ordo permutandus eſt, ſicut et in antiquis auctoribus poſitum inuenitur. *Et mox* Ͽ Anteſigma cum puncto ponitur in iis locis, vbi in eodem ſenſu duplices verſus ſunt, et dubitatur, qui potius eligendus ſit.

ANTISMOS, i. *huc referebatur olim ex falſa lectione pro* Aſteiſmos *ex* Seru. ad Aen. 2, 547.

ANTISOPHISTA, ae. m. Quinctil. 11, 3, 127 Vrbaneque Virginius interrogauit de quodam ſuo Antiſophiſta, Quot millia paſſuum declamaſſet? *vid.* Suet. Tiber. 11 Moto inter Antiſophiſtas grauiori iurgio. *Et* de Illuſtr. Gram. 9 *de Orbilio,* Fuit autem naturae acerbae non modo in Antiſophiſtas, quos omni ſermone lacerauit, ſed etiam in diſcipulos.

ANTISPASTVS, i. m. [ἀντίσπαστος] *q. d. In contrarium diſtractus,* Pes conſtans prima et quarta breuibus, ſecunda et tertia longis: vt Ălēxăndĕr. Antiſpaſtum bene in clauſula poni *docet* Diomed. p. 467.

ANTISPASTICVS, a, um. Adi. *vt,* Antiſpaſticum metrum, Diomed. p. 505. *et* Victorin. p. 2533 *etc.*

ANTISPODA, *ſiue* ANTISPODIA, ἀντίσποδα *Dioſcoridi,* ἀντισπόδια *Galeno, vocantur a medicis omnia ea, quae eandem cum ſpodio habent facultatem, quaeque in ſpodii inopia, pro eo poſſunt ſupponi. Dioſc.* 5, 43. Plin. 34, 13 ſ. 35 Antiſpodon vocant cinerem fici arboris, vel caprifici, vel Myrti foliorum *etc.*

ANTISTASIS, [ἀντίστασις] *Schema,* cum idem verbum repetitur in contrario ſenſu: vt, *vna ſalus victis, nullam ſperare ſalutem.* Et, *Ex illo Corydon Corydon eſt tempore nobis.* Haec Latine dicitur Intentio Iul. Rufinian. p. 33. Quinctil. 7, 4, 12 *aliter accipit,* In comparatione malorum boni locum obtinet leuius: vt ſi Mancinus foedus Numantinum ſic defendat, quod periturus, niſi id factum eſſet, fuerit exercitus Romanus. Hoc genus ἀντίστασις Graece nominatur: comparatiuum noſtri vocant.

ANTISTES, ĭtis. c. [προστάτης] *Ab antiquo verbo* Antiſto, *pro* Anteſto, *quod caeteris* anteſtet, *id eſt antecellat, ſic vocantur primarii ſingulorum templorum ſacerdotes.* Liu. 1, 7 Potitii ab Euandro edocti, antiſtites ſacri eius per multas aetates fuerunt. *Loquitur de ſacris Herculis.* Cic. pro Domo ſua 2 Antiſtites deorum. Iouis antiſtites Nep. 6, 3, 3, *quos p. p.* ſacerdotes *appellat. De femina* Valer. 1, 1, 1 Ne deae vetuſtis ritibus perita deeſſet antiſtes. Cic. pro Domo ſua 104 c. 39. *Sic Pontifices alloquitur,* Hunccine vos, qui eſtis antiſtites cerimoniarum et ſacrorum, auctorem habetis et magiſtrum publicae religionis. Iuuen. 2, 113 Crine ſenex fanaticus albo Sacrorum antiſtes. ¶ 2 Antiſtes *dicitur, qui in re aliqua excellit, atque principatum tenet.* Seruius Sulpicius, *teſte* Quinctil. 11, 1, 69 Iuris antiſtes appellatus eſt. *Et* Plato, Sapientiae antiſtes Plin. 7, 30. Philoſophiae antiſtes Lactant. 3, 2. Antiſtes artis Cic. de Orat. 2, 202. Artium antiſtites Colum. 11, 1, 10 Antiſtites ſingulis dare, qui obſeruent et praecipiant Id. 3, 21, 6. *Add. quos laudat Barth. Adu.* 34, 6 *p.* 1554.

ANTISTITA, ae. Ouid. Met. 13, 410 — tractisque comis antiſtita Phoebi. Gell. 13, 20 Sacerdotes quoque feminas M. Cicero (Verr. 4, 99 c. 45) *Antiſtitas* dicit, non ſecundum grammaticam legem *Antiſtites.* Nam quum inſolentias verborum a veteribus dictorum plerumque reſpueret: huius tamen verbi in ea parte ſonitu delectatus, *Sacerdotes* inquit *Cereris, atque illius fani Antiſtitae. Sic* Ictaue barbarico Cybeles antiſtita buxo Virg. in Ciri 166.

ANTISTITIVM, i. n. [προστασία] *Excellentia, et quaſi* Antiſtitis *dignitas.* Mart. Capell. 2 Ante hanc quaedam auguſtioris vultus femina ac ſacro lumine aetherioque reſplendens venerabili antiſtitio praeminebat. — Huic Athanaſiae nomen fuit.

ANTISTATVS, ûs. m. Idem Tertull. Adu. Valent. c. 13 Angelorum comparaticius antiſtatus.

ANTISTO, *vid.* ANTESTO.

ANTISTOECHON. n. [ἀντίστοιχον] *Figura eſt, quum litera* (στοιχεῖον) *ponitur pro litera. vt,* Magalia *pro* Magaria; Sella *pro* Seda; *et* Melitor *pro* Meditor. *vid.* Seru. ad Aen. 1, 425.

ANTISTRĔPHON, ontis. n. [ἀντιστρέφον] *Argumentationis genus, quod* Reciprocum *Latine dicitur auctore* Gellio 5, 10 *et* 11, *qui ita deſcribit,* quum argumentum propoſitum referri contra conuertique in eum poteſt, a quo dictum eſt; et vtrumque pariter valet: quale eſt peruulgatum illud, quo Protagoram Sophiſtarum acerrimum vſum eſſe ferunt aduerſus Euathlum Diſcipulum ſuum *etc. Deinde* c. 11 *refert illud Bianteum de vxore turpi* κοινῇ, *aut pulchra* ποινῇ *a quibusdam pro* Antiſtrephonte *habitum, ſed male. Exemplum optimum peti poteſt ex* Cic. Verr. 4 c. 98 Annona pretium niſi in calamitate fructuum non habet. Si autem vbertas in percipiendis fructibus fuit, conſequitur vilitas in vendendis. *Poteſt enim conuerti, Si calamitas fructuum eſt, eo carius venduntur: Si eſt vilitas annonae, eo maior eſt copia.*

ANTISTRŎPHE, es. f. [ἀντιστροφὴ] *Latine* Conuerſio: *ſpecies eſt repetitionis, Epanaphorae contraria, quum* in eandem partem *orationis ſaepius* deſinitur. Cuiusmodi eſt hoc pro Fonteio, Frumenti maximus numerus e Gallia, peditatus ampliſſimae copiae e Gallia, equites numero plurimi e Gallia. Aquila Romanus de Figuris ſent. *p.* 20 *Pith. Conf.* Mart. Capell. p. 175.

ANTITHEI. [Ἀντίθεοι] *Quidam mali dei, quos a Magis confingi ait* Arnob. 4 p. 134 Si magi, haruſpicum fratres ſuis in accitionibus memorant Antitheos ſaepius obrepere pro accitis. Eſſe autem hos quosdam materiis ex craſſioribus ſpiritus, qui deos ſe fingant, neſciosque mendaciis et ſimulationibus ludant *etc.* Lactant. 2, 9, 19 Antitheum *dicit, quem* ſ. 11 Aemulum Dei *vocauerat, principium illud mali.*

ANTITHĔSIS, is. f. [ἀντίθεσις] Iſidoro 1, 34 *finiente eſt* contraria poſitio literae pro alia litera: *impete* pro *impetu,* et *olli* pro *illi.* ¶ 2 Iulio Rufiniano de Schematis Lexeos p. 31 eſt, cum verbum verbo pari poteſtate per contrarium redditur, vt, *Seque nouo veterum deceptum errore locorum* (Aen. 3, 181) Et, *Voluitur ille vomens calidum de pectore flumen Frigidus* (9, 414) Latine Contrarium vel oppoſitio poteſt dici. *Idem vocatur*

ANTITHĔTON, i. n. [ἀντίθετον] *Oppoſitum, ſiue expreſſius Contrapoſitum, vt* Ouid. Met. 1, 19 Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis. Perſ. Sat. 1, 86 — crimina raſis Librat in antithetis. Cic. in Orat. 166 c. 50 Semper haec, quae Graeci antitheta nominant, quum contrariis opponuntur contraria, numerum oratorum neceſſitate ipſa efficiunt. *Vid.* Rutil. Lup. de Fig. ſent. 2 p. 11 *vbi plura* Antitheti genera enarrat. *Item* Aquila Rom. p. 18. *Add.* Iſidor. 1, 25 *et* Mart. Capell. 5 p. 175.

ANTIVM. *Oppidum vetus in Latio iuxta mare. Erat ibi templum Fortunae.* Hor. Carm. 1, 35, 1 O diua, gratum quae regis Antium. *Huius oppidi nauium roſtris ſuggeſtus in foro Romano adornatus, templumque* Roſtra *appellatum* Liu. 8, 14.

ANTIAS, ātis. *Qui Antii natus eſt, vt ille laudatus ſaepe* Liuio Valerius. *v. g.* Antiates *populus Antii v. g.* Liu. 6, 33 *et ſaepe.* Gruterus 72, 3 *et* Gudius 49, 9 *exhibent* Inſcriptiones FORTVNIS ANTIATIBVS.

ANTIATINAE Fortunae *apud* Sueton. Calig. 57 monuerunt *Caligulam,* vt a Caſſio caueret.

ANTIVS, a, um. *Romanae gentis nomen, vt* Antia Lex, *de qua* Macrob. Sat. 2, 13 Deinde alia lex peruenit ad populum ferente Antio Reſtione *etc.* Gell. 2, 24 Lex deinde Antia praeter ſumtum aeris id etiam ſanxit, vt qui magiſtratus eſſet, magiſtratumue capturus eſſet, ne quo ad coenam, niſi ad certas perſonas, itaret.

ANTIZEVGMĔNON, i. n. [ἀντιζευγμένον] *Figura, qua* plura *diverſa* in vno *membro* coniungimus, *vt eſt, Quorum ordo ab humili fortuna, ſordida, turpi ratione abhorret.* Hoc enim poſtremum *abhorret* praedicta coniungit Mart. Capell. lib. 5 p. 176. *vid.* DIAZEVGM.

ANTLIA, ae. [ἀντλία] *Machina ad hauriendam aquam excogitata.* Martial. 9, 14, 3 Curta laboratas antlia tollit aquas. Iſid. Gloſſ. Antlia, rota exhauritoria. In antliam condemnari Suet. Tiber. 51 *eſt ad exhauriendam ſentinam, vel aliam aquam damnari: de quo ſupplicii genere locus eſt apud Artemidor. Oneirocrit.* 1, 50. *De re ipſa conſule Lipſ. Elect.* 2, 15 *et Pithoeum Adu. ſubſec.* 2, 16. *vid.* ANCLA *ſupra.*

ANTLO, āre. *Haurire a Graeco* ἀντλῶ. *vid.* ANCLO, *it.* EXANTLO.

ANTŌNĪNVS, i. m. *Cognomen aliquot Romae Imperatorum, inter quos nemo ignorat* Pium *et adoptatum ab illo* Philoſophum. *Hic illud modo notamus, etiam* Commodo, Baſſano ſeu Caracallo, Diadumeno et Heliogabalo (*rectius* Elagabalo). Lucio Vero *etiam, et* Getae *tributum eſſe hoc nomen. vid. Spanh. de Vſu,* etc. *Num. Diſſ.* 12 p. 506. *Hinc*

ANTONINIANVS, a, um. *vt,* Thermae Antoninianae Eutrop. 8, 10. Sodales Capitol. in Marco 15.

ANTŌNIVS, a, um. *Gentis Romanae nomen nobiliſſimorum hominum ferax. Inde*

ANTONIASTER, tri. m. Dimin. *cum contemtu* Priſcianus p. 617 *ex* Cic. Orat. pro Var. *extr. Item*

ANTONIANVS, a, um. Cic. Fam. 12, 14 Antoniano latrocinio liberata Reſpub. Vellei. 2, 74, 3 Antonianae partes.

ANTONOMASIA. [ἀντωνομασία] *Figura,* quae fit, quoties pro nomine proprio id ponitur, quod poteſt eſſe cum proprio nomine, et epitheton dici, *vt* Saturnia, *pro* Iunone Virg. Aen. 1, 23. *vbi illam finitionem poſuit* Seruius. Quinctil. 8, 6, 29 Antonomaſia, quae aliquid pro nomine ponit: *vt,* Pelides, pro Achille. Poëtis quoque modo frequentiſſima, et per *epitheton,* quia detracto, eo cui apponitur, valet pro nomine *Tydides, Pelides:* et ex his, quae in quocunque ſunt *praecipua, Diuûm pater, atque hominum rex:* et ex *factis,* quibus perſona ſignatur, *Thalamo quae fixa reliquit Impius.* Id. 8, 6, 43 Neceſſe eſt ſemper, vt id, quod eſt appoſitum, ſi a proprio diuiſeris, per ſe ſignificet, et faciet Antonomaſiam. Nam ſi dicas, *Ille, qui Carthaginem et Numantiam euertit,* Antonomaſia eſt; ſi adieceris *Scipio,* Appoſitum.

ANTOR, ŏris. *Centauri nomen* Valer. Argon. 1, 146 *eſſe volunt: Sed ibi Burm.* Ardenti peragit Clanis Actora quercu.

ANTRAE, ārum. Conualles, vel Arborum interualla Feſtus. *Sed varia tentat Scaliger.* Gloſſ. Ancras, Ancrae, ἄγγεα, αὐλῶνες. Gloſſ. Iſidori Angrae, interualla arborum, vel Conualles. Gl. al. Auerca αὐλών, ὁ ϛενὸς τόπος καὶ ἐπιμήκης. *vbi etiam* Ancra *legi vult Scaliger. It.* Ancria, φάραγξ, vallis.

ANTRVM, i. n. [ἄντρον] *Cauerna.* Virg. Aen. 6, 42 Exciſum Euboicae latus ingens rupis in antrum. Mart. 13, 60 Gaudet in effoſſis habitare cuniculus antris. *Pro cauo arboris* Virg. Georg. 4, 44. — exeſaeque arboris antro. *De apibus repertis loquitur.* Narium antra Sidon. Epiſt. 1, 2. Palatii antra Id. 9, 13. Abdita antra Ouid. Met. 13, 47. Aonia Stat. Silu. 4, 6. Arnenoſum Prop. 4, 1, 99. *de oraculo Iouis Hammonis.* Caecum Lucan. 4, 301. Caſtalium Ouid. Met. 3, 14. Cauum Virg. Aen. 3, 641. Curuum Sil. 6, 149. Val. Flac. 3, 635 Dioneum Hor. Od. 2, 1, 39. *i. Veneri ſacrum.* Frigida Ouid. Met. 5, 349. Furtiua, *in quae furtim conuenitur* 3, 11, 33. Furua Ouid. Met. 5, 541. Gelida Virg. Georg. 4, 509. Hederoſum Prop. 4, 4, 3. Idaeum Prop. 2, 23, 95. Immania Virg. Aen. 6, 11. Infernum Propert. 3, 3, 65. Laboratum arte Ouid. Met. 3, 158. Laqueata pumice viuo Ouid. Faſt. 2, 315. Maenalium Virg. Copa v. 9. Metuendum *Caci* Prop. 4, 9, 9. Nemorale Ouid. Met. 3, 157. Nigrantia Claud. in Conſ. Prob. et Olyb. 42. Nigrum Sil. 6, 161. Non operoſa Prop. 3, 1, 52. Obſcura Ouid. Met. 4, 100. Odryſium Sidon. 23, 18. *de Orpheo.* Opaca Sen. Hippol. 539. Pangaeum Auien. Arat. *in Lyra* v. 5. 6. *de Orpheo.* Parthenia, *montis Parthenii* Prop. 1, 1, 11. Pendentia ſaxo Ouid. Met. 13, 810. Topho Ouid. Her. 15, 141. Pierium Hor. Od. 3, 4, 40. Iuuen. 7, 60. Rutil. Itin. 267. Propiora Manibus Ouid. Met. 2, 303. Rorantia fontibus Ouid. Met. 3, 177. Roſcida Prop. 2, 23, 28. Sacrum Prop. 4, 9, 33. Silueſtria Ouid. Met. 13, 47. Tepida Ibid. 2, 369. Vaſta Virg. Aen. 1, 56. *et* 3, 431. Vda Martial. 10, 35. Viride Virg. Ecl. 1, 76. Vitrea Ouid. Met. 5, 48. Nixus ad antra Phoebus Prop. 3, 2, 14. Occulit ſe antro Val. Flacc. 8, 315. Subire antra Ouid. Met. 1, 121. *et* 12, 417. Succedere antro Virg. Ecl. 5, 19. *Poëtarum ſeceſſus antra, vid. modo* Aonia, Caſtalium, Dioneum, Gelida, Maenalium, Odryſium, Pangaeum, Pierium *et Bentl. ad* Hor. 1, 32, 1 *vbi legit* Poſcimus, ſi quid vacui ſub antro *etc. al.* Vmbra. *Add.* Prop. 3, 1, 5. Chironis antrum Ouid. Met. 2, 630. *Nobilia etiam* Antra Cyclopum Id. Faſt. 4, 473. Sibyllae Id. Met. 14, 104 *etc.*

ANTRVO, āre. *In* Gloſſ. Vet. *redditur per* σπηλεῦσαι, *i. in antro ſiue ſpelunca verſari. Sed vid.* Feſtum, *vbi Dacerius pro* σπηλεῦσαι *legit* σπεῦσαι, *i. citato curſu ferri, motus edere, vt conueniat cum* AMTRVO *ſupra.*

## A N V

ANV̄BIS, is, et ĭdis. [Ἄνουβις] *Aegyptiorum deus, qui canino capite pingitur.* Hunc volunt eſſe Mercurium, quia nihil eſt cane ſagacius, *ait* Seruius ad illud Virg. Aen. 8, 698 Omnigenumque deûm monſtra, et latrator Anubis. Ouid. Amor. 2, 13, 11 Per tua ſacra precor, per Anubidis ora verendi. Propert. 3, 9, 41. *de Cleopatra pugnare contra Auguſtum auſa,* Auſa Ioui noſtro latrantem opponere Anubin. Cynocephalus *hinc vocatur, et* Caniformis. *v. v.*

ANVLVS. *vid.* ANNVLVS.

ĂNVS, ûs. f. [γραῦς] *Vetulam ſignificat.* Feſtus, Anus dicta eſt ab annorum multitudine: quoniam antiqui non geminabant conſonantes: vel quod iam ſit ſine ſenſu, qui Graece dicitur νοῦς. Cic. Tuſc. 1, 48 Quae eſt anus tam delira, quae timeat iſta? Ouid. Faſt. 3, 668 Pauper, ſed multae ſedulitatis anus. Anuis, *genitiuus antiquus pro* Anûs. Eius anuis cauſa Ter. Heaut. 2, 3, 46. Nonius 8, 91 *ex* Varronis Catone, vel de Liberis Educand. Eam nutricem oportet eſſe aduleſcentem. Anuis enim vt ſanguis deterior, ſic lac. *vid.* et Gell. 4, 16 *vbi* Nigidium et Varronem non aliter locutos eſſe et ſcripſiſſe, *compertum ſibi ait.* Annoſa anus Ouid. Faſt. 2, 571. Comis Id. Faſt. 3, 684. Cumaea, *i. Sibylla* Id. Faſt. 4, 158. Curua Ouid. de Arte Am. 1, 766. *Sed melius ibi legitur ab Heinſio* Cerua. Delira anus Cic. de Diuin. 2 c. 68. Dipſas, *i. ſitiens, bibula* Ouid. Am. 1, 8, 2. Grandaeua et defecta Sen. Herc. Oet. 1859. Petreia, *vid. h. v.* Tremens Ouid. Met. 8, 660. Viuax Id. Met. 13, 519. Anus, *plur.* Hor. Epod. 17, 60. *et* Serm. 1, 4, 38. ¶ 2 *Sumitur et adiectiue: vt,* Amphora anus Martial. 6, 27. Cerua Ouid. de Arte 1, 766. Charta Catull. 69, 45. *it.* Martial. 12, 4. *i. viuax, duratura.* Fama Idem 79, 10. *i. ſera apud poſteros.* Ficus anus Plin. 15, 19. Mentula Martial. 11, 47. Terra Idem 17, 5. Teſta Martial. 1, 106. *i. lagena vetus.* ¶ 3 *Tralate ſignificat Emaſculatum, deformem, inutilem, vt loquitur Barthius in Comm. ad* Claud. in Eutrop. 1, 9 *de Eutropio vetulo Eunucho ad Conſulatum praeter meritum euecto,* Trabeata per vrbes Oſtentatur anus, titulumque effeminat anni. *Et.* v. 240 *de eodem* Dedecus Eoum quoties intenta ſagittis, Et pharetra fulgens anus exercetur Amazon.

ANICV̆LA, ae. Dimin. [γραΐδιον] Cic. pro Flacc. c. 36 Aniculae minime ſuſpicioſae purgat ſe. Ter. Phorm. 1, 2, 48. *et* Andr. 1, 4, 4 *per contemtum dicitur, ſicut* Muliercula, Meretricula, Pauperculus, *quaſi* Anus abiectiſſima. *Sic* Aniculis fato fieri omnia videntur Cic. Nat. Deor. 1 c. 20. *Add.* Sen. Ep. 97.

ANICLA, ae. f. *pro* Anicula, Prudentius Periſt. 10, 149.

ANICELLA, ae. f. Aliud Dimin. *apud* Varr. de L. L. 8, 45 Cum ſit ab Anu Anicula, Anicella. *et* Sen. Epiſt. 77 *extr. Sed* Gron. Aniculam.

ANĪLIS, e. Adi. [γραϊκὸς] *vt* Anilis aetas Columel. 2, 1, 2. *de terra.* Animi anilis ſuperſtitionem putant Cic. Diuin. 2, 125 c. 60. Curae aniles Virg. Aen. 9, 489. Fabulae Quinctil. 1, 8, 19. Hor. Serm. 2, 6, 77 Fabellas aniles ex re garrit, *de fabulis Aeſopiis.* Ineptiae Cic. Tuſc. 1 c. 39. Paſſus Ouid. Met. 14, 533. *i. tremuli etc.* Queſtus Id. Met. 9, 276. Rugae Id. ibid. 14, 96. Superſtitiones Cic. de Nat. Deor. 2, 70 c. 28. Studium Virg. Aen. 4, 641 — illa gradum ſtudio properabat anili.

ANILĬTAS, ātis. f. [τὸ γραϊκὸν] *Senectus. vt* Catull. 62, 102 Vsque dum tremulum mouens Cana tempus anilitas Omnia omnibus annuit. Apul. de Mundo p. 67, 39 Terram — nec ſaeculis anilitat excuſſam. *i. effoetam. In* Gloſſ. Iſidori Anilia *eſt* Amentia, fatuitas *Malim ibi* Anilitatem *eſſe* Anuum delirium.

ANĬTAS, ātis. f. *Idem* Gloſſ. Gr. Lat. γραότης, Anitas.

ANEO, ēre. *Vetulam fieri.* Philox. Gloſſ. et Flau. Caper de Orthogr. pr.

ANESCO, ĕre. Caper ibid.

ANILĬTOR, āri. *Idem* Apul. de Mundo, p. 67, 39 Elmenh Videas — terram — nec occaſibus fatigari, nec ſaeculis anilitari.

ANILĬTER. Adu. [γραϊκῶς] Cic. de Nat. Deor. 3, 92 Neque id dicitis ſuperſtitioſe atque aniliter: ſed phyſica, conſtantique ratione *i. Secundum aniles ſuperſtitiones.*

ANICVLARIS, e. [ἀρχαῖος] *Idem quod Anilis.* Auguſtinus Quum haec loquor, anicularia tibi videntur haec verba.

ANICVLOSVS, a, um. *Idem in Cathol. Io. de Ianua.*

ĀNVS, i. m. [πρωκτὸς] *Eſt exitus ſiue foramen, per quod euacuatur aluus: alio nomine podex.* Cic. Fam. 9, 22 Anum appellas alieno nomine: cur non ſuo potius? *Illud* ſuum *et proprium nomen videtur* podex *quod* εὐθυρρήμων *Horatius declarat.* Celſ. 7, 30 Ne anus ipſe ſuppuret *Caſus* Ani *eſt* Scribon. Comp. 220. Ano c. 118, 227.

ANITERGIVM, i. n. P. Damian. Epiſt. 1, 9.

## A N X

ANXIVS, a, um. [περιαλγὴς] *ab* Ango, is; *pro ſolicito aut moeſto fere accipitur. Proprie tamen quid ſit,* Cic. Tuſc. 4, 27 c. 12 *oſtendit,* Vt ſunt alii ad alios morbos procliuiores: itaque dicimus grauedinoſos quoſdam, quoſdam torminoſos: non quia iam ſint, ſed quia ſaepe. Sic alii ad metum, alii ad aliam perturbationem: ex quo in aliis anxietas, vnde anxii, in aliis iracundia efficitur, quae ab ira differt: eſtque aliud iracundum eſſe, aliud iratum: vt differt Anxietas ab Angore. Neque enim omnes Anxii, qui anguntur aliquando, nec qui Anxii, ſemper anguntur: vt inter ebrietatem et ebrioſitatem intereſt; aliudque eſt amatorem eſſe, aliud amantem. Anxiae aegritudines et acerbae Cic. Tuſc. 4, 34. Anxio animo eſſe Id. de Fin. 2, 55 c. 17 Anxius de inſtantibus curis Curt. 3, 3, 2. Anxius ſum de aliqua re Quinctil. 5, 10, 75. *et* 11, 1, 50. Anxia cura, *Quae nos facit anxios* Plin. 6, 8. Oratio, *i. Curioſius elaborata* Gell. 15, 7. Senes Cic. de Senect. 65 c. 18. Solicitudines Quinct. 12, 11, 18. Timor anxius angit ſollicitam Virg. 9, 89. *vbi* Seruius, Aut perpetuum eſt timoris epitheton, aut verum certe timorem voluit ſignificare, vt ſepararet ab eo, qui ex cupiditate naſcitur proſperorum. Anxius, *cum gen.* Plin. 15, 18 Nepotumque ſecuritatis anxius. *i. de ſuorum nepotum ſecuritate ſolicitus.* Silius . . . Anxia fati. Ouid. Met. 1, 623 *de Iunone Zelotypa,* Timuitque Iouem, et fuit anxia furti. *i. fuit ſolicita, ne ſibi furto auferretur vacca donata: vel etiam furtum aliquod Venereum metuit.* Idem Epiſt. 20, 198 Anxia ſunt vitae pectora noſtra tuae. *i. de tua vita ſolicitus eſt meus animus.* Paullinus Nat. 6 Numos miſerat in ſacram, nil anxia corporis, arcam. Anxius gloriae alterius Liu. 25, . . Ouid. ad Liviam 398 Tu quibus auditis anxia mentis eras. *Sic* Anxius animi Sall. Iug. 55, 4. Anxia potentiae Tacit. Ann. 4, 8. *Et* Ann. 2, 75 Anxia ſui. Anxius, *cum accuſ.* Liu. 8, 35 Stupentes Tribunos, et ſuam iam vicem magis anxios, quam eius cui auxilium ab ſe petebatur, liberauit onere conſenſus populi Romani. Anxius, *cum abl.* vt Anxius curis Liu. 27, . . Sall. Iug. 70, 5 Timore ſocii anxius. Ouid. Met 9, 275 Longis anxia curis. Lucan. 7, 20 Anxia venturis. Id. 8 592 Stetit anxia claſſis ad ducis euentum. Hirt. de B. Afr. 5, 71 Mirifice hoſtium leuis armatura anxium ac ſolicitum habebat exercitum noſtrum.

ANXIE. Adu. [περιαλγῶς] *Solicite, curioſe, et cum anxietate.* Salluſt. in Iugurth. 82 Neque tam anxie laturum fuiſſe. Plin. 11, 5 Ne in ſe quisque et auguria anxie quaerat. *Conf.* Iuſtin. 1, 4, 11 Puerum (*Cyrum*) defert ad ſtabula, eadem cane anxie proſequente. Vitam anxie doctus. *vid.* Doctus, in DOCEO. Macrob. Saturn. 6, 7 Dica

volo

volo, quid ſit, quod quum Virgilius anxie ſemper diligens fuerit in verbis pro cauſae merito vel atrocitate ponendis, incurioſe et abiecte, *etc.*

ANXIĔTAS, ātis. f. [ἄλη] Plin. 7, 53 Quem euenti anxietate diximus mortuum. Iuuen. Sat. 13, 211 Perpetua anxietas. Anxietas animi Ouid. *ex* Pont. 1, 5, 8. *vid. locum* Cic. *in* ANXIVS.

ANXITVDO, inis. [ἀδημονία] *pro* Anxietate. Cic. 2. de Repub. Quartaque anxitudo, prona ad luctum, et moerens, ſemperque ipſe ſe ſolicitans. Accius Armorum iudicio, Vbi cura eſt, ibi anxitudo. *Haec et plura* Nonius 2, 32. Paul. Nolan. Ep. 14 Ed. Pariſ. n. 3. *Scribitur et* anxietudo.

ANXĬFER. Adi. [ἀλγηφόρος] Poët. *quaſi Ferens, ſiue Afferens anxietatem*. Cic. Tuſc. 2, 21 ex Sophoclis Trachiniis, Nunc nunc dolorum anxiferi torquent vertices. Item de Diuin. 1, 22 *ex ſuis de Conſulatu carminibus,* Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas,

ANXIO, āre. *pro Angere, Anxietatem adferre.* Apul. Met. 4 p. 155, 14 Ridere, — triſtitie animi — anxiatum iri praedicant. *Conf.* Vulg. Pſ. 60, 3. *et* 142, 4.

ANXIŌSVS, a, um. Cael. Aurel. Tard. 5, 7 Quod eſt dormituris anxioſum.

ANXVR, ŭris. *tam* m. *quam* n. *Vrbs eſt Italiae, quam poſtea Tarracinam dixere, vel Terracinam.* Martial. 5, 1 Siue ſalutiferis candidus Anxur aquis. Candidus, *a candore ſaxorum, inquit Domitius.* Hor. Serm. 1, 5, 26 Impoſitum ſaxis late candentibus Anxur. Mons (*inquit Porphyrio*) in quo Tarracina conſtituta erat, ſaxa habet calci coquendae aptiſſima: ergo a calce videtur candida dixiſſe. Plin. 3, 5 Tarracina oppidum, lingua Volſcorum Anxur dictum. Seruius in Aen. 7, 799 Circa hunc tractum Campaniae colebatur puer Iupiter, qui Anxurus dicebatur, quaſi ἄνευ ξυρῦ, id eſt, Sine nouacula, quia barbam nunquam raſiſſet: et Iuno virgo, quae Feronia dicebatur. Eſt autem fons in Campania iuxta Tarracinam, quae aliquando Anxur dicta eſt. *Haec ille Scaliger ad* Feſtum *monet in vet. Ed. Hor. l. c. eſſe* Axur, *pro* Anxur, *quae lectio ipſi placet. Nam, inquit, certiſſimum eſt ex Seruio, veteres ita dixiſſe ob Iouem imberbem, ſiue ἄξυρον, qui ibi colebatur: et in numo argenteo Panſae, ab vno latere* IOVIS AXVR. VIBIVS C. F. C. N. *ab altero* PANSA. *Quare et pro*

ANXVRVS, i. m. *Quod Iouis eſt Epitheton* Virg. Aen. 3, 799 Circaeumque iugum queis Iupiter Anxurus aruis Praeſidet. Axurus *dicere nos iubet ad illum locum Cerda. Nota,* Axurum *non modo* imberbem *eſſe, ſed etiam* intonſum. *Certe barbatum Iouem repraeſentat numiſma quoddam, cui inſcriptum* IOVIS AXVR, *vnde Conſtant. Landus* p. 83 *numiſm. Seruium hic deceptum ſuſpicatur. De varietate MSS. circa has voces, vid. Drakenb. ad* Sil. 8, 392. *Hoc apparet, vrbem, montem, fontem* Anxur *eſſe in libris conſtanter; Iouem melius dici* Axurum.

## A N Y

ANYPARXIA, ae. f. [ἀνυπαρξία] *Facultatum abſentia, opum defectus. Ita ex MSS. elicit Opſopaeus apud* Sen. Epiſt. 87 *et ita dedit Gron.* Paupertas eſt non quae pauca poſſidet, ſed quae multa non poſſidet. Ita non ab eo dicitur, quod habet, ſed ab eo, quod ei deeſt. Facilius quod volo exprimerem, ſi Latinum verbum eſſet, quo ἀνυπαρξία ſignificatur.

## A O

A. O. Amico Optimo, *vel* Alii Omnes: *Sed* AO Auro, *vt* Ao. P. Auro Parato, Probo, Populi *etc.* A. O. F. C. Amico Optimo Faciendum Curauit. *Sertor. Vrſ.*

## A O N

ĀON, ŏnis. m. *Neptuni filius, pater Dymantis, a quo, vt ait* Lutatius *ad* Stat. Theb. 1, 34. *et* Achil. 1, 19 *dicti*

AŎNES, *Poſteri ipſius in Aonia. Eſt vero etiam Adiectiuum* Virg. Ecl. 6, 65 Aonas in montes, *i. Heliconem, vt interpretatur* Seruius.

AONIA. [Ἀονία] *Pars montana Boeotiae, in qua et fons Aganippe, Muſis dicatus, ipſeque adeo Helicon.*

AONIVS, a, um. [Ἀόνιος] *Boeotius, ſed fere cum reſpectu ad Muſas, quamquam non ſemper. v. g.* Ouid. Faſt. 3, 456 Cum leuis Aonias vngula fodit aquas. Camena Ouid. Faſt. 4, 245. Aonii cantus Stat. Silu. 5, 3, 92. *vid. Barth.* Deus Aonius Ouid. de Arte Am. 1, 312. *et* 2, 380. *Bacchus Thebanus ex Semele.* Lyra Aonia Ouid. Amor. 1, 1, 12 *qua Apollo inter Muſas vtitur.* Nemus Stat. Achil. 1, 9. Sorores, *i. Muſae* Ouid. Tr. 4, 10, 39. Thebae Id. Met. 7, 763. Specus Catull. 52, 28. Vertex, *i. Helicon* Virg. Georg. 3, 11. Vndae, *i. Boeotium mare* Ouid. Met. 12, 24. Vrbes Aoniae Id. Met 3, 339.

AŎNĬDES, um, *a Singulari* AONIS. f. Iuuenal. 7, 59 Fontes Aonidum, *i. Muſarum.* ¶ 2 *Sed* Stat. Theb. 2, 697 Quisquis es Aonidum, *i. Thebanorum, qui principes Boëotiae. Barthius ex libro antiquo praefert* AONIDE, *vocandi caſu ſingularis numeri. Sic apud ipſum* Stat. Theb. 9, 95 *Aonides eſt Eteocles Thebanus.*

## A O R

AŎRĀTVS, i. m. [Ἀόρατος] *i. Inuiſibilis: Aeon haereticorum.* Tertull. contra Val. cap. 35.

AORNOS. [Ἄορνος πέτρα] *Petra apud Indos praeceps ob admirandam altitudinem; quaſi ipſis etiam auibus inacceſſa. Vid.* Curt. 8, 11. ¶ 2 Aornos, Locus in Epiro, *ita dictus a* peſtifera auibus exhalatione Plin. 4, 1. ¶ 3 *Hoc etiam nomine dictus fuit Lacus inter Puteolos et Baias, qui poſtea* Auernus *eſt appellatus,* Virg. Aen. 6, 242. *vid infra* AVERNVS.

## A P

A. P. Actio Publica: Ad Pedes: Aedilicia Poteſtate: Amicus *vel* Amico poſuit. A Pontifice, Praetore, Publico, Pupillo: Auro Poſito, Publico. AP. Apud, Appius. AP. A. L. M. Apud Agrum Locum Monumenti. AP. F. A. N. Appii Filius, Auli Nepos *etc.* AP. IVD. Apud Iudicem. AP. N. Appellatum Nomine. A. P. M. Ala Prima Macedonica. A. P. P. V. F. Ad Populum Plebem Ve Ferant. A. P. PO. Apud Praefectum Praetorio. A. P. Q. Ad Pedes Quinque: Auli Publii Quincti. A. P. R. A Populo Romano. A. P. R. C. Anno Poſt Romam Conditam. A. P. T. Amico Poſuit Titulum. A. P. V. C. Anno Poſt Vrbem Conditam. A. P. XII. Ad Pedes XII.

## A P A

APĂGE. [ἄπαγε] *Tractum a verbo Graeco,* ἀπάγω, *quaſi dicas* Abduc, Aufer! *vox faſtidientis, deteſtantis, amolientis.* Plaut. Amph. 1, 1, 154 MER. Quisquis homo huc profecto venerit pugnos edet. S. Apage, non placet me hoc noctis eſſe, coenaui modo: Proin tu iſtam coenam, ſi ſapis, largire eſurientibus. Apage te a dorſo meo Plaut. Caſin. 2, 8, 22. *i. Te remoue vel procul eſto.* Apage illum a me Idem Caſ. 2, 8, 23. *Add.* Id. Epid. 5, 2, 8. Apage te Ter. Eun. 5, 2, 65 *ſubaud.* A me. *i. Hinc, vel a me recede.* Vatin. ap. Cic. Fam. 5, 10 Apage te cum noſtro Sexto Seruilio. Apage iſtiusmodi ſalutem, cum cruciatu quae aduenit Plaut. Merc. 1, 2, 33. Apage, apage te a me Plaut. Moſtel. 3, 2, 8. Apage a me, apage Plaut. Bacch. 1, 1, 40.

APAGĔSIS. *h. e. Apage ſi vis: ita dicitur, vt* Videſis, Caueſis, *et alia verba eiusmodi.* Ter. Eun. 4, 6, 19 Num formidoloſus obſecro es mi homo? C. Apageſis, ego formidoloſus? Cic. Tuſc. 2, 42 De exercitatione et conſuetudine et commentatione dixi. Apageſis, nunc de ratione videamus. *Quaſi dicat, Faceſſant iſta. Sic legebant olim et interpretabantur. Sed nunc editur* Age ſis. *Illud* Apageſis *firmat obſervationem Gebhardi, qui in quatuor Palatinis MSS. inuentum a ſe ait* Age ſis. *Nempe etiam Graeci* Ἄγαγε *pro* Ἄγε. Plaut. Poen. 1, 2, 15 Apageſis! Negotii quantum in muliere vna eſt.

APALA. [ἁπαλά] *i. mollia* Oua, *apud* Apic. 7, 17. *et* Scrib. Larg. Comp. 104. Celſ. 4, 3. Cael. Aurel. Tard. 4, 3. Plin. Valer. 5, 3. Marc. Empir. Statim dare debes lentem et betam coctam vel alicam vel oua apala. *Sunt autem* ἁπαλὰ *ſiue* mollia oua *non ſimpliciter* ſorbilia, *ſed mediae conſiſtentiae inter haec et* dura: *quod docet* Rhodius *ad* Scribon. l. c. *Obſerua etiam, ſcribi in quibusdam libris melius, non neglecta adſpiratione* Hapala. *Hinc putamus, poſt alios, eſſe*

APALARE. *Sic quidem legendum videtur in* Gloſſ. Iſid. *vbi editur* Applare cochlear. *Sic certe Salmaſ. ad* Trebell. Claud. c. 17 p. 401, 6: *qui etiam* Auſonio *reſtituit, apud quem* Epiſt. 21 p. 662 *ſic nunc legitur,* Iam patinas implebo meas, vt parcior ille Maiorum menſis applaria ſuccus inundet. *De garo ſociorum ſermo eſt. Videtur ergo* Apalare *vaſculum, in quo* oua apala *ſiue* hapala *temperantur* liquamine *ſ.* garo. *Ponamus verba* Apicii 7, 17 In ouis apalis piper, Liguſticum, nucleos infuſos: ſuffundes mel, acetum; liquamine temperabis. *Hinc forte etiam emendandum* Gloſſarium S. Germani *apud Scaligerum, ad* Auſonii l. c. Appia εἶδος σκεύης. *Ipſe quidem vult* Appla, *et inde format* Applar. *Sed ſi de ouis hapalis cogitaſſet, ipſe praelaturus videtur fuiſſe* Apalar, *quod eſt* apalare *ſ.* hapalare.

APALAESTI. [ἀπάλαιστοι] Qui palaeſtram, *i. decentiam illam, qua ſtatus, motus, flexusque corporis, omnesque omnino habitus venuſtatem quandam leporemque habent, in pueritia non didicerunt.* Cic. in Orat. 229 c. 68 Itaque qualis eorum motus, quos Apalaeſtos (*Gronou.* ἀπαλαίστους) Graeci vocant, talis horum mihi videtur oratio, qui non claudunt numeris ſententias, *vid.* Quinctil. 9, 4, 56 Sicut etiam eos, quos palaeſtritas eſſe nolumus, tamen eſſe nolumus eos, qui dicuntur ἀπάλαιστοι. *Ita legendum pro vulgato* ἀπάλαιστροι, *ad h. l. monuimus. Niſi tamen auctoritate bona confirmari poteſt, quod quidam diſcrimen faciunt inter* ἀπάλαιστον, inuictum, *et* ἀπάλαιστρον palaeſtrae expertem.

APARCTIAS. [Ἀπαρκτίας] *Ventus ab* Arcto *flans, h. e. a Septentrione.* Plin. 2, 47. Gell. 2, 22. Apul. de Mundo p. 241.

APARINE, es, *vel* ae. [Ἀπαρίνη] *Herba, quam ſic deſcribit* Plin. 27, 5 ſ. 15 Aparinen aliqui omphacocarpon, alii philanthropon vocant, ramoſam, hirſutam, quinis ſenisue in orbem circa ramos foliis per interualla. Semen rotundum, durum, concauum, ſubdulce. Naſcitur in frumentario agro *etc.*

APĂTHES. [ἀπαθής] *Latine dicitur, ſine affectionibus, qui ab omni perturbatione animi liber eſt* Plin. 7, 19 Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam, toruitatemque naturae duram et inflexibilem, affectusque humanos adimit, quales apathes [ἀπαθεῖς *Hard.*] Graeci vocant, multos eius generis experti.

APĂTHĪA, ae. f. [ἀπάθεια] *Dicitur Vitium illud potius quam virtus, quo immobiles et intrepidos ſe ad omnia praebent homines.* Gell. 19, 12 Sic iſti apathiae ſectatores, qui videri ſe eſſe tranquillos, et intrepidos, et immobiles volunt, dum nihil cupiunt, nihil dolent, nihil iraſcuntur: omnibus vehementioribus animi officiis amputatis, in torpore ignauae, et quaſi eneruatae vitae conſeneſcunt. Torpore, *inquam, non corpore quod libros obſedit. Videre olim viri docti, et dixerat ſupra,* Langueret animus et torperet affectionum quarundam adminiculis priuatus. Seneca *reddit* Impatientiam Epiſt. 9.

APATOR, oris. m. [ἀπάτωρ] *Sine patre.* Tertull. de Praeſcript. cap. 53 de Melchis. *quo nomine a Poëtis Vulcanus dicitur, quem illi fingunt a Iunone ſine patre eſſe editum. Dicuntur etiam Apatores, qui incerto patre nati ſunt, quos Latini* Spurios *vocant. Vid.* Plutarch. in Problem. et §. 12. Inſtit. de Nupt. Ἀπάτορες quaſi ſine patre filii.

## A P E

APE, apud antiquos dicebatur Prohibe, compeſce. Feſtus. Ape κώλυσον, Gloſſ. *it.* Apet ὑποσβεῖ.

APELIŌTES, *vel* APHELIOTES, ae. m. [Ἀπηλιώτης] *Nomen venti.* Plin. 2, 7 Ab Oriente aequinoctiali, Subſolanus, ab Oriente brumali, Vulturnus: illum Apelioten, hunc Graeci Euron appellant. Catull. ad Furium 26, 3 Nec ſaeui Boreae, aut Apeliotae. Gell. 2, 22. Sen. Natur. Quaeſt. 5, 16.

APELLA, ae. m. *Nomen fictum putabant quidam ab A priu. et* Pellis, *ac ſignificare adeo* verpum, λειπόδερμον, circumciſum. *Fundus eſt* Horat. Serm. 1, 5, 100 — credat Iudaeus Apella. Alcim. Auit. 5, 361 *hoc videtur arripuiſſe ab Horatio, cum poſuit:* Iam prope centenum compleuerat aduena luſtrum In regnis Aegypte tuis Iudaeus Apella, *vbi inſuper cum honore ponit. Interim de* Horatio *res vehementer dubia, propter inſolentiam compoſitionis et primam ſyllabam correptam. Et nomen peregrinum* ἀπελλῆς, *ſeruile Romanis fuit. Hinc* Cic. Fam. 7, 25, 4 Ne Apellae quidem liberto tuo dixeris. *Conf.* Idem 10, 17, 5. *et* Att. 12, 19. *Videtur ergo rectius* Apella *nomen proprium ſtatui, quo notus Horatii tempore Iudaeus quidam Romae fuerit. Nam Graecis nominibus etiam tunc nuncupatos Iudaeos bene notum eſt. Vid. Salmaſ. Offileg. L. Helleniſt. p. 384. et ad Hor. Lambin. atque Xylandr.*

APELLES, is. [Ἀπελλῆς] *Pictor eximius, patria Cous, teſte* Quinctil. 12, 10, 6 Ingenio et gratia, quam in ſe maxime iactabat,

 prae-

praeſtantiſſimus. *Nempe, vt ait* Plin. 35, 10 ſ. 36 Praecipua Apellis in arte venuſtas fuit, cum eadem aetate maximi pictores eſſent, quorum opera cum admiraretur, collaudatis omnibus, deeſſe illis vnam illam Venerem dicebat, quam Graeci Charita vocant: caetera omnia contigiſſe, ſed hac ſola ſibi neminem parem. Omnes prius genitos futurosque poſtea ſuperauit, et picturae plura ſolus prope, quam caeteri omnes contulit, voluminibus etiam ad Perſeum diſcipulum ſuum editis, quae doctrinam eam continerent. Is moriens Venerem reliquit, quam nemo auſus eſt perficere. *De hac* Ouid. Art. 3, 401 Si Venerem Cous nusquam poſuiſſet Apelles Merſa ſub aequoreis illa lateret Aquis. *Meminit* et Cic. Fam. 1, 9. Horat. Epiſt. 2, 1, 238.

APELLĒVS. Adi. [Ἀπέλλειος] *Vt*, Apelleo colore ſignatus Stat. Silu. 5, 1, 5.

APELLINEM antiqui dicebant pro Apollinem. Feſtus.

APENNĪNVS, *prima producta etiam non geminato p, quod ſit in quibusdam libris.* [Ἀπέννινον ὄρος *Straboni*] *Mons, qui ab Alpibus proficiſcens, vniuerſam Italiam vsque in Siciliam diuidit, e quo flumina hinc in ſuperum hinc in inferum mare defluunt.* Lucani 2, 396 *pulchra deſcriptio eſt, cuius partem ponemus*:

Vmbroſis mediam qua collibus Appenninus
Erigit Italiam, nullo quae vertice tellus (*ſic legendum puto*)
Altius intumuit, propiusque acceſſit Olympo.
Mons inter geminas medius ſe porrigit vndas
Inferni ſuperique maris: collesque coërcent
Hinc Tyrrhena vado frangentes aequora Piſae,
Illinc Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon.
Fontibus hic vaſtis immenſos concipit amnes,
Fluminaque in gemini ſpargit diuortia ponti.

*Enumerat deinde fluuios.* Celſus Apenninus Horat. Epod. 16, 29. Longus Perſ. Sat. 1, 95. Niualis Claudian. de Conſ. Honor. 4, 105. *Sic* Virgil. Aen. 12, 703 Niuali Vertice ſe attollens pater Apenninus ad auras. Nubifer Ouid. Met. 2, 226.

APENNINĬGĔNA, [Ἀπεννινιγενὴς] *Qui Apenninum inhabitat, aut in Apennino verſatur vt*, Claudian. de Sext. Conſ. Hon. 505 Apenninigenis cultas paſtoribus aras.

APENNINICOLA, ae. [Ἀπεννινίων] Idem. Virgil. Aen. 11, 700 Apenninicolae bellator filius Auni.

APER, ri. m. [κάπρος] *Porcus ferus, ſiue ſilueſter.* Varro de L. L. 4 Apri ab eo, quod in locis aſperis: niſi a Graecis, quod hi κάπροι. *quo nomine etiam feminam comprehendi, ſuadet* Phaedri fabula 2, 4. Hor. Sat. 2, 2, 89

Rancidum Aprum antiqui laudabant, non quia naſus
Illis nullus erat, ſed credo hac mente, quod hoſpes
Tardius adueniens vitiatum commodius, quam
Integrum edax dominus conſumeret.

Ibid. v. 42 Putet aper rhombusque recens, mala copia quando Aegrum ſolicitat ſtomachum. Iuuen. Sat. 1, 141 — quanta eſt gula, quae ſibi totos Ponit apros, animal propter conuiuia natum? Dum iuga montis aper amat Virgil. Ecl. 5, 76. Aper acer Idem Ecl. 10, 56. Calydonis Ouid. Epiſt. 20, 101. *Cornutus, id enim eſt*, Non ſine cornibus apros *memorat* Calpurn. Ecl. 7, 58. Cruentus et indomitus, *apud* Claudian. . . Durus Propert. 2, 13, 54. Ferox Ouid. Met. 4, 721. Ferus Idem Am. 3, 9, 16. *et* 10, 40. *it.* Met. 3, 213. Frendens Ouid. de Arte Am. 1, 46. Fuluus Idem ibid. 2, 373. Hirtus Id. ib. 1, 762. Hiſpidus Sen. Agam. 892. Indigenae Ouid. Met. 4, 343. Indomitus Claudian. . . Laurens Horat. Epod. 5, 28. Lucanus Idem Sat. 2, 8, 6. Marſus Idem Od. 1, 1, 28. Milliarius, *vid.* in MILLE. Nemoriuagus Catull. 61, 72. Rancidum *vidimus ex* Horat. Sat. 2, 2, 89. Setoſus Virgil. Ecl. 7, 29. Saeuus Idem Georg. 3, 248. Spumans Idem Aen. 1, 324. *Sic* Sen. Hippol. 346 Vulnificos acuit dentes Aper, et toto eſt Spumeus ore. Tegeaeus Ouid. Epiſt. 9, 87. *i.* Erymanthius. Timendus dente Id. Epiſt. 4, 104. Toruus Ouid. de Arte Am. 2, 190. Trux Idem Met. 10, 715. Vaſtator Id. ibid. 9, 192. Violentus in hoſtes fertur Excitus Ouid. Met. 8, 338. Vltorem aprum mittere per agros Id. Met. 8, 282. Agitare aprum latratibus Sil. 16, . . Capere apros duos vno in ſaltu Plaut. Caſ. 2, 8, 40. *prouerbialiter.* Ferire aprum Ouid. Met. 3, 715. Figere apros Idem de Arte Am. 2, 190. Habent apri fulmen in dentibus Id. Met. 10, 550. Iraſcitur aper Ouid. Met. 7, 545. Immittere fontibus apros Virgil. Ecl. 2, 59. Metebat farra Ouid. Am. 3, 10, 40. Praedator aprorum Idem Met. 12, 360. Premere curſum apri Virgil. Aen. 1, 328. Sectari apros Idem Ecl. 3, 75. Superare viribus aprum Horat. Epiſt. 1, 19, 51. Tenetur a cane non magno ſaepe aper Ouid. Rem. Am. 422. Turbare aprum latratibus Virgil. Georg. 3, 412. *Finiamus egregia deſcriptione* Apul. Met. 8 p. 202, 27 Aper immanis atque inuſitatus exſurgit toris calloſae cutis obeſus, pilis inhorrentibus corio ſqualidus, ſetis inſurgentibus ſpinae hiſpidus, dentibus attritu ſonaci ſpumeus, oculis aſpectu minaci flammeus, impetu ſaeuo frementis oris totus fulmineus. ¶ 2 Aper, *Piſcis apud* Ennium, *teſte* Apul. Apol. p. 299, 13 Aperque apud Vmbraciae amnes. *Vid.* Heſſelii not. p. 147. ¶ 3 Aper, *Nomen etiam proprium Romanis: v. g.* M. Aper celeberrimum fori ingenium, *vt auctor* Dial. de Orat. 2. *laudat. et* Apri Conſulis Rom. *in* Commodo Lamprid. *ſaepe ſit mentio.*

APRARIVS, a, um. *vt*, Retia apraria Paullus in l. 22 fundo legato. D. de fund. inſtruct.

APRICV̆LVS, *ſiue* APERCVLVS, i. m. Paruus aper. Cathol. ¶ 2 *Item Piſcis; ex* Ennio *apud* Apul. Apol. 1 p. 299, 15 Elm. Apriclum piſcem ſcito primum eſſe Tarenti.

APRĪNVS, *vel* APRVGNVS, a, um. [καπρικὸς] *Poſterior forma per* VG *in penultima antiquis videtur vſitatior.* Plin. 8, 51 Iam Catonis Cenſoris orationes aprugnum exprobrant callum. In tres tamen partes diuiſo, media ponebatur, lumbus aprugnus appellata. Plaut. Perſ. 2, 5, 4 Quae dixi vt nuntiares, ſatin' ea tenes? SO. magis calleo, quam aprugnum callum callet, *ludens Homonymia verbi* Calleo: *quod et ſcire, et calloſum eſſe ſignificat. Eandem habet in* Poen. 3, 2, 2 *ſententiam, et paene verba eadem.* Aprinum ſel Plin. 28, 16 ſ. 62. Aprugna: *ſubaud.* Caro Spartian. in Ael. Vero cap. 5. Capitol. in Max. Iun. cap. 2. Dentes aprini Mart. Cap. 2 *ſub fin.* Fimum aprinum Plin. 28, 13 *et* 17. Lumbus aprugnus Plin. 8, 51. Pulmo aprinus Idem 28, 16. Sumina Lamprid. Elagab. cap. 21. Veſica. Plin. 21, 15 Vrinae incontinentiam cohibet veſica aprina, ſi aſſa mandatur. Viſcus aprinum Chariſ. 1 p. 63 *a* Lucilio *dictum, vt ſingulare, obſeruat.*

APRINEVS, a, um. *Idem.* Hygin. Fab. 69 Vnus aprinea pelle opertus, alter leonina, *bis.*



APERIMETROS. [ἀπερίμετρος] *Qui menſura comprehendi non poteſt, vt*, Deus aperimetros Apul. de Dogm. Platon. p. 49.

ĂPĔRIO, ui, tum, īre. [ἀνοίγω, πεταννυμι] *Quod a* Pario, peperi, *deriuat* Priſcian. l. 10 p. 905. *Contrarium eſt verbo* Operire, *latiſſimi vſus verbum; ſignificat facere, vt aliquid videri, intelligi, adiri, poſſit: quod ex ſubſtantiuis adiectis ſatis declarabitur, quae iam elementari ordine ponemus.* Aciem aperuit dies Tacit. Hiſt. 4, 30. *i. fecit vt conſpici poſſet exercitus, qui nocte tectus fuerat.* Aerarium Caeſ. Bell. Ciu. 2, 14. Aperire Aenigma *dicitur eſſe apud* Plautum, *i. ſoluere.* Cic. Fam. 11, 28 Trebatio noſtro magnas gratias ago, quod tuum erga me Animum ſimplicem atque amicum aperuit. Ter. Ad. prol. 23 Argumentum fabulae aperient ſenes, *i. ſermonibus ſuis oſtendent.* Caput aperire, *i. nudare obuolutum ante* Cic. Phil. 2, 77 c. 31. *Sic* Salluſt. in Fragm. l. 6 p. 997 Cort. Quibus de cauſis Sullam in victoria dictatorem equo deſcendere, ſibi vni aſſurgere de ſella, caput aperire ſolitum. *Sed* Iuuenal. 9, 98 Fuſte aperire Caput *eſt vulnerare.* Caelum aperiri dicunt Poëtae matutino tempore, cum fit dies, claudi noctu Seru. ad Aen. 10, 1. Cauernas Ouid. Met. 15, 345. Cauſam conſilii, *i. indicare* Salluſt. Catil. 58, 3. Coniurationem, *i. detegere* Idem Cat. 40. Cic. Catil. 2, 6. Conſuetudinem intercluſam vitae priſtinae mihi aperuiſti Cic. pro Marc. c. 1. Curſum ad laudem Cic. Phil. 14, 17. Diem aperit diſpulſa nebula Liu. 22, . . Dolus aperitur Plaut. Mil. 2, 6, 47. Dubia Cic. de Fin. 4, . . Epiſtolam Cic. Fam. 5, 11 *extr.* *Sic* Literas, Teſtamentum. Florem noctu comprimens aperire incipit ſolis ortu, meridie expandit Plin. 12, 11. Fontes ſceleratiſſimorum conſiliorum nec in Senatu aperire dubitaui Cic. ad Brut. 10. *Sic* Id. pro Sext. c. 31 Aperietur Fons totius ſceleris. *Et* ad Heren. 4, 10 Aperire fontes penitus abſconditos. *At* Tuſc. 1, 6 Multo ſtudioſius philoſophiae Fontes aperiemus. Fores Ter. Adel. 2, 1, 13. *Et metaphor.* Cic. Fam. 13, 10 Sed tamen in omnibus nouis coniunctionibus intereſt, qualis primus aditus ſit, et qua commendatione quaſi amicitiae Fores aperiantur. Fugam aperire incluſis Claudian. de B. Get. 97. *vt* Reditum, Viam. Futura, *i. indicare* Virg. Aen. 6, 12. Inuoluta, *i. explicare* Cic. de Fin. 1, 30. *Vid.* Occulta. Iter ferro aperiendum eſt Salluſt. Catil. 58, 7. Literas aperire Cic. Att. 3, 10. Locum ſuſpicioni aut crimini, *i. occaſionem dare* Cic. Verr. 5, 103 c. 71. Ludum Corinthi dicitur aperuiſſe Dionyſius Cic. Fam. 9, 18. *Add.* Suet. Rhet. 4. Maria aperit ver nauigantibus Plin. 2, 47. *i. vere nauigari iterum poteſt.* Naturam Salluſt. Catil. . . Notitia inuolutae rei definiendo aperienda eſt Cic. Orat. 116 c. 33. Occaſionem ad inuadendum Liu. 4, . . *it.* 9, . . Occulta et quaſi inuoluta aperiri ratione Cic. Fin. 1, 30 c. 9. Oculos ad aliquem puniendum Cic. pro Milon. c. 31. Os Scribon. c. 101. Parietem *dicitur, qui feneſtras vel ianuas in eo facit* l. pen. et vlt. §. vlt. de ſeruit. vrban. praed. Partes quaedam corporis vt aperiantur, ſi quo caſu euenit Cic. Off. 1, 129. Ramum, qui veſte latebat aperit, *i. profert, oſtendit* Virgil. Aen. 6, 406. Reditum tibi virtus tua ad tuos aperuit Cic. Fam. 6, 11. Rem totam aperiam Idem de Fin. 1, 52. *i. explicabo.* Se aperire, *i. oſtendere animum ſuum* Terent. Andr. 4, 1, 8. Senſus ſuos alicui aperire Nep. 10, 8, 2. Sententiam ſuam alicui Cic. Orat. 84. Suppurationem Scribon. Comp. 264. Syrtes aperit *Neptunus* Virgil. Aen. 1, 150. *i. foſſis quibusdam patefactis facit nauibus peruias.* Valuae clauſae repagulis ſubito ſe ipſae aperuerunt Cic. de Diuin. 1, 74 c. 34. Vaſtitas ſolis ex vtroque aperitur, *i. cognoſcitur* Plin. 2, 11 Viam incendio aperuit ventus Liu. 6, 2. *Sic* Virgil. Aen. 11, 884 Nec ſociis aperire viam, nec moenibus audent Accipere orantes. Vomicas aperit malagma Scribon. Comp. 106, 264. *Ex contrariis etiam intelligi vis huius verbi poteſt, v. g.* Cic. de Nat. Deor. 2, 52 c. 20. *de Saturni ſtella*, Multa mirabilia efficiens — tum veſpertinis temporibus delitefcendo, tum matutinis rurſum ſe aperiendo. *Et paullo ante de planetis*, Quia tum occultantur, tum rurſus aperiuntur. Plaut. Capt. 3, 3, 9 Operta quae fuere aperta ſunt. ¶ 2 *Quid ſibi vult* Cic. Att. 5, 1 pr. De Oppio factum eſt, vt volui, et maxime quod DCCC aperuiſti. *De eadem re* Ep. 4 De Oppio bene curaſti, quod ei DCCC expoſuiſti. *Manutius interpretatur, Oſtendiſti te daturum, ſi vrgeret. Nec melius quidquam adhuc prolatum.* ¶ 2 *Futurum archaicum* Aperibo *profert* Non. 10, 15 ex Pomponio, Aperibo, non poſſum pat *etc.* Plaut. Trucul. 4, 2, 50 Ego edepol iam tua probra aperibo omnia.

APERIENS, entis. Stella tum deliteſcens, tum rurſum ſe aperiens Cic. de Natur. Deor. 2 c. 20. Latius ſe aperiente materia Quinctil. praef. l. 1.

APERTVS, a, um. Partic. *ſiue Nomen ex Partic. vnde* Apertior *et* Apertiſſimus: *ſignificat, Patens, manifeſtum, euidens.* Virgil. Aen. 8, 585 Iamque adeo exierat portis equitatus apertis. *Sic* Naues apertae Conſtratis *oppoſitae, vbi vid.* Scribon. Comp. 81 Apertae ſtrumae, *i. exulceratae, cute perforata.* Cic. in Lael. 97 c. 26 In qua niſi (vt dicitur) apertum pectus videas, tuumque oſtendas. Aperta pericula Virgil. Aen. 11, 360. *i. manifeſta.* Caelum, *i.* Purum et ſerenum, *inquit* Seruius *ad* Virgil. Aen. 1, 587 — caeloque inuectus aperto. *Sic* Ibid. 591 Scindit ſe nubes, et in aerhera purgat apertum. Virgil. Georg. 1, 587 Nec minus ex imbri ſoles et aperta ſerena. *Vbi* Seruius, Aër enim denſatur nubilo, et rareſcit ſereno. Aequora, *i. lata planities* Idem Georg. 3, 333. Campus, *i. planiſſimus, et latiſſime patens* Id. ibid. 2, 280. *et* Liu. 39, . . Apertior campus Pallad. 1 c. 5. *Sic* Apertum mare Liu. 25, . . ¶ 2 *Metaph.* Quinctil. 1, 2 *extr.* Maiora intellectu velut parum apertos ad percipiendum animos non ſubibunt. *Sic* Aperta *et* Dubia, *contraria.* Lucret. 4, 469 Nam nihil egregius, quam res ſecernere apertas A dubiis. Apertae ſimultates, *et* Obſcurae, *contraria* Cic. pro Lege Manil. *extr.* Apertum omnibus Cic. Fam. 2, 2. Aperta res, et ſimplex Cic. pro Caecin. 5 c. 2, *de cauſa facili.* Quis apertior in iudicium adductus eſt? Cic. pro Cluent. 48 c. 17. *Et* Act. 1 in Verr. 5 Nam vt apertus in corripiendis pecuniis fuit, ſic in ſpe corrumpendi iudicii perſpicua ſua conſilia conatusque omnibus fecit. *In his apertus eſt, cuius peccata minime latent.* Apertus dolor, *et* Hebes, *contraria.* Cic. Att. 8, 3 Inuite cepi Capuam: non quo munus illud defugerem, ſed ſic ne cauſam, in qua nullus eſſet ordinum, nullus apertus priuatorum dolor, bonorum autem eſſet aliquis, ſed hebes. *i. non ſatis acris, qui aperte erumpat.* Apertum et perſpicuum Cic. de Nat. Deor. 2, 4. Narratio aperta Cic. de Inuent. 1 c. 20. Id. Acad. 4, 26 c. 8. Nemo inuenit falſa: nec ea, quae incerta permanent, inuenta eſſe poſſunt: ſed cum ea, quae quaſi inuoluta fuerunt, aperta ſunt, tum inuenta dicuntur. Apertum, *quod fraude vel inſidiis caret.* Virg. Aen. 11, 904 — ſaltus ingreſſus apertos. *Sic* Apertum pectus *paullo ante habuimus ex* Cic. Lael.

Lael. *Sic* Cic. Off. 3 c. 13 Certe non aperti, non ſimplicis, non ingenui, non iuſti, non viri boni. *Add.* Fam. 1, 9. ¶ 3 Apertum, *abſolute.* Liu. 1, 33 Et caſtris in aperto poſitis: *i. In loco vndique patenti.* Quo omnia illuſtria magis, magisque in aperto ſint Sall. Iug. c. 5. Apud priores, agere memoratu digna, pronum magisque in aperto erat Tac. Agr. 1, 2. *i. facile.* *Add.* Id. Agr. 33, 7. Hiſt. 3, 56, 5. Per apertum fugere Hor. Carm. 3, 12, 10. Cic. in Parad. 1 Hoc tamen opus in apertum vt proferas, nihil poſtulo. *Sed melius al.* in acceptum vt referas. Nihil tam clauſum neque tam reconditum, quod non iſtius cupiditati apertiſſimum promtiſſimumque eſſet Cic. Verr. 4 c. 20. *Add.* Non. 3, 5.

APERTA, ae. m. Apollo vocabatur, quia patente ſeu aperta cortina reſponſa ab eo dentur. Feſtus. *Sed mauult Scaliger putare* Apertum *eſſe ἀπερῶταν Dorica dialecto, i. ἠπειρώτην. Nam ex Epiro aduenticius Deus apud Tarentinos erat Apollo. Caeterum laudatur etiam ex* Pacuuii Armorum iudicio, Apertai fatur dictio, ſi intelligas: Tali dari arma, qualis qui geſſit fuit, Iubet, potiri ſi ſtudeamus Pergamo.

APERTE, ius, iſſime. Adu. Euidenter, manifeſte. Cic. Lael. 99 Aperte enim adulantem nemo non videt, niſi qui admodum eſt excors. Ter. Eun. 5, 1, 3 Non tu iſtuc mihi dictura aperte es? Explicare quam apertiſſime planiſſimeque Cic. Verr. 4, 156 c. 64. *Conf.* de Haruſp. Reſp. c. 26. Dolorem ferre, vel laetitiam Cic. Att. 14, 13. Falſum Cic. de Orat. 2, 306. Id. in Lael. 67 c. 18 Aperte enim vel odiſſe alterum magis ingenuum eſt, quam fronte occultare ſententiam. Oſtendere Hor. Sat. 1, 2, 83. Aperte palamque dicere Cic. Act. 1 in Verr. 18 c. 7. Planius atque apertius dicam Cic. pro Roſc. Com. c. 15. Aperte mentitur Cic. Acad. 4, . . . Aperte, ita vt res ſeſe habet, narrato Ter. Heaut. 4, 3, 24. Scribere apertius ad aliquem Cic. Att. 16, 3. Id. Acad. 4, . . . Aut ita ſi ſentit, non apertiſſime inſaniet? Aperte *et* palam, *et* Ex inſidiis, *contraria.* Cic. in Brut. 6 Aperte *et* Tecte, *contraria.* Id. Att. 1, 11 Et tamen ab illo aperte et tecte quicquid eſt datum, libenter accepi.

APERTIO, ōnis. f. [ἄνοιξις] Varr. de R. R. 1, 63, 1 Sub terra qui habent frumentum in iis, quos vocant Siros, [*al.* σειρὰς] quo cum periculo introitur recenti apertione, ita vt quibusdam intercluſa ſit anima, aliquanto poſt promere quam aperueris, oportet. *Sic* Apertio floris Pallad. 1, 6, 4. Apul. Met. 11 p. 266, 22 Templi matutinas apertiones opperiebar.

APERTOR, ōris. m. Tertull. *ſ.* Cyprian. adu. Marc. 2, 112 — Baptiſmi primus apertor, *de Iohanne.*

APERTORIVM, i. n. Conſt. Afer. 4, 17 Apertorium intus et extra habere.

APERTIBILIS, *ſeu* APERIBILIS, e. Cael. Aurel. Acut. 3, 3. Idem 3, 4.

APERITIVVS, *ſiue* APERTIVVS, a, um. Idem. Conſt. Afer. 5, 3. *et* Cael. Aurel. Acut. 3, 4.

APERTO, āre. Frequent. Plaut. Men. 5, 5, 12 Quaeſo cur apertas brachium. *Et* Arnob. lib. 2.

APERTVLĀRIVS, i. m. Iſidor. Effractor, ſiue Qui operta aperit. Vet. Gloſſ. Apertularius, θυρεπανοίκτης.

APERTVRA, ae. [ἄνοιξις] *Quaſi Os quoddam in aedificiis.* Vitruu. 5, 5 Contraque eas cellas relinquantur aperturae. Idem 10, 9 Circa frontem eius figuntur tabulae, relictis ſemipedalibus aperturis ad aquam intro concipiendam. *Add.* 4, 6.

APES, is, *vel* APIS, is. f. [μέλισσα] *Inſectum, cuius eſt mellificare proprium.* Virg. *in vita eius,* Sic vos non vobis mellificatis apes. *De Nominatiuo* Apes *vid.* Priſcian. 6 p. 703. *Burm. ad* Quinctil. Declam. 13, 16 p. 291. *Huc refer,* Apes *ab eo dictas, quod ſine pedibus naſcantur: vnde* Virg. Georg. 4, 310 Trunca pedum primo, *auctores quidam apud* Priſcianum 6 p. 703. *et* Probus p. 1470 *Putſch.* *Sed* Columel. 9, 3, 2 Nam quanto grandior apis, atque rotundior, tanto peior. *Et* Ouid. Triſt. 5, 4, 30 Dulcior illo Melle quod in ceris Attica ponit apis. *Qui Nominatiui ſicut etiam modulus prioris Syllabae, ne de Genitiuo dicamus, ſatis illam etymologiam refellunt.* Apium *Gen. Plur.* Iuuenal. Sat. 13, 68 Examenque apium longa conſederit vua. *Sic ſemel iterumque* Varro, Columella *frequentius* Apum. *Sed nec* Apium *refugit.* Cicero *fere ſemper,* Apum, *vt mox videbimus.* Paullus l. 26 D. de furtis, Si apes ferae in arborem fundi tui apes fecerint, et quis eas vel fauum abſtulerit: eum non teneri tibi furti, quia non fuerint tuae. Florilegae Ouid. Met. 15, 366. Foetae Virg. Georg. 4, 139. Melliferae Ouid. Met. 15, 383. Leues Tibul. 2, 1, 49. Parcae Virg. Georg. 1, 4. Populatrices Hymetti Martial. 13, 104. Sedulae Ouid. Met. 13, 928. Abortus apium Plin. 11, 16. Aculeum apis ſine clamore ferre non poſſumus Cic. Tuſc. 2, 52 c. 22. Bombus apum Plin. 11, 0. Apum Examina non fingendorum fauorum cauſa congregantur, ſed, cum congregabilia natura ſint, fingunt fauos Cic. Off. 1, 157 c. 44. Id. de Haruſp. Reſp. 25 c. 12 Si examen apum ludis in ſcenam veniſſet, haruſpices acciendos ex Etruria putaremus. *Et mox* Atque in apum fortaſſe examine *etc.* *Conf. Viri docti ad* Sil. 8, 637 *Sed* Apium examina Cic. de Senect. 54 c. 15. *Sic certe Gronou.* Rex apum Colum. 9, 11 *et* 13. *Add.* Plin. 11, 17. Aggerunt flores pedibus, et comportant Plin. 11, 6 *et* 10. Condunt examina apes Virg. Georg. 2, 452. Exeunt ad opera et labores, nullusque, quum per caelum licuit, otio perit dies Plin. 11, 6. Fingunt fauos Cic. Off. 1, 157. *Vel,* Confingunt, *aut* Conſtruunt, Plin. 11, 5. Incubant, et abortiunt Plin. 11, 16. Inficientes apes *vid.* INFIC. Inſidunt floribus Virg. Aen. 6, 708. Moliuntur examen Claud. de Bell. Get. . . . Mellificant Plin. 11, 10. *Complura apium opera dinumerat* Sen. Epiſt. 84. Reuocare apes tinnitu Claud. de Sext. Conſ. Hon. 261. Stridunt apes Virg. Georg. 4, 556. *Praeter* Virgilium Georg. 4 *et alios rei ruſticae ſcriptores, praeſertim* Columellam 9, 2 ſqq. *iucunda multa de apibus diſces ex* Plinio 11, 5-20. Quinctil. Decl. 13 *cui titulus* Apes pauperis. *Eruditionem etiam, vt ſolet, circa* apes *oſtentat* Varro R. R. 3, 16 *vbi inter alia* ſ. 7 Cum cauſa muſarum eſſe dicuntur volucres, quod et ſi quando diſplicatae ſunt, cymbalis et plauſibus numero reducunt in locum vnum *etc.*

APICVLA, ae. f. Dimin. [μελισσάριον] Plin. 7, 21. *et* Plaut. Curcul. 1, 1, 10.

APIĀNVS, a, um. [μελισσήρατος] *Vt,* Apianae vites, *quae forte ab* apibus *dictae ſunt: quia earum vuas apes maxime inſectantur.* Colum. 3, 2, 17 *ſqq.* Vinum Colum. 12, 45, 6. Vuae Plin. 14, 2. *ſ.* 9, 1. Colum. 12, 39, 3. Apiana *vel* Apiata *vel* Apiaca (*variat enim lectio*) braſſicae *genus ap.* Caton. R. R. 157, 2 *vbi editur* Altera eſt criſpa Apiacon vocatur. Plin. 20, 9 Criſpam, quam σελινοειδῆ vocarunt a ſimilitudine apii foliorum. Id. Plin. 19, 8 Cato — alteram criſpo folio Apianam vocat.



APIANA, ae. *Herba, vulgo Chamaemelum.* Apul. de Herb. c. 23.

APIARIVM, i. n. [μελισσὼν *et* μελισσαῖον Vet. Gloſſ.] *Locus ad nutriendas apes proprie accommodatus.* Columel. 8, 1, 4 Nos ſimiliter appellamus apum cubilia, apiaria. Totum apiarium Colum. 9, 3, 4, *non eſt vnus alueus, ſed quidquid eſt in villa apum et in omnibus aluearibus.* *Idem* Col. 9, 5, 1 *docet* collocare ſedem apibus, *quam* ſ. 2 apiarium appellat. *Add.* 9, 7, 1 *et* 4. Gell. 2, 20 Apiaria quoque vulgus dicit loca, in quibus ſunt ſiti aluei apum. *Vid.* ALVEAR.

APIARIVS, i. m. [μελιττουργὸς Vet. Gloſſ.] *Qui alendis, cuſtodiendis, curandisue apibus dat operam.* Plin. 21, 10 Prouentum enim ſperant apiarii, large florente eo. *Hunc* Varro Mellarium *vocat* 3, 16, 17.

APIATVS, a, um. [μελισσωτὸς] *Vt,* Plin. 13, 15 ſ. 30 *de menſis cedrinis loquens,* Magna vero poſt has gratia extra praedictas criſpis, denſa veluti grani congerie: quas ob id a ſimilitudine apiatas vocant. *i. quae ſtercoribus apum infectae videntur, vt* Aſarota *pauimenta. Alii ſub* Apium *ſcribunt; et* Harduinus *ad* Apium *referre maluit. An illa* graui congeries, *non potius apum reiectamentis conueniat viderint alii:* criſpum *magis ad* apium *conuenire apparet.*

APIASTER, tri. m. *ſeu potius* APIASTRA, ae. f. *Auis apum auida.* Gaza *virili genere vſurpauit, femineo* Seruius ad Virg. Georg. 4, 14 — meropesque aliaeque volucres, Meropes, *inquit,* aues ſunt virides, et vocantur apiaſtrae, quia apes comedunt. Onomaſt. Vet. Apiaſtra μελισσοφόνος.

APIASTRVM, i. n. [μελισσόφυλλον] *Herba apibus gratiſſima: quam nonnulli* Apium ſilueſtre *eſſe dicunt.* Plin. 20, 11 Apiaſtrum Hyginus quidem meliſſophyllon appellat. Varro de R. R. 3, 16 Et cytiſo obſeuiſſe, et apiaſtro: quod alii meliphyllon, alii meliſſophyllon, quidam melinon appellant. *Add. Scalig. de Cauſ. L. L. c. 95. Voſſ. Etymol.*

APIASTELLVM, i. *Herba, alias Scelerata, aut Bryonia.* Apul. de Herb. c. 8 et 66.

APEX, ĭcis. m. [κεραία, γράμματος ἄκρον, προσῳδία, καὶ τὸ ἐπὶ πιλίῳ παράσημον, Vet. Gloſſ. Apices, κεραῖαι, ἄκραι συλλαβαὶ, τιάραι Ib. Montis apex, ἡ κορυφὴ Ib.] *Dicitur proprie* Virga in ſummo Flaminis pileo lanata: *h. e.* In cuius extremitate modica lana eſt, quod primum conſtat apud Albam Aſcanium ſtatuiſſe. *Haec* Seruius in Aen. 2, 683. *qui addit* Suetonio eſſe pileum ſutile circa medium virga eminente. *Etiam* ad Aen. 8, 664 Apices lanigeres. Feſtus, Apex, qui eſt ſacerdotum inſigne, dictus ab eo, quod comprehendere vinculo, antiqui Apere dicebant. *Repetit hoc etymon* Seru. ad Aen. 10, 270. *Sed et reliqua obſcuriuſcula lucem accipiunt ex* Seruio ad Aen. 8, 664 Lanigerosque apices: Flamines in capite habebant pileum, in quo erat breuis virga deſuper habens lanae aliquid; quod cum per aeſtus ferre non poſſent, filo tantum capita religare coeperunt: nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas fuerat, vnde a filo, quo vtebantur, Flamines ſunt dicti, quaſi Filamines. Verum feſtis diebus filo depoſito pilea neceſſe erat accipere *etc. ſunt enim pluſcula.* Apicem *in numis et aliis monumentis paſſim contemplari licet, vnde etiam dedit Rubenius Elect. 2, 25. Nempe pro toto pileo et inſigni accipitur plerumque. Diſerte Dion. Halic. 2 p. 129, 39 de Saliis,* Καὶ τὰς καλουμένας ἄπικας ἐπικείμενοι ταῖς κεφαλαῖς, πίλους ὑψηλοὺς εἰς σχῆμα συναγομένους κωνοειδὲς, οὓς Ἕλληνες προσαγορεύουσι κυρβασίας. — Liu. 6, 41 Vulgo ergo Pontifices, Augures, Sacrificuli reges creentur: cuilibet apicem dialem, dummodo homo ſit, imponamus. Lucan. 1, 604 Et tollens apicem generoſo vertice flamen. Val. Max. 1, 1, 4 At Sulpicio inter ſacrificandum e capite apex prolapſus, eidem ſacerdotium abſtulit. *Vid. Scalig. in* Varronem p. 124. *De inſigni regio* Cic. de LL. 1 c. 1 Ab aquila Tarquinio apicem impoſitum. Pileum *vocat* Liu. 1, 34. *Huc refer* Iratos regum apices. *i. tiaras Perſarum regum cum capite ab iratis quaſſatas* Hor. Od. 3, 21, 19. ¶ 2 *Transfertur ad alia. v. g.* Apicem tamen incita ſummum Haſta tulit Virg. Aen. 12, 492. *i. coni, qui eſt eminentia Galeae, ſummum, ſecundum* Seru. *Conf.* Aen. 10, 270, *ibique Seru.* *Sic* Apex, *de ſummo vertice in homine* Virg. Aen. 2, 682 Ecce leuis ſummo de vertice viſus Iüli. Fundere lumen apex. *Add.* Prud. Periſt. 3, 158. *Verbo,* Apex *cuiuscunque rei ſummitas, vt,* Columel. 4, 25, 1 *de figura falcis vinitoriae,* Eiusque velut apex pronus imminens, mucro vocatur. Flammeus apex exarſit comis Ouid. Faſt. 6, 636. *i. flamma acuta; ſic* ex Ponto 4, 9, 54 Detque bonum voto lucidus omen apex. Capitis apex Claud. de Locuſt. Frag. Collis Ouid. Met. 7, 779. Id. 10, 279 Flamma ter accenſa eſt, apicemque per aëra duxit. Montis apex Sil. lib. 12, 709. Peliacus Ouid. Faſt. 1, 308. *Sic* Ouid. Met. 13, 910 Ante fretum eſt ingens apicem collectus in vnum, Longa ſine arboribus conuexus ad aequora vertex. Conſtitit hic *etc.* *Ita* Siculus apex Lucan. 5, 100. Micuere coniferi apices Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 398, *de cupreſſis accenſis.* ¶ 3 *Hinc etiam pro ſummo honore ponitur, vt* Cic. de Sen. 60 c. 17 Apex autem ſenectutis eſt auctoritas. *Imitati hoc ſcriptores Eccleſiaſtici,* Apicem *ſaepe pro Epiſcopatu poſuere. v. g.* Sidonius 4, 24 Gratularique me primum pro ſui ſtatus apice confirmo. *i. Epiſcopatu Tholoſano. vid. Sauaro.* ¶ 4 Apex, *Auium criſta, vt in pauone, galerita, vpupa, et gallinaceo genere.* Plin. 11, 37 In capite paucis animalium, nec niſi volucribus, apices diuerſi quidem generis. Phoenici plumarum ſerie, e medio eo exeunte alio: pauonibus, crinitis arbuſculis. — Spectatiſſimum inſigne gallinaceis, corporeum, ſerratum: nec carnem id eſſe, nec cartilaginem, nec callum, iure dixerimus, verum peculiare. ¶ 5 Apex, *Accentuum nota, quae vocalibus ſuperponitur.* Quinctil. 1, 7, 2 Vt longis ſyllabis omnibus apponere apicem ineptiſſimum eſt; quia plurimae natura ipſa verbi, quod ſcribitur, patent: ſed interim neceſſarium; quum eadem litera alium atque alium intellectum, prout correpta vel producta eſt, facit. Vt, Malus, vtrum arborem ſignificet, an hominem non bonum, apice diſtinguitur. Palus aliud priore ſyllaba longa, aliud ſequenti (*i.* ſecunda longa) ſignificat: et cum eadem litera nominatiuo caſu breuis, ablatiuo longa eſt, vtrum ſequamur, plerumque hac nota monendi ſumus. *Hinc patet, quid ſibi velit* 1, 4, 10 Veteres geminatione *vocalium* velut apice vtebantur. *Sic* 1, 5, 23 Syllaba apice circumducta *eſt, quam alias* circumflexam *vocamus.* Marius Victorin. Art. 1 p. 2469 In *defrudo* apicem ſecundae ſyllabae imponere debetis. ¶ 6 *Hinc,* Apices *ipſae aliquando Literae ſunt.* Prudent. Periſt. 3, 136 Scriberis, ecce, mihi Domine, Quam iuuat hos apices legere, Qui tua, Chriſte, tropaea notant! *de virgine martyre, cutem vngulis laceratam adſpiciente.* *Conf.* 9, 33. *Sic,* De apicibus iuris diſputare, l. 29 §. 4 ff. mand. *Sic* Sacri apices *dicuntur imperatorum literae et reſcripta* Sidon. Epiſt. 1, 5 Mihi publicus curſus vſui fuit, vtpote ſacris apicibus accito. *Plura Sauaro dabit.* *Etiam pro quauis epiſtola* Sidon. Epiſt. 6, 8 pr. Apicum oblator, *i. qui adfert literas.*

APICVLVS, ĭ. m. Dimin. [κεραία] *Paruus apex, quod et Apiculum dicitur,* Feſtus, Apiculum, filum eſt, quo Flamines velatum apicem gerunt.

APICĀTVS, a, um. Apice, *i. Pileo tectus.* Ouid. Faſt. 3, 397 His etiam coniux apicati ſancta Dialis Lucibus impexas debet habere comas.

APEXĀBO, ōnis. f. *Genus farciminis. h. e. Fartum quoddam inteſtinum.* Varro de L. L. 4, 22 p. 29, 4 Quod in hoc farcimine *loquitur de hila* ſummum quiddam eminet, ab eo quod vt in capite apex, Apexabo dicta. Arnob. l. 7 p. 229 *extr.* Quid haec ſibi volunt, apexabones, hirciae, ſilicernia, longaui (*quid ſi* longani?) quae ſunt nomina et farciminum genera, hirquino alia ſanguine, comminutis alia inculcata pulmonibus. *Loquitur autem de ſacrificiis et myſteriis magorum.*

## A P H

APHACA, ae. f. [ἀφάκη] *Herba,* tenuia admodum folia habet: puſillo altior lenticula eſt. Siliquas maiores fert, in quibus terna aut quaterna ſemina ſunt, nigriora et madidiora lenticula. Naſcitur in aruis *etc. Haec* Plin. 27, 5 ſ. 21.

APHACE, *vel* APHACA, ōrum. n. pl. [Ἄφακα] *Locus inter Heliopolin et Byblum, vrbes Aegypti. Hinc*

APHACITIS, idis. f. [Ἀφακῖτις] *Venus, ibi templum habens. Vid. Zoſim. 1, 58 cum Not. Cellar. et* Caſſiod. in Tripart. 2, 20. *adde Selden. de Diis Syris 2, 3 vbi etiam apud* Macrob. Saturn. 1, 21 *pro* Architide *legi vult* Aphacitida, *et huc refert* Phacetin *filiam Veneris.*

APHAEA, ae. f. *Nomen Britomartis ſ. Dictynnae, ſub quo apud Aeginetas culta fuit.* Virgilius in Ciri v. 303 *ad Dianam,* — nomen Aphaeae Virginis adſignant, *etc. Nempe ſic legendum, ſi Scaligerum audimus, pro vulgato* numina Phocae.

APHAEREMA, atis. *Proprie Ablatio, Detractio: Plinio autem 18, 11 ſic appellatur* grandiſſimum alicae genus; *quia nimirum cortex ſ. tunica zeae ablata inde eſt.*

APHAERĔSIS. f. [ἀφαίρεσις] *Verti poteſt Ablatio, Detractio: Figura eſt dictionis, de qua ſic* Diomedes, Aphaereſis, eſt ablatio de principio dictionis, contraria Protheſi, quum aut litera amputatur: aut ſyllaba aufertur. Litera; vt, Ruit omnia late, pro Eruit. Syllaba; vt Temnere diuos, pro Contemnere; et, Linquere caſtra, pro Relinquere. ¶ 2 *Medicorum verbum eſt.* Cic. ad Att. 6, 1 Vt ſi medicus, cum aegrotus alii medico traditus ſit, iraſci velit ei medico, qui ſibi ſucceſſerit, ſi, quae ipſe in curando conſtituerit, mutet ille: ſic Appius, cum ex ἀφαιρέσεως prouinciam curauit, ſanguinem miſerit, quidquid potuit detraxerit, mihi tradiderit enectam, προσανατρεφομένην eam a me non libenter videt.

APHĀREVS. Triſyll. [Ἀφαρεύς] *Pater Lyncei, a quo ille*

APHARĒĪVS, *ſeu* Aphareia proles Ouid. Met. 8, 304.

APHĒSAS, antos, *melius* APESAS. [Ἀπέσας] *Montis nomen, qui Nemeae ſuperiacet, vbi Theſeus Ioui primum operatus creditur. Etymon videtur indicare voluiſſe* Statius Theb. 3, 461

Mons erat audaci ſeductus in aethera dorſo,
Nomine Lernaei memorant Apheſanta coloni,
Gentibus Argolicis olim ſacer. Inde ferebant
Nubila ſuſpenſo, celerem temeraſſe volatu Perſea.

*Ἀφέσας itaque fuerit, qui primum dimiſerit a ſe Perſea, a themate ἀφίω pro ἀφίημι.*

APHORISMVS, i. m. [ἀφορισμός] *Ad verbum* finium ſeparatio, *atque adeo* definitio *eſt, quo modo breuia Hippocratis effata, et quae his ſimilia ſunt, ſignificat.* ¶ 2 Aphoriſmus *vel* Dioriſmus, apud Iulium Rufinianum de Fig. Sent. p. 27 deſcriptio rerum per reprehenſionem, quae exprimit et corrigit vim ſententiae et poteſtatem. Quare poteſt videri ſpecies emendationis, nam quae temere dixeris, reprehendit: Tullius, Quanquam illa non poena, ſed prohibitio ſceleris fuit.

APHRACTVM, i. n. [ἄφρακτον] *vel* APHRACTVS. m. *Genus nauigii oblongum, vndique apertum: i. neque ſeptum, neque tectum, quo maxime vtuntur Rhodii.* Cic. Att. 6, 8 Nos eteſiae vehementiſſime tardarunt. Detraxit XX ipſos dies etiam Aphractus Rhodiorum. *Et mox,* Nos Rhodiorum Aphractis, caeteriſque longis nauibus tranquillitates aucupaturi eramus. Eidem 6, 12 Noſti aphracta Rhodiorum: nihil eſt quod minus fluctum ferre poſſit. Eidem 5, 13 Nauigauimus ſine timore, et ſine nauſea, ſed tardius propter aphractorum Rhodiorum imbecillitatem.

APHRATVM, i. n. Quod Latine Spumeum vocatur, *inter genera eduliorum ponit* Iſidor. 20, 2.

APHRICA, *vid.* AFRICA.

APHRISSA, ae. f. *al.* Dracontea. Apul. de Herb. cap. 14.

APHRODES, ae. m. [ἀφρώδης] *Papauer ſpumeum, ſiue ſiluaticum.* Plin. 27, 12 Peplis, (*ſic Hard. al.* Peplos) quam aliqui ſycen, alii meconion, alii mecona aphrode vocant, ex vna radice tenui fruticat, foliis rutae paullo latioribus, ſemine ſub foliis rotundo, minore quam candidi papaueris. *Vid.* Apul. de Herb. 53.

APHRODISIACE, es. [ἀφροδισιακή] *Gemma.* Plin. 37, 10 Aphrodiſiace ex candida rufa eſt.

APHRODISIACVM, i. n. Medicamentum Veneris oeſtrum excitans.

APHRODĪTE, es, *et* APHRODITA, ae. *Venus dicta eſt: quod e maris ſpuma ſit enata. Graece* Ἀφροδίτη. Plin. 36, 5 ſ. 4, 3 Venus extra muros, quae vocatur Aphrodite ἐν κήποις. Auſon. Eclog. 9, 8 p. 553 Toll. Aeneadum genitrix vicino nomen Aprili Dat Venus. eſt Marti namque Aphrodita comes. *Hinc*

APHRODISIVS, a, um. *Quaſi tu* Venereum *dicas, locorum et vrbium quorundam nomen.* Aphrodiſia *vt* Dionyſia *etc. Sollemne Veneris.* Plaut. Poen. 1, 1, 63 Ego in aedem Veneris eo — Aphrodiſia hodie ſunt. *Et* 1, 2, 45 Diem pulchrum et celebrem, et venuſtatis plenum, Dignum Veneri pol, cui ſunt Aphrodiſia hodie.

APHRODISIACE, ae. f. Gemma ex candido rufa Plin. 37, 10 ſ. 54.

APHRŎGĀLA, ae. f. *Spuma lactis. Latinum auctorem nondum habet.*

APHRON, ōnis. m. *Herba ex generibus papaueris,* ſilueſtribus, heraclion vocatur ab aliis, foliis (ſi procul intuearis) ſpeciem paſſerum praebentibus, radice in ſumma terrae cute, ſemine ſpumeo. *Haec* Plin. 20, 19 ſ. 79. *A Dioſcoride vocatur μήκων ἀφρώδης, hoc eſt Spumeum papauer,* 4, 62.

APHRONĪTRVM, i. n. [ἀφρόνιτρον] *Spuma nitri eſt: de qua* Plin. 31, 10 Proxima aetas Medicorum Aphronitrum tradidit in Aſia colligi in ſpeluncis molibus deſtillans *etc. et* Martial. 14, 58 Ruſticus es, neſcis quid Graeco nomine dicar: Spuma vocor nitri, dicor et aphronitrum. Stat. Silu. 4, 9, 37 Aut panes viridantis aphronitri.

APHROSCORŎDON. [ἀφροσκόροδον] *Genus allii, de quo* Colum. 11, 3, 20 Vlpicum, quod quidam allium Punicum vocant, Graeci autem ἀφροσκόροδον appellant, longe maioris eſt incrementi, quam allium.

APHTHAE, arum. f. [ἄφθαι] Vlcera ſerpentia oris, quae infantes pueroſque exercent Celſ. 2, 1 *de quibus* idem 6, 11 pueros ſaepe conſumunt, in viris et mulieribus idem periculum non eſt.

APHTHIPHVS, i. m. [ἄφθιφος] *Quem oris vexat affectio praedicta. Sic Cael. Rhod.* 20, 9. ex l. 10 §. 5 ff. de Aedil. edict. *Sed melius ibi Gothofr.* Atypus.

APHYA, ae. f. [ἀφύη] *Piſcis genus. Vid.* APVA. Cic. Att. 4, 11 Aphyam populi *legunt quidam, et interpretantur Sentinam et ſordes populi. Sed legitur hodie* Apuleia.

APHYTHACORAS. Cteſias, *referente* Plinio 37, 2 ſ. 11, 1 arbores quaſdam eſſe *tradidit iuxta* Hypobarum Indiae fluuium, electrum ferentes: *voceque hac* praedulcem ſuauitatem ſignificari. *Sic nempe legebatur, ſed Harduinus,* Siptachora *ex Cteſiae excerpto apud Photium* σιπταχόρα, *quod explicat* ἡδύ, γλυκύ.

## A P I

APIANVS, *et* APIARIVM, APIASTELLVM, APIASTRVM, APIATVS, *vid.* APES.

APĪCA, ae. f. Ab ἄπεικος. Dicitur Ouis, quae ventrem glabrum habet, *vt ait* Feſtus. Plin. 8, 48 ſ. 75 In ipſa oue ſatis generoſitatis oſtenditur breuitate crurum, ventris veſtitu. quibus nudus eſſet, apicas vocabant, damnabantque. *Idem* Varro de R. R. 2, 2, 3 Ventrem quoque vt habeat piloſum. Itaque quae id non haberent, maiores noſtri apicas appellabant, ac reiiciebant. *Vid. Geſnerus ad h. l. et Scalig. ad* 2, 2, 6. *Hinc* Apicae Veſtes *ſine villis Calcagn. Quaeſt. Epiſt.* 3, 1.

ĀPĪCIVS, i. m. *Eo nomine tres commemorantur, omnes gulae ſtudio infames, et artis coquinariae ſtudioſi. Hinc* Apicius *pro quouis guloſo.* Iuuen. 11, 3 Quid enim maiore cachinno Excipitur vulgi, quam pauper Apicius? *Et* Martial. 10, 73 *de toga delicata,* Qua non Fabricius ſed vellet Apicius vti.

APICIVS, a, um. Adi. *Vt,* Vuae Apiciae Cat. de R. R. 24, 1. Vinum Apicium, Idem c. 6, 5. 7, 2. 24, 2. *et* Varr. de R. R. 1, 25 *Vnde colligas, iam ante* Catonis *aetatem delicatum aliquem* Apicium *fuiſſe.*

APICIANVS, a, um. Idem. *Vt,* Apiciana coctura Plin. 19, 8. Apiciana condimenta Tertull. de Anima cap. 33.

APICVLA, *vid.* APES.

APICVLVS, *vid.* APEX.

ĀPĪDĀNVS, i. m. [Ἀπιδανός] *Fluuius vnus e praecipuis Theſſaliae.* Ouid. Met. 7, 228 Multa quoque Apidani placuerunt gramina ripis. *Add.* Valer. Flacc. 1, 357. *et* Lucan. 6, 373.

APILASCVS, ūdis. *Legebatur apud* Plin. 33, 4 ſ. 21 Nam aurum, quod ad pilas cudunt, Apilaſcudem vocant. *Sed* Hard. Quod effoſſum eſt tunditur, lauatur, vritur, molitur in farinam, ac pilis cudunt. Vocant argentum *etc.*

APĪNA, ae, (*vel* APĪNAE, ārum. pl. tantum) *Vrbs Apuliae.* Tricas *et* Apinas *vulgo res futiles ac nugatorias dicebant.* Martial. 1, 114 Quaecunque luſi iuuenis, et puer quondam, Apinaſque noſtras Idem 14, 1 Sunt Apinae, Tricaeque, et ſi quid vilius iſtis. Tractum eſt prouerbium ab Apina vrbe Apuliae. Plin. 3, 11 Diomedes ibi deleuit gentes Monadorum Dardorumque, et vrbes duas, quae in prouerbii ludicrum vertere, Apinam et Tricam. Apinae, ἀμαλογίαι, argutiae, ineptiae, garrulitates Vet. Gloſſ. Apinae, σάννοι Ibid. *Vid. Salmaſ. ad* Pollion. Gallien. c. 8 *qui ex Graeco ἀφάνη deriuat. Al* Aphanni *ignobili Siciliae oppido deducebat Scalig. ad* Feſt. *Vid.* BVTTVBATA. *Sed contradicente, vt vidimus, Plinio.*

APINARII, orum, *vel vt ibi ſcribunt* APENARII. Trebell Poll. in Gallien. c. 8 Cycoplea luſerunt. *Plauſtarios ab ἀπήνῃ aliqui expoſuerat. Sed Salmaſius ſcurras et ludios explicat, et multis declarat.*

APINOR, āri. Apinari, tricari, in paruis morari Gloſſ. Iſidori *vt reſtituit Caſaub. nam antea legebatur,* Acinari, *etc. Add. Barth. Adu* 26, 15 *et ſupra* AGINARE.

APIO, ĕre. *Ligare.* Apex ab apiendo *ducitur* Iſidor. 19, 30. Comprehendere antiqui vinculo apere dicebant, vnde aptus is, qui conuenienter alicui iunctus eſt Feſtus in V. Apex. *Add. Voſſ. Etymol pag.* 35.

APIOS, i. m. [ἄπιος] *Herba, de qua* Plin. 26, 8 ſ. 46 Apios Iſchas ſiue raphanos agria, iuncos duos ſiue tres ſpargit in terra rubentes, foliis rutae: radix cepae, ſed amplior: quare quidam raphanum ſilueſtrem vocant. Intus habet mammam candidam: extra cortices nigros *etc.* ¶ 2 Pallad. Apr. 3, 2 *Apii radices videtur ita vocare, cum enim de generibus Apii dixiſſet,* Apios, *inquit,* maiores facies, ſi ſemen, quantum tribus digitis comprehendi poteſt, linteolo clauſeris rariore, et breui foſſa obrueris. Ita omnium ſeminum germen capitis vnius ſoliditate nectetur. *Sed haec ad* APIVM *pertinere videntur.*

APIRŎCĂLVS, i. m. [ἀπειρόκαλος] *Verae pulchritudinis imperitus, veri boni guſtum non habens, ineptus.* Gell. 11, 7 Alter quoque a lectionibus id genus paucis Apirocalus, *de homine, qui obſeruatum vnum alterumque verbum antiquum* ſibi ſeruat ad orationis ornamentum, *eoque importune* vtitur. *Alias* Apirocalos *etiam vocari poteſt, ſi quis, vt ille* Ageſilaus *apud* Nep. 8, 5 Ignorantia bonarum rerum *in victu ſumit* vilia *neglectis delicatioribus.*

ĀPIS, is, *vid.* APES.

ĀPIS, idis, *vel* is. [Ἆπις] *Qui etiam dictus eſt* Serapis, *a quibuſdam* Oſiris. Auguſtin. de Ciuit. Dei 18, 5 Rex Argiuorum Apis nauibus tranſuectus in Aegyptum, quum ibi mortuus fuiſſet, factus eſt Serapis omnium maximus Aegyptiorum deus. Nominis autem huius, cur non Apis etiam poſt mortem, ſed Serapis appellatus ſit, facillimam rationem Varro reddidit. Quia enim arca, in qua mortuus ponitur, quod omnes iam ſarcophagum vocant, σορός dicitur Graece, et ibi eum venerari ſepultum coeperunt, priuſquam templum eius eſſet exſtructum, velut Soroſapis, vel Sorapis primo, deinde vna litera, vt fieri aſſolet, commutata, Serapis dictus eſt. — Ille autem bos quem mirabili vanitate decepta Aegyptus — alebat, quoniam eum ſine ſarcophago viuum venerabantur, Apis, non Serapis vocabatur Cic. de Natur. Deor. 1, 82 c. 29 Quid igitur cenſes? Apin illum ſanctum Aegyptiorum bouem, nonne deum videri Aegyptiis? Ouid Amor. 2, 13, 14 Et comes in pompa corniger Apis erat. Lucan. 9 160 Et ſacer in cineres magni mactabitur Apis. *Vid.* Plin. 8, 46 ſ. 7

Bos in Aegypto etiam numinis vice colitur: Apim vocant. Inſigne ei in dextro latere candicans macula, cornibus Lunae creſcere incipientis. Nodus ſub lingua, quem cantharum appellant. Non eſt fas eum certos vitae excedere annos, merſumque in ſacerdotum fonte enecant, quaeſituri luctu alium *etc.*

APISCOR, ĕris. i. [καταλαμβάνω] *Idem fere, quod nanciſcor, antiquum verbum ex* Apio *declinatum, cuius notiora compoſita* Adipiſcor *et* Indipiſcor. Non. 2, 2 Apiſci inuenire *interpretatur, et laudat e* Siſenna Hiſt. l. 4 Itaque poſtero die legatos Iguuium redeuntis apiſcitur. *Id.* Non. 4, 3 *ex* Pacuuio, Quod ego in acie celebro (*ſ.* crebro) obiectans vitam bellando aptus ſum: *et ex* Lucillio, Vt ſi id quod concupiſſet non aptus. *Epitaphium Plauti apud* Gell. 1, 24 Poſtquam eſt mortem aptus: *Sed variant codices et doctorum coniecturae.* Id. 2, 50 *ex eod.* Vt ego effugiam, quod te in primis cupere apiſci intelligo. Apiſci pro Adipiſci *habet etiam* Feſtus. Plaut. Capt. 4, 1, 8 Sine ſacris hereditatem ſum aptus effertiſſimam. *Et* Epid. 5, 2, 3 Tace ſis modo, ſine me hominem apiſci. Lucret. 1, 448 Nec ratione animi, quam quisquam poſſit apiſci. *Add.* 6, 1234. Catull. Nupt. Pel. 145 Animus praegeſtit apiſci. *Sed etiam ipſi* Ciceroni *reſtituit Victorius* Att. 8, 14 *extr.* Occultandi ſui cauſa, an maris apiſcendi, *quod ſeruant Graeu. Gron. Et* Seruio Sulpicio ad Cic. Fam. 4, 5 *extr.* Magnamque ex ea re te laudem apiſci. Liu. 4, 3 Non praeciditur ſpes plebeio quoque — apiſcendi ſummi honoris. *Sic etiam Gron. ſed ibid.* c. 6 Spes adipiſcendi honoris *Gron. vbi quidam* apiſcendi. Tac. A. 4, 1, 5 Intus ſumma apiſcendi libido. *Et* 6, 3, 1 Vt Praetoriani ius apiſcerentur in quatuordecim ordinibus ſedendi. *Et* 6, 20, 4 Scientia Chaldaeorum artis, cuius apiſcendae otium apud Rhodum, magiſtrum Thraſullum habuit. *Falſus eſt ergo* Eutyches Grammaticus p. 2166 *cum* Apiſcor *pro* Adipiſcor antiquis *tantum tribuit.*

APISCENDVS, a, um. *Particip.* Rebus apiſcendis labor eſt Manil. 3, 144. Vlpian. l. 25 §. 3 De heredit. petit. Quod ſi ab initio quidem iuſtam cauſam habuit apiſcendae poſſeſſionis.

APISION, i. n. *Herba, alias* Iſatis Apul. de Herb. cap. 69.

APIVM, i. n. [σέλινον] *Herba, cuius multae ſunt ſpecies.* Plin. 19. 7 ſ. 37 Plura genera ſunt — apio. *Eſt aliud* defunctorum epulis feralibus dicatum Plin. 20, 11. Id enim quod ſponte in humidis naſcitur, heleoſelinum vocatur, vno folio, nec hirſutum. Rurſus in ſiccis, hipoſelinum, pluribus foliis, ſimile heleoſelino. Tertium eſt oreoſelinum, cicutae foliis, ſemine anethi, minutiore tamen *etc.* Ibid. 8 ſ. 46 Ab aequinoctio verno ſeritur apium. *Et paullo poſt,* Honos ipſi in Achaia, coronare victores ſacri certaminis Nemeae. Iuven. Sat. 8, 226 Graiaeque apium meruiſſe coronae. Amarum apium Virg. Ecl. 6, 68. Vdum Hor. Carm. 2, 7, 24. *Qui etiam ad conuiuiorum coronas adhibet* Od. 1, 36, 1. *et* 4, 11, 3. Viride Scribon. 158. Vivax Hor. Carm. 1, 36, 16. Gaudent apio ripae Virg. Georg. 4, 121. ¶ 2 *Vid.* APIOS n. 2.

APIACVS, a. um. *Aut,* APIANVS. Braſſica apiaca Cat. R. R. c. 157. Apiana braſſica *ap.* Plin. 19, 8 *legit Harduin. ſed alii* Apiaca.

APIACIVS, a. um. *Ex Apio confectus; vt,* Apiacia corona Hyg. Fab. 79.

## A P L

APLĀNES, is. [ἀπλανής] *Non vagus, q. d. inerrabilis.* Macrobio in Somn. Scip. *Prima illa ſtellifera ſphaera, quae proprio nomine dicitur caelum, Aplanes, vt apud Graecos vocatur, continens et arcens ceteras. v. g.* c. 6 p. 21. c. 9 *extr.* It. c. 11 Immutabilem mundi partem ſphaera, quae aplanes dicitur, vsque ad globi lunaris exordium — dixerunt *etc.*

APLVDA, *vid.* APPLVDA.

APLVSTRE, et APLVSTRVM. Pl. ria, *et* ra. Nauium ornamenta: quae, quia erant amplius, quam eſſent neceſſaria vſu, etiam Ampluſtria dicebantur, *vt tradit* Feſtus. *Sed verius ex graeco* ἄφλαστον, apluſtre *et* apluſtrum. *Interim huic etymologiae debetur, quod in mediae aetatis codicibus interdum ſcribitur* Ampluſtria. *Erat ornamentum ex pluribus tabulis ligneis compoſitum, affixum ad ſummitatem puppis, quod in monumentis caudae piſcis ſ. pinnae ſimilitudinem habet, de cuius apice pinnae ac criſtae eminebant. Addebatur aliquando et baculus pendentesque ex eo teniae, aut vela parua.* Vetus ſcholiaſtes *ad* Iuuen. Sat. 10, 36 *Vbi* Victae triremis apluſtre *memoratur,* Tabulatum *exponit,* ad decorandam ſuperficiem nauis appoſitum. *Vid. Scheffer. de re nau.* 2, p. 156 ſq. *vbi etiam imagines habet ex monumentis. Eadem fere Salmaſ. ad Solin.* p. 404. *Plura viri docti ad illud* Silii 10, 325 Laceroque apluſtria velo: *ad* Lucan. 3, 586. *denique ad* Rutil. Itin. 513. Apluſtra et Apluſtria *dixiſſe veteres, probat* Priſcian. 7 p. 769 *extr. ex* Cicerone in Arato, Nauibus abſumtis fluitantia quaerere Apluſtra. *Et* Caeſare in Arato, Fulgent Argoae ſtellis Apluſtria puppis. *Addimus* Apul. de Hab. doctr. Plat. p. 30 Aduerbia et Pronomina — non magis partes orationis eſſe, quam nauium apluſtria, et hominum pilos. Lucr. 2, 555 Per terrarum omnes oras fluitantia Apluſtra vt videantur. *Et* 4, 439 Nauigia apluſtris fractis obnitier vndis, *vbi omnes partes ab aqua extantes intelligit Creechius.*

APLYSIA, ae. f. [ἀπλυσίαι] Illotarias *vertit Theodorus.* Plin. 9, 45 *extr.* Peſſimum omnium genus eſt earum, quae Aplyſiae vocantur, quia elui non poſſunt, in quibus magnae ſunt fiſtulae, et reliqua denſitas ſpiſſa.

## A P O

APOCALO, āre. [ἀποκαλεῖν] *i. Auocare. Ita certe quidam legunt atque interpretantur illud:* Ego me apocalo, Petron. 67. *Sed alii legi volunt* apoculo, *i. a poculis diſcedo; alii latere volunt* ab hoc epulo *ſcil.* abeo. *Eſt qui* apoculo *i.* ἀποκυλίω, *deuoluo me. Mirum niſi nouitatis argumentum quis ab hoc ipſo etiam verbo petit, et Gallicum eſſe dicit a* culo *formatum, vt illorum* reculer. *Sed ſatis nugarum. Illud oſtendit ſeries orationis, vocem eſſe diſceſſum minantis.*

APOCALYPSIS. f. [ἀποκάλυψις] *Reuelatio occultorum, ſiue Liber reuelationum diuinarum de ſtatu eccleſiae Noui Teſtamenti, quas Iohannes Theologus accepit in inſula Pathmo.* Auguſt. de S. Trin. cap. 49 Apocalypſis eos laudat, in quorum ore non ſit inuentum mendacium. *Conf.* idem de Ciu. Dei 20, 17. Tertull. adu. Marc. 4, 5 Apocalypſin Iohannis Marcion reſpuit. *Conf.* Iſidor. 6, 2.

APOCARTERĒSIS, is. f. [ἀποκαρτέρησις] *Propoſitum et electio mortis per inediam et famem.* Tertul. Apol. 46 Lycurgus apocartereſin optauit, quod leges eius Lacones emendaſſent. Quinctil. 8, 5, 23 in luxurioſum, qui ἀποκαρτέρησιν ſimulaſſe dicitur. *Vid. Dauiſ. ad* Cic. Tuſc. 1 c. 34. *vbi laudatur* Hegeſiae liber ἀποκαρτερῶν, in quo a vita quidam per inediam diſcedens reuocatur ab amicis.

APOCATASTASIS, is. f. [ἀποκατάστασις] *Reſtitutio in priſtinum ſtatum; de Circuitu ſolis, lunae et aſtrorum.* Col. 3, 6, 4 Nec tamen vltra quadriennium talis extenditur inquiſitio: id enim tempus fere virentium generoſitatem declarat, quo ſol in eandem partem ſigniferi per eosdem numeros redit, per quos curſus ſui principium coeperat: quem circuitum meatus dierum integrorum mille quadringentorum ſexaginta vnius ἀποκατάστασιν vocant ſtudioſi rerum caeleſtium. *Hi igitur ſunt quatuor anni Iuliani 365 dierum, horarumque inſuper ſex, quibus quater ſumtis vnus dies ſummae* 1460. *adiicitur. Add.* Firmic. 3, 1. *et* Apul. Aſclep. p. 84, 3 Apocataſtaſis aſtrorum ſtationes praefinitas curſumque commutationis numeris conſtare miretur.

APOCATASTATICVS, a, um. Sidon. Epiſt. 8, 11 Mars apocataſtaticus. *Et* Mart. Capel. 7 p. 240 Dyas numerus apocataſtaticus.

APŎCHA, ae. f. [ἀποχὴ παρὰ τὸ ἀπέχειν] *A Recipiendo, eſt ſcriptura ſiue cautio, in qua creditor ſe pecuniam recepiſſe teſtatur.* Vlp. in l. Si accepto latum. 19 D. de acceptil. Inter acceptilationem et apocham hoc intereſt: quod acceptilatione omnimoda liberatio contingit, licet pecunia ſoluta non ſit: apocha non alias, quam ſi pecunia ſoluta ſit. *Add.* L. vlt. D. §. Titius de Condict. indeb. *Huic contraria* ANTAPOCHA, *qua is, qui ſoluit, quod debebat, et* Apocham *accepit, fatetur ſe debuiſſe et* Apocham *accepiſſe, cum interdum vſu venire poſſit, vt debitori illud negare expediat. Vid.* l. 19 C. de fide inſtrumentor. Plures apochis vel redituum vel vſurarum perceptis, ſi quando ſuper his fuerit dubitatio exorta, eas habere ſe negando, ius agentium faciunt vacillare — Quod reſecantes iubemus, vt — ſi voluerit is, qui apocham conſcripſit, vel exemplar cum ſubſcriptione eius, qui apocham ſuſcepit, ab eo accipere, vel antapocham ſuſcipere, omnis ei licentia hoc facere concedatur, neceſſitate imponenda Apochae ſuſceptori, Antapocham reddere *etc.*

APOCHO, āre in Cod. Theodoſ. l. 1. *et* 2 de Tribut. in ipſis ſpec. inferendis; *ibi* apochandi licentia *notatur;* hic praeſumtio apochandi *damnata eſt. Videtur autem idem eſſe, quod* Species adaerare, pecuniam pro ſpeciebus dare. *Vid. Gothofred.*

APOCLĒTI, orum. [ἀπόκλητοι] *Quaſi tu* Euocatos *i. delectos dicas, qui ſint, docet ipſe* Liu. 35, 34 pr. *de Aetolis,* Concilium quidem vniuerſae gentis poſt dimiſſos Romanos non habuerunt: per apocletos autem (ita vocant ſanctius concilium: ex delectis conſtat viris) id agitabant, quonam modo res in Graecia nouarentur. *Recurrit etiam* c. 46 pr. *It.* 36, 28. *Caeterum ſic Gron. Al.* Apolecti.

APOCOLOCYNTHOSIS, *vel* APOCOLOCYNTOSIS, eos. f. [ἀποκολοκύνθωσις, Attice Ἀποκολοκύντωσις] *Titulus libelli* Senecae ſ. ludi in Caeſarem Claudium: *quo alludere voluit ad* ἀποθέωσιν. *Vt haec eſt tranſitus a mortali vita ad diuinam; ita* ἀποκολοκύνθωσις *eſt degeneratio quaedam mitiorum et ſapidorum fructuum, vt ſunt pepones, melones, in fatuos atque inſipidos, quales cucurbitae illae, quae* colocynthides *vocantur. Hoc itaque denique vult ille titulus, non* apotheoſin *ſcribi poſſe Claudio, qui non ad meliora tranſierit, ſed* apocolocynthoſin, *cum, ſi fata poſt mortem vitae ſint ſimilia, potius in fatuum genus fructus, cui cor et cerebrum ſimile geſſerit, tranſiiſſe credibile ſit. Haec fere ſententia de hoc ludo, quam peculiari diſſertatione ornauit Dan. Heinſius. Fundus reſtituendi et explicandi tituli Dio, qui in fine libri 60 ait Compoſitum a Seneca libellum, quem* ἀποκολοκύντωσιν *nominarit, tanquam aliquam* ἀπαθανάτισιν. *Nempe* ἀπαθανάτισις *eſt eadem, quae* ἀποθέωσις.

APOCŎPE, es. f. [ἀποκοπή] *Latine dici poteſt* Abſciſſio, amputatio, *et eſt Grammatica figura dictionis,* quum ex vltima parte loquelae aut litera detrahitur aut ſyllaba. *Sic* Chariſ. p. 248 *extr. Huic contraria eſt* Paragoge.

APOCŎPVS, i. m. *Exſectus, ſpado, cui amputata eſt virilitas.* Firm. 3, 14 In octauo ab horoſcopo loco, Mercurius cum Venere, ſi veſpertini ambo, inefficaces et apocopos reddent, et qui nihil agere poſſint.

APOCRISIARII, *vel* APOCRISARII, *quos etiam vocant* Reſponſales. Officium *aliis maioribus ſubſeruiens medio inclinatoque ad barbariem aeuo: de quibus proinde copioſe Dufrenius. Nos pauciſſima v. g.* Io. de Ianua, Apocriſiarius, Secretarius, Conſiliarius, vel etiam dicitur Cancellarius, quia ipſe eſt Secretarius regis vel imperatoris, et eius ſecreta ſcit. Honor. Auguſtod. in Gemma Animae 1, 185 Huic (*Epiſcopo*) dum regimen committitur Eccleſiae, baculus quaſi paſtori, et annulus velut Apocriſiario, id eſt ſecretorum ſigillatori traditur. *Sic* Reſponſales magiſtrorum praeſentalium, qui illorum nomine cauſas Palatinorum iudicabant, *vid.* Panciroll. Not. Dign. Imp. Orient. p. 87. Ad reſponſum *vocantur* Nou. 25, 1. *vid.* AD n. 13. *Item pro pontificis aut epiſcopi legato* Apocriſiarius ponitur. *vid.* Beda Hiſt. Eccl. 2, 1. *et* Conſtit. Nouell. 123, 25. *Sed plenius iſta in Gloſſario Dufreniano.*

APOCRŎTVS, a, um. [ἀπόκροτος] *Durus, aſper, rigidus; ex* ἀπὸ *et* κροτέω, *pulſo, crepo.* Firmic. Math. 7, . . . Miſeri, apocroti, oligochronii, infelices. Vet. Gloſſ. Ἀπόκροτος rigidus.

APOCVLANIVS. *Orci epitheton in fragm.* Petronii c. 62. *Plebeia certe et barbara vox, quidquid ſignificet, ſiue A poculis abripiat homines, ſiue qui* ἀποκυλίει *auoluit homines: ſiue* apoculanius *eſt caecus, vbi tamen* oculanius *potius legendum erat, niſi volumus eſſe hybridam. Eſt etiam qui legi velit* apoculamus *nos de quo verbo ſupra in* APOCALO.

APOCVLO, āre. *q. d. ex oculis aufero. vid.* APOCALO.

APOCVLANVS, i. m. *i. oculis captus.* Petron. c. 62. *Sed itidem incerta eſt lectio.*

APOCYNON, i. n. [ἀπόκυνον] *Oſſiculum fabuloſum in ranae rubetae ſiniſtro latere.* Plin. 32, 5 ſ. 18 Oſſiculo quod ſit in dextro latere in aquam feruentem deiecto, refrigerari vas, nec poſtea feruere, niſi exemto. Id inueniri obiecta rana formicis, carnibusque eroſis, ſingula in folium addi. Et aliud eſſe in ſiniſtro latere, quo deiecto feruere videatur, apocynon vocari: Canum impetus eo cohiberi, amorem eo concitari et iurgia addito in potionem *etc.* ¶ 2 Apocynon *Braſſica canina, e Graecis tantum nota, huc non pertinet.*

APODES, um. *vid.* APVS.

APODERMVS, a, um. [ἀπόδερμος] *i. Ex* nucibus depilatis *i. decorticatis confectus, vt* Apodermum iſicium Apic. 2, 2. *Δέρμα cutis eſt.*

APODIXIS, is. f. [ἀπόδειξις] Quinctil. 5, 10, 7 Apodixis, eſt euidens probatio: ideoque apud Geometras γραμμικαὶ ἀποδείξεις dicuntur. *Plura ibidem* Gell. 17, 5. *Latine* apud Petronium ſcribitur 132 Rogo te, mihi apodixin defunctoriam redde, *quod Cuiacio eſt Remiſſio*

*ſenilis aetatis, ſeu liberatio ; Pithoeo Apocha ; Wouwerio ex* Gloſſ. Libellus, quo oſtendit quiſpiam ſe defunctum eſſe: Defunctum *autem non vita, quod ridiculum, ſed laboribus forte militiae etc. Verum luculenter oſtendit Gronou. Obſeru.* 4, 13 *ſignificari hoc loco leue tantum ſpecimen, velut cerimoniae cauſa editum. Vt adeo formula in re nequiſſima a Petronio adhibita ad alia multa honeſte transferri poſſit.*

APODICTĬCVS, a, um. [ἀποδεικτικὸς] *Demonſtratiuus. vid.* Gell. 17, 5. *et* Mart. Capell. 5 p. 152.

APODŎSIS, is. f. [ἀπόδοσις] *Redditio.* Donatus *ad illud* Ter. Andr. 1, 5, 43 Adeon' me ignauum putas, adeon' porro ingratum, aut inhumanum, aut ferum, vt neque me conſuetudo, neque amor, neque pudor commoueat, neque commoneat, vt ſeruem fidem? Apodoſis ad ſuperiora: *Conſuetudo* aduerſus *feritatem* ; *Amor* aduerſus *inhumanitatem* : *Pudor* aduerſus *ingratum animum.*

APODYTERIVM, i. n. [ἀποδυτήριον] *Quaſi dicas* Exutorium; *Locus in balneis ante hypocauſti ingreſſum, vbi loturi ſe exuebant, h. e. veſtimenta deponebant.* Cic. Q. Fratr. 3, 1 In balneariis, aſſa in alterum apodyterii angulum promoui, propterea quod ita erant poſita, vt eorum vaporarium, ex quo ignis erumpit, eſſet ſub tectum cubiculi. Plin. 5, 6, 25 Inde apodyterium balnei laxum et hilare excipit cella frigidaria.

APOENINVS, *vid.* APENNINVS.

APOGĒVS, i. m. [ἀπόγειος] *Ventus a terra flans.* Plin. 2, 43 Venti cum e mari redeunt Tropaei vocantur, ſi pergunt Apogei. ¶ 2 *Vulgo* Aſtronomis Apogaeum *locus planetae a terra quam maxime remotus.*

APOGRĂPHVM, i. [ἀπόγραφον] *Exemplum et deſcriptio libri, it. imago tabulae. Latine* Deſcriptum *et* Exſcriptum *dicitur.* Cic. Att. 12 52 *libros ſuos philoſophicos* Apographa *vocare putatur, quaſi ſcriptorum Graecorum imagines et exempla.* Plin. 35 11 Huius tabulae exemplar, quod Apographon vocant, L. Lucullus duobus talentis emit.

APOLACTIZO, āre. [ἀπολακτίζω] *Calcibus repellere.* Plaut. Epid. 5, 2, 13 Ἀπολακτίζω inimicos omnes. *Vox contemtus.*

APOLAVSTVS, i. m. [ἀπόλαυστος] Voluptati ſerviens. Capitol. in Vero 8 Habuit et Agrippam hiſtrionem, quem apolauſtum nominauit, *q. d. quo frui ſolitus ſit. Idem eſt de quo* Lamprid. in Commodo 7.

APOLECTVS, i. m. [ἀπόλεκτος] *Delectus, ſiue Selectus a verbo* ἀπολέγω, *quod Deligo ſignificat. Sic legunt ante Gronou. plerique pro eo, quod paullo ante declarauimus* APOCLETI. ¶ 2 Apolectus, [ἀπόλεκτος] *Genus piſcis, ex pelamidum genere.* Plin. 9, 15.

APŎLIS. c. [ἄπολις] *Qui* πόλιν *ciuitatem, ſ. ius ciuitatis amiſit.* Martianus in l. Quidam. 17. D. de poen. Item quidam ἀπόλιδες ſunt, hoc eſt, ſine ciuitate, vt ſunt in opus publicum perpetuo dati et in inſulam deportati. *Add.* L. 1 §. 2 Dig. de Legat. lib. 3.

APOLLO, inis; *et* Apollos, o. ſec. Gr. declinationem: [Ἀπόλλων] *quem Graeci etiam* Φοῖβον, *h. e. Solem appellant.* Cic. de Nat. Deor. 2, 68 Iam Apollinis nomen eſt Graecum, quem Solem eſſe volunt. Macrob. Sat. 1, 17 Apollinis nomen multiplici interpretatione ad Solem refertur: cuius rei ordinem pergam pandere. *Et adfert deinde pluri-ma, de quibus hoc modo ponimus,* Virgines Veſtales ita indigitant APOLLO MEDICE, APOLLO PAEAN. *Sed legendus eſt totus ille locus. Item multa de* Apolline *apud* Cic. de Nat. Deor. 2, 68. *et* 3, 57. *Iam ponamus quaedam illius Epitheta:* Actiacus Apollo Ouid. Met. 13, 715. Augur Virg. Aen. 4, 376. Belenus, *vid. h. v.* Delius. Virg. Aen. 4, 162. Dextro Apolline carmen facere Ouid. Triſt. 5, 4, 57. Flauus Ouid. Amor. 1, 15, 35. *Hinc* Apolline digni crines Id. Met. 3, 421. Formoſus Virg. Ecl. 4, 57. Grynaeus Id. Aen. 4, 345. Magnus Apollo mihi eris *Prouerbium* Id. Ecl. 3, 184. *i. diuinator egregius.* Palatinus Hor. Epiſt. 1, 3, 17. *quia templum ei excitauit, dedicauitque Caeſar Auguſtus in Palatio; eodemque loco bibliothecam libris omnibus inſtructam.* Apollo Paſtoralis dictus, et pro Ioue cultus apud Arcadas Ariſtaeus. Seru. ad Georg. 1, 14. Pulcher Virg. Aen. 3, 119. *Monet* Seruius, Quidam epitheton Apollini datum reprehendunt *etc. vid.* PVLCHER. Pulſator citharae Val. Flacc. Argon. 5, 693. Pythius Cic. pro Font. 2. Temenites Cic. Verr. 4, 119. Thymbraeus Virg. Georg. 4, 323. Vates Val. Flacc. Argon. 4, 445.

APOLLINEVS, a, um. Adi. *vt*, Apollinea ars, *pro Arte medica* Ouid. Triſt. 3, 3, 10. *Sed etiam pro Arte vaticinandi accipitur ab* Ouid. in Ibin 264 — Apollinea clarus in arte ſenex. *Tireſiam vatem intelligit.* Cantus Apollinei Ouid. Met. 11, 155. Crinis Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 310. Frater Apollineus, *Cupido* Ouid. Met. 9, 454. Laurus Id. Faſt. 6, 91. *et* ad Liu. 459. Medullas Apollineas Ouidius dixit Met. 1, 473. *i.* Apollinis. Proles, *i. Aeſculapius* Ouid. Met. 15, 533. Teſtudo Lucan. ad Piſon. 155. Vates, *Orpheus* Ouid. Met. 11, 8. Vrbs, *Delus* Id. ibid. 13, 631.

APOLLINARIS, e. Adi. *vt*, Ludi Apollinares, *qui in honorem Apollinis fiebant: de quorum origine* Liu. 25, 12. Macrob. Saturn. 1, 17. *et* Spanhem. de Vſu et Praeſt. Num. 10 p. 123. Apollinaris herbae radix Scribon. 93. 108. Radicis cortex 90. Apollinaris radix 121. *Laudat etiam* Plin. 10, 26 ſ. 14. *vid.* APOLLINARIA.

APOLLĪNAR, āris. n. *Pro Fano vel Luco Apollinis, ita Gronouio legi placet* Liu. 3, 63 Vbi nunc aedes Apollinis eſt (iam tum Apollinar appellabant) *vulgo* circum Apollinarem. Apollinar *dictum pro* Apollinal, *vt* Lupercal, Erucinal, Bacchanal *etc. Niſi malumus ex* Apollinare *adiectiuo correptum, vt* Lupanar.

APOLLINARIA, ae. f. Herba, quae et Strychnos, Apul. de Herb. 74. *vid.* APOLLINARIS herba.

APOLLONIA. [Ἀπολλωνία] *Nomen plurium vrbium ab Apollinis auſpiciis et cultu ita dictarum, quarum ciues dicuntur*

APOLLONIĀTAE, arum. m. *Varii, prout vrbes huius nominis diverſae. Hinc porro*

APOLLONIATICVS, a, um. Adi. *vt*, Bitumen Apolloniaticum Plin. 35, 15.

APOLLONIENSIS, e. Adi. [Ἀπολλωνιάτης] Cic. Verr. 3, 103 Ciuitatem Apollonienſem *in Sicilia memorat:* Apollonienſes *autem ciues* Tacit. Ann. 2, 47, 4.

APOLLŌNIS, idis. f. *Vrbs Aſiae minoris prope Pergamum et Sardes. Vnde*

APOLLONIDENSES. Cic. pro Flacc. 71 *et* 79.

APOLLONOS, i. n. *Herba.* Apul. de Herb. c. 90. *Forte eadem, quae* Apollinaris.

APOLŎGVS, i. m. [ἀπόλογος] *Fabula, in qua inducuntur muta animalia loqui. Sic illa Aeſopi de Caſſita, apud* Gell. 2, 29 *affertur ſpeciminis cauſa, quam ille* feſtiuos delectabileſque apologos commentus *ſit.* Cic. de Orat. 2, 264 c. 66 Et ad hoc genus aſcribamus etiam narrationes apologorum. Quinctil. 6, 3, 45 Similis in Apologis quoque — exponendis gratia conſequi ſolet. *Ipſe* Cic. de Or. 2, 264 Ad hoc genus adſcribunt etiam narrationes apologorum. *Et* de Inu. 1, 25 Ab aliqua re incipere, quae contineat vel apologum, vel fabulam. Ad Herenn. 1, 10 Exordiemur ab apologo, a fabula veriſimili. *Sic* Agere apologum Plaut. Stich. 4, 1, 32.

APOLŎGO, āre. [ἀπολογέω] *Verbum inſolens, quod tamen conſtanter legitur.* Sen. Epiſt. 47 Ipſe illum inuicem apologauit, et non iudicauit domo ſua dignum. *de Calliſto Claudii liberto, qui dominum ante ſuum, iam ante limen ſuum ſtantem excluſit. Fuerit itaque, Lipſio iudice,* ἀπολέγειν *reiicere, repudiare. Eiusdem fere monetae eſt*

APOLOGATIO, ōnis. f. [ἀπολόγησις] Quinctil. 5, 11, 20 Noſtrorum quidam non ſane recepto in vſum nomine Apologationem *vocant. De fabulis loquitur.*

APOLOGIA. [ἀπολογία] *Defenſio vel excuſatio, purgatio, et oratio, qua ſe quis defendit, ſiue illud apud iudicem ſit, ſiue non. Sic* Apologia *vocatur liber, quo ſe a magiae crimine defendit Apuleius.*

APOLOGETĬCVS, a, um. *Ad defenſionem aptus vel comparatus. Sic in antiquis MSS. vocatur* Tertulliani apologeticus. *Et* Hieron. ad Pammachium, Apologeticum tibi miſi, quem προσεφώνησα. *Eſt igitur* Apologeticus, *liber, quo quid defenditur.*

APOLOGISMVS. [ἀπολογισμὸς] Idem quod Apologia. Cic. Att. 16, 7 *Sed Graece,* Ἀπολογισμὸν συντάξομαι.

APONO, *pro depono quidam legunt ap.* Plaut. Caſ. 2, 6, 11. *et* Poen. 4, 2, 35. *vid.* Parei *Lex. Crit. p.* 102. *ſed rectius,* Appono.

APONVS, i. m. [Ἄπονος] *Prope Patauium, vbi et aquae calidae, variis morbis aptae, Claudiani elegiaco carmine laudatae, et a Theodorico Gotthorum rege moenibus cinctae, teſte Caſſiodoro, qui copioſe deſcribit* Var. 2, 39. *Claudiani carmen incipit,* Fons Antenoreae vitam qui porrigit vrbi. *Nomen ponit* v. 90 Felices proprium qui te meruere coloni, Fas quibus eſt Aponon iuris habere ſui. Adde Sil. 12, 219 Conſultans Tiberius ſortes in eum fontem coniecit. Suet. Tiber. 14. *Videturque huc reſpexiſſe* Lucanus 7, 192 *cum neſcio quem augurem de Pompeii clade ad Aponi fontem praedicere facit.*

APONINVS, a, um. Adi. *vt*, Aponinae ſortes, *quod Caſaubonus et Gruterus legunt in* Vopiſci Firmo, 3. *vbi vulgo legitur* Apenninis: *ac quod idem Caſaubonus et Salmaſius etiam in* Claudio Pollionis, 10 *ad hunc modum correxere,* Quum in Aponino de ſe conſuleret, *non* Apennino *et interpretantur in* Aponi fonte.

APOPHĂSIS, is. f. [ἀπόφασις, ἀπὸ τῦ ἀπόφημι] *Negatio. Figura, de qua ſic* Quinctil. 9, 2, 47 Quaedam vero genera huius figurae nullam cum tropis habent ſocietatem: vt illa ſtatim prima, quae dicitur a negando, quam nonnulli vocant ἀπόφασιν. *Huius autem figurae ipſe hoc ponit exemplum,* Non agam tecum iure ſummo: non dicam quod forſitan obtinerem. Apophaſis, *Sententia, dictum, reſponſio* Vlp. in l. 1 §. 1 D. de appellat. *ex reſcripto Graeco Antonini.*

APOPHLEGMATISMVS, i. m. [ἀποφλεγματισμὸς] eſt *Remedium, quod in ore retentum vel manducatum, aut linguae ſubditum, noxios quoſque humores ex capite detrahit. Hinc*

APOPHLEGMATIDIO, āre. *per* Apophlegmatiſmum *curare eſt apud* Th. Priſcian. 2, 3. *Syllaba* DI *in penultima pro Z ponitur, vt in* Catomidiare *et ſimilibus.*

APOPHORĒTA, ōrum. n. [ἀποφόρητα] *Nomen habent ab auferendo* [ἀπὸ τῦ ἀποφέρειν] *et ea proprie ſunt, quae coenantibus amicis diſtribuuntur domum auferenda vel mittenda. Satis hoc declaratur in* Coena Trimalchionis Petron. c. 60 Ecce autem diductis (*ſic leg. pro* deductus) lacunaribus ſubito circulus ingens de cupa videlicet grandi excuſſus demittitur, cuius per totum orbem coronae aureae cum alabaſtris vnguenti pendebant. Dum haec Apophoreta iubemur ſumere. *Et* c. 56 Puer ſuper hoc poſitus officium apophoreta recitauit. *Enarrantur deinde varia bonam partem ludicra, vt videatur Auguſtum hac parte imitatus Trimalchio, de quo* Sueton. 75 Saturnalibus, et ſi quando alias libuiſſet, modo munera diuidebat, veſtem et aurum — interdum nihil praeter cilicia, et ſpongias, et rutabula et forpices, atque alia id genus, titulis obſcuris et ambiguis. Solebat et inaequaliſſimarum rerum ſortes, et auerſas tabularum picturas in conuiuio venditare, incertoque caſu ſpem mercantium vel fruſtrari vel explere *et Ad ſortes eiusmodi, ſed gratuitas videtur reſpicere* Martial. 14, 1, 5 Diuitis alternas et pauperis accipe ſortes, Praemia conuiuae det ſua quiſque ſuo. *Nempe hic liber, cui* Apophoreta *inditum antiquitus nomen continet deſcriptiones ſingulis diſtichis incluſas talium rerum, quae ſic donari ſolerent.* Apophoreta *etiam ſunt, ſi Marcilium audias, de quibus* Horat. Epiſt. 1, 7, 17 Non inuiſa feres pueris munuſcula paruis *etc. Ibi vero de pomis ſermo eſt, quae* Xenia *potius, vt reliqua eſculenta et poculenta vocat* Martialis, *ſi ab ipſo et titulus libri* 13. *Magnificus ac prodigus* Caligula *ap.* Sueton. 56 Agitatori Eutycho commiſſationis quadam in Apophoretis vicies HS. contulit. *Eleganter transfert* D. Ambroſius in exhortatione ad virgines princ. Qui ad conuiuium magnum inuitantur, apophoreta ſecum reportare conſueuerunt. Ego ad Bononienſe inuitatus conuiuium, vbi ſancti martyris celebrata tranſlatio eſt, apophoreta vobis plena ſanctitatis et gratiae reſeruaui ¶ 2 Apophoreta *vel* Apophoretica *etiam mittebantur poſt ludos a Candidatis editos.* Symmach. 2, 81 Filius noſter Symmachus peracto munere Candidati offert tibi Dona Quaeſtoria — Dyptica (Diptycha) et apophoreta — *His reſpondent deinde* eburnei pugillares (diptychis) et caniſtella argentea (apophoretis). Id. 5, 46 Dypticum Candidatum et Apophoreticum librarum argenti duarum *iungit. Rurſus de eadem re* 7, 76 Eburneum Dypticum et caniſtellum argenteum librarum duarum. *Et* 9, 19 Non aſpernabere Dyptici et Apophoretici oblationem. *Huc, praeſertim ad* caniſtellum *pertinet, quod* Iſidor. 20, 4 *inter vaſa eſcarum,* Apophereta, *inquit,* a Graecis a ferendo poma vel aliquid nominata: eſt enim plana. *Simibarbaris ergo.* ¶ 3 Apophereta, ae, *dicta videtur vas planum, in quo cibi ſicci ferri poſſent*

APOPHTHEGMA, ătis. n. [ἀπόφθεγμα] *Dicta acuta et breuia illuſtrium virorum.* Cic. Off. 1 c. 29 Multaque multorum facete dicta, vt ea, quae a ſene Catone collecta ſunt, quae vocant ἀποφθέγματα. *Add.* Fam. 9, 36 *de Caeſare* Cum volumina iam confecerit ἀποφθεγμάτων.

APOPHTHEGMATICVS, a, um. [ἀποφθεγματικὸς] *vt*, Genus dicendi ἀποφθεγματικόν. Quinctil. 6, 3, 109.

APOPHȲGIS, is. f. ex ἀποφυγή, *effugium ſiue remedium columnae annulus, ſcil. ferreus affixus, ne ad pondus ſindatur.* Vitruu. 4, 7 Torum cum Apophygi craſſum quantum plinthus. *Conf.* Bald. Lex. *Hodie fere eo nomine venit mollis et caua membrorum in columnis commiſſura ſuperior vel inferior.*

APOPLĀNĒSIS, is. f. [ἀποπλάνησις] *i. Aberratio*, eſt iudicis, a re contraria nobis, auocatio, *vt ait, et pluribus illuſtrat* Iul. Rufin. de Figuris Sent. p. 26 Pith. *Hoc vocat* Quinct. 2, 17, 21 *ex Cicerone*, Tenebras offundere iudicibus.

APOPLEXĬA, ae. [ἀποπληξία] *Genus eſt morbi, de quo ſic* Celſ. 3, 26 Attonitos quoque raro videmus, quorum et corpus et mens ſtupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo, ἀποπληξίαν hunc Graeci appellant. *Idem* cap. 27 At reſolutio neruorum frequens vbique morbus eſt: ſed interdum tota corpora, interdum partes infeſtat. Veteres auctores illud Apoplexian, hoc Paralyſin nominauerunt: nunc vtrumque Paralyſin appellari video.

APOPLEXIS, is. f. [ἀπόπληξις] Idem. Capitolinus de L. Vero cap. 9. Morbo quem Apoplexim vocant, correptus Lucius. *Et in vita Marci* 14 Lucius apoplexi arreptus periit, *vt Palatinus habet, quamuis Regius* Apopleſia, *quod ex* Apoplexia eſt. *De eodem* Eutropius 8, 5 Subito ſanguine ictus, caſu morbi, quem Graeci ἀπόπληξιν vocant. *Conf.* Tertull. de Anima 53.

APOPLECTICI, [ἀποπληκτικοὶ] *ſunt, Quorum et corpus et mens ſtupet ictu fulminis aut morbo.* Celſ. 3, 26 *vt vidimus, vocat* Attonitos. Iul. Firmic. 3, 5 Sed mortem nihilominus decernit biothanatam, aut repentinam, ſicut apoplectici interire conſueuerunt.

APOPOMPAEI Daemones, *vid.* in ALEXICACI.

APOR, *olim pro* Apud. Feſt.

APOPROËGMENON, i. [ἀποπροηγμένον] *Non productum, reiectum.* Cic. de Fin. 3, 15 c. 4 Puto concedi nobis oportere, vt Graeco verbo vtamur, ſi quando minus occurret Latinum, ne hoc ephippiis et acratophoris potius, quam proëgmenis et apoproëgmenis concedatur.

APORIA, ae. [ἀπορία] *Indigentia, vel dubitatio, et conſilii inopia, it. Deſperatio* Cic. Att. 7, 21. *Add.* ib. 15, 4. *et* 16, 8. Senec. Epiſt. 87. Vulgat. Sirac. 27, 5.

APORIOR, ari. *Dubito, haeſito.* Vulgat. Eſai. 59, 16. 2 Cor. 4, 8. Ambroſ. Serm. 85 p. 384.

APORIATIO, onis. f. *Dubitatio.* Tertull. de Praeſcript. 49 De aporiatione conceptus atque prolatus.

APORON. [ἄπορον] *Dubium: Controuerſiae genus inexplicabile: cuius exemplum proponitur a* Gell. 9, 15.

APOSCŎPON, untis. m. *Scopum intuens, collineans*, ab ἀποσκοπέω, Plin. 35, 11. Antiphilus laudatur nobiliſſimo ſatyro cum pelle pantherina, quem apoſcopunta appellant. *Hard.* Apoſcopeuonta, ἀποσκοπεύοντα, *eodem ſenſu.*

APOSIOPĒSIS, is. f. [ἀποσιώπησις] *Figura.* Quinctil. 9, 2, 54 Apoſiopeſis, quam Cicero *Reticentiam*, Celſus *Obticentiam*, nonnulli *interruptionem* appellant, oſtendit aliquid affectus, vel irae, vt (Virg. Aen. 1, 135) *Quos ego: ſed motos praeſtat componere fluctus*; vel ſolicitudinis, et quaſi religionis, *An huius ille legis, quam Clodius a ſe inuentam gloriatur, mentionem facere auſus eſſet viuo Milone, ne dicam Conſule? De noſtrûm enim omnium: non audeo totum dicere:* — vel alio transeundi gratia *etc.*

APOSPASMATIA. n. pl. [ἀποσπασμάτια] *Fragmenta, reliquiae, q. d. partes detractae.* Apoſpaſmatia legis agrariae Cic. Att. 2, 1 *de duabus orationibus ſuis breuioribus de re agraria.*

APOSPHRAGISMA, ătis. n. [ἀποσφράγισμα] *Forma ſigilli expreſſa.* Plin. Epiſt. 10, 16 Signata eſt annulo meo, cuius apoſphragiſma quadriga.

APOSPLĒNOS, i. m. *Roſmarinus dicitur* Apul. de Herb. c. 79.

APOSTASIA, ae. f. [ἀποστασία] *Defectio, cum quis a ſuo duce, ſua religione, aut a ſuo vitae inſtituto deficit, et aliud ingreditur.* Saluian. de Gubern. D. 6 p. 128.

APOSTĂTA, ae. m. [ἀποστάτης] *Qui abſcedit ab eo, quod tuendum ſuſcepit, i. Transfuga et defector. Vtuntur Chriſtiani ſcriptores de Chriſtianae profeſſionis deſertoribus, in primis de Iuliano. Sed etiam* Marcionem *ſic appellat* Tertull. adu. Marc. 5, 11. Sedul. 5, 138 *De Iuda* Tunc vir Apoſtolicus, nunc vilis Apoſtata factus, *vid.* Tit. Cod. Theod. et Iuſtin. de Apoſtatis.

APOSTATICVS, a, um. ἀποστάσεως reus, *aut ad apoſtatam pertinens.* Sedul. 5, 374 in Ioan. 20, 1 — formidine rurſus Plebis apoſtaticae, Dominum quae caeca negaſſet. Auguſtinus *eleganter ad ipſum humani generis tranſtulit* Enchirid. c. 99 Vniuerſum, *inquit*, genus humanum tam iuſto iudicio diuino in apoſtatica radice damnatum. *vid. et* Tertull. adu. Marc. 4, 5.

APOSTATICE. Adu. Iuſtin. Cod. 1, 1. Epiſt. §. 1 Contradicere Iudaice et apoſtatice auſi ſunt.

APOSTĂTO, āre. [ἀποστατέω] *Deficio, et oppugno quod antea defendebam.* Cyprian. ad Corn. 1, 2 Eos, qui velut apoſtatauerunt, et ad ſaeculum, cui renunciauerunt, reuerſi, gentiliter viuunt, vel ad haereticos transfugae facti, contra eccleſiam pernicialia arma ſuſcipiunt. *Add.* Vulgat. Sir. 10, 14 *et* 19, 2.

APOSTĒMA, atis. n. [ἀπόστημα] *Abſceſſus, tumor cum ſuppuratione* Plin. 20, 33 Caro eius interior ſine ſemine, clauis pedum, et ſuppurationibus, quae Graeci vocant apoſtemata. *Add.* Id. 25 cap. ult. Celſ. 2, 1 Abſceſſus corporis, quae apoſtemata Graeci nominant.

APOSTŎLVS, i. m. [ἀπόστολος] *Miſſus aut legatus.* Κατ᾽ ἐξοχὴν *vocantur ita Duodecim viri, quos Euangelii per orbem vniuerſum praedicandi cauſa Chriſtus ablegauit. v. g.* Tertull. de Praeſcript. 20 Statim igitur Apoſtoli (quos haec appellatio miſſos interpretatur) aſſumto per ſortem duodecimo Matthia *etc.* ¶ 2 Apoſtoli vulgo dicuntur literae dimiſſoriae Modeſtin. l. 106 ff. de V. S. *Diſertius* Modeſtinus l. 1 ff. de libellis dimiſſoriis, qui Apoſtoli dicuntur. Poſt appellationem interpoſitam literae dandae ſunt ab eo, a quo appellatum eſt, ad eum, qui de appellatione cogniturus eſt, ſiue principem, ſiue quem alium: quas literas dimiſſorias ſiue Apoſtolos appellant. ¶ 3 *Habuere ſuos etiam Iudaei* Apoſtolos. l. 14 C. Th. de Iudaeis (16, 8) Superſtitionis indignae eſt, vt Archiſynagogi ſ. Presbyteri Iudaeorum, vel quos ipſi Apoſtolos vocant, qui ad exigendum aurum atque argentum a Patriarcha certo tempore diriguntur, a ſingulis Synagogis exactam ſummam atque ſuſceptam ad eundem reportent. *Sed* l. 17 Iudaeis *mittendi* copia eſt conceſſa. *Hoc tributum dictum eſſe* ἀποστολὴν *ex Iuliani Imp. ad Iudaeos epiſtola conſtat.*

APOSTOLA, ae. f. *Femina Chriſtum praedicans.* Radulphus Ardens Homil. in die S. Paſch. p. 367. *et* in Vet. Chronico, quod deſcripſit Silueſter de Prier. in aur. roſ. fer. 5. infra Oct. Paſchae, *Magdalena ſic loquens inducitur:* Ego praedicatrix et apoſtola fui. *De* Apoſtola, ἀποστολῇ *Iudaeorum tributo, vid.* APOSTOLVS n. 3.

APOSTOLICVS, a, um. Adi. *vt*, Symbolum apoſtolicum. Prudent. Hamartig. v. 522 Oris apoſtolici teſtis ſententia prodit. Apoſtolici viri, *et interdum ſimpliciter, quaſique ſubſtantiue*, Apoſtolici *vocabantur Apoſtolorum fideles et conſtantes in Euangelio praedicando diſcipuli, atque adiutores, vid.* Tertull. de Praeſcript. adu. Haeret. cap. 32. ¶ 2 Apoſtolicus *etiam vſurpatur pro Papa, etiam pro Epiſcopo*, Scriptor appendicis ad Eutropium p. 163 (ap. Flac. Cat. Teſt. Ver. ed. Baſil. 1556) *et* in epitaphio Trophimi, primi Arelatenſium epiſcopi, (*quod exſtat Biblioth. Hiſpan. p. 632*) Trophimus hic colitur, Arelatis praeſul auitus, Gallia quem primum ſenſit Apoſtolicum. *Add.* Anon. ap. Gretſer. de Cruce 2, 20 f. 416. Hoc ſequens dominus Apoſtolicus vocat ſe ſeruum ſeruorum Dei Rad. Ard. Homil. Dominic. 3 poſt Paſch. ¶ 3 Apoſtolicos *etiam ſe ipſum vocabat genus haereticorum, de quibus* Auguſtin. de Hereſ. c. 40; *de alio diuerſo genere* S. Bernhard. in Cantic. Serm. 66. *Conf.* Iſid. 8, 5.

APOSTOLATVS, us. m. *Officium apoſtoli.* Tertull. adu. Marc. 1, 20 Petrum caeteroſque columnas apoſtolatus, a Paullo reprehenſos opponunt. *Conf.* id. ib. 5, 1. Sidon. Epiſt. 7, 4. ¶ 2 *Pro Officio ſummi Romanorum Pont.* Paullus Warnefr. Longob. 4, 30 Gregorii in locum ad apoſtolatus officium Sabinianus eſt ordinatus.

APOSTRŎPHE, es. f. [ἀποστροφὴ] *Conuerſio, vel, vt* Aquila Rom. p. 15 Auerſio, vbi, quae ad alios dicta volumus, ad alios dicere videmur? Sic plerumque conuertimus orationem in reum ab iudice, cum illa tamen, quibus aduerſarium alloquimur, iudici alligentur, (*leg.* allegentur). *Poeticae Apoſtrophes exempla, ap.* Rufinianum p. 33. Virg. Georg. 2, 170 Scipiadas duros bello, et te maxime Caeſar. *Et* Aen. 2, 55 Impulerat ferro Argolicas foedare latebras: Troiaque nunc ſtares, Priamique arx alta maneret. Quinctil. 4. 1, 63 Sermo a perſona iudicis auerſus, qui ἀποστροφὴ dicitur. *Add.* 9, 2, 38. 9, 3, 24 *et* 26. *it.* Mart. Capell. 5 p. 171.

APOSTROPHVS, i. m. [ἀπόστροφος] *q. d. Auerſio.* Eſt Circuli pars dextera, ſed ad ſummam literam conſonantem appoſita, cui vocalis eſt ſubtracta. Hac nota deeſſe oſtendimus parti orationis vltimam vocalem, cuius conſonans remanet: vt, *Tanton' me crimine dignum.* Diomedes 2 pag. 430. *Sic* Ain', viden', *pro* Aiſne, Videſne *etc.*

APOTELESMA, atis. n. [ἀποτέλεσμα] *Effectus horoſcopi, h. e. Quicquid caelum ex aſtrorum compoſitione et aſpectu mutuo affectum, in natali hora cuiusque efficit*, Firmic. , 1 Nobis fidem ſuam aſtrologia, reſponſionum apoteleſmatumque diuinis ac manifeſtiſſimis auctoritatibus comprobauit.

APOTHECA, ae. f. [ἀποθήκη] *Repoſitorium: ſed priuatim pro Cella vinaria poni ſolet.* Plin. 23, 1 Vinum ſi ſit fumo inueteratum, inſaluberrimum eſt, mangones iſta in apothecis excogitauere. *Sic idem ſaepe alibi. Conf.* Digeſt. 33 tit. 7 leg. 22 §. 29. *it.* Auguſtin. Confeſſ. 9, 8. *Videtur tamen a* Cella *differre, vt ſit* Apotheca *Maius quoddam repoſitorium, et in ſuperiore aedium parte*, Cella *vero minus, ad vſum ſcilicet quotidianum.* Columel. 1, 6, 9 Pars autem fructuaria, diuiditur in cellam oleariam, torculariam, cellam vinariam, defrutariam, foenilia, paleariaque et apothecas, et horrea. Id. 1, 6, 20 Apothecae recte ſuperponentur his locis, vnde plerumque fumus exoritur: quoniam vina celerius vetuſteſcunt, quae fumi quodam tenore praecocem maturitatem trahunt. Cic. Phil. 2, 67 c. 27 Apothecae totae hominibus nequiſſimis condonabantur, *i. vina, quae apothecas implerent.* Cic. in Vatin. 12 Quum omnium domos, apothecas, nauesque furaciſſime ſcrutarere. Horat. Sat. 2, 5, 7 Neque illic Aut apotheca procis intacta eſt aut pecus. *Conf.* Iſid. 15, 5. Apotheca *eſt etiam Librorum, qui commercii, aut alterius rei cauſa habentur, non vſus*, l. 12 §. 34 ff. de inſtr. vel inſtr. leg. *vbi a* Bibliotheca *diſtinguitur, vid.* Bynckerſh. Obſ. Iur. Rom. 3, 3 p. 228.

APOTHĒCO, āre. Fortunat. Carm. 4, . . Quod iſte torcularet in fletu, iſte apothecaret in fructu.

APOTHEŌSIS, is. f. [ἀποθέωσις] *Conſecratio, ſiue* Seruio *Relatio inter deos, aut in diuorum numerum, quae, quibus cerimoniis fieri conſueuerit, refert Herodianus in principio libri* 4. *Vtitur* Ἀποθεώσεως *voce* Cic. Att. 1, 16. *et* 12, 12 *et* 36. Tertull. Apol. adu. Gent. cap. 34. *De re ipſa, vid. etiam* Plin. Paneg. 10 *et* 11.

APOTHERMVM, i. n. *Legitur* Apic. 2, 2 *de* iſicii *genere ex* nucleis et amygdalis depilatis, *vnde* Apodermum *maluit Humelbergius.* Apothermum *Liſterus reſtituendum putat*, quoniam ad iſtos fructus decorticandos calida opus eſt.

APOTHĔSIS, is. f. [ἀπόθεσις] *q. d. Depoſitio, quod apud* Vitruu. 4, 1 *in columnis* apotheſis *dicitur*, ibidem cap. 7 Apophygis *nominatur.*

APOTROPAEI Daemones, *vid.* in ALEXICACI Daemones.

APOXYOMĔNOS. [ἀποξυόμενος] *Diſtringens ſe.* ἀποξύομαι *enim*, Diſtringor *ſignificat Latine. Signum fuit*, Lyſippi opus, ante thermas Agrippae, *de quo* Plin. 34, 8.

APOZEMA, ae. f. *Decoctum, ſiue Decoctionem ſignificat, a verbo* ἀποζέω, *feruefacio, decoquo. Sic* Apozema apii Macer 1, 13 *et* 21. *vbi Cornarius annotat, male olim lectum Apozima. Conf.* Iſidor. 20, 3.

APOZYMO, āre. *Decocto curare.* Octau. Hor. 1, 29 Vulnus tam diu apozymandum eſt, vel infundendum, donec ſanguinem eliciat.

## A P P

APPANGO, *vel* APPINGO, ĕre. Feſt. in Antipagmenta.

APPARATVS, *vid.* APPARO, as.

APPĀREO, ui, ĭtum. ēre. [φαίνομαι] *Videri, in conſpectum venire.* Virg. Aen. 1, 118 Apparent rari nantes in gurgite vaſto. *Vbi* Seruius, Aliud, *inquit*, eſt Parêre, et aliud Apparêre. Parêre enim eſt Obedire: vt, Paret amor dictis. Apparere autem, Videri: vt (Georg. 1, 404) Apparet liquido ſublimis in aëre Niſus. Et haec obſeruatio diligenter cuſtodiri debet: licet eam auctores metri cauſa vel clauſulae plerumque corrumpant. *Haec* Seruius. Cic. Fam. 10, 20 Quum equites Antonii apparuiſſent. Cic. pro Flacc. 29 Si qua vſpiam nauicula praedonum apparuiſſet. Ter. Eun. 4, 3, 17 Ille bonus vir nusquam apparet. Plaut. Capt. 2, 3, 97 At ego mox apparebo domi, *i. adero.* Cic. pro Sulla 5 An vero, in quibus ſubſelliis haec ornamenta ac lumina reipubl. viderem, in his me apparere nollem? *Hinc* ¶ 2 Apparere, *Manifeſtum et euidens eſſe.* Plin. 11 praef. Quo apparuit, ſummam artis ſecuritatem auctori placuiſſe. Ter. Adel. 5, 9, 6 Docui, monui, bene praecepi ſemper, quae potui omnia. D. Res apparet. *Per ironiam.* Plaut. Pſeud. 3, 2, 60 Pro pretio, facio vt opera appareat. Ter. Eun. 2, 3, 18 Fac ſis nunc promiſſa appareant. Cic. pro Roſc. Amer. 121 Eſt quiddam quod occultatur: quod, quo ſtudioſius ab ipſis opprimitur et abſconditur, eo magis emi-

net et apparet. Cum apparuerint totae (*haemorrhoides*) Scribon. 227. Quoad curetur et non appareat (*impetigo*) Scribon. 249. Cic. Fam. 5, 19 Quid rectum ſit, apparet: quid expediat, obſcurum eſt. Apparet aperte Lucret. 2, 140. Cic. pro Flac. 38 Siue hoc Romae confictum eſt, vt apparet: ſiue miſſum domo eſt, vt dicitur. Cic. Fam. 4, 7 Quid ſentiam nihil attinet dicere, quum appareat, ipſe quid ſecerim. Id. de Fin. 3, 23 cap. 7 Membra nobis ita data ſunt, vt ad quandam rationem viuendi data eſſe appareant. *Sic Gron. Dauiſ. Sed neſcio an rectius quidam vetuſtiores* appareat. Apparet atque extat vtrum ſimus earum rerum rudes, an didicerimus Cic. de Orat. 1, 72. In Numa Pompilio — num quod eloquentiae veſtigium apparet? Cic. de Orat. 1, 37 c. 9. Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum Cic. Philipp. 3, 28 c. 11. Id. Verr. 3, . . Ex quo facile apparet, quae merces Decumani, quae Praetoris praeda eſſe videatur. Plin. 12, 2 Myrobalanum commune eſt, naſcens vnguento: vt ipſo nomine apparet. Celſ. 1 praef. Ex quo apparet, has partes medicinae - - eſſe tentatas, easque eſſe vetuſtiſſimas. Ter. Eun. 3, 2, 3 Apparet, ſeruum hunc eſſe domini pauperis. Coriandrum datum apparet quidem ab odore ſpirationis Scribon. 185. Varro R. R. 1, 40, 1 Illud quod apparet ad agricolas, id videndum diligenter: *pro eo quod eſt*, Apparet agricolis. ¶ 3 Apparere, *Adeſſe, praeſto eſſe; dicitur de miniſtris, qui magiſtratibus ſemper in conſpectu ſunt, vt de lictoribus, accenſis etc.* Cic. pro Cluent. 147 Quid ſibi autem illi ſcribae, quid lictores, quid caeteri, quos apparere huic quaeſtioni video, volunt? *Sic* Quum VII annos Philippo apparuiſſet Nep. 18, 13, 1. Liu. 2, 55 Quatuor et viginti lictores apparere conſulibus. Valer. 2, 2, 4 Proximo lictori, vt ſibi appareret, imperauit, *i. miniſterio ſuo in animaduertendo et ſubmouendo fungeretur.* Virg. Aen. 12, 849. *de diris* Hae Iouis ad ſolium, ſaeuique ad limina regis Apparent, *i.* Praeſto ſunt ad obſequium. Vnde etiam Apparitores conſtat eſſe nominatos. Seruius. ¶ 4 *De re inanimata* Plaut. Amph. 2, 2, 161 Hîc patera nulla in ciſtula eſt. AM. Quid ego audio? S. Id quod verum eſt. AM. At cum cruciatu, niſi apparet, tuo, *h. e. Niſi extat patera. Deinde reſpondet Alcmena,* Haec quidem apparet, *i. adeſt.* Cic. Phil. 2, c. 34 Vbi merces apparet? *i. oſtende, quid pro tanta mercede didiceris.* *Sic* Cic. in Parad. 1 Accipies igitur hoc paruum opuſculum lucubratum iam his contractioribus noctibus, quoniam illud maiorum vigiliarum munus in tuo nomine apparuit. *Iam enim et libros de Finibus bonorum et malorum, et Quaeſtiones Tuſculanas Cicero dicauerat Bruto.*

APPĀRESCO, ĕre. Idem. Ennod. Epiſt. 7, 19 Appareſcere in foribus.

APPARENTIA, ae. f. *Aduentus, praeſentia, ſpecies.* Tertull. adu. Marc. 1, 19 *extr.* Ab apparentia Chriſti vsque ad audaciam Marcionis. Firmic. 5, 8 Homines bonae apparentiae, et qui ornatis veſtibus delectantur.

APPARITIO, ōnis. f. [δορυφόρησις] *Munus apparitoris, ſiue functio.* Cic. Fam. 13, 54 In longa apparitione ſingularem et prope incredibilem patris Marcilii ſidem, abſtinentiam, modeſtiamque cognoui. Interpretem et amicum ſuum *vocarat in principio epiſtolae.* ¶ 2 Cic. ad Quint. Fr. 1, 1, 4 Quos vero — ex neceſſariis apparitionibus tecum eſſe voluiſti. *Et* Vlp. l. 23 §. 3 ff. quod metus cauſa, Apparitione Praeſidis interueniente, *i. Apparitoribus et miniſtris.* Ammian. Marc. 15, 5 Apparitionis praefecturae praetorianae princeps, *i. Apparitorum.* Auguſtin. Epiſt. 75 *pr.* Vir ſpectabilis venit ad eccleſiam, apparitione paucorum ſuae poteſtati congrua comitatus. *Et* Symmach. 6, 12 Error apparitionis, *i.* Apparitorum. ¶ 3 Vet. Gloſſ. Apparitio ἐπιφάνεια, *i. apparendi ſ. adueniendi actus.*

APPĀRĬTOR, ōris. m. [κλητήρ, δορυφόρος, τοξότης] *Miniſter magiſtratus: vt Lictor, Viator, Accenſus etc.* Apparitores, ἀποδεκταὶ εἰσὶν δὲ ὑπηρέται τοῖς ἄρχουσιν προσεδρεύοντες· ἐκβιβασταί. Vet. Gloſſ. Cic. Verr. 3, 61 c, 25 Apparitores a Praetore aſſignatos habuiſſe Decumanum. Idem Philipp. 2, 82 Quis vnquam apparitor tam humilis, tam abiectus? *Sic* Regii apparitores Liu. 1, 40. Id. Liu. 1, 48 Fit fuga, regis apparitorum atque comitum. Hirt. B. Afric. 37, 1 Imperat Caeſar, ſpeculatores apparitoresque omnes vt ſibi praeſto eſſent. Apparitoris *autem nomine, omnes intelliguntur, qui magiſtratui apparere ſolent, eiusque imperio praeſto eſſe, veluti* Scribae, Accenſi, Interpretes, Lictores, Viatores, Praecones. *De* Scribis Cic. Verr. 3, 184 Tu ex pecunia publica H-S tredecies ſcribam tuum permiſſu tuo quum abſtuliſſe fateare, reliquam tibi vllam defenſionem putas eſſe? *Paullo poſt*, In eadem ciuitate apparitori tuo eſſe conceſſum, vt H-S vno nomine tredecies auferret? *De* Interpretibus, *teſtis eſt epiſtola* Fam. 13, 54 Quum multa mihi grata ſunt, quae tu adductus mea commendatione feciſti: tum in primis, quod M. Marcilium amici atque interpretis mei filium liberaliſſime tractauiſti. *In fine*, Ego quum ante ſtudioſe commendabam Marcilium, tum multo nunc ſtudioſius, quod in longa apparitione ſingularem et prope incredibilem patris Marcilii fidem cognoui. *De* Lictoribus ad Q. Frat. 1, 1 Sit lictor non ſuae ſed tuae lenitatis apparitor; maioraque praeferant faſces illi ac ſecures dignitatis inſignia, quam poteſtatis. *Et* Gell. 2, 2 ex libro Quadrigarii, Quod poſtea quam lictor ille, qui apparebat, cito intellexit, Maximum Proconſulem deſcendere iuſſit. *Ducum militarium etiam fuiſſe* apparitores, *apparet ex* Lamprid. Alex. Seu. 52 Apparitores nullos eſſe paſſus eſt tribunis aut ducibus, niſi milites, iuſſitque, vt ante tribunum quatuor milites ambularent, ante ducem ſex, ante legatum decem. *Sic legendum ex libro Palatino monuit Salmaſius.* Apparitores *etiam* Pontificum Lictores *ſunt.* Inſcr. Vet. Grut. p. 1087, 6 APPARITORI PONTIFICVM PARMVLARIO. *Iidem* Pontificum Calatores *dicti*, *vid.* Guth. de Vet. Iur. Pontif. 11, 13.

APPARITORIVM, ii. *Exſtat in Vet.* Inſcript. *ap. Rhod. ad Scribon. Larg. Comp.* 212 *p.* 269 *quem vide.*

APPĀRĬTŪRA, ae. [δορυφορία] *Munus alicui apparendi.* Suet. de Clar. Grammat. c. 9 Orbilius apparituram magiſtratibus fecit, *i. apparitor fuit.*

APPĂRO, āre. [διασκευάζω, παρασκευάζω, κατασκευάζω, ἐξαρτύω] *Auget ſignificationem ſimplicis, ſtudioſe et multa apparare.* Cic. Off. 3, 58 Erat opipare a Pythio apparatum conuiuium. Aggerem apparare Caeſ. Bell. Gall. 7, 17. Apparatur animus ad audiendum A. ad Her. 1, 4. Auxilium Plaut. Epid. 3, 2, 18. Cic. pro Lege Manil. 35 Pompeius extrema hieme Bellum apparauit. *Add.* Nep. 7, 3, 2. Diu apparandum eſt bellum, vt vincas celerius Publ. Syr. Apparare, *abſolute.* Quum in apparando acerrime eſſet occupatus Nep. 23, 7, 1 *ſc. bello.* Coenam Ter. Heaut. 1, 1, 74. Conuiuium Ter. Adel. 5, 9, 8. *Et* Cic. Verr. 4, 44 Ornare et apparare conuiuium. Crimina apparare in aliquem Cic. Quint. Frat. 2, 3. Crimina inſonti Sen. Hippol. 825. *Sed optimi libri habent*, Crimina inſonti parat. Plaut. Poen. 5, 3, 139 Nunc hoc conſilium capio: et hanc fabricam apparo, *i. hanc fallaciam paro, quaſi magno cum molimine et apparatu.* Fugam Hirt. de Bell. Alex. Cic. pro Milon. 29 c. 10 Qui illud iter ad caedem faciendam apparaſſet. Cic. ad Quint. Frat. 3, 8 Ludos apparat magnificentiſſimos: ſic inquam, vt nemo ſumtuoſiores. Nuptias Ter. Andr. 4, 1, 32. Praeſidium Plaut. Rud. 3, 3, 21. Prandium Plaut. Men. 2, 1, 13. Apparatus ſum, vt videtis Plaut. Merc. 5, 2, 10. Plaut. Aſin. 4, 28 Vah delenire apparas. *pro* Paras. Apparatur, *imperſ.* Ter. Eun. 3, 5, 35 Dum apparatur, virgo in conclaui ſedet, *i. Dum ſit eius rei apparatus. De balneo loquitur.*

APPARATVS, a, um. Partic. et Adi. [παρασκεύαστος] Cic. de Legib. 1, 12 c. 4 Atque ad illam cauſarum operam, ad quam ego nunquam niſi apparatus et meditatus accedo. Id. Fam. 7, 1 Ludi apparatiſſimi, ſed non tui ſtomachi. Inter apparatiſſimas epulas luxusque regales Senec. Ep. 83 *ſub fin.* Apparatiſſimo funere elatus Suet. Ner. c. 9. Domus inſtructior et apparatior omnibus rebus Cic. de Inuent. 1, 58 c. 34. Spectaculum apparatiſſimum Cic. Phil. 1, c. 15. *Add.* in Piſ. c. 27. A. ad Heren. 1, 11 c. 7 Vt non apparata oratio eſſe videatur. Ibid. Item vitioſum eſt, quod nimium apparatis verbis compoſitum eſt. *Vtrobique loquitur de Exordio ſeu Prooemio vitioſo.*

APPARATĒ. [παρασκευασμένως] Cic. Att. 13, 50 (52) Itaque et edit et bibit ἀδεῶς, et iucunde: oppipare, ſane, et apparate. Liu. 31. 4 Ludi magnifice apparateque facti. Plin. Epiſt. 1, 15 Potes apparatius coenare apud multos, nusquam hilarius, ſimplicius, incautius, *ſubaudi*, quam apud me.

APPARĀTVS, ûs. m. [παρασκευή] *Multarum rerum comparata ad vnum finem copia.* Cic. in Vatin. 31 Sed omitto epulum, Pop. Rom. feſtum diem, argento, veſte, omni apparatu ornatuque viſendo. Magnifici apparatus vitaeque cultus cum elegantia et copia Id. Off. 1, 25 c. 8. Minorem apparatum habentia praecepta dicendi Cic. de Clar. Orat. 263. Nullo apparatu, pure et dilucide dicere Id. de Orat. 1, 229. Apparatus Perſici Hor. Od. 1, 38, 1. *i. luxurioſi.* Belli apparatus Cic. Acad. 4, 3. Epularum apparatus Cic. in Brut. c. 25. Ludorum Id. Off. 2, c. 16. *It.* Att. 6, 9 Dices numos mihi opus eſſe ad apparatum triumphi.

APPARATIO, ōnis. f. [παρασκευή] *Actus vel ratio apparandi* Cic. Off. 2, 56 c. 16 Eſt enim multus in laudanda magnificentia, et apparatione popularium munerum. Idem de Inuent. 1, 25, c. 18 Propterea quod ex his ſuſpicio quaedam apparationis, atque artificioſae diligentiae naſcitur. Quoniam de apparationibus eſt explicatum Vitr. 2, 10. *Sic* Auct. ad Her. 1, 17 c. 10 Suſpicionem affert meditationis et artificii, quae res fidem abrogat oratori. *vid.* APPARATVS, a, um. *Sed* ad Her. 1, 12 c. 8 Alterum genus narrationis eſt, quod intercurrit non nunquam aut fidei, aut criminationis aut tranſitionis, aut alicuius apparationis, vel laudationis cauſa. *Hic non in vitio eſt, ſed fundamenta quaedam cauſae praeſtructa ſignificat.*

APPARATOR, ōris. m. *vt*, Apparator ludi Liu. 44, 9. *Sed fluctuat lectio. Gron. ita dedit:* Inter caetera ſexageni ferme iuuenes, interdum plures, ab apparatoribus ludi armati inducebantur. *Cum illud ab abſit in quibusdam libris, probabilis ſit coniectura Mureti*, apparatoribus ludis.

APPARATORIVM, i. n. [Ἐξαρτιστήριον Vet. Gloſſ.] Inſcriptio vetus, HOC ADPARATORIVM PERTINET AD MONVMENTVM C. AQVILI DIONYSI, etc. *apud Reineſ.* p. 818 *quem interpretantem inuenies, de loco vbi rogus apparatus fuit.* *Fabrettus* Inſcript. p. 232 *putat*, Apparatorium *Aedificium aliquod ſepulcro annexum fuiſſe, ad luſtrationem ſepulcri et coenas ſociales paratum.*

APPELLO, āre. [προσαγορεύω, κλήζω] *Proprie ſignificat nominare.* Cic. pro Caecin. 54 Vtimur eodem iure in aedibus, quae in lege non appellantur. Id. Fam. 1, 9 *fin.* Quidam homines, et iidem illi, quos ſaepe nutu ſignificationeque appello. Id. in Lael. pr. Nec dubitare illum *Laelium* in omni ſermone appellare ſapientem. *Et* 6 c. 2 Vnum te ſapientem appellant, ex exiſtimant. *Sic* Cognomine Iuſtus ſit appellatus Nep. 3, 1, 2. Plaut. Trin. 4, 2, 82 Si appellaſſes, reſpondiſſet nomine. *Conf.* Id. Moſt. 2, 2, 83. *et* 86. Cic. Verr. 5, 63 Appellabantur a multitudine mulieres nominatim. Id. Acad. 4. 1 Me autem nomine appellabat. Idem Fam. 9, 22 Placet Stoicis ſuo quamque rem nomine appellare. Cic. pro Caecin. 55 Seruos non numero diſtinguunt, ſed appellant vno familiae nomine. Id. pro Caecin. 55 De liberis quisquis eſt, procuratoris nomine appelletur. Id. de Vniuerſ. 29 Caeterorum ſiderum ambitus ignorantes homines praeter admodum paucos, neque nomen appellant, neque inter ſe numero commetiuntur. *Et* 35 Iouem atque Iunonem reliquos fratres inter ſe agnatosque vſurpare atque appellare ſolemus. Nomen mortui viri cum lacrymis identidem appellare Cic. de Inuent. 2, 78. Id. Verr. 1, 155 c. 60 De quo iudicio ſi velim dicere omnia, multi appellandi laedendique ſunt, *i. nominatim et cum inuidia ad eos prouocandum.* Plin. 28, 1 Fides tantum auctores appellet. *i. ad eos prouocet.* *Alias dicunt*, Fides ſit penes auctores. *Non enim hic fidem meam obſtringo, ſed ad auctores lectorem ablego.* ¶ 2 Appellare, *Alloqui, et verba cum aliquo facere.* Plaut. Poen. 5, 2, 30 Vin' vt appellem hunc Punice? *i. Punico ſermone eum alloquar. Eſt autem eius, qui verba prior facere incipit.* Cic. Philipp. 1, 31 Te autem M. Antoni abſentem appello. *Huc referendus* Lucil. 27 Quum mei me adeunt ſeruuli, non dominam ego appellem meam? *Nam quod* Nonius 4, 11 *ait, eſſe* familiariter reſpondere, *in eo reprehenditur merito a Mercero.* Cic. Q. Fratr. 2, 9 Tu vero vt me et appelles et interpelles, et obloquare et colloquare velim. Aſperius Cic. contra Rull. 62. Plaut. Caſin. 2, 3, 12 Blande haec mihi mala res appellanda eſt: Vxor mea, Mea amoenitas, quid tu agis? Cic. pro Cluent. 72 Appellat hilari vultu hominem Balbus, vt blandiſſime poteſt. Comiter vnumquemque appellare Cic. Philipp. 13, 4. Honorificentiſſime aliquem Idem Fam. 6, 6. Superbius aliquem Id. pro Lege Manil. 11. Plaut. Aul. 2, 2, 23 Eſt quod te volo de communi re appellare mea et tua. Cic. Fam. 15, 20 Quo tolerabilius feramus igniculum deſiderii tui, crebris nos literis appellato, *i. ſaepe ad me ſcribito.* Horat. Serm. 1, 3, 63

Simplicior ſi quis, (qualem me ſaepe libenter
Obtulerim tibi Maecenas) vt forte legentem,
Aut tacitum appellet: quouis ſermone moleſtus.

*Si Lambin. ſed al.* impellat, *Bentl.* impediat. Cic. in Brut. 18 Video enim iam te auſurus appellare, quoniam longo interuallo modo primum animaduerti paullo te hilariorem. ¶ 3 *Interdum non ſimpliciter alloqui ſignificat, ſed ita, vt aliquid petas, vel pro iure, vel alias cum quadam vehementia.* Cic. Off. 1, 89 c. 25 Cauendum eſt etiam, ne iisdem de cauſis alii plectantur, alii ne appellentur quidem

i. i

*i. in iudicium vocentur.* *Et* Stupri cauſa quem appellare Valer. Max. 6, 1, 11. *Add.* Vlpian. l. 15 ff. de iniuriis §. 20 Appellare eſt blanda oratione pudicitiam alterius adtentare. *Et* §. 22 Aliud eſt appellare, aliud aſſectari. Appellat enim, qui ſermone pudicitiam attentat, aſſectatur, qui tacitus frequenter ſequitur. *Conf.* §. 15. Virginem appellare de ſtupro Quinctil. 4, 2, 98. *Add.* Valer. Max. 6, 1, 7. Appellare aliquem in litibus aeſtimandis Cic. pro Rabir. Poſth. 9 c. 4. *i. accuſare.* Etiam *Creditoris eſt, debitum flagitantis a debitore.* Cic. pro Quint. 39 Biennio iam confecto fere, appellas. Idem Att. 1, 6 Tulliola deliciae noſtrae tuum munuſculum flagitat: et me vt ſponſorem appellat. Neque de ſorte quemquam debitorum ſuorum, neque de vſura a ſuis appellari Valer. Max. 4, 8, 3. Vel optima nomina non appellando fieri mala, *dicit* Alphius *ap.* Columel. 1, 7. *Conf.* Sen. ad Marc. c. 10. Cic. Philipp. 2, 71 c. 29 Appellatus es de pecunia, quam pro domo, pro hortis, pro ſectione debebas. Sen. de Benef. 1, 2 Nec auarus exactor ad horam et diem appellat. Cic. Off. 1 c. 25 Ne iisdem de cauſis alii plectantur, alii ne appellentur quidem. *Elliptica conſtructione.* Quinctil. 5, 13, 12 Eras heres et pauper, et magna pecunia appellabaris creditoribus. *Metaph.* Plin. 16, 33 Appellare ſolum, *i. ſolicitare quaſi, vt fructum ferat. Cognata ratio eſt,* 19, 4 ſ. 19 vnde acetaria appellantur, *i. petuntur, arceſſuntur. Huc referimus, quod* Appellare *eſt, auxilii gratia implorare.* Cic. pro Milon. 101 c. 37 Vos, vos appello fortiſſimi viri, qui multum pro Republ. ſanguinem effudiſtis: vos in viri, et in ciuis inuicti appello periculo Centuriones vosque milites. *Sic* Appellatus eſt, vt eius rei princeps eſſe vellet Nep. 25, 8, 3. Cic. pro Quint. 94 c. 30 Quid agendum eſt? qui deus appellandus eſt? cuius hominis fides imploranda eſt. Idem pro Flacc. 106 Me vultu appellat, meam quodammodo flens fidem implorat. ¶ 4 *Interdum quoque ſimpliciter pronuntiare ſignificat. v. g.* Virg. Aen. 5, 540 Et primum ante omnes victorem appellat Aceſten. Cic. Att. 5, 17 Deiotarus filius, qui rex ab Senatu appellatus eſt. *Vid. de illo honore regibus habito Spanh. de vſu et pr. num. 8, 4. Pronuntiare etiam ſignificat in illo* Cic. in Bruto 133 c. 35 Fuit in Catulo ſermo Latinus: quae laus dicendi non mediocris, ab oratoribus pleriſque neglecta eſt: Nam de ſono vocis, et ſuauitate appellandarum literarum, quoniam filium cognouiſti, noli expectare quid dicam. *Idem de Catulis* Off. 1, 133 c. 37 *hoc modo; Agit de* preſſe loquentibus et leniter. Nihil aliud, *inquit,* fuit in Catulis — Sonus erat dulcis: literae neque expreſſae, neque oppreſſae, ne aut obſcurum eſſet, aut putidum. ¶ 5 Appellare, *eſt a ſententia inferioris iudicis ad ſuperiorem prouocare: aut etiam extra iudicium implorare ſuperiorem poteſtatem in iniuria, quae fit nobis ab inferiore magiſtratu.* Appellato collegio (*tribunorum ſc.*) Suet. Caeſ. c. 23. Vlpian. l. 1 D. de appellation. Qui appellat, maiorem iudicem debet appellare. *Semper autem coniungitur accuſatiuus, idque vel ſine praepoſitione, vel ea interueniente.* Cic. pro Planc. 24 c. 10 Appellaui populum: tribubus ſubmiſi me. Liu. 2, 55 Ad Voleronem lictor miſſus eſt a Conſulibus. Volero appellat Tribunos. Cic. Att. 13, . . Ad tribunos quod appelles, valde probo. Appellare ad Imperatorem L. 39 D. de Minoribus. A praefectis Ib. Lege 16. *Nempe aliquando additur perſona, a qua appellatum eſt.* Cic. pro Quint. 64 c. 20 Cuius procurator a Praetore ad Tribunos appellare auſus. *Sed boni libri non agnoſcunt* Ad. Quinctil. 11, 1, 76 Modo et apud eos, a quibus appellatum erit, ſi forte ad eosdem remittentur, adiicienda ratio. A crudelitate ad Chriſtum appellare Prudent. Romano 818. Vicinus ad dominum appellat, reſtitui ſibi pecudem Macrob. Sat. 1, 6 *extr. qui locus tamen mendoſus videtur.* A literis pridem ſibi editis appellare Macer. in l. vlt. D. quando appelland. A ſententia appellare Paullus in l. vlt. D. Quae ſenten. ſine appellat. reſcin. Ab exſecutore ſententiae appellare non licet. ſed ab eo, qui male ſententiam iam interpretari dicitur, appellare licet. Macer l. 4 D. de appellation. Aduerſus aliquem appellare Paullus l. 1 D. An per al. cau. appell. red. poſſ. Alieno nomine appellare Vlpian. l. 1 §. Tutores. De quando appellan. Contra aduerſarium appellare Idem l. 3 D. de appellation. Contra prolatam ſententiam iniuſtam appellare Modeſtinus in l. praeſes, D. de re iudicat. Ex ſententia aliqua appellare Modeſtinus in l. Si expreſſum. D. de appellation. Fruſtra appellare Vlpian. in l. 1 §. ſi quis tutor. D. quando appell. In aliena cauſa ei, qui in iudicio expertus non eſt, appellare non liceat Macer in l. 2 D. quando appellan. Non iuſte appellare Papyrius in l. imperatores. D. de appellation. Per procuratorem appellare Macer l. 4 D. de appellation. Procuratorio nomine appellare Idem in l. 2 De quando appellan. Pro hac cauſa appellare Id. in l. 1 in fine. D. quae ſentent. ſine appellat. reſcin. Viua voce apud acta appellare Macer l. 2 D. de appellation. et Martianus in l. A ſententia. eod. tit. ¶ 6 Appellare *pro* Applicare, *ex* Afranio Nonius 4, 12. *Sed eſt ex* Appellere. *Verba ſunt:* Abi tu, appellant (*coniunctiuo modo*) huc ad molem noſtram nauiculam. *Apertius etiam id eſt in altero loco* Lucilii, Primum id dant operam, vt quam primum appellant.

APPELLANS, antis. Quum ego illum crebro appellans collegam ei ſuum commendarem Cic. de Orat. 2 c. 47. Barbara lingua Mauros pro Medis appellantes Salluſt. Iugurth. c. 18. Liu. 3, 44 Virgini manum iniecit; ſerua ſua natam (ſeruamque appellans) eſſe: ſequique ſe iubebat.

APPELLANDVS, a, um. Cic. Fam. 1, 2 Quod ſingulis appellandis rogandisque perſpexeram.

APPELLATVS, a, um. *Vt,* Rex appellatus Nep. 18, 13, 2.

APPELLATIO, ōnis. f. [προσηγορία] *Saepius idem quod Nomen ſignificat.* Plin. 7, 13 Q. Metellus Macedonicus quum ſex liberos relinqueret, vndecim nepotes reliquit: nurus vero generosque, et omnes, qui ſe patris appellatione ſalutarent, viginti ſeptem. Ignominioſa, *vid. ſub* IGNOMINIA. Gell. 1, 5 Maledictis appellationibusque probroſis iactatus eſt. Appellationes nauium et telorum vocabula Idem 10, 25 *vbi vides* Appellationem *et* Vocabulum *ſynonyma haberi; cum tamen alii inter haec duo diſcrimen fecerint, de quo* Quinctil. 1, 4, 20 Nihilominus fuerunt, qui ipſum adhuc *vocabulum* ab *appellatione* diducerent, vt eſſet *vocabulum* corpus viſu tactuque manifeſtum, *domus, lectus; appellatio,* cui vel alterum deeſt, vel vtrumque, *ventus, caelum, deus, virtus. Huc reſpexiſſe videtur Heraldo, quod Caſaubonus notat* Caeſar *apud* Sueton. c. 77 *illo dicto,* Nihil eſſe Rempubl. appellationem modo, ſine corpore et ſpecie. *Quid ſi contra ſe res habet, et illa Caeſaris vox ſic definiendae* appellationi *occaſionem praebuit. Exempla certe Fabii non ſatis conueniunt his, quae ipſe paullo poſt habet* ſ. 27 *et* 28 Quaedam, participia an verbi appellationes (*nomina verbalia*) ſint, dubitari poteſt, quia aliud alio loco valent, vt *lectus* et *ſapiens.* Quaedam verba appellationibus ſimilia, vt *fraudator, nutritor. Maneat ergo apud Grammaticos veteres* Appellationem *eſſe nomen verbale. Spinoſiora etiam ſunt, et nulli, puto, bonae rei, quae de* nominis, appellationis *et* vocabuli *differentia diſputat* Scaurus *apud* Diomedem l. 1 p. 306, 1. Appellationes verbi ſunt nomina a verbis deriuata. Et exiſtimauit Heraldus, vt Caſaubonus notat, huc reſpexiſſe Caeſarem illo dicto, quo, Nihil eſſe Rempubl. appellationem modo, ſine corpore et ſpecie, pronuntiauit, vt Sueton. eius vita c. 77 refert. Regum appellationes venales erant, *i. impetrari pecunia poterat, vt aliquis rex a populo Roman. appellaretur* Cic. pro Domo ſua 129. Appellatione eadem ſignare Quinctil. 4, 1, 2. ¶ 2 Literarum lenis appellatio bene loquendi famam confecerat Cic. de Cl. Orat. 259 c. 74. *i. pronuntiatio: de Catulo. Add.* Quinct. 11, 3, 35. ¶ 3 Appellatio *eſt, Prouocatio a minore iudice ad maiorem.* Liu. 3, 56 Vtrum nouis legibus dominatio an libertas firmata ſit: et appellatio prouocatioque aduerſus iniuriam magiſtratuum oſtentata tantum inanibus literis, an vere data ſit. Cic. pro Quint. 65 c. 20 *extr.* Videturne interceſſiſſe appellatio tribunorum non morae, ſed auxilii cauſa? Plin. 6, 22 Nec niſi plurium ſententia quemquam capite damnari: ſic quoque appellationem eſſe ad populum. Magiſtratibus liberam iurisdictionem et ſine ſui appellatione conceſſit Suet. Calig. c. 16. Vt omnes appellationes a iudicibus ad ſenatum fierent Idem Ner. c. 17. Admittetur eius appellatio Vlpian. in l. Si cuius. D. de appellation. recipiend. Cognoſcere de appellatione l. vnic. D. de libel. dimiſſor. Denegare auxilium appellationis Scaeuola in l. vlt. D. de appellation. Exſequi appellationem, *i. perſequi* Scaeuola in l. negotiorum. D. de appellation. Explicare appellationem Scaeu. in l. negotiorum. D. de appellat. Euaneſcit appellatio Macer D. Si penden. appellat. Appellatore defuncto, ſiquidem ſine herede, cuiuscunque generis appellatio fuerit, euaneſcit. Facere appellationem ad quem D. l. 1 An per alium. Fiat ab ipſo appellatio Vlpian. 1 §. Sed etſi. D. quando appellan. Interponere appellationem Scaeuola in l. vlt. D. de appellation. Vlpian. in l. Quum ex cauſa. eod. tit. Pendet appellatio, et Pendente appellatione Papyrius in l. Imperatores. D. de appellation. Peragere appellationem, *i.* perſequi Macer D. ſi penden. appellat. Quod ſi appellatori haeres extiterit: cogendus non eſt peragere appellationem. Perſequi cauſam appellationis Paullus in l. penult. D. de appellat. Probare merita appellationis in l. penult. D. de appellation. Pronuntiare de appellatione Vlpian. D. nihil innoua. appellation. interpo. Recipere appellationem alicuius Macer l. 4 D. de appellat. recip. Reddere cauſas appellationis Scaeuola in l. vlt. D. de appellation. Remittitur neceſſitas appellationis, quum contra ſacras conſtitutiones iudicatur Macer in l. 1 D. quae ſentent. ſine appellat. reſcin. Vti auxilio appellationis Macer in l. Serui. D. de appellation.

APPELLATIVVS, a, um. Adi. [προσηγορικός] *Fictum a Grammaticis, quum dicunt* Appellatiuum nomen. Priſcian. 2 p. 578 Appellatiuum nomen naturaliter commune eſt multorum, quos eadem ſubſtantia, ſiue qualitas, vel quantitas generalis vel ſpecialis iungit. Generalis; vt, Animal, corpus, virtus. Specialis; vt, Homo, lapis, grammaticus, albus, niger, magnus, breuis *etc. Conf.* Chariſ. p. 126.

APPELLĀTOR, ōris. m. [ἐπικεκλητής] *Qui appellauit, h. e. ab aliquo iudice ad alium prouocauit.* Cic. Verr. 4, 145 c. 65 Quaeſtor praetorem appellat. *Et paullo poſt.* Quo quidem die nihil aegrius factum eſt multo labore meo, quam vt manus ab illo appellatore abſtinerentur. Nihil nocere appellatori D. l. 7 Quando appell. *Add.* l. 23 Cod. de Appellat. *it.* l. vnic. D. Si pendente.

APPELLATORIVS, a, um. Adi. *Quod ad appellationem pertinet, vt,* Libelli appellatorii Vlp. l. 1 §. vlt. D. de appellat. Tempora appellatoria, *illa dicuntur, intra quae appellatio interponi poteſt.* l. ſi cuius. D. de appell. recipiend.

APPELLĬTO, āre. [ἐπικαλέομαι] Feſtus, Appellitauiſſe *pro* Appellauiſſe. Apul. Apol. p. 279 Quod cum aliis nominibus pueri vocentur, ego eos Charinum et Critiam appellitarim.

APPELLO, ŭli, ulſum, ellĕre. [προσωθέω, ὁρμίζω, προσορμίζω] *Eſt pellendo vel impellendo admouere, adigere.* Varro de R. R. 2, 2, 11 Ab occaſu paruo interuallo interpoſito ad bibendum appellunt. *Et* 2, 5, 15 Aeſtate ad aquam appellendum (*vaccas*) bis, hieme ſemel. Cic. de Diuin. 1, 44 c. 22 *ex* Accio, Viſu'ſt in ſomnis paſtor ad me appellere *intell.* gregem. ¶ 2 Donatus ad Ter. Andr. Pr. 1 Proprie dicitur, quum ex pelago aut freto quis ad litus acceſſerit, Donatus. *Eſt autem verbum actiui generis: et proprie dicimus,* Nauis appulſa eſt, *ſiue* Homo, *aut* ventus nauem appulit. *Sic* Cic. Verr. 5, 86 Poſteaquam paullum prouecta claſſis eſt, et Pachynum quinto die denique appulſa eſt. Ibid. Appellitur nauis Syracuſas. Cic. de Nat. Deor. 3 c. 34 Qui quum ad Peloponneſum claſſem appuliſſet. *Add.* Nep. 8, 4, 4 Cum praetor claſſem ad Ciliciam appuliſſet. *Sed varie deinde mutatur, ellipſi praeſertim intercedente conſtructio.* Liu. 8, 3 Eo anno Alexandrum Epiri regem in Italiam claſſe appuliſſe conſtat. Quinctil. 7, 3, 31 Pater eius a transmarina peregrinatione, quum ad litus idem appuliſſet: lecto nomine ſuſpendit ſe. *Alia ellipſi* Tacit. Ann. 2, 24, 3 Sola Germanici triremis (*ad*) Chaucorum terram (*ſe*) appulit. *Et* 4, 27, 2 Tres biremes appulere (*ſe ad litus*). *Sed plene* Terent. Andr. 4, 6, 12 Haud auſpicato huc me appuli. *Verba ſunt Critonis, qui naui Athenas venerat. Item* Virgil. Aen. 3, 715 Hinc me digreſſum veſtris deus appulit oris. *Et* Cic. pro C. Rabir. 25 Neo tuas vnquam rationes ad eos ſcopulos appuliſſes, ad quos Sexti Titii afflictam nauem, et in quibus C. Deciani naufragium fortunarum videres. ¶ 3 *Metaphorice.* Terent. Andr. Pr. 1 Animum ad ſcribendum appulit, *i. ſe ad ſcribendum contulit. Sic* Ad vxorem animum appulit Ter. Andr. 2, 6, 15. *Et* Cic. de Orat. 2, 154 c. 37 Timide tanquam ad aliquem libidinis ſcopulum, ſic tuam mentem ad philoſophiam appuliſti. Plaut. Rud. 4, 3, 104 Ad ignotum arbitrum me appellis, *i. adducis.* Idem Aſin. 3, 3, 43 Argenti viginti minae, me ad mortem appulerunt, *quaſi dicat, Paene ad mortem vsque me compulerunt.*

APPVLSVS, a, um. Partic. [προσορμισθείς] *Vt,* Cic. Verr. 5, 51 Vt eos, qui eſſent appulſi nauigiis, interficere poſſent. Claſſis appulſa Idem Verr. 3 c. 33. *it.* Nep. 1, 4, 2. Magno numero nauium appulſo Caeſ. B. G. 3, 3.

APPVLSVS, ūs. m. [προσόρμισις] *Acceſſus, qui fit nauigio.* Liu. 27, 30 Vt Attalum, quem claſſe Euboeam petiturum audierat, portubus ab litorum appulſu arceret, *i. vt prohiberet eum, ne ad portus aut litora claſſem appelleret. Sed etiam latius patet, v. g.* Deorum appulſu homines ſomniant, *i. aduentu, praeſentia* Cic. Diuin. 1 c. 30.

*Sic* Idem de Natur. Deor. 1, 24 Atque terrae maximas regiones inhabitabiles incultasque videmus: quod pars earum appulſu Solis exarſerit, pars obriguerit niue, pruinaque, longinquo Solis abſceſſu. *Sic* Appulſus caloris et frigoris Id. ib. 2 c. 56.

APPENDEO, ēre. Porcellum ad fumum ſuſpendes, et appendeas: et quantum appendeas tantum ſalis in ollam mittis *etc.* Apic. 8, 7 *extr.* *Sic etiam Liſterus. Prius* appendeas *videtur ſignificare* appendas: *alterum poſitum eſſe a librario, pro* appendeat, *i. pendat, graue ſit.*

APPENDO, di, ſum, dĕre. [προσαρτάω, ταλαντεύω, ἵστημι] *Verbum actiui generis, Suſpendere e libra, et explorato pondere alicui tradere.* Cic. Verr. 4, 56 Aurificem iuſſit vocari in foro, ad ſellam Cordubae: et ei palam appendit aurum. Idem Philipp. 2, 97 c. 38 Vt iam appendantur, non numerentur pecuniae. Idem pro Roſc. Amer. 114 Tibi optima fide ſua omnia conceſſit, annumerauit, appendit. Plin. 33, 3 ſ. 13 Librales appendebantur aſſes. Idem 9, 55 Sex millia numero muraenarum mutuo appendit. *Metaph.* Cic. de Opt. Gen. Orat. 14 Non enim verba me annumerare lectori putaui oportere, ſed tanquam appendere, *de ſua interpretatione Demoſthenis et Aeſchinis orationum.* ¶ 2 *Pro generali ſignificatione verbi laudatur* Plin. . . . Atque vuas iam maturas ad ſolem appendere, *i. in ſole ſuſpendere. Sed nondum inuentus eſt locus.*

APPENSVS. Partic. [προσηρτημένος] *Suſpenſus.* Cic. Tuſc. 5, 62 c. 21 In hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari ſeta equina appenſum demitti iuſſit. *Sed hodie omnes legunt* Aptum. Appenſum aurum Liu. 5, 49, 1.

APPENSVS, ûs. m. Apul. de Mundo p. 58, 16 Poſt *lunam* pars eſt, quae ſancti aetheris finibus coërcetur, cuius menſu appenſuque diſtincta eſt naturae immutabilis regio, et mortalis, ac iam paene terrena.

APPENDIX, ĭcis. f. [ἀποφυὰς, προσθήκη] *Acceſſio quaecunque videtur appellari.* Feſtus, Ampendices dicebantur ab antiquis, quod circumpenderent: quas nunc Appendices appellamus. Non. 1, 199. Appendix dicitur, quod alii eſt adiunctum, quaſi ex alio pendeat. Cic. in Hortenſio, Vidit enim, quod videndum fuit, appendicem animi eſſe corpus: nihilque eſſe in eo magnum. *Illam* Nonii *etymologiam pulchre expreſſit* Apul. Met. 5 p. 169, 10 *vbi Cupido* tacitus auolauit. At Pſyche ſtatim reſurgentis eius crure dextro manibus ambabus arrepto ſublimis euectionis appendix miſeranda *etc.* *Et* 8 p. 211, 27 Laqueum ſibi nectit, infantulumque — eodem funiculo nectit, ſeque in praealtiſſimum puteum, appendicem paruulum trahens, praecipitat. Varro de R. R. 1, 16, 1 Relinquitur altera pars, quae extra fundum eſt: cuius appendices vehementer pertinent ad culturam, propter affinitatem. *Et* 3, 9, 2 *Enarratis quae circa gallinas animaduertenda ſunt, addit,* Hiſce appendix additur pars quinta, quemadmodum ſaginentur. Liu. 21, 5 In ripa elephantos ante quadraginta diſpoſuit. Carpetanorum cum appendicibus Olcadum Vacceorumque centum millia fuere. Vlpian. l. 35 ff. de acquir. vel omitt. hered. Appendices praecedentis inſtitutionis *vocat* heredes ſubſtitutos. ¶ 2 Appendix, *Spina.* Plin. 24, 13 Spina eſt appendix appellata, quoniam baccae puniceo colore in ea appendices vocantur. *Plura apud eundem.* ¶ 3 *De quantitate penultimae. Vid.* Borrich. in Cogit. p. 310. et Analect. part. 2 p. 30 ſeq. *qui producendam eſſe, contra vulgarem vſum contendit.*

APPENDICVLA, ae. f. [προσθηκίδιον] Cic. pro Rabir. Poſth. 8 c. 4 Eſt enim haec cauſa, quo ea pecunia peruenerit, quaſi quaedam appendicula cauſae indicatae, atque damnatae.

APPĔTO, īui, et ii, ītum, ĕre. [ὀρέγομαι, ἐφίεμαι, ὀργάω] *Sollemnior ſignificatio eſt, qua* notat *vehementer aliquid cupere, deſiderare.* Stat. Theb. 1, 235 *de Oedipo,* — et immeritae gremium inceſtare parentis Appetiit. Cupide appetere agros alienos Cic. pro Roſc. Amer. 50. Nihil ſibi appetit praecipue Pompeius Idem contr. Rull. 2, 60. Idem Philipp. 3, 33 Id non modo non recuſem, ſed appetam etiam atque depoſcam. Sen. Thyeſt. 5 v. 471 Nec abnuendum, ſi dat imperium Deus: nec appetendum. Cic. de Nat. Deor. 3, 33 Appetuntur autem quae ſecundum naturam ſunt, declinantur contraria: et omne animal appetit quaedam, a quibusdam refugit. *Conf.* Tuſc. 4 c. 6. Cic. Verr. 4, 121 In hac partitione ornatus, non plus victoria Marcelli Populo Romano appetiuit, quam humanitas Syracuſanis reſeruauit. Amicitiam appetere Caeſ. Bell. Gall. 1, 40. Cic. Tuſc. 4, 13 Quoniamque vt Bona natura appetimus; ſic et a malis, natura declinamus. Idem pro Milon. 101 Ego inimicitias potentum pro te appetiui. Id. Verr. 4, . . . Non alienam mihi Laudem appeto. *Sic,* Appetere gloriam, *apud* eundem. Caeſ. Bell. Gall. 7, 4 Et eam ob cauſam, quod regnum appetebat, ab ciuitate erat interfectus. *Add.* Cic. pro Domo ſua 101. Idem de Fin. 1, 5? Omne animal, ſimul atque natum eſt, voluptatem appetit. Cic. de Legib. 2, 52 c. 21 Quaero — Quid ſit, quod ad (*i. ſupra, praeter*) ius pontificium, ciuile appetatis. Idem de Orat. 3, 128 c. 32 Quantum ſibi illi ipſi oratores de praeclariſſimis artibus appetiuerint. Hirt. de Bell. Alex. 39 Neque ſe tuto diſceſſurum arbitraretur: ſi conditiones, quas reiecerat, rurſus appeteret. Cic. pro Roſc. Com. 55 Et Roſcium quicquam per auaritiam appetiſſe. ¶ 2 *Sed non continetur intra animum hoc verbum, verum ad corporis quoque motum pertinet, quo ad aliquid, vel cum fruendi voluntate, vel nocendi, acceditur.* Cic. ad Brut. 2 Adeone copiis abundat, vt is, qui ex Aſia fugere dicebatur, Europam appetere conetur? *i. inuadere.* Ferro atque inſidiis appetere Cic. pro S. Roſc. c. 11. Lapidibus appetere Idem pro Domo c. 5. Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 35 Humerum apertum gladio appetit. Liu. 7, 26 Sed quotieſcunque certamen initum eſt, leuans ſe alis, os oculoſque hoſtis, roſtro et vnguibus appetiit. Plin. 11, 45 Ineſt et aliis partibus quaedam religio, ſicut dextra oſculis aduerſa appetitur, in fide porrigitur. Cic. de Natur. Deor. 2, 128 c. 51 Quae paullo ante nata ſunt, ſine magiſtro, duce natura mammas appetunt. Idem de Diuin. 2, 85 c. 41 Puer Iuppiter cum Iunone in gremio Fortunae ſedens, mammam appetens, *etc.* *Et* 1, 46 c. 23 Cum Cyro dormienti Sol ad pedes viſus eſſet, ter eum ſcribit fruſtra appetiuiſſe manibus. ¶ 3 Appetere *ſpeciatim de iis dicitur, qui blande ſe ad aliquem applicant, et illo acceſſu amicitiam* ſe *illius petere oſtendunt.* Q. Cic. de Pet. Conſ. 23 c. 8 Homines vrbani — cura vt tui cupidi ſint: elaborato, appetito, allegato, ſummo te beneficio affici oſtendito. M. Cic. de Sen. 63 c. 18 *inter honores ſenum eſt,* Salutari, appeti, decedi. Martial. 1, 11 Adeone pulchra eſt? immo foedius nil eſt. Quid ergo in illa appetitur? Ouid. de Arte Am. 3, 568 Nec dominae teneras appetet vngue genas. Oculos Tibull. lib. 1, 6, 70. *Huc ref.* Cic. N. D. 2, 100 c. 39 Mare terram appetens litoribus cludit, vt vna ex duabus naturis conflata videatur. ¶ 4 Appetere, *relatum ad temporis nomen pro Appropinquare, inſtare, aduentare.* Liu. 25, 2 Comitiorum conſularium iam appetebat tempus. Dies iudicii appetebat Plin. Epiſt. 5, 1. Fata Veiorum appetebant Liu. 5, 19, *alii* Veios: *Gronou.* Veiis. Meridies appetit Plaut. Moſt. 3, 1, 119. Nox appetit Liu. 5, 44. Tacit. Hiſt. 2, 19. Propinqua partitudo cui appetit Plaut. Aulul. 1, 1, 36.

APPĔTENS. Partic. [ὀρεγόμενος] Salluſt. in Catil. c. 5 Alieni appetens, ſui profuſus. Amicitiarum. Stimulus quidam nos amicitiarum appetentes facit Sen. Ep. 9. Edendi appetens Gell. 16, 3. Gloriae appetentes Cic. pro Lege Manil. 7 c. 3. Homo non cupidus, neque appetens Cic. contr. Rull. 20. Luce appetente, *i. initio diei.* Tacit. Ann. 4, 51, 4. Famae appetentior Tac. Hiſt. 4, 6, 1. Fruticum odoratorum appetentius animal Plin. 12, 17. Nihil eſt appetentius ſimilium ſui, nihil rapacius, quam natura Cic. de Amic. c. 14. Id. Tuſc. 2, 58 c. 25 Sumus enim natura ſtudioſiſſimi, appetentiſſimique honeſtatis. Homo tui appetentiſſimus, *i. Cupidiſſimus* Plin. Epiſt. 7, 31, 7.

APPETENTER. Adu. Cic. Off. 1, 33 c. 10 Vt ne cupide quid agerent, ne appetenter. *al.* Nec appeterent. *Conf. Turneb.* 26, 32. Apul. Met. 7 p. 192 Appetenter ſumere.

APPETENTIA, ae. f. [ὄρεξις] *Actus vel habitus appetendi.* Cic. Tuſc. 4, 15 c. 7 Vt aegritudo quaſi morſum aliquem doloris efficiat, metus receſſum quendam animi et fugam, laetitia profuſam hilaritatem, libido effrenatam appetentiam. *Add.* Lactant. 6, 23. Artium liberalium appetentia Plin. 23, 1 ſ. 19. Ciborum appetentia inuitatur vino Plin. 23, 1 ſ. 22. Ciborum appetentiam praeſtat haec herba, vel facit Plin. 20, 17. Idem 19, 8 Cibi appetentiam faciunt lactucae.

APPETITIO, ōnis. f. [ὅρμησις] *Conatus quidam aliquid apprehendendi.* Cic. de Diuin. 1, 46 Nam quum dormienti ei Sol ad pedes viſus eſſet, ter eum ſcribit fruſtra appetiuiſſe manibus, quum ſe conuoluens Sol elaberetur et abiret. Ei magos dixiſſe, ex triplici appetitione Solis XXX annos Cyrum regnaturum eſſe portendi. ¶ 2 Appetitio, *ad animum refertur aliquid appetentem.* [ὁρμή] Cic. Acad. 4, 24 c. 8 Nam aliter appetitio (eam enim eſſe volumus ὁρμὴν) qua ad agendum impellimur, et id appetimus, quod eſt viſum, moueri non poteſt. Alieni Cic. Off. 3, 30 c. 6. Id. in Topic. 62 Atque etiam eſt cauſarum diſſimilitudo: quod aliae ſunt, vt ſine vlla appetitione animi, ſine voluntate, ſine opinione ſuum quaſi opus efficiant. Gell. 16, 3 Quod quum antehac ſemper edundi fuerit appetens, nunc poſt imperatam inediam tridui, omnis eius appetitio priſtina elanguerit. Cic. Off. 1, 13 c. 4 Huic veri videndi cupiditati adiuncta eſt appetitio quaedam principatus. Societatis Sen. Ep. 9.

APPETITOR, ōris. m. *Qui appetit.* Lamprid. Alex. Seuer. c. 40 Boni linteaminis appetitor fuit. Ammian. 25, 5 Laudum intemperans appetitor. *Add.* Vulgat. 1 Pet. 4, 15. *Item* Arnob. 4 p. 136. *et* Auguſtin. Serm. 1 feria 2 Pentec. de Chriſtianis.

APPETITVS, a, um. Cic. in Piſon. 68 c. 28 Non fugit eius amicitiam, cum eſſet praeſertim appetitus. Cic. pro Quint. 98 c. 31 Ignominiis omnibus appetitus. *Conf.* eund. pro Roſc. Amer. 30 c. 11 et pro Domo ſua 13 c. 5. Eutrop. 7, 12 de Vitellio: Stercore in vultum et pectus ab omnibus obuiis appetitus. Floribus auidius appetitis Pallad. Mart. t. 15.

APPETITVS, ûs. m. *Cupiditas. Et facultatem appetendi in animo noſtro, et actum ſignificat. Coniungit* Cic. Off. 1, 101 c. 29 Duplex eſt animorum vis atque natura. Vna pars in appetitu poſita eſt, quae eſt ὁρμὴ Graece: quae hominem huc atque illuc rapit. Altera in ratione, quae docet et explanat quid faciendum, fugiendumque. Ita fit, vt ratio praeſit: appetitus obtemperet. *Haec de facultate: mox de actibus,* Efficiendum autem eſt, vt appetitus rationi obediant: eamque neque praecurrant propter temeritatem, nec propter pigritiam aut ignauiam deſerant: ſintque tranquilli, atque omni animi perturbatione careant. Contrahere et ſedare appetitus Cic. Off. 1, 103 c. 29. Idem de Nat. Deor. 2, 33 c. 12 Addidit rationem, qua regerentur animi appetitus, qui tum remitterentur, tum continerentur. Voluptatis appetitus Cic. Off. 1, 105 c. 30.

APPETIBILIS, e. Apul. Dogm. Plat. 2 p. 19 Solicitudinem et laborem appetibiles ducebat eſſe. Macrob. Saturn. 1, 1 Venuſtate appetibilis.

APPETISSO, ĕre. *i. e. Appetere.* Accius apud Nonium 4, 8 Cur vetera tam ex alto appetiſſis diſcidia?

APPETONES, ab Appetendo dicti. Laberius Virgine, Alienum appetonibus viae perditae (preditae *Merc.*) diuerticulas. Nonius 2, 43.

APPIA, *Gens inter nobiliſſimas Romae: Vid. mox* APPIVS. Appia Via, [Ἀππία ὁδὸς] *eſt a Roma in Campaniam, et ad mare vsque Brunduſium, quam* Appius Claudius *Conſul lapidibus ſtrauit. Vid.* Cic. pro Milon. 17 c. 7 Appia, *ſimpliciter, intellecto nomine* via *dicitur v. g.* Hor. Serm. 1, 5, 6 — minus eſt grauis Appia tardis. *Et* in Epod. 4, 14 Et Appiam mannis terit. *vid.* Liu. 9, 29. ¶ 2 *Fuit etiam Romae* Aqua Appia, *quae ab eodem* Appio Claudio *in vrbem eſſet ducta.* Meminit Cic. pro Cael. 34.

APPIAS. Patronym. f. *unde,* Appiades deae. Ouid. de Arte Am. 3, 452 Has Venus e templis multo radiantibus auro, Laeta videt lites, Appiadesque deae. *Et rurſum* de Rem. Amor. 660 Turpe vir et mulier, iuncti modo, protinus hoſtes: Non iſtas lites Appias ipſa probat. Appiades deae *videbantur quibusdam Grammaticis Pallas, Pax, Concordia, Veſta, Venus, quarum templa prope forum Caeſaris erecta ſunt. Sic autem appellatae ab* aqua Appia, *quae in idem forum deducta eſſet. Turnebo vero non videtur ſatis eſſe cauſae in aquaeductu, vt tot vicinorum templorum numina inde nomen mutuentur. Sed nec* Venus *in* Appiadibus *numeranda videtur, quum ab iis diſerte a Poëta ſeparetur. Dein ſubiungit.* „*Ego putem, quum eo in loco ſaliret aqua Appia, ac ſub Veneris templo eius lacus ac ſaliens eſſet, vel muſarum, vel nympharum potius, quae in aquaeductibus ſolent ore et mammis aquam euomere, vel aliarum certe dearum, quarum nomina neſcimus, ſignis, aquaeductum illic ornatum fuiſſe. Quum autem Venus praeſit foederibus amorum,* Appiades *autem illae deae ſub templo Veneris poſitae eſſent, eas quoque velut Veneris contubernales et eiusdem templi conſortes, amorum foederibus ceu feciales praeeſſe voluiſſe Ouidium, nec talia iurgia litesque probare dixiſſe. Illud autem ita ſe habere, vt dixi, apparet e verſibus* Ouid. de Arte Am. 1, 82 Subdita, qua Veneris facto de marmore templo Appias expreſſis aëra pulſat aquis. *Hic locus fidem facit ſub templo Veneris fuiſſe aquae Appiae ſalientem: illudque Appii monumentum, vt credibile eſt,* *dearum*

*dearum ſignis, et (vt reor) nympharum, ornatum erat, quae* Appiades deae *ſunt. Haec Turnebus. Nec abludunt* Bentl. *ad* Hor. Od. 1, 22, 14. Burm. ad Ouid. Art. 3, 452. *Nec audiendus hic Heinſius, qui* Appiades tuae *legi vult, i. puellae meretrices ad viam Appiam. In vrbe, in foro, vbi lites aguntur, ſunt illae* Appiades deae. *Huc alluſit* Cic. Fam. 3, 1 Non ſolum Pallada, ſed etiam Appiada nominabo, *de Minerua ſua, i. ingenio eiusque monumentis loquitur.*

APPIANVS, a, um. Adi. *vt*, Appiani legati Cic. Fam. 3, 7. Plin. 15, 14 *de malorum generibus*, Ergo habent originem a Matio, Geſtio que et Manlio, item Scandio; quibus cotoneo inſito ab Appio e Claudia gente, Appiana ſunt cognominata. Odor eſt his cotoneorum, magnitudo quae Scandianis, color rubeus.

APPIANVM, i. n. *Pigmenti, ſiue Coloris genus, cuius meminit* Plin. 35, 7 ſ. 31.

APPINGO, ĕre. [προσγράφω] *pingendo addere* Cic. Att. 2, 8 *extr.* Epiſtolam ſuperiorem reſtitue nobis: et appinge aliquid noui. *h. e. Adde, adſcribe.* Hor. de Arte Poët. 30 Delphinum ſiluis appingit, fluctibus aprum.

APPIOSVS, a, um. *Morbi nomen.* Veget. Veter. 2, 2. Efficitur animal appioſum, cuius et mens hebetatur et viſus. Ib. c. 5 Quodſi appioſum ſimul paſſio thoracis inuenerit, facit continuo rabioſum. *Et* c. 10 Si quod iumentum appioſum fuerit, in praeſepio incumbit, oculos tenſos habebit, micabit auriculis, viſus caliginem patietur, et gyrat in circulo tanquam ad molas. *Libri quidam* opioſum *habent.*

APPISCATVS, a, um. Magnam inde appiſcatus infamiam *ex* Lucil. *ap.* Priſcianum *adfert Laurenb. in Antiqu. et exponit, adeptus, tamquam ſi fuerit ab apiſcor: cum tamen, ſi recte per duplex P ſcribatur, potius ad piſcandi notionem referendum ſit.*

APPIVS. *Praenomen eſt gentis Claudiae proprium et ita familiare, vt ſicut ipſum gentis nomen vſurpetur, quod* aqua *et* via Appia *indicant, de quibus paullo ante. V. Spanhem. de vſu et praeſt. num. Diſſ.* 10 p. 30.

APPIĒTAS, ātis. f. *Verbo ficto Appiana nobilitas.* Cic. Fam. 3, 7 Illud idem Pauſania dicebat te dixiſſe, Quid ni? Appius Lentulo, Lentulus Appio proceſſit obuiam, Cicero Appio noluit. Quaeſo, etiamne tu has ineptias, homo (mea ſententia) ſumma prudentia, *etc.* Vllam Appietatem aut Lentulitatem valere apud me plus, quam ornamenta virtutis exiſtimas? Quum conſequutus nondum eram, quae ſunt hominum opinionibus ampliſſima, tamen iſta veſtra nomina numquam ſum admiratus: viros eos, qui ea vobis reliquiſſent, magnos arbitrabar. *Paullo poſt*, Tu ſi aliter exiſtimas, nihil errabis: ſi paullo diligentius (vt quid ſit εὐγένεια, quid ſit nobilitas intelligas) Athenodorus Sandonis filius quid de his rebus dicat, attenderis.

APPLAVDO, ſi, ſum, ĕre. [ἐπικροτέω] *Manuum vel Pedum plauſu frequenti fauorem oſtendere. Petunt hoc actores in comoediis:* Plaut. Pſeud. 5, 2, 32 Si vultis applaudere, atque approbare hunc gregem et fabulam, in craſtinum vos vocabo. *Sic* Trucul. *extr.* Veneris cauſa applaudite. *Add.* Bacch. *extr. Sed etiam in conuiuio*, Plaut. Perſa 5, 2, 13 Agite applaudamus: *deinde poſt comploſionem puto manuum, inuitant aduenientem*, Salue, locus hic tuus eſt, huc accumbe. *Imperſon.* Cic. pro Sext. 115 c. 54 Quid ego nunc dicam, quibus viris, aut cui generi ciuium maxime applaudatur? *Scribitur etiam per* O *in Syllaba media.* Hygin. f. 126 Cum luctati eſſent, et Vlyſſes Irum aploſiſſet, *i. terrae afflixiſſet.* Apul. Met. 6 p. 184, 34 Anum — incuſſis calcibus — applodo terrae. Spartianus Geta c. 3 Allatum ouum aploſum ad terram fregit. Lamprid. Heliog. c. 6 Seriam aploſam fregit. *Vid.* Feſtus in APPLVDA.

APPLAVSOR, ōris. m. [ἐπικροτητὴς] *qui applaudit.* Plin. in Panegyr. c. 46 Idem ergo populus ille aliquando ſcenici imperatoris ſpectator et applauſor.

APPLAVSVS, a, um. Partic. [ἐπικεκροτημένος] *Plaudendo pulſatus.* Ouid. Met. 4, 352 Ille cauis velox applauſo corpore palmis Deſilit in latices, *h. e. Percuſſo.* Sil. lib. 16, 356 *de Camphaſo equo*, Camphaſus ipſe aſper, nec qui ceruicis amaret Applauſae blandos ſonitus, *etc.*

APPLAVSVS, ūs. m. [ἐπικρότησις] Cic. de Diuin. 2, 104 c. 50 Ennius qui magno applauſu loquitur, aſſentiente populo, *etc. Legitur et* Plauſu *in Gronou.*

APPLĬCO, āui et ui, ātum et ĭtum, āre. [προσάπτω, προσορμίζω, παραβάλλω] *eſt arcte admouere, vt partes quoque partibus cohaereant. Et tum ad corpus tum ad animum ſollemni tranſlatione refertur.* Cic. Acad. 4, 65 Ad hanc potiſſimum philoſophiam me applicaui. In Bruto 316 Meque ad Molonem applicaui. Pro Cluent. 46 Oppianicus ſe ad Staleni familiaritatem applicauit. *Frequens eſt illius vſus in nauigatione, vbi* appellendi *verbo fere reſpondet.* Cic. Philipp. 2, 26 c. 11 Si ille ad eam ripam, quam conſtituerat, non ad contrariam, nauim applicuiſſet. *Sic antiquae editt. Sed Grut. et qui eum ſecuti*, naui appuliſſet. *Certius eſt illud* Virg. Aen. 1, 616 — quae vis immanibus applicat oris? *ſubaudito* Te *accuſat. Vbi* Seruius *dicit* aut per D, aut per duplex P indifferenter ſcribi poſſe. *Sic* Applicare, Claſſem in locum aliquem Liu. 37, 12. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 101 Applicatisque noſtris ad terram nauibus. Naues terrae Liu. 28, 17. *Paſſiue* Ouid. Met. 3, 598 Diae telluris ad Oras Applicor, et dextris adducor litora remis. *Quin etiam* Applicare, *abſolute poſitum ſic inuenias* Iuſtin. 2, 4, 21 Igitur quum Hercules ad litus Amazonum applicuiſſet. Hirt. de Bell. Hiſp. 37 Item quarto die nauigatione confecta, inſequuntur: qui imperati a Carteia profecti ſine aqua fuiſſent, ad terram applicant. Dum aquantur, Didius claſſe occurrit *etc. In his poteſt Accuſatiuus* Se *vel* Naues *ſubaudiri: vt in verbo* Appellere *diximus. Vid. mox* Applicare ſcalas. ¶ 2 *Iam quibus aliis nominibus verbum hoc applicetur, oſtendamus elementari Accuſatiuorum ordine.* Angues applicat Cretaeis regionibus Medea Ouid. Met. 7, 223. *de curru anguibus iuncto.* Applicare animum ad frugem Plaut. Trin. 2, ;, 34. Ad aliquod ſtudium Ter. Heaut. Prol. v. 23. Animum aegrotum ad deteriorem partem Ter. Andr. 1, 2, 22. *Sed* Sen. de Benef. 1, 11 Poſthaec habebimus coniunctione ac ſanguine, vſuque et conſuetudine longa, cara, vt liberos, coniuges, caeteraque, quae vsque eo animus ſibi applicuit, vt ab illis quam a vita diuelli grauius exiſtimet. Martial. 6, 28 Biſſenis modo menſibus peractis Vix vnum puer applicabat annum. *i. Vix tredecim annos natus erat.* Ouid. Faſt. 3, 750 Aſellum applicat vlmo. Arma corporibus Liu. 3, . . Aures amicas votis puerorum Hor. Od. 3, 11, 8. Boues illuc applicat heros clauiger, *i. Hercules* Ouid. Faſt. 1, 543. Carulos applicare ſtomacho ac pectori Plin. 30, 7. Finitionem in rem applicare Quinct. 7, 3, 19. Guſtatum vbi applicauit natura in culice? Plin. 11, 2 pr. Humeros ad ſaxa Ouid. Met. 5, 160. Officio huic applicatur, qui nullum alium laborem ferre poteſt Colum. 3, 10, 6. Oſculaque applicuit poſito ſuprema feretro Ouid. Faſt. 4, 851. Priora ſequentibus applicare Quinct. 5, 7, 27. Remos vadis Ouid. Triſt. 3, 9, 10. Sarmenta — ad ſepem applicare, *i. adhibere ad faciendam ſepem* Col. 11, 2, 19. Scalas applicare moenibus Curt. 4, 2, 9. Liu. 26, 44 *vero debet potius ad* naues *referri. Verba ſunt* Et ab nauibus — pars vrbis oppugnari coepta eſt — Dum applicant, dum partim exponunt ſcalas militesque. *Multae formulae ſunt, in quibus* ſe applicare *aliquis dicitur. V. g.* Cic. in Lael. 8 Deinde vt requirant atque appetant eiusdem generis animantes, ad quas ſe applicent. *i.* Adiungant. Ter. Andr. 5, 4, 21 Tum ille egens forte applicat primum ad Chryſidis patrem ſe. *i. ex naufragio ad illum ſe recipit, et opem ab illo petit. Elliptice* Poëta ap. Cic. Tuſc. 3, 44 c. 19 Quid petam praeſidii, aut exſequar? quoue nunc auxilio aut fuga Freta ſim? arce et vrbe orba ſum: quo accedam? quo applicem? *i. me* applicem. Cic. in Lael. 32 c. 9 Facta ſignificatione probitatis: quam qui appetiuerint, applicant ſeſe et propius admouent. *ſubaud.* Ad eam. Ibid. 48 c. 14 Si qua ſignificatio virtutis eluceat, ad quam ſe ſimilis animus applicet et adiungat. Se ad amicitiam fidemque populi Rom. applicuit Cic. Verr. 2, 2 c. 1. Se ad arborem applicare Caeſ. Bell. Gall. 6, 26. Se ad ductum alterius applicare Cic. Fam. 3, 21 *Sic* Cic. pro Cluent. 46 c. 24 Qui ſe ad hominis egentis, *etc.* familiaritatem applicauit. Id. Tuſc. 5, 77 c. 27 Cumque ad flammam ſe applicauerint, ſine gemitu aduruntur. *Et* Off. 1, 115 c. 32 Itaque ſe alii ad philoſophiam, alii ad ius ciuile, alii ad eloquentiam applicant. Cato *apud* Gell. 11, 2 Poëticae artis honos non erat. Si quis in ea re ſtudebat, aut ſeſe ad conuiuia applicabat: graſſator vocabatur. Cic. in Bruto 316 Meque ad eundem, quem Romae audiueram, Molonem applicaui. *Paullo ante dixerat*, Eodem anno etiam Moloni Rhodio dedimus operam. Seruum applicare rei communi, *i. Praeficere.* Pompon. in l. ſi id quod. D. fam. erciſc. Dolus quem ſeruus haeredis admiſit in iudicium familiae erciſcundae non venit, niſi domini culpa in hoc erat, quod non idoneum ſeruum rei communi applicuerit. Cic. de Fin. 2, 37 c. 12 Voluptati nihil eſſe loci, non modo vt ſola ponatur in ſummi boni ſede, ſed ne illo quidem modo, vt ad honeſtatem applicetur, *i.* adiungatur.

APPLICANDVS, a, um. Col. 4, 17, 2 Applicandae propagines palis.

APPLICĀTVS, a, um. Partic. [προσορμισθεὶς] Caeſ. Bell Ciu. 3, 101 Applicatisque noſtris ad terram nauibus. Plin. 30, 5 Stomachi dolorem ſedant applicati ſaepius. Varro de R. R. 2, 7, 5 *de equi virtute*, Si eſt oculis nigris, naribus non anguſtis, applicatis auribus: *i. breuibus et adſtrictis, non laxis, nec pendentibus.* Fiſtulae per quas aqua ducitur applicatae aedibus Pompon. in l. ſi fiſtulae. D. de ſeruit. vrb. praed. Vrbs colli applicata Liu. 33, 14. *Conſ.* Plin. 4, 4. Columel. 4, 24 Preſſius enim ſi abnodes applicato ferro, aut tota tollitur, aut conuulneratur. Applicato adminiculo (*ad vitem*) Col. 4, 6, 3. Cic. de Fin. 4, 34 c. 13 Quid enim dicis, Omne animal ſimulatque ſit ortum, applicatum eſſe ad ſe diligendum, eſſeque in ſe conſeruando occupatum.

APPLICĬTVS, a, um. Partic. Idem. Sil. 15, 413 Proximus applicito ſaxoſis aggere ſiluis Tendebat. Plin. Epiſt. 2, 17, 23 Applicitum eſt cubiculo hypocauſtum perexiguum, *i. iunctum.* Colum. 4, 22, 2 Applicitus trunco palus. Quinctil. 1, 2, 26 Applicitae vites arboribus. Applicito captiuo, quum ciuem ex voce cognouiſſet Iuſtin. 11, 15, 6. *Dario* applicitus eſt captiuus, *i. iuſſus accedere et interpretis vice fungi.*

APPLEX, ĭcis. *Vt*, Complex, ĭcis. *Compar.* Apul. Met. 10 p. 249, 21 Appliciore nexu adhaerebat, *pro* Applicatiore, *vt legendum coniicit Pricaeus.*

APPLICATIO, ōnis. f. [προσόρμησις] *Applicandi actus.* Cic. in Lael. 27 c. 8 Quapropter a natura mihi videtur potius, quam ab indigentia orta amicitia: applicatione animi magis cum quodam ſenſu amandi, quam cogitatione, quantum illa res vtilitatis eſſet habitura. Applicationis ius *fuiſſe videtur, vt qui peregrinus ſeſe in ciuis alicuius Romani quaſi patroni fidem et clientelam ita dediſſet, ſi is inteſtato mortuus eſſet, eius hereditatem patronus obtineret. Docere hoc videtur* Cic. de Orat. 1, 177 c. 39 Quid quod item in Centumuirali iudicio certatum eſſe accepimus? qui Romam in exilium veniſſet, cui Romae exulare ius eſſet, ſi ſe ad aliquem quaſi patronum applicuiſſet, inteſtatoque eſſet mortuus, nonne in ea cauſa ius applicationis, obſcurum ſane et ignotum, patefactum in iudicio, atque illuſtratum eſt a patrono? *Conf. illud* Ter. Andr. 5, 4, 20 Atticus quidam olim naui fracta ad Andrum eiectus eſt. — Tum ille egens forte applicat primum ad Chryſidis patrem ſe.

APPLŌDO, *vid.* APPLAVDO.

APPLŌRO, āre. [προσκωκύω] *ex* Ad, *et* Ploro; *Deponere apud aliquem ſuos fletus.* Hor. Epod. 11, 13 Contraque lucrum, nil valere candidum Pauperis ingenium, quaerebar applorans tibi. *Deflere, vel in ſocietatem fletus venire ſignificat.* Sen. Nat. Quaeſt. 4, 2 Quum iam apploraueris, merſoſque atque obrutos tanta mole credideris, longe ab eo, in quem ciderant, loco nauigant.

APPLOSVS, *vid.* APPLAVDO.

APPLV̄DA, ae. *Quidam libri* APLVDA. *De hac* Feſtus, Genus eſt minutiſſimae paleae, frumenti, ſiue panici: de qua Naeuius Non hercle appluda eſt hodie, quam tu, nequior. Sunt qui Appludam Sorbitionis liquidiſſimae genus putent: quod flatu deiiciatur, et quaſi applodatur. *Haec* Feſtus. Gell. 11, 7 *de homine ſerae eruditionis*, Legerat autem ille, appludam veteres ruſticos frumenti furfurem dixiſſe idque a Plauto in comoedia — poſitum eſſe. Plin. 18, 10 ſ. 23 Milii et panici et ſeſamae purgamenta appludam vocant, et alibi aliis nominibus. Nonius 2, 11 Appludas frumenti furfures dicunt ruſtici veteres. *Videntur purgamenta frumenti ſic vocari, quae in area, vbi applauduntur. i. teruntur frumenta, ſolent colligi.*

APPLVMBO, āre. [προσμολυβδόω] *Plumbo adiungere vel ferruminare.* Vlp. in l. 2 D. de ſepul. viol. Idem quaerit, ſi ſtatua neque applumbata fuerit, neque affixa, an pars monumenti affecta ſit, *etc.* Applumbatum vas Scribon. Comp. 271. *Add.* Marc. Empir. c. 35.

APPLVO, ui, ūtum, ĕre. [προσομβρίζω] *Iuxta vel inſuper pluere.* Plin. 9, 16 Quippe et harundines quamuis in palude prognatae, non tamen ſine imbre adoleſcunt: et aliâs vbicunque piſces in eadem aqua aſſidui, niſi appluat, exanimantur.

APPŌNO, ſui, ſĭtum, ĕre, *vel* ADPONO. [προστίθημι, παρατίθημι, προσάπτω, προσβάλλω, ἐπιτάττω] *Prope vel iuxta ponere.* Terent. Andr. 4, 3, 10 Accipe a me hunc ocius atque ante noſtram ianuam appone. *De puero loquitur.* Cic. in Piſon. 73 c. 30 Quoniam

te non Ariſtarchum ſed Phalarim Grammaticum habemus, qui non Notam apponas ad malum verſum, ſed Poëtam armis perſequare. Plaut. Men. 2, 2, 55 Ire hercle melius eſt te intro, atque accumbere, dum ego haec appono ad Vulcani violentiam, *i. ad ignem.* Cic. Fam. 8, 1 *de inepte garrulo, qui ſecreta narrare videri vellet.* Haec ſecreta palam narrantur. At Domitius *(narrat)* cum manus ad os appoſuit. Ad nares reticulum Cic. Verr. 5, 27 c. 11. Liu. 34, 15 Non ſuſtinuit impetum eorum ſtatio, quae portae appoſita erat. *Sic recte: non* oppoſita. Cic. de Inuent. 2, 14 Gladium prope appoſitum e vagina eduxit. Id. Verr. 1, 145 c. 59 Omnes illae columnae, quas dealbatas videtis, machina appoſita, nulla impenſa deiectae ſunt. *i.* Admota, adhibita, applicata. Ouid. Am. 1, 5, 2 Appoſui medio membra leuanda toro. Cic. Fam. 13, 6 Reliquis epiſtolis tantum faciam, vt notam apponam eam, quae mihi tecum conuenit. *Add.* Quinct. 11, 2, 28. Ter. Andr. 2, 1, 33 Neutiquam officium eſſe liberi puto, quum is nihil promereat, poſtulare id gratiae apponi ſibi. *i. imputari tanquam beneficium. Eodem modo* Hor. Carm. 1, 9, 15 Quem fors dierum cunque dabit, lucro Appone. *Sed ſimpliciter addere ſignificat.* Plaut. Pſeud. 3, 2, 25 Non ego item coenam condio vt alii coqui. *Et paullo poſt*, Indunt coriandrum, foeniculum, allium, atrum olus: apponunt rumicem, braſſicam, betam, blitum. ¶ 2 *Verbum epularum eſt.* Plaut. Aſin. 5, 1, 2 Pueri, menſam, apponite. Cic. Att. 14, 21 Haec ad te ſcripſi appoſita ſecunda menſa. Plaut. Moſtel. 1, 3, 150 Cedo aquam manibus puer: appone hic menſulam. *Et* Perſ. 3, 1, 26 Menſa inanis ſi nunc apponatur mihi. Appoſitas menſas inſtruere Ouid. Met. 8, 570. *Sed etiam* Cibi apponuntur menſis Virg. Aen. 4, 602. *Sic* Cic. Tuſc. 5, 92 Xenocrates adduxit legatos ad coenam in Academiam: iis appoſuit tantum, quod ſatis eſſet nullo apparatu. Pocula Ouid. Triſt. 5, 3, 50. *Sed melius ib.* Deponat *legitur. Melius huc conuenit* Am. 2, 11, 49 Illic appoſito narrabis multa Lyaeo. *Lepidiſſimus eſt locus Plauti, et dignus, qui huc apponatur* Mil. 3, 1, 155 *dicit Pleuſides*, Commodulum obſona, ne magno ſumtu, mihi quiduis ſatis eſt. *Sed reſpondet Periplectomenes,*

Quin tu iſtanc orationem hinc veterem atque antiquam amoues.
Nam proletario ſermone nunc quidem hoſpes vtere.
Nam hi ſolent, quando accubuere, vbi coena Appoſita eſt, dicere,
Quid opus fuit hoc ſumtu tanto noſtra gratia? —
Sed iidem homines nunquam dicunt, quamquam Appoſitum eſt ampliter,
Iube illud demi: tolle hanc patinam *etc.*

Cic. Att. 6, 1 Quid te in vaſis fictilibus appoſiturum putem? Plin. 8, 51 Solidum aprum Romanorum primus in epulis appoſuit P. Seruilius Rullus. Idem 36, 1 *extr.* Exſtant cenſoriae leges glandia in coenis gliresque, et alia dictu minora Apponi vetantes. *Etiam vaſa, et alia ſupellex* apponi *dicitur.* Cic. Verr. 6, 48 Appoſuit patellam, in qua ſigilla erant egregia. Ibid. 49 Coenabat apud eum: argentum illi caeterum purum appoſuerat, *i. Vaſa ex argento puro.* ¶ 3 *Iam alias formulas apponemus.* Hor. Carm. 2, 5, 15 — et illi, quos tibi dempſerit, Apponet Annos. Cic. Tuſc. 4, 41 c. 18 Qui enim vitiis modum apponit, is partem ſuſcipit vitiorum. *i. qui dicit, vitia poſſe eſſe moderata, aut certe* moderatas perturbationes approbat. *Saepe inprimis de hominibus adhibetur, quibus clanculum aliquid mandatur.* Cic. Verr. 1, 74 Apponitur his tamen Accuſator. *i. Ex compoſito adhibetur. Sic* Cic. Verr. 1, 27 Dionem euocauit: calumniatores ex ſinu ſuo appoſuit, qui illam hereditatem Veneri Erycinae commiſſam eſſe dicerent. Idem Diuin. in Caecil. 51 c. 16 Cuſtodem, inquit, Tullio me apponite. Cic. Off. 3, 61 Non licitatorem venditor, nec qui contra ſe liceatur, emtor apponet. Id. Verr. 1, 141 Si res abiret ab eo mancipe, quem ipſe appoſuiſſet, ſibi nullam praedam eſſe. Id. Philipp. 2, 25 Iam vereor P. C. ne, quod turpiſſimum eſt, praeuaricatorem mihi appoſuiſſe videar. ¶ 4 Apponere *pro* Deponere *vſurpatur* Plaut. Poen. 4, 2, 35 SY. At onus vrget. MI. At tu appone et reſpice ad me. Ter. Heaut. 1, 1, 36 At iſtos raſtros interea tamen appone. ¶ 5 *Praeteritum antiquum ex quarta coniugatione* Plaut. Mil. 3, 3, 31 At tua praecepta: de meo nihil his nouom appoſiui. Apuleius in Hermagora primo ap. Priſcian. 10 p. 898, 6 Et cibatum, quem iucundum eſſe nobis animaduerterant, eum appoſiuerunt.

APPOSĬTVS, a, um. Partic. [προστεθειμένος] *Praeter ſuperiora* Cic. de Diuin. 1, 79 Noctu lumine appoſito experrecta nutrix animaduertit puerum dormientem circumplicatum ſerpentis amplexu. Vina appoſita Hor. Sat. 2, 8, 17. Plin. 12, 2 Nunc eſt clara in Lycia gelidi fontis ſocia amoenitate, itineri appoſita. Tac. An. 2, 7, 1 Caſtellum Luppiae flumini appoſitum. Ouid. Met. 4, 600 Appoſitum nemus. *i. vicinum.* Curt. 4, 1, 26 Appoſita vrbi regio. Id. 10, 10, 4 Appoſitas Thraciae Ponticas gentes *dixit. Hinc* Appoſitus *eſt proximus, ad manum, cuius facilis copia eſt.* Sen. Ep. 4 *extr.* Parabile eſt, quod natura deſiderat, et appoſitum. *Sic recte ex MSS. Gronouius, quod quidam mutauerant in* expoſitum. *Sic* Sen. Ep. 71 Quemadmodum quaerimus ſaepe eos, cum quibus ſtamus; ita plerumque finem ſummi boni ignoramus, appoſitum. Id. Nat. Qu. 2, 6 Aër continuus terrae eſt, et ſic appoſitus, vt ſtatim ibi futurus ſit, vnde illa diſceſſit. *Ipſe* Cic. de Inu. 2, 165 Fidentiae — audacia non contrarium eſt, ſed appoſitum et propinquum: et tamen vitium. Plin. 8, 28 Aure ad glaciem appoſita. Cic. Verr. 3, 99 c. 42 Appoſitus erat ab iſto Venuleius quidam, qui emeret, *i. ſubornatus. Vid.* n. 3. ¶ 2 *Aptus et accommodus ad aliquid: vt*, Cic. Verr. 5, 107 Homo bene appoſitus ad iſtius audaciam. *Pro adiectiuo ſumi, ſatis indicat, quod gradibus aſſurgit. Compar.* Cic. Verr. 4, 126 c. 57 Vt multo appoſitior ad deferenda quam ad auferenda ſigna eſſe videatur. *Superl.* Non omnis apta natio ad pecuariam: Galli appoſitiſſimi, maxime ad iumenta Varr. R. R. 2, 10. Gallinae ad partum appoſitiſſimae Idem 3, 9. *Fere cum* Ad *iungitur*, Varro de R. R. 1, 73 Nam vt alius eſt ad vitem appoſitus, alius ad frumentum: ſic de caeteris, alius ad aliam rem. Cic. Att. 3, 13 Ab ipſo loco minime appoſito ad tolerandam in tanto luctu calamitatem. Quinctil. 5, 8 pr. Appoſitae res ad faciendam fidem. Cic. Verr. 1, 30 c. 11 Menſes mihi tres quum eripuiſſetis, ad agendum maxime appoſitos. *Ponitur etiam cum datiuo.* Quinct. 4, 3, 11 Quo loco tamen iudicis natura noſcenda eſt, iuri magis, an aequo ſit appoſitus. *Abſolute dictum.* Cic. Q. Fratr. 2, 2 Sed habet profecto quiddam Sardinia appoſitum ad recordationem praeteritae memoriae. ¶ 3 *Pro* Repoſito *laudatur* Sen. de Benef. 4, . . vt multa etiam ex appoſito et acquiſito perdenda ſint. ¶ 4 Appoſitum *ſubſtantiue pro Epitheto, vel pro nomine adiectiuo* Quinctil. 2, 14, 3. 9, 4, 24. 8, 2, 10 *etc.* Idem 5, 10, 86 Appoſita vel comparatiua dicuntur, quae maiora ex minoribus, minora ex maioribus, paria ex paribus probant. *Hic ad illum viciniae intellectum et ſimilitudinis, de quo* n. 1 *diximus, pertinere videtur.*

APPOSITVS, ûs. m. [παράθεμα] Plin. 24, 5 ſ. 13 Abortus non exeuntes trahit appoſitu vel ſuffitu, *i. ſi apponatur. Quod ipſe alibi* Admotu *dicit. Conf.* 23, 7 ſ. 62 *et* 9 ſ. 82 *etc.*

APPOSITE. Adu. [ἁρμοζόντως] *Apte, accommodate, conuenienter.* Cic. Att. 8, 7 Caetera appoſite tibi mandabo. Graeu. Appoſitu. Cic. de Inuent. 1, 6 c. 5 Dicere appoſite ad perſuaſionem. *Et paullo poſt*, Curare appoſite ad ſanandum.

APPOSITIO, ōnis. f. [παράθεσις] Cic. in Parad. 1, 3 Sed haec videri poſſunt obſcuriora, quum ſine appoſitione exemplorum lentius diſputantur. Falſi criminis appoſitio Lamprid. Commod. c. 5. Appoſitio, *Figura conſtructionis apud recentiores Grammaticos, quam veteres* Epexegeſin (*i. expoſitionem, ſiue interpretationem*) *vocabant, vt*, Vrbs Roma: *quaſi tu dicas*, Vrbs quae eſt Roma, ſ. *quae* Roma dicitur. *Sic*, Fluuius Tiberis, Menſis Ianuarius, *etc. At hic figura nulla eſt, quum ordinaria oratio ſit. Nec intereſt, vtrum ſpeciale nomen generali praeponatur.* Liu. 1. Super Numicum flumen. Idem, Prope Tiberim fluuium. *Sic* Animus contemtor *et pluſcula, quae damus voce* ANIMVS. *Plurima collegit Drakenb. ad* Sil. 3, 387.

APPORRĬGO, *vel* ADPORRIGO, exi, ectum, ĕre. [παρατείνω] *Iuxta porrigere.* Hinc

APPORRECTVS, a, um. Ouid. Met. 2, 561 *de monſtroſo illo Erichthonio*, Infantemque vident, apporrectumque draconem, *i. qui inferiore ſui parte draco eſt, ſ. in draconem deſinit.*

APPORTO, āre. [προσφέρω] *Idem quod* Afferre *ſignificat: et ei contrarium eſt*, Aſportare. Plaut. Stich. 3, 1, 11 Magnaſque apportaviſſe diuitias domum. Plin. 7, 56 Plumbum ex Caſſiteride inſula primus apportauit Midacritus. Cic. Verr. 3, 190 Qui inſtituerunt ſemper ad vltima ac difficillima loca apportandum frumentum imperare. Idem Verr. 5, 126 Quod ſignum, quae tabula picta eſt, quae non ab hoſtibus victis capta atque apportata ſit? Varro de R. R. 3, 14 Genera cochlearum ſunt plura: vt minutae albulae, quae afferuntur e Reatino: et maximae, quae de Illyrico apportantur: et mediocres, quae ex Africa afferuntur. Cic. Off. 1, 151 Multa vndique apportans. *De mercatura.* Idem Verr. 1, 147 c. 56 Lapis aliquis caedendus, et apportandus fuit machina ſua. Ter. Andr. 5, 2, 17 Quidnam apportas? *i. quid nuntias, quid affers noui?* Plaut. Stich. 2, 1, 23 Tantum a portu apporto bonum, tantum gaudium affero grande. Terent. Heaut. 3, 1, 58 Nuntium apporto tibi, cuius maxime te fieri participem cupis. *Sic* Quam ſubito rem mihi apportas nouam? Plaut. Moſt. 2, 2, 35. Ter. Adelph. 5, 4, 2 Nunquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit, quin res, aetas, vſus ſemper aliquid apportet noui. *Sic etiam* Apportare damnum Ter. Heaut. 4, 4, 25. Idem Andr. 1, 1, 46 Hei vereor, ne quid Andria apportet mali. Lucret. 5, 221 — cur anni tempora morbos Apportant? *Sic* Apportare vitia dicitur ſenectus Cic. de Senect. 25 c. 8.

APPORTATIO, ōnis. f. Vitruu. 2, 9 Cuius materiei ſi eſſet facultas apportationibus ad vrbem *etc.*

APPOSCO, *vel* ADPOSCO, appopoſci, ĕre. [προσεπαιτέω] *Inſuper poſcere.* Ter. Heaut. 4, 7, 10 Porro haec, talenta dotis appoſcent duo. Horat. Epiſt. 2, 2, 10 Si plus appoſcere viſus.

APPOSITVS, *vid.* APPONO.

APPOSTVLO, *vel* ADPOSTVLO, āre. *Vehementer poſtulare, vel frequenter. v. g.* Pro anima eius orat, et refrigerium adpoſtulat ei Tertull. de Monog. c. 10. *i. apprecatur.*

APPŌTVS, *vel* ADPOTVS. [ἐπιπεπωκὼς] *Valde potus: i. qui multum potauit.* Plaut. Curcul. 2, 3, 75 Poſtquam coenati atque appoti, talos poſcit in manum. Idem Rud. 2, 7, 8 Si probe appotus ſiem. *Add.* Amph. 1, 1, 126.

APPRECOR *vel* ADPRECOR, āri. [προσεύχομαι] *idem quod ſimplex* Precor. Hor. Od. 4, 15, 28 Rite Deos prius adprecati. Apul. Met. 11 p. 266, 23 *Elm.* Ac dum velis candentibus reductis in diuerſum, Deae venerabilem conſpectum apprecamur. *i. adoramus.*

APPREHENDO, *vel* ADPREHENDO, di, ſum, ĕre. [ἐπιλαμβάνω] *Quaſi* Ad ſe prehendere. Ter. Phor. 5, 6, 23 Pone apprehendit pallio, reſupinat. Cic. pro Quint. 97 c. 31 Ipſius Sexti Naeuii lacrymans manum apprehendit. Manu apprehendere aliquid Plaut. Amph. 5, 1, 65. Morſu Plin. 11, 24. Id. Epiſt. 1, 5, 8 Apprehendit Caecilium, *auxilii cauſa, vt deprecatorem. Per metaphoram de oratione et argumento in cauſa.* Cic. pro Cluent. 62 Sed vt quidque ego apprehenderam, ſtatim accuſator extorquebat e manibus. *Similis ratio eſt* l. 56 §. 2 ff. de Verb. Obl. Qui ſibi aut filio ſuo dari ſtipulatur, manifeſte perſonam filii in hoc complectitur, vt ei recte ſoluatur: — quia coniuncta ſua perſona ſtipulator efficit, vt non acquirendae obligationis gratia, ſed ſolutionis cauſa perſonam filii apprehendiſſe videatur. *De occupatione bellica:* Militibus expoſitis Pharum apprehendit, atque ibi praeſidium poſuit Caeſ. B. C. 3, 112. *Sic* Cic. Att. 10, 7 Neceſſe eſt enim, aut (id quod maxime velim) pelli iſtum ab Hiſpania, aut trahi id bellum: aut iſtum (vt confidere videtur) apprehendere Hiſpanias. Cato R. R. 156, 4 Vbi veniet libido nauſeandi, eumque apprehendet, decumbat. *Ad menſuram refertur.* Plin. 20, 15 Siſtit et vomitionem, nauſeaſque ex vino, quantum apprehenderint tres digiti. *Pugillum minorem hodie vocant in formulis medici. Pro Capere.* Vlpian. l. 3. D. ad leg. Aquil. Sin autem (ait) quum poſſet apprehendere, maluit occidere, magis eſt, vt iniuria feciſſe videatur. *Sic* Apprehendere fugitiuum l. 1 § Vnusquiſque ff. de Fugitiuis, *et multa ſimilia apud ICtos. Sic apud eosdem* Apprehendere Dominium Vlpian. Reg. Tit. 7. Ius rei venditae l. 31 §. 1 ff. de actionibus emt. Poſſeſſionem l. 38 §. vlt. ff. de Acquir. Poſſeſſ. ¶ 2 Apprendere, *per contractionem in verſu.* Stat. Silu. 3, 4, 43 — et apprenſa traxiſſet fortius vrna. Sil. 16, 374 — niſuſque apprendere primos Panchates animoſus equos.

APPREHENDENS, entis. Vulgat. Eſai. 41, 13 *et* Matth. 7, 33.

APPREHENSVS, a, um: *vel contracte*, APPRENSVS. Apprenſa traxiſſet fortius vrna Stat. Silu. 3, 4, 43. Senſus apprehenſi Cael. Aurel. Acut. 2, 9, 38. *i. intercepti.* Paſſio apprehenſa Idem Tard. 3, 5, 70. *i. percepta intellectu.*

APPREHENSO, *vel* ADPRENSO, āre. Gratius Cyneg. 239 Celſas adprenſat naribus, auras *etc.*

APPREHENSIO, ōnis. f. *Vt*, Varia paſſionis apprehenſio, *i. cognitio* Cael. Aurel. Acut. 1, 8, 57. *Add.* Id. ibid. 2, 28, 148 *et* Tard. 5, 4, 63, *vbi itidem cognitionem notat. Sed proprie* Apprehenſio *arae* Macrob. Saturn. 3, 2.

APPREHENSIBILIS, e. Cael. Aurel. Acut. 3, 15, 123 Manifeſto eſſe apprehenſibile. *i. deprehendi poſſe et intelligi. Et* Tertull. adu. Valent. cap. 11.

APPRETIO, āre. *Pretio aeſtimare, ſiue Pretioſum reddere. v. g.* Cuius paſſiones Deus ſibi appretiat Tertull. de Reſurr. Carn. c. 9.

APPRETIATVS, a, um. Tertull. de Reſ. Carn. c. 20. Rufin. Expoſ. Symboli. Vulgat. Matth. 27, 9 Pretium appretiati, quem appretiauerunt a filiis Iſraël.

APPRĪMVS. Adi. [πρώτιστος] *ſiue* ADPRIMVS, *i. Longe primus.* L. Liuius in Odyſſea, Ibi denique vir ſummus, adprimus Patroclus *ap.* Gell. 7, 7. Virg. Georg. 2, 134 — flos apprima tenax. Vbi Seruius, *Apprima, i.* Maxime. Et eſt nomen pro aduerbio, ſicut, — *et pede terram Crebra ferit.* pro Crebro. *Haec* Seruius. *Pierius obſeruat eſſe in quibusdam codicibus* apprime: *magis tamen probat, quod ſit in vetuſtioribus,* ad prima. *Idem notat in antiquo MS.* Terentii Hec. 2, 2, 5 *legi,* Et ego meis me omnibus ſcio eſſe adprima obſequentem, *vbi* adprime *vel* apprime *editur. Quidquid eius ſit* adprima *vel* apprima *de ſententia* Gellii, *idonei arbitri atque* Seruii *eſſe poteſt adiectiuum neutrum aduerbialiter poſitum. vid. ſtatim* APPRIME.

APPRĪME, *ſiue per* D, ADPRĪME, [εἰς τὰ πρῶτα] *idem fere quod* in primis. Gell. 7, 7 Cum dicimus *adprimus* et *adprime* intentio his in verbis demonſtratur. Ter. Andr. 1, 1, 34 Nam id arbitror apprime in vita eſſe vtile, vt ne quid nimis. *Vbi* Donatus, Adiectio, *inquit*, eſt confirmationis Apprime. *Idem* Ter Hec. 2, 2, 5 Et ego meis me omnibus ſcio eſſe apprime obſequentem. *Vid. quae modo diximus in* APPRIMVS. Apprime doctus homo Varr. de R. R. 3, 2, 17. *Sic* Ter. Eun. 5, 4, 30 Apprime nobilis. *Add.* Plaut. Ciſt. 1, 2, 6. *et* Rud. 3, 4, 30. Artifices apprime boni Nep. 25, 13, 4. *Quod autem legitur hodie* Cic. de Fin. 3, 32 c. 9 Id adprimo rectiſſime dicitur, *vt Gruterus ex Palatino Cod. dedit, pro* apprime, *illud nondum ſatis emendatum eſt, ac totus locus ita legendus cum Walkero et Dauiſio,* Quod autem in quo (*i. de quocunque*) Sapienter (*dictum aut factum*) dicitur, id a primo (*non poſt actum, aut euentum demum, vt cum* Artificioſe *aliquid* dicitur in aliis artibus, *ſed* a primo *ſtatim conſilio et conatu,* a prima ſuſceptione, *vt p. p. ait,* ſapienter *dictum aut factum*) rectiſſime dicitur. *vid.* A PRIMO *in* PRIMVS.

APPRĬMO, eſſi, ſſum, ĕre. ſ. ADPREMO, [προσπιέζω] *cum preſſione admoueo.* Plin. 24, 9 Sedare ventris dolores aſſeuerauit impoſitam, ita vt tunica cinctuque corpori appremeretur. Idem 8, 36 Foetus rigentes apprimendo pectori fouent, non alio incubitu quam oua volucres, *de vrſis.* Apprimere carnem ad oſſa *dicit Elephantiaſin* Plin. 26, 1 ſ. 5. *Hinc*

APPRESSVS, a, um. Tacit. Ann. 2, 21, 1 Miles, cui ſcutum pectori appreſſum.

APPRŎBO, āre. [δοκιμάζω, ἐπιδοκιμάζω, ἐγκρίνω] *Interdum fere idem, quod ſimplex Probare, aut etiam vehementer probare ſignificat, h. e. oſtendere, rem aliquam ſibi placere.* Ouid. de Pont. 1, 6, 62 An verear, ne non approbet illa Getes? Cic. Acad. 4, 14 Nec tamen ego is ſum, qui nihil vnquam falſi approbem. Aſſenſu omnium approbatum Cic. de Fin. 3, 29 c. 8. Auctoritate approbare aliquid Id. pro Deiot. 30. Conſenſu et vna voce approbauit populus Id. in Piſon. 9 c. 3. Clamore approbare aliquid Id. pro Archia 24. Id. Cic. pro Sext. 74 Cn. Pompeius approbata, laudataque Cottae ſententia, dixit, *etc.* Cic. Acad. 4, 96 Hoc negas te poſſe nec approbare, nec improbare. *Sic* Facere aliquid Muſis approbantibus Cic. Fam. 7, 24. Idem Fam. 1, 9 Diis hominibusque approbantibus. Cic. Att. 6, 6 Id quidem, *inquis,* dii approbent! Ita velim, teque ita cupere certe ſcio. Id. Fam. 2, 15 Quod actum eſt Dî approbent. *Vtrumque de nuptiis filiae. Huc ref.* Plaut. Amph. Prol. 8 Haec vt me voltis approbare: *loquitur Mercurius.* ¶ 2 Approbare, *eſt efficere, vt probum rectumque iudicetur id, quod quis facit aut dicit. Vt* in Verrem, . . . Non vereor, ne hoc meum officium P. Seruilio iudici non approbem. Legiones gramineam coronam, obſidionalem, clamore donum approbantes, Decio imponunt Liu. 7, 37. *i. commendantes.* Dum ipſe maioribus, dum poſteris ſi vita praeriperetur, mortem approbaret Tac. A. 15, 59, 4. Excuſationem approbare Id. Agric. 42, 3. Quo magis poenitentiam prioris ſectae approbaret Suet. Aug. c. 12. Sen. de Clem. 1, 13 Qui potentiam ſuam placide et ſalutariter exercet, approbare imperia ſua ciuibus cupiens. *Et* de Benef. 5, 4 Quam diu tenet voluntatem gratum animum ſignis approbandi. *In ſpecie opus* approbat *redemtor, vel quisquis ſuſcepit, cum oſtendit, illud ex lege perfectum, quo facto illud* probari *a Cenſore ſi publicum eſt, vel quocunque locatore dicitur. Vid. Gudius ad illud* Opus approbauit Phaedr. 4, 24, 11. *Sic* Apul. Met. 6 p. 177, 16 Ante iſtam veſperam opus expeditum approbato mihi. Paullus in l. ſi in leg. 27 D. locati. Si in lege locationis hoc comprehenſum eſt, vt arbitratu domini opus approbetur: perinde habetur, ac ſi viri boni arbitratu comprehenſum eſſet. Vitruuius 9, 3 Redemtor ad tempus opus manu factum ſubtiliter regi approbauit: et ad ſacôma pondus coronae viſus eſt praeſtitiſſe. ¶ 3 Approbare, *eſt etiam dicta noſtra rationibus, aut alio modo confirmare: vt fieri ſolet in argumentatione, quod et* Probare *dicitur.* Cic. de Inuent. 1, 58 Hanc primam partem — rationibus variis et quam copioſiſſimis verbis approbari putant oportere. — Cum propoſitio ſit hoc pacto approbata. *Et ſaepe in illo loco.*

APPROBANS. *Vidimus modo ex* Liu. 7, 37.

APPROBATIO, ōnis. f. εὐδοκία *eſt ſ. propitiae voluntatis ſignificatio.* Catul. 43, 9 — amor ſiniſter ante Dextram ſternuit approbationem. *Verum* Cic. Tuſc. 2, 3 c. 1 Effectus eloquentiae, eſt audientium approbatio. *i. Aſſenſio et applauſus. Sic* Vulgi aſſenſus et popularis approbatio Cic. Brut. c. 49. *Et* Off. 1, 89 c. 28 Sic hoc decorum quod elucet in vita, mouet approbationem eorum, quibuscum viuitur. ¶ 2 Cic. de Inuent. 1, 67 Approbatio eſt, per quam id, quod breuiter expoſitum eſt, rationibus affirmatum probabilius et apertius fit. *Et* Adiungere approbationem propoſitioni Id. de Inuent. 1, 62. *Et* 1, 71 Aſſumtionis autem approbatione praeterita. *Et ſaepius in illo loco, v. g.* ſ. 59 Huius aſſumtionis — aliam porro inducunt approbationem *etc.* ¶ 3 Cic. Acad. 4, 52 c. 17 Ne vinolenti quidem quae faciunt, eadem approbatione faciunt, qua ſobrii. Dubitant, haeſitant, reuocant ſe interdum. *i. Non tali mentis firmitate, conſtantia, aſſeueratione.*

APPROBATVS, a, um. Approbatus ab omnibus Quinctil. 2, 17. *Add.* Cic. Fin. 3, 29 c. 8.

APPROBĀTOR, ōris. m. [δοκιμαστής] Cic. Att. 6, 7 Quamuis non fueris ſuaſor et impulſor profectionis meae: approbator certe fuiſti. Subſcriptores approbatoreſque habere Gell. 5, 21.

APPRŎBVS, *ſiue* ADPROBVS. Adi. [προσδόκιμος] *Valde probus, eſt* Caecilii Triumpho, Herocles hoſpes eſt mihi, adoleſcens adprobus, *apud* Gell. 7, 7.

APPROBE. Adu. [προσδοκίμως] *pro Valde probe.* Gell. 7, 7. *Sic* Niſi me ille, et ego illum noſſem approbe Plaut. Trin. 4, 2, 115.

APPRŎBRO, āre. *Idem quod exprobrare.* Apul. Apol. p. 275, 33 Quod vtinam tam grauia formae et facundiae crimina vere mihi approbraſſet. *Sed al.* opprobraſſet.

APPROMITTO, *ſiue* ADPROMITTO, īſi, iſſum, ĕre. [ἐπεγγυάω] *quod quis promiſerit, idem promittere: alienum promiſſum ſimiliter promittendo confirmare.* Cic. Att. 5, 1 De Oppio factum eſt, vt volui: et maxime quod DCCC appromiſiſti: quae quidem ego vtique vel verſura facta ſolui volo. Idem pro Roſc. Amer. 26 c. 9 Quum id ita futurum T. Roſc. Capito, qui in X legatis erat, appromitteret, crediderat. *Prius dixerat,* Et omnia Chryſogonum quae vellent, eſſe facturum pollicerentur.

APPROMISSOR, ōris. m. [ἐπεγγυητής] Feſto *eſt* qui quod ſuo nomine promiſit (*inferendum eſſe* alter, *iam monuere viri docti*) idem pro altero quoque promittit. Vlpianus appromiſſorem *vocat* Fideiuſſorem. l. in omnibus 43 D. de Solutio. In omnibus ſpeciebus liberationum etiam acceſſiones liberantur: puta adpromiſſores, hypothecae, pignora, praeterquam quod inter creditorem et Adpromiſſores confuſione facta reus non liberatur. *Add.* l. 5 §. 2 ff. de Verb. Obl. l. 64 § 4 ff. Sol. matrim.

APPRŌNO, āre. Apul. Mil. 1 p. 111 (Pric. 14) Complicitus in genua appronat ſe, auidus affectans poculum, *i. bibere volens de riuo.*

APPROPĔRO, *ſiue* ADPROPERO, āre. [ἐπισπεύδω] *Valde propero, vt accelero.* Ter. Andr. 3, 1, 17 Poſtquam ante oſtium me audiuit ſtare, approperat. Cic. Att. 4, 3 *extr.* Quare appropera. Plaut. Trin. 4, 3, 3 Stultitiam abde: gradum appropera. *Et* Iam magis iam appropero Id. Caſ. 5, 2, 16. *Cum accuſ.* Tacit. Ann. 16, 14, 5 Interciſis venis mortem approperauit. *Cum praepoſ.* Approperare ad cogitatum facinus Cic. pro Milon. 46 c. 17.

APPROPERATVS, a, um. vt, Approperato opere Liu. 27, 26. Opus adeo approperatum eſt. Idem 4, 9.

APPROPINQVO, āre. [προσεγγίζειν] *Loco, aut Tempore propinquum fieri: quod et* Propinquare *dicitur apud Poëtas.* Suet. Neron. 49 Iamque equites appropinquabant. Caeſ. Bell. Gall. 2, 10 Heduos finibus Bellouacorum appropinquare cognouerant. Cic. Q. Frat. 3, 8 Sed eius rei maturitas nequedum venit, et tamen iam appropinquat. Cic. in Catil. 2, 11 c. 5 Quibus ego confido impendere fatum aliquod, — aut inſtare iam plane, aut certe iam appropinquare. Cic. de Fin. 4, 63 c. 23 Quis ignorat, ſi plures ex alto emergere velint, propius fore eos quidem ad reſpirandum, qui ad ſummam aquam appropinquent? Hirt. de Bell. Hiſp. 2, 4 Ad quos celerius quam ipſi opinati ſunt, appropinquauit. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 9 Iamque hiems appropinquabat. Val. Max. 4, 7 extr. 1 Appropinquante definita die. Cic. Fam. 2, 6 Sed tamen quum appropinquare tuus aduentus putaretur. Iudicium appropinquat Cic. pro Cluent. 19. Mors illi appropinquat Cic. de Fin. 5, 31 c. 11. Occaſus vrbis appropinquat Cic. in Catil. 3, 19 c. 8. Caeſ. Bell. Gall. 5, 43 Erant in ea legione fortiſſimi viri Centuriones, qui iam primis ordinibus appropinquarent, *i. qui mox ducturi erant primos ordines, primi pili futuri.* Cic. de Fin. 3, 48 Nec catulus ille, qui iam appropinquat vt videat, plus cernit, quam is, qui modo eſt natus, *i. Cui appropinquat cernendi tempus.*

APPROPINQVATIO, ōnis. f. [προσέγγισις] Cic. de Senect. 66 c. 19 Quarta reſtat cauſa, quae maxime angere, atque ſolicitam habere noſtram aetatem videtur, appropinquatio mortis. Idem de Fin. 5, 32 cap. 11 Et angantur appropinquatione mortis confecti homines ſenectute.

APPRŎPIO, āre. Vulgat. Luc. 10, 34. Appropians alligauit vulnera eius, *i. accedens.*

APPROPRIO, *vel* ADPROPRIO, āre. [νοσφίζειν] Gloſſ. Lat. Graec. Cael. Aur. Chron. 4, 3, 22 Etenim ad perferendum atque corpori appropriandum cibum ſumtum, *i. digerendum et aſſimilandum. Conf. Voſſ. de Vit. L. L.* 4, 1. *Barth. ad* Guil. Brit. 9, 596.

APPROPRIATIO, ōnis. f. Ciborum Cael. Aurel. Tard. 2, 13, 151 *per quam fit nutritio in corpore animali.*

APPROSPERO, *vel* ADPROSPERO, āre. Haec vt me voltis adproſperare Plaut. Amph. prol. v. 13 *ſicut legit Pareus: al.* Approbare *melius, vt vidimus.*

APPROXIMO, āre. *Vtuntur Scriptores eccleſiaſtici, vt* Tertull. adu. Iud. c. 11. Saresber. 8, 16. *Eſtque proxime accedere.*

APPVLIA, *et* APPVLVS, *vid.* APVLIA.

APPVLSVS, *vid.* APPELLO, is.

## A P R

APRARIVS, *vid.* APER.

APRĪCVS, a, um. Adi. [προσήλιος, εὐήλιος] *Soli expoſitum ſignificat, ſiue locum aut rem natura ſua ita commode ſitam, ſiue animal illum teporem quaerens. Poſterioris generis eſt illud* Virg. Aen. 5, 128 — et apricis ſtatio gratiſſima mergis, *i. Sole gaudentibus. Prioris:* Virg. Ecl. 9, 49 Duceret apricis in collibus vua colorem. *Rurſus* Perſ. Sat. 5, 179 — noſtra vt Floralia poſſint Aprici meminiſſe ſenes, *i. frigidi ob aetatem, et ideo ſolem, hibernum in primis quaerentes. Quod autem* Seruio ad Aen. 5, 128 *itemque* Feſto Apricum a Graeco vocabulo φρίκη appellatum *videtur*, quaſi ἄνευ φρίκης, *i.* ſine horrore, videlicet frigoris; *vnde etiam putant* Africam appellari, *illud vanum eſt. Potius dictum arbitramur* Apricum *quaſi* Apericum, *aperto caelo, et ſoli adeo oppoſitum, vt* Anticus *et* Poſticus *ad ſitum referuntur. Iam ponamus nomina, quibus iungitur.* Arbor aprica Ouid. Met. 4, 331. Campus apricus Hor. in Arte Poët. 162. Tibull. 1, 4, 15. Colles Virg. Ecl. 9, 49. Ouid. Am. 3, 5, 3. *et* Plin. 35, 4. 24, 6, 17. Dies Columel. 9, 14. Id. Columel. 1, 5, 8 Aedificium fere peſtilens habetur, quod eſt remotum ac ſiniſtrum ſoli, et apricis flatibus. Flores necte apricos Hor. Carm. 1, 26, 7. Litora Martial. 1, 50. Pratum Hor. Epiſt. 1, 14, 30. Receſſus montium Plin. 10, 24. Terrae Virg. Aen. 6, 312. *Subſtant.* Hor. Epiſt. 1, 6, 24 Quicquid ſub terra eſt, in apricum proferet aetas. Spatiari in aprico Hor. Serm. 1, 8, 15. Apricum *et* Opacum, *contraria.* Cic. in Partit. 36 In locis autem et illa naturalia: maritimi an remoti a mari, plani an montuoſi, leues an aſperi, ſalubres an peſtilentes, opaci an aprici. Apricior et Apriciſſimus, [προσηλιώτερος] Columel. 11, 3, 24. Nonnulli hanc eandem locis apricioribus a Kalendis Martiis deponunt. Idem 9, 14, 13 Dum adhuc Autumni reliquiae ſunt, apriciſſimo die purgatis domiciliis.

APRĪCOR, āri. [εἱληθερέομαι, ἡλιάζομαι] *In aprico eſſe.* Varro Myſteriis ap. Non. 2, 65 Licet videre multos quotidie hieme in Sole apricari. Cic. Tuſc. 5, 92 c. 32 Alexandro roganti, vt diceret, ſi quid ſibi opus eſſet, Nunc quidem paullulum (inquit) a Sole abſis. Offecerat

cerat videlicet apricanti. *De Diogene Cynico.* Columel. 8, 4, 6 Clauſam (*gallinam*) oportet habere veſtibulum, quo prodeat, et vbi apricetur. ¶ 2 Paullinus Iambo ad Cytherum, *v.* 312 *actiua forma poſuit,* Martinianum ſuſcipit fraternitas Tectoque apricat et cibo, *vbi inſuper abutitur verbo ad fomenta quaeuis ſignificanda. Tranſitiue etiam* Pallad. 38, 2 Ventis frigidioribus altus paries reſiſtat, qui locum poſſit defenſis frigoribus apricare, *i. tepidum reddere.*

APRICATIO, ōnis. f. [ἠλιασμὸς] Cic. Att. 7, 11 Sibi habeat ſuam fortunam. vnam me Hercule tecum apricationem in illo Lucretino tuo Sole malim, quam omnia iſtiusmodi regna. Apricatione caleſcere, vel igni Cic. de Senect. 57 cap. 16. *Quo in loco dicit Nonius Marcellus* 8, 1 Apricationem poſitum pro Apricitate. Columel. 8, 8, 4 Et recipiat ad apricationem egredientes columbas.

APRICĬTAS, ātis. f. [τὸ εἱληθερὲς] *eſt ille tepor hibernus praeſertim, in locis apricis.* Columel. 8, 15, 4 Quum apricitate diei geſtiunt aues. Idem 7, 4, 5 Si diei permittit apricitas. Non minor loci eius apricitatis quam vbertatis admiratio - - *et p. p.* perpetua apricitas ineſt Iuſtin. 36, 3, *vbi quidam male habent* opacitatis, *et* opacitas. Apricitatis inclytae regio Plin. 6, 16.

APRĪLIS, is. m. abl. Aprili. [Ἀπρίλιος] *Menſis nomen. Sic autem dictus* (*teſte* Seruio ad Georg. 1, 43) ab Aperiendo, quaſi terras tepore aperiens. *Quin ipſe* Varro de L. L. 5, 41. 50, 32 Secundus (*menſis*) vt Fuluius Flaccus ſcribit (et Iunius Gracchus) a Venere, quod ea ſit Ἀφροδίτη. Cuius nomen ego antiquis literis quod nusquam inveni, magis puto dictum, quod ver omnia aperit Aprilem. *Etiam contra hanc ſententiam diſputat Scaliger apud Rutgerſ. in illud* Hor. Carm. 4, 1, 16 — idus tibi ſunt agendae, Qui dies menſem Veneris marinae Findit Aprilem. *Ipſe coniicit* ab Apris *dictum* Aprilem, *vt apud Graecos* ἐλαφηβολιὼν *ſit quaſi Ceruilis. Adiectiue quoque accipitur, vt natura ſicut et caetera menſium nomina, adiectiuum eſt, et ſubauditur Menſis* Cic. Fam. 1, 9 Quin etiam Marcellino et Philippo Conſulibus Nonis Aprilibus mihi eſt Senatus aſſenſus. *Sic* dies erat adſcripta nonarum Aprilium Id. ib. 3, 11. *Add.* Ouid. Faſt. 4, 621.

APRINVS, *ſiue* APRVGNVS, *vid.* APER.

APRONIA. [ἄμπελος μέλαινα] Plin. 23, 1 ſ. 17 Vitis nigra, quam proprie Bryoniam vocant, alii Chironium, alii Gynaecanthen.

APROXIS. Herba eſt, cuius radix e longinquo concipit ignes, vt naphtha Plin. 24, 17 ſ. 101. *ex fide Pythagorae.*

APRŪCO, ōnis. f. Herba, alias Saxifraga Apul. de Herb. c. 97.

## A P S

APSIS, īdis. *penult. prod.* f. [ἀψὶς] *vel vt Gaza lib.* 3 *Gramm. contendit,* ἁψὶς *cum adſpiratione. Latine* ABSIS *quidam ſcribi malunt: Graecis nexus eſt, item Curuatura rotae, ſ. Ligneus rotae circulus. Hinc* ¶ 1 Apſides, *dicuntur Circuli in ſtellis.* Plin. 2, 15 Plurimis de cauſis haec omnia accidunt, prima circulorum eſt, quos Graeci apſidas in ſtellis vocant. *Et mox,* Ergo ab alio cuique centro abſides (*ſic et Hard.*) ſuae exſurgunt. *Conf.* Voſſ. de Vit. Serm. 2 p. 177. *Breuiter* ſumma Apſis *eſt apud Aſtronomos, quod notiore nomine* Apogaeum *vocatur;* ima Apſis, Perigaeum. *Pone punctum quaecunque in circulo extra centrum pars peripheriae remotiſſima ab illo puncto erit* ſumma Abſis, *proxima eidem, vocabitur* Apſis ima. ¶ 2 Apſida *vulgo interpretantur Fornicis curuaturam, ſeu Teſtudinem et cameram.* Plin. Epiſt. 2, 17, 8 Adnectitur angulo cubiculum in apſida curuatum. *Sed malo de pariete erecto intelligere, et figura adeo ipſius cubiculi ab ea parte, quae ſolem reſpicit, curuilinea, et conuexa, ad excipiendum melius per feneſtras in eo diſpoſitas venientem a diuerſis plagis ſolem. Tales ſunt* Plutei, qui ad ſimilitudinem abſidis contexuntur Veget. 4, 15. *vid.* PLVTEVS. *Ita etiam* Apſida *in templis Chriſtianorum, quam* Abſida, *vel prima declinatione* Abſidam, *malunt dicere, apparet non rotundam modo tecti concamerationem fuiſſe, ſed illam interiorem partem, quae* chorus *vulgo dicitur, ſemicirculari figura adnexam aedi, quae* concha *etiam dicta eſt, in qua Thronus Epiſcopi etc. Vid. Cangius in Gloſſario Lat. h. v.* ¶ 3 Apſides Argenteae Vlpian. in l. 19 cum aurum. §. 6. idem Pomponius. D. de aur. et arg. legat. Sed nec aurea emblemata, quae in apſidibus argenteis eſſent: *Lances ſunt rotundae, vt ait Turnebus, quae Parapſides etiam dicuntur.*

APSYCTOS. [ἄψυκτος] Gemma *ad verbum* Irrefrigerabilis. Plin. 37, 10 ſ. 54 Apſyctos ſeptenis diebus calorem tenet excalfacta igni, nigra ac ponderoſa, diſtinguentibus eam venis rubentibus.

## A P T

APTE, *et* APTO, as. *vid.* poſt APTVS.

APTŌTVM, i. n. [ἄπτωτον] *Sine caſu.* Sunt enim Aptota, Nomina, quae neque per caſus, neque per numeros declinantur: vt Frugi, nihili, nequam, fas, nefas. *Auctor* Donatus in ſecunda editione p. 1749 Putſch.

APTVS, a, um. [ἐπιτήδειος, εὔθετος, προσφυὴς] *Proprie Participium eſt ab antiquo verbo* Apio *vel* Apiſcor. *Significatque plerumque idem, quod idoneus, accommodatus, conueniens, v. g.* Cic. in Lael. 2 Catonem induxi ſenem diſputantem: quia nulla videbatur aptior perſona, quae de illa aetate loqueretur. Idem de Senect. 9 c. 3 Aptiſſima omnino ſunt, Scipio et Laeli, arma ſenectutis, artes, exercitationesque virtutum. *Alluſit ad Arma militum, quae* Apta *dicuntur, quum bene connexa et cohaerentia ſunt, vid.* Apta arma. Scribon. Comp. 68 Compoſitorum medicamentorum haec ſunt apta. *Saepe vſus eſt cum* Ad *et accuſatiuo, vt,* Actio congruens et apta ad animos permouendos Cic. in Partit. 54. Nihil tam eſt aptum, tam conueniens ad res vel ſecundas, vel aduerſas, quam amicitia Cic. Lael. c. 5. Animi ad percipiendum apti Quinctil. 1, 2. Calcei habiles et apti ad pedem Cic. de Orat. 1 c. 54. Caſtra erant ad bellum ducendum aptiſſima Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 37. Commiſſurae aptae ad ſtabilitatem Cic. de Nat. Deor. 2, 119. Compoſitiones aptae ad vitia Scribon. Ep. Med. Homo aptus ad dicendum Cic. Tuſc. 1, 5 c. 3. Verba apta ad noſtram conſuetudinem Cic. de Opt. Gen. Orat. 14 c. 5. Timarchides natus atque aptus ad Verris flagitioſas libidines Cic. Verr. 2, 134. *Etiam cum praepoſitione* In, *vt,* In aliquid aptus Liu. 38, . . *It. cum infinit. paſſ.* Ouid. de Arte Am. 1, 10 Sed puer eſt, aetas mollis, et apta regi. Celſ. 5, 19 Rubrum quoque emplaſtrum, quod etheſium vocatur, huc aptum eſt. *Abſolute* Cic. de Orat. 3, 208 Nunc quid aptum ſit, hoc eſt quid maxime deceat in oratione, videamus. ¶ 2 *In primis frequenter conſtruitur cum datiuo.* Aptior auribus imperitorum Cic. de Cl. Or. c. 62. Aeger curationi aptus Celſ. 2, 12. Aetas haec apta meis moribus Ouid. de Arte Am. 3, 122. Agmen aptum viae Liu. 3, 27. Anni luſibus Ouid. Amor. 2, 3, 21. Aquae remigio Ouid. de Arte Am. 2, 126. Choreis aptior et iocis Horat. Od. 2, 19, 25. Cibus ſtomacho, *cui contrarium eſt,* Alienus. Celſ. 2, 20. Color pallidus amanti Ouid. de Arte Am. 1, 729. Dies quartus aptiſſimus eſſe conſueuit in pluribus ad initium cibi Celſ. 3, 4 *Die quarto recte cibum capere incipiunt aegri.* Aſiatica Genera dicendi aptiora ſunt adoleſcentibus Cic. Brut. c. 95. Ingenium aptius flammis, *i. Amoribus* Ouid. Met. 14, 25. Locus aptus equis Hor. Epiſt. 1, 7, 41. Lycium Aptiſſimum medicinae quod eſt ſpumoſum Plin. 12, 7. Naues aptae inſtructaeque remigio, *vid.* NAVIS. Palus remis Hor. in Arte Poët. 65. Ouid. de Arte Am. 1, 44. Quaerenda eſt oculis apta puella tuis. Papauer ſomno Celſ. 2, 32. Tempus precibus Ouid. de Pont. 2, 2, 69. Tempus inſidiis aptum Tacit. Hiſt. 2, 16. Virg. Georg. 2, 234 — pecorique et vitibus almis Aptius Vber erit. Verba ioco Ouid. Epiſt. 15, 48. Vinum frigidum aptiſſimum eſt potui Celſ. 4, 5. Vmbra paſtoribus apta Ouid. Met. 1, 681. ¶ 3 *Ex participiali notione coniunctum compactum, coagmentatum, et recte cohaerens notat, v. g.* Qua ex coniunctione caelum ita aptum eſt Cic. de Vniu. cap. 5. Natura nihil aptius Cic. Fin. 3 c. 22. Virg. Aen. 4, 482 Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum. *Vbi* Seruius, Satis perite loquitur. Nam *Aptum* Coniunctum dicit, ἀπὸ τῦ ἅπτεσθαι, non autem ſtellis inſignitum. Axis enim non habet ſtellas, qui eſt medius inter Septentriones. *Add.* ad Aen. 11, 202. *Idem* Seruius in Aen. 6, 798, *hoc ipſum pro* Vicino *interpretatur. Idipſum quoque eſt, quod* Nonius Marcellus 4, 3 Aptum, Connexum et colligatum *exponit.* Lucr. 3, 857 Qui coetu coniugioque Corporis atque animae conſiſtimus vniter apti. *Sic* Tyrio prodeat apta ſinu Tibull. 1, 10, 70, *i. collecta veſte in ſinum. Parit haec notio varias formulas* Cic. de Fato 34 Quod ſi concedatur, nihil poſſe euenire, niſi cauſa antecedente: quid proficiatur, ſi ea cauſa non ex aeternis cauſis apta ducatur? Aptus ex ſeſe *is dicitur, qui nullius ope indiget, ſed qui omnia apud ſe habet.* Cic. in Parad. 2. Nemo poteſt non beatiſſimus eſſe, qui eſt totus aptus ex ſeſe, quique in ſe vno ſua ponit omnia. Cic. Tuſc. 5, 36. Nam cui viro ex ſeipſo apta ſunt omnia, quae ad beate viuendum ferunt. *Hoc* Fam. 5, 13 pr. *ita explicat,* Quam quidem laudem ſapientiae ſtatuo eſſe maximam, non aliunde pendere, nec extrinſecus aut bene aut male viuendi ſuſpenſas habere rationes. Hor. Sat. 2, 7, 86 In ſe ipſo totus, teres atque rotundus *vocatur talis ſapiens.* Cic. Off. 1, 129 c. 35 Nec vero hiſtrionibus, oratoribusque concedendum eſt, vt his haec apta ſint, nobis diſſoluta. Cic. in Orat. 235 Facilius eſt apta diſſoluere, quam diſſipata connectere. Id. de Inuent. 2, 46 Hoc modo ſi diligenter attendamus apta inter ſe eſſe intelligimus haec, quae negotiis, et illa, quae perſonis ſunt attributa. Id. de Nat. Deor. 2, 97 c. 38 Quis enim hunc hominem dixerit, qui quum tam certos caeli motus, tam ratos aſtrorum ordines, tamque inter ſe omnia connexa et apta viderit, neget in iis vllam ineſſe rationem? Idem Partit. 137 c. 39 Tanta ſeries artis eſt et ſic inter ſe ſunt pleraque connexa et apta. Cic. Tuſc. 5, 62 c. 2 Fulgentem gladium e lacunari, ſeta equina aptum demitti iuſſit. Lucret. 5, 926 Validis aptum per viſcera neruis *genus hominum.* Salluſt Hiſt. 3 apud Nonium, Quod vbi fruſtra tentatum eſt, ſocordius ire miles, obrepere non aptis armis, vt in principio, laxiore agmine *i. non galeati, non thoracati, ocreati vt oportet, non accincti.* ¶ 4 *Hinc* Aptus *etiam eſt ſuccinctus, paratus, expeditus, et per hoc ipſum accommodatus et idoneus ad aliquam rem: quae deinde ratio omnium vſitatiſſima facta eſt, quare primo loco eam poſuimus. Hic exempla ſubiicimus, quae illud adſtrictum in primis et caſtigatum ſignificant, quo nihil abundat, omnia arcte cohaerent.* Cic. Acad. 1, 8 Nihil definiunt, nihil partiuntur, nihil apta interrogatione concludunt. Hor. Carm. 1, 12, 43 — et auitus apto Cum lare fundus. Et illud Catulli 28 Aptis ſarcinulis et expeditis. *Significat enim Horatius paruam et concinnam domum: Catullus curtam et aſtrictam ſarcinam.* ¶ 5 Aptus *pro* Adeptus *apud* Feſtum: *Add.* Nonius 4, 3 ex Pacuuio et Lucilio *Illius verba ſunt* Quod ego in acie celebro (*i. crebro*) obiectans vitam bellando aptus ſum: *Huius,* Vt ſi id, quod concupiſſet non aptus.

APTE, Aptius, Aptiſſime. Adu. *Conuenienter et accommode.* Cic. de Fin. 1, 29 Quum inciderit, vt id apte fieri poſſit. Cic. de rep. 4 ap. Non. 4, 3 Eademque obiectu ſuo vmbram noctemque efficiat, cum ad numerum dierum apte (*non enim commode numerari poſſent dies, niſi noctes intercederent*) tum ad laborum quietem. Aptius haec puero quam tibi, dona dabis Martial. Epigr. 13, 26. Plin. 16, 25 Ratio aptius reddetur ab hoc tertio volumine. Idem 19, 5 Parilibus tamen aptiſſime. Conuenire apte ad pedem hanc cothurni Cic. de Fin. 3, 36 Id. Off. 1, 4 Quod eſt oratoris proprium apte, diſtincte, ornate dicere. *Sic* Aptiſſime cohaereant extrema cum primis Cic. Orat. c. 44 Id. in Partit. 30 c. 8 Si quando tempus ipſum, aut res, aut locus in perorando dederit occaſionem nobis aliquam, vt dicamus aliquid ad tempus apte, ne derelinquamus. Cic. Tuſc. 4, 38 c. 17 *de ſapiente* Quemcunque caſum fortuna inuexerit, hunc apte et quiete ferat. Ouid Amor. 1, 8, 88 Qui doceant, apte quid tibi poſſit emi, *i. quid conueniat tibi emere.* Liu. 4, . . Apte locare. Cic. Off. 1, 146 c. 41 Sed facile iudicabimus, quid eorum apte fiat, quid ab officio naturaque diſcrepet. *Reſpicitur ad primam notionem, vbi ſignificat coniuncte et (ſi licet dicere) connexe.* Cic. in Hortenſ. apud Nonium 4, 3 Altera eſt nexa cum ſuperiore, et inde apteque pendens. Caelum ita apte cohaeret, vt diſſolui nullo modo queant Cic. de Vniu. c. 5.

APTO, āre, [ἄρω, ἀρτάω, προσαρτάω, ῥυθμίζω] *Aptum facere Accommodare.* Virg. Aen. 3, 472 Interea claſſem velis aptare iubebat Nauem Remigio Id. 8, 80. Annulum digito Suet. Tib. c. 73. Candida puniceis aptentur crura cothurnis Nemeſian. Cyneg. 90. *Conf. ibi Burm.* Celſ. 1, 11 Ei rei commode aptatur. Cic. de Orat. 3, 16 Hoc verbum eſt ad id aptatum, quod ante dixerat, *i. apte accommodatum.* Liu. 33, 5 Vallo et Macedones et Graeci vſi ſunt: ſed vſum nec ad commoditatem ferendi, nec ad munitionis firmamentum aptaverunt. *Sic* Non ad praeſentia aptamur Sen. Epiſt. 5, *i. nos componimus.* Animos armis Virg. Aen. 10, 259. Claues aptare foribus Martial. 9, 47. Ad fidei commiſſa eam ſtipulationem aptari debere Vlpian. in l. 1. §. 1. D. Vſufr. quemad. caueat. Front. Strateg. 4, 1, 7 C. Marius vaſa et cibaria militum in faſciculos aptata furcis impoſuit. Aptata, *i. compoſita, colligata. Cum datiuo frequenter* Fabius *v. g.* cothurnos infanti 6, 1, 36. Nomina perſonis et affectibus 8, 3, 30. Orationem locis, temporibus, perſonis 6, 5, 11. Perſonam Herculi 6, 2, 36. Sententias vocibus 12, 10, 35. Virg. Aen. 10, 588 — proiecto dum pede laeuo Aptat ſe pugnae. Quinct. 10, 2, 16 Qui non introſpecto penitus virtutibus ad primum ſe velut adſpectum orationis aptarunt

*de imitatione.* Aptare, *pro Parare.* Pompon. apud Nonium, 4, 3 Heus aptate pueri munde atque ampliter conuiuium. Hor. Serm. 2, 2, 111 In pace vt ſapiens aptarit idonea bello. Columel. 8, 10, 2 Sed in eo transuerſae perticae perforatis parietibus aduerſis aptantur. Aptare, *abſolute poſitum recte collocare* Columel. 12, 54, 3 Quum autem eam tabulam ſic aptaueris, grauia pondera ſuperponito. Virg. Aen. 11, 8 — aptat rorantes ſanguine criſtas. Quinctil. 6, 3, 97 Aptare prouerbium opportune. Id. 10, 7, 23 Vela.

APTATVS, a, um. Partic. [ἡρτημένος] Hoc verbum eſt ad id aptatum, quod ante dixerat Cic. de Orat. c. 40. Plin. 28, 13 Sanguis hircinus cibo aptatus. Ad auctoritatem oratoriam aptatus Sen. Controu. 6. Quinctil. lib. 2, 10, 11 Sunt haec ad popularem aptata delectationem. Id. 10, 7, 31 ad praeſens tempus. Id. 10, 7, 23 Si nos nondum aptatis ſatis armamentis agat ventus.

APTANDVS, a, um. Quinctil. 3, 8, 50 Sunt multae a Graecis Latiniſque compoſitae orationes, quibus alii vterentur, ad quorum conditionem vitamque aptanda quae dicebantur fuerunt.

APTATVS, ūs. m. Theodulf. Aurelianenſ. Carm. 2, 184 Multimodo aptatu ſic datur vna ſalus.

APTATIO, ōnis. f. Idem Gloſſ. Cyrill. ἁρμογή, ἅρμοσις.

APTATOR, ōris. m. Eaedem gloſſae ἁρμοστής.

APTABILIS, e. *Hinc*

APTABILITER. Adu. Interpr. Iren. 1, 13 Aptabiliter compoſitus.

APTABILITAS, ātis, f. vſi ſunt Eccleſiaſtici ſcriptores. Id. 1, 1. Aptabilitatem et naturam feciſſe.

## A P V

APVA, ae, f. [ἀφύη] *Piſcis.* Plin. 31, 8, *de garo loquens,* Coepit tamen et priuatim ex inutili piſciculo minimoque confici: Apuam noſtri, Aphyen Graeci vocant: quoniam is piſciculus e pluuia naſcitur. Patina de apua Apic. 4, 2.

APVD. *In pauciſſimis monumentis* APVT. [παρά, πρὸς] *Praepoſitio accuſatiua,* vnam habet ſignificationem in loco, vt Apud Numantiam. Adiungitur tamen etiam perſonis: vt, Apud amicum, apud Athenienſes, et ſignificat παρά Graecam, quando locum apud illos demonſtrat. Ea autem praepoſitio in compoſitione non inuenitur. *Haec* Priſcian. lib. 14 p. 989. Apud mutuam loci et perſonae coniunctionem ſignificat, vt quum dicimus, Coeno apud amicum, Feſtus. Iuxta ſignificat, *vt ait,* Nonius 2, 1. Turpilius Leucadia, Vtinam nunc apud ignem aliquem magnum aſſidam. Cic. de Rep. 3 Apud focum ſedens. Idem de Orat. 2, (12) Quum etiam tum in lecto Craſſus eſſet, et apud eum Sulpicius ſederet. Siſenna Hiſt. 4 Dum priſtinum vinum apud ignem per ſudorem corpore exhauſerunt. Haec ex Nonio l. c. *et* 12, 19. Apud Mutinam, *i. in obſidione* Suet. in Auguſt. c. 77. Apud oppidum Cybiſtra caſtra feci Cic. Fam. 15, 3 *vbi p. p.* Ad Cybiſtra quinque dies commoratus ſum. Caeſ. B. G. 2, 7 Paulliſper apud oppidum morati, *de Rhemis oppugnatis.* ¶ 2 Apud *pro* In, *etiam dictum inuenimus, vt* Ter. Andr. 2, 1, 7 Apud forum modo e Dauo audiui. Add. Ib. 1, 5, 19. *et* 3, 1, 3. Cic. Verr. 4, 48 cap. 22 Coenam iſti dabat apud villam in Tyndaritano. Idem Verr. 4, 49 c. 22 Eupolemus, qui nunc apud exercitum cum L. Lucullo eſt. ¶ 3 Apud *cum nomine vel pronomine poſſeſſoris* domum *ſignificat, excluſo interdum poſſeſſore, v. g.* Apud me hic domi, *pro eo quod eſt,* Domi meae Ter. Heaut. 3, 1, 21 *Extra domum in platea loquitur Chremes. Sic in* Eunuch. 5, 2, 1 Apud Antiphonem domi. Cic. de Orat. 1, 214 c. 49 Quem non longe ruri apud ſe eſſe audio. *Sic* Att. 4, 9 Apud Laetum (*f.* Paetum) *eſt in illius villa.* Cic. Att. 5, 7 Ego quum triduum cum Pompeio, et apud Pompeium fuiſſem, proficiſcebar Brunduſium *etc. i. Domi eius. Sic* apud quempiam coenare, aut eſſe *poſſum, eo tamen abſente. Sed* Eo die caſu apud Pompeium coenaui Cic. Fam. 1, 2, *i. cum, vt videtur. Sic* Apud me in mei generi Craſſipedis hortis coenauit Cic. Att. 1, 9. *Sed diſtinguuntur iſta.* Cic. Att. 4, 10 Tecumque apud te ambulare, quam cum eo, quocum video eſſe ambulandum, malo ſcilicet. *Itemque* Cic. Att. 5, 6 Pomponius a me petierat, vt ſecum et apud ſe eſſem quotidie. *Huc referri poteſt etiam* Cic. Att. 1, 7 Apud matrem recte eſt, *i. domi illius omnia, et ipſa in primis ſalua. Sic* Att. 1, 6 Apud te eſt vt volumus. ¶ 4 *Interdum non tam praeſentiam corporis, quam fauorem, et coniunctionem animorum notare videtur.* Ter. Eun. 1, 2, 10 Aut quia ſum apud te primus, *i. in amore tuo, vel tibi primus.* Item ibid. 1, 2, 7 Sine illum priores partes hoſce aliquot dies apud me habere. *Huc referam quoque iſta:* Cic. pro Font. 32 Studiis militaribus apud iuuentutem obſoletis. Cic. ad Att. 2, 9 Nihil me turpius apud homines fuiſſet. *i. iudicio hominum.* Id. Fam. 1, 9 Non modo non praemiis, quae apud me minimum valent; ſed ne periculis quidem compulſus vllis. Id. pro Roſc. Am. 4 Qui apud me amicitia et beneficiis et dignitate plurimum poſſunt. Plaut. Mil. 4, 4, 60 Celebre apud nos imperium tuum *eſt.* *Boxhornius ſuſpicatur, celere. Orationis ſeries indicat, hoc dici, Imperio tuo lubentes paremus.* ¶ 5 *Idem fere quod* A *ſignificat cum verbis praeſertim paſſiuis. v. g.* Apud Graecos aliquando magis, quam in caeteris nationibus exculta eſt Medicina Celſ. 1 Praef. Apud alias gentes Ibid. Cic. Off. 2, 85 c. 24 Apud maiores noſtros factitata. *i. A noſtris maioribus.* Id. Offic. 1 c. 11 Tantopere apud noſtros iuſtitia culta eſt, vt ii, qui nationes deuictas bello in fidem recepiſſent, earum patroni eſſent. Idem in Lael. 6 Scimus L. Acilium apud patres noſtros appellatum eſſe ſapientem. *Sic* Apud ſaeculum prius Ter. Eun. 2, 2, 15. *Et* Tacit. Ann. 1, 32 Memoriam apud poſteros adeptus. *Sic* apud Platonem, Agathoclem *et caet.* ſcriptum eſſe *dicimus, quod Plato, Agathocles ſcriptum reliquit.* Cic. Tuſc. 5, 34 Huius ſententiae grauitas a Platonis auctoritate repetitur: apud quem ſaepe haec oratio vſurpata eſt. Idem de Diuin. 1, 50 Apud Agathoclem ſcriptum eſt. *i. in libris Platonis, Agathoclis, qui quaſi domicilium tantarum animarum ſunt. Sic* Cic. de Sen. c. 9 *et* 22 Apud Xenophontem moriens Cyrus maior haec dicit. Aſcon. Ped. ad Or. pro Milon. c. 14 Et legimus apud Tironem libertum Ciceronis in libro quarto de vita eius. Cic. de Leg. 2 c. 26 De ſepulcris nihil eſt apud Solonem amplius, *i. in lege Solonis.* ¶ 6 Apud *pro* In. Plaut. Mil. 3, 1, 43 Quum apud te exemplum experiundi habeas. *i. In te.* Tac. A. 6, 22 Creberrima et triſtia in bonis, laeta apud deteriores eſſe. Cic. in Bruto 158 Sic enim exiſtimo iuris ciuilis magnum vſum et apud Scaeuolam, et apud multos fuiſſe, artem in hoc vno. Id. Att. 6, 7 Vt confectas rationes lege Iulia apud duas ciuitates poſſim relinquere. Apud Thebas Plaut. Epid. 2, 2, 67. Sylla Archelaum apud Piraeeum obſedit Eutrop. 5, 4, 1. Veſpaſianus factus apud Palaeſtinam Imperator Id. 7, 13 pr. *Add.* Id. 6, 17. Apud Rhodum Tac. An. 6, 20, 4. Id. Ann. 4, 13 Vt ciuitatis Cibyraticae apud Aſiam, Egienſi apud Achaiam motu terrae labefactis ſubueniretur. *Add.* Id. A. 3, 71, 2. Apud Iudaeam Suet. Veſp. 5, 9. ¶ 7 Apud *idem quod* Coram. Cic. Philipp. 5, 12 Pauet animus apud conſilium illud pro reo dicere. De Invent. 2, 69 Thebani accuſantur apud Amphictyones. Cic. Verr. 2, 48 c. 20 Verba apud Senatum fecit. Cauſam apud regem dicere Nep. 19, 3, 3. Plaut. Poen. 1, 1, 24 Cur ego apud te mentiar? Cic. pro Sext. 9 c. 4 Conuentus ille huic apud me P. Sextio maximas gratias egit. Quum aliquem apud te laudaro tuorum familiarium Id. Att. 2, 25. Quum de me apud te loquor Id. ibid. 1, 3. *h. e. in literis, quas tibi mitto.* Quaeritur apud me per literas Idem Att. 5, 21. Cic. in Lael. 89 Apud quem euomat virus acerbitatis ſuae. ¶ 8 *Peculiaris formula eſt,* Apud animum meum. *i. Mecum vel In animo meo.* Equidem ego ſic apud animum meum ſtatuo Sall. de Rep. Ord. c. 14 (*al.* 2, 6.) ¶ 9 Apud ſe eſſe, *non tantum ſignificat eſſe domi ſuae, ſed etiam, eſſe mentis et animi compotem: cum quiſque domi ſuae videatur et optime noſſe res omnes, et commodiſſime illis vti.* Ter. Andr. 2, 4, 5 Proin tu face, apud te vt ſies. *i. Praeſenti et minime turbato animo. vid.* Donat. Ter. Heaut. 5, 1, 47 Prae iracundia Menedeme, non ſum apud me. Idem Hec. 4, 4, 85 Num tibi videtur eſſe apud ſeſe? Idem in Andr. 5, 4, 36 Vix ſum apud me: ita animus commotus eſt metu, ſpe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono. *Add.* Phorm. 1, 4, 27. ¶ 10 Apud, *hoc praecipue ab* Ad, *differt: quod poſt verba motus nunquam adhibetur. Nemo enim recte dicat,* Eo apud patrem: *ſed* Ad patrem. *Quod enim ex* veteri inſcript. Romae *profertur,* VT ET EGO POSSIM DVLCIVS ET CELERIVS APVD EVM PERVENIRE, *non plus valere puto, quam quod eſt in alia* Inſcriptione Grut. p. 208 DE QVIBVS APVEME ACTVM EST, *pro* APVD *vel* APVT ME. Feſtus *hanc differentiam conſtituit inter* Apud *et* Penes: Apud, perſonam cum loco ſignificat: Penes, perſonam ac poteſtatem. *In eandem ſententiam* Vlpianus in l. Penes. de Verb. et rerum ſignif. Penes te amplius eſt, quam apud te. Nam *apud te* eſt, quod qualitercunque a te teneatur: *Penes te* eſt, quod quodammodo poſſidetur. ¶ 11 Apud, *aliquando poſtponitur ſuo caſui.* Tacit. Ann. 6, 31 Ripam apud Euphratis. *Et* Ann. 4, 5 Miſenum apud, et Rauennam.

APVLEIVS, a, um. *Gentis Romanae nomen, vnde v. g.* Apuleia lex Cic. de Orat. 2, 107 *et* 201.

APVLIA, *ſiue* APPVLIA. [Ἰαπυγία] *Italiae regio, ad mare Hadriaticum, cuius deſcriptionem habet* Plin. 3, 11. *Nos quantitatis tantum indicandae cauſa hic ponimus. Nempe primam frequentius producit, ſecundam ſemper.* Martial. 14, 155 Velleribus primis Apulia, Parma ſecundis. Hor. Ep. 3, 16 Siticuloſae Apuliae *Iambicus dimetros. Interdum primam corripit.* Hor. Carm. 3, 4, 10 Altricis extra limen Apuliae. *Alcaicus dactylicus. Et tamen*

APVLVS, *ſiue* APPVLVS, a, um. Adi. [Ἴαπυξ] *Primam ſemper producit, ſecundam corripit.* Lucan. 5, 380 Apulus Hadriacas exit Garganus in vndas. Martial. 8, 28 Appula Ledaei tibi floruit herba Phalanti.

APVLIAS. *Amphitheatri commemorat* Tertull. de ſpectac. c. 20 Deus etiam extra cameras, et gradus, et Apulias oculos habet. *Eſt autem vero ſimile, quod putat Rigaltius, intelligi vela purpurei coloris ex lana Apula.*

APVS, ŏdis. f. [ἄπους] *Dicitur ab* α *priuatiuo, et* πούς, ποδός, *quaſi* ſine pede. *Nomen eſt auiculae.* Plin. 10, 39 Plurimum volant quae apodes vocantur, quia careant vſu pedum. Ab aliis Cypſelli appellantur, hirundinum ſpecie *etc.*

## A P Y

APYRĔTVS, i. c. [ἀπύρετος] *Febri carens.* Th. Priſc. lib. 2 Si apyreti fuerint.

APYRĪNVS. Adi. [Ἀπύρινος] *vel* APYRENVS [ἀπύρηνος] *Malorum Punicorum Epitheton cum nucleos ſ. acinos aut nullos habent aut molliores.* Martial. 13, 42 Non tibi de Libycis tuberes, et apyrina ramis. *Et* 13, 43 Lecta ſuburbanis mittuntur apyrina ramis. Plin. 13, 19 ſ. 34 Diuiſit (*Africa malum Punicum*) in genera: apyrenum vocando, cui lignoſus nucleus abeſt: ſed candidior ei natura, et blandiores ſunt acini, minuſque amaris diſtincti membranis. *Et reſpiciens ad h. l.* 23, 6 ſ. 57 *vbi etiam de malis Punicis,* Ex his dulcia, quae apyrina alio nomine appellauimus, ſtomacho inutilia habentur. *Et* 23, 6. Sen. Epiſt. 85 Quo modo apyrina dicuntur, non quibus nulla ineſt duritia granorum, ſed quibus minor. Colum. de Arbor. 23, 1. *et* 5, 10, 15 *de malo Punico,* Ea res et fertilem arborem reddet, et primis annis fructum vinoſum, et poſt quinquennium dulcem et apyrenum facit.

APYRON, i. n. [ἄπυρον] *Ad quod ignis non eſt adhibitus. vt* Plin. 35, 15 ſ. 50 Sulphur viuum, quod Graeci Apyron vocant. *Sic* Sulphuris ignem non experti, quod ἄπυρον vocatur, pares portiones Celſ. 5. 18 n. 13.

APYRŌTOS, i. f. [ἀπύρωτος] *Nomen gemmae, quae alio nomine* Carbunculus *dicitur.* Plin. 37, 7 Principatum habent carbunculi, a ſimilitudine ignium appellati: quum ipſi non ſentiant ignes, ob id a quibuſdam Apyroti vocati.

## A Q

*In notis apud Sertorium Vrſatum* A. Q. A Qura. *i.* Cura. AQI. Aquileia. AQ. MAR. Aqua Marcia. AQ. PRAET. VRB. Aquilifer Praetorii Vrbis. AQ. P. S. Aquileiae Pecunia ſignata. A. QS. Ad Quaeſtores.

## A Q V

ĂQVA, ae. f. [ὕδωρ] *Vnum de quatuor elementis, de cuius natura et mirabilibus, notatu digniſſima, lectuque iucundiſſima inuenies apud* Plin. 31 fere toto. *Item* 2, 103. *Luſus potius, quam ſanae Etymologiae ſunt, cum perhibetur dicta eſſe* Aqua, quod Aequa ſumma, a Varr. de L. L. 4, 26 p. 31, 12. a Feſto *autem,* Aqua, A qua iuuamur. A *vel* Aa *apud Germanos,* Quad *vel* Guad *autem apud Arabes fluuiorum nomen eſſe, conſtat. Prima ſine dubio correpta. Sed* Beda de metris p. 2375 in verſu Lucretii 6, 868 *ait produci. Legitur hodie,* Quae calidum faciunt laticis tactum atque ſaporem. *Si etiam fuerit* aquae *apud Poetam, ille* aquam *ſ.* acuam *per diaereſin videtur dediſſe.* Aquāi, *genitivus poëticus per Diaereſin.* Cic. de Diuin. 1, 15. *et apud* Lucret. *ſaepe, vt* 1, 284 *etc.* ¶ 2 *Iam ponamus aliquot ſubſtantiua, quibus iungitur: vt* Aqua Imbrium Plin. 31, 3. Ficus aridae decoctae Scribon. Comp. 190. Lentis decoctae Ibid. 230. Oleaſtri decocti ibid. 62. Rutae

tae Plin. 28, 14 ſ. 59. *Sed multo frequentiora ſunt quae adduntur* Aquae, *vt*, Agmen aquarum Virg. Georg. 1, 322. Arcus aquarum *in deſcriptione tempeſtatis marinae idem, qui alias* Mons aquarum *dicitur, vel* Cumulus. Ouid. Met. 11, 569 Ecce ſuper medios fluctus niger arcus aquarum Frangitur, et rupta merſum caput obruit vnda. Augur aquae cornix Hor. Carm. 3, 17, 12. *i. pluuiae.* Corpus vdum aquae Lucret. 2, 232. Cumulus aquarum, *vt* Arcus, Mons. Ouid. Met. 15, 508 — cumulusque immanis aquarum In montis ſpeciem curuari et creſcere viſus. Curſus aquarum frenare glacie, *dicitur* hiems Virg. Georg. 4, 136. Decurſus aquae ex montibus Lucret. 1, 284. Dominus aquarum: *ſic ſe appellat Achelous apud* Ouid. Met. 9, 17. Ductor aquarum *Thybris* Stat. Silu. 3, 5, 111. Ductus aquae, *vid. mox* AQVAEDVCTVS. Hauſtus aquarum Virg. Georg. 4, 229. Cic. pro Caec. 74 c. 26 Aquae ductus, Hauſtus, iter, actus a patre. Humor aquae dimittit ſaepe ſaporem Lucret. 2, 197. Incurſus aquarum Ouid. Met. 11, 730. Limes aquarum Id. Epiſt. 18, 133. In Margine aquae ſedere Id. Faſt. 2, 464. Mons aquae Virg. Aen. 1, 109 — inſequitur cumulo praeruptus aquae mons. *vid.* Arcus, Cumulus. Motus aquarum ingens Virg. Georg. 4, 365. Aquae mutationes Scribon. 125, 144. Add. Rhod. Odor aquae nullus eſſe debet Plin. 31, 3. Pauper aquae fluuius. *Sic* Horatius *Daunum vocat fluuium Apuliae, ob ingentes calores exhauſtum ſere ſemper* Carm. 3, 30, 11. Potores aquae Hor. Ep. 1, 19, 3. Rex aquarum Neptunus Ouid. Met. 13, 656. Riuus purae aquae Hor. Carm. 3, 16, 29. Silani aquarum Lucr. 6, 1263. Splendor aquai Lucret. 4, 212. *i. Aqua limpida, qua velut ſpeculo excipiuntur imagines.* Sulcus aquae. *i. aqua repletus ad irrigandum* Ouid. de Nuce 66. Temperies aquarum Id. Met. 4, 344. *i. calor temperatus.* Aquae timor Scribon. 171. *i. hydrophobia. Add.* Rhod. in Lex. Scrib. Vis aquae ſubita Lucret. 1, 287.

¶ 3 *Adiectiua ſ. Epitheta.* Acidula Plin. 2, 103. Aduerſa aqua. *vid.* ADVERTO. Amara Plin. 31, 3. Ambiguae, *i. Diuerſa praeditae natura et vi. Nempe,* Nocte nocent potae, ſine noxa luce bibuntur Ouid. Met. 15, 333. Auernalis Hor. Epod. 5, 26. Bituminata, *vid.* BITVMEN. Blandae Ouid. Met. 4, 344. Breuis Id. Epiſt. 18, 174. *de Helleſponti anguſtiis.* Caeleſtis, *i. Pluuia* Hor. Carm. 3, 10, 19. Colum. 12, 6, 1. *it.* 9, 20, 8. *it.* 6, 22, 2. Liu. 4, 38. Caerulea Ouid. Met. 8, 229. Calda. *vid. h. v.* Calidae potus in nauſea Colum. 7, 10, 5. Cana Ouid. Epiſt. 2, 16. *de mari ſpumoſo per tempeſtatem.* Candens, *i. feruens* Col. 6, 5, 2. Ciſternina, Collina, Concordes aquae. *vid. ſuis locis.* Craſſae Ouid. Amor. 3, 6, 8. *i. turbidae multo limo.* Curua Stat. Theb. 5. Decocta Plin. 31, 3. *vid.* DECOQVO. Deterrima Columel. 1, 5. Dulces Virg. Georg. 4, 61. Egelida Plin. 31, 2. Exilis Plin. 31, 3. Eximia Columel. 1, 5. Ferraria Plin. 28, 16 Quidam vrinam equi aquae ferrariae ex officinis miſcent. Ferrariam aquam *deſcribit* Scribon. c. 146 in qua ferrum candens demiſſum eſt. *Et addit*, Hoc ego traxi. *i. per analogiam collegi*, ab aquis caldis, quae ſunt in Tuſcia ferratae *etc.* Fluuialis aqua, *e fluuio petita* Colum. 6, 22, 2. Foetida Plin. 31, 3. Fontana, *vid.* FONS. Gelida Ouid. Epiſt. 21, 220. Hibernae Ouid. Faſt. 2, 206. Incertae, *Quae nulla certa via feruntur* Ouid. Met. 8, 166. Intercus, *Hydropum morbus: quaſi*, Aqua inter cutem Lucil. lib. 28. Aquam te in animo habere intercutem Cic. Off. 3, 92 c. 24 Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. *Ex* Nonio 1, 166. Plaut. Menaechm. 5, 4, 3 Num eum veternus, aut aqua, intercus tenet? *Hic morbus interdum vocatur* Aqua ſubter cutem fuſa Plin. 7, 18. Aqua inter cutem Celſ. 2, 8. Inuitis aquis ire, vel nauigare Ouid. Epiſt. 12, 126. Irriguae Ouid. Amor. 2, 15, 2. Iugis, *vid.* IVGVM. Lethaeis aquis dare ſcripta Ouid. de Arte Am. 3, 340. *i. Obliuioni.* Limoſa. *vid.* LIMVS. Lynceſtis. *vid. h. v.* Manans Columel. 1, 5. Manualis Tertull. Apolog. c. 39. *vbi finis coenae ſic indicatur*, Poſt aquam manualem et lumina. Petron. c. 27 Aquam popoſcit ad manus. Fl. Caper de orthogr. p. 2239 In manus Aquam poſcimus. Veteres et aquam manibus pedibusque dixerunt. Vet. Gloſſ. Aqua manibus ὕδωρ πρὸς χεῖρας. Plaut. Perſa 5, 2, 14 Ferte aquam pedibus. *Laudatur ex* Fabio Pictore, Aquam manibus pedibusque dato: *quem locum* Caper *videtur reſpexiſſe. Sic* Plaut. Moſtel. 1, 3, 150 Cedo aquam manibus *in principio compotationis. Vid.* n. 4 Petere *et* Poſcere aquam. Marina. Medicae aquae, *quae ad medendum valent* Claud. Eidyl. Aponus, 86. Molli aqua dura ſaxa cauantur Ouid. de Arte Am. 1, 476. Muliebris aqua Carino *ap.* Vopiſc. 17 *dictum balneum non ſatis frigidum.* Mulſa aqua, (Mulſea Scribon. 230.) *quae ex melle ad potum, praeſertim aegrotantium, conditur. De hac* Plin. 22, 24. *Add.* Scribon. 169. 137. 66. *vocatur a Graecis* ὑδρόμελι. Nitroſa Plin. 31, 3. Niualis aqua, *ex liquefacta niue olim delicatorum menſis apponebatur.* Gell. 19, 5 Is nos aquam multam ex diluta niue bibentes coërcebat, ſeueriusque increpabat. *Et paullo poſt*, Qui aquam niualem frugibus ſane et arboribus fecundam diceret: ſed hominibus potu nimio inſalubrem eſſe. *De hoc etiam* Plin. 19, 4. Olens iucunde Plin. 31, 3 ſ. 22. Paluſtris, *vid.* PALVS. Peſtilens Columel. 1, 5. Pigra Plin. 31, 3. Pieriis aquis rigantur ora vatum Ouid. Amor. 3, 9, 26. Pluuia aqua, et Aqua caeleſtis, pro eodem ſaepe dicitur apud Plinium, *vt* 16, 11. Cic. pro Muraen. 22 Ille tenet et ſcit, vt hoſtium copiae, tu, vt aquae pluuiae arceantur. *Sic* idem in Topic. 19. Ouid. de Arte Am. 3, 174. De Aqua et Aquae Pluuiae arcendae eſt titulus Dig. 39, 3. Pluuialis Ouid. Met. 8, 335. Maxime probabilis aqua Plin. 31, 3. Probatiſſima potui Columel. 1, 5. Aqua pura, calida et frigida Scribon. 8, 10. *i. ſimplex.* Puteana et Putealis, *vid.* PVTEVS. Quieta Hor. Carm. 1, 31, 8. Quotidiana aqua non illa eſt, quae quotidie ducitur, ſed ea, qua quis quotidie poſſit vti ſi velit: quamquam quotidianam interdum hieme ducere non expediat, etſi poſſit duci. Quotidiana aqua ab Aeſtiua vſu tantum differt, non iure. Quotidiana ea eſt, quae duci aſſidue ſolet, vel aeſtiuo tempore, vel hiberno, etiamſi aliquando ducta non eſt. Ea quoque dicitur quotidiana, cuius ſeruitus intermiſſione temporis diuiſa eſt. Aeſtiua autem ea eſt, qua aeſtate ſola vti expedit, ſicut dicimus Veſtimenta aeſtiua, ſaltus aeſtiuos, caſtra aeſtiua, quibus interdum etiam hieme, plerumque autem aeſtate vtamur. *Haec* Vlpianus l. 1 ff. §. 2 et 3 De aqua quotid. et aeſtiua. Rapida Catull. 68, 4. Raucae Ouid. Epiſt. 18, 26. *de fluctibus maris ſonantibus.* Recens Virg. Aen. 6, 635. Rectae *vid.* n. 4 Praeteruehi. Reſes, *vid. h. v.* Reſipiens aliquid Plin. 31, 3. Sacra aqua Hor. Carm. 1, 1, 22. Aquam ſacram dixit, vel Numini alicui conſecratam, vel quod perpetuum fere apud Poëtas, fontium epitheton ſit, Sacros appellari. Ex Acrone et Porphyrione. Salmacidae, *vid.* SALMACIS. Salubres Hor. Carm. Saec. 31. Serena Sidera reſpondent in aqua radiantia mundi Lucr. 4, 213. Seruam aquam bibere Ouid. Amor. 1, 6, 26. *i. ſeruum eſſe: vt* δούλιον ἦμαρ *apud Homerum.* Ouid. Amor. 2, 6, 32 Pellebatque ſitim ſimplicis humor aquae. Stagnans Plin. 31, 3. Tenues Virg. Georg. 3, 335. Tepidae Ouid. Met. 8, 684. Tumidarum aquarum victor Ouid. Epiſt. 19, 181. *Sic Hero Leandrum vocat, ob natandi artem.* Turbidus imber aqua Virg. Aen. 5, 696. Vadoſae *vid. paullo poſt*, Iactari vadoſis aquis. Vaſtae Ouid. Epiſt. 19, 164. Vberibus aquis foecundus ſpecus Ouid. Met. 3, 31. Viliſſima rerum Hor. Serm. 1, 5, 88. Virides Ouid. de Arte Am. 1, 402. Vitioſa Plin. 31, 3. Vitreae Stat. Silu. 1, 3, 74. Viua Varr. R. R. 1, 11. Volubilis Hor. Carm. 4, 1, 40.

¶ 4 *Verba etiam damus iſta*: Accipiunt aquam et ignem nuptae Feſt. *Add.* l. pen. §. 1 ff. de donat int. vir. et vx. Addere aquam flammae, *pro Exſtinguere ignem* Tibul. 2. 4, 42. *vid.* ADDO. Adducere aquam Cic. pro Cael. c. 14. *de aquae ductu.* Aſpergere aquam, *vid. h. v.* Aſtrictis aquis torpent fluuii Claud. in praefat. de Rapt. Proſerp. 2, 18. *de glacie.* Aſſilientis aquae vereri tactum Ouid. Met. 6, 107. Aſſueſcere aquis Ouid. Triſt. 3, 3, 7. Canet aqua remis eruta Id. Ep. 5, 54. *i. ſpumat percuſſa et emota.* Cedo aquam manibus Plaut. Moſtell. 1, 3, 150. Coërcere aquas. *vid. paullo poſt*, Quatere aquas. Ouid. Met. 1, 271 *ex vulgi opinione*, Concipit Iris aquas, alimentaque nubibus affert. Concitare euerſas aquas *dicuntur venti* Ouid. Epiſt. 7, 42. Conſiſtit aqua. *vid. h. v.* Cic. de Diuin. 2, 69 Aqua Albana deducta ad vtilitatem agri ſuburbani. Quinct. 12, 6, 5 Laboratam congeſtamque dierum ac noctium ſtudio actionem aqua Deficit. *vid.* CLEPSYDRA. Ducere. *vid. h. v.* Eluctari aqua *dicitur, quum vi expreſſa, veluti ab vuis, lente egreditur.* Virg. Georg. 2, 244

Huc ager ille malus, dulcesque a fontibus vndae
Ad plenum calcentur: aqua eluctabitur omnis
Scilicet, et grandes ibunt per vimina guttae.

Sitiens incluſaque vallo Ereptas ſibi quaerit aquas Claud. de Conſ. Hon. 4, 479. *de gente et exercitu Gallorum, cui aquas interceperant Romani.* Eruta remis aqua Ouid. Epiſt. 5, 54 *i. emota.* Expreſſae aquae dicuntur, *Quae vi impulſae e fiſtula erumpunt* Id. de Arte Am. 1, 82 Appias expreſſis aëra pulſat aquis. Fluere aquam ſinas Apul. p. 333 *Elm. de clepſydris.* Aqua per pedes fluens Plin. 30, 7 *extr. ſc. ad abluendum, non enim pro vrina poni videtur.* Frangere aquas, *i. Dirimere, ſeu diuidere dicimur, quum innatamus.* Claud. Nupt. Hon. 133. Fumat aqua de ſulphure Ouid. de Arte Am. 1, 256. *de thermis.* Fundere aquas *dicuntur fluuii* Id. Met. 15, 282. Fundere aquas in mare Id. Amor. 3, 2, 34. Haeret aqua. Cic. Off. 3, 118 c. 33 Dicit ille quidem multa multis locis: ſed aqua haeret, vt aiunt. *Significat, Epicurum parum ſecum in diſputando conſtare, ſeque ipſum inuoluere.* Idem Q. Fratr. 2, 7 In hac cauſa mihi aqua haeret. *Tranſlatum a clepſydris ad ipſos oratores. vid.* HAEREO. Haurire aquas Ouid. Met. 3, 188. Haurire aquam turbatam limo Hor. Serm. 1, 12, 59. Iactari vadoſis aquis Lucan. 8. 698. Immiſſa canalibus aqua Colum. 9, 5, 5. Immori aquis Ouid. Met. 7, 570. Implorare aquas caeleſtes Hor. Ep. 2, 135. Inclinauit aquas omnes *Neptunus* ad *Troiae* litora, *i. eluuionem immiſit litoribus.* Ouid. Met. 11, 208. Incoquere cum aqua, *vid. h. v.* Ouid. Amor. 2, 11, 18 Quas Scylla Infeſtet, quasue Charybdis aquas. Ouid. Epiſt. 9, 142 Infecit ſanguis equinus aquas. Infuſcata aqua abſcondi, *vid.* INFVSCO. Innare aquae, *vid.* INNO. Inquinata cadaueribus aqua Cic. Tuſc. 5, 97. Interdici aqua et igni ſolet damnatis, quia videlicet hae duae res humanam vitam maxime continent. Itaque funus proſequuti, ignem ſupergrediebantur aqua aſperſi: quod purgationis genus vocabant Suffitionem. *Haec* Feſtus. Lactantius Diuinarum Inſtit. 2, 9, 23 Exſulibus quoque ignis et aqua interdici ſolebat. Adhuc enim videbatur nefas, quamuis malos, tamen homines ſupplicio capitis afficere. Interdicto igitur vſu earum rerum, quibus vita conſtat hominum, perinde habebatur, ac ſi eſſet, qui eam ſententiam exceperat, morte multatus. *Add.* Iſid. 5, 27 *et quae damus in* INTERDICO. *Alio ſenſu* Ouid. Amor. 3, 4, 18 Nitimur in vetitum ſemper, cupimusque negata: Sic interdictis imminet aeger aquis. Interponere aquam vino, *vid.* INTERPONO. Intrita facta aqua, *vid.* INTERO. Inuoluit auſter aqua nauemque riuosque Virg. Aen. 6, 336. Irrigare aquam in areas Cat. R. R. 151, 4. Iungere ignibus aquas Sen. Hippol. 568. *de re impoſſibili.* Labuntur altis ripis aquae Hor. Epod. 2, 25. Laceſſere cautes dicuntur aquae, *Poëtica phraſi, quum illas aſſiduo fluctuum impulſu verberant.* Sen. Hippol. 581. Mergere aqua Ouid. Amor. 3, 1, 58. Mergere aliquem in aquam, *vid.* MERGO. Mergi aquis Ouid. Met. 5, 595. Mollire feruentibus aquis Idem ib. 1, 228, *i. coquere.* Quinctil. 11, 3, 52. Temporibus praefinitis aquam perdit, *i. tempus*, *vid.* CLEPSYDRA. Praefluunt aquae fertile Tibur Hor. Carm. 4, 3, 10. Permiſceri dulci aqua, *vid.* PERMISCEO. Petere aquam Petron. c. 94, *de apparatu coenae.* Petere aquam et terram *ſolebant Perſae, a quibus deditionem poſtularent.* Liu. 35, 17 Initium ſemper per ius iniuſta impetrandi fieri: niſi crederent, Perſas, cum aquam terramque ab Lacedaemoniis petierunt, gleba terrae et hauſtu aquae eguiſſe. Curt. 3, 10, 8 Quum adierat Graecos (*in procinctu ſtantes Alexander*) admonebat, Ab iis gentibus illata Graeciae bella Darii prius deinde Xerxis inſolentia, aquam ipſam terramque poſtulantium, vt neque fontium hauſtum, nec ſolitos cibos relinquerent. Plaudere aquas natatu Stat. Silu. 1, 3, 74. *h. e. percutere.* Poſcere aquam ad manus Petron. c. 27. Poſtulare aquam a pumice: *prouerbialiter* Plaut. Perſ. 1, 1, 42 *i. Fruſtra petere vel ab egente, vel tenace et auaro.* Praebere aquam Hor. Serm. 2, 2, 68. *et* 1, 4, 88 *dicitur, qui conuiuas inuitauit.* Praecipitari in aquas, *a Poëtis dicuntur ſidera, quum occidunt.* Ouid. Faſt. 4, 164 Scorpius in virides praecipitatur aquas. *Sic* Met. 4, 92 Lux, tarde decedere viſa, Praecipitatur aquis, et aquis nox ſurgit iisdem. Praeteruehi aquis rectis Stat. Theb. 5, 473, *h. e. vt* Vet. Schol. *ait*, Rectum curſum naui praeſtantibus, ne ad nos diuerteret. Properantis aquae ambitus Hor. de Arte Poët. 17. Quatere aquas et coërcere Neptunus dicitur Ouid. Epiſt. 18, 48. Refrenare Id. Epiſt. 6, 87. Refundit arcus aquas alio de fonte raptas, *i. Iris* Stat. Theb. 4, 834. Retorquet in ſe lapſas aquas Maeander Ouid. Epiſt. 9, 56. Secare, *de natantibus* Ouid. Amor. 3, 12, 34 Aut ſecat impoſita virgine taurus aquas. Siſtere Ouid. Amor. 3, 6, 2. Virg. Aen. 4, 489 *inter opera magica*, Siſtere aquam fluuiis. Sorbere, *vt* Bibere terra aquam *pluuiam dicitur.* Ouid. de Arte Am. 2, 352 Terraque caeleſtes arida ſorbet aquas. Sternere, aquas *dicuntur dii aequoris vel fluuiorum, quum tranquillitatem inducunt.* Valer. Argon. 2, 591. *De eadem re* Sternere aquis aequor Virg. Aen. 8, 89. Subeunt lucos aquae Hor. Carm. 3, 4, 8. Ouid. Met. 11, 142 Rex iuſſae ſuccedit aquae, *i. ſub aquam ſe demittit.* Sumere aquam *ad lotiones poſt Veneris vſum, ac deinde per Metonymiam ad ipſum opus impurum pertinent.* Ouid. Art. 3, 96 *poſt praeceptum nequam et lenonium*, Quid, niſi quam ſumes, dic mihi, perdis aquam? *Quid aliud, dum copiam tui facis amatoribus, perdis, o mulier, niſi aquam, qua poſt opus ablueris? Sic* Amor. 3, 7 *extr.* Neue ſuae

poſſent

poſſent intactam ſcire miniſtrae, Dedecus hoc (*impotentiam Poëtae*) ſumta diſſimulauit aqua. *Et* Art. 3, 619 Scilicet obſtabit cuſtos, ne ſcribere poſſis: Sumendae detur cum tibi tempus aquae. Martial. 2, 50 Quod fellas, et aquam potas nil, Lesbia, peccas: Qua tibi parte opus eſt, Lesbiam, ſumis aquam. In Priapeis *rogat puer*, Falce minax et parte tui maiore, Priape, Ad fontem quaeſo dic mihi, qua ſit iter. *Reſpondet Deus ridiculus*, Vade per has vites, ſed ſi quam carpſeris vuam, Quas aliter ſumas, hoſpes, habebis aquas: *minatur turpitudinem, ſumta aqua abluendam. Huc reſpicit* Cic. pro Cael. 34 c. 14 *ex perſona Appii Claudii Caeci ad Clodiam.* Ideo aquam adduxi, vt ea tu inceſte vterere? *Et* Att. 1, 16, *vbi refert ſuam cum Clodio altercationem* Quid, inquit (*Clodius*) homini Arpinati (*duro, ruſtico*) cum aquis caldis? (*Baianis*) Narra, inquam, patrono tuo (*Clodiae ſorori*) qui (*vid. leg.* quae) Arpinates aquas (*meum, Ciceronis, concubitum*) petivit. Noſti enim (*tu Clodi*) marinas (*quibus poſt ludibria piratarum purgatus es*). *Huc reſpicit* Frontin. de aquaed. art. 91 Marciam ipſam ſplendore et vigore gratiſſimam, balneis ac fullonibus, et relatu quoque foedis miniſteriis deprehendimus ſeruientem. *Contra ea non videtur huc pertinere* prouincia aquaria, *quam huc trahit Lipſ. Antt. Lect.* 1, 12: *neque eſſe idonea cauſa huc referendi* Petron. c. 94 Extra cellam proceſſit, tanquam aquam peteret. *Poteſt enim ad alium promiſcuumque vſum hoc pertinere, praeſertim ad* aquam manibus *dandam. Nimis etiam ingenioſus eſt in his locis interpretandis Scalig. ad* Prop. 4, 3, 36 Quot ſine aqua Parthus millia currat eques: *quod de vrina mittenda interpretatur, cuius ad h. l. commenta plures ſequuntur. Nec denique vrina eſt, de qua* Plin. 30, 12 ſ. 43 Facilius enituntur (*mulieres grauidae*) quae — ſorbuere ex vtriculo muſtelino per genitale effluentes aquas. *Puto agi de veſica, vel de vtero ex muſtela mortua exemto, et aqua naturali impleto, etc. Sed de vſu aquae poſt Venerem. vid. Caſaub. ad* Lamprid. Comm. 2 *extr. Gruter. Suſpicion. ad* Martial. 1, 109 *quem quidem locum immerito huc trahere videtur. Mercurial. V. L. 6, 6.* At pro accuſationis longitudine largiter aquae Supereſt Apul. Apol. p. 292 *Elm.* Suſtinere aquam Apul. Apol. p. 298 *Elm. de clepſydris iudicialibus vtrumque. Vt et illud* Apol. p. 304, 8 Aqua mea licet ad hoc vtare. *Add.* p. 333, 40 At tu licebit aquam ſinas fluere. *Vid.* Aqua deficit. *et.* CLEPSYDRA. Temperare aquam ignibus Hor. Carm. 3, 19, 6. Truncare aquas ſocias Claud. in Bell. Gigant. 70. Turbare Ouid. Met. 3, 475. Verſare aquas dicitur nauis Ouid. Epiſt. 13, 98. Verrendis aquis apta ſidera, *i. Commodum tempus nauigationi.* Ouid. Amor. 2, 9, 14 Voluere aquas in mare dicuntur flumina Ouid. Amor. 1, 15, 10. Vnctam aquam conuiuis praebere Hor. Serm. 2, 2, 68: *profuſionis ſtolidae genus.* Vti aqua inceſte Cic. pro Cael. c. 14. *ſc. poſt impuram Venerem. vid.* Sumere aquam. Catull. 68, (al. 71) 4 — ſed mulier cupido quod dicit amanti, In vento, et rapida ſcribere oportet aqua. *h. e. indictum putare.* ¶ 5 Aqua *pro Aquaeductu, cum nomine eius qui deduxit, aut alio quo diſcernitur, ſaepe memoratur. Tales* aquas viginti *enarrat* P. Victor in deſcript. Romae, *quae ſunt* Appia, Marcia, Virgo, Claudia, Herculanea, Tepula, Damnata, Traiana, Annia, Halſia *ſ.* Alſientena, quae Auguſta, Caerulea, Iulia, Algentiana, Ciminia, Sabbatina, Aurelia, Septimiana, Seueriana, Antoniniana, Alexandrina: *quas illuſtrant praeter* Frontinum, *Farettumque, G. Fabricius et caeteri, qui de Roma ſcripſere, et ex illis in Lexico antiquitatum Pitiſcus.* ¶ 6 Aquas *in plurali cum dicunt, calidas et medicatas intelligunt, vt* Baianas *et* Puteolanas. Cic. pro Planc. 65 Deſtiti ſtomachari, et me vnum ex iis feci, qui ad aquas veniſſent. Idem Fam. 16, 24 Puto vtrumque ad aquas, *int. Baianas eſſe.* Varro lib. 2 de Analog. ſ. de L. L. 8, 41 p. 115, 11 Sic aquae caldae, a loco, et quae ibi ſcaterent, quum vt colerentur veniſſent in vſum noſtris, quum aliae ad alium morbum idoneae eſſent. Hae quum plures eſſent, vt Puteolis, et in Tuſcis, quibus vtebantur, multitudinis potius quam ſingulari vocabulo appellarunt. *Sic* Aquae Sextiae Plin. 3, 4. *et* Vell. 2, 12, 4. Sinueſſanae Tac. H. 1, 72, 7.

AQVVLA, ae. f. Dimin. [ὑδάτιον] *pro Riuulo vel Piſcinula.* Cic. de Orat. 1, 28 c. 7 Platanus mihi videtur non tam ipſa aquula, quae deſcribitur, quam Platonis oratione creuiſſe. *Et Metaphor.* 2, 162 c. 39 Sin ſit is, qui et doctrina mihi liberaliter inſtitutus, et aliquo iam imbutus vſu et ſalis acri ingenio eſſe videatur; illuc eum rapiam, vbi non ſecluſa aliqua aquula teneatur, ſed vnde vniuerſum flumen erumpat. Plaut. Curcul. 1, 3, 3 Mane ſuffundam aquulam.

AQVACVLO, āre. Vet. Lex. Aquaculat, lenocinatur. *ap. Taubm. ad Plaut.* p. 1049. Turn. Adu. 14, 12.

AQVAEDVCTVS, ûs. m. [ὑδραγωγία] *rectius forte diuiſim ſcribitur* Aquae ductus. *Eſt opus, ſiue machinatio, qua alicunde aqua deriuatur. Exſtat vulgo* Iulii Frontini liber *inſcriptus* de Aquaeductibus Romanorum. Cic. Att. 13, 6 De Aquaeductu probe feciſti. *Sic editum: et* pro Caecin. 74 c. 26 *vbi tamen melius diuidi, tota ſeries indicat* Aquae ductus, hauſtus, iter, actus a patre. *Videtur enim* hauſtus *etiam ad* aquae *referri.* Vitruu. 8, 7 Ductus autem aquae fiunt generibus tribus, riuis per canales *etc.* Frontin. de Coloniis p. 127 Goeſ. Finitur finitimis muris, viis, aquarum ductibus. Anon. ibid. p. 257 Aquarum ductus per medias poſſeſſiones diriguntur. *Et obſeruat Polenus ad verba* Frontini de Aquaed. 5 Donec et viam, et huius aquae ductum conſummaret, *numquam in eo libro* Aquaeductum *vt nomen compoſitum occurrere. Titulus opuſculi huius in Codice Caſſinenſi eſt,* De aquaeductu vrbis Romae. *Sed in hoc codice etiam aliae voces non dirimuntur ſpatiis.* Vlpian. l. 1 D. de Seruit. ruſtic. praed. Seruitutes ruſticorum praediorum ſunt hae: Iter, actus, via, aquaeductus. *Et paullo poſt,* Aquaeductus, eſt ius aquae ducendae per fundum alienum.

AQVAEDVCTIO, ōnis. f. *Significat non Ius aquae ducendae, ſed ducendi ipſam actionem* in l. Si autem. 10 D. de aqua pluu. arc. *In melioribus libris diuiſe ſcripta inueniuntur. Tale etiam*

AQVAEHAVSTVS, *melius* Aquae hauſtus, ûs. m. *Ius hauriendi aquam, et portandi per agrum, fundum, ſeu praedium alterius. Differt autem ab Aquaeductu, quod hic fiat in fiſtulis et meatibus apertis vel ſubterraneis, Ille vero per animalia, portando. Vid.* l. ſi prius §. 1 et 2 D. de aqua pluu. arcend. *Vid.* Cic. pro Caecin. 74 *quem modo dedimus.*

AQVAELIBRATOR, ōris. m. *quoque diuiſim melius ſcribitur.* Cod. Theod. l. 13 t. 4 Aquaelibratores, vitriarii, eborarii. *Vid.* LIBRATOR.

AQVAELICIVM, ii. n. [ὑδραγωγία] dicitur, quum aqua pluvialis remediis quibusdam elicitur: vt quondam (ſi creditur) manali lapide in vrbem ducto. *Haec* Feſtus. *Vid.* MANALIS LAPIS. AQVILICIA.

AQVAEMANILE, *vid.* AQVIMINALE.

AQVAGIVM, ii. n. [ὑδραγωγεῖον Gloſſ. Cyrilli] Quaſi Aquae agium, *i.* Aquaeductus, appellatur. Haec Feſtus. Pomponius, l. Hoc iure. D. de aqua quotid. Is qui ius aquae quotidianae habet, vel fiſtulam in riuo ponere, vel aliquid aliud quidlibet facere poteſt, dum ne fundum domino, aut aquagium riualibus deterius faciat.

AQVALIS, e. *Adiectiuum ſuadet eſſe* Sidon. Apoll. 8, 6 *vbi de piratis*, Mos eſt remeaturis decimum quemque captorum per aquales et cruciarias poenas, plus ob hoc triſti, quod ſuperſtitioſo ritu necare, ſuperque collectam turbam periturorum mortis iniquitatem ſortis aequitate diſpergere. *Si recte ita bis editum a Sauarone . . . . Aquales poenae fuerint in aqua et per aquam ſumtae, vt ſubmerſio vel ſuffocatio. Sed eſt qui* aequales *legat. Certius eſt.*

AQVALIS, *Subſt.* m. *et* f. [ὑδρία] *Vas aquarium.* Varro de L. L. 4, 25 p. 30, 21 *inter vaſa menſae* Et ab aqua Aqualis dictus. Plaut. Curcul. 2, 3, 33 Viden' vt expalluit! datin' iſti ſellam, vbi aſſidat, cito, Et aqualem cum aqua? *Nempe ad aſpergendum hominem, qui animo linquitur, vt* Mil. 4, 8, 22 *vbi in tali re* Accurrite, *aliquis dicit,* intro atque afferte aquam. *Feminino genere* Plaut. Mil. 3, 2, 39 Ibi (*in cella*) erat bilibris aqualis, hic propter cados: Ea ſaepe decies complebatur die: Eam plenam atque inanem fieri maximam Vidi.

AQVALICVLVS, i. (AQVALICVS *enim operarum error eſſe videtur*) *Diminutiui formam habet ex* Aqualis. *Caſaubonus ad* Perſii 1, 57 Cum tibi calue Pinguis aqualiculus propenſo ſesquipede exſtet, *Quia vt ex Aquali funditur aqua, ſic ab illa parte vrina. Addit, etiam a Theodoro Gaza imam inferioris ventris partem,* ἐπίσειον, Aqualiculum *verti. Caeterum pro toto ventre vſurpari, docet* Sen. Epiſt. 90 Cum peruenit in ventrem (*cibus*) aqualiculi feruore concoquitur. *Aſperrime* Tertull. adu. Pſychicos ſub fin. ſ. c. 16 Deus enim tibi venter eſt, et aqualiculus altare, et ſacerdos cocus, et ſanctus Spiritus nidor *etc. Etiam de beſtiarum ventriculo,* Apic. 7, 7 *vbi* ventriculum, ſ. ventrem porcinum *parare docet,* Reples aqualiculum, ſic vt laxamentum habeat, ne diſſiliat in coctura. Veget. Mulom. 1, 40, 1 Primum venter ipſe, qui aqualiculus nominatur, totius corporis obtinet dominatum, in cuius capacitate cibus potioque miſcetur *etc.* Iſidor. 11, 1 Aqualiculus proprie porci eſt, hinc ad ventrem translatio.

AQVANVS, a, um. *Idem atque Aqualis.* Tertull. de Carne Chriſti c. 9.

AQVARIVM, et per dimin. AQVARIŎLVM, i. n. [ὑδροδοχεῖον] *volunt eſſe locum, in quem ſordida aqua iactatur, qui* Lauatrina *a* lavando *appellatur. Auctoritatem nondum inueni. Certius eſt* ¶ 2 Aquarium, *Locus in flumine aut alia quauis aqua, ad quem animalia potum aguntur.* Cato de R. R. 1, 3 Si poteris, ſub radice montis ſiet, in meridiem ſpectet, loco ſalubri, operariorum copia ſiet, bonumque ibi aquarium. *Sic Victor. Ante* boumque.

AQVARIVS, a, um. [ὑδατικὸς] *vt alia id genus Adiectiua ex Subſtantiuis demum intelligitur: vt, quae aqua, non oleo humectantur, ſunt* Cotes aquariae Plin. 18, 28 Italia aquarias cotes dedit limae vice imperantes ferro. Aquarii moduli, *vid.* in MODVS. Aquarius ſulcus, *qui ſit ad aquas ex agris educendas.* Col. lib. 2, 8, 3 Cauebitur tamen, vt patentes liras, crebrosque ſulcos aquarios, quos nonnulli Elices vocant, faciamus: et omnem humorem in colliquias, atque inde extra ſegetes deriuemus. *Add.* Ib. 11, 2, 82. Situlum aquarium, Rotam aquariam *in vineae inſtrumento memorat* Cato de R. R. 11, 3. Aquaria prouincia, *quae eſſet, diſputatur ad* Cic. in Vatin. 12 c. 5 In eo magiſtratu, quum tibi magno clamore Aquaria prouincia forte obtigiſſet, *collato loco altero pro* Muraena 18 c. 8. *Nihil melius videtur, quam maritimam intelligere, quae curam importandorum et exportandorum in portu Oſtienſi, et altero Puteolano, contineret.* Aquarum curatores, *qui magiſtratus erat non humilis, ſed imperio, extra vrbem quidem, praeditus (vid. Polen.* ad Frontinum *tum alias, tum* p. 187) *dictos eſſe* Aquarios, *probari non poteſt. Vid. idem Polenus* p. 199. *Sed omne genus ſeruorum, qui ad* Aquaeductum *et* Aquarum *curationem adhibebantur, vid.* p. 42. *Tales ſunt* Aquarii *quibuscum et* Tabernariis *pugnare ſe ait* Cael. ad Cic. 8, 6. *Humillimum genus hominum, infra ſeruos etiam, indicat* Iuuen. 6, 331 Abſtuleris ſpem ſeruorum: Veniet conductus aquarius. *Ab hoc forte genere deducti* Aquarioli, *de quibus mox.* ¶ 2 Aquarius [ὑδροχόος] *penultimum ſignorum Zodiaci ſ. ſigniferi, de quo* Hyginus Poët. Aſtron. 29 Hunc complures Ganymedem eſſe dixerunt — Hegeſianax autem Deucaliona dicit eſſe, quod eo regnante tanta vis aquae ſe de caelo profuderit, vt cataclyſmus factus eſſe diceretur. Eubulus autem Cecropem demonſtrat eſſe, antiquitatem generis commemorans, et oſtendens, antequam vinum traditum ſit hominibus, aqua in ſacrificiis Deorum vſos eſſe, et ante Cecropem regnaſſe, quam vinum ſit inuentum. *Haec ille.* Aquarii *etiam meminit* Cic. de N. D. 2, 112 c. 44. Plin. 18, 26 ſ. 64. Hor. Serm. 1, 1, 36 Simul inuerſum contriſtat aquarius annum. Ouid. Faſt. 2, 457 Iam leuis obliqua ſubſedit Aquarius vrna. Manilii *carmina plura ponamus ex* 4, 259 ſq. *quia plura nobis hominum genera memorat, quibus* aquarii *nomen tribui poteſt,* Ille quoque inflexa fontem qui proiicit vrna, Cognatas tribuit iuuenilis (*vid. v. 797*) Aquarius artes. Cernere ſub terris vndas (*aquilegem eſſe*) inducere terris (*per aquaeductus*) Ipſaque conuerſis aſpergere fluctibus aſtra (*per hydraulicas machinas et ſalientes*) Litoribusque nouis (*proiectis in altum molibus ad villas maritimas*) per luxum illudere ponto: Et varios fabricare lacus et flumina ficta: Et peregrinantes domibus ſuſpendere riuos. Mille ſub hoc habitant artes, quas temperat vnda. (*potius,* quae temperant vndam, *Hypallage.*)

AQVARIŎLVS, i. m. *Minutus aquarius, miniſter turpium lauacrorum.* Feſtus, Aquarioli dicebantur mulierum impudicarum ſordidi aſſeclae. *Talem deſignat* Lampridius Commodo cap. 2. *Vid.* ibi Caſaub. et Salmaſ. ad Vopiſc. p. 515. *Iidem et lenonum vice fungebantur et conditiones meretricibus conciliabant. Vid.* Tertull. Apol. cap. 43. Aquariolus ille vxoris ſuae, *de viro vxoris ſuae lenone* Apul. in Apol. p. 323. *Conf.* Sc. Gentil. p. 378.

AQVATĬCVS, a, um. Adi. [ἔνυδρος, ἐνυδρόβιος] *quod in aquis, aut circa aquas viuit: aut aquas, ſiue aquoſa loca frequentat.* Plin. 10, 11 Vti anſeres, et aquaticae fere aues. *Add.* Id. 10, 3 *et* 52. Plin. 16, 40 Frigidiſſima, quaecunque aquatica, *de arboribus.* Lotos aquatica Ouid. Met. 9, 341. Aquaticus *etiam dicitur* Auſter, *quod pluuiam inducat* Ouid. Met. 2, 853.

AQVATĬLIS, e. Adi. [ὑδατικὸς] *Idem quod* Aquaticus. Cic. de Nat. Deor. 1, 151 c. 73 Beſtiarum autem terrenae ſunt aliae, partim aquatiles, aliae quaſi ancipites, in vtraque ſede viuentes. *Add.* Ib. 2 c. 48. Varro de R. R. 1, 64. 1 Amurca quum ex olea eſt expreſſa, qui eſt humor aquatilis, ac recrementum, *etc. i. aquoſus, aquae multum habens.*

*habens.* Cochleae Plin. 9, 32. Genus Varr. R. R. 3, 3, 4. Muſculi, *i. parui mures in aquis naſcentes* Plin. 2, 103. Columel. 8, 17, 7 *de poſitione piſcinae*, Hac ratione ſtabulis ordinatis, aquatile pecus inducemus. Silua aquatilis Col. 7, 9, 7. *i. vliginoſa.* ¶ 2 *Abſolute* Aquatilia, *ſubaudi* Animalia Plin. 9, 12 Aquatilium tegumenta plura ſunt, *etc.* Ibidem 52 Aquatilium omnium foetus inter initia viſu carent. *Add.* Id. 9, 8. ¶ 3 Aquatilia *plur.* morbus iumentorum Veg. Mulom. 1, 25, 6. 2, 49, 1. *Forte eae, quae vocantur* Hydatides. *In lemmate vocantur* Ozaenae.

AQVILENTVS, a, um. *Plenus humoris.* Varro apud Nonium 4, 318 de Luna: Tum contremula aquilenta apud alta litora oriris.

AQVOR, ātus ſum, āri. [ὑδρεύω, ὑδροφορέω] *ſiue* AQVO, āre. *Aquam haurire.* Virg. Georg. 4, 193 Sed circum tutae ſub moenibus vrbis aquantur. *Vbi* Seruius: Aquantur, Aquam hauriunt ex vicino Liu. 44, 40. Caeſ. Bell. Gall. 8, 41 Nec ſine periculo poſſent aquari oppidani. *Conf.* Id. B. C. 1, 78. Frontin. Strat. 3, 7, 1. Salluſt. Iugurth. 93 Quidam Ligus miles gregarius caſtris aquatum egreſſus, haud procul ab latere caſtelli animaduertit repentes inter ſaxa cochleas.

AQVATIO, ōnis. f. [ὑδρεία] *Aquandi vel actus vel locus et copia.* Caeſ. Bell. Gall. 4, 11 Tamen ſeſe non longius millibus paſſuum quatuor aquationis cauſa proceſſurum eo die dixit. Aquatione longa et anguſta vtebamur Hirt. B. Afric. c. 51. Cic. Off. 3, 59 c. 14 Hoc loco eſt Syracuſis quidquid eſt piſcium. Haec aquatio: hac villa iſti carere non poſſunt. Colum. 7, 5, 2 Pabula et aquationes mutare, *iubet in morbo.* Pall. Febr. 17, 8 Aquationibus iuuandae ſalices. *Add.* ſ. 9. Plin. 32, 7 ſ. 24 Et hoc vtebatur multis variisque *(ranis)* per aquationes Autumni *(lacunas et paludes ab imbribus auctumnalibus ortas)* naſcentibus.

AQVATINIVM, ii. n. *quaſi Aquam tenens.* Poculi fictilis genus in ſacrificiis. *Nempe vbi apud* Feſtum *eſt* Atanuuium, *ita corrigit* *Barth. Aduerſ.* 40, 11. *Sed vid.* ATANVVIVM.

AQVĀTOR, ōris. m. [ὑδροφόρος] *Qui aquandi miniſterium, praeſertim in exercitu facit.* Liu. 41, 1. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 73 Haec conſultantibus, eis nuntiatur, aquatores ab equitatu premi noſtro.

AQVĀTVS, a, um. *Eſt quod aquatilem humorem natura miſtum habet.* Plin. 28, 9 Omne autem vernum aquatius aeſtiuo. *de lacte.* Aquatum, *pro* Diluto: *vt ipſe exponit* Scribon. 26 *et* 42. Sen. Nat. Quaeſt. 1, 3 Intereſt quomodo ſit macerata purpura, craſſius medicamentum, an aquatius traxerit. Scribon. Larg. 26 Cum oui aquato liquore. Aquatiores (paſtilli) Scribon. 42. Aquatiſſimum (collyrium) 26. Aquatum Scribon. 20, 35. Medicamentum 38, 159. Aquatum nimis 159. Lac aquatum Cael. Aurel. Chron. 4, 3. Potio aquata, Vinum aquatiſſimum Auguſtin. Conf. 6, 2. Aquatius *et* dilutius Hier. ad Phil. v. 20. Fructus olearum aquati Pallad. 1, 6, 9. *i. humore nimis abundantes.* Quum vites non aquato ſed ſpiſſo humore lacrimabunt Id. 4, 1, 1.

AQVATE. *Vnde*, Aquatiſſime temperatum vinum Cael. Aur. Chron. 1, 4.

AQVITANVS, a, um. Plin. 33, 6 ſ. 31 Aquitani ſtantes diebus noctibusque egerunt aquas. *Sermo eſt de metallis Hiſpaniae: et videtur Appellatiuum vel ipſum eſſe, vel ex Appellatiuo corruptum, quod notet* Aquigerulos. *Compoſita quaedam ex* Aqua:

AQVIDV̄CVS, a, um. Cael. Aurel. Tard. 3, 8 Aquiduca medicamenta, quae Graeci Hydragoga vocant.

AQVĬFV̆GA, ae. c. *Hydrophobus* Cael. Aurel. Acut. 3, 15.

AQVIGENVS, a, um. *Natus in aquis.* Tertull. adu. Marc. 2, 12.

AQVILEGVS, a, um. *Legendae, i. hauriendae aquae aptus.* Tertull. de Anima 31 Rotae aquilegae. ¶ 2 *Subſt. pro* Aquilege Caſſiodor. Var. 3, 53 pr. Comperimus Aquilegum *(quid.* Aquilegium) Romam veniſſe *etc.* *Tota enim epiſtola de arte* aquilegum *agit.*

AQVILEGIVM, i. [τέναγος] *Collectio aquae.* Plaut. Si pluet aquilegio me iuuabo. *Haec neſcio vnde ſic ponuntur.* *Caeterum* Vet. Onom. Aquilegium, κρηνός.

AQVĬLEX, ĕgis. m. [ὑδρολόγος] *Aquarum inueniendarum et librandarum artifex.* Plin. 26, 6 ſ. 16 Silueſtris *(tuſſilago)* vbi naſcitur, ſubeſſe aquas credunt, et hoc habent ſignum aquileges. Plin. iun. 10, 46 In primis neceſſarium eſt mitti a te vel aquilegem vel architectum *etc.* *Nominatiuum ſeruauit* Non. 2, 8 ex Varrone, Tuſcus aquilex. ¶ 2 *Alius pluralis* Aquilices *eſt in* Vet. Gl. Aquilices οἱ τὰ ὑδραγωγεῖα ἐργαζόμενοι, ποταμῖται, ὑδροσκόποι. Seru. ad Georg. 1, 109 Scrutatores vel repertores aquarum Aquilices dicuntur.

AQVILICIA, *quae et* AQVAELICIA *ſcribuntur, vbi vid.* Tertull. Apol. 40 Cum ab imbribus aeſtiua hiberna ſuſpendunt, et annus in cura eſt *(ſiccitas metuitur)* vos quidem aquilicia Ioui immolatis *etc.*

AQVIMINALE, *vid. deinde poſt* AQVILVS.

AQVIVERGIVM, *poſt* AQVITANICVS.

AQVŌSVS, a, um. [ὑδατώδης] *Quod copiam aquae habet: vt* Aquoſus campus Liu. 9, 2. Plin. 18, 17. Propert. 4, 3, 52 Cryſtalluſque tuas ornet aquoſa manus: *vel ob ſimilitudinem et perſpicuitatem, vel quia cryſtallum ex aquae concretione naſci putabant.* *Vid.* Plin. 37, 2. Languor, *de hydrope* Hor. Carm. 2, 2, 15. Nubes Virg. Aen. 6, 52. *it.* 8, 429. Ouid. Met. 4, 621. Orion Virg. Aen. 4, 429. *ſidus pluuiam denuncians.* Piſcis Virg. Georg. 4, 234. *Vbi* Seruius, Auſtralem Piſcem ſignificat, qui Aquarii vndam ſuſcipit: vnde et Aquoſi addidit. Tunc etiam Piſcis hic oritur, quo tempore Pleiades occidunt. Plin. 18, 17 In cretoſo et rubricoſo et aquoſiore agro adoreum. Aquoſiſſimus locus Cato R. R. c. 34.

AQVICELVS, i. m. Plin. 15, 10 *de nuce pinaſtri* In melle decoctos nucleos Taurini aquicelos vocant.

AQVIFOLIVS, a, um. [Gr. ὀξύφυλλος] *vt* Arbor aquifolia, *ilicis genus*, Plin. 24, 13 Aquifolia arbor in domo aut villa ſata, veneficia arcet. *Dicitur et* Aquifolium *Neutro genere pro eodem.* Plin. 16, 25 Caeterae (arbores germinant) Vere coepturo, aquifolium, terebinthus, paliurus, caſtanea, glandes. *In materie, quae in laminas ſecatur, memorat* Plinius 16, 43 ſ. 84 *etiam* aquifolium. *Add.* Id. 16, 6 *et* 8. *it.* 27, 8. Aquifolii vectes *legebantur etiam* Cato R. R. 31, 1 *ante quam Victorius emendaret* Acrifolii, *vbi vid.* *Et ſic hodie apud* Plin. 16, 43 ſ. 84 Cato vectes aquifolios, laureos, vlmeos fieri iubet. *Caeterum* Aquifolia ilex Plinii, *vt vult Salmaſ.* ad Solin. p. 190, a D, *eſt* πρῖνος ὀξυάκανθος, *ab* acutis *proinde* foliis *dicta.*

AQVĬLA, ae. [ἀετὸς] *Femininum: Sed vt tamen* Aquila maritus *vel* rex auium *probet* Priſcian. 5 p. 659. *Auis olim Ioui ſacra. Eius ſex genera enarrat* Plin. 10, 3 Aquila *vnde dicatur, vid.* AQVILVS. Aquila rex vel maritus auium per figuram *dici, monet* Priſcian. 5 p. 659 pr. Armigera Iouis Plin. 11, 10, 3 *extr.* Hor. Carm. 4, 4, 32. — Nec imbellem feroces Progenerant aquilae columbam. Fulua Virg. Aen. 11, 752. Aquilae clangunt, In elegia de Philomela. Plin. 10, 3 *extr.* Aquilarum pennae mixtas reliquarum alitum pennas deuorant. Ter. Heaut. 3, 2, 10 Aquilae ſenectus, *i. vegeta, a renaſcentibus plumis, vt Pſalmo 103.* ¶ 2 Aquila *Signum ſingularum legionum Romanarum.* *Vnde* Aquilifer *dicebatur, qui eam geſtabat, alias* Signifer. *Nempe, vt docet* Plin. 10, 4. Romanis eam legionibus C. Marius in ſecundo conſulatu ſuo proprie dicauit. Erat et antea prima cum quatuor aliis: lupi, minotauri, equi, aprique ſingulos ordines anteibant. Pauci ante annis ſola in aciem portari coepta erat, reliqua in caſtris relinquebantur. Marius in totum ea abdicauit. Ex eo notatum, non fere legionis vnquam hibernaſſe caſtra, vbi aquilarum non ſit iugum. Cic. Catil. 1, 24 c. 9 Quum Aquilam illam argenteam (cui etiam ſacrarium ſcelerum domi ſuae fecerat) ſcirem eſſe praemiſſam. Ouid. Faſt. 5, 586 Romanaeque aquilae ſignifer hoſtis erat. Clauſamque aquilae infelicis adorans Effigiem Sil. 6, 37. Lucan. 1, 6 — infeſtiſque obuia ſignis Signa, pares aquilae. Idem 1, 244 Vt notae fulſere aquilae, Romanaque ſigna. Cic. Fam. 10, 30. Aquilae duae, ſigna ſexaginta ſunt relata Antonii. Centurionum in manu vitis, et opimo praemio tardos ordines ad lentas *(Lipſ.* laetas) perducit aquilas Plin. 14, 3. *i. primipilatum.* *De eadem re* Iuuen. 14, 197 Vt locupletem aquilam tibi ſexageſimus annus Adferat, *vid.* PRIMIPILVS. Plin. 13, 3 ſ. 4 Aquilae ac ſigna, puluerulenta illa et cuſtodibus horrida, inunguntur feſtis diebus — Ita eſt, nimirum hac mercede corruptae orbem terrarum deuicere aquilae. ¶ 3 *Non multum ab his abeunt* aquilae in ſceptris. Da nunc et volucrem, ſceptro quae ſurgit eburno Iuuenal. 10, 43. *i. aquilam, triumphale inſigne.* *Conf.* Iſidor. 2, 18. *Spanh. de Num. Diſſ. 10 p. 216.* ¶ 4 Aquila *Sidus caeleſte.* *Vid.* Plin. 18, 27 et 29. Manil. 1, 350. 5, 486. ¶ 5 *Sunt in aedificiis* Aquilae, *ſummae videlicet partes, quae frontem faſtigii conſtituunt, quod aquilarum* alas referant. Tacit. Hiſt. 3, 71, 7 Inde lapſus ignis in porticus oppoſitas aedibus: mox ſuſtinentes faſtigium aquilae vetere ligno traxere flammam alueruntque. *Vid. Lipſium ad locum, inprimis Scriuerium ad* Mart. 10, 19. Aquila Piſcis ex genere planorum Plin. 9, 24.

AQVILĪNVS, a, um. [ἀέτειος] *quod eſt aquilae ſimile:* Plaut. Pſeud. 3, 2, 63 An tu inuenire poſtulas quemquam cocum, niſi ſit miluinis, aut aquilinis vngulis? Oculi aquilino adſpectu micantes Apul. Met. 2 p. 115. *i. acuto.*

AQVILĬFER, ĕri. [ἀετοφόρος] *Signifer in Romana militia, ab Aquila, vbi vid.* n. 2. Caeſ. Bell. Gall. 5, 36 Ex quibus L. Petroſidius aquilifer quum magna multitudine hoſtium premeretur, aquilam intra vallum proiecit. *Add.* Id. B. C. 3 c. 64.

AQVILEIA. [Ἀκυλήϊα] *a Romanis condita in Italia, emporium Illyricarum gentium.* *Vel quinque Syllabis metiuntur, vt* Sil. 8, 606 Necnon cum Venetis Aquileïa purſurit armis: *vel quatuor, vt* Martial. 4, 25 Et tu Ledaeo felix Aquileia Timauo. *Sed locum etiam Silii ſic emendant*, Aquileia ſuperfluit armis.

AQVILENTA, ae. *Herba, al.* Aquifolia, Agrifolium, Gr. ὀξυάκανθος. *Conf.* Varr. de L. L. . . .

AQVILLIA, *ſiue vno* L, AQVILIA, *Gens fuit Romae Patricia ab* Aquilo, *i. Nigro colore, ita dicta.*

AQVILIO, ōnis. m. *in* Vet. Gloſſ. *explicatur* κέντρον βοῶν ἢ σκορπίων *Fuerit igitur ab* Acu, *vt* Aculeus, *ſtimulus ad boues, aut illud, quo pungunt parua animalia.*

AQVĬLO, ōnis. m. [Βορέας] Ventus eſt, *inquit* Seruius ad Georg. 1, 324 qui de alto flat, *i.* a Septentrione, et tempeſtates grauiſſimas facit. Feſtus, Aquilo ventus a vehementiſſimo volatu ad inſtar aquilae appellatur. *A colore aquilo, h. e. nigro, dictum vult Huet. Dem. Euang.* p. 124. Plin. 2, 47 A Septentrionibus Septentrio, interque eum et exortum ſolſtitialem Aquilo: Aparctias dicti et Boreas. A frigidiſſimis partibus venit procreatus Aquilo Vitr. 8, 2. Cic. Verr. 4, 107 c. 48 Spelunca quaedam conuerſa ad Aquilonem. Quum vento aquilone veniſſet Lemnum: hic enim ventus, a Septentrionibus oriens, aduerſum tenet Athenis proficiſcentibus Nep. 1, 1, 5. Ouid. Triſt. 3, 10, 17 Tantaque commoti vis eſt Aquilonis, vt altas Aequet humo turres tectaque rapta ferat. Denſus Aquilo ab oris Hyperboreis Virg. Georg. 3, 196. Frigidus Virg. Georg. 2, 404. Impotens Hor. Carm. 3, 30, 3 *i. immoderatus, qui ſui modum non habet.* Niuoſi Aquilonis minae Sen. Herc. Oet. 778. Saluberrimus omnium ventorum aquilo eſt Plin. 2, 18. Aquilone atri fluctus, *quos Aquilo flans turbidos fecit* Virg. Aen. 5, 2. Hor. Epiſt. 2, 2, 201 Non agimur tumidis velis Aquilone ſecundo: Non tamen aduerſis aetatem ducimus Auſtris. *h. e. Non ſumus in ſumma felicitate et proſperitate, ſed nec in ſumma calamitate* Inſurgit Aquilo Hor. Epod. 10, 7. Radit terras Aquilo Hor. Serm. 2, 6, 25. *Plural.* Cic. de Nat. Deor. 2, 26 c. 10 Itaque et Aquilonibus reliquiſque frigoribus adiectis, dureſcit humor, et idem viciſſim mollitur tepefactus, et tabeſcit calore. Plin. 2, 47 Caniculae exortum diebus octo ferme Aquilones antecedunt, quos prodromos appellant. Poſt biduum autem exortus iidem Aquilones conſtantius perflant his diebus, quos eteſias appellant. Aquilonibus obiicere aliquem. Hor. Carm. 3, 10, 4. Virg. Aen. 4, 310 Quin etiam hiberno moliris ſidere claſſem, Et mediis properas Aquilonibus ire per altum ¶ 2 Aquilo *perſona poëtica, eadem quae* Boreas, *cuius ex Orithyia filii Calais et Zetes, quos* Aquilone natos *vocat* Sen. Med. 634: Aquilone creatos Valer. Fl. 4. 432. *Vid.* AQVILONIVS.

AQVILONĀLIS, e. *Borealis.* Cic. de Nat. Deor. 2 c. 19 Regio Aquilonalis. *Sed hanc lectionem reſpuit Victorius, et ex MSS. mutat in* Aquilenta. *Dauiſius ſuſpicatur ſaniorem eſſe lectionem*, Aquilonia.

AQVILONĀRIS, e. Adi. [βόρειος] Vitruu. 9, 6 Piſcis aquilonaris *de Sidere.*

AQVILONIVS. Adi. [βόρειος] *ex nominibus, quibus adiectum eſt intelligitur, vt* Plin. 27, 13 *fin.* Omnes vero herbae vehementiores effectu viribuſque ſunt in frigidis locis, vt in Aquiloniis. Hiems Aquilonia Plin. 17, 2. Luna, *quae digreſſa eſt in Aquilonem, i. plagam ſeptentrionis* Plin. 2, 97. Piſcis aquilonii exortu Plin. 18, 26 Solum aquilonium Plin. 15, 19. Proles Propert. 1, 20, 25. *Et* Val. Fl. 4, 462 *et* 501. *Et*, Aquilonia pignora. Stat. Theb. 5, 432 *de Calai et Zete* Aquilonis *ſ. Boreae filiis.* Situs *i. Aquiloni expoſitus* Plin. 15, 19.

AQVILONIGENA, ae. c. *Poëtica ſeptentrionalium cognominatio* Auſon. Moſell. v. 407 Aquilonigenaſque Britannos.

AQVĬLVS, a, um. Aquilum, μέλαν, ὡς Ἀκκίλλιος Vet. Gloſſ. Feſtus, Aquilus color eſt Fuſcus et ſubniger: a quo Aquila dicta

eſt

eſſe videtur: quamuis eam ab Acute volando dictam velint. Aquilus autem color ab Aqua eſt nominatus. Nam quum antiqui duos omnino naturales noſſent, id eſt, Album et nigrum, interuenerit autem is quoque, qui ita neutri ſimilis eſt, vt tamen ab vtroque proprietatem trahat, potiſſimum ab aqua eum denominauerunt, cuius incertus eſt color. *Hactenus* Feſtus. Plaut. Poen. 5, 2, 152 Statura autem magna, corpore aquilo, *i. fuſco et ſubnigro. Conf.* SVBAQVILVS. Sueton. in Aug. 79 Naſum et a ſummo eminentiorem, et ab imo deductiorem, colorem inter aquilum candidumque. Varro apud Non. 10, 2 Atque Aegeus fluctu quam lauit ante Aquilo. *Hinc* Aquili Dii *quidam dicti quaſi* Nigri, *de quibus* Arnob. 3 p. 108 *vbi* Aquilos, caeſios, rauos *iungit, vt ad oculorum colorem maxime videatur reſpicere.*

AQVIMINALE, is. [ὑδρία] *Vas aquarium.* Paul. l. 3. in princ. D. de ſupell. legat. Trulleum, guttum, et aquiminale, χέρνιβον, ξεςόν, χερνίβον, Vet. Gloſſ. Aquimanile *vnum eſſe idemque videtur: vt et* Aquaeminale *ſola ſcriptura differt, quam quidem probat C. du Freſne Gloſſ. Eſt nempe vas, quo* Aqua manibus *ſ.* ad manus *datur. Idem eſt*

AQVIMINARIVM, i. *Quaſi tu dicas* Aquimanuarium, *quo* aqua manibus *datur vel infunditur, idem, inquam, quod* Aquiminale, *vel* Aquimanile. Pompon. in l. in argento. D. de aur. et argent. legat. De Aquiminario Caſſius ait, conſultum ſe reſpondiſſe: quum alteri argentum potorium, alteri eſcarium, legatum eſſet, eſcario cedere. Idem in l. Cum aurum. §. Si cui. D. de auro et argento leg. Si cui forte eſcarium argentum legatum ſit, id ſolum debebitur, quod ad epulandum in miniſterio habuit: *id eſt,* Ad vſum et potum. Vnde et de aquiminario dubitatum eſt: et puto contineri. nam et hoc propter eſcam paratur. Paullus in l. 3 D. de ſupellect. legat. Supellectile, *inquit,* legata haec continentur, menſae, trapezophora, vaſa aquaria, pelues, aquiminaria, candelabra, *etc. Paullo poſt,* Nam et pelues argenteas, et aquiminaria argentea, in ſupellectili eſſe non dubitatur. *Cuiacius ſcribere malit vbique* Aquimanile, *vt eſſe in Gloſſis diximus. Vid. Obſeru. 10 c. 13 et 17.* Alciat. Parerg. 8, 4 putat, fuiſſe ſcutellae certam ſpeciem, potioni quidem aptam, ſed quae tamen magis cibo capiendo vſui eſſet. *Sed videtur ad eſcaria ideo magis referri, quia ad potum non opus eſt manibus lotis vel lauandis, ſed ad cibos quoſdam.*

AQVINIVS. *Malus Poëta, de quo ſic* Cic. Tuſc. 5, 63 Adhuc neminem cognoui Poëtam, et mihi fuit cum Aquinio amicitia, qui ſibi non optimus videretur. *Hinc apud* Catullum 14 Caeſios Aquinos, *male ſcriptum, pro* Caeſios Aquinios: *etſi in modulando verſu vocales coniungendae ſunt, vt earum coetu vna comprehendatur ſyllaba, vt poſt Turnebum vidit etiam Iſ. Voſſius.*

AQVINAS, ātis. Adi. *gentile; ab* AQVINO, *oppido Italiae.* Sil. 12, 528 — mox et vicinus Aquinas. *Sic* Aquinatem fucum *vocat* Hor. Epiſt. 1, 10, 27 *colorem purpurae aemulum, ſed deteriorem.*

AQVIPENSER, *apud* Feſt. *idem piſcis, qui Acipenſer. Vid.* ACIPENSER.

AQVITANIA. [Ἀκυϊτανία] *Tertia pars Galliae, vnde*

AQVITANVS. Adi. *Vt,* Tibull. 1, 7, 3 Hunc fore Aquitanas poſſet qui vincere gentes. ¶ 2 Aquitanus *appellatiue ſumtum, dedimus ſub* AQVA.

AQVITANICVS. Adi. [Ἀκυϊτάνιος] Idem. *Vt,* Aquitanicae gentes Plin. 4, 19.

AQVIVERGIVM, ii. *Lacuna, vel depreſſior in valle locus, quo aqua vergit, i. defluit; apud Agrarios, vt* Innocent. de caſ. liter. lib. *extr. et* Anon. *p. 244 Goeſ.*

AQVOR, ăris; AQVOSVS, AQVVLA. *Vid.* AQVA.

## A R

*In notis apud Vrſatum ſignificant* A. R. A Recta, A Ripa, AR. Aerarium, Ara, Arbitrium, Argentum, Arma, Artes, Arnienſis *Tribus.* A RAT. A Rationibus. A. R. B. I. T. A. A Re Bene Iudicata Temere Appellaſti. ARB. PR. Arbitrio Praetoris. ARC. Arca, Arcarius, Arcus. AR. DD. Aram Dedicauit. A. RET. P. III. S. Ante Retro Pedes Tres Semis. ARG. P. Argentum Purum. ARG. P. X. Argenti Pondo X. ARK. RET. P. Arca Retro Poſita. ARM. Armenia, Armiluſtrium. ARM. P. Arma Publica. ARN. Arnienſis. AR. P. Aram Poſuit. Argentum Publicum. A. R. PROX. P. XLV. A Ripa Proxima Pedibus XLV. AR. R. ST. Aerarium Romanum Saturni. AR. T. Ara Saturni. AR. V. V. DD. Aram Votam Valens Dedicauit.

AR *antiquis Romanis poſitum fuit pro* AD. Priſcian. 1 p. 559 ſub fin. Antiquiſſimi pro AD frequentiſſime AR ponebant, *Aruenas, Aruentores, Aruocatos, Arfines, Aruolare, Arfari* dicentes, pro *Aduenas, Aduentores* — Vnde oſtenditur, recte *Arceſſo* dici — (*vid.* ACCERSO) *Arger* quoque dicebant, pro *Agger.* Velius Longus de Orthogr. p. 2232 Aruorſum et Aruorſarium *ex antiquis commemorat. Hinc Giſan. in Coll. ad* Lucret. 4, 358 Arlabitur *ſuſpicatus eſt pro* perlabitur: *et in* Legibus XII tabb. Arduitor *pro* Additor. *Notabile eſt praeſertim* Plaut. Truc. 2, 2, 17 Ar me aduenias. *Add.* ARFERIA. Arfuerunt *et* Arfuiſſe *eſt in* SCto de Bacchanalibus, *vt et* Aruorſum. *Add.* ARVEHO *et mox* ARBITER.

ARA, ae. [βωμός] *Locus aliquantum eminens, in quo, tanquam loco, aut menſa adeo DIs aliquid offertur.* Seruius *ad* Virg. Ecl. 5, 66 Nouimus aras et diis eſſe ſuperis et inferis conſecratas: Altaria vero ſuperorum tantum deorum, quae ab altitudine conſtat eſſe nominata. Macrob. Saturn. 3, 2 Multifariam legimus, quod litare ſola non poſſit oratio, niſi is, qui deos precatus, etiam aram manibus apprehendat. Inde Varro Rerum Diuinarum libro quinto dicit, Aras primum Anſas (*quid.* Aſas) dictas, quod eſſet neceſſarium a ſacrificantibus eas teneri. Anſis autem teneri ſolere vaſa quis dubitet? Commutatione ergo literarum, aras dici coeptas, vt Valeſios et Fuſios dictos prius, nunc Valerios et Furios dici. Haec omnia illo verſu Poëta exſequutus eſt (Aen. 4, 219) Talibus orantem dictis, araſque tenentem Audiit omnipotens. *Haec* Macrobius Varro de L. L. 4, 4 p. 11, 21 Vbi frumenta ſecta terantur, et areſcant, Area, propter horum ſimilitudinem, loca in vrbe pura, Areae. a quo poſt etiam Ara deum eſſe, quod pura: niſi potius ab ardore, ad quem, vt ſit, fit ara: a quo ipſa area non abeſt, quod, qui areſacit, ardor eſt ſolis. Seru. in Aen. 2, 515 Ara dicitur a precibus, quas Graeci ἀράς dicunt: et contra Imprecatio κατάρα dicitur. *Optimum forte illud, quod damnat Seruius, cum ſubiungit,* Alii volunt ab altitudine, ſed male. *Nempe, Ara videtur ex eodem fonte, vnde eſt Graecum* Αἴρω, ἀρῶ. *Neque enim Ara aliud cogitari videtur poſſe, quam quod diximus, Locus aliquan-*

*tum eleuatus etc.* Ara *ſalutis aſylum:* Cic. Tuſc. 85 Priamum autem tanta progenie orbatum quum in aram confugiſſet, hoſtilis manus interemit. *Conf.* Nep. 4, 4, 4 *et* 5. Tibull. 4, 12, 23. *Et ibi Scalig. Hinc abſolute ſalutis praeſidium notat.* Quae potuit dextrae, firma ſit, ara meae Ouid. Tr. 5, 6, 14. Cic. Verr. 5, 126 c. 48 Hic portus, haec arx, haec ara ſociorum. *De tribunali et iudicio.* Ouid. Her. 1, 110 Tu citius venias portus et ara tuis. *Add.* Triſt. 5, 6, 14. 4, 5, 2. Prima velut ara viris mons Veſuuius placuit Flor. 3, 20, 4. *Hinc magnae inuidiae eſt illud* Cic. de Haruſp. Reſp. 28 c. 13 Sacerdotem ab ipſis aris puluinaribusque detraxeris. *Ad ſanctitatem ararum etiam illud pertinet,* Nec ara illis, nec fides Plaut. Moſt. 5, 1, 64. *de perfidis. Olim enim iurantes, aram manu contingebant, vt oſtendit* Cic. pro Flacc. 90 c. 36 Is, qui ſi aram tenens iuraret, crederet nemo. *Vid.* Gell. 4, 3 *legem Numae, quam damus in* PELLEX. *Sic* Virg. Aen. 6, 124 Talibus orabat dictis, araſque tenebat. *Quo loco* Seruius, Rogabant enim deos, ararum anſas tenentes. Pro aris atque focis ſuis cernere Salluſt. Catil. c. 59 — bellum parare Ibid. c. 52. Cic. de Nat. Deor. 3, 95 c. 40 Eſt mihi tecum pro aris et focis certamen, et pro deorum templis atque delubris. *Vtrumque autem, et arae, et foci, in hac formula priuatarum aedium ſunt, vt monuit nuper in Claue Ciceron. Erneſtus ex* Cic. pro Domo c. 40 Vniuſcuiuſque veſtrum ſedes, aras, focos. It. pro Deiot. c. 3 Te amicum et placatum Deiotari arae focique viderunt. Phil. 8, 8 c. 3 Nos deorum immortalium templa, nos muros; *haec publica: iam ad priuata venit,* nos domicilii ſedeſque populi Rom. penates, aras, focos, ſepulcra maiorum *etc.* Philipp. 2 c. 30 Liberi Cn. Pompeii repetebant deos patrios, aras, focos, larem ſuum familiarem, in quae tu inuaſeras. *Recte autem Erneſtus* aras *in impluuio,* focos *in atriis collocat. Partem horum viderat Cort. ad* Sall. l. c. c. 52. ¶ 2 Ara, *Caeleſte ſidus.* Ouid. Met. 2, 139. Cic. de Natur. Deor. 2, 114 c. 44 Inde Nepae cernes propter fulgentis acumen Aram, quam flatu permulcet ſpiritus Auſtri. *Vid.* et Manil. 1, 410 *et* 5, 332. ¶ 3 Arae dicuntur Saxa, quae inter Africam et Sardiniam medio mari eminent. Arae dictae propterea, quod ibi Afri et Romani foedus inierunt, fineſque imperii ſui illic eſſe voluerunt. *Haec fere* Seru. *in illud* Virg. Aen. 1, 108 Tres Notus abreptas in ſaxa latentia torquet, Saxa vocant Itali mediis quae in fluctibus, aras. *Adeoque omnes crepidines et eminentias* Aras *appellari, docet Scalig. Auſon. Lect. 2, 22. Dan. etiam Heinſ. et Drakenb. ad* Sil. 15, 387 *ipſum rogum monumentumque ſepulcrale. Sic* Ara duplex primi teſtatur munera pili Martial. 1, 94. Fabrett. Inſcript. p. 76 QVI HANC ARAM LAESERIT. *Et* p. 107 SI QVIS EI ARAE SIVE SEPVLTVRAE MANVS INFERRE VOLVERIT. *Haec eſt* Funeris ara Ouid. ibid. 102. *Vid. mox* n. 4 Arae moeſtae. *It.* Sepulcrales. *Etiam loca, vnde concionantes exaudiri poſſunt,* Arae *ſunt. v. g.* Tertull. de Pall. Soleo de qualibet margine vel ara medicinas moribus dicere, *vid. Salmaſ.* p. 426 ſq. ¶ 4 *Iam formulas perſequemur.* Ara candida Ioui Piſtori ponitur Ouid. Faſt. 6, 394. Frigida ara, *i. in qua non ſacrificatur* Valer. Argon. 2, 98. Fumida Ouid. Triſt. 3, 13, 15. Fumoſae Id. Amor. 2, 13, 23. Funeris ara Id. Triſt. 3, 13, 21. *et* ibid. 102. Gramineae Virg. Aen. 12, 119 Romani enim moris fuerat, ceſpitem arae ſuperimponere, et ita ſacrificare. *Gramineas autem ideo, quia et de bello res agitur, et Marti* ſacrificatur, cui gramen eſt conſecratum, quod ſecundum Plinium in Nat. Hiſt. ex humano cruore procreatur. *Haec* Seru. *Conf. Fabrett. ad* Col. Trai. c. 6 p. 159. *Drakenborch. ad* Sil. 4, 703. *Sic* Ouid. Met. 15, 573 Internae arae, *in intimo penetrali.* Ouid. Her. 7, 113 Viridique e ceſpite factas Placat odoratis Herboſas ignibus aras. Moeſtae arae *tumulum ſepulcri ſignificant* Virgil. Aen. 5, 48 Ex quo relliquias, diuinique oſſa parentis Condidimus terrae, moeſtaſque ſacrauimus aras. *Vid.* Sepulcrales. Sacrificae Valer. Argon. 8, 243. Sanctae Ouid. Met. 3, 733. Sepulcrales Idem Met. 8, 480, *de rogo. Sic* Virgil. Aen. 6, 177 Aramque ſepulcri congerere arboribus, caeloque educere tentant. *De rogo certe accepit* Sil. 15, 388 Alta ſepulcri Protinus exſtruitur caeloque educitur ara, *cui deinde* Facem ſubdit. *Vid. Drakenb. de aris in ſepulcris poſitis. Add.* Valer. Flacc. 5, 10. 2, 599 *et quae ibi Burmann.* Tacit. Ann. 2, 8 Et aram Druſo ſitam disiecerat. *Vt* Ann. 3, 18 Vrbs Philippopolis a Philippo Macedone ſita. Sopitas aras ignibus excitare Virgil. Aen. 8, 549. Silueſtres Stat. Theb. 5, 522, *in ſilua de ceſpite.* Teſtibus aris aliquid agere Idem Achil. 1, 349. Turicremae Lucret. 2, 753. Ouid. de Arte Am. 3, 393. Turiferae Stat. Achil. 1, 520. ¶ 5 *Verbis iungitur.* Adolere aras, *i. incendere in iis* Tacit. Ann. 14, 30 Nam cruore captiuo adolere aras, et hominum fibris conſulere deos fas habebant. Sen. Agam. 394 Delubra et aras caelitum — Supplex Adoro. Calent arae ture Virgil. Aen. 1, 417 Claud. in Pr. Conſ. Stil. 12. Calituras ignibus aras Ouid. Met. 13, 590. Idem Her. 13, 112 Nulla caret fumo Theſſalis ara meo, *i. in omnibus aris ſacrifico.* Cingere aram coronis Ouid. Triſt. 3, 13, 21. Colere victimis caeſis meritas aras Sen. Herc. fur. 899. Conſtituere aram Deo Ouid. Faſt. 1, 581. Dare tura aris Idem Amor. 2, 13, 23. Deſtinare aliquem arae Virg. Aen. 2, 129. Exhalat odores ara Lucr. 2, 417. Exorare aras, *i. deos, quos ante aras ſtantes, manuque illas tenentes, rogabant.* Ou. Met. 7, 591 Non exoratis animam finiuit in aris. Facere honorem aris Virg. Aen. 5, 62. Fouere ignibus Ouid. Met. 7, 427. Virg. Ecl. 1, 8 — illius aram Saepe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus. *Vid.* IMBVO. Imponere dona aris Virg. Aen. 1, 453. Imponere honorem aris Idem ibid. 1, 49. Incendere aras votis Id. ib. 3, 279. *i. rebus quas voueramus.* Inceſtare aras, *i. polluere* Stat. Silu. 5, 5, 4. Inferre dapes aris Valer. Argon. 3, 120. Inquinare aras Sen. Herc. Oet. 1702. Mactare aris honores Virgil. Aen. 3, 118 Honores, *i. victimas.* Ornatae torquibus arae Idem Georg. 4, 276. *i. coronis et vittis.* Placare aras odoratis ignibus Ouid. Met. 15, 574. Ponere aras Horat. Epiſt. 2, 1, 157. Promittere aris, *i. vouere aliquid* Stat. Theb. 6, 610. Sacrare, *vid. mox* Vouere. Spargitur caede ara Ouid. Triſt. 4, . . Idem Her. 21, 99 Innumeris Structam de cornibus aram *in Delo miratur Acontius.* Succendere aras Sen. Herc. Oet. 790. Virgil. Aen. 12, 201 Tango aras, medioſque ignes, et numina teſtor. *Vid.* Macrob. *in* ARA, *n.* 1, *vbi etiam de formula* Aram tenere. Tingere ſanguine votiuo Ouid. Epiſt. 21, 93. Tolli *poſſunt quaedam arae.* Ouid. Met. 12, 260 Cumque ſuis Gryneus immanem ſuſtulit aram Ignibus, et medium Lapitharum iecit in agmen. Verbenis ara vincta Horat. Carm. 4, 11, 6. Violare aras Sil. 17, . . Vouere et ſacrare Idem 16, . . Forſan ſacraſſet Zephyro quas vouerat aras. Ad aras libare Virgil. Aen. 7, 245. Attare ante aras Ouid. Met. 8, 489. In aris animam finire Idem Met. 7, 591.

ARVLA, ae. Ante deos erant arulae Cic. Verr. 4, c. 3. Ad arulam quamdam conſugere Tertull. ad Nation. 1, 6. Appone porris religioſas arulas Prudent. Romano 259. *Add.* Arnob. 3 p. 114. ¶ 2 *Item, Qui* circa arbores pedes terni e ſolido adaggerantur, arulas vocant in Campania Plin. 17, 11.

ARVLATOR, *vid.* ARILATOR.

ARABARCHES, [ἀραβάρχης] *an* ALABARCHES, [ἀλαβάρχης] *quis eſſet diſputatur. Ponamus primo eum locum, qui caeteris lucem praeſerre videtur. Extat* Imppp. Vall. Grat. Theod. *talis* conſtitutio in l. 9 C. de vectig. et commiſſ. Vſurpationem totius licentiae ſubmouemus, circa vectigal Arabarchiae, per Aegyptum atque Auguſtaneam conſtitutum: nihilque ſuper transductione animalium (quae ſine prohibitione [*leg.* praebitione] ſolita minime permittenda eſt,) temerarie per licentiam vindicari concedimus. *Hinc illud certe colligitur,* Arabarchian *eſſe dignitatem, cui vectigalia quaedam ſoluat* Aegyptus, *et nominatim pars eius, quae* Auguſtanea *hic, alias* Auguſtonice, Auguſtamnica, *vocatur. Iam Ioſephus* Antt. 20, 3 *et* 5 (*al.* 9) Alabarchas *memorat Iudaeos, diuites, potentes, Alexandreae illum magiſtratum exercentes, quorum poſteriori Demetrio Mariamne Herodis, Archelao dimiſſo nupſit. Porro* Cic. Att. 2, 17 *ſine dubio Pompeium, quem alias* Hieroſolymitanum *propter orientis illam expeditionem nominat,* Arabarchen *vel* Alabarchen (*fluctuat enim lectio*) *appellat. Denique* Iuuen. 1, 130 *eum de ſtatuis agit virorum triumphalium,* Inter quos auſus habere Neſcio quis titulos Aegyptius aut Arabarches. *Ipſa coniunctio cum Aegypto ſuadet, de eadem re ſermonem eſſe. Videtur itaque ingenioſior quam verior Cuiacii ſententia, qui* Obſ. 8, 37 Alabarchen *vult* ſcripturae, *i. pecuarii vectigalis magiſtrum, ex eo, quod* ἄλαβα atramentum *interpretantur Graeci. Nec feliciores, qui* Salis *praefecturam intelligunt: eſſet enim ille* Haliarches *potius. Relinquitur vt aut* Arabarchen *A abum principem intelligamus, cuius tamen rei nullum veſtigium eſt, niſi in ſono vocis; aut eam probamus ſententiam, quae a Fullero Miſc. 4, 16 prolata et ornata, deducit ab Ebr.* חלף *a quo* Chaliphae *etiam Muhamedis* vicarii *dicuntur, et* ἄρχων, *quod alias etiam in orientem migrauit, vt ſit* חלפרכא vicarius principis, *vel* temporarius *et* alternans princeps, *quod poſterius magis cum Ioſepho conuenit. Adſpirationem perire in talibus, nihil nouum:* R *et* L *permiſta vel a librariis, vel antiquitus, vt* φραγέλλων *ex* Flagello *etc. Add. Iac. Rhenferd. de Arabarchis et Ethnarchis Iudaeorum.*

ARABIA. [Ἀραβία] *Aſiae regio nobiliſſima,* gentium nulli poſtferenda, *vt deſcriptionem illius auſpicatur* Plin. 6, 28. *Primam produxit* Prop. 2, 8, 20. Et domus intactae te tremit Arabiae.

ARABS, abis. Adi. [Ἄραψ] *Qui Arabiam incolit.* Horat. Ep. 1, 7, 36 — nec Otia diuitiis Arabum liberrima muto. *Accuſatiuus pluralis.* Catul. 11, 5 Siue in Hyrcanos, Arabasque molles, *etc.* Arabs mollis *etiam eſt* Claudian. de Conſ. Hon. 4, 257. Arabum beatae gazae Horat. Carm. 1, 29, 1. Arabum de gramine odores Prop. 2, 22, 17. Arabas palmiferos *dixit* Ouid. *pro Arabia palmarum ferace* Met. 10, 478. Prop. 3, 11, 8 Et Tyros oſtrinos praebet Cadmea colores Cinnamon et multi paſtor odoris Arabs.

ARABĬCVS. Adi. [Ἀράβιος] *Vt,* Arabicus odor Plaut. Mil. 2, 5, 2.

ARABIVS. Adi. [Ἀράβιος] *Vt,* Arabius odor Plaut. Poen. 5, 4, 6. Arabia terra Idem Trin. 4, 2, 88. Propert. 1, 14, 19 Illa (*Venus triſtis*) neque Arabium metuit tranſcendere limen, *i. aureum, magnificum.* Propert. 1, 2, 25 Nec ſi qua Arabio lucet bombyce puella. *i.* Serico, quod in Arabia bombyces texunt. *Producit ergo primam hic quoque Propertius.*

ARABVS. Adi. Idem. Virgil. Aen. 7, 605 — Hyrcanisue Arabisue parant.

ARABICE. Adu. [Ἀραβικῶς] Arabice olet, *i.* ex odoribus Arabicis. Feſtus.

ARABICA. [Ἀραβική] *Gemma.* Plin. 37, 10 Arabica ebori ſimillima eſt, et hoc videretur, niſi abnueret duritia. Putant contra dolores neruorum prodeſſe habentibus.

ARABILIS, *vid.* ARO.

ARACHNE. *Puella Lydia lanificii peritiſſima, aegre ferens opus ſuum a Pallade, quacum certamen ſuſceperat, laceratum, laqueo gulam ſibi fregit: quam Pallas in araneam mutauit. Haec copioſe* Ouid. Met. 6 pr. *Nempe quae a Graecis* ἀράχνη, *ea a Latinis* Aranea *dicitur.* Plin. 7, 56 Fuſos in lanificio (*inuenit*) Cloſter, filius Arachnes; linum et retia Arachne. ¶ 2 Arachne, *Aranea.* Veſtis Arachnes Sammon. 966. *i. tela.* ¶ 3 *Eſt quoque ſpecies horologii apud* Vitruu. 9, 9, *cuius nempe deſcriptio aranearum telas aliquo modo imitatur. Hinc pulchre* Tertulliano de Pallio Araneorum horoſcopa *reſtituit Salmaſius* p. 223. *i. telas figuram illam referentes.*

ARACIAE, *vel* ARATIAE. *Ficus,* Albae, pediculo minimo, latiſſimae Plin. 15, 18 ſ. 19.

ARACIDNA, *vel* ARACHIDNA, [Ἀράχιδνα] *et* ARACOS. Plantae, quae cum habeant radices ramoſas ac multiplices, nec folium nec herbam vllam, aut quidquam aliud ſuper terram habent Plin. 21, 15 ſ. 52.

ARACYNTHVS. [Ἀράκυνθος] *Mons Mineruae ſacer.* Virgil. Ecl. 2, 24 Amphion Dircaeus in actaeo Aracyntho. Seruius, *Aracynthus* mons eſt Thebanus: vnde *Actaeo litorali* debemus accipere — quamquam plerique *Athenienſi* accipiant, non quod Aracynthus apud Athenas eſt; ſed vt oſtendatur ruſtici imperitia. Aracynthi rupes Propert. 3, 15, 42.

ARAEOSTYLOS. *Raras habens columnas.* Vitruu. 3, 2 *et* 3.

ARANEA, ae. f. [ἀράχνη] *Tela quam araneus facit.* Ouid. Met. 4, 178 — non illud opus tenuiſſima vincant Stamina, nec ſummo quae pendet aranea tigno. Catull. 13, 8 — nam tui Catulli Plenus ſacculus eſt aranearum. Aedes inaniis ſunt oppletae atque araneis Plaut. Aul. 1, 2, 6. ¶ 2 Aranea, *pro ipſo animali.* Ouid. Met. 6, 145 Stamen et antiquos exercet aranea caſſes. Virgil. Georg. 4, 247 In foribus laxos ſuſpendit aranea caſſes. *Vbi* Seruius, Virg. quidem confundit: tamen ſciendum maiores Animal ipſum maſculino genere appellaſſe, hic araneus: Retia vero quae faciunt, feminino. *Sic* Leges aranearum telis *comparabat Anacharſis ap.* Valer. Max. 7, 2, 11. Iuuenal. 14, 61 Arida cum tota deſcendat aranea tela, *i. purgetur domus a telis aranearum.* ¶ 3 Aranea, *pro Lanugine illa, qualis in virgultorum ſummitatibus enaſcitur, eaque corrumpit.* Salicis fructus ante maturitatem in araneam abit Plin. 24, 9 ſ. 37. *h. e. in lanuginem araneae ſimilem. Vid.* ARANEVM, n. 2.

ARANEVS, i. m. *Animal venenatum, texens* [ἀράχνη] Catull. 23, 2 Nec cimex, neque araneus, neque ignis. Aranei tenuia fila Lucret. 3, 384. Araneorum genera *et naturam leges apud* Plin. 11, 24 et 48. *Ponamus ex priore loco deſcriptionem operis.* Tertium eorum genus erudita operatione conſpicuum. Orditur telas, tantique operis materiae vterus ipſius ſufficit — tam moderato vngue, tam tereti filo, et tam aequali deducit ſtamina, ipſo ſe pondere vſus. Texere e medio incipit, circinato orbe tegmina adnectens, maculasque paribus ſemper interuallis, ſed ſubinde creſcentibus, ex anguſto dilatans indiſſolubili nodo implicat. Quanta arte celat pedicas ſcutulato rete graſſantes? quam non ad hoc videtur pertinere crebratae pexitas telae, et quadam politurae arte, ipſa per ſe tenax ratio tramae (*quae implicatione ſ. implexu non opus habeat, ſed a ſolo impoſitu haereat*) quam laxus ad flatus, ac non reſpuenda quae veniant, ſinus? Derelicta laſſo (*araneo*) praetendi ſumma parte arbitrere licia: at illa difficile cernuntur, atque vt in plagis lineae offenſae praecipitant in ſinum, *etc. dignus enim eſt locus, qui totus legatur, contendente quaſi Plinio, vt ſubtilitatem illius texturae orationis ſuae contextu aequare poſſet.* ¶ 2 *Eſt et* Araneus, *Marinum animal. Vid.* Plin. 32, 11 ſ. 53. ¶ 3 Araneus mus, *de quo* Plin. 8, 58 In Italia muribus araneis, venenatus eſt morſus. Columel. 6, 17 Musque araneus, quem Graeci μυγάλην appellant, quamuis exiguis dentibus, non exiguam peſtem molitur. *Vid.* MVS. *Add.* Plin. 20, 13 pr.

ARANEVM, i. n. *Tela araneorum. Videtur proprie Adiectiuum. Certe* Plin. 29, 4 ſ. 27 Vrina ſimilis araneis textis. Phaedr. 2, 9, 23 Tollere hacc aranea quantum eſt laboris. ¶ 2 *Item Vitium* peculiare oliuis et vitibus, quum veluti telae inuoluunt fructum et abſumunt: auctore Plin. 17, 24 ſ. 37, 7. Gr. Ἀράχνιον.

ARANEŎLA, ae. f. Dimin. [ἀραχνίδιον] *Parua aranea.* Cic. de Natur. Deor. 2, 113 c. 48 Data eſt quibusdam beſtiis etiam machinatio quaedam atque ſolertia, vt in araneolis. Araneolus *etiam maſculino genere* Virg. in Culice 2 Atque vt araneoli tenuem formauimus orſum.

ARANEŌSVS. Adi. [ἀραχνώδης] *Aranearum telis plenus.* Catull. 23, 3 Cinaede Thalle mollior — vel pene languido ſenis ſituque araneoſo, *vbi* penem ſitu araneoſum *vocat.* Cera Plin. 11, 21. Fila Idem 11, 19. Plin. 12, 1 Foliis araneoſa lanugine obductis. Idem 21, 15 In Aegypto nobiliſſima eſt colocaſia, quam cyamon vocant aliqui. Hanc e Nilo metunt, caule quum coctus eſt, araneoſo in mandendo, *h. e. habente fila frequentiſſima, telam aranearum repraeſentantia.* Plin. 29, 4 Peior vtroque eſt caeruleus, lanugine nigra, caliginem concitans, et vomitus araneoſos, *h. e. in quibus veluti telae araneae conſpiciuntur.*

ARANEO, āre. Araneantes fauces Apul. Met. 4 p. 152.

ARAPENNIS, is. m. *Agri menſura.* Columel. 5, 1, 6 Semiiugerem quoque arapennem vocant Galli. *Scribitur etiam* Arapennus *et* Arapenne. Arpendia, πλέθρα, Vet. Gloſſ. Arpennem *noſtra* Columellae *editio. Eſt Gallorum* Arpent, *quo vtuntur ſollemniter, et vnde plura rei agrimenſoriae verba deriuant. Vid. Dufreſnius.*

ARAR, *ſiue* ARĂRIS. [Ἄραρ] *Fluuius Galliae, ex eodem, ex quo Rhodanus, monte exiens, in Rhodanum ipſum iuxta Lugdunum immergitur: qui adeo lenis fluit, vt neſcias, in vtram partem labatur. Hinc* Lucan. 6, 475 — Rhodanumque morantem Praecipitauit Arar. Araris per Apocopem Arar, Priſcianus 7 p. 756 *extr.* Virgil. Ecl. 1, 63 *de re incredibili,* Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim. Arar pigerrimus vndae Sil. 15, 504.

ARARICVS. Adi. *Vt,* Araricus nauta Gruter. Inſcr. p. 375 n. 3.

ARATIA. [Ἀράτεια] Inſula eſt contra Perſidem, cum monte praealto, Neptuno ſacra Plin. 6, 25. *Hinc forte* Aratiae ficus, *de quibus vid.* ARACIAE.

ARATIO, ARATOR, ARATRO, ARATRVM. *Vid.* ARO.

ARĀTVS. [Ἄρατος] *Poëta Graecus, cuius Phaenomena ipſe Cicero vertit adoleſcens, vid.* de Nat. Deor. 2, 104 c. 41 ſqq. *vbi multi inde verſus. Meminit* Stat. Silu. 5, 3, 23. *et* Ouid. Amor. 1, 15, 16.

ARATĒVS. Adi. Cinna apud Iſidor. 6, 12 Haec tibi Aratei multum inuigilata lucernis Carmina. *Abſolute.* Cic. de Diuin. 2, 14 c. 5 Noſtra quaedam Aratea memoriter a te pronuntiata ſunt.

ARATIVS. Adi. [Ἀράτειος] Idem. *Vt,* Aratium carmen Cic. de Legib. 2, 7 c. 3.

ARAXES, is. m. [Ἀράξης] *Armeniae fluuius.* Armenius Araxes Lucan. 7, 188. Barbarus Lucan. 1, 19. Gelidus Sen. Hippol. 5. Pontem indignatus Araxes Virgil. Aen. 8, 728 *vbi* Seruius, Quem pontibus niſus eſt Xerxes conſcendere, vel cui Alexander Magnus pontem fecit, quem fluminis incrementa ruperunt *etc.* Propert. 3, 11, 8 Potabis galea feſſus Araxis aquam. Pharetratum Araxem *dixit* Stat. Silu. 5, 2, 32 *pro Populis Araxem accolentibus, h. e. Armeniis.*

# A R B

ARBĂCES, is. *Medicum nomen huc non alia cauſa referendum quam vt indicemus, penultimam corripi tutius ob Analogiam* Arſacis.

ARBILLA pinguedo corporis *apud* Feſtum. *Melius* Aruilla *a quo ſub* ARVINA.

ARBĬTER, tri. [διαιτητής, διαγνώμων, ἐπικριτής] *Ab* Arbitere *i. Adire, Accedere laxae ſignificationis eſt, et eum, qui adeſt, vel interuenit, notat, vt deinde videbimus. Sed ſollemnior eſt forenſis ſignificatio, de qua* Feſtus, Arbiter dicitur Iudex, quod totius rei habeat arbitrium et facultatem. *Vid. leg.* qui habet. *Nempe* Arbiter, *ſiue* Honorarius *litigantium conuentione ſumtus, ſiue a Praetore datus, maiorem, quam eſt iudicis, habet poteſtatem, qui non ex formula, vt iudex, ſed ex eo quod ſibi aequum et bonum videatur, litem dirimat. Hoc apparebit, ſi quis conſideret* Cic. pro Roſcio Com. c. 4, 5. *it.* 9. *Add.* Offic. 3 c. 16 *vbi* Calpurnius Claudium arbitrum (*i.* ad arbitrum) adegit, quidquid ſibi dare facere oporteret ex fide bona. M. Cato — iudex (*idem ergo hic qui* arbiter: *certe genus poſitum pro ſpecie*) ita pronuntiauit — Igitur ad fidem bonam ſtatuit pertinere *etc.* Arbiter *ergo in negotio, quod lege non ſatis definitum eſt, quid aequum videatur ſtatuit.* Sen. de Benef. 3, 7 Ideo melior videtur conditio cauſae bonae, ſi ad iudicem quam ſi ad arbitrum mittitur: quia illum formula includit, et certos quos non excedat, terminos ponit; huius libera et nullis adſtricta vinculis religio, et detrahere aliquid poteſt et adiicere, et ſententiam ſuam, non prout lex aut iuſtitia ſuadet, ſed prout humanitas et miſericordia impulit, regere. *Hic breuiter complexus eſt totam, ad quam modo remiſimus, Ciceronis diſputationem* pro Roſc. Com. c. 4, 5, 9. *Iam formulas ponamus:* Quorum controuerſiam ſolebat tanquam honorarius arbiter iudicare Cic. Tuſc. 5 c. 41. *Et* de Fato c. 17 Ac mihi videtur, cum duae ſententiae fuiſſent veterum philoſophorum — Chryſippus

pus tanquam arbiter honorarius medium ferire voluiſſe, *i. mediam ſententiam ſequi, vt is, quem honoris cauſa arbitrum ſibi ſumſere litigantes.* Capere arbitrum Ter. Heut. 3, 1, 94. Cedo quemuis arbitrum Id. Adelph. 1, 2, 43. Cic. pro Roſc. Com. 12 c. 4 Eundemne tu arbitrum et iudicem ſumebas? Ibidem, Quis in hanc rem fuit arbiter? Cic. Fam. 13, 26 Sic praeſcripſimus iis, quibus ea negotia mandauimus, vt omnibus in rebus, quae in aliquam controuerſiam vocarentur, te arbitro, et, quod commodo tuo fieri poſſit, te diſceptatore vterentur. Adeo ad arbitrum, *vid.* ADEO. Adigere arbitrum, *vid.* ADIGO. Quum fides tota Italia eſſet anguſtior, neque creditae pecuniae ſoluerentur, conſtituit, vt arbitri darentur; per eos fierent aeſtimationes poſſeſſionum et rerum *etc.* Caeſ. Bell. C. 3, 1. Cic. Off. 1, 33 c. 10 Nec noſter quidem probandus eſt, ſi verum eſt, Q. Fabium Labeonem arbitrum Nolanis et Neapolitanis, de finibus a Senatu datum, cum ad locum veniſſet, cum vtrisque ſeparatim locutum, vt ne cupide quid agerent, ne appetenter, atque vt regredi quam progredi mallent *etc.* Cic. de Legib. 1, 53 c. 20 Ego plane vellem, me arbitrum inter antiquam Academiam et Zenonem datum. Poſtulare arbitrum Idem pro Caecin. 19. Horat. Carm. 2, 7, 23 — quem Venus arbitrum dicet bibendi? Arbitrum bibendi *vocat, quem priſci* Modiperatorem *dicebant.* Cic. Att. 15, 13 Hirtius arbitrum me ſtatuebat, non modo huius rei, ſed totius Conſulatus ſui. Annonae arbiter Stat. Silu. 4, 9, 18. Formae arbiter Ouid. Epiſt. 16, 69 *de Paride.* Pugnae Hor. Od. 1, 3, 11. ¶ 2 *Arbiter, ſummus imperans.* Deus arbiter orbis. Tandem noctis ait, Vincimur, arbiter Senec. Herc. Fur. 582. *i. Pluto.* Arbiter Adriae Horat. Od. 1, 3, 15. *de noto vento, Adriaticum mare perflante.* ¶ 3 Arbiter, *vti monuimus, ille generatim eſt, qui interuenit et adeſt ſpectator tantum ac teſtis.* Cic. Verr. 5, 186 c. 72 Vosque omnium rerum forenſium, conſiliorum maximorum, legum iudiciorumque arbitri et teſtes — Caſtor, et Pollux. *Sic* Sine arbitris aliquid facere, *i. Nemine vel vidente vel audiente.* Plaut. Capt. 2, 1, 17 Vnum exorare vos ſinite nos. L. id quidnam eſt? C. vt ſine hiſce arbitris, atque vobis, nobis detis loquendi copiam. *Add.* Idem Caſ. 1, 1, 1. Ciſt. 1, 1, 66 Mihi quidem iam arbitri vicini ſunt, meae quid fiat domi Plaut. Mil. Glor. 2, 2, 3. *i. inſpectores, ſpeculatores. In comoediis arbitri vocantur ſpectatores: vid. Taubmann. ad* Plaut. p. 216, 797. Liu. 1, 41 Tanaquil inter tumultum claudi regiam iubet, arbitros eiicit. Remotis arbitris de nouo conſilio agere Liu. 2, 4, 5. Idem 1, 21 Lucus erat, quem medium ex opaco ſpecu fons perenni rigabat aqua: quo quia perſaepe Numa ſine arbitris, velut ad congreſſum deae ſe inferebat, Camoenis eum lucum ſacrauit. Ab arbitris remotus locus: et, Loca ab arbitris libera, *i.* interpellatoribus crebris carentia. Cic. Verr. 5, 80 c. 31 Amoeno ſane, et ab arbitris remoto loco. Idem Att. 15, 1 Haec loca venuſta ſunt, abdita certe: et ſi quid ſcribere velis, ab arbitris libera. Locus effuſi late maris arbiter Horat. Epiſt. 1, 11, 26. *i. proſpectans mare.*

ARBITRA, ae. f. Hor. Epod. 5, 49 — ô rebus meis Non infideles arbitrae Nox et Diana.

ARBITRĀLIS, e. [διαιτητικὸς] *Vt*, Macrob. Saturn. 7, 1 Vt ergo inter te et Vectium velut arbitrali iudicatione componam, aperiam quidem philoſophiae tricliniorum fores; ſed ſpondeo, ſic interfuturam, ne menſuram — excedat.

ARBITRARIVS, a, um. [διαιτητικὸς] *Vt*, Poena arbitraria, *quae non lege ſtatuta eſt, ſed iudicis arbitrio relicta.* Plaut. Amph. 1, 1, 216 Hoc quidem profecto certum eſt, non eſt arbitrarium. Gell. 18, 10 Remiſſio naturalis, non arbitraria. Arbitrarium dicitur, quum adhuc res apud arbitrum geritur Feſt. Arbitraria communium parietum ſumere Vitruu. 2, 8. *i. ex arbitrio aeſtimare. Sed metuo, ne apud* Vitruuium *legendum ſit* arbitria: *Videtur enim* arbitraria *operarum culpa in ſola Laeti editione eſſe.*

ARBITRARIO. Adu. [διαιτητικῶς] Plaut. Poen. 3, 5, 42 Nunc pol ego perii certo, haud arbitrario: *quia ante arbitrium poteſt arbiter pro opinione iudicare, quum totius rei habeat facultatem. Sic* certum et arbitrarium *ſibi oppoſuit, vt modo vidimus.*

ARBITRĀTVS, ûs. *Voluntas, ſententia non arbitri modo, ſed vniuscuiusque.* Cic. in Lael. 3 c. 1 Cuius diſputationis ſententias memoriae mandaui: quas in hoc libro expoſui meo arbitratu. Quaero cauſas omnes aliquando viuendi arbitratu meo Id. Fam. 6, 1. Fieri aliquid alicuius arbitratu l. 43 D. de verb. ſignif. Loquar meo arbitratu Cic. de Orat. 2, 102. Reſponde arbitratu meo Idem de Finib. 4, 2. Vendere arbitratu ſuo Id. Verr. 4, . . *Vid. et* Cat. R. R. c. 144 Oleam cogito recte omnem arbitratu domini. Plaut. Amph. 1, 1, 103 Deduntque ſe, diuina humanaque omnia, vrbem et liberos, In ditionem atque in arbitratum, cuncti, Thebano populo. *Ex Inſcriptionibus plura Reineſ. Epiſt.* 61 p. 558 ſq.

ARBITRIO, ōnis. *Idem qui* arbiter, *ſi Barthium arbitrum audimus: qui legit,* Quid negas, arbitrio, ſuper his reſponſa redhibere, *apud* Claud. Mam. 3, 9 *pro* arbitror. *Idem Adu.* 11, 27 *legit:* Vt arbitrio nocturni gannitus ablegaretur. Apul. Met. 2 p. 121, *ſed Elmenh.* ablegarentur, *arbitrio in ſexto caſu ſumto pro* ab arbitrio, *ne intereſſent.*

ARBITRIVM, i. n. *Idem quod Arbitratus, ſententia, voluntas.* Cic. A. 1 in Verr. 30 c. 10 Ad noſtrum arbitrium libidinemque aduerſariorum minas eludemus. Nauigare ad ſuum arbitrium Idem Verr. 5, 96. Ouid. Triſt. 5, 3, 18 An dominae fati quidquid cecinere ſorores Omne ſub arbitrio deſinit eſſe Deûm. In arbitrium alicuius venire Idem Epiſt. 5, 36. Ad arbitrium ſuum adducere, *vid.* ADDVCO. Ad arbitrium ſuum ſcribere Cic. de Fin. 1, 6. Conferre omnia ad arbitrium alterius Idem Fam. 11, 20. Id. Verr. 4, . . Ne mulierum nobilium et formoſarum gratia, quarum iſte arbitrio Praeturam per triennium geſſerat, *etc.* Viuere ad aliorum arbitrium, non ad ſuum *de ICtis* Cic. pro Muraen. 19 c. 9. Ad arbitrium ſuum mouere mentes auditorum Id. de Orat. 2, 70 c. 16. *Sic,* Ad arbitrium alterius perorare Idem in Vatin. 26 c. 11. Sueton. in Tiberio cap. 18 Semper aliâs ſui arbitrii, contentusque ſe vno, tunc praeter conſuetudinem cum pluribus de ratione belli communicauit. Liu. 6, 34 Malum arbitrium *vocat, i. prauam ſententiam,* quo a proximis quisque minime anteiri vult. Ad arbitrium et nutum alterius totum ſe fingere et accommodare Cic. in Brut. 24. Nutu et arbitrio Dei omnia reguntur Id. pro Roſc. Amer. 131 c. 45. Secundum arbitrium tuum teſtes dabo Id. Verr. 5, 163. Cic. Att. 15, 13 Orationem tibi miſi: eius cuſtodiendae et proferendae arbitrium tuum ſit. Arbitriis diſpenſare omnia Ouid. ad Liviam. 371. ¶ 2 *Poteſtatem, et imperium adeo notat* Cic. ad Brut. 16 Quod autem tibi cum Antonio priuatim odium? nempe quia poſtulabat haec, ſalutem ab ſe peti, precariam nos incolumitatem habere, a quibus ipſe libertatem accepiſſet: eſſe arbitrium ſuum de Rep. Liu. 34, 7 Scilicet ſi legem Oppiam abrogaueritis, non veſtri arbitrii erit, ſi quid eius vetare volueritis, quod nunc lex vetat. Arbitrium vrbis Romulus habet Ouid. Faſt. 4, 818. Arbitrium orbis terrarum Suet. Caeſ. c. 7. Arbitrium ſecreta loquendi eripere alicui Ouid. Met. 4, 224. Id. Epiſt. Sabin. 3, 27 Te penes arbitrium noſtrae vitaeque necisque. Arbitrium habebit Pallad. Ianuar. 15, 2. *i. [illegible] arbitrio [illegible]rit.* Coniugi donum datus Arbitria thalami dura felicis feram Sen. Theb. 595. Natalibus arbitriis haurire decorem Grat. Cyneg. 135. *i. pulchrum naſci: quaſi penes naſcendi ſortem ſit* formae arbitrium *et poteſtas.* Liu. 2, 9 Satis vendendi arbitrium in publicum omne ſumtum, ademtum priuatis. Id. 32, 37 Quinctio liberum arbitrium pacis ac belli permiſſum. *i. poteſtas, prout optimum iudicaret, vel belli continuandi, vel faciendae pacis.* Id. 37, 1 Senatui liberum arbitrium de ſe permitterent. *Et* c. 7 Permiſſo libero arbitrio, *ne in corpora ſua ſaeuiretur metuebant.* Sen. de Clem. 2, 7 Clementia liberum arbitrium habet. *Huc etiam pertinet* Liu. 44, 15 Rhodios nuncio in orbe terrarum arbitria belli pacisque agere. *i. bellum pacemque diſpenſare. Poteſtatem etiam notat* Cic. Parad. 5 Si ſeruitus ſit, ſicut eſt, obedientia fracti animi et abiecti, et arbitrio carentis ſuo, quis neget, omnes leues eſſe ſeruos? ¶ 3 *Etiam pecuniam notare videtur, quae pro funeris et ſepeliendi* arbitrio, *h. e. facultate, ſoluitur. Hoc ſuadent* Ciceronis *loci tres, in quibus manifeſto indicare vult, Clodium trib. pl. Piſoni et Gabinio Conſulibus pro facultate ſibi conceſſa ſuo arbitrio eiiciendi Ciceronis, et ita funerandae reip. aſſignaſſe prouincias et rapinarum occaſiones: de hac igitur re ita poſt* Red. in Sen. 18 c. 7 Nondum palam factum erat, occidiſſe remp. cum tibi (*Piſo*) arbitria funeris ſoluebantur. Pro Dom. 98 c. 37 Videre praetextatos inimicos (COSS.) nondum morte complorata arbitria petentes funeris. In Piſon. 21 c. 9 Eodem in templo, eodem et loci veſtigio et temporis, arbitria non mei ſolum, ſed patriae funeris abſtuliſti. *Sepeliendi arbitria fuiſſe legibus circumſcripta, ſatis conſtat: ex veteri inſtituto numus in Libitinae Veneris templo ſoluendus: dubitari non poteſt, quin legibus finitum fuerit in tali rep. quid in quoque funeris genere ſolueretur Libitinariis. Nam vt eſt* l. 12 ff. §. 5 Sumtus funeris arbitrantur, pro facultatibus vel dignitate defuncti. *Conſules hi, parricidae iidemque Libitinarii, Deſignatores et Veſpillones reip. a Clodio petunt et accipiunt* arbitria funeris, *praemium permiſſae facultatis, et ſuae operae. Hoc vidit Hotomannus; neque aliud ſibi voluit Io. Fr. Gronouius ad* Liu. 2, 9. *cum in alia licet materia,* ſalis vendendi arbitrio, *monuit,* Arbitrium *non eſſe modo poteſtatem vel copiam, ſed etiam mercedem vel pecuniam, quae pro ea ſoluitur.* ¶ 4 Arbitrium, *Facultas iudicandi arbitro data.* Cic. pro Roſc. Com. 15 Perinde acſi in hanc formulam omnia iudicia legitima, omnia arbitria honoraria, omnia officia domeſtica, concluſa et comprehenſa ſint. Vlp. l. 14 D. de receptis arbitris. Recepiſſe autem arbitrium videtur (vt Pedius lib. 9. dixit) qui iudicis partes ſuſcepit, finemque ſententia ſua controuerſiis impoſiturum pollicetur. *Atque hac ſignificatione ponitur toto titulo* Digeſt. et Codicis de Receptis arbitris. Vell. 2, 50, 3 Maſſilia, intempeſtiue principalium armorum (*inter Caeſarem et Pompeium*) arbitria captans, quibus ii ſe debent interponere, qui non parentem coëcere poſſunt. *Inter* Arbitrium *autem et* iudicium *quae ſit* differentia, *intelligi ex iis poteſt, quae de* Arbitrii *et* Iudicis *diſcrimine ſupra dicta ſunt. v. g.* Cic. pro Roſc. Com. 10 Cauſam perdidiſti, propterea quod aliud eſt iudicium, aliud arbitrium. Iudicium, eſt pecuniae certae: arbitrium, incertae. Ad iudicium hoc modo venimus, vt totam litem aut obtineamus, aut amittamus. Ad arbitrium hoc animo adimus, ut neque nihil, neque tantum quantum poſtulauimus, conſequamur. Arbitrium *tamen etiam pro* Iudicio *ponitur: praeſertim in iis cauſis, in quibus* Ex fide bona *ſolebat addi, veluti Tutelae, Mandati, Fiduciae, Pro ſocio, Rei vxoriae, et ſi quae ſunt generis eiusdem. Non quod idem ſit* iudicium *et* Arbitrium; *ſed quod haec iudicia proxime ad naturam arbitriorum accedant. In his enim iudiciis, quemadmodum et in arbitrio, Praetor nullam certam formulam praeſcribit, ſed omnem poteſtatem ex aequo et bono iudicandi iudicibus liberam relinquit.* Cic Off. 3, 70 c. 17 Q. Scaeuola ſummam vim eſſe dicebat in omnibus iis arbitriis, in quibus adderetur EX FIDE BONA. *Hae autem cauſae alias ſemper fere et in ipſo l. c.* Iudicia *appellantur. Add.* Off. 3, 61 c. 15. Cic. pro Quint. 13 Quaſi ii, qui magna fide ſocietatem gererent, arbitrio pro ſocio condemnari ſolerent, *id eſt, iudicio, quod aduerſus ſocium pro ſocio conſtitutum eſt.* Hor. Carm. 4, 7, 22 Cum ſemel occideris, et de te ſplendida Minos Fecerit arbitria, *i. iudicauerit, pronunciauerit.* Ouid. Met. 12, 627 — et arbitrium litis traiecit in omnes, *i. iudicare de cauſa Vlyſſis et Aiacis omnes iuſſit.* ¶ 5 Arbitrium, *Sententia, quam arbiter electus pronuntiat.* Feſtus. Arbitrium dicitur ſententia, quae ab arbitro ſtatuitur. *Huc referas etiam laudatum modo* Hor. Carm. 4, 7, 22. *Hac ſignificatione accipitur* in l. ſocietatem. 77 D. pro ſocio. et in l. idem Pomp. 14. *et paſſim* D. de recept. arbitr. Nepos Ariſt. 3, 1 Ad claſſes aedificandas — quantum pecuniae quaeque ciuitas daret, Ariſtides delectus eſt, qui conſtitueret. Eius arbitrio *etc. Ad hanc ſignificationem etiam retulerim, cum idem videtur Arbitrium, quod electio.* Id arbitrium Conon negauit ſui eſſe conſilii Nep. 9, 4, 1. *Poſſis etiam ſubſtituere hic* iudicium.

ARBITERIVM, i. *Idem quod* Arbitrium. *Ponitur* in l. 9 D. qui ſatisd. cog. *in Pan. Flor. In vulgatis eſt* Arbitrium.

ARBITRATIO, ōnis. f. Idem Gell. 13, 20 Hic arbitratus pro arbitratione dicitur. *Oſtendit ergo* Arbitratum *eſſe verum,* Arbitrationem *ad* analogiam *conuenire melius.* Valentinian. Imp. in lege agr. *ap.* Goeſ. p. 342 Artis peritis omne commiſimus ſub fideli arbitratione iudicium.

ARBITRATOR, ōris. m. *Iouis Epitheton ap.* Publ. Victor. reg. 10.

ARBITRATRIX, icis. f. Tertullian. adu. Marc. 2, 12.

ARBITROR, āri. [ἡγεῖσθαι, λογίζεσθαι, διαιτᾶν] *Eandem fere varietatem ſignificationis habet, quam* Arbiter *et* Arbitrium. *Statuere, iudicare, exiſtimare.* Cic. pro Font. 26 Credo haec eadem Induciomarum in teſtimonio timuiſſe aut cogitaſſe, qui primum illud verbum, conſideratiſſimum noſtrae conſuetudinis, Arbitror, quo nos etiam tunc vtimur, quum ea dicimus iurati, quae comperta habemus, quae ipſi vidimus, ex toto teſtimonio ſuo ſuſtulit, atque omnia ſe ſcire dixit. *Similia de verbo* Videri *ſuo loco annotamus. De vtroque* Cic. Ac. 4, 146 c. 47 Qui teſtimonium diceret, vt arbitrari ſe diceret, etiam quod ipſe vidiſſet. Cic. Verr. 4, 81 Si hoc, quod abs te poſtulo, minus ad officium tuum pertinere arbitrabere: ſuccedam ego vicarius tuo muneri, ſuſcipiam partes, quas alienas eſſe arbitrabar. Cic. de Diuin. 1, 4 Haec (vt ego arbitror) veteres rerum magis euentis moniti, quam ratione docti probauere. Nonius, Cenſere et Arbitrari veteres cognatione quadam, ſocia ac ſimilia eſſe verba voluerunt. Varro de Vita Pop.

Rom. lib. 2 Itaque quod hos arbitros inſtituerunt populi, cenſores appellarunt. Idem enim valet cenſere et arbitrare. Ter. Hec. 4, 1, 13 Ex quo cenſes, niſi ex illo cui data eſt nuptum obſecro? P. credo, neque adeo arbitrari patris eſt aliter. *Etiam* de re incerta. Ter. Eun. 1, 2, 30 P. Ciuemne? T. arbitror. Quod tibi notum eſſe arbitror Cic. ad Brut. 1. Primum te arbitrari, quod res eſt, velim Ter. Eun. 5, 6, 9. *Huc retulerim etiam illud* Plauti Bacch. 3, 6, 41 Si pergis parum mihi fidem arbitrarier, *i. habendam putare.* ¶ 2 Arbitrari, Obſervare et reſpicere quid agatur aut dicatur. Plaut. Aulul. 4, 1 *extr.* Hinc ego huc et illuc potero quid agant, arbitrarier. Apul. Met. 7 pr. Inmixtus ego turbulis populariun; dolentique atque indignanti ſimilis, arbitrabar, ſuper inueſtigatione facti cuiusmodi conſilium caperetur — renunciaturus vobis *etc.* ¶ 3 Arbitrari, *aliquando eſt conſtituere, modumque et rationem, quaſique formam operis ſtatuere et praeſcribere.* Proculus in l. 113 D. de verb. obl. Quum ſtipulatus ſim a Proculo ſi opus arbitratu meo ante Kal. Iunias effectum non ſit, poenam, *etc. Et paullo inferius*, Quoniam mortuus, *inquit*, arbitrari non potuiſſet. *vid.* ARBITRATVS, ûs. ¶ 4 *Eſt etiam Act.* Arbitro, *et Paſſ.* Arbitror. Plaut. Sticho 1, 2, 88 (*laudatus* Nonio 7, 13) Probiores vero arbitrabunt, ſi probis narraueris. Caelius *ap.* Priſcian. 8 p. 792 Ex ſcriptis eorum, qui veri arbitrantur: Paſſiue, *addit* Priſcianus, *ὑπολαμβάνονται.* Cic. pro Muraen. 34 c. 16 Cuius expulſi et eiecti vita tanti aeſtimata eſt, vt morte eius nunciata tum denique bellum confectum arbitraretur, *i. putaretur. Sic omnes* MSS. *et antiquae editt. Lambinus malebat*, arbitraremur. *Sed* Frontin. Strateg. 4, 2, 2 Qui certioris diſciplinae arbitrabatur, *non recte huc trahitur, quod patebit, ſi totum locum ponamus.* C. Marius, cum facultatem eligendi exercitus haberet, ex duobus, qui ſub Rutilio, et qui ſub Metello, ac poſtea ſub ſe ipſo meruerant, Rutilianum, minorem quidem, quia certioris diſciplinae arbitrabatur, praeoptauit. *Sine dubio* arbitrabatur Marius, *non vulgus, aut quisquam alius. Falſo etiam huc refertur* Plaut. Moſtell. 1, 2, 38 Nunc etiam volo Dicere, vt homines aedium eſſe ſimiles arbitremini, *ſignificat enim, exiſtimetis, iudicetis. Sed reliquae auctoritates ſufficiunt ad defendendos ICtos, qui paſſim ita locuti ſunt v. g.* Vlpian. l. 27 diem proferre §. 4 ff. de recept. arb. Si quis litigatorum defuerit, quia per eum factum eſt, quo minus arbitretur, (*pronuntietur*) poena committetur. Id. l. 12 Si quis ſepulcrum §. 5 ff. de relig. et ſumt. Sumtus funeris arbitrantur (*aeſtimantur definiunturque*) pro facultatibus vel dignitate defuncti.

ARBITRANDVS, a, um. Vlpian. l. 8. §. 10 ff. de transact. Modus autem pro aetate eius qui tranſigit, arbitrandus (*aeſtimandus, ſtatuendusque*) eſt et valetudine.

ARBITRANS, antis. Iuſtin. 1, 9, 10 Nemine arbitrante. Conditionem ſuam mutatam arbitrantes Id. 1, 7, 2. *Add.* Nep. 7, 9, 1.

ARBITRATVS. Idem. Salluſt. Iugurth. cap. 69. Iugurtham eſſe arbitrati procedunt. Arbitratus id bellum celeriter confici poſſe Caeſ. B. G. 3, 28. Vtile arbitrati Nep. 13, 3, 3. Apul. Apol. p. 306, 38 Cui ego fidens, arbitratus cauſam diuini morbi eſſe *etc.* ¶ 2 Gell. 1, 13 *ſignificatione paſſiua*, Anceps quaeſtio a prudentibus arbitrata eſt. Sen. Contr. 3 praef. Hoc ita ſemper arbitratum eſt.

ARBOR, ŏris. f. [*δένδρον, καὶ δένδρος*] *Generale nomen eſt, et appellatione eius Vites quoque et Hederas, et Arundines, et Salictum contineri, ICti exiſtimant. Vid.* l. 3 ff. Arb. furt. caeſ. It. l. 1 §. Arboris ff. de arborib. caed. Plin. prooem. lib. 12 Summumque munus homini datum, arbores ſiluaeque intelligebantur. Hinc primum alimenta: harum fronde mollior ſpecus, libro veſtis. *Et* c. 1 Arborum genera numinibus ſuis dicata perpetuo ſeruantur, vt Ioui eſculus, Apollini laurus, Mineruae olea, Veneri myrtus, Herculi populus. *Addi poteſt* pinus Cybelae *ex* Phaedro 3, . . *Pergit* Plinius, Arbore ſulcamus (*nauigamus*) maria, terrasque admouemus; arbore exaedificamus tecta *etc. Paullo ante dixerat* Arbores blandioribus fruge ſuccis hominem mitigauere. Ex iis recreans membra olei liquor, viresque (*recreans*) potus vini: tot denique ſapores annui ſponte venientes. Vitem *itaque in arboribus cenſet Plinius. Sic etiam* Virg. Georg. 2, 278 — nec ſecius omnis in vnguem Arboribus poſitis ſecto via limite quadret. *Vbi* Seruius, Arboribus poſitis, Vitibus ordinatis. *Sic* Columella *primo quidem libro vno de* Arboribus, vitem *etiam et* frutices *complexus eſt, ac poſtea eadem tribus libris, nempe tertio, quarto et quinto perſecutus. Vbi autem accurate agit, vt* de Arb. 1, 2 *ſic diſtinguit*, Placet duo genera eſſe Surculorum, quorum alterum ſua ſponte gignitur, alterum cura mortalium procedit — Id ipſum (*poſterius*) genus tripartito diuiditur. Nam ex ſurculo vel arbor procedit, vt olea, ficus; vel frutex, vt roſae, arundines; vel tertium quiddam, quod neque arborem neque fruticem proprie dixerimus, ſicuti eſt vitis *etc.* Arborum *hiſtoriam perſequitur* Plinius libro 12 -- 17. Arbor, quod a Robore deriuatum, illius declinationem ſeruans corripuit penultimam genitiui Priſcian. 6 p. 700, 1. Arbor *a* Frutice *ita differt, vt* Frutex *ab* Herba, *auctore Valla* lib. 4. Arbos *etiam in nomin. dicitur. Hinc* Feſtus, Arboſem pro Arbore antiqui dicebant, et Roboſem pro Robore. Virg. Ecl. 3, 56 Nunc omnis parturit arbos. Idem Georg. 4, 24 Obuiaque hoſpitiis teneat frondentibus arbos. *De apibus.* Idem Georg. 2, 150 — bis pomis vtilis arbos, *i. bifera. Add.* Quinctil. 1, 4, 13. Arbor fici Col. 5, 11, 14. Cic. pro Flacc. 41 Homini enim Phrygi, qui arborem fici nunquam vidiſſet, fiſcinam ficorum obiecisti. *Sic*, Arbores alni Varr. R. R. 1, 7, 7. Citri Pall. Apr. 5, 1. Piri Pall. Febr. 25, 4. Pruni Id. Nou. 7, 13. Arbore ſoles defendere Stat. Silu. 3, 1, 70. *i. vmbra illius vti.* Ad arboris vmbram ſe conferre Ouid. Met. 4, 116. ¶ 2 Arbor *pro Malo nauis.* Iuuen. Sat. 12, 32 Quum plenus fluctu medius foret alueus, et iam Alternum puppis latus euertentibus vndis Arboris incertae *etc. Et* Virg. Aen. 5, 504, *ad quem vid. Erythraei Indicem ad voc.* Mali, *vbi docet ICtis familiarem eſſe illam* Arboris *appellationem, v. g.* L. 3 D. de Lege Rhod. Paullus lib. 2 Sent. 7 § 3. Arborem pro Remo poſuit Virg. Aen. 10, 207 It grauis Auletes, centenaque arbore fluctum Verberat aſſurgens. *i. Centum remis. Sed* Arbore dixit, vt oſtendat magnitudinem nauis, *ait* Seruius. Arbores, *in torculari* Cato cap. 12 *et* 18 *vocare videtur, quae ad perpendiculum ſtatuuntur, iungendae per tranſuerſaria ligna.* ¶ 3 *Subſtantiua huic nomini addita:* Quinctil. 8, 3, 76 Arboris generoſioris ſtatim cum planta fructus eſt. Abortus et pumiliones arborum Plin. 12, 2. Conceptus arborum, Partus, Educatio Plin. 16, 25. Honor Plin. 12, 1. Proceritas arborum Cic. de Senect. 59. Surculi ex arbore Cic. de Orat. 2 c. 69. Id. Cic. de Orat. 3, 179 c. 46 Quid in arboribus? in quibus non Truncus, non Rami, non Folia ſunt denique, niſi ad ſuam retinendam conſeruandamque naturam: Nusquam tamen eſt vlla pars, niſi venuſta. ¶ 4 *Adiectiua ſ. Epitheta notamus iſtaec.* Aemula gummi arbor, *vid.* AEMVLVS. Afflicta ſenio, vel tempeſtate, *vid.* AFFLIGO. Ampla, *vid.* AMPLVS. Antemiſſae, *vid. mox* Terminales. Bifera, *vid.* Bifer, in BIS. Bruta, *vid.* BRVTVS. Caelebs, *vid.* CAELEBS. Craſſa pedes tres, *vid.* CRASSVS. Caedua arbor *dicitur, quae exciſa repullulat, ſiue ab eodem ſtipite, ſiue ex ſtirpibus: vt Salix, arundo, cornus, fraxinus, aeſculus, quercus, laurus, alnus, baetula, ſambucus, populus, multaeque id genus ſpecies. Alciat.* ad l. 30 De verb. ſignif. *vid.* CAEDVVS. Cremiales, *vid. h. v.* Curuata foetibus Sen. Thyeſte 157. Demortuae l. 18 ff. de Vſufr. Exeſae arboris antrum Virg. Georg. 4, 44. Fertilis pomis aureis Sen. Agam. 852. Felix, *i. foecunda et ferens fructum.* Ouid. ex Pont. 3, 1, 19. *vid.* Macrob. Saturn. 3, 20. *et* Gell. 10, 15. *Conf. mox* Infelix. Ficulneae Col. 5, 11, 14. *et* 11, 2, 56. Finales, *quibus fines agrorum ſignantur.* Sic. Flacc. p. 8 Goeſ. Frugiferae in l. 13 §. fructuarius. D. de vſufr. et Fructiferae *apud* Paullum, lib. 5 Sentent. tit. 20. Inanis arbor, *i. Excauata vel Exeſa* Ouid. Faſt. 3, 743. Incurua. Indocilis naſci, *vid. hh. vv.* Infelix Plin. 16, 26 ſ. 45 *Enumeratis arboribus, quae fructum non ferunt*, Infelices autem, *inquit*, exiſtimantur, damnataeque religione, quae neque ſeruntur vnquam, neque fructum ferunt. *Et* 24, 9 ſ. 41 *de tamarice*, Vulgus infelicem eam arborem appellat, quoniam nihil ferat, nec ſeratur vnquam. Infelix arbor, *pro Furca et cruce, in illo*, Infelici arbori ſuſpendito, *apud* Liu. 1, 26 *et* Cic. pro C. Rabir. 13 c. 4. Intactae, *vid. mox* Terminalis. Iouis arbor, *i. quercus* Ouid. Met. 1, 106. Lanigerae Plin. 12, 10. Maritae Col. 11, 2, 32. Mites Plin. 16, 19. Nouella et Vetula, *contraria* Cic. de Fin. 5, 39 c. 14. Odora *de Myrrha* Ouid. de Arte Am. 1, 287. Omiſſae, *vid. mox* Terminales. Opaca comas Ouid. Triſt. 3, 1, 40. Virg. Aen. 6, 136. Patula Stat. Silu. 3, 1, 70. Peregrinae, *vid. h. v.* Pomiferae. l. 45 §. pen. D. de Iur. fiſc. Plin. 16 *pr.* Pomiferae arbores, quae mitioribus Succis voluptatem primae cibis attulerunt. Populea Sen. Her. Fur. 912. Silueſtres. Plin. 16, 19. Terminales, *quae pro terminis et finibus obſeruantur, apud agrimenſſ. v. g. p.* 346 *Goeſ. ex* Paulli libro 5 Sentent. tit. 22. *Earum genera* Antemiſſae Sic. Flac. p. 4 *it.* 10 *et al.* Intactae p. 7, 8. Omiſſae p. 8. *vid.* Finales. Turpis ſine frondibus Ouid. Met. 13, 847. Vberrima pomis Id. Met. 4, 89. Vetula, *vid. paullo ante*, Nouella. Viduas arbores, *non adiunctas vitibus, dicit* Hor. Carm. 4, 5, 30. Vitiferae Pall. Feb. 10 *et* 13, 2. Vmbroſa coronae Herculeae, *i. Populus.* Virg. Georg. 2, 66. Vrbanae Plin. 16, 19. ¶ 5 *Verba ſ. Praedicata:* Areſit arbor Suet. Veſp. c. 5. Caedere arbores Ouid. Met. 9, 230. Caedere arbores exſiccatas Cic. de Diuin. 2, 13. Caneſcit arbor. Caſtrare arbores. Circumcidere. Cludere reſtibus. Collocare ſe in arborem. Collucare arborem, *vid. ſſ. ll.* Conſerere. Quam quis arborem conſeuit, ſub ea legere alium fructum, indignum eſt Liu. 10, 24. Contorquet arbores Eridanus, *vid.* CONTORQVEO. Culta arbor, *vid.* COLO, is. Decerpere arbore foetus Virg. Aen. 6, 141. Decidunt arboribus folia, *vid.* DECIDO. Defringere ex arbore plantas Virg. Georg. 2, 300. Demittere arbores Columel. 5, 9, 9 *vt* Deponere. Deponere Columel. lib. de Arboribus c. 16. *it.* 5, 9, 7. Detrahere arboribus poma Tibul. 1, 5, 32. Educat poma Plin. 17, 2. Euerſa Suet. Domit. c. 15. Euincet nemus arbor celſo vertice Sen. Hippol. 457, *i. Superabit, eminebit.* Exciſa, non euulſa eſt arbor: itaque quam fruticetur vides Cic. Att. 15, 4. Florere dicuntur arbores Cic. de Diuin. 1, 16. Inarare arbores, *vid.* INARO. Induerat ſe pomis arbor Virg. Georg. 4, 142. Inhaeret collibus arbor Hor. Epod. 1, 2, 20. Inſcendere in arborem, *vid.* INSCENDO. Inſerere arborem Columel. 5, 11, 12. Inſtituere arborem Sueton. Galb. 1. Langueſcit, *vid.* LANGVESCO. Legere ex arbore mala Virg. Eclog. 3, 51. Luxuriantur arbores, *vid.* LVXVS. Maritare arborem, *vid.* MARITVS. Moritur Plin. 17, 2. Nutant arbores, *vid.* NVO. Procumbit arbor montibus Lucan. 3, 512. Progenitae e pomis ſponte Pallad. Ian. 15, 1. Proueniunt cura hominum atque ante Plin. 17, 10 *pr. Et mox* Aut enim ſemine proueniunt, aut plantis radicis; aut propagine, aut auulſione, aut ſurculo, aut inſito et conſecto arboris trunco *etc.* Recreatur aura aeſtiua Hor. Carm. 1, 22, 18. Redeunt arboribus comae, *i. Frondes* Hor. Carm. 4, 7, 2. Seneſcentes cum Luna arbores Cic. de Diuin. 2, 13. Serere arbores, et Satae arbores Cic. de Senect. 24 c. 7 *et* 59 c. 17. *Conf.* Id. de Orat. 2 c. 69. Da mihi ex iſta arbore, quos feram ſurculos. Hor. Carm. 1, 18, 1 Nullam vite prius ſeueris arborem. *Add.* Plin. 10, 17. Sulcamus arbore maria Plin. 12, 1. Suſtollere ſe *dicitur arbor, dum creſcit.* Virg. Georg. 2, 57. Vellitur ſolo arbos Virg. Aen. 3, 27. Veſtire arbores teneras intorto ſtramento Plin. 17, 2. Vigere, et Seneſcere *dicitur arbor* Cic. de Fin. 5, 39. Viuere arbor et Mori dicitur Ibid. Arborum *quarundam adiuncta Poëtica e* Claudian. de R. Proſ. 2, 107 ſq. Apta fretis Abies, bellis accommoda Cornus. Quercus amica Ioui, tumulos tectura Cupreſſus, Ilex plena fauis, venturi praeſcia Laurus: Fluctuat hic denſo criſpata cacumine Buxus, Hic ederae ſerpunt, hic pampinus induit Vlmos. ¶ 6 Arbor *piſcis nomen alias incogniti* Plin. 9, 4 In Gaditano Oceano Arbor (*verſatur in magnis piſcibus enarrandis*) in tantum vaſtis diſpanſa ramis, vt ex ea cauſa fretum nunquam intraſſe credatur.

ARBORARIVS. Adi. vt, Falx arboraria Cat. R. R. c. 10, 3. *et* 11, 4. Varr. R. R. 1, 22, 5. Arborarius picus, *qui in arboribus nidificat* Plin. 30, 16 Eosque qui arborarii pici roſtrum habeant, et mella eximant, ab apibus non attingi. Prouentus arborarius Solin. c. 16 *et* 36.

ARBORARIA, ae. *Herba, aliter* hedera nigra Apul. de Herb. c. 98.

ARBORĀTOR, ōris. m. [*δενδροτόμος*] *ſignificat Putatorem arborum.* Plin. 18, 33 Frondem medio die arborator ne caedito. Columel. 11, 1, 12 Nam et arator reperitur aliquis bonus, et optimus foſſor, aut foeni ſector, nec minus arborator, et vinitor.

ARBORESCO, ĕre. [*δενδρόομαι*] *In arborem creſcere.* Plin. 19, 4 Namque tradunt auctores in Arabia maluas ſeptimo menſe arboreſcere, baculorum vſum praebere extemplo.

ARBORĒTVM, i. n. [*δενδρῶν*] *Idem quod* Arbuſtum. Cl. Quadrigarius ap. Gell. 17, 2 Conualles (inquit) et arboreta magna erant. *Addit* Gellius, Arboreta ignobilius verbum eſt, Arbuſta celebratius.

ARBOREVS. Adi. [*δενδρινὸς*] Quod eſt arboris. Virg. Georg. 1, 55 Arborei foetus alibi. *i. Poma, vt ait* Seruius. *Vtitur etiam* Colum. 10, 401. Arborea coma Propert. 3, 16, 28. Cornua ceruorum Virg. Aen. 1, 190. *i. Ramoſa, velut arbores.* Arborea amplitudo arundini Indicae Plin. 16, 36. Arboreum ebeni genus, *pro Ebeno arbore* Plin. 12, 4 ſ. 9. Folia Plin. 21, 15 ſ. 51. Frondes Ouid. Met. 4, 408. Vmbra Id. Ouid. Met. 10, 129.

ARBORIVS. Adi. *vt*, Arboria falx Cato de R. R. 11, 4 *pro* Arboraria *quidam libri habere dicuntur.*

ARBVSCVLA:

ARBVSCVLA, ae. [δενδρίδιον] *Dimin. ab* Arbore. Varr. de R. R. 3, 15 In eo arbuſculas eſſe oportet, quae ferant glandem. *Vtitur etiam* Columel. 5, 10, 7. 5, 11, 13. *et* 11, 2, 79. it. Plin. 19, 10 *extr.* Columel. 5, 4, 1 Vinearum prouincialium plura genera eſſe comperi: ſed ex iis, quas ipſe cognoui, maxime probantur veluti arbuſculae, breui crure, ſine adminiculo perſiſtentes. ¶ 2 Arbuſcula *Metaphorice etiam alia ſignificat.* Plin. 11, 37 ſ. 44 In capite paucis animalium, nec niſi volucribus, apices, diuerſi quidem generis, Phoenici plumarum ſerie e medio eo exeunte alio (*apice*) pauonibus, crinitis arbuſculis. ¶ 3 *Ob neſcio quam ſimilitudinem etiam ſic vocatur Machinula, quae ἁμαξόπυς dicitur Graece.* Vitruu. 10, 20: *Breuiter, eſt machinae maioris pes in omnes partes verſatilis, trochleam in imo habens, vt facile in omnes partes moueri machina poſſit.* ¶ 4 Arbuſcula, *Proprium nomen mulierculae cuiusdam mimae, quae quum a populo exploderetur, ab equite autem quodam laudaretur, contentam ſe eſſe dixit bonorum teſtimonio. Sic interpretes* Hor. Serm. 1, 10, 77 An tua demens Vilibus in ludis dictari carmina malis? Non ego; nam ſatis eſt equitem mihi plaudere, vt audax Contemtis aliis exploſa Arbuſcula dixit. *Meminit et* Cic. Att. 4, 15 Quaeris nunc de Arbuſcula; valde placuit.

ARBVSCVLOSVS, a, um. Σύνδενδρος Gloſſ. Gr. Lat.

ARBVSTVM, i. n. [δενδρὼν] *vt* ſalictum, frutetum *et ſimilia, locum notat arboribus conſitum, fructus et amoenitatis cauſa. Nam a* ſilua *diſtinguit* Cato de R. R. 1 *extr.* De omnibus agris vinea eſt prima — ſeptimo ſilua caedua, octauo arbuſtum, nono glandaria ſilua. Liu. 22, 15 Arbuſta vineaeque et conſita omnia magis amoenis quam neceſſariis fructibus. Virg. Ecl. 3, 10 Tum, credo, cum me arbuſtum videre Myconis Atque mala vitis incidere falce nouellas. *Et* Georg. 2, 416 Iam vinctae vites iam falcem arbuſta reponunt. Col. 2, 2, 24 Arbuſtis atque oleis conſitus ager. *Add.* 2, 18, 4. ¶ 2 *Peculiari ratione et magis ſollemni* Arbuſtum *eſt, eum vites vlmis, populis et ſimilibus arboribus applicantur. De hoc genere iam* Cato R. R. 7, 1 Fundum ſuburbanum arbuſtum maxime conuenit habere. Et ligna et virgae venire poſſunt, et domino erit, qui vtatur. In eodem fundo ſuum quidquid conſeri oportet, arbuſtoque vitem copulari. *Copioſe modum ac rationem huius* arbuſti *proſequitur* Columella de Arb. 1, 3 Qui vineam vel arbuſtum conſtituere volet, ſeminaria prius facere debebit. Sic enim ſciet, cuius generis vitem poſiturus ſit. *Inprimis* 16, 2 Igitur qui arbuſtum conſtituere volet *etc. Conf.* Id. Colum. 5, 6 *et* 7 *quo poſteriori loco* Arbuſti Gallici *rationem docet.* Arbuſtum quamuis vetus quomodo transferri poſſit ab Aegialo *ſe didiciſſe narrat* Sen. Epiſt. 86. Plin. 17, 11 ſ. 15 Vlmos in arbuſtum quinquennes ſub vrbe transferunt, aut quae vicenûm pedum eſſe coeperunt. Id. 17, 23 ſ. 35, 22 Sequitur arbuſti ratio, *quam late explicat.* Pallad. F. 10, 1 Quod ſi arbuſtum te habere delectat, plantam generoſae vitis prius in ſeminario nutrire debebis. Id. Oct. 4 De vitibus ponendis, vel arbuſto faciendo *agit.* ¶ 3 *Poëtae ſimpliciter* Arbuſta *ponunt pro* Arboribus. *Saepe ſic* Lucretius, *v. g.* 1, 188 E terraque exorta repente arbuſta ſalirent. *Et* 1, 352 Creſcunt arbuſta, et foetus in tempore fundunt. *Sic* 1, 806 Tabe nimborum arbuſta vacillant. *Et* 806 Creſcere non poſſent fruges, arbuſta, animantes, *quod Hemiſtichium aliquoties repetit. Etiam* Virg. Ecl. 4, 2 Non omnes arbuſta iuuant, humilesque myricae. *Et* 2, 13 Reſonant arbuſta cicadis. *Et* Georg. 3, 328 Cantu rumpunt arbuſta cicadae.

ARBVSTIVVS. Adi. *vt,* Arbuſtiuae vites, *quae arboribus applicantur.* Columel. de Arbor. 16, 1. *Et in maiori opere* 4, 1, 8. Arbuſtiuus locus Columel. 3. 13, 6. *Sic* Arbuſtiua poſitio Idem 4, 1, 6. Idem Columel. 12, 41, 1 Muſtum lixiuum de lacu ſtatim tollito: hoc autem erit quod diſtillauerit, ante quam nimium calcetur vua. ſed de arbuſtiuo genere quod ſicco die legeris, id facito. *Et mox* Arbuſtiui Aminei vrna.

ARBVSTVS. Adi. *etiam dixit* Plin. 10, 29 ſ. 41 Tranſpadana Italia iuxta Alpes Larium lacum appellat, amoenum arbuſto agro, ad quem Ciconiae non permeant. *Sic enim repoſuit Beatus Rhenanus, ad exemplaris Murbacenſis recognitionem. Sic ſeruarunt poſteri.* Comparatiuo *vſus eſt* Tertullianus in fine lib. 2. aduerſus Marcionem cap. 29 Deum res ſuas arbuſtiores in primordiis procuraſſe, bona ac rationabili aemulatione maturitatis, Arbuſtiores, *h. e. Luxuriantiores.*

ARBVSTO, āre. [δενδροφυτεύω] *Agrum arboribus conſerere ad maritandas vites.* Plin. 17, 23 ſ. 35 Tranſpadana Italia praeter ſupra dicta, corno, populo, tilia, acere, orno, carpino, quercu arbuſtat agros.

ARBVTVS, i. f. [κόμαρος] *Arbor fruticoſa, cuius folia haedis grata, conſtat ex* Virg. Ecl. 3, 82 Dulce ſatis humor, depulſis arbutus haedis. *Conf.* Hor. Od. 1, 17, 5. Virg. Ecl. 7, 46 Et quae vos rara viridis tegit arbutus vmbra. *Conf.* Hor. Od. 1, 1, 21. Id. Georg. 2, 69 Inſeritur vero ex foetu nucis arbutus horrida. *Agit de ea* Plin. 15, 24 ſ. 28. *Conf. Salmaſ. ad* Solin. p. 674 et *Hyles Iatricae* c. 5. Arbuti baccae Col. 8, 10, 4. *Inter arbores ſuillo generi gratas* Arbutus *eſt* Col. 7, 9, 6. Plin. 23, 8 ſ. 79 Arbutus ſiue vnedo fructum fert difficilem concoctioni, et ſtomacho inutilem.

ARBVTVM, i. n. [μιμαίκυλον, μημέκυλον] Bacca *arboris* arbuti, *quam Latine* vnedonem *dici, docet* Plin. 15, 24 ſ. 28. Arbutum *inter primos cibos mortalium refert* Varro R. R. 2, 1, 4. *Eodem reſpicit* Virg. Georg. 1, 148 Prima Ceres ferro mortalis vertere terram Inſtituit, Cum iam glandes atque arbuta ſacrae Deficerent ſiluae et victum Dodona negaret. Seruius, Arbuta ſunt rubra poma ſiluarum, quae Plinius vnedones vocat *etc.* Virg. Georg. 2, 520 *in hiemis venientis deſcriptione* Glande ſues laeti redeunt, dant arbuta ſiluae.

ARBVTEVS. Adi. [κομαρινὸς] *Ex arbuto factum vel natum.* Virg. Georg. 1, 166 Arbuteae crates, et myſtica vannus Iacchi. Arbuteos foetus legebant *aureae aetatis homines* Ouid. Met. 1, 104. *Add.* 13, 820. Arbutea fronde poſtes tangit *in luſtratione contra veneficium Graue* Ouidiana Faſt. 6, 155.

## A R C

ARCA, ae. [κιβωτὸς, κοιλέχιον] *Armarium, aſſeruandis tum aliis rebus, tum in primis pecuniae aptum.* Varro de L. L. 4, 28 *dictam vult,* quod ab ea clauſa arceantur fures. *Add.* ARCANVS. *Rectius, credo, deriuatur ab* Arcendo, *i. continendo.* Cat. R. R. 11, 3 Arca veſtiaria. Cic. de Diu. 2, 86 c. 41 Ex illa olea arcam eſſe factam, eaque conditas ſortes *etc.* Id. de Or. 2, 279 c. 69 Cum Cato percuſſus eſſet ab eo, qui arcam ferebat, cum ille diceret, *caue!* rogauit, Numquid aliud ferret praeter arcam? Hor. Sat. 2, 7, 59 Turpi clauſus in arca, *de adultero deprehendi metuente. Sed ſollemniter fere de pecunia adhibetur.* Varro de L. L. 4, 36 p. 42, 30 Nam quod aſſes librae pondo erant, qui acceperant maiorem numerum, non in arca ponebant, ſed in aliqua cella ſtipabant. Cic. Att. 1, 9 Signa Megarica — vehementer expecto. Quidquid eiusdem generis habebis — ne dubitaris mittere, et arcae noſtrae confidito. *Contrarium* ad Q. Fr. 2, 12 Ad quem ego reſcripſi, nihil eſſe, quod poſthac arcae noſtrae fiducia conturbaret. Id. Parad. 6 Animus hominis diues non arca appellari ſolet. Catull. 21, 1 Cui neque ſeruus eſt, neque arca. Colum. 3, 3, 5 Arcam domini exhaurit ea res. *Et* 8, 8, 9 Arcam complent columbae pretiis pullorum. Iuuen. 3, 143 Quantum quisque ſua numorum poſſidet arca, Tantum habet et fidei. Id. 14, 259 Aerata multus in arca Fiſcus. *Et* 11, 26 Ignoret, quantum ferrata diſtet ab arca Sacculus. *Et* 13, 74 Summam, quam patulae vix ceperat angulus arcae. *Hinc* ¶ 2 Arca *pro pecunia communi collegii vel ſocietatis.* Apul. Met. 7 p. 189 Expromtis mille aureis, quos variis viatoribus detractos communi conferebat arcae. Ambroſ. Epiſt. 1 ad Valentin. Imp. Quod iam dudum vel fiſco vel arcae vindicatum, de tuo magis conferre videbere. Prudent. Periſt. 2, 122. Eſt diues, inquit, non nego, Habetque noſtra Eccleſia Opumque et auri plurimum — Sed nec recuſo prodere Locupletis arcam Numinis. *Talis eſt* Arca vinaria Symmach. 10, 42 *et* 47 *it.* Caſſiod. Ver. 1, 43. *Multa id genus* Arcarum *apud ICtos mentio, v. g.* Fiſcalis l. 4 C. de Munerar. Frumentariae l. 1 ff. de muneribus et honorib. §. 2. Frumentariae et Oleariae l. 2 C. Theod. de Curator. Kalend. Sublimium Poteſtatum l. 6 C. Theod. de indulg. deb. Ampliſſimae Praefecturae l. 16 *et* 17 eod. *Sic* Quaeſtoriae Symmach. 10, 33. Vicarianae ſedis Caſſiod. Var. 2, 24. *Ab huius generis* Arca *dicuntur fere* Arcarii. ¶ 3 *Pro loculo etiam ſiue theca Sepulcrali.* Plin. 13, 13 Hemina vetuſtiſſimus auctor annalium — prodidit, Cn. Terentium ſcribam agrum ſuum in Ianiculo repaſtinantem, offendiſſe arcam, in qua Numa, qui Romae regnauit, ſitus fuiſſet. In eadem libros eius repertos *etc. De eadem re* Val. Max. 1, 1. Duabus arcis lapideis repertis, quarum in altera ſcriptura indicabat, corpus Numae Pompilii fuiſſe. Aur. Vict. de Vir. Ill. 42 Poſitus eſt apud Abyſſam in arca lapidea, in qua hodie quoque inſcriptum eſt, Hannibal hic ſitus eſt. Caſſiod. Var. 3, 19 Arcae, quae in Rauennati vrbe ad recondenda funera diſtrahuntur, quarum beneficio cadauera in ſupernis humata ſunt. *Sic etiam* l. 7 §. vlt. ff. de religioſ. et ſumt. fun. Vet. Gloſſ. Arca κιβωτὶς, σορὸς, λάρναξ. ¶ 4 *Pro cauo anguſto, in quod cuſtodiae cauſa ſerui coniiciuntur* Cic. Mil. 61 c. 22 Subito arrepti in quaeſtionem tamen ſeparantur a caeteris, et in arcas coniiciuntur, ne quis cum iis colloqui poſſit. Tertull. ad Martyres, *de Regulo*, In arcae genus ſtipatus, vndique extrinſecus clauis transfixis, tot cruces ſenſit. Feſtus in Robur, Robur quoque in carcere dicitur is locus, quo praecipitatur maleficorum genus, quod ante arcis robuſteis includebatur. ¶ 5 *Alia etiam caua quadrangularia* Arcae *vocantur* Vitruu. 6, 3 *et* 4 *vbi* arcae *ſunt caua laqueariorum. Et* 5 vlt. *vbi* Arcae ſtipitibus robuſtis et catenis incluſae in aquam demittendae deſtinandaeque firmiter, *vt nempe intra eas aedificari poſſit.* ¶ 6 *Agrimenſores etiam ſuas* Arcas *habent, ſigna finium e lapide vel teſta, vid. Scriptores Goeſiani* p. 119, 121 *etc. Huius deminutiuum eſt* Arcella. ¶ 7 Arca Noae *vocatur a* vulgato Interprete *ſtructura illa, qua genus humanum ſeruatum eſt.*

ARCARIVS *Seruus dicitur, Cui arcae, in qua pecunia domini condita eſt, procuratio commiſſa eſt. Idem qui* Actor *aut* Diſpenſator, [οἰκονόμος] Scaeuola l. 41 D. de fideic. libert. Stichus arcarius probante domino nomina fecit, et rationes a domino ſcriptas exhibet, nec poſtea nomen vllum fecit. Pontificialis arcarius Symmach. Epiſt. 1, 62 *i. qui pecunias Pontificis adminiſtrat. vid. Pignor. de Seru.* p. 165 *et Savaron. ad Sidon.* Epiſt. 5, 7. *Reineſ. ad Inſcr.* 6, 70. *Add. Gorius ad Monum. Liu.* p. 263. ¶ 2 Arcarios inſtituit *Alex. Seuerus,* qui de arca fiſci ederent munera, eademque parciora Lamprid. in Alex. c. 43 *Sic enim legendum, non* aerarios *iam viderat Lipſ. Sat.* 1, 9 *extr. et probat, atque de* arca *et* arcariis *plura docet ad h. l. Salmaſius.*

ARCATVRA, ae. *Grammaticis idem, quod arca ſignificat, vid.* Caſſiodor. Var. 3, 52 Quod aut terminis — aut arcaturis conſtructis, aliisque ſignis euidentibus conſtat eſſe definitum.

ARCVLA, ae. f. Dimin. [λαρνάκιον] *Parua arca.* Cic. Off. 2, 25 c. 7 Praemittebatque de ſtipatoribus ſuis, qui perſcrutarentur arculas muliebres, et ne quod in veſtimentis telum occultaretur, exquirerent. Coagmentata arcula ſuſtinet caput machinae Vitru. 10, 13. Plaut. Moſt. 1, 3, 91 Cedo mihi ſpeculum et cum ornamentis arculam. Columel. 12, 45, 5 Itaque poſſunt alia genera malorum, ſicut orbiculata, Seſtiana, melimela, Mariana hoc liquore cuſtodiri: ſed quia videntur in melle dulciora fieri ſic condita, nec proprium ſaporem ſeruare: arculae fagineae, vel etiam tiliaceae, quales ſunt in quibus veſtimenta forenſia conduntur, huic rei paullo ampliores praeparari debent. Varr. de R. R. 3, 17, 4 Pictores loculatas magnas habent arculas, vbi diſcolores ſint cerae; ſic hi loculatas habent piſcinas, vbi diſcluſos habeant piſces. ¶ 2 Arcula, *pro Sepulcro* l. 39 ff. de religioſ. et ſumt. funer. ¶ 3 Arcula item dicebatur Auis, quae in auſpiciis vetebat aliquid fieri. Feſtus.

ARCVLVS, i. m. Putabatur Deus, qui tutelam gereret arcarum. Feſtus.

ARCVLARIVS, i. m. *Qui arculas conficit et vendit.* Plaut. Aul. 3, 5, 45. Textores, limbolarii, arcularii dicuntur.

ARCELLA, ae. *Aliud dimin.* [λαρνακίδιον] *teſte* Feſto. *Vix exſtat, niſi apud Agrimenſores, v. g.* Inuenies arcellam in trifinio poſitam A. de Limit. p. 260 *Goeſ.* Ager terminis Claudianis in modum arcellae eſt demetitus Frontin. ib. p. 118. *Nam quod* arcellas *et* arcellatas vites *e* Colum. 3, 2, 27. 3, 7, 1. *et* 3, 21, 3 *huc vocant; nihil eſſe puto.* Arcelacae, *vndecunque potius nomen habere videntur.*

ARCADIA, [Ἀρκαδία] *Peloponneſi regio et Achaiae pars, a mari vndique remota: ab Arcade, Iouis filio ex Caliſtone, Lycaonis Arcadiae regis filia, ſic appellata, fabularum poëticarum complurium theatrum:* initio Drymodes mox Pelasgis appellata, *vt ait* Plin. 4, 6, *vbi vrbes recenſet. Exercuit viros doctos* locus Cic. Att. 10, 5 Quod mihi mandas de Quinto (*Q. fratris filio*) regendo, Ἀρκαδίαν. *Nihil videtur melius, quam dicere, reſpexiſſe Tullium ad oraculum, quod refert Herodotus* 1, 66 *Ἀρκαδίην μ' αἰτεῖς; μέγα μ' αἰτεῖς. Nam alias etiam indicat Marcus, quam difficilis ea eſſet prouincia. Muſica et poëtica arte floruit Arcadia, quarum rerum Pan illis auctor fuit.* Virg. Ecl. 4, 58 Pan etiam Arcadia mecum ſi iudice certet: Pan etiam Arcadia dicat ſe iudice victum.

ARCADĬCVS. Adi. [Ἀρκαδικὸς] *Quod eſt ex Arcadia, vel Arcadibus ſimile.* Iuuen. Sat. 7, 160 — culpa docentis Scilicet arguitur, quod laeua in parte mamillae Nil ſalit Arcadico iuueni, *i. Obtuſo, tardo, et aſinino. Non tantum quod* aſini Arcadici *nobiles, ſed quod regio ob ſtuporem infamis. Apollonius apud Philoſtr.* 8, 7, 12 pag. 347

Ἀρκάδας — ἀγροικότατοι ἀνθρώπων εἰσί, καὶ συνῴδεις τάτ' ἄλλα, καὶ τὸ γαστρίζεσθαι τῶν δρυῶν, *quod ventrem implent quercuum fructu, ſ. glandibus.* *Sic* Fulgentius lib. 1. Mythologicon in fine Epiſt. Senſus Arcadicos *dixit*, *pro Pinguibus, rudibus, et ſubruſticanis.* Varr. R. R. 2, 1, 14 Aſini Arcadici in Graecia nobilitati. Plin. 8, 43 Patria ſpectatur in aſinis, Arcadicis in Achaia, in Italia Reatinis. Perſ. Sat. 3, 9 — Arcadiae pecuaria rudere credas, *h. e. Aſinos.*

ARCAS, ădis, vel ados. [Ἀρκὰς] *ciuis Arcadiae.* Ouid. Faſt. 5, 643 Arcadis Euandri nomen tibi ſaepe refertur. Arcada, *accuſatiuus Graecus.* Virg. Aen. 12, 518. *et* Stat. Theb. 6, 561. *Sic* Arcadas equites Id. Aen. 8, 518. *Sed* Arcadibus *Latino caſu* Aen. 12, 452. *Et* Ecl. 10, 30 — ſoli cantare periti · Arcades. *Nomen illis dediſſe dicitur.* ¶ 2 Arcas: *filius Iouis ex Calliſtone.* Ouid. Met. 2, 468. 297 ſq.

ARCADIVS. *Adi.* [Ἀρκάδιος] *vt*, Arcadius deus, *Pan* Propert. 1, 18, 20. *Et* Arcadium ſidus, *Vrſa vel Arctos.* Sen. Oedip. 477. Nemora Sen. Herc. fur. 229.

ARCANVS, a, um. [ἀπόρρητος] *Secretus, abſconditus.* Nonius 1, 134 Arcanum dicitur Secretum vel Abſconditum: quod, quae in arcis ſunt, celata ſunt et abſcondita. Feſtus, Arcani ſermonis ſignificatio trahitur ſiue ab arce, quae tutiſſima pars vrbis eſt: ſiue a genere ſacrificii, quod in arce fit ab auguribus, adeo remotum a notitia vulgari, vt ne literis quidem mandetur, ſed per memoriam ſucceſſorum celebretur: ſiue ab arca, in qua, quae clauſa ſunt, tuta manent: cuius ipſius origo ab arcendo pendet. *Saepe ſubſtantiue ponitur ſ. omiſſo negotio, v. g.* Arcana et occulta Cic. de Fin. 2, 85 c. 26. Arcanum prodere Iuuen. Sat. 9, 115. Arcana regum mira celantes fide Perſae Curt. 4, 6, 5. Arcana fatorum voluere Virg. Aen. 1, 262. Arcanum alterius ſcrutari Hor. Epiſt. 1, 18, 37. *Sed etiam adiectiue.* Arcana popina Martial. 5, 85. Arcana cubilia Plin. in Paneg. c. 49. Auſus in arcanas poſcere tela deas Ouid. Am. 1, 7, 10. *i. Furias, quas nemo videbat praeter ipſum, furioſum nempe, Oreſten.* Nox Ouid. Epiſt. 9, 40. Praecepta Plin. 29, 1. Arcanus, *qui, quae audit, tacet et continet optime* Plaut. Trin. 2, 4, 155. Propert. 4, 7, 45. Aut Nomas arcanas tollat verſuta Saliuas, *i. magicas.* Arcanum et occultum ſcelus Curt. 6, 10, 28. Senſus, *Secretus et abſconditus.* Virg. Aen. 4, 422. Tabellae, *quibus ſecreta noſtra committimus.* Ouid. Amor. 2, 15, 15. Taberna Propert. 4, 8, 19, *parum honeſta, aedilem metuens.* ¶ 2 Arcanum, *praedium Q. Ciceronis, forte a re ita dictum, quod ſeceſſum praeberet remotum ab interpellatoribus. Sed fuit etiam non procul Arpino oppidum Arcae, vnde nomen Arcano eſſe potuit* Marcus Cicero ad Att. 5, 1 Poſtridie ex Arpinati profecti ſumus; vt in Arcano Quintus maneret, dies fecit. Ego Aquini. Sed prandimus in Arcano, noſti hunc fundum *etc.* *Add.* Att. 10, 2 *et* ad Q. Fr. 3, 1.

ARCANE. Adu. [ἀπορρήτως] *An huc referamus.* Columel. 3, 2, 32? Sed de hac ſententia — quid tamen arcanius iudicem, ſuo loco mox dicam.

ARCANO. Adu. [ἀπορρήτως] *i. e.* Secrete, ſeorſum. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 19 Ipſe arcano cum paucis familiaribus ſuis colloquitur. Plaut. Trin. 2, 4, 117 Arcano tibi ego hoc dico. Cic. Att. 16, 3 Hunc — lege arcano conuiuis tuis.

ARCARIVS, *vid.* ARCA.

ARCATVS, *vid.* ARCVS.

ARCEBIOS. Eſt herba, proprio nomine Onochiles, quam aliqui Anchuſam vocant, alii Arcebion, alii Onochelim, aliqui Rhexiam, multi Enchuſam, paruo frutice, flore purpureo, aſperis foliis et ramis, radice meſſibus ſanguinea, caetero nigra, in ſabuloſis naſcens, efficax contra ſerpentes, maximeque viperas, et radice, et foliis, aeque cibo ac potu. *Verba ſunt* Plin. 22, 21 ſ. 25. *vbi et plures illius virtutes commemorat.*

ARCELLA, *vid. poſt* ARCA.

ARCEO, ui, ēre. [συνέχειν] *Quid primum et proprie ſit, Feſti verbis dicamus.* Arcere, *inquit*, eſt continere. Vnde et arcus in aedificiis dictus eſt, quia ſe ipſum continet. (*Ita arca, quia continet res, quae ibi aſſeruantur*) — Vnde et coërcere continere dicimus. Cic. de Nat. Deor. 2, 136 c. 54 Eſt autem multiplex *aluus* et tortuoſa, arcetque et continet, ſiue illud aridum eſt, ſiue humidum, quod recipit. Cic. de Haruſp. Reſp. 4 c. 3 Videbam, illud ſcelus — non poſſe arceri otii finibus: erupturum illud malum aliquando — ad perniciem ciuitatis. Id. Tuſc. 2, 48 c. 21 Si turpiſſime ſe illa pars animi geret — vinciatur et conſtringatur amicorum propinquorumque cuſtodiis. — Ergo hos quidem vt famulos, vinclis prope ac cuſtodia arceamus. Id. Somn. Scip. 9 c. 4 Nouem tibi orbibus, vel potius globis connexa ſunt omnia: quorum vnus eſt caeleſtis, extimus, qui reliquos omnes complectitur, ſummus ipſe Deus, arcens et continens caeteros. *Huc etiam pertinet* Feſti *locus* in Nouerca, *ſi recte ſic editur:* Nouerca dicitur, quam quis liberis ſublatis nouam vxorem ducit arcendae familiae gratia, id eſt coërcendae, *vid.* Arceo n. 3. *Hinc* ¶ 2 Arcere *eſt excludere, non pati accedere, vel vi, vel vetando.* Feſtus, Arcere prohibere eſt. Similiter Abarcet, prohibet. Porcet quoque dictum ab antiquis, quaſi porro arcet *etc.* Virg. Aen. 1, 31 Arcebat longe Latio. Cic. Philipp. 5, 37 D. Brutus non vt Conſulem recepit, ſed vt hoſtem arcuit. Ouid. Met. 9, 750 Nec te cuſtodia caro Arcet ab amplexu. A limine aliquem Id. Faſt. 6, 482. A tectis ac moenibus vrbis arcebis (Catilinam) Cic. in Catil. 1, 33 c. 13. Cic. Phil. 11, 4 c. 2 Brutus Antonium in Galliam inuadentem a progreſſu arcuit, a reditu refrenauit, *etc.* Liu. 44, 24 Iam Antiochum victorem praemio belli (ab) Aegypto arceri. *Praepoſitionem* ab *delendam iure cenſet Gronouius: cum* Aegyptus *ſit illud* praemium belli. *Quam frequens ſit huius verbi cum ablatiuo ſine praepoſitione conſtructio, exempla oſtendent.* Liu. 31, 17 Non terra modo adeuntes aditu arcebant, ſed nauium quoque ſtationem infeſtam hoſti faciebant. Aquam arcere Paullus in l. 2. ſub finem. D. de aqua pluu. arcend. Cic. pro Muraen. 22 c. 9 Ille tenet et ſcit, vt hoſtium copiae; tu, vt aquae pluuiae arceantur. Bellis Cayços Lucan. 1, 463. Id. Lucan. 2, 295 Procul hunc arcete furorem o Superi. Frigora pellibus Ouid. Triſt. 3, 10, 19. Finibus ſuis externos Ouid. Met. 4, 647. *Add.* Id. Met. 15. 72 ſqq. Liu. 1, 40 Ferro igitur eam arcere contumeliam ſtatuunt. Cic. Parad. 3 c. 2 Quae vis — magis arceat homines ab Improbitate? Homines ab iniuria, poena Cic. de Legib. 1, 40 c. 14. INCENDIORVM ARCENDORVM CAVSA Inſcript. Grut. p. 61 n. 3. A libidine Cic. Off. 1 c. 34. Virg. Aen. 8, 73 Accipite Aenean, et tandem arcete Periclis. *Cum infinitiuo:* Quam lex furtiuos arcet habere viros Ouid. Pont. 3, 3, 56. Animalia menſis arcuit imponi Id. Met. 15, 72. *vbi al. male leg.* arcuit. *Add.* Id. Pont. 1, 6, 42. Senec. Troad. 277. *Et ſine ablatiuo* Ouid. Met. 2, 505 Vulnifico fuerat fixurus pectora telo, Arcuit omnipotens. *Et* 9, 318 E terra corpus releuare volentem Arcuit. Cic. Tuſc. 2, 89 Arcens eum reditu tyrannum, quem ipſe expulerat. Plin. 7, 28 Cum in practura ſacris arceretur a Collegis. Id. Plin. 12, 1 Commendatio platani non alia maior eſt, quam Solem aeſtate arcere, hieme admittere. Templis nocentes Lucan. 10, 139. Veterno aliquem Hor. Ep. 1, 8, 10. ¶ 3 *An* Arceo *etiam ſignificet*, accio, accieo, arcio, arceſſo, *non ita facile dixerim. Laudat Pareus in Lex. Crit.* Att. 5, 1. *Sed ibi optimi libri* Pomponia, tu inuita mulieres: ego acciuero (*Lambin.* arciuero) pueros. Cic. pro Quinct. c. 22 *vbi nunc legitur*, Praeſtituendae horae ad arbitrium noſtrum: iudex ipſe arceſſetur; *habent MSS. quidam* arcebitur, *vnde Lambinus dicit* arcibitur. Feſtus, Nouerca dicitur, quam quis liberis ſublatis nouam vxorem ducit arcendae familiae cauſa. *Hoc intellexiſſe videtur* acciendae, *et parandae ſibi familiae i. liberorum, cauſa: interpolator certe poſuit*, augendae. *Sed in ea* ῥήσει *cui Feſti nomen adſcriptum, declaratur* arcendae, id eſt coërcendae. *Tandem in* V Sagmina, quia ex loco ſancto arcebantur a conſule *etc. i. petebantur.* *Hic locus, ſi ſanus eſt, rem videtur conficere. Sed facile eſt etiam mutare in* arciebantur, *vel* arcibantur.

ARCTVS, *vel* ARTVS, a, um. [στενὸς] *Origine ſua videtur Participium ab Arceo, contineo: deinde, vt fit, pro Adiectiuo nomine vſurpatum. Caeterum* Artus *ſine* c *legi in optimis quibusque Codd. MSS. affirmant Broukhuſ. ad* Tibull. 1, 5, 53. *et Drakenborch. ad* Sil. 7, 280. Catena arcta Ouid. Faſt. 3, 306. Cauus Hor. Epiſt. 1, 7, 33. Compages Virg. Aen. 1, 297. Conuiuia Hor. Epiſt. 1, 5, 29. *ob numerum diſcumbentium, quod anguſte illis ſedendum eſſet:* Sed nimis arcta premunt olidae conuiuia caprae, *i. malus odor et hircus ſub alis.* Fames arcta vrgebat Sil. 7, 280. *pro quo al.* Atra fames. *Sed* arctum *pro reſtricto, parco ponitur. Ipſum quoque* animum arctum *dixit* Hor. Serm. 2, 6, 82. Aſper, et attentus quaeſitis, vt tamen arctum ſolueret hoſpitiis animum. Freno arcto equum compeſcere Tibull. 4, 1, 91. Fortuna arctior impenſis Stat. Silu. 5, 3, 118. *i. plus impenderunt, quam per anguſtios rei familiaris par erat.* Leges Plin. 16, 4. *Et* Lucret. 5, 1146 Arcta iura. Obſidio Lucan. 6, 108. Parietes Virg. Georg. 4, 297. Rebus in arctis opem ferre Ouid. de Pont. 3, 2, 25. *Ab obſidionibus tractum videtur. vt* Tacit. Hiſt. 3, 69, 7 Circumſideri ipſas, et ni ſubueniretur, artas res nuntiaret. *Add.* Claudian. in Eutrop. 2, 354. *Hoc etiam ſimpliciter* Artum *dicunt.* Liu. 26, 17 Asdrubal, ne in arto res eſſet, caduceatorem mittit. Ouid. Met. 9, 682 Sollicitat precibus, ne ſpem ſibi ponat in arto. Claudian. B. Get. 97 Ne peior in arcto ſaeuiret rabies, *ne deſperatione accenderetur fortitudo.* Tua cura coëgit Incluſis aperire fugam, ne peior in arcto Saeuiret rabies venturae conſcia mortis. Ibid 491 Sed nunquam Mauors adeo conſtrinxit in arctum Res Alarice tuas. *Simili translatione* Horat. A. P. 134 Nec deſilies imitator in artum. Vnde pedem referre pudor vetet. *Haec Burm. ad* Nemeſian. Ecl. 4, 32 Omnia tempus alit, tempus rapit, vſus in arcto eſt: *i. breuis occaſio eſt vtendi praeſentibus. Proprie* Lucan. 2, 613 Latus anguſtum iam ſe cogentis in arctum Heſperiae. Cic. de Somn. Scip. 1 Vt cubitum diſceſſimus, me et feſſum de via, et qui ad multam noctem vigilaſſem, arctior quam ſolebat, Somnus complexus eſt. Theatrum arctum *vocat* Hor. Epiſt. 2, 1, 60 *hominibus refertum. Et* Stat. Theb. 11, 273 Arcta ciuibus Vrbs. Turba arcta circumſtare aliquem Tibul. 1, 2, 99. Vincula arctiſſima amoris Cic. Att. 6, 2 Arctiſſimum ſocietatis vinculum Id. Off. 3, 28 c. 6.

ARCTE, *vel* ARTE, ius, iſſime. Adu. [στενῶς] *i. Stricte.* Columel. 2, 2, 22 Igitur in opere boues arcte iunctos habere conuenit. *Si* 6, 2, 5 Arcte religare ad ſtipites. Accubare arcte poteris Plaut. Stich. 4, 2, 39. *i. Anguſte.* Adſtringi arctius Cic. de Fato 32 c. 14. Horat. Epod. 15, 5 Arctius atque edera procera adſtringitur ilex. Conſtringi arctiſſime Val. Max. 2, 2, 8. Cic. de Diuin. 1, 103 L. Paullus arctius puellam complexus, Accipio omen, inquit, mea filia. Id. de Nat. Deor. 2, 25 c. ? Ob eamque cauſam calorem inſitum in terris contineat arctius. Diligere arctiſſime Plin. lib. 6 Epiſt. 8. Dormire arcte et grauiter Cic. de Diuin. 1, 59 c. 28. Id. de Inu. 2, 14 Poſtquam illos arctius ex laſſitudine dormire ſenſit. Ire quam artiſſime Sall. Iug. c. 68. Premere arcte Lucret. 4, 1173. Seruare arctiſſime Plin. 12, 3. Cic. in Parad. 1 c. 4 Illud arcte tenent, accurateque defendunt, voluptatem eſſe ſummum bonum. Plaut. Aſin. 1, 1, 63 Quamquam illum mater arcte contenteque habet. *Etiam* Mil. 4, ?, 25 Labra labellis ferruminant arcte admodum, *legi vult Acidalius.*

ARCTO, *vel* ARTO, āre. [στενόω, στενοχωρέω] *Arctum facere, aut ſe inuicem admouere.* Columel. 12, 43, 2 Nonnulli adiecto defruto, contenti ſunt transuerſas perticas arctare. Pallad. Oct. 8, 3 Arctare foramini taleam, *i. arcte inſerere.* Col. 12, 43, 2 Deinde transuerſos fuſtes arctato, *i. intrudito.* Id. 10, 277 Arctare *i. denſare* flores caniſtris. *Sic fere* Lucan. 4, 370

Continuus multis ſubitarum tractus aquarum,
Aëra non paſſus vacuis diſcurrere venis
Artauit clauſitque animam. *Sed* 9, 35
Quis ratibus tantis fugientia crederet ire
Agmina? quis pelagus victas artaſſe carinas?

Carinae arctant pelagus, *i. anguſtius faciunt. Sic* Fortuna humani fingit artatque, vt lubet Plaut. Capt. 2, 2, 54. *Sed malim legere ex coniectura Meurſii* aptatque. Martial. 2, 90 Atriaque immodicis arcta imaginibus. Arctatur denſo fugientum examine vallum Stat. Theb. 11, 39. *Dicitur eodem ſenſu* Artio, ire, *vbi vid.*

ARCTANS, antis. Anguſtias eas arctantibus inſulis paruis Plin. 3, 6

ARCTATVS, *et* ARTATVS. Partic. [στενωθεὶς] Anguſtus, *vt* Lucan. 5, 234 Artatus rapido feruet qua gurgite pontus, *in deſcriptione Euripi. Sed* Arctata nauis, *quam laudabant ex* Cic. pro Rabir. Poſt. 35 c. 14, *e vitioſa lectione erat, quam non moramur.* (Emplaſtrum) iungi omnem partem diuiſam, et fibulis arctatam Scribon. 206. *i. labia vulneris ad ſe inuicem adducta.* Artati temporis ſpatium Vell. 1, 16, 2. Vt clariſſima, ita numero artata felicitas Id. 2, 10, 3.

ARCTATIO, ōnis. *vel* ARTATIO. Propter literarum artationem vel commutationem Varr. L. L. 4, 1 p. 6, 29. *Turneb.* 24, 2? *leg.* tractationem: *Infeliciter ſane, ſi ſeriem orationis ſpectes. Scioppius totum locum ita dedit, vt profitetur, ex MSS.* Literarum enim ? demtione, aut additione, aut commutatione: praeterea ſyllabarum artatione (*i. contractione*) aut commutatione, item earum productione.

ARCĔRA, ae. [ὄχημα, ἀγροικον] Nonius 1, 270 Arcera. Plauſtrum eſt ruſticum, tectum vndique quaſi arca. Hoc vocabulum e apud Varronem et M. Tullium inuenitur. Varro de L. L. 4, 31 Vehiculum ab aliis etiam dictum Arcera, quae etiam in duodecim tabulis appellatur, quod ex tabulis vehiculum erat factum vt arca. Gell. lib. 20 cap. 1. Arcera autem vocabatur plauſtrum tectum vndique munitum, quaſi arca quaedam magna veſtimentis inſtrata, qua nimi aegri aut ſenes portari cubantes ſolebant.

ARCERANEVS. Adi. *vt*, Fulmina arceranea, quae in occulto fiunt, *quidam libri apud* Sen. Nat. Quaeſt. 2, 49. *Sed al.* Atterranea: i mirum

*mirum in modum fluĉtuat leĉtio. Gron. conicit* Attegiata. *vid.* ATTEGIAE.

ARCESILAS, ae. [Ἀρκεσίλας] *Nobilis Philoſophus Academicus, de quo multa* Cicero *v. g.* Acad. 4, 15 c. 5 Exortus eſt — Arceſilas, qui conſtitutam Philoſophiam euerteret, et in eorum auctoritate deliteſceret, qui negaſſent, quidquam ſciri aut percipi poſſe. *etc.* Perſ. 3, 77 Hic aliquis de gente hircoſa Centurionum Dicat, quod ſapio ſatis eſt mihi: non ego curo Eſſe quod Arceſilas aerumnoſique Solones.

ARCESIVS, [Ἀρκήσιος] *Iouis filius, Laërtis pater.* Ouid. Met. 13, 144 Nam mihi Laërtes pater eſt, Arceſius illi, Iupiter huic. *etc.*

ARCESSO, īui, ītum, ĕre. [μεταπέμπω] *Facere vt quis veniat, vel Vocare.* Plaut. Capt. 5, 4, 30 Eamus intro, vt arceſſatur faber. Cic. pro Roſc. Am. 50 c. 18 Quum ab aratro arceſſebantur, qui conſules fierent. Dionyſius adoleſcenti negare non potuit, quin Platonem arceſſeret Nep. 10, 2, 2 Corintho arceſſiuit colonos Id. 20, 3, 1. Quum me arceſſerent in ſenatum, non venirem? Cic. pro Dom. c. 3. Arceſſitus in ciuitatem ſuum Id. Parad. 4. *Sic* Act. 1 in Verr. 27 c. 9 Arceſſit alter conſul deſignatus Siculos: veniunt non nulli. *Et paullo ante* n. 25 Siculis denunciatum eſſe audio ab Hortenſio, domum ad illum vt venirent: Siculos ſane in eo liberos fuiſſe, qui, quam ob rem arceſſerentur, cum intelligerent, non veniſſe. Sall. Cat. 40, 6 Praeterea Gabinium arceſſit. *Et* 60, 4 In prima acie verſari, laborantibus ſuccurrere, integros pro ſauciis arceſſere. Cic. Verr. 5, 114 c. 44 P. Vettium ad ſe arceſſit, quaeſtorem ſuum, cuius conſilio vteretur. Ter. Hec. 3, 5, 16 Heri Philumenam ad ſe arceſſi (adcerſi *Bentl.*) hic iuſſit. Id. Andr. 3, 4, 2 Cur vxor non arceſſitur? *De hac re etiam* Andr. 5, 2, 8. *et aliquoties* Plaut. Caſ. 3, 2, 1 ſqq. *it.* 3, 3, 17 ſqq. Donat. ad Ter. Hec. 5, 1, 22 Et filiam abduxit ſuam: *Abduxit proprie. Arceſſi* enim dicitur ad maritum, *abduci* a marito, ad diuortium. *Et* 2, 1, 109 Simulat ſe a matre arceſſi (accerſi *Bentl.*) ad rem diuinam. Cic. Att. 15, 13 Caſſium arceſſi narrat, Caſſium exſpectari. *Sic* Nep. 25, 21, 4 Agrippam generum ad ſe arceſſi iubet. Plaut. Ciſt. 1, 1, 107 Ad matrem arceſſita ſum. Caeſ. B. G. 7, 33 Atque ea pars, quae minus ſibi confideret, auxilia a Vercingetorige arceſſeret. Sall. Cat. 52, 24 Gallorum gentem, infeſtiſſimam nomini Romano, ad bellum arceſſunt. Cic. Att. 2, 20 Si erit pugnandum, arceſſam (te) ad ſocietatem laboris. Plaut. Stich. 5, 3, 3 Domo dudum huc arceſſita ſum. Ter. Eun. 3, 5, 44 Arceſſitur (Adcerſitur *Bentl.*) lauatum interea virgo. Caeſ. B. G. 1, 31, 4 Vti ab Aruernis Sequaniſque Germani mercede arceſſerentur. Ouid. Met. 15, 640 Ite bonis auibus prolemque arceſſite noſtram. *Add.* Faſt. 4, 263. *Ad adhortationes et preces refertur in illo* Cic. ad Brut. 18 pr. Arceſſeremusne te, atque id tibi conducere putaremus, an tardare et commorari te melius eſſet. *Sic* Val. Max. 8, 15, 3 Arceſſitam Peſſinunte Deam. ¶ 2 *Speciatim ſignificat interdum in ius vocare, accuſare.* Cic. Verr. 2, 142 c. 58 Sin abſolutus eris, quis erit tam amens, qui te, ex tot tantiſque criminibus elapſum, poſt quinquennium ſtatuarum nomine arceſſat? *Et* ibid. 113 c. 46 Cum magis inuidioſo crimine quam vero arceſſeretur, ita a Cn. Pompeio abſolutus eſt, *etc.* *Et* pro Caelio 16 c. 7 Nec, ſi ſibi ſemel periculum ambitus ſubeundum putaret, ipſe alterum iterum ambitus crimine arceſſeret. *Cum ſolo genitiuo* Cic. de Inu. 2, 154 Arceſſitur maieſtatis. Id. pro Deiot. 30 c. 11 Non ficto crimine inſectari, non expetere vitam, non capitis arceſſere. Iudicio capitis arceſſere Id. Off. 2, 51 c. 14. *Et* pro Flacc. 14 Sermo eſt tota Aſia diſſipatus Cn. Pompeium quod L. Flacco eſt vehementer inimicus, contendiſſe a Laelio patrono amico ac perneceſſario, vt hunc hoc iudicio arceſſeret. *Et* pro C. Rabir. perd. reo 26 c. 9 An non intelligis, primum quos homines, et quos viros mortuos ſummi ſceleris arguas? Deinde quot ex iis, qui viuunt, eodem crimine in ſummum capitis periculum arceſſas? ¶ 3 Arceſſere, *pro iubere afferri.* Hor. Epiſt. 1, 5, 6 Sin melius quid habes, arceſſe, vel imperium fer. *Sic* Cic. Att. 15, 11 Ego autem et eius librum arceſſiui, et ad Athenodorum Caluum ſcripſi, vt ad me τὰ κεφάλαια mitteret. ¶ 4 *Denique alias quoque formulas parit hoc verbum, quas elementari ordine ponimus.* Brutus Ep. 17, 6 O magnam ſtultitiam timoris, id ipſum, quod verearis, ita cauere, vt, cum vitare forte potueris, vltro arceſſas et attrahas. Cic. Brut. 332 ſ. *extr.* Nec enim decet te ornatum vberrimis Artibus, quas, cum domo haurire non poſſes, arceſſiuiſti ex vrbe ea, *etc.* Cic. Tuſc. 4, 2 Studia doctrinae arceſſita Aliunde, *nempe ex Graecia.* Aliunde arceſſuntur argumenta Quinct. 5, 11, 42. A Capite arceſſere *metaphora eſt ab aquaeductibus, vt videtur, ducta, vt* Cic. Top. 39 c. 9 Quum autem a genere ducitur argumentum, non erit neceſſe, id vſque a capite arceſſere. *Et* de Orat. 2, 117 Et tardi ingenii eſt riuulos conſectari, fontes rerum non videre: et aetatis eſt vſusque noſtri, a capite quod velimus arceſſere, et, vnde omnia manant, videre. Val. Max. 4, 7, 4 *de Volumnio,* Hucusque in lacrimas et gemitus profuſus, vt nimia pietate cauſſam ſibi mortis arceſſeret. Arceſſere ipſam mortem *eiusdem eſt* 9, 12, 8. *Et* arceſſita ratione mortis 3, 2, 12. Longe arceſſere fabulas Petron. c. 37. Gloriam ex periculo arceſſens Curt. 8, 13, 25. Honores caeleſtes Curt. 10, 5, 33. *i. affectare, arrogare ſibi.* Quinct. 10, 2, 27 Laus — eſt pulcherrima, cum ſequitur, non cum arceſſitur. Virg. Aen. 6, 119 Si potuit Manes arceſſere coniugis Orpheus. *Hic* Seruius, Arceſſere euocantis eſt proprie. Hor. Epiſt. 2, 1, 168 Creditur e Medio quia res arceſſit, habere Sudoris minimum: *de comoedia.* Cic. de Orat. 3, 86 Tranſlationes orationi ſplendoris aliquid arceſſunt. Plaut. Amph. 1, 1, 71 Illic homo a me ſibi malam rem arceſſit iumento ſuo. Quinct. 8, 3, 30 Non verba rebus aptauit, ſed Res extrinſecus arceſſit, quibus haec verba conueniant. *Sic* 2, 4, 31 Quidam ſententiarum gratia verboſiſſimos locos arceſſunt, cum ex locis debeat naſci ſententia. Prop. 3, 15, 14 Arceſſitus erit Somnus in oſſa mea. Curt. 3, 3, 2 Species imminentium rerum aegritudo arceſſit, *i. fingendo quaſi aduocat.* Virg. Aen. 10, 11 Adueniet iuſtum pugnae, ne arceſſite, tempus. Arceſſere ventos Ouid. Am. 2, 2, 37. ¶ 5 *De orthographia et etymologia verbi, quod perperam vel ſcribitur* Accerſo, *vel ab eo verbo diſtinguitur, ſupra in* ACCERSO *dictum eſt.*

ARCESSIO, īre. *Idem.* Caeſ. Bell. Gall. 5, 11 Alios arceſſiri iubet. *Sic* Cell. *ex libris* Caecil. apud Cic. Tuſc. 4, 68 Quem contra amari, quem arceſſiri, quem expeti. Sall. Iug. 62, 3 Metellus propere cunctos Senatorii ordinis arceſſiri iubet. *Et* 113, 4 Tamen poſtremo Sullam arceſſiri iubet. Corn. Att. 21 Generum arceſſiri iubet. *Sic certe libri plures optimae notae. Add.* Hygin. Fab. 88.

ARCESSITVRVS, a, um. Plaut. Caſin. 3, 2, 23 Suam vxorem hanc arceſſituram eſſe. *Add.* 3, 4, 10.

ARCESSĪTVS, ûs. m. Plaut. Stich. 2, 2, 3 Tuo arceſſitu huc venio. Cic. de Nat. Deor. 1, 23 c. 6 Ad eum ipſius rogatu arceſſituque veni. Arceſſitu Valentis patrui Ammian. 31, 10 Gronou.

ARCESSITVS, a, um. [μεταπεμφθεὶς, προσποιηθεὶς] Cic. Att. 13, 28 *extr.* Nicias a Dolabella magno opere arceſſitus, (legi enim literas) — profectus eſt. Hor. Sat. 3, 261 Quo rediturus erat non arceſſitus. Iuſtin. 11, 10, 14 Arceſſitis auxiliis. ¶ 2 *Saepe in primis ponitur pro his, quae non ſponte naturae fiunt, ſed ſtudio quaeruntur atque affectantur.* Quinct. 9, 3, 74 Nam per ſe frigida et inanis Affectatio, cum in acres incidit ſenſus, innata videtur eſſe, non arceſſita. *Et* 10, 1, 78 *In Lyſia* nihil eſt inane, nihil arceſſitum. *Et* 12, 10, 40 Contenti promere animi voluntatem nihilque arceſſiti et elaborati requirentes: quidquid huc ſit adiectum, id eſſe affectationis. *Id.* 8 Pro. 23 Quia ſunt optima minime arceſſita, et ſimplicibus atque ab ipſa veritate profectis ſimilia. Nam illa, quae curam fatentur, et ficta atque compoſita videri etiam volunt, nec gratiam conſequuntur, et fidem amittunt. Sen. Contr. 1, 6 Buteo longe arceſſito colore vſus eſt. Plin. 13 pr. Perſae madent eo (vnguento) et arceſſita (*Hard.* accerſita) commendatione ingluuie (*Salmaſ.* illuuie) natum virus exſtinguunt. Quinct. 2, 4, 3 Narratio ſinuoſa, et arceſſitis deſcriptionibus laſciua. Cic. de Orat. 2, 256 Cauendum eſt, ne arceſſitum dictum putetur. *Tales* Sueton. Claud. 21 Frigidi et arceſſiti Ioci. Iuſtin. 4, 4 Omni ſqualoris Habitu ad commouendam miſericordiam arceſſito. *Sed Burm.* acquiſito. *Laudatur etiam* Humus arceſſita et aduecta *e* Quinct. 2, 4. Cic. Verr. 4, 115 c. 51 In his ſacris, quae maiores noſtri ab exteris nationibus adſcita atque arceſſita coluerunt. Petron. c. 139 Cum me arceſſito ſermone laſſaſſet.

ARCESSITIO, ōnis. Μεταπομπή, Gloſſ. Cyrill. *licet praua ſcriptura,* Accerſitio.

ARCESSIO, ōnis. Μετάκλησις Ib.

ARCESSĪTOR, ōris. m. *qui arceſſit.* Plin. Epiſt. 5, 6 *extr.* Nemo arceſſitor ex proximo. *Pro accuſatore* Ammian. 29, 1 *extr.* Verba placentia Arceſſitori loqui.

ARCEVTHINVS, a, um. [ἀρκεύθινος] Ligna arceuthina Vulgat. 2 Paral. 2, 8. *i. iuniperina.*

ARCHAICVS, a, um. [ἀρχαϊκὸς] Lecti archaici Horat. Epiſt. 1, 5, 1. *i. antiquo more fabrefacti. Sed aliis placet legere* Archiaci *vbi vid.*

ARCHANGELVS, i. [ἀρχάγγελος] Tertull. adu. Marc. 5, 18. *et* adu. Valent. c. 19. Orient. Commonit. lib. 2 p. 94.

ARCHANGELICVS, a, um. Hieron. Ep. 1, 6.

ARCHE, es. *Principium, imperium. Aeon Valentinianorum ap.* Tertull. adu. eoſdem c. 7 *et* 35. ¶ 2 Muſarum quatuor ex Ioue natarum vna Cic. Nat. Deor. 3 c. 21.

ARCHEOTA, ae. *Archiuarius, vulgo.* L. 18 §. 10 ff. de mun. et hon.

ARCHEMŎRVS. *Lycurgi Regis Nemeae filius, a ſerpente interfectus, in cuius honorem Nemeaea certamina inſtituta ſunt. vid.* Seru. ad Virg. Ecl. 6, 68.

ARCHETYPVS, i. m. [ἀρχέτυπος] *Prima forma, ex qua exprimuntur ſimulacra. ab* ἀρχὴ, *Principium, et* τύπος, *Figura expreſſa.* Plin. Epiſt. 5, 10 Vt pictores pulchram abſolutamque faciem raro, niſi in peius, effingunt, ita ego ab hoc archetypo labor et decido. *Sic,* Pocula archetypa *apud* Martialem 13, 14. *Add.* 8, 6. Varro de R. R. 3, 5, 8 In quo dixeris longe viciſſe non modo archetypon inuentoris noſtri ὀρνιθοτροφεῖον, *i. primum illud, cuius nos exemplum imitati ſumus.* Cic. Att. 16, 33 Idem σύνταγμα miſi ad te retractatius, et quidem ἀρχέτυπον ipſum, crebris locis inculcatum et refectum, *i. primum exemplar. Sic* Archetypae nugae Martial. 7, 10 *de libellis ſuis manu ſua emendatis.* Archetypi amici, *pro Veris et germanis, qui aliis exemplo eſſe queant, dici poſſent. Sed* Martial. 12, 70 *per iocum ſic vocauit, quos modo oſtentat quis, non vtitur.* Et iubet archetypos pluteum ſeruare Cleanthas Iuuen. Sat. 2, 7. *i. libros Cleanthis, Stoicos.*

ARCHEZOSTIS. [ἀρχέζωστις *Dioſcoridi*] *Herba, quam Latini* Vitem albam *vocant. De qua vid.* Plin. 23, 1. *et* 36, 15.

ARCHIACVS. *Denom. ab* Archia. Hor. Epiſt. 1, 5, 1 Si potes Archiacis conuiua recumbere lectis, *etc.* Porphyr. Archias breues lectos fecit, vnde Archiaci. *Alii Scholiaſtae breuem ipſum Archiam breves nimium lectos facere ſolitum memorant. Vid. Bentl. qui* Archaicos *refutat.*

ARCHIĂTRVS, i. [ἀρχίατρος] *Primus et princeps medicorum.* M. LIVIVS EVTYCHVS ARCHIATROS Inſcr. ap. Gruter. p. 632 n. 4. *Eſt etiam* Tit. Cod. 12, 16 de Comitibus et Archiatris ſacri palatii, Archiatros intra palatium militantes, ſi comitiuae primi ordinis nobilitauerit gradus *etc. Luculentior* C. Theod. titulus (13, 3) de Medicis et Profeſſoribus. *v. g.* l. 8 Quot regiones vrbis ſunt, tot conſtituantur Archiatri, qui — honeſte obſequi tenuioribus malint, quam turpiter ſeruire diuitibus. Quos etiam ea patimur accipere, quae ſani offerunt pro obſequiis, non ea, quae periclitantes pro ſalute promittunt — *Patet ergo,* Archiatros *non eſſe continuo* Principis Medicos, *ſed* Medicos Principes ſ. praecipuos, *certe ordinarios. Sed* l. 12 Archiatrorum, qui intra penetralia regalis aulae totius vitae probitate floruerunt, nulla dignitate ſequatur expenſa *etc. Vid. Henr. Lampe de Honore Medicorum* p. 240 ſqq. §. §. 62 — 76.

ARCHIATRIA, ae. C. Theod. 13 t. 3. *dignitas Archiatri.*

ARCHIDIACONVS, i. m. Hieron. Ep. 61 ad Pamm. c. 4. *et* Ep. 85 ad Euagr. Sidon. Ep. 4, 25.

ARCHIEPISCOPVS, i. m. l. 7 §. 8 Cod. de ſumma Trinit.

ARCHIEREVS, eos. m. Syrum Archiſynagogum eum vocantes et Archierea Lamprid. in Alex. Seu. c. 28.

ARCHIEROSYNA, ae. f. In conſequenda Archieroſyna ille ſit potior, qui patriae plura praeſtiterit Cod. Theod. lib. 12 t. 1.

ARCHIGALLVS. [Ἀρχίγαλλος] *Sacerdotum Cybeles ſ. magnae matris deorum antiſtes.* Seru. ad Aen. 9, 116 Archigalli Matris Deûm cultores, qui virilia ſibi amputabant. Plin. 35, 10 *de picturis Parrhaſii:* Pinxit et Archigallum: quam picturam amauit Tiberius princeps, atque, vt auctor eſt Decius Eculeo, LX. H-S aeſtimatam, cubiculo ſuo incluſit. *Eſt item* Archigalli *mentio apud* Iul. Firmicum, 3, 6. Tertullian. in Apologetico c. 25 Archigallus ille ſanctiſſimus — ſanguinem impurum lacertos quoque caſtrando libabat, pro ſalute Imperatoris Marci iam intercepti ſolita aeque imperia mandauit. Inſcr. Vet. Grut. p. 308 C. CAMERIVS. CRESCENS. ARCHIGALLVS. MATRIS. DEVM. MAGNAE. IDAEAE. ET. ATTIS. POPVLI. ROM.

ARCHIGĔNES. [Ἀρχιγένης] *Rem medicam Romae exercuit Traiani temporibus.* Iuuen. Sat. 7, 235 — tunc corpore ſano Aduocat Archigenem.

ARCHIGERONTES. [ἀρχιγέροντες] *Principes ſeniorum, ſeu Senatorum.* Archigerontes et dioeceta deligantur L. 1 C. Theod. de Alexandr.

andr. plebis primat. *Sic* l. 5 C. Iuſtin. de Epiſcopali audientia. *Nempe Alexandrini magiſtratus nomina habebant Graeca.*

ARCHIGVBERNVS, *vel* ARCHICVBERNVS. [ἀρχικυβερνήτης] *Princeps gubernator, omnium gubernatorum primus.* Iauolenus in l. 46 D. ad S. C. Trebell. Seius Saturninus Archicubernus ex claſſe Britannica.

ARCHILŎCHVS. [Ἀρχίλοχος] *Poëta Graecus iambicus, qui perſequutus eſt Lycamben ſocerum ſuum, quod filiam Neobulen ſibi pactam alii locauerat, eumque vna cum filia ad laqueum, per iamborum petulantiam in eos ſcriptorum compulit. Acron in* Hor. Epod. 6, 13 Qualis Lycambae ſpretus infido gener. Hor. in Arte Poët. 79 Archilochum proprio rabies armauit iambo. Quinctil. 10, 1 Archilochus primus inter eos, qui iambos ſcripſere: ſumma in hoc vis eloquutionis, cum validae, tum breues vibranteſque ſententiae, plurimum ſanguinis atque neruorum, adeo vt videatur quibusdam, quod quoquam minor eſt, materiae eſſe, non ingenii vitium. Emicuit regnante Romulo. Cic. Att. 16, 1 Et vt Ariſtophani Archilochi iambus, ſic epiſtola longiſſima quaeque optima videtur.

ARCHILOCHIVS. Adi. [Ἀρχιλόχειος] *Acerbum et mordax, vt Archilochi carmina.* Cic. Att. 2, 21 Archilochia in Pompeium edicta Bibuli populo ita ſunt iucunda, vt eum locum, vbi proponuntur, prae multitudine eorum, qui legunt, tranſire nequeamus. *Iam dixerat* Ep. 21 *extr.* Comitia Bibulus cum Archilochio edicto in ante diem XV Kal. Non. diſtulit.

ARCHIMAGĪRVS. [ἀρχιμάγειρος] *Princeps et magiſter coquorum, qui praeeſt coquinae.* Iuuen. Sat. 9, 109 Finxerunt pariter librarius, archimagiri Carptores. *Conf.* Sidon. Apollinar. Epiſt. 2, 9.

ARCHIMANDRĪTA. [ἀρχιμανδρίτας] *Abbas. Quia* Mandrae *etiam Monachorum habitacula. Vtitur* Sidonius Appollinaris Ep. 8, 14. Alc. Auit. Epiſt. 2 *poſt princ.* L. 8 C. de Summa Trinit. §. 2.

ARCHIMĒDES. [Ἀρχιμήδης] *Syracuſanus, Geometra nobiliſſimus, cuius plurima ſunt in Matheſi inuenta praeclara. v. g. oſtendit, quomodo argenti auro admiſti per fraudem menſura deprehendi poſſit, de quo* Vitruu. 9, 3. Sphaeram, in qua motus ſiderum ſpectabantur, confecit Cic. Tuſc. 1, 63. *Hinc*

ARCHIMEDEVS. Adi. Cic. Att. 12, 4 Ἀρχιμήδειον πρόβλημα *eſt Res difficilis.*

ARCHIMĪMVS. [ἀρχυποκριτὴς] *Princeps hiſtrionum, non diuerſus forte a Pantomimo.* Tranquillus in Veſpaſiano cap. 19 Fauo archimimus perſonam eius ferens, imitanſque (vt eſt mos) facta ac dicta viri, interrogatis palam procuratoribus, quanti funus et pompa conſtaret, vt audiuit ſeſtertiûm centies, exclamauit, centum ſibi ſeſtertia darent, ac ſe vel in Tiberim proiicerent. *Add.* Auguſtin. de C. D. 6, 10.

ARCHIPHERECITA, ae. m. Nouella 146 c. 1 *Iudaeus vel magiſtratus vel ſacerdos, voce hybrida, velut princeps capitum doctrinae,* τῶν פרקי.

ARCHIPIRĀTA. [ἀρχιπειρατὴς] *Praedonum dux.* Cic. Verr. 5, 64 c. 25 Archipiratam ipſum videt nemo, de quo ſupplicium ſumi oportuit. *Add.* ib. 75 c. 29. Idem Off. 2, 40 c. 11 Ille, qui archipirata dicitur, niſi aequabiliter praedam diſpertiat, aut occiditur a ſociis, aut relinquitur.

ARCHIPRESBY̆TER, ĕri. m. Hieron. Ep. 4 ad Ruſticum.

ARCHISACERDOS, ōtis. m. Fortunat. Carm. 3, 11 pr.

ARCHISYNAGOGVS, i. m. Nemo illic Archiſynagogus Iudaeorum Vopiſc. in Saturn. c. 1. Conuiciolis Syrum Archiſynagogum eum vocantes Lampr. in Alexand. c. 28.

ARCHITECTVS, i. [ἀρχιτέκτων] Vitruu. 1, 1 Architecti, qui ſine literis contenderunt, vt manibus eſſent exercitati, non potuerunt efficere, vt haberent pro laboribus auctoritatem. *Deinde* Philoſophia perficit Architectum *etc. Princeps fabrorum.* Plin. 34, 14 *de magnete,* Eodem lapide Dinocrates architectus Alexandriae Arſinoes templum concamerare inchoauerat, vt in eo ſimulacrum eius e ferro pendere videretur. Cic. de Orat. 1, 62 c. 14 Philonem illum architectum, qui Athenienſibus armamentarium fecit, conſtat perdiſerte populo rationem operis ſui reddidiſſe. ¶ 2 *Varie transfertur.* Plaut. Amph. Prol. 45 Queis benefactis meus pater, Deûm regnator, architectus omnibus. Cic. de Lege Agr. 1, 11 c. 4 Nunc quiſnam tam abſtruſus vsquam nummus videtur, quem non architecti huius legis olfecerint? Cic. de Fin. 1, 32 c. 10 Eaque ipſa, quae ab ipſo inuentore veritatis, et quaſi architecto beatae vitae dicta ſunt, explicabo, *de Epicuro ex perſona Epicurei.* Mendaciorum architectus . . . . Cic. pro Cluent. 60 c. 22 Ipſum principem atque architectum ſceleris abſoluerent. *Conf.* Plaut. Mil. 3, 3, 27 *ſqq. praeſertim* v. 41 Nam vbi probus eſt architectus, Bene lineatam ſi ſemel carinam collocauit, Facile eſt nauem facere *etc. Ergo eſt etiam nauis* Architectus. Simulationum Apul. Apol. p. 321. Cic. pro Roſc. Amer. 132 Ex iis, quae nunc maxime fiunt, nonne quis poteſt intelligere omnium architectum et machinatorem vnum eſſe Chryſogonum? Cic. de Clar. Orat. 118 c. 31 Vt omnes fere Stoici prudentiſſimi in diſſerendo ſunt, et id arte faciunt, ſuntque architecti paene verborum: iidem traducti a diſputando ad dicendum, inopes reperiantur.

ARCHITECTA, ae. Praecipua naturae architectae vis Plin. 10, 71. *vt reſtituit Harduin.*

ARCHITECTIO, ōnis. f. Plin. 10, 71 In quo vel praecipua naturae architectio. *Sic Stephanus. Sed Harduinus ex MSS. reponit* naturae Architectae vis.

ARCHITECTVS, ûs. *Pro ipſo opere, perperam adſtruitur ex* Dig. lib. 50 tit. 6 leg. 6: *nam nominatiuus eſt.*

ARCHITECTON, ŏnis. [ἀρχιτέκτων] Idem, quod Architectus. Plaut. Poenul. 5, 2, 150 Me dolis iam ſuperat architectonem. Per translationem dictum. *Add.* Id. Moſt. 3, 2, 73 Architectonem neſcio quem. Felix ſaeculum ante architectonas fuit Sen. Epiſt. 9. *Conf.* Solin. c. 32. *ibique Salmaſ.* p. 337. *Turneb.* 27, 31.

ARCHITECTONĬCE, es. f. *Ars aedificandi.* Quinctil. 2, 21 Aliae quoque artes habent multiplicem materiam, vt architectonice.

ARCHITECTONĬCVS. Adi. [ἀρχιτεκτονικὸς] Vitruu. 9, 4 E qua per rationes architectonicas, circinique deſcriptiones eſt inuentus effectus in mundo. *Conf.* Sidon. Ep. 8, 4 *vbi male quidam* Architectoricus.

ARCHITECTOR, āri. [οἰκοδομέω] *Conſtruere, fabricare.* Vitruu. 9, 4 Namque in his locis naturalis poteſtas ita architectata eſt, collocauitque cardines, tanquam centra. *Add.* Id. l. 7 praef. *ſub fin.* Iouem Olympium — architectandum Coſſutius ſuſcepiſſe memoratur. Auctor ad Heren. 3, 32 c. 19 Cogitatio enim, quamuis regionem poſſit amplecti, et in ea ſitum loci cuiusdam ad ſuum arbitrium fabricari atque architectari. *Metaphor.* Cic. de Fin. 2, 52 c. 16 Cur tandem ſapientia tantopere laudatur? an quod ita callida eſt, vt optime poſſit architectari voluptates? *Id eſt, formam et rationem fruendarum voluptatum comminiſci et praeſcribere* Budaeus. ¶ 2 *Paſſiue.* Aedes Martis eſt architectata ab Hermodoro Nep. Fragm.

ARCHITECTVRA, ae. f. [οἰκοδομική] *Eadem, quae* Architectonice. Cic. Off. 1, 151 c. 42 Quibus autem artibus aut prudentia maior ineſt, aut non mediocris vtilitas quaeritur, vt medicina, vt architectura, eae ſunt iis, quorum ordini conueniunt, honeſtae. Vitruu. 1, 1 pr. Architectura eſt ſcientia pluribus diſciplinis et variis eruditionibus ornata, cuius iudicio probantur omnia, quae a caeteris artibus perficiuntur, opera. Ea naſcitur ex fabrica et ratiocinatione. ¶ 2 *Pro artificio architecti poſuit* Plin. 11, 24 Specus ipſa, qua concameratur architectura? *de araneorum opere.*

ARCHITRICLĪNVS. [ἀρχιτρίκλινος] *Vtitur hac voce Vulgata* Ioh. 2, 9. *Qualemcunque triclinii, et conuiuii adeo praefecturam indicat.*

ARCHIVM. [ἀρχεῖον] *proprie Domus principis, Palatium. Hinc factum, vt Cella, in qua inſtrumenta publica, quaſi in principis cuſtodia reconduntur,* Archium *appelletur.* Vlp. l. 9 §. 6 D. de poenis. Solet et ſic, ne eo loci ſedeant, quo in publico inſtrumenta deponuntur, archio forte, vel grammatophylacio. Pomp. Melae 3, 8 *verbum hoc reddi vult Iſ. Voſſ. vt templum ſ. potius adytum ſignificet, vid.* p. 589. *Sed recepta lectio, nardo ſatis commoda videtur. Nempe ſic de Phoenice dicitur,* Cum adoleuit, oſſa priſtini corporis incluſa myrrha Aegyptum exportat, atque in vrbem, quam Solis appellant, fragrantibus nardo buſtis inferens ſeſe memorando funere conſecrat. *Caeterum ab* Archio *interpoſito* Digammate *(more antiquorum) dicitur.*

ARCHIVVM. *Chartophylacium, in quo ſcribae et actuarii acta publica condunt.* Epiſtola reperta in archiuis Treb. Pollio in Regill. *ſed ibi quidem variatur in libris MS.* Tertull. Apol. c. 19 Referanda antiquiſſimarum etiam gentium archiua. *Et* c. 21 Et tamen eum mundi caſum relatum, in archiuis veſtris habetis. adu. Marc. 4 c. 7.

ARCHON, ontis. [ἄρχων] *Magiſtratus Athenienſis.* Vell. Paterc. 1, 2, 4 Codri filius primus Archon Athenis fuit: ab hoc poſteri apud Atticos dicti Medontidae. Sed ii, inſequenteſque Archontes vsque ad Charopem, dum viuerent, eum honorem vſurpabant. Idem cap. 8, 3 Athenis perpetui Archontes eſſe deſierunt, cum fuiſſet vltimus Alcmaeon, coeperuntque in duos annos creari; quae conſuetudo in annos LXX manſit; ac deinde annuis magiſtratibus commiſſa eſt Reſpublica. Cic. de Fato 19 c. 9 Morietur Epicurus, quum duos et ſeptuaginta annos vixerit, archonte Pytharato.

ARCHY̆TAS. [Ἀρχύτας] *Tarentinus philoſophus, Pythagoricus Platonis aequalis, cuius ſaepius cum honore nomen vſurpat Cicero, v. g.* de Fin. 5 c. 29. Tuſc. 5 c. 22 *vbi ipſum et Platonem vocat* Doctos et plane ſapientes. Maris et terrae numeroque carentis arenae menſorem Hor. Carm. 1, 28, 1 *vbi naufragio periiſſe illum indicat.*

ARCIFINALIS, e. Flaccus de Cond. Agr. p. 3 Goeſ. Agri dicuntur occupatorii, quos quidam Arcifinales vocant. Hi autem Arcifinales dici debent, quibus agris victor populus occupando nomen dedit. Bellis enim geſtis, victores populi terras omnes, ex quibus victos eiecerunt, publicauere, atque vniuerſaliter territorium dixerunt, intra quos fines ius dicendi eſſet. Deinde vt quiſque virtute colendi occupauit, arcendo vicinum arcifinalem dixit. Horum ergo agrorum nullum aes, nulla forma, quae publicae fidei teſtimonium poſſeſſoribus reddat: quoniam non ex menſuris actis vnusquisque miles modum accepit, ſed quod aut excoluit, aut in ſpe colendi occupauit. *Adde Rigaltii Obſeru. et Gloſſas agrim.* et Goeſium p. 127. Grot. de I. B. et P. 2, 3, 16. *et* 2, 8, 12.

ARCIFINIVS. Idem Frontin. de agror. qualit. p. 38 Goeſ. Ager eſt arcifinius, qui nulla menſura continetur. Finitur ſecundum antiquam obſeruationem fluminibus, foſſis, montibus, viis, arboribus antemiſſis, aquarum diuergiis, et ſi qua loca, quae antiquitus a poſſeſſore potuerunt obtineri. Nam ager arcifinius, ſicut ait Varro, ab arcendis hoſtibus eſt appellatus: qui poſtea interuentu litium, per ea loca quibus finit, terminos accipere coepit. *Addit* Aggenus p. 45 Hic et occupatorius ager dicitur, eo quod in tempore occupatus eſt a victore populo, territis exinde fugatiſque hoſtibus *etc.* Hygin. p. 16 *extr.* Vti iam opportuna finium commutatione relictis primae aſſignationis terminis, more arcifinio poſſidetur. *Add.* Iſid. 15, 13.

ARCIO, īui, ītum, īre. *pro Indere et adigere accepiſſe videtur quibusdam* Cato 41 *aliquoties. Sed melius a Victorio inde legitur* Artire *v. v.*

ARCION. Herba eſt, *quae* Perſolata *Latine dicitur, v. v. ex* Plin. 25, 9 ſ. 66.

ARCIPOTENS, tis. Val. Flaccus 5, 17 Arcipotens Apollo, *v.* Arcitenens.

ARCIRMA. [ἁμαξὶς] Genus modici plauſtri, quo homo geſtari poſſit, Feſtus. *Legitur et* Arcuma. Gl. Arcirma *vel* Arcirna ἁμαξίς. *Videtur, quidquid hoc nominis eſt, cognatum eſſe* Arcerae.

ARCISELLIVM, i. n. Sella in arcus ſimilitudinem. Petron. c. 75. *Vid.* Burman. ad. loc. *Nodot leg.* Artiſellium.

ARCITENENS, *et* ARQVITENENS, tis. Adi. [τοξοφόρος] *pro Apolline, vel Diana.* Arquitenens Dea ap. Non. 4, 291. *Conf.* Ib. 8, 29. Arquitenentes Diana et Apollo Arnob. 1 p. 20. Virg. Aen. 3, 75 Quam pius Arcitenens oras et littora circum, *etc. ab Arcu tenendo quod ſemper cum arcu et pharetra pingerentur Apollo ac ſoror ipſius Diana.* Naeuius 2 Bell. Pun. Deinde pollens ſagittis, inclytus, arcitenens, ſanctusque Delphis prognatus Pythius Apollo. ¶ 2 *Eſt etiam in caelo* Arcitenens, *Sagittarius.* Cic. in Arato v. 181 Atque priora pedum ſubeunt veſtigia magni Arcitenentis *etc.*

ARCĪVVS. Adi. Aues arciuae, quae in auſpiciis aliquid fieri vetabant. Feſtus. *ſec. lectionem Scalig. alii enim leg.* Arcula. Εἰρκτικοὶ κωλυτικὸς, Arciuus Vet. Gloſſ.

ARCTE. Adu. *vid.* ARCTVS.

ARCTICVS. *vid.* ARCTOS *infra.*

ARCTION. [ἄρκτιον] *apud* Plin. 27, 5 ſ. 16 *herba, quam* aliqui Arcturum vocant; ſimilis eſt verbaſco foliis, niſi quod hirſutiora ſunt: caule longo, molli, ſemine cumini, *etc.*

ARCTOPHYLAX, ăcis. m. [Ἀρκτοφύλαξ] *h. e. Cuſtos Vrſae ſidus, quod et* Bootes *dicitur.* Cic. de Nat. Deor. 2, 109 Arctophylax vulgo qui dicitur eſſe Bootes, Quod quaſi temone adiunctam prae ſe quatit Arctum. *Conf.* Manil. 1, 315 A tergo nitet Arctophylax, idemque Bootes, Arcturumque rapit medio ſub pectore ſecum.

ARCTOPHYLLON, i. *Herba, al. cereſolium.* Apul. de Herb. :. 104.

ARCTOS, *vel* ARCTVS, i. f. [ἄρκτος] Vrſa, *Signum caeleſte. Sed Arcti duae ſunt, quae Septentrionali polo nixae vehuntur, Arctico circulo clauſae, et ita collocatae, vt vtraque reſupinata, alterius tergum con-tegat; ſed caput eius, quae ſuperior eſt, ad caudam inferioris contendat: alteram,* maiorem Vrſam *ſiue* Helicen: *alteram* minorem Vrſam, *ſiue Graecorum lingua,* Cynoſuram, *i. e. Canis caudam, nominant. Illam Graeciae populi notari ſoliti, hanc Sidonii aſpicientes aſſidue nauigant.* Cic. de N. D. 2, 105 c. 41 *poſt mentionem poli,* Hunc circum ἄρκτοι duae feruntur, nunquam occidentes *etc. Vid. deſcriptio* Manilii 1, 301 *ſeqq. Breuiter complectitur* Ouid. Faſt. 3, 106 Eſſe duas Arctos, quarum Cynoſura petatur Sidoniis, Helicen Graia carina notat. Helice *fuerat ante* Calliſto *Lycaonis filia, vbi vid. Sunt ergo* Arcti geminae, *Vrſa maior et minor, inter quas* Serpens *ſidus voluitur, de quo* Ouid. Met. 3, 45 *in deſcriptione ſerpentis Cadmei,* Tantoque eſt corpore, quanto, Si totum ſpectes, geminas qui ſeparat Arctos. *De eadem re* Virg. Georg. 1, 245 Maximus hic flexu ſinuoſo elabitur anguis, Circum perque duas in morem fluminis Arctos, Arctos Oceani metuentes aequore tingui. *Pro Noctibus duabus dixit* Propert. 2, 18, 25 Iupiter Alcmenae geminas requieuerat Arctos. Gelidae Virg. Aen. 6, 16. Ouid. Triſt. 1, 2, 29 Nunc gelidus ſicca Boreas bacchatur ab Arcto; ſicca, *quia* aequore tingui metuit, *i. nunquam occidit. Hinc de re, quae nunquam futura ſit* Sen. Thyeſt. 477 Amat Thyeſten frater? Aethereas prius Perfundet Arctos pontus. ❡ 2 Arctos, Claudianus *dixit pro illis, qui Septentrionalem regionem inhabitant ſub Arctis poſitam,* Conſ. Hon. 6, 336 Atque indignantes in iura redegerit Arctos.

ARCTĬCVS. Adi. [Ἀρκτικὸς] *vt,* Polus Arcticus, *i. Septentrionalis, ſiue Borealis. Cui oppoſitus eſt* Antarcticus *polus, h. e. Meridionalis.*

ARCTŌVS. Adi. [Ἀρκτῷος] *ab* Arcto, *Septentrionalis.* Martial. o, 6 Felices, quibus vrna dedit ſpectare coruſcum Solibus Arctois, ſideribusque ducem, *i. Traianum e Septentrionalibus regionibus redeuntem, e quarum aëre colorem traxit.* Niues Sen. Oedip. 606. Arctous orbis Lucan. 1, 53. Polus Sen. Herc. Oet. 1107. Sedes Sen. Herc. Oet. 1565.

ARCTV̄RVS. [Ἀρκτοῦρος] *quae ſtella ſit, indicat* Cic. de N. D. 2, 10 c. 42 *vbi ex Arateis ſuis refert,* Huic, *Booti,* Subter praecordia fixa videtur Stella micans radiis Arcturus nomine claro. Stella poſt caudam maioris Vrſae, poſita in ſigno Bootae, vnde Arcturus dicta eſt quaſi ἄρκτου οὐρὰ, *vt deſcribit* Seruius ad Aen. 1, 748. Idem *ad illud* Georg. 1, 204 At ſi non fuerit tellus foecunda ſub ipſum Arcturum, *etc.* Arcturus, *inquit,* Stella eſt in ſigno Bootae poſt Septentrionem, cuius ortus et occaſus tempeſtates grauiſſimas faciunt. *Add. ad* Aen. , 516. *Sed* ad Georg. 1, 67 *ipſum* Booten ſ. Arctophylacem *ita vocari* it. *Totum quoque Bootae ſidus* Arcturus *vocatur Suidae.* Plin. 13, 8 17 per Acturum, *i. circa aequinoctium auctumnale, quod declaratur* 8, 31 ſ. 74 Arcturus medius *(oritur)* pridie Idus *(Septembris)* vehementiſſimo ſignificatu terra mareque per Dies quinque *etc. Hinc* Hor. Carm. 3, 1, 27 Nec ſaeuus Arcturi cadentis Impetus, aut orientis Hoedi. Plautus *in* Rudente prologum *facit* Arcturum, Ita ſum, vt videtis, ſplendens ſtella candida, ſignum quod ſemper tempore exoritur ſuo, hic atque in caelo, nomen Arcturo eſt mihi. ❡ 2 *Herba, quae alias* Arction *teſte* Plin. 27, 5 ſ. 16 Arcturus *eadem vocatur.*

ARGTVS, *vid.* ARCEO, *ſupra.*

ARCVARIVS, ARCVATVS, Adi. *vid.* ARCVS, *infra.*

ARCVBIAE. Qui excubabant in arce, Feſtus. *Simile* Excubiae.

ARCVLA, *et* ARCVLARIVS. *vid.* ARCA.

ARCVLATA *et* ARCVLVM. *vid.* ARCVS.

ARCVMA. Genus eſt plauſtri modici, quo homo geſtari poſſit, Feſtus. *Variat ſcriptura. Vid.* ARCIRMA.

ARCVO, as. *Vid. mox.*

ARCVS, ûs. m. [τόξον] *Inſtrumentum, quo ſagittae emittuntur.* Virg. Aen. 11, 575 Spiculaque ex humero paruae ſuſpendit, et arcum Pro crinali auro, pro longae tegmine pallae. Sen. Hippol. 203 Arcus Dei *(Cupidinis)* et Veneris Numen finxit ſibi demens animus. ❡ 2 *Epitheta arcus:* Acer, *vid. h. v.* Aduncus Ouid. Epiſt. 4, 39. Sen. Hippol. 278 Tela quam Certo moderatur arcu! Corneus Ouid. Met. 1, 97. Flexibilis Ouid. Amor. 3, 3, 29. Laxus, *pro Non tenſo* Sil. 3, . . . Letifer Virg. Aen. 10, 169. Minax Hor. Carm. 3, 26, 8. Sinuatus Ouid. Met. 8, 381. Sinuoſus Ouid. Amor. 1, 1, 23. Sonans Virg. Aen. 5, 521. Trux Stat. Silu. 3, 1, 34. Vaſtus Sen. Herc. fur. 92. ❡ 3 *Verba:* Adducere arcum Virg. Aen. 5, 507. *i. intendere.* Cohibere ceruos arcu Hor. Carm. 4, 6, 34. Compeſcere arcum, *i. Continere, ne iaculetur* Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 232. Contentus, *i. Tenſus* Ouid. Met. 6, 286. *Et* de Arte Am. 2, 191. Corrigere manu arcum Virg. Aen. 1, 187. Curuare Stat. Achil. 1, 487 *i. intendere.* Curuatus in arcum portus Virg. Aen. 3, 533. Dirigere tela arcu Hor. Carm. 4, 9, 18. Dirigere arcum in aliquid Perſ. Sat. 3, 60. Emittere arcu ſagittam Plin. 9, 8. Tacit. Ann. 4, 28 Illuvie obſitus et alimenta arcu expediens. *Significat, illum venatu toleraſſe vitam.* Expellere ſagittam arcu Ouid. Met. 8, 381. Fallit arcus dexteram Sen. Herc. Oet. 1656. Ferit, *vid. mox* Miſari. Flectere arctum coactis cornibus Idem Herc. fur. 1197. Arcum intenſio Frangit, animum remiſſio Publ. Syr. . . Fugam dat ſagittis arcus Sen. Herc. Oet. 1658. Intendere arcum Id. Herc. Oet. 30. *vid.* INTENDO. Intentus arcus Cic. pro Sextio 15 c. 7 Fuerat ille annus tanquam in Reipubl. magno metu et multorum timore arcus intentus in me vnum. *Sic* Intentum animum tamquam arcum habebat Cic. de Senect. c. 11. Lentare arcus, *pro Cudere* Stat. Achill. , 436. *vid. ſub* LENTVS. Sen. Herc. Oet. 1657 Librare telum didicit arcus *Herculis.* Lunare arcum, *i. in Lunae ſpeciem cornua contrahere* Ouid. Amor. 1, 1, 23. Horat. in Arte Poët. 350 Non ſemper Feriet quodcunque Minabitur arcus. Obuertere arcum in aliquem Ouid. Met. 12, 605. Petere aliquem arcu Stat. Theb. 5, 380. Porrigere arcum, *Fateri ſe victum* Ouid. Faſt. 2, 227 Nunc petit Armenius pacem, quum porrigit arcus Parthus eques, timida captaque ſigna manu. Protendere arcum ab alto Sil. 13, 12. Remiſſus arcus, *pro Non tenſo* Horat. Carm. 3, 27, 68. Retendere arcum lentum Ouid. Met. 2, 419. Stat. Silu. 4, 4, 30. *i. laxare.* Retentus arcus Ouid. Met. 3, 166. Sinuare patulos arcus calamo impoſito, *i. tendere* Idem Met. 8, 30. Stat. Silu. 1, 2, 80 *Cupido loquitur,* Aſt illum — inermi ſtrinximus arcu. Sumere manu arcum Ouid. Met. 2, 414. Suſpendere humeris Virgil. Aen. 1, 318. Temperare neruis, *de Apolline* Ouid. Met. 10, 107. Tendere Hor. Carm. 2, 10, 19. Perſ. Sat. 3, 60 Eſt aliquid, quo tendis et in quod dirigis arcum? Tenſus arcus Stat. Silu. 3, 1, 51. ❡ 4 Arcus *transfertur ad ſtructuram et aedificii fornicem.* Ouid. Met. 3, 30 Eſt ſpecus — Efficiens humilem lapidum compagibus arcum. Tacit. Ann. 2, 64 Structi et arcus circum latera templi Martis vltoris. *Add.* Ib. c. 83. *it.* 41. *Sed* Cicero Fornicem, *non* Arcum, *plerumque ſcribit.* Schol. ineditus ad Cic. Act. 1 in Verr. 19 c. 7, *Laudatus Spanhemio de vſu num. diſſ.* 13 p. 653 Arcus, *inquit,* Latinum non eſt. *Sed* Aſconius *et alter* Schol. *editus ad l. c.* Fornicem Fabianum Ciceronis *per* Arcum *interpretantur.* Tacit. Ann. 2, 64 Patres decreuere, vt Germanicus atque Druſus ouantes vrbem introirent: ſtructi et arcus circa latera templi Martis vltoris, cum effigie Caeſarum. Plin. 34, 6 ſ. 12 Nouicium inuentum *vocat. Tales* Arcus marmorei triginta ſex *memorantur a* P. Victore. *Hiſtoriam ſingulorum perſequitur poſt alios in Lex. Antt. Pitiſcus. Fornices, per quos aqua ducitur,* Arcus *ſaepe vocat* Frontinus, *v. g.* art. 15 Hi ſunt arcus altiſſimi, ſubleuati in quibusdam locis CVIIII pedes. ❡ 5 Arcus *dicitur in nubibus, quam Irin Poëtae appellant. Vid.* Plin. 2, 59 *int.* Cic. de Nat. Deor. 3, 51 c. 20 Cur autem arcus ſpecies non in deorum numero reponatur? Solis orbis rotundatus in colorem arcus Vell. 2, 59, 6. *vbi vid. Boecl.* Bibit ingens arcus Virgil. Georg. 1, 380. *vt* Ouid. Met. 1, 271 Concipit Iris aquas, alimentaque nubibus affert. *De hac opinione, qua putabant, ab iride hauriri aquas, Cerda ad* Virg. l. c. *ex* Vitruu. 9, 4 *et* Sen. Q. N. 1, 6. Propert. 3, 3, 54 Purpureus pluuias cur bibit arcus aquas? Tib. 1, 4, 38 Venturam admittat imbrifer arcus aquam. Stat. Theb. 9, 405 Arcano reſidens Iſmenos in antro, Vnde aurae nubesque bibunt, atque imbrifer arcus. Lucan. 4, 79

Hinc imperfecto complectitur aëra gyro
Arcus vix vlla variatus luce colorem
Oceanumque bibit, raptosque ad nubila fluctus
Pertulit, et caelo defuſum reddidit aequor.

Stat. 4, 835 Raptasque alio de fonte refundit Arcus aquas. *Ad h. l. Barthius Chriſtianorum Poëtarum* arcus *deſcriptiones adſcripſit. Male ad hunc de Iride errorem retulere* Valerii Flacc. 4, 600 Quid memorem, quas Iris aquas, quas torqueat Ancon. Iris *enim et* Ancon *flumina Ponti ſunt. Contra pulchre huc allatus eſt* Plaut. Curc. 1, 2, 41 *vbi de anu* impura auariter in ſe merum ingurgitante, Ecce autem bibit arcus; pluet Credo hercle hodie. *Forte inſuper incurua anus fuit haec ſcenica: et alludit ad vinum copioſe rediturum qua ſolet.* Caeleſtis arcus, *vid. in* CAELVM. Coloratus quodammodo arcus efficitur ex nubibus Cic. de Natur. Deor. 3, 51 c. 20. Colores varios trahit arcus Virgil. Aen. 5, 88. Plin. 12, 24 ſ. 52 Tradunt, in quocunque frutice curuetur arcus caeleſtis, eandem quae ſit aſpalathi, ſuauitatem odoris exſiſtere: ſed ſi in aſpalatho, inenarrabilem quandam. Ouid. Met. 11, 632 *de Iride dea,* Effugit, et remeat per quos modo venerat arcus. Imbrifer *modo memoratus eſt.* Ingens arcus ſub nubibus Virgil. Aen. 9, 15. Pluuius Horat. in Arte Poët. 18. Rubens arcus variata luce Claudian. Eidyll. Nilus 4. Veteres *ſcribebant* Arquus, *Gen.* Arqui, *e ſecunda declinatione.* Lucret. 6, 525 Tum color in nigris exiſtit nubibus arqui. *Hunc verſum profert* Nonius 5, 14 *vt oſtendat,* Arquum *dici* Irim; Arcum, *ſuſpenſum fornicem. Quod quidem negat obſeruari diſcrimen Voſſ. Etymol.* Arcus pro membro virili Apul. Met. 2 p. 98. *vid. Lauremberg. Antiquar.* Cic. de Nat. Deor. 3, 51 c. 20 Cur autem arqui ſpecies non in Deorum numero reponatur? Sic *Gron. et Dauiſ. ex MSS. pro vulg.* Arcus. Priſcian. 6 p. 712, 29 Arcus differentiae cauſa quidam tam ſecundae, quam quartae protulerunt. De caeleſti enim, id eſt, de Iride Cicero dicens in III de Deorum natura in I finiuit genitiuum, Cur autem arci (*ſic Putſch non* arqui) ſpecies non in Deorum numero reponatur. Chariſius 1 p. 95, 29 *ita laudat, corrupte quidem,* Cur autem arquus ſepties non in Deorum numero ponatur? ❡ 6 *Etiam aliarum rerum* arcus *eſt. V. g. de voluminibus draconis* Ouid. Met. 3, 42 Ille volubilibus ſquamoſos nexibus orbes Torquet, et immenſos ſaltu ſinuatur in arcus. *De propaginibus arborum* Virgil. Georg. 2, 26 Siluarumque aliae preſſos propaginis arcus Exſpectant Columel. 4, 29, 17 Neque inutile ex ea vite, quam merſeris, enaſcentes in arcu propaginis pampinos educare. Plin. 2, 29 Circa ſolem arcus apparuit, *de meteoro, colores Iridis referente.* Ouid. Met. 2, 195 Eſt locus, in geminos vbi brachia concauat arcus Scorpios, *de ſidere.* Idem 14, 51 Paruus erat gurges, curuos ſinuatus in arcus. Id. Epiſt. 2, 131 Eſt ſinus adductos modice falcatus in arcus. *Tandem obſcena metaphora* Apul. Met. 2 p. 122, 4 Arcum meum et ipſe vigor attendit, et oppido formido, ne neruus rigoris nimietate rumpatur.

ARCVARIVS, ii. m. Arcuum militarium artifex. Aurel. Arcad. in l. vlt. D. de iur. immunit.

ARCVARIVS, a, um. Fabricae arcuariae Veget. de Re Milit. 2, 11.

ARCVLĀTA. Vocabant antiqui Circulos, qui ex farina in ſacrificiis fiebant. Feſtus.

ARCV̆LVM, i. n. Appellabant Circulum, quem capiti imponebant ad ſuſtinenda commodius vaſa, quae ad ſacra publica capite portabantur. Feſtus.

ARCVLVS. Deus qui tutelam gereret arcarum. Feſtus.

ARCVO, āre. [καμπυλιάζω] *In modum arcus curuare.* Plin. 29, 6 Illam autem, quae non arcuatur, ſepa Graeci vocant, alii ſcolopendram. *De multipedis terrae vermibus loquitur.*

ARCVĀTVS, a, um. [καμπύλος] *Curuatus in modum arcus. dicitur et* ARQVATVS. Liu. 1, 21 Ad id ſacrarium Flamines bigis curru arcuato vehi iuſſit, *i. tecto, velut fornice.* Opus arcuatum *ſaepe memorat* Frontin. de aquaed. *v. g.* art. 3 *vbi* ſubterraneus riuus, ſubſtructio (*ſolida*) et opus arcuatum *diſtinguuntur. Hoc eſt, Poleno interprete; quod fornices, i.* arcus *pilis ſuffultos habet. Videndus laudatiſſimus Polenus.* Plin. Epiſt. 10, 46 Ipſe perueni ad fontem puriſſimum, ex quo videtur aqua debere perduci — arcuato opere, ne tantum ad plana ciuitatis et humilia perueniat. *Eſt itaque* arcuatum opus *aquae ductus, altis fornicibus impoſitus. De Iride* Ouid. Met. 11, 590 Induitur velamina mille colorum Iris, et arquato caelum curuamine ſignans. ❡ 2 Arquatus morbus dictus, qui Regius dicitur, quod arcus ſit concolor de virore, vel quod ita ſtringat corpora, vt in arcum ducat. *Haec* Non. 1, 151 *priora certe recte; quae firmat* 5, 14 Vnde et arquati dicuntur, quibus color et oculi virent, quaſi in Arqui ſimilitudinem. *Priore loco laudat etiam* Varronem Eumenidibus, Nam vt Arquatis et lutea quae non ſunt, et quae ſunt, lutea videntur; ſic inſanis ſani et furioſi videntur eſſe inſani. Scribon. Comp. 110 Auruginem, quam quidam regium, quidam Arquatum

morbum vocant. *Add.* Comp. 127 Ad auruginem, quod vitium Arquatum quidam vocant. *Idem* 126 *et* 170 Arquatos *vocat, eo morbo laborantes.* Celſus 3, 24 Aeque notus eſt morbus, quem interdum Arquatum, interdum regium nominant. Columel. 7, 5, 18 Arcuato pecori remedium. Plin. 22, 24 ſ. 53 Varro regium cognominatum morbum Arquatum tradit, quoniam mulſo curetur. *Vid.* MORBVS REGIVS. *Et* 27, 12.

ARCVATILIS, e. *Arcuatus, i. fornicatus.* Sidon. Epiſt. 2, 2 Triclinium arcuatili camino ſaepe ignis animatus pulla fuligine infecit.

ARCVĀTIM. Adu. *In modum arcus.* Plin. 29, 6 Millepeda, ab aliis centipeda aut multipeda dicta: animal eſt e vermibus terrae piloſum, multis pedibus arcuatim repens, tractuque contrahens ſeſe.

ARCVATIO, ōnis. f. Frontin. de Aquaeduct. Rom. *ponit pro opere arcuato, v. g.* art. 5 ſubſtructione et arcuatione. *It.* art. 18 ſubſtructionibus arcuationibusque. *etc. Vid. modo* Arcuatum opus.

ARCVBALISTA, ae. f. *Teli genus, quod* deſcribere ſuperfluum *putabat* Veget. 4, 22, *quia* praeſens vſus agnoſcebat. Arcum *ſagittis maioribus adbibitum, credibile eſt.* Idem 2, 15 Ad arcubaliſtas dirigere ſagittas.

ARCVBALISTARIVS, i. m. Veget. 4, 21 Arcubaliſtarii ſagittis ſubmouent hoſtes.

ARCVITES, *vel* ARQVITES. Arcu praeliantes, qui nunc dicuntur ſagittarii, Feſtus. *Corruptum per Syncopen ex* Arcitenentes *putat Reineſ. V. L.* 2, 14 p. 237 *ad ſimilitudinem* Equitum, Velitum, Peditum, Armitum.

## A R D

ARDEA. ['Αρδέα] *Vrbis nomen in Latio: ardoribus aeſtiuis infamis.* Martial. 4, 60 Ardea ſolſtitio, Caſtranaque rura petantur, Quique Cleonaco ſidere feruet ager. *Vel forſan a ſitu arduo dicta eſt, vt vult* Seruius in Virgil. Aen. 7, 411 — locus Ardua quondam Dictus auis, et nunc magnum tenet Ardea nomen. *Ex* Ardeae *ab Troianis crematae cineribus euolaſſe* Ardeam *auem, ſabulatur* Ouid. Met. 14, 573. *Nempe* ¶ 2 Ardea, [ἐρωδιὸς] *Auis eſt*, ſic dicta quaſi Ardua, *inquit* Seruius, quae quum altius volauerit, ſignificat tempeſtatem Virgil. Georg. 1, 364 Atque altam ſupra volat ardea nubem.

ARDEAS, ātis; *vel* ARDEATINVS. Adi. *ab vrbe Ardea ductum.* ['Αρδιαῖος] Cic. de Natur. Deor. 3, 47 Cui in agro Ardeati rem diuinam facere ſolemus. Legitur et *Ardeatinus* ager. Columel. 3, 9.

ARDEŎLA. Dimin. *ab aui* Ardea Plin. 10, 60 *et* 30, 15.

ARDELIO, ōnis. m. [πολυπράγμων] *Homo inquietus, et huc atque illuc ſemper inſtar* ardeolae, *vnde dictum putant, volitans, ſaliens, manus iactans, togam modo deiiciens, modo reponens, et omnibus negotiis ſeſe immiſcens.* Martial. 2, 7 Nil bene quum facias, facis attamen omnia belle: Vis dicam qui ſis? magnus es ardelio. Deformius omnino nihil eſt ardelione ſene Martial. 4, 79. *Pulchre haec natio deſcribitur a* Phaedro Fab. 2, 6

Eſt Ardelionum Romae quaedam natio,
Trepide concurſans, occupata in otio,
Gratis anhelans, multum agendo nil agens.
Sibi moleſta, et aliis odioſiſſima.

ARDEO, ſi, ſum, ēre. [πυρίσσω, καίομαι, αἰθαλόω] *Igneſcere et concremari.* Nam tua res agitur, paries quum proximus ardet Hor. Epiſt. 1, 18, 84. Virgil. Aen. 2, 311 — iam proximus ardet Vcalegon, *i. domus illius.* Plin. 12, 14 Tus probatur carbone, vt ſtatim ardeat. Horat. Serm. 1, 8, 44 Vt imagine cerea (*int. iniecta et liquefacta*) Largior arſerit ignis. Ardet in immenſum geminatis ignibus Aetne Ouid. Met. 2, 220. Ardere, *actiua ſignificatione, pro Adurere poſitum volunt.* Virgil. Georg. 4, 426 Iam rapidus torrens ſitientes Sirius Indos Ardebat. *Sed praeſtat ita conſtructam putare orationem*, Iam Sirius rapidus ardebat, torrens Indos ſitientes. *Alia longe ratio eſt in illo* Ardebat Alexin, *de quo ſtatim n.* 2. Ardent altaria, impoſitis fibris Virg. Georg. 3, 490. *Hinc* Ardere, *eſt fulgorem et ſplendorem emittere.* Idem Aen. 4, 262 — Tyrioque ardebat murice laena. Columel. 9, 3, 2, *de apibus*, Virgilius (Georg. 4, 98) maxime probat paruulas, oblongas, leues, nitidas, ardentes auro, et paribus lita corpora guttis. *Vid. mox* ARDENS. Virgil. Aen. 11, 602 — campique armis ſublimibus ardent. Idem Aen. 7, 644 — quibus arſerit armis. *Vbi* Seruius, Aut ſplenduerit, aut amore flagrauerit. *Sic de vultu irati* Cic. Verr. 4, 148 c. 66 Quum ſpumas ageret in ore, arderent oculi. ¶ 2 *Vehementiam cupiditatis ſignificat*, et *ortam hinc feſtinationem.* Virgil. Aen. 12, 71 Ardet in arma magis. Idem Aen. 9, 652 Atque his ardentem dictis affatur Iulum. Seruius, Ardentem deſiderio dimicandi. Idem Aen. 1, 423 Inſtant ardentes Tyrii. *Vbi* Seruius, Ardentes, multum feſtinantes. Virgil. Aen. 4, 281 Ardet abire fuga. *Sic* Auidi coniungere dextras ardebant Idem Aen. 1, 514. *Speciatim ad amorem pertinet.* Ouid. Met. 4, 62 Ex aequo captis ardebant mentibus ambo. *Et* de Rem. Am. 13 Si quis amat, quod amare iuuat, feliciter ardet. Ardere aliquem, *eſt Impatienter amare.* Virgil. Ecl. 2, 1 Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexim. *Drakenborch. ad* Sil. 5, 15 Horat. Od. 4, 9, 13 Comtos arſit adulteri crines, *int. propter. Sed etiam cum ablatiuo.* Horat. 2, 4, 7 Arſit Atrides medio in triumpho virgine rapta. *Et* 3, 9, 5 Donec non alia magis Arſiſti. Idem Epod. 14, 9 Non aliter Samio dicunt arſiſſe Bathyllo Anacreonta Teïum. Sil. 5, 15 Ardens puero. *In his intelligitur* in, *quod non nunquam exprimitur, vt* Ouid. Ep. 4, 99 Arſit et Oenides in Maenalia Atalanta. *Sic* Merito deus arſit in illa Idem Met. 8, 50. *Et* 9, 724 Ardetque in virgine virgo. *Etiam ſic* Ardebat amore illius hoſpitae Cic. Verr. 2, 116. ¶ 3 *Sed alios quoque affectus exprimit.* Ardere, *furere, vel iraſci* Virgil. Aen. 10, 514 Ardens limitem agit ferro. *De oratoris affectu* Cic. de Orat. 2, 188 Tanta vis animi, tantus impetus, tantus dolor oculis, vultu, geſtu *etc.* vt mihi non ſolum tu incendere iudicem, ſed ipſe ardere videaris. Cic. pro Cael. 37 c. 16 ex Caecilio, Nunc enim demum mihi animus ardet: nunc meum cor cumulatur ira. Animus ardet ad vlciſcendum Caeſ. Bell. Gall. 6, 33. Ad reprehendenda aliena dicta et facta ardet omnibus animus Salluſt. de Rep. Ord. 1 ſub fin. *Hoc ſenſu diuerſa nomina recipit, quibus iungitur.* Amore ardere Ter. Eun. 1, 1, 27. Auaritia Cic. de Fin. 3, 36. Id. Att. 6, 5 Quum arderet Syria Bello. Orbis terrarum ardet Bello Idem Fam. 4, 1. *Et* de Legib. 2, 43 c. 14 Ardentes cum Cupiditate, tum Metu, tum Conſcientia. Cic. de Clar. Orat. 302 Ardebat autem Cupiditate ſic, vt in nullo vnquam flagrantius ſtudium viderim. Cupiditate incredibili Idem Fam. 5, 12 pr. Varro de R.R. 3, 17, 9 In Baiano (*aedificando*) tanta ardebat Cura, vt architecto permiſerit *etc.* Curis flagrantibus Sil. 16, . . Deſiderio Cic. Tuſc. 4, 37. Idem Att. 2, 19 Ardet Dolore et Ira noſter Pompeius. Doloribus podagrae Id. de Fin. 5, 94. Feruore nimio ſolis ardere Iuſtin. 2, 1, 6. Furore. Iam hic, quo nunc omnia ardent, conticeſcet furor Liu. 2, 29. Cic. Orat. 32 c. 10 Ergo omnibus terris vna Gallia communi non ardet incendio, *de odio magiſtratuum Romanorum.* Flagitio Plaut. Caſ. 5, 3, 1, *de aeſtu pudoris.* Plin. Epiſt. 4, 11 Ardebat ergo Domitianus et crudelitatis, et iniquitatis infamia. Inuidia ardet, *cui inuidetur* Liu. 5, . . Inuidia ardet res Cic. Q. Fratr. 2, 14. Ira et dolore Cic. Att. 2, 19. Iracundia Ter. Andr. 3, 2, 12. Cic. Philipp. 4, 4 Ardens, odio veſtri, cruentus ſanguine ciuium Romanorum. *Add.* Phil. 5, 42 c. 16. ¶ 4 *Praeteritum antiquum* ARDVERVNT *eſt in* Inſcr. Fatr. Arual. *quae etiam habetur in Geſneri Scriptt. rei ruſt. poſt* Caton. p. 127. Cic. pro Milon. 39 c. 15 Omnia in illum odia ciuium ardebant deſiderio mei. Studio belli Idem pro Deiot. 29 c. 10. Studio hiſtoriae Id. Att. 16, 13. Studio et amore alicuius Cic. Q. Fratr. 1, 2. Studio veri reperiendi Idem Acad. 4, 65. Horat. Epiſt. 2, 1, 95 *de Graecia.* Nunc athletarum ſtudiis nunc arſit equorum.

ARDENS. Partic. [αἴθων] *Praeter ſuperiora exempla:* Clypei ardentes, *Fulgentes* Virgil. Aen. 2, 734. Color ardentiſſimus Plin. 21, 4 *de roſa in coronis.* Equi ardentes Virgil. Aen. 1, 476 *Vbi* Seruius, Ardentes, et candidos ſignificat et volucres. Plin. 20, 20 Ardentibus febribus imponitur cum polenta. Horae diei ardentiſſimae Idem. 31, 3. Cic. Att. 14, 10 Ardentes in eum literas ad me miſit, *i. vehementes.* Nubes ardens Virg. Aen. 7, 142 *Vbi* Seruius, alii Fulmen nubem ardentem dicunt, vt Lucan. (10, 503 *de lampade meteoro*) — *atque ardens aëre ſolo*, quos hoc loco ſequutus eſt. Alii fulmen dicunt aëris ſciſſione ardentem rimam, quos alibi ſequitur dicens, (8, 392) *Ignea rima micans percurrit lumine nimbos. Haec* Seruius. Oculi ardentes, *i. fulgentes* Virgil. Georg. 3, 505. Cic. in Orat. 132 c. 38 Nec vnquam is, qui audiret, incenderetur, niſi ardens ad eum perueniret oratio. Papulae, *i. Carbunculi* Virgil. Georg. 3, 564. Precatio ardens, *v. h. v.* Studio quidem ardenti hoc fortaſſe efficiam Cic. Q. Fratr. 2, . . Studio ardentiore petere, *pro Vehementiore* Idem de Fin. 2, 61 c. 19. Virtus Virgil. Aen. 6, 130. *i. magno ſtudio incitata.* Ardentes et erectos vos ad libertatem recuperandam adhortabor Cic. Philipp. 4, 11 c. 5.

ARDENTER, ardentius, ardentiſſime. Adu. [καυστηρῶς] Plin. 12, 19 Auſtros ibi tam ardenter flare, vt aeſtatibus ſiluas accendant inuenimus apud auctores. Ardenter cupere, *i. Vehementer* Cic. Tuſc. 4, 39 c. 17. *Sic* Ardentius appetere Idem de Fin. 4, 16. Ardentius ſitire Id. Tuſc. 5 c. 6. Cupere Plin. Ep. 8, 10. Ardentiſſim diligere Idem Ep. 6, 4.

ARSIBILIS, e. [καύσιμος] *Arſibilis, cremabilis* Vet. Gloſſ.

ARSVRA, ae. Arſura ſtomachi Apul. de Herb. c. 118 *al. Sod dicta.*

ARSVRVS. Partic. [καυσόμενος] Ouid. Met. 14, 747 Luridaque arſuro portabat membra feretro. *Add.* 2, 620. Comae arſurae Virg. Aen. 11, 77.

ARSVS, a, um. *Pro, Toſtus* Plin. Valer. 2, 9.

ARDESCO, ēre. [φλέγομαι, αἴθω] *Inchoatiuum, vel idem quo Ardere.* Virgil. Aen. 1, 717 Expleri mentem nequit, ardeſcitque tuendo, *magis, magisque amat.* Plin. 33, 3 Primum autem bonitati auri argumentum eſt, quam difficillime accendi. Praeterea mirum, prunae violentiſſimae igni indomitum, palea citiſſime ardeſcere, *i. candeſcere. Conf.* Idem 37, 3. Ardeſcere in iras Ouid. Met. 5, 4 Ardeſcunt caede Idem Met. 12, 240. *i. iraſcuntur.* Ardeſcere facile *i. facile flammam concipere* Lucret. 6, 898. Ardeſcere lyaeo, *i. incaleſcere mero* Sil. 11, 304. Ardeſcit dira cupidine pectus Lucret. 4, 1084. Ardeſcere Venere Id. 5, 895. Ardeſcere in inceſtas nuptias Tacit. Ann. 11, 25. Pugionem aſperari ſaxo, et in mucronem Ardeſcere iuſſit Idem Ann. 15, 54.

ARDIFER, a, um. Varro *apud* Non. 4, 27 Non videtis, vnt vt paruulus Amor ardifera lampade arida Agat amantes aeſtuantes

ARDOR, ōris. m. [καύσων] *Vehemens calor et incendium.* Cic. Acad. 4, 119 c. 37 Fore tamen aliquando, vt omnis hic mundus ardore deflagret. Plin. 14, 16 Singulare remedium habent ad refrigerandum in morbis corporum ardores. *Conf.* Lucan. 9, 402. *Metaph.* Cic. de Orat. 1, 134 Craſſus arridens, Quid cenſes, inquit, Cotta niſi ſtudium et ardorem quendam amoris? Idem Off. 1 c. 15 Beneuolentiam non adoleſcentulorum more ardore quodam amoris, ſed ſtabilitate potius et conſtantia iudicemus. Cic. in Orat. 93 c. 24 Ardor animi non ſemper adeſt: isque quum conſedit, omnis illa vis, et quaſi flamma extinguitur. Liu. 34, . . In medio ardore belli Cic. in Catil. 3, 18 c. 8 Viſas nocturno tempore ab occidente faces ardoremque caeli *etc.* Cupiditatum omnium ardore reſtincto Idem de Fin. 1, 43 c. 13. Flammae ardor feruidus Lucret. 5, 205. Nubium conflictu ardor expreſſus, ſi ſe emiſerit, id eſſe fulmen Cic. de Diu. 2, 44 c. 19. Oculorum ardor Idem pro Corn. Balb. 49. Stomachi ardores mitigant folia vitium Plin. 23, 1 ſ. 3. Cic. de Diuin. 1, 80 Vidi ſaepe in Aeſopo, familiari tuo, tantum ardorem vultuum atque motuum, vt eum vis quaedam abſtraxiſſe a ſenſu mentis videretur. Flammeus ardor exederat ſiluas ab radicibus Lucret. 5, 1251. Generoſus Sen. Octau. 55. Inſatiatus ardor Stat. Theb. 6, 306. Ardor Sirius Columel. 10, 289. Trux ardor Sil. 17, . . Defendere nimios ſolis ardores Cic. de Senect. 53. Dehiſcit ardore terra Virg. Georg. 3, 432. Diſſimulare ardorem Tibull. 4, 12, 6. Diſſipare ardorem in omnes partes Lucret. 2, 210. Edendi ardor Ouid. Met. 8, 828. Feruebit muſtum ardore primo Pallad. Oct. 9. Fugare ardorem vetitum de corde Ouid. Met. 9, 501. Habet omnes idem ardor Virgil. Aen. 4, 581. Intendebant exercitus ardorem tribuni Tacit. Ann. 12, 35. Iniit eum magnus laudis ardor Stat. Theb. 12, 73. Iniicere ardorem, *vid.* INIICIO. Concurſusque graue ſtellarum ardore micantes Cic. de Diuin. 1, 18. Torreri ſolis ardore Idem in Somn. Scip. 15. Haec meus ardor erit Ouid. Faſt. 2, 308. *i. amata.* Lucret. lib. 2, 252 Siue voluptas eſt, ſiue eſt contrarius ardor, *i. affectus, nempe dolor.*

ARDVVS, a, um. [δυσχερὴς, χαλεπὸς, δυσφερὴς] *Altum, atque ob id ipſum difficile et moleſtum.* Salluſt. in Catil. 3 At mihi quidem tametſi haudquaquam par gloria ſequatur ſcriptorem et auctorem rerum

rum: tamen in primis arduum videtur, res geſtas ſcribere. *Quod verbum exponens* Gell. 4, 15 Sed Arduum Salluſtius non pro Difficili tantum, ſed pro eo quoque ponit, quod Graeci δυχερὲς aut χαλεπὸν appellant: quod eſt cum difficile, tum moleſtum quoque et incommodum et intractabile. Arduum, δυςχερὲς, δύςαντες, σκληρὸν, ὑψηλὸν. Vet. Gloſſ. *Sed optime ex ſubſtantiuis, quibus iungitur, poteſt intelligi.* Aether Ouid. Met. 1, 151. *Et* Virgil. Georg. 1, 324. Ager cliuis Varro R. R. 1, 18, 4. Aſcenſus Cic. de Orat. 2, 261. *Et* Caeſ. Bell. Gall. 2, 33. Aſcenſu difficili et arduo erat oppidum Cic. Verr. 4, 51 c. 23. Liu. 24, . . Eadem cauſa ad ſubeundum, arduum aditum inſtabilemque ingreſſum praebebat. Cedrus Ouid. Amor. 1, 14, 12. Ceruix equi Virgil. Georg. 3, 79. Horat. Serm. 1, 2, 89. Cliuus arduus in valles Ouid. Faſt. 1, 264. *De profunditate, ad quam via ſit difficilis.* Collis arduus et deruptus Tacit. Ann. 2, 80. Ardua per praeceps Gloria vadit iter Ouid. Triſt. 4, 3, 74. Mundus arduus Virgil. Georg. 1, 240. *Vbi* Seruius, Arduus, Excelſus, et ſummo vertice artatus. *De ſeptentrionali regione.* Operis ardui erat, *i. maximi laboris* Plin. 8, 16. Per arduum ſcandere Horat. Carm. 2, 19, 21. Promiſſa ardua Claudian. in Eutrop. 2, 316. *i. immenſa et magnifica.* Cic. de Inuent. 2, 163 Patientia eſt honeſtatis, aut vtilitatis cauſa, rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpeſſio. Hor. Carm. 2, 3, 1 Aequum memento rebus in arduis Seruare mentem. Ouid. de Ponto 3, 9, 23 Ardua res viciſſe alios. Ardua res haec eſt, opibus non tradere mores Martial. 11, 5. Plin. 17, 4 Sed idem ſolum vbicunque, arduum opere, difficile cultu, bonis ſuis acrius paene quam vitiis poſſet, affligit agricolam. Via Ouid. Met. 2, 63. Ardua virtutem profert via Sil. 2, 578. Neç id aquis arduum eſt, Sen. Qu. N. 3, 28. *i. per naturam aquarum poteſt fieri.* Virg. Aen. 9, 53 Campo ſeſe arduus infert, *i. ferox, erecta ceruice.* Ardua, *et* Ardua terrarum, *pro ſublimibus locis.* Virg. Aen. 5, 695 *Vbi* Seruius, Ardua terrarum, periphraſis montium. Liu. 2, 65, 3 Fixis in terram pilis, quo leuiores in ardua euaderent, curſu ſubeunt. Amantes ardua dumi, *i. Colles* Virg. Georg. 3, 315. Ardua caſtellorum exſcindere Tacit. Ann. 11, 9. Magnum opus omnino et arduum Brute conamur: ſed nihil difficile amanti putato Cic. in Orat. 13 c. 10. Ardua molimur: ſed nulla niſi ardua vincunt Ouid. de Art. Am. 2, 537.

ARDVITAS, ātis. [τὸ ἄναντες, χαλεπότης] Varro de R. R. 2, 10, 3 Neque enim ſenes, neque pueri collium difficultatem, aut montium arduitatem atque aſperitatem facile ferunt.

## A R E

AREA, ae. [δάπεδον] proprie dicitur (*auctore* Feſto) Locus vacuus, quaſi exaruerit, et non poſſit quicquam generare. Varro de L. L. 4, 4 Loca in vrbe pura, areae. Florent. in l. fundi 215 de verb. ſig. Locus, *inquit*, ſine aedificio in vrbe area, rure autem ager appellatur. Vitruu. 1, 7 Diuiſis angiporris, et plateis conſtitutis, arearum electio ad opportunitatem et vſum communem ciuitatis eſt explicanda aedibus ſacris, foro, reliquiſque locis communibus. Et ſi erunt moenia ſecundum mare, area vbi forum conſtituatur, eligenda proxime portum. *Locum ergo in quo domus conſtituenda ſignificat.* Ponendaeque domo quaerenda eſt area primum Hor. Epiſt. 1, 10, 13. *Verum de agris et vineis etiam* Colum. 5, 1, 4 Modus omnis areae pedali menſura comprehenditur. *Hinc metaphor. pro ſpatio, campo:* Patet in curas area lata meas Ouid. Heroid. 1, 72. Id. Faſt. 4, 10 Nunc teritur noſtris area maior equis. *Nec tamen repugnauerim, ſi quis haec de Amphitheatri* area *velit ſumere, de qua* n. 5. *Haec in genere. Iam ſpecialius de quibus rebus dicatur* Area, *videamus. Igitur* ¶ 2 Area *in vrbibus dicitur medium ſpatium vacuum inter aedificia. Sic* Area Fori Gell. 13, 24. Area Palatina ibid. 11, 10. Area Capitolina Suet. Calig. 22. Liu. 25, 3 Cui (*multae*) certandae quum dies aduениſſet, conciliumque tam frequens plebis adeſſet, vt multitudinem area Capitolii vix caperet. Cic. Q. Frat. 2, 8 A puero vt diſceſſi, in aream tuam veni. Plinius *ſolet addere Genitiuum* Domus, *vt* Epiſt. 6, 20 Reſedimus in area domus. *Et* 7, 27, 10 Deflexit in aream domus. *Sic dicitur* Ius auertendi ſtillicidium in tectum vel aream vicini: L. 2 D. de Seruit. praed. vrb. *it.* ib. l. 20. Paruula, ſed feſtiua area Plin. Epiſt. 2, 17, 4. ¶ 3 Area, *Vbi frumenta triturantur et excutiuntur*, [ἀλωὰ, ἅλων] Locus frumentis et caeteris leguminibus exprimendis factus Vlpian. Dig. 14 §. 3 de alim. vel cibis leg. *Quomodo paretur, docet* Cato R. R. 91 et 129 Aream vbi frumentum teratur, ſic facito. Confodiatur minute terra, amurca bene conſpergatur, vt combibat quam plurimum. Comminuito terram, et cylindro aut pauicula coaequato. vbi coaequata erit, neque formicae moleſtae erunt, et cum pluerit, lutum non erit. Varro 1, 51 Aream eſſe oportet in agro ſublimiori loco, quam perflare poſſit ventus — potiſſimum rotundam, et mediam paullo extumidam — ſolida terra pauitam *etc.* *Tandem* Columel. 2, 20 Area quoque ſi terrena erit, vt ſit ad trituram ſatis habilis, primum radatur, deinde confodiatur, permiſtisque paleis cum amurca, quae ſalem non accepit, extergatur: nam ea res a populatione murium formicarumque frumenta defendit. tum aequata pauiculis vel molari lapide condenſetur, et rurſus ſubiectis paleis inculcetur, atque ita ſolibus ſiccanda relinquatur. Virg. Georg. 1, 178 Area tum primum ingenti eſt aequanda cylindro. Col. 2, 21, 2 Vt potius in area et in aceruo, quam in agro grandeſcant frumenta. Imbri frumenta corrumpi in area patiebatur Cic. Verr. 3 c. 14. Id. ibid. 3, 36 Ne quis frumentum de area tolleret. Hor. Carm. 1, 1, 10 Quidquid de Lybicis verritur areis. Idem Serm. 1, 1, 45 Millia frumenti tua triuerit area centum. Area dum meſſes ſole calente teret Tibull. 1, 5, 22. *Metaphorice* ¶ 4 Areae *in hortis, quadrata quaedam ſpatia, probe ſubacta et coaequata, in quae mox ſemina iaciantur. Ponamus etiam diſertam deſcriptionem* Columel. 11, 3, 13 Igitur ſolum, quod conſerere vere deſtinauerimus, poſt autumnum patiemur effoſſum iacere, brumae frigoribus et pruinis inurendum. Quippe e contrario, ſicut calor aeſtatis, ita vis frigoris excoquit terram, fermentatamque ſoluit. Quare peracta bruma tum demum ſtercus iniicitur, et circa Idus Ianuarias humus refoſſa in areas diuiditur: quae tamen ſic informandae ſunt, vt facile runcantium manus ad dimidiam partem latitudinis earum perueniant: ne qui perſequuntur herbas, ſemina proculcare cogantur, ſed potius per ſemitas ingrediantur, et alterna vice dimidias areas eruncent. Cic. in Prad. 7 Prata et areas quaſdam magno aeſtimant. Plin. 19, 4 ſ. 20 *iubet hortos* areis diſtingui, eaſque reſupinis puluinorum toris, ambiri ſingulas tramitum ſulcis, qua detur acceſſus homini, ſcatebriſque decurſus. Area ſcelerum, *per translationem quibusdam videtur eſſe* Cic. Att. 9, 18 Reliqua, ô dii, qui comitatus: quae (vt tu ſoles dicere) νεκύια, in qua erat area ſcelerum. *Sed locus dubius eſt, et multum variat ſcriptura.* ¶ 5 Area *eſt arena circi et ſpatium.* Martial. 7, 31 Per varias artes, omnis quibus area ſeruit, Ludere, cum liceat currere, pigritia eſt. Claudian. de 6 Conſ. Hon. 621 Haec et belligeros exercuit area luſus. *Add.* Arnob. 7 p. 244 *vbi* Circi aream mediam *appellat. Hinc Scaliger* ad Manil. 3, 560. *et Scriuer. ad* Martial. 10, 24 *explicant hunc ipſum verſum,* Sed vitae tribus areis peractis, *vti dicant*, aream *eſſe exhibitionem vnius diei, miſſuum XXV, quos probant ex Varrone apud* Seru. ad Georg. 3, 18. *Sed cum ſint libri* Martialis, *in quibus non LXXV anni, ſed* LXXXIV *deſcribantur, ſecundum hos* Area *erit notatio annorum XXVIII, neque hoc ſine auctoritate. Nam* ſeptena curricula *peragebant quadrigae (vid. Stewech. ad illud* Arnobii 7 p. 245 replicantes gyros ſeptem) *efficiuntur itaque a quaternis totidem factionum quadrigis curricula XXVIII. Haec interpretatio, praeterquam quod cum libris conuenit, qui* areis *habent optimi quique; etiam hoc habet commodi, quod ſic vita comparatur cum curriculo, cum anfractibus etc.* ¶ 6 *Vitium cutis* Area *vocatur.* Celſ. 6, 4 Arearum duo genera ſunt. Commune vtrique, quod emortua ſumma pellicula pili primum extenuantur, deinde excidunt *etc.* *De hac* Martial. 5, 50 Nudum eſt in medio caput, nec vllus in longa pilus area notatur. ¶ 7 Salinaria area Vitr. 8, 3. *eſt locus, vbi ſal aduſtioni ſolis exponitur.* ¶ 8 *Area aucupii.* Auceps quando concinnauit aream, offundit cibum Plaut. Aſin. 1, 3, 64. ¶ 9 Tertull. ad Scap. 3 Sub Hilariano Praeſide cum de Areis ſepulcrorum noſtrorum acclamaſſent, AREAE NON SINT! areae ipſorum non fuerunt. Meſſes enim ſuas non egerunt. ¶ 10 *De Halone Meteoro vtitur* Sen. Qu. Nat. 1, 2.

AREŎLA. Dimin. *ab* Area *hortorum.* [ἀλώνιον] Columel. 11, 2, 30 Viridium ſemina in areolas differere. Id. 10, 362 Ter circum areolas et ſepem ducitur horti. Areola domus Plin. Epiſt. 5, 6. Areola, αὐλῶν Onomaſt. Vet.

AREĀLIS, e. *Ad aream pertinens.* Seru. in Georg. 1, 166 — vannus Iacchi, *i.* Cibrum areale.

AREATOR, ōris. m. *Volunt eſſe, qui aream purgat. Columel.* 2, 21, 6 *Sed conſtanter et recte legitur*, Supremum eſt aratoris emolumentum.

AREFACIO, *vid.* AREO.

ARĔLAS, ātis. *et* ĂRELĀTE, es. f. *Galliae Narbonenſis vrbs iuxta Rhodanum.* Auſonius in vrbium catalogo c. 8 Prode duplex Arelas: quam Narbo Martius, et quam Accolit Alpinis opulenta Vienna colonis.

ARELATENSIS, e. Ager Arelatenſis Plin. 10, 42.

ARELLIVS, *nomen Romanum.* Hor. Sat. 2, 6, 78 Nam ſi quis laudat Arelli ſollicitas ignarus opes *etc.*

ARĒMŎRĬCA, *Galliae regio, de qua* Plin. 4, 17. Caeſ. Bell. Gall. 7, 75 Vniuerſis ciuitatibus quae Oceanum attingunt, quaeque eorum conſuetudine Aremoricae appellantur. Rutil. Itin. 1, 213 Cuius Aremoricas pater Exſuperantius oras *etc.* Legitur et ARMORICA.

ĂRĒNA, ae. [ἄμμος, ψάμμαθος, ψάμμος, ἄμαθος] *Terra arida non cohaerens, vel minutiſſimi ſilices etc.* Virg. Aen. 1, 172 *pro litore poſuit, in quo eſt arena:* Optata potiuntur Troës arena. *Vbi* Seruius, Arena: quaeritur habeat, necne, nomen hoc aſpirationem. et Varro ſic definit: Si ab ariditate dicitur, non habet: ſi ab haerendo, vt in fabricis videmus, habet: melior tamen eſt ſuperior etymologia. *Conf.* Chariſ. p. 80. et Vel. Long. p. 1230. *Hodie fere* Arenam *malunt viri docti. De numero* Gell. 19, 8 *ex* Iulii Caeſaris de analogia libro primo *negat*, Harenam multitudinis ſignificationem pati. *Deinde poſt diſputationem de* Quadriga, *addit*, Eandem quoque de *harena* rationem habendam, et in ſpecie diſpari. nam quum *harena* ſingulari numero dicta, multitudinem tamen et copiam ſignificet minimarum, ex quibus conſtat, partium, indocte et inſcite *harenae* dici videntur: tanquam id vocabulum indigeat numeri amplitudine, quum ei ſingulariter dici ingenita ſit naturalis ſui multitudo. Harenas autem πληθυντικῶς dictas minore ſtudio quaerimus, quia praeter C. Caeſarem, quod equidem exmeminerim, nemo hoc doctorum hominum dedit. *Si hoc vult, neminem vſum eſſe hoc plurali, falſus eſt, vt quae iam dabimus oſtendent. Sed potius eſt, vt ipſe Caeſarem erroris poſtulet. Plurali vſus* Virg. Georg. 2, 106 Diſcere, quam multae Zephyro turbentur arenae. *Et dabimus mox plura exempla.* Pallad. 1, 10, 3 Arenae Foſſiciae genera ſunt tria, Nigra, Cana, Rufa. — Si Foſſilis arena non fuerit, de fluminibus glarea aut litore colligetur. *Vid.* Vitruu. 2, 6, *cui ſua debet Palladius.* Arena numero carens Hor. Carm. 1, 28, 1. Arentes arenae Id. ibid. 3, 4, 32. Bibula Virg. Georg. 1, 114. Ouid. Epiſt. 19, 201. Flauentes Virg. Georg. 3, 350. Fulua Id. Aen. 5, 374. Molles Ouid. Amor. 2, 11, 47. Pingues Columel. 2, 10. Putres Idem in praef. 1, 24. *i. tenues et minime cohaerentes.* Arena ſabuloſa Scribon. 144 quae cum vrina exit. Sicca Virg. Georg. 1, 389. Sterilis Id. ibid. 1, 70. Tenuis Claud. de Bell. Gild. 398. ¶ 2 *Verba.* Ouid. Ib. 314 Acta noto vultus condat arena tuos. Virg. Aen. 5, 34 Et tandem laeti notae Aduertuntur arenae, *i. litori.* *Sic* Arcere arena aliquem, *A litore prohibere* Virg. Aen. 6, 316. *Et iam laudauimus* Aen. 1, 172. Aret arenis ſiccis humus Ouid. Met. 15, 268. Eructare arenam dicitur gurges aeſtuans Virg. Aen. 6, 297. Eiectare arenam dicitur Typhoëus Ouid. Met. 5, 353. Id. Triſt. 5, 6, 43 *de labore ſuperuacuo*, His qui contentus non eſt, in litus arenas, In ſegetem ſpicas, in mare fundat aquas. Fuſus arena Lucan. 9, 882. *h. e. non ſtrata aut veſte, aut fronde, aut culmis.* Libare arenam pedibus, *Celeriter adeo per arenam decurrere, vt illam pedibus vix leuiter tangas, nullis veſtigiorum notis impreſſis.* Ouid. Met. 10, 653 Signa tubae dederant, quum carcere miſſus vterque Emicat, et ſummam celeri pede libat arenam. Miſcentur arenae aeſtu Virg. Aen. 3, 557. Mordere arenas ore Ouid. Met. 9, 61. *i. victum in pugna proſterni.* Potiri arena optata, *pro Litore* Virg. Aen. 1, 172. *Sic* potitur claſſis arena, *pro ad litus deuenit* Ouid. Met. 13, 729. Impingere *aliquem* arenae *dicitur fortuna, aut ventus.* Lucan. 5, 697. Claud. de Nupt. Hon. 148 *de Tritone*, Iam quarto Paphias tractu ſulcabat arenas. *i. in litus vadoſum appulſus eſt, vbi iam non mare, ſed arenas diuidebat.* Spargere arenam pedibus Virg. Ecl. 3, 87. Subiectat arenam vnda exaeſtuans Virg. Georg. 3, 241. Torquent arenas fluuii Id. ibid. 3, 350. Turbantur Zephyro arenae Id. ibid. 2, 106. ¶ 3 Arena *interdum Terram aridam ſignificat, et ſterilem.* Virg. Georg. 1, 70 Exiguus ſterilem nec deſerat humor arenam. Cic. de Lege Agr. 2, 71 c. 27 Vt vero quum omnes vrbes, agros, vectigalia, regna vendiderit, tum arenam aliquam, aut paludes emat, id vos poteſtis, quaeſo, concedere? ¶ 4 Arena *Amphitheatri qua* ſpargi *ſolebat, ne vel pugnantes foedarentur cruore occiſorum, vel cruor ſparſus ſpectantibus eſſet horrori, praeſertim in gladiatorum dimicatione.* Martial. de Spectac. 5 Quidquid fama canit,

donat arena tibi *i. exhibetur a te in Amphitheatro.* *Et* Ep. 4 *de turba delatorum,* Tradita Gaetulis, nec cepit arena nocentes. *i. Non ſunt puniti delatores in amphitheatro; ſed acti in exilium.* Nihil nobis eſt cum inſania circi, cum impudicitia theatri, cum atrocitate arenae Tertull. Apol. c. 38. *Conf. Lipſ. de Amphith.* c. 3. *Metaph.* Plin. Epiſt. 6, 12 Itaque Vectio priſco quantum plurimum potuero, praeſtabo: praeſertim in arena mea, (*in loco, in quo exerceri ſoleo*) *hoc eſt* apud Centumviros. *Sic* Arena *de ſede belli.* Prima ciuilis belli arena Italia fuit Flor. 4, 2, 18. In vrbe media et foro, quaſi arena, gladiatorio more concurrere Id. 3, 21, 1. *Add.* Id 4, 7, 6. *et* 3, 20, 4. *vbi tamen al.* ara. Arenam *de calculis numerorum dici vult Salmaſ.* in Tertull. de Pall. 469.

ARENACEVS, Adi. [ψαμμώδης, ἀμμαθινός] *Ex arena, vel arenae ſimilis.* Plin. 30, 15 Inueniuntur in corniculis cochlearum arenaceae duritiae. Semen Id. 21, 16. *Et* 17, 7 Eſt enim alba, ruffa, columbina, argillacea, tophacea, arenacea. *i. in qua eſt admiſta arena.*

ARENARIVM, i. Proprie omnibus locis non deſunt foſſicia arenaria Vitruu. 2, 6. *Add.* Id. 2, 4. *Idem nempe eſt, quod* Arenariae.

ARENARIVS. Adi. *Vt* Arenaria fera, *i. Amphitheatrialis, in illa arena exhibenda,* Amm. Marcell. 29, 7. *Sic* ¶ 2 *Subſtantiue* Arenarius *dicitur, qui in arenam pugnandi cauſa deſcendit, qui in arena pugnauit.* Caliſtratus l. 38. D. de oper. libert. Hae demum impoſitae operae intelliguntur, quae ſine periculo vitae praeſtari poſſunt. Nec enim arenarius manumiſſus tales operas praeſtare debet. *Vtitur quoque* Arcadius l. 21 D. de teſtibus. *Conf.* Tertull. de Spect. c. 22. *Sic* Arenarius Capitolino in Anton. Philoſ. c. 19 *cum laniſta,* ſcenicoque *coniungitur. Sed* ¶ 3 Tertull. de Pall. *ſub fin.* Primus numerorum arenarius *interprete Salmaſio* p. 468 *ſq. eſt, qui primo calculo pueros imbuit — nam* Arenae ψῆφοι *ſunt, ſiue calculi, quibus olim ad computandum vtebantur: ſic* primum numerorum arenarium τὸν πρῶτον Ἀριθμῶν ψηφιστὴν *vocauit. Mirum nihil adiecisse Salmaſium de Archimedis libro, cui is titulum fecit* ψαμμίτης, *id eſt* Arenarius, *in quo diſputat de numero arenae.*

ARENARIAE, ārum. [ψαμμαθεῖα] *Fodinae, in quibus foditur arena.* Cic. pro Cluent. 37 c. 13 In arenarias quaſdam extra portam Eſquilinam perductus occiditur. Neque lapidicinae, neque arenariae ad agriculturam pertinent Varr. R. R. 1, 2, 23.

ARENATIO, ōnis. f. *Calcis et arenae mixtura* Vitruu. 7, 3.

ARENATVS, a, um. [ψαμμαθώδης] *Quod arena mixtum eſt:* Cato de R. R. 18, 7 Poſtea caementis minutis, et calce arenato, ſemipedem vnumquodque corium ſtruito. *Et mox,* De glarea et calce arenato primum corium facito.

ARENĀTVM, i. n. [ἀμμοδωτόν] *int.* opus, *quod fit ex calce et arena.* Vitruu. 7, 3 *aliquoties. Add.* Ib. c. 4. Plin. 36, 23 ſ. 55 Tectorium quidem, niſi ter arenato et bis marmorato inductum eſt, non ſatis ſplendoris habet. *Et mox,* In Graecia tectoriis etiam arenatum, quod inducturi ſunt, prius in mortario ligneis vectibus ſubigunt. Id. 31, 3 ſ. 28 ſine arenato opus ſurgit, *i. ſoli ſibi lapides imponuntur non interpoſita calce arena mixta,* ne venae (*aquae in puteo*) obſtruantur.

ARENIFODINA, ae. L. 13 §. 5 ff. de Vſufr. *vid.* ARENARIAE.

ARENIVĀGVS. Adi. Lucan. 9, 941 Bis poſitis Phoebe flammis, bis luce recepta, Vidit areniuagum ſurgens fugienſque Catonem. *i. Vagantem per arenas Libyae.*

ARENŌSVS. Adi. [ἀμμώδης] *Quod arena abundat.* Vitruu. 2, 6 Genera terrae arenoſa. Virg. Aen. 4, 257 Litus arenoſum Libyae. Ouid. Met. 14, 82 Arenoſa terra. Regio Plin. 36, 16. Mas (*ſtibii*) minus radians et arenoſior Id. 33, 6 Lauatur, *vt,* quod ſit arenoſiſſimum, ſubſidat Id. 27, 4. *Add.* 26, 8 ſ. 52.

ARENVLA. Dimin. [ψαμμάθιον] Plin. 30, 3 Arenulae, quae inueniuntur in cornibus cochlearum, cauis dentium inditae, ſtatim liberant dolore.

AREO, ui, ēre. [ξηραίνομαι] *Aridum et ſiccum eſſe.* Plaut. Rud. 2, 6, 50 Vtinam fortuna nunc anatina vterer, vt quum exiiſſem ex aqua, arerem tamen. Virg. Ecl. 7, 57 Aret ager. Vbi arebit amurca Cato R. R. c. 69. Culmi arentes Colum. 2, 21. Arenae arentes Hor. Od. 3, 4, 31. Fluuius arens Virg. Aen. 3, 350. Arentem in ſiluam Id. ibid. 12, 522 Vbi Seruius, Arentem, pro Aridam. Sen. de Benef. 3, 8 Beneficium eſt, arentibus ſiti monſtrare fontem. Arente fauce pocula trahere Hor. Epod. 14, 4. *Sic* Ouid. de Rem. Amor. 617 Tantalus in media garrulus aret aqua. Aret ſuccis ademptis tellus Ouid. Met. 2, 211. Fauces arent Id. ibid. 6, 355. Arenti ore haurire Id. ibid. 14, 277. Arentem ſitim leuare Ouid. Epiſt. 4, 174. Plaga arens, *i. Regio calidior* Sen. Herc. fur. 319. *Africam intelligit.*

AREFACIO, ēci, actum, ēre. [ξηραίνω, αὐαίνω] *Aridum facere.* Cato cap. 69 Poſtea amurcam eximito, et arefacito. Plin. 13, 22. Arefacere et exſtinguere mammarum vbera Gell. 12, 1. Quum Siciliam ſterilis annus arefeciſſet Macrob. Sat. 5, 9. Arfacere *eſt ap.* Caton. R. R. c. 69. *poſt Victorium. Sic et* 125. 157, 12. *Tranſpoſitio vocis habetur* Lucret. 6, 962 Terram ſol excoquit, et facit are. Cortex arefacta ſole Scribon. 60. Arefacta in vmbra Scribon. 92. Iecur Arefactum 123.

AREFACIENS, entis. Alii luteas glebas arefacientes ſtruebant parietes Vitruu. 2, 1.

ARESCO, ēre. [αὐαίνομαι] *Significat Aridum fieri, exſiccari.* Plaut. Rud. 2, 7, 17 Da mihi veſtimenti aliquid aridi, dum mea areſcunt. Lacryma cito areſcit, praeſertim in alienis malis Cic. in Partit. 57 c. 17. *Add.* de Inu. 1 *extr.* Plin. 8, 38 Lyncum humor ita redditus glaciatur, areſcitue in gemmas carbunculis ſimiles. Areſcit terra calore Lucret. 6, 841. *Add.* Colum. 12, 14. Aur. Vict. Caeſ. c. 5.

AREFIO, eri. Apul. de Herb. cap. 87, 6 Folia arefiant in vmbra.

AREFACTVS. Partic. Plin. 13, 22 ſ. 43 Arefactus caulis.

ARĬDVS. Adi. [αὖος, ξηρός, κατάξηρος] dicitur proprie (*vt ait* Feſtus) quod naturalem humorem amiſit. vt, Fons aridus. *Id.* Quod irrigari deſiit Id. Plin. 12, 12 ſ. 26 Ne ſint fragilia, et Arida potius, quam ſicca folia. Catull. 23, 13 Atqui corpora ſicciori cornu, Aut ſi quid magis aridum eſt, habetis. Aridior minuſque ſuccoſus Plin. 12, 25 *ſub fin.* In arbore quod aridiſſimum eſt Senec. Nat. Qu. 2, 52. Cic. de Fato 7 Inter locorum naturas quantum interſit videamus, alios eſſe ſalubres, alios peſtilentes, in aliis eſſe pituitoſos, et quaſi redundantes, in aliis exſiccatos atque aridos: multaque ſunt alia, quae inter locum et locum plurimum differant. Plin. 12, 17 *de Ladano,* Ipſum viſu aridum ſtatim tactu molleſcere. Virg. Aen. 1, 175 — atque arida circum Nutrimenta dedit. *Metaphorice* Cic. de Orat. 2, 59 c. 38 Nos Stoicus iſte nihil adiuuat: et genus ſermonis affert, non liquidum, non fuſum ac profluens, ſed exile, aridum, conciſum, ac minutum. Ouid. Epiſt. 5, 110 Tu leuior foliis tum cum ſine pondere ſucci Mobilibus ventis arida facta volant. ¶ 2 *Vis nominis maxime e Subſtantiuis, quibus iungitur, intelligetur.* Aridus e laſſo veniebat anhelitus ore Ouid. Met. 10, 663. Argentum aridum Plaut. Rud. 3, 4, 21. Nonius 4, 31 *interpretatur* purum, lucidum: *ſed comica hic intercedere laſciuia videtur.* Ariſtae Catul. 46, 5. Aſpectu aridior Plin. 12, 16, *de Myrrha. Sic modo habuimus* Aridum viſu Plin. 12, 17. *vid. mox* Color. Arua arida, *i. infrugifera* Ouid. Met. 14, 510. *Sic* Arida ſola. Virg. Georg. 1, 79. Calor Lucret. 4, 872. Canities Hor. Carm. 2, 11, 6. Cibus aridior Gell. 16, 11. Cinis Hor. Epod. 17, 34. Color Plin. 12, 26. Crura, *i. Tenuia nimis, et gracilia* Ouid. de Arte Am. 3, 272. Cunila Scribon. 124. Virg. Georg. 3, 458 Quum furit, atque artus depaſcitur arida febris. Seruius, Sciendum tamen, febrem licet a Feruore dicta ſit, eſſe etiam frigidam: vnde modo ad diaſtolen ait aridam. Ficus aridae, *non virides, quae conditae ſeruantur in vſum totius anni* Plaut. Rud. 3, 4, 59. Folia Scribon. 60. Fragor aridus, Sonitus, qualis ſolet fieri ex aridis (quum franguntur) arboribus. *Sic* Virg. Georg. 1, 357 *interpretatur* Seruius. Nonius *autem* 4, 31 Horridum et horrificum. Frondes Hor. Carm. 1, 25, 19. Guttur Ouid. ad Liuiam 422. Herba Tibull. 1, 7, 26. Hiſtoria Quinct. 2, 4, 13. *vid. mox* Narratio. Homo, *per metaphoram, pro eo, qui miſere auaritia deperit.* Ter. Heaut. 3, 2, 15 Sed habet patrem quendam auidum, miſerum, atque aridum. Iecur Hor. Epod. 5, 37, *in poculo amoris.* Libri aridiſſimi Dial. de cauſis corr. eloq. c. 19. Quinctil. 2, 4, 8 Quapropter in primis euitandus, et in pueris praecipue, magiſter aridus, non minus quam teneris adhuc plantis ſiccum et ſine vllo humore ſolum. Medicamentum Scribon. 61. Narratio arida et ieiuna Quinctil. 2, 4, 3. *vid. mox* Traditio Nubila arida, *Sine pluviis* Virg. Georg. 3, 197. Nutrimenta ignis arida, Ligna ſicciora intelliguntur, aut quodcunque aliud humore carens aptumque recipiendae flammae. Virg. Aen. 1, 175. Ora Id. Virg. Aen. 5, 200. Orator Quinct. 8, 17 *pr. it.* 12, 10, 13 *et* 15. Prata, Iam matura Virg. Georg. 1, 289 Seruius. Puella, *vid.* Vuae *p. p.* Puluis Propert. 2, 13, 35. Pumex Catull. 1, 2. Plaut. Aul. 2, 4, 18. Pumex non ita aeque eſt aridus, atque hic eſt Senex. Sitis Lucr. 6, 1174. Sonus, *idem quod* Virg. Georg. 1, 357, *dicit,* Aridus fragor, Lucret. 6, 118. *vbi de tonitru agit. Conf.* Non. 4, 31. Traditio ieiuna atque arida, *i. doctrina* Quinctil. 3, 1, 3. Veſtimentum Plaut. Rud. 2, 7, 16. *i. ſiccum.* Viator, *i. Ob aeſtum, aſſiduoſque peregrinandi labores omni humore exhauſtus, ideoque etiam ſiticuloſus* Virg. Georg. 4, 98. Victus, *i. Admodum parcus, durus, aſper, auſterus.* Cic. pro Roſc. Amer. 75 c. 27 In ruſticis moribus, in victu arido, in hac horrida incultaque vita. *Sic* Cic. pro Quint. 93 c. 30. Vitam omnino ſemper horridam atque aridam cordi fuiſſe. Vuae paſſae Anon. in Phallicis Carm. 32. ¶ 3 Ardus, *pro* Arido, *veteribus dicebatur, teſte* Non. 2, 48. Lucil. 27 Ardum, miſerrimum, atque infelix lignum, ſambucum vocant.

ARIDA, ae. *Pro terra.* Vulgata Geneſ. 1, 9. *Item herba, alias* Echion Dioſc. 4, 28.

ARIDVM, i. *intellige ſolum.* Naues in aridum ſubduxerat Caeſ. B. G. 4 c. 29. *Conf.* Ib. c. 24 *et* 26.

ARIDE. Adu. *Laudant* Amor aride agit amantes aeſtuantes Varr. ap. Non. 4, 27. *Sed melius Merceri editio,* Non videtis vnus vt paruulus Amor Ardifera lampade arida agat amantes aeſtuantes. *Eſt ergo* arida lampadis *epitheton.*

ARIDVLVS. Adi. dimin. Catull. 65, 316 Laneaque aridulis haerebant morſa labellis.

ARIFĬCVS. Adi. Cael. Aurel. Tard. 4, 1, 9. Arifica carnis et mollifica corporis phlebotomia.

ARIDITAS, ātis. f. [αὔανσις, ξηρότης] *Siccitas* Plin. 11, 35 Sitit enim araneus, et omnem humorem abſorbens ariditatem ampliat. Imbres ariditatibus temperamenta laturi Arnob. 2 p. 64. Ariditates *de victu tenui duroque* Saluian. l. 1 *et* 2.

ARITVDO, inis. f. [ξηρασίας] *pro Ariditate.* Varro de R. R. 1, 12, 3 Quod et beſtiolae ſi quae prope naſcuntur, et inferuntur, aut efflantur, aut aritudine cito pereunt. ¶ 2 *Pro Parſimonia* Plaut. Rud. 2, 6, 40 Laudo fortunas tuas, qui ſemper ſeruas gloriam aritudinis.

AREOLA, *vid.* AREA.

AREOPĀGVS. [Ἄρειος πάγος] *Collis vel Tumulus Martis Athenis, in quo concilium Senatus, qui inde nomen habet: non Vicus Martis, nec dum Pagus aut Fons. Quam ob cauſam corripitur ſyllaba penultima, nempe quod eandem ſyllabam in voce* πάγος *ſemper corripiunt Poëtae Graeci. Ennii Senarius eſt apud* Varr. de L. L. 6, 2. Areopagitae quid dedere aliud, quam pedam. *Addit* Varro, Areopagitae ab Areopago, is locus Athenis. Areum iudicium Tacitus *dixit,* Ann. 2, 55. Sen. de Tranquil. cap. 3 Ariopagus religioſiſſimum iudicium. Iuuenalis *Latine interpretatur,* Curiam Martis Sat. 9, 101. *vid.* Schol. *Hinc dicti*

AREOPAGITAE, ārum. [Ἀρεοπαγῖται] *Senatores eius Senatus, vel Iudices eius iudicii.* Cic. pro Corn. Balb. 30 Vidi egomet nonnullos imperitos homines noſtros ciues Athenis in numero iudicum atque Areopagitarum, certa tribu, certo numero. Idem de Diuin. 1, 54 Areopagitae comprehendi iubent eum. Macrob. Saturn. 7, 1 Apud Athenas Atticas Areopagitae tacentes iudicant. *Per Antonomaſian* Areopagitae, *pro ſeueris et incorruptis.* Cic. Att. 1, 13 Clamare praeclari Areopagitae, ſe non eſſe venturos, niſi praeſidio conſtituto. *Ironicos de iudicibus Clodii inceſtus rei.* Ibid. 1, 9 Senatus ἄρειος πάγος, nihil conſtantius, nihil ſeuerius, nihil fortius.

AREOPAGITĬCVS. Adi. Sidon. Apoll. 9, 9 Gymnaſia Areopagitica.

AREPENNA, *ſ. potius* Arepennis, *lingua Gallica Menſura eſt dimidii iugeri.* Columel. 5, 1, 6. *vid.* ARAPENNIS.

ARESCO, *vid.* AREO.

ARESCON, ontis. [Ἀρέσκων] *Viri nomen, quem* Licinius Mucianus prodidit viſum a ſe Argis, cui nomen Areſcuſae fuiſſet; nupſiſſe etiam, mox barbam et virilitatem proueniſſe, vxoremque duxiſſe. *Haec* Plin. 7, 4.

ARESCVSA, *Mulier in marem verſa, de qua in* ARESCON.

ĀRĒTĀLŎGVS, i. m. [ἀρεταλόγος] *Scurrarum genus, et ludicrum acroama fuiſſe, docet ſatis,* Sueton. in Auguſto cap. 74 Nam et ad communionem ſermonis tacentes, vel ſubmiſſim fabulantes prouocabat, et aut acroamata, et hiſtriones, aut etiam triuiales e circo ludios interponebat, ac frequentiſſime aretalogos. *Facetias horum hominum in magnificis de virtute ſua vel aliena praedicationibus fuiſſe ſuadet etymon ab* ἀρετῇ, *virtus; Sic intelligit, puto,* Vet. Schol. *ad* Hor. Sat 1, 1 *extr.* *Vbi de* Criſpino lippo *illo,* Philoſophi cuiuſdam loquaciſſimi nomen

nomen, qui ἀρετάλογος dictus eſt. *Sed non tantum ad paraſitos illos philoſophos pertinuiſſe, apparet ex* Iuuen. 15, 16 Attonito cum
Tale ſuper coenam facinus narraret Vlyſſes
Alcinoo, bilem aut viſum fortaſſe quibusdam
Mouerat, vt mendax Aretalogus. *Hic itaque de eo, qui magnifice mentitur in coena, poſitum eſt, apte ad inſtitutum Auguſti. Tandem ioco ſe* Auſonius Epiſt. 13, 1 *Paullum ſuum* Ἀρετάλογον ἠδὲ ποιητὴν, *vocat, rhetorem interpretante hic Scaligero. Qui* ἀρετάλ. *i.* ἀρέσκοντα λέγοντας *interpretantur, non ita falluntur, vt qui ab* Arete, *Phaeacum regina, vxore Alcinoi, cum illius mulieris nomen priores duos Syllabas producat* Ἀρήτη.

ARETHVSA. [Ἀρέθουσα] *Fontium et vrbium quarundam nomen. Noſtri inſtituti eſt Fons, de quo* Cic. Verr. 4, 118 c. 53 In hac Inſula (Naſo, *parte Syracuſarum*) extrema eſt fons aquae dulcis, cui nomen Arethuſa eſt, incredibili magnitudine, pleniſſimus piſcium, qui fluctu totus operiretur, niſi munitione, ac mole lapidum a mari disiunctus eſſet. *Breuiter de hoc* Plin. 2, 103 Quidam *fontes* odio maris ſubeunt vada: ſicut Arethuſa fons Syracuſanus, in quo redduntur iacta in Alpheum, qui per Olympiam fluens Peloponneſiaco litori infunditur. *Et* 31, 5 ſ. 30 Arethuſam Syracuſis fimum redolere per Olympia, veriſque ſimile, quoniam Alpheus in eam inſulam ſub ima maria permeet. Sen. Quaeſt. Nat. 3, 26 Quidam fontes certo tempore purgamenta eiectant, vt Arethuſa in Sicilia, quinta quaque aeſtate, per Olympia. Inde opinio eſt, Alpheum ex Achaia eo vsque penetrare, et agere ſub mare curſum, nec antequam in Syracuſano litore emergere. Ideoque in diebus quibus Olympia ſunt, victimarum ſtercus ſecundo traditum flumini illic redundare. Hoc et a te traditum eſt in Poëmate, Lucili cariſſime, et a Virgilio, qui alloquitur Arethuſam (Ecl. 10 *pr.*) Sic tibi, cum fluctus ſubterlabere Sicanos, Doris amara ſuam non intermiſceat vndam. *Nempe, vt fabulantur, Arethuſa Nympha fuit, quem Alpheus amator, in fontem verſam, ipſe fluuius ab Elide inde Syracuſas vsque perſecutus eſt. Narrat copioſe* Ouid. Met. 5, 573 ſq. Sil. 14, 53 Hic Arethuſa ſuum piſcoſo fonte receptat Alpheon, ſacrae portantem ſigna coronae, *i. ludorum et ſacrorum Olympiae.* Stat. Silu. 1, 2, 203 Tumidae ſic transfuga Piſae
Amnis in externos longe flammatus amores,
Flumina demerſo trahit intemerata canali,
Donec Sicanios tandem prolatus anhelo
Ore bibat fontes: miratur Dulcia Nais
Oſcula, nec credit pelago veniſſe maritum. *Conf.* ALPHEVS.

ARETHVSIS, idos. [Ἀρεθουσίς] Ouid. Faſt. 4, 873 Arethuſidas *Syracuſas vocat ab Arethuſa fonte.*

ARETHVSAEVS. Adi. [Ἀρεθουσαῖος] *vt,* Arethuſaei latices Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 60 Quas Arethuſaei latices, quas aduena nutrit Alpheus.

ARETHVSIVS. Adi. Idem. *vt,* Arethuſia proles, *i. Syracuſana.* Sil. 14, 357.

ĀRĒTĪNVS, a, um. *ab* Aretium, *quae Tuſciae vrbs fuit, ſignificat, teſte* Fulgentio n. 53. teſteum *vel* argillaceum. *Laudatur ab eo* Antidamus in Moralibus, Quis auerruncaſſit tam Aretinas hominum mentes? Aretinas, *inquit,* Teſteas, vel Argillaceas. Aricinas *bis legit Mercer. Sed* Aretinas *firmant reliqui: certe modulus primae Syllabae repugnat, qui in* Aricinus *breuis eſt. Nempe vt viles nominantur* Teſtae Aretinae Martial. 1, 54. *Sic* Aretinae violant cryſtallina teſtae. *Omnium autem clariſſime* Iſid. 20, 4 Aretina vaſa, *inquit,* ex Aretio municipio Italiae dicuntur, vbi fiunt; ſunt enim rubra, de quibus Sedulius, Rubra quod appoſitum teſta miniſtrat olus.

## A R F

ARFERIA, ae. Aqua quae inferis libabatur, ſeu Vas vini, quod adhibebatur ſacris: et a Fero deducitur, Feſtus. *Eſt igitur* Arferia, *veluti* Adferia. *De* AR *pro* AD *poſito, diximus ſupra in* AR.

## A R G

ARGAEVS, *vid.* ARGEVS.

ARGANTHONIVS. [Ἀργανθώνιος] Cic. de Sen. 69 c. 19 Expetemus Tarteſſiorum regis aetatem. Fuit enim Arganthonius quidam Gadibus, qui octoginta regnauit annos, centum et viginti vixit. Plin. 7, 48 Anacreon Poëta Arganthonio Tarteſſiorum regi CL tribuit annos. *Trecentos* Sil. 3, 396
Arganthoniacos armat Carteia nepotes,
Rex proauis fuit humani ditiſſimus aeui:
Ter denos decies emenſus belliger annos.

ARGATILIS. Auis eſt, cui nidus ex ligno ita abſoluta intexitur pila, vt inueniri non poſſit aditus Plin. 10, 33 ſ. 50. *Sed Hard.* Acanthyllis, *ex Ariſtotele* Ἀκανθυλλίς.

ARGEI, *vid. poſt* ARGOS.

ARGĒMA, ae. f. [ἄργεμα, ατος; τὸ et ἄργεμον, ου, τὸ et ἄργεμος, ου, ὁ] *eſt Morbus oculorum, dictus quum vlcus circulum oculi infeſtat, quem Graeci Irin dicunt.* Plin. 20, 5 Succo et cicatrices oculorum, et albugines et argemas inunxere. Ibid. cap. 19. Folia trita cum oleo, argemas iumentorum ſanant. *Quidam legunt* Argemata.

ARGĒMON, *et* ARGEMŌNE, *et* ARGEMONIA. [ἀργεμώνη] *Herbarum ſpecies, vid.* Plin. 24, 19. 25, 9. 26, 4 *et* 9. *it.* 21, 23.

ARGENNON, Argentum percandidum, Feſtus. Ἀργεννὸς *nempe candidum ſignificat, vnde etiam* Argentum *appellatum eſt, quaſi dicas aes argennum ſ. candidum.*

ARGENON. Gemma eſt ex iaſpidum genere Plin. 37, 9. Sed *Hard.* ſ. 46 Sagenon *legit.*

ARGENTVM, i. n. [ἄργυρος, ἀργύριον] *Illud candidum, proxime ab auro expetitum, cuius hiſtoriam perſequitur* Plin. 33, 6 ſ. 31. Non niſi in puteis reperitur, nullaque ſui ſpe naſcitur, nullis, vt in auro, lucentibus ſcintillis. Terra eſt alia rufa, alia cineracea. Excoqui non poteſt, niſi cum plumbo nigro *etc. Et vel* rude *ſ.* infectum, *vel* factum *ſ.* elaboratum *in vaſis et ſupellectile, vel* ſignatum, *in numis, de quibus et aliis epithetis, vid. n. 3.* Metallum. Metalla argenti Plin. 33, 6. *i. fodinae.* Purgamenta argenti Iſidor. 16, 18. *i. lithargyrus.* Argenti venas ſequi Lucret. 6, 808. Argenti riui Virg. Georg. 2, 165. Spumae Id. Georg. 3, 449. *et* Plin. 33, 6. *alias* Stimmi *ſ.* Stibium. Iſid. 16, 18 Lithargyrus. Splendor Hor. Serm. 1, 4, 28. Plaut. Aul. 4, 2, 73 Tum argenti montes, non maſſas habent. Plaut. Pſeud. 1, 3, 65 Nimis ſum miſer, numum nusquam reperire argenti queo. ¶ 2 *Nempe pro* ſignato argento *ſ. numis et pecunia ſaepe ponitur. Sic* Mutuum Plaut. Pſeud. 1, 1, 78. Argentum Numeratum Ter. Adelph. 3, 3, 15. Probatum Plaut. Perſ. 4, 6, 1. *Huc pertinent formulae.* Argentum ſuſpicere, *i. Admirari diuitias* Hor. Epiſt. 1, 6, 17. Argenti pallet amore Hor. Serm. 2, 3, 78. Argenti pondus immenſum Id. Serm. 1, 1, 41. *Eodem ſenſu* Ingens Argentum Virg. Aen. 3, 466. Ignotum argenti pondus Virg. Aen. 1, 359. Caelata argento bipennis Id. Aen. 5, 307. *vid.* CAELO. Argento perfecta pocula, *ex argento facta.* Virg. Aen. 9, 263. Circumdare auro argentum Id. Aen. 1, 593. Conciſum argentum in titulos faciesque minutas Iuuen. Sat. 14, 291 *dixit Pecuniam, quae variis titulis et imaginibus ſignari ſolet.* Abſumere argentum Plaut. Moſt. 5, 2, 19. *i. pecuniam, quam vim habet etiam in* Circumuertere aliquem argento, Comparare, Conficere, Cudere, Decoquere, Inuadere, Inuenire, Imponere argentum in ſtipendium, Locare argentum, et argentum foenori, Penſare argento, Perſcribere, Reddere, Scribere Argentum, *quae vide ſub ſuis verbis.* ¶ 3 Argentum, *pro facto ſ. vaſis argenteis.* Argentum Bigatum, *vid. in* BIGA *ſub* BIS. Cic. Verr. 4, 33 Quum eſſent triclinia ſtrata, argentumque expoſitum in aedibus. Eſcarium, *Vaſa, quibus in epulis vtebantur, vid. h. v. quale memoratur a* Virg. Aen. 1, 644 Ingens argentum menſis *etc.* Factum *atque* ſignatum *iungit* Cic. Verr. 5, 62 c. 25 Erat nauis plena iuuentutis formoſiſſimae, plena argenti facti atque ſignati, multa cum ſtragula veſte. Vlp. l. 19 ff. de Auro, Argento, mundo §. 9 Argento facto legato Q. Mucius ait vaſa argentea contineri, velut paropſidas; acetabula, trullas, pelues, et his ſimilia: non tamen quae ſupellectilis ſunt, *vid.* SVPELLEX. Ibid. §. 11 Infecti autem argenti appellatio rudem materiem continet, *i. non factam.* Sen. de Benef. 1, 12 Si arbitrium dandi penes nos eſt, praecipue manſura quaeremus, vt quam minime mortale munus ſit — Libentius donabo argentum factum quam ſignatum *etc.* Liu. 34, 25 Aurum argentumque, factum infectumque et ſignatum. Id. 34, 6 Cautum erat, quo ne plus auri et argenti facti, quo ne plus ſignati argenti et aeris, domi haberemus. *Add.* 34, 52. *It.* AVRVM FACTVM. Graue Iſidor. 16, 17. *idem quod infectum. Sed* Sen. de Tranq. An. 1 Argentum Graue (*factum tamen*) ruſtici patris, ſine vllo opere et nomine artificis: *cui opponit* Conſ. ad Helu. c. 11 Antiquis nominibus artificum argentum nobile. Liquidum Iſidor. 16, 18, *i.* hydrargyrus. Potorium, *non id tantum eſt, in quo bibi poſſit, ſed et* Quod ad praeparationem bibendi comparatum eſt. l. 21 D. de auro et arg. leg. Purum putum. Gell. 6, 5 Alfenus ICtus — in foedere, inquit, quod inter populum Rom. et Karthaginienſes factum eſt, ſcriptum inuenitur, vt Karthaginienſes quoquotannis populo Rom. darent certum pondus argenti puri puti: quaeſitumque eſt, quid eſſet argentum purum putum. Reſpondi ego, inquit, eſſe purum putum valde purum *etc. Longa enim diſputatione Alfenum reprehendit* Gellius, *finitque tandem,* Argentum ergo — putum dictum eſſe, quaſi exputatum, excoctumque, omnique aliena materia carens, omnibusque ex eo vitiis detractis emaculatum et candefactum. Scriptum eſt autem purum putum non ſolum in Karthaginienſi foedere, ſed tum in multis aliis veterum libris *etc.* Puſtulatum ſ. puſulatum *infectum ſed et purgatiſſimum, vid. ſub* PVSVLA. Raſile, *vid. ſub* RADO. Scenicum *memoratur in* Vet. Inſcript. *apud* Pignor. *de Seru.* pag. 129 T. AELIVS AVGVSTORVM. LIB. AMEMPTVS. AB. ARGENTO. SCENICO. *Curam ergo habuiſſe videtur choragii et apparatus ſcenici ex argento.* Signatum, *quod eſt in numis, vid. p. a.* Factum. Viatorium, et Balneare dicimus, Quo in itinere, et balneo quis vti conſueuit. l. vlt. in princ. *et* §. 1 D. de aur. *et* arg. leg. Argentum viuum, Gr. ὑδράργυρος. *Sed ab hydrargyro diſtinguit* Id. Plin. ib. *it.* 33, 3 *et* 8. *Nempe* Hydrargyrum *facticium,* Argentum viuum *natiuum.* Plin. 33, 6 Eſt lapis in his venis, cuius vomica liquoris aeterni, argentum viuum appellatur, venenum rerum omnium. Exeſt ac perrumpit vaſa permanans tabe dira. Omnia ei innatant, praeter aurum: id vnum ad ſe trahit. *Conf.* Vitr. 7, 8 Cum minium foditur, ex plagis ferramentorum crebras emittit lacrimas argenti viui, quae a foſſoribus ſtatim colliguntur. Hae glebae cum collectae ſunt in officinam, propter humoris plenitatem coniiciuntur in fornacem, vt interareſcant, et is, qui ex his ab ignis vapore fumus ſuſcitatur, cum reſedit in ſolum furni, inuenitur eſſe argentum viuum.

ARGENTARIVS, a, um. *Varie ponitur, ſaepe in primis ſubſtantiue, et quidem per omnia genera.* Argentarii *igitur ſunt iidem, qui Trapezitae ſiue menſarii, qui permutanda varie pecunia rem faciunt. De re ipſa copioſe Salmaſius in libro de foenore Trapezitico: et ICti ad tit. ff.* (2, 13) de edendo. *Nos exempla modo pauca ponemus. Vtitur ergo* Plaut. Aſin. 1, 1, 103 *et* 113. Id. Perſ. 3, 3, 29 Faceres quod partim faciunt Argentarii, vbi quid credideris, citius extemplo a foro fugiunt, quam ex porta ludis cum emiſſus eſt lepus. *Hi Argentariae menſae exercitores vocantur in* Edicto perpetuo *ap.* Vlp. l. 4 ff. de Edendo, *qui inter alia* Cum ſingulorum, *inquit,* rationes Argentarii conficiant; aequum fuit, Id quod mei cauſa confecit, meum quodammodo inſtrumentum, mihi edi. *Et* Gaius l. 10 §. 1 Ideo autem Argentarios tantum — edere rationes cogit (*lex vel Praetor*) quia officium eorum atque miniſterium publicam habeat cauſam, et haec principalis eorum opera eſt, vt actus ſui rationes diligenter conficiant. *Nempe, qui teſtatiora vellent negotia ſua, non cui ſoluere volebant, dabant pecuniam, ſed argentario; isque demum illi numerabat. Hinc* Cic. pro Caecin. 16 c. 6 Fundus addicitur Aebutio: pecuniam argentario promittit Aebutius. *Deinde,* Hac emtione facta pecunia ſoluitur a Caeſennia: cuius rei putat iſte rationem reddi non poſſe, quod ipſe tabulas auerterit: ſe autem habere Argentarii tabulas, in quibus ſibi expenſa pecunia lata ſit, acceptaque relata. Ad Her. 2, 19 Quod argentario obtuleris expenſum, a ſocio eius recte repetere poſſis. Quinctil. 5, 10, 105 *argumentum declamationis,* Lata lex eſt, vt argentarii dimidium ex eo, quod debebant, ſoluerent; creditum ſuum totum exigerent. Argentarius ab Argentario. *Auctiones eorum opera habitas, apparet ex eodem* Quinctil. 11, 2, 24 Qui auctione dimiſſa, quid cuique vendidiſſent, teſtibus Argentariorum tabulis reddiderunt. *Add.* Sen. Prooem. Contr. *Huc etiam, ad emtiones certe per* Argentarium *peractas, pertinet* Suet. Neron. 5 Perfidiae vero tantae, vt non modo Argentarios pretiis rerum coëmtarum — fraudauerit. ¶ 2 *Adiectiui formam retinent iſta.* Plin. 33, 5 Laudatiorem eandem in aerariis metallis, et proximam in argentariis fieri compertum eſt. Cato R. R. 2 Rationes putare, argentariam, frumentariam. Argentarium Auxilium, *i. ex re numaria* Plaut. Pſeud. 1, 1, 103. Coactiones argentarias factitare Suet. Veſp. c. 1. Commeatus, *Argentum pro commeatu* Plaut. Pſeud. 1, 5, 9. Cura, *i. Cura habendi argenti* Ter. Phorm. 5, 7, 3 (*al.* 5, 6, 46) Meretrices omnes Elecebrae argentariae Plaut. Men. 2, 3, 26. Inopia, *Penuria argenti* Plaut. Pſeud. 1, 3, 65. Tabernae, *quas argentarii in foro publico conductas habebant* Liu. 26, 11. Vt extemplo vocato praecone Tabernas argentarias, quae circa forum Romanum

tunc eſſent, iuſſerit venire. *Hac etiam ſimpliciter* Argentariae, *vid.* n. 3. Plin. 35, 17 Alia Creta argentaria appellatur, nitorem argento reddens. Vlp. l. 4 D. de Edendo. Argentariae Menſae exercitores rationes, quae ad ſe pertinent, edant, adiecto die et cos. ¶ 3 *Subſtantiue* ſ. *Elliptice.* Argentaria *eſt Menſa tabernaue argentariorum.* Plaut. Epid. 2, 2, 15 Per myropolia et lanienas, circumque argentarias. Argentariae nouae Liu. 26, 27 *it.* 40, 51. *Sed etiam* Argentaria, *Functio officiumue argentarii.* Vlp. l. 6 D. de Edendo, Sed et quod ſolui conſtituit argentarius, edere debet: nam et hoc ex argentaria venit. Id. Vlp. l. 4 D. de Edendo, Is etiam, qui deſiit argentariam facere, ad editionem compellitur, vbi argentariam exercuit. Cic. Off. 3, 58 c. 14 Pythius ei quidem, qui argentariam faceret Syracuſis *etc.* Et pro Caecin. 10 c. 4 Romae argentariam non ignobilem fecit. Id. pro Caecin. 11 c. 4 Aliquanto poſt iam argentaria diſſoluta, Fulcinius huic fundo vxoris continentia quaedam praedia, atque adiuncta mercatur, *i. cum deſiiſſet argentariam facere Fulcinius.* Argentaria, *(ſubaudi Fodina) Locus, ex quo effoditur argentum.* Liu. 34, 21. ¶ 4 Argentarium, *vt* Armarium, *ciſta, in qua argentum cuſtoditur.* Vlp. l. 19 §. 8 ff. de Auro, Arg. Quod non in argentario pater familias reponebat.

ARGENTĀTVS. Adi. [ἀργυρικὸς, ἐπάργυρος] *Quod argento inductum eſt.* Argentata choragia Valer. Max. 2, 1. *Et*, Argentata ſandalia, in carmine de Obitu Maecenatis. Argentata querimonia Plaut. Pſeud. 1, 3, 78. *i. vt ſimul argentum adferas.* Argentati milites Liu. 9, 40.

ARGENTEVS. Adi. [ἀργυροῦς] *Quod eſt ex argento, vt*, Argenteus denarius Plin. 16, 3. Aquila Cic. Catil. 1 c. 9. *Item* Phalerae argenteae Plin. 8, 5. Color Ouid. Epiſt. 21, 219. Flumen *et* Pons argenteus, *propria nomina* Lep. *ap.* Cic. Fam. 10, 34. Folium, *Argenti ſplendorem referens* Plin. 16, 18. *Sic* 2, 25 Argenteus crinis. Fons, *Puriſſimus et nitidiſſimus* Ouid. Met. 3, 407. Pelues l. 3 Dig. de ſupell. leg. Vaſum Plaut. Truc. 1, 1, 33. *Iocoſe* Plaut. Pſeud. 1, 3, 113 Quid ego ex te audio? C. Amicam tuam eſſe factam argenteam, *i. venditam.*

ARGENTEOLVS. Adi. *dimin.* Plaut. Rud. 4, 4, 125 Poſt eſt ſicilicula argenteola, et duae connexae maniculae.

ARGENTACEVS, a, um. Creta argentacea Apic. 2, 2 *al.* argentaria.

ARGENTŌSVS, [ἀργυρώδης] *Cui immiſtum eſt argentum* Plin. 33, 5 ſ. 29 Ita ferruminatur aurum, quod argentoſum vocant, ſignumque eſt, ſi addita ſanterna niteſcit.

ARGENTIEXTEREBRONIDES. *Comicae laſciuiae nomen quaſi proprium, qui argentum exterebrat, i. aſtu torquet* Plaut. Perſ. 4, 6, 21.

ARGENTIFEX, icis. Varr. de L. L. 7, 33 *negat* vt Aurificem, ſic Argentificem *dici.*

ARGENTIFODĪNA, ae. [ἀργυρεῖον] *Argentaria, locus vbi foditur argentum.* Varro de L. L. 7, 33 *de compoſitis vocabulis* Vbi fodiatur argentum, Argentifodinas dici; vbi fodiatur ferrum, Ferrifodinas. Plin. 33, 6 Odor ex argentifodinis inimicus omnibus animalibus, ſed maxime canibus. *Sed Hard. ſcribit diuiſe. Sic* Vitruu. 7, 7. L. 1 Dig. Quod cuiusque vniuerſ. L. 3 §. vlt. Dig. de rebus eorum *etc.*

ARGENTANGĪNA. [ἀργυράγχη] *Ficta non abſurde vox, vt exprimat* Argyranchen, *qua laboraſſe Demoſthenem aliquis clamauit, cum prae* Synanche *ſe verba facere contra Mileſios poſſe, corruptus nempe ab illis, negaret. Hiſtoriam narrat, ſed verbo Graeco tantum vtitur* Gell. 11, 9.

ARGENTINVS, *Deus colebatur ab antiquis, ſicut et* Aeſculanus, *quem patrem illi poſuerunt, quia prius aerea pecunia in vſu eſſe coepit, poſt argentea.* Auguſtinus de C. D. 4, 21 Quid opus erat commendare naſcentes — Deo Aeſculano et filio eius Argentino, vt habeant aeream argenteamque pecuniam *etc.*

ARGESTES, ae. m. [Ἀργέςης] *Ventus ab occaſu ſolſtitiali flans.* Plin. 2, 47 Ab occaſu aequinoctiali Fauonius: ab occaſu ſolſtitiali Corus: Zephyrum et Argeſten vocant. *Add.* Vitruu. 1, 6. *vid. et* VENTVS.

ARGILĒTVM, [Ἀργιλῆτον] *ab Argo dictum, quod is eo venerit, ibique ſepultus ſit.* Virg. Aen. 8, 346 — et letum docet hoſpitis Argi. Quamuis aliqui ab Argilla deductum potius velint, quod id genus cretae ibi eſſet. *Haec fere ex* Varr. de L. L. 4, 32. *Erat autem Argiletum, Locus in Vrbe prope Palatium, vbi tabernae opificum erant, praeſertimque bibliopolarum, a quo Argiletanae dicebantur.* Martial. 1, 4 Argiletanas mauis habitare tabernas. *vid.* Seru. in Virg. l. c.

ARGILLA, ae. [ἄργιλος] *Terra tenax, qua figuli vtuntur.* Virg. Georg. 2, 180 Tenuis vbi argilla, et dumoſis calculus aruis. Cic. in Piſon. 59 c. 25 Quid ceſſat hic homulus ex argilla et luto fictus Epicureus? Columel. 12, 44 Sed et idem auctor eſt creta figulari bene ſubacta recentia mala craſſe illinire, et quum argilla exaruit, frigido loco ſuſpendere. *Vides rem eandem vocari et* Cretam figularem, et Argillam. Lineis impreſſa argilla typum fecit Plin. 35, 12. Feruentes fuſili ex argilla glandes Caeſ. B. G. 5, 43. *Conf.* Pallad. 1, 34. Scilla argilla circumdata et furno cocta Scribon. 76. Olla fictili componuntur, operculoque ſuperpoſito ex argilla vndique circumdata, fornace vruntur 122, *vulgo perlutata. Metaph.* Horat. Epiſt. 2, 2, 8 Verna miniſteriis ad nutus aptus heriles, Literulis Graecis imbutus, idoneus arti cuilibet, Argilla quiduis imitaberis vda.

ARGILLACEVS. Adi. [ἀργίλλιος] *Similis Argillae.* Plin. 17, 7 Eſt enim alba terra, rufa, columbina, argillacea.

ARGILLŌSVS. Adi. [ἀργιλώδης] *Quod abundat argilla.* Columel. de Arborib. 17 Olea maxime collibus ſiccis et argilloſis gaudet. Terra Argilloſa Varr. R. R. 1, 9. Plin. 31, 3. Terram argilloſam eſſe conuenit Plin. 12, 14.

ARGIPHONTES, ae. [Ἀργειφόντης] *dictus eſt Mercurius, quod Argum interemerit.* Macrob. Sat. 1, 19. Arnob. 6 p. 709.

ARGIRĬPA. [Ἀργυρίππα] *Vrbs Italiae, quam Diomedes condidit: quae primo dicta eſt* Argi, *poſt* Argiripa, *poſt* Arpi. Seruius in Aen. 11, 246.

ARGITIS, ïdis. *Genus vitis.* Columel. 3, 2 Minor argitis terrae mediocritate laetatur.

ARGIVVS, *vid.* ARGOS, paullo infra.

ARGO, ûs. f. [Ἀργὼ] *Nauis longa, qua Iaſon cum ſuis heroibus e tota Graecia delectis nauigauit in Colchum ad auferendum vellus aureum. Dicta eſt autem* Argo, *vel ab artificis nomine, vel a ſua velocitate. (ἀργὸς enim velocem ſignificat) vel ab* Argiuis. Cic. Tuſc. 1, 45 c. 20 Etenim ſi nunc aliquid aſſequi ſe putant, qui oſtium Ponti viderunt, et eas anguſtias, per quas penetrauit ea, quae eſt nominata Argo, qua vecti Argiui delecti viri Petebant pellem inauratam arietis. *Sunt* Ennii verſus in Medea. Valer. Flac. 1, 2 Prima deûm magnis canimus freta peruia nautis, Fatidicamque ratem, *etc.* Fatidicam *facit poſt Graecos Poëtas Apollonium et Pſeudorpheum.* Claud. Bell. Get. 16

— licet omnia vates
In maius celebrata ferant, ipſamque ſecandis
Argois trabibus iactent ſudaſſe Mineruam;
Nec nemoris tantum vinxiſſe carentia ſenſu
Robora, ſed caeſo Tmarii Iouis augure luco,
Arbore praeſaga tabulas animaſſe loquaces.

Seneca Med. 348 Ipſaque vocem perdidit Argo, *vid. Schott. Obſeru. hum.* 2, 20. *Huius nauis gubernator fuit* Tiphys, *eoque vi morbi abſumto* Ancaeus, *Neptuni filius. Inter ſidera recepta eſt, ſed dimidiata a puppi ad malum, vid.* Cic. Arat. 126 ſqq. *Breuiter et eleganter* Manil. 1, 419

— Tum nobilis Argo,
In caelum ſubducta, mari quod prima cucurrit
Emerita, et magnis tandem defuncta periclis:
Seruando Dea facta Deos.

*Add.* Hygin. Fab. 14 *et* Poët. Aſtron. 2, 37. Columel. 11, 2, 24 *et* 66. Argo, Accuſatiuus Atticus. Ouid. Epiſt. 6, 65.

ARGONAVTAE. [Ἀργοναῦται] *Dicti ſunt, qui in Argo nauigauerunt in Colchum, Iaſon videlicet, Caſtor, Pollux, Hercules, Telamon, Orpheus, reliqui, quorum inſigni diligentia Catalogum texuit Burmannus in praefatione ad* Val. Flacci Argonautica. Hor. Epod, 3, 9. Vt Argonautas praeter omnes, candidum Medea mirata eſt ducem. Varro R. R. 2, 1, 6 Ipſas pecudes propter caritatem aureas habuiſſe pelles tradiderunt, — vt in Colchide Aeeta, ad cuius arietis pellem profecti regio genere dicuntur Argonautae. Argonautae *pictorum nobilium argumentum, v. g.* Plin. 34, 8. ¶ 2 *Ludit* Martialis 3, 67 *in nautas pigros*, ἀργοὺς, Non nautas puto vos, ſed Argonautas

ARGONAVTICA. n. pl. *Vocantur ſcripta eorum, qui de Argonautis ſcripſerunt, vt* Val. Flacci *quod exſtat, et Atacini, et Varronis cuius opus periit.*

ARGOS. [Ἄργος τὸ] *Vetus et nobilis vrbs Achaiae.* Seruius in Aen 1, 28. Prima quod ad Troiam pro caris geſſerat Argis. *Argos* in ſingulari numero generis neutri eſt: in plurali vero maſculini, vt, h *Argi.* Caeterum deriuatio nominis, *Argiuos* facit, non *Argos. Sumitur, vt in l. c. Virgilii, ita alias, pro Graecia in genere;* Lucan. 10, 6 — quantum impulit Argos, Iliacasque domus facie Spartana nocenti. ¶ 2 *Aliae huius nominis vrbes pertinent ad Geographo*

ARGEVS, a, um. [Ἀργεῖος] *Pro quo recentiores maluerunt* ARGIVVS, *qui eſt* Argis. Hor. Carm. 2, 6, 5 Tibur Argeo poſitum colono. Ouid. Am. 3, 6, 46 Tibur Argeum. *Speciatim.* ¶ Argei *et loci et homines Romae notabiles fuere. De locis* Varro d L. L. 4, 8 p. 14 Reliqua vrbis loca olim diſcreta, vt Argeorum ſacraria in ſeptem et viginti partes vrbis ſunt diſpoſita. Argeos dicto putant a principibus, qui cum Hercule Argiuo venerunt Romam, in Saturnia ſubſederunt *etc. De his* Liu. 1, 21 Multa alia Sacrifici locaque ſacris faciundis, quae Argeos Pontifices vocant, dedicaui Feſtus, Argea (*ſ.* Argei) loca Romae appellantur, quod in his ſ pulti eſſent quidam Argiuorum illuſtres viri. Ouid. Faſt. 3, 791 *I* XV *et* XVI *Kal. April. canit*, Itur ad Argeos: *ſubiicit*, qui ſint ſi pagina dicet. *Sed periit nempe illa pagina cum ſex libris poſterioribu Sed ſupereſt fragmentum legis, qua Flaminica tenebatur, ſeruatum a* Gel 10, 15 *extr.* Atque etiam cum it ad Argeos, quod neque comit capu neque capillum depectit. *Denique* Vet. Gloſſ. Argiarra ἀφιδρύματ *quod emendat Vulcanius* Argei ara. ¶ 3 *De hominibus ſimulacris potius hominum* Argeis Varro de L. L. 6, 3 p. 73, 24 Arg ab Argis. Argei fiunt e ſcirpeis virgultis: ſimulacra ſunt hominu triginta: ea quotannis a ponte ſublicio a ſacerdotibus publice iaci ſ lent in Tiberim. Feſtus, Argeos vocabant ſcirpeas effigias, quae p virgines Veſtales annis ſingulis iaciebantur in Tiberim. Ouid. Fa 5, 621 *de hac re*, Tum quoque priſcorum virgo ſimulacra virorum Mi tere roboreo ſcirpea ponte ſolet. *Deinde cauſas illius inſtituti per quitur: alias adfert Plut. Qu. Rom.* 30. *Conf. Dion. Hal. Antiq p.* 30. *et quae ex Feſto dicimus in* DEPONTANI.

ARGĪVVS. Adi. [Ἀργεῖος] *pro eo, qui eſt* Argis, *poſuit* Cic. Bru 50 c. 13 Quis aut Argiuum oratorem aut Corinthium, aut Thebanu ſcit fuiſſe temporibus illis *etc. Sed generatim Graecum notat frequentiſſime apud Poëtas.* Virg. Aen. 2, 254 Argiua phalanx.

ARGVS. Adi. antiq. *pro* Argiuus, *auctore* Non. 8, 34 Plaut. Amp (Prol. 98) Amphitryo natus Argus ex Argo patre. *Gron.* natus Arg *Et in totum contradicit* Seruius *modo laudatus* ad Aen. 1, 28. *Sed* Ar patre *quid faciemus? Nolim in dubium vocare obſeruationem Nonii.*

ARGŎLIS, ïdis. f. [Ἀργολὶς] *Argiua.* Ouid. Met. 9, 276 — longis anxia curis Argolis Alcmene. *Hinc*

ARGOLĬCVS. Adi. [Ἀργολικὸς] Virg. Aen. 2, 177 — Argolicis exſcindi Pergama telis.

ARGŌVS. Adi. [Ἀργῷος] *Idem.* Hor. Epod. 16, 57 Non huc Argo contendit remige pinus. Argoa auxilia, *i. Argonautarum* Valer. Flac. 6, 7

ARGVMENTVM, *vid. poſt* ARGVO.

ARGVMINOS, *i. Herba, al. Mercurialis.* Apul. de Herb. c. 8

ARGVO, ui, ūtum, ĕre. [αἰτιάω, ἐλέγχω] *Oſtendere, Accuſar Conuincere.* Virg. Aen. 4, 13 Degeneres animos timor arguit. *V.* Seruius; Arguit, Probat, impugnat. *Poſterius verbum corruptum v detur: ſ.* indicat. Plaut. Bacch. 3, 3, 65 Quin ego quum periba vidi, non ex audito arguo, *i. coniicio.* Vultu genus arguitur Oui Faſt. 2, 597. Languor arguit amantem, *i. Prodit* Hor. Epod. 11, 1 *Sic* Humor in genas Furtim labitur, arguens, Quam lentis penit macerer ignibus Hor. Od. 1, 13, 7. Vt ſciat occultos et ſignis argu hoſtes Grat. Cyneg. 236. *i. indicet.* Arguitur virtus malis, *i. Declar tur rebus aduerſis* Ouid. Triſt. 4, 3, 80. ¶ 2 *Accuſare ſig ficat.* Vlpian. l. 192 de V. S. Indicaſſe reum eſt detuliſſe: Argui (*eſt*) accuſaſſe et conuiciſſe. Plaut. Amph. 3, 2, 4 Quae neque fu facta, neque ego in me admiſi, arguit. Suet. de Clar. Gram. 22, 1 aduocatione quadam ſoloeciſmum ab aduerſario factum vsque adeo a guere perſeuerauit, quoad *etc.* Cic. pro Roſc. Amer. 57 c. 20. S autem ſic agetis, vt arguatis aliquem patrem occidiſſe, neque dice poſſitis ante, quare, aut quomodo *etc.* Id. pro Syll. 67 De quo etia ſi quid dubitaſſet antea, non id, quod tu arguis, cogitaſſet interfec patre tuo, *i. obiicis. Et* pro Roſc. Amer. 120 c. 41 Seruos ipſ quod ad me attinet, neque arguo, neque purgo. Cic. pro Roſc. A 82 c. 29. De quibus quoniam verbo arguit, verbo ſatis eſt negar Id. pro Syll. 69 c. 25 Omnibus in rebus Iudices, quid quisque v luerit, cogitauerit, admiſerit, non ex crimine, ſed ex moribus ei qui arguitur, eſt ponderandum. *Et* Verr. 5, 45 c. 18 Nunc n modo te hoc crimine arguo, ſed ne illa quidem communi vitupe tio

tione reprehendo. *Add.* Nep. 4, 3, 7. Cic. de Inuent. 2, 37 c. 11 Negare oportebit de vita eius et moribus quaeri, ſed de eo crimine, quo de arguatur. Cic. pro Rabir. 26 c. 9 Annon intelligis, primum quos homines, et quales viros mortuos ſummi ſceleris arguas? Argui repetundarum Tacit. Ann. 3, 33. Arguere regem culpae Liu. 1, . . Cic. pro Cael. 1 Si quis, Iudices, forte nunc adſit ignarus legum, nec dubitet, quin tanti facinoris reus arguatur, vt eo neglecto ciuitas ſtare non poſſit. Arguitur patrem occidiſſe Sex. Roſcius Cic. pro Roſc. Amer. 37 c. 13. Quod auctor iniuriae illius fuiſſe argueretur Cic. Verr. 1, 85. Arguor immerito, *eſt Iniuſte accuſor* Ouid. Triſt. 2, 327. M. Valerius Laeuinus ſpeculatores, non legatos veniſſe arguebat Liu. 30, 23. Arguunt in eo regni voluntatem Vell. 2, 68, 4. Inſolentia paene argui poteſt Id. 2, 45, 5. Arguebat et perperam editi cenſus Suet. Calig. c. 38. *Huc referendus* Feſtus, Argutum iri, in diſcrimen vocari. *quid ſi* In crimen vocari? ¶ 3 *Conuincere etiam ſignificat, vt principio n. 2 oſtenſum ex* L. 197 de V. S. Tac. Ann. 1, 12, 4 Gallus non idcirco interrogatum ait, vt diuideret, quae ſeparari nequirent; ſed vt ſua confeſſione argueretur, vnum eſſe reip. corpus, atque vnius animo regendum. *Similis ratio eſt, qua vtitur* Liu. 35, 32 *de Aemilio Paullo* Leges Macedoniae dedit cum tanta cura, vt non hoſtibus victis, ſed ſociis bene meritis dare videretur, et quas ne vſus quidem longo tempore (qui vnus eſt legum corrector) argueret. ¶ 4 *Volunt* Arguere *pro Vetare et prohibere poni* Ouid. Met. 15, 73 — primusque animalia menſis Arguit imponi. *Et* ex Ponto 1, 6, 42 Me quoque conantem gladio finire dolorem Arguit. *Sed vtroque loco* Arcuit *meliores. Confundi autem a librariis haec verba, monet Burmannus.*

ARGVENS. Partic. [ἐλέγχων] Plin. 2, 12 Quo in metu fuiſſe Steſichori et Pindari vatum ſublimia ora, palam eſt deliquio Solis: et in Luna veneficia arguente mortalitate.

ARGVITVRVS. Partic. Salluſt. ap. Priſcian. p. 882 Quos adverſum multi ex Bithynia volentes ocurrere, falſum filium arguituri.

ARGVTVS. Partic. [ἐλεγχθεὶς] *Accuſatus, Conuictus.* Plaut. Pſeud. 2, 4, 56 Ecquid argutus eſt? CH. malorum facinorum ſaepiſſime. *vbi ſignificare videtur, accuſatus idem et conuictus. Verum* Amph. 3, 2, 2 Alcmena dedecoris arguta, *i. inſimulata.*

ARGVTVS. Adi. [ἀγχίνοος] *Subtilis, acutus. Vt cautus, qui ſaepe cauendo recte cauere didicit: Sic* Argutus, *qui ſaepe arguendo, coniectando recte arguere iam poteſt, et celeriter excogitare atque proloqui, quae oportet.* Plaut. Truc. 2, 6, 12

Strenui nimio plus proſunt populo, quam arguti et cati:
Facile ſibi facunditatem virtus argutam inuenit.
Sine virtute argutum ciuem mihi habeam pro praefica,
Quae alias collaudat, eapſe ſe vero non poteſt.

*Idem* Plaut. Trin. 1, 2, 162 Nihil eſt profecto ſtultius, neque ſtolidius, neque mendaciloquius, atque argutum magis. Vet. Gloſſ. Argutus λάλος. *it.* ἀδόλεσχος, φλύαρος. *Sic* Feſtus Taciturnum Arguto *opponit:* Taciturnus, qui facile tacet, Tacitus Argutus etiam, qui poteſt aliquando tacere. *Huc ref.* Cic. de Diuin. 2, 29 c. 12 *de gallinarum felle,* Sunt enim, qui vel argutiſſima haec exta eſſe dicant, *i. ſignificantia maxime in aruſpicina. In his igitur omnibus ad multitudinem potius ſermonis, quam ad ſubtilitatem refertur. Huius vero exempla ſunt:* Cic. de Clar. Orat. 65 Quis in ſententiis argutior? in docendo ediſſerendoque ſubtilior? Idem de Orat. 2, 250 c. 61 Ex ambiguo dicta, vel argutiſſima putantur. Argutos vocat Probus, Eos qui celeriter loquuntur et multum: quoniam Graece ἀργὸς, velox dicitur Latine. *Vid.* Seru. ad Virg. Ecl. 4, 34. Acumen argutum iudicis, *i. iudicandi ſubtilitas* Hor. in Arte Poët. 364. Blanditia Propert. 1, 16, 16. Id. 3, 19, 18 Et caput argutae praebeat Hiſtoriae. *i. fabulae Mileſiae de ipſius amoribus materiem et argumentum ſuppeditet.* Prop. 1, 18, 26 Arguto ficta dolore queri, *i. ingenioſe aſſimulato.* Libellus argutus, *i. Salſus et acumen habens.* Martial. 1, 1. Cic. Att. 6, 5 Velim obuias mihi litteras quam argutiſſimas de omnibus rebus crebro mittas, *i. verboſiſſimas et coniecturarum atque argumentorum plenas.* Id. de Orat. 3, 218 Manus autem minus arguta, digitis ſubſequens verba, non exprimens, *i. minus mobilis, et quaſi loquax, ne videatur eſſe praeſtigiatoris, aut hiſtrionis. Vid.* Argutiae digitorum. *it.* Arguti oculi. Meretrix Hor. Serm. 1, 10, 40. *h. e.* Callida, Acron. Cic. de Legib. 1, 27 Oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti ſumus, loquuntur. *i. Nimis mobiles et agiles, et quaſi ſignificare aliquid volentes, vt* Digiti arguti. Stat. Silu. 2, 1, 45 Blandis vbi ora arguta querelis? *de puero.* Poëma facit ita feſtiuum, concinnum, elegans, vt nihil fieri poſſit argutius Cic. in Piſon. c. 29. Nugae argutiſſimae Gell. 15, 30. *i. loquaciſſimae, et quadam ingenii ſpecie fallentes.* Poëtae Hor. Epiſt. 2, 2, 90. *i. loquaces.* Sedulitas nimium arguta Cic. Fam. 8, 1. Thaliae argutae doctor, *i. Praeceptor artis muſicae, eiusdemque ingenioſae* Hor. Carm. 4, 6, 25. ¶ 2 Argutus *ſonorus eſt, et in eo ipſo ingenium et artem oſtendens. Sic* Datur etiam venia concinnitati ſententiarum, et arguti, certique, et circumſcripti verborum ambitus conceduntur Cic. in Bruto c. 12. *Verum etiam ad inarticulatos ſonos refertur, modo crebri et continui ſint, vel penetrabiles et acuti. Sic* Arguta cauis tinnitibus Aera, *i. tubae* Sil. 17, 18. Aues Prop. 1, 18, 30. *i. canentes perpetuo.* Calami. *i. Sonora fiſtula* Sil. 1, 13. Calo Hor. Epiſt. 1, 14, 42. *i. querulus.* Canes Sen. Hippol. 81. *i. latratores.* Fiſtula Virg. Ecl. 7, 24. Forum argutum, *i. e. Obſtreperum.* Ouid. de Arte Am. , 80. Arguto fugientes Gramine fontes Colum. 10, 284. *i. ſtridulo, et dulce murmurante.* Hirundo Virg. Georg. 1, 377. Ilex arguta, *apud* Virg. Ecl. 7, 1 *Vbi Seruius:* Arguta, modo canora, ſtridula. Nemus, *i. e.* Garrulum, ſtridulum, *ait* Seruius in Virg. Ecl. 8, 22. Virg. Ecl. 9, 36 — argutos inter ſtrepere anſer olores: *i. Cygnos canoros.* Paſſer argutus Martial. 9, 55. Pecten Virg. Georg. 1, 294. *i. perpetuo ſtrepens in tela.* Serra Virg. Georg. 1, 143. *h. e.* Stridula. Valles, *i. Reſonantes.* Columel. 9, 5, 6 Nec minus vitentur cauae rupes, aut valles argutae, quas Graeci ἤχας vocant. ¶ 3 Argutum Paruum *interpretatur* Nonius 4, 14 *apud* Virg. Georg. 3, 80 *vbi in equi virtutibus* Argutum Caput. Seruius, *ait* Breue, *quod idem eſt. Et ſane paruum caput omnes in equo optant. Videtur tamen Poëta ad habilitatem agilitatemque, quam iuuat paruitas, reſpexiſſe. Sic* Palladius Mart. 11, 4 *in* moribus boum *ponit, vt ſint* Arguti, manſueti *etc. h. e. mobiles, et qui facile ſe regi, in quam partem opus eſt, patiantur. Parui quidem nullo modo hic paſſunt intelligi.* Idem ibid. 63, 8 *In pullis quorum* conſideranda ſunt magna, longa, muſculoſa, et arguta corpora.

ARGVTVLVS. Dimin. Cic. Att. 13, 18 Ego interea admonitu tuo perfeci ſane argutulos libros ad Varronem. *Add.* Apul. Met. 2 p. 117. Nam et forma ſcitula, et moribus ludicra, et prorſus argutula eſt. *i. agilis, ingenioſa, efficax, cuius opera ad magica ſecreta expiſcanda vti poſſis.*

ARGVTE. Adu. [ἀγχινοίκῶς] *Subtiliter, acute.* Cic. de Clar. Orat. 53 Quis putet celeritatem ingenii L. Bruto defuiſſe, qui de matre ſuauianda ex oraculo Apollinis tam acute arguteque coniecerit? Id. pro Cael. 19 c. 8 Si mihi acute arguteque reſponderit, tum quaeram denique, ex quo iſte fonte Senator emanet. *Et de* Clar. Orat. 322 c. 93 Nemo qui breuiter arguteque incluſo aduerſario laxaret iudicum animos, atque a ſeueritate paullisper ad hilaritatem riſumque traduceret. Cic. in Orat. 98 Qui in illo ſubtili et acuto elaborauit, vt callide arguteque diceret, nec quidquam altius cogitaret, hoc vno profecto magnus orator eſt, ſi non maximus. *Compar.* Vt aliquid dicere poſſint argutius Cic. de Cl. Orat. c. 11. Poteſt alius aliud argutius fingere Arnob. 5 p. 181. De rebus difficillimis argutiſſime diſputare Id. de Orat. 2 c. 4 *extr.* Argutiſſime in ſcholis praecipere Nep. *ap.* Lactant. 3, 15. *i. ſubtiliter, de philoſophicis diſputationibus.*

ARGVTIAE, ārum. [ἀγχινοήματα] *Acute dicta et ſubtiliter.* Plaut. Moſt. 1, 1, 1 Qui mihi inter patinas exhibes argutias. Cic. de Legib. 1, 7 Nam quid Accium memorem, cuius loquacitas habet aliquid argutiarum? Id. de Clar. Orat. 167 c. 45 C. Titii orationes tantum argutiarum, tantum exemplorum, tantum vrbanitatis habent, vt paene Attico ſtylo ſcriptae eſſe videantur. Id. in Orat. 110 Demoſthenes nihil Lyſiae ſubtilitate cedit, nihil argutiis et acumine Hyperidi, nihil lenitate Aeſchini et ſplendore verborum. Cic. de Amicit. 45 c. 13 Quibusdam, quos audio ſapientes fuiſſe habitos in Graecia, placuiſſe opinor mirabilia quaedam. Sed nihil eſt, quod illi non perſequantur ſuis argutiis, partim fugiendas eſſe nimias amicitias, *etc. Singulariter.* Scio, quo frequenter inclinet argutia famulorum Pallad. l. 14 de Inſit. Tam importuna tamque audaci argutia fuit Probus Gell. 3, 1. ¶ 2 *Ad corporis motus celeres pertinet* Cic. in Orat. 58 c. 18 Nulla mollitia ceruicum, nullae argutiae digitorum, non ad numerum articulus cadens. Quinct. 11, 3, 181 *de ead. re* Quare neque in geſtu perſequemur omnes argutias.

ARGVTIOLA. Dimin. Gell. 2, 7 Argutiola quippe haec friuola et inanis eſt. *Add. Id.* 9, 14. *et* 18, 1.

ARGVTOR, āri. Dep. [σοφίστευομαι] Loquaciter proloqui, *vt ait* Nonius 14, 34. Plaut. Amph. 1, 1, 193 Pergin argutari? Naeuius apud Non. l. c. Quando ad ludos venit, alii quum tacerent, totum diem argutatur quaſi cicada. Idem Non. 4, 14 ex Lucilio Agite, agite fures, mendacia argutamini. *Vid. Paſſerat. ad* Propert. 1, 6, 7. *Barth. ad* Stat. Silu. p. 170. ¶ 2 *Ad motum celerem aliorum membrorum adhibetur.* Non. 4, 34 Argutari, ſubſilire. Titinnius Fullonibus, Terra haec eſt non aqua, vbi tu ſolitus argutari pedibus, cretam dum compeſcis, veſtimentaque lauas.

ARGVTO, āre. [σοφιστεύω] *Actiuum, vox infrequentior.* Propert. lib. 1, 6, 7 Illa mihi totis argutat noctibus ignes. *i. Verboſe obiicit, aut (vt ait Budaeus) imputat.*

ARGVTATIO, onis. f. [λιγυφωνία] *pro Strepitu ex motu celeri.* Argutatio quaſſa lecti tremuli, *i. Sonitus ex concuſſione lecti* Catull. 6, 11.

ARGVTATOR, ōris. m. [σοφιστὴς] Gell. 17, 5 Proceſſiſſet autem argutatori iſti fortaſſe reprehenſio. Argutatorem *pro Sophiſta argutulo, vel argumentatore accipit.*

ARGVMENTVM, i. [ἐπιχείρημα, πίστις, ἔλεγχος] *Quo aliquid arguitur, i. oſtenditur.* Inuentum probabile ad faciendam fidem Cic. Partit. c. 2. *Et* Quinctil. 5, 10, 11 Eſt ratio probationem praeſtans, qua colligitur aliud per aliud: et quae, quod eſt dubium, per id, quod dubium non eſt, confirmat. *Et principio capitis,* Nunc de argumentis. Hoc enim nomine complectimur omnia, quae Graeci ἐνθυμήματα, ἐπιχειρήματα, ἀποδείξεις vocant, quanquam eſt apud ipſos aliqua horum nominum differentia, etiamſi vis eodem fere tendit. *Sic* Cic. in Topic. 8 Argumentum eſt ratio, quae rei dubiae facit fidem. Id. de Diuin. 2, 27 Argumentis et rationibus oportet quare quidque ita ſit, docere, non euentis. Argumenta criminis alicuius, *i. e. Rationes, quibus crimen illud patratum ab aliquo fuiſſe contendimus* Quinctil. 4, 2. ¶ 2 *Verba, quibus argumentum pro probatione poſitum adiungitur:* Accipite argumentum certiſſimum, vt intelligatis Cic. Verr. 2, 18. Plin. 3, 16 ſ. 20 Cui argumento adeſt oppidum iuxta *etc. i. cui rei fidem facit.* Adiuuanda ſunt quaedam argumenta Quinct. 5, 12, 6. Affers omnia argumenta, cur dii ſint: remque mea ſententia minime dubiam argumentando dubiam facis Cic. de Nat. Deor. 3, 10. Id. pro Cael. 22 c. 9 Argumentis agemus, ſignis omni luce clarioribus crimina refellemus. Id. de Orat. 2, 214 Argumentum ſimulatque poſitum eſt, arripitur. *Et* Tuſc. 3, 13 Primo, ſi placet, Stoicorum more agamus, qui breuiter aſtringere ſolent argumenta. Colligere argumentis, *i. Ratiocinando comprobare* Quinctil. 3, 6, 103. Colligere ſparſa argumenta. *i. Argumenta plura diuerſa coaceruare* Idem 5, 7, 18. Commemorare argumenta Lucret. 1, 401. Comparare argumenta vtriusque partis inter ſe Quinctil. 7, 3. Comperiſſe nihil graui argumento Cic. pro Cluent. 131. Componere aduerſarii argumenta cum noſtris Quinctil. 7, 2, 22. Cic. de Orat. 2, 214 Argumentum ratio ipſa confirmat: quae ſimul atque emiſſa eſt, adhaereſcit. Id. Off. 1, 153 c. 43 Placet aptiora eſſe naturae ea officia, quae ex communitate, quam ea, quae ex cognitione ducantur: idque hoc argumento confirmari poteſt, quod *etc.* Congerere argumenta, *plura ſimul proferre.* Conuertitur dignitas in argumentum facti Quinct. 7, 2, 32. Diſſoluere argumenta ſingulatim *reſpondere* Idem 5, 13, 15. *Sic* Congregare argumenta infirmiora Quinct. 5, 12, 4. Dare *vid. n.* 3 Immane. Defendere viriliter cauſam argumentis Quinctil. 6, 1. Dicere argumenta, *i. e. proferre* Quinct. 2, 20, 10. *It.* 5, 14, 33. Dicere argumenta alicui rei, *i. illam argumentis probare* Plaut. Trinum. 2, 4, 121. Deprehendere argumenta et oculis Quinctil. 7, 2, 4. Cic. in Parad. 1 Cato perfectus Stoicus, et ea ſentit, quae non ſane probantur in vulgus: et in ea eſt haereſi, quae nullum ſequitur florem orationis, neque dilatat argumentum, ſed minutis interrogatiunculis, et quaſi punctis, quod propoſuit, efficit. Docere multis argumentis Deum vnum eſſe Cic. de Natur. Deor. 3, 9 c. 4. Idem de Orat. 2, 167 Ex coniunctis ſic argumenta ducuntur, Si pietati ſumma tribuenda laus eſt, *etc.* Ducere argumentum ex aduerſario: *i. a perſona aduerſarii* Quinctil. 6, 1. Ex re, citra perſonam Idem 7, 2, 13. Ducere rem aliquam in argumentum, *i. argumenti loco ſumere* Quinctil. 5, 10, 26. Eſt argumentum huius rei Scribon. c. 84. Exquirere rem aliquam argumentis Plaut. Rud. 4, 4, 136. Excogitare argumenta firma ad probandum Cic. de Clar. Orat. 271. Inſtare firmiſſimis

miſſimis argumentorum ſingulis Quinct. 5, 12, 4. Inſtitui multa in pectus argumenta Plaut. Moſt. 1, 2, 2. Iudicaram id plurimis argumentis Cic. Fam. 3, 4. Loqui argumenta Plaut. Capt. 3, 3, 14. Niti argumentis, *i. Conari probare aliquid* Quinctil. 5, 12, 7. Obiicere in argumentum, *i. Ad confirmandam cauſam ſuam opponere aliquid* Quinctil. 6, 3. Obſcurare argumenta per ſe fortia circumſtantibus Idem 5, 12, 4. Onerare iudicem argumentis Quinctil. 5, 12, 8. Cic. Act. 1 in Verr. c. 6 Quae res primo pertenui nobis argumento indicioque patefacta eſt. Patet argumento Quinctil. 1, 12, 9. Ponere inter argumenta, *i. Inter probationes referre* Idem 4, 1, 11. Ponere quaedam argumenta ſatis non eſt, adiuuanda ſunt Quinctil. 5, 12, 6. Id. 2, 17, 34 Neque enim poſitum a ſe argumentum ſoluit orator. *Notabilis eſt praeſertim* 4, 2, 108 Argumentabimur in narratione nunquam; argumentum ponemus aliquando. *Nempe* argumentum *eſt ille, quem ſcholae vocant* medium terminum. *Hunc* ponere *licet in narratione, non* argumentari, *i.* argumentationem *ſ. Syllogiſmum formalem facere; quod ad eum locum oſtendimus.* Cic. de Orat. 1, 88 c. 19 Menedemus exemplis magis, quam argumentis conabatur refellere. Reſiſtere argumentis Quinctil. 4, 2, 14. Soluere argumentum a ſe poſitum Quinctil. 2, 17, 34. Tractare argumenta Quinctil. 5, 10, 15. Trahere argumenta ex cauſa Quinctil. 5, 5, 2. *et* 5, 10, 102. Valere ſi non poſſunt argumenta, quia magna non ſunt; valebunt quia multa ſunt Quinct. 5, 12, 5. Vti argumentis ad probandum id, quod explanari volumus Cic. Acad. 1, 32. Scribon. 84 Pluribus vſus argumentis in hac re. ¶ 3 *Epitheta et Formulae aliae.* Argumenta diſtincta ac perſpicua Quinctil. 5, 14. Frigidum argumentum, *i. Infirmum, et non vrgens* Idem 5, 10. Graue, *i. Vrgens, et quod momentum habeat* Quinctil. 5, 12. Grauiſſimum et firmiſſimum Cic. pro Roſc. Com. 36 c. 12. Horrida et confragoſa argumenta Quinctil. 5, 8. Vell. 2, 38, 3 Immane bellicae ciuitatis argumentum, quod ſemel ſub regibus, iterum T. Manlio COS., tertio Auguſto principe, certae pacis argumentum Ianus geminus clauſus dedit. Parua, *i. Leuia* Quinctil. 2, 1. Perſuaſibilia Idem 2, 21. Simplex et breue Quinct. 4, 2. Vanum, *i. Friuolum, et quod nihil probat* Quinctil. 7, 2, 34. Cic. Verr. 2, 115 c. 47 Vidi *(in monte Eryce Veneri ſacro)* argenteum Cupidinem cum lampade: quid tandem habuit argumenti, aut rationis res, quamobrem in eo potiſſimum Stenianum praemium poneretur? Cic. in Catil. 3, 13 c. 5 Mihi quidem, Quirites, quum illa Certiſſima ſunt viſa argumenta atque indicia ſceleris, tabellae, ſigna, manus, *etc.* Argumento oculorum atque coniectura animi ſcrutari amplitudinem Solis Plin. 2, 11. Cic. pro Quint. 41 Satis eſt argumenti, nihil eſſe debitum Naeuio, quod tamdiu nihil petiuit. Id. pro Cluent. 114 c. 41 Quamquam ſatis magno argumento eſſe debet, quod ex tam multis iudicibus, abſoluto Falcula, nemo reus factus eſt. Cic. pro Roſc. Amer. 75 Praeterea illud, quod mihi Maximo argumento ad huius innocentiam poterat eſſe, in ruſticis moribus, in victu arido, *etc.* *Add.* Id. de Diuinat. 1, 119 c. 52 Quod ne dubitare poſſimus, Maximo eſt argumento, quod paullo ante interitum Caeſaris contigit. Cic. Philipp. 2, 40 Quod idem moeſtitiam meam reprehendit, idem iocum: magno argumento ſit, me in vtroque fuiſſe moderatum. Argumentum morum, *i. Indicium* Quinctil. 5, 10. Pro argumento eſſe Liu. 25, . . Cic. pro Cael. 68 c. 29 Scire cupio, quid habeat argumenti iſta manumiſſio? *i. quid inde probari poſſit.* Plin. 10, 36 *de paſſeribus*, Mares negantur anno diutius viuere, argumento, quia nulla veris initio appareat nigritudo in roſtro, quae ab aeſtate incipit. ¶ 4 Argumentum *pro Documento.* Gell. 2, 29 Hoc erit tibi argumentum ſemper in promtu ſitum, Ne quid exſpectes amicos, quod tute agere poſſis Ennius *ap.* Eund. ibid. *Hinc fabulas ſuas* argumenta *vocat* Phaedrus 2, 7, 13. 4, 7, 2. 4, 10, 14. 4, 15, 7. 5, 3, 11. ¶ 5 Argumentum [ὑπόθεσις] *res, de qua agitur, ſcribitur, quae fingitur, pingitur, repraeſentatur:* Subiectum *vulgo vocant.* Quinctil. 5, 10, 9 Argumentum plura ſignificat. Nam et Fabulae, ad actus ſcenarum compoſitae, argumenta dicuntur: et orationum Ciceronis velut thema ipſe exponens Pedianus, *Argumentum*, inquit, *tale eſt.* Et ipſe Cic. ad Brutum ita ſcribit, *Veritus fortaſſe, ne nos in Catonem noſtrum transferamus illinc mali quid, etſi argumentum ſimile non erat.* Quo apparet omnem ad ſcribendum deſtinatam materiam ita appellari: nec mirum, quum id inter opifices quoque vulgatum ſit. Vnde Virg. (Aen. 7, 791) *Argumentum ingens.* Vulgoque paullo numeroſius opus, dicitur Argumentoſum. *Hactenus* Quinctilianus Cic. de N. D. 1, 53 c. 20 Vt tragici Poëtae cum explicare argumenti exitum non poteſtis, confugitis ad Deum. *Et* ad Her. 1, 13 c. 8 Argumentum eſt ficta res, quae tamen fieri potuit, vt argumenta comoediarum. Cic. pro Rab. Poſt. 35 c. 12 Illinc omnes praeſtigiae, illinc, inquam, omnes fallaciae. Omnia denique ab his mimorum argumenta nata ſunt. Ter. Prol. Andr. 11 Qui vtramuis recte norit, ambas nouerit: Non ita diſſimili ſunt argumento. *Conf.* ib. v. 6. Cic. Att. 15, 4 Componendum eſt argumentum. *i. diſponenda et diſtribuenda ſcribendi materies.* Id. Off. 2, 84 c. 23 Tabulae vero nouae quid habent argumenti, niſi vt emas mea pecunia fundum, cum tu habeas, ego non habeam pecuniam? *i. Quid maxime ſpectatur in tabulis nouis? quae ſumma rei?* Cic. de Aruſp. Reſp. 8 c. 4 Clodius paullo ante P. C. concionem habuit, quae eſt ad me tota delata: cuius concionis primum vniuerſum argumentum ſententiamque audite. quum riſeritis impudentiam hominis, tum a me de tota concione audietis. *Sic de Epiſtola* Cic. Q. Fr. 2, 13 Dabat mihi nihil argumenti ad ſcribendum. *Et* Seruius mihi dabit argumentum ad te epiſtolae Id. Att. 10, 13. Argumentum ad ſcribendum iam deeſt Id. ib. *et* 9, 6. Egere argumento Epiſtolarum Cic. Att. 9, 2. Verſari in vno argumento Id. Fam. 15, 12. *de hiſtoria.* *Iterum* Cic. Att. 1, 16 Ad ſummas atque incredibiles occupationes meas accedit, quod nullam a me epiſtolam ad te ſino abſque argumento ac ſententia venire. Cic. pro Cael. 8 c. 3 Quis eſt enim, cui iſta via non pateat? Qui iſti aetati, atque etiam dignitati, non poſſit quam velit petulanter, etiamſi ſine vlla ſuſpicione, at non ſine Argumento, maledicere? *i. ſine materia et occaſione.* *Proinde* Ouid. Triſt. 5, 1, 10

Integer et laetus, laeta et iuuenilia luſi,
Illa tamen nunc me compoſuiſſe piget.
Vt cecidi, perago ſubiti praeconia caſus,
Sumque argumenti conditor ipſe mei.

*q. d. de me ſcribo tragoediam. Sed quid* ex Ponto 4, 15, 26 Erroris argumentum *vocet, non liquet.* ¶ 6 *Eſt etiam, vt indicauimus,* Argumentum *illud, quod pictura ſcalpturaue repraeſentatur, eadem fere ratione, qua* ſigna *vocantur ſtatuae.* Sueton. Tib. 44 Parrhaſii tabulam, in qua Meleagro Atalanta ore morigeratur, legatam ſibi ſub conditione, vt ſi argumento offenderetur, decies pro ea ſeſtertium acciperet. Suet. Neron. 12 Inter Pyrrhicharum argumenta, taurus Paſiphaën in ligneo iuuencae ſimulacro abditam iniit. Virg. Aen. 7, 798

At leuem clypeum ſublatis cornibus Io
Auro inſignibat, iam ſetis obſita, iam bos
Argumentum ingens.

*Vid.* Seruius *et Lacerda.* Ouid. Met. 6, 69 Et vetus in tela deducitur argumentum, *i. fabula intexitur.* Petron. c. 88 Conſulere prudentiorem coepi aetates tabularum, et quaedam argumenta mihi obſcura. *Hinc ipſa opera artificum* Argumenta *dixit non modo* Prop. 3, 7, 13 Argumenta magis ſunt Mentoris addita famae (*ſic leg. puto, pro* formae). *Sed etiam* Cic. Verr. 4, 144 c. 56 Ex ebore diligentiſſime perfecta argumenta erant in valuis. *Add.* Quinctil. l. c. n. 6.

ARGVMENTOR, āri. [ἐπιχειρέω] eſt Argumentis vti ad rem probandam. Cic. Verr. 150 c. 57 Nam quid argumentamur, quo iſta pecunia peruenerit? fecit ipſe indicium. Ad Heren. 4, 47 Quaeſitoris eſt, vnumquemque in officio ſuo continere. Quare L. Caſſi, ſi in cauſa teſtem, praeterquam quod ſciat, aut audiuerit, argumentari et coniectura proſequi patieris, ius accuſatoris cum iure teſtimonii commiſcebis. *Sic* Neque in cauſis, ſi quid eſt euidens, de quo inter omnes conueniat, argumentari ſoleo Cic. de N. D. 3 c. 4. *Add.* Id. ad Att. 3, 12. *Et* Cic. pro Milon. 45 Sed quid ego argumentor? quid plura diſputo? te Q. Petili, appello optimum et fortiſſimum ciuem. Id. de Fin. 1, 31 c. 9 Sed et argumentandum et accurate diſſerendum, et rationibus conquiſitis de voluptate et dolore diſputandum putant. Cic. pro Cluent. 64 Ego illa non argumentabor, quae ſunt grauia vehementer. Id. Verr. 2, 119 De quo crimine quid ego diſputem, quum totum poſitum ſit in teſtibus? quid porro argumenter, qua de re dubitare nemo poſſit? Id. de Inuent. 2, 128 c. 44 Si aliud ſenſiſſe ſcriptor, aliud ſcripſiſſe dicetur, is qui ſcripto vtetur, hoc dicet, non oportere de eius voluntate nos argumentari, qui ne id facere poſſemus, iudicium nobis reliquerit ſuae voluntatis. Cic. Att. 13, 26 Ita male autem audio ipſum eſſe tractatum, vt mihi ille emtor non eſſe videatur. Quid enim pateretur? Sed quid argumentor? Id. de N. D. 3, 10 c. 4 Affers haec omnia argumenta, cur Dii ſint: remque mea ſententia minime dubiam argumentando dubiam facis.

ARGVMENTATVS. Partic. Auſuſius vetus auctor apud Priſc. p. 792 Omnia argumentata nomina, πιστωθέντα, *vt ipſe Priſcianus interpretatur.*

ARGVMENTATIO, ōnis. f. [ἐπιχείρησις] *Ipſa argumenti diſpoſitio et explicatio.* Cic. de Inu. 1, 73 c. 40 Concluſeris argumentationem — Quare in longis argumentationibus ex conductionibus aut ex contrario complecti oportet — ſaepe ſatis eſſe hoc modo argumentationem facere. — Sed nobis ambiguitate nominis videntur errare. Nam argumentatio nomine vno res duas ſignificat, ideo quod et inuentum aliquam in rem probabile aut neceſſarium argumentatio vocatur *(id eſt ipſum argumentum)* et eius inuenti artificioſa expolitio. Perſpicuitas argumentatione eleuatur Cic. de Nat. Deor. 3, 9 c. 4. Aliquid non modo probabili argumentatione, ſed etiam neceſſaria Mathematicorum ratione concludere Id. de Fin. 5 c. 4. Argumentatione firmare Quinctil. 4 2, 102. Argumentatio Agilior, Acrior, Inſtantior Quinct. 11, 3, 164 Firmiſſima Quinct. 3, 11. Subtilis et crebra Quinct. 2, 5. Suſpecta Quinct. 5, 14, 35.

ARGVMENTATOR, ōris. m. Tertull. de Anima c. 38. *it.* de Reſurr. Carn. c. 24.

ARGVMENTATRIX, īcis. f. Tertull. de Spectac. c. 2.

ARGVMENTALIS, e. Narratio argumentalis, quae aliquid probat, *apud* Aſconium in Diuinat. Verr. ſub init.

ARGVMENTALITER. Adu. Aggen. Vrb. Goeſ. p. 64 Quaedam argumentaliter metiri.

ARGVMENTOSVS. Adi. [ἐλεγχώδης] Quinctil. 5, 10, 9 Vulgo paullo numeroſius opus, dicitur Argumentoſum. *i. quod multam materiam continet. Sed a frequentandis* argumentis, *i. Syllogiſmis, veteres Scholaſtici vocantur* Argumentoſi. I. Pic. Mirand. Epiſt. 4 ad Herm. Barb. *Sic* Scripſeras plurima ardenter, argumentoſa diſputatorie Sidon. Apoll. Epiſt. 9, 9.

ARGVS. [Ἄργος] *Filius Ariſtoris*, de quo Ouid. Met. 1, 625

Centum luminibus cinctum caput Argus habebat,
Inque ſuis vicibus capiebant bina quietem:
Caetera ſeruabant, atque in ſtatione manebant.

*Huic Iuno cuſtodiendam dedit Io, Inachi filiam, mutatam in vaccam: ſed Mercurius a Ioue miſſus dulcedine cantus illum ſopitum occidit. Oculos tamen Argi Iuno indidit caudae Pauonis, quae dicitur auis Iunonia.* Virg Aen. 7, 791 — et cuſtos virginis Argus. Cic. de Nat. Deor. 3, 16 Mercurius argentum inueniſſe, et Argum dicitur intereniſſe. Argus Ariſtorides: *i. Ariſtoris filius.* Ouid. Met. 1, 624. Idem Met. 1, 664 Talia moerenti ſtellatus ſummouet Argus. Stellatum *vocat ab Oculorum multitudine, inſtar ſtellarum circa caput totum micantium.* Stat. Theb. 6, 277 Spectat in occiduis ſtellatum viſibus Argum.

ARGVTE, ARGVTIAE, ARGVTOR, ARGVTVS. *Vid.* ARGVO.

ARGYNNIS. [Ἀργυννὶς] *Venus cognominata eſt, ab* Argynno *pueri nomine, qui (vt Athenaeus 13, 8 refert) ab Agamemnone rege amatus, quum frequentius nataret in flumine Cephiſſo, periit: quo in loco eum ſepeliuit Agamemnon, ibidemque Veneris Argynnidos templum conſtruxit. Hinc illud* Propertii *intelligitur*, 3, 5, 52 Sunt Agamemnonias teſtantia litora curas, Qua notat Argynni poena natantis aquas. Broukh. Quae notat Argyni poena natantis aqua.

ARGYRANCHE, *vid.* ARGENTANGINA.

ARGYRASPIDES. [Ἀργυράσπιδες] *dicuntur, qui argentea ſcuta ferunt. vid.* Curt. 4, 13, 27. *et* 8, 5, 4. Iuſtin. 12, 7, 6. Liu. 37, 40. *Sic*, Chryſaſpides, *ab aureis clypeis nominati.*

ARGYRĪTIS, is. f. [ἀργυρῖτις] *Spuma argenti.* Plin. 33, 6 Fit et iisdem metallis et quae vocatur ſpuma argenti. Genera eius tria: optima, quam chryſitin vocant: ſecunda, quam argyritin: tertia, quam molibditin. *It. herba, quae eadem* Argyros Apul. de Herb. c. 82.

ARGYRODAMAS. [ἀργυροδάμας] *Lapillus argenti nitorem habens; vt, Adamas, de quo* Plin. 37, 10, *addubitat, ſitne idem qui ille, quem* Androdomanta *vocant*, quoniam impetus hominum et iracundias domat.

ARGYROS, i. *Argentum. It. herba, al. Mercurialis.* Apul. de Herb. c. 82.

## A R H

ARHYTHMVS, *vel* ARHYTHMATVS, a, um. Genus numerorum

ıerorum arhythmon Mart. Capell. 9 p. 327. Tempora arhythmata l. p. 328. *Quid ſit, facile ex ipſa Rhythmi ſignificatione intelligitur: t enim ad verbum* Rhythmo carens, *vel, vt ipſe* Capella, quae ſibi nulla mnino lege conſentiunt, ac ſine certa ratione coniuncta ſunt.

## A R I

ARIADNE, es; *vel* ARIADNA, ae. [Ἀριάδνη] *Filia Minois, egis Cretae, forma eleganti, quae Theſeum ingreſſurum Labyrinthum diuuit, et redeuntem in patriam ſequuta eſt.* Ouid. Faſt. 3, 462 Quae edit ingrato fila legenda viro. *Totam ibi Ariadnae fabulam perſequi-ır: vt et* Catullus in Argonauticis. *Eam deſtitutam a Theſeo Bacchus xorem duxit, eiusque coronam ſtellis ornatam in aſtra retulit.* Corona noſia *dicitur.* Propert. 3, 15, 7 Te quoque enim non eſſe rudem ſtatur in aſtris Lyncibus in caelum vecta Ariadna tuis. *Bacchum lloquitur. Broukhuſius ad h. l. plures laudat, qui ipſam quoque Ariad-en in caelum relatam dicunt. Add.* Hygin. in Aſtronom. Poët. 2, 5.

ARIADNAEVS. Adi. [Ἀριαδναῖος] *Vt*, Ouid. Faſt. 5, 345 acchus amat flores, Baccho placuiſſe coronam, Ex Ariadnaeo ſidere oſſe potes.

ARIANIS. [ἀριανίς] *Herba, de qua* Plin. 24, 17 ſ. 102, *ex* De-nocriti Chirocmetis, Arianidem in Arianis gigni, igneam colore: olligi cum Sol in Leone ſit. Huius tactu peruncta oleo ligna ccendi.

ARICIA. [Ἀρικία] *Oppidum ad decimum lapidem ab vrbe Roma.* ucan. 6, 74 Parua Mycenaeae quantum ſacrata Dianae Diſtat ab ex-elſa, nemoralis Aricia, Roma. *Conf.* Horat. Serm. 1, 5, 1. *Erat ad uius Dianae templum nemus, quod vocabatur* Aricinum. *Vnde ipſa* Ne-noralis Aricia *etiam* Ouid. Faſt. 6, 59.

ARICĪNVS. [Ἀρικινός] *Vt*, Aricinum aruum. Horat. Epiſt. 2, 167. Vallis Aricina Ouid. Met. 15, 488. Fulgent. Expoſ. Serm. ant. 3, ex Antidamante in moralibus, Auerruncaſſit igitur tam Aricinas ominum mentes. Aricinas *interpretatur* teſteas vel argillaceas. *Nempe ae non ſunt* de meliore luto. *Etiam*

ARICINVM, i. n. *Genus caulis.* Plin. 19, 8.

ARIDITAS, ARIDVS, *vid.* AREO.

ARIENA, ae. *Pomi nomen, ex arbore* pala, quo ſapientes Indo-um viuunt. *Haec et plura* Plin. 12, 6 ſ. 12.

ĂRIES, ĕtis. m. [κριός, κτίλος] *In eo differt a* Veruece, *quod uic exſecti ſunt teſticuli; qui ad generandam ſobolem integer tenetur, icitur* Aries. Virgil. Ecl. 3, 95 — ipſe aries etiam nunc vellera ccat. *Vid.* Mutilus. ¶ 2 Aries, *Bellica machina, de qua* eget. 4, 14 Materia ac tabulatis teſtudo contexitur: quae ne extra-ır incendio, corio vel ciliciis centonibusque veſtitur. Haec intrin-ecus accipit trabem, quae adunco praefigitur ferro, quod falx vocatur, b eo quod incuruata eſt, vt de muro lapides extrahat. Aut certe pſius caput ferro veſtitur, et Aries appellatur: vel quod habet duriſ-imam frontem, qua ſubruat muros: vel quod more arietum retro edit, vt cum impetu vehementius feriat. *Add.* Vitruu. 10, 19. Caeſ. ell. Gall. 7, 23 Quod ab incendio lapis, et ab ariete materia defen-it. *Apud Poëtas litera* i *metri cauſa interdum fit conſonans. Sic* Virg. en. 2, 492 — labat ariete crebro Ianua, *i. crebris ictibus arie-s. Et ſic* Aen. 12, 706 Quique imos pulſabant ariete muros. *Et nun-uam aliter boni Poëtae: niſi quod eſt* Stat. Theb. 2, 492 Apparet, aut lſum crebris arietibus vrbis Inclinare latus, *vbi* e *producitur. Haec achina prius dicebatur* Equus. Plin. 7, 56 Equum, qui nunc aries ppellatur, in muralibus machinis, Epeum ad Troiam ferunt inue-iſſe. *Pulchre* Claudian. Conſ. Hon. 4, 329 Praeceps aries protectaque ortas Teſtudo feriat. Aries murum percutit Cic. Off. 1, 35. *Vid. ipſ.* *Poliorcet.* ¶ 3 Aries *quoque videtur dici* capreolus, *ſ. ignum obliquum alii obnitens, figura lineae breuioris τῶ λ. Ex hac atione* Caeſ. B. G. 4, 17. *et* Cic. Top. c. 17, *explicat Geſner. ad* Varr. R. R. 3, 5, 13. ¶ 4 Aries, *vnum e XII ſignis Zodiaci.* Quum ſol arietis ſignum init Vitruu. 9, 5. Plin. 18, 25 Omneſque iae differentiae fiunt in octauis partibus ſignorum. Bruma Capricorni, b VIII Kalend. Ianuarii fere, aequinoctium vernum Arietis: ſolſti-um, Cancri. Cic. in Arat. v. 10 Inferior paullo eſt Aries *etc. Conf.* mpel. c. de 12 ſignis. ¶ 5 Aries, *Piſcis.* Plin. 9, 44 raſſatur aries vt latro: et nunc grandium nauium in ſalo ſtantium ccultatus vmbra, ſi quem nandi voluptas inuitet, exſpectat: nunc lato extra aquam capite, piſcantium cymbas ſpeculatur, occultusque dnatans mergit. *De hoc* Claud. in Epithal. Honor. et Mar. 163 Timor egei rupturus fronte carinas Trux Aries.

ARIETARIVS. Adi. *A militari machina.* Teſtudo arietaria itr. 10, 19. *Et ibidem* Conſtituebatur autem in ea arietaria machina, uae Graece κριοδόκη dicitur: in qua collocabatur torus perfectus in rno, in quo inſuper conſtitutus aries.

ARIETĪNVS. Adi. *Quod eſt ex ariete animali. Laudatur* Plin. rietinum iecur ad id vtile eſt, *Sed non inuenio.* Cornua Hygin. ſtron. 2, 20. *it.* Pallad. Mart. 10, 28. Arietinum cicer, Quod rietino capiti ſimile eſt: vnde ita appellatur, *ſi credimus* Plinio 18, ſ. 32. Columel. 2, 10, 20 *vbi quidam libri* Arietillum. *Vid.* Peſron. 35 *et ibi Burm.* p. 145. *Add.* Plin. 22, 25 ſ. 72. Teſticuli arie-ni Auct. ad Heren. 3 c. 20. Plin. 30, 10. ¶ 2 Oraculum rietinum *quid vocauerint veteres, intelligi poteſt ex* Gell. 3, 3. *Egerat e* Freto, Plauti comoedia: Ex qua, *inquit*, duos hos verſus exſcri-ſimus, vt hiſtoriam quaereremus Oraculi Arietini: Nunc illud eſt, uod arietinum reſponſum magnis ludis dicitur: Peribo ſi non fe-ero, ſi ſaxo vapulabo. *Videtur autem dictum* Oraculum ſ. Reſpon-um Arietinum, *vt* Ceratinae *ſiue* Cornutae *argumentationes Stoicorum, el dilemmata, quaſi arietes gemino cornu ferientes. Ad ambiguitatem raculi Iouis Ammonis, cornuti ſ. κριοπροσώπε reſpici non putauerim.*

ARIĔTO, āre. [κορύπτω, κερατίζω] Aries *dicitur* arietare, *quum apite et cornibus aliquem impetit.* Accius in Bruto, apud Cic. de Diu. 44 c. 22

Viſus eſt in ſomnis paſtor ad me appellere,
Duos conſanguineos arietes inde eligi,
Pecus lanigerum eximia pulchritudine,
Praeclarioremque alterum inuolare me.
Deinde eius germanum cornibus connitier
In me arietare, eoque ictu me ad caſum dari.

*Metaph.* Curt. 9, 7, 22 Macedo gladium coeperat ſtringere: quem oc-upatum complexu pedibus repente ſubductis, Dioxippus arietauit in erram, *i. praecipitauit.* Arietat in primos, obicitque immania nembra Sil. 4, 139. Arietare aedes, *pro Vehementer pulſare, quaſi in modum arietis bellici* Plaut. Trucul. 2, 2, 1. Virgil. Aen. 11, 890 — immiſſis pars caeca et concita fraenis, Arietat in portas, et duros obiice poſtes. *Vbi* Seruius, Quae in clauſas portas more arie-tis ruebat, *i. Bellici machinamenti.* ¶ 2 Arietare, Seneca de Vita Beat. c. 8 Nihil praui, nihil lubrici ſupereſt, nihil in quo arietet aut labet. *Hic* Arietare, *eſt impingere. Sic* Quid eſt homo? quodlibet quaſſum vas et quodlibet fragile: iactatu, non tempeſtate magna, vt diſſiperis, opus eſt: vbicunque arietaueris, ſolueris Sen. Conſol. ad Marc. c. 10. *Sic* de Ira 2, 3 Magno imperatori antequam acies inter ſe arietarent, cor exſiluit. *Sic* ibid. 3, 4 Dentes inter ſe arietatos *dicit.* Plin. 2, 82 ſ. 84 *de diuerſis generibus terrae motus*, In-noxium et cum concurrentia tecta contrario ictu arietant: quoniam alter motus alteri renititur. Aciem arietare Nazar. Paneg. Con-ſtantini c. 23.

ARIETATIO, ōnis. f. *Concuſſio.* Sen. Quaeſt. Natur. 5, 13.

ARIETATVS, a, um. Arietata inter ſe arma Sen. Epiſt. 54.

ARILATOR. Qui etiam Cocio appellatur, dictus videtur a voce Graeca, quae eſt αἶρε, *i.* Tolle: quia ſequitur merces, ex quibus quid cadens lucelli poſſit tollere. *Haec* Feſtus. *Scaliger ab* Arrha *dictum malit, quam omnibus offerat.* Vet. Gloſſ. Arilator, ἐφέτης, βωμοφόρος, πραγματευς. Gl. Iſid. Arilator Cocio, μεταβολεύς. *Scribitur hic etiam* ARILLATOR, *et* Gell. 16, 7 ARVLATOR, *quaſi ab* Ara, Arula, Arilla, *ad quod Etymon* βωμοφόρος *reſpicere videtur.*

ARĬMASPI. [Ἀριμασποὶ] *Populi fabuloſi in Scythia Aſiae, verſus Septentrionem, vnicum tantummodo oculum in fronte habentes, nempe ſagittarii quum ſint optimi, alterum infiectunt oculum, vt a paruis aſſueti, altero melius cernant. Vnde etiam nomen adepti ſunt Herodoto. Nam Ari Scythice, Vnum ſignificat; et* maſpos *Oculum. Item dicit idem He-rodotus, ſupra Arimaſpos gryphes eſſe aurum ſeruantes. hos prope, Ri-phaei ſunt montes. Vid.* Plin. 7, 2. Lucan. 3, 281 *et* 7, 756.

ĂRĬMĬNVM. [Ἀρίμινον] *Vrbs vetus in Flaminia iuxta Rubi-conem.* Lucan. 1, 231 Vicinumque minax inuadit Ariminum, et ignes *etc.*

ARIMINENSIS. Adi. [Ἀριμινεύς] *Incola Arimini.* Horat. Epod. 5, 42.

ARINCA, ae. [ὄλυρα] *Frumenti genus, de quo ſic* Plin. 18, 10 ſ. 20, 4 Ex arinca dulciſſimus panis. Ipſa ſpiſſior quam far, et ma-ior ſpica, eadem et ponderoſior. Raro modius grani non XVI libras implet. Exteritur in Graecia difficulter: ob id iumentis dari ab Ho-mero dicta. Haec enim eſt, quam Olyram vocat. Eadem in Aegy-pto facilis, fertiliſque. *Haec deſcriptio in* Far adoreum *conuenire vi-detur, de quo* Geſner. ad Colum. 2, 9, 14.

ARINGA, *vid.* ARVIGA.

ARIOLATIO, *et* ARIOLVS, *vid.* HARIOLATIO, *et* HA-RIOLVS.

ĂRĪON, ŏnis. [Ἀρίων] *Methymnaeus citharoedus, et Poëta Lyri-cus, cuius hiſtoriam poſt Herodotum referunt* Ouid. Faſt. 2, 83 Quod mare non nouit, quae neſcit Ariona tellus? *etc. et* Gell. 16, 19. *Vid.* Plin. 9, 8. *Breuiſſime* Seruius, Arion Lesbius a Lesbo, citharoedus optimus fuit: qui, quum Tarento Corinthum cum multis opibus pe-teret, et videret ſibi in mari tendi a nautis inſidias: petiit, vt cithara paullulum caneret: ad cuius ſonum quum Delphini conueniſſent, ex-cuſſit ſe ſupra vnum: et ita imminens vitauit periculum. *Hactenus* Seruius in Virgil. Ecl. 8, 56 Orpheus in ſiluis, inter Delphinas Arion. *Hanc veram eſſe hiſtoriam, non fabulam, aſſerit Ioſ. Scalig. Animadu. in Euſeb.* p. 79. *Add. Aelian. Hiſt. Anim.* 2, 6 *et* 12, 45. *Clem. Alexandr. Protrept. etc.* ¶ 2 Arion, *Equi Adraſti nomen, vt* Cyllarus *ibidem* Caſtoris, *et* Xanthus *Achillis.* Claud. Conſ. Honor. 4, 553 Si do-minus legeretur equis, tua poſceret vltro Verbera Nereïdum ſtabu-lis nutritus Arion. Adraſteus Stat. Theb. 4, 43. Arion flauus Idem Theb. 6, 501. Praeſagus Id. ibid. 6, 424.

ARIONIVS. Adi. [Ἀριόνιος] *Vt*, Arionia lyra Propert. 2, 26, 18. Arionium nomen, *i. Fama Arionis* Ouid. Faſt. 2, 93.

ARIOPAGVS, *vid.* AREOP.

ARIS. [ἆρις] *Herba.* Plin. 24, 16 Eſt et Aris, quae in eadem Aegypto naſcitur, ſimilis Aro, minor tantum minoribusque foliis, et vtique radice, quae tamen oliuae grandis magnitudinem implet. Alba, geminum caulem, altera vnum tantum emittens.

ARISBA. [Ἀρίσβη] *Troiae ciuitas.* Virgil. Aen. 9, 264 Pocula, deuicta genitor quae cepit Ariſba. *Vbi* Seruius, Ariſba, *inquit*, ſecundum Homerum miſit auxilium Troianis, et ab Achille ſub-verſa eſt.

ARISTA, ae. f. [ἀθερίνη, ἀθὴρ] Varro de R. R. 1, 48 Granum dictum, quod eſt intimum ſolidum. Gluma, qui eſt follicu-lus eius. Ariſta, quae vt acus tenuis, longa eminet e gluma: proinde vt grani theca ſit gluma, et apex ariſta. *Et paullo poſt*, Ariſta dicta, quod areſcit prima. Cic. de Senect. 51 c. 15 E quibus quum emer-ſerit, fundit frugem ſpicae ordine ſtructam, et contra auium mino-rum morſus munitur vallo ariſtarum. Fragiles Zephyro vibrantur ariſtae Ouid. Epiſt. 14, 39. Nec renouatus Grauidis canebat ariſtis Id. Met. 1, 110. Ieiuna Claud. in Eutrop. 1, 116. Inanibus ariſtis ante meſſem flaueſcere Quinct. 1, 3, 5. Maturis albeſcit meſſis ari-ſtis Ouid. Faſt. 5, 351. *Sic* Virgil. Georg. 1, 348 Falcem Maturis quisquam ſupponet ariſtis. Molli campus flaueſcit ariſta Idem Ecl. 4, 28. Teneras ariſtas non laedere Id. Aen. 7, 809. *de curſu leuiſſi-mo, de quo* Hieron. Epiſt. 62 Gradi ſuper ariſtas. Virides Ariſtae, *i. Seges matureſcens* Iuuen. Sat. 14, 147. Ignis populatur ariſtas Claud. in Ruff. 2, 44. ¶ 2 *Formulas poëticas parit et prouerbia.* Ariſta, *pro Spica.* Virgil. Georg. 1, 111 — ne grauidis procumbat culmus ariſtis. *Vbi* Seruius, Grauidas ariſtas periphraſticos pro Spi-cis poſuit. Ariſta, *pro* Frumento. Seruius *ad illud* Virgil. Georg. 1, 8 Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta. Ariſta, Seges inculta, quae a nullo colitur Seru. in Virg. Ecl. 4, 28 Molli paullatim flaueſcet campus ariſta. *Sed* Virg. Ecl. 1, 70 Poſt aliquot mea regna videns, mirabor, ariſtas, *monet* Seruius, Gradatim dictum ex tropo metalepſi, vt per *ariſtas*, meſſes, per *meſſes*, aeſtates, per *aeſtates*, annos nume-ret. *Et ſic videtur accepiſſe* Claudian. de IV Conſ. Hon. 372 Nec dum decimas emenſus ariſtas Aggrederis metuenda viris. *Verum apud Virgilium Germanus Valens Guellius et La Cerda negant aliquot annos ſignificari, ſed hoc regna quondam Meliboei* culta illa noualia, *barbari militis incultu ad* aliquot ariſtas *et ſummam tenuitatem redactum iri. Quorſum referas, quod modo vidimus, ipſum Seruium putaſſe,* Flauentes ariſtas Ecl. 4, 28, incultam *ſignare* ſegetem. *Prouerbii notam habet* Ouid. Tr. 4, 1, 57 Vere prius flores, aeſtu numerabis ariſtas. Aeſtu, *pro Aeſtate et tempore meſſis. Sic idem* Epiſt. 5, 111 *de homine leuis animi,*

*animi*, Et minus eſt in te, quam in ſumma pondus ariſta, Quae leuis aſſiduis ſolibus vſta riget. ¶ 3 *Transfertur ad alia quoque.* Ariſtae nardi, *i. Spicae nardi* Ouid. Met. 15, 398

Quo ſimul ac caſias, et nardi lenis ariſtas,
Quaſſaque cum fulua ſubſtrauit cinnama myrrha,
Se. ſuper impoſuit. *De Phoenice aue loquitur.*

Ariſtas odoratas, *etiam Nardi ſpicas intelligit* Stat. Silu. 5, 3, 43 — odoratas nec Arabs decerpſit ariſtas. Plin. 12, 11 *de Nardo*, Frutex eſt graui ac craſſa radice, ſed breui ac nigra fragilique, quamuis pingui, ſitum redolente vt cyperi, aſpero ſapore, folio paruo denſoque. Cacumina in ariſtas ſe ſpargunt, ideo gemina dote nardi ſpicas ac folia celebrant. ¶ 4 Ariſtas Perſius, *pro Pilis mire poſuit, quod quoties inhorreſcimus, erigantur inſtar ariſtarum.* Sat. 3, 115 Alges, quum excuſſit membris tremor albus ariſtas. ¶ 5 Ariſtae *etiam dicuntur in piſcibus.* Auſon. in Moſella 85 Squameus herboſas Capito interlucet arenas, Viſcere prae tenero fartim congeſtus ariſtis.

ARISTELLA, ae. Dimin. Cathol.

ARISTIFER. Adi. Prudent. Cath. 3, 52 Fundit opes ager ingenuas, Diues ariſtiferae ſegetis.

ARISTAEVS. [Ἀρισταῖος] Apollinis ex Cyreni filia Penei regis Arcadiae filius. Hic quum Euridicen nympham vxorem Orphei vitiare voluiſſet, et illa fugiens a ſerpente fuiſſet occiſa, Nympharum iracundia cunctis animalibus perditis funditus, et cunctis apibus, matris auxilium inuocat. *Haec* Seruius *in* Virgil. Georg. 4, 317 Paſtor Ariſtaeus fugiens Peneïa tempe, Amiſſis (vt fama) apibus, morboque, fameque, *etc. Conf.* Iuſtin. 13, 7. *et* Seru. ad Georg. 1, 14, *vbi notat, etiam* Apollinem Paſtoralem dictum, et pro Ioue cultum in Arcadia. *Add. Diodor. Sicul. 5, 14.*

ARISTALTHAEA, *vid. in* ALTHEA.

ARISTARCHVS. [Ἀρίσταρχος] *Grammaticus Alexandrinus lege, oriundus a Samothracia. In Homeri verſibus diiudicandis multum ei tribuebatur. Hinc per Antonomaſiam* Ariſtarchus *fit nomen commune, pro Critico et ſeuero cenſore vſurpatum.* Horat. in Arte Poët. 449 Arguet ambigue dictum, mutanda notabit, Fiet Ariſtarchus. Ouid. ex Ponto 3, 9, 23 Corrigere at res eſt tanto magis ardua, quanto Magnus Ariſtarcho maior Homerus erat. Cic. Att. 1, 14 Ego varia meis orationibus, quarum tu Ariſtarchus es, ſoleo pingere. Cic. Fam. 9, 10, *de lite, vbi vnus alterum corruptarum tabularum arguebat*, Profert alter duobus verſiculis expenſum Niciae: alter Ariſtarchus hos ὀβελίζει. Ego tanquam Criticus antiquus, iudicaturus ſum, vtrum ſint τοῦ ποιητοῦ, an παρεμβεβλημένοι. *Nempe vt ait id.* Fam. 3, 11 *extr.* Ariſtarchus Homeri verſum negat, quem non probat. *Ita Nicias negabat genuinum in rationum tabulis, quo ipſe debere probabatur.*

ARISTEREON. [ἀριστερεών] *Verbenaca herba, ap.* Apul. de Herb. 3 *et* 72. *Sic citat ex Pauſania Euſtathius* Odyſſ. ζ, Ἀριστερεών, φυτὸν ἐπιτήδειον εἰς καθαρμούς. *atque ita ſcribitur apud Plutarch. lib. 1. Sympoſiacôn. Dicitur et* περιστερεών.

ARISTĪDES. [Ἀριστείδης] *Cognomento* δίκαιος, *i. Iuſtus, Athenis cum Themiſtocle in adminiſtranda Republ. diſſenſit, quum eſſent diuerſis moribus. Catoni alter, Caeſari Themiſtocles comparandus. Nepos vitam eius Latine: Plutarchus Graece deſcripſit.*

ARISTIDA. *Herba alias* Holcus *dicta.* Plin. 27, 10 ſ. 63. *Vid.* HOLCVS.

ARISTIPPVS. [Ἀρίστιππος] *Cyrenaeus, Socratis auditor, voluptatis patronus et ſectator, a Diogene* Canis regius *eſt appellatus, quod diuitum eſſet aſſecla. Iactatum inter eos ſcomma* Horatius *pulchre verſibus includit*, Epiſt. 1, 17, 14

Si pranderet olus patienter, regibus vti
Nollet Ariſtippus: ſi ſciret regibus vti,
Faſtidiret olus, qui me notat. Idem Serm. 2, 3, 100
— quid ſimile iſti
Graecus Ariſtippus? qui ſeruos proiicere aurum
In media iuſſit Libya, quia tardius irent
Propter onus ſegnes.

*Ponamus lectorum cauſa* prooemium libri ſexti Vitruuii: Ariſtippus Philoſophus Socraticus, naufragio quum eiectus ad Rhodienſium litus, animaduertiſſet geometrica ſchemata deſcripta, exclamaſſe ad comites ita dicitur: Bene ſperemus, hominum enim veſtigia video. ſtatimque in oppidum Rhodum contendit, et recta in gymnaſium deuenit: ibique de philoſophia diſputans, muneribus eſt donatus, vt non tantum ſe ornaret, ſed etiam eis, qui vna fuerant, veſtitum, et caetera, quae opus eſſent ad victum, praeſtaret. Quum autem eius comites in patriam reuerti voluiſſent, interrogarentque eum, quidnam vellet domum renuntiari, tunc ita mandauit dicere, Eiusmodi poſſeſſiones et viatica liberis oportere parari, quae etiam e naufragio vna poſſent enatare. Namque ea vera praeſidia ſunt vitae, quibus neque fortunae tempeſtas iniqua, neque publicarum rerum mutatio, neque belli vaſtatio poteſt nocere.

ARISTIPPEVS. Adi. [Ἀριστίππειος] Cic. de Fin. 2, 19 Illud Ariſtippeum contemneret.

ARISTOCRATIA, ae. [ἀριστοκράτεια] *Eſt Reſpublica optimatum imperio adminiſtrata, in qua vulgi nullum eſt arbitrium. Huic opponitur* Democratia. *Hinc*

ARISTOCRATICVS, a, um.

ARISTOCRATICE. Adu. Cic. Att. 1, 14.

ARISTOLOCHIA. [ἀριστολοχία] *Herba, de qua* Plin. 25, 8 ſ. 54 Inter nobiliſſimas Ariſtolochiae nomen dediſſe grauidae videntur, quoniam eſſet ἀρίστη λεχώσαις. Noſtri malum terrae vocant, et quatuor genera eius ſeruant. Vnum tuberibus radicis rotundis, foliis inter maluam et ederam, nigrioribus, mollioribusque. Alterum maſculae, radice longa quatuor digitorum longitudine, baculi craſſitudine. Tertium longiſſimae tenuitatis *etc.* Cic. Diu. 1, 16 c. 10 Quid ariſtolochia ad morſus ſerpentum poſſit, quae nomen ex inuentore reperit, rem ipſam inuentor ex ſomnio. Ibid. 2, 47 c. 20 Ariſtolochiamque radicem. *Vtitur et* Scribon. Comp. 202. 206. Creticam *memorat* idem c. 71.

ARISTOPHANES. *Poëta Comicus Graecus.* Horat. Serm. 1, 4, 1 Eupolis, atque Cratinus, Ariſtophanesque, Poëtae.

ARISTOPHANĒVS. Adi. [Ἀριστοφάνειος] *Vt*, Cic. in Orat. 190 c. 56 Ita factus eſt Anapaeſtus is, qui Ariſtophaneus nominatur, *ab Ariſtophane, nempe Comico, qui eum frequentauit. Sed ſunt plura* Metra Ariſtophanea, *quae facile ſuppeditant Grammatici Putſchiani.* Cic. ad Q. Fratr. 3, 1, 6 Dedit mihi epiſtolam legendam tuam, quam paullo ante acceperat, Ariſtophaneo modo, valde mehercule et ſuavem et grauem, qua ſum admodum delectatus. *Sic Victorius, q putat, verſiculis ſcriptam fuiſſe. Vid. illum Var. Lect. 15, 5.*

ARISTOPHŎRVM. [ἀριστόφορον] Vas, in quo prandium defertur, vt Diſcus. Feſtus.

ARISTOR. *Crotopi filius, pater Argi. Vnde*

ARISTORĬDES. [Ἀριστορίδης] Argus *dictus eſt*, Ouid. Met 1, 624.

ARISTOTĒLES. [Ἀριστοτέλης] *Stagirites philoſophus, Platoni auditor, Alexandro diſcipulo, et infinitis prope libris clarus, aucto methodi etc.* Iuuenal. 2, 6 Si quis Ariſtotelem ſimilem, vel Pittacon emit. Flumen orationis aureum fundens Ariſtoteles Cic. Acad. 4 119. Admirabili quadam ſcientia et copia Ariſtoteles Idem in Orat c. 1. Neruoſus Ariſtoteles in dicendo Id. de Clar. Orat. 121. Ariſtoteles is, quem maxime ego admiror Id. ibid. 2, 152.

ARISTOTELĬCVS. Adi. [Ἀριστοτελικός] *Vt*, Ariſtotelica pigmenta Cic. Att. 2, 1. *de ornatu orationis. Sed meliores* Ariſtotelii *Nempe*

ARISTOTELIVS. Adi. [Ἀριστοτέλειος] *Vt*, Ariſtotelia v Cic. de Orat. 3, 68.

ARITHMOS. [ἀριθμός] *Latine dicitur* Numerus: *v. g.* I Arithmis Tertull. adu. Marc. 4, 23 *et* 28. *i. in libro 4 Moſis. Vnde*

ARITHMETICA, ae; *et* ARITHMETICE, es. f. [ἀριθμητική] *Ars numerandi.* Numerare docet me Arithmetica Sen Epiſt. 88. *Add.* Vitruu. 1, 1. Plin. 35, 10 Pamphilus Macedo natione ſed primus in pictura omnibus literis eruditus, praecipue arithmetice et geometrice. ¶ 2 *Poſtea etiam ad Genethliacam Aſtrologiam hoc vocabulum traductum eſt: Vid. Sauaro ad* Sidon. Apollin Epiſt. 8, 12.

ARITHMETICVS. Adi. Vitruu. 10, 16 Arithmeticae rationes *Neutro plur.* Cic. Att. 14, 12 Haec conſcripſi X. Kal. accubans apu Veſtorium, hominem remotum a dialecticis, in arithmeticis ſatis exercitatum: *ſignificat, deditum pecuniae magis, quam literis Veſtorium.*

ARITHMETICVS, i. Subſt. *Et*

ARITHMETICE. Adu. *Vſu magis, quam auctoritate ſe tuentu*

ARITHRILLIS. *Herba.* Apul. cap. 82.

ARITVDO, *vid.* AREO.

ARĪVS, *vel* ARĒVS. Adi. [Ἄρειος] Martius. *Sic* Areum iudicium, *pro* Areopago Tacit. Ann. 2, 55 *de Piſone*, Offenſus vrbi *Athenarum* propria quoque ira, quia Theophilum quemdam, Areo iudici falſi damnatum, precibus ſuis non concederent.

ARIVSIVS, *vid.* ARVSIVS.

## A R L

ARLINEVM, *quidam legunt apud* Feſtum, *pro* ARSINEVM *vbi vid.*

## A R M

ARMA, orum. n. [ὅπλα, ἔντεα, ἔναρα, τεύχεα] *Pluraliter tantum, ſunt proprie* Quae armos tegunt, Seru. ad Aen. 4, 495. *Docet hoc etiam Pichena* ad Tacit. Germ. 29. *Cuper. Obſ.* 1, 7. *Proprie igitur* Liu. 1, 43 Arma his imperata galea, clipeum, ocreae, lorica omnia ex aere. Haec vt tegumenta corporis eſſent. Tela in hoſtem haſtaque et gladius. *Conſentit* Varro de L. L. 4, 24 p. 29, 24. Arma ab arcendo, quod his arcemus hoſtem. Feſtus, Arma proprie dicuntur ab armis, id eſt humeris dependentia: vt, ſcutum, gladius, pugio ſica: vt ea, quibus procul praeliamur, tela. *Sed hoc non eſſe perpetuum ſatis docet* Caius in l. armorum. D. de verb. et rer. ſignif. Armorum appellatio non vtique tantum ſcuta, et gladios, et galeas ſignificat: ſed et fuſtes et lapides. Quin ipſe Cic. pro Caecin. 60 c. 21 Quos dicemus? Armatus, ſi Latine loqui volumus, quos appellare vere poſſumus? opinor eos, qui ſcutis teliſque parati ornatique ſunt. Qui igitur ſi glebis, aut ſaxis, aut fuſtibus aliquem de fundo praecipitem egeris? — Verba ſi valent, ſi cauſae, non ratione, ſed vocibus pon derantur, — vinces profecto, non fuiſſe armatos eos, qui ſa iacerent, quae de terra ipſi tollerent; non eſſe arma ceſpites, neque glebas: non fuiſſe armatos eos, qui praetereuntes ramum defringerent arboris, arma eſſe ſuis nominibus alia ad tegendum, alia ad nocendum quae qui non habuerint, eos inermes fuiſſe, vinces. Verum ſi quidem erit armorum iudicium, tum iſta dicito: iuris iudicium cum erit aequitatis; caue in iſta tam frigida tamque ieiuna calumnia deliteſca. Non enim reperies quemquam iudicem aut recuperatorem, qui tam quam ſi arma militis inſpiciunda ſint (*hoc eſt*, armorum iudicium ita probet armatum: ſed perinde valebit, quaſi ornatiſſimi fuerint ſi reperientur ita parata (*f.* parati) fuiſſe, vt vim vitae aut corpor potuerint adferre. *Ad hanc generalem ſignificationem pertinet vox ill* Ad arma, *qua in hoſtium aduentu vtebantur. Vid.* Caeſ. B. C. 1, 69. Liu 3, 15 *et* 6, 28. Horat. Od. 1, 35, 15. ¶ 2 *Iam ſubſtantiua nomina ponamus, quibus* Arma *iunguntur.* Ars armorum Quinctil. 2, 21 Doctores armorum Veget. 1, 13. Fulgor armorum fugaces terre equos Horat. Carm. 2, 1, 19. Fulgura armorum Stat. Theb. 5, 10. Furiae armorum dulces Idem Achill. 1, 398. Furiis armorum flammatus Idem ibid. 1, 398. Furor armorum vbique ſopitus Paterc. 2, 89, 3. Habitus armorum Sil. Ital. 17, . . Hae res armorum Sil. Ital. 4, . . Horror armorum Virgil. Aen. 2 301. Iudicium armorum *modo vidimus ex* Cic. pro Caecin. 60 c. 21 *Alias hoc titulo fuit olim libellus* Varronis, *laudatur v. g.* Non. 7, 82 *it.* Pacuuii *apud* Non. 4, 69. *Conf.* n. 9. Officina armorum Cic. in Piſon. 87. Rabies Lucan. 1, 666. Armorum tonitru, *eſt ingens ſtrepitus* Stat. Theb. 3, 423. Viribus armorum vti Ouid. Met. 13 656. ¶ 3 *Adiectiua, quae regunt caſum huius nominis:* Acerrimus armis Virgil. Aen. 9, 176. Egregius armis Idem Aen. 6, 769 Tacit. Ann. 11, 16 Ipſe forma decorus, et armis equisque in patrium noſtrumque morem exercitus. Expertus armis Virgil. Aen. 7, 434 Foeta armis machina, *i. equus Troianus armatis plenus* Idem Aen 2, 238. Impenetrabilis armis Stat. Theb. 3, 15. Inclytus armis Virgil. Aen. 6, 479. Inſcius armorum Quinctil. 2, 12. Inſignis armis Virg. Aen. 6, 403. Inuictus armis Annibal, *vid.* INVICTVS Virg. Aen. 1, 549 — Rex erat Aeneas nobis, quo iuſtior alter Nec pietate fuit, nec bello Maior et Armis. Maturus ad arma Sil 16, . . Mitis armis Stat. Silu. 1, 1, 25. Potens armis terr Virgil. Aen. 3, 164. Praeclarus armis Stat. Theb. 3, 284. Ouid Met. 1, 126 Saeuior ingeniis, et ad horrida promptior arma. Rudis armorum Stat. Theb. 4, 840. ¶ 4 *Epitheta:* Arma antiqu Lucan. 5, . . Campeſtria Hor. de Arte Poët. 379, *quibus luditu*

*in campo.* Circumfuſa militum arma Quinctil. 2, 20. Ciuilia Lucan. 5, 285 *etc.* Crepitantia Ouid. Met. 1, 143. Deformia, *bellum turpe* Lucan. 8, 598. Delapſa caelo Id. 9, 475. *Dixerat de turbine, qui arma eripuerit Romanis. Addit:*

Illud in extrema forſan longeque remota
Prodigium tellure fuit: delapſaque caelo
Arma timent gentes, hominumque erepta lacertis
A ſuperis demiſſa putant. Sic illa profecto
Sacrifico cecidere Numae *etc.* *Deſcribit enim Ancilia Romana.*

Diſcordia Virg. Georg. 2, 459. Stat. Theb. 11, 100. Emerita Plin. Pan. 15, 3. Feralia Lucan. 2, 374. Fortia Ouid. Met. 1, 456. Fraterna Lucan. 7, 462. Fulgentia Virg. Aen. 11, 6. Funeſta Ouid. Faſt. 1, 521. Furialia Stat. Theb. 11, 90. Ouid. Met. 6, 591. Honeſta, *i. Iuſtum bellum* Id. Amor. 3, 15, 9. Hoſtilia Virg. Aen. 11, 83. Ignota, *pro Nouis et inconſuetis, vt docet* Seruius *ad* Virg. Aen. 11, 677. Inmota *vid.* n. 4 Paſci. Imparia, *vid.* n. 4 Immiſcere. Inania Stat. Theb. 4, 70. Infeſta Ouid. Epiſt. 5, 91. Inimica conſiliis Lucan. 4, 348. Lucida Stat. Theb. 11, 406. Mortalia, *vt* Seruius *ait*, Mortalis poſſibilitas Virg. Aen. 1, 546. *Hoc vult* Seruius, Mortalia arma *eſſe, quidquid conſilio vel viribus moliri, efficere, poſſunt homines.* Nefanda, Parva, *vid.* ℌ. *ll.* Pedeſtria Nep. 11, 1, 3. *i. peditum.* Perfoſſa Stat. Theb. 2, 710. Peſtifera, *vid.* n. 4 Mouere. Potentia Ouid. Amor. 3, 2. Rigida Stat. Theb. 6, 777. Socia, Confoederatorum arma Sil. 15, . . Terreſtria, *quibus opponuntur* Naualia Ouid. Met. 14, 479. Torrentia Sil. 16, . . Trunca Stat. Theb. 10, 336. Verſicoloria Virg. Aen. 10, 181. Victricia Id. ibid. 3, 54. Vulcania Id. ibid. 8, 535. *a Vulcano elaborata. Hinc Metaph.* Cic. Tuſc. 2, 33 c. 14 Pungit dolor. Vel fodiat ſane. Si nudus es, da iugulum. Sin tectus Vulcaniis armis, id eſt, fortitudine, reſiſte. Vulcania arma *nimirum praeſtant inuulnerabilem.* ¶ 5 *Verba:* Abiicere arma defatigatione. Cic. Fam. 6, 2 Armis aut conditione poſitis, aut defatigatione abiectis, aut victoria detractis. Abſtinere armis Hor. in Arte Poët. 379. Accingi armis Virg. Aen. 6, 184. Tacit. Hiſt. 4, 73 Nec ego vnquam facundiam armis exercui, et Pop. Rom. virtutem armis Affirmaui. Amiſſis armis fugere Virg. Aen. 1, 478. Armis aptari, *i. indui* Stat. Theb. 11, 101. Cadere ſub armis Ouid. Epiſt. 1, 17. Virg. Aen. 1, 5 Arma virumque Cano. Capere Cic. pro Rabir. 22. Virg. Aen. 2, 314. Capere pro ſalute communi Cic. pro Rabir. 22 c. 7. Capta arma ſuſpendere Quirino Virg. Aen. 6, 860. Capeſſere Id. ibid. 3, 234. Cernere armis Accius *ap.* Non. 4, 69. Certare armis Virg. Aen. 12, 890. Cingi armis Id. ibid. 2, 520. Coeptare arma Tacit. Ann. 12, 32. *i. bellum incipere.* Concitare ad arma Caeſ. Bell. Gall. 7, 42. Concutere Ouid. Met. 1, 143. *et* 7, 130. Conferre Liu. 2, . . . Coire ad arma Ouid. Met. 11, 377. Conclamare ad arma Liu. 2. . . . Stat. Achill. 1, 472 Conſiliis armiſque vigil contendat Vlyſſes. Dare arma alicui, vt cum bene armato pugnet Cic. Att. 7, 6. Deſcendere ad arma Caeſ. Bell. Gall. 7, 33. Decernere armis Cic. Att. 7, 3. Decertare armis Id. ibid. 7, 6. Deponere arma Quinctil. 3, 8. Detrahere arma alicui Sen. Herc. fur. 1153. *vid. p. a.* Abiicere. Direpta militibus arma Hor. Carm. 3, 5, 19. Dirimere ducum arma Lucan. 1, 104. Diſcedere ab armis Cic. Philipp. 8, 33 c. 11. Diſponere arma contra aliquem Quinctil. 4, 1. Eſſe in armis Cic. Cat. 1, 7. Id. Att. 8, 11. Exſcindere vrbem armis Stat. Theb. 1, 261. Exercet iuuentus arma Virg. Aen. 4, 86. *i.* Armis exercetur. Expedire arma Tacit. Hiſt. 4, 62. Omnia prius Experiri verbis, quam armis ſapientem decet Ter. Eun. 4, 7, 19. Explicuit ſua victor arma Hor. Od. 4, 9, 44. Exuere aliquem armis Virg. Aen. 8, 567. *i. Spoliare.* Facere arma Cic. in Piſon. 87 *de officina armorum.* Facere ad arma *dicitur equus, cum ſubſeruit exercitationibus equeſtribus.* Ouid. Amor. 1, 2, 16 Aſper equus duris contunditur ora lupatis: Frena minus ſentit, quiſquis ad arma facit. Ferre arma contra aliquem Vell. 2, 87, 2. Ferre obuia arma, *In aciem progredi* Virg. Aen. 9, 57. Ferre arma in medios globos, *i. Irruere in exercitum medium, vbi denſiſſimus eſt militum ordo* Sil. 11, . . *Sed paſſ.* Virg. Aen. 2, 337 Rurſus in arma Feror, *i. in praelium irruo. Aliter* Aen. 8, 114 Pacemne huc fertis, an arma? Fundere armis agmina, *i. ſternere et profligare* Ouid. Met. 6, 425. Gerere arma Virg. Aen. 5, 412. Id. Georg. 4, 245 Aut aſper crabro imparibus ſe immiſcuit armis, *i.* (*vt* Seruius *interpretatur*) Inaequali conſilio: nam apes laborant, iſte conſumit. *Id.* Quaerere arma. Inceſſus in armis: *i.* Armati inceſſus Hor. Serm. 2, 3, 310. Imperare arma. *vid.* IMPERO. Incurrere denſis armis Virg. Aen. 2, 409. *i. impetum facere in armatos.* Induere arma Ouid. Met. 4, 798. *et* Faſt. 1, 521. Induere arma iuſte Lucan. 1, 126. Indutus hoſtilibus armis Virg. Aen. 11, 83. Inferre arma. *vid.* INFERO. Inicere arma regnis, *i. bellum ibi excitare* Stat. Theb. 1, 241. Inſpicere arma militis, *vt probemus armatusne recte ſit* Cic. pro Caecin. 61 c. 21. *Quem dedimus* n. 1. Inſtruere aliquem armis Virg. Aen. 3, 471. Inſtructus omnibus armis Stat. Theb. 3, 357. Intentare arma alicui. *vid. h. v.* Ire ad arma Cic. Fam. 8, 15. Sen. in Medea 526 Creon Acaſtusque arma ſi iungant ſua? *vid.* IVNGO. Laxare arma alicuius, *i. cogere vt laxet ordines* Lucan. 6, 72. Ludere armis Vulcat. Gallican. in Auid. c. 6. *i. in armis ſe exercere.* Furor arma Miniſtrat Virg. Aen. 1, 154. Mori in armis, Id. ibid. 2, 317. Mouere arma peſtifera, *eſt bellum exitiale ciere* Sen. Herc. fur. 976. Mouet arma leo Virg. Aen. 12, 6. Mouere viros in arma, *i. ſtudia bellica excitare* Virg. Aen. 6, 815 Mittere aliquem in arma, *i. Militatum aliquo ablegare. Laudatur, ſed falſo,* Aruto, Virg. Aen. 6 . . . Negare arma alicui, *i. auxilia* Ouid. Met. 13, 255. Parare arma Salluſt. in Catil. Paſci populum ſua libertas inmotis armis *i. quiete, et ſine tumultu libertate ſua fruitur* Lucan. 1, 172. Perdidit arma, locum virtutis deſeruit, qui Semper in augenda feſtinat et obruitur re Hor. Epiſt. 1, 16, 67 *Metaphoricôs.* Ponere Stat. Silu. 4, 6, 48. Ponere, *vid. p. a.* Abiicere. Praeeſſe facientis armis Cic. in Piſon. 87 c. 21. Proiicere arma Stat. Theb. 2, 657. Protegere aliquem armis Ouid. Met. 8, 394. Pugnare armis Hor. Serm. 1, 3, 102. Virg. Aen. 2, 99 Et Quaerere conſcius arma, *de Vlyſſe contra Sinonem. Vbi* Seruius, Arma, modo Fraudes vel dolos. Nam arma ſunt inſtrumenta cuiuslibet rei. Vnde et inſidiantis fraudes Arma nominauit. *vid.* Immiſcuit. Recolligere arma Valer. Argon. 6, 423. Remoliri inſtaurata arma, *i. Bellum redintegrare* Sil. 1, . . Repoſcere armis aliquid Ouid. Epiſt. 5, 91. Reuocare aliquem ab armis, *i. a Bello* Stat. Theb. 10, 340. Ruere in arma media Virg. Aen. 2, 353. Sequi arma Tibul. 1, 2, 68. Sequi impia arma Virg. Aen. 6, 612. Spoliata armis nauis, *i. armamentis* Id. ibid. 6, 353. Stare in armis Sen. Oed. 586. Sterni armis Sil. 10, . . Submittere arma Vell. 2, 85, 5. Armaque in armatos Sumere iura ſinunt Ouid. Art. Am. 3, 492. Tacit. Hiſt. 3, 4 Quippe Sumta per Gallias Hiſpaniaſque ciuilia arma. Cic. Tuſc. 2, 58 c. 24 Eadem ſunt arma Sumenda, *Metaph.* Sumere impia arma Virg. Aen. 12, 31. Sumunt arma profeſſa Fabii Ouid. Faſt. 2, 198. *i. quae ſe ſumturos polliciti fuerant.* Sumſit arma imparatus, *vid.* IMPARATVS. Cic. de Orat. 1, 32 Quid tam neceſſarium, quam tenere ſemper arma, quibus vel tectus ipſe eſſe poſſis, vel prouocare improbos, vel te vleiſci laceſſitus? Tentare arma Salluſt. in Iugurth. . . Transfugerunt arma ad hoſtes Plaut. Epid. 1, 1, 27. Sen. Troad. 775 Non arma tenera parua tractabis manu. Tueri atque defendere cauſas armis prudentiae Cic. de Orat. 1, 172. Valere armis Id. Met. 8, 59. Venire in arma Stat. Achil. 2, 327. Cic. Philipp. 6, 11 c. 4 O fides! quae poteſt eſſe maior fides, quam fraudare creditores? domo profugere? propter aes alienum venire ad arma? Cic. pro Rabir. reo 21 c. 7 De teipſo, inquam, Labiene quaero, quum ad arma conſules ex S. C. Vocauiſſent, quum armatus, *etc.* In arma Vocare Virg. Aen. 9, 22. Vti armis Quinctil. 2, 1. ¶ 6 Arma *dicuntur cunctarum artium inſtrumenta, et quidquid etiam aliarum rerum inſtrumenti rationem habet.* Virg. Georg. 1, 160 Dicendum et quae ſint duris agreſtibus arma. *vid.* Seruius. Cerealia Virg. Aen. 1, 181. *Inſtrumenta, quibus ad piſtorium opus vtimur, vt Pilis, mola, vanno, cribro, etc.* Et 5, 15 Colligere arma iubet. *i. vela contrahere. Add.* 6, 353 *vbi* Arma *ſunt armamenta nauis.* Coquinaria Plauti *eſſe dicuntur.* Arma belli *male tuentur ex* Ter. Heaut. 1, 1, 60 Simul rem et gloriam armis belli repperi: *Eſt enim* belli *genitiuus in loco ſignificans, vt* domi, humi. Pectoris, *i. lorica* Lucan. 7, 573. Tonſoria Martial. 14, 36. Arma ſenectutis, artes, exercitationeſque virtutum Cic. de Senect. 9 c. 3. Prudentiae, *vid.* n. 4 Tueri. Eloquentiae Quinct. 5, 12, 21. Facundiae Id. 2, 16, 10. Rhetorum Id. 12, 2, 5. *Sic* Petron. c. 5 Quatiat Demoſthenis arma. *vid. Erh. et Burm.* Cic. de Clar. Orat. 37 c. 9 Phalereus — eruditiſſimus ille quidem — ſed non tam armis inſtitutus, quam palaeſtra. Itaque delectabat magis Athenienſes, quam inflammabat *etc.* *Hinc* Parum vehemens orator *vocatur* de Offic. 1 c. 1. *Veſtimenta notat in illo,* Contra borean ouis arma miniſtrat Ouid. Met. 15, 471. ¶ 7 *Pro bello et belli ſtudiis* Arma *ponuntur, tum in multis formularum, quas n. 4 dedimus, tum in aliis:* Cedant arma togae Off. 1 c. 22. Silent leges inter arma Id. pro Mil. c. 4. *Sic* Tac. Ann. 15, 74 Poſt arma Iulii Vindicis. Armorum arbiter, *epitheton Martis* Ouid. Faſt. 3, 73. *Sic* Liu. 45, 3 Graecas vrbes alias obſideret, alias denuntiatione armorum terreret. *De Perſeo, rege Macedonum, loquitur.* ¶ 8 Arma *ſpeciatim clipeum ſignificare iam n. 1 obſeruatum eſt.* *Sic* Plin. Epiſt. 5, 4, 43 Vides, quot verſibus Homerus, quot Virgilius arma hic Aeneae, Achillis ille deſcribat. *Sic* Aen. 3, 288 *de ſolo clipeo,* Aeneas haec de Danais victoribus arma. *Hinc* Seru. ad Virg. Aen. 4, 495 Arma *abuſiue dicta ait* gladium. *Proprie etiam locutus* Val. Max. 1, 1, 9 *de* L. Furio Bibaculo, Praetor ſex lictoribus praecedentibus arma ancilia tulit. *Ipſe* Liu. 1, 20 Caeleſtia arma, quae ancilia appellantur. *Quare cum in clipeis ſ. ſcutis primum picta ſint inſignia illa nobilitatis, recte* Arma *vocantur. vid.* Tiraquell. *de Nobilit.* c. 6. ¶ 9 *Denique notentur iſta* Armûm, *genitiuus pluralis vſurpatus antiquis, pro* Armorum. Cic. Orat. 155 c. 56 Neque enim dixerim tam libenter *armûm iudicium:* etſi eſt apud eundem, *Nihilne ad te de iudicio armûm accidit?* quam *armorûm.* Accius ἐπινανσιμάχῃ *ap.* Non. 9, 1 Ab claſſe ad vrbem tendunt, neque quiſquam poteſt Fulgentium armûm armatus ardorem obtui. *In MStis confunduntur* Arma *et* Anni *Drakenb. ad* Sil. 2, 94. *it.* Arma *et* Ora *Id. ad* Sil. 14, 166. *et* Brouckhuſ. ad Propert. 1, 3, 16. *neque non* Arma *et* Arua *Drakenb. ad* Sil. 9, 383.

ARMATVRA, ae. [ὁπλισμός, ὅπλιται] *ratio armandi.* Cic. Fam. 7, 1 Quid enim habent delectationis — armatura varia peditatus et equitatus in aliqua pugna? *de ludis loquitur, et ſpectaculis.* Id. Att. 6, 1 *de rege Deiotaro*, Habet cohortes quadragenarias noſtra armatura XXX, *i. Romano more armatas. Diuidebantur milites in* leuis *et* grauis armaturae, *ſ.* leuem et grauem armaturam. Leuem *ſic deſcribit* Veget. 3, 14 Quartus item ordo conſtruitur de ſcutatis expeditiſſimis, de ſagittariis iunioribus, de iis, qui acriter verutis, vel Martiobarbulis (quas plumbatas nominant) dimicant, qui dicebantur leuis armatura. Cic. Philipp. 10, 14 c. 6 Noſtrae ſunt legiones, noſtra leuis armatura, noſtri equitatus. Galba *ſub* Cic. Fam. 10, 30 Antonius — tantum equitatum et leuem armaturam oſtendebat. Nepos 14, 8, 2 Datami *tribuit* leuis armaturae maximum numerum. *Add.* Curt. 6, 4, 15. 6, 6, 21. *Metaphor.* Cic. Diuin. 2, 26 Sed haec fuerit nobis tanquam leuis armaturae prima orationis excurſio. *Sed* Veg. 2, 15 Haec erat grauis armatura, qui habebant caſſides, cataphractas, ocreas, ſcuta, gladios maiores, quos ſpathas vocant, et alios minores, quos ſemiſpathas nominant, plumbatas quinas poſitas in ſcutis, quas primo impetu iaciunt; item bina miſſilia *etc.* ¶ 2 Armaturae *vocantur ipſi milites.* Veget. 3, 14 Tertius ordo diſponitur de armaturis velociſſimis, de ſagittariis iuuenibus. Id. 2, 7 Armaturae duplares, quae binas conſequebantur annonas, ſimplares, quae ſingulas. Ammian. 14, 11 p. 63 Gron. Mellobaudes armaturarum tribunus. ¶ 3 Armatura *genus militaris exercitationis, ſ. ſaltatio armata. vid.* Ammian. 21, 16 p. 315 Gron. Artium armaturae pedeſtris perquam ſcientiſſimus. *Id.* 14, 11 Multiplicem armaturae ſcientiam *memorat.*

ARMIDOCTOR, ōris. m. [ὁπλοδιδάσκαλος] Gloſſ. Vet. *vbi perperam legitur* Armiductor.

ARMIFACTOR, ōris. m. in Nouella 85 cap. 1.

ARMIFACTVRA, ae. Nouell. l. c.

ARMIFACTORIA, orum. *Armorum fabricae.* Nouell. l. c.

ARMĬFER. Adi. [ὁπλοφόρος] *Arma ferens.* Sil. 4, 45 Armiferae gentes. Armiferi gens ſacra Quirini Sil. 16, 76. Armifera dea, Minerua Ouid. ad Liu. 22. Armiferae Amyclae, *Bellicoſae* Ouid. de Arte Am. 2, 5. Stat. Silu. 1, 2, 96 — armiferos poterat memorare labores, Claraque facta virûm. *i. labores bello exhauſtos.* Armiferum arvum Sen. in Med. 470 *dixit, quod armatos tuliſſet ſatos ab Iaſone.* Stat. Theb. 9, . . . Campus armifer, *vbi armati congrediuntur.*

ARMĬGER, i. [ὁπλοφόρος] *eſt, qui in praelio gerit tela domini ſui, vt ſcutum, vt arcum, lanceam, et caetera huiusmodi.* Virg. Aen. 2, 477 Equorum agitator Achillis Armiger Automedon. Cic. pro Domo ſua 13 c. 5 Quid eſt Sergius? armiger Catilinae, ſtipator tui corporis, ſignifer ſeditionis. Ipſe cum armigeris, et ala *etc.* Curt. 5, 4, 21. Quam illi ſeruo nequam des armigero Plaut. Caſ. 2, 3, 39. Scutigerulum *vocat* v. 44 *contemtim habetur, villico multum poſtponitur.* Armiger, *miles gregarius* Curt. 6, 8, 19. Suet. Aug. c. 49. Plin. 2, 55 Quoniam hoc ſolum animal ex marinis non percutiat, ſicut nec e volucribus aquilam, quae ob hoc armiger huius teli fingitur. *De fulmine loquitur.*

ARMIGERA, ae. Armigera Iouis, Aquila Plin. 10, 3. Dianae armigera, *vna nympharum* Ouid. Met. 3, 165.

ARMĬGER. Adi. *vt*, Armigera cohors, *quae fert arma* Sil. 10, 97. Armiger deus *periphraſis Martis* Id. 7, 87. Corpus armigerum Poëta Vet. *ap.* Cic. Fam. 7, 33. *pro homine armato.* Armiger equus, *indutus armis* Propert. 3, 3, 8. Iras armigeras *dixit* Stat. Theb. 6, 828. *quod facile nobis arma ſuppeditent.* *Vt* Virg. Aen. 1, 154 — furor arma miniſtrat.

ARMIPŎTENS. Adi. [ὁπλοκράτωρ] *Qui armis valet. Epitheton Palladis, quae* Diua armipotens Virg. Aen. 2, 425 Pſeudo-Cic. Anteq. iret in exil. 24 c. 10 Nunc ego te Iupiter Opt. Max. cuius nutu ac ditione ſola terrarum gubernantur: teque particeps connubii, ſocia regni, regina Iuno, teque Tritonia, Armipotens, Gorgophora Pallas Minerva. Armipotens Auſonia Stat. Silu. 3, 2, 20.

ARMIPOTENTIA, ae. Ammian. 18, 20.

ARMĪTES. *Armati milites*, ὁπλῖται οἱ ἐν ἐσχάτῃ τάξει, Armites Philoxen. in Gloſſ. *Sunt itaque* Triarii *Romanorum*, grauis armaturae *milites.* Armites, παράταξις ἔνοπλος Gloſſ. Gr. Lat. *Conf.* G. Cuper. Obſſ. 1, 7.

ARMISŎNVS. [ὁπλόκτυπος] *Palladis epitheton.* Virg. Aen. 3, 544. Armiſonum antrum gladiis Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 67.

ARMISTITIVM, i. n. *Induciae. Vox nouiter ficta ad exemplum* Iuſtitii. *Vid. Cellar. Antibarb.* p. 8.

ARMO, āre. [ὁπλίζω, καθοπλίζω, θωρύσσω, κορύσσω] *Armis inſtruere.* Armari milites Caeſar iubet, ne quam rei gerendae facultatem dimittat Caeſ. B. C. 1, 28. Virg. Aen. 8, 397 Tum quoque fas nobis Teucros armare fuiſſet. Cic. Fam. 10, 23 Qui quidem, quum in fraudem ſe deductum videret, manus, quas iuſtius in Lepidi perniciem armaſſet, ſibi afferre conatus eſt. Facibus armare aliquem Flor. 3, 12, 13. Armari contra Rempub. Cic. pro Milon. 68. Armabantur ſerui in dominos Id. pro Planc. 86. Iuuentus contra Milonis impetum armata eſt Cic. pro Mil. c. 25. *Et ibid.* c. 1 Me recreat et reficit Cn. Pompeii ſapientiſſimi et iuſtiſſimi viri conſilium: qui profecto nec iuſtitiae putaret eſſe, quem reum ſententiis iudicum tradidiſſet, eundem telis militum dedere: nec ſapientiae, temeritatem concitatae multitudinis auctoritate publica armare. *Aeque late hoc verbum ac nomen* Arma *patet, et omnia agendi praeſidia comprehendit, quibus aliquem inſtructum indicare volumus.* Cic. pro Domo ſua 2 c. 1 Vobis hodierno die conſtituendum eſt, vtrum poſthac amentes ac perditos magiſtratus improborum ac ſceleratorum ciuium praeſidio nudare, an etiam deorum immortalium religione amare malitis. Pompeium ſenatus auctoritas, Caeſarem militum armauit fiducia Vell. 2, 49, 3. Europam ad funeſtum armare bellum Liu. 35, 32. Regem armare et exercere aduerſus Romanos Nep. 23, 10, 1. Auſoniam armabat Fabius Sil. 7, . . Ad omnia te ſummum atque excellens tuum armauit ingenium Cic. Fam. 6, 7. Armare ſe imprudentia alterius Nep. 10, 8, 3. Armauit eum ſpes, *h. e. Commouit ad accipienda arma* Liu. 2, . . Cic. Att. 2, 22 Quum diceret, in ſumma ſe perfidiae et ſceleris infamia fore, ſi mihi periculum crearetur ab eo, quem ipſe armaſſet, cum tribunum pl. fieri paſſus eſſet. Accuſatorem re aliqua Cic. pro Cluent. 191 c. 67. Cic. Att. 8, 3 Omitto illa vetera, quod iſtum in Remp. aluit, auxit, armauit. *h. e.* Honoribus et potentia ſic erexit, vt ſit auſus bellum contra Remp. ſuſcipere. Se ſpoliis Virg. Aen. 2, 395. Armat ſe eloquentia Cic. de Inuent. 1 c. 1. Armantur equi bello, *pro Ad bellum* Virg. Aen. 3, 540. Armare naues *i. Ad bellum inſtruere* Caeſ. Bell. Gall. 5, 1. Id. ib. 3, 13. Armare Veneno ferrum, *pro eo, quod eſt Veneno ferrum tingere, imbuere, vt praeſentius vulneret* Virg. Aen. 9, 773. Sagittas veneno Iuſtin. 12, 10, 2.

ARMANDVS. [ὁπλωτέος] Ouid. Met. 13, 215 Doceo, quo ſimus alendi Armandique modo.

ARMATVS. Partic. [ὡπλισμένος] *Armis indutus.* Cic. pro Caecin. 60 c. 21 Armatos, ſi Latine loqui volumus, quos appellare vere poſſumus? opinor eos, qui ſcutis teliſque parati ornatique ſunt. Armata dicebatur Virgo ſacrificans, cui lacinia toga in humerum erat reiecta. Feſtus. *De Veſtali Maxima intelligit Scaliger.* Venus armata, *eo habitu culta* Lactant. 1, 20. Auſon. Epigr. 42. *Caeterum aeque late patet atque verbum ipſum.* Animum armatum retinere Cic. pro Marc. c. 10. Idem pro domo 14 c. 55 Quamquam et inſolentia damnatus extulerat animos, et erat incredibili armatus audacia. Armata dolis mens Sil. 1, . . Facibus mater Virg. Aen. 4, 472. Armatum fide pectus Sil. 11, 6. Cic. Philipp. 7, 25 Quid legati egerint, nondum ſcimus: at vero erecti, citati, parati, armati animis iam eſſe debemus. Id. contra Rull. 2, 86 Deleta Carthago eſt, quod cum hominum copiis, tum ipſa natura ac loco ſuccincta portibus, armata muris, *etc.* Claſſes Virg. Georg. 1, 255. *Sic* Preces armatas *non indocte vocant, quam* Cic. Att. 9, 13 πειθανάγκην *vocant, et de quibus* Ouid. Met. 2, 397 Precibuſque minas regaliter addit. *Superl.* Cic. pro Caecin. 61 c. 21 Non enim reperies quemquam iudicem, aut recuperatorem, qui, tanquam ſi arma militis inſpiciunda ſint, ita probet armatum: ſed perinde valebit, quaſi armatiſſimi fuerint, ſi reperientur ita parati fuiſſe, vt vim vitae aut corpori potuerint afferre. *Sic pleraeque Editt. et quidam MSS. Sed a Grutero eſt* ornatiſſimi. Sen. de Benef. 5, 4 Tam par tibi ſum, quam multis armatiſſimis nudi aut leuiter armati. ¶ 2 *Subſtantiue interdum ponuntur* Armati. Nep. 10, 9, 2 Nauem triremem armatis ornat. Liu. 37, 40 Quaterni armati. Sueton. Claud. c. 10 Armatos pro concione iurare in nomen ſuum paſſus eſt. Virg. Aen. 2, 328 Arduus armatos mediis in moenibus adſtans Fundit equos.

ARMĀTVS, ûs. [ὁπλισμὸς] *Idem quod* Armatura. Liu. 37, 40 Inde Neocrates mille, et eodem armatu Cares et Cilices mille et quingenti. *i. Paribus et ſimilibus armis induti.* Id. 37, 41 Humor, toto fere graui armatu, nihil gladios aut pila hebetabat, *de pluuia.* *Et* 33, 3 Trecenti Apolloniatae haud diſpari armatu.

ARMATOR, ὁπλιστής Gl. Cyrilli.

ARMAMENTA, orum. [ἐργαλεῖα, σκευάσματα] *dicuntur, quae ad inſtruendum aliquid pertinent, vt in nauibus remi, vela, antennae, rudentes, clauus et alia eiusmodi.* Plaut. Merc. 1, 62 Salua eſt nauis, ne time. C. quid alia armamenta? A. ſalua et ſana ſunt. Columel. 4, 3, 1 Nonnulli ſtrenue fabricant nauigia, nec conſummata perinde inſtruunt armamentis miniſtriſque. Nauium armamenta Plin. 19, 1 *extr.* Cic. in Arato Omnia caute Armamenta locans tuto labere ſub vndas. *Vid. Graeu.* ad Flor. 4, 2, 76 Quinam ille horror, quum eodem tempore fluctus, procellae, viri, naues, armamenta confligerent? Plin. 6, 22 ſ. 24 *de Taprobane*, Mox quia papyraceis nauibus armamentiſque Nili peteretur, *i. inſtrumento nautico, quod ſuppeditat Nilus, et quo nauigatur Nilus.* *Add.* Vlpian. l 1 §. 3 de exercitor. act. Caeſ. B. G. 3, 14. Suet. Aug. c. 17. Vinearum armamenta Plin. 17, 21.

ARMAMENTARIVM, i. n. [ὁπλοθήκη] *Locus, vbi reponuntur armamenta et arma.* Ex aedificiis armamentariiſque publicis arma populo Rom. dantur Cic. pro Rab. Perd. c. 7. Liu. 26, 43 Haec illis arx, haec horreum, aerarium, armamentarium, haec omnium rerum receptaculum eſt. Cic. de Orat. 1, 62 c. 14 Philo architectus Athenienſibus armamentarium fecit. *Conf.* de Aruſp. Reſp. c. 14. Liu. 26, 51. Iuuen. Sat. 13, 83 Addit et Herculeos arcus, haſtamque Mineruae, Quidquid habent telorum armamentaria caeli. Super armamentarium poſitus Curt. 6, 7, 22. Qui armamentario praeeſt. Sen. de Tranqu. An. c. 11.

ARMAMENTARIOLVM, i. *Diminut.* Catholicon.

ARMARIVM, i. n. [σκευοθήκη] *Locus vbi reponuntur libri vel quarumcunque artium inſtrumenta, cibaria item, et pecuniae.* Plaut. Capt. 4, 4, 10 Coquum percontabatur, poſſentne ſeriae feruescere: Cellas refregit omnes intus, recluſitque armarium. Cic. pro Cluent. c. 64 Cum eſſet in aedibus armarium, in quo ſciret eſſe numorum aliquantum — armarii fundum exſecuit — Cum exſectio illa fundi in armario animaduerteretur *etc.* Cic. pro Cael. 52 c. 21 Tune aurum ex armario tuo promere auſa es? *Conf.* Plaut. Epid. 2, 3, 3. *et* Men. 3, 3, 8. Habet bibliotheca Vlpia in armario ſexto librum Elephantinum Vopiſc. Tac. c. 8. Adhaerentia membro domus armaria, vel affixa Vlp. in l. Librorum. §. Sed ſi D. D. leg. tertio. L. 3 §. 2 D. de off. praef. vigil. Armarium promptuarium Cato 11, 3. At nunc pleroſque videas armaria ſtipare veſtibus Hieron. ad Euſtoch. Ep. 22 c. 14. ¶ 2 *De caueae ſupplicio.* Gell. 6, 4 Idque vbi Romae cognitum eſt, nobiliſſimos Poenorum captiuos liberis Reguli a Senatu deditos, et ab iis in armario muricibus praefixo deſtitutos, eademque inſomnia cruciatos interiiſſe.

ARMARIŎLVM, i. n. [σκευοθήκιον] *Paruum armarium.* Plaut. Truc. 1, 1, 35 Aut lectus dapſilis, aut armariola Graeca. Per armariola et zothecculas noſtras Sidon. Ep. 8, 17.

ARMAMAXA. *vid.* HARM.

ARMENIA. [Ἀρμενία] *Regio Aſiae, inter Taurum et Caucaſum montes ſita, etc. Hinc*

ARMENIVS. Adi. [Ἀρμένιος] *Aliquis ex Armenia.* Hor. Epiſt. 1, 12, 27 Claudi virtute Neronis Armenius cecidit. Fugax Ouid. ad Liu. 389. Armenias curru ſubiungere tigres Virg. Ecl. 5, 29. Armenius lapis, [λίθος Ἀρμένιος] Plin. 35, 6 Armenia lapidem mittit, qui eius nomine appellatur. Lapis eſt hic quoque Chryſocollae modo infectus, optimuſque eſt, qui maxime viridis eſt, communicato colore cum caeruleo.

ARMENIVM, i. n. *Pigmenti caerulei genus.* Vitr. 7, 5 *vbi vid. Philander.* Varro R. R. 3, 2, 4. Plin. 35, 6 ſ. 12.

ARMENIĂCVS. Adi. [Ἀρμενιακὸς] *vt*, Vet. Inſcr. Grut. p. 253, *vbi* L. Aurelius Verus *eſt*, ARMENIAC. MEDIC. PARTHIC. Columel. 11, 2, 96 Armeniacae arbores, *quarum ſunt* Armeniaca mala [μῆλα Ἀρμενιακά] *quae Latini* Praecoqua *appellant. Memorat* Colum. 5, 10, 19. Armenia *vocat* Id. 10, 404. *Add.* Pall. Nou. 1, 7 *Putantur eadem, quae* Abricots *ſ.* Abricoſen, *nomine e* Praecoquis, *corrupto, Europa hodie vocat. Vid. Salmaſ. ad Solin.* c. 35, p. 426. Armeniacum pigmentum ad malagmas Veg. Veter. 4, 14, 3. *et al. eſt* Armenium, *a quo modo dictum. Etiam de hoc Salmaſ. l. c.*

ARMENTVM, i. n. [ἀγέλη] *Pl.* Armenta, *quaſi* aramenta, quod boues maxime eligerent ad arandum Varr. L. L. 4, 19. Idem de R. R. 2, 5, 7 Qui gregem armentorum emere vult *etc. ac deſcribit deinde boues. Sic et paſſim* Colum. *vt* 6, 22, 2. 3, 8, 3 *etc.* Feſtus, Armentum, id genus pecoris appellatur, quod eſt idoneum ad opus armorum. Inuenies tamen foeminei generis *Armentas*, apud Ennium poſitum. Hactenus Feſtus. Armorum *vocat, quorumuis inſtrumentorum. Sic non repugnet alteri etymologiae Varronis, et tamen includat etiam iumenta alia, vt* Armentum equinum Col. 1 *pr.* 26. *de equis etiam adhibet* 6, 27, 1. *Item* Aſinorum Colum. 7, 1, 2. *Nam dicit de* aſino, Tardius deficit, quam vllum aliud armentum. *Generalem quoque intellectum habere poteſt in illo* Ouid. Met. 4, 634 Mille greges illi, totidemque armenta per herbas Paſcebant. Greges *minorum pecudum*, Armenta *maiorum. Sic* Virg. Georg. 3, 286 *poſtquam de bouibus et equis egerat*, Haec ſatis armentis: ſuperat pars altera curae, Lanigeros agitare greges, hirtaſque capellas. *Sic* Stat. Theb. 10, 818 Eunt praeter ſecura armenta gregeſque. *Sed* Virgilius *etiam de ceruis* Aen. 1, 189 — hos tota armenta ſequuntur a tergo. *Rurſus ad bubulum genus pertinet* Cic. Philipp. 3, 31 c. 1 Caedit greges armentorum, reliquique pecoris, quodcunque nactus eſt: epulantur milites. Cic. Att. 7, 7 Quid ergo (inquis) acturus es? Idem quod Pecudes, quae dipulſae, ſui generis ſequuntur greges: vt bos armenta, ſic ego bonos viros. Armenta boum Virg. Georg. 2, 195. Immania Neptuni Virg. Georg. 4, 395. *de monſtris marinis.* Laeta Id. Georg. 2, 144. *quae ſtatim diuidit in equos et boues.* Muta armenta Stat. Theb. 5, 334. Regale armentum Ouid. Met. 2, 842. *de grege Boum. Sic* Mugitus armentorum Ouid. Met. 5, 165. Stabulis armenta tenere Virg. Georg. 1, 355. Sortiri armento ſobolem Id. Georg. 3, 71 *i.* ſubſtituere et ſubminiſtrare. Verbumque eſt iudiciorum: Nam Subſortiti dicuntur iudices, Qui occupatorum funguntur officio. Seruius. *Etiam de bubus.* Paſcuntur virides armenta per herbas Virg. Georg. 3, 162. Armentis incurrunt vrſi Ouid. Met. 7, 546. Armenti dux, *pro Tauro* Id. ibid. 8, 882. Armenti cuſtos Id. ib. 11, 348. Armentorum magiſtri, *i. Bubulci* Ouid. Faſt. 3, 61. Armenta agere dicitur paſtor Ouid. Epiſt. 5, 79. Montana armenta, *In montibus errantia* Ouid. de Arte Am. 1, 305. Armenti reges *Tauri* Stat. Achil. 1, 471 — ſeptemque Aiax vmbone coruſcet Armenti reges. *Accipit autem* Armenti reges *ſiue tauros, pro Taurorum tergoribus, ex quibus confectus erat Aiacis clipeus.* Armentum *pro boue ſingulari.* Hecatombe Graece dicitur quum centum armenta occiduntur Hygin. Fab. 118.

ARMENTA, ae. *pro*, Armentum: *ap.* Enn. *vid.* Non. 3, 3. *it.* Feſt.

ARMENTĀLIS, e. [ἀγελήτης] *Quod eſt ex armento.* Virg. Aen. 11, 571. Hic natam in dumis, interque horrentia luſtra Armentalis equae mammis et lacte ferino *etc.* Lac Symmach. Epiſt. 6, 17. Camaena Sidon. Epiſt. 2, 2. *i. carmen bucolicum.* Culmen Prudent. Teſtaſt. 4. *i. caſa.* Viri Id. Hymn. Ieiunant. 166. Nihil armentale reſultat Calpurn. Ecl. 1, 29.

ARMENTARIVS. [ἀγελάρχης] *Armenti cuſtos.* Virg. Georg. 3, 344 — omnia ſecum Armentarius Afer agit. Varro de R. R. 2, 5 fin. Armentarium meum crebro vt aliquid legat, curo. (*de libris Magonis.*)

ARMENTARIVS, a, um. Solin. c. 11 Vnguentum medicum contra armentarios morbos.

ARMENTŌSVS. Adi. [ἀγελώδης] *Armentis abundans* Gell. 11, Quod Italia tunc eſſet armentoſiſſima.

ARMENTĪNVS. Adi. [ἀγελαῖος] *Quod eſt ex armento.* Plin. 28, 17 ſ. 68 Fimi ceruini maxime ſubulonis, ſed et bubuli (de armentinis loquor) cinis cochleariorum trium in mulſi hemina *etc. Sed Harduinus*, Armentiuus *praefert. Diſcrimen prope nullum.*

ARMENTICIVS. Adi. [ἀγελαῖος] Varro de R.R. 2, 10, 3 Qui greges ſequuntur, praeſertim armenticios ac caprinos. Pecus Id. ibid. c. 5, 16. *de bouibus vtroque loco.*

ARMIFER, ARMIGER, *vid.* ARMA.

ARMIGATVS, a, um. *Ad humeros alligatus.* Vulgata 2 Sam. 6, 14.

ARMILAVSA, *vel* ARMELAVSA, Vulgo vocata eſt Veſtis, quae ante et retro diuiſa atque aperta eſt: in armos tamen clauſa, quaſi Armiclauſa, c litera ablata. *Haec* Iſid. 19, 22. Vtitur Paullinus. *Conf.* Scholiaſt. Iuuenal. 5, 143.

ARMILLA, ae. [βραχιονιστήρ, ψέλλιον] *Brachii ornamentum, in circuli modum efformatum.* Feſtus, Armillas ex auro, quas viri militares ab imperatoribus donati gerunt, dictas eſſe exiſtimant, quod antiqui humeros cum brachiis armos vocabant: vnde arma ab his dependentia ſunt vocata. Armillae aureae Nep. 14, 3, 1. *de ornamentis regiis.* Plin. 28, 4 Pueri, qui primus ceciderit dens, vt terram non attingat, incluſus in armillam, et aſſidue in brachio habitus, mulierbrium locorum dolores prohibet. Armillae Argenteae Liu. 10, 44. *quibus donati equites.* Plin. 7, 28 Siccius Dentatus LXXX armillis donatus. Id. 33, 2 Armillas non niſi ciuibus *datas docet.* Plaut. Men. 3, 3, 13 Vbi hercle armillae ſunt, quas vna dedi. *Quod canum etiam eſſe* Armillas, *i. millos, ſ. collaria ex* Prop. 4, 8, 24 *probant, nihil eſt. Damus locum in* ARMILLATVS. *Annulus ferreus* Armilla *vocatur* Vitr. 10, 6 *Scapo vel axi circumdata.*

ARMILLATVS. Adi. [ψελλιοδωτός] *Armillis ornatus:* Manuleatus et armillatus in publicum proceſſit Suet. Calig. c. 52. *Add.* Seneca de Conſt. Sap. c. 18 *vbi* Armillatus *inter militiae ſigna.* Propert. 4, 8, 24 Atque armillatos colla moloſſa canes. *Obiicit Cynthiae Poeta, quod canes ingentes per luxurioſam laſciuiam ſuis armillis redimiuiſſet.*

ARMILLE, *vel potius* ARMILE, *et* ARMILLVM *res eadem videtur.* Feſtus. Vas erat vinarium in ſacris, dictum, quod armo, id eſt humero, deportaretur. Nonius 15, 33 Armillum, Vrceoli genus. Varro de Vita Pop. Rom. lib. 1. Etiam nunc pocula, quae vocant apulas et capides, quod eſt poculi genus: item armillum, quod eſt vrceoli genus vinarii. Apul. Met. 6 p. 182, 15 Cupido — et armile redit, *i. vt volunt viri docti, ad armamentarium velut fraudum et dolorum, blanditias. Sed eadem puto vox eſt* l. 9 p. 230, 22 At illa — ad armillum reuertit, et ad familiares feminarum artes accenditur. *Fons forte* Lucil. *ap.* Non. 2, 45 Hinc ad me hinc licet anus rurſus ad armillum. *Nempe vt Luciliana bibax* anus ad armillum, *ita Cupido, ita mulier adultera, ad mores rediit.*

ARMILVSTRIVM, *et* ARMILVSTRVM, i. n. [ὁπλοκαθάρσιον Vet. Gloſſ. *It.* Armiluſtrum, ὁπλοκαθαρσία, ὅπλων κάθαρσις.] Armiluſtrium erat feſtum apud Romanos, quo res diuinas armati faciebant, ac, dum ſacrificarent, tubis canebant. Feſt. Varro de L. L. 5, 32 p. 36, 37 *in explicatione locorum vrbis*, Armiluſtrum ab ambitu luſtri locus. *Et* 5, 3 p. 48, 28 *vbi de temporibus agit*, Armiluſtrium ab eo, quod in armiluſtrio (*Sciopp.* armiluſtro) armati ſacra faciunt. Niſi locus potius dictus ab his. Sed quod de his prius, id abluendo ut luſtro, id eſt, quod circumibant ludentes ancilibus armati. *Secundum haec, ſi probemus emendationem Scioppii* Armiluſtrum erat *locus, ubi arma ancilia quotannis luſtrabantur*, armiluſtrium *vero dies ſollemnis, quo illa cerimonia perageretur. Locum notat* Liu. 27, 37 In armiluſtro viſum eſt lapidibus pluere.

ARMIPOTENS, ARMISONVS, ARMO, *vid.* ARMA.

ARMON, *Raphani genus ſilueſtre* Plin. 19, 5. *Eadem nempe*

ARMORACIA, Raphani genus ſilueſtre, quod Armon Pontici vocant Plin. 19, 5 ſ. 26, 3. It. 20, 40. *Apud* Columel. 9, 4, 5 *et* 6, 7, 8 Armoracea *per ſecundam vocalem legitur. Conf.* Pallad. Oct. t. 11, 4. Mart. 9, 5.

ARMORACIVM, *vocat* Columella 12, 9, 3 Armoraciorum cyma ut condiatur, *vid.* Gl. Armoracia ῥαφανίδες.

ARMVS, i. m. [ὦμος] Feſtus, Antiqui humeros cum brachiis armos vocabant. Vnde Arma ab iis dependentia ſunt vocata. Seruius ad Aen. 11, 644 Armi proprie ſunt quadrupedum. Plin. 11, 39 Pili quis in iuba largi: in armis leoni. Tubere ſuper armos a ceruicibus eminente Plin. 8, 45 *de bubus.* Virg. Aen. 11, 497 Luduntque iubae per colla per armos. Hor. Serm. 2, 4, 44 Foecundi leporis ſapiens ſectabitur armos. Armos equi calcaribus fodere Virg. Aen. 6, 881. Hor. Serm. 1, 6, 106 — nunc mihi curto Ire licet mulo, vel ſi libet, vſque Tarentum, Mantica cui lumbos onere vlceret, atque eques armos, *calcaribus nempe.* ¶ 2 *Nec tamen haec vox ita propria eſt quadrupedibus, vt de hominibus non liceat vſurpare.* Virg. Aen. 11, 644 *de* Herminio, Catos huic haſta per armos Acta tremit. Manil. 1, 795 — matriſque ſub armis Miles Agrippa ſuae. Virg. Aen. 4, 11 Quam forti pectore et armis. Prius omnis in armis Spes fuit, et nuda ſiluas virtute mouebant Grat. Cyneg. v. 2. *Conf. h. l. Barth. et Burm.* Lucan. 9, 831 Velox currit per tela venenum, Inuaditque manum, quam protinus ille retecto Enſe ferit, totoque ſimul demittit ab armo, *i. brachio, quod docet Barth.* ad Stat. Theb. 2, 475. *Ab* Ouidio *nunquam* armos *hominibus tribui* (*Sed tamen Centauris* Met. 12, 302 *et* 377) *obſeruat Heinſ. ad* Met. 12, 137.

## A R N

ARNACIS, ĭdis. [ἀρνακίς] *Laudatur ex* Non. 14, 38 Genus veſtium puellarum. Varr. de Liber. Educand. Vt puellae habeant potius in veſtitu chlamydas, encombomata, ac arnacidas, quam togas. *Sed Mercer. dedit* Parnacidas *poſt Gothofr. cuius coniecturae* Arnacides *videntur deberi.* Ἀρνακίδος *meminit in Sympoſio Plato, vt e genere coactilium, quo pedes includantur. Videtur autem ſignificari vellus agninum.*

ARNAE Caput, Agni caput. Feſtus. *Laudat hic Scal.* Gloſſ. Arna, μήτηρ (*Scaliger coniicit* οἰὸς μήτηρ) κατὰ βάῤῥωνα.

ARNION, i. *Herba eadem, quae Arnogloſſa.* Apul. de Herb. c. 1.

ARNOGLOSSA, ae. *et* ARNOGLOSSVM, i. [ἀρνόγλωσσον] *Latine* Plantago. Apul. de Herb. c. 1. *vid.* PLANTAGO.

## A R O

ARO, āre. [ἀρόω, ἀροτριάζω] *terram aratro vertere et proſcindere.* Arare mauelim, quam ſic amare Plaut. Merc. 2, 3, 21. Plin. 18, 19 In arando magnopere ſeruandum eſt Catonis oraculum. Quid eſt primum? Agrum bene colere. Quid ſecundum? Bene arare. Quid tertium? Stercorare. Columel. 5, 9 Nam veteris prouerbii meminiſſe conuenit, Eum qui aret oliuetum, rogare fructum: qui ſtercoret, exorare: qui caedat, cogere. Arare ex agro frumentum, *pro Percipere ex aratione* Cic. Verr. 3, 113 c. 47 Quod ſi fieri non poterat, vt plus quam decem medimna ex iugere ararent. Cic. Verr. 3, 27 c. 11 Quid, qui ſingulis iugis arant, qui ab opere ipſi non recedunt *etc. i. ſingulis iugis ſ. paribus boum. Sic ibid.* 120 c. 51 Neque id ſolum accidit, vt minus multis iugis ararent — Sed vt - - totas orationes derelinquerent. *Add.* 121 c. 52 Eos in agris minore inſtrumento, iugis minus multis remanſiſſe. Prop. 3, 5, 5 Mille iugis Campania pinguis aratur. Arat Falerni mille fundi iugera Hor. Epod. 4, 13 Talem diues arat Capuam Virg. Georg. 2, 244. *ſc. terram.* Plin. 18, 3 Actus vocabatur, in quo boues agerentur, quum aratur, vno impetu iuſto. Ouid. Triſt. 3, 328 — tenuis mihi campus aratur. *Metaph.* Iam veniunt rugae, quae tibi corpus arent Ouid. A. A. 2, 118. Arare aequor, *Nauigare ſignificat apud Poetas.* Virg. Aen. 3, 495 Vobis parta quies, nullum maris aequor arandum. Ouid. Triſt. 1, 2, 76 Latum mutandis mercibus aequor aro. Arare aquas, *pro eodem* Ouid. Triſt. 3, 12, 36. Litus, *Terram vicinam mari vel infertilem.* Seru. Virg. Aen. 4, 212. Arare litora, *pro Inanem operam ſumere* Ouid. Epiſt. 5, 116. *Ad obſcoena transfertur.* Fundum alienum arat, incultum familiarem deſerit Plaut. Aſin. 5, 2, 24. *Add.* Id. Truc. 1, 2, 47. Terram arare, et ſulcum altius imprimere Cic. de Diuin. 2, 50 c. 23. Arare, aut colere agrum Cic. de Lege Agr. 2, 66. Arandi praeceptor Ouid. Faſt. 6, 13. *Heſiodum intelligit.* Tempora arandi Cic. Diuin. 1 c. 9. Arando manſueſcit tellus, *i. dum aratur* Virg. Georg. 2, 239. Arando enectus bos, *i. dum arat, vel, prae nimio arandi labore* Hor. Epiſt. 1, 7, 87.

ARANS, ntis. Aranti L. Quinctio Cincinnato nunciatum eſt, eum dictatorem eſſe factum Cic. de Sen. c. 16.

ARATVS. Partic. [ἠροτριωμένος] *vt*, Arati agri Ouid. Met. 7, 122. Arata terra Ouid. Faſt. 1, 703.

ARATVRVS. Partic. Tibull. 1, 11, 46 Interea pax arua colat, pax candida primum Duxit araturos ſub iuga curua boues.

ARATIO, ōnis. f. [ἄρωσις] *Actus arandi, et ager, qui aratur.* *Vt* Segetum arationumque percipere vſum Colum. Praef. p. 8. Plaut. Truc. 1, 2, 47 Si arationes habituris, *i. arare vis.* Cic. Philipp. 2, 101 c. 39 Hae quondam arationes Campani et Leontini agri in Pop. Romani patrimonio grandi foenore et fructuoſae ferebantur. Cic. Verr. 3, 27 Quum dederint Apronio, quod popoſcerit, relinquent arationes? relinquent larem familiarem ſuum? Plin. 27, 8 Naſcitur in arationibus. Aratione iterata Plin. 18, 20. Arationes deſertae, ac relictae a dominis. Cic. Verr. 3, 128 cap. 53. Aratio fructuoſa Cic. Tuſc. 5, 86.

ARĀTVS, ûs. Idem. Dict. Cret. de Bell. Troi. 2, 41 Vtraque pars aratui inſiſtere, ferere frumenta.

ARATIVNCVLA, ae. Dimin. [ἀρουρίδιον] Plaut. Trucul. 1, 2, 46 Male vortit res pecuaria mihi apud vos: nunc viciſſim volo habere aratiunculam pro copia apud vos.

ARĀTOR, ōris. m. [ἀροτρεύς] *Qui terram arat, vel ipſe ſua manu, vel per alios. De poſteriori genere* Cic. Verr. 5, 99 Siculoſne milites, aratorumne liberos? quorum patres tantum labore ſuo frumenti exarabant, vt populo Romano, totique Italiae ſuppeditare poſſent. *De priori* Tib. 2, 1, 5 Luce ſacra requieſcat humus, requieſcat arator. Plin. 18, 19 Arator, niſi incuruus, praeuaricatur. *Hinc* Arator curvus Virg. Ecl. 3, 42. Bos Suet. Veſp. cap. 5. Durus Virg. Georg. 4, 512. Peronatus Perſ. Sat. 5, 102. Robuſtus Virg. Ecl. 4, 41. Stipendiarii Hirt. B. Afric. c. 20. Ouid. Faſt. 1, 698 — cedebat taurus arator equo. Ex aratore factus Cic. Philipp. 3, 22. Aratores, a Cicerone vacantur, *ſ. ciues Romani, ſiue prouinciales, qui agros publicos colunt, et pro iis decimas ſoluunt, v. g.* Capua receptaculum aratorum Cic. de L. Agr. 2 c. 32. *Id.* Cic. Verr. 3, 119 c. 50 Pulſatos aratores eſſe dico, agros vectigales vexatos, atque exinanitos a Verre. *Iterum* ib. 120 c. 51 Magni ac naui aratores agros latos ac fertiles deſererent, totaſque arationes derelinquerent. *Recitari deinde iubet catalogum, quot in quoque agro aratores inuenerit Verres, quot reliquerit.* *Conf.* de L. Agr. 2 c. 31. Aratores *tamen quidam etiam* Domini, *aut forte omnes.* Cic. Verr. 3 *extr.* Arationes tota Sicilia deſertas atque a dominis relictas eſſe cognoſcitis: neque quidquam aliud agitur hoc iudicio, niſi vt antiquiſſimi ſocii fideliſſimique, Siculi, coloni populi Rom. atque aratores — in agros atque in aedes, ſuas reuertantur. Sueton. Aug. 42 Atque ita poſt hanc rem (frumentationes publicas) temperauit, vt non minorem aratorum et negotiantium, quam populi rationem deduceret. Arator, *Signum caeleſte.* Nigid. *ap.* Seru. ad Virg. Georg. 1, 19, *i.* Triptolemus.

ARATORCVLVS, i. *Diminut.* Cathol.

ARABĬLIS, e. [ἀρόσιμος] *Quod arari poteſt.* Plin. 17, 5 Contra, in Byzacio Africae illum centena et quinquagena fruge fertilem campum, nullis, quum ſiccus eſt, arabilem tauris.

ARATŌRIVS. Adi. *vt*, Bos aratorius Cod. Theod. L. 1 de Pign. *Add.* Cod. Iuſt. 8, 17, 7.

ARĀTRO, *vel* ARTRO, āre. [ἀροτριάζομαι] *Quaſi Arando iterare: quod eſt, Segetes iam natas rurſus arando proſcindere.* Plin. 18, 20 ſ. 49, 4 Salaſſi, cum ſubiectos Alpibus depopularentur agros, panicum miliumque iam excreſcens tentauere (*depopulari conculcando*) Poſtquam reſpuebat natura, inararunt. At illae meſſes duplicatae docuere quod nunc vocant artrare, id eſt, aratrare (vt credo) tunc dictum. Hoc fit vel incipiente culmo, quum iam is bina ternaue emiſerit folia *etc.*

ARĀTRVM, i. [ἄροτρον] *Inſtrumentum, quo aratur.* Virg. Aen. 7, 539 — et terram centum vertebat aratris. Horat. Sat. 1, 1, 28 Ille grauem duro terram qui vertit aratro Cic. Verr. 3, 128 Quibus aratrum ſaltem aliquod ſatelles iſtius Apronius reliquum fecit. Aratrum inducere moris fuit Romanis, cum vrbem aliquam euertiſſent, vt eam funditus delerent. Modeſt. in l. 21 D. Quib. mod. vſusfr. amittat. Aduncum aratrum Ouid. Met. 2, 286. Aſſiduo fatiatus aratro agricola Tibull. 2, 1, 51. Curuum Virg. Georg. 1, 170. Depreſſum Id. ib. 1, 45. Ouid. Met. 15, 618. Durum Hor. Serm. 1, 128. Emeritum palo ſuſpendere aratrum Ouid. Faſt. 1, 665. Graue Hor. in Arte Poet. 66. Incuruo aratro terram moliri Virg. Georg. 1, 494. Inflexum Id. ir. 1, 162. Patiens, *i. Durum, et quod labores aſſiduos ferre poſſit* Ouid. Amor. 1, 15, 31. Id. Triſt. 4, 6, 1 Tempore ruricolae patiens fit taurus aratri. Vertentia glebas aratra Ouid. Met. 5, 477. Virg. Georg. 1, 19 — vncique puer monſtrator aratri, *de Triptolemo.*

*Triptolemo.* Ab aratro arceſſebantur, qui Conſules fierent Cic. pro Roſc. Amer. 50 c. 18. Id. Philipp. 2, 102 *de deſignandis finibus coloniae*, Caſilinum coloniam deduxiſti — vt aratrum circumduceres, cuius quidem vomere portam Capuae paene perſtrinxiſti. Detrectat aratra taurus Propert. 2, 3, 47 Cic. de Nat. Deor. 2, 159 *in deſcriptione boum*, Tum vires humerorum et latitudines ad aratra extrahenda, Imprimere aratrum muris dicitur hoſtis Hor. Carm. 1, 16, 21. Incumbere aratris Virg. Georg. 1, 213. Moliri terram aratro Id. ibid. 1, 494. Preſſis terram proſcindere aratris Lucret. 5, 210. Relinquere aratra defixa in medio opere Virg. Georg. 3, 519. Scindere terram aratro Sil. 15, . . Ruſtica paullatim taurus aratra ſubit Ouid. de Arte Am. 2, 184.

ARATER, *pro aratro.* Secundum legem D. Auguſti QVA FALX ET ARATER IERIT Hygin. de Limit. pag. 204. *Add.* pag. 192 *et alibi.*

ARATRIFRANGIS, *vel* aratrifragi, *vermiculus*, *vid.* Plin. Valer. 1, 22 *et* 54. Reineſ. Var. Lect. 1, 16 *et* 3, 4.

ARŌMATA. [ἀρώματα] *In plurali* (*nam* Aroma *raro dicitur*) *quarundam herbarum fructus*, *odoris et ſaporis acris*, *nec tamen ingrati*, Columel. 12, 20, 4 Deinde quum videbitur mediocriter calere defrutum, reliqua aromata contuſa et cribrata paullatim inſperges, et iubebis rutabulo ligneo agitari, quod decoxeris, eousque dum defrigeſcit. Quod ſi non ita, vt praecipimus, permiſcueris, ſubſident aromata, et adurentur. *Nominauerat* iridem, foenum Graecum, Schoenum: *dixerat eadem* odores, *item* medicamenta. *Quae* Aromata *fuerint Plinii aetate*, *intelligitur etiam ex iis*, *quae damus in* AROMATITES. *Ad vnguenta refertur*, *vt* Tinctus aromate Prudent. paſſ. Agnetis ſ. Periſt. 14, 72. *Add.* Id. Apoth. 758 Aromatis ſpiramen, *vtrumque de vnguentis luxurioſis.* Membra omnia aromatis perſperſa Apul. Flor. 4 pag. 362.

AROMATĬCVS. Adi. [ἀρωματώδης] *Quod odorem aromatum habet.* Plin. 14, 13 ſ. 15 Ideo quidam aromaticis delectatos *priſcos* maxime credunt. *Al.* aromatice, *Hard.* aromatite. Cum munere matres meſſis aromaticae Sedul. 5, 323. Aromaticum, *intell. munus*, *genus congiarii.* In honorem ſocrus ſuae aromatica populo donauit Spartian. in Hadr. c. 19.

AROMATĪTES, ae. m. [ἀρωματίτης] *Gemma*, *quae in Arabia gignitur*: *ita dicta*, *quod myrrhae colorem et odorem habeat.* Plin. 37, 10. ¶ 2 Aromatites vinum *cum dicitur*, *maſculinum figurate neutro generi Latino* (*Graece maſc.* ὁ οἶνος) *iungitur*, *Vinumque ſignificat facticium ex aromatis.* Plin. 14, 16 ſ. 19, 5 Aromatiten quoque inuenio factitatum tantum non vnguentorum compoſitione, primo a myrrha, mox et nardo Celtico, calamo, aſpalatho, offis in muſtum aut dulce vinum deiectis. Alii de calamo, iunco, coſto, nardo Syriaco, amomo, caſia, cinnamomo, croco, palma, aſaro. Apud alios nardi et malobathri ſelibris in muſti congios duos additis: qualia nunc quoque fiunt pipere et melle addito, quae alii condita, alii piperata appellant. Id. 14, 17 ſ. 21 Niſi ſi quis naturae opus eſſe credit Aromatiten, et ex vnguentis vina compoſita, aut vt biberentur genuiſſe eam frutices, *vid. etiam locum* Plinii, *quem damus in* AROMATICVS.

AROMATIZO, āre. Vulgata Sirac. 24, 20 Balſamum aromatizans, *i. aromata olens.*

ARON, vel AROS, i. [ἄρον] *Bulbi genus.* Plin. 19, 5 ſ. 30 *extr.* Eſt inter genera (*bulborum*) et quod in Aegypto aron vocant, ſcillae proximum amplitudine, foliis lapathi, caule recto duûm cubitorum, baculi craſſitudine, radice mollioris naturae, quae edatur et cruda *etc.* *Conf.* 24, 16 ſ. 91 *pr.*

A R P

ARPĪNVM, [Ἀρπῖνον] *Oppidum Volſcorum in Latio*, *quod M. Ciceronis et C. Marii natalibus gloriatur*: *ex quo Arpinates hodie ob honorem tanti municipis tres literas*, M. T. C. *pro ſigno publico conſcribunt. Haec Stephanus.*

ARPĪNAS, ātis. Adi. [Ἀρπινάτης] Cic. de Lege Agrar. 3, 8 c. 2 Meus paternus auitusque fundus Arpinas. Add. Fam. 14, 7 *et* 7, 23. *Sed ipſe quoque* Cicero Arpinates municipes ſuos *vocat* Fam. 13, 11. Arpinates aquae Cic. Att. 1, 16.

ARPINVS, *aliud Adi. vt* Arpinae chartae, *i. Scripta Tulliana* Martial. 10, 19.

A R Q

ARQVATVS, ARQVITENENS, ARQVITES, ARQVVS, *vid.* ARCVS.

A R R

ARRA, *vid.* ARRHA.

ARRECTARIVS, *vid.* ARRIGO.

ARREPO, ARREPTO, *vid.* ADREPO.

ARRHA, *et* ARRA, ae. [ἀῤῥαβὼν] *eſt*, *Quod pretii numerandi quaſi pignus datur.* Arrhae *autem inſtitutae videntur in auctionibus*, *cum aeris aliquantulum daretur*, *quod plauſtra grauis aeris eo vehi incommodum fuiſſet.* *Nam* Quod Arrhae nomine datur, argumentum eſt emtionis et venditionis contractae, *ait* Imp. tit. De emt. et vend. *Ex Hotom.* Quod ſaepe arrhae nomine pro emtione datur, non eo pertinet, quaſi ſine arrha conuentio nihil proficiat l. 35 ff. de contrah. emt. Plin. 33, 1 At ſponſiones etiamnum annulo exſiliente, ab eo tempore, quo nondum erat arrha velocior, vt plane affirmare poſſimus, numos ante apud nos coepiſſe, mox annulos. Dare arrham P. Chryſolog. Serm. 140 ſc. *nuptialem*, *vid. mox* ARRHABO. Iſid. Orig. 5, 25 Intereſt in loquendi vſu inter pignus et arram. Nam pignus eſt, quod datur propter rem creditam, quae dum redditur, ſtatim pignus aufertur. Arra vero eſt, quod pro re bonae fidei contractu emta ex parte datur, et poſtea completur. Eſt enim arra complenda non auferenda: vnde, qui habet arram, non reddit ſicut pignus, ſed deſiderat plenitudinem. Et dicta arra a re, pro qua traditur. Plin. 29, 1 ſ. 8 *aſpere Medicis exprobrat* Mortis arrham, *quaſi detur pecunia illis*, *vt paullo poſt occidant.*

ARRĀLIS, e. *Ad arram pertinens.* Dioclet. l. 3 C. de Act. emti et vend. Ex arrali pacto.

ARRHĂBO, ſ. ARRABO, ōnis. m. [ἀῤῥαβὼν] *Idem fere quod* Arrha. Gl. Philox. Arra ἀῤῥαβών. Plaut. Rud. prol. 46 Minis triginta ſibi puellam deſtinat, datque arrabonem, et iureiurando alligat. Id. in Mil. 4, 1, 11 Hunc arrabonem amoris a me accipe. *Haec dictio videtur potius eſſe Hebraea*, *quam Graeca. Hebraei enim* ערבון *Arabon*, *dicunt pignus*, *a verbo* ערב *Arab. i. Oppigneraruit.* Arrabo, *pro Obſidibus.* Gell. 17, 2 M. Cato in L. Veturium, *Quum tantus*, inquit, *arrabo penes Samnites Pop. Romani eſſet*: *Arrabonem* dixit, DC obſides: et id maluit, quam pignus dicere, quoniam vis huius vocabuli in ea ſententia grauior acriorque eſt. Sed nunc *Arrabo* in ſordidis verbis haberi coeptus: ac multo rectius videtur *Arra*: quanquam *Arram* quoque veteres ſaepe dixerint. Arrabo, *pro Pignore eſt etiam* Ter. Heaut. 3, 3, 42 Et relicta huic arraboni eſt pro illo argento.

ARRHENICVM. [ἀῤῥενικὸν] *Quod alias* ARSENICVM. Plin. 28, 15 ſ. 60 *vbi vid. Harduin. et Salmaſ.* p. 812 b, A.

ARRHENOGONON, i. n. [ἀῤῥενογόνον] *Herba*, Satyrii genus Plin. 26, 10 ſ. 63. *Eſt* et Thelygonon, *quaſi illud ad mares*, *vt hoc ad feminas generandas*, *aliquid faceret.*

ARRHETOS, i. *Aeon haereticorum.* Tertull. adu. Valent. c. 35. Gr. ἄῤῥητος, *ineffabilis.*

ARRĪDEO, īſi, īſum, ēre. [προσγελάω] ſ. ADRIDEO. *Verſus aliquem*, *et quidem blandiendi cauſa*, *ridere*, *in primis ridente alio ſuum riſum quaſi addere.* Hor. A. P. 101 Vt ridentibus adrident, ita flentibus adflent Humani vultus. Ouid. Art. Am. 2, 201 Riſerit adride; ſi flerit, flere memento. Id. Met. 3, 45 Cum riſi, adrides. *Sed* Ter. Eun. 2, 2, 19 Hiſce ego non paro me vt rideant, ſed iis vltro arrideo. *Vbi* Donatus, Quid eſt, iis arrideo? Aut veluti pareo, id eſt, obſequor, aut veluti dictis delector *etc.* *Breuiter*, *hoc ait*, *ego prior cum blando riſu eos adeo.* *Sic* Cic. de Somn. Scip. 4 c. 2 Leniter arridens Scipio, Quaeſo, inquit, ne me e ſomno excitetis, et pax ſit rebus. *Metaph.* Arridere *res dicitur*, *quae placet.* Cic. Att. 13, 21 Inhibere illud tuum, quod valde mihi arriſerat, vehementer diſplicet. *Add.* Hor. Sat. 1, 10, 98 Quibus haec, ſunt qualiacunque, Adridere velim; Doliturus, ſi placeant Spe deterius noſtra. Petron. c. 133 Et quandoque mihi fortunae adriſerit hora. *Paſſ.* Cic. de Opt. Gen. Orat. 11 cap. 4 Quoniam nonnullorum ſermo iam increbuit, partim ſeipſos Attice dicere, partim neminem noſtrûm dicere: alteros negligamus, ſatis enim his res ipſa reſpondet, quum aut non adhibeantur ad cauſas, aut adhibiti derideantur: nam ſi arrideantur, eſſet idipſum Atticorum.

ARRISIO, ōnis. f. Auctor ad Herenn. 1 c. 6 Interpellatio et arriſio.

ARRĪSOR, ōris. m. Sen. Epiſt. 27 Stultorum diuitum arroſor et arriſor.

ARRĬGO, exi, ectum, ĕre. [ἵστημι, ὀρθόω] *ex* Ad, *et* Rego *compoſitum*; *ſignificat idem*, *quod* Erigere. Virg. Aen. 10, 726 — comasque arrexit. *Metaphorice* Salluſt. Iug. c. 84 Eos non paullum oratione ſua Marius arrexerat, *i. Erexerat*, *excitauerat.* Arrexere animos Itali Virg. Aen. 12, 251. Ter. Andr. 5, 4, 31 Aurige aures Pamphile. *Vbi* Donatus, Arrige aures, translatio a pecudibus, quibus verbis intendit accipiendam eſſe vocem. *Paullo aliter* Plaut. Rud. 5, 2, 6 Suo mihi hic ſermone arrexit aures.

ARRECTVS. Partic. [ὀρθοστατὸς] Arrectaeque horrore comae Virg. Aen. 4, 280. Arrectisque auribus adſtant Id. ibid. 1, 152. Arrecta haſta Id. ibid. 4, 465. Arrecto pectore crura iactat equus Idem ib. 11, 639. Conſtitit in digitos extemplo arrectus vterque Id. ibid. 5, 426. *de pugnaturis caeſto.* Lumina arrecta Virg. Aen. 2, 173. Arrectae mentes, ſtupefactaque corda Idem ibid. 5, 643. Laudum arrecta cupido Id. Aen. 5, 138. Arrecti animum dictis Idem ibid. 1, 583. Animus ad bellandum Liu. 8, . . Poſtquam plebis animos arrectos videt Sall. Iug. c. 86, *i. excitatos.* *Compar.* Liu. 21, 35 Vt pleraque Alpium ab Italia, ſicut breuiora, ita arrectiora ſunt. *Al.* arctiora. Saxa arrectiora, quam vſquam proceritas montana attolli queat Solin. cap. 14.

ARRECTARIVS. Adi. [ὀρθοστάσιος] *Idem fere quod arrectum. vt*, Aſſer arrectarius *in craticio pariete*, *cui opponitur* Transverſarius. Vitruu. 2, 8 Etiam qui ſunt in tectoriis operibus, rimas in iis faciunt arrectariorum et transuerſariorum diſpoſitione. *Add.* Id. 7, 3. *vid* Craticius in CRATES.

ARRĬPIO, ui, eptum, ĕre. [προσαρπάζω] *Quaſi ad ſe rapere cum impetu quodam et violentia accipere.* Cic. in Piſon. 84 Familias arripuerunt, pecus abegerunt. Plaut. Curc. 5, 1, 7 Manum arripuit mordicus. *Vim verbi declarat illud* Plauti Perſ. 4, 6, 23 Quod ſemel arripides Nunquam poſteaeripides. *Sic enim ſcribendum*, *continuatis literis*, *apparet*, *quia debent eſſe longa nomina.* Iam intro arripiere, atque ibi vſque ad necem operiere loris Ter. Adel. 2, 1, 27. *Sic Steph. Sed optimi codices* Abripiere. Cic. de Orat. 1, 159 Si quemcunque patremfamiliâs arripuiſſetis, ex aliquo circulo, eadem vobis percontantibus reſpondiſſet. Cic. de Fin. 2, 93 Niſi forte eum dolorem dicis, qui ſimul atque arripuit, interfecit. Cic. de Diuin. 1, 26 Duo genera diuinandi eſſe dicebas: vnum artificioſum, alterum naturale. Naturale, quod animus arriperet, aut exciperet ex diuinitate. Cic. pro Milon. c. 21 Subito arrepti ſerui in quaeſtionem, tamen ſeparantur. Idem pro Cluent. 89 Eo tempore ipſe ad quaeſtionem arreptus eſt. *Sic de his qui ſubito accuſantur*: Et ſtatim quaeſtor eius in praeiudicium aliquod criminibus arreptus eſt Sueton. Caeſ. c. 23. *i. accuſatus.* Poſt praeturae honorem inter Seiani conſcios arreptus Id. Vitell. c. 2. Arripere terram velis, *Inuadere* Virg. Aen. 3, 477. Servius. *Sic* Virg. Aen. 11, 531 Arripuitque locum, et ſiluis inſedit iniquis, *i. ſubito occupauit.* Cic. de Nat. Deor. 2, 162 Illud vero, quod vterque veſtrum fortaſſe arripiet ad reprehendendum. Cic. pro Domo ſua 12 Hunc iſtum otii et pacis hoſtem Cauſam arrepturum fuiſſe ad incendia, caedes, rapinas, nolo Pontifices, ſuſpicemini, niſi videritis. Cic. Fam. 5, 12 Sed ad properationem meam quiddam intereſt non te expectare dum ad locum venias: at ſtatim cauſam illam totam et Tempus arripere. Quinct. 6, 4, 15 Quod fideliter firmum eſt, a primis ſtatim actionibus arripere optimum eſt. Occaſionem Liu. 35, . . Plaut. Mil. 2, 2, 65 Arripe opem auxiliumque ad hanc rem. Cic. pro Flacc. 19 Mirandum vero eſt, homines eos libenter arripere Facultatem laedendi, quaecunque detur. Cic. pro Sext. 69 Ex nouem Tribunis, quos tunc habueram, vnus me abſente defluxit, qui Cognomen ſibi ex aliorum imaginibus arripuit, quo magis nationis eius eſſe, quam generis videretur. Cic. pro Mur. 13 Quare quum iſta ſis auctoritate, non debes M. Cato, arripere Maledictum ex triuio, aut ex ſcurrarum aliquo conuicio, neque temere Conſulem Pop. Rom. ſaltatorem vocare. Cic. de Fin. 3, 4 Ars eſt enim philoſophia vitae: de qua differens, arripere Verba de foro non poteſt, *i. Vti verbis*, *quibus in foro contenditur.* Cic. Tuſc. 1, 110 *de Fabriciis*, *Scipionibus*, *et ſimilibus loquens*, Quorum Similitudinem aliquam qui arripuerit, non

eam

eam fama populari, ſed vera bonorum laude metiens, fidenti animo (ſi ita res fert) gradietur ad mortem. Sermonem Cic. Att. 7, 13. *vid.* ABVTOR. Studium literarum ſenior arripuerat Nep. 24, 3, 2. *i. cupide ſuſceperat.* Ter. Eun. 3, 5, 22 Submonuit me Parmeno ibi ſervus: quod ego arripui. Cic. de Fin. 3, 14 Aliquid, vt ego ſuſpicor, ex mea breui reſponſione arripere cupienti non reſpondebo ad ſingula. Medium arripere aliquem, *vid.* MEDIVS. Cic. pro Roſc. Com. 31 c. 11 Iam quo quisque eſt ſolertior et ingenioſior, hoc docet iracundius et laborioſius. quod enim ipſe celeriter arripuit, id quum tarde percipi videt, diſcruciatur. Cic. in Orat. 165 *ex ſua* Miloniana 10 Eſt haec non ſcripta, ſed nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus: verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus. Cic. de Senect. 26 Graecas literas ſenex didici. quas quidem ſic auide arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens.

ARREPTVS, a, um. Cultro arrepto Liu. 3, 48. Manu Hor. Sat. 1, 9, 4. Penicillo Plin. 35, 10. Tellus Virg. Aen. 10, 298. Tempus Id. 11, 459. ¶ 2 Veg. Veter. 3, 52, 1 Cum ſtat, repente concidit, vt arreptum putes. *Dixi ad eum locum, me putare* ἐπίληπτον *ſignificari, ſ.* Epilepticum.

ARREPTITIVS, a, um. Vulgata Ierem. 29, 26 *vbi fanaticum,* θεόληπτον, *ſignificare videtur.*

ARRISOR, *vid.* ARRIDEO.

ARRŌDO, *ſ.* ADRODO, ſi, ſum, ĕre. [ἐπιβιβρώσκω] *Rodendo aliquid aggredi, Rodere incipere.* Plin. 28, 18 ſ. 74 Sanguis equi adrodit carnes, ſeptica vi. *Per translationem, quae tamen ipſa proprietatem pulchre declarat.* Cic. pro Sext. 72 c. 33 Quoniam id etiam fatum ciuitatis fuit, vt illa ex vepreculis extracta nitedula Remp. conaretur arrodere. Plin. 35, 11 ſ. 40, 31 *in picturis Pauſiae* Piger, qui appellatur Ocnos, Spartum torquens, quod aſellus arrodit. Sidon. Epiſt. 7, 6 Caulas eccleſiaſticas clandeſtino morſu arrodere.

ARROSVS. Partic. *vt,* Semina arroſa condunt formicae Plin. 11, 30. Id. 11, 37 ſ. 85 Plerisque animalium eſt pinguitudo ſine ſenſu: quam ob cauſam ſues ſpirantes a ſuibus tradunt arroſas.

ARRŌSOR, ōris. m. Sen. Epiſt. 27 Suaſit illi Satellinus Quadratus, ſtultorum diuitum arroſor, et, quod ſequitur, arriſor, et, quod duobus his adiunctum eſt, deriſor, vt Grammaticos haberet analectas.

ARRŎGO, āre. [περιποιέομαι, ἀλαζονεύομαι] *Plerumque ſignificat, aliquid temere ſibi tribuere.* Cic. de Clar. Orat. 291 c. 85 Eſt enim et minime inepti hominis, et eiusdem etiam faceti, quum de ſapientia diſceptetur, hanc ſibi ipſum detrahere, eis tribuere illudentem, qui eam ſibi arrogant. Cic. pro Roſc. Amer. 89 c. 32 Non enim tantum mihi derogo, tametſi nihil arrogo, vt te copioſius quam me putem poſſe dicere. Arrogare ſibi nomen inſolentiſſimum Quinctil. in prooem. lib. 1, 14. Id. 11, 1, 19 Eloquentiam ſibi nunquam in agendo immodice arrogauit. *Et mox* Dicendi facultatem magis illi detraxit, quam arrogauit ſibi. Sumere et arrogare ſibi Cic. pro Planc. 3 c. 1. Id. Fam. 4, 1 Ego tantum tibi tribuo, quantum mihi fortaſſe arrogo. Artem ſibi arrogare Hor. Serm. 2, 4, 35. ¶ 2 Arrogare *non ſemper reciprocum eſt, vt ad ipſum* arrogantem *referatur. Sed poteſt etiam aliquid* arrogari *alteri.* Hor. Od. 4, 14, 40 Fortuna — Laudemque et optatum peractis Imperiis decus arrogauit, *i. tribuit. Sic* Epiſt. 2, 1, 35 Scire velim chartis pretium quotus arroget annus, *i. quo anno incipiant vetera, et per id ipſum bona eſſe. Et* Art. Poët. 122 *in charactere Achillis,* Iura neget ſibi nata, nihil non arroget armis. ¶ 3 *Eſt autem proprie verbum comitiorum, vt* Abrogare, Derogare, Irrogare, Obrogare: *ſignificatque adeo rogando populum* Velitis iubeatis Quirites *etc. aliquid ſibi vel aliis acquirere. Supereſt notabile exemplum in* arrogandis liberis, *de qua re audiamus* — in arrogando iuratur — Arrogatio autem dicta, quia genus hoc in alienam familiam tranſitus per populi rogationem fit. Eius rogationis verba haec ſunt, VELITIS IVBEATIS QVIRITES, VTI LVCIVS VALERIVS L. TITIO TAM IVRE LEGEQVE FILIVS SIBI SIET, QVAM SI EX EO PATRE MATREQVE FAMILIAS EIVS NATVS ESSET *etc. Vid. ICti.* Gell. 5, 19 Quum in alienam familiam, inque liberorum locum extranei ſumuntur, aut per Praetorem fit, aut per populum. Quod per Praetorem fit, adoptatio dicitur: quod per populum, arrogatio. Arrogantur ii, qui quum ſui iuris ſint, in alienam ſeſe poteſtatem tradunt, eiusque rei ipſi auctores fiunt. Sed arrogationes non temere neque inexplorate committuntur. Nam comitia — praebentur — aetasque eius, qui arrogare vult, — bonaque eius, qui arrogatur — conſiderantur: iusque iurandum. Arrogare Dictatorem Conſuli Liu. 7 *eſſe dicitur; non puto.* ¶ 4 Plaut. Rud. 5, 2, 45 *peculiaris verbi huius notio eſt. Gripus Labracem ſibi promittere aliquid vult ſtipulatione interpoſita. Hic Venerem vult adhibere, quae et ipſa, quod fieri in ſtipulatu ſolet, illum interroget:* Venus, *inquit,* haec volo arroget te: *quod mox explicat,* per Venerem hanc iurandum eſt tibi. *Sic Turn. ad l. c. et* Adu. 26, 2. *Add. Polletus Fori Rom.* 3, 2.

ARROGANS. [ἀλαζών] *Qui ſibi aliquid temere atque inſolenter tribuit* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 1 Ne aut ingratus in referenda gratia: aut arrogans in praeripiendo populi beneficio videretur. Cic. Verr. 3, 155 Tantum dicam, homines arrogantes hoc adiutore Q. Opimium per ludum et iocum fortunis omnibus euertiſſe. Tacit. Ann. 11, 21 Adverſus ſuperiores triſti adulatione, arrogans minoribus, inter pares difficilis. Minax et arrogans Cic. pro Font. 26. Non grata potius, quam arrogans beneficiorum praedicatio Cic. de Aruſp. Reſp. 16 c. 8. *Comparat.* Factum arrogantius Suet. Caeſ. c. 79. Pigritia arrogantior Quinctil. 12, 3. Vnde putas arrogantiſſimum illud manaſſe proverbium Macrob. Sat. 1, 11. Perſuaſio arrogantiſſima Quinctil. Decl. 8. *Add.* Id. Declam. 15.

ARROGANTER, ius, iſſime. Adu. [ἀλαζονικῶς] Cic. de Orat. 2, 352 Si aſpere, ſi arroganter, ſi turpiter, ſi ſordide, ſi quoquo animi vitio dictum eſſe aliquid videatur. Nec vero arroganter hoc dictum exiſtimari velim Cic. Off. 1, 2. Audite Conſulem Iudices: nihil dicam arrogantius Id. pro Muraen. 78 c. 37. Id non arroganter praeiudico, neque reuoco ad arbitrium meum Cic. ad Brut. Ep. 4. Temere atque arroganter aſſentiri alicui Id. de Inuent. 2, 10. Arroganter peto, ſi nemo impetrauit Id. pro Ligar. 30. Contumaciter et arroganter ſcribere Cic. Att. 6, 1. Arrogantiſſime excipi ab aliquo Oroſ. 7, 25. Arrogantiſſime de viribus ſuis et de idolis praeſumens d. ib. c. 35.

ARROGANTIA, ae. f. [ἀλαζονεία] *Illa magna de ſe opinio, per quam temeritas atque impudentia vanam ſibi comparat auctoritatem.* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 85 Accidiſſe igitur his, quod plerumque hominibus nimia pertinacia atque arrogantia accidere ſoleat, vti eo recurrant, et id cupidiſſime petant, quod paullo ante contemſerint. Cic. de Inuent. 1, 105 c. 54 Tertiusdecimus locus eſt, ſi cum iniuria contumelia iuncta demonſtratur, per quem locum in ſuperbiam et arrogantiam odium concitatur. Id. pro Q. Roſc. Com. 5 Suum codicem teſtis loco recitare arrogantiae eſt. Id. de N. D. 3, 26 c. 10 Putare quemquam hominem, nihil homine eſſe melius, ſummae arrogantiae cenſet eſſe. Arrogantiae crimen extimeſcere Cic. in Orat. 132 c. 38. Arrogantiae opinione laborare Quinctil. 4, 1. Sermo plenus arrogantiae Cic. pro Muraen. 49 c. 24. Grauis atque intolerabilis arrogantia Id. pro Cluent. 109. Exuere arrogantiam et auaritiam Tacit. in Vita Agric. 9. Cic. ad Q. Frat. 3, 6 Et illud γνῶθι σεαυτόν, noli putare ad arrogantiam minuendam ſolum eſſe dictum, verum vt bona noſtra norimus.

ARROGATIO, ōnis. f. *Adoptionis ſpecies.* Gell. 5, 19 *quem dedimus in* ARROGO *n. 3.* §. 1 Inſtit. de Adopt. L. 15 *et* 17 ff. de Adopt. *Conf.* ib. l. 19.

ARROGĀTOR, ōris. m. *Qui ſic adoptat.* l. 15 Digeſt. de adopt.

ARROSOR, *vid.* ARRODO.

ARRVGĬA, ae. [ἀῤῥυγία] *Cuniculus ſubterraneus, quo extrahitur aurum.* Plin. 33, 4 ſ. 21 Cuniculis per magna ſpatia actis, cauantur montes ad lucernarum lumina. Eadem menſura vigiliarum eſt, multisque menſibus non cernitur dies. arrugias id genus vocant. *Et ibidem* 11 Aurum arrugia quaeſitum non coquitur, ſed ſtatim ſuum eſt. Inueniuntur ita maſſae. *Hinc* Pſeudo-Plautus in Suppoſ. Aulul. 5 Nunquam dabo (*aurum*) niſi fodiam nouiter arrogiam.

## A R S

ARS, artis. f. [τέχνη] *Agendi rationem exercitatione, vel praeceptis firmatam notat. Huc fere referri poſſunt variae definitiones.* Diomed. 2 p. 414 Ars eſt rei cuiusdam Scientia, vſu vel traditione vel ratione percepta, tendens ad vſum aliquem vitae neceſſarium. Auctor ad Heren. 1, 2 Ars eſt Praeceptio, quae dat certam viam rationemque faciendi. *Vid. plura apud* Quinctil. 2, 17. Cic. Acad. 4, 22 Ars vero quae poteſt eſſe, niſi quae non ex vna, aut ex duabus, ſed ex multis animi perceptionibus conſtat? Idem de Orat. 1, 192 Menedemus artem negabat eſſe vllam, niſi quae cognitis, penitusque perſpectis, et in vnum exitum ſpectantibus, et nunquam fallentibus rebus contineretur. Ter. Andr. 1, 1, 4 Quid eſt quod tibi mea ars efficere hoc poſſit amplius? SI. Nihil iſtac opus eſt arte ad hanc rem quam paro. Sed iis, quas ſemper intellexi in te ſitas, Fide et taciturnitate. *Vbi* Donatus *ab* ἀρετῇ *per ſyncopen ducit. Sic de fortitudine et conſtantia* Hor. Od. 3, 3, 9 Hac arte Pollux, et vagus Hercules *etc. Pro opere artis ſ. artificio* Hor. Od. 4, 8, 4 Neque tu peſſima munerum Ferres, diuite me ſcilicet artium. Quas aut Parrhaſius protulit aut Scopas: *tabulas illius pictas, huius ſigna intelligit.* Artis quoque cuiusdam eſt, aequaliter ſpargere Plin. 18, 24. Non dat natura virtutem, ars eſt bonum fieri Sen. Epiſt. 90. Diſciplina militaris in artis perpetuis praeceptis ordinatae modum venit Liu. 9, 17. Cic. de Orat. 2, 147 Ad inueniendum in dicendo haec tria ſint, acumen, deinde ratio, quam licet, ſi volumus, appellemus artem, tertium diligentia. *Praeclarae ſententiae Fabii ſunt* 1, 11, 3 Ars prima eſt, ne ars eſſe videatur. *Et* 4, 2, 127 Ars deſinit eſſe, quae apparet. *Et* 9, 3 *extr.* Ars vbicunque oſtentatur, veritas abeſſe videtur. *Denique* 8, 3, 2 Quae ſunt artes altiores, plerumque occultantur, vt artes ſint. Ars dux certior quam natura Cic. de Fin. 4, 10. Ars τῶν μέσων eſt. vnde ſine epitheto male ponitur: vt Bonas artes, Malasque artes dicamus. Seruius ad Virg. Aen. 1, 657 At Cytherea nouas artes, noua pectore verſat Conſilia. *Add.* Nepos 1, 5, 3. Artes partim ad vſum vitae, partim ad oblectationem neceſſariae Cic. N. D. 2 c. 59. Optimae Nep. 25, 12, 4. *Contra* Ars, *Fraus, dolus.* Virg. Aen. 2, 152 — ille dolis inſtructus, et arte Pelasga. Ars haec erat Liu. 3, 53, *i. ſapiens conſilium.* Ter. Adel. 4, 7, 21 Ita vita eſt hominum, quaſi ludas teſſeris. Si illud, quod maxime opus eſt iactu, non cadit, Illud quod cecidit forte, id arte vt corrigas. D. Corrector? Nempe tua arte viginti minae pro pſaltria periere. *Mimeſis eſt, q. d. Quid tu mihi de corrigendo, de arte narras. Tu ſcilicet praeclarus* corrector, tua *illa praeclara* arte *etc.* Ouid. de Arte Am. 2, 14 Nec minor eſt virtus, quam quaerere, parta tueri: Caſus ineſt illic, hic erit artis opus. Ars dicendi Quinct. 2, 17, 17. Eloquentiae Quinct. 2, 11, 4. Orandi Quinct. 1 Pr. 4. Verborum Id. 10, 1, 118. *Pro libro artem inprimis rhetoricam continente ac tradente.* Cic. Top. 34 c. 8 In oratoriis artibus, quaeſtionis genere propoſito, quot eius formae ſint ſubiungitur abſolute. *Sic ſaepe* Quinctilianus, *v. g.* 5, 10, 120 Nec enim artibus editis factum eſt, vt argumenta inueniremus; ſed dicta ſunt omnia ante quam praeciperentur: mox ea ſcriptores obſeruata et collecta ediderunt. *Sic* 2, 5, 14. 2, 13 pr. 2, 15, 37. 3, 1, 1. *Ponamus modo* 2, 15, 4 Haec opinio originem ab Iſocrate (ſi tamen reuera Ars, quae circumfertur, eius eſt) duxit. Clarus arte medicinae Quinctil. 3, 6, 63. Ars tibiarum Quinct. 2, 3, 3. Conſiliorum, litium Quinct. 10, 1, 47. ¶ 2 *Iam Epitheta ponamus:* Artes Aeaeae, *i. Magicae* Ouid. Am. 2, 15, 10. Ars audax, *quae animum audacem poſtulat.* Ouid. de Arte Am. 2, 76. Ambitioſa Plin. 29, 1 *de Medica arte loquitur.* Apollinea Ouid. Triſt. 3, 3, 10. *i. Medicina.* Bonae Ouid. Tr. 3, 7, 32. Cic. in Brut. . . . Quum duae Ciuiles artes ac forenſes plurimum et laudis haberent, et gratiae. *Iuris ſcientiam et Eloquentiam intelligit. Add.* Vell. 2, 47, 2, *vbi bellicis operibus opponuntur.* Doloſa Ouid. Met. 15, 473. Retia cum pedicis laqueosque *dixerat.* Fabra Ouid. Met. 8, 159. Fauſta parum Ouid. ex Ponto 2, 11, 2. Grauiſſimae Cic. de Fin. 2 c. 34. Gymnaſtica Plaut. Moſt. 1, 2, 73. Haemoniae Ouid. de Arte Am. 2, 99. *i. Magicae.* Humili aliqua arte praeditus Cic. pro Arch. 10. Ieiuna Quinctil. 1, 4, 5. Ignorata Hor. in Arte Poët. 262. Imperatoria Quinctil. 2, 17. Indotata, *vid. h. v. ſub* DOS. Iners ars, *Inutilis* Ouid. de Arte Am. 3, 208. Inopi miſerabilis arte Iuuen. Sat. 12, 67. Ingenuae, *i. Liberales.* Cic. Fam. 4, 3. *et* Ouid. Faſt. 3, 6. Am. 3, 8, 1. Art. 2, 121 *etc.* Ingenuis artibus inſtructus, *vid. n.* 3 Inſtruo. Lanifica Ouid. Met. 6, 6. Leuiores, *de poëſi* Cic. Bruto 3. Liberales, *vid.* LIBER, liberi. Ludicra Colum. Praef. L. 1. Quinct. 3, 6, 18. Magica Virg. Aen. 4, 493. *Et* Ouid. Amor. 3, 7, 35. Magiſtrae artes Ouid. Epiſt. 15, 83. Magna et glorioſa Cic. in Orat. . . . Malae artes et doloſae munerum *hamatorum* Martial. 5, 18. Medentium ars, *Medicina* Stat. Silu. 5, 1, 158. Medendi Ouid. Art. 2, 735. Medicae Ouid. Epiſt. 5, 145. Mediae

artes, *quae dicantur* In MEDIVS. Mediocris In MEDIOCRIS. Monſtrificae Valer. Argon. 6, 153. *periphraſis Magiae.* Mutae In MVTVS. Nudae Quinct. 1 pr. 24. *vid. mox* BIBO. Nugatoria Plaut. Trin. 4, 2, 2. Operoſa Stat. Silu. 5, 1, 158. *vid.* OPEROSVS. Oratoria Quinctil. 3, 1. Praecipua Ouid. de Arte Am. 1, 266. Prudens Ouid. Epiſt. 5, 150. Paraſitica Plaut. Capt. 3, 1, 9. Palaeſtrica Quinct. 2, 21, 11. Pecunioſa, *vid. h. v.* Pieriae, *i. poëſis* Claud. de Laud. Stil. 3 pr. 3. Pulcherrima Quinctil. 1, 10. Raras dotata per artes Ouid. Amor. 2, 4, 17. Rationalis ars Celſ. 1 praef. Recondita Cic. de Orat. 1, 8, Secretae, *Magicae* Ouid. Met. 7, 138. Sopitae Claud. de Conſ. Mal. Theod. 264. Sordida, *vid. paullo poſt*, Verſari in ſordida arte. Summa Quinct. 2, 19. Tacita, *vid. p. poſt* Nocere tacita arte. Tantae artis opus, *Tanto factum artificio* Ouid. Met. 13, 290. Tenuis ars Quinctil. 1, 4. Valida Ouid. Faſt. 3, 321. Vulgatae Hor. Carm. 4, 9, 3. ¶ 3 *Verba, quibus iungitur hoc nomen, obſeruamus iſta:* Accingi ad artes magicas, *vid.* ACCINGO. Accipere artes a magiſtris Ouid. Met. 9, 717. Addocet artes ebrietas Hor. Epiſt. 1, 5, 18. Adhibere artem, *vid.* ADHIBEO. Adiicere plus artis, *i. doctiorem reddere* Hor. Epiſt. 2, 2, 42. Adipiſci aliquid ſtudiis et artibus Cic. Q. Frat. 1, 1. Sic meas Neptunus Adiuuet artes Ouid. Met. 8, 866, *ius iurandum piſcatoris.* Admiſcere artem pretio, *metallum per ſe pretioſum artificio et caelatura pretioſius reddere.* Claud. de Nupt. Hon. et Mar. Aduocare artem, *it.* Aſſumere, *vid. hh. vv.* Cic. de Fin. 4, 76 Omnibus artibus volumus attributam eſſe eam, quae communis appellatur prudentia, quam omnes, qui cuiquam artificio praeſunt, debent habere. Bibere arte Ouid. de Arte Am. 2, 506. Quinctil. 1 pr. 24 Plerumque nudae illae artes nimia ſubtilitatis affectatione frangunt atque concidunt quidquid eſt in oratione generoſius, et omnem ſuccum ingenii bibunt, et oſſa detegunt. Canere arte Ouid. de Arte Am. 2, 506. Combibere artes, *vid.* COMBIBO. Commendare ſe arte Hor. Epiſt. 2, 1, 261. *i. Oſtentare.* Concedere alicui artem. In CONCEDO. Confidere arte Cic. Tuſc. 5, 8. Conticeſcunt artes. Continentur inter ſe artes. Coſummata ars, *vid. ſuis verbis.* Continentur artibus liberales diſciplinae Cic. de Orat. 3, 125. Contudit animos feros molli arte Ouid. de A. A. 1, 12. Decipere aliqua arte Id. 12, 50. Deſinere artem, *vid.* DESINO. Deſpicere artes Claud. de Rapt. Proſ. 2 praef. 23. Deſtitui ab arte ſua Ouid. Epiſt. 5, 150. Dimittere animum in artes ignotas Id. Met. 8, 188. *de Daedalo.* Diſce bonas artes Ouid. de Arte Am. 1, 459. Diuerti ad artes Id. Met. 9, 425. Ediſcere paternas artes Id. Met. 2, 638. Efficere artem, *idem quod* Redigere ad artis *formam* Cic. de Orat. 1, 186. Efficiuntur artes ex cognitionibus et comprehenſionibus rerum Id. de Fin. 3, 49. Efficere artem ex obſeruatione Quinctil. 3, 2. Erudire artes Ouid. Met. 8, 215. Eruditus optimis artibus Nep. 25, 12, 4. Ouid. Faſt. 3, 383 Mamurius morum, fabraene exactior artis. Excolere vitam per artes Virg. Aen. 4, 663. Excudere artes, *vid. h. v. Sed* Ouid. de Arte Am. 1, 242 Artes excutiente Deo, *i. vino dolos et fraudes expellente.* Exercere Hor. Epiſt. 1, 14, 44. Exercere ludicram Quinctil. 3, 6, 18. Exercere medicas artes Ouid. Met. 2, 618. Imperium bonis artibus Tac. Hiſt. 1, 30, 3. Extitit illi ea ars *laudatur* Cic. pro Arch. 24 Alexander, quum in Sigeo ad Achillis tumulum adſtitiſſet, O fortunate, inquit, adoleſcens, qui tuae virtutis Homerum praeconem inueneris! Et vere. nam niſi illi ars extitiſſet illa, idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomen etiam obruiſſet. *Sed recte hodie legitur*, niſi Ilias extitiſſet illa. Virg. Georg. 1, 133 Vt varias vſus meditando extunderet artis Paullatim. Cic. in Orat. 147 c. 43 Me autem ſiue peruagatiſſimus ille verſus, qui vetat artem pudere proloqui quam factites, diſſimulare non ſinit, quin delectet. Ferre auxilium arte Veget. Praef. l. 3. Cic. Fam. 7, 3 Vacare culpa magnum eſt ſolatium, praeſertim quum habeam duas res, quibus me ſuſtentem, optimarum artium ſcientiam, et maximarum rerum gloriam. Indigent bonis artibus pax et quies Tac. H. 4, 1, 6. Inficere artibus, *vid. h. v.* Cic. de Orat. 1, 186 Nihil eſt quod ad artem redigi poſſit, niſi ille prius qui illa tenet, quorum artem inſtituere vult, habeat illam ſcientiam, vt ex iis rebus, quarum ars nondum ſit, artem efficere poſſit. Inſtruere aliquem arte Ouid. Epiſt. 16, 364. Inſtructus et ornatus plurimis et grauiſſimis artibus Cic. de Fin. 2 c. 34. Intelligebantur artes Tacit. Hiſt. 4, 86, 1. *i. doli.* Latere ars dicitur, *quum artificis opus non fictum, ſed ab ipſa natura expreſſum videtur* Ouid. Met. 10, 252. Idem de Arte Am. 2, 313 Si latet ars, prodeſt: affert deprenſa pudorem. *Vid. quae n. 1. ex* Quinctiliano *dedimus.* Laboratae arte veſtes Virgil. Aen. 1, 643. Ludere aliquem arte, *Decipere* Ouid. Epiſt. 17, 142. Lucret. 4, 793 Scilicet arte madent ſimulacra, et docta vagantur. *Sic enim legendum: non* Arte valent. *Vt enim* Arte imbui *dicimus, ſic et* Arte madere *honeſta eademque tranſlatione Romanos veteres dixiſſe defendimus. Haec* Turnebus Adu. 13, 20. *Et ita dederunt* poſtea viri *docti.* Nocere tacita arte Ouid. Amor. 1, 2, 6. Quam quisque nouit artem, in hac ſe exerceat Cic. Tuſc. 1 c. 18. Obterere, et Obtinere, *vid. ſſ. ll.* Omittere, *i. renuntiare arti* Hor. Serm. 2, 5, 26. Ordinata perpetuis praeceptis Liu. 9, 17. Ornari artibus, *vid.* ORNO. Peperit artem notatio naturae et animaduerſio Cic. in Orat. 18. Id. Fam. 7, 20 Sin tibi quaedam videbuntur obſcuriora, cogitare debebis, nullam artem literis ſine interprete, et ſine aliqua exercitatione percipi poſſe. Pollere malis artibus Tacit. Ann. 14, 57, 2. Proferre Plin. Epiſt. 2, 11. Reparabilis arte nulla Ouid. Epiſt. 5, 103. Reddere aliquem inſignem multa arte Virgil. Aen. 5, 705. Redigere ad artem, et Efficere artem, Idem Cic. de Orat. 1, 186. Remouere, *Negare artem eſſe, vid.* REMOVEO. Reor. Ducis artem rati Tac. Agr. 27, 3. *i. aſtuta conſilia.* Virgil. Aen. 5, 484 — hic victor caeſtus, artemque repono. *Vbi* Seruius, Et arma depoſuit, et arti renuntiauit, *i.* Catalyſin fecit. Cic. de Orat. 2, 110 Artem quidem et praecepta duntaxat hactenus requirunt, vt certis dicendi luminibus ornentur. Idem de Orat. 2, 44 Non omnia quaecunque loquimur, mihi videntur ad artem et ad praecepta eſſe reuocanda. Tendere ad artes aſſuetas Ouid. de Rem. Amor. 1, 287. Hac arte tractabant virum Ter. Heaut. 2, 3, 125. Cic. de Orat. 2, 57 c. 38 Videſne Diogenem fuiſſe, qui diceret, artem ſe tradere bene diſſerendi, et vera ac falſa diiudicandi, quam verbo Graeco διαλεκτικὴν appellaret? *Nempe* Tradere artes alicui, *eſt docere* Ouid. Epiſt. 5, 145. Quinctil. in prooem. Illud tamen in primis teſtandum, nihil praecepta atque artes Valere, niſi adiuuante natura. Vacare artibus ingenuis Ouid. Faſt. 3, 6. Cic. Off. 2, 130 Sordidi etiam putantur, qui mercantur a mercatoribus quod ſtatim vendant. Nihil enim proficiunt, niſi admodum mentiantur. Nec vero eſt quicquam turpius vanitate: opificesque omnes in ſordida arte Verſantur. Cic. de Fin. 5, 26 Omnium artium recte dici poteſt, commune eſſe, vt in aliqua ſcientia verſentur, ſcientiam autem ſuam cuiusque artis eſſe. Victa malo ars Celſ. 5, 26. Vtendum artibus, Sen. Hippol. 426 *Intelligit Artes magicas.* ¶ 4 *Huius vocis, et* Arcis *obliqui caſus confundi ſolent in MStis. Drakenb. ad* Sil. 13, 770.

ARTICVLA, ae. Dimin. Cathol.

ARTIFEX, ĭcis. [τεχνίτης, δημιουργὸς] *Qui artem aliquam exercet.* Quinctil. 2, 14, 5 Rhetorice — ſic — optime diuidetur, vt de arte, de artifice, de opere dicamus. Ars erit, quae diſciplina percipi debet — Artifex eſt, qui percipit hanc artem, id eſt orator, cuius eſt ſumma, bene dicere. Opus, quod efficitur ab artifice, id eſt bona oratio. Feſtus, Artifices dicti, quod ſcientiam ſuam per artus exercent: ſiue quod arte opera inter ſe artent: qua ex cauſa etiam artes appellatae ſunt. *Hactenus ille, ſatis inepte et praeter artem.* Egregius artifex operibus ſuis laetatur Cic. Fam. 1, 7. Artifex probatus per experimenta Scribon. Ep. O artificem probum! Ter. Phorm. 2, 1, 24. *Vbi* Donatus, Ironia. nam non eſt artifex, cuius deprehenditur iocus. Artifex mundi, Deus Cic. de Vniuerſ. 5 c. 2. Vt de pictore, ſculptore, fictore niſi artifex iudicare: ita niſi ſapiens non poteſt perſpicere ſapientem Plin. Epiſt. 1, 10. *Conf.* Sen. Ep. 9. Cic. Acad. 4, 22 Quam ſi ſubtraxeris, qui diſtingues artificem ab inſcio? Politus ſcriptor atque artifex Idem in Orat. 172. Salluſt. c. 35 Bomilcar mature regis mandata exſequitur, et per homines talis negotii artifices, itinera, greſſusque eius, poſtremo loca atque tempora cuncta explorat. Artifex ſuadendi Quinctil. 2, 16. Artifex ſtatuarum Idem 5, 12. Faciendarum amicitiarum Sen. Epiſt. 9. Dicendi artifices et doctores, Graeci Cic. de Orat. 1, 2. Suauitatis artifex, conſuetudo Idem in Orat. 161 c. 48. Artificis ſcelus Virg. Aen. 2, 125. *i. hominis fraudulenti.* Cic. Verr. 5 c. 71 Proinde ſi qui ſunt, qui in hoc reo aut potentes, aut audaces, aut artifices ad corrumpendum iudicium velint eſſe. Artifex callidus comparandarum voluptatum Cic. de Fin. 2, 116 c. 35. Plin. 28, 1 ſ. 2 Tecum enim res erit, euerſor iuris humani, monſtrorumque artifex, qui primus ea condidiſti. *Rhetorica apoſtrophe ad eum, qui primus docuit humanum ſanguinem bibere contra morbum comitialem. Sic* Saltationis Sueton. Tit. c. 7. Sceleris infandi artifex Sen. Agam. 983. Scenici artifices, *pro Hiſtrionibus* Cic. pro Arch. 10. Qualis artifex pereo, *vox Neronis* Sueton. c. 49. Morbi artifex, *pro Medico* Propert. 2, 1, 60 Solus amor morbi non amat artificem. Manus artificum Virgil. Aen. 1, 459. ¶ 2 *Ponitur et adiectiue, et quidem paſſiue etiam, pro eo, quod arte factum eſt.* Plin. 10, 29 Sed eae tantae tamque artifices argutiae, a XV diebus paullatim deſinunt. *Sic* artifex dimicatio, *apud eundem* 8, 40. *Et apud* Quinctil. 9, 4 Artifex motus. Nodus Macrob. Sat. 1, 13. Perſ. Sat. 5, 40 Artifex vultus. *Actiue.* Cic. de Nat. Deor. 2 c. 22 Artifex natura. Ouid. Art. Am. 3, 556 Sed neque vector equum, qui nuper ſenſit habenas, Comparibus frenis, artificemque regat.

ARTIFICIVM, i. n. [τέχνη] *Ars, et opus artis.* Caeſ. Bell. Gall. 7, 29 Neque acie viciſſe Romanos, ſed artificio quodam et ſcientia oppugnationis. Cic. Verr. 4, 72 c. 33 Fuit apud Segeſtanos ex aere ſimulacrum Dianae, tum ſumma atque antiquiſſima praeditum religione, tum ſingulari opere artificioque perfectum. Antiquo opere, et ſummo artificio facta Cic. Verr. 4, 46. Componere artificium de iure ciuili Idem de Orat. 2, 83 c. 19. Excogitare artificium Id. Fam. 9, 16. Artificium hoc funditus exſtinctum et euerſum eſt Plin. Epiſt. 2, 14. Artificio fabricare aliquid Cic. Acad. 4, 30. Idem Verr. 5, 64 c. 25 Iſte, qui aliquid formae, aetatis, artificiique habebant, abducit omnes. Vlpian. in l. Si ſeruos. D. de pignorat. action. Si ſeruos pignoratos artificiis inſtruxit. Cic. Acad. 4, 86 c. 27 Nonne videtur contra te valere, ſi ſine magnis artificiis, ad quae pauci accedunt, noſtri quidem generis, admodum nec videre, nec audire poſſumus? *Et mox* Quanto artificio eſſet ſenſus noſtros mentemque, et totam conſtructionem hominis fabricata natura. Obliviſci artificium Cic. pro Roſc. Amer. 49. Periit hoc artificium Plin. Epiſt. 2, 14. Praeeſſe alicui artificio Cic. de Fin. 4, 76. Idem pro Cluent. 57 Niſi forte haec cauſa eſt, quod medici nihil praeter artificium; Oratores etiam auctoritatem praeſtare debent. Sine magno artificio Cic. Acad. 4, 86. Idem ibid. 4, 144 Quo enim ſpectat illud, quum artificia tolli quereris a nobis, niſi vt opifices concitentur? *Et* ib. 4, . . Idemque etiam diſputandi et intelligendi iudicium dicas te, et artificium traditurum. Cic. de Fin. 3, 4 Ne opifices quidem tueri ſua artificia poſſent, niſi vocabulis vterentur nobis incognitis, vſitatis ſibi. Haec opera atque artificia ſigna, tabulae pictae Idem Verr. 4, c. 59. *Et* 4, 46 Vt intelligatis, in homine intelligentiam eſſe, non auaritiam: artificii cupidum, non argenti fuiſſe. Artificium dicendi Cic. de Orat. 1, 74. Idem pro Roſc. Amer. 49 Non tu in iſto artificio accuſatorio callidior es, quam hic in ſuo. Intimum Quinctil. 6, 3. Cic. pro Planc. 22 c. 9 Laudanda eſt vel etiam amanda vicinitas, retinens veterem illum officii morem, non infuſcata maleuolentia, non aſſueta mendaciis, non fucata, non fallax, non erudita artificio ſimulationis, vel ſuburbano, vel etiam vrbano. Artificium coquorum Quinct. 2, 15. Caeſ. *ſub* Cic. Att. 9, 8 Quorum artificiis effectum eſt, vt Reſpubl. in hunc ſtatum perueniret. Rem *opponit* Artificio Seneca Epiſt. 112 Talis eſt verus, et rebus non artificiis philoſophus.

ARTIFICINA, ae. In qua artes exercentur Iſidor. Gloſſ. *vt* Officina.

ARTIFICIŌSVS, a, um. [ἔντεχνος, τεχνικὸς] *Qui aliquid vi quadam et arte facit.* Cic. de Natur. Deor. 2, 59 c. 22 Zeno igitur naturam ita definit, vt eam dicat eſſe ignem artificioſum ad gignendum progredientem via. Cenſet enim artis maxime proprium eſſe creare et gignere, *etc.* Si artificioſum eſt intelligere, quae ſunt ex arte ſcripta, multo eſt artificioſius ipſum ſcribere ex arte A. ad Her. 4 c. 4. Cic. de Fin. 2, 15 c. 5 Epicurus autem (vt opinor) nec non vult, ſi poſſit, plane et aperte loqui, nec de re obſcura, vt phyſici; aut artificioſa, vt mathematici, *etc.* Artificioſum opus, et diuinum Cic. de Natur. Deor. 2, 138 c. 55. Rhetores, qui elegantiſſimi atque artificioſiſſimi putati ſunt Idem de Inuent. 1 c. 35.

ARTIFICIŌSE. Adu. [ἐντέχνως, τεχνικῶς] Cic. de Orat. 1, 186 c. 41 Nulli fuerunt, qui illa artificioſe digeſta, generatim componerent. Idem de Natur. Deor. 2 c. 22 Id multo artificioſius naturam efficere. Id. de Fin. 3, 32 c. 9 Cum dicitur artificioſe. Cic. de Natur. Deor. 3, 27 c. 11 Naturae iſta ſunt, Balbe, naturae non artificioſe ambulantis, vt ait Zeno, ſed omnia cientis et agitantis motibus et mutationibus ſuis. Artificioſiſſime te feciſſe putes A. ad Herenn. 4 c. 4.

ARTIFICIĀLIS, e. [τεχνικὸς] *Quod arte factum eſt.* Quinctil. 5, 1, 1 Probationes artificiales. *Vid.* 5, 9, int.

ARTIFICIALĪTER. Adu. [τεχνικῶς] Quinctil. 2, 17, 42 Sed nec illa omittenda ſunt, qua in re alius ſe inartificialiter, alius artificialiter gerat.

ARTITVS, a, um. Bonis artibus inſtructus, Feſt. Πάντεχνος, δαίδαλος, Gloſſ. Lat. Gr. *Ap.* Plaut. Aſin. 3, 2, 19 *pro* Aſtutos, *quod retinuit etiam Gronouius*, Artitos, *leg. cenſet Turneb. Adu.* 24, 25. *Vid. Voſſ. Etymol. p.* 46. *Conf. ſub* ARTIO.

ARTISTA, ae. *Pro artifice, barbarum.* Voſſ. de Vit. 3, 1 p. 374. Borrich. Cogit. p. 25.

ARSĂCES. [Ἀρσάκης] *Poſtremus Perſarum ex Parthis rex, a quo omnes Perſidis reges poſtea* Arſacidae *dicti ſunt.* Nam (vt ait Seruius in Aen. 6, 760) omnes reges Albani ab Syluio filio Aeneae et Lauiniae, Siluii ſunt dicti: ſicut Romani Imperatores, Auguſti vocantur: Aegyptii, Ptolemaei: Perſae, Arſacidae. *Vid.* Lucan. 1, 108 Arſacidae, bellum victis ciuile dediſtis. *Vid.* Iuſtin. 41, 5.

ARSACIVS. Adi. [Ἀρσάκιος] Martial. 9, 35 Scis quid in Arſacia Pacorus deliberet aula. *Nempe* Pacorus, *Parthorum rex. Conf.* Claud. Conſ. Hon. 4, 216 Barbarus Arſacio conſurgeret ore tiaras.

ARSELLA, ae. *Herba, al. Argemonia.* Apul. de Herb. c. 31.

ARSENĬCVM. [ἀρσενικὸν] *Genus eſt pigmenti lutei, de quo locut claſſicus* Plin. 34, 18 ſ. 56. *Add.* Vitruu. 7, 7. Celſ. 5, 5. Scribon. Comp. 114 Pondo XXIIII ἀρσενικῦ, quod eſt auripigmentum. *Sic etiam* Cael. Aur. Chron. 4, 117. *Conf.* ARRHENICVM.

ARSENOGŎNON. [ἀρσενόγονον] *Herba ferens ſemen teſtibus ſimile, ita dictá, quod vino, in quo macerata eſt, epoto, mares generari credantur, quemadmodum Thelygono, feminae.* Plin. 26, 15 ſ. 91.

ARSEVERSE. Auerte ignem ſignificat. Tuſcorum enim lingua *Arſe*, Auerte: *Verſe*, Ignem conſtat appellari. Vnde Afranius ait, Inſcribat aliquis in oſtio, ARSEVERSE. Feſtus.

ARSINEVM. Ornamentum capitis muliebris, Feſtus. *Laudatur ibi ex* Catonis Orig. 7 Mulieres opertas auro purpuraque, arſinia, rete, diadema, coronas aureas, ruſſeas faſcias, galbeos, lineas, pelles, redimicula. Gloſſar. Arſinum διάκριμα. Al. Gloſſ. διάκριμα diſcerniculum.

ARSIS, is. f. [ἄρσις] *Latine dicitur Eleuatio.* Diomed. 3 p. 471 Putſch. Pes eſt poëticae dictionis duarum ampliusue ſyllabarum, cum certa temporum obſeruatione modus: recipiens arſin et theſin, id eſt qui incipit ſublatione finitur poſitione. *Haec ille.* Terentianus p. 2412 Putſch.

Vna longa non valebit edere ex ſeſe pedem,
Ictibus quia fit duobus, non gemello tempore.
Breuis vtrinque ſit, licebit: bis feriri conuenit.
Parte nam attollit ſonorem, parte reliqua deprimit.
Arſin hanc Graeci vocarunt, alteram contra Theſin *etc.*

*Acutus igitur ſonus eſt ἄρσις, i. Elatio vocis: Grauis contra eſt θέσις, i. ſubmiſſio: Inflexus, ex acuto et graui componitur. Add.* Mar. Victorin. Art. Grammat. 1 p. 2482. Mart. Capell. 9 p. 328.

A R T

ARTEMEDIVM, i. *Al. Dictamnus, herba.* Apul. de Herb. cap. 62.

ARTĔMIS. [Ἄρτεμις] Diana (ſiue Luna eſt) ſic dicta, quaſi ἀεροτόμις, id eſt aërem ſecans, Macrob. Saturn. 7, cap. vlt. *Hinc*

ARTEMISIA. [ἀρτεμισία] *Herba, de qua ſic* Plin. 25, 7 ſ. 36 *cum narraſſet ab* Artemiſia vxore Mauſoli adoptatam herbam, quae Parthenis vocabatur, *addit:* Sunt qui ab Artemide Ilithyia artemiſiam cognominatam putent, quoniam priuatim medeatur feminarum malis. *Add.* Scribon. 106. Dioſc. 3, 118 *et* 119. Apul. de Herb. c. 10. *Barth. ad Script. Venat. p.* 138. *Ad verbum Latine vocatur* Dianaria. *De* Artemiſia *Mauſoli coniuge, vid.* Gell. 10, 18 *et* Vitruu. 2, 8 p. 30.

ARTĔMON, ŏnis. m. [ἀρτέμων] *Velum paruum, de quo* Iſid. 19, 3 dirigendae potius nauis cauſa commendatum, quam celeritatis. *Hinc colligit Scheffer. de mil. nau. p.* 330 *eſſe modo ad hoc, vt ex eius ſitu ventum intelligant nautae. Fauere videtur* Iauolenus l. 242 D. de V. S. *vbi* nauis eſſe partem cum Labeone *negat.* ¶ 2 *Eſt etiam* Artemon trochleae nomen *in machina polyſpaſto apud* Vitruu. 10, 5 In radice, *inquit*, machinae collocatur tertia trochlea. Eam autem Graeci ἐπάγοντα, noſtri artemonem appellant. *Si vera eſt Philandri deformatio, videtur nomen habere a verbo ἀρτᾷν. Certe ab hac ipſa trochlea* Artemone *pondus attollendum vel demittendum ſuſpenſum eſt*, ἠρτημένον ἐςίν.

ARTERIA, ae. f. [ἀρτηρία] *Iter, qua ſpiritus in animalibus commeat, quam dictam ἀπὸ τῦ τηρεῖν τὸν ἀέρα,* a ſeruando aërem *volunt. Ponamus deſcriptionem* Celſi 4, 1 Exigua in arteria ſub ipſis faucibus lingula eſt, (Epiglottis *vocatur a medicis*) quae cum ſpiramus attollitur, cum cibum potionemque aſſumimus, arteriam claudit. Ipſa autem arteria dura et cartilaginoſa in gutture aſſurgit, caeteris partibus reſidit. Conſtat ex circulis quibusdam, compoſitis ad imaginem earum vertebrarum, quae in ſpina ſunt; ita tamen, vt ex parte exteriore aſpera, ex interiore, ſtomachi modo leuis ſit, eaque deſcendens ad praecordia cum pulmone committitur. Is ſpongioſus ideoque ſpiritus capax *etc.* Aſpera arteria *fere dicitur, poſtquam alio modo etiam, vt ſtatim videbimus* arteria *ſumi coepit.* Cic. de Natur. Deor. 2, 136 c. 54 Sed cum aſpera arteria, ſic enim a medicis appellatur, oſtium habeat adiunctum linguae radicibus, paullo ſupra, quam ad linguam ſtomachus adnectitur, eaque ad pulmones vsque pertineat, excipiatque animam eam, quae ducta ſit ſpiritu, eandemque a pulmonibus reſpiret et reddat: tegitur quodam quaſi operculo, quod ob eam cauſam datum eſt, ne, ſi quid in eam cibi forte incidiſſet, ſpiritus impediretur. *Plural.* A. ad Herenn. 3, 21 c. 12 Laeduntur arteriae, ſi antequam leni voce permulſae ſint, acri clamore compleantur. Etiam interuallis longioribus vti conueniet. Recreatur enim vox ſpiritu, et arteriae reticendo acquieſcunt — Vulnerantur arteriae acuta atque attenuata nimis acclamatione — Fauces enim calefiunt et arteriae complentur. Sueton. Ner. 25 Neque quidquam ſerio iocoque *egiſſe eum ait*, niſi adſtante phonaſco, qui moneret, parceret arteriis. *Sed ſingul.* Scribon. 72 Ad arteriam exaſperatam ſimplicia quidem haec faciunt: commis Alexandrina vel tragacanthum per ſe ſub lingua retentum. *Et* c. 73 Ad tumorem arteriae. *Et* c. 74 Ad fluorem et raucitatem arteriae. *Sic paſſim* Cael. Aurel. *e. g.* Chron. 1, 101 Arteria hoc eſt gutturis via aſperatur. *Neutro plur.* Lucret. 4, 532 Praeterradit enim vox fauces ſaepe, facitque Aſperiora foras gradiens arteria clamor. ¶ 2 Arterias *etiam dixere venarum genus, nempe vaſa illa conica, quae ſanguinem a corde in corpus diſpenſant: ſed non ſine graui errore a communione nominis orto, quod putaret ſpiritus ſ. aëris etiam hos canales eſſe.* Plinius 11, 37, ſ. 88 Vbi ſunt nerui, interiores conducunt membra, ſuperiores reuocant. Inter hos latent arteriae, id eſt ſpiritus ſemitae. His innatant venae, id eſt ſanguinis riui. Arteriarum pulſus, in cacumine maxime membrorum euidens, index fere morborum, in modulos certos legesque metricas, per aetates, ſtabilis, aut citatus, aut tardus, deſcriptus ab Herophilo medicinae vate, miranda arte, nimiam propter ſublimitatem deſertus. Obſeruatione tamen crebri aut languidi ictus, gubernacula vitae temperat. Arteriae carent ſenſu: nam et ſanguine. (*Nimis hoc quidem imperite quidam ſtatuebant, a Galeno iam refutati*) nec omnes vitalem continent ſpiritum, praeciſisque torpeſcit tantum pars ea corporis. *Ad* arterias *quoque pertinet, quod adiicit* ſ. 89 Venae in praetenues poſtremo fibras ſubter totam cutem diſperſae, adeo in anguſtam ſubtilitatem tenuantur, vt penetrare ſanguis non poſſit, aliudue, quam exilis humor ab illo (*ſanguine excretus ſcil.*) qui cacuminibus (*extremis exiens*) innumeris ſudor, *appellatur. Claſſicus porro locus eſt* Gell. 18, 10, *vbi primo reprehenditur Medicus, qui communi tum errore loquentium (de quo vid. in* VENA*)* venam attingere *pro* arteriam *dixerat: tandem finitur* Arteria, Conceptaculum ſpiritus naturalis, miſti confuſique cum ſanguine, in quo plus ſpiritus eſt, minus ſanguinis. Cic. de Natur. Deor. 2, 24 c. 9 Venae et arteriae micare non deſinunt, quaſi quodam igneo motu.

ARTERIACVS, a, um. Arteriaca medicamina Cael. Aurel. Tard. 2, 6. *quae proſunt arteriis. Vid. mox* ARTERIACE. ¶ 2 Arteriacus, *Rheumate fauces affectus.* Cathol.

ARTERIĂCE, es. f. [ἀρτηριακὴ] Medicamentum quod et Diacodion vocatur Plin. 20, 19 ſ. 79 *Eſt autem* Arteriace, *omne medicamentum, ad arteriae vitia faciens.* Scribon. Larg. 75 Arteriace qua melior non eſt, facit ad omnia ſuperius dicta efficacius, et quidquid in arteria vitii eſt. Plin. 23, 7 Fit ex pomo panchreſtos ſtomatice, eadem arteriace appellata, hoc modo. *Add.* Celſ. 5, 25, 17, *vbi eſt* Arteriaces compoſitio.

ARTERIOTOMIA, ae. Cael. Aurel. Tard. 1, 45 *In Cephalaea curanda*, Item arteriotomian probant, et vſturam ex cauteriis ferratis duorum digitorum ſpatio ſuper ipſas venulas effectam.

ARTHRICVS, *vid.* ARTHRITICVS.

ARTHRISIS, is. *Idem quod Arthritis* Prudent. Rom. 495.

ARTHRĪTIS, ĭdis. f. [ἀρθρῖτις] Articularis morbus, *vt explicat* Scribon. 101. *Dicitur ἀπὸ τῦ ἄρθρυ. i. e. ab articulo, ſiue iunctura.* Cic. Att. 1, 5 Dolor Articulorum. Hor. Epiſt. 1, 15, 6 Morbus neruis ceſſans. Vitruu. 1, 6 Arthritis inter vitia, quae difficulter curantur.

ARTHRITICVS. [ἀρθριτικὸς] *Qui laborat morbo articulari.* Cic. Fam. 9, 23 Non enim arbitror cocum etiam te arthriticum habere. *Alia exemplaria habent* Arthricum.

ARTICVLVS, ARTICVLATIM, *etc. vid.* ARTVS.

ARTIFEX, ARTIFICIVM, *etc. vid.* ARS.

ARTIO, īui, īre. *pro* Arcto, as, āre, *dixere veteres*, Nonius 10, 10 Artiuit pro Artauit. Nouius Dotata, Artiuit linguam in palatum, coepit labia ſugere. Idem Hetaera, Quum natus artiuit matri interfeminia fortiter. Cato de R. R. 40, 3 Surculum aridum praeacutum inter librum et ſtirpem artito — Surculum aridum, quem artiueras eximito, eo artito ſurculum, quem inſerere voles. Librum ad librum vorſum facito, artito vsque adeo, quo praeacueris. *Et* c. 41, 2 Eo ſurculos praeacutos artito — obliquos artito ad medullam. *In omnibus his* Catonis *locis legebatur* arcito. *Sed Victorius ex libris Mediceis* artito *repoſuit, cui etiam loca Nouii vehementer patrocinantur. Eſt enim vbique arcte immittere, inſerere, adigere. Tanto minus contemnenda lectio optimorum librorum* Prudent. Pſychom. praef. 33 Artita boiis colla liber erigit, *pro quo Cellarius dedit* Adtrita baccis *etc. Sic et* Periſt. 1, 72 *recte legitur* Et chalybs artita colla grauibus ambit circulis.

ARTITVS. Bonis inſtructus artibus, Feſtus. *Itaque de eo diximus ſub* ARS. *Fundus videtur* Plaut. Aſin. 3, 2, 19 Vbi ſaepe cauſam dixeris pendens aduerſus octo Artitos viros, valentes virgatores. *Sic enim in optimo libro reperiſſe ſe ſcribit Turnebus* 24, 25. *quod ſic intelligere liceat, quaſi ſe in iudicio defenderit aduerſus diſertos et eloquentes viros. Sed hodie legunt* Aſtutos, *quod dedit etiam* Gronouiana. *Si ſint* artiti *ſeruandi, malim cum Voſſio in Etymol.* p. 46 *deducere ab* artubus ſ. artibus, *i. e. membris, brachiis praeſertim robuſtis.*

ARTOCŎPVS, i. [ἀρτοκόπος, ἀρτοποιὸς] *Latine* Piſtor *dicitur.* Iuuen. Sat. 5, 72 — dextram cohibere memento, Salua ſit artocopi reuerentia. *Nonnulli* Artocopon *interpretantur Panem elaboratum, ἄρτος panis, κόπος labor. Sed malunt fere ibi legere* Artoptae, *de quo mox. Certius eſt illud* Firmic. 8, 20 Decima octaua pars Tauri ſi in horoſcopo fuerit inuenta, faciet artocopos vel piſtores, *qui ipſe locus facere debebat ad* Artocopum Iuuenalis *tuendum.*

ARTOCREAS, ătis. [ἀρτόκρεας] *Cibus pane et carne conſtans.* Viſceratio Gloſſ. Steph. *quorſum conuenit* Perſ. Sat. 6, 50 — oleum, artocreasque popello Largior: an prohibes?

ARTOLAGĂNVS, i. m. [ἀρτολάγανος] *Genus panis delicati, ab ἄρτος, panis: et λάγανον, placenta. Viliores tamen fuiſſe, conſtat ex illo* Cic. Fam. 9, 20 Dediſcendae tibi ſunt ſportellae, et artolagani tui. Plin. 18, 11 Panis ipſius varia genera perſequi ſuperuacuum videtur: alias ab obſoniis appellati, vt oſtrearii: alias a deliciis, vt artolagani. *Athenaeus* 3, 29 *ſcribit in* artolagano *poni parum vini cum pipere, lacte, et modico oleo, aut adipe.*

ARTOPTA, ae. [ἀρτόπτη] *Clibanus, ſub quo panis coquitur. ab ἄρτος, panis, et ὀπτάω, coquo, aſſo, torreo.* Ἀρτόπτη, τὸ σκεῦος, ἐν ᾧ τὺς ἄρτυς ἐνοπτῶσι Pollux 10, 25. Ego hinc artoptam ex proximo vtendam peto Plaut. Aul. 2, 9, 4. *Vid. Turneb. Adu.* 14, 5. *Et dubitationem tollit* Panis Artopticius Plinii, *de quo ſtatim. Multa de* Artopta *diſputantur ad* Iuuen. 5, 7, *vbi nempe legi volunt* Salua ſit Artoptae (*al.* Artocopi, *vbi vid.*) reuerentia: *ſed non eodem modo interpretantur, cum vel ipſum panem artopticium, vel inſpectorem ſ. diſpenſatorem panis intelligant, qui ἀρτόπτης dicatur, vt λινόπτης, qui retia ſeruat, qui vino praeeſt οἰνόπτης. Propria certe, quam dedimus, notio Iuuenali non conuenit.* Plin. 18, 11 ſ. 28 Piſtores Romae non fuerunt ad Perſicum vsque bellum, annis ab vrbe condita ſuper DLXXX. Ipſi panem faciebant Quirites, mulierumque id opus erat, ſicut etiam nunc in plurimis gentium. Artoptam Plautus appellat, in fabula quam Aululariam ſcripſit, (*locum modo dedimus*) magna ob id concertatione eruditorum, an is verſus Poëtae ſit illius: certumque fit A. Atteii Capitonis ſententia, coquos tum panem lautioribus coquere ſolitos: piſtoresque

reſque tantum eos, qui far pinſebant, nominatos. Nec coquos vero habebant in ſeruitiis, eosque ex macello conducebant.

ARTOPTICIVS. Adi. *Vt*, Panis artopticius, *Toſtus in artopta vaſe.* Plin. 18, 9 ſ. 20 Siligineae farinae modius Gallicae XXII libras panis reddit. Italicae duabus tribusue amplius in artopticio pane. Nam furnaceis binas adiiciunt libras in quocunque genere. Idem 18, 11 ſ. 27 Panis varia genera — a coquendi ratione, vt furnacei vel artopticii, aut in clibanis cocti.

ARTOTRŌGVS, i. *Paraſiti nomen apud* Plaut. Mil. 1, 1, 9 *ab* ἄρτος, *panis, et* τρώγω, *comedo.*

ARTOTYRA, ae. *Panis cum caſeo.* Hinc dicti

ARTOTYRITAE. *Haeretici, in S. Euchariſtia panem et caſeum diſpenſantes.* Epiphan. *et* Auguſtin.

ARTRO, *vid.* Aratro, in ARO, aras.

ARTVO, āre. *Ab* Artus *fit, a quo* Deartuo, *quod eſt per artus diuido. Hinc etiam*

ARTVATVS. Partic. *Per artus diſcerptus et laceratus.* Firmic. 6, 31 Intra matris viſcera impedito partu, laniatum pecus miſeris lacerationibus diſſipatur, vt ſic artuatis viſceris partibus, membra omnia crudelis artificii praeſidio proferantur.

ARTVATIM. Adu. *Per ſingulos artus.* Firmic. 7, 1 Pecus intra viſcera matris artuatim conciſum a medicis proferetur. *Paullo poſt, rem tandem aliis verbis ſic effert*, Conciſo infante particulatim prolato, mater ex mortis periculo liberatur.

ARTVOSVS, a, um: *pro robuſto;* Apuleius *habere dicitur* Ridero.

ARTVS, uum, ubus. m. pl. [μέλος] *Partes ſunt corporis inter iuncturas connexae.* Feſtus, Artus ex Graeco appellantur, quos illi Arthra dicunt: ſiue artus dicti, quod membra membris artentur. Virgil. Aen. 5, 422 Et magni membrorum artus. Cic. de Clar. Orat. 217 c. 60 Et multis medicamentis propter artuum dolorem delibutus, *i. morbum articularem.* Adulti artus, *i. aetate iam robuſtiores.* Stat. Silu. 3, 4, 79. *Pro toto corpore frequenter Poëtae.* Ouid. Met. 10, 186 Collapſosque excipit artus. *Sic* Met. 2, 336 *de Clymene Phaëthontem ſuum ad ſepulturam requirente*, Exanimesque artus primo, mox oſſa requirens, Repperit oſſa tamen peregrina condita ripa. Id. de Ponto 4, 16, 51 Quid iuuat Extinctos ferrum demittere in artus. Tacit. Ann. 15, 64 Allatumque hauſit fruſtra, frigidis iam artubus et clauſo corpore aduerſus vim veneni. Gelidi Ouid. Met. 4, 247. Graciles Idem Amor. 2, 10, 161. Infirmi Lucret. 1, 261. Laceri Ouid. Met. 9, 164. Putres Stat. Theb. 12, 138. Semianimes Ouid. Met. 14, 209. Semineces Idem Met. 1, 228. Spirantes Lucan. 3, 732. Tumidi Lucret. 3, 721, *corporis mortui et putreſcendo inflati.* ¶ 2 *Verba artubus iuncta.* Sitis miſeros Adduxerat artus Virgil. Georg. 3, 483. *i. contraxerat.* Cic. de Fin. 2, 93 Quos ille, dii immortales, quum omnes artus Ardere viderentur, cruciatus perferebat? de Cn. Octauio. Sopor feſſos Complectitur artus Virgil. Aen. 2, 254. Conſtringere Scribon. 104, *opponit deinde* ſolutis vinculis. Cic. de Orat. 1, 121 c. 26 Equidem et in vobis animaduertere ſoleo, et in meipſo ſaepiſſime experior, vt exalbeſcam in principiis dicendi, et tota mente, atque omnibus artubus Contremiſcam. Defecti ſanguine artus Ouid. Met. 5, 96. Dilacerare artus ſuos Sen. Herc. Oet. 826. Denudare, *Pellem detrahere* Sen. Thyeſt. 763. Depaſcitur artus miſeros Virgil. Aen. 2, 458. *de ſerpente, qui Laocoontem cum filiis amplexos lacerabat.* Tacit. Hiſt. 4, 81, 5 Illi Elapſos in prauum artus, ſi ſalubris vis adhibeatur, poſſe integrari. *Vid. mox* Redire. Eneruare artus Ouid. Met. 4, 286. Vagus per artus errat Excuſſos tremor Sen. Herc. Oet. 706. Exuit mortales artus Ouid. Met. 9, 268, *de Herculis apotheoſi.* Fraudare artus anima Ouid. Met. 7, 250. *i. interficere.* Feſſos ſopor Irrigat artus Virgil. Aen. 3, 511. Quum audiuiſſet, eum grauiter eſſe aegrum, quod vehementer eius artus Laborarent Cic. Tuſc. 2 c. 25, *de Arthritico.* Laſſare artus inualidos Ouid. Epiſt. 20, 245. Nudare artus trepidos Sil. 15, . . Obduxit macies artus Ouid. Epiſt. 11, 27. Occupat artus attonitos tremor Idem Met. 3, 40. Quatit artus anhelitus Virgil. Aen. 5, 199. Redire in artus natando dicuntur corpora luxata Plin. 31, 6. *i. in ſuas iuncturas.* Dum ſpiritus hos Regit artus Virgil. Aen. 4, 336. Remittit artus corpus metu rigens *paullatim ad ſe redeunte, qui vehementer perterritus obſtupuit* Sen. Thyeſt. 635. Remollire artus, *Imbecilliores reddere* Ouid. Met. 4, 286. Reſoluere nexos artus Virgil. Aen. 4, 695. Seducere artus ab anima Idem Aen. 4, 385. Suffulcire artus Lucret. 4, 865. Suſtinere titubantes artus Ouid. Met. 4, 26. Torrentur febribus artus Id. Epiſt. 20, 169. Virgil. Georg. 3, 84 Stare loco neſcit, micat auribus, et tremit artus. *Accuſatiuus Graecus pro Ablat.* *Metaphor.* *Robur, vt* Q. Cic. Petit. Conſ. Illud teneto, neruos atque artus eſſe ſapientiae, non temere credere. *Legitur et* Artua *in neutro pl.* Plaut. Men. 5, 2, 102 Ita mihi imperas, vt ego huius membra atque oſſa, atque artua comminuam. *Vid.* Non. 3, 8. Artus, *num. ſingul.* Lucan. 6, 754 — nunc omnis palpitat artus. *Niſi tamen hic etiam Accuſatiuum Synecdochicum intelligimus.*

ARTICVLVS, i. Dimin. [ἄρθρον] *Parui artus, praecipue quidem digitorum, ſic vocantur, vt videbimus: ſed tamen et alii.* Liu. 27, 49 *de elephantis*, Fabrile ſcalprum — magiſter inter aures poſitum, ipſo in articulo, quo iungitur capiti ceruix — adigebat. Sen. de Prouid. 6 *de ead. re*, Tenui ferro commiſſura ceruicis abrumpitur: et cum articulus ille, qui caput collumque connectit, inciſus eſt, tanta illa moles corruit. *Generatim etiam* Cato R. R. 15, 8 *vbi de curando* morbo articulario *agit*, Hac ſi vteris, poteris omnes articulos experiri. *Sic* Proprium eſt huius mali medicamenti (*aconiti*) protinus liuidos articulos et artus facere Scribon. 188. Articulorum corporis dolor Idem 264. Articulos inciſos iungit Scribon. 208. *Vocantur et* Nodi corporum *et* Iuncturae *a* Plin. 11, 37 *extr.* Cic. Att. 1, 4 *extr.* Terentia magnos articulorum dolores habet. *Ad digitos pertinent iſta:* Naeuus in articulo pueri delectat Alcaeum Cic. de N. D. 1 c. 28. Infringere articulos Quinctil. 11, 3, 158, *inter* moras non indecentes *oratoris refert.* Plin. 2, 63 Quot atteruntur manus, vt vnus niteat articulus? Abſterſionibus articulis labella Catull. 96, 7. Articulus cadens ad numerum Cic. Orat. 59 c. 18. *Vid.* Digitorum Argutiae, *ſub* ARGVO. Supputare ſolicitis articulis Ouid. Pont. 2, 3, 18. *i. digitis computare, ſec. Heinſ.* Mollis articulus aduerſarii excipit illum vehementis impetus (*oratorem*) Quinct. 2, 12, 2. *i. eludit celeriter cedendo conatum*, mollis *enim eſt* mobilis. *Metaphora ducta a luctantibus.* *Sed* 11, 1, 70 Quam molli autem articulo tractauit Catonem? *i. blande et caute, ne laederet.* Dureſcit articulus Quinct. 10, 5, 16. ¶ 2 *Metaphor.* Articuli ſegetum. Plin. 18, 17 Si in articulum ſeges ire coeperit. *Conf.* Columel. 2, 12, 9. *Sic* Cic. de Senect. 53 c. 15 Itaque ineunte Vere in his, quae relicta ſunt, exiſtit tanquam ad articulos ſarmentorum, ea quae gemma dicitur. Articulos montium Plin. 37, 13, *dixit, quos Voſſ. ad* Mel. 2, 4 pr. *nexus et iuncturas, quibus ſibi inuicem adhaerent, interpretatur, et Salmaſianam coniecturam* obſtaculis *reiicit.* Articuli rationum, *i. aera, quos laudat Caſaubon. ad* Sueton. Caeſ. 47, *nusquam, puto, ſunt. Certe ipſe ad Theophraſti characteres* p. m. 346, *quorſum prouocat ad* Suetonium, *non* articulos *laudat, ſed* verſiculos *ex* Cic. Fam. 9, 10 pr. Articulus *item ponitur pro parte*, a Caio in l. 1 D. de rerum diuiſion. Summa rerum diuiſio in duos articulos diducitur. Articulus *pro Momento, et tempeſtiua rerum faciendarum hora, ſiue puncto.* Cic. pro Quint. 19 c. 5 Vt eum ſuis conditionibus in ipſo articulo temporis aſtringeret. Ter. Adelph. 2, 2, 21 O ſcelera, illuc vide, vt in ipſo articulo oppreſſit. In quo me articulo rerum mearum fortuna deprehenderit, cernitis Curt. 3, 5, 11. Ventum eſt ad ipſum articulum cauſae, ventum rei ad cardinem Arnob. 7 p. 243. Plaut. Men. 1, 2, 31 Commoditatis omnes articulos ſcio. Articulus item vocatur in oratione, quum ſingula verba interuallis diſtinguuntur, hoc modo: Acrimonia, voce, vultu aduerſarios perterruiſti. Item: Inimicos inuidia, iniuriis, potentia, perfidia ſuſtuliſti. *Haec* Auct. ad Heren. 4, 27 c. 19 *Sunt itaque* Articuli *minima membra orationis, quo modo* Paullus ICtus l. 142 de V. S. *particulas copulatiuas*, ET, QVE, CVM, *vocauit* articulos. Varro de L. L. 7, 23 p. 93 Articulos *vocat pronomina*, quisque, hic, haec. *Qui Graecis ſunt* Articuli, *e Grammaticis notum. Vid. v. g.* Priſcian. 1 p. 574. *Alia ratione* articulos *orationi tribuit* Auct. ad Heren. lib. 4, 17 c. 11 Qui in mediocre genus orationis profecti ſunt, ſi peruenire eo non potuerunt, errantes perueniunt ad confine genus eius generis, quod appellamus fluctuans et diſſolutum, eo quod ſine neruis et articulis fluctuat huc et illuc. Articulus fidei *pro Capite fidei male dicitur, vt oſtendit Voſſius de Vitiis L. Lat.* 1, 32. *Laudat tamen ipſe illud* Vlpian. l. 9 π. de Statu Hom. In multis iuris noſtri articulis deterior eſt conditio feminarum, quam maſculorum.

ARTICVLĀRIS, e. [ἀρθριτικὸς] *Quod ad articulum pertinet: vt*, Articularis morbus Plin. 21, 21 *et* 20, 17. Manibus pedibusque articulari morbo diſtortiſſimis Sueton. Galb. c. 21. *Add.* Apul. Met. 5 p. 163.

ARTICVLARIVS. Adi. [ἀρθριτικὸς] *Idem.* Articularius morbus Cato R. R. 157, 7. Plin. 21, 20 *et* 25, 5 Articularios morbos ſedat, canisque morſus. *Sic* 23 prooem. *et* 32, 4 Articulos *Graecorum quidam apud* Priſcian. 1 p. 574 connumerabant Pronominibus et articularia eos Pronomina vocabant.

ARTICVLĀTIM. Adu. [κατ' ἄρθρα] *Per ſingulos articulos* Cic. de Natur. Deor. 3 c. 26 Puerum interea obtruncat, membraque articulatim diuidit. Iſtic homo articulatim ſe concidit Plaut. Epid. 3, 4, 50. *Sed* Cic. de Legib. 1, 36 c. 13 Quae fuſe olim diſputabantur ac libere, ea nunc articulatim diſtincteque dicuntur, *i. per partes ſua ac membra.* Lucret. 4, 559 — neceſſe'ſt verba quoque ipſa Plane exaudiri, diſcernique articulatim: *ad pronunciationem diſtinctam refertur.*

ARTICVLATE. Adu. [κατ' ἄρθρον] Idem. Gell. 5, 9 Plane articulate elocutus eſt. Cic. Att. 6, 5 Valebis igitur, et puellae ſalutem articulate dices, noſtraeque Piliae. Atticulae *ſcribendum eſſe vix dubitatur hodie.*

ARTICVLO, āre. [ἀρθρῶ] *Vt*, Articulare voces, *i. diſtincte formare, et figurare per quaedam quaſi membra.* Lucret. 4, 550 Hasce igitur penitus voces, *etc.* Mobilis articulat verborum Daedala lingua, Labia habere cum dentibus, quorum inflictu et mobilitate lingua ſonos articulet Arnob. 3 p. 111. Verba articulantur Apul. Flor. 2 p. 349, 6. *Hinc*, Articulata vox, Apuleio, *i. explanata et formata. Conf.* Priſcian. 1 p. 537 *et* Iſid. 1, 14. Verba articulata Solin. c. 6. Articulatas exprimere voces Arnob. 7 p. 217.

ARTICVLATIO, ōnis. f. [ἄρθρωσις] Plin. 16, 25 ſ. 41, *de germinatione et partu arborum loquens*, Tertia eſt earundem ad ſolſtitium breuiſſima, nec diutius ſeptenis diebus: clareque et tunc cernitur excreſcentium cacuminum articulatio, *i. quum excreſcunt veluti per nodos: eo modo, quo Cicero dixit* Articulos ſarmentorum. *Add.* Idem 17, 21 ſ. 35, 5. ¶ 2 Articulatio, *Morbus vitium.* Plin. 17, 24 Vitibus praeter vermiculationem et ſiderationem morbus peculiaris articulatio, tribus de cauſis: Vna, vi tempeſtatum germinibus ablatis: Altera, (vt notauit Theophraſtus) in ſupinum exciſis: Tertia culturae imperitia laeſis. Omnes enim earum iniuriae in articulis ſentiuntur.

ARTICVLĀTOR, ōris. [μελοκόπος, Gloſſ. Lat. Gr.] *Fort. qui in fruſta et articulos diſſecat.*

ARTICVLOSVS, a, um. [ἀρθρώδης] *Plenus articulis.* Plin. 24, 16 Alii radice longa, veluti ſignata, articuloſaque monſtrauere tribus omnino cauliculis. Quinct. 4, 5, 24 Euitanda conciſa nimium et velut articuloſa partitio, *quae nimium multis diſtinctionibus ſeparata eſt, et minuta habet membra.*

ARTICVLAMENTVM, i. n. *Articulus, iunctura.* Scribon. Larg. 206 Ad luxatum omne et eiectum, et repoſitum articulamentum bene facit. Idem 263 Facit et ad dolorem articulamentorum. *Conf.* Plin. Val. 2, 14. Articulamenta contuſa, inciſa Scribon. 214.

## A R V

ARVALES. [Ἀρχραῖοι] *Fratres, qui fuerint, doceamus verbis* Gell. 6, 7 Sabinus Maſurius Accam Larentiam Romuli nutricem fuiſſe dicit. Ea, inquit, mulier ex duodecim filiis maribus vnum morte amiſit. In illius locum Romulus Accae Larentiae ſeſe filium dedit, ſeque et caeteros eius filios fratres aruales appellauit. Ex eo tempore collegium manſit fratrum arualium numero duodecim: cuius ſacerdotii inſigne eſt ſpicea corona, et albae infulae. *De his* Plin. 18, 2 Aruorum ſacerdotes Romulus in primis inſtituit, ſeque duodecimum fratrem appellauit inter illos, ab Acca Laurentia, nutrice ſua, genitos, ſpicea corona, quae vitta alba colligaretur, in ſacerdotio eis pro religioſiſſimo inſigni data, quae prima apud Romanos fuit corona; honosque is non niſi vita finitur, et exſules etiam captosque comitatur. Varro *breuius* de L. L. 4, 15 p. 23, 10 Fratres aruales dicti ſunt, qui ſacra publica faciunt propterea, vt fruges ferant arua. *Ab his* Ambaruualia ſacra *celebrantur. De his ſuperſunt quaedam* inſcriptionum fragmenta *publicata a F. Vrſino et a nobis repetita in fine* Catonis de R. R. *Alia dedit Phil. a Turre cum Monumentis Veteris Antii* p. 383 ſ. *Illa Vrſiniana ſunt etiam apud Gruterum* p. 121, 1.

ARVEH

ARVEHO, *pro* ADVEHO. Boues aruehant ligna, fabalia, frumentum Cato R. R. c. 138. Trapetum vbi aruectum erit Id. c. 135. *Vid.* AR *pro* AD.

ARVGA, ARVIGA, *ſ.* HARVGA, HARVIGA, HARIGA, *hoſtia eſt.* Feſtus, Haruiga dicebatur hoſtia, cuius adhaerentia inſpiciebantur exta. *ſ. vt antiqua editio Mediolan.* cuius ad hepatia inſpicienda conducuntur arioli. Varro de L. L. 4, 19 Aries, quod eum dicebant ares veteres, noſtri aruiga: hinc aruignus. (*Sciopp.* ariuga, hinc ariugas) Hae (*Sciopp.* haec) ſunt, quarum (*Sc.* quorum) in ſacrificiis exta in olla, non in veru coquuntur: quas et Accius ſcribit; et in Pontificalibus libris videmus, in hoſtiis eam aruigem, quae cornua habeat. *Scal. ad h. l. ſcribendum putat* Aringa: *quia Heſychius, ἄριχα interpretatur ἄῤῥεν πρόβατον. Addit,* Aringa *reponendum eſſe in* Feſto *et* Donato *pro* Aruga *et* Haruga. *Igitur* Harugam *etiam apud* Feſtum *vidit Scaliger.* Donatus *autem ad* Ter. Phorm. 4, 4, 48 Haruſpex, *inquit*, ab Haruga nominatur. Nam Haruga dicitur hoſtia, (*hactenus bene! ſed addit*) ab hara, in qua concluditur et ſeruatur. *Qui ἄριχα Accuſatiuum ab* Ἄριξ *volunt, inde digamma inſerto* Ἀρϝιξ, Ἄρβιξ, *et Aruigem formant. Cum vero plura Etruſca Ebraeo fonte fluxiſſe appareat, optimum fuerit, cum Martino deriuare ab* הרג *occidit, ſic* הרוגה haruga *erit mactata beſtia, i. victima, hoſtia.* Vel. Longus de Orthogr. p. 2233, 33 Item Ariſpex ab Ariuga, quae eſſet hoſtia, non Aruſpex. *Docet ipſa argumentatio,* Ariga *illum voluiſſe; nempe pro* הרוג *etiam* הריג *dicitur. Conf. Voſſ. Etymol. Voc.* Aries: *et Ia. Rutgerſ. Var. Lect. 3, 9, qui vult, veteres* Aruex, Arvigis, Aruigem *declinaſſe: ſed etiam in Nominatiuo dixiſſe* Aruiga: *vt* Lampas, Lampada; Tomex, Tomica; Strix, Striga.

ARVIGNVS. Adi. *Arietinus*, ab Aruiga apud Varr. *vt modo dictum.*

ARVĪNA, ae. [λίπος] Durum pingue inter cutem et viſcus ſecundum Sueton. in lib. de Vitiis corporalibus. *Haec* Seruius ad Virg. Aen. 7, 626 — et ſpicula lucida tergunt Aruina pingui. Plin. 11, 37 ſ. 45 Boum attritis vngulis cornua vnguendo aruina, medentur agricolae. [Λίπος ἄνευ σαρκὸς Gloſſ.] ¶ 2 *Pro nimia cura ventris atque abdominis vſi patres antiqui:* Vtantur igitur, qui vtuntur, carne tanquam oleribus, non ad diſtentionem, nec ad aruinam corporis Ambroſ. de Noa et Arca c. 25. Aruina putrem ne reſudans crapulam Obſtrangulatae mentis ingenium premat Prudent. Cathem. Hymn. 7. *Add.* Voſſ. Etymolog. p. 43. *Nempe ab* Aruix ſ. Aruis, Aruina, *vt* Ouina *ab* Ouis.

ARVINVLA, ae. Diminut. Cathol. *Hinc contractum* ARVILLA, *pro quo* ARBILLA *apud* Feſtum *hodie legitur. Huc pertinet illud Heſychii,* Ἀρβίνη, κρέας, (*legunt viri docti* στέαρ) σικελοί.

ARVISIVM. [Ἀριυσία χώρα Strab.] *Promontorium eſt inſulae Chii, in quo, teſte* Plin. 14, 7 *optima vina proueniunt.* Virg. Ecl. 5, 71 Vina nouum fundam calathis Aruiſia nectar. Seruius *in carmen illud* Virg. *ſupra citatum ſic ait,* Aruiſia, id eſt Chia, a promontorio Chii inſulae Aruiſio. Pocula Aruiſia Sil. 7, 210. *Sed vtroque loco* Aruiſia *probant accuratiores, Pierius ad Virgilium, ad vtrumque Heinſius.*

ARVNCVS, i. m. [ἤρυγγος] Villus mento caprarum dependens Plin. 8, 50. ¶ 2 *An hinc dicti* Arunci *Populi Latii veteris, Rutulis vicini? Sed hos rectius ſcribunt* Auruncos. Virg. Aen. 7, 206 Auruncos ita ferre ſenes. *Vid.* Plin. 3, 1 et 5.

ARVNDO, *ſ.* HARVNDO, ïnis. f. [κάλαμος, δόναξ] *Calamus, Aquaticus frutex, omnibus notus. Locus claſſicus de ea* Plin. 16, 36 ſ. 64 ſqq. *vnde quaedam huc referemus, ne nimis ſaepe Plinius deinde citandus ſit.* Principatum in his (aquaticos frutices *nominauerat*) tenent arundines, belli paciſque experimentis neceſſariae, atque etiam deliciis gratae. Tegulo earum domus ſuas Septentrionales populi operiunt, durantque aeuis tecta alta. Et in reliquo vero orbe cameras (*fornices gypſatos*) leuiſſime ſuſpendunt. Chartiſque ſeruiunt calami, Aegyptii maxime, cognatione quadam papyri (*qui et ipſe frutex Nili eſt*) — — ſ. 65 Calamis Orientis populi bella conficiunt: calamis ſpicula addunt irreuocabili hamo noxia. Mortem accelerant pinna addita calamis. — Nullus ſagittis aptior calamus, quam in Rheno, Bononienſi amne, cui et plurima ineſt medulla, pondusque volucre, et contra flatus quoque peruicax libra. — Arundini *Indicae* arborea amplitudo — Nauigiorumque etiam vicem praeſtant (ſi credimus) ſingula internodia — ſ. 66 Plura autem genera. Alia *ſpiſſior, denſiorque* geniculis, breuibus internodiis: alia *rarior*, maioribus, tenuiorque et ipſa. Calamus vero alius totus concauus, quem *Syringian* vocant, vtiliſſimus fiſtulis, quoniam nihil ei eſt cartilaginis atque carnis. *Orchomenius* eſt continuo foramine peruius, quem *Auleticum* vocant: hic tibiis vtilior, fiſtulis ille. Eſt alius craſſiore ligno et tenui foramine: hunc totum fungoſa replet medulla. — Fruticoſiſſimus, qui vocatur *donax*, non niſi in aquaticis natus. — Eſt et obliqua arundo non in excelſitatem naſcens, ſed iuxta terram fruticis modo ſe ſpargens — Vocatur a quibusdam *regia.* — *Characian* vocabant craſſiorem firmioremque, *Plotian* vero ſubtiliorem — Tertia Arundo eſt *tibialis* calami, quem *aulecon* dicebant. — Proficiunt in *aucupatoriam* quoque amplitudinem: vocabantur *Zeugitae.* Contra *bombyciae* — graciles. (*Multa deinde de* tibialibus arundinibus *et tibiis adeo*) — *Aucuparia* arundo a Panormo laudatiſſima. Arundinis Italiae vſus ad vineas maxime *etc. De* arundinum ſatu et cultu Cato R. R. 6, 3. *it.* c. 47. Varro 1, 24, 4. Colum. 4, 32. *Iam auctoritates alias ponamus, hoc ſolum monentes,* Arundinem *poni pro iis rebus omnibus, ad quas eam adhiberi, ex Plinio oſtendimus. Igitur* Arundine ſecari *iubet* Columella *fructus condiendos v. g.* 12, 7, 4. 12, 14. 12, 47, 3. *De tectis militaribus* Liu. 27, 3 Erant autem pleraque ex cratibus aut tabulis facta, alia arundine texta, ſtramento intecta. Ouid. Met. 8, 337 Longa parvae ſub Arundine Cannae. *Nempe* Canna degener arundo Colum. 7, 9, 7. Gracilis, et cannae ſimilis arundo prodit Columel. 4, 32, 3. Procera Ouid. Met. 13, 891. Fluuialis arundo Virg. Georg. 2, 414. Glauca Virg. Aen. 10, 205. Oculi arundinis Cat. R. R. 6, 3 *ſunt bulli radicis.* Viua Ouid. Met. 13, 891. Tenera Virg. Ecl. 7, 12. Surgit arundo, *pro creſcit* Ouid. Met. 13, 891. ¶ 2 Arundo, *pro Sagitta* Virg. Aen. 7, 499. *Et* 5, 544 Volucris arundo. *Conf.* Sil. 5, 48 *et* 10, 261. Diſtrinxit arundine pectus Ouid. Met. 10, 526. *de Cupidine.* ¶ 3 Hor. Serm. 2, 3, 248 Ludere par impar, equitare in arundine longa. ¶ 4 Arundine captare piſces, *i. Linea* Tibull. 2, 7, 3. Tremula arundine piſces captare Ouid. de Arte Am. 1, 217. ¶ 5 *De* Aucupatoria arundine Martial. 14, 218 Non tantum calamis, ſed cantu fallitur ales, Callida dum tacita creſcit arundo manu. *Add.* 9, 55. Petron. c. 40 Parati aucupes cum arundinibus fuerunt. Prop. 4, 2, 33 Arundine ſumta Faunus plumoſo ſum deus aucupio Plaut. Bacch. 1, 1, 17 Viſcus merus veſtra eſt blanditia — perii, arundo alas verberat. ¶ 6 *De tibiis et fiſtulis, quin ipſa Muſica et Poëſi adeo paſſim Poëtae. E. g.* Tenui meditabor arundine muſam, *i. Carmen ruſticum humili ſtilo ſcribam* Virg. Ecl. 6, 8. Inaequali modulatur arundine carmen Ouid. de Rem. Amor. 1, 181. *i. inaequalibus arundinibus. erant enim in paſtoritia fiſtula plures, et pro tonorum diuerſitate, vna longior alia.* Cerata modulatur arundine carmen Ouid. Met. 11, 154. *i. Arundinibus cera compactis. Erant fere ſeptem cannae. Add.* Sil. 14, 472 Septena modulatus arundine carmen. ¶ 7 Arundo *pro calamo ſcriptorio ex illa facto.* Inque manus chartae nodoſaque venit arundo Perſ. 3, 10. *Add.* Auſon. Epiſt. 7, 50. ¶ 8 Arundo *dicitur quoque baculus ſ. virga, qua feritur.* Arundinem ab oſtio rapuit Petron. c. 134. *Add.* Propert. 4, 7, 25. ¶ 9 *It. Suſtentaculum vitis: qua de re vid.* Varro R. R. 1, 8, 1. ¶ 10 *Pro pertica menſorum ponitur* Vulgat. Ezech. 40, 3. *et* Apocal. 21, 15. ¶ 11 *Textorium inſtrumentum eſt* Ouid. Met. 6, 55 Stamen ſecernit arundo.

ARVNDINARIVS *opificii nomen vid.* Inſcr. *Reineſ.* 11, 27.

ARVNDINEVS. Adi. [καλάμινος] *Quod eſt ex arundine* Plin. 10, 29 Addita in transuerſas labias fronde arundinea Virg. Georg. 4, 265 Arundinei canales. Silua Virg. Aen. 10, 709.

ARVNDINACEVS. Adi. [καλαμοειδὴς] *Similis arundini. vt* Plin. 18, 7 Frumentis folium arundinaceum, fabae rotundum, et magnae leguminum parti.

ARVNDINĒTVM, i. n. *Locus conſitus arundinibus.* Plin. 10, 32 Minores halcyones in arundinetis canunt. Cato de R. R. 6, 3 Ibi cacumina populorum ſerito et arundinetum. *Adde* Varr. de R. R. 1, 8. Columel. 4, 32. Suet. Ner. c. 48.

ARVNDINŌSVS. Adi. [καλαμώδης] *vt Loci epitheton, Arundinibus abundans* Catull. 37, 15 Quaeque Ancona, Cnidumque arundinoſam Colis.

ARVNDĬFER. Adi. [δονακοφόρος] *Arundines ferens* Ouid. Faſt. 5, 637 Thybris arundiferum medio caput extulit alueo.

ARVNDVLATIO, ōnis. *Eſt, vbi vitium rami ſuppoſitis arundinibus fulciuntur. Vid.* Varr. R. R. 1, 8, 3.

ARVNDINO, āre: *vnde* SVBARVNDINO *deſcendit, inuſitatum.*

ARVNGVS *Deus.* Gell. 5, 12 In his autem diis, quos placari oportet, vti mala a nobis, vel a frugibus amoueantur, Arungus quoque habetur et Rubigus. *Sed* Auruncus *alii: optimi vero* Auerruncus, *et ſic Gron.* Gl. Lat. Gr. Auruncius θεὸς ἀποτρόπαιος.

ARVO, as. *vid.* ARVVM.

ARVRA, ae. f. [ἄρουρα] *Ager ſatus, ſeges.* Marcellus Emp. c. 8 Segetes Graeci Aruras vocant. Caper de Orthogr. p. 2246 Putſch. Filix, quam credo ita dictam, quod ſit minus felix arurae.

ARVSPEX, *vid.* HARVSPEX.

ARVTAENA, ae. f. *Latine trulla vocatur. Feſt. it.* Chariſ. 1 p. 95. *Conf. Reineſ. V. L.* 2, 14 p. 239. *Eſt* Gr. *ἀρύταινα, hauſtrum.* Artenam *etiam vocari ait* Feſtus, *et ab* hauriendo appellatam.

ARVVM, i. n. [ἄρουρα] *ab arando dicitur.* Feſtus Aruum dicimus agrum necdum ſatum. Varro de R. R. 1, 29, 1 Aruum quod aratum nec ſatum eſt Columel 2, 9. *Conf.* Scholiaſt. Horat. Epiſt. 1, 16, 2. Cultus aruorum Virg. Georg. 4, 1. Ingenia aruorum, *Natura* Virg. Georg. 2, 177. Amicius patrio externum aruum, *Benignius* Ouid. Met. 15, 443. Arida arua, *Infrugifera* Id. ibid. 14, 510. Attonſa Lucan. 4, 413. *i. Demeſſa.* Decliue Hor. Carm. 3, 29, 7. Dumoſa Lucan. 6, 13. Fallacia, *Quod ſpem agricolae fallant, et plus in herba polliceantur, quam praeſtent in meſſe.* Ouid. de Arte Am. 1, 401 Nec ſemper credenda Ceres fallacibus aruis. Flaua, *vid.* n. 2 Inducere. Florentia Ouid. Met. 2, 791. Genitale aruum, per Metaphoram vocat Virg. *Matricem equinam* Georg. 3, 136. *In quo* Lucretium *imitatus eſt* 4, 1105 Atque in eo eſt Venus, vt muliebria conſerat arua. Hiulca ſiti, *Fiſſa nimia ſiccitate* Virg. Georg. 2, 353. Laeta, *Probe culta et florentia* Id. Aen. 6, 744. Mollius Lucan. 4, 308. Odoriſera Arabum arua Stat. Silu. 1, 4, 104. Oliuifera Ouid. Faſt. 3, 151. Operoſa, *Quod multum operis et laboris exigunt* Id. de Arte Am. 1, 399. Optima pingui arua ſolo Virg. Georg. 2, 263 *al.* Putri. Pingue Hor. Carm. 3, 4, 15. Virg. Ecl. 5, 33. Vaſta Sen. Herc. Fur. 365. Vitifera Sil. 7. . . Diducta arua iugis Sil. 1, . . Laxant arua ſinus Zephyrique tepentibus auris Virg. Georg. 2, 331. *i. Vere aduentante reſoluuntur quae hieme concreta frigoribus rigebant.* Imperare aruis, *i. ita arua colere, vt fruges ferant, quantas ipſe deſiderat agricola* Virg. Georg. 1, 103 Exercetque frequens tellurem, atque imperat aruis. *vid. mox* Parere. Inducere meſſorem flauis aruis, *i. Maturis* Virg. Georg. 1, 316. *Et* Id. ibid. 1, 104 Quid dicam, iacto qui ſemine cominus arua Inſequitur? Cominus, *i.* Statim, ſine intermiſſione. Inſequitur, Proſequitur et non ſinit quieſcere. Seruius. Iuuare arua, *Prodeſſe aruis* Virg. Georg. 1, 95. Natant ſanguine Lucan. 7, 728. Parere arua colono *dicuntur, quum aequum laboribus fructum exhibent* Virg. Aen. 1, 7. *Reſpondet illi,* Imperare aruis. Paſcere aruo herum *dicitur* fundus, *i. Frumentarius eſſe* Hor. Epiſt. 1, 17, 2. *vt ab alueto, arbuſto, vinea diſtinguatur.* Populata marte arua, *Vaſtata bellorum tumultibus* Hor. Carm. 3, 5, 24. Premere iugo aliena arva, *Arare alienos agros* Virg. Aen. 10, 78. Proterit arua, exuritque herbas Ouid. Met. 2, 791. *de Inuidia.* Radit Eurus imbribus arua Hor. Epod. 16, 54. Renouare aruum Ouid. Met. 15, 125. Requieſcunt foetibus arua Virg. Georg. 1, 82. Reuellere ab aruis arua Ouid. Met. 8, 584. *Achelous fluuius de ſeipſo.* Spatiari lato aruo Id. ibid. 4, 87. Squalent abductis arua colonis: *quia nemo colit ea* Virg. Georg. 1, 507. *Sic* Lucan. 1, 205. *et* 9, 939. Numidae pabulo pecoris magis quam aruo ſtudent Sall. Iug. c. 90. Subigere arua, *Colere* Virg. Georg. 1, 105. Vrit arua Sol Ouid. Met. 6, 339.

ARVVS. Adi. *Legitur apud antiquos, qui aratur,* Plaut. Truc. 1, 2, 47 Non aruus hic, ſed paſcuus eſt ager. *Conf.* Iſidor. 15, 13 Aut enim aruus eſt ager, id eſt ſationalis *etc.* Arua, *intell. terra eſt.* Naeuii Lycurgo lib. 2 Quaque incedunt omnes aruas obterunt: *et* Pacuuii Poſtquam calamitas plures annos aruas caluitur. Ex Nonio, 3, 15.

ARVICOLA, ae. m. Metelli *eſt ſcriptoris ſaec.* XII. Quirin. Vol. 2.

## A R X

ARX, arcis. f. [ἀκρόπολις, ἄκρα] *dicta eſt auctore* Varrone de L. L. 4, 32 ab Arcendo, quod is ſit locus munitiſſimus vrbis, a quo facillime poſſit arceri hoſtis. *Sed verior vocis deriuatio eſt ab ἄκρος per Metathesin*

*tatheſin* ἄρκος; *nam propria et primaria eius notio eſt* ἄκρος, *ſiue ſummus et excelſus locus. Vnde hoc nomen montibus tribuitur.* Virg. Georg. 1, 240 Mundus vt ad Scythiam Riphaeasque arduus arces Aſſurgit. *Et* Georg. 2, 534 Septemque vna ſibi muro circumdedit arces. *nempe Roma, quae montibus ſeptem ſuperſtructa eſt.* Silius *de Alpibus* 3, 496 Primus inexpertas adiit Tyrinthius arces. *Sic* Impoſitum arci ſublimi oppidum cernimus Petron. c. 116. *Add.* Val. Flacc. 4, 261. Lucan. 3, 231. *et quos praeterea laudat Drakenb. ad* Sil. 15, 305. ¶ 2 *Quin etiam* Arx *pro caelo.* Quae pater vt ſumma vidit Saturnius arce Ouid. Met. 1, 163. *Vid. Burm. ad* Ouid. Amor. 3, 10, 21. *et ad* Albinouan. v. 61. ¶ 3 Arx, *eſt* Editus in ciuitate et munitus ad ſalutem omnium locus: Aſconius in Cic. Diuinat. in Verr. c. 5 *qui addit* Virg. Aen. 2, 3,22 Quo res ſumma loco Panthu'? quam prendimus arcem? Ergo prima ſpes in muris eſt, ſecunda in arce, ſi in muros hoſtis irruperit. *Hactenus* Aſconius. Seruius ad Aen. 3, 134 Arx eſt in ciuitate Munitus locus: ab Arcano, *i.* Secreto, dicta. Tarpeia arx Virg. Aen. 8, 652. Minora caſtra incluſa maioribus caſtelli atque arcis locum obtinebant Caeſ. B. C. 3, 66. Arx Athenarum Nepos 2, 2, 8. *Conf.* Iſidor. 15, 2 Arces ſunt partes vrbis excelſae atque munitae. *Sed eadem* Arx (*ut ait l. c.* Aſconius) interdum Sedes tyranni, id eſt regis, dicitur. Virg. Aen. 4, 410 — quum litora feruere late Proſpiceres arce ex ſumma: *Vbi* Seruius, Regum enim fuit habitare in arcibus propter tutelam. *Sic* Arcem Syracuſis, quam munierat Dionyſius ad vrbem obſidendam Nep. 20, 3, 3. Plin. 4, 11 Intus Byzia arx regum Thraciae. ¶ 4 *Hinc omne perfugium, et quidquid eſt, quo aliquis confidit,* Arx *vocatur. Sic* Arx omnium prouinciarum, Africa Cic. pro Ligar. 22 c. 7. Arx omnium gentium, vrbs Roma Cic. in Catil. 4, 11 c. 6. Arx gentium omnium Nazar. Paneg. Conſtantini c. 35. *Simpliciter quoque arx dicitur Roma,* Poſtquam medicina Principis immodicos ſedarat in arce dolores Prudent. contra Symmach. 1 pr. Arx cauſae Cic. Fam. 1, 9. In arce legis praeſidia conſtituere defenſionis meae non licet Cic. pro Cluent. 156 c. 57 Arcem tu quidem Stoicorum defendis Id. Diuin. 1 c. 6. Arx ſociorum Id. Diuinat. in Verr. c. 5. *de lege repetundarum.* Cic. in Piſon. 11 Templum illud fuit arx ciuium perditorum, receptaculum veterum Catilinae militum, caſtellum forenſis latrocinii. *Sic* Arx commeatuum Tacit. Hiſt. 3, 13, 2. Iuris Lucan. 7, 593. ¶ 5 *Etiam ſine reſpectu ad munimenta* Arx *vocatur, quod ſummum eſt in ſuo genere, vt* Apex, Faſtigium. Claudian. de IV Conſ. Honor. 235 *Prometheus mentem* hanc alta capitis fundauit in arce, *i. in capite, tanquam arce.* Seren. Samon. 13 Principio celſa de corporis arce loquamur, *i. de capite. Dedit hic plura Keuchen. et ante eum Barth. ad* Stat. Theb. 3, 246 Arcem hanc aeternam, mentis ſacraria noſtrae Teſtor. *Magnitudinem animi ita deſcribit* Stat. Silu. 2, 2, 131 Celſa tu mentis ab arce Deſpicis errantes, humanaque gaudia rides. Quinctil. 12, 11, 28 Cicerone tunc arcem eloquentiae tenente. Petron. 132 Ipſe Pater veri doctus Epicurus in arce. *Sed hic verſiculus nimis varie legitur.* Sil. 13, 770 Quae te via, fare, ſuperbum Ad decus, et ſummas laudum perduxerit arces. *vbi plura dedit Drakenborch. Sic* A paruulis initiis ad arcem oſtentationis opera peruenerunt Iulyſi Plin. 35, 10 ſ. 36. Quodcunque Platonis Ingenium, quod in arce fuit Sidon. Paneg. Anthem. v. 172. *i. quod ſummum philoſophiae faſtigium fuit conſecutum. Ita* Virgilium et Homerum arcem Muſicae poſſediſſe *dicit* Priſcian. Praef. Grammat. *Plurima ex ſcriptoribus inferioris aetatis Barthius ad* Claudian. p. 71. ¶ 6 *Iam Epitheta, poëtica praeſertim dabimus.* Virg. Aen. 3, 291 Aërias Phaeacum arces *dixit altiſſima promontoria.* Celſa arce ſedet Aeolus Id. Aen. 1, 56. Edita, *Alta* Sen. Octau. 380. Feſtae Palladis arces Ouid. Met. 2, 713. *Acropolis Athenarum feſto die exornata.* Igneas arces *Caelum vocat* Hor. Carm. 3, 3, 10. Inuictiſſima Capitolii Tacit. Hiſt. 3, 78, 4. *Sed hodie legitur,* Munitiſſima. Lacerae Ouid. Met. 11, 509 *quas* aries balliſtaue concutit. Munitiſſima. *vid. modo* Inuictiſſima. Potens opibus Sen. Troad. 478, *al.* Pollens. Praecipites, *Alte et in praecipitio velut poſitae* Lucan. 3, 84. Praerupta Sen. Agam. 562. Praeluſtris Ouid. Triſt. 3, 4, 6. Sacrae Hor. Carm. 1, 2, 3 *Capitolium.* Summa Virg. Aen. 2, 166. Superbae Hor. Epod. 3, 6. Tuta Virg. Aen. 10, 805. ¶ 7 *Formulae cum verbis.* Attollere arcem tectis Virg. Aen. 3, 134 *i. Domos aedificare* Seru. Concutere arces Ouid. Met. 11, 509. *vid. modo* Lacerae. Condere Virg. Ecl. 2, 61. Conſtruere Sil. 8, . . Erigere Stat. Silu. 3, 1, 20. Euertere Sil. 17, . . Fugere in arcem Cic. de Senect. 11. Fundare Virg. Aen. 4, 260. Impoſitae montibus arces Hor. Epiſt. 2, 1, 252. Inuadere in arcem cauſae Cic. Fam. 1, 9. Moliri arcem, *i. Factis molibus extollere* Virg. Aen. 1, 428. Seru. Munire Cic. in L. Piſon. 84. *et* pro Syll. 79. *It.* in Parad. 1 Hoc opus in apertum vt proferas, nihil poſtulo: non enim eſt tale, vt in arce poni poſſit, quaſi illa Minerua Phidiae: ſed tantum vt ex eadem officina exiiſſe appareat. Retinere Id. de Orat. 2, 273 c. 67. Subruere Ouid. Triſt. 3, 11, 23. Tacit. Hiſt. 3, 77 Vacuam arcem furtim tradi futurum.

ARCICVLA, ae. *Diminut.* Cathol.

ARCVBIAE, arum. *Qui excubias agebant in arce.* Feſt.

## A R Y

ARYTENAM, *ſiue* ARTENAM, Vas ab hauriendo ſic appellabant. Feſtus. *Eſt* ἀρύταινα *hauſtrum.*

## A S

*In Notis apud Vrſatum* A. S. Actio Sua. Aelia Sentia (ſc. lex de manumiſſionibus) Ara Sacra. Auctore Senatu. A Suis. A. S. L. A Signis Legionis. Animo Suo Lubens. A. S. L. F. Ad Suam Legem Fecit. Amico Suo Lubens Fecit. A. S. S. Aram Suo Sumtu. A Sacris Scriniis. A. S. T. A Superiore (Supremo) Tecto.

AS *vel* ASSIS, aſſis. m. *Videtur prima notione vnum ſignificare.* Varronis de L. L. 4, 36 p. 40 ſq. *bene longus locus eſt de* Aſſe *atque eius diuiſione. Nos hic ponemus, quae reliquis clariora, et explicandis obſcurioribus aptiora videntur. Igitur* Balbus de aſſe *pr.* Quidquid vnum eſt, et quod ex integrorum diuiſione remanet, Aſſem ratiocinatores vocant. Quotquot ergo de integra diuiſione ſingulares res vnitatesue remanebunt, totidem aſſes erunt. Si vnitas vna remanebit, vnus erit *aſſis, aſue;* ſi duae, duo; ſi plures, plures erunt aſſes. — *Aſſis* quidem *Aſue* in duas partes ſectus ſex principales generat diuiſiones, quibuslibet binis partibus toti ſuo aequatis — Aut enim aſſis altera pars eſt deunx ($\frac{11}{12}$) altera vncia ($\frac{1}{12}$) aut altera dextans ($\frac{10}{12}=\frac{5}{6}$, *quae etiam* decunx *vocatur*) altera ſextans ($\frac{2}{12}=\frac{1}{6}$) aut altera dodrans ($\frac{9}{12}=\frac{3}{4}$) altera quadrans ($\frac{3}{12}=\frac{1}{4}$) aut altera beſſis ($\frac{8}{12}=\frac{2}{3}$) altera triens ($\frac{4}{12}=\frac{1}{3}$) aut altera ſeptunx ($\frac{7}{12}$) altera quincunx ($\frac{5}{12}$): aut vtraeque partes erunt ſemis ($\frac{6}{12}=\frac{1}{2}$). *Perſequitur deinde reliqua Balbus, vnde iſta in primis huc pertinent, quae itidem numeris vulgaribus exprimemus:* Semuncia eſt medietas vnciae (vnciae $\frac{1}{2}$, aſſis $\frac{1}{24}$) duella tertia pars (vnciae $\frac{1}{3}$, aſſis $\frac{1}{36}$) ſicilicus quarta (vnciae $\frac{1}{4}$, aſſis $\frac{1}{48}$) ſextula ſexta (vnciae $\frac{1}{6}$, aſſis $\frac{1}{72}$) drachma octaua (vnciae $\frac{1}{8}$, aſſis $\frac{1}{96}$) hemiſeſcla, *q. d. ſemiſextula;* duodecima (vnciae $\frac{1}{12}$, aſſis $\frac{1}{144}$) tremiſſis ſexta decima (vnciae $\frac{1}{16}$, aſſis $\frac{1}{192}$) ſcrupulus (*rectius* ſcriptulum *vel* ſcripulum) quarta et viceſima (vnciae $\frac{1}{24}$, aſſis $\frac{1}{288}$) *Iam, quod diximus,* Aſſem *vnum ſignificare, etiam conſtat ex* Col. 5, 3, 2 Duco quintam partem longitudinis, fiunt CCXL, et quintam partem latitudinis, hoc eſt XXIIII. His vtriſque ſummis ſingulas aſſes adiicio — Fit ergo altera ſumma ducentorum quadraginta vnius, altera viginti quinque — Totidem dices opus eſſe ſeminibus, *ſic etiam* ſ. 3 et 5. *Etiam* Vitruu. 3, 1 Adiecto aſſe *i. vno. Sic* Scribon. 156 Piperis albi * P. as. *Et* 231 Chalcitis * P. as ſemis. *Eſt ergo* As *vnum aliquid; quod in duodecim partes aequales diuiſum eſſe, aut diuidi poſſe intelligitur: ac non tantum de vno numo, qui, vt ſtatim videbimus, velut per eminentiam* As *vocatur, ſed de aliis etiam rebus, in quantum ſic diuidi poſſunt ac debent, adhibetur. De agnis, et iugeri adeo diuiſione vid.* Colum. 5, 1, 8 ſq. *vbi in tabellam ea a nobis redacta eſt.* Libram, Pedem, *pro* aſſe *haberi, et eas diuiſiones ſubire conſtat. v. g.* Colum. 12, 12, 2 Sextarium aquae cum dodrante pondo mellis diluunt *etc. Sic* Sextarius *inſtar* aſſis *eſt, vbi* nomina bibuntur, *de qua re vid.* BIBERE NOMEN. Plin. 13, 15 Menſam cedrinam *memorat,* quatuor pedes ſextante et ſicilico excedentem. *Inprimis vero,* Hereditas, *vt ait* Imperator Inſtit. l. 5 de heredibus inſtit. plerumque diuiditur in duodecim vncias, quae aſſis appellatione continentur. *Quae inde ad* l. 8 *ſequuntur, omnia ad hanc diſtributionem pertinent. Vid. etiam* l. 13 ff. §. 1 et l. 50 *fin.* de heredibus inſtit. *Hanc ob cauſam* Voluſius Maecianus ICtus *libellum ſcripſit, quem Gronouius ſuo de Pecunia vetere operi ſubiecit hoc titulo:* Diſtributio, item vocabula ac notae partium in rebus pecuniariis, pondere, numero, menſura. Balbi *libellum modo iam laudauimus, quem ibidem repraeſentauit Gronouius. Ponemus adhuc verſus* Q. Rhemnii Fannii *ex Carmine* de ponderibus et menſ. 41

Nunc dicam quae ſit ſolidae diuiſio librae,
Siue Aſſis: nam ſic legem dixere periti,
Ex quo quod ſoli capimus perhibemur habere:
Dicimur aut partis domini pro partibus huius.
Vncia nam librae ſi deeſt dixere deuncem *etc.*

Ex aſſe heres Martial. 3, 10. *it.* Quinct. 7, 1, 20 *de reliquis partibus ſſ.* ll. Vſuras *etiam ex* Aſſis *diſtributione computabant. Eae cum eſſent menſtruae, conſequens erat, vt quot Vncias de centenis in menſem daret aliquis tot Aſſes ſolueret in annum. Erunt ergo* centeſimae vſurae, *cum de centum aſſibus in menſem vnus datur, illud hodie Europa vocat* XII per centum: ſemiſſes, *cum* ſemiſſis, *ſ. ſex vnciae in menſem de centenis ſoluuntur, eas vocamus* VI per centum: Quadrantes *cum* quadrans, ſ. tres vnciae *in menſem de centenis dantur, hoc eſt* tres per centum. *Et ſic per omnes partes Aſſis, donec ad* vnciales ſ. vncias vſuras *perueniatur; quae toto demum anno vnum aſſem efficiunt, reſpondentque adeo illis, quas hodie vocamus* vnum per centum. *Exempla damus infra in* Vſura ¶ 2 As *numi antiquiſſimi Romani nomen, cuius primum rationem ex* Plin. 33, 3 ſ. 13 *excerptam dabimus.* Populus Rom. ne argento quidem ſignato ante Pyrrhum regem deuictum vſus eſt. Librales — appendebantur aſſes. Quare aeris grauis poena dicta. — Seruius rex primus ſignauit aes. — Signatum eſt nota pecudum, vnde et pecunia appellata. Maximus cenſus CX. M. aſſium fuit illo rege. Argentum ſignatum eſt anno Vrbis CCCC LXXXV Q. Fabio COS. Quinque annis ante primum bellum Punicum. Et placuit denarium pro decem libris aeri (*hi etiam* deni aeris *int.* aſſes *vocantur*) quinarium pro quinque, ſeſtertium pro dupondio ac ſemiſſe. Librale autem pondus aeris imminutum bello Punico primo, cum inpenſis reſp. non ſufficeret, conſtitutumque, vt aſſes ſextantario pondere ferirentur. Ita quinque partes factae lucri, diſſolutumque aes alienum. Nota aeris fuit ex vna parte Ianus geminus, ex altera roſtrum nauis: in triente vero et quadrante rates. Quadrans antea teruncius vocatus a tribus vnciis. Poſtea Hannibale vrgente, Q. Fabio Maximo Dictatore, aſſes vnciales facti placuitque denarium ſedecim aſſibus permutari, quinarium octonis ſeſtertium quaternis. Ita reſp. dimidium lucrata eſt. In militari tamen ſtipendio ſemper denarius pro decem aſſibus datus. *Conf. quo ſupra de* Aere graui *diximus.* As *igitur pecunia minuta, qua in ſtipem vtebantur etiam vel collationem minutatim faciendam.* Plin. 21, 3 ſ. 7 *de Scipione Serapione,* Nec ei fuit in bonis funeris impenſa. Aſſes ergo contulit populus, ac funus elocauit. Sueton. Aug. 91 Ex nocturno viſu etiam ſtipem quotannis die certo emendicabat a populo, cauam manum aſſes porrigentibus praebens. *Quod* Quinctil. 6, 3, 59 *narrat de Auguſto,* Militi libellum timide porrigenti, Noli, inquit, dubitare, tanquam aſſem elephanto des: *id* Sueton. c. 53 Stipem porrigere *dixit;* Macrob. Sat. 2, 4 Putas te aſſem elephanto dare? Cic. Off. 2, 58 Ne Mario quidem Seio vitio datum eſt, quod in caritate annonae aſſe modium populo dedit. Plin. Ep. 1, 15 Ad aſſem impendium reddes Catull. 5, 2 Rumoresque ſenum ſeueriorum omnes vnius aeſtimemus aſſis. Stat. Silu. 4, 9, 22 *de vili munere* Emtum plus minus aſſe Caïano *Turnebus referebat ad aſſem illum nuptialem, qua Caius Caiam emebat melius Barthius ad auaritiam Caii Caligulae, qui doceatur hic etiam Aſſibus demſiſſe pondus.* Quod non opus eſt, aſſe carum eſt Cato *ap.* Senec. Ep. 94. In triuiis fixum quum ſe dimittat ob aſſem Hor. Ep. 1, 17, 64 Licere pretio vnius aſſis Hor. Serm. 1, 6, 13. Aſſem negat ſeſe daturum Cic. pro Quint. 19. Ad aſſem omnia perdere Hor. Epiſt. 2, 2, 27. *Sic* Plin. Epiſt. 1, 15 Ad aſſem impendium reddes. Aſſem para et auream accipe fabulam Id. Epiſt. 2, 20, 1. Hor. Serm. 1, 1, 43 Si comminuas *immenſum pondus auri atque argenti,* vilem redigetur ad aſſem. Catull. 31 *in cinaedum turpitudinem hirſutie male diſſimulantem* Nates piloſas non potes aſſe venditare. ¶ 3 Aſſis *eſſe etiam Nominatiuum, docuit nos ſtatim ab initio Balbus. Non igitur obſtare nobis debet Chariſii ſententia, quam ſtatim damus in* ASSARIVS.

ASSARIVS, i. *Idem qui* AS *vel* ASSIS. Varr. de L. L. 7, 39 Debet igitur dici vt Vatiniorum Manliorum, ſic denariorum: et non equum publicum mille aſſarium eſſe, ſed mille aſſariorum. Ab vno enim Aſſario, multi Aſſarii, ab eo Aſſariorum. Chariſ. 1 p. 58 Aſſarius ab antiquis dicebatu

dicebatur, nunc As dicitur, non Aſſis: ſane Aſſis genitiuus eſt *etc. Sed vid.* AS n. 3. *De* Aſſarii *Latinorum valore ab* Aſſe *non diuerſo vid. Gron. de P. V.* 4, 12 p. 339. Ἀσσάριον *Graeci interdum aliter ſumunt.*

ASSIPONDIVM, i. n. *Pondus vnius Aſſis.* Varro de L. L. 4, 36 p. 40, 21 Dupondius a duobus ponderibus, quod vnum pondus Aſſipondium dicebatur. Id ideo, quod As erat librae pondus.

## A S A

ASA. *Apud antiquiſſimos* Ara *dicta eſt. vid.* Gell. 4, 3. *et* Macrob. Saturn. 3, 2.

ASARŌTON, i. n. [ἀσάρωτον] *Pauimenti genus ſic dictum, α, et σαίρω, quod eſt Verro. Quia ſic pictum erat, vt putaretur ſcopis euerſum atque mundatum non fuiſſe. Apparebant enim hoc in pauimento velut analecta, et reliquiae, purgamentaque coenae, quaſi miniſtri ea non euerriſſent.* Plin. 36, 25 Pauimenta originem apud Graecos habent elaborata arte, picturae ratione, donec lithoſtrota expulere eam. Celeberrimus fuit in hoc genere Soſus, qui Pergami ſtrauit, quem vocant aſaroton oecon, quoniam purgamenta coenae in pauimento, quaeque euerri ſolent, veluti relicta fecerat paruis e teſtulis, tinctisque in varios colores. Varias ibi picta per artes Gaudet humus, ſuperatque nouis Aſarota figuris Stat. Silu. 1, 3, 56. *Vid. quos hic laudat Barth. in primis Salmaſ. ad Solin.* p. 854. b. CD.

ASAROTICVS. Adi. Sidon. Carm. 23, 57 — aureasque Portas exornas aſaroticis lapillis. *Vid. Sirmond.*

ASĂRVM, i. [ἄσαρον] *Herba, de qua ſic* Plin. 12, 13 Nardi vim habet et aſarum, quod et ipſum aliqui ſilueſtre nardum appellant. Eſt autem hederae foliis, rotundioribus tantum mollioribusque, flore purpureo, radice Gallici: ſemen acinoſum, ſaporis calidi ac vinoſi. *Add.* Plin. 21, 6 *et* 19. *Saepe etiam illo vtitur* Scribonius.

## A S B

ASBESTĬNVM, i. n. [ἀσβεστινὸν] *Genus eſt lini, quod ignibus non abſumitur.* Plin. 19, 1 ſ. 3 Inuentum iam eſt etiam (*de* lino *autem loquitur*) quod ignibus non abſumeretur. Viuum id vocant, ardenteſque in focis conuiuiorum ex eo vidimus mappas, ſordibus exuſtis ſplendeſcentes igni magis, quam poſſent aquis. Regum inde funebres tunicae, corporis fauillam a reliquo ſeparant cinere. Naſcitur in deſertis aduſtisque ſole Indiae — Rufus de caetero colos ſplendeſcit igni. Cum inuentum eſt, aequat pretia excellentium margaritarum. Vocatur autem a Graecis Asbeſtinum, ex argumento naturae. (*Nempe* ἄσβεστος *qui deleri, abolerive non poteſt*) Anaxilaus auctor eſt, linteo eo circumdatam arborem ſurdis ictibus, et qui non exaudiantur, caedi. Ergo huic lino principatus in toto orbe.

ASBESTOS. [ἄσβεστος] *Gemma, quae* in Arcadiae montibus naſcitur, coloris ferrei Plin. 37, 10 ſ. 54.

ASBŎLVS. [ἄσβολος] *Canis nomen.* Ouid. Met. 3, 218 Et niueis Leucon, et villis Asbolus atris. *Nempe* ἄσβολος *dicitur Fuligo.*

## A S C

ASCALABŌTES. [ἀσκαλαβώτης] *Animal venenatum, ex genere ſtellionum.* Plin. 29, 4 ſ. 28 Scorpionibus contrarius maxime ſtellio traditur — Hunc Graeci colotem vocant et aſcalobotem, et galeoten. In Italia non naſcitur. Eſt enim hic plenus lentigine, ſtridoris acerbi, et veſcitur: quae omnia a noſtris ſtellionibus alieni ſunt.

ASCALABOTIVM. *Diminut. Turnebus legebat* Catul. 50 Dii magni aſcalabotium diſertum. *Al.* Salaputium, Salicippium *etc.*

ASCALĂPHVS. [Ἀσκάλαφος] *Acherontis filius et Orphnes nymphae Auernalis: poſtea in bubonem mutatus. Fabulam vide apud* Ouid. Met. 5, 539.

ASCALIA, ae. f. [ἀσκαλία] *In cacto* teneritas ſimilis cerebro palmae Plin. 21, 16 ſ. 57.

ASCALONIA, ae. *Cepae genus, ab* Aſcalone, *oppido Iudaeae, nominata* Plin. 19, 16.

ASCALPO *ſ.* ADSCALPO, ĕre. Adſcalpens aurem dexteram Apul. Met. 6 p. 176.

ASCANIVS. [Ἀσκάνιος] *Aeneae filius ex Creuſa, regis Priami filia, fugae laborumque in quaerendo regno ſocius, teſte* Virg. Aen. 1, 646. Liu. 1, 3 *dubitat, vtrius fuerit filius, Creuſae an Lauiniae: ſed hiſtorici caeteri omnes et Poëtae cum Virgilio, Creuſae filium fuiſſe affirmant. Eſt et* Aſcanius *Phrygiae fluuius, a quo* Aſcanius *Aeneae filius dictus eſt. Huius fluuii meminit* Virg. Georg. 3, 269.

ASCAVLAE. [ἀσκαῦλαι] *Tibicines, quorum armamentum muſicum imitatur vtriculum: Latine* Vtricularios *diceres. Reſtituere illos volebat Turnebus* Vopiſco in Carino c. 19. *vbi* Camptaulae *legitur, de quo ſ. l.* Martial. 10, 3, 8 Voce vt loquatur pſittacus coturnicis? Et concupiſcat eſſe Canus (*nobilis tibicen*) aſcaules? *i. vilis et tabernariorum hilaritati ſeruiens cantor.*

ASCENDO, *vel* ADSCENDO, di, ſum, ĕre. [ἀναβαίνω, ἄνειμι, ἀνέρχομαι] Ad *aliquid* ſcandere. Aſcendere iugum Caeſ. Bell. Gall. 1, 21. Equo aduerſam aſcendere ripam Cic. de Diuin. 1, 58 c. 28. Caelum Cic. de Amicit. 88 c. 23. *ſed mel.* in caelum. Idem pro Milon. 97 c. 35 Gloriae gradibus etiam homines in caelum videntur aſcendere. *Add.* pro Dom. 75. Equum Liu. 23, 14. Suet. in Caeſare 61. In equum Liu. 20, . . Cic. de Senect. 34 c. 10. Nauem Ter. Adel. 4, 1, 69. *Et,* In nauem Hirt. Bell. Alex. *et* Nepos 2, 8, 6. *Sed Boſ. ex MSS.* Eſcend. Cic. Ac. 4 *extr.* Nos ad nauiculas noſtras aſcendimus. *Sed Grut.* deſcendimus. In aerarium Liu. 29. In Capitolium Plin. 9, 3. Veſtram aſcendiſſet in vrbem Virg. Aen. 2, 192. Scalis muros aſcendere Id. ibid. 9, 507. In Amanum aſcendit Cic. Fam. 15, 4. Id. Att. 4, 2 Tum ſubito ille in concionem aſcendit, quam Appius ei dedit. In Roſtra Idem Liu. 30, . . Cic. in Vatin. 34 c. 14 Num, quis reus in tribunal ſui quaeſitoris adſcenderit, eumque deturbarit? Aſcendere altiorem gradum Cic. Off. 2, 61 c. 18. *Et* pro Muraen. 55 c. 27 Qui primum, dum ex honoribus continuis familiae maiorumque ſuorum vnum aſcendere gradum dignitatis conatus eſt, venit in periculum. Ad gradum amicitiae Curt. 7, 1, 28. Aſcendens gradibus magiſtratuum Cic. de Clar. Orat. 280 c. 81. Altiſſimum gradum Plin. Epiſt. 3, 2. Cic. de Clar. Orat. 241 c. 58 Quod quia multis gratum erat, et probabatur, aſcendiſſet ad honores, niſi in facinore deprehenſus. Id. in Orat. 125 Sed erit duplex omnis eius ornatus ille admirabilis, propter quem aſcendit in tantum honorem eloquentia. *Et* de Orat. 3, 225 c. 61 Hinc gradatim aſcendere vocem, vtile et ſuaue eſt. A minoribus ad maiora aſcendimus Cic. in Partit. 12 c. 4. *Paſſiue.* Porticus aſcenduntur nonagenis gradibus omnes Plin. 36, 13. Quum dextro pede primus gradus aſcendatur Vitr. 3, 3.

ASCENDENS, ntis. Machina Vitr. 10, 19. *i. qua murus aſcenditur.*

ASCENDENDVS, a, um. Mons erat aſcendendus Caeſ. B. C. 1, 79.

ASCENSVRVS. Partic. [ἀναβησόμενος] Tibull. 4, 1, 12 Quin etiam Alcides deus aſcenſurus Olympum.

ASCENSVS, a, um. Ne, precor, aſcenſis tanti ſit gloria Bactris Propert. 4, 3, 62.

ASCENSVS, ûs. m. [ἀνάβασις] *Aſcendendi actus.* Caeſ. Bell. Gall. 5, 32 Nouiſſimoſque premere, et primos prohibere aſcenſu. Cic. pro Domo ſua 54 Homines audaces, ab eius templi aditu atque aſcenſu repuliſti. Cic. de Aruſp. Reſp. 43 Atque hic ei gradus ad Rempubl. hic primus eſt aditus ad popularem iactationem atque aſcenſus. Primus aſcenſus ad amplioris honoris gradum, is eſto Cic. de Legib. 3, 7 c. 3. Difficili aſcenſu atque arduo oppidum Cic. Verr. 4, 51. Hoſti aditum aſcenſumque difficilem praebere Liu. 25, 36. Cic. de Orat. 2, 261 *Demoſthenes* coniectis in os calculis, ſumma voce verſus multos vno ſpiritu pronuntiare conſueſcebat: neque is conſiſtens in loco, ſed inambulans, atque aſcenſu ingrediens arduo. Iniquus aſcenſus, *vid.* INIQVVS. Aſcenſu ſuperare faſtigia Virg. Aen. 2, 303. Mollis, *vid.* MOLLIS. Donec mollioris aſcenſus viam inueniret Liu. 27, 18. Id. 36, 24 Scalis adſcenſus tentant.


ASCENSIO, ōnis. f. *Idem.* Cic. de Clar. Orat. 137 Quorum quidem quae fuerit aſcenſio, et quam in omnibus rebus difficilis optimi perfectio atque abſolutio, ex eo quod dicam, exiſtimari poteſt. *i. quo pacto, et per quos quaſi gradus aſcenderint oratores.* Plaut. Rud. 3, 1, 5 Ad nidum aſcenſionem facere. Graduum aſcenſio Vitr. 9, 4.

ASCENSOR, ōris. Hieron. contra Rufin. L. 1 *extr.* Aſcenſor montis dominici. Theodulf. Carm. 2, 331 *ad Chriſtum in hiſtoria diei Palmarum*, Tu pius aſcenſor, tuus et nos ſimus aſellus.

ASCENSIBILIS, e. Cael. Aurel. Tard. 3, 1 Aſcenſibili itinere gradiantur, *i. aſcenſu arduo, aduerſo cliuo vel ſcalis.*

ASCETERIA. [ἀσκητήρια] *Vocantur Monaſteria in codice Iuſtiniani, verbo* ἀσκῶ, *quod eſt Mentem exerceo in contemplatione rerum diuinarum. Vid. v. g.* Cod. 1, 3, 35.

ASCIA, *appellantur* Loca Indiae, in quibus vmbrae non ſunt, Septentrioque non conſpicitur, nec horae dinumerantur Plin. 2, 73.

ASCIA, ae. [ἀξίνη, σκέπαρνον] *Inſtrumentum fabrorum, quo ligna dolantur, poliunturue.* Plin. 16, 40 Molliſſima tilia, eadem videtur et calidiſſima: argumentum afferunt, quod citiſſime aſcias retundat. *Sic* Rogum aſcia ne polito, *ex legibus XII Tabul. apud* Cic. de Leg. 2, 59 c. 23. *i. ne pyra fiat ex dolatis ſeu politis lignis.* Aſciam *ligno caedendo adhibitam oſtendit* Vitruu. 7, 2 Sumatur aſcia, et quemadmodum materia dolatur, (*Eſt igitur* aſcia *eadem, quae* dolabra) ſic calx in lacu macerata aſcietur. Si ad aſciam offenderint calculi, non erit temperata: cumque ſiccum et purum ferrum educetur, *etc. Repetit* Pallad. de R. R. 1, 14. Plin. 7, 56 Fabricam materiariam *inuenit* Daedalus, et in ea ſerram, aſciam, perpendiculum, terebram, glutinum, ichthyocollam. Pallad. 1, 43, 3 *in inſtrumento ruſtico refert* Raſtros, in auerſa parte aſcias referentes. *Conuenit* Iſid. 19, 19 Aſcia ab aſtulis (*i.* aſſulis) dicta, quas a ligno eximit, cuius diminutiuum nomen eſt Aſciola. Eſt autem manubrio breui, ex aduerſa parte referens vel malleum ſimplicem, aut cauatum vel bicorne raſtrum. *Quantum igitur adhuc conſtat,* Aſcia *vix alii rei, quam lignis caedendis, et poliendis ſeruit. Neque enim Vitruuius l. c. hoc vult,* Aſciam *ordinarie calci ſubigendae adhiberi. Non habeo dicere, an ſatis ad hoc attenderint viri docti, quotquot ſententiam dixere de formula in monumentis ſepulcrorum ſollemni,* SVB ASCIA DEDICAVIT. *Quorum opiniones peculiari volumine collegit Alex. Symmachus Mazzochius. Habetur ea formula v. g. ap.* Grut. p. 418, 5. 424, 5. 428, 10. 464, 9. 539, 2. 664, 10. 675, 9. 682, 9. *In plerisque harum inſcriptionum obſeruatur impoſita figura eiusmodi*  , *quae videtur ipſius* Aſciae *qualiscunque repreſentatio eſſe. Diſtinctior habetur* p. 428, 10 *ſed quae murarii fabri potius inſtrumentum exhibere, (recte an ſecus, hic non diſputamus) videtur. Non abhorret certe illa ſimplicior figura a deſcriptione Iſidori. Caeterum inter tot antiquariorum ſententias, illa nobis probabilior videtur, quae placuit etiam Ill. Maffeio in Galliae antiquitt. ſel.* Epiſt. 11 p. 52. *Nempe indicari puto ſepulchrum nouum et illius cauſa, cuius nomen habet inſcriptio, primum exſtructum,* νεόδμητον, *atque adeo cum ſub* Aſcia *fabrili adhuc eſſet, illi dedicatum.* De Aſcia *etiam diſputant antiquarii, cum numos* Aciſculorum *interpretantur, quod* Valeriorum *cognomen eſt. Vid. v. g. Phil. a Turre Monum. Antii* p. 21 ſq. *Prouerbii ſpeciem habet illud* Apul. 3 p. 139, 6 Meque ſponte aſciam cruribus meis illidere compellis. *i. contra commodum et felicitatem meam agere. Sic* Petron. 74 Ipſe mihi aſciam in crus impegi, *eadem ratione.*

ASCIOLA, ae. f. Diminut. *habuimus ex* Iſid. 19, 19. *Eſt etiam in* Catholico.

ASCIO, āre. [ξύω] *Aſcia ferire vel percutere, dolare.* Vitruu. 7, 2 Sumatur aſcia: et quemadmodum materia dolatur, ſic calx in lacu macerata aſcietur. ¶ 2 *Vid.* ASCISCO n. 2.

ASCISCO, *ſ.* ADSCISCO, īui, ītum, ĕre. [ἐπάγομαι, προσάγομαι, προσκαλοῦμαι] *Sciſcendo et decernendo aſſumere, vel ſimpliciter aſſumere, et deligere ſibi.* Feſtus, Adiungere, et aſſumere. Cic. in Orat. 125 c. 8 Itaque Caria, et Phrygia, et Myſia, quod minime politae minimeque elegantes ſunt, aſciuerunt aptum ſuis auribus opimum quoddam, et tanquam adipale dictionis genus. Cic. pro Arch. 4 c. 2 *extr.* Perficiam profecto, vt hunc A. Licinium non modo non ſegregandum, quum ſit ciuis, a numero ciuium, verum etiam, ſi non eſſet, putetis aſciſcendum fuiſſe. *Hic propriam vim ſuam retinet, ſermo enim eſt de ſententiis iudicum.* Cic. de Legib. 1, 31 Id enim vt ſuauitate delectans, ſic ab errore mentis, tamquam ſalutare aliquid, aſciſcitur, ſimilique inſcitia mors fugitur, quaſi diſſolutio naturae. Cic. de Fin. 1, 23 Confirmat autem illud vel maxime, quod ipſa natura, vt ait ille, aſciſcat et reprobet, voluptatem et dolorem. Cic. pro Domo ſua 59 c. 36 Nihil enim vnquam de me dixi ſublatius, aſciſcendae laudis cauſa potius, quam criminis depellendi. Sibi nomen regium Liu. 23, 21. Brutus ad Cic. 16 Nonne hoc eſt in eaſdem tenebras recidiſſe, quum ab eo, qui tyranni nomen aſciuit ſibi, (quum in Graecis ciuitatibus liberi tyrannorum oppreſſis illis, eodem ſupplicio afficiantur) petitur, vt, *etc.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 5 Receptos ad ſe ſocios ſibi aſciſcunt. Cic. Verr. 4, 21 Et quum ex hiſce ſe locis reciperent, eodem deferrentur, aſciuerunt illud ſibi oppidum piratae, primum commercio, deinde ſocietate. Aſciſcere ſibi quaſi propinquitate coniunctos atque natura Cic.

de Amicit. 50. Cic. in Catil. 2, 8 Nemo non modo Romae, ſed ne vllo in angulo totius Italiae oppreſſus aere alieno fuit, quem non ad hoc incredibile ſceleris foedus aſciuerit. Id. de Clar. Orat. 209 Idcirco hanc conſuetudinem libenter aſciuimus. *Et* pro Corn. Balb. 21 Innumerabiles aliae leges de ciuili iure ſunt latae: quas Latini voluerunt, aſciuerunt. Liu. 1, 20 Ne quid diuini iuris, negligendo patrios ritus, peregrinosque aſciſcendo, turbaretur. Cic. de Aruſp. Reſp. 27 Sacra iſta maiores noſtri aſcita ex Phrygia Romae collocauerunt. Cic. Verr. 5, 187 *ad Cererem et Proſerpinam*, Quarum ſacra populus Romanus a Graecis aſcita et accepta, tanta religione et publice et priuatim tuetur, non vt ab aliis huc allata, ſed vt caeteris hinc tradita eſſe videantur. Aſciſcere generum Virg. Aen. 12, 613. Liu. 6, 40 Nos, ex quo aſciti ſumus ſimul in ciuitatem, et Patres, *Claudius loquitur.* Cic. pro Corn. Balb. 31 Iure enim noſtro neque mutare ciuitatem quisquam inuitus poteſt, neque ſi velit mutare non poteſt: modo aſciſcatur ab ea ciuitate, cuius eſſe ſe ciuitatis velit. Id. pro Corn. Balb. 30 Defendo rem vniuerſam, nullam eſſe gentem ex omni regione terrarum, ex qua nobis interdictum ſit, vt neque aſciſcere ciuem, aut ciuitate donare poſſimus. Cic. de Fin. 3, 17 c. 5 Eas ipſas cognitiones per ſe aſciſcendas arbitramur, quod habeant quiddam complexum et continens veritatem. *Mox in ead. re* Artes ipſas propter ſe aſſumendas putamus. *Vid.* ASCITVS, ûs. ¶ 2 Aſcire *vel* Adſcire *eodem intellectu eſſe videtur* Virg. Aen. 12, 38 Si Turno exſtincto ſocios ſum adſcire paratus; Cur non incolumi potius certamina tollo? *Sic ex libris optimis Pierius; qui tamen nec diffitetur, eſſe qui* accire *habeant.* *Certe* Adſcire *nondum aliunde adſertum eſt.* *De Praeterito* Adſciui *etc. hic non loquimur.*

ASCĪTVS. Partic. [ἐπαχθεὶς] Amitti ciuitatem Rom. alia adſcita Nep. 25, 3, 1. Sacra ab exteris nationibus adſcita atque arceſſita colere Cic. Verr. 2 c. 51. Ouid. ex Ponto 4, 9, 127 Tu certe ſcis haec ſuperis aſcite, videsque Caeſar. Aſcitum cognomen Sil. 1, . . Natiuus *et* Aſcitus, *contraria.* Cornelius Nepos in vita Attici 4, 1 Atticus Graece loquebatur, vt Athenis natus videretur. Tanta autem erat ſuauitas ſermonis Latini, vt appareret in eo natiuum quendam leporem eſſe, non aſcitum. Ouid. Faſt. 6, 172 Nec petit aſcitas luxurioſa dapes.

ASCITICIVS, a, um. [ἐπιβληματικὸς] *Ad* Plautum *auctorem referunt, incerta fide.*

ASCĪTVS, *vel* ADSCITVS, ûs. m. *Appetitus.* Cic. de Fin. 5, 17 c. 7 Voluptatis alii primum appetitum putant, et primam depulſionem doloris: alii putant primum adſcitum doloris vacuitatem, et primum declinatum dolorem.

ASCITES, ae. [ἀσκίτης] *Infimi ventris hydrops,* Cum intus in vterum contrahitur aqua Celſ. 3, 21.

ASCLEPIVS, i. [Ἀσκληπιὸς] *Aeſculapius eſt. Hinc*

ASCLĒPIĂDES. [Ἀσκληπιάδης] *Quaſi tu* Aeſculapii *progeniem dicas*, Maximus auctor medicinae Scribon. Ep. noſter 75. *Elogium eius habet* Plin. 7, 37, *vbi* Medicorum eloquentiſſimum, Pompeii familiarem *appellat.* *Add.* Apul. Flor. p. 262. *Ab hoc* Aſclepiadei *dici amant Medici, an ab ipſo Aeſculapio?*

ASCLEPIADEVM. *Carmen idem eſt ac Choriambicum;* vt in Hor. Carm. 1, 1 Maecenas atauis edite regibus, *quod exemplum ponit* Diomed. 3 p. 408.

ASCLEPIAS, ădis. [ἀσκληπιὰς] *Herba, de qua* Plin. 27, 5 ſ. 18 folia ederae habet, ramos longos, radices numeroſas, tenues, odoratas *etc.*

ASCLĒPION. Panaces, *herbae genus: ſic dictum*, quoniam is (*Aſclepius* ſ. *Aeſculapius*) filiam Panaceam vocauit Plin. 25, 4 ſ. 11.

ASCLEPIA, orum. *Feſtum Aeſculapii.* Pollux 1, 1. *It. Agones ap. Smet. in* Antiqu. Inſcriptt. p. 304 *et* 415.

ASCLEPIADOTON, *ſ.* ASCLEPIODOTON, i. *Singulare pharmacum volunt Aeſculapii, quo gratioſos ſuos beat: vid.* Tertull. adu. Gent. Apol. c. 23. *Sed locum intuenti apparebit, hominis nomen eſſe, ab illo in vitam reuocati. Nempe* Iſte, *inquit*, Aeſculapius medicinarum demonſtrator, alia die morituris Socordio et Thanatio et Aſclepiadoto vitae ſumminiſtrator.

ASCOPĒRA, ae. [ἀσκοπήρα] *Latine dicitur Marſupium, aut ſacculus pelliceus: ex* ἀσκὸς, *quod vtrem, et* πήρα, *quod peram ſiue ſaccum ſignificat.* Suet. in Ner. 45 Alterius *ſtatuae Neronis matricidae* collo et aſcopera deligata, ſimulque titulus, Ego quid potui? ſed tu culeum meruiſti. *Conf. Ramirez Pentec. 7 p. 49.*

ASCRA. [Ἄσκρα] *Boeotiae vicus, ad radices montis Heliconis, Heſiodi patria.* Ouid. Pont. 4, 14, 31 Intumuit vati non tamen Aſcra ſuo. Inde

ASCRAEVS. Adi. Virg. Georg. 2, 176 Aſcraeumque cano Romana per oppida carmen. *i. Heſiodi imitatione, de re ruſtica.* Ouid. Faſt. 6, 14 Aſcraeae oues, *quas paſcebat Heſiodus.*

ASCRĪBO, *vel* ADSCRIBO *potius*, pſi, ptum, ĕre. [προσγράφω] *Ad ſcriptum aliquod, nomen, vel ſententiam, vel quidquid ſit, ſcribendo adiungere, et hinc, latius patente vſu verbi, adiungere, attribuere, imputare etc.* Cic. Q. Frat. 3, 1 In qua primum erat quod antiquior dies in tuis fuiſſet adſcripta literis, quam in Caeſaris. *Add.* Id. Att. 3, 23 In altera, *epiſtola*, praeter conſuetudinem tuam diem non adſcribis. Plin. 13, 22 Et ferulam inter externas dixiſſe conueniet, arborumque generi adſcripſiſſe. Cic. de Opt. Gen. Orat. 10, 1 c. 6 Qui Thucydidem laudauit, (*melius*, laudabit) aſcribat ſuae noſtram ſententiam. Cic. Q. Frat. 1, 1, 5 Hunc ad tuum numerum libenter adſcribito. Id. Off. 3, 45 c. 10 Admiratus eorum fidem tyrannus, petiuit, vt ſe ad amicitiam tertium adſcriberent. Cic. de Haruſp. Reſp. 57 In certam ſedem ciuitatis adſcribimur. Id. pro Caecin. 95 c. 32 Hoc tibi reſpondeo, adſcripſiſſe eundem Sullam in eandem legem, SIQVID IVS NON ESSET ROGARI, EIVS EA LEGE NIHILVM ROGATVM. Quid eſt, quod ius non ſit, quod populus iubere aut vetare non poſſit? Vt ne longius abeam, declarat iſta adſcriptio, eſſe aliquid. Nam niſi eſſet, hoc in omnibus legibus non adſcriberetur. Cic. pro Arch. 7 c. 4 Quae quum eſſet ciuitas aequiſſimo iure ac foedere, adſcribi ſe in eam ciuitatem voluit. Ibid. 10 c. 5 Praeſertim quum aliis quoque in ciuitatibus fuerit adſcriptus. Ibid. 7 Qui foederatis ciuitatibus adſcripti fuiſſent. Cic. Philipp. 2, 24 Tu vero adſcribe me talem in numerum. Numinibus, *pro Acceuſeri et annumerari*, ſ. *conſecrari:* Plin. 2, 7. Hor. Od. 3, 3, 35 Adſcribi quietis Ordinibus patiar deorum. Idem Hor. Epiſt. 1, 19, 4 Male ſanos Adſcripſit Liber Satyris Faunisque Poëtas. Cic. pro Corn. Balb. 20 Qui hanc poenam foederibus adſcribat, vt omnium praemiorum beneficiorumque noſtrorum expertes faciat foederatos. Plin. Epiſt. 4, 10 *pr.* Sabinam — *ſeruo* — ſic adſcripſiſſe legatum, Modeſto, quem liberum eſſe iuſſi. Cic. pro Lege Manil. 58 Mea quidem ſententia, Quirites, vnus A. Gabinius, belli maritimi, rerumque geſtarum auctor, comes Cn. Pompeio adſcribitur. Id. Fam. 9, 14 Hominum opinio ſocium me adſcribit tuis laudibus. *Et* pro Cluent. 34 c. 12 Cum eius filium faceret heredem, eum tutorem liberis non adſcripſit. Tutorem pupillo Paull. in l. Neſenn. D. de excuſation. Cic. Att. 1, 5 *fin.* Et te ſororemque tuam et matrem maxime diligit, ſalutemque tibi plurimam adſcribit. *Add.* ib. 6, 1. Adſcribere ſibi in teſtamento, *eſt* Sua manu, eiusue qui in poteſtate eſt, aliquid in rem ſuam alieno in teſtamento ſcribere l. 15 D. ad. l. Corn. de fal. *Eſt etiam* Titulus Codicis Iuſtinianei de his, qui ſibi adſcribunt in teſtamento. Hoc incommodum Scipioni adſcribendum videtur Cic. de Inuent. 1 c. 49. *Conf.* Plin. 10, 5. Claud. de Laud. Stilic. 2, 81. Cic. de Nat. Deor. 3, 89 c. 37 Nonnunquam bonos exitus habent boni: eos quidem adſcribimus attribuimusque ſine vlla ratione diis immortalibus. *Aſt* arripimus, *libri meliores.*

ASCRIBENS, *vel* ADSCRIBENS, ntis. Locum ei adſcribens Tertull. adu. Hermog. c. 38.

ASCRIPTVS. Partic. [προσγεγραμμένος] *vt,* Adſcripta dies literis Cic. Q. Frat. 3, 1. *Sed* Phaedr. 4, 10, 7 *eſt dies fatalis.* Cic. pro Arch. 7 c. 4 Ciuitatibus adſcripti. *Et mox* Adſunt Heraclienſes legati nobiliſſimi homines, huius iudicii cauſa, cum mandatis et cum publico teſtimonio venerunt, qui eum adſcriptum Heraclienſem dicunt. Feſtus, Aſcripti dicebantur, Qui in colonias nomina dediſſent, vt eſſent coloni. Adſcripti milites Id. *Conf.* Liu. 8, 14 Coloni adſcripti. *Sed* Seruus colonae adſcriptus aeſtimatus l. 54 §. 2 ff. locati conduct. *venditus intelligitur et* ideo ad periculum colonae pertinet. Haeres per falſum adſcriptus l. 4 ff. de his, quae vt indign. auf.

ASCRIPTIO, ōnis. f. [προσγραφὴ] Cic. pro Caecin. 95 c. 33 Vt ne longius abeam, declarat iſta adſcriptio eſſe aliquid.

ASCRIPTICIVS, a, um. [προσέγγραπτος] *Adſcriptus, vel ex genere adſcriptorum, quo nouitas quaedam et inferior gradus indicatur.* Cic. de Nat. Deor. 3, 39 c. 15 Quos, quaſi nouos et adſcripticios ciues in caelum receptos putant. ¶ 2 Adſcripticii, veluti quidam ſcripti dicebantur, qui ſupplendis legionibus adſcribebantur. Hos et Adcenſos dicebant, quod ad legionum cenſum eſſent adſcripti. Quidam Velatos, quod veſtiti inermes ſequerentur exercitum: nonnulli Ferentarios, quod fundis, lapidibusque praeliaturi ea modo ferrent, quae in hoſtes iacerent: alii Rorarios, quod id genus hominum antequam acies coirent, in modum rorantis tempeſtatis dimicarent. Feſtus. *Vid. mox* ASCRIPTIVVS. ¶ 3 Adſcripticii *colonorum genus eſt, de quo* Imp. Anaſtaſius l. 18 C. de agric. e cenſ. Agricolarum alii ſunt Adſcripticii, et eorum peculia domini competunt. Iuſtinian. l. 21 eod. Ne diutius dubitetur, ſi quis ex adſcripticia et libero, vel ex adſcripticia et ſeruo, vel adſcripticia e ancilla fuiſſet editus, cuius ſtatus ſit, vel quae peior fortun ſit, vtrumne adſcripticia an ſeruilis — Quae enim differentia inter ſeruos et adſcripticios intelligatur? cum vterque in domini ſu poſitus ſit poteſtate, et poſſit ſeruum cum peculio manumittere, e adſcripticium cum terra dominio ſuo expellere. *Add.* l. 23 eod.

ASCRIPTOR, *ſ.* ADSCRIPTOR, ōris. m. [προσγραφεὺς] *Qu ſe adſcribi patitur, vel potius adſcribit, i. adiungit ſe factioni alterius* Cic. pro Domo ſua 49 c. 19 Denique ille nouicius Ligur, venalis adſcriptor et ſubſcriptor tuus, quum M. Papirii ſui fratris eſſet teſtamento et iudicio improbatus, mortem eius ſe velle perſequi dixit Cic. Poſt red. in Senat. 24 c. 10 Itaque exſtitit non modo ſalutis defenſor, qui ante hoc vnum beneficium fuerat inimicus, verum etiam adſcriptor dignitatis meae. *Reſpicitur ad eos, qui SCto ſcribendo adſunt, vel alioquin nomen ſuum adſcribunt actioni alterius.* *Sic idem* Cic. Poſt red. in Sen. 8 Quod ſi Q. Metellus illo tempore conſul fuiſſet vnicus dubitatis quo animo fuerit in me conſeruando futurus, quum in reſtituendo auctorem fuiſſe aſcriptoremque videatis?

ASCRIPTĪVVS, *ſ.* ADSCRIPTIVVS, a, um. [προσέγγραπτος] *Idem qui* Adſcripticius. Plaut. Men. 1, 3, 2 EROT. Extra numerum e mihi. PE. Idem iſtuc aliis adſcriptiuis ad legionem fieri ſolet. A ſcriptiui, inquit Varro de L. L. 6, 3 quod olim adſcribebantur inermes, qui ſuccederent armatis militibus, ſi quis eorum deperiſſet.

ASCVLA, ae. f. *Diminutiuum ab* Aſſis *ſ.* Axis, *i. aſſer ſ. tignum tenuius, ſi recte emendauit Iſ. Voſſius* Catullum 17, 3 p. 45 Sed vereri inepta Crura ponticuli aſculis ſtantis. *Cum ſcriptura omnium librorum ſit* ac ſulcis tantis, *poſſis etiam* axulis *ſ.* aſſulis *legere eodem ſenſu.*

ASCVLVM. [Ἄσκλον] *Oppidum eſt Apuliae memorandum clad illata Pyrrho a Curio et Fabricio, Romanis conſulibus, vt late oſtendit Plutarch. in vita Pyrrhi. Ab hoc*

ASCVLĀNVS. Adi. Cicero de Clar. Orat. 169 Barrus Aſculanus cuius ſunt aliquot orationes Aſculi habitae.

ASCYRON. [ἄσκυρον] Herba eadem eſt, quae Androſaemon Plin. 27, 4 *et* 5. *Vid.* ANDROSAEMON. *Eadem dicitur*

ASCYROIDES, is. n. Plin. 27, 5. Dioſcor. 3, 163.

## A S D

ASDRVBAL. [Ἀσδρούβας] Punicum aliquot imperatorum Carthaginienſium nomen. Ouid. Faſt. 6, 770 Et cecidit telis Asdrubal ipſ ſuis. *Sic* Hor. Od. 4, 4, 34 Teſtis Metaurum flumen, et Asdruba Deuictus.

ASELLVS, *vid.* ASINVS.

## A S I

ASIA. [Ἀσία] *pri. corr. Tertia pars orbis cogniti, anguſtiore ap pellatione latius ſubinde extenſa.* *Aeneas ap.* Virg. Aen. 1, 385 Liby deſerta peragro Europa atque Aſia pulſus. Hor. Serm. 1, 7, — Bruto praetore tenente Ditem Aſiam. Tacit. Ann. 3, 7 Pe Amoena Aſiae atque Achaiae. Id. Ann. 4, 36 Qui proconſul Aſia curauerat.

ASIVS, a, um. [Ἄσιος] *Aſiaticus.* Seruius *quidem in illud* Vir Aen. 7, 701 — ſonat amnis, et Aſia longe Pulſa palus. *Et i illud* Georg. 1, 383 — et quae Aſia circum Dulcibus in ſtagnis r mantur prata Cayſtri. Paludem Myſiae, Cayſtro flumini cohaerentem *ſic vult vocari, et quantitatis diuerſitatem allegat, quod prima producat hoc adiectiuum, cum* Aſia *Subſtantiuum corripiat.* *Sed repugn ei vſus Poetarum, ſi non in* Aſiacus, *certe in* Aſis: *de quibus ſtatin Vid. Cerda ad ll. cc.* ¶ 2 Aſius lapis, *vid. ſub* ASSOS.

ASIĂCVS. Adi. [Ἀσιακὸς] *i. e. Aſiaticus. Laudatur* Ouid. Me 12, 5

12, 588 Ecquid vbi Aſiacas caſuras adſpicis artes. *Sed editur ex MS.* vt has iam iam.

ASIAGENES, is. *Cognomen Scipionis, qui Africani frater fuit* Liu. 39, 44. Apoll. Sidon. Carm. 7, 79. *Vid. Gronou. Obſſ.* 4, 25 p. 391 *ſqq.*

ASIATĬCVS. Adi. [Ἄσιος] *vt*, Aſiaticum orationis genus Cic. de Clar. Orat. 325 c. 95 *de Hortenſio*, Genus Orationis erat Aſiaticum, adoleſcentiae magis conceſſum, quam ſenectuti. Genera autem Aſiaticae dictionis duo ſunt: vnum ſententioſum et argutum, ſententiis non tam grauibus et ſeueris, quam concinnis et venuſtis — Aliud eſt non tam ſententiis frequentatum, quam verbis volucre atque incitatum: quali eſt nunc Aſia tota, nec flumine ſolum orationis, ſed etiam exornato et faceto genere verborum *etc. Vid. mox* ASIANVS. Aſiatica haereditas Flor. 3, 12.

ASIĀNVS, aliud Adi. [Ἀσιανὸς] *Qui eſt ex Aſia, vel in Aſia negotium habet. Sic* Aſiani, *Equites Romani publicani Aſiae.* Cic. Att. 1, 17 Aſiani, qui de Cenſoribus conduxerunt, queſti in Senatu, ſe cupiditate prolapſos, nimium magno conduxiſſe: vt induceretur locatio poſtulauerunt. *Ad eloquentiae genus deſignandum adhibet* Quinctilianus *illud, quod ex* Cicerone Aſiaticum *diximus. Nempe* 12, 10, 1 Differunt — Aſianus eloquens Attico — ſ. 12 M. Tullium — et ſuorum homines temporum inceſſere audebant vt tumidiorem, et Aſianum, et redundantem, et in repetitionibus nimium. — ſ. 16 Et antiqua quidem illa diuiſio inter Aſianos atque Aſiaticos fuit, cum hi preſſi et integri, contra inflati illi et inanes haberentur, et, in his nihil ſuperflueret, illis iudicium maxime ac modus deeſſet. — hoc putant accidiſſe, quod paullatim ſermone Graeco in proximas Aſiae ciuitates influente, nondum ſatis periti loquendi facundiam concupierint, ideoque ea, quae proprie ſignari poterant, circuitu coeperint enuntiare, ac deinde in eo perſeuerauerint. Mihi autem orationis differentiam feciſſe et dicentium et audientium naturae videntur, quod Attici, limati quidem et emuncti, nihil inane aut redundans ferebant: Aſiana gens tumidior alioqui atque iactantior, vaniore etiam dicendi gloria inflata eſt. Tertium mox, qui haec diuidebant, adiecerunt genus Rhodium, quod velut medium eſſe, atque ex vtroque mixtum volunt. Neque enim Attice preſſi, neque Aſiane ſunt abundantes. *Add.* Cic. Bruto 51 c. 13 Vt ſemel e Piraeeo eloquentia euecta eſt, omnes peragrauit inſulas, atque ita peregrinata tota Aſia eſt, vt ſe externis obtineret moribus, omnemque illam ſalubritatem Atticae dictionis quaſi ſanitatem perderet, ac loqui *(naturali ſermone et familiari vti)* dediſceret. Hinc Aſiatici oratores non contemnendi quidem, nec celeritate nec copia, ſed parum preſſi et nimis redundantes. Rhodii ſaniores, et Atticorum ſimiliores.

ASIS, ĭdis. f. *pro* Aſiaca *vel* Aſia. Ouid. Met. 5, 648 Iam ſuper Europen ſublimis et Aſida terras Vectus erat iuuenis. Idem Met. 9, 447 Aegeas metiris aquas, et in Aſide terra Moenia conſtituis, poſitoris habentia nomen, *de Mileto.*

ASĪLVS, i. m. [οἶστρος] *Inſecti genus, bubus moleſtum, de quo* Virg. Georg. 3, 147

Eſt lucos Silari circa, ilicibusque virentem
Plurimus Alburnum volitans, cui nomen aſilo
Romanum eſt, oeſtron Graii vertere vocantes.

¶ 2 *Eſt etiam piſcis Aſilus, de quo Burm.* ad Petron. c. 35 p. 148. Philargyrius ad *h. l. ponit ex* Nigidio de animalibus iſta: Aſilus eſt muſca varia, tabanus, bubus maxime nocens. Hic apud Graecos prius myops vocabatur, poſtea magnitudine incommodi oeſtrum appellarunt. *Vid. infra* OESTRVS.

ASINVS, i. m. [ὄνος] *Notum animal, cuius primo elogia quaedam ponemus ex* Colum. 7, 1, 1 ſq. Exiguo et qualicunque pabulo contentus — plagarum et penuriae tolerantiſſimus — laboris et famis maxime patiens — Huius animalis tam exiguae tutelae plurima et neceſſaria opera ſupra portionem reſpondent, cum et facilem terram — leuibus aratris proſcindat, et non nimio (*al.* minimo) pondere vehicula trahat. — Iam vero molarum et conficiendi frumenti paene ſollemnis eſt huius pecoris labor. *Conf.* Plin. 8, 43 ſ. 68. Col. 6, 37, 6 Aſinus deſtinatus mularum generi ſeminando *ſic deſcribitur*, Sit ampliſſimi corporis, ceruice valida, robuſtis ac latis coſtis, pectore muſculoſo et vaſto, feminibus lacertoſis, cruribus compactis, coloris nigri vel maculoſi. Nam murinus cum ſit in aſino vulgaris, tum etiam non optime reſpondet in mula. Varro 2, 6, 2 *haberi vult* firmos, omnibus partibus honeſtos, corpore amplo, ſeminio bono, ex his locis vnde optimi exeunt, quod faciunt Peloponneſii, cum potiſſimum eos ex Arcadia emant; in Italia ex agro Reatino. — Horum genera duo: vnum ferum, quas vocant onagros — alterum manſuetum — Ad ſeminationem onagrus idoneus, quod e fero fit manſuetus facile, et e manſueto ferus nunquam. Quod ſimiles parentum genuntur, eligendi et mas et femina cum dignitate vt ſint. Aſini molarii et ploſtrarii Cato de R. R. 11, 1. ornati, clitellarii *ibid.* 10, 1. vulgares Col. 7, 1, 1. *In Senaculo Elagabali ap.* Lamprid. c. 4 facta ſunt Senatus conſulta, quae *matrona* pilento, quae equo ſagmario, quae aſino veheretur, quae carpento mulari *etc.* ¶ 2 *Prouerbio occaſionem dedit illud* Plauti Aul. 2, 2, 51

Nunc ſi filiam locaſſim meam tibi, in mentem venit,
Te bouem eſſe, et me eſſe aſellum: vbi tecum coniunctus ſiem
Vbi onus nequeam ferre pariter, iaceam ego aſinus in luto:
Tu me bos magis haud reſpicias, gnatus quaſi nunquam ſiem.
Et te vtar iniquiore, et meus me ordo irrideat.
Neutribi habeam ſtabile ſtabulum, ſi quid diuortii fuat.
Aſini me mordicibus ſcindant, boues incurſent cornibus.
Hoc Magnum mihi eſt periculum *Ab aſinis ad boues tranſcendere.*

*Prouerbiale etiam eſt illud* Plauti Poen. 3, 3, 70 LYCVS. It ad me lucrum. COLLYB. Illud quidem *(eo it nempe)* quorſum aſinus caedit calcibus, *i. retro etc. Itemque* Petron. 63 Aſinus in tegulis. ¶ 3 *Tarditas in hoc animali ac patientia obſeruata olim, ſed non ita ludibrio habita. Homeri certe aetate nihil ridiculi habuiſſe*, Homerica *illa comparatio docet, qua Aeantis multitudine ſuperati exceſſum cum aſini e ſegete expulſione contendit* Ιλ. λ, 557 ſqq. *Stuporem tamen et ἀμαθίαν Pindari iam aetate ei animali exprobratam indicare videntur illae Scytharum Hyperboreorum ὀνοσφαγίαι, in honorem Phoebi peractae, de quibus Bentlei. ad Callim. fragm.* 188. *Quidquid eius ſit*, Varronis *aetate ὄνοι λύρας in prouerbio erant, quod docet* Gell. 3, 16. Cic. in Piſon. 73 c. 30 Quid nunc te, aſine, literas doceam? non opus eſt verbis, ſed fuſtibus. *In ſeruos* Plaut. Pſeud. 1, 2, 4 Exite, agite, ite ignaui — Neque ego homines magis aſinos vnquam vidi, ita plagis coſtae callent: Quos dum ferias, tibi plus noceas. Ter. Heaut. 5, 1, 3 In me quiduis harum rerum conuenit, Quae ſunt dictae in ſtultum, caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus: In illum nil poteſt, exſuperat eius ſtultitia haec omnia. *Sed paullo humanius, in hominem grandem puerile officium fungentem*, Ter. Eun. 3, 5, 50 Tum equidem — videre nimium vellem Qui eſſet ſtatus, flabellulum tenere te aſinum tantum. Id. Ad. 5, 8, 12 *Pater cum hilaritate ſtomachabundus ad filium importune rogantem*, Quid tu autem huic, aſine, auſcultas? *Huc pertinet illa ſanna aſininas aures oſtendentium quam deſcribit* Perſ. 1, 59 O Iane, a tergo quem nulla ciconia pinſit, Nec manus auriculas imitata eſt mobilis albas. *Forte legendum* altas. *Neque Midae fabula altorſum refertur.* ¶ 4 Aſinus *in piſtrino ſuperior molae lapis, imitatione Graecorum apud Heſych.* Catull. 98, 10 Et non piſtrino traditur, atque aſino *circumagendo nimirum? Sic poſt Muretum optime Voſſius ad h. l. p. 326. qui etiam de molari lapide intelligit* L. 12 §. 10 ff. de Inſtructo et Inſtrum. leg. Aſinum machinarium, *neſcio an ſatis bene, cum recenſeat* Vlpianus Molas et machinas, fenum, ſtipulas, aſinum machinarium, machinam frumentariam *etc.*

ASINA, ae. f. Ex equo et aſina fit hinnus Varro de R. R. 2, 8. *Add.* Columel. 6, 37. Plin. 8, 44. Aſinae praegnantes continuo lacteſcunt Idem 11, 41. *Datiu. Plural.* Aſinis a foetu dolent mammae Idem 11, 40.

ASELLVS. Dimin. [ὀνάριον] Plin. 17, 5 Campum nullis quum ſiccus eſt, arabilem tauris: poſt imbres, vili aſello. Auritus aſellus Ouid. Amor. 2, 7, 15. Bipes aſellus Iuuen. 9, 92 *draucus, aſininae libidinis homo, qui et viro pathico, et illius vxori adulterae ſufficiat.* Doſſuariis aſellis comportant mercatores oleum, vinum *etc.* Varro de R. R. 2, 6, 5. Miſerandae ſortis aſellus Ouid. Amor. 2, 7, 15. Lente gradiens Idem Met. 11, 179 de Mida. Pandus aſellus, *i. Curuus ab onere tergum deprimente* Id. Met. 4, 27 *de Sileno.* Rudens Ouid. Faſt. 1, 433. Tardus Virgil. Georg. 1, 273. Agitator aſelli, *i. Agaſo* Idem Georg. 1, 273. Horat. Serm. 1, 9, 20 Demitto auriculas, vt iniquae mentis aſellus, Quum grauius dorſo ſubiit onus. Onuſtus auro Cic. Att. 1, 16. Fabellam narrare ſurdo aſello, *prouerb.* Horat. Epiſt. 2, 1, 199. *in eos, qui nec audiunt, nec intelligunt.* ¶ 2 Plin. 18, 35 ſ. 80 Sunt in ſigno cancri duae ſtellae paruae, Aſelli appellatae, exiguum inter illas ſpatium obtinente nubecula, quam Praeſaepia appellant. Haec cum caelo ſereno apparere deſierit, atrox hiems (*i. tempeſtas*) ſequitur. Si alteram earum Aquiloniam caligo abſtulit, Auſter ſaeuit: ſi Auſtrinam, Aquilo. ¶ 3 Aſellus *piſcis.* Plin. 9, 16 ſ. 28 Poſtea praecipuam auctoritatem fuiſſe lupo et Aſellis, Cornelius Nepos, et Laberius Poëta mimorum tradidere. — Aſellorum duo genera, callariae minores: et bacchi, qui non niſi in alto capiuntur. It. 32, 10 Ex aſello piſce lapilli, qui plena luna inueniuntur in capite. *De hoc* Ouid. Hal. 131 Et tam deformi non dignus nomine aſellus. *Et* Petroniana Quartilla c. 24 Poſt aſellum diaria non ſumo: *Vnde illud certe patet delicatum habitum.* Gell. 7, 16 *inter* domicilia ciborum omnibus aliis praeſtantia, quae profunda ingluuies inueſtigauit, Aſelli Peſſinuntii. ¶ 4 *Denique* Aſellus Corinthius cum biſaccio Petron. c. 31 *eſt ſignum ex aere Corinthio aſelli, in cuius* biſaccio *aperte, et velut corbibus vtrinque ſuſpenſis erant oliuae.*

ASELLA, ae. f. Ouid. de Arte Am. 3, 290 Vt rudit ad ſcabram turpis aſella molam.

ASELLVLVS, i. m. Arnob. 3 p. 109.

ASINARIVS, a, um. [ὀνηλάτης, ὀνικὸς] *Qui paſcit aſinos, vel agit etc.* Cato 10 Operarios quinque, bubulcos tres, ſubulcum vnum, aſinarium vnum. *Add.* Sueton. in Auguſt. 96. Varr. R. R. 1, 18. Apul. Met. 6 p. 181. Mulier aſinaria Id. Met. 7 p. 191. Mola aſinaria, Quam circumagit aſinus Cato de R. R. 10. Plauti Aſinaria *dicta eſt Comoedia, quod de aſinorum venditione tractet. Vid. prol. v. 12.* ¶ 2 Aſinarii *per conuicium dicti primi Chriſtiani apud* Tertull. Apol. 16, *crimine, quod ibi oſtenditur, a Iudaeis tracto, quos adorare caput aſini, vulgata a* Tacito Hiſt. 5, 4, 2 *fabula. Add.* Tertull. ad Nat. 1, 11 *et* 14. Min. Fel. 28, 8. *et quae vbique viri docti.*

ASINĪNVS. *Aliud* Adi. [ὄνειος, ὀνικὸς] *quod eſt Aſini: vt*, Aſininus pullus Varro de R. R. 2, 8. Oſſa aſinina Plin. 16, 36. Aſinina pruna Idem 15, 13. Lac Plin. 11, 41. Stercus Varr. R. R. 1, 38.

ASINALIS, e. Verecundia Apul. Met. 4 p. 153. Aures Fulgent. Mythol. 4.

ASINISCA, *vel* ASINVSCA, ae. *Vitis genus* Plin. 14, 3.

ASIBIDA, *vel* ASIVIDA, ae. *Qui aſino vehitur.* Plaut. Bacch. Suppoſ. prol. v. 31 Aſiuidam Ionii me vocitant greges, quod vectario ſenex vehar aſino. *Eſt igitur velut* Aſiniuehida.

ASIO, ōnis. [ὦτὶς] *Auis ex genere noctuarum*, Plin. 10, 23 Otis bubone minor eſt, noctua maior, auribus plumeis eminentibus: vnde et nomen illi. Quidam Latine Aſionem vocant. *Add.* Id. 29, 6.

ASMODAEVS, i. m. *Daemon connubiorum inimicus.* Vulg. Tobia 3, 8.

## A S O

ASOMATOS, i. m. *Incorporeus.* Aſomato in profatu Mart. Capell. 3 p. 49, 31. *Conf.* Cic. de Nat. Deor. 1 c. 12 Quod vero ſine corpore vllo Deum vult eſſe Plato, vt Graeci dicunt, ἀσώματον, id quale eſſe poſſit, intelligi non poteſt. Careat enim ſenſu neceſſe eſt, careat etiam prudentia, careat voluptate: quae omnia vna cum deorum notione comprehendimus: *Dicuntur iſta ex perſona Velleii Epicurei: ſed impoſuere, vt conſtat, antiquis etiam Chriſtianis.*

ASŌPVS. [Ἄσωπος] *Amnis Thebas praeterfluens, fabulis nobilitatus. Vid. v. g.* Stat. Theb. 7, 315, *vbi eius irae contra Iouem, ob raptam ab illo Aeginam filiam.* Propert. 3, 15, 27 Saepe vago Aſopi ſonitu permota fluentis.

ASŌPIS, ĭdos. [Ἀσωπὶς] Aſopi *fluuii filia* Aegina. Ouid. Met. 6, 113 Aureus vt Danaën, Aſopida luſerit igneus.

ASOPIĂDES. Patronym. maſc. [Ἀσωπιάδης] *Quod apud Poëtas accipitur pro* Aeaco, Aſopi *nepote, qui pater fuit Aeginae, matris Aeaci.* Ouid. Met. 7, 484 Huic Aſopiades, Petis irrita, dixit, *etc.*

ASŌTVS, i. [ἄσωτος] Aſoti *dicuntur verbo Graeco, qui luxu et voluptatibus ita ſunt perditi, vt ſeruare ipſa illos ſalus non poſſit: qui Latine* nequam *dicuntur.* Cic. de Fin. 2, 23 c. 8 Nolim enim mihi fingere aſotos (vt ſoletis) qui in menſam vomant, et de conuiviis auferantur, crudique poſtridie ſe rurſus ingurgitent, qui Solem (vt aiunt) nec occidentem vnquam viderint, nec orientem, qui conſumtis patrimoniis egeant: nemo noſtrum iſtius generis aſotos iucunde putat viuere. *Saepius hoc nomine vtitur* l. c. ſ. 22 *et* 23 c. 7 *et* 8. *Et* de Natur. Deor. 3, 77 c. 31 Poſſe enim aſotos ex Ariſtippi, acerbos e Zenonis ſchola exire.

ASOTIA, ae. *Nequitia, luxuries.* Sumtum plurium aſotiamque adoleſcentis viri deplorans Gell. 10, 17. *Add.* Id. 19, 9.

ASOTOS. Adu. Gr. ἀσώτως. Martial. 4, 9 Soti filia — ἔχεις ἀσώτως, *nequam es, nequiter te habes.*

## A S P

ASPALĀTHVS. [ἀσπάλαθος] Spina candida (*teſte* Plin. 12, 24.) magnitudine arboris modicae, flore roſae, cuius radix vnguentis expetitur. *Conf.* Plin. 15, 7 *et* 24, 13.

ASPALAX. *Herba, ſponte naſcens.* Plin. 19, 6.

ASPARĂGVS, i. m. [ἀσπάραγος] *Frutex.* Aſparagi radix Scribon. Varro de L. L. 4, 2 p. 27, 9 Aſparagi, quod ex aſperis virgultis leguntur, et ipſi ſcapi aſperi ſunt, non laeues. *Sed ſapienter ſubiicit*, Niſi Graecum: illic enim quoque *dicitur* ἀσπάραγος. Martial. 13, 21 Mollis in aequorea quae creuit ſpina Rauenna, Non erit incultis gratior aſparagis. *Hinc vſurpatum Auguſto prouerbium de feſtinatae rei velocitate*, Citius quam aſparagi coquantur Sueton. Aug. c. 87. De aſparago *vid.* Plin. 19, 8. Gallicus Id. 21, 13. Silveſtris 15, 37. Montani Aſparagi, poſito quos legit villica fuſo Iuuenal. 11, 69. Aſpharagos *dicitur* Apul. de Herb. c. 84.

ASPARGO, *vid.* ASPERGO.

ASPECTABILIS, ASPECTO, ASPECTVS, *vid.* ASPICIO.

ASPELLO, uli, ulſum, ĕre. [ἀπωθῶ] *q. d. abs ſe pellere.* Plaut. Capt. 3, 3, 4 Neque exilium exitio eſt, neque adeo ſpes, quae mihi hunc aſpellat metum. Cic. Tuſc. 2, 25 c. 10 Sed longe a leto numine aſpellor Iouis, *ex Aeſchylo verſum.* Plaut. Trin. 3, 2, 46 *paradoxon amatorium*, Ille qui aſpellit, is compellit: ille qui conſuadet, vetat. Idem Merc. 1, 2, 5 Eos, qui aduorſum eunt, aſpellito, detrude, deturba in viam.

ASPENDIOS. Vuae genus, damnatum aris, quod nec ab vlla alite etiam attingitur, *vt auctor eſt* Plin. 14, 18. *Ab vrbe Pamphyliae* Aſpendo, *vnde etiam* Aſpendius *cithariſta, de quo in* CANERE INTVS.

ASPER, ĕra, ĕrum. [τραχὺς] *Primo ſic vocari videtur, quod tactum offendit, deinde quidquid etiam cuicunque alii ſenſui vel externo vel interno moleſtum.* Cic. de Fin. 2, 36 c. 12 Senſus iudicat dulce amarum, lene aſperum, longe prope, *etc.* Cic. in Partit. Orat. 30 In locis autem et illa naturalia, leues an aſperi, ſalubres an peſtilentes, *etc.* Aſper ſiti Virgil. Georg. 3, 434, *de angue, ob id ipſum terribili.* Aequore quouis aſperior Ouid. Faſt. 3, 580. Aſpera et rudia Vell. 1, 17, 1. *de ſcriptis.* Aſperrimo hiemis Ticinum vſque progreſſum Tac. Ann. 3, 5. *Sic id.* A. 4, 6 Maris aſpera *dixit.* ¶ 2 *De animo* Aſper, *Iniquus.* Virgil. Aen. 1, 283 Quin aſpera Iuno. *Sic* Aſperius nihil humili, quum ſurgit in altum Claud. in Eutr. 1, 181. In malos aſperrimus Parata tollo cornua Hor. Epod. 6, 11. *Ipſe* Cic. pro Cn. Planc. 40 c. 10 Tu deligas ex omni populo aut amicos tuos, aut inimicos meos, aut denique eos, quos inexorabiles, quos inhumanos, quos crudeles exiſtimes, *etc.* Eodemque adiungas, quos natura putes aſperos, atque omnibus iniquos. Liu. 3, 65 L. Trebonius — inſectandis patribus, vnde Aſpero etiam inditum eſt cognomen, tribunatum geſſit. *Sic* Seruius ad Virgil. Aen. 8, 365 — rebusque veni non aſper egenis, Aſper, Aſpernator, faſtidioſus, ingratus. Monitoribus aſper Horat. in Arte Poët. 163. Promptum ad aſperiora ingenium Druſo erat Tacit. Ann. 1, 29. ¶ 3 *Haec nunc ad ſubſtantiua, quibus iungitur, accommodare facile fuerit.* Liu. 39, 40 *in elogio Catonis*, Aſperi procul dubio animi, et linguae acerbae, et immodice liberae fuit: ſed inuicti a cupiditatibus animi, et rigidae innocentiae. Arteria *vid. ſ. l.* Aſilus, *vid.* ASILVS. Bella Hor. Epiſt. 2, 1, 7. Bellum aſperrimum Salluſt. Iugurth. 48. Bos aſpera cornu, *quae cornibus ferire ſolet* Virgil. Georg. 3, 57. Aſper bos manſueto coniungitur Pall. Mart. 12, 4. Capillis aſperis horret Hor. Epod. 5, 27. Coena aſpera Plaut. Capt. 3, 1, 37 Redibo huc ad ſenem, ad coenam aſperam. Crabro Virg. Georg. 4, 245. Cic. pro Muraen. 60 Acceſſit his tot, doctrina nec moderata, nec mitis: ſed, vt mihi videtur, paullo aſperior et durior, quam aut veritas aut natura patiatur. *de Catonis virtutibus.* Dominatio nimia atque aſpera Pompon. in l. 2 §. et quum placuiſſet. D. de origin. iuris. Tacit. Ann. 15, 68 Ille ferociam amici metuit, ſaepe aſperis facetiis illuſus. *Sic* Aſperioribus facetiis aliquem perſtringere Cic. pro Planc. c. 14. Gens cultu aſpera Virgil. Aen. 5, 730. Glacies Idem Ecl. 10, 49. Cic. de Fin. 4, 78 c. 28 Peripatetici verba tenent mordicus, quae dum ſibi euelli ex ordine nolunt, horridiores euadunt, aſperiores, duriores, et oratione et moribus. Hiems aſpera creſcit Ouid. Met. 11, 490. Aſperrima Vell. Paterc. 2, 113, 3. Iugum Caeſ. Bell. Ciuil. 2, . . Iuuenis Lamprid. in Diadum. ſub fin. Ouid. de Arte Am. 3, 223. *de ſtatua Veneris*, Cum fieret, lapis aſper erat. Leo Horat. Carm. 3, 2, 10. Virg. Georg. 3, 508 — et obſeſſas fauces premit aſpera lingua. *Obſeſſas fauces, i. Clauſas.* Aſpera, nimia ſiccitate. Seruius. Columel. 12, 46, 1 Aſpero Linteolo, vel etiam cilicio detergito, quidquid arenae inhaerebit. Ouid. Faſt. 5, 481 Aſpera mutata eſt in lenem tempore longo Litera, *De* Lemuriis *loquitur, quae* Remuria *dicta fuerant, r in l mutata.* Loca Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 42. Lupus dulcedine ſanguinis Ouid. Met. 11, 402. Militia horridior aſperiorque Liu. 45, 36. Nubila Lucret. 6, 133. Numus, *recenter cuſus et ſignatus* Sueton. in Neron. 44. Perſ. Sat. 3, 69. *Vid. Caſaubonus ad vtrumque locum. Et quae mox dabimus ad* Vaſa aſpera. Odia Virg. Aen. 2, 96. Cic. in Orat. 20 Et grandiloqui, vt ita dicam, fuerunt eum ampla et ſententiarum grauitate, et maieſtate verborum, vehementes, *etc.* quod ipſum alii aſpera, triſti, horrida oratione, neque perfecta, neque concluſa, *etc.* Idem de Clar. Orat. 219 C. Fimbria temporibus iisdem fere, ſed longius aetate prouectus, habitus eſt ſane luculente patronus aſper, maledicus, genere toto paullo feruidior atque commotior. Pelles Horat. Carm. 2, 20, 9, *in cruribus cycni.* Piper Plin. 12, 7. Pugna Virgil. Aen. 12, 124. Rubus Idem Ecl. 3, 89. Sapor Id. Georg. 4, 277. *De flore amello.* Saporis aſperrimi frutex Plin. 12, 12. *Et* 14, 2. Saxa Cic. in Piſon. 43. Ouid. Met. 6, 76. Saecula Virgil. Aen. 1, 295. Sentes Idem Aen. 2, 379. Studiis aſperioribus formare mentem Horat. Carm. 3, 24, 53. Virgil. Georg. 1, 152 — intereunt ſegetes, ſubit aſpera ſilua. Silua autem hoc loco de Herbis intelligendum, *vt* Seruius *adnotat.* Silua aſpera et denſa Cic. Att. 12, 16. Id. pro Corn. Balb. 21 Summa vtilitate ac maximo ſaepe praeſidio in periculis atque aſperis temporibus carendum erit. Terra tractatu aſpera Plin. 17, 7. Aſpera ſignis *vaſa ſunt caelata figuris exſtantibus ſ. eminentibus.* Virgil. Aen. 5, 267 Cymbiaque argento perfecta, et aſpera ſignis. *Et* Aen. 9, 263 Bina dabo argento perfecta et aſpera ſignis Pocula. Sen. Hippol. 899 Regale paruis aſperum ſignis ebur. Ouid. Met. 12, 235 Forte fuit iuxta ſignis exſtantibus aſper Antiquus crater. *Et* Met. 13, 700 Antiquo ſignis fulgentibus aere Summus inaurato crater erat aſper acantho. Sil. 2, 431 Nec non et laeuum clipei latus aſpera ſignis Implebat Spartana cohors, *vbi ipſa imago vocatur* aſpera, *i. expreſſa, eminens. Et* 11, 279 Aſpera menſa Pondera caelati fulgent antiquitus auri. *Sic* Claudian. de Laud. Stil. 2, 88 Cingula baccis aſpera dixit. *Vid.* EXASPERO. Verba Ouid. ex Pont. 2, 6, 8. Plaut. Capt. 1, 2, 85 HE. Aſper meus victus ſane eſt. ER. Senteſne eſitas? Vinum, *cui opponitur* lenius Ter. Heaut. 3, 1, 49. Virgo Sen. Med. 87. *de Diana. it.* Virgil. Aen. 11, 664. *de Camilla bellatrice.* Virtus Sil. 7, . . Vox aſperior Curt. 7, 1, 23. Vrbs ſtudiis belli aſperrima Virg. Aen. 1, 18. Aſpri, *pro* Aſperi, *Synaereſis vſitata apud Poetas.* Virg. Aen. 2, 379 Improuiſum aſpris veluti qui ſentibus anguem Preſſit. *Sed etiam* Scribon. c. 180 Aſpro linteo inuolutae manus. *Laudat Rhodius in Lexic. Scribon. h. v.* Lucan. lib. 9 Aſproſque molares Deculcare genis. *Verum in Lucano nihil eius eſſe puto. Sed* Pallad. de Inſit. 67 Caſtaneae ſeptos aſpro velamine foetus. *Vid. infra* ASPRATVS, ASPRATILIS, *etc.*

ASPERĬTAS, ātis. f. [τραχύτης, τραχυσμὸς] *Contraria eſt Lenitati.* Cic. de Fin. 4, 79 c. 28 Quam illorum triſtitiam atque aſperitatem fugiens Panaetius, nec acerbitatem ſententiarum, nec diſſerendi ſpinas probauit. Senatus ſine aſperitate, non ſine ſeueritate lectus Vell. 2, 89, 4. Aſperitas aceti Plin. 9, 35. Loci iniqua aſperitas Ouid. ex Pont. 4, 4, 22. Locorum Liu. 44, 7. *it.* Curt. 7, 3, 6. Viarum Cic. Phil. 9, 2. Viae, Montis Cic. Att. 9, 1. Liu. 28, 1. *De animo:* Habebat auunculum difficillima natura, cuius ſic aſperitatem veritus eſt, vt quem nemo ferre poſſet, huius ſine offenſione retinuerit beneuolentiam Nep. 25, 5, 1. Aſperitatem animae et animi *coniungit* Plin. 22, 24 ſ. 51 Eſt ratio ſubtilitatis immenſae a Platone deſcendens — in laſſitudine proniores eſſe ad iracundiam, et in ſiti Ergo et haec animi aſperitas, ſeu potius animae, dulciore ſucco (*mellis*) mitigatur. Lenit tranſitum ſpiritus, et molliores facit meatus ne ſcindant euntem redeuntemque — Ideoque obſeruanda ſunt quae non ſolum corporum medicinam, ſed et morum habent. Lucan. ad Piſon. 118 — tu mitis, et acri Aſperitate carens. Aſperitas odium ſaeuaque verba mouent Ouid. A. A. 2, 146. Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura eſt Pectora molleſcunt aſperitaſque fugit Id. Pont. 1, 6, 7. Cic. de Orat. 2, 212 Neque vlla eſt temperatior oratio, quam illa, in qua aſperitas contentionis, oratoris ipſius humanitate conditur. Verborum aſperitas Ouid. Met. 14, 526. Aſperitas orationis Liu. 2, . . Vocis aſperitas Lucret. 4, 555. Aſperitatis et inuidiae corrector Horat. Epiſt. 2, 1, 129. Aſperitas agreſtis, et inconcinna Idem Epiſt. 1, 18, 6. *Plur.* Salluſt. Iugurth. 7 Omnes aſperitates ſuperuadere.

ASPERITER. Adu. Antiquum, Naeuius Pullis, Vbi tu nequam cubares aſperiter Non. 11, 32.

ASPERE. Adu. [τραχέως] Cic. Fam. 1, 5 Poſteaquam Pompeius apud populum ad VIII Idus Februarias, quum pro Milone diceret, clamore conuicioque iactatus eſt, in Senatuque a Catone aſpere et acerbe nimium magno ſilentio eſt accuſatus. Inſigniter atque aſpere vituperare Cic. de Orat. 2, 349. Tacit. Ann. 4, 31 Quod acceptum aſpere ad praeſens mox in laudem vertit. Cic. de Orat. 227 c. 53 M. Cato Galbae grauis atque acer inimicus, aſpere apud populum Romanum, et vehementer eſt loquutus. Nimis aſpere tractare aliquem Idem Q. Fratr. 2. Id. pro Planc. 33 Publicanorum in Q. Scaeuolam virum omnibus ingenio, iuſtitia, integritate praeſtantem, aſpere et ferociter et libere dicta commemorem? Quis vituperare *poteſt* improbos Aſperius? Cic. de Orat. 2 c. 9. Id. Att. 9, 15 Quod ſcribis, aſperius me quam mei patiantur mores, de Dionyſio ſcripſiſſe: vide quam, *etc.* Aſperrime ſaeuire Vell. 2, 7, 4. Ad. Sen. de Ira 3, 37. Peſſimus quisque aſperrime rectorem patitur Salluſt. de Rep. Ord. 1, 1. Aſperrime loqui de aliquo, *vid.* LOQVOR.

ASPĔRO, āre. [τραχύνω] *Aſperum facere.* Columel. 8, 3, Aſcenſus deinde auibus ad tabulata per vtramque cellam datur iunctis parieti modicis aſſerculis, qui paullum formatis gradibus aſperantur, ne ſint aduolantibus lubrici. Pallad. Febr. 31 *extr. de vino myrtite* Solet limum dyſentericae paſſionis medicabiliter aſperare, *i. excrementa ſolidiora reddere.* Varro de R. R. 3, 16, 20 Minus valentium ſigna ſi ſunt piloſae et horridae, vt puluerulentae, niſi opificii eas vrget tempus, tum enim propter laborem aſperantur et maceſcunt. *Sic* Pall. Iun. 7, 2 Aſperantur caloribus apes. Aſperare vndas *dicuntur Aquilones* Virgil. Aen. 3, 285. Praeceps diſcordia fratres aſperat Stat. Theb. 1, 138. *vbi vid. Barth.* Tacit. Ann. 2, 29 Ita moderans ne lenire, neue aſperare crimina videretur. Aſperat haec foedat genas — Imilce Sil. 4, 776. *Sic optime ex MSS. pro* Aſpar a haec. Hunc aſperauere carmina incertis auctoribus vulgata Tacit. Ann. 1, 72, 6. Iram aſperare Idem Hiſt. 2, 48. Sagittas oſſibus aſperare, *i. cuſpidare* Id. de Germ. 46. Saxo aſperare pugionem Tac. Ann. 15, 54. *i. acuere.*

ASPERĀTVS. Partic. Tabula ferro aſperata Varr. R. R. 1, 52 Aſperata paſſionis magnitudo Cael. Aurel. Ac. 2, 37. Plin. 29, 6 Alopecias replent — muſcarum capita recentia, prius folio ficulneo aſperatas. Pallad. 1, 11, 2 Aſperati parietes.

ASPRATVS, a, um. Aſprata lima poliri Sidon. Epiſt. 4, 8 Baccarum praefert leues aſprata lapillos Id. Carm. 2, 419.

ASPRATILIS, e. Petra, Terminus Auctores Rei agrar. p. 228 305. *etc.* Goeſ.

ASPRATILES. Piſces *ex* Plinio Valer. *Rhod. in Lexic. Scribon. Vid.* ASPER.

ASPRĒDO, ĭnis. f. [τραχύτης] *i. Aſperitas.* Celſ. 5, 27 Interdum ſimile his, quae vocant Graeci κονδυλώματα, aſpredine quadam et magnitudine ſua. *De carcinomate loquitur.* Ibid. 28, 2, *vbi tamen al. aſpritudo.*

ASPRITVDO, ĭnis. f. [τραχύτης] *Idem.* Celſ. 7, 23 Linguae aſpritudo. *Et* c. 26 Calculi aſpritudo. *Et* 6, 6, *de imbecillitate oculorum*, Licet tamen etiam iisdem medicamentis non inutiliter vti quae vel cicatrices, vel aſpritudinem extenuant. Oculorum Scribon. Larg. 32, 33, 35, palpebrarum Idem 26, 36. Vt vngui nulla pateat aſpritudo Id. c. 113. Aſpritudinem habere Scribon. 21. 22. 64 *de medicamentis, vt collyriis et ſtomaticis. Etiam* Celſ. 5, 28, 15 pr. *vbi vulgo*, Circa totum corpus partemue aſpredo, *alii legunt*, Aſpritudo: *vid.* Morgagni Epiſt. 1. in Celſum. *Inuenitur etiam* Aſperitudo, *v. g.* Tertull. de Poenit. c. 11. Apul. Met. 1 pr. *al. aſpritudo.* Marc. Empir. c. 8.

ASPRĒTVM, i. *Locus aſper et abruptus.* Liu. 35, 28 Tabernacula ſtatuere in aſpretis et inaequabili ſolo difficile erat. *Add.* Grat. Cyneg. 241.

ASPERGILLVM, *vid. poſt* ASPERGO.

ASPERGO, *vel* ADSPERGO, ſi, ſum, ĕre. [ῥαίνω, ῥαντίζω] *Ex* Ad *et* Spargo *compoſitum ; aliquantulum madefacere ſignificat.* Propert. 1, 12, 16 Nonnihil aſperſis gaudet amor lacrymis. Aram ſanguine aſpergere Cic. de Natur. Deor. 3, 88 c. 36. Aſpergere totam faciem aqua frigida Scribon. 46. Aſpergere aquam *dicitur, qui dicto quopiam reddiderit animum, ac metum ademerit, ſumtum ab iis, qui in deliquio, quam Graeci λειποθυμίαν appellant, aſperſa in faciem aqua, ad ſui ſenſum reuocantur.* Plaut. Truc. 2, 4, 15 Aſperſiſti aquam, iam rediit animus. *Quod* Terent. Andr. 2, 1, 35, *ſimpliciter,* Reddidiſti animum. Aſpergere minutatim : Haec cum aceti hemina terere oportet, et minutatim aſpergere, ne efferueſcat medicamentum Scribon. 207. *i. adiicere.* Aſpergi, *abſolute* Ibid. 173, 267, *pro adiici.* Aſperſum carbonibus ſemen 54. *Add.* 75, 207 Aſpergere ſuper Scrib. 47. Aſpergere ſalem carnibus Plin. 8, 38. *Et*, Aſpergere ſale carnes Idem 15, 6. Minuto et trito ſale carnem aſpergere Columel. 12, 53. ¶ 2 *Metaphoras parit varias. V. g.* Cic. Fam. 6, 6 Eodem fonte ſe hauſturum intelligit laudes ſuas, e quo ſit leuiter aſperſus, *i. maculatus.* Plin. 30, 1 Primus exſtat (vt equidem inuenio) commentatus de arte magica Otanes, Xerxem regem Perſarum bello, quod is Graeciae intulit, comitatus, ac velut ſemina artis portentoſae Aſperſit, obiter infecto, quacunque commeauerat, mundo. *In ſcriptis vetuſtioribus codicibus legitur* Sparſiſſe. *Sic* Adſpergunt illam vetuſtatis inimitabilem arti auctoritatem Quinctil. 8, 3, 25. Cic. Q. Fratr. 2, 10 Nunc mihi iucunditatis plena epiſtola hoc aſperſit moleſtiae, *etc.* Cic. pro Muraen. 66 Sed ſi illius comitatem et facilitatem tuae grauitati ſeueritatique aſperſeris. Idem de Orat. 2, 241 Quod tamen eſt mendaciunculis aſpergendum. Labeculam alicui laudatione ſua Id. in Vatin. 41 c. 17. Labem dignitati alterius Cic. in Vatin. 15 c. 6. *Hoc etiam ſimpliciter* Adſpergere *dixit* Hor. Serm. 1, 4, 87 E quibus vnus amet quauis adſpergere cunctos, Praeter eum, qui praebet aquam. Auctor ad Heren. 4, 63 Iſte quotidie per forum medium, tanquam iubatus draco ſerpit, dentibus aduncis, aſpectu ... abido, ſpiritu venenato, circumſpectans huc et illuc, ſi quem reperiat, cui aliquid mali faucibus afflare, quem ore attingere, dentibus inſecare, Lingua aſpergere poſſit. Cic. pro Planc. 30 c. 12 Hunc ...u vitae ſplendorem Maculis aſpergis iſtis : iacis adulteria, *etc.* No...am alicui Vlpian. in l. diui fratres. D. de iure patronat. Cic. pro Cael. 23 c. 10 Qui iſtius facti non modo Suſpicione, ſed ne Infamia quidem eſt aſperſus. *Add.* Nep. 7, 3, 5. Sales orationi aſpergere Cic. in Orat. 87 c. 26. Idem pro Corn. Balb. 56 Vt aliqui ſermones hominum alienis bonis moerentium, etiam ad veſtras aures permanarent, et in iudicio ipſo redundarent, idcirco illa in omni parte orationis ſumma arte aſpergi videbatis. *Sic* Aſpergere *aliquid dicimus,* ...uum pauca de re aliqua ſcribimus.* Cic. Fam. 2, 16 Haec aſperſi, vt ...ires, me tamen in ſtomacho ſolere ridere. *Sic de exiguo, legato vel ...arte hereditatis,* Sextulam Ebutio aſpergit Id. pro Caecin. 17. *Vid.* ...EXTVLA.

ADSPERGENS, entis. Adſpergens ſepties contra velum Vulgat. ...euit. 4, 17. *Add.* ibid. 16, 19. Adſpergens cinerem capiti ſuo ...ulgat. 2 Sam. 13, 19.

ASPERGO, *ſiue* ADSPERGO, ĭnis. f. [ῥαντισμὸς] *Aqua, ...uae adſpergitur, dum adſpergitur. De tofo* Plin. 36, 22 ſ. 48 Aſper...ine et gelu pruinisque rumpuntur in teſtas, nec contra humores et ...uram maris robuſti. Aſpergines parietum, *Guttae illae aquarum, quae ... humiditate parietum ſolent decidere.* Plin. 22, 21. Virgil. Aen. 3, ...4 — ſalſa ſpumant aſpergine cautes. Ouid. Met. 3, 86 — ſan...uis — aſpergine tinxerat herbas. Lucret. 6, 524 Aduerſa fulſit ...mborum aſpergine, *Sol, cum iris eſt.* Nec aquae aſpergo impoſitura ...iquam corpori maculam Petr. c. 102. Non poteſt aſpergo in interio...em partem peruenire Vitruu. 5, 11. Si aſpergine propter iactum mer...es deteriores factae ſunt l. 4 ff. §. 2 de L. Rhod. *vbi* adſpergo *de ...qua marina capitur, quae etiam per tegumenta et munimenta mercium pe...etrauit.* ¶ 2 *Metaph.* Prud. Apoth. 641 Omni culparum ...dſpergine liber. *Nulla culpa vel ſuſpicione illius adſperſus.*

ASPERSVS, a, um. Partic. [ῥαντὸς] *Vt*, Aſperſus oculis liquor Plin. 12, 8. Horat. Epiſt. 1, 11, 12 Aſperſus imbre lutoque. ...ropert. 1, 12, 16 Non nihil aſperſis gaudet amor lacrimis. Liu. 41, ... *inter prodigia eſt*, Vacca aenea Syracuſis ab agreſti tauro inita, ac ...mine aſperſa. Leuiter aſperſus laudibus. *Vid.* LEVIS.

ASPERSVS, ûs. m. [ῥάντισις] *Adſpergendi actus.* Plin. 11, ... Quae inſecta appellauimus, omnia olei aſperſu necantur.

ASPERSIO, ōnis. f. [ῥανὶς] *Idem.* Cic. de Leg. 2, 24 c. 10 Nam ...ud vel aſperſione aquae, vel dierum numero tollitur. Si adſperſio ...la contingat Macrob. Sat. 3, 1.

ASPERITAS, *vid.* ASPER.

ASPERNO, āri. [καταφρονέω] Recuſare, auerſari, non agnoſcere : eſt autem dictum a Sperno. Donatus ad Ter. Phorm. 2, 3, 24 ...uam is adſpernatur nunc tam illiberaliter. Virg. Georg. 1, 228 Nec ...luſiacae curam aſpernabere lentis. *Vbi* Seruius, Aſpernabere, Con...mnes. Cic. Acad. 4 *extr.* Habeo, inquam, ſententiam tuam, ne...ue eam admodum aſpernor. Idem pro Cluent. 194 Cuius ego furo...m atque crudelitatem deos immortales a ſuis aris atque templis ...pernatos eſſe confido. Id. Verr. 4, 113 Ennenſium querimonias no...e per deos immortales aſpernari, nolite contemnere ac negligere, ...dices. Cic. de Orat. 3, 99 c. 25 Quin etiam guſtatus, qui eſt ſen...s ex omnibus maxime voluptarius, quam cito id, quod valde dulce ...t, aſpernatur ac reſpuit ? quis potione vti, aut cibo dulci diutius ...teſt ? Idem Att. 7, 16 Non aſpernor Trebatii literas, a quo me ...uce diligi ſcio. Id. pro Roſc. Amer. 153 Hanc vero, quae ad eorum ...beros atque ad infantium puerorum incunabula pertinet, niſi hoc ...dicio a vobis reiicitis, et aſpernamini, videte per deos immortales, ...uem in locum Rempubl. peruenturam putetis. Philoſophiam haec ...uitas aſpernata nunquam eſt Cic. de Orat. 2 c. 37. Idem in Piſon. ... c. 20 Nemo denique ciuis eſt, qui non modo ſe ciuem eſſe memi...erit, qui vos non oculis fugiat, auribus reſpuat, animo aſpernetur. ...l. de Fin. 2, 51 Simul atque natum animal eſt, gaudet voluptate et ...am appetit vt bonum, aſpernatur dolorem vt malum. Tacit. Ann. ..., 16 Praecalida potio traditur Britannico : dein poſtquam feruore ...dſpernabatur, frigida in aqua offunditur venenum. ¶ 2 ...*aſſiue.* Hirt. Bell. Afr. 93 Intellexit regem vagum a ſuis deſertum ... omnibus aſpernari. Cic. apud Priſcian. p. 792 Qui habet, vltro ...petitur, qui eſt pauper, aſpernatur.

ASPERNANS. Partic. Cic. Fam. 15, 10 Non aſpernante ſenatu. ...ec Syriis quemlibet regem aſpernantibus Iuſt. 39, 1, 5. *Add.* Idem 13, 6, 4.

ASPERNANTER. Adu. Accipere Ambroſ. Ep. 29 *extr.* Ammian. 31, 4. Salu. de Prou. p. 114. Audire Sidon. Ep. 7, 8. Reſalutari Idem ibid. Ep. 2.

ASPERNĀTOR, ōris. m. *Dicitur eſſe* Tertulliani.

ASPERNABĬLIS, e. [καταφρονητὸς] Gell. 11, 3 Nonnunquam apud me ipſum ſoleo res eiusmodi paruas quidem minutasque, et hominibus non bene eruditis aſpernabiles. *Add.* 20, 1. Arnob. 6 p. 203. *Conf.* Acc. *ap.* Non. 2, 854. Capitol. Max. et Balb. c. 6. *Compar.* Quid ſtercore aſpernabilius Auguſtin. de Mor. Man. 2, 8.

ASPERNATVS. Partic. [καταπεφρονηκὼς] Virgil. Georg. 3, 393 In nemora alta vocans, nec tu aſpernata vocantem. Haud adſpernatus Tullus Liu. 1, 23. Propert. 2, 10, 41 Interea caue ſis nos adſpernata ſepultos. *Paſſ.* Aſpernatam ſumit atque ebibit potionem Arnob. 5 p. 175. Aeneas aſpernato certamine intra muros manet Dict. 4.

ASPERNANDVS. Partic. Cic. Fam. 15, 6 Quae etiamſi parum iuſta tibi viſa eſt, hanc tamen habet rationem, vt non nimis concupiſcendus homo, ſed tamen, ſi deferatur a Senatu, minime aſpernandus eſſe videatur. Haud aſpernanda precantes Virg. Aen. 11, 106.

ASPERNATIO, ōnis. f. [καταφρόνησις] *Contemtus.* Cic. Tuſc. 4, 32 c. 14 Quorum omnes morbi et perturbationes ex aſpernatione rationis eueniunt.

ASPERNAMENTVM, i. n. Idem. Tertulliano *adſcribunt.*

ASPERO, as, *vid.* ASPER.

ASPERSIO, ASPERSVS, *vid.* ASPERGO.

ASPERVGO. *Herba eſt, Lappaginis ſpecies, ſimilis illi, quae* mollugo *dicitur*, ſed foliis aſperioribus. Plin. 26, 10 ſ. 65.

ASPHALTION. [ἀσφάλτιον] *Trifolii ſpecies.* Plin. 21, 9 ſ. 30 Folio coronat et trifolium. Tria eius genera, minyanthes vocant, alii aſphaltion, maiore folio, quo vtuntur coronarii. Alterum acuto. oxytriphyllon. Tertium ex omnibus minutiſſimum. *Plura ibi et* 21, 17.

ASPHALTĪTES. [Ἀσφαλτίτης] *Lacus Syriae, de quo* Plin. 5, 16 Aſphaltites nihil praeter bitumen gignit : vnde et nomen. Nullum corpus animalium recipit, tauri camelique fluitant : inde fama nihil in eo mergi. De hoc multa Solin. et Iuſtin. 36, 3.

ASPHODĔLVS, i. m. [ἀσφόδελος] *Herba, de qua* Plin. 21, 17 ſ. 68 Aſphodelus manditur et ſemine toſto et bulbo. *Paullo poſt*, Aſphodeli mentionem et Homerus fecit. Radix eius napis modicis ſimilis eſt. Neque alia numeroſior, LXXX ſimul aceruatis ſaepe bulbis. Theophraſtus, et fere Graeci, princepsque Pythagoras, caulem eius cubitalem, et ſaepe duûm cubitorum, foliis porri ſilueſtris, anthericon vocauere : radicem vero, id eſt bulbos, aſphodelon. Noſtri illud albucum vocant, et aſphodelum haſtulam regiam. *Hactenus* Plin. *Add.* Id. 22, 22 *et* Columel. 6, 17, 2. *it.* 9, 4, 4. Aſphodilus Pallad. 1, 37, 2, *vbi etiam quidam codices* aſſodillum habent.

ASPĬCIO, *ſ.* ADSPICIO, exi, ectum, ĕre. [προσβλέπω, ἐφοράω] *Ex* Ad *et* Specio *antiquo verbo compoſitum, ſignificat Intueri, ad aliquid oculos adiicere vel conuertere.* Ouid. Faſt. 6, 605 Corpus vt aſpexit, lacrymis, *etc.* Ter. Andr. 1, 1, 91 Interea inter mulieres, quae ibi aderant, forte vnam aſpicio adoleſcentulam. Adſpiciunt oculis ſuperi mortalia iuſtis Ouid. Met. 13, 70. Cic. de Orat. 1, 161 c. 35 Sic modo in oratione Craſſi diuitias atque ornamenta eius ingenii per quaedam inuolucra atque integumenta perſpexi : ſed ea, cum contemplari cuperem, vix aſpiciendi poteſtas fuit. Ita neque hoc poſſum dicere, me omnino ignorare, quid poſſideat, neque plane noſſe ac vidiſſe. *Et paullo ante*, Tantus enim curſus verborum fuit, et ſic euolauit oratio, vt eius vim atque incitationem aſpexerim, veſtigia ingreſſumque vix viderim. Molli vultu aſpicere Ouid. Met. 10, 610. Me huc aſpice Plaut. Amph. 2, 2, 118. *Attentionem et obſequium poſtulat. Sic* Auctoritate anteibat, eumque magis milites, quam qui praeerant, adſpiciebant Nep. 12, 4, 1. Cic. de Diu. 1, 73 Quum autem aliquantulum progreſſus eſſet, ſubito exaudiuit, hinnitum, reſpexitque, et equum alacrem laetus aſpexit, cuius in iuba examen apum conſederat. *Add.* Idem de Ar. Reſp. c. 1 Deinde reſpexit, et ſimulac conſulem adſpexit *etc.* Idem pro Syll. 74 Aſpicite ipſum, contuemini os, conferte crimen cum vita vsque ad hoc tempus explicata : tum crimen recognoſcite. *Et* de Aruſp. Reſp. 2 Et ſimul ad Cn. Lentulum COS. aſpexit. Ad faciem eorum quum aſpicies, haud videntur mali Plaut. Pſeud. 1, 2, 9. Ouid. Met. 2, 228 Tum vero Phaëthon cunctis e partibus orbem Aſpicit. Sen. Herc. fur. 600 Ex alto aſpicit terrena. Plin. 11, 37 Cancri in obliquum aſpiciunt. Cic. in Catil. 3, 13 c. 5 Sic terram intuebantur, ſic furtim nonnunquam inter ſe aſpiciebant : vt non iam ab aliis indicari, ſed ipſi a ſe viderentur. Cic. pro Roſc. Amer. 63 c. 22 Portentum atque monſtrum certiſſimum eſt, eſſe aliquem humana ſpecie et figura, qui tantum immanitate beſtias vicerit, vt propter quos hanc ſuauiſſimam lucem aſpexerit, eos indigniſſime luce priuarit. Adſpicere, *pro, imperterrito animo contra conſiſtere.* Ne rectis quidem oculis eum adſpicere potuiſſe inſtructam aciem Suet. Aug. c. 16. Lacedaemonios — ante ſe imperatorem nemo Boeotiorum auſus adſpicere in acie Nep. 15, 8, 1. *Sed ad propitiam voluntatem et auxilium pertinet illud* Virg. Aen. 2, 690 Iuppiter omnipotens, precibus ſi flecteris vllis, Aſpice nos. *Vbi* Seruius, Aſpice nos : quia intuentes dii adiuuant. *Paſſ.* Ouid. Faſt. 6, 29 Si genus aſpicitur, Saturnum prima parentem Feci, Saturni ſors ego prima fui. *i. ratio generis habetur. Sic* Cedent Aeſonio duci, Si forma velit adſpici, Proles fulminis improbi *etc.* Sen. Med. v. 82. Sil. 3, . . . Sin ſolo adſpicimur ſexu, *etc.* ¶ 2 Adſpicere *de ſitu rerum inanimatarum.* Col. 8, 8, 2 Tabulatum adſpicit meridiem. *Ita* deſpicit xyſtum porticus Plin. Ep. 5, 6, 23. *Et* ſ. 28 Cubiculum, quod vineas, montes, intuetur. *Et* ſ. 29 Porticus, quae non aſpicere vineas, ſed tangere videtur. ¶ 3 Aſpicere et Accipere *ſaepe a Librariis inter ſe commutari notat Drackenb.* ad Sil. 5, 573.

ASPICIENS, entis. Quid ſtatis adſpicientes in caelum Vulgat. Act. 1, 11.

ASPICIENDVS. [προσβλεπτέος] Ouid. Faſt. 6, 284 Tu dea non fueras aſpicienda viro.

ASPECTVS, a, um. Vultus aſpectus Sid. 8 ep. 14.

ASPECTVS, *ſ.* ADSPECTVS, ûs. m. [ὅραμα] *Intuitus, aſpiciendi actus, vel modus.* Cic. Verr. 4 c. 62 In qua inauratam C. Verris ſtatuam viderem. Quod poſteaquam dixi, tantus eſt gemitus factus aſpectu ſtatuae et commemoratione, vt *etc.* Virg. Aen. 6, 456 — teque aſpectu ne ſubtrahe noſtro. Cic. Tuſc. 1, 73 Nec vero de hoc quisquam dubitare poſſet, niſi idem nobis accideret, diligenter de animo cogitantibus, quod iis ſaepe vſu venit, qui quum acriter oculis deficientem ſolem intuerentur, vt aſpectum omnino amitterent,

terent, ſic mentis acies ſe ipſam intuens non nunquam hebeſcit. Cic. Philipp. 2, 73 c. 29 Auctionis aſpectus miſerabilis. Aſpectus mitis Sil. 8, . . Rancidus Plin. 22, 22. *vid.* RANCIDVS. Scaber Id. 12, 25. Cic. de Aruſp. Reſp. 8 c. 5 Non mirum, ſi hoc vobis ridiculum videtur. Etiam ſua concio riſit hominem illum, qui puluinaribus Bonae deae ſtuprum intulerit; eaque ſacra, quae viri oculis, ne imprudentis quidem aſpici fas eſt, non ſolum aſpectu virili, ſed flagitio ſtuproque violarit: in concione de religionibus neglectis conqueri. Cic. Verr. 4, 117 c. 52 Et portus habet prope in aedificatione aſpectuque vrbis incluſos. *Et paullo ante*, Nam et ſitu eſt communito, tum ex omni aditu vel terra vel mari, praeclaro ad aſpectum. Id. Att. 7, 3 Ad VIII Id. Decemb. Tuſculanum veni, et ibi tuas literas legi, e quibus hanc primo aſpectu voluptatem cepi, quod erant a te ipſo ſcriptae. Id. Acad. 4, 35 c. 11 Nam ſi quod cuique occurrit, et primo quaſi aſpectu probabile videtur, id confirmatur, quid eo leuius? Id. Fam. 10, 23 Copias prope in aſpectum Lepidi Antoniique adduxi, quadragintaque millium paſſuum ſpatio relicto conſedi. Id. de Vniu. 9 c. 5 Quemadmodum ignis animae, ſic anima aquae: quodque anima aquae, id aqua terrae proportione redderet. Qua ex coniunctione caelum ita aptum eſt, vt ſub aſpectum et tactum cadat. Carere aſpectu ciuium Cic. in Catil. 1, 17. Id. de Nat. Deor. 2, 142 c. 57 Natura lubricos oculos fecit et mobiles, vt et declinarent, ſi quid noceret: et adſpectum quo vellent, facile converterent. Id. de Diuin. 2, 92 c. 44 Illi orbes, qui caelum quaſi medium diuidunt, et adſpectum noſtrum definiunt, qui a Graecis ὁρίζοντες nominantur, a nobis finientes rectiſſime nominari poſſunt. Detinet adſpectus vrbis Virg. Aen. 4, 348. Exuere aſpectum vrbis Tacit. Ann. 16, 28. Fugere aſpectum alicuius Sen. Hippol. 734. Tacit. Ann. 3, 59 Sane grauaretur aſpectum ciuium ſenex Imperator. Iniicere ipſo adſpectu admirationem ſui Nep. 11, 3, 1. Cic. de Clar. Orat. 200 Intelligens dicendi exiſtimator non aſſidens, et attente audiens, ſed vno aſpectu, et praeteriens, de oratore ſaepe iudicat. Obmutuit aſpectu Virg. Aen. 4, 279. Q. Cic. de Petit. Conſ. 1 Non vt aliquid ex iis noui adiicerem, ſed vt ea, quae in re diſperſa atque infinita viderentur eſſe, ratione et diſtributione ſub vno aſpectu ponerentur. Cic. Fam. 4, 9 Nunc vero nec locus tibi vllus dulcior eſſe debet patria: nec eam diligere minus debes, quod deformior eſt, ſed miſereri potius: nec eam multis claris viris orbatam, priuare etiam aſpectu tuo. Id. pro Arch. 12 c. 6 Ego vero fateor, me his ſtudiis eſſe deditum: caeteros pudeat, ſi qui ſe ita literis abdiderunt, vt nihil poſſint ex his, neque ad communem afferre fructum, neque in aſpectum lucemque proferre. Id. de Prouinc. Conſ. 38 c. 16 Sed homines aut propter dignitatem ſuam diffiſi ipſi ſibi, aut propter reliquorum obtrectationem, ab huius ordinis coniunctione depulſi, ſaepe ex hoc portu ſe in illos fluctus prope neceſſarios contulerunt. qui ſi ex illa iactatione curſu populari, bene geſta Rep. referunt aſpectum in Curiam, atque huic ampliſſimae dignitati commendati eſſe volunt, non modo non repetendi ſunt, verum etiam expetendi. Relinquere mortales adſpectus Virg. Aen. 9, 657. Cic. Off. 1, 14 c. 4 Itaque eorum ipſorum, quae aſpectu ſentiuntur, nullum aliud animal venuſtatem, pulchritudinem, conuenientiam partium ſentit, *praeter Hominem*. Id. de Orat. 2, 358 c. 87 Formis atque corporibus, ſicut omnibus, quae ſub aſpectum veniunt, ſedes opus eſt. Etenim corpus intelligi ſine loco non poteſt. Veſci in aſpectu propinquorum Tacit. Ann. 13, 16. Cic. pro Syll. 74 c. 26 Quis P. Syllam, niſi moerentem, demiſſum afflictumque vidit? quis vnquam eſt ſuſpicatus hunc magis odio, quam pudore, hominum aſpectum lucemque vitare? Id. in Catil. 1, 17 Tu, quum conſcientia ſcelerum tuorum agnoſcas odium omnium iuſtum, et iam tibi diu debitum, dubitas, quorum mentes ſenſusque vulneras, eorum aſpectum praeſentiamque vitare? Virg. Aen. 1, 617 Obſtupuit primo aſpectu Sidonia Dido, Caſu deinde viri tanto. Seruius Pulchritudinem *interpretatur. Nempe pulchrorum adſpectu obſtupeſcunt, quos Cupidinis illa tela feriunt.* Plin. 11, 52 Addidit morum aſpectus ſimili modo apud nos Trogus, *h. e. Iudicium de hominis moribus ex ipſius aſpectu.* Caprimulgi (*aues*) grandioris merulae adſpectu Plin. 10, 40 ſ. 56. *i. ſpecie, et vt videntur.* Aſpectus quadrantalis, trientalis, triquetrus, quadratus, trinus, nonagenarius, ſextilis, ſexagenarius, ſemiſſis, tetragonus, hexagonus, *dicuntur* Aſtrologis, *recentioris aetatis comparationes ſiderum, certa caeli parte inter ſe diſtantium. vid. Scal. ad Manil.* p. 133. *it. infra* TETARTEMORION. ¶ 2 *Genitiuus antiquus* Aſpecti *profertur a* Non. 8, 15 *ex* Accii Aſtyanacte, Abducite intro, nam mihi miſeritudine Commouit animum excelſa aſpecti dignitas *etc.*

ASPECTIO, ōnis. f. Idem. *Vid.* Feſtus, Spectio in auguralibus ponitur pro Aſpectione.

ASPECTO, āre. [ἐπιβλέπομαι] Frequent. *Frequenter aſpicere et fixe intueri.* Ter. Eun. 3, 5, 11 Quid me aſpectas? quid taces? Cic. pro Planc. 101 c. 42 Quid me aſpectas? quid mea promiſſa repetis? Omni exuta aequalitate iuſſa principis aſpectare Tacit. Ann. 1, 4, 1. Aſpectare aliquid, de inanimis dicitur, pro Ex aduerſo poſitum eſſe. Virg. Aen. 1, 424 Collem, qui plurimus vrbi Imminet aduerſasque aſpectat deſuper arces. Aſpectari, *paſſiuum.* Lucret. 3, 76 — illum eſſe potentem, Illum aſpectari, claroque incedere honore. *i. conſpicuum eſſe, digito monſtrari, illius nutum obſeruari.*

ASPECTANS. [ἐπιβλέπων] Stat. Theb. 3, 82 Et nunc trucis ora tyranni Nunc ferrum aſpectans. Virg. Georg. 3, 228 Stabula aſpectans. *Conf.* Id. 6, 186. *et* 10, 251.

ASPECTABĬLIS, e. [ὁρατὸς] *Quod aſpici poteſt, viſibile.* Cic. de Vniuerſ. 9 c. 4 Deus animal vnum aſpectabile, in quo omnia animalia continerentur, effecit. *Et mox*, Corporeum autem et aſpectabile, itemque tractabile omne neceſſe eſt eſſe, quod natum eſt. *Sed dignum adſpectu notat in illo.* Nihil eſt aſpectabilius homini nato, quam forma ſua Apul. Apol. p. 282.

ASPECTAMEN, inis. n. Iucunda aſpectamini Cl. Mamert. 2, 12. *ex emend. Barthii.*

ASPICVVS, a, um. *Vnde* Inadſpicuus.

ASPICIALIS, e. ὁρατὸς Gloſſ. Gr. Lat.

ASPIDELON. Lactuca ſiluatica Apul. de Herb. 30. *Quidam libri* Aſpideion, ἀσπίδειον.

ASPILATES. [ἀσπιλάτης] *Gemma eſt* ignei coloris, *quam* Democritus tradit in Arabia gigni, et in nido Arabicarum alitum inueniri: traditque eam cameli pilo ſpleneticis alligatam, *malo illorum mederi. Eſt et altera* eodem nomine argentei coloris, lymphatis vtilis. Plin. 37, 10 ſ. 54.

ASPĪRO, ſ. ADSPIRO, āre. [ἐπιπνέω, ἐπουριάζω] *Eſt afflare.* Virg. Aen. 7, 8 Aſpirant aurae in noctem. Lenius aſpirans aura ſecunda venit Catul. 69, 64. Varr. de R. R. 1, 57, 1 Ad quae *granaria* nulla aura humida e propinquis locis aſpiret. Thanatos inſula adſpiratur freto Gallico Solin. c. 22. Salm. (*al.* 35) *al. alluitur.* ¶ 2 Adſpirare *eſt, H literae, quam ſpiritum vel aſpirationem, quam literam appellare malunt, poteſtatem aliis literis adiicere.* Quinctil. 1, 4, 14 Graeci aſpirare ſolent Φ *i. pronunciare vt PH.* *Sic* Diu ſeruatum, ne conſonantibus adſpiraretur, vt in Graecis et triumpis Id. 1, 5, 20. *Proprie* Horat. A. P. 204 *de tibia* Aſpirare et adeſſe choris erat vtilis. ¶ 3 *Metaphora a ventis ſecundis ducta* adſpirare Deus *vel* Fortuna *dicitur.* Virg. Aen. 2, 385 Aſpirat primo fortuna labori. Curt. 3, 8, 20 Fortuna aſpirante res tam proſpere geſſerat. Virg. Aen. 9, 525 Vos, o Calliope, precor aſpirate canenti. Tib. 2, 1, 35 Huc ades, adſpiraque mihi. Ouid. Met. pr. DI coeptis adſpirate meis. Val. Max. 3, 8 *extr.* 2 *de Phocione*, Caſus prauo conſilio propicius aſpirat. Quinctil. 4 praef. 5 *Domitianum inuocat*, vt, quantum nobis exſpectationis adiecit, tantum ingenii adſpiret. ¶ 4 *A canibus ferae iam imminentibus ſumtum videtur, quod* adſpirare *interdum ſignificat prope accedere, conſequendo non multum* abeſſe. Aſcon. *ad illud* Cic. Diuin. in Caec. 20 c. 5 Quiſquam tam impudens reperietur, qui ad alienam cauſam inuitis iis, quorum negotium eſt, accedere aut Aſpirare audeat? *Sic commentatur:* Accedere eſt proximum fieri: Aſpirare in eam partem, qua quid quaeſitum eſt, vultum, et oculos, ac ſpiritum oris aduertere. Columel. 8, 14, 9 Ne coluber, ne vipera, feliſque, aut etiam muſtela poſſit aſpirare. *Quem locum deſumſit e* Varr. de R. R. 3, 10, 4 Neue qua eo accedere poſſint muſtelae, aliaeue beſtiae quae noceant. Cic. Tuſc. 5, 27 c. 9 Omneſque aditus tuos intercluſi, vt ad me aſpirare non poſſes, *h. e. Peruenire.* Cic. de Clar. Orat. 84 c. 21 Nam vt ea bellica laude aſpirare ad Africanum nemo poteſt: ſic ingenii, literarum, eloquentiae, ſapientiae denique, etſi vtrique primas, priores tamen deferunt Laelio. Virg. Aen. 12, 352 — nec equis aſpirat Achillis. *Vbi* Seruius, Aſpirat, apud maiores, Accedit ſignificat. Cic. in Verr. 2, 26 c. 31 Quando homo tanta luxuria atque deſidia, niſi Februario menſe, adſpirabit in curiam? Verum veniat ſane *etc.* Cic. pro Syll. 52 c. 18 Quis eſt, qui tum dicat in campum adſpiraſſe Sullam? *i. acceſſiſſe venire voluiſſe.* Ad magiſtratum aſpirare Vlp. in l. 1. §. Caſum. D. de poſtuland. Cic. Verr. 5, 97 c. 37 Quo neque Karthaginienſium glorioſiſſimae claſſes, cum mari plurimum poterant, multis belli ſaepe conatae, vmquam adſpirare potuerunt. Ad eam laudem, quam volumus, adſpirare non poſſunt Cic. de Clar. Orat. 140 c. 41. ¶ *Venuſtiſſimum et dignum Venere eſt illud* Virg. Aen. 8, 373 Dictis diuinum adſpirat amorem. *Huc referas forte illud* Lucr. 1, 937 et 4, 1 *quod ſic legitur apud* Quinctil. 3, 1, 4 *ſine varietate* — prius oras pocul circum Adſpirant mellis dulci flauoque liquore. *Hodie editur* Contingun

ASPIRANS. Partic. Cic. de Nat. Deor. 2, 136 c. 55 Pulmone tum ſe contrahunt aſpirantes, tum ſe ſpiritu dilatant, vt frequenter di catur cibus animalis, quo maxime aluntur animantes. Vbi mollis amara cus illum Floribus et dulci adſpirans complectitur vmbra Virg. Aen. 1, 69

ASPIRATIO, ōnis. f. [ἐπίπνευσις] *Actus ſpirandi; dum aërem a ſpirantem in corpus intromittimus.* Cic. de Nat. Deor. 2, 83 c. 33 Animantes autem aſpiratione aëris ſuſtinentur. ¶ 2 Aſpirati *pro ea, quae vulgo Influentia dicitur.* Cic. de Diuin. 1, 130 c. 57. Nam obſcurior, quaſique caliginoſa ſtella extiterit: pingue et concretum eſſe caelum, vt eius aſpiratio grauis et peſtilens futura ſit. ¶ *Pro Exhalatione ſ. vaporibus.* Cic. de Diuin. 1, 79 c. 36. Et ſunt pa tes agrorum aliae peſtilentes, aliae ſalubres, aliae, quae acuta ingen gignant, aliae, quae retuſa: quae omnia fiunt ex caeli varietate, et disparili aſpiratione terrarum. ¶ 4 Aſpiratio, *Spiritus aſpe pronunciationis nota.* Quinctil. 1, 5, 19 Per aſpirationem, ſiue adiic tur vitioſe, ſiue detrahitur, apud nos poteſt quaeri, an in ſcripto vitium, ſi H litera non eſt notata? *Sic* 6, 3, 55 Fiunt *amphibola ſ. ambigua* detracta et adiecta adſpiratione. Id. 1, 4, 9 Aſpirationis nota H neceſſaria eſt, etiam contrariam ſibi poſcit ⊣. *Et* 1, 6, 21 ſine aſpiratione ſalutare, auete (*non* hauete) *Ipſe* Cic. Orat. 160 c. 48 Voluptati au rium morigerari debet oratio. Quin ego ipſe cum ſcirem, ita maio res locutos eſſe, vt nuſquam, niſi in vocali aſpiratione vterentur, loqu bar ſic, vt *pulcros, cetegos, triumpos, Kartaginem* dicerem: aliquand idque ſero conuicio aurium cum extorta mihi veritas (*ſeuera illa rigida obſeruatio*) vſum loquendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſe vaui. *Vid.* Cornut. *apud* Caſſiod. de Orthogr. p. 2286. *cuius locum d mus ex parte in Litera* Y.

ASPIRAMEN, ĭnis. n. *Idem.* Val. Flac. 6, 465 *Iuno ad Venerem* Da, precor, artificis blanda aſpiramina formae, *tractum ex* Virg. Aen. 8, 37

ASPIS, ĭdis. f. [ἀσπὶς] *Serpens paruus venenoſiſſimus, cuius nat ram multis verbis deſcribit* Plin. 29, 4. Cic. pro Rabir. Poſt. 23 c. Aſpide ad corpus admota vita eſt priuatus. Id. de Fin. 2, 59 c. 18 ſcieris, inquit Carneades, aſpidem occulte latere vſpiam, et velle in prudentem ſuper eam aſſidere, cuius mors tibi emolumentum futu ſit: improbe feceris, niſi monueris, ne aſſideat (*forte legendum aſſida*) ſed impune tamen. Sciſſe enim te quis coarguere poſſit? Aſpide ci cta comas Io Val. Flacc. Argon. 4, 418. ¶ 2 Aſpis *Graec etiam clipeus eſt, vnde* Argyraſpides.

ASPLĒNVM, i. *a Graeco* ἄσπληνον, *quod lienem imminuat: Herb. de qua* Plin. 27, 5 ſ. 17 Aſplenum, ſunt qui hemionion vocant, foli trientalibus multis, radice limoſa, cauernoſa, ſicut filicis, candida hirſuta: nec caulem, nec florem, nec ſemen habet. Naſcitur in petris parietibus opacis, humidis. *Inuentionem eius virium minuendi ſplen deſcribit* Vitruu. 1, 4.

ASPORTO, are. [ἐκφέρω] *Alio portare.* Aſporto quaſi abſport Priſc. 2 p. 571. Ter. Phorm. 3, 3, 18 Quoquo hinc aſportabitur terrarum, certum eſt perſequi. Cic. in Parad. 1 Multa de ſuis rebus ſ cum aſportarent. Liu. 24, 26 Et aſportari Alexandriam iuberent, virum vxorem, ad patrem filias. Sua omnia Troezenam aſporta Nep. 2, 2, 8. Cic. Verr. 4, 110 c. 49 Aſportandum curauit. Li 27, . . In Macedoniam aſportata fuerat.

ASPORTĀTVS. Partic. [ἐξηνεγμένος] Cic. Verr. 1, 53 c. 20 Omn ex fanis, ex locis publicis, palam, ſpectantibus omnibus ploſtris eu cta, aſportataque. Aſportata inde terra Solin. c. 45.

ASPORTANDVS. Partic. [ἐξενεκτέος] Cic. Verr. 4, 110 c. 49 S mulacrum auellendum aſportandumque curauit.

ASPORTATIO, ōnis. f. [ἐξαγωγὴ] *Actus aſportandi.* Cic. Ver 4, 110 c. 49 His pulchritudo periculo, amplitudo ſaluti fuit: quod e rum demolitio atque aſportatio perdifficilis videbatur.

ASPREDO, ASPRETVM, ASPRITVDO. *vid.* ASPER.

## A S S

ASSA, ōrum. *vid.* ASSVS, a, um.

ASSABINVS. *Deus apud Aethiopas.* Plin. 12, 19 ſ. 42 *de Cinnamomo,* Metitur non niſi permiſerit Deus. Iouem hunc intelligunt aliqui, Aſſabinum illi vocant. XLIV boum caprarumque et arietum extis impetratur venia caedendi.

ASSAMENTA, ſ. AXAMENTA, ōrum. n. pl. [σανιδώματα] *Tabulae ſectiles, quae Axes ſiue* Aſſes *alias dicuntur.* Plin. 16, 40 Rigorem fortiſſime ſeruat vlmus, ob id cardinibus aſſamentisque portarum vtiliſſima, quoniam minime torquetur. *Sed Harduinus ex MSS.* Craſſamentis. ¶ 2 *De* Aſſamentis ſ. Axamentis Feſti *vid.* AXAMENTA.

ASSARACVS. [Ἀσσάρακος] *Trois filius, auus Anchiſae, et pater Capys. Vnde* Virg. Aen. 12, 127 Et genus Aſſaraci Mneſtheus.

ASSARATVM, *vid.* ASSIRATVM.

ASSARIVS, *vid.* ASSO, as.

ASSARVM, *vid.* ASARVM.

ASSĔCLA, ae. m. [ἀκόλουθος] Seruus, ſic dictus (*vt ait* Nonius 1, 280) quod aſſit, et omnibus iuſſis dominorum praeſto ſit. *Melius* Gloſſ. Iſid. Aſſecla, quaſi Aſſecula, ab aſſequendo, *i.* buccellarius homo. Παράσιτος Vet. Gloſſ. Cic. Verr. 3, 30 Etenim quod eſt iudicium, quum e Verris turpiſſimo flagitioſiſſimoque comitatu, tres Recuperatorum nomine aſſediſſent, aſſeclae iſtius non a patre ei traditi, ſed a meretricula commendati? *Idem,* De aſſecla quodam ſeruo ſuo quaeſiuit. *Sic* Non decere ſe arbitrabatur, quum Praeturam gerere noluiſſet, aſſeclam eſſe praetoris Nep. 25, 6, 4. Aſſeclae patritiorum Liu. 3, . . . Aſſeclae legatorum Cic. Verr. 1, 65. Pſeudo-Cic. in Salluſt. 21 c. 8 Sed tu omnium menſarum aſſecla, omnium cubiculorum in aetate pellex, et idem poſtea adulter.

ASSECTOR, *etc. vid.* ASSEQVOR.

ASSEDO, ASSESSIO, ASSESSOR, ASSESSVS, *vid.* ASSIDEO.

ASSEFOLIVM. Herba. Apul. de Herb. c. 77.

ASSELLO, *vel* ADSELLO, āre. *Aluum demittere.* Aſſellandi augere voluntatem Veget. de re Veter. 1, 12. Aſſellare ſtercus durum Id. 3, 57. Adſellabit corruptum Id. 3, 45, 1. Adſellatus multum ſtercoris ſi ediderit Id. 1, 50, 20. *Nempe eſt etiam deponens. Sic* 3, 10, 1 Si iumentum aſſellatum fuerit ſanguinem.

ASSENTIO, ſi, ſum, īre. [συγκατατίθεμαι, συναινέω, ὁμολογέω] *Accedere alterius ſententiae, Conſentire.* Ne incognita pro cognitis habeamus, hisque temere aſſentiamus Cic. Off. 1, 18 c. 6. Plaut. Rud. 4, 3, 36 Mare quidem commune certo eſt omnibus eſſe. T. aſſentio. Cic. Fam. 5, 2 Sedens iis aſſenſi. Idem Att. 7, 3 Ex parte magna tibi aſſentio. *Conf.* ex Siſenna Hirt. Bell. Afr. 88. Curtius quoque 4, 13, 7 Omnes fere Parmenioni aſſentiebant. *Add.* Id. 5, 12, 3. Quinctil. 1, 5, 13 Siue eſt *Aſſentior,* Siſenna dixit *Aſſentio,* multique et hunc et analogiam ſecuti; ſiue illud verum eſt, haec quoque pars conſenſu defenditur. *Add.* 9, 3, 7. *Interim quantum hodie conſtat vſitatius videtur* Aſſentior.

ASSENTIOR, enſus ſum, īri. Dep. *Idem.* Cic. Verr. 1, . . . Vt ego aſſentiar orationi, defenſionem tamen non probabo. Id. Fam. 10, 16 Cui aſſenſi ſunt ad vnum omnes. Id. de Orat. 3, 182 c. 48 Namque ego illud aſſentior Theophraſto, qui, *etc.* Id. Att. . . . Timet multa, aſſentitur omnia. Id. Att. 7, 13 De Vennonianis rebus tibi aſſentior. Idem de Orat. 1, 214 c. 49 Quum ſaepiſſime tibi Senatus breuiter impoliteque dicenti maximis ſit de rebus aſſenſus. *Conf.* Sall. Cat. c. 52 *pr.* Cic. de Rep. *ap.* Priſc. p. 801. Lucil. ibid. Ipſe mihi aſſentior fortaſſe, dum ea eſſe in me fingo Cic. Fam. 3, 11 *al.* aſſentor. Temporibus aſſentiendum Id. Fam. 1, 9, 65. *i. velificandum.* ¶ 2 Aſſenſum eſt, *imperſ.* Cic. Fam. 1, 2, 4 Quatenus de religione dicebat, cuique rei iam obſiſti non poterat, Bibulo aſſenſum eſt. Liu. 24, 45 Fabio aſſenſum eſt.

ASSENTIENS. Partic. [συναινῶν] Cic. de Diuin. 2, 104 c. 50 Ennius, qui magno applauſu loquitur, aſſentiente populo.

ASSENSVS. Partic. [ὁμολογηθεὶς] Cic. Acad. 4, 99 c. 31 Etenim is quoque, qui a vobis ſapiens inducitur, multa ſequitur probabilia, nec comprehenſa, nec percepta, neque aſſenſa, ſed ſimilia veri: quae niſi probet, omnis vita tollatur.

ASSENSVS, ūs. m. [συγκατάθεσις, ὁμολογία] *Aſſentiendi actus, facultas.* Cic. Acad. 4, 39 Quare, qui aut viſum, aut aſſenſum tollit, is omnem actionem tollit e vita. Id. de Nat. Deor. 2, 4 c. 2 Quod ni ita eſſet, qui potuiſſet aſſenſu omnium dicere Ennius, Aſpice hoc, *etc.* Vulgi aſſenſu, et populari approbatione iudicari ſolet Id. de Clar. Orat. 85 c. 49. Vario aſſenſu fremere Virg. Aen. 10, 97. Mereri aſſenſum deliberantis Quinctil. 3, 8. Obſiſtere viſis, aſſenſusque ſuos firme ſuſtinere Cic. de Fin. 3, 31 c. 9.

ASSENSIO, ōnis. f. [συγκατάθεσις] *Conſenſus.* Cic. Acad. 4, . . Sed adhaec quae viſa ſunt, et quaſi accepta ſenſibus, aſſenſionem adiungit animorum, quam eſſe vult in nobis poſitam et voluntariam. Id. Acad. 4, 37 c. 12 Nunc de aſſenſione atque approbatione, quam Graeci συγκατάθεσιν vocant, pauca dicemus — comprehendi multa et percipi ſenſibus, quod fieri ſine aſſenſione non poteſt. Simulata aſſenſio Quinctil. 6, 3. Voluptas ex plurium aſſenſione venit Sen. Ep. 7. Aſſenſionis retentio Cic. Acad. 4, 59. Aſſenſionem captare Id. de Inuent. 1, 51. Rem aſſenſione comprobare Cic. de Inu. 1 c. 30. Aſſenſione comprobare Id. Ac. 1, 45 c. 12. *vid.* ASSERTIO n. 2.

ASSENSOR, ōris. [συγκαταθέτης] *Qui aſſentitur.* Cic. Fam. 6, 21 Quotidie commemorabam, te vnum in tanto exercitu mihi fuiſſe aſſenſorem, et me tibi. Irae facilis aſſenſor meae Sen. Hippol. 1207.

ASSENTOR, āri. [κολακεύω] *Vitioſe aſſentari, inſidioſe et conciliandae alicuius vtilitatis gratia, effuſius, et plerumque falſo laudare.* Tu quoque aſſentaris huic Plaut. Amph. 2, 2, 70. Ter. Adel. 2, 4, 6 Ne id aſſentandi magis, quam quod habeam gratum, facere exiſtimes. *Vbi* Donatus; Aſſentandi, Adulandi. Cic. Fam. 9, 12 Niſi forte te amant, et tibi aſſentantur. Ter. *apud* Cic. de Amicit. 94 Poſtremo imperaui egomet mihi omnia aſſentari. *Locus eſt* in Eun. 2, 2, 22. ¶ 2 *Pro* Aſſentiri *ſimpliciter ponitur, ſi non* Plaut. Amphit. 2, 2, 70 *et* Moſtell. 1, 3, 89, *vbi adulationis notio vix excludi poteſt: at certe* Vell. 2, 48, 2 Pompeius iis, qui a Caeſare dimittendos exercitus contendebant, adſentabatur, iis, qui ab ipſo quoque (*dimittendos contendebant*) aduerſabatur. *vid.* ASSENTATIO.

ASSENTANS, antis. Aſſentante maiore conuiuarum parte Iuſtin. 12, 6, 2. *Conf.* Tertull. adu. Marc. 5, 14.

ASSENTATIO, ōnis. f. [κολακία] *Aſſentandi actus.* Liu. 24, . . Inflatus aſſentationibus eorum, qui eum non Hieronis tantum, *etc.* Cic. de Amicit. 98 Semper auget aſſentatio id, quod is, cuius ad voluntatem dicitur, vult eſſe magnum. Iſthaec illum perdidit aſſentatio Plaut. Bacch. 3, 3, 7. Beneuolentiam blanditiis et aſſentationibus colligere, turpe eſt Cic. de Amicit. 52 c. 17. Blanditiis et aſſentationibus ſe in alicuius conſuetudinem immergere Id. pro Cluent. 36 c. 13. Eruditus ad aſſentationem Id. Q. Fratr. 1, 1, 5. ¶ 2 *Pro aſſenſione videtur dici* Vell. 2, 128, 3 Qui M. Tullio tantum tribuere, vt paene Adſentatione ſua, quibus vellet, principatus conciliaret. Aſſentatione *i. ſuffragatione.* Petr. c. 17 p. 56 Tacentibus adhuc nobis, et ad neutram partem Aſſentationem flectentibus. *vid. Erhardus.*

ASSENTATIVNCVLA. Dimin. Cic. Fam. 5, 12 Vereor, ne aſſentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar. *Plur.* Plaut. Stich. 1, 3, 75.

ASSENTATORIE. Adu. [κολακικῶς] *Cum aſſentatione.* Cic. Q. Fratr. 2, 14 Dubitare te non aſſentatorie, ſed fraterne veto.

ASSENTATOR, ōris. m. [κόλαξ] *qui aſſentatur.* Cic. Off. 1, 42 Non benefici, neque liberales, ſed pernicioſi atque aſſentatores iudicandi ſunt. *Conf.* Id. Fam. 5, 12 Neque enim tu is es, qui — non eos magis, qui te non admirentur, inuidos, quam eos, qui laudent, aſſentatores arbitrere. Aſſentator mulierum Cic. pro Caecin. 14 c. 5. *Guliel. malit* Aſſectator.

ASSENTĀTRIX, īcis. f. Plaut. Moſtell. 1, 3, 100 Nunc aſſentatrix ſceleſta eſt, dudum aduerſatrix erat.

ASSĔQVOR, quutus ſum, ĕqui. [ἀκολουθέω, ἐπικαταλαμβάνω, παρακολουθῶ] *Peruenire ad id, quod ſequimur, vel cupimus.* Conſequimur ſtudio, obſequimur officio, perſequimur iniuria, proſequimur ordine, aſſequimur voto Agroet. p. 1350 Gothofr. Ter. Phorm. 5, 7, 89 Aſſequere, ac retine. Cic. Att. 3, 5 Si enim es Romae, iam me aſſequi non potes. Id. Tuſc. 1, 94 c. 39 Quae vero aetas longa eſt? aut quid omnino homini longum? nonne modo pueros, modo adoleſcentes in curſu a tergo inſequens, nec opinantes aſſequuta eſt ſenectus? Id. pro Roſc. Amer. 95 Qua in re nihil aliud aſſequeris, niſi vt ab omnibus mortalibus audacia tua cognoſcatur et impudentia. Id. de Inuent. 2, 139 c. 47 Sed qui cogitationem aſſequi poſſent, et voluntatem interpretari. Id. Verr. 3 c. 86 Credo vos ex veſtris rebus ruſticis coniectura aſſequi poſſe. Id. in Piſon. 2, c. 1 Omnes magiſtratus ſine repulſa aſſequutus. Ingenium alterius, *Parem ingenio eſſe alteri* Plin. Epiſt. 4, 8. Cic. ad Brut. 15, 1 Quibus igitur literis tam accurate ſcriptis aſſequi poſſum, ſubtilius vt explicem quae gerantur. Id. de Nat. Deor. 2, 51 Alantur, augeſcantque et pubeſcant, maturitatemque aſſequantur. Id. Fam. 1, 4 Quid enim aut me oſtentem, qui ſi vitam pro tua dignitate profundam, nullam partem videar tuorum meritorum eſſe aſſequutus? Plin. in Paneg. 88 Aſſequutus eſt nomen, quod ad alium tranſire non poſſit. Obſcura apertis Cic. de Nat. Deor. 3, 38. Propoſitum aſſequi Id. de Fin. 3, . . Liu. 26, 19 De Scipione Afric. Vt imperia conſiliaque velut ſorte oraculi miſſa ſine cunctatione aſſequerentur, *i. vt facilius imperiis ipſius conſiliisque homines obſequerentur.* Suſpicione non potui conſilium Cic. Att. 8, 5. *Paſſiue* Cic. Verr. 2, 81 c. 73 Omnia ita — latuiſſe videantur, vt hac diligentia, quam ego a me expectari maxime puto, nihil horum inueſtigari, nihil aſſequi potuerit. *Defendit hanc lectionem Muretus. Sed* Gron. obſ. 1, 12 Haec diligentia — inueſtigare *etc.*

ASSECVTVS, a, um. Quem C. Caeſar — Hiſpanienſis militiae, aſſecutum ſe, poſtea comitem habuit Vell. 2, 59, 3. *Add.* Front. Strat. 1, 8, 3.

ASSECTOR, āri. [παρακολουθῶ μαι] Frequent. *quaſi Comitatum praeſtare non tantum in itinere, aut nauigatione, aut militia, ſed fere per vrbem. Sedem quaſi propriam habet hoc verbum in ambitione Candidatorum, qui hoc agebant, vt multi ſe* aſſectarentur. *Locus claſſicus eſt* Q. Cic. de Petit. Conſul. c. 8 *extr.* Iam ſtudia adoleſcentulorum in ſuffragando, in obeundo, in nunciando, in aſſectando mirifice et magna et honeſta ſunt. *Et* c. 9 Qui per aetatem ac negotium poterunt, ipſi tecum vt aſſidui ſint: qui ipſi aſſectari (*Grut.* ſectari) non poterunt, neceſſarios ſuos in hoc munere conſtituant. Cic. de Orat. 1, 239 Quum aedilitatem Craſſus peteret, eumque maior natu et conſularis Sergius Galba aſſectaretur, quod Craſſi filiam Cn. filio ſuo deſpondiſſet. *Sed et ſtudiorum cauſa* Aſſectabatur, *v. g.* Quinctilianus *apud* Plin. Epiſt. 2, 14 Domitium Afrum. *Add.* Auctor. Dial. de Corr. Eloq. c. 2 *de* Apro et Iulio Secundo, quos domi quoque et in publico Aſſectabar. Vidimus et ipſi, Arellium Fuſcum — quum celebritate aſſectarentur adoleſcentium ſcholae, ex argento annulos habentem Plin. 33, 12 ſ. 54. Suet. in Iul. cap. 19 Qua maxime iniuria inſtinctus, omnibus officiis Cn. Pompeium aſſectatus eſt, offenſum tunc patribus. *Ad vulgarem et moleſtum comitatum pertinet* Hor. Sat. 1, 9, 6 Quum aſſectaretur, *intell. me.* ¶ 2 *Eſt etiam iniuriae genus* aſſectari. Iuſtin. l. 1 Inſtitut. de iniuriis (4, 4) Iniuria committitur — ſiue quis matrem familias aut praetextatum, praetextatamue aſſectatus fuerit. *Declaratur hoc ab* Vlpiano l. 15 ff. §. 22 Aliud eſt appellare, aliud adſectari. Appellat enim, qui ſermone pudicitiam attentat; Adſectatur, qui tacitus frequenter ſequitur. Aſſidua enim frequentia quaſi praebet non nullam infamiam. Meminiſſe autem oportebit, non omnem, qui adſectatus eſt, nec omnem, qui appellauit, hoc edicto conueniri poſſe. Neque enim, ſi quis colludendi, ſi quis officii honeſte faciendi gratia id facit, ſtatim in edictum incidit: ſed qui contra bonos mores hoc facit. ¶ 3 *Paſſ.* Aſſectari ſe omnes cupiunt Enn. *ap* Priſc. 8 p. 792.

ASSECTATIO, ōnis. f. [ἀκολούθησις] *Aſſectandi actus.* Habent hanc in noſtris petitionibus operam atque aſſectationem Cic. pro Mur. 70 c. 34. *quod male in Verburgiana mutatum in* Affectationem. *Sequitur,* Neque enim poſtulandum eſt a nobis, aut ab equitibus Romanis, vt ſuos neceſſarios candidatos ſectentur totos dies: a quibus, ſi domus noſtra celebratur, ſi interdum ad forum deducimur, ſi vno baſilicae ſpatio honeſtamur, diligenter obſeruari videmur et coli. Tenuiorum et non occupatorum amicorum eſt iſta aſſiduitas: quorum copia bonis et beneficis deeſſe non ſolet *etc. Locus claſſicus eſt* Q. Cic. de Petit. Conſ. c. 9 Quoniam Aſſectationis facta mentio eſt, id quoque curandum eſt, vt quotidiana cuiusque generis et ordinis et aetatis vtare — Huius autem rei tres partes ſunt. Vna ſalutatorum, quum domum veniunt; altera deductorum; tertia Aſſectatorum. *Vnde intelligimus* Aſſectationem *generali quadam notione interdum acceptam, vt* ſalutationem *et* deductionem *comprehenderet.* ¶ 2 *Pro obſeruatione* Plin. 2, 20 Latet pleroſque, magna caeli aſſectatione compertum a principibus doctrinae viris, ſupernorum trium ſiderum ignes eſſe, *i. obſeruatione diligenti et perpetua.*

ASSECTATOR, ōris. m. [ἀκόλουθος] *Qui aſſidue comitatum praeſtat.* Q. Cic. de Petit. Conſ. c. 9 Tertia eſt ex hoc genere aſſidua Aſſectatorum copia. In ea quos voluntarios habebis, cura vt intelligant te ſibi in perpetuum ſummo beneficio obligari *etc.* Cic. pro Corn. Balb. 62 c. 27

62 c. 27 Cum ducibus ipſis, non cum comitatu affectatoribuſque confligant. *Conqueritur de aemulis, qui magnis viris inuidebant, nec audebant eos aggredi ob potentiam: ſed minores eorum amicos vexabant.* Affectator comeſque patrimoniorum pereuntium populus Sen. de Tranq. c. 1. Affectator dapis cancer Plin. 9, 42. *Speciatim etiam ita dicitur, qui alicuius doctrinam et virtutem imitatur.* Plin. Epiſt. 8, 23 *de* Iunio Auito, Quod ille obſequium Seruiano — praeſtitit? quem legatum tribunus ita et intellexit et cepit, vt ex Germania in Pannoniam transeuntem, non vt commilito, ſed vt comes Affectatorque ſequeretur. Gell. 5, 10 *de Euathlo*, Quum diutule auditor Affectatorque Protagorae fuiſſet. Plin. 24, 17 Adiecit his Apollodorus affectator eius. Idem 29, 1 Exortus deinde eſt Vectius Valens, adulterio Meſſalinae Claudii Caeſaris nobilitatus, pariterque eloquentiae affectator. *Sic* Affectator ſapientiae Plin. 8, 17 pr.

ASSECVTOR, ōris. m. *Idem.* Mart. Capell. 9 p. 306 Himeros Cupidinis Aſſecutor.

ASSER, ĕris. m. *Hoc nomen non ſignificat tabulam ſectilem e ligno, qui potius* Aſſis *vel* Axis *eſt, ſed tigillum modicum, longum potius quam latum aut craſſum, quod gloſſae veteres indicant,* κοντοὶ, δοκοὶ, στρωτῆρες, *ſed* στρωτὴρ *explicatur in Cyrilli Gloſſis* ἡ λεπτὴ δοκὸς, *et apud Harpocrationem ac Suidam* στρωτῆρες *ſunt* τὰ μικρὰ δοκίδια τὰ ἐπάνω τῶν δοκῶν τιθέμενα, *de varietate lectionis vid. viri docti ad Harpocr. et Poll. 10, 173. Nempe* ¶ 1 Aſſeres *in tectis ſunt trabeculae cantheriis multum craſſioribus, et rarioribus, imminentes, eadem directione (interpoſitis transuerſim* templis) *ſed denſiores, quibus deinde* ambrices *transuerſae imponuntur, atque his tegulae. Hoc patebit, ſi quis legerit expenderitque* Vitruu. 4, 2 Supra cantherios templa; deinde inſuper ſub tegulas aſſeres ita prominentes, vti parietes proiecturis eorum tegantur — Quemadmodum mutuli cantheriorum proiecturae ferunt imaginem, ſic in Ionicis denticuli ex proiecturis aſſerum habent imitationem. Itaque in Graecis operibus nemo ſub mutulo denticulos conſtituit: non enim poſſunt ſubtus cantherios aſſeres eſſe. Quod ergo ſupra cantherios et templa in veritate debet eſſe collocatum — nec cantherii nec aſſeres contra faſtigiorum frontes diſtribuuntur, nec poſſunt prominere; ſed ad ſtillicidia proclinati collocantur. *Vnde ſatis apparet, quod Daniel Barbarus et Perraltus bene obſeruarunt, ille etiam diagrammate expreſſit, eandem habere directionem atque inclinationem aſſeres, quam habent* cantherii. *Huc refero* Plaut. Aulul. 2, 6, 8 ST. Ligna hic apud nos nulla ſunt. COQ. Sunt aſſeres? ST. Sunt pol. CO. Sunt igitur ligna; ne quaeras foris. ST. Coenaene cauſa nos noſtras aedes poſtulas comburere? ¶ 2 *Similes ſunt, ſed alterius paullo vſus, de quibus* Vitruu. 7, 3, *vbi de camera facienda agit*, Aſſeres directi diſponantur — maxime cupreſſini, quod abiegni — celeriter vitiantur. *Subſternuntur hic etiam ad accipiendum tectorium, vnde Graecum nomen* στρωτῆρας *illis conuenit. De his* Plin. 16, 33 ſ. 60 Immittitur (*i. ſubmittitur, educatur*) vtraque *cupreſſus* in perticas aſſereſque, amputatione ramorum. ¶ 3 *Sollemnis mentio* aſſerum *in lecticis.* Sueton. Calig. c. 58 Ad primum tumultum lecticarii cum aſſeribus in auxilium accurrerunt. Martial. 9, 23 Vt canuſinatus noſtro Syrus aſſere ſudet. Iuuen. 3, 245 Ferit aſſere duro Alter, *quod de lecticariis accipit Vet. Schol.* Iuuen. 7, 132 Iuuenes longo premit aſſere Medos. *Sunt igitur* aſſeres *hic perticae, quibus portantur lecti, ſellae etc.* ¶ 4 *Vſus* aſſerum *in apparatu bellico.* Liu. 38, 5 Aſſeribus falcatis detergebat pinnas. *Et in re nauali* Liu. 30, 10 Poſtremo aſſeres ferreo vnco praefixi (harpagonas vocant milites) ex Punicis nauibus iniici in Romanas coepti. *Alia machinatio naualis et ipſa belli eſt, quam deſcribit* Veget. 5, 15 Aſſer dicitur, cum trabes ſubtilis ac longa, ad ſimilitudinem antennae pendet in malo, vtroque capite ferrato. Hunc ſiue a dextra ſiue a ſiniſtra parte aduerſariorum ſe iunxerint naues, pro vice arietis vi impellunt; qui bellatores hoſtium ſiue nautas ſine dubio proſternit ac perimit, ipſamque nauim ſaepius perforat. *Arietis vicem ſubit etiam* aſſer Tacit. Hiſt. 4, 30 Eduxerant Bataui turrim duplici tabulato, quam praetoriae portae propinquantem promoti contra validi aſſeres, et incuſſae trabes, perfregere. *Alia denuo* Caeſ. B. C. 2, 2 Aſſeres pedum duodecim cuſpidibus praefixi, atque hi maximis baliſtis miſſi per quatuor ordines cratium in terra defigebantur. ¶ 5 Aſſeres *ſunt etiam ſigna robuſtiora, ponti fulciendo apta, per quem elephas ingrederetur* Liu. 44, 5 Per procliue ſumto faſtigio longi duo validi aſſeres ——— in terra defigebantur ——— in eos transuerſi incumbentes tigni — vt pons eſſet, iniungebantur. ¶ 6 Gell. 2, 12 pr. *Libri quidam ſic habent*, In legibus Solonis illis antiquiſſimis, quae Athenis aſſeribus (*al.* axeribus) ligneis inciſae ſunt. *Sed vincit alterum* axibus *vel* aſſibus, *de quo ſ. l.* ¶ 7 *Etymon* aſſeris *quod* Feſtus *habet*, quod aſſideat parieti trabibuſque, *pertinet ad primam, quam explicauimus ſignificationem. Inter caetera etyma placet illud Schefferi de re vehic. 2, 7 p. 128. qui ab* Axis *vel* Aſſis *dictum* Axer *vel* Aſſer *putat, vt a* cucumis cucumer *etc.*

ASSERCVLVM, i. n. Dimin. Cato R. R. 12 *in* torcularii *apparatu ponit* aſſercula quinque. *Et* c. 152 Scopas virgeas, vlmeas, aridas, eas in aſſerculo alligato, *i. e. baculo vel parua pertica.* ¶ 2 *Maſculino genere* Colum. 12, 50, 4 Aſſerculos inter ſe diſtantes bipedali ſpatio. Id. 8, 3, 6 Aſcenſus deinde auibus ad tabulata per vtramque cellam datur, iunctis parieti modicis aſſerculis.

ASSERO, *vel* ADSERO, ēui, ĭtum, ĕre. [προσφυτεύω] *Iuxta ſero vel planto.* Cato R. R. 32, 2 Arbores facito vbi bene maritae ſint, viteſque vbi ſatis multae aſſerantur. Varro R. R. 1, 26, 1 Neque vites propter cupreſſos aſſerunt, quod haec inter ſe inimica. L. 7 §. 3 π. de Vſufr. et quemadm. Adſerere arbores *eſt in emortuarum locum ſerere.*

ASSITVS, *vel* ADSITVS. Partic. [προσφυτευθεὶς] *iuxta ſatus.* Varro R. R. 1, 16, 6 Vitis aſſita ad olus. Catull. 62, 106 Lenta qui velut aſſitas Vitis implicat arbores, Implicabitur in tuum complexum. Agroetius p. 2274 Putſch. *Inſita* eſt arbor, cui inſciſſae aliud germen includitur: *Aſſita*, cui incolumi aliquid adiungitur. Horatius (Epiſt. 2, 2, 170) *qua populus aſſita ſurgit*, quippe quae vitibus maritaretur. *Haec Agroetius. Sed in loco Horatii aſſita etiam ad ipſum limitem, ad quem notandum poſita eſt, reſpectum habere poteſt.*

ASSERO, *vel* ADSERO, rui, rtum, ĕre. [προσείρω, προσάπτω] Varro L. L. 5, 7 p. 57, 11 Adſerere manu in libertatem dicimus, cum prehendimus. *Planius eadem* Feſtus, Aſſerere manum admouere eſt, quod ea quoque, quae in terram demittuntur, *ſeri* dicuntur. Vnde etiam *ſerae* dicuntur, quia foribus admotae apponuntur defixae poſtibus, quemadmodum ea, quae terrae inſeruntur. *Vid. idem* Feſtus *in* Sertorem: *et locus* Martial. 1, 16 *quem ſtatim damus* n. 2. *v.* Gaudia. *Nempe locum primo habet hoc verbum* ¶ 1 *in Vindiciis, h. e. iis iudiciis, quibus vel libertatem eius, qui pro ſeruo eſt, vel ſeruitutem eius, qui pro libero ſe gerit, petit is, qui inde* Aſſertor *vocatur.* Plaut. Poen. 4, 2, 83 Manu eas aſſeret ſuas populares liberali cauſſa. *Add.* 5, 2, 142 5, 6, 11. *it.* Perſa 1, 3, 83. Ter. Adelph. 2, 1, 39 Nam ego illam liberali cauſa aſſero manu. Donatus *ad h. l.* Ordo eſt, *Ego liberali cauſa manu aſſero.* Et ſunt iuris verba, a quibus etiam *Aſſertores* dicuntur, vindices alienae libertatis. Nam et *cauſa* ipſa *liberalis* dicitur, quae actionem in ſe continet libertatis. *Sic* Cic. pro Flacco 40 c. 17 Cum in cauſa liberali eum, qui aſſerebatur, cognatum ſuum eſſe diceret. Liu. 3, 45 Aſſerere in libertatem. Sueton. Vitell. 10 Quoscunque libuiſſet in libertatem aſſerebant. *Et* de Gramm. 21 Quamquam adſerente matre permanſit tamen in ſtatu ſeruitutis. *Add.* Veſp. 3. It. Vlpian. l. 11 π. de iniuriis et fam. lib. §. vlt. Ei, qui ſeruus dicitur, ſeque adſerit in libertatem. *Breuiter* Ouid. Am. 3, 11, 3 Aſſerui iam me fugique catenas. *Contrarium eſt* Liu. 3, 44 M. Claudio clienti negotium dedit, vt virginem in ſeruitutem aſſereret. *Add.* Sueton. Tib. 2. Quinctil. 4, 2, 95 Paraſitus ter abdicatum a diuite filium et abſolutum, tanquam ſuum filium aſſerit. *Vid. Iac. Gothofr. ad tit.* C. Theodoſ. de liberali cauſa *et Viros doctos ad* Paulli Sent. 5, 1 §. vlt. ¶ 2 *Hinc in vniuerſum* aſſerere *eſt vindicare, defendere, etiam extra iudicium, arrogare ſibi, etc.* Quinctil. 9, 3, 64 Haec ſunt adeo vulgaria, vt ſibi Artem figurarum aſſerere non poſſint. Aſſere me Caelo *Phaëthontis vox ad matrem* Ouid. Metam. 1, 761 *id eſt, oſtende me Deo genitum.* Seren. Sammon. pr. Phoebe, ſalutiferum, quod pangimus, adſere Carmen. Plin. 7, 43 ſ. 44 Felicis ſibi Cognomen aſſeruit Sylla. Sueton. Caeſ. 16 Multitudinem — confluentem, operamque ſibi in aſſerenda Dignitate tumultuoſius pollicentem, compeſcuit. Martial. 1, 16 Haec (*Gaudia*) vtraque manu complexuque aſſere toto, ſaepe fluent imo ſic quoque lapſa ſinu. Valer. Max. 8, 14, 4 Aſſerere ſibi totam Laudem. *Et* 4, 4, 4 Quos pericula Reipubl. Imperatores aſſerebant, anguſtiae rei familiaris bubulcos fieri cogebant. *Sic* Aſſerere Libertatem Sueton. Claud. 10. Libertatem Reipubl. Quinct. 6, 5, 8. Sueton. Cal. 22 Admonitus, regum ſe exceſſiſſe faſtigium, diuinam ex eo Maieſtatem aſſerere ſibi coepit. Martial. 9, 2 Dum grande famuli Nomen aſſeret Rheni Germanicarum magna lux Kalendarum, *i. dum nomen ipſum menſis Germanici oſtendet, deuicta illa gente Rhenum nobis ſeruire.* Quinctil. 12, 1, 20 *de Cicerone*, Nec ſapientis ſibi Nomen minime ſui contemtor aſſeruit. Iuſtin. 44, 3, 2 Gallaeci Graecam ſibi Originem aſſerunt. Martial. 9, 104, 13 Aſſeruit poſſeſſa malis Pallatia regnis. *Sic* Aſſerere ſibi Partem dimidiam hereditatis Vlpian. l. 1 π. ſi pars hered. pet. §. 2. Curt. 8, 1, 42 Iouis, quem Patrem ſibi Alexander aſſereret. *Sed* Neque aliud tibi ex illa adoptione, quam filii pietatem, filii obſequium aſſereres Plin. Pan. 10, 3. Vlpian. l. 25 π. de Procuratoribus, Nec ferendus eſt Procurator, qui ſibi aſſerit procurationem. Quinct. 1 Pro. 16 Quae velut propria philoſophiae aſſeruntur, tractamus omnes. *Sic* Aſſerere ſe ab iniuria obliuionis Plin. Epiſt. 3, 5, 4. A mortalitate Id. Ep. 2, 10, 4. Se ſtudiis Id. ib. 1, 3, 3 Salutem quae aſſerat nulla ſpecula eſt, *legit Guilelmius* Plaut. Rud. 2, 3, 3: *Sed al.* afferat. *Pro defendere ſimpliciter capitur in illo* Martial 14, 142 Hoc focale tuas aſſerat auriculas. *Sic idem* 11, 99 Non t[illegible] cucullis aſſeret (*a baſiis*) caput tectum. *Et vt vindicare, defender[e] etiam ſignificant depellere, ita etiam* aſſerendi *verbo vſus eſt* Quinctil Decl. 5, 6 Voluit nos ille mortalitatis artifex Deus in commune ſuc[c]urrere, et per mutuas auxiliorum vices in altero quemque, quo[d] pro ſe timeret (*hic de fame ſermo eſt*) adſerere. ¶ 3 *Argentea aetate coeperunt* Adſerere *dicere pro confirmare, affirmare, aſſeverare.* Vet. Gloſſ. διαβεβαιοῦμαι. Plin. 20, 9 ſ. 34 Epicharmus teſtium ac genitalium malis hanc vtiliſſime imponi, aſſerit. Tac. Ann 2, 83, 5 Adſeruit Tiberius, ſolitum paremque caeteris dicaturum *Sed* Ann. 16, 2, 1, *vbi quidam legunt*, Miſſis viſoribus, per quos noſceret, an vera aſſererentur, *Gronouius et Ryckius dederunt ex libris*, [a]fferrentur. Martial. 10, 35, *de Sulpiciae libris*, Non haec Colchido aſſerit furorem, *i. narrat.* Aur. Victor Epit. 3, 5 Iouem ob inceſtum e choro autem Bacchanali Liberum ſe aſſerebat. Idem ib. 28, 8 Molliſſimum quemque beatum fore aſſerebant. Iuſtin. 38, 2, 5 Romar[n] mittit, qui Senatui aſſereret, puerum illum ex Ariarathe genitum *Adſerunt etiam* Cic. Offic. 3, 55 c. 13 Quod ſi qui proſcribunt villa[m] bonam (vt ipſi aſſerunt) beneque aedificatam. *Sed boni libri iſt[a] parentheſi, inutili plane, carent.*

ASSERENS. Aur. Victor Caeſ. 21, 3 Aſſerentique, Vellem ſi li[c]eret. *Add.* Sen. Exc. Controu. 4, 2.

ASSERTVRVS, a, um. Sueton. Claudian. 10. COSS. aſſertur[os] communem libertatem.

ASSERTVS, a, um. Martial. 7, 62 Annus, aſſerto qui facer orbe fuit, *i. liberato.* Aſſertus in ingenuitatem Suet. Aug. 74.

ASSERTVM, i. n. *Affirmatio, argumentum.* Martian. Capell. [illegible] p. 195 Multiplicibus monſtratur aſſertis.

ASSERTIO, ōnis. f. *Vindiciae in libertatem vel ſeruitutem.* Vet Gloſſ. καρπισμὸς, Vindicta, aſſertio Priſcian. l. 18 p. 1208 Putſch Aſſertio tam a ſeruitute in libertatem, quam a libertate in ſeruitium trahi ſignificat, quod apud Liuium in multis legimus locis. Quinctil 3, 8, 56 Sit ne liber, qui in aſſertione eſt. Traianus *reſcribit* Plini[o] 10, 72, 2 Aſſertionem denegandam iis, qui ex eiusmodi cauſa in libertatem vindicabuntur. Quinctil. 5, 2, 1 *et* 11, 1, 28 Aſſertionis ſecundae *mentionem facit, id eſt, vbi apud alios iudices fruſtra iam tentat[a] aſſertio ſuſcipitur. Apparet hoc ex* l. 1 C. de adſertione tollenda, *vb[i] Iuſtinianus*, Illis legibus, quae dudum et ſecunda et tertia vice adſertorias lites examinari praecipiebant, in poſterum ceſſantibus. Aſſertionis *veteris ritum deſcribere videtur* Martial. 1, 53

Commendo tibi Quinctiane noſtros,
Noſtros dicere ſi tamen libellos
Poſſum, quos recitat tuus Poëta.
Si de ſeruitio graui queruntur,
Aſſertor venias, ſatiſque praeſtes,
Et, cum ſe dominum vocabit ille,
Dicas eſſe meos, manuque miſſos.
Hoc ſi terque quaterque clamitaris
Impones plagiario pudorem.

*Magnalis eſt quae ſint* perfuſoriae aſſertiones, *quibus* ne ſe ſemper accommodarent identidem recuperatores admonuit Domitianus Sueton. c. 8. *Vid. e[t] Burm. Cuiacii ſententiam ad l. 13 de Excuſat. tuetur etiam Rramireſ. a[d] Martial. l. c. et optime Graeu. ad Cic. pro Roſc. Amer. c. 29. Breuite[r] obſcurae ſunt, non clarae, neque liquidae.* ¶ 2 Aſſertio *pro af[]firmatione, ter legitur* Cic. Acad. 1, 45 c. 12 *etiam in Codd. Palatin[is] atque editione Gruteri atque Gronouii. Sed merito* Aſſenſionem *ex libr[is]*

*et ratione ſubſtituerunt Stephanus, Lambinus, Guietus, Dauiſius. Neque habet, quod ſciatur hic nominis intellectus bonum aſſertorem alium.*

ASSERTOR, *vel* ADSERTOR, ōris. m. [ἐκδικητὴς] Vindex, *vt ex* Donato ad Ter. Adelph. 2, 1, 39 *vidimus*, alienae libertatis. Iul. Paul. Recept. Sent. 5, 1 §. vlt. Poſt ſuſceptum liberale iudicium, ſi Aſſertor cauſam deſeruerit, in alium aſſertorem omne iudicium transferri placuit. *Add.* Martial. 1, 53 *quem locum modo dedimus in* Aſſertio. *Ad publicam libertatem ſaepe refertur, vt* Plin. 20, 14 ſ. 57 Iulium Vindicem, aſſertorem illum a Nerone libertatis. Martial. 1, 25 Qui loquitur Curios, aſſertoresque Camillos. Sueton. Caeſ. 80 Populo detrectante dominationem, et aſſertores flagitante. *Et* Galba 8 Vt humano generi adſertorem ducemque ſe accommodaret. *Et* Tib. 2 Aſſertores vnici dignitatis patriciorum Claudii. *Hinc* Sen. Epiſt. 13 Catoni gladium aſſertorem libertatis extorque. Quinctil. 1, 6, 39 Verba a vetuſtate repetita magnos aſſertores habent. Prudent. Paſſ. Rom. Periſt. 10, 1 Romane, Chriſti fortis aſſertor Dei. *Sed etiam qui in ſeruitutem trahit,* Aſſertor *eſt. Sic ſumitur* Liu. 3, 44 ſq. Iam a vi tuta erat *Virginia*, cum *M. Claudius, ab Appio Decemuiro ſubornatus,* aſſertor nihil opus multitudine concitata ait; ſe iure graſſari, non vi. *Et;* Cum inſtaret aſſertor puellae, vt vindicaret, ſponſoresque daret *etc.*

ASSERTORIVS, a, um. *Vt* lis aſſertoria l. 1 C. de aſſertione tollenda, *quam modo ſub* Aſſertio *plenius laudauimus.*

ASSERVIO, īui, ītum, īre. [ἐπιδουλεύω] Idem, quod ſimplex Seruio. Cic. Tuſc. 2, 56 c. 24 Toto corpore atque omnibus vngulis (vt dicitur) contentioni vocis aſſeruiunt.

ASSERVO, āre. [προσφυλάττω] *Diligenter cuſtodire.* Cic. Verr. 3, 55 Dum res iudicaretur, hominem vt aſſeruarent. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 21 Muros aſſeruari iubet. Negligenter Cic. pro Caec. c. 26. Aſſeruare in carcerem Liu. 5, . . Aliquem domi ſuae Cic. in Catil. 1, 19. Aſſeruari cuſtodiis Idem Verr. 5, 77 c. 30. Sale, *vel* In ſale aſſeruare carnes Plin. 9, 25. Ignem in ferula Plin. 7, 56. ¶ 2 *Obſeruare ſignificat.* Plaut. Capt. 1, 2, 6 Iſtos captiuos —— ſinito ambulare ſi foris, ſi intus volent: ſed vti aſſeruentur magna diligentia. Acerrime adſeruabimus Cic. Att. 10, 16. Terent. Heaut. 5, 3, 32 Atqui nunc here, hic tibi aſſeruandus eſt.

ASSESSOR, ASSESSIO, ASSESTRIX, *vid.* ASSIDEO.

ASSEVĒRO, *vel* ADSEVERO, āre. [διαβεβαιοῦμαι, διϊσχυρίζω, ἰσχυρίζω] *Seriam voluntatem et ſeueritatem in affirmando oſtendere.* Cic. Verr. 4, 61 Aſſeuerat ſe eius rei in primis actionem eſſe daturum. Idem Att. 10, 16, (14) Vnum illud firmiſſime aſſeuerabat, ſi damnati reſtituerentur, in exilium ſe iturum. Nemo de vlla re poteſt aſſeuerare ſine aliqua eius rei propria et certa nota Id. Tuſc. 4 c. 11. *Et* de Clar. Orat. 208 Deinde intereſt, coram videre, quemadmodum adverſarius de quaque re aſſeueret. Aſſeuerare, *pro Serio dicere.* Cic. in Bruto 292 c. 85 Bella ironia, ſi iocaremur: ſin aſſeueramus, vide ne religio nobis tam adhibenda ſit, quam ſi teſtimonium diceremus. *Proprie, certe cum reſpectu ad etymon* Apul. Met. 3 p. 135, 10 Elm. Frontem vultuoſam rugis inſurgentibus aſſeuerabat, *i. ad ſeueritatem componebat. Paſſiua voce et intellectu.* Cic. Verr. 2, 26 c. 10 Quae eſt iſta defenſio? vtrum aſſeueratur in hoc, aut tentatur? *i. ſerione dicitur, an tentandi gratia?*

ASSEVERANS, tis. Partic. Tacit. Ann. 13, 18 Nec defuerunt, qui arguerent viros grauitatem aſſeuerantes, quod domos villasque id temporis quaſi praedam diuiſiſſent. Grauitatem aſſeuerare *videtur hoc ſignificare* ſeueram *grauitatem magno ſtudio prae ſe ferre, et fidem illius illa* aſſeueratione *facere.*

ASSEVERANTER, ius, iſſime. Adu. [διϊσχυριζομένως] Cic. Att. 15, 19 Statius ſcripſit ad me, locutum ſecum eſſe Quintum Ciceronem valde aſſeueranter, haec ſe ferre non poſſe. Idem Acad. 4, 60 c. 19 Multo etiam aſſeuerantius in Syria, quum eſſet mecum, et paullo antequam eſſet mortuus.

ASSEVERĀTE. Adu. [διϊσχυρισμένως] *Idem.* Gell. 7, 5 Tragoedias poëtarum nobilium ſcite atque aſſeuerate actitauit, *i. vt res ſerio agi, non ludi in ſcena, videretur. Add.* Apul. Apol. p. 89, 38 Nonne eos puditum eſt, haec crimina — tam aſſeuerate obiectare?

ASSEVERATIO, ōnis. f. [διϊσχυρισμὸς] *Affirmatio ſeria.* Quinctil. 4, 2, 94 Quum praeſertim quorundam probatio ſola ſit in aſſeueratione et perſeuerantia. Vt ille paraſitus, *etc.* Idem 11, 3, 2 Neque probatio vlla, quae modo venit ab oratore, tam firma eſt, vt non perdat vires ſuas, niſi adiuuetur aſſeueratione dicentis. Cic. Att. 3, 23 Omni tibi aſſeueratione affirmo, quod mihi credas velim. ¶ 2 Aſſeueratio, *pars orationis, vt* heu Quinctil. 1, 4, 20. *Eſt itaque vox* aſſeuerationis *cauſa addita.*

ASSICCO, āre. [ἐπιξηραίνω] *Diligenter ſiccare.* Colum. 12, 15, 5 Cum rurſum in ſole aſſiccauit. Paucis horis in ſole habeto, deinde in vmbra adſiccato Idem de Arb. c. 28. *Saepius eo vtitur Columella.*

ASSICCATVS, a, um. Plurimum refert, non adſiccato ſucco ...num vires continere Columel. 1, 6, 22. *Add.* Idem 2, 9, 18. *et* 12, 4, 7. Marc. Empir. c. 19.

ASSICCESCO, ĕre. [ἐπιξηραίνομαι] *Siccum fieri.* Columel. 12, ..., 1 Expreſſos in cratibus pandere, dum aſſiccescant.

ASSICVLVS, *vid.* ASSER.

ASSIDELAE, *vid. poſt* ASSIDEO.

ASSĬDEO, *ſiue* ADSIDEO, ēdi, eſſum, ēre. [προσεδρεύω, παρεδρεύω, παρακάθημαι] *Iuxta ſedere, ſine aliquo motu.* Ouid. Faſt. ... 45 *de Maieſtate,* Aſſidet inde Ioui, Iouis eſt fidiſſima cuſtos. *πάρεδρον vocant Graeci.* Huic aſſident, pro hoc laborant Cic. pro Planc. 28 ... 11 *de iudicio. De his, qui aegris miniſtrant.* Aſſidere aegro Sen. ...p. 9. Aut ſi condoluit tentatum frigore corpus, Aut alius caſus ...cto te affixit, habes, qui Aſſideat, fomenta paret, medicum roget ...c. Horat. Sat. 1, 1, 80. Angit me Fanniae valetudo. Contraxit hanc, ...um aſſidet Iuniae Plin. Ep. 7, 19. *Add.* Tacit. Ann. 6, 26, 2. Apul. Met. 9 p. 206, 17 quaſi parentem aſſideret aegrotum. *Sed viciniam ...tat* Plaut. Rud. 2, 6, 48 Qui apud carbones aſſident, fabri ferrarii, ſemper calent. Cic. Verr. 5, 111 Quum lacrymans in carcere mater noctes dieſque aſſideret. Aſſidere iudiciis Tacit. Ann. 1, 75. *Add.* Idem 2, 57, 5. Aſſidere magiſtratibus Sueton. Tiber. 35. *Vnde et* Aſſeſſor *dictus eſt. Vid. infra.* Aſſidere *interdum ſimpliciter dicuntur, qui Praetori vel Praeſidi prouinciae iuris ſuggerendi cauſa aſſident.* Marcian. l. 2 ff. de Officio Aſſeſſ. Liberti aſſidere poſſunt. Infames autem, licet non prohibeantur legibus aſſidere: attamen arbitror — non poſſe officio Aſſeſſoris fungi. *Et* Macer l. 3 eod. Si eadem prouincia poſtea diuiſa ſub duobus praeſidibus conſtituta eſt, velut Germania, Myſia: ex altera ortus in altera aſſidebit, nec videtur in ſua prouincia aſſediſſe. *Et* Papinianus l. 6 eod. In conſilium curatoris Reip. vir eiusd. ciuitatis aſſidere non prohibetur. *Vid.* ASSESSOR. Aſſidere gubernaculis, Aſſidere literis; *pro Aſſiduum eſſe.* Plin. in Paneg. c. 81 *et* Epiſt. 3, 5. Aſſidere pedes, *i. ad pedes* Apul. Met. 1 p. 112, 23. Aſſidere inſano, *pro Ad inſaniam proxime accedere.* Horat. Epiſt. 1, 5, 13 Parcus ob haeredis curam, nimiumque ſeuerus Aſſidet inſano. *Eſt et vox militaris, pro Obſidere.* Virg. Ciri 265 — noſtris qui moenibus aſſidet hoſtis. Sil. 9, 624 — atque aſſidet arces, *al.* Obſidet. *Sed* Aſſidet *ex* MSS. *tuetur Heinſius hic et* Virgil. Aen. 11, 304 Cum muros adſidet hoſtis. *It.* Valer. Flacc. 5, 536 Tempore — quo me grauis adſidet hoſtis. Tacit. Ann. 6, 43 Aſſidendo caſtellum. Gell. 7, 1 Aſſidebat, oppugnabatque oppidum. Curt. 4, 3, 1 Aſſidere vrbi. An audeant? qui ſciant te aſſediſſe ferociſſimis populis Plin. Paneg. c. 12. Salluſt. *ap.* Priſc. 8 p. 830 Amiſſumque oppidum aſſideri ſine praelio audiebat.

ASSIDENS. Partic. [παρεδρεύων] Horat. Epod. 5, 95 Et inquietis aſſidens praecordiis. Aſſidens implumibus pullis auis Idem Epod. 1, 19. Tacit. Ann. 4, 58 Saepe moenia vrbis aſſidens.

ASSESSVS, a, um. Sil. Ital. 12, 453 Aſſeſſos Capuae muros.

ASSESSIO, ōnis. f. [παρέδρευσις] *Aſſidendi actus.* Cic. Fam. 11, 27, (28) Quae tua fuerit aſſeſſio, oratio, confirmatio animi mei *etc.*

ASSESSOR, ōris. m. [σύνεδρος, πάρεδρος] *Qui aſſidet, in primis conſulendi cauſa.* Cic. de Diuin. 1, 95 c. 53 Namque et Athenienſes omnibus ſemper publicis conſiliis diuinos quosdam ſacerdotes, quos Mantes vocant, adhibuerunt, et Lacedaemonii regibus ſuis augurem aſſeſſorem dederunt. Aſſeſſores *in iure ſunt conſiliarii Praetorum et Praeſidum in prouinciis, de quibus eſt* Titulus ff. (1, 22) de officio Aſſeſſorum. *Huius* tituli lex prima ex Paulli libro ſingulari de officio Aſſeſſorum ita habet: Omne officium Aſſeſſoris, quo (vt) iuris ſtudioſi partibus ſuis funguntur, in his fere cauſis conſtat, in cognitionibus, poſtulationibus, libellis, edictis, decretis, epiſtolis. *Vid.* ASSIDEO. Paullus l. 2 ff. quod quisque iur. Si Adſeſſoris imprudentia ius aliter dictum ſit quam oportuit, non debet hoc magiſtratui officere, ſed ipſi Aſſeſſori. *Hinc* Sen. de Tranq. An. c. 3 An ille plus praeſtat, qui inter peregrinos et ciues, aut vrbanus praetor adeuntibus Aſſeſſoris verba pronunciat, *i. ſubiectam ſibi ab* Aſſeſſore *ſententiam.* Iul. Firm. 3, 5 Aſſeſſores iudicum.

ASSESSORIVS. Vlpian. l. 5 §. 8 ff. De iniur. et famoſ. libell. Sabinus in Aſſeſſorio, *i. libro de officio Aſſeſſoris. Add.* l. 12 D. de Pact.

ASSEDA, *ſiue* ADSEDA, ae. f. *Sella quadriiugis in* Gloſſ. Iſidor.

ASSĔDO, ōnis. *Antique, idem* qui Aſſeſſor Nonius 1, 312.

ASSESSŪRA, ae. [παρεδρία] Vlp. in l. 3 D. de proxenetis, Facilius quod Graeci ἑρμηνευτικὸν appellant, peti apud eos poterit, ſi quis forte conditionis, vel amicitiae, vel aſſeſſurae, vel alicuius alterius huiusmodi proxeneta fuerit.

ASSESTRIX, icis. f. [παρεδρευτὶς] *Ab Aſſeſſor.* Afranius *ap.* Non. 2, 39 Dimittit aſſeſtricem, me ad ſeſe vocat. *Obſtetricem interpretatur Scal. Coni. in Varr. p. 122. Conf.* ASSISTRIX.

ASSIDĒLA, ae. f. Feſtus. Adſidelae menſae vocantur, ad quas ſedentes flamines ſacra faciunt.

ASSĪDO, ēdi, eſſum, ĕre. [καθέζομαι] *Sedem capere, ſeſſum ire, incipere aſſeſſionem.* Ter. Heaut. 1, 1, 72 Aſſido, accurrunt ſerui, ſoccos detrahunt. Cato de R. R. 157, 11 Vbi in ſcutra ferueſeceris id lotium, ſub ſellam ſupponito pertuſam: eo mulier aſſidat. Apul. Met. 1 p. 112, 29 Aſſide iſtic. Plaut. Aul. 4, 1, 20 In ara hic aſſidam ſacra. Cic. de Diuin. 2, 8 Tum in bibliotheca, quae in Lyceo eſt, aſſedimus. Idem de Fin. 2, 59 c. 18 Si ſcieris (inquit Carneades) aſpidem occulte latere vſpiam, et velle imprudentem aliquem ſuper eam aſſidere, cuius mors tibi emolumentum futura ſit, improbe feceris, niſi monueris ne aſſidat. *Sic certe legere ſuadet ratio, contra editos plerosque.* Et ſimul aſſidamus, inquam, ſi videtur Cic. Acad. 1, 14 c. 4. Salluſt. in Iugurth. 11, 3 Adherbalem dextra aſſedit *Hiempſal*, ne medius ex tribus (quod apud Numidas honori ducitur) Iugurtha foret.

ASSIDVVS, *vel* ADSIDVVS. Adi. [ἀδιάλειπτος, ἀκατάπαυστος, προσλιπαρῶν] *Proprie, qui ſemper aſſidet, deinde, qui ſemper adeſt, et in vniuerſum frequens, continuus.* Feſtus, Aſſiduus dicitur, Qui in ea re, quam frequenter agit, quaſi conſediſſe videatur. Qui adeſt, aſſiduus Varr. de L. L. 6, 5 p. 81, 9. *Videtur hanc etymologiam probaſſe* Q. Cic. de Pet. Conſ. c. 11 Iam aſſiduitatis nullum eſt praeceptum, verbumque ipſum docet, quae res ſit. Prodeſt quidem vehementer nusquam deeſſe. Sed tamen hic fructus eſt aſſiduitatis, non ſolum eſſe Romae atque in foro; ſed aſſidue petere, ſaepe eosdem appellare. Chariſius 1 p. 58 Adſiduus quidam per d ſcribunt, quaſi a Sedendo figuratum: ſed errant. Nam cum a Seruio Tullo populus in quinque claſſes eſſet diuiſus, vt tributum, prout quisque poſſideret, inferret: ditiores, qui aſſes dabant, Aſſidui dicti ſunt. Et quoniam ſoli negotiis publicis frequenter aderant, eos qui frequenter adſunt, Aſſiduos ab Aſſibus dixerunt. *Conf. quae mox dicentur* n. 3. Aſſiduus bella gerit, *pro Aſſidue* Propert. 2, 12, 16. Aſſiduus mecum fuit Cic. pro Cael. 10 c. 4. Aſſiduus eſt in praediis Idem pro Roſc. Amer. 18 c. 7 Quum ruri aſſiduus ſemper vixerit Ibid. 51 c. 18. Liu. 35, 10 Accedebat, quod alter iam decimum prope annum Aſſiduus in oculis hominum fuerat: quae res minus verendos magnos homines ipſa ſatietate facit. *Vid. mox* Aſſiduitatis faſtidium. Cantu aſſiduo reſonat Virgil. Aen. 7, 12. Curſus Cic. Att. 13, 12. Febricula aſſidua Id. Fam. 10, 21. Fletu alicuius aſſiduo augetur alterius moleſtia Idem pro Cluent. 16. Frequentia Cic. pro Planc. c. 8. Frigore aſſiduo viſtus Ouid. Triſt. 3, 2, 28. Fructibus aſſiduis laſſa ſeneſcit humus Idem ex Pont. 1, 4, 14. Furiae aſſiduae domeſticaeque impiis Cic. pro Roſc. Am. c. 24. Igne lucet aſſiduo focus Tibul. 1, 1, 6, *alii legunt* Exiguo. Imbres Cic. Att. 13, 16. Labor aſſiduus et quotidianus Idem de Orat. 3, 55. Martial. de Spect. 1 Aſſiduus iactat nec Babylona labor. Lacrimae Cic. Fam. 4, 7. Motu aſſiduo labuntur tempora Ouid. Met. 15, 179. *Add. Barth. ad* Claudian. p. 87 ſ. ad COS. Mall. 58 Aſſiduos honores. Noctes Hor. Epod. 15, 13. *i. perpetuas, plures deinceps.* Operam aſſiduam dare ludis Lucret. 4, 971. Plaut. Aſin. 2, 4, 22 Foro operam aſſiduam dedi. Recordatione aſſidua laetetur Cic. de Fin. 1, 57. Sermo aſſiduus *eſt quotidianus, familiaris.* Aquila Rom. de Fig. Sentent. p. 16 Eſt igitur omnis oratio aut ſoluta — Ea plerumque in ſermone aſſiduo, et in epiſtolis vtimur. Interponitur autem — vbi aliquid ſimile et proxi-

num ſermoni volumus effingere. Venatus aſſiduus Virgil. Aen. 9, 245. Ver aſſiduum Idem Georg. 2, 149. Vertigine aſſidua rapitur caelum Ouid. Met. 2, 70. Cic. in Piſon. c. 26 In hac quotidiana aſſidua vrbanaque vita. Vrbani aſſidui ciues Plaut. Trin. 1, 2, 165 *qui perpetuo vrbis ſolum terunt, non maiorem partem ruſticantur, vt honeſtiſſimi quique.* ¶ 2 Aſſiduus, *qui diligens eſt in re domeſtica curanda.* Cic. de Seneſt. 56 Semper boni aſſiduique domini referta cella vinaria, olearia, et penaria eſt, villaque tota locuples eſt. Cato R. R. c. 144, 4 Aſſiduos homines quinquaginta praebeto, *i. ab opere non recedentes.* Cic. de Orat. 1, 150 Si ſubitam et fortuitam orationem commentatio et cogitatio facile vincit, hanc ipſam profecto aſſidua ac diligens ſcriptura ſuperabit. ¶ 3 Aſſiduus, *Locuples.* Gell. 16, 10 Aſſiduus in XII Tab. pro Locuplete, et facile munus faciente, dictus ab Aſſibus, id eſt aere dando, quum id tempora Reipubl. poſtularent: aut a muneris pro familiari copia faciendi aſſiduitate. Cic. in Topic. 10 c. 2 Tum notatio, cum ex vi verbi argumentum aliquod elicitur, hoc modo: Cum lex Aelia Sentia aſſiduo vindicem aſſiduum eſſe iubeat, locupletem iubet locupleti. Locuples enim aſſiduus (vt ait Aelius) appellatus ab aere dando. Boëthius ad h. l. p. 773 Quid enim aliud eſt aſſiduus, niſi aſſem dans? Chariſii *locum ſupra dedimus.* Feſtus, Alii Aſſiduum, Locupletem, quaſi multorum aſſium, dictum putarunt. Alii eum, qui ſumtu proprio militabat, ab aſſe dando vocatum exiſtimarunt. *vid. Taubm. in* Plaut. p. 789. Quinct. 5, 10, 55 Praeterea finimus *(i. definimus)* — aut etymologia, vt *Aſſiduum* ab aere dando. *Et tamen vix eſt, vt haec etymologia probetur accuratis arbitris.* Aſſiduus *enim profecto factum eſt* vt reſiduus. Aſſidui *igitur, qui ſemper* aſſident, *i. praeſto ſunt, quorum ſemper copia fieri poteſt, cum ſubducere ſe propter poſſeſſiones illis non expediat. Caeterum ex hoc fonte deriuatum eſt, cum* Aſſiduus ſcriptor, *pro locuplete, et probato auctore ponitur, cuius ſit tanta in literis auctoritas, vt fidem eius ſequi debeamus, quaſi idonei ſponſoris alicuius verbi.* Gell. 19, 8 Ite ergo nunc, et quando forte erit otium, quaerite, an *Quadrigam* et *Arenas* dixerit e cohorte illa antiquiore, vel oratorum aliquis, vel poëtarum, id eſt claſſicus, Aſſiduusque aliquis ſcriptor, non proletarius. *Compar.* Varr. de R. R. 2, 9, 16 Villatico vero gregi in fundum ſatis eſſe duos, et id marem, et feminam, ita enim ſunt aſſiduiores. *Add.* 2, 10, 6. *Superl.* Sueton. Aug. 71 Vaſa aurea aſſiduiſſimi vſus conflauit omnia.

ASSIDVITAS, ātis. f. [ἐπιμονὴ] *Perpetua praeſentia et velut Aſſeſſio, it. perpetua diligentia, eiusdemque actionis frequens repetitio, omnis denique frequentia et continuatio. De perpetua praeſentia* Sueton. Tib. 1 Vt vitato Aſſiduitatis faſtidio auctoritatem abſentia tueretur atque etiam augeret. *Nempe* Propert. 2, 24, 44 Eleuat aſſiduos copia longa viros. Cic. pro Muraen. 21 c. 9 Aſſiduitatis, et operarum tuarum quotidianarum putat eſſe Conſulatum — Iſta noſtra aſſiduitas neſcis quantum interdum afferat hominibus faſtidii, quantum ſatietatis *etc.* *De diligentia* Cic. Acad. 1 c. 5 Quam partim exercitationis aſſiduitate, partim ratione formabant. Idem Att. 2, 15 Terentiae pergrata eſt aſſiduitas tua et diligentia in controuerſia Muluiana. *De ſtudio et ambitione Candidati* Q. Cic. de Pet. Conſ. c. 11 Iam Aſſiduitatis nullum eſt praeceptum, verbumque ipſum docet, quae res ſit. Prodeſt quidem vehementer, nuſquam deeſſe. Sed tamen hic fructus eſt aſſiduitatis, non ſolum eſſe Romae, atque in foro, ſed aſſidue petere, ſaepe eosdem appellare *etc.* Aſſiduitas bellorum Cic. Off. 2, 74. Id. pro Roſc. Am. *extr.* Etiam qui natura mitiſſimi ſumus, aſſiduitate moleſtiarum ſenſum omnem humanitatis ex animis amittimus. *Sic* Sueton. Aug. 43 Spectaculorum aſſiduitate et varietate et magnificentia omnes anteceſſit. Auct. ad Her. 4 c. 13 Vitabimus iſtius literae nimiam aſſiduitatem. Cic. Fam. 16, 25 Aſſiduitas literarum. Aſſiduitates et vigiliae *eſſe dicitur* Idem de Fin. 1, 74. *Et* Att. 16, 5 Quintus commutatus eſt totus, et ſcriptis meis quibusdam, et aſſiduitate orationis et praeceptis, vt tali animo in Rempubl. quali nos volumus, futurus ſit. Cic. de Natur. Deor. 2, 99 Aſſiduitate quotidiana, et conſuetudine oculorum aſſueſcunt animi, neque admirantur, neque requirunt orationes earum rerum, quas ſemper vident. *Ad cultum amicitiae refert* Idem Q. Fratr. 1, 3 Quantum Hortenſio credendum ſit, neſcio: me ſumma ſimulatione amoris, ſummaque aſſiduitate quotidiana ſceleratiſſime inſidioſiſſimeque tractauit. Q. Cic. de Pet. Conſ. 3 Quotidiana amicorum aſſiduitas, et frequentia. *Ad priuatum officium quoque pertinet* Cic. pro Roſc. 149 c. 51 Ipſe aſſiduitate, conſilio, auctoritate, diligentia perfecit, vt *etc.*

ASSIDVE. Adu. [ἀδιαλείπτως, διὰ τέλους] *Frequenter, diligenter, perpetuo.* Cic. de Diuin. 1, 74 Gallos gallinaceos ſic aſſidue cantare coepiſſe, vt nihil intermitterent. A. ad Her. 4, 69 c. 56 Res enim communis agitur, vt frequenter et aſſidue conſequamur artis rationem ſtudio et exercitatione. Cic. pro Milon. 93 c. 34 Voces, quas audio aſſidue, et quibus interſum quotidie. Literis aſſidue vti Id. Fam. 5, 15. Virgil. Ecl. 2, 4 Aſſidue veniebat, Seruius *interpretatur* ſaepius. *Vtitur hoc ſenſu* Scribon. Comp. 180. 186. 188. Aſſiduiſſime autem mecum fuit Dionyſius Cic. de Clar. Orat. 316 c. 91. Salientes aſſiduiſſime interdiu et noctu SCtum ap. Front. de Aquaed. 2 p. 252. *Add.* Idem ibid. art. 104 p. 189 Pol. In marmorea Tabella Romae apud Grut. p. 950 n. 8 HANC SIC ADSIDVE DEFLET.

ASSIDVO. [ἀκαταπαύστως] *Idem, quod* Aſſidue. Plaut. Mil. 1, 1, 50 Dum talem facies qualem adhuc, aſſiduo edis, communicabo te ſemper menſa mea.

ASSIDVO, āre. Vulg. Int. Sirac. 30, 1 Qui diligit filium ſuum, aſſiduat illi flagella.

ASSIGNO, *vel* ADSIGNO, āre. [προσνέμω, διανέμω] *Dare et attribuere: ad agros fere pertinet. V. g.* Poſtquam maiores regiones ex hoſte captae vacare coeperunt, alios agros diuiſerunt, aſſignauerunt Sic. Flacc. de Cond. agr. p. 3 Rigalt. Aſſignantur *(agri)* viritim nominibus Id. ib. p. 18. *Add.* Front. ib. p. 51. *Sed ipſe* Cic. Philipp. 2, 43 Duo millia iugerum campi Leontini Sexto Clodio rhetori aſſignaſti, et quidem immunia. Agros aſſignare, *ordinarie idem eſt, quod in colonias deducere.* Hor. Epiſt. 2, 1, 8 — aſpera bella Componunt, agros aſſignant. Cic. contra Rull. 1, 17 c. 6 Scriptum eſt enim, quae in municipia, quasque in colonias Decemuiri velint, deducant colonos, quos velint, et iis agros aſſignent, quibus in locis velint. *Add.* 3, 12 c. 3. Cic. Fam. 11, 20 Aequaliter aut ſorte, agros legionibus aſſignari puto oportere. Mihi ex agro tuo tantum aſſignes, quantum meo corpore occupari poteſt Cic. Att. 3, 19. Id. in Piſon. 88 c. 36 Quid? Centuriatus palam venditos? quid? per tuum ſeruulum ordines aſſignatos? *i. deſignatos, qui ordines ducerent.* Aſſignati a praetore apparitores Cic. Verr. 3, 61. Natura auibus caelum aſſignauit Plin. 10, 50. Columel. 12, 2, 6 Nam et vnumquodque facilius conſideratur, quum eſt aſſignatum ſuo loco. Bonos iuuenes famae Plin. Epiſt. 6, 23. *i. illos commendare.* Tacit. de Germ. 13 Inſignis nobilitas, aut magna patrum merita, principis dignationem etiam adoleſcentibus aſſignant. Morbos certis partibus Celſ. 3, 18. Aſſignatum a deo munus humanum deſugere Cic. in Somn. Scip. 7 c. 3. Aſſignare libertum (*vt ait* Modeſtinus, l. aſſignare. 107. D. de verb. ſignif. eſt Hoc teſtari, cuius ex liberis libertum eum eſſe velit. *Vid. tit.* D de aſſignandis Libertis. Aſſignare, *Imputare, attribuere culpam.* Quo quo modo ſe res habeat, nihil aſſignabis nec patruo nec patri Cic Att. 10, 4. Id. Q. Frat. 1, 4 Amabo te, mi frater, ne quod vno meo fato, et tu et omnes mei corruiſtis, improbitati et ſceleri meo potius, quam imprudentiae, miſeriaeque aſſignes. *Sic* Aſſignare ciuitati, vnius amentiam Liu. 36, . . . Infinitatem deo Plin. 2, Inuentionem molis Homerus aſſignat Mercurio Plin. 25, 4 ſ. 8. Herbae (Parthenii) inuentio aſſignatur Mineruae. Culpam fortunae Ci. Verr. 5, 13, 1. *Sic apud* Plin. 2, 7 Aſtroque ſuo euentus aſſignat, et naſcendi legibus. ¶ 2 Aſſignare *eſt ſubſcribere, vna ſignare* Scaeuola l. 20 ff. de auctorit. tut. Inter pupillos paternae hereditatis diuiſio facta eſt, praeſente tutore, ſed non adſignante inſtrumento diuiſionis. Quaeſitum eſt, an ei ſtare oporteret. Reſpondet, Si tutor auctor fuiſſet, non idcirco minus ſtandum diuiſioni, quod non adſignaſſet. ¶ 3 *Sollemnem traditionem, et forte inſtrumento intercedente, notare videtur* l. 1 ff. Nautae caupones §. 8 Recipit autem ſaluum fore, vtrum ſi in nauem res miſſae ei aſſignatae ſunt, an etſi non ſint aſſignatae, hoc tamen ipſo, quod in nauem miſſae ſunt receptae videntur? Et puto omnium eum recipere cuſtodiam, quae in nauem illatae ſunt *etc.*

ASSIGNATVS, a, um. Partic. Cic. Phil. 5 *extr.* Vtique Conſules — rationem agri habeant, qui ſine iniuria priuatorum diuidi poſſit; isque militibus — ita daretur aſſignaretur, vt quibus militibus ampliſſime dati aſſignati eſſent. Vlpian. l. 15 de rei vind. §. Item ſi forte ager fuit, qui petitus eſt et militibus aſſignatus eſt, modico honoris gratia poſſeſſori dato.

ASSIGNANDVS, a, um. L. 1 ff. de aſſign. lib. Senatus conſulto, quod factum eſt Claudianis temporibus — de aſſignandis libertis in haec verba cauetur.

ASSIGNATIO, ōnis. f. [προσαπόθεσις] *Actus aſſignandi, Attributio.* Cic. Fam. 13, 8 Quum Caeſar Sullanas venditiones et aſſignationes ratas eſſe velit, quo firmiores exiſtimentur ſuae. Cic. Phil. 14 c. 5 Sed haec agrorum aſſignatio paullo ante — diſſoluta eſt *Add.* Phil. 4 c. 4. De L. Agrar. 2, 83 c. 30. *Vſus etiam huius nominis eſt in* titulo D. (38, 4) de aſſignandis libertis.

ASSIGNATOR, ōris. m. *eſſe dicitur* Vlpiani.

ASSĬLIO, *vel* ADSILIO, ui *et* īui, ultum, īre. [ἐπιπηδάω] Ad aliquid ſalire, aggredi. Plin. 9, 42 Eminentia ſub oculis cornicula turbato limo exerit, aſſultantes piſciculos pertrahens, donec tam prope accedant, vt aſſiliat. Ouid. Met. 11, 526 Quum ſaepe aſſilit defenſae moenibus vrbis. Sil. 10, 3 Aſſilit in ferrum et per vulnera colligit hoſtem. Sil. 7, 701 Alipeden planta currum premit, atque volanti Aſſilit a tergo. Sil. 4, 315 Vndique aſſiliunt. Cic. de Orat. 213 c. 53 Nam neque aſſiliendum ſtatim eſt ad illud genus orationis abeſt enim totum a cauſa — nec celeriter diſcedendum eſt. S Sen. Contr. 5 praef. Quod vltra mihi moleſti ſitis non eſt. — F tebor vobis, iam res taedio eſt — Prime libenter aſſilui, vel optimam vitae meae partem mihi reducturus. *i. libenter arripui occaſionem retractandi ſtudia adoleſcentiae.*

ASSILIENS. Partic. *Proprie* Columel. 6, 37, 9 Nam niſi prius ea marem cognouit, aſſilientem admiſſarium calcibus proturbat. Aſſilientia aequora Ouid. Triſt. 1, 9, 7. *Et* Met. 6, 106 Aſſiliens aqu *Add.* Sil. 16, 63.

ASSVLTVS, ûs. m. [ἐπιπήδησις] *Aſſiliendi actus.* Virg. Aen. 442 Nunc hos, nunc illos aditus, omnemque pererrat Arte locum et variis aſſultibus irritus vrget. *Conf.* Tac. A. 2, 21, 1 Adſultibus velocitate corporum vti *in praelio.*

ASSVLTO, āre. [ἐπιπηδῶμαι] *Cum impetu aggredi.* Plin. 8, . Mox ingruit aſſultans, contraque belluam exſurgens, *de cane.* Sil. 401 Iam cernes Libycum huic vallo aſſultare leonem. Tergis pugnantium Tac. Agr. 26, 2. *Cum Accuſatiuo.* Stat. Theb. 11, 244 Pontrumque moras frenis aſſultat et haſtis. *Paſſ.* Adſultatum eſt ſtris Tac. An. 2, 13, 5.

ASSVLTANS, antis. Ingruit aſſultans, *modo vidimus* Plin. 8, 4 Latera et frontem aſſultantes Tac. An. 1, 51, 5.

ASSVLTIM. Adu. *Aſſiliendo.* Plin. 11, 24 Phalangiae ex his appellantur, quorum noxii morſus, corpus exiguum, varium, acuminatum, aſſultim ingredientium.

ASSIMĬLIS, *ſ.* ADSIMILIS, e. [προσόμοιος] *ex Ad et Similis Prorſus ſimilis.* Cic. de Nat. Deor. 2, 136 c. 55 In pulmonibus autem ineſt raritas quaedam, et aſſimilis ſpongiis mollitudo ad hauriendum ſpiritum aptiſſima. Aeri aſſimilis capillus, *de Aenobarbo* Suet. Ner. c. Ouid. ex Pont. 2, 2, 85 Fratribus aſſimilis. *Sic* Aſſimilemque ſui longa aſſuetudine fecit Ouid. Triſt. 1, 5, 27. Plaut. Truc. 2, 7, 12 Na hoc aſſimile eſt quaſi de fluuio, qui aquam deriuat ſibi. Aſſimilis ratio Lucret. 2, 492. *Add.* Id. 4, 316. Virg. Aen. 6, 597 Quos ſuper atra ſilex iam iam lapſura cadentique Imminet aſſimilis.

ASSIMILĬTER. Adu. [προσομοίως] Plaut. Bacch. 4, 9, 27 Aſſimiliter mihi hodie obtigit.

ASSIMILO, *ſiue* ADSIMILO, āre. [ἀφομοιόομαι, ἀπεικάζω, ὁμοιόω, εἰκάζω] *eſſe volunt comparare, ſimilem facere, vel fingere, ostendere: propugnat etiam pro verbis* Similare *et* Aſſimilare Barth. Claudian. Rufin. 2, 81 *ad* Stat. Th. 4, 261 *et* Adu. 8, 5. Beſſelius Miſ Crit. 1, 5. *Sed vbique praeferendum eſſe*

ASSIMVLO *hodie fere conuenit, auctore praeſertim I. Fr. Gronouio Diatr. Stat.* c. 6. *poſt Raph. Regium ad* Quinctil. 7, 10 *vbi negat* Aſſimilare *Latinum eſſe. Nos, cum de ſignificatione conueniat, ponemus promiſcue exempla, prout hodie edita deprehendemus: cum praeſertim maior differentia intercedere non videatur, quam quanta eſt inter* Maximus *et* Maxumus. Ouid. Triſt. 1, 5, 28 Grandia ſi paruis aſſimulare licet. Seruitus morti adſimilatur Vlp. l. 59 §. 2 ff. de condit. et monſtr. *Sic Haloander, ſed Goth.* adſimulatur. Os porcum aſſimulat Claud. de Hiſtrice 6. *i. Figura oris porcum refert.* Plin. 3 Eſt ergo folio maxime querno aſſimilata, multo proceritate amplior quam latitudine. *Sic Hard. De Italia loquitur.* Ouid. Met. 15, *de Chamaeleonte,* Protinus adſimulat tactu quoscunque colores. T Andr. 1, 1, 141 Nunc tuum eſt officium, has bene vt aſſimules nuptias Cic. Off. 3, 97 Vlyſſes furere aſſimulauit, ne quo iret. Paternum amici

me adſimulabo virginis Ter. Phorm. 1, 2, 78. Id. Eun. 3, 2, 8 Adibo, atque aſſimulabo quaſi nunc exeam. Sil. 7, 136 Fictosque timores Aſſimulat. Ouid. Met. 14, 656 *de Vertumno*,

Ille etiam picta redimitus tempora mitra
Innitens baculo, poſitis per tempora canis
Aſſimulauit anum.

Quinctil. 7, 11, 9 Pictor accepta ſemel imitandi ratione, facile aſſimulabit quidquid acceperit. Tacit. in Vita Agric. 10 Formam totius Britanniae Liuius ——— oblongae ſcutulae vel bipenni adſimulauere. *Sic Ryck. et ipſe Gron. Sed* Ann. 16, 17 Adſimulatis Lucani literis. Ter. Eun. 3, 5, 58 Tum pol ego is eſſem vere, qui aſſimulabar. Plaut. Mil. 2, 1, 74 Alia eſſe adſimulabitur.

ADSIMVLANTER. Adu. Non. 1, 190 Nigidius Commento Grammatico, Sunt etiam adſimulanter dicta haec, *canatim*, *ſuatim*, *bouatim*, quae ab animalibus ſumuntur. *Erit itaque* Adſimulanter *per imitationem et ad ſimilitudinem aliorum eiusdem generis.*

ASSIMILATVS, *ſ.* ADSIMVLATVS. Partic. [προσποιηθεὶς] Cic. pro Cael. 14 c. 6 Tum etiam multos fortes viros et bonos, ſpecie quadam virtutis aſſimulatae tenebat, *h. e. Fictae. Sic* Familiaritas aſſimulata Cic. pro Cluent. 36 c. 13. Aſſimulata Caſtrorum conſuetudine Nep. 18, 9, 4. Plin. 3, 5 *de Italia*, Eſt ergo folio querno maxime aſſimilata. Id. 9, 5 Candore tantum cornibus aſſimilatis. Id. 37, 10 ſ. 66 Phloginos (*gemma*) ochrae Atticae aſſimilata, inuenitur in Aegypto. Cic. Verr. 2, 189 c. 77 Tabulas in foro ſumma hominum frequentia exſcribo: adhibentur in exſcribendo de conuentu viri primarii: literae, lituraeque omnes aſſimulatae, expreſſae, de tabulis in libros transferuntur. Tacit. Ann. 11, 11 Fauor plebis acrior in Domitium, loco praeſagii acceptus eſt: vulgabaturque aſſuiſſe infantiae eius dracones in modum cuſtodum, fabuloſa et externis miraculis aſſimulata.

ASSIMVLANDVS. Cic. de Inu. 1, 42 c. 28 Simile ex ſpecie comparabili: comparabile autem ex conferenda atque aſſimulanda natura iudicatur.

ASSIMILATIO, *vel* ADSIMVLATIO, ōnis. f. [προσποίησις] Plin. 11, 49 ſ. 109 Contra mulierum paucis prodigioſa aſſimilatio. *i. conformatio ſimilis virorum in genitalibus.* Auct. ad Herenn. 4 c. 37 Aſſimulatio ſua ſponte ad animum auditoris ſe accommodat.

ASSIMVLATICIVS. Cod. Theodoſ.

ASSIPONDIVM, *vid. ſub* AS.

ASSIR. [αἷμα] Gloſſ. Lat. Gr. *Hinc*

ASSIRATVM, apud antiquos dicebatur Genus quoddam potionis ex vino et ſanguine temperatum, quod latini priſci Aſſir ſanguinem vocarent. Feſtus. *Tale poculum eſt, de quo* Sall. Cat. 22. *Add.* Mela 2, 1 *et ibi Iſ. Voſſ. p. 420. De Catonis loco, quem huc referunt, vid.* ASSARIVS.

ASSIS, *pro* AS, *vid. h. v.*

ASSIS, *ſ.* AXIS, is. c. [σανὶς] *Tabula lignea, quam vulgo, ſed male* Aſſerem *vocant, et huc referunt.* Vitruu. 4, 2 In contignationibus tigna et Axes. Id. 7, 1 *vbi de* coaxatione *agit*, Danda eſt opera, ne commiſceantur Axes eſculini quernis, quod querni ſimul ac humorem perceperunt, ſe torquentes rimas faciunt in pauimentis *etc. De eadem re* Pallad. 1, 9, 2 Axes quernae, *vbi male quidam* Aſſeres. Caeſ. B. C. 2, 9 Supra ea tigna transuerſas trabes iniecerunt, easque axibus religauerunt. Varro R. R. 1, 52 Ex aſſibus dentatis cum orbiculis plotellum Punicum. *Add. Scheffer. de re vehic.* 2, 7 p. 128. *et Schoett-gen. antiquitt. triturae* p. 34. Colum. 6, 19, 1 Roboreis Axibus ſolum compingitur. Id. 6, 30, 2 Stabula roboreis Axibus conſtrata. Plin. 16, 25 ſ. 62 Quernis axibus contabulare. Gell. 2, 12 pr. In legibus Solonis illis antiquiſſimis, quae Athenis axibus ligneis inciſae ſunt. *Quas igitur Graeci ἄξονας vocant*, Axes *dixit Gellius: et probabilis haec lectio prae altera* Axeribus *vel* Aſſeribus *vel hoc nomine, quod Graeco ἄξων alias quoque* Axis *reſpondet. Quod hodie legitur apud* Ammian. Marcell. 16, 5 pr. de ſumtuariis legibus, quas ex rhetris Lycurgi et Axionibus Romam translatas *etc. in antiquis MSS. et editis eſt* Axibus, *quod forte ſincerius. Nihil certe pronius fuit, quam τοῖς ἄξοσι ſubſtituere* Axes: *cum etiam illi in curru* Axes, *de quibus ſ. l. ἄξονες ſint.* Lucan. 3, 455 Stellatis axibus agger erigitur. *i. trabeculis decuſſatim fixis.* Sil. 13, 109 Latera intextus ſtellatis axibus agger.

ASSO, āre. [σανιδόω] *Aſſibus ſternere laudant ex* Vitr. 7, 1 *Sed quotquot conſulere licuit, ita:* Cum coaſſatum fuerit, ſuper altera coaſſatio transuerſa ſternatur *etc.*

ASCVLA, ae. *Vid. ſ. l.*

ASSVLA, *vel* ASTVLA, ae. f. Diminut. [σχινδαλμὸς, σχίδαξ] Feſtus, Fomites ſunt Aſſulae ex arboribus dum caeduntur, excuſſae ——— Aſſulae, quae ſunt ſecuribus excuſſae. Plaut. Merc. 1, 2, 20 At etiam ceſſo foribus facere hiſce Aſſulas? Vitruu. 7, 6 Caementa marmorea, ſiue Aſſulae dicuntur, quae marmorarii ex operibus deiiciunt. Plin. 29, 2 ſ. 9 *de lana ſuccida*, Alii Aſſulis tedae ſubiectis et ſubinde interſtratis, oleo adſperſam accendunt. Id. 16, 12 ſ. 23 Apecitur picea ——— vulneri ablati corticis ——— Nec corpori ipſi parcitur, quoniam Aſtula in fructu eſt. *Sic Salmaſius ad Solin. p. 356, aD, eſſe ait in MSS. ſic dedit ex iisdem Harduinus, qui tamen in loco, vbi* fructus *hic commemoratur*, Aſſulam *dedit. Nempe* 16, 11 ſ. 22 Flos rudus reſinae, cum multa aſſula tenuique auulſus conciditur. *Sic etiam* 9, 15 ſ. 18 Melandrya vocantur, caeſis quercus Aſſulis ſimillima. *Itaque metuo, ne ſequioris aetatis et corruptae ſit* Aſtula. Plin. Val. 1, 39 Tedas pingues in Aſtulas concides. Paullinus . . . *apud Salmaſ. l. c.* Vicit breuis aſtula flammam. *Sed* Seruius ex Claudio *ibid.* Aſſulae ambuſtae. *Denique* Iſid. 19, 19 Aſcia ab Aſtulis dicta, quas a ligno eximit. *Dicamus ergo* Aſſulam, Aſtulam *non ignoremus.*

ASSVLĀTIM. Adu. [κατὰ σχινδαλμοὺς] *Minutatim, et in aſſulas.* Plaut. Capt. 4, 2, 52 Priusquam pultando, vel aſſulatim foribus exitium afſero. *Conſ.* Id. Men. 5, 2, 106 Securim capiam ancipitem, atque hunc ſanem exoſſabo, dein dedolabo aſſulatim viſcera. Nacuii *etiam eſſe verbum, docet* Non. 2, 31.

ASSVLŌSE. Adu. Plin. 12, 22 ſ. 48 Calamus melior, qui aſſuloſe potius, quam raphani modo frangitur, *i. e. in longitudinem in fiſſuras multas abeat: ex Dioſcoride εἰς πολλὰς σχινδαλμοὺς θραυόμενος, in multas aſſulas.*

ASSISTO, *vel* ADSISTO, adſtĭti *vel* aſtiti, aſtitum, ĕre. [παρίσημι] *Adſtare eſt, h. e. Stando praeſentem et iuxta eſſe.* Plaut. Merc. 5, 4, 16 Ego aſſiſtam hinc altrinſecus. Quinctil. 1, 2, 12 Neque enim ſcribenti, ediſcenti et cogitanti Praeceptor aſſiſtit. Plin. 36, 16 Quid ferri duritia pugnacius? Sed cedit et patitur mores: trahitur namque a magnete lapide: domitrixque illa rerum omnium materia, ad inane neſcio quid currit, atque vt propius venit, aſſiſtit, teneturque et complexu haeret. Cic. de Fin. 3, 54 Ita iacere talum, vt rectus aſſiſtat. Ouid. Met. 7, 640 Ac ſe tollere humo, rectoque aſſiſtere trunco. Ter. Adel. 2, 1, 15 Hic propter hunc aſſiſte. Ad fores Cic. Verr. 1, 66 c. 26. Diuinis Hor. Serm. 1, 6, 114. In armis Virg. Aen. 11, 710. Adſiſte precanti Ouid. Faſt. 1, 631. *Sta prope ſacerdotem precantem.* Cic. de Legib. 2, 10 Nec quia nusquam erat ſcriptum, vt contra omnes hoſtium copias in ponte vnus aſſiſteret, a tergoque, *etc.* Aſſiſtere, *quod Cicero* Adeſſe, patrocinari, aduocatum eſſe. Vlp. in l. 54 D. de rei vindicat. Plin. Epiſt. 7, 6 Aſſiſtere iam Vareno, iam tantum vt amicus, et tacere decreueram Plin. 7 Ep. 6. *Add.* Id. 10, 85. Apul. de Dogm. Plat. 1 p. 3.

ASSISTENS. Partic. [παρεστὼς] Quinctil. 11, 1, 58 Vel iudici, vel etiam aſſiſtentibus ratio noſtrae moderationis probari debet. *Vbi intelliguntur, qui modo audiendi cauſa adſtant. Sic* 9, 2, 76 Nam quanto minus aut ipſi, in quos dicimus, aut iudices, aut aſſiſtentes oderint hanc maledicendi laſciuiam? Gell. 2, 2 Et cum aſſiſtentibus nobis ſermocinabatur.

ASSISTRIX, icis. f. *quae aſſiſtit.* Vulg. Sapient. 9, 4 Da mihi ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam. Gr. πάρεδρον, *vt ſuſpicari liceat* Aſſeſtricem.

ASSIVS, *lapis, ab vrbe Aſſos ſ. Aſſus.*

ASSITVS, *vel* ADSITVS, a, um. *Vid.* ASSERO, ĕui.

ASSO, āre. *Vid. ſub* ASSIS *ſ.* AXIS. *it. ſub* ASSVS.

ASSOCIO, āre. [συναγελάζω] *Socium adiungere.* Aſſociare paſſus, *Simul iter facere.* Stat. Theb. 3, 454. ¶ 2 Aſſociare, *pro Adaptare et coniungere.* Claud. de Bell. Gild. 481 ——— cornua ſummis Aſſociant malis.

ASSOCIATVS. Aſſociati principali curae, ſecundam poſt eos poteſtatem gererent. Aurelius D. de offic. Praefect. Praetor.

ASSOCIVS. Adi. Caſſiod. 3 Ep. 47 de Salamandra, Animal aſſocium lumbricis.

ASSŎLET, *ſ.* ADSOLET. [εἴωθε, φιλεῖ] *Fieri ſolet.* Liu. 1, 28 Vbi illuxit, paratis omnibus (vt aſſolet) vocari ad concionem vtrumque exercitum iubet. Ter. Andr. 3, 2, 1 Adhuc Archylis quae aſſolent, quaeque oportet, ſigna ad ſalutem eſſe, omnia huic eſſe video. *Vbi* Donatus, Aſſolent conſuetudinis eſt: Oportet, rationis. Cic. de Inuent. 2, 122 Si mihi filius genitus fuerit vnus, pluresue, is mihi haeres eſto. Deinde quae aſſolent. Poſtea, *etc.* Cic. de Nat. Deor. 2, 10 c. 4 Gracchus ad Senatum retulit. Senatus ad quos aſſoleret, referendum cenſuit. *Sed hodie editur*, quos ad ſoleret, *i.* ad quos ſoleret.

ASSOLO, āre. *Solo aequare.* Tertull. adu. Nat. *vid.* ADS.

ASSŎNO, ui, ĭtum, āre. [παρηχέω] *Simul ſonare.* Auiculae concentus ſuaues aſſonant Apul. Met. 11 p. 260. Perſ. Sat. 1, 102 Euion ingeminat, reparabilis aſſonat Echo. Ouid. Met. 3, 587 Planxerunt Dryades, plangentibus aſſonat Echo. *h. e. velut Reſpondet.*

ASSOS, *vid.* ASSVS.

ASSVDESCO, ĕre. *verbum antiquum.* Varro de L. L. 4, 22 Dictum aſſum quod ab igne aſſudeſcit, *i. ſudat quaſi, humorem emittit. Thema forte eſt*

ASSVDO, āre. *valde Sudare, anxium eſſe.* Plaut. Caſ. 2, 6, 9 Eo dico, corculum aſſudaſcit iam ex metu. *Sic Gron. Sed varia eſt lectio.* Aſſultaſſit, *Salmaſ.* Aſſudaſſit *al.*

ASSVESCO, *ſ.* ADSVESCO, ēui, ētum, ĕre. [ἐθίζομαι] *in conſuetudinem venio. Verbum Neutrum, ex* Ad *et* Sueſco. Sueſco *autem a Verbo antiquo* Sueo, ſues, ſueui. Ego ſeruo et ſeruabo (ſic enim adſueui) Platonis verecundiam Cic. Fam. 9, 22 *fin.* Id. Acad. 4, 57 Vt mater geminos internoſcit conſuetudine oculorum: ſic internoſces, ſi aſſueueris. Aſſueſcere a teneris Virg. Georg. 2, 272. Cic. de Nat. Deor. 2, 96 Aſſiduitate quotidiana, et conſuetudine oculorum aſſueſcunt animi, neque admirantur, neque requirunt rationes earum rerum, quas ſemper vident. Imperio Claud. de Sext. Conſ. Hon. 76. Quinct. 4, 2, 29 Ex more, cui aſſueuerunt, nihil putant eſſe mutandum. Adſueſcent Latio Partha tropaea Ioui Prop. 3, 4, 6. Ouid. Triſt. 3, 3, 7 Nec caelum patior, nec aquis aſſueuimus iſtis. Legibus Liu. 1, 19. Reip. Suet. Aug. c. 38. *Sic* Quinct. 4, 2, 115 Aſſueuit illis iudex. In hoc aſſueſcat, Huius rei ſibi naturam faciat Quinctil. 2, 4, 17. *Cum Infinit.* Cic. de Fin. 5, 5 c. 2 Quo in loco ad fluctum aiunt declamare ſolitum Demoſthenem, vt fremitum aſſueſceret voce vincere. Virg. Aen. 8, 517 ——— tua cernere facta Aſſueſcat. Quinctil. 1, 2, 18 Aſſueſcat non reformidare homines. Prodeſſe aſſueuit fortibus tubicen Ouid. ex Pont. 3, 1, 91. Votis iam nunc aſſueſce vocari Virg. Georg. 1, 42. Celſ. 8, 10 Atque ita diligando, aſſueſcere iterum vetuſtae ſedi cogit. *Loquitur de oſſe repoſito in ſedem ſuam.* ¶ 2 *Interdum tranſitiue, cum Accuſatiuo, pro* Aſſuefacere *poni videtur.* Hor. Serm. 2, 2, 109 Vterne Ad caſus dubios fidet ſibi certius? hic qui Pluribus aſſuerit mentem corpusque ſuperbum; An qui contentus paruo *etc. Verum illi Accuſatiui poſſunt per Graecam illam Synecdochen poſiti eſſe, pro* ſecundum mentem. Virg. Aen. 6, 832 ——— ne tanta animis aſſueſcite bella. Vbi Seruius, Mire dixit: ab ipſis enim quaſi conſuetudinem fecit Pop. Romanus bellorum ciuilium. *Videtur ergo ſic accipere, ne aſſuefacite animis Romanorum tanta bella. Sed poteſt eadem figura Graeca eſſe. Certius igitur eſt illud* Lucan. 5, 776 Adde, quod aſſueſcis fatis, tantumque dolorem Crudelis me ferre doces, *quem locum pro tranſitiua ſignificatione laudat* Priſcian. lib. 8 p. 798. Flor. 4, 12, 43 Armenios in hoc vnum genus ſeruitutis Pompeius adſueuerat. Stat. Theb. 4, 655

Liber ibi armiferos gemino iam ſidere brumae
Orgia ferre Getas, canumque vireſcere dorſo
Othryn, et Icaria Rhodopen adſueuerat vmbra.

*Sic de Conſtantino M.* Prud. contra Symm. 1, 541 Remque Quirini Adſueſcit ſupero pollere in ſaecula regno. *Sic* Militi ac remigi naualibus adſueſcendo certaminibus atque exercitationibus, praefectus eſt M. Agrippa Vell. 2, 79, 1. *Imperſon.* Liu. 2, 1 Caritasque ipſius ſoli, cui longo tempore aſſueſcitur, animos eorum conſociaſſet.

ASSVETVS. [συνήθης, σύντροφος, ἐθὰς] Partic. *ab* Aſſueſcor; *Qui vſu doctus eſt, vel quod quis vſu doctus eſt. Vtroque enim modo ſumi, exempla docebunt. Abſolute*, ap. Scribon. Comp. 136 Si adſuetus erit. Plin. 15, 30 ſ. 40 Aſſuetis eo dona mittere et regibus Romanis. Cic. de Orat. 3, 55 c. 15 Homines labore aſſiduo et quotidiano aſſueti, quum tempeſtatis cauſa opere prohibentur, ad pilam ſe, aut ad talos, aut ad teſſeras conferunt. Amore praedae Ouid. Met. 13, 554. Bellis Virg. Aen. 9, 201. Mendaciis Cic. pro Planc. 22. Ripis aſſuetae volucres, et fluminis alueo Virg. Aen. 7, 33. Nil pudet aſ-

ſuetos Sceptris Lucan. 8, 452. Studiis mollibus Ouid. Triſt. 1, 4, 74. Aſſueti longo muros defendere bello Virg. Aen. 9, 511. Graecari aſſuetum Romana fatigat militia Hor. Serm. 2, 2, 11. Tecto ſuccedere aſſuetus coluber Virg. Georg. 3, 418. Non aſſuetas ad ſceptra manus poſt terga dabit Sen. Troad. 152. Aſſuetus in iura familiaria a puero Liu. 24, 5. Paruo aſſueta iuuentus Virg. Georg. 2, 472. ¶ 2 *Etiam, vt diximus, ſignificat, quod quis vſu doctus eſt.* Aſſuetus Amor Prop. 1, 1, 36. In Arte aſſueta tempus ponere Ouid. e Ponto 1, 6, 36. De More aſſueto belli, *Vt bello fieri conſueuit* Sil. 7, . . Geſtamen aſſuetum dextrae Stat. Theb. 6, 707. Solis Feruor non aſſuetus l. 15 §. 2 ff. locat. Prop. 2, 2, 12 Taurus Mox venit adſueto mollis ad arua Iugo. Seruitium aſſuetum Propert. 1, 4, 4. Phaedr. 3 prol. 14 Otium des corpori, vt aſſuetam fortius praeſtes Vicem. Longius aſſueto lumina noſtra vident Ouid. Epiſt. 6, 72. *Cum Genitiuo* Liu. 38, 17 Romanis Gallici tumultus aſſuetis, etiam vanitates notae ſunt. *Compar.* Liu. 22, 8 Ea aſſuetior montibus, et ad concurſandum inter ſaxa, rupesque aptior ac leuior.

ASSVETVDO, *ſ.* ADSVETVDO, inis. f. [συνήθεια] *Conſuetudo.* Ouid. de Arte Am. 2, 345 — nihil aſſuetudine maius. Liu. 25, 26 Poſtremo ita aſſuetudine mali efferauerant animos. *Sic* Duodecim annorum aſſuetudine peruiis Alpibus factis Liu. 27, 39. Furandi aſſuetudo Gell. 11, 18. Tacit. Hiſt. 2, 62 Degenerabat a labore ac virtute miles aſſuetudine voluptatum et contemtu ducis.

ASSVEFĂCIO, *ſ.* ADSVEFACIO, ēci, actum, ĕre. [ἐθίζω] *Facere vt aſſueſcas, Vſu docere.* Cic. de Prouinc. Conſ. 33 Imperio Pop. Romani parere aſſuefecit. Id. de Clar. Orat. 7 Quae didiceram, quibusque me aſſuefeceram. *Et* Fam. 4, 13 Itaque orbus iis rebus omnibus, quibus et natura me, et voluntas et conſuetudo aſſuefecerat, cum caeteris, vt quidem videor, tum ipſi mihi diſpliceo. *Add.* Caeſ. B. G. 4, 2. Liu. 3, 52 Nec ſuo ſanguine ad ſupplicia patrum, plebem aſſuefaciant.

ASSVEFIO, *vnde*

ASSVEFACTVS. Partic. [ἐθισθεὶς] Cic. in Catil. 2, 9 c. 5 Idem ſtuprorum et ſcelerum exercitatione aſſuefactus, frigore et fame et ſiti ac vigiliis perferendis, fortis ab iis iſtis ſuis ſociis praedicabatur, *Sic* Puro ſermone adſuefacta domus Cic. Brut. c. 59. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 44 Cum Luſitanis, reliquisque barbaris genere quodam pugnae aſſuefacti. *Add.* Id. B. G. 4, 1. Plin. 10, 43 Pullus mature ſermoni aſſuefactus.

ASSVLA, ASSVLATIM, ASSVLOSE. *Vid.* ASSIS.

ASSVLTO, ASSVLTVS. *Vid.* ASSILIO.

ASSVM, ades, affui, adeſſe. [πάρειμι] *Vid.* ADSVM.

ASSŪMO, *ſ.* ADSVMO, ſi, tum, ĕre. [παραδέχομαι, προσλαμβάνω, προσδέχομαι] *quaſi ad ſe* ſumere, *accipere, adhibere, appetere, arrogare ſibi etc.* Cic. de Fin. 3, 18 c. 5 Artes etiam ipſas propter ſe aſſumendas putamus. *Sic loquuntur Stoici, de ſuis productis ſ. proëgmenis. Sic* de Fin. 1, 33 c. 10 Libero tempore, cum ſoluta eſt nobis eligendi optio, cumque nihil impedit, quo minus id, quod maxime placeat, facere poſſimus, omnis voluptas aſſumenda eſt, omnis dolor depellendus. Temporibus autem quibusdam — voluptates repudiandae ſunt, et moleſtiae non recuſandae. Aliquid auctoritatis Cic. Bruto. Conuiuam *intelligit* Hor. Epiſt. 1, 5, 28 Butram tibi Septicimque, Et ni coena prior potiorque puella Sabinum Detinet, aſſumam. Copiam dicendi Cic. de Orat. 1, 170 c. 37 *comparare ſibi ad reliqua, quae iam habemus. Sed* Aſſumere Filium *eſt adoptare* Plin. Pan. 7, 5. 8, 3. Generum Id. Epiſt. 3, 11. *Sic idem* Plin. in Paneg. 83 Aut inconſultius Vxor aſſumta, aut retenta patientius. Aur. Vict. de Viris Illuſt. 7, 4 Qui quum adoleuiſſet, gener a Tarquinio aſſumtus eſt. Cic. in Orat. 209 Genus autem hoc orationis, neque totum aſſumendum eſt ad cauſas forenſes, neque omnino repudiandum. *In diſcipli-na Oratoria locum habet, vbi de argumentis externis ſermo eſt.* Cic. de Orat. 3, 162 Quid enim eſt, in quo haereat, qui viderit omne quod ſumatur in oratione, aut ad probandum, aut ad refellendum, aut ex ſua ſumi vi atque natura, aut aſſumi foris? Idem in Topicis 8 Ex his locis, in quibus argumenta incluſa ſunt, alii in eo ipſo, de quo agitur, haerent: alii aſſumuntur extrinſecus. *Sed patet latiſſime hoc verbum.* Cic. Att. 2, 19 Ego apud improbos meam retinuiſſem, Inuidiam, alienam aſſumſiſſem, *i. inſuper contraxiſſem.* Cic. pro Muraen. 31 c. 14 Quam Laudem ille Africa oppreſſa cognomine ipſo prae ſe ferebat, eandem hic ſibi ex Aſiae nomine aſſumſit. Id. Fam. 7, 26 Atque equidem aliquantum iam etiam noctis aſſumo. Nonnihil ſibi nitoris aſſumere debet declamatio Quinctil. 2, 10, 12. Ouid. Met. 15, 421 Cernimus — illas aſſumere robora gentes; Concidere has. Cic. pro Corn. Balb. 55 Sacra Cereris quum eſſent de Graecia aſſumta, *etc.* Tacit. Agric. 3 Nec ſpem modo ac votum ſecuritas, publica, ſed ipſius voti fiduciam ac robur aſſumſerit. Vires Ouid. Met. 13, 886. Vxorem, *vid. paullo ante* Filium. Aliquem in conſilium, *Petere ab eo conſilium* Plin. Pan. 8, 1. In conſortium Id. 7, 3. In ſocietatem Liu. 2, 22. In ſocietatem facinoris aſſumti fratres Iuſt. 10, 1, 5. In nomen, *pro Cooptare in familiam et ius nominis.* Plin. Epiſt. 8, 18 Quin etiam Domitius Afer, qui illos in nomen aſſumſit, reliquit teſtamentum, ante octo et decem annos nuncupatum. In exemplum operis aliquem ſibi aſſumere Quinctil. 5, 12, 21. *Sic Ienſon. ſed poſteri fere* ſumere. Aſſumere *oratores et Dialectici dicuntur, quum quid afferunt, quod faciat ad oſtendendam propoſitionem. Vulgo hodie dicunt* ſubſumere, *i. minorem in Syllogiſmo propoſitionem ponere.* Cic. de Diuin. 2, 106 c. 51 Deinde aſſumunt, Sunt autem dii: quod ipſum non ab omnibus conceditur. Ibid. 109 c. 53 Aſſumit autem Cratippus hoc modo: Sunt autem innumerabiles praeſenſiones non fortuitae. At ego dico nullam — Iam aſſumtione non conceſſa, nulla concluſio eſt. *vid mox* ASSVMTIO. *Arrogare ſignificat* Cic. pro Sylla 85 Dico illud quod, in his cauſis coniurationis non auctoritati aſſumo, ſed pudori meo. Id. Off. 1, 2 c. 1 Si id mihi aſſumo, videor id meo iure quodammodo vindicare. Id. de Nat. Deor. 3 c. 36 Tum diis gratias agimus, tum nihil noſtrae laudi aſſumtum arbitramur. Id. Off. 3, 23 Et id, quod alteri detraxerit, ſibi aſſumat. Aſſumi *etiam dicitur, quod, praeter quam quod oportebat, additur et ſumitur, vt aſciticium et alienum.* Auctor ad Herenn. 1, 1 Quas ob res illa, quae Graeci ſcriptores inanis arrogantiae cauſa ſibi aſſumſerunt, reliquimus. Nam illi, ne parum multa ſciſſe viderentur, ea conquiſiuerunt, quae nihil attinebant, vt ars difficilior cognitu putaretur. Aſſumere, *pro Eſitare, et cibum ſumere.* Celſus 1, 3 Iuuenum minus intereſt quae aſſumant, et quo modo curentur. *Et paullo ante,* Quo minus fert facile quisque, eo ſaepius debet cibum aſſumere. Cibum et potionem Celſ. lib. 1. in prooem. Medicamentum Scribon. 200.

ASSVMENS, entis. Vulg. Iudic. 4, 21. *et* Iudith. 7, 5.

ASSVMTVS. Partic. *vt,* Aſſumta lyra Ouid. de Arte Am. 3, 142. Extrinſecus auxiliis aſſumtis factum tueri Quinctil. 7, 4, 7. Ratione argumentandi a Dialecticis aſſumta Id. 2, 4, 41. In hoc aſſumta a nobis ſubtilitas, *etc.* Id. 3, 11, 21. Viribus aſſumtis pleno iam alueo fluit Idem 2, 1.

ASSVMTIO, ōnis. f. [πρόσληψις] *Acceptio.* Cic. de Fin. 3 c. 5 Artes etiam ipſas propter ſe aſſumendas putamus, tum quia ſit in his aliquid dignum aſſumtione, tum, *etc.* Aſſumtio, Particula orationis (*vt ait* Cic. de Inuent. 1, 67 c. 37) per quam id, quod ex propoſitione ad oſtendendum pertinet, aſſumitur. Idem de Diuin. 2, 109 c. 53 Iam aſſumtione non conceſſa, nulla concluſio eſt. *Ita ſaepe vtuntur hoc nomine* Cic. de Inu. 1, 59 c. 34 ſq. Quinctil. 5, 14, 5 ſq.

ASSVMTĪVVS. Adi. *Nomen rhetorum, quo* προσληπτικὸν *Graecorum exprimunt.* Quinctil. 7, 4, 7 Alterum eſt defenſionis genus, in quo factum per ſe improbabile aſſumtis extrinſecus auxiliis tuemur: id vocant προσληπτικήν. Latini — ad verbum transferunt: aſſumtiua, enim dicitur cauſa. In quo genere fortiſſimum eſt, ſi crimen cauſa factis tuemur — Occiſus eſt: ſed latro. Exſectus eſt: ſed raptor. *Vid.* Cic. de Inuent. 1, 15 c. 11 Aſſumtiua eſt, quae ipſa ex ſe nihil firmi dat ad recuſationem, foris autem aliquid defenſionis aſſumit *etc.* *Add.* M. Capell. 5 p. 146. Aggenus de limit. agror. p. 63 Goeſ. *Inter ſtatus controuerſiarum de finibus ponit etiam* Aſſumtivum, de poſitione terminorum, qui in rigorem aut in finem transſcendit.

ASSVMTIVE. Adu. M. Capell. 5 p. 147. *Sed praeſtat legere,* Illic Aſſumtiuae nomen accepit.

ASSVO, *vel* ADSVO, ui, ūtum, ĕre. [προσράπτω] *Suendo annectere.* Hor. in Arte Poët. 16 Purpureus late qui ſplendeat vnus et alter, Aſſuitur pannus.

ASSVMENTVM, i. Vulg. Interp. Marc. 2, 21.

ASSVRA, *vid. ſub* ASSVS, a, um.

ASSVRGO, *ſ.* ADSVRGO, rrexi, rrectum, ĕre. [προσανίσταμαι, προσεγείρομαι] *Ad aliquem vel ad aliquid ſurgere.* Cic. pro Cluent. 196 c. 69 Quae dum laudatio recitatur, vos quaeſo, qui eam detuliſtis, aſſurgite. Liu. 3, 24 Ex quo ſemel fuerit aeger, vnquam non modo viſum in publico, ſed ne aſſurrexiſſe quidem ex morbo. Liu. . . . Galli neque ſuſtinere ſe prolapſi, neque aſſurgere ex voraginibus poterant. Mollibus aſſurgit ſtratis Claud. in Nupt. Pallad. et Seren. 29. Aſſurgunt *ſaepe, qui honorem habere alteri volunt, ideoque fere adiungitur datiuus* Virg. Ecl. 6, 66 Vtque viro Phoebi chorus aſſurrexerit omnis. *Vbi* Seruius, Aſſurrexerit, Honorem praebuerit. Cic. in Piſon. c. 12 Ac vero reliquo tempore Conſulem te quisquam duxit? quisquam tibi paruit? quisquam tibi in curiam venienti aſſurrexit. Honori alicuius aſſurgere Stat. Theb. 2, 60. ¶ 2 *Metaph. etiam res inanimatae dicuntur* aſſurgere. *v. g.* Plin. 24, 4 Maior, in arborem, ſalici modo aſſurgit. Id. 2, 65 Mihi incerta haec coniectatio videtur, haud ignaro quosdam Alpium vertices longo tractu, nec breuiore L milli bus paſſuum aſſurgere. *De niue* Virg. Georg. 3, 355 Septemque aſſurgit in vlnas. Plin. 13, 22 Duo ferulae genera: narthecia Graeci vocant, aſſurgentem in altitudinem: nartheciam vero ſemper humilem. *Sic* Aſſurgit inſula monte Plin. 4, 12. *Et* Columel. 2, 2 Collem clementer et molliter aſſurgentem. Turres aſſurgunt *i. Exſtruuntur* Virg. Aen. 4, 86. Celſ. 2, 8 Quibusdam etiam in hoc morbo tumores oriuntur, deinde deſinunt, deinde rurſus aſſurgunt. Virg. Aen. 1, 535 Subito aſſurgens fluctu nimboſus Orion. ¶ 3 *Ad animum et fortunam refertur.* Quinctil. 1, 8, 6 Interim et ſublimitate heroici carminis animus aſſurgat, et ex magnitudine rerum ſpiritum ducat. Stat. Theb. 10, 221 Gaudet in aduerſis, animoque aſſurgit Adraſtus. Ira aſſurgunt Virg. Aen. 12, 494. Vell. 2, 51, 3 Illis incrementis fecit viam, quibus aſſurgeret in triumphum. Virg. Aen. 10, 95 Nunc ſera querelis Haud iuſtis aſſurgis, et irrita iurgia iactas. Quinctil. 10, 1, 5 Raro aſſurgit Heſiodus. *Et* 10, 2, 22 Nec Comoedia in cothurnos aſſurgit. ¶ 4 Aſſurgi, *paſſiuum, ſiue imperſonale.* Cic. de Senect. 62 Haec enim ipſa ſunt honorabilia, quae videntur leuia atque communia, ſalutari, appeti, decedi, aſſurgi, deduci, reduci, conſuli. Suet. Aug. 56 Eisdem praetextatis adhuc aſſurectum ab vniuerſis in theatro, et aſtantibus plauſum grauiſſime quaeſtus eſt. Quum conſeſſu nobilium adoleſcentium, qui ibi aſſidebant, aſſurrectum ei non eſſet Liu. 9 *extr.*

ASSVRGENS, entis. E graui corporis morbo aſſurgens Tac. H. 2, 99, 1. Colles clementer aſſurgentes Id. Ann. 13, 38, 4.

ASSVS. [Ἄσσος] *Vrbs Troadis. Hic memoranda vt ſit, facit*

ASSIVS lapis, *de quo* Plin. 36, 17 ſ. 37 In Aſſo Troadis Sarcophagus lapis fiſſili vena ſcinditur. Corpora defunctorum condita in eo abſumi conſtat intra XL diem, exceptis dentibus — Aſſius guſtu ſalſus podagras lenit *etc.* *Add.* 2, 96. *it.* 28, 9 ſ. 37. *Meminit et* Celſ. 6, 6 Scribon. 82 *et* 267.

ASSVS, a, um. [μόνος, ἁπλοῦς] *Prima et generali notione ſolus eſt merus, vel vnicus, vti ſupra oſtendimus* AS *vel* ASSIS *vnum ſignificare. Audiamus* Nonium 2, 70 Aſſa voce, ſola voce, linguae tantummodo, aut vocis humanae non admixtis aliis muſicis eſſe voluerunt. Varro de vita populi Rom. lib. 2 In conuiuiis pueri modeſti vt cantarent carmina antiqua, in quibus laudes erant maiorum, et aſſa voce, et cum tibicine. Idem Cato vel de liberis educandis, Melos alterum in cantibus eſt bipartitum, vnum, quod eſt in aſſa voce, alterum, quod vocant organicon. Aſſum autem aeſtimandum eſt vt in opſoniis ſine pigmento ſaporis alieni, quemadmodum merum dicitur ſolum. *Hactenus* Nonius: *cuius vltima hunc ſenſum habent: Sicut* merum, *quod generali notione ſolum, purum, ſincerum ſignificat, peculiariter ad ſignificandum vinum purum, cui nihil admixtum adhibetur: ita* aſſum *opſonium ſ. carnem, ſimpliciter, nulla re, ne aqua quidem affuſa, ſolo igne coctam, ſignificat. Eſt ergo* Aſſum *ſolum, vnicum, ſibi relictum: eaque notio ad omnia quae ſuperſunt exempla applicari poteſt. Nempe, vt ordine elementari perſequamur ſubſtantiua, quibus iungitur.* Aſſa *int.* balnea, *eſt locus in balneis, vbi* ſolo calore, *ſudor prouocatur, non adhibita aqua. Sic certe intelligas* Cic. ad Q. Fratr. 3, 1, 1 In balneariis aſſa in alterum apodyterii angulum promoui, propterea quod ita erant poſita, vt eorum vaporarium (ex quo ignis erumpit: *haec gloſſa videbantur iam Vrſino*) eſſe ſubiectum cubiculis. *Incendii igitur metu hoc videtur mutaſſe Tullius Conſ. mox* Aſſus Sol. Aſſa caro *eſt quae ſola, ſine iuſculo, ad ignem torretur ac mollitur. Neque enim audiendus eſt* Iſid. 20, 2 *Aſſum quo* ardeat, quaſi *Arſum: neque* Varro de L. L. 4, 22 p. 28, 20 Dictum Aſſum, quod ab igne aſſudeſcit. *Melius illud quod praemiſit,* Hanc (*carnem*) primo aſſam, ſecundo elixam, tertio e iure vti coepiſſe, natura docet. *Nempe ſimpliciſſimum fuit, vt rapas, vt poma, vt fruges* it

*ita carnem torrere ad ignem etc.* Plaut. Moſt. 5, 1, 66 Iam iubebo ignem et ſarmenta, carnufex, circumdari. TRA. Ne faxis, nam elixus eſſe, quam Aſſus, ſoleo ſuauior. Id Curcul. 2, 3, 88 Haec ſunt ventri ſtabilimenta, panis et Aſſa bubula. Cic. Fam. 9, 20 Integram famem ad ouum affero: itaque vſque ad Aſſum vitulinum opera perducitur. Hor. Serm. 2, 2, 73 At ſimul Aſſis Miſcueris elixa. Celſ. 1, 3 Vere — tranſeundum paullatim ab elixis ad aſſa. Celſ. 4, 7, 2 Vulpis pulmo recentiſſimus aſſus. *Saepe ita* Plinius. *Add.* Oua. Lapides aſſos Seruius ad Georg. 2, 417 *interpretatur* ſiccos. *Melius* ſolos *dixiſſet, quod ita ſe habere ex his, quae de* Maceria f. l. *dicimus, patet.* Nutrix Aſſa *iam litigioſa admodum fuit* Nonii *aetate, qui* 1, 280 Aſſas nutrices, *inquit,* difficilis multi exiſtimant intellectus. At vero acri intentione potuimus indagare, ob eam proprietatem officii eo nomine nuncupari, quod aſſint (*i. adſint*) his quos nutriant, nec vel exiguo diuellantur; vnde aſſeculas ab eo, quod aſſint, et omnibus iuſſis dominorum praeſto ſint, eſſe vocitatos. *Illa poſterior argutatio de* aſſeclis, *qui ab* aſſequendo *et* aſſectando *dicti ſunt haud dubie, fidem etiam etymologiae* Aſſae *minuit. Scaliger* Aſſam *reſtituit* Varroni apud Non. 2, 73 in Betere. *Quod enim legitur* Aſſanos (*Mercer.* Annos) multos, quod parere ea non poterat, mulierem foras betere iuſſit: *ille Coniect. ad Varr.* p. 122 *ſic emendat,* Aſſa non multo poſt, quod ea parere non poterat mulier, eum betere foras iuſſit: *et interpretatur* Aſſam *mulierem* Aſſeſtricem *ſ.* Obſtetricem. *Verum in alia omnia abit Muretus* V. L. 15, 15 *quae huc nihil faciunt.* Iuuenalis 14, 208 Hoc monſtrant vetulae pueris repentibus Aſſae, *quae ſi vera eſt lectio,* Aſſa *ſubſtantiue pro nutrice poſita fuerit; et ita* Scholiaſtes, Aſſa nutrix dicitur, quae lac non praeſtat infantibus, ſed ſolum diligentiam et munditiam adhibet. Nutricula ſicca infantibus monſtrat, *quae vltima verba ſunt periphraſis ipſius verſiculi. Neque vero quidquam prohibet, quin* Aſſam Varronis *eodem modo intelligamus. Nempe vt* Aſſam *dicebant carnem ſine liquore addito coctam; vt* oua *eodem modo; vt* Aſſa *in balneis; vt* Solem Aſſum; *ſic nutricem ſiccam* Aſſam *appellaſſe videntur. Sic* ſolos ventos humidis *opponi, infra videbimus.* Oua aſſa Scribon. c. 221 *ſunt toſta, cocta mera, ſine aqua.* Aſſi ſolis *mentio eſt* Cic. Att. 12, 6 Pro iſto aſſo ſole, quo tu abuſus es in noſtro pratulo, a te nitidum ſolem vnctumque repetemus. *Atticus inambulauerat in pratulo Marci ſui, eaque velut apricatione vel inſolatione vſus fuerat, ſed ſine vllo apparatu vnctionis: pro hoc repoſcit Cicero apricationem et inſolationem operoſiorem cum balneis, cum vnctione (in heliocamino) forte etiam cum coena coniunctam.* Aſſae Tibiae Seruio ad Georg. 2, 417 dicuntur, quibus canitur ſine chori voce. *De* Voce Aſſa *ſtatim initio egimus. Add.* Aſcon. ad Cic. Diuin. in Caecil. 55 c. 17 Cani remigibus celeuſma per ſymphoniacos ſolebat, et per Aſſam vocem, id eſt ore (*adde* ſolo) prolatam, et, vt in Argo naui, per citharam *etc.*

ASSO, āre. [ὀπτάω] *Carnem aſſam parare.* Apic. 2, 1 Aſſas iecur porcinum, et tum eneruas. *Neſcio an alius locus adhuc obſeruatus ſit.* ¶ 2 *Plane nullo auctore dixiſſe videtur Scaliger ad Varron. Coniectan.* p. 121 *Aſſare dicuntur tibicines, cum ſolis tibiis canunt. vid.* AXAMENTA. ¶ 3 *Aſſare pro* Coaſſare *vid. ſub* ASSIS *vel* AXIS.

ASSATOR. *Qui aſſat.* Vet. Gloſſ. Aſſator ὀπτανεὺς, ὀπτανάριος.

ASSATVRA, ae. [ὀπτάνευσις] *Caro aſſa.* Vopiſc. Aurel. *extr.* …onuiuium de Aſſaturis maxime fuit. *Vbi Salmaſius veteri* Scholiaſtae Perſii *reſtituit* Aſſaturarum iura. Aſſaturas *varie condire docet* Apicius 7, 5.

ASSARIVS, a, um. *Eſt apud* Caton. R. R. c. 132 Daps Ioui Aſſaria pecuina. *Licet ſuſpicari eſſe carnem ouillam aſſandam. Sed incerta et obſcura omnia. Nonnulli apud Popmam ad h. l. ſic volunt legi:* Daps Ioui Aſſir a pecu in vrna vini cape. *vid.* ASSIR.

ASSVRA, ae. *Videtur eadem, quae* Aſſatura. Varr. R. R. 3, 9, 1 …o quae requiro farſurae aſſurae membra de palumbis, de gallinis, …c ſodes, Merula. *Neque enim audiendus videtur Turnebus, qui interpretatur aſſiduitatem, diligentiam.*

ASSYRIA. [Ἀσσυρία] *Regio Aſiae, habens ab Ortu Indiam, ab Occaſu Tigrim fluuium, a Meridie Mediam, a Septentrione Caucaſum, cuius et Syriae nomina ſaepe permiſcentur. vid.* SYRIA. Tibul. 3, 2, 24 Eoique Arabes, diues et Aſſyria.

ASSYRIVS. Adi. [Ἀσσύριος] *vt,* Amomum Aſſyrium Virg. Ecl. 4, 25. *Et* Lucan. 4, 298 Aſſyrii ſcrutator pallidus auri. Veſtis madefacta veneno Aſſyrio, *i. Purpura* Sil. 11, 41. *Sic quoque* Virg. Georg. 2, 465 Alba nec Aſſyrio fucatur lana veneno. Cic. de Diuin. 2, 2 Aſſyrii propter planitiem magnitudinemque regionum, quas incolebant, …um caelum ex omni parte patens atque apertum intuerentur, traiectiones motusque ſtellarum obſeruauerunt: quibus notatis, quid cuique ſignificaretur, memoriae prodiderunt. Aſſyria malus, quam alii vocant Medicam, venenis medetur. Folium eius eſt vnedonis, intercurrentibus ſpinis. Pomum ipſum alias non manditur: odore praecellit foliorum quoque, qui tranſit in veſtes vna conditus, arcetque animalium noxia. Arbor ipſa omnibus horis (*anni*) pomifera eſt, aliis cadentibus, aliis matureſcentibus, aliis vero ſubnaſcentibus. *Haec et plura* Plin. 12, 3 ſ. 7. Pallad. Mart. 10, 16 Apud Aſſyrios pomis non caret citrus. Radix Aſſyria Col. 10, 114. *videtur eadem, quam Syriacam vocat idem* 11, 3, 16.

## A S T

AST. [ἀλλὰ] *Coniunctio, qua Poëtae primum videntur vti, pro* At, *ſyllabam illam breuem, interiecto* ſ. *longam facientes.* Feſtus, Aſt, ſignificat At, ſed, vel autem. *Laudatur* Plaut. Neque eos antiquos ſeruas, aſt captas nouos. Virg. Aen. 1, 46 Aſt ego quae divûm incedo regina. Cic. Att. 1, 16 Tu crebras a nobis literas exſpecta: aſt plures etiam … mittito. *Et* 6, 5 Hoc tu indage vt ſcias: aſt hoc magis. *Laudatur etiam* Att. 3, . . Quid enim vides agi poſſe, aut quomodo: per … natumne? aſt tute ſcripſiſti ad me, quoddam, *etc.* *Aſſeuerantis vox* Liu. 10, 19 Bellona ſi hodie nobis victoriam duis, aſt hic ego templum tibi voueo. *Poteſt etiam ad vices et referendam gratiam referri,* … d. contra ea.

ASTABORES, *vid.* ASTAPVS.

ASTACI. [ἀστακοὶ] *Ex genere ſunt Cancrorum, apud* Plin. 9, 31 ſ. 51.

ASTĀPHIS, ĭdis. f. [ἀσταφὶς] *Vua paſſa dicitur.* Plin. 23, 1 ſ. 12 Vua paſſa, quam aſtaphida vocant, ſtomachum, ventrem, interanea …taret, niſi pro remedio in ipſis acinis nuclei eſſent. Aſtaphis agria, …e Staphis, quam Vuam taminiam aliqui vocant falſo (ſuum enim nomen habet) caulliculis nigris, rectis, foliis labruſcae, fert foliculos … quam acinos, virides, ſimiles ciceri. *Haec* Plin. 23, 1. *vid.* STAPHIS.

ASTAPVS, i. Plin. 5, 9 ſ. 10 Nilus Aſtapus cognominatus eſt, quod illarum gentium lingua ſignificat aquam e tenebris profluentem. *Deinde de eodem Nilo circa* Meroën, ASTABORES laeuo alueo dictus, hoc eſt, ramus aquae venientis e tenebris: dextro vero ASTVSASPES, quod latentis ſignificationem adiicit.

ASTARTE. [Ἀςάρτη] *Dea Syrorum nobilis, de qua illud modo huc pertinet, quod eſt* Cic. de Nat. Deor. 3, 59 c. 23 Quarta Venus Syria Tyroque concepta, quae Aſtarte vocatur, quam Adonidi nupſiſſe proditum eſt.

ASTEISMOS, ſ. [ἀςεϊσμὸς] *Latine dicitur Vrbanitas et ciuilitas. Tropus eſt Grammaticis: de quo* Diomedes l. 2 p. 459 Species eſt allegoriae cum vrbanitate multiplex *et p. a.* Aſteiſmus putatur, quidquid ſimplicitate ruſtica caret, et faceta ſatis vrbanitate expolitur. *Exempla ponit illud* Virg. Qui Bauium non odit, amet tua carmina Maeui, Atque idem iungat vulpes, et mulgeat hircos. *Item illud,* Philippus cum vellet Perſas (*puto* Graecos) in ſuam poteſtatem redigere, et in hoc exercitum miſiſſet, ſcripſit, milites a ſe miſſos, quod comperiſſet, ipſos ſeditione vexari, et bonorum eſſe, in tali tempore ſubuenire.

ASTER, m. *Graece* ἀςὴρ, ἀςέρος; *Latine dicitur* Stella. *Hinc* ¶ 2 Aſter Atticus, [ἀςὴρ Ἀττικὸς] *Herba eſt* Plinio, quae, quoniam praeſentaneum eſt inguinum remedium, ab aliquibus Bubonium appellatur. Cauliculus foliis oblongis duobus aut tribus: in cacumine capitula ſtellae modo radiata. *Haec et plura* Plin. 27, 5. ¶ 3 Aſter Samius, [ἀςὴρ Σάμιος] *Species terrae* Samiae, *ita dicta forte a ſtellae imagine, quae illi imprimi ſigillo conſueuit.* Plin. 35, 16 ſ. 53 Samiae duae ſunt, quae collyrium, et quae Aſter appellantur, *deinde vtramque deſcribit.*

ASTERIA. [ἀςερία] Gemma candicans incluſam lucem pupillae modo quandam continens *Haec et plura* Plin. 37, 9 ſ. 47. Iſid. 16, 10 Aſteritin *vocat.*

ASTERIĂCE, es. f. [ἀςεριακὴ] *Sic legebant quidam* Plin. 20, 19 ſ. 79 *pro* Arteriace *de quo ſ. l.*

ASTERIAS. [ἀςερίας] Auis ex genere ardeolarum, a fulgore aſtrorum Plin. 10, 60.

ASTERĬCVM, i. [ἀςερικὸν] *Herba, de qua* Plin. 22, 17 ſ. 20 Perdicium ſ. Parthenium a noſtris herba vrceolaris vocatur, ab aliis Aſtericum, folio ſimilis ocimo, nigrior tantum, naſcens in tegulis parietinisque *etc. ſunt enim pluſcula.*

ASTERIE vel ASTERIA. [Ἀςερία] Titanis filia, *de qua ponamus verba* Hygin. f. 53 Iouis (*i. Iupiter*) cum Aſterien Titanis filiam amaret, illa eum contemſit, a quo in auem ortygiam commutata eſt, quam nos coturnicem dicimus, eamque in mare abiecit, et ex ea inſula eſt enata, quae Ortygia eſt appellata — *Reliqua damus in* ORTYGIA. Cic. de Nat. Deor. 3 c. 16 Quartus (Hercules) Iouis et Aſteriae Latonae ſororis, qui Tyri maxime colitur. *Et* c. 18 Quomodo autem potes, ſi Latonam Deam putas, Hecaten non putare, quae matre Aſteria eſt, ſorore Latonae? *Vid.* Seru. ad Aen. 3, 73. *et quos laudat* Burm. *ad illud* Ouid. Met. 6, 108 Fecit et Aſterien aquila luctante teneri. *In primis Apollod. Bibl.* 1, 4, *qui patrem illius* Coeum *vocat.*

ASTERION, i. [ἀςέριον] *Species aranei ſ. phalangii* virgulis albis diſtinctum, cuius morſus genua labefactat, *vt tradit* Plin. 29, 4 ſ. 27.

ASTERION, ōnis. [Ἀςερίων] *Argonautarum vnus, de quo ad* Val. Flac. 1, 355 *viri docti, et optime Burm. in Catalogo Argonautarum.*

ASTERISCVS. [ἀςερίσκος] *Inter ſigna critica ſ. notas ſententiarum refertur ab* Iſidoro Orig. 1, 20 Aſteriſcus, *inquit,* apponitur in iis, quae omiſſa ſunt, vt illuceſcant per eam notam, quae deeſſe videntur. Stella enim ἀςὴρ Graeco ſermone dicitur, a quo Aſteriſcus, ſtellula, eſt deriuatus. *Et,* Aſteriſcus cum obelo * —, hac proprie Ariſtarchus vtebatur in iis verſibus, qui non ſuo loco poſiti erant. Hieron. ad Auguſtin. Epiſt. 89, 6 Vbicunque virgulae *i.* obeli ſunt, ſignificatur, quod ſeptuaginta plus dixerint, quam habetur in Ebraeo, vbi autem aſteriſci, id eſt ſtellulae praelucentes, ex Theodotionis editione ab Origine additum eſt. Auguſtin. ad Hieron. Ep. 10, 2 Aſteriſcis notaſti, quae in Ebraeo ſunt, et in Graeco deſunt: obeliſcis autem, quae in Graeco inueniuntur, et in Ebraeo non ſunt.

ASTERITES. Gemma candida Iſid. 16, 10 *eodem modo illam deſcribit, quo* Plinius ASTERIAM, *vbi vid.* ¶ 2 Baſiliſci genus ſtellati *apud* Apul. de herb. 128.

ASTERNO, *ſ.* ADSTERNO, aſtrāui, aſtrātum, ĕre. [παραστρώννυω] *Iuxta ſternere. Paſſiuum protulit* Ouid. Met. 2, 343 *de ſororibus Phaëtontis* Adſternunturque ſepulcro.

ASTHMA. [ἆσθμα] *Difficultas ſpirandi.* Celſ. 4, 4, 2 Difficultas ſpirandi dum modica eſt, neque ex toto ſtrangulat δύσπνοια appellatur: cum vehementior eſt, vt ſpirare aeger ſine ſono et anhelatione non poſſit, ἆσθμα, cum acceſſit id quoque, vt niſi recta ceruice ſpiritus trahatur, ὀρθόπνοια. *Hinc intelligitur, quis ſit*

ASTHMATICVS. [ἀσθματικὸς] *Nempe Suſpirioſus, anhelus, qui difficilem habet et cum ſonitu reſpirationem.*

ASTICI *ſ.* ASTYCI. Ludi, *de quibus* Suetonius in Caligula 20, *qui ſint quaeritur. Qui* Actiacos *legunt, ludos ab Auguſto intelligunt inſtitutos in memoriam* Actiacae *victoriae, ſed ſine librorum aſtipulatione, in quibus omnibus partim* Attici, *partim* Aſtici *vel* Haſtici *exaratum reperias.* Turnebus *Aſticos ludos interpretatur vrbanos (quod ſint etiam ludi ruſtici) vel potius Athenienſium ludos, quorum vrbs* Aſtu *dicebatur. Producitur ab Athenaeo Charicles* περὶ ἀςικοῦ ἀγῶνος. *Quod ſi quis ludos Atticos malit, e conſuetudine Athenienſium explicabit, qui Liberalibus, Lenaeis, Chytris, et Panathenaeis, id eſt quinquatribus, ludos ſcenicos dabant. Haec ille. Conf. Scal. de Em. Temp.* 5 p. 479 Selaſticos *vel* Iſelaſticos *probat cum Graeuio Burmannus.*

ASTIPVLOR, *ſiue* ADSTIPVLOR, āri. [συγκατατίθεμαι, συγκατανεύω, προστίθεμαι] *Aſſentiri.* Plin. 7, 48 Cui aſtipulatur Damaſtes, memorans *etc.* Adſtipulari irato conſuli tribunum plebis Liu. 39, 5. *Sed haec metaphorica ſignificatio. Proprie* Aſtipulari (*inquit Connanus*) *dicitur* Stipulanti ſtipulari: *vt ſi petenti tibi decem a Maeuio, ego eadem tibi ſtipulor dari. in quo quia mens eſt vtriuſque noſtrûm eadem, et idem quod tu, tibi cupio et volo, ideo factum eſſe arbitror, vt* Aſtipulari *pro* Aſſentire *dicamus.*

ASTIPVLATIO, ōnis. f. [συγκατάθεσις] *Aſſenſus.* Plin. 29, 1 ſ. 5 Qua de re exſtat etiam Annaei Senecae adſtipulatio. Quinctil. 11, 3, 175 Accedit enim vis et proprietas rebus tali adſtipulatione, quae niſi adſit, aliud vox, aliud animus oſtendat. *Denotat igitur illam geſtus cum verbis conſenſionem, de qua* Plin. Paneg. c. 71 Cum orationi oculos, vocem, manum commodares.

ASTIPVLATVS, ûs. m. [συγκατάνευσις] *Aſſenſus vel Atteſtatio.* Plin.

Plin. 7, 47 Conſecratus eſt viuus, ſentiensque, oraculi eiusdem iuſſu, et Iouis deorum ſummi aſtipulatu, Euthymus, Pycta, ſemper Olympiae victor, et ſemel (*ſraude*) victus.

ASTIPVLATOR, ōris. m. [*συγκάταινος, συνέπαινος*] *Qui aſſentitur.* Cic. Acad. 4, 67 c. 21 Falſum eſſe Stoici dicunt, et eorum aſtipulator Antiochus. *Sic* Aſtipulator vanae opinionis Val. Max. 7, 1 *extr. Add.* Sid. 1 Ep. 9 *et* 6 Ep. 4. *Proprie ſedem habet in iure.* Cic. pro Quint. 58 c. 18 Litterae P. Quintii, teſtes tot (quibus omnibus cauſa iuſtiſſima eſt, cur ſcire potuerint, nulla cur mentiantur) cum adſtipulatore tuo comparabuntur. *i. cum eo homine, cui aeque ac tibi promiſſum eſſe vadimonium dicitur.* Idem in Piſon. 18 c. 9 Quaſi vero non modo ego, qui multis ſaepe auxilio fuiſſem, ſed quisquam tam inops fuerit vnquam, qui iſto non modo propugnatore tutiorem ſe, ſed advocato aut adſtipulatore paratiorem fore putaret. Aſtipulator *ergo erat, Qui ſtipulanti accedebat, idemque ſtipulabatur, id eſt promitti ſibi curabat, vt pacta et conuenta eſſent firmiora, magisque cauta et rata. Videntur autem in ſoro circum argentarias homines* fuiſſe, qui aſtipulandi *quaeſtum exercerent, praeſtoque eſſent ſtipulantibus et paciſcentibus, cuius generis ſuiſſe dicitur pater Auguſti in epiſtola Ciceronis ad Octau. fin. Recte igitur* Aſtipulator *in antiquo lexico προσεπερωτητὴς exponitur, i. qui praeter ſtipulatorem interrogat atque ſtipulatur. Haec Turnebus. Add. Salm. de Mo.* Vſur. p. 709 ſq.

ASTITVO, ſ. ADSTITVO, ui, ūtum, ĕre. *Ex* Ad *et* Statuo, *ſignificat in loco collocare.* Plaut. Capt. 4, 2, 66 Iuben' an non iubes aſtitui aulas, patinas elui? Auctor ad Herenn. 3, 33 c. 20 Reum ad alicuius lectum adſtituere, *de cogitatione et imaginatione.* Circumductus angulatim forum eiusque tribunal adſtituor Apul. Mileſ. 3 p. 130. Molae adſtituor Id. 9 p. 222.

ASTITVTVS, a, um. Plaut. Caſin. 5, 2, 49 Continuo in genua aſtituto pectus mihi pedibus percutit.

ASTO, ſ. ADSTO, ĭti, ĭtum et ātum, āre. [*παρίστημι*] *Iuxta ſtare.* Virg. Aen. 2, 303 — arrectisque auribus aſto. *Add.* ib. 1, 152. Hic patrem aſtare aiebas? Ter. Heaut. 5, 2, 7. Acceſſi, aſtiti Id. Phorm. 5, 6, 27. Aſta, atque audi Plaut. Trin. 4, 3, 52. *Sic* in Caſin. 3, 6, 13. Mane, atque aſta. Plaut. Caſin. 5, 2, 20 Continuo in genua aſtanti pectus mihi pedibus percutit. *Sed Gron.* aſtituto. *Senſus idem. Sermo eſt de cubante, erigente ſe in genua.* In latus obliquum tamen adſtitit Ouid. Met. 3, 187. Finis vitae mortalibus aſtat Lucret. 3, 1091. Mors ibid. v. 973. Cic. pro Arch. 24 c. 10 Quum in Sigeo ad Achillis tumulum adſtitiſſet. *Et* Lucret. 3, 972 Mors ad caput aſtitit. Ante oculos Virg. Aen. 3, 150. Cic. in Catil. 4, 3 c. 2 Exſpectans huius exitum diei aſtat in conſpectu meo gener. In ripa Ouid. Epiſt. 14, 89. Limine diuae aſtitit *l. in limine* Stat. Theb. 9, 607. Portis ſublimibus aſtant Virg. Aen. 12, 133. Iuxta praeſides aſtat deos Sen. Herc. fur. 356. Praeſens aſtare viritim creditur Iupiter, *i. Singulis et priuatim vnicuique praeſens eſſe* Sil. 17, 478. Supra caput aſtitit imber Virg. Aen. 3, 194. *Conſ.* 4, 702. Aſto aduocatus cuidam Plaut. Caſin. 3, 3, 5. Aſtare menſae domini Mart. 8, 56. Aſtare contra alicui, *pro Reſiſtere* Plaut. Capt. 3, 5, 6 At vt confidenter mihi contra aſtitit. Adſtare illum locum, et illo, et illi, et circa illum Priſc. p. 1181. Adſtaſſent, pro ſteterint Feſt. *Nempe* Adſtaſſent *poſitum pro* Adſtaſſint.

ASTANS. Partic. [*παρεστὼς*] Sil. 17, 646 *de Annibale*, Ipſe aſtans curru. Aſtante atque audiente Italia tota Cic. Poſt Red. in Senat. 25 c. 10. Aſtante illo Plaut. Amph. 2, 2, 115. AL. Tute iſtic, etiam aſtante hoc Soſia. Quid hic malum, adſtans obſtipuiſti Plaut. Poen. 1, 2, 49. *Add.* Ter. Phorm. 4, 3, 2. Squammae aſtantes *i. Erectae* Virg. Georg. 3, 545. Plin. Pan. 23, 2 Occurſantium populus te quoque adſtaret.

ADSTANTIA, ae. f. Παρασία Gloſſ. Lat. Gr.

ASTĀTOR, ōris. Inſcript. apud Fabrett. p. 164 *et* 183 DEO MAGNO LIBERO PATRI ET ADSTATORI. *Conſ.* Spon. Miſcell. Erudit. Ant. p. 27.

ASTŎMI. [*Ἄστομοι*] *Indiae populi fabuloſi.* Plin. 7, 2 Ad extremos fines Indiae ab Oriente circa fontem Gangis Aſtomorum gentem ſine ore, corpore toto hirtam, veſtiri frondium lanugine, halitu tantum viuentem, et odore quem naribus trahant. Nullum illis cibum, nullumque potum: tantum radicum florumque varios odores, et ſilueſtrium malorum, quae ſecum portant longiore itinere, ne deſit olfactus: grauiore paullo odore haud difficulter exanimari. *Haec Plinius.*

ASTRĂBA. [*ἀστράβη*] Tabella, vbi pedes requieſcunt Gloſſ. Iſid. *Clitella, ſella equeſtris: vnde* Comoedia Plautina Aſtraba, *ſeu* Clitellaria *inſcripta eſt. Vid. eius Fragm. ap.* Gell. 11, 7. Non. 2, 11. Prob. in Vita Virg. *Conſ. Scheff. de re Vehic.* 2, 2 p. 17 ſq.

ASTRAEA. [*Ἀστραία*] *Filia Aſtraei gigantis et Aurorae. Alii dicunt fuiſſe filiam Iouis et Themidis. Haec pro Iuſtitia ſumitur: fingiturque vitiis creſcentibus indignata in caelum euolaſſe, tandem in ſignum caeleſte, inter Libram et Leonem interiectum, conuerſa.* Ouid. Met. 1, 149 — et virgo caede madentes, Vltima caeleſtum terras Aſtraea reliquit. Erigonen *vocat; ſed Aſtraeae tamen attributa ei adiungit* Manil. 4, 542 Erigone ſurgens, quae rexit ſaecula priſca Iuſtitia, rurſusque eadem labentia fugit. Sen. Octauia 422

Neglecta terras fugit et mores feros
Hominum cruenta caede pollutas manus
Aſtrea virgo, ſiderum magnum decus.

*Vid.* ERIGONĒ, IVSTITIA n. 2.

ASTRAEVS. [*Ἀστραῖος*] *Vnus ex Titanibus, qui contra deos arma ſumſerunt. Hic cum Aurora fertur concubuiſſe, et ex ea ventos generaſſe, (Heſiod. Theog. 378.) qui ab eo* Aſtraei fratres *dicti ſunt.* Ouid. Met. 14, 545 Aeraque, et tumidum ſubitis concurſibus aequor Aſtraei turbant, et eunt in praelia fratres.

ASTRAGĂLVS, i. f. [*ἀστράγαλος*] *Latine dicitur Talus, oſſiculum prope quadratum, intra infimos tibiae et ſurae proceſſus comprehenſum. Vid.* TALVS. ¶ 2 Aſtragalus fem. *et* Aſtragalum n. *membrum, quo Ionicae columnae ornantur, et ſpeciatim ſpirae, tanquam dimidius torus.* Vitruu. 4, 6 Aſtragalum Lesbium. Idem 3, 3 Aſtragali faciendae ſunt octauae partis trochili, proiectura erit ſpirae pars octaua, et ſextadecima craſſitudinis columnae. *Vid. Lexic. Vitruu.* ¶ 3 Aſtragalus, *Herba eſt*, Plin. 26, 8 Aſtragalus folia habet longa, inciſuris multis, obliqua circa radices, caules tres aut quatuor foliorum plenos, florem hyacinthi, radices villoſas, implicatas, rubras, praeduras. Naſcitur in petroſis, apricis, et iisdem niualibus. *Conſ.* ib. c. 12 *et* 14.

ASTRAGALIZO, āre. Aſtragalizontes ex aere Plin. 34, 8 *quod fuit ſtatuarium opus Polycleti, i. ludentes aſtragalis ſ. talis.*

ASTRANGVLATVS, *vel* ADSTRANGVLATVS, a, um. Filios adſtrangulatos miſero mortis genere elidere Min. Felix c. 30. *Pro ſimplici* ſtrangulatos.

ASTRAPE, es. f. [*ἀστραπή*] *Fulgur.* Plin. 35, 10 Apelles pinxit et Aſtrapen.

ASTRAPOPLECTA. n. pl. Ex *ἀστραπὴ* et *πλήσσω*, *Loca fulgure percuſſa.* Sen. Nat. Quaeſt. 1, 15 Ab his tecta videmus icta ſine fulmine, quae Aſtrapoplecta Graeci vocant.

ASTRAPIAS. [*ἀστραπίας*] *Gemma, de qua* Plin. 37, 11 ſ. 73 Aſtrapiae in nigro aut cyaneo diſcurrunt e medio fulminis radii, *verſus aliquem vel aliquid ſtrepere, quod rogantes, aſſentientesue plures.*

ASTRĔPO, *vel* ADSTREPO, ui, ĭtum, ĕre. [*ἐπικτυπέω, ψοφέω*] Plin. in Panegyr. c. 26 Ac plerique irritis precibus ſurdas principis aures aſtrepebant. Tacit. Hiſt. 4, 49 Obuios, et ſubitae rei miraculo attonitos, vt eadem adſtreperent hortari. *De laetis acclamationibus. Sic etiam* Idem Ann. 11, 17 Aſtrepebat huic alacre vulgus, *i. Applaudebat.*

ASTRIDO, *vel* ADSTRIDO. *Stridorem vel ſibilum verſus aliquem emitto.*

ADSTRIDENS, entis. Premit adſtridentibus hydris Stat. Theb. 11, 494 *de Furia ſuos ſerpentes et ſaces intentante.*

ASTRIFER, *vid.* ASTRVM.

ASTRITES, *idem, quod* Aſterites M. Capell. 1 p. 19.

ASTRINGO, *vel* ADSTRINGO, inxi, ictum, ĕre. [*προστέλλω, ἐπισφίγγω*] *Stringendo adducere et arctius facere, vel alligare: vtroque modo* Laxare *ei contrarium eſt.* Cic. de Nat. Deor. 2, 136 Eaque tum adſtringitur, tum relaxatur, *de aluo loquitur.* Idem Att. 10, 6 Pater nimis indulgens, quidquid ego adſtrinxi, relaxat. Columel. 5, 6, 17 Arboris (*ad vitem aſſitae*) perpetua cultura eſt, — quidquid frondis enatum fuerit, alternis annis aut ferro amputare, aut adſtringere, ne aemula vmbra viti noceat. *Hic vel* deſtringere *ſignificat, quaſi* abſtringere; *vel* adſtringere, *id eſt ad truncum, vnde enatus eſt ſurculus, eum arcte alligare, vt* Cic. Verr. 4, 92 c. 41 Quis eſt hic qui ad ſtatuam aſtrictus eſt. Alligatum *dixerat. Metaph.* Cic. de Fato 37 c. 14 Hoc arctius aſtringi ratio non poteſt. *Alia metaphora adhibetur de medicamentis.* Scrib. Comp. 256 (Malagma) confirmat omnem partem et adſtringit. *Sed reliqua elementari ordine perſequamur.* Celſ 1, 3 Labor Aluum aſtringit, *i.* Contrahit, vt parum reddat. *Conſ.* 2, 1 *Contrarium, ſoluere.* Idem Praef. l. 1. Cic. Tuſc. 1, 13 Primo, ſi placet Stoicorum more agamus, qui breuiter aſtringere Argumenta ſolent Plin. Epiſt. 7, 1 *extr.* Deinde vt in poſterum ipſe Ad eandem tempe rantiam adſtringerer, *etc.* Conditionibus ſuis aliquem Cic. pr Quint. 19 c. 5. Fidem tibi meam hac lege obſtringo, *i. obligo fidem tibi promitto* Ter. Eun. 1, 2, 23. *Sic* Cic. Off. 3 c. 31 Nullun vinculum ad adſtringendam fidem iureiurando arctius. *De Frigor* Plin. Epiſt. 5, 6, 25 Si natare latius, aut tepidius velis, in proxim puteus, ex quo poſſis rurſus aſtringi, ſi poeniteat teporis. Fronten *pro Corrugare* Sen. Epiſt. 107. Vlpian. l. ſi quis extraneus. §. 1 D. d acquir. hered. Interdum autem animus ſolus eum aſtringet Hered tati: vtputa ſi re non hereditaria, quaſi heres vſus ſit. Paullus i l. proxime ſequenti *ſic expreſſit*, Placet, non obligari eum hereditat *Et rurſus* ibidem, Vt quis pro herede gerendo obſtringat ſe hered. tati. Labra adſtringuntur male *ab Oratore* Quinctil. 11, 3, 81. Leg vel quaeſtione aſtringi Cic. pro Cluent. 155 c. 57. Mercede aſtric lingua Idem in Piſon. 30. Fabius 2, 2, 4 Neque vero ſatis eſt ſummai praeſtare abſtinentiam, niſi diſciplinae ſeueritate conuenientium ad mores aſtrinxerit, *metaphora ab equis freno coërcendis.* Cic. de Natu. Deor. 1, 18 c. 7 Nulla eiusmodi aſtrictum neceſſitate, vt mihi, velir nolim, ſit certa quaedam tuenda ſententia. Numeris aſtringer orationem Idem de Orat. 3, 171 c. 44. *Et* lib. 1, 254 Aſtrictus cert quadam numerorum moderatione et pedum. Quinctil. 1 Pro *Metaph. de eloquentia*, Oſſa vt eſſe et aſtringi neruis debent, ſic co pore operienda ſunt. Cic. de Legib. 2, 48 c. 19 Quaeruntur eni qui aſtringantur Sacris, *i. qui cogantur ſacra familiae conſeruare.* aſtringere ad certa verba Quinctil. 7, 3, 16. Idem 2, 16, 9 Equide nec vrbium conditores aliter reor effecturos fuiſſe, vt vaga illa mult tudo coiret in populos, niſi docta voce commota; nec legum repe tores ſine ſumma vi orandi conſecutos, vt ſe ipſi homines ad ſeruit tem iuris adſtringerent. Se aſtringere in iura ſacra Ouid. Epiſt. 1 320. *i. obligare.* Plaut. Poen. 3, 4, 27 Homo furti ſe aſtringet. *Ad* Id. Rud. 4, 7, 34. *Sic* Ter. Eun. 4, 7, 39 Hic furti ſe alligat. *Vtr que loco* crimine *intelligi poteſt, vel ſcelere: quod exprimitur* Cic. Ph lipp. 4, 9 c. 4 Quem ſi conſulem illa prouincia putaret, neque eu reciperet, magno ſcelere ſe aſtringeret. Idem pro Planc. 74 c. 30 huius tanti officii ſeruitutem aſtringam teſtimonio ſempiterno, *i. con memoratione publica beneficii me debitorem perpetuum beneſactoris, illius velut proprium mancipio, me profitear.* Venas agrorum hiant Virgil. Georg. 1, 91. Vincula Ouid. Met. 11, 75. Vinculis legu adſtringi Quinctil. 5, 10, 101. Cic. de Prou. Conſ. 34 c. 14 Sed ta men vna atque altera aeſtas vel metu, vel ſpe, vel poena, vel pra miis, vel armis, vel legibus, poteſt totam Galliam ſempiternis vi culis adſtringere, *h. e. ita pacare, et nobis obnoxiam reddere, vt in pe petuum nihil metuendum ſit.* Vultum ſuper aliis Quinctil. 11, 3, 160.

ASTRICTVS, *vel* ADSTRICTVS. Partic. *Contrarium* R *laxato.* Plin. Paneg. 93 Ita verſemur in Republ. vt credamus eſ Rempublicam: non conſilium noſtrum, non operam ſubtrahamus nec disiunctos nos et quaſi dimiſſos Conſulatu, ſed quaſi aſtrictos deuinctos putemus. Aſtrictus neceſſitate, *vid.* NECESSE. Cic. Parad. 1 c. 2 Nunquam mehercule ego, neque pecunias iſtorum, n que opes, neque imperia, neque eas, quibus maxime aſtricti ſun voluptates, in bonis rebus, aut expetendis eſſe numerandas duxi. I in Orat. 220 Nec tamen haec ita ſunt arcta et aſtricta, vt ea, qu velimus, laxare nequeamus. Aluus Celſ. 1, 3. Ouid. de Pont. 3, 26 Et coit adſtrictis barbarus Iſter Aquis, *i. gelatis.* Dolore aſt ctum pectus Idem de Arte Am. 1, 361. Cic. Brut. 309 Dialectica qu contracta et adſtricta Eloquentia putanda eſt. Frigore gelido aſt ctum pectus Ouid. Epiſt. 15, 112. Frons aſtricta, *pro Contracta* Ma tial. 11, 40. Gelu aſtrictum Ouid. Triſt. 3, 4, 41. Glacies Ide Met. 1, 120. Guſtus Plin. 27, 12 ſ. 96, *qui adſtringit os, et contrah Vid.* ASTRICTIO. Impedimento duplici adſtricti Amm. 31, 51. I perium non adſtrictum, nec perſeuerum Tacit. Ann. 15, 48, 8. *al.* ſtrictum. Iureiurando adſtricti Apul. Met. 10 p. 242. Adſtrin Linguam leniter, nec mordeat Plin. 29, 2 ſ. 9. Moris adſtri auctor Tacit. Ann. 3, 55, 4. *Ad habenas reſpicitur.* Cic. in Brut. c. 25 Fuerunt etiam in Oratorum numero mediocrium L. et Sp. Mu

nil fratres, quorum exſtant amborum orationes: ſimplex quidem Luius et antiquus; Spurius autem nihilo ille quidem ornatior, ſed amen aſtrictior. fuit enim doctus ex diſciplina Stoicorum. *Stoici uippe dicendi genus exile ſunt ſequuti, vt ibidem tradit ipſe Cicero. raeterea Stoici dialecticen diligenter ſunt perſequuti, vt* Cic. in Toicis *oſtendit* c. 1, *et* de Fin. 3 c. 21. *Porro* dialectica quaſi conracta et aſtricta eloquentia putanda eſt; ſine qua etiam tu Brute, udicauiſti te illam iuſtam eloquentiam, quam dialecticam dilatatam ſſe putant, conſequi non poſſe, *quae modo laudauimus ex* Cic. in Brut. 09 c. 90. Idem de Orat. 1, 70 c. 16 Eſt finitimus oratori Poëta, numeris aſtrictior paullo, verborum autem licentia liberior. Aſtrictus in amore Lucret. 4, 118. *i. deuinctus mulieri.* Socco non adſtricto pulpita percurrere Hor. Ep. 2, 1, 174. *de Poëta comico negligentiore.* *Item Parcus, qui nullos facit ſumtus.* Cic. Fam. 3, 8 Cum t natura ſemper ad largiendum ex alieno fuerim aſtrictior. Propert. , 23, 17 Differt haec nunquam, nec poſcet garrula, quae te Aſtrictus loret ſaepe dediſſe pater.

ASTRICTE. Adu. [προσεσταλμένως] *Arcte, accurate.* Cic. de rat. 3 c. 48 Qui putat orationem, quae quidem ſit polita, atque acta quodammodo, non aſtricte, ſed remiſſius numeroſam eſſe oportere. *Compar.* Quae preſſius et adſtrictius ſcripſi Plin. Ep. 3, 18, 10. *dem* Epiſt. 1, 20, 20 Non magis ſeruat modum, qui infra rem, quam qui ſupra: qui aſtrictius, quam effuſius dicit. *Conf.* Sen. Ep. 8 Non paullo melius et adſtrictius dicere.

ASTRICTIO, ōnis. f. [πίλησις] Plin. 27, 10 ſ. 59 Guſtus mari cum aſtrictione.

ASTRICTORIVS. Adi. [προσταλτικὸς] *Quod aſtringit.* Plin. 4, 13 Paliuri folia aſtrictoriam vim habent.

ASTRIOS, ōtis. f. *Gemma cryſtallo propinqua, quae ſi aſtris pponitur, fulgorem eorum rapit, et regerit.* Plin. 37, 9 ſ. 48.

ASTROBOLOS. *Gemma, quam* oculis piſcium ſimilem eſſe, et adiare candido, in ſole, ſudines dicit *ap.* Plin. 37, 9 ſ. 50.

ASTROITES, ae. *Gemma.* Plin. 37, 9 ſ. 49 Celebrant et ſtroïten, mirasque laudes eius in magicis artibus Zoroaſtren ceciniſſe, odunt.

ASTROLOGIA, ae. [ἀστρολογία] *Scientia de ſideribus, ſiue quae curſu aſtror.m tractat, quam hodie malunt* Aſtronomiam *vocare, oſtquam* Aſtrologiae *nomen vanitate praedicendi eas res, quae nullam m aſtris ſocietatem habent, infamatum eſt.* Cic. de Diuin. 2, 88 c. 2 Nominat Panaetius, — ſummos Aſtrologos illius aetatis — um in caeteris Aſtrologiae partibus excellerent, hoc praedictionis enere non vſos. Scylax — excellens in Aſtrologia — totum oc Chaldaicum praedicendi genus repudiauit. *Eſt ille locus claſſicus.* ic. de Orat. 1, 69 Etenim ſi conſtat inter doctos, hominem ignarum trologiae, ornatiſſimis atque optimis verſibus Aratum de caelo ſtellisue dixiſſe.

ASTROLŎGVS, i. m. [ἀστρόλογος] *Qui aſtrorum ſcientiam rofitetur.* Cic. Verr. 2, 129 c. 52 Nouus aſtrologus, qui non tam eli rationem, quam caelati argenti duceret. *Sermo eſt de impudente erris facto circa faſtos pro lubidine et cupiditate ſua immutatos.* Cic. Diuin. 1, 85 c. 39 Quid enim habet — Aſtrologus, cur ſtella ouis aut Veneris coniuncta cum Luna ad ortus puerorum ſalutaris ſit? *ocum* de Diu. 2, 88 c. 42, *modo dedimus in* ASTROLOGIA. De circo trologi Enn. *ap.* Cic. de Diu. 1 c. 58.

Chaldaeis ſed maior erit fiducia, quidquid
Dixerit aſtrologus, credent a fonte relatum
Ammonis, quoniam Delphis oracula ceſſant Iuuenal. 6, 552.

ASTRONOMIA, ae. [ἀστρονομία] *Scientia, quae leges, quibus ouentur ſidera, obſeruat, et ad vitae vſum, puta ad temporis menſum, ad nauigationem, etc. transfert, veteribus* Aſtrologia *fere dicta.* *id.* Iſid. Or. 1, 2. *it.* 2, 23 ſqq. *Vox occurrit apud* Petron. c. 88. en. Ep. 95.

ASTRONOMVS, i. m. *Aſtrorum menſor. Non inuenitur in ſcritoribus vetuſtis, qui* Aſtrologum *vocabant.*

ASTRONOMICVS, a, um. *In titulis librorum fere ſupereſt: t* Manilii Aſtronomicon [ἀστρονομικῶν] libri quatuor. *Sic* Hygini *us exſtat* Poëticon Aſtronomicon, *i.* ποιητικῶν Ἀστρονομικῶν libri duo. *t itaque Titulus*, Poëtica Aſtronomica, orum.

ASTRVM, i. n. *A Gr.* ἄστρον, *quod a Latinis Sidus dicitur. roprie Syſtema plurium ſtellarum.* Macrob. in Somn. Scip. 1, 14 Siera, quae in aliquod ſignum ſtellarum plurium compoſitione formanr, vt Aries, Taurus, Andromeda — Sic et apud Graecos *Aſter* *Aſtron* diuerſa ſignificant: et *Aſter* ſtella vna eſt, *Aſtron* ſignum ellis coactum, quod nos *Sidus* vocamus. *Sed ſaepe tamen pro vno rpore caeleſti ponitur.* Cic. Verr. 5 c. 10 Quum autem Ver eſſe coeerat, cuius initium iſte non a Fauonio, neque ab aliquo aſtro notaat, *etc.* Babylonii a ſolis exortu ad exortum eiusdem aſtri diem atuerunt Cenſorin. c. 23. Cognitio aſtrorum Cic. Diu. 1 c. 41. Dominus aſtrorum, *pro Sole* Sen. Troad. 388. Ducem aſtrorum *vocat* hyeſte 836. Ignes aſtrorum Virg. Aen. 3, 585. Vices aſtrorum, *Aſtra viciſſim nunc orientia, nunc occidentia* Stat. Theb. 3, 558. eterna aſtra Sen. in Herc. fur. 928. Aetherea Virgil. Aen. 5, 517. rdua pennis aſtra ſequi, *Ad caelum ſubuolare* Idem Aen. 12, 893. gnea Lucan. 1, 75. Lycaonia aſtra ſunt, *maior Vrſa et Arctophyx* Claudian. de Conſ. Mal. Theod. 299. Malum Petr. c. 134, *i. inlicitatem portendens.* Prodigioſa Stat. Theb. 3, 523 *Cometae, et ia inſolita, quae homines futurorum nuncia arbitrantur.* Radiantia uid. Met. 9, 272. Roſcida Stat. Theb. 6, 238, *Matutina, quo tempore ros cadit, caelo ſereno, refrigerato aëre.* Vaga Sen. in Octau. 39. Duodena, *Duodecim ſigna Zodiaci* Virgil. Georg. 1, 231. Caentibus primis aſtris, *i. Vt primum luceſcere coeperit* Virgil. Aen. 8, 9. *Contra* Surgentibus aſtris Idem Georg. 1, 440. Noctem ducenbus aſtris Id. ibid. 3, 156. Ortus inclinat aſtra Stat. Theb. 12, 2, *i. Oriente Sole, aſtra occidunt.* Inoffenſos agant aſtra curſus Senec. in Herc. fur. 928. ¶ 2 Aſtrum *et* Aſtra *de Diis, praeſertim ex ominibus.* Ecce Dionaei proceſſit Caeſaris aſtrum Virgil. Ecl. 9, 47. tat. Silu. 1, 1, 97 Vna locum ceruix dabit omnibus aſtris. *Sic*, Hac ur ad aſtra: — non ſunt Dii faſtidioſi Sen. Ep. 73. *Hinc Apotheoſeos ſiue conſecrationis nota in numis ſtella.* Tollere ad aſtra Virg. cl. 5, 51. Efferre ſe ad aſtra Sil. 3, 773. *Vt* in caelum aſcendere *ixit* Cic. Tuſc. 1, 111. *Saepe ſic* Aſtra *appellat* Seneca Tragicus.

ASTRALIS, e. Auguſtini *eſſe fertur.*

ASTREANS, tis. Mart. Capell. 8 p. 273 Aſtreantemque Vranien erte Libyſſam apparuiſſe rati. *Fuit itaque verbum* Aſtreare, Aſtri *inar fulgere.*

ASTRICVS. Adi. Varro apud Nonium 6, 16.

ASTROSVS. Adi. Lunaticus. Iſidor. Gloſſ. *et* Orig. 10 Ab Aſtro dictus, quaſi malo ſidere natus. *Conf. Barth. Adu.* 19, 22.

ASTRĬFER. Adi. [ἀστροφόρος] *Ferens aſtrum.* Martial. 8, 28 An tua multifidum numerauit lana Timauum, Quem prius aſtrifero Cyllarus ore bibit? *i. Cyllarus, Caſtoris equus, in aſtra cum domino ſuo relatus.* *Et* Stat. Theb. 8, 83 Axes aſtriferos inclinat Iupiter. Flacc. Argon. 6, 752 Vmbras aſtriferas profert nox.

ASTRIFICVS. Adi. Mart. Capell. 1 p. 24, *vbi* Aſtrificas habenas Nocti *tribuit.* Idem 6 p. 191 Aſtrifico peplo tegit lumina.

ASTRIGER. Adi. Stat. Theb. 10, 828 Cominus aſtrigeros Capaneus tollendus in axes. Claudian. Bell. Get. 245 Qua micat aſtrigera ſenior cum coniuge Cepheus, *i. Andromeda in aſtra relata.*

ASTRILOQVVS. Adi. Mart. Capell. 8 p. 273 Aſtriloquae commenta puellae, *i. Aſtrologiae.*

ASTRILVCVS. Adi. *Lucens inter aſtra.* Aſtri luci diui Mart. Capell. 9 p. 302.

ASTRISONVS. Adi. Mart. Capell. 9 p. 308 Aſtriſonus Iupiter.

ASTRVO, *ſiue* ADSTRVO, xi, ctum, ĕre. [κατασκευάζω] *Iuxta ſtruere, adiungere.* Columel. 1, 5 Nam nouum quum veteri aſtruitur, rimoſoque recens, aedificium quaſi ſurgenti reluctans oneri, cedit. Scribon. 227 Medico cumulante medicamentum et adſtruente. Plin. 9, 35 Quaerente eo, Quid adſtrui magnificentiae poſſet? reſpondit, vna ſe coena, *etc.* Dignitati alicuius aliquid adſtruere Idem Epiſt. 3, 2. Nihil felicitati ſuae putat adſtrui poſſe Id. Pan. c. 74. Quinctil. 8, 3, 64 Non ſolum ipſum os intueri videtur, et locum, et habitum: ſed quaedam etiam ex iis, quae dicta non ſunt, ſibi ipſa adſtruit, *i. Superaddit, vel Affingit de ſuo.* Victus vix quidquam eius gloriae adſtruxit Vel. 2, 55, 2. Adſtruere laudem Plin. Paneg. 46, 8. Nobilitatem ac decus Tacit. Hiſt. 1, 78, 3. Plin. Epiſt. 8, 6, 7 Additur, *vt Pallas (cui ſe omnes pro virili parte obligatos faterentur) ſingularis fidei, ſingularis induſtriae fructum meritiſſimo ferat:* prolatos imperii fines, redditos exercitus Reipubl. credas. Aſtruitur his, *Quum Senatui populoque Romano, etc.* Aſtruere auditis, *i. Augere audita, et plura affingere* Sil. 4, 8. Adſtrue formae animum, *i. adde* Ouid. de Arte Am. 2, 119. Plin. 12, 18 Periti rerum adſtruxerunt, non ferre tantum annuo foetu, quantum, *etc.* *In editis codicibus legitur* Affeuerant. *ſed omnes MSS. apud Harduin. exhibent* Adſtruxerunt. *In libris emendatioribus fere legitur* Adſtruo, *non* Aſtruo.

ADSTRVCTVS, a, um. Lamentationes Apul. Met. 11 p. 258, 4, *i. additae.*

ASTRVCTIO, ōnis. f. *Rhetorica vox pro* Confirmatione. Illa ratio ex oratoris aſtructione colligitur Mart. Capell. 5 p. 149. *Add.* p. 151 Cum alterum deligere in aſtructionibus non vetemur. *Sed* 9 p. 314 Bene modulandi ſolertia rhythmicis et melicis adſtructionibus continetur, *i. compoſitionibus.*

ASTRVCTOR, ōris. m. Nobilis aſtructor, facundus concionator Fortunat. 2, de Mart. Aſtructor *ad ſcribendi facultatem pertinere videtur, quod etiam* Componere *vocant.*

ASTV. [Ἄστυ] Nomen indecl. Priſcian. lib. 15 Significat Vrbem in genere; ſed κατ᾽ ἐξοχὴν Ciuitas eſt Athenienſium *excluſo Piraeeo.* *Vid.* Nep. 9, 4, 5. Sauaro ad Sid. Ep. 1, 6. Protinus acceſſit aſtu, idque nullis defendentibus incendio deleuit Nep. 2, 4, 1. Poſtquam aſtu venit Idem 7, 6, 4. *Add.* Cic. de Leg. 2 c. 2 Attici, priusquam eos Theſeus migrare ex agris, et in aſtu, quod appellatur, omnes ſe conferre iuſſit. Ter. Eun. 5, 6, 17 Hem, quid? amat? an ſcit iam ille quid meretrix ſiet? an in Aſtu venit? *Vbi* Donatus, *In Aſtu*, In vrbem, de Piraeeo, ſic enim Athenienſes vocabant vrbem ſuam: vnde Ipſi incolae Ἀστοὶ vocantur.

ASTVLA, *vid.* ASSVLA, *it.* HASTVLA.

ASTV̆PEO, *vel* ADSTV̆PEO, ui, ēre. [ἐπιθαυμάζω] *Ad rem vel auditam vel viſam obſtupeſcere.* Adſtupet ipſe ſibi Ouid. Met. 3, 418. Stat. Theb. 2, 13, *vbi Mercurius vmbram Laii ad ſuperos educit:*

Tum ſteriles luci, poſſeſſaque manibus arua,
Et ferrugineum nemus aſtupet: ipſaque tellus
Miratur.

Idem 3, 405 Cui fida manus proceresque ſocerque Aſtupet oranti. Sen. de Tranquill. vitae 1, 8 Non pudet quisquis diuitiis adſtupes? Reſpice agedum mundum: nudos videbis deos omnia dantes, nihil habentes. Sidon. Epiſt. 5, 5 Adſtupet tibi, epiſtolas interpretanti, curua Germanorum ſenectus, *i. mirantur te et applaudunt tibi ſenes.*

ASTVR, ŭris. [Ἄστυρος] *Gentis Hiſpanicae nomen, cuius patria* Aſturia, *vrbs* Aſturica. Martial. 14, 199 Hic breuis ad numerum rapidos, qui colligit vngues, Venit ab auriferis gentibus Aſtur equus. Sil. 3, 334 *dicit* Aſtures *Gallaecis proximos, originem habuiſſe ab* Aſtyre *Memnonis armigero, poſt domini mortem eo profecto.* Auarus Aſtur Sil. 1, . . Belliger Idem 12, . . Exercitus Id. 1, 252. *Vid.* Drakenb. Impiger Lucan. 4, 8. Pallidus Claudian. Laud. Ser. Reg. 75. *In Marmoribus antiquis habemus* Aſtyr, *teſte Heinſio in* Sil. 3, 334.

ASTVRĬCVS, *aliud* Adi. [Ἀστυρικὸς] *Vt*, Aſturica gens Sil. 16, 584.

ASTVRCO, ōnis. m. *Equus ab* Aſturia, *ſed poſtea et aliarum nationum ſic dictus, vt* Aſturco Macedonicus *apud* Petron. 87. *Vid. Gronou. et Burmann.* Plin. 8, 42 In eadem Hiſpania, Gallaica gens et Aſturica, equini generis, quos thieldones vocamus, minori forma appellatos aſturcones gignunt: quibus non vulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio: vnde equis tolutim carpere incurſus traditur arte. *Conf.* Sen. Ep. 87. Auct. ad Herenn. 4, 63 c. 50. *Vid.* Drakenb. ad Sil. 3, 334. *Interpp.* Grat. Cyneg. v. 514.

ASTVRIO. *Piſcis.* *Vid.* ACIPENSER.

ASTVS, ūs. m. [πανουργία] Aſtutia: ab Ἄστυ oppido, in quo qui conuerſati aſſidue ſunt, cauti atque acuti eſſe videntur. Feſtus. Quod ſi aſtu rem tractauit Ter. Eun. 5, 4, 2. Virgil. Aen. 10, 522 Inde Mago procul infenſam contenderat haſtam, Ille aſtu ſubit, at tremebunda ſuperuolat haſta. Sil. 16, 32 Non ars, aut aſtus belli, vel dextera deerat. Prouidus aſtu, tende animum vigilem Stat. Achil. 1, 542. Acris aſtus Valer. Argon. 2, 555. Sen. in Troad. 523 Nectit pectore aſtus callidos. *Et* 613 Nunc aduoca aſtus, anime. Adiungere aſtus ferro, *eſt Arte dimicare* Sil. 6, . . Quinct. 9, 1, 20 Oratio, quae aſtu Caret, pondere, mole, et impulſu praeliatur; ſimulanti, variantique conatus, in latera atque in terga incurrere datur, et arma auocare, et velut nutu fallere. Doli non doli ſunt, niſi aſtu colas Plaut. Capt. 2, 1, 26. Exuberans aſtu Sil. 1, . . *de Annibale.* Idem 7, . . Tuque dolos Poene, atque aſtus tandem exue notos.

Aſtus multiplices varioſque dolos Texere Prudent. in Symm. 1, 74. Verſare dolos aſtu Virgil. Aen. 11, 704 Aſtu, *i.* Malitia, *ait* Seruius.

ASTVSAPES, alter ex Nili alueis, qui a dextra parte eſt. *Vid.* in ASTABORAS.

ASTV̄TVS. Adi. [πανοῦργος] *Callidus, verſutus.* Seruius ad Aen. 11, 704 Proprie Aſtutos Malitioſos vocamus. *Parum aſtute* Feſtus, Aſtutus arte tutus. *Non multo felicius.* Aſtuta, *i.* vrbana: etenim vrbs Aſty dicitur Aſc. in Prooem. Act. Verr. Cic. Off. 3, 57 c. 13 Certe non aperti, non ſimplicis, non ingenui, non iuſti, non viri boni: ſed verſuti potius, obſcuri, aſtuti, fallacis, malitioſi, callidi, veteratoris, vafri. Cic. Off. 3, 68 c. 16 Quorſum haec? vt intelligas, non placuiſſe maioribus noſtris aſtutos. Hor. Serm. 2, 3, 62 — bene ſano Ac non incauto, fictum aſtutumque vocamus. Aſtuta vulpes Idem Serm. 2, 3, 186. Cic. pro Muraen. 8 Hominis eſſet et aſtuti et ingrati. Aſtutus et occultus Cic. Fam. 3, 10. Eſt maxime aſtuti hominis, omnia ad ſuam vtilitatem referre Idem ibid. Gens non aſtuta nec callida aperit ſecreta pectoris licentia loci Tac. Germ. 22, 5. Plaut. Caſ. 5, 1, 67 Nec fallaciam aſtutiorem vllus fecit Poëta. Quod ſi quis me aſtutiorem fingit Cic. Fam. 3, 8. *Superlat.* Aſtutiſſimus aduerſarius Auguſtin. Serm. 17 de Sanctis c. 3. Calliditas Idem de C. D. 21, 6.

ASTVTVLVS. Adi. *Diminut.* Apul. Met. 6 p. 184, 29 Aſtutula anus.

ASTVTIA, ae. f. [πανουργία, κερδοσύνη] *Calliditas, malitia.* Non aſtutia quadam, ſed aliqua potius ſapientia ſequi aliquid Cic. Fam. 3, 8. Idem Off. 3, 68 c. 17 Sed aliter leges, aliter philoſophi tollunt aſtutias: leges, quatenus manu tenere poſſunt; philoſophi, quatenus ratione et intelligentia. *Et* 71 c. 17 Quo circa aſtutiae tollendae ſunt, eaque malitia, quae vult illa quidem videri ſe eſſe prudentiam; ſed abeſt ab ea diſtatque plurimum *etc.* Ter. Andr. 4, 4, 2 Nunc opus eſt tua mihi ad hanc rem exprompta memoria atque aſtutia. *Vbi* Donatus, Aſtutia ad agendum ſtrenue quae imperet. Hem aſtutias Terent. Andr. 3, 4, 25. *Vbi* Donatus, Bona ironia, pluraliter dixit Aſtutias, quaſi is, qui abundat aſtutiis, vt ei vna non ſufficeret. Inſtituere aſtutiam. *Vid.* INSTITVO. Aſtutiam atrocem ſibi reperire Plaut. Capt. 3, 4, 4.

ASTVTE. Adu. [πανούργως] *Callide, verſute.* Cic. Q. Fratr. 1, 2 Nihil tamen nec temere dicere, nec aſtute reticere debeo. Ter. Andr. 1, 2, 12 Aſtute! Ne aſtutius videar poſuiſſe, duo genera eſſe ſimilitudinum Varr. L. L. 9, 1. Aſtutiſſime excogitare Lact. 1, 22. *Add.* Gell. 18, 4. Fingere Auguſtin. de C. D. 19, 5.

ASTYĂGES. *Hic modo ponendum hoc nomen, vt quantitatem penultimae notare poſſimus ex* Ouid. Met. 5, 205 Dum ſtupet Aſtyages *etc.*

ASTYANAX, actis. [Ἀστυάναξ] *Quaſi Vrbis princeps, appellatus autem proprio nomine Scamandrus, Hectoris filius ex Andromacha: qui, cum Troia a Graecis caperetur, a matre abſconditus, ſed ab Vlyſſe repertus, de alta turri praeceps eſt datus.* Ouid. Met. 13, 415 Mittitur Aſtyanax illis de turribus, *etc.* Aſtyanacta, *accuſ.* Virgil. Aen. 2, 457. Idem Aen. 3, 489 O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago!

ASTYDAMIA. [Ἀστυδάμεια] *Ormeni filia, quam Hercules patre prius occiſo rapuit.* Ouid. Epiſt. 9, 50 Nec referam partus Ormeni nympha tuos.

ASTYLIS, ĭdis. [ἀστυλὶς] *Lactucae genus, de quo* Plin. 19, 8 ſ. 38 Rotundam ac minima radice, latis foliis aſtylida, quidamque Eunuchion, quoniam haec maxime refragatur Veneri. *Sed oſtendit Harduinus ex Graecis ſcriptoribus, legendum eſſe* Aſtytida, ἀστύτιδα, *quae τῷ στύειν repugnet. Eſt autem στύειν, erigi ac tendi in Venerem.*

ASTYLVS. [Ἄστυλος] *Vnus ex Centauris, qui augurio valens, fratres monuerat, ne bellum aduerſus Lapithas ſumerent: ſed exorto in nuptiis bello, ipſe ſibi timens, vna cum Neſſo Centauro fugam arripuit. De hoc* Ouid. Met. 12, 307 Aſtylus ille etiam metuenti vulnera Neſſo, Ne fuge, ad Herculeos, inquit, ſeruaberis arcus.

ASTYNOMICVS. [ἀστυνομικὸς] *Hoc titulo liber ſcriptus ab* ICto Papiniano, *quaſi tu* Aedilicium *dicas*, ſ. de officio Aedilium, *qui* Ἀστύνομοι *dicti Graecis, in quantum curam vrbis, viarum et aedificiorum gererent. Ex hoc ſumta eſt* l. vnica. D. de via public. et ſi quid in ea fact. eſſe dicat.

ASTYPALAEA. [Ἀστυπάλαια] *Inſula vna e Cycladibus, ab* ASTYPALE *Ancaei matre denominata.* Ouid. de Arte Am. 2, 82 Cinctaque piſcoſis Aſtypalaea vadis.

ASTYPALEIVS. Adi. [Ἀστυπαλειεὺς] Ouid. Met. 7, 461 Hinc Anaphen ſibi iungit, et Aſtypaleia regna. *i. incolas* Aſtypalaeae *inſulae.*

ASTYR, *vid.* ASTVR.

ASTYTIS, *vid.* ASTYLIS.

## A S V *et* A S Y.

ASVESTVS, *vid.* ASBESTVS.

ASȲLA. *Herba, qua ſibi pecora medentur, ſi quando anagallidem feminam imprudenter guſtauerint. Latini* Ferum oculum *appellant. Haec* Plin. 25, 13 ſ. 92.

ASȲLAS. [Ἀσύλας] *Vates apud* Virg. Aen. 10, 175

Tertius ille hominum, diuûmque interpres Aſylas,
Cui pecudum fibrae, caeli cui ſidera parent,
Et linguae volucrum, et praeſagi fulminis ignes.

ASȲLVS. Adi. [ἄσυλος] *Epitheton apud Graecos hominum, rerum, locorum, quos ſanctos et nullo modo violandos dicere vellent. Latinis in primis innotuit, in quantum Templi adiunctum eſt. Nempe*

ASȲLVM, i. n. [ἄσυλον] *Templum inuiolabile, locus refugii.* Virg. Aen. 8, 342 Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer aſylum Rettulit. *Vbi* Seruius, Poſtquam Hercules migrauit e terris, nepotes eius, timentes inſidias eorum, quos auus afflixerat Athenis, ſibi primi Aſylum, hoc eſt templum miſericordiae, collocauerunt, vnde nullus poſſet abduci, quod etiam Statius (Theb. 12, 498) dicit: vt, Herculeos fama eſt fundaſſe nepotes. *Plura idem* Seruius ad Aen. 2, 761 Et iam porticibus vacuis Iunonis Aſylo — Praedam aſſeruabant. Cic. Verr. 1, 85 c. 33 Nuper M. Aurelio Scauro poſtulante, quod is Epheſi ſe quaeſtorem vi prohibitum eſſe dicebat, quo minus e fano Dianae ſeruum ſuum, qui in illud aſylum confugiſſet, abduceret, Pericles Epheſius, *etc.* Liu. 35, 51 Templum eſt Apollinis Delium imminens mari: quinque millia paſſuum a Tanagra abeſt, minus quatuor millium inde in proxima Euboeae eſt mari traiectus. Vbi et in fano lucoque, ea religione et eo iure ſancto, quo ſunt templa, quae aſyla Graeci appellant: et nondum aut indicto bello, aut ita commiſſo, vt ſtrictos gladios, aut ſanguinem vsquam factum audiſſent: quum per magnum otium milites, alii ad ſpectaculum templi lucique verſi, alii in litore inermes vagarentur *etc.* *Vid. quae ad titulum quarundam vrbium in numis,* ἱερὰ καὶ ἄσυλος *diſputat Ez. Spanh. de vſu et praeſt. numiſm. diſſ. 9 p. 659 it. 667 ſq.* Tacit. Ann. 4, 14, 1 Cois, Aeſculapi delubro vetuſtum aſyli ius vt firmaretur, petentibus.

ASYMBŎLVS. Adi. [ἀσύμβολος] *Qui immunis abit e conuiuio h. e. Non perſoluta ſymbola vel collatione, aut collaticia pecunia.* Ter. Phorm. 2, 2, 25 Tene aſymbolum venire vnctum atque lautum e balneis *etc.* *Vbi* Donatus, Hoc nomen conſtat inter paraſitos confictum atque compoſitum eſſe: contra illud in Andria, Symbolum (*leg.* Symbolam) dedit, coenauit. *Vid.* SYMBOLA.

ASYMPHONIA, ae. f. Priſcian. p. 784.

ASYNDĔTON. [ἀσύνδετον] *Figura orationis, quaſi tu dicas* inconiunctum, *deficientibus* coniunctionibus, *quas nunc* coniunctione *frequentius dicunt.* Diomedes lib. 2 p. 440 Aſyndeton eſt quum plurima nomina ſine coniunctione ponuntur: vt, Veni, vidi, vici. Aquila Romanus de Fig. Sent. p. 22 Solutum (ſic enim voco, quod ἀσύνδετον Graeci vocant) fit ita, vt demtis coniunctionibus et praepoſitionibus, quibus verba et nomina connectuntur, ſingulatim vnumquodque enunciemus *etc.* *Non differre videtur* ASYNTHETON [ἀσύνθετον a συντίθημι] *de quo* Iulius Rufinianus p. 32 Aſyntheton eſt vel dialyton, quum oratio nulla coniunctione connexa, velut ſoluta ſententiae regulam ſeruat: *vt*, (Virg. Aen. 10, 330) Conſiliunt, partim galea clypeoque reſultant. *etc.* Aſyntheton autem ſ. Aſyndeton *modo per ſingula verba fit.* Ter. Adelph. 3, 4, 24 Perſuaſit nox, amor, vinum, adoleſcentia. *Vbi* Donatus, Haec inferuntur ἀσυνδέτως, vt multa videantur. *Modo per plura verba, et per ea, quae Graeci vocant κῶλα ſ. membra.* Ter. Phorm. 1, 2, 85 Perſuaſit homini. factum eſt. ventum eſt. vincimur. duxit. *Conf.* Quinct. 9, 3 *et* 4. M. Capell. p. 176. Iſid. 1, 25.

ASYNTROPHON, i. n. *frutex.* Apul. de Herb. c. 87.

ASYSTATON. [ἀσύστατον] *Inconſiſtens, vel parum ſibi conſtans. Fit autem, quoties eiusmodi res proponitur, vt ne poſſit quidem eſſe quod fingitur.* Arceſilas introduxit genus philoſophiae aſyſtaton, quod Latine inſtabile ſ. inconſtans poſſumus dicere. Vt enim nihil ſciri poſſe ſciendum ſit, aliquid ſciri neceſſe eſt. Nam ſi omnino nihil ſcias, id ipſum, nihil ſciri poſſe, tolletur. — Huic ſimile eſt illud, quod in ſcholis proponi ſolet in Aſyſtati generis exemplum, ſomniaſſe quendam, ne ſomniis crederet. Si enim crediderit, tum ſequitur, vt credendum non ſit; ſi autem non crediderit, tunc ſequitur, vt credendum ſit Lactant. 3, 6.

## A T

*In Notis apud Vrſatum valent* AT. Actio. A. T. Auctor Tutor. ATACC. Attactus, Attactae, *in monumentis rerum figuritarum.* ATC. Auctoritas. A. T. F. Aulus Titi Filius Amico Titulum (Tumulum) Fecit. A. T. M. D. O. Aio Te Mihi Dare Oportere. AT. M. LIII. Ad Milliaria quinquaginta tria. A. TP. Anni Tempore. Annuo Tempore. Ante Tempus. AT. PC. Actor (Auctor) Prouinciae. ATR. Auctoritas. A TRI. CVR. A Triclinio Curando. ATR. S. Auctor Secundus, *i.* Fideiuſſor. AT. R. TP. Ad Rupem Tarpeiam. A. TT. Addidit Titulum. Ante Titulum. A. T. V. Ara Teſtamento Vouit.

AT. [ἀλλὰ] *Particula aduerſatiua, ſed qua etiam vel incipitur, vel continuatur oratio.* Ter. Andr. 5, 4, 38 At mihi vnus ſcrupulus etiam reſtat, qui me male habet. *Vbi* Donatus, At, diſcretiuum eſt ſuperiorum dictorum. At, Principium increpationi aptum Don. *ad illud* Ter. Andr. 4, 1, 42 At, tibi dii dignum factis exitum, duint. *Sic* At te Dii perdant Ter. Eun. 3, 1, 41. At tibi pro ſcelere *etc.* Virg. Aen. 2, 534. Hor. Epod. 5. *ita incipit*, At, o Deorum quidquid in caelo regit Terras *etc.* Plaut. Perſa 5, 2, 16 At tibi ego hoc continuo cyatho oculum excutiam tuum. *Sed praeponitur etiam in precibus:* Cic. pro Dom. c. 44 At videte hominis intolerabilem audaciam. *Et* c. 50 At videte, quanta vis ſit huius Papiriae legis. *Item in interrogatione vehementiore* Cic. Verr. 1 c. 46 At per Deos immortales, quid eſt, quod de hoc dici poſſit? *Sic* Cic. Verr. 5, 73 c. 29 At quemadmodum ſe in[...]duit priore actione? *Aduerſatiua eſt*, Cic. Acad. 4, . . . Nec cognoſcebantur foris, at domi: non ab alienis, at a ſuis. *Huc pertinet illud* Feſti, At, Differentiam rerum ſignificat: vt quum dicimus, Scipio eſt bellator, at Marcus Cato orator. *Pro* tamen *ponitur* Ter. Andr. 4, 1, 55 Parum ſucceſſit quod ago, at facio ſedulo. *Amplificat* Ter. Eun. 3, 5, 40 Per impluium fucum factum mulieri. At quem deum! qui, *etc.* Cic. Fam. 9, 20 Habuiſſes enim non hoſpitem, ſed contubernalem: at quem virum! non eum, quem tu es ſ[...]litus promulſide conficere. Vel quum vituperamus, interrogantes Idem Cic. pro Cluent. 199 Vna mater oppugnat. At quae mater? quam caecam crudelitate et ſcelere ferri videtis. Idem pro Milone 4[...] c. 17 Itaque anteuertit, at quo die? *Praecipue adhibetur* At, *quum quid obiicimus, ſtatimque obiectioni reſpondemus:* Cic. Verr. 2, 19[...] c. 78 At mores commodi: quis contumacior? quis inhumanior? quis ſuperbior? At haec ſine cuiusquam malo: quis acerbior? quis inſidioſior? quis crudelior vnquam fuit? *Sic* At in perturbata republica viuimus: quis negat? Cic. Fam. 9, 6. At ſumus, inquiunt, principes ciuitatis, vos vero ne conſeruorum quidem veſtrorum Principes eſtis Cic. Parad. 5 c. 2. *Sed hodie editur* Et, *non minus* eleganter Id. Philipp. 2, 21 c. 9 Ego fauiſſe me tibi (*Antoni, cum Clodium gladio perſequereris*) fateor, ſuaſiſſe, ne tu quidem dicis. At Miloni ne fa[...] vere quidem potui. *Hic aduerſatiua eſt ἡ* At, *vt* Sed, *vt* Verum. *Mox occupationi ſeruit:* At ego ſuaſi? Scilicet is animus erat Milonis, vt prodeſſe reip. ſine ſuaſore non poſſet. At laetatus ſum? Quid ergo in tanta laetitia cunctae ciuitatis me vnum triſtem eſſe oportebat? *Eodem plane modo* Ac. 4, 51 c. 16 Num cenſes Ennium, cum in hortis cum Ser. Galba vicino ſuo ambulaſſet, dixiſſe, *viſus ſum mihi cum Galba ambulare?* At cum ſomniauit, ita narrauit, *Viſus Homerus adeſſe Poëta. Mox addit:* At enim dum videntur, eadem eſt in ſomniis ſpecies eorum, quae vigilantes videmus? plurimum intereſt. *Et mox*, At enim ipſe ſapiens ſuſtinet ſe in furore, ne approbet falſa pro veris? Et alias quidem ſaepe *etc.* *Etiam geminus ille vſus apparet ex* Fam. 6, 6 Caeſar nunquam niſi honorificentiſſime Pompeium appellauit. At in eius perſonam multa fecit aſperius? Armorum iſta et victoriae ſunt facta, non Caeſaris. At nos quemadmodum eſt complexus? At, *pro Saltem.* Cato de R. R. 2, 1 Si non eodem die, at poſtridie

oſtridie. Cic. Fam. 10, 9 Noſtram ſuffragationem ſi minus poten-em, at probatam tamen et iuſtam. *Vid. infra* At tamen. Idem pro Quint. c. 31 Si non propinquitatis, at aetatis ſuae : ſi non hominis, it humanitatis rationem haberet. Id. pro Dom. c. 50 Eſſes omnia, ſi ninus re, at verbis legitimis conſecutus. Idem pro Milon. c. 34 Si nihi Rep. bona frui non licuerit, at carebo mala. *Vere aduerſatiua ſt, et contra ea ſignificat* Cic. Off. 1, 35 c. 11 Parta autem victoria con-ſeruandi ſunt ii, qui non crudeles in bello, nec immanes fuerunt, vt naiores noſtri Tuſculanos, Aequos, Volſcos, Sabinos, Hernicos in iuitatem etiam acceperunt : at Carthaginem et Numantiam funditus uſtulerunt. At, *repetitum*. At Sulla, at Marius, at Cinna recte, imo ure fortaſſe arma contra patriam tulerunt Cic. Att. 9, 12. Sine dubio rraſſe nos confitendum eſt : at ſemel ? at vna in re ? Id. Att. 10, 14. *Sic etiam iunguntur* At *et* Certe. Cic. pro Marcell. 25 Itaque illam uam praeclariſſimam et ſapientiſſimam vocem inuitus audiui, Satis te iu vel naturae vixiſſe, vel gloriae ; ſatis, ſi ita vis, naturae for-aſſe : addo etiam (ſi placet) gloriae ; at quod maximum eſt, pa-riae certe parum. *Add.* Quinctil. 12, 11 *extr.* Tac. An. 5, 28. Cor-utus taedio curarum mortem in ſe feſtinauit : At contra reus nihil nfracto animo quatiebat vincula, vocabat vltores deos. *Sic* Exigua ſt virtus praeſtare ſilentia rebus : At contra grauis eſt culpa, tacen-da loqui Ouid. A. A. 2, 602. *Etiam cum aliis particulis componitur. Ac de* At enim *iam vnum alterumque dedimus, Ciceronis exemplum. His ddimus* Ter. Heaut. 4, 3, 21 At enim iſtuc nihil eſt magis Syre meis uptiis aduerſum. Cic. pro Lege Manil. 51 c. 17 At enim vir clariſſi-nus Reip. et veſtris beneficiis ampliſſimis affectus, Q. Catulus, *etc.* At enim vero Sergius Liu. 5, 9. At etiam, *indignantis.* Ter. Eun. , 7, 10 At etiam primo callidum et diſertum credidi hominem. Cic. hilipp. 2, 86 c. 34 At etiam miſericordiam captabas. Id. ib. n. 87 At etiam adſcribi iuſſit in faſtis *etc. Et* de N. D. 1, 115 c. 41 At etiam e ſanctitate, de pietate aduerſus deos libros ſcripſit Epicurus ? At uomodo in his loquitur ? At iam Plaut. Trin. 5, 2, 63 At iam poſt-ac temperabo. CH. dicis, ſi facies modo. Ter. Andr. 4, 1, 58 Fa-iam. PAM. ac iam hoc opus eſt. At ita Ter. Adelph. 2, 1, 7 eno ego ſum. AE. ſcio. S. at ita, vt vsquam fuit fide quisquam ptima. At hercule. Plin. 12, 14 At hercule Alexandriae vbi tura nterpolantur. Liu. . . . At hercule in ea controuerſia, quae de rgis eſt. *Vehementiam quoque orationi addit in apodoſi periodi con-itionalis.* Liu. 9, 1 Quod ſi nihil cum potentiore iuris humani relin-uitur inopi : at ego ad Deos, vindices intolerandae ſuperbiae confu-iam. At nunc. Ter. Andr. 1, 2, 7 Nunquam cuiquam noſtrum erbum fecit, neque id aegre tulit. S. at nunc faciet : neque (vt pinor) ſine tuo magno malo. At poſtquam. Ter. Adelph. 4, 5, 55 t poſtquam id euenit, cedo, numquid circumſpexti ? At tamen, *uod ſaepe iungunt, vt ſit* Attamen *vnica dictio.* Ter. Andr. 4, 2, 27 *perantis ἦθος pulchre exprimitur.* C. At tamen DA. Quid ergo ? C. t ducam. D. ridiculum. C. huc face ad me venias, ſi poteris. D. uid veniam ? nihil habeo. C. at tamen ſi quid. *Ibid.* 5, 3, 23 Ego udiam ! quid ego audiam Chreme ? CH. at tamen dicat ſine. *Et* , 1, 13 At tamen vbi fides eſt, ſi roges, nihil pudet. Cic. Verr. 4, 4 Verres — totum oppidum compilauit. Attamen vt poſſit ſe icere emiſſe *etc.* Cic. de Fin. 3, 48 c. 15 Sed quamquam negent nec irtutes, nec vitia creſcere, attamen vtrumque eorum fundi quo-ammodo et quaſi dilatari putant. *Legitur in quibusdam exemplaribus* t tamen. *Conf.* ad Att. 2, 18 *et* 3, 6. At tamen, *interpoſita vna plu-buſue dictionibus.* Ter. Eun. 5, 2, 26 Nam ſi ego digna hac contu-elia ſum maxime, at tu indignus qui faceres tamen. Id. Adel. 4, 5, . Iam peccatum primum id magnum : magnum at humanum tamen. Cic. Senect. 65 c. 18 At moroſitas tamen, et ea, quae dixi vitia, habent ali-uid excuſationis. *Add.* de Orat. 3, 14 c. 4 Atque ei, etſi nequaquam rem illius ingenio, at pro noſtro tamen ſtudio meritam gratiam de-itamque referamus. At vero. At vero malum eſt liberos amittere eru. ad Cic. Fam. 4, 5. At vero ille tenuis Cic. Off. 2 c. 20. *Add.* d. pro S. Roſc. c. 40 At vero T. Roſcius *etc. in aſſumtione Syllogiſmi, minore propoſitione.* Id. pro Marc. 11 c. 4 Nihil eſt opere aut manu ctum, quod aliquando non conficiat et conſumat vetuſtas. At vero ec tua iuſtitia et lenitas animi floreſcet quotidie magis. At vt Te-nt. Adelph. 2, 4, 15. Reddetur, ne time. SA. At vt omne reddat Id. eaut. 4, 1, 4.

## A T A

ATAT. *Interiectio ex improuiſo aliquid deprehendentis.* Ter. Andr. 1, 98 Atat, hoc illud eſt, hinc illae lacrymae, haec illa eſt miſeri-ordia ! Ter. Eun. 2, 1, 22 Atat ! hic quidem eſt paraſitus Gnatho ilitis : ducit ſecum vna virginem huic dono. Id. Eun. 4, 5, 1 at data hercle verba mihi ſunt : vicit vinum quod bibi. *Et ibid.* 6, 18. C. Viden' tu illum militem ſecum ad te quantas copias ad-ucere ? atat. T. num formidoloſus obſecro es mi homo ?

ATABVLVS. [Ἀτάβολος] *Ventus in Apulia feruentiſſimus.* Hor. rm. 1, 5, 78 Incipit ex illo montes Apulia notos Oſtentare mihi, uos torret Atabulus. Plin. 17, 24 ſ. 37, 8 Vel flatus alicuius regionis roprius, vt eſt in Apulia Atabulus. *Add.* Quinct. 8, 2, 13. ell. 2, 22.

ATABYRIA. [Ἀταβυρία] *Vnum ex vetuſtis inſulae Rhodi nomini-s, ductum ab* Atabyro *rege, vt Plinio placet* 5, 31. *Sed eſt etiam*

ATABYRIS. [Ἀτάβυρις] *Mons editiſſimus totius Rhodi inſulae, ui ſacer, cuius meminit Strabo lib. 14. Hinc*

ATABYRIVS Iupiter. [Ἀταβύριος Ζεύς] *Sed* Lactantius 1, 22, 23 n a monte Iouem Atabyrium nuncupatum prodit, ſed ab Atabyrio ſpite, et adiutore bellorum, ſicut et Labrandeus.

ATAGEN, *vid.* ATTAGEN.

ATALANTA. [Ἀταλάντη] *Virgo venatrix in Arcadia, filia Ia-i. Haec cum proceribus venit ad occidendum aprum Calydonium deua-antem Aetoliam, quem etiam ipſa prima vulnerauit : a Meleagro filio gis Aetoliae amata etc. Totam fabulam tradit* Ouid. Met. 8, 317 ſqq. *ſa enim eſt* Tegeaea, *et* Nonacria. Id. Epiſt. 4, 99 Arſit et Oenides Maenalia Atalanta. Calydoniacam puellam *vocat* Manil. 5, 180. *d Bentl.* Et Calydonea bellantem rupe puellam. ¶ 2 Ata-nta *filia Schoenei regis, in Scyro inſula, curſu nobilis, et Poëtis can-tiſſima, cuius omnem fabulam* Ouidius *refert* Met. 10, 565 ſqq. *Bre-ter ex* Hygin. fab. 185 *Amatores ſuos curſu a ſe victos interficiebat. ippomenes iactando in ipſo curſu aurea mala a Venere accepta, puellae petum alligauit. Hippomenes puella ſic potitus in fano Iouis, cui ob ctoriam ſacrificauerat, cum ea concubuit, quos Iupiter ob id factum in nem et leaenam mutauit. Haec a patre* Schoeneia *vocatur* Ouid. Met. 10, 609 *et alias. Sed eandem* Propert. 1, 1, 9 *vocat* Iaſidem, *i. Iaſi filiam.* Minalion nullos fugiendo, Tulle, labores, Saeuitiam durae contudit Iaſidos. *Eandem paullo poſt appellat* Velocem puellam. *De hac inexplicabili confuſione vtriusque fabulae Meziriac. ad* Ouid. Heroid. p. 366 ſq. *Perizon. ad Aelian. V. H.* 13, 1 *et copioſiſſime Spanh. ad Callim.* p. 275 ſq.

ATALANTAEVS, *vel* ATALANTEVS. Adi. [Ἀταλανταῖος] Manil. 5, 179 *de Meleagro* Atque Atalanteos conatum ferre labores. Stat. Theb. 4, 309 Iamque Atalantaeas implerat nuntius aures. *de Parthenopaeo, Atalantae ex Meleagro filio.*

ATANVVIVM, *vel* ATAVIVM, eſt Poculi fictilis genus, quo in ſacrificiis Romani vtebantur ſacerdotes Potitii. Feſtus. Gloſſ. Iſid. Attanabo genus vaſis. Gloſſar. Attanulus, ἅγιον ἱερέως σκεῦος. κειμήλιον. *Ex* Attanulus Attanuuium, *vt* Simpuuium *ex* Simpulo. *Salmaſ. ad Solin.* p. 583 BA. *vbi etiam* ἄττανον eſſe τήγανον obſeruat. *vid.* AQVATINIVM.

ATARNIDES, *de quo* Ouid. in Ibin 321 Aut vt Atarnides inſutus pelle iuuenci, Turpiter ad dominum praeda ferare tuum, *admodum litigioſus eſt. Variat ſcriptura, et fluctuat inter* Atarnides, Acamites, Atharnides, Archamites, Atamides, Acharnides hirſutus *etc. Nec hiſtoria alias legitur.* Atarniten *ab* Atarna *vrbe Myſiae Hermiam, Ariſtotelis amicum, vulgo intelligunt poſt* Turn. 9, 26.

ATAT, *vid.* AT.

ATĂVVS, i. m. [δίσπαππος] *Abaui vel Abauiae pater, quinto gradu pater. Diſerte* Paullus l. 10 §. 16 ff. de Gradibus, Atauus eſt abaui vel abauiae pater, proaui vel proauiae auus, aui auiaeque pro-auus, patris vel matris abauus — *deinde enumerat ordine*, Pater, auus, proauus, abauus, atauus *etc.* Feſtus, Atauus, quia ata (vel tata) eſt aui, id eſt pater, vt pueri vſurpare ſolent. Ter. Phorm. 2, 3, 47 Primus eſſes memoriter progeniem veſtram vsque ab auo, atque atauo proferens. Cic. pro Caelio 33 c. 14 Non patrem tuum videras ? non patruum, non auum, proauum, atauum audieras Conſules fuiſſe ? Auis atauisque potens Virg. Aen. 7, 56 *de Turno.* Maecenas atauis edite regibus Hor. Carm. 1, 1, 1. Ouid. Amor. 1, 8, 17 Euocat antiquis proauos, atauosque ſepulcris. ADAVVS *ſcribitur* §. 5 Inſt. de Grad. cognat. *et reſpondent* Adnepos, Adneptis.

ATAX, acis. [Ἄταξ] *Clarus fluuius prouinciae Narbonenſis.* Lucan. 1, 403 Mitis Atax gaudet Latias non ferre carinas. *Pro ipſis populis Atacem accolentibus accipitur a* Tibullo 1, 7, 4 Quem tremeret forti milite victus Atax.

## A T E

ATECHNIA, ae. [ἀτεχνία] *Ruditas, imperitia.* Quinctil. 2, 20 pr. Equidem illud, quod in ſtudiis dicendi plerique exercuerunt, et exercent, aut nullam artem puto, quae ἀτεχνία nominatur *etc.*

ATECHNOS. [ἄτεχνος] Id. 5, 1, 1 Probationes ἀτέχνως hoc eſt inartificiales commemorat.

ATELLA, *vid.* ATTELLA.

ĀTER, atra, atrum. [μέλας, ἀνθρακίας] *Nigrum, quod refert colorem carbonum.* Catull. 94 Nil nimium ſtudeo, Caeſar, tibi velle placere, Nec ſcire, vtrum ſis albus an ater homo. *Reliqua damus in* ALBVS n. 5. Plin. 30, 2 Pecudes vero, quibus non niſi ater color eſſet. Ter. Adelph. 5, 3, 63 Tam excoctam reddam, atque atram, quam carbo eſt. Agmen atrum, *pulueris nube coopertum* Virg. Aen. 12, 457. Bilis atra *explicatur a* Cic. Tuſc. 3, 11, c. 5 Hanc enim inſaniam, quae iuncta ſtultitiae patet latius, a furore disiungimus. Graeci volunt illi quidem, ſed parum valent verbo, quem nos furorem, μελαγχολίαν ipſi vocant. Quaſi vero atra bili ſolum mens, ac non ſaepe vel iracundia grauiore, vel timore, vel dolore moueatur. Feſtus, Atra bilis, ab atro, id eſt animi vitio dicta. Eſt enim atrum, Nigrum : *i.* a candore remotum. Ouid. Met. 15, 44 Calculus immitem demittitur ater in vrnam. *Vid. mox* Lapillus. Caligo atra Virg. Aen. 11, 36. Ouid. Met. 4, 165 Nam color in pomo eſt, vbi permaturuit, ater, *de moro.* Cruor Hor. Epod. 17, 31. Cupreſſus Virg. Aen. 3, 64 *i.* Nigra, funeſta, nam inferis conſecrata eſt : quia caeſa nunquam revireſcit. *Haec* Seruius. Curae Hor. Carm. 3, 1, 40. Dies, Funeſta Virg. Aen. 6, 429 *de pueris*, Ab vbere raptos Abſtulit atra dies, et funere merſit acerbo. Dies atri Gell. 5, 17 Verrius Flaccus in quarto de Verborum ſignificatione, dies qui ſunt poſtridie Kalendas, Nonas, Idus, quos vulgus imperite nefaſtos dicit, propter hanc cauſam Atros dictos habitosque eſſe ſcribit. *Hinc*, Ater, lapillus, *quo infauſti dies ſignabantur. Caeterum inter eos, qui perperam, qui atri dies eſſent, eos* nefaſtos *dixere, etiam ſunt, quos memorat* Non. 2, 40 Atri dies ſunt, quos nunc nefaſtos, vel poſteros vocant. Afranius Fratriis, Septembris heri Kalendae : hodie ater dies. Ouid. de Arte Am. 1, 418 Vltima namque dies atro ſignanda lapillo. Elephas Sil. 3, 463. Erinnyes atrae Ouid. Epiſt. 10, 103. Fames Claudian. 4 Paneg. Fila Parcarum Hor. Carm. 2, 3, 16. Fluctus Virg. Aen. 5, 2. Formido Id. ib. 12, 335. Hebeno ſublimis in atra *Torus* Ouid. Met. 11, 610. Hiems Virg. Aen. 7, 214 *tempeſtas caliginoſa, denſis nubibus.* Ingluvies, *Foeda* Virg. Georg. 3, 430. Ouid. Met. 15, 41 Mos erat antiquis, niueis atrisque lapillis His damnare reos, illis abſoluere culpa. Luctus Sen. Herc. fur. 9. Lux Sen. Hippol. 1217. Lycophron Stat. Silu. 5, 3, 157. *i. obſcurus.* Mare, *i. e.* Turbidum. Hor. Epiſt. 1, 7, 16. Mons in regione Cyrenaica : Plin. 5, 5 Item Cydamum e regione Sabratae. Ab his mons longo ſpatio in occaſum ab ortu tendit, Ater noſtris dictus a natura, aduſto ſimilis, aut ſolis repercuſſu accenſo. Virg. Aen. 1, 169 — horrentique atrum nemus imminet vmbra. *Vbi* Seruius, Tropus eſt, per atrum, nigrum oſtendit : per nigrum, vmbroſum : vmbroſum, denſum ; id eſt frondibus plenum. Nox Virg. Aen. 1, 89. Id. ib. 10, 264 Quales ſub nubibus atris Strymoniae dant ſigna grues. Altas *interpretatur* Seruius : *recte, puto, quo quid enim magis a conſpectu noſtro recedit, eo fit obſcurius. Sic etiam accipiendus ibid.* v. 664 Sed ſublime volans nubi ſe immiſcuit atrae. Nubes *turbidum illud, in quo nihil amplius diſtinguit oculus.* Virg. Aen. 12, 591 Voluitur ater odor. *Vbi* Seruius, Ater odor, Noue, nam in odore quis color eſt ? ſed hoc dicit, Odor atrae rei, fumi ſcilicet. *Haec meliora, quam quod addit*, Ater odor, id eſt Peſſimus ; vt (ibid. 587) — fumoque impleuit amaro. Olus Columel. 12, 7, 1 *vid.* OLVS. Ter. Eun. 5, 4, 17 Quo pacto ex iure heſterno panem atrum vorent. *Vbi* Donatus, Panem atrum, hoc eſt (vt quidam volunt) ex antiquitate mucidum, quaſi dicat, Panem mucidum heſterno iure accipientes deglutiunt. *Sed potius ſecundarium panem, vel e frumento vili intelligit : Candidior enim habetur idem delicatior.* Piſcis Hor. Arte Poët. 3. *i. obſcuri coloris, vt ſunt plerumque. Vid. mox* Seges. *it.* Vipera. Sanguis, *pro Sanie.* Virg. Aen. 3, 221 Viſceribus miſerorum

ſerorum et ſanguine veſcitur atro. Seruius. Virg. Aen. 7, 525 Atraque late Horreſcit ſeges enſibus, *vel terribilem dicit, vel a colore naturali ferri, vt ante de piſcibus dictum eſt.* Signa, *Indicium triſte futuri mali* Stat. Achil. 1, 129. Specus Virg. Aen. 8, 258. Speluncae Virg. Aen. 1, 60. Tempeſtas Id. ibid. 5, 693. Timor, *i. mortis metus, quae atra eſt* Virg. Aen. 9, 719. Tigris, *Saeua* Virg. Georg. 4, 407 Seruius. *Quid ſi a maculis?* Venenum Virg. Aen. 2, 130 *Vbi* Seruius, Atrum venenum, vt Pallida mors, Triſtis ſenectus. Plaut. Men. 5, 5, 17 Album an atrum vinum potas? *vid.* ALBVS. Viperae Hor. Od. 3, 4, 17. *Compar.* Plaut. Poen. 5, 5, 11 Atrior vt multo ſiet quam Aegyptii. Cimmeriis, vt aiunt, tenebris atrior Lactant. 5, 3.

ATRĀTVS. Adi. *Atro colore tinctus.* Cic. de Diuin. 1, 98 c. 45 Quid quod fluuius atratus ſanguine fluxit? Atratus, *Veſte lugubri indutus* μελανείμων. Cic. in Vatin. 30 c. 12 Cedo quis vnquam coenauit atratus? ita enim illud epulum eſt funebre, vt munus ſit funeris, epulae quidem ipſae dignitatis. Muraenam in piſcina mortuam atratus tanquam filium luxit Macr. 3, 15. *Conf.* c. 13. *it.* Varro de L. L. 7, 7.

ATRICŎLOR, ōris. Adi. *Atri coloris.* Plin. 7, 2 Alios iuuenes atque pueros, atricolores, aligeros, claudos, *etc.* *Add.* Ouid. Met. 11, 611. Auſon. Epiſt. 7, 52.

ATRITV̄DO, ĭnis. f. [μελανία] Gloſſ. Gr. Lat.

ATRĬTAS, ātis. Plaut. Poen. 5, 5, 11 Ita replebo atritate, vt atrior multo ſiet quam Aegyptii. Feſto *reddi vult Scaliger, et legi* Atritas, ater color, *pro* Atratas, Atri coloris.

ATROR, ōris. [μελανία] *pro* Atritate. Gell. 2, 26 Rubidus autem eſt, rufus, atrore nigroreque multo miſtus. *al.* atrior et nigrore m. m. *quod probat Gron.*

ATRAMENTVM, i. n. [μέλαν] *Color, ſ. pigmentum atrum.* Hor. Epiſt. 2, 1, 235 Tractata notam labemque remittunt Atramenta. Atramentum *ſcriptorium, ſiue librarium.* Cic. Q. Fratr. 2, 15 Calamo et atramento temperato, charta etiam dentata res agetur. *De* atramenti compoſitione Vitruu. 7, 10 Fuligo quae circa parietem et camerae curuaturam adhaereſcit, inde collecta partim componitur ex gummi ſubacto ad vſum atramenti librarii: reliqua tectores glutinum admiſcentes in parietibus vtuntur. *Plura atramenti genera enarrat* Plin. 35, 6 ſ. 25. Atramentum ſutorium [χάλκανθος] Plin. 20, 12 ſ. 48 Verrucas miſto atramento ſutorio tollit, *de Ocimo.* Celſ. 6, 8 Atramentum ſutorium, quod candefactum, deinde contritum ſit. Cic. Fam. 9, 21 Iam pater eius accuſatus a M. Antonio, ſutorio atramento abſolutus putatur. *i. Iudicum corruptela, non citra infamiam: eſt enim eiusmodi ſutorium atramentum, vt neque magnopere atram imprimat notam, neque nullam tamen illinat maculam. Sic Eraſmus: ſunt qui necem ſibi conſciuiſſe putent ſumto atramento ſutorio. Si de nota et macula intelligere placeat, potius eam intelligam, quae profunde deſcendat, et elui nullo modo poſſit.* Plin. 34, 12 ſ. 32 Graeci cognationem aeris fecerunt nomine et atramento ſutorio, appellant enim chalcanthum. — Fit in Hiſpaniae puteis ſtagnisue id genus aquae habentibus. Decoquitur ea, admixta dulci pari menſura, et in piſcinas ligneas funditur Immobilibus ſuper has transtris dependent reſtes lapillis extentae, quibus adhaereſcens limus, vitreis acinis imaginem quandam vuae reddit. — Color eſt caeruleus, perquam ſpectabili nitore, vitrumque eſſe creditur: Diluendo fit atramentum tingendis coriis. Fit et pluribus modis *etc.* Atramentum pro Sanguine eſt ſepiis Plin. 9, 10. Cic. de Nat. Deor. 127 c. 50 Atramenti effuſione ſepiae tutantur. *Vid.* Perſ. 3, 13. *ibique* Scholiaſtes. *Eſt igitur, quod* Vitriolum *officinae appellant.* *Hoc ſimpliciter* Atramentum *vocat* Scribon. 228. *it.* 230. *vt notat in Ind. Rhodius.*

ATRAMENTARIVM, i. n. [μελανοδοχεῖον] *Vaſculum, quod atramentum continet.* καλαμάριον Gloſſ. Lat. Gr. *Conf.* Vulgat. Ezech. 9, 2.

ATRICAPILLVS, a, um. Μελακόρυφος, μελάντριξ Gloſſ. Lat. Gr.

ATERAMNOS. [ἀτέραμνος] *Herba.* Plin. lib. 18, 17 ſ. 44, 3 Circa Philippos Ateramnon nominant, in pingui ſolo herbam, qua faba necatur: Teramnon, qua in macro, cum vdam quidam ventus afflauit. *vid. Dalech. et Hard. ad h. l.*

ATERIA ſ. *vt editur a quibusdam* ATERINA Lex, qua conſtituti ſunt in oues ſingulas aeris deni, in boues aeris centeni: *quo tempore mulcta dicebatur a magiſtratibus pecoris et armenti* Gell. 11, 1.

## A T H

ATHAMANIS, *fontis ſiue aquae nomen, de qua* Ouid. Met. 15, 311 Admotis Athamanis aquis incendere lignum Narratur, minimos cum luna receſſit in orbes.

ATHĂMAS, antis. [Ἀθάμας] *Aeoli filius, maritus Inûs, pater ex Nephele Phryxi et Helles, Poëtarum carminibus notiſſimus. Fabulam furoris illius enarrat* Ouid. Met. 4, 420 ſqq. *vid.* INO. v. 466 Athamanta ſuperbum Regia diues habet. Athamanta ſuperbum *vocat.* Athamas infelix Stat. Theb. 1, 13. Toruus Stat. Silu. 2, 1, 143.

ATHAMANTĒVS. Adi. [Ἀθαμάντειος] Ouid. Met. 4, 496 Ioniosque ſinus Athamanteosque pererrat.

ATHAMANTĬCVS. aliud Adi. Plin. 20, 23 ſ. 94 Meum in Italia non niſi, a medicis ſeritur, et iis admodum paucis. Duo genera eius. Nobilius Athamanticum vocant, illi tanquam ab Athamante inuentum, hi quoniam laudatiſſimum in Athamante (*monte Theſſaliae*) reperiatur.

ATHAMANTIĂDES, i. e. Phryxus, Melicertes, et Learchus Athamantis filii. *vid.* Ouid. Met. 13, 919.

ATHAMANTIS, ĭdos. f. [Ἀθαμαντὶς] *Ino, vel Leucothea.* Propert. 1, 20, 19 Et iam praeteritis labentem Athamantidos vndis Myſorum ſcopulis applicuiſſe ratem. De Argo naui intelligit. Vndas *autem* Athamantidos, *mare intelligit circa Theſſaliam, in quod Ino cum Melicerta puero ex altiſſimo ſcopulo praecipitem ſe dedit.* *Sic* Ouid. Ep. 18, 137 Athamantidos aequora. *Et* Faſt. 4, 903 Athamantidos Helles pecus, *i. Aries in caelo.*

ATHANATVS. [ἀθάνατος] *Immortalis, quod nomen datum viro prodigioſae fortitudinis, de quo ſic* Plin. 7, 20 Nos quoque vidimus Athanatum nomine, prodigioſae oſtentationis, quingenario thorace plumbeo indutum, cothurnisque quingentorum pondo calciatum per ſcenam ingredi.

ATHARA, *vid.* ATHERA.

ATHĒNAE. arum. [Ἀθῆναι] *Ciuitas Graeciae celeberrima, quae nomen accepit a Pallade dea ſapientiae, quae Graece dicitur* Ἀθήνη. *Quid ſibi vult* Varro de L. L. 7, 18 p. 91 Quum trinae fuerunt Athenae, ab vna dicti Athenaei, ab altera Athenienſes, a tertia Athenaeopolitae Seru. *in illud* Georg. 1, 12

— tuque ô, cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percuſſa tridenti,
Neptune.

Quum, *inquit,* Neptunus et Mineruа d[e] Athenarum nomine contenderent, placuit iis, vt eius nomine ciuitas appellaretur, qui munus melius mortalibus obtuliſſet. Tunc Neptunu[s] percuſſo litore, equum animal bellis aptum produxit. Mineruа, iacta haſta, oliuam creauit, quae res eſt melior comprobata, et pacis inſigne. Equum autem a Neptuno progenitum alii Scythium, alii Syronem, alii Arionem dicunt fuiſſe nominatum. Et ideo dicitur equum inueniſſe, quia velox eſt eius numen et mobile, ſicut mare. Vnde etiam Caſtor et Pollux, quia eorum velociſſimae ſtellae ſunt, equos in tutela habere dicuntur. Hor. Epiſt. 2, 2, 43 Adiecere bonae paulle plus artis Athenae. Clarae Ouid. Met. 5, 652. Doctae Id. Epiſt. 2, 83 Propert. 1, 6, 13. Cic. de Orat. 1, 13 Vt omittam Graeciam, quae ſemper eloquentiae princeps eſſe voluit: atque illas inuentrices omnium doctrinarum Athenas, in quibus ſumma dicendi vis et inuenta eſt e[t] perfecta. Inuictae Stat. Theb. 12, 586. Palladiae Ouid. Met. 7, 72[3] Pandioniae Id. ibid. 15, 430. *a rege Pandione ſic dictae.* Vacuae, *i. Otio literarum deditae* Hor. Epiſt. 2, 2, 81. Athenis dimidium licet Alexandriae totum Sen. in Apocolocynthoſi 10. *Prouerbialis figura, ho[c] ſenſu, Alexandriae quiduis facere licet, vbi Ptolemaei ſuas ſorores inceſtarunt: Athenis licet dimidium, cum vno tantum genere ſororum cohabitare germanis, quod ex Cimone Nepotis conſtat.*

ATHENIENSIS. Adi. [Ἀθηναῖος] Cic. pro Flacc. 62 Adſun[t] Athenienſes, vnde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortae, atque in omnes terras diſtributae putantur.

ATHENAEVS. *Aliud* Adi. Lucret. 6, 749 Eſt et Athenaeis in moenibus, arcis in ipſo Vertice *etc.* *Sic* Athenaeum Pherecydem vocat Germanici Schol. v. 243. *vid.* Varronis *loc. cit. in* ATHENAE.

ATHENAEVM. [Ἀθήναιον] *Locus Mineruae dicatus.* Iul. Capitol. in Gordian. c. 3 Poſtea vero, vbi adoleuit, in Athenaeo controuerſias declamauit, audientibus etiam imperatoribus ſuis. *Et in Pertin.* 11 Pertinax eo die proceſſionem, quam ad Athenaeum parauerat, v[t] audiret Poëtam, ob ſacrificii praeſagium cum diſtuliſſet. Lamprid. Ael. Seu. 35 Ad Athenaeum, audiendorum et Graecorum et Latinorum Rhetorum vel Poëtarum cauſa, frequenter proceſſit. *Eſt etiam mentio illius ap.* Sidonium Apollinarem 2, 9 *vbi* cuneos, *i. magnam multitudinem ſubſelliorum, et conſtructionem theatris ſimilem tribuit.* *Add.* 4, [8?] 9, 9. *it.* 9, 14 Quoque recitante crepitantis Athenaei ſubſellia cuneata quaterentur. *Origo eius Romae ad Hadrianum referenda, de quo* Aur. Victor, Ludum ingenuarum artium, quod Athenaeum vocant conſtituiſſe.

ATHENIPPVM collyrium Scribon. 26. 27. *Suſpicatur Rhodi[us]* Athenippium *dicendum ab Auctore.*

ATHEOS, i. m. [ἄθεος] *Sine Deo, impius, qui negat eſſe Deum* Cic. de Nat. Deor. 1, 63 c. 23 Quid? Diagoras, Atheos qui dictu[s] eſt, poſteaque Theodorus nonne aperte Deorum naturam ſuſtulerun[t]

ATHĒRA, ae. [ἀθήρα] *Pultis genus, de quo* Plin. 22, 25 ſ. [?] Olyra decocta fit medicamentum, quod Aegyptii Atheram vocant, infantibus vtiliſſimum; ſed et adultos illinunt eo. Caſſian. Collat. 1[?] 10 Pulmentum quod illi (*Monachi Aegyptii*) Atheram nominan[t] Hieron. in Geneſin . . . Moris eſt Aegyptiorum ϑήραν etiam far v[o]care, quod nunc corrupte Atheram nuncupant. *Graecos laudat Har[d.] ad* Plin. l. c.

ATHĔRŌMA, ătis. n. [ἀθέρωμα] *Tuberculum,* cui ſubeſt qua[ſi] tenuis pulticula, *vt deſcribit* Celſ. 7, 6.

ATHĔSIS. [Ἄθεσις] *Fluuius, qui ex Tridentinis Alpibus Tridentum alluit, et Veronam diuidit.* Plin. 3, 16. Virg. Aen. 9, 680 Siu[e] Padi ripis, Atheſim ſeu propter amoenum Conſurgunt geminae quercus. Claud. Sext. Conſ. Hon. 196 Atheſis velox.

ATHLĒTA. [ἀθλητής] *Latine Luctator et certator dicitur.* Pli[n.] 11, 53 Ideo athletas malunt cibos ambulatione perficere. Cic. Tuſ[c.] 2, 56 c. 23 Faciunt idem quum exercentur athletae. Vlp. in l. 4 Athletas. D. de his, qui notantur infamia. Athletas autem Sabinus et Caſſius reſponderunt omnino artem ludicram non facere. Virtutis eni[m] gratia hoc facere et generaliter ita omnes opinantur. L. Vn. C. [d]e Athletis (10, 3) Athletis ita demum ſi per omnem aetatem certaſſ[e] coronis quoque non minus tribus certaminis ſacri (in quibus vel ſem[el] Romae, ſeu antiquae Graeciae) merito coronati, non aemulis corrupt[i] ac redemtis probentur, ciuilium munerum tribui ſolet vacatio. *L[ex] eſt Diocletiani et Maximiniani.* Magnitudo virium ad athletarum vſu[m] pertinet Nep. 15, 2, 4. *Conf.* Cic. de Sen. c. 9. *Idem* Tuſc. 2, 4[0] c. 17 Subduc cibum vnum diem athletae. Iouem Olympium, eu[m] ipſum, cui ſe exercebit, implorabit: ferre non poſſe, clamabit. Athletarum ſtudia Hor. Epiſt. 2. 1, 95.

ATHLETĬCVS. Adi. [ἀθλητικὸς] Celſ. 4, 6 Athleticus victus *i. admodum plenus, quali athletae vti ſolent.* *Vid. Lipſ. Sat.* 1, 14. *Fa[b.] Agon.* 3, 1. *Taubm.* in Plaut. p. 476.

ATHLETĬCA, ae. f. *Pro Arte certandi vſurpatur.* Plin. 7, 5[6] Hercules Olympiae athleticam inuenit.

ATHLETICE. Adu. [ἀθλητικῶς] Athletice valere, *pro Optime a[c] firmiſſime.* Plaut. Epid. 1, 1, 19 Quid herilis noſter filius valet? T. Pugilice, atque athletice valet. Idem Bacch. 2, 3, 14 Benene vſque valuit? C. Pancratice, atque athletice.

ATHLOS, i. m. [ἆϑλος] *Certamen.* In athlo funebri Hygin. Fab. 91.

ATHLON, i. n. [ἆϑλον] *Praemium certaminis.* Manilio athl[a] *ſunt omnia, quaecunque homines facere aut pati poſſunt, in* XII *illa domicilia Zodiaci diuiſa.* *Sic enim* 3, 160

Et quoniam certo digeſtos orbe labores
Nominaque in numerum, viresque exegimus omnes,
Athla vocant Graii, quod cuncta negotia rerum
In genera et partes bis ſex diuiſa coërcent:

*Nempe qui nomen hoc impoſuere huic rei, ad* XII *labores Herculis reſpexere, quibus etiam tranſitum ſolis per* XII *ſigna indicari, notum eſt.* R[e]*currit nomen* v. 172. *it.* 193 *et* 201. *vid. Scal. p.* 193.

ĂTHŌS, *vel* ĂTHŌN. [Ἄθως] *Mons Thraciae, aduerſus L[e]mnum inſulam.* Virg. Aen. 12, 701 Quantus Athos, aut quantus Ery[x] Vbi Seruius, Si Athos legeris, os breuis eſt, et verſus non ſtat. Atho[n] autem dici accuſatiuus indicat. nam hunc Athona facit, ſicut Apollo Apollona. *Sed fugit illum ratio. Nam et* Ἄθως *o magnum habet. It[a]que editur, fere vt oſtendimus.* Claud. in Bell. Gigant. 68 Hunc armis glacialis Athos, hoc oſſa mouente Tollitur. Praeruptus Sen. Oeth. 14[?] Profund[i]

Profundus niuibus Claudian. in pr. Conſ. Stilich. 126. Vaſtus Claudian. in Bell. Get. 177. Velificatus Iuuen. Sat. 10, 174. *de facto audaci Xerxis, cum montem perfodientis.* Atho, *accuſat. Atticus, apud* Virg. Georg. 1, 332 — ille flagranti Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo Deiicit. *Quod contra* Athon *quorundam defendit Pierius.*

## A T I

ATILIA. *Gens plebeia, ſed nobilis tamen et antiqua, e qua enituit* M. Atilius Regulus, it. A. Atilius Calatinus, *quorum hic in vinculis Punicis periit, hic, cuius in monumento fuit,* vno ore, cui plurimae conſentiunt gentes, populi primarium fuiſſe virum, *ap.* Cic. de Fin. 2, 116 c. 35.

ATILIĀNVS. Adi. Praedia Atiliana Cic. Att. 5, 1.

ATĪNA. [Ἀτίνα] *Ciuitas Latinorum mediterranea.* Virg. Aen. 7, 630 Tela nouant Atina potens, Tiburque ſuperbum.

ATINAS. *Huius oppidi incola.* Virg. Aen. 11, 869 — fugit acer Atinas. *Sed* Atinas campus Cic. de Diu. 1 c. 28 Atinatis campi villa.

ATINIA, ae. Genus vlmi, rariſſimam ferens ſameram (ita enim vlmi ſemen vocant) eamque inter frondes, quas prima germinatione edit, latentem Columel. 5, 6. *vid.* Plin. 16, 17. *Nonnihil enim diſſentit a Columella. Eadem* Atinea *ruſtice dicitur* Colum. de Arb. c. 16, 1.

ATINIORVM *Familia, Romae, quorum vni debetur* Lex Atinia de rebus furto ſurreptis non vſu capiendis Cic. Verr. 1 c. 42. Gell. 17, 7.

ATIZŌES. [ἀτιζώης] Gemmae ſpecies, argenteo nitore fulgens, magnitudine trium digitorum ad lenticulae figuram, odoris iucundi Plin. 37, 10.

## A T L

ATLANTIS. Traditur inſula contra montem Atlantem. Ab ea quinque dierum nauigatione ſolitudines ad Aethiopas Heſperios, et promontorium, quod vocamus Heſperion ceras, inde primum circumagente ſe terrarum fronte in occaſum ac mare Atlanticum Plin. 6, 31. *Qui ſubiicit* Omnia circa haec incerta ſunt.

ATLAS, antis [Ἄτλας] *Mons Mauritaniae altiſſimus, cui caelum incumbere videtur; fabulis Poëtarum celebratus, qui regem antiquum Mauritaniae in montem ſui nominis mutatum fingunt. Fabulam habet* Ouid. Met. 4, 627 ſqq. *qui a Perſeo obiectu Meduſae capitis id factum ait. Inter* Titanes *illum commemorat* Hygin. f. 150 Atlanti, qui dux eorum fuit, caeli fornicem ſuper humeros impoſuit, qui adhuc dicitur caelum ſuſtinere. Cic. Tuſc. 5, 8 c. 3 Nec vero Atlas ſuſtinere caelum, nec Prometheus affixus Caucaſo — traderetur, niſi caeleſtium diuina cognitio nomen eorum ad errorem fabulae traduxiſſet. Arnob. Adu. Gent. 2 p. 92 Atlantem geſtatorem, baiulum, tibicinem illum ac deſtinam caeli. *Iocoſa hyperbole* Martial. 13, 2 Naſutus ſis vſque licet, ſis denique naſus, Quantum noluerit ferre rogatus Atlas. Atlas *habet etiam hortos Heſperidum,* Ouid. l. c. *et* Seru. ad Aen. 4, 246. *Docuit Herculem et Mercurium* Seru. ad Aen. 1, 745. Atla, *Vocatiuus* Ouid. Met. 4, 643 Tempus, Atla, veniet, tua quo ſpoliabitur auro Arbor. Caelifer Atlas Virg. Aen. 6, 797. Durus Id. ibid. 4, 247. *Sed ponamus totum locum. De Mercurio ait,* Turbida tranat

Nubila, iamque volans apicem et latera ardua cernit
Atlāntis duri, caelum qui vertice fulcit,
Atlantis, cinctum aſſidue cui nubibus atris
Piniferum caput, et vento pulſatur et imbri.
Nix humeros infuſa tegit: tum flumina mento
Praecipitant ſenis, et glacie riget horrida barba.

Ferreus, *i. Durus et fortis* Valer. Argon. 5, 410. Ouid. Met. 4, 63 Hic hominum cunctos ingenti corpore praeſtans Iapetionides Atlas fuit. Mauruſius Claudian. Sext. Conſ. Hon. 104. Maximus Virg. Aen. 1, 737. Validus Ouid. Met. 15, 149. Seru. ad Aen. 1, 745 Ennius dicit, Nilum Melonem vocari, Atlantem vero Telamonem. Vitruu. 6, 10 Si qua virili figura ſigna mutulos aut coronas ſuſtinent, noſtri telamones appellant, cuius rationes, quid ita aut quare, ex hiſtoriis non inueniuntur. Graeci vero eos ἄτλαντας vocitant. Atlas enim hiſtorice, formatur ſuſtinens mundum, ideo quod is primum curſum ſolis et lunae — curauit hominibus tradendas, eaque re a pictoribus et ſtatuariis deformatur, pro eo beneficio, ſuſtinens mundum.

ATLANTIĂDES, ae. *vt,* Caducifer Atlantiades, *i. Mercurius Atlantis nepos ex Maia* Ouid. Met. 8, 627. Id. Faſt. 5, 663 Care nepos Atlantis.

ATLANTIAS, ădis. *Vt,* Sorores Atlantiades Sil. 16, 137. *i. Pleïades.*

ATLANTĒVS. Adi. Hor. Carm. 1, 34, 11 Atlanteus finis, *i. extrema telluris.*

ATLANTIVS. *Aliud* Adi. *vt,* Atlantia regna Sil. 13, 37. ¶ 2 Atlantius Nodus, *primus ſpinae dorſi articulus vocatur a* Plin. 28, 8 f. 26 *de hyaenae miraculis,* Quin immo totius domus concordiam, eodem genitali et articulo ſpinae cum adhaerente corio adſeruatis, conſtare: hunc ſpinae articulum ſiue nodum atlantion vocant. Eſt autem primus. In comitalium quoque remediis habent eum. *Nempe etiam Pollux 2, 132. de vltima colli vertebra (quam alii primam ſpinae nominare potuerunt)* ὁ τελευταῖος [σφόνδυλος] ὡς ἀχθοφορῶν Ἄτλας ὀνομάζεται.

ATLANTĬCVS. Adi. *vt,* Atlanticum mare *a monte* Atlante *appellatum* Cic. de Somn. Scip. 15 Omnis terra, quae colitur a vobis, parua quaedam inſula eſt circumfuſa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis in terris. *Sic* Atlanticum aequor Hor. Carm. 1, 31, 14.

ATLANTIĂCVS. *Aliud* Adi. *Infrequentius vſitatum.* Auſonius Moſell. v. 144 Atlantiacum profundum *pro* mari Atlantico *dixit.*

ATLÀNTIS, ĭdos *vel* ĭdis. Patronym. *ab* Atlas, *i. femina ex eius ſtirpe orta.* Tibull. 4, 1, 77 — foecunda Atlantidos arua Calypſûs. *Nam Atlantis et hanc filiam dicit Homerus* Od. H, 245. ¶ 2 *Speciatim vero* Atlantides, ſunt *ſeptem filiae Atlantis, ac Pleiones, dictae etiam* Pleiades. *v. v.* Ante tibi Eoae Atlantides abſcondantur Virg. Georg. 1, 221 *i. mane occidant coſmice.* Vitruu. 6, 10 Filiae *Atlantis* Atlantides (quas nos vergilias, Graeci autem πλειάδας nominant) cum ſideribus in mundo ſunt dedicatae.

## A T M

ATMOSPHAERA. *Vulgo vocatur circumfuſus telluri noſtrae, vel cuicumque corpori vapor, qui vt globus ambiens cogitatur.*

## A T N

ATNEPOS, ōtis. *Filius abnepotis, vel abneptis. Vid.* Gruteri Inſcriptiones. *Scribitur frequentius* Adnepos.

ATNEPTIS. *Filia abnepotis, vel abneptis, apud ICtos, quorum loca indicamus in* ATAVVS.

## A T O

ATOCION, *vel* ATOCIVM. [ἀτόκιον] *Medicamentum quod ſterilitatem affert, et conceptum adimit, hoc eſt vim concipiendi* Plin. 29, 4 Vis ea annua eſt, quam ſolam ex omni atocio dixiſſe fas ſit: quoniam aliquarum foecunditas plena liberis tali venia indiget.

ATŎMVS, i. f. *Proprie eſt Adiectiuum Graecum,* ὁ καὶ ἡ ἄτομος, *Latine dicas Indiuiduum, inſecabile minutum. Feminei generis eſt* Ciceroni *cum* Plutarcho; *maſculini* Lactantio Laërtioque; *neutrius* Ariſtoteli, Epiphanio, Suidae. Seruius in Virg. Ecl. 6, 30 Corpus volunt eſſe atomos *Epicurei,* id eſt quaſdam minutiſſimas partes, quae τομὴν, id eſt ſectionem non recipiunt. Vnde et atomi dictae ſunt, quas Lucretius minutiores dixit eſſe illis corpuſculis, quae infuſis per feneſtram radiis Solis videmus, dicit enim illis nec viſum poſſe accidere. Lucret. 1, 603 *ita deſcribit.*

Sunt igitur ſolida primordia ſimplicitate.
Quae minimis ſtipata cohaerent partibus arcte.
Non ex vllorum conuentu conciliata,
Sed magis aeterna pollentia ſimplicitate.
Vnde neque auelli quidquam, neque diminui iam
Concedit natura reſeruans *ſemina* rebus.

Semina *etiam vocat* Virgilius Ecl. 6, 31 *de Sileno:*

Namque canebat, vti magnum per inane coacta
Semina terrarumque, animaeque, mariſque fuiſſent,
Et liquidi ſimul ignis: vt his exordia primis
Omnia, et ipſe tener mundi concreuerit orbis.

Cic. Acad. 1, 6 c. 2 Quid eſt enim magnum, cum cauſas rerum efficientium ſuſtuleris, de corpuſculorum (ita enim appellat *Amafanius* atomos) concurſione fortuita loqui. Idem de Fin. 1, 17 c. 6 Ille atomos quas appellat, id eſt corpora indiuidua propter ſoliditatem, cenſet in infinito inani, in quo, *etc.* ita ferri vt concurſionibus inter ſe cohaereſcant, ex quo efficiuntur ea quae ſiunt, quaeque cernantur omnia, eumque motum atomorum nullo a principio, ſed ex aeterno tempore intelligi conuenire. Cic. de Fato 22 c. 10 Epicurus declinatione atomi vitari fati neceſſitatem putat — cum declinat atomus interuallo minimo — Non enim atomus ab atomo pulſa declinat. Nam qui poteſt pelli alia ab alia, ſi grauitate feruntur ad perpendiculum corpora indiuidua, rectis lineis, vt Epicuro placet? — Hinc Democritus, auctor atomorum, accipere maluit neceſſitate omnia fieri, quam a corporibus indiuiduis naturales motus auellere. Cic. de Nat. Deor. 1, 54 c. 20 *ex perſona Velleii Epicurei,* In hac immenſitate latitudinum, longitudinum, altitudinum, infinita vis innumerabilium volitat atomorum, quae interiecto inani cohaereſcunt tamen inter ſe, et aliae alias apprehendentes continuantur, ex quo efficiuntur hae rerum formae atque figurae. *Conſ.* Lactant. 3, 17, 23 ſq. *et in primis* de Ira Dei c. 10 Qui nolunt diuina prouidentia factum eſſe mundum, aut principiis inter ſe temere coëuntibus dicunt eſſe concretum — Minuta illa ſemina, quorum concurſu totum coiiſſe mundum loquuntur, — Leucippus — ipſorum elementorum alia voluit eſſe primordia. — Aſpera, inquit, et angulata ſunt, et hamata, vt poſſint cohaerere. Diuidua ergo et ſecabilia ſunt. — Haec, inquit, per inane irrequietis molibus volitant, et huc atque illuc feruntur, ſicut pulueris minutias videmus in ſole, cum per feneſtras radios ac lumen immiſerit. — Quae tanta vis fuerat atomorum — quae iſtorum ſeminum vel ratio vel origo — omnia ex indiuiduis corpuſculis fieri. — Si atomorum coitio et conglobatio efficeret omnia — Lucretius quaſi oblitus atomorum quos (*ſic omnes, non* quas) aſſerebat — *Sunt ibi eloquentiſſime a Cicerone Chriſtiano diſputata. Etiam* Vitruu. 2, 2 Atomos — quos noſtri inſecabilia corpora, nonnulli indiuidua dixerunt. *Diſerte ſatis de* Atomo *agit* Iſid. Orig. 13, 2 Atomos philoſophi vocant quaſdam in mundo corporum partes tam minutiſſimas, vt nec viſui pateant, nec τομὴν, id eſt ſectionem, recipiant, vnde et ἄτομοι dicti ſunt — Sunt autem atomi aut in corpore, aut in tempore, aut in numero, aut in litera — In tempore ſic intelligitur atomus. Annum verbi gratia diuides in menſes — quouſque peruenias ad tantum temporis punctum, et quandam momenti ſtillam, vt per nullam morulam produci poſſit. Et ideo iam diuidi non poteſt. — Orationem diuidis in verba, verba autem in ſyllabas, ſyllabam autem in literas. Litera pars minima, atomus eſt, nec diuidi poteſt — *Ad tempus refertur illud,* Demutatio in atomo in angelicam ſubſtantiam Tertull. Adu. Marc. 3 c. vlt. *i. in puncto ſ. momento temporis.*

ATONIA, ae. f. Naenia, *in* Vet. Gloſſ. *eſſe dicitur, quod quid ſibi velit, non temere dixerim; niſi forte cantum, in quo tonus non ſeruetur, quod fieri tum in anicularum naeniis, tum in lugubri cantu, et in hoc non ſine arte interdum, videmus.*

## A T Q

ATQVE. [καὶ] *De hac voce, quam, quidquid ſit de Orthographia, ex* AD *et* QVE *ortam arbitramur,* Gell. 10, 29 Atque particula, Grammaticis coniunctio eſſe dicitur connexiua: et plerumque ſane coniungit verba, et connectit. Sed interdum tamen alias quaſdam poteſtates habet non ſatis notas, niſi in veterum literarum tractatione atque cura exercitis. *Obſeruationes eius intexemus ſuis locis.* Ter. Adel. 3, 1, 10 Talem tali genere, atque animo, natum ex tanta familia. *Ponitur hic ante vocalem, vt fere apud* Ciceronem. *v. g.* pro Flacco pr. Cum in maximis periculis huius vrbis atque imperii, grauiſſimo atque acerbiſſimo reip. caſu, ſocio atque adiutore conſiliorum *etc. Sed tamen etiam ante Conſonantem vt* pro Caelio 45 c. 19 Copiam ſententiarum atque verborum — Atque in eo — Atque ſcitote, iudices. *Sic* de Offic. 3, 27 c. 6 Atque ſi etiam hoc natura praeſcribit. *Nunc reliquum vſum huius particulae velut per lancem ſaturam perſequemur, cum ordinari claſſes vix ac ne vix quidem poſſint.* ¶ 2 Atque, *pro* Tamen. Ter. Andr. 1, 3, 20 Mihi quidem hercle nón fit veriſimile: atque ipſis commentum placet. *Sic* Donatus. *Non debebat igitur mutari a Bentleio.* Cic. Fam. 14, 4 Sed ſi hoc fuit liberis noſtris gratius nos viuere, caetera quamquam ferenda non ſunt, feramus. Atque ego, qui te confirmo, ipſe me non poſſum. *Correptio eſt, quaſi dicat, Attamen ego, qui te confirmo, etc.* ¶ 3 Atque *pro* ſtatim *poni obſeruat* Gell. 10, 29. *et* Non. 12, 44. *in illo* Virg. Georg. 1, 203 Non aliter quam qui aduerſo vix flumine lembum Remigiis ſubigit, ſi brachia forte remiſit, Atque illum in praeceps prono rapit alueus amni.

amni. *Sic* Plaut. Bacch. 2, 3, 45 Dum circumſpecto, atque ego lembum conſpicor. *Et* Epid. 2, 2, 33 Quom ad portum venio, atque ego illam illic video praeſtolarier. *Plura Plauti dabit Pareus Lex. Crit. Etiam in* LL. XII tabularum *fuiſſe putant viri docti, qui apud* Cic. de Leg. 2 c. 4 *legunt*, SI IN IVS VOCAT ATQVE EAT. *i. ſtatim eat.* Liuio 26, 39 *reſtituit Gron.* Hic Quintium — incautum haſta transfigit: ille atque praeceps cum armis concidit ante portam. *Duobus etiam* Apulei *locis vindicatum it* Sciopp. Suſp. Lect. 3, 8. *Nec abhorret* Tac. H. 1, 82, 6 Tum Otho ingredi caſtra auſus: atque illum tribuni centurionesque circumſiſtunt. *Dausqueius etiam huc refert* Sil. 5, 593. *Sed Drakenb. praetulit* Vtque dato gemitu *etc.* ¶ 4 Atque *in principiis periodorum dignitatem habet.* Cic. pro Sext. c. 2 Atque ego ſic ſtatuo. *Et* pro L. Manil. c. 8 Atque vt omnes intelligant. *Talia ſunt infinita. Huc ref. loca, vbi aſſeuerandi modo vim habere videtur, vt immo.* Iam taceo hercle. Atque tu Perſa es Plaut. Perſ. 5, 2, 48. Atque prius pariet locuſta Lucam bouem Enn. ap. Varr. L. L. 6, 3. *Itemque vbi tranſitioni ſeruit,* Atque ego ſcio, quam aſpera haec res in principio futura ſit Sall. Or. 1, 6. *Sic* Quinct. 1, 10, 9. *Et ſic ſaepe Cicero. Conf. Giph. Ind. Lucret.* ¶ 5 *Vim ſuae originis ex* Ad *et* que *praecipue ſeruat, cum ponitur pro Iſque vel Idemque.* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 50 Tum quod ex totis ripis in vnum, atque anguſtum locum tela iaciebantur. *i. In vnum, eumque vel eundemque anguſtum locum.* Magna diis immortalibus habenda eſt gratia, atque huic ipſi Statori Ioui Cic. Cat. 1 c. 5. Ter. Andr. 1, 5, 6 Propera: Atque audin': verbum vnum caue de nuptiis. Atque hoc confiteor, iure mi obtigiſſe Id. ibid. 3, 5, 1. Cic. Att. 5, 12 Negotium magnum eſt nauigare, atque id menſe Quinctili. *Hoc ſenſu adiunctum ſibi habere ſolet per pleonaſmum* adeo, *v. g.* Plaut. Amph. 4, 4, 34 Pernego, quando Thebis praeter me nemo eſt alter Amphitruo. I. Immo praeter me nemo: atque adeo tu Blepharo iudex ſies. *Addit hic maius aliquid ſuperioribus. Sic* Plaut. Curc. 2, 3, 54 Reſpondit mihi paucis verbis, atque adeo fideliter. Cic. pro Roſc. Amer. 29 c. 10 Hoc conſilio, atque adeo hac amentia impulſi. *Conf.* Id. pro Cluent. c. 29. pro Planc. c. 19. in Cat. 1 c. 2. ad Att. 1, 14. Cic. Att. 17, 22 Cum Philotimo loquere: atque adeo Terentiam habebis Idibus. Id. Verr. 3, 116 Quid vero iſtae ſibi quinquageſimae? quid porro numerorum acceſſiones volunt? quo id iure, atque adeo quo id potius ore feciſti? Id. ibid. 2, 89 Itaque iſte vehementer Sthenio infenſus, hoſpitium ei renunciat, domo eius emigrat, atque adeo exit: nam iam ante migrarat. Idem pro Roſc. Amer. 100 c. 35 Quae ſi prodierit, atque adeo quum prodierit, (ſcio enim proditurum eſſe) audiet. Ter. Eun. 5, 5, 22 Atque adeo autem cur non egomet introeo? Plin. Pan. 27 Atque adeo nihil largiatur princeps, dum nihil auferat: non alat, dum non occidat. *q. d. Quin hoc addo.* Cic. Verr. 2, 2 Atque adeo antequam de incommodis Siciliae dico, pauca mihi videntur eſſe de prouinciae dignitate, vetuſtate, vtilitate dicenda. ¶ 6 *Connubia aliarum particularum.* Ter. Andr. 4, 2, 10 Atque aedepol ea res eſt: proptereaque nunc miſera in moerore eſt. Id. Eun. 3, 2, 2 Audire vocem viſa ſum modo militis. Atque eccum. Id. ibid. 5, 5, 13 Colligauit primum eum miſeris modis. P. Hem, colligauit? P. Atque equidem orante, vt ne id faceret, Thaide. *Ita MSS. et editi. Sed cum equidem non niſi primae perſonae conueniat, emendat Bentl.* Et quidem. *Quidſi,* Atque id orante. Ter. Adel. 2, 2, 1 Tace, egomet conueniam iam ipſum, cupide accipiat faxo, atque etiam bene dicat ſecum eſſe actum. Cic. de Nat. Deor. 2, 33 Atque etiam ſi a primis, inchoatiſque naturis ad vltimas perfectaſque volumus procedere. *Add.* Off. 1 c. 26 *et* 30. 2 c. 14 *et* 17. Nep. 18, 8, 7. Liu. 44, 22 *et* 28. Atque ita, *pro Atque ea conditione, vel eo nomine* Plaut. Epid. 3, 2, 34. *Paullo aliter* Ter. Eun. 4, 6, 19 Ego formidoloſus? nemo eſt hominum qui viuat, minus. T. Atque ita opus eſt. Plaut. Aulul. Prol. 18 Atque ille vero minus, minusque impendio curare, minusque me impartiri honoribus. ¶ 7 *Comparationibus ſeruit varie:* Plaut. Merc. 5, 2, 56 Amicior mihi nullus viuit, atque is eſt. *h. e. Quam is eſt.* Arctius atque hederae adſtringitur Hor. Epod. 15, 5. Alia atque antea ſentire Nep. 23, 2, 2. Ter. Andr. 3, 3, 13 Alium cenſes nunc me, atque olim quum dabam? Cic. de Legib. 2, 17 Quid, in aliis rebus, aliiſque ſententiis verſaris atque ille? Id. Verr. 1, 119 c. 46 Quod iſte aliter atque vt edixerat, decreuiſſet. Ter. Adel. 4, 3, 6 Nunquam te aliter atque es, in animum induxi meum. Cic. Tuſc. 3, 73 c. 30 Qui ſuos caſus aliter ferunt, atque vt auctores aliis ipſi fuerunt. Ter. Andr. 4, 2, 19 Miſer aeque atque ego. Cic. de Nat. Deor. 3, 45 At hi quidem coluntur aeque atque illi. Id. in Catil. 3, 20 Aruſpices iuſſerunt ſimulacrum Iouis facere maius, et in excelſum collocare, et contra atque ante fuerat, ad Orientem conuertere. Id. de Somn. Scip. 9 Septem planetae verſantur retro contrario motu atque caelum. Id. de Inuent. 2, 70 Argumentationes ex iisdem locis ſumendae ſunt, atque in cauſam negotialem. Cato de R. R. c. 48 Pomarium ſeminarium ad eundem modum atque oleaginum facito. Plaut. Caſ. 4, 4, 21 Nebula haud eſt mollis atque huius eſt - - - Varr. de L. L. Analogia non item ea definienda, quae dirigitur ad naturam verborum, atque illa, quae ad vſum loquendi. Liu. 28, 20 Trucidant inermes iuxta atque armatos. *Sic* 1, 54 Abſentium bona iuxta atque interemtorum. Hor. Serm. 2, 7, 96 Qui peccas minus atque ego? Ter. Andr. 4, 2, 15 Non Apollinis magis verum, atque hoc reſponſum eſt. Cic. Att. 2, 3 Aut quieſcendum: quod eſt non diſſimile atque ire in Solonium aut Antium. Pari eum atque illos imperio eſſe iuſſit Nep. 14, 3, 5. Plaut. Men. 5, 1, 52 Pariter hoc atque alias res ſoles. *Huc referunt etiam* Plaut. Amph. 1, 1, 224 Ita Dî faciant, vt tu potius ſis atque ego, te vt verberem. *Sed aliter interpungendum,* Ita dii faciant, vt tu potius (*o Mercuri*) ſis (*Soſia*): atque (*adeo*) ego te vt verberem. Cic. de Orat. 3, 117 c. 30 Sed paullo ſecus a me atque ab illo partita atque diſtributa. Ter. in Prol. Phorm. 32 Ne ſimili vtamur fortuna, atque vſi ſumus. Cic. Philipp. 1, 9 c. 4 Neque enim illum ſimiliter atque ipſe eram, commotum vidi. Ter. Phorm. 5, 8, 39 Faxo tali eum mactatum, atque hic eſt, infortunio. Plaut. Bacch. 4, 4, 73 Euax nimis bellus, atque vt eſſe maxime optabam, locus. Cum totidem nauibus atque erat profectus Nep. 1, 7, 4. Vnum et idem videtur eſſe atque id, quod de me ipſo nominatim tuliſti Cic. pro Domo ſua 51. *Omiſſo* Aeque *vel* non magis, Quae ſucco caret atque petra pumex Priapei. Carm. 32. ¶ 8 Atque, ſi gemina fiat, auget, intenditque rem, de qua agitur: vt animaduertimus in Qu. Ennii annalibus, niſi memoria in hoc verſu labor, Atque atque accedit muros Romana iuuentus Gell. 10, 29. Nonius 12, 44 Feſtine et intrepidanter *hoc loco ſignificare dicit. Sed etiam alias geminatur:* Atque deos atque aſtra vocat crudelia mater Virg. Ecl. 5, 23. Atque Geta, atque Hebrus, atque Actias Id. Georg. 4, 468. Cic. Verr. 3, 189 Ex huiusmodi principio atque ex liberalitate atque accommodatione magiſtratuum, conſuetudo aeſtimationis introducta eſt. Atque haec quidem, atque eiusmodi ex vetere Graeciae fama collecta ſunt Cic. de Nat. Deor. 3, 60. *Legitur etiam,* Et eiusmodi. ¶ 9 *De orthographia illud adhuc obſeruamus, in lapidibus ſaepe eſſe* ADQVE, *itemque in vetuſtis* Virgilii *codicibus. Et fauere huic ſcribendi rationi originem, iam oſtendimus: neque enim aliud eſt* atque *quam* adque *id eſt et inſuper; vt praeterque dicere ſolet Plinius. Caeterum* Atque *praeualuiſſe, et iam ſolum rectum eſſe, non inficior.*

ATQVI. [ἀμέλει, ἀλλὰ, μὴν, καὶ μὴν, ἐκὼν, γε μὴν, ἀλλὰ] *Coniunctio diſcretiua, ſignificans Sed, Verum, Tamen.* Ter. Eun. 5, 5, 11 Neſcio. PY. Atqui ſic inuenta eſt. Cic. Acad. 4, 114 Vereor ne ſubarroganter facias, ſi dixeris tuam. Atqui ita dicas neceſſe eſt. Ter. Eun. 4, 6, 2 Atqui ſi illam digito attigerit vno, oculi ilico effodientur. Hor. Od. 1, 23, 9 Vitas me — Atqui non ego te tigris vt aſpera — proſequor. Id. Sat. 1, 1, 19 Eia, quid ſtatis? Nolint. Atqui licet eſſe beatis. Id. Epiſt. 1, 2, 33 Vt te ipſum ſerues non expergiſceris? Atqui Si nolis ſanus, curres hydropicus. *Seruit in primis Aſſumtioni ſ. minori propoſitioni in ſyllogismis.* Cic. Parad. 3, 1 Quodſi virtutes ſunt pares inter ſe, paria etiam eſſe vitia neceſſe eſt. Atqui pares eſſe virtutes, facile poteſt perſpici. Pro Milon. 9 c. 4 Quod ſi duodecim tabulae — Atqui ſi tempus eſt vllum iure hominis necandi. — *Sic* pro Milon. 32 c. 12 Atqui Milone interfecto Clodius hoc aſſequebatur. *Et* de Nat. Deor. 2, 18 Atqui certe nihil omnium rerum melius eſt mundo. Atqui, pro Immo Ter. Hec. 1, 2, 85 Atqui ea res multo maxime diſiunxit illum ab illa: poſtquam, *etc. Poſitum vult* Donat. *Legitur et* Atque, *quod habet etiam Bentl.* Atqui, *abundat eodem auctore* Donato, Ter. Adel. 5, 5, 6 Tibi lubens bene faxim. S. gratiam habeo. D. atqui Syre hoc verum eſt. *Sed potius occupat dubitationem, quaſi dicat, Tu forte dubitas ex ſuperiori vita ac moribus meis: Atqui non ſimulo etc.* Atqui *pro At, et Veruntamen, ſiue Attamen.* Cic. Tuſc. 5, 57 Dionyſius qua pulchritudine vrbem, quibus autem opibus praeditam, ſeruitute oppreſſam tenuit ciuitatem? Atqui de hoc homine a bonis auctoribus ſic ſcriptum accepimus, ſummam fuiſſe eius in victu temperantiam. Adiuuari (*qui cicutam ſumſerunt*) debent in initiis vino - - Atqui maxime prodeſt lac Scribon. 179. *Rhod. explicat per At vero etiam,* Lex. Scribon.

ATQVIN, *pro* Atqui. Plaut. Rud. 3, 4, 55 Atquin quia vetat. Atquin homo impius miſertus eſt illis Lact. de Mort. Perſ. c. 23. Atquin verum eſt, praetura eum functum l. 3 ff. de Off. Praet.

## A T R

ATRAMENTVM, ATRATVS, *vid.* ATER.

ATRAPHAXIS. *Herba. vid.* ATRIPLEX.

ATRACIVS. Adi. [Ἀτράκιος] *Poëtis pro Theſſalo ponitur, quia* ATRAX ſ. ATRACIA *ciuitas illius eſt* Plin. 4, 8 ſ. 15. *Hinc* Atraciae orae Propert. 1, 8, 25. Ars Atracia, Magica. Stat. Theb. 1. 10 Qualis per nubila Phoebes Atracia rubet arte labor, *i. eclipſis magic carmine effecta.* Venenum Valer. Argon. 6, 447. Id. ib. 1, 141 Atraci ſubitae de virgine pugnae. *Eadem eſt*

ATRĂCIS. Ouid. Amor. 1, 4, 8 Atracis ambiguos traxit in arm viros, *de Hippodame Theſſala, quae pugnae Lapitharum et Centauroru occaſionem dedit.*

ATRACĬDES. Ouid. Met. 12, 209. *Caeneus ex Caenide puella fa ctus vir, Theſſalus et ipſe. Quamquam et huic et Hippodamae patrem vel auum aſſignant* Atracem, *a quo ſcilicet origo appellationis.*

ATREPLEXVM, *vid.* ATRIPLEXVM.

ATREVS. Diſſyll. [Ἀτρεὺς] Filius Pelopis et Hippodamiae, re Mycenarum, frater Thyeſtis, qui quum diſſenſione inuicem ſibi no re non poſſent, in ſimulatam gratiam redierunt: qua occaſione Thyeſtes cum fratris vxore concubuit. Atreus vero ei filium epulandum appoſuit. Quae Sol abominatus, ne pollueretur, aufugit. Sed verita haec eſt: Atreum apud Mycenas primum Solis eclipſin inueniſſe: cu inuidens frater ex vrbe diſceſſit tempore, quo eius probata ſunt dicta. *Haec Seruius ad* Aen. 1, 572. *Tragoedia* Senecae, Thyeſtes, *hoc argumentum habet.* Nefarius Atreus Hor. in Arte Poët. 186. Ferus, Acer, Truculentus Sen. Thyeſt. 547. *Accuſ.* Atrea Id. ibid. 486. *Voca* Atreu Id. ibid. 513.

ATRĒVS. Adi. [Ἄτρειος] Stat. Theb. 8, 743 I precor, Atrei quid tibi ſanguinis vnquam, Hippomedon.

ATRĪDES, ae. Plur. ATRIDAE, ārum. [Ἀτρείδης] *Atrei filii Agamemnon et Menelaus.* Virg. Aen. 1, 462 Atridas, Priamumque, e ſaeuum ambobus Achillem. Atridae gemini Id. ibid. 2, 415. Superbi Hor. Carm. 1, 10, 13. Atrides minor et maior Ouid. Met. 12, 623. Atrides, *quum ſine Adiectiuo ponitur, Agamemnonem intelligimus. v. g.* Hor. Carm. 2, 4, 7 Arſit Atrides medio in triumpho Virgine rapta Troiae populator Atrides Ouid. Met. 13, 655. Id. Epiſt. 1, 2, 12 Neſtor componere lites Inter Peliden feſtinat et inter Atriden.

ATRIARIVS, *vid.* ATRIVM.

ATRICAPILLA. [μελαγκόρυφος] *Auis eſt.* Feſtus, Melancoryphi, genus auium, quae Latine vocantur Atricapillae, eo quod ſumma earum capita nigra ſint. Plin. 10, 29 *in* MELANCORIPHVS.

ATRĬCI, ATRICILIVM, ATRIENSIS, ATRIOLVM. *vid.* ATRIVM.

ATRIDES, *vid.* ATREVS.

ATRĬPLEX, icis. n. [ἀτράφαξις] *Herba, de qua* Plin. 20, 20 ſ. 83 Atriplex et ſilueſtre et ſatiuum eſt. Pythagoras, tanquam faceret hydropicos, morboſque regios, et pallorem, concoqueretur difficillime ac ne in hortis quidem iuxta id naſci quicquam, niſi languidum, culpauit. Addidere Dionyſius et Diocles, plurimos gigni ex eo morbos nec niſi mutata ſaepius aqua coquendum: ſtomacho contrarium eſſe, lentigines et papulas gignere. *etc.* Colum. 11, 3, 42 Olus atriplicis quod Graeci vocant ἀτράφαξυν. *Et* 10, 377 Et grauis atriplici conſurgit longa faſellus. *Vbi Pomponius, ſi fuerit phaſelus propior atriplici atriplicem necat.* Atriplex *genus eſt oleris, quod ruſtici* Spinacium vocant. Pallad. Apr. 3, 3 Hoc menſe Atriplicem ſeremus — ferro tamen recidendum ſemper eſt, quia ita pullulare non ceſſat. *Illud recidendum forte eo pertinet, quia etiam neutro genere effertur, intellecto nempe* olus. *Femin.* Macer. 1, 24 Atriplicem tritam cum nitro, melle et aceto, Dicunt appoſitam calidam ſedare podagram.

ATRIPLEXVM. Eadem herba, quae nunc Atriplex dicitur Feſtus.

ATRITAS, *vid.* ATER.

ATRIVM, i. n. [Gloſſ. περίστωον μέσαυλον. al. ὕπαιθρον, αἴθριον] *Eſt ipſum*

*ipſum* cauum aedium ſub diuo, ad communem omnium vſum relictum, deorſum, quo impluebat, *Impluuium* dictum, et ſurſum, qua compluebat, *Compluuium* — *Tuſcanicum* dictum a Tuſcis, poſtquam illorum cauum aedium ſimulare coeperunt: *Atrium* appellatum ab Atriatibus Tuſcis; illinc enim exemplum ſumtum. *Haec ex* Varron. de L. L. 4. 33 p. 38, 28. *quibus (ab etymologia ſi diſceſſeris, quae potius ducitur ab* αἴθριος, *vel* ab *ἀθρεῖν videre, vt* Templum *a* templando *ſ. contemplando, i. videndo) rectiſſime* Atrii *primaria ſignificatio explicatur. Huc conuenit, quidquid* Vitruu. 6, 4 *de* Atriis diſtribuendis *praecipit. Nempe* μέσαυλον *eſt* atrium, *aedificatio ex quadrato oblonga, in quam proximus per ianuam domus ingreſſus eſt, aulam, areamue incluſam habens,* (compluuium, ſubdiual) *porticibus cincta tectis ſ. laqueatis, ſub quibus tablinum eſt, et pinacotheca ſ. armaria imaginum. Et quidem tria latera exornata columnis, anguſtius, ianuae oppoſitum* tablinum *habebat; a dextra et ſiniſtra vocabantur* Alae. *Haec ex* Vitruuii l. c. *elicere non eſt difficile: licet ille, tanquam de re nota agens, rem ita ſe habere ponat potius, quam doceat. Hinc iudicari poteſt, quid veri ſit in definitione* Iſidori 15, 3 Atrium magna aedes eſt, ſiue amplior et ſpatioſa domus, et dictum eſt Atrium eo, quod *ad*dantur ei *tres* porticus extrinſecus. Alii Atrium quaſi ab igne *atrum* dixerunt. Atrum enim fit ex fumo. Plin. 17, 1 Iam Craſſus columnas quatuor Hymettii marmoris — in atrio eius domus ſtatuerat. Id. 36, 3 *de eadem re,* Quis enim tantarum hodie columnarum atrium habet? *Add.* id. 36, 2 *de columnis* Lucullei marmoris in atrio Scauri. Id. 14, 1 ſ. 36 *ſubdiualia fuiſſe oſtendit, cum dicit, Vites quaſdam* amplo diſcurſu atria media complere. Gell. 16, 5 Partem domus primorem *vocat, et recte a veſtibulo diſtinguit.* Plin. Ep. 2, 17 Atrium frugi, nec tamen ſordidum. ¶ 2 *Hic mater familias eſſe ſolebat, hic* Lectus genialis *ſ.* aduerſus, *de quo poſt Scaligerum ad* Feſtum *poſt* v. Putus, Lipſ. Elect. 1, 17 *ad locum* Aſconii in Milon. 13 c. 5 Deinde omni vi ianua (domus M. Aemilii Lepidi interregis) expugnata, et imagines maiorum deiecerunt, et lectulum aduerſum vxoris eius Corneliae ——— fregerunt: itemque telas, quae ex vetere more in atrio texebantur, diruerunt. *In atrio fuiſſe hunc lectum, etiam apparet ex* Lampridii Alex. Seu. c. 13 *vbi inter omina imperii illius refertur, quod* tabula Traiani imperatoris *(atqui imagines in atrio fuiſſe, conſtat)* quae geniali lecto patris *(matris ſcibendum cenſent Lipſ. l. c. et Salmaſius, Sed quidni idem patris dici poſſit?)* imminebat, dum mater eum in templo pareret, in lectum eius decidit. *Caſu quodam non domi, ſed in templo Alexandri M. natus eſt Alexander, quod dixerat* Lampridius c. 5. *Interim domi in lectum genialem ſ. aduerſum decidit ſuſpenſa ſuper ipſum imago Traiani. Etiam illud* Hor. Epiſt. 1, 1, 87 Lectus genialis in aula eſt, *i. omnia parata celebrationi nuptiarum; ad* Atrium, *et* lectum aduerſum *refert* c. *Lipſius, et eſt* Vet. Gl. *αὐλὴ* Atrium. *Quod de tela dicit* Aſconius, *illuſtratur* Arnobii 2 p. 91 Matres familias veſtrae in atriis operantur domorum, induſtrias teſtificantes ſuas. *Hinc* Nep. praef. Cuius mater familias non primum locum tenet aedium, atque in celebritate verſatur? ¶ 3 *Hic, vt diximus, Imagines.* Plin. 35, 2 Apud maiores in atriis haec erant, quae ſpectarentur — expreſſi cera vultus ſingulis diſponebantur armariis — Tablina codicibus implebantur et monumentis rerum in magiſtratu geſtarum. Iuuenal. 8, 19 Tota licet veteres exornent vndique cerae Atria. *Iterum* Plin. 35, 2 Similis cauſa Meſſalae ſeni expreſſit volumina illa, quae de familiis condidit, cum Scipionis Pomponiani tranſiſſet atrium, vidiſſetque adoptione teſtamentaria Solutiones Africanorum dedecore irrepentes Scipionum nomini. Sen. de Benef. 3, 28 Qui imagines in atrio exponunt, et nomina familiae ſuae longo ordine et multis ſtemmatum illigata flexuris, in parte prima aedium collocant, noti magis quam nobiles ſunt. Martial. 2, 90 Differat hoc, patrios optat qui vincere cenſus, Atriaque immodicis arctat imaginibus. Val. Max. 5, 8, 3 *de T. Manlio Torquato ICto.* Cum maxime funus *filii* eius duceretur, conſulere ſe volentibus vacuas aures accommodauit. Videbat enim ſe in eo atrio conſediſſe, in quo Imperioſi illius Torquati ſeueritate conſpicua imago poſita erat: prudentiſſimoque viro ſuccurrebat, effigies maiorum cum titulis ſuis idcirco in primo aedium parte poni ſolere, vt eorum virtutes poſteri non ſolum legerent, ſed etiam imitarentur. *Ad ſtatuas etiam aliorum in atriis poſitas, docet.* Plin. 34, 2 Iam omnium municipiorum foris ſtatuae ornamentum eſſe coepere, propagarique memoria hominum, et honores legendi aeuo baſibus inſcribi, ne in ſepulcris tantum legerentur. Mox forum et in domibus priuatis factum, atque in atriis. Honos clientum inſtituit ſic colere patronos. *Sic narrat* Id. 34, 8 ſ. 19, 2 *quaedam Polycleti opera eſſe in* Titi Imperatoris atrio. ¶ 4 *In atrio coenari ſolitos docent* Cato *et* Varro, *vt dicemus in voce* TABLINVM. *Huc alludit* Virg. Aen. 7, 355 Illic porticibus rex accipiebat in amplis, Aulai in medio libabant pocula Bacchi: *eſt enim haec* atrii *deſcriptio.* ¶ 5 *In atriis potentum clientes.* Hor. Epiſt. 1, 5 *extr.* Atria ſeruantem poſtico falle clientem. Iuuen. 7, 7 Cum deſertis Aganippes Vallibus, eſuriens migraret in atria Clio, *i. Poëtae humiliter adularentur diuitibus.* Id. 91 Tu nobilium magna atria curas? *Add.* Val. Max. 5, 8, 3 *quem locum modo n. 3 dedimus.* ¶ 6 *Ad alia quoque negotia, vt Auctiones, adhibita.* Cic. pro Quint. 12 c. 3 Tollitur ab atriis Liciniis *(forte* Licinii Craſſi, *de quo ſupra ex* Plin. 17, 1) atque a praeconum conſeſſu in Galliam Naeuius. *Et* 25 c. 6 Ipſe ſuos neceſſarios ab atriis Liciniis et a faucibus macelli corrogat. *Talia ſunt* Cic. contra Rull. 1, 7 c. 3 At hoc etiam nequiſſimi homines conſumtis patrimoniis faciunt, vt in atriis auctionariis potius, quam in triuiis aut in compitis auctionentur. ¶ 7 *Sunt etiam templorum* Atria, *vt* Libertatis Cic. pro Milon. 59 c. 22. Liu. 25, 7 *Obſides Tarentinorum* cuſtodiebantur in atrio Libertatis. *Add.* 43, 16. 45, 15. Legis quae in atrio Libertatis *mentio ap.* Feſtum. *Vid.* PROBRVM. Milites Germanicos inde arceſſitos memorat Tac. Hiſt. 1, 31. *Huc pertinet* Seru. ad Aen. 11, 235 In Palatii atrio, quod augurato conditum eſt, apud maiores conſulebatur Senatus. Liu. 24, 10 Tacta de caelo, Atrium publicum in Capitolio, *etc.* ¶ 8 *Apud Poëtas praeſertim* Atria *pro domo magnifica dici videntur.* Virg. Aen. 1, 725 Fit ſtrepitus tectis, vocemque per ampla volutant Atria. *Quamquam hic de coena et epulis ſermo eſt. Vid. n. 4. Sic etiam* Aen. 2, 483 *poſtquam Automedon limina perrupit,* Apparet domus intus et atria longa patescunt. *Tum demum* v. 486 At domus interior gemitu *etc.* Id. Aen. 4, 666 It clamor ad alta Atria. Ouid. Met. 5, 3 Fremitu regalis turbae Atria complentur: *etiam hoc ad irruentem multitudinem, et ad Romani rationem accommodatum. Sic etiam* Met. 14, 260 Excipiunt famulae perque atria marmore tecta Ad dominam ducunt. Hor. Carm. 3, 1, 46 Inuidendis poſtibus et nouo ſublime ritu moliar atrium. Iuuen. 14, 65 Ne ſtercore foeda canino Atria diſpliceant oculis venientis amici. Atrium *igitur pro domo poni dicamus, ſed, quod, in omni figura, quo quis accuratior ſcriptor eſt, tanto ſeruat diligentius, vt praecipue tamen intelligatur pars illa, a qua denominatur.* Ab atrio curando, *it.* Ab atrii cura ſeruus *eſt* Atriarius *ſ.* Atrienſis. *Vid.* A n. 35. ¶ 9 *Pro area ſ. loco, in quo domum fuiſſe, vel aedificari poſſe, indicatur, poſuiſſe videtur* Liu. 39, 44 Cato atria duo, Maenium et Titium in lautumiis, et quatuor tabernas in publicum emit, baſilicamque ibi fecit, quae Porcia appellata eſt. *Tale forte* Atrium regium, *de quo* Liu. 26, 27.

ATRIŎLVM, i. n. Diminut. [προαυλίδριον] *Minus atrium.* Vitruu. 6, 4. Cic. Q. Fratr. 3, 1 Quo loco in porticu te ſcribere aiunt, vt atriolum fiat: mihi, vt eſt, magis placebat: neque enim ſatis loci eſſe videbatur atriolo: neque fere ſolet, niſi in his aedificiis, fieri, in quibus eſt atrium maius: nec habere poterat adiuncta cubicula, et eiusmodi membra. Nunc hoc vel honeſtae teſtudinis, vel valde boni aeſtiui locum obtinebit. *Ita legendum puto, pro* honeſtate — aeſtiuum.

ATRIARIVS, i. m. *Idem ac* Atrienſis, Vlpian. l. 1 §. 5 ff. naut. caup. ſtab.

ATRIENSIS, is. m. [Διαιτάριος, διαιτάρχης, Vet. Gloſſ.] *Seruus ex praecipuis in familia, cui cura atrii.* Varro de L. L. 7, 33 p. 96, 21 Si ab aede et tuendo aedituus eſt, cur ab atrio tuendo non Atrituus ſit potius, quam Atrienſis? Cic. in Parad. 5, 2 Atque vt in magna familia ſtultorum, ſunt alii, lautiores (vt ſibi videntur) ſerui, ſed tamen ſerui, atrienſes ac topiarii. Ex alticinctis vnus atrienſibus Phaed. 2, 6, 11. Columel. 12, 3, 9 *inter villicae officia eſt,* Inſiſtere atrienſibus, vt ſupellectilem exponant, et ferramenta deterſa nitidentur, atque rubigine liberentur, ceteraque, ſi refectionem deſiderant, fabris concinnanda tradantur. Plaut. Aſin. 2, 3, 80 Ait ſe ob aſinos ferre argentum atrienſi — Extemplo facio facetum me atque magnificum virum: Dico me eſſe atrienſem. *Deinde* 2, 4, 18 *agit atrienſem Leonidas, et ita imperat,* Iuſſin', ſceleſte, ab ianua hoc ſtercus hinc auferri? Iuſſin' columnis deiicier operas aranearum? Iuſſin' in ſplendorem dari bullas has foribus noſtris? *Deinde* v. 27 *interrogat,* Ecquis pro vectura oliui reſoluit? — Sed vina, quae heri vendidi — Iam pro iis ſatisfecit Sticho? — v. 35 Dromo mercedem retulit? v. 38 Scyphos quos vtendos dedi Philodamo, retulitne? *Tractat igitur hic* atrienſis *rationes domini, et eſt* οἰκονόμος, *atque illud adeo, quod rure villicus.* Id. Pſeud. 2, 2, 14 Condus promus ſum procurator peni. HA. Quaſi te dicas atrienſem. PS. Immo atrienſi ego impero. Petron. c. 29 Interrogare ego atrienſem coepi, quas in media porticu picturas haberent? Cic. in Piſon. 67 c. 27 Serui ſordidati miniſtrant, nonnulli etiam ſenes: idem coquus, idem atrienſis. Plin. Epiſt. 3, 19 *in commodis villarum vicinarum,* Ineſt huic computationi ſumtus ſupellectilis, ſumtus atrienſium. Sueton. Calig. 57 Cella palatini Atrienſis.

ATRILICIVM. Eam atrii partem ſignificat, in qua olim licia etiam texebantur. *Auctor* Aſcon. Pedianus *laudatur; fidem non praeſto.*

ATROCITAS, *vid.* ATROX.

ATROPHIA, ae. [ἀτροφία] *Vna ex ſpeciebus tabis, de qua ſic* Celſ. 3, 22 Atrophia eſt, qua corpus non alitur, et naturaliter ſemper aliquibus decedentibus, nullis vero in eorum locum ſubeuntibus, ſumma macies oritur: et niſi occurritur, tollit.

ATRŎPHI. m. pl. [ἄτροφοι] Qui cibum non ſentiunt, *quae deſcriptio* Plinii *eſt* 22, 25 ſ. 73. Idem 26, 11 Eadem datur iis, quos atrophos vocant, interpoſitis diebus. *Et* 27, 8 Explent ſinus vlcerum, et atropha carnoſiora faciunt.

ATRŎPOS, i. f. [Ἄτροπος] *Vna ex Parcis, quae finem vitae in poteſtate habere putatur. Dictam volunt, ab α et τρέπω, quod ſit inexorabilis, nec ad cuiusquam preces vertatur.* Ignara moueri Atropos Stat. Theb. 3, 67. Idem Silu. 4, 8, 18 His ſenium, longaeque decus virtutis et alba Atropos, et patrius lauros promiſit Apollo. Alba Atropos, *fatum ſecundum, vti nigra ſunt triſtia.*

ATROR, *vid.* ATER.

ATROX, ōcis. Adi. [ἀπηνής] *Aſper, crudelis.* Feſtus, Atroces ex Graeco appellantur, quia illi Atrocia (f. atrocta, ἄτρωκτα, *Scal.*) appellant, quae Cruda ſunt, ſiue Atrox dicitur ab eo, quod nihil timeat, τρέσαι enim Graeci dicunt timere. Virg. Georg. 1, 408 Ecce inimicus atrox magno ſtridore per auras Inſequitur Niſus. *Vbi* Seruius; Atrox, Crudelis et immitis. Ter. Hec. 3, 3, 17 Corripui illico Me inde lacrumans, incredibili re atque atroci percitus. Aeſtas Claud. in pr. Conſ. Stil. 2, 461. Anguis Stat. Theb. 6, 156. Animal atrox ad conficiendum hominem Plin. 9, 30 ſ. 48 de Polypo. Animus Catonis, *i. Conſtans* Horat. Carm. 2, 1, 24. *Vid.* Fides, Virtus. Aſtutia Plaut. Capt. 3, 4, 7. *i. quaſi cruda et plena vigoris.* Bellum atrociſſimum Salluſt. Iugurth. 5. Caedes atrocior Liu. 24, 16. Caelum, perinde ingenia Flor. 3, 2, 2. Certamen Idem 2, 6. Facinus Sen. Troad. 289. Tacit. Ann. 4, 11 Atrocior ſemper fama erga dominantium exitus. Flagrantis atrox hora Caniculae Horat. Carm. 3, 13, 9. Sil. 6, 377 — quanquam bene cognita et olim Atrox illa fides, *i. Conſtans et inflexibilis: in bonam partem, vt* Animus et Virtus. Genus orationis vehemens et atrox Cic. de Orat. 2, 204. Gradiuus Sil. 9, 486. Claud. Conſ. Hon. 6, 229 Non tamen ingenium tantis ſe cladibus atrox deiicit. Inimicus Virg. Georg. 1, 408. Iniuria Claud. de Bell. Get. 390. Iniuria atrox *quae eſſet, audiamus* Vlpian. l. 7 §. ff. de iniuriis, Atrocem iniuriam quaſi contumelioſiorem et maiorem accipimus. Atrocem autem iniuriam aut perſona aut tempore, aut re ipſa fieri, Labeo ait. Perſona atrocior iniuria fit, vt cum magiſtratui, parenti, patrono, fiat *etc. Non tantum enim reliqua huius legis, ſed etiam l. 8 et 9 huc pertinent.* Cic. Fam. 9, 25 Repente perculſus eſt atrociſſimis literis. Nefas Sen. Thyeſt. 194 Salluſt. Catil. 29 Itaque, quod plerumque in atroci negotio ſolet, Senatus decreuit, darent operam conſules, ne quid Reſp. detrimenti caperet. Peſtis atrociſſima Celſ. praef. Rabies Tacit. Hiſt. 5, 25, 5. Res tanta atque atrox non permouit Salluſt. Catil. 54. Res ſceleſta, atrox, nefaria Cic. pro Roſc. Amer. 62 c. 22, *de parricidio.* Res atroces et miſerabiles Quinctil. 6, 1. Cic. pro Marcell. 35 Nunc venio ad grauiſſimam querelam, et atrociſſimam ſuſpicionem. Tempeſtas atrox Claud. de Bell. Get. 111. Tempus atrox et difficile Reipubl. Cic. Verr. 4, . . Virtus, *Fortitudo quaedam immenſa nullos hoſtes, nulla vincula, nullum mortis genus perhorreſcens* Sil. 13, 369. *Sic ſumit* 12, 212. 5, 292 *et aliis locis, quae ibi notat Drakenb.* Tacit. Ann. 12, 22 Iisdem Conſulibus atrox odii Agrippina ac Lolliae infenſa,

quod ſecum, *etc.* *Superlat.* Quinctil. 6, 1, 15 Summa concitandi affectus in accuſatore in hoc eſt, vt id, quod obiicit, aut quam atrociſſimum, — videatur. Atrox, Crudum. *ex* Naeu. Bell. Pun. lib. 4 Simul atrocia porricerent exta miniſtratores, Nonius 2, 62.

ATROCĬTAS, ātis. f. [ἀπήνεια] *Crudelitas.* Cic. Verr. 4, 94 Neque tamen finis huic iniuriae, crudelitatique fiebat, donec populus atque vniuerſa multitudo atrocitate rei miſericordiaque commota, Senatum clamore coëgit, vt, *etc.* Sceleris Salluſt. Catil. 22. Crudeli necis atrocitate deperire, *itemque* Flebili vitae atrocitate hominem diſperdere Firmic. 3, 5. Cic. in Catil. 4, 11 c. 6 Ego quod in hac cauſa vehementior ſum, non atrocitate animi mouere, ſed ſingulari quadam humanitate et miſericordia. Leuare atrocitatem alicuius rei, *vid.* LEVIS. Mitigare atrocitatem temporum Sueton. Tib. c. 48. Auct. ad Herenn. 2, 9 In cauſa coniecturali proprius locus accuſatoris eſt, quum dicit malorum miſereri non oportere, et quum auget peccati atrocitatem. Quinctil. 6, 1, 15 Atrocitas creſcit ex his, quid factum ſit, a quo, in quem, quo animo, quo tempore, quo loco, quo modo? Paullus ICtus l. 8 ff. de iniuriis Vulneris magnitudo atrocitatem (iniuriae) facit. ¶ 2 Atrocitas formularum Quinct. 7, 1, 37, eſt *ἀκρίβεια illa et rigor iuris flecti neſcius.* Cic. Q. Fratr. 1, 2 Hae literae abs te per iocum miſſae ad C. Fabium (ſi modo ſunt tuae) quum leguntur, inuidioſam verborum atrocitatem habent.

ATROCĬTER. Adu. [ἀπηνῶς] *Vt*, Atrociter minitari Cic. Verr. 5, 159 c. 62. *Add.* Salluſt. Iugurth. c. 37. Tacit. Hiſt. 1, 23 Labores itinerum, inopia commeatuum, duritia imperii, atrocius accipiebantur. Cic. pro Roſc. Amer. *extr.* ſ. 154 Nam quum omnibus horis aliquid atrociter fieri videmus aut audimus, etiam qui natura mitiſſimi ſumus, aſſiduitate moleſtiarum ſenſum omnem humanitatis ex animis amittimus. Atrocius paullo Idem Verr. 2, 83. Atrociter inuehi Liu. 3, . . De ambitu quum atrociſſime ageretur in ſenatu Cic. Q. Fratr. 2, 16. Atrociſſime leges exercere Sueton. Tib. c. 58.

## A T T

ATTA. [Ἄττα] *Quis vocetur, docet Feſtus:* Attae appellantur, Qui propter vitium crurum aut pedum plantis inſiſtunt, et attingunt magis terram, quam ambulant, quod cognomen Quintio Poëtae adhaeſit. *Meminit* Horat. Epiſt. 2, 1, 79 Recte necne crocum, floresque perambulet Attae Fabula. *In quem locum ſcribit* Acron, Atta eſſe nomen proprium Poëtae cuiuſdam Tragici, vel ſcriptoris Comoediarum. *Eſt autem ab ἄττω ſalio, ſubſilio: atque adeo ſuſpicor, excidiſſe apud Feſtum negationem ante verbum* inſiſtunt. *Caeterum* gurdus atta, *i. ſtultus homo, qui cum ſit* atta, *tamen gladiator velit eſſe*, *reponitur a Reineſio* Petron. c. 45, *vbi* burdubaſta *editur.* ¶ 2 Attam pro reuerentia ſeni cuilibet dicimus, quaſi eum aui nomine appellamus.

ATTACHVS, *vel* ATTACVS, i. m. *Genus locuſtae.* Vulg. Leuit. 11, 22 Ἀττακὸς ἀπὸ τοῦ ἄττειν *vel* ἀσακός. Boch. Hieroz. 4, 2 pag. 449.

ATTACTVS, *vid.* ATTINGO.

ATTĀGEN, ēnis. m. *Auis Aſiatica, ex gallinarum ruſticarum genere.* Vet. Gl. Gallina ruſtica, ἀτταγήν. Plin. 10, 48 Attagen maxime Ionius celebratur, vocalis aliâs, captus vero obmuteſcens, quondam exiſtimatus inter raras aues: iam et in Gallia Hiſpaniaque capitur, et per Alpes etiam. Attagen Ionicus Hor. Epod. 2, 53.

ATTAGĒNA, ae. f. [ἀτταγήνη] *Idem.* Martial. 13, 61 Inter ſapores fertur alitum primus Ionicarum guſtus attagenarum. Plin. 8, 58 Apros et attagenas, herinaceos, *in Creta inſula eſſe negat.*

ATTAGVS, i. m. *Hircus in Phrygia.* Arn. 5 p. 159 Hircos Phryges ſuis Attagos elocutionibus nuncupant.

ATTĂLVS. [Ἄτταλος] *Nomen regum quorundam Aſiae. Huc pertinet Pergamenus ille, qui quum liberos non haberet, populum Romanum heredem fecit. Vid.* Flor. 3, 12. *Hinc*

ATTALĬCVS. Adi. [Ἀτταλικός] Plin. 8, 48 Aurum intexere in eadem Aſia inuenit Attalus rex: vnde nomen Attalicis. Propert. 3, 18, 19 Veſtes Attalicae. Attalicae conditiones Horat. Carm. 1, 1, 12, *h. e. opes maximae promiſſae.* Cic. Verr. 4, 27 Quid illa Attalica, tota Sicilia nominata, ab eodem Heio peripetaſmata emere oblitus es? Propert. 2, 32, 12 Porticus aulaeis nobilis Attalicis. Attalicus torus Id. 4, 5, 24. *i. Aulaeis (quae* Attalica *dicuntur) ornatus.*

ATTAMEN, *vid.* AT.

ATTĂMĬNO, āre. *Videtur a* tangendo *dictum, vt* examen *qu.* exagmen. *Significat enim attingere* Capitol. Gordian. c. 27 Vt — ciuitates — integras ſuis ciuibus redderet, ita, vt nihil, quod ad eorum fortunas pertineret, attaminaret. Ambroſ. de Inſtit. Virg. Semel mundo mortua, ne quaeſo attigeris, ne attaminaueris, quae ſunt iſtius ſaeculi. ¶ 2 *Deinde eſt attactu foedare, vt contaminare.* Iuſtin. 21, 3 Ne quis vllam virginem attaminet. Aur. Vict. in Anton. Caeſ. c. 16 Diuina facta conſultaque imprudentia regendae coniugis attaminauit. *Laudatur ex* C. Theod. . . . Ne quis Iudaeorum Seruum ex Chriſtiano Iudaicis ſacris attaminet. Auguſtin. de C. D. 22, 22 Rabidus canis facit hominem, quem forte attaminauerit, contagione peſtifera rabioſum.

ATTATE. Interiect. *Plautina.* Epid. 3, 4, 21. Merc. 2, 3, 31, *et alibi.*

ATTEGIAE, ārum. [ἀγροικὰ οἰκοδομήματα] *Mapalia et tuguria, vndique tecta.* Iuuen. Sat. 14, 196

> Dirue Maurorum attegias, caſtella Brigantum.
> Vt locupletem aquilam tibi ſexageſimus annus
> Afferat.

*Vid. Salmaſ. in* Sol. p. 311. *Gronou. ad* Sen. Natur. Quaeſt. 2, 49 Attegiata fulmina conicit, *pro* Arceraneis. *v. v.*

ATTEGER, *ſ.* ADTEGER, a, um. *Vnde*

ATTEGRARE. Eſt Vinum in ſacrificiis augere. Integrare enim et Attegrare minus factum, eſt In ſtatutum redigere. Feſtus, *quem locum ita concinnat Scaliger*, Attegrare eſt vino ſacrificium augere. Attegrum enim minus factum. Integrare eſt in ſtatum redigere. Atteger, *inquit, eſt* προσθιγής, *qui tactus et imminutus eſt;* attigere, *attingere: contra* integer ἀθιγής, *intactus.*

ATTELĀBVS, i. m. Minima locuſtarum, ſine pennis Plin. 29, 4.

ATTELLA, *ſiue* ATELLA *potius.* [Ἀτέλλα Ptol. et Steph.] *Oppidum nobile Oſcorum, rectius ſcribitur per* T *ſimplex. Memorabile, propter deriuatum*

ATTELLĀNVS, *ſ. potius* ATELLANVS. Adi. [Ἀτελλανός] *Epitheton fabularum.* Donatus, in vita Terentii, Attellanas a ciuitate Campaniae, vbi actitatae ſunt plurimae. *Idem*, Attellanae fabulae ſunt iocis compoſitae, quae in ſe non habent, niſi vetuſtam elegantiam. Vrbicus exodio riſum mouet Atellanae Geſtibus Autonoes Iuuenal. 6, 71. *Originem narrat* Liu. 7, 2 Poſtquam lege hac fabularum ab riſu ac ſoluto ioco res auocabatur, et ludus in artem paullatim verterat, iuuentus hiſtrionibus fabellarum actu relicto, ipſa inter ſe more antiquo ridicula intexta verſibus iactitare coepit. quae inde exodia poſtea appellata, conſertaque fabellis potiſſimum Attellanis ſunt. quod genus ludorum ab Oſcis acceptum tenuit iuuentus, nec ab hiſtrionibus pollui paſſa eſt. Valer. Max. 2, 4, 4 Attellani ab Oſcis acciti ſunt: quod genus delectationis Italica ſeueritate temperatum, ideoque vacuum nota eſt. Nam neque tribu mouetur, neque a ſtipendiis militaribus repellitur. Cic. Fam. 9, 16 Nunc venio ad iocationes tuas, quando tu ſecundum Oenomaum Accii, non vt olim ſolebat, Attellanum: ſed vt nunc fit, mimum introduxiſti. Atellannis notiſſimum canticum exorſis Suet. Galb. c. 13. *i. actoribus Atellanarum.*

ATTELLANIVS, *vel* ATTELLANICVS. Adi. [Ἀτελλάνιος] Cic. de Diuin. 2 c. 10 Totum omnino fatum etiam Attellanio verſu iure mihi eſſe irriſum videtur. Exodium Atellanicum Suet. Tib. c. 45. Ars Atellanica Macrob. Sat. 1, 10.

ATTEMPĔRO, āre. [προσαρμόζω] *Aptare, et Moderari, ſiue Dirigere* ad aliquid. Sen. Epiſt. 30 Sic gladiator, tota pugna timidiſſimus, iugulum aduerſario praeſtat, et errantem gladium ſibi attemperat.

ATTEMPERATVS, a, um. Supra Catinum penula attemperata Vitruu. 10, 12, *i. accommodata.*

ATTEMPERĀTE. Adu. Ter. Andr. 5, 4, 13 Itane attemperate venit hodie in ipſis nuptiis, vt veniret antehac nunquam?

ATTENDO, di, tum, ĕre. [προσέχω] Tendere *ad aliquid, i dirigere et applicare Oculos, aut Aures, aut ipſum adeo* Animum, *quae tamen nomina fere intelliguntur potius, quam ponuntur.* Ter. Hec. 2, 2, 23 Nam poſtquam attendi magis, et vi coepi cogere, vt rediret Audi atque attende Laterenſis, vt ſcias, *etc.* Cic. pro Planc. 98 c. 41 Si paullo diligentius Athenodorus, Sandonis filius, quid de his rebus dicat, attenderis Idem Fam. 3, 7. Diligenter attendere Id. de Fin. 3, 40. Admodum attendere Cic. de Orat. 3, 47. Idem Verr. 1, 27 Quis nos magnopere attendit vnquam, in hoc quidem genere cauſarum, vbi aliquid ereptum aut ablatum a quopiam dicitur? Bene attendiſti, nimis callide agebatur Id. Att. 15, 25. Sueton. Galb. Inter liberales diſciplinas attendit et iuri, *i. Studuit, ſiue Operam dedit iuri.* Idem Calig. 53 E diſciplinis liberalibus minimum eruditioni, eloquentiae plurimum attendit. Plin. in Paneg. 65 Iurat in legem, attendentibus diis. nam cui magis, quam Caeſari, attendant Attendebat his, *etc.* Plin. Epiſt. 7, 33. Cic. Acad. 4, 53 c. 17 Illud attendimus in hoc omni genere, quam inconſtanter loquamur. Idem de Fin. 3, 40 c. 12 Quare attendo te ſtudioſe, *etc.* *Et* 5, 7 c. 3 Mihi quidem Antiochum, quem audis, ſatis belle videris attendere. Attendere et aucupari verba oportebit: in quo, vt ea, quae ſint frigidiora vitemus Cic. de Orat. 2, 256. Non attendimus, neque exaudimus nosmetipſos Idem in Orat. 189 c. 56. *Et* Verr. 5, 347 Sed ſcriptum exſtat in iisdem literis, quod iſte homo barbarus ac diſſolutus neque attendere vnquam, neque intelligere potuit. Cic. Philipp. 26 Animus tamen erit ſolicitus, vt nihil poſſit de officiis legationis attendere. *Sic* Idem Partit. 84 c. 24 Et cum de neceſſitate attendimus, — videndum erit. Ter. Phorm. 5, 6, 28 Animam compreſſi, aurem admoui, ita animum coepi attendere, hoc modo ſermonem captans. Cic. Off. 3, 5 Sed ſi quum animum attenderis, turpitudinem videas ei rei adiunctam, *etc.* Attendere animum ad vendum Nep. 7, 5, 2. Cic. de Lege Agr. 2, 38 c. 15 Sed attendite animos ad ea, quae conſequuntur. Animo aequo Ter. in prol. Hec. 20. Cic. pro Syll. 33 Adeſtote omnes animis, qui adeſtis corporibus quorum ego frequentia magnopere laetor. Erigite mentes auresque veſtras: et me de inuidioſis rebus, vt ille putat, dicentem attendite. ¶ 2 Attendere, *vt* Pertendere, *eſt vehementer tendere, perſeuerare.* Accius Diomede, Si vnquam perpediar gnato puer, ne attenderis tere a me id, quod nefas ſit concedi tibi, Nonius 4, 10. *Primae et propriae ſignificationis veſtigium ſupereſſe puto, apud Quinctil.* 11, 2, 29 Hinc eſt ex illa arte (memoriae) non inutile, attendi ſigna ad eos, qui excidunt ſenſus: ancoram, ſi de naue dicendum eſſet; ſpiculum, ſi de praelio. *Sermo eſt de commentario, e quo edifcere aliquis vult orationem.* Attendere *igitur eodem modo poni puto, vt* praetendere ſepem, *vel* velum *etc.* Attendere ſigna, *appingere, apponere, in margine commentarii.*

ATTENDENS. Partic. [προσέχων] Satis eſt attendentem penitius videre Cic. Tuſc. 4 c. 32. Iurat in legem attendentibus Diis nam cui magis, quam Caeſari attendant Plin. Pan. c. 65. Sil. 8, 5 — nullo attendente deorum Votis tunc veſtris, caſura ruiſtis in arma.

ATTENTVS. Partic. [προσεχόμενος] Ter. Andr. 2, 3, 4 animus in ſpe atque in timore vſque antehac attentus fuit. Cic. Verr. 1, 126 Qui in re aduenticia atque hereditaria tam diligens, tam attentus eſſet. Idem de Fin. 1, 57 c. 17 *extr.* Cum ea, quae praeterierunt, acri animo et attento intuemur. *Et* in Orat. 197 Eaque dum animis attentis admirantes excipiunt. Auditorem beneuolum ſibi facere et attentum et docilem Cic. de Orat. 2, 82. Idem de Nat. Deor. 3, 1 Praebebo igitur me tibi viciſſim attentum contra Stoicos auditorem. Auct. ad Herenn. 4, 17 Non poteſt huiusmodi ſermo tenere attentum auditorem: diffluit enim totus. Id. 1, 7 c. 4 Dociles auditores habere poterimus, ſi ſummam cauſae breuiter exponemus et ſi attentos eos faciemus. Horat. Serm. 2, 1, 19 Verba per attentam non ibunt Caeſaris aurem. Ad rem attentus, *i. Frugi, parcus.* Hor. Epiſt. 1, 7, 91 Durus ait, Vultei, nimis attentusque videris. Serm. 2, 6, 82 Aſper et attentus quaeſitis. Ter. Adelph. 5, 3, 48 attentiores ſumus ad rem omnes, quam ſat eſt. *Add.* Idem ibid. 5, 8, Cic. pro Roſc. Amer. 44 c. 15 Tamenne haec attenta vita et ruſticana relegatio atque amandatio appellabitur? Idem pro Quint. 11 C. Quintius fuit P. Quintii huius frater, ſane caeterarum rerum paterfamilias et prudens et attentus, vna in re paullo minus conſideratus. *Comparat.* Quinctil. 4, 5, 21 Erit iudex circa ius noſtrum attentior. Attentiſſimis animis audire Cic. pro Sext. 9. Tempus meminum in acerrima atque attentiſſima cogitatione poſuiſſe Id. de Or. 3 cap. 5.

ATTENTE. Adu. [προσεκτικῶς] Vt, Attente audire Cic. pro ?om. 32 et pro Cael. c. 11. Ter. Heaut. 1, 1, 14 Ita attente illorum fficium fungere. Attente legere Cic. Fam. 7, 20. Attentius ?ere Idem Att. 16, 5. Attentius cogitare Id. de Fin. 5, . . uſtodire quem attentius Plin. Epiſt. 3, 16. Attentiſſime audire Cic. le Orat. 1, 259 c. 89. Idem Fam. 15, 4 Scis enim, quam attente te udire ſoleam. Spectare attentius Hor. Epiſt. 2, 1, 197.

ATTENTIO, ōnis. f. [προσοχή, φιληκοΐα] Cic. de Orat. 2, 50 c. 35 Reliqua ſunt in cura, attentione animi, cogitatione, viilantia, *etc.*

ATTENTO, āre. [πειράομαι] *Tentando et periculum faciendo liquem vel aliquid aggredi.* Columel. 1, 4, 5 Simul attentando poſeſſor efficit, vt in id formetur, quod maxime praeſtare poſſit. *Editt. ett.* tentando. Cic. de Aruſp. Reſp. 16 Quum ea attententur eius ingua, cuius antea manu euerſa vos mihi et liberis meis manibus vetris reddidiſtis. Columel. 7, 12, 7 Primum eſt enim non attentari: ecundum eſt laceſſitum fortiter et perſeueranter vindicari. Annoiam attentare et vexare vel Dardanarii maxime ſolent. Vlpian. in l. nnonam. D. de extraord. criminib. Attentari ſententia *dicitur, uum per appellationem, an iuſta fuerit, diſcutitur.* Idem in l. Eleganter. . Tunc enim. D. de Condict. indeb. Tunc enim reſcriptis locum eſſe redendum eſt, quum de ſententia indubitata, quae nullo remedio ttentari poteſt, tranſigitur. Teſtamentum attentare, *i. Conari onuellere, labefactare, rumpere* Valer. Max. 7, 8, *de Metello*, Nec hoc eſtamentum eius quiſquam attentauit. Cic. pro Sext. 9 c. 4 Caiuam propter plurimas belli importunitates ab illa impia et ſcelerata nanu attentari ſuſpicabatur. Idem in Orat. 208 Nam quum is eſt uditor, qui non vereatur, ne compoſitae orationis inſidiis ſua fides ttentetur, gratiam quoque habet oratori voluptati aurium ſeruienti. t Verr. 2, 135 c. 54 Omnium inimicos attente cognoſcere, colloqui, ttentare. Tempus proſperum *laudatur* Tacit. Ann. 12, 68. *Sed ibi t*, aduentaret. Bello aliquem, *i. aggredi* Stat. Theb. 4, 71. Val. rgon. 4, 11 Tum precibus, tum me lacrymis, et ſupplice dextra Atntare veto.

ATTENTATIO, ōnis. f. Symmach. Epiſt. 6, 9 Sanctitate a inanem attentionem comprimere, *i. arbitrio ſuo litem iniuſte intatam finire.*

ATTENVO, āre. [λεπτύνω] *Detrahere, exilius ac tenuius facere.* lin. 11, 37 Lingua leonibus ac pardis, omnibusque generis eius, etiam elibus, imbricatae aſperitatis ac limae ſimilis, attenuansque lambendo utem hominis. Lucret. 1, 318

— tum portas propter ahena
Signa, manus dextras oſtendunt attenuari
Saepe ſalutantum tactu.

Ouid. de Arte Am. 735 Attenuant iuuenum vigilatae corpora noctes. *Metaphor.* A. l Her. 3, 6 c. 3 Huiuſmodi partes ſunt virtutis, amplificandae, ſi ladebimus; attenuandae, ſi ab his dehortabimur, vt haec attenuenr, quae ſupra demonſtraui. Attenuare *igitur eſt, quod vſitatius icitur* Extenuare. Attenuatum bellum atque imminutum Cic. pro ege Manil. 30. *Item* Attenuatae praeliis legiones Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 9. Amor Ouid. R. A. 288. *Sed* Amore Met. 3, 489. Attenuatum icendi genus Cic. de Orat. 3, 31. Curas attenuare Ouid. Triſt. 4, , 18. Inſignem attenuat Deus, Obſcura promens Horat. Od. 1, 34, . Luctus Ouid. ad Liu. 342. Manus Tibull. 1, 4, 48. *Brouckſ. praefert* Atteruiſſe. Opes fame Abſumere Ouid. Met. 8, 844, *Eriſichthone.* Vmbram arboris Catull. 65, 41, *pro frondibus, quae nbram praebent.* Si eo medicamento per pinnam ſaepius nares tactae, usmodi vitia (polypi) attenuata cotidie emendantur Scrib. 51.

ATTENVĀTVS. Partic. [λεπτυνθείς] *Praeter exempla in ipſo rbo iam laudata, nobiles ſunt* Sortes attenuatae Liu. 21, 62 *et* 22, 1. *minores viſae, quod prodigium erat, fraude forte ſacerdotum, pilura arte eas permutantium, procurata. Superlat.* Attenuatiſſima oce vti A. ad Her. 3 c. 14. Fortunae familiaris rei attenuatiſſimae d. 4 c. 41.

ATTENVATE. Adu. [λελεπτυμένως] *Vt*, Cic. de Clar. Orat. 01 c. 55 Oratorum bonorum duo ſunt genera, vnum attenuate, preſſque, alterum ſublate, ampleque dicentium. Hic oppoſuit aduerbio ttenuate, aliud aduerbium Ample.

ATTENVATIO, ōnis. f. [λέπτυνσις] *Senſu rhetorico.* Auor ad Herenn. 2, 3 c. 2 Defenſoris narratio ſimplicem et dilucidam expoſitionem debet habere, cum attenuatione ſuſpicionis.

ATTERMINO, *ſiue* ADTERMINO, āre. *i. Terminare, deire.* Arnob. 3 p. 107 Deos filo adterminatis humano.

ATTĔRO, triui, tritum, ĕre. [παρατρίβω] *Ita admouere ſibi uo corpora, vt vtrique, vel alterutri aliquid decedat.* Plin. 9, 51 Anuillae atterunt ſe ſcopulis. Attrita inter ſe ligna Plin. 2, 107. Aſius atterens ſe ſpinetis Idem 10, 74. *i. Affricans.* Columel. 11, 2, *de vitibus*, Ne tumentes gemmae laedantur, et oculi atterantur. irgil. Georg. 4, 12 — aut errans bucula campo Decutiat rorem, ſurgentes atterat herbas. Celſ. in prooem. lib. 1 Et duce alii raſiſtrato atteri cibum in ventre contendunt. Plin. 8, 5 *de elephanbus*, Amnem tranſituri minimos praemittunt, ne maiorum ingreſſu terente alueum, creſcat gurgitis altitudo. Imbelles atterit haſta anus Propert. 4, 3, 24. Plaut. Perſ. 4, 9, 11 Cuiquam mortali libero ures atteram? *de anteſtatione. Per translationem*, Attrita bellis Aethipia Plin. 6, 29. *Sic de bellorum incommodis* Tacit. Hiſt. 1, 89, 1 Quae otu Vindicis haud perinde plebem attriuerant. Salluſt. in Catil. 16 oſt, vbi eorum famam atque pudorem attriuerat, maiora alia imperaat. *i. Poſtquam ad infamiam et impudicitiam eos adegerat.* Attriuent alteri alteros Salluſt. Bell. Iugurth. 79, *de bello.* Hoſtem attere Flor. 3, 22. *et* Iuſtin. 41, 64. Viriculas patrimonii peregrinaonis attriuerant impenſae Apul. 11 p. 271. Atteruiſſe, *pro* Attriiſſe Tibull. 1, 4, 42 Aut operi inſuetas atteruiſſe manus, *quod probat rouckh. prae altera lectione* Attenuaſſe.

ATTERANEVS. Adi. *Vt*, Fulmina atteranea, quae in inluſo fiunt Sen. Qu. Nat. 2, 49. *Sed eſt mira lectionis varietas.* Ategiata *videtur probare Gronouius. Vid.* ATTEGIAE.

ATTRĪTVS. Partic. [παρατριπτος] Cic. Verr. 4, 94 c. 43, *e ſimulacro Herculis.* Rictus eius ac mentum paullo attritius, quod n precibus et gratulationibus non ſolum id venerari, verum etiam l oſculari ſolent. Anſa attrita Virgil. Ecl. 6, 17. Regio bello acit. Hiſt. 3, 50, 7. Facultatibus attritis Sueton. Galb. 3. Ingeia quotidiano actu forenſi velut attrita — reparantur Quinctil. , 1, 27. Libidinibus mutuis attriti Amatores Petron. c. 81. atrimonium Suet. Auguſto 40. Manus Prop. 4, 5, 50. Opes bellis frequentibus Petr. 116. *Sic ſaepe Liuius.* Toga attrita Martial. 14, 125. Vomer attritus Virgil. Georg. 1; 46. Atteritae opes, *pro* Attritae *in codice Vaticano Taciti legitur* H. 1, 10, 2. *Compar.* Attritius *modo vidimus ex* Cic. Verr. 4, 94 c. 43.

ATTRĪTVS, ûs. m. [πυράτριψις] Apri tela ſua attritu acuentes Sen. de Ira 3, 4. Plin. 9, 45 Contactos piſces, attrituque petrae ſcalpentes pruritum, inuadit. Ex attritu facta Plin. 33, 6. Gemma ad calorem digitorum attritu excitata Solin. 52 (65). Attritus arborum Plin. 8, 32. Attritus calceamentorum Idem 28, 16 *et* 30, 9. Sedis vitia et attritus celerrime ſanat plantago Id. 26, 8.

ATTRITIO, ōnis. f. Mart. Capell. 3 p. 50 Lima — qua ſcabros dentes, — leni attritione purgabat. Lampr. Heliog. c. 19 Nam roſatum ab aliis acceptum pinearum etiam attritione odoratius reddidit.

ATTERTIATVS, a, um. Lixiuium attertiatum Plin. Valer. 1, 29. *hoc eſt, ad tertias vſque decoctum.*

ATTES, *vid.* ATYS.

ATTESTOR, āri. [μαρτύρομαι] *Auget aliquantum ſignificationem ſimplicis. V. g.* Atteſtari memoriam omnium Cic. pro Syll. c. 29. *Nempe ita legendum putamus:* Sed quia ſunt deſcripti conſulares, de his tantum mihi dicendum putaui, quod ſatis eſſet, atteſtanti memoriam omnium, neminem eſſe ex illo honoris gradu, qui non omni ſtudio, virtute, auctoritate, incubuerit ad Rempubl. conſeruandam. *Fluctuat lectio inter* atteſtantem memoriam, *et* atteſtante memoria. Hoc atteſtatur breuis Aeſopi fabula Phaed. 1, 11, 3. Plin. in praef. Hoc atteſtabatur, vel inimico iudici ſe probari poſſe. *Laudatur etiam ex eod.* Plinio 2, 108 Atteſtante Artemidoro, *et ſic editt. vett. Sed a Dalecampio inde legitur*, Artemidori ratione.

ATTESTATIO, ōnis. f. Macrob. Somn. Scip. 2, 9 Deſcribi hoc noſtra atteſtatione non debuit. *Add.* Trebell. Poll. Trig. Tyr. c. 30 Exſtat epiſtola Aureliani, quae captiuae mulieri teſtimonium fert. Nam quum a quibuſdam reprehenderetur, quod mulierem, velut ducem aliquem vir fortiſſimus triumphaſſet, miſſis ad Senatum populumque Roman. literis, hac ſe atteſtatione defendit. *Ponitur deinde epiſtola de laudibus Zenobiae.*

ATTESTĀTOR, ōris. m. [ἐπιμάρτυρ] Plin. Epiſt. 6, 17 Quanquam quis vno te reuerentior huius operis, quis benignior atteſtator? *Sic editt. vett. et plures MSS. Sed editur* Aeſtimator. Ἐπιμαρτυρητής, Gloſſ. Gr. Lat.

ATTESTĀTVS. Partic. [μεμαρτυρημένος] *Teſtimonio comprobatus.* Plin. 10, 43 Reddatur et coruis ſua gratia, indignatione quoque populi Romani atteſtata, non ſolum conſcientia. *Sic editt. vett. Editur nunc* teſtata. Atteſtata dicebantur fulgura, Quae iterato fiebant, videlicet ſignificationem priorum atteſtantia. Feſtus. Senec. Nat. Quaeſt. 2, 49 Fulmina atteſtata ſunt, quae prioribus conſentiunt.

ATTEXO, *ſ.* ADTEXO, ui, tum, ĕre. [προσυφαίνω] *q. d. texendo adiungere.* Cic. de Vniuerſ. 36 Vos autem ad id, quod erit immortale, partem antexitote mortalem. *Conf.* Varro de R. R. 2, 5, 2 Nos interea ſecundum actum de maioribus (pecoribus) adtexamus.

ATTEXTVS, a, um. Apul. Met. 1 p. 260 Adtextis capite crinibus.

ATTHIS, ĭdis. f. [Ἀτθίς] *Cranai filia, quae regioni nomen dediſſe fertur. Nempe* ¶ 2 Atthis *eſt Attica terra.* Lucret. 6, 1114 Atthide tentantur greſſus, *i. in Attica laborant homines frequenter podagra.* ¶ 3 *Pro muliere Attica* Martial. 11, 54 Quale decus formae! Romanam credere matres Italides poſſunt, Atthides eſſe ſuam. *Sic* Sen. Hippol. 106. et Herc. Oet. 200. ¶ 4 *Luſcinia ſic vocatur, quia ex Philomela, Athenienſi puella, in auem mutata eſt.* Martial. 1, 54 Sic vbi multiſona feruet ſacer Atthide lucus. *Sed etiam hirundo* Atthis *eſt eidem Poëtae, nempe Progne Philomelae ſoror*, 5, 68 Hibernas peterent ſolito cum more receſſus Atthides *etc.* ¶ 5 *Plane proprium eſt nomen puellae a Sappho amatae ap.* Ouid. Her. 15, 18 Non oculis grata eſt Atthis, vt ante, meis.

ATTIBERNALIS *vid.* ADTIB.

ATTĬCA. [Ἀτθίς, Ἀττική] *Regio prima Graeciae propriae* Acte, *ſiue* Actica *antiquitus dicta, ab* Acte *ſ.* ἀκτῇ, *quod fere litoralis eſt. Vid.* Plin. 4, 7.

ATTICE, es. f. Celſ. 5, 18, 19 Miſcetur ochra, quae Attice nominatur, *i.* Ἀττική Attica, *vt* Plin. 37, 10 ſ. 66 Gemma Phloginos ochrae Atticae aſſimilata.

ATTĬCVS. Adi. [Ἀττικός] *V. g.* Attica Eloquentia, *i. e. Summa. Vid. Burmann. ad* Quinctil. prooem. lib. 6 De Attico genere dicendi, *quod oppoſitum eſt* Aſiano *vid.* ASIANVS. *et* Quinctil. 12, 10 *paene toto.* Elegantia Ter. Eun. 5, 8, 63. Fides, *i. Sincera* Velleius 2, 23, 4. Adeo certa Athenienſium in Romanos fides fuit, vt ſemper et in omni re, quidquid ſincera fide gereretur, id Romani Attica fieri, praedicarent. Lepos, Hieron. de optimo gen. Interp. Profluuii Attici *mentio* Veget. Mulom. 1, 17, 19. *it.* 1, 38, 4 *de quo nondum comperi melius, quam ad illum locum adſcripſi, nempe intelligi ſimile illi, quo per peſtilentiam Atticam laboratum eſſe docet Thucyd.* 2, 49. Stilus Cic. de Clar. Orat. 167. Subtilitas Idem 67. Atticus *eſt Cognomen Titi Pomponii, quod Attice optime loqueretur.* Nepos Attic. 4, 1 Sic Graece loquebatur, vt Athenis natus videretur.

ATTICVLA *vocatur Attici filia* Cic. Att. 6, 5.

ATTICE. Adu. [Ἀττικῶς] *vt*, Attice loqui, *h. e. lingua Attica.* Cic. de Clar. Orat. 290 Nam ſi quis eos, qui nec inepte dicunt, nec odioſe, nec putide, Attice putat dicere: is recte niſi Atticum probat neminem. *Conf.* Id. de opt. gen. Orat. c. 4.

ATTICISMVS. [Ἀττικισμός] *quis ſit explicemus verbis* Quinct. 6, 3, 107 Meo iudicio illa eſt vrbanitas, in qua nihil abſonum, nihil agreſte, nihil inconditum, nihil peregrinum, neque ſenſu, neque verbis, neque ore geſtuue poſſit deprehendi, vt non tam ſit in ſingulis dictis, quam in toto colore dicendi, qualis apud Graecos Atticiſmos ille, redolens Athenarum proprium ſaporem. Id. 1, 8, 8 In comoediis elegantia, et quidam velut Ἀττικισμὸς inueniri poteſt. Cic. Att. 4, 17 Veſtorio dandi ſunt dies, et ille Latinus Ἀττικισμὸς ex interuallo reguſtandus. *Hinc*

ATTICISSO, āre. [Ἀττικίζω] *Atticum illum genium habere.* Plaut. Men. prol. 12 Hoc argumentum Graeciſſat, tamen Non Atticiſſat verum Siciliſſat. *Sed ſimpliciter Graece loqui ſignificat* Apul. Flor. p. 362, 12 Nam et Perſius, quamuis et ipſe optime Latine poſſit, tamen hodie nobis ac vobis Atticiſſabit.

ATTIGO, *ſ.* ADTIGO, *ſine* n *a veteribus fuiſſe vſurpatum, probat* Nonius 2, 60 *pro* Attingo, *vt nempe ipſum* Tago. Plaut. Aſin. 2, 2, 106

106 Hercle vero tu cauebis, ne me attigas. *Idem* Moſt. 2, 2, 37 Abſcedite, aedes ne attigatis. *Sic Edd. vett. et recte, puto. Poſtea* attingite. Non. l. c. *ex* Turpil. Leucad. Ne me attigas, atque aufer manum. Accius Erigonis: Age age, amolire, amitte, caue veſtem attigas. *Citat etiam* Plaut. Bacchid. 3, 3, 41 Ne attigas puerum iſtac cauſa, quando fecit ſtrenue. *Sed editum in Gron.* attingas. *Plura id genus dabit Pareus Lex. Crit.*

ATTIGVVS. [προσαφὴς] *ab* Attigo; *quod ita vicinum eſt, vt attingat.* Apul. 4 p. 148, 7 Domus attiguae fortunas arbitraturus. *Et* p. 155, 27 Iamque proximas ciuitates et attiguas regiones fama peruaſerat. *Et* 6 p. 178, 18 Percuſſis frondibus attigui nemoris. *Sic* Contiguus. *Add.* Aggen. Vrb. p. 68.

ATTILIVS, *vid.* ATILIVS.

ATTĬLVS, Piſcis in Pado, inertia pingueſcens, ad mille aliquando libras, catenato captus hamo, nec niſi boum iugis extractus. Plin. 9, 15 ſ. 17.

ATTIN, *vel* ATTIS, *vid.* ATYS.

ATTINAE, arum. f. In ſpecie maceriarum congerunt lapides, et attinas appellant, *Sic* Flacc. p. 4 *quod nimirum ſe inuicem contingunt.*

ATTINCTVS, *vid.* ADTINCTVS.

ATTĬNEO, *ſ.* ADTINEO, ui, ĕre. [κατέχω] *Augere aliquantum videtur ſignificationem verbi ſimplicis Tenere.* Plaut. Capt. 2, 2, 16 Nunc iam cultros attinet, *i. admouit, et applicat.* Tacit. Ann. 1, 35 Ni proximi prehenſam dextram vi attinuiſſent. Idem Hiſt. 2, 14 Deletae omnes copiae forent, ni victorem exercitum attinuiſſet obſcurum noctis. *Et* Salluſt. Bell. Iugurth. c. 116 Attinuiſſe Numidam ſpe pacis. *Sic* Neu prolatandis ſeditionibus nos in ſolicitudine attineas Sall. Orat. Philippi n. 16. *Iterum* Tacit. Ann. 3, 36 Precabantur Druſum, daret vltionis exemplum, donec accitam conuictamque attineri publica cuſtodia iuſſit. Tacit. Ann. 13, 27 Quos vindicta patronus non liberauerit, velut vinculo ſeruitutis attineri. Idem Ann. 13, 37 Satis comperto, Vologeſen defectione Hyrcaniae attineri ſuadet Tiridati precibus Caeſarem aggredi. *Item* Ann. 1, 50 Ob amiſſum Auguſtum diſcordiis attinemur. *Et* Ann. 14, 56 Seneca rarus per vrbem, quaſi valetudine infenſa, aut ſapientiae ſtudiis domi attineretur.

ATTINET, [προσήκει] *fere imperſonaliter legitur, pro Pertinet, decet, conuenit. Sed etiam ſubſtantiua admittit ſingularia pariter et pluralia.* Cic. Acad. 4, 37 Nihil attinet de aſſenſione omnino loqui. De quo quid ſentiam, nihil attinet dicere Cic. Fam. 4, 7. Neque enim attinet repugnare naturae Id. Off. 1 c. 31. Nec quae nihil attinent *ſc. ad amores* Hor. Carm. 1, 19, 12. Cic. de Fin. 4, 38 Si igitur illa cultura vitium in vite inſit, ipſa caetera, credo, velit, quae ad colendam vitem attinebunt, ſicut antea, *etc.* Aliena eaque, nihil quae ad te attinent Ter. Heaut. 1, 1, 24. Id. Adel. 2, 1, 32 Iamne me vis dicere, quod ad te attinet? *Vbi* Donatus, Quod tibi prodeſt et commodum eſt? Hoc ad me attinet, Nihil ad me attinet Plaut. Bacch. 2, 2, 51 Negotium ad me attinet aurarium. Ter. Andr. 1, 2, 16 Nihil ad me attinet. Idem Adel. 3, 3, 82 Illum curo vnum, ille ad me attinet. Quid iſtuc ad me attinet? Plaut. Epid. 1, 1, 70. Cic. pro Roſc. Amer. 120 c. 41 Seruos ipſos, quod ad me attinet, neque arguo, neque purgo. Quam ad rem dicam, hoc attinere ſomnium? Plaut. Rud. 3, 1, 19. Hor. Epod. 4, 17 Quid attinet tot ora nauium graui Roſtrata duci pondere Contra latrones?

ATTINGO, *vel* ADTINGO, ĭgi, actum, ĕre. [ἅπτομαι, ἐφάπτομαι, ἐπιψαύω] *Leuiter tangere, tangendo accedere.* Virg. Ecl. 5, 26 — nec graminis attigit herbam *nedum guſtauit.* Ter. Adel. 2, 1, 24 Tetigin' tui aliquid? C. ſi attigiſſes, ferres infortunium. *Vbi* Donatus, Plus dixit Attigiſſes, quam Tetigiſſes. Eſt enim multo minus Attingere, quam Tangere. Idem Eun. 4, 6, 2 Atqui ſi illam digito attigerit vno, oculi ilico effodientur. *Vbi* Donatus, Digito vno, Moris comminantium eſt, ad exiguum reuocare commiſſa, quae ſe vlturos praedicent. *Iam Subſtantiua ponamus, quibus accuſandi caſu iungitur.* Aquam attingere mento Cic. Tuſc. 1, 10 c. 5. *de Tantalo.* Quum per aetatem nondum huius auctoritatem loci attingere auderem Cic. pro L. Man. c. 1 *al. male* contingere. Plaut. Merc. prol. 32 Hoc ideo fit, quia quae nihil attingunt ad rem, nec ſunt vſui, haec amator profert ſaepe aduerſo tempore. Nihil attingunt, *i. plane non tangunt, nihil ad rem faciunt.* Caeſ. Bell. Gall. 4, 33 Ipſe hora circiter diei quarta, cum primis nauibus Britanniam attigit. Cic. de Orat. 2, 1 Opinio fuit, L. Craſſum non plus attigiſſe Doctrinae, quam quantam prima illa puerili inſtitutione potuiſſet. Cic. Fam. 5, 8 De me ſic exiſtimes, ac tibi perſuadeas vehementer velim, me non, *etc.* ſed, vt primum Forum attigerim, ſpectaſſe ſemper, vt tibi poſſem quam maxime eſſe coniunctus. *Add.* 15, 16. Forum attingere *eſt ad res agendas, accuſandum, defendendum, ſuffragium ferendum accedere.* Cic. Att. 6, 9 Procura, quantulacunque eſt, Pretianam Hereditatem, prorſus ille ne attingat. Leuiter aliquid in tranſitu Quinctil. 7, 3, 27. Librum aliquem ſtrictim Cic. Att. 2, 1. Id. de Orat. 1, 82 Namque egomet, qui ſero ac leuiter Graecas Literas attigiſſem. *Et* de Aruſp. Reſp. 7 Heſterno die, quum mihi ſtanti tacens minaretur, voce tantum attigi Legum initium et iudicii. conſedit ille. *Clodium intelligit.* Cic. Off. 1, 18 c. 6 Ex quatuor locis, in quos honeſti naturam vimque diuiſimus, primus ille, qui in veri cognitione conſiſtit, maxime Naturam attingit humanam, *i. ad eam pertinet, naturalis eſt.* Cic. de Legib. 2, 13 Quid quod multa pernicioſe, multa peſtifere ſciſcuntur in populis, quae non magis legis nomen attingunt, quam ſi latrones aliqua conſeſſu ſuo ſanxerunt? *i. e. Non magis ſunt leges, etc.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 1, 5 Attingit etiam a Sequanis et Heluetiis flumen Rhenum: vergit ad Septentriones. Cic. Att. 5, 20 Perrexi in Ciliciam per Cappadociae Partem eam, quae Ciliciam attingit. Id. de Orat. 2, 201 c. 49 Quod eſſe in arte poſitum videbatur, vt de lege Apuleia dicerem, vt quid eſſet minuere maieſtatem explicarem, perquam breviter perſtrinxi atque attigi. Cic. pro Sext. 68 Quisquis erat, qui aliquam partem in meo luctu ſceleris Clodiani attigiſſet, quocunque venerat, *etc.* Id. Att. 2, 22 Rempublicam nulla ex parte attingimus in cauſis: atque in illa opera noſtra forenſi ſumma induſtria verſamur. Reipubl. partem curamque Suet. Tib. c. 13. Cic. de Fin. 4, 76 Priorem autem illi egregie tradiderunt, hi omnino ne attigerunt quidem. *i. e. Nullam prorſus mentionem de ea fecerunt.* Plin. in praefatione operis, Iam omnia attingenda, quae Graeci τὰς ἐγκυκλοπαιδείας vocant. Cic. pro Caecin. 49 c. 17 Poteſtne detrudi quisquam, qui non attingitur? nonne, ſi verbum ſequi volumus, hoc intelligamus neceſſe eſt, eum detrudi, cui manus afferantur? neceſſe eſt inquam, ſi ad verbum rem volumus attingere, neminem ſtatu detruſum, qui non adhibita vi, manu demotus et actus praeceps intelligatur. *Sed praetulerim virorum doctorum coniecturam* aſtringere. Col. 1, 8, 3 *de Vilico,* Iamque is tranſcenderit aetatem primae Iuuentae, nec dum Senectutis attigerit. Rem vnamquamque ſingulatim attingere Cic. de Inu. 1, 91 c. 52. Strictim attigiſti Id. Att. 2, 1. Studia leuiter Suet. de Clar. Gram. c. 9 ¶ 2 *Sed et alias formulas parit.* Cic. Q. Frat. 1, 1 De his rebus, ne quid attingat. Id. de Legib. 2, 3 Sed nimirum me alia quoque cauſa delectat, quae te non attingit ita. *Et* de Fin. 5, 24 Quum anima proceſſit paullum, et quatenus quidquid ſe attingat, ad ſeque pertineat, perſpicere coepit, tum ſenſim incipit progredi, ſeſeque agnoſcere et intelligere. Cic. Att. 9, 11 Si qua de Pompeio noſtro tuendo, et tibi ac Reip. reconciliando cura te attingit, *i. Si qua eſt tibi cura etiam minima.* Digito caelum attingere dicuntur, *qui ſupra mortalium conditionem, ac diis proximi eſſe videntur.* Cic. Att. 2, 1 Noſtri autem principes digito ſe caelum putant attingere, ſi muli barbati in piſcinis ſunt, qui ad manum accedant. Id. Tuſc. 5, 55 Laelius ſi digito quem attigiſſet, poenas dediſſet, *i. Si vel leuiſſime tetigiſſet, vt ſupra iam indicatum eſt.* Porcius Licinius epigrammate *apud* Gellium 19, 9 Si Digito attigero, incendam ſiluam ſimul omnem. *It.* pro Cael. 28 c. 12 Et audiui non modo, qui primoribus labris guſtaſſent genus hoc vitae, et extremis (vt dicitur) Digitis attigiſſent, ſed qu… totam adoleſcentiam voluptatibus dediſſent. Cic. de Fin. 3, 30 I… ita eſſe ſic probant, quod antequam voluptas aut Dolor attigerit, ſa…lutaria appetant parui, aſpernenturque, *etc.* Liu. 27, . . . Se… erant perpauci, quos ea infamia attingeret. Cic. Fam. 3, 10 Qu… ſtudio prouidit, ne qua me illius temporis Inuidia attingeret. Id de Orat. 1, 87 c. 19 Haec autem eſſe penitus in media philoſophia retruſa atque abdita, quae iſti rhetores ne primoribus quidem Labri attigiſſent. Sanguine aliquem attingere Plin. Epiſt. 7, 24. Cic Verr. 2, 27 c. 10 Quo quisque te maxime cognatione, affinitate, Neceſſitudine aliqua attingebat. Id. Att. 2, 24 Deinde, quos in Senat… ne tenuiſſima quidem ſuſpicione attigerat, eos nominauit. *It.* pr… Arch. 28 Quas res nos in Conſulatu noſtro vobiſcum ſimul pro ſalut… huius vrbis atque imperii, et pro vita ciuium, proque vniuerſa re… publ. geſſimus, attigit hic Verſibus, atque inchoauit. *Et* pr… Roſc. Amer. 59 c. 28 Vsque eo animaduerti, Iudices, cum iocari, a… que alias res agere, ante quam Chryſogonum nominaui. quem ſimu… atque attigi, ſtatim homo ſe erexit. *Vbi* Vet. Schol. Bene dixit *Attig…* potentem, et qui ſe nollet nominari. Cic. pro Arch. 17 Quod … ipſi haec neque attingere, neque ſenſu noſtro guſtare poſſemus, tame… ea mirari deberemus.

ATTINGENS, entis. Aequalis aſtris gradior, et cunctos ſupe… Altum ſuperbo vertice attingens polum Sen. Thyeſt. 886.

ATTACTVS. Partic. *vt*, Attactus telis Sil. 11, 147. Fu…mine attactus Inſcriptt. *de Arualibus Fratribus paſſim. Vid. Geſner.* p… Catonem p. 127 *ſq.*

ATTACTVS, ûs. m. [ἐπαφὴ] Virg. Aen. 7, 350 *de ſerpent… quem Alecto in ſinum Amatae coniecerat,* Ille inter veſtes, et laeuia p…ctora lapſus Voluitur attactu nullo. *Vbi* Seru. Sine morſu, ſine ſenſ… Varro de R. R. 2, 5, 8 Corium attactu non aſperum ac durum *poſtul… in genere bubulo.* Pall. 1, 35, 11 Mures ruſticos, ſi querneo cinere ad…tus eorum ſatures, attactu frequenti ſcabies occupabit et perimet.

ATTIS, *vel* ATTYS, *vid.* ATTHIS, *it.* ATYS.

ATTOLERO, āre. *Laudatur* Atria attolerabant ſtatuas palmar… deae Apul. Met. 2. Elmenh. p. 116 attollebant.

ATTITV̆LO, āre. *Titulum apponere.* Rufinus de Origene, … his libris, quos περὶ ἀρχῶν attitulauit.

ATTŎLLO, ĕre. [ἐπαίρω, αἰωρέω, μετεωρίζω] *Aliquantum Toll…re, Erigere.* Plaut. Caſ. 4, 4, 1 Senſim ſuper attolle limen pedes nou… nupta. Liu. . . . . Quumque ſe quisque attollere ac leua… vellet. Frangit et attollit vires in milite cauſa Prop. 4, 6, … Hor. Epiſt. 1. 17, 58 Nec ſemel irriſus triuiis attollere curat Fr… crure planum. Liu. 8, 7 Quem cuſpide parmaque innixum, attolle…tem ſe a graui caſu, Manlius ab iugulo ita, vt per coſtas ferrum em…neret, terrae affixit. Plin. 24, 10 Item chamaeciſſon appellant hed…ram, non attollentem ſe a terra, *i. ſerpentem humi.* Arcadia attoll…tur in montes ſex atque LXX Plin. 4, 6. Arcem tectis attollere Vir… Aen. 3, 134 *Vbi* Seruius, Id eſt domos aedificare. Arenae attollu…tur Virg. Aen. 9, 714. Colles alti attolluntur, *h. e. Aſſurgunt et e…vantur* Plin. 12, 14. Gloria ſe attollit Virg. Aen. 4, 176. Ide… Georg. 4, 217 Et ſaepe attollunt humeris. Tacit. Ann. 6, 37 Nunti…vere accolae, Euphratem nulla imbrium vi ſponte et immenſum a…tolli. In caelum Plin. 21, 7. Frontem, *i. adducere* Quinct. 11, 3, 7… Iras attollere Virg. Aen. 2, 381. Mentem Quinct. 1, 2, 18. Col…mel. 8, 2 Quin attollentem Minas ſerpentem, vel alind noxium an…mal interficere. Malos attolli iubet Virg. Aen. 5, 829 *Vbi* Seruiu… *i. e.* Vela per malorum volubilitatem leuari: nam cum nauigaren… non dubium, quin olim erexerint arbores. Molem Virg. Aen. 2, 18… *i. aedificare, de equo Troiano.* Muros attollere Sil. 15, . . Nome… attollitur ad ſidera Lucan. 7, 11. Oculos attollere, *Suſpicere* Vir… Aen. 4, 688. Liu. 6, 16 Nec aduerſus Dictatoriam vim, aut Tribun… plebis, aut ipſa plebs attollere oculos, aut hiſcere audebant. Attoll… Pallium Ter. Eun. 4, 6, 31. *de eo, qui metu confuſus pallium ſibi deflu… paſſus erat.* Celſ. 5, 26 Hiſtrionis eſt paruam rem attollere. *Si…* Quinct. 8, 6, 68 Aut Res per ſimilitudinem attollimus, aut per com…parationem, aut ſignis quaſi quibusdam *etc.* Plin. 2, 70 Neque enim (vt dixere aliqui) Mundus hoc polo excelſiore ſe attollit: aut vndi…que cernerentur haec ſidera. *Et paullo ante,* Attollente ſe contra me…dios viſus terrarum globo. Se attollere *Vrbes ac Montes dicuntur quum e longinquo accedentibus paullatim aſſurgere videntur.* Virg. Aen. 3, 552 Hinc ſinus Herculei (ſi vera eſt fama) Tarenti Cernitur: attoll… ſe diua Lacinia contra, *i. Iunonis Laciniae templum.* Quinct. 1, 2, … Attolli ſupra modum ſermonis, *i. magis intendere vocem, quam in ſer…mone. Sic* 2, 4, 9 Fiunt humiles — qui nihil ſupra quotidianum ſermonem attollere audeant. Celſ. 1 in prooem. Tum requirunt etiam quare venae noſtrae modo ſubmittant ſe, modo attollant. Plaut. Ca…ſin. 2, 6, 5 Quid ſi propius attollamus ſigna, eamusque obuiam *Metaphora a re militari ducta.* Attollere, Auferre. Pacuuius Med… Cuſtodite iſtum vos, ne eum quis attollat, neue quis attingat. Noni… 4, 35. *Quod e* Plinio 11, 39 *probare volunt* Attollere partum *eſſe edu…care, nihil eſt. Verba ita habent:* Ne feminae quidem in pector… *habent mammas,* niſi quae poſſunt partus ſuos attollere. *Caetera nem… animalia habent vbera ad imum ventrem.*

ATTOLLENS. Partic. [ἐπαίρων] *Praeter iam allata* Sil. 16, 44… De equo Panchatis, — tum mollia crura ſuperbi Attollens greſſu magno clamore triumphat. Timidum ad limina Lumen Ouid. Met. 10, 293. Ora pallida Virg. 1, 358. *Conf.* Id. 4, 690.

ATTONDEO, di, ſum, ēre. [ἐπικείρω] *Auget ſignificationem ſimplicis.* Attondere ad cutem Scribon. Comp. 10. Plaut. Capt. 2, 2, 18 Sed vtrum, ſtrictimne attonſurum dicam eſſe, an per pectinem, neſcio. Verum ſi frugi eſt, adnubilabit probe. *Sermo eſt de auro, quo defraudandus eſt ſenex, vt* Bacchid. 5, 1, 9 Is me ſcelus aurō vsque attondit doctis indoctum dolis. Attondere vlmos Plaut. Epid. 2, 3, 6. Virgulta Virg. Ecl. 10, 7.

ATTONDENS. Partic. [ἐπικείρων] Virg. Georg. 2, 406 — curuo Saturni dente relictam Perſequitur vitem attondens.

ATTONSVS, Partic. [ἐπικεκαρμένος] Celſ. 4, 3 Neque inutile erit caput attonſum habere. Attonſa arua Lucan. 6, 84. *Metaph.* Cic. Tuſc. 5, 49 c. 7 Et eſt in aliqua vita praedicabile aliquid et gloriandum, ac prae ſe ferendum: vt Epaminondas, (*ſcil. gloriatus eſt*) Conſiliis noſtris laus eſt attonſa Laconum.

ATTŎNO, ui, ĭtum, āre. [ἐκπλήσσω] *Verbum rariuſculum, cuius tamen Participium frequentiſſimi vſus, veluti tonitru ſtupeſacere ſignificat.* Ouid. Epiſt. 4, 50 Aut quas ſemideae Dryades, Faunique bicornes Numine contactas attonuere ſuo. Quis furor — veſtras Attonuit mentes Ouid. Met. 3, 532. Sen. Epiſt. 19 *dictum Maecenatis refert,* Ipſa altitudo attonat ſumma: hoc voluit dicere, Attonita habet ſumma. *Quam improbaret hanc formam dicendi, oſtendit, cum adiicit,* Eſt ergo tanti vlla potentiā, vt ſit tibi tam ebrius ſermo? *Et Maecenas et Seneca hoc voluere, ſumma peti tonitru et fulmine.*

ATTONĬTVS. Partic. [ἀπόπληκτος, ἐμβροντητὸς, ἐκςατικὸς] Virg. Aen. 3, 172 Talibus attonitus viſis, ac voce deorum. *Vbi* Seruius, *h. e.* Talibus deorum vultibus, vnde ſequitur, Ac voce deorum. nam et voce ſe dicit attonitum et viſis. Attonitus vero eſt Stupefactus. Nam proprie Attonitus dicitur, cui caſus vicini fulminis et ſonitus tonitruum dant ſtuporem. *Haec Seruius. Diſertius* Celſ. 3, 26 Attonitos quoque raro videmus, quorum et corpus et mens ſtupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo: ἀποπληξίαν hunc Graeci appellant. His ſanguis mittendus eſt *etc.* Animis attonitis haeſere Virg. Aen. 5, 529. Aures attonitae Sen. Herc. Oet. 1129. Arces Sil. Ital. 4, 7. *vid.* Vrbs. Caterua Stat. Silu. 5, 1, 118. *i. furens, de Bacchis.* Cor Ouid. Met. 11, 709. Virg. Aen. 6, 53 — nec enim ante dehiſcent Attonitae magna ora domus. *Vbi* Seruius, Attonitae domus, Stupendae, non Stupentis. Ergo Attonitae, Facientis attonitos: vt, Mors pallida, triſtis ſenectus. Greſſu attonito fertur Sen. in Octau. 435. Quos raperis laniata comas ſimiliſque furenti? Quo tuis? attonita quid petis ora Manu Albin. *ad* Liu. 317. Mentis attonitae ſtupor Sen. in Troad. 442. Oculis attonitis metiri aliquid, *i. Continuo intuitu nusquam alio verſa acie* Claud. Sec. Conſ. Stilich. 70. Pectus Sen. in Herc. fur. 302. Plin. 29, 1 Simul contra attonitas quorundam perſuaſiones, qui prodeſſe niſi pretioſa non putant. Vates attonitus, *Raptus Bacchi numine et Appollinis* Hor. Carm. 3, 19, 14. Fanatici Vigiles vino ſtrepitibusque attoniti Liu. 39, 15. Vrbes Flacc. Argon. 3, 209. Iuuen. Sat. 4, 77. *et* Claudian. de Bell. Gild. 84. Alter ante lucem ſimilis attonito patroni cubiculum irrupit Suet. Claud. c. 37. *Add.* Curt. 8, 6, 6. *Heinſ. Lect. Theocr. c. 6.* Attonitus nouitate ac miraculo Liu. 1. Monſtris Virg. Aen. 5, 659. Nouitate attoniti pauent Ouid. Met. 8, 681. *Cum Genit.* Sil. 6, 231 Attonitus ſerpentis equus. *Etiam* 10, 370 Attonitum viſi *malit Heinſ. pro* viſis: viſus lederat *Gryph. Et 14, 246 vbi editur,* Attonitos caeli viſu: *malint viri docti,* Attonitos caeli viſus, *i. oculos caeli conſpectu attonitos.*

ATTONITE. Adu. [ἐκςατικῶς] Plin. 30, 1 Britannia hodieque eam attonite celebrat tantis caerimoniis, vt dediſſe Perſis videri poſſit. *De magia loquitur.*

ATTORREŌ, ēre. Attorrere nuces Apic. 4, 2. Attorretur in clibano Id. 7, 5.

ATTRAHO, xi, ctum, ĕre. [ἐφέλκω, ἐπισπάω] *Ad ſe trahere.* Cic. Verr. 3, 61 Adducitur a Venereis, atque adeo attrahitur Lollius commode. *Gradatio eſt: Vim adhibitam indicat.* Liu. 29, 9 Tribunos attrahi ad ſe iuſſit. Cic. in Salluſt. 14 c. 5 Bis ad iudicum ſubſellia attractus. Cic. Verr. 2, 1 Ea me ad hoc negotium prouincia attraxit. *Indicat ſe non lubentem, ſed officio coactum accuſare.* Cic. de Amicit. 50 c. 14 Quod ſi etiam illud addimus, quod recte addi poteſt, nihil eſſe, quod ad ſe rem vllam tam alliciat, tam attrahat, quam ad amicitiam ſimilitudo, concedatur, *etc. Gradatio.* Plin. 37, 3 ſ. 12 *de electro,* Caeterum attritu digitorum accepta caloris anima attrahunt in ſe paleas, et folia arida, vt magnes lapis, ferrum. *Sic Hard. Al.* Vi caloris attrahunt. Plin. 11, 37 Sub corde pulmo eſt, ſpirandique officina, attrahens ac reddens animam. Cic. ad Brut. 17 O magnam ſtultitiam timoris! id ipſum quod verearis ita cauere, vt quum vitare fortaſſe potueris, vltro arcerſas et attrahas. Quae cauſa attraxerit Arpos Virg. Aen. 11, 250. Attrahere lora Ouid. de Rem. Amor. 397.

ATTRAHENS, entis. Magnes ferrum Plin. 36, 16.

ATTRACTVS. Partic. [ἐφελχθεὶς] *vt,* Virg. Georg. 3, 505 Tum vero ārdentes oculi, atque attractus ab alto Spiritus, interdum gemitu grauis. *Indicat difficilem reſpirationem. Add.* Catull. 15, 18 Quem attractis pedibus, patente porta Percurrent raphanique mugilesque. *Compar.* Sen. Benef. 4, 31 Quum Pollionis attractiorem vidiſſet frontem.

ATTRACTVS, ûs. m. Celſ. 7, 29 *vbi tamen aeque bene participium eſſe poterit.* Cimex horridus attractu Samon. 931. *i. odore.*

ATTRACTIO, ōnis. f. [ἑλκυσμὸς] Attractionem *apud* Quinctilianum *legunt quidam pro eo poſitam, quod* Donatus Aduerbia congregandi *vocat, qualia ſunt,* Summatim, viritim, oſtiatim, *et hoc genus. Eius verba ſunt haec* 1, 4, 20 Nihilominus fuerunt, qui ipſum adhuc *Vocabulum* ab *Appellatione* diducerunt: vt eſſet *Vocabulum*, corpus viſu tractuque manifeſtum, Domus, lectus: *Appellatio* cui vel alterum deeſt, vel vtrumque, Ventus, caelum, deus, virtus. Adiiciebant et *Aſſeuerationem*, vt Heu: et *Attractionem*, vt Faſceatim: quae mihi non approbantur. *Sed lectio incerta eſt; nam quidam MSS. Codices* Tráctationem, *plerique* Attrectationem *exhibent.* Ne poma rugarum deformet attractio Pall. Apr. 4, 3.

ATTRACTORIVS. Adi. Virtus attractoria Macer 4, 19.

ATTRECTO, āre. [ψηλαφάω, μεταχειρίζω] *Videtur aliquanto plus eſſe, quam Tractare, et iniuriae notionem includere.* Liu. 5, 22 Quod id ſignum more Hetruſco, niſi certae gentis ſacerdos, attrectare non eſſet ſolitus. *Sic* Attrectare contaminatis manibus Cic. de Aruſp. reſp. 26 c. 13 Attrectare ſacra Virg. Aen. 2, 719. Gell. 11, 18 Qui alienam rem attrectauit, quum id ſe inuito domino facere, iudicare deberet, furti tenetur. *Sabini ICti verba. Add.* Plaut. Rud. 2, 4, 7. Tac. Ann. 3, 52, 4. Curt. 10, 10, 13. Cic. pro Cael. 20 Eſt enim dictum ab illis, fore qui dicerent vxores ſuas a coena redeuntes attrectatas eſſe a Caelio. Suet. Ner. c. 26. *de ead. re.*

ATTRECTANS, antis. Indecore attrectans cominus cuncta Apul. de Mundo p. 252.

ATTRECTATVS, a, um. Res furti faciendi cauſa attrectatae Gell. 11, 18. Ferrum Sol. c. 35.

ATTRECTATIO, ōnis. f. Attrectatio violentiſſima Sen. Controu. 4, 25. *Conf.* Gell. 11, 18 Furtum ſine vlla quoque attrectatione fieri poſſe, ſola mente atque animo, vt furtum fiat, annitente. Manus Pall. Mart. t. 12. Attrectatio et tactus Lampr. Hel. c. 12. *Conf.* Apul. Triſm. p. 97. *De parte orationis,* Attrectatione, *vid. modo* ATTRACTIO.

ATTRECTATVS, ûs. m. [ψηλάφησις] Cic. Tuſc. 2, 50 c. 21 Nam attrectatu, et quaſſu ſaeuum amplificatis dolorem.

ATTRĔMO, ui, ĕre. [ἐπιτρομέω] *vt,* Attremere oranti, *Ad vocem alicuius contremiſcere.* Stat. Theb. 8, 81 Dixerat, atque illi iamdudum regia triſtis Attremit oranti, ſuaque, et quae deſuper vrget, Nutabat tellus. *De Plutone. Et 3, 309 de Ioue* Terras, caelumque, fretumque, Attremere oranti.

ATTREPIDO, āre. *Senili gradu accedere. Fictum comica laſciuia a* Plauto Poen. 3, 1, 41 Attrepidate ſaltem, nam vos approperare haud poſtulo.

ATTRIBVLATVS, a, um. Folliculus bene tritus et attribulatus Macer 4, 6.

ATTRIBVO, ui, ūtum, ĕre. [προσάπτω, προσνέμω, ἀνατίθημι] *Tribuere, adſcribere, aſſignare, ſiue id verbis tantum fiat, ſiue effectum habeat.* Cic. de Natur. Deor. 3, 89 c. 37 At non nunquam bonos exitus habent boni. Eos quidem arripimus, attribuimusque ſine vlla ratione DIs immortalibus. *Et* Fam. 2, 16 Nam ad Senatum Bibulus quas literas miſit, quod in iis mihi cum illo erat commune, ſibi ſoli attribuit. Cic. Verr. 5, 105 c. 41 Fit clamor et admiratio populi, tantam eſſe in homine impudentiam atque audaciam, vt aut aliis cauſam calamitatis attribueret, *etc.* Idem Verr. 5, 134 Aut ſi vni attribuenda culpa ſit, in eo maximam fuiſſe. *Et* Att. 2, 1 Quod Sicyonii te laedunt, Catoni et eius aemulatori attribuas Seruilio. Cic. pro Roſc. Amer. 9 c. 4 Huc accedit ſummus timor, quem mihi natura pudorque meus attribuit, *i. dedit, tribuit.* Liu. 1, 20 Pontificem deinde Numa Marcium Marci filium ex Patribus legit: eique omnia exſcripta exſignataque attribuit, quibus hoſtiis, quibus diebus, ad quae templa, ſacra fierent. Curam attribuere Liu. 26, . . Cic. de Inuent. 1, 99 c. 52 Res autem inducetur, ſi alicui rei huiusmodi, legi, loco, vrbi, monumento attribuetur oratio per enumerationem. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 24 Copias vndique omnes ex nouis delectibus, ad ſe cogi iubet. ſeruos paſtores armat, his equos attribuit. Cic. Att. 12, 28 Lentulum puerum viſas, eique de mancipiis, quae tibi videbitur, attribuas. Caeſ. Bell. Gall. 7, 81 Noſtri, ſicut ſuperioribus diebus, vt cuique erat locus attributus, ad munitionem accedunt. Plin. 16, 37 Tertium locum ei in aeſtimatione ruris Cato attribuit. Liu. 39, 44, *de cenſura Catoniana,* In cenſibus quoque accipiendis triſtis et aſpera in omnes ordines cenſura fuit. Ornamenta, et veſtem muliebrem, et vehicula, quae pluris quam quindecim millium aeris eſſent, in cenſum referre viatores iuſſit. Item mancipia minora annis viginti, quae poſt proximum luſtrum, decem millibus aeris, aut eo pluris vaeniſſent, vti ea quoque decies, tanto pluris, quam quanti eſſent, aeſtimarentur, et his rebus omnibus terni in millia aeris attribuerentur. *h. e. Tributi nomine ſtatuerentur. Volens enim Cato homines a luxu deterrere, pluris decies delicatam veſtem et venuſta mancipia, quam quanti vendi poſſent, aeſtimauit, et in aeris ſingula millia ternos aſſes tributi conſtituit. Budaeus. Et firmat, atque lectionem, quam dedimus,* decies tanto, *pro qua editur* decem tanto, *defendit Gronou. de Pec. vet. 4, 1.* Plin. 3, 20 Dein Camuni, compluresque ſimiles finitimis attributi municipiis, *in quibus nempe cenſerentur, eorumque adeo ciues eſſent.* Attributa ſidera ſingulis nobis Plin. 2, 8. Cic. pro Sext. 66 Qui locus orbis terrae iam non erat alicui deſtinatus? cuius negotii publici cogitari, optari, fingique procuratio potuit, quae non eſſet attributa atque deſcripta? Caeſ. Bell. Gall. 3, 14 Neque ſatis Bruto, qui claſſi praeerat, nec Tribunis militum, Centurionibusque, quibus ſingulae naues erant attributae, conſtabat, quid agerent. Attributos quod appellas, valde probe Cic. Att. 13, 22. *i. Aſſignatos tibi a me, a quibus exigas.* Varro de L. L. 5, 36 p. 42, 19 Tributum dictum a tribubus, quod ea pecunia, quae a populo imperata erat, tributim a ſingulis pro portione cenſus exigebatur. Ab hoc ea, quae aſſignata erat, Attributum dictum. Ab eo quoque, quibus attributa erat pecunia, vt militi reddant, Tribuni aerarii dicti. Id, quod attributum erat, aes militare. Cic. Verr. 1, 34 c. 13 Ne diutius teneam, pecunia attributa, numerata eſt. profectus eſt Quaeſtor in prouinciam. *Quae verba exponens* Aſconius, Pecunia, *inquit,* Attributa, eſt Quae in ſtipendium militum de aerario a Tribunis aerariis adnumerari Quaeſtori ſolet. Cic. in Piſon. 86 Nonne ſeſtertiûm centies et octogies, quod quaſi vaſarii nomine in venditione mei capitis adſcripſeras, ex aerario tibi attributum Romae in quaeſtu reliquiſti? Idem Phil. 14 *extr.* Quaeſtores vrbanos ad eam rem pecuniam dare, attribuere, ſoluere, iubeant. Liu. 40, 46 Cenſoribus poſtulantibus, vt pecuniae ſumma — ſibi attribueretur. *Verum priuatas, etiam pecunias dici* attribui, *docet illud* Cic. Att. 13, 2 Faberius ſi venerit, videbis, vt tantum attribuatur, ſi modo attribuetur, quantum debetur. *i. aſſignetur. Et* 16, 1 Ait enim attributionem in Idus, ſe autem vrgeri acriter, *i. pecuniae ſibi aſſignatae diem eſſe Idus: ſed ſe prius opus habere.* Cic. Philipp. 9, 6 Quantique locarint, tantam pecuniam redemtori ſoluendam, attribuendamque curent.

ATTRIBVTVS, a, um. *Praeter dicta, vid.* Caeſ. B. G. 7, 81. Plin. 2, 8. *Sic* Liu. 40, 51 *Cenſores* opera ex pecunia attributa, diuiſaque inter ſe haec confecerunt.

ATTRIBVTIO, ōnis. f. Ex his etiam attributionibus, ſacer an profanus, publicus an priuatus, alienus an ipſius, de quo agitur, locus ſit an fuerit Cic. de Inuent. 1 c. 26. *Add.* Id. ibid. 2 c. 13. *Eſt igitur* attributio *idem, quod* Attributum. *Sed ad rem pecuniariam fere pertinet alias.* Cic. Att. 15, 13 Tamen ad me ex Phormiano ſcripſit: quas literas, quum e balineo exiſſem, accepi, ſeſe de attributione omnia ſumma feciſſe. Idem Att. 16, 3 Et attributio eſt mihi nominum ignota, *i. Debitorum aſſignatio. Et* Fam. 16, 24 De attributione conficies, de repraeſentatione videbis.

ATTRIBVTVM, i. n. Varro de L. L. 4, 36 Pecunia, quae aſſignata erat, attributum dictum. *Dialecticis et Rhetoribus etiam familiaris*

*miliaris vox.* Cic. de Inu. 1, 34 c. 24 Omnes res argumentando confirmantur, aut ex eo, quod perſonis, aut ex eo, quod negotiis eſt attributum. Ac perſonis has res attributas putamus, nomen, naturam, victum, fortunam, habitum, affectionem, ſtudia, conſilia, facta, caſus, orationes. — Negotiis autem, quae ſunt attributa, partim ſunt continentia cum ipſo negotio, partim in geſtione negotii conſiderantur, partim adiuncta negotio ſunt, partim geſtum negotium conſequuntur. *Vtrumque genus* attributorum *perſequitur late Tullius.*

ATTRITVS, *vid.* ATTERO.

ATTVBVS, *vid.* ATYPVS.

## A T V *et* A T Y.

ATVATICI, *vid.* ADVATICI.

ATYPVS, i. m. [ἄτυπος] dicitur, Qui non ſatis expedito plectro linguae vtitur, quaſi Aërem non feriens, vel quaſi Non ſatis verba exprimens, conformanſue. Gell. 4, 2 Balbus autem et Atypus, vitioſi magis quam morboſi ſunt. Vlp. in l. Item Ofilius 10 §. 5 D. de Aedilit. edict. Quaeſitum eſt an balbus, et blaeſus, et atypus, isque qui tardius loquitur, et varus, et vatius ſanus ſit? *Hinc Latinum* Atubus *et* Attubus. Attubus, μογιλάλος, μόγγος, ἄτυπος Gloſſ. Vet. — Canus, comoſus, hiſpidus, trux, attubus Auſon. Epiſt. 22 *ex emendatione Scaligeri pro* Artubus. *In l. c.* Dig. *legitur et* Atubus. *it.* Atyphus.

ATYS, ATTYS, is. *it.* ATTIS, ĭdis. *et* ATTIN, ĭnis. *tot enim modis ſcriptum inuenitur* [Ἄτυς, *ſ.* Ἄττυς, υος, *ſ.* Ἄττιν, ῖνος] *iuuenis Cybelae matri Deorum, dilectus, caſtratus, exemplum aliis Gallis caſtrandi ſe. Fabula, ſi qua alia, multa varietate narrantium illam implicita ex perplexa. Atque* Atys *ille an* Attin *Catullianus* Car. 64 Super alta vectus Atys celeri rate maria, *Iſ. Voſſio iudice non ad antiquum illum Cybeles amaſium pertinet, ſed ad Graecum iuuenem, in Phrygiam aduectum. Interim pluſcula tamen ibi ſunt, quae eo alludunt. Inter Latinos copioſiſſime de* Attine *an* Atye *agit* Arnob. adu. Gent. 5 p. 158 *ſqq. qui Timotheo Theologo ſua ſe debere profitetur, ac poſt fabulam de Acdeſti, portentoſam ex huius genitalibus natiuitatem* Attinis *enarrat.* Hunc vnice mater Deûm, ore fuerat quod excellentiſſimo, diligebat, et Acdeſtis. — Peſſinuntius rex Midas — matrimonio ei filiam ſuam deſtinat — Verum Deûm mater adoleſcentuli fatum ſciens, interque homines illum tamdiu ſaluum, quam diu eſſet ſolutus a matrimonii foedere — ciuitatem ingreditur clauſam, muris eius capite ſubleuatis, quod eſſe turritum ratione ab hac coepit. Acdeſtis conuiuantibus cunctis furorem et inſaniam ſuggerit — rapit Attis — fiſtulam, quam inſtigator ipſe geſtitabat inſaniae — perbacchatus — proiicit ſe tandem, et ſub pini arbore genitalia ſibi deſecat, dicens, Tibi, Acdeſti, haec habe, propter quae motus tantus furialium diſcriminum concitaſti. Euolat cum profluuio ſanguinis vita. — Fluore de ſanguinis viola flos naſcitur, et redimitur ex hac arbos: inde natum et ortum eſt, nunc etiam ſacras velarier et coronarier pinos. — Acdeſtim conſecraſſe corpus in Peſſinunte, cerimoniis annuis et ſacerdotum inteſtibus honoraſſe. *Diuerſa eſt narratio* Ouidii Faſt. 4, 223 Phryx puer in ſiluis facie ſpectabilis, Attis, Turrigeram caſto vinxit amore Deam *etc. ſunt enim pluſcula. Diuerſa fabula et illa, quam idem tangit* Ouid. Met. 10, 103

Et ſuccincta comas, hirſutaque vertice pinus
Grata deûm matri, ſi quidem Cybeleïus Attis
Exuit hac hominem, truncoque induruit illo.

Attis *editum etiam a Burmanno, fide inprimis veteris epigrammatis ex marmore publicati ad h. l. a Ciofano: quod habetur etiam Grut.* p. 655, 3 *et in Pithoeanis p.* 141 (117) *cuius principium*, Qui colitis Cybelem, et qui Phryga plangitis Attin, Dum vacat et tacita Dindyma nocte ſilent. MATRI DEVM MAGNAE ——— ET ATTIDI MENOTYRANNO *poſiti lapides ap.* Reineſ. 1, 39 *et* 40. MATRI DEVM ET ATTIN (*ſ.* Attini) 1, 216. ATTINI 1, 280. Berecynthius Attin Perſ. 1, 93. Macrob. Sat. 1, 21 Similiter Phryges fabulis et ſacrorum adminiſtrationibus immutatis, circa matrem Deûm et Attinem eadem intelligi praeſtant. Quis enim ambigat matrem Deûm terram haberi? — Solent vero ſub nomine Attinis ornant fiſtula et virga. Fiſtula ordinem Spiritus inaequalis oſtendit, quia venti, in quibus nulla aequalitas eſt, propriam ſumunt de ſole ſubſtantiam. Virga poteſtatem ſolis aſſerit, qui cuncta moderatur. *Vid. etiam reliqua.* Arnob. 5 p. 186 Attidem cum nominamus, ſolem, inquit, ſignificamus et dicimus. Sed ſi Attis ſol eſt, quis erit Attis ille, quem in Phrygia genitum veſtrae produnt atque indicant literae *etc. Vid. Voſſ. Th. Gent. 1, 20. 2, 52. it. 53 et 54.*

## A V

*In Notis apud Vrſatum ſignificare dicuntur* AV. Aruſpex. Auentinus. Augur. Auguſtalis. Auguſtus. Aurelius. A. V. C. Ab Vrbe Condita. A. V. C. COS. Auguſto Viro Clariſſimo Conſule. AVG. Augur. Auguſtalis. Auguſtus. AVG. COL. N. P. C. Augur (Auguſtalis) Coloniae Nomine Proprio Curauit. AVG. CVR. R. P. Auguſtalis Curator Rei Publicae. AVG. ET. Q. AVG. Auguſtalis Et Quaeſtor Auguſtalium. AVG. FLAM. Auguſtalis Flamen. AVG. FOR. Auguſti Fortunae. AVGGG. Auguſti tres. AVG. M. Augur (Auguſtalis) Municipii. AVG. N. DISP. Auguſti Noſtri Diſpenſator. *Sic* P. Puer. S. Seruus. V. Verna. A. V. P. S. Auguſtae Vindelicorum Pecunia Signata. A. V. L. Animo Vouit Lubens. Annos Vixit Quinquaginta. AVT. Auctoritas.

AV. [αὖ] *Interiectio conſternatae mentis.* Ter. Andr. 4, 5, 12 Dicturane quod rogo? M. au. c. concede ad dextram. *Add.* Plaut. Caſ. 4, 3, 4. Petron. c. 67. Au tergo meo Plaut. Men. 2, 2, 3. Mil. 2, 2, 62. Au, *Interiectionem eſſe ſilentium iniungentis docet Linacer ex* Ter. Eun. 4, 4, 14 Au ne comparandus hic quidem ad illum eſt. *Exemplaria quaedam* Hau *habent.* Au obſecro Id. Eun. 4, 3, 5. Au tace, obſecro Ib. 5, 2, 60. *al. vtrobique* Hau.

## A V A

AVĀRVS. Adi. [φιλάργυρος, φιλοκτέανος, φιλοχρήματος] *Nomen ab* Aueo *deductum, qui nimium cupidus eſt pecuniae.* Nigidius *apud* Gell. 10, 5 Auarus appellatur, qui auidus aeris eſt. Sed in ea copula (*i. compoſitione*) e litera, inquit, detrita eſt. *Sed addit Gellius,* De *auaro* ambigitur. Cur enim non videri poſſit ab vno ſolum verbo inclinatum, quod eſt *auco*, eademque fictura, qua eſt *amarus*? de quo nihil dici poteſt, quin duplex non ſit. Horat. Epiſt. 1, 2, 56 Semper auarus eget. Idem Epod. 1, 33 Haud parauero Quod aut auarus vt Chremes terra premam Diſcinctus aut perdam vt nepos. *Sic* Tam deeſt auaro, quod habet, quam quod non habet *apud* Quinctil. 8, 5. Non. 5, 83 Auarum et Auidum ita diſcernuntur: Auarum enim ſemper in reprehenſione eſt: Auidum autem ab auendo, quod eſt etiam honeſte cupiendo, et a delectatione intelligi poteſt, ac per hoc aliquando malis, aliquando bonis adiungitur cauſis: vt Virgil. Georg. 2, 375 — paſcuntur oues, auidaeque iuuencae. Salluſt. Bell. Catil. 7, 6 Laudis auidi, pecuniae liberales erant. *Sed μᾶλλον certe eſſe videtur in illo,* Animus laudis auarus Horat. Epiſt. 2, 1, 179. *Sic et* Art. Poët. 324 Graiis dedit ore rotundo Muſa loqui praeter laudem nullius auaris. *Comparat.* Cic. Verr. 3, 190 Sequuti ſunt auariores magiſtratus: qui tamen in auaritia ſua non ſolum, *etc.* Horat. Epiſt. 2, 2, 157 Viueret in terris te ſi quis auarior vno. *Superlat.* Gell. 5, 5 Satis eſſe credo Romanis haec omnia, etiamſi auariſſimi ſunt. Cic. Verr. 3 c. 37 Homo auariſſime, redde bona ſodalis filio. Vlp. in l. ſolet. D. de offic. proconſ. Nam valde inhumanum eſt, a nemine accipere: ſed paſſim, viliſſimum eſt: et per omnia, auariſſimum. *Iam videamus, quibus Subſtantiuis iungatur.* Plin. in Paneg. 41 Sed ad tuas aures, cum caeteris omnibus, tum vel maxime auaris adulationibus obſtructus eſt aditus, *quibus adulator auaritiam regis ſui fouet et excitat.* Agricola Virgil. Georg. 1, 47. Animus laudis Horat. Epiſt. 2, 1, 179. Caedis auarus miles Claudian. de Bell. Get. 606. Ignis Propert. 2, 28, 56. *quod omnia corripit.* Claudian. in Ruff. 1, 165 Illecebris capitur, nimiumque elatus auaro Paſcitur intuitu. Auaro intuitu, *i. cupido, et quaſi deuorare aurum cupienti.* Manus Ouid. Amor. 2, 6, 39. Mare, *quod expleri non poteſt* Horat. Carm. 3, 19, 61. Opes, *quod auaros reddant* Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 21. Spes, *quum nimis magna et ardua conſequi nos poſſe ſperamus* Horat. Carm. 4, 11, 25. Venter Id. Epiſt. 1, 16, 25, *i. inſatiabilis.* Claud. in praefat. Sext. Conſ. Hon. 8 Et vigil elapſas quaerit auarus opes *vbi* Auarus *ſubſtantiui locum ſuſtinet.* Auarus vigil *eſt ob curas, metum amittendi etc.* Vitis Columel. 3, 2, 25 Vini ſordidi, nec tam largi quam ex numero vuarum, quas prima ſpes promittit.

AVARE. Adu. [φιλαργύρως] *per auaritiam.* Cic. Off. 3, 37 c. 8 Nihil tamen auare, nihil iniuſte, nihil libidinoſe, nihil incontinenter eſſe faciendum. Auare pretium ſtatuere arti ſuae Ter. Heaut. prol. 48. Acerbe atque auare imperare Liu. 23, . . Columel. 1, 7 *de villico*, Comiter agat cum colonis, facilemque ſe praebeat et auarius opus exigat, quam penſiones. *Superl.* Horas ſuas auariſſime ſeruat Sen. de Ot. Sap. c. 32.

AVARĬTER, *aliud* Adu. [φιλοκτεανῶς] Plaut. Curc. 1, 2, 3 Hoc vide, vt ingurgitat impura in ſe merum auariter, plenis faucibus. Auariter eſcam poſcere Plaut. Rud. 4, 7, 12. Non. 11, 11 *ex* Quadrigario, Auariter ille, nos largiter. *Ex Catone,* Fraudulenter atque auariter.

AVARĬTIA, ae. f. [φιλαργυρία, φιλοχρηματία] *Habendi cupiditas.* Cic. Tuſc. 4, 26 c. 11 Auaritia, eſt opinatio vehemens de pecunia, quaſi valde expetenda ſit, inhaerens et penitus inſita. *Conf.* Ib. 24 c. 11. Ter. Phorm. 2, 3, 12 Quia egens relicta eſt miſera, ignoratur parens: negligitur ipſa: vide, auaritia quid facit. Salluſt. Cat. 10 Auaritia fidem, probitatem, caeteraſque artes bonas ſubuertit; pro his ſuperbiam, crudelitatem, deos neglexere, omnia venalia habere, edocuit. *Idem* Auaritia, pecuniae ſtudium habet, quam nemo ſapiens concupiuit. *Conf.* Cic. Off. 2 c. 22 Nullum vitium tetrius, quam auaritia, praeſertim in principibus remp. gubernantibus. — Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nulla re alia, niſi auaritia perituram. Ob auaritiam laborare Hor. Serm. 1, 4, 26. Cic. pro Roſc. Amer. 75 In vrbe luxuries creatur, ex luxuria exiſtat auaritia neceſſe eſt, ex auaritia erumpat audacia, inde omnia ſcelera ac maleficia gignuntur. Auaritia, alterius bona deuorare, Cic. pro Domo ſua 60. Tacit. Ann. 13, 33 Fuere qui crederent Capitonem vt auaritia et libidine foedum ac maculoſum, ita cogitatione rerum nouarum abſtinuiſſe. Cic. de Fin. 3, 36 c. 11 Quis eſt enim, aut quis vnquam fuit, aut auaritia tam ardenti, aut tam effrenatis cupiditatibus, vt eandem ipſam rem, *etc.* Caeca, *vid.* CAECVS. Claud. in Eutrop. 1, 193 — vis nulla cruentam Caſtrat auaritiam, *i. crudelem.* Cic. Verr. 2, 134 c. 54 Nam ipſum Verrem, tantum ſemper auaritia hiante atque imminenti fuiſſe, ingenio et cogitatione nulla. Implicata criminibus auaritia, *vid.* IMPLICO. Intolerabilis, *vid.* INTOLERABILIS. Profunda Claud. de Bell. Gild. 164. Appetere per auaritiam. Ardere in auaritia. Coarguere auaritiae. Immigrauit auaritia et luxuria in remp. Inſimulare aliquem auaritiae, *vid. ſub verbis quodque ſuis.* Cic. de Orat. 2, 171 Auaritiam ſi tollere vultis, mater eius eſt tollenda luxuries. Tacit. Agric. 30 Et arrogantiam et auaritiam exuerat. Auaritia gloriae, *pro Cupiditate* Curt. 9, 2, 9. Lact. de Ira Dei 16, 7 Et quia ſunt aliqui affectus, qui non cadunt in Deum, vt libido, timor, auaritia, moeror, inuidia: omni prorſus affectu eum vacare dixerunt.

AVARITIES, ēi. [πλεονεξία] *Idem quod* Auaritia. Lucret. 3, 59 Denique auarities, et honorum caeca cupido, Quae miſeros homines cogunt tranſcendere fines Iuris.

## A V C

AVCEPS, ŭpis. c. g. [ὀρνιθοθήρας] *Quaſi* Auiceps; *qui vel quae aues captat.* Columel. 8, 10, 1, *de turdis*, Veterani debent intermiſceri, qui ab aucupibus in hunc vſum nutriti, quaſi allectores ſunt captiuorum. Ter. Eun. 2, 2, 26 Coqui, fartores, piſcatores, aucupes. *Per translationem* Cic. de Orat. 1, 237 c. 55 Niſi leguleius quidam cautus et acutus, praeco actionum, cantor formularum, auceps ſyllabarum. Plaut. Stich. 1, 2, 45 Numquis hic eſt alienus noſtris dictis auceps auribus? Idem Mil. 4, 1, 9 Circumſpicito dum, ne quis noſtro auceps ſermoni ſiet. Aucupibus noti frutices Ouid. de Art. Am. 1, 47.

AVCTOR, AVCTORITAS, *etc. Vid. in* AVGEO.

AVCVPIVM, i. n. [ὀρνιθοθήρα, θήραθρον] *Auium captio.* Cic. de Fin. 2, 23 c. 8 Nemo noſtrûm iſtius generis aſotos iucunde putat viuere, mundos, elegantes, optimis cocis, piſtoribus, piſcatu, aucupio, venatione. Idem de Fin. 5, 32 c. 11 Qui quum cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamen vitam aucupio ſagittarum *de Philoctete aues deiiciente ſagittis.* Catull. Carm. 115, 3 Aucupium omne genus, *i. omnis generis aues.* Pall. Dec. 6, 2 Hoc vſque Martiu

Martium menſem tendetur aucupium. Propert. 4, 2, 34 Arundine ſumta Faunus plumoſo ſum Deus aucupio. Aucupia, *pro captis auibus* Sen. de Prouid. c. 3. ¶ 2 *Metaphor. Paraſitus Terentianus, de arte ſua* Eun. 2, 2, 16 Olim iſti fuit generi quondam queſtus apud ſaeculum prius: hoc nouum eſt aucupium: ego adeo hanc primus inueni viam. Cic. in Orat. 197 c. 58 Ne elaborata concinnitas, et quoddam aucupium delectationis manifeſto deprehenſum appareat. Plaut. Mil. 4, 1, 43 Viden' tu illam oculis mature facere, atque aucupium auribus? *Venari viros forma et ſermonibus.* Cic pro Caecin. 65 c. 23 Tum aucupio verborum et literarum tendiculis in inuidiam vocant. *i. calumniatoria legum interpretatione, quae verba premit, negligit ſententiam.* Col. 1 Praef. 9 Mercenarii ſalutatoris mendaciſſimum aucupium, *quod fallit et eum, cui adulatur, et ipſum ſalutatorem.* Id. 3, 2, 31 Aucupio nomenclationis ſtudioſos demorari, *i. longa ſerie conquiſitorum nominum, quibus genera vitium et uuarum appellantur.*

AVCVPOR, ări. Dep. [ὀρνιθοθηρῶ] *Aues capere.* *Vid.* Varr. R. R. 1, 23, 5 Alio loco vt feras ac colas ſiluam caeduam, alio vbi aucupare. *ſ. leg.* aucupere. Aucupari, *per tranſlationem eſt Artificio quodam et ſolertia quaerere.* *vt,* Viden' ſceleſtus vt aucupatur Plaud. Rud. 4, 4, 49. *i. mentitur ad vidulum conſequendum.* Delectationem aliquam dicendo Cic. in Orat. 63 c. 19. Id. ibid. 2, 30 Ars dicendi opiniones hominum, et ſaepe errores aucupatur. Famam ſibi aucupari obtrectatione alienae ſcientiae Plin. in Praef. totius oper. *Add.* Id. 33, 2 ſ. 8 Sulpicius Galba dum iuuenalem Famam apud principem popinarum poenis aucupatur. Cic. Fam. 5, 12 Non vereor, non aſſentatiuncula quadam aucupari tuam Gratiam videar. Id. pro Flacc. 92 Cur Albanum venire iubet? cur matri praeterea blanditur? cur epiſtolis et ſororis et matris Imbecillitatem aucupatur? Id. A. 1 in Verr. 9 c. 3 Profecto non haec. Omnia colligeret et aucuparetur. Vet. Schol. Captaret. Id. de Fin. 2, 71 Ita quod certiſſimum eſt, pro vera certaque iuſtitia ſimulationem nobis iuſtitiae traditis, praecipitiſque quodam modo, vt noſtram ſtabilem conſcientiam contemnamus, aliorum errantem Opinionem aucupemur. Id. pro Sext. 119 Non ſum tam ignarus, Iudices, cauſarum, non tam inſolens in dicendo, vt omni ex genere Orationem aucuper. Rumorem inanem Id. in Piſon. 57 c. 24. Rumuſculos imperitorum hominum Id. pro Cluent. 105. Auct. ad Heren. 1, 23 Ex ratiocinatione controuerſia conſtat, quum res ſine propria lege venit in iudicium, quae tamen ab aliis legibus Similitudinem quandam aucupatur. Spes aucupandi examina apum Col. 9, 8, . Cic. pro Roſc. Amer. 22 Quum praeſertim tam multi occupationem eius obſeruent, Tempuſque aucupentur. Id. Att. 6, 8 Nos Rhodiorum aphractis, caeteriſque longis nauibus Tranquillitates aucupaturi eramus. Id. pro Caecin. 12 Sermo hercule et familiaris et quotidianus non cohaerebit, ſi verba inter nos aucupabimur. *Ibidem,* Vim verborum neceſſario ſimilitudine rerum aucupamur. Verba attendere et aucupari oportebit Cic. de Orat. 2, 256. Verba rumoris vagi Sen. Phoen. 361. Vtilitatem. Cic. de Orat. 59 c. 14 Atqui Catule (*inquit* Antonius) non ego Vtilitatem aliquam ad dicendum aucupans, horum libros, et nonnullos alios, ſed delectationis cauſa, quum eſt otium, legere ſoleo. ¶ 2 *Actiua voce.* Plaut. Moſtel. 2, 2, 42 Circumſpice dum, numquis eſt ſermonem noſtrum qui aucupet? *Imitatus* Sen. Herc. Oet. 482 Circumſpice agedum, ne quis arcana aucupet. Plaut. Truc. 5, 1, 73 Lepide ecaſtor aucupaui, atque e mea ſententia. Id. Aſin. 5, 2, 32 Aucupemus ex inſidiis clanculum, quam rem gerant. Mil. 4, 2, 5 Qui aucupet me, quid agam.

AVCVPANS. Partic. Cic. de Legib. 3, 35 Aucupans omnes rumuſculos populari ratione.

AVCVPĀTVS. Partic. Paſſ. Lact. Inſtit. 5, 22, 22 Vt fieri ſolet in rebus incertis, dum inter ſe inuicem quaerunt, quae ſit huius perſeuerantiae (*Chriſtianorum in tormentis*) cauſa, multa quae ad religionem pertinent, diuulgata ac per rumorem viciſſim aucupata diſcuntur, quae, quia bona ſunt, placeant neceſſe eſt.

AVCVPATIO, ōnis. f. [ὀρνιθοθήρησις] *Actus capiendi aues.* Venatio et aucupatio Quinctil. Decl. 13 *Burm. vbi al. occupatio.* Aucupatio, *Budaeo de Aſſe, ſignificat Lucrum.* *Laudat* Plin. 9, 35 Vidi ... ipſam confeſtim paratam aucupationem tabulis probare. *Sed Hard.* 58 ex MSS. *locum ita emendauit:* Lolliam Paullinam — vidi Smaragdis margaritiſque opertam — quae ſumma quadringenties HS colligebat: ipſa confeſtim parata mancupationem tabulis probare, *i. emtionem, tanti ſibi emtum illum ornatum: quod melius etiam, quam vulgatum* mancupationem.

AVCVPĀTVS, ūs. m. *Idem.* Capitol. Anton. Philoſ. cap. 4.

AVCVPABVNDVS. Adi. Tertull. de Anim. cap. 39.

AVCVPATORIVS. Adi. *Quod ad aucupium pertinet.* Plin. 16, 5 Quum igitur anno permanſerit inundatio, proficiunt in aucupatoriam quoque amplitudinem. *De calamis aquaticis loquitur, i. qui poſſint eſſe vſui aucupio.* Mart. 14, 218 *Lemma eſt* Calami aucupatorii.

AVCETA. Saepe aucta. Feſtus. *Cum in MS. ſit* Aucata, *ſuſpicatur Voſſ. leg.* Auctata.

AVCTARIVM, AVCTIO, AVCTIONARII, AVCTO, AVCTOR, AVCTVS. *vid.* AVGEO.

AVCVPIVM, AVCVPOR, AVCVPATORIVS. *vid.* AVCEPS.

## A V D

AVDACIA, AVDACTER, AVDAX, AVDENTIA. *vid.* AVDEO.

AVDEO, auſus ſum, ēre. [τολμάω, θαρσύνω] *Fiduciam habere.* *Ponitur cum verbis:* Ter. Andr. 3, 2, 25 Nihil iam mutire audeo. Virg. Aen. 1, 497 — audetque viris concurrere virgo. Id. ibid. 12, 14 Pro vita maiora audere. Cic. pro Ligar. 8 Vide quaeſo Tubero, ut qui de meo facto non dubitem dicere, de Ligarii non audeam confiteri. *Sic* Aude Negare Cic. Brut. Epiſt. 16. Non ſunt auſi Manere Nep. 2, 3, 3. *Add.* 1, 2, 9. *et* 17, 6, 3. Audent comminiſci Scribon. ad Calliſt. *Cum accuſatiuo:* Virg. Ecl. 3, 16 Quid domini faciant, audent quum talia fures? Tacit. Ann. 12, 32, 1 Vaſtati agri, praedae paſſim actae, non auſis aciem hoſtibus. *h. e. Non auſis in aciem deſcendere, ſeu confligere.* Id. A. 12, 28, 1 Obuio hoſti et aciem auſo. Capitalia audere Liu. 26, 40. Facinus Id. 30, . . Qua audacia tantum Facinus audet Ter. Eun. 5, 5, 16. Feciliter aliquid Hor. Epiſt. 2, 1, 166. Homilia Tacit. Hiſt. 4, 20. Id. ibid. 5, 11, 11 Iudaei ſub ipſos muros ſtruxere aciem, rebus ſecundis longius auſuri, et ſi pellerentur parato refugio. Maiora viribus Virg. Aen. 10, 811. Nihil vltra fremitum et minas auſus Tacit. Hiſt. 1, 15. Id. Ann. 2, 12 Auſuroſque nocturnam caſtrorum oppugnationem. Id. ibid. 2, 40 Nec Tiberius poenam eius palam auſus. Tac. Ann. 3, 76 Neque periculum in aperto audebant. Id. ibid. 13, 36 Si barbari ſucceſſu noctis alacres, praelium auderent. Scelus aliquod Ouid. Epiſt. 14, 6. Liu. 3, 2 Et Aequos conſcientia contracti culpa periculi, et deſperatio futurae ſibi poſtea fidei, vltima audere et experiri cogebat. Vltionem auſus dubiis rebus Tacit. Ann. 2, 62. Id. ibid. 12, 55 Vim cultoribus ac oppidanis, ac plerumque in mercatores et nauicularios audebant. Licentius aliquid aut laetius Quinctil. 2, 4. Audendum eſt, fortes adiuuat ipſa Venus Tibul. 1, 2, 16. Audendum dextra Virg. Aen. 9, 320 quia audemus et curſu, Seruius. Auctor audendi, *qui ad perpetrandum facinus aliquod hortatur alios* Id. ib. 12, 159. Audendi maiora fidem fecere immenſae vires Lucan. 1, 462. Pictoribus atque Poëtis Quidlibet audendi ſemper fuit aequa poteſtas Hor. in Arte Poët. 9. ¶ 2 Audere *pro* poſſe *aut* velle. Lapideus ſum, commouere me miſer non audeo Plaut. Truc. 4, 3, 44. *Et* Men. 1, 2, 40 Ecquid audes de tuo iſtac addere? *i. An impetrare abs te potes? Sic* 4, 3, 23 Etiamne audes mea reuorti gratia? Hor. Epiſt. 2, 2, 148 Quod quanto plura paraſti, Tanto plura petis, nulline faterier audes? *In his et ſimilibus* audere *eſt, a ſe impetrare, facere cum difficultate etc.* ¶ 3 Audere *ſaepius abſolute ponitur.* Silua modica adhaerebat, vnde rurſus auſi Tac. H. 2, 25, 5. *ſc. prorumpere etc.* Aduerſus Neronem auſus Id. ib. c. 71, 4. *ſcil. nouas res.* Audere in praelia Virg. Aen. 2, 347. *ſc. progredi.*

AVDEOR. Paſſ. Liu. Decad. 39, . . Multa dolo, pleraque per vim audebantur. Nep. 1, 4, 5 Auderi aduerſus ſe tam exiguis copiis dimicare.

AVDENS. Partic. Minime timidus Virg. Aen. 10, 283. Audentes fortuna iuuat. *Add.* Ou. Met. 10, 586. Audentem forſque Venusque iuuant Ouid. A. A. 1, 608. *Add.* Id. Faſt. 2, 782. Virg. Aen. 6, 95 Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito. Oratio audentior Dial. de Orat. c. 14. Annibal ille audentiſſimus Gell. 7, 2. Audentisſimi cuiuſque procurſu Tac. Agr. 33, 2.

AVDENDVS. Partic. Paſſ. [τολμητέος] Liu. 21, 4 *de Annibale,* Nulla re, quae agenda audendaque magno futuro duci eſſet, praetermiſſa. *al.* Videnda. *Add.* 35, 35 Agenda res eſt audendaque. Vell. 2, 56, 4 Omnibus audendis paratiſſimus.

AVDENTIA, ae. f. Tacit. de German. 34 Rara et priuata cuiuſque audentia. Plin. Ep. 8, 4, 4 Si datur Homero vocabula contrahere, extendere inflectere: cur tibi ſimilis audentia, praeſertim non delicata, ſed neceſſaria negetur? *Add.* Tac. An. 15, 53, 3. Quinct. Trib. Mar. c. 3 p. 77 Burm. Non. 5, 84.

AVDENTER. Adu. [θαρσαλέως] Tacit. Ann. 4, 47 Quidam audentius apertis in collibus viſebantur. Audentius circumſiſtere Id. Hiſt. 2, 78, 1. Audenter, *Temere, impudenter* Vlpian. in l. 1. §. 5 D. Si pars hered. petat. Audenter dicere l. 29 ff. §. 14 de lib. et poſth.

AVSVS. Partic. *actiuae ſignificationis.* [τετολμηκώς] Liu. 26, 40 Exules, obaerati, auſi capitalia plerique. Veſtigia Graeca auſi deſerere Hor. A. P. 287. Tacit. Ann. 12, 28 Obuio hoſti et in aciem auſo plus cladis faciunt. Nihil auſo promittere hoc ipſum tu praeſtas Plin. Praef. ad Veſp. Auſa atque auſura multa nefanda manu Ouid. Triſt. 3, 9, 15. Cic. Att. 6, 2 Ain' tandem Attice laudator integritatis et elegantiae noſtrae, auſus es hoc ex ore tuo, inquit Ennius, vt equites Scaptio ad pecuniam cogendam darem, me rogare? Sperare ſalutem auſus Virg. Aen. 1, 456. *Sed paſſiue.* Tacit. Ann. 3, 67 Auſis at Caeſarem codicillis. *Sic*

AVSVM, i. n. [τόλμημα] *vt,* Memoranda auſa Sil. 6, . . Alexandri vel belli auſa vel domi prouiſa Apul. Flor. 1 p. 10. Concordia auſa Sil. 5, . . Crudelia Ouid. Epiſt. 14, 49. Fortia Virg. Aen. 9, 281. Furialia Ouid. Met. 11, 14. Immania Stat. Theb. 3, 237. Magna Ouid. Met. 2, 328. Comprimere A. Vict. de Caeſ. c. 3. Excidere auſis dicitur, *cuius conatus ſucceſſu carent* Ouid. Met. 2, 328. Indulgere auſis Id. de Arte Am. 1, 379. Potitus auſo Ouid. Met. 11, 242. Virg. Aen. 6, 624 *Actiue et Paſſiue eod. verſu,* Auſi omnes immane nefas, auſoque potiti.

AVSVRVS. *Part. Fut.* Ouid. Amor. 2, 18, 4 Et tener auſuros grandia frangit amor.

AVSVS, ūs. m. Vox apud ICtos Cod. l. 1 t. 2 l. 14. *et* l. 8 t. 17 l. 8 Auth.

AVDACIA, ae. f. [τόλμα, θράσος, θρασύτης] *Eſt Fiducia et ſecuritas, qua quis aliquid audet, etiam cum periculo.* Cic. Off. 1, 63 Animus paratus ad periculum, ſi ſua cupiditate, non vtilitate communi impellitur, audaciae potius nomen habeat, quam fortitudinis. Audacia et Audentia hoc differunt: quod Audentia, fortitudinis ſit: Audacia, temeritatis. Salluſt. in Catil. Audacia pro muro habetur. Et apud veteres ſaepe ſic. Nonius 5, 84. *Locus* Salluſtii *eſt* Cat. 58, 17 Semper in praelio maximum eſt periculum, qui maxime timent: audacia pro muro habetur. *Eſt autem adhortatio ad fortitudinem. Nec ſane in vniuerſum vera eſt Nonii obſeruatio.* Plin. in Praefat. Nobis ad colendum te familiarius audacia ſola ſupereſt. Fretus impudentia atque audacia Cic. pro Flacc. 3. Temeritas et audacia ſtultorum et improborum Id. de Inuent. 1, 55. Id. pro Ligar. 25 Vide quid licentiae Caeſar nobis tua liberalitas det, vel potius audaciae. In vultu eſt audacia miſta pudori Ouid. Met. 9, 926. ¶ 2 *Epitheta:* Callida audacia Cic. pro Cluent. 183. Felix Ouid. Epiſt. 17, 195. Fortis Tibul. 1, 4, 13. Herculea Iuſtin. in exord. Immanis ad omne facinus Cic. Philipp. 13, 10. Impudens, *vid.* IMPVDENS. Ingens Ou. Triſt. 3, 9, 17. Muliebris, *vid.* MVLIER. Noua atque integra, *vid.* INTEGER. Petulans audacia, *Libido quaedam temere audendi* Claud. in Nupt. Honor. 83. Praeceps audacia vultu Id. in Ruff. 1, 34. Quinctil. 1, 3 Hi ſunt, qui parua facile faciunt: et audacia prouecti, quidquid illic poſſunt, ſtatim oſtendunt. Singulari audacia homo Caeſ. Bell. Gall. 6, 5. Claud. in Nupt. Hon. 81 *in aula Veneris ſunt* Gratus amantum Pallor, et in primis titubans Audacia furtis, Iucundique metus *etc.* ¶ 3 *Verba:* Abundare audacia. Adhibere audaciam. *Vid. his verbis.* Armatus audacia Cic. pro Domo c. 55. Id. pro Caecin. 2 Quaſi vero aut in iudicio poſſit idem improbitas, quod in vi, confidentia: aut non eo libentius tum audaciae ceſſerimus, quo nunc impudentiae facilius obſiſteremus. Comprimere audaciam. Contundere audaciam. *Vid. his verbis.* Creuit audacia Ouid. Met. 8, 82. Liu. 38, 25 Mille ad eam rem ex omni numero audaciae expertae delegerunt equites. Frangere audaciam alicuius Quinctil. 2, 16. Imitatur fortitudinem audacia Cic. in Partit. 81. Increſcit audacia, *vid.* INCRESCO. Sumere audaciam Stat. Theb. 10, 824. ¶ 4 *In bonam partem ſumitur* Propert. 2, 10, 5 Quod ſi deficiant vires, audacia certe Laus erit, in magnis et voluiſſe ſat eſt. *Et,* Salluſt. Cat. 9 Duabus his artibus, audacia

dacia in bello, vbi pax euenerat, aequitate ſeq. remque publicam curabant. Sall. Bell. Iugurth. 94 Caeteris audaciam addere. *Add.* Catil. 58. Audacias pluraliter Catonem dixiſſe teſtatur Feſtus. Cic. in Catil. 2, 10 Non enim iam ſunt mediocres hominum libidines, non inhumanae audaciae, ac tolerandae. *Et* Att. 9, 7 Legibus, iudiciis, ſenatu ſublato, libidines, audacias, ſumtus, egeſtates tot egentiſſimorum hominum, nec priuatas poſſe res nec remp. ſuſtinere.

AVDAX, ācis. Adi. [τολμηρὸς, τολμητίας, εὔτολμος, θρασὺς] *Fidentem ſignificat, aut Temerarium.* Ter. Eun. 4, 4, 41 O ſceleſtum atque audacem hominem! Plaut. Amph. 1, 1, 1 Qui me alter eſt audacior? aut qui me confidentior? Cic pro Flacc. 105 Verum etiam, quod nemo quemquam tam audacem, tam amentem, tam impudentem fore arbitrabatur. Id. Q. Fratr. 2, 4 Quid quaeris? homo petulans et audax Vatinius, valde perturbatus, debilitatusque diſceſſit? Id. de Inuent. 1, 4 c. 3 Quum ad gubernacula Reip. temerarii atque audaces homines acceſſerunt, maxima ac miſerrima naufragia fiebant. Id. de Fin. 1, 61 Alii petulantes, alii audaces, proterui, iidem intemperantes et ignaui, nunquam in ſententia permanentes. Animi audax Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 4. Audax animis Spartana iuuentus Stat. Theb. 10, 459. Audax ingenii Id. Silu. 5, 2, 64. Virg. Aen. 5, 67 Quique pedum curſu valet, et qui viribus audax. Audax omnia perpeti Hor. Carm. 1, 3, 25. Sen. Agam. 13 Hoſtis parentis, impium atque audax caput. *Clytemneſtrae verba filiam obiurgantis.* Virg. Georg. 1, 40 Da facilem curſum, atque audacibus annue coeptis. Ter. Eun. 4, 3, 27 Hoccine tam audax facinus facere eſſe auſum? Factum Virg. Aen. 11, 812. Fiducia Stat. Theb. 6, 393. Homo audax venali lingua Lucan. 1, 289. Induſtria Claud. . . . Manus Ouid. Epiſt. 11, 40. Mars Tibul. 4, 1, 98. Orator Ouid. Met. 13, 196. Paupertas Hor. Epiſt. 2, 2, 51. Spes Plin. 28, 4. Facere audacem, *Addere animum* Ouid. Met. 4, 96. *Compar.* Audacior ad facinus Cic. in Catil. 2, 9 c. 5. *Superl.* Id. Att. 3, 30 Quod et Achaia prope eſt, et plena audaciſſimorum inimicorum. Audaciſſimus ego ex omnibus Id. pro Roſc. Am. c. 1.

AVDACVLVS. Adi. Dimin. [τολμηρίσκος] *auctore* Feſto. Gell. 5, 21 Aderat reprehenſor audaculus verborum. Rabula Id. 15, 5.

AVDACĬTER. Adu. [τολμηρῶς] *A quo* Audacter, *detractione literae.* Quinct. 1, 6, 17 Inhaerent quidam moleſtiſſima diligentiae perverſitate, vt Audaciter potius dicant, quam Audacter, licet omnes oratores aliud ſequantur. *Attamen Gronou. reddidit* Liu. 22, 25. *et* 40, 45. *idemque confirmat hanc vocabuli formam auctoritate* Senec. de Prou. c. 4. *et* Controu. 20. Priſcianus lib. 15. cap. de Aduerbio, Alia vero aſſumunt datiuo, ter, penultima correpta: *vt*, Fortis, forti, fortiter: Vtilis, vtili, vtiliter: Felix, felici, feliciter: Audax, audaci, audaciter. ſed per ſyncopen in vſu eſt frequentiore Audacter. Salluſtius tamen Hiſt. 2 Audaciter protulit ſecundum analogiam. *Et* Cic. pro Roſc. Amer. 104 c. 36 Multa ſcelerate, multa audaciter, multa improbe feciſti. *Haec* Priſcianus. Cic. pro Font. c. 1. *Gruterus etiam in MSS. eſſe teſtatur* audaciter.

AVDACTER. Adu. *per Syncopen pro* Audaciter, *et eo multum vſitatius, vt modo vidimus.* [θρασέως] Plaut. Mil. 3, 2, 33 Et minus audacter ſceleſta facerent facta. *Sic* Audacter laedere Ter. in Prol. Phorm. 11. Ouid. Epiſt. 195 Et minus audacter blanditur. Magis audacter quam parate veniebat ad dicendum Cic. de Clar. Orat. 24. Defendere audacter ſua decreta Cic. de Fin. 2, 28. Audacter quod ſcimus deferre ad aliquem Id. Fam. 15, 2. Libenter, Audacter, et libere dicere Cic. pro Roſc. Amer. 31. Iurare audacter Plaut. Amph. 2, 2, 206. Loqui audacter aut reſpondere Plaut. Capt. 3, 4, 98. Audacter monere, et familiariter Ter. Heaut. 1, 1, 6. *Compar. vt*, Exultare audacius Cic. in Orat. 26 c. 8. Inſtare hoſti Nep. 15, 7, 1. Dicere liberius atque audacius Caeſ. B. G. 1, 18. Subſiſtere Id. ib. c. 15. *Superl. vt*, Audaciſſime prorumpere Caeſ. Bell. Gall. 5, 15. *Add.* ib. 2, 10. Omnia audaciſſime incipere Liu. 30, 30.

AVDIO, īui, ītum, īre. [ἀκούω, ἀκροάω, πυνθάνομαι] *Auribus accipere.* Varro de L. L. 5, 8 Ab auribus videnter dicta verba Audio et Auſculto. Audio ab Aueo, quod auribus auemus diſcere ſemper. quod Ennius videtur etymon oſtendere velle in Alexandro, quum ait, Iamdudum ab ludis animus atque aures auent auide expectantes nuntium. Propter hanc aurium auiditatem theatra replentur. Ab audiendo etiam Auſcultare declinamus: quod hi auſcultare dicuntur, qui auditis parent: a quo dictum Poëtae Audio, aut auſculto. *Hactenus* Varro *ludens potius, quam verum etymon perſequens. Cognata ſine dubio* Audio *et* Audis *pro quo* Auris *placuit, vt pro* Medidie Meridies. Ter. Andr. 5, 4, 17 Si mihi pergit, quae vult, dicere, ea quae non vult, audiet. Attente, bonaque cum venia audire verba alicuius Cic. pro Roſc. Amer. 9. Breuiter Troiae ſupremum audire laborem Virg. Aen. 2, 11. *i. breuiter enarratum.* Clariſſime audire produntur, mugil, lupus, ſalpa piſces Plin. 10, 70. Tacit. Ann. 4, 23 Miſſis leuibus copiis, quae ex longinquo in maius audiebantur, *i. plures eſſe nunciabantur.* Latius audiri Tacit. Hiſt. 1, 86. Libenter audire Quinctil. 2, 9. Libentius Idem 2, 6. Libentiſſime Idem 4, 1. Liquidius audiunt talpae Plin. 10, 69. Molliter audire aliquem Stat. Theb. 6, 51. Parum auribus audire Cato de R. R. cap. 157. Paucis audire Ter. Eun. 5, 9, 6. Preſſius audire, *vid.* PREMO. Ter. Adel. 1, 2, 48 An ego Toties de eadem re audiam? Aure auerſa Tibul. 3, 3, 28. *Deus audit, cum non exaudit.* Audire Socratem, *aut* Platonem, *eſt diſcipulum eſſe Socratis, etc.* Cic. Acad. 1, 38 c. 9 Iam Polemonem audiuerant aſſidue Zeno et Arceſilas. *Conf.* Id. de Nat. Deor. 1 c. 14. *et* Offic. 1 c. 1. Audiendi ſtudioſus, ex hoc enim facillime diſci arbitratur Nep. 15, 3, 2. ¶ 2 Audiendi *ſenſum etiam iis* tribuunt *Poëtae, quae nec aures habent, nec ſenſum* Virg. Georg. 1, 513 — et fruſtra retinacula tendens Fertur equis auriga, neque audit currus habenas. *Sic* Deſidis aurigae non audit verbera currus Claud. Conſ. Mall. Theod. v. 184. *Conf. ibi Barth. (Sagitta)* qua nec acutior vlla, Nec minus incerta eſt, nec quae magis audiat arcum Ou. Met. 15, 380. Sen. Herc. Oet. 975 An arma ceſſant, teque languenti manu non audit arcus? *Hinc* ſurdus arcus *vocatur* Stat. Theb. 9, 864. *qui non audit.* Id. Theb. 5, 412 Clauum audire negantem, *gubernaculum, quod regi per fluctus non poteſt.* Luc. 3, 594 Qua nullae melius pelago turbante carinae Audiuere manum. Id. 9, 934 Si quod tardius audit Virus, *de carmine Pſyllorum.* Plin. 16, 43 ſ. 83 Cornum maxime audit ſorbus, *i. glutini ope facillime cum ea cohaeret.* ¶ 3 *Sed eſt magna vis aliarum formularum, quas per lancem ſaturam referemus.* Audire; *pro Intelligere, vel Accipere ex auditu.* Ter. Andr. 1, 4, 1 Audiui Archillis iamdudum, Leſbiam adduci iubes. Audin' tu illam? Id. ibid. 2, 2, 5. Cic. pro Muraen. 58 c. 28 Saepe hoc maiores natu audiui dicere. *Sed idem* Cic. in Piſon. 68 Audiſtis profecto dici, Philoſophos Epicureos omnes res, quae ſunt homini expetendae, voluptate metiri. *Sed etiam* Audire, *ſine addito idem ſignificat.* Ter. Andr. 3, 2, 31 Audiui, et credo. Cic. pro Roſc. Amer. Audio praeterea non hanc ſuſpicionem nunc primum in Capitonem conferri. Audire, *Sentire, intelligere.* Ter. Hec. 1, 2, 3 Audin' quid dicam Scirte? Audio a, e, ex, et de aliquo, idem ſignificant. Cic. Off. 1, 109 A maioribus natu audiui, *etc.* *Add.* de Sen. c. 13. *Et.* Off. 1 Audiui hoc de parente meo puer, quum, *etc. h. e. Pater meus hoc narrabat.* Saepe hoc audiui de patre et de ſocero meo Id. de Or. 3 c. 33. Apud forum modo de Dauo audiui Ter. Andr. 2, 1, 2. *Sed obiectum denotat in illis.* Ter. Adel. 3, 4, 5 De pſaltria hac audiuit, id illi nunc dolet. Cic. Verr. 3, 118 Atque etiam illum Aſpendium cithariſtam, de quo ſaepe audiſtis id quod, *etc.* Audire alterum de re aliqua Cic. Fam. 7, 17. Id. 3, 11 Cum de te ex te ipſo audiebam. Ter Eun. 1, 2, 35 Mercator hoc addebat, e praedonibus, vnde emerat, ſe audiſſe abreptam e Sunio. Id. Andr. 5, 4, 25 Ibi ego audiui ex illo, ſeſe eſſe Atticum. Cic. Att. 5, 17 Hoc te ex aliis audire malo. *Peculiaris ratio* Plautina Epid. 2, 2, 69 Haec ſic aiebat, ſic audiuiſſe ab ſe atque ab epiſtola, *i. ſic audiuiſſe ſuis auribus, ſic cognouiſſe ex epiſtola.* Audire aliquem ex re aliqua Plaut. Mil. 4, 2, 22. Audire aliquem aliquid, *intell.* dicere: *vid.* Periz. Anim. 1, 7 p. 173. Burm. ad Petr. c. 33 p. 132. Deinde vt audiui veterem conuiuam, hic neſcio quid boni debet eſſe. Audire de capite, *pro Cognoſcere* Sen. de Benef. 2, . . Cic. pro Roſc. Amer. 133 Qui in Salentinis, aut in Brutiis habent: vnde vix ter in anno audire nuntium poſſunt. ¶ 4 Audio, *pro Audita petenti concedo, auditae admonitioni locum do, ſuadenti accedo etc.* Cic. in Piſon. 34 c. 15 In quo dii immortales meas preces audiuerunt. Caeſ. Bell. Ciuil. 2 42 Neque cohortationes ſuas, neque preces audiri intelligit. Liu. 1. 12 Haec precatus, veluti, ſenſiſſet auditas preces, Hinc, inquit, Romane, *etc.* Audiit, et caeli genitor de parte ſerena Intonuit Virg. 9 631. Precantem placidus audi Ouid. Met. 8, 597. Vota Hor. Od. 4 13, 1. Quum eorum, qui res repeterent, verba non eſſent audita, de bello deliberatur Liu. 4, 30. Cic. Verr. 3, 28 Negabant illi, ſibi quidquam eſſe mandatum. non audio: numerate H-S. XVI. quid facerent miſeri? *Sed et* Audio, *ironice, pro* Non audio. Ter. Phorm. 1, 3, At non quotidiana cura haec angeret animum. PH. audio. Vbi Donatus, Audio per εἰρωνείαν dicitur pro Non audio: *h. e.* Nihil dicis, *vid. Stolberg. ad* Sophocl. Aiac. p. 125. *Contra* Ter. Eun. 2, 3, 78 Capias tu illius veſtem. CH. veſtem? quid tum poſtea? P. pro illo te ducam CH. audio. *Vbi* Donatus, Audio, *i.* Libenter hoc admitto et conſentio. vt in Phorm. 1, 5, 6 Audio et fateor. Et contra, Non audio Ter Phorm. 3, 2 *pr.* Si me audies, vitabis inimicitias Cic. Fam. 2, 1 Quinctil. 3, 3 Nec audiendi quidam, quorum eſt Albutius, qui tre modo primas eſſe partes volunt. Cic. Tuſc. 1, 65 c. 26 Nec Homerum audio, qui Ganymedem a diis raptum ait propter formam. Idem ibid 92 Endymion vero (ſi fabulas audire volumus) neſcio quando in La mo obdormiuit. Liuius 22, 60 P. Sempronium ciuem veſtrum no audiſtis, arma capere, ac ſe iubentem ſequi: Annibalem paullo po audiſtis, caſtra prodi, et arma tradi iubentem. Cic. de Amicit. 5 Non erunt homines diuitiis affluentes audiendi. Id. pro Marc. c. Saepe venit ad aures meas, te illud nimis crebro dicere, ſatis te ti vixiſſe: credo, ſed tum id audirem, ſi tibi ſoli viueres. Plin. Ep. 2 Non ſum auditurus, Non eram Romae, vel occupatior eram, *i. no admittam excuſationem.* Cic. Verr. 1, 14 c. 5 Audietur a pop. Romar vir primarius Eques Romanus L. Flauius, *i. fides teſti habebitur.* I Fam. 2, 6 Tecum loquere, te adhibe in conſilium, te audi, tibi o tempera. *Et* de Nat. Deor. 1, . . . Si vos audire vellemus. *H ſententia datiuo iunxit* Apul. Apol. p. 326, 34 Elm. Improbo ac ne rio homini — ne auſcultarent; ſibi potius audirent. *Laudat ibi C ſaubonus verſus* Pacuuii, Nam iſtis, qui linguas auium intelligunt, plu que ex alieno iecore ſapiunt, quam ex ſuo, Magis audiendum, qu auſcultandum cenſeo. *Vid. mox* Dicto audiens. ¶ 5 *Ad fam vtramque ſignificandam adhibetur v. g.* Ter. in Prol. Phorm. 20 Bene dic ſi certaſſet, audiſſet bene, *i. laudatus eſſet a nobis.* Cic. de Fin. 3, 57 c. Eſſeque hominis ingenui et liberaliter educati, velle bene audire a p rentibus. *Sic* Innocentes ergo et verecundi ſunt, *vt* bene audiant, rumorem bonum colligant Id. de Legib. 1, 50 c. 19. Ter. Phorm. 3, 12 Si herum inſimulabis auaritiae, male audies. Quinctil. 12, 1 13 Cicero non aliter ab ipſis inimicis male audire, quam nimiis flo ribus et ingenii affluentia potuit. Cic. Att. 6, 1 Hanc nonnulli ami Appii ridicule interpretantur, qui me idcirco putent bene audire v le, vt ille male audiat. Inſuetus male audiendi Nep. 10, 7, 3. *Lu* Cicero Tuſc. 5 c. 40 Erat ſurdaſter M. Craſſus: ſed aliud moleſtiu quod male audiebat, etiamſi, vt mihi videbatur, iniuria. Cic. Ver 3, 48 Quaeſtores, Legatos, Praefectos ſuos, Tribunos multi miſſ fuerunt, et de prouincia decedere iuſſerunt, quod eorum culpa ſe m nus commode audire arbitrarentur. *Huc etiam pertinet* Cic. pro Cl ent. 12 c. 5 Mater enim a me nominis cauſa appellabitur. Neque v quam illa ita de ſuo ſcelere et immanitate audiet, vt naturae nome amittat, *de accuſatione ſua loquitur.* Hor. Epiſt. 1, 7, 37 Saepe ver cundum laudaſti, rexque, paterque Audiſti coram, nec verbo parci abſens, *etc.* Audiſti, *i. appellatus es.* Tu recte viuis, ſi curas eſſe, quo audis Hor. Epiſt. 1, 16, 17. ¶ 6 Audire *poni videtur pro le re. Nempe quod alienis ſaepe oculis in legendo viderentur.* Cic. Fam 3, 11 *pr.* Eadem illa mihi laetiora fecerunt tuae literae — quia ma gis videbar tibi gratulari, cum de te ex te ipſo audiebam. Id. ad Q Fratr. 3, 1, 4 Reſcripſi epiſtolae maximae: audi nunc de minuſcul Cael. ad Cic. 8, 11 *extr.* Quam quiſque ſententiam dixerit, in com mentario eſt rerum vrbanarum: ex quo tu, quae digna ſunt, ſelig Multa tranſi — malo in hanc partem errare, vt, quae non deſidera audias. Cic. Att. 9, 1 Audi igitur ad omnes *epiſtolas tuas reſponſionem* ¶ 7 *Vt alias* audire *pro intelligere ponitur: ita etiam vbi ſupplenda ora tione mutila ſermo eſt.* Quinctil. 8, 5, 12 Hoc nomine (νοήματος) d narunt ea, quae non dicunt, verum intelligi volunt, vt in eum, que ſaepius a ludo redemerat ſoror, agentem cum ea talionis, quod ei po licem dormienti recidiſſet, *Eras dignus, vt haberes integram manum.* S enim auditur, *vt depugnares.* ¶ 8 *De forma Grammatica o ſeruationes.* Audibo, *pro* Audiam, *more antiquo.* Plaut. Poen. 1, 2, 5 Nunquam audibis verba tot, tam ſuauia. *Add.* Id. Capt. 3, 4, 86 I me audibis vera, quae nunc falſa opinare, Hegio. *Add.* Non. 9, 1 Audiſſe *potius, quam* audiuiſſe *dicendum eſſe, colligi poteſt ex* Quinct. 1, 17. Cic. Att. 8, . . . Propterea quod neque Romae quidquam auditi noui. Auditus eſt magno ſilentio Id. ad Q. Fratr. 2, 1. Audita re e vtraque parte Id. de Fin. 1, . . Audiendi ſenſu carere Id. Som Scip. c. 5. Tacit. Ann. 15, 67 Vt faciendis ſceleribus promtus, ita audiendi quae faceret, inſolens erat. *Ex ſignificatione quam dedimus* n.

Ci

:ic. pro Flacc. 98 Nemo illorum iudicum clariſſimis viris accuſanti-ıus, audiendum ſibi de ambitu putauit.

AVDIENS. Partic. [ἀκούων] Cic. Fam. 13, 37 Me audiente. Hor. Od. , 2, 27 Prece qua fatigent Virgines ſanctae minus audientem carmina Ve-lam? Cic. Orat. 55 Animum audientis mouere. Id. de Cl. Orat. 80 ıd animos audientium permouendos. *Notabilis eſt formula*, dicto au-ientem eſſe. Plaut. Amph. 3, 4, 6 Ego ſum Ioui dicto audiens. *Et* . 8 Pater vocat me, eum ſequor, eius dicto imperio ſum audiens. d. Aſin. 3, 1, 40 Audientem dicto, mater produxiſti filiam. *Et* Men. , 3, 89 *ſeruus de domino*, Dicto me emit audientem, haud imperato-em tibi. *Et* Trin. 4, 3, 55 Sed ſi non dicto audiens eſt. Cato de R. . 142 Dominoque dicto audiens ſit. Cic. Verr. 1, 114 c. 44 Si ha-es, qui te audiat, ſi poteſt tibi dicto audiens eſſe quisquam. *Et* 4, 7 c. 12 Reſpondit id, quod neceſſe erat, ſcilicet dicto audientem fuiſ-e Praetori. *Et* pro Deiot. 13 Vt audiens dicto eſſet huic ordini. ıdd. Nep. 6, 1, 2. *et* 11, 2, 11. *Inprimis* 17, 4, 2 Tanta modeſtia dicto udiens fuit iuſſis abſentium magiſtratuum. Liu. 5, 3 Ne plebs nobis icto audiens atque obediens ſit. *Plura dabit Gronou. ad* 29, 20. *Quod uidam laudant* Nep. Dat. 2, 3 Is regis dicto audiens non erat, *In optimis bris firmatur* dicto: *neque, puto, exemplum genitiui in hac formula in du-ium prolatum eſt. Sed* Plaut. Truc. 1, 2, 25 Tibi ſeruio atque audiens um imperii. ¶ 2 Tertull. de Poenit. c. 6 *et* 7 Audientes *int Catechumeni.*

AVDIENTIA, ae. f. [ἀκρόασις] *Audiendi facultas, et actus.* Plaut. oen. Prol. 11 Exſurgere praeco, fac populo audientiam. *h. e. Fac, vt opulus praeſtet aures.* Cic. Diu. in Verr. 42 c. 13 Quantam auditorum ıultitudinem C. Verris infamia concitatura: quantam denique audien-am orationi meae improbitas illius factura ſit. Id. de Orat. 2, 325 am nonnulli quum illud meditati ediderunt, ſic ad reliqua tranſeunt, audientiam ſibi fieri velle videantur. Audientiam facere praeconem ıſſit Liu. 43, 16. *Add.* A. ad Her. 4 c. 54. Cic. de Senect. 28 c. 9 ed tamen decorus eſt ſermo ſenis, quietus et remiſſus, facitque per-epe ipſa ſibi audientiam diſerti ſenis compta et mitis oratio. Ad au-entiam admittere Quinctil. Trib. Mar. c. 9 p. 82 Burm. *Add.* Sulp. u. H. S. 2 c. 49. Hilar. l. ad Conſtantin. *pr.* Arnob. 5 p. 178 Ne repat in animum tam impurae religionis obſcenitas, audientia tota udenda eſt.

AVDITIO, ōnis. f. [ἀκρόασις, ἀκρόαμα] *Actus audiendi.* Cic. Fin. 5, 42 Dantque ſe ad ludendum, fabellarumque auditione du-ıntur. Quinct. 2, 2, 11 Continget auditione iudicium. Id. 10, 1, 10 ulta lectione atque auditione aſſequi. Caeſ. Bell. Gall. 4, 5 Et his moribus atque auditionibus permoti. Fama et auditione accipere c. de Nat. Deor. 2 c. 38. Fictae auditiones diſſeminatus diſperſus-e ſermo Id. pro Planc. 56 c. 23. Falſas auditiones depellere Tacit. ın. 4, 11, 6. Cic. Verr. 4, 102 c. 46 Hoc ſolum auditione expetere epit, quum id ipſe non vidiſſet. De Auditione teſtimonium dicere con. Paed. Cic. Fam. 8, 1 Ne tenuiſſimam quidem auditionem de re accepi. Caeſ. Bell. Gall. 7, 42 Quae maxime illi hominum ge-ri eſt innata, vt leuem auditionem habeant pro re comperta. ¶ 2 *ſcholis, et quae ibi aguntur, adhibent. De Medica diſciplina* Plin. 2, 2 Sedere namque in ſcholis auditioni operatos, gratius erat, quam per ſolitudines, *etc. Sic* Qui Romani easdem auditiones, eosdem-e doctores colebamus Gell. 18, 2. *Add.* 14, 1. 19, 8. Meminimus auditione Nicetis ad Meſſalam veniſſe Sen. Suaſ. 3 *ſub fin. vbi paul-poſt ſimile ſequitur. Conf.* ACROASIS.

AVDITIVNCVLA, ae. f. Dimin. [ἀκροαμάτιον] Gell. 13, 18 Au-iuncula quadam de Catonis familia aſperſus eſt.

AVDĪTOR, ōris. m. [ἀκροατής] *Qui audit.* Cic. Att. 16, 2 De oria miſi tibi, cuſtodies igitur, vt ſoles: ſed notentur Eclogarii, os Saluius bonos auditores nactus, in conuiuio duntaxat legat. Iu-nal. 1, 1 Semper ego auditor tantum (*recitantium Poëtarum*) nun-iamne reponam? ¶ 2 Auditor, *pro Diſcipulo. vt,* Auditor atonis Strato, *etc.* Cic. Acad. 1, 45. *Add.* Id. de Diuinat. 2 c. 42. aebebo me tibi attentum auditorem Id. de Nat. Deor. 3, c. 1. Exci-auditor ſtudium Ou. Pont. 4, 2, 35. Initio contumeliae cauſa a de-entibus diſcipuli Latronis, auditores vocabantur; deinde in vſu ver-m eſſe coepit, et promiſcue poni pro diſcipulo auditor Sen. Contr. *Etiam de medicis v. g.* Scribon. 97 Pacchius Antiochus, auditor Filaenidis Catinenſis. ¶ 3 Auditor, *pro Lectore.* Varro de L. 5, 1 Atque, ſi qua erunt ex diuerſo genere adiuncta, potius co-ationi verborum, quam auditori calumnianti geremus morem. *mpe delicatiores potius audiunt praelegi ſibi libros, quam oculos legen-accommodant. Vid. quae in* AVDIO *n. 6. diximus.*

AVDITORIVS, a, um. Cauernae auditoriae Cael. Aur. Tard. 3. *quas* aurium cauernas *vocat* Tard. 1, 5.

AVDITORIVM, i. n. [ἀκροατήριον] *Locus in quo quis auditur vel ns vel legens.* Quinctil. 2, 11, 3 Sed cuius rei gratia plenum ſit au-dorium. Et domum mutuatur, et auditorium exſtruit, et ſubſellia nducit Dial. de Orat. c. 9, 6. *Add.* ib. 10, 7. Suet. de Cl. Rhet. c. 5. ¶ 2 Auditorium, *Multitudo ipſa audientium.* Plin. Eiſt. 4, 7 Ipſe etiam nuper adhibito ingenti auditorio, librum de vi-pueri recitauit. *Sic* Quinctil. 5, 12, 20 Eloquentiam licet hanc —— aditoria probent. Auditorio miſſo Apul. Apol. p. 320. ¶ 3 Aditorium *ponitur etiam pro Foro et Tribunali.* Paul. in l. contra. de re iudicata, Is qui ad maius auditorium vocatus eſt, ſi litem in-oatam deſerit, contumax non videtur. ¶ 4 *Sed Scholam prie ſignificat: atque ita opponitur Foro.* Quinctil. 10, 1 Sed alia io eſt litium et diſputationum, fori et auditorii, praeceptorum et ieulorum. Iſocrates auditoriis ſe, non iudiciis comparat Id. 1, 36. *Add.* 2, 21, 21.

AVDĪTVS. Partic. [ἀκουσθεὶς] Cic. de Fin. 1, 24 Reque ex vtra-e parte audita. Hac re audita Nep. 2, 4, 5. Hoc non auditum, ſed gnitum praedicamus Id. 25, 13, 7. Carmina non prius audita canto or. Od. 3, 1, 3. Audita eius virtus dubitationi locum non dat Cic. o Corn. Balb. 16. Auditus a ſummis montibus Euan Stat. Theb. 94. Romae cuncta in deterius audita Mutianum angebant Tacit. ſt. 4, 19. Audita recordari Virg. Aen. 3, 107. Audita repetere uid. Epiſt. 19, 193. Audito, *ablatiuus abſolute poſitus.* Tacit. Ann. 7, 1 Ipſe, audito caſtellum Luppiae flumini appoſitum obſideri, ſex ;iones eo duxit. *i. Poſtquam audiuit. Add.* Id. 14, 7, 6. Liu. 27, *et* 34, 9. Audito crudelior Vell. 2, 25, 3. Audito regem in Cili-cm tendere Sall. Fragm. Hiſt. l. 5. *De iſtiusmodi Participiis abſolute ſitis, vid. Voſſ. de Conſtr. cap.* 49. Plaut. Merc. 5, 2, 62 Vidiſtin', tu audito nuntias? *al.* de auditu, ſed κριτικώτεροι de audito. Bacch. 3, 65 Quin ego cum peribat vidi; non ex audito arguo. Lucret. 5, 1132 Quandoquidem ſapiunt alieno ex ore: petuntque Res ex auditis potius quam ſenſibus ipſis.

AVDĪTVS, ûs. m. [ἀκοὴ] *Senſus audiendi, interdum etiam actus.* Plin. 10, 69 Auditus cui hominum primo negatus eſt, huic et ſermonis vſus ablatus. Id. 8, 28 Vulpus animal alioqui ſollerti auditu. Tranſitum auditus aperit acetum ſcilliticum Id. 23, 2. Grauitatem auditus diſcutit oleum amygdalinum Id. 23, 4. Cic. pro Marcell. 12 Vereor vt hoc quod dicam, non perinde intelligi auditu poſſit, atque ego ipſe cogitans ſentio. Auditus ſemper patet: eius enim ſenſu etiam dormientes egemus: a quo quum ſonus eſt acceptus, etiam e ſomno excitamur Id. de Nat. Deor. 2, 144 c. 57. Breui auditu quamuis magna tranſibat grauioribus curis impar Tacit. Hiſt. 2, 59. *i. obiter modo audiebat.* Cic. Off. 1, 33 Nec noſter quidem probandus, ſi verum eſt, Quintum Fabium Labeonem, ſeu quem alium, (nihil enim praeter auditum habeo) arbitrum Nolanis et Neapolitanis de finibus a Senatu datum *etc.*

AVDITVRVS. Partic. [ἀκούσων] Lucan. ad Piſon. 74 Huc etiam tota concurrit ab vrbe iuuentus, Auditura virum.

AVDITO, āre. Auditaui ſaepe audiui. Feſt. *Obſoletum. Malt nonnulli,* audiuitaui.

## A V E

AVE, *vel* HAVE. [χαῖρε] *Verbum defectiuum putatur, cuius legantur tantum,* Aue, aueto, auete, auere. *Quo notabilior eſt locus* Mamertini in Paneg. Iuliano dicto ſ. 10, 29, 3 Aueo plane, Imperator, et auebo: neque enim euentus eſſe poteſt huius optati ambiguus, quum hic auere iubeat, qui iam facit, vt auerem. *Nimirum Imperator ante dixerat,* Aue, *conſul ampliſſime. Tamen ſeparatum ac diuerſum ab hoc videtur verbum* AVEO, *i. Cupio. Certe ſeparatim infra de illo agimus.* Martial. 5, 52 Hic, qui libellis — Exprimere Ruffe, fidiculae licet cogant, Aue Latinum, χαῖρε non poteſt Graecum. *Eſt vero* Aue *Salutatio matutina, vt* Vale *veſpertina* Martial. 1, 56 Et matutinum portat ineptus aue. Id. 1, 109 Mane tibi pro me dicat Auere liber. *Habebat itaque eandem vim quam* ſalue, *quo in matutina ſalutatione vſos, docet* Sueton. Galba 4. *Etiam reduces, et quos diu non viderant, hoc verbo compellabant.* Cic. Fam. 8, 16 Caeſar, ſimul atque haue mihi dixit, ſtatim, quid de te audiſſet mihi expoſuit. Martial. 9, 8

Dicere de Libycis reduci tibi gentibus, Afer,
Continuis volui quinque diebus aue.
Non vacat, aut dormit dictum bis terque reuerſo.
Iam ſatis eſt. Non vis, Afer, auere: vale.

*Hinc in principio Epiſtolae* Auguſtus *ap.* Gell. 15, 7 Haue mi Cai, meus ocellus iucundiſſimus. *Tamen etiam* Haueto *reperitur in fine epiſtolae, pro* Valeto. Salluſt. in Catil. 35 Nunc Oreſtillam tibi commendo, tuaeque fidei trado: eam ab iniuria defendas, per liberos tuos rogatus. haueto. Haueto, *inquam. Sic certe edidit etiam Cortius, licet ex magno numero, quo vſus eſt MSStorum vnus tantum Aſpirationem habeat: cui caeteroquin fauet origo ex Ebraico* חוה *quod viuere ſignificat. Caeterum valedicentis etiam eſt, et cum aſpiratione ſcribitur* Catull. 102, 8 Atque in perpetuum frater haue atque vale. *Dicuntur iſta ad fratris defuncti reliquias. Nempe etiam in monumentorum inſcriptionibus ſollemne eſſe* HAVE, *rariuſculum* AVE *ſ.* AVETE, *Scaligeri in Gruteri Inſcriptiones index docet.* Quinctiliani *aetate obſoletum fuit* auēte, hauēte vſitatum. *Itaque reprehendit* 1, 6, 21 multum literatum, qui ſine aſpiratione et producta ſecunda ſyllaba ſalutauit Auete.

AVĔHO, xi, ctum, ĕre. [ἀπάγω] *Ex loco aliquo ad alium vehere.* Ter. Adel. 4, 5, 19 Is venit vt ſecum auehat. Suet. in Caeſ. 71 Et mox ex praefectura proficiſcens in Hiſpaniam, inter officia proſequentium faſcesque lictorum lectica ſua auexit. *Et* Vetuſtiſſima naue impoſitos, quocumque vento in quascunque terras iubebo auehi Caeſ. *ap.* Suet. c. 66. Plaut. Men. 5, 9, 56 Quot eras annos natus, quum te pater a patria auehit? Sil. 4, 319 Tyrias retro pauor auehit alas. Virg. Aen. 2, 179 Numenque reducant Quod pelago et curuis ſecum auexere carinis. *Quid.* Aduexere. *Et confundi haec verba monet* Drak. ad Sil. 2, 319.

AVECTVRVS. Iuſtin. 20, 2 Obtentoque —— quod petebant haut ſecus laeti, quam ſi deos ipſos ſecum auecturi eſſent.

AVECTVS, a, um. Corpora Virg. 11, 205. Hoſtes Id. 2, 43.

AVELLA. [Ἀβέλλα] *vel* AVELLINVM, *et antique* ABELLINVM. Oppidum Campaniae: a quo Auellanae nuces. Seruius *ad* Georg. 2, 65. *et* Aen. 7, 740. Sil. 8, 520 *et* 545 et pauper ſulci cerealis Auella.

AVELLĀNA, ae. f. [λεπτοκάρυον] *Nux ex arbore, quae corylus dicitur.* Plin. 15, 22 Caeteris quidquid eſt, ſolidum eſt: vt in Auellanis et ipſo nucum genere, quas antea abellinas patrio nomine vocabant. In Aſiam Graeciamque e Ponto venere: et ideo Ponticae nuces vocantur. *Sed et* Praeneſtinae *dicuntur, vt tradit* Macrob. Saturn. 3, 18. Auellanas *cum* Caluis, Graecis, Praeneſtinis iungit Cato de R. R. 8, 2 *Add.* Pall. Feb. 25, 31. Colum. 5, 10, 14 Auellanae nucis magnitudine. Scribon. 135. Auellanae nucleo ſimilis Plin. 37, 4

AVELLO, elli *et* ulſi, ulſum, ĕre. [ἀποσπάω, ἀποτίλλω] *A loco et per vim vellere.* Virg. Aen. 2, 165 Fatale aggreſſi ſacrato auellere templo Palladium. *Vbi* Seruius, Auellere, oſtendit inuitum. Non potes auelli Ou. Triſt. 1, 3, 81. E ſigno Cereris hoc (*paruum ſigillum Victoriae*) auellendum aſportandumque curauit Cic. Verr. 4, 110. Plin. 3, 8 Quondam Brutio agro cohaerens, mox interfuſo mari auulſa. *De Sicilia loquitur.* Cic. de Senect. 71 c. 19 Quaſi poma ex arboribus ſi cruda ſunt, vi auelluntur: ſi matura et cocta, decidunt. Id. pro Font. 36 c. 17 Num etiam de matris hunc complexu lectiſſimae miſerrimaeque foeminae, vobis inſpectantibus, auellet atque abſtrahet? Id. pro Domo ſua 145 c. 57 Vt perpetuum dolorem auulſus a meis ſuſtinerem. Auelli fundus emtori non poteſt. Marcell. in l. penult. D. de fund. dotalibus. *i. auferri.* Plin. 5, 2 Et horum pars quondam Veſuni, qui auulſi his, propriam fecere gentem verſi ad Aethiopes. *i. Separati.* Frondes auellere Ouid. Met. 2, 351. Ter. Eun. 3, 3, 14 Credo ei placere hoc: ſperat ſe a me auellere. *Vbi* Donatus, Bono vſus eſt verbo Auellere: tanquam a pertinaciter retinente. Auellere ſe ſe derepente a meretrice Ter. Hecyr. 4, 1, 39. Auellerat Curt. 5, 6, 5.

AVVLSVS, a, um. *Praeter dicta* Auulſos leporum, vt multo ſuauius armos, Quam ſi cum lumbis quis edit Hor. Sat. 2, 8, 89. Humeris auulſum Caput Virg. Aen. 2, 558. Filii ſinu matris Sen. Med. 945. Membra Virg. Aen. 9, 490. Auulſae gentes ac ſolitariae Plin. 2, 78.

AVVLSIO, ōnis. f. [ἀπόσπασις] Plin. 17, 10 Aut enim ſemine proueniunt, aut plantis radicis, aut propagine, aut auulſione. *Conf.* Id. 19, 7.

AVVLSOR, ōris. m. [ἀποσπαστής] Plin. 9, 45 Vbi auulſorem ſenſere, contractae multo difficilius abſtrahuntur.

AVĒNA, ae. f. *et vitium frumenti eſt, Gr.* αἰγίλωψ, *et genus frumenti, quod a Graecis* βρόμος *appellatur. Confundere videtur* Plin. 18, 17 ſ. 44 Primum omnium frumenti vitium auena eſt, et hordeum in eam degenerat, ſicut ipſa frumenti fit inſtar, quippe quum Germaniae populi edant eam, neque alia pulte viuant. *Narrat deinde, quibus cauſis illud vitium oriatur.* Cic. de Fin. 5 c. 30 At enim qua in vita eſt aliquid mali, ea beata eſſe non poteſt. Ne ſeges quidem igitur ſpicis vberibus et crebris, ſi auenam vſpiam videris. Virg. Ecl. 5, 37. *et* Georg. 1, 153 Infelix lolium, et ſteriles dominantur auenae. *Quo loco* Seruius, Steriles dici a Virgilio ait, ad diſcretionem earum, quae ſeruntur. *Nempe ſeritur etiam, ad pabulum.* Colum. 2, 11, 9 Similis ſatio auenae, quae auctumno ſata, partim caeditur in foenum, vel pabulum, dum adhuc viret: partim ſemini cuſtoditur. *Interim antiquis Romanis vix aliter* Auena, *quam pro vanis culmis et ſtipulis frugem non habentibus.* Virg. Georg. 1, 226 Expectata ſeges vanis deluſit auenis. Symmach. 10, 61 p. 444 Nec rubigo ſegetibus obfuit, nec auena fruges necauit. Ambroſius de poenitentia *laudatus* Tur. 19, 29 Atque vtinam hanc ſtipulam in meſſe, hoc eſt inanem auenam fructus mei non abiiciat. *Vid. omnino Salmaſ. ad Solin.* p. 153, b. *ſq.* ¶ 2 Auena, *pro* Culmo *et* fiſtula. Virg. Ecl. 1, 2 Silueſtrem tenui muſam meditaris auena. *Vbi* Seruius: Auena, Culmo, ſtipula: vnde ruſtici plerumque cantare conſueuerunt. *vt* Ecl. 3, 27 Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen. Dicendo autem Tenui auena, Humilis ſtili genus latenter oſtendit. *Appoſite ad hanc rem* Martial. 8, 3 *extr.* Anguſta cantare licet videaris auena, Dum tua multorum vincat auena tubas. Sed perlucenti cantus meditabor auena Tibul. 3, 4, 71. Structis auenis cantare Ouid. Met. 1, 677. *Nempe* Fiſtula diſparibus paullatim ſurgit auenis Ouid. Met. 8, 192. ¶ 3 *In MSS. ſolet confundi cum* Habena *Drakenb. ad* Sil. 16, 209. Priſcian. 12 p. 1254 Auena, quae τὸν βρόμον ſignificat, et ſine adſpiratione eſt, et per u ſcribitur.

AVENACEVS. Adi. [βρόμειος] *Ex auena factum, vt,* Plin. 29, 6 Vel cum farina hordeacea, vel auenacea.

AVENARIVS. Adi. [βρομικός] *vt,* Auenaria cicada, ſ. frumentaria, quae apparet frumentis areſcentibus Plin. 11, 26.

AVENTĪNVS. [Ἀβεντῖνον ὄρος] Mons vrbis Romae eſt, quem conſtat ab auibus eſſe nominatum, quae de Tiberi aſcendentes illic ſedebant: vt in octauo legimus, (Aen. 8, 231) Dirarum nidis domus opportuna volucrum. Quidam etiam rex Aboriginum Auentinus nomine, illic et occiſus et ſepultus eſt, ſicut etiam Albanorum rex Auentinus, cui ſucceſſit Procas. Varro tamen dicit in gente populi Romani, Sabinos a Romulo ſuſceptos, iſtum accepiſſe montem, quem ab Auente fluuio prouinciae ſuae appellauerunt Auentinum. Conſtat tamen varias has opiniones poſtea ſequutas. Nam a principio Auentinus dictus eſt ab auibus, vel a rege Aboriginum. Vnde hunc Herculis filium conſtat nomen a monte accepiſſe, non ei praeſtitiſſe. *Hactenus* Seruius *ad* Aen. 7, 657 — ſatus Hercule pulchro Pulcher Auentinus, *etc.*

AVENTĪNVS. Adi. *vt,* Auentina ſilua Ouid. Faſt. 3, 329. *Et* Faſt. 6, 728 Arx Auentina. *Idem* 3, 329 Auentinum iugum *dixit.*

AVENTINIENSIS, e. *aliud* Adi. Val. Max. 7, 3, 1 Auentinienſis Diana, *quae in Auentino colitur. Sic legendum, non* Auentinenſis, *monuit etiam* Gron. ad Liu. 28, 26.

AVEO, ēre. [γλίχομαι] *Verbum defectiuum, Concupiſcere ſignificat. Ex Oriente arceſſendum:* אוה *enim concupiſcere eſt.* Feſtus, Auere nihil aliud eſt quam Cupere, argumento eſt Auidum, et Auiditatem: ex quibus praecipua cupiditas intelligitur, quum ſignificet et Gaudere. *Nempe idem verbum putat, quod in ſalutationibus adhibetur,* Aue *vel* Haue, *quod ſupra explicauimus. Melius enim diſtingui videntur.* Hor. Serm. 1, 14, 87 E quibus vnus auet quauis aſpergere cunctos. Parto, quod auebas Id. Sat. 1, 1, 93. Cic. Off. 1 c. 4 Itaque quum ſumus negotiis curiſque vacui, tum auemus aliquid audire et diſcere. Valde aueo ſcire, quid agas Id. Att. 2, 15. *Add.* Ib. 2, 1. ¶ 2 *Scribitur nonnunquam* Haueo, *vt ap.* Cic. Att. 1, 15 *extr. vbi v. Lambin.*

AVENS. Partic. [γλιχόμενος] Hor. Serm. 2, 4, 1 — non eſt mihi tempus auenti Ponere ſigna nouis praeceptis. Caligula auentibus cunctis deligitur Aur. Victor de Caeſ. c. 3. *Conf.* Naeuius ap. Gell. 19, 7.

AVENTER. Adu. Ammian. 18, 5 *et* 29, 13. Grut. *et* Sidon. Epiſt. 2, 2.

AVERNVS, i. m. [Ἄορνος] in pl. Auerna, orum. n. *Lacus Campaniae prope Baias: quem Plutoni dicatum opinabantur. Hinc ad inferos introitus patere dicebatur. Deſcriptionem ponamus* Virgilianam Aen. 6, 237

Spelunca alta fuit, faſtoque immanis hiatu,
Scrupea, tuta lacu nigro nemorumque tenebris:
Quam ſuper haud vllae poterant impune volantes
Tendere iter pennis: talis ſeſe halitus atris
Faucibus effundens ſupera ad conuexa ferebat:
Vnde locum Graii dixerunt nomine Aornon.

*Sic G. Fabric. ex MSS. Comparari poſſunt cum his verſus* Lucretii 6, 819 *ſqq.* Auerna alta Virg. Aen. 5, 732. *i. Profunda.* Aeſtus Auerni Lucret. 6, 830. Graue olens Auernus Virg. Aen. 6, 20. Latices Auerni Virg. Aen. 4, 512. Luco Auerni praeſcios penetrauit et reliquit Aeneas Stat. Silu. 4, 3, 131. Nigri ſulcator Auerni, *i. Charon* Stat. Theb. 11, 588. Pallens Auernus Id. Silu. 5, 1, 27. Peſtiferi limen Auerni Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 348. Virg. Aen. 3, 441 Huc vbi delatus Cumaeam acceſſeris vrbem, Diuinoſque lacus, et Auerna ſonantia ſiluis, *etc. Vbi* Seruius: Diuinos lacus, *i. e.* Conſecratos, Auernum et Lucrinum. *Auernus* autem in Plurali Numero *haec Auerna* facit, *vt Tartarus Tartara,* vnde eſt *Auerna ſonantia ſiluis.* Sane hic lacus ſiluarum denſitate ſic ambiebatur ante, vt exhalans inde per anguſtias aquae ſulphureae odor grauiſſimus ſuperuolantes aues necaret. Vnde et Auernus dictus eſt, quaſi ἄορνος. Quam rem Auguſtus Caeſar intelligens, deiectis ſiluis, ex peſtilentibus amoena reddidit loca. *Hactenus* Seruius, *qui conſuli etiam poteſt ad* Georg. 2, 164. Tartareus Auernus Stat. Theb. 3, 108. Vacuus, *i. Inferi, in quibus habitant defunctorum vmbrae tenues et incorporeae, proindeque locum non occupantes.* Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 20. Vmbroſus Id. de Rapt. Proſerp. 1, 116. ¶ 2 Auernus. Adi. Ouid. Met. 10, 51 Hanc ſimul, et legem Rhodopeius accipit Orpheus, Ne flectat retro ſua lumina, donec Auernas Exierit valles. Loca auerna Lucr. 6, 738. Freta Auerna Virg. Georg. 2, 164. Sil. 15, 76 Degeneres tenebris animas damnauit auernis. ¶ 3 Auernus *pro Pluto.* Val. Flacc. Argon. 2, 603. *et* 5, 348 — viſo pulſus decor omnis Auerno. Simulacrum Auerni ſudaſſe *memorat* Seruius ad Georg. 2, 164.

AVERNĀLIS, e. Adi. [Ἀόρνειος] *vt,* Aquae Auernales Hor. Epod. 5, 26 Auernales Nymphae Ouid. Met. 5, 540.

AVERRO, ĕre. *Verrendo ad minutias vsque auferre.* Quos oportuit amiſſa reſtituere, hiſce etiam reliquias auerrerunt Lic. Macer ap Priſcian. 10 p. 900.

AVERRVNCO, āre. [Ἀποτέμνω Vet. Gloſſ.] *Antiquum verbum ruſticum, volunt quidam quaſi Runca vitium ſarmenta auertere et amputare, vid.* RVNCO. *Sed ſimplicius eſt illud deriuare a Verrunco, vertoram. Nam* Auerruncare [ἀποτρέπειν] *Auertere et depellere, per metaphoram.* Liu. 8, 6 Placuit auerruncandae deûm irae, victimas caedi. *Et* 10, 23 Eo anno prodigia multa fuerunt, quorum auerruncandorum cauſa ſupplicationes in biduum ſenatus decreuit. Cato de R. R. 141, 2 Mars pater, te precor, quaeſoque vti calamitates intemperiaſque prohibeſſis, defendas, auerruncesque. Cic. Att. 9, 2 Dii, inquis, auerruncent. Non. 2, 49 ex Lucil. lib. 26 Dii maluerint (*Merc.* moverint) meliora, atque amentiam auerruncaſſint tuam. *Hic verſus etiam eſt* Varr. de L. L. 6, 5 p. 81, 22 DI monerint (*Scal. in marg.* munera dent) meliora, atque amentiam auerruncaſſint. Nonio *porro laudatur* Pacuuius, Poſſum ego iſtam capite cladem auerruncaſſere. Fulgent. expoſ. ſerm. ant. 53 Antidamas in Moralibus: Fabre compactum animal, hominem, quis ferat ſic ire pecuatum, et auerruncaſſit igitur tam Aricinas hominum mentes. Auerruncare dixit pro eradicare. *Illud adhuc notandum apud* Non. l. c. *totum hoc verbum per B ſcribi, quaſi ſit ab* Aberrando. *Sed eſt alias quoque frequens ea confuſio. Praeſtat ergo* Varronem *audire* de L. L. 6, 5 p. 81, 24 A vertendo Auerruncare.

AVERRVNCVS, i. m. [Ἀποτρόπαιος] *Deus qui mala auerruncaret, id eſt auerteret.* Varr. de L. L. 6, 5 p. 81 Deus, qui iis rebus praeeſt, Auerruncus. Itaque ab eo precari ſolent, vt pericula auertat. Gell. 5, 12 In iſtis autem diis, quos placari oportet, vti mala a nobis vel a frugibus natis amoueantur, Auerruncus quoque habetur, et Robigus.

AVERSIO, AVERSOR, aris, *et* AVERSOR, oris, *et* AVERSVS, *vid. in* AVERTO.

AVERTA, ae. Mantica pera vel auerta eſt Scholiaſt. Hor. Sat. 1, 6, 107. *Probant hoc* Iac. Gothofr. ad C. Theod. l. 8 t. 5 l. 47 *et* 48 *et Dufreſnius in Gloſſ.* Auerta *vocatur, quod poſt equitem, a tergo illius, quaſi auerſa iacet.*

AVERTARIVS, i. m. *Equus, qui Auertam ſ. manticam portat.* Parhippum vel auertarium nullus accipiat Cod. Theod. l. 22 (L. 8 t. …) de Curſu publ.

AVERTO, ti, ſum, ĕre. [ἀποτρέπω] *Alicunde conuertere, ſiue Alicunde remouere.* Cic. Philipp. 5, 11 Lepidus Antonio diadema Caeſari imponente ſe auertit. *Sic* Ouid. Met. 2, 770 Videt — inuidiam, viſaque oculos auertit. *Et* 5, 179 Vultum auertere. Cic. pro Corn. Balb. 11 c. 5 Fuiſſe iudicem ex illis equitibus Romanis, grauiſſimis viris, neminem quin remoueret oculos, et ſe totum auertere. Ab aliquo ſe auertere Plaut. Mil. 2, 2, 48. Armis repellere, fugare, auertere aliquem Cic. pro Caecin. 33 c. 12. Ab impudicis dictis auorti volo, *i. parci mihi, nihil impudicum mihi obiici.* Plaut. Amph. 2, 2, 46. Caeſ. B. Ciu. 3, 79 Caeſarem Apollonia a directo itinere auerterat, *i. excurſio Apolloniam ſuſcepta fecit, vt iter non continuaret.* Cic. de Nat. Deor. 2, 141 c. 56 Atque vt in aedificiis architecti auertunt ab oculis naribusque dominorum, ea quae profluentia neceſſario tetri eſſent aliquid habitura: ſic natura res ſimiles procul amandauit a ſenſibus. Cic. Fam. 3, 2 Et certe niſi is Antonium ab Vrbe auertiſſet, *i. Prohibuiſſet.* ¶ 2 *Sed ponamus iam elementari ordine Subſtantiua, quibus iungitur.* Cic. de Amicit. 5 c. 1 Tu velim a me Animum parumper auertas, Laelium loqui ipſum putes. *Sed* Caeſ. Bell. Gall. 1, 20 Vti totius Galliae Animi a ſe auerterentur, *i. alienarentur.* Animum ab aſſiduo moerore Liu. 25, 38. Idem 28, 6 Quum omnium Animos oculoſque id certamen auertiſſet, porta maritima arcis Plator Romanos accepit. Quinct. 1, 12, 13 Auertere Animum diſcentis taedio, *int. a literis.* Caſum aliquem Virg. Aen. 3, 265 Cauſam doloris Liu. 6, 34 *extr. vbi ſignificat diſſimulare.* Ciuitatem ab alicuius amicitia Caeſ. B. C. 3, 79. Cogitationem a miſeriis Cic. Fam. 6, 1. Conatus alicuius a Rep. Id. Philipp. 6, 18. Crimen in alium Quinct. 7, 2, 10. Liu. 31, 11 Excuſantes errorem adoleſcentiamque, et Culpam omnem in fraudem Carthaginenſium auertentes. Curas dictis Virg. Aen. 4, 394. Equos auertit in caſtra Virg. Aen. 1, 472. *i. abduxit.* Ex oculis alicuius ſe auertere, et auferre Virg. Aen. 4, 289. Falces laqueis Caeſ. Bell. Gall. 7, 22. Fidem gratia Quinct. 12, 1, 24. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 49 Omnia enim Flumina atque omnes Riuos, qui ad mare pertinebant, Caeſar aut auerterat, aut magnis operibus obſtruxerat, *i. alio deriuarat.* Cic. de Nat. Deor. 2, 162 Nos Flumina arcemus, dirigimus, auertimus. Furorem alicuius auertere a pernicie Reipub. Cic. Philipp. 4, 3. Id. Fam. 12, 26 Ne patiar Eroten Turium Q. Turii libertum (vt adhuc fecit) hereditatem Turianam auertere. *i. auferre, in tuam rem vertere,* νοσφίζεσθαι. *Vid.* Pecuniam, Praedam, Rem. Hoſtem auertere a portis Caeſ. Bell. Gall. 6, 41. *Sic* Cic. ad Brut. 15 Atque omne praeſidium eſſet in puero, qui a ceruicibus noſtris auertiſſet Antonium. Ab Vrbe Id. ad Eund. Ep. 3. Liu. 22, . . . In fugam auerterunt claſſem. Italiam auertere, *pro Arcere ab etc.* Virg. Aen. 1, 42. Locus materiae auertendus per cataplaſmata Celſ. 5, 27. Cic. Att. 16, 7 Ego vero Auſtro gratias miras ago, qui me a tanta Infamia auerterit. Mentem alicuius a defenſione alterius Cic. pro Sext. 67. Vlp. l. Illud. §. ſed etſi D. de tribut. act. Sed et ſi Mercem perire paſſus eſt, aut eam auerti aut vilioris data opera diſtraxit, vel ſi ab emtoribus pretium non exegerit: dicendum erit teneri eum tributoria, ſi dolus interuenit. *Conf.* Ammian. 14, 5. Morbos Hor. Epiſt. 2, 1, 136. Oculos omnium in ſe Liu. 2. Quod Omen dii auertant Cic. Fam. 12, 6. Liu. 23, 1. Opinionem populi a ſpe adipiſcendi Cic. pro Muraen. 43. Id. de Nat. Deor. 3, 19 c. 8 Equidem attuliſſe rationes mihi videor: ſed eas tu ita refellis, vt quum me interrogaturus eſſe videare, et ego me ad reſpondendum compararim, repente auertas orationem, nec des reſpondendi locum. Cic. Verr. 1, 11 c. 4 Quibus probemus, iſtum quaeſtura pecuniam publicam Cn. Carboni Conſuli datam auertiſſe. *Add.* Tac. H. 1, 53, 2. *vid.* Hereditatem. Peſtem ab Aegyptiis auertunt ibes Cic. de Nat. Deor. 1, 102. Auratam optantes Colchis auertere

tere Pellem Catull. 65, 5. Praedam Liu. 1, 7. *Et* Virg. Aen. 10, 78. *Item.* Auertere praedam domum Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 59. *Vid. Drakenb. ad* Sil. 3, 321. Quod omen dii auertant, *Precatio eſt, ne id accidat, quod imminere videtur.* Cic. Fam. 10, 8 Velim deinceps meliora ſint: ſin aliter fuerit (quod dii omen auertant) Reipub. vicem doleo. Item Philipp. 11, 11 c. 5 Quid Beſtiam? qui ſe Conſulatum in Bruti locum petere profitetur? atque hoc quidem deteſtabile omen auertat Iupiter. Cic. Fam. 13, 29 Deinde quum fere conſiſtat hereditas in his rebus, quas auertit Oppia, *vid.* Hereditatem. Rem a ſuſpicione Liu. 32, . . Id. 36, 7 Quum circa hanc fere conſultationem diſceptatio omnis verteretur, Annibal nominatim interrogatus ſententiam, in vniuerſi belli cogitationem Regem, atque eos, qui aderant, tali oratione auertit. Celſ. 2, 11 Auertere profuſionem ſanguinis, *de vſu cucurbitularum. Cum* Se *reciproco varie ponitur.* Col. 6, 37, 10 Ne femina colluctari, aut admiſſario aſcendenti auertere ſe poſſit. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 4 Ipſe Pompeius ab inimicis Caeſaris incitatus, quod neminem dignitate ſecum exaequari volebat, totum ſe ab eius amicitia auerterat. Cic. Att. 9, 12 Me illius fugae negligentiaeque deformitas auertit ab amore. Auras Aegra fugit, ſeque ex oculis auertit et aufert Virg. Aen. 4, 389. Cic. Att. 8, 15 Qui ſi paſſus eſſet nos ſecum, vt conſueueramus, loqui, et non ſe totum etiam ab ſermone noſtro auertiſſet, minus miſer, quam ſum, eſſem. *Huic conſtructioni cum reciproco affinis eſt paſſiua.* Plaut. Moſt. 3, 1, 59 Euge Philolaches patrizat, et iam homo in mercatum auortitur. Virg. Ecl. 8, 66 Coniugis vt magicis ſanos auertere ſacris Experiar ſenſus. *Vbi* Seruius: Auertere, A ſanitate mutare, aut, Auertere ait, pro Conuertere, vt ſit mutata praepoſitio. Sitim auertere fluuio Sil. 8, . . Stimulos caeci amoris auertere Virg. Georg. 3, 210. Surda aure auerti, *i. Nolle audire* Stat. Silu. 2, 1, 7. Vaginam auertit caſus, et gladium educere conantis dextram moratur manum. Caeſ. B. G. 5, 43. ¶ 3 Virg. Georg. 3, 499 Victor equus fontes auertitur. *Graeciſmus eſt, pro auerſatur. Sic* Stat. Theb. 6, 192 Appoſitas impaſta auertitur herbas. Petron. 124 Hominum damnatum auertitur agmen. *Et*, Boëthius . . . Heu, heu, quam ſurda miſeros auertitur aure. *Contra ea* Auertere, *quaſi paſſiue, intellecto nempe ſe.* Franguntur remi, tum prora auertit et vndis dat latus Virg. Aen. 1, 108. Iam rurſus vbi arma Auertiſſe ſuo cognorit deuia vallo Sil. 15, 583. Id quum dixiſſet, auertit Gell. 4, 18. *Add.* Id. 1, 8 Expauidus Demoſthenes auertit.

AVERTENS, entis. Dixit, et auertens roſea ceruice refulſit Virg. Aen. 1, 406. *i. diſcedens, auertens ſe, vt modo vidimus.* A moenibus vrbis Auertens faciem Ouid. Met. 15, 586.

AVERSVS. Partic. *Qui terga oſtendit, vt ait Valla, cui opponitur* Aduerſus. Cic. de Orat. 2, 256 Si tu et aduerſus et auerſus impudicus es. Plin. 11, 37 ſ. 47 Canities homini ſemper a priore parte capitis, tum deinde ab auerſa. Auerſum collum lynx circumagit Plin. 11, 47. *Vetuſtiora exemplaria legunt*, In auerſum. Plin. 11, 28 *de ſcarabaeorum genere*, E fimo ingentes pilas auerſis pedibus volutant. Idem 7, 2 In qua ſilueſtres viuunt homines auerſis poſt crura plantis. Auerſus pollex Quinct. 11, 3, 104. Auerſo ſole agit pecus Varr. R. R. , 2, 11. Auerſa ſole poſitio Col. 4, 22, 8. Auerſis a Sole cornibus Plin. 2, 14. *de Luna.* Martial. 8, 62 Scribit in auerſa Picens epigrammata charta: Et dolet, auerſo quod facit illa deo. *h. e. Tam multa ſcribit epigrammata, vt vtramque paginam chartae impleat: ſed repugnante et non aſpirante Apolline.* Auerſa pecunia publica Cic. Verr. , 11. Id. Fam. 10, 30 Ne auerſos noſtros equites aggrederentur. Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 12 Militesque auerſi a praelio, ad ſtudium audiendi et cognoſcendi feruntur. Auerſus a Sole locus Col. 12, 44. Liu. 2, 8 Nihil aliud ad eum nuntium a propoſito auerſus, quam vt cadauer efferri iuberet. A ventis Col. 12, 50, 13. Cic. in Catil. , 21 c. 9 Hic quis poteſt eſſe, Quirites, tam auerſus a vero, tam praeceps, tam mente captus, qui neget haec omnia, quae videmus? Cic. Att. 10, 12 Nihil ego vidi tam ἀνηθοποίητον, tam auerſum a ſuis. Auerſus mercaturis, *Qui mercaturam odit* Hor. Serm. 2, 3, 107. *Vt* auerſus ab omni eſca ſtomachus Scribon. 186. *i. abhorrens. Sic* Cic. pro Arch. 20 c. 9 Neque enim quisquam eſt tam auerſus a Muſis, qui, *&c.* Columel. 12, 1, 2 Nec auerſum contubernio ſuo habeamus, *pro* contubernio. *de villico.* Idem 11, 1, 14 Tum etiam ſit a Venereis amoribus auerſus. Virg. Aen. 4, 362 Talia dicentem iamdudum auerſa tuetur, *i. auerſo prae ira vultu, retortis aliquantum oculis.* Amicos auerſos componere Hor. Serm. 1, 5, 29. Cic. ad Brut. 16 Ego mediusfidius non exiſtimo tam omnes deos auerſos eſſe a ſalute populi Romani, vt Octauius orandus ſit pro ſalute cuiusquam ciuis. Virg. Aen. 12, 647 — vos ô mihi manes Eſte boni, quoniam ſuperis auerſa Voluntas. Numen Stat. Theb. 5, 641. *Vid. Marckland ad* Eund. Silu. 5, 2, 12. *Add.* Curt. 4, 10, 6. *Compar.* Quinctil. , 1, 11 Ne illum ſpectans iudex, reliquorum defenſioni ſit auerſior. Cic. Att. 11, 5 Auerſiſſimo a me animo Patris fuit. A prodigiis auerſiſſimus Sen. Ep. 50. *Subſtant.* Vell. 2, 63, 1 Antonius per auerſa caſtrorum receptus eſt.

AVERSOR, āri. [ἀποςρέφομαι, ἀποτροπιάζομαι] *Auertere ſe, eo geſtu deteſtari.* Quinctil. 11, 3, 70 Aſpectus enim eodem ſemper vertitur, quo geſtus, exceptis, quae aut damnare, aut non concedere, aut a nobis remouere oportebit, vt idem illud videamur vultu auerſari, manu repellere. *Sic* Adſpectum eius auerſatum eſſe Tac. Ann. 14, 51, 2. Cic. Verr. 2, 187 c. 76 Quaerere incepimus de Carinatio, quisnam eſſet is Verrutius, qui tum tantae pecuniae rationem haberet? Haerere homo, auerſari, rubere. *Sed recte reſtituit Grut.* verſari. Liu. 8, 7 Quod vbi audiuit COS. extemplo filium auerſatus, concionem claſſico aduocari iuſſit. Idem 3, 12 Sed alii auerſantur preces, aut verecundia aut metu. Scelus Curt. 6, 7, 10.

AVERSATVS. Partic. Tacit. Ann. 6, 26 Auerſatus ſermonem Nerua. Afflictum non auerſatus Amicum Ouid. Pont. 2, 3, 5. Idem Faſt. 1, 5, *ad Germanicum*, Officiique leuem non auerſatus honorem. *Add.* Id. Met. 1, 478. *Et paſſiue* Aurel. Vict. Epit. 43 Cachinnantem vultu notare auerſato.

AVERSABĬLIS, e. *Quod omnes auerſari debent.* Lucret. , 389

Cur, quibus incautum ſcelus auerſabile cunque'ſt,
Non faciunt, icti flammas vt fulguris halent
Pectore perfixo, documen mortalibus acre?

*Sic* Auerſabilis Foeditas corporis Arn. 7 p. 249.

AVERSATIO, ōnis. f. [ἀποτροπίασις] Quinctil. 8, 3, 65 Ego certe mihi cernere videor, eorum qui aderant, tacitam auerſationem, et timidam verecundiam.

AVERSATOR, ōris. m. *Vnde*

AVERSĀTRIX, īcis. f. Tertull. de Anima c. 51.

AVERSOR, ōris. m. [νοσφιςὴς] *Qui auertit.* Cic. Verr. 5, 151 c. 58 Verres ille vetus proditor Conſulis, translator quaeſturae, auerſor pecuniae publicae.

AVERSIM. Lineae ſiue auerſim poſitae, ſiue capite contingentes Cl. Mamert. 1, 25.

AVERSIO, ōnis. f. [ἀποςροφὴ] *Actus auertendi.* Hirt. de B. Hiſpan. 22, 3 Illi inſecuti Legatos ex auerſione iugularunt, *i. auerſos, a tergo.* Dictys 4, 18 Non metu mortis ſe patriam parentesque deſerere, ſed deorum coactum auerſione. Saluian. de gub. Dei l. 5 p. 115 Non eſt conuerſio, ſed auerſio. ¶ 2 *Figura, quae* Apoſtrophe *vocatur.* Quinctil. 9, 2, 39 Sed illa quoque vocatur auerſio, quae a propoſita quaeſtione abducit audientem — quod fit et multis et variis figuris, cum aut aliud exſpectaſſe nos, aut maius aliquid timuiſſe ſimulamus *etc.* ¶ 3 *ICtis* Auerſione emi, vendi, locari, conduci *dicitur, quoties non ſingulae res, ſingula corpora etc. emuntur, venduntur, verum aliqua vniuerſitas, totus grex, omne vinum, domus aut inſula, non definitis membris. V. g.* Vlpian. l. 4 §. 1 ff. de peric. et comm. rei vend. Si auerſione vinum venit. *Et* §. 2 Vino autem per auerſionem vendito. L. 62 fin. ff. de contr. emt. Auerſione locatum opus, *i. vno pretio, non in ſingulas operas: cui opponitur* l. 36 ff. Locat. quod ita conductum eſt, vt in pedes menſurasque praeſtetur. Ibid. l. 35 Auerſione locata Inſula, *quae* l. 58 eod. vno pretio tota locata *dicitur. Sic* l. vlt. §. vlt. ff. de L. Rhod. *opponuntur* Auerſione nauem conductam, *et* Pro numero impoſitarum amphorarum mercedem conſtitutam. *Vid. praeter caeteros* Cuiac. *Obſ. 8, 15, vbi in primis notat*, per auerſionem *Graecis eſſe* ἐν ὁμάδι. Auerſionis *nomen forte inde eſt, quia* auertimus *animum a ſingulis, et ſolam vniuerſitatem ſpectamus. Hotomanus ab* auerrendo, *quaſi vno euerriculo auferantur omnia.*

## A V F

AVFEIA Aqua, *olim dicta fuit, quae poſtea* Martia *dici coepit*, omnium aquarum toto orbe clariſſima, frigoris ſalubritatisque *laude caeteris praelata. Haec et plura* Plin. 31, 3 ſ. 24. *Malit Harduin.* Saufeia.

AVFĔRO, aufers, abſtuli, ablatum, auferre. [ἀφαιρέω, περιαιρέω] *Quaſi Abfero, i. tollo.* Cic. Orat. 158 Abfer noluerunt, Aufer maluerunt. Idem de Fin. 3, 10 Commentarios quosdam, inquam Ariſtotelicos, quos hic ſciebam eſſe, veni vt auferrem. Ter. Adelph. 2, 2, 14 Verum ego nunquam adeo aſtutus fui, quin quidquid poſſem, mallem auferre potius in praeſentia. Non. 5, 6 Inter *Tollere* et *Auferre* eſt diuerſitas. *Tollere*, eſt Leuare et erigere: *Auferre*, Leuatum transferre. Virgil. Aen. 8, 439 Tollite cuncta, inquit, coeptosque auferte labores. Turpil. Philopatro, Simul circumſpectat: vbi praeter ſe neminem videt eſſe, tulit, aufert: ego clam conſequor. Varro Sexageſi, Nunc quis patrem decem annorum natus non modo aufert, — ſed tollit, niſi veneno? Cic. Verr. 4 Fore, vti quod quisque vellet, ſiue eſſet venale, ſiue non eſſet, quanti vellet, auferret. Idem pro Quint. 84 Quod ibidem recte cuſtodire poterunt, id ibidem cuſtodiant: quod non poterunt, id auferre et abducere licebit. *Verba ex edicto Praetoris. Et* in Orat. 109 Detrahit praeterea actionis dolorem, aufert humanum ſenſum actoris, tollit funditus veritatem et fidem. ¶ 2 Auferre *cum Praepoſitionibus:* Ab ianua ſtercus Plaut. Aſin. 2, 4, 18. Ab aſpectu Lucan. 9, 1067. *Sed et ſine praep.* Foetus vberibus ablati Plin. 8, 55. Ab aliquo triginta minas per fallaciam Ter. Phorm. 5, 8, 49. Cic. Verr. 4, 52 Ab hoc, abaci vaſa omnia, vt expoſita fuerant, abſtulit. De conuiuio vt ſolent aſoti Idem de Fin. 2, 22. De aerario pecuniam Id. Att. 7, 21. E conſpectu Plin. 31, 2. Cic. Verr. 5, 117 Itaque erat exitus eiusmodi, vt alius inter manus e conuiuio, tanquam e praelio auferretur, alius tanquam occiſus relinqueretur. Idem de Orat. 2, 265 Ego Magium non conſeruaſſe dico *pecuniam*, ſed tanquam nudus nuces legeret, in ventrem abſtuliſſe. *Et* Q. Fratr. 1, 1 Cogebantur Syllani homines, quae per vim et metum abſtulerant, reddere. Per iudicem, *eſt iudicis auctoritate et ſententia rem aſſequi.* Vlpian. in l. apud Celſ. §. Quod ſi is. D. de doli mali et metus exceptione. ¶ 3 *Late patet vſus verbi pro diuerſitate rerum quae, aut modi quo, auferuntur. De furto* Plaut. Aul. 4, 4, 7 Quid tibi ſurripui? E. redde huc ſis. S. quid vis reddam? E. rogitas? S. nihil equidem tibi abſtuli. E. at illud, quod abſtuleras, cedo. Ter. Eun. 4, 3, 18 Etiam hoc miſera ſuſpicor, aliquid domo abeuntem abſtuliſſe. Cic. pro Roſc. Amer. 23 Multa palam domum ſuam auferebat, plura clam de medio remouebat. *Saepe eſt Impetrare.* Perceleriter ſe ablaturum Diploma Cic. Fam. 4, 12. *Conf.* 7, 17. *it. Burm. ad* Quinct. Decl. 306 p. 596. Verba fecimus pro Buthrotiis, liberaliſſimum decretum abſtulimus Cic. Att. 16, 14. Ablato poſt a plebe conſulatu Liu. 7, 18 pr. Horat. Epiſt. 2, 1, 56 Aufert Pacuuius docti famam ſenis, Accius alti. Plaut. Aul. 4, 8, 15 Vt iſtuc, quod me oras, impetratum ab eo auferam. *Vid.* n. 4 Laudem, Pecuniam, Praemium, Reſponſum. Cic. pro Quint. 22 In altera ſpes eſſet, ad talem tamen virum iudicem veniendi, vnde eo plus opis auferret, quo minus attuliſſet gratiae. Ibid. 20 Quintius a Scapulis paucos dies aufert. *Et* Att. 6, 16 Liberaliſſimum decretum abſtulimus. Cic. pro Quint. 84 Mihi ſi quid deberetur peterem, atque iudicio iam pridem abſtuliſſem, *in quibus omnibus* auferre *eſt impetrare, conſequi, quod optas. Ad intelligentiam pertinet* Cic. in Verr. 1, 21 c. 8 Quis eſt in populo Romano, qui hoc non ex priore actione abſtulerit, omnium ante damnatorum ſcelera — vix cum huius parua parte aequari — poſſe. Aufer, *pro Deſine*, Horat. Serm. 2, 7, 43 — aufer Me vultu terrere. Ter. Adel. 5, 8, 14 AES. Sine te exorem, mi pater. MI. Inſanis? aufer. *nempe* Te. Cic. Fam. 2, 7 Ne te auferant aliorum conſilia. Ouid. de Rem. Amor. 344 Auferimur cultu. *Conf. Burm. ad* Ouid. Her. 15, 140. Id. Met. 1, 306. *Nempe ineſt in talibus Metaphora a flumine vel fluctu ſumta, quae a recta via in transuerſum aliquem auferunt atque abripiunt.* ¶ 4 *Reliquas formulas ſub elementarium ordinem ſubſtantiuorum cogemus.* Cic. Att. 13, 13 Commotus tuis literis, quod ad me de Varrone ſcripſeras, totam Academiam ab hominibus nobiliſſimis abſtuli, tranſtulique ad noſtrum ſodalem, et ex duobus libris contuli in quatuor, *i. diſputantes alios de Academica philoſophia introduxi.* Acies eum abſtulit Vell. 2, 56, 1. Admiratione auferri Quinctil. 8, 3, 5. Aequitati multum aufert fraus impiorum Idem 12, . . *i. Nocet.* Cic. Att. 15, 28 Atticae meae velim me ita excuſes, vt omnem culpam

in te transferens : et ei tamen confirmes, me minime totum amorem ab ea mecum abſtuliſſe. Legitur *etiam* Me minime totum Amorem eo mecum attuliſſe. *Gronouius pater*, Me intimo totam amore eam mecum abſtuliſſe. Animam Sil. 15, . . Auctoritatem Quinct. 5, 7, 32. Plin. 36, 15 ſ. 24, 8 Aufert Animum, et a deſtinato itinere digredi cogit contemplatio tam prodigae mentis. *Conf.* 27 *extr.* Affectibus perturbandus, et ab intentione auferendus eſt Auditor Quinctil. 4, 5 p. 362 B. Plin. 6, 29 Vbi Nilus praecipitans ſe fragore Auditum accolis aufert, *i. Surdos facit accolas.* Cic. Q. Fratr. 3, 4 Si cum Aeſernino Samnite Pacidianus comparatus videretur, auriculam fortaſſe mordicus abſtuliſſet. Caput alicui Liu. 28, . . Cauillam aufer, non ego nunc nugas ago Plaut. Aul. 4, 4, 11. Auferimur Cultu, gemmis auroque teguntur Omnia, pars minima eſt ipſa puella ſui Ouid. Rem. Am. 344. Cic. A. 1 in Verr. 31 Decem dies ſunt ante ludos votiuos, quos Cn. Pompeius facturus eſt: hi ludi, Dies quindecim auferent, deinde continuo Romani conſequentur. Ita prope XL. diebus interpoſitis, tum denique, *etc. i. in ludis edendis quindecim dies conſumentur. Vid. mox* Noctes. Dolorem Tibull. 3, 6, 3. Dominium alicui Vlpian. in l. Si quis ſeruum. D. de noxal. action. Dubitationem Hirt. de Bell. Alex. 7. Equum calcaribus Sil. 10, . . Famam gloriamque alicui Vell. 2, 66, 4. *Add.* Hor. Epiſt. 2, 1, 56, *quem n. 3 dedimus.* Faſtidium Plin. 23, 1. Formam alicui cum nomine Plaut. Amph. 2, 1, 53. Fructum voluptatum aufert ſolitudo Cic. de Amicit. 89. Plin. 14, 22 ſ. 28 Etenim haec ſunt ebrietatis opera. Sed nimirum hanc Gloriam auferre Cicero *(filius)* voluit interfectori patris ſui M. Antonio. Is enim ante eum auidiſſime arripuerat hanc palmam. *Sic* Lucan. 3, 278 Herculeis aufertur Gloria metis, *i. eripitur. Aliter* Cic. pro Milon. 64 Non dubitaturum fortem virum, quin, quum ſuo periculo ſalutem Reipubl. attuliſſet, cederet aequo animo legibus, ſecum auferret Gloriam ſempiternam, *i. Aſportaret ſecum in exilium.* Gratiam Quinct. 6, 1, 20. Ter. Andr. 3, 4, 8 Ni facient, quae illos aequum eſt, haud ſic auferent, *nempe* Inultum. Impetratum, *vid. n. 3 ex* Plaut. Aul. 4, 8, 15. Inultum aliquid, *pro Non puniri* Ter. Andr. 3, 5, 4. Cic. Verr. 1, 23 c. 8 Verum vobis dicam, id, quod intellexi, Iudices: homines ſcitote eſſe quoſdam, quos tantum odium veſtri ordinis teneat, vt hoc palam iam dictitent, ſe iſtum, quem ſciant eſſe hominem improbiſſimum, hoc vno nomine abſolui velle, vt ab Senatu Iudicia per ignominiam turpitudinemque auferantur. *Aliter* Quinctil. 4, 5, 6 Auferre iudicium cognoſcenti, *i. impedire, ne recte iudicare poſſit.* Iurgium auferas hinc, ſi ſapias Plaut. Perſ. 5, 2, 19. *i. non iurgeris.* Cic. Diuin. in Caec. 19 Quod in vnaquaque re beneficio Senatus Populique Roman. Iuris habui, id mihi tu C. Verres eripuiſti atque abſtuliſti. Aufer abhinc Lacrimas, barathre, et compeſce querelas Lucret. 3, 967. Laudem ex aliqua re, *i. Reportare* Cic. Verr. 1, 20. Litem Plaut. Rud. prol. 20. Idem Amph. 1, 1, 298 Hodie lumbifragium hinc auferes. Id. ib. 2, 2, 179 Te dormitare aiebas, Menſa ablata eſt, cubitum hinc abimus. Metus Virg. Aen. 12, 316. Ouid. de Rem. Amor. 538 Illa tibi Noctes auferat, illa dies, *i. dies noctesque illius conſuetudini impendas.* Nomen auferre aliis, et fulgore claritatis tenebras obducere Quinct. 10, 1, 72. Plaut. Truc. 4, 4, 8 Quid agitur voluptas mea ? D. non voluptas, aufer Nugas : nihil ego nunc de iſtac re ago. Salluſt. An illa, quae paullo ante hoc bellum in Cn. Pompeium, victoriamque Syllanam increpabatur, Obliuio abſtulit ? *i. Penitus obliti eſtis ?* Ouid. Epiſt. 21, 146 Si valet hoc : magnas diuitis aufer Opes. Cic. Att. 6, 1 Illud quidem fatebitur Scaptius, me ius dicente, ſibi omnem Pecuniam ex edicto meo auferendi poteſtatem fuiſſe. Pecuniam de aerario Cic. Att. 7, 21. Pignora auferre, *quod alias Capere dicitur.* Id. de Orat. 3, 4 Hic quum homini et vehementi et diſerto, et in primis forti ad reſiſtendum Philippo, quaſi quaſdam verborum faces admouiſſet, non tulit ille, et grauiter exarſit Pignoribusque ablatis, Craſſum inſtituit coërcere. Pollicitationes aufer Ter. Phorm. 5, 6, 17. Plaut. Pſeud. 4, 7, 127 S. De improbis viris auferri Praemium et praedam decet. Bene merens hoc Pretium inde abſtuli Plaut. Moſt. 4, 1, 22. Cic. de Orat. 1, 239 Equidem hoc ſaepe audiui, acceſſiſſe ad Craſſum conſulendi cauſa quendam ruſticanum: qui, quum Craſſum ſeduxiſſet, atque ad eum retuliſſet, Reſponſumque ab eo verum magis, quam ad ſuam rem accommodatum abſtuliſſet, vt eum triſtem Galba vidit, *etc.* Relliquias vitae membris ex omnibus aufert Lucret. 6, 825. Se auferre, *i. Abire* Plaut. Aſin. 2, 4, 63 Aufer Te domum, abſcede hinc Terent. Phorm. 3, 3, 26. Aufer te hinc, *MSS. omittunt*, hinc. Virgil. Aen. 4, 389 — Seque ex oculis auertit et aufert. Celſ. 1, 9 Calor concoctionem prohibet, Somnum aufert, *etc.* Somnos aufert timor Horat. Carm. 2, 16, 16. Cic. Off. 3, 10 Oris enim pulchritudo, reliqui corporis imitandi Spem auferebat, *de Venere ab Apelle pingi coepta.* Id. Verr. 5, 117 Quid dabis, ne diu crucietur ? ne ſaepius feriatur ? ne cum ſenſu doloris aliquo aut cruciatu Spiritus auferatur ? Horat. Carm. 3, 12, 6 Tibi Qualum Cythereae puer ales, tibi Telas, operoſaeque Mineruae Studium aufert. Plaut. Aſin. 4, 2, 7 Suſpendas potius me, quam Tacita haec auferas, *i. Quam taceam de hac re: vt* Inultum. Auferri Tempeſtatibus Quinctil. 10, 7, 23. Plin. 28, 1 Dictae erant omnium rerum naturae, inter caelum ac terram naſcentium, reſtabantque, quae ex ipſa tellure fodiuntur, ſi non herbarum ac fruticum tractata remedia auferrent Transuerſos, ex ipſis animalibus, quae ſanantur reperta maiore medicina. Veritatem iudici Quinct. 12, 1, 36. Vis omnis aufertur Verbis Idem 11, 3, 152. Vitam Ouid. Epiſt. 21, 187. Quinct. 9, 2, 105. Cic. Verr. 1, 20 Vt alter dies amicis iſtius et defenſoribus, non modo ſpem victoriae, ſed etiam Voluntatem defenſionis auferret.

ABLĀTVS. Partic. Paraſiti perſona inde ablata Ter. Eun. prol. 26. Pennis ablata refugit Virgil. Aen. 3, 258. Equo ablato Sil. 6, 257. *vbi conf. Drakenb.* Valer. Argon. 6, 682 — nec ablatam ſequitur, quaeritue ſororem. Foetus ablatus vberibus Plin. 8, 55.

ABLATIO, ōnis. f. Tertull. adu. Marc. 4, 19. Saluian. de G. D. l. 6.

ABLATIVVS. Adi. *Vt*, Praepoſitiones ablatiuae Iſidor. 1, 12. Caſus ablatiuus, *i. Sextus*, apud Grammaticos.

ABLATOR, ōris. m. *Qui aufert.* Auguſt. de C. D. 19, 13.

AVFIDIVS, *Familiae Romanae nomen, inde*

AVFIDIANVS. Adi. *Vt*, Nomen Aufidianum Cic. Fam. 16, 19.

AVFĬDVS. [Αὔφιδος] *Apuliae Fluuius*, quem cruentum ex Cannenſi Romanorum clade aliquamdiu *fuiſſe* Florus *ſcribit* 2, 4. *Epitheta Poëtica*, Acer Aufidus Horat. Serm. 1, 1, 58. Anhelans Sil. 8, . . Longe ſonans Horat. Carm. 4, 9, 2. Tauriformis Idem Carm. 4, 14, 25. *Vbi* Acron et Porphyr. Omnia flumina taurino vultu et cornibus pinguntur, propter impetus et mugitus aquarum: vt, (Aen. 8, 77) Corniger Heſperidum fluuius regnator aquarum. *Vid.* CORNV. Violens Hor. Carm. 3, 30, 10.

AVFIDVS. Adi. *Vt*, Aufida ſtagna Sil. 10, 171.

AVFV̆GIO, ugi, ugitum, ĕre. [ἀποφεύγω] *Quaſi* Abfugere. *Sed* Cic. Orat. 158 c. 47 *Abfugit* turpe viſum eſt. Ter. Hec. 3, 4, 10 Denique hercle aufugerim potius, quam redeam, ſi eo mihi redeundum ſiet. Cic. Q. Fratr. 1, 2 Praeterea Aeſopi tragoedi noſtri familiaris, Licinius ſeruus tibi notus aufugit. Idem de Nat. Deor. 2, 111 Andromeda aufugiens aſpectum moeſta parentis. *Sed ibi legendum*, haud fugiens *Broukhuſ. ad* Prop. 1, 9, 30. *Conf. Burmann. ad* Petron. c. 81 p. 402. Aſſiduas blanditias Prop. 1, 9, 30. Liu. 1, 25 Iam aliquantum ſpatii ex eo loco, vbi pugnatum eſt, aufugerat. Plaut. Aul. 1, 2, 16 Tum aquam aufugiſſe dicito, ſi quis petet.

## A V G

AVGA, *vel* AVGE, Alei filia ab Hercule compreſſa — peperi Telephum. — Profugit in Moeſiam ad regem Teuthrantem, qui — han pro filia habuit. *Haec* Hygin. f. 99. *Add.* f. 100. *et vid.* TELEPHVS.

AVGEO, xi, ctum, ēre. [αὔξω, ὀφέλλω, ἐπιλαμβάνω] *Maius facere.* Cic. de Fin. 1, 38 c. 11 Omni autem priuatione doloris putat Epicurus terminari ſummam voluptatem, vt poſtea variari voluptas diſtinguique poſſit : augeri, amplificarique non poſſit. Augere ſpectat ad quantitatem, Ampliare ad pretium. l. non intelligitur. §. Diui. D. de iure fiſc. *Sed intelligenda nimirum non ſola molis quantitas, ſed illa etiam, quam virtutis appellant.* Cic. de Orat. 1, 94 c. 21 Eum ſtatuebam eloquentem, qui mirabilius et magnificentius augere poſſet, atque ornare, quae vellet. *Sic cum ad perſonam refertur, ſignificat illum maiorem, ampliorem, potentiorem, locupletiorem reddere.* Plaut. Men. 3, 3, 27 Dii me equidem adiuuant, augent, amant. Cic. Off. 2, 21 c. 6 Quaecunque igitur homines homini tribuunt, ad eum augendum, atque honeſtandum, aut beniuolentiae gratia faciunt *etc.* Cic. Fam. 7, 17 Semper te non modo tuendum mihi, ſed etiam augendum atque ornandum putaui. Nep. 19, 2, 3 Augeri adiuuarique al aliquo. Sueton. Claud. c. 12 In ſemet augendo parcus ac ciuilis nomine Imperatoris abſtinuit. *Add.* Cort. *ad* Plin. Epiſt. 3, 8, 2 *et* Sall Iugurth. 86, 3. Per gradus augere. Quinct. 2, 4, 34 Nam et genera ſun tria, Sacri, publici, priuati iuris. Quae diuiſio ad laudem magi ſpectat, ſi quis eam per Gradus augeat, quod lex, quod publica, quod in religionem Deûm comparata ſit. ¶ 2 *Reliqua elementorum ordine enarrabimus.* Animum inimicorum augere Cic. Att. 10, 16. Animos augere *Aſſumere animum et fiduciam* Stat. Theb. 10, 23. Aram augere *eſt ſacrificare.* Plaut. Merc. 4, 1, 10 Aliquid cedo, quî hanc vicini noſt aram augeam. *Vid.* Inſcr. SI QVIS HVIC ARAE DONV DARE AVGEREQVE VOLVERIT LICETO. Plau Ciſt. 1, 3, 52 Seruate veſtros ſocios veteres et nouos : augete Auxili voſtris iuſtis legibus. Aliquid ad infinitum Plin. 20, 21. Ouid Met. 8, 807 Auxerat Articulos macies, genuumque tumebat Orbis, immodico prodibant tubere tali, *i. Maiores et eminentiores fecera* Cic. Fam. 13, 63 Magnum beneficium tuum magno cumulo auxeti Beneuolentiam auxit conſuetudo Idem de Amicit. 10. Ciuitatem augere procreatione liberorum Plaut. Perſ. 3, 3, 15. Tacit. Ann. 12, 2 Agrippina cognomento Auguſtae augetur. Cic. Philipp. 11, 37 Ec non tueri ſolum, ſed etiam augere Commodis debeo. Culpam ſua augere Plin. Epiſt. 5, 3, 2. Ouid. e Pont. 4, 15 Augetur remis Curſus euntis aquae, *i. Citatior fit.* Damno auctus eſt herus Ter. Heau 4, 1, 15. Cic. Fam. 11, 6 Illud tibi perſuadeas velim, me omnia quae ad tuam Dignitatem augendam pertinebunt, quae eſt per ſe ampliſſima, ſummo ſemper ſtudio ſuſcepturum. Diuitiis aliquem l de Lege Agr. 2, 68 c. 26. Ouid. Epiſt. 3, 30 Auxerunt blanda grandia dona preces. Exemplis augere aliquem Cic. Off. 1, 1. Excitationes animi Idem Off. 1, 123. Facta alicuius Tibul. 1, 7, 56 Plin. 22, 2 Interim Fortius augetur auctoritas. Idem 11, 42 ſ. 9 *de caſeis*, Eam augente Gratiam fumo, qualis in ipſa vrbe conficitu *Nempe fumus caſeis quibusdam iucundiorem ſaporem praeſtat.* Ci Philipp. 14, 16 Vt idem dies non modo me iniquiſſima inuidia liberari ſed etiam celeberrima populi Rom. Gratulatione auxerit. Hereditatem, gregem, et pecorum partus. l. Sed et ſi. in fin. D. de peti hered. Honore augeri Cic. de Aruſp. Reſp. 56. Honoribus augere aliquem Plin. Ep. 3, 8, 2. Sueton. Aug. 96 Circa Peruſiam ſacrificio non litante cum augeri Hoſtias imperaſſet. Induſtriam alicuius augere Ter. prol. Adelph. 25. Inuidiam Tacit. Ann. 12, Idem Ann. 2, 82, 1 Poſtquam valetudo Germanici percrebuit, cunctaque vt ex longinquo aucta in deterius auferebantur. Iracundiam alterius Ter. Adelph. 1, 2, 66. Laetitia augeri Cic. de Fin. 2, 14 Largitione augere Tacit. Ann. 13, 18. Liberalitate quempiam Iden Ann. 3, 8. Liberis augeri Cic. Att. 1, 1 *extr.* ſ. 2 pr. Linguam Latinam Idem de Fato 1. Linguam copia verborum Id. Acad. 1, 26 Memoriam immortalem poſteritatis Cic. de Orat. 2, 8. Id. pro Flacc 28 Minuis, inquit gloriam Pompeii, immo tu auges Moleſtiam. Munifice augere, *vid.* MVNVS. Cic. Off. 2, 70 c. 20 Neque vero verbis auget ſuum Munus, ſi quo forte fungitur, ſed etiam extenuat. *Hic* Augere *et* Extenuare *oppoſuit.* Idem de Clar. Orat. 17 Vt impendiis etiam augere poſſimus largitatem tui muneris. Munus aliquod cumulatius Id. in Orat. 54. Tacit. Ann. 15, 26 Tiberium Neronem et Clodium Druſum priuignos imperatoriis nominibus auxit. Nomen populi Rom. Cic. pro S. Roſc. 50 c. 18. Numerum Plaut Amph. 1, 1, 151. Liu. 1, 7 Euander ad Herculem, Te mihi mater — aucturum caeleſtium numerum cecinit. Opes Cic. de Amicit. . . Opes per Scelus Ouid. Faſt. 2, 630. Caeſ. Bell. Gall. 5 55 Timorisque Opinionem quibuscunque poterat rebus augebat. Pecorum partus, *vid. ſupra* Hereditatem, *etc.* Peculium Plaut. Moſt. 4, 1, 7. Pretia rerum commentis Plin. 12, 19. Religione merce Idem 12, 14. Rem Horat. Epiſt. 1, 7, 71. Cic. Off. 2, 21. R in augenda feſtinare et obrui Horat. Epiſt. 1, 16, 68. Rem augere laudando, et Vituperando rurſus affligere, contraria Cic. de Clar. Orat 47. Rempublicam et imperium et agris et vrbibus et nationibus Id pro Roſc. Amer. 50 c. 18. Robur florentibus auximus annis Sil 16, . . *Verba ſunt Scipionis.* Scientia aliquem Cic. Off. 1, Spem Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 31. Cic. de Aruſp. Reſp. 57 c. 27 Eodem tempore ſuſcipimur in lucem et hoc caeleſti Spiritu augemur. Id Verr. 4, 33 c. 15 Eius ipſius cupiditatis, cuius inſimularetur, ſuſpicionem augeret. Terram imbribus dicitur aër Cic. de Nat. Deo 2, 101. Terrorem Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 64. *et* Salluſt. Iugurth. 2 Vectigalia belli Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 35. Vias fortunae augere *rationes excogitare ad diuitias opesque acquirendas* Propert. 3, 7, 3 Vire

Vires augentur Ouid. Met. 9, 787. Vires auxit fortuna nocendi Stat. Theb. 6, 763. ¶ 3 *Intranſitiue vel paſſiue interdum adhibetur. V. g.* Ignoſcendo populi Rom. magnitudinem auxiſſe Sall. Fragm. c. 8. *i. auctam eſſe.* Conuenae complures arceſſitauere, eo res eorum auxit Cato *ap.* Gell. 18, 12. Bonis auctibus auxitis Liu. 29, 27. Plin. 36, 15 Balinea Romae ad infinitum auxere numerum. Tacit. Ann. 4, 41 Ablatis inanibus vera potentia augere.

AVGENS, entis. Linguam Latinam Cic. de Fato c. 1. Id. in Arat. 116 Haec augens anima vitali flamine mulcet.

AVCTVS *paullo poſt ponemus, poſt deriuata a praeſenti, quae G retinent.*

AVGESCO, ĕre. [αὐξάνω] *Idem, quod paſſiuum* Augeri, *niſi quod vim quandam habet inteſtini potius motus et incrementi, quam externi.* Ter. Heaut. 3, 1, 14 Nam mihi quidem quotidie augeſcit magis de filio aegritudo. Cic. de Nat. Deor. 2, 26 c. 10 Ea temperatione caloris et oriri et augeſcere. Illis animi augeſcunt Sall. Iug. c. 37. Liu. 27, 17 Asdrubal quum hoſtium res tacitis augeſcere incrementis cerneret, ſuas imminui, ac fore, vt niſi audendo aliquid moueret, qua coepiſſent fluerent. Cic. de Nat. Deor. 2, 51 In Lunae quoque curſu eſt et brumae quaedam et ſolſtitii ſimilitudo, multaque ab ea manant et fluunt, quibus et animantes alantur, augeſcantque et pubeſcant, maturitatemque aſſequantur, quae oriuntur e terra. Plin. 11, 54 ſ. 118 Augeſcunt corpora dulcibus atque pinguibus et potu: minuuntur ſiccis, et aridis, frigidisque ac ſiti. Cic. de Senect. 53 Itaque ineunte Vere in his, quae relicta ſunt, exiſtit tanquam ad articulos ſarmentorum ea, quae gemma dicitur: a qua oriens vua ſeſe oſtendit, quae et ſucco terrae, et calore Solis augeſcens, primo eſt peracerba guſtatu, deinde maturata dulceſcit. Augeſcunt aliae gentes, aliae minuuntur Lucret. 2, 76.

AVGIFICO, āre. *Idem quod* Augeo, *antiquum.* Ennius Andromacha, Quid fit? ſeditio tabetne, an numeros augificat ſuos? Nonius 2, 61.

AVGENS, entis. Partic. [αὔξων] Cic. de Fato 1 Quia pertinet ad mores, quod ἦθος illi vocant, nos eam partem philoſophiae de moribus appellare ſolemus: ſed decet augentem linguam Latinam nominare moralem. Claud. de Sext. Conſ. Hon. 475 Quorum (ſi qua fides augentibus omnia Muſis) Impetus exceſſit Zephyros, candorque ruinas, *i. Si Poëtis credendum eſt, qui veris ſemper aliquid addere conſueuerunt.*

AVGENTER. Adu. Frontin. de Lim. 2 p. 308.

AVGENDVS. Partic. [αὐξητέος] Tacit. Ann. 2, 46 Augendae dominationi certatur. Ad augendas fruges morigera Lucret. 5, 81 *de ſideribus.*

AVCTVS. Partic. [αὐξηθεὶς] *vt,* Aucta numero acies Liu. 8, . . Tacit. Hiſt. 2, 4 Titus aucto animo ad patrem peruectus. Auctus adiutusque a Demoſthene eum gradum aſcenderat Nep. 19, 2, 3. Auxilio Tacit. Ann. 3, 34. Cic. ad Brut. 1 Clodius auctus Antonii beneficio eſt, eius ipſius beneficii magna pars a te eſt. Damno Ter. Heaut. 4, 1, 15. Diuitiis et honoribus Ouid. Triſt. 2, 9, 43. Filia Tacit. Agric. 6. *vt* Cic. Att. 1, 1 Auctus filiolo. Cic. in Catil. 4, 9 c. 9 Cogitate quantis laboribus fundatum imperium, quanta virtute ſtabilitam libertatem, quanta deorum benignitate auctas exaggeratasque fortunas vna nox paene delerit. Honoribus Cic. de Nat. Deor. 49. Hor. Sat. 1, 6, 11. Labore aucta pabula grandeſcunt Lucret. 1161. Laetitia Cic. de Finib. 2, 14. Liberis aucta domus Sen. in Oedip. 881. *Sic* Tacit. Ann. 3, 29 Auctus liberis. *Add.* Plaut. Truc. 6, 35. Mora creuit et aucta eſt, *i. e. In longum producta* Ouid. Pont. 4, 5, 26. Omine auctus Tacit. Ann. 2, 14. Ter. Heaut. 4, 50 Omnes in lauta te et bene Parte aucta putant. Pecunia Tacit. Ann. 11, 16. Praeda Cic. Verr. 5, 79. Tacit. Hiſt. 4, 64 Ciuilis ſocietate Agrippinenſium auctus. Cic. pro Roſc. 8 c. 3 Verum etiam vt ſpoliis Sex. Roſcii hoc iudicio ornati auctique diſcedant. Taedis felicibus Catull. 65, 25. *Add.* 67, 11. *de nuptiarum auſpicio.* Tacit. Ann. 3, 56 Modica de moribus adoleſcentis, neque in falſum aucta, retulit. *Compar.* Plaut. Capt. 4, 2, 2 Aegritudo auctior eſt in animo. Re, fortunisque auctior Liu. 3, . . Maieſtas Liu. 4, . Auctior adiecto fulgebat ſidere mundus Claud. in Ruff. 2, 3 *de morte et* ἀποθεώσει *certe* ἀποτερώσει *imperatoris.* Auctior animi vis Lucret. 3, 451. *Add.* Apul. Apol. p. 283.

AVCTE. *Comparat.* Dii auctius atque melius fecere Hor. Sat. 2, 6, 3.

AVCTIFICO, *vid. infra poſt* AVCTORITAS.

AVCTVS, ūs. m. [αὔξησις] Liu. 4, 2 Cuius rei praemium ſit in ciuitate, eam maximis ſemper auctibus creſcere. *Add.* Id. 29, 27 Atque vos omnia bene iuuetis, bonis auctibus auxitis *etc.* Plin. 4, . Auctu immenſo aquarum. Auxilium appellatur ab auctu Varr. L. L. 4, 16. Huius faſtigium fortuna tantis auctibus extulit Vell. 2, 40, 4. Arboris auctus, *per periphraſin pro Arbore* Lucret. 6, 168. Auctus dierum Plin. 2, 19. Ex minimo in maximos auctus diffunditur Sen. Ep. 38. Auctus infinitus corporis Lucret. 2, 481. Hilarem grandeſcere ad auctum Lucret. 2, 1121.

AVCTVM, i. n. Spatium circi, quod ſuper definitum modum victoriae adiungitur. Feſtus. Solum cepe olerum omnium contra Lunae Aucta et Damna vices minuendi et augendi habet contrarias Gell. 20, 8.

AVCTIO, ōnis. f. [αὔξησις] *Augmentum.* Macrob. Saturn. 1, 14 Modo auctio modo retractio dierum proueniebat. ¶ 2 *Ab augendo ſubinde per licitantes pretio* Auctio *dicta eſt* [δημιοπρασία] *Venditio quaedam in publico, certe celebri loco.* "Αὔξησις, quod nos dicimus rerum creſcentium auctionem Feſt. *in* Auxiliares. Plaut. Men. 5, 9, 94

Vis conclamari auctionem fore quo die? M. SVR. die ſeptimi.
ME. Auctio fiet Menaechmi mane ſane ſeptimi.
Venibunt ſerui, ſuppellex, fundi, aedes, omnia
Venibunt, quiqui licebunt praeſenti pecunia. *Conf.*

Suet. Cal. c. 38. Tabulae auctionis Cic. Agr. 2, c. 25. Plaut. Frag. 1, 29 Auctionem facio paraſiticam. Auctio haſtae Suet. in Caeſ. 50 *i. Venditio, quae haſta poſita per praeconem fiebat.* Haereditaria auctio Cic. pro Caecin. 13. Regia Plin. 29, 4 *extr. de bonis Ptolemaei Cypri regis.* Conſtituere auctionem Cic. Agr. 1 c. 3. Plaut. Men. 5, 9, 91 Auctionem hic faciam, et vendam quidquid eſt mihi. Cic. Verr. 4, 46 Quaerendum eſt credo. Heius iſte num aes alienum habuerit? num auctionem fecerit? *Add.* Id. Att. 12, 3. Facturum ſe auctionem, proſcribere Cic. pro Quint. 15 c. 4. Quinct. 11, 2, 24 Et forſitan in hoc ſunt adiuti, qui auctione dimiſſa, quid cuique vendidiſſent (*quid ſi vendi vidiſſent*) teſtibus argentariorum tabulis reddiderunt. Quod praeſtitiſſe Hortenſium dicunt. *Conf.* Sen. pro Controu. Proponere auctionem Quinctil. 6, 3, 99. Praedicare auctionem Plaut. Stich. 1, 3, 48 *et* 56. *i. proclamare.* Proſcribere Cic. Att. 13, 37. Proferre Id. ibid. 13, 13. *i. differre.* Auctionis diem obire Id. ib. 13, 14. Cic. pro Quint. 19 Negat ſe alia ratione facturum. quod promiſiſſet non plus ſua referre, quam ſi quum auctionem venderet, domini iuſſu quippiam promiſiſſet. Bona alicuius conſtituta auctione vendere Cic. pro Roſc. Amer. 32 c. 8. Idem pro Caecin. 13 Quum eſſet haec auctio haereditaria conſtituta.

AVCTIONOR, āri. [κηρύττω, δημιοπράττω] *Publice, et fere ſub haſta auctionis lege vendere.* Cic. pro Quint. 16 c. 9 Naeuius hominem multis verbis deterret, ne auctionetur. Ibid. 23 Ait ſe auctionatum eſſe in Gallia. *Add.* Id. Phil. 2 c. 29. pro Deiot. c. 9.

AVCTIONARIVS. Adi. [δημιοπράσιος] *quod ad auctionem pertinet, vt* atrium, tabulae. Cic. de Lege Agr. 1, 7 c. 3 Vt in atriis auctionariis potius, quam in triuiis aut in compitis auctionentur. *Vid.* Licinia atria in ATRIVM. Cic. in Catil. 2, 18 c. 8 Meo beneficio tabulae nouae proferuntur, verum auctionariae. *Hae tabulae ad tabernas* Argentariorum, *fixae videntur, quas auctionibus dediſſe operam, ſuo loco oſtenſum eſt. Vid. etiam infra* TABVLA.

AVCTIONANS. Partic. [δημιοπρατῶν] Cic. de Lege Agr. 2, 62 c. 20 Ponite ante oculos vobis Rullum in Ponto, inter veſtra atque hoſtium caſtra, haſta poſita, cum ſuis formoſis finitoribus auctionantem.

AVCTIONALIS, e. Auctionalia *de tabulis et inſtrumentis auctionum* l. 1 §. Officio D. de Tutel. et Rat. diſtr.

AVCTO, āre. [αὔξομαι] *Frequent.* Plaut. Amph. prolog. v. 6 Bonoque atque amplo auctare perpetuo lucro. Lucret. 1, 51 Vnde omnes natura creet res, auctet alatque. Auctare aliquem ope Catull. 68, 2.

AVCTITO, āre. [ἐπαυξόμαι] *Nouum Frequent. ab* Aucto, *vt,* Auctitare pecunias foenore Tacit. Ann. 6, 16. Arnob. 7 p. 218 Potentias auctitare *eſſe dicitur: ſed non inuenio.*

AVCTARIVM, i. n. [προσθήκη, ἐπίμετρον] dicebant antiqui, Quod ſuper menſuram vel pondus iuſtum adiiciebatur, vt Cumulus vocatur in modio. Feſtus. Plaut. Merc. 2, 4, 22 Tanti quanti poſcit, vin' tanti emi illam? C. Auctarium adiicito vel mille nummûm plus quam poſcet.

AVCTOR, ōris. c. [αἴτιος, κύριος, ἄρχων, αὐθέντης] *Sic nempe ſcribendum eſſe, quidquid ſit de etymologia, poſt Pierium ad Aen. 12, 159 ex lapidibus, Grammaticis vetuſtis, ex Dione, qui Graece ſcripſit* [Ἀυκτώριτος] lib. 55 p. 550, C. *oſtenderunt paſſim viri docti. Quid ſignificet, difficile eſt paucis indicare, nec habent Graeci, nec, puto, alia temere lingua nomen plane Synonymon. Nempe* Auctor *eſt, quiſquis quocunque modo fecit facitue, vt aliquid fiat, cui illud proinde imputari poteſt, ſiue illud ſua quadam, ingenioſa praeſertim, opera effecerit, ſiue imperio, conſilio, exemplo, conſenſu, defenſione, laude, et quocunque facto ſuo, vt alii facerent, haberentue aliquid perfecerit. Aſſume ex efficientium naturaliter cauſarum genere* Patres, *et* Scriptores librorum, *et his adiunge, quidquid* moralium cauſarum *enarrant Philoſophi, et complexus fueris denique* Auctoris *notionem. Hoc ipſum iam exemplis firmemus. Ac primo obſeruo,* Deum auctorem operum ſuorum *dici, h. e. effectorem, nondum inueni. Nam quod* Tac. Hiſt. 4, 81 *eſt* Auctore eodem Deo, *i. Serapide, non aliam vim habet, quam illud, quod paullo ante dixerat,* monitu Serapidis Dei. *Et* Liu. 9, 14 Auctoribus DIs ad rem gerendam proficiſcimur, *ad auſpicia pertinet. Et illud* Ouid. Met. 9, 288 Tendebat grauitas vterum mihi, quodque ferebam Tantum erat, vt poſſes Auctorem dicere tecti Ponderis eſſe Iouem, *pertinet ad generationem, de qua adhiberi hoc nomen, iam diximus. Sic* Hor. Od. 1, 2, 36 *Martem alloquitur,* Siue neglectum genus et nepotes Reſpicis, Auctor. *Add.* Od. 3, 17, 5 Genus Auctore ab illo ducit originem. *Vid. n.* 3 Auctor Generis, Sanguinis. *Sic* Ouid. Epiſt. 6, 120 Dulce mihi grauidae fecerat Auctor onus. Varr. R. R. 6, 27, 1 Quibus cordi eſt educatio generis equini, maxime conuenit prouidere auctorem induſtrium. *Schoettgenius intelligit admiſſarium. Neque abhorret hoc ab ingenio Varronis. Sed cum* induſtrium *adiecerit, et ſtatim reſpondeat* ſumma ſedulitas; *Olim malui* auctorem *legere, id eſt inſpectorem et curatorem. Neque temere* Auctor *dicitur, quantum obſeruauerim* architectus, pictor *vel alius artifex, operis ſui. Quin aperte diſtinguit* Plin. 36, 15 ſ. 24, 8 *de Amphitheatro Scauri,* Quid enim miretur quisque in hoc primum? inuentorem an inuentum? artificem an auctorem? auſum aliquem hoc excogitare (*hic* inuentor *eſt*) an ſuſcipere? (*hic* artifex) parere (*etiam hic* artifex) an iubere? (*hic* auctor). *Video tamen* Rerum *et* Statuae *et* Vulneris auctorem *dici, de quibus n. 3, et* Libri. *Nempe* ¶ 2 Auctores *dicuntur ſcriptores clari, non tantum, quod ipſi ſcripſere libros, aut dictarunt, aut illos quaſi ex ſe genuere; ſed in primis, in quantum ad illorum vel fidem, vel doctrinam, alii prouocant. Sic* Cic. Orat. 196 c. 57 Optimum auctorem *vocat* Ariſtotelem. Id. Off. 3 c. 26 Apud Homerum, optimum auctorem. Liu. 2, 8 Apud veteres quosdam auctores non inuenio. Idem 29, 25 Inter auctores diſcrepat. *Vid. n. 3* Auctor Rerum, Carminis. Quinctil. 1, 6, 35 Etymologiae (*deriuandi nomen* ſtella *a* ſtilla) auctorem *dixit.* Id. 10, 1, 64 Eiusdem operis *i. Carminis Lyrici* auctores. *Idem* Fabius Auctores *ſimpliciter pro ſcriptoribus videtur* 1 Pro. 17. 1, 1, 16. Tot auctorum notitia 1, 2, 12. Auctores maximi 10, 5, 8. vetuſtiſſimi 10, 1, 40. Auctores *etiam dicuntur inſtauratores et innouatores: vid. Barth. ad* Claud. p. 702, 1309. *Freinſh. ad* Curt. 5, 1, 24. ¶ 3 *Iam elementari ordine, quibus Subſtantiuis hoc nomen iungatur, iudicabimus.* Auctor Aquae pluuiae graculus Ouid. Am. 2, 6, 34. *qui ſignificat pluuiam. Vid. mox* Lucis. Audendi Virg. Aen. 12, 159. Belli Liu. 44, 18. Ouid. Met. 5, 8. Bonitatis terrae incertus Auctor color Pall. 1, 6, 1. Ouid. Faſt. 6, 709 Sum tamen inuentrix auctorque ego Carminis huius. *Sic* Hor. A. P. 45 Hoc amet, hoc ſpernat promiſſi Carminis auctor. *Add.* Tib. 2, 4, 13. Citharae Lucan. 9, 661 Mercurius. Clamoris auctor, *aſinus, qui clamauit* Ouid. Faſt. 1, 439. Cic. pro Flacc. 36 Nam vt ſignum publicum inſpexit praeclarus iſte auctor ſuae Ciuitatis, ſolere ſuos ciues caeteroſque Graecos ex tempore, quod opus ſit, obſignare dixit. Auctor, *i. defenſor, vt deinde* Societatum. *Huc etiam retulerim illud* Cic. pro Corn. Balb. 4 c. 2 Sed mos eſt gerendus non modo Cornelio, cuius ego voluntati in eius periculo nullo modo deeſſe poſſum: ſed etiam Cn. Pompeio, qui ſui facti, ſui iudicii, ſui beneficii, voluit me eſſe, vt apud eosdem vos iudices nuper in alia cauſa fuerim, et praedicatorem et Auctorem: *quod recte tuetur Graeuius, contra eos, qui* Actorem *dedere.* Comitiorum centuriatorum et curiatorum auctores, *qui ea habent*

*ea habent* Cic. pro Dom. 38 c. 14. Id. de Orat. 1, 211 c. 48 Sin autem quaereremus, quis eſſet is, qui ad Rempublicam moderandam vſum et ſcientiam et ſtudium ſuum contuliſſet, definirem hoc modo: Qui, quibus rebus vtilitas Reip. pararetur augereturque, teneret, iisque vteretur, hunc Reipublicae rectorem, et Conſilii publici auctorem eſſe habendum. *Hinc* Conſiliarius et Auctor *vocatur* Veſtorius Cic. Att. 14, 9. *et* Partit. 97 c. 27 Principia in ſententiis Dicendis breuia eſſe debebunt, non enim ſupplex, vt ad iudicem venit Orator, ſed hortator atque Auctor. Cic. in Orat. 10 Rerum formas appellat Ideas ille non intelligendi ſolum, ſed etiam Dicendi grauiſſimus auctor et magiſter Plato, easque gigni negat. Id. Off. 3, 110 c. 30 Atque huius Deditionis, ipſe Poſthumus qui dedebatur, ſuaſor et auctor fuit. Doloris Cic. pro Flacc. 53. Facinoris praeclari Auctor Vell. 2, 10. Futuri certus et idem peſſimus Somnus Sen. Herc. Fur. 107. Auctorem Generis Venerem Martemque fatemur Rutil. Numat. Itin. 1, 65. *Simpliciter auctores pro parentibus* Ouid. Epiſt. 10, 132 Auctores ſaxa fretumque tui. Generis Virg. Aen. 4, 365. Geſtorum Auctorem *dixit* Tac. Agr. 8 Nec Agricola vnquam in ſuam famam geſtis exſultauit: ad Auctorem et Ducem, vt miniſter, fortunam referebat. Iniuriae publicae grauis Auctor, *i. teſtis* Cic. pro Flacc. c. 17. Interficiendi alicuius Cic. Fam. 12, 2. Legis Auctor *interdum eſt ille, qui inuenit et primus tulit ad populum, verbo* Lator. Liu. 6, 36 Fabius, quarum legum Auctor fuerat, earum ſuaſorem ſe haud dubium ferebat. *Sic* Vell. Pat. 2, 23 In huius locum ſuffectus Valerius Flaccus, turpiſſimae legis Auctor *etc. Sed plerumque* Auctor legis *is eſt, qui illam probat, populo commendat, defenditque.* Liu. 2, 56 Sed vt inuentor legis Volero, ſic Laetorius Collega eius auctor quum recentior tum acrior erat. *Sic* Cic. de Leg. 3, 35 c. 16 Itaque iſti rationi, *de legibus tabellariis loquitur,* neque lator quisquam eſt inuentus, nec Auctor vnquam bonus. Id. Att. 1, 19 Agraria lex a Flauio Tribuno pleb. vehementer agitabatur Auctore Pompeio: quae nihil populare habebat praeter Auctorem. *Et* 8, 3 Ille legibus per vim et contra auſpicia ferendis Auctor. *Et* Agrar. 2, 12 c. 5 Cum oſtenderem, ſi lex vtilis plebi Rom. mihi videretur, Auctorem me atque adiutorem futurum: *Conſul loquitur de lege, quam tulerat tribunus plebis.* Sueton. Iul. c. 16 Caecilio Metello tribuno pl. turbulentiſſimas leges aduerſus Collegarum interceſſionem ferenti auctorem propugnatoremque ſe pertinaciſſime praeſtitit. *Non multum, puto, abit illud, quod* Cic. Verr. 5, 171 c. 67 Senatores populi Romani Legum, iudiciorumque et iuris Auctores vocantur. *Itemque quod poſt Romuli mortem* Liu. 1, 17 Decreuerunt *patres*, vt, cum populus regem iuſſiſſet, id ſic ratum eſſet, ſi patres Auctores fierent: hodieque in Legibus magiſtratibusque rogandis vſurpatur idem ius, vi adempta. Priusquam populus ſuffragium ineat, in incertum comitiorum euentum patres Auctores fiunt? *Sed* Cic. pro Dom. 80 c. 30 Auctor legis *vocatur,* qui primus ſciuit. *Nempe hic exemplum aliis praeiit.* Libidinis vetitae auctor ſceleratus: *qui fert literas amatorias a ſorore ad fratrem.* Ouid. Met. 9, 576. Lucis *Apollo* Idem Met. 4, 257. *Sed* Prop. 4, 3, 32 Lucis auctores aues ſunt Galli gallinacei, *vt*, Aquae pluuiae graculum *et* Bonitatis colorem *vidimus: vt* n. 5 Certiſſimus. *it.* Dubius Muneris, *qui donauit* Ouid. Met. 2, 88. *et* 10, 673. Cic. Tuſc. 4, 2 Quibus Iunius Brutus patriam liberauit, praeclarus auctor nobilitatis tuae. Necis, *qui manu ſua interfecit* Ouid. Met. 8, 449. Nominis auctor Scribon. 106. *i. inuentor.* Operis ſui Ouid. Epiſt. 11, 8. *qui crudelitate ſua facit, vt ſibi necem aliquis conſciſcat.* Pacis auctor ſemper fui Reip. Cic. Att. 9, 11. Id. de Orat. 2, 194 Quare nolite exiſtimare me ipſum, qui non heroum veteres caſus, fictosque luctus vellem imitari, atque adumbrare dicendo, neque actor eſſem alienae perſonae, ſed auctor meae, quum mihi M. Aquilius in ciuitate retinendus eſſet, quae, *etc.* Porticus auctoris Liuia nomen habet *Cenſoris, qui faciendam locauit* Ouid. Art. Am. 1, 72. Profectionis auctor Caeſ. Bell. Gall. 5, 33. *i. Suaſor.* Propaginis tantae auctor, *Iulius Caeſar reſpectu domus Auguſtae* Ouid. Faſt. 3, 157. Querelarum ac doloris Cic. pro Flacco c. 22. *i. vindex.* Cic. Att. 8, 2 Mihi nihil illa in gente vnquam ab vllo auctore Reip. ac duce turpius eſſe videtur factum, quam a noſtro amico factum eſt, cuius ego vicem doleo, qui vrbem reliquit, id eſt patriam. Auctor Rerum, *qui eas geſſit* Sall. Cat. 3, 2 Ac mihi quidem, tametſi haud quaquam par gloria ſequatur ſcriptorem, et Auctorem rerum, *quod defendit Cortius contra eos, qui* Actorem *ſubſtitui volunt. Sed* Tac. An. 3, 3 Auctores rerum *ſunt Hiſtorici. Vid. n. 3* Religioſiſſimus. Religionum colendarum Auctores et magiſtros habeo maiores noſtros Cic. de Har. Reſp. 18 c. 9. Sanguinis auctor Virg. Aen. 7, 49. *i. Progenitor.* Sceleris Sen. Med. 977. Sermonis huius auctor eſt Valerius Cic. Att. 1, 3. Societatum Cic. pro Planc. 32 c. 13. *i. defenſor. Sic* Ciuitatis *habuimus. Add.* pro Cluent. 66. Statuarum in mentione eſt et vna non praetereunda, licet Auctoris incerti, *i. artificis* Plin. 34, 8 ſ. 19, 35. Sueton. Aug. 28 Auctor optimi Status. Stupri, *i. adulter* Ouid. Art. Am. 1, 704. Veri auctor, *qui vera docet* Hor. Carm. 1, 28, 14. *de Pythagora.* Viae auctor, *qui ire iubet* Ouid. Met. 3, 18. Virtutum omnium auctor Cato, *i. exemplum* Cic. de Fin. 4 c. 16. Dardanus Iliacae primus pater Vrbis et auctor Virg. Aen. 8, 134. Vulneris, *qui fecit* Ouid. Met. 8, 417. *it.* Am. 3, 13, 22. Met. 5, 133. ¶ 4 *De diuerſa conſtructione et formulis, notamus iſta:* Cic. Att. 8, 3 Ille legibus Caecilii Metelli contra auſpicia ferendis auctor, ille Galliae vlterioris adiunctor, *etc. De Pompeio loquitur.* Auctor his rebus quis eſt Ter. Adel. 4, 5, 37. *cuius conſenſu negotium ratum ſit, pater, tutor etc.* Aderat furens miles, nullo duce, ſibi quisque auctor Tac. H. 3, 71. Cic. Philipp. 2, 26 Etenim ſi auctores ad liberandam patriam deſiderarentur, illis auctoribus Brutos ego impellerem? *Suaſores, impulſores.* Cic. Att. 9, 11 Sed vt eo tempore non modo ipſe auctor dignitatis tuae fui, verum etiam caeteris auctor ad te adiuuandum, ſic me nunc Pompeii dignitas vehementer monet. Cic. Poſt red. in Senat. 8 Quod ſi Q. Metellus illo tempore Conſul fuiſſet vnicus, dubitatis, quo animo fuerit in me conſeruando futurus, quum in reſtituendo auctorem fuiſſe, aſcriptoremque videatis? Cic. Att. 9, 12 Ego quidem tibi non ſum auctor, ſi Pompeius Italiam relinquit, te quoque profugere. *i. non ſuadeo.* Ter. Adel. 5, 8, 16 Idne eſtis auctores mihi? *Vbi* Donatus: Auctores, hoc eſt Perſuaſores. Cic. Fam. 6, 8 A me conſilium petis, quid ſim tibi auctor, in Siciliane ſubſidas, an vt ad reliquias, *etc.* Plaut. Stich. 1, 2, 71 Mihi auctores ita ſunt amici, vt vos abducam hinc domum. Cic. Att. 15, 13 Sed auctor non ſum vt te vrbi committas. Plaut. Mil. 4, 3, 1 Quid mihi nunc es auctor vt faciam de concubina? Cic. ad Brut. 11 Nam illi ita ſentienti de Republ. magnopere auctor fui, ne differret tempus petitionis ſuae.

*Et* Ep. 10 Nunquam in honore extraordinario potentis hominis, vel potentiſſimi potius, — accidit, vt nemo tribunus plebis, nemo alio magiſtratu, nemo priuatus, auctor exiſteret, *i. illam petitionem et ſuffragationem adeo ſuſciperet, primus proponeret, Conſulem faciendum eſſe Octauium.* Ter. Eun. 5, 7, 12 An poenitebat flagitii, te auctore quod feciſſet adoleſcens? Liu. 2, 2 Res tuas tibi non ſolum reddant ciues tui, auctore me: ſed ſi quid deeſt, munifice augebunt. *i. Me ſuadente, conſulente, impellente.* Cic. Acad. 1 Audebimus ergo, inquit, nouis verbis vti te auctore, ſi neceſſe eſt. Sueton. Tib. 27 Alium dicentem ſacras eius occupationes; et rurſus alium Auctore eo Senatum ſe adiiſſe, verba mutare, et pro Auctore Suaſorem, pro Sacris Laborioſas dicere coëgit. *Nempe* Auctor *interdum plus eſt quam* Suaſor, *vt in illo* Tac. Agr. 8 *quod laudabamus modo* n. 3 Geſtorum. *Singularis formula eſt* Cic. de Orat. 1 c. 45 Multique praeterea, qui cum ingenio ſibi auctore dignitatem reperiſſent, perfecerunt, vt in reſpondendo iure auctoritate plus etiam, quam ipſo ingenio valerent. *Sed corruptum videtur illud* auctore. Dignitatem *explicaturus aliquis* Auctor. *id eſt* Auctoritate *appoſuerat: vel* Auctoritate *daturus erat librarius, pro* dignitate *etc.* Cic. Acad. 4, 91 Explicaui paullo ante Clitomacho auctore, quomodo iſta Carneades diceret, *i. Vt refert Clitomachus, vel Ex ſententia Clitomachi.* Liu. 1, 46 Hic L. Tarquinius Priſci Tarquinii regis filius, neposne fuerit, parum liquet: plurimis tamen auctoribus filium ediderim. *i. hiſtoricis narrantibus. Saepius ita ponitur hoc nomen, pro eo, cuius narrationi fides habetur. Vt,* Ab Sutrio auctores, concilia de pace haberi Liu. 10, 14. Producto in concionem auctore Iuſt. 11, 2. *i. nuntio.* Iisdem auctoribus cognitum eſt, Aequos, Volſcosque ſumma vi bellum apparare Liu. . . . *Sic* Cic. Att. 14, 8 Nam quod Cluuiam ſcribis moderate et amice ſcriptas literas attuliſſe, mihi dedit Paullus ad ſe a fratre miſſas, quibus in extremis erat, ſibi inſidias fieri, ſe id certis auctoribus comperiſſe. Hoc nec mihi placebat, et multo illi minus. ¶ 5 *Adiectiua ſ. Epitheta* Auctoris. Auctores antiqui Scribon. Epiſt. ad Calliſt. *i. ſcriptores Medicinae.* Ingenioſus Poëta, et auctor valde Bonus Cic. pro Muraen. 30. Celeberrimi auctores Plin. 33, 1 Certiſſimus Virg. Georg. 1, 432. *de Luna tempeſtatis indice, vt* n. 3 Lucis. Clariſſimi Quinctil. 1, 8. Longe clariſſimi auctores *(nim. partis medicinae, quae victu morbos curat)* Celſ. 1 praef. Ouid. Faſt. 5, 601 Tunc mihi non dubiis auctoribus incipit aeſtas. Auctores aeſtatis *vocat ortus et occaſus quorundam ſiderum.* Eminentiſſimi Quinctil. 1, 2, 2. 1, 10, 10. 10, 1, 45. Euidentiſſimi Plin. 19, 3 ſ. 15. Eruditiſſimis auctoribus induci Cic. pro Muraen. 62 Grauior Tacit. Hiſt. 3, 43. Idoneus Quinctil. 1, 4. Cic. Verr. 3, 216 c. 96. Latini Quinct. 1, 8. Leuis. Locuples. Luculentus *vid.* ſuis locis. Cic. Att. 7, 3 Caecilius Malus auctor Latinitatis eſt. Maximos auctores in diuerſa fuiſſe opinione video Quinctil. 1, 5 Iuuen. Sat. 14, 32 — citius nos Corrumpunt vitiorum exempla domeſtica, magnis Quum ſubeant animos auctoribus. Memorabiles Columel. 1, 1, 4. Peſſimus auctor futuri Sen. Herc. fur. 1071. *de Somno, i. index et praenuncius.* Cic. de Clar. Orat. 44 Sit ſane, inquam, vt lubet de iſto, et ego cautius poſthac hiſtoriam attingam te audiente, quem rerum Romanarum Auctorem laudare poſſum Religioſiſſimum. Non ſordidus auctor, *i. Clarus et celebris* Hor. Carm. 1, 28, 14. Summi Quinctil. 1, 6. Validiſſimus auctor mittendi nuntios Parthis fuit Sinnaces, *i. Suaſor* Tacit. Ann. 6, 31. ¶ 6 *Verba, quibuscum varie* Auctoris *nomen conſtruitur:* Appellet auctorem fides Plin. 28, 1. *i. fidem faciamus dictis laudando auctore.* Citare auctorem, *vid.* CITO. Criminantur quidam — auctores, quos praelegunt Quinctil. 1, 5, 11. Id ita eſſe, vt credas, ipſam rem auctorem Dabo Plaut. Trin. 1, 2, 70. *i. Re ipſa oſtendam.* Enarrare auctores Quinctil. 1, 9. Eſt auctor Maſſurius, bis in triumpho ductum, *i. dicit aut ſcribit* Plin. 7, 43. Auctores ſunt, omnibus annis aduolare Ilium ex Aethiopia aues, *i. ſunt, qui dicant, aut ſcribant* Id. 10, 26. Liu. 4, . . Sunt, qui male pugnatum ab his Conſulibus in Algido, auctores ſint. Fiunt auctores Patres, *vid. n. 3, de* Auctore Legis. Ter. prol. Andr. 19 Qui cum hunc accuſant, Naeuium, Plautum, Ennium, accuſant, quos hic noſter auctores Habet, quorum aemulari exoptat negligentiam *etc.* Auctores *igitur, quos imitamur.* Cic. de Orat. 2, 155 Quos quum tu haberes auctores Antoni, miror cur philoſophiae, ſicut ille Pacuuianus, prope bellum indixeris. *Loquitur de Carneade, Critolao et Diogene.* Idem Verr. 3, 216 c. 96 Noli igitur dicere, iſtum idem feciſſe, quod Sacerdotem — Dicito potius, quoniam habes auctorem idoneum, quod Antonius — fecerit, id iſtum — feciſſe: et iſtius innocentiam M. Antonii facto atque auctoritate defendito. *Et* Verr. 3, . . Haec vos antea Iudices audiſtis, verum fortaſſe ita audiſtis, vt auctorem rumorem haberetis, ſermonemque omnium. In incerto eſt auctor Ouid. Met. 12, 419. *de vulnere, a quo inflictum ſit.* Interpretari auctores. Inuenire apud auctores. Laudare auctorem, *vid. ſuis verbis.* Cic. Att. 12, 19 Etenim habeo nonnullos ex iis, quos nunc Lectito auctores, qui dicant, fieri id oportere, quod *etc.* Celſ. praef. Primoque medendi ſcientia ſapientiae pars habebatur, vt et morborum curatio et rerum naturalium contemplatio ſub iisdem auctoribus Nata ſit. Quinctil. 2, 4, 42 Sed ne hi quidem, qui haec fortiſſime affirmant, vllo ſatis idoneo auctore Nituntur. Cic. Att. 6, 2 Quum mihi auctor Placeret (etenim erat ἱστορικώτατος, et vixerat in Peloponneſo) admirabar tamen, et vix aggrediens communicaui cum Dionyſio. Praebere ſe auctorem, principem, ducem ſenatui, bonisque omnibus Idem Fam. 10, 6. Praelegere auctores Quinctil. 1, 5, 11. Cic. de Orat. 2, 290 Non enim vereor, ne quis me in iſto genere leuiorem iam putet, quoniam quidem tu Fabricios mihi auctores, et Africanos Maximos, Catones, Lepidos, protuliſti. Redigere auctores alios in ordinem, alios omnino eximere numero Quinctil. 1, 4. Referri ad auctorem Celſ. 5, 18. Nec literarum Graecarum, nec philoſophiae iam vllum auctorem Requiro Cic. Ac. 4, 5 c. 2. *cuius nempe exemplo me tuear.* Sequi aliquem auctorem Plin. Epiſt. 3, 5. Sumunt ius verba ab Auctoribus Quinct. 1, 4, 4. Impero, auctorque Sum, vt me cuiuis caſtrandum loces Plaut. Aul. 2, 2, 73. Idem Poen. 1, 1, 18 Suſpende, vinci, verbera, auctor ſum, ſino. ¶ 7 *Peculiariter obſeruari meretur ICtorum vſus, qui* Auctor *eum ſignificat, a quo quis ius in re habet, ſiue a quo quis emit.* Cic. Verr. 5, 45 c. 21 Tum illi intellexerunt, ſe id, quod a malo auctore emiſſent, diutius obtinere non poſſe. Vlpian. in l. 4 D. de Euictionibus: Illud quaeritur, an is, qui mancipium vendidit, debeat fideiuſſorem ob euictionem dare, quem vulgo auctorem ſecundum vocant. *Nempe* Auctor primus *eſt ipſe venditor:* ſecundus, *quem illi fide-*

*fideiuſſorem dat praeſtandae euictionis.* *Add.* l. Si fundo §. 3 D. de Euiction. *Et vid. Salmaſ. de Vſur.* p. 728, 733. Plaut. Curc. 4, 2, 12 *Lenonem alloquens*, Nec vobis auctor vllus eſt, nec voſmet eſtis vlli. Cic. pro Caecin. 27 c. 10 Duo praeterea teſtes, nihil de vi, ſed de ipſa emtione fundi dixerunt: P. Caeſennius, auctor Fundi, non tam auctoritate graui, quam corpore: et argentarius Sex. Clodius, cui nomen eſt Phormio. *Huc reſpicit* Cic. pro Muraen. c. 2 Quod ſi in iis rebus repetendis, quae mancipii ſunt, is periculum iudicii praeſtare debet, qui ſe nexu obligauit: profecto etiam rectius in iudicio Conſulis deſignati, is potiſſimum Conſul, qui Conſulem declarauit, Auctor beneficii populi Romani eſſe debet, *i. periculum iudicii praeſtare. Sic* Sen. Conſ. ad Marc. c. 10 *emendat Gronouius*, Tanquam exceptum Auctori poſſideas, *i. tale quid, quod vel reuocare poſſit venditor, certe non praeſtare cogatur.* *Laudat ad l. c. Gronouius* Sen. Contr. 21 Ita, ſi malum auctorem habemus, gener noſter fugitiuus eſt. *Et* Controu. 34 Pecuniam perdidi. Redi ad auctorem. ¶ 8 *Apud eosdem ICtos* Auctores pupillorum *et* mulierum *vocantur, in quorum adminiſtratione ipſi resque eorum ſunt.* Vnde Paull. l. 3 D. de Auctoritate tutorum, Etiam ſi non interrogatus tutor, auctor fiat, valet auctoritas eius, quum ſe probare dicit id, quod agitur. hoc eſt enim auctorem fieri. Et Pomponius in l. ſeq. Si eo auctore, qui tutelam non gerit, emam a pupillo — dominium me non poſſe fieri. *Et ſaepe per totum illum titulum. Sed ipſe quoque* Cic. in Topic. 46 Non quemadmodum, quod mulieri debeas, recte ipſi mulieri ſine tutore auctore ſoluas: ita, quod aut pupillae, aut pupillo debeas, recte poſſis eodem modo ſoluere. *Sic* pro Caecin. 72 Quod mulier ſine tutore auctore promiſerit, deberi. *Et* pro Cluent. 14 c. 5 Nubit genero ſocrus, nullis auſpicibus, nullis auctoribus, *parentibus puto, cognatis, tutore etc.* ¶ 9 *Quod diximus, communis generis eſſe* Auctor, *iam probamus.* Virgil. Aen. 12, 15 *Iuno ait*, Auctor ego audendi. Ouid. Faſt. 5, 191. *ad Floram*, Ipſa doce, quae ſis: hominum ſententia fallax: Optima tu proprii nominis auctor eris. *Et* Heroid. 15, 3 Auctoris nomina Sapphûs. *Et* ibid. 14, 110 Vltima quid referam, quorum mihi cana ſenectus Auctor. *Et* Faſt. 6, 709 Sum tamen inuentrix Auctorque ego carminis huius. Sen. Med. 979 ipſam ſceleris auctorem horrendi *vocat Medeam.* *Ipſe* Cic. de Diuin. 1 c. 15 Eas aues, quibus auctoribus *etc.* *Recte igitur* Feſtus, Auctor communis generis apud antiquos. Seruius ad Aen. 12, 159 *et alii Grammatici, quos ibi aduocat Pierius, cum ad propriam augendi notionem reſpicitur,* auctricem *dici volunt, cum ad* auctoritatem, auctorem. *ſcilicet.*

AVCTRIX, īcis. f. *Quae auget.* Tertull. aduerſus Hermog. cap. 5 Neque enim poteſt non et materia auctrix omnium deputari, de qua vniuerſitas conſiſtit, *et ſaepe alibi.* ¶ 2 *Sed etiam pro* Auctore *femina ea notione, quam n. 4 explicauimus*, Auctricem conueniri conſequens eſt l. 16 Cod. de Euict.

AVCTORITAS, ātis. f. [αὐθεντία, ἀξίωμα, ἀξιωματικόν, ἀξιοπιστία] *Ius, poteſtas, dignitas, et quidquid illud eſt, quo aliquis Auctor fieri poteſt, voluntas, ſententia, quam alii ſequantur, conſenſus per leges ad actionis effectus requiſitus, opinio ſapientiae et virtutis, exemplum, conſilium, teſtimonium, et quidquid, praeter vim et metum, alios ad agendum impellit etc.* *Sic in Romana repubI. Senatui, cum penes populum ſit imperium, tribuitur* Auctoritas. *V. g.* Cic. Philipp. 13 c. 5 Tantus autem conſenſus municipiorum coloniarumque prouinciae Galliae, vt omnes ad auctoritatem huius ordinis maieſtatemque populi Romani defendendam conſpiraſſe videantur. *Sic* Me non inuentum eſſe auctoritatem eius ordinis Idem pro Dom. c. 19. *Et* pro Lege Manil. 43 c. 15 Et quoniam auctoritas multum quoque in illis adminiſtrandis atque imperio militari valet, — *quod ſtatim his verbis explicat*, Vehementer pertinere ad bella adminiſtranda, quid hoſtes, quid ſocii de imperatoribus veſtris exiſtiment, quis ignorat, cum ſciamus, homines in tantis rebus, vt aut contemnant, aut metuant, aut oderint, aut ament opinione non minus famae, quam aliqua certa ratione commoueri. *Sed legendus totus ille locus eſt.* *Sic* rex vel princeps audiuntur auctoritate ſuadendi magis, quam iubendi poteſtate Tacit. Germ. 11, 6. Auctoritas principis maioribus remediis integra ſeruanda Idem Hiſt. 1, 29, 3. Auctoritas et Amplitudo Cic. pro Roſc. Amer. 2 *paene ſynonyma.* *Sed* Idem pro Corn. Balb. 31 Creator huius vrbis Romulus foedere Sabino, docuit etiam hoſtibus recipiendis augeri hanc ciuitatem oportere, cuius auctoritate et exemplo nunquam eſt intermiſſa a maioribus noſtris largitio et communicatio ciuitatis. *Hic* Auctoritas *eſt* Exemplum *magni viri.* ¶ 2 *Epitheta quaedam ordine elementari diſpoſita.* Tacit. Ann. 2, 46 Diſcat interim miles, neque duorum adoleſcentium nondum Adulta auctoritate comprimi queat. Idem Hiſt. 1, 21 Proin agendum audendumque, quum Galbae auctoritas Fluxa, Piſonis nondum coaluiſſet. Cic. de Inuent. 1, 101 Primus locus ſumitur ab auctoritate, quum commemoramus quantae curae res ea fuerit, aut diis immortalibus, aut iis, quorum auctoritas Grauiſſima debeat eſſe. *Aliter* Idem de Orat. 2, 55 Certe non tulit vllos haec ciuitas, aut gloria clariores, aut auctoritate Grauiores, aut humanitate politiores P. Africano, *etc.* Languida auctoritas patrum facta eſt, *vid.* LANGVOR. Tacit. Ann. 1, 42 An ciues, quibus tam proiecta Senatus auctoritas? Cic. in Brut. 237 Hortenſius erat excellens iudicio vulgi, et facile primas tenebat adoleſcens. Sed quum iam honores, et illa Senior auctoritas grauius quiddam requireret, remanebat idem, nec decebat idem. Senilis, *vid. n. 3* Morum. Tenui auctoritate homo Cic. contra Rull. 2, 4 c. 17. ¶ 3 *Subſtantiua.* Acies auctoritatis Cic. Catil. 1, 4. Auctoritatem Antiquitatis habere Quinctil. 1, 6, 39. Auctoritas Audientium non vltra debitam reuerentiam tardet oratorem Idem 5, 1. *i. dignitas, quam illis aut fortuna, aut virtus conciliauit.* Deorum auctoritatem non expleuiſſe videtur Polycletus *ſtatuarius* Quinct. 12, 10, 8. Frontis auctoritas Idem 12, 5, 5. *Et* 10, 1, 102 *de Seruilio Nouiano*, Minus preſſus, quam Hiſtoriae auctoritas poſtulat. Iura auctoritatis Tacit. Ann. 12, 18. Cic. de Orat. 1, 194 Et docemur in infinitis concertationumque plenis diſputationibus, ſed auctoritate atque Legum domitas habere libidines, coërcere omnes cupiditates, noſtra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abſtinere. Morum Senilis auctoritas Quinctil. 11, 1, 32. Rerum geſtarum Idem 5, 11, 1. Extra auctoritatem Senatus Sueton. Caeſ. 28. *Eſt velut peculiare Romani Senatus attributum auctoritas, de quo diligenter egit Io. Aug. Ernesti in Claui Ciceron. h. v. Nos quae maxime neceſſaria ſunt dicemus.* Cic. de Legib. 3 c. 12 Poteſtas in populo, Auctoritas in Senatu ſit. *In autem* Auctoritas *ſub regibus conſilii tantum fuit.* Cum regum poteſtatem non tuliſſent *Romani, vt ait* Idem pro Sext. 137 c. 65, ita magiſtratus annuos creauerunt, vt conſilium Senatus Reipubl. praeponeret ſempiternum — huius ordinis Auctoritate vti magiſtratus, et quaſi miniſtros grauiſſimi conſilii eſſe voluerunt. *Hic itaque* auctoritas Senatus *eſt, ius mandata dandi magiſtratibus; itemque quod* legum auctores *fiebant, de quo diximus in* AVCTOR LEGIS n. 3. *Porro* auctoritas Senatus *vocatur* Senatusconſultum, *vt* Cic. de LL. 2 c. 15 Senatus vetus auctoritas de Bacchanalibus *vocatur, quod* Senatusconſultum eſt Liu. 39, 18. *Sic* Fam. 1, 2 Senatus auctoritas interceſſerat. *Et* Off. 3 c. 30 Sine Senatus auctoritate foedus fecerat. *Speciatim vero id nomen adhibetur de* Senatusconſulto, *cui interceſſum eſt, qua ratione vis ipſius infracta, vt exſequi illud non liceret, v. g.* Cael. ad Cic. Fam. 8, 8 *refert tres formulas SCtorum, in quibus haec verba:* Si quis huic Senatusconſulto interceſſerit, Senatui placere, auctoritatem perſcribi. *Add. Manut. ad* Cic. Fam. 1, 2 p. 27 *Graeu. Verba ponimus n. 4* Intercedit. *Interdum vero ſine hoc reſpectu vel voluntatem Senatus quacunque ratione declaratam ſignificat, vt* Cic. de Senect. c. 4 C. Flaminius agrum Picenum contra auctoritatem ſenatus viritim diuidebat: *vel opinionem ſapientiae etc. vt* pro Cluent. 152 c. 55 Vident auctoritatem huius ordinis confirmari. *Talia ſunt, quae in principio dedimus. Denique ipſa nomina Senatorum SCtis praeſcripta* Auctoritates *vocantur. Vt in laudata Caelii epiſtola ante ipſum SCtum. Sic* de Orat. 3 c. 2. *vbi vid. Pearce et Man. ad Fam. 5, 2.* Cic. de Senect. 62 Habet ſenectus, honorata praeſertim, tantam auctoritatem, vt ea pluris ſit, quam omnes adoleſcentiae voluptates. Id. pro Flacc. 9 c. 4 Teſtimoniorum — quae ſit vis, quae Auctoritas, quod pondus, ignorant Graeci. *Et* Fam. 5, 12 Non enim me ſolum commemoratio poſteritatis ad ſpem quandam immortalitatis rapit, ſed etiam illa cupiditas, vt vel auctoritate Teſtimonii tui, vt iudicio beneuolentiae, vel ſuauitate ingenii, viui perfruamur. ¶ 4 *Verba:* Abiicere auctoritatem, *vid.* ABIICIO. Addit cultus conceſſus atque magnificus hominibus auctoritatem Quinctil. 8 Pr. 20. Adducere aliquem ad noſtram auctoritatem Cic. pro Deiot. c. 10. Adhibere. Adiicere, *vid. his verbis.* Idem de Diuin. 2, 113 Auctoritatem quidem nullam debemus, nec fidem commentitiis rebus adiungere. Adiungere ſe ad auctoritatem Senatus. Adoleſcit auctoritas, *vid. his verbis.* Non cani, non rugae repente auctoritatem Afferre ſolent Cic. de Sen. c. 18. Hoc et auctoritatem orationi affert et fidem Idem in Orat. c. 34. Agitur auctoritas decretorum veſtrorum Cic. Prou. Conſ. *extr.* Amittere, *vid.* AMITTO. Amplexari, *vid.* AMPLEXOR. Amplificare Cic. pro L. Manil. 46 c. 16. Id. pro Font. 12 Mihi enim ſemper vnaquaque de re, teſtis non ſolum ſemel, verum etiam breuiter interrogandus, et ſaepe etiam non interrogandus, ne aut irato facultas ad dicendum data, aut cupido auctoritas Attributa eſſe videatur. *Add.* Id. de Diuin. 1 c. 3. Caeſ. Bell. Ciu. 1, 32. Auferre teſtibus iis, qui profuerunt Quinct. 5, 7, 32. Cedere auctoritati, *vid.* CEDO. Coaleſcit auctoritas, *vid.n.2* Fluxa auctoritas. Communire auctoritatem, *vid.* COMMVNIO. Comparare, *vid.* COMPARO. Cic. de Diu. 1, 33 Augur Tib. Gracchus auſpiciorum auctoritatem confeſſione errati ſui comprobauit. Comprimi auctoritate, *vid. n. 2* Adulta. Conferre ſe ad alicuius auctoritatem, *vid.* CONFERO. Conſtat ſermo auctoritate, *i. exemplo loquentium* Quinctil. 1, 6 pr. Contemnere auctoritates, ratione pugnare, *i. ſententias* Philoſoph. Cic. de Natur. Deor. 3, 16. Conſiſtit auctoritas, *vid.* CONSISTO. Conſtituere auctoritatem iudiciorum Id. Verr. 1, 5. Contingere aliquam auctoritatem, *vid.* CONTINGO. Cic. de Nat. Deor. 3, 91 c. 38 Vtrum Poëtae Stoicos deprauarint: an Stoici Poëtis Dederint auctoritatem, non facile dixerim. Plaut. Poen. 1, 1, 19 Suſpende, vinci, verbera, auctor ſum, ſino. M. Si auctoritatem poſtea defugeris, vbi diſſolutus tu ſies, ego pendeam, *i. ſi negaueris poſtea factum fuiſſe a me te auctore, ſuadente et impellente. Sic* Ter. Eun. 2, 3, 98 Iubesne? CH. Iubeo, cogo, atque impero: nunquam defugiam auctoritatem: *Sic enim legendum. Corruperat locum aliquis iam ante Donatum, poſita Parmenonis perſona ante* Nunquam: *quod ita interpretatur* Donatus: Faciam maxime quum ita tu velis et iubeas. Non recuſabo facere, dum tu tamen auctor ſis facti. *Quin Chaereae ſunt verba promittentis, ſe nunquam negaturum, ſe auctore feciſſe Parmenonem, quod fecerit. Conuenit etiam* Cic. pro P. Syll. 33 c. 11 Itaque attende iam Torquate, quam ego non defugiam auctoritatem Conſulatus mei: *Significat, ſe cuncta illa, quae tunc geſſit, confiteri, ac prae ſe ferre recte et ordine geſta eſſe, paratum illa defendere.* Quinctil. 11, 3, 67 Si geſtus ac vultus ab oratione diſſentiant, — non Auctoritas modo verbis, ſed etiam fides deſit. *Eſt igitur* Auctoritas *maius quiddam auguſtiusque fide.* Detrahere alicui Quinct. 6, 5 *et* 7, 2. *it.* 1, 7. Cic. de Diuin. 2, 139 c. 67 Nullae ergo imagines obrepunt in animos dormientium extrinſecus, nec omnino fluunt illae, nec cognoui quemquam, qui maiore auctoritate nihil Diceret. Plin. 34, 6 Pedeſtres *ſtatuae* ſine dubio Romae fuerunt in auctoritate longo tempore, *i. in honore, vt illis vterentur.* Liu. 9, 14 Samnites quum inſtructos repente ad pugnam Romanos conſpexiſſent, vociferari, ſe in auctoritate Tarentinorum manere: *qui denunciauerant vtrique populo, vt bellum omitterent.* Non eſſe in auctoritate Senatus tribunos militum Id. 4, 56. Eſt in auctoritatem Scientiae neminem docere Plin. 25, 1. *h. e. putatur ea ratio conciliari ſcientiae* auctoritas, *ſi nemini ea impertiatur.* Eſt in illo auctoritas Nep. 13, 3, 2. *Sic* Cic. pro Roſc. Am. 2 In quibus ſumma auctoritas eſt atque amplitudo. Eſſe in auctoritate, *pro Auctoritatem habere* Id. Att. 2, 12. Ciceroni *etiam tribuitur*, Pompeii autem auctoritas, cum apud omnes eſt, quanta eſſe debet, tum Excellit in Prouincia, *etc.* Exquirere auctoritatem vsque ab ſtirpe Plaut. Trin. 1, 2, 180. *i. auctorem rumoris.* Externinare auctoritatem Senatus e ciuitate Cic. de Prouinc. Conſ. 3. Idem pro Caecin. 20 Auctoritatem ſapientiſſimorum hominum facere nobiſcum, in iudicium non venire, vtrum Caecinna poſſederit, necne. Facere auctoritatem, *vid.* FACIO. Florere auctoritate Id. Fam. 4, 3. Frangere auctoritatem veteris diſciplinae Cic. Acad. 1, . . Gerere magiſtratum ex auctoritate alicuius Idem Fam. 4, 9. Gliſcit auctoritas Tacit. Ann. 4, 35. Cic. pro Flacc. 61 Liceat mihi potius de leuitate Graecorum queri, quam de crudelitate: auctoritatem iſti Habeant apud eos, quos eſſe omnino noluerunt. Idem de Clar. Orat. 327 Etſi enim genus illud dicendi auctoritatis Habebat parum, tamen aptum eſſe aetati videbatur. *Et* Att. 8, 9 Nam quod teſtificor me expertem belli fuiſſe, etſi id re perſpectum eſt: tamen ea ſcripſi, quo in ſuadendo plus auctoritatis haberem, eodemque pertinet, quod cauſam eius probo. Cic. Off. 2, 34 Ad fidem faciendam iuſtitia plus pollet: quippe quum ea ſine prudentia ſatis habeat auctoritatis: prudentia ſine iuſtitia nihil valet ad faciendam fidem. Idem pro Roſc.

Com. 6 Quod ſi eandem vim, diligentiam auctoritatemque habent aduerſaria, quam tabulae, quid attinet codicem inſtituere, conſcribere, ordinem conſeruare? Cic. Act. 1 in Verr. 3 De quo ſi vos ſeuere iudicaueritis, auctoritas ea, quae in vobis remanere debet, haerebit. Cic. Catil. 1, 4 At nos viceſimum iam diem patimur hebeſcere aciem horum auctoritatis. Imminuere ſuam auctoritatem Idem de Orat. 2 c. 37. Quinctil. 4, 1 Nam ſe quoque moneri interim fingit, vt pro Rabir. Poſthumo, dum aditum ſibi ad aures facit, et auctoritatem induit vera ſentientis, quo magis credatur, vel defendenti eadem, vel neganti. Cic. Fam. 1, 2 De his rebus pridie quam haec ſcripſi, Senatus auctoritas grauiſſima Interceſſerat, cui cum Cato et Caninius Interceſſiſſet, tamen eſt perſcripta. Eam ad te miſſam eſſe arbitror. Interponere auctoritatem, *vid.* INTERPONERE. Laudare auctoritatem, *eſt In iudicio dicere titulum ſuae poſſeſſionis: et eſt antiquus ſermo iuriſconſultorum. Budaeus. vid. mox n.* 8. Leuare auctoritatem ſuam inconſtantia. *vid.* LEVIS. Mereri narrantis auctoritatem Quinctil. 4, 2. Minuere auctoritatem. *vid.* MINVO. Cic. Att. 8, 9 Tua me hercule auctoritas vehementer mouet. Id. pro Arch. 9 At non eſt profeſſus? Immo vero his tabulis profeſſus, quae ſolae ex illa profeſſione collegioque Praetorum Obtinent publicarum tabularum auctoritatem. Perdere Quinctil. 4, 2 Pſeudo-Cic. Anteq. iret in exil. 17 Nemo tam perdita auctoritate, tam facinoroſa inuentus vita, qui quum de ſcelere fateretur, non tamen ſententiis prius iudicum conuinceretur, quam ſupplicio addiceretur. Id. pro L. Manil. 45 c. 15 Qui tantum auctoritate perfecerit. Id. Fam. 8, 8 Si quis huic Senatusconſulto interceſſiſſet, auctoritas perſcriberetur. *Et* Att. 5, 2 *fin.* Nondum enim ſatis huc erat allatum, quo modo Caeſar ferret de auctoritate perſcripta. *Vid.* n. 3 Senatus auctoritas, *vbi etiam de* Praeſcriptis auctoritatibus. Quinctil. 1, 6 Peti ſolet auctoritas ab oratoribus vel hiſtoricis. Cic. de Aruſp. Reſp. 45 Et eo feciſſe auctore ſe diceret, cuius auctoritatis neminem poſſet Poenitere. Id. pro Domo ſua 117 Eſto, collegium non adhibuiſti. quid? de collegio quis tandem affuit? Poſuerat enim auctoritatem in vno, quae eſt in his omnibus. Auctoritate praecellentes medici Scribon. Ep. init. Premit aliquem auctoritas Quinctil. 6, 5. Cic. pro Muraen. 67 Tolle mihi e cauſa nomen Catonis: Remoue ac Praetermitte auctoritatem, congredere mecum criminibus ipſis. Aſſyrii, vt ab vltimis auctoritatem Repetam Id. de Diu. 1 c. 1. *Et* de Senect. 61 Quid de Paullo, aut Africano loquar? aut vt iam ante dixi, de Maximo, quorum non in ſententia ſolum, ſed etiam in nutu Reſidebat auctoritas? Id. pro Cluent. c. 51 Ego vero in iſto genere libentius cum multorum, tum hominis eloquentiſſimi et ſapientiſſimi L. Craſſi auctoritatem ſequor. *Add.* de Fin. 2 c. 13. Caeſ. B. C. 1, 35. Curt. 7, 6, 14. Superauit auctoritatem conſuetudo Quinctil. 1, 5. Suſcipere auctoritatem Cic. Acad. 1, 19. Id. de Senect. 37 Tenebat non modo auctoritatem, ſed etiam imperium in ſuos. Id. de Diuin. 1, 5 Quumque huic rei magnam auctoritatem Pythagoras iam ante tribuiſſet. Cic. pro Syll. 10 Hoc totum eiuſmodi eſt, Iudices, vt ſi ego ſim inconſtans ac leuis, nec teſtimonio fidem tribui conuenerit, nec defenſioni auctoritatem. Valere auctoritate apud aliquem Nep. 9, 2, 1. Pſeudo-Cic. Anteq. iret in exil. 7 Vos credo, retinebitis veſtram libertatem, qui neque tanta valetis auctoritate, neque tantorum officiorum impenſam egiſtis in patriam? Id. de Nat. Deor. 1, 10 Tantum opinio praeiudicata poterat, vt etiam ſine ratione valeret auctoritas. Plurimum valet in conſiliis auctoritas Quinct. 3, 8. Cic. Att. 9, 9 Scribis Peduceo quoque noſtro probari quod quierim, cuius auctoritas multum apud me valet. Hanc auctoritatem quantum apud illos reges — valituram eſſe exiſtimetis Id. pro L. Man. 46 c. 16. Verſari in auctoritatibus Id. de Orat. 1 c. 39. Id. de Diuin. 1, 62 Carneadem ergo antepones Platoni et Socrati? qui vt rationem non redderent, auctoritate tamen hos minutos philoſophos vincerent. Id. Att. 10, 1 Eius igitur mihi viuit auctoritas: et ſimillimus eius filius eodem eſt apud me pondere, quo fuit ille: quem ſaluere velim iubeas plurimum. ¶ 5 Auctoritas *interdum ad ſpeciem externam refertur, in quantum bonam opinionem excitat de eo, qui illam habet.* Sueton. Claud. c. 30 Auctoritas dignitaſue formae non defuit vel ſtanti vel ſedenti. *Neque de hominibus tantum ſic dicitur, ſed de rebus etiam aliis, in quantum ſenſus noſtros mouent.* Vitruu. Praef. Aedificiorum publicorum auctoritates egregiae, *i. aedificia ad exemplum magnifica.* Id. 3, 2 Aſpectus habeat auctoritatem. *Et* 5, 4 Cantio harmoniae maxime grauem habet auctoritatem, *i. vim mouendorum animorum. Et* 6, 11 Cum opus venuſtate, proportionibus et ſymmetriis habuerit auctoritatem, tunc fuerit gloria Architecti. ¶ 6 Plinius *paſſim* auctoritatem *tribuit rebus, quas indicare vult pluribus placere, et in aliquo velut honore eſſe. v. g.* 33, 2 ſ. 8 Anulorum auctoritati forma conſtituta eſt, *quamquam hic ſimul ad ius et facultatem geſtandorum anulorum reſpicitur.* Id. 29, 6 ſ. 39 Magnam auctoritatem huic animali perhibet Nigidius *etc. Et* 33, 7 ſ. 38 Auctoritatem colori (*rubro*) fuiſſe, non miror. *Et* 32, 2 ſ. 11 Auctoritas bacarum (*curalii*) non minus Indorum quoque viris pretioſa eſt, quam feminis noſtris vniones Indici. *Et* 14, 14 ſ. 17 Quibus vinis auctoritas fuerit in ſua menſa, M. Varro his verbis tradit. *Et* 12, 4 Tanta ebori auctoritas erat, vrbis noſtrae trecenteſimo anno. Ibid. Ideo fortaſſis in tributorum auctoritate tertia res fuit ebenus. *Sic ſaepiſſime, quoties aliquid cupide vſurpari vel decoris vel vſus cauſa oſtendit. Sed etiam* Varro R. R. 2, 5, 3 Bos in pecuaria maxima debet eſſe auctoritate, praeſertim in Italia, quae a bubus nomen habere ſit exiſtimata. *Quin* Pallad. Iun. 7, 6 Apum pugnam compeſcit — mulſae aquae imber aſperſus. Ineſt illi (*melli, e quo* aqua mulſa) ad originis ſuae (*apum*) reparandam concordiam dulcis auctoritas. ¶ 7 Auctoritates publicae, *pro literis publicis, i. Scriptis inſtrumentis ad aliquid probandum.* Cic. Act. 1 in Verr. 7 c. 3 Legationes cum publicis auctoritatibus ac teſtimoniis conueniſſe. Auctoritas, *iudicium et ſententia viri grauis.* Pilis et gladiis, non conſiliis neque auctoritatibus noſtris de iure publico diſceptatur Cic. Fam. 6, 1. *Id.* Cic. pro Cluent. 139 c. 50 Et illa oratio potius temporis mei, quam iudicii et auctoritatis fuit. Id. Fam. 1, 7 Quare ea, quae ſcribam, ſic habeto, me cum illo te communicata, de illius ad te ſententia atque auctoritate ſcribere. *Huc refer, quod ſaepe ponitur* Auctoritas, *pro loco, ſiue teſtimonio, e ſcriptoribus deſumto.* Cic. de Orat. 1, 180 Num deſtitit vterque noſtrûm in ea cauſa, in auctoritatibus, in exemplis, in teſtamentorum formulis, hoc eſt in medio iure ciuili verſari? Quinctil. 5, 11 Iam ſententiis quidem Poëtarum non orationes modo ſunt refertae, ſed libri etiam philoſophorum: qui, quamquam inferiora omnia praeceptis ſuis ac literis credunt, repetere tamen auctoritatem a plurimis verſibus non faſtidierunt. *Vid.* F. F. Sabin. Lect. ſubſec. 1, 3. (Lamp. Grut. T. 1 p. 1026) *Sic* Auctoritas, *pro Teſtimonio, probationeque authentica.* Cic. pro Cael. 55 c. 22 Sed cur diutius vos, Iudices, teneo? Ipſius iurati religionem auctoritatemque percipite. *Sic* Teſtibus auctoritatibusque conuincere Id. Verr. 5 c. 39. Auctoritates *ICtis etiam vocantur edicta magiſtratuum publice propoſita. v. g.* l. vlt. C. de Fabri. cenſ. l. 10 C. de Aquaeductu. *Eſt etiam titulus muneris ſeruilis aut Liberti in domo Auguſta* ab Auctoritate. *Vid. Inſcript. Grut.* p. 590, 7 *et* 8. *qui forte ad fidem faciendam tabulis quibuſdam, et ſignandum adhibebantur.* ¶ 8 Auctoritas *eſt ius dominii.* Cic. Off. 1, 37 c. XII tabulis, Aduerſus hoſtem (*i. peregrinum*) aeterna auctoritas eſto, *i. in perpetuum valeat ius dominii, quod habuit ciuis Rom. nec poſſit proſcriptione tolli. Sic apud* Gell. 17, 7 Quod ſubreptum erit, eius rei aeterna auctoritas eſto, *vt vindicari nempe poſſit a domino.* Cic. pro Caecin. c. 26 Aquae ductus hauſtus, iter actus, a patre: ſed rata auctoritas harum rerum omnium a iure ciuili ſumitur. Cic. Top. 2 Quoniam vſus auctoritas fundi biennium eſt; ſit etiam aedium. *i. ius dominii, quod vſuparatur.* Vſus *genitiuum puto.* Id. pro Caecin. 54 c. 19 Lex vſum, et (*deriuandam inde*) auctoritatem iubet eſſe biennium At vtimur eodem iure in aedibus, quae in lege non appellantur. *Eadem in vtroque loco Ciceronis argumentatio.* Vſus et auctoritas, *eſt idem quod* Vſus auctoritas, *ius, quod quis ipſo vſu conſequitur. Igitur* Auctoritatis tabella Sen. Controu. 4, 22 *eſt, qua quis probat ſuum ius dominii; eadem* emtionis *paullo ante appellata. Sic* Scaeuola l. vlt. D. de Pignorat. Act. Locum purum pignori creditori obligauit, eique inſtrumentum emtionis tradidit: et cum eum locum inaedificare vellet, mota ſibi controuerſia a vicino de latitudine, quod alias probare non poterat, petit a creditore, vt inſtrumentum a ſe traditum auctoritatis exhiberet. *Eſt ergo idem* inſtrumentum emtionis *quod* auctoritatis; *ſed non ideo* auctoritas emtio (auctor *enim potius venditor*) *verum, vt diximus,* auctoritas *eſt ius dominii, quod in hac ſpecie aliquis per emtionem accepit. Interim cum in hac* tabella, *in hoc* inſtrumento auctoritatis *primeretur* auctor, *a quo emiſſes, qui proinde praeſtare illud factum deberet, ſi quis alius ſibi rem venditam aſſertum veniret, verbo, qui euictionem praeſtare deberet: hinc* Auctoritas *videtur ſignificare actionem pro euictione apud* Venuleium in l. vlt. D. de euictionibus, Si aliquam rem mihi tradideris, et eandem pro derelicto habuero, amitti auctoritatem placet. *Peculiarem titulum etiam notare videtur* Cic. de Aruſp. Reſp. 14 c. 7 Multae ſunt domus in hac vrbe P. C. atque haud ſcio an paene cunctae: iure optimo, ſed tamen iure priuato, iure hereditario, iure auctoritatis, iure mancipii, iure nexi. Vſucapionem *ſpeciatim intelligi volunt Budaeus, Turnebus, alii. Sed idem reſpicere puto, quod* pro Caecin. c. 26 *dixerat* Ratam auctoritatem a iure ciuili ſumi. *Nempe totum hoc, quod* auctoritatem *ius dominii eſſe oſtendimus, ex iure ciuili, vt non omne ius ita vocetur, ſed cuius* auctor *eſt respublica.*

AVCTŌRO, āre. [μισθοφορῶ πρὸς σίδηρον Gl.] *Accepta mercede operam ſuam vendere. Dictum eſt inprimis de Gladiatoribus, qui pretio ſe in ludum gladiatorium addicebant.* Non vitae amore gladio vos ad laniſtas auctoraris, ſed mortis nomen militiae datis Tert. ad Nat. 1, 18. *Quod Aſinio Pollioni tribuitur hoc verbum, certe dubium eſt. Nam* ſub Cic. Fam. 10, 32 *ſic hodie legitur*, Gladiatoribus Fadium quendam, militem Pompeianum quia cum depreſſus in ludum bis gratis depugnaſſet, auctorare ſeſe nolebat, — viuum combuſſit. *Sic, inquam, editur, non* auctorare *vel* auctorari ſeſe. Quinct. Decl. 302 Illum maiores prohibuerunt theatro qui vtilitate (*melius* vilitate) qui gulae ſe auctoraſſet, *i. ea lege, vt quamdiu laute aleretur, deinde pugnaret. Argumentum eſt*, Quidam, patrem ſepeliret, auctorauit ſe. Paterc. 2, 30, 1 Tum M. Perpenna Praetorius Sertorium inter coenam Etoſcae interemit, Romaniſque certam victoriam, partibus ſuis excidium, ſibi turpiſſimam mortem, peſſimo auctorauit facinore, *i. quaeſiuit, et arceſſiuit. Frequentius eſt Partic.* Auctoratus, *de quo ſtatim.*

AVCTOROR, āri. *Auctorem fieri, auctoritatemque ſuam interponere ſignificat.* Pomp. in l. 4. D. de auctor. tutor. Si tutor auctoretur, cui adminiſtratio tutelae conceſſa non eſt, id ratum a Praetore haberi non debet. ¶ 2 *Addicere pretio* Apul. Met. 9 225. Elm. Mulier exſecrando metallo pudicitiam ſuam auctorata eſt.

AVCTORATVS, a, um. [Vet. Gloſſ. ἀνδραιρέτως εἰς δῆλον ἐαν βάλλων, καὶ μονομάχος] *Qui ſe auctorauit, i. vendidit, addixit operam vitamque adeo ſuam.* Hor. Sat. 2, 7, 59 Quid refert, vri virgis ferroque necari Auctoratus eas, an turpi clauſus in arca *etc.* Vet. Schol. Qui ſe vendunt ludo, auctorati dicuntur. Liu. 37, 10 Eo pignore volut auctoratum ſibi eſſe proditorem, ratus. Sen. de Morte Claud. Noui auctorati. Apul. Met. 2 p. 125, 3 Hic auctoratus ad cuſtodiam mariti tui fidenter acceſſit. *Promiſſi illi erant mille numi, ea lege,* qui non integrum corpus mane reſtituerit, quidquid inde decerptum diminutumque fuerit, id omne de facie ſua defectum ſarcire compellitur. *Add.* Tertull. ad Martyr. c. 5. Plin. 14, 1 ſ. 3 *de vitibus*, In tantum ſublimes, vt vindemiator auctoratus rogum ac tumulum accipiat. *Vtitur hac voce ad indicandum periculum praeſens vitae, quod inde etiam apparet, quia excipit, i. nominatim ſibi cauet praeſtari, ſi delapſus moriatur, rogum ac tumulum.* Id. 36, 15 ſ. 24 *de Curionis theatro illo verſatili*, Faciebat amphitheatrum, et gladiatorum ſpectacula edebat, ipſum magis (*quam gladiatores ipſos*) auctoratum (*ſua curioſitate in praeſens ruinae periculum adductum*) populum Rom. circumferens (*cum ſedibus ex ſedilibus ex vno cardine pendentibus.*) ¶ 2 *Ex altera ſignificatione.* Obſeruatio ſuo iam vindicanda nomine, et ſatis auctorata conſenſus patrocinio Tert. de Cor. c. 2. *i. comprobata.*

AVCTORATIO venditio gladiatorum. Vet. Schol. Hor. Sat. 2, 7, 59.

AVCTORAMENTVM, i. n. [μισθὸς εἰς δῆλον Gl.] *Pretium cuiuſdam velut pugnae, actioniſque:* vt Quinctil. in Gladiat. c. 9 Nec difficilem ſane, ſub illo praeſertim auctoramento, habuiſſet miſſionem ſed noluit gladiator viuere. Cic. Off. 1, 150 c. 42 Illiberales autem et ſordidi quaeſtus mercenariorum omnium, quorum operae, non quorum artes emuntur. eſt enim in illis ipſa merces, auctoramentum ſeruitutis. Sueton. Tiber. 7 Rudiariis quoque quibuſdam reuocatis auctoramento centum millium. Nullum ſine auctoramento malum eſt mercede te vitia ſolicitant Sen. Ep. 69. Philippus rex hominem venalis animae crebris auctoramentis accendebat Id. de Benef. 4, Paterc. 2, 66 *in M. Antonium inuehens, qui praemium ei propoſuerat, ad ſe caput Ciceronis afferret;* Nihil, *inquit*, egiſti M. Antoni, nihil egiſti, mercedem caeleſtiſſimi oris et clariſſimi capitis abſciſſi numerando, auctoramentoque funebri ad conſeruatoris quondam Reip. tantique Conſulis irritando necem. Paterc. lib. 2, 28 Sylla princeps exemplum proſcriptionis inuenit, vt in qua ciuitate petulantis conuicii iudicium hiſtrioni exoleto redditur, in ea iugulati ciuis Reip. conſtitueretur auctoramentum, plurimumque haberet, qui plurimos interemiſſet

:miſſet: neque occiſi hoſtis, quam ciuis vberius foret praemium, fie- etque quisque merces mortis ſuae.

AVCTORATICIVS, a, um. Ἀυθεντικὸν auctoraticium Gloſſ. Gr. Lat.

AVCTIFER, a, um. Iupiter auctiferas luſtrabat lampade terras Cic. ex Homero *ap.* Auguſt. de C. D. 5, 8.

AVCTIFICO, āre. *Idem quod augere, auguſtiorem, et magis venerandum facere.* Arnob. 7 p. 224 Viſcera illa taurorum ſacra, quibus honor a vobis auctificatur deorum. *Et mox* Cibis nouis auctificatis Deos, *i. mactatis, honoratis.* Id. 7 p. 233 *de ture,* Hoccine ergo ſuperas honorat et auctificat dignitates?

AVCTIFICVS. Adi. [αὐξητικὸς] *Augendi vim habens.* Lucret. 2, 71 Nec porro rerum genitales, auctificique Motus perpetuo poſſunt ſeruare creata.

AVGIFICO, āre. Idem ac Augere. Ennius apud Non. 2, 61 Quid it? Seditio tabetne, an numeros augificat ſuos?

AVGMEN, ĭnis. n. [ἄυξημα] *Idem quod* Auctus *ſubſtantiuum.* Lucret. 3, 269 — perfectum corporis augmen. Augmine donare, *pro Augere* Lucret. 2, 72. Sumere Id. 2, 188. Magni augminis coluber Arn. 7 p. 249. ❡ 2 Augmina, *farciminum ſpecies ap.* Arn. 7 p. 230.

AVGMENTO, āre. *Idem quod* Augere. Firmic. 5, 6 Vt theſauros ſuos augmentent, ſemper in praeliis verſabuntur.

AVGMENTVM, i. n. [προσθήκη, ἐπιθεματισμὸς, πρόσοδος Vet. Gloſſ.] Prudent. in Vincentio 550 Honoris augmentum tui. Amoris augmentum Sidon. Ep. 7, 123. In commendationis augmentum Id. ib. p. 112. Multiplicatis augmentis incrementisque Apul. 1 Dogm. Pl. 6. *Eſt et ſacrorum verbum, ſicut* Augeo. Varr. de L. L. 4, 22 Augmentum eſt, quod ex immolata hoſtia deſectum. *Scaliger hic legit* Augumentum. *Conf.* Arnob. 7 p. 231. *it.* AVGMEN n. 2.

AVGMENTARIVS, a, um. Ἀυξητικὸς Gloſſ. Gr. Lat.

AVGIAS. [Ἀυγίας] *Solis nomine, re autem ipſa Phorbantis filius, qui Herculi ſtabulum pacta mercede purgandum locauit.* Hygin. f. 30 *ſic,* Augei regis ſtercus bouile vno die purgauit, maiorem partem Ioue adiutore, flumine admiſſo totum ſtercus abluit. Sen. Herc. Fur. 248 Nec ad omne clarum facinus audaces manus Stabuli fugauit turpis Augiae labor. *Sed hic etiam MSS. omnes* Augei : *quod induxit Gronouium, vt ſuſpicaretur Elei, non facturus, ſi de Hygino cogitaſſet.* Auſon. Idyll. 19 Septima in Augeae ſtabulis impenſa laboris.

AVGIFICARE, AVGMENTVM. *vid.* AVGEO.

AVGINOS, i. m. *Herba, al. hyoſcyamus.* Apul. de Herb. c. 4.

AVGITES. [ἀυγίτης] *Gemma.* Plin. 37, 10 ſ. 54 Augites multis ia videtur eſſe quam quae Callais.

AVGVR, ŭris. c. [οἰωνοσκόπος Vet. Gloſſ. οἰωνοπόλος] *Ab auibus dictus ſacerdos Romanus.* Augures, ampliſſimi ſacerdotii collegium Cic. Fam. 3, 10. Feſtus, Augur ab auibus, gerendoque dictus: quia per eum auium geſtus edicitur. ſiue ab auium garritu: vnde et Augurium. Seruius ad Ecl. 9, 15 Solebant Augures dum diuinabant, ita agere: primum deſignabant lituo ſpatia, et eis nomina dabant, vt prima pars diceretur Antica, poſterior Poſtica, item dextra et ſiniſtra, atque ita ſecundum haec ſpatia diuinabant. Cic. Philipp. 13, 12 Augur Iouis interpres, et internuntius *vocatur. Conf.* de Legg. 2, 20 c. 8 Interpretes autem Iouis O. M. publici augures ſignis et auſpiciis poſtea (*Lambin.* poſtera) vidento, diſciplinamque tenento. Cic. de Legg. 2, 31 c. 12 Maximum et praeſtantiſſimum in rep. ius eſt augurum et cum auctoritate coniunctum. — Quid enim maius eſt, ſi de iure quaerimus, quam poſſe a ſummis imperiis et ſummis poteſtatibus comitiatus et concilia vel inſtituta dimittere, vel habita reſcindere? Quid grauius quam rem ſuſceptam dirimi, ſi vnus augur ALIVM dixerit? Quid magnificentius, quam poſſe decernere, vt magiſtratu ſe abdicent conſules? Quid religioſius, quam cum populo, cum plebe agendi ius aut dare aut non dare? Quid? legem, ſi non iure rogata eſt, tollere? — Nihil domi, nihil foris per magiſtratum geſtum, ſine eorum auctoritate poſſe cuiquam probari? *Quod autem laudatur* Cic. Phil. 1, 26 10 *nihil eſt. Sic enim hodie, et recte legitur:* Atque haec ego dico de futuris, quod eſt amicorum ante dicere ea, quae vitari poſſunt. Amicorum, *inquam legendum, non* Augurum. *Interim paſſim* Augures *nullo latiore ſignificatu vocantur, quicunque futura quocunque diuinationis genere praenunciant. v. g.* Cic. Diu. 2, 7 c. 3 Mopſum, Tireſiam, Amphiaraum, Calchantem, Helenum, augures ne ipſae quidem fabulae adſciuiſſent, ſi res omnino repudiarent. *Conf.* de Legg. 2, 33 c. 13. *Sed* Diuin. 2, 10 c. 4 Atqui et noſtrorum Augurum, et Etruſcorum, et haruſpicum diſciplinam *etc. hic tria diuerſa genera.* Id. de LL. 2, 21 c. 8 Quae augur iniuſta, nefaſta, vitioſa, dira defixerit, irrita infectaque ſunto: quique non paruerit, capitale eſto *etc.* Id. de *Collegio Augurum* Fam. 3, 10 Ampliſſimi ſacerdotii collegium, in quo non modo amicitiam violare apud maiores noſtros fas non erat; ſed ne cooptare quidem ſacerdotem licebat, qui cuiquam ex collegio eſſet inimicus. Id. de Legg. 2, 33 c. 13 *de Attio Nauio cum dixiſſet,* Sed dubium non eſt, quin haec diſciplina et ars augurum euanuerit iam et vetuſtate et negligentia. *vid. reliqua. Notabilis de* Auguribus *locus eſt.* Liu. 10, 6 *vbi* Rogationem promulgarunt *tribuni pl. Ogulnii,* vt quum quatuor Augures, quatuor Pontifices ea tempeſtate eſſent — quatuor Pontifices, quinque Augures, de plebe omnes allegerentur. Quemadmodum ad quatuor augurum numerum, niſi morte duorum, id redigi collegium potuerit, non inuenio: quum inter augures conſtat, imparem numerum debere eſſe, vt tres antiquae tribus, Ramnes, Titienſes, Luceres, ſuum quaeque Augurem habeant: aut ſi pluribus ſit opus, pariter ſe numero ſacerdotes multiplicent: ſicut multiplicati ſunt, quum ad quatuor quinque adiecti nouem numerum, vt terni in ſingulas eſſent expleuerunt. *Verum, vt diximus, ſaepe etiam* Auguris *appellatio multo latius patet. Sic* Apollo augur Hor. Carm. 1, 2, 32. *i. Praeſes augurum.* Phoebeius augur, *Amphiaraus* Stat. Theb. 6, 441. Idem Theb. 9, 646 Demerſus augur. Cic. Fam. 6, 6 Quo in bello nihil aduerſi accidit non praedicente me. Quare quum vt augures et aſtrologi ſolent, ego quoque augur publicus ex meis ſuperioribus praedictis conſtitui apud te auctoritatem augurii et diuinationis meae, debebit habere fidem noſtra praedictio. Accius ap. Gell. 14, 1 Nihil credo auguribus, qui aures verbis diuitant Alienas, ſuas vt auro locupletent domos. Veri prouidus augur Ouid. Met. 12, 18. Augures obſeruant. *vid.* OBSERVO. Augures auſpiciis praeſunt Cic. de Nat. Deor. 1, 124. *Quod diximus, communis generis eſſe hoc nomen, probamus* Stat. Theb. 9, 629 *vbi Atalanta deteſtata omen,* Simque augur caſſa futuri *i. vana, mendax.* Hor. Od. 3, 17, 12 Aquae niſi fallit augur Annoſa cornix.

AVGVRALIS, e. Adi. [οἰωνοσκοπικὸς, οἰωνιστικὸς] *Quod ad augures pertinet. vt,* Auguralis coena, *quae et* Aditialis *dicitur.* Varr. de R. R. 3, 6 Primus hos (*de pauonibus ſermo eſt*) Q. Hortenſius augurali adiiciali coena poſuiſſe dicitur. *Alterutrum epitheton omittere ſolent librarii hic et* Plin. 10, 20. *itemque* Macrob. Sat. 2, 9. *vbi copioſe deſcribitur talis coena.* Cic. Fam. 7, 27 In eas quum incidiſſem in coena augurali apud Lentulum. Augurales libri Id. de Diuin. 1, 72 c. 33 *In quibus augurum diſciplina continetur. Add.* Fam. 3, 11. Auguralia inſignia Liu. 10, 7. *vid.* AVGVRALE. Porta auguralis Tacit. Ann. 2, 13. *hauſta, nulla eſt. vid. ſtatim* AVGVRALE. Iuris auguralis peritiſſimus Cic. de Clar. Orat. 267 c. 77. Verbum Gell. 6, 6.

AVGVRALE, is. n. [οἰωνοσκοπεῖον] *Subſtantiue accipitur. Et* Sen. de Tranquill. An. 11 *non ſatis certum eſt, quid intelligatur,* Quae dignitas? cuius non praetextam, et augurale, et lora patricia, et ſordes comitentur *etc. Simpliciſſimum tamen videtur* Inſigne augurale *intelligere, vel* inſignia, *de quibus* Liu. 10, 7 Cui — indignum videri poteſt, eos viros, quos vos ſellis curulibus — honoraritis — pontificalia atque auguralia ſigna adiicere? — ſi conſpiciatur cum capide ac lituo, capite velato victimam caedat, auguriumue ex arce capiat. *Speciatim* veſtimentum augurale, *certe ille habitus velati toga adducta capitis poteſt intelligi.* ❡ 2 *In caſtris ita dictum* tabernaculum ducis. Quinctil. 8, 2, 8 Res communis pluribus in vno aliquo habet nomen eximium, vt carmen funebre proprie *Naenia,* et tabernaculum ducis *Augurale. Sic enim pro vulgato* Auguſtale *recte reſtituit Burmannus.* Tac. An. 2, 13 *de Germanico,* Nocte coepta egreſſus augurali per occulta et vigilibus ignara — adit caſtrorum vias, adſiſtit tabernaculis. *Et* 15, 30 Structam ante augurale aram ſubdita face accendi. *Nempe ita dictus totus locus, in quo tenderet imperator, ab eius parte, in qua captabat auguria, quae alias* Auguraculum *aut* Auguratorium *dicta eſt, v. v. An huc referimus etiam* Cic. de LL. 2, 21 c. 8 Sacerdotes vineta virgetaque et Salutem populi auguranto.

AVGVRIVM, i. n. [οἰωνισμὸς, οἰωνοσκοπία] *Ipſa diuinatio, vel futurarum rerum ſignificatio.* Seruius *ad illud* Virg. Aen. 5, 523 — magnoque futurum Augurio monſtrum, Augurium dictum, quaſi Auigerium: quod aues gerunt. Plin. 7, 56 Auguria ex auibus inuenit Car, a quo Caria appellata. Adiecit ex caeteris animalibus Orpheus. *Conueniunt fere* Augurium *et* Auſpicium. *Sic* Vetus Gloſſar. Ὀιωνοσκοπία, Augurium, Auſpicium. *Sed tamen* Augurium et Auſpicium his intellectibus diſcernitur, quod ſit Auſpicium auium inſpectio, et quae ex volatu earum ſignificentur, et vocibus: Augurium autem, rerum omnium coniecturas prudenter ac diligenter amplectitur. Haec Nonius 5, 30. Cic. de Nat. Deor. 2, 9 c. 3 Negligentia nobilitatis augurii diſciplina omiſſa eſt, veritas auſpiciorum ſpreta eſt, ſpecies tantum retenta. Itaque maximae reip. partes — nullis auſpiciis adminiſtrantur, nulla peremnia ſeruantur, nulla ex acuminibus; nulli viri vocantur, ex quo in procinctu teſtamenta perierunt *ex perſona Balbi Stoici. Sic* de Diu. 1, 28 c. 15 Multa auguria, multa auſpicia, quod Cato ille ſapiens queritur, negligentia collegii amiſſa plane et deſerta ſunt. Augurium, pro Oraculo Virg. Aen. 3, 89 Da pater augurium, atque animis illabere noſtris, Seruius. Plin. 9, 16 ſ. 22 *de piſcibus,* Sunt et in hac parte naturae auguria, ſunt et piſcibus praeſcita. Augurium quoddam futurorum in mentibus inhaeret Cic. Tuſc. 1, 33 c. 15. Augurium et diuinatio mea Id. Fam. 6, 6. *Et* Att. 10, 8 Auguria quoque me incitant quadam ſpe non dubia, non haec collegii noſtri ab Appio, ſed illa Platonis, de tyrannis. *Proprie poſuit* Id. de Aruſp. Reſp. 18 Ego vero primum habeo auctores maiores noſtros, qui ſtatas ſollemnesque caerimonias, Pontificatu: rerum bene gerendarum auctoritates, Augurio: fatorum veteres praedictiones, Apollinis Vatum libris: portentorum explanationes, Hetruſcorum diſciplina contineri putauerunt. *Sic* de Diu. 1, 105 c. 47 Quid de auguribus loquar? tuae partes ſunt, tuum auſpiciorum patrocinium debet eſſe. *Notabile eſt praeter caetera* Virg. Aen. 1, 392 *deſcribitur* augurium *pro reditu nauium captum,* Aſpice bis ſenos *etc.* Augurii *in Numa eligendo ritus vid.* Liu. 1, 18. Augurium ſalutis, *Diuinationis genus, quo probatur concedatne illis Deus, vt populo ſalutem poſtulent, quaſi nefas eſſet eam, priusquam concedatur, petere. vid.* Dio l. 37 p. 40 Cic. de Diuin. 1, 105 c. 47 Tibi Appius Claudius Augur Conſuli nunciauit, addubitato ſalutis augurio, bellum domeſticum, triſte, ac turbulentum fore. *Q. Cicero fratrem alloquitur.* Tac. Ann. 12, 23 Salutis Augurium quinque et viginti annis omiſſum, repeti, ac deinde continuari placitum. *De Auguſto* Suet. c. 31 Nonnulla ex antiquis cerimoniis paullatim abolita reſtituit, vt Salutis augurium. *Mentionem etiam facit* Feſtus in Maximum Praetorem, *v. v.* Fatale Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 141. Inane Val. Argon. 6, 729. Triſte Virg. Aen. 5, 7. Accipere augurium Valer. Argon. 1, 161. *i. ad ſe applicare, vt,* Accipere omen. Cic. Off. 3, 66 Quum in arce augurium Augures acturi eſſent, iuſſiſſentque T. Clodium Centimalum, qui, *etc.* Varr. de L. L. 5, 6 Augures (*inquit*) agere augurium dicuntur, quum in eo plura dicant, quam faciant. Capere Suet. Aug. c. 95. *vbi vid. Caſaub. et Valeſ.* Conſtituere apud aliquem auctoritatem ſui augurii Cic. Fam. 6, 6. Dare augurium Virg. Aen. 3, 703. Cic. de Diu. 1, 105 c. 47 *de Appio Claudio,* Solus enim non Decantandi augurii (*i. ſollemnium illorum peragendorum*) ſed diuinandi tenuit diſciplinam. Seru. ad Aen. 6, 190 Vix ea fatus erat, geminae cum forte columbae, Auguria aut oblatiua ſunt, quae non poſcuntur: aut impetratiua, quae optata veniunt. Hoc ergo quia oblatiuum eſt, ideo dixit forte. Bene autem a columbis Aeneae datur augurium, et Veneris filio et regi. Nam ad reges pertinet columbarum augurium: quia nunquam ſolae ſunt, ſicut nec reges quidem. *Idem etiam tradit in illud* Aen. 12, 246 — monſtroque fefellit. ❡ 2 Augura, pro Auguria *dixiſſe veteres probat* Nonius 8, 38 ex Accii Telepho, Pro certo arbitrabor ſortis oracla, adytus, augura. *Eſt verſus Trochaicus.*

AVGV̆RO, *et frequentius* AVGVROR, āri. [οἰωνοσκοπέομαι, οἰωνίζομαι] *Diuinare.* Vtinam vere, fideliter, abunde ante auguraverim Cic. *ap.* Non. 7, 7. Virg. Aen. 7, 273 — et ſi quid veri mens augurat opto. *Vbi* Seruius, Auguro dicimus ſecundum Plinium, Quum praeſagio mentis futura colligimus. Auguror vero tunc, Quum futura veris captamus auguriis. Veris auguriis, *i. proprie ita dictis. Sed perpetuam non eſſe hanc differentiam, facile, quae iam dicentur, probabunt. Fauet quidem* Plaut. Ciſt. 4, 2, 26 Aſpice, oculis inueſtiga, aſtute augura. *Et pluſcula antiqua id genus apud* Non. 7, 7. *Atque ab altera parte* Cic. de Diuin. 1, 92 Et in Perſis augurantur, et diuinant Magi, qui congregantur in fano commentandi cauſa, atque inter ſe colloquendi. *Ac ſexcenta alia. Sed contra illam obſeruationem eſt* Auguror his flecti tua numina Ouid. de Pont. 4, 9, 133. *Et* Contentos au-

guror eſſe Deos Id. ibid. 3, 4, 80. *Itemque* Cic. de Orat. 1, 65 c. 21 Ego enim, quantum auguror coniectura, quantaque ingenia in noſtris hominibus eſſe video, non deſpero, *etc.* Bella, quae ſecuta ſunt, mentibus augurabantur Curt. 10, 5, 13. Cic. pro Muraen. 65 c. 31 Ac te, quantum ego opinione auguror, iam vſus flectet, aetas leniet. Id. in Orat. 41 Sed quid de illo augurer, libet dicere. Id. Verr. 2, 18 c. 6 Omen communis famae atque ſermonis, cum ex nomine iſtius, quid in prouincia facturus eſſet, perridicule homines augurabantur. *Nempe futurum, vbi euerreret illam Verres.* Id. de Diuin. 1, 64 Idque (vt modo dixi) facilius euenit appropinquante morte, vt animi futura augurentur. Id. Tuſc. 1, 96 Vereque ei, qui venenum praebuerat, mortem eſt eam auguratus, quae breui conſequuta eſt. *Proprie* Id. de Diu. 1 c. 33 Calchas ex paſſerum numero belli Troiani annos auguratus eſt. *Sed laxiori intellectu* Val. Flacc. 3, 356 Augurare ſibi longos annos. Sacerdotes vincta virgetaque et ſalutem populi auguranto Cic. de Legib. 2, 21 c. 8.

AVGVRATVS. Partic. Paſſ. [οἰωνισθεὶς] Cic. in Vatin. 24 c. 10 In illo augurato templo ac loco.

AVGVRANDVS. Partic. Cic. de Nat. Deor. 2, 160 c. 64 Aues quaſdam et alites et oſcines, vt noſtri augures appellant, rerum augurandarum cauſa eſſe natas, putamus.

AVGVRATO. Adu. [οἰωνισμένως] *vt* Auſpicato. Liu. 1, 18 Accitus Numa, ſicut Romulus augurato in vrbe condenda regnum adeptus eſt, de ſe quoque deos conſuli iuſſit. *Alibi* Inaugurato *dixit.* *Sed in illo* Quum augurato liberaretur Capitolium Liu. 5, 54 *extr.* *eſt Participium: quanquam etiam priore loco ſic poteſ. accipi.*

AVGVRĀTVS, ūs. m. [οἰωνικὴ] *Augurandi dignitas, vel munus.* Cic. de Diuin. 1, 32 Cuius quum tentaret ſcientiam auguratus, dixit ei cogitare ſe quidquam. Lituus clariſſimum eſt inſigne auguratus Id. ibid. c. 17. *Add.* Id. Fam. 2, 7. Flor. 1, 5, 4. Auguratu praeditus Tac. Ann. 1, 62 *extr.* *Conf.* Plin. 4 Ep. 8.

AVGVRATIO, ōnis. f. [οἰώνισις] *Diuinatio.* Cic. de Diuin. 2, 65 c. 30 Quae tandem iſta auguratio eſt, ex paſſeribus, annorum potius, quam aut menſium aut dierum?

AVGVRATOR, *vnde*

AVGVRĀTRIX, īcis. f. *vt,* Mulier auguratrix. Feſtus *in* Lingulaca. *Add.* Vulg. Eſai. c. 57, 3.

AVGVRACVLVM, i. n. [οἰωνιςήριον] Auguraculum veteres dicebant quam nos arcem vocamus: quod ibi augures publice auſpicarentur. Feſt. *Idem ergo eſt, quod*

AVGVRATORIVM. *Arx, tabernaculum, templum, de quo audiamus* Hyginum de Caſtram. *ex emend. Schelii* p. 52 Auguratorium parte dextra praetorii ad viam principalem apponemus, vt dux in eo augurium recte capere poſſit: parte laeua tribunal ſtatuitur, vt augurio accepto inſuper aſcendat, et exercitum felici auſpicio alloquatur. *Laudat deinde* Inſcr. TRAIANVS HADR. AVG. — AVGVRATORIVM DILAPS. . .

AVGVRIVS, a, um. [οἰωνοσκοπικὸς] *Idem quod* Auguralis. Cic. Fam. 3, 9 Quum ipſam cognitionem iuris augurii conſequi cupio. Scientia iuris augurii Id. de Sen. c. 4. *Sed haec poſſent etiam ſubſtantiue intelligi.* *Sed rem conficit* Gell. Praef. Quaeque erunt item paucula remotiora, ſuper augurio iure et pontificio. *Sic* 6, 6 Quum de iure augurio quaereretur.

AGVSTVS, a, um. [σεβάσμιος, σεβαςὸς, ἱερὸς Vet. Gl.] *Idem fere, quod magnificus, atque ob maieſtatem ſuam diuinam venerabilis. Frequentari magis coepit nomen ac de ipſius origine diſputari, poſtquam C. Iulio Caeſari Octauiano tributum eſt. Audiamus primo omnium Dionem, is* l. 53 p. 507 Ἀλλὰ - Ἄυγȣςος, ὡς καὶ πλεῖόν τι ἢ κατὰ ἀνθρώπȣς ὢν ἐπικλήθη. πάντα γὰρ τὰ ἐντιμώτατα, καὶ τὰ ἱερώτατα ἄυγȣςα καλεῖται. *Addamus* Ouidium, *qui* Faſt. 1, 607 *vbi de aliis Romanorum cognominibus diſputauit, adiicit,*

Sed tamen humanis celebrantur honoribus omnes:
Hic (*Caeſar*) ſocium ſummo cum Ioue nomen habet.
*Sancta* vocant *Auguſta* patres, *Auguſta* vocantur
*Templa,* ſacerdotum rite dicata manu.
Huius et *Augurium* dependet origine verbi,
Et quodcunque ſua Iupiter *auget ope.*

*Fluctuat igitur inter* augurii *et* augendi *notionem, non minus* quam Sueton. in Aug. 7 Poſtea C. Caeſaris, et deinde Auguſti cognomen aſſumſit: alterum teſtamento maioris auunculi: alterum Munatii Planci ſententia, quum quibusdam cenſentibus Romulum appellari oportere, quaſi et ipſum conditorem vrbis, praeualuiſſet, vt Auguſtus potius vocaretur, non tantum nouo, ſed etiam ampliore cognomine, quod loca quoque religioſa, et in quibus augurato quid conſecratur, Auguſta dicantur, ab Auctu, vel ab auium geſtu guſtuue: ſicut etiam Ennius docet ſcribens, Auguſto augurio poſtquam inclyta condita Roma eſt. *Nihil ſane rationibus linguae accommodatius, quam putare, vt a* Venus (Venur *fuiſſe, oſtendunt obliqui* Veneris *etc.*) Venuſtus, *ab* Onus Onuſtus, a Vetus Vetuſtus, *ab* Arbor Arbuſtum, *a* Robur Robuſtus, *ſic ab* Augur *eſſe* Auguſtus. Auguſtus *itaque fuerit prima notione* Inauguratus, *atque ob id ipſum Dîs carus, et venerandus hominibus. Itaque* σεβαςὸν *dixere Graeci, quem Latini* Auguſtum, *et* σεβαςὰς *vt* Auguſtas, *mulieres, ſic et vrbes* Auguſtas *in* Auguſtorum *honorem appellatas. Nempe tranſiit* Auguſti *appellatio ad ipſius in Imperio ſucceſſores, atque ita, vt primum et ſummum faſtigium eo indicaretur,* Caeſar *vocaretur, quisquis vel naſcendi vel adoptionis iure eſſet pars gentis ſ. familiae Imperatoris, deſtinatus praeſertim imperio etc. vid* CAESAR. *Pro cognomine ergo adhibuit* Virg. Aen. 6, 793 Auguſtus Caeſar diui genus. *Sed pro communi nomine Imperatoris Rom.* Claudian. Conſ. Probi et Ol. 74 Belliger Auguſtus. ¶ 2 Auguſtus menſis, *dictus eſt ab* Auguſto *imperatore, quum prius* Sextilis *vocaretur: quemadmodum* Iulius *menſis prius* Quinctilis *dicebatur.* Sueton. in Aug. 31 Annum a diuo Iulio ordinatum, ſed poſtea negligentia conturbatum atque confuſum, rurſus ad priſtinam rationem redegit: in cuius ordinatione Sextilem menſem e ſuo cognomine nuncupauit, magis quam Septembrem, quo erat natus: quia hoc ſibi et primus Conſulatus, et inſignes victoriae obtigiſſent. ¶ 3 *Etiam* Caelius mons auguſtus *in honorem Tiberii aliquamdiu* appellatus, *de qua re* Tac. Ann. 4, 64. *De vrbibus* Auguſtis, *per totum Imperium Rom. pluribus vid. Geographi.* ¶ 4 *In vniuerſum in hanc appellationem venit, quidquid Imperatorem quaſi proxime contingeret. Ante omnia Coniugibus Auguſtorum hoc tributum, vt* Liuiae, *quae teſte* Tac. Ann. 1, 8 In familiam Iuliam nomenque Auguſtae aſſumebatur. *Apud eundem* Ann. 12, 26 Agrippina *Claudii* augetur cognomento Auguſtae. *Et* 15, 23 Natam ſibi ex Poppaea filiam Nero vltra mortale gaudium accepit, appellauitque Auguſtam, dato et Poppaeae eodem cognomento. *Et* Hiſt. 2, 89 *Vitellius* Capitolium ingreſſus, atque ibi matrem complexus Auguſtae nomine honorauit. Plin. Pan. 84 *de Plotina vxore et ſorore Marcia Traiani,* Obtulerat illi Senatus cognomen Auguſtarum *etc.* *Vid. Spanh. de vſu et praeſt. num diſſ.* 11 p. 263 *vbi matribus, auiis, filiabus, neptibus, ſororibus, licet nun quam matrimonii Auguſti conſortibus, tributum illud nomen eſſe e numi. et auctoribus aliis, oſtendit. De reliquis vel ſolius* Ouidii *teſtimoniis con tenti erimus.* Aures *igitur* Auguſtas *i, Auguſti vocat* e Ponto 1, 2, 19 Forum, *i. ab Auguſto conditum* Faſt. 5, 552. Loca, *i. palatium Caeſa ris* Triſt. 1, 1, 71. Numen Auguſtum adorare *iubet librum ſuum* T 3, 8, 13. Pace Auguſta frui, *i. ab Auguſto parta* e Ponto 2, 5, 18. Pa pyrus Auguſta *etiam dicta, quae illo digna eſſet,* Plin. 13, 12. Poſtes Au guſti, *i. Palatium* Ouid. Met. 1, 563 *qui* Fores *eodem ſenſu dixit* Triſ 3, 1, 40. ¶ 5 *Iam reliquum vſum nominis perſequamur.* Ara auguſtiores Plin. Pan. 52. Caput auguſtum Ouid. Met. 15, 869 *de ip* Auguſto Imperatore. Deos Auguſtos *dixit* Ouid. ex Ponto 3, 6, 16 *ſ cum alluſione ad* Auguſtum Imp. Cic. Tuſc. 5, 36 Ex hoc igitur Pla tonis quaſi quodam ſancto auguſtoque fonte noſtra omnis manabit ora tio. Liu. 1, 7 de Euandro et Hercule loquens, Formam viri intue aliquantum ampliorem, auguſtioremque humana. *Add.* Flor. 1, 1, 1 Ouid. Met. 6, 73 Bis ſex caeleſtes, medio Ioue ſedibus illis Auguſ Grauitate ſedent. Locus auguſtus, ab Auium geſtu, *i.* Quia ab au bus ſignificatus eſt, ſic dictus: ſiue ab Auium guſtatu, quia aues paſta id ratum fecere. Feſt. Virg. Aen. 7, 153 Centum oratores auguſta a Moenia regis Ire iubet. *Vbi* Seruius, Auguſta moenia, augurio con ſecrata. Hinc paullo poſt illud eſt, Tectum auguſtum ingens. Et n ſi in auguſto loco Senatus haberi non poterat. Vnde templum Veſta non fuit augurio conſecratum, ne illuc conueniret Senatus, vbi era virgines. *Conf.* Catull. 65, 80. *et ibi Scal. qui perpetuum quaſi moeniu epitheton ait, quod ea augurato ponerentur.* Virg. Georg. 4, 228 S quando ſedem auguſtam, ſeruataque mella Theſauris relin *Vbi* Seruius, Sedem auguſtam, *i.* Aluearia. Et proprie A guſtum, eſt Tectum augurio conſecratum: abuſiue, Nobile, qu ſi maieſtatis plenum. *Et tamen inclinat animus, ad alteram lect nem* anguſtam. Tectum auguſtum, ingens, ſeptem ſublir columnis Virg. 7, 170. *Auxit* Stat. Silu. 4, 2, 18 Tectum a guſtum, ingens, non centum inſigne columnis, Sed quantae ſup ros caelumque Atlante remiſſo ſuſtentare queant. ¶ *Gradibus etiam aſſurgit. Praeter ſuperiora* Liu. Praef. Datur haec v nia antiquitati, vt miſcendo humana diuinis primordia vrbium aug ſtiora faciat. *Dixerat hoc paullo ante* Conſecrare Origines. Liu. 1 *de Romulo* Iura dedit, quae ita ſancta generi hominum agreſti fore tus, ſi ſe ipſe venerabilem inſignibus imperii feciſſet, quum caete habitu ſe auguſtiorem tum maxime lictoribus duodecim ſumtis fe *Superl.* Plin. Epiſt. 2, 11 Dilata res in proximum Senatum, cuius i conſpectus auguſtiſſimus fuit. Stat. Silu. 4, 8, 20 Ergo quod Au niae pater auguſtiſſimus vrbis. Ius tibi tergeminae dederat laetab prolis, *etc.* Auguſtiſſima quaeque ſpecies plurimum creditur trah de caelo Pacat. Paneg. Theodoſ. c. 6. Vir auguſtiſſimus Vopiſc. Tac. c

AVGVSTE. Adu. [σεβασμίως] *Cum augurio, ſiue Capt augurio.* Cic. de Nat. Deor. 2, 62 Hunc dico Liberum Semele tum, non eum, quem noſtri maiores auguſte ſancteque Liberum c Cerere et Libera conſecrauerunt: quod quale ſit, ex myſteriis intell poteſt. Id. ibid. 3, 53 c. 21 Dicamus igitur, Balbe, oportet contra los etiam, qui hos deos ex hominum genere in caelum translatos, re, ſed opinione eſſe dicunt, quos auguſte ſancteque veneramur. cere de religione auguſtius Id. de Clar. Orat. 83 c. 21.

AVGVSTĀLIS. Adi. [ἀυγȣςεὺς] *Ab Auguſto inſtitutus, vel honori.* Auguſtales, Vegetius Rei militaris 2 c. 7 *nuncupatos teſta eos,* qui primos ordines in bella ducebant, quod ab Auguſto ad idr nus eſſent adiuncti. DECVRIONES AVGVSTALES Inſcr. ap brett. p. 118. MAGISTER AVGVSTALIS ib. p. 90. Ludi Augu *i. In honorem Auguſti. Vid.* Tacit. Ann. 1, 15 *et* 54. Sacerdotes *et* Soda Tac. *et* Suet. *non ſemel. vid.* Tac. H. 2, 95, 2 *de inferiis Neroni facti Vitellio,* Faces Auguſtales ſubdidere: quod ſacerdotium vt Rom Tatio regi, ita Caeſar Tiberius Iuliae genti ſacrauit. Id. Ann. 1 Idem annus nouas caerimonias accepit, addito ſodalium Auguſtali ſacerdotio. *Deſcribit ad h. l. lapidem Lipſius,* NERONI CAESA GERMANICI F. TI. AVGVSTI N. DIVI AVGVST. PRON. FI MINI AVGVSTALI, SODALI AVGVSTALI.

AVGVSTALE, is. [ἀυγουςεῖον] Tabernaculum ducis, *vulgo l batur* Quinct. 8, 2, 8. *ſed vid.* AVGVRALE.

AVGVSTALĬTAS, ātis. f. Inſcriptio vetus apud Gruter. p. n. 2. QVI AD MVNVS AVGVSTALITATIS COMPELLENT *Et* HVIC ORDO DECVRIONVM OB MERITA EIVS HONORI AVGVSTALITATIS GRATVITVM DECREVIT ib. p. 354 n. *Add.* C. Theod. l. 13 t. 11.

AVGVSTALIANVS, a, um. Officium C. l. 11 t. 5. *i.* Auguſta

AVGVSTALĬCVS. Adi. Vetus inſcriptio apud Fabrett. p. 4 EX TESTAMENTO EIVS DECVRIONIBVS SING. IIII. AVG STALICIS III. PLEBEI INTRA MVRVM HABITANTIB DEDERVNT.

AVGVSTĀNVS. Adi. Auguſtani equites Romani *a Nerone* primu conſcripti, aetate ac robore conſpicui, et pars ingenio procaces, a in ſpe potentiae. Hi Dies ac noctes plauſibus perſonare. Forma principis vocemque Deûm vocabulis appellantes, quaſi per virtute clari honoratique agere. *Sunt iidem, qui apud Suetonium legun* Auguſtiani. Tacit. Ann. 14, 15. Colonia l. 1 ff. de Cenſib. L Frontin. *ap.* Goeſ. p. 106 *et* 139.

AVGVSTANEVS, a, um. Foueae An. *ap.* Goeſ. p. 265.

AVGVSTIĀNVS. Adi. Suet. Neron. 25 Sequentibus curr ouantium ritu plauſoribus, Auguſtianos militesque ſe triumphi e clamantibus. *Sunt iidem, quos modo Auguſtanos e Tacito dedimus.* E lum Frontin. Goeſ. p. 106 *et* 139. Limites ib. p. 139.

AVGVSTĪNVS. *Aliud* Adi. Suet. Claud. 11 Circenſi pompa c rum elephantorum Auguſtino ſimilem decernendum curauit. *Alii legunt* Auguſteo, *al.* Auguſti. *Conf.* Aggen. Vrb. Goeſ. p. 72.

AVGVSTEVS. *Aliud* Adi. Vſus eſt Frontinus de Colon. p. 1 *vbi* Limites et terminos rotundos in formam columnae, Auguſteos voc *Add.* ib. p. 121 *et* 122. *Inuenitur etiam in quibusdam Codd. apud* Su Claud. 11, *vbi al.* Auguſtinus.

AVGVSTO, āre. Arnob. lib. 6 p. 201 Dii, quos exterior leu lenocinio fulgoris auguſtat.

## A V I

AVIA, *vid.* AVVS.

AVIARIVM, AVICVLA, AVICVLĀRIVS, *vid.* AVIS

AVID

AVĬDVS. Adi. [πλεονέκτης, ἐπιθυμητικὸς] *ab* Aueo; *vt* Cupidus *a Cupio, cum quo etiam ſignificatione conuenit. Eſt enim, qui nimium auet, ſ. appetit.* Sen. Oed. 965 Scrutatur auidus manibus vncis lumina, *de crudelitate in ſe ſaeuientis Oedipi. Ad pecuniam pertinet* Ter. Heaut. 3, 2, 15 Sed habet patrem quendam auidum, miſerum, atque aridum. Cic. pro Roſc. Com. 21 Quid eſt hoc? probus improbum, pudens impudentem, periurum caſtus, callidum imperitus, liberalis auidum, *ſubaudi* fraudauit. Auidus *et* Auarus *quomodo differant, vid. in* AVARVS. Auidior ad rem aliquantum Ter. Eun. 1, 2, 51. Ingenia in nouas res Liu. 22, 21. Auidus in pecuniis locupletum Cic. Philipp. 5, 22. Belli mens auida Ouid. Epiſt. 7, 153. Caedis auidiſſima propago Idem Met. 1, 161. Cibi auidus Ter. Eun. 5, 4, 16. Cognoſcere auidus Ouid. Met. 10, 472. Cic. Fam. 9, 14 Sum enim auidior etiam quam ſatis eſt, Gloriae. *Sic* pro Marcell. 26 c. 8 Auidiſſimus gloriae. Interficiendi alicuius auidus Tacit. Ann. 13, 20. Laudis Cic. pro L. Man. c. 3. Plin. 12, 1 Vt eſt natura hominum nouitatis auida. Ouid. Triſt. 1, 2, 75 Non ego diuitias auidus ſine fine parandi Latum mutandis mercibus aequor aro. Poenae Liu. 39, 50. Sermonum Tacit. Ann. 13, 6, 2. Suſpicionis nimium auida, *i. cupiens ſuſpicionem commouere in alium.* Cic. de Senect. 39 c. 12 Archita Tarentinus nullam capitaliorem peſtem, quam corporis voluptatem hominibus dicebat a natura datam: cuius voluptatis auidae libidines temere et effrenate ad potiundum incitarentur. Videndi auidus Ouid. Met. 10, 56. ¶ 2 *Subſtantiua.* Amor auidus Catull. 66, 83. Amplexus auidi Ouid. Met. 7, 143. Cic. de Orat. 2, 82 Si quid perſequare acrius, vt inuitus et coactus facere videare, facilitatis, liberalitatis, manſuetudinis, pietatis, grati animi, non appetentis, non auidi ſigna proferri perutile eſt. Stat. Theb. 10, 658 Non dextra quieſcit, Non auida Arma vacant, ipſa inſanire videtur Sphinx galeae cuſtos. Cic. in Orat. 104 Ipſe Demoſthenes, qui quanquam vnus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamen non ſemper implet aures meas: ita ſunt auidae et capaces, et ſemper aliquid immenſum infinitumque deſiderant. *Conf.* Tac. Ann. 13, 6, 2. Auribus auidis captare Ouid. e Pont. 3, 9, 19. Idem in Ibin 170 Et ſcindent auidi perfida corda canes. Charybdis auida Id. Met. 14, 75. *quoniam naues deuorat.* Conuiuae auidi Hor. Serm. 1, 5, 75. Corde auido ferre gaudia Ouid. Triſt. 3, 11, 58. *i. percipere.* Dente auido conuellere dapes Idem Met. 11, 123. *Et ad* Liu. 440 Mutarunt auidi triſtia iura dei, *Plutonis.* Flammae Ouid. Met. 9, 172. Heres Horat. Serm. 2, 3, 151. Ignis Ouid. Epiſt. 4, 15. Leones Idem Epiſt. 9, 37. Lupus Id. Triſt. 1, 1, 78. Manus heredis auidae Horat. Carm. 4, 7, 19. Tacit. Hiſt. 1, 7 Seruorum manus ſubitis auidae, *i. ad inſperatas diuitias feſtinantes.* Miles auidus eruendae ciuitatis Idem Hiſt. 4, 72. Mores auidi Plaut. Trin. 4, 1, 6. Pectus Ouid. Epiſt. 9, 161. Porca Horat. Carm. 3, 23, 4. Rapina auida Ouid. Triſt. 1, 11, 31. Sitis auida Martial. 3, 50. Horat. Carm. 2, 2, 9 Latius regnes auidum domando Spiritum. Tigris auida Lucan. 6, 487. *ſcilicet ſanguinis.* Vulcanus Horat. Carm. 3, 4, 58 Auidus, *i. Incenſus ad pugnam.* Porphyrius, Auidum Vulcanum dixit, propter ignis auiditatem. ¶ 3 Auidus, *pro Magno, quod auidi ſit plus appetere, nec paruo contentum eſſe.* *Hinc* Lucret. 5, 202

Principio quantum caeli tegit impetus ingens,
Inde auidam partem montes ſiluaeque ferarum
Poſſedere.

*v.* 471 Omnia ſic auido complexu caetera ſepſit.

AVIDITAS, ātis. f. [πλεονεξία, ἐπιθυμία, τὸ ἐπιθυμητικὸν] *Attributum eorum, qui auidi ſunt.* Cic. de Fin. 3, 7 c. 2 Erat enim (vt ſcis) in eo inexhauſta auiditas legendi, nec ſatiari poterat. *De Catone loquitur.* Auiditas ad aliquid faciendum Plin. 17, 18. Auiditas ad cibos Idem 20, 16. Auiditas diripiendi Id. 12, 14. Ieiuna auiditas, *vid.* IEIVNVS. Cic. Q. Fratr. 1, 1 Sed me quaedam tenet, propter ſingularem amorem, infinita in te auiditas gloriae. Pecuniae Idem Parad. 6 c. 1. Sermonis Cic. de Sen. c. 14. Auiditates feminarum auget ſemen maluae aſperſum genitali Plin. 20, 21 ſ. 84. Cic. Off. 2, 38 Iuſtitia eas res ſpernit et negligit, ad quas plerique inflammati auiditate rapiuntur. Auiditatem incitare, Inhibere, *vid. his verbis.* Senectus auiditatem ſermonis auxit Cic. de Senect. cap. 14.

AVIDE. Adu. [ἐπιθυμητικῶς] Cic. de Senect. 26 c. 8 Graecas literas ſenex didici: quas quidem ſic auide arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens. *Verba ſunt Catonis.* Auide appetere Idem de Senect. 72. Edere auide Ouid. de Arte Am. 3, 659. Exſpectare literas Cic. Fam. 12, 4. Id. Att. 5, 6 *et* 16, 10. Auidiſſime apprehendere palmam Plin. 14, 22. Credere Idem 5, 1. Exſpectare Cic. Phil. 14 c. 1. Ruere in affectus Lact. 6, 23. Auidius aliquem intueri Curt. 3, 6, 17. Prandere auide Horat. Serm. 1, 6, 127. Auide ſum affectus de fano Cic. Att. 12, 40. Auide ſe certamini offerre Liu. 2, 6.

AVIDITER. Adu. Idem, quod Auide. Valer. Antias apud Arnobium aduerſus gentes 5, ſtatim poſt initium ſ. p. 155 Inuaſiſſe auiditer, dulcedine potionis captos.

AVILLA, *quaſi* Ouilla, Agna recentis partus. Feſt.

AVIS, is. f. [ὄρνεον, ὄρνις] *Eſt, quae oua parit, penniſque eſt praedita, praeter vnum veſpertilionem, qui vtroque caret: quatuor enim pedes habet, et ſeminus eſt. Haec Valla lib. 4.* Plin. 10, 1 Sequitur natura auium: quarum grandiſſimi et paene beſtiarum generis ſtruthiocameli Africi, *etc. Nam totus prope liber agit de natura auium.* Cantus auium Horat. Carm. 3, 1, 20. Concentus auium Quinctil. 5, 9. Domus auium frondiferae Lucret. 1, 19. *periphraſis eſt Nemorum.* Dulcedo auium ducit ad auium Auct. ad Herenn. 4, 30 *ponit, vt exemplum Annominationis.* Grex auium Horat. Epiſt. 1, 3, 19. Ouid. Faſt. 1, 442 — aues ſolatia ruris, Aſſuetum ſiluis, innocuumque genus. Voces auium liquidae Lucret. 5, 1378. Voce auis moneri, *i. Augurio* Ouid. de Arte Am. 1, 86. ¶ 2 *Epitheta varia.* Aëria auis Idem de Arte Am. 1, 26. Afra Hor. Epod. 2, 53. *Gallinam Numidicam intelligit.* Porphyr. Cic. Fam. 7, 28 Quum ſalutationi nos dedimus amicorum, quae fit ex hoc etiam frequentius, quam ſolebat, quod quaſi auem albam videntur bene ſentientem ciuem videre: abdo me in bibliothecam. *Pro re igitur noua atque auſpicata dixit Cicero.* Ita Iuuen. Sat. 7, 202 — coruo quoque rarior albo. *Nempe pro Feliciſſimo auſpicio et omine Aues albas ducebant, ac pro miraculo fauſtiſſimo habebant. Vid.* Gallinae albae filius. *Contra, Inauſpicatae erant* Non albae. Ouid. Amor. 3, 12, 2 Omnia non albae concinuiſtis aues. Candida Virg. Georg. 2, 320. Cantrices Varr. R. R. 3, 5. Ouid. Epiſt. 2, 118 Pronuba Tiſiphone thalamis vlulauit in illis, Et cecinit moeſtum Deuia carmen auis, *quae ſolitudines et vaſta loca incolit.* Fluminea Ouid. Amor. 1, 3, 22, *de cygno, in quem mutatus Iupiter Ledam compreſſit.* Generoſae Iuuen. Sat. 14, 82. *h. e. Aquilae.* Inceſtae Stat. Theb. 9, 28, *quae carnem humanam vorant.* Ouid. de Arte Am. 1, 627 Laudatas oſtendit auis Iunonia pennas. Didicit laudator auarus Tantum admirari, tantum laudare diſertos, Vt pueri Iunonis auem Iuuen. 7, 30. *Vid. mox* Sidereae. Litoreae, *vid.* LITVS. Plaut. Rud. 3, 4, 65 Teque ambuſtulatum obiiciam magnis auibus pabulum. Magnas aues *dixit, rapaces, vt aquilam et accipitrem.* Peregrina, *vid. h. v.* Plin. 10, 25 Temporum magna differentia auibus. Perennes, vt columbae: ſemeſtres, vt hirundines: trimeſtres, vt turdi et turtures: et quae quum foetum eduxere, abeunt, vt galguli, vpupae. Sen. Hippol. 508 Hic aues querulae fremunt. Sidereae Iunonis aues, *Pauones* Claud. in Eutr. 2, 330. Solis auis, *Phoenix* Id. in 1 Conſ. Stil. 419. Toruae, *Vultures ſunt aut aquilae apud* Stat. Theb. 6, 751. Vagae Horat. Carm. 4, 4, 2. Varia, *Verſicolores plumae* Propert. 3, 11, 32. ¶ 3 *Formulae cum verbis:* Ali auibus, *Auibus veſci* Ouid. Met. 13, 53. Canunt ſiluae auibus Lucret. 1, 257. *i. aues in ſiluis, q. d. reſonant ſiluae cantu auium.* Glomerantur aues Virgil. Aen. 6, 311. Moliri inſidias auibus, *vid.* MOLIOR. Mouent aues per aëra pennas Ouid. Met. 15, 99. Tectae fronde queruntur aues Idem Epiſt. 15, 152. ¶ 4 *Ad auguria et auſpicia referuntur formae dicendi plures. V. g.* Cic. de Nat. Deor. 2, 160 c. 64 Aues quasdam et Alites et Oſcines, vt noſtri augures appellant, rerum augurandarum cauſa eſſe natas putamus. *Vid.* ALES, OSCEN. *Sic* Seru. ad Aen. 3, 246, *non tantum* Oſcinis *et* Alitis *diſcrimen explicat, ſed addit:* alites ſi fuerint proſperae *praepetes*, ſi aduerſae, *inhibrae* dicuntur. *Hinc generatim* Auis, *pro Auſpicio et omine.* Liu. 6, 12 Veniat in mentem vnicuique deos eſſe, qui ſecundis auibus Romanos in praelia miſerint. Ouid. Faſt. 1, 513 Eſte bonis auibus viſi natoque mihique. Cic. de Diuin. 1, 29 Agamemnon quum Achiui coepiſſent inter ſe ſtrepere, aperteque artem obterere extiſpicum, ſoluere imperat, ſecundo rumore, aduerſaque aui. Mala ducere aui domum Hor. Od. 1, 15, 5. Dira Claud. in Eutrop. 2, 230. Magna fides auium eſt Ouid. Faſt. 4, 814. Obſcenae, *mali ominis* Idem Amor. 2, 6, 52. *it.* Meſſala *apud* Gell. 13, 14. Aſcon. . . . Aues paſcunt, dici ſolitum magiſtratum ineuntibus. Nam ſi paſcerentur, bonum augurium erat: ſi non paſcerentur, malum. Suet. Tiber. 2 Claudius Pulcher apud Siciliam non paſcentibus in auſpicando pullis, ac per contemtum religionis mari demerſis, quaſi vt biberent, quando eſſe nollent, praelium nauale iniit, ſuperatusque eſt, *etc.* Aues ab Aduentu earum dicuntur, quod inde veniant, vnde quis non ſuſpicetur. *Haec* Feſtus *ſatis inepte.*

AVICVLA, ae. f. Dimin. [ὀρνιθάριον] *Parua auis.* Gell. 2, 29 Auicula eſt parua, nomen eſt caſſita, nidulaturque in ſegetibus.

AVICELLA, *ſiue* AVCELLA, *it.* AVCILLA, *nouum et ſecundi quaſi gradus diminutiuum.* Varro de L. L. 7, 40 Magnitudinis vocabula cum poſſint eſſe terna, vt ciſta, ciſtula, ciſtella — minima in quibusdam non ſunt, vt auis, auicula, auicella. *Negat igitur probum eſſe nomen, quo tamen vſus* Apul. Met. 9 p. 232, 33 *vbi gallinam alloquitur dominus*, O bona aucilla, et ſatis foecunda *etc.* *Item* Apic. 4, 5. 5, 3. 8, 7. *Conf. Meurſius Exerc. Crit.* 2, 4, 8. *Reineſ. Var. Lect.* 2, 8.

AVIARIVM, i. n. [ὀρνιθὼν] *Locus, in quo aues domi educantur.* Cic. Q. Fratr. 3, 1, 1 Sed tamen nihil ei reſtabat praeter balnearia, et ambulationem, et auiarium. Columel. 8, 1, 4 Similiter appellamus apum cubilia, apiaria: vel nantium volucrum, quae ſtagnis piſcinisque laetantur, auiaria: vel etiam pecudum ſilueſtrium, quae nemoribus clauſis cuſtodiuntur, viuaria. *Add.* Varr. R. R. 3, 3, 7. *et* 3, 4, 3. Auiaria, Secreta nemora, quae aues frequentant. Virgil. Georg. 2, 430 Sanguineiſque inculta rubent auiaria baccis. *Haec* Seruius.

AVIARIVS, i. m. [ὀρνιθοκόμος, ὀρνεοπώλης, Vet. Gloſſ.] *Qui auiario praeeſt.* Columel. 8, 3, 4 Auiarius ſubinde debet ſpeculari aut incubantis, aut parturientis foetus. *Vtitur et* 8, 5, 14 *et* 8, 11, 12.

AVICVLARIVS, i. m. *Idem.* Apic. 8, 7.

AVIGERVLVS, i. m. Cathol.

AVITIVM, i. n. Apuleius Flor. circa fin. Tam pulchra ales, quae ex omni auitio longe praecellit, *i. ex omni auium genere, ex omnibus auibus.*

AVITVS, *vid.* AVVS.

AVIVS. Adiect. [ἀδιέξοδος, ἀκέλευθος] *Per quod via non eſt, ac proinde iri non poteſt, certe non ſolet.* Plaut. Aul. 4, 6, 8 Siluani lucus extra murum eſt auius. Virgil. Georg. 3, 328 Auia tum reſonant auibus virgulta canoris. Lucret. 1, 925. *it.* 4, 1 Auia Pieridum peragro loca, nullius ante trita ſolo. Salluſt. in Iugurth. Ipſe cum delectis equitibus Metellum ſequitur, nocturnis et auiis itineribus ignoratus, Romanos palantes repente aggreditur. Itinere auio Suet. Aug. c. 96. Montes Horat. Carm. 1, 23, 2. Nemora Lucret. 2, 144. Saxa Sil. 4, . . Solitudines Vell. 2, 55, 4. Valles Stat. Silu. 4, 3, 73. ¶ 2 *Metaph. Alienus a recta ratione*, Auia coepto conſilia Sil. 12, 493. *i. aduerſa.* Lucret. 2, 81 Auius a vera longe ratione vagaris. *Add.* ib. v. 229. Animus errat auius Lucret. 3, 465.

AVIA, orum. n. *Intell.* loca: *ſed inſtar veri ſubſtantiui ponitur.* Tacit. Ann. 6, 21 Corpore valido per auia ac derupta (nam ſaxis domus imminet) praeibat eum, cuius artem experiri Tiberius ſtatuiſſet. *Sic* Ciuilis auia Belgarum circumibat Idem Hiſt. 4, 70. Per auia itinerum vitatis militum gladiis Vell. 2, 75, 3. Horrenda auia Val. Argon. 5, 475. Ignota Claudian. de Conſ. Hon. 4, 481. Latebroſa Sil. 12, 352.

# A V L

AVLA, ae. f. [αὐλὴ, ἀρχεῖον, βασίλειον, Vet. Gloſſ. Aula, οἶκος βασιλικὸς] *Proprie ex vſu Graecorum locus ſubdiualis domui adiunctus, atrium.* Horat. Epiſt. 1, 1, 87 Lectus genialis in aula eſt, *i. in atrio (vid. quae ibi et in* Lectus *de* Lecto Aduerſo *dicuntur) adeo, vt etiam ad ſtabula pecudum referatur.* Propert. 3, 11, 39 Corniger Idaei vacuam paſtoris in aulam Dux aries ſaturas ipſe reduxit oues. Seru. ad Aen. 9, 60 Graeci aulas vocant animalium receptacula, vnde in ſacris aedibus et tribunalibus ſepta, quae turbas prohibent, aulas vocamus. Petr. c. 119 p. 555 Tigris et aurata gradiens vectatur in aula, *i. cauea ampla*

*ampla et magnifica.* *Add. Vlit. et Burm. ad* Grat. 167. ¶ 2 *In primis tamen ad magnificarum aedium et Regiarum incluſa ſubdiualia, quin ipſa Palatia, eorumque incolas refertur.* Cic. Fam. 15, 4 Perfeci, vt e regno ille diſcederet, rexque ſine tumultu ac ſine armis, omni auctoritate aulae communita, regnum cum dignitate obtineret. Propert. 4, 4, 53 Parianne tua, regina, ſub aula. Alta Sen. Octau. 219. Infida aula, *i. in qua fides non obſeruatur, cuiue non eſt fidendum* Val. Argon. 7, 102. Lucan. 8, 494 — exeat aula Qui volet eſſe pius. Virtus et ſumma poteſtas Non coëunt. Haudquaquam aulae et aſſentantium accommodatus ingenio Curt. 8, 8, 21. Furuae aulae Deus, *Pluto rex inferorum* Propert. 4, 11, 3. Praediues Claudian. in Ruff. 2, 142. Regalis Sen. Troad. 772. Regiae aulae ornatus habere debent mediae valuae in ſcena Vitruu. 5, 7. Sublimis Sen. Hippol. 981. Sanctiorem vocat Martial. 5, 6 Aulam *Domitiani, in quam petit ſuam chartam admitti a Parthenio.* *Metaphorice.* Virg. Georg. 4, 202 *de apibus,* — aulasque et cerea regna refigunt. *Add.* ibid. v. 90. Aulai, *genitiuus apud* Eundem Aen. 3, 354. ¶ 3 Aulas [χύτρας] Antiqui dicebant, quas nos dicimus Ollas: quia nullam literam geminabant. Itaque Aulicocia exta, Quae in aulis coquebantur, dicebant, *i.* Elixa. *Haec* Feſtus. Plaut. Aul. 4, 2, 10 Aedepol nae illic pulchram praedam agat, ſi quis illam inuenerit aulam onuſtam auri. *Conf.* Curc. 2, 3, 89. Rud. 1, 2, 47. Cato R. R. 85. *it.* 52, 1. *it.* 81. Quinct. 7, 9, 4. Non. 15, 1.

AVLAR. *Operculum ollae.* Aular impoſitum Varr. R. R. 3, 15, 2, *ex coniectura Scaligeri, qui dictum putat, vt* Puteal.

AVLŬLA, ae. f. Dimin. [χυτρίδιον] *Ab* Aula *pro Olla. Vnde* Aulularia Plauti fabula. Plin. 18, 11 Artoptam Plautus appellat in fabula quam Aulularium ſcripſit.

AVLĬCVS. Adi. [αὔλιος] Apparatus aulicus, *qualis ſolet fieri in domibus regum* Sueton. in Domit. 4. Conuiuia Sedul. 1, 193. Reverentia domus aulicae Spart. Hadr. c. 11. Luctatores aulici Suet. Neron. 45. Miniſtri Capitol. Pio c. 10. ¶ 2 *Subſtantiue, qui habitant in aula, familiares regis ſui.* Nep. 14, 5 Datames non minorem inuidiam aulicorum excepit. Sueton. Calig. 19 Cauſa ab interioribus aulicis prodita. Canentibus aulicis Victor de Caeſ. c. 5. *Conf.* Mamert. Grat. act. ad Iul. c. 11 *et* 19. ¶ 3 *Alia ſignificatione, ab* αὐλὸς *tibia, vid. poſt* AVLETICVS.

AVLAEA, orum. n. [αὔλαια] *Fere in pl. legitur, et ab* Aula *deriuatur; ſignificatque Ornamenta, quibus aulae et atria qua ornantur, qua contra inuecta vento muniuntur. Sollennis eorum vſus in theatris ad ſcenam tegendam. De his* Virg. Georg. 3, 25 Purpurea intexti tollant aulaea Britanni. *Vbi* Seru. Hoc ſecundum hiſtoriam eſt loquutus. nam Auguſtus, poſtquam vicit Britanniam, plurimos de captiuis, quos adduxerat, donauit ad officia theatralia. Dedit etiam aulaea, id eſt velamina, in quibus depinxerat victorias ſuas, et quemadmodum Britanni ab eo donati, eadem vela portarent: quae reuera portare conſueuerant, quam rem mira expreſſit ambiguitate *etc. Neſcio tamen, an ſimplicius ſit dicere, intextos Britannos, nouam gentem, quam Caeſar aperuerat. Hi dum e ſulco ſuo paullatim ſurgunt euoluta aulaea, capitibus humeriſque ſuis primum emergentibus tollere ipſa aulaea videntur.* Ouid. Met. 3, 111, totam rem *non deſcribit, ſed pingit, quae hic legere operae pretium eſt: Dixerat, vt e terra prodierint fratres illi Cadmei: addit,*

Sic vbi tolluntur feſtis aulaea theatris
Surgere ſigna ſolent, primumque oſtendere vultum,
Caetera paullatim, placidoque educta tenore
Tota patent, imoque pedes in margine ponunt.

*Illud vero recte ſubiicit* Seruius l. c. Aulaea dicta *eſſe* ab Aula Attali regis, in qua primum inuenta vela illa ingentia. *Ad theatralia illa* aulaea *reſpicit* Horat. Epiſt. 2, 1, 189 Quatuor aut plures aulaea premuntur in horas, *vt adeo in apertam ſcenam proſpectus pateat. Ita diu nempe durat actio fabulae. In fine tolluntur.* Idem A. P. 154 Si plauſoris (fautoris *Bentl.*) aulaea manentis, et vſque Seſſuri donec cantor, Vos plaudite, dicat. Cic. pro Cael. 55 c. 27 Mimi ergo eſt iam exitus, non fabulae: in quo quum clauſula non inuenitur, fugit aliquis e manibus: deinde ſcabella concrepant, aulaeum tollitur. Iuu. 6, 67 Quoties aulaea recondita ceſſant, *i. non aguntur ludi ſcenici.* Ammian. Marcell. 16, 6 Dorus euanuit, et Veriſſimus illico tacuit, velut aulaeo depoſito ſcenae. Idem 26, 6 Vt in theatrali ſcena ſimulacrum quoddam inſigne per aulaeum, vel mimicam cauillationem ſubito putares emerſum: *de Procopio ſcenico velut, vel mimico Imperatore.* ¶ 2 *Pertinent* aulaea *etiam ad vſum coenantium in atriis et Porticibus, vt arcerent incidentia.* Virg. Aen. 1, 701 Aulaeis iam ſe regina ſuperbis Aurea compoſuit ſponda. Seruius *repetit de Attali aula, et addit,* Ideo autem etiam in domibus tendebantur aulaea, vt imitatio tentoriorum fieret — vnde et in thalamis hoc fieri hodieque conſpicimus. Varro tamen dicit, vela ſolere ſuſpendi ad excipiendum puluerem — vnde Horatius (Serm. 2, 8, 54) Interea ſuſpenſa grauis aulaea ruinas In patinam fecere, trahentia pulveris atri, Quantum non aquilo Campanis excitat agris. *Add.* Hor. Od. 3, 29, 15 Mundaeque paruo ſub lare pauperum Coenae, ſine aulaeis et oſtro. *Huc ref.* Propert. 2, 23, 46 Scilicet vmbroſis ſordet Pompeia columnis Porticus aulaeis nobilis Attalicis. Pacat. Paneg. 12, 37 Aulaeis vndantes plateas, *in ſignis laetitiae publicae.* ¶ 3 *Quid* Nonio *faciemus, qui* 14, 4, Aulaea, *inquit*, genus veſtis peregrinum. Varro de Vita Pop. Rom. lib. 3 Quod ex hereditate Attalica aulaea, chlamydes, pallae aureae. Virg. Purpurea intexti tollant aulaea Britanni. Et eſt tanquam paludamentum Barbarici habitus militaris. ¶ 4 Auleam, *vel* Aulaeam, *femin. genere dixit* Curt. 8, 5, 21, *ſi locus mendo vacet*, Nec quidquam, *inquit*, eorum, quae inuicem iactata erant, rex ignorabat: quum poſt aulaeam, quae lectos obduxerat, ſtaret. *Sed ſunt libri, qui* Aulaea *habent.*

AVLICOQVVS, *ſiue* AVLICOCIVS. Adi. *Elixus in* Aula, *i. olla. Vt*, Aulicoqua exta. Feſtus. *Conf. Turnebi Aduerſ.* 22, 2.

AVLARIVS, i. m. Aulicus, palatinus Gloſſ. Iſid.

AVLAX, ăcis. c. *Sulcus.* Phoebus nunquam ipſe torquet aulaca Auſon. Ep. 10, 10. *i. ſulcum curuum facit. Sed Graecis etiam elementis ſcribitur* ἄυλακα.

AVLĒTES, ae. m. [αὐλητὴς] *Tibicen.* Cic. pro Muraen. 29 Poſt, quum id aſſequi non potuiſſent, iſtuc potiſſimum ſunt delapſi, vt aiunt in Graecis artificibus, eos auletas eſſe, qui citharoedi fieri non potuerint. Al. *hic legunt* Auloedos, *vbi vid. Caeterum nomen hoc familiare librariis, propter* Ptolemaeum Auletem, *Aegypti regem, ob inſanum huius artificii amorem ita dictum a Graecis.*

AVLĒTRIS, ĭdos. f. [αὐλητρὶς] *Tibicina. Vid.* Quinctil. 7, 9, 4.

AVLETĬCVS. Adi. [αὐλητικὸς] *Tibiis (αὐλοῖς) aptus.* Plin. 16, 36 Orchomenius eſt continuo foramine peruius, quem Auleticon vocant. Hic tibiis vtilior, fiſtulis ille.

AVLICVS, a, um. *Ab* αὐλὸς, *idem quod* auleticus. Iſchiadas, quis neſciat expelli aulica ſuauitate Mart. Capell. 9 p. 314.

AVLIA ſuccidia, *corrupta vox ap.* Varr. R. R. 2, 4, 11, *vbi vid. Interpretes.*

AVLITICA, *(forte melius* AVLETICA*)* ae. f. *Herba, al. chamaemelum.* Apul. de Herb. c. 23.

AVLIX, icis. *Apud* Veget. de Re Vet. 1, 57, *idem videtur eſſe, quod aulax, ſulcus.*

AVLOEDVS, i. m. [αὐλῳδὸς] *Qui tibias inflanti vocem accommodat, et accinit, cum* Auletes *inflet ipſe. Vid. Pauſan. Phoc. p. 322* Cic. pro Muraen. 29 c. 13 Vt aiunt in Graecis artificibus eos auloedo[s] eſſe, qui citharoedi eſſe non potuerint; ſic nonnullos videmus, qu[i] oratores euadere non potuerunt, eos ad iuris ſtudium deuenire. *Laudat ac repetit* Quinct. 3, 8, 79.

AVLON. [Αὔλων] *Mons Calabriae contra Tarentinam regionem, ferax boni vini.* Hor. Carm. 2, 6, 18 — et amicus Aulon Fertilis Baccho nimium Falernis Inuidet vuis.

AVLVLA, *ſ.* OLLA, *vid.* AVLA.

AVLVS. [Αὖλος] *Praenomen erat Romanis olim familiare, quo[d] ſola* A. *litera ſcribebant, vt* A. Gellius. *Sunt vero* Auli, qui diis alen[tibus] naſcuntur, Probus in Epit. *quae Valerio Maximo, vt decimu[s] liber ſubiicitur.*

## A V M

AVMARIVM, *ſ. vt Mercerus dedit*, AVMATIVM, *dicitur ſec.* Fulgent. n. 63 Locus ſecretus publicus, ſicut in theatris, aut i[n] circo. Petron. Arbiter (Fragm. p. 673) In Aumarium memetipſu[m] conieci. *In mira varietate lectionis et coniecturarum, planiſſimum cert[um] eſt* Armarium, *quod a dictante balbutiente nimis facile in* Aumariu[m] *mutari potuit.*

## A V O

AVŎCO, āre. [ἀποκαλέω, ἀποτρέπω] *Vocando primum, dein[de] quacunque alia ratione, retrahere atque auertere.* Cic. pro Roſ[c.] Amer. 90 Non neceſſe eſt omnes commemorare Curtios, Mario[s,] denique Mamercos, quos iam aetas a praeliis auocabat. Idem pr[o] Arch. 12 Me autem quid pudeat, qui tot annos ita viuo Iudices, [vt] ab illis nullo me vnquam tempore, aut commodum, aut otium meu[m] abſtraxerit, aut voluptas auocarit, aut denique ſomnus retardarit. *Et* de Aruſp. Reſp. 18 c. 9 Neque is ſum, qui ſicui forte videor plu[s] quam caeteri, qui aeque atque ego, ſunt occupati, verſari in ſtud[iis] literarum, his delecter, aut vtar omnino literis, quae noſtros anim[os] deterrent, atque auocant a religione. Cic. Philipp. 2, 115 Sed ſi laus allicere ad recte faciendum non poteſt, ne metus quidem a fo[edis]ſimis factis poteſt auocare? Idem Fam. 4, 5 Etiam tu ab hiſ rebus animum ad cogitationem tuam auoca: atque ea potius remin[i]ſcere, quae digna tua perſona ſunt. Plin. Epiſt. 9, 2, 1 Diſtring[e]bar frigidis negotiis, quae ſimul et auocant animum et comminuu[nt.] Auocat a rebus gerendis ſenectus Cic. de Senect. 15 c. 5. Auoca[re] milites a ſignis Trai. ad Plin. Ep. 10, 31. Auocare aliquem a co[n]tuendis malis Cic. Tuſc. 3, 35 c. 16. Paruuli puſiones, quo abſ[ti]neant ploratibus, pupulos, equuleos, panes accipiunt, quibus au[o]care ſe poſſint Arn. 7 p. 215. Cic. de Diuin. 1, 111 Rarum eſt quo[d]dam genus eorum, qui ſe a corpore auocent, et ad diuinarum rerum cognitionem cura omni ſtudioque rapiantur. Auocare a pecca[tis] Idem de Legib. 2, 9 c. 4 *Sic*, Auocari a vitiis Id. de Fato 11 c. A cura vocis dicentem auocat affectus Quinctil. 11, 3, 25. Auoca[ri] omnino a philoſophia Cic. de Fin. 1, 2. Auocare intentos Conſul[es] a bello Liu. 25, . . . *Add.* Nep. 15, 5, 3. Cic. Acad. 1, Primus a rebus occultis, et ab ipſa natura inuolutis, in quibus om[nes] bus ante eum philoſophi occupati fuerunt, auocauiſſe philoſophia[m] et ad vitam communem adduxiſſe, vt de virtutibus, vitiis, omnin[o]que de bonis rebus et malis quaereret. Meſſala *apud* Gell. 13, Conſul ab omnibus magiſtratibus et comitiatum et concionem auoca[re] poteſt. Praetor et comitiatum et concionem vſquequaque auoca[re] poteſt, niſi a Conſule *etc.* Auocare arma Quinctil. 9, 1, 20, *gladi[a]toriae artis verbum, cum inducitur aduerſarius, vt dum alteri part[i] quam deſignari* putat *ab aduerſario, cauere vult, aperiat eam, quae tect[a] adhuc fuerat, quaeque mutata ſubito, manu petitur. Sic iam explicuer[at] Salmaſ. ad* Spartian. Adr. c. 26.

AVOCATVS, a, um. Pars tribunorum exercituſque ad Vo[l]ſcum auocata bellum Liu. 4, 61. Canis auocatus cibo furorem ſu[p]preſſerat Petr. c. 72.

AVOCATIO, ōnis. f. [ἀποτροπὴ, ἀπόκλησις] Cic. Tuſcu[l.] 3, 33 c. 15 Leuationem autem aegritudinis in duabus rebus ponit auocatione a cogitanda moleſtia, et reuocatione ad contemplanda voluptates.

AVOCAMENTVM, i. n. [ἀπόκλημα] *Negotia iucundiora ſiue ſolatia, animum a moerore auocantia, id eſt reuocantia.* Plin. Epiſt. 8, 5 Ero ergo ſuſpenſus pro homine amiciſſimo, dum admittere auo[ca]camenta, et cicatricem pati poſſit. Ludus et auocamentum Plin. Pan. c. 82, *i. animi remiſſio.* Omnia mihi auocamenta eripuit dolo[r] Idem Ep. 8, 23. Infantibus credulis auocamenta quaerunt anus lo[n]gaeuae, et varias fictiones ſub imagine veritatis exponunt Arn. l. *Vtitur et* Lactant. de Opific. Dei 28.

AVOCĂTOR, ōris. *et*

AVOCĀTRIX, īcis. Tertulliani *eſſe dicuntur.*

AVŎLO, āre. [ἀφίπταμαι] *Ab vno loco in alium volare.* C[a]ius in l. Naturalem. D. de acquir. rer. domin. Pauonum et columb[o]rum fera natura eſt. nec ad rem pertinet, quod ex conſuetudine au[o]lare et reuolare ſolent, *i. vt mox explicatur*, abire et redire. *Per m[e]taphoram pro Celeriter diſcedere.* Cic. Att. 9, 10 Experiar certe, hinc auolem. Idem Tuſc. 1, 103 c. 43 Critoni enim noſtro non pe[r]ſuaſi me hinc auolaturum. *Et* de Fin. 2, 106 c. 32 Fluit igitur v[o]luptas corporis: et prima quaeque auolat. Auolant, Euolant, Feſtu[s.]

## A V R

AVRA, ae. f. [αὖρα, πνοὴ] *Lenis quidam aëris motus et ſpiritus dulcior, vt Zephyri.* Virgil. Georg. 4, 417 Dulcis compoſitis ſp[i]rat

auit crinibus aura, *vbi ad odorem ſimul reſpectus habetur.* De nocte d occaſionem aurae euectus Sueton. Aug. c. 97. *i. quum aura ſecunda commodum afflaret.* Aurarum leues animae Lucret. 5, 237. Iucundae urae Catull. 44, 3. Leues aurae Claudian. de Rapt. Proſerp. 2, 30. Modica Iuuen. Sat. 12, 66. Rorifera Sen. in Hippol. v. 11. Te-nerae aëris aurae, *i. Penetrabiles et liquidae* Lucret. 1, 208. Tepentes Ouid. Met. 1, 107. Diuinae aurae particulam *Animum vocat* Horat. Serm. 2, 2, 79. *vt* Virgil. Aen. 6, 730 Igneus eſt ollis vigor, et cae-leſtis origo Seminibus. ¶ 2 *Interdum tamen vehementiorem etiam motum, quem* ventum *vocamus, ſignificat.* Virgil. Aen. 3, 356 Et aurae Vela vocant, tumidoque inflatur carbaſus auſtro. Ouid. Met. 3, 209 — rapida velocius aura. *Conf.* Sil. 9, 501 *et* 522. *Sic* Plin. Epiſt. 5, 6 Accipit ab hoc auras quamlibet ſereno et placido die, non tamen acres et immodicas, ſed ſpatio ipſo laſſas et infractas. Aequatae ſpirant aurae Virgil. Aen. 5, 844. *i.* Proſperae, *inquit* Ser-uius. *Nempe aequabiles, vnum placidumque tenorem ſeruantes. Sic* Va-ler. Flacc. 4, 615 Aequali tranſcurrat carbaſus aura. Aurae Cereales Plin. 15, 19, *Maturitatem ſegetum facientes.* Ouid. Epiſt. 18, 45 Faci-lemque moue moderatius auram, *preces ad Boream.* Frigida Lucret. 3, 291. Gelida Idem 3, 301. Genitabilis aura Fauoni Id. 1, 11. Glaciales aurae Boreae Valer. Argon. 4, 722. Grandior Ouid. de Rem. Amor. 808. Laeua et dextera Catul. 4, 20. Languida Ouid. e Pont. 2, 1, 2. Lenis Catul. 62, 84. Ouid. Met. 1, 502 Fugit ocior aura Illa Leui. Niuales Hor. Epiſt. 1, 11, 18. Petulantes Lucret. 6, 110, *al. legunt*, Petulantibus Euris. *Vid. Lambin.* Rapida velo-cius aura *ruunt canes* Ouid. Met. 3, 209. En ego non paucis quon-dam munitus amicis Dum flauit velis aura ſecunda meis Id. e Pont. , 3, 25. Stridentes Valer. Argon. 2, 586. Tumens Ouid. Triſt. , 6. Verna incertior aura Idem Epiſt. 6, 109. Violentior caeli ura Stat. Theb. 6, 157. Volucri fugacior aura Ouid. Met. 13, 807. ¶ 3 *Et cum verbis* Virgil. Georg. 4, 171, *de Cyclopibus* — alii tau-rinis follibus auras Accipiunt redduntque. *Metaphorice*, Sperat ibi auram aliquam poſſe afflari in hoc crimine Cic. Verr. 1 c. 13. Aſpirant aurae in noctem Virgil. Aen. 7, 8. Colligere auras velis Lucan. 5, 529. Ouid. Met. 1, 529 Et leuis impulſos retro dabat aura apillos. Dat aura curſum Idem Epiſt. 15, 214. Effluit aura leuis d. Met. 6, 233. Mouere auram Ouid. Epiſt. 18, 45. *Vid.* n. 2 Fa-ilem. Reſpuit auras, *i. Contemnit ventos, de Delo inſula ait Seneca, uae ante Latonae partum mobilis fuiſſe, marique innaſſe credita eſt, in* gam. 373. Sibilat aura Lucan. 2, 698. Aequor ſtringitur aura Ouid. Met. , 136. ¶ 4 *Aëra notat in illis:* Virg. Aen. 1, 59 Quippe ferant apidi ſecum, verrantque per auras. Ouid. Met. 10, 177, *de Diſco,* Quem prius aërias libratum Phoebus in auras miſit. Aërias *nempe ic dixit, vt ſaepe, altas.* Aetheria aura veſcitur, *i. viuit* Virgil. en. 1, 546. *it.* 3, 339. *Sic* Lucret. 5, 855 Veſci vitalibus auris. en. Herc. Fur. 652 Vix adhuc eſt certa fides Vitalis aurae. Celeres irgil. Aen. 4, 226. *i. facile cedentes.* Communes Ouid. Met. 7, 27. Dulcis, *laudatur e* Valer. Argon. 6, 473. *Sed recte Burmann.* Dulciſque labantibus Error. Feruentes, qua auras velut e fornace rofunda Ore trahit Ouid. Met. 2, 229. Foeda Stat. Theb. 3, 500. iquidae Lucret. 5, 213. Sil. 13, . . Mota Ouid. Met. 8, 202. Nocturna Horat. Serm. 2, 4, 52. Valer. Argon. 8, 247 Sed neque ſe ingues, tum candida flamma per auras Explicuit, *de ſacrificio.* Silen-s Lucan. 1, 579. Sonantes auras *cum* teli ſtridore *iungit* Virgil. en. 11, 863. Suaues Lucret. 3, 223. Vacuae Ouid. e Pont. 3, 3, . Vaga Idem Met. 8, 197. Vanae Claudian. de Rapt. Proſerp. 98. *Sed mel.* Vanas tonitru deludimus aures. *Caeterum* Lucan. 4, 6 Serpens Vanas in auras effuſa, *i. fruſtra afflans venenum ſuum.* italis, Aetheria *et* n. 5 Carpere. ¶ 5 *Verbo-m formulae:* Ouid. de Med. Fac. 57 Haec vti Ventoſas fuerint fic-ta per auras. Attollere ſe in auras Virgil. Aen. 4, 176. Valer. lacc. 4, 21 Vacuis Auditae montibus aurae, *i. cum deſiiſſet clamor Herculis, exaudiri iterum aurae ſpirantes potuere.* Captare naribus uras Sen. in Hippol. 40. *de canibus venaticis.* Virgil. Georg. 1, 376 ucula caelum ſuſpiciens patulis captauit naribus auras. Idem Aen. 387 Haud credo inuiſus caeleſtibus, auras Vitales Carpis. *Vbi* eruius, Auras vitales carpis, Quibus viuimus. nihil eſt enim aliud ita, niſi reciprocus ſpiritus: vnde Iupiter, quo conſtant omnia, ocatur Ζεὺς, ἀπὸ τῆς ζωῆς, id eſt vita. Circinare auras eaſdem uid. Met. 2, 721 *Mercurius dicitur, cum in eodem loco circumuolat.* irgil. Georg. 2, 422 Seruius, Ferre auras, proprie eſt Aſueſcere ëris varietati, quae obeſt rebus teneris nimium. Fugere in auras en. in Agam. 854. Haurire auram communem Quinct. 6 Pro. 12. mplere vlulatibus auras Valer. Argon. 8, 143. Lucan. 6, 522 Theſ-la — non letiferas ſpirando Perdidit auras, *i. infecit, peſtilentes ddidit.* Praeteruolare auras Sil. 10, . . *de haſta in aërem vi-ata.* Reducere naribus auras Lucret. 4, 990. *de canibus.* Scin-ere Sil. 13, . . Terebrata aura proſilit ſanguis Ouid. Met. 6, 60. Trahere Sen. in Herc. fur. 1142. *Add.* Feruentes n. 3. Veſci ura aetherea, *vid.* n. 4 Aetherea. Ouid. Met. 7, 548 — vitian-r odoribus aurae, *i. Foetore ex cadaueribus.* ¶ 6 *Huc ferimus obſeruationes reliquas. Dubius eſt verſus* Virgil. Ecl. 1, 57 inc alta ſub rupe canet frondator ad auras. Seruius *interpretatur* die. *Putauerim ſignificari illud tempus, cum aeſtum temperat lenis frigidiuſcula aura, quo tempore etiam impletae ſucco frondes, et pam-ni facilius deiiciuntur, quod frondatoris eſt. Singularis quoque, et tra dubitationem eſt locus* Virg. Aen. 6, 204 Diſcolor vnde auri per mos aura refulſit. *Vbi* Seruius: Auri aura, Splendor auri. *Eodem odo ſunt, qui interpretentur illud* Horat. Carm. 2, 8, 24 — tua ne tardet Aura maritos, *i. Splendor. Sed odorem potius intelligi arbi-tor equidem. Dixerat,* Te ſuis matres metuunt iuuencis. *Animalia lore trahi in Venerem, notum eſt. De odore* Auram *dixit* Lucret. 2, 50 Inolentis oliui Naturam, nullam quae mittat naribus auram. *lempe blando aëre odor propagatur. Affine eſt* Ad nos vix famae tenuis erlabitur aura Virgil. Aen. 7, 646. *Ab* aura *vela impellente dicta eſt* ura popularis, *i. fauor, plauſus.* Cic. de Aruſp. Reſp. 43 Longius uam voluit popularis aura prouexit. Virgil. Aen. 6, 815 — quem ixta ſequitur iactantior Ancus Nunc quoque iam nimium gaudens opularibus auris. Auris, *i.* Fauoribus, *ait* Seruius, vnde et Aura-i, Fautores dicuntur. Lucan. 1, 132 Totus popularibus auris Im-elli, plauſuque ſui gaudere theatri. Aurae popularis homo, *qui udet populo placere* Liu. 42, 30. Vt plebicola repente, omniſque rae popularis captator euaderet pro truce ſaeuoque inſectatore plebis iu. 3, 33. *Add.* Quinctil. 11, 1, 45. *Sic* Aura fallax Horat. Carm. 1, 12. *i. fauor, puellae mutabilis. Sed eadem ſimilitudine,* Mollior aura, *Melior fortuna* Ouid. Epiſt. 3, 44. *Sic* Cic. pro Sext. 101 c. 47 Q. Catulum neque periculi tempeſtas, neque honoris aura potuit vn-quam de ſuo curſu, aut ſpe aut metu dimouere, *obſerua, continuari metaphoram. Paullo aliter, ſed eodem in genere* Cic. pro Muraen. 35 Dies intermiſſus vnus, aut nox interpoſita, ſaepe perturbat omnia, et totam opinionem parua nonnunquam commutat aura rumoris. *Lo-quitur de ratione comitiorum. Talia quoque ſunt,* Libertatis auram captare Liu. 3, 37 pr. Leui aura ſpei obiecta Idem 42, 39 pr. ¶ 7 Auras, *genitiuus Graecus, pro Aurae.* Virgil. Aen. 11, 802 — nihil ipſa nec auras, Nec ſonitus memor, *de ſtridore haſtae venientis.* Item *etiam* Aurai *pro* Aurae Idem Aen. 6, 747 Aurai ſim-plicis ignem.

AVRŬLA, ae. f. Dimin. Tertull. de Anima c. 28 Quid ſi ſuperſtites aliquas famae aurulas hauſit. Graecarum literarum quam-dam aurulam ceperat Hier. Ep. 141 ad Marcellam. *Ad odorem vi-dentur referri.*

AVRARIVS, i. m. Aurarii dicuntur Fautores Seru. ad Virg. Aen. 6, 815.

AVRIVOLVS, a, um. Auriuolis replicantes aëra ſignis G. Brito 10, 380. *i. per auras volitantibus.*

AVRAMENTVM, AVRARIVS, *vid.* AVRVM.

AVRARIA, *vid, ſub* AVRVM.

AVRATA, ae. f. [χρυσόφρυς] *Piſcis coloris forte aurei.* Mar-tial. 13, 90 Non omnis laudem pretiumque Aurata meretur, Sed cui ſolus erit concha lucrina cibus. Plin. 32, 5 pr. Auxilio eſt piſcis Aurata in cibo. *Meminit etiam* 9, 16 ſ. 25 *Ignotus hodie putatur.* Piſcator hominum, miſſo rete Apoſtolico, te quoque, quaſi pulcherri-mam auratam, inter innumera piſcium genera traxit ad litus Hieron. Epiſt. 28 ad Lucinum.

AVRATILIS, AVRATVRA, AVRATVS, *etc. Vid.* AVRVM.

AVREA, Frenum quod ad aures equorum religabatur. Feſt. Item Aureola legitur apud Vlp. in l. Quid tamen. D. de contrah. empt. *Confer* OREA.

AVREAX, Auriga. Feſtus. Equus ſolitarius Gloſſ. Iſidori.

AVRELIA, *Gens plebeia, antiqua tamen et nobilis:* ex Sabinis oriundam, et a ſole primum Auſeliam dictam eſſe, quod ei publice da-tus ſit locus, in quo ſacra ſoli faceret, *Auctor* Feſtus. *Sed etymologia non ſatis aperta, niſi forte Sabini* Solem κατ' ἐξοχὴν aureum *ſ.* auſeum *dixere, vt* Virg. Georg. 1, 232. *Caeterum de gente ipſa* Aurelia *hic di-cere nihil attinet.*

AVRICHALCVM, *rectius* ŎRĬCHALCVM, [ὀρείχαλκος] *ab antiquis Grammaticis pro voce hybrida habetur, quaſi ex* Aurum, *et* χαλ-κὸς, *aes, ſit compoſita.* Feſtus, Aurichalcum vel orichalcum quidam putant compoſitum ex aere et auro: ſiue quod colorem habeat au-reum. Iſid. Orig. 16, 19 Aurichalcum dictum, quod et ſplendorem auri et duritiem aeris poſſideat. *Eadem* Seru. ad Aen. 12, 87. *Ad-dit* Iſidorus, Fit ex aere, et igne multo ac medicaminibus perducitur ad aureum colorem. *Ab* auro *itaque dictum putabant.* Aurichalcum *etiam apud* Plautum *fuiſſe, certe Syllabam primam longam, metri ratio indicat. Et tamen* Orichalchum *perpetuus Graecorum vſus, et* Virgilius, Horatius, Statiusque, *quos mox laudabimus, firmant: tum etymolo-giae ratio a* Feſto *etiam prodita,* Orichalcum ſane dicitur, quod in montuoſis locis inuenitur. Mons etenim Graece ὄρος appellatur. *Et notum eſt* aeris *et* metallorum *omnium inuentionem incendiis fortuitis montium ſiluoſorum adſcribi, v. g. a* Seneca Ep. 90. Lucret. 5, 1250 *etc. Haec de nomine. Res ipſa in duplici genere.* ¶ 2 Fuit Au-richalcum *(vt* Seruii *iterum verbis vtamur)* apud maiores pretioſius metallis omnibus. *Recte ſane, cum apud Homerum* Hymno 5, 9 Horae Veneri ponant ἐν τρητοῖσι λόβοισιν Ἄνθεμ' ὀρειχάλκου χρυσεῖο τε τιμήεντος, *verbo,* inaures ex orichalco et auro. Plaut. Curc. 1, 3, 45 PH. Auro contra cedo modeſtum amatorem: a me aurum accipe. PA. Cedo mihi contra aurichalco, quoi ego ſano ſeruiam. *Et* Mil. 3, 1, 64 Ce-do treis mihi homines aurichalco contra cum iſtis moribus. *Denique* Pſeud. 3, 2, 22 Aurichalco contra carum non fuit meum mendacium. Virg. Aen. 12, 87 Ipſe dehinc auro ſqualentem alboque orichalco Cir-cumdat loricam humeris. Album dictum *putat* Seruius, comparatione auri, *ſed Bochartus Hieroz.* 6, 16 p. 883 *contendit, ex Graecis Gramma-ticis etiam* album *reuera* orichalcum *celebrari.* Stat. Theb. 10, 660 Sparſa orichalca renident, *de armis Menoecei cruore adſperſis. Sed pre-tioſum illud metallum* orichalci *aut nuſquam fuit, praeterquam in Poëta-rum ingeniis, aut iam Platonis Ariſtotelisque aetate perditum, et ſi fuit, mixtura quaedam vel caſu facta vel arte fuit. Huc etiam refero* Plinii *verba* 34, 2 In Cypro prima fuit aeris inuentio, mox vilitas praecipua, reperto in aliis terris praeſtantiore, maxime aurichalco, quod prae-cipuam bonitatem admirationemque diu obtinuit. Nec reperitur lon-go iam tempore, effeta tellure. Id. 37, 9 ſ. 42 *de Chryſolithis.* Fun-da includuntur perſpicuae. Caeteris ſubiicitur aurichalcum, quondam etiam et per ſe gemmarum in vſu. *Sic certe legi vult Salmaſius.* ¶ 3 *Sed* Orichalcum *etiam dixerunt vulgare illud metallum, quod hodie quoque in vſu frequenti eſt, de quo* Feſtus, Cadmea terra quae in aes coniicitur, vt fiat orichalcum. *De hoc* Cic. Off. 3, 92 c. 23 Si quis aurum vendens orichalcum ſe putet vendere, indicetne ei vir bonus, aurum illud eſſe, an emat denario, quod ſit mille denariûm, *quae pretii proportio vile metallum ſatis indicat.* Sueton. Vitell. 6 In vr-bano officio dona atque ornamenta templorum ſurripuiſſe et commu-taſſe quaedam ferebatur, proque auro et argento ſtannum et auri-chalcum ſuppoſuiſſe. Horat. A. P. 202 Tibia non vt nunc orichalco vincta *(al.* iuncta) tubaeque aemula *etc. Vid. omnino Bochartus l. c. qui e Graecis etiam hoc argumentum illuſtrauit.*

AVRICHALCVS, a, um. *adiectiue poſitum.* Marcianus ICtus l. 45 ff. de contrah. emt. Si vas aurichalcum pro auro vendidiſſet ignorans, tenetur, vt aurum, quod vendidit, praeſtet. Aurichal-cum *eſt in Cod. Florentino etiam. Poſſis etiam ita accipere* Plin. 34, 2 *vbi de* aere Mariano ſ. Cordubenſi. Hoc a Liuiano Cadmiam maxi-me ſorbet, et aurichalci bonitatem imitatur: *vbique intell.* Aes.

AVRICOMVS, *vid.* AVRVM.

AVRICVLA, AVRICVLARIS, *vid.* AVRIS.

AVRIFER, AVRIFEX, AVRIFODINA, *etc. vid.* AVRVM.

AVRĪGA, ae. c. [ἡνίοχος] proprie dicitur, *(vt ait* Seruius ad Aen. 12, 87.) qui currum regit. Auriga, Agiſur, *(leg.* Agitator) ἡνίοχος, ἐλάτης, Vet. Gloſſ. Ἐλάτης ἵππων, agitator Id. Ouid. Met. 2, 327 Hic ſitus eſt Phaëton currus auriga paterni. Claud. de Conſul. Mall. Theod. 187 Deſidis aurigae non audit verbera currus. *Strictius aurigae appellantur, qui*

*qui in ludis Circenſibus currus agitabant. Vid.* Suet. Cal. c. 54. Prop. 4, 2, 35. Auriga, *pro Agaſone apud* Virg. Aen. 12, 85. *Nam ita deſcribit,* Poſcit equos, *Turnus,* gaudetque tuens ——— Circumſtant properi aurigae, manibusque laceſſunt Pectora plauſa cauis, et colla comentia pectunt. *Metaph. pro gubernatore.* Ouid. Tr. 1, 3, 118 Sic non quo voluit, ſed quo rapit impetus vndae, Aurigam video vela dediſſe rati. *Contra* Gubernatorem *pro* auriga *dictum, vid.* Quinct. 8, 6, 9. Auriga *in fem. gen. apud* Virg. Aen. 12, 918. Nec currus vsquam videt aurigamue ſororem, *Turnus Iuturnam aurigae munere ſibi fungentem. Multo durior appoſitio eſt, qua vtitur* Tertull. de Spectac. c. 9 Aurigis coloribus idololatriam veſtierunt, *i. aurigarum per factiones ſuas diſtinctorum.* ¶ 2 Auriga, Signum caeleſte ſuper Tauri cornua: hunc cum Tauro vna ciara ſtella coniungit. Retinet autem Auriga ſtellas duas in manu, quae Hoedi vocantur: quorum et ortus et occaſus tempeſtates grauiſſimas facit. Oriuntur autem cum Scorpio, menſe Octobri. *Haec* Seruius ad Aen. 9, 668. Cic. de Nat. Deor. 2, 110 c. 43 — auriga Sub laeua Geminorum obductus parte feretur. *Add.* Vitr. 9, 6. *Metaph.* Tertull. de anima 53 Perinde auriga corporis, ſpiritus animalis, deficientis vectaculi nomine, non ſuo, deficit; opere decedens non vigore *etc. Idem* de Monogamia pr. aurigas *vocauit, qui alias ſunt* Perorigae *v. v.*

AVRĪGO, āre. [ἡνιοχέω] *Currum regere.* Aurigabat exſtructo plurifariam circo Suet. Cal. 54. *Add.* Id. Ner. 22 *et* 24. *Partic.* Suet. in Calig. 18 Nec vllis niſi ex Senatorio ordine aurigantibus. Ducentibus et aurigantibus ſtellis Gell. 14, 1. *de influxu.* Plin. 33, 5 Quum ipſe concolori panno aurigaturus eſſet.

AVRIGOR, āri. Dep. Aurigatur *(inquit* Nonius 2, 14) honeſte poſitum, pro Moderatur ac regit. Varro Modio, Aſſe vinum: aſſe pulmentarium: ſed eas, quo natura aurigatur, non neceſſitudo.

AVRIGATIO, ōnis. f. [ἡνιοχεία] Gell. 7, 8 Quibus verbis delphini amantis, et pueri non abhorrentis conſuetudines, luſus, geſtationes, aurigationes refert. Ex aurigatione ſero reuerſus Suet. Ner. c. 35.

AVRIGATOR, ōris. m. [ἱπποκόμος Gloſſ.] *Auriga, de ſigno caeleſti.* Auien. Phaen. 405 Aurigatorem par ſit quoque cura videre.

AVRIGARIVS, i. m. [ἡνιοχεύς] *videtur vſurpari a* Suet. in Ner. 5 *pro eo, qui curam habet inſtruendi aurigas in ſpectaculis.* Perfidiae vero, *inquit,* tantae, vt non modo argentarius pretiis rerum coëmtarum, ſed et in Praetura mercede palmarum aurigarios fraudauerit.

AVRIGER, *vid.* AVRVM.

AVRĪGO, *vel* AVRVGO, ĭnis. f. [ἴκτερος] *Morbus regius: a colore auri, quem bilis per totum corpus diffuſa repraeſentat.* Scribon. Larg. 110 Hoc medicamentum facit ad auruginem, quam quidam regium, quidam arquatum morbum vocant. Sabina auriginem diſcutit Apul. de Herb. c. 85. *Add.* Cael. Aur. Tard. 3, 5 *in lemmate.* Iſidorus Orig. 4, 8 *vbi de* Ictero, Auriginem vero Varro appellari ait, a colore auri. Vulg. Amos 4, 9 Percuſſi vos aurigine. Hieron. ad h. l. Auriginem omnes Graeci interpretes ἴκτερον ſimiliter tranſtulerunt, absque Theodotione. ¶ 2 *Eſt etiam ſegetis vitium* Vulg. Hagg. 2, 18 Percuſſi vos vento vrente, et aurugine et grandine omnia opera manuum veſtrarum. Gr. ἀνεμοφθορίαν.

AVRIGINŌSVS, a, um. [ἰκτερικὸς] Qui eum morbum patitur. Vet. Gloſſ.

AVRIGINEVS, a, um. Color Cael. Aur. 2, 11.

AVRVGINO, āre. *Aurigine laborare.* Tert. de Anima c. 17 Qui redundantia fellis auruginant, *(iis)* amara ſunt omnia.

AVRIPIGMENTVM, [ἀρσενικὸν] *quid ſignificet, declarat* Plin. 33, 4 Aurum faciendi eſt etiam vna ratio ex auripigmento, quod in Syria foditur pictoribus, in ſumma tellure, auri colore, ſed fragili, lapidum ſpecularium modo. Vitruu. 7, 7 *Inter colores* Auripigmentum, quod ἀρσενικὸν Graece dicitur, foditur Ponto. *Sic* Auripigmenti, quod Graeci ἀρσενικὸν vocant Scribon. 237.

AVRIS, is. f. [οὖς, οὖας] *dicta quibusdam ab* Aura, *quam in audiendo recipit.* Lactant. de Opif. Dei 8 ab Hauriendis vocibus deriuatum *exiſtimat. Vnde* Virg. Aen. 4, 359 — vocemque his auribus hauſi. *h. e. Intellexi. Illud videtur certius, cognata eſſe* auris *et* audio. Velius Longus p. 2232, 25 Pro audiculis ab audiendo auriculas dicimus. *Nempe vt* meridies *pro* medio die, *et* AR *pro* AD *etc.* Plin. 11, 37 ſ. 50 Aures homini tantum immobiles. Ab his Flaccorum cognomina — Ceruis tantum ſciſſae, ac velut diuiſae: ſorici piloſae — In equis et omnium iumentorum genere indicia animi praeferunt; feſſis marcidae, micantes pauidis, ſubrectae furentibus, reſolutae aegris. Ter. Phorm. 5, 6, 28 Aſtiti, animam compreſſi, aurem admoui. Auribus lupum tenere, *dicitur, qui neque faciendi neque omittendi certam rationem inuenit.* Ter. Phorm. 3, 2, 21. *vid.* LVPVS. Arbitrio conſilioque auris vti Gell. 13, 19. Auris foramen Scribon. 39, 42. Cic. in Orat. 150 c. 44 Quamuis enim ſuaues, grauesque ſententiae, tamen ſi inconditis verbis efferuntur, offendent aures, quarum eſt iudicium ſuperbiſſimum. *Vocat* Superbiſſimum, *quoniam ſtatim reſpuunt aures et auerſantur, quod eſt inconditum et inſuaue. Sic* Auctor ad Heren. 4, 32 c. 23 Senſum aurium Faſtidioſiſſimum *appellat, quia cito ſatietate afficitur.* Tarditatem aurium gargarizatione purgat, et tranſitum auditus aperit Plin. 23, 2. *de aceto ſcillino.* Operam aurium tibi dico Plaut. Bacch. 4, 9, 72. *i. attente audio. Simili ſed audaciori ioco dixit* Plaut. Pſeud. 1, 5, 54 Fac ſis vacinas, Pſeudole, aedis aurium, Mea vt migrare dicta poſſint, quo volo. Quinctil. 1, 10, 4 Nec Muſicos, niſi hac communi Voluptate aurium, intelligant. Aures ad oculos *dici prudentes Principum miniſtros, docet ex* Apuleio *Toll. ad* Palaephat. p. 232. ¶ 2 *Epitheta:* Acutae Satyrorum Hor. Carm. 2, 19, 3 *non Acute et attente audientes, et Bacchi canticis operam dantes, et arrectas, ſed in acumen faſtigiatas, atque collectas. Nempe pinxit et hic Poëta.* Agreſti aure homo, *Qui caret aurium iudicio* Gell. 13, 19. Applicatae, *vid.* APPLICO. Arrectisque auribus adſtant Virg. Aen. 1, 152. Attenta auris Hor. Serm. 2, 1, 19. Attonitae aures, *vid. paullo poſt* Mouet fragor, *etc.* Auidae Cic. in Orat. 104. Claud. in prim. Conſ. Stil. 2, 47. *de Clementia,* Haec nullis Auidam rumoribus aurem Pandit. Bibulae Perſ. Sat. 4, 50. *i. quae ita auide accipiunt laudes proprias et aſſentationes, quemadmodum arena bibit humorem, vid. mox* Sitientes: *it.* Patulas. Calens auris Iuuen. Sat. 11, 187. *inter libidinis recentis ſigna.* Capaces, *vid.* CAPAX. Claud. in prim. Conſ. Stil. 2, 303 *laudat, oppreſſam memoriam Eutropii,* Ne turpia caſtis Auribus Italiae factorum exempla nocerent. Clementes Claud. Pan. 2, 33. Decepta ambiguis vocibus auris Ouid. Met. 7, 821. Deciſae Tacit. Ann. 12, 14. Demiſſae Virg. Georg. 3, 500. *in equi virtutibus.* Dextra libratum fulmen ab aure Ouid. Met. 2, 311. Diligens Martial. 6, 1. Docilis Claud. de Mul. Gall. 8. Doctae Sulp. Seuer. Dial. 3. *vid. Barth. ad* Claud. p. 63. Duras in aures cur demittere negat mea dicta Virg. Aen. 4, 428. Eruditae Cic. in Orat. . . Faciles Sen. Hippol. 413. Quinct. 6, 6. Feſtae Claud. de Bell. Get. 206. Fidae Ouid. Met. 10, 382. Fiſſa fumoſum ſynciput aure, *procinum nempe* Perſ. Sat. 6, 70. Geminae Ouid. Met. 10, 116. Gratae Claud. in praef. Bell. Get. 17. Hebetes, *vid. paullo poſt,* Habet aures hebetes. Hiſpidae ſtant aures Sen. in Hippol. 1038. *de monſtro marino.* Hor. Serm. 2, 2, 94 Das aliquid famae, quae carmine gratior aurem Occupat humanam. Cic. in Orat. 106 Ieiunas igitur huius multiplicis, et aequabiliter in omnia genera fuſae orationis, aures ciuitatis accepimus. *h. e. nunquam audiuerant homines orationem hanc multiplicem et variam.* Ima auris, *vid.* IMVS. Eſt in aure ima memoriae locus, quem tangentes atteſtamur Plin. 11, 45. *Conf. Muret. V. L.* 1, 12, 5. Inuitae Ouid. de Arte Am. 2, 449. Laſſae *i. Audiendo defeſſae* Hor. Serm. 1, 10, 10. Memor Ouid. Epiſt. 20, 98. Miſera Iuuen. Sat. 9, 113. Mutilatae *vid.* MVTILVS. Obſeratis auribus fundere preces, *i. Rogare non auditurum.* Hor. Epod. 17, 53. Odioſae Ouid. de Arte Am. 1, 489. *vid.* n. 3 Offerre. Patiens culturae auris Hor. Epiſt. 1, 1, 40. *vid.* n. 3 Commodare. Patulae aures Percontatoris Hor. Epiſt. 1, 18, 70. *eadem fere* Rimoſa. Pauidae Ouid. Epiſt. 3, 59. Placidae Virg. Aen. 4, 440. Pronae Claud. de Bell. Gild. 426. *eorum, qui ſtudioſe audiunt.* Propitiae. Vlp. in l. Si extran. D. de iure dotium: Nequaquam enim iudex propitiis auribus audiet mulierem dicentem, cur patrem, *etc.* Religioſae, *vid. mox* Teretes. Rimoſa, *i. Quae nihil ſecretorum tenet* Hor. Serm. 2, 6, 46. Secreta Hor. Serm. 2, 8, 78. *Sic* Perſ. 5, 96 Secretam garrit in aurem, *i. ſecreto.* Securae Ouid. Amor. 2, 2, 53. Seuera Martial. 6, 82. Cic. Att. 2, 14 Quantam mihi moues expectationem de ſermone Bibuli? *etc.* proinde ita fac venias ad ſitientes aures. *vid.* Auidas, Bibulas, Patulas. Solicitae, plenaeque ſonoribus Lucret. 6, 1183. *in deſcriptione peſtilentiae* Stolidae Midae Ouid. Met. 11, 175. Surdae Tibul. 4, 14, 2. Gell 1, 7. Suſpenſis auribus aliquid bibere, *vid.* SVSPENDO. Cic in Orat. 27 Ad Atticorum aures teretes et religioſas qui ſe accommodant, ii ſunt exiſtimandi Attice dicere. Idem de Opt. Gen. Orat. n c. 4 Si teretes aures habent, intelligensque iudicium. Teretes, *i Rotundas, mobiles quaſi atque politas:* Religioſas, *quae nihil tolerar poſſunt, quod incorruptum non ſit, et quodammodo ſanctum. Reſponde illi* Horat. Artis Poët. 323 Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo Muſa loqui. Timidae Ouid. Faſt. 1, 699. *et* de Arte Am. 2 179. Trepidae Sen. Her. Oet. 1436. Cic. de Clar. Orat. 12 Atqui haec de inceſtu laudata oratio puerilis eſt locis multis: d amore, de tormentis, de rumore: loci ſane inanes, veruntame nondum tritis noſtrorum hominum auribus, nec erudita ciuitate, tc lerabiles. Vacuae Ouid. Met. 4, 41. Vaporata lector mihi fe ueat aure Perſ. Sat. 1, 126. *i. purgata, quaſi fomentis curata mihi fe vidam operam det.* ¶ 3 *Verba:* Abuti auribus. Accid auribus, et ad aures. Accedere alicui ad aurem. *vid. his verbi* Accipere auribus Quinctil. 2, 6, 3. *it.* 10, 1, 10. *Ipſe etiam* Ci Philipp. 8, 28 Haec tu mandata L. Piſo, et tu L. Philippe princip ciuitatis, non dico animo ferre, verum auribus accipere potuiſtis Cic. de Orat. 1, 218 c. 50 Quoniam dicendi facultas non debeat e ieiuna atque nuda, ſed aſperſa atque diſtincta multarum rerum i cunda quadam varietate, ſit boni oratoris multa auribus accepiſſ multa vidiſſe, multa animo et cogitatione, multa etiam legendo pe curriſſe. Audire miſerorum vocem, et auribus accipere Quinct 6, 1. Plin. Epiſt. 1, 8 Alienae laudes parum aequis auribus accip ſolent. Accipi pronis auribus Tacit. Hiſt. 1, 1. Accommodare aures pronas Claud. de Bell. Gild. 426. Adire aures alicuius Ta cit. Ann. 11, 32. Admittere auribus. Admonere ad aurem. Admouere aurem. *vid. his verbis.* Aduertere monitis tardas aures Propert. 1, 1, 37. Agnoſcere auribus, *vid.* AGNOSCO. Annuere aure facili Propert. 1, 1, 31. Arrige aures, *i. attende* Ter. Andr. 4, 31. *Sic* Aſtare arrectis auribus Virg. Aen. 1, 156. *Metaphora animalibus ſumta.* Audire aure non auerſa Tibul. 3, 3, 28. Audire parum auribus, *vid.* AVDIO. Bibere aure, *vid.* BIB Plin. Epiſt. 1, 2 Libelli quos emiſimus, dicuntur in manibus eſſe; n. tamen auribus noſtris bibliopolae blandiuntur. Pſeudo-Cic. in Salluſt. 2 Quod nullum vos ſciatis nouum crimen in Salluſtium auditu ros, ſed omnia vetera recognituros, quîs et meae, et veſtrae iam, ipſius aures callent. Canere ſurdis auribus, *vid.* CANO. Plau Mil. 3, 1, 5 Nam opus eſt nunc tuto loco, Vnde inimicus, ne quis no ſtris ſpolia capiat conſiliis, Vnde inimicus, ne quis noſtra ſpolia capi auribus. *i. noſtra audiendo conſilia, ne ſibi conſilium capiat, vnde po ſit eſſe ſuperior.* Lex eſt XII Tab. *apud* Porphyrionem Horatii *in terpretem, ad* Sat. 1, 9, 76 *quam ſic reſtituit Turnebus,* Si in ius voca ni it, anteſtatus manum iniicito, aurem anteſtanti capito. Cantar in aurem, *vid. paullo poſt* Garrire in aurem. Ceperat aures, *i. A tentas fecerat* Ouid. Met. 4, 271. Captare auribus aëra Virg. Aen 3, 514. *de Palinuro gubernatore explorante ventos.* Circuit ſonus au res Stat. Silu. 4, 4, 26. Circumſonant aures vocibus, *vid.* CIR CVMSONO. Claudere aures ad voces doctiſſimas, *vid.* CLAVD Cic. de Amicit. 92 Cuius autem aures clauſae veritati ſunt, vt ab ami co verum audire nequeat, huius ſalus deſperanda eſt. Colliger eſcas alienis auriculis *apud* Perſ. 1, 22 *dicitur Poëta, cum ſtudioſe ſcr bit, quod aliorum aures demulceat, et velut eſca ſuaui impleat.* Con modare aures alicui Sen. in Hippol. 600. *et* Ouid. Triſt. 5, 12, 5 Hor. Epiſt. 1, 1, 40 Nemo adeo ferus eſt, vt non miteſcere poſſit, modo culturae patientem commodet aurem. Competere auribus d citur res aliqua Tacit. Hiſt. 3, 73. Complere aures ſermonibu *vid.* COMPLEO. Conciliare ſibi aures Claud. in praef. Bell. Get. 1 Concipere aure ſonos Claud. epigr. de Mul. Gall. 8. Continge aures pauidas *dicitur* ſcelus Ouid. Epiſt. 3, 59. Cic. Att. 1, 4 Et nim quum multos dies aures meas Acutilio dediſſem, cuius ſermon genus notum tibi eſſe arbitror, non mihi graue duxi reſcribere ad de illius querimoniis. Dare faciles aures Sen. in Hippol. 413. *libenter audire aliquid.* Dare iuſtas vocibus aures Valer. Argon. 419. *ſignificat Verba recte accipere et perpendere.* Cic. Fam. 12, Noli putare, mi Cicero, me hoc auribus tuis dare, *i. adulari ti* Dedere Poëtis ſuas aures Cic. pro Arch. 26. Deducit aures niue lapis, *i. Gemma grauis dependet ab auribus.* Sen. Hippol. 392. Ho A. P. 180 Segnius irritant animos Demiſſa per aurem, Quam quae ſu

oc

oculis commiſſa fidelibus *etc.* Nazar. Pan. Conſt. 32 Ad animum anguidius accedunt, quae aurium via manant, quam quae oculis hauiuntur. Hor. Sat. 2, 6, 46 Quae rimoſa bene Deponuntur in aure. ;i quid tamen olim Scripſeris, in Metii Deſcendat iudicis aurem Hor. A. P. 386. Dicare aurium operam Plaut. Bacch. 4, 9, 72. Cic. pro Cluent. 66 c. 24 Vos quaeſo vt adhuc me attente audiſtis, item, quae reliqua ſunt, audiatis: profecto nihil a me dicetur, quod non dignum hoc conuentu et ſilentio, dignum veſtris ſtudiis atque auribus eſſe videatur. Dicere in aurem, *vid.* IN. Catul. 60, 15 (63, 14) Nos alio mentes, alio diuiſimus aures. Dormire in aurem vtramvis Ter. Heaut. 2, 3, 101. Cic. de Orat. 1, 120 c. 26 Qui nihil poteſt dignum re, dignum nomine oratoris, dignum hominum auribus efficere atque edere, is mihi etiam, ſi commouetur, in dicendo tamen impudens videtur. Cic. Verr. 3, 3 Quo tempore igitur aures iudex erigeret, animumque attenderet? Plin. Epiſt. 4, 19 Laudes noſtras auidiſſimis auribus excipit. Quinctil. 1, 5 Illa vero non niſi aure exiguntur, quae fiunt per ſonos, *i. examinantur et diiudicantur.* Cic. de Orat. 2, 344 c. 84 Feriunt enim aures hominum, illa quae iucunda et grata, tum etiam illa, quae mirabilia ſunt in virtute laudai. Ferit ſonus trepidas aures Sen. Her. Oet. 1436. Ferre vocem ad aures, *i. Rem aliquam alicui nuntiare* Virg. Aen. 3, 40. Ferreat mihi auris, *vid.* n. 2 Vaporata. Martial. 1, 90

Garris in aurem ſemper omnibus Cinna.
Rides in aurem, quereris, arguis, ploras.
Cantas in aurem, taces, clamas.
Adeone penitus ſedit hic tibi morbus,
Vt ſaepe in aurem Cinna Caeſarem laudes?

*Ridet hominem pro Secretis arcanis venditantem, quidquid loquitur.* Quinctil. 6, 5, 8 Faciles habuit aures, *i. iucunde et a volentibus auditus eſt.* Cic. de Opt. Gen. Orat. 11 c. 4 Sed qui dici a nobis Attico more nolunt, ipſi autem ſe non oratores eſſe profitentur, ſi teretes aures habent, intelligensque iudicium, tanquam ad picturam probandam, adhibentur etiam inſcii faciendi cum aliqua ſolertia iudicandi. Habere ſurdas aures Gell. 1, 7. Cic. pro Planc. 66 c. 27 Nam poſteaquam ſenſi populum Romanum aures hebetiores, oculos acres atque acutos habere, deſtiti, quid de me audituri eſſent homines, cogitare. feci, vt poſtea quotidie me praeſentem viderent, habitaui in oculis, preſſi forum *etc. Sumtam metaphoram, putat non nemo ab ipſa ratione naturali, atque adeo phyſiognomia ipſius capitis: quibus enim longae ſint aures, eos quidem optime audire, qui autem hebetes habeant minus cauernoſas, eos deteriorem audiendi facultatem habere.* Gell. 3, 19 Si aliquid auris habeas, ſentias ſuauitatem ſonitus. Iacent aures hinuleorum primis temporibus, nono die ſubriguntur Scribon. 13. Imbuere aures ſermonibus Tacit. Hiſt. 4, 7. Virg. Georg. 4, 349 Maternas Impulit aures luctus Ariſtaei. Implere, *vid.* IMPLEO. Implere aures ſermonibus Ouid. Met. 12, 56. Inculcare ſe auribus alicuius. Influere in aures populi, *vid. ſſ. ll.* Perſ. 5, 63 Purgatas Inſeris aures Fruge Cleanthea. *i. iuuenibus tradis per aures animis illorum inſeris dogmata Stoica.* Inſeruire auribus Gell. 13, 19. Idem 13, 19 Aurem tuam interroga, quo quid loco conueniat dicere. quod illa ſuaſerit, id profecto erit rectiſſimum. Tum is qui quaeſierat: Quonam modo (inquit) vis aurem meam interrogem? Et Probum ait reſpondiſſe: Quo ſuam Virgilius percunctatus eſt, qui diuerſis in locis, vrbes et vrbis dixit, arbitrio conſilioque vſus auris. Iuuare aures cantu Lucret. 5, 1380. *i. Delectare, ſeu Oblectare.* Iuuantia aures verba Ouid. Art. 2, 159. Laceſſant voces aures Lucret. 4, 601. Lotus aurem mordaci aceto Perſ. 5, 86. *Laus Stoici ſubtiliter eruditi dialecticis.* Manare via aurium Nazar. in Conſtant. c. 32. Micare auribus Virg. Georg. 3, 84. *animum equi generoſi.* Mouet fragor attonitas aures Sen. Herc. Oet. 29. Mulcere aures Ouid. Met. 5, 561. Obgannire ad aurem, *vid.* OBGANNIO. Obſtruere aures Virg. Aen. 4, 440. Obtuſae aures aliqua re, *vid. paullo poſt* Praebere aures non obtuſas. Cic. in Orat. 150 Quamuis enim ſuaues, grauesque ſententiae, tamen ſi inconditis verbis efferuntur, offendent aures, quarum eſt iudicium ſuperbiſſimum. Ouid. A. A. 1, 489 Neque alius verbis odioſas Offerat aures. *i. ſermonem tuum auſcultet et ſublegat.* Onerare odio, *vid.* ONERO. Pandere rumoribus aurem auidam Claud. in Conſ. prim. Stil. 1, 2, 47. Parcere auribus alicuius, *eſt non ſaepius inculcare illud, quod inuitus quis audiat* Sen. in Oedip. 1020. Cic. Off. 1, 91 Iisdem temporibus cauendum eſt, ne aſſentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos ſinamus, in quo falli facile eſt. Patent aures querelis omnium Cic. ad Q. Fr. 1, 1. Id. Philipp. 14, 20 Memoria tenent, me ante diem XIIII. Kal. Ian. principem reuocandae libertatis fuiſſe: me ex Kal. Ian. ad hanc horam vigilaſſe Reipublicae: meam domum, measque aures dies et noctes omnium praeceptis monitisque patuiſſe. Cic. Fam. 3, 36 Iam vero non tantum mihi videntur iniuriam facere ii, qui haec diſputant, quam ſi cuius aures ad hanc diſputationem patent. Pepulit aures facinus Sen. Her. fur. 415. Percunctari aurem ſuam, *vid. paullo ante* Interrogare aurem ſuam. Percuſſit aures murmur Sen. in Agam. 630. Cic. pro Milon. 13 An vero, Iudices, vos ſoli ignoratis, vos hoſpites in hac vrbe verſamini, veſtrae Peregrinantur aures, neque in hoc peruagato ciuitatis ſermone verſantur? quas ille leges, *etc.* Perfluunt aures dicta *legebatur* Quinctil. 2, 5, 13. *Burm.* Praefluunt. *Geſnerus ex MSS.* Superfluunt. Permouere aures precibus Claud. de Sext. Conſ. Hon. 368. Permulcere aſſiſtentium aures voluptatibus Quinctil. 2, 12, 6. Perſonant aures, *vid.* PERSONO. Hor. Carm. 2, 1, 18 Iam nunc minaci murmure cornuum Perſtringis aures. Sen. de Beneficiis 4, 36 Nec tanquam munus dabo, ſed verba mea redimam, et aurem mihi peruellam: omnino caſtigabo promittentis temeritatem. Rurſus 5, 7 Loquar mecum, et mihi aurem peruellam. *h. e. Ero mihi ipſe monitor, ne ſimiliter peccem. Conf.* Plin. 11, 45. Virg. Aen. 2, 81 Fando aliquod ſi forte tuas peruenit ad aures Belidae nomen *etc. i. ſi audiſti nomen. Add.* Nep. 1, 3, 6. Peruenit ad aures crimen Ouid. de Arte Am. 2, 149. Martial. 2, 86 Scribat carmina circulis Palaemon: Me raris iuuat auribus placere. Praebere aurem Ouid. Met. 7, 821. Praecluduntur aures defenſioni Quinctil. 7, 1, 3. Martial. 11, 25 Aurem um tibi praeſto garrienti. Pulſat aures vlulatus Claud. de Bell. Get. 625. Purgatas aures, *vid. paullo ante* Inſeris. Quaerere auribus effigiem perfectae eloquentiae Cic. in Orat. 9. Radere aures delicatas Quinctil. 3, 1, 3. *Vid.* Perſ. 1, 108 *in* AVRICVLA. Recipere auribus, *pro Audire* Stat. Theb. 10, 765. Cic. de Nat. Deor. 141 Aures quum ſonum recipere debeant, qui natura in ſublime fertur, recte in altis corporum partibus collocatae ſunt. Quinctil. 1, 8 Quum poëticis voluptatibus aures a forenſi aſperitate reſpirent. Reſpuunt aures quod durum atque abſonum eſt Gell. 13, 19. Idem 13, 19 Neque rationem verbi, neque conſuetudinem, ſed ſolam aurem ſequuti ſunt, ſuis verba moduiis penſitantem. Seruire alicuius auribus Caeſ. B. C. 2, 22. *eſt dicere, quae is lubens audiat.* Celſ. 1, 3 Cui ſonant aures, *i. tinniunt.* Sonant aures intra ſe ipſas Celſ. 6, 7, 8. Spirare auribus capras auctor Archelaus *apud* Plin. 8, 50 ſ. 76. Stant aures hiſpidae Sen. in Hippol. 1038. *i. erectae ſunt.* Martial. 10, 19 *de Plinio iuniore, cauſis centumuiralibus agendis intento,* Dum centum ſtudet auribus virorum. Subriguntur aures Scribon. 13. Subſtringe aurem loquaci Hor. Serm. 2, 5, 95. *i. attente te illum audire ſimula, ſi arrigere vel erigere aures ad nugas fatuas non potes, at tu ſubſtringe, impera tibi et exprime attentionem:* ſubſtringuntur *enim, quae ſponte erigi non poſſunt.* Superfluent aures quae dicentur Quinct. 2, 5, 13. *ex emendat. noſtra. Al.* Perfluent *vel* Praefluent. Suſcipere aliquid in aurem *formula orta ex deprauata lectione* Cic. Att. 13, 24. *Ita enim legendum,* Sed quoniam tu ſuſcipis, in alteram aurem, *ſcil. dormiam.* Suſurrat aure, *i. e. In aurem* Ouid. Met. 3, 643. Tangentes aurem anteſtamur Plin. 11, 45. Terget aures ſonus Lucret. 6, 118. Libellum aure diligenti tergere Martial. 6, 1. *i. examinare et emendare.* Tintinant aures Catul. 49, 11. Torquere aurem ab obſcenis ſermonibus Hor. Epiſt. 2, 1, 127. *i. auertere, auocare.* Virg. Ecl. 6, 3 Quum canerem reges, et praelia, Cynthius aurem Vellit, et admonuit paſtorem. *Vbi* Seruius *monet,* Memoriae ſedem eſſe aurem *etc.* Venit ad aures fama Sen. in Octau. 273. Martial. 14, 23 Si tibi moroſa prurigine verminat auris, Arma damus tantis apta libidinibus. Cic. Fam. 7, 33 Nam et Caſſius tuus, et Dolabella noſter, vel potius vterque noſter, ſtudiis iisdem tenentur, et meis aequiſſimis vtuntur auribus. *i. A me aequiſſime audiuntur declamantes.*

¶ 4 *Metaph.* Binae aures *aratro tribuuntur a* Virg. Georg. 1, 172. *eminentes aliquantulum ab vtraque parte vomeris, quarum ope amplificato ſulco altius regeratur humus. Vid.* AVRITVM aratrum.

¶ 5 *Nobiliori metaphora* Apul. de mundo p. 69, 28 Aures regiae, et Imperatoris oculi quidam homines *vocantur in aula Perſica, quos ſtatim* Otacuſtas *appellat, quorum nempe miniſterio ad regem omnia perferrentur.*

AVRICVLA, ae. f. *Cartilago circum aurium concauitatem, Valla* Plin. 11, 37 ſ. 50 Auriculae omnibus, animal duntaxat generantibus — *Aliae* cauernas tantum habent aurium loco. *Sed plerumque vſurpatur pro ipſa aure.* Martial. 5, 78 Auriculam Mario grauiter miraris olere: Tu facis hoc, garris Neſtor in auriculam. *Sic* Auriculae tumor Scribon. 39. *Plura Rhod. Lex. Scribon. De* caeli *vel* cilli ſummis auriculis *ap.* Petron. *vid. Wybinga p.* 683 Burm. Auriculae albae Perſ. Sat. 1, 59. *Forte legere praeſtat* Altas, *de ſanna enim aſini aures imitante ſermo eſt.* Cic. Q. Frat. 2, 14 Tu quemadmodum me cenſes oportere eſſe et in Repub. et in noſtris inimicitiis, ita et eſſe et fore auricula infima ſcito molliorem. Auferre auriculam, *vid.* AVFERO. Demitto auriculas, vt iniquae mentis aſellus Cum grauius dorſo ſubiit onus, *Eſt ergo triſtis, et animum demittentis* Hor. Serm. 1, 9, 20. Perſ. Sat. 2, 29 — aut quidnam eſt qua tu mercede deorum Emeris auriculas, pulmone et lactibus vnctis? *Irriſio eſt in eos, qui muneribus capi deos putant, vt votis turpibus aures accommodent.* Perſ. Sat. 1, 121 Auriculas aſini quis non habet? *i. quis non ita iudicat de carminibus, ſicut Midas de cantu?* Opponere auriculam Hor. Serm. 1, 9, 77. *Vid.* ANTESTOR. Perſ. Sat. 1, 108 Sed quid opus teneras mordaci radere vero Auriculas? *i. acri et amarulenta reprehenſione perſtringere.* Teneras auriculas, *potentiorum et nobilium, intellige, quae blandis aſſuetae palpationibus, auerſantur mordacem veritatem.* Lucret. 4, 598

— ideo tactant miracula dictis,
Aut aliqua ratione alia ducuntur, vt omne
Humanum genus eſt auidum nimis auricularum.

*i. auditorum, qui ſibi aures praebeant, et cum admiratione ſe audiant.*

¶ 2 Auricula murina Scribon. 153 *Herba* Auricula muris *ſ. myos otis. Hanc tamen loci huius lectionem tentat Rhod.*

AVRICVLARIS, e. *et* AVRICVLARIVS, a, um. Adiect. [ὠτικὸς] *Atque* Auricularis *nondum habet idoneum auctorem, quod enim minimum* digitum auricularem *vocant, magis ex vſu recentiorum eſt, itemque* Verminatio auricularis *apud medicos.* Fiſtulam auriculariam *et* Specillum, *per O in prima Syllaba ſcribitur apud Celſum. Itaque vid.* ORICVLARIVS, *vbi etiam de* Seruis Auriculariis *Petronii. Hic ergo relinquuntur.* Medicus auricularius l. 1 §. 3 ff. de extraord. cogn. *Et Subſt.* Ὠτακουστὴς, Auricularius Vet. Gloſſ. Fecit eum Dauid ſibi auricularium Vulgata 2 Sam. 23, 23. *i. conſiliatorem.*

AVRICVLOSVS, a, um. Ὠταρὸς Vet. Gloſſ.

AVRICILLA, *vid.* ORICILLA.

AVRISCALPIVM, i. n. [ὠτογλυφὶς] *Inſtrumentum quo mundantur aures. Saepius apud Scribon. occurrit v. g.* Auriſcalpio auerſo, quam partem κυαθισκὸν Graeci vocant c. 227. *Sub hoc lemmate* Martial. 14, 23 Si tibi moroſa prurigine verminat auris, Arma damus tantis apta libidinibus.

AVRĪTVS. Adi. [ὠτώεις] A magnis auribus dicitur, vt ſunt aſinorum et leporum: alias ab Audiendi facultate. *Haec* Feſtus. Virg. Georg. 1, 308 Auritosque ſequi lepores. *Vbi* Seruius, Auritos lepores, Maiores aures habentes. *Conf.* Afran. ap. Macrob. Sat. 6, 5. *Verba damus in* PRIAPVS. Apul. Met. 4 p. 151, 23 Canes venaticos auritos illos et horricomes. Aurita aduncitate roſtri fabuloſi gryphes, *i. auribus et roſtris aduncis* Plin. 10, 49. Auritae quercus, Senſum audiendi habentes, *vt interpretatur* Seruius *in* Georg. 1, 308. *illud* Hor. Carm. 1, 12, 11 Doctum et auritas fidibus canoris Ducere quercus. Plaut. Aſin. prol. 4 Face iam nunc tu praeco, omnem auritum populum, *i. attentum nec ſine alluſione forte ad nomen fabulae.* Teſtes Plaut. Truc. 2, 6, 8. *oculatis poſthabentur.* *Metaph.* Pallad. 1, 43, 1 Aratra ſimplicia, vel ſi plana regio permittit, aurita, quibus poſſint contra ſtationes humoris hiberni ſata celſiore ſulco attolli. *Hinc* Aures *intelligendae, quas aratris tribuit* Virg. Georg. 1, 172.

AVRITVS. *Subſt. pro lepore* Auien. Phaen. Arat. 788.

AVRITVLVS, i. m. *Aſinus hoc nomine appellatur* Phaedro 1, 11. *Alii legunt aliter.*

AVRO, āre. *Vid.* AVRVM.

AVRŌRA. [Ἠώς] *Filia Titanis, i. Solis et Terrae, Tithoni, fratris Laomedontis, ſi Ouidium audimus, coniux; vid.* Her. 18, 111 Iamque fugatura Tithoni coniuge noctem, Praeuius Aurorae Lucifer ortus erat. *Add.* Her. 16, 199. Am. 2, 5, 15. *Perſonam etiam facit* Am. 2, 4, 43 Placuit croceis Aurora capillis. *Nempe*

¶ 2 Aurora *eſt aureus ille roſeusque et croceus caeli color, Solis ortum praecedens.*

Varro de L. L. 6, 5 p. 32, 30 Aurora dicitur ante Solis ortum, ab eo, quod ab igne Solis tum aureo aër aureſcit. *I. Caeſ. Scaliger Exerc. 78. item 325, 12 Aurora, inquit, eſt tota Graeca vox. Cuius poſtrema pars* [ὥρα] *Graecis adhuc in vſu eſt. Prior autem nobis tantum,* Aurum. *Add.* Varro de L. L. c. 91. Cic. de Diu. 1, 20 Quum primum gelidos rores aurora remittet. *Pro plaga orientali.* Ouid. Met. 1, 61 Eurus ad Auroram, Nabathaeaque regna receſſit. *Pro tempore*, Vsque ab aurora ad hoc, quod diei eſt Plaut. Poen. 1, 2, 8. Lutea Virg. Aen. 7, 26. Pallida Virg. Georg. 1, 446. *praeſagit grandinem.* Virg. Aen. 4, 447 Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras Tithoni croceum linquens aurora cubile. *Vbi* Seruius, Prima aurora, Deſignatio temporis eſt, non Diei deſcriptio. Vnde infert, — vt primum albeſcere lucem Vidit. Purpurea Ouid. Met. 3, 184. Roſcida Ouid. ad Liu. 281. Id. Met. 2, 112

Ecce vigil rutilo patefecit ab ortu
Purpureas Aurora fores et plena roſarum
Atria, diffugiunt ſtellae, quarum agmina cogit
Lucifer *etc.*

Dimouet aurora humentem vmbram polo Virg. Aen. 3, 589. Euocat auroram cantibus ales criſtati oris Ouid. Met. 1, 598. Effulget tenebris aurora fugatis Ouid. Met. 2, 144. Fulget in roſeis bigis aurora Virg. Aen. 7, 26. Luſtrat Phoebaea lampade terras aurora Virg. Aen. 4, 6. Portat aurora diem croceis equis Ouid. ad Liu. 282. Remouet aurora nocturnos ignes Ouid. Met. 4, 628. Rubeſcit ſtellis aurora fugatis Virg. Aen. 3, 521. Surgens aurora relinquit Oceanum Virg. Aen. 11, 129. Vt quum coruſcis flatibus Aurora caelum ſparſerit Prud. Hymn. 1, 21. Vehunt auroram Phaëthontis equi Virg. Aen. 5, 105. Vocat auroram Lucifer Ouid. Met. 11, 296. Sub aurora, *Circa diluculum* Ouid. Epiſt. 19, 195.

AVRORANS, antis. Illuminans Gloſſ. Iſid.

AVRORESCO, ere. Adelhelm. de Virg. c. 30.

AVRVGO, *vid.* AVRIGO.

AVRVM, i. n. [χρυσὸς, χρυσίον] Feſtus, Aurum dictum, quia praecipue cuſtoditur. Graece enim ὠρεῖν, cuſtodire dicitur. Hippocrates (*Scal. corrigit* Hypſicrates) medicus de nomine inuentoris, id dictum putat, quem vocitatum ait Aurum. Quidam a ſimilitudine aurorae coloris nomen traxiſſe exiſtimant: nonnulli quia menſes hominum auertat (*Scal. coniicit*, auruncet, id eſt auertat): alii a Sabinis translatum putant, quod illi Auſum dicebant. *Haec* Feſtus. *Aliis rectius videtur nomen duxiſſe a fuluo eius colore, αὖρα enim fulgor Graecis: quin Latinis etiam. Videtur ad hoc ipſum etymon alludere* Virg. Aen. 6, 204 Diſcolor vnde auri per ramos aura refulſit. *Vbi* Seruius: Auri aura, Splendor auri. Hinc et Aurum dicitur a ſplendore, qui eſt in eo metallo. ¶ 2 Aurum *vt nobiliſſima pars diuitiarum, pro his interdum ponitur, non excluſis tamen opibus aliis.* Aurum et opes, praecipuae bellorum cauſae Tacit. Ann. 16, 1. Quid non mortalia pectora cogis, Auri ſacra fames Virg. Aen. 3, 57. Aurum omnes victa iam pietate colunt, — Auro pulſa fides, auro venalia iura, Aurum lex ſequitur Prop. 3, 12, 48. *Conf. de la Cerda ad* Virg. Aen. 3, 56. Aurum ferro nocentius Ouid. Met. 1, 141. Aurum, *pro Aureis nummis* Cic. pro Flacc. 68. pro Cluent. 179 *etc.* Aurum, *pro ornamentis aureis, maxime muliebribus.* Plaut. Moſt. 5, 1, 20 Agedum contempla aurum et pallam. Ter. Eun. 4, 1, 3 Interea aurum ſibi clam mulier demit, dat mihi, vt auferam. ¶ 3 *Subſtantiua et Adiectiua caſum obliquum regentia.* Aceruus auri Hor. Epiſt. 1, 2, 47. Amore auri caecus Virg. Aen. 1, 349. Auri ſacra Fames Idem Aen. 3, 57. Concolor auro Sil. 1, . . Coruſci auro iuuenes, *i. Aureis induti armis* Virgil. Aen. 9, 163. Diuitis auri imperioſa fames Lucan. ad Piſon. 208. Fulgor ab auro fuſus Val. Argon. 5, 242. Inſignis auro et purpura, *vid.* INSIGNIS. Pondus auri Tibull. 1, 9, 32. Pretioſior auro Ouid. Met. 8, 79. Saniem auri *interpretatur* Plin. 33 pr. *quod Graeci* χρυσοκόλλαν *dicunt*, Eruitur aurum et chryſocolla iuxta, vt pretioſior videatur, nomen ex auro cuſtodiens: parum enim erat, vnam vitae inueniſſe peſtem, niſi in pretio eſſet auri etiam ſanies. Venas auri ſequi Lucret. 6, 808.

¶ 4 *Epitheta:* Iuuen. Sat. 1, 28 Ventilet aeſtiuum digitis ſudantibus aurum, Nec ſufferre queat maioris pondera gemmae. *Ridet luxuriam Criſpini, qui leuiores per aeſtatem anulos geſtaret.* Argentoſum, Barbaricum, *vid. h. v.* Caelatum, *vid.* CAELO. Coronarium, *quid eſſet, dicat* Gell. 5, 6 Triumphales coronae ſunt aureae, quae imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur. id vulgo dicitur Aurum coronarium. Cic. de Lege Agr. 1, 12 Ex auro coronario, quod neque conſumtum in monimento, neque in aerarium relatum ſit, id ad Decemuiros referri iubet. *Conf.* Idem in Piſon. c. 37. Cod. Iuſt. 10, 75. Cod. Theodoſ. 12, 13, *ibique vtrumque Gothofred. Breuiter* Seru. ad Aen. 8, 721 Quod a victis gentibus ob conceſſam immunitatem triumphantibus donabatur. *Aliud* Coronatum aurum Stat. Silu. 3, 4, 2. *nempe vel Pyxis aurea, formam coronae habens, vel circulus, cui implexae comae Earini.* Sen. in Hippol. 321 Crura Diſtincto religauit auro, *i. aureis cothurnis.* Diues aurum Lucan. ad Piſon. 208. Factum aurum, *quid ſit, ICti diſputant. Audiamus* Vlpian. l. 27 §. 4 de Auro Argento mundo, Si *Factum* aurum legatum eſt, omne ad eum pertinet, cui legatum eſt, ex quo auro aliquid eſt effectum — veluti vaſa aurea, emblemata, ſigna, aurum muliebre — Sed ſi *Infectum* legatum eſt, quod eius ita factum eſt, vt eo ad rem, ad quam comparatum eſt, non poſſis vti ſine refectione, quodque ab eo patre familias infecti numero fuerat, videtur legatum eſſe. Si autem Aurum vel Argentum *ſignatum* legatum eſt; id paterfamilias videtur teſtamento legaſſe, quod eius aliqua forma eſt expreſſum, *veluti* quae Philippi ſunt, itemque nomiſmata, et ſimilia. Paullus l. 32 §. 1 eod. Auro Facto adnumerantur gemmae anulis incluſae — Cymbia argentea cruſtis aureis illigata: margaritae, quae ita ornamentis muliebribus contextae ſunt, vt in his aſpectus auri potentior ſit, auro facto adnumerantur *etc.* Virgil. Aen. 10, 527 Sunt auri pondera Facti Infectique mihi. Liu. 34, 6 Cautum erat, quo ne plus auri et argenti facti, quo ne plus ſignati argenti et aeris domi haberemus. Fuluum aurum, *vid.* FVLVVS. Fuſile, *Liquidum* Ouid. Met. 11, 126. *de Mida bibere volente.* Gemmatum, *Gemmae auro incluſae* Stat. Silu. 3, 4, 94. et Martial. 14, 109. Implexum crinibus aurum Plin. 33, 1. Infectum, *vid. p. a.* Factum. *Add.* Liu. 34, 52. Intextum veſtibus Ouid. Met. 6, 166. Leui manus labuntur ab auro, *de Helle fruſtra lanam arietis prehendente* Valer. Argon. 1, 290. Latum Iuuen. Sat. 10, 27. *i. poculum amplum.* Lentum Ouid. de Arte Am. 3, 123. Micans Ouid. Met. 2, 2. Nitidum Id. ibid. 9, 688. Obryzum Plin. 33, 3. *v. h. v.* Philippeum Plaut. Curc. 3, 70. Pingue Perſ. Sat. 2, 53, *ad magnum pondus indicandum.* Rude, *vid. h. v.* Rutilum Claudian. de Rapt. Proſerp. 1, 183. Iuuen. Sat. 7, 89 Semeſtri vatum digitos, circumligat auro, *vt quidam volunt, Anulis aeſtiuis et hibernis. Sic enim eſſe Semeſtres. Sed melius intelligitur Tribunatus ſemeſtris, qui tribuit ius anuli aurei.* Signatum, *vid. h. v. et p. a.* Factum. Solidum Ouid. Amor. 3, 8, 53. Solicitum, *vid. n.* 5 Bibunt. Subaeratum Perſ. Sat. 5, 106. Terribile figuris aurum, *i. Caelatum figuris horrendis* Stat. Theb. 6, 536. Textile aurum ſine alia materie Plin. 33, 3. Toloſanum, *Prouerbium in eum, qui magnis ac fatalibus afficitur malis, nouoque ac miſerando exitio perit.* Gell. 3, 9 *cum de* equo Seiano *dixiſſet*, Eadem, *inquit*, eſt ſententia illius quoque veteris prouerbii, quod ita dictum accepimus, *aurum Toloſanum.* Nam cum oppidum Toloſanum in terra Gallia Q. Caepio COS. diripuiſſet, multumque auri in eius oppidi templis fuiſſet, quiſquis ex ea direptione aurum attigit, miſero cruciabilique exitu periit. *Paullo aliter* Iuſtin. 32, 3. Cic. de Nat. Deor. 3, 4 Cognoſce alias quaeſtiones, auri Toloſani, coniurationis Iugurthinae. ¶ 5 *Verba:* Abdicare, *it.* Appendere, *vid. h. v.* Ardet auro clypeus Stat. Achil. 2, 49. *i. fulget. Add.* Iuuen. 10, 27. Attondere aliquem auro, *vid.* ATTONDEO. Bibunt ſolicito auro ſuperbi Sen. Hipp. 519. *Dicit* ſolicitum, *quia, qui auro bibunt, ſoliciti ſunt propter veneni ſuſpicionem.* Captus auro Horat. Carm. 2, 18, 36. Plaut. Rud. 5, 3, 53 Auro contra Cedo modeſtum amatorem, *i. vende mihi pro aequali pondere auri.* Cludere auro, *vid.* CLVDO. Commodare aurum Quinctil. 5, 13. Conſumere aurum in ludos, *vid.* CONSVMO. Fluit ignibus aurum Ouid. Met. 2, 251. Incubare defoſſo auro Virg. Georg. 2, 507. Effingere in auro, *Aureis figuris exprimere* Virg. Aen. 6, 32. Effulgere auro Virg. Aen. 5, 132 *i. Auratis veſtibus aut armis.* Eruere aurum terra Ouid. Amor. 3, 8, 53. Flauentes auro ſpicae, *i. Aureo colore* Ouid. Met. 9, 688. Illitum aurum veſtibus Hor. Carm. 4, 9, 14. Inceditur auro purpura, *i. Auro intexitur, quod ex purpura, veluti flamma, eluceat* Stat. Theb. 10, 60. Includuntur auro Smaragdi Lucret. 4, 1120. Induitur pedibus aurum, *vid.* INDVO. Inſuto veſtibus auro grau Ouid. Art. 3, 131. Micante auro clara regia Ouid. Met. 2, 2. Clara *i. Refulgens.* Radiante auro nitens Ouid. Met. 4, 636. Reniden auro domus Lucret. 2, 27. Rigentes auro exuuiae Sil. 15, . . . Spectatur aurum in ignibus, *vid.* Specto, in SPECIO. Subducitu aurum terrae Ouid. de Arte Am. 3, 123. *i. effoditur.* Vacuare au rum mero, *i. Aureas pateras* Stat. Theb. 5, 188. Vaenire aur *Auro vendi* Hor. Serm. 2, 2, 25. Reuereri ab auro fulgorem, *vi* A *vel* AB Praepoſitiones. ¶ 6 Aurum *apud Poëtas dicitu de luce Solis et ſiderum. Vid. Heinſ. ad* Val. Flacc. 2, 58. Id. 5, 57 Saeuo cum nox accenditur auro, *i. illuſtratur a Cometa.*

AVRO, āre. [χρυσόω Onom. Vet. Lat. Gr.] *Verbum fuiſſe antiquu ſuadet tum* Inauro *compoſitum, tum deriuata, quae mox damus. S ipſum verbum fundum ſatis certum nondum habet. Nam quod* Manil. 516 *habent Codd. quidam*, Cum vitreum findens curauit vellere po tum: *vulgata lectio eſt* aurato vellere: *Bentleius ex ingenio*, tranat pectore pontum Tertull. de Coron. Mil. c. 12 Hinc auratur lamnul Auro, auras *tamen agnoſcit* Priſcian. l. 8 p. 828.

AVRĀTVS. Adi. [διάχρυσος] *Participii forma, Auro tect vel inductus, vt*, Aurata tecta Cic. in Parad. 6 c. 3. Amict Ouid. Met. 14, 263. Auratus aries Colchorum, Cic. in Orat. 1 Caſſis aurata Stat. Theb. 7, 661. Currus Cic. Poſt red. in Sen. 27 c. 11. Claud. in Secund. Conſ. Stil. 226 Auratos Rhodiis imbr naſcente Minerua, Indulſiſſe Iouem perhibent. Milites Liu. 40. *i. aurea arma geſtantes.* Monilia Ouid. Met. 5, 52. Pell Catull. 65, . . *i. vellus aureum.* Trabes Tibull. 3, 3, 16. *con ibi Broukhuſ. Comparat.* Saginatiorem et auratiorem et maio hoſtiam caedere Tert. de Idolol. c. 6.

AVRATILIS, e. *Auri ſpeciem habens.* Solin. c. 15 fin. Sa (*al.* 25) *de Cyano gemma*, Gnari in marem et feminam diuidunt. F minis nitor purus eſt: mares punctillis ad gratiam interlucentibus a ratilis puluiculus variat.

AVRATVRA, ae. f. [χρύσωσις] Quinctil. 8, 6, 28, de hyp lage, Sed nomen immuto, vt quum aurata tecta, aurea: puſill a vero diſcedo, quia non eſt niſi pars auratura. *Sic primae Ed.* Auraturae MS. *Sed recentiores leg.* pars aurata.

AVRAMENTVM, i. n. [χρύσωμα, Gloſſ.] *Putabant inſtrument eſſe effodiendo aut purgando auro accommodatum.* Plin. 33, 3 ſ. 19 ſpania ſtrigiles vocat auri paruulas maſſas, quod ſuper omnia ſolu in maſſa auramento capitur, quum caetera in metallis reperta ig perficiantur *etc.* *Sed emendatiora exemplaria legunt*, In maſſa aut r mento capitur.

AVRARIVS. Adi. *Vt*, Auraria metalla Plin. 37, 12. 34, Negotium Plaut. Bacch. 2, 2, 51. Statera auraria pendere Varr. a Non. 6, 41. Aurarius Canon l. 10 C. de excuſat. mun. f. Penſitatio a raria l. 2 C. de fundis patrimon. *quae et* functio, *itemque* praeſtat auraria *vocatur, et ſimpliciter* Auraria l. 29 C. Theod. de ſuſcep praepoſ. *erat praeſtatio a mercatoribus et negotiatoribus conferri ſoli Vid. ICtos.* Marcia auraria et margaritaria de ſacra via, Vet. Inſ *apud Murator.* 964. *Mercaturae genus.* ¶ 2 Aurarii, *Fautoribus*, *vid.* AVRA pro Fauore.

AVRARIA, ae. f. [χρυσωρυχεῖον] *Locus, vbi aurum effoditu* Fodina auraria, *ſiue Aurifodina.* Tacit. Ann. 6, 19 Aurarias ſibi Tiberius ſepoſuit. *Add.* Iuſtin. 8, 3, 12.

AVRATOR, ōris. Vet. Gloſſ. χρυσωτής.

AVREATVS. Adi. Sidon. Carm. 9, 296 In caſtris hede ter aureatus.

AVREVS. Adi. [χρυσοῦς, χρύσεος] *Quod eſt ex auro, vel qu colorem auri, vel pretium adeo, habet, vt*, Aureae literae, *quibus D phis conſecrata Chilonis praecepta memorat* Plin. 7, 32. *Et*, Aur bulla Plaut. Rud. 4, 4, 127. Aetas aurea Ouid. Met. 1, 89. Pe Sat. 2, 58 Praecipui ſunto, ſitque illis aurea barba. *Praecipuus ho deorum, ſi aurea illis barba addatur. Vid.* Suet. Calig. 52 In publico proceſſit — modo in crepidis — plerumque vero aurea bar fulmen tenens, ac fuſcinam, aut caduceum, deorum inſignia. C ſaries Virgil. Aen. 8, 659. Color, *Auri colorem referens* Plin. 11 Ouid. Met. 12, 395 Barba erat incipiens, barbae color aureus, aur que Ex humeris medios coma deſcendebat in armos. Coniux rea Virg. Aen. 7, 189, *ironia, vt vult* Seruius. *Sed poteſt etiam Au iungi cum virga, et ſcandi verſus per Synizeſin.* Horat. Epiſt. 1, 28 Aurea fruges Italiae pleno defundit Copia cornu. Copia *ſignifi Deam vbertatis.* Dicta aurea, *elegantiſſima et maximae vtilitatis*

cret. 3, 12, *vt vulgo* Aurea carmina *Pythagoricorum.* Forma, *vid. ſ. l.* Lucr. 2, 1154 Haud (*vt opinor enim*) mortalia ſaecla ſuperne Aurea demiſit de caelo funis in arua. *Ab Homero ſumtum* Il. θ, 18 *apud quem* Aurea catena, *vel* funis (*vt interpretatur Lucretius*) *de caelo religatur. Plato autem in Theaeteto* Aureum *apud Homerum* funem *interpretatur Solem eſſe, vt etiam Lambino placet.* Gens Virg. Ecl. 4, 9. Horas Catull. 64, 39. Aureas *vocat vel ob diei claritatem, vel quia pretioſiſſima res ſit tempus, vtpote cuius ſit iactura irreparabilis. Al. leg.* oris. Imago Ouid. Epiſt. 20, 237. Libertas, *vid. h. v.* Luna Ouid. Met. 10, 448. Virg. Ecl. 3, 71 Aurea mala decem miſi, cras altera mittam, *vid.* Malum aureum. Mediocritas aurea Hor. Carm. 2, 10 5. *Sic* Mores aurei, *Elegantes et amabiles* Hor. Carm. 4, 2, 22. Munera Tibul. 1, 4, 62. Cic. pro Roſc. Amer. 124 Venio nunc ad illud nomen aureum Chryſogoni, ſub quo nomine tota ſocietas ſtatuitur. *Ironice, cum alluſione, quia* χρυσὸς *Aurum ſignificat.* Nox aurea cingitur aſtris Valer. Argon. 5, 566 *pro, Nox cingitur aureis aſtris: nempe ipſam noctem inaurant aſtra.* Numi Cic. Phil. 12, 20 c. 8. Olor Manil. 5, 379 *de cycno aſteriſmo.* Pax Aurea, *vid. ſ. l.* Potorium Plin. 33, 10 c. 12. *vid. ſ. l.* Ramus aureus Virg. Aen. 6, 187. Saecula Id. ibid. 6, 792 Auguſtus Caeſar, diuûm genus, aurea condet Saecula. Aureaque, vt perhibent, illo ſub rege fuerunt, Saecula Virg. Aen. 8, 324. Aurea nunc vere ſunt ſaecula: plurimus auro Venit honos Ou. A. A. 2, 277. *Conf.* Propert. 3, 12, 49. Calpurn. Ecl. 4, 6. Saeculum, *in* Num. Hadr. *ap. Spanhem. diſſ.* 3 *p.* 159. Sidus Hor. Epod. 17, 41. Sidera Virg. Aen. 2, 488. Sol Virg. Georg. 1, 232. Sponda Id. Aen. 1, 702. Vellus *vid. h. v.* Venus Virg. Aen. 10, 16. Veſtis aurea, *pro Barba flaueſcente.* Id. ibid. 8, 659 Aurea caeſaries ollis atque aurea veſtis. *Sic* ſeruius. ¶ 2 *Pro aurato poni luculentiſſime docet* Sueton. Aug. 52 Argenteas ſtatuas olim ſibi poſitas conflauit omnes, ex iisque aureas cortinas Apollini Palatino dedicauit, *niſi putamus* Adeptum *fuiſſe Auguſtum, qui argentum mutare in aurum potuerit. Huc pertinent* Aurei currus *in triumpho* Horat. Epod. 9, 21. Sella Cic. Phil. 2, 86 c. 34. ¶ 3 Aureus, *tanquam ſubſtantiuum ponitur, vt ſubaudiatur* Numus. Plin. 35, 10 ſ. 36, 15 Tabulae pretium accepit aureos menſura, non numero. *Sic Harduinus. Al.* Manipretium eius tabulae in numo aureo menſura accepit, non numero. Cic. Philipp. 12, 20 c. 8 *plene* numos aureos vocauit. Aureus Romanus, *qui ſequiori aetate* Solidus *dicebatur, pro diuerſis temporibus diuerſum pretium comparatione ad argentum et ſuo pondere habuit. Bona aetate quantae aeſtimationis eſſet, ex comparatione Suetonii et Taciti cognoſci poteſt. Nam de Othone ſcribit* Sueton, cap. 4 Quoties coena acciperet principem, aureos excubanti cohorti viritim dabat. Tacit. Hiſt. 1, 24 Cohorti excubias agenti viritim centenos numos diuidebat. Aureus *igitur Romanus centum numis taxabatur. Ita* Didymus ap. Priſcian. de Ponderib. p. 1351 Decem aureos eſſe ait mille numos. *Verba ſunt*, τὰ δὲ χίλια σηστέρτια ποιεῖ διακόσια πεντήκοντα δηνάρια ἀργυρᾶ, δέκα δὲ χρυσᾶ, ἅπερ καὶ μίλλε νούμμους φασί. *Denique* Dena Seſtertia Tac. Ann. 11, 7. *quae capere licebat aduocato*, Vlpianus l. 1 §. 12 ff. de extraord. cognit. centum aureos *interpretatur. Vndique ergo conficitur, florente imperio Romano, Aurei pretium vulgare fuiſſe centum numos ſeſtertios, qui ſunt quinquagenti imperiales ſiue Rhenani hodierni, ſ. duo vnciales numi argentei cum dimidio. Labente vero imperio varia hic mutata ſunt, quae perſequi huius loci non eſt. Illud modo dicamus verbis Eiſſenſchmidii: Aureus conſulis pondere aequiualet Ducatis* $2\frac{1}{8}$; *Imperatorius vero* Ducatis $2\frac{1}{8}$. *Solidus Conſtantini M. et ſucceſſorum eius conuenit pondere cum Duc.* $1\frac{1}{7}$. *Caeterum cum centum numi, quos pretium aurei diximus, efficiant Denarios XXV, hinc interpretantur quidam illud* Martialis 10, 24 Aureis tribus ritae peractis *h. e. annis ter XXV, ſiue LXXV. Sed praeſtat* Areis *legere. Vid.* AREA n. 5.

AVREŎLVS. Adi. Dimin. *Quod aliquam habet auri ſimilitudinem.* Varro de R. R. 3, 9 *de gallis gallinaceis*, Roſtro breui, acuto, oculis rauis aut nigris, palea rubra, ſubalbicanti, collo vario aut aureolo. Aureolus libellus Cic. Acad. 4, 135 c. 44. Liber Theophraſti Hieron. adu. Iouin. 1, 28. Malum Catull. 2, 12 *nunc vulgo Aurantium.* Oratiuncula Cic. de Nat. Deor. 3, 43 c. 17. Pedes aureoli Catull. 59, 167. ¶ 2 Aureolus *Subſt. pro Numo aureo* Martial. 5, 20 (19) Qui crepat aureolos, forſitan vnus erit.

AVRESCO, ĕre. *Aureum fieri.* Varro de L. L. 6, 5 Aurora dicitur ante ſolis ortum ab eo, quod ab igne ſolis tum aureo aër aureſcit, *auri colorem accipit.*

AVRICOCTOR, ōris. m. χρυσεψητής Gloſſ.

AVRICŎLOR, ōris. Adi. Iuuenc. in Matt. v. 357 Scinditur auricolor caeli ſeptemplicis aethra.

AVRICŎMANS, antis. Auſon. Idyll. 6, 11 Crocus auricomans.

AVRICŎMVS. Adi. [χρυσοκόμης] *Auream comam habens.* Bataeus auricomus Sil. 3, 608. Sol auricomus Valer. Argon. 4, 92. *Conf.* Virg. Aen. 6, 141.

AVRĬFER. Adi. [χρυσοφόρος] *Quod fert aurum. vt*, Aurifera arbor, *in hortis Heſperidum* Cic. Tuſc. 2, 22 c. 9. Sil. 4, 6 Amnis aurifer *Tagus* Catull. 30, 20. Aqua Ouid. in Ibin 300. Arenis auriferis pallet Tagus Sil. 16, . . Arua Phoenicum Id. 16, . . Fons Pactoli Claud. Conſ. Stil. 2, 61. Natura regionis aurifera eſt Flor. 4, 2, 60. Nemus Plin. 5, 1. *de Heſperidum hortis.* Terra Martial. 9, 78. *Et* Sil. 2, . .

AVRĬFEX, icis. m. [χρυσοχόος] Faber aurarius Plaut. Men. 4, 3, 8. Tibi equidem illam, ad Phrygionem vt ferres paullo prius: Et pinter, vt ad aurificem ferres, vt fieret nouum. *Add.* Id. Aul. 3, 5, 34. Varr. de L. L. 7, 33. Plin. 26, 11 Velut aurificum arte alternis inter folia candicantibus margaritis. Cic. Verr. 4, 56 c. 25 Quum vellet ſibi annulum facere, aurificem iuſſit vocari in foro, ad ſellam Corduba e, et ei palam appendit aurum.

AVRIFICĪNA, ae. f. Aurificis taberna Gloſſ. Cyrilli.

AVRIFICIVM, i. n. Cathol.

AVRIFLATOR, ōris. m. *Rectius diuiſe: vid.* FLATOR.

AVRIFLVVS, a, um. Iſon. Gloſſ. in Prud.

AVRIFODĪNA, ae. f. *Locus vnde effoditur aurum.* Plin. 33, 4 Extat Lex cenſoria Ictimulorum aurifodinae. *Vid.* Argentifodina, in ARGENTVM.

AVRĬFVR, ūris. c. *qui furatur aurum.* Plaut. Poen. 5, 5, 55 *Et tibi* hic aurifur eſt. *Al. diuiſim rectius.*

AVRIGENA, ae. m. Filius Sidon. Carm. 6, 14. Frater Ou. Met. 5, 250. *de Perſeo ex aureo imbre Iouis nato.*

AVRĬGER. Adi. *vt*, Auriger taurus Cic. de Diuin. 2, 63 c. 30. *aurata habens cornua ſacrificii cauſa.* Arbor aurigera Valer. Argon. 8, 110. *e qua vellus aureum ſuſpenſum eſt.*



AVRILEGIVM, i. n. *Locus, vbi aurum colligitur.* Cathol.

AVRILEGVLVS, i. m. [χρυσεκλέκτης, χρυσορύκτης Gloſſ.] *Qui aurum in metallis eruunt. vid.* Cod. l. 11 t. 6 de metallariis l. 5. *It.* l. Datis 9 C. Th. de metall. et metallar.. Paullin. Poëm. 30 Callidos aurilegulos in aurum vertis.

AVROCLAVĀTVS. Adi. Vopiſcus in Tacit. 11 Auroclauatis veſtibus interdixit, *i. aureos clauos habentibus. Sed melius diuiditur.*

AVROSVS. Adi. [πολύχρυσος Gloſſ.] Pallad. 1, 5, 1 Auroſi pulueris lapidoſa macies. *Sed rectius leg.* arenoſi. *Si tamen ſeruandum ſit, ad colorem aureum referemus, vt illud* Veg. Mulom. 2, 17, 1 Si auroſo colore fuerit *membrana pupillae, inſanabilem ſcias.*

AVRVGO, *vid.* AVRĪGO.

AVRVLENTVS, a, um. *Auri inſtar ſplendens.* Aurulenta lux ceu iubar ſub ortu Prud. Periſt. 12, 49.

## A V S

AVSCĂRIPĔDA, ae. f. *Eadem quae* ſcrupeda, *vilis mulierculae, vt videtur, appellatio.* Iuuencius comicus dicebat (*dictam*) a Vermiculo piloſo, qui ſolet eſſe in fronde cum multis pedibus. Varr. de L. L. 6, 3 p. 76.

AVSCVLOR, āri. [καταφιλεῖν] Dicebant antiqui pro Oſculari, quod eſt Os cum ore conſerere. Feſtus. *Pareo teſte ſic quoque eſt in bonis libris.* Plaut. Merc. 3, 3, 10 *et* 14. *et* 4, 4, 5. *vbi nunc* Oſculari *editur.*

AVSCVLTO, āre. [ἀκροάομαι, προσέχω] *Eſt* Audire, *deriuatum et ipſum ab* auris, *pro quo* auſis *dicebant. Vt igitur* Oſculari *eſt* Os admouere, *ita* auſculo *videtur primo dictum, deinde* auſculto, *vt ab* occulo occulto. *Maiorem certe attentionem videtur ſignificare, quam* audio, *quod etiam inuitis accidit, cum ſonus allabitur:* Auſcultamus *non niſi volentes.* Cato apud Gell. 1, 15 Ita eſt cupidus orationis, vt conducat, qui auſcultet: Itaque auditis, non auſcultatis, tanquam Pharmacopolam: nam eius verba audiuntur. Verum ei ſe nemo committit, ſi aeger eſt. Plaut. Stich. 4, 1, 40 Auſculto, atque animum aduorto ſedulo. Auſcultare ab oſtio Plaut. Merc. 2, 4, 9. Auſcultare ad fores Plaut. Trucul. 1, 2 *pr.* Auſcultemus hinc quid agat Id. Curc. 2, 2, 29. Auſculta paucis Ter. Adel. 5, 3, 20. Iamdudum auſculto Hor. Serm. 2, 7, 1. Pompon. *ap.* Non. 4, 36 Auſcultare diſce, ſi neſcis loqui. Auſcultare aliquem. Plaut. Pſeud. 1, 5, 38 Te auſcultabo lubens. *Add.* Id. Poen. 4, 2, 19. *et* Trin. 3, 2, 36. Crimina Id. Aul. 3, 5, 22. *et* Pſeud. 1, 5, 12. Ter. Heaut. 4, 5, 23 Auſculta quod ſupereſt fallaciae. Populum auſcultare Catull. 65, 39. ¶ 2 Auſcultare, [πείθεσθαι] *cum datiuo, pro Obedire ponitur.* Varro de L. L. 5, 8 Ab audiendo etiam auſcultare declinamus, quod hi auſcultare dicuntur, qui auditis parent. *Sic* Auſcultes mihi Plaut. Curc. 2, 1, 8. Ter. Andr. 1, 3, 4 Nec quid agam certum eſt, Pamphilumne adiutem, an auſcultem ſeni. *Ea nempe ratione, qua et* Audire *dicitur cum datiuo, pro* Obedire. Cic. pro Roſc. Amer. 104 Mihi auſculta, vide ne tibi deſis. *Sic* audiendo *opponunt antiquiſſimi:* Audire, ignoti quod imperant, ſoleo, non auſcultare Caecil. *ap.* Non. 4, 36. Pacuvius *apud* Cic. de Diuin. 1, 132 c. 57

Nam iſtis qui linguam auium intelligunt,
Pluſque ex alieno iecore ſapiunt, quam ex ſuo,
Magis audiendum, quam auſcultandum cenſeo.

¶ 3 Auſcultare, pro Videre, Spectare Afran. Priuigno. Video ludos, hinc auſcultaui procul. *Haec* Nonius 4, 36. *neſcio quam bene, quod hodie iudicari, cum integer Afranii locus non exſtet, nequit.* Auſcultabitur, *imperſ.* Plaut. Merc. 3, 3, 127 Excuſato me feciſſe ſedulo ad portum ne ires, dico iam tibi. C. Auſcultabitur.

AVSCVLTATIO, ōnis. f. [ἀκρόασις Gloſſ. Cyrill.] *Auditio nimis curioſa.* Teterrimum vitium auſcultatio, et publicorum ſecretorumque inquiſitio, et multarum rerum ſcientia, quae nec tuto narrantur, nec tuto audiuntur Sen. de Tranqu. An. c. 12. ¶ 2 *Pro obſequio.* Plaut. Rud. 2, 6, 18 Quid mihi ſceleſto tibi erat auſcultatio? quidue hinc abitio?

AVSCVLTATVS, ûs. m. *Idem.* Fulgent. de Contin. Virg. p. 142. Apul. Met. 6 p. 178, 21 Nec auſcultatu poenitendo diligenter inſtructa illa ceſſauit.

AVSCVLTATOR, ōris. m. [ἀκροατής] Cic. in Partit. 10 c. 3 Nam aut auſcultator eſt qui audit, aut diſceptator. Mandati dominici ſerius Apul. 7 p. 195, 1.

AVSELII, dicebantur qui nunc Aurelii. Feſtus.

AVSIM. [τολμῴην] *Verbum defectiuum, pro* Auſerim, *vt obſeruat Voſſius* de Anal. 3, 41 p. 144 *modi potentialis.* Auſim, auſis, auſit, et pl. auſint. *Caeteris caret. Idem ergo eſt, quod* audeam. Liu. Praef. l. 1 Nec ſi ſciam, dicere auſim. Virg. Georg. 2, 289 Auſim vel tenui vitem committere ſulco. *i.* Auſus ſum, vel Audebo, *teſte* Seruio. Feſtus, Auſis, *i.* Audeas. Auſim confirmare Lucret. 2, 178. De grege non auſim quidquam deponere tecum Virg. Ecl. 3, 32.

AVSONIA. [Αὐσονία] Ea duntaxat pars Italiae dicta eſt primo, in qua ſunt vrbes Beneuentum, et Cales. ab Auſone Vlyſſis et Calypſonis filio poſtea tota Italia, quae Apennino finitur, Auſonia vocitata eſt ab eodem duce. Inde etiam Auſonii Itali dicti ſunt. Feſtus. Armipotens Auſonia Stat. Silu. 3, 2, 20.

AVSONIVS. Adi. [Αὐσόνιος] *Qui ex Auſonia eſt, eadem diuerſitate. Poëtis fere Italum ſignificat, vt in Latini appellatione factum. vt*, Lingua Auſonia, *i. Latina* Ouid. Triſt. 5, 7, 61. Terra Virg. Aen. 4, 349. Tibris Id. ibid. 5, 83.

AVSONĬDAE, ārum. m. pl. Virg. Aen. 10, 563 — ditiſſimus agri, Qui fuit Auſonidûm. *Pro Romanis poſuit* Lucan. 9, 999. ¶ 2 *Vſurpatur et Adiectiue tam de Rebus, quam de Perſonis.* Sil. 9, 187 — pater ipſe ſuperbus aquarum Auſonidûm Eridanus. *Sed hoc poteſt deriuatum eſſe ab*

AVSŎNIS, idis. f. Patron. *vt* Ouid. Faſt. 2, 94 Captaque erat lyricis Auſonis ora ſonis.

AVSPEX, ĭcis. m. [οἰωνοπόλος, οἰωνοσκόπος, οἰωνομάντις] *Conſultor deorum, idemque rerum gerendarum auctor. Dictus eſt ab* Auibus *aſpiciendis, quemadmodum et* Aruſpex. Auſpice, auctore, auctrice Vet. Gl. Auſpex legis, *qui iure magiſtratus habet auſpicia, et Diis probantibus legem ferri poſſe, pronunciat.* Cic. Att. 2, 7 Quid quaeris? acueram me ad exagitandam hanc eius legationem: quam ſi ille contemnit, et ſi (vt ſcribis) nobilem id commouet, et latoribus et auſpicibus legis Curiatae: ſpectaculum egregium. Plin. 10, 21 Victoriarum omnium toto orbe auſpices, *de Gallis gallinaceis. Iuuat haec interpretari ipſis Plinii verbis praecedentibus:* Horum ſunt tripudia ſoliſtima (*vid. de hac parte auſpiciorum ſ. l.*) Hi magiſtratus noſtros quotidie regunt, domosque ſuas ipſis claudunt aut reſerant: hi faſces Romanos impellunt, aut retinent, iubent

bent acies aut prohibent *etc.* *Nempe de omnibus fere actionibus ſuis, Deos conſulebant per auſpicia, auſpiciorum magna pars pulli gallinacei. Ita auguſtum caeteroquin nomen hoc eſt, vt etiam Dis, et hominibus illorum faſtigio proximis tribuatur.* Diis auſpicibus Virg. Aen. 4, 45. Muſa auſpice, *i. Duce* Hor. Epiſt. 1, 3, 13. Phoebo auſpice Stat. Silu. 2, 2, 39. Teucro duce, et auſpice Teucro Hor. Od. 1, 7, 27. Prouidus auſpex Id. Carm. 3, 27, 8. *Etiam hic locus dignus eſt, qui adſcribatur, vt inde tum bona quaedam, tum mala auſpicia diſcamus:*

Impios parcae recinentis omen
Ducit, aut praegnans canis, aut ab agro
Raua decurrens lupa Lanuuino,
Foetaue vulpes.
Rumpit et ſerpens iter inſtitutum,
Si per obliquum ſimilis ſagittae
Terruit mannos. Ego cui timebo
Prouidus auſpex.
Antequam ſtantes repetat paludes
Imbrium diuina auis imminentûm,
Oſcinem coruum prece ſuſcitabo
Solis ab ortu.

*Et mox*, Nec laeuus vetat ire picus. Nec vaga cornix. *Nempe* auſpex *eſt, qui illas ſignificationes auium et aliarum rerum obſeruat, et nunciat:* auſpices *quoque ipſae aues, aut quidquid ſit, quod futuri ſignificationem habere dicitur.* ¶ 2 *Speciatim* Auſpices *dicebantur, Pronubi,* *παρανύμφοι* Vet. Gloſſ. *qui nubentibus aderant, cum conſignaretur dos, et nuptiales tabulae perſcriberentur.* Cic. de Diu. 1 c. 16 *pr.* Nihil fere quondam maioris rei, niſi auſpicato, ne priuatim quidem, gerebatur: quod etiam nunc nuptiarum auſpices declarant, qui, re omiſſa, nomen tantum tenent. Cic. pro Cluent. 14 c. 5 Nubit genero ſocrus, nullis auſpicibus, nullis auctoribus. Plaut. Caſ. Prol. 86 Vltro ibit nuptum, non manebit auſpices. Sueton. Claud. 26 Dos inter auſpices conſignata.

AVSPICABILIS, e. *Arnobio tribuitur.*

AVSPICĀLIS, e. [*οἰωνοσκοπικὸς*] *Quod ad auſpicium pertinet. vt,* Auſpicalis piſciculus, qui aliquid portendit, aut ſignificat futurum. Plin. 32, 1 *de echeneïde piſce*, Tenuit et noſtra memoria *nauem* Caii principis, ab Aſtura Antium remigantis, vt res eſt, etiam auſpicalis piſciculus. ſiquidem nouiſſime tum in vrbem reuerſus Imperator, ſuis telis confoſſus eſt.

AVSPICIVM, i. n. [*οἰωνισμὸς, οἰώνισμα*] *Et actum ſignificat conſulendi Deos per aues, aut alia quacunque ratione, et ſignificationem boni maliue euentus; tum ipſam quoque ſupremam rei gerendae auctoritatem; atque initia denique rei gerendae. De prima illa ratione pleni* Ciceronis de diuinatione libri. *v. g.* 1, 106 c. 47 Quid eſt illo auſpicio diuinius? *quod ex* Ciceronis Mario *deſcribitur, nempe aquila ſerpente interfecto verſus ortum volans, et tonitru auditum a ſiniſtris partibus. Deinde e loco* Ennii augurium, *quod et* auſpicium *appellatur, deſcriptum proponitur, cuius finis,* Auſpicio regni ſtabilita ſcamna ſolumque. *Et* 2, 77 c. 36 Ex acuminibus totum auſpicium militare eſt, *i. ratio diuinandi euentum. Et*, Marcellus dicebat, ſi quando rem agere vellet, ne impediretur auſpiciis, lectica operta facere iter ſe ſolere. — Quid eſt aliud nolle moneri a Ioue, niſi efficere, vt aut ne fieri poſſit auſpicium, aut, ſi fiat, videri? Nam illud admodum ridiculum, quod negas, Deiotarum, auſpiciorum, quae ſibi ad Pompeium proficiſcenti facta ſunt (*ſecunda, cum tamen victus ſit Pompeius*) poenitere, quod fidem ſecutus amicitiamque populi Rom. functus ſit officio: antiquiorem enim ſibi fuiſſe laudem et gloriam, quam regnum et poſſeſſiones ſuas. Credo id quidem, ſed hoc nihil ad auſpicia. Nec enim cornix canere potuit, recte eum facere, quod populi Rom. libertatem defendere pararet. Ipſe hoc ſentiebat, ſicut ſenſit. Aues euentus ſignificant aut aduerſos aut ſecundos. Virtutis auſpiciis video eſſe vſum Deiotarum, quae vetat ſpectare fortunam, dum praeſtetur fides. Aues vero, ſi proſperos euentus oſtenderunt, certe fefellerunt. — Quae eſt igitur natura, quae volucres huc et illuc paſſim vagantes efficiat, vt ſignificent aliquid, et tum vetent agere, tum iubeant, aut cantu, aut volatu? Cur autem aliis a laeua, aliis a dextra datum eſt auibus, vt ratum auſpicium facere poſſint. — *Sed ponamus etiam deſcriptionem nobiliſſimi auſpicii ex eod. opere* 2, 71 c. 34 Vt ſint auſpicia, quae nulla ſunt, haec certe quibus vtimur, ſiue tripudio, ſiue de caelo, ſimulacra ſunt auſpiciorum, auſpicia nullo modo. Q. FABI, TE MIHI IN AVSPICIO ESSE VOLO. Reſpondet AVDIVI. Hic apud maiores noſtros adhibebatur peritus: nunc quilibet. Peritum autem eſſe neceſſe eſt eum, qui ſilentium quid ſit, intelligat. Id enim ſilentium dicimus in auſpiciis, quod omni vitio caret. Hoc intelligere, perfecti auguris eſt. Illi autem, qui in auſpicium adhibetur, cum ita imperauit is, qui auſpicatur, DICITO, SI SILENTIVM ESSE VIDEBITVR; nec ſuſpicit, nec circumſpicit: ſtatim reſpondet, SILENTIVM ESSE VIDERI. Tum ille, DICITO, SI PASCVNTVR. PASCVNTVR. Quae aues? aut vbi? Attulit, inquit, in cauea pullos is, qui ex eo ipſo nominatur pullarius — *vid.* TRIPVDIVM. *Vnum adhuc velut claſſicum locum ponamus de auſpiciis,* Liu. 6, 41 *ex oratione Appii contra Tribunos pl.* Quid de religionibus atque auſpiciis — loquar? Auſpiciis hanc vrbem conditam eſſe, auſpiciis bello ac pace, domi militiaeque omnia geri, quis eſt, qui ignoret? Penes quos igitur ſunt auſpicia more maiorum? Nempe penes Patres. Nam plebeius quidem magiſtratus nullus auſpicato creatur. Nobis adeo propria ſunt auſpicia, vt non ſolum quos populus creat patricios magiſtratus, non aliter quam auſpicato creet; ſed nos quoque ipſi ſine ſuffragio populi auſpicato interregem prodamus, et priuatim auſpicia habeamus, quae iſti ne in magiſtratibus quidem habent. Quid igitur aliud, quam tollit ex ciuitate auſpicia, qui plebeios conſules creando, a Patribus, qui ſoli ea habere poſſunt, aufert. Eludant nunc licet religiones. Quid enim eſt (*inquiunt*) ſi pulli non paſcentur? ſi ex cauea tardius exierint? ſi occinuerit auis? Parua ſunt haec: ſed parua iſta non contemnendo maiores noſtri maximam hanc rem fecerunt *etc.* *Conf.* Cic. de Leg. 3, 27 c. 12. Plaut. Amph. 2, 2, 58 Ante auſpicium commoratum eſt? *ad Imperatorem, qui diſceſſurus erat.* Funeris auſpicium Stat. Theb. 6, 222. *i. ſignificatio.* Auſpicium primum regalis maieſtatis Lyſimacho fuit Iuſtin. 15, 3. *de diademate vulneri alligato.* Auſpicia auium *inuenit* Tireſias Thebanus Plin. 7, 56 Cic. de Diuin. 1, 28 c. 16 Quod etiam nunc nuptiarum auſpiciis declarant. *Sed melius* auſpices. Id. in Vatin. 14 Qui tantus furor, vt quum inaudita ac nefaria ſacra ſuſceperis, quum inferorum animas elicere, quum puerorum extis deos manes mactare ſoleas: auſpicia, quibus haec vrbs condita eſt, quibus omnis Reſpub. atque imperium tenetur, contemſeris? ¶ 2 *Epitheta:* Tacit. Ann. 2, 14 Auctus omine, addicentibus auſpiciis vocat concionem. Bonum auſpicium Catull. 43, 19. Cic. Att. 1, 16 Lur-
co autem Tribunus plebis; qui magiſtratum ſimul cum lege Aelia iniit,
ſolutus eſt et Aelia et Fuſia, vt legem de ambitu ferret, quam ille bo-
no auſpicio claudus homo promulgauit, *ironice, malum auſpicium pro-
mulgator claudus.* Caduca auſpicia dicunt, Quum aliquid in temple
excidit: veluti virga e manu Feſt. Templum *intellige* Augurale. Cer-
tum, *vid. h. v.* Cic. pro Muraen. 1 Quod ſi illa ſollemnis comitiorum
precatio, Conſularibus auſpiciis conſecrata, tantam habet in ſe vim e
religionem, quantam Reip. dignitas poſtulat, idem ego precatus ſum,
vt iis quoque hominibus, quibus hic Conſulatus me rogante datus eſſet
ea res fauſte, feciliter proſpereque eueniret. Dextrum. Cic. de Diu
2 c. 39 Ita nobis ſiniſtra videntur (auſpicia) Graiis et barbaris dextr
meliora. Quamquam haud ignoro, quae bona ſint, ſiniſtra nos dice-
re, etiam ſi dextra ſint. Sed certe noſtri ſiniſtrum nominauerunt, ex-
ternique dextrum, quia plerumque melius id videbatur. Id. de Ll.
3 c. 3 *de Dictatore*, Isque aue ſiniſtra dictus, populi magiſter eſto.
Egregium Liu. 10, 40. Fauens, *i. Proſperum* Ouid. e Pont. 3, 1, 16
Felix auſpicium domino primus emiſit *equus Darii* Iuſtin. 1, 10, 8
Ferale Claud. in Eutrop. 2, 232. Friuolum Sueton. Neron. 41 *vocat,*
quum annotaſſet *Nero*, inſculptum monumento militem Gallum, ab equi-
te Rom. oppreſſum, trahi crinibus. Ad eam ſpeciem *Nero tumulti
Gallico perterritus*, exſiluit gaudio, caelumque adorauit. Incerta Liu
8, 30 *pr.* cuius rei vitium non in belli euentum — vertit. Infeli
Stat. Theb. 11, 340. Iuge. Feſtus, Iuge auſpicium eſt, Quum iun-
ctum iumentum ſtercus fecit. Cic. de Diuin. 2, 77 c. 36 Huic ſimile
eſt, quod nos augures praecipimus, ne iuge auſpicium obueniat, vt iu-
menta iubeant disiungere. Liquidum, *Cum ſereno caelo certum qui
oſtenditur. Vtitur* Plaut. Epid. 11, 2, 1 Liquido ex eo foras auſpici
aui ſiniſtra. *Iungit ea etiam* Pſeud. 2, 4, 72. Malum Plaut. Aulul. 3
2, 33. *Add.* Cic. in Vat. c. 16. *i. homo deteſtabilis.* Meliore auſpici
Plaut. Men. 5, 9, 88. *Add.* Sil. 13, 76. Cic. de Diuin. 2, 77 Nam e
acuminibus quidem, quod totum auſpicium militare eſt, iam M. Mar-
cellus ille quinquies Conſul totum omiſit, idem Imperator, idem Au-
gur optimus. Id. de Diuin. 2, 43 Fulmen ſiniſtrum, auſpicium opti-
mum habemus ad omnes res, praeterquam ad comitia. Id. de Senect
11 c. 4 Augurque quum eſſet, dicere auſus eſt, optimis auſpiciis ea ge-
ri, quae pro Reip. ſalute gererentur: quae contra Remp. fierent, contr
auſpicia fieri. Perenne, Cum quis amnem aut aquam, quae ex ſacr
oritur, tranſit. Feſtus. Peſtiferum, Cum cor in extis, aut caput i
iecinore non fuiſſet. Feſtus. Piaculare, Quod ſacrificantibus triſti
portendebat: *vt*, Cum hoſtia ab ara profugiſſet, aut percuſſa mugitu
dediſſet, aut in aliam partem corporis, quam oporteret, decidiſſet. Feſtu
*Deſcribit* Virg. Aen. 2, 223. Propria Vell. 2, 115, 3. Ratum Cic. de Diu
2 c. 38. *i. certum, quod pro auſpicio ab omnibus habendum.* Secunda Ho
Carm. 4, 14, 16. *De* regio Auſpicio *eſt peculiaris Diſſ. Boecleri.* Ci
de Prouinc. Conſ. 45 Iidem illam proſcriptionem capitis mei contra ſ
lutem Reip. ſed Saluis auſpiciis rogatam eſſe dicebant *i. Non contra a
ſpicia.* Sollemnia Claud. in 1 Conſ. Stil. 2, 364. Siniſtrum, *vid.* De
trum *it.* optimum. Siniſtra dum non exquirimus, in Dira et in Vitio
incurrimus Cic. Diu. 1 c. 16. Vtile Ouid. Faſt. 1, 219. ¶
*Cum* Auſpicia *illorum eſſent, qui ſummam haberent rei gerendae poteſt
tem: (vid. quae dedimus* n. 1 ex Liu. 6, 41. *et* n. 3 Habere auſpici
*hinc factum eſt, vt* Auſpicium *et* auſpicia *ponantur ſaepe pro ſumma poteſt
te, imperioque, ita quidem, vt interdum a* ductu *quoque diſtinguatur, et m
ioris etiam abſentis ſint* auſpicia, ductus *eius, qui praeſens rem gerit, eti
quem alius legauit.* Auſpicium *quidem ſummum et independens rerum a
bitrium notare in iſtis videtur:* Virg. Aen. 4, 340 Me ſi fata meis p
terentur ducere vitam Auſpiciis, et ſponte mea componere curas. C
res ductu auſpicioque Tib. Sempronii proſpere geſtas Liu. 41,
Ductu Germanici, auſpiciis Tiberii Tac. Ann. 2, 41. Bellum au
ciis conſiliisque eius (Tiberii) ſepultum eſt Vell. 2, 129, 5. Auſ
cium et imperium alii tradere Curt. 5, 9, 4. Alexandri auſpicium
que imperium ſecuti amici eius Id. 9, 6, 9. Alia ductu meo, alia i
perio auſpicioque perdomui Curt. 6, 3, 2. *Conf. ad h. l. Freins
Lipſ. de Mil. Rom.* 2, 12, *et Periz. Animadu. c.* 7 *p.* 262 *ſq. qui per
tuum non eſſe oſtendit id diſcrimen.* Liu. 28, 27 Vos auſpicium im
riumque ad Calenum detuliſtis. Plin. 7, 43 Voluiſſe — ſe maximu
eſſe imperatorem, auſpicio ſuo maximas res geri *etc.* Ductu auſ
cioque *bis iunguntur* Liu. 41 *extr.* Mollibus auſpiciis *imperatore E
nucho* Claud. in Eutrop. 1, 494. Imperio atque auſpicio heri mei e
pugnatum oppidum Plaut. Amph. 1, 1, 37. *Et* 1, 1, 41 Vt ge
ſerit Remp. ductu, imperio, auſpicio ſuo. Virtute atque auſpic
Plaut. Epid. 3, 2, 45. *Cum aequatum eſſet duorum Conſulum poteſtas, a
ternis diebus habebant auſpicia, i. maiorem, certe priorem, auctoritate
incipiendi, et rei gerendae adeo. Docet hoc* Liu. 28, 9 Quoniam in pr
vincia Liuii res geſta eſſet, et eo forte die, quo pugnatum eſſet, auſp
cium eius fuiſſet. Virg. Aen. 4, 102 Communem hunc ergo populu
paribusque regamus Auſpiciis. *Vbi* Seruius, Paribus auſpiciis, A
quali poteſtate. Et ab eo quod praecedit, id quod ſequitur. Et d
ctum eſt a comitiis, in quibus iisdem auſpiciis creati, licet ſimul n
crearentur, parem tamen habebant honorem propter eadem auſpici
vnde et Conſules, pares ſunt: quum neceſſe eſſet, vt vnus prior crean
tur. ¶ 4 *Formulae verborum:* Ouid. Tr. 2, 174 Auſpiciu
cui das grande, deosque tuos, *De imperio militari, quod Germanico d
legarat Auguſtus. Sed* Sil. 13, 144 *alia res eſt. Prouocatur ad ſingul
re certamen Taurea: Huic* vna mora, Dum daret auſpicium, iusq
in certamina ductor. Praeuetitum namque, et capital committere ma
tem ſponte viris *etc. Sic* Dare ſignum et auſpicium alicui Sil. 7, 2
Ille (*de Flaminio loquitur Fabius*) ruendi Iamdudum properans ſignu
auſpiciumque dediſſet. Plin. 8, 57 ſ. 82 Soricum occentu dirimi a
ſpicia, annales refertos habemus. *Exemplum eſt* Val. Max. 1, 1, 5 O
centus ſoricis auditus Fabio Maximo dictaturam, C. Flaminio magiſt
rium equitum deponendi cauſam praebuit. Dirimuntur *ergo* auſpic
*cum ſignificatur, nolle Deos fieri id, de quo conſulti ſunt. Longe ali
eſt* Diſſoluere auſpicia *h. e. auctoritatem illis ſuam abrogare contemt
eorum inducere.* Cic. in Vatin. 11 An quia tu ſemper ſic egiſſes, auſ
cia fueris augur diſſoluturus. Id. de Diuin. 1, 29 c. 16 Appius col
ga tuus, bonus augur, vt ex te audire ſoleo, non ſatis ſcienter viru
bonum, et virum egregium Cenſor C. Ateium notauit, quod emen
tum auſpicia ſubſcripſerit. Felix auſpicium domino primus Eni
Iuſt. 1, 10, 8 *de hinnitu equi Darii.* Cic. de Diuin. 1, 27 c. 15 Cui
quidem hoc praeclariſſimum eſt, quod poſteaquam a Caeſare tetrarchi
regno, pecuniaque mulctatus, negat ſe tamen eorum auſpicioru
quae ſibi, ad Pompeium proficiſcenti, ſecunda Euenerunt, poenite
Liu. 1. 34 Circa ſummum culmen hominis auſpicium feciſſe, *Tanaq
di*

dicit aquilam etc. *Sic etiam* Cic. de Diuin. 2, 80 c. 38 Cur autem aliis a dextra, aliis laeua datum eſt auibus, vt ratum auſpicium facere poſſint? Gerere aliquid propriis auſpiciis Vell. 2, 115, 3. Cic. Diuin. 1, 76 c. 36 Quam multi anni ſunt, cum bella a Propraetoribus et Proconſulibus adminiſtrantur? qui auſpicia non Habent. Mentiri auſus auſpicium pullarius Liu. 10, 40 *idque ipſum bonum.* Liu. 1, 18 Tum pergit verbis auſpicia, quae mitti vellet: quibus miſſis Numa rex declaratus de templo deſcendit. Cic. de Legib. 2, 21 Quique agent rem duelli, quique popularem, auſpicium praemonento. Auſpiciis augures praeſunt Cic. Nat. Deor. 1, 122 c. 44. Repetere auſpicia *poſt* triſte omen Liu. 9, 39. Vetat auſpicium Ouid. Faſt. 6, 174. ¶ 5 *Cum nihil magnum temere ſine auſpiciis inciperent,* Auſpicia *non nunquam pro initiis ſ. principio ponuntur. Iungit vtramque rationem* Iuſtin. 26, 2, 2 Galli cum ſe praelio pararent, in auſpicia pugnae hoſtias caedunt: quarum extis cum magna caedes interitusque omnium praediceretur, non in timorem, ſed in furorem verſi, ſperantesque Deorum minas expiari caede ſuorum poſſe; coniuges et liberos ſuos trucidant, Auſpicia belli a parricidio incipientes. Id. 27, 1, 1 Auſpicia regni coepit a parricidio. Claud. de 4 Conſ. Hon. 1 Auſpiciis iterum ſe ſe regalibus annus induit, *vbi ſimul hoc dicit,* auſpicatum *eſſe ſignum, quod initia anni conſulatu ſuo honoret Imperator.* Stat. Silu. 5, 2, 9 Militiae primae rudimenta *et* caſtrorum auſpicium *Synonymice iungit.*

AVSPĬCOR, āri. [οἰωνοσκοπῶ, κατάρχομαι] *Auſpicium capere.* Cic. de Diuin. 2, 2 c. 34 Illi autem, qui in auſpicium adhibetur, quum ita imperauit is, qui auſpicatur, *etc. Totum dedimus in* AVSPICIVM n. 1. Liu. 4, 6 Plebes ad id maxime indignatione exarſit, quod auſpicari, tanquam inuiſi Dîs immortalibus negarentur poſſe. *Conf.* 6, 41. *Auſpicandi formula contineri videtur in verbis Sulpicii COS. apud* Liu. 1, 7 *extr.* Huius vobis ſententiae non conſul modo auctor eſt, ſed etiam Dii immortales, qui mihi ſacrificanti precantique, vt hoc bellum mihi, ſenatui, vobisque et ſociis ac nomini Latino, claſſibus exercitibusque noſtris, bene ac feliciter eueniret, laeta omnia proſperaque portendere. *Vid.* n. 2 Auſpicia Conſularia. Cic. de Diuin. 1, 77. C. Flaminius quum tripudio auſpicaretur, pullarius diem praelii committendi differebat. ¶ 2 Auſpicari, *Incipere in quo ipſo nempe omen aliquod ineſſet.* Plin. 7 prooem. Itaque feliciter natus iacet, manibus pedibusque deuinctis, flens, animal caeteris imperaturum, et a ſuppliciis vitam auſpicatur, vnam tantum ob culpam, quia natum eſt. Militiam Suet. Aug. c. 38. Culturarum officia Col. 11, 2, 3. Principia carminis Id. 3, 1, 1. Per hos quoque dies abſtinent terrenis operibus religioſiores agricolae, ita tamen, vt ipſis Calendis Ian. auſpicandi cauſa omne genus operis inſtaurent Col. 11, 2, 98. *Conf.* Ou. Faſt. 1, 164. Sen. Ep. 83 Anno nouo, quemadmodum legere, ſcribere dicere aliquid, ſic auſpicabar in Virginem deſilire. Auſpicandi gratia tribunal ingreſſus Tac. An. 4, 36. *Conf. h. l. Lipſ.* Lucubrare a Vulcanalibus incipiebat, non auſpicandi cauſa, ſed ſtudendi Plin. Ep. 3, 5.

AVSPICO, āre. [οἰωνοσκοπῶ] *Vtitur* Plautus *frequenter.* Perſ. 4, 4, 7 Ego auſpicaui in hunc diem. Plaut. Stich. 2, 3, 46

Certum eſt muſtelae poſthac nunquam credere:
Nam incertiorem nullam noui beſtiam:
Quin et ipſa decies in die mutat locum:
Eam auſpicaui ego in re capitali mea.

Plaut. Rud. 3, 4, 12 Non hodie iſti auſpicaui rei, vt cum furcifero ... buler. *Conf.* Non. 7, 5. Gell. 3, 2 Auſpicauerunt. Auſpicauerint Id. 13, 14.

AVSPICANS, antis. Fabio auſpicanti — aues ſemel atque iterum non addixerunt Liu. 27, 16. *Add.* Suet. Ner. c. 46.

AVSPICĀTVS. Partic. [αἰσιωθεὶς] *Mediae quaſi, vel potius vtriusque ſignificationis. Actiue capitur* Quem militiae gradum ſub patre tuo auſpicatus — perfruor Vell. 2, 101, 3. *Paſſiue in iſtis,* Imperius non auſpicatus Hor. Carm. 3, 6, 10. *i. infeliciter captus.* Cic. pro Rabir. 11 c. 4 Quamobrem vter noſtrûm tandem Labiene popularis eſt? tune, qui ciuibus Romanis in concione ipſa carnificem, qui vincla adhiberi putas oportere? qui in campo Martio, comitiis centuriatis, auſpicato in loco, crucem ad ciuium ſupplicium defigi et conſtitui iubes! an ego, *etc.* In bello male auſpicato amplius perſeuerare Iuſt. 4, 5, 3. Sedes auſpicata Id. 18, 5, 16. Quinctil. 10, 1 Itaque vt apud illos Homerus, ſic apud nos Virgilius auſpicatiſſimum dederit exordium: *h. e. Feliciſſimum.* Agendis rebus hoc auſpicatiſſimum initium credunt Tac. Germ. 11, 2. *Simpliciter felicitatem indicat in iſtis:* Vrbs toto orbe auſpicatiſſima Iuſt. 18, 5, 7. Plin. 13, 22 Nec auſpicatior in Lesbo inſula arbor, quae vocatur euonymos. Catull. 43, 5 (46, 25) Quis vllos homines beatiores Vidit? quis Venerem auſpicatiorem?

AVSPICATO. Adu. [ἠσιωμένως] *i. Auſpicio capto.* Cic. de Nat. Deor. 2, 11 Itane vero ego non iuſtus? qui et Conſul rogans, et augur, et auſpicato? Romulus auſpicato vrbem condidit Cic. de Diuin. c. 2. Nihil belli domique niſi auſpicato gerebatur Liu. 1, 36. *Conf.* 41 *vbi aliquoties occurrit.* Ter. Andr. 4, 5, 12 Haud auſpicato huc me appuli. *Vbi* Donatus, Haud auſpicato, id eſt inauſpicatus, quod non eſſet auſpicatus. Et vſitatum veteribus ſic dicere, ſi quid aliquando aliter eueniſſet quam vellent. Cic. de Diuin. 2, 76 Bellicam rem adminiſtrari maiores noſtri, niſi auſpicato noluerunt. Id. pro Muraen. Quae deprecatus a diis immortalibus ſum iudices, more inſtitutoque maiorum illo die, quo auſpicato comitiis centuriatis L. Muraenam conſulem renuntiaui: vt ea res, *etc.* Auſpicatius enecta parente gignuntur Plin. 7, 9.

AVSTER, tri. [Νότος] *Ventus Meridionalis. Veteres huic voci aſpirabant ſcribentes* Hauſter, *quod MSS. Codd. teſtantur. Haec Erythraeus in Virgiliano Indice.* Auſter Graece Νότος dicitur ab humore et nebula, quod νοτὶς Graece, Humor Latina interpretatione dicatur, et ſit is ventus ſudoris effector. Nonius 1, 251. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 26 Nacti Auſtrum naues ſoluunt. Auſtri venientis ſibilus Virg. Ecl. 5, 82. *in rebus iucundiſſimis refertur.* Hor. Epiſt. 2, 2, 202 Non agimur tumidis velis Aquilone ſecundo, Non tamen aduerſis aetatem ducimus Auſtris, *h. e. Nec in ſumma proſperitate ſumus, nec in ſumma calamitate.* Aquaticus Ouid. Met. 2, 853. *cum reſpectu ad Graecam appellationem* Νότος. Aſpirans Virg. Aen. 5, 764. Calidus Claud. de Bell. Get. 59. Crepitans Virg. Aen. 3, 70. *videtur ad ſonum armamentorum nauis a vento motorum referendum.* Id. ibid. 5, 696 Denſisque nigerrimus auſtris imber. Id. Georg. 4, 261 Frigidus vt quondam ſiluis immurmurat auſter. *i. (vt exponit Sabinus) languidus, per ſe enim potius calidus eſt. Sed quid faciemus* de Georg. 3, 278 *vbi* nigerrimus Auſter pluuio contriſtat frigore caelum. *Conf. mox* AVSTRIFER. Furens Virg. Aen. 1, 55. Humidus Id. Georg. 1, 462. Claud. in pr. Conſ. Stil. 395. Tib. 1, 1, 41 Aut gelidas hibernus aquas cum fuderit auſter, *vbi* Hibernus *non eſt perpetuum epitheton, ſed refertur ad* gelidas aquas. Imbricus Plaut. Merc. 5, 2, 35. Imbricitor Enn. *vid. ſſ. ll.* Inexorabilis Sil. 16, . . Lenis Virg. Aen. 3, 70. Leniſſimus Cic. Att. 7, 2. Leuis Valer. Argon. 6, 665. Libycus Agam. 480. Madens Sen. Her. Oet. 71. Madidus Claud. Sec. Conſ. Stil. 103. Mitis Cic. Att. 7, 2. Nebuloſus Sen. Med. 588. Nigerrimus Virg. Georg. 3, 278. Stat. Theb. 5, 705. Nocens corporibus Hor. Carm. 2, 14, 16. Nubilus Ouid. Met. 11, 663. Plumbeus Hor. Serm. 2, 6, 18. *pro graui, grauis autem pro noxio et peſtilenti. Nam ita iungit:* Nec plumbeus Auſter Auctumnusue grauis, Libitinae quaeſtus acerbae. Pluuius Ouid. Met. 1, 66. Sen. Agam. 93 Pincernam pluuiarum *vocari* Auſtrum *aiunt ab* Auguſtino. . . Procaces Virg. Aen. 1, 540. Spirans aeſtibus Ouid. Met. 7, 532. Tepidus Sen. Hippol. 21. Turbidus Claud. Laud. Seren. 203. Validus Hor. Epiſt. 1, 11, 15. Vehemens Cic. Att. 16, 6. Cadunt Auſtri, *vid.* CADO. Ita belle nobis flauit ab Epiro leniſſimus Auſter et mitis Cic. Att. 7, 2. Virg. Ecl. 2, 58 Eheu quid volui miſero mihi? floribus Auſtrum Perditus, et liquidis immiſi fontibus apros. *Nempe* Auſtri *aura calida et aeſtuoſa ſtatim langueſcunt flores pulcherrimi.* Stat. Silu. 3, 3, 129 Pubentesque roſae primos moriuntur ad Auſtros. Immurmurat ſiluis Auſter Virg. Georg. 4, 261. Increbruit Auſter, *vid.* INCREBRESCO. Ingeminant Auſtri, *i. Repetunt ſuos ſtatus venti* Virg. Georg. 1, 333. *In his formulis eſſe interdum Auſtrum conſueta Synecdoche poſitum pro quouis vento, ſtudioſi obſeruabunt.* ¶ 2 *Singulare eſt illud* Aconiti guſtus eſt auſter atque ſubamarus Scribon. 188. *i. auſterus.*

AVSTELLVS, i. m. Dimin. Lucil. apud Nonium 2, 229

Rex Cotus ille duos ventos, Auſtrum atque Aquilonem
Nouiſſe aiebat ſolos hos de magis: iſtos
Ex nimbo Auſtellos nec noſſe nec eſſe putare.

*Sic emendauit pulchre Mercerius. Cotus Thrax furentibus ventis aſſuetus, ventos non putat, niſi vehementes illos: illos* Auſtellas *potius, quam* Auſtros, *qui cum nimbo venire ſolent, numero ventorum non habet.*

AVSTRALIS, e. [Νότιος] *meridionalis reſpectu ad plagam, non ad ventum habito.* Auſtralis annus Claud. Eutrop. 1, 403. Cic. de Somn. Scip. 15 c. 6 Duo ſunt habitabiles, quorum Auſtralis ille, in quo qui inſiſtunt, aduerſa vobis vrgent veſtigia, nihil ad veſtrum genus. *Loquitur de quinque terrae zonis, quas* Cingulos *dixerat.* Latus Claud. in Eutrop. 2, 242. Nimbi Auſtrales Ouid. e Pont. 4, 4, 1. Ora Cic. Tuſc. 1 c. 28. Polus Auſtralis, *i. Antarctius.* Sen. Herc. Oeth. 1104. Ouid. Met. 2, 132.

AVSTRĪFER. Adi. *Vnde Auſtri veniunt* Sil. 12, 2 Hiemi tribuit glaciale caput, fecundaque nimbis Tempora et Auſtrifero nebuloſam vertice frontem.

AVSTRĪNVS. *Aliud* Adi. [νότιος] *vt,* Auſtrini flatus, *qui flant ab Auſtro* Plin. 17, 3. Idem 16, 26 Pirus et amygdala, etiamſi non pluat, ſed fiat Auſtrinum caelum atque nubilum, florem amittunt. Calores Auſtrini Virg. Georg. 2, 270. Auſtrinus dies Columel. 11, 2, 37 III Kal. Maias mane Capra exoritur Auſtrinus dies, interdum pluuiae. Piſcis, *Sidus* Col. 11, 2, 62. Polus Plin. 5, 19. Vertex Plin. 2, 68. *i. polus antarcticus.*

AVSTRO, āre. *Humectare adſcribitur, neſcio quam bene,* Plauto, Auſtrati ad ignem ſedent.

AVSTROAFRICVS, i. m. Iſidor. 13, 11 *Ventus inter Auſtrum et Africum.*

AVSTRONOTVS, i. m. Polus antarcticus *ap.* Iſid. Origg. 3, 32 *et* 36.

AVSTĒRVS, a, um. *Contrarium eſt Suaui.* Αὐστηρὸς, auſterus, ſeuerus Vet. Gloſſ. Cic. de Orat. 3, 98 c. 25 Quanto molliores ſunt et delicatiores in cantu flexiones, et falſae voculae, quam certae et ſeuerae? quibus tamen non modo auſteri, ſed ſi ſaepius fiunt, multitudo ipſa reclamat. Compoſitio auſtera *in accuſando adhibenda* Quinct. 9, 4, 128. Curatio auſtera Plin. 24, 7. Color auſterus in glauco conchyliis Id. 9, 36 ſ. 60. *Et* 35, 6 Sunt autem Colores auſteri aut floridi. Vtrumque natura, aut miſtura euenit. Floridi ſunt, quos dominus pingenti praeſtat, minium, armenium, cinnabaris, chryſocolla, indicum, purpuriſſum. Caeteri auſteri. *Conf. Salmaſ. Exerc. p.* 199 (140 *Belg.*) *qui oſtendit,* auſteros *hic eſſe* βαρεῖς, *minus lucidos, ſaturatiores. vid.* AVSTERĬTAS. Guſtus auſterior Columel. 12, 12 *et* 39. Homo auſterus et grauis Cic. in Piſon. 71. Labor Hor. Serm. 2, 2, 12. More ac modo auſtero cum aliquo agere Cic. pro Cael. 33 c. 14. Muſta auſtera in lacu Quinctil. 2, 7. Poëmata Hor. in Arte Poët. 342 *opponuntur* dulcibus. Suauitas auſtera, *cui* Dulcis *opponitur* Cic. de Orat. 3, 101. Vinum auſterius Columel. 3, 2. Celſ. 3, 6 *extr.* Vir auſterus Propert. 3, 3, 50. Auſterior colore pictor, et in auſteritate iucundior Plin. 35, 11 ſ. 40, 29. *Superlat. ſingularis,* Regi auſterrimo Meſſala Coru. p. 4. *Sed* Vinum auſteriſſimum Scribon. Larg. Comp. 142. Apul. de Herb. c. 39, 2.

AVSTERVLVS, a, um. Apul. Flor. 4 p. 363 Elm.

AVSTERĬTAS, ātis. f. [αὐστηρότης] *Contraria eſt Suauitati.* Quinctil. 2, 2, 5 Non auſteritas eius triſtis, non diſſoluta ſit comitas. *Loquitur de praeceptore pueris tradendo.* Auſteritas et Frontis remiſſio opponuntur Plin. Epiſt. 2, 5, 5. Id. 35, 10 ſ. 36, 18 *de atramento tenui picturis illito,* Et eadem res nimis floridis coloribus auſteritatem occulte daret. *Sed* 9, 38 ſ. 62 *de Buccino conchylio,* Pelagio admodum alligatur, nimiaeque eius nigritiae dat auſteritatem illam nitoremque, qui quaeritur cocci. *Quod igitur nigrum erat, fit* auſterum *admiſto colore viuidiore.* Auſteritatem *etiam tribuit* Scythicis Smaragdis 37, 5 ſ. 17 *et* 18. *i. colorem ſaturatiorem.*

AVSTERE. Adu. [αὐστηρῶς] Cic. pro Muraen. 74 c. 35 At enim agit mecum auſtere et Stoice Cato.

AVSTERALIS, e. Auſteralis herba Apul. de Herb. c. 105. *inter appellationes Siſymbrii.*

AVSTRALIS, AVSTRINVS, AVSTRO, as. *vid.* AVSTER.

AVSVS, *vid.* AVDEO.

## A V T

AVT. [ἢ] *Coniunctio disiunctiua.* Cic. Tuſc. 5, 118 Aut bibat, aut abeat. Virg. Aen. 2, 45 Aut hoc incluſi ligno occultantur Achiui, Aut haec in noſtros fabricata eſt machina muros. Ter. Andr. 1, 1, 30 Aut equos alere, aut canes ad venandum, aut ad philoſophos. Lucr. 4, 933 Res omnes aut corio ſunt, aut ſeta, aut conchis, aut callo, aut

cortice tectae. Cic. in Piſon. 94 Res ipſa et Reip. tempus, aut me ipſum, quod nolim, aut alium quempiam, aut inuitabit, aut dehortabitur. Idem de Orat. 1, 36 Caetera, inquit, aſſentior Craſſo, ne aut de C. Laelii ſoceri mei, aut de huius generi, aut arte, aut gloria detraham. *Add.* Idem Off. 1 c. 9. Partit. Orat. c. 14. Hor. A. P. 333 Aut prodeſſe volunt, aut delectare Poëtae. Aut, vel. Vlpian. in l. 1 §. 1 D. de aleator. Haec clauſula pertinet ad eum, qui compulit ludere: vt aut multa multetur, aut in latumias, vel in vincula publica detur. *Nempe hoc* vel *nouam velut disiunctionem facit, nec* multae *amplius reſpondet, ſed* lautumiae *ſoli. Sed* Martial. 4, 78 Aut appone dapes, Vare, vel aufer opes. Cic. Verr. 4, 78 Quem tibi aut hominem inuitis diis immortalibus, aut vero deum tantis eorum religionibus violatis auxilio futurum putas? Idem de Orat. 1, 76 c. 17 Sed ſi quis eſſet, aut ſi etiam vnquam fuiſſet, aut vero ſi eſſe poſſet, tu eſſes vnus profecto. Aut etiam, aut non reſpondere Idem Acad. 4 c. 32. Horat. Serm. 2, 7, 25 Aut quia non ſentis, quod clamas rectius eſſe: Aut quia non firmum rectum defendis. ¶ 2 Quinctil. 1, 5, 49 Et *an* et *aut* coniunctiones ſunt. Male tamen interroges, *Hic aut ille ſit? Non repugnat huic obſeruationi Fabii* Plaut. Bacch. 1, 2, 54 Tibi ego, aut tu mihi ſeruus es. *Nam poteſt etiam disiunctiue accipi non ſine ſale. Nec* Cic. pro Roſc. Amer. c. 21 Quaeſiſſe, num ille, aut ille defenſurus eſſet. *Nam hic ſimpliciter* ille aut ille *disiunguntur, non vter duorum defenſurus ſit, quaeritur. Tale eſt etiam* Sen. de Conſtant. 5 Cogita nunc, an hic fur, aut calumniator, aut vicinus potens, aut diues aliquis *etc. Sunt enim verae disiunctiones, non interrogationes diuerſae. Quod e* Plin. 7 praef. *laudatur*, Parens melior homini, aut triſtior nouerca fuerit? *meliores habent* An. Plinius *iunior non ſemper, puto, ſibi cauit; ſed reprehenſus nempe eſt a Praeceptore ſuo Fabio. Huc tamen non retulerim* Epiſt. 1, 18, 5 Diſpice, an tu quoque ſub hoc exemplo — aut, ſi tutius putas — id ipſum reſcribe. *Nam disiunguntur,* Diſpice, aut Reſcribe. *Etiam 10, 48, 2 rectius ita legitur,* Sitne faciendum, an ſit relinquendum, an etiam deſtruendum. *Sed* Paneg. 84, 1 *Conſtanter omnes libri,* vtrum ſit efficacius ad recte viuendum, bene inſtitui, aut feliciter naſci. *Et fuiſſe ſane oportet aetate Fabii, qui ſic dicerent: quid enim reprehenderet?* Sen. Epiſt. 52 Quem, inquis, inuocabo, hunc aut illum? *Disiungit non totam interrogationem, ſed formula* hunc aut illum *indiuiduum vagum deſignat. Ita etiam nullum commercium habet* ἢ aut *cum praemiſſo* an *in illo* Cic. de Orat. 1 c. 9 An vero tibi Romulus ille aut paſtores et aduenas congregaſſe, aut Sabinorum connubia coniunxiſſe, aut finitimorum vim repreſſiſſe eloquentia videtur? ¶ 3 Aut *pro Saltem, cum corrigimus, minuimus certe, ſuperiora.* Sall. Iugurth. 60 Profecto cuncti aut magna pars. *Sic* Cic. in Brut. 254 Quo enim vno vincebamur a victa Graecia, id aut ereptum illi eſt, aut certe nobis cum illis communicatum. *Huc pertinet* Diomed. 1 p. 411 Aut coniunctio dubitatiuam, ſi geminetur, habet poteſtatem, vt qui dicit, *Aut librum volo, aut pretium*, vtrumque ex aequo deſiderare ſignificat, vt illis, (Virg. Aen. 2, 36)

Aut pelago Danaum inſidias ſuſpectaque dona
Praecipitare iubent, ſubiectiſue vrere flammis;
Aut terebrare cauas vteri et tentare latebras.

Aut, ſi ſemel pronuntietur, diminutiua eſt, et gradum habet ad inferiora tendentem: vt cum dicimus, *Aut librum volo, aut pretium*: vt ſi liber quem potiſſimum volo, minime reddatur; tum, quod ſecundum pretium. Item (ſ. Ita Virg. Aen. 1, 69)

Incute vim ventis, ſubuerſaſque obrue puppes,
Aut age diuerſas, et disiice corpora ponto.

Nam furens Iuno et irata, quod grauiſſimum credebat optauit, deinde quod ſecundum intulit. *Pergit* Diomedes. Aut, modo comminatiua eſt, quum dicimus, Aut da mihi, aut rapio, (Virg. Ecl. 7, 21)

Nymphae noſter amor, Libethrides, aut mihi carmen
Quale meo Codro concedite — aut ſi non poſſumus omnes
Hic arguta ſacra pendebit fiſtula pinu.

Modo hortatiua eſt. Ita (Virg. Aen. 9, 495) Aut tu magne pater diuûm miſerere. *(Hic quidem falli Grammaticum, apparet. Si inſpicies locum, disiunctionem veram inuenies)* Modo coniunctiua pro *Et*, vt (Idem Aen. 1, 414) Moliriue moram, aut veniendi poſcere cauſas. Et pro *Que*, vt (Id. Georg. 1, 411) Tum liquidas corui preſſo ter gutture voces Aut quater ingeminant. pro Quaterque. Modo pro ſeparatiua, vt (Virg. Aen. 1, 438) Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto. Id (Aen. 4, 62) — media inter cornua fundit, Aut ante ora deûm, pingues ſpatiatur ad aras. *i.* Modo fundit, modo ſpatiatur. *Haec ex* Diomede, *ad verbum.* ¶ 4 Aut, vel. Tacit. Hiſt. 2, 76 Non aduerſus diui Auguſti acerrimam mentem, nec contra Caii aut Claudii, vel Neronis fundatam longo imperio domum exſurgimus. ¶ 5 Aut *cum ſua propoſitione, inuerſo ordine, praepoſita videtur* Cic. Fam. 8, 17, *vel Caelio potius,* Quod vtinam aut Appius Claudius in ea parte, C. Curio *etc. Sic certe libri optimi. Sed locus eſt controuerſus. Dilucidior* Cic. Att. 10, 13 Videlicet, aut aliquid atrocius de me imperatum eſt, coram mihi negare non vult. ¶ 6 Aut *pro* et Priſcian. l. 18 p. 1170, *poni ait, ſed exemplum non addit.*

AVTEM. [δὲ] *Diſcretiua coniunctio, qua ea, quae re diſcreta intelligi volumus, oratione connectimus. Semper poſt vnum alterumque commatis ſui verbum ponenda.* Ter. Adelph. 4, 2, 48 Aeſchinus odioſe ceſſat, prandium corrumpitur. Cteſipho autem in amore eſt totus. Cic. Fam. 11, 15 Quod fecit ille diligenter: mihi autem nihil amabilius officio tuo et diligentia. *Nempe ſimpliciter continuat orationem. Sic* Nep. 25, 17 De pietate autem Attici *etc.* ¶ 2 *Affectus cuiuſdam et motus animi indicium habet.* Ter. Adelph. 3, 4, 16 Salue Demea. D. quid autem? Cic. Tuſc. 5, 16 Qua pulchritudine vrbem, quibus autem opibus praeditam, ſeruitute oppreſſam tenuit ciuitatem? *De Dionyſio Syracuſarum tyranno.* Ter. Eun. 5, 2, 10 Ah quid faciam? quid mea autem? quid faciet mihi, *etc. Sic* Quae res te ſollicitat autem Idem Heaut. 2, 3, 10. Plaut. Trucul. 4, 3, 64 Agite, abite: tu domum, et tu autem domum. Ter. Eun. 3, 2, 22 Quid tu ais Gnatho? numquid habes, quod contemnas? quid tu autem Thraſo? tacent: ſatis laudant. Idem Eun. 5, 5, 22 Atque adeo autem, cur non egomet intro eo? *Et* Phorm. 1, 5, 34 Ecce autem ſimilia omnia: omnes congruunt. *Vbi* Donatus, Ecce autem, vox eſt apta his, quae noua et improuiſa animo accidunt. *Sic* Virg. Aen. 2, 203 Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta. *Sic in epanorthoſi, vel dictorum noſtrorum reprehenſione. V. g.* Cic. Att. 6, Quid tandem iſti mali in tam tenera inſula non feciſſent? feciſſent autem? immo quid ante aduentum meum non fecerunt? Idem pro Rabir. Poſth. 48 Numquis teſtis Poſthumum appellauit? teſtis autem? num accuſator? Ter. Eun. 4, 7, 28 Ego non tangam meam? CH. tuam autem furcifer? ¶ 3 Autem enim *laudabant ex* Plaut. Pſeud. 1, 5, 21 Vetus nolo faciat. C. Autem enim nequidquam neuis. *Sed leg.* At enim. *Et* autem Scribon. 70. *Conf.* Rhod. Lex. Scribon. Et quod inane autem eſt Lucret. 1, 1077. Et Demoſthenes autem ad Aeſchinem orationem in procemio conuertit Quinctil. 4, 1, 66 p. 313 Burm. *qui quidem illud* autem *omittit. Conf.* Sueton. Aug. c. 73. Neque enim, neque autem. Cic. Fam. 5, 12 Neque enim tu is es, qui ſis neſcias: et qui non eos magis, qui te non admirentur, inuidos, quam eos, qui laudent, aſſentatores arbitrere. Neque autem ego ſum ita demens. Sententia ſemel lecta, neque augeri litera vna, neque autem minui poteſt Apul. Flor. 1 *prope fin.* Pridie autem, *in principio orationis dic volunt.* Cic. Att. 9, 11 Pridie autem apud me Craſſipes fuerat. *Se nempe eſt id a vitioſa diuiſione: quod hinc nouam epiſtolam incipiebant.* Porro autem. Ter. Adel. 3, 3, 66 D. Hoc vitio datur. S. probiſſime. D. porro autem, *vbi* Donat. Porro autem, At vero, et huiuſmodi principi narrationum ſunt, quibus ſuperiora ſequentibus connectuntur. Id. Eun. 3, 5, 63 Nunc metuo fratrem, ne intus ſit: porro autem, pater ne rur redierit iam. Tum autem, pro Praeterea. Terent. Eun. 5, 9, 6 Sci ſponſam mihi? PA. bene, ita me dii ament factum. G. audin' tu illum, quid ait? C. tum autem Phaedriae meo fratri gaudeo amorem eſſe omnem in tranquillo. *Et* Eun. 2, 3, 20 Vt illum dii deaeque ſenium perdant, qui me hodie remoratus eſt. meque adeo, qui reſtiterim: tum autem, qui illum non flocciſecerim. Donatus, Tum autem pro Et. duas vult enim cauſas eſſe, cur ſeipſum dii perdant vnam, quod reſtiterit: alteram, quod ſenem peruerſus diu reman ſerit a perſequenda virgine. *Sic* Tum obſonium autem? Plaut. Aul. 3, 6, 24. Autem, vero. Cic. de Orat. 1, 70 c. 15 Eſt enim finitimus oratori Poëta, numeris aſtrictior paullo, verborum autem licentia liberior, multis vero ornandis generibus ſocius ac paene par: in hoc quidem certe prope idem, nullis vt terminis circumſcribat, au definiat ius ſuum. Vix autem. Idem Verr. 2, 12 Vt ea reſtitui i antiquum ſtatum nullo modo poſſit, vix autem per multos anno Autem, *inter multas copulatiuas ponitur, quaſi reſpirationis cauſa.* de Natur. Deor. 2, 51 c. 20 Tum autem rurſus aperiuntur, tum abeunt, tum recedunt, tum accedunt, tum autem ſubſequuntur, tum celerius mouentur, tum tardius. *Sed illud* autem *non agnoſcit* Gru *et ſqq.* ¶ 4 Autem, *tertio et quarto loco poſitum.* Gel 19, 1 Noſcitandae probationes autem, *etc.* Plaut. Amph. prol. 14 Tum meo patri autem torulus inerit aureus. Virgil. Aen. 2, 1 Sed quid ego haec autem nequidquam ingrata reuoluo? *Poſt negat vam omitti ſolet.* Haec morum vitia ſunt, non ſenectutis Cic. de Se c. 18. Pro patre mori poſſum, coram patre non poſſum Quinct. Decl. 17.

AVTHENTA, ae. m. *Princeps.* Ouatum Latiaris authen Fulgent. de Contin. Virg. *Nempe*

AVTHENTES. [αὐθέντης] *Quod antiquis Graecis* αὐτόχειρ *eum praeſertim, qui ſua manu aliquem interimeret, ſignificabat, ſatis n ture debet etiam auctorem,* αὐτοκράτορα, *dominum notaſſe. Hoc vt noſtris maneamus, indicat.*

AVTHENTICE, *ſiue potius* αὐθεντικῶς. Adu. *Quo vtitur* C Att. 9, 14 *et* 10, 9. *Poſterior locus clarior eſt.* Pompeium cum magi copiis iter in Germaniam per Illyricum feciſſe. Id enim αὐθεντικ nuntiabatur, *i. certis auctoribus, iis nuntiantibus, qui rebus gerena vel praeerant, vel certe intererant.*

AVTHENTICVS. Adi. [αὐθεντικὸς] *Quod auctoritatem hab quia vno modo gradu ab auctore ſuo abeſt.* Tertull. de Praeſcr. c. Authenticae literae Apoſtolorum *ipſorum manibus ſcriptae, vel ob gnatae.* Idem adu. Marc. 4, 3 Habuit authenticam paraturam, p quam ad Lucam vſque peruenit, *i. rationem auctoritatem parandi Eu gelio ſuo.* *Et* adu. Marc. 4, 35 Chriſtus erat authenticus pontifex D patris, *i. ab illo proxime, nullo intermedio, conſtitutus.* Tabul authenticae, *ſunt Primariae, vnde exempla deſumuntur.* Vlpian. in Caeterae. D. Famil. ercif. Heredem enim exemplum debere dare, bulas vero authenticas ipſum retinere, aut in aedem deponere. Paull. in l. 2 D. de fid. inſtrum. Quicunque a fiſco conuenitur, n ex indice et exemplo alicuius ſcripturae, ſed ex authentico conueni dus eſt: vt ita contractus fides poſſit oſtendi. Vlpian. in l. Pomj nius. D. Famil. erciſc. Plerumque enim authenticae rationes ſunt ceſſariae actori ad inſtruenda ea, quae poſtea emergunt ad notiti eius ſpectantia. *Subſtant.* Sciamus, non ſic eſſe in Graeco autho thico Tert. de Monogam. c. 11. *int. exemplari.*

AVTHEPSA, ae. [αὐθέψα] *Genus ollae, cuius meminit* Cic. p Roſc. Amer. 133 c. 46 Domus referta vaſis Corinthiis et Deliacis, quibus eſt authepſa illa, quam tanto pretio nuper mercatus eſt, qui praetereuntes pretium enumerari audiebant, fundum vaenire bitrarentur. *Haec olla videtur fuiſſe ex aere Corinthio facta, tanto tificio, vt pauciſſimo et fere nullo igni ſuppoſito, elixaret, quae impo bantur. dicta quaſi* Per ſe elixans. *Vas porro fuiſſe videtur ex ae duos habens fundos: quorum in ſuperiore caro, in inferiore igniculus ponebatur, coquendis, quae ſupra poſita fuerant, accommodatus.* Lamprid. Heliog. c. 19, *et ibi* Salmaſ. *Et praeſertim* Iſ. Voſſ. ad C tull. p. 318 ſq.

AVTHOR, AVTHORITAS, *etc.* *Vid.* Auctor, *etc.*

AVGEO.

AVTOCHTHŌNES. [Ἀὐτόχθονες] *Sic a Graecis vocabant populi, qui non alio referrent originem ſuam, verum ex ipſo ſolo videri vellent. Latine* Tacit. Germ. 2 Indigenae, minimeque al rum gentium hoſpitibus mixti. *Lepide* Cic. ad Att. 7, 2 Et mehercule eſt, quam facile diligas, αὐτόχθων in homine vrbanitas, *natiua.*

AVTOGRĂPHVS. Adi. [αὐτόγραφος] *Manu auctoris ſcript* Suet. Aug. 71 Nec id dubium eſt autographa quadam epiſtola. Ib 87 Literae ipſius autographae oſtentant. *Vſurpatur* Autographum *abſolute, ſubaudita ſcil. voce* Exemplar. Me iuuat vetuſtatis exemp de autographo tuo ſumere Symm. Ep. 3, 11. Originale *vocant vu hodie,* Idiographum librum *vocat* Gellius 9, 14.

AVTOLŌLES. [Αὐτόλολες] *Populi Mauritaniae ad Atlan montem memorati.* Plin. 5, 1. *et* 2. *et* Sil. 3, 306, *cuius deſcriptio ſa vt hic locum inueniant*

Nec non Autololes leuibus gens ignea plantis,
Cui ſonipes curſu, cui ceſſerit incitus amnis,
Tanta fuga eſt.

Vagi *appellantur a* Lucan. 4, 677.

AV'

AVTOLY̆CVS. [Αὐτόλυκος] *Mercurii ſeu Deucalionis filius, et maternus Vlyſſis auus, furtorum nomine inſignis.* Columel. 1, 3, 7 Deteſtabiles vicinos *cum nominauit, addit,* Niſi Autolycus ille cuiquam potuit tolerabilis eſſe conterminus.

AVTOMATARIA, *vid. poſt* AVTOMATON.

AVTOMATON. [αὐτόματον] *Quod per ſe, et velut ſponte, ceſſante etiam aliquantum impellentis manu, mouetur.* Vitruu. 9, 9 *de horologiis,* Ergo Cteſibius quum animaduertiſſet ex tactu caeli, et expreſſionibus, ſpiritus, vocesque naſci, his principiis vſus, hydraulicas machinas primus inſtituit: item aquarum expreſſiones αὐτομάτας, porrecti, rotundationisque machinas. Αὐτομάτας, *i. Vltroneas, ſpontaneas.* Sueton. in Claudian. 34 Si αὐτόματον, vel pegina, vel quid tale aliud parum ceſſiſſet. *Vtitur aliquoties* Petronius, *vt* c. 50 Plauſum poſt hoc automatum familia dedit: *ſiue adiectiuum ſit ad plauſum relatum, quem ſpontaneum fuiſſe, non imperatum, indicet: ſiue ſubſtantiue referatur ad porcum illum fartum, cuius* ex plagis ponderis inclinatione creſcentibus tomacula cum botulis effuſa ſunt. Idem c. 54 Totum circumſpicere triclinium coepi, ne per parietem automaton aliquod exiret. *Et de re obſcena* c. 140 Dum frater ſororis ſuae automata per cloſtellum miratur.

AVTOMATARIVS. *Vt,* Faber automatarius *in* Inſcript. *apud Torrent. ad* Sueton. Claudian. c. 34. *et* Gruter. p. 642. *it.* p. 636, 7. *et* Donium p. 317, 9, vbi AVTOMATARIVS CLEPSYDRARIVS.

AVTOMATARIA, ōrum. Idem, quod Automata, fictum ab Vlpiano in l. 41 §. 7 D. de legat. et fideicomm. Sed automataria, inquit, aut ſi qui canthari, per quos aquae ſaliunt, poterunt legari.

AVTOMATIA. [Αὐτοματία] *i. Fors, Fortuna, ſacello culta a Timoleonte, quod docet* Nepos 20, 4, 4. *Etiam Plutarchus αὐτοματίας ἱερὸν, et alias βωμὸν, ab eo conſtitutum narrat. Vid. Moral.* p. 542, E, *vbi tam ἀγαθὸν δαίμονα appellat: et* 816, D.

AVTOMATIVM, i. n. *Volunt eſſe locum, vbi automata fierent, ſudantque* Petron. Fragm. In automatium me conieci.

AVTOMĔDON, ōntis. [Αὐτομέδων] *Auriga Achillis.* Virgil. Aen. 2, 477 — et equorum agitator Achillis Armiger Automedon. *et* Ouid. Triſt. 5, 6, 10. *Hinc pro bono auriga* Cic. pro Roſc. 98 c. 35 Non adeſt iſte T. Roſcius? non ſuis manibus in curru collocat Automedontem illum, ſui ſceleris acerbiſſimi nefariaeque victoriae nuntium. *Reſpicit ad* n. 19 c. 7, *vbi de Glaucia,* Decem horis nocturnis ſex et quinquaginta millia paſſuum ciſiis peruolauit.

AVTONŎE, es. [Αὐτονόη] *Filia Cadmi et Hermiones, teſte Heſiodo, vxor Ariſtaei, ex qua natus* Actaeon, *qui* Autonoëius *ab* Ouidio *vocatur* Met. 3, 198 — fugit Autonoëius heros, *etc. Ex* Iuuen. Sat. 6, 72, *intelligimus Atellanae fabulae argumentum fuiſſe Autonoën.*

AVTOPHYES. [αὐτοφυὲς] *Natiuum, non aduenticium, aut artificioſum.* Vlpian. l. 70 D. de leg. et fideicomm. 111 Si cui lana legetur, id legatum videtur, quod tinctum non eſt, ſed αὐτοφυὲς, *ſponte ſua natum.*

AVTOPYRON. [αὐτόπυρος] Celſ. 2, 18 *ait eſſe* Panem, cui nihil furfuris ademtum eſt. *Galen. lib. 1 de Aliment. Panem αὐτόπυρον dici vult, quod ὅλος αὐτὸς ὁ πυρὸς, id eſt totum ipſum triticum, nulla ſui parte ademta, in panificium cedit. hunc etiam vocat συγκόμιστον: quoniam in eum συγκομίζεται, hoc eſt, conuehitur ſeu confertur ſimul omnis indiſtincta farina. Itaque* Autopyros et Syncomiſtus *panis idem erunt. Add.* Plin. 22, 25 ſ. 68 Ad omnia autem haec fermentatus, qui vocatur autopyros, vtilior. *Vtitur etiam* Scribon. Comp. 227. Cael. Aur. Chron. 5, 9.

AVTOR, *etc. vid.* AVCTOR.

AVTVMNVS, *ſiue* AVCTVMNVS, i. m. [ὀπώρα, φθινόπωρον] *Quarta pars anni, quae Aeſtatem ſequitur.* Feſtus, Auctumnum quidam dictum exiſtimant, quod tunc maxime augeantur hominum opes, coactis agrorum fructibus. Virgil. Georg. 1, 311 Quid tempeſtates Autumni et ſidera dicam? *Et quia medici morbos Autumno graueſcere autumant propter putrefactionem, ideo* Iuuen. Sat. 4, 56 Letiferum *vocat.* Autumnus plures opprimit Celſ. 2, 1. Quaeſtus Libitinae *vocatur* Hor. Sat. 2, 6, 19. Saepe ſub autumno, quum formoſiſſimus annus, — Aëre non certo, corpora languor habet Ouid. A. A. 2, 315 ſqq. Quot Themiſon aegros autumno occiderit vno Iuuenal. 10, 221. Aeſtus Autumni Virgil. Georg. 3, 479. *i. Calor.* Fluxus Autumni Tacit. Hiſt. 5, 23. *i. quum Autumnus vergere incipit et inclinari verſus hiemem.* Frigora Autumni Virgil. Georg. 2, 321. Tempeſtates Autumni Idem Georg. 1, 311. Adultus Autumnus, *vid.* ADOLEO. Adultus, nouus, praeceps: *vid.* Seru. ad Georg. 1, 43. Dies Stat. Silu. 5, 1, 50. Grauis Horat. Serm. 2, 6, 19. *et* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 2. *i. inſalubris, qui morbos adferat.* Ouid. Met. 1, 117 Perque hiemes, aeſtusque et inaequales Autumnos, *alternante calore et frigore.* Maturus Ouid. Met. 15, 210. Pampineus Virg. Georg. 2, 5, *quia tum vites maxime veſtitae pampinis.* Pomifer Horat. Carm. 4, 7, 11. Siccatus frigore Autumnus Iuuen. Sat. 11, 76. Sordidus Ouid. Met. 2, 29. Horat. Carm. 2, 5, 11 Diſtinguit Autumnus racemos Purpureo varius colore. Varios ponit foetus Autumnus Virgil. Georg. 2, 521. Lucret. 1, 176 Vites Autumno fundi ſuadante videmus, *i. eliciente, maturante.* Autumnus, *pro eius prouentu* Martial. 3, 58, 7 Et multa fragrat teſta ſenibus autumnis, *i. vino veteri.*

AVTVMNVM, i. n. Varro *apud* Non. 2, 22 Autumnum vitoſum fuerat. Arboreis foetibus autumna foecunda Cyprian. Eſt. . . .

AVTVMNVS, a, um. Adiect. *Idem, quod Autumnalis. Vt,* Aequinoctium Autumnum Plin. 19, 6. Dies C. l. 7 de Feriis. ...gus Ouid. Met. 3, 728. Imber Cato R. R. 5, 8, *in MStis quibusd.* ...unae Auſon. Eidyll. 8, 10. Temperies Cyprian. adu. Demetr. l. 1. Tempeſtas Gell. 19, 7.

AVTVMNĬTAS, ātis. f. [ὀπώρα] Idem ſignificat. Cato 5, 8 Circum oleas Autumnitate ablaqueato. *Add.* c. 15, 5, 1. *Item Prouentus Autumni.* Arnob. 1 p. 12 Ex oliuis veſtris atque vinetis plenam faciant autumnitatem fundi. *Conf.* Symmach. 3, 23. *Sed pro tempore* lib. 2 p. 96 Sed ſerius hiems, ſerius aeſtas atque autumnitas fiant.

AVTVMNĀLIS, e. [ὀπωρινὸς] *Vt,* Autumnale aequinoctium Plin. 2, 97. *Add.* Varr. R. R. 1, 28. Liu. 31, 47. Agnus autumnalis vino melior Col. 7, 3, 11. Varro 1, 39, 1 Nonne videmus alia florere Verno tempore, alia Aeſtiuo, neque eadem Autumnali, quae Hiberno? Cornua Autumnalia Ouid. Met. 8, 665. Cic. in Arat. In qua Autumnali atque iterum Sol lumine Verno Exaequat ſpatium lucis cum tempore noctis. Putatio Col. 4, 9 *extr.* Pira, acidulo ſapore iucunda, Tiberiana appellantur, quae maxime Tiberio principi placuere Plin. 15, 15.

AVTVMNAL. Aequinoctium autumnal Varr. *ap.* Soſipat. 1 p. 94 ſq. *ex* Plinii Sermonis dubii libro ſexto.

AVTVMNAT. Plin. 2, 50 In Italia ſemper quodam modo vernat vel autumnat. Corus autumnat Ib. c. 47.

AVTV̆MO, āre. [ὑπολαμβάνω] *Quid ſignificet, docet* Gell. 15, 3 Autumo non ſolum ſignificat, Totum aeſtimo, ſed et Dico, et opinor, et cenſeo. Autumat, λέγει, Vet. Gloſſ. Cic. in Topic. 55 c. 13. *et* in Orat. 166 c. 49 Bene quam meritam eſſe autumas, dicis male mereri. Ter. prol. Heaut. 19 Factum hic eſſe, id non negat, neque ſe id pigere: et deinde facturum autumat. Horat. Serm. 2, 3, 45 — inſanum Chryſippi porticus et grex Autumat. Te eſſe Tiburtem autumant Catull. 45, 2. Vt Plato autumat Apul. Apol. p. 276. Quaſi ſalſa muriatica eſſe autumantur Plaut. Poen. 1, 2, 32, *vbi et aeſtimandi et dicendi ſignificatus eſſe poteſt.* Autumare, *pro Dicere.* Plaut. Epid. 5, 1, 37 Dî me ex perdita ſeruatam volunt, ſi vera autumas. Si vero autumas Idem Capt. 4, 2, 110. *Add.* Id. ib. 104. *Et* Men. 5, 2, 7 Nam res plurimas peſſimas cum aduenit affert, Quas ſi autumem omnes, nimis longus ſermo ſit. *Sperandi notionem quaerit* Non. 4, 7, *in illo* Pac. Aut hic eſt, aut hic adfore actutum autumo.

AVVLSVS, *et* AVVLSOR, *vid.* AVELLO.

AVVNCVLVS. *vid. ſtatim* AVVS.

AVVS, i. m. [πάππος] Patris aut matris pater, *vt ait* Paullus l. 10 §. 13 ff. de gradibus. *Satis nugoſe* Feſtus, *qualis hodie eſt,* Auus patris, matrisque pater, dictus a Graeco vocabulo, quod eſt apud eos πάππος, mutatis quibusdam literis. Alii volunt, quod ex ea voce appelletur, quod apud eosdem Graecos τάττα appellatur, ſignificatque Magnum, quoniam veluti Magnus pater ſit Auus. Alii putant Auum dictum eſſe, quia ad duos attineat, quaſi Adduum, vel quia ad patrem ſit additus. *Hactenus* Feſtus. Cic. pro Muraen. 15 c. 7 Proauus L. Muraenae, et auus Praetores fuerunt. Ab auo, *vid.* AB. Maternus auus Suet. Tiber. 7. Hor. Serm. 1, 6, 3 Nec, quod auus tibi maternus fuit, atque paternus. Aui penatibus reddi Tacit. Ann. 1, 5. Tranſcendere auum aetate Sen. Troad. 702. Nomen clarum auorum Ouid. e Pont. 1, 9, 39. Nobiles aui Sen. Herc. Fur. 339. Aui numerantur auorum Virg. Georg. 4, 209. *Vid. Rupert. ad Pompon. Enchir. p.* 436. Deſpectis ortus auis Ouid. Epiſt. 20, 224.

AVVNCV̆LVS, i. m. [μητράδελφος, θεῖος πρὸς μητρὸς] Matris frater, *vt ait* Paullus l. 10 §. 14 ff. de gradibus. Traxit appellationem ab eo, quod aeque tertius a me vt auus eſt, ſed non eiusdem iuris: ideoque vocabuli facta diminutio eſt. Siue auunculus appellatur, quod aui locum obtineat, et proximitate tueatur ſororis filium. *Haec* Feſt. Stat. Silu. 4, 8, 12 Gaudeat et Libyca praeſignis auunculus haſta. Cic. de Fin. 3, 6 c. 2 Attendes igitur vt ſoles, diligenter, eamque controuerſiam diiudicabis, quae mihi fuit cum auunculo tuo diuino ac ſingulari viro. Auunculus meus, idemque per adoptionem pater Plin. Ep. 5, 8. *Add.* Id. 6, 20, 10 *de maiore Plinio, matris ſuae fratre.* Auunculus magnus eſt auiae frater, Paullus l. c. §. 15. *Sic* Cic. Brut. 222 c. 62 Druſum, tuum magnum auunculum, grauem oratorem *etc.* Auunculus maior eſt proauiae frater, patris vel matris auunculus magnus, *vt definit* Paullus l. c. §. 16. *Sed non ſeruant accurate hoc ICtorum diſcrimen ſcriptores alii. Sic Caeſarem Auguſti* auunculum *ſimpliciter vocat* Sueton. Aug. 8. 10. 68 *qui proprie* magnus auunculus *erat, auiae Auguſti frater. Et* maiorem auunculum *Auguſti eundem Caeſarem* Aug. 7 *quod facit quoque* Vell. 2, 59, 3. *Denique* Claud. 3 Auguſtum auunculum maiorem Claudii *appellat, qui* magnus *dicendus erat, cum eſſet Octauia, Claudii auia materna, illius ſoror.* Seneca Conſol. ad Helu. 17 *maritum materterae ſuae ſuum* auunculum *nominat.* Perſ. 6, 60 *remotae cognationis gradum ſignaturus,* Et mihi ritu Manius hic generis prope maior auunculus exit.

AVIA, ae. [μάμμη] *Patris vel Matris meae mater.* Cic. de Aruſp. Reſp. 22 c. 11 Te, te Cn. Lentule, cuius ab auia manibus eſſet accepta, ſpectatorem eſſe voluit. *Sed leg.* abaui, *vel* ataui *adeo.* Veteres auiae, *pro Deliris* Perſ. Sat. 5, 92. De auia nihil ſupereſt, *i. De bonis auiae* Perſ. Sat. 6, 55.

AVĪTVS. Adi. [προγονικὸς] *Quod eſt aui, vel quod ab auo nobis contigit, et ad nos peruenit.* Bona auita Cic. pro Cael. c. 14. Celeritatem auitam mulus refert Colum. 6, 37. Hor. Carm. 1, 37, 6 Cellis auitis depromere caecubum, *i. in quas auus vinum condidit.* Fundus Hor. Carm. 1, 12, 43. Cic. Fam. 13, 35 Auitum mihi Hoſpitium eſt cum Lyſone Lyſonis filio Lilybitano, valdeque ab eo obſeruor. Honores auitae Laudis Lucan. ad Piſon. 33. Malum auitum Liu. 1, 6. Merum auitum Ouid. de Arte Am. 2, 695. *i. Vetus. Vid. modo* Cella. Nomen Ouid. Met. 6, 239. Opes auitae Plin. 9, 35. Auita et patria res Cic. Verr. 2 c. 5. Id. Tuſc. 1, 45 Haec enim pulchritudo etiam in terris patriam illam, et auitam (vt ait Theophraſtus) philoſophiam cognitionis cupiditate incenſam excitauit. Regnum Cic. pro Lege Manil. 21 c. 8. *et* Liu. 1, 15. Sanguine auito nobilis Propert. 2, 22, 33. Solium auitum Virg. Aen. 7, 169. Tumulus, *Sepulcrum aui* Ouid. Triſt. 4, 3, 45. Vmbrae auitae, *pro Maiorum vmbris, i. Animabus* Ouid. Faſt. 1, 43 At Numa nec Ianum, nec auitas praeterit vmbras.

AVITE. Adu. Filium hominis auite pronuntiatum Tertull. adu. Valent. c. 39. *Al. leg.* aiunt: *et ſic Rigalt.*

## A V X

AVXARIA, *vox nihili, quam proferebant ex* Iſid. Etym. 17, 6 *vbi* Auiaria eſt, et l. 2 C. de fundis patrim. *vbi eſt* Penſitatio auraria.

AVXESIS, is. f. *Figura oratoria.* Cic. Orat. 125 c. 36 Sunt maximae luminoſae et quaſi actuoſae partes orationis duae, quarum alteram — pono — in augendis amplificandisque rebus, quae *a Graecis* αὔξησις eſt appellata.

AVXILIVM, i. n. [βοήθεια, συμμαχία] *Adiumentum: proprie vox militaris, qua denotabantur Sociorum copiae, et opes, quae militantibus Romanis ſubſidio eſſent.* Veget. 2, 2 Quid inter legiones et auxilia intereſſe videatur, expediam. Auxiliares conducuntur ad praelium ex diuerſis locis, ex diuerſis numeris venientes — Legionibus ſemper auxilia, tanquam leuis armatura, in acie iungebantur, vt in his praeliandi magis adminiculum eſſet, quam principale ſubſidium. *Vid.* Suet. Tiber. 16 *et* 30. Varr. de L. L. 4, 16 Auxilium appellatum ab auctu, quum acceſſerant qui adiumento eſſent, alienigenae. ¶ 2 *Sed latius deinde patuit, vt adiumenti atque*

que remedii omne genus complecteretur. *Sic* Auxilia, quibus medici vtuntur Scribon. 67. Celſ. 1 prooem. Verique ſimile eſt inter non multa auxilia aduerſae valetudinis, plerumque tamen eam bonam contigiſſe, ob bonos mores: quos neque deſidia, neque luxuria vitiarant. *Et* Auxilia vulnerum morborumque Id. ib. Corporis Cato Diſt. 2, 23. Auxilium eſt in his aduerſus profuſionem Celſ. 5, 26. *i. haec proſunt.* Auxilium iuris l. 2 C. de vſur. et fructib. legat. *Sic eſt apud ICtos* Auxilium aetatis, Appellationis, in integrum reſtitutionis, Praetoris, Prouocandi *etc.* Legum Quinct. 6, 5, 9. Miſericordiae Quinct. 11, 1, 49. Viae veteres theſauri Virg. Aen. 1, 362. Ouid. A. A. 3, 260 Cum mare compoſitum eſt, ſecurus nauita ceſſat, Cum tumet, auxiliis aſſidet ille ſuis. *i. gubernaculis.* ¶ 3 *Epitheta:* Argentarium auxilium, *vid.* ARGENTVM. Emortuum Plaut. Epid. 1, 2, 14. Inualidum Tacit. Ann. 1, 2. Magica auxilia Tibull. 1, 8, 53. Mutuo auxilio ſuſtinentur Quinctil. 5, 12. Mutuis auxiliis ſtant omnia Quinct. 3, 4. Praeſens auxilium Virg. Georg. 2, 130. Valentiſſimum Celſ. 4, 22. Validius Celſ. 3, 22. Vitale auxilium, Ad conſeruandum vitam idoneum Lucret. 5, 225. Voluntaria auxilia comparare, *vid.* COMPARO. ¶ 4 *Verba quibus iungitur:* Arceſſere auxilia Caeſ. B. G. 3, 10. Accita auxilia, *vid.* ACCIO. Auxilia adhibenda Scribon. 106. Auxilium ſibi adiungere Cic. pro S. Roſc. Am. c. 40. Afferre auxilium alicui malo, *vid.* AFFERO. Arripere auxilium ad, *vid.* ARRIPIO. Cogere auxilia, *Colligere auxiliares copias* Virg. Aen. 8, 8. Collocare auxilia in mediam aciem, *vid.* COLLOCO. Corporis auxilium medico committe fideli D. Cato Diſt. 2, 23. Comparare ſibi auxilia, *vid.* COMPARO. Concidit auxilium Ouid. e Pont. 4, 6, 14. *i. periit.* Confluebant auxilia Iuſt. 1, 7, 9. Conuertere auxilium in perniciem, *vid.* CONVERTO. Dare auxilium, *Iuuare* Virg. Aen. 2, 691. Cic. pro Cn. Planc. 86 c. 35 Dixiſti enim, non auxilium mihi, ſed me auxilio defuiſſe. Ego vero fateor me hercule, quod viderim, mihi auxilium non deeſſe: idcirco me illi auxilio pepercisse. Cic. Catil. 2 *extr.* Sed hic praeſentes ſuo nomine atque auxilio, ſua templa atque vrbis tecta defendunt. Dimittere Sall. Iug. c. 8. Efflagitare auxilium Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 10. Egere auxilio Ouid. Met. 13, 71. Eripere auxilium alicui Virg. Aen. 9, 129. Exhibentur auxilia Scribon. Ep. ad Calliſt. *init.* Facere auxilia mercede Tacit. Ann. 6, 33. Ferre auxilium contra aliquem Cic. Cat. 2 c. 9. Ferre opem atque auxilium Cic. Verr. 2, 9. Hor. Epod. 1, 21 Non, vt adſit, auxilI Latura plus praeſentibus. Cic. pro C. Rabir. 5 c. 2 Ab Ioue Optimo Maximo, caeteriſque diis deabuſque immortalibus, quorum ope et auxilio multo magis haec Reſpubl. quam ratione hominum et conſilio Gubernatur, pacem ac veniam peto. Cic. Philipp. 11, 26 Decernerem plane ſicut multa, Conſulem alterum amboſue, *etc.* non vt ex ea acie auxilium haberemus, ſed vt ipſa acies ſubſidium haberet etiam transmarinum. Auxilii copiam non habeo Ter. Andr. 2, 7, 20. Implorare auxilium Virg. Aen. 4, 617. Auxilia implorare Scribon. Epiſt. Inuocare auxilia libertati Tac. Ann. 15, 59. Iuuare auxilio Virg. Aen. 2, 452. Cic. pro Deiot. 22 Imperatoribus noſtris auxilia mitteret. Mutuari, *vid.* MVTVVS. Negare Ouid. Met. 15, 649. Obſtare auxilio, *Impedire auxilium* Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 235. Adiuuat ipſe deus, morboque valentior omni Occupat auxilium Stat. Silu. 1, 4, 111. *i. cito et non rogatus repraeſentat.* Orbari auxilio Cic. pro Muraen. 83. *Vid.* ORBO. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 25 Sic nunc in meis miſeriis diuinum aliquod auxilium et numen oſtendite. Parcere auxilio, *vid. p. a.* Deeſſe. Perierunt auxilii tempora, *i. Nulla amplius reſtat auxiliandi occaſio* Ouid. Rem. Amor. 107. Petere auxilium Iuuen. Sat. 15, 150. Virg. Aen. 8, 10. Petere ab aliquo auxilium Cic. in Orat. 141. Auxilium a notis petito, ſi forte laboras, Nec quiſquam eſt melior medicus, quam fidus amicus Dion. Cato Diſt. 4, 14. Petere auxilium capiti et fortunis ſuis Cic. pro Cluent. . . . Promittere Ouid. Met. 13, 325. Pugnare auxiliis Quinctil. 2, 13. Quaerere auxilium Ouid. Met. 1, 368. Prop. 1, 1, 26. Rapere auxilia etiam cum temeritate Celſ. 3, 7. Rogare Ouid. Met. 7, 90. Sperare auxilium alicuius Sil. 7, . . Spoliare auxilio Cic. Verr. 1, . . Subire auxilio, *Opem ferre* Virg. Aen. 2, 216. Submittere auxilia Sil. 8, . . Auxilia ſubmiſſa Id. 12, . . Sumere auxilium Ouid. Met. 7, 507. Sunt auxilio adiutores mihi, et mecum militant Plaut. Epid. 5, 2, 11. Turba futura eſt auxilio Ouid. Rem. Amor. 582. Auxilium eſt mihi in patre Plaut. Amph. . . . Auxilio mihi et ſuppetiae ſunt domi Plaut. Epid. 5, 2, 12. Auxilio eſſe alicui, *Adiuuare aliquem* Plaut. Aul. 4, 9, 4. Nep. 25, 11, 1. Auxilio in paterna iniuria ſolent eſſe matres filiis Ter. Heaut. 5, 2, 39. Suſtinere auxilium aliquod non poſſe Celſ. 2, 10. Tentare auxilium alicunde Virg. Aen. 3, 146. Vocare auxilio aliquem Virg. Aen. 5, 222. Venire auxilio Nep. 8, 3, 1. Vti legis auxilio Quinct. 6, 5, 9. AuxilI, *Genit. pro* Auxilii Hor. Epod. 1, 21 *iam vidimus.*

AVXĬLIOR, āri. [βοηθέω, συναίρομαι] *Adiuuare, opem ferre, ad medicinam praeſertim pertinet.* Ter. Adel. 2, 4, 9 Vt ſi omnes cuperent nihil tibi poſſent auxiliari. Ouid. e Pont. 1, 3, 23 Tollere nodoſam neſcit medicina podagram, Nec formidatis auxiliatur aquis. Formidatas aquas *Hydropem appellat.* Auxiliari contra aliquid Plin. 24, 12. Auxiliari morbis Plin. 13, 22.

AVXILIO, āre. *Idem apud antiquos.* Gracchus apud Diomed. 1 p. 395 Quibus ego primus quomodo auxiliem? *Conf.* Priſc. 8 p. 797 et apud eundem Lucilius p. 791 A me auxiliatus ſi eſt. Vitruu. 5, 8, *extr.* Auxiliata vox, *i. aucta.*

AVXILIĀTOR, ōris. m. [βοηθὸς] *qui auxiliatur.* Quinctil. 12, 3 Et ipſe ligantium auxiliator egebit, auxilio. Tacit. Ann. 6, 37, 4 Haud inglorius auxiliator. Stat. Silu. 3, 4, 23 — vbi maximus aegris Auxiliator adeſt.

AVXILIĀRIS, e. [σύμμαχος] *Qui auxilio eſt, ſiue auxilium affert: vt,* Arma auxiliaria Ouid. Met. 6, 424. Cohortes Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 63. Copiae. Feſtus, Auxiliares dicuntur in bello Socii Romanorum exterarum nationum, dicti ex Graeco vocabulo αὔξησις, quod nos dicimus Rerum creſcentium auctionem. Veget. de Re Mil. 2, 1 Auxiliares conducuntur ad praelium ex diuerſis locis, ex diuerſis numeribus venientes: nec diſciplina inter ſe, nec notitia, nec affectione conſentiunt. *Similiter abſolute vſurpatur haec vox* Caeſ. B. G. 3, 25. *et* B. C. 1, 78. *it.* Iuſt. 2, 9, 9. Dea, *parturientium Lucina* Ouid. Met. 9, 698. Duces Liu. 21, . . Legiones Vell. 2, 112, 4. Milites Caeſ. Bell. Gall. 3, 25. Vis Plin. 23, 1.

AVXILIARIVS. Adi. [συμμαχικὸς] *Idem. vt,* Amicus auxiliarius Plaut. Truc. 2, 1, 6. Auxiliaria cohors Cic. de Prouinc. Conſ. 15 c. 7. Idem Fam. 10, 32 Militem non modo legionarium, ſed ne auxiliarium quidem vllum quoquam miſi. Hirt. Bell. Alex. cap. 62. Salluſt. Iugurth. 46. Liu. 40, 40.

AVXILIATORIVS, a, um. *Idem.* Cathol. I. a Ianua.

AVXILIĀTVS. Partic. [βεβοηθηκὸς] Stat. Silu. 5, 1, 158 Nil famuli coetus, nil ars operoſa medentum Auxiliata malis. *Add.* Sidon. Epiſt. 9, 16. *Paſſiue.* Vitruu. 5, 8 Vox ab imis auxiliata cum incremento ſcandens.

AVXILIATVS, ûs. m. *vt* Suppetiatus, *inquit* Nonius 2, 47 *laudatque* Lucret. 5, 1038 Alituum porro genus alis omne videmus Fidere, et a pennis tremulum petere auxiliatum.

AVXILIATIO, ōnis. f. Idem apud Non. 4, 403. *et* Liu. 2, 33 Quibus auxiliatio aduerſus conſules eſſet. *Al.* Auxilii latio.

AVXILIATRIX, īcis. f. Caſſiodor. Epiſt. 2, 40 Muſica pernicioſa odia conuertit ad auxiliatricem gratiam.

AVXILIABVNDVS, a, um. Apul. de Deo Socr. p. 48 *Elmenh.* Virgiliana Iuturna in mediis millibus auxiliabunda fratri conuerſatur.

AVXILLA, ae. f. Dimin. *ab* Aula, *vel* Olla; Olla paruula Feſtus.

## A X A

AXAMENTA, dicebantur Carmina Saliaria, quae a Saliis ſacerdotibus componebantur in vniuerſos homines. *Haec* Feſtus *h. v. qui etiam* Axare *interpretratur mox* vocare. Vet. Gloſſ. Axamenta ὕμνοι ἐπὶ θυσιῶν Ἡρακλέος. *Scal. ad Feſtum putat ab* Axibus ſ. Aſſibus *deriuatum et nomen et verbum, in quibus illa carmina, illa nomina, quae axari dicuntur, ſcribebantur. Aliter idem Scaliger Conieċt. in Varr.* p. 121 *Eſt ergo* Aſſum, *Solum, merum. Vnde* Aſſare *quoque veteres Poëtae dicebantur, cum in vnum ſolum hominem poëma condebant. Et illa poëmata dicta* Aſſamenta, *vt eſt maxima pars Siluarum Statii, et olim Saliorum fuit. Erant enim* Aſſamenta Ianualia, Iunonia, Mineruia, *prius poëmata et carmina in ſingulos eos Deos conſcripta. Sed haec nullo alio auctore, et contra* Feſtum, *qualis exſtat, dicuntur. Conf.* ASSAMENTA *ſ. l.*

## A X E

AXE AGGLOMERATI, Vniuerſi ſtantes, id eſt cohortibus aut legionibus. Feſtus. *Sunt, qui* Axes *vel* Axei *legant. Quid* Axei *pro* Aſſi *verum eſt, i. coniuncti, adunati,* Aſſem *vnum eſſe,* Aſſum *ſolum, ſupra vidimus.*

AXEDO, ōnis. f. Marc. Empir. c. 33 Axedonem figere ſuper lectium *alterius.* Obicem *ipſe interpretatur.*

AXENVM Mare, [Ἄξενος πόντος] *olim dicebatur, quod hodie* Ponticum *et* Euxinum *dicitur, a truci accolarum barbarie. Nam (vt Strabo lib. 7 tradit) ſolebant Scythae, maris huius accolae, hoſpites immolare eorumque carnibus veſci, et craniis vti loco poculorum.* Ouid. Triſt. 4, 56 Frigida me cohibent Euxini litora Ponti Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.

## A X I

AXICVLVS, *vid.* AXIS.

AXILLA, [μασχάλη] *pro qua contracte dixere poſteriores* Ala *vid.* Aſcellam *dixerunt aeui ſequioris auctores, vt* Vulgat. Leuit. 1, Prouerb. 19, 24. ¶ 2 Axilla *etiam eſt Cognomen* Seruiliorum, *quorſum reſpicit* Cic. Orat. 153 c. 45 Quomodo enim veſter Axilla *Ala* factus eſt, niſi fuga literae vaſtioris. *Vid. Sigon. de Nom. Rom. cap. 5. Vaillant. Numiſm. Aer. Imper.* 1 p. 89.

AXIM, [πράξω] *pro Egerim.* Pacuuius Periboea, Aut quae ego, vel axim, verruncent bene. Nonius 10, 7 Axit antiquos dixiſſe pro Egerit manifeſtum eſt. Feſtus. Hinc

AXIES. pl. Mulieres ſiue Dii dicebantur vna agentes. Feſt. *Alii legunt* Axites *et pro* Dii, viri. Gloſſar. Axites ἀποτελεσματικοί. *Conf.* Turneb. Aduerſ. 23, 18. *Vid.* AXITIOSVS.

AXINOMANTĪA, [ἀξινομαντία] *Genus magicae diuinationis per ſecures, quas Graeci axinas vocant.* Plin. 36, 19 Hoc dicuntur vti in gi in ea, quam vocant axinomantiam. Idem 30, 2 ſ. 5 *de magia*, Species eius plures ſunt. Nam et aqua et ſphaeris, et aëre, et ſtellis, lucernis, ac peluibus ſecuribuſque, et multis aliis modis diuina promittit. *Priori loco reponi vult Salmaſius* Cauſinomantia *v. v.*

AXIŌMA, ătis. [ἀξίωμα] *ad verbum Dignitas et amplitudo, etiam, idem quod Enuntiatio.* Cic. de Fato 1 Explicandaque vis eſt ratioque enunciationum, quae Graeci ἀξιώματα vocant. *Item* Acad. 95 Nempe fundamentum dialecticae eſt, quidquid enuncietur (id autem appellant ἀξίωμα, quod eſt quaſi effatum) aut verum eſſe aut falſum. Cic. Tuſc. 1, 14 c. 7 Omne pronunciatum (ſic enim mihi in praeſentia occurrit, vt appellarem ἀξίωμα: vtar poſt alio, ſed ſi invenero melius) id ergo eſt pronunciatum, quod eſt verum aut falſum. Donatus in Andriam 1, 1, 18 Vnum verbum vnum, inquit, Axioma, vna Sententia eſt, vel Enunciatio vno verbo nexam continens et perfectam intelligentiam: Axioma enim conſtat ex nomine et verbo. Idem ad Eun. 1, 2, 95 Proprie ἀξίωμα, id eſt ſententia et enunciatio, quae vno ligatur et aſtringitur verbo, verbum a veteribus dicebatur. ¶ 2 *Nobiliſſimum genus enunciatorum, ea nomine quorum ex ipſis verbis veritas intelligitur, ita vocari hodie, notum eſt.*

AXIS, is. m. [ἄξων] plures habet ſignificationes: nam et Poli caeli Septentrionalis, et Stipes teres, circa quem rota vertitur, et Tabula ſectilis, Axis appellatur. Haec Feſtus. *Adiicimus, ab vno ſi forte deriuatam triplicem ſignificationem.* Axis *enim ſignificabat primo lignum longum quoduis, pro quo poſtea* Aſſis *et* Aſſer *magis placuere, vid. Ex tali ligno formatur dolando* Axis, *lignum teres, circa quod rota circumagitur et voluitur. Denique cum mundum hunc rotundum placeret, eundemque circa duo puncta immota, quae polos vocarunt, circumagi oculis crederent, conſequens erat, vt etiam lineam rectam contineri ſcerentur, quae ab vno polo ad alterum pertineret, circa quam globus ille immenſus turbinis inſtar aut rotae ageretur. Vltra deinde, vt ſolent, progreſſi Poetae, vel Septentrionalem plagam caeli, vel totum adeo caelum et quamuis eius partem, Axem appellarunt. Eſt igitur primo* Axis, *lignum teres, circa quod rota vertitur.* Virg. Georg. 3, 172 Poſt valido nitens ſub pondere faginus axis. Plin. 15, 8 Lora etiam ac circa omnia, axeſque decocta amurca vngi. Martial. 2, 77 Vtilis vnctis axibus eſſe potes. Perſ. Sat. 5, 72 Quum rota poſterior curras et in axe ſecundo. Ouid. Met. 2, 316 — illic temone reuulſus Axis. Iuuen. 4, 117 Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes, *currus Ariciam petentes.* Iuuen. Sat. 1, 60 Dum peruolat axe citato Flaminiam. *Sic* Citus axis, *de Solis curru* Ouid. Met. 2, 75.

ıs Sil. 16, . . . Faginus, *vid. mox* Nitens. Falcati axes, *i. urrus* Valer. Argon. 6, 387. Feruens *i. Currus celer* Sil. 1, . . ertuidus Virg. Georg. 3, 107. *i. Currus :* nam tam rotae quam axis urſu caleſcunt. Seruius. Ignifer Ouid. Met. 2, 59. *i. de curru Solis.* tat. Theb. 6, 526 Rapit Igneus orbes axis, *i. feruidus de certamine uruli.* Virg. Georg. 3, 172 Poſt valido Nitens Sub pondere Faginus xis Inſtrepat. Phoebeus, *i. Currus Solis* Sen. Herc. Oet. 1442. laud. Idyl. Phoenix 61 Pigrosque polus non concitat axes. Purpu-eus, *Currus Solis* Ouid. Epiſt. 4, 160. Pruinoſus, *i. Currus Aurorae* )uid. Amor. 1, 13, 2. Rapidus Stat. Theb. 6, 321. *de curru Solis.* ropellere axem, *i. Currum* Sil. 16, 407. Sinuare axem, *i. in gyrum ertere* Sil. 16, 360. Vngere axes amurca Plin. 8, 2. Axis, *quo ympanum vertitur molarum* Vitr. 9, 9. *et* 10, 9. Axes volutarum Vitr. , 3. ¶ 2 Axis *mundi* Vitruu. 9, 2 Caelum voluitur conti-enter circum terram atque mare, per Axis cardines extremos. Cic. e Vniu. 32 c. 10 Iam vero terram altricem noſtram, quae traiecto xe ſuſtinetur, diei noctisque effectricem. *Pulchre deſcribitur* lanil. 1, 286

Aëra per gelidum tenuis deducitur axis
Libratumque regit diuerſo cardine *(polo vtroque ſibi oppo-ſito)* mundum:
Sidereus circa medium quem voluitur orbis
Aetheriosque rotat curſus *etc.* *claudit denique*
Hoc dixere Axem, quia motum non habet vllum.
Ipſe videt circa volitantia cuncta moueri.

'*ars caeli Septentrionalis : quem Polum ſiue Verticem alias appellant, iam* Axis, *vt indicauimus, vocatur.* Cic. Tuſc. 1, 68 Tum globum errae eminentem e mari, fixum in medio mundi vniuerſi loco, dua-us oris diſtantibus habitabilem et cultum. Quarum altera, quam os incolimus, ſub axe poſita ad ſtellas ſeptem, vnde — *horrifer quilonis ſtridor gelidas molitur niues :* Altera Auſtralis ignota nobis, uam vocant Graeci *ἀντάξονα.* Manil. 4, 589 Aſper ab Axe ruit Bo-eas *etc.* Axis, *pro Caelo.* Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 116 Fulgidus mbroſo miſcebitur axis auerno. Virg. Aen. 2, 512 — nudoque ub aetheris axe Ingens ara fuit. *Vbi* Seruius, Sub aetheris axe, . *e.* Sub diuo, quod impluuium dicitur. Axis autem eſt aut Plau-rum Septentrionale, aut Pars Septentrionis, aut Spiritus, quo mundus ouetur : *quod vltimum neſcio an ſanum ſit.* Virg. Aen. 8, 28 — gelidique ſub aetheris axe. *Vbi* idem Seruius ; Sub aethe-is axe, *i. Sub aëre.* Stat. Theb. 12, 560 Dubio Caelique Erebique ub axe, *medio inter Superos Inferosque loco. Sic* Lucan. 9, 5 Qua ni-er aſtriferis connectitur axibus aër. Aethereus Ouid. Met. 6, 175. 2, 297. Arduus axis intonuit Lucan. 5, 632. Aſtrigeri Stat. heb. 10, 822. Aureus Ouid. Met. 2, 107. Calidus Claud. Conſ. rob. 37. Cancri Lucan. 4, 333. *i. caelum, quod imminet Zonae torridae.* andens Ouid. Met. 2, 297, *i. ardens a Phaëthonte.* Fulgidus Claud. e Rapt. Proſerp. 1, 116. Geminus, *i. duo poli* Lucan. 7, 422. He-erius Ouid. Met. 4, 214. Sil. 1, 130. Lucan. 3, 359, *plaga occi-entalis.* Horrifer Val. Argon. 5, 517. Igniferi Claud. Conſ. lall. Theod. 275. Inocciduus Lucan. 8, 175. Vitruu. 6, 1 Qui unt proximi ad axem Meridianum ſubiectique Solis curſui *etc. i. ha-itatores Zonae torridae.* Niualis Valer. Argon. 5, 204. Nocti-agi Claud. Conſ. Prob. 243. *i. plagae caeli.* Pythius Claud. de onſ. Mall. Pr. 16. *i. plaga caeli circa Parnaſſum.* Scythicus Sen. lerc. Oet. 1184. Quum ſciſſus axis cardinem Mundi ruentis ſoluerit rud. Cath. 11, 107. Serenatus Sil. 12, . . Serenus Stat. Theb. , 86. Stelliger Stat. Silu. 3, 3, 77. Torrentiſſimus Stat. Silu. 3, , 52. Ouid. Met. 1, 255 — ne forte ſacer tot ab ignibus aether onciperet flammas, totusque ardeſceret axis. Cludere axem, *i. )ccultare aſtra* Sen. Herc. Oet. 1441. Stat. Theb. 1, 349. *de ventis* xemque emoto cardine Vellunt, Dum caelum ſibi quisque rapit. ¶ 3 *Quod etiam pro monte dicunt* Axem *poni, nihil eſt.* Laudant Prop. 4, 1, 125 Scandentisque Axis conſurgit vertice murus. *Sed* Arcis *olim eſtitutum ex MSS.* Iuuenalis Aricinos Axes *vidimus* n. 1 *ad currum ertinere ; et* Pythium Axem Claudiani n. 2 *retulimus, quo debebat.* ¶ 4 Axis, *i.* Aſſis *cum ſuo* Aſſere, *ſuo loco explicauimus.* ¶ 5 xes, *i. vniuerſi, vid.* AXE. ¶ 6 In India feram nomine xin Plinius *memorat* 8, 21 ſ. 31 hinnulei pelle, pluribus candidiori-busque maculis, ſacram *(Hard.* ſacrorum *i. inter ſacra)* Liberi Patris.

AXES, *pro Aſſeribus, vid.* ASSIS, *ſub* ASSER.

AXĬCŬLVS. Dimin. Vitruu. 10, 2 In trochleam induntur orbi-culi duo, per axiculos verſationes habentes. *Conf.* ib. c. 14. ¶ 2 *Paruus* axis, *ſeu* aſſis, *vel* aſſer, *de quo ſ. l.*

AXĬTIOSI, Factioſi dicebantur, quum plures vna quid agerent facerentque. Axit autem antiquos dixiſſe pro Egerit manifeſtum eſt: vnde Axies mulieres, ſiue dii *(Dacier.* Viri) dicebantur, Vna agentes. Feſtus. Plaut. ap. Varron. de L. L. 6, 3 Axitioſae annonam caram e vi-li concinnant viris. *Vid. ſupra* AXIM.

## A X O

AXO, *ſiue* ASSO, āre. *Apud* Feſtum, *eſt* Nominare ; *Si Scali-gerum audimus, proprie ſignificat ad axem, aſſerem, vel tabellam, vel nomen, vel carmen aliquod ſcribere, vt publicitus innoteſcat et ſer-vetur.*

AXON, ŏnis. m. Vitruu. 9, 8 *eſt ipſum Graecum nomen ἄξων, quo pro Latino* Axis *vtitur :* Haec erit linea *πρὸς ὀρθὰς* radio aequi-noctiali. Vocabitur autem haec linea mathematicis rationibus Axon *etc. de horologii conſtructione agit. Et* 10, 17 *in baliſtae deſcriptione,* Quod autem eſt ad Axona. ¶ 2 *Cumque Graecis* Ἄξονες *ſint tabulae Legum Solonis* (Axibus ligneis inſcriptas *dicit* Gell. 2, 12) *ea voce Latine vtitur* Ammianus Marcell. 16, 5.

AXŎNA. [Ἄξονα] *Fluuius in extremis Remorum finibus, teſte* Caeſ. Bell. Gall. 2, 5. Auſonius in Moſella 461 Non tibi ſe Liger anteferet, non Axona praeceps. *Sed*

AXŌNES. [Ἄξωνες] *Populi,* Axonae *fluuii accolae, penultimam pro-ducunt.* Lucan. 1, 423 Et Biturix, longisque leues Axones in armis.

## A X V

AXVNGIA, ae. f. [ἀξύγγιον] Adeps ſuillus inueteratus, aut cum ſale, aut ſincerus: qui quanto vetuſtior, tanto vtilior eſt, *quae colliguntur ex* Plin. 28, 9 ſ. 37, *qui velut claſſicus locus eſt. Poſt plura alia,* Antiqui, *inquit,* maxime axibus vehiculorum perungendis ad fa-ciliorem circumactum rotarum vtebantur, vnde nomen. — Et per ſe axungiam medici antiqui maxime probabant renibus detractam, exemtisque venis aqua caeleſti fricabant crebro, decoquebantque fictili nouo ſaepius, tum demum aſſeruantes. *Add.* Iſidor. 20, 2. *et* Plin. 23, 33. Palladio *latius patet hoc nomen. Nam* 1, 17, 3 Et tantundem ſumes vnguinis, quod vocamus axungiam, vel ſeuum. Veg. Mulom. 3, 4, 15 Axungia caprina.

AXVNGIARIVS, i. m. *Qui vendit axungiam.* Cathol.

AXVR, *et* AXVRVS, *vid.* ANXVR.

## A Z A

AZAN, ānis. [Ἄζαν] *Mons Arcadiae, vbi Cybele mater deorum colebatur.* Stat. Theb. 4, 292 Venit et Idaeis vlulatibus aemulus Azan.

## A Z O

AZONI, ōrum. m. pl. [Ἄζωνοι] *Dii, qui in XVI caeli regio-nibus non continentur.* Mart. Capell. 1 p. 17 *enarratis illis ſexdecim regionibus, earumque Diis,* Ex cunctis, *inquit,* igitur caeli regionibus aduocatis Diis, caeteri, quos Azonos vocant, ipſo commouente Cyl-lenio conuocantur. Seruius ad Virgil. Aen. 12, 118 Dii communes ſunt, vt aliqui dicunt, Mars, Bellona, Victoria, quod hi in bello poſ-ſunt vtrique parti fauere. Vt autem altioris ſcientiae hominibus pla-cet, Dii communes ſunt, qui Ἄζωνοι dicuntur, *i.* qui caeli certas non habent Zonas.

## A Z Y

AZȲMVS. Adi. [ἄζυμος] *Infermentatus. Vt,* Scribon. 133 Panis azymus. Panem ſine fermento vocat Celſus 2, 24.

# B.



**B** *Litera ſecunda, quam, vt ait* Mart. Capell. 3 p. 58 labris per ſpiritus impetum reclusis edicimus. *De hac* Quinctil. 1, 4, 15 Sed B quoque in locum aliarum dedimus aliquando, vnde Burrus et Bruges et Balaena (*pro* Pyrrhus, Phryges, φάλαινα) Nec non eadem fecit ex *Duello Bellum*, vnde *Duellios* quidam dicere *Bellios* auſi. Cic. de Orat. c. 48 *Burrum* ſemper Ennius, nunquam *Pyrrhum: Vi patefecerunt Bruges*, non *Phryges. Sic, quum apud Graecos πύξος ſcribatur, apud nos* Buxus, *et quod illi ἄμφω, nos* Ambo *transſcribimus. At e contrario, quod illi θρίαμβος, nos* Triumphus. *Huius cum V conſon. vſus eſt etiam fere promiſcuus; nam vt Graeci pro* Varro *dixere* Βάῤῥων, *pro* Virgilius, Βιργίλιος: *ita viciſſim Latini a* βιοτή, Vita, *etc. dixerunt. Etiam in vocibus aliquot Latinis manſit haec ſoni ſiue vicinitas, ſiue indifferentia; vt et* Seuum *et* Sebum *diceretur. Tranſit ſimiliter* B *in alias cognatas; vt, a* Rubeo Rufus, *et quod Graeci* βασκάνιον, *Latini* Faſcinum *ſcribunt. Quod Graeci* μῆλα, *Latini* Bela; *a* Glubo *fit* Gluma; *a* Scribo, ſcripſi, ſcriptum; *a* Iubeo, iuſſi. *Harum etiam aliquae viciſſim in hanc, vt a* Poplicula, Publicola; *a* Scamnum, Scabellum; *a* Promuſcis, Proboſcis, *etc. Conuertitur interdum* B *in* V *vocalem euphoniae vel differentiae cauſa, idque in duobus tantum verbis, teſte* Cicerone Orat. 158 Aufero *pro* Abfero, Aufugio *pro* Abfugio: *Quibus forte adiungas* Autumo, *ab* ἀποτιμῶ *quod eſſet*, Abtumo; *vt ab* εἰσιμῶ, Aeſtumo. B *et* C *permutantur. Sic indifferenter dicitur* Bauca *vel* Cauca, Bufo *vel* Cufo, *vt oſtendit Salmaſ. in* Treb. Claud. 14. *Porro* B *ſequentibus* C, F, G, M, P, R, *in easdem tranſit: vt* Occurro, Sufficio, Suggero, Summitto, Supputo, Surripio. *In mediis vocibus ſequitur aliam* B, *vt* Obba; *liquidas item praeter* N, *vt* Albus, Imber, Orbis: N *vero praecedens vertitur in* M, *vt* Imbibo, Combibo. *Initio Syllabae non patitur poſt ſe, niſi* L *et* R, *vt* Blandus, Brutus; *nam* Bdellium *peregrina vox eſt. Admittit poſt ſe in fine* S, *vt* Abs, Libs. *Seruit in Dat. et Ablat. plur. nominum, et Imperf. Indic. verborum: item in Futuris primae et ſecundae, et in deriuatorum formis nonnullis, in* BILIS, BVNDVS, BRA, BRVM, *vt* Flebilis, Populabundus, Dolabra, Candelabrum. ¶ 2 *In antiquis codicibus MSS. et monumentis* B *pro* V *ſaepe poſitum inuenitur; vt*, Albei, Atabi, Abita, Abienus, Bictorinus, Biduà, Elbia, Probincia, Serbus, Viba, Vruaſius, Vrittiae, *etc. pro* Aluei, Ataui, Auita, Auienus, Victorinus, Vidua, Heluia, Prouincia, Seruus, Viua, Vrbaſius, Brittiae. *Vid. Lipſium Var. Lect. 2, 28. Spanh. de Vſu et Praeſt. Num. diſſ. 2 p. 120. Talia ſunt ex Inſcriptionibus apud Vrſatum* BEDVA, BERNA, BIARVM CVS. BIBV, BIGINTI, BIRGO, BIKTORE, BIXIT, BOLTINIA, *pro* Vidua, Verna, Viarum Cuſtos, Viuo, Viginti, Virgo, Victore, Vixit, Voltinia. *Hinc perpetua fere in verborum quorundam praeter. et futur. confuſio, praeſertim in Pandectis Florentinis, vt viri docti obſeruarunt.* B *etiam pro* F *a veteribus vſurpari in inſcriptionibus demonſtrat Guther. de Iur. Man. 11, 24.* B *et* M *permutari a Latinis librariis, oſtendit Salmaſ. Plin. Exerc. p. 284. 923. etc.* ¶ 3 *In notis ſignificat* B. Badio, Beatus, Beleno, Bene, Beneficiario, Berna, (*Verna*) Biuus, Bixit, (*Viuus, Vixit*) Buſtum, Burra, Bonus, Brutus, *vel* Balbus. B. A. Bixit Annis, *vel* Bonam Actionem. BASC. Baſilica. B. AV. Bonis Auſpiciis, *vel* Bonis Auibus. B. B. Bene Bene. B. C. Bonis Ceſſit, *vel* Bona Caduca. B. COS. Beneficiarius Conſulis. B. D. Bonum Datum. B. DD. Bonis Deabus. B. DE. SE. M. Bene De Se Meritae, *vel* Merito. B. F. Bonum Factum, Beneficiarius, Bona Fide, *vel* Fortuna, Bona Filia, *vel* Femina, *vel* Bene Fecit. B. F. C. Bona Fide Contractum. B. F. P. Bonae Fidei Poſſeſſor. B. G. Bona Gratia. B. G. POS. Biga Gratis Poſita. B. H. Bonus Homo, *vel* Bona Hereditaria. B. H. M. Bene Hic Maneat *in ſepulcris*. B. I. Bonum Iudicium. BIAR. CVS. Biarum (*Viarum*) Cuſtos. B. I. I. Bonum Iudicis Iudicium. B. L. Bona Lex, *vel* Burrae Libertus. B. M. Bonae Memoriae, Bene Merenti, Bene Maneat, Bonis Manibus. B. M. C. F. Bene Merenti Curauit Faciendum, *vel* Bene Merenti Cinerarium Fecit. B. M. D. Bene Merenti Dedit. B. M. E. Bonae Memoriae Erexit. B. M. F. Bene Merenti Fecit. B. M. H. E. L. Bene Merenti Heredes Et Liberti. B. M. H. I. C. Bene Merenti Hoc Ipſe Curauit. B. M. P. P. Bene Merenti Publice Poſuit. B. M. P. Q. Bene Merenti Poſteriſque. B. M. P. T. Poſuit Titulum. *Pro* B. M. *eſt interdum* B. MR. *vel* B. MRT. B. M. P. I. Bene Merenti Poſuit Infelix. B. N. Bonum Nomen, *vel* Buna Noſtra. BN. M. Bene Merite. B. O. Bene Optime. B. P. Bona Poſſeſſio, Bonum Publicum, Bona Paterna, Biuus Poſuit. B. P. D. Bono Publico Datum. B. Q. Bona Quaeſita, Bene Quieſcat. B. R. Bonorum Rector. B. R. E. C. H. Bonum Requietorium Ei Curauit Heres. B. R. P. N. Bono Reipubl. Nato. B. S. D. Beleno Sacrum Dedit. B. S. F. Bene Satisfecit. B. T. Bonorum Tutor. B. V. Bene Vixit, Bonus Vir, Bene Vale. B. X. Bixit, *pro* Vixit.

BA! *item* BAT! *Interiectio eſt auertentis apud* Plautum Pſeud. 1, 3, 6 *et* Aſin. 1, 1, 24. Sonum *eſſe* cornicinis ex ore lituum eximentis *dicit* Caeſellius Vindex *ap.* Chariſium 2 p. 213 Putſch.

BAAL, [Βαὰλ *Suidae*] *ait* Auguſtinus, tom. 4, ſuper Iud. lib. 7 Quaeſt. 16. eſt Nomen apud Tyrios, quod datur Ioui. Hieron. lib. 1. in Oſeam, Semiramin *ait*, cum Zoroaſtrem magum Bactrianorum regem ſuperaſſet, in tantam perueniſſe gloriam, vt patrem ſuum Belum referret in deum, qui Hebraice dicitur Bel, et in multis prophetis, maximeque in Daniele. Hunc Sidonii, *inquit*, et Phoenices appellant Baal, qui idem ſit, qui Belus. Baal autem Graece ἔχων, Latine Habens interpretatur: vnde Baali, Me habens. *Vid. Selden. de Diis Syris 2, 1. Voſſ. de Idolol.* Sedul. 5, 147 Tunc coluere Baal, nunc elegere



Barabban. *Sed* Prudent. Apoth. 325 Sed ab auribus omnis Fluxerat ornatus, caput et iam coctile Baal Finxerat. *Accentum Ebraeorum ſecutus videtur, vt rationem Latinam Sedulius.*

## B A B

BABAE. *Graeca vox admirantis, et laete accipientis, vel ſerio, vel cum ironia* [βαβαὶ] *pro qua* Papae *Latini fere maluerunt.* Plaut. Pſeud. 1, 3, 131 *Synonymos poſita*, Ita eſt! Dicis vera! Quippini! Certe Factum optime! Fateor! Vera vaticinamini! Valide! Acerrume Babae! Bombax! Planiſſume *etc. quibus frigide conuicia ſibi facta lene excipit. Vtitur etiam* Stich. 5, 7, 3. Perſ. 5, 2, 25. *et* Petron. cap. 37.

BABIGER, a, um: *et* BABVRRVS, a, um. *i.* Fatuus, ſtultus, ineptus. Gloſſ. Iſidor. *Conf.* Iſid. Origg. 10 Baburrus, ſtultus ineptus.

BABECALVS, *vel* BABAECALVS, i. m. *Dicaculum videtur ſignificare.* Arnob. 4 p. 141 Vt babecali adoleſcentes ſolent. Fragm. Trag. Petron. p. 14 Quemuis ex iſtis babaeculis. *Conf. ibi Burmann.* 37.

BABEL, ēlis. *Nomen ciuitatis Aſſyriae, quod a confuſione linguarum accepit. Transfertur myſtice ad Eccleſiam corruptam.* Auguſt. Ciu. Dei 16, 3.

BABYLO. Ter. Adelph. 5, 7, 17 Dinumeret ille Babylo viginti minas: *Sic legit locum Bentleius, et probat interpretationem Turnebi qui Babylonem, inquit, ex vrbis magnitudine et opibus, et Babyloniorum regum et Perſicorum magnificentia et liberalitate Hominem nimium liberalem et profuſum vocat. Nempe iam* Donatus, Fratrem Babylonem vocat Demea, ob nimiam liberalitatem, vt nimis prodigum. *Bentleius aduocat etiam* Schol. Iuuenal. 3, 221 Perſicus arborum lautiſſimus. Perſicum quaſi diuitem poſuit; eo quod Perſaē diuites — Terentius: Dinumeret nunc ille Babylonias. *Bentleius emendat* Babylo XX minas *quod olim viderat Rutgerſius.*

BĂBȲLON, ōnis. [Βαβυλὼν] *Meſopotamiae vrbs.* Chaldaicorum gentium caput, diu ſummam claritatem obtinuit in toto orbe propter quam reliqua pars Meſopotamiae Aſſyriaeque Babylonia appellata eſt. Sexaginta millia paſſuum amplexa muris ducenos pedes altis quinquagenos latis — interfluo Euphrate *etc.* Plin. 6, 26 ſ. 30 *Vid.* Curt. 5, 1, *et ibi Freinsh.* Cic. Diuin. 1, 47 Babylone Alexander eſt mortuus. Acus Babylonis, *vid.* ACVS. Antiquae Babylonis oper Stat. Silu. 3, 2, 137. Superba Lucan. 1, 10. *Tandem audiamus* Propert. 3, 9, 21

Perſarum ſtatuit Babylona Semiramis vrbem,
Vt ſolidum cocto tolleret aggere opus,
Et duo in aduerſum miſſi per moenia currus,
Ne poſſent tacto ſtringere ab axe latus.
Duxit et Euphraten medium, qua condidit arces.

Perſarum vrbem *vocat, quia tum pars regni Parthici erat.*

BABYLONIVS. Adi. [Βαβυλώνιος] Cic. de Diuin. 2, 97 Quod aiunt, quadringenta et ſeptuaginta millia annorum in periclitandis experiundisque pueris, quicumque eſſent nati, Babylonios poſuiſſe, fallunt. Moenia Babylonia Lucan. 6, 50. Horat. Carm. 1, 11, — nec Babylonios Tentaris numeros, *i. genethliacam rationem aſtrologicamque.* Cic. de Diuin. 1, 36 Contemnamus etiam, *inquit* Babylonios, qui ex Caucaſo caeli ſigna ſeruantes, numeris et motibus ſtellarum curſus perſequuntur. *Vid.* Curt. 5, 1, 16 *et* 37.

BABYLONICVS. [Βαβυλωνικὸς] *Aliud* Adiect. *vt*, Babylonica veſtis, *quae variis coloribus intexta, vel acu picta eſt.* Plin. 8, 48 ſ. 74 Colores diuerſos picturae intexere (*veſtibus*) Babylon maxime celebrauit, et nomen impoſuit. *Et mox* Metellus Scipio tricliniaria Babylonica ſeſtertiûm octingentis millibus veniſſe iam tunc poſuit in Catonis carminibus, quae Neroni Principi quadragies ſeſtertio nuper ſtetere. Babylonica doctrina, *i. Aſtrologia* Lucret. 5, 726. Periſtromata Plaut. Stich. 2, 2, 54. Martial. 8, 28 Non ego praetulerim Babylonica picta ſuperbe Texta, Semiramia, quae variantur acu.

BABYLONICVM, i. n. *Veſtis Babylonica.* Lucret. 4, 1023. Laberius *apud* Petron. 55. Vlpian. l. 25 §. 3 de auro arg. *Conf.* Feſt. in Solla.

BABYLONIACVS, a, um. *Aliud* Adi. Manil. 4, 581 Scilicet in piſcem ſe ſe Cytherea nouauit, Cum Babyloniacas ſummerſa profugit in vndas.

BABYLONIENSIS, e. *Gentile, quo* Plautus *aliquoties vſus eſt.* Truc. 1, 1, 66. *et* 1, 2, 100. Babylonienſis miles.

BABYLONIA. [Βαβυλωνία] *Regio maioris Aſiae: ita dicta a* Babylone, *pro qua etiam ponitur*, e. g. Iuſtin. 1, 2, 7, *etc. Vid.* Salmaſ. in Solin. p. 1225.

BABYTACE. [Βαβυτάκη] *Oppidum memorabile hic etiam, quia de illo ſic* Plin. 6, 27 In Septentrionali Tigris alueo, oppidum eſt Babytace, Abeſt a Suſis CXXXV. M. paſſ. Ibi mortalium SOLI aurum in odio contrahunt: id defodiunt, ne quo cui ſit in vſu. Solinus *ita:* In quo mortales vniuerſi odio auri coëmunt hoc genus metallum, et abiiciunt in terrarum profunda, ne polluti vſu eius auaritia corrumpant aequitatem.

## B A C

BACA, *vid.* BACCA. Bacam *vel* Baucam *eſſe vas aquarium, idem* Bacar, *putat Salmaſ. ad* Trebellii Claud. c. 14.

BACALVSIA, ae. f. *Vox inſolita, a viris eruditis varie tentata, apud* Petron. cap. 41 Omnes bacaluſias conſumſi. Nodot. *legit* Battologias: *Scheffer.* Bacelogias: *Reineſ.* Bucoleſias.

BACAR,

BACAR, *vel* BACARIO. Vas vinarium, ſimile Bacrioni. Feſ. *Vid.* Gloſſ. Iſid. Baccarium, vas aquarium. *Item* Bacario, orceoli genus. *Hinc*

BACARIO. *Aquariolus, qui huiusmodi munus obibat in domo lenonis, ut lauantibus meretriculis, miniſtraret in aqua aggerunda et effundenda.* Gloſſae, Bacario, πορνοδιάκονος, meretricibus aquam infundens. *De hoc genere hominum vid. Salmaſ. in* Vopiſc. Carin. cap. 21.

BACAVDAE, *vel ut alii*, BAGAVDAE. *Erant Factioſorum et rebellium cohors, qui ſolitudines et caſtra loci ſitu munita habitabant, et inde in obuios, latrociniis caedibusque graſſabantur. Horum nomen primum in Gallia auditum Dioclet. et Maximin. Imperio*, Oroſ. 7, 25. Eutrop. 9, 13. Aurel. Vict. Caeſ. 39, 17. Saluian. de Gubern. Dei 5 p. 19.

BACAVDICVS, *vel* BAGAVDICVS, a, um. Eumen. Orat. pro Reſtaur. Schol. cap. 4 Ciuitas Bagaudicae rebellionis latrocinio obſeſſa.

BACCA, *vel* BACA, *vt optimi quique libri MSS. habent*, ae. f. [ἀκρόδρυον] *Generale nomen eſt, quo omnes omnium arborum fructus denotantur.* Cic. de Natur. Deor. 2, 127 c. 51 Semen incluſum eſt in intima parte earum baccarum, quae ex quaque ſtirpe funduntur. Id. de Diuin. 1, 116 c. 51 Nec fruges terrae, baccasue arborum cum utilitate vlla generi humano dediſſet natura, niſi earum cultus et conditiones tradidiſſet. *Et* Tuſc. 1, 31 c. 14 Ergo arbores feret diligens agricola, quarum adſpiciet baccam ipſe nunquam. Cic. de Legg. 1, 26 c. 8 Nec ſolum ea, quae frugibus (*i. frumentis*) atque baccis terrae foetu profunduntur, ſed etiam pecudes *etc. Etiam* Sil. 15, 535 Baccas felices, *pro omni genere fructuum arboreorum poſuit.* ¶ 2 *Interdum minutiores tantum fructus ſignificat, vt tamen ab Acinis quodammodo diſtinguantur. Certe diſtinguere videtur* Plin. 15, 24 ſ. 27, *vbi* alia acinis caro, alia baccis. *Nempe Acini ibi videntur eorum, quae racematim proueniunt*, baccae *ſolitariae.*. *Et tamen* Baccas hederaceas *habet* Columel. 8, 10, 4. Plin. 15, 24 ſ. 27 Magna et baccis differentia: quae namque ſunt oliuis, lauris: et alio modo, loto, cornis: alio myrtis, lentiſco. Aquifolio enim ac ſpinae, ſine ſucco: medioque damnum genere inter baccas acinoſque ceraſis. Pomum his primo candidum, vt fere omnibus baccis: mox alius vireſcit, vt oliuis, lauris: rubet vero moris, ceraſis, cornis: deinde nigreſcit moris, ceraſis, oliuis. *Nobiliſſima* Bacca oleae eſt, *de qua* Cic. de Diuin. 1 c. 6 Agricola, cum florem oleae videt, baccam quoque ſe ſe viſurum putat. Oliuae baccas *etiam habet* Horat. Serm. 2, 4, 69. *Tales etiam ſunt* Virgil. Georg. 2, 183 Silueſtres baccae. Ouid. Met. 8, 664 Ponitur hic bicolor ſincerae (*integrae*) bacca Mineruae. *Nempe* bicolor oliua *optima eſt.* Columel. 11, 2, 83 Optimum fit oleum ex varia oliua, cum incipit nigreſcere. *Sunt etiam* Ebuli ſanguineae baccae Virgil. Ecl. 10, 27. Iuniperi Plin. 12, 7. Lauri baccae Virg. Georg. 1, 306. *it.* Scribon. 3, 262. *Multa quoque* Plin. 15, 30 ſ. 39. Cato R. R. 10, 1 Virgas murteas ſi voles cum bacis ſeruare. Myrti Scribon. 193. Plin. 12, 17. Piperis Vitr. 8, 3. Platani Plin. 15, 7. Et bicolor myrtus, et baccis caerula Tinus Ouid. Met. 10, 98. Tini baccas *memorat etiam* Plin. 15, 30 ſ. 39. ¶ 3 Baccas caprini ſtercoris *dixit* Pallad. Ian. 14, 3. ¶ 4 Baccae *a ſimilitudine, dicuntur etiam margaritae.* Virgil. in Culice 67 Indi Conchea bacca maris. Indica bacca Petr. c. 55 *vbi conf. Not.* p. 271 *Burm.* Hor. Sat. 2, 3, 241

Filius Aeſopi detractam ex aure Metellae
Scilicet vt decies ſolidum exſorberet, aceto
Diluit inſignem baccam.

Item Epod. 8, 14 Nec ſit marita quae rotundioribus Onuſta baccis ambulet. Claud. Sext. Conſ. Hon. 528 — baccis onerat candentibus aures. ¶ 5 *Cum hoc genere baccarum colla ornarent (vid. mox* Baccatum monile*) hinc ironia quadam an euphemia* Baccas *vel* Bacas *etiam dixere collaria ferrea e catenis, vt* Carcer illigata duris colla baccis impedit Prud. Περὶ στ. hymn. 1, 46. Attrita baccis colla liber erit Id. praef. Pſychom. v. 33. *vtrobique de catenis: ad vltimum locum vid. N. Heinſ. Legitur etiam* Boiis.

BACCALIA, ae. f. *Lauri ſpecies eſt*, Baccarum fertiliſſima Plin. 15, 30 ſ. 39.

BACCANS, antis. *vt*, Baccantia vbera *laudant* Ouid. Met. 6, 342. *ed al.* lactantia.

BACCAR, *vid.* BACCHAR.

BACCĀTVS. Adi. *Baccis, i. Margaritis ornatus.* Virg. Aen. 1, 659 Colloque monile Baccatum. Sil. 8, 134 Bacatum induta monile.

BACCĬFER, BACIFER. Adi. [ἀκροδρυοφόρος] *Ferens baccas.* Plin. 16, 10 Ex omnibus ſola baccifera. Hedera baccifera Sen. Oedip. 414. Ouid. Amor. 2, 16, 8 Dat quoque bacciferam Pallada rarus ager. *i. Oleam, cuius inuentrix fertur Pallas.* Sabinus bacifer Sil. 3, 596. *quod oliuae ferax ager Sabinorum.* Bacifer *ex MSS. praefert Heinſius.* Taxus baccifera Plin. 16, 10.

BACCĬNA, ae. f. Herba Apollinaris Apul. de Herb. cap. 22.

BACCVLA, ae. f. Dimin. [ἀκροδρυάριον] *Parua bacca.* Plin. 25, 8 Omnes colore buxeo, caulibus paruis, flore purpureo, ferunt bacculas paruas, vt capparis.

BACCHA. Vinum in Hiſpania Varro de L. L. 6, 5 p. 79, 19. *Sed* ¶ 2 *quae eſt* BACCHA HONORARIA ALBA, *quam* ad foculum immolauit Q. Licinius Nepos magiſter *fratrum Arualium, in* Inſcr. *ap. Phil. a Turre Monum. Vet. Antii* p. 392. *Porcam conuenire huic ſacrificio noui, Bach in Germania porcum marem ſignificare, conſtat.*

BACCHAE, BACCHANALIA *etc. vid.* BACCHVS.

BACCHAR, *ſ.* BACCAR, ăris; *ſ.* BACCHARIS, is. f. [βάκχαρις] *Herba, de qua ſic* Plin. 21, 6 ſ. 16 Bacchar quoque radicis tantum odoratae eſt, a quibusdam Nardum ruſticum appellatum. Vnguenta ex ea radice fieri ſolita apud antiquos, Ariſtophanes priſcae comoediae Poëta, teſtis eſt, vnde quidam errore falſo, Barbaricam eam appellabant. Odor eſt ei cinnamomo proximus. Gracili ſolo nec humido prouenit. *Nonnulli putant, eſſe eam, quae vulgo Caryophyllos dicitur. Quin etiam videtur ad hoc accedere Dioſcoridis interpretatio* 3, 49. Virg. Ecl. 4, 19 Errantes hederas paſſim cum bacchare tellus. *Vbi* Seruius: Bacchar, Herba eſt, quae faſcinum depellit. *Recte. Sic enim ipſe Poëta* Ecl. 7, 27 Aut ſi vltra placitum laudarit, baccare frontem Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

BACCHIĂDAE. [Βακχιάδαι] *Populi, qui e Corintho exules in Siciliam deuenerunt, et vrbem inter Pachinum et Pelorum aedificantes, Siculi facti ſunt* Ouid. Met. 5, 407 Et qua Bacchiadae bimari gens orta Corintho *etc. Ab his*

BACCHĒIS, ĭdos. *Corinthus vocatur* Stat. Silu. 2, 2, 34 Qualis ſi ſubeas Ephyres Baccheidos altum Culmen *etc.* Ephyre *enim Corinthus eſt.*

BACCHVS, i. m. [Διόνυσος, Βάκχος] *Iouis ex Semele filius; qui fortaſſis quod vitem primus excoluiſſe viſus eſt, ideo ab antiquis putatus eſt deus vini, et pro ipſo vino poni conſueuit. Idem Graecis* Dionyſus, Liber Pater *Latinis*, Oſiris *Aegyptiorum.* Cic. pro Flacco 60 Mithridatem denium, illum patrem, illum conſeruatorem Aſiae, illum Dionyſium Bacchum, Liberum nominabant. *De Bacchi facinoribus, ne de Graeci Poëtae Nonni Dionyſiacis hic dicamus, aliquam multa refert* Ouid. Met. 3 parte vltima *et* 4 fere toto. *Ponemus quaedam ex* 4, 11

Turaque dant, Bacchumque vocant, Bromiumque, Lyaeumque,
Ignigenamque, Satumque iterum, ſolumque bimatrem.
(*vid.* Met. 3, 310 *ſq.*)
Additur his Niſeus, indetonſusque Thyoneus,
Et cum Lenaeo genialis conſitor vuae
Nyctelius que, Eleleusque parens, et Iacchus, et Euan
Tu puer aeternus, tu formoſiſſimus alto
Conſpiceris caelo: tibi, cum ſine cornibus adſtas
Virgineum caput eſt, Oriens tibi victus ad vsque
Decolor extremo qua tingitur India Gange.
— Tu biiugûm pictis inſignia frenis
Colla premis lyncum, Bacchae Satyrique ſequuntur:
Quacunque ingrederis clamor iuuenilis, et vna
Femineae voces, impulſaque tympana palmis,
Concauaque aera ſonant, longoque foramine buxus.

*De Bacchi nominibus, veſtitu, cultu, imitatoribus Vid. quos laudat Burm. ad* Petron. 4 p. 182 *ſq. Varios fuiſſe nominis eiusdem variisque ritibus cultos, late probant, quos laudat Sam. Pitiſc. in Lex. Ant. Rom.* Hor. Epiſt. 2, 2, 78 Scriptorum (*Poëtarum*) chorus omnis amat nemus, ac fugit vrbes, Rite cliens Bacchi ſomno gaudentis et vmbra. Digiti Baccho digni, *pro formoſis* Ouid. Met. 3, 421. Humor Bacchi, *pro Vino* Virg. Georg. 2, 143. *Et*, Munus Bacchi, Ouid. de Rem. Amor. 803. Virg. Georg. 4, 102 Mella *laudat* durum Bacchi domitura ſaporem, *i. vini.* Tellus Bacchi ferax, *i. Vini* Sen. Herc. fur. 697. ¶ 2. *Epitheta:* Audax Bacchus Valer. Argon. 5, 497 *ab effectu.* Conſitor vuae Bacchus Tibul. 2, 3, 67. *Sic* Ouid. Met. 4, 14. Cornu inſignis Bacchus Ouid. de Arte Am. 3, 348. *Siquidem vinum petulantes facit et violentos atque truces. Nempe cum abbibit* pauper cornua ſumit Ouid. Art. Am. 1, 239: *vel quia primus boues ad iugum iunxit, ideo illum cum cornibus finxerunt. Auctor Diodorus lib.* 5. Corymbifer Ouid. Faſt. 1, 393 *Eo quod hedera delectaretur, eaque ſacerdotes eius in Orgiis coronarentur.* Generoſo Baccho madeant pocula Tibul. 3, 6, 5. *et* Ouid. Met. 4, 14. Laetitiae Bacchus dator Virg. Aen. 1, 738. Liquidus Ouid. Met. 13, 639. *pro Vino.* Odoratus Virg. Georg. 4, 279. Racemifer Ouid. Met. 15, 413. Sacer, *i. Vinum, quod in ſacrificiis libatur* Valer. Argon. 5, 192. Somno et vmbra gaudens Bacchus Hor. Epiſt. 2, 2, 78. Agi Bacchi furiis Ouid. Epiſt. 4, 47. Sen. Thyeſte 467 Nec ſomno dies Bacchoque nox iungenda Peruigili datur. Hilarare conuiuia multo Baccho Virg. Ecl. 5, 69. Reſtituere corpora parco Baccho Valer. Argon. 2, 70. Salutare Bacchum et Cererem *laudatur ex* Plaut. Amph. . . . . ¶ 3 *Eſt etiam* Bacchus *piſcis ex aſellorum genere* Plin. 9, 17 ſ. 29. ¶ 4 BACVS, BACA, BACANAL *ſcribitur in tabula veteri, de qua in* BACCHANAL.

BACCHAE, [Βάκχαι] *quae et* Maenades, *et* Thyades, *et* Mimallonides *dicuntur*, *Mulieres, quae Baccho ſacra faciebant et in furorem ab eo vertebantur.* Liu. 39, 13 Matronas Baccharum habitu crinibus paſſis cum ardentibus facibus decurrere ad Tiberim. *Et paullo ante*, Tres in anno ſtatos dies habuiſſe, quibus Bacchis initiarentur. Cic. Fam. 7, 24 (23) Bacchis vero vbi eſt apud me locus? *de ſignis ſ. ſtatuis.* Saeuae Bacchae Propert. 3, 21, 33. Bacchae bacchanti ſi velis aduorſarier, ex inſana inſaniorem facies, feriet ſaepius Plaut. Amph. 2, 2, 71. Hor. Carm. 3, 25, 15 Baccharumque valentium Proceras manibus vertere fraxinos. Plaut. Mil. 4, 2, 25 *prouerbialiter dixit*, Cedo ſignum ſi harum Baccharum es. *Habitum deſcribit* Ouid. Met. 6, 592. *de Procne*,

Vite caput tegitur: lateri ceruina ſiniſtro
Vellera dependent, humero leuis incubat haſta.
Concita per ſiluas, turba comitante ſuarum —
Exululatque, Euoëque ſonat, portaſque refringit:
Germananamque rapit, raptaeque inſignia Bacchi
Induit, et vultus hederarum frondibus abdit.

*Et* Met. 3, 536 Femineae voces, et mota inſania vino, obſcenique greges, et inania tympa, *iunguntur. Non inhoneſtum fuiſſe mythicis temporibus Baccham eſſe, cum haec Ouidii loca oſtendunt, tum quae laudamus in* BACCHATIO.

BACCHANAL, *vel* BACCHANALE. [Διονύσιον] *Locus, in quo Bacchi feſta celebrantur.* Gloſſ. Iſidor. Bacchanal, Sacrarium Liberi patris. *Alii legunt*, Sacra rituum. *Certe pro ipſis ſacris ponitur in antiquo SC. contra Bacchanalia Romae factum A. V. 566, quod cum Cicerone publicauit Iac. Gronouius, et peculiari Commentario Matthaeus Aegyptius explicauit. Quod enim* Liu. 39, 18 *ita narratur*, Ne qua Bacchanalia Romae, neue in Italia eſſent. Si quis tale ſacrum ſollemne et neceſſarium duceret, nec ſine religione et piaculo ſe id omittere poſſe, apud Praetorem vrbanum profiteretur *etc. illud in ipſo SCto ita habet:* NEI QVIS EORVM BACANAL HABVISE VELET. SEI QVES ESENT, QVEI SIBEI DEICERENT NECESVS ESE BACANAL HABERE *etc. Locum tamen etiam notari, ſatis indicat idem* Liu. l. c. Datum Conſulibus negotium eſt, vt omnia Bacchanalia Romae primum, deinde per totam Italiam diruerent, extra quam, ſi qua ibi vetuſta ara, aut ſignum conſecratum eſſet. Plaut. Aulul. 3, 1, 3 Neque ego vnquam, niſi hodie, ad Bacchas veni in Bacchanal coquinatum? *Sed pro ſacro, quod in Bacchi honorem fieret, ſumitur in formula* Bacchanal facere. Plaut. Mil. 3, 2, 43. (*adde* Amph. 4, 2 *ſuppoſ.* v. 12 *et* exercere v. 18) *Idem* Plaut. Bacch. 1, 1, 19 *Comice ludit* Quia Bacchis, bacchas metuo et bacchanal tuum, *i. illecebras meretricias, ne illis auferar. Frequentius hoc intellectu dicuntur*

BACCHANALIA, orum. pl. n. [Διονύσια, Βακχεύματα] *Bacchi ſacra, quae et Dionyſia dicuntur. Eorum pompam et feſtiuitatem breuiter deſcribit Plutarchus* περὶ φιλοπλουτ. p. 707. *Conf. Barth. ad* Stat. Theb. 2, 74 p. 294 *ſqq. Quanta* Bacchanalium *obtentu corruptela in Romam et Italiam quondam inuecta ſit, et qua ratione illi malo ſit occurſum deſcribit* Liu. 39, 8 — 19. *Huc reſpicit* Cic. de Legib. 2, 37 c. 15 Quo in genere ſeueritatem maiorum Senatus vetus auctoritas de Bacchanalibus,

chanalibus, et Conſulum, exercitu adhibito, quaeſtio animaduerſioque declarat. *Laudatur* Salluſt. Exaudirique ſonus bacchanaliorum. Iuuen. Sat. 2, 3 Qui Curios ſimulant, et Bacchanalia viuunt.

BACCHANALIS, e. Adi. *vt*, Chorus Bacchanalis Aur. Vict. de Caeſ. cap. 3. *Conf.* Epit. cap. 3.

BACCHOR, āri. [βακχεύω] *Inſtinctu et furore, qualem Bacchus immittere putabatur, agitari.* Columel. 10, 199 Nunc amor ad coitus properat, nunc ſpiritus orbis Bacchatur Veneri. Virg. Aen. 4, 300 — totamque incenſa per vrbem Bacchatur. Qualis commotis excita ſacris Thyias, vbi audito ſtimulant trieterica Baccho Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithaeron. *Et* 666 Concuſſam bacchatur fama per vrbem. *Sic* Furere et bacchari oratores, quorum altior eſſet oratio, actioque ardentior, *apud* Cic. de Clar. Orat. 276 c. 80 arbitrabatur Calidius. *De Poëtis.* Tecum ſimiles iunctaeque Camenae, Stella, mihi, multumque pares bacchamur ad aras Stat. Silu. 1, 2, 257. *Add.* Virg. Aen. 6, 78. *Elmenhorſt. ad* Arnob. p. 1. 2. *Herald. ib.* p. 5. Cic. in Catil. 1, 26 c. 10 Quanta in voluptate bacchabere? Hor. Carm. 2, 7, 23 Non ego ſanius bacchabor Edonis. *i. Thracibus vinolentis.* Ferro bacchari Claud. de Bell. Get. 156. Ter. Adel. 2, 1, 31 Egone bacchatus in te, an tu in me? *Sed al.* debacchatus. *v. v.* Bacchari venti dicuntur, *dum ſtant impetuoſius* Hor. Carm. 1, 25, 11. Boreas bacchatur ab Arcto Ouid. Triſt. 1, 2, 29.

BACCHANS. Partic. [βακχεύων] Cic. in Catil. 4, 11 c. 6 Verſatur mihi ante oculos aſpectus Cethegi et furor in veſtra caede bacchantis. Baccha bacchans Plaut. Amph. 2, 2, 71. Luſus bacchantium Curt. 9, 10, 24. *Add.* Id. 8, 10, 15. Ritu bacchantum Ouid. Met. 7, 258. Bacchantum voce ſonare Id. ibid. 3, 703. Plin. 3, 1 Luſum Liberi patris, aut Lyſum cum eo bacchantem, nomen dediſſe Luſitaniae.

BACCHATVS, a, um. Paſſiu. *vt*, Virginibus Bacchata Lacaenis Taygeta, *i. in quibus bacchari et choros exercere ſolent* Virg. Georg. 2, 487. *Eadem ratione* Bacchatam iugis Naxon dixit Aen. 3, 125. *Sed* Turba bacchata, *quae adfertur ex* Ouid. Triſt. 4, 6, 47. *in melioribus eſt* braccata.

BACCHATIO, ōnis. f. [βάκχευσις] *vt*, Cic. Verr. 1, 47 c. 12 Sileatur de nocturnis eius bacchationibus ac vigiliis. Hygin. f. 4 Poſtea reſciit, Inonem in Parnaſſo eſſe, atque Bacchationis eo perueniſſe. *Et* f. 8 In eundem locum Dirce per bacchationem Liberi illuc delata eſt. *quod dixerat* f. 7 Beneficio liberi, quod eius Baccha fuerat.

BACCHĀTIM. Adu. [βεβακχευμένως] *More bacchantium.* Apul. Mileſ. 1, 108 Quin igitur, ſoror, hunc primum bacchatim diſcerpimus? *h. e. vt Bacchae Pentheum et Orphea.*

BACCHABVNDVS, a, um. *Idem fere quod* bacchans, *vt*, Bacchabundum agmen inceſſit Curt. 9, 10, 27. *et* Apul. Apol. p. 326 In medio foro bacchabundus.

BACCHĒIS, ïdos. f. *non huc, ſed ad* BACCHIADAS *pertinet, de quibus ante* ſ. l.

BACCHĒĬVS. Adi. poſſeſſ. [Βακχήϊος] Virg. Georg. 2, 454 Quid memorandum aeque Baccheïa dona tulerunt. *Et* Auſon. Moſella v. 153 Baccheïa munera.

BACCHĒVS. *Idem Adiectiuum.* [βακχεῖος] Bella Bacchea Stat. Theb. 12, 791. Cornua Bacchea Id. ibid. 9, 435. Vlulatus Ouid. Met. 11, 17.

BACCHĬCVS. [Βακχικὸς] *Idem.* Hinc Serta Bacchica, *ex hederis* Ouid. Triſt. 1, 6, 2.

BACCHIA, ae. f. Poculi genus primum a Baccho nominatum Iſidor. 20, 5.

BACCHĪVS Pes, [Βακχεῖος] *conſtat prima breui, et duabus longis: vt,* Quïrīno. *Hoc pedis genere vtebantur in carminibus ſacrorum Bacchi: contrarius eſt* Antibacchius. Quinctil. 9, 4, 82.

BACCIBALLVM, *vid.* BASIBALLVM.

BACCIFER, BACCVLA, *vid.* BACCA.

BACĒLVS, *vel* BACEŎLVS. [βάκηλος] *Stultus, vt phaſelus, phaſeolus.* Suet. in Auguſt. 87 *de ipſo Auguſto.* Ponit aſſidue et pro ſtulto baceolum, et pro pullo pulleiaceum, *etc.* *Quaedam exemplaria legunt* Blaceolum: *βλὰξ Graecis ſtupidus dicitur, et ſtalidus bardusque.* Baceli *etiam Graecis dicuntur, Languidi, diſſoluto corpore homines, et potius mulieres quam viri. Sic Suidas Phrynichus ait,* Bacelum *proprie eum ſignificare, qui ſit exſectus atque caſtratus. Add.* Comment. *ad h. l. et ad* Petron. 37 *extr.* p. 160 *ſq. Burm.*

BACILLVS, *vel* BACILLVM. *vid.* BACVLVS.

BACRIO, ōnis. m. [χειρόνιπτρον] Genus vaſis longioris manubrii, hoc alii Trullam appellant. Haec Feſtus. *Vid.* BACAR.

BACTRA, orum. [Βάκτρα] *Scythiae Aſiaticae vrbs. Prouincia vltra Aſſyriam, quam inter feliciſſimas memorat* Virg. Georg. 2, 138. Regia Bactra Stat. Silu. 3, 2, 136. *vid.* Curt. 7, 4, 31. *Sing.* Bactrum *eſt* Plin. 6, 16. *Origo forte* Bactros *fluuius, de quo mox.*

BACTRI, *ſiue* BACTRIANI. [Βακτριανοὶ] *Populi Bactra incolentes.* Curt. 4, 6, 3. *Nempe* Bactrianus *Adiectiuum eſt, vt,* Bactriana arx Curt. 9, 7, 2. Regio 6, 6, 18. Tacit. Ann. 2, 60, 4 Bactriano ac Scytha potitum, *Singularis pro Plurali.*

BACTRŎPĒRĪTA, ae. m. Bactroperitae, *Philoſophi per iocum dicti, quod praeter βάκτρον, baculum, et* peram *nihil haberent. Vid.* B. Hieron. in Matth. 11, 10.

BACTROS. [Βάκτρος] *Fluuius in finibus Scythiae Aſiaticae, a quo* Bactra *regio, et vrbs nomen ſumſit.* Lucan. 3, 267 Errantes Scythiae populi, quos gurgite Bactros Includit gelido, *etc.*

BĂCVLVS, i. m. et BACVLVM, i. n. [βακτηρία, βάκτρον] Hic baculus, ἡ βακτηρία Gloſſ. *Conf.* Iſidor. 20, 13. Ouid. Met. 15, 655 Baculumque tenens agreſte ſiniſtra. Paſtorale baculum Sil. Ital. 13, 334. In deſcriptione Inuidiae Ouid. Met. 2, 789 Baculumque capit, quod ſpinea totum Vincula cingebant. Ibid. 681 Silueſtre. *Vid. Heinſ. it. I. F. Gronou. ad* Plin. 30, 14. Incumbere baculo Ouid. Faſt. 1, 177. Inniti baculo Ouid. Met. 14, 655. Leuare membra baculo Id. ibid. 8, 693. *Philoſophorum geſtamen* baculus Apul. Apol. 288 *reſpondens ad obiectionem,* rem familiarem *ſibi* peram et baculum fuiſſe, *inter alia ait:* Peram et baculum tu philoſophis exprobrares? Igitur et equitibus phaleras, et peditibus clypeos, et ſigniferis vexilla *etc. ſunt enim plurima ibi in hanc ſententiam. Qui in ſcena canerent,* baculum *etiam tenere ſolitos, docet illud* Sueton. Neron. 24 Atque etiam in Tragico actu, cum elapſum baculum cito reſumſiſſet, pauidus, et metuens ne ob delictum certamine ſubmoueretur. *Vid.* VIRGA. Diceres Dei medici baculo, quod ramulis ſemiamputatis nodoſum gerit, ſerpentem generoſum lubricis amplexibus inhaerere Apul. Mileſ. 1 p. 104. *Aeſculapii baculum pingit.* Baculus *pro Sceptro* Curt. 9, 1, 30. *et* Flor. 4, 11, 3.



BACILLVS, i. m. *et* BACILLVM, i. n. Dimin. [βακτρίδιο Cic. de Fin. 2, 33 c. 11 Vt bacillum aliud eſt inflexum, et incuruatu de induſtria, aliud ita natum, *etc.* Leuiter inflexum a ſummo bac lum, *Lituus eſt* Cic. de Diuin. 1, 30 c. 17. Cic. Verr. 5, 141 c. 54 Pr ximus lictor Sextius, conuerſo bacillo oculos miſero tundere veheme tiſſime coepit. *vid.* Iſidor. 20, 13.

## B A D

BADIVS Color. [Φοινίκεος] *i. Phoeniceus, ſiue ſpadiceus.* Χελιδ νιαῖος Gloſſ. Lat. Gr. Inde Equus badius; *qui et* Baius, *et* Balius *dic tur etc.* Varro ὄνος πρὸς λύραν: Item nati hic badius, iſte giluus, il murinus, *ap.* Nonium 2, 87. Badius *color vulgo dicitur Baio; nc Graeci palmarum termitem cum ſuo fructu vocant βαΐον. Sic Hermol. Plin.* Ind. *cuius ſententiae fauet, quod etiam* Pallad. Mart. 13, 4 *in* MS *eſt bis* Baidius *pro vulg. Et fatetur ipſe* Iſid. 12, 1 p. 1114, 47 *eſſe eu dem* ſpadicem quem phoenicatum vocant. *Vanum ergo eſt, quod a v dendo quaſi* Vadios *equos dictos hariolatur.* Badios in pectore crin *in canibus venaticis laudat* Grat. 536.

BADIZO, āre. [βαδίζω] *Significat Ire.* Plaut. Aſin. 3, 3, 116 D mam hercle iam de hordeo, tollutim ni badizas. *Graeca dictio La ne declinata, per comicam laſciuiam. De molli equorum inceſſu adhiberi v teres Gloſſae teſtantur.*

## B A E

BAETICATVS, BAETICVS, *vid. ſtatim ſub* BAETIS.

BAETIS. [Βαῖτις] *Fluuius Hiſpaniae, nobilis, qui prouinciae nome dat: de quo* Martial. 12, 99

Baetis oliuifera crinem redimite corona,
Aurea qui nitidis vellera tingis aquis.
Quem Bromius, quem Pallas amat, cui rector aquarum
Albula nauigerum per freta pandit iter. *Hinc*

BAETICVS. Adi. *pro accolis* Baetis. Baetica prouincia *ap vtrumque Plinium ſaepe.* Lana Baetica *celebratur* Martial. 8, 28. Lace nae Baeticae ibid. 14, 133. *Hinc*

BAETICATVS. *Lacerna Baetica indutus, quod ſeuerorum homin fuiſſe indicat* Martial. 1, 97 Amator ille triſtium lacernarum, Et Ba ticatus atque leucophaeatus. *Nempe naturā coloratae oues Baetica Vid.* Martial. 9, 62. 12, 64 *et* 100.

BAETĬCŎLA, ae. [πρόσοικος τοῦ Βαίτιος] *Accola Baetis fluu* Sil. 1, 146 — et vulgus Iberum, Baeticolasque viros ſpatiis agitab iniquis.

BAETĬGĔNA, ae. Idem. Sil. 9, 234 Baetigenaeque viri.

## B A G

BAGAVDA, *vid. ſupra* BACAVDA.

BĂGŌAS. [Βαγώας] *vel* BAGOVS. *Commune nomen Spadonib regiis Perſarum, et imitati illos Alexandri, datur apud ſcriptores Graec et Latinos. Hinc* Bagoam aliquem, *pro Molli et ſpadone dixit etic* Quinctil. 5, 12, 21. Ouid. Amor. 2, 2, 1 *ad ſeruum puellae cuſtode* Quem penes eſt dominam ſeruandi cura Bagoë, *etc. Conf. Frein. Ind. Curt. et Hornius ad Sulpic.* p. 323. Plin. 13, 4 ſ. 9 *de palmis* Cl riſſimae omnium — Babylone natae vno in horto Bagoii: ita enim v cant ſpadones, qui apud eos etiam regnauere.

BAGRĂDVS, *vel* BAGRĂDA. [Βαγράδας] *Numidiae fluuius e Lybicis montibus longe ductus, prope Carthaginem fluit, vbi ſerpente Regulus CXX pedum, adhibito exercitu interfecit. Auctores ſunt* Plin 8, 14. *et* Gell. 6, 3. *et* Val. Maxim. 1, 8. Sil. Ital. 1, 407 Fluminei que vrna celatus Bagrada parmam. *Legitur et* Bragada, *male. Vid.* Dra kenb. ad 6, 141. Lucan. 4, 588 Primaque caſtra locat cano proc aequore, qua ſe Bagrada lentus agit ſiccae ſulcator arenae. *Nom retinet, teſte Oliuario in Melam.*

BAHAL, *vid.* BAAL.

## B A I

BAIAE, arum. [Βαΐαι] *Campaniae oppidum eſt iuxta Lucrinum num, inter Puteolos et Miſenum montem, (a* BAIO *dictum de quo mox In huius oppidi agro, aquae calidae ſunt et ad voluptatem, et ad ſanand morbos accommodatiſſimae, quae reliquas nobilitate antecellunt.* Ho Epiſt. 1, 1, 83 Nullus in orbe ſinus, Baiis praelucet amoenis. Cic Att. 13, 50. *Frequenter vtitur in* Or. pro Caelio *et fere vt appella tiuo. v. g.* 27 c. 11 Qui nullum conuiuium renuerit, qui vnguent ſumſerit, qui Baias viderit. *Et* 35 c. 15 Libidines, amores, adulteria Baias, actas, conuiuia, comiſſationes, cantus, ſymphonias, conuiuia ia ctant. Id. 38 c. 16 Sed ſi eſſet aliqua diſſimilis iſtius, quae ſe omnibu peruulgaret: quae haberet palam decretum ſemper aliquem, cuius i hortos, domum, Baias, iure ſuo libidines omnium commearent. E 47 c. 20 Nihil igitur illa vicinitas redolet, nihil hominum fama, ni hil Baiae denique ipſae loquuntur? *Et* 49 Si quae non nupta mulie domum ſuam patefecerit omnium cupiditati, — ſi hoc in vrbe, ſi in hortis, ſi in Baiarum illa celebritate faciet. *Infamarunt* Baias *etiam Neronis libidines, de quibus* Sueton. c. 27. Sen. Epiſt. 51 Itaque de ſeceſſu cogitans nunquam Canopum eliget *ſapiens vir* — Ne Baias quidem. Diuerſorium vitiorum eſſe coeperunt. Illic ſibi plurimum luxuria permittit: illic, tanquam aliqua licentia debeatur loco, magis ſoluitur. — Videre ebrios per litora errantes, et comiſſationes nauigantium et ſymphoniarum cantibus perſtrepentes lacus, et alia, quae velut ſoluta legibus luxuria non tantum peccat, ſed publicat, quid neceſſe eſt

¶ 2 Baiae *dicuntur Omnes aquae calidae. Praeter ea, quae ex Cicerone dedimus, ſic de aqua Etruſca* Tibul. 3, 5, 3 Sacris Baiarum maxima lymphis Martial. 10, 13 Strataque non vnas cingent triclinia Baias. Cic. Att 12, 40 Ibi ſum, vbi is, qui optimas Baias habebat, quotannis hoc tempus conſumere ſolebat. ¶ 3 *Adiectiue poſuit* Propert. 1, 11, 3 Ah pereant Baiae crimen amoris aquae. ¶ 4 *Iam Epitheta Poëtarum ponemus.* Propert. 1, 11, 27 Tu modo quam primum corrupta deſere Baias. *Cauſam huius attributi ſatis reddit* Cic. l. c. n. 1. Si Deſides Baiae *dicuntur, quod accommodatiſſima eſſent loca illa agentibu otium* Stat. Silu. 4, 7, 19. Hor. Carm. 3, 4, 24 — ſeu Tybur ſupinum, Seu liquidae placuere Baiae. Stat. Silu. 3, 5, 96 Siue vaporiferas blandiſſima littora Baias.

BAIĀNVS. Adi. [Βαιανὸς] *vt,* Littora Baiana Stat. Silu. 5, 3, 169 Murex Baianus Hor. Serm. 2, 4, 32. Orae Baianae Stat. Silu. 1, 5, 60 Sinu

Sinus Baianus Plin. 2, 103. Martial. 1, 60 Dat Baiana mihi quadrantes ſportula centum, *i. amicus, quem Baias comitatus ſum, pro ſportula mihi dat C. quadrantes.*

BAIONVLA, ae. f. Iſid. 20, 11 Eſt lectus qui in itinere baiulatur.

BAIVLO, āre. [βαστάζω] *Portare ſignificat.* Plaut. Aſin. 3, 3, 70 Eho baiulabo: tu, vt decet dominum, ante me ito inanis. Idem Merc. 3, 1, 10. Quinctil. 6, 1, 47 Ego te baiulare non poſſum. Ferri proprie dicimus, quae quis ſuo corpore baiulat, portari ea, quae quis iumento ſecum ducit l. 235 D. de V. S.

BAIVLVS, i. m. [φορτηγὸς] *Qui mercedis gratia onera ferre conſueuit.* Baiulos dicebant antiqui, quos nunc dicimus Operarios, Feſtus. Operarii aut baiuli deeſſe non poſſunt Cic. de Cl. Orat. c. 73. Id. in Parad. 3 Vtrum potius de bonis eſt quaerendum, quid baiuli atque operarii, an quid homines doctiſſimi ſenſerint? Protagoram aiunt adoleſcentem vecturas onerum corpore ſuo factitauiſſe, quod Genus Graeci βαστάζοντας vocant, latine baiulos appellamus Gell. 5, 3. Literarum baiulus Symm. Ep. 5, 7. Baiolus *ſcribitur* Non. 2, 90. *etiam in loco* Cic. de Orat. 2, 40 *quem modo dedimus.* Cic. de Orat. 2, 40 c. 10 Remigem aliquem, aut baiulum nobis oratorem deſcripſeras. ¶ 2 Baiuli etiam dicti, *qui mortuos efferunt. Sic apud* Ammian. 14, 7 Baiulorum praecentor dicitur is, qui veſpillonibus praecinebat. Chryſol. Serm. 121. Sidon. Epiſt. 3, 12. Fulgent. Expoſ. Serm. ant. n. 2. *et* Gloſſ. Iſidor. ¶ 3 *Paedagogos etiam dictos* Baiulos, *probatur ex Schol. Sophoclis et aliis a Dufreſnio in vtroque Gloſſario. Sed hoc vix eſt h. l.* ¶ 4 *Nec audiendus eſt Harduinus, qui* Plinio 20, 18 ſ. 76 *iam fuiſſe* Baiulum *eum autumat, quem poſterior aetas ex* Baiulo, Baillifum, *vel* Bailum, *i. praefectum negoti alicuius dixit: licet antiquae editiones ita legant:* Licinii Caecinae, Praetorii viri, patrem in Hiſpania Baiuli (*forte* Bilbili, *vel* Bibalis, *de qua gente* 3, 3 ſ. 4 n. 7.) *poſteriores* Bauili. *Neque vero* Baiulum *dixiſſe credibile eſt, quem mox* c. 20 ſ. 81 Hiſpaniae principem *vocat.*

BAIVLATIO, ōnis. f. Gloſſ. Vet. Haec baiulatio, βασταγμός.

BAIVLATOR, ōris. m. *Idem qui* Baiulus. βαστακτής, ἀχθοφόρος Gloſſ. Cyrill. Vlp. l. 15 §. 1 Dig. de Vſufruct. *al. leg.* balneatorem.

BAIVLATORIVS, a, um. *vt*, Baiulatoria ſella Cael. Aurel. Acut. 1, 11.

BAIVS. Vlyſſis ſocius, Baiis nomen dedit Seru. ad Aen. 3, 441.

BAIVS Color, *idem eſt, qui Spadiceus, ſiue* Badius, *in equis imprimis laudatus. vid. ſupra* BADIVS.

## B A L

BAL, *Idem quod et Baal.* Lingua Punica Bal Deus dicitur, *vt ait* Seruius in Aen. 1, 733. *Addit* Apud Aſſyrios autem Bel dicitur quadam ſacrorum ratione Saturnus et Sol. *vid.* BAAL.

BĀLAENA, ae. f. [φάλαινα] Feſtus, Balaenam belluam marinam ipſam dicunt eſſe piſtricem, ipſam eſſe et cetum. Iuuen. Sat. 10, 12 Quanto delphinis balaena Britannica maior. Auſon. Moſell. v. 144. Plin. 9, 3 *et* 6.

BALAENATVS. Adi. *vt*, Balaenata virga, *quae (vt opinor) e cartilagine balenae fit, qualia videmus calatorum eccleſiae commentacula, vt veteres appellabant.* Petron. cap. 21 Donec Quartilla balaenatam tenens virgam, alteque ſuccincta, iuſſit infelicibus dari miſſionem. *Haec Turnebus. Sed fluctuat lectio, et variant interpretes.* Burm. *dedit* Balenaria.

BALANISCVS, i. m. [βαλανίσκος] *i. Balneator. Ita legit Reineſius ad Petron. Fragm. p. 62. et retinet M. Nodot. p. 204. vbi fuit* Baliſcus. *Conf. Burm. p. 188. qui proprium nomen putat.*

BALANITES, ae. [Βαλανίτης] *Gemma.* Balanitae duo genera habent, ſubuirides, et Corinthii aeris ſimilitudine medias ſecante flammea vena Plin. 37, 10 ſ. 55.

BALANITIS, ĭdis. [βαλανῖτις] *Genus caſtaneae* rotundius, et maxime purgabile, et ſponte proſiliens, *a rotunda glandis* [βαλάνου] *effigie ita appellatum* Plin. 15, 23.

BALĂNVS, i. f. [βάλανος] *Glandem generali nomine ſignificat.* Plin. 17, 20 In quacunque terra ſeritur, naſcitur e balano. *De Eſculo loquitur. Specialiter tamen de Palmulis, quas vulgo dactylos vocamus, accipitur.* Id. 13, 4 ſ. 9 Nam in alia parte Phoenices, Ciliciaeque, populari etiam nomine a nobis appellantur balani. *Paullo ante dixerat de eo genere,* Acinis quam Balanis ſimiliores. *Conf. Spanh. de Vſu Num. diſſ.* 6 p. 348. ¶ 2 *Eſt etiam* Balanus, *glandis genus, ex quo exprimebatur vnguentum odoratum, quo ab antiquis tingebantur capilli* Myrobalanus *proprie vocatur.* Martial. 14, 57 Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus, Hoc ex vnguento conſtat et ex balano. Myrobalanum *intelligit, quae vox ingredi non poteſt verſum heroicum.* Plin. 13, 1 Conſtat oleum ex liliis, balano, (*Hard.* balanino) calamo, melle, cinnamomo, croco, myrrha, aſpalatho. *De vnguentis.* De hoc Hor. Carm. 3, 29, 4 Preſſa tuis Balanus capillis. Balanus qua vnguentarii utuntur Scribon. 129. ¶ 3 Balani, *Caſtanearum genus excellens* Plin. 15, 23 Sardibus eae prouenere primum. Ideo apud Graecos Sardianos balanos appellant. nam Dios [Διὸς, *Iouis*] balanum poſtea impoſuere excellentioribus ſatu factis. *Hic* Balanus, *aut eſt etiam maſculinum, aut* Sardianas *legendum eſt. Deinde* Dios balanus *ad verbum eſſet* Iouis glans, Iuglans. ¶ 4 Balanus, *Piſcis marinus* Plin. 32, 11 Plaut. Rud. 2, 1, 8 Oſtreas, balanos captamus, conchas, marinam vrticam. ¶ 5 *Pro ſuppoſitorio* Caelius Aurel. *tum alias, tum* Acut. 2, 83 Aut ſupponenda podici acria collyria ob prouocandum ventrem, quae appellauit Balanos.

BALANĀTVS. Adi. [βαλανωτὸς] *Balanino oleo perfuſus.* Perſ. Sat. 4, 37 Tu quum maxillis balanatum gauſape pectas.

BALĂNĪNVS. Adi. [βαλάνινος] *Ex balano factum.* Plin. 23, 4 Balaninum oleum repurgat varos. *Aliquoties in compoſitione vnguentorum nominat Idem* Plin. 13, 1.

BĂLĂTRO, ōnis. m. *Conuicium eſt, iocoſum quidem ap.* Varron. de R. R. 2, 5, 1 Videbo iam vos, inquit, balatrones, et huc afferam meum lorium et flagra. *Serium* Hor. Serm. 1, 2, 2 Mendici, mimae, balatrones, *etc.* Porphyr. *ait* Balatrones a Balatu et vaniloquentia dictos. Acron in illud Hor. Serm. 2, 7, 35 — cum magno blateras clamore: ſic ait, Blateras, Vociferas, clamas ſine ratione. Vnde Balatrones, quaſi Blaterones, Blaterare enim, proprie eſt Inepte clamare. *Vide Turnebi ſententia* 11, 23 *Galli integrum prope hoc vocabulum retinent. vernacula ſua lingua Belithrones enim appellant Homines non bonae frugi, et nihili. Sed* Feſtus, Balatrones et blateas bullas luti ex itineribus, et quod de calceamentorum ſoleis eraditur. Dacerius ad h. l. *vel* balnearios *miniſtros interpretatur, ſ. aquariolos; vel* ballatures, *i. ſaltatores. In Miſcellaneis Obſeruationibus Belgarum* T. 6 p. 581 *a* balatro *et* latrando *ſimul deriuatur* Balatro, *repugnante vtriusque vocis modulo, et eſt mira canis et ouis conſociatio. Qui a Graecorum Conuicio* βάραθρον, *vel* βάραθρος *deriuant, ii nihil puto, abſurdi dicunt: tutiſſime autem ii videntur agere, qui proprium quacunque de cauſa prius fuiſſe autumant, deinde in mores contemtos dictum, quae Schoettgenii ſententia eſt ad* Varron. l. c. *Caeterum ad luxurioſos in primis pertinuiſſe, indicant* Gloſſae Labbaei, Ἄσωτος ganearius, luxurioſus, prodigus, profuſus, ſumtuoſus, balatro. Balathro, ἄσωτος *eſt etiam ap.* Caſſiodorum ex Adamantio p. 2296 *Putſch. Reddunt hanc vocem* Lucretio *N. Heinſius, et Horatio Bentleius, illi* 3, 968 Auſer ab hinc lacrimas, balatro, et compeſce querelas; *huic* Serm. 2, 3, 166 Quid enim differt balatroni Dones quidquid habes, an nunquam vtare paratis? *quae ponuntur vt duo extrema vitioſa. Quidquid horum ſit, eſt certe*

BALATRO, *etiam proprium viri v. g.* Hor. Serm. 2, 8, 21 — cum Seruilio Balatrone Vibidius quos Maecenas adduxerat vmbras.

BALATIO, BALATVS. *vid.* BALO, as.

BALAVSTIVM, i. n. [βαλαύστιον] *Flos ſilueſtris, ſecundum Plinium etiam mitis, mali Punici.* Balauſtium, quod eſt flos mali granati Scribon. 85. Plin. 23, 6 In hoc ipſo cytino floſculi ſunt, antequam ſcilicet malum ipſum prodeat, erumpentes, quos balauſtium vocari diximus. Idem 13, 19 Flos balauſtium vocatur, et medicinis idoneus, et tingendis veſtibus, quarum color nomen inde accepit. *De Punico malo vtroque loco loquitur. Add.* Columel. 10, 297. Dioſc. 1, 132. *De* Balauſtio *in numis Rhodiorum copioſe Spanh. de Vſu et Praeſt. Num. diſſ.* 6 p. 315.

BALAVSTINVS. Adi. [βαλαύστινος] *vt*, Balauſtinus color, *ſimilis flori mali Punici* Plin. 13, 19.

BALAX, *vid.* BALVX.

BALBVS, a, um. [ψελλὸς, βλαισὸς] *Qui lingua impedita eſt.* Cic. de Orat. 1, 260 c. 61 Quumque ita balbus eſſet, vt eius ipſius artis cui ſtuderet, primam literam non poſſet dicere, perfecit meditando, vt nemo planius eo loquutus putaretur. *De Demoſthene* Balbos *in primis dici, qui* R *literam in* L *molliunt, etiam ex* Cic. Fam. 2, 10 *apparet. Scripſerat illi de* Hirro *Caelius, quod ex pluribus illius epiſtolis patet.* Cicero, cum eſſet res tantae gratulationis, de te, quia quod ſperabam: dein Hillo (balbus enim ſum) quod non putaram. *Tanto magis gaudet* Hirri *repulſa, quod videbatur incredibilis. Deinde pueris tribuunt Poëtae.* Horat. Epiſt. 2, 1, 126 Os tenerum pueri balbumque Poëta figurat. *Hinc etiam* balbi *puerorum magiſtri.* Hor. Epiſt. 1, 20, 18

Hoc quoque te manet, vt pueros elementa docentem
Occupet extremis in vicis balba ſenectus.

*Huc pertinent etiam* Verba Hor. Serm. 2, 3, 274. Nec taedebit auum paruo aduigilare nepoti, Balbaque cum puero dicere verba ſenem Tibull. 2, 5, 94 *vbi vid. Broukhuſ.*

BALBE. [βλαισῶς] *Obſcure.* Nonius 2, 89 *citat exemplum ex* Varrone Rer. Human. lib. 20. *in quo dictio ipſa* Balbe *non legitur; vnde patet locum eſſe corruptum.* Lucret. 5, 1021 — cum balbe ſignificarent Imbecillorum eſſe aequum miſererier omnium. *De pueris.*

BALBVTIO, īre. [ψελλίζομαι] Cum quadam linguae haeſitatione et confuſione trepidare Non. 2, 91 *qui etiam laudat* Cic. Tuſc. 5, 75 c. 26 Me quidem auctore etiam Peripatetici, vetereſque Academici balbutire deſinant aliquando. Idem de Diuin. 1, 5 c. 3 Reliqui vero omnes, praeter Epicurum, balbutientem de natura deorum, diuinationem probauerunt. *Sic* Stoicus perpauca balbutiens Cic. Ac. 4 c. 45. *Ad puerorum ſermonem, et qui eum imitantur, quemadmodum ipſum* Balbus *refertur v. g.* Hor. Serm. 1, 3, 48 Strabonem Appellat Paetum pater — illum Balbutit Scaurum talis fultum male prauis. Balbutit, ὑποκορίζεται, *pueriliter etiam pronunciat.* Plin. 10, 29 Merula aeſtate canit, hyeme balbutit.

BALĔĀRES, ium. m. pl. [Γυμνησίαι νῆσοι, Βαλιαρίδες] *Inſulae duae in Hiſpanico mari* Funda bellicoſas. Graeci Gymnaſias dixere Plin. 3, 5 ſ. 11 *cui* Maior *et* Minor *dicuntur. Nunc* Maioricam *et* Minoricam *nominant. Dictas eſſe conſtat a* βάλλω, *quod* Sagitto *ſignificat. vid.* Liu. 28, 37. *et* Epit. Liu. lib. 60. Gymneſiae *vel* Gymnaſiae *dictae, quod incolae nudi aeſtatis tempore, iactu fundarum ſeſe exercerent. De ſumma gentis in lapidibus iaciendis peritia, et quomodo eam comparare ſibi ſunt ſoliti, vid. praeter Graecos* Veget. 1, 16. Flor. 3. 8. Sil. 5, 193. — et torta Balearis ſaeuus habena Idem 3, 365. *Eſt autem proprie Adi. de Inſulis pariter ipſis ac Incolis et rebus vſurpatum.* Caeſ. Bell. Gall. 2, 7 Sagittarios et funditores Baleares ſubſidio oppidanis mittit. Virg. Georg. 1, 309 Stupea torquentem Balearis verbera fundae. Tortor Balearis habenae Lucan. 3, 705, *i. fundae.* Baleare telum Sil. 7, 297. *Scribitur et* Baliaris, e. *vid. Drakenb. ad* Sil. 3, 365.

BALEĀRĬCVS. *Similiter* Adi. [Γυμνησιακὸς] *vt*, Balearicae grues Plin. 11, 37. Funda Ouid. Met. 2, 727. Mare Plin. 3, 5 Hiſpanum quatenus Hiſpanias alluit: ab aliis Ibericum aut Balearicum. Regna Manil. 4, 638. Vina Plin. 14, 7.

BALINEVM, i. *et* BALINEAE, arum. [βαλανεῖον Vet. Gloſſ.] *Idem quod* Balneum *et* Balneae, *v. v.* Plaut. Poen. 5, 2, 16 Numnam ita balineis circumductus pallio? Idem Rud. 2, 3, 52. Aſin. 2, 2, 90. Merc. 1, 2, 17 (*Emplaſtrum*) haeret, vt faſcia non ſit opus: in balineo non excidet Scribon. 214. Balinei cella frigidiaria Plin. Ep. 2, 17. *Add.* Id. 5, 6. 7, 1. *et ſaepius.* Suet. Neron. cap. 31. Plin. Epiſt. 1, 3 Quid balineum illud, quod plurimus ſol implet, et circumit? Id. 9, 54 Balineae penſiles. Cic. Att. 2, 3 Balineum calefieri iubebo. *Conf.* Id. Fam. 14, 20. Sueton. Aug. c. 76. Sic concupiſco, vt aegri vinum, balinea, fontes Plin. Ep. 2, 8. Meritoria balinea Id. 2, 17. *Apud maiorem* Plinium, *ſi verus Harduini index, nunquam alia forma, i. nunquam* Balneum *vel* Balneae. *Intereſt tamen inter* Balineum *et* Balineas: *quod illud priuatum, hae publicae.* Varro L. L. 8, 41 Item reprehendunt analogias, quod dicantur multitudinis nomine publicae balineae, non balinea: contra quod priuati dicunt vnum balineum, quod plura, balineas dicant: quibus reſponderi poteſt. — Primum balineum nomen Graecum introiit in vrbem, publice ibi conſedit, vbi bina coniuncta eſſent aedificia [οἶκοι *aediculae*] lauandi cauſa, vnum vbi viri, alterum vbi mulieres lauarentur: ab eadem ratione domi ſuae, vbi quisque lauatur, balineum dixerit; et quod non erant duo, balinea dicere non conſueuerunt, cum hoc antiqui non balineum, ſed lauatrinam appellare conſueuiſſent. *Illud quidem apparet balineas publicas aedes dictas* Varroni, *priuatam lauationem* balineum. *Conf.* Chariſium p. 76 *Ed. Putſch. vid.* BALNEVM.

BALIS. *Herba, de qua* Plin. 25, 2 Xanthus, *inquit,* hiſtoriarum ſcriptor, in prima earum tradit, occiſum draconis catulum reuocatum ad vitam a parente, herba, quam balin nominat: eademque Thylonem, quem draco occiderat, reſtitutum ſaluti.

BALISTA, ſeu potius BALLISTA, ae. f. *Militare tormentum, quo lapides aliaque tela iaciuntur, a βάλλω, iacio, ferio.* Liu. 24, 40 Catapultas, balliſtas, tormentaque alia, quae oppugnandae vrbi comparata erant. Aſſeres pedum XII, cuſpidibus praefixi, atque hi maximis balliſtis miſſi Caeſ. B. C. 2, 2. Cic. Tuſc. 2, c. 24 Vt enim baliſtae lapidum et reliqua tormenta telorum eo grauiores emiſſiones habent, quo ſunt contenta atque adducta vehementius: ſic, *etc.* De baliſtarum rationibus *vid.* Vitruu. 10, 16. *et* Veget. 4, 22. *et Lipſ. Poliorc.* 3. Dial. 3. Apud Siſennam lib. 4. Hiſt. legimus Baliſtas talentarias, quibus ſaxa pondo talenti iaci poſſent. et apud Lucilium, Baliſtas centenarias. Non. 18, 22. Phocais effundit vaſtos balliſta molares Sil. 1, 335. Tortaque per tenebras validis baliſta lacertis Multifidas iaculata faces Lucan. 2, 687. Id. 464

Neque enim ſolis excuſſa lacertis
Lancea, ſed tenſo balliſtae turbine rapta,
Haud, vnum contenta latus tranſire, quieſcit:
Sed pandens perque arma viam perque oſſa, relicta
Morte fugit ſupereſt telo poſt Vulnera curſus.

*Comica laſciuia* Plaut. Capt. 4, 2, 16 Nam meus eſt balliſta pugnus, cubitus catapulta eſt mihi. Id. Bacchid. 4, 4, 58 De ducentis numis primum intendam baliſtam in ſenem: Ea baliſta ſi peruortam turrim et propugnacula *etc. Hic non modo machinam, ſed ipſum forte telum notat. Certe* ¶ 2 Baliſta, *pro Tormenti telo ponitur* Plaut. Poen. 1, 1, 73 Cui iam infortunii intenta baliſta eſt probe, quam ego haud multo poſt mittam e baliſtario. *i. e machina, quae alias* balliſta *dicitur.*

BALISTARIVM, i. n. *modo declarauimus.*

BALISTARIVS, i. m. *Baliſtarum artifex.* Aurel. Arcad. in l. vltim. D. de iur. immunit. *Pro Funditoribus habet* Lipſ. *Poliorc.* 3 *Dial.* 3 *extr. Conf.* Veget. 2, 2 Balliſtrari (*leg.* balliſtarii) σφενδονῆται Vet. Gloſſ. *Hinc* Baliſtarii *Numerus et ordo militaris, in Notitia Imperii vtriusque* Ammian. 16, 2.

BALISTEA, *vid.* BALLISTEA.

BALITO, as, *vid.* BALO, as.

BALIVS Color, *vid.* BADIVS.

BALLIONES. *Dicuntur Lenones, a* Ballione *Plautino lenone, v. g.* Pſeud. 1, 2, 59. Cic. pro Roſc. Com. 20 Ballionem illum improbiſſimum et periuriſſimum lenonem. *Add.* Philipp. 2, 6.

BALLISTEA *vel* BALLISTIA. *Verſiculos inter ſaltandum cani ſolitos, vocat et* ſaltatiunculas *ipſe interpretatur* Vopiſc. Aurel. c. 6. *Exemplum ponit*

Mille, mille, mille, mille
Mille decollauimus
Vnus homo mille, mille
Mille decollauimus *etc.*

*A verbo* βαλλίζειν, *i. ſaltare, hic deriuant explicantque Caſaubonus et Salmaſius.*

BALLOTE, es. [βαλλωτή] *Herba.* Plin. 27, 8 *pr.* Balloten alio nomine porrum nigrum Graeci vocant, herbam fruticoſam, anguloſis caulibus nigris *etc.*

BALLVCA, *vid.* BALVCA.

BALNEVM, i. n. [βαλανεῖον, λουτρόν] *Locus in domibus, in quo ad lauandum aquae calidae et frigidae diſponuntur.* Cic. Fam. 14, 20 Labrum, ſi in balineo non eſt, vt ſit. Martial. 2, 48 Cauponem, laniumque, balneumque. *De ſtructura et aedificio ac compoſitione balneorum, vide* Vitruu. 5, 10. *quem iuuat imago antiqui balnei, repetita a Fabricio ad Sext. Empir.* p. 30. *Add.* Pallad. R. R. 1, 40. Balneum Claudii Etruſci *canit* Stat. Silu. 1, 5. *et* Martial. 6, 42. Ambulare in balneum Cic. Att. 13, 52. Ducere aliquem ex balneo Id. pro Deiot. 17 c. 6. Ducere in balneum l. balnea Scribon. 20. Experiri Celſ. 3, 15. Laudare balnea Hor. Epiſt. 1, 11, 13. Mutare Idem ibid. 1, 92. Optare Idem ibid. 14, 15. Tentare Celſ. 3, 15. Vitare Hor. Arte Poët. v. 298. Praeferuidi balnei vapore enecari Tac. Ann. 14, 64, 3. Balnea tuta Ouid. de Arte Am. 3, 640. *Fallitur Varro, cum plurium numero* Balnea *dici negat,* de L. L. 7, 25 p. 93, 35. *Niſi demum poſt illum* Balnea *placuere Poëtis.*

BALNEAE, arum. [δημοβαλανεῖον] *Idem ſignificat, ſed magis publicae ſunt, quam priuatae. Vid. locus Varronis de* Balineo. Cic. pro Cael. 62 Mulier ingenioſa conſtitui locum iuſſit balneas Senias, vt eo mitteret amicos, qui delitefcerent. *Et mox* Cur enim balneas publicas potiſſimum conſtituerat, in quibus non inuenio, quae latebra togatis hominibus eſſe poſſit. Nam ſi eſſent in veſtibulo balnearum *etc.* Balneae Palatinae Cic. pro Roſc. Amer. 18. Viriles Gell. 10, 3. Feminarum Lampr. Alex. Seuer. cap. 23. *Conf.* Nonium 3, 24. Perpotare in balneis Quinct. 1, 6, 44.

BALNEOLVM, i. n. Dimin. [βαλανίδιον] Iuuen. Sat. 7, 4

— quum iam celebres, notique Poëtae
Balneolum Gabiis, Romae conducere furnos
Tentarent.

Cic. in Hortenſio apud Nonium 3, 24 Primus balneola ſuſpendit. *Apud Nizol. et Gruter. fem. gen.* Balneolas *legimus. Sed* Nonius *diſerte Neutro vſum ait.*

BALNEARIVM, i. n. [βαλανεῖον] *Pars villae, videtur, vbi balneum.* Cic. Att. 13, 29 Video nihil aut pauca mutata. Balnearia tamen laudat maiora: de minoribus ait hiberna effici poſſe. Columel. 1, 6, 2 Balnearia occidenti aeſtiuo aduertantur, vt ſint poſt meridiem, et vsque in veſperum illuſtria. *Videtur autem Columella intelligere cubicula. Adde* Sen. Nat. Quaeſt. 3, 24. Cic. ad Q. Fratr. 3, 1 c. 1. Fornax balneariorum Scribon. 60.

BALNEARIVS. *Adi. Quod ad balnea pertinet* Vlpian. l. 1 D. de furib. balnear. Fures balnearios extra ordinem eſſe puniendos. *h. e. qui in balneis verſantur, et eorum, qui lauatum eunt, veſtimenta ſurripiunt.* Catul. 34, 1 O furum optime balneariorum Vibenni pater. *Huiusmodi autem fures morte mulctabantur. Vid. Ariſtot. Sect.* 29. *Probl.* 14. *et Victor. Varr. Lect.* 7, 17. Paullus in l. vlt. D. de furib. balnear. Miles qui in furto balneario deprehenſus eſt, ignominia mitti debet. Id. in l. Pictoris 17. D. de fund. inſtruct. Inſtrumento balneario legato, dictum eſt balneatorem ſic contineri, quomodo inſtrumento fundi ſaltuarium.

BALNEARIS, e. *Aliud Adi. vt*, Balneare argentum, [βαλανευτικὸν ἀργύριον] Quo, qui in balneo lauabant, vtebantur. Scaeuola in l. vlt. §. 1 D. de aur. et arg. Semproniae dominae meae hoc amplius argentum balneare: quaeſitum eſt, an etiam id argentum, quo diebus feſtis in balinea vti conſueuit, legato cedat. *Sic* Vrceus balnearis, Solium balneare, *vt* Chariſius *obſeruat* lib. 1 p. 59. Veſtis balnearis Lamprid. Alex. Seu. c. 42. Balnearia, abſolute Apul. Met. 3. Milonem iuſſit cum balnearibus aſſequi.

BALNEO, āre. *Barbarum, quo vſus Scribonius de Paſſ. Chriſti* cap. 23 Aqua et igni balneandi. *Hinc tamen quae ſequuntur videntur deriuata, ſc.*

BALNEATICVM, i. n. Pretium quod pro lotione in balneis ſoluitur. Vet Gloſſ. Balneaticum, βαλανικόν. Vet. Schol. Iuuenal. *ad illud* Sat. 2, 52 Niſi qui nondum aere lauantur, *i.* Infantes, qui pueri non dant balneaticum.

BALNEATOR, ōris. [βαλανεύς, λουτροχόος] *Com. gen. licet (vt ait* Seruius ad Aen. 12, 159.) Petronius vſurpauerit Balneatricem (Fragm. p. 670) *Dicitur autem, qui curam habet balnearum.* Vlpian. in l. 1 D. Depoſiti, Si veſtimenta ſeruanda balneatori data perierint. Cic. pro Cael. 62 Mulier potens, quadrantaria illa permutatione, familiaris facta erat balneatori. *Add.* Cic. Phil. 13 c. 12. Plin. 18, 17. Lamprid. Commodo cap. 1. Plaut. Poen. 3, 3, 90. Petron. cap. 52. *Vid.* Pignor. de Seru. p. 80.

BALNEATORIVS, a, um. *Idem quod Balnearis. Sic* Martian. ICt. l. 17. §. 2 D. de Inſtruct. et Inſtrum. Leg. aeque Balneatorium et Balnearium inſtrumentum dixit.

BALO, āre. [βληχάομαι] *Facticium e ſono verbum eſt, proprium ouium.* Feſtus, Barrire elephanti dicuntur, ſicut oues dicimus balare, vtique a ſono ipſo vocis. Quinctil. 1, 5, 72 Minime nobis conceſſa eſt ὀνοματοποιΐα (*confictio verborum ex ſono*) — Iam ne Balare quidem aut Hinnire fortiter diceremus, niſi iudicio vetuſtatis niterentur. Sil. 15, 706

Ditem ouium
Rutulum obtruncant, cui mille ſub altis
Lanigerae balant ſtabulis.
Rex ipſe Priamus ſomnio mentis metu
Perculſus, curis ſumtus ſuſpirantibus,
Exſacrificabat hoſtiis balantibus.

Ouid. Faſt. 4, 740 Tactaque fumanti ſulfure balet ouis. Cic. de Diuin. 1, 42. Agni balant Spartian. Get. c. 5. *Add.* Plaut. Bacch. 5, 2, 20. Balare, *ad hominem translatum.* Varr. R. R. 2, 3, 1 Cui Coſſinius, Quoniam ſatis balaſti. *i. Tractaſti et docuiſti de ouibus.* Arnob. 3 p. 122 Si nouenarius numerus cognomen nouenſilium ducit, Cornificius balare conuincitur, *i. inepte et imprudenter loqui,* qui nouitati praeſidentibus diuus alienae potentiae vina donat. *Add.* BELO.

BALANS, antis. *vt*, Agnus balans Phaedr. 3, 16, 1. Grex balantum Virg. Georg. 1, 272. *Et eſt hoc fere perpetuum nomen ouium, vt* Latrans *canis.*

BALITO. āre. [βληχάω] Plaut. Bacch. 5, 2, 4 Paſtor harum dormit, quum eunt eae ſic a pecu balitantes. *Sed quidam* palitantes, *quod verius videtur, quia* v. 20 Ne balant quidem, cum a pecu caetero abſunt.

BALATIO, ōnis. f. Si quis balationes ante Eccleſiam fecerit, tribus annis poeniteat. Concilium Braccarenſe. Lipen. Stren. Hiſt. c. 2. aet. quart. §. 19. *An ſunt infruniti et petulantes clamores?*

BALATVS, ūs. m. [βληχασμός] Plin. 20, 14 Guſtatum a pecore caprifque, balatum concitat. *De pulegio loquitur.* Tener balatus Ouid. Met. 7, 319. *i. Exiguus, qualis eſt agni adhuc tenelli.* Tremens Stat. Theb. 10, 46. Dare balatus, *i. Balare* Ouid. Met. 7, 541. Exercent balatum agni Virg. Aen. 9, 62. Pecorum balatu ſonant ripae Id. Georg. 3, 554.

BALSAMVM, i. n. [βάλσαμον] *Arbuſcula eſt odoratiſſima, in Iudaea ſolum naſcens. (Vid. Humfr. Prideaux Hiſt. Iud. ad A. CCLXII. ante C. N. et Spanh. de Vſu et Praeſt. Num. diſſ.* 6 p. 358. ſeq. *Idem eſt quod Baal ſchemen, queſi Dominus olei, ſeu Oleum praecipuum, aut Dominus aromatum. vid. D. Geier. de Luctu Ebraeorum p.* 387.) Omnibus odoribus praefertur balſamum, vni terrarum Iudaeae conceſſum Plin. 12, 25. *qui eſt locus claſſicus. Add.* Solin. 38. *Breuiſſime* Tac. Hiſt. 5, 6 Balſamum modica arbor: vt quisque ramus intumuit, ſi vim ferri adhibeas, pauent venae (*Plin. l. c.* ferro laedi vitalia odit) fragmine lapidis aut teſtae aperiuntur. Humor in vſu medentium eſt. Balſami ſemen Scribon. 126. 170. Balſami feminis grana Id. 177. Virg. Georg 2, 119 Balſamaque, et baccas ſemper frondentis acanthi? *Vbi* Seruius, Sane Balſamum eſt arbor ipſa: Opobalſamum ſuccus collectus ex arbore. Balſamum proprie quidem de Arbore, ſed ſaepius etiam de Succo arboris dicitur. Sic Claud. Epith. Pallad. v. 121

Gemmatis alii per totum balſama tectum
Effudere cadis, duro quae ſaucius vngue
Niliacus pingui deſudat vulnere cortex.

Car. de Phoenice 84 Miſto balſama cum folio. *Et* Iuſtinus 36, 3, Arbores opobalſami certo anni tempore balſamum ſudant. Claud. de Nupt. Honor. 96 Tardaque ſudanti prorepunt balſama ligno. *Vid Barth. et Heinſ.*

BALSAMINVS. Adi. [βαλσάμινος] *vt*, Balſaminum oleum Plin. 23, 4.

BALSAMEVS, a, um. Auctor Carm. Phoenicis, Lactantio quibusdam tributi v. 119 Vnguine balſameo condit.

BALSAMODES, ae. f. [βαλσαμώδης] *Caſiae genus, ab odore ſimili ſic appellatum apud* Plin. 23, 4.

BALTEVS, *et* BALTEVM *dicimus: licet in ſingulari magis ſit in vſu* Balteus, *in plurali vero* Baltea, [ζωστήρ Vet. Gloſſ.] *Eſt autem teſte* Varr. de L. L. 4, 24 Balteum Cingulum e corio bullatum *interim Romana.* Quinctil. 11, 3, 140 Sinus ille, qui ab humero dextro ad ſiniſtrum oblique ducitur, velut balteus, nec ſtrangulet nec fluat Chariſius lib. 1 p. 59 *Putſch.* Balteus maſculino genere per e dicitur *vt* Clipeus. Plinius tamen vult maſculino genere vinculum ſignificare, neutro autem genere Lora ad ligandum apta. *Sed* Varro *Baltea* dixit, et Tuſcum vocabulum ait eſſe, Rerum humanarum 18. *Hac* Chariſius. Seru. ad Aen. 10, 496 Balteus in numero ſingulari maſculini eſt tantum generis. Nemeſian. Cyneg. 92 Corrugesque ſinus gemmatis balteus artet Nexibus, *i. Cingulum adſtringat fluentem veſtem* Auratus balteus Sen. in Herc. Fur. 7. Inſignis Valer. Argon. 5, 137 Propert. 4, 10, 22 Praebebant caeſi baltea lenta boues. Balteus, dicitur non tantum quo cingimur, ſed etiam a quo arma dependent, Seruius *ad illud* Virg. Aen. 5, 312

Alter Amazoniam pharetram plenamque ſagittis
Threïciis, lato quam circum amplectitur auro
Balteus, et tereti ſubnectit fibula gemma.

Sutilis Virg. Aen. 12, 274. *Add.* ib. v. 942. Incinctus balteo militem gerebat Apul. Met. 11 p. 260. Ilia ſubter cum vulnus habes, ſi lato balteus auro Praetegit Perſ. 4, 44. Caeſ. Bell. Gall. 5, 43 Et vrutum in balteo defigitur. Non. 3, 25 *ex* Liu. 9 Auratae vaginae, aurata baltea illis erant. *Ibidem* Accius, διδασκαλικῶν lib. 8 Actoribus manuleos, baltea, machaeras. Varro *ibid.* Tragica vincula balteum ſunt. ¶ 2 *Ad res alias transfertur ob ſimilitudinem.* v.

S

Sed nitet ingenti ſtellatus balteus orbe Manil. 1, 679 *de Zodiaco.* Vias vocant cardines balteorum per ambitum Tertull. de Spect. c. 3, *i. de* Praecinctionibus *loquitur ſ. gradibus in theatro vel amphitheatro latioribus.* *Add.* Calpurn. Ecl. 7, 47. *Et conf. Lipſ. de Amphith.* c. 13. *Etiam* Baltei *dicuntur cinguli in columnarum capitulis* Vitr. 3, 3. Balteus corticis Plin. 16, 37. *de ſalicibus, quas ſuus cortex ambit inſtar baltei.* Balteus, *in opere piſtorio, ſignificat Id quo cingitur placenta, et ambitur: eſt autem ſolum replicatum. vid.* Cato R. R. 76, 3. *it.* 78. *et ibi Turnebus.*

BALTEŎLVS, i. m. Dimin. Capitol. in Maxim. cap. 2 Seuerus militares dabat ludos, propoſitis praemiis argenteis, id eſt armillis, torquibus, balteolis.

BALTEO, āre. Iſidor. Gloſſ. Balteat, cingit.

BALTEATVS, a, um. *Cinctus.* Mart. Capell. 5 p. 137 Pectus exquiſitiſſimis gemmarum coloribus balteatum. *Ita Grotius in Not. pro* Baleatum. *Alii Cod.* Subbaltheatum.

BALV̆CA, ae. f. [χρύσαμμος] *i. Arena aurea.* Iuſtinian. l. 1 C. de Metallariis. Octonos ſcrupulos in balluca, quae Graece *χρύσαμμος* appellatur, *etc.* *Et* l. 2 Quatuordecim vncias ballucae pro ſingulis libris conſtat inferri. *Lingua noſtra vernacula* Paleolas *appellat auri ramenta, quae alluuione riuorum deferuntur, cuiusmodi hodie circa Pyrenen inueniuntur.* *Sic Budaeus de Aſſe lib. 4 p. 151.* *Videtur eadem*

BALVX, ucis. Plin. 33, 4 Aurum arrugia quaeſitum non coquitur, ſed ſtatim ſuum eſt. Inueniuntur ita maſſae: necnon in puteis denas excedentes libras. Palacras Hiſpani, alii Palacranas: iidem, quod minutum eſt, Balucem vocant. *Add. Salmaſ. ad Solin. p. 239 extr.* Turneb. 30, 26 *apud* Martial. 12, 57 *corrigit,* Illinc balucis malleator Hiſpanae, Tritum nitenti fuſte verberat ſaxum. *In vulgatis ſcribitur* Paludis, *quod interpretantur de lino in paludoſis locis proueniente.*

## B A M

BAMBALIO. *Vocabulum eſt ignominioſae appellationis.* Cic. Philipp. 3, 16 c. 6 Tuae coniugis Bambalio quidam pater, homo nullo numero; nihil illo contemtius; qui propter haeſitantiam linguae, ſtuporemque cordis cognomen ex contumelia traxerit. *Vid. Cael. Rhodig. 7, 23. et 13, 2. it.* Turneb. Aduerſ. 7, 23 *et* 17, 19. Bambalio, *etiam Auis nomen eſt,* Gr. *βάμβαλος, eadem, quae ἄρδαλος,* ardaleo, *vel* ardelio *dicitur, vti docet* Salmaſius ad Vopiſci Saturn. cap. 8 pag. 724.

BAMBATAE, arum. *In aceti ſcillitici confectione, iubet Columella decem bambatas in muſtum mitti: eo nomine intelliguntur ſcillae, quae aliquo intinctu conditae ſunt. Romani autem, quum Syracuſanorum ſermone hac in re (vt et in multis aliis) vterentur, potius* Bambatas, *quam* Bammatas *nominabant, quod Siculi βάμβα, pro βάμμα, dicere ſolerent. Id eo moneo, ne quis verbum adulterinum putet. Sic Turnebus ad* Columel. 12, 34. *Sed locus haud dubie corruptus eſt, cum nusquam cohaereant* decem *illae* bambatae. *Viri docti, quos laudamus ad* Columel. l. c. *ita reſtituunt,* Qui ſcilliticum acetum facere volunt ad embammata. *Adſcripſerat aliquis ad marginem,* de embammate; *unde tandem illae* decem *pingues* bambatae *natae videntur.*

BAMPLVS, i. m. Fulgent. Celocem dicunt genus nauicellae modiciſſimum, quod bamplum dicimus. *Mercer.* Lembum. *Vid.* Barth. Aduerſ. 13, 11, *ex aliis infimi ordinis ſcriptoribus* Bamplum *tuetur: qui cum ad* Fulgentii *aetatem non aſcendant, licebit putare, illum ibi interpolatum, et recte, ſi ex libro, curatum a Mercero.*

## B A N

BANAVSVS, a, um. Adi. *Quo Graeci humiliores artifices et operas deſignant.* *Sed* Vitruu. 10, 1 Machinarum genus tractorium Graeci *βάναυσον* vocant. Hieron. lib. 1. adu. Pelag. f. 182 Artes, quas Graeci *βαναύσας* vocant, nos ad opera manuum pertinentes poſſumus dicere.

BANCHVS, i. m. *Piſcis,* aſelli genus alterum, in cuius cerebro lapillos molari forma contineri Plin. *ſcribit* 32, 9 Bancos *editur de eodem piſce, Accuſ. plur.* Cael. Aur. Acut. 2, 210.

BANNANĪCA, ae. f. *Genus vuae, de qua* Plin. 14, 3 Bannanica fallax eſt, amant tamen eam.

## B A P

BAPHEVS. [βαφεύς] *Tinctor; a βάπτω, quod eſt Tingo, infectio.* Iuſtinian. l. 2 C. de Murileg. Baphei, *inquit,* per quos et priuata noſtra ſubſtantia tenuatur, et ſpecies gynaecii confectae corrumpuntur, *etc.* *Al.* Baphii.

BAPHIARIVS. *Tinctor.* l. 11 C. de Murileg. Panciroll. Notit. Dign. Imp. Orient. cap. 75.

BAPHIVM, i. *et plural.* Baphia, orum. *Non ſemel in* Cod. *ſcriptum legitur* l. vlt. de Veſt. holoſer. *Et* l. 18 Theodoſiani de Murilegulis. Procuratores baphiorum Not. Imperii vtr. Lamprid. Alex. 40 Ita, vt Alexandrina purpura hodieque dicatur, quae vulgo Probiana dicitur, idcirco, quod Aurelius Probus baphiis (*Ed. Hack.* baphis) praepoſitus id genus muricis reperiſſet.

BAPHIVS, i. m. *Idem, quod* Bapheus.

BAPTAE. [βάπται] *Athenis erant Sacerdotes Cotyttûs, impudicitiae deae, cui nocturna ſacra peragebant, ſaltationibus, et omni voluptatum generi indulgentes. Dicti autem ſunt* Baptae, *ἀπὸ τοῦ βάπτειν, quod, qui ſacris illis initiabantur, aqua calida tingerentur.* Iuuen. Sat. 2, 91 Cecropiam ſoliti Baptae laſſare Cotytto. *In hos Eupolis comoediam conſcripſit, quam ab illorum nomine* Baptas *appellauit, in qua mollitiem eorum et libidinem depinxit: quam ob cauſam ab illis in mare praecipitatus eſt, et ſubmerſus. Vide, quidquid conſtat de his apud Polit. Miſcell. cap. 10. Et Geſner. ad Lucian. adu. Indoct. c. 27.*

BAPTES. Gemma eſt mollis, ſed praeſtantiſſimi odoris Plin. 37, 10.

BAPTISMA, *etc.* *vid. ſtatim poſt* BAPTIZO.

BAPTIZO, āre. [βαπτίζω] *Lauare, mergere aqua.* Priſcian. Perieg. 1, 21 Vulnus ex aceto baptizare. ¶ 2 *Eccleſiaſticae dictionis exemplum vnum ſufficiet* Tertull. cont. Marc. 5, 10 Quid facient, qui pro mortuis baptizantur?

BAPTIZATVS. Partic. Bernh. Ep. 322, *de Chriſtiano foenerare,* Baptizatus Iudaeus.

BAPTIZATIO, ōnis. [βαπτισμός] Ambroſ. Serm. 17 de temp. 22 Baptizatio Chriſti conſecratio eſt elementi.

BAPTIZATOR, ōris. [βαπτιστής] *Qui baptizat.* Tertull. adu. Iud. c. 8, *et alias* Ioannes Baptizator.

BAPTISTA, ae. *Idem.* Arator in Acta Apoſt. c. 21 Clamauit virtute potens Baptiſta Ioannes.

BAPTISTERIVM, i. n. [βαπτιστήριον] *Labrum, aut Lacus ex ligno, aut marmore, alioue genere lapidis, in quo lauandi gratia ſe mergebant.* Plin. Epiſt. 5, 6 Cella frigidaria, in qua baptiſterium amplum atque opacum. *Add.* 2, 17. *Piſcina eſt* Sidonio Epiſt. 2, 2. ¶ 2 *Apud Eccleſiaſticos labrum baptiſmo adminiſtrando accommodatum. V. g.* Prudent. Periſteph. 8 *titulum habet,* De loco, quo martyres paſſi erant, nunc baptiſterium eſt Calagurri. *Add.* Sidon. Ep. 4, 15.

BAPTISMA, ătis. [βάπτισμα] *Immerſio illa ſacra.* Tertull. de reſurr. carn. c. 48 Vicarium baptiſma profuturum exiſtimant ad ſpem reſurrectionis, quae niſi corporalis, non alias ſic baptiſmate corporali obligaretur. *Conf.* de Coron. mil. c. 3. Prudent. Pſychom. 103 Abolens baptiſmate labem.

BAPTISMVS, i. [βαπτισμός] *Idem.* *Eſt* Tertulliani liber de Baptiſmo. *Vid.* Hieron. Ep. 83. Ambroſ. de Spir. 5, 2, 2.

## B A R

BĂRĂTHRO, ōnis. m. *Vt quidam volunt, gurges et vorago patrimonii: ſic dictus, quod ventri tanquam barathro omnia donet, vel quod dignus ſit, qui in barathrum coniiciatur, quae Scaligeri opinio eſt.* Acron *vero* Grammaticus *ad* Horatii Balatrones Serm. 1, 2, 2 Legitur, *inquit,* et Baratrones, qui bona ſua lacerant, id eſt, in barathrum mittunt. *Conf. Lambin. in* Lucret. 3, 967, *vbi ſic editur,* Aufer abhinc lacrumas, Barathro, et compeſce querelas. *Quidam* Barathre, *ex vſu Graecorum, i. barathro digne.*

BĂRĂTHRVM, i. n. [βάραθρον] Graeci, *inquit* Feſtus, appellant Locum praecipitem, vnde emergi non poſſit: dictum ab eo, quod eſt *βαθύς*, id eſt profundus. Virgil. Aen. 3, 420 — atque immo barathri ter gurgite vaſtos Sorbet in abruptum fluctus. *Vbi* Seruius, Barathrum eſt immenſae altitudinis nomen. Vnde ſequitur, Sorbet in abruptum, quod Graece *βάραθρον* dicitur. Abyſſum quidam vocant. *Sic* Poſtquam Aetnae merſit candente barathro Sil. 9, 498. *i. cratere illo igniuomo.* *Sed* Claudian. B. Get. 345, *ſignificat Valles niuibus plenas.* Barathrum, *inquit* Diomedes lib. 1 Locus apud inferos: proprie autem apud Athenienſes, in quem noxii praecipitantur. *Ipſos inferos ſ. infernum notat* Claudian. de Rapt. Proſ. 1, 37 Ferale barathrum. *Et* in Rufin. 1, 379 Imus barathri receſſus. Valer. Flacc. 2, 86 Iunonem volucri primam ſuſpendit olympo, Horrendum chaos oſtendens, poenamque barathri. *Et* ibid. 192 Inferni qualis ſub nocte barathri Accubat — Tiſiphone. *Add.* Prud. H. in Nat. Chriſti v. 40 *et alias.* *Praecipitium autem ſignificat* Plaut. Rud. 2, 7, 12 Intro rumpam iam huc in Veneris fanum. CH. In barathrum mauelim. Id. Bacch. 1, 2, 41 O barathrum, vbi nunc es? vt ego te vſurpem libens! *deſperantis vox.* *De Foſſis profundiſſimis manu factis vſus eſt* Vitruu. 10, 22. ¶ 2 Barathrum *transfertur ad alia, vt ad ventriculi imum hiatum* Martial. 1, 88 Extremo ructus, quum venit a barathro. Plaut. Curc. 1, 2, 29 Age, effunde hoc cito in barathrum. *Vinum datur anui.* *Sic* Barathrum, *pro homine maiorem in modum edace, bibace, helluone.* Horat. Epiſt. 1, 15, 31 Pernicies et tempeſtas, barathrumque macelli. Martial. 3, 81 Quid cum femineo tibi, Baetice Galle, barathro, *obſcene.*

BARBA, ae. f. [πώγων, ὑπήνη] *Pili in maxilla vtraque, magis tamen inferiore hominum et animalium.* *Recte Valla 6, 14 refutat differentiam Grammaticorum, vt* Capri p. 2243 Barbam hominum, Barbas pecudum dicimus. *Non eſt* Barba *tantum hominum, neque* Barbae *tantum quadrupedum: quin et* Barba *quadrupedum, et* Barbae *hominum, vtique multorum dicuntur.* Horat. Serm. 1, 8, 42 Vtque lupi barbam variae cum dente colubrae Abdiderit furtim terris. Plin. 28, 13 Rabiem hircorum, ſi mulceatur barba, mitigari: eadem praeciſa, non abire eos in alienum gregem. Virgil. Georg. 3, 311 Nec minus interea barbas, incanaque menta Cyniphii tondent hirci. *Ad multos hircos refertur: perinde ac ſi diceremus Caudas: quum tamen ſingulae ſingulis hircis ſint, ita et Barbae.* *Sunt etiam* Barbae *aliorum, quam* quadrupedum: *vt* Plin. 30, 11 ſ. 29 Quum Geminos tranſit Sol, criſtis et auribus et vnguibus gallinaceorum: ſi Luna, radiis Barbisque eorum *etc.* *Hactenus Valla.* *Et vanam differentiam iam oſtenderat* Chariſ. l. 1 p. 74. *Sic* Petron. cap. 99 p. 467 Stet in limine barbis horrentibus nauta. Apul. Met. 4 p. 156 *extr.* Portumnus caerulis barbis hiſpidus. *In vtroque tamen loco pluralis numerus prolixam inſtar plurium barbam videtur notare.* *Add.* n. 2 Graues Barbae. *Eſt ergo* Barba *hominis* Cic. de Fin. 3, 18 Viris mammae atque barba. *In primis Philoſophorum.* *Vid. mox* Sapientem Barbam, *et* BARBICIVM. Caprae Plin. 12, 17 Caprae ſuccum improbo barbarum villo abſtergunt. *De Gallis vidimus ex* Plin. 30, 11 ſ. 29. Mullorum gemina barba *eſt* Idem 9, 17 ſ. 30. *Et* 9, 30 ſ. 48 *memorat* Polypi barbas, quas vix vtroque brachio complecti eſſet, clauarum modo toroſas, longas pedum tricenûm. Plin. 17, 23 ſ. 35, 22 Tonſilem tenuium Virgultorum barbam *tribuit vitibus.* *Et* 15, 22 ſ. 24 *de Nucibus Ponticis,* Has quoque mollis protegit barba. ¶ 2 *Iam Epitheta elementari ordine diſponemus.* Aureus barbae color Ouid. Met. 12, 395. Ardens barba Iuuen. Sat. 10, 253, *in deſcriptione adoleſcentis.* Perſ. Sat. 2, 58 — ſitque illis aurea barba, *de honore ſtatuis aeneis habendo.* Cana Plin. Epiſt. 1, 10, *de Euphrate philoſopho.* Virg. Ecl. 1, 29 Candidior poſtquam tondenti barba cadebat. Iuuenal. Sat. 1, 25 Quo tondente Grauis iuueni mihi barba ſonabat, *credo de forficis ſono capiendum.* Grauis *autem moleſta.* *Sed* Ouid. Met. 1, 266, *in deſcriptione Noti venti,* Barba grauis nimbis. Sen. Herc. Oet. 1753 Aſt illi graues luxere barbae. *de Hercule in rogo, barba iam accenſa.* Hirſuta Ouid. Met. 13, 766. Heus tu, qui cum Hirquina barba ſtas, reſponde Plaut. Pſeud. 4, 2, 12. Immiſſa Virgil. Aen. 3, 593, *implexa.* Idem Georg. 3, 366 Stiriaque impexis induruit horrida barbis. Seruius de barbis pecudum *intelligit,* aut de guttis, quae arboribus et tectis dependentes, indurucrunt in modum barbarum. *Sed nihil impedit, quo minus menta ruſticorum intelligamus.* Incipiens Ouid. Met. 12, 395. Ingens Virgil. Aen. 12, 300. Ouid. Met. 15, 656 Caeſariem Longae dextra deducere Barbae. Madida Idem Met. 1, 339, *Tritonis, marini Numinis.* Perpexa, *vid.* PERPEXVS. Prima, *i. Tenuis lanugo* Sen. Hippol. 648. Sueton. Ner. c. 12. *Vid. Barth. ad* Stat. Theb. 8, 492 p. 896. Prolixa, *i.* Demiſſa Virgil. Ecl. 8, 34. Seruius. Quaedam cum prima reſecentur crimina barba Iuuenal. 8, 166. Promiſſa Nep. 14, 3, 1, *eadem.* Propexa in pectore barba Virgil. Aen. 10, 838.

10, 838. In pectore, *pro* In pectus, Archaiſmus eſt. Seruius. Sil. 13, 310 Propexis in pectora barbis verrere humum: *geſtus ſupplicum.* Reſecta Ouid. de Arte Am. 1, 518. Sapientem barbam *lepidiſſime dixit* Horat. Serm. 2, 3, 35. *Narrat Damaſippus ſe, cum prae deſperatione ſubmergere ſe vellet, reuocatum a Stertinio,* Hic, *inquit*, me Solatus iuſſit ſapientem paſcere barbam, *i. viuere, et in poſterum philoſophum, barba tenus certe, profiteri.* Virgil. Aen. 2, 277 Squalentem barbam et concretos ſanguine crines. Stolidam barbam vellere Perſ. Sat. 2, 28, *de* ſummo contemtu ac ludibrio. *Vid. n. 3.* Ouid. Met. 6, 715 Barbaque dum rutulis aberat ſubmiſſa capillis, *i. rutila, ardens flaueſcens, vt eſt prima.* Stat. Theb. 6, 539 Torta molitur robora barba, *i. barba prehenſum robuſtum centaurum deiicere tentat.* Vda Iuuenal. Sat. 9, 4. *de re nimis obſcena.* ¶ 3 *Verborum formulae.* Abradere barbam Plin. 6, 28. Cadit barba tondenti Virgil. Ecl. 1, 29. Canet barba gelu Sil. 1, 205. Creſcit barba Lucret. 6, 945. Deducere barbae caeſariem, *Mulcere barbam* Ouid. Met. 15, 656. Cic. de Natur. Deor. 3, 83 c. 34 Dionyſius Aeſculapii barbam auream demi iuſſit. Figurare peregrina ratione Petr. c. 102. Increſcit barba genis Lucan. 2, 376. Metere Iuuen. Sat. 3, 186. Mulcere barbam manu Ouid. Faſt. 1, 259. Paſcere, *vid. paullo ante*, Sapientem paſcere, *etc.* Ponere, Deponere, *reſecare* Horat. Arte Poët. 298. *Vid.* PONO *et* DEPONO. Promittere, *pro* Submittere Tacit. Ann. 2, 39. *Vnde* Promiſſa barba. Liu. 2, 23 Ad hoc Promiſſa barba et capilli efferauerant ſpeciem oris. Recidere hirſutam barbam Ouid. Met. 13, 766. Reſecare Idem de Arte Am. 1, 518. Riget glacie horrida barba Virgil. Aen. 4, 251. Cic. Tuſc. 5, 58 c. 20 Sordido ancillarique artificio regiae virgines, vt tonſtriculae tondebant barbam et capillum patris. Vellere barbam Horat. Serm. 1, 3, 133, *dicimur, quem per contemtum ludo iocoque habemus.* Quare, ſi pudor eſt, Ligella noli Barbam vellere mortuo leoni Martial. 10, 90. *Vid. Caſaub. ad* Perſ. Sat. 1, 133. *et* 2, 28.

BARBŬLA, ae. f. Dimin. [πωγώνιον] Cic. pro Cael. 33 c. 14 Aliquis mihi ab inferis excitandus eſt ex barbatis illis: non hac barbula, qua iſta delectatur: ſed illa horrida, quam in ſtatuis antiquis et imaginibus videmus. *Vid.* BARBATVLVS. Barbulae florum, Plin. 27, 11. Idem 21, 8 ſ. 25 Luteus et bellio *(flos)* paſtillicantibus quinquagenis quinis barbulis coronatur.

BARBAMENTVM, i. n. Gena. in Gloſſ. Vet. γένειον.

BARBATA, ae. *Sic dicta Aquila apud* Plin. 10, 3 Quidam adiiciunt genus aquilae, quam Barbatam vocant, Tuſci vero oſſifragam.

BARBATŌRIA, ae. f. *Barbae raſura, vt,* Barbatoriam facere Petron. cap. 73. *i. tonſorem eſſe.* Gloſſ. Lat. Gr. Barbatoria, πωγωνοκρεία.

BARBĀTVS. Adiect. [πωγωνίας, εὐπώγων] *Qui barbam habet.* Roſtrum barbatum habere Petron. c. 75. *Subſtant.* Barbatus ingens Idem c. 40 Credebant hoc grande nefas et morte piandum, Si iuuenis vetulo non aſſurrexerat, et ſi Barbato cuicunque puer Iuuenal. 13, 54. Horat. Serm. 2, 3, 249 Ludere par impar, equitare in arundine longa, Si quem delectet Barbatum, amentia verſet. *Eſt hic homo virili aetate.* Cic. Catil. 2 c. 10 Iuuenes, quos aut imberbes, aut bene barbatos videtis. *A Manutio inde placuit melius viris doctis* paene barbatos. *Sero apud Romanos introductum barbam tondére. Vid.* TONSOR ex Varr. R. R. 2, 11, 10: *vnde* Barbati *ſaepe pro antiquis, ſ. veteribus Romanis ponuntur. V. g.* Cic. pro Cael. 33 c. 14, *quem dedimus in* BARBVLA. Idem de Fin. 4 c. 23 Quod antiqui illi quaſi Barbati, vt nos de noſtris ſolemus dicere, crediderint *etc. Nempe de Graecis loquitur, ideo* quaſi barbatus *dicit. Sic* Barbato imponere regi Iuuenal. Sat. 4, 103. Apud barbatos ridicula videbantur Cic. pro Muraen. 26 c. 12. Idem de Natur. Deor. 1, 83 c. 30 Iouem ſemper barbatum, Apollinem ſemper imberbem. *Add.* ibid. 100 c. 36. Barbati mulli in piſcinis Cic. Att. 2, 1. Nanus, *vid. h. v. Metaph.* Martial. 14, 84, *ſub lemmate* Manuale, *i.* ἐγχειρίδιον, Ne toga barbatos faciat, vel penula libros, Haec abies chartis tempora longa dabit. *Theca iſta impediet, ne dum in ſinu geſtatur libellus, a toga vel penula tritus aſperitates, et quaſi villos, aut barbam adeo accipiat.*

BARBATŬLVS, i. m. Dimin. [πωγωνιάσιον] *Vt,* Cic. Att. 1, 14 Concurſabant barbatuli iuuenes, totus ille grex Catilinae. *Dictum cum laſciuiae nota; primam enim lanuginem diu ſeruabant, vt molliores ac delicatiores viderentur. Vid.* BARBVLA. Barbatulos mullos exceptare de piſcinis Cic. in Parad. 5 c. 2.

BARBESCO, ĕre. Cyrill. Gloſſ. Barbeſco, γενειάζω.

BARBIGER. Adi. [πωγωνοφόρος] *Vt,* Barbigerae pecudes Lucret. 5, 898. *i. caprae.*

BARBITIVM, i. n. *Pro Barba.* Apuleius Met. 5 p. 162, 21 Eſſe iuuenem quemdam et ſpecioſum et commodum, lanoſo Barbitio genas inumbrantem. Idem Met. 11 p. 260 *extr.* Hircino barbitio philoſophum fingeret.

BARBA Iouis. [Διὸς πώγων] *Arbor eſt* Plinio, in opere topiario tonſilis, et in rotunditatem ſpiſſa, argenteo folio: *quam etiam odiſſe aquas, ſcribit* 16, 18.

BARBARA. Species emplaſtri *apud* Scribon. 207.

BARBARVS, a, um. [βάρβαρος] *Quid ſignificet, declarat* Strabo lib. 14 p. 455 ſq. *Putat nempe, ab initio conficto nomine eos barbaros appellatos, qui difficulter, aſpere ac duriter loquerentur, vt blaeſos, balbosque, deinde paullatim primo ad Cares, qui frequentiſſimi peregrinorum inter Graecos, tum ad omnes in vniuerſum non Graecos tranſlatum. Itaque paſſim opponuntur ſibi Graeci et Barbari.* Si quod Pelaſgae, ſi quod vrbes barbarae Nouere facinus Sen. Med. 127. *Conf.* Ouid. Triſt. 5, 10, 28 ſqq. *qui locus claſſicus eſt. V. g.* v. 37 Barbarus hic ego ſum, quia non intelligor vlli, Et vident ſtolidi verba Latina Getae. Feſtus, Barbari dicebantur antiquitus omnes populi, exceptis Graecis: vnde Plautus Naeuium Poëtam, Latinum, Barbarum dixit. *Quod ad deriuationem vocis attinet, Voſſius de Vitiis* Serm. 1, 1, *ex Chaldaico* Bar, *quod Extra, foras, ſignificat, deducit. Iul. Caeſ. Scalig. Exercit. 51, ab Arabica voce* bar, *quae Deſertum ſignificat, deduci vult. et more Ebraeo* barbar, *Valde deſertum, vnde Barbaria. Idem in Theophraſt. de Plantis. Vid. etiam Hotomann. de Ritu nupt.* C. p. 469. *Coquei. ad* Aug. *de Ciu. Dei 1, 1 p. 6. et Bernegg. ad* Suet. Aug. cap. 21, 3. *Nobis veriſimillimum videtur, quod Straboni, eſſe nomen ex ipſo ſono fictum, quo deridere male loquentes ſolebant. Obſeruandum autem, interdum* Barbari *nomen non ſeruare illam latitudinem, ſed peculiarem interdum nationem denotare, quod de* Caribus *inter Graecos obſeruantem Strabonem vidimus. Sic in primis* Barbari *dicebantur Latinis* Phryges *et* Perſae. Tibia barbara Catull. 65, 264. *i. Phrygia. Conf. Meurſ. ad Lycophr. p.* 143. Curt. 3, 11, 16. 5, 10, 2. *et ſaepe alias de Perſis, Graeco nempe more, qui bella cum his perpetua gerebant.* Amazonas *itidem ſic appellat* Curt. 6, 5, 29. *In palliata Comoedia, id eſt, Graecarum perſonarum,* Barbariam *eſſe Italiam; monet* Feſtus *ad locum Plauti, quem damus in* VAPVLO. Cic. Att. 11, 7 *de Africanis*, Non eſſe barbaris auxiliis fallaciſſimae gentis rempubl. defendendam. Mare Barbarum, *pro* Indico Horat. Carm. 2, 19, 17. ¶ 2 *Ex odio et contemtu peregrinorum factum, vt* Barbarus *ſit imperitus dicendi, itemque agreſtis, durus, ſaeuus, etc.* Plaut. Bacch. 1, 2, 13 O Lyde, es barbarus. Immanitate barbarae gentes Cic. pro Marcell. 8. Agreſtes ac barbari ſerui Idem pro Milon. 26 c. 9. Id. Verr. 3, c. 9 Qui aliis inhumanus ac barbarus, iſti vni commodus ac diſertus videretur. *Et* ib. 4, 112 c. 50 Neque tam barbari lingua et natione illi, quam tu natura et moribus — qui ſcelere barbaros vicerit. *Nempe* barbari *etiam religionum ignari et expertes.* Conſuetudo immanis ac barbara immolandorum hominum Cic. pro Font. 21. Corda barbara Ouid. ex Pont. 3, 2, 100. Gens immanis ac barbara: cui opponitur Humana, atque docta Cic. de Diuin. 2, . . . Apul. Met. 3 p. 13[illegible] Barbari prorſus et immanes homines. Mos Horat. Carm. 1, 27, 2 Virgil. Aen. 1, 539 Quod genus hoc hominum, quaeue hunc tam Barbara morem, Permittit patria? Hoſpitio prohibemur arenae. Sermone barbarus aut barbara Ouid. Rem. Amor. 335. Vell. 2, 73, 1. Species myrrhae ſordida et barbara Plin. 12, 16. Tellus Ouid. Tr. 5, 2, 31. Turba Idem Triſt. 5, 10, 28. Tacit. Hiſt. 5, 2 Idaeos aucto in Barbarum cognomento Iudaeos vocari. *Sic* Ciuitas potens, aucta muris, neque in barbarum corrupta Tac. Ann. 6, 42: *in barbarum, int. morem.* Barbarior, et barbarius, *compar.* Ouid. ex Pont 3, 2, 78 Sacra ſuo facio barbariora loco. *Conf.* Triſt. 5, 1, 72.

BARBARE. Adu. [βαρβαριστὶ] *More Barbarorum.* Cic. Tuſc 2, 12 c. 4 Vt enim ſi grammaticum ſe profeſſus quiſpiam, barbare loquatur, *i. imperite, vt ii, qui linguae ſunt ignari.* Barbare, *Ruſtice* Hor. Carm. 1, 13, 14. Barbare, *vitioſe contra Grammatices regulam* Quinctil. 1, 6, 45. *it.* 1, 5, 9. Barbare, *Latine, in oppoſitione ad Graecam linguam* Plaut. Aſin. prol. v. 11. Huic nomen Graece eſt Onagros fabulae; Demophilus ſcripſit, Marcus vortit barbare Idem Trin. prol. v. 19 Philemo ſcripſit, Plautus vertit barbare.

BARBARIA. *Barbarorum regio.* Cic. in Catil. 3 c. 10 Qual bellum nulla vnquam Barbaria cum ſua gente geſſit. Idem de Fin. 2, 4 c. 15 Philoſophus nobilis, a quo non ſolum Graecia et Italia, ſe etiam omnis Barbaria commota eſt. Nulla in Barbaria Id. in Piſon *Conf.* Iuſtin. 1, 1, 31. *et* 12, 1, 3. *et* Curt. 6, 3, 3. Horat. Epiſt. 1, 2 7 Paridis propter narratur amorem Graecia Barbariae lento colliſa duello. Nazar. Pan. Conſtantini c. 18. *De ora Africae, etiam noſtri temporibus ita vocata, dici videtur* Cic. de Natur. Deor. 2 c. 50 p Plin. 8, 27 med. ¶ 2 *Ruſticitas, duritia, ſaeuitia.* Ci de Orat. 1, 118 c. 26 Neque enim, ſi multitudo litium, ſi varieta cauſarum, ſi haec turba et barbaria forenſis, dat locum vel vitioſ oratoribus. Ouid. Amor. 3, 8, 3 Ingenium quondam fuerat preti ſius auro: At nunc barbaria eſt grandis, habere nihil, *i. hic agr ſtis et rudis habetur, qui pauper eſt.* Inconditae barbariae hom Liu. 30, . . *de Syphace rege.* Inhumana barbaria Ouid. Tri 3, 9, 3. Quinct. 11, 3, 69 Capite praeduro ac rigente barbaria qua dam mentis oſtenditur. Cic. pro Cornel. Balbo 43 c. 19 Omitt quantis ornamentis populum iſtum C. Caeſar, quum eſſet in Hiſpan Praetor, affecerit, controuerſias ſedarit, iura ipſorum permiſſu ſtatu rit, inueteratam quandam barbariam ex Gaditanorum moribus diſc plinaque delerit. Reſiſtere immani atque intolerandae barbaria alicuius Idem pro Fonteio 34. *Add.* Iuſtin. 2, 2, 14. 43, 4, 1. 42, 1 10. *Conf. deinde* BARBARIES.

BARBĂRĬCVS. Adi. [βαρβαρικὸς] *Eiuſdem paene ſignificationis cum* Barbaro. Apuleius, . . . Feris ac barbaricis moribus *i. Aſperis et incultis.* Alae barbaricae Caeſaris Lucan. 1, 476, *auxilia peregrina equeſtria.* Barbarica anicula *Paridi Phrygio tribuit* A pul. Met. 10 p. 253, 29. Aurum barbaricum dixit Virgilius pro Mu to, vel ex Barbaria aduecto, Aen. 2, 504. Seruius. *Aut eſt Phrygium.* Sen. Herc. Fur. 475 Auro decorum Syrma Barbarico, *palla operis Phrygionii, geſtamine Bacchi.* Cor Sil. 15, 693. Le barbarica ius ſuum perſequi, *i. Romana* Plaut. Capt. 3, 1, 32. N mina barbarica Suet. Calig. cap. 47. Ornatus Vitruu. 1, 1. Pau menta barbarica, ſiue ſubtegulanea, primo facta in Italia fiſtucis p vita Plin. 36, 25 ſ. 61. Ritu barbarico eſſe Plaut. Caſ. 3, 6, 19. *interprete Gronouio, vt frugi patres familias in Italia ſolent coenar* Solum Iſidor. 16, 9, *vbi* de Rheubarbaro. Supellex barbarica Li 21, . . Columel. 11, 2, 83 Tum etiam ſiluam ſi quis barbaricam id eſt conſemineam velit facere, recte conſeret glandibus, et caeter ſeminibus. Veſtes Lucret. 2, 499, *Phrygiae, vnde et* Barbaricarii *Phrygiones.* Vita Claudian. in Eutrop. 2, 275. ¶ 2 Barbarica, *nomen herbae*, Plin. 21, 6 Quidam errore falſo barbaricam ea appellabant, *de baccare.* ¶ 3 Barbaricum, [βαρβαρικὸν] a pellatur Clamor exercitus, videlicet, quod eo genere barbari vtantu Feſtus. *Aliquando ſignificat ſolum, quod nondum Romanae ditioni* Amm. Marcell. 18, 4 Viſus in barbarico miles per Hortarii regna tran ibat intacta. Eutrop. 7, 5 Albis fluuius in barbarico longe vltra Rhenum eſt. Idem 9, 4. Eſt etiam in Notit. Dign. Imp. n. 56. *Vſurpatur etiam aduerbialiter* Sil. 12, 418 Barbaricum atque immane gemens.

BARBĂRĬCE. Adu. Capitol. in L. Vero cap. 10 Barba prop barbarice demiſſa.

BARBARICARII. *Videntur fuiſſe textores artificesque barbaricae veſtis, qua ex auro et coloratis filis effigies hominum et animalium expr muntur. Aliter* Phrygiones *dicuntur. Alciat. Vid.* Donat. in Virgi Aen. 11, 777. C. Theod. l. 1 de Fabricenſ. l. 2 de excuſ. arti Notit. Dign. Imp. n. 59, *qui* n. 42 Brambaricarii *vitioſe vocantu Vid. Guther. de Off. Dom. Aug.* 3, 22.

BARBARIES, ēi. f. [βαρβαρία] *Imperitia ſermonis, ruſticitas, rudita item Barbari, plane vt* Barbaria. Cic. de Clar. Orat. 258 c. 74 Se omnes tum fere, qui nec extra vrbem hanc vixerant, nec eos aliq barbaries domeſtica infuſcauerat, recte loquebantur. Petron. c Praeter errantis barbarie aut adiectum aut diminutum clamorer Cic. de Nat. Deor. 2 c. 34 Quis in illa barbarie dubitet, quin ſphaera ſit perfecta ratione? *De Scythis et Britannis loquitur.* N Aegyptii, nec Syri, nec fere cuncta Barbaries Cic. de N. D. 1 c. *al.* Barbaria. Claud. de Bell. Gild. 432 Barbariem quamuis colleg rit omnem, *i. omnes Barbaros. Conf.* Val. Max. 5, 5, 3. Flor. 4, 1 20. Claud. in Ruff. 2, 78. *et* Lucan. 8, 812. Iuſt. 9, 5, 7.

BARBARISMVS, i. m. [βαρβαρισμὸς] *De hoc ponemus poti mi*

mum Donati quaedam ex libello de Barbariſmo p. 1767 *Putſch. Eſt igitur* Barbariſmus vna pars orationis vitioſa in communi ſermone: in poëmate vero Metaplaſmus. Item Barbariſmus in noſtra loquela: in peregrina Barbarolexis dicitur. (Barbara lexis. Diomedes l. 2 p. 446 Barbara autem lexis tota peregrina eſt dictio, vt Gaza). Barbariſmus autem fit duobus modis, pronuntiatione et ſcripto. His bipertitis, quatuor ſpecies ſupponuntur; Adiectio, Detractio, Immutatio, Transmutatio, literae, ſyllabae, temporis, toni, aſpirationis. Per adiectionem literae fiunt barbariſmi ſic; vt *Relliquias Danaûm*, quum *Reliquias* dicere debeamus. Syllabae, vt, *Nos abiiſſe rati*, pro *Abiſſe*. Temporis, vt, *Italiam fato*, quum *Italiam*, correpta prima ſyllaba dicere debeamus. Per detractionem literae ſic, vt, *Infantibu' paruis*, pro Infantibus. Syllabae, vt, *Salmentum*, pro *Salſamentum*. Temporis: vt, *Vnius ob noxam*, correpte, pro *Vnius* producte. Per immutationem literae ſic, vt *Olli*, pro *Illi*. Syllabae, vt, *Pernucies*, pro *Pernicies*. Temporis, vt, *Feruĕre Leucaten auroque effulgere fluctus*, quum *Feruĕre* ſit ſecundae Coniugationis, et producte dici debeat. Per transmutationem literae ſic, vt *Euandre*, pro *Euander*. Syllabae, vt, *Diſplicina*, pro *Diſciplina*. Temporis, vt ſi quis *Deos*, producta priori ſyllaba, et correpta poſteriori pronuntiet. Toni quoque ſimiliter, per has quatuor ſpecies commutantur: nam et ipſi adiiciuntur, detrahuntur, mutantur, et transmutantur, quorum exempla vltro ſe offerunt, ſi quis inquirat. Totidem etiam modis per aſpirationem deprehenditur barbariſmus: quam quidam ſcripto, quidam pronuntiationi iudicant adſcribendam, propter H ſcilicet: quam alii literam, alii aſpirationis notam putant. Fiunt etiam barbariſmi per hiatus. Sunt etiam malae pronuntiationis vitia (*Putſch. ſic*: Sunt etiam malae compoſitiones, id eſt, κακοσύνθετα, quae vitia nonnulli) quae nonnulli barbariſmos eſſe putant: in quibus ſunt *Motaciſmi*, *Labdaciſmi*, *Iotaciſmi*, *Hiatus*, *Colliſiones*, et omnia quae plus aequo, minusue ſonantia ab eruditis auribus reſpuuntur. Nos cauenda hic omnia vitia praeloquuti, controuerſiam de nomine, pertinacibus relinquamus. *Haec vltima Donati tenenda, vt effugiamus contentiones Grammaticorum. Comparandi etiam rhetores, vt* Quinctil. 1, 5 *et* 10. *Add.* Auct. ad Herenn. 4, 12. *Item* Iſidor. 1, 31. *Voſſ. de Vitiis Serm.* 1, 1 *et* 2. *et* Gell. 13, 6. *et* 5, 20. *Exemplum elegans eſt* Martial. 6, 16 *in eum, qui vt videretur purus putus Romanus, et de magna familia, nomen mutarat*, Cinnam, Cinname, te iubes vocari: Non eſt hic, rogo, Cinna, barbariſmus?

BARBATVS, BARBIGER, BARBITIVM, *vid.* BARBA.

BARBĬTOS, i. m. et f. *et* BARBITON, i. n. [βάρβιτος] *Fidium genus ſ. inſtrumentum muſicum, tribus chordis tenſum, quod docet Scal. Poët.* 1, 49, *et* βαρύμιτον *a graui ſono dictum. Conf.* Turneb. Aduerſ. 9, 13. Hor. Carm. 1, 32, 4 — age dic Latinum Barbite carmen. Od. 3, 26, 3 Nunc arma, defunctumque bello Barbiton hic paries habebit. *Fem.* Ouid. Epiſt. 21, 8 Non facit ad lacrimas barbitos vlla meas. *Neut.* Auſonius Epigr. 44 Hoc genere et chordas, et plectra, et barbita conde. Lesboum barbiton *Horatius vocat, propter Alcaeum Lesbium, Poëtam lyricum, et Sappho poëtriam ex eadem Lesbo, eodemque tempore celebrem*, Carm. 1, 1, 34 — nec Polyhymnia Lesboum refugit tendere barbiton.

BARBVS, i. m. Piſcis, *a barba forte ita dictus, et cognatus* Barbatulis mullis Ciceronis. Auſon. Moſ. 94 Liberior laxos exerces, Barbe, natatus. *Et* 134 Propexique iubas imitatus gobio Barbi: *vbi ipſum* Propexi *epitheton* barbatum *eſſe piſcem indicat.*

BARBVLVS, i. m. *Piſcis.* φάγρος ἰχθὺς Vet. Gloſſ.

BARCA, ae. f. Gloſſ. Vet. Barca, σκάφος. Iſid. 19, 1 Barca eſt, quae cuncta nauis commercia ad litus portat. Hanc nauis (*ſic leg. non* haec naues) in pelago propter nimias vndas ſuo ſuſcipit gremio. Vbi autem appropinquauerit portui, reddit vicem Barca naui, quam accepit in pelago. Paullin. ad Cyther. 21, 95 Vt mox ſalubri barca perfugio foret Puppi ſuperſtes obrutae. *Add.* Paſſio S. Hilar. ap. Velſer. p. 479.

BARCARII, *qui in* Barcis *militant.* In Not. Dign. n. 65 Barcariorum claſſis Praefectus. *Add.* n. 63.

BARCĬNO. [Βαρκίνων] Colonia Fauentia *dicta, ciuitas Hiſpaniae Tarraconenſis celebratiſſima, cuius meminit* Plin. 3, 3. *Hic memoranda ob metrum.* Auſonius Epiſt. ad Paullin. 3, 89 Tarraco, et oſtrifero ſuperaddita Barcino ponto, *adde* Idem v. 69.

BARDAEI, orum. m. pl. *Populi Illyrici Plutarch. in Mario p.* 187 *H. Steph.* Βαρδιαῖοι. Plin. 3, 22. *et* Cic. Fam. 5, 9 Vardaei. *Vnde*

BARDĂĬCVS, a, um. Calcei Bardaici *videntur ſatis noti fuiſſe, et militares praeſertim; vnde* Iuuenalis 16, 13 Bardaicus iudex datur haec punire volenti Calceus. *Miles denominatur a calceamento: vt olim* Caligula. *Sed al.* Bardiacus, *nulla forte differentia ſignificationis. Ad hos calceos referendum putamus etiam illud* Mart. 4, 4 Laſſi Bardiacus quod euocati, *int.* olet: *i. calceus militis a longo itinere venientis, ſordidus a ſudore.* Cuculli Bardaici *ſunt* Capitolin. Pertin. 8 *vbi pedum integumentum ſignificari poſſe, docet Salmaſ. quem vide poſt* Turneb. 4, 25. *et* 25, 24.

BARDI. [Βάρδοι] *Vates, aut Magi, aut Philoſophi adeo in Gallia, de quibus* Lucan. 1, 447

Vos quoque, qui fortes animas, belloque peremtas,
Laudibus in longum vates dimittitis aeuum,
Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi: *vbi Vet. Schol.*

Hic enim Poëtas ſuos dicunt, qui pereuntibus ſolent dicere laudes. Iul. Caeſ. B. G. 6, 14 *eos ſub Druidarum diſcipulis comprehendit, ſed diſtinguit Strabo* 4 *p.* 197 *facitque illos* ὑμνητὰς καὶ ποιητάς. Ammian. 15, 9 Bardi fortia virorum illuſtrium facta heroicis compoſita verſibus cum dulcibus lyrae modulis cantitarunt. *Vid. Valeſ. ad h. l. ex Graecis.* Feſtus, Bardus Cantor appellatur, qui virorum fortium laudes canit. *Ab his dictus quibusdam videtur*

BARDITVS, ûs. m. *Cantus de quo* Tac. Germ. 3 Sunt illis haec quoque carmina, quorum relatu, quem Barditum vocant, accendunt animos, futuraeque pugnae fortunam ipſo cantu augurantur. Terrent enim trepidantue, prout ſonuit acies. Nec tam vocis ille quam virtutis concentus videtur. Affectatur praecipue aſperitas ſoni et fractum murmur, obiectis ad os ſcutis, quo plenior et grauior vox repercuſſu intumeſcat. *Vicini Galli Germanis. Miſcent ipſi ſcriptores. Facile igitur putes*, Bardos Gallorum *Cantores, et hunc* Barditum *Germanorum eſſe cognatae originis. Sed fluctuat lectio. Praeferunt quidam* Barritum. *Sed* Barditum *Gronouius Ryckiusque. Eſt ne eiusdem originis*

BARDĬĂCVS, a, um? *Vid.* BARDAICVS. *Vix enim diſtinguas.*

BARDOCVCVLLVS, i. m. *Penulae certe Gallicae genus, quae cucullum habet* Martial. 14, 138 Gallia Santonico veſtit te bardocucullo: *Vilem fuiſſe et pinguem docet, plagiarium traducens* Idem 1, 54, 4

Vna eſt in noſtris tua Fidentine libellis
Pagina, ſed certa domini ſignata figura,
Quae tua traducit manifeſto crimina furto.
Sic interpoſitus villo contaminat vncto
Vrbica Lingonicus Tyrianthina Bardocucullus.
Lingones *Galli*, Tyrianthina *Tyrii floris purpura.*

*Ex nonnullorum ſententia idem qui* Cucullus Bardaicus *vel* Bardiacus, *de quibus ſupra. In vilibus ſeruis obtinuiſſe docet* Lipſ. Elect. 1, 25. *Vid. Raynaud. de Pil. §. 15. Ferrar. de Re Veſt. 2, 1, 21. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 392.*

BARDVS, a, um. [βραδὺς ſ. βαρδὺς, βλὰξ] Stultus a tarditate ingenii appellatur. Caecilius, Nimis audacem, nimisque bardum, barbarum. Trahitur autem a Graeco, quod illi βάρδεις dicunt. *Haec* Feſtus. *Similia* Nonius 1, 32 Bardum eſt vi propria, et ingenio tardum. Nam Graeci Bardos tardos dicebant, *laudatque* Ιλ. ψ, 530 *vbi* Βάρδιστοι, *et* Plaut. Perſa 2, 1, 2. *Add.* Plaut. Epid. 3, 3, 40 Ego illic me autem ſic aſſimulabam, quaſi ſtolidum, quum bardum me faciebam. Idem Bacch. 5, 1, 2. Cic. de Fato c. 5 Stupidum eſſe Socratem dixit et bardum, quod iugula concaua non haberet, obſtructas eas partes obturatas eſſe dicebat. Bardus ἀναίσθητος Adamantius ap. Caſſiod. de orthogr. p. 2299 *Putſch. Compar.* Pictor te bardior non eſt Tertull. adu. Hermog. c. 36. ¶ 2 *De Bardis Gallorum ſeparatim modo egimus.*

BARGINA ſ. BARGINNA, ae. m. Homo gentis vitioſae, vt exponunt Grammatici. Gloſſ. Vet. Barginna, νεκροφόρος, βάρβαρος, προσφώνησις βαρβάρα. Caper de Orthogr. p. 2245 Bargina, non Bargenna, *i.* homo vitioſae gentis. *Voſſ. Etymol. ex Gl. MSS.* Barginae peregrinae: *et Al. Gl.* Varginus alienigena peregrinus, quaſi barbaris genitus. *Hariolationes etymologicas dabit laudatus Voſſ. Conf.* VARGVS, *quod cognatum videtur.* Bargus ἀφυὴς Adamantius apud Caſſiod. de Orthogr. p. 2299.

BĀRĪNE. [Βαρίνη] *Meretricis nomen apud* Hor. Carm. 2, 8, 2 Vlla ſi iuris tibi peierati Poena Barine nocuiſſet vnquam, *etc.*

BARINVLA, ae. m. Aquilex. Seru. ad Virg. Georg. 1, 109 Nam et ſcrutatores vel repertores aquarum Aquilices dicuntur. (Barinulas dixerunt) *Sic dedit Maſuicius.*

BARIPPE, *vid.* BAROPTENVS.

BARIS, idis. f. [βάρις] *Lingua Aegyptia ſignificat Cymbam, qua vehebantur cadauera ad ſepulcra.* Propert. 3, 9, 44 Baridos et contis roſtra Liburna ſequi. *i. nauibus actuariis fluuialibus, quae contis ſubiguntur, perſequi Liburnicas roſtratas: quo verſu, de ſententia Brouckhuſii, inuidiam facit Aegyptiae claſſi, et nimis eam extenuat, cum magnifice deſcribat* Florus 4, 11.

BARO, ōnis. *fatuum hominem et ſtolidum ſignificat.* Vet. Gl. Baro, βάκηλος, *vid.* BACELVS. Vet. Schol. ad illud Perſ. 5, 138 Baro regustatum digito terebrare ſalinum Contentus perages, ſi viuere cum Ioue tendis, Lingua Gallorum Barones vel Varones dicuntur ſerui militum, qui vtique ſtultiſſimi ſunt, ſerui videlicet ſtultorum. Cic. Fin. 2 c. 23 Haec quum loqueris, nos barones ſtupemus. Id. de Diu. 2 c. 70 Huic quidem Antipho, Baro, inquit, te victum eſſe non vides? *Et* Fam. 9, 26 An tu id melius, qui etiam in philoſophum irriſeris? Cum ille, ſi quis quidquam quaereret dixiſſet, Coenam te quaerere a mane dixeris. Ille Baro te putabat quaeſiturum, vnum caelum eſſet, an innumerabilia? *Petron.* 53 Baro inſulſiſſimus. *Vtitur etiam* c. 63 *bis de homine, quem vocarat* Cappadocem, longum, valde audaculum, ſtrigas gladio inſectantem. *Itaque credibile eſt etiam* Cic. Att. 11, 5 *contemtim, vt ſolet, locutum de Epicureis*, Apud Patronem, et reliquos Barones te in maxima gratia poſui. *Sed fruſtra obtruditur* Hirtio de B. Alex. 53 pr. Concurritur ad Caſſium defendendum: ſemper enim berones, compluresque euocatos cum telis ſecum habere conſueuerat. *Praeſtat fateri locum aut corruptum, aut non intelligi. De etymologia etiam* Baronis *pro ſtulto poſiti malumus tacere, quam commenta virorum doctorum ad* Cic. *ll. cc. referre. Cognatum eſt nomen* Varronis *apud* Feſtum, *de quo ſ. l. it.* Baroſus *de quo ſtatim.* ¶ 2 *Iam ſatis antiqua videtur illa ſignificatio, qua* Virum *vel* Hominem *notabat, qui militaria officia regi ſuo deberet: vnde* Baronis *nomen nobilitatis gradum apud populos diuerſos diuerſum ſignificare coepit; vt hodie in Hiſpanorum ſermone* Varones *ſunt viri. Quin* Gl. Philoxeni Baro ἀνήρ. *Vid. Spelmannus, Dufreſnius in Gloſſ.*

BAROPTĔNVS, i. BAROPTIS, *vel* BARIPPE. Plin. 37, 10 ſ. 55 *Gemma eſt* nigra, ſanguineis et albis nodis. Notis *legit* Iſid. 16, 11 *et melius, puto.*

BĀRŌSVS, a, um. Stolidus. Gloſſ. Graec. Lat. 60. βαρὸς, βάκηλος.

BARRVS, i. m. *Elephas dicitur.* [Barrus, ἐλέφας Gloſſ. Cyr.] *itemque* Adamantius *apud* Caſſiod. de Orthogr. p. 2299. *Putſch. Al.* Gloſſ. ἐλέφας, Elephantus, Vocluca (Bos Luca) Barrus. Sidon. Carm. 23, 55 Non ſi quas eboris trabes, refractis Roſtris Marmarici dedere Barri. *Optimum ergo ſic intelligere* Hor. Epod. 12, 1 Quid tibi vis mulier nigris digniſſima barris? Vet. Schol. *elephantos Aethiopicos intelligit, commemorarique hoc animal putat, quod auerſum coëat etc.* ¶ 2 Barrus *viri nomen, quod per Antonomaſian, non minus quam* Suffenus, *et ſimilia Appellatiuum haberi poteſt. De illo autem ſic* Hor. Sat. 1, 6, 30

Vt ſi qui aegrotet, quo morbo Barrus, haberi
Et cupiat formoſus; eat quacunque, puellis
Iniiciat curam quaerendi ſingula, quali
Sit facie, ſura quali, pede, dente, capillo *etc.*

BARRĪNVS, a, um. *pro Elephantinus: vt*, Aures immanitate barrinae Sidon. Apol. Epiſt. 3, 13.

BARRIO, īre. Barrire elephanti dicuntur; ſicut oues dicimus Balare; vtique a ſono ipſo vocis, Feſtus. Gloſſ. Vet. Barrit, ψίζει, ἐλέφας βοᾷ. Spartian. in Geta cap. 5 *inter reliquas voces animalium* Elephanti barriunt.

BARRĪTVS, ûs. *Vox elephanti.* Apul. Flor. 3 p. 358, 2 Elephantorum triſtis barritus. ¶ 2 Barritus, *Romanorum etiam militum clamor.* Veget. 3, 18 Clamor autem, quem quidam barritum vocant, non prius debet attolli, quam acies vtraque ſe iunxerit Ammian. 26, 7 *fin.* p. 507 Gron. Pro terrifico fremitu, quem barbari dicunt barritum. *Conf.* Idem 16, 12 p. 159 *Gronou.* Barritum ciere vel maximum,

maximum, qui clamor ipſo feruore certaminum a tenui ſuſurro exoriens, paullatimque adoleſcens ritu extollitur fluctuum cautibus illiſorum. *Etiam* Tac. Germ. 3 Barritum *quidam malunt quam* Barditum *v. v. Lipſ.* Baritum *a verbo Germanico Beren, vel Baeren, i.e. Clamare, deduci vult, quocum conſentit Cluuer. Antiq. Germ. 1, 51.*

BĂRYCA, ae. f. *ſ.* BARYCA, *quae et* BARYCEPHALA. Adi. *apud* Vitruu. 3, 2 *vbi de* Araeoſtylis aedibus, *i. raras columnas et multum inter ſe diſtantes habentibus*, Et ipſarum aedium ſpecies ſunt barycae, barycephalae, humiles, latae. *Videtur ſignificare nimis oneratas, ſpeciatim capite nimis graui, ac facile nutante. Quo pauciores enim ſunt columnae, eo plus oneris ſingulae ſuſtinent. Eadem cauſa eſt, quod ſunt* humiles *id genus aedes, et* latae *potius, quam altae. Nemo enim temere audet altam molem tali aedificio imponere.*

BĂRȲPICRON, i. n. [βαρύπικρον] *i. Grauiter, vel nimis amarum. Ita Graecos Abſinthium cognominare inquit* Apul. de Herb. cap. 100.

BĂRȲTHON, ōnis. m. [βαρύθων] *alias* Herba Sabina Apul. de Herb. cap. 85.

## B A S

BASALTES, ae. m. [βασάλτης] *Genus eſt marmoris, de quo* Plin. 36, 7 ſ. 11 Inuenit Aegyptus in Aethiopia, quem vocant baſaltem, ferrei coloris atque duritiae. Vnde et nomen ei dedit. Nunquam hic maior repertus eſt, quam in templo Pacis ab Imperatore Veſpaſiano Auguſto dicatus *etc.*

BASANITES, ae. m. [βασανίτης] *Lapis, ex quo fiunt cotes.* Plin. 36, 20 ſ. 38 Experimentum eius eſſe in cote ex lapide Baſanite. *Add.* c. 22 ſ. 43 *Dictus* Baſanites, ἀπὸ τοῦ βασανίζειν, *quod eſt explorare, vel examinare. Vnde et* βάσανον *dicunt Graeci, pro Indice, cuius attritu exploratur aurum.*

BASCAVDA, ae. f. [βασκαύδα] *Vas eſcarium Britannicum.* Martial. 14, 99 Barbara de pictis veni baſcauda Britannis: Sed me iam mauult dicere Roma ſuam. Iuuen. Sat. 12, 46 Adde et baſcaudas et mille eſcaria. *Vbi* Scholiaſtes, Baſcaudae, inquit, Vaſa vbi calices lauabantur et cacabus. *Nonnulli deductam volunt ab Anglica voce Basket, quae Spartam ſiue caniſtrum ſonat. Vid. Voſſ. Lex. Etym. p. 65. et Buleng. de Conuiu. 4, 10.*

BASĔLLA, ae. f. Dimin. *Parua baſis.* Pallad. de R. R. 1, 18, 2 Baſellis impoſitae cupae.

BASIATIO, BASIATOR, *etc. Vid.* BASIVM.

BĀSĬBALLVM, i. n. *vel* BASIBOLVM. Vox Petroniana c. 61 *variis lectionibus et interpretationibus agitata. Burm. dedit* Bacciballum : *Reineſius coniicit* Caſalbadium, *i. ſcortillum :* Baci, *i.* Bacchi cymbalium *Heinſius ;* Baſibolum *vel* Baſiballum, *idoneum ſubiici, Hadrianides. Sed metuo, vt aliquid certi, aut veriſimile adeo quidquam prolatum ſit.*

BASILĬCA, ae. f. [βασιλική] *ad verbum* Regia *domus : aedificiorum genus florentiſſima republica ex deuictarum gentium diuitiis exſtrui in foro coeptum, regia magnificentia, vnde nomen habere videtur, columnis et porticibus exornatum, ad negotia publica, vel certe plurium priuatorum, quae in publico geri intererat, paullo commodius quam in foro et ſub diuo tranſigenda.* Liu. 26, 27 *in commemoratione incendii circa forum*, Neque enim tum baſilicae erant. Id. 39, 44 Baſilicae Porciae *origines commemorat.* Iulia Baſilica *eſt* Sueton. Cal. 37, *vbi illius hiſtoriam viri docti perſequuntur.* Cic. pro Muraen. 70 Si vno baſilicae ſpatio honeſtamur, diligenter obſeruari videmur et coli, *i. ſi per baſilicam et frequentiam quae ibi eſt, nos comitentur et deducant etc. Ad frequentiam ac celebritatem reſpicit etiam* Cic. Att. 2, 14 Baſilicam habeo non villam, frequentia Formianorum. Id. Verr. 4, 6 Qui forum et Baſilicas non ſpoliis prouinciarum, ſed ornamentis amicorum, commodis hoſpitum, non furtis nocentium ornarent. *Et* Att. 4, 16 Paullus in medio foro Baſilicam iam paene texuit iisdem antiquis columnis : illam autem, quam locauit, fecit magnificentiſſimam. Quid quaeris ? nihil gratius illo monimento, nihil glorioſius. *Haec eſt quam* Plin. 36, 15 ſ. 24, 1 *inter magnifica opera vrbis refert, et* columnis e Phrygibus mirabilem *appellat. Vetuſtior, eiusdem tamen gentis auctore, eſt* Baſilica Aemilia Plin. 35, 3 ſ. 4. *de qua vid. Spanh. de vſu et pr. num. diſſ.* 10 p. 186 *ſq. Haec eſt de qua* Stat. Silu. 1, 1, 29 Illinc belligeri ſublimis regia Paulli, *quae Baſilicae quaſi interpretatio eſt.* Cic. Verr. 5 c. 58 Forum plenum et baſilicas illorum hominum videmus, *i. in publico ſine metu verſantur. In foro igitur ſunt Baſilicae, quod etiam apparet ex* Vitruu. 5, 1 Baſilicarum loca adiuncta foris, quam calidiſſimis partibus oportet conſtitui, vt per hiemem ſine moleſtia tempeſtatum ſe conferre in eas negotiatores poſſint *etc. Deinde enim pluribus earum conſtructionem et comparationes deſcribit. Negotiatoribus ſeruiſſe Baſilicas, apparet etiam ex* l. 32 §. 3 D. de aur. et arg. leg. *vbi mentio ſit* argenti, quod teſtatrix negotiatrix venale in baſilica propoſitum habebat. ¶ 2 *In primis vero in Baſilicis habebantur iudicia.* Sen. de Ira 3, 33 Libet intueri fiſcos (*pecuniae*) in angulo iacentes. Hi ſunt, propter quos — fremitu iudiciorum baſilicae reſonant. *Et* de breuit. vitae c. 11 Quaeris forte, quos occupatos putem ? Non eſt, quod me ſolos putes dicere, quos a Baſilica immiſſi (*ſub noctem a cuſtodibus et aeditimis*) demum canes eiiciunt : *quo quidem loco non cauſidicos ſolos, ſed negotiatores etiam licet intelligere. Et* Pater Sen. Controu. 3 prooem. *de Porcio Latrone*, Cum pro reo in Hiſpania diceret, vſque eo eſſe confuſum, vt a Soloeciſmo inciperet ; nec ante potuiſſe confirmari, tectum ac parietes deſiderantem, quam impetrauit, vt iudicium ex foro in baſilicam transferretur. *Narrat eadem* Quinctil. 10, 5, 18. Id. Quinct. 12, 5, 6 *de Trachallo oratore*, Cum in Baſilica Iulia diceret primo tribunali, quatuor autem iudicia, vt moris eſt, cogerentur, atque omnia clamoribus fremerent, et auditum eum, et intellectum, et laudatum quoque ex quatuor tribunalibus memini. *Huc pertinet etiam* Plin. Ep. 2, 14, 4 *et* 8. 5, 21, 1. 6, 33, 4. *Etiam in prouinciis et coloniis Baſilicarum ſit mentio, de Oeenſi* Apul. Apol. p. 320, 29 Omnes qui aderant ingenti celebritate baſilicam complentes *etc. praeceſſit :* Diſſero aliquid poſtulantibus amicis publice. Petron. 57 Puer capillatus in hanc coloniam veni : adhuc Baſilica non erat facta, *quae plebeia temporis deſignatio eſt.* ¶ 3 *Chriſtiani etiam quaedam templa ſua* Baſilicas *dixere, ſiue quod, quae* Baſilicae *ante fuerant, conſecrari huic vſui coepiſſent, ſiue ob aedificii ſimilitudinem.* Sulpic. Seu. Hiſt. S. 2, 33 Namque Helena mater principis Conſtantini — vſa regni viribus Baſilicam in loco Dominicae paſſionis — conſtituit. *Et* c. 38 Conſtantius — in Baſilica martyrum extra oppidum ſita — diverſatus eſt. *Add.* Coqu. ad Auguſtin. de C. D. 1, 1. *Dufresnius etc.* ¶ 4 Baſilicae formam *quo ſenſu cellae vinariae tribuat* Pallad. 1, 18, 1 *ad eum locum diſputamus.*

BASILĬCVS. Adi. [βασιλικὸς] Feſtus ; Baſilicum, Regale : nam βασιλεύω eſt regno. At ego baſilicus ſum, quem niſi oras, guttam non feres Plaut. Rud. 2, 4, 15. Baſilicae edictiones et imperioſae Plaut. Capt. 4, 2, 21. Emplaſtrum nigrum Triphonis, Baſilicon appellatur Scribon. 210. *Idem* Baſilice *dicitur* c. 238, *quod docet collatio. Nempe intelligitur hic* compoſitio βασιλική. Facinora Plaut. Trin. 4, 3, 23. *i. Magnifica.* Iactus baſilicus Plaut. Curc. 2, 3, 79, *idem eſt, qui Venereus. Vid. Lipſ. Lect. Ant. lib. 3 p. 106.* Nux baſilica, *ſiue* Baſilicon, *abſolute* [βασιλικὸν κάρυον] *Iuglandis genus eſt optimum, quod et* Perſicum *dicitur, quod ex Perſide primum fuerit advectum. Dictum autem videtur* Baſilicon, *ſiue a praeſtantia, quod inter nuces principatum obtinere videatur, ſiue a regibus, qui eas primi e Perſide in Graeciam tranſtulerunt, vt non obſcure innuit* Plin. 15, 22 ſ. 24 *de iuglandibus*, Et has e Perſide a regibus translatas, indicio ſunt Graeca nomina. Optimum quippe earum Perſicon atque Baſilicon vocant. Status Plaut. Pſeud. 1, 5, 43. Victus, *Magnificus et plane regius* Idem Perſ. 1, 1, 32. Vitis Plin. 14, 2. Baſilicam Dyrrhachini celebrant, Hiſpaniae cocolobin vocant. Rarior vua, aeſtus, Auſtrosque tolerat, capiti inimica, copia larga. *Memorat etiam* Columel. 3, 9, 1. *Add.* 3, 2, 19. *et* 28 *etc.* Vua Iſidor. 17, 5.

BASILICE. Aduerb. [βασιλικῶς] *Regie. Vt*, Baſilice ornatu Plaut. Poen. 3, 1, 74. Baſilice Eleutheria agere Idem Perſ. 4, 2, 1. Baſilice interii Id. Epid. 1, 1, 54. *Comica in his omnibus laſciuia.* ¶ 2 Baſilice, *ſubſt. vid. modo in* Baſilicum Emplaſtrum.

BASILICVM. *Veſtimenti genus.* Plaut. Epid. 2, 2, 48.

BASILICŬLA, ae. f. Dimin. Paullin. Nolan. Epiſt. 32 n. 17.

BASILICARIVS, *vel* BASILICIARIVS, i. m. *Qui in baſilica frequens eſt.* Gloſſ. Lat. Gr. Baſiliciarius, μαλακὸς, ἀγοραῖος *Vid.* SVBBASILICANVS.

BASILISCA, ae. f. *Latine* Regula ; eſt Herba illis in locis naſcens, vbi fuerit ſerpens baſiliſcus : *eius virtutes vid. apud* Apul. de Herb. cap. vlt.

BASILISCVS, i. m. [βασιλίσκος] *Ad verbum* Regulus, *ſerpentis genus :* dictus, *vt ait* Feſtus, vel quod in capite habeat album quiddam inſtar diadematis : vel quod reliqua ſerpentum genera vim eius fugiant. Plin. 8, 21 ſ. 33, *cum dixit de fera* Catoblepa, *pergi* Eadem et baſiliſci ſerpentis eſt vis. Cyrenaica hunc generat prouincia duodenûm non amplius digitorum magnitudine, candida in capite macula, vt quodam diademate inſignem. Sibilo omnes fugat ſerpentes nec flexu multiplici, vt reliquae, corpus impellit, ſed celſus et erectus in medio incedens. Necat frutices non contactos modo, verum et afflatos : exurit herbas, rumpit ſaxa. Talis vis malo eſt. Creditum quondam, ex equo occiſum haſta, et per eam ſubeunte vi non equitem modo, ſed equum quoque abſumtum. Atque huic tali monſtro — muſtelarum virus exitio eſt. *Ead. fere* Solin. 27. Lucan 9, 724

Sibilaque effundens cunctas terrentia peſtes,
Ante venena nocens, late ſibi ſubmouet omne
Vulgus, et in vacua regnat baſiliſcus arena.

*De* tribus Baſiliſcorum generibus *vid.* Apul. de Herb. cap. 128. *Con Voët. P. 1 Diſput. Theol. pag. 732. et Leu. Lemn. de Occult. Na Mir. 4, 12.*

BASIO, as. *vid.* BASIVM.

BĂSIS, is. (Baſidis Val. Prob. p. 1473, 9 *Putſch.*) f. [βάσις] *Illud eſt, quo aliud innititur. V. g. Inferior columnae pars, ſicut* Epiſtylium *ſuperior.* Cic. Tuſc. 5, 65 c. 23 Animaduerti columellam non multum e dumis eminentem, in qua inerat ſphaerae figura et cylindri — ad aduerſam baſin acceſſimus. Apparebat epigramma. Sic Baſes ſtructiles, *ſunt velut Sedimenta columnarum, non ſolido lapide caeſa ſed opere caementicio, latericioue coagmentata : quibus columnae* βεβήκασι *id eſt nituntur, ipſae quidem ſolido lapide conſtantes.* Pomponius Iuriſconſ. Statuae affixae baſibus ſtructilibus, l. 245 π. de V. S. Cic. Verr. 2, 160 Hi tamen iſtius euertere ſtatuam non dubitarunt : qua ablata baſin tamen in foro manere voluerunt. Haec ſtatua erat poſita S geſtae ſane excelſa in baſi Cic. Verr. 4 c. 34. Stat baſis orba De Ouid. Pont. 3, 2, 50. *Add.* Sen. Ep. 76. Suet. Veſp. c. 23. Phaedr l. 2. Epil. Plin. 17, 25 Simili modo Trallibus palma in baſi Caeſaris dictatoris. Cic. Philipp. 9, 16 Vtique C. Panſa, A. Hirtius COSS alter amboue, ſi eis videbitur, Quaeſtoribus vrbis imperent, v eam baſin ſtatuamque faciendam, et in Roſtris ſtatuendam locent Idem in Piſon. 92 Idemque vt eſſet, quod in baſi tropaeorum incidi inſcribique poſſet, *etc.* *Et* Q. Fratr. 3, 1, 2 Topiarium laudaui ita omnia conueſtiuit hedera, qua baſin villae, qua intercolumni ambulationis, vt denique illi palliati topiariam facere videantur, e hederam vendere. *Credo illos* palliatos *eſſe ſtatuas philoſophorum Graecarum in* baſi villae, *i. muro ſuſtinente et excipiente cliuulum, cui impoſita ea eſt, collocatas.* ¶ 2 *Sed eſt etiam aliarum rerum* baſis, *vt apud Mathematicos trianguli* Cic. de Natur. Deor. 2, 125 c. 49 Baſis autem Trianguli, quam efficiunt grues. ¶ 3 *Progreſſionem notat non tantum apud Graecos Rhetoras, cum quartam partem Exordii, qua ad rem acceditur*, Baſin *vocant : ſed etiam apud* Donatum ad Ter. Eun. 1, 2, 36 Haec figura in narrationibus Baſis dicitur, cum omnia pedetentim dicuntur inſinuandi gratia. *Item in re poëtica* Duorum pedum copulatio Baſis dicitur, veluti quidam greſſus pedum Mar. Vict. p. 2489 *extr. vbi deinde* Baſin *in* Dipodian *pedum vniu generis*, *et* Syzygian, *diſparium* diuidit.

BASIVM, i. n. [φίλημα] *Oſculum.* Donat. in Eun. Ter. 3, 2, 3 Tria ſunt oſculandi genera, *oſculum* ſcilicet, *baſium* et *ſuauium*. *Oſcula* officiorum ſunt : *Baſia*, pudicorum affectuum : *Suauia*, libidinum vel amorum. *Sed haec diſcrimina parum obſeruant auctores quod exempla etiam baſii declarabunt* Martial. 2, 10 Baſia dimidio quod das mihi Poſtume labro, Laudo : licet demas hinc quoque dimidiam. Baſiorum multa millia Catul. 16, 12. Conturbare baſi Idem 5, 11. Da mihi baſia mille, deinde centum *etc.* Id. 5, 7. Martial. 11, 99 Dabit oſcitanti baſium natantique, Dabit et cacanti. Baſia mala faſcinare lingua Catul. 7, 12. Iactare baſia Phaedr. 5, 8, 2 *quod eſt Adorare.*

BASIOLVM, i. n. Dimin. Apul. 10 p. 248 Qualia in lupanari ſolent baſiola iactari. Petron. 86 Baſiolis inuadere.

BASIO, āre. [φιλέω] Martial. 7, 94 Et totam Line baſiare Romam. *Add.* Catul. 8, 18. Baſiare baſia Idem 7, 9. Vſque ad mill. baſiare Id. 45, 3 *ſubaudi* Baſia. Martial. 11, 99 Et aeſtuantem baſiat et algentem — Febricitantem baſiabit et flentem. Facies amicum baſiat

baſiare quem nolis. *Vſus eſt ſaepe* Martial. *paſſiue, vt,* Baſianda non es, 1, 95.

BASIATVS. Partic. Martial. 12, 59 Hinc ſutor modo pelle baſiata.

BASIATIO, ōnis. f. Martial. 7, 94 Hibernas Line baſiationes. Id. 2, 23. *et* Catull. 7, 1.

BASIĀTOR, ōris. m. *Qui frequenter baſiat.* Martial. 11, 99 Effugere non eſt, Baſſe, baſiatores *etc. ter ibi ponit.*

BASSĂREVS, per eu diphth. [Βασσαρεύς] *Dictus eſt Bacchus, appellatione ab Oriente arceſſita, cum* בצר *ſit vindemiare, quae Bocharti ſententia Graeculorum etymologiis a βάζω, clamo, et ſimilibus, praeferenda. Vid. tamen, quae damus in* BASSARIS. Horat. Carm. 1, 18, 11 — non ego te, candide Baſſareu, Inuitum quatiam.

BASSĂRĬCVS. Adi. [Βασσάρειος] Propert. 3, 15, 30 Candida laxatis onerato colla corymbis, Cinget Baſſaricas Lydia mitra comas, *i. Bacchicas, hoc eſt tuas, ſcribit enim ad Bacchum: qui et* Baſſareus *vocatur.*

BASSĂRIS, idis. [Βάσσαρις] *Bacchi ſacerdos.* Perſ. Sat. 1, 100 Et ſectum vitulo caput ablatura ſuperbo Baſſaris. *Vid.* Schol. ad h. l. Baſſarides, Bacchae. Quibusdam videtur a genere veſtis, qua Liber pater vtebatur, demiſſa ad talos, quam Thraces Baſſarim vocant. Quidam a vulpibus, quarum pellibus Bacchae ſuccingebantur. *Et Sane Heſychius* Βάσσαραι, *inquit,* χιτῶνες, οὓς ἐφόρουν αἱ Θρᾴκιαι Βάκχαι. Suidas Βάσσαρος ἀλώπηξ.

BASSILITAS, ātis. f. Gloſſ. Gr. Lat. παχύτης, baſſilitas.

BASSVLVS, a, um. Dimin. Gloſſ. Lat. Gr. Baſſulus, παχὺς ὑποκομικῶς. *Vid. ſtatim* BASSVS.

BASSVS, a, um. A βάσσων, profundior Gloſſ. Lat. Gr. Baſſus, παχὺς ἔγχυλος. Iſidor. Gloſſ. Baſſus, pinguis, obeſus.

BASTAGA, ae. f. [βασταγή] *Onus iumentis impoſitum, vel munus transferendi res publicas aut Principis* l. 3 Cod. de Cohort. *unde* Praepoſiti Baſtagae *dicuntur,* et Baſtagarum in Not. Dign. Imp. *ad quam vid. Panciroll. cap. 75. Add. Guther. de Off. Dom. Aug. 3, 22. Buleng. de Imp. Rom. 6, 31. Eſt in* C. Theod. 10, 20, titulus de Baſtagae reparatione.

BASTAGARII, *ſiue* BASTANGARII. *Qui* Baſtagas *faciunt. Vid.* l. 3 *et* 11 C. Th. *et* l. 4 *et* 8 C. de Murileg.

BASTERNA, ae. *Definiente* Iſidoro 20, 12 Vehiculum itineris — mollibus ſtramentis eſt poſita, a duobus animalibus deportatur. *Antiquiſſime eius mentio* Pallad. Iun. 2, 3 A tergo vehiculi duo breuiſſimi temones figurantur, velut amites baſternarum. *Luculenta eſt deſcriptio in* Vet. Epigr. *apud Pithoeum* l. 4 p. 131

> Aurea matronas claudit Baſterna pudicas,
> Quae radians patulum geſtat vtrimque latus.
> Hanc geminus portat duplici ſub robore (*hi ſunt amites*) burdo,
> Prouehit et modico pendula ſepta gradu.
> Prouiſum eſt caute, ne per loca publica pergens
> Fuſcetur viſis caſta matrona (*leg.* marita) viris.

Hieron. ad Euſtoch. Epiſt. 22, 6 Praecedit caueas baſternarum ordo ſemiuirorum. Vet. Schol. Voſſianus ad Iuuenal. 4, 21 Quae vehitur cauſo latis ſpecularibus antro, *interpretatur,* Eſt baſterna vehiculum, unde ſpeculabantur matronae. Lamprid. Elagab. 21 Equos ſtratos, mulas, baſternas et rhedas *coniungit. Vid. Salmaſ. hic et ad* c. 4. *et.* Gloſſ. nomicae, Λεκτίκιον, βαστέρνα, κράββατον. Seru. ad Aen. 8, 666 Pilenta ſunt vehicula, ſicuti nunc Baſternas videmus. Erant autem tunc Veneti coloris, non vt nunc ſunt ruſſati, quibus caſtae matronae vti non poterant. Ammian. Marc. 14, 17 Matronae complures opertis capitibus et baſternis per latera ciuitatis cuncta diſcurrunt. *Diligenter de* Baſterna *egit Scheffer. de re vehic. 2, 6.* Baſternae, *etiam ſunt Tranſennae vel protecta, quae habentur in aedibus tranſeundi et ſpatiandi gratia. Cuiac. Obſeru. 13, 30, ex conſtitut. Zenonis etc.*

BASTERNIVM, i. n. [βαστέρνιον] *Spatium excurrendi cum vehiculis.* l. 12 §. 4 Cod. de Aedif. priu.

BASTERNARIVS, i. m. *Auriga Baſternae.* Symm. Epiſt. 6, 65 Baſternarios praebere alicui.

## B A T

BAT! *vid. ſupra* BA.

BATAVIA. *Germaniae prouincia, duobus Rheni alueis bona ex parte incluſa.* Caeſ. Bell. Gall. 4, 10.

BATAVVS. Adi. [Βατάβος] *Penultima ancipite. Corripit* Lucan. 1, 431 Vangiones, Batauique truces, quos aere recuruo Stridentis acuere tubae. *Sed* Sil. 3, 608 *producit,* Iam puer auricomo praeformidate Batauo. *It.* Martial. 6, 82 Tune es ille Martialis, Cuius nequitias iocosque nouit, Aurem, qui modo non habet Batauam, *i. nimis tetricam, ruſticam, ſtupidam.* Idem 14, 176 Sum figuli luſus, rufi perſona Bataui. Quae tu derides, haec timet ora puer.

BATHYLLVS. [Βάθυλλος] *Samius adoleſcens, quem Anacreon Poëta Teius ardenter amauit.* Horat. Epod. 14, 9 Non aliter Samio dicunt arſiſſe Bathyllo Anacreonta Teïum. *Ab hoc forte dictus* 2 Bathyllus *pantomimus.* Iuuen. Sat. 6, 63 — molli ſaltante Bathyllo, *i. ſimili eius, de quo* Tacit. Ann. 1, 54 Indulſerat ei ludicro Auguſtus, dum Maecenati obtemperat effuſo in amorem Bathylli. *Tempe illo quaſi duce, ſaltatio pantomimica eſt inducta, quam celebrantes Bathylli omnes appellabantur. Vid. Scalig. Animadu. Euſeb. p. 155. Salmaſ. in Vopiſci Carin. cap. 19.*

BĂTIA, ae. f. Piſcis, cuius fel auribus vtiliſſimum Plin. 32, 7 *Vid.* BATIS.

BATIACA, ae. f. *Poculi genus videtur, quod* Nonius 15, 20 Batiolam *vocat et laudat* Plautum Colace, Batiolam auream, octo pondo habebat, accipere noluit. Gloſſ. Batiola ποτήριον. *Sed ex Athenaeo 2 p. 484,* Batiaca *et* Batiacum *dici debet. Add.* Arnob. 2 p. 59, *vbi* Batiaca *Salm. Sed al.* Batiola, *vbi vid.*

BATILLVM, *vel* BATILLVS, i. m. *ferreum inſtrumentum, quo pruna colligitur, ad ſimilitudinem palae.* Plin. 33, 8 Batillis ferreis ardentibus ramento impoſito, quod candidum permaneat, probatur. Idem 34, 11 Aeruginis experimentum in batillo ferreo. Marcellus Empir. c. 27 Spongiam ſupra batillum torrebis — deinde ſuper batillum candentem defundes. Apic. 7, 9 Armillam illius (*de petaſone*) ardenti batillo vres. Idem 8, . . Ius concoloratum ſuper batillum. Varro de R. R. 3, 6, 5 Itaque paſtorem earum cum batillo circumire oportet, ac ſtercus tollere ac conſeruare: quod et ad agriculturam idoneum eſt. Horat. Serm. 1, 5, 36 — latum clauum, pruneque batillum, *vbi Foculum geſtatilem ſignificat, in quo odores accendebantur.* Abdias H. Apoſt. 9 Erant autem virgines — alii cum batillis et turibulis. Trebell. Claudian. c. 14 Coctilium quotidiana batilla quatuor. *Vid. Caſaubonus. Salmaſius ad eundem locum p. 392* Vatillum *malit ex veteri interprete Horatii, qui* diminutiuum *dicat a* vaſe, quaſi vas paruum, in quo odores incendebantur. *Laudat etiam* Gloſſas, Vatillum πυράγη. Caper de verbis dubiis p. 2250 Vatillum hoc *habet in litera V.* Batillum, *aliud inſtrumentum, declarat* Varro de R. R. 1, 50, 2 Altero modo metunt, vt in Piceno: vbi ligneum habent incuruum batillum, in quo ſit extremo ferrula ferrea: haec quum comprehendit faſcem ſpicarum, deſecat, et ſtramenta ſtantia in ſegete relinquit, vt poſtea ſubſecentur.

BATIOCA, ae. Patera Gloſſ. Iſid. *Vid. leg.* Batiola.

BATIOLA, ae. f. [βάτιον] *Vaſis genus, de quo in* BATIACA. Plaut. Stich. 5, 4, 12 Quibus diuitiae domi ſunt, ſcaphio et cantharis, Batiolis bibunt: at nos noſtro Samiolo poterio Tamen viuimus. *Videtur ergo luxurioſum eſſe* Batiolis bibere.

BATIS, *vel* BATTIS, is. f. [κρίθμον] Genus herbae aculeatae, ſponte naſcentis, quae et hortenſis et marina eſt. Plin. 21, 15 *et* 27. *It.* Columel. 12, 7, 2. *et* 12, 13, 2 Battis *ſcribitur, et ad condiendum cum aliis adhibetur.* ¶ 2 Batis, idis. [βατίς] *Piſcis mollis et delicatiſſimi ſpecies, quem* Plin. 32 vlt. *enumerat inter eos, qui mari peculiares ſunt.* Huius piſcis fel recens quidem, ſed vino inueteratum, auribus medetur, *teſte* Plin. 32, 7. *Quidam* Batus ſcribunt, *alii* Batia. ¶ 3 Batis, Veſtimentum ſacerdotale Iſidor. 19, 21.

BATRACHION, *ſeu* BATRACHIVM, i. n. Plin. 25, 13 ſ. 109 Ranunculum vocamus, quem Graeci batrachion. Genera eius quatuor. Vnum pinguioribus, quam coriandri foliis, et ad latitudinem maluae accedentibus, colore liuido, caule albo, gracili, et radice alba. Alterum folioſius, pluribus foliorum inciſuris, altis caulibus. Tertium minimum eſt, graui odore, flore aureo. Quartum ſimile huic, flore luteo. Omnibus vis cauſtica *etc. Meminit eius quoque* Scribon. 174. *Conf.* Apul. de Herbis c. 8 et 9.

BATRACHITES. [βατραχίτης] *Gemma ranae ſimilis colore* Plin. 37, 10 ſ. 55. *Nempe* βάτραχος *rana eſt.*

BATRACHOMYOMACHĬA. [βατραχομυομαχία] *Ranarum et murium pugna.* Stat. Praef. ad Stellam. Sed et culicem legimus, et Batrachomyomachiam etiam agnoſcimus. Nec quisquam eſt illuſtrium Poëtarum, qui non aliquid operibus ſuis ſtilo remiſſiore praeluſerit. *Itaque haud obſcure Homero illud Poëma tribuit. Sic* Martial. 14, 183 *lemma habet ab ipſo auctore* Batrachomyomachia, Perlege Maeonio cantatas carmine ranas, Et frontem nugis ſoluere diſce meis.

BATRACHVS. [βάτραχος] *i. rana, Piſcis mari peculiaris* Plin. 32, 11 ſ. 53.

BATTIĂDES. [Βαττιάδης] *Callimachus dictus eſt, id eſt Cyrenaicus, vt quidam volunt, a Batto, qui Cyrenen condidit. Vid. Spanh. ad Callim. p. 93 ſq. Alii dicunt a patre ſuo, cui Batto nomen fuiſſe, Graecus vitae auctor ait.* Stat. Silu. 5, 3, 157 — tu pandere doctus Carmina Battiadae. *Ab illo autem* Batto, *quem prius diximus, omnes Cyrenenſes* Battiadae *dicti ſunt.* Sil. 3, 252 Nec non Cyrene Pelopei ſtirpe nepotis Battiadas prauos fidei ſtimulauit in arma. *Conf.* Ouid. Triſt. 5, 5, 38. *et* in Ibin 53. *Eſt ergo*

BATTVS *heros, qui Cyrenen condidit, vt auctor eſt Strabo lib. 17 p. 376. Vid. infra* BLAESVS. ¶ 2 Battus, *Paſtoris nomen apud* Ouid. Met. 2, 687 *quem Mercurius in lapidem indicem commutauit. Conf.* Drackenb. ad Sil. 3, 253 *qui Cyrenarum conditorem, et hunc Indicem confuſos a Silio ſuſpicatur.*

BATTVO *vel* BATVO, ĕre, *eſt percutere, verberare.* Vet. Gl. Battuit κατακόπτει. Soleas battues Apic. 4, 2 no. 108 *h. e. verberibus mitigabis, vt hodie ſolent aſellos, et carnes duriores. Hinc intelligitur iocus* Plauti Caſin. 2, 8, 59 *vbi in opſoniis parandis* Stalino *nominat* Soleas: Chalinus, *ioco ex ambiguitate vocis quaeſito,* Qui quaeſo potius, quam ſculponeas (*genus calceamenti vt Soleae*) Quibus batuatur tibi *os, cum tu* Soleas *piſces emi velis batuendos.* Naeuius *ap.* Fulgent. 21 Sculponeis batuenda ſunt huic latera probe. ¶ 2 *Tundere in pila ſ. mortario.* Marcell. Empir. de medic. c. 36 Medicamen mittes in pilam ligneam, atque illic tam diu battues, donec fit ſubditiſſimum. *Hic intellectus fuiſſe antiquus videtur, et ad eum reſpici a* Cic. Fam. 9, 23 Batuit, impudenter *ſc. dicitur,* depſuit, multo impudentius. *Huc refero* Vet. Gloſſ. Battutum τυπτηθέν, ἀναιδέ. *Forte legendum* ἀναιδὲς, *vt reſpondeat illi* impudenter *Tullii. Ita nihil opus eſt in quaerenda obſcenitate ad Theocriticum* βατεύειν *recurrere, quod reſpondet Latino* inire, infeendere. ¶ 3 *Significat pugnare exercitationis cauſa.* Suet. Cal. 54 Batuebat pugnatoriis armis. *Et* 32 Mirmillonem rudibus ſecum batuentem, et ſponte proſtratum confodit. ¶ 4 *Laudatur ex* Plin. 31, 9 ſ. 45 Batuere vlcera, *i. conſtringere, comprimere. Sed Hard.* pauerentur. *Vid. no. mai. 20.*

BATVATOR, ōris. Batuatores τὰς βασανιστὰς dici puto, Adamantius *loco mox laudando. Sunt igitur, qui verberibus ingerendis verum extundunt ab illis, de quibus quaeſtio habetur.*

BATVALIA, orum. Gloſſ. Batualia, γυμνασίαι τῶν μονομάχων. Battualia, quae vulgo battalia dicuntur — exercitationes militum vel gladiatorum ſignificant, Adamantius ap. Caſſiod. de Orthogr. p. 2300 Putſch. *Hinc* batalia, battaglia, bataille. *Vid. Scal. Coniect. Varr. p. 64. Lipſ. Saturn. 1, 15. Salmaſ. in* Hadr. Spart. 26 p. 213.

BATTVARIVM, *al.* BATVATORIVM, i. n. Gloſſ. Gr. Lat. κοπανιστήριον.

BATVS, i. Herbae genus, Feſtus *aut* Batis, *de qua ſ. l. aut Gr.* Βάτος, *rubus.*

## B A V

BAVBOR, āri. Dep. [βαΰζω] *Latrare: factitium verbum a voce canum, quum latrant.* Baubantur, ὑλακτεῖν Vet. Gloſſ. Lucret. 5, 1069 Et quum deſerti baubantur in aedibus.

BAVCA, ae. f. *Patera.* Anaſtaſius Biblioth. in vita Leonis IV Baucas exauratas tres. *Et in* Bened. III Baucas ex auro puriſſimo duas penſantes libras. Vet. Gloſſ. βαύκη, viniferum, *vt* aenophorum. *Haec Salmaſ. ad* Trebell. Pollion. Claud. c. 14 p. 382 *ſq. Sed vix eſt huius loci, multo minus* Baucalium *et ſimilia.*

BAVCIS, ĭdos. f. [Βαῦκις] *Anus pauper, quae cum viro ſuo Philemone, Iouem et Mercurium hoſpitio ſuſcepit, quorum fabula* Ouid. Met. 8, 631. 682 *etc. Hinc* Pannucia Baucis Perſ. Sat. 4, 21 *pro quauis Muliercula paupere.*

BAVIVS, et Maeuius. *Ineptiſſimi Poëtae fuiſſe putantur, qui ſuam Virgilio gloriam inuiderent. De quibus ipſe* Ecl. 3, 90 Qui Bauium non odit,

odit, amet tua carmina, Macui, Atque idem iungat vulpes, et mulgeat hircos.

## B A X

BAXA, *calceamenti genus deauratum.* Tertull. de idol. 8 Soccus et baxa quotidie deaurantur. *Idem* de Pall. c. 4 Si Philoſophus in purpura, cur non et in baxa? *Hoc vult, purpurae aureos tantum calceos congruere. Sed*

BAXEAE, arum. f. [*κρηπῖδες*] *Crepidae et calceamenta, proprie Philoſophorum.* Apul. Met. 11 p. 260 Nec (deerat) qui pallio, baculoque et baxeis et hircino barbicio Philoſophum fingeret. *Conf.* Idem Florid. 2 p. 346. *et* Mileſ. 2 p. 127. Plaut. Men. 2, 3, 40 Peniculus, quî extergentur baxeae. *Vid.* BRAXEA.

## B D E

BDELLIVM, i. n. [*βδέλλιον*] *Arboris genus, cuius apud* Scribon. *mentio frequens eſt. de qua* Plin. 12, 9 Vicina eſt Bactriana, in qua bdellium nominatiſſimum. Arbor nigra eſt magnitudine oleae, folio roboris, fructu caprifici, naturaque. Huius arboris Gummi eſt id, quod aromatarii Bdellium vocant. Plaut. Curc. 1, 2, 7 *Anus bibacula ad vinum,* Tu mihi crocinum et caſia es, tu bdellium. *et* Iſidor. 4, 12.

## B E A

BEATVS. [*μακάριος, ὄλβιος, εὐδαίμων*] Cic. Tuſc. 5, 29 Videamus, qui dicendi ſint beati? Equidem hos exiſtimo, qui ſunt in bonis, nullo adiuncto malo. Neque vlla alia, huic verbo quum beatum dicimus, ſubiecta notio eſt, niſi ſecretis malis omnibus, cumulata bonorum complexio. *Cum igitur proprie loquuntur,* Beatos *vocant ſummi boni poſſeſſores. Hinc illud* Cic. Tuſc. de Nat. Deor. c. 18 Beatus eſſe ſine virtute nemo poteſt. *Et* Tuſc. 5 c. 8 Qui beatus eſt, non intelligo quid requirat, vt ſit beatior. Hor. Od. 2, 2, 18 Redditum Cyri ſolio Phraaten numero beatorum eximit virtus, *i. Philoſophia negat beatum eſſe. Speciatim contenti ſua ſorte, et ſuo iudicio felices ſiue vero ſ. falſo.* Hor. Epiſt. 1, 18, 32 Beatus enim iam Cum pulchris tunicis ſumet noua conſilia et ſpes. *Et* Epiſt. 2, 2, 108 Gaudent ſcribentes, et ſe venerantur, et vltro Si taceas, laudant, quidquid ſcripſere, beati. *Sic* Catullus 22, 15 Neque idem vnquam Aeque eſt beatus, ac poëma cum ſcribit *de Suffeno.* Beatus, *pro Diuite et opulento.* Cic. ad Att. 1, 14 Deinde vidi — beatos homines (hos piſcinarios dico, amicos tuos) non obſcure nobis inuidere. Pſeudo-Cic. in Salluſt. 19 Vnde tu qui modo, ne paternam quidem domum redimere potueris, repente tanquam ſomnio beatus, hortos pretioſiſſimos, *etc.* paraueris? Catul. 10, 17 Vnum vt beatiorum me facerem puellae, *i. diuitem me perſuaderem illi.* Ouid. Amor. 1, 8, 23 Scis here te, mea lux, iuueni placuiſſe beato. ¶ 2 *Iam formulas perſequamur:* Ab omni parte beatum, *Beatiſſimum* Hor. Carm. 2, 16, 27. Auro beatius omni argentum, *quod Caeſarum vultus impreſſos habet* Ouid. de Pont. 2, 8, 5. Diuitiis homines an ſint virtute beati Hor. Serm. 2, 6, 74. Laudum omni cumulo beatus Stat. Silu. 4, 3, 158. Longe beatior Ouid. Met. 4, 325 *al.* Potentior. Palam beatus, *vid.* PALAM. Paruo beati agricolae, *i. contenti* Hor. Epiſt. 2, 1, 139. Perſarum rege beatior Id. Carm. 3, 9, 4. Terque quaterque beati Virg. Aen. 1, 94. *i. e. vt* Seruius *ait,* Saepius. Finitus numerus pro infinito. Aut potius, Beatiſſimi. ſic enim et Graeci Poëtae *τρισόλβιον* vocant a numero ternario. Virtute, *vid. paullo ante* Diuitiis. ¶ 3 *Subſtantiua:* Arabia beatae cognomine inclyta Plin. 5, 11 ſ. 12. *Add.* 12, 13 *extr.* Arces beatae Hor. Carm. 2, 6, 21. Arua, *Fertilia* Hor. Epod. 16, 41. Ciuitas beata et libera Cic. Fam. 6, 21. *de rep. Romana ante bella ciuilia.* Cic. de Nat. Deor. 3, 81 c. 33 Duodequadraginta Dionyſius tyrannus annos fuit opulentiſſimae et beatiſſimae ciuitatis. Catul. 21, 24 Haec tu commoda tam beata Furi, noli ſpernere. *Ironice.* Idem 43, 25 Quis vllos Homines beatiores vidit? Cic. de Amicit. Ex quo illorum beata mors videtur, et horum vita laudabilis. Nox Claudian. in Nupt. Hon. et Mar. 40. Opes Stat. Silu. 1, 5, 44. Ora beatior Ouid. Epiſt. 15, 175. Rebus beatis mitior veni Sen. Hippol. 437. Reſpublica beata et florens Liu. 34, . . Cic. ad Qu. Frat. 1, 1, 10 Plato tum denique fore beatas reſpublicas putauit, ſi aut docti ac ſapientes homines eas regere coepiſſent; aut ii, qui regerent omne ſuum ſtudium in doctrina ac ſapientia collocaſſent: *quod ita reddidit* Prud. in Symm. 1, 30 Publica res eſſet tunc fortunata ſatis, ſi vel reges ſaperent vel regnarent ſapientes. Rus beatum, *Fertile et amoenum, quod beatos facit. Sic* Hor. Epiſt. 1, 10, 14. Sedes beatae Virg. Aen. 6, 639. *Et* Terra Ouid. Epiſt. 15, 64. Thermae Martial. 9, 77. Vita Hor. Serm. 2, 4, 41. Cic. de Fin. 2, 95 Nos beatam vitam non depulſione mali, ſed adeptione boni iudicemus. Vox beata Quinctil. 11, 3, 40. *i. ampla, magnifica, flexilis, obſequioſa velut, et reſpondens votis omnibus.* Vrbes Ouid. de Pont. 4, 8, 33. ¶ 4 Ouid. Met. 3, 136

— vltima ſemper
Exſpectanda dies homini eſt: dicique beatus
Ante obitum nemo, ſupremaque funera debet.

*Pythagorica ſententia: ſed ex parte etiam Chriſtiana, vnde* Beatos *vel* Beatae memoriae *defunctos dicimus, praeeunte* Hieronymo Epiſt. 15 *et* 32. *Poſſis igitur hoc ſenſu accipere illud* Mors beatos nos efficit Cic. Tuſc. 1 c. 11. *Itemque* Cic. de Somn. Scip. 4 c. 3 Omnibus qui patriam conſeruarint, auxerint, certum eſſe in caelo ac definitum locum, vbi beati ſempiterno aeuo fruantur. ¶ 5 *Comparatiui Exempla plura iam adfuere. Superlatiui haec ſunto:* Miſer eſt, qui ſe non beatiſſimum iudicat Sen. Ep. 9. Cic. Acad. 1, 22 c. 6 Omnis illa antiqua Philoſophia ſenſit, in vna virtute eſſe poſitam beatam vitam; nec tamen beatiſſimam, niſi adiungerentur et corporis, et caetera ad virtutis vſum idonea. *Eſt et in titulis Principum. V. g.* Gruter. Inſcript. p. 283 n. 11 D. N. FL. CONSTANTINO MAXIMO BEATISSIMO, *etc. et* 284 n. 1 CONSTANTINI ET CONSTANTI BEATISSIMORVM AC FLORENTISSIMORVM PRINCIPVM.

BEATVLVS. Dimin. *de homine delicato, qui ſibi videtur beatus,* Perſ. Sat. 3, 103 — tandemque beatulus alto Compoſitus lecto.

BEATE. Adu. *Feliciter.* Cic. Acad. 1, 33 c. 9 Spoliauit enim virtutem ſuo decore, imbecillamque reddidit, quod negauit in ea ſola poſitum eſſe beate viuere, *de Theophraſto.* Cic. in Parad. 1 Profecto nihil eſt aliud bene beateque viuere, niſi honeſte et recte viuere. Sit tibi bene ac beate Catul. 23, 15.

BEATĬTAS, *et* BEATĬTŪDO. [*μακαριότης, ὄλβος*] Cic. de Nat. Deor. 1, 96 At iſta ſiue beatitas, ſiue beatitudo dicenda eſt, *etc.* Quinctil. citat eadem 8, 3, 32. *Vtitur et* Macrobius Somn. Scip. 1, 9.

BEO, āre. [*ὀλβιάζω*] *Beatum facere.* Plaut. Capt. 1, 2, 34 Foris aliquantulum etiam quod guſto, id beat. Ter. Eun. 2, 2, 48 Ecquid beo te? Idem Andr. 1, 1, 79 Beaſti! *i. narraſti, quod mihi ſolicitudinem eximeret.* Hor. Carm. 4, 8, 29 Caelo muſa beat, *i. immortalitatem nominis conciliant literae. Sed etiam de parua voluptate* Hor. Carm. 2, 3, 7 Seu te in remoto gramine per dies Feſtos reclinatum bearis Interiore nota Falerni, *i. exhilaraueris.* Munere aliquem beare Hor. Epiſt. 1, 18, 75.

BEATIFĬCO, āre. Auguſtini *verbum,* de Trinit. 14, 14 *etc.*

BEATĪFĬCVS, *paullo antiquius eſt.* Apul. de Habit. Mulier. et Doctr. Plat. 1 p. 3, 29 Deus beatus et beatificus.

## B E B

BĒBĔLO, ōnis. f. (*Harduin.* Bebulo) *Argentifodinae Hiſpanicae nomen* Plin. 33, 6 ſ. 31.

BEBRA, ae. *Miſſile telum, de quo* Veget. 1, 20 *cum de pilis dixiſſet,* Barbari autem ſcutati pedites his praecipue vtuntur, quas bebras vocant, et binas etiam ac ternas in praeliis portant.

BEBRVS, i. m. *Caſtor ſ. fiber.* Scholiaſtes Iuuenal. Sat. 12. Bebrinae pelles. *Vid. Salmaſ. Exerc. Plin. f. 131.*

BEBRYX, y̆cis. [*Βέβρυξ*] *Rex fuit in montibus Pyrenaeis, teſte* Silio 3, 423 *quos etiam a Pyrene illius filia, ab Hercule compreſſa nomen traxiſſe idem auctor eſt. Vid. l. c. Huius autem nominis obliqui, ſecundam ſyllabam producunt.* Sil. 3, 423 Poſſeſſus Baccho ſaeua Bebrycis in aula. *Sed* ¶ 2 Bebryx, y̆cis, *ſecunda correpta, populi nomen ad Pontum Euxinum.* Val. Fl. 4, 157 Ductor ad haec. Bebryx ne venis? *Ac deinde Amycus, rex gentis, ſemel iterumque ita vocatur. Id* Val. Fl. 4, 315 Bebrycas extemplo ſpargit fuga.

BEBRYCIVS. Adi. [*Βεβρύκιος*] *ab vtroque* Bebryce *ductum, correpto vtrobique Y, niſi in Pyrenaei appellatione Synizeſin admittere malis* Virg. 5, 373 Butes Bebrycia de gente Amyci. Arena Bebrycia Stat. Silu. 4, 5, 28, *in qua depugnauit cum Amyco Pollux.* Fretum Bebrycium Valer. Argon. 4, 743. Nemus Stat. Theb. 3, 353. Flacc. Argon. 4, 99 Proxima Bebrycii panduntur litora regni. *Quae omnia ad Ponti regionem pertinent. Sed etiam* Sil. 3, 420 *de iugis Pyrenaei* Nomen Bebrycia duxere a virgine colles: *ſcil. Virgine Pyrene, a Hercule compreſſa, in montibus illis a feris direpta.* Bebrycius hoſpes *Annibalis apud* Sidon. Carm. 2, 304 *eſt Pruſias Bithyniae rex.*

BEBVLO, *vid.* BEBELO.

## B E C

BECCESELENVS, *Ariſtophanica vox, βεκκεσέληνος, qua homine[m] nimis antiquum, et paene delirum antiquitatis ſtudio ridet: hic indica[n]da, quia Latinis literis eam recentiores quidam ſcribunt etc. Vid. [i]n Nubes illius v. 397.*

BECHION, i. n. [*Βήχιον*] *Herba.* Plin. 26, 6 Tuſſim ſedat Bechion, quae et Tuſſilago dicitur.

## B E D

BĔDELLA, ae. f. *Eadem arbor, quae* Bdellium *dicitur* Marc. Em[pir.] cap. 19 Balſama, Peucedanum, Spicam, crocum atque bedellam.

## B E E

BEE. [*βέε*] *Vox ouium.* Varro de R. R. 2, 1, 7 Non enim mee, ſed bee ſonare videntur oues vocem efferentes. *Hinc*

BEELO, āre, *et* extrita litera BELO, *et tandem* BALO: *vid.* BELA.

BEELPHEGOR. [*Βεελφεγὼρ*] *Idolum fuit Moabitarum, nomi[ne]* Beel, *ſiue* Baal, *quod in monte* Phegor *colebatur.* Tertull. adu. Gno[st.] c. 3. *ex* Numer. 25, 1. Chamos *item* Priapus, Hieronymo *etc. Vi[d.]* Iſid. 8, 11.

BEELZEBVB, BELZEBVL. [*Βεελζεβοὺλ*] *Idolum fuit Accaronitarum, quo nomine* Idolum muſcae *ſignificatur.* Bel (*inquit* Hieronymus in Matthaei 10.) et Beel, et Baal, idem Hebraeis eſt: na[m] his vocibus indicatur Idolum. Zebub autem Muſcam ſignat: vn[de] Beelzebub (etiamſi Beelzebul Graeci pronuntiant) tanquam Muſc[arum] dicatur idolum. Sed et pro Daemonarcha ponitur, hoc eſt Daemoniorum principe. *Conf.* Iſidor. 8, 11. Tertull. adu. Marc. 4, 26. Prudent. Periſt. 5, 267 Sed Belzebulis callida Commenta Chriſtu[s] deſtruit.

## B E L

BELA. [*μῆλα*] Oues *nominauerunt antiqui Latini, ſi recte ita leg[i]tur locus* Varron. de R. R. 2, 1, 7 Ad Heſperidas: vnde aurea mala, [i]d eſt ſecundum antiquam conſuetudinem, capras et oues, Hercules e[x] Africa in Graeciam exportauit. Ea enim ſua voce Graeci appellarunt μῆλα. Nec multo ſecius noſtri ab eadem voce, ſed ab alia litera Bel[as] vocauerunt. Non enim Mee, ſed Bee ſonare videntur oues vocem efferentes: a quo poſt Belare dicunt, extrita E litera, vt fit in multi[s]. *Ita editum a Iuntis vsque ad Gymnicum. Sed Victorius aliter ex MS. nempe ſic:* ſed ab alia litera. Vox earum non *me,* ſed *bee* ſonare v[i]detur: oues *beelare* vocem efferentes, a quo *belare* dicunt, extri[ta] litera, vt in multis.

BELBA. *Legitur in Salmaſiana editione.* Arnob. 7 p. 223. E[l]menh. Obſeru. p. 184 Benuas *videtur probare: certe laudat* Gloſſ. *ἄλογα* ζῶον, benua. *Heraldus* beluas *legit, ſed ſuſpicatur cum Cuiacio* Hyaenas. *Locus ita habet,* Cur non eis et mulos et elephantes mactatis aſinos? Cur non et canes, vrſos, et vulpes, camelos, et belbas, leones?

BĔLĔNVS, i. m. *Aquileienſium numen tutelar[e], idem, qui Apollo.* Capitol. Max. cap. 22. Herodian. 8, 3, 19. Tertu[ll.] Apol. adu. Gent. cap. 24. Auſon. Profeſſ. 4, 9 *et* 10, 20. Reineſ. I[n]ſcript. claſſ. 1, 51 p. 98. *Vid. Phil. a Turre diſſ. de* Beleno *Veter[i] Aquileienſium deo, adiecta Monum. Vet. Antii* p. 255 ſqq.

BELGA. [*Βέλγης*] Caeſ. B. G. 1, 1 Gallia eſt omnis diuiſa in partes tres, quarum vnam incolunt Belgae, — Belgae — pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni *etc.* Lucan. 1, 426 Et docilis tector monſtrati Belga couini.

BELGĬCVS. Adi. [*Βελγικὸς*] *vt,* *Eſſeda Belgica.* Virg. Geo[rg.] 3, 2[04]

3, 204 Belgica vel molli melius feret eſſeda collo. *Vbi* Seruius, Belgica eſſeda, Gallicana vehicula.

BELGIVM. *ap.* Caeſ. B. C. 5, 24 *et al. pars Galliae Belgicae*, Bellouacos, Atrebates, et Ambianos *complexa. Sed haec ad Geographos.*

BELIAL, *Spiritus malignus* 2 Cor. 6, 15. Iſidor. 8, 11 *ait eſſe* Idolum Niniuitarum. *Indeclinabile eſt:* In animo Belial recipere, in fronte Chriſtum praeferre Nouarin. Adag. Eccleſ. T. 1 p. 395. *Sed* Tertull. de Habit. Mulier. 2 *flectit* Belias, ae. *Varia eſt quantitas:* Prudent. Hamart. 520 — ac ſub Principe Belial rectoribus horret iniquis. *et* Pſych. v. 714 Praeceptor Belial mihi ſit, domus eſt plaga mundi.

BELĪĂDES, ae. m. *pro Diabolo*, Prudent. Hamart. 610 Coniuge Beliade.

BELIDES, *vid.* BELVS.

BELISAMA, in Inſcr. Vet. *apud Selden. de Diis Syris* 2, 2 *p.* 246 *Regina caeli, vel Aſtoreth.*

BELLARIA, orum. n. [ἐπιδορπισμός, τραγήματα, πέμματα] dicuntur Cibi ad irritandam gulam compoſiti, *auctore* Donato. Gell. 13, 11 Vocabulum bellaria, ſignificat omne menſae ſecundae genus. nam quae τραγήματα Graeci, aut πέμματα dixerunt, ea veteres noſtri, Bellaria appellauerunt. Vina quoque dulciora eſt inuenire in comoediis antiquioribus hoc nomine appellata, dictaque eſſe ea, Liberi bellaria. *Hactenus* Gellius Plaut. Truc. 2, 5, 27 Fer huc verbenam mihi, tus et bellaria. Varro apud Gell. 13, 11. *et* Macrob. Sat. 2, 8 Bellaria, *inquit*, ea maxime ſunt mellita, quae mellita non ſunt. πέμμασιν enim cum πέψει ſocietas infida. *Vid.* Scalig. ad Feſt. Bellarium et Bellaria, Res bellis aptas appellabant. Feſtus. *quod Scal. emendandum putat*, res bellas : *et monet* ὡραῖα *Graece vocari*, Catoni *autem dicta eſſe* Pulchralia, *vbi vid.* Bellariorum *nomine comprehendi etiam fructus*, nuces, mala, pira, ficus, oleas, vuas *docet* Macrob. 7, 14 *(in editionibus ante Pontanum 3, 18 ſqq.)* Secundae menſae illata bellaria, nouo ſermoni principium dederunt : Symmachus enim attrectans nuces *etc.* c. 15 Et qui mala videmus admiſſa *(Pontan. coni. admiſta)* bellariis.

BELLATOR, BELLATRIX, *vid.* BELLVM.

BELLATVLVS, BELLE, *vid.* Bellus in BONVS.

BELLĔRŎPHON, ontis, *vel* BELLEROPHONTES, ae. m. [Βελλεροφόντης] Neptuni et Eurynomes filius *ſecundum* Hygin. f. 157, *eodem auctore* f. 57 cum ad Proetum regem exul in hoſpitium veniſſet, adamatus eſt ab vxore eius Sthenoboea : qui cum concumbere cum ea noluiſſet, illa viro ſuo mentita eſt, ſe ab eo compellatam. At Proetus re audita, conſcripſit tabellas de ea re, et mittit eum ad Iobaten regem, patrem Sthenoboeae : quibus lectis talem virum interficere noluit, ſed ad Chimaeram eum interficiendam miſit — Hanc ſuper Pegaſum ſedens interfecit — *Conf.* Poët. Aſtron. 2, 18 *vbi* Bellerophontes *vocatur*, et Sthenoboeam *ab aliis* Antiam *dictam oſtenditur. Caeterum quae* Bellerophonteae literae *prouerbio dicantur*, *hinc intelligitur : Nempe quid ſibi velit* Eques ipſo melior Bellerophonte Hor. Carm. 3, 12, 7. Bellerophon caſtus Hor. Carm. 3, 7, 15.

BELLEROPHONTĒVS. Adi. [Βελλεροφόντειος] Propert. 3, 3, 1 Viſus eram molli recubans Heliconis in vmbra, Bellerophontei qua fluit humor equi. *i. e. Pegaſi. Intelligit Hippocrenen fontem, quem Pegaſus vngula aperuerat.* Rutil. 1, 450 Sic nimiae bilis morbum aſſignauit Homerus Bellerophonteis Sollicitudinibus. *Alludit ad* Ιλ. Ζ, 200, *quorſum etiam* Cicero *reſpicit* Tuſc. 3 c. 26. Auſon. ad Paullin. 25, 70 Ceu dicitur olim Mentis inops, coetus hominum et veſtigia vitans Auia perluſtraſſe vagus loca Bellerophontes. *Cui reſpondet* Paulinus, Non anxia Bellerophontis mens eſt.

BELLICA, Columella erat ante Bellonae templum, ſuper quam haſtam iaciebant, quum bellum indicebatur Feſtus.

BELLICOSVS, BELLICREPA, BELLICVS, BELLIGER, BELLIGERO, *vid.* BELLVM.

BELLIOR, *vid.* Bellus in BONVS.

BELLIPŎTENS, *vid.* BELLVM.

BELLIS, ĭdis. *Herbula eſt, de qua* Plin. 26, 5 ſ. 13 Bellis in pratis naſcitur, flore albo aliquatenus rubente. *Add.* Apul. de herb. 57.

BELLITVDINEM, ſicut Magnitudinem Verrius dixit. Feſtus.

BELLO, *vid:* BELLVM.

BELLŌNA, ae. f. [Ἐνυώ] *Dea belli, ſororque Martis.* Lactant. 1, 21, 16 Sacra Virtutis, quam eandem Bellonam vocant. Lutatius ad Stat. Theb. 5, 155 Enyo, Bellona, ſoror Martis. Sed Claudian. Stilic. 2, 372 *in triumph. Martis*, Curruumque patris Bellona, cruentem Ditibus exuuiis tendens ad ſidera quercum Praecedit. *Vid.* ENYO. Bellona a bello nunc, quae Duellona a duello Varr. L. L. 4, 10. Virg. Aen. 8, 703 Quam cum ſanguineo ſequitur Bellona flagello. *Sic* Lucan. 7, 569 Sanguineum veluti quatiens Bellona flagellum. Stat. Theb. 7, 72 Regit atra iugales *Martis* Sanguinea Bellona manu. Gaudens Bellona cruentis Hor. Serm. 2, 3, 223. *vid.* Acron. in loc. Bellona vindex Claud. in Eutrop. 1, 314. Bellona fert nurum (Helenam) Priamo Stat. Ach. 1, 34. Haſtata Bellona Id. 2, 719. *quod illuſtrat Barthius ex* Feſto, Bellona Dea bellorum, ante cuius templum erat Columella, quae bellica dicebatur, ſupra quam haſtam iaciebant, cum bellum indicebatur. *Conf.* Seru. ad Aen. 9, 53 *vbi latius ritum deſcribit. Ipſius* Bellonae *picturas dabunt* Sil. 5, 221. Claud. Eutr. 2, 244. *Et* de quart. Conſ. Hon. 12. *de templo Bellonae Romae* Liu. 10, 19. *De illo nobili* Cappadociae templo Hirt. B. Alex. 66. Agitata motu Bellonae, *de ſacerdote quadam* Tibull. 1, 6, 51. *Conf.* Lucan. 1, 566 Quos ſectis Bellona lacertis Saeua mouet, cecinere deos. *Nempe*

BELLONARII. [Ἐνυώνειοι] *Sacerdotes Bellonae, qui lacertos humeroſque concidebant. Conf.* Lactant. 1, 21, 16. *Caſaub. ad* Lamprid. Commodo c. 9. *Rader. ad* Martial. 12, 57. *Brouckh. ad* Tib. 1, 7, 49.

BELLONARIA, ae. f. Herba, Graeci Strychnon vocant. *Vid.* Apul. de Herb. cap. 74.

BELLOSVS, *vid.* BELLVM.

BELLOVESVS, *vid.* AMBIGATVS.

BELLVA, *vel* BELVA. *quod frequentius in bonis libris.* [Θηρίον] *Immanis fera.* Belua delectatur ſui generis belua Cic. de Nat. Deor. 1 c. 27. *De elephantis* Ter. Eun. 3, 1, 25 Eone es ferox, quia habes imperium in belluas ? Cic. Fam. 7, 1 Quin etiam miſericordia quaedam conſequuta eſt atque opinio eiuſmodi, eſſe quandam illi beluae cum genere humano ſocietatem. *De elephantis et ipſe. Add.* Flor. 1, 18, 10. Curt. 8, 9, 29. *et* 8, 14, 33 *etc. Item ſimpliciter de hyaena et equo fero : vid. Rupert. ad* Flor. 1, 18, 10 p. 264. *Weitz. Ind. in* Dracont. p. 48. *De lupa* Cic. de Diu. 2 c. 20 Romulusque et Remus, cum altrice belua. Edentatae belluae, *vid.* EDENTO. Fera Ouid. Met. 13, 917. Fera et immanis bellua Cic. Acad. 4, 108. Fluitantes et innantes belluae, partim ad ſaxa natiuis teſtis inhaerentes Cic. de Nat. Deor. 2, 100. Ingens Hor. Serm. 2, 3, 315. Saeua Hor. Carm. 1, 12, 23. Squamoſa Sen. Hippol. 1047. Tetra Claud. in Eutrop. 1, 183. Cic. Tuſc. 4, 44 c. 20 Vt tetra et immanis bellua, fugienda aegritudo. Belluarum nomine appellare ſingulas ſtellas, vt capram, vt lupam, vt taurum, vt leonem Cic. de Nat. Deor. 3, 40. ¶ 2 Bellua, *per conuicium dicitur in Hominem.* Ter. Phorm. 4, 2, 11 Sed quid pertimui autem belua ? Idem Eun. 4, 4, 36 Phaedria *ad* Pythiadem, Age nunc, belua, credis huic quod dicat ? *Sic* Bellua multorum capitum Hor. Ep. 1, 1, 76. *de populo Rom. Vehementius* Cic. Philipp. 8, 13 Quin etiam de illo homine queri ſolebas, Quid te facturum de bellua putas ? *Sic* Neque ego tetriorem belluam vidiſſe me vnquam quemquam, quam te, cenſeo Plaut. Moſt. 3, 1, 78. Cic. Verr. 5, 108 Sed quid ego hoſpitii iura in hac tam immani bellua commemoro ? Ibid. Cum homine enim crudeli nobis res eſt, an cum fera atque immani bellua ? *Add.* Id. Att. 8, 4 in Orat. c. 9. Cic. Off. 3, 32 c. 6 Sic iſta in figura hominis feritas et immanitas belluae, a communi tanquam humanitate corporis, ſegreganda eſt.

BELLVĀLIS, e. Adi. *rariſſimi vſus, cuius ſolus adhuc auctor laudatur* Macrob. Saturn. 5, 11. Virgilius (Aen. 4, 367) non partionem ſolam, ſed educationem quoque nutricationis tanquam bellualem et aſperam criminatur : addit enim, — Hyrcanaeque admorunt vbera tigres.

BELLVĀTVS. Adi. [ζωωτός] *vt*, Beluata tapetia, *in quibus beluae pictae ſunt.* Plaut. Pſeud. 1, 2, 14. *Conf. Iſ. Voſſ. Animadu. in* Catul. p. 196.

BELLVĪLIS, e. *Idem.* Gloſſ. Lat. Gr. Belluile, θηριῶδες.

BELLVĪNVS, *aliud* Adi. [ζωώδης] *vt*, Exceptus inde belluinis faucibus Prud. Cath. 7 v. 115 *de Iona.* Voluptates belluinae Gell. 19, 2.

BELLVŌSVS. Adi. [θηριώδης] *Belluis plenum* Hor. Carm. 4, 14, 47 Te belluoſus qui remotis Obſtrepit Oceanus Britannis, *etc. Conf.* Auien. Or. Maritim. v. 203.

BELLVTVS, a, um. Beſtiae ſimilis. Feſtus.

BELLVVS, a, um. *Idem.* Gloſſ. Lat. Gr. Belluus, θηριώδης. *et* Iſidor. Gloſſ. Belluus, Moribus beſtiarum.

BELLVLE, BELLVLVS, *vid.* BENE.

BELLVM, i. n. [πόλεμος] *eſt tum ipſa Pugna, tum ſtatus, et tempus, quo in militia ſumus :* Praelium, *ipſum tantummodo armorum certamen. Nam et* Pugna, Certamenque *etiam, citra arma ſit, interdum, nudiſque adeo verbis.* Bellum a Belluis dicitur : quia belluarum ſit pernicioſa diſſenſio, Feſtus. *Abſurdius etiam* Seruius *in illud* Aen. 1, 26 — *ſic voluere Parcas.* Parcae dictae ſunt κατ' ἀντίφρασιν, quod nulli parcant : ſicut Lucus, a non lucendo : et Bellum, a nulla re bella. *Vid.* ANTIPHRASIN. *Haud paullo melius* Cicero in Orat. 153 Quid vero licentius, quam quod hominum etiam nomina contrahebant, quo eſſent aptiora ? nam vt *duellum, bellum*, et *duis, bis :* ſic Duellium eum qui Poenos claſſe deuicit, *Bellium* nominauere, quum ſuperiores appellati eſſent ſemper *Duellii. Idem tradit* Quinctil. 1, 4, 15. *Iam de exemplis videamus :* Plaut. Amph. 1, 1, 35 Nam cum Telebois eſt bellum Thebano populo. Ter. Eun. 1, 1, 16 In amore omni haec inſunt vitia, iniuriae, ſuſpiciones, inimicitiae, induciae, Bellum, pax rurſum. Cic. Philipp. 8, 3 Poteſt enim eſſe bellum ſine tumultu : tumultus eſſe ſine bello non poteſt. ¶ 2 Bellum *a* Praelio *differt, vt diximus, quod* Praelia, *partes ſunt* belli, *hoc eſt in bello congreſſiones. Vid.* Nonium 5, 61. Liu. 9, 18 Pop. Rom. etſi nullo bello, multis tamen praeliis victus eſt. *Et* 9, 19 Vno praelio victus Alexander bello victus eſſet. *Tamen* Bellum *pro* Praelio *aliquando ponitur.* Salluſt. fragm. In eo bello trecenti milites deſiderati. *Et* Catil. 9, 4 Vindicatum eſt in eos — qui tardius, reuocati, bello exceſſerant. *Plura ad h. l. Cortius. Sic* Varro de L. L. 6, 3 p. 75, 27 Rorarii dicti a rore, qui bellum committebant ante : ideo quod ante rorat, quam pluit. Florus 1, 18, 8 Actum erat, niſi elephanti in ſpectaculum belli procurriſſent. Idem 4, 2, 47 Nec minus admirabilior ille exitus belli. *Loquitur de praelio Pharſalico.* Caeſaris Liuiique exempla ad Polybium notauit Caſaub. p. 120. Iuſtini *exempla pluſcula dabunt Indices Bernegg. aut Vorſt.* Vegetium *plus centum locis ita locutum, notat Stewech. ad* 3, 26. *Adde Giſanii Obſeru. p.* 25 *quare haec ratio loquendi non demum in Hieronymi aetate fuit recepta ; vt animaduertit Scaliger ad Euſeb. Chron. p.* 94. ¶ 3 Bellum *interdum dicitur de Inimicitiis, et Actione ciuili v. g.* Liu. 3, 24 pr. *et* cap. 25 pr. Belli, *Genitiuus aliquando ponitur inſtar Aduerbii.* Cic. Off. 2 c. 24 Praeterea quibuscunque rebus vel domi vel belli poterunt, Remp. augeant imperio, agris, vectigalibus. *Vid.* Domi *in* DOMVS, *et mox* n. 4 Acta. *Sed* Vell. 1, 12, 3 Omnibus belli ac togae dotibus eminentiſſimus ſui ſaeculi P. Scipio Aemilianus. Belli *vocabulo, Milites, et quae ad bellum pertinent omnia, complexus eſt* Ouid. Met. 11, 24 Permanent Aoniis Nereus violentus in vndis, Bellaque non transfert. *i. e. Maris tempeſtas traiicere Graecos in Aſiam non patitur. Sic* Sil. 7, 472 Sed victae fera bella deae vexere per aequor, Atque exciſa ſuo pariter cum iudice Troia eſt. Bellum ſine hoſte, *Ciuile bellum vocat* Lucan. 1, 677. ¶ 4 *Nominibus iungitur his :* Acta belli domuſque Ouid. Met. 12, 186. Acuta belli *i. pericula* Hor. Od. 4, 4 *extr.* Adiutor belli, *vid.* ADIVTOR. Aeſtus belli commouere Lucret. 5, 1434. Belli gerendi ſumma Alacritas et cupiditas innata Caeſ. B. G. 1, 41. Altrix bellorum tellus Sil. 1, 218 *Numidia.* Stat. Silu. 5, 2, 47 Ille fecundus apex bellorum. *De Bolano, duce et capite.* Aſperrima ſtudiis belli gens Virg. Aen. 1, 14. Auida mens belli Ouid. Epiſt. 7, 153. Auctor temerarius belli Ouid. Met. 5, 8. Caligo belli Stat. Theb. 8, 502 *vocat, ille belli tumultus, quo quid agendum cuique ſit, nemo videt, nec amicus amicum, nec fratrem frater agnoſcit.* Caſum belli metuens Cic. pro Sext. 12. Cauſae bellorum Tacit. Hiſt. 4, 19. Celeritas belli Cic. Philipp. 5, 2. Certamina belli Lucret. 2, 5. Commercia belli, *vid.* COMMERCIVM. Communis belli Mars, *vid.* COMMVNIS. Concitores belli Tacit. Ann. 4, 28, 2. Confector belli Cic. Fam. 10, 20. Contentione belli magna ſuperare Cic. pro Sext. 58. Cupiditas Caeſ. B. G. 1, 41. Durus bello, *i. Fortis et infractus* Virg. Georg. 2, 170. Egregia bello gens Virg. Aen. 1, 445. Euentus belli varii Idem ibid. 10, 160. Nusquam minus quam in bello Euentus reſpondet Liu. 30, 30. Exanimata bello pectora Stat. Theb. 4, 760. *i. Timore belli.*

*belli.* Exercitatus Nep. 15, 5, 4. Exitus ſecundi belli Hor. Carm. 4, 14, 38. Expers belli Ouid. Met. 5, 91 *Immunis a bello.* Expertus belli, *cui opponitur* Subitus miles Tacit. Hiſt. 4, 76. Expertus bello et armis Virg. Aen. 7, 235. Expertus bellis Tacit. in Vita Agric. 41. Extinctor belli Cic. de Aruſp. Reſp. 49. Ferox bello, et ad vim paratus Ouid. Met. 11, 294. Feſſus bellis Stat. Silu. 1, 1, 23. Fortuna belli pendet Ouid. Met. 8, 12. Fortuna belli ſemper ancipiti in loco eſt Sen. Theb. 629. Fracti bello ductores Danaum Virg. Aen. 2, 14. Fremens bello Italia Id. ibid. 4, 229. Frons bellorum, *Acies exercitus* Stat. Theb. 12, 754. Furioſa bello Thrace Hor. Carm. 2, 16, 5. Grauida bellis vrbs Virg. Aen. 10, 87. Habilis bello aetas Ouid. Amor. 1, 9, 3. Inmunis belli Virg. Aen. 12, 559. *de vrbe non obſeſſa.* Incendia belli Id. ibid. 1, 566. Seruius, Incendia, Vim *interpretatur: Semper enim, inquit,* Diluuio aut Incendio comparatur Bellum. Incerta belli metuere Tacit. Ann. 4, 23. Inclyta bello moenia Virg. Aen. 2, 241. Inexpertus belli Tacit. Hiſt. 1, 8, 1. Inſolens bellorum Id. ibid. 1, 87. Inſuperabiles bello Getuli Virg. Aen. 4, 40. Intractabile bello genus *de Carthaginenſibus* Id. ibid. 1, 339. *i. Inſuperabile, aſperum, ſaeuum.* Seruius. Iura belli Cic. pro Corn. Balb. 47. Lecta bello iuuentus Virg. Aen. 8, 606. *i. Ad bellum.* Magnus bello Virg. Aen. 1, 549. Columel. in Praefat. 1, 17 Vera illa Romuli proles aſſiduis venatibus, nec minus agreſtibus operibus exercitata, firmiſſimis praeualuit corporibus: ac militiam belli, quum res poſtulauit, facile ſuſtinuit, durata pacis laboribus. Modo belli Liu. 38, . . *i. Ritu ſeu more belli.* Nobile bellum. *vid.* NOBILIS. Offenſiones belli. *vid.* OFFENDO. Pericula belli tentare Lucret. 5, 1298. Praeda belli Stat. Theb. 4, 62. Praeſes Mars bellorum Quinctil. 3, 7. Praeſtans bellis, *Virtute bellica* Sil. 5, 92. Regina bellorum virago, *periphraſis Mineruae* Stat. Silu. 4, 5, 23. Reliquiae belli, *Quidquid poſt bellum peractum ſupereſt, et non totum periit* Sil. 15, 541. Rudis belli, *Ignarus* Hor. Epiſt. 2, 2, 47. Nulla ſalus bello Virg. Aen. 11, 362. Sedes belli Liu. 22, . . Tac. H. 1, 65, 4. *et* 3, 32, 4. Simulacra belli ciere. *vid. paullo poſt,* Ciere bella. Spectatus bello Tacit. Ann. 1, 4. Strenuus Nep. 14, 1, 3. Studium ad bella Virg. Georg. 3, 179. *vid. ſupra* Aſperrima. Tacit. Hiſt. 5, 13 Quando impetum et ſubita belli locus abnueret. Summa belli Liu. Decad. 31, . . *it.* Nep. 16, 5, 3. *i. ſummum belli gerendi imperium.* Superbus bello populus Virg. Aen. 1, 21. Superſtes tot bellorum Tacit. Ann. 2, 71. *qui tot bellis ſeruatus eſt.* Id. Germ. 6 Multique ſuperſtites bellorum, infamiam laqueo finierunt. Trepidantia bello corda Virg. Georg. 4, 69. Seruius *interpretatur* Alacritate pugnandi, non timore. Tumultus belli Lucan. 6, 54. Vnius vteri bellum Stat. Theb. 11, 408. *i. duorum inter ſe fratrum.* Vexatus bello Virg. Aen. 4, 615. Vices belli Stat. Theb. 9, 78. Victoria belli Stat. Theb. 12, 8. Victoribus bello ducibus maximus honor datus Quinctil. 2, 16. Virtus bello viuida Virg. Aen. 5, 754.

¶ 5 *Epitheta:* Acerbum bellum Cic. Verr. 3, 45 c. 18. Acre bellum, *vid.* ACER. Ouid. in Ibin 644. Aduerſum bellum Hor. Serm. 1, 7, 11. Aeterna bella gerere Sen. Herc. Fur. 1. Aſpera bella Hor. Epiſt. 2, 1, 7. Ouid. Epiſt. 8, 26. Biluſtre bellum Ouid. Amor. 2, 12, 9. Calamitoſum, *vid. paullo poſt,* Exitiabile, *etc.* Ciuile, *Quod inter ciues geritur* Lucan. 1, 1. Clauſum pectore bellum Sil. 1, 140. *i. Amor belli.* Creperum, *i. Dubium* Lucret. 5, 1295. Crudele et exitioſum Cic. Att. 9, 4. Mithridaticum bellum magnum atque difficile Cic. pro Leg. Man. Diuturnum Id. Verr. 3, 45. Domeſtica et externa Id. de Senect. 12. *Conf.* Id. Cat. 2 c. 13. Dulce bellum inexpertis Veget. de re mil. 3, 12. Duriſſimum Cic. pro Corn. Balbo 5. Exhauſta bella, *i. Finita* Virg. Aen. 4, 14. Seruius. Exitiabile ciuibus, et calamitoſum Cic. Att. 10, 4. Exitioſum. *vid. paullo ante* Crudele, *etc.* Externum. *vid. paullo ante,* Domeſticum, *etc.* Flor. 3, 22. Fera Sil. 7, 472. Finita triumphis Ouid. Met. 15, 747. Finitimum Iuſt. 1, 1, 7. Foedum Cic. Att. 7, 25 Ita perculſa et proſtrata foediſſimo bello iacent omnia. Formidoloſum Cic. in Piſon. 58. Funebre Hor. Epiſt. 1, 19, 49. Furialia Sil. 8, 411. Genialia, *Bella quae geruntur inter conuiuia. Sic Centaurorum et Lapitharum bella vocat* Stat. Achil. 1, 113. Graue et periculoſum bellum Cic. pro Lege Manil. 4. Horrida Virg. Aen. 6, 41. Iuuen. Sat. 14, 242. Horrificum, nefarium, omni imbutum odio bellum inferre Cic. pro Domo 60. Paterc. 2, 104 Sub M. Vinicio immenſum exarſerat bellum: erat et ab eo quibusdam in locis geſtum, quibusdam ſuſtentatum feliciter. Impia bella ciere Stat. Theb. 11, 349. Inania bella gerere Sil. 1, 69. Indomitum Sen. in Agam. 604. Inexpertum *laudatur* Tacit. Ann. 2, 4. *Sed nihil ibi: verum* H. 2, 4, 7 Inexpertus belli labor. Inexpiabilia bella excitare Quinctil. 2, 16. Infandum Stat. Theb. 3, 71. Infauſtum Id. ibid. 6, 87. Ingens Virg. Aen. 1, 279. *et* Sil. 15, 656. Iniuſtum Ouid. Met. 5, 210. Internecinum, *vid.* INTERNECO. Inteſtinum bellum, *ac* Domeſticum Cic. in Catil. 2, 28 c. 13. *i. ciuile.* Iuratum Sil. 11, 145. Lacrimabile Ouid. Met. 8, 44. Lacrimoſum Hor. Carm. 1, 21, 13. Latrantia Claud. in Eutrop. 2, 486. *comparatione quadam Scyllae.* Longinquum Sil. 13, 359. *quod procul a patria geritur.* Longinqua non finitima bella gerebant Iuſtin. 1, . . Longum, *Diu durans* Ouid. Met. 12, 5. Luctuoſum, *vid.* LVGEO. Lugubre Hor. Carm. 2, 1, 33. Magnum bellum Virg. Aen. 2, 193. Magnum et periculoſum bellum Cic. Q. Fratr. 1, 1. Maritimum bellum, *vid. paullo poſt* Nauale, *etc.* Martia Horat. in Arte Poët. 402. Miſerabile Ouid. Epiſt. 13, 51. Mollius bellum gerere, *vid.* MOLLIS. Mortiferum Virg. Aen. 6, 279. Muliebre, *vid.* MVLIER. Naturale quaſi bellum eſt miluo cum coruo Cic. de Nat. Deor. 2, 125. Nauale bellum et maritimum Id. pro Lege Manil. Ouid. de Arte Am. 1, 171. Nep. 2, 2, 3. Neſandum Sil. 17, 495. Nefarium, *vid. paullo ante,* Horrificum, *etc.* Nobile, *Celebre et notum omnibus* Hor. in Arte Poët. 137. Operta, *Clandeſtina* Virg. Georg. 1, 465. Peierans, *Foedifragum* Stat. Silu. 4, 3, 5. *de Annibale.* Pendula Claud. de Bello Gildon. 474. *quae gerunt grues cum Pygmaeis, pendentes nempe in aëre.* Perfida Sil. 15, 819. Periculoſum, *vid. paullo poſt,* Teterrimum, *etc. et paullo ante* Magnum, *etc.* Cic. Att. 8, 22 Video enim quantum id bellum, et quam peſtiferum futurum ſit. Pygmaea Claud. Epigr. 17. Ploranda Stat. Theb. 1, 44. Puerile Stat. Theb. 6, 9. Rapida Claud. in pr. Conſ. Stil. 1, 188. Rediuiua Sil. 10, 257. Saeuum Stat. Theb. 12, 8. Sanguineum Id. Theb. 5, 5. Seruile Cic. pro Lege Manil. . . Spatioſum Ouid. Met. 13, 206. Teterrimum et periculoſiſſimum Cic. Fam. 10, 19. Triſtia Virg. Eclog. 6, 7. Sen. Octau. 6. Trux Valer. Flacc. Argon. 3, 253. Violenta Ouid. Amor. 1, 1, 1. Virgineum *i. Ab Amazonibus virginibus geſtum* Valer. Argon. 5, 132.

¶ 6 *Verba:* Liu. 21, 6 Si Antiochus regno Attali abſtineat, belloque abſiſtat. *Sic* Hor. Serm. 1, 3, 104. *vid.* ABSISTO. Abſoluere bellum Lucan. 2, 250. Abſoluere bello Tacit. Ann. 4, 23. Abſtinere bellum ab aliquo. Abeſſe a bello. *v. ſſ. II.* Accendendo bello acer Tacit. Hiſt. 4, 1. Acceptum bellum prono milite Lucan. 1, 292. *i. Suſceptum milite propenſo ad ea, quae imperator volebat.* Cic. pro Lege Manil. 61 Idem cum Theutonis bellum adminiſtraret, *etc.* Admotum bellum, *vid.* ADMOVEO. Adornare bellum Liu. 10, 38. Cic. de Prouinc. Conſ. 19 Bellum affectum videmus, et vere vt dicam paene confectum. Agere bellum Nep. 23, 8, 3. *vid.* AGO. Ou. A. A. 1, 182. Grat. Cyn. 334. Eutrop. 2, 5. *et* 6, 7. *vid. Gronou. Obſſ.* 1, 3. *et* 4, 14. *it. ad* Liu. 28, 46. Agitare bella Sil. 10, 307. Cic. Fam. 10, 23 Verebar, ne cui obtrectatorum viderer et nimium pertinaciter Lepido offenſus, et mea patientia etiam alere bellum. Apparare bellum, *vid.* APPARO. Arderet Syria bello Cic. Att. 6, 5. Aſſueſcere bella animis Virg. Aen. 6, 338. Attenuatum et imminutum bellum, *vid.* ATTENVO. Cadere in bello Sen. Herc. Fur. 6. Capere bellum, *vid.* CAPIO. Capeſſere bella Sil. 7, 325. Cauponari bellum, *vid.* CAVPONARI. Cedere bellis Lucan. 5, 743. Cenſere bellum Liu. 10, 12 *pr.* Certare bello, *vid.* CERTO. Ciere bella Virg. Aen. 5, 541 Ciere ſimulacra belli Id. ibid. 5, 674. *de exercitatione ſ. meditatione campeſtri.* Cogitare de bello Caeſ. Bell. Gall. . . Coire ad bella Ouid. Met. 9, 42. Committere bellum Flor. 2, 15, 2. Commotum, et confirmatum bellum Cic. Fam. 9, 13. Commouere bellum, *vid.* COMMOVEO. Comparare bellum mari et terra Cic. . . Componere bellum Id. Fam. 1, 11. Nep. 7, 8, 3. *et* 22, 1, 5. Vell. 2, 25, 1. Concidit bellum Tacit. Hiſt. 2, 57. Concipere bella, *eſt cogitare de bello alicui inferendo,* Sil. 1, 109. Concitare bellum, *vid.* CONCITO. Concurrere bello alicui, *i. Contra* Virg. Aen. 10, 8. Seruius. Condere bella Id. Ecl. 6, 7 *eſt deſcribere, et hiſtoriam bellorum componere.* Conficere bellum Tacit. Ann. 2, 41. Cic. Somn. Sc. c. 2. Flor. 2, 15, 2. Confirmatum bellum, *vid. paullo ante* Commotum, *etc.* Conflare bellum *vid.* CONFLO. Conſidunt bella Sil. 16, 219. Conſummatum bellum *vid.* CONSVMMO. Conſurgere ad bellum, *vid.* CONSVRGO. Conſurgit nouum bellum Virg. Aen. 8, 637. Contendere bello cum aliquo Virg. Aen. 4, 108. Contrahere bellum temeritate, *vid.* CONTRAHO. Coortum bellum, et Coortus ad bellum, *vid.* COORIOR. Contractum bellum ex infinito tempore Lucret. 2, 574. Coquere bellum, *vid.* COQVO. Creſcens bellum in ſegetem Claud. de Bell. Get. 26. *de fratribus Cadmeis.* Dare bellum, *Occaſionem belli* Stat. Theb. 12, . . Cic. Philipp. 1, 18 Sertorianum bellum a Senatu priuato da[tum] eſt, *i. mandatum, vt gereret.* Dare operam bellis Ouid. de Rem. Amor. 165. Decernere bellum alicui, *vid.* DECERNO. Decertar[e] agmina bello Stat. Theb. 4, 821. Defendere muros bello Virg. Aen. 9, 511. Delere bellum Cic. de Amicit. 11. Nep. 7, 8, 6. Depelle[re] bellum Cic. Fam. 6, . . Deponere bellum Ouid. Met. 8, 47. Del[i]nere Sall. Iug. c. 83. Dimittere Stat. Theb. 6, 514. Dirimere Vir[g.] Aen. 12, 79. Diſtringi bellis Nep. 23, 13, 2. Ducere aſſidue cum al[i]quo, *i. Gerere, aut In longum ducere* Virg. Aen. 8, 55. Ducere, *p[ro] Extrahere* Tacit. Ann. 12, 29. Cic. Fam. 7, 3. Duplicare Tacit. Hi[ſt.] 4, 53. Eleuare, *i. Minuere et extenuare* Liu. 32, . . Ire in bel[la] Ouid. de Arte Am. 3, 3. Erunt bella, *Gerentur bella* Virg. Ecl. 4, [3]. Neque feris inter ſe bella ſunt, nec, ſi forent, eadem hominem d[e]ceant, placidum proximumque diuino genus Sen. Contr. 9. Tac[it.] Ann. 1, 58 Fama dediti, benigneque excepti Segeſtis vulgata, vt qu[i]busque bellum inuitis aut cupientibus erat, ſpe vel dolore accipit[ur.] *Hoc ſermonis genus Graecis familiare, dicunt enim ἀχθομένοις, aut ἡ[δο]μένοις εἶναι, id eſt inuitis aut lubentibus eſſe, quum ſignificant, moleſt[um] quidquam aut gratum eſſe.* Exardeſcit bellum ſubito Cic. pro Ligar. 3. *vi[d.] mox in* Gerere. *it.* Vell. 2, 75, 1. Excitare Cic. Fam. 6, . . Exped[i]ri ad bellum Tacit. Hiſt. 2, 99. Extendere bellum Sil. 17, 360. *i. Pro[]ducere.* Extinguere Cic. Fam. 10, 25. Facere bellum *alicu[i]* Liu. 1, 38. Nepos 10, 4, 3. *et* 17, 2, 1. Cic. pro Mil. c. 23. *Falſ[.] igitur hanc formam dicendi improbat* Sen. Ep. 114. Facere patriae Ta[]cit. Ann. 3, 18. Fatigare bella Sil. 7, 492 *de Scipione Africano con[]ciente bellum Punicum.* Ferre bella, *Mouere, aut inferre* Ouid. Epi[ſt.] 8, 26. Flagrare bellum Liu. de Bell. Pun. . . Fraudari bellum ſa[n]guine *dicitur, quum ſine hominum clade et cruento exitu, perficitur* L[u]can. 2, 305. Fugere Sen. in Troad. 4. Virg. Georg. 4, 561 Cae[ſar] dum magnus ad altum Fulminat Euphraten bello. Gerere cum aliq[uo] Id. Aen. 1, 47. Cic. Fam. 1, 2, 22. *i. aduerſus aliquem. Sed* Quod Ch[a]brias aduerſum regem bellum gereret cum Aegyptiis Nep. 12, 3, 1. *in ſocietate Aegyptiorum.* Immenſum Exarſerat bellum: erat et ab [eo] quibusdam in locis Geſtum, quibusdam in locis Suſtentatum felicit[er] Vell. 2, 104, 2. *vbi* gerere *eſt offenſiue agere;* ſuſtentare *defenſiue ag[e]re, vt nunc loquuntur.* Gerere et conficere Cic. pro Corn. Balb. 4[.] Geſta et conſummata bella, *vid.* CONSVMMO. Glomerare manum be[l]lo Virg. Aen. 3, 315. Cic. Philipp. 5, 26 Bellum quod ab opinio[ne] plerumque et fama gubernatur. Id. de Lege Agr. 2, 14 Bellum hab[et] neſcio quod ſuſceptum Conſulatus cum Tribunatu. Imbutum odi[o] bellum, *vid.* IMBVO. Imminet bellum ab Tarquiniis, *vid.* IMMINEO. Imminutum bellum, *vid. paullo ante* Attenuatum, *etc.* Imp[o]nere finem bello Ouid. Met. 8, 68. Impulſum bellum, *vid.* IMPELL[O.] Incendere aliquem bello, *i. belli cupidine inflammare, aut ad bellum in[]citare* Stat. Theb. 3, . . . Inchoare bellum Cic. de Prou. Conſ. 15[.] Incidit illis bellum, *Bellum inter eos obortum eſt* Hor. Serm. 1, 7, 16[.] Incipere bellum Salluſt. in Catil. Incumbere ad, vel in bellum, [vid.] INCVMBO. Incutere bellum Hor. Serm. 2, 1, 39. Indicere bellu[m] alicui Ouid. Met. 6, 92. Indicendi belli *apud Romanos ritus, vid.* Li[u.] 1, 32. 33, 46. Indicere bellum philoſophiae Cic. de Orat. 2, 155. In[]dicere bellum nefarium Id. pro Deiot. 30. Indicere atque infer[re] Id. Verr. 1, 79 c. 31. Indicere bellum ventri, *Ieiunare ſignificat ap[ud]* Hor. Serm. 1, 5, 8. Indicere bellum voluptatibus, aut ſibi, *vid.* IND[I]CO. Inferre Virg. Aen. 3, 248. Inflammare Cic. Fam. 11, 12. Ini[re] Liu. 4, . . Inire conſilium de bello Caeſ. de Bell. Gall. 7, 1. Inſiſt[ere] in bellum totus et mente et animo, *vid.* INSISTO. Inſtans bellu[m] *vid.* INSTO. Inſtaurare bellum, *vid.* INSTAVRO. Cic. de Lege A[gr.] 2, 76 Vrbs quae facere atque inſtruere bellum poſſit. Integrare St[at.] Theb. 8, 656. Intendere in aliquem, *vid.* INTENDO. Intendere a[ni]mum ad bellum Salluſt. in Iugurth. Inuadere bellum, *vid.* INVAD[O.] Inuolutum bellum, *vid.* INVOLVO. Iubere *eſt populi Rom.* Liu. [] 12 *pr.* Laceſſere bello Cic. pro Lege Manil. 23 c. 9. Mandare b[el]lum Liu. 5, . . *i. committere gerendum magiſtratui.* Minari Virg. A[en.] 3, 540. Minitari Quinctil. 3, 8. Moliri, *vid.* MOLIOR. Mou[ere] Virg. Georg. 1, 509. Hor. Carm. 4, 1, 2 Intermiſſa Venus diu Rurſ[us] bella moues. Mutare bellum pro pace, *vid.* MVTO. Nata gens b[el]lis et ad bella, *vid.* NASCOR. Nauare bellum alicui Tacit. Hiſt.

5. *i. in eius gratiam gerere.* Obiectare bello corpora Virg. Georg. 4, 18. Obire bellum Tacit. Ann. 3, 34. Obortum bellum, *vid.* OBORIOR. Obruti bellis longinquis Plin. 7, 54. Opprimere bello, *it.* Opprimere bellum exortum, *vid.* OPPRIMO. Ortum et patratum bellum Tacit. Ann. 3, 47. Oſtendere bellum, *vid.* OSTENDO. Parare Ouid. Met. 7, 456. Quinct. 12, 3, 5. Parta bello Id. 5, 10. Paſcere bellum, *vid. paullo ante* Longinquum bellum. Patrare, *i. Conficere et debellare* Tacit. Ann. 2, 26. Sall. Iug. c. 21. Paueſcere Tacit. Ann. 1, 4. Flor. , 15 pr. *Conf.* Quinctil. 8, 3, 44. Pendet belli fortuna Ouid. Met. , 12. Pendet ex vna origine bellum Idem Met. 1, 186. Perficere Liu. 22, 38. *vbi conf. Gronou.* Perpetrato bello, *vid.* PERPETRO. Perrumpere bellum, *i. Vincere. Laudatur* Sen. Agam. 604. *Sed aliter accidendum, vt ſit* Perrumpet omne ſeruitium. Perſequi aliquem bello, *vid.* PERSEQVOR. Petere bella, Aggredi bella Sil. 15, 492. Petere aliquem bello Virgil. Aen. 3, 603. Ponere bellum, Poſitum bellum Idem Aen. 1, 291. Portare bellum Id. ibid. 3, 539. *i. denuntiare, augurari.* Praeficere bello Caeſ. de Bell. Gall. 5, . . . Premi bello Idem B. G. 4, 1. Prodit bellum Ouid. Met. 1, 142. *i. exſiſtit, oritur.* Profligare bellum Tacit. Hiſt. 2, 4. Flor. 2, 15, 2. Prolatare Tac. Ann. 13, 34. Promittere Stat. Theb. 3, 390. Prorogare Cic. Philipp. 12, 13 c. 6. Liu. 1, . . Tamen quum moenibus bellum propulſare poſſet, *etc.* Pugnata bella Horat. Carm. , 19, 4. *et* Epiſt. 1, 16, 25. Quaerere belli conſilia Caeſ. Bell. Gall. , 47. Recipere ſeſe ad belli cogitationem Idem Bell. Ciuil. 3, 17. Redintegrare bellum Cic. Fam. 11, 9. Redit bellum Liu. 3, . . . Renaſcitur bellum Cic. Fam. 11, 14. Renouare belli conſilia Hirt. Caeſ. Bell. Gall. 8, 1. Renouare bellum Cic. Fam. 12, 8. Repellere bella Ouid. Triſt. 3, 10, 8. Repens bellum Liu. 10, . . . Reſedit bellum, *i. acquieuit* Hor. Carm. 3, 3, 30. Reſtinguere Cic. Fam. 11, 12. Ruere in bella Virgil. Aen. 7, 782. Seneſcit bellum Liu. 28, . . Paterc. 2, 75 Sepultum atque diſcuſſum eſt bellum. 89, 3 Finita viceſimo anno bella ciuilia, ſepulta externa, reuocata pax. Tacit. Ann. 2, 21 Ex bellis bella ſeruntur. *Add.* Liu. 31, 6. Struere Cic. Att. 9, 11. Suadere Ouid. Faſt. 6, 86. Subacti bello Troiugenae Lucret. 1, 465. Subigere bello Liu. 42, . . Sumere bellum Tacit. Hiſt. 3, 43. Omne bellum ſumi facile, caeterum aegerrime deſinere; non in eiusdem poteſtate initium et finem eſſe Salluſt. Iugurth. c. 83. Sumere bellum pro aliquo Ouid. Epiſt. 15, 73, *al.* Ferrum. Surgunt bella, Surgentia bella Virgil. Aen. 4, 43. Cic. pro Syll. 28 Quare non ſum neſcius, quanto periculo viuam in tanta multitudine improborum, quum mihi vni cum omnibus improbis aeternum videam bellum eſſe ſuſceptum. Suſcipere bellum cum aliquo Ouid. Met. 14, 451. Suſcitare Cic. Fam. 11, 3. Suſtentare Vell. 2, 104. *Locum damus in* Bellum gerere. Tentare irrita bella Sen. Herc. fur. 820. Tentari bellis Ouid. Epiſt. 7, 121. Trahere bellum Tacit. Ann. 5, 1. Virgil. Aen. 5, 623 O miſerae, quas non manus Achaica Bello Traxerit ad letum! Tument bella Ouid. Epiſt. 7, 121. *quoniam Hiarbas bellum Carthaginenſibus minabatur. Sic* Paterc. 2, 15, 2 Mors Druſi, iampridem tumeſcens bellum excitauit Italicum. Venire bello ad moenia alicuius Virg. Aen. 2, 193. Cic. Verr. 3, 47 Nam quum quadriennio poſt in Siciliam veniſſem, ſic mihi affecta viſa eſt, vt hae terrae, in quibus bellum acerbum diuturnumque verſatum eſt. Vincere bello Lucan. 1, 145. Vnguentem bello Nilum vocat Virgil. Georg. 3, 28. tanquam non vndas, ſed bella portantem, *vt adnotat* Seruius.

BELLICVS. Adi. [πολεμικὸς] *Vt*, Columella Feſt. *voce* Belna. *v. v.* Corona bellica, *Quae bellatoribus victoribus dabatur* Plin. , 4. Deus bellicus, *Romulus* Ouid. Faſt. 2, 478. Dea bellica, *Pallas* Idem Faſt. 3, 814. Diſciplina Cic. Natur. Deor. 2, 161 c. 64. Equus Propert. 4, 4, 14. Haſta Ouid. Amor. 2, 3, 8. Laus Sen. in Troad. 769. Cic. in Brut. 84 Bellica laude aſpirare ad Africanum nemo poteſt. Caeſ. Bell. Gall. 6, 24 Quae gens ſummam habet — bellicae laudis opinionem. Manus Lucan. ad Piſon. Nauis Properf. 2, 15, 43. Horat. Carm. 4, 3, 6 Neque Res bellica Deliis Ornatum foliis ducem clarabit, *i. bellum et res feliciter geſtae.* Virtus Cic. pro Muraen. 22 c. 10. Virtutis bellicae annulus inſigne Plin. , 1. ¶ 2 Bellicum, *ſubſt.* Soni nomen, *vt ait* Seruius. Inde Bellicum canere, eſt Sono tubae ad praelium milites excitare, accendere, vt praelium ineant. Liu. 35, 18 A Macedonia Philippum, vbi primum bellicum cani audiuiſſet, arma capturum: noſſe ſe ſpiritus eius, noſſe animum. Apul. de Mundo p. 71, 37 Cum tuba bellicum cecinit, milites clangore incenſi, alius accingitur gladio, *etc. Per translationem* Cic. in Orat. 39 c. 12 Alter incitatior fertur, et de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum. Idem pro Muraen. c. 14 Omnia iſta nobis ſtudia de manibus excutiuntur, ſimulatque aliquis motus nouus bellicum canere coepit. *Add.* Iuſt. 12, 15, 11. Bellicum canere, *per metaphoram, pro eo, quod eſt Animare, ſiue excitare diſſidium.* Id. Philipp. 7, 3 c. 1 Itaque iidem, quaſi prouidi ciues et Senatores diligentes, bellicum me ceciniſſe dicunt.

BELLICOSVS. [ἄρειος, πολεμιςήριος] *Ferox.* Sall. in Iugurth. , 12 Libyes, quam Getuli minus bellicoſi erant. *Sic* Bellicoſus rex Liu. 1, . . Dalmatae ſemper habiti ſunt bellicoſi Cic. Fam. 5, 11. *Add.* Horat. Od. 2, 11, 1. Annus bellicoſior Liu. 10, 9. Quod multo bellicoſius fuerit Idem 9, 6. Ciuitas Id. 1, . . Gentes bellicoſiſſimae Nep. 22, 4, 1. *et* Caeſ. B. G. 4, 1. Natio bellicoſiſſima Cic. pro Lege Manil. c. 10. Prouinciae Caeſ. B. Ciu. 1, 85.

BELLICOSE, ius, iſſime. [πολεμικῶς] Liu. 9, 6 Cepiſſe enim eos non Romam, ſicut ante Gallos: ſed quod multo bellicoſius fuerit, Romanam virtutem ferociamque.

BELLICREPA, ae. f. [πολεμόκροτος] Feſtus, Bellicrepam ſaltationem dicebant, Quando cum armis ſaltabant, quod a Romulo inſtitutum eſt, ne ſimile pateretur, quod fecerat ipſe, quum a ludis Sabinorum virgines rapuit. *Vid.* Pyrrhicha.

BELLIFER, ĕra, ĕrum. [δαίφρος] *Idem, quod* Bellicoſus. Claudian. in Eutrop. 1, 429 — quid belliferam communibus vrunt aliam maculis?

BELLIGER. Adiect. [πολεμοφόρος] *Idem.* Stat. Achil. 1, 504 Belligerum ceu numen amant. *Martis deſcriptio.* Acies belligerae Idem Theb. 12, 717. Gentes Ouid. Triſt. 3, 11, 13. Belliger innuit iras Hannibal Sil. 1, 38. Haſta Martial. 5, 25. Labores Valer. Argon. 5, 617. Manus Ouid. de Arte Am. 2, 672. Mens Sil. 3, 2. Ritus belligeri degener, *qui belli mores, aut laborem et aſperitatem militiae ferre non conſueuit* Sil. 7, 292. Tropaeis belligeris annumerare Stat. Theb. 10, 28.

BELLIGERO, āre. [πολεμέω] *Bellare.* Ennius *apud* Cic. Off. 1, 38 Nec cauponantes bellum, ſed belligerantes. Belligerant Aetoli cum Aulide Plaut. Capt. 1, 1, 25. Aduerſus accolas Tacit. Ann. 4, 46, 2. Belligerare cum genio ſuo Plaut. Truc. 1, 2, 80. Cic. Poſt red. ad Quir. 19 Non ſolum cum iis, qui haec delere voluiſſent, ſed etiam cum fortuna belligerandum fuit. Idem pro Font. 26 c. 12 Excitandus erit nobis ab inferis C. Marius, qui Induciomaro iſti minaci atque arroganti, par in belligerando eſſe poſſit.

BELLĪGĔROR, āri. *Forma deponentis.* Hygin. Fab. 274 Belus Neptuni filius gladio belligeratus eſt.

BELLIGERĀTOR, ōris. m. Gloſſ. Vet. Belligerator, πολεμάρχης. Venantius vita Martini 3, 369 Belligeratori valeat, ne femina iungi. Auienus Perieg. v. 55 Belligeratores nutrit tellus Arimaſpas. Idem v. 583 — Attica tellus Belligeratorum genetrix memoranda virorum.

BELLIPŎTENS. Adi. [πολεμοκράτωρ] *Qui bello pollet.* Ennius *apud* Cic. de Diuin. 2, 116 c. 56 Aeacidae bellipotentes ſunt magis, quam ſapientipotentes. Diua bellipotens, Pallas Stat. Theb. 2, 716. Magnus bellipotens Virgil. Aen. 11, 8. *i. Mars, eſtque hoc loco ſubſtantiue poſitum. Add.* Flacc. Argon. 1, 529. Tertull. cont. Iud. c. 9. Firmic. p. 27.

BELLĬSŎNVS, a, um. Paul. Nolan. 8. Nat. Fel. v. 423.

BELLŌSVS. [μαχιμὸς] *Vetuſtum eſt nomen, idem ſignificans, quod Bellicoſus.* Caecil. *apud* Non. 2, 96 Tantum bellum ſuſcitare conari aduerſarios contra belloſum genus.

BELLO, āre. [πολεμίζω] *Bellum gerere, it. pugnare.* Cic. pro Lege Manil. 32 c. 12 Fuit proprium pop. Roman. longe a domo bellare. Mihi neceſſe fuit aduerſum patrem tuum bellare Nep. 2, 9, 2. Cic. de Senect. 5 Quid enim eſt aliud gigantum more bellare cum diis, niſi naturae repugnare? *Conf.* Nep. 20, 2, 3. Cic. pro Arch. c. 11. Bellare alicui, *i. Contra aliquem* Stat. Theb. 8, 506. Bellare de re aliqua Tacit. Ann. 14, 35. Caeſtu bellare Stat. Theb. 6, 826. Enſe bellare Sil. 3, 235. Manu bellare Idem 8, 498. Acies bellant, *vid.* ACIES. Aſtu bellandum eſt Sil. 5, 100. ¶ 2 Pictis bellantur Amazones armis, *pro* Bellant, *dixit* Virgil. Aen. 11, 660, *vbi* Seruius, Nam ſolent verba pro verbis poni. Vnde nunc paſſiuam declinationem ſub actiua poſuit ſignificatione. *Idem placet* Non. 7, 32. Liu. 1, 38 *extr.* Hoc bellum a COSS. bellatum, quidam auctores ſunt. Nepos 9, 2, 2 Aliquem bellatum mittere.

BELLANS, antis. Hirt. Bell. Afric. cap. 61 Gaudium bellantibus Fortuna tribuit. Hor. Carm. ſaec. v. 51 Bellante prior, iacentem lenis in hoſtem.

BELLATOR, ōris. m. [πολεμιςής, μάχιμος] *Qui bellum gerit, vel qui longa belli exercitatione praeſtat et excellit.* Nec Graeci terra, nec Romanus mari bellator erat Liu. 7, 26 *extr.* Virgil. Aen. 12, 614 Interea extremo bellator in aequore Turnus. Cic. Tuſc. 4, 42 Nec vero de bellatoribus ſolum diſputant, *etc.* Bellator bellet Ouid. de Arte Am. 3, 359. Deus Virgil. Aen. 9, 722. *i. Mars.* Enſis bellator Sil. 13, 376. Equus, Per quem bellum geritur, *vt ait* Seruius Virgil. Georg. 2, 145. *et* Aen. 10, 891. Felix bellator Claudian. in ſec. Conſ. Stil. 12. Meri bellatores, *vid.* MERVS. Seueri bellatores Claud. in ſec. Conſ. Hon. 421. *Conf. Brouckh. ad* Tibull. 1, 11, 46. *et Burm. ad* Quinct. Decl. 306 p. 595.

BELLATORIVS, a, um. [πολεμιςικὸς] Plin. Epiſt. 7, 9 Et quaſi bellatorium ſtylum ſuaſerim. Ammian. 23, 5 Bellatoria iumenta.

BELĀTRIX, īcis. f. [πολεμιςὶς] *Femina bellicoſa. V. g.* Virg. Aen. 1, 493 Aurea ſubnectens exertae cingula mammae Bellatrix. *De Pentheſilea Amazonum regina.* Barbara Prudent. Pſychom. 133. Bellua Sil. 9, 577. *i. armatus elephas.* Cohors bellatrix Stat. Theb. 6, 262. Diua bellatrix, *Pallas* Ouid. Triſt. 1, 5, 76. Iracundia bellatrix Cic. Tuſc. 4, 53 c. 24. Triremis bellatrix Claud. in ſec. Conſ. Hon. 135.

BELLAX, ācis. *Bellicoſus.* Bellaci confiſus gente Lucan. 4, 406.

BELLVS, *vid.* BONVS.

BELLVTVS. Eſt Belluae ſimilis, *vt ait* Feſtus. Gl. Iſid. Belluus moribus Belluarum. Belutus Siciniorum *cognomen.*

BELO, āre. *Pro* balare *dicebant veteres Latini, teſte* Varrone de R. R. 2, 1, 7, *cuius verba damus in* BELA.

BELOĀCOS, *et* BELOTŎCOS. *Herba, al. Dictamnus.* Apul. de Herb. cap. 62.

BELOCVLVS, *vid. mox* BELI OCVLVS, *in* BELVS.

BĔLŎNE, es. f. [Βελόνη] *Piſcis eſt, qui Latino nomine dicitur* Acus, *nomine a tenui, recta et oblonga figura deducto, qualem fere in acu cernimus.* Plin. 9, 51 Acus, ſiue belone, vnus piſcium, dehiſcente propter multitudinem vtero, parit: a partu coaleſcit vulnus, quod et in caeciliis ſerpentibus tradunt. *Conf.* Plin. 32, 7 *et* 11.

BELOS. [βέλος] *Latine dicitur* Telum. Caius de Verborum ſignificatione. Quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant: eoque nomine vulgo quidem Id ſignificatur, quod ab arcu mittitur.

BELVA, *vid.* BELLVA.

BELVS, [Βῆλος] *ex* בעל Bel, Beel, Baal, *ductum, et diuinae et regiae venerationis nomen, quibusdam Aegypti, Aſſyriae, et Phoenices regibus proprium.* ¶ 2 Belus *Gemma eſt*, vitrea ſpecie, magnitudine nucis iuglandis, in Arbelis naſcens, *vt ex Democriti ſententia refert* Plin. 37, 10 f. 55. *Sed diuerſa* ¶ 3 Beli oculus, *de qua* Plin. ibidem, Beli oculus albicans pupillam cingit nigram, e medio aureo fulgore lucentem. Haec propter ſpeciem ſacratiſſimo Aſſyriorum Deo dicatur. *Conf.* Perizon. Orig. Babyl. c. 5 et 7.

BELIAS, ădis. f. *Beli Aegyptii neptis, Danai filia.* Sen. Herc. Oet. 960 Stricto cruenta Belias ferro ſtetit. *Gronou. malit*, Belis *et etc.*

BELĪDES. [Βηλίδης] *Patronym. maſc.* Stat. Theb. 6, 291 Belidae fratres *Danaus et Aegyptus*, *Beli Aegyptii filii.* Virgil. Aen. 2, 81 — ſi forte tuas peruenit ad aures Belidae nomen Palamedis, *i.* Septimo gradu originem ducentis a Belo. *(Aegyptio)* Seruius. *Sed* Sil. 1, 75, *a Belo Phoenicio Didonis patre ducitur.*

BĒLIS, ĭdis. [Βηλὶς] *Patronym. fem. Pl.* Belĭdes, *Beli Aegyptii neptes, quae et Danaides, a patre Danao.* Ouid. Met. 4, 462 Moliri que ſuis letum patruelibus auſae, Aſſidue repetunt, quas perdant Belides vndas.

## B E N

BĒNĀCVS. [Βήνακος] *Lacus Venetiae.* Modum priorum Syllabarum docet Virg. Aen. 10, 206 Quos patre Benaco velatus arundine glauca Mincius. *Et* Georg. 2, 160 Teque, Fluctibus et fremitu aſſurgens Benace marino.

BENDIS, *vt ſcribit Heſychius, lingua Thracum Diana appellatur, vnde et* Bendidia *eius feriae Athenis vocabantur. Nam eius ſacra e Thracia aſcita Athenienſes receperant, illiſque feriis diſſeruit in Piraeeo de optimo Reipublicae ſtatu Socrates, vt a Platone refertur. Hinc* Liu. 38, 41 Romanorum primum agmen extra ſaltum circa templum BENDIDIVM.

BENE, BENEDICO, BENEFACIO, BENEFICIARIVS, BENEFICIVM, *vid.* Bene, *in* BONVS.

BENNA. [βέννα] Lingua Gallica Vehiculi genus appellatur: vnde vocantur Combennones, in eadem benna ſedentes. *Haec* Feſtus. Cato de R. R. 23, 1 Bennae emantur: oleae caducae ſaliantur. *Scheffer. de re vehic. 2, 21. oſtendit, corbem proprie eſſe* Bennam, *plauſtro deinde impoſitam, vel ciſtam vitilem: et pro* emantur *in Catonis l. c. legendum coniicit* vicantur.

BENNARIVS, a, um. Gloſſ. Lat. Gr. Bennarius, σκηνάρχης.

BEO, āre, *vid.* BEATVS.

## B E R

BERBEX, ēcis. m. *Antique pro* Veruex. Gloſſae πρόβατον, berbex. *Hinc pro Homine ſtupido* Petron. cap. 57 Quid rides berbex? *Vid.* ibi Burmann. *et* Salmaſ. ad Vopiſc. Aurel. cap. vlt. VERBEC. *et* VERB. *aliquoties eſt in inſcriptionibus fratrum arualium, ab Vrſino, Grutero (p. 121) et me (ſub Catone de R. R.) publicatis.*

BERBECVLVS. Diminut. *Reineſ. in Schol. ad* Petron. Fragm. Trag. cap. 37.

BERECYNTVS. [Βερέκυντος] *Mons Phrygiae eſt, et nomen oppidi, in quo mater Deûm Cybele priſcorum ritu colebatur: vnde* Berecyntia *dicta eſt.* Plin. 5, 29. *itemque* 16, 15 ſ. 28 Berecyntium tractum *nominat, et Cariae adſcribit.* Montem Phrygiae *vocat* Seru. ad Aen. 9, 82. *vbi etiam* ſine adſpiratione ſcribendum *monet.* Caſtellum *autem dicit* ad 6, 785.

BERECYNTIVS. Adi. [Βερεκύντιος] *Vt,* Cornu Berecyntium, Horat. Carm. 1, 18, 13. *quo excitantur ad furorem Cybeles Berecyntiae ſacerdotes.* Tibia Berecyntia Idem Carm. 3, 19, 18, *quae in ſacris Berecyntiae Cybeles adhibetur. Vel forte* Buxea. *In* Berecyntio enim tractu plurima eſt buxus Plin. 16, 16 ſ. 28. *Add.* Virgil. Aen. 9, 619 Tympana vos buxusque vocant Berecyntia matris Idaeae. Idem Aen. 9, 82 Ipſa Deûm fertur genetrix Berecyntia magnum Vocibus his affata Iouem. *Et* 6, 785 Qualis Berecyntia mater Inuehitur curru Phrygias turrita per vrbes, *etc.* *Add.* Stat. Theb. 4, 782.

BERECYNTIĂCVS. *Aliud* Adi. *Vt,* Berecyntiacus ſacerdos Prudent. adu. Symmach. 2, 51.

BERECYNTIĂDES, ae. *Patronym.* Ouid. in Ibin 508 Venator Berecyntiades.

BERENĪCE, *vel* BERONICE, es. f. [Βερενίκη] *Aliquot Aegypti reginarum nomen: hic ponendum propter ſidus.* Coma Berenices *dictum, circa Leonis caudam, de quo eſt elegantiſſimum carmen* Catulli 64, *quo* ἀποθέωσιν, *ſ. relationem in ſidera illius deſcribit. Hinc*

BERENICĒVS. Adi. [Βερενίκειος] Catul. 64, 1 E Bereniceo vertice caeſariem.

BERENĪCIS, idis. [Βερενικίς] *Tractus Africae Cyrenaicae, qui eſt circa* Berenicem *vrbem.* Lucan. 9, 523

— nam quidquid puluere ſicco
Separat ardentem tepida Berenicida Lepti,
Ignorat frondes.

BERGIOS, *et* Albion, *vid. ſupra* ALBION.

BERILLVS, *vid.* BERYLLVS.

BĒRĪNVS, a, um. *A colore, qui* Berus, Birrus, *vel* Burrus *dicitur, legunt quidam* Berinum veſtimentum Plaut. Epid. 2, 2, 49. *vbi editur* Melinum.

BĒRO, onis. *Saccus, qua dictione ſunt, qui putent vſum fuiſſe* Alfenum in l. 31 In nauem D. Locat. *vbi alii legunt* Centonibus, *alii* Peronibus, *alii* Heronibus, *vel quod veriſſimum,* Aeronibus. *Sic ſunt, qui legant* Plin. 36, 14 ſ. 21 *de templo Epheſiae Dianae,* Id conſequutus eſt architectus ille beronibus arena plenis. *Verum hic etiam recte reſtitutum eſt ab Harduino,* Aeronibus *v. v.*

BEROË. [Βερόη] *Semeles matris Bacchi nutrix.* Ouid. Met. 3, 278 Ipſaque erat Beroë Semeles Epidauria nutrix. Beroë *coniux* Dorycli *apud* Virgil. Aen. 5, 620. Beroë, *nympha Penei, filia Oceani, Soror Cliûs.* Virgil. Georg. 4, 341.

BERONICE, *vid.* BERENICE.

BERVLA, ae. f. Herba, Graece Cardamine dicta Marc. Emp. cap. 36.

BERYLLVS, i. m. *et* f. [βήρυλλος] *Lapis pallidus tranſparens.* Plin. 37, 5 ſ. 20. *cum de Smaragdis dixiſſet,* Eandem multis naturam, aut certe ſimilem habere Berylli videntur. India eos gignit, raro alibi repertos. Poliuntur omnes ſexangula figura artificum ingeniis: quoniam hebeſcunt, ni color ſurdus repercuſſu angulorum excitetur. Aliter enim politi non habent fulgorem eundem. Probatiſſimi ſunt ex iis, qui viriditatem puri maris imitantur. Proximi, qui vocantur chryſoberylli, et ſunt paullo pallidiores, ſed in aureum colorem exeunte fulgore. Curtius 9, 1, 30 Baculum berylli diſtinguebant. *Primam ſyll. longam habet* Propert. 4, 7, 9 Et ſolitum digito Beryllon adederat ignis. *Et* Iuuen. Sat. 5, 38 Heliadum cruſtas et inaequales Beryllo Virro tenet phialas. *Eandem corripit* Prudent. Pſych. v. 855 Hinc ſibi Sapphirum ſociauerat, inde Beryllum.

BERȲTVS, *ſiue* BERYTOS. [Βήρυτος] *Nobilis ob ſcholam praeſertim ICtorum, Phoeniciae vrbs, de qua hoc ſolum nobis obſeruandum, penultimam tutius produci, auctoritate Dionyſii Periegetae* v. 911, *et interpretis illius* Priſciani 853 Antiquamque Tyrum, Beryti et moenia gratae.

BERYTIVS, a, um. *Vt,* Vinum Berytium Plin. 14, 7. Vua Berytia Idem 15, 17.

## B E S

BES, *ſiue* BESSIS, is. m. [δίμοιρον,] Vitruu. 3, 1. *Vnciae octo, ſiue duo trientes Aſſis.* Feſtus. Bes appellatus eſt, quod bis triens ſit: quamuis dura compoſitio fiat beſſis ex triente. Beſſis, vnciae octo: triens, quatuor. *Hactenus* Feſtus. Varro L. L. 4, 36 Bes vt olim Des, demto triente. Cic. Att. 4, 14 Foenus ex triente Id. Quint. factum erat beſſibus. Plin. 18, 11 Graeci in binos ſemodios farinae, ſatis eſſe beſſes fermenti conſtituere. Pondo bes, *ſaepe apud* Scribonium. Bes *in dimenſione agrorum* Columel. 5, 1. Bes, *Octo cyathorum menſura, qui plene vocatur* Sextarii bes Scribon. 126. Martial. 11, 37 Quincunces et ſex cyathos beſſemque bibamus, Caius v fiat Iulius et Proculus. *Vid.* BIBERE NOMEN. Beſſes vſurae, *Iuris conſultis dicuntur, quum acceptis centum,* Beſſes menſtrui, *ſ. poſt an*num Aſſes *octo praeſtantur. Sic* l. Eos, qui per exceptionem. §. ſupe vſurarum. C. de vſuris. *Vid. quae ſupra de* Aſſis *diuiſione, et applicatione ad vſuras dicta ſunt.*

BESSĀLIS, e. Adi. [διμοιριαῖος] *Quod beſſem habet, vel valet* Vitruu. 5, 10 Supraque laterculis beſſalibus pilae ſtruantur, ita depo ſitae, vt bipedales tegulae poſſint ſupra eſſe collocatae. Idem 7, . Beſſales *dixit* laterculos, *qui octo pollicum longitudinem habent.* Comul beſſalis Petron. 58, *ad longitudinem refertur octo digitorum, quae ſun pedis vnciae.* Scutula beſſalis Martial. 8, 71.

BESSI. [Βέσσοι] *Populi ſunt Thraciae ad Strymonem, magna e parte Haemum incolentes montem, latrociniis inſignes, vt ait Strabo lib. 7* Cic. in Piſon. 84 Tibi magna praeſidia et auxilia a Beſſis, peditu equitumque polliceretur. *Hinc* Beſſi immanes Valer. Argon. 2, 231 Claudian. Conſ. Mal. Theod. 41 *de aurariis Thraciae,* Quidquid luc procul venas rimata ſequaces Abdita pallentis fodit ſolertia Beſſi. *De feritate* Beſſorum Ouid. Triſt. 3, 10, 5. *et* 4, 1, 67. *De calliditate in agendis cuniculis ex illa metalli fodiendi ſolertia* Veget. R. Mil. 2, 11 *et* 4, 24.

BESSĬCVS. Adi. [Βεσσικός] Cic. in Piſon. 84 Idemque tu Rabo centum Beſſicae gentis principem, quum te trecentis talentis regi Cott vendidiſſes, ſecuri percuſſiſti.

BESTIA, ae. f. [θηρίον] *Animal irrationale, ſed ita fere, v crudelitatem exprimat, ſicut Belua, magnitudinem et quaſi monſtroſitatem* Beſtias accipere debemus ex feritate magis, quam ex animalis gener Vlpian. in l. 1 §. beſtias. D. de poſtulando. *Interim tamen* Beſtiae *a Cicerone etiam Piſces et Volucres dicuntur* Tuſc. 5, 38 c. 13 Namqu alias beſtias nantes aquarum incolas eſſe voluit, alias volucres cael frui libero, ſerpentes quaſdam eſſe gradientes. Vulgat. Act. Apoſt. c. vlt. v. 4, *hoc nomine interpretatur* θηρίον, *quae proprie eſt vipera. Inter ſidera* Simulacrum, quod Beſtiam aſtrorum periti nominauerun Vitruu. 9, 7, *eſt illud animal, quod Centaurus arae admouere videtu* *De hac* Cic. Arat. 211, *vbi de Centauro,* Hic dextram porgens, quadrupes qua vaſta tenetur, Quam nemo certo donauit nomine Graiûm *Per conuicium de Femina,* Mala tu es beſtia Plaut. Bacch. 1, 1, 21. Ide Poen. 5, 5, 14. *Sed* Catull. 67, *de hirco ſiue capro alarum,* Mala vald eſt beſtia. Manſuetae beſtiae, *vid.* MANSVETVS. Mutae beſtia paene loquuntur magiſtra ac duce natura, nihil eſſe proſperum, ni voluptatem Cic. de Fin. 1, 71. Idem Fam. 7, 1 Sed quae poteſt homini eſſe polito delectatio, quum aut homo imbecillus a valentiſſim beſtia laniatur, aut praeclara beſtia venabulo transuerberatur? *A* beſtias damnari *dicebantur, qui in hoc damnabantur, vt beſtiis obiicerentur. Vid.* l. 6 D. ad l. Iul. pecul. l. 8 in fin. D. de teſtam. *et* Ge 5, 14. *Hoc ſupplicium* Prudentius *ſic explicat* in Hamartig. 371

Sanguinis humani ſpectacula publicus edit
Conſeſſus, legesque iubent venale parari
Supplicium, quo membra hominum diſcerpta cruentis
Morſibus oblectent hilaram de funere plebem.

Ad beſtias dari, in l. 12 D. de poen. *Caeterum, qui beſtiis obiicieba*ntur, ad ſtipitem alligabantur, *vt ex* Vopiſco in Aurelian. *liquet.* Ci in Piſon. 89 c. 36 Quid quod populari illi ſacerdoti ſexcentos ad b ſtias amicos ſociosque miſiſti? Obiicere aliquem beſtiis Idem Fan 10, 32. Pronuntiare ad beſtias Tertull. Apol. c. 46. Idem de Re ſurr. carn. 16 Nec calicem damnari, ſi quis eum veneno temperarit nec gladium ad beſtias pronuntiari, ſi quis eo latrocinium fuerit operatus. *Vnde colligas, eam praeſertim latronum poenam fuiſſe.*

BESTIŎLA, ae. f. Dimin. [θηρίδιον] Plin. 11, 6 Apes alueum illinunt amarioribus ſuccis contra aliarum beſtiolarum auiditate Beſtiolae adhaerentes ſaxis in lapidicinis Scribon. 151. *Sic* Varro 1, 1 *Add.* Cic. Natur. Deor. 2 c. 48. Id. Tuſc. 1 c. 39.

BESTIĀLIS, e. Prudent. Hymn. ieiun. ſ. Cathem. 7, 1 Impexa villis virgo beſtialibus. Nigrante vultum contegit velamin *Igitur villi* beſtiales *capilli ſunt plane inculti et neglecti.* Sidon. Epi 8, 14 Beſtiale corpus. Idem Epiſt. 4, 1 Beſtiales rigidaeque natione Quid eo beſtialius Saresber. Policr. 1, 1.

BESTIARIVS, i. m. [θηριομάχος] *Sic dicebantur, qui ludis publicis in Amphitheatro cum beſtiis depugnabant.* Cic. pro Sext. 135 Praeclara aedilitas, vnus leo, ducenti beſtiarii. *it.* ad Q. Frat. 2, 6. *Add.* Id. in Vat. c. 17. Sen. de Ben. 2, 19. *Conf.* Torrent. *in* Suet. Clau c. 34. ¶ 2 Adi. Ludus beſtiarius, *quem* Sen. Epiſt. 7 (70) *vocat ſpectaculum, in quo beſtiarii cum beſtiis pugnabant.*

## B E T

BETA, ae. [τεῦτλον] *Herba notiſſima, quae in hortis ſeritur* Plin. 19, 8 Beta hortenſiorum leuiſſima eſt. Eius quoque a colore du genera Graeci faciunt, nigrum, et candidius, quod praeferunt, parciſſimi ſeminis, appellantque Siculum, candoris ſane diſcrimine praeferentes et lactucam. Noſtri betae genera faciunt vernum et autumnale, a temporibus ſatus, quamquam et Iunio ſeritur. Transferuntur autem in planta hae quoque, et oblini fimo radices ſuas, locumque ſimiliter madidum amant. *Add.* Id. Plin. 30, 8. Cic. Fam. 7, 26 Petr. c. 66. *etc.* Betae ſuccus Scribon. 7. *Cum rumice, braſſica, blite memorat* Plaut. Pſeud. 3, 2, 26. Pes betae eſt Varr. L. L. 5, 7 p. 55, *vid.* BETACEVS. Martial. 13, 13 Vt ſapiant fatuae fabrorum prandia betae: O quam ſaepe petet vina, piperque coquus! Fatuas betas dixit, *quia ſunt inſipidae.* Beta Plebeia Perſ. Sat. 3, 114. Pallentia robora Betae Colum. 10, 326. Catull. 68, 21 Languidior tenera cui pendens ſicula beta. *Vid. mox* BETIZO. ¶ 2 Beta [βῆτα] *Literae ſecundae nomen apud Graecos. Iungit vtramque ſignificatione* Colum. 10, 251

Nomine tum Graio ceu litera proxima primae
Pangitur in cera docti mucrone magiſtri:
Sic et humo pingui ferratae cuſpidis ictu
Deprimitur folio viridis, pede candida, beta.

Iuuen. Sat. 14, 209 Hoc diſcunt omnes ante Alpha et Beta puellae Martial. 5, 27

Quod Alpha dixi, Codre, penulatorum
Te nuper, aliqua cum iocarer in charta,
Si forte bilem mouet hic tibi verſus
Dicas licebit Beta me togatorum.

Syn

Sympoſ. Aen. 72

Tota vocor Graece, ſed non ſum tota Latine
Ante tamen mediam cauponis ſcripta tabernam
In terris naſcor, lympha lauor, vngor oliuo.

*Quod breuiter olim ſic expediuimus: Verſu primo innuitur* βῆτα, be; *altero B litera, quae notat* Bonum *in notis. Vid. ſupra B; tertio* Beta olus.

BETACEVS, *forma Adiectiui primum videntur dixiſſe.* Varro de R. R. 1, 2, 27 Malo de meis pedibus (*podagricis, puta*) audire, quam quemadmodum pedes betaceos ſeri oporteat. *Nempe* Pedes *hic ſunt fibrae et radices. Sed deinde pedis appellatio plane omiſſa. Sic* Apic. 3, 4 *parare docet* Betaceos Varronis. Betaceos, *inquit*, ſed nigros, quorum deterſas radices, et mulſo decoctas *etc.* Vet. Gloſſ. Betaceus βεῦτλον. *Arnobio etiam 4 p. 132 reſtituit Salm. ad Solin. p. 583. vbi vid. plura, et* paſtinaceum, maluaceumque *ſimiliter dici obſeruat.* Priſcian. l. 3 *extr.* Betaceum *et* Maluaceum *pro deminutiuis habet ex* Beta et Malua. *Non bene.*

BETĀLIS, e. *Mollis inſtar betae.* Comula betalis Petron. 58. *Sed al. legunt* BESSALIS, *quam vide.*

BETIZARE, *pro Languere vſurpauit Auguſtus, teſte* Suet. cap. 87 *vt Graeci ſuum* λαχανίζειν. Catull. 68, 21 Languidior tenera cui pendens ſicula beta, *etc.*

BETO, ĕre. [εἶμι] *Verbum obſoletum, pro Ire.* Varro ap. Non. 2, 73 Mulierem, quod parere ea non poterat, foras betere iuſſit. Pacuu. ibid. Vos hinc defenſum patriam in pugnam betite. *Et* Si reſto, pergit vt eam; ſi ire conor, prohibet betere. Plaut. Curc. 1, 2, 52 Si illa ad me betet? Idem Merc. 2, 3, 127 Ad portum ne bitas.

BĒTŎNĬCA, *vid.* VETTONICA. Scribon. 153.

BETVLA, *et* BETVLLA. [σημύς] *Arbor, de qua* Plin. 16, 18 ſ. 30 Gallica haec arbor, mirabili candore atque tenuitate, terribilis magiſtratuum virgis. Eadem circulis flexibilis, item corbium coſtis. Bitumen ex ea Galliae excoquunt. *Et* c. 37 ſ. 69 *locum ei tribuit inter eas, quae matricem vinculis praebent. Hard. vtroque loco L duplicat.*

BETVLI, Gemmae ſunt e genere Cerauniarum, nigrae, rotundaeque, quibus vrbes expugnari, et claſſes, ex Sotaco *refert* Plin. 37, 9.

## B I A

BIAEON. [βίαιον] *i. Violentum. Vini facticii genus, vid.* BION.

BIAEOTHANATVS, i. m. *Violenta morte peremtus.* Tertull. de anima c. 57. *Vid.* BIOTHANATOS.

BIARCHI, [βίαρχοι] *videntur eſſe, qui praeſunt commeatibus, vitaeque neceſſariis comparandis.* βίος *enim Graecis, non modo Vitam, verum etiam* Victum *ſignificat. Memorantur* l. 3 C. de Agentibus in rebus. *It.* l. 2 C. §. 19 de Off. Pr. Praet. per Afr. *Et* Hieron. ad Pammach. Ep. 61 c. 5.

BIARCHIA, ae. f. [βιαρχία] *Officium biarchi.* Leg. 1 Cod. de Off. Magiſtr. Off. Ad biarchiam nemo ſuffragio, ſed labore vnusquisque perueniat.

BIAS, antis, [Βίας] *Prienaeus, vnus e ſeptem ſapientibus Graeciae, qui quum patriam captam fugeret, nihilque, vti caeteri, exportaret, roganti cauſam, illud vulgatum apud* Cic. in Parad. 1 *reſpondit,* Omnia mea mecum porto. Sidon. Carm. 2, 161 Priennae e Bia, quod plus tibi turba malorum eſt. *Reſpicit ad dictum,* οἱ πλεῖστοι κακοί, *Pleque mali.*

## B I B

BIBACITAS, BIBACVLVS, BIBAX, BIBOSVS, BIBVLVS, *vid.* BIBO.

BIBESIA, ae. *Vocabulum a Plauto confictum, ſi audimus* Paulum Feſti *epitomatorem in* Peredia. *Sed* Perbibeſia *modo hodie ſupereſt. v. v.*

BIBLION, i. n. [βιβλίον] *Volumen, libellus: in plur.* Biblia, orum, *Libelli: quo nomine appellantur Libri ſacri per excellentiam. Quando vero ita dici coeperint, nondum, puto, obſeruatum. Certe Auguſtini aetate nondum vſitatam fuiſſe eam appellationem, probabile eſt.* Biblia, ae, *Singulari numero plane inter Barbaros demum natum arbitrantur. De vſu Graecorum aliquid dictum in Parergis Goettingenſ.* 4 p. 126.

BIBLIŎPĒGVS, i. m. [βιβλιοπηγός] *Librorum concinnator vulgo vocatur, quem magis Latine* Glutinatorem *dixeris.*

BIBLIOPŌLA, ae. m. [βιβλιοπώλης] *Qui libros vendit* Martial. 4, 72 Exigis vt donem noſtros tibi Quinte libellos: Non habeo, ſed habet bibliopola Tryphon. *Vtitur et* 14, 194. *it.* Plin. Ep. 9, 11. Quinctiliani libris de Inſtitutione oratoria *praemiſſa epiſtola ad* Tryphonem Bibliopolam: *vbi tamen* Bibliopolae *nomen e gloſſa videtur.*

BIBLIOTHĒCA, ae. f. [βιβλιοθήκη] Feſtus; Bibliothecae, et apud Graecos, et apud nos tam Librorum magnus per ſe numerus, quam Locus ipſe, in quo libri collocati ſunt, appellantur. Et libri ipſi, armaria, et locus, vbi repoſiti libri aſſeruantur l. 32 ff. t. 1 l. 52 §. 7 *ubi conf. Gothofr.* Cic. Fam. 7, 28 Abdo me in bibliothecam. Idem Att. 13, 77 Dionyſius ſeruus meus, qui meam bibliothecam multorum numorum tractauit, quum multos libros ſurripuiſſet *etc. Conf.* Cic. de Or. 1 c. 44 *et* 57. Martial. 7, 16. Bibliothecam, Gell. 5, 4 *librariam vocat.* Bibliothecam inſcripſit Diodorus hiſtoriam ſuam, *teſte* Plin. in Praef. totius operis. Lectione aſſidua et meditatione diuturna pectus ſuum bibliothecam fecerat Chriſti Hieron. . . . Cic. Q. Frat. 3, 4 De bibliotheca tua ſupplenda, libris commutandis, Latinis comparandis, valde velim iſta confici. Aſſidere in bibliotheca Cic. de Diuin. 2, 8 c. 3. Bibliothecis publicis poſita Scribon. 97 *ſc. compoſitionis antidoti cuiusdam deſcriptio.* Ego hic paſcor bibliotheca Fauſti Cic. Att. 4, 10. *Scribitur etiam* Bybliotheca, *ab antiquo* βύβλος. *vid. Dausquei. Orthogr. P. II. p. 59. Sic ſemper in Inſcriptionibus apud Gruterum, vt* A BYBLIOTHECA GRAECA p. 584, 7. — GRAECA PALATINA p. 576, 9. — LATINA APOLLINIS p. 578, 5 *et* 584, 6. A BYBLIOTHECIS p. 584, 4. AB BYBLIOTHECE p. 584, 2.

BIBLIOTHECVLA, ae. f. Dimin. Symmach. Epiſt. 4, 18 Sue ephimeridem C. Caeſaris, decerptam bibliotheculae meae.

BIBLIOTHECĀLIS, e. *vt,* Bibliothecalis copia, *apud* Mart. Capell. lib. 4. Theſauri Symm. Ep. 8, 2.

BIBLIOTHECĀRIVS, i. m. *Qui bibliothecae praeeſt. Quod muris Romani fere Grammaticis tribuebant.* Ita Hyginus Palatinae; Meliſſus in Octauiae Porticu Bibliothecis praefuit. *Vid.* Suet. de Clar. Gramm. 20 et 21. *Ipſum tamen* Bibliothecarii *vocabulum videtur recentius, nec quantum conſtat vlli veterum vſurpatum, niſi quod in* Gloſſ. Iſidor. Bibliothecarius *ſit,* Qui codices ſecat, *lege,* Seruat. *Tales veteribus erant* A bibliotheca alicuius, *vt patet ex* Inſcriptionibus, *quas modo laudauimus in* BIBLIOTHECA.

BIBLOS, i. f. [βίβλος] *Iuncum ſignificat, et papyrum illam Aegyptiam, qua in ſcribendo vti conſueuerant.* Lucan. 3, 222 Nondum flumineas Memphis contexere biblos Nouerat. *De charta ex papyro texenda ſermonem eſſe, ſeries orationis docet. Sic* Sedul. 1, 6 Plurima Niliacis tradunt mendacia biblis.

BIBLIS, idis. [Βιβλίς] *Vid.* BYBLIS.

BĬBO, bĭbi, bibĭtum, ĕre. [πίνω] *humorem alendo corpori neceſſarium ore aſſumere: dicitur etiam de animalibus brutis.* Plin. 10, 46 ſ. 63 Bibunt aues ſuctu: ex his, quibus longa colla, intermittentes, et capite reſupinato velut infundentes ſibi. Porphyrio ſolus morſu bibit. *Cum de homine dicitur, ſaepe non ad neceſſitatem, ſed ad voluptatem, vti nempe res ipſa, refertur.* Iuuen. Sat. 1, 49 Exul ab octaua Marius bibit. *De Mario Priſco, qui in exilio tempeſtiua conuiuia celebraret, et ante conſuetum coenae tempus potare inciperet.* Ouid. Faſt. 3, 532

Sole tamen vinoque calent, annosque precantur,
Quot ſumant cyathos: ad numerumque bibunt.
Inuenies illic, qui Neſtoris ebibat annos,
Quae ſit per calices facta Sibylla ſuos.

Bibunt ad numerum: *quia numerant, quoties bibunt, vt numerum teneant.* Neſtoris ebibit annos, *qui toties bibit, quot annos vixit Neſtor. Affinis eſt mos* Nomina bibendi *carorum hominum, qui ex* Martialis *quibusdam epigrammatis intelligitur. Nempe* 1, 72

*Naeuia ſex* Cyathis, *ſeptem Iuſtina* bibatur
*Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus.*
Omnis ab infuſo numeretur amica Falerno:
Et quia nulla venit, tu mihi, ſomne, veni.

*Et* 8, 51 Dat numerum cyathis * *Inſtantis* litera Rufi, *(*in phialam infundendis*)
Auctor enim tanti muneris (*phialae*) ille mihi.
Si Telethuſa (*amica*) venit, promiſſaque gaudia portat,
Seruabor Dominae, *Rufe, triente* tuo.

*Nempe triens ſunt quatuor cyathi reſpectu Sextarii, qui hic AS eſt.* Rufe *habet quatuor literas, vt* Inſtans *ſeptem. Nam pergit,*

Si dubia eſt (*amica*) *ſeptunce* trahari ſi fallit amantem,
Vt iugulem curas, nomen vtrumque bibam.

*Diſertum etiam eſt 9, 95*

Addere quid ceſſas puer immortale Falernum?
*Quadrantem duplica* de ſeniore cado.
Nunc mihi dic, quis erit, cui te, Calabiſſe, Deorum
*Sex* iubeo *Cyathos* fundere? Caeſar erit.

*Duplicatus quadrans aſſis ſunt ſex: tot literas habet* Caeſar. *Tandem* 11, 37

*Quincunces*, et *Sex* Cyathos, *Beſſemque* bibamus,
*Caius* vt fiat, *Iulius*, et *Proculus*.

*Nempe antiquum illud erat, vt commemorarent amicos.* Tib. 2, 1, 31 Sed *bene Meſſalam*, ſua quisque ad pocula dicat, Nomen et abſentis ſingula verba ſonent. *Vid.* Bene *in* BONVS. *Ad voluptatem epularum etiam pertinet illud* Luſiſti ſatis, ediſti ſatis atque bibiſti Hor. Ep. 2, 2, 214. ¶ 2 *Iam formulas ponemus alias:* Videntur contra naturam viuere, qui ieiuni bibunt Sen. Ep. 122. Cic. Tuſc. 5, 97 c. 34 Darius in fuga cum aquam turbidam et Cadaueribus inquinatam bibiſſet, negauit, vnquam ſe bibiſſe iucundius. Nunquam videlicet ſitiens biberat. Ouid. de Arte Am. 2, 506 Qui bibit arte, bibat. Bibere hauſtibus exiguis Ouid. Faſt. 3, 274. A fonte Nilum bibere Lucan. 10, 40. Gratius ex ipſo fonte bibuntur aquae Ouid. ex Pont. 3, 5, 18. Ex vna aqua bibere Propert. 2, 20, 32. *i. eodem fonte.* Ex fonte bibere Idem 4, 4, 14. In auro bibitur Venenum, *i. e. poculis aureis* Sen. Thyeſt. 453. In oſſibus capitum Flor. 3, 4, 2. *Alias diſſimulatur praepoſitio, vt* Virg. Georg. 2, 506 Vt gemma bibat et Sarrano indormiat oſtro. Iuuen. 10, 25 Nulla aconita bibuntur Fictilibus. Plin. in prooem. lib. 33 In poculis libidines caelare iuuit, ac per obſcoenitates bibere. *Huc pertinet illud apud* Iuuen. Sat. 2, 95 — vitreo bibit ille Priapo. Plaut. Aſin. 5, 2, 41 Da (Bibere) puere ab ſummo: age, tu interibi ab infimo da ſuauium. Plaut. Stich. 5, 4, 38 Nolo ego nos bibere pro ſummo, nulli relerimus poſtea. *i. Nolo immani nos poculo et oppleto, quantumque quis ducere poteſt, bibere, vt facere ſolent interdum, qui ita prouocant et poſcunt, quaſi vltimum ſint poturi: neque poſtea cadum aperturi, ſed poſtrema inuitatione vſuri: ſic enim plerumque fit, vt ſubito exhauriatur totus vini cadus. Haec Turnebus, et ſimilia Salmaſius.* Bibere, *de medicamentis, vt* Cantharides Scribon. 189. Ephemeron 193. Opium 180. Toxicum 194. Tibull. 1, 6, 14 Triſtia cum multo pocula felle bibat. Ore tenero bibit puer Lac Ouid. Amor. 3, 10, 22. Apul. Met. 2 p. 115, 29 Eandem Nutricem ſimul bibimus. Hor. Carm. 1, 20, 10 Caecubum, et praelo domitam Calaeno Tu bibes Vuam. *i. Vinum expreſſum ab vuis.* Hor. Serm. 2, 8, 34 Tum Vibidius Balatroni (*ait*) Nos niſi damnoſe bibimus (*i. tam copioſe, vt damnum inde ad dominum coenae perueniat*) moriemur inulti, (*enecabimur ſermonibus fatuis*) Et calices poſcit maiores. Cic. Verr. 1, 66 c. 26 Mature veniunt: diſcumbitur, fit ſermo inter eos et inuitatio, vt Graeco more biberetur: hoſpes hortatur: poſcunt maioribus poculis: celebratur omnium ſermone laetitiaque conuiuium. Apul. Met. 2 p. 128, 25 *in fine conuiuii* bibere Salutaria poſtulant. Cic. Tuſc. 5, 118 c. 41 Mihi quidem in vita ſeruanda videtur illa lex, quae in Graecorum conuiuiis obtinetur, *Aut bibat*, inquit, *aut abeat*. Et recte aut enim fruatur aliquis pariter cum aliis voluptate potandi, ne ſobrius in violentiam vinolentorum incidat: aut diſcedat. *Alias bibendi leges ſatis ſeueras damus ex* Plin. 14 *extr.* Torquato rara gloria (quando et haec ars ſuis legibus conſtat) non labaſſe ſermone, non leuatum vomitione, non altera corporis parte, dum biberet: matutinas obiſſe vigilias, plurimum hauſiſſe vno potu: plurimum praeterea aliis minoribus (*poculis*) addidiſſe: optima fide non reſpiraſſe in hauriendo, neque exſpuiſſe: nihilque ad elidendum in pauimentis ſonum ex vino reliquiſſe, diligenti ſcito legum contra bibendi fallacias. Bibe ſi bibis Plaut. Stich. 5, 4, 28. *Sed* Plaut. Rud. 3, 5, 46 Semel bibo! *reſpicit ad naufragium, quo paene periiſſet.* Hor. Epiſt. 1, 18, 105 Gelidus Digentia riuus, Quem Mandela bibit, rugoſus frigore pagus. Plin. 10, 46 Porphyrio (*auis*) ſolus morſu bibit. Ibid. Bibunt aues ſuctu. ¶ 3 *Metaph.* Bibere *dicuntur ea omnia, quae humorem, vel aliquid humori ſimile, recipiunt.* Virg. Ecl. 3, 111 Claudite iam riuos pueri, ſat prata biberunt. Idem Aen. 11,

 804

804 Haſta ſub exertam donec perlata papillam Haeſit, virgineumque alte bibit acta cruorem. *i. tingitur ſanguine. Imitatus* Petron. c. 120 Syllanus bibit enſis. *Conf.* LIBO. Bibit aquas hortus ſitiens Ouid. de Pont. 1, 8, 60. Bibunt violaria fontem irriguum Virg. Georg. 4, 32. Arcus ingens bibit Id. Georg. 1, 380. *Irim intelligit, ſiue arcum caeleſtem, quem putat vulgus aquam e fluminibus ad ſe trahere, quam mox profundat in terras.* Candorem bibere Plin. 13 *vlt. de ſpongiis: i. e. Imbibere et contrahere candorem.* Lana colorem bibit Plin. 8, 48. Bibunt literas vulnera ferro praeparata Petron. 106. Bibere colorem dicitur aes Plin. 34, 9. Amorem bibere Virg. Aen. 1, 753. *Sic* Puerorum infantia primo Errorem cum lacte bibit Prud. adu. Symmach. 1, 201. Fuliginem lucubrationum Quinct. 11, 3, 23 *de reſpiratione. It.* 12, 2, 31 Bibere hauſtus iuſtitiae. Bibere nouum ignem totis oſſibus Stat. Achill. 1, 303. *concipere amorem.* Bibere malum moerorem Plaut. Aul. 2, 3, 12. Gronou. Malum moerore, *malit.* Bibere mores maternos Claud. de Nupt. Hon. 231. Cic. Philipp. 11, 10 Quid eum non ſorbere animo, quid non haurire cogitatione, cuius ſanguinem non bibere cenſetis? Suauium Plaut. Bacch. 1, 1, 15. Bibere aure, *pro Studioſe audire* Hor. Carm. 2, 13, 32. Virg. Haurire auribus dixit, Aen. 4, 359. Suſpenſis auribus bibere Propert. 3, 5, 8. *vid.* SVSPENDO. Fontem Maeonium felici pectore Petron. c. 5. Bibere mandata, *prae nimio potu obliviſci quod mandatum fuerat, ioco dixit* Plaut. Perſ. 2, 1, 3 Quamquam ego vinum bibo, at mandata non conſueui ſimul bibere. *Indigne fert ſe toties moneri. Sic* Ebibere imperium. Petron. 8 Adeo vbique omnes mihi videbantur ſatyrion bibiſſe. *De hominibus libidine inſanientibus dictum.* ¶ 4 *Paſſiuae vocis exempla.* Cic. Philipp. 2, 104 c. 41 Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur. Ouid. Met. 15, 334 Nocte nocent potae, ſine noxa luce bibuntur. Nulla aconita bibuntur fictilibus Iuuen. Sat. 10, 25. Fons bibitur mihi Ouid. Pont. 4, 2, 47. Bibitur palus miſta cum ſale aequoreo Ouid. Pont. 2, 7, 74. Bibendum eſt Hor. Carm. 1, 37, 1. Menſura certa bibendi Ouid. de Arte Am. 1, 589. Bibendum dare aliquid alicui Idem Faſt. 4, 548. Horat. Carm. 2, 7, 26 — quem Venus arbitrum Dicet bibendi. *i. iactus Venerius conſtituet magiſtrum conuiuii.*

BIBENS, entis. Horat. Epiſt. 2, 2, 9 Quin etiam canet indoctum, ſed dulce bibenti. Martial. 11, 7 Poſſum nil ego ſobrius, bibenti Succurrent mihi quindecim Poëtae.

BIBĬTVS, a, um. *Vt*, Bibitum vinum Macer. 3, 6, 10. E vino bibitus Plin. Val. 2, 18.

·BIBER, *Infinitiuus nominaſcens*, *pro* Bibere, *niſi malis ſubſtant. n. ad formam* Verber, *etc.* Chariſ. l. 1 p. 99 *inter ea, quae auctoritas iacente ratione ſibi dederit, ponit* Biber τὸ πίειν, G. Fannius Annalium octauo, Domina eius vbi villam venerat, iubebat Biber dari. Cato quoque Originum, ſed et Titinnius in praelia, Date illi Biber, iracunda haec eſt. *Tantum* Chariſius.

BIBAX, ācis. [πολυπότης] *Audiamus de hoc nomine* Gell. 3, 12 Bibendi auidum P. Nigidius in Commentariis grammaticis *Bibacem* et *Biboſum* dicit. *Bibacem* ego, vt edacem, a plerisque aliis dictum lego: *Biboſum*, dictum etiam nusquam reperi, niſi apud Laberium. Neque aliud eſt, quod ſimili inclinatu dicatur. non enim ſimile eſt vt vinoſus aut vitioſus, caeteraque, quae hoc modo dicuntur: quoniam a vocabulis, non a verbis inclinata ſunt. Laber. in Mimo, (vel primo) qui Salinator inſcriptus eſt, verbo hoc ita vtitur, Non mammoſa, non annoſa, non biboſa, non procax.

BIBĂCVLVS, a, um. Dimin. [φιλοπότης] *vt*, Bibacula anus. Onomaſt. vet. Bibaculus, φιλοπότης. Plin. praef. Qui Bibaculus erat, et vocabatur: *de* M. Furio Bibaculo.

BIBACĬTAS. [πολυποσία] Denom.

BIBESIA, ae. f. Feſto in Peredia eſt Cupiditas bibendi, *vid.* PERBIBESIA.

BIBĬLIS, e. Adi. Cael. Aurel. Acut. 2, 11 Cibum dare varium et bibilem, vt ouum ſorbile, cerebrum, olus quod non ſit virtutis acrioris, et magis nutribile.

BIBIBILIS, e. *Idem.* Gloſſ. Gr. Lat. πότιμον, bibibile.

BIBITOR, ōris. m. Sidon. Epiſt. 1, 8 Bibitor Araricus.

BIBO, ōnis. *Idem quod* Bibax. Firmic. 5, 4 *ſub fin.* Vitioſi erunt, epulones, et bibones, et qui poſthabita omni rei familiaris cura, nihil aliud affectent, niſi Epicureorum more, ſine laboribus, in quiete et rerum vbertate viuere.

BIBIONES. *Inſecti genus.* Iſidor. 12, 8 Bibiones ſunt, qui in vino naſcuntur, quos vulgo muſtiones a muſto appellent. Vnde et Afranius, Cum ad me expectas et fabulari incipis, ex ore in oculis tuis bibiones iuuolant. *Forte ita illuſit Poëta in hominem bibacem, cuius ex ore, velut ex veteri lagena, examina eiusmodi muſcarum euolent.*

BIBONIVS, i. m. Vet. Gloſſ. Bibonius, πολυπότης.

BIBOSVS, *vid. in* BIBAX.

BIBŬLVS. Adi. [πότης] *Bibax: deinde qui facile ſorbet, vel admittit recipitque humorem. vt*, Bibulus iuncus Plin. 13, 12. Potores bibuli Hor. Epiſt. 1, 18, 91. Bibulus Ebrioſus Gloſſ. Vet. Bibulus Falerni Hor. Epiſt. 1, 18, 91. Ouid. de Arte Am. 1, 233 Vinaque cum bibulas ſparſere Cupidinis Alas, Permanet, et capto ſtat grauis ille loco. *Hoc vult, in conuiuiis eſſe occaſiones amandi.* Arena bibula Virg. Georg. 1, 114. Ouid. Met. 13, 901. Aures bibulae Perſ. Sat. 4, 50. *i. cupidae audiendi.* Charta bibula Plin. Epiſt. 8, 15. Fauilla bibula Virgil. Aen. 6, 227. Lacunae bibulae, *quae multum recipiunt aquae* Stat. Silu. 4, 3, 54. Lanae bibulae Ouid. Met. 6, 9, *dum murice tinguntur.* Lapis bibulus, *pro Pumice*, *vid.* LAPIS. Litus bibulum Idem Epiſt. 17, 139. Nubes bibulae Id. Met. 14, 368, *quas vulgus putat trahere humorem de terra, nec male omnino.* Ollae bibulae aut male coctae Columel. 12, 43, 12. Papyrus bibula Lucan. 4, 136. Radix bibula Ouid. Met. 14, 632. *quae humorem de terra trahit.* Veſtes bibulae Valer. Argon. 1, 289. ¶ 2 Bibulus, *Cognomen Calpurniorum.*

BIBREVIS, e. *Vt*, Pes bibreuis, *Pyrrichius, duas breues habens ſyllabas* Diomed. pag. 471.

## B I C

BICAMERATVS, BICENSVS, BICEPS, *vid.* BIS. BICERRA, *vid.* BIGERRA. BICESSIS, BICHORDVLVS, BICIRRIS, BICOLOR, BICOMIS, BICORNIS, BICORPOR, BICOXVS, BICVBITALIS, *vid.* BIS.

BICLINIVM. [δικλίνιον] *Lectus duobus ſtratus, aut duo lecti iuxta poſiti.* Quinct. Inſt. Orat. 1, 5, 68 Iunguntur *nomina* — Aut ex noſtro et peregrino, vt Biclinium, aut contra, vt Epitogium et Anticato. Plaut. Bacch. 4, 4, 69 *et* 102. *Apparet, eſſe ſimile* Triclinio: *vnde de illius forma et vſu probabilis coniectura, cum auctoritas deſit, ducenda eſt.*

## B I D *vſque* B I G

BIDENS, BIDENTAL, BIDVANVS, BIDVVM. BIENNIS, BIENNIVM. BIFARIAM, BIFAX, BIFERVS, BIFESTVS, BIFIDVS, BIFORIS, BIFORMATVS, BIFORMIS, BIFRONS, BIFVRCVS, *vid.* BIS. BIFOLIVM BIGA, BIGAE, BIGAMVS, BIGARIVS, BIGATVS, BIGEMMIS, BIGENER, *vid.* BIS.

BĬGERONES, *vel* BIGERRONES. *Aquitaniae populi ſunt*, ap. Caeſ. Bell. Gall. 3, 27 Tarbellis *et* Sontiatibus *vicini.* Berones *ſunt qui legant*, *ſed corrupte.* Bigerri *ſcribuntur in* Paullini Epiſt. 1. ad Auſon. 143, *vbi vid. Scal. Auſ. Lect.* 2, 7 p. 106. *Hinc*

BIGERRĬCVS, a, um. *Vt*, Bigerricus turbo Sidon. Epiſt. 8, 12.

BIGERRITANVS, a, um. *Idem.* Auſon. Epiſt. 11 *extr.* In fundo patriae Bigerritanae. *Phaleucus eſt. Ergo prima Syllaba breuis.*

BIGERRA Veſtis, *et* BIGERRICA, ae. f. *Eſt quaſi* Bicerra, *vel* Bicirra *potius*, *hoc eſt*, *ex vtraque parte villoſa*, ἀμφίμαλλοι *v.* docuit Salmaſ. *ad* Capitol. Pertin. c. 8 p. 549 ſq. *et ad* Solin. p. 659 Cirrus *enim* μαλλὸς *ſeu villus eſt. Inde* Fortunat. lib. 3 Induitur ſan cta hirſuta Bigerrica palla Sulp. Seuer. Dial. 2 de Virt. Martin. A pro ximis tabernis Bigerrigam (*leg.* Bigerricam) veſtem, breuemque at que hiſpidam, quinque comparatam argenteis, rapit. Vet. Gloſſ. Bi cerres δίμαλλοι, δίκροσσοι.

BIGLA, Vigilia, BIGLATICVM, *pro* Vigiliis *ſoluendum vecti gal: Semibarbara. Vid.* Buleng. Vectig. cap. 86.

BIGNAE. Geminae dicuntur, quia bis vna die natae ſunt. Feſtus *Comparat Scaliger* Priuignum, *quaſi* prius genitum. *Dacerius legendum putat*, quia binae vna die natae ſunt.

BIGRADVM, BIHORIVM, BIIVGVS, BILANX *Vid.* BIS.

## B I L

BILBĬLIS. [Βίλβιλις] *Ciuitas Hiſpaniae Tarraconenſis, ferri Poëtae ſui Martialis gloria nobilitata.* Plin. 34, 14 Haec alibi atqu alibi vtilior, nobilitauit loca gloria ferri, ſicut Bilbilin in Hiſpani et Turiaſſonem, Comum in Italia, quum ferraria metalla in his loc non ſint. *A Martiale ſaepe memoratur. V.* g. 10, 104. *et* 12, 18, *v vocatur* Auro Bilbilis et ſuperba ferro. Idem 1, 50 Videbis altam I ciane Bilbilim, Equis et armis nobilem. *Add.* 4, 55.

BILBIO, īre. Factum eſt a ſimilitudine ſonitus, qui fit in va Naeuius, Bilbit amphora, inquit. *Haec* Feſtus.

BILIBRIS, BILINGVIS, *vid.* BIS.

BILIS, is. [χολή] *Fel, non tantum flauum illud et ſubuiri quod in veſicula fellis colligitur, ſed vehemens quiddam et calidum t ſanguine mixtum, illud* flauam bilem, *hoc* atram *vulgo vocant Medi Cum irae effectrix putetur, vulgo pro illa ponitur* Bilis *ſimpliciter; A autem* Bilis *ſ.* Melancholia *furorem triſtem et iracundum deſignat.* Sa guinem, bilem, pituitam, *iungit* Cic. Tuſc. 1, 56 c. 24 Plaut. Amp poſt 4, 2 ſuppoſ. 2, 41 Vetus eſt adagium, Fames et mora bilem naſum conciunt: *ex Theocrito de Pane*, καί οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥ κάθηται. Acri bile tumet Perſ. Sat. 2, 14. *de eo, quem morbi morti opportunum ſic indicatur.* Scribon. Comp. 104 Bilem atram nerantes, quos μελαγχολικοὺς vocant. Plaut. Amph. 2, 2, 95 Au bili percita eſt. *Add.* Plaut. Capt. 3, 4, 64. *de furioſis. Sed* Ferue difficili bile tumet iecur Horat. Carm. 1, 13, 4, *h. e. Implacabilis, exorabilis ſum.* Libera Bilis meis inaeſtuat praecordiis Hor. Ep 11, 43. Mediocri bile ferre aliquid Iuuen. Sat. 13, 143. Cic. Tu 4, 23 c. 10 Quemadmodum quum ſanguis corruptus eſt, aut pitu redundat, aut bilis: in corpore morbi aegrotationesque naſcunt ſic prauarum opinionum conturbatio, *etc.* Splendida bilis Hor Serm. 2, 3, 141. *furor Tragicus Oreſtis.* Vitrea bilis turgeſcit Pe 3, 8. *i. viridis*, ὑαλώδης. Commota bile feruere Idem Sat. 4, Commouere bilem Cic. Att. 2, 7. Effundere bilem per lacrima *i. iram erumpere et fateri lacrimis* Iuuen. Sat. 5, 159. Expellere hel boro Horat. Epiſt. 2, 2, 137 *proprie.* Inaeſtuat bilis praecordiis I Epod. 11, 23. Intumuit maſcula bilis Perſ. Sat. 5, 144. Maſcula, *Magna, valida, qualis conuenit viro.* Mouere alicui bilem Marti 5, 26. Horat. Epiſt. 1, 19, 20. Purgare bilem Horat. in Arte Po 302. Purgare biles Scribon. 136. Celſ. 7, 18 Nonnunquam ſtom chus quoque affectus, primum rufam bilem per os reddit, dein viridem, quibusdam etiam nigram. Subſtringere, *vid.* SV STRINGO. Superans bilis Lucret. 4, 668. Tumet bile iec Horat. Carm. 1, 13, 4. Vrit bilis iecur Id. Serm. 1, 9, 66. *Ph* Plin. 26, 8 ſ. 46 Biles extrahere vomitione. Veg. Mulom. 3, 50 Bile quae colerae appellantur, *leg.* cholerae. *Add.* Scribon. 136.

BILIŌSVS. Adi. [χολώδης] *Bile abundans.* Celſ. 2, 8 Aut l vidum, aut bilioſum. Idem 2, 6 Sputum etiam bilioſum aut pur lentum. Bilioſa reiicere Scribon. 186.

BILIX, īcis. Adi. [δίμιτος, Gloſſ. Gr. Lat.] *Duplici filo*, bi liciis *textus.* Virgilius Aen. 12, 375 — rumpitque infixa bilice Loricam, *i. filo metallico duplicato plexam textamque. Vid.* TRILIX

BILLIS, apud Afros appellatur Semen humanum humi profuſu Feſtus.

BILVSTRIS, BILYCHNIS, *vid.* BIS.

## B I M *vſque* B I O

BIMARCVS, BIMARGVS, VIMARGVS, *tot enim mo ſcriptum inuenitur*, Nomen Satirae Varronis, *in qua videtur faſtum arrogantiam ſtolidam et ineptam Romanorum inceſſiſſe, idque Rom praenomine, quo ſibi placebant, duplicato indicaſſe, quaſi quis non ſen ſed bis Marcus ſit. Sic* Trimalchionem *Petronianum dictum putan*

BIMAMMIA, BIMANVBRIATVS, BIMARIS, BIMTER, BIMATVS, BIMEMBRIS, BIMENSIS, BIMESTR BIMETER, BIMVLVS, BIMVS. BINARIVS, BINI NES, BINOCTIVM, BINOMINIS, BINOMIVS, BIN *Vid.* BIS.

BIOCOLYTAE. [βιοκωλύται] *Magiſtratus quidam, a vi pr* be

*benda vocatus, quorum mentio ſit in* Nouell. conſt. 8 c. 13. *in cuius capitis lemmate* Viocolytae, *ſollemni permutatione literarum vocantur, qui in contextu* violentiarum inhibitores *dicuntur. Sed* Nou. 145 praef. Militarem adminiſtrationem praepoſuimus, ducem ſeu Biocolytam nominantes.

BION. [Βίων] *Boryſthenites, Cratetis auditor, Cynicae, et celebratae in Satira dicacitatis, vnde eſt*

BIONEVS. [βιώνειος] *Satiricus.* Horat. Epiſt. 2, 2, 60 Carmine tu gaudes, hic delectatur Iambis, Ille Bioneis ſermonibus, et ſale nigro.

BION. *Vini ſpecies, de quo* Plin. 14, 8 ſ. 10 Apud Graecos iure clariſſimum nomen accepit, quod appellauerunt Bion, ad plurimos valetudinum vſus excogitatum, — Fit autem hoc modo. Vuae paullum ante maturitatem decerptae ſiccantur acri ſole ter die verſatae per triduum: quarto exprimuntur, dein in cado ſole inueterantur. *Et* 23, 1 ſ. 26 Ficticium non poteſt videri, quod Bion appellauimus, tum ſit in eo ſola pro arte feſtinatio *etc. Caeterum* Bion *conſtans eſt librorum lectio:* Biaeum, *βίαιον, it.* Abion *e coniectura non neceſſaria.*

BIOTHANATOS. [βιοθάνατος] *Violenter mortuus, vt eſt, qui ferro, vel alia vi interficitur, et non ſua, id eſt naturali morte moritur. De his* Virgil. Aen. 4, 696 Nam quia nec fato, merita nec morte peribat, Sed miſera ante diem. Lamprid. 33 Praedictum Heliogabalo, ipſum Biothanatum futurum. Iulius Firmicus, Si Luna, *inquit,* applicuerit ſe Saturno, deficiens lumine, faciet matres biothanatas interire. Seruius ad Aen. 4, 386 Dicunt Phyſici, Biothanatorum animas non recipi in originem ſuam, niſi vagantes legitimum tempus fati compleuerint. Biothanatus vitae finis Firmic. 3, 15. *Idem etiam* Mortem Biothanatam *dixit. Sed falſo* Iſidor. 10, in B. Biothanaton bis mortuum *interpretatur; niſi potius emendandus eſt, et legendum,* vi mortuus.

## B I P *et* B I R

BIPALIVM, BIPALMIS, BIPARTIO, BIPATENS, BIPENNIS, BIPENNIFER, BIPES, BIPEDALIS, *etc.* BIPENNELLA. BIREMIS, BIROTA, *vid.* BIS.

BIRRETVM, *vel* BIRRETVS, *quod capitis tegumentum ſolemne Doctarum eſt, huc non pertinet, cum ſit infimae tantum et Barbarae aetatis. Sed dicendum de nomine, vnde ortum videtur*

BIRRVS, *quod primo adiectiuum nomen fuiſſe putamus, quod* byrrum, burrhum, *πυῤῥόν,* rufum *ſ. igneum colorem denotaret. De* Pyrrho *in* Burrhum *mutato a Latinis* Cic. Orat. c. 48. *et* Quinctil. 1, 4, 15 *et* 25. Birrus, rufus Vet. Gloſſ. *apud Salmaſ. ad* Vopiſci Car. p. 863 Hack. Gl. Iſid. birrus *pro* byrrus. Vet. Schol. Iuuen. 3, 283 Quod Graeci coccum, Latini veteres birrum vocarunt. ¶ 2 Birrus *inprimis* lacernam rufi coloris *ſignificat.* Vet. Schol. Perſ. 1, 54 Scis comitem horridulum trita donare lacerna: Scis birrum attritum comiti condonare. Lacerna pallium fimbriatum *etc. Et* Schol. Iuuen. , 145 Santonicum cucullum *interpretatur* Birrum Gallicum. Salmaſ. . c. *et* ad Tertull. Pall. p. 79 ſqq. *hoc multis declarat,* Birrum *eſſe* Lacernam. *Reliqua ad nos non pertinent.*

## B I S

BIS. Adu. *numerandi, ſignificat id, quod Graecis δὶς, eſt enim quaſi* DVIS, *vt,* Duini Bini, Duellum Bellum, Duona Bona, *etc. Vid.* Cic. Orat. 153 c. 45. Idem de Amicit. c. 11 Bis vna Conſules. Flaminius poſtea bis Conſul factus Id. Acad. 4 c. 5. *Add.* Suet. Ner. c. 35. CENSOREM FECERE BIS Inſcript. Grut. p. 171 n. 8. Bis anno abſumuntur vmbrae Plin. 2, 73. Bis aeſtas, bisque cucurrit hyems Ouid. Epiſt. 6, 56, *i. Duo abierunt anni.* Bis ad decies centena millia paſſ. Plin. 4, 12 ſ. 25. *Forte leg.* bis et. Bis bina Cic. de Natur. Deor. 2, 46 c. 18 Quae ſi bis bina quot eſſent, didiciſſet Epicurus, certe non diceret. Bis centum anni, *Ducenti* Ouid. Met. 12, 188. Martial. 1, 12 Quum data ſint equiti bis quinque numiſmata, quare Bis decies ſolus Sextiliane bibis? *i. vicies. Prior verſus de ſportula videtur intelligendus.* Bis denae naues Virgil. Aen. 1, 381. Bis deni anni Martial. 9, 78. Propert. 2, 9, 3. Bis die pariunt Plin. 10, 53. Bis mille equi Horat. Epod. 9, 17. Bis adhuc octonis integer annis Ouid. Met. 5, 50. Bis pueri ſenes, *hoc eſt enim δὶς παῖδες γέροντες* Varronianae Satirae *nomen apud* Gell. 6, 5. Bis quinquagenis domus eſt tibi millibus emta Martial. 12, 67. Bis quinque viri, *Decemuiri* Hor. Epiſt. 2, 1, 24. Bis quinos ſilet ille dies Virg. Aen. 2, 126. Bis quina ſeſtertia Martial. 10, 75. Bis quinus menſis, *pro Bis quintus, i. Decimus* Ouid. Faſt. 3, 124. Bis ſeni dies, *Duodecim* Virg. Ecl. 1, 44. Stat. Theb. 12, 811 O mihi biſſenos multum vigilata per annos. Biſſenus labor, *Duodecim labores* Sen. Agam. 812. Herc. Fur. 1282. Plin. 8, 36 Primis diebus bis ſeptenis tam graui ſomno premuntur, vt ne vulneribus quidem excitari queant. *De vrſis loquitur.* Bis ſex locis thoraca petitum *dixit* Virgil. Aen. 11, 9. Bis ſex ſigna ſtellimicantia Varr. *ap.* Prob. in Ecl. 6, 31. Bis ſtulte facere Ter. Hec. 3, 2, 8. Bis tanto amici ſunt inter ſe, quam prius Plaut. Amph. 3, 2, 62. Plaut. Merc. 2, 2, 26 Bis tanto valeo, quam valui prius. Virgil. Aen. 6, 578

— tum Tartarus ipſe
Bis patet in praeceps tantum, tenditque ſub vmbras,
Quantus ad aetherium caeli ſuſpectus Olympum.

Bis ter Horat. Epod. 4, 8. Bis terque Martial. 4, 82. Bis terque expertus fruſtra Horat. in Arte Poët. 440. Bis terue Id. Epod. 5, 33. Bis terni nati, *Filii ſex* Sil. 10, 93. Bis dat, qui cito dat P. Syr. Bis eſt gratum, quod opus eſt, vltro ſi offeras Id. Ante bis exactum, quam Cynthia conderet orbem Lucan. 2, 577. *i. duobus menſibus nondum elapſis.* Cic. Philipp. 8, 12 c. 4 In quo bis falleris: primum, quod tuas rationes communibus anteponis: deinde, *etc.* Bis grauidae pecudes Virgil. Georg. 2, 150, *i. biferae.* Cic. Verr. 5, 58 Ita in vna ciuitate bis improbus fuiſti, quum et remiſiſti, quod oportebat, et accepiſti, quod non licebat. Bis naufragium facere Nep. 2, 7, 5. Bis perire Plaut. Trucul. 1, 1, 26 Bis periit amator, ab re atque animo ſimul. Plin. 9, 39 ſ. 69 Dibapha dicebatur *purpura,* quae bis tincta eſſet.

BICAMERATVS, a, um. Hieron. adu. Iouin. 1 c. 9 *extr.* Simulque ſi arca (Noë) plures habuit manſiones et nidulos, et bicamerata et tricamerata, et diuerſas beſtias *etc. διώροφα καὶ τριώροφα.* Vulg. coenacula et triſtega.

BICENSVS, a, um. Bis cenſum profeſſus: *tribuitur* Feſto: *Sed non inuenio.*

BICEPS, ĭtis. Adi. [δικέφαλοι] *Quod habet duo capita.* Plin. 10, 62 Serpentes coëunt complexu, adeo circumuolutae ſibi, vt vna exiſtimari biceps poſſit. Cic. de Diuin. 1, 121 c. 53 Et ſi puella nata biceps eſſet. Liu. 41, 21 Biceps natus puer. Ianus biceps Ouid. Faſt. 1, 65, et ex Pont. 4, 4, 23. ¶ 2 *Metaphor.* Varro de Vita Popul. Rom. lib. 4 Iniquus equeſtri ordini iudicia tradit, ac bicipitem ciuitatem fecit diſcordiarum ciuilium fontem Nonius 6, 36. Parnaſſus biceps Ouid. Met. 2, 221. *duo vertices et eminentia velut capita habens.*

BICEPSOS, antique aut potius corrupte pro Biceps, apud Varr. L. L. 4, 8 p. 15, 26 Mons tricepſos, quadricepſos, *etc. Sed notat Scaliger in Coniect. ad h. l. p. 22, male ſic ſcriptum eſſe, cum ipſe Varro* Primiceps *dicat, non* Primicepſos: *ergo et* Biceps, *etc. Vid.* Turneb. Aduerſ. 20, 35. *Scioppius* p. 28 ſq. *dedit* Princepſos, Bicepſos, Terticepſos, *et reliqua ad eam formam. Sunt autem verba vetuſti carminis Argeorum.*

BICESSIS. Varro de L. L. 4, 36 p. 40, 28 Biceſſis a duobus decuſſibus *dicitur. Significat igitur duos decuſſes, i. viginti. Scioppius p. 68 dedit* Viceſſis. *v. v.*

BICHORDVLVS, a, um. Apul. Apol. p. 154 Stew. Aureae vlices, bichordulae, *quaſi ex duabus chordulis plexae. Sed mire variat lectio. Vid. Scipio Gentil. n. 354. et conf. Elmenh. Emend. p. 337 extr.*

BICIRRIS, e. *Vt,* Veſtes bicirres, *quae ab vtraque parte cirros habent. δίμαλλοι, δίκροσσοι.* Gloſſ. Vet. *Vid. ſupra* BIGERRA.

BICLINIVM, *vid. ſupra.*

BICŎLOR, ōris. Adi. [δίχροοι] *Duorum colorum.* Plin. 10, 52 Intus omne ouum volucrum bicolor. Myrtus bicolor Ouid. Met. 10, 98. Bacca Id. Met. 8, 664.

BICOLORVS, a, um *formauit* Vopiſc. Aurel. cap. 13. *Vid. ibi Salmaſ.*

BICŎMIS, e. *Vt,* Equus bicomis Veget. de Re Vet. 1, 56, 36. *cui ab vtraque parte iubae dependent.*

BICORNĬGER, a, um. Ouid. Epiſt. 13, 33 Bacchi epitheton, *duobus cornibus inſignis.*

BICORNIS, e. [δίκερος] *Quod habet duo cornua, vel proprie dicta, vel per metaphoram.* Plin. 11, 46 ſ. 106 Solida vngula et bicorne nullum *animal.* Caper bicornis Ouid. Met. 15, 304. Fauni Idem Epiſt. 4, 49. *Metaphor.* Furcae bicornes Virgil. Georg. 1, 264. Columel. 10, 148 Ferroque bicorni Pectat, et augentem ſulcis exterminet herbam, *de paruulo ligone,* ſ. Bipalio. Iugum Stat. Theb. 1, 62, *de Parnaſſo.* Luna Horat. in Carm. ſaecul. 35. Rhenus Virgil. Aen. 8, 727.

BICORPOR, ŏris. Adi. [δίσωμος] *Duorum corporum.* Cic. Tuſc. 2, 22 c. 9 Haec bicorporem afflixit manum, *de Centauris ſemihominibus et ſemiequis.*

BICORPOREVS. Adi. Firmic. 2, 12 Gemini eſt ſignum in caelo maſculinum, commune, bicorporeum. *Paullo poſt,* Virgo eſt ſignum in caelo femininum, commune, bicorporeum. *Alia nempe ſigna* Vnicorporea *vocat, alia* Bicorporea, *alia denique* Semicorporea.

BICORS, cordis. c. Virginem bicordem Commodian. Inſtruct. c. 11 *appellat fallacem.*

BICOXVS, a, um. Gloſſ. Gr. Lat. Bicoxum, *δίμηρον, a duabus coxis, ſ. femoribus.*

BICVBITĀLIS, e. [διπηχυαῖος] *Quod duorum eſt cubitorum. Vt,* Bicubitalis caulis Plin. 20, 23 pr.

BICVBITVS, a, um. *Idem.* Herba ramulis tenuibus bicubitis Apul. de Herb. cap. 72.

BIDENS, entis. f. [διοδὰς] Feſtus; Bidentes ſunt Oues duos dentes longiores caeteris habentes. Virgil. Aen. 6, 39 — totidem lectas de more bidentes. *Vbi* Seruius; Bidentes, Oues ſunt circa bimatum habentes duos dentes eminentiores, quae erant aptae ſacrificiis. *Add.* Scholiaſt. Horat. Od. 3, 13. *et Scalig. Caſtig. ad* Feſtum. *Et Coniectan. in* Varr. p. 43. Nonius 1, 264 Bidentes, qui exiſtimant ob eam cauſam oues a Virgilio dictas, quod duos dentes habeant, peſſime ac vitioſe intelligunt. Nam nec duos dentes habent, et hoc quidem et genus monſtri eſt: et melius intelligi poteſt, ſi biennes dixerit auctoritate Pomponii in Atellana, *Mars, tibi voueo facturum, ſi vnquam redierit, bidenti verre.* Laberius Paupertate, *Viſus hac nocte bidentes propter viam facere. Et* Nigidius Figulus dicit *bidental* vocari, quod *binae pecudes* immolentur. *Hactenus* Nonius. *Eadem habet* Gell. 16, 6, *et addit, videri primum* Bidenues *dictas, quaſi* Biennes, *deinde corruptam paullatim vocem. Finit in verbis* Hygini, Quae bidens eſt hoſtia, oportet habeat dentes octo, ſed ex his duo caeteris altiores, per quas appareat ex minore aetate in maiorem transſcendiſſe. *Eadem* Macrob. Sat. 6, 9. *Quod hi ſcriptores omnes* verrem bidentem e Pomponio laudant, *oportet illos ea etiam, quae ſequuntur, inſpexiſſe. Aliaquin poſſit hoc eſſe initium deſcriptionis* ſuouetaurilium, *vt poſt* Bidenti *incidatur, ſequatur de vitulo.* Bidens, *pro Oue* Ouid. Faſt. 2, 70. Caedes bidentium Horat. Carm. 3, 23, 14. Intonſa bidens Virgil. Aen. 12, 170. *i. Parua, aut, vt* Seruius *interpretatur,* Breuis. Lanigerae Idem Aen. 7, 93. ¶ 2 Proprie *poſuit* Tib. in Priap. 26 Bidens amica, Romuli ſenis memor. *Eſt igitur edentula, cui duo tantum dentes ſuperſunt.* ¶ 3 *Metaph. tanquam adiectiuum, in quo ſubauditur* Ligo, Bidens, m. [σμίνη] *Inſtrumentum foſſorium ruſticum, quod duos dentes habet.* Iuuen. Sat. 3, 228 Viue bidentis amans, et culti villicus horti. Columel. 4, 14, 1 Inſequitur deinde foſſor, qui crebris bidentibus aequaliter et minutim ſoli terga conuertat. Duros iactare bidentes Virg. Georg. 2, 355. Ouid. Faſt. 4, 927. Pace bidens vomerque vigent Tibul. 1, 10, 51. Frangere glebam bidentibus Virgil. Georg. 2, 400. Columel. 4, 17, 8 Foſſores liberius et aptius iactant bidentes. Verſare ſolum bidente Tibul. 2, 3, 6.

BIDENTAL, dicebant antiqui quoddam Templum, quod in eo bidentibus hoſtiis ſacrificaretur. *Haec* Feſtus. *Scal. omitti iubet verba* quoddam templum: *ſed ita videtur* Feſtus *ſignaſſe locum conſecratum et ſeptum.* Horat. in Arte Poët. 471 — vtrum Minxerit in patrios cineres, an triſte bidental Mouerit inceſtus. *Hoc loco Ianus Parrhaſius, Loca tacta fulmine, inquit, acri ſtudio procurabant maiores noſtri: ſacerdotem adhibebant, colligebantque diſperſa fulminis veſtigia, terraeque ſacris rite peractis, conſtructa ara, caeſaque bidente, eum locum* Bidental *appellabant, quem violare piaculum erat.* Euitandum bidental Perſ. Sat. 2, 27. *Conf. hic* Scholiaſt. *et* Quinctil. Decl. 274, *vbi lex eſt:* Quo quis loco fulmine ictus fuerit, eodem ſepeliatur. *Pertinet huc* Lucan. 1, 606 Arruns diſperſas fulminis ignes Colligit, et terrae moeſto cum murmure condit, Datque locis numen. Vet. Schol. *legit* Nomen, *non bene: ſed verum tamen dicit,* Bidental dicitur, vbi

fulmen eſt conditum. *Huius deſcriptio etiam eſt* Lucan. 8, 864 Incluſum Tuſco venerantur ceſpite fulmen. Sidon. Apoll. Car. 9, 188 Nec quae fulmine Tuſcus expiato ſeptum numina quaerit ad bidental. Septum, *ne quis accedat temere ſuo cum malo.* ¶ 2 *Videtur etiam adiectiue poni:* Vet. Gl. Bidentale fulgur, κεραυνοβόλιον. Bidentales ſacerdotes Inſcr. Grut. p. 96, 5 *et* 6.

BIDENTATIO, ōnis. f. Gloſſ. Gr. Lat. σκαφετὸς occatio, bidentatio, *i. foſſio ope bidentis.*

BIDVANVS, a, um. Raban. Maur. de Inſt. Cler. 2, 26 Biduanus mos ieiunii inde ſumitus, quod Apoſtoli ieiunauerunt illo biduo, quo Dominus paſſus et ſepultus eſt. *Nempe*

BIDVVM, i. n. [δύο ἡμέραι] *Spatium duorum dierum.* Ter. Eun. 4, 2, 8 Hem biduum hic manendum eſt ſoli ſine illa? *Add.* ib. 1, 2, 107. Cic. Verr. 4, 64 Venerat ad eum illo biduo Letilius quidam, homo non alienus a literis. Biduo menſem longiorem facere Idem Verr. 2, 129 c. 52. Biduum ex menſe eximere Id. ibid. Bidui aut tridui ſolicitudo Ter. Andr. 2, 6, 9. Bidui nauigatio Plin. 6, 28. Bidui aberant caſtra, *i. duorum dierum ſpatio* Cic. Att. 5, 16. Biduum continens, *pro Perpetuum biduum* Sueton. in Calig. cap. 19. Per biduum Cic. de Orat. 2, 96 c. 38. Idem Att. 8, 22 (14) Propterea, quod neque Romae quidquam auditur noui, nec in his locis, quae a Brundiſio abſunt, propius quam tu biduum aut triduum.

BIENNALIS, e. *Duorum annorum.* *V.* g. Metae C. Iuſt. l. 12 t. 7 l. 2. Penſio C. Theod. l. 11 t. 20. Tempus C. Iuſt. l. 4.

BIENNIS, e. *Idem.* Plin. 2, 82 Vtpote quum quidam annuo et bienni ſpatio durauerint.

BIENNIVM, i. n. [διετία] *Spatium duorum annorum.* Cic. Philipp. 5, 7 c. 3 Tribuni pleb. tulerunt de prouinciis contra acta Caeſaris, ille biennii, iſte ſexennii. Lex vſum et auctoritatem fundi iubet eſſe biennium Cic. pro Caec. c. 19. *i. vſum ſ. poſſeſſionem per biennium continuatam fieri auctoritatem ſ. titulum legitimum.* Quinctil. 1, 12, 9 *de Pueris*, Intra biennium, quam verba recte formare potuerunt, omnia fere loquuntur.

BIFARIAM. Adu. [διχῶς] *In duas partes, aut Duobus modis.* Cic. Tuſc. 3, 24 c. 11 Bifariam quatuor perturbationes aequaliter diſtributae ſunt. Nam duae *etc.* Varr. de R. R. 2, 4 Natura diuiſus eſt eius annus bifariam. Bifariam COSS. ingreſſi hoſtium fines Liu. 3, 23 *extr.*

BIFARIVS, a, um. *Duplex, in vtramque partem aptus.* Apul. Dogm. Plat. 3 pag. 39 Vtraque acceptio bifaria tollitur, *Et bis* Bifaria ſit ſublata illatio. Ammian. 18, 8 Ratione bifaria. Commodian. Inſtruct. 24 Quid in Synagoga decurris ad bifarios.

BĬFAX, *vel* DIFAX. *Habens duas facies.* Gloſſ. Lat. Gr. Bifax, difax, διπρόσωπος. *Vid. Meurſ. Exerc. 2. 4. 15.*

BIFER. Adi. [δίφορος, δίκαρπος] *vt*, Bifera arbor, *quae bis in anno fert fructum.* Plin. 13, 22. *et* 16, 27 *tot.* *Sic* Varr. R. R. 1, 7, 7. Biferae ficus Columel. 10, 703. *it.* 5, 10. *Quod etiam de fructu dixit* Suet. Aug. 76 Caſeum bubulum et ficos virides biferas maxime appetebat. *Vid. ibi Torrent.* Virg. Georg. 4, 117 Forſitan et pingues hortos quae cura colendi Ornaret, canerem: biferique roſaria Paeſti. Quod vno anno bis illic naſcerentur roſae, *vt docet* Seruius. *Sic* Violaria bifera Solin. c. 8.

BIFESTVS, a, um. Prudent. Paſſ. Petr. et Paull. extr. Diem bifeſtum ſic colas memento.

BIFĬDVS. Adi. [δίχηλος] *Quod in duas partes fiſſum eſt.* Plin. 11, 37 Lacertis bifida et piloſa lingua. Ouid. Met. 14, 303

Quo magis illa canit, magis hoc tellure leuati
Erigimur, ſetaeque cadunt, bifidosque relinquit
Rima pedes.

Bifidum iter Valer. Argon. 1, 570. Ridicae bifidae Columel. 4, 33, 4.

BIFIDO, āre. *bifariam findere.* Zeno Veronenſ. *Hinc*

BIFIDĀTVS. Adi. [διχηλωτὸς] Plin. 13, 4 Folia cultrato mucrone, lateribus in ſeſe bifidatis, bellas primum demonſtrauere gemmas. *De palmis loquitur.*

BIFISSVS, a, um. *Idem.* Solin. cap. 51 Bifiſſae vngulae.

BIFOLIVM *Herba, ex* Plin. 26, 9 *extr. laudatur.* *Verum ipſum nomen non habet. Sed iſta:* Ophrys herba, denticulato oleri ſimilis, foliis duobus.

BIFŎRIS, e. [δίθυρος] *Duplices ianuas habens, ſ. valuas.* Ouid. de Pont. 3, 3, 5 Nox erat, et bifores intrabat Luna feneſtras, Menſe fere medio quanta nitere ſolet. Valuae Ouid. Met. 2, 4. Virg. Aen. 9, 618 — vbi aſſuetis biforem dat tibia cantum. *Vbi* Seru. Biſonum, imparem. Et ſeruauit eis tibiarum ſuarum ordinem. Tibiae aut Serranae dicuntur, quae ſunt pares, et aequales habent cavernas; aut Phrygiae, quae et impares ſunt, et inaequales habent cavernas. Ergo biforem, diſſimilem, diſſonum; non enim ſunt pari modulatione compoſitae.

BIFŎRVS, a, um. *Idem.* Vitruu. 4, 6 Forium ornamenta non fiunt ceroſtrata, neque biſora, ſed valuata. *Vid. Solmaſ. in* Solin. p. 651.

BIFORMĀTVS. Adi. [διμορφωτὸς] Cic. Tuſc. 2, 20 c. 8 — non biformato impetu Centaurus ictus corpori infixit meo. Biformatus impetus *a biformi vel duplicis corporis centauro factus.*

BIFORMIS, e. [δίμορφος] *quod duas formas habet.* Columel. 10, 428 Inter laſciuos Satiros, Panasque biformes. *i. ſemicapros. Quidam legunt* Bicornes: *quod mihi, dum ederem Columellom, non obſervatum eſt.* Biformis natura Centaurorum Claud. in Ruff. 1, 329. Ianus Ouid. Faſt. 5, 98. *i. bifrons.* Monſtrum Ouid. Met. 8, 156. *de Minotauro.* Populus biformis, *Centauri* Ouid. Amor. 2, 12, 19.

BIFRONS, ontis. Adi. [διμέτωπος] *qui geminam frontem ac faciem habet.* Virg. Aen. 12, 198 Latonaeque genus duplex, Ianumque bifrontem. Idem 7, 180.

BIFVRCVS. Adi. [δίζυλος] *Geminatus in furcam, duo acumina, cornua, habens: vt*, Bifurcum ferramentum Columel. 3, 18, 6. Bifurci ſurculi 5, 11, 3. Ramus Ouid. Met. 12, 442. *it.* de Nuce v. 151. *Subſtant.* Col. 4, 24, 10 Vocatur focaneus palmes, qui ſolet in biſurco medius prorepere. *Etiam* Veget. mulom. 2, 40, 2 *de venis conuenientibus*, Duae autem venae a capite deſcendunt, et conueniunt ſe ſub maxillis vsque ad gulam — ne bifurcum tangas, et iumentum occidas. *Et* Petron. c. 62 Mihi ſudor per bifurcum volabat, *i. intra femora.*

BIGA, ae; *et* BIGAE, arum. f. [συνωρὶς, ζεῦγος] *Currus duorum equorum iugo actus, interdum ipſi equi, quod de* Curru *etiam obſeruamus. Neque enim audiendus videtur Titius ad* Grat. Cyneg. 227, *qui a rotarum numero* bigas *et* trigas, quadrigasque *dictas ſuſpicatur.*



Virg. Aen. 5, 721 Et nox atra polum bigis ſubuecta tenebat. Anhelantes bigae Stat. Theb. 6, 688. Citae bigae Catul. 53, 26. Varro Serrano ap. Non. 2, 731 Dum in agro ſtudioſius ruror, aſpicio Triptolemum ſculponeatum bigas ſequi cornutas. Bigas cornutas *hic intelligit Turnebus iculariter dici Boues duos aratores, quos ad aratrum iunxerat Triptolemus, qui frumenti ſementem mortales edocuit.* Lunares, *quibus Luna vehitur* Stat. Theb. 12, 297. Nocturnae, Lunae Sen. in Hippol. 312. *Et* Herc. Oet. 1520. Roſeae bigae, *Aurorae* Virg. Aen. 7, 26. Soporiferae bigae, *Dianae* Valer. Argon. 2, 295. Agitare bigas Lucan. 1, 78. Bigas primum iunxit Phrygum natio Plin. 7, 56. Raptari bigis Virg. Aen. 2, 272. Remeant bigae Sen. in Agam. 818. *Singularis, rarior et a regula aliquantum abhorrens, quod indicat* Seruius ad Aen. 2, 272 *eſt* Stat. Theb. 1, 338 *de Aurora*, Roriſera gelidum tenuauerat aëra biga. *Et* Silu. 3, 4, 46 *de Venere*, Tollit, olorinaque iubet conſidere biga.

BIGARIVS, i. m. *Auriga Bigarum. Cippus marmoreus Aurigae pueri*, FLORVS EGO HIC IACEO BIGARIVS INFANS, QVI CITO DVM CVPIO CVRRVS CITO DECIDI AD VMBRAS. Ferret. Muſ. Lapid. 4 Memor. 23. *Conf.* Arnob. 2 p. 70.

BIGĀTVS. Adi. *vt*, Argentum bigatum Liu. 23, 33 *quod bigas impreſſas habet.* Plin. 33, 3 Nota argenti fuere bigae atque quadrigae: et inde bigati, quadrigatique dicti, *intell.* numi. Liu. 23, 15 Laetoque iuueni promiſſis, equum eximium dono dat, bigatosque quingentos Quaeſtorem numerare iubet. *Vid. Bernegg. ad* Tacit. Germ. qu. 19. Bigatum argentum Liu. 33, 23 *et* 37. *it.* 36, 21.

BIGEMMIS. [δίλιθος] *Vitis epitheton, quae habet duas gemmas.* Columel. 5, 5, 11 Pro materiis longioribus pollices quaternûm aut quinûm gemmarum relinquuntur: pro cuſtodibus autem bigemmes reſeces fiunt. *Sed et* Annulus bigemmis Treb. Poll. in Claud. c. 14. *al.* bigemmeus: *i. duabus gemmis inſignis.*

BIGĔNER, is; *vel* BIGĔNĔRIS, e. [διγενὴς] Feſtus, Bigenera animalia dicuntur ex diuerſo genere nata, vt leopardalis ex leone et panthera, cicur ſus ex apro et ſcrofa domeſtica, mulus ex equa et aſino. Varro de R. R. 2, 8, 1 Nam muli et hinni bigeneri atque inſititii, non ſuopte genere ab radicibus, ex equa enim et aſino fit mulus contra ex equo et aſina hinnus. *Al.* Bigeneris *ſ.* bigeneres.

BIGENS, entis. o. *Ortus ex duabus gentibus.* Cathol.

BIGERMEN, minis. n. *Seges duplici germinum genere conſtans, ſ Semen duo germina producens.* Cathol.

BIGNVS, a, um. *pro bigenus, vid. ſupra* BIGNAE.

BIGRADVM, i. n. Gloſſ. Gr. Lat. δίβαθμον, bigradum.

BIHORIVM, i. n. *Tempus duarum horarum forte non abſurdum fuerit dicere ad analogiam* Trihorii *v. v.*

BIIVGVS, *et* BIIVGIS, e. Adi. [δίζυγος] Biiuges *equi dicuntur, quod bini ad vnum iugum alligati ſint.* Martial. 1, 13 Geſtatus biiugis Regulus eſſet equis. Virg. Aen. 10, 587 Admonuit biiugos, *i. incitauit equos.* Certamen Virg. Aen. 5, 144. *i. curule.* Curriculum Sue Calig. cap. 19. Currus Sil. 2, 82. Faſces biiuges Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 233. *i. duplices.* Leones biiugi Lucret. 2, 601. *de curru Cybele* Lynces Ouid. Met. 4, 24. *Hi trahunt currum Bacchi.* Plauſtrum Auſon. Epiſt. 11 *ſub fin.* Serpentes Valer. Argon. 7, 218. Temo Sta Theb. 2, 723. Biiugi, *interdum ſubſtantiue pro ipſis Curribus capiuntur.* Virg. Aen. 10, 453 Deſiliit Turnus biiugis, pedes apparat ir Cominus.

BIIVVENIS, *infelici coniectura fictum nomen a Barthio Adu. 32, qui* Apul. Met. 2 p. 126, 21 *pro* Superbi iuuenis *legi ſuadet*, ſemperbi iuuenis Adonei.

BIIANX, ancis. f. [ζυγὸς] *Libra, inſtrumentum, quo res duabus impoſitae lancibus ponderantur. Videtur adiectiuum origine:* Mart Capell. 2 p. 42 Sine bilance libra.

BILEX. [δίμιτος Vet. Gl.] *et* pl. Bilices *eaedem. Eſt igitur vt* Trilix *a licio ſ. filo deriuatum, et forte melius legatur* Bilix.

BILĪBRA, ae. [δίλιτρον] *Duarum librarum pondus.* Liu. 4, Sp. Melium, cui tribunatus plebis magis optandus quam ſperandus fuerit, frumentarium diuitem, bilibra farris ſperaſſe libertatem ſe ciuium ſuorum emiſſe. *conf. Gronou. in loc. qui legit* Bilibris *plur.* qu Binis libris.

BILIBRALIS, e. Gloſſ. Cyril. Bilibralis, διλιτριαῖος.

BILĪBRIS, e. Adi. [δίλιτρος Gloſſ. Cyrill.] *Duarum librarum* Martial. 11, 50 Nunc vt emam grandemue lupum, mullumue bilibrem Plin. 18, 11 Ex aqua hordeoque bilibres offae. Cornu bilibre Ho Serm. 2, 61 Vas duas libras olei continens.

BILINGVIS, e. [δίγλωσσος] Feſtus, Bilingues Brutales Ennius dixit, quod Brutii et Oſce et Graece loqui ſoliti ſint. Sunt autem Italiae populi vicini Lucanis. Hor. Serm. 1, 10, 30 Quum Pedius cauſas exſudet Publicola, atque Coruinus, patriis intermiſcere petita Verba foris malis, Canuſini more bilinguis? Canuſinum *ideo* bilinguem *vocat, quia et Graeci et Latini apud Canuſium vrbem Italiae, non procul a mari ſitam, et a Diomede conditam, habitant, vtroque ſermone vtentes, Latino et Graeco.* Curt. 7, 5, 29 *de Branchidis*, Mores patrii nondum exoleuerant: ſed iam bilingues erant, paullatim a domeſtico externoque ſermone degeneres. *conf. Snakenb. et Freinsb. Ind.* Curt. et Drakenb. ad Sil. 16, 157. ¶ 2 Bilinguis, *Fallax* Ne duplices habeatis linguas, ne ego bilingues vos necem Plaut. Truc 4, 3, 7. Virg. Aen. 1, 665 Quippe domum timet ambiguam, Tyriosque bilingues. *Vbi* Seruius: Bilingues, Fallaces: nec enim a linguam retulit, ſed ad mentem. Firmic. 4, 1 Nec Afrorum malitioſa commenta, et bilingues animos, ſalutare Iouis ſidus impedie Bilingues inſidiae Claud. de Bell. Gild. 284.

BILVSTRIS, e. [δεκαετὴς] *vt*, Bellum biluſtre, *quod duo luſtra id eſt decem annos durauit* Ouid. Amor. 2, 12, 9. *et* Sidon. Carm 23, 299.

BILYCHNIS, e. *Duos lychnos habens.* Petron. cap. 30 Lucerna bilychnis de camera pendebat.

BIMAMMIA, ae. f. Plin. 14, 3 Vuae bimammiae, *a figura credo dictae.*

BIMARCVS, *vid. paullo ante.*

BIMĂRIS, e. Adi. [διθάλασσος] *Quod eſt inter duo maria*, Corinthus bimaris Hor. Carm. 1, 7, 2. Iſthmus bimaris Ouid. Met. 6, 419. Bimaris iuga pinguida Pyrenaei Auſon. Ep. 24, 69. Calpe bimaris Paullin. Nol. Carm. 10, 230. *Conuenit igitur non tantum in loca, quae in Iſthmo ſita ſunt; ſed in promontoria etiam.*

BIMARITVS, a, um. *Duarum ſimul mulierum contra leges maritus.* Bimaritum appellas, vt verba etiam fingas, non ſolum crimina Cic. pro Planc. 30 c. 12.

BIMĀTER, tris. Adi. [διμήτωρ] *Qui duas habet matres. Sic* Ouidius Bacchum *vocat, quoniam ille bis natus dicebatur, primo quidem ex Semele. Sed quum partus ille crudus et praematurus eſſet, Iupiter inſutum femori ſuo, et ad iuſtum puerperii tempus conſeruatum, rurſum edidit.* Ouid. Met. 4, 12 Ignigenamque, ſatumque iterum, ſolumque bimatrem. *Fabula, quam reſpicit haec appellatio eſt* Metam. 3, 312.

BIMĀTVS, us. m. [διετία] *Spatium ſiue aetas duorum annorum.* Varr. de R. R. 2, 5, 17 Caſtrare non oportet ante bimatum. Col. 7. 3, 6 Poſt bimatum. Id. 7, 4, 4 Bimatu expleto. Plin. 9, 30 Neque his bimatu longior vita. *De loligine loquitur. conf.* Macrob. Saturn. 2, 5.

BIMEMBRIS, e. [δίκωλος] *Quod gemina habet membra, vt,* Ouid. Epiſt. 9, 99 Et male confiſum pedibus, formaque bimembri, *de Centauro. Etiam* Centauri bimembres Sil. 3, 41. *Quin* Bimembres, *ſubſtantiue* [δίκωλοι] *pro Centauris* Stat. Theb. 12, 554 — Oſſaei bello cecidere Bimembres, *i. Centauri Oſſam montem incolentes.* Virg. Aen. 8, 293 *de Centauro Ixione,* — tu nubigenas inuicte Bimembres, *etc. conf.* Ouid. Met. 15, 283.

BIMENSIS, is. [δίμηνος] *Tempus duorum menſium.* Liu. 45, 15 Et ad opera quae locaſſent probanda, anni et bimenſis tempus prorogaretur.

BIMENSTRVVS, a, um. *Idem.* Gloſſ. Cyrill. Bimenſtruus, διμηνιαῖος.

BIMESTRIS, e. *Idem.* [διμηνιαῖος] *vt,* Bimeſtre ſtipendium Liu. 9. Plin. 18, 7 Eſt et bimeſtre frumentum. Cic. Fam. 10, 24 Quae mens eum, aut quorum conſilia a tanta gloria, ſibi vero etiam neceſſaria ac ſalutari auocarit, et ad cogitationem Conſulatus bimeſtris ſummo cum terrore hominum, et inſulſa cum efflagitatione tranſtulerit, exputare non poſſum. Porcus bimeſtris Hor. Carm. 3, 17, 15.

BIMETRVS, a, um. *Duobus metris conſtans, ſ.* διποδίαις *Iambicis. Nam meminiſſe debemus* Trimetrum *v. c. eſſe ſenarium et ita porro. Vid.* METRVM. *vt,* Literae bimetrae Sidon. Epiſt. 9, 15. Arte bimetra Idem 9, 13,

BIMVS. Adi. [διετὴς] *Duorum annorum, vt,* Bimae nuces Cato cap. 17. Varro de R. R. 2, 5, 12 Habeo tauros totidem quot Atticus, ad matrices LXX, duo, vnum anniculum, alterum bimum. Idem 2, 1, 13 A bima aut trima fructum ferre incipit vacca. Merum bimum Hor. Carm. 1, 19, 15. Plin. 18, 24 Semen optimum anniculum, bimum deterius, trimum peſſimum, vltra ſterile. Bimae plantae Pall. Feb. 25, 2. Cic. Fam. 3, 8 De hac quoque ſententia bima decedat *i. qua cenſuit, vt per duos annos remanerem in prouincia.* Cic. Fam. 10, 24 In caſtris Bruti vna veterana legio: altera bima: octo, tironum. Penſio Martial. 12, 31.

BIMŬLVS. Adi. [διετήδιος] Dimin. *Idem* Tranquillus Calig. c. 8 Quo tempore prope bimulus, deductus ab vrbe ſit. Catul. 17, 12 — nec ſapit pueri inſtar Bimuli.

BINARIVS, a, um. *vt,* Binariae formae, *i. Numi binis aureis valentes* Lamprid. Alex. Seuer. cap. 39.

BINIO, ōnis. *Aureus maioris formae, duplicisque aeſtimationis.* Egeſipp. lib. 5. Excidii Hieroſol. Egeſſerant aliqui biniones aureos, quos abſorbuerant, quum adornarent fugam. Gloſſ. Philox. Biniones δηνάρια. *In lexico quoque S. Germani inuenit* Biniones δινάμμια καὶ δηνάρια *explicari, Turnebus.*

BINOCTIVM, i. n. *Spatium duarum noctium.* Tacit. Ann. 3, 71, 4 Vt plus quam binoctium abeſſet. *Conf.* Ammian. 30, 2.

BINOMIVS. [διώνυμος] Cui geminum nomen: *vt,* Numa Pompilius, Tullus Hoſtilius. Feſtus.

BINOMĬNIS, e. [διώνυμος] *Idem.* Ouid. Met. 14, 609 Inde ſub Aſcanii ditione binominis, Alba Resque Latina fuit. Aſcanius *vocabatur et* Iulus. Irus binominis Ouid. in Ibin 417. *Nam ante* Arnaeus *dictus.* Iſter binominis Ouid. e Pont. 1, 8, 11. *Dicitur enim et* Danubius.

BINI, ae, a. [σύνδυο] Adi. *numerale diſtrib. quaſi* duini (*vid.* BIS) a Duo, *pro quo interdum ponitur.* Nec quae ſint ſingula, bina vide Ouid. A. A. 3, 764 *i. caue ebrietatis illum gradum, qui facit, vt diſtortis oculorum axibus bina videantur, quae ſunt ſingula: vt* Lucr. 4, 451 Omnia, quae tuimur, fieri tum Bina tuendo. Siſenna lib. 3 *ap.* Non. 2, 88 Ad binûm millium numero, fauciis vtrinque factis. Plin. 12, . . Ergo in vtraque gente bina laudaui genera, terrenum et factitium. Idem 7, 16 Bini cubiti. Ter. Phorm. 5, 3, 6 Nam ex his praediis talenta argenti bina ſtatim capiebat. Binis annis conuertuntur Plin. 2, 8. Terna, bina, ſingula verba Cic. de Orat. 3, 196. *Sed reliqua Subſtantiua elementari ordine diſponemus.* Lucret. 4, 292 Ilis quae reddunt ſpeculorum ex aequore viſum, Aëribus binis. Amicas binas habere Ouid. Rem. Amor. 441. *pro duas.* Aures binae Virg. Georg. 1, 172. *Etiam hic poterat* duae *locum habere.* Capita bina boum in naues Virg. Aen. 5, 61. Cic. Philipp. 12, 27 Inter bina caſtra cum Vectio collocutus eſt. *Sic* Val. Max. 1, 6, 2. Cenſores binos in ſingulas ciuitates deſcribebat Cic. Verr. 2, 133. Centeſimis binis foenerari Cic. Verr. 3, 165. Codicilli Suet. Oth. c. 10. Copiae hoſtium Cic. pro L. Man. c. 4. Lucret. 5, 877 Sed neque Centauri fuerant, neque tempore in vllo Eſſe queunt duplici natura, et corpore bino. Damna Ouid. Triſt. 3, 8, 34. Facies Virg. Georg. 4, 95. Foetus binos alit vbere Virg. Ecl. 3, 30. Ouid. Faſt. 6, 495 Eſt ſpatio coniuncta breui, freta bina repellit, Vnaque pulſatur terra duabus aquis. Gladiatores binos ſingulis patribus familiarum diſtribuit Cic. Att. 7, 14. Honor binus Ouid. ex Pont. 4, 9, 64. *ſic vocat duplicem Conſulatum.* Id. Met. 12, 432 Codice qui miſſo, quem vix iuga bina (*equorum vel boum loco*) mouerent Iuncta, Phonolenidem a ſummo vertice fregit. *Etiam hic vel* bina *ſignificat duo; vel* quem *poſitum pro* qualem. Literas binas a te accepi Cic. Att. 6, 1. *Add.* Id. Fam. 10, 5. *Et in* Bruto 333 Nonne cernimus, vix ſingulis aetatibus binos oratores laudabiles conſtitiſſe? Cic. Verr. 2, 130 Hoc ſi Romae fieri poſſet, certe aliqua ratione expugnaſſet iſte, vt dies XLV inter binos ludos tollerentur, per quos ſolos iudicium fieri poſſet. Lumina bina lucernarum Lucret. 4, 452. *Accurate et Grammatice* Iabolenus in l. Qui Concubinam D. de leg. 3. Qui quatuor pocula oleagina habebat, ita legauit: Pocula oleagina duo paria. Reſpondi, vnum par legatum eſſe: quia non ita eſſet, Bina paria: neque ita, Poculorum paria duo. P. binum Scribon. 8, 70. *i. pondo binum, ſ. librae binae.* Reges bini Nep. 23, 7, 4. Liu. 3, 69 Bini Senatores ſingulis cohortibus praepoſiti. Sponſalia bina conſtituere, *eſt Vnam duobus ſpondere, vt vtriusque ſit vxor, et ſic, quod vulgo dici ſolet, Vna filia duos generos facere.* l. Quid ergo ſi non. §. Si quis alieno nomine. D. de his qui notant. infam. Supellex bina Lucret. 4, 453. Tabellarios per binos miſi Romam literas Cic. Att. 6, 1. Tabellariis binis et tibi et Octauiano ſcripſi Cic. Fam. 10, 33. Vbera bina die ſiccant ouis Virg. Ecl. 2, 42. Venationes Cic. Fam. 7, 1. In bina ſindere Lucret. 1, 534. *Exſpectant lectores, hic explicari locum* Cic. Fam. 9, 22 Quum loquimur terni: nihil flagitii dicimus: At quum bini; obſcoenum eſt. *Nempe* βινεῖν *apud Graecos coire ſignificat. Hinc apparet, inter β Graecum et B Latinum, nullum tum fuiſſe diſcrimen in pronuntiando, neque inter I longum Latinorum, et inter Graecorum* EI.

BIPALIVM, i. n. [διμάκελλα] *Inſtrumentum quo terra foditur, quaſi* Bina pala. Columel. 3, 5 Ager bipalio ſubigi debet. *conf.* Cat. de R. R. 6, 3. *et* 45, 1. Plin. 16, 36. Bipalium non altum Col. 11, 3, 11.

BIPALMIS, e. [δίδωρον] *Duorum palmorum.* Varro de R. R. 3, 7, 4 Intus ternorum palmorum ex omnibus partibus ſub ordines ſingulos tabulae fixae, vt ſint bipalmes, quo vtantur veſtibulo, ac prodeant. Liu. 42, 65 Bipalme ſpiculum haſtili ſemicubitali infixum.

BIPALMVS, a, um. *Idem.* Apul. de Herb. cap. 7.

BIPARTIOR, *ſiue* BIPERTIOR, īri. [διχομερίζω] *In duas partes diuido.* Columel. 11, 2, 31 XI Cal. Maias Ver bipartitur. pluuia, et nonnunquam grando. *vbi obſcurum eſt actiuene an paſſiue accipiatur.* Cic. Catil. 3, 5 c. 2 Atque ibi in proximis villis ita bipartiti fuerunt, vt Tiberis inter eos et pons intereſſet.

BIPARTĪTVS, a, um. *Paſſiue.* Genus bipartitum Cic. Topic. 85. Hiems bipartita Columel. 3, 2. Melos bipartitum Cato *apud* Non. 2, 10.

BIPARTĪTO, *ſiue* BIPERTITO. Adu. [διχῶς] Cic. de Invent. 2 c. 29 Id ſit bipartito. *i. e. Duobus modis.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 25 Romani conuerſa ſigna bipertito intulerunt. Ouid. Rem. Amor. 443 Secta bipartito cum mens diſcurrit vtroque, Alterius vires ſubtrahit alter amor. *Sic* Claſſis bipartito diſtributa Cic. pro Flacc. c. 14.

BIPĂTENS. Adi. [διχνοικτὸς] *vtrinque patens.* Virg. Aen. 2, 330 — portis alii bipatentibus adſunt. *Et* Aen. 10, 5 Conſidunt tectis bipatentibus. *Vbi* Seruius *ait*, ſermonem eſſe Ennianum tractum ab oſtiis, quae ab vtraque parte aperiuntur. Bipatentibus, Apertis.

BIPĔDA, ae. *Duorum pedum tegula.* Pallad. 1, 40, 5 Aream bipedis ſternis. *Et paullo poſt*, Bipedas conſtitues ferreis ancoris colligatas. *Conf.* Idem 6, 11, 2 *et alias:* Bipedales tegulas *vocat* Vitr. 7, 1, *extr.*

BIPEDĀLIS, e. [διποδιαῖος] *Quod habet longitudinem duorum pedum.* Caeſ. Bell. Gall. 4, 17 Inſuper bipedalibus trabibus immiſſis. Bipedalis latitudo Columel. 8, 3, 7. Bipedali hiatu aperiri Plin. 16, 12. Hor. Serm. 2, 3, 309 Longos imitaris, ab imo ad ſummum totus moduli bipedalis. Vetus Inſcriptio *apud Fabrett.* p. 500 C. AQVILI APRILIS EX PEDICA ET BIPEDALE DOLIA. *Vbi Fabrettus:* Bipedale opus, *ſunt Lateres ipſi bipedalis exactae menſurae.*

BIPEDĀNVS. Adi. [διποδιαῖος] *Idem.* Columel. 2, 2, 21 Frumentis autem ſat erit, ſi aeque bona ſuberit bipedana humus: arboribus altitudo quatuor pedum abunde eſt. *Sed melius al.* Bipedaneus.

BIPEDANEVS. [διποδιαῖος] *Idem.* Columel. 4, 1, 2 Quippe ſeminibus vineaticis nimium me profundos cenſuiſſe fieri ſcrobes adiecto dodrante ſuper altitudinem bipedaneam, quam, *etc.* Latitudo bipedanea Columel. 11, 2, 28. Paſtinatus bipedaneus Plin. 17, 20. Scrobs Colum. 5, 5.

BIPENNIS, is. [πέλεκυς] *Securis quae vtrinque aciem habet: a* Pinna *deriuatum nomen, quod Acutum veteres dicebant.* Quinct. 1, 4, 12 A *pinna*, quod eſt acutum, ſecuris habens vtrinque aciem *Bipennis.* Iſid. 19, 19 Bipennis dicitur, quod ex vtraque parte habeat acutam aciem, quaſi duas pennas. *Sic* Seru. ad Aen. 2, 429. Plin. 8, 8 Ita pendens alterum poplitem (*elephanti*) dextra caedit: ac praeacuta bipenni hoc crure tardato profugiens, alterius poplitis neruos ferit. *Adiectiuum eſt et ſubauditur* ſecuris, *vt monet* Priſc. 5 p. 652. *quod addit* Varro Parmen. *apud* Non. 2, 82 Ferens ferream humero bipennem ſecurim. Quin Virg. Aen. 11, 135 Ferro ſonat icta bipenni Fraxinus. *Et* Fulmen bipenne *eſt* Varronis *ap.* Non. *l. c.* Virg. Aen. 2, 479 Ipſe inter primos correpta dura bipenni Limina perrumpit. Illa bipenne ſuos caedit violenta lacertos Tibull. 1, 7, 53. *de Sacerdote Bellonae.* Caelata argento Virg. Aen. 5, 307. Crebris bipennibus inſtant Id. Aen. 2, 627. Saeuam inhibere bipennem Ouid. Met. 8, 766. Duris tonſa bipennibus ilex Hor. Carm. 4, 4, 57. Valida bipennis Virg. Aen. 11, 651. *Vſus illius etiam in ſacrificiis.* Sil. 16, 264 Victimaque admotae ſtabat ſubiecta bipenni. *Et* 5, 64 Preſſamque ad colla bipennem Incerta ceruice ferens altaria linquit. Sen. Herc. Oet. 798 Impreſſa fugax Taurus bipenni vulnus et telum ferens. *In re etiam nautica et bello nauali eius vſus erat.* Veg. de Re mil. 4 *vlt.* Bipennis eſt ſecuris habens ex vtraque parte latiſſimum et acutiſſimum ferrum. Per has in medio ardore pugnandi peritiſſimi nautae vel milites cum minoribus ſcaphulis ſecreto incidunt funes, quibus aduerſariorum ligata ſunt gubernacula. ¶ 2 *Verum Adiectiuum etiam eſt ex altera ſignificatione, qua eſt* δίπτερον, *quod duabus pennis volat.* Plin. 11, 28 Nullum, cui telum in ore, pluribus quam binis aduolat pennis. Illis enim vltionis cauſa datum eſt, his auiditatis. Nullis eorum pennae reuiuiſcunt auulſae. Nullum cui aculeus in aluo, bipenne eſt. Quibusdam pennarum tutelae cruſta ſuperuenit, vt ſcarabeis.

BIPENNĬFER. Adi. [πελεκυφόρος] *Bipennem ferens.* Ouid. Met. 8, 391 Ecce furens contra ſua fata bipennifer Arcas. Idem Triſt. 5, 3, 39 Oſſa bipenniferi Lycurgi, *Thraciae tyranni.*

BIPENSILIS, e. Forcipes bipenſiles dentarpages Varro *ap.* Non. 2, 237 Graecorum ὀδοντάγρας *vocauit.*

BĬPES, ĕdis. Adi. [δίπους] *Quod habet duos pedes.* Cic. pro Domo 48 c. 18 Hoc miniſtro omnium non bipedum ſolum, ſed etiam quadrupedum impuriſſimo. *Sic* Plin. Epiſt. 1, 5 Regulus omnium bipedum nequiſſimus. Equos bipedes, *vocat* Virgilius *Equos Protei, quoniam priore tantum corporis parte equos, poſteriore piſces referebant,* Georg. 4, 389. *Vltimam licenter corripuit* Auſon. Gripho Tern. 39 Qui bipes et quadrupes foret, et tripes omnia ſolus. Cic. pro Domo 48 c. 18 Omnium non bipedum ſolum, ſed etiam quadrupedum impuriſſimus.

BIPINNA, *apud* Martialem *ex ſententia Turnebi, vocatur Pars ea, qua viri ſunt, male craſſa, quae duarum pennarum tubos, vel cannas duplicis pennae amplitudine, id eſt craſſitudine non ſuperet. Locus eſt* 11, 73 Drauci Nata ſui vocat bipinnam, Collatus cui Gallus erit Priapus. *Alii legunt* Pipinnam, *et a* Pipillando *ducunt: alii* Vepenem, *et* Penem *intelligunt paruum. Hoc apparet, eſſe deminutiuum nomen rei nequam.*

BIPLEX, ĭcis. Gloſſ. Gr. Lat. διπλᾶξ, biplex, duplex.

BĬRĒMIS, is. f. [διήρης] *Nauis, quae duplici remorum ordine agitur, ſ. vt ait* Iſid. 19, 1 Habens remorum ordinem geminum. Cic. Verr. 5, 51 c. 20 Ne haec biremis aſcriberetur. Virgil. Aen. 1, 182 — ſi quem Iactatum bello videat, Phrygiaſque biremes. *Proprie adiectiuum eſſe apparet ex* Liu. 24, 40 Philippum primum Apolloniam tentaſſe, lembis biremibus CXX flumine aduerſo ſubuectum. *Sic omnes MSS. apud Gronou. Al.* leuibus biremibus, *quas ex Appiano Bayſius eas interpretabatur, quae et Liburnicae dicuntur. Adiectiue etiam* Horat. Carm. 3, 29, 62 Dum me biremis praeſidio ſcaphae Tutum per Aegeos tumultus Aura feret. *Sed ſubſtant.* Parua biremis Lucan. 10, 56. Remigio biremes aptare Virgil. Aen. 8, 79. Plin. 7, 56 Biremem Damaſtes Erythraeos feciſſe *auctor eſt. Caeterum duorum generum fuiſſe* biremes, *apparet, alteras* binorum *tantum* remorum, binos ordines remorum *habentes alteras. Prioris generis eſt illa* Horatiana, *itemque* parua Lucani, *et* non longa eiusdem 8, 562. *Tales videntur etiam fuiſſe* Lembi biremes Liuii. *Sed ab ordinibus binis dictae ſunt* Virgilianae.

BIROTVM, δίτροχον, Onomaſt. Vet. *ſeu* BIROTA, Genus vehiculi, a duabus rotis denominatum. *Vid.* Panciroll. Notit. Dign. Imp. Or. cap. 6. *et* Guther. de Off. Dom. Aug. 3, 15 *ex* C. Theodoſ. L. 8 de Curſu publ. ¶ 2 *Eſt autem proprie Adiect. v. g.* Ciſium vehiculi biroti genus Non. 2, 139.

BISACVTVS, a, um. Non ſi occidas eos gladio biſacuto Auguſtin. Conf. 12, 14. *Add. Barth. Adu.* 45, 25.

BIPRORVS, a, um. Biprora nauis Hygin. fab. 168. *Add.* Idem fab. vltim.

BISACCIVM, i. n. *Geminus ſaccus.* Petron. 31 In promulſidari aſellus erat Corinthius cum biſaccio poſitus, *h. e. Vas e Corinthio aere, quod vtrinque receptaculum inſtar ſacci habuit, quo ferculorum lances et paropſides in menſa ponebantur. Vid. Reineſ.*

BISELLIARIVS, i. m. *Qui biſellia fabricabat.* Vet. Inſcr. Grut. p. 1099, 2, *et* 1103, 6.

BISELLIVM. [διφρεῖον] *Sella, in qua duo tantum ſedere poſſunt.* Varr. de L.L. 4, 28. *Conf. Reineſ. ad Petron.* p. 114. *Copioſiſſime de* Biſellio *egit* Val. Chimentellus de honore biſellii, *cuius fundus eſt* Inſcr. *ap.* Grut. p. 475, 3 C. TITIO CHRESIMO — HONOREM BIS. ILLI *etc. Haec vltima Chimentellus legit* BISELLI *ſ.* biſellii: *et varie interpretatur, vel quod bis magiſtratum geſſerit,* ſella *vſus: vel quod* Duumuir *fuerit, cuius inſigne forte* biſellium *etc.* Vet. Gloſſ. Biſellium δίεδρον.

BISETA, Porca dicitur: a cuius ceruice ſetae bifariam diuiduntur, quum iam eſſe incipit maior ſex menſium. Feſtus.

BISSĒNI, ae, a. Auſon. in Monoſyll. Edyll. 12 Biſſenas partes quis continet aequipares? As. *Add.* Prudent. Cathem. 12, 192 Biſſena fratrum ſemina, *XII tribus Iudaeorum.*

BISEXTIALIS, e. Adi. *Vt,* Ollá biſextialis Marcell. Empir. cap. 15 *videtur, quae duos ſextarios capit.*

BISSEXTILIS, e. *Vt,* Annus biſſextilis, *vulgo dicitur, in quo eſt* Biſſextus. *Veteres* Intercalarem *dicunt.*

BISSEXTVM, i. n. Ammian. 26, 2 Biſſextum vitans Februarii tunc illuceſcens, *i. diem* biſſextum. *Nempe* conf. Valeſ. ad loc.

BISSEXTVS. [ἐμβολιμαῖος] *Dies dicitur proprie* Sextus Kalendas Martii, *in anno ex Iulii Caeſaris inſtituto intercalari, geminatus, et bis numeratus, ne reliquorum dierum ordo turbaretur.* Macrob. Sat. 1, 14 Iulius Caeſar decem dies obſeruationi veteri ſuperadiecit, vt annum CCCLXV dies — efficerent, et ne quadrans *(diei ſ. VI horae)* deeſſet, ſtatuit, vt quarto quoque anno ſacerdotes — vnum intercalarent diem, eo ſcilicet menſe ac loco, quo etiam apud veteres intercalabatur, id eſt, ante quinque vltimos menſis Februarii dies; idque Biſſextum cenſuit nominandum. *Vid. Chronologi, et Puteanus de Biſſexto.* Celſus in l. 98 D. de Verb. ſign. Quum biſſextus in Kalendis eſt, nihil refert, priore an poſteriore die quis natus ſit: et deinceps ſexto Kalendas eius natalis dies eſt. Nam id biduum pro vno die habetur, ſed poſterior dies intercalatur, non prior, Ideo quo anno intercalatum non eſt, ſexto Kalendas natus: quum biſſextus Kalendis eſt, priorem diem natalem habet.

BISOMVM, *vel* DISOMVM, i. n. *Sepulchrum duorum corporum.* Vet. Inſcr. *apud Aringh. Rom. Subterr.* 1, 26 §. 21. *Reineſ. Inſcript.* ſect. 20. 40. 116. 344. 369.

BISVLCILINGVA, ae. c. *Bilinguis, veterator.* Plaut. Poen. 5, 2, 74 Biſulcilingua quaſi proſerpens beſtia. *Nempe*

BĬSVLCVS. Adi. [δίχηλος] *Velut ſulco interpoſito in duas partes diuiſus: et frequenter de vngulis adhibetur.* Plin. 10, 1 Vngulae iis ceruinis ſimiles, quibus dimicant, biſulcae, comprehendendis lapidibus vtiles. *De ſtruthiocamelis.* Idem 10, 73 Biſulcis animalibus ſues *accenſet.* Biſulca cauda Plin. 9, 29. Lingua biſulca Ouid. Met. 9, 65. *de Acheloo in anguem mutato.* Biſulcus pes Idem Met. 7, 113, *de tauris, qui vellus aureum cum dracone cuſtodiebant.* Plin. 11, 28 ſ. 34 *de ſcarabaeorum genere, qui* Lucani *vocantur,* Cornua praelonga, biſulcis dentata forcipibus in cacumine, cum libuit ad morſum coëuntibus. Biſulci ſurculi arborum Columel. de Arborib. 26. Gl. Philox. Biſulcum δίαυλον.

BISVLTOR, ōris. m. [Διςέκδικος] Mars, *ita dictus quibusdam videtur a* Bis vlciſcendo, *cui hoc nomine templum conſecrarit Auguſtus: primo, quod adiutus ab ipſo fuiſſet, quum Iulium Caeſarem a coniuratis interfectum vlciſceretur: deinde quod ſigna Romana a Parthis erepta, victor eiusdem beneficio recepiſſet, Craſſique manes vltus eſſet. Enarrat* Ouid. Faſt. 5, 595, *et in hos verſus deſinit,* Rite deo templumque datum, nomenque Biſultor, Emeritus voti debita ſoluit honor. *Nec damnare audet Burmannus. Sed edidit tamen cum Heinſio,* Nomenque bis vlto: *id, quod neque repugnat ſeriei orationis, et in tantum hiſtoriae magis conuenit, quae templum* Martis Vltoris *non ignorat;* Biſultoris *eum nulla ſuperſit alia memoria.*

BISYLLABVS, *duas Syllabas habens. Vtitur* Varro de L. L. 8, 52.

BĬVERTEX, icis. *Vertex geminus.* Stat. Theb. 1, 628 — ſummaque biuerticis vmbra Parnaſſi reſidens. *Conf.* Sidon. Epiſt. 9, 15, *in Metro.*

BIVIRA, ae. [δίγαμοι] *Duorum virorum vxor, ſed ſuccedentium ſibi.* Non. 2, 83 *non ſatis accurate* Biuiras, quas Varr. viduas appellat; *debebat quidem adiici, iterum nuptas. Sed laudat* Varr. Lege Maenia, Ad Biuiram venio: cum vellem oſtendere, quid vellem, Metamelas, inconſtantiae filius, me reprehendit.

BĪVIVM, i. n. [ἄμφοδος] *Locus in duas vias abiens.* Virgil. Aen. 9, 238 — locum inſidiis conſpeximus ipſi, Qui patet in biuio portae, quae proxima ponto. Varr. R. R. 1, 18, 7 Biuium nobis ad culturam dedit natura, experientiam et imitationem.

BĪVIVS. Adi. [ἄμφοδος] Virgil. Aen. 11, 516 Vt biuias armato obſidam milite fauces, *i. quae ad duo loca ducunt.* Biuii, Triuii, Quadriuii DIV. Inſcr. Grut. 84, 5.

BĪSALTAE, arum. m. [Βισάλται] *Macedoniae gens.* Virgil. Georg. 3, 461, *de morbis ouium,*

Profuit incenſos aeſtus auertere; et inter
Ima ferire pedis ſalientem ſanguine venam:
Biſaltae quo more ſolent, acerque Gelonus
Quum fugit in Rhodopen, atque in deſerta Getarum,
Et lac concretum cum ſanguine potat equino.

*Vbi* Seruius, Biſaltae populi Scytharum, qui fugientes, equorum ſanguine aluntur lacte permiſto. *Sed haud dubie errat.* Biſaltae *enim ſatis accurate in Aemylii Paulli oratione apud* Liu. 45, 29 *deſcribuntur, vnde eos non longe a Strymone abfuiſſe apparet.* Valer. Argon. 6, 49 Proxima Biſaltae regio.

BĪSALTIS, idis. f. (*vitioſum enim eſt* BISALPIS) [Βισαλτίς] *Nomen puellae, quam Neptunus in arietem conuerſus compreſſit, vnde natus aries ille, qui Phryxum vexit.* Ouid. Met. 6, 117 *Neptunum alloquens,* tu viſus Enipeus Gignis Aloidas, aries Biſaltida fallis. *Ex* Hygino Fab. 188 *diſcimus, nomen puellae* Theophane: *Patris ergo fuit nomen* Biſaltus *aut* Biſaltes. *Vid. Meziriacus ad* Ouid. Her. 6 pr.

BISON, ontis, *et* ōnis. m. [βίσων] *Animal e boum ſilueſtrium genere.* Plin. 8, 15 Inſignia boum ferorum genera, *Germania gignit,* iubatos Biſontes, excellentique vi et velocitate vros *etc. Vulgo putant, deſcribi hoc animal a* Caeſ. Bell. Gall. 6, 26 Eſt bos cerui figura, cuius a media fronte inter aures vnum cornu exſiſtit excelſius, magisque directum his, quae nobis nota ſunt cornibus. Ab eius ſummo ſicut palmae rami quam late diffunduntur. *Sed difficile eſt tale animal invenire hodie. Et diſerte hunc* Biſontem *eſſe negat C. Geſnerus. Relinquamus ergo haec naturae et animalium hiſtoricis; ponamus loca veterum ſimpliciter.* Solin. c. 23 *de Germania,* In hoc tractu et in omni ſeptentrionali plaga biſontes frequentiſſimi, qui bubus feris ſimiles, ſetoſi colla, iubas horridi; vltra tauros pernicitate (vigentes) capti aſſueſcere manu neſciunt. Martial. 1, 105 Turpes eſſeda quod trahunt biſontes. Villoſi terga biſontes Sen. Hippol. 1, 64. Martial. Spectac. 23 *de Carpophoro,* Ille tulit geminos facili ceruice iuuencos, Illi ceſſit atrox bubalus, atque biſon. *Quae de Biſonte in numis habet Spanh. de Vſu Num.* Diſſ. 4 p. 209 ſq. *ea potius docent, in numi... eum non exſtare hodie.*

BISPELLIO, ōnis. *Quibusdam a* Bina pelle *dictus videtur, ... idem eſſe, qui* Verſipellis: *i. Veterator, planus. Quae vero laudant in hanc ſententiam loca ICtorum veterum, ea nos dabimus in* VESPILLO *De* VERSIPELLI *etiam ſuo loco, poſt* VERTO *agimus.*

BISSEXTVS, *vid. inter compoſita ex* BIS.

BISTON, ōnis. [Βίστων] *Martis et Callirrhoës filius, qui* Biſtoniam *Thraciae vrbem condidit: vnde omnes Thraces* Biſtones *et* Biſtonios *dixere Poëtae; ipſamque Thraciam,* Biſtoniam, *aut* Biſtoniden. *Nempe*

BISTŎNIS, idis. f. [Βιστονὶς] Adi. *idem, quod Thracia, Threſſa, Threïcia.* Biſtonis ora Ouid. Epiſt. 16, 344. Biſtonis terra Idem e Pont. 2, 19, 54. Horat. Carm. 2, 19, 20 Bacchus *dicitur* Nodo coërcere crines Biſtonidum, *i. Mulierum Thracicarum.*

BISTŎNES, um. [Βίστονες] *Populi in Thracia,* teſte Plin. 4, 1 Valer. Flacc. Argon. 1, 726 Biſtonas ad meritos quum cornua ſaeu... Thyoneus Torſit. *Reſpicit ad fabulam* Lycurgi, *qui Thracum rex Liberum contemnens, vites amputaturus, ſibi crura ſecuit, vt ait* Seruius *in illud* Aen. 4, 14 — acri quondam regnata Lycurgo, *etc.* Vltimi Biſtones, *i. vltimi Thraciae populi* Sen. Herc. Oet. 1042.

BISTONIVS. Adi. [Βιστόνιος] *Thrax.* Ouid. Met. 13, 430 Eſt vbi Troia fuit, Phrygiae contermina tellus, Biſtoniis habitata viris. Niues Biſtoniae Stat. Theb. 11, 194. *Conf.* Sen. Herc. fur. 226.

BISVLCVS, BISVLTOR, BISYLLABVS, *vid. compoſita ex* BIS.

## B I T

BĪTHVS, i. m. *Nomen gladiatoris. Vid.* BACCHIVS.

BITHYAE. [Βιθύαι] *Feminae quaedam vocantur in Scythia, quae pupillas binas in oculis ſingulis habeant. Ineſt autem bis vis ea naturalis, vt viſu effaſcinent, interimantque quos diutius intueantur, iratis praeſertim oculis.* Haec paene totidem verbis Plin. 7, 2. *Salmaſius emendat* Bituas, *a bino obtutu, ad* Solin. c. 6 p. 34. *quod facilius eſſet, ſi non de Scythis ageretur.*

BĪTHȲNIA. [Βιθυνία] *Regio minoris Aſiae, aduerſa Thraciae et proxima Troadi, primum* Bebrycia, *poſtea* Mygdonia, *deinde a* Bithyno Bithynia *dicta.* Claud. in Eutrop. 2, 247 Thyni Thraces erant (*Heinſ.* arant) quae nunc Bithynia fertur.

BITHȲNĬCVS, a, um. [Βιθυνικὸς] Pompeius dictus eſt Bithynicus, quod deuicta Bithynia, ex ea ſupellectilem regis Nicomedis deportarit. Feſtus. Martial. 2, 26 Iam te rem factam, Bithynice, credis habere?

BITHȲNVS, a, um. Adi. [Βιθυνὸς] Iuuen. Sat. 7, 15 Quam et Cappadoces faciant equiteſque Bithyni, *qui contra caeterorum auctoritatem primam corripuit. V. g.* Horat. Carm. 1, 35, 7 Quicunque Bithyna laceſſit Carpathium pelagus carina. Idem Epiſt. 1, 6, ... Ne Cibyratica, ne Bithyna negotia perdas. Valer. Argon. 3, 6 Nec palmite Bacchum Bithyno Phrygione ſatum.

BITIENSES, dicuntur, qui peregrinantur aſſidue. Feſtus A Bito.

BITO, *vid.* BETO.

BITON, *vid. infra in* CLEOBIS; *et* Martial. 2, 48.

BITVAE, *vid.* BITHYAE.

BĪTVMEN, inis. n. [ἄσφαλτος] *Genus terrae pinguis, quod ſi quando accenditur, exſtingui facile non poteſt.* Plin. 35, 15 ſ. 51 Fulmina et fulgura quoque ſulfuris odorem habent, ac lux ipſa eorum ſulfurea eſt. Et bituminis vicina eſt natura, alibi limus, alibi terra limus e Iudaeae lacu, vt diximus, (5, 16) emergens: terra in Syria circa Sidonem oppidum maritimum. Spiſſantur haec vtraque, et in denſitatem coëunt. Eſt vero liquidum bitumen, ſicut Zacynthium, et quod a Babylone inuehitur. Ibi quidem et candidum gignitur. Liquidum eſt et Apolloniaticum: quae omnia Graeci piſſaſphalton appellant, ex argumento picis et bituminis. Gignitur etiam pingue liquoris oleacei in Sicilia, Agragantino fonte inficens riuum. Incolae id arundinum panniculis colligunt, citiſſime ſic adhaereſcens. Vtuntur

tur eo ad lucernarum lumina olei vice. *Poſt plura interiecta*, Calcis quoque vſum praebuit, ita ferruminatis Babylonis muris. Placet et ferrariis fabrorum officinis tingendo ferro, clauorumque capitibus, et multis aliis vſibus. *Add. de muris Babylonis* Vitruu. 8, 3. Iuſt. 1, 2, 7. Curt. 4, 3, 2. Virgil. Ecl. 8, 82 — et fragiles incende bitumine lauros. *Vbi* Seruius, Incende bitumine lauros, *i.* Lauros diuino igne conſume. Nam bitumen ex fulmine dicitur procreari. Vnde iuxta Babyloniam, quia frequentia cadunt fulmina, hac re lacus redundat: adeo, vt inde fabricaſſe muros Semiramis dicatur. *Verius dixeris, ex bitumine copioſo illic fulmina naſci.* Flagrat bitumen ignibus Horat. Epod. 5, 100. Fumans bitumen Ouid. Met. 14, 792. Iudaicum Scribon. 207. 209. Liquidum Idem 52. Nigrum Virg. Georg. 3, 451. Pingue Valer. Argon. 3, 124. Saguntinum, quod eſt natura liquidum Scrib. 208. Bitumen ſuffitum Idem 54. Tenax Ouid. Met. 9, 659. Tetro odore Lucret. 4, 1168. Incendunt bitumine venas Ouid. Met. 14, 792. *de origine fontis calidi.*

BITVMINĀTVS. [ἀσφαλτώδης] *Participii formam habet. V.* g. Aqua bituminata, *Cui eſt admiſtum bitumen, vel quae per venas terrae bituminoſas tranſit* Plin. 31, 6.

BITVMINEVS. Adi. [ἀσφάλτειος] *Vt*, Ouid. Met. 15, 350 Siue bitumineae rapiunt incendia vires.

BITVMINOSVS, a, um. *Idem. Vt*, Bituminoſi Fontes Vitruu. 8, 3.

BITV̄RIX, ĭgis. [Βιτέριξ] Bituriges, Galliae Aquitanicae populi liberi Plin. 4, 19. Lucan. 1, 423 Et Biturix, longisque leues Axones in armis.

BITVRĬCVS, a, um. *Vt*, Vineta Biturici generis Columel. 3, 9. Vites Bituricae fructibus optimae Idem 3, 21.

## B I V *et* B I Z

BĬVĬRA, BIVIVM, *vid. in Compoſitis a* BIS.

BIV̄RVS, i. m. M. Cicero tradit animalia Biuros vocari, qui vites in Campania erodant Plin. 30, 15 ſ. 52. *Sic Harduin. ex* MSS. *Alii legunt* Byturos.

BIZYA, ae. [Βιζύη] Arx regum Thraciae, a Terei nefaſto crimine inuiſa hirundinibus.

## B L A

BLACEOLVS, *vid.* BACELVS.

BLACTERARE. [βληχᾶσθαι] *Vocem eſſe arietis, ait ille, quicunque eſt auctor carminis, quod inter Ouidii opera legitur inſcriptum de* Philomela 56 Blacterat hinc aries, et pia balat ouis.

BLAESVS. Adi. [τραυλὸς, βλαισὸς] *Qui lingua impeditus eſt.* Martial. 10, 65 Os blaeſum tibi, debilisque lingua eſt. *Inter ea vitia eſt* lingua blaeſa, *quae Naſonis aetate affectabant puellae. Sic enim* Ouid. de Arte Am. 3, 294 Quid cum legitima fraudatur litera voce, Blaeſaque fit iuſſo lingua coacta ſono? *Sic in pſittaco laudatur* Sonus blaeſus Ouid. Amor. 2, 6, 24. *Ebrietatis quoque effectus eſt:* Iuuen. 15, 48 Adde quod et facilis victoria de madidis et Blaeſis, atque mero titubantibus. *Hinc* Ouid. Arte Am. 1, 598 Ebrietas, vt vera nocet, ſic ficta iuuabit. Fac titubet blaeſo ſubdola lingua ſono. *Apud eundem* Ouid. Ibide 541 Conditor Cyrrhae cognomine Blaeſus *eſt* Ariſtaeus, cui, *vt ait* Iuſtin. 13, 7 nomen Batto propter linguae obligationem fuit. *Eſt igitur* Blaeſus *Latinis, qui Graecis* Battus. Heſych. Βάττος, τραυλόφωνος, ἰσχνόφωνος. *Hinc* ¶ 2 Blaeſus, *cognomen fuit Semproniorum, a vitio linguae impoſitum, quemadmodum et* Balbus. Stat. Silu. 2, 191 Nouerat effigiem, generoſique ardua Blaeſi Ora puer, etc. *Conf.* Tacit. Hiſt. 1, 59 *etc.*

BLANDIOR, īri. [ἀρεσκεύομαι, κορίζομαι] *Molliter et ad voluntatem tractare.* Cic. Acad. 4, 139 c. 45 Video, quam ſuauiter voluptas ſenſibus noſtris blandiatur. Idem de Amicit. 99 Qui etiam aduerſando ſaepe aſſentetur, et litigare ſe ſimulans blandiatur. Lingua iuuet, mentemque tegat, blandire, noceque. Impia ſub dulci melle venena latent Ouid. Am. 1, 8, 103. Idem Amor. 1, 6, 15 — tibi blandior vni. Auribus alicuius blandiri Plin. Ep. 1, 2 *extr.* Fortuna fallaci blandita vultu Sen. Octau. 378. Blandiebatur coeptis fortuna Tacit. Hiſt. 2, 12, 1. Fortuna quum blanditur, captatum venit P. Syr. Precibus alicui blandiri Ouid. de Arte Am. 2, 527. Audacter blandiri Idem Epiſt. 21, 195. Mirifice blandiri Cic. Q. Fratr. 2, 12. Subdole Plaut. Trin. 2, 1, 12. Suppliciter Cic. de Orat. 1, 90. Blandiri *etiam dicuntur animalia.* Plin. *de Panthera* 8, 17 Feram vero circumuolutari non dubie blandientem, ſeſe conflictantem moerore. Blandiri, *de inanimatis dictum.* Blanditur aliqua ſententia Quinctil. 4, 1, 52. Idem 4, 2, 90 Quaedam partibus blandiuntur, ſed in ſummam non conſentiunt. *Sic* Ne nobis ſcripta noſtra, tanquam recentes foetus blandiantur Quinct. 10, 4, 2. Vmbra blanditur populus Ouid. Met. 10, 555. *de arbore.* Blanditur lac caprinum igneam ſaeuitiam acri ignis *legebatur* Columel. 7, 5, 16. *Sed mutauimus in* Eblanditur. *Gerund.* Blandiendo duce nutriuit malum Sen. Hippol. 134.

BLANDIENS, entis. Iuſtin. 1, 4, 12 In illo dulcis quidam blandientis riſus apparuit. Tacit. Agric. 16, 4 Blandientia vitia. Sueton. Neron. cap. 20 Blandiente profectu prodire in ſcenam concupiuit.

BLANDĪTVS. Partic. *actiuae ſignificationis:* Ἐπαγωγὸς, Vet. Gloſſ. Blandita peregrinatio Plin. 10, 23. Blanditus tepor Idem 9, 10. Propert. 4, 6, 72 Blanditaeque fluant per mea colla roſae. *Sic* Blanditis vult eſſe locum Venus ipſa querelis Tibull. 1, 4, 71. *Sed paſſiue* κολακευθεὶς, Verrius *apud* Priſcian. 8 p. 792 Blanditusque labor molli curabitur arte.

BLANDĪTIM. Adu. *Per blanditias.* Lucret. 2, 173 Vt res per Veneris blanditim ſaecla propagent. *Al.* Blanditum, *quod ſeriei orationis repugnat.*

BLANDVS. Adi. [ἄρεσκος, ἤπιος, μείλιχος] Blandum *eſt, quidquid vel ſenſum ſuauitate quadam demulcet, vel ad animum iucunditate quacunque afficiendum pertinet: cum hominis vel actionis humanae attributum eſt, placendi ſtudium denotat.* Θυμηδὺς, θυμήρης, ἐπαγωγὸς, Vet. Gloſſ. Ter. Hec. 5, 4, 21 Morem antiquum atque ingenium obtines, Vt vnus omnium homo te viuat nusquam quisquam blandior. Affabilis, blandus Nep. 7, 1, 3. Irriſor potius quam blandus Aur. Vict. Epit. 41, 16. *de Conſtantino.* Scis me minime eſſe blandum Cic. Att. 12, 6. Blanda legentibus Plin. in praef. Nat. Hiſt. Large blandus Plaut. Aul. 2, 2, 19. Cic. Att. 12, 3 Vnum te puto minus blandum eſſe, quam me. Blanda es parum Plaut. Caſ. 3, 3, 21. Precatu blandus Stat. Theb. 11, 103. *i. in precando. Vid. Burmann. ad*





Ouid. Ep. 5, 60. Precum blandus Stat. Achil. 2, 237. Medici ſalubres, ſed voluptate carentes cibos blandioribus Alloquiis proſequuntur Plin. Ep. 1, 8. Alea blanda Ouid. e Pont. 1, 5, 46. Amator blandus Propert. 2, 3, 16. Cic. de Amicit. 95 c. 25 Secerni autem blandus amicus a vero, et internoſci tam poteſt adhibita diligentia, quam omnia fucata et ſimulata a ſinceris atque veris. Amor Claud. in praef. lib. 2 in Eutrop. 63. Amor patriae blandus Ouid. Triſt. 1, 3, 49. Propert. 4, 1, 137 Militiam Veneris blandis patiere ſub Armis. *Sic leg. non* Annis. Aquarum blandarum temperies Ouid. Met. 4, 344. Arte blanda pectora ſubit Venus Idem de Arte Am. 1, 362. Aſpiramina blanda Valer. Argon. 6, 447. Canes blandi Virg. Georg. 2, 496. Carmina blandiſſima Ouid. Epiſt. 15, 27. Idem Faſt. 3, 221 Et quaſi ſentirent, blando clamore nepotes Tendebant ad auos brachia parua ſuos. Color lunae Plin. 2, 18. Columba Ouid. Amor. 2, 6, 56. Doctores Horat. Serm. 1, 1, 25. Doli Sen. Octau. 158. Filius blandus et gratioſus Cic. Verr. Act. 1, 25 c. 9. Fluctus Claud. Paneg. in Conſ. Prob. et Olyb. 191. Frigus Idem in Epith. Pallad. et Seren. 1. Gaudia Virgil. Aen. 5, 827. Iaſon Stat. Theb. 5, 456. Ignes Valer. Argon. 4, 353. *i. Amores.* Blandae ſuperûm mortalibus Irae Stat. Theb. 10, 830. Labor Virgil. Georg. 3, 127. Lacertis blandis tenere colla alicuius Ouid. Met. 2, 100. Laudes Virg. Georg. 3, 185. Leones Claudian. de Rapt. Proſerp. 1, 209. Lingua Valer. Argon. 8, 63. Linguae blandae mendacia Ouid. Epiſt. 15, 55. Liquor blandus amaracini Lucret. 2, 846. Litora blandiſſima Stat. Silu. 3, 5, 96. Manu blanda ſeducere aliquem, *i. Seorſum ducere* Ouid. Met. 2, 691. Meretrix Idem Amor. 1, 15, 17. Modi blandi, *Iucundi cantus* Id. Epiſt. Sabin. 1, 36. Obſequium Sen. in Octau. 84. Oratione blanda falli Cic. Philipp. 7, 25. Oratione blandiſſima plenus Petron. c. 126. Orphea blandum et auritas fidibus canoris Ducere quercus Horat. Od. 1, 12, 11. Os blandum Valer. Argon. 8, 36. Os blandum, *pro Sermone blando* Ouid. Met. 13, 555. Otia, *vid.* OTIVM. Peſtis blanda, luxuria Sen. in Octau. 427. Pocula Valer. Argon. 2, 317. Prece blanda aliquem ducere Horat. in Arte Poët. 395. *Conf.* Idem Epiſt. 2, 1, 135. Propago blanda Lucret. 4, 995. Puella Ouid. Amor. 2, 2, 34. Puer Idem de Rem. Amor. 11. *Sic Cupidinem vocat.* Querelae Tibull. 3, 4, 75. Quies Stat. Silu. 2, 2, 111. Sedulitas Ouid. de Arte Am. 2, 334. Cic. Off. 2, 48 Militesque blando appellando ſermone deliniant. Sinu blando fouens nepotem Sen. Troad. 1071. *de Priamo.* Soles Ouid. Faſt. 1, 157. *de Veris tempore.* Sonis blandis precari Idem de Rem. Amor. 332. Succus blandior Plin. 12, 1. Tabellae blandae, *quibus verba ad amicam ſcripta mittebantur* Ouid. Met. 14, 787. Tura Tibull. 3, 3, 2. Venenum blandum deſidiae Sil. 3, 580. Verba Ouid. de Arte Am. 1, 455. Voluptas Lucret. 4, 1258. Ouid. de Arte Am. 2, 477. Vox blanda laſſorum, *aegrotorum opem amicorum implorantium* Lucret. 6, 1243. Voces Virgil. Aen. 1, 670. ¶ 2 *Comparat.* Blandior haeret parentibus Valer. Argon. 7, 123. Solito blandiorem eſſe Ouid. de Arte Am. 2, 411. *Superlat.* Plin. 9, 8 ſ. 9 Saltu, quod alias eſt blandiſſimum his, nullus conatur euadere, *de Delphinis, i. facillimum.* ¶ 3 Blandum, *Aduerb.* Petron. 127 Delectata illa riſit tam blandum.

BLANDĬCV̄LVS, *et* BLANDICELLVS, a, um. *Diminutiua ſunt a* Blandus; *ſicut ab eo, quod eſt* Mollis, *fit* Molliculus *et* Mollicellus. *Nam* Blandicus *et* Mollicus *(a quibus nonnulli haec trahi voluerunt) Latinae linguae periti non agnoſcunt.* Feſtus, Blandicella verba blanda per diminutionem ſunt dicta.

BLANDICVLE. Adu. Apul. Met. 10 p. 252 Blandicule reſpondere.

BLANDVLVS, a, um. Dimin. Animula vagula, blandula Spartian. Adrian. 25. *ex carmine ipſius Imperatoris.*

BLANDE. Adu. [ἀρεσκευομένως] *Vt*, Blande alloqui Ter. Phorm. 1, 5, 22. Accipere blande ac benigne hoſpitio Liu. 1, 22. Amabo te, mi Attice, (videsne, quam blande?) Cic. Att. 16, 2. Appellare blande Plaut. Trucul. 1, 2, 61. Cic. pro Cluent. 32 c. 26 Tum appellat hilari vultu hominem Bulbus, vt blandiſſime poteſt. Colere terram blande Lucret. 5, 1368. Compellare blande Plaut. Poen. 3, 3, 73. Dicere blande Ter. Adelph. 5, 4, 24. Palpari blande Plaut. Amph. 1, 3, 9. Cic. pro Roſc. Com. 49 Hunc poſteaquam ſalutauit, rogare coepit, blande et concinne ſcilicet, mentire mea cauſa, *etc.* Tentare aliquem blande Ouid. de Arte Am. 1, 273. Blandius, *compar.* Horat. Carm. 24, 13. Cic. de Orat. 1, 112 c. 24 Id erat petere blandius.

BLANDĬTER, *aliud Adu.* [προσηνῶς] *Idem, quod* Blande. Plaut. Pſeud. 5, 2, 3 Magis cogito, ſaeuiter, blanditerne alloquar. Idem Aſin. 1, 3, 69.

BLANDITIM. [μειλιχῶς] *Aliud item Adu. i. Blandiendo.* Blanditim *autem dictum eſt, vt* Exſultim, exſertim, curſim, raptim. Lucret. 2, 173 Ipſaque deducit dux vitae dia voluptas, Vt res per Veneris blanditim ſaecla propagent. *Sic recte* Lambin. *et poſteriores. Al.* Blanditum.

BLANDĬDĬCVS. [χρηστολόγος] *Qui blandis verbis vtitur.* Plaut. Poen. 1, 1, 10 Nunc mihi blandidicus es. *Obſoletum.*

BLANDĬFĬCVS, a, um. *Vt*, Fax blandifica Mart. Capel. 9 pag. 301.

BLANDIFLVVS, a, um. *Vt*, Blandifluae vuae Fortunat. Carmin.

BLANDĬLŎQVVS. [χρηστολόγος] *Qui blanda verba loquitur. Vt*, Vox blandiloqua Sen. Agam. 289. *Conf.* Plaut. Bacch. 5, 2, 54. *et* Paullin. 5, 91.

BLANDILOQVENS, *apud* Macrob. Saturn. 2, 7, *ex* Laberio.

BLANDILOQVENTV̆LVS. Dimin. [χρηστολογῶν] Plaut. Trin. 2, 1, 13.

BLANDILOQVENTIA. [χρηστολογία] Cic. de Nat. Deor. 3, 66 c. 25 Nam vt ego illis ſupplicarem tanta blandiloquentia.

BLANDILOQVIVM, i. n. Auguſtin. Epiſt. 19, 4.

BLANDIMENTVM, i. n. [θελκτήριον] *Quidquid fit, vel dicitur blandiendi cauſa.* Cic. pro Cael. 41 c. 17 Multa enim nobis blandimenta natura ipſa genuit. Plin. 17, 13 *de artificio ruſtico, rami in ſua arbore transplantandi in ollam pertuſam*, Atque hoc blandimento impetratis radicibus, inter poma ipſa et cacumina, *etc.* Blandimenta fortunae pollicentur dentes canini Plin. 7, 16. Abrumpere blandimenta Tacit. Hiſt. 2, 53. Blandimenta multa plebi ab Senatu data: annonae in primis habita cura, *etc.* Liu. 2, 9. Capi blandimentis Plin. Ep. 2, 19. Blandimenta excogitare Plin. 26, 3. *Conf.* Ouid.

Ouid. Met. 2, 815. *et* Petron. 141. Blandimenta aeſtiui caloris Pall. Sept. 17. Vecturae, *i. vectura mollis* Veg. Mulom. 1, 56, 37.

BLANDITIA, ae. [*κολακία*] Cic. pro Planc. 29 c. 12 Facilis eſt illa occurſatio et blanditia popularis, *etc.* *Add.* Idem de Amic. c. 25 *ex lect. Grut. et Gronou.* *it.* Q. Cic. de Pet. Conſ. c. 11. *Conf.* Propert. 1, 16, 16. Plaut. Bacch. 1, 1, 16. *et* Truc. 2, 2, 63. Non. 3, 27 *ex* Cic.

BLANDITIES, ei. f. *Idem.* Apul. Met. 9 p. 230 Sermonis blanditie cauillatum deducebat puerum.

BLANDITIAE, arum. pl. [*ἀρεσκεύματα*] *Idem.* Cic. de Amicit. 62 c. 25 Sic habendum eſt, nullam in amicitiis peſtem eſſe maiorem, quam adulationem, blanditias, aſſentationem. Blanditiae maxime ad ingenium muliebre efficaces preces ſunt Liu. 1, 9. Habent hoc in ſe naturale blanditiae, etiam quum reiiciuntur, placent; ſaepe excluſae, nouiſſime recipiuntur Sen. Qu. N. 4 pr. Adulatio, blanditiae, aſſentatio Cic. de Amicit. 9. Inconditae blanditiae, *vid.* INCONDITVS. Idem Off. 3, 74 c. 19 Mihi quidem verae etiam hereditates non honeſtae videntur, ſi ſunt malitioſis blanditiis officiorum, non veritate, ſed ſimulatione quaeſitae. Molles Ouid. de Arte Am. 2, 159. Pueriles Idem Met. 6, 626. Tutae Id. Met. 4, 71. *i. Verba blanda et amatoria, quae ſublegentem non metuebant.* Blanditiae peſſimum veri affectus venenum Tacit. Hiſt. 1, 15, 6. Addere blanditias Ouid. Met. 7, 817. Adhibere, *vid.* ADHIBEO. Admouere Idem Met. 6, 631. Agere blanditiis Id. Met. 6, 685. Aufugere blanditias Propert. 1, 9, 30. Capi blanditiis Ouid. Ep. 17, 92. Colligere beneuolentiam ciuium blanditiis et aſſentationibus Cic. de Amicit. c. 17. Corrumpere blanditiis, *vid.* CORRVMPO. Corrupti atque deliniti blanditiis praeſentium voluptatum Cic. de Fin. 1, 33. Dicere blanditias Ouid. Amor. 3, 7, 11. Cic. Q. Fratr. 1, 2 Conquiri vero et elici blanditiis, vt tu ſcribis, ad iudicium neceſſe non fuit, eum praeſertim hominem. Emere blanditiis oſcula Propert. 3, 13, 33. Cic. Att. 1, 19 Tu ſi tuis blanditiis tamen a Sicyoniis nummulorum aliquid Expreſſeris, velim me facias certiorem. Flecti et capi blanditiis Ouid. Epiſt. 17, 91. Cic. pro Cluent. 36 c. 13 Qui vt ſe blanditiis et aſſentationibus, in Aſinii conſuetudinem penitus immerſit, Oppianicus continuo, *etc.* Legere blanditias Ouid. de Arte Am. 1, 480. Parare Idem Amor. 2, 19, 17. Vendere blanditias dicitur, *qui ſpe muneris alicui blanditur, aut vt donum aliquod eliciat* Tibul. 1, 9, 77.

BLANDVSIA. [Βλανδυσία] *Sabini agri regio, in qua fuit ager Horatii, de quo ipſe* Horat. Carm. 3, 13, 1

O fons Blanduſiae ſplendidior vitro
Dulci digne mero, non ſine floribus,
Cras donaberis hoedo.

BLAPSIGONĬA, ae. f. [*βλαψιγονία*] *Latine dici poteſt* Prolis detrimentum, *ἀπὸ τοῦ βλάπτω quod noceo eſt, et γόνος foetus: Morbus apum, quum deficit alicuius aluei foetus.* Plin. 11, 19 Sunt et operis morbi, quum fauos non explent, cleron vocant, item blapſigoniam, ſi foetum non peragant.

BLASPHEMĬA, ae. f. [*βλασφημία*] *Maledictum, vituperatio, conuicium, et quaſi* nocens famae *dictum, ex vſu Graeco. Recentioribus fere Dei ipſius.* Blaſphemiae fieri *dicuntur etiam contra homines* Nouell. Auth. 77 c. 1 §. 1. *Add.* Auguſtin. de Mor. Manich. 2, 11. *et* Vulgata *ſaepius ſacrilega infamatio.*

BLASPHEMIVM. *Idem, apud* Commodian. Inſtr. 31, 7. *Et* Prudent. Pſychom. 715 Non tulit vlterius capti blaſphemia monſtri Virtutum regina Fides.

BLASPHĒMO, āre. [*βλασφημέω*] *Maledicere, honorique et dignitati alterius derogare, quin execrari.* Hieron. Epiſt. 75 *extr.* Tertull. contra Iud. cap. 13. Vulgat. Leu. 24, 16.

BLASPHEMANS, antis. Hieron. in Eſ. cap. 37. Vulgat. Iob. 15, 5.

BLASPHEMATIO, ōnis. f. Tertull. de Cult. Fem. c. 12 pr.

BLASPHEMĀBILIS, e. Tertull. ibid.

BLASPHEMVS, a, um. *Qui blaſphemat.* Blaſphemus ſatelles Prudent. Hymn. Periſteph. 1, 75. Subſtantiue occurrit *apud* Tertull. de Reſurrect. Carn. cap. 26. Hieron. Ep. 9, *et* Vulgat. Leuit. 24, 14.

BLATEAS, Bullas luti ex itineribus, aut quod de calceamentorum ſoleis eraditur, appellabant. Feſtus. *Vid.* BLATTA.

BLATĔRO, āre. [*ψέλλω, ψελλίζω*] Eſt Stulte et praecupide loqui, quod a Graeco *βλὰξ* originem ducit. Sed et camelos, quum voces edunt, Blaterare dicimus. *Haec* Feſtus. Nonius 1, 210 Blatis, et Blateras confingis: aut Incondite et inaniter loqueris. Idem 2, 79 Blaterare, eſt Confingere per mendacia. Fulgent. Exp. Serm. ant. 12 Blaterare quaſi Verba trepidantia metu balbutire dixerunt. Gellius 1, 15 De hominibus quoque poſſe dici *(verſus Euripidis)* ſtulta et immodica blaterantibus, quorum lingua tam prodiga infrenisque ſit, vt fluat ſemper, et aeſtuet colluuione verborum teterrima. Horat. Serm. 2, 7, 36 Ecquis Audit? cum magno blateras clamore, fugisque. *Vid. mox* BLATERO, ōnis. Plaut. Aul. *ap.* Non. 1, 210 Vbi tu es, quae blateraſti iam vicinis omnibus. *Plura* Afranii *et* Caecilii *habet* 2, 79.

BLATERANS, antis. Apul. Met. 8 p. 213 Haec et huiusmodi mutuo blaterantes. Pacuu. *apud* Fulgent. 12 Ni ego te blaterantem aſpicerem.

BLATERATVS, a, um. Apul. Met. 4 p. 153 His et his ſimilibus blateratis. Idem Apol. 1 p. 275.

BLATERĀTVS, ûs. m. Sidon. Epiſt. 9, 11 *extr.* Cuius abundante blateratu. Mart. Capell. p. vlt. Canini blateratus.

BLATERATIO, ōnis. f. [*βαττολογία*] *Idem. Laudatur* Apul. Met. 4, . . .

BLATĔRO, ōnis. m. [*στωμύλος, ψελλίζων*] *Qui blaterandi vitio laborat.* Gell. 1, 15 Nec minus inſigniter veteres quoque noſtri, hoc genus homines in verba prouectos, locutuleios, et blaterones et linguaces dixerunt. Vet. Schol. Cruqu. ad 2, 7, 36 Blateras, vociferaris, exclamas praeter modum. Hinc blaterones clamoſi: nam blaterare proprie eſt inepte clamare. *Scribunt nonnulli duplici* T, Blattero, *et a* Blatta, *vermiculo, deriuant: ſed fortaſſis inepte. Vid.* Scholiaſten Horat. Serm. 1, 2.

BLATO, ōnis. m. *Idem.* Vet. Gloſſ. Blato, *ματαιολόγος, niſi forte leg.* blatero. In Gloſſ. Iſidor. Blato eſt Cubicularius.

BLATIO, īre. [*ψέλλομαι*] *Idem, quod Blaterare.* Plaut. Amph. 2, 1, 79 Qui (malum) intelligere quisquam potis eſt? ita nugas blatis. *Conf.* Idem Curc. 3, 82. *et* Epid. 3, 1, 13 Blatire, *inquit* Nonius 1, 210, eſt Incondite et inaniter loqui. *Quidam* Blactire *ſcribunt.*

BLATO, *ſiue* BLATTO, āre. In Vet. Gloſſ. exponitur *φλυαρῶ*. In alio Gr. Lat. *φλυαρῶ*, arguto, garrio, blatto, effutio. *Sed forte pro* Blatto, *legendum eſt* Blatio.

BLATTA, ae. [*σίλφη*] *Vermiculus exiguus, lato corpore, multis pedibus etc. de quo* Plin. 11, 28 ſ. 34 Tenebrarum alumna blattis vita, lucemque fugiunt, in balineis maxime humido vapore prognatae. Id. 29 *extr.* Eſt et quaedam pinguitudo blattae, ſi caput auellatur — Hoc quoque animal inter pudenda eſt, ſed propter admirationem naturae totum in hoc loco explicandum. Plura earum genera fecerunt: molles, quas in oleo decoctas, verrucis efficaciter illini experti ſunt. Alterum genus, myloecon appellauere, circa molas fere naſcens. — Tertium genus et odoris taedio inuiſum, *etc.* Myloecon *vulgo* Piſtrinariam *vertunt.* Lucifugae blattae Virgil. Georg. 4, 243. *Blattae libris et veſtimentis inimicae.* Martial. 14, 37 Scrinium *loquitur*, Conſtrictos niſi das mihi libellos, Admittam tineas, trucesque blattas. *Add.* 6, 60, 7 Quam multi blattas paſcunt tineasque diſerti? Horat. Serm. 2, 3, 118

— Age, ſi ſtramentis incubet, vnde
Octoginta annos natus: cui ſtragula veſtis
Blattarum ac tinearum epulae, putreſcat in arca.

¶ 2 *Vermiculus eſſe videtur, qui e* cocco *ſanguinei coloris erumpit.* Paul. Diac. in Gloſſ. *apud Sauaro. ad* Sidon. 9, 13 Blatta genus purpureum vermis. *Certe pro purpura recentioribus ponitur haud dubie.* Caſſiod. Var. 1, 2 *quae tota agit de purpura*, Cum Blatta, quam noſtro cubiculo dare annis ſingulis conſueuiſti, venire feſtina. Sidon. l. c. Rutilasque ferte blattas, Recoquente quas aheno Meliboea fucat vnda. Lamprid. Heliog. 33 Parauerat funes blatta, et ſerico et cocco intortos, quibus ſi neceſſe eſſet laqueo, vitam finiret. Alc. Auit. 4, 386 Pallia blattarum ſpreto diffibulat auro. Sidon. Carm. 5, 48 *Inter munera terrarum propria* fert Pontus caſtorea, blattam Tyrus, aera Corinthus. *Et* Carm. 11, 84 *in commendatione pulchritudinis*, Collata rubori Pallida blatta latet. *Quod de* blatta *vermiculo diximus, non placet Salmaſio, qui ad* Vopiſc. Aurel. 46 p. 554 Hack. *pro* Blateae, *quod ante dedimus ex Feſto*, Blattae *vel* Blatteae, *legit, et addit, a ſimilitudine illius* Blattae *eſſe, quod in* Vet. Gloſſ. Blattea *ſit θρόμβος αἵματος ſ. grumus ſanguinis.* Blatteum *ergo eſſe ſanguineum; ſanguineum porro colorem eſſe purpureum. Laudat alias* Gloſſas, Blattela *θρόμβος αἵματος τῶν κογχυλίων.* Blattam *vero*, Blatteam, *et* Blattelam *non aliter differre, quam* Buccam, Bucceam, Buccellam. *Quod de ſanguineo colore purpurae dixit, firmat* Plin. 9, 38 Laus *purpurae* ſumma, color ſanguinis concreti, nigricans adſpectu, idemque ſuſpectu refulgens. *Item* Caſſiod. Var. 1, 2 *de eadem*, Nigredo ſanguinea regnantem diſcernit.

BLATTARIA, ae. f. Herba eſt verbaſco ſimilis, foliis minus candidis, cauliculis pluribus, flore luteo. Haec abiecta blattas in ſe contrahit, ideoque Romae Blattaria vocatur Plin. 25, 9 ſ. 60. *Nempe*

BLATTARIVS. Adi. *eſt, vt*, Blattaria balnea, Sen. Epiſt. 86 *in quibus frequentes ſunt blattae.* Ex humido enim balneorum vapore progenerantur, *vt e Plinio paullo ante vidimus.*

BLATTEARIVS, i. m. *πεταλουργὸς*, Gloſſ. Vet. *i. bractearius e quo vitio blaeſi hominis dictantis ortum videtur.*

BLATTEVS, a, um. *Purpureus.* Eutrop. 7, 9 Nero inuſitatae luxuria fuit, vt qui exemplo Caligulae frigidis et calidis lauaretur vnguentis, hamis aureis argenteisque piſcaretur, quae blatteis funibus extrahebantur. Sueton. c. 30 *vocat* Purpuram: Piſcatus eſt, *inquit* reti aurato, purpura, coccoque funibus nexis. Tunicae blatteae Vopiſc. Aur. 46. Caſſiod. Var. 5, 34 *de chamaeleonte*, Colores ſuos multifaria qualitate commutat, vt modo veneta, modo blattea, modo poſſit cyanea reperiri. *Vid.* BLATTOSERICVS.

BLATTIARIVS, i. m. *Qui ſericum purpura tingit.* Leg. 1 Cod. Theod. de Excuſ. Artif.

BLATTĬFER, a, um. Sidon. Apoll. Epiſt. 9, 16 Blattifer Senatus, *i. purpureus, ſ. purpuratus.*

BLATTOSERĬCVS, a, um. *Vt*, Pallium blattoſericum. Vopiſc. Aurel. 45 Et cum ab eo vxor ſua peteret, vt vnico pallio blattoſerico vteretur, ille reſpondit, Abſit, vt auro fila penſentur. Libra enim auri tunc libra ſerici fuit. *Sic vetus et prima editio, quod non damnat Salmaſius, cum etiam ſit* Sericoblatta, *de quo ſ. l. et ipſum* Blattoſerica in C. Theod. de murileg. Quando trecentas paene libras Blattoſericae non ſine laeſae maieſtatis crimine coloratas *etc. Sed legitur tamen hodie apud* Vopiſcum, pallio blatteo ſerico.

BLAX, ācis. m. [*βλὰξ*] vox Graeca eſt, quae Bardum et ſtupidum ſignificat, *vt ait* Feſtus in Blitum. *Dictionem autem hanc inflexam tradit Caelius a piſce prorſus inutili, et Siluro perſimili, quem ne canis quidem attingat.* Lect. Antiq. 9, 11. Gloſſ. Gr. Lat. Blanx *εὐήθης*, *quod Scal. ad* Feſtum *merito emendat in* Blax.

## B L E

BLECHNON. [*βλῆχνον*] Herba, de qua Plin. 27, 9 ſ. 55 Filicis duo genera nec florem habent nec ſemen. Pterin Graeci vocant, alii blechnon, cuius ex vna radice complures exeunt filices, bina etiam cubita excedentes longitudine, non graues odore. Hanc marem exiſtimant *etc.*

BLECHON. [*βλήχων*] Plinio Silueſtre eſt pulegium, ſimile origano, minoribus foliis quam ſatiuum, quod a quibusdam dictamnus vocatur. Guſtatum a pecore caprisque, balatum concitat. Vnde quidam Graeci litera mutata blechona vocauerunt. *Nempe alias γλήχων eſt. Plura* Plin. l. c. *Add.* Apul. de Herb. c. 9.

BLEMMYES, [Βλέμμυες] *ſeu* BLEMYAE. m. pl. *(vtrumque enim legitur) fabuloſi Populi in Aethiopia, Auſtrum verſus*, capitibus carentes, ore et oculis pectori affixis, *vt ait* Plin. 5, 8. *Conf.* Strab. 17. Vopiſc. Probo 17. *et* Zoſim. 1, 71. Claud. Nilo 19 Per Meroën, Blemyasque feros, atramque Syenen.

BLENNIVS, i. m. Piſcis mugil; *laudatur, falſo, arbitror* Plin. 32, 9.

BLENNOS. [*εὐήθεις*] Stultos eſſe Plautus indicat (Bacch. 5, 1, 2) qui ait, Stulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones. Feſtus. Blenni *qui dicuntur, ſic vocantur, vt* Mucoſi; *id eſt, βλεννώδεις.* Turnebus 3, 10. *Nempe* Βλέννα *eſt μύξα*, mucus. Dentes blenni *vid. Taubm. ad* Plaut. Curc. 2, 3, 39. *vbi I. Gruter. pro* Plenis *legit* Blennos: *quos et I. Wower. exponit Ieiunio foetentes, vid. eum ad Sidon.* Epiſt. 3, 13 Plenos *tamen ſeruauit Gronouius et poſſunt eſſe oppleti mucilagine et ſordibus, quod fit in ieiunio.*

BLEPHARO, ōnis. [*βλεφάρων*] *Comicum nomen a ſuperciliorum* (τῶν

(τῶν βλεφάρων) magnitudine fictum, vt Chiloſ. Labeo, et id genus. Inſignis fuit perſona ſuperciliis. Vtitur v. g. Plaut. Amphit. 4, 3, 3.

## B L I

BLITVM, i. n. et BLITVS. m. [βλίτον] Genus oleris, a ſaporis ſtupore appellatum eſſe ex Graeco putatur: quod ab his βλὰξ dicitur ſtupidus. Feſtus. Iſid. 17, 10 Blitum genus oleris ſaporis euanidi, quaſi vilis beta. Plin. 20, 22 Blitum iners videtur ac ſine ſapore, aut acrimonia vlla. Vnde conuicium feminis apud Menandrum faciunt mariti. Plaut. Pſeud. 3, 2, 26 Apponunt rumicem, braſſicam, betam, blitum: vltimus pes eſt Iambus. Sed Gemino τ, a Suida ſcribitur: βλίττος, εἶδος βοτάνης. Varro ap. Non. 17, 2 Empedocles natos homines ex terra ait vt blitum. De eius cultura Pallad. Mart. 9, 17 Hoc menſe blitus ſeritur, ſolo qualicunque ſed culto. Olus hoc neque runcandum eſt neque ſarculandum. Cum ſemel natum fuerit, ipſum ſe per multa ſaecula ſeminis ſui deiectione reparabit, vt, etiamſi velis, vix poſſit aboleri.

BLITEVS. Adi. [βλίτιος] Inutilis, inſulſus et vecors: a Blito, herba nullius ſaporis. Plaut. Truc. 4, 4, 1 Blitea et lutea eſt meretrix, niſi quae ſapit in vino ad rem ſuam. Fieri poteſt, (inquit Eraſmus Chil.) vt Gallica quoque vox hinc manarit, qua nunc vulgo Contemtiſſimos extremaeque notae homines compellant Bliteros, addita literula Belitres. Non. 2, 93 ex Laberio, Bipedem Bliteam beluam.

## B O A

BOA, ae. f. Serpens eſt aquatilis, quam Graeci ὕδρον vocant, a qua icti obturgeſcunt. Crurum quoque tumor, viae labore collectus, Boa appellatur. Feſtus. Plin. 8, 14 de magnis ſerpentibus, poſtquam dixit, Faciunt his fidem in Italia appellatae Boae, in tantam amplitudinem exeuntes, vt Diuo Claudio principe occiſae in Vaticano ſolidus in aluo ſpectatus ſit infans. Aluntur primo bubuli lactis ſucco, vnde nomen traxere. Eadem Solin. 8. Auget miraculum Hieron. in vita Hilarion. c. 33 Siquidem draco mirae magnitudinis, quos gentili ſermone Boas vocant, ab eo, quod tam grandes ſint, vt boues glutire ſoleant, omnem late vaſtabat prouinciam; et non ſolum armenta et pecudes, ſed agricolas quoque et paſtores tractos a ſe vi ſpiritus abſorbebat. De etymologia vid. Salmaſ. ad Solin. p. 61. Boas dicitur Iſid. 12, 4. ¶ 2 Morbus eſt, de quo Plin. 24, 8 ſ. 35 Boa appellatur morbus papularum, quum rubent corpora: ſambuci ramo verberatur. Idem 26, 11 ſ. 73 Ebuli folia contrita, et e vetere vino impoſita etiam boam ſanant, id eſt rubentes papulas. Nominis rationem exponit Id. 28, 18 ſ. 75 Boas ſanat fimum bubulum, vnde et nomen traxere. ¶ 3 De Boa pedum morbo, iam Feſtum laudauimus. Laudat Scal. verſum Lucilii Inguen ne exiſtat, papulae, tama, ne boa noxit. Et Gloſſ. Bor. (legi vult Boa) ὁ τὰς πόδας φλεγμαίνων. Morbi nomen tributum ipſi aegroto. ¶ 4 Affertur etiam ex Vet. Gloſſ. Boa νόσος βοῶν, i. boum morbus.

BOARE, BOALIA, BOARIVS, BOATIM, vid. BOS.

## B O C

BOCA, BOCAS, BOCCA, vnum nomen videtur. BOCAS, inquit Feſtus, Genus piſcis, a Boando, id eſt clamando appellatum. Haec ille. Al. Boca, ae. Iſid. 12, 6 Boccas dicunt etiam boues marinos, quaſi boacas.

BOCCHO, ōnis. m. Fatuus laudatur ex Apul. Apol. 2 p. 206. Sed rectius legitur Bucco, v. v.

## B O D

BODONES, videntur iidem, qui BOTONES, de quibus ſ. l. Iul. Paullus Recept. Sentent. 5, 22 de ſeditioſis, Qui terminos effodiunt vel exarant, arboreſue terminales euertunt, vel qui conuellunt bodones, ſiquidem id ſerui ſua ſponte fecerint, in metallum damnantur, humiliores ingenui in opus publicum, honeſtiores in inſulam amiſſa tertia parte bonorum relegantur.

## B O E

BOEBE, es. f. [Βοίβη] Theſſaliae oppidum, a quo dicta

BOEBEIS, ïdos. [Βοιβηΐς] Lacus Poetis celebratus. Memorat inter aquas Theſſaliae Plin. 4, 8. Propert. 2, 2, 63 Mercurio et ſanctis fertur Boebeidos vndis, Virgineum Primo compoſuiſſe latus. Conf. Lucan. 7, 176. Val. Flacc. 1, 449 et ibi Burm.

BOEBEÏVS, Proles Boebeïa, nymphae lacum illum inhabitantes. Sed

BOEBICIVS, quod laudatur ex Lucan. 6, 382 nimis incertum eſt: et praeſtat forte legere, quod etiam Oudendorpio videtur, nec improbat Burmannus, Boeboeo.

BOËTHI, [βοηθοὶ] dicuntur ab Imperatore, Adiutores ſcribarum: quos alii Subadiuuas, alii Adiutorios appellant, vt in l. Vnicuique. C. de Proximo. ſacr. ſcrin. Βοηθέω enim idem valet quod Adiuuo. Inde Seuerinus Boëthius dictus, quem alii falſa voce Boëtium vocant. Quorum errorem confutat antiquum marmor, quod adhuc Dertonae extat in aliui Martiani coenobio: vbi tumulus eſt, quem antiqua inſcriptio Boëthio et Eutharico Conſulibus factum oſtendit. Haec Alciatus in illud l. 4 Codicis Iuſtiniani, de Tabulariis, ſcribis, etc. Boëthos, logiſtas, medogrammateos, etc.

BOEOTIA. [Βοιωτία] Graeciae regio, cuius caput Thebae, fabularum antiquarum Theatrum. Nominis originem aperit Ouid. Met. 3, 10 vbi Bouis ductum ſequi iubetur ab oraculo Cadmus in vrbe condenda. Verius forte a paſcuis boum ſic dicta regio, quam Aonian etiam, Hyantida, itemque Meſapiam et Ogygiam appellant Poëtae. Qui Hyantas et Boeotos a ſtupore ſuum [τῶν ὑῶν] et boum dictos volunt, qui incolis exprobratus ſit, vix audiendi, cum ipſi ea nomina Boeoti vſurpent: alia res eſt, annon alii gentem his ipſis nominibus cauillati ſint, id quod nec diſſimulat Boeotus ipſe Plutarchus. Exemplum quantitatis eſto Ouid. Met. 2, 239 — queritur Boeotia Dircen, int. Phaëthonteo incendio arefactam. ¶ 2 Boeotia libri vel fabulae Romanae nomen. Varro L. L. 5 p. 62, 26 Accenſum ſolitum ciere, Boeotia oſtendit, quam comoediam alii eſſe dicunt, hoc verſu, Vbi primum accenſus clamarit meridiem. Boeotiam, βοιωτίαν vocari Catalogum nauium in libro ſecundo Iliadis, notum eſt.

BOEOTIVS. [Βοιώτιος] Nep. Alcib. ſ. 7, 11 Omnes Boeotii magis firmitati corporis, quam ingenii acumini inſeruiunt. Cic. de Divin. 1, 34 Bacis Boeotius. Ouid. Met. 3, 12 Moenia fac condas, Boeotiaque illa vocato.

BOEOTVS. [Βοιωτὸς] aliud Adi. vt, Tellus Boeota, i. e. Boeotia. Ouid. Met. 12, 8. Hor. Epiſt. 2, 1, 244 Boeotum in craſſo iurares aëre natum.

BOEOTICVS, a, um. Vt, Boeoticum genus cucumerum Plin. 19, 5 ſ. 23. Graeca prouerbia ſunt Auris Boeotica, Sus, Ingenium, et Aenigmata Boeotica apud Eraſmum.

## B O I

BOIA, ae. f. Annulus ſ. Circulus, quo colla vel pedes maleficorum vinciuntur. Vid. Scheffer. de Torquibus cap. 4. Plaut. Capt. 4, 2, 108 Boius eſt, Boiam terit. Comica laſciuia indicare vult, hominem in vinculis eſſe, ſed vtitur formula, quae etiam referri poteſt ad veneream conſuetudinem cum Boia muliere, q. d. Gallum cum Galla cubare. vid. mox BOII. Nunc audiamus Feſtum, Boiae, Genus vinculorum, tam ligneae, quam ferreae. Plaut. Aſin. 3, 2, 5 Carceres, numellas, pedicas, boias, tortoreſque acerrimos. Attrita boiis colla liber erigit Prud. Pſychom. praef. v. 33. Carcer illigata duris colla boiis impedit Id. Hymn. martyrum Calagurr. v. 46. Gl. Cyr. κλοιὸς, boiae. Iam notum κλοιὸν collare eſſe et manicam. Vid. Voſſ. Lex. Etym. a βοεία, i. bubula pelle deriuat, vnde primum factae ſint.

BOIA, ae. f. Forte Regio Boiorum in Gallia Caeſ. Bell. Gall. 7, 14. Sed locus eſt dubius.

BOICVS Ager dicitur, Qui fuit Boiorum Gallorum. Is autem eſt in Gallia citra Alpes, quae Togata dicitur. Feſtus.

BOII. [Βόϊοι] Populi Galliae. Plin. 4, 18. Liu. 5, 35. Sil. 4, 159 — ſpiſſaeque ruunt conferta per arma Vndae Boiorum.

## B O L

BOLA, ae. f. Gemma laudatur Plin. 37, 10 ſ. 55. Sed Harduinus dedit Boloë, βῶλοι. Vid. BOLVS. Sunt qui legant Bolenia.

BOLBĪTVM, i. n. [βόλβιτον] Graecis Fimum ſignificat, et proprie bubulum: vnde Imbulbitare dictum putat Feſtus, pro eo quod eſt, Puerili ſtercore inquinare. Vid. BVBINO. Plin. 28, 17 Fimi ceruini, maxime ſubulonis, ſed et bubuli, de armentinis loquor (quidam Bolbiton vocant) cinis, cochleariorum trium in mulſi hemina bouis feminae in mulieribus efficax, et ex altero ſexu in viris.

BOLENIA, Gemma, quae nimbo inuenitur glebae ſimilitudine Plin. 37, 10. Sed Hard. Boloë. Vid. BOLVS.

BŌLĒTVS, i. m. [βωλίτης] Genus fungi inter omnes optimi: de quo abunde Plin. 22, 22 ſ. 46 Inter ea, quae temere eduntur, et boletos merito poſuerim, optimi quidem hos cibi, ſed immenſo exemplo in crimen adductos, veneno Tiberio Claudio principi per hanc occaſionem a coniuge Agrippina dato: quo facto illa terris venenum alterum, ſibique ante omnes, Neronem ſuum dedit. Quorundam ex his facile noſcuntur venena, diluto rubore, rancido aſpectu, liuido intus colore, rimoſa ſtria, pallido per ambitum labro etc. Iuuen. Sat. 5, 146 Vilibus ancipites fungi ponentur amicis: Boletus domino, ſed qualem Claudius edit. Ars nepotum, Boletum condire Iuuenal. Sat. 14, 8. Conf. Martial. 1, 21, 3. et 13, 47. Suet. Tib. c. 42 et Ner. c. 33.

BOLETAR, is. it. BOLETARIVM, i. n. [βολιτήριον] Vaſis nomen, quod et aliis obſoniis, quam boletis ſeruiebat. Martial. 14, 101 vbi titulus, Boletaria, Quum mihi boleti dederint tam nobile nomen, Prototomis (pudet heu) ſeruio coliculis. Boletar etiam in Apicio legendum 2, 1 Et exinanies in boletari. Hinc apud Treb. Poll. Claud. 17 Boletar halieuticum, vbi voleta edebatur, et boletera, inſtrumentum piſcatorium, ſuſpicabatur Scaliger. Vid. de eo loco Turn. Aduerſ. 15, 20. Barth. Aduerſ. 38, 2. et Donat. Dilucid. p. 1016. Sed nihil melius quam Boletar, quod probat et Salmaſius, et halieuticum dici putat, ob Piſcatorem in eo expreſſum. Profert ad firmandam hanc ſententiam antiquum epigramma, quod huc repetendum videtur. Argumentum eſt Galatea in boletari picta,

Ludere ſueta vadis priuato nympha natatu
Exornat menſas membra venuſta mouens.
Comtas nolo dapes, vacuum mihi pone boletar
Quod placet aſpiciam; renuo quod ſaturat.

Vbi nota, primam corripi, quae in Boleto longa eſt. Vet. Schol. Iuven. 11, 137 Pergulam interpretatur coquinam, qua boletaria ponuntur.

BOLIS, ïdis. f. [βολὶς] q. d. Iaculum, pondus funiculo affixum, quo demiſſo nautae explorant altitudinem maris: vocatur perpendiculum nauticum, dictum ἀπὸ τοῦ βάλλειν, id eſt a mittendo. Scheffer. de Mil. Nau. 2, 5 p. 150 laudat Gloſſas N. T. Bolis eſt vaſculum aeneum vel plumbeum cum catena, quod nautae implent adipe et ſubmittunt in mare, ad explorandum, an loca petroſa, vbi nauis poſſit ſtare, an arenoſa, quae nauim perdant. Vid. CATAPIRATES. ¶ 2 Eſt et meteori nomen. Plin. 2, 26 Emicant et faces, nonniſi quum decidunt viſae: qualis Germanico Caeſare gladiatorum ſpectaculum edente, praeter ora populi meridiano tranſcucurrit. Duo genera earum: Lampades vocant plane faces: alterum bolidas, quale Mutinenſibus malis viſum eſt. Diſtant, quod faces veſtigia longa faciunt, priore ardente parte: Bolis vero perpetua ardens, longiorem trahit limitem.

BOLITES, ae. [βολίτης] Radicem herbae Lychnidis Aſiani Boliten vocant, qua alligata oculo, albugines tolli dicuntur Plin. 21, 26 ſ. 98.

BŎLVS, i. [βόλος] Iactum ſignificat, vel in alea, vel retis ad piſcandum. Vtramque notionem iungit Plaut. in Rud. 2, 3, 30 O Neptune lepide, ſalue, nec te aleator vllus eſt ſapientior: profecto nimis lepide ieciſti bolum, periurum perdidiſti. Verba ſunt Trachalionis ſerui ad Neptunum, exiſtimantis lenonem naufragio periiſſe. Plaut. Curc. 5, 2, 13 Si vis, tribus bolis vel in chlamydem ſcil. Ludamus. Bolo aliquem tangere, eſt circumuenire, fallere. Nempe bolus rete eſt. Plaut. Poen. Prol. v. 101. et Truc. arg. v. 3. Iactus in ludo aleae vel duodecim ſcriptorum intelligitur, Auſon. Profeſſ. 1, 26 in celebranda memoria, Vidimus et quondam tabulae certamine longo Omnes qui fuerant enumeraſſe bolos. ¶ 2 Cum de cibis ſermo eſt, notat vel quod cani obiicitur, vel quod in os ſimul immittitur. Sic Dare alicui grandes bolos Plaut. Perſ. 4, 4, 106. Bolus e faucibus eripi dicitur, quoties commoditas aliqua,

*aliquâ, quae iam propemodum tenebatur, praeter expectationem ſubito praeripitur.* Ter. Heaut. 4, 2, 6 Crucior tantum bolum mihi ereptum tam ſubito e faucibus. *Hinc medici* Bolum *appellant, vnam pharmaci doſin, quantum ſimul ſumitur.* Plaut. Truc. 4, 3, 70 Verum hoc ego te mulctabo bolo: ſex talenta magna dotis demam pro iſtac inſcitia. Varro de R. R. 3, 2, 16 Sed vt ad hunc bolum peruenias, opus erit tibi aut epulum, aut triumphus alicuius. Idem 3, 14, 5 Magnum bolum deferunt aeris.

BOLVS, *gemmae nomen.* Plin. 37, 10 ſ. 55 Boloë [βῶλοι] nimbo inueniuntur, glebae ſimilitudine. ¶ 2 *Ex hac ſignificatione eſt, officinarum nomen* Bolus Armenia, [βῶλος Ἀρμενία] *Gleba terrae, quae inuenitur in Armenia.*

BOLONAE. m. [βολῶναι] *ab emendis iactibus piſcatorum,* [ἀπὸ τῶ ὠνεῖσθαι τὰς βόλας] *dicuntur: ſiue ipſa illa negotiatio ita dicatur, quod* Donatus *probare videtur ad* Terent. Heaut. 2, 2, 26 *vbi* Cetarios *interpretatur,* qui Bolonas exercent: *ſiue nomen potius ſit ipſorum, qui tales iactus, et fortunam piſcatus emunt. Sic reperit in antiquo lexico,* Bulonas *explicari* μεταπρατας et παλιγκαπήλας, *id eſt propolas, Turnebus.* Bolonae, cetarii qui diuerſa genera piſcium emunt Gloſſ. Iſidor. Papias, Bolona redemtor cetariarum tabernarum, in quibus ſalſamenta conduntur (*ſ.* condiuntur) *etc. Sed maior auctoritas eſt* Arnob. 2, p. 70 *vbi* Cybiarios, Salinatores, Bolonas, Vnguentarios *coniungit. Caeterum moris fuiſſe* iactum emere, βόλον ὠνεῖσθαι, *a piſcatoribus, vulgata illa de Tripode narratio oſtendit, ad VII ſapientes delato. v. g. Diog. Laërt.* 1, 27. Val. Max. 4, 1.

## B O M

BOMBAX. Adu. *probantis vel vere vel per Ironiam.* [βόμβαξ] Plaut. Pſeud. 1, 3, 131 Fur. B. babae. P. fugitiue. B. bombax. C. fraus populi. B. planiſſume.

BOMBĬLO, āre. [βομβέω] Bombilare *dicuntur apes.* Auctor Philomelae v. 36 Bombilat ore legens munera mellis apes. *Sed leg.* bombitat *Gipban. in Ind. Lucr. voce* PERFICE. *Vid.* BOMBITATIO.

BOMBOMACHĬDES, *fictum Imperatoris nomen* Plaut. Mil. 1, 1, 14 *a vano, vt videtur, ſtrepitu. Nimirum*

BOMBVS, i. m. [βόμβος] *Sonus eſt, praeſertim raucus, nec valde acutus, et videtur ex ipſo ſono fictum vocabulum.* Perſ. Sat. 1, 99 Torua Mimalloneis implerunt cornua bombis. Varro de R. R. 3, 16, 32 Ex apibus coniecturam capiunt, ſi intus faciunt bombum. Organorum Seru. ad Aen. 7, 23. Lucret. 4, 548 Aut reboant raucum retro cita cornua bombum. Rauciſonus Catul. de Nupt. Pel. 263. *Tonitrui etiam tribuitur apud Graecos, vt obſeruat Euſtath. ad Odyſſ.* Ϡ. *Denique* Plauſuum *quoque, ſeu fauſtae acclamationis genus,* Bombos vocauit Nero. Suet. cap. 20.

BOMBVLVS, i. m. Dimin. Io. de Ianua in Cath.

BOMBICVS, a, um. Fortunat. de S. Mart. 4, . . Intolerabilium per inania bombica iactans.

BOMBOSVS, a, um. Adhelm. de Virgin. cap. 10 Bomboſae vocis mugitus.

BOMBĬNO, āre. *interpretatur Papias,* Conuiciari.

BOMBINĀTOR, ōris. m. Mart. Capell. 9 p. *vlt. videtur apem notare. Grotius malit* Bombilator.

BOMBIO, īre. Vet. Gloſſ. βομβῶ, bombio, *idem quod*

BOMBĬTO, āre. Auct. Carm. de Philomela v. 36. *Al.* Bombilo.

BOMBITATIO, ōnis. f. *ſecundum aliquos, apud* Feſtum. *Alii legunt*

BOMBIZATIO. [βομβισμός] Eſt Sonus apum, ab ipſo ſonitu dictus; vt Mugitus, boum; Hinnitus, equorum. Feſtus. Bombilatio *probat Grot. ad* Martian. Capell. *extr.*

BOMBYLIS, *vid.* BOMBYX.

BOMBYLIVS *vid. ſtatim* BOMBYX.

BOMBYX, ȳcis. m. [βόμβυξ, βομβυλιός] *Animal ex inſectorum genere cum veſpis et crabronibus memoratum.* Plin. 11, 22 ſ. 25. Quartum inter haec genus eſt bombycum, in Aſſyria proueniens, maius quam ſupra dicta. Nidos luto fingunt, ſalis ſpecie, applicatos lapidi, tanta duritia, vt ſpiculis perforari vix poſſint. In iis et ceras largius quam apes faciunt, deinde maiorem vermiculum. Et alia horum origo e grandiore vermiculo, gemina protendente ſui generis cornua. Primum eruca fit, deinde quod vocatur BOMBYLIVS, ex ea Necydalus, ex hoc in ſex menſibus Bombyx. Telas araneorum modo texunt ad veſtem luxumque feminarum, quae bombycina appellatur. Prima eas redordiri, rurſusque texere inuenit in Ceo mulier Pamphila Latoi filia, non fraudanda gloria excogitatae rationis, vt denudet feminas veſtis. Bombycas et in Co inſula naſci tradunt — Fieri autem primo papiliones paruos nudosque: mox frigorum impatientia villis inhorreſcere, et aduerſum hiemem tunicas ſibi inſtaurare denſas pedum aſperitate radentes foliorum lanuginem vellere. Hanc ab his cogi vnguium carminatione, mox trahi inter ramos, tenuari ceu pectine. Poſtea apprehenſam corpori inuolui, nudo volubili. Tum ab homine tolli, fictilibusque vaſis, tepore et furfurum eſca nutriri: atque ita ſubnaſci ſui generis plumas, quibus veſtitos ad alia penſa dimitti. Quae vero coepta ſint lanificia, humore lenteſcere, mox in fila tenuari iunceo fuſo. Nec puduit has veſtes etiam vſurpare viros, propter leuitatem aeſtiuam. *Haec perpendenda ſunt, ſi quis iudicare velit, ſitne* Sericum *hodiernum illud* Bombycinum Plinii *ſiue* Aſſyrium, *ſiue* Coum. *Conf.* Plin. 24, 12 ſ. 66. *Vid.* Salmaſ. ad Solin. et ad Tertull. Pallium, *it.* ad Vopiſci Aurelianum *etc.* Martial. 8, 33 *de Phiala, quam tenuiſſimis rebus comparat.* Nec vaga tam tenui diſcurſat aranea tela, Tam leue nec bombyx pendulus vrget opus. Bombyx, *pro Materia illa, vnde fiunt veſtes bombycinae, genere feminino dicta* Plin. 11, 23 *cuius lemma,* De bombyce Coa. *Et ibid. extr.* Aſſyria tamen bombyce adhuc feminis cedimus. Xili bombyx de goſſypio Plin. 19, 1. Tamen Propert. 2, 3, 25. Nec ſi qua Arrabio lucet bombyce puella, Non ſum de nihilo blandus amator ego. *Vid. mox* Bombycinus.

BOMBYCIAS, ae. m. [βομβυκίας] *Calami ſ. Arundinis genus, de quo* Plin. 16, 36 ſ. 66. *Nempe* Bombyces, *in longis tibiis ponuntur ab Ariſtotele* περὶ ἀκουστῶν, *quas et difficilius dicit inflari:* πάντες γὰρ (inquit) χαλεπῶς πληροῦσι τὰς βόμβυκας, καὶ μετὰ συντονίας πολλῆς, διὰ τὸ μῆκος τῆς ἀποστάσεως. *Calamum quoque huic tibiarum generi idoneum appellat* βομβυκίαν *Theophraſtus. Conf.* Salmaſ. in Tertull. de Pallio p. 234 et Exerc. Plin. p. 296. Iſidor. 12, 15.

BOMBYCĬNVS, a, um. [βομβύκινος] *Vt,* Veſtis bombycina *apud* Plinium 24, 12 ſ. 66. Veſtes bombycinis ſimiles. Iuuen. Sat. 6, 260 — quarum Delicias et panniculus bombycinus vrit.

BOMBYCINA, orum. [βομβύκινα] *Veſtes ſunt tenuiſſimae, ex bombyce confectae, vt vidimus ex* Plin. 11, 22 ſ. 25. Martial. 8, 68. Femineum lucet ſic per bombycina corpus, Calculus in nitida ſic numeratur aqua. *Add.* Id. 14, 24 Taenia bombycina. *Harum etiam meminit* Vlpian. in l. 23 §. 1 D. de aur. et arg. leg. Mart. 11, 50 Nunc furtiua lucri fieri bombycina poſſunt.

BOMBYCĬNO, are. Purpuram facere. Gloſſ. Iſidor.

BOMBYCINĀTOR, ōris. m. Purpuram faciens. ibid.

## B O N

BONA DEA, *vid. in* BONVS *ſ. l.*

BONĀSVS, [βόνασος] *Fera, de qua* Plin. 8, 15 ſ. 16 Tradunt in Poeonia (*Moeſiae vicina*) feram, quae Bonaſus vocetur, equina iuba, caetera tauro ſimilem, cornibus ita in ſe flexis, vt non ſint vtilia pugnae: qua propter fuga ſibi auxiliari, reddentem in ea fimum, interdum et trium iugerum longitudine, cuius contactus ſequentes vt ignis aliquis amburat. *Meminit eius et* Solinus c. 43. *qui circa* Phrygiam et Lydiam Bonaſum naſci *tradit.*

BONITAS, BONITARIVS. *Vid.* BONVS.

BONVS, [ἀγαθός, καλός] Adi. *vulgatiſſimae ſignificationis, et vſus latiſſimi. Etymologia mirabilis ab* εὖς *videri poteſt in Menagii amoenitatibus Iuris ciu.* c. 39. *Veteribus non tantum* Bonus *ac* Duonus (*vt in* vet. Gloſſ. Duonus ἀγαθός) *in vſu fuiſſe, ſed etiam* Benus, *ſatis indicant Adu.* Bene, *et* Bellus *adiectiuum. Comparatiuo dicitur* Melior, (*quaſi* velior, *a* velle, *vt* λωΐων, *a* λῶ volo) *Superlatiuo* Optimus (*quaſi* optatiſſimus) *Certe* Bonius, boniſſimum deeſſe *docet* Varr. L. L. 7, 39. *Conf. Barth. Adu.* 36, 6. *Sed iam vſum nominis, per ſubſtantiua ſua declarabimus, vbi prius commendauerimus lectoribus* paradoxon Ciceronis primum, *quod totum fere in conſtituenda* Boni *notione impenditur. Igitur* Amici boni Tac. H. 4, 7, 1. Plaut. Pſeud. 1, 5, 37 Bonus Animus in mala re, dimidium eſt mali, *i. hilaris, certe quietus, et Spei plenus. Sic* Animo bono es, Ter. Eun. 1, 2, 4. Bono animo in remp. eſſe Caeſ. B. G. 1, 6. *i. bene ei cupere.* Bono animo tranſeamus ad oppugnandam Carthaginem Liu. 26, 43. *i. cum fiducia rei bene gerendae. Talia ſunt* Bono animo eſſe iubere Liu. 25, . . . Sic Cic. de Diuin. 1, . . Bono animo te iuſſiſſe eſſe, *etc.* Habere de aliquo bonum Animum Sall. Iug. c. 45. *i. bonam ſpem.* Animo meliore aliquid ferre Ouid. Met. 9, 432. *i. aequiore.* Cic. Verr. 1, . . Forſitan meliores illi Accuſatores habendi ſunt, qui haec omnia fecerunt. Aedes bonae, *pro Nouis, certe integris* Plaut. Moſt. 1, 2, 26. *Sic* Boni poſtes *Ibid.* 3, 2, 140. Varro de R. R. 2, 6, 2 Primum videndum, vt mares feminasque bona aetate ſumat, vtique vt quam diutiſſime fructum ferre poſſit, *etc. Significat igitur aetatem velut iuuenilem.* Ager melior Ter. Heaut. 1, 1, 12. Virg. Aen. 5, 483 Hanc tibi Eryx, meliorem animam pro morte Daretis Perſoluo, *vox Entelli bouem caeſtu interficientis, quo ob victum a ſe Dareta donatus fuerat.* Melior *itaque* Anima bovis, *quia melius eſt eum cadere, quam hominem.* Hor. Epiſt. 2, 2, 4 Adiecere bonae paullo plus artis Athenae. Artes bonae Tacit. Hiſt. 4, 1. Idem Ann. 15, 45 Hic Graeca doctrina oretenus exercitus, animum bonis artibus non induerat. Auibus bonis, *aut malis dicimus quum Rem feliciter aut ſecus cedere ſignificamus. Ab augurum obſeruatione ſumtum.* Ouid. Met. 15, 640 Ite bonis auibus, prolemque a ceſſite noſtram. Idem Faſt. 1, 513. Contrarium Hor. Carm. 1, 15, et Epod. 10, 1. Beneuolentia bona hominum Cic. Fam. 13, 60. *i. Seri* Cato R. R. 1, 2 In bona regione bene nitere oportebit, et vti eo quum introëas, circumſpicias vti inde exiri poſſit: vti bonum Caelum habeat, nec calamitoſum ſiet. *i. temperatum aëra.* Campi militi Romani ad praelium non boni Tacit. Ann. 2, 14, 3. Canor melior Lucret. 4, 182 et 908. Cic. de Legib. 3, 34 Vi opprimi in bona cauſa eſt melius, quam male cedere. Ouid. Met. 5, 220 Cauſa fuit melior meritis tua. Cauſae melioris dux eris Lucan. 4, 259. Ouid. Epiſt. Sabin. 3, 6 Cauſa tu meliore cales. Cic. Off. 3, 100 Itaque tum quum vigilando necabatur, erat in meliore cauſa, (*i. conditione*) quam domi ſenex captiuus, periurus, Conſularis remanſiſſet. Idem Att. 11, 1. Ita praeter Laelium, neminem habeo culpae ſocium: qui tamen ho meliore in cauſa eſt, quod iam eſt receptus. *Etiam hic conditio eſt* Chorus melior Ouid. Met. 11, 86. *Bacchi.* Varro de R. R. 3, 7, 10 Parentes eorum Romae ſi ſunt formoſi, bono colore, integri, boni ſeminis, paria ſingula vulgo vaeneunt ducenis numis. *De columbis loquitur. Add.* Plin. 7, 6. Cic. Q. Frat. 2, 6, 2 Tuſculano emtor nemo fuit: ſi conditio valde bona fuerit, fortaſſe non omittam. Cic. Fam 17, 3 An quia non omnibus horis iactamus Idus Martias, ſimiliter at ille Nonas Decembres ſuas in ore habet, eo meliore condition Cicero pulcherrimum factum vituperabit, *etc.* Tacit. Agric. 28 It celeberrimus quisque ingenio ad prodendum virtutis memoriam ſine gratia aut ambitione, bonae tantum conſcientiae pretio ducebatur Ter. Eun. 2, 3, 82 Dixti pulchre: nunquam vidi melius conſilium dari. Conſilio bono aliquid facere Cic. Off. 1, 12. *i. intentione v vulgus ait.* Conſulere boni, *pro* Bonum, *iudicare.* Quinctilian. 1, 6, 3 Sitne Conſul a conſulendo, an a iudicando: nam et hoc conſulere veteres vocauerunt, vnde adhuc remanet illud, *Rogat boni conſulas,* id eſt, Bonum iudices. Ouid. ex Pont. 3, 8, 23 Quae quanquam miſiſſe pudet, quia parua videntur: Tu tamen haec quaeſo conſule miſſa boni. Vlpian. Vt qui clementiorem ſententiam paſſus eſt, ob id, quod ad tempus relegatur, boni conſulere debeat humanitatis ſententiae, nec Decurionatum accipiat. *Per gentilium quaſi Graeco more dixit, i. Exiſtimare clementer ſecum a iudicibus actum eſſe in animaduerſione criminis Budaeus.* Copia Bona, *Abundantiae dea dicta eſt, quae cornu Amaltheae vel Acheloi gerit: eaque dicitur ratione, vt* Bonus Euentus: *et apud Catonem et Plautum,* Bona Salus; *quae ad Euphemiſmum ſic ficta ſunt* Ouid. Met. 9, 88 — diuesque meo eſt bona Copia cornu. (*quamquam et* Copia *ſine additamento dicitur, vt* Cornu Copiae) *Si deiurare bonam copiam qui ſoluendo non erant, ſolebant, ne necterentur, quum iureiurando affirmabant, ſibi non eſſe, vnde aes alienum diſſoluerent. Vid.* EIVRO. Copia librorum bona Hor. Epiſt. 1, 19 110. Bona Dea [Ἀγαθὴ Γυναικεία] *Romae culta, de qua locus claſſicus* Macrob. Sat. 1, 12 Auctor eſt Cornelius Labeo, huic Maiae aedem Kalendis Maiis dedicatam, ſub nomine Bonae Deae, et eandem eſſe Bonam Deam et Terram, ex ipſo ritu occultiore ſacrorum doceri poſſe confirmat. Hanc eandem Bonam Deam, Faunamque et Opem et Fatuam Pontificum libris indigitari. Bonam, quod omnium nobis ad victum bonorum cauſſa eſt: Faunam, quod omni vſui animantium fauet: Opem, quod ipſius auxilio vita conſtet: Fatuam a fando, quod infantes partu editi non prius vocem edunt, quam attigerint terram (*nemp*

(*nempe quam matris vtero excluſi terrae incolae ſeparati ipſi eſſe coepere*) Sunt qui dicant, hanc deam potentiam habere Iunonis — eandem alii Proſerpinam credunt — Boeoti Semelam credunt, nec non eandem Fauni filiam dicunt, obſtitiſſeque voluntati patris in amorem ſuum lapſi, vt et virga myrtea ab eo verberaretur, cum deſiderio patris neque viro ab eodem preſſa ceſſiſſet: transfiguraſſe ſe tamen in ſerpentem pater creditur et coiſſe cum filia. Horum omnium haec proferuntur indicia, quod virgam myrteam in templo haberi nefas ſit, quod ſuper caput eius extendatur vitis, qua maxime eam pater decipere tentauit; quod vinum in templum eius non ſuo nomine ſoleat inferri, ſed vas, in quo vinum inditum eſt, mellarium nominetur, et vinum lac nuncupetur; ſerpentesque in templo eius nec terrentes nec timentes appareant. Quidam Medeam putant, quod in aede eius omne genus herbarum ſit, ex quibus antiſtites dant plerumque medicinas: et quod templum eius virum introire non liceat, propter iniuriam, quam ab ingrato viro Iaſone perpeſſa eſt. Haec apud Graecos θεὸς γυναικεία dicitur, quam Varro Fauni filiam eſſe tradit, adeo pudicam, vt extra γυναικωνῖτιν nunquam ſit egreſſa, nec nomen eius in publico fuerit auditum, nec virum vnquam viderit, nec a viro viſa ſit: propter quod nec vir templum eius ingreditur. *Haec Macrobius. Sed* Lactant. 1, 22 *qui quaedam Macrobio dicta firmat, etiam haec addit,* Sextus Clodius — refert, Fauni hanc vxorem fuiſſe, quae, quia contra morem decusque regium clam vini ollam ebiberat et ebria facta erat, virgis myrteis a viro vſque ad mortem caeſam; poſtea vero cum eum facti ſui poeniteret, et deſiderium eius ferre non poſſet, diuinum illi honorem detuliſſe: idcirco in ſacris eius obuolutam vini amphoram poni. *Quanta religione ſacra illius,* Myſteria *dicta Romae colerentur, pluribus locis magna cum inuidia Clodii exaggerat, qui nimirum illa, vt Caeſaris vxore Pompeia potiretur, ingreſſu ſuo muliebri veſte latens polluiſſe dicebatur. Vid.* Cic. ad Att. 1, 12 *extr.* et *ib.* 2, 4. de Haruſp. Reſp. c. 17. pro Domo c. 40 *etc. Iam Poëtarum quaedam loca ponemus.* Tib. 1, 7, 22

Exibit quam ſaepe, time: ſeu viſere dicet
Sacra Bonae maribus non adeunda Deae.
At mihi ſi credas, illam ſequar vnus ad aras.
Tunc mihi non oculis ſit timuiſſe meis.

*Nempe putabantur excaecari viri, qui ſacra iſta vidiſſent. Caeterum ad h. l. Templa* Bonae Deae *erudite perſequitur Brouckhuſius. Vid. praef.* Ouid. Faſt. 5, 148 ſqq. *Suſpecta haec ſacra facit etiam* Ouid. Art. 3, 637 Cum fuget e templis oculos Bona Diua virorum, Praeterquam, quos illa venire iubet. Iuuen. 6, 314 Nota Bonae ſecreta Deae, cum tibia lumbos Incitat et cornu pariter vinoque feruntur Attonitae. *Lepide* Naſo Art. 3, 243 Quae male crinita eſt, cuſtodem in limine ponat, Orneturue Bonae ſemper in aede Deae. *De viris effeminatis* Iuuen. 2, 86 Atque Bonam tenerae placant abdomine Parcae Et magno cratere Deam *etc. Sed* Prop. 4, 9, 25 Femineae loca clauſa Deae, fontesque piandos, Impune et nullis ſacra retecta viris. Feminea *nempe* Bona Dea *eſt, quam* Γυναικείαν etiam Graeci dicunt. *Eadem* Damia, *ab Aeol.* δάμιος *pro* δήμιος, *quia* pro populo, *qui* δῆμος ſ. δᾶμος *eſt, ſacra illi fiebant. Vid.* Cic. de Haruſp. Reſp. c. 17. *et infra* DAMIVM. Dentibus bonis lenam probam eſſe oportet Plaut. Truc. 2, 1, 14. *Nempe vbi deuoret, comedat certe amatores.* Dictum melius Plaut. Stich. 2, 2, 75. Dicta bona Cic. de Orat. 2 c. 54. *ſunt facetiae, ioci acuti, ſales.* Virg. Georg. 3, 66 Optima quaeque dies miſeris mortalibus aeui Prima fugit. Dii *beneficentiae cauſa* Boni *dicuntur, vel* Diui boni *vt* Hor. Carm. 4, 2, 38. Bona Iuno Virg. Aen. 1, 738. *Huc refer illud* Virg. Ecl. 5, 65 Sis bonus ô felixque tuis. *conf. Spanh. de Vſu etc. Num. diſſ.* 4. p. 336. ſq. Euentus bonus, *Deus vid. ſ. l.* Exitus bonus Hor. Carm. 4, 8, 34. Suet. in Iul. Caeſ. 80 Bonum Factum. Vt ne quis Senatori nouo curiam monſtrare velit. *Add.* Id. Vit. c. 14. Bonum Factum. Ne Vitellius *etc. Nempe boni ominis cauſa,* Bonum Factum, *praefari ſolebant in edictis.* Tertull. de Pudic. *pr.* O edictum, cui adſcribi non poterit bonum factum! Plaut. Poen. prol. v. 16 et 45. Bonum factum eſt, edicta vt ſeruetis mea Iſid. 1, 22. Quaedam literae in libris iuris verborum ſuorum notae ſunt. — Scribebatur enim verbi gratia per B. et F. Bonum Factum, per S. et C. Senatus Conſultum. Cic. Att. 7, 25 Bona de Domitio, praeclara de Afranio fama eſt. Famam bonam deperdere Hor. Serm. 1, 2, 61. Famae melioris oblitus Virg. Aen. 4, 221. Fatis melioribus vti Virg. Aen. 6, 546. Ter. Eun. 2, 3, 31 Neque quemquam eſſe ego hominem arbitror, cui magis bonae felicitates omnes aduerſae ſient. Fides bona *frequens in primis in libris ICtorum.* Modeſt. in l. 109 D. de verb. ſignific. Bonae fidei emtor eſſe videtur, qui aut ignorauit eam rem alienam eſſe: aut eum, qui vendidit, ius putauit vendendi habere, puta procuratorem aut tutorem eſſe. *Antiqui quum fieri aliquid non perfunctorie, nec ſimulate aut dicis cauſa, ſed ſerio, accurate et enixe, intelligi volebant,* bona fide facere *dicebant.* Petron. 11 Oſculisque tandem bona fide exactis. *Et* c. 110 Tunc primum bona fide puero baſium dedit. *Et* c. 99 Optima fide reuiuiſcentem amicitiam toto pectore adſtrinxi. Laberius *ap.* Gell. 16, 7 Tollet bona fide vos Orcus nudas in Catonium. Plin. 14 *extr.* Optima fide non reſpiraſſe in hauriendo, neque exſpuiſſe *etc.* Tertull. de Anima 1 oleo bona fide. *i. ſerio.* Flor. 2, 1 *pr.* Populus Rom. cum bona fide adoleuiſſet. *i. vere, vt robur quoque proportione aetatis haberet.* Quinctil. Decl. 12, 1 Bona fide ferarum eſſe ciuitas coeperat, *i. omnino, non hyperbolica dicendi ratione. Vid. Burm.* p. 242. *Sic* Ouid. Rem. Am. 649 Sed meliore fide paullatim exſtinguitur ignis Quam ſubito. *i. certius, tutius, vt non ita facile reuiuiſcat.* Sen. Epiſt. 22 Si deponere ſeruitutem in animo eſt, *et* libertas bona fide placuit. Ter. Heaut. 4, 5, 13 De illo quod dudum? dictum ac factum reddidi. C. Bonan' fide? S. bona hercle. Plin. 7, 25 *ad finem, de Iulio Caeſare,* Illa fuit vera et incomparabilis inuicti animi ſublimitas, captis apud Pharſaliam Pompeii M. ſcriniis epiſtolarum, iterumque apud Thapſum Scipionis, concremaſſe ea optima fide, atque non legiſſe. Plaut. Moſtell. 3, 1, 140 Tuus emit aedes filius. TH. Bonan' fide *ſcilicet iſtuc dicis, i. ſerio, nihil mentiens? Sed reſpondet* Tranio *ex ambiguo,* Si quidem tu argentum redditurus, tam bona; Si redditurus non es, non emit bona. *Plene* Pſeud. 4, 6, 33 Bonan' fide iſtuc dicis? *Et* Aul. 4, 10, 42 Dic bona fide, tu id aurum non ſurripuiſti? LY. Bona. EVCL. Neque ſcis, qui abſtulerit? LY. Iſtuc quoque bona. *Nempe* Bona fide! *ſancta affirmatio et iusiurandum.* Plaut. Capt. 4, 2, 112 HEG. Dic, bona fide tu mihi iſthaec verba dixiſti? ER. bona. *Sequitur mox,* An dubium habebis etiam ſancte cum iurem tibi? Bona fides *dicitur, cum quod promiſſum eſt praeſtatur. Praeter* Plaut. Moſt. 3, 1, 140 *quem modo laudauimus, huc pertinet* Suet. Aug. 42 Eidem populo promiſſum congiarium repoſcenti, bonae fidei ſe eſſe reſpondit. Fides bona, *pro Aequo et bono.* Tryphon. l. 31 D. depoſit. Bona fides, quae in contractibus exigitur, aequitatem ſummam deſiderat. *Hinc igitur, qui* Bonae Fidei Contractus *nominantur, appellationem habent.* Caius l. 5. D. de act. et oblig. Palam eſt inter eos naſci actiones mandati, quibus inuicem experiri poſſent de eo, quod alterum alteri ex bona fide praeſtari oportet. *Paullo laxius accipitur a* Procul. l. 68 D. de contrah. empt. Exiſtimo te in exigendo non ſolum bonam fidem, ſed etiam diligentiam praeſtare debere: *i. Non ſolum, vt a te dolus malus abſit, ſed etiam vt culpa.* Forma bona Ter. Heaut. 3, 2, 13. *i. pulchra.* Forma quam mente melior M. Lepidus iuuenis Paterc. 2. Genere bono natus Plaut. Perſ. 4, 4, 93. Gladiator melior Ouid. Triſt. 4, 6, 33. Miſere perit ſine omni bona Gratia, *vt nihil inde fructus ad te redeat* Plaut. Truc. 2, 7, 14. *de pecunia in meretricem impenſa.* Vlpian. l. 32 §. 10 D. de donat. inter vir. et vx. Plerique *coniuges* cum bona gratia diſcedunt, plerique cum ira ſui animi et offenſa. Cum bona gratia *igitur eſt amicitia ſalua, certe ſaluis beniuolentiae et honoris ſignis. Nam, vt eſt* l. 60 et 61 ibid. Saepe euenit, vti propter ſacerdotium, vel etiam ſterilitatem vel ſenectutem et valetudinem, aut militiam, ſatis commode retineri matrimonium non poſſit. *Add.* l. 6 D. de diuort. Iuſt. Nouell. Conſt. 22. *Sic* Gratia bona finire matrimonium Vlpian. in l. ſed ſi maritus. D. qui et a quib. manumiſſ. Cic. Acad. 4, 100 Proficiſcatur Puteolos ſtadia triginta probo nauigio, bono gubernatore ac tranquillitate. Homines boni, atque dites Plaut. Curc. 4, 1, 14. *conf.* Graeu. in Cic. Att. 9, 12. *et* Cic. Att. 1, 19. *extr.* Plaut. Capt. 3, 4, 51. *In pauperem dicitur,* Eſt miſerorum, vt maleuolentes ſint et inuideant bonis. *Etiam* Trin. 2, 4, 45 Bonis tuis rebus meas res irrides malas. *Ad diuitias reſpici videtur.* Horas bonas male collocare Martial. 1, 114. Bona nemini hora eſt, vt non alicui ſit mala P. Syrus. *i. felix.* Tacit. Hiſt. 4, 7, 1 Nullum maius boni imperii inſtrumentum, quam bonos amicos. Ingenio bono eſſe. Ter. Andr. 3, 2, 7. Ibid. 3, 1, 8 Bonum ingenium narras adoleſcentis. Initiis bonis orſus Tribunatus Cic. in Brut. 128. Iter melius Hor. de Arte Poët. 68. Iudex optimus Cic. de Fin. 4, . . Id. Off. 1, 111 Ne, vt quidam, Graeca verba inculcantes, iure optimo irrideamur. *Et* de Lege Agr. 3, 7 Optimo enim iure ea ſunt profecto praedia, quae optima conditione ſunt. Libera meliore conditione ſunt, quam ſerua. — Soluta meliore in cauſa ſunt, quam obligata — Immunia commodiore conditione ſunt, quam illa, quae penſitant. *Tam late patet illud* optimo iure. Lex melior Hor. Epiſt. 1, 1, 62. Optima lege, *vid.* LEX. Plaut. Men. 4, 2, 106 Quaſi non habeam, quo intromittar, alium meliorem locum. Cic. ad Brut. ep. 3. Noſtrae res meliore loco videbantur, *i. conditione.* Cic. de Aruſp. Reſp. 61 c. 28 Nam vt meliore ſimus loco, ne optandum quidem eſt illo impunito: deteriore autem ſtatu vt ſimus, vnus eſt inferior gradus, *etc.* Lucrum bonum Plaut. Amph. prol. 6 Stilus optimus et praeſtantiſſimus dicendi Magiſter Cic. de Or. 1 c. 33. Memoria bona Id. Att. 8, 4. *Et* Tuſc. 1, 13 Ego autem non commemini ante quam ſum natus, me miſerum: tu ſi meliore memoria es, velim ſcire, ecquid de te recordere. Ter. Adel. 3, 3, 79 Numquid vis? D. Mentem vobis meliorem dari. Cic. Q. Frat. 2, 5 Ἀμφιλαφίαν autem illam, quam tu ſoles dicere, bono modo deſidero, *etc.* Modulator optimus Hor. Serm. 1, 3, 130. Sen. Agam. 242 Nam fera nunquam eſt ad bonos mores via. Mors bona, *pro facili et doloris experte* Plin. Epiſt. 2, 20, 8. Optima Mors, parca, quae venit apta die Propert. 3, 3, 40. *de ſententia vid. ſub* DIES. Ter. Eun. 2, 3, 24 Si qua habitior paullo, pugilem eſſe aiunt: deducunt cibum, tametſi bona eſt natura, reddunt curatura iunceas. *Vbi* Donatus, Bona, i. e. Plena, magna et pinguis. Cic. de Diuin. 1, 102 Itemque in luſtranda colonia, ab eo, qui eam deduceret, et quum Imperator exercitum, Cenſor populum luſtraret, bonis Nominibus qui hoſtias ducerent, eligebantur. Quod idem in delectu Conſules obſeruant, vt primus miles fiat bono Nomine. *i. auſpicato, et bonum aliquid ſignificante, et velut portendente. De altero* Boni Nominis *intellectu vid.* NOMEN. Columel. de Arborib. 4 At quae protinus in terram proiecta eſt, multum, ſed non bonae Notae vinum facit. De meliore nota Catul. 63, 28. *Vid.* NOTA. Cic. Off. 3, 91 Si ſapiens adulterinos numos acceperit imprudens pro bonis. Nuntius bonus Plaut. Amph. prol. 12. Aur. Victor de Viris illuſtr. 4 Tullus Hoſtilius, quia bonam operam aduerſum Sabinos nauauerat, rex creatus, bellum Albanis indixit. Parca meliore Ouid. Epiſt. 11, 105. *i. e. Meliore fato, ſeu felicius.* Cic. de Orat. 2, 14 Aiebat bonam partem ſermonis in hunc diem eſſe dilatam. Ouid. Faſt. 5, 150 Pars bona montis erat. Hor. Serm. 1, 1, 61 At bona pars hominum decepta cupidine falſo. Pars melior diei, *pro Maiore et prima.* Virg. Aen. 9, 61. Seruius. Hor. Epiſt. 2, 1, 102 Hoc paces habuere bonae, ventique ſecundi. Pater optimus patriae Caeſar Ouid. Faſt. 2, 127. Poëta bonus Cic. Q. Frat. 1, 1. Id. in Catil. 2, 25 Poſtremo copiae cum egeſtate, bona ratio cum perdita, mens ſana cum amentia: bona denique ſpes cum omnium rerum deſperatione confligit. Rebus bonis agere laetum conuiuam. Hor. Serm. 2, 6, 110. *i. Epulari laute et hilariter.* Cic. Att. 12, 21 Quod me in forum vocas, eo vocas, vnde etiam bonis meis rebus fugiebam. *i. ſtatu felici.* Re bona copioſus Gell. 16, 19. *i. diues.* Bonarum rerum conſuetudo peſſima eſt P. Syrus. *Nempe* Hor. Epiſt. 1, 10, 30 Quem res plus nimio delectauere ſecundae, Mutatae quatient. Salutis bonae ſi quid Cic. Fam. 9, 7, 2. Virg. Aen. 5, 415 His ego ſuetus dum melior vires ſanguis dabat. *i. iuuentus viuida.* Scripta optima Graecorum Hor. Epiſt. 2, 1, 29. Sententia melior Virg. Aen. 2, 35 Seruus bonus *vid.* Bonum et frugi ſeruum, *infra.* Somno meliore frui Ouid. in Ibin 639. Hor. Carm. ſaec. 74 Spem bonam, certamque domum reporto. Cic. Att. 15, 1 Redeamus ad noſtros, de quibus tu bonam ſpem te ſignificas habere. Cic. de Fin. 2, 117 Ergo in his adoleſcentibus bonam ſpem eſſe dicemus, et magnam indolem. Tac. An. 12, 68 Quo miles in bona Spe ageret. Succus melior Hor. Serm. 2, 4, 13. Sui melior, *i. melior, quam ante fuit* Apul. Met. 8 p. 172, 32 Pric. *Vid. Sciopp. Symb. Crit.* p. 64. Sutor bonus Hor. Serm. 1, 3, 132. Tempeſtas bona, *vid.* TEMPESTAS. Tempus melius Hor. Serm. 1, 9, 68. *i. commodius, aptius. Sic* Cic. Att. 3, 49 Quod optimo tempore facere non licuit, minus idoneo fiet. *Sed felicitatem notat in illo,* Ad meliora patriae tempora ſe reſeruare Iuſt. 2, 11, 5. *et* 28, 4, 9. Varro de R. R. 1, 9 Terra, inquam, cuiusmodi ſit refert, et ad quam rem bona, aut non bona ſit. Cic. in Topic. 4 Sed dum fuimus vna, tu optimus es teſtis, quam fuerim occupatus. Valetudo bona, *vid.* VALETVDO. Ter. Phorm. 2, 2, 31 Adoleſcens primum abs te hoc bona Venia expeto: ſi tibi placere potis eſt, mihi vt reſpondeas. *Vbi* Donatus: Bona venia, Sine ira, ſine diſcordia. Cic. de Legib. 3, 34 Quare frater, bona tua venia dixerim, iſta ſen-

tentia, *etc.* Venia bona veſtra liceat ex his rogationibus legere quas ſalubres nobis cenſemus eſſe, antiquare alias Liu. 6, 40 Ter. Andr. 1, 2, 33 Vbinis facilius paſſus ſim, quam in hac re me deludier. D. Bona Verba quaeſo. S. irrides, nihil me fallis. *Vbi* Donatus, Hic in εἰρωνείᾳ eſt εὐφημισμὸς: quaſi dicat, Meliora loquere, rogo te. Ergo cum admonitione, *Bona verba*, inquit, rogo. *Budaeus dicit, eſſe reprehendentis minantem, et contumelias dicentem.* Verba bona dicere Tibull. 2, 2, 1. *h. e. fauſta precari.* Ouid. 3, 13, 24 Nec dare tura lubet, nihil exorantia diuos: In tantis ſubeunt nec bona verba malis. *Conf.* Faſt. 1, 72. Triſt. 5, 5, 6. e Ponto 3, 4, 47. *Sed* Cic. de L. Agr. 2, 13 c. 5 Verba valde bona *ad puritatem et elegantiam orationis pertinent.* Vicinus bonus Hor. Epiſt. 2, 2, 132. Vina meliora Hor. Epiſt. 2, 1, 34. Vir bonus et prudens verſus reprehendet inertes Hor. in Arte Poët. 445. Vir ſane bonus Cic. Att. 7, 1. Omnibus virtutibus inſtructos et ornatos, cum ſapientes tum viros bonos dicimus Cic. Tuſc. 5 c. 10. Vir bonus eſt is, qui prodeſt, quibus poteſt, nocet nemini Cic. Off. 3 c. 15. *Add.* Id. pro Quint. c. 16. Nep. 19, 1, 1. Cic. Off. 1, 19. Sen. de Prouid. c. 1. *et* Ep. 3. Vt quisque eſt Vir optimus, ita difficillime, eſſe alios improbos, ſuſpicatur Cic. ad Q. Frat. 1, 1. *A* ciue bono *diſtinguitur* vir bonus Cic. Fam. 1, 9, 28. Ariſt. Eth. 5, 2. Viri boni *qui Senatus libertatisque cauſae fauent* Cic. Fam. 16, 12. *i. Nobiles* Id. Att. 1, 13. *Vid.* Graeu. p. 75. *Add.* Flor. 1, 7, 4. Cic. de Senect. 30 Ita bonis Viribus eſſe in extremo tempore aetatis, vt adoleſcentiam non requireret. Vita bona *ap.* Plautum Caſin. 4, 4, 17. et Perſa 4, 8, 4. *eſt voluptuoſa, vel voluptas adeo: Sed* Hor. Serm. 2, 3, 15 *ad adoleſcentiam et ſtudia optima tum frequentata refertur*, Vitanda eſt improba Siren Deſidia aut quidquid vita meliore paraſti, Ponendum aequo animo. Vox bona Quinctil. 11, 3, 13. *vbi per partes deſcribitur.* Plaut. Moſt. 3, 1, 49. Scio te bona eſſe voce, ne clama. Ouid. Met. 8, 678 Super omnia Vultus Acceſſere boni, nec iners pauperque voluntas. Vultu meliore mori ſecura videtur Ouid. Met. 7, 862. *Non multum abit illud in* Edicto Neruae ſub Plin. Epiſt. 10, 66, 9 Quem Vultu meliore reſpexit fortuna imperii, *i. Imperator beneficio affecit.* ¶ 2 Bone vir, *per ironiam.* Ter. Andr. 3, 5, 10 Ehodum bone vir, quid ais? *et* Ibid. 5, 2, 5. *Vid.* Planc. *ap.* Cic. Fam. 10, 21, 9. *Drakenborch. ad* Sil. 2, 240. Cic. pro Roſc. Amer. 58 Quid mihi ad defendendum dediſti bone accuſator? Cic. L. Agr. 3, 13 Vir multum bonus, *grauiter impudens.* Cuſtos bone, defenſorque prouinciae Id. Verr. 5, 12. ¶ 3 *Varie conſtruitur cum caſu nominum;* Cato cap. 157 Sed quae vocatur σελινοειδὴς, haec ſeptem habet bona in comeſtura. Liu. 30, . . Bello quoque bonus habitus ad caetera, quibus nemo ea tempeſtate inſtructior ciuis habebatur. Sic pace bonos, ſic bello fieri Liu. 4, 2 *pr.* Bello optimus Lucan. 7, 218. Bello meliores Sall. Iug. c. 13. Omnes moras interponis, quibus infirmetur Brutus, melior fiat Antonius Cic. Phil. 8 c. 6 *pr.* Virg. Georg. 2, 447 At myrtus validis haſtilibus, et bona bello Cornus, Ityreos taxi curuantur in arcus. Iaculo melior Idem Aen. 5, 68. Ceruus pugna melior Hor. epiſt. 1, 10, 34. *Pro hoc ablatiuo infinitum eſt* Virg. Ecl. 5, 1 Boni quoniam conuenimus ambo Tu calamos inflare leues, ego dicere verſus. Tacit. Ann. 1, 3, 1 M. Agrippam ignobilem loco, bonum militia, et victoriae ſocium, geminatis Conſulatibus extulit. *Conf. Not. ad* Iuſt. 9, 2, 4. *Drakenb. ad* Sil. 10, 76. Claud. de Quart. Conſ. Hon. 491 Iudicibus notis regimur, fruimurque quietis Militiaeque bonis. *Hic ſi* bonis *ſit a recto* Boni, *habebimus* Bonos quietis et Militiae, *i. viros Pace et bello probatos.* *Sed poteſt eſſe* a Bona. *Singulare eſt*, Quaſi deûm praeſentia ſoleant homines non ſui fieri meliores, ſed debiles effici vel aegroti Apul. Met. 8 p. 172, 31 Pric. Meliores ſui, *i. ſe ipſis.* Moribus hic, meliorque fama Hor. Carm. 3, 1, 12. Motu pedum melior Virg. Aen. 5, 430. Pedibus melior Idem Aen. 9, 556. Sagittis melior Hor. Carm. 3, 6, 16. Simplicitate vera bonus Martial. 1, 69. ¶ 4 *Cum verbis:* Cic. pro Roſc. Amer. 13 c. 5 Accuſant ii, quibus occidi patrem Sexti Roſcii bono fuit. *i. Vtile fuit. Et* 84 c. 30 *illa Caſſii interrogatio memoratur*, Cui bono fuiſſet? Eſſe bonam facile eſt, vbi, quod vetet eſſe, remotum eſt Ouid. Triſt. 5, 14, 25. Cic. Att. 14, 22. Hirtium per me meliorem fieri volunt. Lenior et melior fis accedente ſenecta Hor. Epiſt. 2, 2, 211. Referre in melius conſilia Virg. Aen. 1, 285. Regnet melior Idem Georg. 4, 90. Melius eſt, *i. opus eſt, vel oportet* Plaut. Moſt. 5, 1, 20. *Add.* Id. Pſeud. prol. v. 24. Stich. 5, 4, 10. *Sic minantis turbido homini vox eſt*, Quieſſe erit melius Liu. 3, 48. Non erit melius, niſi de quo conſulimus, vocem miſiſſe Id. 3, 41 *pr. vbi conf. Gronou.* Conuicium hic ante aedes non feciſſe erit melius Ter. Andr. 2, 1, 26. *Add. Parei Lex. Crit.* p. 728. *Heinſ. de Sat. Horat. l. 2. p.* 105. *Ad valetudinem pertinent iſta:* Neque enim vigilando melior fit, ſed per ſe, ſi melior eſt, vigilat Celſ. 3, 15. *i. valentior.* Pompeio, quum grauiter aegrotaret Neapoli, melius eſt factum Cic. Tuſc. 1 c. 35. Melius fit mihi Plaut. Curc. 4, 2, 40. *i. conualeſco.* Melius anno hoc mihi non fuit Id. Moſt. 3, 2, 1. *Paullo aliter* Curt. 3, 5, 13 Vel mori ſtrenue, quam tarde conualeſcere mihi melius eſt, *i. malo.* In aetate noſtra quod eſt optimum, primum eſt Sen. ep. 108 Optimum eſt, *vel* Optimum factum Plaut. Pſeud. 1, 2, 52. Id. Aſin. 4, 1, 41 Optimum eſt; ita ſcilicet facturam. Cic. Verr. 1, . . Statuunt id ſibi optimum eſſe factu. *Vid.* Colu. ad Apul. 1 p. 15. Semper cogites, id optimum eſſe, tute vt ſis optimus. Si id nequeas, ſaltim vt optimis ſis proximus Plaut. Trin. 2, 4, 84. Optimum eſt Plaut. Caſ. 3, 5, 53. *et* Curc. 2, 1, 29. *et* Epid. 1, 1, 57. ¶ 5 Quod bonum, fauſtum felix, fortunatumque eſſet, praefabantur omnibus rebus agendis Cic. de Diuin. 1, 102 c. 45. *Vid. Briſſon. de Form.* 1, 112. *Sic.* Virg. Ecl. 8, 106 Aſpice corripuit tremulis altaria flammis Sponte ſua, dum ferre moror cinis ipſe, bonum ſit. *Sic et* Perſ. Sat. 4, 30 — tunicatum cum ſale mandens

Caepe, et farratam pueris plaudentibus offam,
Ingemit, hoc bene ſit!

¶ 6 *Subſtantiui more interdum poſitum videtur.* Cic. Att. 8, 1 Etſi propediem video bonorum, *i. Lautorum ac locupletum* vrbem refertam fore. *Vid. ſupra in* Vir. Cic. Att 9, 12 *ibique Graeu. Gronou. Obſeru.* 4, 9. Optimus ille eſt, qui minimis vrgetur Hor. Serm. 1, 3, 68. Bonus et benignus Idem Serm. 1, 2, 51. Tibull. 2, 4, 45 At bona, quae nec auara fuit. Bonus et clemens Rutil. Lup. l. 2. Cic. pro Cluent. 57 Iam hoc quoque prope iniquiſſime comparatum eſt, quod in morbis corporis, vt quisque eſt difficillimus, ita medius nobiliſſimus atque optimus quaeritur: in periculis capitis vt quaeque cauſa difficillima eſt, ita deterrimus obſcuriſſimusque patronus adhibetur. *Sed hic poteſt Adiectiua notio locum habere.* Optimus Maximus, *Deus dicitur: vid.* Cic. N. D. 2 c. 25. *et* 3 c. 36. Optimus quisque ita loquebatur Cic. Verr. 2 c. 8 Idem pro Sext. 99. Vt ſua conſilia optimo cuique probarentur. Dignum bono Hor. Epiſt. 1, 4, 5. Oderunt peccare boni virtutis amore Idem Epiſt. 1, 16, 52. In bonis, Inter bonos, *vid.* IN. Inſultare bonos, *vid. ſub* INSILIO. Certare melioribus Hor. Sat. 2, 5, 19. *i. ſuperare ſtudere praeſtantiores*, αἰὲν ἀριστεύειν. ¶ 7 *Neutro praeſertim genere ſubſtantiui naturam ſubit. v. g.* Bonorum, ἀγαθῶν ὑπαρχόντων Vet. Gloſſ. Cic. Fin. 3, 33 c. 10 Bonum definiuit Diogenes, id quod eſſet natura abſolutum. De tribus bonorum generibus Idem Tuſc. 5 c. 30. *Conf.* Auguſt. de C. D. 1, 18. *et Interpretes.* Ouid. Am. 2, 6, 39 Optima prima fere manibus rapiuntur auaris. Dii meliora! *formula deprecantis omen.* Cic. de Sen. 47 c. 14 Bene Sophocles, cum ex eo quidam iam affecto aetate quaereret, vtereturne rebus venereis? Dii meliora! inquit, libenter enim iſtinc, tanquam a domino agreſti ac furioſo profugi. Idem Phil. 8 c. 3 Quid nos? num quid tale habemus? Dii meliora! Liu. 39, 10 Id vbi mulier audiuit, Dii meliora, inquit, mori et ſibi et illi ſatius eſſe, quam id faceret *etc.* Pacis bona Tacit. Hiſt. 3, 81, 1. Sen. Thyeſte 218 Sanctitas, pietas, fides, Priuata bona ſunt: qua iuuat reges cant. Publicum bonum Suet. Tit. 7. Sall. Cat. c. 38. Vera bona Iuuen. Sat. 10, 3. Bonum et aequum Plaut. Perſ. 3, 1, 71. Quod erit bonum atque commodum Ter. Phorm. 1, 2, 81. Natura boni Hor. Serm. 2, 6, 76. Amici bona, quibus Incommoda opponuntur. Cic. de Amicit. 48. Animi et corporis Idem Acad. 1 c. 5. *et* Tuſc. 5 c. 30. Corporis optima Hor. Serm. 1, 2, 90. *i. Optima quae ſunt in corpore.* *Eadem* Corporis ſecunda Cic. Tuſc. 5 c. 30. Ingenii ſtudiique bona Quinctil. 1 prooem. 27. Cic. Fam. 15, 14 Id quum non accidit, vtemur bono literarum: et eadem fere abſentes, quae ſi coram eſſemus, conſequemur. Stat. Silu. 5, 1, 52

Laudentur proauis, ſeu pulchrae munere formae,
Quae morum caruere bonis, falſoque potentes
Laudis egent verae.

Commune bonum Lucret. 5, 956. Cic. pro Marcell. 19 c. 6 Quare gaude tuo iſto tam excellenti bono. Externa Idem Tuſc. 5 c. 30. *i fortunae.* Sen. Octau. 35 Fulgore primo captus et fragili bono Fallacis aulae quisquis attonitus ſtupet. Cic. de Nat. Deor. 3, 87 c. 36 A vero aut honoribus aucti, aut re familiari, aut ſi aliud quippiam nacti ſumus fortuiti boni, aut depulimus mali, tum diis gratias agimus tum nihil noſtrae laudi aſſumtum arbitramur. Fragile bonum Ouid de Arte Am. 2, 113. Quinctil. 2, 8, 10 Non deterendum id bonum ſi quod ingenitum eſt, exiſtimo, ſed augendum, addendumque quo ceſſat. Cic. Off. 1, 148 Magnis enim illi et diuinis bonis hanc licentiam aſſequebantur. Sen. in Thyeſt. 205 Maximum hoc regni bonum eſt, quod facta domini cogitur populus ſui tam ferre quam laudare Maximum bonum etiam Cic. Tuſc. 5 c. 30. *i. ſummum, animi.* Catul. 66, 158 — a quo Sunt primo nobis omnia nata bona. Cic. in Bruto 130 Vt facile cerneres naturale quoddam ſtirpis bonum, de generauiſſe vitio deprauatae voluntatis. *Add.* Nep. 8, 1, 3 Secunda Cic. Tuſc. 5 c. 30. *i. corporis.* Summum bonum eſſe herae putabat hunc Pamphilum Ter. Andr. 4, 3, 2. Summum bonum *ſenſu philoſophorum* Cic. de Fin. 3, 2 Quaerendum eſt, vbi ſit illud ſummum bonum, quod reperire volumus *etc.* ¶ 8 Accidunt bona *vid.* ACCIDO. Apportare bonum, *vid.* APPORTO. Aſſueſcere optimis Quinctil. 2, 7. Capere bonum cibo, *vid.* CAPIO. Ei bono ceſſit Suet. Tit. c. 7. *i. profuit.* Compenſare bona Hor. Serm. 1, 3, 7 Suadeo, bonum tuum concoquas Petron. c. 75. *i. fortuna tua fruaris* *Conf. ibi Burm. et, quos laudat*, Cic. Fam. 6, 5. Celſ. 2, 2. Plin. 14, 1. *etc.* Ter. Andr. 1, 1, 70 Quum id mihi placebat, tum vno ore omnes omnia bona dicere, et laudare fortunas meas. Dari bonum quod potuit, auferri poteſt Sen. ep. 8. Eſſe bono Cic. pro S. Roſc. c. 30. Phil. 2 c. 14. pro Mil. c. 12. *Add.* Verr. 3 c. 60. Paucis temeritas eſt bono, multis malo P. Syr. Cic. Fam. 15, 14 Nec tamen tantum in ſtatuenda Lepidi ſtatua factum eſt mali, quantum in euertenda boni. Vt ego hodie Caſinam deoſculabor! vt mihi bona multa faciam Plaut. Caſ. 8, 33. Facere aequi boni, *vid.* AEQVVS. Cic. Verr. 1 c. 56 Bonum ſuo cuique facito, *in lege, quam Verres redemtori operis publici dixerat* *i. ſingula genera materiae bona praeſtato.* Aſconius, Verbum eſt res diuerſas ſimul comprehendens, hoc eſt, bono latere, integris menſuris, apta arena, vtili calce, machinis idoneis, proba materie. Facere meliorem Quinctil. 1, 2. Facere optima quam promittere maluerunt Idem 1 Prooem. Cic. pro Flacc. 65 Hoc vetus prouerbium, Phrygem plagis fieri meliorem. Imbui optimis Quinctil. 1, 8. Impetrare bonum ac aequum, *vid.* AEQVVS. Inquinantur bona noſtra permiſtis malis Quinctil. 4, 2. Ouid. Am. 3, 10, 6 *de Cerere*, Nec minus humanis inuidet vlla bonis. Habet, quae quidem in homine dicuntur bona, Parentes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, diuitias, *etc.* Qui vti ſcit, ei bona: illi qui non vtitur recte, mala Ter. Heaut. 1, 2, 19. Manet te bonum, *vid.* MANEO. BARBIVS PARDVS OMNI BONO DE SE MERITAE FECIT Inſcript. Grut. f. 787 n. 5. *i. beneficio.* Monere meliora Hor. Serm. 1, 2, 73. Mutantur facile bona in peius Quinctil. 1, 1. Numerare in bonis, *vid.* NVMERO. Nuntiare meliora Cic. Att. 14, . Sen. Hippol. 442 Perdere eſt dignus bona Quîs neſcit vti. Praecipienda ſunt optima Quinctil. 1, 1. Recuſare bona Ouid. Met. 13, 159 Sequamur meliora Virg. Aen. 3, 188. Sequentur miſeros meliora Idem Aen. 12, 153. Sperare meliora Cic. Att. 14, 16. Verſatur ratio faciendi circa bonorum adeptionem, incrementum, conſeruationem, vſum: aut malorum euitationem, liberationem, imminutionem, conuerſionem Quinctil. 5, 10, 33. Vti bonis eloquentiae male Idem 1 Prooem. Vti bono naturae bene licet Id. 2, 10. ¶ Bona, *plur. tantum, pro Fortunis.* Cic. Parad. 1, 1 Maiorum noſtrorum ſaepe requiro prudentiam, qui haec imbecilla et commutabilia pecuniae membra verbo Bona putauerunt appellanda, cum re et factis longe aliter iudicauiſſent. Vlpian. l. 49 de Verb. ſignif. Bonorum appellatio aut ciuilis, aut naturalis eſt. Naturaliter bona ex eo dicuntur, quod beant, hoc eſt, quod beatos faciunt. Beare eſt prodeſſe. In bonis autem noſtris computari ſciendum eſt non ſolum quae dominii noſtri ſunt, ſed & ſi bona fide a nobis poſſideantur, vel ſuperficiaria ſint. Aeque bonis annumerabitur, etiam ſi quid eſt in actionibus, petitionibus, perſequutionibus. Nam haec omnia in bonis eſſe videntur. Africanus l. 208 de Verb. ſignific. Bonorum appellatio, ſicut hereditatis, vniuerſitatem quandam ac ius ſucceſſionis, non ſingulares res demonſtrat. Bona, i. e. Subſtantia rerum, ſ[illegible]cta ſunt, quae digna ſint bonis. *Sic argutatur* Feſtus. Bona caduca *in iure dicuntur, quae deficiente eo, cui iure ciuili debebantur, in alios ceciderunt. Veluti quum lex ei dotem adimit, qui contra eius interdictum* *vxor[illegible]*

vxorem in prouincia ſua ducit, eamque fiſco attribuit, Caduca dos dicitur a Paullo l. ſi quis. D. de rit. nupt. *quemadmodum* Caduca glans in l. XII. Tabul. *dicebatur*, quae deficiente eo qui legat, ex arbore decidit, l. Glans. D. de Verb. ſignificat. *Hinc ille Craſſi iocus* de Orat. 3, 102 Noſtra eſt, inquam, omnis iſta prudentiae doctrinaeque poſſeſſio, in quam homines quaſi caducam atque vacuam, abundantes otio, nobis occupatis, inuolauerunt. *Vid.* CADVCVS *in* CADO. Bona vacantia *dicuntur, quae illius fuerunt, cuius haeres nullus eſt.* l. 1. C. de bon. vacant. *Haec autem olim quidem publicabantur, ſicut* Vlpian. cap. Inſt. 18 *ſignificat: nunc vero confiſcantur, et quadriennii tempus iis nuntiandis praeſcribitur.* l. intra quatuor. D. de diuerſ. temp. et l. quamuis. D. de vſucap. *Hotoman.* Bonorum poſſeſſionem ita recte definiemus, Ius perſequendi retinendique patrimonii, ſiue rei, quae cuiusque, quum moritur, fuit. Vlpian. de bonor. poſſeſſ. Bonorum poſſeſſio Vnde legitimi *dicitur, quae agnatis ab inteſtato defertur, idque ex l. XII. Tabul. Praeterea autem quotiescunque vel lex, vel Senatus defert hereditatem, ex hac parte eam peti oportet.* l. 1, 2 et paſſim. D. Vnde legit. *Hotoman.* Bonorum poſſeſſio contra tabulas, *locum habet, quum paterfam. teſtamentum quidem fecit, ſed in eo liberos ſuos praeterit: h. e. Neque nominatim inſtituit, neque nominatim exheredes fecit.* l. quod vulgo. D. de bonor. poſſeſſ. cont. tab. *Hotoman.* Bonorum poſſeſſio Vnde cognati *manumiſſoris eſt, quae patroni cognatis ab inteſtato liberto defuncto conceditur: quorum ius quoddam ſingulare fuiſſe Iuſtinianus non obſcure ſignificat* §. pen. Inſtit. de ſucceſſ. lib. et Vlp. cap. Inſt. 1. et 28. *Hotom.* Bonorum poſſeſſio Vnde vir et vxor, *dicitur, quae viro ab inteſtata vxore, et viciſſim huic ab illo conceditur, quoties deficit omnis parentum, liberorumue, ſeu propinquorum legitima, ſeu naturalis ſucceſſio, fiſco excluſo.* l. 1 D. Vnde vir et vxor. et l. 1. C. eod. *Hotom.* Bonorum poſſeſſio Vnde liberi eſt, *quae liberis tum emancipatis, tum ſuis inteſtato conceditur, vt parentis inteſtato defuncti bona poſſidere Praetore auctore poſſint.* l. 1 Quis ord. in bon. l. 1. §. ſed videndum. D. de ſucceſſ. edict. *Hotoman.* Bonorum poſſeſſio Vnde cognati *dicitur, quae cognatis proximis ab inteſtato defertur: in quibus agnati emancipati, quibus* Vnde legitimi *non competit, continentur.* l. 1 D. Vnde cognati, *et paſſim.* Hotoman, Bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas *eſt ea, quam Praetor teſtamenti tabulas ac ſcripturam ſequens, eique obtemperans, inſtitutis heredibus largitur.* l. 1. D. de bonor. poſſ. ſecund. tab. *Hotoman.* Bonorum poſſeſſio Vnde patronus, patrona, liberi parentesque illorum vocantur, *eſt, quae ab inteſtato liberto ſupraſcriptis perſonis defertur.* §. ſunt autem. Inſt. de bonor. poſſ. et apud Vlp. cap. 28. et 29. *Hotoman.* Bonorum poſſeſſio Vnde decem perſonae, *dicitur, quae decem perſonis, quae manumiſſori praeferuntur, conceditur.* l. ſi ad patrem. D. de ſuis et legit. Decem *autem* perſonas *intelligimus*, filium, filiam, nepotem, neptem, fratrem, ſororem, patrem, matrem, auum, auiam. *Hotoman. Sed haec ad ICtos.* Horum ſemper ego, pauperrimus optarim eſſe bonorum Hor. Serm. 1, 1, 79. ¶ 10 *Epitheta:* Auita bona Tacit. Ann. 14, . . Humana bona Ouid. Amor. 3, 10, 6. Inuidioſa bona idem ad Liuiam 58. Paterna bona lancinata Catul. 27, 17. Paterna bona conſumere Quinctil. 3, 11. Ter. Eun. 2, 2, 4 Patria qui abligurierat bona. Praedia bona, *vid.* PRAEDIVM. Proſcriptorum bona Nep. 25. 12, 3. Vacantia, *vid. ſupra.* ¶ 11 *Verborum formulae:* Adedere bona Tacit. Hiſt. 1, 4, 4. *i. per luxuriam conſumere, vid. mox* Comedere. Addicere bona alicuius, *vid.* ADDICO. Adimere bona Hor. Epiſt. 1, 16, 75. Adiudicare bona Quinctil. 5, 14. Aggerere bona ad aliquem, *vid.* AGGERO. Cedere bonis Quinctil. 6, 1, 19. Comedere bona Hor. Epiſt. 1, 15, 40. *vt modo* Adedere. Conſumere, *vid.* Paterna. Nos vilis turba caducis deſeruire bonis Stat. Silu. 2, 2, 130. Eripere alicui patria bona Cic. Verr. 1, . . Exuere bonis Tacit. Ann. 4, 21. Legare vſumfructum bonorum ſuorum vxori Cic. in Topic. 17. Oppugnare bona alicui, *vid.* OPPVGNO. Poſſidere bona publice aut ex edicto, *vid.* POSSIDEO. Publicata bona damnatorum Nepos 7, 4, 5. Cic. Fam. 12, 4. Tac. Ann. 3, 23, 4. 6, 29, 2. 12, 22, 3. 14, 48, 6. *Eadem* Relicta liberis Tac. An. 14, 42, 6.

BONIFACIES, Adi. Εὐπρόσωπος Gloſſ. Gr. Lat.

BONIFATVS, a, um. Εὔμοιρος Gloſſ. Gr. Lat.

BONIMORIS, e. Καλότροπος Gloſſ. Gr. Lat.

BONITARIVS, *verbum eſt a Theophilo, et ſimilibus fictum: item et eius contrarium* Quiritarius. Duplex eſt, *inquit*, dominium: legitimum, quod iure Quiritium competit et appellatur dominus iure Quiritario: naturale, quod in bonis eſt, vnde Bonitarius dominus dicitur. *Cauſa autem harum appellationum ex* Vlpiani inſtit. *apparet, vbi ait*, In bonis tantum alicuius ſeruus eſt, velut hoc modo, Si ciuis Romanus a ciue Romano ſeruum emerit, isque traditus ei ſit, neque tamen mancipatus ei, neque in iure ceſſus, neque ab ipſo anno poſſeſſus ſit. Nam quamdiu horum quid fiat, is ſeruus in bonis quidem emtoris eſt: ex iure Quiritium autem, venditoris eſt. *Hotoman.*

BONVSCVLA, orum. n. Dimin. Sidon. Epiſt. 9, 6 Quantum de bonuſculis auitis paterniſque abligurieſſet.

BONE, *pro* Bene. Adu. *eſt in veteribus quibusdam libris apud* Lucret. 2, 7. 4, 676. *et* 6, 996. *Soſipatrum etiam laudat in Collectan. Giſanius.*

BONVM, *per Interiect. quidam accipiunt illud* Apul. Met. 10 p. 246 Sciſcitatus quid bonum rideret familia.

BŎNĀTVS, a, um. *Idem ac Bonus, placidus videtur* Petron. 74 At ego dum bonatus ago, et nolo videri leuis. *Sed locus corruptus putatur, et tentatur varie.*

MELIOR, us. [ἀμείνων] *Compar. a* Bonus, *tractatus a nobis in* BONVS.

MELIVS, Adu. [ἄμεινον] *Vid.* poſt BENE.

MELIVSCVLVS, a, um. Dimin. Columel. 9, 3, 2 Alias magis exiguas, nec tam rotundas, ſed obeſas tamen et latas coloris meliuſculi. *De apibus. Cogitabam, an forte leg.* melleuſculi, *quia* melleus *color in apibus commendatur. Sed* meliuſculus color *forte* infuſco *opponitur.* Plaut. Capt. 5, 2, 6 Rem tuam facies ex mala meliuſculam. *Add.* Idem Curc. 4, 2, 3 Meliuſculum eſt. Celſ. 3, 22 Qui meliuſculus eſſe coepit, adiicere debet exercitationes, frictiones, cibos *i. Qui meliuſcule habere coepit. Conf.* Ter. Hec. 3, 2, 19 Saluan' Philumena eſt? PAM. Meliuſcula.

MELIVSCVLE. Adu. Cic. Fam. 16, 5 Volebam ad te Marionem remittere: quem nunc meliuſcule tibi eſſet, ad me mitteres. Plaut. Moſt. 4, 2, 51 Vide ne forte — meliuſcule, quam ſatis fuerit, biberis.

MELIŎRESCO, ĕre [βελτιοῦμαι] *Meliorem fieri. Primae editiones* Columel. 2, 10, 23 Napus deuexam amat et ſiccam, tenuique propiorem terram. Itaque glareoſis ſabuloſisque aruis melioreſcit. *Sed reſtitutum* Melior exit.

MELIŎRO, āre. [βελτιόω] *Melius reddere.* Vlpian. in l. ſi cuius rei. §. inde quaeſ. D. de vſufruct. et quemadm. quis vtatur, *etc.* Forſitan etiam haec deiicere poterit, ſiquidem ei permittitur meliorare proprietatem.

MELIORATIO, ōnis. f. Gloſſ. Gr. Lat. ἐπιβελτίωσις melioratio. *Add.* Iuſtinian. l. 2 et 3 de Iure Emphyt. *vbi et pl.* Meliorationes.

OPTĬMVS, a, um. ſuperl. a Bonus. *Exemplorum affatim dedimus in* BONVS. *Sed et* Optimus, *Traiano cognomen datum a Senatu.* Vid. Plin. Paneg. 88. *Idem aliis Imperatoribus* Papin. l. 30. de excuſat. tut. *Conf. Spanh. de Vſu, etc. Num. diſſ. 12 p. 500.* Optimus Maximus, *Iouis titulus* Cic. de Nat. Deor. 2, 64 c. 25 Sed ipſe Iupiter, id eſt Iuuans pater, quem conuerſis caſibus appellamus a iuuando Iouem, a Poëtis pater diuumque hominumque dicitur, a maioribus autem noſtris Optimus Maximus: et quidem ante optimus (id eſt beneficentiſſimus) quam Maximus, quia maius eſt, certeque gratius prodeſſe omnibus, quam opes magnas habere. Optimus maximusque fundus, *vid.* MAGNVS. Optime et dulciſſime frater Cic. de Legib. 3, 25.

OPTĬMĬTAS, ātis. [βελτιςότης] *Vtilitas, commodum.* Plaut. Aſin. 2, 2, 16 Maximas optimitates, gaudioque offertiſſimas, ſuis heris ille vna mecum pariet. *Sed* Opimitates *editur hic et* Captiu. 4, 1, 2. *Et* Optimitas *certe inaudita* Mart. Capellae 4 p. 109 Vt bonum dicimus a bonitate, non ita optimum ab optimitate.

OPTĬMAS, *nondum, puto, obſeruatum: ſed pl.* OPTIMATES [οἱ ἄριστοι] *vel principes ciuitatis, vel optimarum partium ciues.* Cic. pro Sext. 98 c. 25 Duo genera ſemper in hac ciuitate fuerunt eorum, qui verſari in Republ. atque in ea ſe excellentius gerere ſtuduerunt: quibus ex generibus alteri ſe populares, alteri optimates et haberi et eſſe voluerunt. Qui ea, quae faciebant, quaeque dicebant, multitudini iucunda volebant eſſe, *Populares*: qui autem ita ſe gerebant, vt ſua conſilia optimo cuique probarentur, *Optimates* habebantur. Priſcian. 5 Optimates ſunt, qui defendunt Senatores: Populares, qui defendunt populum Cael. *ap.* Cic. Att. 10, 9 Vide, ne dum pudet te parum optimatem eſſe, parum diligenter quod optimum ſit, eligas. Athenienſium optimates Idem in Brut. 306. Optimates matronae Id. Fam. 7, 6. Cic. pro Flacc. 54 Vsque eo orba fuit ab optimatibus illa concio, vt princeps principum eſſet Meandrius. Exterminare optimates Idem Off. 2, 80. Viam optimatum tenere Id. Att. 1, 17. *Conf.* Nepos 19, 3, 1. *et* 7, 5, 3.

BELLVS. Adi. [κομψός] *Diminutum ex* Benus, Benulus, *ſignificat aliquantulum* Bonum *vel* Pulchrum, *et vt reliqua diminutiua, nunc blandientis eſt et molliter laudantis, nunc vero ad contemtum pertinet, quod ex contextu orationis eſt diiudicandum.* Varro Bimarco, Socius es hoſtibus, ſocius bellum ita geris, vt bella (*i. pulchra*) omnia domum feras Non. 4, 45. Bellus homo, *quem Vrbanum et ciuilem dicimus.* Varro *ap.* Non. l. c. Diogenem literas ſciſſe, tum vſioni quod ſatis eſſet, tum etiam acroaſi bellorum hominum. *Sed* Martial. 1, 10 *diminutiuum nomen eſſe* Bellum *indicat*, Bellus homo et magnus vis idem Cotta videri: Sed qui bellus homo eſt Cotta, puſillus homo eſt. *Non piget adſcribere* Epigramma *eiusdem* Martial. 3, 63

Cotile bellus homo es, dicunt hoc Cotile multi:
Audio, ſed quid ſit, dic mihi, bellus homo.
Bellus homo eſt, flexo qui digerit ordine crines:
Balſama qui ſemper, cinnama ſemper olet.
Cantica qui Nili, qui Gaditani ſuſurrat:
Qui mouet in varios brachia volſa modos:
Inter femineas tota qui luce cathedras
Deſidet, atque aliqua ſemper in aure ſonat:
Qui legit hinc illinc miſſas ſcribitque tabellas:
Pallia vicini qui refugit cubiti:
Qui ſcit, quam quis amet; qui per conuiuia currit:
Hirpini veteres qui bene nouit auos.
Quid narras? hoc eſt, hoc eſt homo, Cotile, bellus?
Res pertricoſa eſt, Cotile bellus homo.

*Eſt igitur* bellus homo, *affectator pulchritudinis et iucunditatis, cum detrimento grauitatis et honeſtatis. Audiamus etiam* Catull. 22

Suffenus iſte, Vare, quem probe noſti,
Homo eſt venuſtus, et dicax et vrbanus:
Idemque longe plurimos facit verſus —
Haec cum legas tum bellus ille et vrbanus
Suffenus, vnus caprimulgus aut foſſor
Rurſus videtur *etc.*

*De* homine bello, *Gallis* vn Galant homme, *eſt obſeruatio in I. F. Chriſtii Noctibus Acad.* n. 31 p. 345. *Blandientis eſt illud* Cic. Att. 6, 4 Pyliae et puellae Caeciliae belliſſimae ſalutem dicas. *Item* Fam. 14, 7 Cicero belliſſimus, *quibus locis ſimul indicatur, de paruis ſermonem eſſe. Et ſane alias etiam cum laudatur aliquis vel aliquid, vt* bellus *aut* bellum, *non ſummus gradus bonitatis virtutisue indicatur, ſed* commoditas *quaedam et* lepos *atque* iucunditas *ex mediocritate praeſertim exiſtens. Sic laudatur* bellus et humanus homo Cic. de Fin. 2. *Et* Idem Fam. 15, . . Patri quidem certe gratiſſimae et bellae tuae literae fuerunt. *Sed neutrum locum inueni. At* Fam. 7, 16 Extra iocum homo bellus eſt. Cic. Att. 5, 10 Etſi haec ipſa fero equidem etiam fronte, vt puto, et vultu bellis, (*Al.* belliſſimis) ſed angor intimis ſenſibus. Id. Att. 1, 1 Durius accipere hoc mihi viſus eſt, quam vellem, et quam Homines belli ſolent. *i. humani et vrbani ſimul, qui viuere ſciunt, vt hodie loquuntur.* Cic. Att. 13, 20 Theatrum quidem ſane bellum habuiſti. Id. de Orat. 1, 247 Quam ſit bellum, cauere malum, ſcire poſſumus. *Et* Att. 4, 16 Recordor enim, quam bella paulisper nobis gubernantibus ciuitas fuerit. Bellus es arte lyrae, bellus es arte pilae Martial. 2, 7. Bellus, *Pulcher* Varro *ap.* Non. l. c. Quid enim eſt, quod homo maſculus lubentius videre debeat bella vxore? *Sic* Bella puella Ouid. 1, 9, 6. Martial. 1, 65 Bella es, nouimus, et puella, verum eſt. Bellus locus Plaut. Bacch. 4, 4, 73 Euax, nimis bellus atque vt eſſe maxime optabam, locus. Cic. Fam. 16, 18 Fac bellus reuertare. *i. vegetus, fortis, a morbo: blanditur ſuo* Tironi. *Compar.* Varro Teſtamento περὶ διαθηκῶν, Venio nunc ad alterum genus teſtamenti, quod dicitur phyſicon: in quo Graeci belliores quam noſtri Non. 2, 74. *Superl.* Ter. Adel. 4, 2, 51 Ego iam proſpiciam mihi: atque vnumquodque quod erit belliſſimum carpam. Oſtium belliſſimum et taciturniſſimum Plaut. Curc. 1, 1, 20. Subſidium belliſſimum Cic. de Orat. 1, 255. Vinum belliſſimum Columel. 12, 19, 2.

BELLATVLVS, a, um. *Blandientis vocabulum, idem ſignificans,*


quod

*quod* Bellulus. Plaut. Caſin. 4, 4, 28 Cur ergo non imus cubitum bella bellatula? *Sed Douza emendari vult* Belle, Bella tu mea.

BELLVLVS. Dimin. Plaut. Mil. 4, 1, 42. Edepol equidem bellula es. Caſin. 4, 4, 22 Edepol papillam bellulam. *vtitur etiam* Poen. 1, 2, 134.

BELLIATVS. Adi. *Idem.* Plaut. Rud. 2, 5, 6 Hem tibi aquam mea tu belliata. *Sic Mſſ. Sed edunt*, mea tu bella.

BELLĬFĬCOR, āri. *Affictum temere verbum* Caelio ad Cic. Fam. 8, 10 Ne bellificatus alicui dicaris. *Nempe habent Mſſ. quidam* belificatus *pro* velificatus, alternatione *fere perpetua, ſ. confuſione potius librariorum.*

BELLĬTV̄DO, ĭnis. f. Bellitudinem ſicut magnitudinem Verrius dixit. Feſtus.

BELLE. Adu. [καλῶς, κομψῶς] *Quaſi* Benule. Plaut. Truc. 2, 2, 35 Qui iſtas buccas tam belle purpuriſſatas habes. Belle Aedificata praediola Cic. Att. 16, 3 *Id.* de Fin. 5, 7 Mihi quidem Antiochum quem audis, ſatis belle videris attendere. *et* Att. 13, 33 Horum ego vix attigi penulam, tamen remanſerunt, Cecidit belle. Sumus enim ambo belle curioſi Cic. Att. 6, 1. Belliſſime vel mecum vel in noſtris praediis eſſe poteris Id. Fam. 14, 14. Belle facit Scribon. 150 de medicamento. Cic. Att. 4, 16 Ergo haec quomodo fers? belle hercule, et in eo me valde amo. Aqua non longe a villa belle ſane fluens Id. Q. Fr. 3, 1. *et* Q. Fr. 3, 8 Plura ad te vacuo animo ſcribam, quum, vt ſpero, ſe Cicero meus belle habebit. *Conf.* Id. Att. 5, 11. Plaut. Aſ. 3, 3, 86 I ſane, bella, belle. *Vt* Curc. 4, 2, 35 Sequere iſtum bella belle. Belliſſime nauigare, *i. ſine infortunio, et ventis ſecundis* Cic. Fam. 16, 19. Non belle reſpondent verba Quinctil. 6, 3, 48. Cic. Att. 14, 16 De Attica pergratum mihi feciſti, quod curaſti ante ſcirem recte eſſe, quam non belle fuiſſe. *i. Aegrotaſſe.* Ea res tibi tam belle in mentem Venit Cic. Att. 12, 37. Belle vti contumeliis Quinct. 6, 3, 100. Caetera belle, *ſupple, ſe habent.* Cic. Fam. 7, 18 Sed vt ad epiſtolas tuas redeam, caetera belle: illud miror, *etc.* Cic. de Orat. 3, 99 c. 26 *Bene* et *praeclare* quamuis nobis ſaepe dicatur, *belle* et *feſtiue* nimium ſaepe nolo. Id quod belliſſime Cenſorinus aiebat Sen. Excerpt. Contr. 3 praef.

BELLVLE, apud Plautum diminutiuum aduerbium eſt a Bene, quod facit Belle et Bellule. *Haec* Feſtus. *Conf.* Apul. Met. 5 p. 173 An quod aetatem portat bellule, puer tibi ſemper videtur? *de Cupidine.* *Et* 10 p. 246 Iam bellule ſuffarcinatus. *i. ſic ſatis ſaturatus.*

BONĬTAS, ātis. f. [ἀγαθότης, ἀγαθοσύνη] *Aeque late patet, quam* bonus, *vt omnem praeſtantiam, in primis in quantum ad alios refertur, et illis commoda eſt, ſignificet. Sic benignitatem notat* Cic. de Nat. Deor. 1, 122 Quid enim melius, aut quid praeſtantius bonitate et beneficentia? Id. de Orat. 2, 342 Vt opes et copiae non ſuperbiae videantur ac libidini, ſed bonitati ac moderationi facultatem et materiam dediſſe. *Excellentia eſt* Cic. Off. 3, 14 c. 3. Quae et ingenii bonitate multi aſſequuntur, et progreſſione diſcendi. Qinctil. 2, 19 At in ſolo foecundo plus cultor, quam ipſa per ſe bonitas ſoli efficiet. *Scilicet ex adiunctis ſatis apparet, benignitatemne an excellentiam aliam notet. Quare promiſcue ponamus reliqua.* Agrorum bonitas Cic. de Lege Agr. 2, 14. Idem pro Domo 57 An eam Cauſam probare non poteram, cuius tanta bonitas eſt, vt ea ipſa non modo ſe, ſed etiam me abſentem per ſe probarit? Id. ſub Att. 16, 11. Ouid. e Pont. 1, 6, 46 Quamuis eſt igitur meritis indebita noſtris, Magna tamen ſpes eſt in bonitate dei. Ingenii bonitas Cic. Off. 3, 14. Idem Off. 1, 118 c. 32 Nonnulli tamen ſiue felicitate quadam, ſiue bonitate naturae, ſiue parentum diſciplina, rectam vitae ſequuti ſunt viam. Facit Parentes bonitas, non neceſſitas Phaed. 3, 15, 17. Praediorum bonitas Cic. pro Roſc. Amer. 20. Soli bonitas, *pro Foecunditate* Quinctil. 2, 19. Cic. Off. 2, 62 Eoque eam ſtudioſiſſime plerique laudant, quod ſummi cuiusque bonitas commune profugium eſt omnium. *Sic*, Nihil eſt tam populare, quam bonitas Idem pro Lig. c. 12. Summa bonitatis, natione conſtat Plin. 11, 14. *De melle.* Terrae bonitas Lucret. 5, 1246. Cic. in Orat. 164 Quare bonitate potius noſtrorum Verborum vtamur, quam ſplendore Graecorum. *Vid.* Verborum bonitas, in VERBVM. Cic. in Orat. 59 Ac Vocis quidem bonitas optanda eſt. Bonitas in herbis Plin. 12, 13. Cic. de Nat. Deor. 2, 60 Quidquid enim magnam vtilitatem generi afferret humano, id non ſine diuina bonitate erga homines fieri arbitrantur. Ouid. Triſt. 4, 5, 27 Sic aequet tua nupta virum bonitate perenni. Praecipua bonitas Plin. 12, 19. Secunda bonitas Idem 12, 13. *de Amomo.* Singulari bonitate praeditus Cic. pro Domo 110. Idem poſt Red. in Senat. 25 Quo tempore quantam vim vera bonitas haberet, aut vera nobilitas, intelligere potuiſtis. Multas hereditates nulla alia re quam bonitate eſt conſecutus Nep. 25, 21, 1. Poteſtatem bonitate retinuit Idem 1, 8, 3. Cic. pro Roſc. Com. 27 Largitus eſt ſcilicet homo liberalis, et diſſolutus, et bonitate affluens Fannius Roſcio? ſic puto. *Hic ad diſſolutionem inclinat* bonitas. Ibid. 28 Sic quum Roſcius Fannium fraudaſſe arguatur, vtrumque incredibile eſt: et Roſcium quidquam per auaritiam appetiſſe, et Fannium quidquam per ſe bonitate amiſiſſe. *Virtus eſt* Cic. de Fin. 3, 66 Quod ni ita ſe haberet, nec iuſtitiae vllus eſſet, nec bonitati locus. Id. Off. 3, 77 c. 19 Ruſtici — cum fidem alicuius bonitatemque laudant, dignum eſſe dicunt, quicum in tenebris mices. *Eſt igitur magnus aliquis iuſtitiae gradus.*

BENE. [εὖ, καλῶς] *Ab antiquo* Benus, *pro Bonus. Adu. Compar.* Melius, *et Superl.* Optime. Plaut. Bacch. 1, 1, 6 Quid in conſilio conſuluiſtis? B. bene pol. Bene ergo Pittacus ille Nep. 8, 4, 2. *vox laudantis alicuius dictum aut factum.* Columel. 5, 5 Eſſe quosdam agros, in quibus non aeque bene translata ſemina, quam immota reſpondeant. Bene *abſolute cum tertio aut quarto caſu priſcis erat Hilaritatis indicium et ſollennis inter pocula bene precandi formula.* Plaut. Stich. 5, 4, 27 Bene vos, bene nos, bene te, bene noſtrum etiam Stephanium. Idem Perſ. 5, 1, 20 Bene mihi, vobis, amicae meae *etc.* *Et v.* 22 Bene omnibus nobis. Hae meae manus tuae poculum donant — Bene ei, qui inuidet mihi, et ei, qui hoc gaudio gaudet. Tibul. 2, 1, 31 Sed, Bene Meſſalam! ſua quisque ad pocula dicat. Ouid. Faſt. 2, 637 Et, Bene nos, Patriae bene te Pater optime Caeſar, Dicite, ſuffuſo ſint rata verba mero. Idem de Arte Am. 1, 601 Et bene dic dominae: bene, cum quo dormiet illa. Bene, *nonnunquam accipitur pro* Valde. *vt* Qui ſemel verecundiae fines tranſierit, eum bene et nauiter oportet eſſe impudentem Cic. Fam. 5, 12. *Sic* Bene longam diſputationem, *dixit idem* Cic. de Fin. 5, . . Idem Att. 14, 7 Litterae bene longae. *Sed plura in eo genere occurrent* n. 2. Melius, *Compar.* Terent. Andr. 3, 5, 11 At iam expediam. P. expedies? D. certe Pamphile. P. Nempe vt modo. D. immo melius ſpero. *Vbi* Donatus, Melius, Bene melius comparatiuo eſt vſus, quaſi hoc bonum ſit, illud melius. Plaut. Bacch. 4, 9, 18 Probe ita res ſucceſſit, meliusque adhuc. Cic. Off. 3, 61 Reliquorum autem iudiciorum haec verba maxime excellunt, In arbitrio rei vxoriae, MELIVS AEQVIVS. In fiducia, vt INTER BONOS BENE AGIER Melius, peius: proſit, obſit: nihil vident, niſi quod lubet Ter. Heaut 4, 1, 30. Cic. de Orat. 3, 219 In eo autem ipſo dominatus eſt omnis oculorum, quo melius noſtri illi ſenes qui perſonatum, ne Roſcium quidem magnopere laudabant. Optime [κάλλιστα] Superl. Ter Andr. 3, 4, 14 Hem quid dixti? D. optime inquam factum. Cic. Q Frat. 2, 9 Si perficiunt, optime: ſin minus, ad noſtrum Iouem reuer tamur. Ter. Eun. 5, 2, 66 Adeſt optime ipſe frater. *i. opportu niſſime.* *Sic* Optime in tempore aduenire Plaut. Capt. 4, 2, 56. Cic Fam. 4, 13 Sed haec tu melius, vel optime omnium. ¶ *Iam formulas elementari ordine verborum nominumque, quibus adiungitu hoc aduerbium, diſponemus.* Ter. Eun. 5, 9, 52 Praeterea hoc etiam quod ego vel primum puto, Accipit homo nemo melius prorſus, neque prolixius. *Vbi* Donatus, Horum alterum, apparatum: alterum copiam. Cic. Off. 3, 55 Quod ſi qui proſcribunt villam bonam, bene Aedificatam, non exiſtimant fefelliſſe, etiam ſi illa nec bona eſt nec aedificata ratione. Idem pro Quint. 79 Dic Naeui diem. Ante V. Calend. intercalares. bene Agis. Agitur bene Plaut. Milit. 5, 23 Dico melius agi cum eo, qui Sen. Ep. 99. *i. meliori illum condition eſſe.* Ter. Adel. 2, 2, 2 Tace, egomet conueniam iam ipſum, cupide accipiat faxo, atque etiam bene dicat ſecum eſſe Actum. *i. ſe ſi ſatis feliciter defunctum.* *Huc ref. illud* Inter bonos bene agier Cic Off. 3, 61 c. 15. Ambula bene et redambula Plaut. Capt. 4, 2, 125 Ambulato bene Idem Merc. 2, 2, 55. Ter. Eun. 5, 2, 43 Te quoque iam, Thais, ita me dii bene ament, amo. Ante lucem ben Cic. de Orat. 2, . . Ter. Andr. 1, 1, 141 Nunc tuum eſt officium has bene vt aſſimules nuptias. Ter. in prol. Phorm. 21 Benedictis certaſſet, Audiſſet bene. *Vbi* Donatus: Bene audire, eſt Benedic et laudari. *Sic* Cic. de Fin. 3, 5 c. 17 Eſſeque hominis ingenui et liberaliter educati, vel bene Audire a parentibus, a propinquis, a bonis etiam viris, idque propter rem ipſam, non propter vſum. Ca nere melius Virg. Ecl. 9, 67. Coctus bene et conditus ſermo bon Cic. Att. 13, 50. Plin. Pan. . . . Hoc tuo ſtudio bene de Cogitantem liberaliorem reddes. Cic. Att. 9, 19 Recte augurar de me (bene enim cognitus ſum) nihil a me abeſſe longius crudel tate. Comitatus bene Romam venit Idem Q. Frat. 3, 1 Conuen bene inter eos Ter. Hec. 1, 2, 116. Curare bene aetatem ſuam, ed re, bibere. *i. Laute viuere* Plaut. Pſeud. 4, 7, 34. Curata be cute nitidus Hor. Epiſt. 1, 4, 15. Denuntias bene hercle Plaut. Tri 1, 2, 14. Ter. Adelph. 3, 2, 52 Quid iſtuc? accedo vt melius dica *Bentl.* Cedo *i. concedo tibi, te dicere melius, itaque non amplius contr dico.* Dicere melius et plenius Hor. Epiſt. 1, 2, 4. Optime Ci de Orat. 1 c. 26 Diſſimulatus bene amor Ter. Andr. 1, 2, 105, D ctus bene Plaut. Moſt. . . . Hor. Epiſt. 2, 2, 54 Ni dormire m lius putem, quam dicere verſus. *Sed hic nomen eſſe poteſt.* Eme bene Cic. Att. 1, 10. *i. vili pretio.* Eo. *vt*, Incipit res melius i quam putaram Cic. Att. 14, 15. Eſt bene. *Vid. infra*, in Sum ber Cic. Fam. 5, 6 Ego tua gratulatione commotus, quod ad me pride ſcripſeras, velle te bene euenire, quod domum de M. Craſſo emiſſer emi illam ipſam domum *etc.* Eueniat bene ac feliciter Plin. Paneg. 72, 1. *Vid.* Cato de R. R. 141, 1. Cic. ad Att. 7, 2 p. 6 *Graeu.* Ter. Eun. 1, 2, 105 Faciundum eſt quod vis. T. merito amo. PH. bene facis. *Vbi* Donatus, In conſuetudinem venit, Be facis, et Bene feciſti, non iudicantis eſſe, ſed gratias agentis. *Ad.* ib. 3, 2, 9. Bene atque amice facis Plaut. Pſeud. 1, 5, 106. Facis ſa bene, *i. e. Recte* Cic. Acad. 1, 25 c. 7. Plaut. Aſin. 5, 2, 95 Ne quisquam eſt tam ingenio duro, nec tam firmo pectore, Quin, quidquam occaſionis ſit, ſibi faciat bene, *i. indulgeat voluptati.* F cere auctius et melius dî Hor. Serm. 2, 6, 3. Facere bene, m lius, optime, de medicamentis, ap. Scribon. *vid.* FACIO. Hum nitatis eſt, vel non facere, quod non optime poſſis, vel facere, qu non peſſime facias Cic. de Orat. 2 c. 20. Bene Fert aetatem vinu *vid.* AETAS. Factum bene Ter. Andr. 5, 6, 5. Ferre bene m gnam fortunam Hor. Carm. 3, 27, 74. *i. recte.* Ferre gratiam b ne, bene merenti Plaut. Rud. . . Fidum bene pectus Hor. Car 2, 12, 15. Firmum bene Cic. Philip. 6, 18. Fuit melius. *Vi* Sum bene, *infra.* Gerere bene ſuum negotium Cic. pro Roſc. Co 32. *Et* pro Quint. 62 Eques Romanus locuples, ſui negotii be gerens. Ter. Adel. 5, 1, 12 Potaſti ſcelus quaſi re bene geſta. G ſtae res bene Virg. Aen. 9, 157. Cic. Philip. 5, 40 Saepenumero Re pub. et bene et feliciter geſta. Habere bene, *Incolumem eſſe* Plau Aul. 2, 8, 2. Idem Mil. 3, 1, 127 Qui aegre ſeruat, et qui bene h bet. *i. laute viuit.* Habet hoc bene Idem Epid. 5, 2, 31. *i. bene e bene adhuc res procedit.* *Conf.* Iuuen. Sat. 10, 72. *et* Liu. 6, 35. *I* Habet bene, iacta ſunt fundamenta defenſionis, *ſubaudi*, Se *et* R Cic. pro Muraen. 14. Habent bene tibi principia Ter. Phorm. 2, 82. Cic. Att. 11, 7 Extremum eſt eorum, qui in Achaia ſunt: ii ta men ipſi ſe hoc melius habent, quam nos, quod et multi, *etc.* *melior conditione ſunt.* Idem de Fin. 4, 38 Vt ſi cultura vitium, cuius ho munus eſt, vt efficiat, vt vitis cum partibus ſuis omnibus quam optim ſe habeat. Habitare bene Nep. 25, 13, 1. Cic. Fam. 5, 12 Sed ta men, qui ſemel fines verecundiae transſierit, eum bene et nauiter opor tet eſſe impudentem. Idem Att. 14, 15 Incipit res melius ire, qua putaram. Iuuare aliquem bene Plaut. Moſt. 4, 3, 42. Liu. 6, 2 Collegae imperium ſe non poſſe impedire: diis bene iuuantibus ag ret, quod e Republ. duceret. Dolor bene longinquus, *Qui diu dura* Cic. de Fin. 2, 94. Sermo bene longus, *i. Valde longa diſputat* Idem de Orat. 2, 361. Literae bene longae Id. Att. 14, 7. L qui bene lingua Plaut. Truc. 2, 1, 16. Lugebitis melius ambo Oui Met. 8, 525. Bene magna caterua Cic. pro Muraen. 69. Bene ma dedi literas Idem Att. 4, 10. Mereri bene, *vid.* MEREO. Ci Fam. 10, 5 Nec quidquam ex omnibus rebus humanis eſt praeclari aut praeſtantius, quam de Rep. bene mereri. Virg. Aen. 4, 3 Si bene quid de te merui. *Add.* Cic. Bruto c. 72. Id. Off. 1, 14 Eos autem, quorum vita perſpecta in rebus honeſtis atque magnis e bene de Repub. ſentientes ac bene meritos, aut merentes aliquo h nore aut imperio affectos, obſeruare et colere debemus. Idem p Planc. 80 Qui ſint boni ciues, qui belli, qui domi de patria bene m rentes, niſi qui patriae beneficia meminerunt? Bene multi Id. Fan 10, 33. *i. Valde multi.* Munita bene templa Lucret. 2, 7. Be Edepol Narras Ter. Eun. 5, 3, 7. *i. Laeta narras, et quae ego libent audi*

udio. Nata bene, *i. e. Honeſto loco nata* Hor. Carm. 4, 4, 36. Cic. Acad. 4, 16 Bene autem noſſe Carneadem Stratonicus Metrodorus pu-atur. *Graeca eſt loquutio, quae ſignificat, Carneadis eum diſcipulum uiſſe. Graeci autem plerumque ſolent diſcipulos appellare γνωρίμους. Con-irmatur ex* de Or. 1, 45 Erat etiam Metrodorus, qui cum illis vna, pſum illum Carneadem diligentius audierat. Noui bene Cic. de in. 1, . . Numatus bene, *qui multas habet pecunias* Cic. de ege Agr. 2, 56 c. 22. Numatum bene marſupium Plaut. Amph. , 2. ſuppoſ. 3, 39. Olens bene Virg. Ecl. 2, 48. Orabunt cauſas elius Virg. Aen. 6, 849. Multitudo melius vatibus quam ducibus uis Paret Curt. 4, 10, 7. Bene Paſcere *primum* quod in re familiari axime expedit *iudicio Catonis ap.* Cic. Off. 2 *extr. i. feliciter exercere aſcua.* Penitus bene ſe dare in familiaritatem alicuius Cic. Verr. , 169. Id. de Clar. Orat. 8 Et vna Ser. Fabius Pictor, et iuris et lite-arum et antiquitatis bene peritus. Perſpectum bene a te. Ter. leaut. 4, 1, 25. *Ironia eſt: quaſi dicat, Male perſpexiſti.* Cic. Att. 13, 6 Quod reliquos coheredes conueniſti, plane bene. Id. Tuſc. 2, 44 c. 19 ed ſi eſt tantus dolor quantus Philoctetae, bene plane magnus mihi uidem videtur. Donec eum contra pleno bene lumine fulſit Lucr. 5, 06. Bene potus Plautus *ap.* Varr. L. L. 6, 4 p. 77, 36. Praecipis ene Ter. Adel. 3, 3, 71. Bene Promeruit Id. Adel. 2, 1, 47. Cic. e Diuin. 2, 38 Quae autem inconſtantia deorum eſt, vt primis mi-entur extis, bene promittant ſecundis? Bene Prouenire *eſt* εὐτυχεῖν *mum ſucceſſum habere* Plaut. Truc. 2, 4, 33 Cum bene proueniſti, ſal-a, gaudeo. *Vid.* PROVENIO. Bene Promittis multa ex multis, mnia in caſſum cadunt Plaut. Poen. 1, 2, 147. Ter. Eun. 4, 7, 43 oui ingenium mulierum, nolunt vbi velis: vbi nolis, cupiunt vltro. HR. Bene putas. *Vbi* Donatus: Bene putas, h. e. Recte putas, ſapis el intelligis. Cic. Diu. in Verr. 48 c. 15 In clamando quidem video um eſſe bene robuſtum atque exercitatum. Ter. Adel. 4, 2, 47 D. Quid ibi facit? S. lectulos in ſole iligneis pedibus faciundos dedit. . vbi potetis vos? D. ſane bene. *Vbi* Donatus, Hic ironia eſt, non pprobatio. *Alii legunt,* Recte ſane. Bene Sanus Hor. Serm. 2, 3, 74. *tiam* Cic. de Fin. 1, . . Mentis bene Sanae homo Hor. Serm. 1, , 44. Scribere melius Id. Serm. 1, 10, 47. Sentire optime de epub. Cic. Philipp. 14, . . Hor. Carm. 3, 27, 57. Potes hoc ab rno Pendulam Zona bene *(opportune)* te ſecuta elidere collum. Spe-re bene Plin. 17, 9. Sperare melius Ouid. Epiſt. 2, 61. Suadere elius Hor. Epiſt. 1, 1, 23. Succeſſit bene Ter. Adel. 2, 4, 23. Sum. , Hor. Serm. 2, 2, 120 — bene erat, non piſcibus vrbe petitis, d pullo atque hoedo, *etc. i. epulabamur.* Sic Plaut. Men. 4, 2, 39 Si piam, hinc intro abeam, vbi mihi bene ſit. *It.* 3, 2, 20 Minore uſquam bene fui diſpendio. Ter. Ad. 1, 1, 9 Et tibi bene eſſe ſoli, um ſibi ſit male. Plaut. Truc. 4, 2, 28 De eo (*argento*) bene ſumus a virtute. *Sed latius, patet, et ad totam felicitatem pertinet.* Hor. arm. 3, 16, 44 — Bene eſt cui deus obtulit. Parca, quod ſatis t, manu. *Ad copiam et commoda rei familiaris.* Plaut. Caſ. 2, 3, 36 ncilla Caſina vt detur nuptum noſtro villico, ſeruo frugi: vbi illi ene ſit ligno, aqua calida, cibo, veſtimentis *etc.* *Add.* ib. 3, 4, 15. urc. 4, 2, 31. Catull. 23, 15. Hor. Epiſt. 1, 10, 88. Bene hercle eſt am tibi bene valere et viuere Plaut. Trin. 1, 2, 14. *h. e. Gaudeo il-m recte valere. Sed ad officium deprecandum pertinet, vt* Benigne! *illo* Plaut. Pſeud. 2, 4, 23 CH. Quin tu, quidquid opus eſt, audacter nperas. PS. Tam gratia eſt (*quam ſi accepiſſem*) Bene ſit Charine: olo tibi moleſtos eſſe nos. *Vid. deinde,* Bene Vocas. *Optantis felicem cceſſum eſt* Plaut. Merc. 2, 2, 54 Ad portum propero: nam ibi mihi gotium eſt. D. Bene ambulato. L. Bene valeto. D. Bene ſit tibi. *iam* Melius *cum verbo ſum varie ponitur:* Plaut. Men. 5, 9, 32 Poſt- autem patriam atque patrem memorat: melius nos eſt adire, atque nc percontarier. Ter. Andr. 2, 5, 15 Verum illud verbum eſt, vulgo od dici ſolet, Omnes ſibi melius malle eſſe, quam alteri. Melius ſe homini nihil poteſt Cic. de Fin. 1, 63. Id. Tuſc. 1, 86 Pompeio oſtro familiari quum grauiter aegrotaret Neapoli, melius eſt factum. udaeus. Plaut. Ciſt. 1, 1, 75 Bono animo es, erit iſti morbo melius, *Inuenietur morbo iſti aliquod remedium.* Idem Truc. 1, 2, 87 Immo lepol melius iam credo fore, vbi te videbit. Melius anno hoc ihi non fuit domi Plaut. Moſt. 3, 2, 1. Fuit melius ire Hor. Carm. 27, 42. Fuit melius neſciſſe Ouid. de Arte Am. 2, 555. Opti-e eſt, *Gratulantis vox* Ter. Adel. 5, 5, 3 Quid fit? quid agitur? S. re-e. D. optime eſt. *Add.* Plaut. Bacch. 3, 4, 3. *et* 4, 6, 13. *it.* Caſ. 5, 2, 4. Tranſcurrere ad melius Hor. Serm. 2, 2, 82. Plaut. Poen. 5, 6, Bene vale. AG. et tu bene vale. *Sic quoque apud* Ciceronem *in fine iſtolarum multis in locis.* Valere bene Plaut. Trin. 1, 2, 14. Bene lens Cic. Att. 15, 1 Ouid. Triſt. 3, 8, 33 Nec melius valeo, quam rpore, mente. Cic. de Fin. 2, 23 Vt inter optime valere, et grauiſ-ne aegrotare, nihil prorſus dicerent intereſſe. Velle bene alicui animo Ter. Heaut. 5, 2, 6. Vendere bene Plaut. Curc. 4, 2, 34. ene vero, quod Mens, Pietas, Virtus, Fides conſecratur manu Cic. Legib. 2, 28. Id. de Diuin. 1, 8 Optime vero, inquam, etenim ſe Cotta ſic diſputat, *etc.* Virg. Ecl. 9, 6 Hos illi (quod nec bene ertat) mittimus hoedos. i. e. Quae res in eius perniciem vertatur, oc eſt, vt malo omine hoc munus accipiat. Tractum hoc eſt ab He-ore et Aiace. Nam Hector Aiaci gladium dedit, quo ſe Aiax poſtea teremit. Ipſe vero balteum accepit ab Aiace, quo circa muros pa-ios tractus eſt. Poſtea inde illud comicum ortum eſt, Dii bene ver-nt, quod agas. Plerumque enim bona in peius: mala mutantur in elius. *Haec* Seruius. Liu. 34, 34 Bene vertat, inquit, obſideamus acedaemonem. Ter. Eun. 2, 3, 97 Nunquam defugiam auctoritatem: quere: CH. dii vertant bene. *h. e. Faxint dii, vt omnia proſpere ce-ant. Add.* Plaut. Aul. 4, 10, 58. Vertere bene comoedias Ter. in ol. Eun. v. 7. Viuere bene, atque fortunate. Plaut. Mil. 3, 1, 111. ixit, dum vixit, bene, *i. laute et ſumtuoſe* Ter. Hec. 3, 5, 11. *Add.* ic. Tuſc. 5 c. 5. Petron. c. 34. Hor. Carm. 2, 16, 13 Viuitur paruo ene. Viuitur exiguo melius, natura beatis Omnibus eſſe dedit, ſi uis cognouerit vti Claud. in Ruf. 1, 215. Viuere melius Hor. Serm. 4, 135. Cic. Fam. 11, 7 Fundo Arpinati bene poteris Vti cum fami-a vrbana, ſi annona carior fuerit. Bene vocas, iam gratia eſt Plaut. Men. 2, 3, 30. *Formula blande abnuentis. Vid. ante in* Bene ſit.

BENEDĪCO, ĕre. [εὐλογέω, εὐφημέω] *Modo ſit verbum compoſi-um, et non praeſtet ſeparatim ſemper ſcribere, certe vim ſeparatorum erborum ſimpliciter ſeruat, eſtque adeo bona verba ſ. bene ominata dicere, roſpera precari, laudare, etc.* Plaut. Aſin. 3, 3, 155 Benedicite, ite in-o cito, valete: *deprecatur omen. Hic iungitur in Gronouiana: ſed iuiſim ponitur v. g.* Plaut. Mil. 4, 8, 31 Bene quaeſo inter vos dicite, mî abſenti tamen. *Diuiſim ſcribitur etiam* Cic. pro Sext. 110 c. 52 Cui bene dixit vnquam bono? bene dixit? immo quem, *etc. Conf.* Salluſt. Bell. Catil. cap. 3. *Et* Ouid. Triſt. 5, 9, 9 Nec tibi ceſſaret doctus benedicere lector. *i. laudare.* Hor. Epiſt. 2, 1, 155 — vertêre modum formidine fuſtis, — Ad bene dicendum delectandumque redacti. *Etiam hic eſt laudare.* Quinctil. Decl. 336 *pr.* Vt hoc fratri bene diceretur. *Sed locus videtur corruptus.* Gell. 6, 11 Eum indigniſſimum arbitror, cui a viris bonis bene dicatur, tum ne idoneum quidem, cui a probis male dicatur. ¶ 2 Domui iuſtorum benedicetur Vulgát. Pſalm. 112, 2. *i. bene a Deo fiet. Et ſic in ſacris ſaepius.* ¶ 3 *Eccleſiaſtici Auctores cum accuſ. iungunt.* Tertull. de Orat. cap. 3 Plane benedici Deum omni loco ac tempore condecet. Apul. ad Aſclep. p. 101 Benedicentes Deum orantesque. Lactant. 7, 14, 11 Requienit die ſeptimo, eumque benedixit. *Sic* Altarium, filium, fontem, *etc.* benedicere *frequentia. Vid.* Sulp. Seuer. 1, 7. Id. de Virt. Mart. 2, 2. *et* Vict. Vtic. de Perſ. Vand. 2. *conf. Caſaub. Exerc. 16 contra Baron. Theor. 33. Grot. ad Matth. 26, 25.*

BENEDĬCE. Adu. [εὐφήμως] Plaut. Aſin. 1, 3, 54 Aliam atque olim quom illiciebas me ad te blande ac benedice. Aulul. 4, 10, 57 Bono animo es et benedice. *Iubet illum* εὐφημεῖν, *bona verba dicere. Sic Caſin.* 2, 5, 38 Benedice, *vbi ſimpliciter quoque* εὐφήμει *ſignificat, ſiue aduerbium accipiamus pro Interiectione poſitum, ſiue Imperatiuum Archaicum.*

BENEDICTVM, i. n. [εὐλόγημα, εὐφημία] *Melius et hoc diuidi videtur. Sed iunctum dedit v. g. etiam Bentleius* Ter. prol. Phorm. 21. Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene. *Sic Gronouius* Cic. in Brut. 322 c. 93. Nemo qui philoſophiam complexus eſſet matrem omnium benefactorum beneque dictorum, *etc.* Plaut. Perſ. 4, 3, 24. Benedictis tuis benefacta aures meae auxilium poſtulant. *Et* Curc. 4, 2, 28 Indignis ſi maledicitur, maledictum id eſſe dico, Verum ſi dicitur, benedictum eſt. Certare benedictis. *Vid. in* CERTO.

BENEDICTVS, a, um. *Vox frequens apud Eccleſiaſticos. Vid.* Tertul. ad Mart. cap. 1. Idem de Baptiſm. cap. 8. et de Anima cap. 27. *Conf.* Hieron. in Vita Hilar. Herba benedicta Apul. de Herb. c. 61.

BENEDICTIO, ōnis. f. *Alia vox in ſacris vſitatiſſima. Vid.* Apul. Triſmeg. p. 92. et Paul. Nolan. Epiſt. 32. n. 8.

BENEDĬCVS, a, um. Adi. [χρηστολόγος] *Ab hoc formatum videri poteſt Adu.* Benedice, *et ſuadet* Maledicus, *de quo ſ. l.*

BENEFĂCIO, ĕre. [εὐποιέω, ἀγαθύνω] *In antiquioribus editionibus ſaepe ad vnam vocem iungitur, neſcio quam bene.* Ter. Eun. 5, 9, 61 Benefeciſti: gratiam habeo maximam. *Bentl. diuidit: vt et* Hor. Carm. 4, 5, 21 — neque Si chartae ſileant, quod bene feceris, Mercedem tuleris. Cic. Att. 12, 24. Benefecit A. Silius, qui tranſegerit. Id. Att. 7, . . De animo autem meo erga Rempub. bene facis, quod non dubitas. Ne ingratis quidem benefacere abſiſtam Liu. 36, 35. Benefacere erga aliquem *laudatur* Plaut. Trin. 5, 4, 4. Cic. Inuent. 1 *extr.* Male tractari ab iis, quibus benefecerimus. Ter. Adel. 3, 7, 20 Dii tibi benefaciant. Gell. 5, 3 Mi adoleſcens, inquit, cum ingenium benefaciendi habeas, ſunt maiora melioraque, quae facere mecum poſſis.

BENEFIO, ĕri. Paſſ. Plin. Paneg. 70 Quidquid a quoque in Prouinciis benefieret, ſcire. *Melius et hic* bene fieret. *Sed iunctum editur* Plaut. Capt. 2, 2, 108 Quod bonis benefit beneficium, gratia ea grauida 'ſt bonis.

BENEFACTVS *editum eſt etiam in Gronouiana* Cic. de Vniu. c. 13 Niſi quatenus ipſe benefactus ſibi aliquid miſeriae quaereret. *Sed leg. diuiſe* bene factus.

BENEFACTIO, ōnis. f. Tertull. adu. Marc. 4, 12.

BENEFACTOR, ōris. m. [εὐεργέτης] Coripp. de Laud. Iuſtin. Imp. 1, 12 Communis benefactor alens. *Vid.* Sciopp. in Voſſ. de Vit. Serm. L. p. 9.

BENEFACTVM, i. n. [ἀγαθοποιόν] *pro Beneficio.* Ennius *apud* Cic. Off. 2, 61 c. 18 Benefacta male locata, malefacta arbitror. Virg. Georg. 3, 525 Quid labor, aut benefacta iuuant? Benefacta mea Reipub. procedunt, *de rebus militaribus* Salluſt. Iugurth. 85. *et* in Fragm. *Sic* Prop. 2, 1, 24 Benefacta Maui. Adornare verbis benefacta, *vid.* ADORNO. Collocare benefacta in luce Cic. Tuſc. 2 c. 26. *i. recte facta.* Cumulare benefacta Plaut. Capt. 2, 3, 64. Referre benefacta Claud. in ſec. Conſ. Stil. 182. Tenere benefacta Idem in pr. Conſ. Stil. 42.

BENEFĬCVS, a, um. [εὐεργέτης, εὐποιός] *Qui beneficium praeſtat.* Cic. de Legib. 1, 49 Vbi enim beneficus, ſi nemo alterius cauſa benigne facit? Beneficus in amicum Idem Off. 1, 42 c. 14. *Et* de Amicit. 30 c. 9 Vt enim benefici liberalesque ſumus, non vt exigamus gratiam, *etc.* *Eſt elegans de h. l. diſputatio ap.* Gell. 17, 5. Ciuis beneficus et ſalutaris Cic. pro Milon. 20. Dii benefici Idem de Diuin. 2, 102. Benefica voluntate beneuolentia mouetur, etiam ſi res forte non ſuppetat Id. Off. 2, 32. Oratione beneficus Plaut. Epid. 1, 2, 14. Beneficentior gratiorque aduerſus benemerentes fiam Sen. de Benef. 1, 4. Beneficentiſſimus. Cic. de Nat. Deor. 2, 64 c. 25 Idem de Amicit. c. 14 Liberaliſſimi ſint et beneficentiſſimi. *Legitur et* Beneficiſſimus *apud antiquos* et apud M. Catonem, *laudante* Priſcian. 3 p. 6. 3, 34 De Ptolemaeo rege optimo et beneficiſſimo. Velius Long. de Orthogr. p. 2235 *Putſch.* Niſo etiam placet, vt *benificus* perſcribatur, quomodo *malificus*, quod vides conſuetudinem repudiaſſe.

BENEFICE. Adu. Gell. 17, 5 Benefice liberaliterque facimus, non vt exigamus gratiam.

BENEFICIARIVS, a, um. Sen. Epiſt. 90 Res beneficiaria. *Hinc*

BENEFICIARII, *genus militiae Romanae, cuius antiqua et ipſius* Verrii *videtur definitio apud* Feſtum, Beneficiarii dicebantur milites, qui vacabant muneri. (*Sic emendat Salmaſius* ad Spartian. c. 2 p. 16 *pro* muneris) beneficio (*intell. Ducis cuiuscunque.*) E contrario munifices vocabantur, qui non vacabant, ſed munus reip. faciebant. Munera *autem hic intelligimus duros militiae labores,* vallum, foſſarum, pabuli, materiae, lignorum aggeſtus. *Vid.* Tac. A. 1, 35. *Add.* Veget. 2, 19 *vbi ipſum nomen* munifices *adhibet. Horum immunitatem et* vacationem *alii pecunia redimebant in tempus* Tac. A. 1, 17, 4. 1, 35, 2. *et* Hiſt. 1, 46, 3. *Sed qui* beneficio *vel Ducis ipſius, vel Tribuni, hanc immunitatem in perpetuum haberent, ii* beneficiarii *proprio nomine dicti videntur. Horum proinde eo fideliori opera ſe vti poſſe ſperabant. Tales* Caeſ. B. C. 1, 75 Petreius — cum — barbaris equitibus paucis, beneficiariis ſuis, quos ſuae cuſtodiae cauſa habere conſueuerat. *Et* 3, 88 Euocatorum circiter duae (cohortes) quae ex beneficiariis ſuperiorum exercituum ad eum conuenerant. *Talium* beneficiariorum *multa in* Inſcriptionibus vett. *mentio, adiectis nominibus Legionum, itemque eorum, quorum dicuntur* beneficiarii. *Vide v. g. Gruterianum Indicem eorum,*

*quae ad rem militarem pertinent, et videbis ibi* Beneficiarios Conſulum, Proconſulum, Legatorum, Praefectorum vrbis, Praetoris, Tribunorum. *Add. Reineſ.* 8, 35, *et* inſcr. 52. *Videntur autem duces atque Magiſtratus et quicunque Praefecti circa ſe habuiſſe hos* beneficiarios, *et illorum opera vſi, quos proinde* vel *lautiore ſtipendio, vel aliis rem faciendi opportunitatibus ornarent, vnde hanc quoque nominis ſui cauſam habuiſſe probabile eſt. His ergo non contradicit* Vegetius 2, 7 Beneficiarii ab eo appellati, quod promouentur beneficio tribunorum. *Tum in fine capitis de his et reliquis quos enumerauerat.* Hi ſunt milites principales, qui priuilegiis muniuntur. Reliqui munifices appellantur, quia munia facere coguntur. *Hinc* Veteres gloſſae verborum iuris Labbaei *ex emendatione ipſius paſſim probata viris doctis* Βενεφικιάλιοι, οἱ ἐπὶ θεραπείᾳ τῶν μαγιστράτων τεταγμένοι. *Tales ſunt* Plin. ep. 10, 32 beneficiarii decem, *quibus* contentum eſſe *vult* Gabium Baſſum praefectum Orae Ponticae: *et totidem* Gemellino adſignati ep. 36. *Hi etiam perſecutionum aduerſus Chriſtianos miniſtri. Vid. Salmaſ. ad* Spartian. c. 2 p. 16. *Locus* Tertull. de fuga in perſec. c. 13 *praeſertim notabilis, quem explicat, qui totum hoc argumentum egregie illuſtrauit Ge. Chriſti. Gebauerus in Origg. Feodi c. 1 §. 4 p. 9. Conſ.* ICti ad l. 4 C. de Epiſc. et Cler. *vbi* Beneficiarii *ſunt*, qui ſcrinium beneficiorum *tractant. it. ad* l. 7 C. Theod. de cohortat. princ. et cornic.

BENEFICIVM, i. n. [ἐνεργέτημα, εὐποιΐα, ἀγαθοποιΐα] *Quid ſit, et quam late pateat, ipſa etymologia nominis ſatis declarat: Quomodo ex aliorum ſententia differat ab* officio *et* miniſterio, *docet* Sen. de Benef. 3, 18 Beneficium eſſe, quod alienus det; alienus eſt, qui ſine reprehenſione potuit ceſſare: Officium eſſe filii, vxoris, et earum perſonarum, quas neceſſitudo ſuſcitat, et ferre opem iubet: Miniſterium eſſe ſerui *etc. Sed ipſe deinde refellit, et* Beneficium *etiam* a ſeruo poſſe dari, *oſtendit. Verum toti ſeptem libri* Senecae de Beneficiis *huc pertinent.* Cic. de L. Agr. 2, 21 Grati ac memores beneficii. Id. Fam. 4, 14 Quibus pro immortalibus meis beneficiis, cariſſima mea ſalus et meae fortunae eſſe debebant. Ter. Eun. 1, 2, 69 Cupio aliquos parare amicos beneficio meo. Plin. Epiſt. 2, 13 Regis exercitum ampliſſimum: hinc tibi beneficiorum larga materia. *Iam formulas ponemus elementari ordine verborum.* Ter. Adel. 2, 3, 1 Abs quiuis homine, quum eſt opus, beneficium accipere gaudeas. Cic. Fam. 10, 14 Quod ſi erit factum, et Rempub. diuino beneficio affeceris, et ipſe aeternam gloriam conſequêre. Idem pro Planc. 81 Equidem nihil tam proprium hominis exiſtimo, quam non modo beneficio, ſed etiam beneuolentiae ſignificatione alligari. *Vt ibid.* 2 Obſtrictus memoria beneficii ſempiterna. Augere beneficium, *vid.* AVGEO. Cic. Fam. 13, 29 Id in me recipio, te ea quae feciſti Meſcinii cauſa, quaeque feceris, ita beneficium collocaturum, vt iudices homini te gratiſſimo feciſſe. *Emendatiora exemplaria legunt*, Ita bene collocaturum. Comedere alicuius benèficia, *vid.* COMEDO. Cic. pro Planc. 82 Petamque a vobis Iudices, vt eum beneficio Complectamini, quem qui reprehenderit, in eo reprehendit. *etc.* Comprobare, *vid. mox* Initum beneficium. Cic. Verr. 3, 191 Quaero nunc a te Hortenſi, cum vtris tandem iſtius factum Collaturus es? cum iis credo, qui benignitate adducti per beneficium et gratiam ciuitatibus conceſſerunt, vt numos pro frumento darent. *Et ibid.* 3, 115 Quod beneficii gratiaeque cauſa Conceſſerat. Conceſſum beneficium Suet. Galb. c. 14. Conduplicare beneficium, *vid.* CONDVPLICO. Cic. Off. 1, 45 Et mores eius erunt ſpectandi, in quem beneficium Conferetur. Cumulare beneficium, *vid.* CVMVLVS. Cic. Fam. 13, 9 Maius mihi Dare beneficium nullum potes. *Add.* Rut. Lupus l. 2 *in Iſocolo. it.* l. 1 *in Proſapodoſi.* Cic. Off. 1, 49 Nam quum duo genera liberalitatis ſint, vnum Dandi beneficii, alterum Reddendi. Idem Att. 14, 15 Literae vero tuae tum amantiſſime tum honorificentiſſime ſcriptae, ſic me affecerunt, vt non Dare tibi beneficium viderer, ſed Accipere a te ita petente. *etc.* Et Fam. 8, 8 Quemadmodum tibi pro beneficio Dederit, ſi quid iniuriis ſuis eſſet, vt Veſtorius teneretur. Cic. Fam. 8, 12 Pudet me tibi confiteri, et queri de Appii hominis ingratiſſimi iniuriis, qui me odiſſe, quia magna mihi Debebat beneficia, coepit: et quum homo auarus, vt ea ſolueret, ſibi imperare non poſſet, occultum bellum mihi indixit. Idem Off. 1, 45 Quae beneficia aeque magna non ſunt habenda, atque ea, quae iudicio conſiderate conſtanterque Delata ſunt. *Et* Verr. 2, 29 Etenim re-vera multo magis eſt petendum ab hominibus, ſi ſalui eſſe volumus, vt eant nobiſcum in prouinciam, quam hoc illis in beneficii loco Deferendum. Ter. Heaut. 2, 4, 14 Hoc beneficio vtrique ab vtrisque Deuincimini. Eripere alicui beneficium ab alio conceſſum Suet. in Galba cap. 14. Facere beneficium petitum Gell. 7, 20. Suet. in Claud. cap. 23 Commeatus a Senatu peti ſolitos beneficii ſui Fecit. *i. a ſe ſolo peti iuſſit, ſibi ſoli deberi. Sed* ſui beneficii facere aliquem, *eſt ita illum deuincire, vt vitam, ſeque adeo, nobis debeat.* Adeo dominis ſerui poſſunt beneficia dare, vt ipſos ſaepe beneficii ſui Fecerint Sen. de Ben. 3, 18. *Conſ. Gruter. Suſpic.* 1, 13. Cic. Verr. 5, 51 Et vt hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clauo Figeret, cum conſilio cauſam Mamertinorum cognoſcit, *vid.* Trabalis, in TRABS. Foenerari beneficium Cic. de Amicit. 30. *Conſ.* Ter. Phorm. 3, 2, 8. Foeneratum iſtuc beneficium pulchre dices. *i. in foenore collocatum vtiliter.* Cic. . . . Quorum beneficia maxima Haberem. Idem Fam. 16, 4 An hoc pro beneficio Habendum eſt, quod ſe, quam Antonium eſſe maluerit, a quo iſta petenda eſſent. *etc. Et* Verr. 3, 115 Hoc vix ab Apronio in ſummo beneficio, pro iis, qui etiam incolumes erant, impetratum eſt. Ter. Andr. 5, 1, 5 Vt beneficium verbis Initum dudum, nunc re comprobes. Plaut. Poen. 3, 3, 22 Malo ſi bene facias, id beneficium Interit. Manet beneficium in aliquo, *vid.* MANEO. Sen. de Benef. 2, 10 Si quod praeſtamus, offendit niſi abſconditur, beneficium in acta non Mitto. Munerare alicui beneficium Plaut. Capt. 5, 1, 15. Mutare beneficium, *vid.* MVTO. Cic. Catil. 4, 22 Quod hoſtes alienigenae aut oppreſſi ſeruiunt, aut recepti beneficio ſe Obligatos putant. Obſtringere beneficiis Idem pro Domo 118. *Et* Poſt red. ad Quir. 12 Atque eo die confecta res eſſet, niſi is Tribunus plebis, quem ego maximis beneficiis Quaeſtorem Conſul Ornaram. *etc.* Ter. Eun. 5, 2, 32 Vt ſolidum Parerem hoc mihi beneficium, Chaerea, *h. e. vt ſolido beneficio mihi homines obligarem.* Cic. Verr. 3, 114 Atque hoc in beneficii loco Petitum eſt ab Apronio. Idem in Catil. 4, 22 Qui ante ex numero ciuium dementia aliqua deprauati, hoſtes patriae ſemel eſſe coeperunt, eos, quum a pernicie Reipub. repuleris, neque vi coërcere, neque beneficio Placare poſſis. *Et* Fam. 13, 26 Scriberem quam id beneficium bene apud Meſcinium Poſiturus eſſes, niſi et te ſcire conſiderem, et mihi peterem. Ponere in beneficii loco Cic. Fam. 13, 54. Sen. de Benef. 1, 1 Beneficia ſine vllo delectu magis Proiicimus, quam damus. Cic. pro Muraen. 70 Homines tenues vnum habent in noſtrum ordinem, aut Promerendi aut Proferendi beneficii locum. Paterc. 2, 20, 2 Itaque quum ita ciuitas Italiae data eſſet, vt in octo tribus contribuerentur noui ciues: ne potentia eorum et multitudo, veterum ciuium dignitatem frangeret, pluſque poſſent Recepti in beneficium, quam auctores beneficii, Cinna in omnibus tribubus eos ſe diſtributurum pollicitus eſt. Reddere beneficium Ter. Phorm. 2, 1, 22. Liu. 4, 7 Tribuni plebis certamen ſine effectu in beneficio apud primores patrum reliquere. *i. Omittendo certamine, quod tamen fruſtra futurum erat, gratiam iniere a patribus.* Cic. Poſt. red. ad Quir. 22 Etenim vlciſcendae iniuriae facilior ratio eſt, quam beneficium Remunerandi. Reſpondere beneficiis Idem Poſt red. in Sen. 22. Soluere beneficium Id. Fam. 8, 12. *vid.* Debere beneficium. Plin. Epiſt. 3, 4 Eſt enim ita natura comparatum, vt antiquiora beneficia Subuertas, niſi illa poſterioribus cumules. Cic. Fam. 2, 5 Sed quia tua in me vel nota omnibus, vel ipſa nouitate meorum temporum clariſſima et maxima beneficia Exſtiterunt, *etc.* Neque enim ſum veritus, ne Suſtinere tua in me vel innumerabilia non poſſem; quum praeſertim conſiderem, nullam eſſe gratiam, quam non vel capere animus meus in accipiendo, vel remunerando cumulandoque illuſtrare poſſet. Idem pro Corn. Balb. 37 Beneficiorum virtutis cauſa tribuendorum poteſtatem, imperatoribus noſtris deferamus. *Et* pro Cael. 7 Meum erga te parentemque tuum beneficium Tuerì debeo. *i. nouo beneficio facere, vt vetus tibi prodeſſe queat.* Cic. pro Plancio 81 c. 33 Nihil tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quam committere, vt beneficio non dicam indignus, ſed Victus eſſe videare. Vti peruerſe deorum beneficio Idem de Nat. Deor. 3, 70. *Et* contra Rull. 2, 60 c. 23 Beneficio iſto legis, benignitate Decemuirali nihil vtitur. ¶ 2 Beneficium *in iure ciuili pro* Priuilegio, *vt nunc appellant, fere dicimus, hoc eſt, pro iure praecipuo, quod certae alicui perſonae, vel aetati, vel ſexui, vel conditioni proprie attributum eſt. Perſonae, vt in* l. 3 Dig. de conſtit. princip. Beneficium imperatoris, quod a diuina ſcilicet eius indulgentia proficiſcitur, quamplenissime interpretari debemus. *Aetati, vt* beneficium reſtitutionis in integrum, quod minoribus XXV annis conceditur. *Sexui, vt* Senatusconſulti Velleiani beneficium, quod mulieribus, quae pro aliis interceſſerint, datur. *Certae conditioni, vt* beneficium epiſtolae D. Adriani, quod fideiuſſoribus datur, vt ſi vnus in ſolidum conueniatur, de ſua virili parte excipiat. l. inter. et l. ſequent. D. de fideiuſſ *Item* beneficium, ne qui pluris quam facere poſſint, damnentur: *de quibus vide in* l. Sunt qui et multis ſequentibus. D. de re iudic. *Item* beneficium ceſſionis, vt iis, qui magno aere alieno oppreſſi, ſoluendo non fuerint, bonis apud magiſtratum cedere liceat. l. 1. C Qui bon. ced. poſſ

¶ 3 In beneficiis deferre *Imperatores populi Rom. ſolent ſuos comites cum e prouincia deceſſerunt.* Cic. Fam. 5, 20 Quod ſcribis de beneficiis: ſcito a me et tribunos militares et praefectos, et contubernales duntaxat meos delatos eſſe. In quo quidem ratio me fefellit. Liberum enim mihi tempus ad eos deferendos exiſtimabam dari. Poſtea certior ſum factus, triginta diebus deferri neceſſe eſſe, quibus rationes retuliſſem. Sane moleſte tuli, non illa beneficia tuae potius ambitioni (*vt tu illos tibi deuincire, et tui honoris cupidus reddere poſſes*) reſeruatos eſſe, quam meae, qui ambitione nihil vterer. De centurionibus tamen et de tribunorum militarium contubernalibus res eſt in integro. Genus enim horum beneficiorum definitum lege non erat. Cic. pro Archia 11 c. 5 Teſtamentum ſaepe fecit noſtris legibus, adiit hereditates ciuium Rom. et in beneficiis ad aerarium delatus eſt a L. Lucullo praetore et conſule. *Videtur autem nihil aliud hac formula ſignificari, quam iudicari tabulis in aerario reponendis vna cum rationibus, quo quemque comitum ſuorum militumque adeo honore et gradu in prouincia habuerit, atque eſſe proinde in poſterum velit.* Hoc *intelligo clarius puto ex* Cic. pro Corn. Balbo 63 c. 28 Caeſar Balbum in Praetura in Conſulatu Praefectum fabrûm detulit. *Coll.* Cic. Fam. 7, 5 *ubi Caeſari Trebatium ita commendat*, Huic ego neque Tribunatum, neque praefecturam, neque vllius Beneficii certum nomen peto. Ibid. ep. 8 *Trebatio*, Et ſimul *inquit*, ſum admiratus, cur tribunatus commoda, demto praeſertim labore militiae, contemſeris. *Vtrum vero haec ad aerarium delatio delatis etiam poſt reditum e prouincia ad rem augendam profuerit? id eſt, an poſt ea, et ſtatis temporibus, ex aerario nomine pecuniae aliquid acceperint? non apparet: niſi volumus ſtipendia proceſſiſſe etiam exauctoratis. Alia ratio eſt eorum, de quibus* SCtum ap. Frontin. de Aquaed. art. 100 p. 179 Poleni, Vtique, quibus apparitoribus ex hoc SC. Curatoribus aquarum vti liceret, eos diebus X proximis, quibus SC. factum eſſet, ad aerarium deferrent, quique ita delati eſſent, iis Praetores aerarii mercedes, cibaria, quanta Praefecti frumento dando dare deferreque ſolent, annua darent et attribuerent, iisque eas pecunias ſine fraude ſuas facere liceret. *Hic enim de mercede operae continuatae ſermo eſt. Prouinciales illi ad ſummum praemium quoddam accipere potuere: quanquam nulla ratio eſt, cur non potius o prouinciali pecunia acceperint, eaque ſiue ſtipendia ſiue praemia in rel quis expenſa lata ſint. Itaque maneat doctrina I. F. Gronouii, qui* de *Pec. vet.* 4, 17 p. 253 *Non erat, inquit, emolumentum (intelligit vir doctus nouum, demum ex aerario percipiendum) verum merus honor, et commendatio illarum perſonarum apud Populum Rom. profutura illis vel ad maiora ornamenta ab rep. conſequenda etc. Videtur autem lege finitus certe ſub Auguſtis, numerus eorum, quos* in beneficiis deferre *poſſet Praeſes Prouinciae.* Tac. Hiſt. 4, 48 *vbi* C. Caeſar ablatam Proconſuli Africae legionem miſſo in eam rem legato tradidit. Aequatus inter duos beneficiorum numerus. *Caeterum de honore militari etiam antiquis temporibus* Liu. 9, 30 Vt tribuni militum ſeni deni in quatuor legiones populo crearentur, quae antea — dictatorum et conſulum ferme fuerant beneficia. *Conſ.* 7, 5 Cic. Lael. c. 25 Sacerdotia ad populi beneficium transferebantur. Val. Max. 4, 7, 5 L. Petronius — humili loco natus ad equeſtrem ordinem et ſplendidae militiae ſtipendia l. Caelii beneficio peruenerat. *In hoc forte genere eſt* Cic. Phil. 2, 9 Ne qua poſt Idus Martias immunitatis tabula, neue cuiusquam beneficii figeretur. *Hinc* Sueton. Tib. 12 Venit in ſuſpicionem per quaſdam ſui beneficii ſuſpiciones. Tac. Hiſt. 1, 25 Beneficia Nymphidii *ſuo ipſi per Nymphidium promoti. Hinc origo quorundam certe, qui* Beneficiarii *vocantur, de quibus paullo ante dedita opera actum eſt. In quantum haec ad eorum* Beneficiorum, *quae* Feoda ſ. Feuda *vocantur, origin. pertineant, ICti diſputant, et qui medii aeui, res et linguam tractant*

¶ 4 Beneficio alicuius, *pro Opera alicuius.* Vlpian. l. Ex damni. 1 D. de damn. infect. Conſequens eſt dicere detrimentum hoc, quod beneficio eius contingit, ſarcire eum debere, *id eſt culpa eius. Que locum tentat Bynkershoek Obſ. 4, 10. ſed non pro reliqua viri felicitat* Idem l. communi. §. 8 D. communi diuid. Quia haec pars benefic. alterius venditori acceſſit. Idem l. inter omnes. D. de furt. Compet eni

:nim actio non ideo, quia nunc abeſt, ſed quia nunquam beneficio iuris abfuerit. Cic. Fam. 13, 35 Quem Caeſar meo beneficio in Novocomenſes retulit, *i. commendatione mea.* Aetatis longiſſimae beneficio Quinctil. 3, 1, 9. *de Gorgia Leontino loquens.* Ingenii beneficio praeſtantes Quinctil. 2, 11, 2. *Add.* 5, 10, 121. Tuo beneficio, *i. Tua opera* Cic. Fam. 10, 4. *et* 11, 22.

BENEFICENTIA. [εὐεργεσία] *Eſt Benignitas, vel Liberalitas virtus nimirum, quae amat conferre beneficia.* Cic. Off. 1, 20 c. 7 Iuſtitiae coniuncta Beneficentia, quam eandam, vel Benignitatem, vel Liberalitatem appellari licet. *Et* 2, 52 c. 15 Deinceps de Beneficentia ac Liberalitate dicendum eſt. Cuius eſt ratio duplex. Nam aut opera benigne fit indigentibus, aut pecunia. Cic. de Natur. Deor. 1, 122 c. 43 Quid enim melius aut praeſtantius bonitate et beneficentia? Id. Fam. 1, 7 *in melioribus libris inuenit Victorius*, Te vero moneo cum beneficentiis tuis, tum amore incitatus meo. *Al.* Beneficiis.

BENEMEREOR, BENEMERENS, BENEMERITVS, *vid.* MEREOR. *Melius enim diuiduntur. Sic etiam*

BENEPLACITVM, BENESVADVS, BENEVALENS, BENEVELLE, *vid.* PLACEO, SVADEO, VALEO, VOLO.

BENEVŎLENS. Partic. [εὐνοῶν] *A* Bene volo, *quod vnica voce non ſcribitur.* Plaut. Merc. 4, 5 (ſuppoſ. 2, 23) Non ſum moleſta, ſed beneuolens. Amicus aduenio multum beneuolens Idem Merc. 5, 2, 46. Beneuolentes dii Id. Mil. 4, 8, 41. Spero laetum et beneuolentem celebraſſe natalem meum. Auguſtus in epiſtola ad Caium *apud* Gell. 15, 7. *Sed melius legitur*, bene valentem. *Aliquando ſubſtantiue ponitur pro Amico.* Plaut. Ciſt. 2, 3, 42 Illaec ſe quandam aiebat mulierem ſuam beneuolentem conuenire etiam prius. *Conf.* Idem Trin. 1, 2, 7. *Et* 5, 2, 24 Megaronides communis hoc meus et tuus beneuolens commentus eſt.

BENEVŎLVS, *aut* BENIVOLVS, *(quod probat Lipſius)* a, um. [εὐνοϊκὸς, εὔνους] *Idem.* Ter. Hec. 5, 1, 35 Facilem beneuolumque linguam tua iam tibi me reddidit. Plaut. Capt. 2, 2, 100 Quod me eſſe ſcit erga ſe beneuolum. Beneuolus domino ſeruus Cic. pro Cluent. 76. *Sic* de Inuent. 2, 161 c. 53 Patriae beniuoli. Id. Act. 1 in Verr. 8 c. 8 Siue beniuolo animo me, vt magnopere cauerem, praemonebat. *Et* de Orat. 2, 322 c. 79 Ex iis autem, apud quos agetur, et beniuolos, beneque exiſtimantes, efficiamus. Cic. de Inuent. 1, 20 c. 15 Quod eueniet, ſi eum beniuolum, attentum, docilem fecerit. Beniuolum omnium flumen *Nilus* Ammian. 22, 15. Beneuolentior, *comparat. ab antiquo* Beneuolens. Cic. Fam. 3, 12 *extr.* Beniuolentior tibi, quam fueram, nihilo ſum factus. Idem *alibi*, Nam beniuolentior, quam ſemper fui, eſſe non poſſum. Beneuolentiſſimus ...imus Scribon. Ep. ad Calliſt. med. Cic. Fam. 5, 16 His ego literis ſi quid profeciſſem, exiſtimabam optandum quiddam me eſſe aſſecutum: ſin minus valuiſſent, officio tamen eſſe functum beniuolentiſſimi atque amiciſſimi. *Add.* Apul. Flor. 3 Beneuolentiſſimi principes.

BENEVOLE. Adu. [εὐνοϊκῶς] Cic. de Fin. 1, 34 c. 16 Quos tu paullo ante cum memoriter, tum etiam erga nos amice et beneuole collegiſti. *Sic* Fideliter, beneuoleque praeſto eſſe alicui moleſtiſſimis temporibus Cic. Fam. 13, 22. Idem de Amicit. 90 Et haec accipienda amice, quum beneuole fiunt. Beneuolentiſſime, Auguſtin. ad Hieron. Epiſt. 28. *et* Ep. 64 ad Aurel.

BENEVOLENTIA, *vel melius* BENIVOLENTIA, ae. f. [εὔνοια, εὐγνωμοσύνη, φιλοφροσύνη] Amor, quaſi Bona voluntas. Cic. ...am. 1, 9 Quid enim dicam beniuolentiam, quum illud ipſum gratiſſimum et ſanctiſſimum nomen pietatis, leuius mihi meritis erga me ...is eſſe videatur? Beneuolentiam accipere, *vid. mox* Ducere. Acquirere beneuolentiam Quinctil. 3, 8, 7. Cic. pro Sext. 6 Ademit ...bino ſoceri nomen mors filiae: ſed caritatem illius neceſſitudinis et beniuolentiam non Ademit. Adiungere ſibi beniuolentiam hominum lenitate audiendi Cic. pro Mur. 41 c. 20. Idem Off. 2, 48 c. 14 Praecipiunt, vt oratione benigna multitudinis animos ad beneuolentiam Alliciant. Captare beniuolentiam Cic. Agrar. 1 c. 15. Colligere beniuolentiam Idem de Amicit. c. 17. Complecti beniuolentia aliquem Cic. Fam. 2, 6. Conciliare beniuolentiam, *vid.* CONCILIO. Cic. de Orat. 2, 182 c. 43 Valet igitur multum ad vincendum, probari mores, *etc.* animoſque eorum, apud quos agitur, Conciliari quam maxime ad beniuolentiam, cum erga oratorem, tum erga illum, pro quo dicet orator. Conſectari beniuolentiam largitione, *vid.* CONSECTOR. Cic. Att. 5, 18 ...ruo exercitu, ſed vt ſpero, ad beniuolentiam erga nos Conſentiente. ...Fam. 3, 7 Haec ad te ſcripſi liberalius, fretus conſcientia officii ...i, beniuolentiaque, quam a me certo iudicio ſuſceptam, quoad tu voles, Conſeruabo. *Et* Att. 6, 1 Si nihil aliud de hac prouincia, ...ſi illius beniuolentiam Deportaſſem, mihi id ſatis eſſe. Quinctil. 4, 1, 6 Beneuolentiam aut a perſonis Ducimus, aut a cauſis Accipimus. Experiri fidem et beniuolentiam alicuius erga ſe Cic. ...m. 1, 7 Habere beniuolentiam erga aliquem Idem Off. 1, 47. *Et* de Opt. gen. Orat. 19 Atque ita praedicaretur, eum donari virtutis ...go, beniuolentiaeque, quam erga populum Athenienſem Haberet. Nauare beniuolentiam, *vid.* NAVO. Perſpicere beniuolentiam alicuius erga ſe Cic. Fam. 1, 7. *et* 9, 16. Petere beneuolentiam iudicis Quinctil. 4, 1. Cic. Fam. 4, 11 Tamen hoc mihi multo iucundius ...et gratius, quod, *etc.* te cupidiſſimum mei, ſingularemque mihi beniuolentiam Praeſtitiſſe cognoui. Idem Off. 2, 21 c. 6 Quaecunque ...itur homines homini tribuunt, ad eum augendum atque honeſtandum, aut beniuolentiae gratia Faciunt. *Et* Off. 2, 23 c. 6 Malus ...im eſt cuſtos diuturnitatis metus: contraque beniuolentia Fidelis, ...l ad perpetuitatem. Impar beneuolentia, *vid.* IMPAR. Munis beneuolentia Nepos 10, 5, 4. Cic. poſt. red. ad Quir. 24 c. 10 Quapropter memoriam veſtri beneficii colam beneuolentia ſempiterna. Perſeueranti beneuolentiae Reſpondere Scribon. Epiſt. med. Singularis beneuolentia, *vid.* Praeſtare.

BENIGNVS. Adi. [χρηστὸς, εὐποιὸς, ἐλευθέριος] *Liberalis, beneficus, clemens.* Feſtus: Benignus proprie dicitur is, qui bonis et dignis aliquid largitur: eſt autem compoſitum ex Bono et Gignendo. *Quae etymologia ſimilis eſt ei, qua* Priuignum, πρόγονον prius genitum *interpretantur. Secundum haec itaque benignus fuerit* bene genitus, *γενναῖος, generoſus, natura bonus.* Cic. Brut. 15 Sed neſcio quomodo facilius in timore benigni, quam in victoria grati reperimur. Idem de Natur. Deor. 2, 123 Vt enim omittam vim et naturam deorum, ne homines quidem cenſetis, niſi imbecilli eſſent, futuros beneficos et benignos fuiſſe? Benignus alicui Plaut. Trin. 3, 3, 12. Benignus in aliquem Ter. Hec. 3, 5, 22. Ager benignus Ouid. Amor. 1, 10, 56. Dapes benignae, *vid. h. v.* Stat. Silu. 5, 1, 108 Qualem te ſuperi, Priſcilla, hominesque benigno Aſpexere die? Diui Horat. Carm. 4, 2, 38. Materia riſus benigniſſima, *i. copioſa, ampla, vt* Malignus *eſt parcus, tenuis* Sen. de Conſt. c. 18 *pr.* Stat. Theb. 10, 220 — iterum ecce benignae Noctis aues ſequor, *i. auguria, quae felicem hac nocte expeditionem promittunt.* Numen Hor. Carm. 4, 4, 74. Cic. Off. 2, 48 c. 14 Praecipiunt, vt oratione benigna, multitudinis animos ad beniuolentiam alliciant. Praeda Ouid. Faſt. 5, 174. *i. copioſa.* Horat. Epiſt. 1, 5, 11 Aeſtiuam ſermone benigno tendere noctem, *i. multo et iucundo.* Plin. *de Aegypto*, Nulla eſt benignior tellus, nullus ager feracior, *i. quae plus fructus reddat.* Temperies mentis benigna Claudian. Epithal. Pallad. 64. Terra, *frugifera* Tibull. 3, 3, 6 Et magnas meſſes terra benigna daret. Teſte ſub benigno viuere Claudian. in pr. Conſ. Stil. 2, 124. Vena ingenii Hor. Carm. 2, 18, 7. Verba Propert. 1, 10, 24. Idem 3, 13, 42. Eo ſum vſa benigno et lepido, et comi, *Bacchis de Pamphilo* Ter. Hec. 5, 3, 39. Liu. 28, 26 Vt per idoneos homines, benigno vultu ac ſermone in hoſpitium, inuitatos, ſopitosque vino vincirent. Vultum ſeruat fortuna benignum Horat. Epiſt. 1, 11, 20. Benignus vini ſomnique Idem Serm. 2, 3, 3. *Vino et ſomno large indulgens.* *Compar.* Benigniores quam res patitur Cic. Off. 1 c. 14. Benigniora verba Liu. 21, 19. *Conf.* Plaut. Trin. 2, 4, 58. *Superl.* Benigniſſimum inuentum Plin. 35, 2. *Conf.* Sen. de Benef. 7, 14.

BENIGNE. [φιλοφρόνως, ἐλευθερίως] *Liberaliter, ſiue large et abunde.* Ter. Hec. 5, 2, 1 Nihil apud me tibi defieri patiar, quin quod opus ſit, benigne praebeatur. *Vbi* Donatus; Benigne, Large, hoc enim eſt gratius: non ſolum praebere, ſed benigne praebere. Benigne praebet octo portus Plin. 5, 31 ſ. 36. *de Rhodo Inſula.* Benigne attenteque aliquem audire Cic. pro Cluent. 8 c. 3. Liu. 1, 22 Excepti hoſpitio Legati ab Tullo blande et benigne. *Inprimis* Benigne *eſt blande recuſantis.* Horat. Epiſt. 1, 7, 62. *Inuitatus Vulteius Mena*, — quid multa? benigne Reſpondet. *Eſt perinde ac ſi diceret, Excuſatum me habeas, vt apud* Ariſtoph. in Ranis 515 καλῶς, et κάλλιστα 511. et ἐπαινῶ *ibidem.* *Vt* Ter. Eun. 2, 3, 51 Recte! *Itaque illud eiusdem* Epiſt. v. 16 *in eundem accipiendum ſenſum* — at tu quantumuis tolle: Benigne. *Vt hoc reſpondentis ſit, et belle recuſantis. Conf. Caſaubon. Lect. Theocr. cap. 16. Contra accipientis humanitatem eſt.* Ter. Phorm. 5, 8, 62 At ego ecaſtor poſthac tibi, quod potero, et quae voles faciamque et dicam. P. Benigne dicis. N. pol meritum eſt tuum. *Conf.* Plaut. Truc. 1, 2, 27. Cic. pro Flacc. 54 Sed exponam, quid in re ſit: vt quamobrem iſta ciuitas, neque ſeuere Flaccum oppugnarit, neque benigne defenderit, ſcire poſſitis. Omnia ſunt ingrata, nihil feciſſe benigne, eſt Catull. 74, 3. Facere alicui benigne Cic. Fam. 13, 67. Ter. Adel. 5, 4, 24 Age, age, nunc experiamur contra ecquid ego poſſiem blande dicere, aut benigne facere, quando eo prouocat. Cic. Off. 1, 42 Videndum eſt enim primum, ne obſit benignitas, et iis ipſis, quibus benigne videbitur fieri, et caeteris. Idem Off. 2, 52 Nam aut opera benigne fit indigentibus aut pecunia. *Et* Att. 3, 4 Adhuc inuitamur benigne. Cic. pro Balb. 36 Comes, benigni, faciles, ſuaues homines eſſe dicuntur, qui erranti comiter monſtrant viam: benigne et non grauate. *Comparat.* Horat. Carm. 1, 9, 6

— atque benignius
Deprome quadrimum Sabina
O Thaliarche merum diota.

*i. Liberalius.* Alere benignius Mela 3, 6. Alloqui Curt. 8, 6, 19. Benignius dare operam Plaut. Merc. . . *Superl.* Cic. Verr. 1, 33 Sunt alia magis occulta furta, quae ille, vt iſtius credo, animos atque impetus retardaret, cum Quaeſtore ſuo benigniſſime communicauit. Idem Verr. 2 c. 4 Aliis, ſi laudarent, benigniſſime promittere. Fouere Valer. Max. praef. Inuitare Idem 1, 8, 2.

BENIGNĬTER, [φιλοφρόνως] *pro Benigne.* Titinn. Nimium te patrocinari cenſeo benigniter Nonius 11, 9.

BENIGNĬTAS, ātis. f. [χρηστότης, ἐλευθεριότης] *Liberalitas et beneficentia.* Ter. Eun. 1, 2, 84 Num ſolus dona dat? numcubi meam benignitatem ſenſiſti in te claudier? *Vbi* Donatus, Intelligit ſe et dona obtuliſſe, et id benigne ſaepe feciſſe: nam plerumque ingrata dona ſunt, in quibus benignitas non apparet: quae aut in quantitate rerum eſt, aut in facilitate praeſtantis Horat. Epod. 1, 31 Satis ſuperque me benignitas tua ditauit. *Add.* Nep. 20, 2, 2. Cic. Off. 1, 24 c. 14 Ne maior benignitas ſit, quam facultates. Plin. Ep. 8, 12 Auditoria *(recitantium)* non apud ſe tantum mira benignitate frequentat. Cic. de Fin. 5, 65 c. 23 Iuſtitiae adiunctae ſunt pietas, liberalitas, benignitas, comitas, quaeque ſunt generis eiusdem. Plaut. Merc. prol. 15 Vt ſimplicius dicam, ſi opera eſt auribus, atque ad vertendum huc animum adeſt benignitas. Adduci benignitate, *vid.* ADDVCO. Cic. pro Sext. 31 Et ſi me attentiſſimis animis ſumma cum benignitate auditis, Iudices. *etc.* Idem pro Domo 32 c. 14 Veſtra in me attente audiendo benignitas prouexit orationem meam. Conferre benignitatem in aliquem, *vid.* CONFERO. Amicorum benignitas exhauſta eſt in ea re, quae nihil habuit praeter dedecus Cic. Att. 4, 2. Idem pro Roſc. Com. 33 Nunc deûm immortalium benignitate omnium fortunae ſunt certae. *Et* de Natur. Deor. 2, 131 c. 53 Sed illa quanta benignitas naturae, quod tam multa ad veſcendum, tam varia, et tam iucunda gignit?

BENIGNOR, āri. Vulgat. 2 Eſdr. 4, 39.

## B O O

BOO, BOARIVS, *vid.* BOS.

BOŎPES. [βοώπης] *Cerefolium.* Apul. de Herb. c. 104 Graeci Paederota vocant, alii boopes, alii arctophyllon, Latini Cerefolium.

BOŌTES, is, *et* ae. [βοώτης] *A boue deductum nomen. Latine dicere poſſumus* Bubulcum. *Eſt autem ſidus, quod* Arctophylax *vocatur, et more bubulci, ſequi plauſtrum videtur.* Iuuen. Sat. 5, 23 Aut illo tempore, quo ſe Frigida circumagunt pigri ſarraca Bootae. Ouid. Faſt. 3, 405 Siue eſt Arctophylax, ſiue eſt piger ille Bootes. *Fuit autem* Bootes, *vt colligas ex comparatione eorum, quae tradit* Hygin. Poët. Aſtron. 2, 1, *cum* 2, 2 *et* 4, *idem, qui Arcas, Iouis ex Calliſto filius, nepos Lycaonis regis Arcadiae, qui vna cum matre in caelum eſt translatus, et illi velut cuſtos appoſitus: hoc enim ſignificat Arctophylax, et Arcturus. Vel potius in locum* Bootae *antiquiorum ſucceſſit* Arcas, *ſ.* Arctophylax. *Ex alia fabula* Hygino *memorata eſt* Icarius Athenienſis, *de quo ſ. l. Iam vſum videamus Poëtarum.* Cic. de Natur. Deor. 2, 109 Septentriones autem ſequitur, Arctophylax, vulgo qui dicitur eſſe Bootes; Quod quaſi temone adiunctam prae ſe quatit Arctum. Axis Bootis Auien. Perieg. v. 405. Ouid. de Arte Am. 2, 55 Sed tibi

tibi non virgo Tegeaea, comesque Bootae, Enſiger Orion, aſpiciendus erit. Ora Bootis Auien. Perieg. v. 846. Plaga dura Bootis Idem ibid. v. 456. Val. Argon. 2, 68 — quo ſidere vibret Enſis, et Actaeus niteat qua luce Bootes. *Fruſtra* Arctoum *reponere quidam cogitabant. Reſpicitur enim ad Icarium.* Cadens Bootes Virgil. Georg. 1, 229 Occidens: verno ſcilicet tempore; tunc enim Bootes occidit, Seruius. Claudian. de Rapt. Proſerp. 3, 225 Verna nec iratum timeant virgulta Booten, *i. infeſtum et noxium.* Plin. 18, 28 Tempeſtates, grandines, procellae, caeteraque ſimilia ab horridis ſideribus exeunt, veluti Arcturo, Orione, Hoedis. *Vid.* ARCTVRVS. Piger Bootes Claudian. de Rapt. Proſerp. 2, 190. *Conf.* Ouid. Faſt. 405. Idem Met. 2, 172 Te quoque turbatum memorant fugiſſe Boote, Quamuis tardus eras, et te tua plauſtra tenebant. Id. Faſt. 5, 733 Auferet ex oculis veniens Aurora Booten.

## B O P

BOPGYRVS, i. m. *Piſcis nomen in ſcopulis viuentis ex Ouidio referri aiunt a* Plin. 32, 11 ſ. 54. *Sed Harduin.* Bouem, Cercyrum in ſcopulis viuentem *edidit.*

## B O R

BORAGO, *vid.* BORRAGO.

BOREA, *ſ.* BORIA, ae. f. *Gemma eſt e Iaſpidum genere.* Plin. 37, 8 ſ. 37 Quarta apud eos vocatur Borea, caelo autumnali matutino ſimilis: et haec erit illa, quae vocatur aërizuſa.

BOREAS, ae. m. [Βορέας] Ventus Aquilo. Nonius 1, 251 Boream, hoc eſt Aquilonem, ἀπὸ τῆς βοῆς, quod ſonorus ſit et procelloſus, *dictum putat* Nepos 1, 2, 4 Cum vento Borea profectus eo perueniſſet, *quod antiquae elegantiae eſt, vt homo ſeruus, et id genus alia, vbi generale nomen adiungitur.* Virg. Georg. 1, 93 — aut Boreae penetrabile frigus adurat. Idem Aen. 4, 542

Ac veluti annoſam valido, quum robore quercum
Alpini Boreae nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter ſe certant. Sen. in Troaſi 395

Vt nubes grauidas, quas modo vidimus Arctoi Boreae diſſipat (diſiicit *al.*) impetus. Stat. Theb. 9, 533

— Getico qualis procumbit in Haemo
Seu Boreae Furiis, putri ſeu robore quercus,
Caelo miſta comas. Ouid. Amor. 2, 11, 10

— Euroſque timebo, Et Gelidum Boream, praecipitemque Notum? Grauis Claudian. de Rapt. Proſerp. 1, 70. Sil. 10, 10 — velocius inde Haemonio (*e Thracia ſpirante*) Borea, pennaque citatior ibat. Hiſpidus glacie niuali Claudian. de Rapt. Proſerp. 1, 71. Ouid. Met. 1, 65 — Scythiam, Septemque triones Horrifer inuaſit Boreas. Stat. Silu. 5, 1, 82 Quid Boreas Hibernus agat. Ouid. Met. 2, 185 — vt acta Praecipiti pinus Borea. Saeuus Catul. 23, 3. Sen. Thyeſt. 127 Quas quum Sarmaticus tempore frigido In ſummis Boreas compoſuit iugis. Scythicus Stat. Theb. 5, 346. Sen. Herc. Oet. 1109 Et ſiccus Boreas ferit. Virg. Georg. 2, 316 Tellurem Borea rigidam ſpirante mouere. Idem ibid. 1, 370 At Boreae de parte Trucis qui fulminat. Lucan. 4, 61 Cynthia quo primum cornu dubitanda refulſit, Excluſit Boream. Sen. Herc. Oet. 113 Quum Boream expulit Africus. Boreae *Thracis facinus, quo Orithyian Atticam Erechthei filiam rapuit, ſuo more pingit* Ouid. Met. 6 *extr. vbi inter alia de ſe* Boreas v. 690 ſqq.

Apta mihi vis eſt, vi triſtia nubila pello
Vi freta concutio, nodoſaque robora verto
Induroque niues et terras grandine pulſo.
Idem ego cum fratres (*ventos alios*) caelo ſum nactus aperto
(Nam mihi campus is eſt) tanto molimine luctor
Vt medius noſtris concurſibus intonet aether,
Exſiliantque cauis eliſi nubibus ignes, *etc.*

*Ex Orithyia ſuſcepit Boreas filios Calain et Zethen.*

BOREALIS, e. Adi. *Vt*, Boreali fuſus ab alto Auien. Perieg. v. 84. *i. Caelo Boreali.* Arctos Borealis Idem Perieg. v. 242. Caeli Borealis tramite Idem Arat. 964. Flamina Borealia Id. ibid. 951. Motus Borealis Iſidor. 3, 32.

BOREVS. Adi. [Βόρειος] *Vt*, Ouid. Triſt. 4, 8, 41 Vita procul patria peragenda ſub axe Boreo eſt. *i. ſub polo Arctico, ſiue Septentrionali. Vid.* Hygin. Aſtr. 3, 29.

BORITH. *Herba ſaponaria. De hac herba ſic* Iſidor. 16, 2 Crepitat in aqua, quomodo calx viua, et ipſa quidem diſperit, ſed aquam lauationi aptam reddit: *quae tamen verba abſunt ab antiqua editione* Iſidori 1489 fol. *a Gothofredo ex MSS. addita. Io. Mich. Langius Diſſertationes tres de ea edidit, et ſaponem vel ſmegma eſſe contendit: ſed Ol. Rudbeck. purpuram vel coccum fuiſſe ſtatuit. Conf.* Vulg. Ierem. 2, 22. et Mal. 3, 2.

BORRAGO, *vel* BORAGO, ginis. f. *Herba.*

BORSYCITES. Plin. 37, 11 ſ. 73 *Gemma eſt*, in nigro ramoſa, candidis aut ſanguineis frondibus.

BORYPTES, ae. m. *Gemma* nigra, ſanguineis et albis nodis, aliis ſacra dicitur, velut portentoſa. Plin. 37, 10 ſ. 55. *Sed vehementer variat lectio. Harduinus dedit* Baroptenus ſiue barippe. *In indice eſt* Barice. *Al.* Baroptis *etc.*

BORYSTHENES. *Fluuii, Inſulae, Lacus Scythiae nomen petatur a Geographis. Fuit etiam* Boryſthenes *equus* Hadriani, *in quem exſtat antiquum epigramma* Boryſthenes Alanus, Caeſareus veredus, Per aequor et paludes Volare qui ſolebat *etc. apud Pithoeum* L. 3 p. 121. *quod emendant Caſaubonus et Salmaſ. ad Spartian. Hadr. c.* 20.

BORYSTHENIDAE, arum. m. *Populi ad* Boryſthenem *amnem.* Propert. 2, 7, 18 Gloria ad hibernos lata Boryſthenidas.

BORYSTHENIVS. Adi. [Βορυσθένιος] Ouid. e Pont. 4, 10, 53 Cumque Boryſthenio liquidiſſimus amne Dyraſpes. Boryſthenius *igitur amnis eſt* Boryſthenes.

## B O S

BOS, bŏuis. [βοῦς] *Communis generis, prout taurum aut vaccam notat: femininum etiam ſaepius, cum non reſpicitur ſexus, obſeruante Voſſ. de Anal. 1, 15: qui etiam 1, 36 Genit.* Boueris *poſt Scaligerum obſeruat ex* Varr. de L. L. 7, 38 *extr.* Alios dicere boum greges, alios bouerum. Idem *p. p.* Pro Bouis et Bus, Bos *dictum, docet. Dat. et Abl. plur.* Bobus *et* Bubus. *Genit. plur.* Boum, *vid.* Priſcian. 7 p. 773. Cato R. R. 37 Bubus medicamentum dato quotannis, vti valeant. Varro R. R. 2, 5, 3 Italia a Bubus nomen habet. Columel. 2, . . Nihil dubium, quin equis melius, quam bubus res conficiatur. Plaut. Moſt. 1, 1, 59 Eruom daturin' eſtis, bubus quod feram? *Sic* Bubus albis Liu. 22, 10. Vectam bubus feminis Tacit. Germ. 40, 5. Cic. de Senect. 33 Olympiae per ſtadium ingreſſus eſſe Milo dicitur, quum humeris ſuſtineret bouem viuum. *De quantitate* Seru. ad Virgil. Ecl. 8, 86 *Hic* Bos *et o* Bos *producit, ſicut his Bubus et ab his Bubus.* Nam reliqui omnes caſus breuem habent Syllabam primam. *Sed corripit* Auſon. Epigr. 62 Aes veluti ſpirans cum bubus exagites. *Vid. Ciofan. ad* Ouid. Heroid. 5, 116 Non profecturis litora bubus aras: *qui monet, apud* Auſonium Bobus *eſſe legendum, dum* Bobus *quorundam librorum ibi in* Bubus *mutandum cenſet, vt penultima queat produci. Fuerit itaque in* Bobus, *velut Syncopato, penultima breuis; longa in* Bubus *contracto. Sed* Bobus *productum legitur in praeſtantiſſimis editionibus* Horat. Carm. ſaec. 49 Quaeque vos bobus veneratur albis. *Add.* Priſcian. 7 p. 774 *Itaque alii* Auſonium *violatae legis Pediae accuſare malunt.* Iuuen. Sat. 2, 123 Scilicet horreres, maioraque monſtra putares, Si mulier vitulum, vel ſi bos ederet agnum? Lucr. 6, 1129 Conſimili ratione venit bubus quoque ſaepe Peſtilitas. *Exempla plura habes infra.* Plin. 18, 3 Seruius rex, ouium boumque effigie primus aes ſignauit. *Cum Graeci idem olim factitarint, hinc prouerbium,* Bos in lingua, *ii corruptos pecunia etc. Sed* Plaut. Perſ. 2, 5, 16 Boues bini hic ſunt in crumena, *i. pretium emendorum boum.* Bos Cyprius, *conuicium Graecorum in hominem ſtupide ſordidum, cuius originem dicamus verbis* Plin. 28 *extr.* Boues in Cypro contra tormina hominum excrementis ſibi mederi. Feſtus, Cyprio boui merendam Ennius Sotadico verſu, cum dixit, ſignificat id, quod ſolet fieri in inſula Cypro, in qua boues humano ſtercore paſcuntur. *Bouis deſcriptio pulcherrima eſt* Colum. 6, 1, 3 Parandi ſunt boues nouelli, quadrati, grandibus membris, cornibus proceris, ac nigrantibus et robuſtis, fronte lata et criſpa, hirtis auribus, oculis et labris nigris, naribus reſimis patuliſque, ceruice longa et toroſa, palearibus amplis et paene ad genua promiſſis, pectore magno, armis vaſtis, capaci et tanquam implente (*i. pleno* vtero, lateribus porrectis, lumbis latis, dorſo recto planoque, vel etiam ſubſidente, clunibus rotundis, cruribus compactis ac rectis, ſed breuioribus potius quam longis, nec genibus improbis, vngulis magnis, caudis longiſſimis, et ſetoſis piloſiſque, corpore denſo breuique, colore rubeo vel fuſco, tactu corporis molliſſimo. *Conf.* Varro R. R. 2, 1, 14. *et* 2, 5, 7. Pallad. Mart. 11, 1 ſq. *etc.* Virgil. Georg. 3, matrem iuuencis *legi talem ſuadet*:

Optuma toruae
Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix,
Et crurum tenus a mento palearia pendent.
Tum longo nullus lateri modus, omnia magna,
Pes etiam et camuris hirtae ſub cornibus aures.
Nec mihi diſpliceat maculis inſignis et albo,
Aut iuga detrectans, interdumque aſpera cornu,
Et faciem tauro propior, quaeque ardua tota,
Et gradiens ima verrit veſtigia cauda.

*Omnes notas ſingulatim perſequitur, et Graecorum Latinorumque co paratione illuſtrat de la Cerda. Elogia vid.* Varr. de R. R. 2, 5. Pli 8, 45. *Aurea aetate abſtinuerunt a bubus mactandis homines. Vi Arati Phaen. 132 etc. et inde* Cic. Nat. Deor. 2 c. 63 Tanta putabat vtilitas percipi ex bobus, vt eorum viſceribus veſci ſcelus haberetu *Add.* Columel. 6 Pro. 7. ¶ 2 *Subſtantiua* Bubus *adiunc* Virgil. Georg. 2, 220 — hinc Armenta boum, meritoſque iuue Ouid. Met. 11, 370 — neque enim ieiunia curat Cae boum, diramque famem finire. Virgil. Aen. 5, 61 Bina boum v bis Troia generatus Aceſtes Dat numero capita in naues, *i. bou binos. Sic* Corpora boum Idem Georg. 4, 197. Cura boum Id. Georg. 1, 3. Cuſtos boum Ouid. Epiſt. 1, 103. Virgil. G 1, 325 Et pluuia ingenti ſata laeta, boumque labores Diluit. *i. aratos et conſitos. Sic* Idem Aen. 2, 306 — boumque labores, Praecipiteſque trahit ſiluas: *de torrente. Et* Georg. 1, 119 — ha quum ſint hominumque boumque labores Verſando terram exper Ouid. in Ibin 440 Vtque ferox Phalaris, lingua prius enſe reſect More bouis Paphio clauſus in aere gemas. Virgil. Georg. 2, 470

— at frigida Tempe
Mugituſque boum, molleſque ſub arbore ſomni,
Non abſunt. Peſtis acerba bo

Idem Georg. 3, 419. *Et* Aen. 5, 405 — taurorum ingentia ſept Terga boum plumbo inſuto, ferroque rigebant. *Deſcriptio ſcu* Virgil. Georg. 3, 211 Siue boum, ſiue eſt cui gratior vſus equ rum. ¶ 3 *Epitheta* Boum. Ouid. Epiſt. 6, 32 Narrat aeripedes Martis araſſe boues. Idem Epiſt. 24, (Sabin. 3,) 42 In Agenoreas conſtiteratque boues, *de Ioue in taurum mutato in Phoeni* Albis bobus venerari deos Hor. Carm. ſaecul. 49. Arator bos Sueto Veſp. 5. *Add.* Liu. 22, 10. Aurati boues *in donis et ſacrificiis* Id 4, 16. 25, 12. Aurati, *i. auratis cornibus* Id. 7, 37. Camuri bou ſunt, qui conuerſa introrſum cornua habent: quibus contrarii Patu qui cornua diuerſa habent, quorumque cornua terram ſpectant: contrarii Licini, qui cornua ſurſum habent. *Haec* Seru. ad Georg. 55. *Eadem Philargyr. niſi quod apud illum* Laeui ſunt quorum corn terram ſpectant. *Vid. de his appellationibus ſuis locis.* Cerebro bos, *vid. h. v. in* CEREBRVM. Contumaces boues, *v. h. v.* Cru bos Horat. Epod. 8, 6. *h. e. Cibum male coquens ſeu digerens, ob id alui fluxum patiens.* Diſiunctum bouem curare Hor. Epiſt. 1, 14, *Add.* Columel. 6, 15, 2. Ouid. Faſt. 1, 543 Ecce boues illuc Erythei applicat heros. *De Hercule, qui Geryoni in Erythea Hiſpaniae inſ iuxta Gades regnanti, boues abſtulit. Vid.* Plin. 4, 22. Eximius 7, 37. Feminae boues Tacit. Germ. 40, 5. Liu. 27, 37. Hor Epod. 2, 63 Videre feſſos vomerem inuerſum boues Collo trahen languido. Ouid. Faſt. 4, 631 Pontifices forda ſacra litate bo *Add.* Columel. 6, 24, 3. *Dicitur autem* Forda bos, *quae fert in ve a ferendo, vt* Varro *auctor eſt* 5, 3. *Vid. h. v.* Ouid. de Arte A 1, 296 Inuida formoſas oderat illa boues. Idem Met. 15, 12 Di ad Oceanum bubus Ioue natus Iberis. *De Hercule, qui Geryoni in Ibe id eſt Hiſpania regnanti, boues abſtulit.* Immunis aratri Ouid. M 3, 11. Idem Faſt. 1, 545 — vagantur Incuſtoditae lata per a boues. *Et* Amor. 3, 13, 4 Caſta ſacerdotes Iunoni feſta parab Et celebres ludos indigenamque bouem. Indomita Valer. Argon. 362. Ouid. Epiſt. 14, 108 Exuit inſanae pellicis ora bouis. *Inachi filiam intelligit, de qua ſ. l.* Inſignis magnitudinis bos Dia immolata Liu. 1, 45. Horat. Epod. 9, 22 — tu moraris au Curris et intactas boues. *i. quae iugum non ſunt paſſae, et indomi* Ouid. Met. 14, 3 Aruaque Cyclopum, quid raſtra, quid vſus ar Neſcia, nec quidquam Iunctis debentia bubus. *intell. ad aratr*

La

Laborioſiſſimae beſtiae boues Petron. c. 56. Laeui boues, *vid. modo* Camuri. Ouid. Met. 6, 323 Impatiensque viae genitor deducere Lectos Iuſſerat inde boues. Licini, *vid.* Camuri. Locuta bos Obſeq. cap. 103. Locutus bos Idem cap. 74. *Conf.* Liu. 3, 10 *pr. et* 24, 10 *extr. It.* 27, 11. 28, 11. 35, 21. 41, 17. Lucae boues *ſunt elephanti. Vid. h. v. Sed* Boues Luci, *i. nemoris, vel ſilueſtres, quas quidam tribuebant* Senecae Hippol. 352 *nihili ſunt. Legendum enim, vt hodie legitur* Lucae. Macri Iuuen. Sat. 14, 146. Ouid. Epiſt. 20, 181 Non boue mactato caeleſtia numina gaudent, Sed quae praeſtanda eſt, et ſine teſte, fide. Idem Met. 11, 37 — cornuque minaces Diuulſere boues. Valer. Argon. 4, 395 *De Io Inachi filia loquens,* — primo veſtigia viſu Fugit: et in miſerae rurſus bouis ora recurrit. Mortuus. Plaut. Aſin. 1, 1, 22. *i. taurea,* Vbi viuos homines mortui incurſant boues. Mutili, *vid. h. v.* Nitidiores vt fiant Pall. , 21, 2. Nouelli Col. 6, 1, 3. Omniuorae boues, *vid.* OMNIVORVS. Opimi boues, *vid. hanc vocem.* Horat. Carm. 3, 18, 12 Feſtus in pratis vacat otioſo Cum boue pagus. Ouid. Met. 2, 10 Bos tibi, Phoebus ait, ſolis occurret in aruis Nullum paſſa iugum. Virg. Ecl. 5, 25 Non vlli Paſtos illis egere diebus Frigida, Daphni, boues ad flumina. Patales *vel* Patuli *vid. p. a.* Camuri, *et infra* PATALIS. Pauidi Claud. in ſec. Conſ. Stil. 332. Perdomiti, *vid.* PERDOMO. Hor. Epiſt. 1, 14, 43 Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. Profugae Propert. 4, 1, 4. Ouid. Faſt. 1, 384 — animam quum ponat in aris Lanigerumque pecus, ruricolaeque boues. Ouid. Faſt. 4, 476 Sacrorumque Melan paſcua laeta boum. *Melas, Siciliae fluuius, ad ripas ſuas paſcua praebet bubus.* Idem Triſt. 3, 10, 34 Ducunt Sarmatici barbara plauſtra boues. Seſcenar, *v. h. v.* Ouid. Amor. 1, 13, 16 Prima vocas tardos ſub iuga panda boues. Virg. Georg. 3, 51 — optima toruae Forma bouis. Ouid. Faſt. 3, 32 Deque Triumphato viſcera toſta boue. *h. e. in triumphi ſacrificio occiſo.* Hor. Carm. 4, 5, 17 Tutus bos etenim rura perambulat. Iuuen. Sat. 10, 268 Et ruit ante aram ſummi Iouis, vt vetulus bos. Vincti cornua vittis Ouid. Met. 7, 429. Hor. Carm. 1, 10, 9 Te boues olim niſi reddidiſſes Per dolum amotas, *etc.* Ouid. Epiſt. 5, 116 Non profecturis littora bubus aras, *h. e. Operam perdis et fruſtra laboras.* Ouid. Met. 15, 470 *ex perſona Pythagorae carnis eſu interdicentis*, Bos aret, aut mortem ſenioribus imputet annis. Caedere boues Ouid. ex Pont. 3, 4, 82. Conterere Lucret. 2, 1161. *i. Aſſiduo labore vexare.* Curare, *vid.* CVRO. Diſiungere Iuuen. Sat. 5, 118. Col. 6, 14, 5. 2, 3, 1. Virg. Georg. 1, 285 Et prenſos domitare boues. Edet agnum bos, *inter prodigia* Liu. 2, 123. Hor. Epiſt. 1, 7, 87 — bos eſt enectus arando. Errant boues Virg. Ecl. 1, 9. Paterna rura bobus exercet ſuis Hor. Epod. 2, 3. Id. Carm. 3, 6, 43 — et iuga demeret Bobus fatigatis. Peperit bos equuleum Liu. 3, 31. *inter prodigia.* Virg. Ecl. 1, 46 Paſcite, vt ante, boues pueri, ſubmittite tauros. Hor. Serm. 2, 1, 55 Vt neque calce lupus quemquam, neque dente petit bos. Id. Epiſt. 1, 17, 58 Vir bonus, omne forum quem ſpectat, et omne tribunal Quandocunque deos, vel porco, vel boue placat. Quaerere Virg. Georg. 3, 532. Ouid. Met. 15, 618 Quantum depreſſo ſubiectis bubus aratro. Ouid. ex Ponto 1, 5, 11 Cernis vt in duris (et quid boue firmius?) aruis Fortia taurorum corpora frangat opus? ¶ 4 *Eſt etiam* Bos *piſcis.* Ouid. Halieut. 94 Nam gaudent pelago quales Scombrique bouesque. *Inter nomina apud ſolum* Ouidium *reperta, ponit* Plin. 32 *extr. Add.* Plin. 9, 24 ſ. 40 Et quos bouis, lamiae, aquilae — nominibus Graeci appellant.

BOĀRIVS. Adi. [βοικὸς] *Quod ad bouem pertinet.* Feſtus: Boarium Forum Romae dicebatur, quod ibi venderentur boues. *Huius* Fori Boarii *meminit* Plin. 28, 2. *et* 34, 2. *Ad hoc reſpiciens apud* Propert. 4, 9, 19 *Hercules, boues ſuos a Caco recuperatos alloquitur* Aruaque mugitu ſancite boaria longo, Nobile erit Romae paſcua veſtra forum. Boaria lappa, *Herbae nomen apud* Plin. 26, 11. *vid.* LAPPA.

BOO, āre. *Clamare: et boum eſt proprium, etiam ab ipſa voce; quemadmodum* Baubare, *canum, a Graeco deſcendit* βοάω, *quod et ipſum clamo.* Plaut. Amph. 1, 1, 77 Tela frangunt, boat caelum fremitu virûm. Apul. Flor. 3 p. 357, 35 Tragoedi adeo, ni cotidie proclament, claritudo arteriae obſoleſcit: igitur idemtidem boando purgant ...um.

BOANS, antis. *vt*, Ouid. de Arte Am. 3, 450 Redde meum, toto voce boante foro.

BOO, ĕre. [βοάομαι] *Idem.* Pacuuius Medea, Clamore et ſonitu colles reſonantes boant. Varro Parmenone, Exeunt citi, ſtrepunt, boant Nonius 2, 80. *Antiquum eſt et inuſitatum.*

BOVO, āre, [βοΐζω] *dicuntur boues, quum vocem emittunt.* Varr. de L. L. 6, 5 p. 81, 37 A boue *ſumtum ait illud* Ennii clamore bouantes.

BOVATIM, *vel* BOATIM. Adu. *ad ſimilitudinem bouis.* Nigid. Figulus *apud* Non. 1, 190 Sunt etiam aſſimilanter dicta haec, Canatim, Suatim, Bouatim, quae ab animalibus ſumuntur.

BOĀTVS, ûs. m. Apul. Mileſ. 3 p. 130 Praeconis amplo boatu citatus accuſator.

BŎVĬCIDIVM, i. n. *Caedes bouis, vel boum, a Bos et Caedo.* Solin. cap. 2 Inter ritus ſacrorum factis bouicidiis.

BŎVĪLE, is. n. *ſtabulum boum, vt* ouile, equile, *vt*, Ceruus ſe bouili (*Burm.* Bubili) condidit Phaedr. 2, 8, 4. *Vid. mox* BVBILE.

BOVILLVS. Adi. [βοικὸς] *a* Boue: Oct. Hor. 1, 7 Bouillae carnis iure facile curatur. *Vulgo* Bubalae. Bouilla, βοοστασία Gloſſ. *Forte melius* Bouile.

BOVĪNVS, a, um. Theodor. Med. Antiq. de Diaeta cap. 15.

BOVĪNOR, āri. *proprie eſſe putat Scaliger, Bouis ſtrigantis in arando; per metaph. de Homine tergiuerſante dici. Sed* Bouinatur, conuiciatur. Feſtus.

BOVINATOR, ōris. m. Nonio 2, 84 *eſt idem,* qui Malitioſus et tergiuerſator dicitur. *Laudat* Lucil. lib. 11 Hic 'ſt tricoſus, Bouinatorque ore improbus duro. *Sic nempe legi optime videtur hic et* Gell. 11, 7 *vbi aliquis antiquorum verborum affectator*, Quum aduerſarius cauſam differri poſtularet, Rogo, Praetor, inquit, ſubueni, ſuccurre, quoniam vsque nos bouinator hic demoratur. Atque id voce magna ter quaterque inclamauit, Bouinator eſt. Commurmuratio fieri coepta eſt a plerisque, qui aderant, quaſi monſtrum verbi admirantibus. At ille iactans et geſtiens. Non enim Lucillium, inquit, legiſtis, qui tergiuerſatorem Bouinatorem dixit. Eſt autem in Lucillii vndecimo verſus hic, Eſt tricoſus, bouinatorque ore improbus duro. *Conſiderranti varietatem lectionis nihil melius videtur, quam* Hic 'ſt tricoſus. *Sic* ſtrigoſus *Scaligero placuiſſe,* Bouinatoris *etymologia declarat.* In





Gloſſ. Iſid. Bouinator, inconſtans. Gl. Philox. Bouinatores, θορυβοποιοὶ, θρύλλον ποιοῦντες ἢ ταραχήν.

BVBĂLVS, i. m. [βούβαλος] a Boue dicitur: Plin. 8, 15 Germania gignit inſignia boum ferorum genera, iubatos biſontes, excellentique vi et velocitate vros, quibus imperitum vulgus bubalorum nomen imponit, cum id (*animal, puto, Bubalum*) gignat Africa, vituli potius ceruique quadam ſimilitudine. Martial. 1, 23 Illi ceſſit atrox bubalus, atque biſon. *Vulgus Italorum vocat* Bufalum, *nec abeunt aliae linguae.*

BVBALĪNVS, a, um, *vt*, Laridum bubalinum Vopiſc. in Probo 4. Vlp. 34 ff. t. 2 l. 25 §. 3 Bubalina *ſunt qui legant, et Stragula, a Iureconſulto dicta volunt, quae equis inſterni ſolerent, ex pellibus bubalinis: vt* Thoracem bubalinum *dicere et habere ſolent hodie. Sed Gothofr. ſic legit*, Stragulas et Babylonica, quae equis inſterni ſolent, non puto veſtis eſſe.

BVBĀLIS, e. *Idem. vt*, Bubale fruſtum Petron. cap. 35. *i. de boue.*

BVBALION, i. n. Cucumis ſiluaticus Apul. de Herb. 113.

BVBETII, Plinio 18, 3 *memorati his verbis*, Ludos boum cauſa celebrantes Bubetios vocabant.

BVBĪLE, is. n. [βουσταθμον, βουστασία] *Locus vbi boues morantur.* Plaut. Perſ. 2, 5, 18 Enim metuo, ne poſſim in bubile reiicere, ne vagentur. *Quaedam exemplaria et ipſa Gronouiana, hic legunt* Bubilem *m. gen.* Columel. 1, 6 Domitis armentis duplicia bubilia ſint, hiberna, atque aeſtiua. Cato 4 Bubilia bona, beneque aedificata, bonas praeſepes, faliſcas habeant clatratas. Varr. de L. L. 7, 30 p. 94, 34 Cum dicatur, vt ab oue et a ſue, Ouile et Suile, ſic a boue dicitur Bubile non Bouile. Id. 8, 35 p. 120, 27 Neque vt ab Oue Ouilia, ſic a Boue Bouilia. Bubile *igitur ſolum probat, eoque vtitur* de R. R. 1, 13, 1. *Quare emendandus videtur* Chariſ. 1 p. 81 Bouile vetat dici Varro ad Ciceronem lib. octauo (*quin VII non VIII*) et ipſe ſemper *bouile* (*leg.* Bubile) dicit. Sed et Cato de abrogandis legibus *Bouile* dixit. *Quid ſi hic etiam* Bubile *ordinarium dicamus et contractum;* Bouile *ſyncopatum, ſi quando prima correpta opus ſit?*

BVBŌNA, ae. f. *Dea boum apud antiquos eſſe dicitur* Auguſt. de Ciu. Dei 6, 9.

BVBSEQVA, ae. m. *Idem qui Bubulcus.* Sidon. Epiſt. 1, 6. Apul. Met. 8 p. 138. *Scribitur et* Bobſequa, *v. g.* de Deo Socr. p. 44, 29 Velut paſtor, vel equiſo, vel bobſequa, ceu balantium vel hinnientium vel mugentium greges interuiſat. *Sed* Met. 8 *pr.* Equiſones, opilionesque et bubſequae. *Et* Florid. 1 p. 341, 20 Virgilianus Opilio ſeu bubſequa.

BVBVLCVS, i. m. [βουκόλος, βούτης] *Qui vel bobus arat, vel boves fundi aratorios paſcit.* Cic. de Diuin. 2, 50 c. 27 Eius aſpectu quum obſtupuiſſet bubulcus, clamoremque *etc. de arante ſermo eſt.* Iuuen. Sat. 11, 151 Paſtoris duri eſt hic filius, ille bubulci. Ouid. ex Pont. 4, 7, 10 Ipſe vides onerata ferox vt ducat Iazyx Per medias Iſtri plauſtra bubulcus aquas. Ouid. Triſt. 3, 12, 30 Stridula Sauromates plauſtra bubulcus agit. Virg. Ecl. 10, 19 — tardi venêre bubulci. *Conf.* Columel. 1, 6 et 9. *et* Plin. 18, 3.

BVBVLCĀRIVS, i. m. *Idem.* Gloſſ. Gr. Lat. βοώτης bubulcarius.

BVBVLCĪTOR, āri. [βουκολέω] *Bubulci officium facere.* Plaut. Moſtel. 1, 1, 50 Decet me amare, et te bubulcitarier. Nonius 2, 85 *et hoc et Varronis exemplum citat actiue. Sed* Apuleius Flor. 1 p. 343 Eſt apud illos gens, quae nihil amplius quam bubulcitare nouêre. *Ita legunt Elmenhorſt. et Iul. Flor.*

BVBVLĀRIVS, i. m. *Qui offam bubulam parabat Macellarii aut Lanionis genus.* Hieron. in teſtam. Grun. Porc. Bubulariis inteſtina. *Nempe*

BVBŬLVS. Adi. [βοϊκὸς] *Idem ſignificat, quod Bouinus, quod eſt bovis. Vt*, Plin. 28, 13 Stomachum exulceratum lactis aſinini potus reficit: item bubuli. Sic Bubulum pecus Varro de R. R. 2, 1, 13. Ad capita bubula Suet. Aug. c. 5 *locus in Vrbe ſic appellatus.* Caro bubula Plin. 23, 7. Caſeus bubulus Suet. Aug. 76. Corium bubulum Plaut. Poen. 1, 1, 11. Cottabi bubuli Plaut. Trin. 4, 3, 4. *i. plagae lororum. Sic* Monumentum bubulum *ioco dixit* Stich. 1, 2, 6 Vos monumentis commonefaciam bubulis. Femur bubulum *herbae nomen* Plin. 27, 9 ſ. 56. Bubula, *abſolute: et ſubauditur Caro.* Plaut. Aul. 2, 8, 4 Agninam caram, caram bubulam. *Conf.* Apic. 8, 5. *Sic* Ius bubulae Scribon. 188. Ius ex bubula factum 189.

BVBVLINVS. *Idem.* Bubulina vrina Veg. Mulom. 3, 4, 29. Bubulinum ſeuum Id. 3, 4, 8.

BVCERAS *herba, vid. infra ſ. l.*

BVCERIAE, [βουκέριος] *Boum greges* Lucret. 2, 660 Lanigerae pecudes, et equorum duellica proles, Buceriaeque greges. Nonius 2, 94 Boum greges *interpretatur: nempe* Greges *feminino genere dixit Poëta.* Bucerius *idem eſt quod* Bucerus. *Laudat etiam* Seru. ad Georg. 3, 287.

BV̄CĔRVS, a, um. Adi. [βούκερως] *Vt*, Ouid. Met. 6, 395 Armentaque bucera pauit. *i. Boues ipſos cornutos,* βου *namque particula eſt intenſiua,* κέρας *autem dicitur cornu.* Pecus bucerum de bubus dicimus. Feſtus. Lucret. 6, 1240 Lanigeraeque ſimul pecudes, et bucera ſaecla. *h. e. Boues.*

BVCAEDA, *vel* BVCIDA, ae. m. *Qui caeditur loris bubulis.* Plaut. Moſt. 4, 2, 1 Illi bucaedae erunt potius, quam ego ſim reſtio.

BV̄CĒTVM, i. n. *vel* pl. BVCETA, *it.* BVCITA, *Boum paſcua.* Gell. 11, 1 Buceta in ea terra gigni, paſcique ſolita ſint complurima, *vbi paſci paſſiue ſumitur, vt depaſci. Scaliger append. coniect. ad* Varron. p. 185 *locum* Varronis de L. L. 4, 34 p. 39, 23 *ſic conſtituit*, Quod ea pecus in bucita tum antiquum oppidum exigebat. Antiquum oppidum, *Roma illa vetus quadrata: vtiturque hoc ipſo loco Gellii, quem laudauimus, et Sidonii, quem ſtatim dabimus. Sed et* Lucan. 9, 185 — calidi lucent buceta Matini. *Al. hic leg.* Buxeta. *Sed magno conſenſu recentes editores eam tuentur ex MSS. Cortius, Oudend. Burmannus.* Sidon. Epiſt. 2, 2 Tintinnabulati greges per depaſta buceta reboantes. Bucita, Paſcua vbi boues cientur. Iſidor. Gloſſ. *cui tamen etymologiae modulus ſecundae ſyllabae reclamat, a Lucano, vt vidimus, productae. Quin etum videtur collectiua terminatio, vt in* arboretum, roſetum, formicetum *etc.*

BV̄CŎLĬCVS. Adi. [βουκολικὸς] *vt*, Carmen bucolicum, dictum a cuſtodia boum, id eſt ἀπὸ τῶν βουκόλων. praecipua enim ſunt animalia apud ruſticos boues. *Haec* Seruius pr. Comm. in Bucolica. *Conf.* Iſidor. 1, 38. *et Voſſ. Poët. Inſt.* 3 p. 78. Caeſura Bucolica *haec enim eſt* Bucolicae Tome, vbi poſt quatuor pedes (*in hexametro carmine*) non aliquid remanet. Beda de metris p. 2369. Modis buco-

bucolicis luſerat iuuenis Virgilius Ouid. Triſt. 2, 538. Poëma bucolicon Columel. 7, 12. ¶ 2 Bucolici Milites *memorantur a* Capitolino in M. Antonin. 21 *et* Vulcat. Gall. in Auid. Caſſ. 6 *dicti praedones Aegyptiaci a vulgari appellatione eius loci, quem inſederant, qui* Bucolia *dictus eſt. Laudat Caſaubonus de ea* Bucoliorum *appellatione Heliodorum in Aethiop. et* Hieron. in vita Hilarionis eremitae, Qui cum reuertiſſet, cupienti rurſum ad Aegyptum nauigare, *h. e.* ad ea loca, quae vocantur BVCOLIA, quod nullus ibi Chriſtianorum eſſet, ſed barbara tantum et ferox natio. ¶ 3 Bucolicon, *Species panacis herbae, quae panax agreſtis dici poteſt ; de qua ſic* Plin. 25, 4 Id quod e Macedonia affertur, bucolicon vocant, armentariis ſponte erumpentem ſuccum excipientibus : hoc celerrime euaneſcit.

BVCVLA, ae. f. [βοΐδιον] Dimin. Virg. Georg. 1, 376 — aut bucula caelum Suſpiciens patulis captauit naribus auras. Plin. 34, 8 Myronem Eleutheris natum, et ipſum Ageladis diſcipulum, bucula maxime nobilitauit. *etc. Et* Cic. Verr. 4, 135 c. 60 Aut ex aere Myronis buculam ? Errans bucula Virg. Georg. 4, 11. Perdita bucula Virg. Ecl. 8, 86. *i. Amore conſumta.* Seruius. *Add.* Arnob. 7 p. 224. Seren. 7, 5.

BVCVLVS, i. m. [βοϊδάριον] Columel. 6, 2, 4 Quum deinde buculos comprehenderis, extra ſtabulum producito, *i. Nouellos boves et tirunculos.*

BOSCIS, ïdis. f. *Volucris, quae* clauſa paſcitur, et ſtagna ac paludes rimatur, vt anas, querquedula *etc.* Columel. 8, 15, 1. Βοσκὰς *nota Ariſtoteli ; de* Boſcide *nihil dum praeterea obſeruatum.*

BOSPHORVS, i. m. *ſeu rectius* BOSPORVS. [Βόσποϱος] *Mare anguſtum ſignificat : dictus a bouis meabili tranſitu, propter anguſtiam freti. Duo autem* boſpori *ſunt : alter iuxta Byzantium, qui* Boſporus Thracius *dicitur : alter* Cimmerius, *in introitu Maeotidos paludis : de quo* Ouid. Triſt. 3, 4, 49 Boſporos, et Tanaïs ſuperat, Scythiaeque paludes. *Vtrumque iungit* Varro R. R. 2, 1, 8 Nominauerunt a pecore — Boſphorum vnum Thracium, alterum Cimmerium. *Add.* Plin. 4, 12. *Conf.* Curt. 6, 2, 13. Hor. Carm. 2, 20, 14 Viſam gementis litora Boſpori, *i. Perſtrepentis et ſonantis.* Inſaniens Boſporus Hor. Carm. 3, 4, 30. Perhorreſcere Boſporum Id. Carm. 2, 3, 14.

BOSPORANVS, a, um. Adi. [Βοσποϱανὸς] *vt*, Mithridates Bóſporanus *rex* Tacit. Ann. 12, 15, 1. Cic. pro Lege Manil. 9 c. 6 Cum Boſporanis finitimis ſuis bellum inferre ſimulaſſet. *Conf.* Sext. Ruf. cap. 16.

BOSPORIVS, *aliud* Adi. [Βοσπόϱιος] *vt*, Ouid. Triſt. 2, 298 Egerit Ionio, Boſporioque mari.

BOSTAR, *Vates Poenus* Sil. Ital. 3, 647

Interea voces Iouis, atque oracula portans
Emenſis aderat Garamantum laetus arenis
Boſtar, et vt viſo ſtimulabat corda tonante.

¶ 2 Boſtar, locus vbi ſtant boues Iſid. Gloſſ.

BOSTRYCHITES, ae. m. Gemma crinibus mulierum ſimilis Plin. 37, 10. Marc. Empir. c. 8. *Nempe* βόστϱυξ *et* βόστϱυχος, *eſt capillus, caeſaries, plexi mulierum aut longiores virorum crines. Hinc*

BOSTRYCHVS. Adi. Firmicus 4, 12 Spiſſis capillis, aut molliter flexis, vel gradata pulchritudinis venuſtate compoſitis : criſpos quoque, aut crinibus boſtrychis comatos, *etc.*

## B O T

BOTANE, es. f. [βοτάνη] *Herba eſt, vt* Hiera Botane Scribon. Comp. 163. *Ipſe* Plin. 25, 9 ſ. 59 Nulla (*herba*) Romanae nobilitatis plus habet, quam Hiera Botane. Aliqui Periſtereona, noſtri verbenacam vocant. *Vid.* VERBENA *et* VERBENACA. *Hinc*

BOTANICE, es. f. [βοτανικὴ] *Ars herbaria vulgo dicitur : et*

BOTANICVM, i. n. Herbarium dicitur, quod ibi herbae notentur Iſidor. 4, 11.

BOTANISMVS. [βοτάνισμος] *Aegyptiorum arandi modus, de quo ſic* Plin. 18, 18 ſ. 47 *vbi quid antiquitus inter arandum factitatum eſſet, proſequutus eſt :* Nunc quoque, *inquit*, non multo grauiora (*al.* grauiore) opera, ſed tamen inarari certum eſt abiecta prius ſemina in limo digreſſi amnis, hoc eſt Nouembri menſe incipiente : poſtea pauci runcant, quod Botaniſmon vocant.

BOTELLVS, *vid.* BOTVLVS.

BOTHYNVS, i. m. *Cometa vel Meteoron potius, figuram foueae habens* Apul. de Mundo p. 58 et 64.

BOTONES, um, *et* BOTONTINI, orum. *Tumores aggeſta terra excitati. Vid.* Auct. Rei Agr. p. 225. 306 *etc. Conf.* Rigalt. Gloſſ. Agr. p. 294.

BOTRONATVM, i. n. *Ornamentum muliebre ap.* Tertull. de Cultu fem. c. 10. *a Deo reprehenſum* Eſa. 3. *idem quod* Corymbus *vel* Corymbium. *Compoſitio crinium figuram* racemi, *id enim eſt* botrys, *referens. Vid.* Salmaſ. *ad* Trebell. Claud. c. 17 p. 399. Hack. *et ad Solin.* p. 536, b. G.

BOTRVS, i. m. *Vua, racemus :* a Graeco βότϱυς, Vulg. Interpr. Mich. 7, 1. *vid.* BOTRYS.

BOTRVOSVS, a, um. *racemoſus.* Apul. de Herb. cap. 67 Botruoſum ſemen.

BOTRYON, ōnis. m. [Βοτϱύων] *Idem quod* Botrus, *i. vua.* Pallad. Febr. 33 Botryones varii vt naſcantur. *Et* Sept. 17 Botryonum tenaces. *Et* Nou. 12, 1 Botryonibus illaeſis. Martial. 11, 28. Nec dignam toto ſe botryone putat. *Racemum vuae paſſae licet intelligere. De* ouis ſepiarum *malunt accipere Scriuer. et Farnab.* Botryon, *Medicamentum* Plin. 28, 4 Aeſchines Athenienſis excrementorum cinere anginis medebatur et tonſillis, vuisque et carcinomatis. Hoc medicamentum vocabat botryon.

BOTRYS. [βότϱυς *Dioſc.* 5, 67] *Herbae nomen, de quo* Plin. 25, 7 ſ. 36 *vbi de* Artemiſia, Sunt, qui in mediterraneis eodem nomine appellent ſimplici caule, minimis foliis, floris copioſi, erumpentis cum vua matureſcit, odore non iniucundo, quam quidam Botryn, alii Ambroſiam vocant. Talis in Cappadocia naſcitur. *Eadem fere refert* 27, 4 ſ. 11. *Et* 27, 8 ſ. 31 Botrys fruticoſa herba eſt, luteis ramulis. Semen circa toros naſcitur : folia cichorio ſimilia — Hoc Cappadoces Ambroſiam vocant, alii Artemiſiam.

BOTRYITES. [βοτϱυΐτης] *Gemma.* Plin. 37, 10 ſ. 55 Botryites alia nigra eſt, alia pinea, incipienti vuae ſimilis.

BOTRYITIS, ïdis. f. [Βοτϱυτὶς] *Cadmiae ſpecies, quae teſtitudini aerariarum fabricarum vuae modo adhaeret, vnde et nomen habet. vid.* Plin. 34, 10 ſ. 22. Botryitidos Cadmiae Scribon. 24. Cadmeae botryitis 220. *Eſt etiam c.* 4.

BOTRYODES Cadmia, *eadem quae* Botryitis. *Sic de ſententia Cl. Morgagni dedimus* Veg. Mulom. 4, 11, 1.

BOTVLVS, *ſiue* BOTELLVS. [φύσκος Vet. Gloſſ.] *Farciminis genus e carne ſuilla.* Feſtus : Botulus, Genus farciminis, propter connexionem, a Bolis ſic appellatur. Martial. 14, 72 Qui venit botulus medio tibi tempore brumae, Saturni ſeptem venerat ante dies. *Conf.* Gell. 16, 7 Laberius — in mimo, qui Saturnalia inſcriptus eſt, botulum pro farcimine appellat. Apicius 2, 5 Botulum ſic facies, ex oui vitellis coctis, nucleis pineis conciſis. Cepam addes, porrum conciſum, tus crudum. Miſcebis piper minutum, et ſic inteſtinum farcies. Adiicies liquamen et vinum, ſicque coquas. Petron. 49 Ex plagis porci, ponderis inclinatione creſcentibus, tomacula cum botulis effuſa ſunt. *Sanguine etiam impletus fuiſſe, docet* Tertull. Apol. 9 Inter tentamenta Chriſtianorum botulos etiam cruore diſtentos admouetis. *Nempe quod ſanguine abſtinerent Chriſtiani.* Id. contra Pſychicos ſ. de ieiun. c. 1 Interiores botulos Pſychicorum *vocat inteſtina cibis luxurioſis farta*, exteriores *autem diſtenta libidine veretra.*

BOTELLVS. Dimin. Martial. 5, 79 Et pultem niueam premens botellus. *In fumo ſuſpenſum ita deſcribit* Sidon. Epiſt. 8, 11 *in hendecaſyllabis*, Propter fumificas gemam culinas, Qua ſerpylliferis olet catenis (*vid.* CARNARIVM) Baccas per geminas ruber botellus. *Hic non de ſanguineo botulo, ſed carnibus farto ſermonem eſſe, et* botellis ſanguine fartis *interdictum Chriſtianis, oſtendit Sauaro.*

BOTVLARIVS *confector venditorque Botulorum* Sen. ep. 56.

## B O V

BOVA, Vas vinarium longum, turgidum et amplum, bouaeque ſerpenti ſimile. Lucilius, Aes defraudaſſe cauponem, bouam lute obleuiſſe, tum portitores terram duxe. *Explicatur et in antiquo lexico* Boua, νόσος βοῶν. *Turnebus, neſcio vnde. Vid.* BOA.

BOVARE, BOVATIM, BOVICIDIVM, BOVILE, BOVILLVS. *Vid.* BOS.

BOVVS, non niſi ſingularem numerum capit. Nam pluralem nemo dixit. *Haec* Chariſ. l. 1 p. 58. *neque quidquam aliud conſtat.*

BOX, bōcis. [βὸξ, βόηξ, βόαξ] *Genus piſcis marini, a boando vt putatur, dictum, cuius meminit* Plin. 32 cap. vlt. Feſto *dicitur* Bota

## B R A

BRABEVTES, ae. m. [βϱαβευτὴς] *Diſpenſator, praefectus gymnicis agonibus :* Deſignator *Latine dicitur. Vid.* Vlp. l. Athlet. Suet. Neron. 53 Nec aliter certamina gymnica Graecia tota ſpectauerat quam brabeutarum more, in ſtadio humi aſſidens. *Res Graeca. R... ſpondet Latinorum* DESIGNATOR.

BRĂBĪVM, *ſeu* BRĂBĒVM, i. n. [βϱαβεῖον] *Victoriae praemium in ludis Gymnicis.* Tertull. ad Mart. 3 Bonum agonem ſubituri eſtis, in quo — brabium angelicae ſubſtantiae politia in caelis, gloria ſaecula ſaeculorum. Prudent. Hymn. Periſt. 5, 538 Solus brabei d... plicis Palmam tuliſti. *Et* Vulg. Int. 1 Cor. 9, 24.

BRABYLA, ae. f. [βϱάβυλα] *Herba, de qua* Plin. 27, 8 Braby... ſpiſſandi vim habet, cotonei mali modo, nec amplius de ea tradu... auctores. *Alii neutrum plurale putant. Certe* Βϱάβυλα *apud Graec... eſſe pruna Damaſcena volunt.*

BRACA, *vel* BRACCA, (BRACHA *plane vitioſum : vid.* Grae... *in* BRACCATVS) ae. [βϱάκκα, ἀναξυϱὶς, πεϱισκελῆ] *Veſtis flux... qua vtebantur frigidioris plagae homines, ad tegenda femora in prim... comparata, interdum tamen ita prolixa, vt totum paene corpus tegeret Vid. mox* BRACCATVS, *ex* Mela 2, 1. *Ad femora proprie pertin... tum vſus, quem ſtatim indicabimus, declarat, tum illud, quod* Br... *Anglis hodie partem, qua ſedetur, notat, et quod* britſchen *German... nates pulſare etc. Iam auctoritates ponemus.* Braccis *vſos fuiſſe* Beſſ... *docet* Ouid. Triſt. 3, 10, 19 Pellibus et ſutis arcent mala frigora bracci... *De Getis ac Sarmatis Ponti accolis* Idem Triſt. 5, 7, 49 Pellibus et lax... arcent male frigora braccis. *Ac de Tomitanis, qui ſe Graecos colon... dicebant* Triſt. 5, 10, 34 Hos quoque, qui geniti Graia creduntur ... vrbe Pro patrio cultu Perſica bracca tegit. *Nempe hae ſunt Perſar...* Ἀναξυϱίδες. *De Armenis* Iuuenal. 2, 169. *Gallis ita propria fuit, inde* Braccata Gallia *diceretur.* Sueton. Caeſ. 80 Iidem in curia Ga... braccas depoſuerunt, latum clauum ſumſerunt. *De Iudaeis.* Hiero... in Epiſt. ad Fabiolam, De veſte ſacerdotali : et Ambroſ. lib. 1, ... Officiis, Braccas *ille appellat* Feminalia, *Ebr.* מכנסי Gr. πεϱισκελ... *quibus pudibunda velantur. De Sarmatis et quibusdam Germanis* Luca... 1, 430 Et qui te laxis imitantur, Sarmata, braccis, Vangiones. Sa... maticae braccae *etiam ſunt* Valer. Argon. 5, 424. Arcad. et Hono... l. 3 C. Theod. de habitu, quo vti op. intra vrbem, Vſum bracharum intra vrbem venerabilem nemini liceat vſurpare. *Reliquiae priſtae ſ... veritatis.* Tacit. Hiſt. 2, 20 *de Caecina*, Ornatum ipſius municipi et coloniae in ſuperbiam trahebant, quod verſicolore ſagulo, bracca barbarum tegmen indutus togatos alloqueretur. *Vid. Caſaubon.* ... Sueton. Aug. 82. *et Salmaſ.*

BRACCARIVS, i. m. Braccarum *confector. Apud* Lamprid. in Alex. 24. *Alexander imperator vectigal inſtituit* braccariorum, lin... teonum, et pellionum.

BRACCĀTVS, *ſiue* BRACATVS. Adi. *Bracca indutus.* Cic. pro Font. 23 c. 11 Sic exiſtimatis eos hîc ſagatos, braccatosque verſa... animo demiſſo atque humili, vt, *etc. De Gallis.* Brachatus, *q... editur, damnat Graeuius, et* Bracas *etiam* Braccis *praefert.* Mela ... *de Satarchis* (*al.* Sarmatis) Ob ſaeua hiemis admodum aſſiduae merſis in humum ſedibus, ſpecus aut ſuffoſſa habitent, totum br... corpus, et niſi qua vident, etiam ora veſtiri. *Tales nuper dep... lucem reduxit Ern. Ioachim. de Weſtphalen in Monum. ined. rer. Germ...* Miles braccatus Propert. 3, 3, 17. Plin. 3, 4 Narbonenſis prouin... appellatur pars Galliarum, quae interno mari alluitur, Braccata an... dicta, amne Varo ab Italia diſcreta, Alpiumque vel ſaluberrimis R... mano imperio iugis. *Conſtat autem et monet* Alcuinus de diuin. of... ciis, Braccatam *dictam eſſe a veſtium habitu, quum reliqua a nutrien... capilli ſtudio* Comata *diceretur. Conſtat enim ex* Ann. Taciti 11, 23, Comatam a Narbonenſi *aliam eſſe. Vid.* Plin. 4, 17. *et* Melam 5. *et* 2, 1.

BRACE, *vid.* BRANCE.

BRACHIVM, i. n. [βϱαχίων] *Vel totum illud nobiliſſim... corporis noſtri inſtrumentum notat, vel eam partem, quae inter* cubit... et manum *proprie dictam interpoſita eſt. Hoc docet enumeratio iſta p... ſtium.* Laudat digitosque, manusque, Brachiaque, et nudos me... pl

ɔlus parte lacertos Ouid. Met. 1, 500. *Item iſta,* Brachia tum porro ɔalidis exapta lacertis Eſſe, manusque datas vtraque a parte miniſtras ucret. 4, 827. *Conf.* LACERTVS. *Pro tota plerumque ſumitur parte ıb humeris ad digitos excurrente, idque vel proprie, vel translate.* Virg. Aen. 5, 364 — et euinctis attollit brachia palmis. *Hoc ſenſu* Bra- chium deducitur *de* Feſti *ſententia,* a *βραχὺ,* quod eſt breue, eo, quod ıb humeris ad manus breuiora ſint, quam a coxis plantae: *illud puto, ndicat, breuius eſſe interuallum inter humerum et manum, quam inter oxam et plantam.* Leui brachio agere aliquid Cic. Att. 4, 16. *i. non erio, remiſſe.* *Sic* Idem Att. 2, 1 Quod me quodam modo molli bra- chio de Pompeii familiaritate obiurgas, nolim ita exiſtimes, *etc.* ❡ 2 *Transfertur per Analogiam ad plura.* Plin. 9, 29 *de nautilo,* Poſtea duo prima brachia retorquens, membranam inter illa mirae enuitatis extendit. Qua velificante in aura caeteris ſubremigans bra- chiis media cauda, vt gubernaculo ſe regit. Brachia in machinis Vi- ruu. 1, 1. *et* 10, 15. *In munitionibus brachium eſt foſſa, agger, opus ranſuerſum, vel ad excludendum hoſtem, vel ad obtinendum liberum cum bſeſſis commeatum etc.* Liu. 4, 9 Opus adeo approperatum eſt, vt ſole orto Volſci ſe firmiore munimento ab Romanis circumuallatos, quam ı ſe vrbem viderent. Et alia parte conſul muro Ardeae brachium niunxerat, qua ex oppido ſui commeare poſſent. Liu. 22, 52 Anni- al ad minora caſtra ducit oppugnanda, et omnium primum Brachio bіecto flumine eos excludit. *Vſus eſt aliquoties hoc munitionis genere* Caeſar, *vt* B. Alex. 30, 3. Afr. 51, 2. Hiſp. 13, 1. *Add.* Lucan. 3, 385. Curt. 6, 4, 16. Rutil. Itin. 1, 335. *Sed* Liu. 44, 35 Deuexum in mare rachium *aggeſtam a natura humum notare videtur.* *Talia* Brachia por- uum Sueton. Claud. 20. *vid.* n. 5 Porrecta. Brachia montium Plin. , 27. Per octo brachia exiens effluit Ineditus Geographus Salmaſii, *e Nilo ad Solin. p. 339 extr.* Brachia *in vitibus ſunt rami, vt* fla- ella, palmites, duramenta Cato R. R. 95, 3 Hoc vitem circum caput t ſub brachia vnguito. *Claſſici velut loci ſunt* Colum. 4, 24. *et* 5, 5, *bi ſaepe recurrit hoc nomen, et ramos velut principes denotat, in quos itis diuidenda eſt.* *De* Aeſculo Virgil. Georg. 296. *De* vitibus Ibid. 68. *vid.* n. 4 Abrupta, Annoſa *etc.* *it.* n. 5 *pluſcula.* ❡ 3 *am Actiones et partes* Brachii *aliquot dabimus.* Cic. in Orat. 59 c. 18 Brachii proiectione in contentionibus, contractione in remiſſis ſe mo- erans. Auct. ad Heren. 3, 27 Sin contentio fiet per diſtributionem eleri porrectione brachii, inambulatione, pedis dextri rara ſupplo- ione acri et defixo aſpectu vti oportet. Brachii moderata proiectio *ti deceat, vid.* Quinctil. 11, 3, 84. Venae brachiorum Tacit. Ann. 5, 63. ❡ 4 *Epitheta:* Abrupta brachia Pindi, *i. Arbores n monte Pindo* Claud. Paneg. 3. Ouid. Met. 9, 52 *de Hercule, cum Acheloo luctante,* Exuit amplexus, Adductaque brachia ſoluit. Alter- a brachia iactare Virgil. Aen. 5, 376. Annoſa brachia arboris Id. Aen. 6, 282. Claud. Epig. 36, 4 *in portus deſcriptione,* Ardua tran- quillo curuantur brachia portu. Cerea brachia Horat. Carm. 1, 13, . *i. Mollia, flexilia.* Candida Stat. Silu. 3, 5, 66. Captantia col- um Ouid. Met. 3, 428. Captiua Sen. Herc. Oet. 109. Auctor ad Herenn. 3, 27 Sin contendemus per continuationem, brachio celeri, nobili vultu, acri aſpectu vtemur. Concaua Cancri Ouid. Met. 10, 27. Conſumta ferro Stat. Theb. 10, 165. Curua Idem 6, 850. *ed rectius al.* Vara. Defeſſa Sen. Herc. Oet. 1861. Excuſſa Ouid. Met. 5, 596. Ferrea Idem Met. 8, 247. *circini.* Fluentia ſudore d. ibid. 9, 58. Fortia Stat. Achil. 1, 328. Inertia Ouid. Met. 5, 48. Laſſata Iuuen. Sat. 6, 420. Lenta Sen. Octau. 354. Li- era Ouid. Met. 13, 668. Liuentia Idem Met. 6, 279. Liuida Horat. Carm. 1, 8, 11. Mollia Lucret. 4, 791. *vid. h. v.* Nemo- oſa taxus fundit Sil. Ital. 13, 595. Nigra Iuuen. Sat. 13, 45. *de Vul- ano.* Nuda Claudian. de Rapt. Proſerp. 2, 30. Obliqua Ouid. Met. 5, 215. Onerata telis Idem Met. 3, 109. Operoſa Stat. Theb. , 218. Pallentia Ouid. Met. 7, 214. Non profectura brachia, *Proficio* Idem Met. 6, 261. *i. quibus nihil efficere queas.* Recta Quinct. 1, 11, 16. Retorta Hor. Carm. 2, 5, 22. *de vinctis.* Saeua Ouid. Met. 2, 82. Saucia Idem Amor. 1, 14, 18. Sopita Id. Epiſt. 4, 69. *Et* Met. 14, 629 *de Pomona,* Falce modo luxuriem premit, t ſpatiantia paſſim Brachia compeſcit. Subiuncta lacertis Ouid. Met. 4, 304. Temeraria Idem Amor. 1, 7, 3. Vitea Prud. Cath. Hymn. v. 54. ❡ 5 *Verba:* Circumdare brachia collo Ouid. Met. 9, 458. Cic. pro Cael. 11 Nobis quidem olim annus erat vnus d Cohibendum brachium toga conſtitutus, et vt exercitatione ludo- que campeſtri tunicati vteremur. *Modeſti ergo adoleſcentuli erat, non roferre manum vltra togam, quae rotunda proinde* circa *totum corpus pen- eret.* Compeſcere, *de putandis arboribus* Ouid. Met. 14, 630. Con- auare in arcum Ouid. Met. 2, 195. Virg. Georg. 1, 34 Ipſe tibi iam rachia Contrahit ardens Scorpios. Curuare Ouid. Met. 2, 82. Hor. Carm. 3, 9, 2 Nec quisquam potior brachia candidae Ceruici uuenis dabat. Virg. Aen. 3, 535 Gemino Demittunt brachia muro Turriti Scopuli, *in portus deſcriptione.* Demiſſa brachia Quinctil. , 13, 9. Diducere molli motu, *i. ſaltare* Stat. Silu. 3, 5, 66. Di- igere contra torrentem Iuuenal. 4, 89. Virg. Aen. 5, 427 *De pugile,* Brachiaque ad ſuperas interritus extulit auras. Exercere Ouid. Met. 2, 270. Exſoluere ferro Tac. Ann. 15, 63. *i. venas eorum ſecare.* Cic. de Or. 2, 241 Per tuas ſtatuas vero quum dixit, et extento brachio paullulum etiam de eſtu addidit, vehementius riſimus. Stat. Theb. 1, 218 — iam- ridem Cyclopum operoſa fatiſcunt Brachia. Sen. in Med. 807 Tibi nudato pectore Maenas ſacro feriam brachia cultro. Ouid. Epiſt. 19, 60 Brachia nunc humeris humida ferre meis. Hor. Carm. , 4, 50 Fidens iuuentus horrida brachiis. Cic. de Orat. 2, 253 Ex- cuſauit Veſpa Terentius, quod eum brachium fregiſſe diceret. Ouid. Met. 5, 455 — et qua modo Brachia geſſit Crura gerit, *de mutato n ſtellionem puero.* Virg. Aen. 5, 376 — alternaque iactat Bra- chia protendens, et verberat ictibus auras. Iactare in latus Quin- ctil. 4, 12. Implicuit brachia collo materno Ouid. Met. 1, 762. Id. Met. 3, 389 — vt iniiceret ſperato brachia collo. Virg. Aen. 5, 829 — iubet ocius omnes Attolli malos, intendi brachia remis. Stat. Achil. 1, 328 — et fortia laxat Brachia. Lucr. 4, 791 Mollia mobiliter quum alternis brachia mittunt. Ouid. Met. 2, 669 — et brachia mouit in herbas, *in equam mutata* Ocyrhoë. Stat. Achil. 1, 319 — et brachia ludo Nectere, nate graue eſt? Opponere Ouid. Met. 9, 33. Virg. Aen. 6, 282 — annoſaque brachia pandit Vlmus opaca ingens. Ouid. Met. 1, 13 — nec brachia longo Margine terrarum porrexerat Amphitrite. Iuuen. Sat. 12, 76 *de portu Oſtienſi,* Tyrrhenamque Pharon, porrectaque bra- chia rurſus, Quae pelago occurrunt medio, longeque relinquunt Ita- iam. *Vid. mox* Procurrunt. Ouid. Epiſt. 7, 126 Praebueram ſce- leri brachia noſtra tuo, *int. vincienda.* Procurrunt brachia ſinus, *vel portus* Ouid. Met. 11, 230. Sen. Herc. Oet. 1876 Centum populi brachia pulſent, *ad luctum Herculi exprimendum* Virg. Georg. 1, 202 — ſi brachia forte remiſit. *De remigante.* Tendere Ouid. Met. 3, 723. *Etiam de arbore* Virg. Georg. 2, 296 — et brachia ten- dens Huc illuc, media ipſa ingentem ſuſtinet vmbram. Id. Georg. 4, 174 Illi inter ſeſe magna vi brachia Tollunt In numerum. Ouid. Met. 6, 262 Non profectura precando Brachia ſuſtulerat. Virgil. Georg. 2, 368 — tunc ſtringe comas, tunc brachia tonde, *de arboribus.*

BRACHIŎLVM. Dimin. Catul. 62, 181 Mitte brachiolum teres, Praetextate, puellulae. ❡ 2 Brachiola *videntur venae quae- dam in vtroque latere equorum.* Veget. Mulom. 1, 25, 4 Ex venis, quae poſitae ſunt in dextra ac ſiniſtra, vbi brachiola coniunguntur, et flexura fit, cum armus plicatur. Quibus quidem armus eſt in cauſa, de Brachiolis ſanguis mittatur, quae venae poſitae ſunt interius, vbi centuriae, id eſt muſculi brachiolares ſunt. *Add.* 4, 1, 1. 4, 2, 2 *etc.*

BRACHIĀLIS, e. Plaut. Poen. 5, 4, 99 Condamus alter alterum in neruum brachialem, *i. mutuis complexibus nos velut deuinciamus.* Craſſitudo brachialis Plin. 13, 11. Idem 17, 17. Torques brachialis Vopiſc. Aurel. 7. Trebell. in Claudio 14 Annulum bigemmem vn- cialem, brachialem vnum vnciarum ſeptem. *Intelligas igitur* annulum brachialem, *i. armillam, dextrocherium. Caſaubonus malit* Brachiale.

BRACHIALE, is. n. [*βραχιόνιον*] *Ornamentum brachiorum.* Plin. 28, 7 Lais et Salpe, canum rabioſorum morſus, et tertianas, quartanasque febres, menſtruo in lana arietis nigri, argenteo brachi- ali incluſo. Armillas *etiam vocamus.* *Conf.* Plin. 32, 1. *et* 25, 10.

BRACHIĀTVS. Adi. [*βραχιωτὸς*] *In brachia diuiſus, vitium et arborum epitheton.* Columel. 5, 5, 9 Alii capitatas vineas, alii bra- chiatas magis probant. Quibus cordi eſt in brachia vitem componere *etc.* Brachiata arbor Plin. 16, 30.

BRACHIŎLĀRIS, e. *Vt,* Muſculi brachiolares Veget. 1, 25, 5. *vt vidimus modo in* BRACHIOLVM, n. 2.

BRACHIŌNĀRIVM, i. n. Gloſſ. Gr. Lat. *ψελλίον ἀνδρὸς,* bra- chionarium; *eſt itaque Armilla.*

BRACHMĀNAE, arum. m. pl. [*Βραχμάναι*] *Indiae populi, de quibus* Plin. 6, 17 *extr.* Multarum *(in India)* gentium cognomen Brachmanae. ❡ 2 *Philoſophi apud Indos durioris inſtituti, Gymnoſophiſtae,* Tertull. apologet. 42 Neque enim Brachmanae, aut Indorum Gymnoſophiſtae ſumus, ſiluicolae et exules vitae. *Deſcriptio illorum, ſuppreſſo nomine, eſt* Curt. 8, 9, 31 Agreſte et horridum ge- nus eſt, quos ſapientes vocant *etc.* *Reliqua ex Graecis, Strabone, Por- phyrio, Palladio perſequi, alterius eſt inſtitui.* *Conf.* Ammian. Marcell. 28, 1 p. 556.

BRĂCHȲCĂTĂLECTON. [*βραχυκατάληκτον*] *Breuius iuſto in fine carmen, quod, vt eſt apud* Diomedem 3 p. 501 pedem minus habet, quam poſcit pedum diſpoſitio.

BRĂCHȲLŎGIA, ae. f. [*βραχυλογία*] *Breuiloquium dicas.* Quinct. 9, 3, 50 Diſſolutio figura apta, quum quid inſtantius dicimus. Nam et ſingula inculcantur, et quaſi plura fiunt: — non in ſingulis modo verbis, ſed ſententiis etiam: vt Cicero dicit contra concionem Metelli, *Qui indicabantur, eos vocari, cuſtodiri, ad Senatum adduci iuſſi, in Senatu ſunt poſiti.* Et totus hic locus. Hoc genus *βραχυλο- γίαν* vocant, quae poteſt eſſe *Copulata diſſolutio.* *Vtitur nomine Graeco etiam* 9, 3, 99. Idem 8, 3, 82 *Βραχυλογία* pulcherrima, cum plura pau- cis complectimur, quale illud Salluſtii eſt, *Mithridates corpore ingenti, perinde armatus.* Hoc male imitantes ſequitur obſcuritas.

BRACTEA, *vel* BRATTEA, ae. f. [*ἐλασμὸς*] *Eſt Lamina metallica tenuis, et facile plicabilis, vt prae tenuitate etiam a leni motu interdum crepitet.* Virgil. Aen. 6, 209 Talis erat ſpecies auri fronden- tis opaca Ilice, ſic leni crepitabat bractea vento. *Verumtamen ita tenuis nonnunquam bractea eſt, vt crepitare non poſſit, vt illa, ex qua fit auratura et argentatura, quo in genere ſunt* aureae Praeneſtina, *et* Quaeſtoria Plin. 33, 3 ſ. 19. Id. 21, 3 Claudius Pulcher bracteas etiam philyrae dedit, *i. pro* philyra *adhibuit, aut forte philyrae induxit.* Ouid. de Arte Am. 3, 232 Inſpice quam tenuis bractea ligna tegat, *de ſtatuis inauratis.* Mollis ſi bractea gypſum Texerat Prud. adu. Symm. 1, 436. *Hyperbolice* Martial. 9, 62 *de ouibus aurei velleris,* Et linit Heſperium bractea viua pecus. Plin. 37, 7 ſ. 31 Genus Sardae Gem- mae *memorat,* quod argenteis bracteis ſublinitur. Idem 16, 43 ſ. 84 *de tenuiſſimis ligni laminis,* quarum operimento veſtiatur alia materies, vt vna arbor ſaepius veniret *(aliquoties tanto pretio, quanto primum emta fuerat, venderetur)* excogitatae ſunt et ligni bracteae. *Meta- phor.* Solin. praef. 2 Cui *(libro)* ſi animum propius intenderis, velut fermentum *(quid ſi* ferramentum?*)* cognitionis magis ei ineſſe, quam bracteas eloquentiae deprehendes. Symmach. 1, 26 Aërius bracteae fucus *illuſtratur a Iureto.*

BRACTEALIS, *vel* BRATTEALIS, e. Prudent. Hymn. Rom. v. 1025 Setasque fulgor bractealis inficit, *de hoſtia aurata.*

BRACTEAMENTVM, *ſ.* BRACTAMENTVM, i. n. *Sub- tile figmentum.* Vet. Gloſſ. Fulgent. Virgil. Continent. p. 140 Aſcraei fontis bractamento ſaturior, *vbi* Bracteamentum *malle ſe* ait *Munkerus, et ex* gloſſatore ſubtile figmentum *interpretatur.*

BRACTEARIVS, i. m. [*ἐλασμοποιὸς*] *Qui aurum malleis tu- ſum, et in quamuis tenuitatem ductile, vel conficit, vel rebus inaurandis inducit.* Arcadius in l. vlt. D. de iure immun. *Add.* L. 1 Cod. de ex- cuſ. artif. Firmic. quoque *vtitur* 4, 15. *et* 8, 26.

BRACTEĀTOR, ōris. m. *Idem.* Firmic. 8, 16 Quicunque habuerit horoſcopum in XVII parte Scorpii, erit aurifex, inaurator, et bracteator.

BRACTEATVS, a, um. Sidon. Epiſt. 2, 10 Bracteatum lacunar, *i. auratum.* Sen. Epiſt. 115 Bracteata felicitas, *i. fucata, tenui velut bractea obducta.* Bracteatae comae Capella 1 p. 20 *cum* auro tincta caeſarie *ponit Synonymice.* *Metaph.* O mentis aureae dictum bra- cteatum Auſon. Grat. Act. p. 708 *Toll.*

BRACTEŎLA, ae. Dimin. [*ἐλασμίδριον*] Iuuen. Sat. 13, 152 — qui bracteolam de Caſtore ducat. *i. abradat, furetur.* Arnob. 6 p. 205. Prudent. Pſych. 355.

BRAMBARICARII, *ſic vitioſe ſcribuntur in* Not. Dignit. Imp. Barbaricarii *vbi vid. in* BARBARVS.

BRANCA, ae. f. *Idem quod extremus pes, vt* Branca lupi, bran- ca vrſi, *cum* vngula pecoris biſurca *parallelos ponuntur* Vet. Auct. de Limit. Goeſ. p. 310. *Vid. Salmaſ. ad Solin. p. 378. it. 224.*

BRANCE, *ſ.* BRACE. Galliae far eſt. Plin. 18, 7 ſ. 11 Galliae quoque ſuum genus farris dedere: quod illic Brance vocant, *(Hard.*

Bracem) apud nos Sandalum, (*Hard.* Sandalam) nitidiſſimi grani. Et alia differentia eſt, quod fere quaternis libris plus reddit panis, quam far aliud. *Haec ille.*

BRANCHIAE, arum. f. [βραγχίαι] *dicuntur in piſcibus, ſecundum ceruicem follium more hiantes partes, quibus aquam velut anhelitu reddere, ac per vices recipere exiſtimantur.* Plin. 9, 7 Branchiae non ſunt balaenis nec delphinis. Haec duo genera fiſtulis ſpirant, quae ad pulmonem pertinent. *Et* c. 18 ſ. 33 Piſcium alii branchias multiplices habent, alii ſimplices, alii duplices. His aquam acceptam ore remittunt. Ambroſ. in Hexaëm. . . . Piſces branchias habent, quas nunc colligunt et plicant, nunc explicant et aperiunt; in hac ergo collectione et apertione dum ſuſcipitur aqua, et transmittitur ac penetrat, reſpirationis munus videntur implere. Vtitur in ſingulari numero Vulg. Interp. Tob. 6, 4.

BRANCHVS. *Filius Apollinis, vates nobilis, cuius miram hiſtoriam ex* Varronis diuinar. rer. libris *narrat* Lutat. ad Stat. Theb. 8, 198. *Add. Idem Scholiaſtes* ad Theb. 3, 479. *vbi* Patrio aequalis honori Branchus *dicitur, vt* 8, 198 Intonſi penetralia Branchi *memorantur, i. oraculum Graecis celebratum. Quod*

BRANCHIDAE, *illius ſucceſſores tenuerunt, de quo* Mela 1, 17 *pr.* Oraculum Apollinis dictum olim Branchidae, nunc Didymei, *vbi vtrumque* Apollinis *epitheton eſſe vult Iſ. Voſſius, qui et* Branchides *et* Didimeus Διδυμεὺς *dictus ſit. Sed* Plin. 5, 29 ſ. 30 Oraculum Branchidarum appellatum, nunc Didimaei Apollinis. *Caeterum in Ionia vterque collocat.* Oraculi Branchidarum etiam *mentio* Amm. Marcell. 29, 1 p. 602.

BRANCHVS, *vel* BRANCHOS. [βράγχος] *Raucedo.* Iſid. 4, 7 Branchos eſt praeſocatio faucium a frigido humore. Graeci enim guttur βράγχος dicunt, circa quod fauces ſunt, quos nos corrupte BRANCIA dicimus.

BRASMA, atis. [βράσμα] *Bulla aquae feruentis: vnde etiam piper caſſum et inane* Braſma *dixiſſe putatur Dioſcor. 2, 189: quam deinde vocem etiam* Plinio 12, 7 ſ. 14 *reddi vult Salmaſius, vbi ſic Hard.* Verum et iis *(ſiliquis piperis)* ſua iniuria eſt, atque caeli intemperie carbunculantur, fiuntque ſemina caſſa et inania, quod vocant Brechma, ſic Indorum lingua ſignificante abortum. *Antiquiores edd.* Brechmaſin. *Al.* Brioma, *it.* Briſma, *vnde Salmaſ. ad Solin.* p. 724 Braſma *elicit: de lingua autem Indorum et abortu, nugas putat.*

BRASMATIAE, arum. f. [βρασματίαι, *a* βράσσω *ebullio*] *Terrae motus* Ammian. 17, 7 Fiunt autem terrarum motus modis quatuor. Aut enim Braſmatiae ſunt, qui terram moleſtius ſuſcitantes ſurſum propellunt immaniſſimas moles, vt in Aſia Delos emerſit *etc. Eosdem* Braſtas *vocant* Apul. de Mundo p. 256. *et Strabo lib. 5.*

BRASSĬCA, ae. f. [κράμβη] A Praeſecando eſt dicta, *auctore* Feſto. Braſſica, *inquit* Varro L. L. 4, 21 vt Praeſeca: quod ex huius ſcapo minutatim praeſecatur. Cato de R. R. 156 Braſſica eſt, quae omnibus oleribus antiſtat. *Nempe hoc capite et proximo braſſicam, vt veriſſimam panaceam, Cato praedicat.* Cic. de Nat. Deor. 2, 120 c. 47 Iam vero vites ſic claniculis adminicula tanquam manibus apprehendunt, atque ſe ita erigunt, vt animantes. Quin etiam a caulibus braſſicisque, ſi propter ſati ſint, vt a peſtiferis et nocentibus refugere dicuntur, nec eos vlla ex parte contingere. Cato R. R. 157, de braſſicae generibus, Nunc vti cognoſcas genera earum, prima eſt laeuis, quae nominatur λεία, grandibus et latis foliis, caule magno: validam haec naturam, et vim magnam habet. Altera eſt criſpa, quae a ſimilitudine apii σελινοειδὴς vocatur. Haec eſt et aſpectu et natura bona ad curationem, validiorque eſt quam quae ſupra ſcripta eſt. Item eſt tertia, quae κράμβη vocatur, minutis caulibus, tenuioribus foliis, et acerrima omnium eſt iſtarum, tenui ſucco vehementiſſima. Et primum ſcito, de omnibus braſſicis nulla eſt illiusmodi medicamentoſior *etc. Sunt enim plurima.* Braſſicae *genera etiam pulchre enarrat* Colum. 10, 129 *ſqq.* Braſſicae cinerem *commendat* Scribon. 160. Semen Id. 121. *De ſatione illius et cultu plura ruſtici, v. g.* Col. 11, 3, 23. Pall. Iun. 4 *et* Sept. 13. Semen vetuſtum braſſicae in rapam mutatur Pall. Febr. 24, 7. *De cultu et natura conf.* Plin. 19, 8. *et* 20, 9. Plaut. Pſeud. 3, 2, 26. Propert. 4, 2, 44 Iunco braſſica vincta leui *inter notas Vertumni.*

BRATHY. [βράθυ] Herba Sabina *aliter dicta,* duorum generum eſt: altera tamarici ſimilis folio, altera cupreſſo. Quare quidam Creticam cupreſſum dixerunt. A multis in ſuffitus pro ture aſſumitur. In medicamentis vero duplicato pondere eosdem effectus habere, quos cinnamum, traditur. *Verba ſunt* Plin. 24, 11 ſ. 61. *Conf.* Apul. de Herb. 85. *et Dioſc.* 1, 89. Brathys, *genitiuus* Scribon. 154.

BRATVS, *vid.* BRVTA arbor.

BRAVIVM, *vid.* BRABIVM.

BRAXEAE, arum. f. Calceamenta comoedorum et mulierum Iſid. 19, 34. *Forte* παρὰ τὸ βράξαι, *quod crepent inter eundum. Affine* BAXA *et* BAXEAE.

## B R E

BRECHMĂSIS, is. f. *Vitium eſt in piperis arboribus apud* Plin. 12, 7. *Sed vid.* BRASMA.

BREGMA, ătis. [βρέγμα] *A medicis proprie appellatur pars anterior capitis, ſupra frontem capillis tecta, quae et Sinciput a Latinis dicitur. Non contradicit his* Caelius Aur. Acut. 1, 76 Plurimas cucurbitas affigimus, alteram occipitio, alteram medio capitis, quod Graeci βρέγμα vocant. Marcell. Empir. c. 1 Ad dolores capitis puerorum, maxime eius partis, quam Bregma Graeci appellant.

BRENDA, a Poëtis breuitatis cauſa appellatur Apuliae vrbs Brunduſium. Feſtus. *Vid.* BRVNDVSIVM, n. 2.

BREPHOTROPHIVM, i. n. [βρεφοτροφεῖον] *Paruulorum hoſpitium dicitur,* ſ. *domus eſt alendis infantibus parata* l. 19 C. de ſacroſanct. eccl. *Conf.* Curotrophium.

BRĔVIS, e. [βραχὺς, βαιὸς, σύντομος] *proprie opponitur Longo.* Cic. Acad. 4, 92 Multa pauca, magna parua, longa breuia, lata anguſta. Conueniunt voto longa breuisque meo, *de puellis* Ouid. Amor. 2, 4, 36. *Ad tempus referuntur,* Breue ſit, quod turpiter audes Iuuenal. 8, 165. Modo ne exiſtimes, breuius eſſe ab vrbe mitti Traian. ap. Plin. Ep. 10, 49. *Ad verborum paucitatem* Cic. de Fin. 4, 48 c. 18 Venio ad illa tua breuia, quae confectaria eſſe dicebas, et primum illud, quo nihil poteſt eſſe breuius, Bonum omne laudabile *etc. Proponit nimirum argumenta breuia, et Syllogiſmos Stoicorum.* Cic. de Clar. Orat. 162 Et ambitus ille verborum (ſi ſic periodum appellari placet) erat apud illum contractus et breuis. *Ad muſicorum et rythmicorum modos pertinet* Cic. de Orat. 3, 196 c. 50 Quotusquisque eſt, qui teneat artem numerorum ac modorum? At in his, ſi paullum mo do, offenſum eſt, vt aut contractione breuius fieret, aut production longius, theatra tota reclamant. *Ad vitae durationem.* Cic. pr Arch. 28 c. 11 Quid eſt quod in hoc tam exiguo vitae curriculo et ta breui, tantis nos laboribus exerceamus? Curſu breuiſſimus Alm *fluuius* Ouid. Met. 14, 329. Plaut. Merc. 3, 2, 4 Decurſo in ſpati breue quod vitae reliquum eſt. ¶ 2 *Iam ordine elementa ponemus Subſtantiua, vnde illud apparebit, non tantum Longo oppon ſed generatim etiam Magno, atque idem adeo valere, quod Paruun* Actio breuis atque conciſa Quinctil. 6, 4. Aeuum breue Ho Serm. 2, 6, 97. Aeuum omne breue et fragile Plin. Paneg. 78, : Virg. Georg. 3, 80 — illi ardua cervix: Argutumque caput: br vis aluus: obeſaque terga. Breuis. *i. parua.* Annus Hor. Car 4, 13, 22. Ouid. Epiſt. 18, 174 Quid mihi, quod Lato non ſepar aequore, prodeſt? Non minus haec nobis tam Breuis o ſtat aqua. Latus *et* Breuis *ergo* opponuntur. Auditu breui quan vis magna tranſibat, impar curis grauioribus Tacit. Hiſt. 2, 59. C put breue Hor. Serm. 1, 2, 89. *in laude equi.* Caſus, *i. ſubita conue ſio fortunae* Sen. Troad. 273. Cenſus Hor. Carm. 2, 15, 13. *paru opes.* Multa et opulens ciuitas Aeuo vetuſto, nunc egena, nu breuis Auien. Ora Marit. v. 270. *i. parua, raris incolis. Sic* Breui duxi ſecurius aeuum, Ipſa nocet moles Claud. B. Gild. v. 107. *ex pe ſona Romae.* Coena breuis iuuat Hor. Epiſt. 1, 14, 35. Oui Epiſt. 2, 119 Affuit Alecto breuibus torquata colubris. Coma Se Hippol. 803. Commendatio Plin. 11, 42. Cura Hor. Epiſt. 2, 216. Curſus breuiſſimus Virg. Aen. 3, 507. Ouid. ex Pont. : 4, 12 Saepe fuit breuior, quam mea verba, dies. Dominus *q non diu eſt, vel fuit dominus* Hor. Carm. 2, 14, 24. Donum, *M durabile* Sen. Hippol. 762. Epiſtola Cic. Att. 1, 9. Excurſ Virg. Georg. 4, 194. Fila breuiora Ouid. Triſt. 5, 10, 46. Pl res Hor. Carm. 2, 3, 13. Foliis breuioribus ornare Hor. Epiſt. 19, 26. *Metaph. a corona, minori gloria dignum putare.* Ouid. M 5, 457 *modus corporis paruus ſic deſcribitur,* Inque breuem formam co trahitur, ne vis ſit magna nocendi, *de puero in ſtellionem mutato.* S Ital. 4, 734 — breuis eſt magni fortuna fauoris. Frons, *i. paru caſtigata* Martial. 4, 42. Fructus Lucret. 3, 925. Furor breu ira Hor. Epiſt. 1, 2, 62. Gaudium Sen. Octau. 200. Gyaris br vibus dignum, *i. exilio in parua inſula* Iuuen. Sat. 1, 73. Gyro br viore flecti Sen. Hippol 313. Herba lapathi breuis Hor. Serm. 4, 29. Hora, *i. tempus* Lucret. 4, 179. Sen. Herc. Oet. 16 Rapit alta flammas pinus, et robur tenax et breuior ilex. Iter Oui ex Ponto 1, 4, 32. Latus Hor. Serm. 1, 2, 93. *improbatur in puel* Lilium Hor. Carm. 1, 36, 16. *parum durabile.* Litera breuis *vide eadem, quae acuta in illo* Cic. Orat. 159 c. 48 Quid vero hoc elega tius, quod non fit natura, ſed quodam inſtituto. *Inclitus* dicim breui prima litera, *inſanus* producta: *inhumanus* breui, *infelix* l ga. Et, ne multis. Quibus in verbis eae primae literae ſunt, qu in *ſapiente* atque *felice*, producte dicitur; in caeteris omnibus bre ter, itemque *compoſuit, concrepuit, conſueuit, confecit,* conſule ve tatem, reprehendet: refer ad aures, probabunt. Tacit. Ann. 29 Nauesque fabricatur plano aluco aduerſus breue littus et incertu Tertull. de cultu femin. 1 *extr.* De breuiſſimis Loculis patrimoni grande profertur, *i. minimis.* Menſa Hor. de Arte Poët. 1 Menſura Ouid. Met. 9, 788. Mora Sen. Troad. 760. Mus Ou Faſt. 2, 574. *i. paruus.* Ter. Eun. 3, 5, 57 An ego occaſionem m oſtentatam, tam breuem, tam optatam, tam inſperatam amitterer Ouid. Epiſt. 15, 4 An niſi legiſſes auctoris nomina Sapphûs, *H* breue neſcires vnde veniret opus? *i. epiſtola.* Sen. Oedip. 937 I ne tam magnis breues poenas ſceleribus ſoluis? Hor. Serm. 2, 37 Quo pertinet ergo Proceros odiſſe lupos? Quia ſcilicet illis Maio rem natura modum dedit, his breue pondus. *i. paruum.* Cic. Orat. 1, 145 Nam de actione et de memoria quaedam breuia, ſed m gna cum exercitatione praecepta guſtaram. Sermo Plaut. Mil. 4, 29. Ouid. Met. 6, 86 Certamina quatuor *(picta in tela Minerua* Clara colore ſuo breuibus diſtincta ſigillis. *i. Paruis ſignis, ſ. figu perſonarum.* Sen. Octau. 69 Spes vna mihi, totque malorum bre ſolamen. Sen. Troad. 441 Breuisque feſſis ſomnus obrepſit ger Lucret. 4, 162 Et ceu multa breui ſpatio ſubmittere debet Lumi Sol, vt perpetuo ſint omnia plena. Hor. Carm. 4, 12, 27 Mi ſtultitiam conſiliis breuem: Dulce eſt deſipere in loco. Marti 12, 67 Bis quinquagenis domus eſt tibi millibus emta, Vendere qu ſumma vel breuiore cupis. Virg. Aen. 10, 467 — breue et ir parabile Tempus Omnibus eſt vitae. Cic. Tuſc. 2, 5 Atque Or torum quidem laus ita ducta ab humili venit ad ſummum: vt ia (quod natura fert in omnibus fere rebus) ſeneſcat: breuique temp re ad nihilum ventura videatur. *Add.* Id. Fam. 5, 21. Plin. Epi 10, 69 Erit enim facile per illam breuiſſimam terram, quae interia bit, aduecta foſſa onera transponere in flumen. Vaſculum breuiſ mum Pallad. de R. R. 5, 8. *i. minimum.* Ouid. Met. 1, 117 Perq hiemes, aeſtusque, et inaequales Autumnos, Et breue Ver, ſpati exegit quattuor annum. Virg. Ecl. 9, 23 Tityre, dum redeo (br vis eſt via) paſce capellas. Via breuior mortis Tibul. 1, 10, *Proprie* Nep. 18, 8, 5. Via breuiſſima Ouid. Met. 5, 253. Ho Epod. 5, 15 Canidia breuibus implicata viperis. Ouid. Met. 124 Iamque breuis Vitae ſpatium ſortita iuuentus. Illa maximi m dicorum *(Hippocratis)* exclamatio eſt, vitam breuem eſſe, longa artem Sen. de Breu. Vit. c. 1. Vitam breuem colere Plaut. Pſeu 3, 2, 33. Ouid. Rem. Amor. 804 Spe breuius monitus experiere m os, *i. citius, quam putabas.* ¶ 3 *Formulae aliae.* Pſeudo-Ci in Salluſt. 5 Iam dabo operam quam maxime potuero, vt breue faciam. *Sed ipſe verus* Cic. Att. 11 7 Breue faciam. Breuis e laboro, obſcurus fio Hor. de Arte Poët. 25. Suet. Tiber. 68 Er praegrandibus oculis, et qui, quod mirum eſſet, noctu etiam et ten bris viderent, ſed ad breue, *int.* tempus. Hor. Epiſt. 1, 20, 8 et ſcis In breue te cogi, plenus quum languet amator: *librum ſu alloquitur, cui parum admodum temporis impendatur.* ¶ Breuis, *vel* Breue, *pro Libello ponitur aliquando, in qua quid ſcript eſt.* L. vlt. de con. fiſci debitor. in C. Inter chartulas confiſcati, b vis quidam aſſeueratur inuentus, qui nomina debitorum continer Lamprid. Alex. 21 Milites ſuos ſic ſciuit, vt in cubiculo haberet b ves et numerum et tempora militantium. Eos libros, quos me n habere breuis ſubditus edocebit Hier. Epiſt. ad Florent. Vopi Aurel. 36 Breue (MSS. Breuem) nominum conſcripſit. *Sic* lu breue infra ſcriptum Vopiſc. Bonoſ. c. 15. Breuem MS. *et max* Bre munerum fuit. *Nempe plenum erat* Breuis libellus, Volumen bre

*Hi*

*Hinc eſt, quod poſterior aetas* Breuia *dixit pro Epiſtolis, vnde eſt Germanorum* Brief. ¶ 5 *Subſtantiue, i. elliptice etiam dicuntur* Breuia, *loca vadoſa, per quae poſſumus vadere.* Virgil. Aen. 1, 115 In breuia et Syrtes vrget, *i.* In breuia Syrtium, Seru. Breuia litorum nudantur Tacit. Ann. 6, 33. Idem Ann. 1, 70 Neque diſcerni poterant incerta ab ſolidis, breuia a profundis. Sen. Epiſt. 22 Ne illud quidem faciet ſapiens, vt ambitioſis rebus implicitus, earum ſemper aeſtus ferat. Sed cum viderit Breuia, in quibus volutatur, incerta, ancipitia: repetet pedem, nec vertet terga, ſed ſenſim recedit in tutum. *Plene* Vada breuia Sen. Herc. fur. 572. *Sic* Deprehenſus haeſit Syrtium breuibus vadis Virgil. Aen. 5, 221. Breui, *ſubauditur* Tempore. Cic. Verr. 5 c. 54 Breui poſtea eſt mortuus. Plaut. Rud. Prol. 55 Poteſſe ibi eum breui fieri diuitem. *Sic* Decreui breui ad te ſcribere Cic. Fam. 4, 5. Adeſſe breui Ouid. de Pont. 3, 4, 99. *conf.* Nep. 2, 4, 4. Liu. 1, 9. Breui, *intell.* oratione, *ſ. Paucis verbis, ſiue* Breuiter. Cic. pro Caecin. 94 c. 32 Tametſi extra cauſam eſt, percurram tamen breui. Cic. pro Sext. 97 Sed genus vniuerſum (vt tollatur error) breui circumſcribi et definiri poteſt. Cic. de Orat. 1, 190 Nunc complectar quod propoſui breui. Docebo breui Phaedr. 3 pr. 31. Auct. ad Herenn. 4, 36 Tranſitio vocatur, quae, quum oſtendit breuiter, quod dictum ſit, proponit item breui, quod conſequatur. Cic. Fam. 3, 8 Faciendum mihi putaui, vt tuis literis breui reſponderem. *Sed* Gell. 13, 17 Fuit autem Aeſchylus non breui antiquior Euripide, *h. e. non paullo, ſ. longe antiquior.*

BREVIO, āre. [ἐπιτέμνω, συντέμνω] Quinctil. 1, 9, 2 *de paraphraſi,* Qua et breuiare quaedam, et exornare ſaluo modo Poëtae ſenſu permittitur. Id. 11, 3, 83 Breuiatur ceruix, *i. contrahitur.* *Et* 12, 10, 57 Breuiare Syllabam. *i. corripere.* Manil. 3, 434. *Bentl.* Ex illa quotidem per partes ſic breuiantur. *conf.* Lactant. Epit. 8, 6 Vet. Gloſſ. βραχύνω, breuio.

BREVIATVS, a, um. *vt,* Sidon. Ep. 2, 2 In hac ſtibadium, et ſtens abacus, in quorum aream ſiue ſuggeſtum a ſubiecta porticu ſinſim non breuiatis anguſtatisque gradibus aſcenditur.

BREVIATIO, ōnis. f. Auguſtin. Epiſt. 80 ad Heſych. Quod dictum eſt de dierum breuiatione propter electos.

BREVIĀTOR, ōris. m. P. Oroſ. Hiſt. adu. Pagan. 1, 8 Pompeius hiſtoricus, eiusque breuiator, Iuſtinus.

BREVIARIVM, i. n. [ἐπιτομή, Gloſſ. Vet.] *Breuis recenſus, compendium, epitome.* Sueton. Aug. 101 Fecit et breuiarium totius imperii, quantum militum ſub ſignis vbique eſſet; quantum pecuniae in aerario et fiſcis et vectigaliorum reſiduis. *Conf.* Idem Veſp. 21. Galb. 12. Sen. Epiſt. 39 *pr.* Commentarios, quos deſideras, diligenter ornatos, et in anguſtum coactos ego vero componam. Sed vide, ne plus profectura ſit oratio ordinaria, quam haec, quae nunc vulgo breuiarium dicitur, olim, cum Latine loqueremur, Summarium vocabatur. *Sic* Plin. 18, 26 Vt pariter, *inquit,* totius culturae breuiarium quoddam peragatur. *De inſcriptione et titulis rerum a Pompeio geſtarum.* Idem 7, 26 Hoc eſt breuiarium eius ab oriente. *Conf. de Imperatorum Breuiariis* Bernegg. ad Sueton. Aug. c. 28. Boecler. ad Tacit. Ann. 1, 11 p. 236. Rupert. ad Flor. p. 114 ſq. *Zeuecot. ad* Kind. p. 197. Eutropii Breuiarium *et* Breuiarius *in MSS. vocatur. Nempe proprie Adiectiuum eſt*

BREVIARIVS, a, um. *Vt,* Breuiariae rationes, *quae in breue contractae ſunt.* Scaeu. l. vlt. D. de pecul. legat. An peculio praelego, et centum aurei, et vſurae eorum debentur, quum rationibus breuiariis, et ſortem, et vſuras complexus ſit. Vlpian. in l. 3 §. 10 de penu leg. Logarium *appellat.*

BREVICVLVM, i. n. *Libellus breuis. Laudatur* Rubrica Cod. de ſententiis ex breuiculo recitandis. *Sed meliores agnoſcunt* ex Periculo, *de quo ſ. l.*

BRĔVĬCVLVS, a, um. Dimin. *vt,* Homo breuiculus Plaut. Merc. 3, 4, 54. Grabatulus breuiculus Apul. Mileſ. 1 p. 107.

BREVĬGĔRVLVS, i. m. Qui breue gerit. Gloſſ. Iſid. *Forte eo intellectu, quo* Breue *epiſtolam ſignificare Barbara aetate, diximus.*

BREVILŎQVENS, entis. Partic. [βραχυλόγος] Qui paucis aliquid ſcribit, aut dicit. Cic. Att. 7, 20 Breuiloquentem iam me tempus ipſum facit.

BREVILOQVENTIA, ae. f. [βραχυλογία] *Breuiter loquendi ſtudium.* Cic. de Republ. Breuiloquentiam in dicendo colat *apud* Gell. 12, 2.

BREVĬLŎQVVS, a, um; *vel* BREVILOQVIS, e. [βραχυλόγος] Gloſſ. ambo Labbaei: *item* H. Steph. p. 413.

BREVĬTAS, ātis. f. [βραχύτης, συντομία] *Aeque late patet, atque Adiectiuum* Breuis, *a quo abſtractum eſt. Ad orationem ſaepe refertur, quae paucis verbis abſoluitur.* Cic. Verr. 1, 103 Multa autem propter rationem breuitatis ac temporis praetermittenda exiſtimem. Idem in Brut. 50 Breuitas autem, laus eſt in aliqua parte dicendi, in vniuerſa eloquentia laudem non habet. *Et* in Orat. 193 Quia contractio et breuitas dignitatem non habet. Cic. de Inuent. 1, 28 Ac multos imitatio decipit breuitatis, vt quum ſe breues putent eſſe, longiſſimi ſint. Idem in Orat. 173 Iudicium longitudinum et breuitatum in ſonis. *Hic ad proſodiam et ſonos literarum productos aut correptos pertinet. Ad ſtaturam vero* Ouid. Amor. 2, 4, 35 Haec habilis breuitate ſua eſt. *Nempe ex adiunctis iudicanda ſunt diuerſa genera breuitatis. V. g.* Ambitus breuitas, et Longitudo ambitus, *i. periodi contraria* Cic. in Orat. 199. Plin. 12, 2 Namque et chamaeplatani vocatur coactae breuitatis, quoniam arborum etiam abortus inuenimus. Cic. Verr. 5, 26 Ita dici breuitas conuiuiis, noctis longitudo ſtupris et flagitiis obterebatur. Horae breuitas Sil. 3, 141. Pedum breuitas, et Proceritas pedum, *contraria* Cic. in Orat. 211. Plin. 8, 55 *extr.* Necnon et veſtes leporino pilo facere tentatum eſt, tactu non ita inde molli, vt in cute, propter breuitatem pili dilabidas. Reſpondendi breuitas Nep. 15, 5, 1. Cic. de Legib. 3, 40 Nam breuitas non modo Senatoris, ſed etiam oratoris magna laus eſt in ſententia. Idem Att. 1, 10 Breuitate temporis tam pauca cogerer ſcribere. Acutior breuitas atque velocior in vrbanitate Quinctil. 6, 3, 45. Cic. de Orat. 3, 202 Et diſtincte conciſa breuitas, *etc.* Non inornata breuitas eſſe debet, alioqui ſit indocta Quinct. 4, 2, 46. Cic. in Brut. 262 Nihil enim eſt in hiſtoria, pura et illuſtri breuitate dulcius. De Caeſaris commentariis loquitur, in quibus huiusmodi breuitas cognoſcitur. Breuitas vero niſi ſit illuſtris, ſit illud Hor. Arte Poët. 25 — breuis eſſe laboro, Obſcurus fio. Breuitas Salluſtiana vitanda eſt *oratori,* quamquam in ipſo virtutis locum obtinet, et abruptum ſermonis genus; quod otioſum fortaſſe lectorem minus fallit, audientem transuolat, nec dum repetatur exſpectat: cum praeſertim lector non fere ſit, niſi eruditus *etc.* Quinct. 4, 2, 45. Breuitatis cauſa, familia contenti erimus vna Cic. Off. 2, 43 c. 12. Breuitate et celeritate ſyllabarum verba procliuius labuntur Idem in Orat. 191 c. 57. *Et* in Brut. 66 Nam vt horum conciſis ſententiis, interdum etiam non ſatis apertis, cum breuitate, tum nimio acumine, *etc.* Cic. de Legib. 2, 18 Eum morem igitur cum breuitate (ſi potuero) conſequar. Quinctil. 4, 2, 43 Nos breuitatem in hoc ponimus, non vt minus, ſed ne plus dicatur, quam oporteat. ¶ 2 Breuitas, *pro Paruitate* Caeſ. Bell. Gall. 2, 30 Gallis prae magnitudine corporum ſuorum breuitas noſtra contemtui eſt. Claudian. Epigr. 20 Augeſcit breuitas doni pietate Serenae. *Et* Pallad. de Inſit. v. 157 Meritum maius de breuitate petunt: *tanto laudatiora et praeſtantiora ſunt, quanto minora.*

BREVĬTER. Adu. [ἐν ἐπιτομῇ, συντόμως] Cic. de Amicit. 6 Itaque multa ab eo prudenter diſputata, multa etiam breuiter et commode dicta, memoriae mandabam. Virgil. Aen. 4, 632 Tum breviter Barcen nutricem affata Sichaei. Attingere aliquid curſim et breuiter Plin. Epiſt. 1, 20. Virgil. Aen. 2, 11 Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros, Et breuiter Troiae ſupremum audire laborem. Exponere aliquid breuiter et abſolute Auct. ad Herenn. 1, 17 c. 10. Deſcribere aliquid breuiter ſummatimque Cic. in Orat. 50. Id. Verr. 2, 75 c. 30 Dicit vnus et alter breuiter. *Et paullo poſt,* Exponam vobis breuiter quid hominis ſit. *Et* de Orat. 1, 107 Neque grauabor breuiter meo more quid quaque de re ſentiam, dicere. *conf.* Nep. 25, 18, 6. Dicere aliquid breuiter et in tranſcurſu Plin. 3, 5. Fari breuiter Virg. Aen. 6, 321. Iratum breuiter deuites, inimicum diu Publ. Syrus. Breuiter, *i. pauco tempore dum deferueſcat ira.* Martial. 4, 42 *in deſcriptione pulchri pueri,* Frons breuis, atque modus breuiter ſit naribus vncis. Breuiter vncis, *i. aliquantum aquilinis.* *Compar.* Cic. Fin. 4 c. 10 Quod ego pluribus verbis, illi breuius. *conf.* Idem Fam. 3, 8. *Superl.* [βραχύτατα] Cic. Verr. 5, 13 Tantum breuiſſime dico, Iudices. Agam, quam breuiſſime potero Id. Nat. Deor. 2 c. 1.

## B R I

BRIA, ae. [εἶδος ἀγγείου Vet. Gl.] *Vas vinarium.* Arnob. 7 p. 235 Scyphos, Brias, pateras Simpuuiaque depromite. *Hinc deducunt nomina* Ebrius *et* Sobrius.

BRĬĂREVS. [Βριάρευς] *Gigas, Caeli et Terrae filius, alio nomine* Aegaeon *dictus, quem pulchre his verſibus depinxit* Virg. Aen. 10, 565

Aegaeon qualis, centum cui brachia dicunt
Centenasque manus: quinquaginta oribus ignem
Pectoribusque arſiſſe: Iouis quum fulmina contra
Tot paribus ſtreperet clypeis, tot ſtringeret enſes.

*Idem nempe eſt, de quo* Virg. Aen. 6, 287 Et centumgeminus Briareus, ac bellua Lernae. Vaſtus Biareus Sen. Herc. Oet. 167.

BRĬĂRĒĬVS, a, um. Adi. *quinque ſyllabarum.* Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 188 Appetiit centum Briareïa turba lacertis.

BRIGANTES, um. pl. [Βρίγαντες] *Populi Britanniae, eiusque quae hodie eſt Anglia* Iuuen. Sat. 14, 196 Dirue Maurorum attegias, caſtella Brigantum. *Add.* Tacit. Ann. 12, 32. *et* Vita Agric. 17. *An ab his ortum conuicium, in latrones Gallorum?* ¶ 2 Brigantes, Vermiculi, qui cilia arare et exulcerare ſolent Marcell. Emp. c. 8.

BRĪMO, ûs. f. [Βριμώ] *Vnum eſt ex Hecates, ſiue Proſerpinae nominibus, ἀπὸ τοῦ βριμᾶν, hoc eſt a Terrendo impoſitum, eo quod nocturna terriculamenta ab ea immitti credebantur, vt ex Apollonii 3, 861 interpretibus annotauit Cael. Rhodig. 11, 16. Sanctiorem, ſi DIs placet, originem prodit* Arnob. adu. gent. 5 p. 170 Iupiter — fit ex Deo taurus — in ſecuram ac neſciam (Cererem, ſuam matrem,) repentina immittitur vi furens, agit inceſtius res ſuas, et prodita per libidinem fraude intellectus et cognitus euolat. Ardeſcit furiis atque indignationibus mater, ſpumat, anhelat, exaeſtuat, nec fremitum continere tempeſtatemque irarum valens, ex continua paſſione Brimo deinceps vt appelletur, aſſumſit. Propert. 2, 2, 64 Mercurio ſanctis fertur Boebeidos vndis Virgineum Brimo compoſuiſſe latus. *ſed varia eſt lectio. Vid.* BOEBEIS. *conf.* Stat. Silu. 2, 3, 38 *vbi poſt Scaligerum Gronouius legere iubet* Inuitam Brimo, ſtagna inuida, et inuida tela. *Add.* Micyll. ad Bocat. Geneal. p. 273.

BRISA, ae. *Vua ad exprimendum vinum calcata.* Columel. 12, 39, 2 Tum permiſcere et ſubactam briſam praelo ſubiicere, paſſumque ſecundarium, ſtatim vaſis oblinitis includere, ne fiat auſterius. *Iuſſerat ante* vinaceos calcare, adiecto recentiſſimo muſto. *Videtur vox recentioris aeui, certe* Briſare *frangere, Barbarorum eſt.*

BRISAEVS, i. m. *Cognomen Bacchi, (vel a* Briſa *Lesbi promontorio, vel quod vuam inuenerit et expreſſerit)* Perſ. Sat. 1, 76 *Accio Poëtae, tribuere putatur, vel quia Poëtae tragici in Liberi patris ſint tutela; vel quia Tragoediam, Bacchus, ſcripſerit. Sed Caſaubonus emendat* Briſeis.

BRĪSĒIS, ïdis. f. [Βρισηὶς] *Homero Iliad. 1 Phrygia puella, forma nobilis, quae capta ex Lyrneſſo, Achilli in ſortem ceſſit, cui cum ablata eſſet ab Agamemnone, hinc ille irae, argumentum Iliadis. Caeterum cum* Hippodamia *alias eſſet,* Briſeis *de patre* Briſe *dicta eſt.* Ouidii Heroidum *tertia eſt epiſtola* Briſeïdis ad Achillem, Quam legis, a rapta Briſeïde litera venit. Horat. Carm. 2, 4, 3 — prius inſolentem Serua Briſeïs niueo colore Mouit Achillem. Propert. 2, 8, 35 Omnia formoſam propter Briſeïda paſſus. Ouid. de Arte Am. 2, 713 Illis te manibus tangi Briſeï ſinebas. Idem Rem. Amor. 777 Hoc et in abducta Briſeïde flebat Achilles.

BRITANNIA. [Βρεταννὶς et Βρεταννία] *Inſula in Oceano Septentrionali, inſularum (vt ait* Tac. Agr. 10, 2) quas Romana notitia complectitur, maxima, *quam Caeſar primus Romanorum aperuit: qui* inſulam *ipſe quoque fama magis quam certa ratione vocat. vid.* B. C. 4, 20 *ſq. et* 5, 12 *vbi deſcribit. Circumnauigauit* Agricola, *de quo* Tac. Agr. 10 *ſqq. vbi habes luculentam deſcriptionem. Nos formulas Poëtarum quasdam laudaſſe contenti ſumus.* Paruit, et noſtro diducta Britannia mundo Claud. Conſ. Mall. Theod. 51. Dira Britannia Claud. de Bell. Get. 568. Saeua Claud. quart. Conſ. Hon. 73. Secura Claud. in Eutrop. 1, 393. Catull. 27, 4

Quis hoc poteſt videre, quis poteſt pati,
Niſi impudicus, et vorax, et helluo
Mamurram habere, quod Comata Gallia
Habebat, et cuncta vltima Britannia?

¶ 2 *Friſiorum etiam* Britanniam *eſſe, dicemus in* Herba BRITANNICA. *De Galliae prouincia. Vid.* BRITO.

BRITANNVS, i. m. [Βρεττανὸς] *Incola Britanniae. Epitheta:* Aequorei

Aequorei Ouid. Met. 15, 753. Caerulei Martial. 11, 54 *quod glaſto ſe pingerent, vid. mox* Picti. *it.* Virides. Caeſ. B. G. 5, 14 Omnes ſe Britanni vitro inficiunt, quod caeruleum efficit colorem, atque hoc horribiliore in pugna ſunt adſpectu. *Add.* Plin. 22, 1 *qui* glaſtum *nominat. it.* Solin. c. 22 *extr. Quin ipſum* BRIT *antiqua gentis lingua* maculoſum et varium *ſignificat.* Lucan. 6, 68 Vnda Caledonios (*Silvae Caledoniae incolas*) fallit turbata Britannos. *Sic etiam* Martial. 10, 44. Iuuen. Sat. 15, 111 Gallia cauſidicos docuit facunda Britannos, *e Gallia contagio quaſi doctrinae in Britanniam tranſiit.* Diuiſi toto orbe Virg. Ecl. 1, 67. Feri hoſpitibus Hor. Carm. 3, 4, 34. Horribiles et vltimi Catul. 11, 12. Infecti Propert. 2, 14, 25. *Iidem qui* Picti Martial. 14, 99. *Vid. p. a.* Caerulei. Hor. Carm. 4, 14, 48 — belluoſus qui remotis Obſtrepit Oceanus Britannis. Virides Ouid. Amor. 2, 16, 39. Vltimi orbis Hor. Carm. 1, 35, 30. ¶ 2 *Adiectiue* Prop. 2, 1, 86 Eſſeda caelatis ſiſte Britanna iugis. ¶ 3 *Notabilis eſt locus* Lucret. 6, 1104 Nam quid Britannis caelum differre putamus? *prima producta, vnde Marullus tentabat* Namque Britannis quid. *Qui edunt* Nam quid Brittanidis (τῆς βρεττανίδος) caelum, *ii, inſuper mediam corripiunt, perpetuo Graecorum et Latinorum vſu longam. Sed tamen ſunt monumenta, in quibus* T *geminatur apud Manutium et Dauſquecium, it. Gudii* Inſcr. p. 99, 3. p. 120, 2. p. 175, 1.

BRITANNĬCVS, [Βρεττανικὸς] *Adi. vt*, Apul. de Mundo p. 60, 14 In altera parte Oceani iacent inſularum aggeres maximarum, Britanicae duae, Albion et Ierua *etc.* Cic. de Nat. Deor. 3, 24 Quid aeſtus maritimi vel Hiſpanienſes, vel Britannici, eorumque certis temporibus vel acceſſus, vel receſſus, ſine deo fieri nonne poſſunt? Iuuenal. Sat. 10, 14 Quantum delphinis balaena Britannica maior. Bellum Caeſ. Bell. Gall. 5, 4. Cic. Fam. 7, 8 Ego veſtras Britannicas literas expecto. ¶ 2 Britannica herba Plinio *celebrata* 25, 3 In Germania trans Rhenum caſtris a Germanico Caeſare promotis, maritimo tractu fons erat aquae dulcis ſolus, qua pota intra biennium dentes deciderent, compageſque in genibus ſoluerentur. Stomacacen medici vocabant et ſceletyrben ea mala. Reperta auxilio eſt herba, quae vocatur Britannica, non neruis modo et oris malis ſalutaris, ſed contra anginas quoque et contra ſerpentes. Folia habet oblonga nigra, radicem nigram. Succus eius exprimitur et ex radice. Florem Vibones vocant, qui collectus prius quam tonitrua audiantur, et deuoratus, ſecuros in totum reddit. Friſii, qua caſtra erant, noſtris demonſtrauere illam: mirorque nominis cauſam: niſi forte confines Oceano Britanniae, velut propinquae dicauere. Non enim inde appellatam eam, quoniam ibi plurima naſceretur, certum eſt, etiam tum (*Germanici aetate*) Britannia libera. *Vid. de hac herba Abr. Muntingius opere ſingulari, et Henr. Cannegieter diſſ. de Brittenburgo etc.* c. 4, *et in fine opuſculi, vbi animaduerſiones in Muntingium habet. Breuiter, nomen habet a* Britannis *in Friſia habitantibus. Praeierat Lipſ. ad* Tac. An. 1, 63. *Meminit etiam* Apul. de herbis c. 29. ¶ 3 Britannicus, [Βρεττανικὸς] *victorum Britanniae cognomen, vt filii Claudii Caeſaris, ex Meſſallina, quem primo* Germanicum, *et mox* Britannicum, *appellauit: de quo multa Tacitus.* Iuu. 6, 124 Oſtenditque tuum, generoſe Britannice ventrem. Britannicus *etiam cognominatus Imp. Commodus.* Lamprid. 8. *itemque Seuerus Herodian.* 3, 14, 8.

BRĬTANNIS, ĭdis. [βρεττανὶς] *Eadem, quae* Britannia. Priſcian. in Paraphr. Dionyſii 576 Sunt geminae, Rhenique Britannides oſtia cernunt.

BRITIA *vel* BRITTIA pix, *vid.* BRVTIA.

BRITTO, ŏnis. *Non tantum incola regionis Gallicae ad Oceanum Britannicum ſitae, quod quibuſdam videtur, ſed ſimpliciter idem, qui* Britannus. *Sunt* Auſonii ſex epigrammata n. 109 ſq. de quodam Silvio Bono, qui erat Britto, *in quibus omnibus negat,* Britto *qui ſit, eundem bonum virum eſſe poſſe. Inter alia* Ep. 110 Siluius hic Bonus eſt. Quis Siluius? Iſte Britannus? Aut Britto hic non eſt Siluius, aut malus eſt. Iuuenal. 15, 124 *in deſcribenda crudelitate* Qua nec terribiles Cimbri, nec Brittones vnquam *etc.* Tertull. de Virgin. vel. 10 Britonum ſtigmata *memorat, quibus nempe pingebant corpora.*

BRĬTŎMARTIS. [Βριτόμαρτις] *Iouis et Carmes filia, Dianae in primis cara, alio nomine Dictynna appellata,* ἀπὸ τῶν δικτύων, *hoc eſt a retibus, quorum vſum in venatione traditur inueniſſe. Hanc Minos, Cretae rex, fertur adamaſſe, cuius vim quum alioqui effugere non poſſet, ex alta ſeſe rupe in mare praecipitauit.* Virg. Ciri 285 ſq. *praeſertim* 295. *vbi mater conqueritur*, Te erepta, o Britomarti, meae ſpes vna ſalutis, Te Britomarti, diem potui producere vitae. *Conf. ibi Scalig. Callimach. Hymn. in Dianam* v. 190. *Et ibi Spanh. Ipſam Dianam ſic Cretenſibus appellatam, auctor etiam eſt* Solinus cap. 11. *Et notum eſt* Dictynnam *eſſe Dianam.*

## B R O

BROCHON, *an* BROCHOS *quid ſit, ponamus ex* Plin. 12, 9 ſ. 19. Vicina eſt Bactriana, in qua Bdellium nominatiſſimum. Arbor eſt nigra, magnitudine oleae, folio roboris, fructu caprifici, naturaque. Gummi alii Brochon appellant, alii Malacham, alii Maldacon. *Eſt igitur idem quod Bdellium.*

BROCCHVS, BROCHVS, *vel* BROCCVS, *it.* BRONCHVS *vel* BRONCVS Adi. *Dentium affectionem ſignificat, de qua* Varro de R. R. 2, 7, 3 de Equis; His maiores qui ſunt, intelligi negant poſſe, praeter quam quum dentes facti ſunt brocchi, et ſupercilia caua. Ibid. 2, 9, 3 *de Canibus*, Et ex eo enatis duobus dentibus, dextra et ſiniſtra paullo eminulis ſuperioribus, directis potius, quam brocchis. *Hinc* brocchos *colligas incuruos.* Plin. 11, 37 ſ. 60 *ſatis abrupte*, Labra a quibus Brocchi Labeones dicti. *Eſſent itaque* Brocchi, *quibus eminent vehementius hic labia, ibi dentes.* Et *fauet* Gl. Philox. Brochus ὁ τὸ ἄνω χεῖλος ᾠδηκώς. *Sed Hard. dedit* Bocchi, *et nomen proprium intelligit.* Broncos *dixit Lucillius apud* Non. 1, 102 Producto ore et dentibus prominentibus. Plaut. Mil. 3, 1, 128 *etiam* Broncum *editur. Sed quid vitii ſit, nihil inde colligas. Si cum* Varronis l. c. 2, 7, 3 *compares* Veget. Mulom. 4, 5, 3 Brocchi dentes *fuerint*, quorum in medietate dentium nigredo apparet: *nam hoc ille indicium eius aetatis facit*, cui Varro brocchos dentes *tribuit.*

BROCHĬTAS, ātis. f. [προοδοντία] Plin. 11, 37, ſ. 64 Abſumta hac obſeruatione, ſenectus in equis, et caeteris veterinis, intelligitur dentium brochitate, ſuperciliorum canitie.

BROMIVS. [Βρόμιος] *Bacchi nomen,* ἀπὸ τοῦ βρέμειν, *id eſt a fremendo, ſcil. a fragore tonitruum in natiuitate eius.* Ouid. Met. 4, 11 Turaque dant, Bacchumque vocant, Bromiumque, Lyaeumque. Sacer Bromio Parnaſſus Lucan. 5, 73. Claudian. de laud. Stil. 3, 365 Taurinaque pulſu Baccharum Bromios inuitant tympana remos, *i. quibus agitur nauis Bacchi. Sic Heinſ.* Petron. 41 Puer ſpecioſus, vitibus hederiſque redimitus, modo Bromium, interdum Lyaeum, Euiumque confeſſus *etc. quae omnia* Bacchi *epitheta ſunt.*

BRŌMOS, i. m. [βρόμος] Semen eſt ſpicam ferentis herbae naſcitur inter vitia ſegetis auenae genere, folio et ſtipula triticum imitatur. In cacuminibus dependentes paruulas velut locuſtas habet *Haec* Plin. 21, 25 *in fine.* Idem 18, 11.

BROMOSVS, a, um. Graueolens *videtur ex ea notione, qua* βρόμος *interdum foetorem ſignificat.* Gl. Iſid. Bromoſa immunda. *Sic accip docet apud* Zenonem Veron. *Graeuius ad h. l.* Caro bromoſa Cael Aurel. Acut. 2, 37. Idem Tard. 3, 2. Legitur et Brumoſus Gloſſ. Iſidor *et redditur* Annoſus, reſinoſus, *quid ſi* veternoſus. *Vid. Reineſ. V. L* 3, 12. *vbi eſſe* βρομῶδες *Graecorum docet: hoc autem* foetidum, viroſum *ſatis conſtat.*

BRONCHŎCĒLE, [βρογχοκήλη] Celſo 7, 13 Tumor ceruicis inter cutem et aſperam arteriam, *eſt* quo modo caro hebes, modo humor aliquis melli aquaeue ſimilis includitur; interdum etiam minuti oſſibus pili immiſti. *Nempe* βρόγχος, Bronchus *eſt ipſum guttur.*

BRONCHVS, BRONCVS, *vid.* BROCCHVS.

BRONIA, *vid.* BRONTIA.

BRONTE, *vid.* BRONTIA.

BRONTES, ae. m. [Βρόντης] *Vnus Cyclopum, et miniſter Vulcani q. d. effector* Tonitrus. *Alter* Steropes, *id eſt fulguris. Tertius dicitur* Pyracmon, *quaſi ignita incus.* Virg. Aen. 8, 424. Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro, Bronteſque, Steropeſque, et nudus membra Pyracmon. *Hic ab* Ouidio *vocatur* Acmonides Faſt. 4, 288 Hin mare Trinacrium, candens vbi tingere ferrum Brontes, et Steropes Acmonideſque ſolent. Stat. Silu. 4, 6, 4 Nec ſolidus Brontes, ne qui polit arma deorum Lemnius. *Vid.* Barth. ad Stat. Silu. 1, 1, . *et ad* Claudian. de tert. Conſ. Hon. 191.

BRONTĒVM, i. n. [βροντεῖον] *Machina ſub ſcena, qua efficiebantur ea, quae* Claudiana tonitrua Feſtus *appellauit, de quibus ſ. l. ſu* CLAVDIVS.

BRONTIA, ae. f. [βροντία] *Gemma.* Plin. 37, 10 ſ. 55 Brontia capitibus teſtudinum ſimilis, et cum tonitruis cadit (vt putant) fulmine tacta reſtinguit, ſi credimus. *Sic ante Harduinum edebatur Sed ille* Bronte e capitibus teſtudinum tonitribus cadit. *Caeterum bu emendari poteſt* Iſid. 16, 14. *apud quem eadem fere definitio eſt* Broniae.

BROTEAS, *Lapitharum vnus, ab Gryneo Centauro iniecta ara oppreſſus.* Ouid. Met. 12, 262.

BROTEAS *et* AMMON, *Gemini fratres fuerunt caeſtibus clari qui a Phineo occiſi ſunt in aula regis Cepheniorum* Ouid. Met. 5, 10

Hinc gemini fratres Broteaſque et caeſtibus Ammon
Inuicti, vinci ſi poſſent caeſtibus enſes,
Phinea cecidere manu.

BROTHEVS, [Βροθεὺς] *Vulcani filius, qui propter oris deformitatem illuſus, ſeſe in ignem iniecit, vitamque incendio finiuit. Hic nullo idoneo auctore vetus Interpres ad* Ouid. in Ibin. 517 Quodque ferunt Brotheum feciſſe cupidine mortis, Des tua ſuccenſae membra cremanda pyrae. *Sed fluctuat etiam lectio:* Brotean, Proteam *a. Alciatus plane a recentiori homine inculcatum putat, qui* Protea *illum Peregrinum Cynicum, de cuius morte Luciani libellus exſtat, intellexe* Broteas, *quem Iac. Parrhaſ. Addit. ad Epiſt. 9 e Graecis profert, ma me huc videtur facere.*

## B R V

BRVCHĪON, ſ. BRVCHĪVM, i. n. [Βρουχίον, Βρούχιον, Πυρουχεῖον] *Locus publicus Alexandriae, in quo viri docti regum Aegyptiorum liberalitate alebantur. Vid. Comment.* in Amm. Marcell. 22, 16 p. Amiſit regionis maximam partem, quae Bruchion appellabatur, diuturnum praeſtantium hominum domicilium. *Commemorat deinde res. Videtur ergo non diuerſum fuiſſe a Muſeo ſ. Muſio Alexandrino. Sic certe Caſaub. et Salmaſ. ad* Spartian. Adr. 20 p. 182 Hack. *qui nom interpretantur per* Prytaneum, *quaſi* πυρουχεῖον *i.* πυρὸς ταμεῖον, *Veſtae templum.* Πυρουχεῖον *eſt ap. Euſeb. Hiſt.* 7, 32.

BRVCHVS, *vel* BRVCVS [βροῦχος, βροῦκος] *Inſecti non agris infeſti.* Vulgat. Int. Nahum 3, 16 Bruchus expanſus eſt, et auolauit. *Et* Leuit. 11, 22 *inter* locuſtas volucres *recenſetur. Et tam* Hieronymus ad Nahumi l. c. Quod bruchus nihil aliud faciat, ſemper in terra ſit, et abſque alis cibo et ventri ſeruiat. *Vid. chartus Hieroz.* 2, 4, 2 p. 447 ſq. Bruchi, ἀττέλαβοι Hier. in Io 1, 4. Attelabi *autem ſine dubio locuſtae.* Populator bruchus Prude Hamartig. 229. *Conf.* Alcim. 5, 188.

BRVCTERI. [Βρουκτέροι] *Populi ſunt in Germania, quos Druſus nauali praelio in Amiſia flumine ſuperauit.* Tacit. Ann. 1, 60. 13, *et* Hiſt. 4, 21. *et* de Germ. 33, 1. Claud. de quart. Conſ. Honor. 451 Venit accola Siluae Bructerus Herciniae.

BRVCVM, antiqui Grauem dicebant. Feſtus. *Sed melius legunt* Brutum.

BRVGES Ennius *apud* Cic. Orat. c. 48. *et* Quinct. 1, 4, 15 *ſemper pro* Phrygibus *ſcripſit.*

BRVMA, ae. f. [τροπὴ χειμερινὴ] *Proprie dicitur Dies ſolſtitii hiemalis, totius anni breuiſſimus.* Feſtus: Bruma, a Breuitate dierum dicta, quaſi βραχὺ ἦμαρ. Varro L. L. 5, 2 p. 45, 15 Dicta Bruma quod breuiſſimus dies eſt. *Nempe* ducit ex Breuiſſima. *Antiqui dixerunt* Breuima, *et contracte* Bruma. Iſidor. 5, 35 *cum ſimilia retuliſſet, ab* Ec citate *dictam vult, quae Graece ſit* Bruma. *Credo ad* βρῶμα, *cibum, ſpicit.* Bruma noui prima eſt, veteriſque nouiſſima ſolis Ou. Fa 1, 163. Cic. de Diuin. 2, 33 Nam et muſculorum, iecuſcula bruma dicuntur augeri, et puleium aridum floreſcere brumali ipſo die. Ante brumam Cic. Fam. 7, 20. Poſt brumam Id. Fam. 3, 7. Martial. 1, 50, 19 At quum December canus, et bruma impotens, Aquilone rauco mugiet. Idem 7, 94 Bruma eſt, et riget horridus December. Iuuen. Sat. 6, 152 Menſe quidem brumae. Virg. Aen. 2, 4 Frigida ſub terra tumidum quem bruma tegebat. Bruma, *inquit* Seruius, id eſt Hiems. Dicta autem Bruma, quaſi βραχὺς ἡμέρα, id breuis dies. Sen. Hippol. 966 Vt nunc canae frigora brumae nudent ſiluas, nunc arbuſtis redeant vmbrae, nunc aeſtiui colla leonis Cerem magno feruore coquant. Confecta *dicitur* Bruma *eo ipſo die, tropicum Capricorni Sol attigit* Colum. 8, 5, 1 *etc. Vid.* Confectus CONFICIO. *Sic etiam* Conſumta Colum. 11, 2, 2. *Et* Exacta lad. Dec. 1. Horrida cano bruma gelu Virg. Georg. 3, 443. bernae tempora brumae Propert. 1, 8, 9. Iners bruma, *qua l. ruſticorum ceſſat* Hor. Carm. 4, 7, 12. Claud. de Rapt. Proſerp. 3, Quod bruma roſas Innoxia ſeruet. Intractabilis bruma Virg.

org. 1, 211. Claud. in Eutrop. 2, 95 Mitior alternum Zephyri iam bruma teporem Senſerat, et primi laxabant germina flores. Nimboſa Stat. Silu. 1, 3, 89. Perenni bruma foedare Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 262. Riphaea Valer. Argon. 5, 602. Sen. Herc. Oet. 383 Et Saeua totas bruma decuſſit comas. Iuuen. Sat. 9, 67 — quid agam bruma ſpirante? quid oro, Quid dicam ſcapulis ſeruorum menſe Decembri, Et pedibus? *pro Borea, aut alio quolibet vento frigido per brumam ſpirante.* Cic. de N. D. 2, 50 c. 19 In lunae quoque curſu eſt et brumae quaedam et ſolſtitii ſimilitudo. Brumae, plur. Cic. de Nat. Deor. 2, 19 c. 7 Poſſetne vno tempore florere, deinde viciſſim horrere terra, aut tot rebus ipſis ſe immutantibus, Solis acceſſus diſceſſusque, ſolſtitiis, brumisque cognoſci. Brumas *inter celebritates Chriſtianis vetitas refert* Tertull. de Idol. 10 *et* 14. Martial. 4, 40 Tecum ter denas numeraui Poſthume brumas, *i. XXX annos.*

BRVMĀLIS, e. [χειμερινὸς] *Vt,* Brumale tempus Cic. de Nat. Deor. 2, 57. Circulus brumalis Plin. 2, 70. *i. tropicus capricorni.* Dies Cic. de Fato 5. de Diuinat. 2 c. 14. Frigus Virg. Aen. 6, 205. Martial. 13, 16. Grando Ouid. e Pont. 4, 7, 34. Claud. in Eutrop. 1, 118 Arboris immoritur trunco brumalis hirundo. Horae Ouid. Met. 4, 199. Id. Triſt. 1, 10, 39 Iactor in indomito brumali luce profundo. Menſes hiemis brumales Plin. 10, 53. Meridies Columel. 9, 5. Nix Ouid. e Pont. 4, 5, 4. Cic. de Nat. Deor. 3, 37 c. 14 Eam cauſam affert Cleanthes, cur ſe ſol referat, nec longius progrediatur Solſtitiali orbe, itemque brumali, ne longius diſcedat a cibo. Polus brumalis Varro L. L. 8, 18 p. 105, 21. Cic. de Vniuerſ. 30 Aſtra per caelum penetrantia, ſolſtitiali ſe et brumali reuocatione conuertunt. Cic. de Orat. 3, 176 c. 45 Sol vt circumferatur, vt accedat ad brumale ſignum. *etc.* Ouid. Amor. 3, 6, 95 Aut lutulentus agis brumali tempore curſus. *Add.* Cic. in Arat. 61. Venti Lucan. 5, 406. ¶ 2 Brumalia, orum. [Διονύσια] *a Romanis dicta volunt poſt Cael. Rhodig.* 28, 24 *Bacchi ſacra, quae et Liberalia vocabantur. Sed nihil eſt idonei fundamenti. Semibarbaras Graeculorum nugas dabit Cangius in vtroque Gloſſario, vnde hoc relinquitur, celebritatem fuiſſe, interdictam Chriſtianis in vna alteraque Synodo. Forte nihil errauerit, qui eas eſſe* Brumas *dixerit, de quibus vidimus p. a. Tertullianum iam monuiſſe. Incidit* Bruma *in ipſos hilares Saturnalium dies etc.* ¶ 3 Iſidor. Gloſſ. Brumalia, reſinoſa pluuia. *Suſpicatur Graeuius* roſinoſam *legi debere, quod Barbaris* roſcidam *ſignificauerit.*

BRVMARIA, ae. f. Herba alias Lentopodium. Apul. de Herb. c. 7.

BRVNDVSIVM, *ſiue* BRVNDISIVM, [Βρενδήσιον] *Vrbs et Portus Calabriae,* quam Graeci Meſapiam vocant, et ante Peucetiam a Peucetio Oenotri fratre, *auctore* Plin. 3, 11. Sil. 8, 576 Necnon Brundiſium, quo deſinit Itala tellus. *Vbi hanc orthographiam per* I *in ſecunda ſyllaba probat Drakenb.* Hor. Serm. 1, 5 v. vlt. Brundiſium longae finis chartaeque viaeque eſt. Idem Epiſt. 1, 18, 20. Brundiſium Numicî melius via ducat, an Appî. *Conf.* ibid. 17, 52. Lucan. 2, 608 Brundiſii tutas conſcendit Magnus in arces. ¶ 2 Brenda, *Feſto auctore, etiam dicta* breuitatis cauſa a Poëtis *haec vrbs eſt.* Iſid. 15, 1 Brundiſium autem eſt dictum Graece, quod Brunda caput cerui dicatur. Sic eſt enim, vt et cornua videantur, et caput, et lingua, in poſitione ipſius ciuitatis. Heſych. βρένδον ἔλαφον. Brundam *vocat* Arnob. 2 p. 50. E *et* V *quoties ante* N *permutentur, Participia in* NDVS *docent.*

BRVNDISINVS, a, um. *Vt,* Foedus Brundiſinum Tacit. Ann. 1, 10, 5. *Conf. Meibom. in Maecenat. cap. 9. n. 11.* Nuntii Brundiſini Cic. Att. 8, 13. Brundiſinae coloniae natalis Cic. pro Sext. 131 c. 63. *Add.* Att. 4, 1 *vbi etiam* Brundiſinos *ſimpliciter ſemel iterumque nominat.*

BRVPEO in Gl. Philox. *explicatur* καταπλήττομαι. *Sed videtur corruptum ex* Stupeo.

BRVSCVM, i. n. *Tuber in acere arbore, de quo ſic* Plin. 16, 16 ſ. 27 Pulcherrimum vero eſt bruſcum, multoque excellentius etiamnum molluſcum. Tuber vtrumque arboris eius. Sed bruſcum intortius criſpum: molluſcum ſimplicius ſparſum. Et ſi magnitudinem menſarum caperet, haud dubie praeferretur cedro. Nunc intra pugillares lectorumque ſilicios aut laminas raro vſu ſpectatur. E bruſco fiunt et menſae nigreſcentes.

BRVTA, *Arbor, laudatur ex* Plin. 12, 17 ſ. 39 Cupreſſo fuſae ſimilis exalbidis ramis, iucundi odoris accenſa, et cum miraculo hiſtoriis Claudii Caeſaris praedicata. Folia eius inſpergere potionibus Parthos tradit, odorem eſſe proximum cedro *etc. Sed Harduinus ex MSS. legit,* Bratum. *Sunt qui hanc arborem hodie in Europa naſci exiſtiment, eandemque eſſe cum ſecundo Sabinae genere. Vid. Ruell.* 1, 59. *et Salmaſ. in Solin.* p. 667. et 670.

BRVTIVS, *vel* BRVTTIVS, a, um. Adi. [Βρέττιος, Βρέττιος] *a* Brutii *populi Italiae.* Sen. Thyeſt. 58 Bruttium Pontum ferente Coro, *i. e. mare, quod alluit Bruttiorum oram. Nobilis eſt* Pix Brutia. *Vid.* Scribon. 210. Plin. 24, 7 Spiſſarum vtiliſſima medicinae eſt Brutia, quoniam pinguiſſima et reſinoſiſſima vtraſque praebet vtilitates. Britia *vel* Brittia *ſcribitur* Veget. Mulom. 4, 14, 1. 4, 15 *etc.* Finitus *et* Promontorium Brutium Plin. 3, 5. Sil. 16, 1 Bruttia moerentem caſus patriaeque ſuosque Annibalem accepit tellus. Bruttia *geminato* T, *et hic Drakenb. et* 17, 433 Bruttia ſigna, *et ſic ſcribendum monet ad* 6, 15. *Add.* Columel. 10, 139.

BRVTIANVS, *ſ.* BRVTTIANVS (*in* MSS. *etiam* BRETTIANI *ſunt*) a, um. *aliud Adi.* Bruttiani *memorantur* a Catone *apud* Gell. 10, 3 Decemuiros Bruttiani verberauere. — *Subiicit* Gellius, quod Cato dixit, Bruttiani verberauere — id ſignificat. Quum Annibal Poenus cum exercitu in Italia eſſet, — primi totius Italiae Bruttii ad Hannibalem deſciuerunt. Id Romani aegre paſſi, poſtquam Hannibal Italia deceſſit, — Bruttios ignominiae cauſa non milites ſcribebant, nec pro ſociis habebant, ſed magiſtratibus in prouincias euntibus parere, et praeminiſtrare ſeruorum vicem, iuſſerunt. Itaque hi ſequebantur magiſtratus, tanquam in ſcenicis fabulis, qui dicebantur lorarii: et quos erant iuſſi, vinciebant aut verberabant. Quod autem ex Bruttiis erant, appellati ſunt Bruttiani. Bruttiorum *ad Poenos defectionem memorat etiam* Liu. 22, 61. *Sed conf. Bruttii a calumnia de illatis Ieſu Chriſto tormentis et morte vindicati diſſ. Petri Polidori Frentani Romae* 1737 fol. *ſubiecta Gabr. Barrio de antiquitate et ſitu Calabriae eod. anno Romae edito. Add.* Parmulae Bruttianae. *Aliud eſt* Brutianus *a* Brutus, *v. v.* Parmae Brutianae, dicta ſunt ſcuta, quibus Brutiani ſunt vſi. Feſtus.

BRV̄TVS. Adi. [ἀναίσθητος, ἄλογος] *Si audimus* Iſidorum l. 10 *dicitur* quaſi obrutus, quia ſenſu caret. Eſt enim ſine ratione, ſine prudentia. *Quid ſi ſit a* βροτὸς *mortalis, vt indicet eam naturam, in qua nihil caeleſte, nihil immortale?* Non. 2, 75 Brutum dicitur hebes et obtuſum. Bruta tellus Hor. Carm. 1, 34, 9 *vbi* Schol. Bruti graues et tardi dicuntur, quod terrae perpetuum eſt. Plin. 11, 37 ſ. 70 Bruta exiſtimantur animalium, quibus cor durum riget: audacia quibus paruum eſt: pauida, quibus praegrande. Pacuuius *apud* Auct. ad Herenn. 2, 36 Fortunam inſanam eſſe, et caecam et brutam perhibent Philoſophi — Brutam, quia dignum atque indignum nequeat internoſcere. *Nobilitatem velut hoc nomen accepit a cognomine* L. Iunii, *qui* Iuniae *illud genti, tum ſuae, patriciae, tum recentiori, plebeiae, ex qua erant* Marcus *et* Decimus, *Caeſaris interfectores, peperit: de quo* Liu. 1, 56 Statuit contemtu tutus eſſe, vbi in iure parum praeſidii eſſet. Ergo ex induſtria factus ad imitationem ſtultitiae, quum ſe ſuaque praedae eſſe regi ſineret, Bruti quoque haud abnuit cognomen, vt ſub eius obtentu cognominis liberator ille populi Rom. animus latens operiretur tempora ſua *etc.* Ouid. Faſt. 2, 717 Brutus erat ſtulti ſapiens imitator, vt eſſet Tutus ab inſidiis, dire Superbe tuis. *Huc pertinet iſta* Ploce Cic. Att. 14, 14 Quid ergo? Num iſta culpa Brutorum? Minime illorum quidem, ſed aliorum brutorum, qui ſe cautos ac ſapientes putant. *Caeterum huc referamus illud* Virg. Aen. 6, 819 Vis et Tarquinios reges, animamque ſuperbam Vltoris Bruti, faſceſque videre receptos? Fulmina Plin. 2, 43 Vt quae nulla veniant ratione naturae. Gentilitatis brutae pira Plin. 15, 15. *Sed Hard. ita:* a corio laneo bruta: *et putat* bruta *vocari* pira, *quae habeant lanuginem copioſiorem, inſtar ouis, quod maxime brutum pecus eſt.* Scitum brutum Caeſaris Prud. Periſt. 2, 66. Quid eo brutius Saresber. Policr. 1, 1. ¶ 2 *Subſtantiue vel Elliptice vſurpati nominis* Brutum *pro* bruto animali, *nondum prolatus auctor eſt.*

BRV̄TESCO, ĕre. *Brutum fieri* Sidon. Epiſt. 4, 1 Secundum belluas ineptit, bruteſcit. Lactant. 2, 5, 40 Animal quia ſenſu praeditum eſt, etiam membra eius habent ſenſum; nec niſi a corpore auulſa bruteſcunt. *Ita reſtituit Gronou. pro* Putreſcunt.

BRV̄TIANVS, a, um. *a* Bruto *proprio nomine deriuatum, vt,* Bello ciuili Brutiano Lactant. 2, 7 *extr.* Brutiana caſtra, Brutianae partes Paterc. 2, 72 *et* 74.

BRVTĪNVS, a, um. *Quod* Brutum *decet, ſimile factis* Bruti. Cic. ad Brut. 15 p. 136 Conſilia inire coepi Brutina plane (veſtri enim haec ſunt propria ſanguinis) Reipublicae liberandae.

## B R Y

BRYA, ae. f. [βρυά] *Fruticis ſpecies, gallae ſimilem fructum ferens.* Plin. 13, 21 Myricen et Italia fert, quam alii tamaricen vocant: Achaia autem bryan ſylueſtrem, *etc.*

BRYON, i. n. Herbae *nomen, de qua* Plin. 12, 23 ſ. 50 Sphagnos in Cyrenaica prouincia maxime probatur: alii Bryon vocant. — Sunt hoc nomine cani arborum villi, quales in quercu maxime videmus, ſed odore praeſtantes — Id. 13, 1 Vnguentorum expeditiſſimum fuit, primumque vt veriſimile eſt, e bryo et balanino oleo. Id. 13, 25 ſ. 49 Aliud genus fruticum Bryon vocatur, folio lactucae, rugoſiore tantum. *Sed* 27, 8 ſ. 33 Bryon marinum herba ſine dubitatione eſt, lactucae foliis ſimilis, rugoſa veluti contracta, ſine caule, ab ima radice exeuntibus foliis. Naſcitur in ſcopulis maxime, teſtisque terra comprehenſis. Plin. 12, 28 ſ. 61 Bryon vua eſt populi albae.

BRYŌNIA, ae. f. [ἄμπελος λευκή, βρυονία] *Herba duplex, altera* alba Bryonia, *quae et* vitis alba, *vt docet* Plin. 23, 1 ſ. 16. *Meminit* Bryoniae, i. e. albae vitis, radicis Scribon. 79 *Deinde eſt* nigra, *de qua* Plin. l. c. ſ. 17 Eſt ergo et nigra, quam proprie bryoniam vocant, alii chironiam, alii gynaecanthen, aut aproniam ſimilem priori, praeterquam colore *etc. Plura enim de ea narrat partim portentoſa.* Bryonias *vocatur, et* alnos alligare *dicitur* Columel. 10, 250. *vid.* Apul. de Herb. cap. 66.

## B V

BV, *Syllaba in verbis Graecae originis auget ſignificationem, quaſi tu dicas bouis inſtar.* Varro R. R. 2, 5, 4 Noui maieſtatem boum, et ab his dici pleraque magna, vt Βούσυκον, βούπαιδα, βούλιμον, βοῶπιν, vuam quoque bumammam. *Hinc ſua habet Feſtus in* BVLIMIA. *Add.* Bumaſtus, Bumelia, Buſelinum.

## B V A

BVA, ae. *Potio eſt puerorum paruulorum* Varro de Liberis educandis, *apud* Non. 2, 97 Quum cibum ac potionem buas, ac papas vocent, et matrem mammam, patrem tatam. Lucil. lib. 8 *ibid.* Quum vinulentas diceret, vini buas deſignauit. *Sic Mercer.*

## B V B

BVBALVS, BVBALINVS, BVBALIS, BVBALION, *vid.* BOS.

BVBALVS, Pictor. *vid.* BVPALVS *et* HIPPONAX.

BVBASTIS, *Diana, (vel ipſa adeo Iſis) nominata ab Aegyptiis, a qua et vrbs dicta* BVBASTVS, *et* Bubaſtites Nomos. *Vbi conuentus quotannis agebatur in honorem Dianae. Vid. Herodot.* 2, 137. Ouid. Met. 9, 690. *in comitatu Iſidis eſt* Sanctaque Bubaſtis, variiſque coloribus Apis.

BVBASTIA, orum. *Sacra, quae in honorem Dianae quotannis apud* Bubaſtum *celebrantur.* Gratian. Cyneg. 42 Vix operata ſuo, ſacra ad Bubaſtia, lino Velatur ſonipes aeſtiui turba Canopi.

BV̄BĂSVS, *alii* BVBASSVS, *Regio eſt Cariae* Plin. 5, 28 *in deſcriptione Cariae,* Bubaſſum *regionem ponit* Bubeſſum *vocant alii.*

BVBĂSIS, ĭdis. *Nomen gentile.* Ouid. Met. 9, 643 Byblida non aliter latos vlulaſſe per agros Bubaſides videre nurus. *Agitur etiam haec res in Caria.*

BVBBATIO, *vid.* BVLLATIO.

BVBILE, *vid.* BOS.

BVBINO, āre. [βολβίζω] Eſt Menſtruo mulierum ſanguine inquinare. Lucillius, haec, inquit, te imbubinat: at contra te imbulbitat (ille, *aut* infans *addendum ad explendum verſum, bene vidit Franc. Douſa* p. 7, 35) Imbulbitare eſt Puerili ſtercore inquinare. Dictum ex fimo, quod Graeci appellant βόλβιτον, *Haec* Feſtus. *Poteſt deriuatum videri a* βουβὼν, *inguen.* In Gloſſ. Iſidor. eſt Buuinare, ſanguine inquinare mulieris menſtruatae.

BVBLEVM, *vel* BVBLINVM, i. n. *Genus vini.* Feſt. *eſt* Byblinum, βύβλινον.

BVBO, ōnis. m. et f. [βύας] *Auis feralis et ſacra. Maſcul.* Ouid. Met. 5, 550 Ignauus bubo, dirum mortalibus omen. *Add.* ib. 6, 432. *Fem.* Virg. Aen. 4, 462 Solaque culminibus ferali car-

mine bubo Saepe queri. Vbi Seruius: *Sola bubo*, contra genus poſuit. Lucanus, *Bubone ſiniſtro.* *Et* Ouidius *Infandus bubo:* et hoc eſt in vſu. Sed Virgilius mutauit, referens ad auem. Plerumque enim genus, relicta ſpecialitate, a generali ſumimus: vt ſi dicas, *Bona turdus*, referendo ad auem. Item ſi dicamus, *Prima eſt* A, i. e. litera: quum A ſit neutri generis. *Hactenus* Seruius. Bubo, *a Bovis quodam mugitu dictus videtur, quem non vocali cantu, ſed gemitu potius reddit, funebris auis, et maxime abominata.* Plin. 10, 12 Bubo funebris, et maxime abominatus, publicis praecipue auſpiciis, deſerta incolit: nec tantum deſolata, ſed dira etiam, et inacceſſa: noctis monſtrum, nec cantu aliquo vocalis, ſed gemitu. *Conf.* Id. 13, 7. Apul. Mil. 3 p. 139. Lucan. 5, 396 *De fictis auſpiciis*, Et laetae iurantur aues, bubone ſiniſtro. Funereus bubo Ouid. Met. 10, 453. Ignauus Idem Met. 5, 550. Infeſtus Claud. in Eutrop. 2, 407. Luctifer Sen. Herc. fur. v. 687. Omen dirum mortalibus Ouid. Met. 5, 550. Raucus Idem Amor. 1, 12, 16. Stygius Id. Met. 15, 791. Lucan. 6, 689 Quod Trepidus bubo, Quod ſtrix nocturna queruntur.

BVBŬLO, āre. [βυάζω] *Dicitur* bubo, *cum vocem edit.* Auctor. carm. de Philomela, *apud* Ouid. v. 37 Bubulat horrendum ferali carmine bubo.

BVBO, ĕre. *Significat vocem*, quam *reddit butio auis paluſtris.* Auctor Philomel. 42 Inque paludiferis butio bubit aquis. *Al.* Butit.

BVBONA, *vid. ſub* BOS, *eſt enim boum Dea.*

BVBONIVM, i. n. [βȣϐώνιον] *Herba, quae et* After *alio nomine appellatur.* Plin. 27, 5, ſ. 19 After ab aliquibus Bubonium appellatur: quoniam inguinum (*nempe* βȣβῶνες *et inguina ſunt, et humores in illis locis*) praeſentaneum remedium eſt. Cauliculus foliis oblongis, duobus aut tribus, in cacumine capitula ſtellae modo radiata.

BVBONOCĒLE, [βȣϐωνοκήλη] *Herniae genus.* Celſ. 7, 18 *extr.* Inguen quoque nonnunquam ramices implent βȣβωνοκήλη vadpellant.

BVBSEQVA, BVBVLARIVS, BVBVLCVS, BVBVLCITARI, BVBVLVS, *vid.* BOS.

## B V C

BVCAR, Vaſis genus *profertur ex* Feſto. *Sed editur* BACAR *v. v.*

BVCARDIA, [βȣκάρδια] Lapillus bubulo cordi ſimilis, in Babylone tantum naſcens Plin. 37, 10.

BVCCA. [γνάθος] *Proprie partes illae oris noſtri molles, quae vtrumque caui illius latus claudunt, inflarique et introrſum trahi poſſunt.* Plin. 11, 37 ſ. 59 *Poſtquam de* Genis *dixit ſ.* Malis, *quae oculis ſubiectae ſunt*, Infra eas (*Hard.* intra *non bene*) hilaritatem riſumque indicantes buccae. Cic. Att. 1, 12 *extr.* Si rem nullam habebis, quod in buccam venerit, ſcribito. *Add.* 7, 10 *et* 14, 7 *extr.* Martial. 12, 24 — quidquid In buccam tibi venerit loquaris. Hor. Serm. 1, 1, 27 Quid cauſae eſt, merito quin illis Iuppiter ambas Iratus buccas inflet? Ad buccam probare mucronem Petron. 70. *i. tentare aciem.* *Et* c. 43 Durae buccae *homo videtur notare impudentem.* Age iam infla buccas Plaut. Stich. 5, 6, 7. Cic. Poſt red. in Senat. 12 Primum proceſſit, qua auctoritate vir? vini, ſomni, ſtupri plenus, madenti coma, compoſito capillo, grauibus oculis, fluentibus buccis, preſſa voce et temulenta. *Add.* Id. de Orat. 2, 266 c. 66 Pictum Gallum — diſtortum, eiecta lingua, buccis fluentibus, Nec ſtloppo tumidas intendis rumpere buccas, *inflare vsque ad proruptionem Spiritus.* Perſ. Sat. 5, 13. Sufflа celeriter tibi buccas, quaſi proſerpens beſtia Plaut. Stich. 5, 4, 42. *ad tibicinem dicitur.* Idem Trucul. 2, 2, 35 Quiaque iſtas buccas tam belle purpuriſſatas habes. Iuuen. Sat. 10, 195 Rugas, quales — In vetula ſcalpit iam mater ſimia bucca. Buccae tuae noſcenda eſt menſura Idem Sat. 11, 34. *i. quantum valeas dicendo.* ¶ 2 *Per Synecd.* Buccas, *pro Tubicinibus dixit* Iuuen. Sat. 3, 35 Quondam hi cornicines, et municipalis arenae Perpetui comites, notaeque per oppida buccae. *Aliter* id. 11, 34 Te conſule, dic tibi, quis ſis; Orator vehemens, an Curtius et Matho, buccae. *Vbi recte*, Vet. Schol. Iactanticuli, qui tantum buccas inflant, et nihil dicunt. ¶ 3 Bucca, *pro Fruſto panis.* Martial. 10, 5

Pontes per Vrbis erret exul, et cliuos:
Interque raucos vltimus rogatores
Oret caninas panis improbi buccas.

Per pontes, *vbi ſunt mendici: hi enim* Rogatores. Buccas caninas, *canibus dandas obiiciendasque. Eſt igitur eadem, quae* Buccea. Petron. c. 44 Non mehercules hodie buccam panis inuenire potui. ¶ 4 *Apud eundem* Petron. 64 *Puer petulans inequitans ſic volenti domino* manu plena ſcapulas eius ſubinde verberauit, inter quam riſum proclamauit, bucca bucca! quot ſunt hic? *videtur interiectio eſſe ridentis.*

BVCCŬLA, ae. Dimin. [γνάθιον] Apul. Met. 6 p. 182 Tunc Iupiter perpreſſa Cupidinis buccula, manuque ad os ſuum relata conbaſiauit. *Add.* Idem 3 p. 137 Bucculas inflandis tibiis diſtendere Arnob. 2 p. 73. Suet. Galb. 4 Conſtat, Auguſtum puero adhuc ſalutanti ſe inter aequales apprehenſa buccula dixiſſe, *etc.* ¶ 2 Buccula, *Pars caſſidis, quae* buccam *tegit. Nam caſſis cranium*, buccula *vero barbatas partes armat. Sic etiam Lipſ. de Mil. Rom.* 3, 5. Iuven. Sat. 10, 134 Lorica, et fracta de caſſide buccula pendens. *Hic etiam clipeum intelligit Cangius, in tropeo ſuſpenſum ſub galea. Sed quid faciemus* Liu. 44, 34 Alii galeas bucculasque, ſcuta alii loricasque tergere. Caeſ. . . . *eſſe dicitur* buccarum tegmen. Iul. Capitol. Maxim. iun. 3 Fecit et galeas gemmatas, fecit et bucculas. *Mentio illarum etiam* l. 6 C. de iure immunit. *et* l. 1 C. Theod. de Fabricenſ. *In vtroque hoc loco clipeum intelligit Dufresnius. Et* in l. 1 C. Th. de Fabricenſ. *illud ſpecioſum eſt, quod* octo caſſides totidemque bucculae *memorantur, cum alter tantus numerus requiratur, ſi de buccarum tegumentis ſermo ſit. Sed quid ſi totidem bucculas intellexit totidem paria buccularum? Illud extra dubium, inferiori aetate* Bucculam *et vmbonem clipei et totum clipeum notaſſe, quod Gallorum* Bouclier *etiam indicat. Sed illam, quam expungere videtur velle Cangius notationem, tuetur etiam* Gloſſ. Philox. Buccula παραγναθίς. Παραγναθὶς *autem* γνάθων, buccam, *quin tegat, dubitari non poteſt. Et ab illa ipſa ſignificatione demum gradum factum eſſe ad illam recentiorem, mihi quidem videtur.* ¶ 3 *Eſt etiam pars catapultae* Vitruu. 10, 15 *in qua fluctuat Baldus: et vix eſt, vt certi quidquam ex ipſo loco colligas. Tamen audiamus Baldi poſteriora dicta: Ad ſerrae modum dentatas regulas* (κανόνια ὠδοντωμένα *Heronis*) *eas eſſe, quas* Vitruuius bucculas *appellat, pro comperto habeo. Quam late paullatim patuerit hoc nomen, vſus Gallorum in ſuo* Boucle *oſtendit.*

BVCCVLARIVS. *Quidam, nominatim Turn.* 9, 16 *hoc nomen legunt* l. 6 C. de iure immunit. *vbi Gothofr.* Buccularum ſtructores (*quanquam ſunt etiam* Baccularii, *et* Bractearii ſtructores) *a* Buccula *galeae parte, de qua modo dictum.*



BVCCEA, ae. f. [ἔνθεσις, ψωμὸς] *Fruſtulum alicuius rei eſui aptae, quantum ſcilicet bucca commode capit.* Auguſtus in epiſtola ad Tiberium Sueton. c. 76 Ne Iudaeus quidem mi Tiberi, tam diligenter ſabbathis ieiunium ſeruat, quam ego hodie ſeruaui, qui in balneo demum poſt horam primam noctis duas bucceas manducaui prius, quam vngi inciperem. *Sunt Codd. qui* Buccas *habent. v. v.* n. 3.

BVCCELLA, ae. f. Dimin. [ψώμιον Onomaſt. Vet.] Martial. 6, 75

Quum mittis turdumque mihi, quadramue placentae,
Siue femur leporis, ſiue quid his ſimile:
Buccellas miſiſſe tuas te Pontia dicis.
Has ego non mittam Pontia, ſed nec edam.

Tuas, i. e. *a te paratas.* Has *nec* mittam *amicis*, nec edam *ipſe, quia veneni ſunt ſuſpectae: quam interpretationem firmat Raderus.* Buccellae maceratae Apic. 7, 6. Buccellae maiores Idem 7, 11. *Conf.* 8, 6. *et* 7, 9.

BVCCELLĀRIS, e. Adi. *vt*, Buccellaris farina Plin. Valer. 1, 6.

BVCCELLĀRE, is. n. *Ollae genus, vaſis certe ad coquendum apti.* Marcell. Emp. cap. 23 In buccellari decoquere.

BVCCELLARIVS, *qui aliena* buccella *viuit.* Gl. Iſid. Aſſecla, buccellarius. Aſſecula, Buccellarius homo. *et* Scurra, paraſitus, buccellarius. ¶ 2 *Deinde quod hi homines venalem haberent operam et animam*, Buccellarii *etiam dicti, vbi* Scurrae, *ſtipatores ac ſatellites, quorum miniſterio cruento etiam ſui reges vterentur. De talibus agunt* Impp. Leo et Anthemius l. 10 C. ad L. Iul. de vi publ. vel priu. Omnibus per ciuitates et agros habendi Buccellarios vel Iſauros, armatosque ſeruos licentiam volumus eſſe praeclufam. Quod ſi quis — armata mancipia ſeu Buccellarios, aut Iſauros in ſuis praediis, aut iuxta ſe habere tentauerit. *etc.* ¶ 3 *Tandem etiam iuſtae militiae nomen, cuius mentio in* Notit. Imp. Or. ſ. 6. *ſeu Pancirol.* c. 47. *vbi* ſub diſpoſitione viri illuſtris Magiſtri militum per orientem *ſunt etiam* Buccellarii iuniores. *Reliqua poſt* Turn. 24, 26 *et* 26, 15 *ac Salmaſ. ad* Lamprid. Heliog. 33 *et* Alex. Seu. 61. *Ducangium in vtroque Gloſſario.*

BVCCELLATVM, i. n. *dicitur a* Bucca *vel* Buccea. *Quid autem ſit, oſtendit* Ammianus Marc. 17, 8 *pr.* Firmatoque conſilio XX. dierum frumentum, ex eo quod erat in ſedibus conſumendum, ad vſu diuturnitatem excoctum, buccellatum, vt vulgo appellant, humeri impoſuit libentium militum. Spartian. in Nigro 10 Piſtores ſequ expeditionem prohibuit, buccellato iubens milites, et omnes contentos eſſe. L. 6 C. Theod. de erogat. milit. anno. Expeditionis tempore buccellatum panem, vinum quoque atque acetum — milite noſtros ita ſolere percipere.

BVCCVLENTVS. Adi. [πρόσομος] *Grandi ore vel malis plenioribus*, Plaut. Merc. 3, 4, 54 E. Ego dicam tibi, canum, varum, ventrioſum, bucculentum, breuiculum, ſubnigris oculis, longis mali panſam aliquantulum.

BVCCĬNA, *vel* BVCINA, ae. f. [σάλπιγξ] *Incuruum genu tibiae ſ. cornu potius.* Ex cornu certe caprae *fieri indicat* Seru. ad Aen. 7, 519. *Quibus* Buccina *placet, illi a* Buccis *plenis, quibus inflatur, for. deriuant. Sed* Varro de L. L. 5, 7 p. 59, 25 Etiam Bucinator a voc ſimilitudine (*ſono* bu) et cantu dictus. Iſid. 18, 4 Bucina, qua ſ gnum datur in hoſte, dicta a voce quaſi *vocina* (*non recte videtur intellexiſſe* Varronem. *Sed caetera bene.*) Nam pagani agreſtesque a omnem vſum bucina ad compita vocabantur. Proprie ergo hoc agr ſtibus ſignum fuit. De qua Perſius, Bucina iam priſcos cogebat a arma Quirites. Huius clangor Bucinum dicitur. *Appoſite ad* Iſido *ſententiam* Cic. Verr. 4, 96 c. 44 Signum, quod erat notum vicin tati, buccina datur. *Iterum* Iſidorus, Bucina inſonans ſolicitudine ad bella denunciabat. Virgilius (Aen. 7. 519) Qua buccina ſignum dira dedit. Tuba autem praelia indicabat. *De figura et materia bellicae* Buccinae. Veget. 3, 5 Tuba, quae directa eſt, appellatur: Buccina, quae in ſemetipſam aereo circulo flectitur. Ouid. Met. 1, 335 *de Tritone*, — caua buccina ſumitur illi

Tortilis in latum, quae turbine creſcit ab imo:
Buccina, quae in medio concepit vbi aëra ponto,
Littora voce replet ſub vtroque iacentia Phoebo. *etc.*

Virg. Aen. 11, 474 — bello dat ſignum rauca cruentum Buccin. *Diſtinguit etiam hic* Seruius Bellum a Pugna. Turmalis Claud. Bell. Gild. 447. *Vigiliis mutandis ſignum dabat.* Propert. 4, 4, Et iam quarta canit venturam buccina lucem. Sil. Ital. 7, 154 — mediam ſomni cum buccina noctem Diuideret. Liu. 7, 35 Vl ſecundae vigiliae buccina ſignum datum eſſet. *Huc pertinet* Cic. pr Muraen. 22 Te gallorum (*in vrbe*) illum buccinarum (*in caſtris*) cantus exſuſcitat. *Sed eſt etiam* Buccina, *paſtorale inſtrumentum* Columel. 6, 23, 3 Nam id quoque ſemper crepuſculo fieri debet, ad ſonum buccinae pecus, ſi quod in ſiluis ſubſtiterit, ſepta repeter conſueſcat. Varro de R. R. 2, 4, 20 Subulcus (*porcos*) debet conſuefacere omnia, vt faciant ad bucinam. *Add.* 3, 13, 1. Propert. 4, 10, 29 Nunc intra muros paſtoris Buccina lenti Cantat. Iuuen. 7, 71 Nam ſi Virgilio puer (*ſeruulus*) et tolerabile deſit (*ob paupertatem*) Hoſpitium, caderent omnes a crinibus (*furiarum, quas pingit* Aen. 7, 744) hydri: Surda (*muta, minime vocalis*) nihil gemeret graue buccina (*quam introducit* Aen. 11, 474) *Verbo, ſi pauper nimis eſſet Virgilius, non tanto ſpiritu ſcripſiſſet.* Apuleius Florid. p. 357 40 Siquidem vox hominis, et tuba rudore toruior, et lyra concentu variatior, et tibia queſtu delectabilior, et fiſtula ſuſurro iucundior et buccina ſignificatu longinquior. *Sic Elmenh.*

BVCCINVM, i. n. *Eſt* clangor buccinae, *vt vidimus ex* Iſid. 18, 4 Plin. 11, 10 Donec vna omnes excitat gemino aut triplici bombo, v buccino aliquo. *De apibus loquitur.* ¶ 2 Buccinum, *Genus conchae.* Plin. 9, 36 ſ. 61 Concharum ad purpuras et conchylia (eadem enim eſt materia, ſed diſtat temperamento:) duo ſunt genera Buccinum minor concha, ad ſimilitudinem eius, qua buccini ſonus editur: vnde et cauſa nomini, rotunditate oris in margine inciſa. Alterum, *etc.* Buccinum non niſi petris adhaeret, circaque ſcopulos legitur. Purpurae alio nomine pelagiae vocantur. *Et* c. 38 ſ. 62 Buccinum per ſe damnatur, quoniam fucum remittit. Pelagio admodum alligatur, nimiaeque eius nigritiae dat auſteritatem illam nitoremque qui quaeritur. Buccini purpura Quinctil. 12, 10, 76 *eſt praeſtantiſſima. Vid. quae ad h. l. diximus.*

BVCCĬNVS, i. m. *Qui canit buccina* Petron. 74 Hic buccinus ſignum dedit. *Item ipſe* Clangor tubae. Barth. Aduerſ. 39, 6. *Conf.* Vel. Longum de Orthogr. p. 2243.

BVCCĬNO, āre. [σαλπίζω] Varro de R. R. 2, 4, 20 Primo qui incluſerunt, quum bucinatum eſt, aperiunt, vt exire poſſint, *et* *Neutraliter ſ. intranſitiue*, Ter buccinauit Sen. Controu. 3 praef. *buccina horae index audita.*

BVCCINĀTOR, ōris. m. [σαλπικτὴς] *Qui buccina canit: ſpe-ciatim horarum et vigiliarum index.* Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 35 Qua re animaduerſa, Varus, et terrore exercitus cognito, buccinatore in caſtris, et paucis ad ſpeciem tabernaculis relictis, de tertia vigilia ſilentio exercitum in oppidum reducit. *Vid.* Barthol. de Tib. vet. 3, 7. ¶ 2 Metaph. Cic. Fam. 16, 21 Quare quod polliceris te buccinatorem fore exiſtimationis meae: firmo id conſtantique animo facias licet. Buccinator nominum, *Miniſter qui praeconem ſequebatur.* Pignor. de Seru. p. 285 *inſcriptionem protulit, in qua* PAPIAS SERVOS PVBLICVS BVCCINATOR NOMINVM.

BVCCO, ōnis. m. *Qui amplas a crebra inflatione buccas habet, fatuus.* Plaut. Bacch. 5, 1, 2 Stulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones. Apud Iſidor. lib. 10 B. eſt Garrulus qui caeteros oris loquacitate, non ſenſu exſuperat. *Vid.* BVCCA n. 2. *Plural.* Apul. Apol. p. 325, 30 Palamedes, Siſyphus — et, ſi qui praeterea fuere dolo memorandi, ſi cum hac vna Rufi fallacia contendantur, macci prorſus et buccones videbuntur. In *lexico* Latinograeco buccones *ſunt* παράσιτοι. *Qui hactenus cum* Buccellariis *conueniunt.*

BVCCONIATIS. *Genus vuae*, Capnias, et Bucconiatis et Tarrupia, in Thurinis collibus, non ante demetuntur, quam gelauerit Plin. 14, 3.

BVCCVLA, BVCCVLARIVS, *vid.* BVCCA.

BVCEA, *per ſimplex* C, Folliculus grani fabae interior, qui albus eſt. *Sic Calepinus neſcio vnde.*

BV̄CĔPHĂLVS, i. m. [Βȣκέφαλος] *Equus Alexandri Magni, de quo* Plin. 8, 42 ſ. 64 Eidem Alexandro et equi magna raritas contigit: Bucephalon eum vocarunt, ſiue ab aſpectu toruo, ſiue ab inſigni taurini capitis armo impreſſi. Tredecim (*ſic. Hard. al.* Sedecim) talentis ferunt ex Philonici Pharſalii grege emtum, etiam tum puero capto eius decore. Neminem hic alium quam Alexandrum regio instratus ornatu recepit in ſedem, alios paſſim recipiens (*ſic Hard. al.* reiiciens.) Idem in praeliis memoratae cuiusdam perhibetur operae, Thebarum oppugnatione vulneratus in alium tranſire Alexandrum non paſſus. Multa praeterea eiusdem modi: propter quae rex defuncto ei duxit exequias. Vrbem tumulo circumdedit nomine eius. *Hactenus* Plinius, *qui de vrbe agit* 6, 20 *extr.* *Conf.* Curt. 9, 1, 6. et 6, 5, 18. Gell. 5, 2. *Neque vero tantum Alexandri ille ſingularis equus* Bucephalus *eſt appellatus, ſed apud Theſſalos omnes illi idem tulere nomen, quibus taurini capitis inſigne eſſet inuſtum: vt Schòliaſt. Ariſtoph. et Heſych. docent. Conf. Salmaſ. Exerc. Plin.* p. 893. *Voſſ. Inſt. Orat.* 4 p. 132. *Gronou. ad Stat. Silu.* p. 31. *et M. Piccart. Peric. Crit. lib. Sing. cap.* 1.

BV̄CĔRAS, ătis. n. *Herba, de qua ſic* Plin. 24, 19 Nec foeno graeco minor auctoritas, quod telin vocant, alii carphos, aliqui Buceras, alii aegoceras: quoniam corniculis ſemen eſt ſimile: nos ſiliciam.

BVCERIAE, BVCERVS, BVCETVM, *vid.* BOS.

BVCHIANOS. Feſtus: Buccinam quam nos appellamus, Graeci buchianon a ſimilitudine ſoni dicunt. *Scaliger emendat* βυκάνην.

BVCIDA, *vid.* BOS.

BVCINVM, *vid.* BVCCINVM.

BV̄CŎLĒSIA, ae. f. [Ϭȣκολησιὰ] *Inanis et falſa cogitatio, vana imaginatio.* Ita in Petron. cap. 41. *pro* Bacaluſiis *legit Reineſ. vid.* BACALVSIA.

BVCOLVS, BVCOLICVS, *vid.* BOS.

BVCRANIVM. [Ϭȣκράνιον] *Herba eſt Galeno, alio nomine* Antirrhinum appellata. Apul. de Herb. c. 86.

BVCVLA, BVCVLVS, *vid.* BOS, *it.* BVCCVLA *ſub* BVCCA.

## B V D

BVDA, *vel* PVDA, eſt Papyrus, vt oſtendit Voſſ. ad Melam 3, p. 599 *Vbi laudat vetus Epigramma ineditum*, Vt deuota piis clarerent lumina templis, Niliacam texit cerea lamina budam: *quod paullo ante dictum fuerat* Lenta paludigenam veſtiuit cera papyrum. *Hinc reſtituere vult Voſſius* Melae l. c. Alit et pudam, et minora quidem, eiusdem tamen generis animalia. *Sed vehementer fluctuat lectio. Antiqui* praeter pyrum. *Iac. Gron.* Alit et ſcirpum *coniecit. Abrahamus Gronouius edidit*, Alit papyrum. *Quid ſi potius animal quodcunque Niloticum hic latet? Caeterum* pudam *etiam* Ennio *tribuit Voſſius ap.* Varr. L. L. 6, 2 p. 69, 18 *vbi editur*, Areopagitae quid dedere aliud, quam pudam? Gloſſ. Iſid. Buda, hiſtoria. *leg.* Storea. *Add. Reineſ.* V. L. 1, 8.

## B V F

BVFO, ōnis. m. [μύοξος] Rana terreſtris, nimiae magnitudinis. Seru. ad Virg. Georg. 1, 184 Aut oculis capti, fodêre cubilia talpae: Inuentusque cauis bufo. *Nec dum alia eius prolata mentio. Neſcio vnde ſit, quod tradit Niphus de Augur.* 1, 10 *Bufonem vndecunque aut quomodocunque obuium in auguriis felieiſſimum habitum. An de rubeta iſta legerat, quam* bufonem *eſſe, vero ſimile eſt?*

## B V G

BVGILLO, ōnis. *Herba, forte eadem, quae* Bugula. Bugillonis ſuccus Marc. Emp. 8.

BVGLOSSA, ae. f. *vel* BVGLOSSVM, i. n. [βȣ́γλωσσος] *Herba* Plin. 25, 8 Iungitur huic bugloſſos, boum linguae ſimilis: cui praecipuum, quod in vinum deiecta, animi voluptates auget, et vocatur Euphroſynum. Seren. v. 421 Capparis atque apium bugloſſique, *etc.* Primam corripit Macer. 2, 20. v. 1 et 10.

BV̄GŎNES, um. f. [βȣγόνες] *Apum epitheton, quaſi tu bouigenas dicas.* Varro de R. R. 2, 5, 5 Denique ex hoc (*boue*) putrefacto naſci dulciſſimas apes mellis matres, a quo eas Graeci βȣγόνας appellant. *Videtur leg.* βȣγενε͂ας, *quod eſt apud Heſychium et alios.* Rem *ipſam declarat* Virgil. 4, 283 ſqq. *vbi reliquos comparat Cerda. Vid. mox* BVGONIA.

BVGONIA, ae. f. *Apum ex boue generatio.* Varro de R. R. 2, 5, 5 *Poſt verba, quae modo dedimus in* BVGONES *addit*, Et hinc Plautium putum eſſe Latine, cum Hirrium Praetorem renuntiatum Romam in Senatum ſcriptum habere, Sed bono animo es, non minus ſatisfaciam tibi, quam qui Bugoniam ſcripſit. *Locus difficilis nec forte ſincerus, quod diſputationes hominum eruditorum docent. At hoc tamen intelligitur* Bugoniam, βȣγονίαν *eſſe, fuiſſe quidem certe, carmen de illa* apum ex boue generatione.

## B V L

BVLAPĂTHVM, i. n. [βȣλάπαθον] *Herba inter* Lapathi *genera memorata* Plin. 20, 21 ſ. 86.

BVLBĪNE, es. f. [βȣλϐίνη] Plin. 20, 9 ſ. 41 Herba porraceis foliis, rubicundo bulbo. Traditur vulneribus mirum in modum vtilis duntaxat recentibus. *Conf.* Plin. 19, 5.

BVLBINVS *pro* PVLVINVS *antiquae editiones* Pallad. Febr. 23, 6 et 13.

BVLBĬTO, āre. [Ϭολβιτίζω] *Puerili ſtercore foedo. Vid.* in BVBINO.

BVLBITVM, i. n. [βόλβιτον] *Fimus.* Plin. 28, 17.

BVLBVS, i. m. [Ϭολϐὸς] *In quantum ſpeciei nomen eſt, neſcio an ſatis definitum ſit hodie. Locus claſſicus eſt* Plin. 19, 5 ſ. 30 *poſt* Siſer *et* Paſtinacam, Proxima, *inquit*, his eſt bulborum natura, quos Cato in primis ſerendos praecepit, celebrans (R. R. 8, 2) Megaricos. Verum nobiliſſima eſt Scilla — Nec vlli amplitudo maior, ſicut nec vis aſperior. Duo genera medica: maſculus albis foliis, femina nigris. Et tertium genus eſt cibis gratum, epimenidium vocatur, anguſtius folio, ac minus aſpero. Seminis plurimum omnibus. Celerius tamen proueniunt ſatae bulbis circa latera natis. Et vt creſcant, folia quae ſunt his ampla, deflexa circa obruuntur. Ita ſuccum omnem in ſe contrahunt capita *etc.* Col. 10, 106 Quaeque viros acuunt, armantque puellas, Iam Megaris veniant genitalia ſemina bulbi. *Nempe Venerem ſtimulant. Hinc* Ouid. Rem. Amor. 797. Daunius an Libycis bulbus tibi miſſus ab oris, An veniat Megaris, noxius omnis erit. Martial. 13, 34 Quum ſit anus coniunx, quum ſint tibi mortua membra, Nil aliud bulbis quam ſatur eſſe potes. *i. ſaturare te poſſunt bulbi, ſtimulare in Venerem non poſſunt.* Bulbus ſcillae Scribon. 79. Plin. 19, 2 ſ. 10 Theophraſtus auctor eſt, eſſe bulbi genus circa ripas amnium naſcens, cuius inter ſummum corticem, eamque partem qua veſcuntur, eſſe laneam naturam, ex qua impilia (*Sic Hard. al.* mapalia) veſtesque quaedam conficiantur. Conficiant *Sphalma eſt Hard.* ¶ 2 Bulbi, *ſunt Radices omnes rotundae, tunicatae, quales ſunt lilii, croci, narciſſi, colocaſiae, et arundinum.* Celſus 2, 18 In media vero materia numerari ex oleribus debere ea, quorum radices vel bulbos aſſumimus. *Et mox*, Ex oleribus valentior rapa, napique, et omnes bulbi, in quibus cepam quoque et allium numero. *Et* c. 21 *inter ea quae* mali ſucci ſunt — radicula, rapa, napi, bulbi, braſſica. Pallad. 3, 21 Nunc et liliorum bulbos ponemus, vel lilia ante habita ſarriemus ſumma diligentia: ne oculos circa radices naſcentes, et minores bulbulos ſauciemus: qui a matre ſubtracti, atque in alios digeſti ordines, noua lilieta formabunt. Plin. *de Lilio* 21, 5 Nihilque eſt foecundius, vna radice quinquagenos ſaepe emittente bulbos. Ibid. 17 *de Aſphodelo*, Radix eius napis modicis ſimilis eſt, neque alia numeroſior, LXXX ſimul aceruatis ſaepe bulbis. Idem 17, 20 *de Arundine*, Seritur bulbo radicis, quem alii oculum appellant, dodrantali ſcrobe, interuallo duûm pedum et ſemipedis. *De* bulbis arundinûm Col. 4, 32, 2. Colocaſiae Pallad. Febr. 23, 4. Croci Id. 3, 21, 3. Bulborum capita Plin. 19, 6 ſ. 33. Tunicae bulborum replictae Stat. Silu. 4, 9, 30. Melampodion — caule palmi ferulaceo bulborum tunicis conuoluto *i. ſimilibus* Plin. 25, 5 ſ. 21. Bulbus quem vomitorium vocant ab effectu folia habet nigra caeteris longiora Plin. 20, 9 *extr.* Bulbos quaerit, *Iocus prouerbialis in eos, qui* Capite obſtipo defigunt lumina terrae.

BVLBACEVS. Adi. *Quod bulbi ſimilitudinem habet.* Plin. 21, 26 Radix eſt bulbacea. *De hyacintho loquitur.*

BVLBŌSVS. Adi. *Idem.* Plin. 27, 8 Radice bulboſa, oblonga. *Add.* Id. 21, 17 *et* 21.

BVLBVLVS, i. m. Dimin. Pallad. 3, 21, 3 Nunc et liliorum bulbos ponemus, vel lilia ante habita ſarriemus, ſumma diligentia, ne oculos circa radicem naſcentes et minores bulbulos ſauciemus, qui a matre ſubtracti, atque in alios digeſti ordines, noua lilieta formabunt.

BV̄LE, es. f. [Ϭȣλὴ] *Senatus vrbium Graecarum.* Plin. Epiſt. 10, 117 Solent totam bulen, atque etiam e plebe non exiguum numerum vocare. *Et* Epiſt. 111 *et* 113 In bulen legi. *Hinc*

BVLAEVS [Βȣλαῖος] Iupiter, *et* Bulaea Pallas, *in numis apud Spanh. de Vſu, etc.* diſſ. 3 p. 133. *quaſi conſilii publici praeſides.*

BVLEPHORVS, *vocabatur* Summae rei rationalis. Conſt. Imp. Cod. leg. 7. *Vid.* Panciroll. Notit. dign. Imp. Orient. 75.

BVLEVTA, ae. m. [βȣλευτὴς] *Conſiliarius, Senator, vrbis Graecae, ſiue Decurio.* Plin. Epiſt. 10, 48 Claudiopolitani quoque in depreſſo loco imminente etiam monte, ingens balineum defodiunt magis, quam aedificant, et quidem ex ea pecunia, quam buleutae addunt beneficio tuo. Plin. 10, 113 et 115. Spartian. Seuer. 17.

BVLEVTERION. [βȣλευτήριον] Cyzici et Buleuterium vocant Aedificium amplum, ſine ferreo clauo, ita diſpoſita contignatione, vt eximantur trabes ſine fulturis, ac reponantur: quod item Romae in ponte Sublicio religioſum eſt, poſtea quam Coclite Horatio defendente, aegre reuulſus eſt. *Haec* Plin. 36, 15 ſ. 23. Buleuterium *item locus Syracuſis, vbi erat Curia, apud* Cic. Verr. 2, 50 c. 21.

BVLGA, ae. f. [πήρα] Feſtus: Bulgas Galli Sacculos ſcorteos appellant. Nonius 2, 76 Bulga eſt Folliculus omnis, quem et Crumenam veteres appellarunt, et eſt Sacculus ad brachium pendens. Lucil. Sat. lib. 6.

Cui neque iumentum eſt, nec ſeruus, nec comes vllus.
Bulgam et quicquid habet nummorum, ſecum habet ipſe.
Cum bulga coenat, dormit, lauit: omnis in vna
Spes hominis bulga, hac deuincta eſt caetera vita.

Varro, In quo nobilius eſt Philippeum quod accipimus, quam quod bibimus, quum alterum addamus in bulgam, alterum in veſicam. Lucil. Ita vt quisque noſtrum e bulga matris eſt in lucem editus. Lucill. *Conf.* Elmenh. ad Arnob. p. 111. *Vid. etiam* Voſſ. Lex. Etymol. et Argol. de Lud. Circ. 2, 2.

BVLIMA, ae. *ſ.* BVLIMVS, i. [βȣ́λιμος, βȣλιμία] *Eſt quam medici famem caninam appellare ſolent.* Feſtus, Bulimam (*Scal.* Bulimum) Graeci magnam famem dicunt, adſueti magnis et amplis rebus praeponere BV, a magnitudine ſcilicet bouis. Hinc eſt, quod grandes pueros Bupaedas appellant; et mariſcam ficum Bulycon. *Caeterum* βȣ́λιμον Gellius 16, 3 Vim famis intolerabilem interpretatur. Veg. Mulom. 3, 35 Ieiunia Bulimúm faciunt. *Et* 38 Bulimum animalia ſuſtinent frequenter ex fame, frequenter ex laſſitudine — Quodſi permanſerit Bulimus — Quodſi iter agens inciderit Bulimum.

BVLĪMO, āre. Theod. Priſc. 2, 26 (*al.* 29) Edaces, bulimantes.

BVLLA, ae. f. [πομφόλυξ] *Tumor ille inanis, qui oritur in aquis* bullientibus, *vel alias agitatis atque aëre permixtis.* Ouid. Met. 10, 734 Intumuit ſic vt pluuio perlucida caelo ſurgere bulla ſolet. *Huic vitam comparare noſtram ſolebant.* Varro R. R. *pr.* Cogitans eſſe properandum: quod, vt dicitur, ſi eſt homo bulla, eo magis ſenex. Petron. 42 Nos non pluris ſumus quam bullae. Plin. 31, 2 ſ. 8 Tungri ciuitas

Galliae fontem habet inſignem, plurimis bullis ſtellantem. Apul. Met. 4 p. 145, 7 Fons affluens bullis ingentibus ſcaturibat. ¶ 2 *Hinc translatum nomen ad ornamenta caua plura, e lamina metalli praeſertim pretioſioris*, bullae *formam habentia, vt triumphantium, de qua* Macrob. Sat. 2, 6 Sicut praetexta magiſtratuum, ita bulla *(tempore Tarquinii Priſci)* geſtamen erat triumphantium, quam in triumpho prae ſe gerebant, incluſis intra eam remediis, quae crederent aduerſus inuidiam valentiſſima. ¶ 3 Hinc deductus mos *(pergimus dare verba* Macrobii) vt praetexta et bulla in vſum puerorum nobilium vſurparentur, ad omen et vota conciliandae virtutis ei ſimilis, cui primis in annis munera iſta ceſſerunt. *Narrauerat nempe, de Tarquinio Priſco,* quo bello (Sabino) filium ſuum annos quatuordecim natum, quod hoſtem manu percuſſerat, et pro concione laudauit, et bulla aurea praetextaque donauit, inſigniens puerum vltra annos fortem praemiis virilitatis et honoris. *Plures de origine huius* bullae *puerilis narrationes habet* Macrobius, *vnam modo addimus.* Nonnulli credunt ingenuis pueris attributum, vt cordis figuram in bulla ante pectus annecterent, quam inſpicientes ita demum ſe homines cogitarent, ſi corde praeſtarent. *Poſt haec vix dignus, qui audiatur* Feſtus, *audiendus tamen:* Bulla aurea, Inſigne erat puerorum praetextatorum, quae dependebat eis a pectore: vt ſignificaretur, eam aetatem alterius regendam conſilio. Dicta eſt autem Bulla e Graeco ſermone βȣλὴ, quod conſilium dicitur Latine: vel quia eam partem corporis bulla contingat, id eſt pectus, in quo naturale manet conſilium. *Illa etymologia, licet Varronis eam dicat, iam improbabilis viſa Plutarcho Qu. Rom. 101. Nempe luſit ſuo modo Varro.* Plin. 33, 1. Sed a Priſco Tarquinio omnium primo filium, quum in praetextae annis occidiſſet hoſtem, bulla aurea donatum conſtat: vnde mos bullae durauit, vt eorum, qui equo meruiſſent filii, id inſigne haberent, caeteri lorum. *Notabilis eſt ad vltima de equitum filiis firmanda locus* Cic. Verr. 1, 152 c. 58 *Agitur de pupillo P. Iunii, quem Verres bonis euerterat, qua ratione in equitibus cenſeri non amplius poterat.* Hic igitur — bonis patriis fortunisque omnibus ſpoliatus venit in iudicium — Neque tam te *(Hortenſium alloquitur, Patronum Verris, qui queſtus fuerat ad inuidiam faciendam Verri puerum eſſe adductum)* commouebat, quod ille cum toga praetexta, quam quod ſine bulla venerat. Veſtitus enim neminem commouebat is, quo illi mos et ius ingenuitatis dabat. Quod ornamentum pueritiae pater dederat, indicium atque inſigne fortunae, hoc ab iſto praedone *(vna cum fortunis nempe ipſis)* ereptum eſſe, grauiter et acerbe homines ferebant. Liu. 26, 36 *Suadet Conſul*, Aurum, argentum, aes ſignatum omne ſenatores craſtina die in publicum conferamus: ita vt annulos ſibi quisque et coniugi, et liberis, et filio bullam, et quibus vxor filiaeue ſunt, ſingulas vnicas pondo auri relinquant. Aſcon. ad Cic. l. c. *forte ſua tempora reſpicit, cum ait*, Bulla ſuſpendi in collo infantibus ingenuis ſolet aurea, libertinis ſcortea, quaſi communiens pectus puerile. *Illud diſcrimen indicat etiam* Iuuen. 5, 164 Etruſcum puero ſi contigit aurum, (*i.* bulla) Vel nodus tantum, et ſignum de paupere loro. *Conf.* Vet. Schol. *Hanc ergo ponebant cum ipſa praetexta. Huc reſpicit* Perſ. 5, 30 Quum primum pauido cuſtos mihi purpura ceſſit, Bullaque ſuccinctis Laribus donata pependit. Propert. 4, 1, 131 Mox vbi bulla rudi dimiſſa eſt aurea collo, Matris et ante deos libera ſumta toga. *Etiam in puellaribus crepundiis eſt.* Plaut. Rud. 4, 4, 127 Et bulla aurea eſt, pater quam dedit mihi natali die. *Caeterum* bullas *illas non plane Sphaericas fuiſſe, ſed hemiſphaericas, altera parte planas, tum ipſum* bullae *nomen indicat, tum antiquae imagines, qualis v. g. eſt in Fontanini Antiquitatibus Hortae* 1, 7 p. 146. *Nec obſtat, quod illud monimentum Etruſcum eſt, Etruſca enim res eſt* Bulla, *vt e Iuuenale modo vidimus. De hac* Bulla *Italice ſcripſit A. 1732 Fr. Ficoronus.* ¶ 4 Bullae *etiam ſunt Ornamenta balteorum et cingulorum* Virg. Aen. 12, 942 — et notis fulſerunt cingula bullis. *Conf.* id. 9, 359. Bullas *has* Nodos *appellat* Val. Flacc. Argon. 5, 579 *ex emendatione N. Heinſii, quem vide*, Quis procul ille, humerum nodis cui balteus aſper Subligat? Bulla argentea *Cerui ornamentum* Ouid. Met. 10, 114. *Et* Aſinus *liberator puellae*, Bullis aureis inoculatus veluti ſtellis ſidereis relucet Apul. Mileſ. 6 p. 185. Bullam *pro Capite clauorum, qui in valuis magnarum aedium honoris gratia affigi ſolent, accepit* Plaut. in Aſinaria 2, 4, 20 Iuſſine in ſplendorem dari bullas has foribus noſtris? Cic. Verr. 4, 124 c. 56 *tradit* Verrem, bullas aureas ex valuis templi magnificentiſſimis abſtuliſſe. *Hoc genus* bullae *intelligo* Petron. 30 *vbi* Tabula — lunae curſum, ſtellarumque VII imagines pictas habebat: et qui dies boni, quique incommodi eſſent, diſtinguente bulla notabantur. *Simile quid etiam videtur indicare* Vitruu. 9, 9 *in Horologii deſcriptione*: Namque in ſingulis ſignis ſui cuiusque menſis dierum numeri caua ſunt perfecta, cuius bulla, quae ſolis imaginem horologiis tenere videtur, ſignificat horarum ſpatia: ea (bulla) translata ex terebratione in terebrationem menſis vertentis perficit curſum ſuum. *etc.*

BVLLĀTVS, a, um. *Bullis ornatus* Iuuen. Sat. 14, 5. Si damnoſa ſenem iuuat alea, ludit et heres Bullatus. *i. Puer.* Statua Val. Max. 3, 1, 1. Varro de L. L. 4, 24 p. 29, 36 Cingulum e corio bullatum balteum dictum. Bullatae nugae Perſ. Sat. 5, 19. *i. inanes.*

BVLLIO, īre. [ζέω, φλύω, βράσσω] *Feruere ſignificat.* Bullit καχλᾶ, ζεῖ Vet. Gloſſ. Celſ. 5, 19 Aut ſpumae argenti ſelibra, ex olei hemina, et aquae marinae altera, cocta donec bullire deſierit, cui paullum cerae ſit adiectum. Bullire ſinas Apic. 4 c. 5. Vbi probe bullierit Id. 4, 4, 4. *Et* 8, 6, 10 Cum bene illis tres vndas bullierit. ¶ 2 *Metaph.* Perſ. 3, 34 Alto Demerſus ſumma rurſus non bullit in vnda, *i. Adeo immerſus eſt vitiis et obrutus, vt emergere ſe nullo modo poſſit, et bullae inſtar altum petere. Deinde vt* Aeſtuare, Feruere *et ſimilia verba etiam ad iram refertur.* Apul. Met. 10 p. 250, 34 Quod fruſtra pellicatus indignatione bulliret, *i. indignaretur ſibi tanquam pellici.*

BVLLIENS Vitr. 8, 3 Venti — bullientes crebro per fontes egrediuntur.

BVLLITVS, a, um. *Ferueſactus.* Veget. Veterin. 1, 45, 5.

BVLLITVS, ûs. m. Aquae Vitr. 8, 3 p. 158 Capita fontium cum ſunt anguſtiis compreſſa, ruunt in ſummo Spiritus aquae bullitus.

BVLLESCO, ĕre. Ampel. de Mirac. Mundi *pr.* Pix alte attollitur, et quaſi ab aqua bulleſcit, *i. in bullas abit, ebullit.*

BVLLO, āre. [πομφολυγίω] *Bullas facere, hoc eſt tumorem illum excreſcentem, qui ſpiritu in aqua excitatur.* Vbi bullabit vinum, ignem ſubducito Cat. R. R. c. 105. Plin. 28 cap. vlt. Item maris ipſius tranquillus ſonitus, ſpumaeue diſperſae, aut aquae bullantes. Idem 28, 6. *non procul a fine*, Mala ſigna ſunt vrinae bullantis et craſſae. Calpurn. Ecl. 1, 11 Bullantes vbi fagus aquas radice ſub ipſa Protegit.

BVLLATIO, ōnis. f. *Hoc ſubſtantiuum Harduinus ex Libris MSS.* Plinio *reſtituit* 34, 14 *ſub fin.* Lapis hic et in Cantabria naſcitur, non ille magnes verus, caute continua, ſed ſparſa bullatione ita appellant, *h. e. Magneticos lapillos bullarum inſtar per agros ſpargi non e continua rupe excidi. Vulgo* Bubbatione *legitur.*

BVLLVLA, ae. f. Dimin. [πομφολύγιον] *Parua bulla.* Celſ 2, 5 Item ſi vrina modo liquida et pura eſt, modo habet quaedam ſubſidentia: ſi leuia, atque alba rubraue ſunt, quae in ea ſubſidunt aut ſi quasdam, quaſi nubeculas repraeſentat, aut ſi bullulas excitat.

BVLYSIS *totum Graecum eſt* Βȣ́λυσις, *boum a iugo ſoluendorum tempus, Veſpera.* Cic. Att. 15, 27 *extr.* Aduentabat autem βȣλύσει, coenantibus nobis. *Vocant Graeci etiam* βȣλυτόν.

## B V M

BVMAMMA. [βȣ́μαμμα] Vua, *eadem, quae et* Bumaſtos *dicitur.* Varro de R. R. 2, 5, 4. Macrob. Saturnalium 2 vlt. Bumamma, *aut*, vt Graeci dicunt, βȣ́μαστος. *Nempe*

BVMASTOS, *ſiue* BVMASTVS, i. f. [βȣμαστὸς] *Magna mamma. Quo nomine dictum eſt genus quoddam Vuae grandioris: quod tumeat ad ſimilitudinem mammarum bouis.* Plin. 14, 1 Tument ver… mammarum modo bumaſti.

BVMELIA, ae. f. *Fraxini ſpecies* in Macedonia ampliſſima e lentiſſima Plin. 16, 13. Bu *etiam hic auget.*

## B V N

BVNIAS, ădis. f. [βȣνιὰς] *Napi ſpecies* eſt, *diuerſa a* Bunio Plin. 20, 4 *duas napi ſpecies facit, quarum altera* BVNION, *alter* Bunias *vocatur.* Bunion *autem* anguloſis foliorum caulibus *eſſe tradi… eiusque* decoctum purgationibus feminarum, et veſicae, et vrinae vti *eſſe*: Buniada *autem* raphano et rapo ſimilem *facit*, ſeminis praecla… contra venena: ob id et in antidotis vtuntur illa. Columel. 10, 423 Quaeque Amiterninis defertur Bunias aruis.

BVNĪTES, ae. m. βȣνίτης, ſcil. οἶνος. *Vid.* Plin. 24, 16.

## B V P

BVPAES. [βȣ́παις] Bupaedas, Magnos pueros Graeci dicun… qui fecerunt finem excreſcendi. Feſtus *in* BVLIMA. *Add.* Varro … R. R. 2, 5, 4. *quem laudamus in* BV.

BVPALVS, *vid.* HIPPONAX. Horat. Epod. 6, 3 Qualis L… cambae ſpretus infido gener, Aut acer hoſtis Bupalo.

BVPHTHALMOS, i. f. [βȣ́φθαλμος] Herba ſimilis bou… oculis, folio foeniculi, circa oppida naſcens, fruticoſa caulibus, q… et manduntur decocti. *Haec* Plin. 25, 8.

BVPLEVROS. f. [βȣ́πλευρος] *Herbae nomen, quam ſic deſcri…* Plin. 22, 22 Bupleuron in ſponte naſcentium herbarum numero Gra… habent, caule cubitali, foliis multis, longisque, capite anethi, l… datum in cibis ab Hippocrate in Medicina, a Glaucone et Nicandro

BVPRESTIS, is. f. [βȣπρῆστις] Animal eſt rarum in Ital… ſimillimum ſcarabeo longipedi. Fallit inter herbas bouem maxim… vnde et nomen inuenit: deuoratumque tacto felle ita inflammat, … rumpat. *Haec* Plin. 30, 4 ſ. 10. L. 3 D. ad leg. Cornel. de Sicar. … cui temere pigmentarii dederint pytiocampas, aut bupreſtes, po… teneantur huius legis (Corneliae de ſicariis et veneficis). Ve… Veter. 3, 15, 10 Beſtiolae etiam, quae appellantur Bupreſtes, aran… ſimiles, cum deuoratae fuerint, animal praeſocant. *Quidam leg…* Bubroſtim, βȣ́βρωστιν. ¶ 2 Bupreſtis, *Herbae genus* Plin. 22, 22 ſ. 36 Bupreſtim magna inconſtantia Graeci in laudib… ciborum etiam habuere. Iidemque remedia tanquam contra ve… num prodiderunt. Et certe ipſum nomen indicio eſt, boum … num eſſe, quos diſſilire deguſtata fatentur. *Vid. Harduin.*

## B V R

BVRA, ae; *ſiue* BVRIS, is. f. [βȣ̃ρα] *Quaſi* Bouis cau… *dicitur pars aratri poſterior, decuruata.* Virgil. Georg. 1, 170 C… tinuo in ſiluis magna vi inflexa domatur In burim, et curui form… accipit vlmus aratri. *Vbi* Seruius: In burim, In curuaturam: n… buris eſt curuamentum aratri, dictum quaſi βοὸς ȣ̓ρὰ, quod ſit in ſi… litudinem caudae bouis. Alii *Burim* curuaturam temonis, quae ſu… eſt; et quod eſt infra *Vruum* dicunt: Buris enim, vt curuetur, a… igni domatur et amburitur, vnde et quae naturaliter inueniuntur c… vae, ita dicuntur. Varro de R. R. 1, 19, 2 Terram duram proſc… dere, niſi boues magnis viribus non poſſunt, et ſaepe fracta bura … linquunt vomeres in aruo. Idem de L. L. 4, 31 p. 33, 20 Bura a … bus. Alii hoc a curuo, curuum *(melius Sciopp.* ab vrbo vrbum) … pellant. Sub iugo medio Couum: quod bura extrema addita app… tur, (oppilatur *Sciopp.*) vocatur couum a cauo.

BVRDEGĀLA, *vel* BVRDIGALA, *vt ſcribit Suidas*, Βȣρ… γαλα, *Strabo autem* BVRDIGALIAM, *Ciuitas Galliae, Aquita… rum nobiliſſimum emporium, hic memorandum propter quantitatem pen… timae, quam doceat* Auſon. Clar. vrb. 14, 8 Burdigala eſt natale ſolu… clementia caeli. *Totum enim carmen vrbis elogium eſt.*

BVRDIGALVS, i. m. *pro Burdigalenſi.* Martial. 9, 33. … *locus dubius eſt. Inter* Auſonii *opuſcula eſt* Commemoratio Proſ… rum Burdigalenſium. *Et, ſi hic titulus non ſit ab ipſo*, praef. ad E… taphia Heroum, qui vel peregrini Burdigalae, vel qui Burdigalen… peregre docuerunt.

BVRDO, ōnis. *Eſt, quem* Hinnum *veteres appellarunt, ex equo aſina natum.* Burdonem ſonipes generat commixtus aſellae Eug… Epiſc. Toletan. Carm. 22. *Vid.* AMBIGENVS. Vlpian. in l. 49 de leg. 3 Item legato continentur mancipia, item iumenta, vel lecti… vel ſella, vel burdones. Vulg. 2 Reg. 5, 17 Obſecro concede mi… vt tollam onus duorum burdonum de terra, *Graeci* γόμον ζεύγȣς ἡ… νων, *Ebr.* פֶּרֶד. Iſidor. 12, 1 Burdo ex equo et aſina. *Vid.* Ep… *quod damus in* BASTERNA.

BVRDVBASTA, ae. m. *Aſini ſtratum, aut Aſinus gibbo… eſſe videtur Burmanno*, Petron. cap. 45. *Vbi Schefferus legendum ſu… catur* Buttubata, *et Nodot. habet* Gurdus atta. *Nihil certi.*

BVRDVNCVLVS, i. m. *Herba.* Marc. Empir. c. 5.

BVRGI. Πύργος, turris, burgus, Gloſſ. Gr. Lat. Caſtellum par… lum, quem burgum vocant Veget. 4, 10. In burgum Pontii Leo… Sidon. Carm. 22. *Conf.* Scalig. Lect. Auſon. 2, 9 p. 112. In l. … In Sardinia. C. de off. Praef. Praetor. Afr. l. pen. de fund. rei pri… lib. 10 C. Luitprandus lib. 3 de reb. per Europam geſtis cap. 12 … *Burgundionibus agens*: Et quoniam, *ait*, ipſi domorum congreg… nem, quae muro non clauditur, burgum vocant, Burgundiones, q… eſt burgo expulſi, a Romanis appellati ſunt. Iſid. 9, 4 Burgu…

rum habitacula, burgos dicunt. Vnde et Burgundionum gentem per caſtra diſpoſuerunt.

BVRGARIVS, i. m. *Qui ex* Burgo, ſ. *caſtro eſt. Vid.* Cod. Theod. 7, 14. Iſid. 9, 4.

BVRICHVS, *aut* BVRICVS, i. m. *Minor equus.* Mannis, βυρίχοις, Vet. Gloſſ. Manni equi ſunt, quos vulgo burdones, vel burichos nominamus Scholiaſt. ad Horat. Epod. 4, 14. *Add.* Paullin. Nolan. Epiſt. 29 c. 12. Veget. Veter. 4, 2, 2 Haec eumetria (*εὐμετρία, proportio*) equi conuenit ſtaturae honeſtae ac mediae. Caeterum non dubitatur, in buricis minora iſta, et in primae formae equis eſſe maiora. *Sunt ergo* Burici, *velut nani aut pumiliones in genere equorum.* Hieron. Ep. 26 ad Pammach. Feruentes buricos *in apparatu regiae luxuriae memorat.*

BVRIS. *Poſterior pars aratri. Vid.* BVRA.

BVRRAE, arum. f. *Quisquiliae.* Auſon. praefat. ad Latinum Pacatum, Burras, quisquilias, ineptiasque. Scaliger *apud Aquitanos adhuc in vſu eſſe hoc nomen, hoc intellectu, ait.*

BVRRHINON, i. n. *Herba.* Apul. de Herb. c. 86.

BVRRHVS, *vel* BVRRVS, a, um. *Eſt Graecum πυῤῥὸς, ignei coloris, rufus: Quod indicat* Quinctil. 1, 4, 15 *ex* Cic. Orat. c. 48 Burrum ſemper Ennius, nunquam Pyrrhum. *Sed non tantum in proprio hoc ita factum, oſtendunt iſta* Feſti: BVRRANICA potio appellatur lacte commixtum ſapa, a rufo colore, quem burrum vocant. *Haec eſt, de qua* Ouid. Faſt. 4, 780 Tum licet appoſita, veluti cratere, camella, Lac niueum potes purpureamque ſapam. *Audiamus porro Feſtum,* BVRRANICVM genus vaſis. *Quid ſi illud ipſum eſt, quod deſcribit l. c. Ouidius. Porro ait,* ruſtici BVRRAM appellant bucculam, quae roſtrum habet rufum. Pari modo rubens cibo ac potione ex prandio BVRRVS appellatur. *Hinc* Neſtor, Burrus dicitur, qui ex potione cito fit rubeus. *Et obſeruat Scaliger ad* Feſtum, *Hiſpanis* Burraceos *vocari ebrioſos, et vas vinarium* Burraceam. Vet. Gloſſ. Burrum, πυῤῥόν, ξανθόν.

BVRRIO, īre. Apul. Met. 8 p. 211 Formicarum nidificia in cariſo ſtipite burriebant. *Verbum ex rei velut imagine factum, ſimile vero* bulliebant, *quod male ſubſtituit Beroaldus, peius etiam, puto,* Pri*meus* oberrabant. *Seruemus* Apuleio *ſuum verbum optimis MSS. nixum.*

## B V S

BVSELINVM, i. n. [βυσέλινον] *Herba eſt* ſatiuo *apio ſimilis, illaque* caulis breuitate, *et* rufo radicis colore *ab eo* differens. Plin. 20, 12 ſ. 47.

BVSĪRIS, is, *vel* īdis. m. [Βούσιρις]. *Neptuni filius, ex Libya Lyſianaſſa* (?) *paphi filia ſuſceptus, rex Aegypti, qui ſuis diis hoſpites immolabat: ſed ab Hercule tandem interemtus eſt, quum etiam eum voluiſſet occidere. Huius laudes ſcripſit Iſocrates.* Illaudatus *autem dictus eſt* Virgilio: non qui laudatus non ſit, ſed qui laudari non meruerit, *vt ait* Seruius *ad illud* Virgil. Georg. 3, 5 — quis aut Euryſthea durum, Aut illaudati neſcit Buſiridis aras? Stat. Theb. 12, 154 Immites Buſirides aras vocat. *Sed conf.* Ouid. Art. 1, 647 ſq. *vbi illius cauſam cum Phalaride coniungit ac defendit.*

BVSTAR. *Idem, quod Buſtum.* Chariſius lib. 1 p. 25 *pr.* Buſtar locus, vbi concremantur mortuorum corpora. *Add. Meurſ. Auctar. Philoſoph. p. 168.*

BVSTVM, i. n. [τύμβος] Proprie dicitur Locus, in quo mortuus eſt combuſtus et ſepultus, diciturque buſtum, quaſi bene uſtum. vbi vero quis combuſtus tantummodo, alibi vero eſt ſepultus, is locus ab vrendo vſtrina, vocatur: ſed modo buſtum, eo quod ſepeliuntur, ſepulcra vocamus. *Caeterum* Buſtus, a, um, *eſt in* Vet. Lap. *apud Murator.* 1514 Condantur vſtaque buſtaque humo. *Haec* Feſtus. *Similia* Seru. ad Aen. 11, 201. Idem Aen. 12, 863 *Pyra* eſt lignorum congeries: *Rogus*, quum ardere coeperit, dicitur; *Buſtum* vero iam exuſtum vocatur. Quem ordinem ſeruat Poëta, dicens, *Conſtituere pyras.* Item, *Subiectisque ignibus atris, Ter circum accenſos decurrere rogos.* Item poſtea, *Semuſtaque ſeruant buſta.* Seruius ad Aen. 3, 22 Apparatus mortuorum *funus* dici ſolet, exſtructio lignorum *rogus*, ſubiectio ignis *pyra*, crematio cadaueris *buſtum*, locus *vſtrina*, operis exſtructio *ſepulcrum*, nomen inſcriptum *monumentum. Bene, puto, hominum proprietatem ita indicauit: licet eam non perpetuo obſeruatam ipſa quoque, quae laudaturi ſumus exempla, indicent.* Cic. de Legib. 2, 24 Nam quod rogum buſtumue nouum vetat propius ſexaginta pedes adiici aedes alienas inuito domino; incendium veretur acerbum. Quod autem forum, id eſt veſtibulum ſepulcri, buſtumue vſucapi vetat, tuetur ius ſepulcrorum. Iuuen. Sat. 3, 32 Portandum ad buſta cadauer. Cic. Att. 7, 9 Vnas video mihi a te non eſſe redditas, quas L. Quinctius familiaris meus quum ferret, ad buſtum Baſilii vulneratus et deſpoliatus eſt. Monumentorum buſtorumque diuerſoria Sueton. Ner. c. 38. Cana buſta Ouid. Amor. 3, 9, 38. Coaceruatum buſtum excelſo aggere Catull. in Argon. 363. Fumantia Stat. Silu. 5, 1, 226. *de ipſo cremandi cadaueris actu.* Ingens terreno ex aggere Virg. Aen. 11, 850. Horrifico cinefactus buſto Lucret. 3, 918. *i. in cinerem redactus.* Iniuſta Ouid. Met. 2, 627. *Sed melius legitur,* iniuſtaque iuſta peregit, *de funeris honore puellae iniuria interfectae.* Inania Stat. Theb. 6, 167. Ouid. Met. 6, 665 Flet modo, ſeque vocat nati miſerabile buſtum. *De Tereo, qui inſcius appoſitum ſibi ab vxore filium comederat: vnde ſeipſum filii ſepulcrum vocat. Improprie enim* Buſtum *dixit.* Memorabile Claudian. de Bell. Get. 637. Sacra Idem in Eutrop. 1, 451. Suprema Stat. Theb. 9, 397. Teres excelſo coaceruatum aggere buſtum Catull. in Argon. 62, 363 (359). Eruere buſta Sen. Troad. 663. Cic. Philipp. 1, 5 c. 2 Nam quum ſerperet in vrbe infinitum malum, idque manaret in dies latius, iidemque buſtum in foro facerent, qui illam inſepultam ſepulturam effecerant, etc. *de monumento Iulii Caeſaris.* Incidere in buſto, *i. monumento* Cic. Tuſc. 5, 23. Mactatus eſſem in Catilinae buſto, vobis ducibus Cic. in Piſon. 16 c. 7. Hoſtilia buſta piaſſe, *dicitur Polyxena in Achillis ſepulcro mactata* Ouid. Met. 13, 515. *Eadem ratione dicitur* Pendere buſto piacula Lucan. 2, 176. *de Mario.* Vertere buſta, *pro Euertere et deuaſtare* Idem 7, 855. Violare buſtum compoſitum Id. 8, 748. *Add.* Cic. de Leg. 2 c. 26. ¶ *Metaphor.* Cic. in Piſon. 11 c. 5 Arma in templo Caſtoris conſtituebantur ab eo latrone, cui templum illud fuit te conſule — buſtum omnium legum ac religionum, *i. in quo omnes religiones velut interficiebantur ac ſepeliebantur.* ¶ 2 Hieronymus, . . . Non eſt tantum in eo ſeruitus idoli, ſi quis duobus digitulis tura comprehenſa in buſtum arae iaciat. Buſtum arae *vocat eius Focum, vbi ignis accenditur. Turnebus 19, 21.* ¶ 3 Buſta Gallica, *Locus Romae, iuxta Aequimelium, vbi Galli defunctorum ex peſtilentia corpora vſſerant.* Liuius 22, 14 Media in vrbe, qua nunc buſta Gallica ſunt. *Add.* Varr. L. L. 4, 32. *et* 5, 48 *pr.*

BVSTICETVM, i. n. *Idem.* Arnob. 7 p. 222 Arae iſtae, quas dicitis, altariaque haec pulchra, infeliciſſimi animalium generis vſtrinae, rogi ſunt, et buſticeta in opus ſtructa foediſſimum, atque in ſedem fabricata foetorum. *Sic* Herculem concrematum in funeſtis buſticetis *dixit* Idem 1 p. 24.

BVSTEVS, a, um. *Morti proximus.* Plaut. Truc. 2, 7, 58, *ſed incerta lectio eſt.*

BVSTVALIS, e. Adi. *Apud* Sidon. Epiſt. 3, 12 *pr.* Prudent. Cathem. 9, 52.

BVSTVARIVS, a, um. Adiect. *Vt,* Buſtuarii Gladiatores. Seru. ad Aen. 10, 519 Sane mos erat in ſepulcris virorum fortium captiuos necari: quod poſtquam crudele viſum eſt, placuit gladiatores ante ſepulcra dimicare, qui a *buſtis Buſtuarii* appellati ſunt. Cic. in Piſon. 19 c. 9 Si mihi cum illo buſtuario gladiatore, et tecum, et cum collega tuo decertandum fuiſſet. Buſtuariae moechae, *quae in buſtis et monumentis proſtabant.* Martial. 3, 93 in Vetuſtinam, Quum te lucerna balneator extincta Admittat inter buſtuarias moechas. Idem 1, 35 in Lesbiam, Abſcondunt ſpurcas et monumenta lupas. Buſtuarius, *Libitinarius eſt* Ammiano 28, 4. *Vid.* ibi Valeſium p. 509.

BVSTVARIVM, i. n. Buſtum. Καῦσις νεκρῶν, buſtuarium, vſtrina, Gloſſ. Gr. Lat.

BVSTIRĂPVS, i. m. *Nefarius, qui lucri cauſa nefanda audet, vel qui e buſtis et flamma cibum petit.* Plaut. Pſeud. 1, 3, 127 Verbero, Buſtirape, furcifer, *conuicia in lenonem. Simile eſt illud* Ter. Eun. 3, 2, 37 Nam qui huic aſſentari animum induxeris, E flamma petere te cibum poſſe arbitror. *Forte etiam τυμβωρύχος, effoſſor ſepulcrorum intelligitur.*

BVSYCON, Ficus *praecipuae magnitudinis, ſed fatuo ſapore, quae alio nomine* Mariſca *dicitur.* Feſt. et Varro de R. R. 2, 5.

## B V T

BVTEO, ōnis. m. [τριόρχης] *Accipitris genus.* Plin. 10, 8 *pr.* Triorchem a numero teſtium: cui principatum in auguriis Phemonoë dedit: Buteonem hunc appellant Romani. *Add.* Idem 11, 49 ſ. 110, *vbi* Buteonibus terni *teſtes eſſe dicuntur.*

BVTES. [Βούτης] *Nomen ab Argonautarum inde tempore celebratum, de quo vid. Burmann. in Catalogo Argonautarum, quem Valerio Flacco praepoſuit. Nobiliſſimus, qui ex Venere Erycen genuiſſe dicitur. Alius, de quo* Virgil. Aen. 5, 372. *Alius item, de quo* Aen. 11, 691.

BVTHRŌTVM, *ſiue* BVTHROTIVM, i. n. [Βουθρωτόν] Epiri colonia eſt non longe ab Ambracio ſinu. *Auctor* Plin. 4, 1. Virgil. Aen. 3, 293 — portuque ſubimus Chaonio, et celſam Buthroti aſcendimus vrbem, *i.* Buthrotium. Seruius.

BVTHROTII, orum. m. pl. *Gentile.* Cic. Att. 16, 16 Cauſa Buthrotiorum.

BVTHYSIA, ae. [βουθυσία] Bouicidium, *i. Magnum ſacrificium, quale eſt Hecatombe, et immolatio magnarum hoſtiarum.* Sueton. Neron. 12 Gymnico, inter buthyſiae apparatum barbam primam poſuit.

BVTIO, ōnis. *Auis circa paludes verſans.* Auctor Philomelae 42 Inque paludiferis butio bubit aquis. *Dicitur etiam* Botaurus *vel* Butorius.

BVTIO, īre, *vid.* BVBO, ĕre.

BVTTVBĀTA, ōrum. n. pl. Naeuius pro Nugatoriis poſuit, hoc eſt nullius dignationis. Feſtus. *Scaliger fictum putat nomen a puerorum vocibus, quas primas in infantia diſcunt.* Bu *eſſe potus appellationem, etc.* Chariſ. 2 *extr.* Butu batta. Haec Plautus pro nihilo et pro nugis poſuit. *Habent nempe linguae omnes nomina id genus, quae ſono ipſo et mimeſi ineptias exprimunt. Vid.* BVRDVBASTA.

BVTȲRVM, i. n. [βούτυρον] *Quid ſit, declarat* Plin. 28, 9 ſ. 35 E lacte fit et butyrum, barbararum gentium laudatiſſimus cibus, et qui diuites a plebe diſcernat. Plurimum e bubulo, et inde nomen: pinguiſſimum ex ouibus. Fit et ex caprino, ſed hieme calefacto lacte, aeſtate expreſſo tantum, crebro iactatu in longis vaſis, anguſto foramine ſpiritum accipientibus ſub ipſo ore, aliâs praeligato. Additur paullum aquae vt aceſcat *etc. Deinde vero addit,* Naturam eius eſſe aſtringere, mollire, replere, purgare. Id. 11, 41 ſ. 96 Mirum barbaros gentes, quae lacte viuant, ignorare aut ſpernere tot ſaeculis caſei dotem, denſantes id alioqui in acorem iucundum, et pingue butyrum. Spuma id eſt lactis, concretiorque, quam quod ſerum vocatur. Non omittendum, in eo olei vim eſſe, et barbaros omnes, infantesque noſtros ita vngi. Id. 28, 19 ſ. 78 Infantibus nihil butyro vtilius, per ſe et cum melle: priuatim et in dentitione et ad gingiuas, et ad oris hulcera. *De vngendo igitur ſermo eſt, non de cibo. Caeterum adeo incognitus Italiae eſus* butyri, *vt apud* Apicium *nulla illius ſit mentio, nec vlla in ruſticae rei ſcriptoribus, niſi* Col. 6, 12, 5 Vetus dolor vritur, et ſupra vſtum butyrum, vel caprinus inſtillatur adeps. *Vid. omnino Non. de re cibar. 2, 18.* Tertull. adu. Iud. 9 Aliud eſt, ſi penes vos infantes in praelium erumpunt, credo ad ſolem vncti prius, dehinc pannis armati, et butyro ſtipendiati. Butyro *igitur et hic* vnguntur *infantes. Eadem repetit* adu. Marcion. 3, 13 *niſi quod pro verbis* penes vos *ponit,* Penes Ponticos Barbariae gentis infantes in praelium *etc. Quantum ad proſodiam, duae priores producuntur haud dubie apud Graecos, vid. Barneſ. ad Batrachom. 38. Sed Latini ſequioris aeui Poëtae, vt in aliis, ita hic quoque ſibi aliquid indulſere. e. g.* Sidonius ad Catulinum 12, 7 Infundens acido comam butyro. *Phaleucius eſt. Quod enim laudatur* Valgius, Lac niueum butyrumque nouum cum melle comedit; *merito dubitatur, an vetuſti illius Valgii ſit. Hinc in fragmentis eius a Stephano editis, nequaquam conſpicitur.* Macer 1, 12, 48 Cum butyro modicoque oleo decocta tumorem. *Melius Scaliger in Scazonte,* Qui lacte caſeoque ſiue butyro.

## B V V *et* B V X

BVVINO, *vid.* BVBINO.

BVXVS, i. f. *et* BVXVM, i. n. [πύξος] *tam pro Arbore, quam pro ipſo Ligno.* Seru. ad Virg. Aen. 9, 619 Tympana vos buxusque vocat Berecynthia, Dicitur et haec Buxus et hoc Buxum: *vt* — et torno raſile buxum. Vnde ſuperfluo quidam arborem generis feminini eſſe volunt, quum hoc loco etiam de ligno generis feminini habeamus exemplum. Plin. 16, 16 ſ. 28 Buxus Pyrenaeis ac Cytoriis montibus plurima, et Berecynthio tractu: craſſiſſima in Corſica flore non ſpernendo, quae cauſa amaritudinis mellis — In igne quoque duritia,

ritia, quae ferro: nec flamma, nec carbone vtilis. Criſpata buxus cacumine denſo Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 110. Denſum foliis buxum Ouid. de Arte Am. 3, 691. Fragiles Martial. 1, 89. Horrida buxus Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 268. Pallidius buxo Ouid. Met. 4, 134. Simillimus buxo pallor Idem ib. 11, 417. Raſile buxum Virg. Georg. 2, 449. Virens perpetuo buxus Ouid. Met. 10, 97. Vndans buxo Cytorus Virg. Georg. 2, 437. Prop. 3, 22, 8 *de tabellis ſ. pugillaribus*, Vulgari buxo ſordida cera fuit. ❡ 2 *Ponitur pro his, quae e buxo fiunt, v. g.* Depectere detonſos crines buxo Ouid. Faſt. 6, 229. *i. pectine buxeo.* *De Trocho, quo pueri ludunt*, Volubile buxum Virg. Aen. 7, 382. *Sic etiam* Torquere buxum flagello Perſ. Sat. 3, 51. *Inprimis vero* Buxus, *pro tibia buxea ſaepe legitur apud Poëtas.* Ouid. Faſt. 6, 697 *Minerua ait*, Prima terebrato per rara foramina buxo Vt daret effeci tibia longa ſonos. *Sic* Met. 12, 158 Longaue multifori delectat tibia buxi. Propert. 4, 8, 42 *de tibicine nano*, Iactabat truncas ad caua buxa manus. Stat. Theb. 2, 78 — tum plurima buxus, Aeraque taurinos ſonitu vincentia pulſus. *Ita* Virg. Aen. 9, 619 Berecynthia buxus *eſt tibia in ſacris matris Deûm adhibita.* Horriſona Val. Fl. 2, 584. Idaea Stat. Theb. 5, 93. *et* Val. Fl. 1, 319. Inflati murmure buxi Ouid. Met. 14, 542. Sen. Agam. 688 Quae turritae turba parenti Pectora rauco concita buxo Furit. Inflare buxos Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 130. *i. Tibias inſpirare.* Premere buxos tacitos Claud. in Eutrop. 2, 286. Buxum *vocabatur quoque* Fritillus, *ſiue vaſculum illud ligneum, per quod tali agitabantur.* Auſon. Prof. Burdig. 1, 25. *Vid. Barth. Aduerſ. 35, 10. Senſtleb. de Alea vet. cap. 11.*

BVXEVS, a, um. Adi. [πυξινὸς] *Quod ex buxo eſt, aut buxi colorem refert.* Martial. 2, 41 Et tres ſunt tibi Maximina dentes: Sed plane piceique buxeique. Color buxeus Plin. 12, 7. *it.* 8, 20. Buxeae, *Subſtantiue, ſc. crepidae*, Apul. Flor. 2 p. 336. Columel. 7, 8, 7 Buxeis formis exprimitur caſeus. Frutices Columel. 8, 15, 5. Mola Petron. c. 74.

BVXETVM, i. n. [πυξεὼν] *Locus buxis conſitus.* Martial. 3, 58

Non otioſis ordinata myrtetis,
Viduaque platano, tonſilique buxeto
Ingrata lati ſpatia detinet campi.

BVXŌSVS, a, um. Adi. [πυξοειδὴς] *Quod buxum refert, buxoque eſt ſimile: vt*, Lignum balſami buxoſum Plin. 12, 25 ſ. 54 Ex hoc buxoſum eſt optimum, quod eſt odoratiſſimum.

BVXĬFER, a, um. Adi. [πυξοφόρος] *vt*, Buxifer Cytorus Catul. 4, 13.

BVXANS, antis. Buxanti pallore trepidus Apul. Met. 8 p. 211.

B V Z

BVZYGES, is. m. [Βουζύγης] *Quaſi tu iunctorem boum dicas, Heros Athenis fuit, Herculem vocat Suidas, Heſychius Epimenidem, qui omnium primus iunctis bobus araſſe terram creditur*, Varro R. R. 2, 5, 4 Ab hoc pecore (bubus) Buzyges Athenis nobilitatus. Auſon. Epiſt. 22, 44 Hoc ſi impetratum munus abs te accepero, Prior colere, quam Ceres, Triptolemum olim ſiue Epimenidem vocant, Aut Bulianum Buzygen, Tuo locabo poſtferendos nomini. Bulianum *vocat* Buzygen *ab oppido Atticae* Bulia. Plin. 7, 56 Bouem et aratrum (*inuenit*) Buzyges Athenienſis. Brouckh. ad Tibul. 1, 8, 28 *etiam* Probo ad Georg. 1, 19 reſtituit. *Vid. etiam* Seru. ad l. c.

B Y B

BYBLIS, ĭdis. [Βύβλις] *Filia fuit Mileti, Apollinis F. ex Cyane nympha filia Maeandri, quae fratris Cauni amore capta, et ab eo repu ſam paſſa, tandem lacrymis, ob impatientiam amoris conſumta, miſere tione deorum in fontem ſui nominis verſa eſt.* Ouid. Met. 9, 663 Si lacrimis conſumta ſuis Phoebeia Byblis Vertitur in fontem, *etc.* Conſ de Arte Am. 1, 283 *vbi laqueo finiſſe vitam ſcribit.*

B Y R

BYRRHVS, i. m. *Lacerna, vid.* BIRRVS.

BYRSA. [Βύρσα] *Arx fuit in media vrbe Carthaginenſium, cuiu nominis origo ex Graecorum fabulis, et Seruio talis eſt:* Appulſa ad Libyam Dido, quum ab Hiarba pelleretur, petiit callide, vt emere tantum terrae, quantum poſſet corium bouis tenere, quod quum per miſiſſet, corium in tenuiſſimas corrigias ſectum tetendit, occupauitqu modum ſtadia XXII. *Arcem in hoc loco conditam a bubulo corio*, By ſam *nuncupauit.* *Quod et tangit* Virg. Aen. 1, 372 Mercatique ſolum facti de nomine Byrſam, Taurino quantum poſſent circumdare te go. *Vid.* Flor. 2, 15, 11. *et Drakenb. ad* Sil. 1, 15. *et Scalig. Animad Euſeb.* n. 803 p. 48. *et de Emend. Temp. Append. p. 28 Certius nemp origo ex orientis linguis arceſſitur. vbi* בצר munimentum *notat.*

B Y S

BYSSVS, i. f. [βύσσος] *Genus lini ſubtiliſſimi et pretioſi: a quo Pauſanias, Pollux etc.* Paullin. Iambo ad Cytherium v. 779

Contexta byſſo veſtis irruptam fidem
Signat valente ſtamine.
Nam fila byſſi fortiora et ſparteis
Feruntur eſſe funibus.

BYSSĬNVS, a, um. Adi. [βύσσινος] *vt*, Byſſinum linum. Plin 19, 1 ſ. 4 Proximus (honor poſt Asbeſtina eſt) byſſino, mulierum ma xime deliiciis circa Elim in Achaia genito. Quaternis denariis ſcr pula eius permutata quondam, vt auri, reperio. Iſid. 19, 22 Byſſ na candida confecta ex quodam genere lini groſſioris. Sunt et qui g nus quoddam lini byſſum eſſe exiſtiment. Byſſina et floride depic veſtis Apul. Met. 11 p. 269. Veſtite vos ſerico probitatis, byſſin ſanctitatis Tertull. de Cult. Fem. c. 13. ❡ 2 Verba byſſir *ſunt mollia, blanda, mulcendis regum auribus apta etc.* ❡ Apud Paullum l. 3 ſentent. tit. 8. §. ſupellectile 67. Byſſina *Bynkersho ckius interpretatur* Buſſina *vel* Buxina, Graec. πυξινὰ, *i.* Pyxidas e *iamſi non eſſent e buxo, vnde nomen, ſed ex argento.*

BYSSICVS, a, um. Adi. *Idem ac Byſſinus, vt*, Opus byſſ cum, l. 16. §. 7. ff. de Public.

B Y T *et* B Y Z

BYTVRI, *vid.* BIVRI.

BYZANTIVM, i. n. [Βυζάντιον] *Nobiliſſima et munitiſſima ol Thraciae ciuitas ad Boſpori Europaeum litus ſita, de cuius ſitu, origi et potentia vetere* Tacit. Ann. 12, 63. *Hinc*

BYZANTIVS, a, um. Adi. [Βυζάντιος] *vt*, Ouid. Triſt. 1, 31 Quaque tenent Ponti Byzantia litora fauces. Hor. Serm. 2, 66 Muria, Non alia quam qua Byzantia putruit orca. Byzan exules Cic. pro Domo ſua 52.

BYZANTIĂCVS, a, um. *aliud* Adi. [Βυζαντιακὸς] Stat. Si 4, 9, 13 Aut Byzantiacos colunt lacertos. Lacerti *genus piſcium hoc loco*

BYZANTINVS, a, um. *aliud Gentile; vt*, Exitus Byzantin Tertull. ad Scapul. cap. 3.

BYZIA, *vid.* BIZYA.

# C.

## Litera C.

C *Litera tertia in ordine, quae, vt ait* Capella 3 p. 58 molaribus ſuper linguae extrema appulſis exprimitur: *quae ipſa velut geneſis ſoni docet, nihil eam ex ſibilo, quem nunc ante E et I habet, tum habuiſſe: quod etiam* Κικέρων, *i.* Cicero *et ſimilia nomina, Graecis literis expreſſa, ſatis docent: et* Quinctil. 1, 7, 10 *vbi negat* K opus eſſe, cum ſit C, quae ad omnes vocales vim ſuam perferat. *Idem* 1, 11, 5 Cum C, ac ſimiliter T non valuerunt, *i. ſatis fortiter pronuntiantur*, in G ac D molliuntur. *Add.* Mar. Victorin. p. 2454 *fin.* Putſch. *Reſpondet igitur G literae C, vt apud Graecos* Γ τῷ K. *Quin antiquitus* Gamma *literae vim, vt locum tertium, habuit.* Auſon. Technop. Haec tribus in Latio tantum addita nominibus K, Praeualuit poſtquam Gammae vice functa prius C. *Hinc etiam vt G pronuntiari ante N docent Graecorum* Γάϊος, Γνίδος *et* Γνήϊος, *pro Latinis* Caius, Cnidius, Cneus. *Tranſit etiam per compoſitiones, et deriuationes in G; vt* Quadringenti, *pro* Quadrincenti, *et contra* Triginta Triceſimus, Viginti Viceſimus. *Sic in numis* Oculnius *pro* Ogulnius *ſcriptum eſt.* *Confirmat hoc antiquiſſima* C. Duilii *roſtratae columnae Inſcriptio, in qua* Leciones, Maciſtratus, Cartacinienſis, Pucnando, Ceſſit, *ſcribuntur pro* Legiones, Magiſtratus, Carthaginienſis, Pugnando, Geſſit. *Vid. Lexicon ruſticum noſtrum hac lit.* ❡ 2 *Frequentiſſime etiam* C *et* Q *permutantur, vt*, Cocus, *pro* Coquus: Cotidie, Quotidie: Cas, Quas: Coque, Quoque, *in peruulgato Ciceronis ioco.* *Sic* Quom *et* Quum *pro* Cum *etc.* *Reliqua Voſſ. in princ. Etymologici.* *Hic monemus illud, Graecorum recentiorum* C, *hoc eſt Sigma, confuſum interdum cum* C *Latino: itemque in ſcriptura Langobardica* C *et* T; *quas cum etiam pronuntiando multi confundant, hinc mendarum quarundam ortum licet intelligere.* ❡ 3 *In notis* C. Caius *notat*, Ɔ. *inuerſa*, Caia: *quia tam* Caias *eſſe vocitatas quam* Caios, *etiam ex nuptialibus ſacris apparet* Quinctil. 1, 7, 28. Ɔ Sicilici *nota ap.* Scribon. *vbi vid. Rhod. Not. ad* Comp. 71. C. Caeſar, Cenſor, Centum, Centuria, Ciuis, Ciuitas, Clariſſimus, Collegium, Colonia, Cohors, Comitia, Comitialis, *dies ſcil.* Condemno, (*vid.* Aſcon. ad Diuin. c. 7) Conſul, Conſcriptus, Coniux, Curauit. CA. Cauſa, Camilla *Tribus*, Canis, Cato. CA. M. Cauſa Mortis, *vel* Caius Marius. C. A. Caeſar Auguſtus. C. A. A. M. Colonia Aemilia Auguſta Mercurialis. CAES. Caeſar. CAES. A. v AVG. Caeſar Auguſtus. CAESS. Caeſares. CALA. Calumni. CAM. Camillus, Camilla, Camillina *Tribus*, Camerſ. C. AM Cauſa Amabilis, *i. fauorabilis.* CAMP. Campana *Tribus.* CAI Capitalis. CAR. Cariſſimus, Carneae *Deae ſacrum.* CAR. N. I Carmentalia Nefaſtus Primo. C. ATL. C. Atilius. C. AVG. Cae ſar Auguſtus, C. Augurinus. C. B. Ciuis Bonus, Colonia Bononi Commune Bonum. C. B. M. F. Coniugi Bene Merenti Fecit. CC Circum, Conſilium Ceſſit *vel* Coepit, Cauſa Cognita, Coniugi Cari ſimae, Caiis *duobus.* C. C. Conſulibus. C. CA. Colonia Carthag C. C. A. Colonia Caeſar Auguſta, *ſ.* Calagurris Auguſta, *ſ.* Carthag Auguſta. CC. A. Centuriandis Agris. C. C. C. Cenſa Ciuium Capita, Calumniae Cauendae Cauſa, Colonia Copia Claudia. C. C Ɔ. L. Caiorum *duorum* Conliberti. C. C. C. C. Caii *quatuor* C. C. D. Curatum Conſulto Decurionum. C. C. D. D. P. Coron Ciuica Data Decreto Publico. C. C. F. Caeſar Curauit Faciendum CC. FF. Clariſſimae *vel* Caſtiſſimae Feminae. C. CL. Caius Clau dius. C. C. L. Caiorum Libertus. Ɔ. Ɔ. L. Conliberti. C. C M. M. Collegium Centonariorum Municipii Meuaniolae. . . . . R Rauennatis. . . . . S. Saſſinatium. C. C. N. D. D. S. P. P. Colle gium Centonariorum Nomini Deuotum De Sua Pecunia Poſuit. C. CR Caeſar Curauit, Curio Curauit, Coniux Caeſaris. C. C. S. Cura verunt Ciues Saſſinates, Curauerunt Communi Sumtu. C. CT. Cae ſar *vel* Curio Curauit. CC. VV. Clariſſimi Viri *duo.* C. C. V. V. Ca lator Curiatus Virginum Veſtalium. C. D. Capite Diminutus, Ca ius Dacius *alias* Druſus, Collegium Decurionum, Comitialibus Di bus. *it. nota contradictionis.* Aerod. ad Decl. Quinctil. 254. *it.* Con muni Diuidundo, Cuſtos Dolis. CD. Condemnatus, Cedendum Contradictio. C. D. D. Cum Decreto Decurionum. C. D. E. R N. E. E. Cuius De Ea Re Notio Erit, Exiſtimabit. C. DM. Com Domeſticorum. C. D. M. Cauſa Doli Mali. C. D. R. N. N. Ca tum De Re Non Neceſſaria. C. E. Cauſa eius, Curauit Erig C. E. C. Coloni Eius Coloniae. C. E. D. Conuicium Eſſe Dicitu CEL. Celeres. CEN. Cenſor, Centurio. CEN. A. Cenſoris A bitratu. CENT. Centonarii. CER. Cerealia. CERTA

QVIQV

ʅVIQV. ROM. CO. Certamen Quinquennale Romae Conditum. ƐESQVANT *apud Guther. de iure man.* 2, 13 Quieſcant. CESS. Ɛenſores. C. F. Caii Filius, Clariſſima Femina, Clariſſimus Filius, Ɔoniux *vel* Coniugi Fecit, Curauit Fieri. C. F. C. Clam Fugieni Cauſa, *vel* Claui Figendi Cauſa. C. F. M. Curauit Fieri Mononentum. C. F. R. Curauit Fieri Requietorium. C. H. Curauit Ɨoc, Cuſtos Heredum, *vel* Curauit Heres. CH. Cohors. C. H. Ɛ. Curatori, *vel* Cenſitori Hiſpaniae Citerioris. C. H. M. Conſecrait Hoc Monumentum, Curauit Hanc Memoriam. CHOR. I. FL. F. Cohors Prima Flauia Beneficiariorum. CI. Circiter, Cippus, ɩiuis. C. I. Caius Iulius, Cenſor, *vel* Conſul Iuſſit, *vel* Curauit ınperator. C. I. C. I. O. M. S. Caius Iulius Caeſar Ioui Optimo ɫaximo Sacrauit. C. I. I. A. Colonia Immunis Illice Auguſta. Ɛ. I. O. N. B. M. F. Ciuium Illius Omnium Nomine Bene Merenti ɛecit. C. I. P. A. Colonia Iulia Paterna Arelate. C. I. P. C. N. M. ɔolonia Iulia Paterna Claudia Narbonenſis Martia. C. IT. Curauit ınperator. CITS. Ciuitas. C. I. V. Colonia Iulia Valentia. . I. V. T. Colonia Iulia Victrix Tarraco. C. K. L. C. S. L. F. C. oniugi Kariſſimo Loco Conceſſo Sibi Libenter Fieri Curauit. CL. ɫarus, Claudius, Colonia. C. L. Caii Libertus, Colonia Latina, omes Laborum. Ɔ. Ɫ. Caiae Liberta. Ɔ. Ɫ. Ꭓ. Conliberta ariſſima. C. LARG. Comes Largitionum. C. *vel* Ɔ. LEG. ɛenturio Legionis. CLAS. PR. MIS. et RAV. Claſſiş Praetoria Iiſenenſis et Rauennas. ƆI. ꟼ. Clariſſima Femina. CL. P. Clariſſmus Puer. CLS. Clariſſimus. CL. V. Clariſſimus Vir, Clipeus otiuus, Clipeum Vouit. C. M. Curauit Monumentum, Coniux ɫarito. C. M. D. Coniux Marito *vel* Coniugi Maritus Dedit. C. . F. Clariſſimae Memoriae Femina, Coniux Marito Fecit, Curauit ɫonumentum Fieri. C. MO. F. Clariſſimae Memoriae Fecit. C. . Q. Cneius Meſſius Quintus, *in numis* Traiani Decii. C. M. V. ɫariſſimae Memoriae Vir, Curauit Monumentum Viuus. C. N. Cas Noſter, *vel* Ciuis Noſter. C. NB. Cariſſime Nobis, *in reſcriɉis Principum.* CN. Cneius. C. N. Caii Nepos. CN. *etiam* ɔngiarium. *Vid. Lambec. ad Vet. Calend.* C. O. Ciuitas Omnis, ɩuis Optimus, Coniugi Optimo. COIV. Coniugi. COER. Cuɩuit, *vel* Curauerunt. COIR. *et* COIT. Coirauit, *i.* Curauit. ƆH. I. AFR. C. R. EQ. Cohors Prima Africana Ciuium Romanorum ɋuitum. COI. KA. Coniugi Kariſſimo. COL. Collegium, Colɑa *Tribus*, Coloni, Colonia. COL. AA. PATR. Colonia Auguſta ɩtrenſis. COL. E. C. Coloni Eius Coloniae. COL. F. I. A. P. AR. Colonia Fauentia Iulia Auguſta Pia Barcinonenſis. COL. EQ. ɔlonia Equeſtris. COL. VIC. IVL. Colonia Victrix Iulia. CO. . Communi Matri. COM. Comes, Comitium, Communitas, Comɩnis, Comparatum. COM. AS. Communitas Aſiae. COM. OB. ɔmes Obryzi. COM. OR. Comes Orientis. COMP. Compari, ɔmpitalia. COM. R. P. Comes Rei Priuatae. COM. S. L. Coɛs Sacrarum Largitionum. CON. Congiarium, Conlega, Conſen, Conſeruator, Conſul, Controuerſia. CONOB. COMOB. CORɩOB. CORNOB. CONSOB. CONOBS. *Literae in numis, praeſerɩn, aureis, poſt Conſtantinum M. in primis a Valentiniani aetate, quid ſiɡificent, nondum ad liquidum perductum. Minoribus forte difficultatiɛs laborat ſententia, quae* CO. *vel* CON. Conflatum *explicat, et* OB. ɔryzum. *Vid. Hiſt. Acad. Inſcript.* T. 1 p. 323. CON. P. S. Conɭlaris Prouinciae Siciliae. CONR. P. S. Corrector Prouinciae Siɕiae. CON. SOL. D. Condendo Solum Dedit. CONS. Conſerɩtor, Conſualia, Conſul *etc.* CON. V. E. F. Coniux Viro Egreɔ Fecit. COR. Corrector, Cornelia *Tribu*, Cohors. CORN. ɔrona. COR. TR. Cornicularius Tribuni. COS. Conſul *etc.* P. Ciuis Publicus, Curauit Ponendum, Cinerarium Poſuit, Claɭſimus Puer, Cui Praeeſt, Cum Praeterito. C. P. R. Conſulto Poɭli Romani. C. P. S. Curauit Poni Sibi, *vel* Pecunia Sua, *vel* Proɩio ſumtu. C. P. T. Cauſa Publici Teſtamenti, Curauit Ponenɩn Tumulum *vel* Titulum. C. R. Caius Rufus, Cenſor Romanus, ɩuis Romanus, Cohors Romana, Conſul Romae, *vel* Curauit Refici. R. C. Cuius Rei Cauſa. C. R. P. Comes Rei Priuatae. C. R. P. Cuius Rei Cauſa Promittis. C. S. Conſulum Sententia, *vel* Comɩuni Sumtu. C. S. F. Communi Sumtu Fecit *vel* Factum, Curauit ɓi Faciendum, *vel* Cum Suis Fecit. C. SA. L. Comes Sacrarum ɩrgitionum. C. S. H. Communi Sumtu Heredum, Conſenſu Suoɩn Heredum, Cum Suis Heredibus. C. S. L. Curauit Sibi Loɩm, *vel* Sepulturae Locum. C. S. S. Curauit Sibi (Suis) Sepulɩum. C. T. Certo Tempore. CT. Contrarium, Contractum. V. Centumuir, Clariſſimus Vir, Conſularis, Curator Viarum, Conia Viennenſis, Conſul quintum. C. VI. CEL. Colonia Victrix ɛlſa. CVm MArito Fuit ANnos XV. C. V. M. P. Contra Votum ɫonumentum Poſuit, Curauit Viuens Monumentum Poni. C. V. P. . D. D. Clariſſimus Vir Praefectus Vrbi Dono Dedit, *vel* Dedicauit, *l* Communi Voluntate Publice Votum Dederunt. CVR. OP. P. Cuɩtor Operum Publicorum. CVR. P. Curauit Ponendum. CVR. P. Curator Pecuniae Publicae. CVR. R. Curator Regionis, *vel* eip. C. V. T. Curauit Vſus Titulo. C. V. T. T. Colonia Virix Togata Tarraco. C. V. T. QQ. V. P. XXX. Curauit Viuus ɩumulum Quoquo Verſus Pedum XXX. C. Y. *pro* C. V. Clariſſimo iro. ¶ 4 *In numerando* C *valet* Centum, CC 200, CCC ɔo, CCCC 400, IƆ *vel* D 500, CIƆ 1000, IƆƆ 5000, CCIƆƆ ɔ000, IƆƆƆ 50000, CCCIƆƆƆ 100000.

C *Condemnandi nota erat, in tabella iudiciaria inſculpta, quod docet* ſcon. Ped. ad Cic. Diu. in Verr. 24 c. 7. *Hinc* Cic. pro Milone 15 6 Quod niſi vidiſſet poſſe abſolui eum, qui fateretur, cum videret ɔs fateri: neque quaeri vnquam iuſſiſſet, nec nobis tam ſalutarem ɩnc in iudicando literam, quam illam triſtem dediſſet.

## C A B

CABALLVS, i. m. [ἵππος ἐργάτης] *Equus*, a cauando dictus, *ſi ɛedimus* Iſidoro 12, 1 propter quod gradiens vngula impreſſa terram ɔncauet. *Proprie vero dicitur de doſſuariis; ſeu illis equis, qui onera ɛſtunt, aut alia cauſa viles aut ridiculi eſſent.* Hieron. Epiſt. ad Heodor. Statimque cernamus ſagittas pilis, tiaras gallis, caballos equis ɛdere. *Hinc nusquam vſurpatum nomen Virgilio, nec Valerio Flacco ɩt Lucano, ne Ouidio quidem, Tibulloue aut Propertio: ſed Satiricis ɩnto ſaepius.* *Sic* Lucill. lib. 2 *ap.* Non. 2, 134 Succuſſatoris tetri, ɩrdique caballi. Varro Parmenone *ibid.* Alius caballum arbori raɔo in humili alligatum relinquit. *Et* Sesquiulyſſe, In caſtris perɩanſi, inde caballum reduxi ad cenſorem. *Haec* Nonius. Pomɔn. l. ſi ita 15 D. de inſtructo c. 8 Caballos, qui in piſtrinis eſſent. ɫollis, debilis, tanquam caballus in cliuo Petron. c. 134. Vector (*ſ. melius* Rector) Lybici caballi Martial. 12, 24. *i. agaſo vilis.* Iuven. Sat. 10, 60 Immeritis franguntur crura caballis, *de ſtatuis equeſtribus ignominiae cauſa confractis.* *Sic* Mart. 5, 26 Non ſenſuro dare quadringenta caballo. *i. in ſtatuam equeſtrem impendere.* Satureianus caballus Hor. Serm. 1, 6, 59. *i.* Satureianis agris natus: qui ſunt in Apulia fertiles, et equorum nobilium genitores. Acron. Hor. Epiſt. 1, 18, 36 — aut olitoris aget mercede caballum. Optat ephippia bos piger, optat arare caballus Hor. Epiſt. 1, 14, 43. Paſcere caballos Id. Serm. 1, 6, 103. Gorgoneus caballus *eſt Pegaſus* Iuuenal. 3, 118. *Sed* 11, 193 Praeda caballorum praetor ſedet, *i. vebitur equis, qui illum in circo magnifice iactant, et illo ſe tanquam praeda quadam ſua videntur efferre.* Caballus, *Cognomen Romanum:* Martial. 1, 42 Quare deſine iam tibi videri, Quod ſoli tibi Caecili videris: Qui Galbam ſalibus tuis et ipſum Poſſes vincere Sextium Caballum. Non cuicunque datum eſt habere naſum. Ludit qui ſtolida procacitate, Non eſt Sextius ille, ſed caballus, *vbi ad Aeſopium aſinum, catelli imitatorem, videtur reſpici: et firmatur, quod de ridiculo* caballi *diximus.*

CABALLINVS, a, um. Adi. [ἵππειος] *Vt*, Caballina caro Plin. 28, 20. Fimum Idem 29, 5. Caballinus fons, *in monte Helicone Boeotiae. Vulgatum eſt enim fontem erupiſſe, dum ſubiectam ibi rupem Pegaſus feriret vngula. Vid.* HIPPOCRENE. *Eſt autem Satirica et ridicula appellatio, qua vtitur* Perſ. prol. 1 Non fonte labra prolui caballino. *Ita Conſtantino* Copronymo cognomen Caballini *inditum, quod odore* fimi caballini *delectaretur.*

CABALLARIVS, i. m. Eques κέλης ἱππεὺς Gloſſ. Lat. Graec. Item, ἱπποκόμος, *i. qui equos curat*, Caballarius in Gloſſ. Vet. Firmico *etiam* ſub Equi caeleſtis ſidere nati Caballarii *dicuntur.*

CABALLATIO, ōnis. f. [ἱπποτροφὴ] *Munus alendi equos publicos, vel potius ipſum pabulum equis annonae loco praebendum*, L. His ſcholaribus, *quae eſt* 14 C. Iuſt. et 34 C. Theod. de erogat. mil. annonae.

CABALLION, i. n. Herba, Splenion Apul. de Herb. 96.

CABALLIONES marini Veg. Mulom. 1, 20, 2. *et* 4, 12, 3 *putantur* Hippocampi, *vbi vid.*

CABATORES Inſcript. Grut. p. 622 n. 1 *pro* Cauatores, *vt volunt. Sic*

CABIALIS reſina Veget. Mulom. 3, 54, 2. *et* 4, 14, 1 *eſt* Caucalis, *doliis picatis deraſa, vel qualis condiendo vino adhibetur. Vid.* Cadialis *ſub* CADVS.

CABELLA *falſo legitur apud* Aug. de muſ. 3, 1. *quum legendum ſit* ſcabella.

CABIRVS, i; *et* pl. CABIRI. [κάβειροι] *Epitheton diuinum ex oriente arceſſitum, haud dubie* כביר *enim ſ.* Cabhir *magnus eſt, ſ. potens. Sunt igitur* Cabiri dii, *quos* Varro de L. L. 4, 10 p. 17 Diuos potes *appellat, et* in Samothrace *ait eſſe* θεοὺς δυνατούς. Samothracum *enim vel maxime eſſe* Cabiros, *ſatis conſtat. Vid.* Varr. L. L. 6, 3 p. 72, 4 *collato Schol. Apollon. Argon. 1, 917.* De his Tertull. de Spectac. 8 Ante has tres arae trinis diis parent, magnis, potentibus, valentibus. Eosdem Samothracas exiſtimant. *Ipſum nomen* Cabiri *Graecis ſatis vſitatum, v. g. Athenag. Apol. c. 5. neſcio an apud Latinum antiquum ſcriptorem exſtet, praeterquam* Lactantium, *apud quem 1, 15, 8, inter gentium et vrbium conditores* Macedones Cabirum *ſuum* venerantur. Inſcriptio *apud* Reineſ. 1, 143 SAMOTHRACIBVS CABIRIS *ſuſpecta eſt.*

## C A C

CACA. *Soror Caci, de qua* Lactant. de falſ. rel. 1, 20, 36 Colitur et Caca, quae Herculi fecit indicium de furto boum, diuinitatem conſecuta, quia prodidit fratrem. Seru. ad Aen. 8, 190 Cacum ſoror ſua eiusdem nominis prodidit. Vnde etiam ſacellum meruit, in quo ei peruigili igne, ſicut Veſtae, ſacrificabatur. *Sed longe aliter* Virgil. Aen. 8, *et* Ouid. Faſt. 1 *ſentiunt. Vid.* CACVS.

CACĂBO, āre. [κακκαβίζω] *Proprium vocis perdicum.* Auctor carminis Philomelae, *quod Ouidio tribuitur*, v. 19 Cacabat hinc perdix, hinc gratitat improbus anſer. *Add.* Nemeſ. de Aucup. v. 13 Maculoſaque terga inficiunt pullae Cacabantis imagine guttae, *i. perdicis, vt* Latrans *pro cane ponitur. Ratio, cur voci eius cognatam* a Cacando *nomen fecerint antiqui, ea eſt, quod vox huius auis cacantium, et crepitum ventris emittentium referat ſonum. Sicut etiam* Perdix ἀπὸ τοῦ πέρδειν, *i. pedere, dicta putatur. Vid. Voſſ. Lexic. Etymolog. Salmaſ. Exercit. Plin. pag. 106.*

CACĂBVS, *vel* CACCABVS, i. m. [κάκκαβος] *Vas eſt, in quo pulmentarium coquitur.* Vas, vbi cibum coquebant, cacabum appellarunt Varro de L. L. 4, 27. Cacabum, χύτρον, Vet. Gloſſ. *Vtitur* Apic. 3, 10 *etc.* Paullus Iuriſc. in l. Cum de lanionis. D. de Inſtructo et inſtr. leg. Nec multum refert inter cacabos et ahenum, quod ſupra focum pendet: hîc aqua ad potandum caleſit: in illis, pulmentarium coquitur. *Dicitur autem a ſono, quem facit, dum feruet.* Tertull. de Ieiun. c. 17 *de orthodoxis, quos ille Pſychicos appellat*, Apud te agape in cacabis feruet, fides in culinis calet, ſpes in ferculis iacet *etc.* Nequitiae nidum in cacabo fecit tuo Laber. *ap.* Petron. c. 55. *de ciconia in cibum luxurioſorum adhibita.* Syntheſis cacaborum Stat. Silu. 4, 9, 45. Cacabus argenteus, *vid.* Miliarium, *ſubſt. in* MILIVM. Cacabi *et* Fictiles *et* Aenei: Cacabus fictilis Scribon. 220. *qui ſaepius hoc nomine vtitur.* Cacabus figuli Columel. 12, 41, 2. *Sed* Aeneus Idem 12, 46, 1. *Pro fictili* Vulg. Sirac. 13, 3 Quid communicabit cacabus ad ollam? χύτρα πρὸς λέβητα.

CACCABŬLVS, i. m. *vel* CACABVLVM, i. n. Tertull. Apol. 13 Domeſticos deos — domeſtica poteſtate tractatis — demutando aliquando in caccabulum (*ſic MSS.*) de Saturno, aliquando in trullam de Minerua *etc. Scriptio per geminatum* CC *diminutivum a* caccabo *arguit; ſed ſocietas cum* Trulla *originem a* cacando *ſuadet. A* cacabo *ſine dubio eſt* Arnob. 6 p. 200 Simulacra iſta — ſunt — ex ornatibus forte meretriciis — ex caccabulis ollulis, ex candelabris, ex lucernis, aut ex aliis obſcenioribus vaſculis congeſta conflata: *vbi ipſa* obſceniorum *commemoratio* cacabulum *de culina intelligi oſtendit, quo vtitur etiam* Apic. 4, 1 *et* 5. *it.* 6, 9.

CACABACEVS, a, um. Adi. Tertull. adu. Hermog. cap. 41 Inconditus et confuſus et turbulentus fuit materiae motus. Sic enim et ollae vndique ebullientis ſimilitudinem apponis — Si aequalis momenti, iam non turbulentus, nec cacabacius, ſed compoſitus et temperatus, *etc. Eſt igitur* motus cacabaceus *inaequabilis, velut ebullientis in cacabo liquidi.* Cacabaceus Panis, *v. ſ. l.*

CACALIA, [κακαλία] ſiue Leontice vocatur ſemen margaritis minutis ſimile, dependens inter folia grandia, in montibus fere. *Haec* Plin. 25, 11. *Add.* 26, 6.

CACATVRIO, *vid.* CACO.

CACCABE, es. [Κακκάϐη] *Olim appellata fuit* Carthago. *Significat autem haec vox proprie* Caput equinum, *quod omen fuit futurae magnitudinis. Vid. Drakenb. ad Sil.* 2, 410.

CACEMPHĂTON, *ſiue* CACOPHATON, *prius probante H. Stephano de abuſu Gr. L.* [κακέμφατον] *oratio, quae türpe quiddam indicat, praeter conſilium, certe praeter naturalem vim vocum,* ſiue (*vt ait* Quinctil. 8, 3, 44) mala conſuetudine in obſcenum intellectum ſermo detortus eſt, vt *ductare exercitus,* et *patrare bellum,* apud Salluſtium dicta ſancte et antique, ridentur a nobis, ſi Diis placet — ſiue iunctura deformiter ſonat, vt ſi *cum hominibus notis loqui* nos dicimus, niſi hoc ipſum *hominibus* medium ſit, in praefanda (*nomen* Cunno, *cui honos praefandus eſt*) videmur incidere *etc. Exempla alia enim ponit, vt diuiſio,* intercapedo, — Quaeque latent, meliora putat — Incipiunt agitata tumeſcere. *Ineptiunt hic interdum, vt iam Fabio obſeruatum modo vidimus, Grammatici, in his* Mart. Capell. 5 p. 168 Vitandum etiam in eodem loco cacophaton, vel interpoſitione, vel commutatione verborum. Inhoneſta enim exempla ſunt, vt *Arrige aures Pamphile. Vid. Voſſ. Inſtit. Orat.* 4, 6, 10. *Add.* Iſidor. 1, 33. Mart. Capell. 5 p. 168.

CACHECTES, *ſeu* CACHECTA, ae. [καχέκτης] *Qui malo eſt corporis habitu, et cui macie corpus confectum eſt.* Plin. 28, 9 ſ. 33 Vt in Arcadia bubulum lac biberent phthiſici, ſyntecticique et cachectae, diximus in ratione herbarum.

CACHECTICVS, i. m. *Idem.* Plin. 32, 10 ſ. 39 Cachectici, quorum corpus macie conficitur.

CACHEXIA, ae. f. [καχεξία] *A medicis appellatur,* Malus corporis totius habitus, quo alimenta corrumpuntur: quod fit, quum longo morbo vitiata corpora, etiamſi illo vacant, refectionem tamen non accipiunt; aut cum malis medicamentis corpus affectum eſt *etc.* Celſ. 3, 22.

CACHINNVS, i. m. [κιχλισμὸς, καγχλασμὸς] *Solutus riſus et immoderatus: a ſono factum vocabulum.* Dulces cachinni Lucret. 5, 1395. Ouid. de Arte Am. 3, 287 Eſt quae peruerſo diſtorqueat ora cachinno. Iuuen. Sat. 10, 31 Facilis cuiuis rigidi cenſura cachinni, *i. Heracliti riſum quisque imitari poteſt.* Afferre cachinnos omnes Catull. 13, 5. Cic. de Clar. Orat. 116 c. 60 Reliqua duo ſunt, agere, et meminiſſe: in vtroque cachinnos irridentium commouebat. Concuti cachinno Iuuenal. Sat. 3, 100. Edit cachinnum ſimulacrum Suet. Cal. 57. Effuſus in cachinnos Idem Cal. 32. Perſ. 3, 87 Ingeminat tremulos naſo criſpante cachinnos. Ridete quidquid eſt domi cachinnorum Catull. 29, 14. Cic. de Fato 100 Addidit etiam (*Zopyrus, Socratem videri*) mulieroſum, in quo Alcibiades cachinnum dicitur ſuſtuliſſe. *Add.* Sueton. Aug. cap. 98. Horat. de Arte Poët. 113. ¶ 2 Catull. 65, 269. *de Vndarum ſono,* Leni reſonant plangore cachinni. *Vid.* CACHINNOR, n. 2.

CACHINNO, āre, [καγχάζω, καγχαλάω] *et* CACHINNOR, āri. Depon. *Immoderate ridere.* Cic. Verr. 3, 62 c. 25 Ridere conuiuae, cachinnari ipſe Apronius. Sueton. in Veſp. 5 Quare patrem Sabinum ferunt aruſpicio inſuper confirmatum, renuntiaſſe matri, nepotem ei Caeſarem genitum: nec illam quidquam aliud, quam cachinnaſſe, mirantem, quod adhuc ſe mentis compote, deliraret iam filius ſuus. Exitium meum cachinnat Apul. Mileſ. 3 p. 132. Furtim cachinnant Lucret. 4, 1169. *i. vbi extra conſpectum ſunt.* Idem 2, 975 Riſu tremulo concuſſa cachinnant ora. ¶ 2 Cachinnare non de Riſu tantum, ſed et de Sono vehementiore vetuſtas dici voluit. Accius Phoeniſſis, Simul et circum magna ſonantibus excita ſaxis Saeua ſonando crepitu clangente cachinnant. Nonius 6, 86. *Conf.* CACHINNVS, n. 2.

CACHINNANS, antis. Petulantius Aur. Vict. Epit. c. 28. Saeuitia Mamertin. Paneg. Iul. c. 24. *Vid.* Saeuitia.

CACHINNATIO, ōnis. f. [καγχασμὸς] *Riſus immoderatus.* Cic. Tuſc. 4, 66 c. 31 Vt ſi ridere conceſſum ſit, vituperetur tamen cachinnatio.

CACHINNO, ōnis. m. [μῶκος] *Qui immoderate ridet, Riſor vel irriſor immodicus.* Perſ. Sat. 1, 12 Quid faciam? ſed ſum petulanti ſplene, cachinno.

CACHINNABILIS, e. Apul. Mileſ. 5 p. 132 Populus riſu cachinnabili diffluens, *i. vehementi riſu, qui cachinnus potius eſſet.*

CACHINNŌSVS, a, um. *Ad cachinnos procliuis.* Cael. Aurel. Acut. 1, 3 Hilares natura et cachinnoſi.

CACHLA, *vel* CALCHA. Plin. 25, 8 *Herba eſt, quae alio nomine* Buphthalmus *appellatur, vbi vid.*

CACHRYS, *plur.* CACHRYES, [κάχρυες] *ſunt Oblonga panicularum modo nucamenta, quae ſquamatim compacta propendent e ramis. Creſcunt hieme, vere dehiſcunt in flauentes ſquamulas, et folio prodeunte decidunt: qualia multa in abiete, picea, caeterisque id genus arboribus conſpiciuntur.* Plin. 16, 8 ſ. 11 *ita:* Ferunt robora et cachryn: (ita vocatur pilula in medicina vrendi vim habens) Gignitur et in abiete, larice, picea, tilia, nuce, platano, poſtquam folia decidere, hieme durans. Continet nucleum pineis ſimilem. Is creſcit hieme, aperitur vere pilula tota: cadit, cum folia coepere creſcere. *Add.* 24, 11 ſ. 60. Cochryos animati *mentio ap.* Scribon. 70. *vbi vid. Rhod.* Cachry admixta Plin. 22, 22 ſ. 32. *Sed* admixto cachry Idem 27, 13 ſ. 109.

CACIZOTECHNOS, i. m. κακιζότεχνος, a κακίζω, *improbo et* τέχνη, *ars, quaſi Improbans ſuum artificium; ita appellatus* Callimachus ſtatuarius, ſemper calumniator ſui, nec finem habens diligentiae, *etc.* Plin. 34, 8 ſ. 19 n. 34.

CACO, āre. [χέζω, ἀφοδεύω] *Ventris onus deponere.* Martial. 1, 38 Ventris onus miſero, nec te pudet, excipis auro: Baſſa bibis vitro: carius ergo cacas. Nec toto decies cacas in anno Catul. 21, 20. Horat. Serm. 1, 8, 38 *Priapus ita aſſeuerat narrationem ſuam:* Mentior at ſi quid, merdis caput inquiner albis Coruorum atque in me veniat mictum atque cacatum Iulius *etc.*

CACANS, tis. Martial. 3, 89 Vtere lactucis et mollibus vtere maluis Nam faciem durum, Phoebe, cacantis habes.

CACATVS, a, um. [κεχεσμένος] *Vt,* Catull. 37, 1 Annales, Voluſi cacata charta.

CACATVRIO, īre. [χεζητιάω] *Deſideratiuum verbum, velle cacare, deſidendi libidinem habere.* Martial. 11, 78 Coenaturit Vacerra, non cacaturit.

CACOCHYMIA, ae. f. *Vitium naturalium humorum in corpore, apud Medicos.*

CACOCHY̆MVS, a, um. *Malum praebens ſuccum.* Celſus 2, 19 Aliae res boni ſucci, aliae mali ſunt, quae εὔχυμα et κακόχυμα Graeci vocant.

CACODAEMON, ōnis. [κακοδαίμων] *Malus genius.* Valeriu Maximus 1, 7, *his verbis:* Apud Actium M. Antonii fractis opibus Caſſius Parmenſis, qui partes eius ſequutus fuerat, Athenas confugit vbi concubia nocte quum ſolicitudinibus et curis mente ſopita in lecto iaceret, exiſtimauit ad ſe venire hominem ingentis magnitudinis, coloris nigri, ſqualidum barba, et capillo demiſſo: interrogatumque quisnam eſſet? reſpondiſſe, κακοδαίμονα. Perterritus deinde tam tetro viſu, et nomine horrendo, ſeruos inclamauit, ſciſcitatusque eſt, quem talis habitus, aut intrantem cubiculum, aut exeuntem vidiſſent quibus affirmantibus, neminem illud acceſſiſſe, iterum quieti et ſomno ſe dedit: atque eadem animo eius obuerſata eſt ſpecies. Itaque fugato ſomno, lumen introferri iuſſit, puerosque a ſe diſcedere vetui. Inter hanc noctem, et ſupplicium capitis, quo eum Caeſar affecit, paruulum admodum tempus acceſſit. *Aſtrologis* Cacodaemon duodecimu ab Horoſcopo locus dicitur. *Vid.* Iul. Firmic. 2, 20 *et* 22.

CACOĒTHES. n. [κακοηθὲς] *Malus mos, praua conſuetudo, quae velut in morbum abiit.* Iuuenal. Sat. 7, 52

— laqueo tenet ambitioſi
Conſuetudo mali, tenet inſanabile multos
Scribendi cacoëthes, et aegro in corde ſeneſcit.

*Poteſt videri reſpicere ad* Cacoëthes, *Vlceris vel Carcinomatis genus curatu difficillimum.* Plin. 22, 25 Stellionum morſibus reſiſtit: item vlceribus, quae cacoëthe vocant. Celſ. de Carcinomate 5, 28 Namque peſſimum id genus eſt, fereque id primum fit, quod κακοηθὲς a Graecis nominatur. *Vti igitur putamus Poëtam metaphora, quae illi ſimili eſt, quam obſeruamus in nomine* SCABIES.

CACOPHATON, *vid.* CACEMPHATON.

CACOMEMNON, ōnis. m. Mimus ita dictus Laberii Gell. 16, 7

CACOSTOMĂCHOS. [κακοςόμαχος] *Qui malum ac debilitatum ſtomachum habet, hoc eſt ventriculum: os enim ventriculi (qui propr* ſtomachus *dicitur) pro ipſo ventriculo ſumi ſolet.* Cic. Fam. 16, 4 D medico et tu bene exiſtimari ſcribis: et ego ſic audio: ſed plane cu rationes eius non probo: ius enim dandum tibi non fuit, quum κακοςόμαχος eſſes.

CACOSYNTHĔTON, i. n. [κακοσύνθετον] *Mala ſeu deform compoſitio: vt apud* Virg. Aen. 9, 610 — verſaque iuuencu Terga fatigamus haſta. Quinctil. 8, 3, 59 Quod male collocatur id Cacoſyntheton vocant. *Add.* Iſidor. 1, 33. Lucil. *ap.* Vel. Long. 2214. *Putſch. Douſ. Reliqu. p.* 44.

CACOTECHNIA, ae. f. [κακοτεχνία] *Mala ars ad verbur* Quinctil. 2, 20, 2. *et* 15, 2 Cacotechniam quidam nominauerunt A tis prauitatem.

CACOZELIA, ae. f. [κακοζηλία] *Mala affectatio, peruer imitatio, quoties inſcite affectantes virtutem aliquam, in vitium labu tur. Veluti ſi quis male affectans Atticiſmum, ieiunus euadat et aridu ſi quis copiam, in futilem incidat loquacitatem.* Quinctil. 8, 6, 73 S huius quoque rei ſeruetur menſura quaedam. Quamuis eſt eni omnis Hyperbole vltra fidem, non tamen eſſe debet vltra modu nec alia magis via in cacozelian itur. Idem 2, 3, 9 Tumidos, et co ruptos, et tinnulos, et quocunque alio cacozeliae genere peccante certum habeo non virium, ſed infirmitatis vitio laborare, vt corpo non robore, ſed valetudine inflantur. Cacozeliae genere pecca Quinctil. 2, 3. *Add.* Sen. Contr. 25 f. Idem Suaſ. vlt.

CACOZĒLVS. Adiect. [κακόζηλος] *Ineptus imitator vel affectator.* Sueton. in Aug. 86 Cacozelos et antiquarios, vt diuerſo gene vitioſos, pari faſtidio ſpreuit. Κακόζηλον corrupta oratio dicit Quinct. 8, 3, 56 *ſq.* Κακόζηλον vocatur, quidquid eſt vltra virtutem quoties ingenium iudicio caret, et ſpecie boni fallitur: omnium eloquentia vitiorum peſſimum. Nam caetera parum vitantur, h titur. Eſt autem totum in Elocutione. Nam rerum vitia ſunt *tum, commune, contrarium, ſuperuacuum:* corrupta oratio in verb maxime impropriis, redundantibus, comprehenſione obſcura, co poſitione fracta, vocum ſimilium aut ambiguarum puerili captatio conſiſtit. Eſt autem omne κακόζηλον vtique falſum, etiamſi non om falſum κακόζηλον. *etc.*

CACTOS, i. f. [κάκτος] *Herba, ex carduorum genere, teſte* Pl. 21, 16 ſ. 57. *in ſola Sicilia naſcens, quae caules habet e radice emiſſ et in terra ſerpentes, quos etiam* Cactos *vocant. Athenaeus eam eſſe c dit, quae Latinis* Carduus, *Graecis* Cinara *vocatur. Add.* Tert de Pall. c. 2.

CACVBALVM, i. n. *Sunt qui legant,* (*al.* Culicum, Culiculum, *vulg.* Cucubalum) Plin. 27, 8 ſ. 44 *vbi ſic Hard.* Cuculi folia tr cum aceto ſerpentium ictibus et ſcorpionum mederi. Quidam ha alio nomine ſtrumum appellant, alii Graece ſtrychnon. Acinos hab nigros. — Ipſa ſtrumis illita (*medetur*).

CACV̆LA, ae. m. [ἀκόλουθος] Feſto *docente, Seruus milit* Vet. Gloſſ. δοῦλος ςρατιώτου. Plaut. Trin. 3, 2, 95 Video caculam militare me futurum, aut longius, *etc. Sed quod additur apud* Feſtur *vt hodie eſt,* dicitur a Graeco κᾶλον, quod fuſtibus clauisq ligneis ad tutelam dominorum armari ſoliti ſint: *in eo miſcet cum* Calone.

CACVLATVS, ûs. m. Caculatum ſeruitium, Feſtus. *Vide eſſe Accuſatiuus.*

CĂCV̄MEN, ĭnis. n. [ἄκρος, κορυφὴ, κόρυμϐοι] *Vertex, Summum cuiuscunque rei.* Caeſ. Bell. Gall. 7, 73 Itaque truncis arb rum aut admodum firmis ramis abſciſſis, atque horum delibratis atq praeacutis cacuminibus, perpetuae foſſae quinos pedes altae duceba tur. Arborum cacumina *ſunt etiam* Plin. 10, 53. *Et ſaepe ſtici, v. g.* Col. 3, 21, 11 Cacumina ficorum, pirorumue et malor depangere. Pall. Febr. 15, 21 Cacuminibus et talea ſeruntur cyd nia *etc. Add.* Virg. Georg. 2, 29 Summumque putator Haud du tat terrae referens mandare cacumen. Montium cacumina Plin. 7. Alpium Idem 3, 16 *pr.* Nucis Pall. Ian. 15. 15. Oui cacum Plin. 10, 52. Hirt. de Bell. Afr. 47 *extr.* Eadem nocte (*tempeſ tis mentio praeceſſit*) quintae legionis pilorum cacumina ſua ſponte ferunt. Ouid. de Arte Am. 1, 381 Non ego per praeceps, et ac cacumina vadam. Aërium cacumen montis Catul. 62, 240. Vi Georg. 2, 307 — perque alta cacumina regnat. *de igni in ſil* Ouid. Met. 8, 716 Iamque ſuper gelidos creſcente cacumine vult *de Philemone et Baucide in arbores mutatis.* Ficulnea Pall. Mart. 10. Fracta cacumina fagi Virg. Ecl. 9, 9. Ouid. Met. 8, — iam tanget frondente cacumine terram. *i. deiicietur arbor.* curuum cacumen, *de tergo elephanti* Sil. 9, 584. Matina cacum Hor. Epod. 16, 28. *i. Matini montis Calabriae.* Montana Ouid. M 1, 310. Nimboſa montis cacumina aperiuntur Virg. Aen. 3, 2 *i. vi*

. *videri incipiunt.* Nudata cacumina ſiluarum, *vel arborum* Ouid. Met. 1, 346. Procera nemoris cacumina Sil. Ital. 7, . . Sublime cacumen Ouid. Met. 1, 666. Sen. Hippol. 1027 *De tempeſtate naris,* Summum cacumen rorat expulſo ſale. Spumat vomitque vicibus alternis aquas. Tectum cacumen nubibus vaneſcere cernit Lucan. 3, 6. Tremulum Sil. Ital. 5, . . . Vmbroſa cacumina Virg. Ecl. 2, 3. Coërcere ferro oleae cacumina Quinctil. 8, 3, 10. Comprimere cacumina Sil. Ital. 5, . . Eminuit cacumen Luc. 5, 75. Laberius *apud* Macrob. Saturn. 2, 7 Si tibi erat libitum literarum laudibus Floris cacumen famae noſtrae frangere *etc.* Motare cacumina Virg. Ecl. 6, 28. Nectere cacumina Sil. Ital. 5, . . . Surgit ignis gemino cacumine Lucan. 1, 551. Tangere ſummum cacumen Lucret. 2, 1129. *i. ad metam ſeu finem creſcendi peruenire.* Venire ad ſummum cacumen Lucret. 5, 1455. *i. Ad ſummam perfectionem.*

CĂCVMĬNO, āre. [*αἰπίζω*] *Acutum reddere* Ouid. Met. 3, 195 Dat ſpatium collo, ſummasque cacuminat aures. *De Actaeone in ceruum mutato.*

CACVMINĀTVS, a, um. Adi. [*αἰπιόεις*] Plin. 10, 52 Aquatilium oua rotunda: reliqua fere faſtigio cacuminata. Apex in conum acuminatus Sidon. Epiſt. 2, 2.

CACVS. [Κάκος] Secundum fabulas, Vulcani filius fuit, ore ignem ac fumum vomens, qui vicina omnia populabatur. Veritas tamen ſecundum philologos et hiſtoricos hoc habet, hunc fuiſſe Euandri nequiſſimum ſeruum, ac furem. Nouimus autem Malum a Graecis *κακὸν* dici: quem ita illo tempore Arcades appellabant, poſtea translato accentu *Cácus* dictus eſt, vt *Heléne*, *Hélena.* Ignem autem dictus eſt vomere, quod agros igne populabatur. Hunc ſoror ſua eiusdem nominis prodidit. Vnde etiam ſacellum meruit, in quo ei per virgines Veſtae ſacrificabatur. *Haec* Seruius, *enarrans* Virgilii Aen. 8, 193

Hic ſpelunca fuit vaſto ſubmota receſſu,
Semihominis Caci: *Et deinde,*
Huic monſtro Vulcanus erat pater, illius atros
Ore vomens ignes, magna ſe mole ferebat.

*De hoc Caco a ſorore* Caca *prodito, et ab Hercule, cuius boves furto abegerat, occiſo, in Auentino monte, vide* Liu. 1, 7. *et* Solin. cap. 2.

## C A D

CADĀVER, ĕris. n. [*νεκρὸν, πτῶμα*] *Corpus quodcunque mortuum: a* Cadendo *deriuatur* Hieron. in Matth. 24, 28. Caeſ. Bell. Gall. 7, 77 Quid hominum millibus octoginta vno loco interfectis, propinquis, conſanguineisque noſtris animi fore exiſtimatis, ſi paene in ipſis cadaueribus praelio decertare cogentur? Cadauera oppidorum, *per translationem* Sulp. Seuer. ad Cic. Fam. 4, 5 Quum vno loco, tot oppidûm cadauera proiecta iaceant? *Vehementiſſimum conuicium eſt.* Cic. in Piſon. 82 c. 33 Nec deſpero tamen, *etc.* futuros aliquos, qui abiectum hoc cadauer, Conſularibus ſpoliis nudare non nolint. *Sic* c. 9 putidam carnem et eiectum cadauer dixerat. Congeſta cadauera Lucan. 2, 209. Conſerta Idem 3, 575. *i. Denſa et ſibi velut implexa.* Iuuen. Sat. 15, 83 — contenta cadauere crudo *de furioſa turba Tentyritarum cruda interfectorum per ſeditionem cadauera vorantium.* Cic. pro Milon. 39 c. 13 Tu P. Clodii cruentum cadauer eieciſti domo. Defunctum Lucan. 3, 720. Iuuen. Sat. 10, 186 — tarda per denſa cadauera prora *Darius fugit a Salamine.* Dilapſa ſbo cadauera Virg. Georg. 3, 557. Anus quaedam graui ſenio curuata, buſti cadauer extremum, et vitae dedecus primum, et orci faſtidium Apul. Mileſ. 4 p. 145. Informe, *vid.* INFORMIS. Lacerum Lucan. 5, 669. Rigidum Claud. de Bell. Gigant. 103. Semiuſtulatum Cic. pro Mil. c. 13. Lucret. 2, 415 — quum tetra cadauera torrent. Toruum cadauer Stat. Theb. 9, 140. *in acie interfecti.* Tremebundum Sen. H. Oet. 813. Viuum cadauer Apul. Mileſ. 4 p. 145. *In eum, qui nihil agit vita dignum.* Exſpirant cadauera vermes Lucret. 3, 719. *i. Emittunt, ſcaturiunt vermibus.* Luſtrare cadauera Lucan. 2, 171. *i. Circumſpicere.* Mordere cadauer Iuuen. Sat. 15, 83. Spoliare cadauera Lucan. 3, 675. Torrere cadauera Lucret. 2, 415.

CADAVERINVS, a, um. Tertull. de Anim. 32 Cadauerinam dixit *abſolute, vt* ferinam, vitulinam, *carnem de cadauere.*

CADAVERŌSVS, a, um. Adi. [*νεκρώδης*] *Vt,* Cadauerosa facies Ter. Hec. 3, 4, 27. *Vbi* Donatus: Cadauerosa, Subliuida, ac perſonata rubore et liuore. Rubicundi enim et craſſam faciem ſaepe habent, quod eſt proprium cadaueris. Poteſt et Pulpoſa intelligi, et craſſa, quaſi cadaueroſa. *Haec* Donatus. *Sunt qui* cadaueroſam faciem *intelligant, quam Hippocraticam vocamus, nempe homini morienti et paene demortuo ſimilem. Eſt autem talis, quae habet concauos oculos, nares amplas, collapſa tempora, labra demiſſa, prominentes aures: quae omnia, vno verbo elegantiſſime explicauit Terentius. Alii* Cadaueroſam *exponunt Fóedam et turpem, quod placet* Turn. 11, 12. *Nihil puto melius periphraſi* Senecae Epiſt. 122 Ita iſtorum corpora foeda viſuntur: quippe ſuſpectior illis quam morbo pallentibus color eſt: languidi et euanidi albent, et in viuis caro *morticina* eſt. *Haec eſt plane* Cadaueroſa facies.

CADETVM, *vid.* CANDETVM.

CADISCVS, *Dimin. a* Cadus, *vid.* CADVS.

CADIVVS, *vid.* CADO.

CADMEA, *vid. ſub* CADMVS.

CADMIA, ae. [*καδμία, quae et καδμεία dicitur Dioſcoridi*] *Lapis aeroſus, id eſt multum aeris habens.* Cadmea terra eſt, quae in aes coniicitur, vt fiat orichalcum Feſt. *Conf. ib. Dacer.* Plin. 34, 1 Fit et aes e lapide aeroſo, quem vocant cadmiam. *Sed locus claſſicus eſt* ibid. 10. *pr.* Metalla aeris multis modis inſtruunt medicinam, vtpote quum vlcera omnia ibi ociſſime ſanentur. Maxime tamen prodeſt cadmia. Fit ſine dubio haec et in argenti fornacibus, candidior ac minus ponderoſa, ſed nequaquam comparanda aerariae. Plura autem genera ſunt. Namque vt ipſe lapis, ex quo fit aes, Cadmia vocatur, fuſuris neceſſarius, medicinae inutilis: Sic rurſus in fornacibus exiſtit, aliamque nominis ſui originem recipit. Fit autem egeſta flammis atque flatu tenuiſſima parte materiae, et cameris lateribusue fornacum pro quantitate leuitatis applicata. Tenuiſſima eſt in ipſo fornacum ore, qua flammae eluctantur, appellata *Capnitis,* exuſta, et nimia leuitate ſimilis fauillae. Interior optima, cameris dependens, et ab eo argumento *Botryitis* cognominata. Ponderoſior haec priore, leuior porro ſequuturis. Duo eius colores: deterior cinereus, puniceus melior, friabilis, oculorumque medicamentis vtiliſſima. Tertia eſt in lateribus fornacum, quae propter grauitatem ad cameras peruenire non potuit. Haec dicitur *Placitis,* et ipſa ab argumento, cruſta verius quam pumex, intus varia, ad pſoras vtilior, et ad cicatrices trahendas. Fluunt et ex ea duo alia genera: *Onychitis* extra paene coerula, intus onychitae maculis ſimilis. *Oſtracitis* tota nigra, et caeterarum ſordidiſſima, vulneribus maxime vtilis. Omnis autem cadmia in Cypri fornacibus optima iterumque a medicis coquitur. *etc.* Cadmia botryitis Scribon. 24. 220 Cadmia vſta Idem 23.

CADMVS. [Κάδμος] *Agenoris filius, miſſus a patre ad inquirendam Europam a Ioue raptam, iuſſusque ſine illa non redire, ex Apollinis reſponſo ſequutus bouem, Boeotiam vbi illa conſtitit, regionem vocauit: Thebasque ex nomine Aegyptiarum Thebarum, vnde originem habuit, ciuitatem condidit. Socios inſuper quum vidiſſet a dracone abſumptos, eius interfecti dentes ſeuit, ex quibus orti ſe mutuis vulneribus confoderunt: qui* Cadmei fratres *vocantur. Nobiliſſimum illius opus eſt inuentio literarum Graecarum, quas e Phoenicia vel Aegypto fertur attuliſſe. Vid.* Plin. 7, 56. *et quos magno numero laudat Fabric. Bibl. Gr.* 1, 23, 2 p. 147. *Hinc* Auſon. Epiſt. 21 Cadmi nigellae filiae, *et* Epiſt. 29 Cadmi filiolae atricolores *ſunt literae.* Soror Cadmi Ouid. e Pont. 4, 55. *i. Europa.* ¶ 2 Cadmus *natus Carnifex tempore* Horatii, *qui* Sat. 1, 6, 39 *ait,* Tune Syri, Damae aut Dionyſi filius audes, Deiicere e ſaxo ciues, vel tradere Cadmo.

CADMEIVS, a, um. *Vt,* Stat. Theb. 8, 519 — leuius Cadmeius Aemon, Tela rotat. *i. Thebanus. Sed filia Cadmi* Cadmeia Ino Sen. Oed. 446.

CADMEĬDES. Patronym. a Cadmo deductum. Ouid. Met. 4, 562 Aequora diſtringunt ſummis Cadmeides alis, *i. Thebanae. Sed Heinſ.* Iſmenides. Errant furentes impiae Cadmeides Sen. in Herc. fur. 759 *Agaue, Ino, Autonoë quae Pentheum dilacerarunt, Cadmi filiae.* Domus Cadmeis Ouid. Met. 4, 544. *i. Cadmea aut Cadmeia. Patronymicum nomen pro poſſeſſiuo.*

CADMĒVS, a, um. *Aliud* Adi. [Καδμεῖος] *A Cadmo ortus, Thebanus.* Sen. Herc. Oet. 594 Nos Cadmeis orgia ferre tecum ſolitae condita ciſtis: *de ſacris Bacchi Thebani, Cadmi ex Semele nepotis.* Dirce Cadmea Lucan. 3, 175. Iuuentus Cadmea Stat. Theb. 8, 600. Limen Cadmeum Idem Theb. 1, 123. Mater Cadmea Sen. Oedip. 1006. *Agaue, quae Pentheo filio caput abſcidit.* Thebae Cadmeae Propert. 1, 7, 1. Arx oppidi *Thebarum,* quae Cadmea nominatur Nep. Pelop. 1.

CADMITIS, ĭdis. f. *Gemma. Vid.* Plin. 37, 10 ſ. 56 Cadmitis eadem eſſet, quam Oſtracitin vocant, niſi quod hanc caeruleae interdum cingunt bullae. *MSS. ap. Hard.* Calamitis.

CADO, cecĭdi, cāſum, ĕre. [*πίπτω*] *Idem fere quod labi.* Ter. Adel. 1, 1, 12 *Metuit pater, ne filius* vſpiam ceciderit. Alte cadere Cic. in Orat. 98 c. 28. *i. ex alto.* Grauatim cadere Lucret. 3, 388. *i. aegre. Sumit Praepoſitiones diuerſas.* Ouid. Faſt. 3, 20 Et cadit a mento languida facta manus. Ab alto Plin. 10, 38. Plaut. Mil. 3, 1, 124 Cecidiſſetne ebrius, aut de equo vſpiam. Cic. pro Cluent. 175 c. 62 Cecidiſſe ex equo dicitur. In claſſem cadit omne nemus Lucan. 1, 306. *h. e. Caeduntur arbores, quibus conſtruatur claſſis.* In pectus cadit pronus Ouid. Met. 4, 578. Idem Faſt. 2, 832 *De Lucretia ſe interimente,* Et cadit in patrios ſanguinolenta pedes. *Et* de Arte Am. 3, 428 Inque plagam nullo ceruus agente cadit. Ouid. Tr. 3, 4, 17 Qui cadit in plano, vix hoc tamen euenit ipſum, Sic cadit, vt tacta ſurgere poſſit humo. In pontum cadunt flumina Sen. Med. 405. In terram cadere Lucret. 2, 209. Non cadere in terram, ſtellas et ſidera ſentis. Lucret. 4, 1042 Namque omnes plerumque cadunt in volnus, et illam Emicat in partem ſanguis, vnde icimur ictu. In vultus Ouid. Met. 5, 292. Hor. Carm. 4, 1, 36 Cur facunda parum decoro Inter verba cadit lingua ſilentio, *i. obmuteſcit.* Per inane profundum Lucret. 2, 222. Per aquas atque aëra deorſum Idem 2, 230. Poſt terga Lucan. 3, 478. Mora lenta cadere Sen. Herc. Oet. 13. Sine ruina cadere Lucan. 7, 119. *Ne magnam ſecum ruinam trahat.* ¶ 2 *Subſtantiua rerum, quae proprie dicuntur* cadere. Virg. Ecl. 1, 29 Candidior poſtquam tondenti Barba cadebat. Martial. 11, 91 Carmina nulla probas, molli quae limite currunt, Sed quae per ſalebras, altaque ſaxa cadunt. *Comparat carmina torrenti, per ſaxoſa loca decurrenti.* Plaut. Men. 5, 9, 57 Nam tum Dentes cadebant primulum. Flumina in pontum Sen. Med. 405. Folia arborum cadunt Plaut. Men. 2, 3, 24. Folia arbori Plin. 16, 22. Folia ex arbore Idem 17, 20. Guttae Lucret. 2, 222. Guttae cadentes in ſaxa Idem 4, 1281. Haemorrhoidas cogit cadere Scribon. 227. *nim. externas.* Imbres cadunt Virg. Ecl. 6, 38. Imber per genas cadit Ouid. Triſt. 1, 3, 18. *de lacrimis.* Lacrimae cadunt Ter. Adel. 4, 1, 20. Vbertim Claud. Laus Seren. Reg. 213. Genis Lucan. 3, 733. In ora Ouid. Triſt. 3, 3, 39. Per ora Sen. Hippol. 4. In verba ſingula Ouid. Triſt. 3, 5, 14. Et lacrimas cernens in ſingula verba cadentes. Lacrimae non ſponte cadentes Lucan. 9, 1038. Lana ſponte cadit ouibus Ouid. Met. 7, 541. Martial. 11, 50 Gemma vel a digito, vel cadit aure lapis. *pro* Ab aure. Lingua cadente murmurare Stat. Silu. 2, 1, 149. Lumina victa graui ſomno cadunt Valer. Argon. 1, 300. *de ſomno naturali.* Lucret. 3, 595 Et velut exſangui cadere omnia corpore membra. Palpebrae cadunt Idem 4, 950. Vela cadunt Virg. Aen. 3, 191. Via fluminis cadens Sen. Thyeſt. 4. Virg. Ecl. 1, 84. Maioresque cadunt altis de montibus vmbrae. Vrbes cadunt Lucret. 5, 1236. ¶ 3 *Metaphora multiplici adhibetur hoc verbum de iis, quae mutantur in deterius, aut plane finem ſuum conſequuntur.* Sen. Epiſt. 8 Eminentis vitae exitus cadere eſt. Laberius *ap.* Macrob. Sat. 2, 7

Summum ad gradum cum claritatis veneris,
Conſiſtes aegre, et quum deſcendes, decides.
Cecidi ego. Cadet qui ſequitur. Laus eſt publica.

Cic. Att. 16, 15 *extr.* Turpius eſt priuatim cadere, quam publice. *Ita* cadere *dicitur* orator, *cum finem ſuum non aſſequitur.* Idem Orat. 98 c. 28 Qui in illo ſubtili et acuto *(dicendi genere)* elaborauit, vt callide arguteque diceret, nec quidquam altius cogitaret, hoc vno perfecto magnus orator eſt, ſi non maximus: minimeque in lubrico verſabitur, et ſi ſemel *conſtiterit,* nunquam *cadet.* Medius ille autem, quem modicum et temperatum voco, ſi modo ſuum illud ſatis inſtruxerit; non extimeſcit ancipites dicendi incertosque caſus: etiam, ſi quando minus ſuccedet, vt ſaepe fit, magnum tamen periculum non adibit: alte enim cadere non poteſt. Cic. de Amicit. 23 Nec debilitari Animos, aut cadere patitur, *etc.* Idem Fam. 6, 1 Non debemus ita cadere Animis, quaſi aliquid euenerit, quod fieri poſſe nunquam putarimus. *Add.* Id. 6, 12. Animi cadunt Ouid. Met. 11, 537. Liu. 1, 11 Ceciderant animi alienis cladibus. Cic. Philipp. 14, . . Omnibus iſtis latronibus auctoritate ipſa Senatus iampridem de manibus Arma cecidiſſent. Cic. Off. 1, 77 c. 22 Ita conſiliis diligentia-

que noſtra celeriter de manibus audaciſſimorum ciuium delapſa Arma ipſa ceciderunt. *Quo vtroque loco voluntas et propoſitum pugnandi intelligitur.* Virg. Georg. 1, 354 Quo ſigno caderent Auſtri. *i. ſlare deſinant, vt ſurgere dicuntur cum incipiunt.* Auctoritate principum cecidit Cic. de Aruſp. Reſp. 60. Cauſa *it.* Formula cadere, *vid. mox n.* 4. Fabula cadit, *cum exſibilatur* Hor. Epiſt. 2, 1, 172 Securus cadat, an recto ſtet fabula talo. Ouid. e Pont. 2, 3, 10 Et cum fortuna ſtatque, caditque Fides. Impetus amens cadit Lucan. 4, 279. Ira cecidit tibi Liu. 2, . . . Ira paullatim cadit Lucan. 4, 284. Ira metu cadit Ouid. Amor. 2, 13, 4. Laus tua cecidit cum republica Cic. Off. 2, 45 c. 13. Maieſtas cecidit Nep. 16, 2, 4. Sed tibi tamen Oculi, vultus, verba cecidiſſent Cic. pro Domo ſua 135. Promiſſa omnia tua in caſſum cadunt Plaut. Poen. . . . Spes cadit Ouid. Triſt. 2, 148. Spes ad irritum cadit Liu. 2, 6 *pr.* Timor cadit Ouid. Epiſt. 9, 42. Verba cadunt ſingultu Propert. 1, 5, 14. Verba mea Zephyro cadunt Propert. 1, 16, 34. Vires Lucret. 1, 410.

¶ 4 *In foro* Cadere cauſa, *eſt litem amittere, damnari. Sic interpretatur ipſe Imperator* §. 33. de Actionibus, Si quis agens (in) intentione ſua plus complexus fuerit, quam ad eum pertineat, cauſa cadebat (*quidam* a cauſa cadebat) id eſt, rem amittebat: nec facile in integrum reſtituebatur a praetore. *etc.* Cic. Fam. 7, 14 *Ad Trebatium ICtum*, Quod ſi ſcribere oblitus es, minus multi iam te aduocato cauſa cadent. Quinctil. 7, 3, 17 Nam eſt etiam periculoſum, cum, ſi in vno verbo ſit erratum, tota cauſa cecidiſſe videamur. Sueton. Cal. 39 Et litigatorum plerique quod occurrere abſentes ad vadimonium non poſſent, Cauſa caderent. Cic. de Inuent. 2, 57 c. 19 Ita ius ciuile habemus conſtitutum, vt cauſa cadatis, qui non, quem ad modum oportet egerit. *Idem eſt* Formula Cadere. Sen. Epiſt. 48 Quid enim aliud agitis, quum eum, quem interrogatis, ſcientem in fraudem impellitis, quam vt formula cecidiſſe videatur. *Add.* de Clem. 2, 3. Quinctil. 3, 6, 68 In Omnibus fere cauſis, in quibus cecidiſſe quis formula dicitur, hae ſunt quaeſtiones, *An huic? an cum hoc? an apud hunc? an hoc tempore liceat agere?* Et ſi qua ſunt talia. *Vid.* TRANSFERO *et* TRANSLATIO. *Etiam ſimpliciter* Cic. de Orat. 1, 166 Ridens et ſtomachans Scaeuola, quum Hypſeus maxima voce plurimis verbis a M. Craſſo Praetore contenderet, vt ei, quem defendebat, cauſa cadere liceret: Cn. autem Octauius homo Conſularis non minus longa oratione recuſaret, ne aduerſarius cauſa caderet. Cauſa ſimili cadere Lucan. 2, 554. Cadere in iudicio. Cic. pro Muraen. 58 Noluerunt ſapientiſſimi homines, qui tum rem illam iudicabant, ita quemquam cadere in iudicio, vt nimiis aduerſarii viribus abiectus videretur.

¶ 5 *Cum praepoſitione* In *varias formulas parit, in quibus idem fere quod venire, conuenire, congruere ſignificat.* In alium non cadit tam abſolutum opus Plin. 35, 10. *i. Non poteſt ab alio tam abſolutum opus perfici.* In cauſas cadit frequenter ipſa linearis ratio, *etc.* Quinctil. 1, 10, 35. In cogitationem quod ne quidem cadit Cic. de Nat. Deor. 2, 21. Idem Tuſc. 1, 50 c. 22 Caſurusne in conſpectum videatur animus, an tanta ſit eius tenuitas, vt fugiat aciem. In conſuetudinem non cadit id verbum Id. Tuſc. 3, . . *i. Non congruit conſuetudini.* In deliberationem cadere Cic. Off. 1, 9 c. 3. In diem Calend. cadit ſolutio Idem Att. 15, 20. *i. eo ſoluendum eſt.* In diſceptationem quaecunque cadere poſſunt Id. de Orat. 2, 5 c. 2. In curſu cadere Cic. de Clar. Orat. *pro Expetita laude fruſtrari.* Idem pro Cael. 69 Nihil eſt, quod in eiusmodi mulierem non cadere videatur. Virg. Ecl. 9, 17 Heu cadit in quemquam tantum ſcelus. Cic. Att. 13, 10 In quem, ne ſi inſidiis quidem ille interfectus eſſet, caderet vlla ſuſpicio. In eum cadit hoc verbum maxime, qui, *etc. i. conuenit* Idem de Aruſp. Reſp. 56. In eundem non videtur cadere et contemptus pecuniae, et cupiditas Quinct. 7, 2, 29. Idem 6 Pr. 5 Omni virtute, quae in feminas cadit, functa. Id. 7, 2, 31 In malos cadunt omnia ſcelera. *Contraria his formula eſt, qua vtitur* Scribon. c. 17 Cadunt extra medicinae profeſſionem. *i. ad eam non pertinent, agit de remedio ex* iecinore gladiatoris. In formam vnam neque cadunt omnia Cic. in Orat. . . In intelligentiam noſtram cadit Cic. Off. 3, 17. In legem Sen. de Benef. 3, 7. Cic. Tuſc. 1, 79 Quod autem in morbum cadat, id etiam interiturum. In narrationem cadere non abrupte, optimum eſt Quinctil. 4, 1, 79. In naturam rerum cadit hoc quoque, vt duos ſapientes aliquando iuſtae cauſae in diuerſum trahant Idem 2, 17, 32. Cic. de Nat. Deor. 1, 86 Quamquam video nonnullis videri Epicurum, ne in offenſionem Athenienſium caderet, verbis reliquiſſe deos, re ſuſtuliſſe. In orationem vt qui maxime cadant, *i. Conueniant, de pedibus poëticis* Cic. in Orat. 188 c. 56. Id. Att. 8, 3 Accedit illud, ſi maneo, et illum comitatum optimorum et clariſſimorum ciuium deſero: cadendum eſt in vnius poteſtatem. *Et* Acad. 1, . . . Non quod omnia, quae eſſent in re, comprehenderet, ſed quia nihil quod cadere in eam poſſet, relinqueret, *etc.* In ſapientem ſi cadit animi dolor: qui profecto cadit. Cic. de Amicit. *i. Si ſapientis eſt dolere.* Id. de Diuin. 1, 34 c. 14 Quae tamen ductae, vt in rem apte cadant, fieri credo poſſe diuinitus. *de ſortibus. Et* de Vniuerſ. 7 Quidquid erat, quod in cernendi ſenſum caderet, id ſibi aſſumſit. In ſpeciem ſoloeciſmi Quinctil. 1, 5, 45. Cic. pro Milon. . . . Multi etiam haec timentes in ſuſpicionem caderent. In ſuſpicionem Lacedaemoniorum cadere: *pro Suſpectum eſſe Lacedaemoniis.* Nep. in Pauſania 2, 6. Aetas eius cecidit in ea tempora Nep. 18, 1, 2. *Sed* Quinct. 7, 2, 6 In omnia tempora cadit coniectura animi. In alieniſſimum tempus ne cadat aduentus tuus Cic. Fam. 15, 14. *i. Ne aduenias, quum minime erit opus.* In virum bonum non cadit mentiri emolumenti ſui cauſa Id. Off. 3, 81 c. 20. *Et* Att. 14, 12 Sed caſurus in aliquam vituperationem, quod Reip. defuerim tam graui tempore. In vnam cadere poſſunt plures quaeſtiones, quae velut ſubiacentes ad illud, quo iudicium continetur, referuntur Quinctil. 3, 6.

¶ 6 *Eadem fere eſt ratio Praepoſitionis* Sub. Cic. de Vniuerſ. 9 Et omnia, quae ſub aſpectum cadunt, comprehenduntur. Id. pro Font. 2 Multoque eius ſudore ac labore ſub pop. Rom. imperium ditionemque ceciderunt. *Et* de Fin. 3, 60 Prima autem illa naturae, ſiue ſecunda, ſiue contraria, ſub iudicium ſapientis et delectum cadunt. Cic. in Orat. 67 Quidquid eſt enim, quod ſub aurium menſuram aliquam cadit, etiam ſi abeſt a verſu (nam id quidem orationis eſt vitium) numerus vocatur. Sub rationem eandem cadere Cic. de Inuent. 1, 47 *dicuntur* locare et conducere. Sub regulam Sen. de Benef. 3, 11. Cic. Acad. 4, . . . Iisdem ſenſibus reliqua, quae ſub quemque ſenſum cadunt, ſentiet. *Et* de Inu. 1, 48 Signum eſt, quod ſub ſenſum aliquem cadit.

¶ 7 Cadere, *pro Euenire ſaepe ponitur, tracta, vt credibile eſt, formula a talorum et teſſerarum ludo, vbi ex caſu proprie dicto fortuna pendet.* Ter. Adelph. 4, 7, 23 Ita vita eſt hominum, quaſi cum ludas teſſeris Si illud, quod maxime opus eſt, iactu non cadit; Illud, quod cecidit forte, id arte vt corrigas: *quem locum declaramus infra in* Scriptorum *luſu ſub* SCRIBO: *it. in* ALEA. Cic. Att. 3, 7 Sane ita cadebat, vt vellem. Nihil mihi optatius cadere potuit Id. Att. 3, 1, 4. Verebar, ne ita caderet Id. Fam. 2, 19. Cic. pro Milon. 81 c. 30 Sed tamen ſi minus fortiſſimi viri virtus ciuibus grata cecidiſſet, magno animo conſtantique cederet ex ingrata ciuitate. Idem pro Quint. 51 c. 16 Vt cum ipſi nihil alteri ſcientes incommodarint, nihil ipſis iure incommodi cadere poſſit. Tacit. Ann. 15, 51 Dum merita erga Neronem ſua, et quam irritum cecidiſſent, aperit. *Subauditur praepoſitio* In. Honeſta et iucunda ceciderunt mihi a te Cic. Q. Frat. 1, 3. Multa incredibiliter vera augurum praedictis cecidiſſe Id. de Legib. 2, 33. Promiſſa quo cadant, non curat Hor. Epiſt. 2, 1, 52. *i. quem euentum habeant vaticinia.* Praeter opinionem ceciderat res Nep. 1, 2, 5. Quoquo modo Res cecidit Cic. Att. 8, 3. Res quocunque cadent Virg. Aen. 2, 709. Hor. Sat. 1, 2, 40 Vtque illis multo corrupta dolori voluptas Atque haec rara, cadat dura inter ſaepe pericla. Belle cecidit Cic. Att. 13, 13. Idem de Diuin. 2, 107 c. 52 Satis eſt ad confirmandam diuinationem, ſemel aliquid ita eſſe diuinatum, nihil v[…] fortuito cecidiſſe videatur. Male cadere, *vid.* MALVS. Meliu[…] quod caderet, nihil vidi Cic. Fam. 8, 12. Percommode cadi[…] Idem Act. 1 in Verr. 5 c. 2. Peropportune cecidit mihi ho[…] Id. de Orat. 2, 15. Perquam venuſte cecidit Cic. Fam. 8, 4. *forte a[…] Venereum iactum alludit.* Idem de Orat. 1, 96 Hoc loco Sulpicius Inſperanti mihi, inquit, et Cottae, ſed valde optanti vtrique noſtrûm cecidit, vt in iſtum ſermonem Craſſe delaberemini. Si non omni[…] caderent ſecunda, fortunam eſſe induſtria ſubleuandam Caeſ. B. C. 3, 7[…] Cic. Att. 15, 20 Equidem video mihi quoque eſſe opus viaticum: ſe[…] id ex praediis, vt cadet, ita ſoluetur, *de reditibus praediorum*

¶ 8 *Aliae Formulae:* Cadere, *pro Deſinere et terminari.* Cic. in Ora[…] 194 Quod verba melius in ſyllabas longiores cadunt. *i. finiuntu[…]* Quinctil. 1, 7, 23 Eundemque in caeteris, quae ſimiliter cadant, mo[…] dum tenuit? Idem 9, 4, 42 Illa quoque vitia ſunt eiusdem loci, cadentia ſimiliter et ſimiliter deſinentia, et eodem modo declinat[…] multa iungantur. Similiter cadentia *vocat, hic et* 9, 4, 18 ὁμοιόπτωτ[…] *ſ. potius* ὁμοιοτέλευτα, *quae ſunt eiusdem terminationis.* Articul[…] cadens ad numerum Cic. in Orat. 59 *Vitium eſt, cum ipſe orator art[…] culis micantibus ipſe quaſi metitur numeros orationis ſuae, quod* ſcande[…] *vulgus in ſcholis vocat.* Cadere in media arma Stat. Theb. 11, 1[…] *eſt ruere, inferre ſe.* Verba quaedam fonte Graeco cadunt Hor. i[…] Arte Poët. 53. *h. e.* a Graeco in Latinum deriuata, Porphyrius. Sic Achaemenio cecidiſti Lydia Cyro Grat. 315. *i. a Cyro victa es, v[…] Burm. laudat Cort. de Orthogr. Latin.* 3, 1. *Et* Claudian. de IV Co[…] Hon. 8 Non hoſtes victore cadunt, ſed iudice ſontes. Id. Stil. 3, 1[…] Fregit Spartanus Athenas. Atque idem Thebis cecidit. *Sed Venere[…] eſt illud* Plaut. Perſ. 4, 4, 104 Libera eris actutum, Si crebro cad[…] *i. ſuccumbes hoſpitum libidini.*

¶ 9 *Praeſertim vero* Cade[…] *eſt Mori, maxime cum de praelio ſermo eſt, aut ſubita caede, ſacrifi[…] item etc.* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 53 Ad duorum millium numero ex Po[…] peianis cecidiſſe reperiebamus. Plaut. Amph. 1, 1, 83 Crebri hoſ[…] cadunt. Cadit et Ripheus Virg. Aen. 2, 426. Hoſtia cadit ante a[…] Virg. Aen. 1, 334. *i. Occiditur, mactatur, immolatur. Sic* Ouis cadit d[…] Somno Ouid. Faſt. 4, 895. Ante diem cadere Virg. Aen. 4, 6[…] *i.* Ante fati neceſſitatem, *ait* Seruius: *verbo, morte non naturali. Co[…] tra ea* Ouid. Met. 12, 68 — et Hectorea primus fataliter ha[…] Proteſilae cadis. Idem Met. 7, 142 Ciuilique cadunt acie. In ac[…] Curt. 4, 1, 28. In bello Nep. 14, 1, 4. Bipenni Ouid. Met. 12, 61[…] Enſe Valer. Argon. 1, 812. Fraude muliebri Tacit. Ann. 2, 71. Oui[…] Met. 3, 119 Cominus enſe ferit, iaculo cadit eminus ipſe. Ma[…] Sen. Her. fur. 255. Manu feminea Sen. Herc. Oet. 1179. Ma[…] ſua cadere Tacit. Ann. 15, 71, 3. Ouid. Met. 12, 610. At ſi femin[…] fuerat tibi Marte cadendum. Marte ſuo cadunt ſubiti per mut[…] vulnera fratres Ouid. Met. 3, 123. Praelio, *vel* in praelio Nep. 1, 2. *et* 14, 6, 1. Vulneris vi et virium Plaut. Amph. 1, 1, 79. Ho[…] Carm. 3, 18, 5 Si tener pleno cadit hoedus anno, *i. immolatur.* C[…] dere per acies, *vid.* ACIES. Cadere pro patria Quinctil. 2, 15, [...] Oculi cadentes Stat. Theb. 11, 620. *Loquitur Oedipus de ſuis ocul[…] quos effoderat.* Oculi morte cadentes Stat. Silu. 3, 5, 39.

¶ 10 *L[…] nique Stellae* Cadere *dicuntur cum occidunt* Ouid. Faſt. 1, 295 Qu[…] vetat et ſtellas, vt quaeque oriturque caditque Dicere. Arcturus c[…] dens Hor. Carm. 3, 1, 27. *i. In occaſum tendens.* Aſtra cadentia Vi[…] Aen. 8, 59. Virg. Georg. 1, 229 Haud obſcura cadens mittet tibi [...] gna Bootes. Dies cadens Ouid. Met. 4, 626. Orion cadit Ho[…] Epod. 10, 10. Phoebus oriens, medius et cadens Ouid. Met. 11, 59[…] Sidera lapſa cadunt Propert. 4, 4, 64. Virg. Aen. 4, 81 — ſuaden[…] que cadentia ſidera ſomnos. Sol cadens Idem Aen. 4, 401.

CADENS. Partic. [πίπτων] *Praeter exempla in ipſo verbo,* E[…] cipere cadentem Stat. Silu. 1, 2, 109. Supponere aliquid caden[…] Ouid. Epiſt. 15, 179. Suſtinere cadentem Ouid. Met. 8, 148

CASVRVS, a, um. Partic. a Cado. Cic. Fam. 15, 1 Quid caſuru[…] ſit, incertum eſt, *i. Euenturum.* Aquae caſurae Martial. 12, [...] Arces caſurae Ouid. Met. 12, 588. Fontes caſuri in aequora Luca[…] 2, 419. Moenia caſura Ouid. Met. 13, 375. Nomen caſurum nu[…] lo tempore, *i. perpetuum* Ouid. Amor. 1, 15, 20. Ruina caſura Oui[…] ex Pont. 2, 3, 59.

CASVS, ûs. m. [πτῶσις, σύμπτωμα, αὐτοματία,] *Ex prima [...] tione verbi lapſum ſ. delapſionem, aut collapſionem ſignificat.* Liu. 21, Caſus niuis. Hor. Carm. 2, 10, 10 Excelſae grauiore Caſu Decidu[…] turres. Lucret. 2, 231 Haec pro ponderibus caſus celerare neceſſe [...] Iuuenal. Sat. 10, 107 *de Seiano,*

Nam qui nimios optabat honores
Et nimias poſcebat opes, numeroſa parabat
Excelſae turris tabulata, vnde altior eſſet
Caſus, et impulſae praeceps immane ruinae.

Accius *apud* Cic. de Diu. 1, 44 c. 22 *de ariete,* Cornibus connitier me arietare, eoque ictu me ad caſum dari. Cic. pro Cael. 41 Int[…] dum multas vias adoleſcentiae lubricas oſtendit, quibus illa inſiſt[…] aut ingredi ſine caſu aliquo aut prolapſione vix poſſit. Quinct. 1, 10 Vt corpora infantium nec caſus, quo in terram toties deferunt[…] tam grauiter affligit *etc.* Martial. 12, 75 *in commendatione calicis vit[…] vilis pretii,* Quid? quod ſecuro potat conuiua miniſtro, Et caſum t[…] nullae non timuere manus?

¶ 2 *Metaphoras parit vari[…] v. g.* Virg. Georg. 1, 340 Extremae ſub caſum hiemis, *i. finem.* Virg. A[…] 1, 623 Caſus vrbis *eſt interitus.* Caeſ. B. Ciu. 1, 7 Haec ſuperio[…]

acta

etatis exempla expiata Saturnini atque Grachorum caſibus, *i. interitu.* *Vibil autem eſt frequentius, quam* ¶ 3 Caſum *poni, pro* *is, quae accidunt, eueniuntque in vtramque partem, vt tum ipſam fortu-am, in quantum tanquam cauſam imaginamur, tum illud, quod fortuna fortuito fit, notet.* Cic. de Amicit. 42 c. 12 Vt ſi in eiusmodi amici-ias ignari caſu aliquo inciderint, *etc.* Id. Fam. 16, 12 In eum locum es deducta eſt, vt niſi qui Deus, aut caſus aliquis ſubuenerit, ſalui ſſe nequeamus. Siue illud Deorum munus, ſiue caſus fuit Curt. 4, 7, 3. Quis tantam Rutulis laudem caſusne Deusne Attulerit Virg. Aen. 2, 321. Idem Aen. 3, 709 Heu genitorem, omnis curae caſusque le-amen Amitto Anchiſen. Maris caſuum ignarus Tacit. Ann. 2, 33. Mor is caſus Virg. Aen. 10, 791. Cic. de Sen. 67 Quin etiam aetas illa mul-o plures, quam noſtra mortis caſus habet. Propter caſum Nauigandi niſi literas Id. Att. 6, 1. Hor. Serm. 1, 6, 53 — felicem dicere non hoc Me poſſum caſu, quod te ſortitus amicum. Virg. Aen. 4, 560 Nate Dea, otes hoc ſub caſu ducere ſomnos? Nec quae circumſtent te deinde ericula ſentis? Caſus *hic eſt fortuna, quam circumſtantiarum complexum icere ſolemus.* Victoriae caſum inuenire Salluſt. in Iugurth. c. 25.

¶ 4 *Epitheta* Caſus, *i. fortuiti euentus.* Acerbus caſus Virg. Aen. 5, 700. Admirabilis caſus Quinctil. 2, 17. Anceps caſus belli Lucan. 4, 771. Breuis caſus Sen. in Troad. 273. Cic. de Diuin. 2, 15 Quo modo ergo d, quod temere fit, caeco caſu et volubilitate fortunae, praeſentiri et raedici poteſt? Durus caſus Virg. Aen. 6, 377. Cic. Philipp. 6 *extr.* uit aliquis fatalis caſus, vt ita dicam, quem tulimus, quoquo modo erendus fuit: nunc ſi quis erit, erit voluntarius. Fortuiti caſus, *id.* Oriundus in ORIOR. Opitulari caſibus Grauiſſimis *dicuntur An-dota* Celſ. 5, 23. Grauis et miſerabilis caſus Cic. de Orat. 2, 197. Horridos caſus fari Sen. Herc. fur. 657. Horribilis, grauis, repen-inus Cic. pro Sext. 53 c. 24. Incerto caſu pendere res *dicitur, cu-s exitus in dubio eſt* Sen. Troad. 915. Infandus caſus Virg. Aen. 8, 78. Cic. pro Sulla *pr.* Sed quoniam ita tulit caſus infeſtus, vt am-liſſimo in honore, *etc.* Cic. pro Dom. 84 c. 32 Ac vide, quid interſit nter illum iniquiſſimum patris tui caſum. *De exilio iniuſto loquitur.* Magnus Manil. 1, 530. Marini caſus Virg. Georg. 2, 68. Mirif-um caſum! Cic. Fam. 7, 5. Nefandus caſus Sen. in Hippol. 992. Cic. pro Lege Manil. 60 Semper ad nouos caſus temporum nouorum onſiliorum rationes accommodaſſe. Rariores caſus habet haec for-una Cic. Off. 2, 19. Repentinus caſus. *Vid. paulio poſt* Lugere ca-um alicuius. Siniſter caſus Stat. Theb. 723. Subitus caſus Iu-en. Sat. 3, 273. Varii caſus Virg. Aen. 1, 204. Cic. de Orat. 1, 2 Quam ſpem cogitationum, et conſiliorum meorum, cum graues com-unium temporum, tum varii noſtri caſus fefellerunt. Varios tre-ere caſus Sen. Troad. 569. Voluntarius, *vid. paullo ante* Fatalis.

¶ 5 *Verba:* Cic. de Orat. 2, 197 c. 52 Ita quum ſinguli caſus huma-arum miſeriarum grauiter accipiuntur. Idem pro Cluent. 74 Atque tiam tum caſu, quod illud repente erat factum, Stalenus non aderat. *ed* Adeſſe in caſu alicuius Cic. Fam. 4, 6. Attulit ipſe viris opta-um caſus honorem Virg. Aen. 5, 201. Cic. pro Sulla 61 c. 21 In hoc amen caſu, quo afflictus iacet, per vos tutari, conſeruareque cupiunt. Virg. Aen. 1, 244 Nunc eadem fortuna viros tot caſibus actos Inſe-uitur. Idem Aen. 3, 265 Dii prohibete minas, dii talem auertite aſum. *Et* Aen. 5, 700 At pater Aeneas caſu Concuſſus acerbo. Con-uſſus animum caſu amici Virg. Aen. 5, 869. Cic. de Diuin. 2, 141 68 An tu cenſes vllam anum tam deliram futuram fuiſſe, vt ſomniis rederet, niſi iſta caſu nonnunquam forte temere Concurrerent? Dat aſus tempus locumque Sen. Hippol. 4. Tacit. Ann. 1, 47 Fixum Ti-erio fuit non omittere caput rerum, neque ſe remque publicam in aſum Dare. *Add.* Id. Ann. 12, 14, 3. Liu. 42, 62. Plancius ad Cic. am. 10, 8 Sed quum in eum caſum me fortuna Demiſiſſet, vt aut, *etc.* eterritus caſu Quinctil. 1, 10. Virg. Georg. 4, 485 — caſus euaſerat mnes. Euenire caſu. Cic. de Nat. Deor. 2, 6 Idque euenit non te-ere, nec caſu, ſed quod et praeſentiam ſaepe diui ſuam declarant, *etc.* *requens admodum eſt ille ablatiuus pro forte poſitus. v. g.* Hor. Serm. 1, 36 Et caſu tunc reſpondere vadato Debebat. Eo die caſu apud ompeium coenaui Cic. Fam. 1, 2. Caſu potius quam conſilio fortem ſe Id. ib. 5, 2. Non conſulto, ſed caſu Id. Diu. in Verr. c. 15. *Add.* haedr. 5, 4, 11. Accidit caſu Nep. 23, 12, 1. Caſu in id incidi Sen. . 7. Si caſu miraris Ouid. Triſt. 3, 1, 1. *i. forte.* Ibi caſu rex erat tolemaeus Caeſ. Bell. Ciu. 3, 103. Quum eo caſu veniſſet Id. ib. 2, 19. *eliqua cum ſuis verbis.* Exhauſtus caſibus Virg. Aen. 1, 599. Id. Aen. 2, 324 — atque omnes metuentem expendere caſus. Cic. Fam. 2, 6 udicio enim tuo, non caſu, in ipſum diſcrimen rerum contuliſti Tri-unatum tuum. Factum caſu Cic. de Nat. Deor. 1, 92. Fieri caſu ut forte fortuna Id. de Diuin. 2, 8. *Et* de Orat. 2, 346 c. 85 Magna iam illa laus et admirabilis videri ſolet, Tuliſſe ſapienter caſus ad-erſos, non fractum eſſe fortuna, *etc.* Virg. Georg. 4, 251 Caſus api-us quoque noſtros Vita tulit, *i. morbos. Sic de morbo* Caſum *poſuit* elſ. 4, 20 *de vuluae morbo*, Interdum etiam ſic exanimat, vt tanquam omitiali morbo proſternat. Diſtat tamen hic caſus eo, quod neque culi vertuntur, nec ſpumae profluunt — Deinde vbi ad ſe rediit, rcumcidendum vinum eſt in totum annum, etiam ſi caſus idem non euertitur. Id. Celſ. 5, 26, 34 *de Gangraena*, Praecipueque in hoc caſu etendum non a medicamentis ſolum, ſed etiam a victus ratione prae-dium eſt. *Sed* ad *fortuitum quid, ad canis rabioſi morſum, refertur* cribon. c. 175 *vbi commendat emplaſtrum*, quod Auguſta propter huius-odi caſus habuit compoſitum. Flere caſus alicuius Ouid. Amor. 1, 2, 1. Cic. pro Sull. 83 Ego committam, vt ea, quae pro ſalute omnium eſſi, caſu magis et felicitate a me, quam virtute et conſilio geſta eſſe ideantur? Cic. Fam. 10, 18 Quae res nullam habebat dubitationem, exercitus Lepidi abſit, ea nunc magnam affert ſolicitudinem, ma-numque habet caſum. Cic. de Senect. 67 Quin etiam aetas illa multo lures, quam noſtra, mortis caſus habet. Iactatus variis caſibus Quinctil. 7, 3. Cic. de Diuin. 2, 49 c. 21 Poteſt igitur, quod modo egabas, veritatem caſus imitari. Impeditus caſu aliquo Quinctil. , 18. Cic. Fam. 10, 21 Incidit in eos caſus, quos vitaſſet, ſi eum ni-il fefelliſſet. Incidere caſum alicui Idem Fam. 5, . . Si caſu nciderit Scribon. 172. Cic. Fam. 10, 21 Nec mori, ſi caſus inciderit pro obis, paratior fuit quiſquam. Indignari caſum amici Virg. Aen. , 93. Idem Aen. 1, 615 Quis te, nate Dea, per tanta pericula caſus In-equitur? Inſultare caſibus alicuius Ouid. Triſt. 5, 8, 4. Intercedit aſus, aut diſſenſio, *vid.* INTERCEDO. Cic. Fam. 7, 5 Caſus vero mirificus quidam interuenit, quaſi vel teſtis opinionis meae, vel ſpon-or humanitatis tuae. Inuehere caſum, *vid.* INVEHO. Inuenire aſu Quinctil. 5, 10. *Laudat Stephanus* Cic. Q. Frat. 4, 1 Quantum emo vnquam a ſe Leuare poteſt communem caſum miſericordia ho-minum, *etc.* *Sed vt in numeris peccatum, ita nec reliqua omnino ſana videntur. Vid. mox* Releuare. Cic. pro Sext. 53 c. 24 Meum illum caſum tam horribilem, tam grauem, tam repentinum, non ſolum homines, ſed templa vrbis ac tecta Lugerent. Manent eos caſus Quinctil. 6, 1, 19. Virg. Aen. 8, 578 Sin aliquem infandum caſum fortuna minaris. Idem Aen. 5, 350 Me liceat caſum miſerari inſontis amici. Moerere caſus alicuius Sil. 16, . . Natus caſu quodam in ſiluis Liu. 1, 3. Obmutuit caſu inopinatae rei Quinctil. 6, 1, 39. Onerare caſus ſuos, *Augere mala ſua* Sen. Phoeniſſ. 195. Pandere ſuos caſus Ouid. Met. 14, 221. Perculſus caſu iniquo Virg. Aen. 6, 475. Perpeti caſus Valer. Argon. 3, 318. Plures caſus res recipere poteſt Caeſ. B. C. 1, 78. Cic. Q. Frat. 1, 4 Si Releuare potes communem caſum miſericordia hominum, incredibile quiddam aſſequêris. Quanti caſus humana Rotant? *i. Voluunt et agitant res humanas* Sen. Hippol. 1123. Virg. Aen. 2, 750 Stat caſus renouare omnes, *i. denuo ſubire. Eadem ſententia* Idem Aen. 10, 61 — reuoluere caſus Da pater Iliacos Teucris. Ouid. de Arte Am. 3, 155 Ars caſum Simulet, *i. e. quod ex compoſito deditaque opera factum a nobis eſt, id caſu accidiſſe ſimulemus.* Sum. Cic. de Fin. 2, . . Et quod externum, id in caſu eſt: ita fit beatae vitae domina fortuna. Suſtentare caſus ſuos aliorum opibus Cic. Fam. 4, 13. Lucret. 3, 996 — caſumque timent quem cuique ferat ſors. Quem ſaepe Tranſit caſus, aliquando inuenit Sen. Herc. fur. 325. Timere praelii caſum Cic. de Diuin. 2, 114. Caſus vbique Valet Ouid. A. A. 3, 425. Vlciſci caſum Quinctil. 6, 1.

¶ 6 *Occaſio, opportunitas.* Tac. A. 11, 9 Caſus Mithridati datus eſt, occupandi Armeniam. *Et* 12, 28 Si Catti cupidine vlciſcendi caſum pugnae praebêrent. *Et* 12, 50 Vologeſes caſum inuadendae Armeniae obueniſſe ratus. *Et* 13, 36 Is quamquam incautos Barbaros et bene gerendae rei caſum afferri ſcripſerat.

¶ 7 *Grammaticis et Rhetoribus* Caſus *eſt terminatio vocabuli.* Caſus dicimus non modo ea, quae fortuita hominibus accidunt, ſed etiam Vocabulorum formas: quia in aliam atque aliam cadunt effigiem. Feſtus. *Grammaticorum* Chariſii, Diomedis, Priſciani *etc. hic auctoritates laudare nihil attinet. Vtamur tantum antiquioribus, v. g.* Cic. in Orat. 160 Quum *Phrygum*, et quum *Phrygibus* dicendum eſſet, abſurdum erat, aut (tantum) barbaris caſibus Graecam literam adhibere, aut recto caſu ſolum Graece loqui. Tamen et *Phryges*, et *Pyrrhum*, aurium cauſa dicimus. *Obſerua: Graeca* litera *eſt, quae dicitur ypſilon. Vocat autem Latinos caſus, barbaros, quos cum Graecis non habent communes.* Phryx, rectus caſus, *etiam Graecus eſt: in hoc igitur Graecae literae* Ph *et* Y *ferri poſſunt: ſed conſequens fuit, vt etiam in Barbaris caſibus eae retinerentur. Illud* tantum, *quod incluſi, abeſſe debere puto.* Varro de L. L. 7, 6 Sunt declinati caſus, vt *is*, qui de altero diceret diſtinguere poſſet cum vocaret, cum daret, cum accuſaret — Sine controuerſia ſunt hi quinque. Quis vocetur, vt *Hercules;* Quemadmodum vocetur, vt *Hercules*, Quo vocetur, vt ad *Herculem*, Cui vocetur vt *Herculi*, cuius vocetur, vt *Herculis*. Cic. de Orat. 3 c. 11 Vt verba ſic et caſibus, et temporibus, et genere, et numero conſeruemus, ne quid perturbatum ac diſcrepans, aut praepoſterum ſit. Vocabulum caſu recto Gell. 5, 21. obliquo Varr. de L. L. 7, 23. *Add.* Sen. QQ. Nat. 5, 17. *et* Gell. 4, 1. *Nomina* caſuum *iam ſunt apud* Quinctilianum, *vt ſuis locis docemus.*

CASVALIS, e. *Quod caſu fit, ſine ratione nota, vt,* Caſualis conditio, *quae ab incerto euentu pendet*, leg. vlt. Cod. de neceſſar. Seru. *Grammaticis Caſus declinationum reſpicit: vt*, Genus caſuale Varr. de L. L. 7, 29. Formae caſuales Priſcian. 5 p. 672. Pars Varr. de L. L. 9, 2. Praepoſitiones Probus 1 p. 1427.

CASVALITER. Adu. *Fortuito.* Sidon. Epiſt. 9, 11.

CASO, āre. [πίπτω] *Videtur ad* Cadere *ita referri, vt ad* Labi Labare. Plaut. Mil. 3, 2, 37 Non hercle tam iſthoc valide caſabant cadi. *Reſpondetur hoc ad quaeſtionem*, Capite ſiſtebas cadum? *i. euertebas euacuatum. Et mox*, Bacchabatur hama, caſabant cadi. Caſabant *nempe hic dedit etiam Gronouius, pro eo, quod quidam habent* quaſſabant. *Sed quod laudatur*

CASANS, antis. *Ad lapſum pronus.* Caſanti capite incedit Plaut. Aſin. 2, 3, 23. *recte Gronou.* quaſſanti: *vt et* Bacch. 2, 3, 71.

CASĪTO, āre. *Frequenter cadere.* Paullus D. de ſeruit. vrb. praed. l. Seruitutes, Si ſeruitus ſtillicidii impoſita ſit: non licet domino ſeruientis areae ibi aedificare, vbi caſitare coepit ſtillicidium. Si antea ex tegula caſitauerit ſtillicidium: poſtea ex tabulato, vel ex alia materia caſitare non poteſt. *Add.* ib. §. 3.

CASABVNDVS, a, um. [πτώσιμος] Adi. Crebro cadens Feſtus. Varr. de L. L. 6, 3 *ex antiquo Poëta*, Naeuio, Riſi egomet mecum caſabundum ire ebrium. Ennio, *in libro iuratiſſimae fidei, verſus iſte tribuitur, vt refert Turnebus.* Caſſabundus *ſcribitur in edit. Scalig.* Macrob. Sat. 5, 21 Herculem fictores veteres non ſine cauſa cum poculo fecerunt, et nonnunquam caſabundum et ebrium.

CADAX, acis. Claudus, qui ſaepe cadit Gloſſ. Iſid. *Conf. Barth. Adu.* 35, 9,

CADV̄CVS, a, um. [πτώσιμος, ἀμυδρός] Adi. *Quod in ruinam procliue eſt, et caſum minatur, caditque adeo ſua ſponte, vi non adhibita.* Cic. de Senect. 5 Sed tamen neceſſe fuit aliquod eſſe extremum, et tanquam in arborum baccis, terraeque frugibus, maturitate tempeſtiua, quaſi vietum et caducum: quod ferendum eſt molliter ſapienti. Cic. de Fin. 2, 86 Quis enim confidit ſemper ſibi illud ſtabile et firmum permanſurum, quod fragile et caducum ſit? Caduca et incerta ſunt, diuitiae, bona valetudo, honores Cic. de Amicit. 20. Breuia, fugacia, et caduca Idem Fam. 10, 12. Caducum et infirmum corpus Id. de Nat. Deor. 1, 99. Mortale et caducum Cic. de Somn. Scip. 10 c. 4. *Sic* Virg. Aen. 10, 622 Si mora praeſentis leti tempusque Caduco Oratur iuueni, *i. mox morituro.* Cic. Philipp. 4, 13 Quanquam omnia alia falſa, incerta ſunt, caduca, mobilia: virtus eſt vna altiſſimis defixa radicibus, quae nunquam vlla vi labefactari poteſt, nunquam dimoueri loco. Aqua caduca Frontino *dicitur* art. 94 *Polen.* Quae ex lacu abundauit. Et haec ipſa non in alium vſum, quam in balnearum aut fullonicarum dabatur. Id. art. 110 Aquae, quae caducae vocantur, id eſt, quae aut ex caſtellis effluunt, aut ex manationibus fiſtularum. *Add.* art. 111 *Et* Varro R. R. 3, 5, 2 Caduca aqua debet per fiſtulam exire. *de auiario. Aliter* Ouid. ex Ponto 2, 7, 39 — vtque caducis Percuſſu crebro ſaxa cauantur aquis, *i. Cadentibus.* Auſpicia caduca, *auctore* Feſto, antiquis dicebantur, Quum aliquid in templo exciderat; veluti Virga e manu. Fama caduca Ouid. ex Pont. 4, 8, 46. *i. breuis.* Folia caduca Idem Amor. 2, 16, 45. *Et* Triſt. 3, 1, 45 Vtque viret ſemper laurus, nec fronde caduca Carpitur; Fulmen caducum Hor. Carm. 3, 4, 44. *pro iam immiſſo dixit.* Glan-

des caducae Lucret. 5, 1362. Glans caduca, quae cecidit Caius ICt. 30 D. de V. S. Labores Plin. Ep. 9, 3, 2. Ouid. Met. 6, 396 — madefactaque terra caducas Concepit lacrymas, ac venis perbibit imis, *i. cadentes.* Lignum Hor. Od. 2, 13, 11. *i. illapſum de arbore, cuius ruina prope oppreſſus fuerat. Sic* Ligna caduca legebantur in agro, quibus in focum vterentur Varro de L. L. 5, 7 p. 57, 29. *vtroque loco intelliguntur, quae ſponte ſua cadunt.* Literae caducae *a* Plinio *dicuntur, quaſi* γράμματα εὐκατάπλωτα. Scabritia *inquit*, 13, 12 leuigatur dente, conchaue: ſed literae caducae fiunt, *i. euanidae et fugientes*, διεῤῥυηκότα. Caducum Morbum *vocant hodie: veteribus* Caducus *ipſe dicitur, qui morbo laborat comitiali, Epilepticus.* Firmic. 3, 6 Ex humorum ſtatiua perſeuerantia, qui circa caput collecti fuerint, facient caducos, et lunaticos, aut aſſidua interceptione deficientes. *Add.* Apul. de Herbis c. 60. *Hinc* Caducus equus Veg. Mulom. 1, 25, 2. Morum Martial. 7, 6, 4. *i. maturum.* Oliua Cato 23, 2. Colum. 12, 50. Ad Poma caduca *remedia docet* Pallad. Feb. 25, 15. *et* Nou. 7, 5. Spica Varro R. R. 2, 2, 12. Ouid. Faſt. 1, 181 — nec lingua caducas Concipit vlla preces, dictaque pondus habent. *h. e. Non fruſtra precantur.* Res humanae caducae et fragiles Cic. de Amicit. 102 c. 27. Spes caduca Ouid. Met. 9, 596. Tela caduca Propert. 4, 2, 53. Tempus Plin. ep. 3, 7, 14. Tituli caduci et mortales Plin. in Paneg. 55. Verba caduca Ouid. Epiſt. 15, 208. *Cum in tot rebus vanitas quaedam et fruſtratio hoc nomine notetur, hinc* Caelius *paſſim vocat* caducum, *quod temerarium, vanum, nulla ratione fultum, intelligi poſtulat. v. g.* Acut. 3, 39 Eſt etiam fabuloſa arteriae ob reſpirationem diuiſura, quam laryngotomian vocant, et quae a nullo ſit antiquorum tradita, ſed caduca atque temeraria Aſclepiadis inuentione affirmata. Id. Chron. 2, 215 Quaedam recte, quaedam caduca proteruitate compoſuit. *Et* Chron. 3, 94 Plurima recte ordinaſſe probatur, aliqua vero caduca intentione dixiſſe intelligitur. Cic. de Senect. 52 c. 15 Vitis natura caduca eſt, et niſi fulta ſit ad terram fertur. Virg. Aen. 6, 481 Hîc multum fleti ad ſuperos, belloque caduci Dardanidae, *i. qui ceciderunt in praelio, verbo: interfecti.*

¶ 2 Caduca bona *dicuntur, quae dominum non habent, quem nuper amiſiſſe, et ab eo, tanquam ſua arbore, cecidiſſe intelliguntur.* Cic. de Orat. 3, 122 c. 30 Noſtra eſt enim omnis iſta prudentiae doctrinaeque poſſeſſio, in quam homines quaſi caducam atque vacuam, abundantes otio, nobis occupatis inuolauerunt. Id. Phil. 10, 11 c. 5 *de Antonio,* Quem niſi in via caducae hareditates retardaſſent *(quas populi Rom. nomine ipſe ad ſe raperet)* volaſſe eum, non iter feciſſe diceres. Iuſtin. 19, 3 Praedam, quam relictis a ſe caſtris abſtulerint, non eſſe talem, quam velut ſpolium victi hoſtis oſtentent; ſed quam poſſeſſione vacua fortuitis dominorum mortibus, ſicuti caduca, occuparint. *Eſt in* titulis ex Corpore Vlpiani *reliquis* 17 de caducis, *vbi ita definitur,* Quod quis ſibi teſtamento relictum, ita vt iure ciuili capere poſſit, aliqua ex cauſa non ceperit, caducum appellatur, quia veluti cecidit ab eo. Verbi gratia, ſi caelibi, vel Latino Iuniano legatum fuerit, nec intra dies centum vel caelebs legi paruerit, vel Latinus ius Quiritium conſequutus ſit: aut ſi ex parte heres ſcriptus, vel legatarius ante apertas tabulas deceſſerit, vel pereger *(leg. peregre)* factus ſit. Hodie ex conſtitutione Imperatoris Antonini, omnia caduca fiſco vendicantur, ſed ſeruato iure antiquo liberis et parentibus. *Add. caetera huius tituli,* tit. 1, 21 *vt et* tit. 18 qui habeant ius antiquum in caducis. *In primis vero huc pertinet* Titulus C. 6, 50 de caducis tollendis, *quo* lex Papia de caducis *abrogatur.* Marcellus l. 3 ff. de his, quae in teſtam. delentur, Proxime in cognatione *(an* cognitione? *hanc quidem ſequentia demonſtrant)* principis, cum quidam heredum nomina induxiſſet, et bona eius, vt caduca a fiſco vindicarentur, diu de legatis dubitatum eſt. Iuuenal. 9, 88 *Satirica exprobratio adulteri ad eum, qui per ipſum pater factus fuerat,* Iura parentis habes, propter me ſcriberis heres, Legatum omne capis, nec non et dulce caducum, *h. e. illud quoque, quod ex lege Papia* caducum *futurum erat, et ad fiſcum peruenturum, ſi orbus manſiſſes, nec meo beneficio iam pater eſſes.* Caſſiod. Var. 5, 24 Caduca bona fiſco competere, legum cauta decreuerunt. Vet. Gloſſ. Caducum τὸ χωρῶν εἰς τὸν φίσκον. *it.* δημόσιος. *Sic* Dos caduca l. 38 §. 1 *et* l. 61 de ritu nuptiarum, propter illicitum matrimonium.

CADVCARIVS, a, um. *Vt,* Homines Auguſt. de Beata Vita col. 488 ed. Frob. *i. epileptici.* ¶ 2 Lex caducaria Vlpian. tit. 28, 7 Si nemo ſit, ad quem bonorum poſſeſſio pertinere poſſit: aut, ſi quidem, ſed ius ſuum omiſerit, populo bona deferuntur ex lege Iulia caducaria. ¶ 3 Gloſſ. Iſidor. Caducarius ad quem pertinent, quae cadunt defuncto aliquo, cui non eſt, qui ſuccedat.

CADVCĬTER. Adu. antiquum, pro Praecipitanter. Varro Erratione, Aut frigidos nimbos, aqua iſta caduciter ruentes pertimuerint aquatulae (*al.* aquatiles) querquetulae natantes. *Haec* Nonius, 2, 172.

CADĪVVS, a, um. Adi. [πλώσιμος] *Idem, quod Caducus.* Plin. 15, 16 Colligi mala poſt aequinoctium Autumnale, neque ante XVI lunam, neque ante primam horam. Cadiua ſeparari: ſtramentis, ſtoreis, paleiſue ſubſterni. *Sic Harduin. qui laudat etiam* Tironis notas. *Alio ſenſu* Marcell. de Medic. c. 20 p. 334 A. H. Steph. Oxyporium quod dicitur chymation — Cadiuis prodeſt, *i. Caducis, epilepticis.*

CĀDV̄CEVM *et* CADVCEVS, *ſed illud vſitatius.* [κηρυκεῖον, Vet. Gloſſ. κηρύκιον, ὃ βαστάζουσιν οἱ πρέσβεις] *eſt baculus ille pacis et ἀσυλίας ſ. inuiolabilis ſanctitatis index, inuentum Mercurii.* Varro *ap.* Non. 12, 37 Verbenatus ferebat verbenam, id erat caduceus, pacis ſignum: nam Mercurii virgam poſſumus aeſtimare. Plin. 29, 3 ſ. 12 *Cum mira quaedam de* Ouo anguino *et magica enarraſſet,* Hic tamen, *inquit,* complexus anguium et efferatorum concordia, cauſa videtur eſſe, quare exterae gentes Caduceum in pacis argumentis circumdata effigie anguium fecerint. Neque enim criſtatos eſſe in caduceo mos eſt. *Graphicam deſcriptionem exhibet,* Macrob. 1, 19 In Mercurio ſolem coli etiam ex caduceo claret, quod Aegyptii in ſpecie draconum, maris et feminae, coniunctorum figurauerunt, Mercurio conſecrandum. Hi dracones parte media voluminis ſui inuicem nodo, quem vocant Herculis, obligantur, primaeque partes eorum, reflexae in circulum, preſſis oſculis ambitum circuli iungunt; et poſt nodum caudae reuocantur ad capulum caducei, ornanturque alis ex eadem capuli parte naſcentibus. Argumentum caducei ad genituram quoque hominum, quae geneſis appellatur, Aegyptii protendunt, deos praeſtites, homini naſcenti quatuor adeſſe memorantes, δαίμονα, τύχην, ἔρωτα, ἀνάγκην· et duo priores ſolem ac lunam intelligi volunt, quod ſol auctor ſpiritus, caloris, ac luminis, humanae vitae genitor et cuſtos eſt, et ideo naſcentis daemon, id eſt deus, creditur: Luna τύχη, quia corporum praeſul eſt, quae fortuitorum varietate iactantur: amor oſculo ſignificatur, neceſſitas nodo. Cur pinnae adiiciantur, iam ſuperius abſolutum eſt *(ob velocitatem ſolis).* Ad huiusmodi argumenta draconum praecipue volumen electum eſt propter iter vtriusque ſideris flexuoſum. *Conf.* Seru. ad Aen. 4, 243 Tum virgam capit, i. Caduceum, quod primo Apollo habuit, et donauit Mercurio, accepta ab eodem lyra ſibi tradita — Huius autem virgae haec ratio eſt. Mercurius et orationis deus dicitur, et interpres Deorum *etc. Similia* ad 8, 138. *Et paullo diuerſa* Hygin. Poët. Aſtron. 2, 7 *qui* duos caduceos *nominat.* Apul. Met. 10 p. 253 Quem caduceum et virgula Mercurium indicabant. *Hinc apud* Arnob. 4 p. 141 Geſtator affabilium colubrarum *vocatur. Itaque Mercurium ſimulabat* Caligula, *cum* tenens caduceum conſpectus eſt Sueton. c. 52. *Sic ap.* Petron. c. 29 *depictus* Trimalchio capillatus caduceum tenebat *ſimili inſania.* Cic. de Orat. 1, 202 c. 46 *in deſcriptione oratoris,* qui poſſit non tam caduceo quam nomine oratoris ornatus incolumis vel inter hoſtium tela verſari. Liu. 8, 20 Prius quam vltima adhiberetur vis, ipſos ſe in deditionem conſulis caduceum praeferentes permiſiſſe. Nep. 23, 11 Hannibal, vt patefaceret ſuis, quo loco Eumenes eſſet, tabellarium in ſcapha cum caduceo mittit. Gell. 10, 27 Q. Fabius imperator Rom. dedit ad Carthaginienſes epiſtolam, vbi ſcriptum fuit, populum Rom. miſiſſe ad eos haſtam et caduceum, ſigna duo belli aut pacis: ex quîs vtrum vellent eligerent; quod elegiſſent, id vnum vt eſſe miſſum exiſtimarent, Carthaginienſes reſponderunt, neutrum ſeſe eligere: ſed poſſe, qui attuliſſent, vtrum mallent, relinquere; quod reliquiſſent, id ſibi pro lecto futurum. M. autem Varro non ipſam haſtam, neque ipſum caduceum miſſa dicit, ſed duas teſſerulas, in quarum altera caduceum, in altera haſtae ſimulacra fuerunt inciſa. *Origo vocis eſt* κηρύκιον, Aeol. καρύκιον *mutato* ρ *in* d, *vt ex* γαυριῶ *factum eſt* gaudeo, *vt* r *et* d *alternant in* meridies, auris, ar, *pro* medidies, audis, ad *etc. De penultima nominis diuerſimode poteſt ſtatui, prout* κηρύκειον *ſumas originem eius, vel, vt nos fecimus,* κηρύκιον ſ. καρύκειον. *Cf.* CERYCEVM.

CADVCEĀTOR, ōris. m. [κῆρυξ] Feſtus: Caduceatores, Legati pacem petentes. Cato, Caduceatori, inquit, nemo homo nocet. *Hactenus* Feſtus. Liu. 26, 17 Aſdrubal, ne in arcto res eſſet, caduceatorem miſit, qui promitteret, ſi inde miſſus foret, ſe omnem exercitum ex Hiſpania deportaturum. Caduceator ab rege venerat Id. 32, 32. *Add.* 33, 11. 37, 45. Caduceatores, qui ad pacem compellerent, miſit Curt. 4, 2, 15. Praemittere Id. 3, 1, 6. Petron. c. 108 Caduceatoris more Tryphaena inducias faceret.

CADVCEATVS, a, um. *i. e. Caduceum ferens. Ita extat Romae.* ABITE HINC VESTRO CVM MERCVRIO PETASATO CADVCEATOQ. *vide I. B. Ferretii Muſ. Lapid.* p. 5.

CĀDV̄CĬFĔR [κηρυκειοφόρος] *Mercurius, cuius eſſe caduceum, modo vidimus.* Ouid. Met. 2, 708 Hinc ſe ſuſtulerat paribus caducifer alis. *Et* Met. 8, 627 Venit Atlantiades poſitis caducifer alis. *Add.* Faſt. 5, 449.

CADVCITER, CADVCVS. *Vid.* CADO.

CADVRCI. [Καδοῦρκοι] Narbonenſis prouinciae populi in Aquitania. Plin. 4, 19. *Hinc*

CADVRCVS, a, um. Sidon. Carm. 9, 278 Natales puer horrui Cadurcos, Plus Pandionias amans Athenas. *Celebratur* Linum Cadurcum Plin. 19, 1 *ſ.* 2, 2 *vbi de lini generibus,* In culcitis praecipuam gloriam Cadurci obtinent Galliarum hoc et tomenta pariter, inuentum Iuuen. 7, 221 Inſtitor hibernae tegetis, niueique cadurci. *Et* 6, 537 Magnaque debetur violato poena Cadurco. *int. lecto geniali per concubitum intempeſtiuum, ſacris Iſiacis, violato.* Vet. Schol. ad h. l. Membrum mulieris intelligitur, cum ſit membri velamen. Vel vt alii, eſt inſtita, qua lectus intenditur: vnde ait Sulpicia, Vt me, Cadurcis deſtitutam faſciis, Nudam Caleno concubantem proferat. *Obſcenam interpretationem habet etiam* Gloſſ. Iſid. *vbi inſuper corrupte legitur,* Cadurda, labra pudendi muliebris, vel ſponda lecti. *Et mox* Cardudum (*al.* Cardudum) membrum feminae: *Quae quidem omnia debentur Iuuenalis et* Sulpiciae *locis male intellectis et ad obſcenitatem detortis. Nempe etiam* Sulpiciae faſciae Cadurcae *ſunt lineae, ex lino Cadurco.*

¶ 2 Cadurcum, *Vas illud numeroſum, quod ex piſcina ac puteo aquam haurit, iumento rotam verſante. Solent ex his etiam fieri canales in parietibus domorum, per quos aquae ex tectis defluant in cloacas: etiam in quibusdam vrbibus, per quos aquae pluuiae ciſternas impleant. Haec Valla in Raudenſem* p. 23 *neſcio vnde.*

CADVS. [κάδος] *Genus vaſis vino ſeruando apti.* Columel. 12, 28, 4 Si in vetuſtatem ſeruare *(vina condita)* voles, in cado duarum vrnarum quam optimi vini ſextarium, aut faecis generoſae recentis ſextarios tres addito. Cadi *formam turbinatam, i. Coni et ſtrobyli, hoc eſt, nucis pineae ſimilem fuiſſe ex* Plinio *intelligimus, qui* 27, 4 ſ. 5 *de aloë loquens,* Laudatiſſima, *inquit,* ex India affertur, ſed naſcitur et in Aſia: non tamen ea vtuntur, niſi ad vulnera recentibus foliis, mirifice enim conglutinat vel ſucco. Ob id in turbinibus cadorum eam ferunt, vt aizoum maius. *Hactenus Plinius.* Id. 16, 8 ſ. 13 Vſum *eſſe ait* corticis ſuberis in cadorum obturamentis: *vnde anguſti eos oris fuiſſe intelligimus. Sed* tamen iis *vtebantur etiam ad ſalſamenta condienda.* Idem Plin. 32, 8 Quin et teſtis cadi ſalſamentarii tuſis cum axungia vetere ad parotidas, *etc.* Id. 15, 17 *fin.* Liguria — vuas ſole ſiccas — cadis conditas gypſo includit. *Et mox* In Cado vinaceis interpoſitis *etc. Etiam mel ſeruabatur cadis.* Ouid. Faſt. 1, 186 Et data ſub niueo candida mella cado. *Sed Burm.* fauo. *Interim* Martial. 1, 4 Flauaque de rubro promere mella cado. *Etiam pecuniae interdum, vt* olla *ſ.* Aula *ſeruiit:* Martial. 6, 27 Tu tamen annoſo nimium ne parce Falerno, Et potius plenos aere relinque cados. *Et cineribus condendis.* Virg. Aen. 6, 228 Oſſaque lecta cado texit Chorineus aheno. *Plerumque tamen vino.* Hor. Serm. 2, 3, 116 Si poſitis intus Chii, veteriſque Falerni Mille cadis, nihil eſt, *etc.* Temeti cadus Hor. Epiſt. 2, 2, 163. Idem Carm. 3, 19, 5 Quo Chium pretio cadum Mercemur. Fragiles cadi Ouid. Met. 12, 243 *in ipſis epulis.* Fumoſus Idem Faſt. 5, 518. Potus Hor. Carm. 3, 15, 16. Martial. 11, 37 — ſenem poſcunt talia vota cadum. Hor. Carm. 1, 35, 26 Diffugiunt cadis Cum faece ſiccatis amici Ferre iugum pariter doloſi. Vaticanus Martial. 12, 48. Hor. Carm. 3, 29, 2 Non ante verſo lene merum cado. Idem Carm. 4, 12, 17 Nardo vina merebere. Nardi paruus onyx eliciet cadum, qui nunc Sulpiciis accubat horreis. Virg. Aen. 1, 199 Vina bonus quae deinde cadis onerarat Aceſtes Litore Trinacrio. Parcere cadis Hor. Carm. 2, 7, 20

¶ 2 Cadus *apud Atticos eiusdem menſurae nomen,* quae *et* Metreta *et* Ceranium *vocatur.* Μετρητὴς, Κάδος, Κεράμιον *Congiorum ſunt* XII *Sextariorum* LXXII.

CADIALIS, e. *Cadis conditus et aduectus; vt,* Reſina cadialis Cael. Aurel. Tard. 2, 108. *Niſi tamen legendum* Cabialis *i.* Caucalis *Nam ita deſcribit,* h. e. dicaminis (liquaminis *in marg. quid ſi* picaminis?)

minis?) illinimentum, vel dropacis. *Certe eadem res videtur* Cabialis reſina, *quae apud Vegetium legitur*, *et haec* Cadialis.

CADYTAS. [καδύτας] *Herba, de qua Plin.* 16, 44 ſ. 92 Eſt et in Syria, *inquit*, herba, quae vocatur cadytas, non tantum arboribus, ſed ipſis etiam ſpinis circumuoluens ſeſe.

## C A E C

CAEA, ſiue CAEOS, *vid.* CEA.

CAECIAS, ae. [Καικίας] *Ventus inter Boream et Subſolanum interiectus. Vid. infra* VENTVS. Quem Ariſtoteles (*vt docet* Gell. 2, 22) ita flare dicit, vt nubes non procul propellat, ſed vt ad ſeſe vocet, ex quo verſum iſtum prouerbialem factum ait, κακὰ ἐφ' ἑαυτὸν ἕλκων ὡς ὁ Καικίας νέφος (*mala ad ſe trahens, vt Caecias nubem*) *Sic* Plin. 2, 47 Narrant et in Ponto Caeciam in ſe trahere nubes. *Add.* Id. 18, 34 Nec ſum oblitus, in hac parte (*de Borea et Aquilone dixit*) ventum Graecis poni, quem Caeciam vocant.

CAECIGENVS, *vid.* CAECVS.

CAECILIA, *Genus ſerpentis.* Columel. 6, 17, 1 Eſt etiam mortiſer iis (*bubus*) ſerpentis ictus, eſt et magnorum animalium noxium virus: nam et vipera, et caecilia ſaepe, quum in paſcua bos improuide ſupercubuit, laceſſita onere, morſum imprimit. *Et* ſ. 4 Caeciliae morſus tumorem ſuppurationemque molitur. *Reſtituendum hoc nomen etiam* Vegetio Mulom. 3, 4, 33 *vbi* Celicia *eſt: et forte* 3, 77, 1 *vbi* muribus caecis *legitur. Certe* mus caecus *aut* talpa *ibi eſt*, *aut* Caecilia.

CAECILIVS *familiae Romanae nomen. Quantitatem doceat* Hor. Epiſt. 2, 1, 59 Vincere Caecilius grauitate, Terentius arte. Caecilia lactuca *eſt* Colum. 10, 190. Caecilii de nomine dicta Metelli *vt ait* Hor. v. 182. CAECILIANAM *vocat* 11, 3, 26. *et* Plin. 9, 8: *qui etiam* Ceraſa Caeciliana *habet* 15, 24. Caeciliana fabula *quae ſit* Cic. Att. 1, 16 *quaeritur. Verba ſunt de Archia* Ac vereor, ne Lucullis quoniam Graecum poëma condidit, nunc ad Caecilianam fabulam ſpectet, *h. e. de* Caecilii Metelli *rebus ſcribat, meum Conſulatum differat. Hanc vocat* fabulam Caecilianam *contemtus cauſa, et cum reſpectu ad* fabulas *ſcenicas* Caecilii *Poëtae.*

CAECITAS, CAECO, as. *vid.* CAECVS.

CAECVBVM, i. n. [Καίκουβον] *Oppidum Campaniae in Italia, quod licet paludibus adiaceat, vineta tamen vini feraciſſima enutrit arboribus.*

CAECVBVS, a, um. [Καίκουβος] *Vt*, Plin. 3, 5 ſ. 9 Hinc felix illa Campania eſt. Ab hoc ſinu incipiunt vitiferi colles, et temulentia nobilis ſucco per omnes terras inclyto, atque, vt veteres dixere, ſummum Liberi patris cum Cerere certamen. Hinc Setini et Caecubi protenduntur agri. His iunguntur Falerni, Caleni *etc.* Vinum *ergo* Caecubum *inter optima.* Plin. 14, 6 Antea Caecubo (*vino*) erat generoſitas celeberrima in paluſtribus populetis, ſinu Amyclano, quod iam intercidit, et incuria coloni, locique anguſtia; magis tamen foſſa Neronis — Secunda nobilitas Falerno agro erat *etc.* Martial. 13, 115 Caecuba Fundanis generoſa coquuntur Amyclis. Plin. 16, 37 Licet populi (*arbores*) vitibus placeant, et Caecuba educent. Col. 3, 8, 5 Neque enim dubium eſt, Maſſici, Surrentinique et Albani, atque Caecubi agri vites, omnium quas terra ſuſtinet in nobilitate vini principes eſſe. Martial. 12, 17 Nec niſi poſt niueam Caecuba potat aquam. Hor. Carm. 1, 37, 5 Ante hac nefas depromere Caecubum Cellis auitis.

CAECVLTO, CAECVLVS, Dimin. *vid.* CAECVS.

CAECVLVS. [Καίκουλος] *Huius mirabilem e ſcintilla conceptum cum enarraſſet* Seru. *ad* Aen. 7, 681, *pergit.* Vnde Vulcani dictus eſt filius, Caeculus autem ideo, quod minoribus oculis fuerit: quam rem frequenter efficit fumus. Hic collecta multitudine, poſtquam diu latrocinatus eſſet, Praeneſtinam ciuitatem in montibus condidit: et cum ad ludos, vicinos populos inuitaſſet, coepit eos hortari, vt ſecum habitarent: et pro gloria iactare ſe filium eſſe Vulcani. Quod cum illi non crederent, inuocato Vulcano, vt eum filium comprobaret, omnis illius multitudinis coetus eſt flamma circumdatus. Quo facto commoti omnes ſimul habitauerunt, et Vulcani filium eſſe crediderunt. *Hactenus ille. Poëtae autem verba ſunt:*

Nec Praeneſtinae fundator defuit vrbis,
Vulcano genitum, pecora inter agreſtia, regem,
Inuentumque focis, omnis quem credidit aetas
Caeculus, *etc.*

CAECVS, a, um. Adi. [τυφλός] *Qui facultate videndi caret, et paſſiue, qui non videtur; neque tantum de oculis corporis dicitur, ſed etiam de mente atque intellectu, vt caecus ſit, qui nihil intelligat, caecum, quod non intelligatur. Promiſcue ponamus exempla, elementari tantum ordine diſtincta, cum ex adiectis nominibus facile intelligatur, ad quam vnumquodque claſſem referendum ſit.* Non. 6, 7 Caecum non ſolum oculis captum, ſed et inſidioſum et occulte malum, et tacitum et latens quid, dicendum veteres aeſtimauerunt. *Ita ob oculorum vitium dictus eſt* Appius Caecus Liu. 9, 27. *Add.* Cic. Tuſc. 5, 112 c. 38. ¶ *Obſcurum* et caecum Idem de Lege Agr. 2, 36. Et verum in caeco eſt multaque ambagine rerum, *i. in obſcuro* Manil. 4, 300. Futuri caecus, *i. neſcius* Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 138. ¶ 2 *Conſtruitur cum Ablatiuo et Genitiuo*, Amore auri caecus Virg. Aen. 1, 353. Animi caecus Quinctil. 1, 10, 29. Gell. 12, 13. Animo caecus Cic. de Fin. 5, 65. Cupiditate et auaritia caecus Idem pro Quint. c. 26. Fraude et ira caecus Liu. 8, . . Furore caecus atque amens Cic. pro Sext. 17. Catul. 72, 197 Cogor inops, ardens, amenti caeca furore. Plin. 10, 33 Perdices tanta rabie feruntur, vt capite aucupantium ſaepe caecae Metu ſedeant. ¶ 3 *Eſt item* Caecus *Epitheton iſtorum nominum:* Aceruus Ouid. Met. 1, 24 *de Chao, in quo nihil videri, i. diſcerni poteſt, vid. mox* Chaos. Adi[tus] Sen. Herc. fur. 834. *i. obſcuri.* Hor. Carm. 1, 18, 14 — quae ſubſequitur amor ſui, Attollens vacuum plus nimio verticem. Amor Hor. Serm. 1, 3, 39. Amictu caeco terram condit nox Sil. 12, 3. *i. Nigro.* Aſtus, *i. occultus* Idem 12, 477. Cic. Philipp. 2, . . [A]t quam caeca Auaritia eſt? Caligo Virg. Aen. 3, 203 *Quae caecos [fa]ciat facit, et videre nihil patitur. Sic* Idem Aen. 6, 734 — nec [aur]as Reſpiciunt clauſae tenebris, et carcere caeco. *i. Obſcuro.* Cic. [de] Diuin. 2, 5 Quomodo ergo id, quod temere fit caeco caſu et volubilitate fortunae, praeſentiri et praedici poteſt? Caeco, *i. cuius ratio [vi]deri non poteſt.* Cauernae Ouid. Met. 15, 299. Sil. 7, 372. Cauſae [Lu]cret. 3, 317. *i. Incognitae, incertae.* Chaos Sen. Med. 741. Oed. [5]2. *vid. modo* Aceruus. Colubri caeci, *i. lumbrici occulti* Colum. [6], 230. Corpus caecum, Salluſtius *dixit* Iugurth. 115 (*al.* 107) [*pr*]*o Auerſa corporis parte, quod nulli ibi oculi, ſicut in aduerſa, ſiue an[te]riore, vid. Waſſ. in loc.* et Lutat. in Stat. Theb. 7 p. 327. *it. Scalig. ap.* Lindenbruch *in Obſſ. Statian.* *Sed* Corpora caeca venti Lucr. 1, 278 *et* 296. *quae videri non poſſunt, quibus opponit* 298 aperto corpore quae ſunt. *Add.* 527 *de atomis*, ſunt ergo corpora caeca, Quae ſpatium pleno poſſint diſtinguere inane. Varro de L. L. 8, 38 p. 112, 30 Cubiculum — ſi feneſtram non habet, dicitur caecum. Cupiditas caeca et temeraria Cic. de Inuent. 1, 2. Cupiditate caeca rapi Idem in Piſon. 57 c. 24. Ouid. Met. 3, 620 — praedae tam caeca cupido eſt. Curſu caeco trahit omnia. Fortuna Lucan. 2, 567. Plaut. Pſeud. 1, 3, 67 Eme die caeca hercle oliuum, id vendito oculata die. *i. Eme non praeſente pecunia, ſed in diem eumque incertum pacta: reuende pecunia praeſente.* Dolores caeci Plin. 29, 2 ſ. 10. et c. 3 ſ. 13 *Interni, et quorum cauſa ignoratur.* Domus Ouid. in Ibin 374. *De Labyrintho.* Enſis Stat. Theb. 9, 198. *occultatus.* Error caecus quo coepit eat Sen. Herc. fur. 1096. Virg. Aen. 6, 157 — caecosque volutat Euentus animo ſecum. *i. Incertos.* Exitium Sil. 11, 388. *improuiſum.* Cic. pro Lege Agrar. 2, 65 c, 25 Nolo ſuſpenſam et incertam plebem Romanam obſcura ſpe, et caeca expectatione pendere. Fata Hor. Carm. 2, 13, 16. *i. Improuiſa.* Fauces Acherontis Sil. 12, 127. Fluctus caecus Liu. *apud* Senec. Suaſoriar. 1, 7 M. Cicero ſub aduentum triumuirorum ceſſerat vrbe, *etc.* Vnde aliquoties in altum prouectum, quum modo venti aduerſi retuliſſent, modo ipſe iactationem nauis, caeco voluente fluctu, pati non poſſet, taedium tandem eum et fugae et vitae cepit. Siſenna *apud* Nonium 6, 7 Subito, mare ſubhorreſcere, caecoſque fluctus in ſe prouoluere leniter occepit. *Intelligere videtur Fluctum vento ſilente, aut non ſtrepente excitatum. Id autem plerumque fit ante ventos coortos, vnde et* Virg. Georg. 1, 356 *in prognoſticis venti*, Principio ventis ſurgentibus, aut freta ponti Incipient agitata tumeſcere, *etc.* Fores Virg. Aen. 2, 453. i. e. Non omnibus notae, Seruius. Fortuna Cic. de Amicit. 54 c. 15. Foſſae caecae, *i. Non patentes* Columel. 2, 2, 9. Furor caecus Hor. Epod. 7, 13. Hiatus foueae Stat. Silu. 2, 5, 10. Hiſtoriae Ouid. in Ibin 55. *obſcurae, paucis notae.* Homines cupidine caeci Lucret. 4, 1146. Ictus caecus Sil. 9, 105. *cuius auctor neſcitur.* Liu. 34, 39 Vt non modo ad caecos ictus, ſed ne ad inferendum quidem ex propinquo telum loci quidquam eſſet. *Add.* 34, 14 Non caecis ictibus procul ex improuiſo vulnerabantur. Virg. Aen. 4, 209 An te, genitor, cum fulmina torques, Nec quidquam horremus, caecique in nubibus ignes Terrificant animos, et inania murmura miſcent. Caeci ignes *ſunt bruta fulmina, quae temere feruntur, ſine prouidentia. Eadem ratio, et imitatio Virgilii eſt* Sil. 12, 628 Et caecum e nubibus ignem, Murmuraque a ventis miſceri vana docebat. *Sed* Sen. Medea 591 *de Amore*, Caecus eſt ignis ſtimulatus ira. Inuidia caeca et ira Liu. 38, . . . Iter caecum explorat Ouid. Met. 10, 456. Libramentum abditum et caecum Plin. 4 Epiſt. vlt. Ouid. Met. 14, 371 — caeciſque vagantur Limitibus comites, *i. viis occultis.* Ouid. Epiſt. 11, 1 Si qua tamen caecis errabunt ſcripta lituris. Loca Propert. 1, 19, 8. Virg. Aen. 2, 357 — inde, lupi ceu Raptores atra in nebula, quos improba ventris Exegit caecos rabies. Caecos, h. e. quibus ad explendas inſidias nox ſeu tenebrae ſunt luce aptiores: aut qui in caecis latebris abſcondi ſolent, Donatus *in* Virgil. Manus Lucan. 3, 722. Manu caeca ſpargit munera Sen. in Hippol. 979. *de Fortuna.* Mars Virg. Aen. 2, 335. i. e. Nocturnum praelium. Seruius. Mens Ouid. Met. 4, 501. Idem Faſt. 2, 822 — et caeco flentque pauentque metu, *neſciunt quid metuant.* Morbus, *Obſcurus, et cognitu difficilis* Columel. 1, 5, 6. Motus caeci Hor. Carm. 3, 27, 21. Mugitus terrae caecus Sen. Troad. 171. Virg. Aen. 12, 591 — tum murmure caeco Intus ſaxa ſonant. Cic. pro Milon. 5. Neque caeca Nox oſtendiſſet Milonem. Parietes caeci Virg. Aen. 5, 589. *de Labyrintho.* Pauorem caecum, Tacit. Hiſt. 1, 82, 2 Cui nec ratio, nec modus conſtat, *dixit.* Pauores Valer. Argon. 7, 147. Pectora Lucret. 2, 14. Pericula Propert. 2, 27, 6. Pernicies caeca et inevitabilis Apul. Apol. Lucret. 2, 128 Multa videbis enim Plagis ibi percita caecis. Pugna Valer. Argon. 5, 663. Virg. Aen. 12, 444 — tum caeco puluere campus Miſcetur, *qui proſpectum impedit.* Ramus Plin. 16, 30. *qui non germinat.* Lucret. 5, 1004 Improba nauigii ratio tum caeca iacebat. Cic. de Orat. 2, 357 c. 87 Vt res caecas, et ab aſpectus iudicio remotas confirmatio quaedam et imago ita notaret, vt ea, quae cogitando complecti vix poſſemus, intuendo quaſi teneremus. Saxa Virg. Aen. 5, 164. *i. Latentia.* Virg. Aen. 1, 360 — caecumque domus Scelus omne retexit. Sonus Sen. in Troad. 3. Hor. Serm. 2, 3, 269 — et caeca fluitantia Sorte, laboret Reddere certa, *i. fortunae temeritate.* Virg. Georg. 4, 237 — et ſpicula caeca relinquunt. i. e. Breuia, quae poſſunt latere, Seruius. Stimulus Lucret. 3, 887. Cic. Fam. 6, 7 In hac igitur calumnia timoris, et caecae ſuſpicionis tormento, *etc.* Tabes Ouid. Met. 9, 174. *occulta, cuius cauſa neſcitur.* Idem Met. 8, 158 Multiplicique domo caecis includere tectis, *i. Labyrintho.* Telum Sil. 10, 414. Cic. Fam. 12, 25 Fuit enim illud quoddam caecum Tempus ſeruitutis. Tenebrae Lucret. 3, 87. Timor Quid. Amor. 1, 4, 42. Virg. Aen. 1, 540. — nimboſus Orion In vada caeca tulit. i. e. Incognita, latentia, Seruius. Vallum caecum dicitur, In quo praeacuti pali terrae affixi, herbis vel frondibus occuluntur. Feſtus. *Conf.* Caeſ. B. C. 1, 28. Venenum caecum Lucret. 6, 822. Virg. Aen. 6, 30 *de Labyrintho et Daedalo*, Caeca regens filo veſtigia. Via caeca Ouid. Amor. 2, 11, 16. Vndae caecae Virg. Aen. 3, 200. i. e. Incertae, quia ſidera non apparebant. Seruius. Idem Aen. 10, 733 — nec iacta caecum dare cuſpide Vulnus. ¶ 4 *Formulae aliae* Liu. 32, 34 Apparet id quidem caeco, inquit Philippus, iocatus in valetudinem oculorum Phaeneae. Clarum ſatis eſt caecis, vt aiunt Quinctil. 12, 7, 9. Cic. de Amic. 54 c. 15 Non ſolum ipſa Fortuna caeca eſt, ſed eos etiam plerumque efficit caecos, quos complexa eſt. Idem pro Cluent. 199 At quae mater? Quam caecam crudelitate et ſcelere Ferri videtis. Caecum me, et praecipitem Ferri confiteor in cauſa, ſi, *etc.* Id. pro Planc. 6. Caecum gigni Vell. 1, 5, 4. Tacit. Hiſt. 4, 81 Statim conuerſa ad vſum manus, ac caeco reluxit dies. Vt ſi Caecus iter monſtrare velit Hor. Epiſt. 1, 17, 3. Hypſea caecior Idem Serm. 1, 2, 91. Hypſea matrona fuit vitioſis oculis. Acron. *Corruptus videtur* Non. 12, 39 *vbi ita Mercerius*, Caecum, veteres pro Improuido dixerunt. Varro de Vit. Pop. Rom. lib. 4 Neque id caeci conſules feciſſent, quae mandata arcana T. Ampio ſediſſent, aut diuidi centum GN. magnum.

CAECVLVS, a, um. Dimin. *Qui parum videt.* Plaut. Perſ. 2, 4, 11 Tua caecule cauſa? *Al. cum Gronouio* Cucule *legunt.*

CAECVLVS, *Neptuni Filius*, et CAECILIA, *vid. paullo antecedens ſuis locis.*

CAECITAS, ātis. [τυφλότης, ἀβλεψία.] *Facultatis videndi orbitas:*

*bitas: et eſt proprie corporis; ad animum vero ſaepe transfertur.* Cic. de Fin. 5, . . Bonum incolumis acies: miſera caecitas. Idem de Aruſp. Reſp. 38 c. 18 An tibi luminis obeſſet caecitas, plus quam libidinis? *Et* pro Domo 105 c. 40 Poena omnis oculorum, ad caecitatem mentis eſt conuerſa. Animi furor et caecitas Cic. pro Domo c. 50. Caecitatem inferre, *vid.* INFERO. Cic. Tuſc. 5, 111 c. 38 Primum horribilis iſta caecitas, quibus tandem caret voluptatibus?

CAECITVDO, ĭnis. f. *Idem* Gloſſ. Gr. Lat. ἀβλεψία, Caecitudo. Feſtus in Nuſcitioſus ex Popilio Aurelio *adfert*, Nuſcitiones eſſe caecitudines nocturnas.

CAECIGĔNVS, a, um. Adi. [τυφλογενὴς] *Qui caecus natus eſt.* Lucret. 2, 740

Nam quum caecigeni, ſolis qui lumina nunquam
Aſpexere, tamen cognoſcant corpora tactu,
Ex ineunte aeuo nullo contincta colore.

CAECIGENA, ae. c. *Idem.* Gloſſ. Gr. Lat. τυφλογενὴς, Caecigena.

CAECO, āre. [τυφλόω,] *Viſu priuare.* Aur. Victor de Viris Illuſtr. c. 34 Potitios Herculis ſacerdotes pretio corrupit, vt ſacra Herculea ſeruos publicos edocerent: vnde caecatus eſt. Cic. Philipp. 4, 9 Sed ſpes rapiendi atque praedandi caecat animos eorum. *Legitur et* Occaecat. Caecare mentes largitione Cic. pro Sext. 139 c. 66. Caecari erroribus, aut cupiditate Idem Tuſc. 5, 39 c. 13. Sol etiam caecat, contra ſi tendere pergas Lucr. 4, 325. *Pro Obſcurare vtitur* Auienus Perieg. v. 500 — denſo caecantur ſtipite ſiluae. *Metaphorice* Palladius 1, 6, 11 Foſſorem ſi apertus vitis oculus viderit, caecabitur ſpes magna vindemiae: et ideo dum eſt clauſus fodietur. Colum. 4, 9, 2 *de vitibus,* Defluens (*e putatione*) humor caecat oculum, nec patitur frondeſcere. *Et* 4, 24, 16 *de eadem re*, ne — gemmantem caecet oculum.

CAECATVS, a, um. Rapina et celeritate caecata oratio Cic. in Brut. 264 c. 76. *i. obſcurata.* Libidinibus caecati velut domeſticis vitiis Id. Tuſc. 1 c. 30.

CAECVLTO, āre. [Vet. Gl. ἀμβλυώττω] Feſtus, Caecultant: caecis proximi ſunt oculorum acie obtuſa: Plaut. Numnam mihi oculi caecultant: Eſtne hic noſter Hermio? Idem, Caecultare, eſt Caecos imitari. *Apud* Liuium *etiam legitur* 27, 3 Inter multas magnasque res, quae nunc ſecundae, nunc aduerſae, caecultabant cogitationes hominum. *Sed Gron.* occupabant. *Illud* caecultabant *ex veteri libro eſſe, monet Pareus Lex. Crit.*

CAECVTIO, īre. [ἀμβλυώττω, παραβλέπω] *Parum videre:* Varro *ap.* Non. 2, 133 Vtrum oculi mihi caecutiunt, an ego vidi ſeruos in armis contra dominos?

## C A E D

CAEDES, *vid.* CAEDO.

CAEDICIVS, i. m. *Iudicis ſeueriſſimi nomen apud* Iuuen. Sat. 13, 197.

CAEDICIVS, a, um. Caediciae tabernae in via Appia a domini nomine ſunt vocatae, Feſtus.

CAEDO, cĕcīdi, caeſum, ĕre. [κόπτω] *Proprie ſignificat pulſare, ferire, percutere, deinde etiam amputare, decidere, atque adeo interficere.* Ter. Andr. 1, 2, 28 Verberibus caeſum te in piſtrinum Daue dedam. *Sic* Caedimus inque vicem praebemus crura ſagittis Perſ. 4, 42. Iuuen. Sat. 3, 278 Ebrius ac petulans, qui nullum forte cecidit, Dat poenas. Caedi diſcentes deforme ac ſeruile eſt, quanquam id receptum ſit, et Chryſippus non improbet Quinctil. 1, 3, 14. Hor. Serm. 1, 2, 42 — ille flagellis Ad mortem caeſus. Loris caedere Cic. Philipp. 8, 24 c. 8. Virgis caedere aliquem ad necem Idem Verr. 3, 69 c. 29. Caedere aliquem calcibus Plaut. Poen. 3, 3, 71. Ouid. ex Pont. 3, 2, 58 Aduena virgineo caeſus vt enſe cadat. Ferro Lucret. 6, 313. Ferulā Hor. Serm. 1, 3, 120. Flagris Quinct. 6, 3, 25. Cato R. R. 5, 8 Frondem populneam, vlmeam, querneam caedito. *Quo loco Turnebus, Ego, inquit,* Caedere frondem *exiſtimo eſſe Colligere eam, quod quum faciebant, eam ſtringebant, et ferramento plerumque velut deradebant ex arbore. Sed non videtur opus, vt a conſueta caedendi, i. decidendi, amputandi notione recedamus.* Ianuam caedere ſaxis Cic. Verr. 3, 69. Papin. in l. Diuortio. §. Si vir in fundo. D. Soluto matrimonio, Si vir in fundo mulieris dotali lapidicinas marmoreas inuenerit, et fundum fructuoſiorem fecerit, marmor quod caeſum, neque exportatum, eſt mariti: et impenſa non eſt ei praeſtanda. Pugnis caedere Plaut. Curc. 1, 3, 43. Caedere femur, pectus, frontem, mire ad pullatum circulum facit Quinctil. 2, 12, 10. Pectus Idem 11, 3, 123. Mens conſcia diri facti, caedit hominem verbere ſurdo. *Vid.* SVRDVS. Perſ. Sat. 1, 106 Nec pluteum caedit, nec demorſos ſapit vngues, *de carmine, in quo nihil motus eſt Poëta cum ſcriberet.* Hor. Serm. 2, 3, 128 — populum ſi caedere ſaxis Incipias. Caedere arbores, *i. deiicere* Cic. de Divin. 2, 33. Tibul. 1, 7, 34 Hic viridem dura caedere falce comam. Lapis caedendus aliquis, et aſportandus Cic. Verr. 1, 147. Montes caedere Plin. 36, 1. Robora Ouid. Met. 8, 769. Plaut. Moſt. 1, 1, 62 Eſte, effercite vos, ſaginam caedite. *i. conficite pernas, glandia, ſumina, ſuccidias porcorum ſaginatorum.* Caeſ. Bell. Gall. 3, 29 Reliquis deinceps diebus Caeſar Siluas caedere inſtituit. Hor. Epiſt. 2, 1, 220 Vt vineta egomet caedam mea, *i. mihi ipſi et vitiis meis non parcam.* Cic. Philipp. 3, 31 Caedit greges armentorum, reliquique pecoris quodcumque nactus eſt, *i. mactat, interficit.* Aduerſarios caedere Nep. 14, 6, 4. Exercitus caeſus et fuſus Cic. Philipp. 14, 1. Caedere bidentes, *Immolare* Virg. Aen. 5, 96. Hoſtias Cic. pro Cluent. 194. Victimas Liu. 8. ¶ 2 *Obſeruatt.* Caedere teſtibus, *pro Vrgere et premere.* Cic. Q. Frat. 3, 3 Quo quidem in iudicio odio premitur omnium generum, maxime teſtibus caeditur, accuſatoribus frigidiſſimis vtitur. *h. e. Teſtium multitudine conuincitur.* Caedere, *pro* Commiſcere *laudatur* Non. 4, 97. Lucil. lib. 30 Lana opus omne perit, ſqualor, tineae omnia caedunt. *Sed commiſcendi notio vix locum habet. Melius interpretabimur comminuere, in partes ſcindere minimas.* Pignora caedere, *vetus ratio cogendi ſenatores, ſi nolint in ſenatum venire.* Cic. de Or. 3, 4 c. 1 *Craſſus Philippum Conſulem alloquitur*, An tu cum omnem auctoritatem vniuerſi ordinis pro pignore putaris, eamque in conſpectu populi Rom. concideris, meis (*vid. leg.* me his, *vel* me meis) pignoribus poſſe terreri? Non tibi illa ſunt, caedenda, ſi Craſſum vis coërcere: haec tibi 'eſt excidenda lingua, qua vel euulſa Spiritu ipſo libidinem tuam libertas mea refutabit. *Videtur itaque conſul aliquid de ſupellectile Senatoris venire recuſantis non auferri modo et capi, ſed caedi, concidi, perdi iuſſiſſe. Suadent hoc Antonii Conſulis in Ciceronem minae* Philipp. 1, 11 c. 5 Quid tandem erat cauſae, cur in Senatum heſterno die tam acerbe cogerer? — an ea res agebatur, vt etiam aegrotos deferri oporteret? — De ſupplicationibus referebatur: quo in genere Senatores deeſſe non ſolent. Coguntur enim non pignoribus — At ille — cum fabris ſe domum meam venturum eſſe dixit, *quod ita mox interpretatur,* ſe publicis operis diſturbaturum domum — Quis autem vnquam tanto damno ſenatorem coëgit? Aut quid eſt vltra pignus aut multam? *Igitur* caedere pignus *proprie accipiendum videtur: quod et tenor verborum Craſſi, et factum Antonii ſatis declarant.* Caedere ſtimulos pugnis Plaut. Truc. 4, 2, 55. *i. ſtulte reluctari:* Si ſtimulos, *inquit*, pugnis caedis, manibus plus dolet. *Obſcenum putant illud* Plauti Caſin. 3, 1, 14 Caedundus tu homo es: nimias delicias facis. *Certe* Cicero Verr. 1, 155 c. 66 *Cum recitaſſet verba e Timarchidis epiſtola*, Cum Vulteio, qui plurimum poteſt, caede concide, *i. rem tracta et confice: ſubiungit*, Iam hoc *caede concide*, nonne verba domo patroni (*Verris, impudica et flagitioſa*) depromere videtur, ad omne genus nequitiae accommodata? Caedere ſermones, *pro Colloqui, de duobus aut pluribus ſermocinantibus inter ſe* Ter. Heaut. 2, 2, 1 *Graecanica phraſi. Graeci enim κόπτειν ῥήματα pro Diſſerere dicunt.*

CAESVS, a, um. [κεκομμένος] *Partic. vt* Caeſis copiis Cic. ad Brut. 10. Arbores caeſae Plin. 16, 12. Heliades caeſae pectora Ouid. Met. 2, 341. Toga, rotunda et apte caeſa Quinctil. 11, 3, 139. *ne exeant laciniae.* Victimis caeſis Cic. Att. 1. . . ¶ 2 *Subſtantiue* caeſum *diſtinctionis nota, alias* Comma Mart. Capella 5 p. 173. Cic. Att. 5, 18 Et multa, immo omnia, quorum κεφάλαιον, ne quid inter caeſa et porrecta, vt aiunt, oneris mihi addatur aut temporis. *Paullus Manutius exponit, in ipſo articulo diſceſſus mei: ſumta ſimilitudine a ſacrificiis, quum inter caeſa exta et porrecta ſiniſtri quid accideret, ne litari paſſet, ſed inſtaurari ſacrificium neceſſe eſſet.* Ruta caeſa *in venditionibus appellantur, Quae venditores domuum aut fundorum excipere ſolent, quaeque terra aut opere ſtructili tectorioue non continentur.* Cic. Topic. *extr.* Cum aedes fundumue vendiderint, rutis caeſis receptis. *Add.* de Orat. 2, 226 c. 55. *et vid.* Pompon. l. 66 Dig. de contrah. emtione *et* Feſt. *et* infra in RVO. ¶ : Caeſiſſimus *ap.* Varr. de L. L. 7, 39 p. 99, 5 *Ponitur vt exemplum ſuperlatiui, ſine comparatiuo. Sed eſt a poſitiuo* Caeſius. *Ita certe adhuc editum*

CAESVRA, ae. f. [τμῆμα, διακοπὴ Gloſſ. Gr. Lat.] *Inciſura caeſio.* Plin. 15, 43 Maior ad firmitatem cauſa tempeſtiuae caeſurae Tempeſtiuam habere caeſuram Idem 17, 20. *Vtrumque de arboribu caedendis.* Lucret. 4, 651 — et generatim Extima membrorum circum-caeſura coërcet. *Alii legunt* Textura. *Sed* caeſura *meliores Eſt etiam* 3, 320 Extima membrorum circum-caeſura tamen ſe Inco lumen praeſtat. *Vtroque autem in loco iungendum videtur. Eſt enim* circumcaeſura *figura, quae, in ſtatua, v. g. circum auferendo et reci dendo ſuperflua exiſtit.* ¶ 2 *Apud Grammaticos* Caeſura *verſuum quae ſit, notum eſt. Audiamus* Diomedem 3 p. 496 *Putſch.* Illud quo que obſeruare debemus, vt in Heroico Hexametro Inciſiones, qua alii Caeſuras appellant, nonnulli ſectiones nominant, facias, qua Graeci rite cuſtodiunt. Inciſiones verſus Heroici ſunt quatuor. Ha finitis (*intell. in ipſo pede verſus nondum finito*) partibus oration fiunt, et tali ordine colligentur. Prima eſt πενθημιμερὴς (Penthem meres, *ergo, non* Penthemimeris) — Semiquinaria, vbi poſt duo pedes et vnam Syllabam pars orationis expletur — vt *Defeciſ videt* — Secunda eſt κατὰ τρίτον τροχαῖον, in qua finita parte orati nis tertium (*pedem*) Trocheum ponas — vt *Infandum regin* — Tertia ἑφθημιμερὴς — Semiſeptenaria, quia ſeptem (*dim diatos pedes*) diuidit, vt eſt *Italiam fato profugus.* — Hae inciſi nes, quas Graeci τομὰς appellant *etc.*

CAESVRĀTIM. Adu. [κατὰ τμήματα] *Inciſim, Succinct Breuiter, per caeſuras, i. commata, ſ. inciſa.* Sidonius Epiſt. 4. Tota illa dictio ſic caeſuratim ſuccincta, quod profluens.

CAESIO, ōnis. f. [τμῆσις] *Pro Caeſura.* Columel. 4, 33, Et poſt quinquennium caeſa, more ſalicti recreatur, atque in palu formata fere vsque in alteram caeſionem perennat, *de caſtanea.*

CAESIM. Adu. [τμήδην] *Caedendo.* Ceruicem gladio caeſi grauiter percutere Suet. Cal. c. 58. Liu. 27, . . Proiecto laeu ſcuto in aduenientis arma hoſtis, vanum caeſim cum ingenti ſoni enſem deiecit. Liu. 22, 46 Hiſpano punctim magis, quam caeſi aſſueto petere hoſtem. Columel. 4, 25, 2 Maior autem pars oper in vineam ductim potius, quam caeſim facienda eſt. *Et paullo poſ* Tutior igitur et vtilior putatio eſt, quae ductu falcis, non ictu co ficitur. ¶ 2 Caeſim dicere, *quod alias* Inciſim *vocatu vt intra vnum inciſum ſ. comma Sententia terminetur.* Cic. in Orat. 2. c. 67 Membratim adhuc, deinde caeſim, Diximus, rurſus membr tim. *Paullo ante* Inciſim *dixerat.* Quinctilian. 9, 4, 126 Vbicumq acriter erit et inſtanter, pugnaciterque dicendum, membratim, ca ſimque dicemus. *i. Per cola et commata.*

CAESO, *vid. ſ. l.*

CAESOR, ōris. m. *qui Caedit*, Hieron. Epiſt. 103 cap. 6. *Hab quoque* Val. Probus Grammat. p. 1458.

CAEDES, is. f. [φόνος, σφαγὴ] *Mors caedendo illata.* Plin. 1 13 Inuenimus inter exempla, Mecennii vxorem, quod vinum bibiſſ e dolio, interfectam fuſte a marito, eumque caedis a Romulo abſ tum. Cic. pro Caecin. 41 Tu vim negabis eſſe factam, ſi caedes occiſio facta non erit? Amor caedis Ouid. Met. 13, 768. Idem Me 8, 507 — modo vulnera fratrum Ante oculos mihi ſunt, et tanta caedis imago. Auidiſſimus caedis Ouid. Met. 1, 161. Inſtructus a caedem. *Vid.* INSTRVO. Tacit. Ann. 11, 29 Et Appianae caedis molit Narciſſus. Acerba caedes Stat. Theb. 6, 146. Ouid. Met. 11, 402 — ſed enim irreuocatus ab acri Caede. Cruenta Luc. 7, 827. Ouid. Me 3, 625. Exilium, dira poenam pro caede, luebat. Sen. Octau. 474 Pu chrum eminere eſt inter illuſtres viros, Conſulere patriae, parcere aff ctis, fera Caede abſtinere. Ferales caedes Claud. de Bell. Gild. Oui Met. 6, 657 Sicut erat ſparſis furiali caede capillis Proſiluit. Hoſt lis Sen. in Herc. fur. 11. Impia Hor. Carm. 3, 24, 26. Cic. p Roſc. Amer. 11 Quum interea caedes indigniſſimae maximaeque fact ſint. Inexhauſta Stat. Theb. 10, 261. *i. infinita, innumerorum h ſtium.* Letifera Claud. Conſ. Prob. et Olybr. 119. Manifeſta, *v.* MANIFESTVS. Miſerrima Virg. Aen. 11, 885. Nefanda Ouid. M 15, 174. Tacit. Hiſt. 3, 25 Eo notabilior caedes (*in pugna ciuil* fuit, quia filius patrem interfecit. Patrata Tacit. Ann. 2, 39. Pr funda Stat. Theb. 10, 832. Ouid. Met. 1, 161 — ſaeuaeque auidi ma caedis. Sanguinea Idem Met. 13, 85. Vaſta Sen. in Troad. *Haec ipſa exempla ex parte aliqua firmant obſeruationem Burmanni* Ouid. Heroid. 1, 24 *magis poëticum eſſe*, Caedem *ſingulari numero dic de multorum totiusque adeo exercitus interfectione, quam plur.* Caed

quare etiam Virg. 8, 492 *praeſtat legere* Inter caedem Rutulorum, *quam* caedes. ¶ 2 *Formulae verborum idem euincent.* Accumulare caedem caede Lucret. 3, 71. Ardeſcere caede Ouid. Met. 12, 140. Conducere aliquem ad caedem faciendam Cic. de Prouinc. Conſ. 9. Committere caedem Ouid. Epiſt. 14, 59. Deterrere caedibus Hor. de Arte Poët. 392. Edere caedem Liu. 5, . . Cic. pro Milon. 87 c. 32 Magiſtratuum, priuatorumque caedes effecerat. Idem pro Milon. 29 Quum hic inſidiator, qui iter illud ad caedem faciendam apparaſſet, cum vxore veheretur. *Et in* Brut. 85 Nam quum in ſilua Sila facta caedes eſſet. *Add.* pro Milon. c. 5 *et* 27. Feſtinare caedes Tacit. Ann. 14, 33. Virg. Aen. 2, 500 ——— vidi ipſe furentem Caede Neoptolemum. Caedes ſunt futurae Cic. pro S. Roſc. c. 4. Inſtaurare caedem, *vid.* INSTAVRO. Tacit. Ann. 13, 2 Ibaturque in caedes, *etc.* Laetari caede Suet. in Flau. cap. 15. Madefieri caede Ouid. Met. 15, 824. Madere caede Idem Met. 1, 149. Cic. pro Milon. 12 Caedem, qua P. Clodius occiſus eſt, Senatum iudicaſſe contra Rempub. eſſe factam. Idem Fam. 4, 14 Quod eſt difficile in eiuſmodi bello, cuius exitus ex altera parte caedem oſtentat, ex altera ſeruitutem. Virg. Aen. 9, 453 Primis *(principibus)* vna tot caede peremtis. Perpetrare caedem, *vid.* PERPETRO. Cic. Fam. 12, 2 Caedem enim gladiator quaerit. Idem Att. 5, 18 Mihi res ad caedem, et eam quidem propinquam ſpectare videtur. Sternere caede viros Virg. Aen. 10, 119. Suſcitare caedem Idem 12, 498. Tepere a caede Ouid. Met. 4, 163. Viuere in caede, atque ex caede Cic. pro Roſc. Amer. 78 c. 28. ¶ 3 Caedes, *pro Sanguine* Ouid. Met. 4, 125 Arborei foetus aſpergine caedis, in atram Vertuntur faciem. *i. e. Sanguinis aſperſione.* Virg. Aen. 9, 456 — tepidaque recentem caede locum. *i. Tepido ſanguine. Imitatione Graeca apud quos* φόνος, *quod* caedem *ſignificat*, ſanguis *quoque dicitur. Saepe, quando cum ſanguine coniungitur* Caedes, *hac interfecti, illa voce vulnerati deſignantur: vid. Gronou. ad* Liu. 2, 64. 4, 28. 7, 8. 39, 4. 44, 22. ¶ 4 Ligni caedem *dixit* Gellius 19, 12 *quia dicuntur* caedi Arbores, Robora, Siluae.

CAEDECVLA, ae. f. Parua caedes. Cathol.

CAEDVVS, a, um. Adi. [κοπτικὸς] Caedua ſilua, *quae habetur in eum vſum, vt materia caedatur ex ea, apud* Caton. R. R. 1, 7. Varro R. R. 1, 7, 9. Plin. 13, 4 Caeduae palmarum ſiluae. *Sic* Columel. 3, 1. *Conf.* Plin. 16, 26. *it.* Plin. Iun. 5 ep. 6. Papinianus in l. Diuortio. §. Si fundum. D. Soluto matrimonio, Puto autem ſi arbores caeduae fuerunt, vel cremiales, dici oportet in fructum caedere. Silua caedua, *quae dicatur, docet* Paullus in l. Silua caedua. D. de Verborum et rerum ſignificatione, Silua, *inquit*, caedua eſt (vt quidam putant) quae in hoc habetur, vt caederetur. Seruius eam eſſe, quae ſuccisa, rurſus ex ſtirpibus aut radicibus renaſcatur. Plin. 12, 19 Siccitate gaudens, ſterilior imbre, caeduae naturae. *De frutice cinnamomi.*

CAEIX, *vid.* CEYX.

## C A E L

CAEL, pro Caelum dixit Ennius per apocopen. Auſonius in monoſyllabis, Vnde Rudinus ait Diuûm domus altiſonum Cael. *Vid.* Do, pro Domus.

CAELASSIS, Antiquum vocabulum, pro Caelaueris. Feſtus.

CAELATVRA, *vid.* CAELO.

CAELEBS, ibis. [ἄγαμος, ἠΐθεος] *Dicitur tam qui caruit ſemper vxore, quam qui nunc caret.* Cic. de Legib. 3, 7 Caelibes eſſe prohibento. Corrumpit *(intell. alienam vxorem)* ſine talione caelebs Martial. 12, 63. Maritus et Caelebs, contraria Quinctil. 5, 10. *Sic* Plaut. Caſin. 2, 4, 11 Caelibem eſſe te mauis liberum, an meritum ſeruum aetatem degere? Caelebs lectus Catull. 69, 6 *geniali oppoſitus.* Plin. 17, 23 Altera deflexa vite, vel palmite iuxta ſuam arborem, aut circa proximam caelibem. *Nempe* Caelebs arbor *maritatae opponitur, quae habet vitem ſibi aſſitam, vt* Platanus caelebs Hor. Carm. 2, 15, 4. *Et* Truncus caelebs ſine palmite Ouid. Met. 14, 663. Vitam agere caelibem Gell. 5, 11. Ouid. Triſt. 2, 163 Quae ſi non fuerat, caelebs te vita deceret. Poenaeque graues in caelibe vita Auſon. Eid. 15, 6. Martial. 4, 69 Diceris hac factus caelebs quater eſſe lagena. *Conf.* Sueton. Galb. c. 5. Caelibem dictum exiſtimant, quod dignam caelo vitam agat. Feſtus. Quinctil. 1, 6, 36 Ingenioſe ſibi viſus eſt C. Granius *caelibes* dicere, velut *Caelites*, quod onere grauiſſimo vacent, idque Graeco argumento; ἠϊθέους enim eadem de cauſa dici affirmat. Nec ei cedit Modeſtus inuentione. Nec quia Caelo Saturnus genitalia abſciderit, hoc nomine appellatos, qui vxore careant. Donat. ad Ter. Ad. 1, 1, 18 Romani caelibem quaſi cae- tem dicunt.

CAELIBĀTVS, ûs. [ἀγάμιον] Felix Capell. 1 p. 3 *de Mercurio*, rationabili propoſito conſtituit pellere caelibatum. Sueton. Galb. 5 Remanſit in caelibatu. In conſenſu vidui caelibatus Sen. de Benef. 1, 9. *Add.* Quinct. Trib. Marc. c. 3.

CAELIBARIS, e. Adi. Caelibari haſta caput nubentis comeatur, quae in corpore gladiatoris ſtetiſſet abiecti, occiſique: vt quemadmodum illa coniuncta fuerit cum corpore gladiatoris, ſic ipſa cum viro ſit: vel quod nuptiali iure imperio viri ſubiicitur nubens, quia haſta, ſumma armorum et imperii eſt. Quam ob cauſam viri fortes ea donantur, et captiui ſub eadem veneunt, quos Graeci δορυαλώτους καὶ δορυκτήτους vocant. Feſtus. Arnob. 2 p. 91 Nubentium crinem caelibari haſta mulceſis. Ouid. Faſt. 2, 560 Nec tibi — comat virgineas haſta recurua comas. *Vid.* Briſſon. de ritu nuptial. pag. 218.

CAELESTIS, CAELICOLA, CAELITES, *vid.* CAELVM.

CAELESTVS. *Africae Deus. Laudatur ex* Tertull. Apologet. c. 24 Vnicuique prouinciae et ciuitati ſuus deus eſt, vt Syriae Aſtartes, vt Arabiae Diaſares, (Duſeres) vt Noricis Belenus, vt Africae Caeleſtus. *Sed hic* Caeleſtis *editur inde a Pamelio, intelligiturque* Caeleſtis Dea, *de qua deinde h. v. ſub* CAELVM. Caeleſtus *habent antiquiores, v. g. Pariſ. 1566. 8. Sic dedit Gothofredus in* Titulis ex corpore Vlpiani 22, 6 Caeleſtum Salinenſem Carthaginis, *vbi tamen poſt Deas cum collocetur, et tribuatur Carthagini, etiam hic illa* Caeleſtis *Phoenicum, et Poenorum proinde, Dea videtur intelligenda. Mari Deo fauet, quod apud* Lactant. 1, 15 Vranum colunt *(caelum)* Poeni.

CAELICVLVM. *Nomen loci, cuius meminit* Cic. de Aruſp. Reſp. 32 c. 15 L. Piſonem, quis neſcit his ipſis temporibus maximum et ſanctiſſimum Dianae ſacellum in Caeliculo ſuſtuliſſe? *Sed monet Graeuius, legendum* Caeliolo, *eſſeque collem humiliorem* Caelio, *adſitum. Nempe*

CAELIVS, *vel* COELIVS, *Mons vnus e ſeptem, de quo* Varro de L. L. 4, 8 In Suburanae regionis parte princeps eſt Coelius mons, a Coelio Vibenno Tuſco nobili, qui cum ſua manu dicitur Romulo veniſſe auxilio contra Sabinum regem. Hi poſt Coelii obitum, quod nimis munita loca tenerent, neque ſine ſuſpicione eſſent, deducti dicuntur in planum. Ab eis dictus vicus Tuſcus — Principes de Coelianis, qui a ſuſpicione liberi erant, traductos volunt in eum locum, qui vocatur Coeliolus. *Add. de* Coelio Monte Liu. 1, 30, *et* 33. *Hinc eſt*

CAELIMONTANVS, *vid.* CAELIVS.

CAELIMONTĀNVS, a, um. Adi. [Καιλιμοντᾶνος] *Vt*, Caelimontana porta. Cic. in Piſon. 55 Quum ego Caelimontana porta introiſſe dixiſſem, *etc. Add.* Liu. 35, 9. *Alii ſcribunt per* oe.

CAELO, āre. [γλύφω, διαγλύφω] *Cum diphthongo, ſignificat inſculpere.* Cic. de Diuin. 1, 79 c. 36 Hanc ſpeciem Praxiteles caelauit argento, et noſter expreſſit Archias verſibus. Virgil. Aen. 1, 644 — caelataque in auro Fortia facta patrum, Seru. Inſculpta. Libidines in poculis caelare iuuit, et per obſcenitates bibere Plin. 33 Prooem. Ouid. Met. 2, 6

Materiam ſuperabat opus. Nam Mulciber illic
Aequora caelarat, medias cingentia terras,
Terrarumque orbem, caelumque quod imminet orbi, *etc.*

Pomponius in l. Etſi non ſunt claui. §. Quid ergo. D. de Auro et argento legato, Quid ergo ſi coeptum ſit argentum fabricari, *etc.* Certe ſi iam erat factum, ſed caelabatur, facti appellatione continebitur. An et caelati continebitur, quod caelari coepit? Et puto contineri, ſi cui forte caelatum ſit argentum legatum. Inclaruit in auro caelando, *vid.* INCLAREO. Craterem caelare longo argumento Ouid. Met. 13, 684. Liu. 9, 40 *de Samnitibus*, Duo exercitus erant. Scuta alterius auro, alterius argento caelauerunt.

CAELATVS, a, um. Cic. Tuſc. 5, 61 c. 21 Abacoſque complures ornauit argento, auroque caelato, *i. vaſis ex auro et argento caelatis.* Galeae aeneae caelatae opere Corinthio Cic. Verr. 6, 79. Opus caelatum Horat. Epiſt. 2, 2, 92. *vocat Poëma artificioſum et varie quaſi pictum. Add.* Virgil. Ecl. 3, 37. Scyphus caelatus manu artificis Plin. 33, 11. Tecta caelata et laqueata Cic. Tuſc. 1, 85. Vaſa pretioſe caelata Idem pro Roſc. Amer. 133. *Et* Verr. 4, 45 c. 21 Superbum eſt dicere Praetorem in prouincia homini honeſto — Vende mihi vaſa caelata. Velamina caelata multa arte Valer. Argon. 5, 6, *videntur veſtes acu pictae, certe auro diſtinctae.* Quinct. 10, 3, 18 Ab initio ſic opus ducere, vt caelandum, non ex integro fabricandum ſit.

CAELATVRA, ae. f. [γλυφή] Quae auro, argento, aere, ferro, opera efficit, Nam ſculptura etiam lignum, ebur, marmor, vitrum, gemmas, praeter ea, quae ſupra dixi, complectitur, *vt ait* Quinctil. 2, 21, 9. In quod ſolidi auri caelatura deſcendit Sen. Ep. 5. Plin. 19, 4 Superque piſtrinarum operibus et caelaturis viuere, *i. panibus veſci caelatis, quibus figura aliqua impreſſa eſt.* Paullus in l. Ex argento. D. de Condictione furtiua, Ex argento ſurrepto pocula facta condici poſſe Fulcinius ait: ergo in condictione poculorum etiam caelaturae aeſtimatio fiet. Quinctil. 2, 17, 8 Caelatura Clipei Achillis. Idem 1, 4, 7 *de ingeniis ad artem oratoriam aptis*, Sit modo vnde excidi poſſit, et quod exſculpi. Erit autem, ſi non ab initio tenuem nimium laminam duxerimus, et quam Caelatura altior rumpat. *Vid. Burmann. p. 138. De diſcrimine inter* Caelaturam, *et* Sculpturam, *vid. Ald. Manut. Quaeſt. Epiſt. 3, 9. Sed iam indicauimus ex* Quinct. 2, 21, 9.

CAELĀTOR, ōris. m. [γλυπτήρ] Plin. 34, 8 Argenti caelatores. Cic. Verr. 4, 54 c. 24 Caelatores et vaſcularii *iunguntur. Conf.* ibid. 63 c. 27. Caelator caelum deſiderat, et pictor penicilla Quinctil. 2, 21 *extr.* Caelator curuus Iuuen. Sat. 9, 145. *i. operi perpetuo intentus et cernuus.*

CAELĀMEN, ĭnis. n. *Idem, quod Caelatura.* Ouid. Met. 13, 291 Neque enim clipei caelamina nouit, Oceanum et terras, cumque alto ſidera caelo, *etc.*

CAELVM, i. n. [ἐγκοπεύς, γλυπτήριον, γλυφεῖον] *Inſtrumentum, quo vtuntur Caelatores. Mirabilis eſt obſeruatio, ſi vera eſt,* Seruii ad Aen. 1, 644 *ad participium* caelata, In principali aliam habet naturam: in deriuatione mutat. Nam *Celum* dicitur ferrum ipſum, vnde operantur argentarii, quod producitur naturaliter. Sed in deriuatione mutatur. Diphthongus namque eſt *caelata*. Stat. Silu. 4, 6, 26 Hic tibi, quae docto multum vigilata Myroni Aera, laboriferi viuant, quae marmora caelo Praxitelis. Caelator caelum deſiderat, et pictor penicilla Quinctil. 2, 21 *extr.* Talem fecerunt ferrea caela Deum Auſon. Epigr. 5, 6. ¶ 2 Caelum, [οὐρανός, κόσμος] *Mundus, excluſa terra.* Varro de L. L. 4, 3 p. 8, 29 Loca natura — prima duo caelum et terra — Caeli dicuntur loca ſupera, et ea deorum; terrae loca infera, et ea hominum. — Caelum dicitur duobus modis: et pars eius, ſummum, vbi ſtellae; et id, quod Pacuuius demonſtrat, cum dicit, *Hoc vide circum ſupraque, quod complexu continet Terram*: cui ſubiungit, *Id, quod noſtri caelum memorant.* — *(Breuiter,* Caelum *etiam aërem ſignificat. Sed audiamus porro Varronem:)* Caelum dictum ſcribit Aelius Gallus, quod eſt caelatum: aut a contrario *(verbo Celo, abſcondo)* nomine, quod apertum eſt. — Ego magis puto a chao cauum, et hinc caelum: quoniam vt dixi, *Hoc circum ſupraque, quod complexu continet terram*, cauum caelum. Itaque dicit Andromacha, Noctu quae caua caeli ſignitenentibus conficis bigis. Et Agamemnone, *In altiſono caeli clipeo*: Cauum enim clipeum. Et Ennius item ad cauationem, *Caeli ingentes fornices*, etc. Plin. 2, 4 Equidem et conſenſu gentium moueor. nam quem κόσμον Graeci nomine ornamenti appellauere, eum nos a perfecta abſolutaque elegantia, mundum. Caelum quidem haud dubie caelati argumento diximus, vt interpretatur M. Varro. *Add.* Iſidor. 13, 4. Ambroſ. Hexaëm. 2, 4 *Qui a* κοῖλον cauum, *deriuant, et* Coelum *ſcribunt, non illi a ratione deſtituuntur, et Varronis ſententia, ſed a monumentorum auctoritate. Vid. tamen Grut. Inſcr. p. 115, 10. et p. 180, 3.* Caelum *etiam maſculine veteres dixerunt: vt* Ennius, Quem Caelus genuit. Item Caelus profundus *apud* Nonium 3, 44. *et* Grut. Inſcript. p. 4, 12 OPTIMVS MAXIMVS CAELVS AETERNVS. Arnob. 1 p. 36 Nonne dicitis Caelus et Caelum. *Nec poterant aliter, qui Caelum Saturni patrem dicerent, vt modo ab Ennio factum vidimus. Hinc* Caeli, orum. Lucret. 2, 1096. *et* Varro de L. L. 4, 3 Caeli dicuntur loca ſupera, et ea Deorum, *etc. Sed* Quaeſiturum, vnum caelum eſſet an innumerabilia Cic. Fam. 9, 26. Caelum, *per metaphoram concłauis lacunar dicitur.* Vitruu. 7, 3 Imum caelum camerarum truliſſetur. *Alia Metaphora:* Plin. 11, 37 Hoc eſt viſcerum excelſiſſimum, proximumque caelo capitis. *De cerebro. Illud iam e Varrone obſeruauimus,* caelum *pro aëre frequenter poni.* Namque

que et hoc caelum appellauere maiores, quod alio nomine aëra Plin. 2, 38 *pr.* Virgil. Georg. 1, 51 — et varium caeli praediſcere morem. *Vbi* Seruius, Caeli, *i.* Aëris. Cic. Tuſc. 1, 60 Vt penetret caelum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur, quod et humidum et caliginoſum eſt, propter exhalationes terrae. *Pro ima etiam parte aëris ponitur* Vitruu. 9, 9 *de Cteſibio,* Ita pondus cum decurrendo in anguſtias tubulorum premeret caeli denſitatem *(i. aërem condenſatum)* vehementi decurſu per fauces frequentiam caeli compreſſione ſolidatam extrudens in aërem patentem, offenſione et tactu ſonitus expreſſerat claritatem. Ergo Cteſibius cum animaduertiſſet, ex tactu caeli et expreſſionibus ſpiritus vocesque naſci, his principiis vſus hydraulicas machinas primus inſtituit. *Sunt ita vicina aër, et quae ſupra ſunt, vt ſaepe diſtingui nequeant: quare et nos promiſcue ponemus exempla.* Caelum ſine Luna Plin. 14, 21. Luce et caelo frui Sen. Oed. 854. *i. viuere.* Cic. pro C. Rabir. 15 Quem non modo foro, ſed etiam caelo hoc ac ſpiritu Cenſoriae leges, atque vrbis domicilio carere voluerunt. In caelum manes reuocare ſepultos Samon. v. 4, *i. ad vitam.* Cic. Agrar. 2, 8 c. 29 At vero hoc agri Campani vectigal, *etc.* nec caelo ac loco calamitoſum eſſe ſolet. Ipſe hominum color ab alio venire caelo fatebatur Flor. 4, 12, 62. *i. climate, mundi regione, de Indis.* Grauis caelo ac terris, *i. Diis et hominibus moleſtus* Sen. in Hippol. 194. *de Cupidine.* ¶ 3 *Iam Subſtantiua videamus, quibus* Caelum *ſubiungitur.* Abrupta caeli Stat. Theb. 3, 262. Aperta promtaque caeli Lucret. 6, 817. Arx caeli Virg. Aen. 1, 254. Aſpiratio caeli grauis et peſtilens Cic. de Diuin. 1, 130 c. 57. Virgil. Aen. 6, 790 Hic Caeſar, et omnis Iuli Progenies, magnum caeli ventura ſub axem, *i. aliquando naſcitura. Niſi quis malit intelligi per* Caelum, *Diuinos honores, vt Seruio placet.* Ouid. Met. 2, 96 Deque tot ac tantis caeli, terraeque, mariſque Poſce Bonis aliquid, nullam patiere repulſam. Idem de Arte Am. 3, 549, *de Poëtis,* Eſt deus in nobis, ſunt et commercia caeli. Conuerſio caeli Cic. Somn. Scip. 9. Conuexa caeli, *i. Conuexum caelum* Virg. Aen. 4, 451. Curſus caeli Cic. Somn. Scip. 12. Decus caeli, Lucidum Diana, *i. Luna* Horat. in Carm. Saecul. 2. Cic. de Diuin. 2, 91 Inde ad caelum ipſum, quod extremum ac vltimum mundi eſt. Faces noctiuagae caeli Lucret. 5, 1190. Fulmen caeli Idem 1, 490. Cic. Att. 11, 24 Iam enim corpore vix ſuſtineo grauitatem huius caeli, *i. inſalubritatem aëris.* Hiatus caeli a terris, *Diſtantia, quae eſt inter caelum et terram* Lucr. 4, 419. Honore caeli nondum dignamur Satiros, Faunos, *ait Iupiter apud* Ouid. Met. 1, 194. Virgil. Georg. 1, 417 Verum vbi tempeſtas, et caeli mobilis humor Mutauere vias, *i. Nubes.* Inclinatio caeli Gell. 14, 1. *quod Clima alias dicitur.* Quinctil. 10, 3, 22 Libertas caeli locorumque amoenitas, *quem nos vulgo liberum aërem dicimus.* Lumen ſpirabile caeli Virgil. Aen. 3, 600. Spirabile, *i.* Vitale, quo ſpiramus, Seruius. Meatus caeli Idem Aen. 6, 850. Menſes caeli et ſidera Id. Georg. 1, 335. *i.* Duodecim ſigna, quibus menſes cognoſcimus, Seruius. Virgil. Aen. 5, 835 Iamque fere mediam caeli nox humida metam Contigerat. Minae caeli pelagique Idem Aen. 6, 113. Morbus caeli, *Corruptus et peſtilens aër* Id. Georg. 3, 478. Mos caeli varius Virgil. Georg. 1, 51. *tempeſtates pro regionum ſitu diuerſae.* Nubila caeli Idem Georg. 4, 166. Olympus caeli, *i.* Caelum: *et eſt Pleonaſmus, alterutrum enim ſufficeret, aut* olympus, *aut* caelum Id. Aen. 6, 579. Palatia caeli Ouid. Met. 1, 176. Cic. de Orat. 1, 179 c. 39 Cuicunque particulae caeli officeretur, quamuis eſſet procul, mutari lumina putabat. Plaga caeli *tonitru eſt.* Lucret. 5, 1094 Multa videmus enim caeleſtibus incita flammis Fulgere, quom caeli donauit plaga vapores. Porta caeli ſonat, *i. Tonitru quaſi portis quibusdam erumpit* Virgil. Georg. 3, 261. Prompta caeli Lucret. 6, 817. *i. Loca aperta, et auris expoſita.* Rabies caeli mariſque, *i. Tempeſtas ſaeuiſſima* Virg. Aen. 5, 802. Regia caeli Idem Georg. 1, 503. Regio caeli Id. ibid. 2, 269. Rex caeli Virgil. Georg. 4, 152. *Iupiter.* Idem Aen. 1, 133 Fluctibus oppreſſos Troas caelique ruina, *i.* Tonitribus, quorum ſonus ſimilis eſt ruinis. Seruius. Spatium caeli Virg. Ecl. 3, 105 *quid ſit quaeritur, quod tres non amplius vlnas pateat? Reſpici putamus ad formulam, qua* Mundus patere *Romae dicitur. Vid.* MVNDVS. Cic. in Catil. 1, 15 Poteſtne tibi huius vitae haec lux, Catilina, aut huius ſpiritus caeli eſſe iucundus? Sublima caeli, *pro* Sublimum caelum Lucret. 1, 341. Horat. Serm. 1, 5, 103 *ſatirica periphraſi negat Deos* Triſtes ex alto caeli demittere Tecto *prodigia.* Tempeſtas caeli liquidiſſima Lucr. 4, 169. Templa caeli, *pro Caelo ipſo* Idem 6, 1226. Templa caerula caeli Enn. *apud* Cic. de Diuin. 1, 41 c. 20. *et* Varr. de L. L. 6, 2. Tractus caeli Virgil. Aen. 3, 138. Vertex caeli, *Altiſſima caeli pars* Idem Aen. 1, 229. Viae caeli Id. Georg. 2, 477. *leges, quibus moveri videtur, Aſtronomia.* ¶ 4 *Epitheta:* Caelum Aeſtuoſum Columel. 3, 1, 10. Virgil. Aen. 5, 727 — et caelo tandem miſeratus ab alto eſt. Apertum Idem Aen. 8, 523. Auſtrinum Bonum, Calamitoſum, *vid. hh. ll.* Caliginoſum Cic. Tuſc. 1 c. 19. Captiuo brachia caelo iniicere *conati ſunt Gigantes* Ouid. Met. 1, 184. Coloratum Tithoni coniuge *(Aurora)* Idem Amor. 2, 5, 35. *Et* Met. 1, 26 Ignea Conuexi vis, et ſine pondere caeli Emicuit. Craſſum caelum, et Tenue, *contraria* Cic. de Fato 7. *de aëre.* Dubium Virgil. Georg. 1, 252. Quod nunc proſpera, nunc aduerſa ingerit. Seruius. *Melius dixiſſet, in quo nec ſerenitatis, neque tempeſtatis certa ſigna videt vulgus.* Ouid. Met. 4, 198 — Modo ſurgis Eoo Temporius caelo, modo ſerius incidis vndis. *De Sole.* Fulgentis imago caeli Idem Met. 2, 17. *i. ſtellati.* Glaciale Columel. 3, 1, 10, *vid.* Niuale. Graue caelum, *i. Noxium, inſalubre* Sueton. Tib. 36. Illuſtre caelum, *Clarum et ſerenum* Valer. Argon. 6, 528. Immenſum Ouid. Met. 4, 661. Immite et turbidum, *vid.* IMMITIS. Italum Horat. Carm. 2, 7, 4. Libero caelo permittere expertas vires Quinctil. 2, 6 *extr. de auibus e nido dimiſſis.* Liquidum, *i. Purum* Ouid. Met. 1, 23. Magni palatia caeli Idem Met. 1, 176. Molle Flor. 1, 16, 4. Nebuloſum Cic. Tuſc. 1, 60. Nigrius caelum pice Ouid. Epiſt. 18, 7. Niuale caelum Columel. 3, 1, 10. *Sed al.* Glaciale. Obſcurum Virgil. Aen. 3, 586. Pacatum nitet caelum Lucret. 1, 9. *i. Serenum.* Paluſtre, *i. aër humidus* Liu. 22, 2 *extr.* Patens caelum ex omni parte atque apertum intueri Cic. de Diuin. 1, 1. Ouid. Met. 7, 580 Membraque pendentis tendunt ad ſidera caeli. *Sed verſus ſuſpectus eſt.* Piceum Valer. Argon. 1, 617. *i. nigrum et tenebroſum.* Placidum, *Tranquillum* Sil. 12, . . Praelati regia caeli Lucan. 1, 46. *i. quod tandem terris praeferts; adulatio ad imperatorem, cui conſecratio ſ. ἀποθέωσις promittitur.* Praerupti vertex caeli Valer. Argon. 2, 88. Profundum, *i. Sublime* Virg. Ecl. 4, 51. Purum Cic. de Diuin. 1, 130 c. 57. Ouid. Met. 5, 286 Fuſca Repurgato fugiebant nubila caelo. Rotundum Cic. de Orat. 3, 176. Salubre Idem de Diuin. 1, 130 c. 57. Serenum Virg. Georg. 1, 260. Sidereum Ouid. Met. 10, 140. Stellans, *Stellis fulgens* Lucr. 4, 213. Cic. Somn. Scip. 12 c. 5 Quam ob cauſam ſummus ille caeli Stelliferi curſus, cuius conuerſio eſt incitatior, acuto et excitato mouetur ſono. Sublime Ouid. Faſt. 5, 715. Tacito caelo labentia ſidera Virg. Aen. 3, 515. *cum reſpectu ad ſilentia noctis.* Cic. de Diuin. 1, 130 c. 57 Sin illuſtris et perlucida ſtella apparuerit, ſignificari caelum eſſe tenue, purumque et propterea ſalubre. Non tractabile Virgil. Aen. 4, 53. *i. cuius proinde tempeſtati committere nauem periculoſum eſt.* Turbatum Suet. Tib. c. 69. *i. vbi tonat.* Turbidum, *vide paullo ante,* Immite, *etc.* Vacuum caelum, *pro Aëre* Virg. Aen. 5, 515. Varium, *i. variis ornatum ſideribus* Ouid. Met. 2, 193. Varians Plin. 14, 2. Viride Idem 17, 10. *i. ſudum ac ſerenum, ſine nube.* ¶ 5 *Verba:* Abiit in caelum Petron. c. 37 p. 156. *i. fortuna maxima gaudet, vid. Burmann.* Virgil. Aen. 1, 293 *de Iulio Caeſare ad Venerem verba Iouis,* Hunc tu olim caelo ſpoliis Orientis onuſtum Accipies ſecura. *Conſecrationem illius, ſ. ἀποθέωσιν indicat.* Idem Aen. 4, 89 — aequataque machina caelo. Aequare caelum videtur Pontus, *dum* Fluctibus erigitur Ouid. Met. 11, 497. Allegi caelo meruit biſſeno labore Hercules Sen. in Agamemn. 813. Annuere alicui arcem caeli Virg. Aen. 1, 254. Aperitur caelum, Aſſerere aliquem caelo, *vid. his verbis.* Cic. Att. 2, 1 Noſtri autem principes digito ſe caelum putent Attingere, ſi mulli barbati, *etc. i. feliciſſimos eſſe. Vid.* ATTINGO, *et mox* Contingere, *it.* Tangere caelum. Attollere in caelum, *vid.* ATTOLLO. Virg. Aen. 3, 198 — et nox humida caelum Abſtulit, *i. proſpectum.* Horat. Carm. 4, 8, 29 Caelo muſa Beat, *i. immortales fama et gloria reddit.* Ceciderunt caelo fulgura Virgil. Georg. 1, 487. Tertius e caelo cecidit Cato Iuuenal. 2, 40. *Poſt duos ſapientes viros eius nominis, tertium miſerunt Dii.* Ciere caelum tonitru Virgil. Aen. 4, 122. Circumtegit omnia caelum Lucret. 1, 1094. Virgil. Aen. 6, 271 — vbi caelum Condidit vmbra Iuppiter. Contingere caelum digito Cic. Att. 2, 1. *i. fortunatiſſimum ſe putare. Vid.* Attingere. Contriſtare caelum pluuio frigore, *dicitur* Auſter Virg. Georg. 3, 279. Lucret. 2, 1095 Quis pariter caelos omnes conuertere potis eſt? *de regimine huius vniuerſi.* Vlpian. in l. Si cuius inde quaeſitum. D. de Vſufruct. et quemadmodum quis vtatur et fruatur. Si tamen quae inſtituit vſufructuarius, aut caelum corrumpant agri, *etc.* non videtur boni viri arbitratu frui, *i. aërem peſtilenti foetore implcant.* Virg. Aen. 6, 15. *de Daedalo,* Praepetibus pennis auſus ſe credere caelo quaſi Alienis ſedibus, Seruius. Decedere caelo *dicitur* vmbra noctis Idem Ecl. 8, 14. Occaſio ea nunc quaſi Decidit de caelo Plaut. Perſ. 2, 2, 6. Deducere Lunam caelo poſſunt carmina veneficarum Virgil. Ecl. 8, 69. Delapſi caelo, *vel* Miſſi *dicebantur, tum qui virtute eſſent quaſi diuina, tum qui praeter ſpem impendentia mala auerti ſent. Vid.* Cic. pro Lege Manil. 41 c. 14 Itaque omnes — Cn. Pompeium, ſicut aliquem non ex hac vrbe miſſum, ſed de caelo di lapſum intuentur. Liu. 10, 8 En vnquam fando audiſtis, patricio primum eſſe factos, non de caelo demiſſos, ſed qui patrem ciere po ſent, id eſt, nihil vltra, quam ingenuos? *Vid. mox* Miſſus de caelo. Demittere caelo nimbos Ouid. Met. 1, 261. Demittere imbres caelo Idem Met. 2, 310. Deſcribere meatus caeli radio Virg. Aen. 6, 85. Cic. Philipp. 2, 107 c. 42 Collegam quidem de caelo detraxiſti, *i. magna gloria, quam ſibi pepererat, priuaſti.* Dignari honore caeli al quem Ouid. Met. 1, 194. Cic. de Diuin. 1, 97 Et deorum ſimulacra ſudauiſſe, et ſanguinem fluxiſſe, et Diſceſſiſſe caelum, *h. e. velut hiatum feciſſe, quod genus fulguris eſt.* Dat ſonitum caelo *ignis cum ſiluam comprehendit, i. per aëra* Virgil. Georg. 2, 306. Cic. pro Roſc. Amer. 71 Ita viuunt, dum poſſunt, vt Ducere animam de caelo non queant. Educere molem caelo, *i. vsque ad caelum* Virgil. Aen. 2, 186. *de Equo Troiano.* Efferre ad caelum aliquem rumore Horat. Epiſt. 1, 10, 9. It clamor caelo Virgil. Aen. 5, 451. *vt modo Di* ſonitum caelo. Eripiunt caelum nubes, *i. Lucem et proſpectum* Id. Aen. 1, 92. Exaequat nos victoria caelo Lucret. 1, 80. Exiit ad caelum ramis felicibus arbos, *i. Excreuit altiſſime* Virgil. Georg. 2, 81. Cic. Att. 4, 12 Noſti genus dialogorum meorum, vt in oratoriis, quos tu in caelum Fers, *etc. Conf.* Idem Phil. 4 c. 3. Ferri per caelum videntur tenuia lanarum vellera, *i. volitare per aëra* Virgil. Georg. 1, 397. Findetur caelum aratro Ouid. Triſt. 1, 7, 3. *de rebus non veriſimilibus, aut quae fieri plane nequeunt.* Fugere caelum, *i. Lucem* Virgil. Georg. 3, 417. Immiſſa caelo ſidera Idem Georg. 2, 34. Caelo, *datiuus,* In caelum, *de primo rerum conditu.* Implere caelum queſtibus Virg. Aen. 9, 480. Inficere caelum Iris *dicitur: i. Pingere et colorem inducere* Ouid. Met. 6, 64 Qualis ab imbre ſolet percuſſus ſolibus arcus, Inficere ingenti longum curuamine caelum. Inuaſit omnis iam caelum fera *vox Herculis Oetaei ap.* Sen. 72. *i. monſtra a me deuicta in caelum et ſidera relata ſunt.* Lucret. 5, 283 Largus item liquidi fons luminis, aetherius Sol Irrigat aſſidue caelum candore recenti: Irrigat *in quantum fons eſt.* Labuntur caelo ſtellae Virgil. Georg. 1, 366. *i. mouentur.* Ludunt examina caelo Idem Georg. 4, 103, *de apibus.* Minari in caelum, pro Eminere ad caelum vsque Id. Aen. 1, 171 — Geminique minantur In caelum ſcopuli. Seruius. Miſcere caelum terris Iuuen. Sat. 2, 25. *de indignatione.* Miſcere caelum terramque Virgil. Aen. 1, 137. *i. omnia perturbare, ſumma imis miſcere.* Idem Aen. 5, 790 *Venus de Iunone ait:* Maria omnia caelo Miſcuit, *i. Mare vsque ad caelum fluctibus extulit.* Miſcetur murmure caelum Virg. Aen. 4, 160. *periphraſis eſt Tonitrûs.* De caelo Miſſus ſoſpitator Apul. Met. 9 p. 218. *Sed et* hodiernum, inopinato viſos, caelo miſſos; ignobiles et ignotos, terrae filios nominamus Minuc. Fel. Oct. 22, 11. *Add.* Tertull. Apol. c. 10. Tunc veniam ſubito, nec quiſquam nuntiet ante: Sed videar caelo Miſſus adeſſe tibi Tibull. 1, 3, 89. *Conf.* Caſſiodor. Ep. 2, 4. *Pareus ad* Quinct. 1, 6 p. 75 *Burm.* Horat. Epiſt. 1, 11, 27 Caelum non animum Mutant, qui trans mare currunt, *i. Regionem, clima.* Negatur caelum mihi Sen. Herc. Oet. 7. Praediſcere caelum morem varium Virg. Georg. 1, 51. *h. e. vt Seruius exponit,* caeli, id eſt aëris qualitatem noſſe, vtrum pluuiis gaudeat, an tepore, vel frigore. Patet tibi caelum, *de conſecratione* Ouid. Faſt. 5, 715. Penetrare in caelum, *vid.* PENETRO. Petere caelum ſtultitia Horat. Carm. 1, 3, 38. *Gigantum inſtar.* Potens caelo ereboque Virg. Aen. 6, 247. *Ita vocat Hecaten.* Recludit caelum aeſtiua luce, *de Sole* Idem Georg. 4, 52. Rigare caelum Sol *dicitur* Lucret. 4, 203. *i. luce ſua perfundere. Vid. p. a.* Irrigare. Ter. Heaut. 4, 2, 21 Quid ſi redeo ad illos, qui dicunt, Quid ſi nunc ruat caelum? *de iis, qui inaniter timent.* Virgil. Aen. 1, 259. *de Ioue,* Vultuque caelum tempeſtatesque

ie ſerenat. Seruare de caelo, *vid.* SERVO. Virg. Aen. 12, 205, *rauiſſimae aſſeuerationis in foedere formula,*

— Nec me vis vlla volentem
Auertet; non ſi tellurem effundat in vndas
Diluuio miſcens, caelumue in tartara Soluat,

*i. ita de-ruat, vt tartaro et inferis fiat ſimile.* Spectare caelum Ouid. Met. , 140. Virgil. Georg. 4, 325 — Quid me caelum ſperare iube-is? *i. honores diuinos.* Subrubet caelum Ouid. Am. 2, 5, 36. Succe-re caelo, *i. Subire caelum* Virg. Georg. 4, 227. Cic. Att. 2, 19 Bibulus caelo eſt, nec quare ſcio: ſed ita laudatur, quaſi vnus homo nobis nctando reſtituit rem. *Add.* Ib. ep. 20, *et* 9. Virg. Georg. 1, 375 ut bucula caelum Suſpiciens, patulis captauit naribus auras. Tunc o bis Conſul, tunc tangam vertice caelum Auſon. Eidyll. 8, 52. *i. be-iſſimus mihi videbor: vid.* Attingere, Contingere caelum. Ten-ere ad caelum lumina, *Suſpicere in caelum.* Virg. Aen. 2, 405. Ten-ere caelo palmas, *i. Ad caelum* Id. ib. 2, 688. Ouid. Met. 2, 513 *no de Calliſto, iam Vrſa ſidere,* Pro me tenet altera caelum. Tol-re ad Caelum manus: *prohibentis et auerſantis, atque* ohe! *dicentis ſtus* Hor. Serm. 2, 5, 97. Tonat porta caeli Virg. Georg. 3, 261. rta caeli, *i. aër caliginoſus fulguribus quaſi hians et diſcedens.* orquere caelum *apud Poëtas eſt Iouis* Virg. Aen. 4, 269 — Cae-m et terras qui numine torquet. Torquet, *i.* Regit, ſuſtinet. Ser-us. *Dicitur et de Atlante* Virg. Aen. 6, 797. Id. ib. 2, 250 Verti-r interea caelum, et ruit Oceano nox. Vertitur, *i.* In aliam fa-em commutatur. Alias enim hoc epitheton caeli perpetuum eſt. *(i. rpetuo vertitur noctu ac die)* Ideoque ſubiungit, R it Oceano nox. *aec fere* Seruius. Volat medio caeli Virg. Aen. 4, 184. Viuere te caelo. *i. in aperto, ita vt nihil clam eſſe velis eorum, quae agas* n. in Hippol. 525.

CAELESTIS, e. [ἐράνιος] *Quod ex caelo vel in caelo eſt, vt,* Cae-ſtis arcus Plin. 12, 24. *de Iride.* Caeleſtia ſemper ſpectato, illa imana contemnito Cic. Somn. Scip. c. 6. Eademque cura et de ifernis perſuaſio; caeleſtium contra Tac. H. 5, 5, 7. Pleraque eleſtium vim ſuam et curſum ſeptimos per numeros conficiunt Id. ib. 4, 6. Caeleſtia auguria vocant, Quum fulminat, aut tonat, Fe-ſis. *Vid. Bulenger. de Augur. cap. 15. Iam diſponemus Subſtantiua, ibus iungitur.* Animi caeleſtes Virg. Aen. 1, 15 — tantaene animis eleſtibus irae? *i. e.* Diis ſuperis, Seru. Liu. 4 c. 30 Siccitate anno plurimum laboratum eſt: nec caeleſtes modo defuerunt quae: ſed terra quoque ingenito humore egens. Hor. Ep. 2, 1, 40 Caeleſtes imploret aquas chorus. *i. petit pluuiam.* Plin. 17, 2. p. L. 1 D. de aqua et aqu. pluu. arc. Aula Ouid. Faſt. 1, 139. ona Virg. Georg. 4, 1. Flammae Lucret. 5, 1093. Ignis caele-s fulminis Lucret. 2, 384. Imbres Col. 3, 13. Irae caeleſtes u. 2, 36. Sen. Herc. Oet. 441 Caeleſtis ira quos premit miſeros fa-. Iudicia Quinct. 4 praef. 2. *i. Imperatoris Domitiani.* Legio-s caeleſtes illae diuinaeque Cic. Philipp. 5, 28. Mens, *Diuina* uid. Faſt. 1, 534. Id. Met. 14, 293 *de Vlyſſe,* Montiſque ſimul eleſtibus intrat Ille domum Circes. Nectar O id. Met. 4, 252. igo Virg. Aen. 6, 730. Ortus caeleſtis Quinctil. 3, 7, 5. *de Ro-li natiuitate.* Paterc. 2, 66 Tullius fulgentiſſimo et caeleſti Ore erabat Antonium. Pabula caeleſtia Ouid. Met. 4, 217. *Ambro-m vocat, pabulum equorum Solis.* Plagae caeleſtes, *Regio caeleſtis* uid. Met. 12, 40. Praecepta caeleſtia Vell. 2, 94. *i. eximia.* Pro-gia caeleſtia Virg. Aen. 6, 379. Regnum Ouid. Met. 1, 152. acit. Ann. 1, 11 Caeterum ſepultura more perfecta, templum et cae-tes religiones decernuntur. Sapientia Hor. Epiſt. 1, 3, 27. *quae Diis caeleſtibus originem duxit.* Semine caeleſti oriundus Lucret. 2, o. Solum caeleſte Ouid. Met. 1, 73. Stirpe caeleſti creatus ib. 1, 760. Vir caeleſtis Ouid. Triſt. 1, 3, 37. *Auguſtus.* Vi-m in dicendo caleſtem *vocat* Ciceronem Quinctil. 10, 2. Cic. de uin. 2, 93 c. 44 Vt ſi iam concedamus, aliquid vim caeleſtem ad eos, i in terra gignuntur, pertinere, confitendum ſit illis, *etc.* Vox et. Ner. c. 21. *ſc. Caeſaris Neronis.* ¶ 2 *Subſtantiue pro is.* Liu. 1, 16 Caeleſtes ita velle. Inuiſus caeleſtibus Virg. Aen. 391. Magnus caeleſtibus iniectus eſt rubor Val. Max. 1, 1, 15. *Add.* ac. Germ. 9, 3 Ex magnitudine caeleſtium arbitrantur, *i. decere os putant.* Mater caeleſtûm, *Cybele, mater deorum* Ouid. Faſt. 276. Munus caeleſtûm, *i. Deorum.* Caeleſtûm, *pro Caele-ſium* Stat. Silu. 1, 2, 209. Templa caeleſtûm Lucret. 6, 1272. Cic. ilipp. 4, 10 Si enim tantus conſenſus omnium ſine impulſu deorum e non potuit, quid eſt, quod de voluntate caeleſtium dubitare poſſu-us? Iniquos caeleſtes facere, *i. Iratos reddere* Ouid. Epiſt. 8, 87. c. de Legib. 2, 19 Diuos, et eos, qui caeleſtes ſemper habiti, colun-. Tentare caeleſtia, *i. Aggredi res honore caeleſti et immortalitate gnas* Hor. Epiſt. 1, 17, 34. ¶ 3 Caeleſtis, is, *ſollemni An-tonomaſia Dea Afrorum. Mentio illius* Tertull. Apol. 12 Ad beſtias pellimur? Certe quas Libero, et Cybelae, et Caeleſti applicatis. c. 22 Iſta ipſa Virgo Caeleſtis pluuiarum pollicitatrix, *Immo eſt, am Virginem quotannis fieri dum Canatho fonte abluitur, Argiui nuga-ntur apud Pauſan. Corinth. extr. De hac* Ammian. Marc. 22, 13 Aſcle-ades Philoſophus — Deae Caeleſtis argenteum breue figmentum ocunque ibat ſecum ſolitus efferre *etc.* Apul. Met. 6 pr. p. 174, Magni Iouis Germana et Coniuga, ſiue tu Sami — ſiue celſae rthaginis, quae te Virginem vectura Leonis caelo commeantem rcolit, beatas ſedes frequentas. *Mentio illius etiam* Treb. Pollion. Celſo Tyrannorum XXVIII. *Vid. Indices Gruterianum et Reineſia-m Inſcriptionum. Nic. Loënſ. Epiphyll. 7, 13. Petr. Pithoeum Subce-. 1, 4. Selden. de Diis Syris 2, 2. Lipſ. Epiſt. Quaeſt. ep. 22. Fuller. iſc. Sac. 1, 13. Caſaub. ad Hiſt. Aug. p. 104 ſq. Hauercamp. ad* Ter-l. *l. c.* ¶ 4 *Grammaticam vnam alteramque obſeruationem ldimus:* Caeleſte, *Ablatiuus* Ouid. Epiſt. 16, 277 Hoc mihi (nam re-lo) fore vt a caeleſte ſagitta Figar, erat verax vaticinata ſoror. *mparat.* Nihil eſt diuino diuinius, caeleſtius Sen. ep. 66. *Superl.* aeleſtiſſimum os M. Tullii Ciceronis Patercul. 2, 66 *Paullo ante idem* iceronis os *vocauerat* fulgentiſſimum et caeleſte. Os, *intelligo Elo-entiam.* Id. 2, 104 Protinus ab adoptione miſſus cum eo Praefectus quitum in Germaniam ſucceſſor officii patris mei, caeleſtiſſimorum us operum per annos continuos nouem ſpectator, et pro captu me-ocritatis meae adiutor fui.

CAELICŎLA, ae. c. [ἐρανίων] *Habitator caeli.* Virg. Aen. 2, 641 le ſi caelicolae voluiſſent ducere vitam. Omnes caelicolae, omnes pera aſtra tenentes Id. ib. 6, 787. Genitrix caelicolûm, *pro elicolarum, Cybele* Sil. 17, . . Maxima caelicolûm Iuno Catull. , 138. Rex caelicolûm, *Iuppiter* Virg. Aen. 3, 21. Caelicolae *etiam Secta apud Iudaeos, Eſſenorum portio, quo pertinet* Titulus Cod. de Iudaeis et Caelicolis. *Vid. Scalig. Elench. Tribaereſii Serrariani cap. 31. Et a Paganis Iudaei per conuicium vocabantur* Caelicolae, *quod frequenter* Deum Caeli *nominarent, quum* Nomen Caeli *vel* Caelum *ſimpliciter. Vid. Barth. Aduerſ. 59, 10 p. 2995.*

CAELICVS, a, um. *Non probatae vocabulum aetatis. Vtitur eo ſaepius* Theodulf. Aurelian. *vt* Carm. 1, 564. 2, 144 *et* 315. *it. alius ap. Barth. Adu. 34, 1.*

CAELĬFER, *dicitur Atlas, quem Poëtae fingunt caelum ſuſtinere.* Virg. Aen. 6, 797 Vbi caelifer Atlas Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum. Manus caelifera, *e Herculis* Seneca in Herc. fur. 528.

CAELIGENAE ſtellae. Apul. de Mundo p. 57, 29 *dicuntur, vt,* Indigena, Troiugena *et id genus: niſi malis* Caeligenus, a, um.

CAELILOQVVS, a, um. Commod. Inſtruct. 60.

CAELIPOTENS, entis. *Deorum epitheton.* Plaut. Perſ. 5, 1, 3 Alii omnes caelipotentes. Prud. Apoth. v. 660.

CAELISPEX, icis. *Nomen Apollinis ap.* S. Rufum et P. Victor. Regione XI. vrbis *Fuerit ergo Apollo Augur ſ. Auguralis.*

CAELĬTES, um. [ἐράνιοι] *Qui caelum habitant.* Ennius *apud* Cic. de Diuin. 2, 104 Ego Deûm genus eſſe ſemper dixi, et dicam caelitum. *Sic Maſaniſſa ap.* Cic. Som. Scip. *pr.* Grates tibi ago, ſumme Sol, vobiſque reliqui caelites. Creator caelitum, *Epitheton Iouis* Sen. Hippol. 888. Rex caelitum Hor. Epod. 16, 56. Gratiam reddere caelitibus Tibull. 2, 1, 36. Ouid. ex Pont. 4, 6, 17 Quale tamen potui de caelite Brute recenti Veſtra procul poſitus carmen in ora dedi. Caelitem *vocat Auguſtum. Add.* ib. 4, 9, 132. ¶ 2 *Ponitur etiam Adiectiue,* Regnis caelitibus pulſus. *i. Caeleſtibus.* Ouid. Faſt. 1, 236 *Huius nominatiuus* Caelitia *eſſet, ſi vſquam inueniretur. Talia ſunt* Conuocati in aulam caelitem venere M. Capella 1 p. 12. Sub caelite menſa Paullin. Nolan. Nat. Felic. 9, 403. Ope caelite praeſtans Id. Nat. Felic. 15, 25.

CAELĬTVS. Adu. *e caelo; ſicut* Diuinitus, *a Deo.* Hieronymus in Vita Paulli Erem. *poſt pr.* Prud. Hymn. Epiph. v. 79 Bethlem cui contigit Ducem ſalutis caelitus Incorporatum gignere. Tandem caelitus inſpiratus, praeciſam morſu linguam in oſculantis ſe faciem exſpuit. Lactant. 4, 2 Statuerat Deus — ducem magnum caelitus mittere. Ammian. 23, 22 Ignis caelitus lapſus.

## C A E M

CAEMENTVM, i. n. *a Caedendo. Sic vocantur enim Lapides caeſi rudes et informes, quales fundamentis adhibentur.* Hor. Carm. 3, 1, 31 Contracta piſces aequora ſentiunt Iactis in altum molibus. Huc frequens Caementa demittit redemtor. *Et* 3, 24, 3 *de eadem re,* Caementis licet occupes Tyrrhenum mare. Plin. 36, 12 ſ. 17, 3 Quaeſtionum Summa eſt, quanam ratione in tantam altitudinem ſubuecta ſint caementa. *De Pyramide. Sed etiam minora fruſta lapidum ſic vocantur.* Non. 2, 179 Caementa lapides non magni modi, quibus aedificia conſurgunt, *quod* Siſennae *et* Varronis *exemplis probat. Dubitatione caret illud* Vitruu. 8 *extr.* Caementum de ſilice frangatur, ne grauius, quam librarium — mortario caementum addatur. *Et* 7, 6 Caementa marmorea ſ. aſſulae, quae marmorarii ex operibus deiiciunt. *Quin haec videtur propria ſignificatio, vt ſint* caementa *velut* caedimenta, *a caedendo, vti a radendo dicuntur* ramenta, *quaſi radimenta. Iam ponamus ea loca, vbi magnine an parui lapides ſint, non attenditur.* Vitruu. ., 5 *extr.* Sed vbi ſunt ſaxa quadrata, ſiue ſilex, ſiue caementum, aut coctus later, ſiue crudus, his erit vtendum. Id. 2, 5 *extr.* Arenae — ſiceſcendo cum caementis coëunt et efficiunt ſtructurarum ſoliditatem. *Et* 2, 8 *pr.* Incerta caementa alia ſuper alia ſedentia, inter ſeque imbricata — firmiorem praeſtant ſtructuram. *Sic* Non erat difficile murum ſubruere, quia caementa non calce durata erant, ſed interlita luto, ſtructurae antiquae genere Liu. 21, 11. *Generatim pro materia aedificandi etiam poſuit* Plin. 36, 22 ſ. 49 E reliquis pallidus, in caemento raro vtilis, *de ſilice.* Vlp. in l. Redemtores. D. de rei vendicat. Redemtores qui ſuis caementis aedificant, ſtatim caementa faciunt eorum, in quorum ſolo aedificant.

CAEMENTA, ae. f. Ennius, Labat, labuntur ſaxa, caementae cadunt Nonius 3, 42.

CAEMENTARII. [χαλικοδόμοι] *Caementorum ſtructores, quos Fabros murarios appellant.* Hieron. ad Paullinum Ep. 103, 6 Caementarii, fabri metallorum, lignorumue caeſores.

CAEMENTICIVS, a, um. Adi. [χαλίκεος] *Quod caemento conſtructum eſt.* Vitruu. 2, 4 In caementiciis ſtructuris primum eſt de arena quaerendum, vt ea ſit idonea ad materiam miſcendam. Idem 2, 8 Itaque pilis lapideis, ſtructuris teſtaceis, parietibus caementiciis, altitudines exſtructae. *Vtitur et* Pallad. 1, 10, 2. Struibus caementiciis Solin. c. 41 (Salm. 28.) Iabolenus in l. Qui domum D. Locati. Is vicinus quum aedificaret in ſuo, terram in eam aream, amplius quam fundamenta caementitia locatoris erant, congeſſit, *etc.* Vlpian. in l. Seruius. D. de Riuis. Seruius et Labeo ſcribunt, Si riuum, qui ab initio terrenus fuerit, qui aquam non continebat, caementicium velit facere: audiendum eſſe.

## C A E N

CAENEVS, *duarum Syllabarum* [Καινεύς] *qui ante fuerat* Caenis. *Nempe*

CAENIS. [Καῖνις] *Elatei Lapithae fuit filia, quae a Neptuno compreſſa hoc praemii petiit, vt in virum mutaretur: quod adeo non aegre a deo impetrauit, vt etiam inuulnerabilem eſſe voluerit, vocataque fuit* Caeneus. *Tandem in tumultu Lapitharum contra Centauros, quum ferro occidi non poſſet, arborum congeſto aggere oppreſſus et ſuffocatus Neptuni beneficio in auem mutatus eſt. Fabulam habet* Ouid. Met. 12, 179 *ſq. et de morte* 490 *ſq.* Virg. Aen. 6, 448 *Et* iuuenis quondam, nunc femina Caeneus, Rurſus et in veterem fato reuoluta figuram. *A nominatiuo* Caenis *eſt* Ouid. Met. 12, 470 Et te Caeni feram?

## C A E P *et* C A E R

CAEPA *et* CAEPE, *vid.* CEPE.

CAERE. n. [Καιρέα, *Strabo.* Καῖσα, *Stephano in* Ἀγύλλα, Καιρῆ] *cuius caſus* Caerĭtis *et* Caerētĕ *exemplis mox docebimus. Oppidum fuit Tuſciae, non longe a Tarquiniis, quondam* Agylla *nominatum, a Pelaſgis e Theſſalia profectis conditum Teſtis* Plin. 3, 5. *Nobilitatis originem indicet* Liu. 5, 40 *vbi de tumultu Gallico, quod* Virgines Veſtales et ſacra *ibi perfugium inuenere.* L. Albinius — plauſtro coniugem ac liberos vehens — irreligioſum ratus ſacerdotes publicos ſacraque po-

puli Rom. pedibus ire ferrique, ſe ac ſuos in vehiculo conſpici; deſcendere vxorem ac pueros iuſſit, virgines ſacraque in plauſtrum impoſuit, et Caere, quo iter ſacerdotibus erat, peruexit. *Hinc* c. 5. SCtum *narrat*, Cum Caeretibus publice hoſpitium fieret, quod ſacra populi Rom. ac Sacerdotes recepiſſent, beneficioque eius populi non intermiſſus honos Deorum immortalium eſſet. Val. Max. 1, 1, 10 *vbi eadem hiſtoria narratur*, Caeretem oppidum peruexit, *edidit ex MSS. Torrenius. Gronou. ad* Gell. 5, 3 *ſuſpicatur*, Caere in oppidum, *Torrenius*, Caerete in oppidum. *vt* Virg. Aen. 10, 183 Qui Caerete domo, qui ſunt Minionis in aruis. Idem *alia forma* Aen. 8, 597 Eſt ingens gelidum lucus prope Caeritis amnem Relligione patrum late ſacer. *Vid.* Seruius. Liu. 21, 62 Caere ſortes extenuatas *narrat.* Id. 7, 20 Caere ſacrarium populi Rom., diuerſorium Sacerdotum ac receptaculum Romanorum ſacrorum *etc.*

CAERETANVS, a, um. Adi. *vt*, Val. Max. 1, 1, 10 *poſt hiſtoriam, quam modo ex Liuio dedimus*, Inde inſtitutum eſt Sacra *Caerimonias* vocari, quia Caeretani ea infracto reip. ſtatu perinde ac florente coluerunt. Caeretana vina Martial. 13, 124. Caeretanus amnis ad Caere vrbem Plin. 3, 5. *Iidem dicti etiam*

CAERITES. Gell. 16, 13 Primos autem municipes ſine ſuffragii iure, Caerites eſſe factos accepimus: conceſſumque illis, vt ciuitatis Romanae honorem quidem caperent, ſed negotiis tamen atque oneribus vacarent, pro ſacris bello Gallico receptis, cuſtoditisque. Hinc *Tabulae Caerites* appellatae verſa vice, in quas CENSS. referri iubebant, quos notae cauſa ſuffragiis priuabant. Hor. Epiſt. 1, 6, 62 Quid deceat, quid non, obliti, Caerite cera Digni. *i. nota illa Cenſoria. Add.* Aſcon. Pedian. ad Cic. Diuin. in Caec. 4 c. 3. Vet. Gloſſ. Caerites, Δέλτοι ἐν αἷς, τὰς ἐγγραφὰς ἀποτίθενται. *ſ.* τὰς ἀπογραφὰς ἐντίθενται *permutatis praepoſitionibus.* Liu. 7, 20 Caeritem populum Tarquinienſibus adiunctum fama ferebat. Pax populo Caeriti data *ibid.* Aquas Caeretes *vocat* Liu. 22, 1.

CAEREFOLIVM, *Herba eſt, quam* Paederota Graeci vocant, *cuius meminit* Plin. 19, 8 ſ. 54.

CAEREMONIA, *vel* CAERIMONIA, *vel* CERIMONIA, ae. [θρησκεία] *et* Caeremoniae, arum, *dicuntur ritus ſacri.* Feſtus: Caeremoniarum cauſam alii ab oppido Caere dictam exiſtimant: alii a Caritate dictam iudicant. *De* Caere *dedimus locum* Valerii Maximi 1, 1, 10 *in* CERETANVS. *Scaliger ad* Feſtum *potius deriuat a* Cerus, *i. ſanctus. Fuerit igitur, vt* Sanctimonia Caſtimonia *a* Sanctus *et* Caſtus, *ſic a* Cerus Cerimonia. *Vid.* CERVS. *Qui a* Cerere *deriuant, illis fauet* Vet. Gloſſ. Cerimonia δημήτρια, μέμψις, *(Obſ. poſterius verbum reſpicit nomen* Querimonia, *quod pronuntiatione antiqua cum* cerimonia *conuenit) A* caritate *ſ. a* carendo *potius* dictum iudicant *quidam apud* Feſtum, *itemque* Maſurius Sabinus apud Gell. 4, 9. *Add.* Macrob. Saturn. 3, 3. Auguſtin. Retr. 2, 37. Iſid. 6 *vlt. Fauet illud* Feſti, Denariae cerimoniae dicebantur, et tricenariae, quibus ſacra adituris decem continuis rebus (*ſ.* diebus) vel triginta certis quibusdam rebus *carendum* erat. Cic. Tuſc. 1, 24 c. 12 Tum e pontificio iure, et caeremoniis ſepulcrorum intelligi licet. In ſacerdotio caeremoniisque, quibus praeerat, diligentiſſimus Cic. pro Rab. c. 10. Promtus animus ad capeſſendas caeremonias Tacit. Ann. 4, 16. Scientiae caeremoniarumque vetus Tacit. Ann. 6, 12. Eſt ergo in genere *(Iuliae gentis)* et ſanctitas regum et caeremonia Deorum Caeſ. *ap.* Suet. in Vita c. 6. Publicae caeremoniae Id. ib. *i. ſacra, religioſus cultus.* Cic. de Legib. 2, 55 Totaque huius iuris compoſitio pontificalis, magnam religionem, caeremoniamque declarat. Sacrarium, quod ſumma colebatur caeremonia Nep. 2, 8, 4. Cic. de Inuent. 2, 161 c. 53 Religio eſt, quae ſuperioris cuiusdam naturae, quam diuinam vocant, curam caeremoniamque affert. Facere ludos maxima cum caeremonia Cic. Verr. 5, 186. Tacit. Ann. 14, 22 Videbatur potus ſacros et caeremoniam loci corpore toto polluiſſe. Graviſſimae caeremoniae iurisiurandi Caeſ. B. G. 7, 2. Caeremoniam legationis, *quaſi Sanctitatem et religionem* Cic. *dixit, de mandati iudicio loquens*, pro Roſc. Amer. 113 c. 39 Qui non negligentia priuatum aliquod commodum laeſerit, ſed perfidia legationis ipſius caerimoniam polluerit, maculaque affecerit. Immanſueta ſuas vt ceremonias Prud. in Symm. praef. 1, 5. *prima correpta. Conf.* Borrich. Cogit. p. 59. *Ricciolus laudat* Sidonii Phalaecium Conſecratio caerimoniarum.

CAEREMONIALIS, *vel* CAERIMONIALIS, e. Arnob. lib. 7 pag. 237 O Deorum ſublimitas praepotens, quam venerari, quam colere officiis omnibus caeremonialibus debeas.

CAEREMONIOSVS, a, um. *Idem.* Ammian. 22, 37 Per ſeptem caeremonioſos dies, *etc. ita etiam* Valeſius p. 336.

CAERES, ïtis. CAERETE, is. CAERETANVS, *vid.* CAERE.

CAERINTHE, *vid.* CERINTHE.

CAEROMA, *vid.* CEROMA.

CAERVLEVM, i. n. *Arenae genus eſt, quae in auri atque argenti metallis naſcitur, pictorum vſui: cuius genera*, Aegyptium, Scythicum, Cyprium, Puteolanum, et Hiſpanienſe *commemorat* Plin. 33, 12 *et* 13.

CAERVLEVS, a, um. Adi. [γλαυκὸς, κυάνεος] *Quaſi* Caeluleus, *a* Caeli *colore: Dicitur etiam* Cumatilis *color, quod Graeci* κύματα *fluctus vocant.* Propert. 4, 2, 43 Caeruleus cucumis, tumidoque cucurbita ventre. Angues caerulei Virg. Georg. 4, 482. Aqua Ouid. Met. 8, 229. *Tamen* Celſus 7, 7, 14 in Suffuſione oculorum colorem marinae aquae a caeruleo *diſtinguit.* Bacca Plin. 15, 30. Britanni caerulei Martial. 11, 54. *propter glaſti colorem quo ſe pingebant etc.* Caeſ. B. G. 5, 14 Omnes vero ſe Britanni vitro inficiunt, quod caeruleum efficit colorem. Color Virg. Georg. 1, 453. Ouid. Met. 2, 8 Ceruleos habet vnda Deos, Tritona canorum, Proteaque ambiguum *etc.* Draco caeruleus Ouid. Met. 12, 13. Fontis *proprie nomen* Plin. 36, 15. Sueton. Claud. 20. Fratrem caeruleum Iouis, *Neptunum vocat* Ouid. Met. 1, 275 Nec caelo contenta ſuo eſt Iouis ira, ſed illum Caeruleus frater iuuat auxiliaribus vndis. Glacies caerulea Virg. Georg. 1, 236. Ouid. Met. 4, 577 Durataeque cuti ſquamas increſcere ſentit, Nigraque caeruleis variari corpora guttis, *i. maculis.* Mare Sen. in Hippol. 1160. Morte caerulea natantia lumina, *i. lurida* Ouid. ad Liu. 93. Nauis *laudatur* Virg. Aen. 5, 123 *Vbi* Seruius, Caerulea, aut Nigra, aut alta carina: omne *enim altum nigrum eſt. Sed* Caerulea *ibi epitheton eſt* Scyllae, *monſtri marini, a quo inſigni ſuo nauis nomen habet*, Scyllaque Cloanthus Caerulea *inuehitur. Alioquin etiam tunc illitum nauibus colorem, docet.* Ouid. Met. 14, 555. *Vid. infra* VENETVS. Nereus Sen. Oed. 507. Virg. Aen. 5, 87 *de ſerpente*, Caeruleae cui terga Notae, maculoſus e auro Squamam incendebat fulgor. *Vbi* Seruius, Caeruleae notae et fulgor auro variatus incendebat. *i. Illuſtrabat.* Cic. in Aratei 204 Ipſeque caerulea contectus nube feretur. Oculi caerulei Neptuni Cic. de Nat. Deor. 1, 83 c. 30. *Vid.* Suet. Galb. 21. Cic. in Arateis 275 Caeruleaeque feram caudam Piſtricis. Pontus caeruleu Virg. Aen. 2, 182. Pubes caerulea Germaniae Hor. Epod. 16, 7 Caeruleam *vocari dicunt interpretes, Ob caeruleum oculorum colorem omnibus fere Germanis communem.* Serpens caeruleus Ouid. Met. 3 38. Tybris Virg. 8, 64 *quo indicatur profunditas.* Vexillo caeruleo Agrippam poſt victoriam naualem donauit Sueton. c. 25. Caeruleis vittis moeſtae ſtant Manibus arae Virg. Aen. 3, 64. *Hic quidem color adhuc lugubris quarundam aularum inſtituto.* Caeruleu: *an pro Atro? Sic quidem Turnebus in illud* Virg. Aen. 5, 10 Olli caeruleus ſupra caput adſtitit imber, *Hic crediderim, inquit*, Caeruleum *Graecorum more pro Atro poni:* Ἢ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε κρονίω *i. Caeruleis ſuperciliis, quod valet nigris, conſenſu Graecorum grammaticorum: Sic*, Aen. 6, 303 — caerulea ſubuectat corpora cymba *interpretor, Atra et nigra. Haec ille, forte ex memoria: nam ſine varietate* Ferruginea *ibi* cymba *eſt.*

CAERVLEATVS, a, um. *vt*, Caeruleatus, et nudus, capitque redimitus arundine, et caudam trahens genibus innixus Glaucum ſaltaſſet Paterc. 2, 83. *De Planco, marinum Deum agente.*

CAERVLVS, a, um. Adi. [κυάνεος] *Idem quod Caeruleus.* Catul. 62, 7 Caerula verrentes abiegnis aequora palmis. Aequora caerula Catull. 64. Claudian. de Laud. Stil. 2, 249 Caerulus, Oceaniqu aeſtum mentitus amictus. *Britanniae habitus ſic deſcribitur.* Apul Met. 10 p. 254, 11 *de Venere*, Ipſe color Deae diuerſus in ſpecien corpus candidum quod caelo demeat, Amictus caerulus *(Sic* MSS. quod mari remeat. Amnis caerulus Stat. Silu. 1, 5, 51. *Si* Ouid. Met. 13, 895 *de Aci in fluuium mutato*, Qui, niſi quod maio quod toto caerulus ore, Acis erat. Barbis caerulis hiſpidus Po tumnus Apul. Metam. 4 p. 157, 1. Canities Phorci Claud. de R. 3, 11. Colla Virg. Aen. 2, 381. *de Angue.* Coma Ouid. Met. 1 158. *de Tmolo monte. Tales nempe ſiluae apparent e longinquo adſp cientibus.* Floſculos caerulos columbarum colli aemulatur corui nigredine capillarum Apul. Metam. 2 p. 118, 31. Forma caerula maris Ouid. Amor. 2, 11, 12. Freta Virg. Aen. 10, 209. Grex caerulus Nereidum Sen. in Hippol. 336. Lacus caerulus Claud. Apon. 28. Mare Sen. Hippol. 1160. Piſtrix caerula *(vt monſtrum marinum)* Cic. Arat. 142. Plaga olearum caerula Lucret. 1373. *tractus oleis conſitus, quarum fructus caeruleo ſunt colore.* Supercilium Iouis caerulum non renuit Apul. Met. 6 p. 175, 38. *Nempe ſpicit illud Homericum* Ἢ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων. Templa ad caeli caerula Cic. de Diuin. 1, 41. Tinus baccis caeru Ouid. Met. 10, 98. ¶ 2. Caerula *ſimpliciter pro mari pon tur. v. g.* Virg. Aen. 8, 672 Haec inter tumidi late maris ibat in go Aurea: ſed fluctu ſpumabant caerula cano. Caerula, *i. Mar* Seruius. Vada Virg. Aen. 7, 198. Id. Aen. 3, 208 Adnixi t quent ſpumas, et caerula verrunt. *ſubaudiendum* Freta, *huiusmodi aliud.*

CAERVLANS, antis. Fulgent. Mythol. 8 p. 26 Caerulanti pe circumlita hyalinae cauitatem Sphaerae oſſeo faſtigans tigillo verſab *De Aſtrologia.*

## C A E S

CAESA, ae. *Gallicum telum, vid.* GAESA.

CAESAPON, i. n. *Lactucae ſpecies.* Plin. 20, 7 ſ. 25 Alterum genus, quod Graeci Caeſapon vocant. Aeſopon *ſuſpicatur Dalecampius.*

CAESAR, quod eſt cognomen Iuliorum, a Caeſarie dictus Qui ſcilicet cum Caeſarie natus eſt. Feſtus. *Sed* Plin. 7, 9 Auſpicatius enecta parente gignuntur, ſicut Scipio Africanus prior natus, primusque Caeſarum a caeſo matris vtero dictus. *Haec ita accepit* Solin cap. 4 Rurſus necatis matribus, ortus eſt auſpicatior: ſicut Scip Africanus prior, qui defuncta matre, quod exciſus vtero in diem nerat, primus Romanorum Caeſar dictus eſt. *Hoc ita refellit Hermolaus Barbarus: Atqui Solino contradicunt hiſtoriae. ante enim belli Samniticum, Claudius quidam Caeſar appellabatur: idque in tabula qu dam antiquiſſima hodie oſtenditur Romae, his verbis:* CAESA CLAVDIVS C. F. AP. N. CAECVS. C. PLAVTIV C. F. C. N. QVI IN HOC DXXV HONORE V NOX APPELLATVS EST. *Hanc tabulam nihil ad rem cere ait Harduinus: legendum enim* CENSOR *non* CAESA *Caeterum ita interpretanda verba* Plinii: ſicut Scipio Africanus pri natus, *ſubaudi*, eſt enecta parente. *Deinde quod mox ſequitur*, Pr musque Caeſarum, *etc. non iam refertur ad Scipionem, nec Scipionem in Caeſarem eſſe nominatum* a caeſo matris vtero, *ſed illum, qui primus dict eſt* Caeſar, *quicunque ſit, hoc cognomento fuiſſe inſignitum, ob vterum matr caeſum. Audiamus de Etymologia tanti nominis etiam* Spartianum in Ael. Vero c. 2 Caeſarem vel ab Elephanto, (qui lingua Maurorum *Caeſar* dic tur) in praelio caeſo eum, qui primus ſic appellatus eſt, doctiſſim et eruditiſſimi viri putant dictum: vel quia mortua matre ventre cae ſo ſit natus: vel quod cum magnis crinibus parentis ſit vtero effuſus vel quod oculis caeſiis, et vltra humanum morem viguerit. *Haec caſtigatiora iis, quae leguntur hodie* Seruii ad Aen. 1, 290 Caeſar, v quod caeſo matris ventre natus eſt, vel quod auus eius in Africa man propria occidit elephantum, qui *Caeſar* dicitur Poenorum lingu *Quod de* auo *dicit, quod* Poenorum *linguam vocat, parum accurat videtur. Non praetermittendus eſt alius* Seruii *locus ad* Aen. 11, 7 C. Iulius Caeſar, cum dimicaret in Gallia, et ab hoſte raptus equ eius portaretur armatus, occurrit quidam ex hoſtibus, qui eum noſſe et inſultans ait *Caeſar, Caeſar:* quod Gallorum lingua *dimitte* ſignifica et ita factum eſt, vt dimitteretur. Hoc autem ipſe Caeſar in Eph meride ſua dicit, vbi propriam commemorat felicitatem. ¶ *Caeterum, a quo tempore* C. Octauius *a* C. Iulio Caeſare dictatore *optatus, et imperii Romani potitus eſt, ipſum nomen* Caeſar *non minu quam* Auguſti *proprium ſummae illius dignitatis et imperii factum eſt, qui rerum potiretur Romanarum quocunque titulo, ille* Imperator, *et* Caeſar, *et* Auguſtus *eſſet. Sed* ¶ 3 *Speciatim tamen* Caeſare *dicti, qui vel natura, vel adoptione pars illius familiae C. Iulii Caeſar Octauiani Auguſti eſſent, ſiue rerum potirentur, ſiue minus. Hoc ſen* defecit in Nerone Caeſarum progenies, *vt ait* Suet. Galba 1. ¶ *Interdum* Caeſaris *nomen etiam poſt finitam, de qua modo diximus, Caeſarum familiam, non ſupremi, ſed ſecundi demum faſtigii, ſeu deſtina Auguſto tum imperanti ſucceſſoris nomen eſt. Quam diuerſa hoc ratio* ſ

*factum ſit, indicat breuiter* Spartianus in Aelio Vero 2 Ceionius Commodus, qui et Aaelius Verus appellatus eſt, quem ſibi Adrianus — adoptauit, nihil habet in ſua vita memorabile, niſi quod tantum Caeſar eſt appellatus, non teſtamento, vt antea ſolebat, neque eo modo, quo Traianus eſt adoptatus; ſed eo prope genere, quo noſtris temporibus a veſtra Clementia (Diocletianum *alloquitur*) Maximianus atque Conſtantius Caeſares dicti ſunt, quaſi quidam principum filii viri, et deſignati Auguſtae maieſtatis heredes. *Hinc* Claudian. de quart. Conſ. Hon. 169 Mutatus Principe Caeſar *ſignificat, a ſecundo faſtigio* Caeſaris *ad ipſum principatum, et Auguſti dignitatem translatus. Quae n. 2, 3 et 4 breuiter indicata pro inſtituti ratione ſunt, ea ex numis et libris, pro copiis ſuis perſecutus eſt Ez. Spanhemius de vſu et praeſt. num. diſſ. 12 p. 342, ad 358. vbi illud etiam obſeruauit, a Philippi iunioris temporibus* Nobiliſſimi Caeſaris *nomen ipſis etiam Auguſtis in numis tribui.* ¶ 5 *Finiamus in quibusdam* Caeſaris Auguſti *epithetis, quibus a Poëtis ornatus eſt.* Altus Caeſar Horat. Carm. 3, 4, 38. Ouid. ad Liu. 452. *et* ex Ponto 2, 3, 63. Cuſtos rerum Caeſar Horat. Carm. 4, 15, 17. Deos veros *Caeſares vocat* Ouid. ex Ponto 1, 4, 56. Egregii Caeſaris laudes Horat. Carm. 1, 6, 11. Immenſos Ouid. ad Liu. 404. Inuicti Caeſaris res Horat. Serm. 2, 1, 11. Princeps Caeſar Idem Carm. 1, 21, 14. Magnus Caeſar Virg. Georg. 4, 560. Maximus Idem Georg. 2, 170. Pater Ouid. Art. 1, 203. *Plur.* Idem Triſt. 1, 2, 104 Proque Caeſare tura pius Caeſaribusque dedi. *Et* ex Ponto 1, 4, 56 Turaque Caeſaribus, cum coniuge Caeſare digna, DIs veris, memori debita ferre manu.

CAESAREVS, a, um. Adi. [Καισάρειος] *Vt*, Domus Caeſarea Ouid. Triſt. 1, 1, 70. Nomen Idem Met. 1, 201. Faſt. 1, 282. Numen Caeſareum Ouid. Triſt. 5, 3, 46. *et* 5, 11, 20. Penates Idem Met. 15, 864. Sanguis Ouid. Met. 1, 200. Vultus Caeſarei Idem ex Ponto 2, 8, 13.

CAESARIĀNVS, a, um. *aliud* Adi. [Καισάρειος] *Vt*, Caeſariana celeritas Cic. Att. 16, 10 Facile me ille eſſet aſſequutus: aiunt enim eum Caeſariana vti celeritate. *Sed Gronou. cum Clerico legit* Caeſarina. Nepos 25, 7, 1 Incidit Caeſarianum ciuile bellum. Caeſarianum Collyrium Celſ. 6, 6, 27 Pallas Caeſariana *(a Domitiano culta) inuocatur a Mart.* 8, 1. Maecenas Caeſarianus eques Id. 10, 73.

CAESARIES, ēi. [χαίτη, βόστρυχος] *A Caedendo: Comam ſignificat, quae caedi ſolet. Virorum enim tantum caeſaries eſt, non mulierum.* Ex Seruio ad Aen. 1, 590. Plaut. Milit. 1, 1, 64 Caeſaries quam decet. *Similia* Iſidor. 11, 1. Denſum caeſarie caput Ouid. Amor. 3, 1, 32. Lucan. 8, 681, *de Pompeii capite*,

Impius vt Magnum noſſet puer (*Ptolemaeus*) illa, verenda
Regibus, hirta coma, et generoſa fronte decora
Caeſaries compreſſa manu eſt.

Flaua Iuuen. Sat. 13, 165. Horrida Ouid. Met. 10, 139. Horrifica Lucan. 2, 372. Intonſa Claudian. in Epithal. Pallad. 43. Lacera Lucan. 1, 189. Promiſſa caeſaries, *i. Longa* Liu. 28, 35. Repexa Claudian. de Magnet. 10. Ouid. Met. 1, 179 *de Ioue*, Terrificam capitis concuſſit terque quaterque Caeſariem, cum qua terram, mare, ſidera, mouit. Dimouere caeſariem ab ore Lucan. 2, 372. Pectere caeſariem Horat. Carm. 1, 15, 14. Caeſaries *etiam a Poëtis tribuitur Feminis.* Catullus de coma Beren. ſ. 65 E Bereniceo vertice caeſariem. Virgil. Georg. 4, 337 *de Nymphis*, Caeſariem effuſae nitidam per candida colla. *De* Barba Ouid. Met. 15, 656 Caeſariem longae extra deducere barbae. *De Canibus* Grat. Cyneg. 273 Diſcretaque collo Caeſaries non pexa nimis *(promiſſa, villoſa)* non frigoris illa impatiens.

CAESARIĀTVS, a, um. Adi. [βοστρυχωτὸς] Comatus Plaut. Mil. 3, 1, 173 Qui miles admutiletur caeſariatus. *Metaphor.* Videas viridantibus comis caeſariatam eſſe terram Apul. de Mundo p. 67, 37.

CAESĒNA, *vnde* CAESENATES, *oppidum in Gallia Ciſpadana, Togata, quae hoc nomen hodie retinet; hic memoranda propter dictum aſperum Q.* Ciceronis Fam. 16, 27 *de Hirtio et Panſa* COSS. Nam iſti duo vix ſunt digni, quibus alteri Caeſenam, alteri Coſſutianarum tabernarum fundamenta credas. *Fuit itaque oppidulum eo tempore contemtum Caeſena. Etiam* Sidon. Apoll. 1, 8 Caeſenatem furnum potius, quam oppidum *iocoſe appellat.*

CAESIM, CAESIO, *vid.* CAEDO.

CAESITIVS, a, um. *Vt*, Linteolum Caeſicium Plaut. Epid. 2, 2, 46. Nonius 14, 17 ſic dictum putat, quod vel Caedendo ad candorem perueniat, vel quod Oras circumciſas habeat.

CAESIVS, a, um. Adi. [γλαυκὸς] *Nomen coloris, qui caeli ſpeciem habet, dictus, vt ſtatim videbimus, quaſi* Caelius. Ter. Hec. 3, 4, 26 Magnus, rubicundus, criſpus, craſſus, caeſius. *Vbi* Donatus, Caeſius, Glaucis oculis, quaſi Felis oculos habens. Vnde Caeſares dictos quidam putant. Cic. de Natur. Deor. 1, 83 c. 30 Apollinem ſemper imberbem, caeſios oculos Mineruae, caeruleos Neptuni. Fronto *apud* Gell. 2, 26 Noſtris Latinis veteribus Caeſia dicta eſt, quae a Graecis γλαυκῶπις, vt Nigidius ait, de Colore caeli, quaſi Caelia. *In puellis non probatas* Caeſias, *indicio eſt* Ter. Heaut. 5, 5, 18 Rufamne illam virginem, Caeſiam — non poſſum, pater. *Item* Lucret. 4, 1155 Caeſia, *ab amatore cupiditate excaecato dicitur* παλλάδιον. *Semper fingebant Poëtae, vt eſt apud* Catull. 46, 7 Solus in Libya, Indiaue toſta, Caeſio veniam obuius Leoni, *i. glauco, cuius coloris eſſe non iubatis, qui caeteris ſint longe ſaeuiores obſeruat Scalig. de ſubtilit. 25, 15. Qui ad oculos et hoc referre malunt iis, tum Minerua* caeſiis *oculis terribilis ſuccurret, tum* Vitruu. 6, 1 Sub ſeptentrionibus nutriuntur gentes immanibus corporibus, candidis coloribus, directo capillo et rufo, oculis caeſiis. *Superl. eſt apud* Varr. de L. L. 7, 39 p. 99, 9 In aliis verbis nihil deeſt, vt dulcis, dulcior, dulciſſimus: in aliis primum, vt peius, peſſimum: in aliis medium, vt caeſius, caeſiſſimus.

CAESŌNES, [καισῶνες] appellantur, Ex vtero matris exſecti, Feſtus. Plin. 7, 9 Primusque Caeſarum, a caeſo matris vtero dictus: qua de cauſa et Caeſones appellati.

CAESVLIAE, qui caeſiis ſunt oculis, Feſt.

CAESPES, *vel, vt alii*, CESPES, itis. m. [βῶλος, βῶλαξ, χορτόπλινθος, χορτόβωλος, Vet. Gloſſ.] *a* Caedo *fit; et eſt* Terra cum herba in modum lateris caeſa, *auctore* Feſto. *Et generatim terra veſtita gramine.* Cic. pro Caecin. 60 c. 21 Non eſſe arma, caeſpites, neque glebas. Congeſtum caeſpite culmen Virg. Ecl. 1, 69. *i.* Terra cum propria herba euulſa. Seruius. Caeſpitis herbae Ouid. Epiſt. 5, 147. Feſtus caeſpes, *i. Ara ex caeſpitibus confecta, quam quis feſtam facit* Iuuen. Sat. 12, 2. Horat. Carm. 2, 15, 17 Nec fortuitum ſpernere caeſpitem Leges ſinebant: oppida publico ſumtu iubentes et deorum templa nouo decorare ſaxo, *i. Qui ex eius terrae caeſpite, quae cuique forte obtigerat, non aedificaſſet ductis lateribus, aut etiam crudo ipſo caeſpiticio ſolo minimo ſumtu, legum poenis obnoxius erat; quum ſumtuoſam aedificationem publicorum in oppidis operum, et ſolidam e ſaxo quadrato ſtructuram templorum, non priuatorum aedificiorum eſſe vellent.* Turneb. Fragilis caeſpes Lucan. 6, . . Gramineus madidam caeſpes obumbrat humum Ouid. Amor. 2, 16, 10. Virgil. Georg. 4, 273 *de Amello flore*, Vno ingentem tollit de caeſpite ſiluam. Sen. Herc. Oet. 644 Caeſpes Tyrio mollior oſtro ſolet impauidos ducere ſomnos. Nudo proiectus caeſpite Stat. Theb. 12, 328. Tener Ouid. Ep. 15, 160. Viridis Virg. Aen. 3, 304. *i.* Herboſus. Seruius. Viuus Hor. Od. 3, 8, 4. *et* 1, 19, 13. *i. viridis.* Aggerebatur caeſpes Tacit. Ann. 1, 19. Hanc domum caeſpes Erexit Sen. Ep. 8. Caeſpitem portare, *Auguſtus Centuriones poenae cauſa iuſſit* Sueton. in Aug. 24. Idem in Calig. 59 Leui caeſpite obrutum cadauer. Sedens in caeſpite nudo cibum capit Tiberius Sueton. Tib. c. 18. Caeſpes, *metonymice pro* Ara. *E caeſpite enim, velut in caſtris, ſubitas ſibi aggerabant aras* Horat. Carm. 3, 8, 4 — poſitusque carbo in caeſpite viuo. *Et iterum* Carm. 1, 19, 13 Hic viuum mihi caeſpitem, et Verbenas pueri ponite. Araque graminea viridis de caeſpite fiat Ouid. Triſt. 5, 5, 9. Lucan. 8, 864 Tuſco incluſum caeſpite fulmen, *Bidental. Sed et* Caeſpitem interdum Romano ritu arae imponebant, *vt* Seruius *notat ad* Aen. 12, 119. Prudent. Periſt. Hym. 5, 50 Aut ara, ture et caeſpite Precanda iam nunc eſt tibi. *Conf.* Idem Apoth. 255 *(Heinſ. 187.)* Erecta effoſſis ara caeſpitibus L. 12 C. Theod. de Pagan. ſacrif. et templ. Exſtructis caeſpes ſurrexerat aris Sil. 16, 263. Caeſpites *etiam inſeruiebant tribunali caſtrenſi* Tacit. Ann. 1, 18, 2 Congerunt caeſpites, exſtruunt tribunal. Plin. Paneg. 56 Multa poſt ſaecula tribunal viridi caeſpite exſtructum. *Vid. Lipſium ad vtrumque locum.* Lucan. 5, 317 Stetit aggere fultus Caeſpitis. *Et in munitionibus* Idem 3, 387 Caeſpitibus crudaque erexit brachia terra. *Et* 1, 512 Et ſubitus rapti munimine caeſpitis agger. *Etiam in ſepulcris* Virgil. Aen. 3, 304 Hectoreum ad tumulum, viridi quem caeſpite inanem, Et geminas, cauſam lacrimis, ſacrauerat aras. *Huc refer* Sidon. Epiſt. 3, 12 *de ſepulcro effodi coepto*, Iam niger caeſpes ex viridi, iam ſupra antiquum ſepulcrum glebae recentes. L. 5 C. Theod. de ſepulc. viol. Terram ſolicitare et caeſpitem vellere proximum ſacrilegio. Hieron. ad Innoc. ep. 49 *extr.* Recens a clericis caeſpes oſtenditur, et dudum ſuperiecta humus. *Pro tota regione et tractu terrarum etiam ponitur.* Iſtius extenti ſola caeſpitis vndique ſulcant Gentes innumerae Auien. in Perieg. v. 388. *i. regionis.* Caeſpite Paphiaco prodit ſaxoſa Carambis Idem 227. *Et ſic ſaepius.*

CAESPITĪCIVS, a, um. Adi. [βωλακινὸς] *Quod fit ex caeſpitibus. Vnde*, Caeſpiticium tribunal, *vocat Suggeſtum ex caeſpitibus factum* Vopiſcus in Prob. 10. Iulius Capitol. in Balbino 11 Centum arae vno in loco caeſpiticiae exſtruuntur. Murus Id. in Pio c. 5.

CAESPOSVS, a, um. *Caeſpite plenus, laudatur e* Columel. 10, 130 Caeſpoſo litore Cumae: *ſed praeterquam, quod Analogia aduerſatur, variat lectio*, Theſproto *coniecit Scaliger. Mihi praeferendum videbatur* caepoſo, *ſ.* cepoſo, *i. ceparum feraci.*

CAESPĬTO, āre. *Quaſi in Caeſpitem offendere, et lapſui proximum eſſe. Hinc certe*

CAESPITATORES *Equi, qui ſaepe in caeſpitem, aut lapidem, aut aliud offendiculum impingunt.* Seru. in Virgil. Aen. 11, 671 Suffuſo equo (*ſic enim legit, pro* ſuffoſſo) *interpretatur*, Caſuro. Nam *pergit*, ſuffuſi equi dicuntur, quos vulgo Caeſpitatores vocant.

CAESTRVM, *vid.* CESTRVM.

CAESTVS, *ſiue* CESTVS, ūs. [ἱμὰς, μύρμηξ] *Lorum e corio bubulo, crudo, vt durius eſſet, interdum etiam maſſis plumbeis, ferreisue munitum et confixum, quo manus et brachia illigabant, vt ictus eo vehementiores inferre poſſent. Rationem huius certaminis non melius intelligas, quam comparatis inter ſe Apollonio Rhodio* 2, 50 ſqq. *et* Valerio Flacco 4, 250 ſqq. *vbi pugna Pollucis et Amyci deſcribitur. Proiiciunt famuli Amyci in medium* δοιὼς ἱμάντας, ὠμὼς ἀζαλέας, ἐσκληῶτας, crudis durata volumina tauris, ἱμάντες *ſunt* lora, volumina *indicant aliquoties circumuoluta manibus et brachiis. Deinde* ἱμάντας ἀμφέδεον, Armis innectere palmas Dant famulis *etc. Haec iuuabunt intellectum* Virgilianae *deſcriptionis* Aen. 5, 400 ſqq. *ex qua, quia graphica eſt, plura ponemus: Entellus*

In medium geminos immani pondere caeſtus
Proiecit, quibus acer Eryx in praelia ſuetus
Ferre manum, duroque intendere brachia tergo.
Obſtupuere animi. Tantorum ingentia ſeptem
Terga boum plumbo inſuto ferroque rigebant.

*Deinde vocantur* vinclorum immenſa volumina. *Deinde* Troianos exue caeſtus. *Deinde Aeneas* paribus palmas *Entelli et Daretis* innexuit armis. *Tum in conflictu*

Multa viri nequidquam inter ſe volnera iactant,
Multa cauo lateri ingeminant, et pectore vaſtos
Dant ſonitus, erratque auris et tempora circum
Crebra manus, duro crepitant ſub volnere malae.

*In huius certaminis denunciatione* v. 364 *ita deſcribitur, ſi quis* euinctis attollat brachia palmis. *Et* 379 Manibus inducere caeſtus. *Luculenta etiam eſt deſcriptio* Stat. Theb. 6, 729 Nunc opus eſt animis infeſtos tollere caeſtus Cominus — Nigrantia plumbo Tegmina cruda boum non mollior ipſe lacertis *(nota,* lacertos *humeris eſſe proximos)* Induitur *etc. ſunt enim plurima. Haec puto ſatis declarant deſcriptionem ſupra a nobis poſitam. Viderint, qui clauam nobis narrant, a qua loris bubulis apta fuerit pila plumbea. De* plumbatis *forte aliquid cogitarunt, de quibus ſub* PLVMBVM. *Cum his, quae diximus conuenit pictura ex monumentis Ligorianis facta apud Mercurial. de arte Gymn.* 2, 9. Cic. Tuſc. 2, 40 c. 17 Inde pugiles caeſtibus contuſi, ne ingemiſcunt quidem. Sen. Med. 89 Pollux caeſtibus aptior. Crudi caeſtus Virg. Aen. 5, 69. Stat. Achill. 1, 190 Crudo quo Bebryca caeſtu Obruerit Pollux. *Sed Gron. reſtituit* Crudum. Lucan. ad Piſon. 226 Maecenas Tragico quatientem pulpita caeſtu Erexit Varium. *An cothurnum ſignat? Eſt certe caeſtus manui, quod pedi cothurnus.* Bellare caeſtu Stat. Theb. 6, 829. Dare brachia experienda caeſtibus Ouid. Faſt. 2, 367. Decernere valido caeſtu Claudian. Conſ. Prob. et Olyb. 238. Explorare caeſtus Stat. Theb. 6, 764. Induere caeſtus Valer. Arg. 4, 251. Librare caeſtus in aliquem Virg. Aen. 5, 479. Nunc ligat ad caeſtum gaudentia brachia loris Prop. 3, 12, 9. *de femina Spartana.* ¶ 2 *Superſunt Grammaticae de hoc nomine diſputationes.* Seruius ad Aen. 5, 69 Caeſtus per diphthongum pugilum arma ſignificat; habet etiam pluralem numerum, et eſt quartae formae. Nam *ceſtus, ceſti*, numeri tantum ſingularis,

ſine diphthongo balteum Veneris ſignificat. *Huic aſſentitur Voſſius in Etymologico, et* caeſtus *per diphthongum ſcribitur, puto, vbique. Sed* Feſtus, Caeſtus vocantur et ii, quibus pugiles dimicant, et genus quoddam muliebris ornatus. *Placet hoc etiam Rigaltio ad Onoſandr. p. 25. Scaliger Poët. 1, 22. et ipſe vtrumque ex eodem fonte deducit. Sed ponamus totum locum : Pugnis (pugilum) addita lora ad munimentum, propterea, quod nudi cum ferirent, ſaepe plus damni acciperent, quam facerent. Ea lora Graeco vocabulo* Ceſtus *dicti, κεϛὸν enim cingulum : breuia initio : mox ne excuſſa exuerentur in ictibus, tum cubito, tum humero alligabantur. Poſtremo ferrum plumbumque aſſutum eſt ſaeuiſſimo ſpectaculo. Cerebrum enim ac guttur facillime eludebant. Idcirco aurium munimenta induebant ἀμφωτίδας etc. Fauet huic ſententiae, quod ἱμάντα eſſe* caeſtum *vidimus, apud Apollonium : Veneris autem κεϛὸν ἱμάντα vocat Homerus* Ιλ. *ξ, 214, vbi monet Euſtathius, κεϛὸν epitheton eſſe ἱμάντος, et comparat cum* Ιλ. *γ. 371, vbi πολύκεϛος ἱμὰς eſt lorum bubulum, quo galea Paridis alligata eſt. Eſt nempe κεϛὸς compunctus, punctis multis acu factis, vel ornatus, vel firmatus : Quod ad conſutos illos ex pluribus coriis* caeſtus *optime quadrat. Iam illud de diphthongo et declinatione non ſatis certum eſſe diſcrimen, doceat* Nonius 8, 71 Ceſtis, *pro* Ceſtibus. Varro vae victis, *περὶ φιλονεικίας,* Dicat pugil is, ſpectatores, *(ſic lego, pro eo, quod dedit Mercerus* pugilis ſpectatoris) qui miſerum putatis vinci, quaero a vobis, ſi aduerſarius ſupercilia mi ceſtis diſcobinarit, num quis veſtrum ſua mihi eſt daturus ? *Quare eiusdem originis et ſignificationis puto* Ceſtum Veneris, *et* Caeſtus pugilum : *receptam Orthographiam loco non moueo. Habet his ſimilia etiam Turn. 14, 4. quo minus haec poſuiſſe poeniteat.* Spargere Stat. Achill. 2, 40.

CAESVLIAE, *vid. poſt* CAESIVS.

CAESVM, i, *vid.* CAEDO.

CAESVRA, CAESVRATIM, CAESVS, *vid.* CAEDO.

## C A E T

CAETABVLVM, i. n. *Vox nihili, quae tamen obſedit libros.* Cato de R. R. 102 Melanthii caetabulum, medici vocant Smyrneum. *Sed reſcribendum,* acetabulum : *Vid. Geſner. Lex. Ruſt.*

CAETERVS, *vel* CETERVS, a, um, *et vſitatius plur.* CAETERI, ae, a. [ἕτεροι] *Reliqui.* Cato R. R. 22, 3 Caeterus ornatus domi, Pompeiis emtus eſt. *Sed Meurſius, et Popma illa verba non agnoſcunt, neque Victorius adeo. Vid. n. 6.* Oſtentans vincentem caeteram aciem Liu. 6, 8. Aetas caetera Virg. Georg. 3, 62. Liu. 21, 7 Supra caeterae modum altitudinis. Pro caetera eius audacia Cic. Verr. 1 c. 2. Cum caetero corpore caput quoque Scribon. 20. Ornauit caetero regio cultu Nep. 14, 3, 1. Plin. Epiſt. 2, 16, 1 Tu quidem pro caetera tua diligentia admones me, *h. e. quam ſoles in aliis quoque rebus praeſtare. Alii codices habent,* Pro certa tua diligentia. *Sed* Plinius *ſic etiam alias, vt* 3, 8, 1 Facis pro caetera reuerentia. Exercitum caeterum *dixere* Gell. 3, 7. *et* Salluſt. Catilin. 69. *et* Curt. 5, 9, 11. Caeteram Graeciam Nep. 4, 2, 4. Cic. Att. 6, 2 Iam caetera iurisdictio, nec imperita, et clemens cum admirabili facilitate. Liu. 35, 30 Caetera multitudo. Caeterum ornatum muliebrem Cic. de Inuent. 1 c. 31. Liu. 22 Inde iam praeda grauis ad Longunticam peruenit : vbi vis magna ſparti fuit, ad rem nauticam congeſta ab Aſdrubale. Quod ſatis in vſum fuit, ſublato, caeterum omne incenſum eſt. *Contrarium* Paucula caetera Lucret. 2, 103. Non abhorret a caetero ſcelere Liu. 1, 48. Caeterum truncum ſepulturae dedit Sueton. Galb. c. 20. Turba Horat. Serm. 2, 8, 26. Vita videlicet caetera eorum, huic ſceleri obſtat, *i. huius ſceleris ſuſpicionem amolitur* Salluſt. Catil. 61. ¶ 2 *Pluralis exempla adferre nihil attinet. Contenti ſimus duobus aut tribus de infinito numero.* Cic. Fam. 4, 4 De reliquis nihil melius ipſo eſt. caeteri et caetera eiusmodi : vt ſi alterutrum neceſſe ſit, audire ea malis, quam videre. Ter. Hec. 4, 2, 25 Quam fortunatus caeteris ſim rebus. Cic. de Inu. 2, 5 c. 1 Quod ſi in caeteris quoque ſtudiis a multis eligere homines commodiſſimum quodque, quam ſeſe vni alicui certo vellent addicere *etc. In neutro praeſertim obſeruanda quaedam ſunt, vt, quod frequenter admodum ſubſtantiue ponitur, pro rebus caeteris.* Caetera mitte loqui Horat. Epod. 13, 10. *Sed maiori etiam ellipſi,* Caetera *abſolute, pro Quantum ad caetera attinet, Graeciſmus eſt non inelegans.* Dira illuvies, immiſſaque barba, Conſertum tegmen ſpinis : at caetera Graius Virg. Aen. 3, 593. Caetera parce puer bello Id. Aen. 9, 656. Craſſus, vir caetera ſanctiſſimus Vell. 2, 46, 2. *Add.* Sall. Iug. c. 89. Egregium caetera virum ſecuta ambitio eſt Liu. 1, 35. Fuluus caetera Horat. Carm. 4, 2, 60. Capillo raro ac circa verticem nullo : hirſutus caetera Suet. Cal. c. 50. Horat. Epiſt. 1, 10, 50 Excepto, quod non ſimul eſſes, caetera laetus. *Pro hoc* Ad caetera *dixiſſe putatur* Horatius Epiſt. 1, 10, 3 Ad caetera paene gemelli. *Sed Bentleius ex optimis MSS. reſtituit* At cetera, *laudatque hoc* caetera *illuſtrantem Heinſium ad* Ouid. Met. 9, 99. ¶ 3 Et caetera, *formula, qua indicamus, aliquid a nobis omitti.* Cic. de Orat. 2, 141 Si mihi filius gignitur, isque prius moritur, et caetera, tum vt mihi ille ſit haeres. Idem in Top. 28 In partitione quaſi membra ſunt, vt corporis, Caput, humeri, manus, latera, crura, pedes, et caetera. *Al. delent τὸ* Et. Cic. in Top. 48 Vt dignitas, indignitas, humanitas, inhumanitas, et caetera generis eiusdem. Idem Att. 2, 19 Eandem virtutem iſtam veniet tempus, quum grauiter gemes, totius theatri clamore dixit, itemque et caetera. Quinctil. 4, 1, 16 Et ſimiliter caetera. *Etiam ſimpliciter, ſine copula, v. g.* Nec frigus, neque item calidum, tepidumque vaporem, caetera Lucret. 2, 857. *Sed etiam in ſuperioribus Tullii locis* ET *delendum eſſe dicunt Lambinus et Gruterus. Sed omnes libri impreſſi* Et caetera *exhibent.* ¶ 4 Cic. de Fin. 1, 26 De caetero, vellem equidem aut ipſe doctrinis fuiſſet inſtructior, *etc.* Plin. 11, 26 ſ. 32 De cetero in ventre nihil eſt. Idem 3, 4 ſ. 5 Oppido de cetero rara. *Add.* Curt. 4, 1, 14. Iuſtin. praef. C. de nouo Cod. fac. §. 3. ¶ 5 Caeterorum et reliquorum appellatione, etiam omnes continentur, vt Marcellus dixit circa eum, cui optio ſerui legata eſt, caeteri Sempronio. Nam tentat, ſi non optet, omnes ad Sempronium pertinere Vlpianus l. 160 D. de verb. ſignif. ¶ 6 *De etymologia et orthographia notandum, in lapidibus et libris fere ſine diphthongo ſcribi. Tamen Grut. p. 801, 11* CAETERISQVE SVIS. *Plerumque tamen per* AE *ſcriptum, indicio eſt, quod excogitarunt etymologiam καὶ ἕτερον, quae, ſi vera eſſet, non diceretur* et caeteri. *Et notum eſt, rariorem vſum eſſe diphthongorum etiam in bonis monumentis. Neutra ergo ratio damnanda. De nominatiuo ſingulari* caeterus *aut* caeter, *ad formam* alter, vter, dexter, Chariſius 1 p. 72 *inter ea refert,* quae, quamuis plurali numero per omnes caſus declinentur, nominatiuum tamen ſingularem vocatiuumque non habent. *De* Caeterus ornatus *ex Catone ſtatim initio vidimus.*

CAETERO. Adu. [τὸ λοιπὸν] Plin. 10, 58 ſ. 79 Palumbes incubat femina poſt meridiana in matutinum, caetero mas. *h. e. quod reliquum eſt temporis. Dictio haec Plinio eſt admodum familiaris.*

CAETEROQVIN, *ſ.* CAETEROQVI. Adu. [τἄλλα] *Idem, quod Alioquin.* Cic. in Orat. 83 c. 25 Adhibet quidem hic ſubtilis, quem, niſi quod ſolum, caeteroquin recte quidam vocant Atticum. Idem Att. 16, 4 Pauca παρὰ λέξιν, caeteroqui et ſatis grauiter, et non contumaciter. *Et* de Natur. Deor. 1, 60 c. 22 Non enim Poëta ſuauis, verum etiam caeteroqui doctus, ſapiensque traditur. *Add.* Fam. 6, 19, 1. *et* 9, 10, 7. *Conf.* ALIOQVIN.

CAETERVM. Adu. [ἀλλὰ, μέντοι] *Non tantum continuandi, ſed quod etiam aduerſandi ſaepe vim habeat, fere vt* Sed, *quicum permutari tum poteſt : ordinarie autem illi reſpondet,* quod reliquum eſt. Ter. Adelph. 4, 7, 18 DEM. Caeterum placet tibi factum ? Idem Eun. 1, 2, 7 Caeterum de excluſione verbum nullum. Elocuta ſum conuiuas, caeterum cura Plaut. Men. 1, 4, 6. Idem Poen. prol. 125 Dehinc caeterum valete. Via breuior, caeterum dierum erat fere decem Nep. 18, 8, 5. *Conf.* Plin. Paneg. 55, 9. Apul. Met. 8 *fin.* Caeterum, Alioquin. Cic. Q. Fratr. 2, 14 Ego me in Cumano et Pompeiano, praeterquam, quod ſine te, caeterum ſatis commode oblectabar. *Etiam a Iuriſconſultis, praeſertim ab* Vlpiano, *pro* Alioquin *accipitur, vt* in l. ſi ſinita. §. poſtea. D. de damno infect. *et* l. iam tamen in princip. D. iudicat ſolui.

CAEYX, *vid.* CEYX.

## C A I

CAIA, *et* CAIANVS. Adi. *Vid.* CAIVS.

CAĬCVS, i. m. [Κάικος] *Phrygiae fluuius ex Myſia veniens, auctore* Plin. 5, 30. Virg. Georg. 4, 370 Saxoſumque ſonans Hypanis, Myſuſque Caicus. *Achilles apud* Ouid. Met. 12, 111 Vel cum purpureus populari caede Caïcus Fluxit. Lucan. 3, 203 Myſiaque, et gelido tellus perfuſa Caïco Idalis. Teuthrantaeus *a monte adiacente* Ouid. Met. 2, 243.

CAIETA. [Καιάττα] *Vrbs et portus Campaniae, ſic a* Caieta *nutrice Aeneae dictus.* Virgil. Aen. 7, 1 Tu quoque littoribus noſtris Aeneia nutrix Aeternam moriens famam Caieta dediſti, *etc.* Seruius. Hanc alii Aeneae, alii Creuſae, alii Aſcanii nutricem volunt. Lectum tamen eſt in Philologis, in hoc loco claſſem Troianorum caſu concrematam. Vnde Caieta dicta eſt ἀπὸ τῦ καίειν. *Apud* Fulg. de Contin. Virg. p. 162 Caieta dicta eſt, quaſi coactrix aetatis. *Nimirum*

CAIO, āre. *Apud veteres fuiſſe volunt Cohibere, coërcere, compeſcere : nam* Caî *ſeu* Kaî *in* Vet. Gloſſ. *ſunt* Cancelli. *Vid.* Scalig. Auſon. Lect. 2, 22 p. 149. Fulgentius *l. c. ſeu* de Contin. Virg. p. 16 ſq. Plautus in Ciſtellaria *(Munkerus coniicit* Clitellaria) comoedi ait, Quid tu amicam times, ne te manuleo caiet.

CAIATIO, ōnis. f. Puerilis caedes *apud* Fulg. *loco modo laudato.* Caedem *hic intelligo non necem, ſed pulſationem, caſtigationem, verbera*

CAIVS, CAIA. [Γάιος, Γαΐα] *Nomina in matrimoniis ſollemniter contrahendis vſitata :* Vbi tu Caius et ego Caia : *quibus verbis, vt Plutarchus ſcribit,* Quaeſt. Rom. 30, *quaſi paciſcitur ſibi commune, cum viro dominium, et par imperium domi : ac ſi diceret.* Vbi tu es familiae princeps ac dominus, ecce ego adſum familiae princeps et domina. *Addit nomen alioquin etiam commune eſſe, vt apud ICtos* Caium, Seium, Lucium, Titium, *et* Dionem, *ac* Theonem *apud Philoſophos : itemque illud* C. Caeciliam *Tarquinii filiorum vni nuptam propter virtutem ei ſtatua in Sancti templo honoratam, et hoc nominis illius vſurpandi affectam honore eſſe.* Cicero *ICtos exagitans* pro Muraen. 27 c. 12 Quia, *inquit,* in aliquibus libris, exempli cauſa, id nomen inuenerunt, putarunt omnes mulieres, quae coëmtionem facerent, Caias vocari : *vbi illud* exempli cauſa *in primis obſeruandum, et ex Plutarcho explicandum eſt. Ad ſolam certe matrimoniorum ſpeciem, quae* per coëmtionem *fierent, non pertinuiſſe illam appellationem, res ipſa loquitur, vt oſtendit* Grupenius de vxore Rom. 5, 5 *ſqq.* Plin. 8, 48 ſ. 74 *illam* Caiam Caeciliam *ipſam* Tanaquilem *facit,* Priſci Tarquinii vxorem, *firmat reliqua.* Quinctil. 1, 7, 28 Gaius C. litera notatur, quae inuerſa Ↄ Mulierem declarat : quia tam Caias eſſe vocitatas, quam Caios, etiam ex nuptialibus ſacris apparet. Epitome de nominum ratione ſub Valerio Maximo, Caia, *inquit,* vſu ſuper omnia celebrata eſt. Fertur enim, Caiam Caeciliam, Tarquinii Priſci regis vxorem optimam lanificam fuiſſe, et ideo inſtitutum eſſe, vt nouae nuptae ante ianuam mariti interrogatae, quaenam vocarentur ? Caiam eſſe ſe dicerent C. Titii *Vltimum nomen* C. Titii *ab antiquis editionibus et quibusdam MSS. abeſt et abeſſe debere contendit Perizonius. Poterat alias maritum generali appellatione ſignificare.* Feſtus, Gaia Caecilia appellata eſt, vt Romam venit, quae antea Tanaquil vocitata erat, vxor Tarquinii Priſci regis Romanorum : quae tantae probitatis fuit, vt id nomen ominis boni cauſa frequentent nubentes, quam ſummam aſſeuerant lanificam fuiſſe ¶ 2 *Caeterum praenomen* Caius, *quod* Gaius *pronuntiatum eſſe indicat* Quinctil. *l. c. et* Diomedes 2 p. 418, a Gaudio parentum *dictum ait* Epitome, *citata p. 881 Torr. Euſtathius autem ad* Ιλ. *β* p. 142, 4 *Baſil. a γαῖα deriuatum ait, vt ſit γάιος terreſtris. Addit ἢ καὶ ἄλλως* Ἰταλιώταις καὶ Ταραντίνοις ὁ μίσθιος *(mercenarius, intell. operi ruri faciundo)* ἔϛι δ᾽ ὅτε καὶ ὁ παχὺς καὶ ἀναίσθητος ἄνθρωπος, *qui totus terra ſiue lutum eſt. Eſt autem triſyllabum.* Martial. 9, 94 Caius prima tremebundus luce ſalutat. Auſonius diſſyllabum fecit Epigr. 75 Quis tu ? Caius, ait *et ſaepius.* Cai, *Vocatiuus* Martial. 2, 30 Quod peto da, Cai : non peto conſilium. ¶ 3 Caî *vel* Kaî *i.* Caii *a* Caius, cancelli *laudantur e* Vet. Gloſſ. *a Scaligero Lect. Auſonn.* 2, 22 ſ. ad Epiſt. 2, 13 p. 571 *Toll.*

CAIĀNVS. Adi. [Καϊανος] Stat. Silu. 4, 9, 22 Emtum plus minus aſſe Caiano. *vid.* AS. Suet. Tito 1 Inſignis annus Caiana nece, *Caii Caligulae.*

CAIŎLVS, i. m. Dimin. a Caius, *i. Puerulus.* Stat. Silu. 1, 6, 17 Molles Caioli Lagunculique, *i. bellaria, Sigilla puerorum referentia.*

CAIPOR, *i.* Caii puer *ſ.* ſeruus Feſtus *in* Quintipor.

## C A L

CALA, ae. f. [κάλα] Seruius *ad* Aen. 6, 1 Calas dicebant maiores noſtri Fuſtes, quos portabant ſerui ſequentes dominos ad praelium. Vnde etiam Calones dicebantur. Nam conſuetudo erat militis Romani, vt ipſe ſibi arma portaret, et vallum. Vallum autem dicebant

cala

calas. Sic Lucilius, *Scinde puer calam, vt caleas*, i. O puer, frange fuſtes, et fac focum. *Add. Heinſ. ad* Sil. 2, 155.

CALABRA, ae. f. [κάλαβρα] Curia dicebatur, vbi tantum ratio ſacrorum gerebatur. *Haec* Feſtus *in* Curia. *Mentionem eius facit etiam* Varro de L.L. 5, 4 p. 49, 28. Macrob. Saturn. 1, 15 Itaque ſacrificio a rege et minore pontifice celebrato, idem pontifex calata, id eſt vocata in Capitolium plebe, iuxta curiam Calabram, quae caſae Romuli proxima eſt, quot numero dies a Calendis ad Nonas ſupereſſent, pronuntiabat. *Et paullo poſt*, Hinc et ipſi curiae, ad quam vocabantur, Calabrae nomen datum eſt, et claſſi, quod omnis in eam populus vocaretur. *Nempe* Claſſis *eſt* κάλασις *pro* κάλησις, κκλησία conuocatio.

CALABARRIO, ōnis, *vel* CALABARRIVNCVLVS, i. m. *Praeco videtur fuiſſe, qui concionem calaret, i. aduocaret in* Curiam Calabram. Gellius 16, 7 *de Laberio*, Calabarriunculos dicit, quos vulgus Calabarriones.

CĂLABRĬA, ae. [Καλαβρία] *Peninſula in extrema Italia, vbi Tarentum, Brunduſium. Vid.* Plin. 3, 11. *Quantitatem doceat* Hor. Carm. 1, 31, 5 Non aeſtuoſae grata Calabriae Armenta.

CALĂBER, bri. [Καλαβρὸς] *Qui ex Calabria eſt, vel Calabriam incolit.* Hor. Epiſt. 1, 7, 14 Non quo more piris veſci Calaber iubet hoſpes, *qui nempe recuſanti ſumere hoſpiti dixit*, Vt libet, haec porcis hodie comedenda relinquis. Apes Calabrae Hor. Carm. 3, 16, 33. Montes Calabri Ouid. de Arte Am. 3, 409. Oues Calabrae *pro Eximiis accipiuntur a* Columel. 7, 2, 3 *vt*, Tarentinae. Perſ. Sat. 2, 65 Et Calabrum coxit vitiato murice vellus, *i. purpura tinxit pretioſam lanam.*

CALABRĬCVS, a, um. Adi. [Καλαβρικὸς] Columel. 12, 49, 3 Verumtamen habetur praecipua in hos vſus olea Calabrica: quam quidam propter ſimilitudinem oleaſtellum vocant. Calabrica *etiam Genus faſciarum vocatur a* Plin. Valer. 3, 13. *Vid. Reineſ. Var. Lect. 2, 8 vnde*

CALABRICO, āre. Plin. Valer. 3, 13 Lanis inuolues et calabricabis.

CALABRIX, icis. f. Spina ſilueſtris, cui tuberes inſeruntur. Plin. 17, 10 ſ. 14. *Add.* Pallad. Sept. 14, 3.

CALAENVM, *vid.* CALENVM.

CALAGVRRIS, *Ciuitas Hiſpaniae* Prudentii *patria, qui de ea* Periſt. 4, 31 Noſtra praeſtabit Calagurris ambos, *Verſus Sapph.*

CALAGVRRITANI, *qui in ea habitant:* Plin. 3, 3.

CALĂIS. [Κάλαϊς] *Boreae et Orithyiae filius, Zethae frater, quos ambo alatos fuiſſe Poëtae fingunt. Vid.* Ouid. Met. 6, 716. Propert. 1, 20, 26 *de Hyla puero*, Hunc duo ſectati fratres Aquilonia proles, Hunc ſuper et Zethes, hunc ſuper et Calais. *Eſt etiam* Calais, *Nomen pueri, apud* Hor. Carm. 3, 9, 14 Me torret face mutua Thurini Calais filius Ornithi, *etc.* ¶ 2 Calais, *Gemma, vid.* CALLAIS.

CALAMĒTVM, i. n. [καλαμών] *Si analogiam ſequamur, fuerit locus calamis conſitus: ſed fragmenta calamorum et arundinum notare videtur* Columel. 4, 27, 1 Sic deinde ordinata vineta feſtinabimus emendare, ſarmentisque et calametis liberare. *Variat lectio, cum ſint, qui* calamitis, calmetis, calamentis *habeant.*

CALAMINA, ae. *Lacus nomen in Lydia, in quo ſunt inſulae ſaltantes.* Plin. 2, 95 In Vadimonis lacu — In Lydia quae vocantur Calaminae, non ventis ſolum, ſed etiam contis, quo lubeat impulſae — Sunt et in Nymphaeo paruae Saltuares dictae: quoniam in ſymphoniae cantu ad ictus modulantium pedum mouentur. Varro de R. R. 3, 17, 4 *poſt mentionem Lydiae*, Cum eodem tempore ibi inſulas Ludinorum (*Scal.* Ludianorum, *i.* Lydianorum, *vt* Aſiani) choreuſas vidiſſes. *Amplificat, forte ex alio Varronis loco* Martian. Cap. 9, 1 p. 14 Nonne ipſius vetuſtatis perſuaſione compertum, in Lydia lympharum (*ſ.* Nympharum) inſulas dici, quas etiam recentior aſſerentium Varro ſe vidiſſe teſtatur; quae in medium ſtagnum a continenti procedentes cantu tibiarum primo in circulum motae, dehinc ad litora reuertuntur. *Turnebus ad* Varron. *l. c. ſiue Adu.* 4, 6 *conficit ex loco Graeci ſcriptoris Solionis, Lacum eſſe* Calaminam, *prope fuiſſe* Nympharum templum, inſulas *dictas* Saltuares. *Porro* Saltuares *eſſe eaſdem* Choreuſas *i.* χορευτὰς Varronis, *monuit Scaliger.*

CALAMINTHA, ae, *vel* CALAMINTHE, es. f. [καλαμίνθη] *Species menthae vel pulegii, in quem* Siſymbrium *degenerat ap.* Plin. 19, 10 ſ. 57. *Add.* Apul. de Herbis c. 70.

CALAMIS, idis. m. [Κάλαμις] *Nomen ſtatuarii, qui equos abſolutos et perfectos effinxit.* Ouid. ex Pont. 4, 1, 33 Vindicat vt Calamis laudem quos fecit equorum. *Huius meminit* Plin. 34, 8. *et* Quinctil. 12, 10, 7.

CALAMISTER, i. m. *et* CALAMISTRVM, i. n. [καλαμὶς, ψάλλιντρον] Acus maior, quae calefacta et fronti adhibita intorquet capillos, *vt ait ad* Aen. 12, 100 Seruius. Varro de L. L. 4, 29 Calamiſtri, quod his calefactis in cinere, capillus ornatur, *quae alluſio potius eſt, quam etymologia; aperte enim eſt a Graeco* καλαμίς. Non. 15, 7 Calamiſtrum, fiſtula breuis, qua cirri continentur. Cic. Poſt red. in Senat. 15 Non te illius vnguentorum odor, non vini anhelitus, non frons calamiſtri notata veſtigiis, in eam cognitionem adducebat? Crines conuertere calamiſtro Petron. c. 102. *Metaphor.* Cic. de Clar. Orat. 62 c. 75 Atque etiam commentarios quosdam ſcripſit rerum ſuarum, valde quidem, inquam, probandos: nudi enim ſunt, recti et venuſti, omni ornatu orationis tanquam veſte detracta: ſed dum voluit alios habere parata, vnde ſumerent, qui vellent ſcribere hiſtoriam, ineptis gratum fortaſſe fecit, qui volunt illa calamiſtris inurere: ſanos quidem homines a ſcribendo deterruit. *De Caeſare et eius commentariis loquitur.* Cic. in Orat. 78 c. 23 *de oratione ſubtili*, Tum remouebitur omnis inſignis ornatus quaſi margaritarum: ne calamiſtri quidem adhibebuntur. Fucati vero medicamenta candoris et ruboris omnia repellentur.

CALAMISTRĀTVS. Adi. [καλαμιδωτὸς] *Calamiſtris ornatus.* Cic. Poſt red. in Sen. 12 c. 6 Cur in helluationibus huius calamiſtrati ſaltatoris tam eximia virtus tamdiu ceſſauit? Cic. pro Sext. 18 c. 8 Alter vnguentis affluens, calamiſtrata coma, deſpiciens conſcios ſtuprorum, ac veteres vexatores aetatulae ſuae, *etc. Conf.* Plaut. Aſin. 3, 3, 37 Cinaede calamiſtrate.

CALAMITAS, CALAMITOSVS, *vid.* CALAMVS.

CALAMITAE. [καλαμῖται] *Ranae minimae, et viridiſſimae, quae a quibusdam Diopetes vocantur. Sic dictae, quod inter calamos verſentur.* Plin. 32, 7 ſ. 24. *et* c. 10 ſ. 50. *Claſſicus quaſi locus eſt* 32, 10 ſ. 42 Rana quam Graeci calamiten vocant, quoniam inter arundines et fruteta viuat, minima omnium et viridiſſima.

CALAMOCHNVS. [καλαμόχνους] Plin. 32, 10 ſ. 52 Inter aquatilia dici debet et calamochnus (*q. d. lanuginem arundinis*) Latine Adarca appellata. Naſcitur circa arundines tenues e ſpuma aquae dulcis ac marinae, vbi ſe miſcent. Vim habet cauſticam *etc.*

CALĂMVS, i. [κάλαμος, δόναξ] *Frutex aquaticus: qui et* Arundo *dicitur: quamuis* Arundo *interdum magis proprie dici videatur, quae craſſior ac longior eſt, ſcriturque ad vſum praecipue vinearum;* Calamus, *gracilis, tenuisque, et tibiis fere ac ſcripturae aptus.* Canna *maior calamo, ſed minor* arundine: *et ſemper fere ſua ſponte proueniens. Sed perpetuum illud diſcrimen praeſtare non auſim. Quin in vna Syringis fabula* Ouidius Met. 1, 706 *ſqq.* Cannas, arundinem, calamos *de vna eademque re dixit.* Plin. 16, 36 ſ. 64 Noſtratibus (calamis) fungoſior ſubeſt natura, cartilagine bibula, quae cauo corpore intus ſuperne tenui inareſcit ligno: fiſſilis, praeacuta ſemper acie, geniculata. Caetero gracilitas nodis diſtincta, leui faſtigio tenuatur in cacumina, craſſiore panniculae coma, neque hac ſuperuacua, *etc. Sunt enim plurima: quae in primis ad noſtram rem pertinent, ea dedimus ſupra in* ARVNDO. *Hic notamus, apud Poëtas praeſertim late patere hanc appellationem, vt ſtirpium omne genus cauum, geniculatum complectatur, itemque ſi quid inſtrumenti e calamo, vel ad calami ſimilitudinem, paratum ſit.* Lucret. 5, 1381 Et Zephyri caua per calamorum ſibila primum Agreſtes docuere cauas inflare cicutas. Calamo acuto incidere oliuas Pallad. 12, 22, 3. Plin. 6, 30 Pars etiam ore concreto et naribus carens, vno tantum foramine ſpirat, potumque calamis auenae trahit. Virg. Georg. 1, 76 Calami fragiles Lupini. *Add.* Pallad. 12, 1, 2. ¶ 2 Calamus, *pro fiſtula, quam paſtores ex culmis frumentorum componere ſolent.* Virg. Ecl. 5, 2 Tu calamos inflare leues, ego dicere verſus. Tenuem auenam *et* arundinem *alias vocat.* Id. Ecl. 1, 10 Ludere quae vellem calamo permiſit agreſti, *Carmen bucolicum ſ. paſtoricium.* Arguti calami Sil. 13, . . Tibicen vbi canit Phryx Curuo graue calamo Catul. 61, 22. *quod prope* ἄκυρον. Diſpares calami cerae compagine inter ſe iuncti Ouid. Met. 1, 711. Hiantes calamos labro percurrere Lucret. 4, 592. *de eadem re.* Impari tauros calamo vocauit Sen. Hippol. 298. *de Apolline paſtore.* Aequiparare calamis aliquem, *i. arte canendi fiſtula* Virg. Ecl. 5, 48. Coniungere cera calamos Virg. Ecl. 2, 32. *Et mox* v. 34 Nec te poeniteat calamo triuiſſe labellum. ¶ 3 Calamus, *Virga ad decipiendas aues viſco illita.* Martial. 13, 68 Galbula decipitur calamis, et retibus ales. Volucrem calamo ſequi Sil. 7, . . . Sen. Octau. 411 Calamo leui decipere volucres. *Add.* Prop. 2, 15, 24. ¶ 4 Calamus, *Surculus, qui ramo inſeritur:* Plin. 17, 14 Quod ſi longius afferantur pomorum calami, rapo infixos optime cuſtodire ſuccum arbitrantur. Ibid. Cuſpidatim deciſus deſcendat in rimam calamus. *Et* Calamus ad corticem vsque ſuum deprimatur. *Pro alio ſurculo ad ſignandum locum adhibito* Col. 3, 15, 1. *et* 4, 4, 1. ¶ 5 Calami, *pro Telis et ſpiculis aut ſagittis.* Plin. 16, 36 ſ. 64 Calamis Orientis populi bella conficiunt: calamis ſpicula addunt irreuocabili hamo noxia. Mortem accelerant pinna addita calamis — His armis Solem ipſum obumbrant. — Nullus ſagittis aptior calamus, quam in Rheno Bononienſi amne, cui et plurima ineſt medulla, ponduſque volucre *etc.* Ouid. Met. 8, 30 Impoſito patulos calamo ſinuauerat arcus. ¶ 6 Calamus, *quo ſcribebant, vti nunc fere penna. Sic etiam Graeci* Temperat, γλύφει κάλαμον Vet. Gloſſ. Calamo et atramento temperato, charta etiam dentata res agetur Cic. ad Q. Fr. 2, 15. Quicunque calamus in manus meas venerit Id. ib. p. p. Martial. 7, 10 Cogis me calamo, manuque noſtra Emendare meos, Pudens, libellos. Cic. Att. 6, 8 Quum inſtituiſſem ad te ſcribere, calamumque ſumſiſſem, *etc.* Inque manus chartae, nodoſaque venit arundo: Tum queritur, craſſus calamo quod pendeat humor Perſ. 3, 11. Chartis ſeruiunt calami, Aegyptii maxime, cognatione quadam papyri Plin. 16, 36 ſ. 64. Celſ. 7, 11 Enodem ſcriptorium calamum in narem eſſe coniiciendum, donec furſum ad os perueniat. Id. 7, 27 Si qua (medicamenta) erunt arida, per ſcriptorium calamum inſpirabuntur. *Add.* Scribon. 10, 47. Transuerſo calamo ſignum atrum allinere incomtis verſibus Hor. in Arte Poët. 446. Calamum intingere, *vid.* INTINGO. ¶ 7 Calamus odoratus, [κάλαμος μυρεψικὸς *Dioſcoridi*] *Arundini ſimilis eſt aſpectu, multis geniculatus nodis.* Plin. 12, 22 ſ. 48 Calamus quoque odoratus in Arabia naſcens, communis Indis atque Syriae eſt *etc. Comparat deinde cum iunco.* Calamus praeſtantior odore, ſtatim e longinquo inuitat, mollior tactu meliorque, qui minus fragilis, et aſſuloſe potius, quam raphani modo frangitur. *Meminit etiam* 33, 11 ſ. 22. *Add.* Cato R. R. 105, 2. Colum. 12, 52, 2. Veget. Mulom. 4, 13, 3. Scribon. 269. ¶ 8 *Fabulam* Calami, *Maeandri fluuii, filii, qui in arundinales ſiue paluſtres* calamos verſus, Seruius *refert ad* Virg. Ecl. 5, 48.

CALAMARIVS, a, um. *vt*, Suet. Claud. 35 Sero ac vix remiſit, ne — cuius comiti aut librario calamariae aut graphiariae thecae adimerentur, *de ſolicitudine Claudii, et metu a percuſſoribus. Sunt igitur* thecae calamariae, *in quibus calami ſeruantur ad ſcribendum.*

CALAMĪTAS, ātis. [συμφορὰ] proprie Calamitatem ruſtici grandinem dicunt, quod comminuat calamum, hoc eſt culmum ac ſegetem. *Haec ad* Ter. Eun. 1, 1, 34 Ipſa egreditur, noſtri fundi calamitas, Donatus. Plaut. Caſin. 5, 2, 34 Profecto hercle non fuit quidquam olerum: niſi quidquid erat, calamitas profecto attigerat nunquam. *De infortunio et caſu aduerſo* Ter. in prol. Hec. 30

Hecyram ad vos refero, quam mihi per ſilentium
Nunquam agere licitum eſt: ita eam oppreſſit calamitas.
Eam calamitatem veſtra intelligentia
Sedabit.

*De praelio aduerſo* Caeſ. Bell. Gall. 8, 19 Quum interim nulla calamitate victus Correus, excedere praelio, ſiluasque petere, aut inuitantibus noſtris, ad deditionem potuit adduci. *Et mox* c. 20 Quum victos tanta calamitate exiſtimaret hoſtes. Cic. Verr. 1, 44 Quacunque iter fecit, eiusmodi fuit, non vt legatus pop. Romani, ſed vt quaedam calamitas peruadere videretur. *Omnia diuexata, omnia exhauſta, omnia diſiecta, quaſique grandine ac procella proculcata obtritaque indicat.* Calamitas in amore Ter. Heaut. 2, 4, 15. Ictu alicuo nouae calamitatis pulſa fides de foro Cic. Agr. 2, 8. Atrociſſima calamitas Paterc. 2, 119, 1. Communis calamitas, *vid.* COMMVNIS. Inſignis calamitas accidit Paullus in l. ſi ab arbitro. D. Qui ſatisd. cogantur. In omni vita nihil eſt ad laudem illuſtrius quam calamitas Cic. pro Domo c. 32. ¶ 2 *Formulae verborum.* Abeſt calamitas ab aliquo Cic. Q. Frat. 1, 1. Accidit calamitas Cic. Verr. 5, 105. Accipere, Afferre Calamitatem, Afficere calamitate, Afflixit hunc calamitas, Capere calamitatem, *vid. ſub his*

*his verbis.* Videbam, perniciem meam cum magna calamitate reip. eſſe coniunctam Cic. Catil. 1 c. 5. Detrahere Cic. Poſt redit. ad Quirit. 6. Ferre calamitatem Nepos 20, 1, 4 Quam calamitatem ita moderate tulit, *etc. de Caecitate.* Calamitatem belli diutius ferre non poſſe Nep. 22, 1, 3. Haurire Cic. pro Domo 30. Importare calamitatem conſeruatoribus ſuis, Incidit amori noſtro calamitas, Inferre calamitatem ciuitati, *vid. ſub his verbis.* Inſigniri calamitatibus Suet. Calig. 31. Leuare calamitatem innocentem, *vid.* LEVIS. Cic. . . His aliquando calamitatibus liberetis. Machinari calamitatem Auct. ad Heren. 4, 13. Prohibere calamitate Cic. pro Lege Manil. 18. Serpit calamitas Pſeudo-Cic. Anteq. iret in exil. 14. Subire calamitatem Cic. ad Brut. 12. Magnae eſſe calamitati Nep. 14, 6, 6. Tabeſcere in calamitate Cic. Att. 3, 25. Tolerare calamitatem Id. Fam. 4, 6. Trahere in calamitatem Cic. pro Lege Manil. 19.

CALAMITOSVS, a, um, Adi. [ὀϊζυρὸς] *Cui calamitas accidit, aut ſolet adeo accidere. Proprie igitur et ipſum ad agros pertinet. v. g.* Plin. 18, 7 Hordeum ex omni frumento minime calamitoſum: quia tollitur, antequam triticum occupet rubigo. Calamitoſus ager *apud* Catonem 35, 1. *et* Calamitoſum caelum 1, 2. Cic. Agrar. 2, 80 c. 29 At vero hoc agri Campani vectigal, cum eiusmodi eſt, vt domi ſit, et omnibus praeſidiis oppidorum tegatur: tum neque bellis infeſtum, nec fructibus varium, nec caelo ac loco calamitoſum eſſe ſolet. *Deinde vniuerſim* Calamitoſus, *Aerumnoſus eſt*, malis calamitatibusque praegrauatus, *inquit* Nonius 1, 143. Cic. Diuin. in Caecil. 70 Honoris ampliſſimi puto eſſe, accuſare improbos: et miſeros, calamitoſosque defendere. Quis vllam calamitoſis deberi putat gratiam Vell. 2, 53, 2. Calamitoſiſſimus omnium Regulus Sen. Ep. 71. Calamitoſus, *etiam qui calamitatem infert; vt,* Fama calamitoſa Cic. pro Cluent. . . . Fuga calamitoſa patriae, nobis glorioſa Cic. de Diuin. 1, 59 c. 28. Cato R. R. pr. 3 Periculoſum et Calamitoſum mercatura. Otium calamitoſum Cic. de Fin. 5, 54 c. 19. Praetura calamitoſa Verris Cic. Verr. 4, . . . Tempeſtas calamitoſa Id. Verr. 1, 96 c. 38. O rem miſeram et calamitoſam Cic. pro Roſc. Am. c. 28. Vis calamitoſae tempeſtatis ſi contigerit. Vlp. in l. ex conducto. D. Locati. Bellum calamitoſiſſimum Cic. Fam. 6, 21.

CALAMITOSE. Adu. [ὀϊζυρῶς] *Miſere.* Cic. Off. 2, 105 c. 29 Nam quod aiunt, minima de malis, id eſt, vt turpiter potius, quam calamitoſe: an eſt vllum maius malum turpitudine?

CALAMITO, āre. Calamitoſum reddere. Cathol.

CALANTICA, *ſiue, vt meliores,* CALAVTICA, ae. f. [κρήδεμνον, κεφαλοδέσμιον, ἢ ἐπιβόλαιον] Tegmen muliebre, quod capiti innectitur. Cic. in Clodium, Tunc, quum vincerentur pedes faſciis, quum calauticam capiti accommodares? *Haec* Nonius 14, 2. Auſon. Periocha Odyſſ. 5 Quae (*Ino Dea*) calanticam capiti ſuo demtam natanti accommodat. *Κρήδεμνον eſt apud Homerum, quod interpretantur Graeci* κάλυμμα κεφαλῆς παραμῆκον μέχρι τῶν ὤμων *tegumentum capitis ad humeros demiſſum.* Hygin. f. 125 Balteum *appellat*, quo ſibi pectus vinciret, ne peſſum abiret. *Potuit velo vti pro balteo. Sed etiam* Gloſſ. Philox. Cacautica (*ſic eſt pro* Calautica) ἢ δος ζώνης. Seruius *ad* Aen. 9, 616 Mitrae feminarum, quas Calanticas dicunt. *Vtitur etiam* Vlpianus l. 25 §. 10 Dig. de Auro arg. mundo *vbi Florentinus liber* Calautica *habet, quod defendit etiam Cuiac. Obſſ. 10, 17. alii* Calatica. Calautica *etiam ex MSS. eſt* Arnob. 2 p. 59. *et defendit Salmaſ. ad* Solin. p. 392, b B. *deriuatque ex Gr.* καλυπτική. *Adi Vinetum ad* Auſon. *l. c. et Voſſ. Etym. p. 91. Conf.* DECALATICO.

CALARIS, CALARITANVS, *vid.* CARALIS.

CALASIS, *ſ. vt quidam* CALASSIS, Tunicae genus, quod Graeci καλάσιριν dicunt. Alii dicunt Nodum eſſe tunicae muliebris, quo connexa circa ceruicem tunica ſummittitur. *Haec* Feſtus. *Scaliger ait, eſſe* χάλασιν, *laxamentum tunicae nodo retentum. Eadem videtur* Aclaſſis.

CALASTER, *vid. infra* CATLASTER.

CALASTICVS, a, um. Adi. Th. Priſc. de Diaeta cap. 9. Octau. Horat. 1, 7 *et* 15 *videtur eſſe* χαλαστικὸς *vim laxandi et reſoluendi habens. Vid.* CHALASTICVS.

CALATA, *vid.* CALO.

CALATHVS, i. m. [κάλαθος] Feſtus: Calathos Graeci, nos dicimus Quaſillos. Porphyrio, Vas vimineum, in qua mulieres penſa vel tramam reuoluunt. Nec calathis adſueta manus operataque fuſo Sil. 2, 70. *Ex* Virg. Aen. 7, 805 Non illa colo calathiſue Mineruae Femineas aſſueta manus. Ouid. Met. 12, 475 Columque I cape cum calathis. *Exprobratio animi vel corporis effeminati.* Ouid. Faſt. 4, 435 Haec implet calathos lento de vimine nexos. Ouid. Epiſt. 9, 76

Non fugis Alcide victricem mille laborum
Victricem Calathis impoſuiſſe manum:
Craſſaque robuſto deducis pollice fila *etc.*

Iuuen. Sat. 2, 54 Vos lanam trahitis, calathisque peracta refertis Vellera, *etc. Sed tamen aliis etiam adhibetur:* Virg. Ecl. 2, 45 — tibi lilia plenis Ecce ferunt nymphae calathis. ¶ 2 Calathus, Vas aereum, in quo lac vel recens caſeus in vrbe diſtrahitur, Seru. *ad* Virg. Georg. 3, 400

Quod ſurgente die mulſere, horisque diurnis,
Nocte premunt: quod iam tenebris et ſole cadente,
Sub lucem exportant calathis.

*Sed* Colum. 7, 8, 3 *de caſeis faciendis,* Confeſtim cum concreuit liquor (*lac in multra*) in fiſcellas, aut in calathos vel formas transferendus eſt. *Sic* Col. 10, 397 Calathis infuſum lac. Calathus, *Calix ad ſacrificium aptus.* Virg. Ecl. 5, 71 Vina nouum fundam calathis Ariuſia nectar. *Et* Propert. 2, 15, 50. *it.* Martial. 9, 59. ¶ 3 Calathum *vocat, quem calicem alias appellant in floribus,* Auſon. Eidyll. 14, 31. *Nempe recte* Calathum *Hermolaus Turbinem rectum vocat; cui opponitur Meta, i. Turbo inuerſus.* Plin. 21, 5 Candor eius eximius, foliis foris ſtriatis, et ab anguſtiis in latitudinem paullatim ſeſe laxantibus, effigie calathi. *Sic* Colum. 10, 240 *de cinara,* Nunc pinea (*i. tanquam pinea*) vertice pungit, Nunc ſimilis calatho. *i. ſupra aperta et latior eſt.* Calathus *eſt, quod in capite columnarum Corinthii ordinis conſpicitur.* Vitruu. 4, 1 p. 61 Eius capituli prima inuentio ſic memoratur eſſe facta. Virgo ciuis Corinthia ——— Tum Callimachus — praeteriens hoc monumentum, animaduertit eum calathum, et circa foliorum naſcentem teneritatem, delectatusque genere et formae nouitate ad id exemplar columnas apud Corinthios fecit, *etc.*

CALATHISCVS. Dimin. [καλαθίσκος] Catull. 65, 310 Ante pedes autem candentis mollia lanae Vellera virgati cuſtodibant calathiſci. *Vid.* Petron. 41 *vbi calathiſcum vuarum etiam figura declarat Burmannus.*

CALATHIANA, ae. f. Violae genus, a calathi figura. Plin. 21, 6 ſ. 14 *Alii legunt* Calthiana, *al.* Calatina.

CALATIA, ae. f. *Oppidum Campaniae. Quantitatem doceat* Sil. 8, 544 — nec paruis aberat Calatia muris.

CALATOR, *vid.* CALO.

CALAVREA, *ſiue* CALAVRIA. [Καλαύρεα ſ. Καλαυρία] *Inſula maris Mediterranei in ſinu Argolico contra Troezenium, Demoſthenis interitu nobilitata* Plin. 4, 12 ſ. 19 *De qua inſula prouerbio datus locus,* pro Delo Calauria, *in mutui beneficii memoria. Fertur enim in fabulis, Neptunum cum Latona permutationem feciſſe, et data Delo, Calauriam habitaſſe. Vid. Eraſmi Chiliadas. Hinc intelligas illud* Ouid. Met. 7, 384 Inde Calaureae Latoidos aſpicit arua. *Vid. Burm.*

CALAVTICA, *vid.* CALANTICA.

CALAZOPHYLACES, *vid.* CHALAZOPHYLACES.

CALBEI, *auctore* Feſto dicebantur Armillae, quibus triumphantes vtebantur, et quibus ob virtutem milites donabantur, *vid.* GALBEVM.

CALCANEVS, CALCAR, *vid.* CALX.

CALCARIVS, CALCATORIVM, CALCATVS, *vid.* CALX, Lapis coctus.

CALCEARIVM, CALCEAMEN, CALCEAMENTVM, CALCEATVS, *vid.* CALX, *pro poſteriore parte pedis.*

CALCEDONIA, *vid.* CHALCEDON.

CALCENDIX, Feſto, Conchae genus *eſſe dicitur: ſed non inuenio.*

CALCEO, as, CALCEOLVS, CALCEVS, *vid.* CALX, *pro poſteriore parte pedis.*

CALCES, Feſto Ampullae plumbeae, *quid ſibi velint, non dixerim.*

CALCHAS, antis [Κάλχας] *Theſtoris Troiani filius, augur maximus, cuius conſilio vſi ad Troiam Graeci.* Virg. Aen. 2, 122 Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu Protrahit in medios. V. Sil. 13, 38.

CALCHEDONIVS, *vid.* CARCHEDONIVS.

CALCIARIVM, *vid.* CALX, *pro poſteriore parte pedis.*

CALCIFRAGA, ae. [ἔμπετρος] *Herba in maritimis montibus fere in ſaxo naſcens, a calculis frangendis ita dicta, de qua vid.* Plin. 27, 9 ſ. 51. Herba σκολοπένδριον, quam nos calcifragam appellamus Scribon. 150.

CALCITRO, CALCO, *vid.* CALX.

CALCVLVS, i. m. [ψηφὶς, ψῆφος] Lapis breuis terrae admiſtus: ſic dictus quod ſine moleſtia ſui breuitate calcetur. *Sic* Seruius *ad* Virg. Georg. 2, 180 Tenuis vbi argilla, et dumoſis calculus aruis. *Melius dixiſſet, eſſe diminutiuum a* Calx, *i. lapis.* Cic. de Orat. 1, 262 c. 61 Qui etiam coniectis in os calculis, ſumma voce, *etc.* Quinctil. 12, 10, 25 Qui tenui venula per calculos fluunt *de oratoribus nimis ieiunis et Pſeudo-Atticis.* ¶ 2 Calculus, *Lapillus in corpore, veſica, renibus, ex quo maximus cruciatus gignitur.* Plin. 11, 37 Sed hominum quibusdam diro cruciatu ſubinde naſcentes calculi et ſetarum capillamenta. Id. 33, 1 ſ. 27 In ſanguinis fluxione pol excifos calculos. Celſ. 7, 26 Sunt enim quidam non aſperi tantum modo, ſed ſpinoſi quoque calculi, qui per ſe quidem delapſi in cei vicem ſine periculo eximuntur. Calculis demum per vrinam eiectis leuabatur Suet. Aug. 80. ¶ 3 Calculi, *quos* Latrones *ſe* latrunculos *appellarunt veteres, quibus luditur in alueolo.* Gell. 14, Cur tandem non de alea quoque, ac de calculis et alueolo audent dicere, quinam ibi ludentium vincat? Martial. 14, 17 *In* tabulam luſoriam, Haec mihi biſſeno numeratur teſſera puncto, Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit. Martial. 14, 20 Gemmeus iſte tibi miles et hoſtis erit. Ouid. Art. 2, 207 Siue latrocinii ſub imagine calculus ibit, Fac pereat vitreo miles ab hoſte tuus. Id. Art. 3, 357 Cautaque non ſtulte latronum praelia ludat, Vnus cum gemino calculus hoſte perit. *Et* Triſt. 2, 478 Diſcolor vt tecto graſſetur limite miles, Cum medius gemino calculus hoſte perit. Tecto limite *legendum puto, i. via occulta, non* recto, *quod rationibus ludi adverſum videtur.* Val. Max. 8, 8, 2 *De Scaeuola,* Alueo quoque et calculis interdum vacaſſe dicitur. *Hoc quidem de* ludo duodecim ſcriptorum *intelligendum eſſe videtur, vt infra in* SCRIPTVM *ſub* SCRIBO *oſtendimus, vbi etiam formulam* Reducere calculum *explicomus.* Plin. Ep. 7, 24, 5 Laxare animum luſu calculorum. Calculorum *illum luſum cum Scacho hodierno multa habuiſſe communia, non negabit, qui huius non imperitus cognoſcere volet iſta Lucani vel quisquis auctor eſt* ad Piſones v. 178

Te ſi forte iuuat ſtudiorum pondere feſſum
Non languere tamen, luſusque mouere per artem,
Callidiore modo tabula variatur aperta
Calculus, et vitreo peraguntur milite bella,
Vt niueus nigros, nunc et niger alliget albos.
Sed tibi quis non terga dedit, quis te duce ceſſit
Calculus? aut quis non periturus perdidit hoſtem?
Mille modis acies tua dimicat, ille petentem
Dum fugit, ipſe rapit: longo venit ille receſſu,
Qui ſtetit in ſpeculis, hic ſe committere rixae
Audet, et in praedam venientem decipit hoſtem.
Ancipites ſubit ille moras, ſimilisque ligato
Obligat ipſe duos: hic ad maiora mouetur,
Vt citus et fracta prorumpat in agmina mandra,
Clauſaque deiecto populetur moenia vallo.
Interea ſectis quamuis acerrima ſurgant
Praelia militibus, plena tamen ipſe phalange,
Aut etiam pauco ſpoliata milite vincis,
Et tibi captiua reſonat manus vtraque turba.

*Totum deſcribere locum non piguit, cum ſtudioſi multi careant illo carmine: et ita diſertus ſit, vt vix dubitationem relinquat. Itaque illo in primis vſus eſt ad declarandum calculorum ludum Salmaſ. ad* Vopiſci Proc. 13 p. 737 *ſqq.* ¶ 4 *De* calculis *felicitatis indicibus* Plin. 7, 40 Vana mortalitas — computat more Thraciae gentis, quae calculos colore diſtinctos pro experimento cuiusque diei in vrnam condit, ac ſupremo die ſeparatos dinumerat, atque ita de quoque pronunciat. Quid quod iſte calculi candore illo laudatus dies originem mali habuit. Plin. Epiſt. 6, 11 O diem laetum, notandumque mihi candidiſſimo calculo. *Vid.* Martial. 8, 45 Hanc lucem lactea gemma notet. *Vt hic* gemmam *ſumit; ita margaritas adhibet* Stat. Silu. 4, 6, 18 O bona nox — Erythralis Thetidos ſignanda lapillis. *Add.* Mart. 9, 53, 4: *in primis* 12, 34 Et ſi calculus omnis huc et illuc Diuerſus bicolorque digeratur, Vincet candida turba nigriorem. ¶ 5 Calculi *etiam vocantur, quibus in rationibus ducendis putandisque vtebantur, qui valent vniones, decades, centenarios*

*rios, millenarios, pro lineis, in quibus ponuntur. Vid. Gron. de Pec. Vet.* 3, 15 p. 237 *qui recte inde explicat illud* Petron. c. 80. Nomen amicitiae ſi quatenus expedit haeret, Calculus in tabula mobile ducit opus. *Hinc* calculi *etiam pro ipſis Rationibus accipiuntur : Sic in* Zenonis conſtitutione, l. vnica. C. vt omn. iudic. quum iudices multam L. Librarum auri publicis calculis inferre *iubentur*, rationes publicas *intelligimus, et quum de* errore calculi tractatur. *Vid. A. Auguſtinus lib. ſingul. ad Modeſtinum* p. 462. Cic. de Amicit. 58 c. 16 Hoc quidem eſt nimis exigue et exiliter ad calculos vocare amicitiam, vt par ſit ratio acceptorum et datorum. Imponere calculum Colum. 5, 1. Idem 3, 3 Diligens ratiocinator calculo poſito videt id genus agricolationis maxime rei familiari conducere. Plin. Epiſt. 2, 19 *extr.* Omnes, quos ego moui in vtraque parte calculos pone, idque elige, in quo vicerit ratio. Idem in Paneg. c. 20 Aſſueſcat Imperator cum imperio calculum ponere: ſic exeat, ſic redeat, tanquam rationem redditurus, et dicat, quid abſumſerit. *Et* Epiſt. 1, 15, 9 Et ſane de poſteris, et his pluribus cogitanti, hic quoque in conditionibus *(nuptiarum)* deligendis ponendus eſt calculus. Petron. 115 Calculum ſi bene ponas, vbique naufragium eſt. Plin. Epiſt. 5, 2 Accepi pulcherrimos turdos, cum quibus calculum parem ponere nec vllis copiis — poſſum. Cic. Att. 8, 16 (12) Quare nunc ſaltem ad illos calculos reuertamur, quos tum abiecimus, vt, *etc. i. rationem habeamus earum rerum, quarum habendam tum non duximus.* Cic. de Fin. 2, 60 c. 19 Quid fortes viri? voluptatumne calculis ſubductis praelium ineunt? Colum. 1, 3 Sed et agrum paraturis dictum intelligatur, ne maiorem, quam ratio calculorum patiatur, emere velint. *Sic* Vlpian. l. furti §. vlt. D. de his, qui not. infam. Calculum *vocat* rationem impenſarum, quas alter contrahentium alteri debet. Quinct. 12, 11, 18 Calculorum anxiae ſolicitudines. ¶ 6 Calculus, *pro* Tabella *quoque* iudicis, *et* ſententia *vſurpatur*, l. Si actor. C. de appell. l. 4 C. de auctor. praeſt. *Sed nusquam elegantius, quam* a Iuſtiniano in l. Rem non nouam. C. de iudic. Cui enim, *inquit*, non eſt cognitum, antiquos iudices non aliter iudicialem calculum accepiſſe, niſi prius ſacramentum praeſtitiſſent, omnimodo ſeſe cum veritate et legum obſeruatione iudicium ſuſcepturos? *Hinc*, Adiicere cui album calculum Plin. Epiſt. 1, 2. *i. Abſoluere vel probare adeo.* Demittere calculum atrum in vrnam Ouid. Met. 15, 44. Apul. Met. 10 p. 242 Cum iam ſententiae — in vrnam aeneam deberent conici: quo ſemel conditis calculis — nihil poſtea commutari licebat — vnus — orificium vrnae manu contegens, ne quis mitteret calculum temere. Cauſa pauciſſimorum calculorum, *i. Non magni momenti, vbi pauci iudices vel arbitri* Quinctil. 8, 3, 14. *De* Mineruae calculo, *vid.* MINERVA. ¶ 7 Calculus *etiam eſt Ponderis nomen.* Excerpta veterum de ponderibus, *quae in* Gromaticorum ſcriptorum *corpore* Rigaltius *edidit* p. 322 *Goeſ.* Ponderum pars minima Calculus eſt, qui conſtat ex granis ciceris duobus, et apud quosdam ſiliqua penſante, quae tribus granis hordei declaratur. Duo calculi Ceratium faciunt. Quatuor calculi, ſiue duo ceratia, obolum reddunt.

CALCVLARIVS, a, um. Adi. vt Calcularius error Modeſtin. ICt. *vid.* Expungere rationes, in EXPVNGO.

CALCVLŌSVS, a, um. Adi. *Plenus calculis.* Columel. de Arboribus 21 Ficum frigoribus ne ſerito. loca aprica, calculoſa, glareoſa, interdum et ſaxoſa amat. Ager calculoſus Columel. 3, 11. Plin. 35, 14 Solum calculoſum. ¶ 2 *Qui laborat calculo.* Plin. 21, 18 Quamquam profeſſus efficaciſſimum eſſe aduerſus calculoſos. *Add.* Scribon. 150, 153.

CALCV̆LO, āre. Prudent. Hymno Laurentii v. 131 Nam calculanda primitus, tum ſubnotanda eſt ſummula. *Vſus eſt etiam* Sidonius Epiſt. 9, 7.

CALCVLATIO, onis. f. Cael. Aurel. Tard. 4, 5 ſ. 60 Calculatio, quam Lithiaſin vocant, *inter* tardas paſſiones veſicae *memoratur.* ¶ 2 *Supputatio.* Caſſiodor. Epiſt. 1, 10 Fortunat. 5 ep. proſa 6 ad Syagr.

CALCVLĀTOR, ōris. m. (ψηφιστής] *Supputator, calculandi artifex.* Martial. 10, 62 Nec calculator, nec notarius velox Maiore quisquam circulo coronetur. Sextus Rufus in Breuiar. *pr.* Morem ſecutus calculatorum (*quidam* calculonum) qui ingentes ſummas aere breuiori (*al.* aeris breuioribus) exprimunt. Calculator *igitur est, qui ſuas operas in rationibus ſubducendis locabat, etiam apud* Vlp. l. 7 §. 2 D. de operis libert. Nam huius quoque eſt miniſterium, ſi forte vel librarius, vel nomenculator, vel calculator ſit. *Ant. Auguſtinus lib. ſingul. ad* Modeſt. l. Spadonem. D. de excuſ. tutorum, Calculatores, *inquit, a calculis ducendis dictos arbitror, non geometras, vt Accurſius et Albericus exiſtimant, ſed qui rationibus conficiendis adhiberentur. Haec ille, quem vide.*

CALCVLENSIS, e. Calculenſe genus purpurae *vocatur a* Plinio 9, 37 ſ. 61 A calculo maris, mire aptum conchyliis, et longe optimum purpuris. *Sic Hard. Al.* Calculoſae appellantur a calculo maris mire apto *etc.*

CALCV̆LO, ōnis. m. Idem Ruf. Feſtus Breuiar. Rer. Rom. *pr. Sed dubitatur de lectione. Receptam ab Hauercampo modo dedimus in* Calculator. *Laudatur* et Auguſtin. l. 2 contra Acadd. Quibus duobus repertam nata eſt illa librariorum et calculonum profeſſio, velut quaedam grammaticae infantia.

CALCVLARIVS, a, um. *Vt*, Error calcularius. Modeſtin. ICt.

CALDARIVM, CALDOR, CALDVS, *vid.* CALOR.

CALDIVS, *militari ioco dictus eſt* Caldius Caeſar, *pro* Claudio, *quemadmodum et* Biberius *pro* Tiberio, et Mero *pro* Nerone. Sueton. Tiber. 42 In caſtris tiro etiam tum, propter nimiam vini auiditatem pro Tiberio Biberius, *pro* Claudio Caldius, *pro* Nerone Mero dictus eſt. Caldius *autem non a* Calidae *potu, ſed quod* mero *frequenter* incaleſceret, *et* caldus, *i.* calidus *potator eſſet, quod recte contra Lipſii Elect.* 1, 4 *monuit Caſtalio Obſeruatt.* 1, 9.

CALECARE, *vid.* CALICATVS.

CALEDONIVS, a, um. [Καληδόνιος] *Vt*, Caledonia ſilua, *in parte Britanniae Barbarae, quae nunc Scotia eſt occidentali, ſaeuiſſimis tum vrſis nobilitata.* Martial. lib. de Spect. 7 Nuda Caledonio ſic pectora praebuit vrſo. *Ipſi etiam Britanni* Caledonii *dicuntur Poëtis.* Idem 10, 44 Quinte Caledonios Ouidi viſure Britannos. Caledonius Oceanus Val. Fl. 1, 8. *Aliud eſt* CALYDONIVS, *de quo ſ. l.*

CALEFACIO, CALEFACTO, CALESCO, *vid.* CALOR.

CALENDAE, ſ. KALENDAE *(quod nec lapidum nec librorum auctoritate deſtituitur)* arum. f. plur. [καλάνδαι, ἱερομηνία] *dicuntur primi dies menſium.* Nonius 1, 90 Calendarum vocabulum proprium Varro complexus eſt, de Vita Pop. Rom. lib. 1. Itaque calendis calabantur, i. e. vocabantur, et ab eo calendae appellatae, quod eſt tractum a Graecis, qui καλεῖν vocare dixerunt. Macrob. Sat. 1, 15 Priſcis temporibus antequam faſti a Cn. Flauio ſcriba inuitis Patribus in omnium notitiam proderentur, pontifici minori haec prouincia delegabatur, vt nouae Lunae primum obſeruaret aſpectum; viſumque regi ſacrificulo nuntiaret. Itaque ſacrificio a rege et minore pontifice celebrato, idem pontifex *calata*, id eſt vocata in Capitolium plebe, iuxta curiam *Calabram*, quae caſae Romuli proxima erat, quot numero dies a calendis ad nonas ſupereſſent pronuntiabat: et quintanas quidem (Nonas) dicto quinquies verbo καλῶ, ſeptimanas vero repetito ſepties praedicabat. *Et* hunc diem, qui ex his diebus, qui calarentur, primus eſſet, placuit *calendas* vocari. Ouid. Faſt. 1, 55 Vindicat Auſonias Iunonis cura calendas. *Illuſtrat hunc verſum* Macrob. l. c. Vt autem Idus omnes Ioui: ita omnes Calendas Iunoni tributas, et Varronis, et pontificalis confirmat auctoritas, quod etiam Laurentes patriis religionibus ſeruant, qui et cognomen deae ex cerimoniis addiderunt Calendarem Iunonem vocantes, *vid.* CALENDARIS. Auſonias *autem* calendas *vocat Poëta, id eſt Latinas, quia Latinorum ſunt propriae.* Calendis *enim carent Graeci. Vnde manauit proverbium*, Ad calendas Graecas, *i. Nunquam: quod ab Auguſto inſtitutum eſt, qui, vt erat faceto ingenio*, cum aliquos non ſoluturos, ſignificare *volebat*, ad calendas Graecas ſoluturos, *aiebat ap.* Suet. 87. Celeres calendas *timent debitores, quia vſurae tum ſoluendae, vid. mox triſtes* Ouid. de Rem. Amor. 561. Iani calendae Stat. Silu. 1, 6, 3 *i. Menſis Ianuarii.* Intercalares calendae, *vid.* INTERCALO. Tempus Iuleis cras eſt natale Calendis, *i. hic dies eſt pridie Cal. Iulias.* Ouid. Faſt. 6, 797. Martial. 12, 32 O Iuliarum dedecus calendarum, *etc. cuius mendicitas apparet Calendis Iuliis migrationi conductorum deſtinatis.* Martiae calendae *feminis ſollemnes erant, vnde* Femineae calendae *a* Iuuen. Sat. 9, 53 *dicuntur*, Munera femineis tractas ſecreta calendis. Tranquill. in Veſpaſ. 19 Sicut Saturnalibus dabat viris apophoreta, ita et calendis Martiis feminis. Et tamen ne ſic quidem priſtinae cupiditatis infamia caruit. Macrob. Saturn. 1, 12 *de* Calendis Martiis, Hoc menſe ſeruis coenas apponebant matronae, vt domini Saturnalibus. Illae vt principio anni *(antiqui decem menſium)* ad promtum obſequium honore ſeruos inuitarent: Hi quia gratiam perfecti operis exſoluerent. *Conf.* Hor. Carm. 3, 8, 1 Martiis caelebs quid agam calendis? Triſtes calendae Idem Serm. 1, 3, 87. *i. quae debitorem triſtem reddunt, quod debitam pecuniam ſoluere tunc foeneratori debeat.* Martial. 12, 36 Aureolos donas, Poſſint ducere qui duas calendas, *i. tantum auri, vnde aliquis duos menſes poſſit viuere.* Ponere pecuniam calendis Hor. Epod. 2, 70. Calendae primae, ſecundae, tertiae, quintae, *dici putantur a ICtis, pro Vno, duobus, tribus, et quinque menſibus.* Celſ. l. liber. §. ſi ita. D. de haered. inſtituend. Titius, ſi intra tertias calendas nauis ex Aſia venerit, haeres eſto. Vlp. l. 1 §. ſi qui. D. de verb. oblig. Si ita interrogatus, intra calendas quintas? reſponderit, Dabo idibus, non obligatur. Vlp. l. 41 ff. de Verb. Obl. Eum, qui Kalendis Ianuariis ſtipulatur, ſi adiiciat primis vel proximis, nullam habere dubitationem palam eſt: Sed et ſi dicat ſecundis, vel tertiis, vel quibus aliis, aeque dirimit quaeſtionem. Si autem non addat, quibus Ianuariis — dicendum eſt primas Kalendas Ianuarias ſpectandas. Paullus l. 46 *pr.* Eadem Centeſimis Kalendis dari, vtiliter ſtipulamur. Vlpian. l. 13 eod. Qui ante Kalendas proximas ſtipuletur, ſimilis eſt ei, qui Kalendis ſtipulatur. *Vid.* ANTE. Martial. 1, 100 Atque intra, puto, ſeptimas calendas, *(i. menſes)* Mortes hoc tibi quatuor dederunt. *Sic* Cato R. R. 147 *et* 148 Primas calendas dicit, *i. proximas.*

CALENDĀLIS, e. *Ad calendas pertinens; vt*, Tributa calendalia, *quaſi in ſtrenam ſalui ſolita calendis Ianuarii* Iuſtin. edict. 13.

CALENDĀRIS, e. Adi. Iunonem Calendarem vocarunt Laurentes, quod ei omnes calendae tributae eſſent. Sed et omnibus Calendis a Menſe Martio ad Decembrem huic deae Calendarum die ſupplicant. Romae quoque calendis omnibus, praeter quod Pontifex minor in curia calabra rem diuinam Iunoni facit, etiam regina ſacrorum porcam vel agnam in regia Iunoni immolat. *Haec et plura* Macrob. Sat. 1, 15.

CALENDARIVM, ſeu KALENDARIVM, i. n. *Liber foenebris dicebatur, in quo ſcribebantur vſurae in calendas ſingulas petendae et exſoluendae.* Senec. de Benef. 7, 10 Quid foenus, et calendarium et vſura, niſi humanae cupiditatis extra naturam quaeſita nomina. Idem Epiſt. 14 Adiicere illis (diuitiis) aliquid ſtudet; dum de incremento cogitat oblitus eſt vſus. Rationes accipit, forum conterit, calendarium verſat, fit ex domino procurator. *Et* Epiſt. 87 Magnus calendarii liber voluitur. Sen. de Benef. 1, 2. Nemo beneficia in Calendario ſcribit, *i. Nemo locat beneficia, vt pecuniam collataque in calendario ſcribit, vt inoblitus poſſit repoſcere.* Pecuniam in calendarium conuertere l. 39 §. 8 D. de admin. et peric. tut. *eſt in faenore collocare.* Tertull. de Cultu fem. 1 *extr.* Graciles aurium cutes calendarium expendunt, *i. matronae in auribus gerunt cenſum maritorum, et pecuniam in foenore ante collocatam. Sic* CVRA KALENDARII, *et* CVRATORES KALENDARII *in muneribus publicis memorantur in Inſcriptt. vid. mox* CALENDARIVS. Calendarium *eſt Hemerologium, ſeu Rationarium dierum omnium diſtributorum per menſes vnius anni: qui quidem initio per ogdoadas; poſtea vero Iudaeorum more, per hebdomadas ibi fuerunt deſcripti: quod poſt tempora Theodoſii factum, obſeruauit Scalig. lib. 4 de Emend. Temp.*

CALENDARIVS, i. m. Calendariorum, *in quadam inſcriptione veteri, quam cum caeteris Adolphus Occo Medicus Auguſtanus edidit,* p. 2 n. 9. *mentio fit: quos non alios fuiſſe exiſtimo, quam qui in* Theod. Cod. lib. 12 tit. 11 Calendarii Curatores *appellantur, et quorum munus* Calendarii Curatio, Arcadio IC. l. 18. §. 2 D. de muneribus et honoribus *dicitur.* Vetus *huc* Inſcriptio *pertinet apud Grut.* p. 446, 7 CVRATORI CALENDARI. *Vid. Pithoeum Aduerſ. ſubſec.* 2, 4. et *Henr. Noris Cenotaph. Piſan.* p. 37.

CALĒNVM, i. n. *quod et* CALES *appellatum* [Καληνόν] Vrbs Campaniae, *in cuius agro vinum optimum et dulce naſcitur.* Hor. Carm. 4, 12, 14 Sed preſſum Calibus ducere liberum Si geſtis. Sil. 12, 525 Threiciamque Calen.

CALENVS, a, um. *Vt*, Ager Calenus Plin. 3, 5. *et* Vinum Calenum; *quod abſolute etiam* Calenum Iuuen. 1, 69 *appellatur:* Falcem Calenam *dixit* Hor. Carm. 1, 31, 9. *Si vera eſt vulgata olim lectio. Sed praeſtat cum Bentleio legere* Premant Calenam falce, quibus dedit Fortuna, vitem. *Melius profecto* Calenam vitem, *quam* Calenam falcem *dixeris. Eſt quidem* Od. 1, 20, 9 Prelo domitam Caleno Tu bibes vuam. *Sed* prelum *nempe eſt in eo loco, vbi vua creuit:* falx *facile transfertur.*

CALEO, CALESCO, *vid.* CALOR.

CALICATA, vid. ſub CALX.

CALICVLVS, vid. CALIX.

CALIDVS, vid. CALOR.

CALIENDRVM, i. n. [κάλλυντρον] Dicitur Ornatus capitis mulierum, ſiue ſuppoſitus crinis, quem pro naturalibus accipiebant, vt ait Acron in illud Horatii Serm. 1, 8, 47 — altum Saganae caliendrum Excidere atque herbas, atque etc. Vſurpatur et ab Arnobio 6 p. 209. Falciculae, claues, caliendra, fomites, talaria, etc. Vbi Caliendra ad viciniatum Iouem videntur reſpicere, vid. Turneb. Adu. 7, 20. Salmaſ. ad Tertull. de Pallio p. 345. et ad Vopiſc Aurel. 45.

CALĬGA, ae. f. [σκελεά, σανδάλιον Vet. Gl. Add. Vulg. Act. Apoſt. 12, 8] Tegumentum tibiarum militare, ςρατιωτικὸν ὑπόδημα Dioni, a quo militari calceamento Germanici filius Caius Rom. Imperator cognomen ſortitus eſt, quod in exercitu educatus eſſet. Vid. Tac. A. 1, 41 Auſonius in Monoſtichis de ordine Imperatorum, Caeſar, cognomen Caligae cui caſtra dederunt. Suet. in Calig. 9 Caligulae cognomen caſtrenſi ioco traxit, quia manipulario habitu inter milites educabatur. Plin. 7, 43 ſ. 44 de P. Ventidio, Quamquam Maſſurius auctor eſt, bis in triumpho ductum: Cicero Mulionem caſtrenſem ſuffaraneum fuiſſe: plurimi, iuuentam inopem in caliga militari toleraſſe. Caliga ſpeculatoria Suet. in Calig. 52. Quali vtebantur Speculatores milites, viliores forte, certe robuſtiores durioresque caeteris. Speculatoriam ſimpliciter, intellecto ſubſtantiuo dixit Tertullianus, vt ſ. l. oſtendimus. Pertinebat caliga ad mediam vsque tibiam, vt antiqua marmora teſtantur, atque ita facta, nonnumquam erat, vt ſub genu leonini victus effigiem pro fibula haberet. Cicero Att. 2, 3 pr. Et Epicratem ſuſpicor, vt ſcribis, laſciuum fuiſſe. Etenim mihi eius caligae, vt faſciae cretatae, non placebant. In Pompeium, quem ἐπικρατῆ, i. rerum potientem vocat: quique faſcia crus alligatum habuit inſtar caligae, ſed ita delicata faſcia, quae diadema referret, vid. DIADEMA. Caligam ex eo genere fuiſſe, quo plantarum calces tantum infimae teguntur, caetera prope nuda et teretibus habenis vincta ſunt, vt loquitur Gell. 13, 21 Vetera monumenta ſatis declarant, quae videre licet, tum alias tum apud Balduinum de calceo et Nigronum de Caliga. Iul. Capitol. in Maximin. iun. 2 Nam quum eſſet Maximinus pedum octo et prope ſemis, calceamentum eius, id eſt campagum regium, quidam in luco, qui eſt inter Aquileiam et Arziam poſuerunt, quod conſtat pede maius fuiſſe hominis veſtigio atque menſura: vnde etiam vulgo tractum eſt, cum de longis et ineptis hominibus diceretur, Caliga Maximini. Caeterum Soleam ipſam caligae clauis ſuppactam conſtat. Specimen ex veteri lucerna in modum caligati pedis efformata, protulit Balduinus de Calceo c. 13 poſt Licetum de Lucernis 6. Iuſtin. 38, 10 de exercitu Antiochi, Argenti aurique tantum, vt etiam gregarii milites caligas auro figerent, proculcarentque materiam, cuius amore populi ferro dimicant. Add. Val. Max. 9, 1, 4 extr. Vid. CALIGATVS, CALIGARIVS et CALIGARIS CLAVVS. Conf. Ioſephus de B. Iudaico 7, 3. et Egeſipp. 5, 30. vbi Iuliani Centurionis caedem narrant. Caliga etiam pro Militia ſeu Militari vitae genere ſumitur. Senec. de Breuit. Vitae 17 Marium caliga dimiſit? conſulatus exercet. Idem de Beneſ. 5, 16 Ingratus C. Marius ad conſulatum a caliga perductus. Et Inſcriptio vetus: C. OPPIO C. T. VEL. OMNIBVS OFFICIIS IN CALIGA FVNCTO, i. Militiae.

CALIGVLA, Dimin. de quo ſatis dictum in CALIGA pr.

CALIGĀTVS, a, um. [σκελεωτὸς] Caligis indutus. Iuuen. Sat. 3, 322 Veniam caligatus in agros, i. velut audax miles. Caligatus miles, pro Manipulari et gregario. Caligam enim gregariorum in primis fuiſſe, vidimus ex Sen. de Beneſ. 5, 16 Marius ad Conſulatum tum a Caliga perductus. Sueton. Aug. 25 Murales coronas parciſſime et ſine ambitione etiam caligatis tribuit. Idem Vitell. 7 Veterem de ſe perſuaſionem recentibus etiam de ſe experimentis auxerat tota vita caligatorum quoque militum obuios exoſculans. Et ante iam ex Sueton. Cal. 9. et Tac. A. 1, 41 obſeruatum, Caium, Germanici filium, ad vulgi ſtudia concilianda, manipulario caligarum habitu vſum, et inde dictum Caligulam. Recte igitur Iuſtinianus Nou. 74 Quibus modis natur. effic. legit. 4, 3 Caligatos viliores, et obſcuriores, et quos gregarios dicimus, interpretatur. Sic Venuleius in l. De militibus. D. de cuſtod. et exhib. reor. Is autem, qui exercitum accipit, etiam ius animaduertendi in milites caligatos habet. Vlpianus, De his, qui notantur infamia, l. 2 Quod ait Praetor, qui ab exercitu dimiſſus erit: dimiſſum accipere debemus militem caligatum, vel, ſi quis alius vsque ad centurionem — dimiſſus eſt. Hic itaque aperte caligati ab his, qui aliquo gradu ſunt, diſtinguuntur. Caligatus, qui metu hoſtium languorem ſimulauit l. 6 D. §. 5. de re milit. Caligatae militiae l. 10 D. de excuſat. NVMERVS MILITVM CALIGATORVM Inſcript. Grut. p. 279 n. 3. Add. l. 21 C. de nuptiis et al. apud Briſſon. Sel. Antt. 2, 5. Latiori notione accipit Iuuen. 16, 24 Dignum erit ergo Declamatoris mulino corde Vagelli, Cum duo crura habeas (quae contundi poſſint a petulantibus) offendere tot caligatos (melius caligas, tot) Millia clauorum. Conf. 3, 248 In digito (pedis) clauus mihi militis haeret.

CALIGARIVS. Adi. Vt, Caligarium ſolum. [κάσσυμα Vet. Gloſſ.] Plin. 34, 14 Aliud breuitate ſola placet, clauisque caligariis, etc. de differentiis ferri. ¶ 2 Firmic. 3, 12 Fullones, ſeu caligarii, ſiue lanarii. Sunt opifices, qui caligas faciunt. Chariſ. 1 p. 59 pr. Caligarius artifex et caligaris clauus. Sic Idem 4, 7 Faciet pellarios, coriarios, caligarios, etc. Vetus Inſcriptio Romae: Q. LAEVIO. Q. F. TYCHICO CALIGARIO. DE VICO. CYPR. NAT. THRAX. DOM. PARTHEN. apud Spon. Miſc. Erud. Antiq. §. 6 p. 220. Add. Lamprid. Alex. c. 33.

CALIGĀRIS, e. Plin. 9, 18 In quibus piſces omnibus annis Vergiliarum ortu exiſtunt ſquamis conſpicui, crebris atque praeacutis clauorum caligarium effigie. Vtitur etiam 2, 22. it. 34, 14. Add. Chariſ. 1 p. 59. et Iſidorus Orig. 16, 20. In Sympoſii aenigmatis n. 57 lemma eſt Clauus caligaris. Ipſum epigramma eiusmodi:

In caput ingredior, quia de pede pendeo ſolo:
Vertice tango ſolum, capitis veſtigia ſigno:
Sed multi comites caſum patiuntur eundem.

CĀLĪGO, ĭnis. f. [γνόφος, ζόφος] Vmbra ſ. tenebrae, ſ. lucis abſentia, ſic tamen, vt ſpiſſum ſ. craſſum quacunque cauſa aëra videatur vna ſignificare. v. g. Virg. Aen. 9, 33

Hic ſubitam nigro glomerari puluere nubem
Proſpiciunt Teucri, ac tenebras inſurgere campis
Primus ab aduerſa conclamat mole Caicus
Quis globus ô ciues caligine voluitur atra?

Pro nebuloſo aere Columel. 3, 1, 7 Vites praecoques, quarum inter caligines vuae defloreſcunt. Et 3, 2, 4 Quin etiam pruinas, et caliginem, et carbunculum facile propulſat. Sic Pallad. Feb. 9, 2. Lucret. 5, 294 Pingues multa caligine taedae. Plin. 2, 42 Propter vapores humidam exhalari caliginem. Plin. Iun. 6, 16 de ſuo auunculo, Statim concidit craſſiore caligine ſpiritu obſtructo. Epitheta: Virg. Aen. 11, 876 Voluitur ad muros caligine turbidus atra Puluis. Id. Aen. 3, 203 Tres adeo incertos caeca caligine ſoles Erramus pelago. Denſa Id. Aen. 12, 466. Nigrans Sil. 4. . . Virg. in Aetna: Illinc Obſcura ſemper caligine nubes. Opaca denſus caligine Ouid. Met. 10, 54. trames ab inferis ad ſuperos. Virg. Georg. 2, 309 de igne, Et ruit atram Ad caelum picea craſſus caligine nubem. Spiſſa Ouid. Met. 7, 528. Subita Stat. Theb. 10, 140. Terribilis Lucret. 6, 852. ¶ 2 Metaphorice. Caliginem temporum illorum vide Cic. pro Planc. 96 c. 40. Caligo et tenebrae ſuperioris anni, quam reſpicere coepiſtis, etc. Cic. Poſt redit. in Sen. 5. Id. Verr. 3, 175 Illa omnis pecunia latuit illa Caligine ac tenebris. Et de L. Agrar. 2, 43 c. 17 Nunc tetris tenebris et caligine ſe Alexandriam peruenturos rati ſunt. Cic. Philipp. 12, 14 Quod videbam equidem, ſed quaſi per caliginem perſtrinxerat aciem animi Bruti ſalus. ¶ 3 Formulae: Abundat caligine Inuidiae domus Ouid. Met. 2, 764. Caeca mentem caligine conſitus Catull. 65, 206. Diſcuſſa eſt illa caligo, quam, etc. Cic. Philipp. 12, 5. Inducere caliginem dicitur Iupiter, i. nubem Ouid. Met. 1, 599. Sed Metaph. Patercul. 2, 36, 1 Conſulatui Ciceronis non mediocre adiecit decus natus eo anno diuus Auguſtus, omnibus omnium gentium viris magnitudine ſua inducturus caliginem. i. Eorum gloriam obſcuraturus. Virg. Aen. 6, 267 Pandere res alta terra, et caligine merſas. Oborta eſt tanta caligo Suet. Neron. cap. 19. Quinctil. 9, 2, 43 Nox Oboritur et craſſa caligo. Tegere terras caligine nox dicitur Lucret. 6, 852. Plin. 18, 13 Oculos purgat, medetur caligini admiſto lacte mulierum. Sanat caligines Id. 20, 7. Add. ib. c. 23. Maris Stat. Theb. 4, 28. Proſpectus ille nebuloſus, in quo nihil eſt quod diſtinguas. Mentis caeca caligo Catull. 62, (65) 207. Noctis caeca caligo Lucret. 4, 458. Plenus caligine Stat. Theb. 2, 685. i. ignorantia futuri. ¶ 4 Pro vertigine, quae et ipſa tenebras offundere oculis videtur. Liu. 26, 45 Oculis caliginem offundit altitudo. Scribon. Comp. 6 Item comitiali morbo correptos, et caligine impeditos leuat (medicamentum.) Vid. mox CALIGANS ex Iuuenali.

CALIGINŌSVS, a, um. Adi. [ζοφώδης, ζοφοειδὴς] Caligine plenus. Cic. Tuſc. 1, 43 c. 25 Vt penetret et diuidat omne caelum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur, quod et humidum et caliginoſum eſt, propter exhalationes terrae. Hor. Carm. 3, 29, 30 Prudens futuri temporis exitum Caliginoſa nocte premit deus. i. Celat nos deus, et ignorare vult futuri temporis exitum. Cic. de Diuin. 1, 130 c. 57 Nam ſi obſcurior quaſi caliginoſa ſtella extiterit, pingue et concretum eſſe caelum. Tractus caliginoſus Plin. 17, 22. Superlat. De animae exortu caliginoſiſſimae quaeſtionis obſcuritas Auguſtin. ep. 7.

CALIGINĔVS, a, um. Aliud Adi. Gratius in Cynegetico v. 5[illegible] Vel caligineo laxanda reponito fumo.

CALĪGO, āre. [ἀμβλυώττω, ζοφόω] Dupliciter accipitur, v[illegible] ipſum nempe nomen Caligo: vel non videre, ſ. in tenebris eſſe, vel non videri, ſ. tenebras obiicere. Virg. Aen. 2, 605

— Namque omnem, quae nunc obducta tuenti
Mortales hebetat viſus tibi, et humida circum
Caligat, nubem eripiam.

Caligant oculi ex ſomno Celſ. lib. 2 cap. 6. Animus Plin. 11, 37. Caligare dicuntur amnes nebulis Columel. 1, 5, 4. Caligare in ſole, i. In[illegible] clariſſima non videre Quinctil. 1, 2, 19. Plin. 30, 1 de origine magicae artis, Ita blandiſſimis, deſideratiſſimisque promiſſis addidiſſe vires religionis, ad quas maxime etiamnum caligat humanum genus. ¶ [illegible] Poſteriori aetate actiue ſignificat Obſcurare, caligine obducere. F[illegible] Contin. Virg. p. 162 Numquid iam oportuerat inter tanta te dul[illegible] poma mora etiam ponere, tuaeque luculentae ſapientiae funalia cali[illegible] gare? Sic nempe legendum pro caligare, ex MS. oſtendit Munckeru[illegible] Sic vſus hoc verbo aliquoties Petr. Chryſologus a Munckero laudatus, v. [illegible] ſerm. 42 Sicut terrae nubes caligant caelum. Et 43 Viſum ſpectantiu[illegible] caligabant.

CALIGANS. Partic. [ἀμβλυώττων] Virg. Georg. 4, 468 Et ca[illegible] ligantem nigra formidine lucum Ingreſſus. Animo caligante Pli[illegible] 11, 37 ſ. 53. Campi caligantes Stat. Theb. 1, 95. Feneſtrae cal[illegible] gantes Iuuen. Sat. 6, 31. quae propter ſummam altitudinem vertigine[illegible] caliginemque oculis obiiciunt Oculi caligantes Plin. 20, 22.

CALIGINANS, antis. Idem Th. Priſc. 1, 19 Caliginantes ocu[illegible] los curare.

CALIGATIO, ōnis. f. [ἀμβλυωτία] Oculorum vitium cum ca[illegible] ligant. Plin. 29, 6 Aquilae miſto felle cum melle Attico inunguntu[illegible] nubeculae, et caligationes, ſuffuſionesque oculorum.

CALIGŬLA, ae. m. [Καλιγόλας] dictus fuit Caius Imperato[illegible] Vid. CALIGA.

CALIM, Veteres pro Clam vſurparunt, Feſtus.

CALISTO, vel CALLISTO potius, geminato L, ûs. f. [Καλλιστ[illegible] Lycaonis regis Arcadiae filia, ſeſe Dianae comitem addixit. Compreſſa dein[illegible] ab Ioue, vtero in balneis apparente, dum ſimul lauaret, ab ea repulſa, Ar[illegible] cadem in ſiluis peperit; poſt a Iunone in vrſam mutata, a Ioue autem in caelum relata, vbi Helice ſ. Vrſa maior eſt. Vide totam fabulam Ouid. Met. 2, 409 ſqq. Breuiter Prop. 2, 22, 25 Calliſto Arcadios errauera[illegible] vrſa per agros Haec nocturna ſuo ſidere vela regit. Catull. 64, 6[illegible] Calliſto iuncta Lycaoniae coma Berenices dicitur. Columel. 11, 2, [illegible] VII Idus Febr. Caliſto ſidus occidit, Fauonii ſpirare incipiunt.

CALIX, ĭcis. m. [κύλιξ] Genus poculi, Varr. de L. L. 4, [illegible] Calix, a caldo: quod in eo calda puls apponebatur, et caldum e[illegible] bibebant. Feſtus, Calix, quod in eo calidum bibitur. Melius lon[illegible] Macrob. Saturn. 5, 21 Cylix poculi genus eſt: nos vna litera immuta[illegible] ta, calicem dicimus. Cic. in Piſon. 67 Toreuma nullum, maxi[illegible] calices. Amârior calix Catull. 25, 2. Auratus calix Propert. 33, 40. Chryſtallini Plin. 37, 2. Coronatus calix Tibul. 2, 5, 9[illegible] Hor. Epiſt. 1, 5, 19 Foecundi calices quem non fecere diſertum? I[illegible] aequales Hor. Serm. 2, 6, 68. Murrhini Plin. 37, 2. Plebeii Iu[illegible] ven. Sat. 11, 145. Pteroti calices πτερωτοὶ, quaſi tu alatos dicas, pinnatos, i. qui duas habent anſas. Plin. 36, 26 ſ. 66 Harduinus no[illegible] MSS. habere Petrotos. Vitreus calix Martial. 14, 115. Siccare c[illegible] lices Hor. Serm. 2, 6, 68. i. vt etiam ait Acron, Ebibere. Plin. Prooem. lib. 33 Nec hoc ſatis fuit: turba gemmarum portamus, ſmaragdis teximus calices. Hor. Serm. 2, 4, 79 — Seu puer vn[illegible] Tractauit calicem manibus, dum furta ligurit. Vitr. 6, 1 p. 105 [illegible] Calices duo in vna fornace aeque cocti, aequoque pondere, ad cre[illegible] tumq

umque vno ſonitu ſumantur. Cumani calices *ſunt* Varronis *ap.* Non. 5, 20. Cic. Tuſc. 3, 44 c. 19 Quid huic? calix mulſi impingendus :it, vt plorare deſinat, aut aliquid eiusmodi. Plin. 16, 40 Celebratur t Thericles nomine, calices ex terebintho ſolitus facere torno, per uem probatur materies. Idem 37, 2 ſ. 7 Excreſcit in dies eius rei uxus, murrhino LXX talentis (*Sic Hard. Al.* LXXX ſeſtertiis) emto, apaci plane ad ſextarios tres calice. Murrhinum *ita magno emtum uit* calix trium *ſextariorum capax.* ¶ 2 *Sed etiam alii unt calices.* Ouid. Faſt. 5, 509 Stant calices, minor inde fabas, olus lter habebat. ¶ 3 *De Calice in aquaeductibus ita* Fronti- us art. 36 Sed et calicis poſitio habet momentum: in rectum et ad ibram collocatus modum ſeruat: ad curſum aquae oppoſitus et deue- us amplius rapit: ad latus praetereuntis aquae conuerſus et ſupinus — ſegniter exiguum ſumit. Eſt autem calix modulus aeneus, qui uo vel caſtello induitur, huic fiſtulae applicantur. Longitudo eius abere debet digitos non minus XII, lumen, id eſt capacitatem, quanta nperata fuerit *etc. Conf. Polenus hic et ad art. 3 nota 9, 11.*

CALĬCŬLVS, i. m. Dimin. [κυλίκιον] Cato cap. 108 Vinum voles experiri duraturum ſit, necne, polentam grandem dimidium etabuli in caliculum nouum indito. Celſus *de cucurbitulis loquens* , 11 At ſi caetera defecerunt, caliculus quoque, aut pultarius oris mpreſſioris, ei rei commode aptatur. *Conf.* Pallad. Nou. 7, 11. 2 Plin. 9, 30 ſ. 48 *de Polypo monſtroſae magnitudinis*, Acetabulis ue caliculis vrnalibus, peluium modo. *Vid.* ACETABVLVM.

CALICELLVS, i. m. *Idem. vt*, Calicellus paſſi plenus Oct. Horat. 4.

CALICVLARIS, e. *Vt*, Herba calicularis, *qualis Hyoſcyamus, ap.* ul. de Herb. cap. 4.

CALICLARIVM, i. n. ποτηριοθήκη Gloſſ. Gr. Lat. *Idem* CALI- .ARE, *quod interpretantur veteres gloſſae apud Salmaſ. ad ius Att. et m.* p. 488 ἄβαξ et κυλικεῖον.

CALLA, *vid.* CALSA.

CALLAĬCI, [Καλλαϊκοὶ] *Luſitaniae populi*, *Hinc*

CALLAICVS, a, um. Adi. [Καλλαϊκὸς] *Interdum pro Hiſpa- co generatim poni videtur.* Martial. 4, 39 Nec quae Callaico linuntur ro. Id. 14, 95 *de phiala*, Quamuis Callaico nubeam generoſa me- llo, Glorior arte magis. Nam Myos iſta labor. Brutus Callaicus, *hoſte dictus.* Ouid. Faſt. 6, 461 Tum ſibi Callaico Brutus cogno- en ab hoſte Fecit, et Hiſpanam ſanguine tinxit humum. Martial. , 139 Iungere neſciſti nobis, o ſtulte lacernas: Indueras albas, exue llaicas. *Has veſtes volunt ab auri colore fuiſſe rutilas. Vid. Ferrar. Rè Veſt.* 11, 1, 2. *Alii legunt Callainas.*

CALLAIS, idis. [καλλαΐς] Gemma eſt ex viridi palleſcens, uli figura extuberans, leuiterque adhaerens petris, non vt agnata, d vt eisdem appoſita. Naſcitur in finibus Indiae, amplitudine con- cua, ſed fiſtuloſa, et ſordium plena. *Haec et plura de hac gemma* in. 37, 8 ſ. 33. *et* 10 ſ. 56. *Et* Solin. c. 23 *fin.*

CALLAĬNVS, a, um. Gemmae *Capnitidis genus:* Callainas vo- nt e turbido Callaino Plin. 37, 10 ſ. 56. *Vid. Harduin. et* Martial. 14, 9. *quem modo dedimus in* CALLAICVS, *Coloris nomen eſſe, apparet.*

CALLARIAS, ae. f. Piſcis eſt mari peculiaris, ex Aſellorum ge- re, ni minor eſſet Plin. 32 vlt.

CALLEO, CALLENS, *vid.* CALLVS.

CALLIBLEPHĂRVM, i. n. [καλλιβλέφαρον] *Medicamentum, o fucantur ornanturque palpebrae*, Gr. βλέφαρα. Plin. 23, 4 ſ. 51 Nu- i palmarum cremati in fictili nouo, cinere loto, ſpodii vicem effi- int, miſcenturque collyriis, et calliblephara faciunt addito nardo. *d.* Id. 21, 19. *et* 35, 16. *Vid.* Tertull. de Cult. fem. 2, 10 *vbi* Calli- pharum *docuiſſe diabolum vult, quo ipſo docet, fuci tantum genus, non dicamenti proprie dicti, fuiſſe.*

CALLICIA, *Herba*, qua *vt et* Coraceſia Pythagoras aquam con- ciari tradidit. Plin. 24, 17 ſ. 99.

CALLIGŎNON, i. n. *Herba, quae et* Polygonon *dicitur.* Plin. 27, 12 pellarique a multitudine ſeminis, aut denſitate fruticis calligonon.

CALLIMĂCHVS, i. m. [Καλλίμαχος] *Poëta Graecus Cyre- eus, elegiaco carmine nobilis, argumenti amatorii. Vnde* Propert. 4, 1, 64 noſtris tumefacta ſuperbiat Vmbria libris, Vmbria Romani pa- a Callimachi.

CALLIMVS, i. m. [κάλλιμος] Lapis ex genere aëtitarum, *de* Plin. 36, 21 ſ. 39.

CALLION, i. n. [κάλλιον] *Herba, de qua* Plin. 21, 31 ſ. 105 rychno, quam quidam ſtrychnon ſcripſere, vtinam nec coronarii in gypto vterentur, quos inuitat florum ſimilitudo in duobus eius ge- ribus. Quorum alterum, cui acini coccinei, granoſi folliculi, ha- acabum vocant, alii Callion: noſtri autem veſicariam, quoniam ſicae et calculis proſit. Frutex eſt ſurculoſus verius quam herba *etc.*

CALLIONY̆MVS, i. m. Genus piſcis, cuius fel cicatrices ſanat n. 32, 4 *et* 7.

CALLIŎPE, es. f. [Καλλιόπη] *Vna Muſarum, et quidem prae- ntiſſima, ſecundum Heſiodum, quae etiam* Calliop-a *dicitur, a pulchri- dine vocis, quae etiam* ὄψ *eſt.* Ouid. Faſt. 5, 80 Prima ſui coe- Calliopea chori. Virg. Ecl. 4, 57 Orphei *mater* Calliopea, Li- *pater* formoſus Apollo. Muſa callida Calliope Lucret. 6, 92. Pia rtial. 4, 31 Calliope requies hominum, diuumque voluptas Lu- t. 6, 93.

CALLIŎPĬCVS, i. m. [καλλιοπικὸς] i. e. Excellens cantu, *d* Firmicum *eſſe dicitur.*

CALLIPETĂLON, i. n. *i. e.* Quinquefolium Apul. de Herb. c. 2.

CALLĬPĪDES *et* CALLIPPIDES, is. m. *Vſurpatur pro ma- promiſſore, qui mouet, ſed nihil promouet. Fundus eſt* Cic. Att. 13, 12 ennium praeteriit, cum ille Callipides aſſiduo curſu cubitum nul- n proceſſerit: *in Varronem, qui Ciceroni* denunciauerat magnam et uem προσφώνησιν, *i. vt nunc loquimur, dedicationem.* Sueton. Tib. 38 ennio continuo — pedem porta non extulit — ſequenti tem- re praeterquam in propinqua oppida — nusquam afuit — amuis prouincias quoque et exercitus reuiſurum ſe ſaepe pronun- ſſet — ad extremum vota pro itu et reditu ſuo ſuſcipi paſſus, vulgo iam per iocum *Callipides* vocaretur, quem curſitare, ac ne biti quidem menſuram progredi, prouerbio Graeco notatum eſt.

CALLIRHOË. [Καλλιῤόη] *Quaſi tu pulchre fluentem dicas, fon- proprie nomen: Et eſt eo nomine fons Atticae, de quo* Plin. 4, 7 In tica fontes Cephiſia, Larine, Callirhoë enneacrunos, ἐννεάκρουνος, *id , cuius ſcaturigines ſint nouem.* Stat. Theb. 12, 629 Et quos Callirhoë uies errantibus vndis Implicat. *vid.* Barth. *Eſt et* Callirhoë, Fons Edeſſam Plin. 5, 24. et *Alius in Iudaea.* Ibid. 16. ¶ 2 *Ache- loi amnis filia, vxor Alcmaeonis, de qua* Ouid. Met. 9, 400. *Et* Rem. Amor. 456.

CALLIS, CALLISCERE, *vid.* CALLVS.

CALLISTO, *vid.* CALISTO.

CALLISTRVTHIAE. Ficorum genus omnium frigidiſſimum Plin. 18, 18. *Vtitur et* Colum. 5, 10, 11. *Et mutata terminatione* 10, 416 Et Calliſtruthis, roſeo quae ſemine ridet.

CALLITHRIX *et* CALLITRICHON. [καλλίθριξ, καλλίτρι- χον] *Herba.* Plin. 22, 21 ſ. 30 *de Adianto*, Quidam Callitrichon vo- cant, alii Polytrichon, vtrumque ab effectu (*pulchras et multas comas efficiendi*) Tingit enim capillum: et ad hoc decoquitur in vino cum ſemine apii, adiecto oleo copioſe, vt criſpum (*ideo* callitrichon) den- ſumque (*hoc nomine* Polytrichon *eſt*) faciat: defluere autem prohibet. *Sed* 25, 11 ſ. 83 Polythrix diſtat a callitriche, quod iuncos albos habet, et folia plura maioraque *etc. Et* ſ. 36 Fit et ex Callitriche ſternumen- tum. Folia ſunt lenticulae: caules iunci tenuis ſimiles: radice mini- ma. Idem 26, 14 ſ. 87 Humidis vlceribus prodeſt Callithrix decocta in aqua — Polythrix inueteratis illis vtilior. *Et* 26, 15 ſ. 90 Cal- lithrix fotu locis medetur. Apul. de Herbis 47. ¶ 2 *Eſt etiam* Callithrix *ſimiae genus.* Plin. 8, 80 ſ. 54 Callitriches toto paene aſpectu differunt. Barba eſt in facie, cauda late fuſa primore parte. Hoc animal negatur viuere in alio quam Aethiopiae, quo gigni- tur, caelo.

CALLVS, i. m. et CALLVM, i. n. [τύλη, τύλος Vet. Gloſſ.] *Cutis labore viae in pedibus, aut alio attritu in manibus, parteue alia corporis denſior facta, aut partes aliae animalium vaſis ac neruis parcio- ribus inſtructae, vt ſenſu exquiſitiore careant, quae coctae viſcidum ius reddunt, quod in glutinum denſari poteſt, cuius generis* callus *eſt in ro- ſtris et pedibus quadrupedum, in ventriculis auium* etc. *Quin aliis quo- que rebus ob ſimilitudinem* callus *adſcribitur. Quae omnia iam exemplis declarabuntur initio facto ab affectione vel morbo.* Callus duriſſimus Scribon. 37. Calli eminentes Id. 205. Celſus 5, 18 *extr. Et* 8, 10. *extr.* Idem Celſus 5, 28, 12 Facile tamen eſt callum quibuslibet adurenti- bus medicamentis erodere. Fiſtularum callum *memorat* Plin. 34, 11. Sueton. Aug. 80 Sed et callis quibusdam ex prurigine corporis, aſſiduo- que et vehementi ſtrigilis vſu plurifariam concretis, ad impetiginis formam. ¶ 2 *Iam de alio* callo *videamus.* Plin. 16, 27 ſ. 52 Ferunt et auellanae ïulos compactili callo, ad nihil vtiles. Iuli *nempe iſti e ſquamis duriuſculis conſtant.* Aprugnum callum Plin. 8, 51. *et* Plaut. Poen. 3, 2, 2. *et* Perſ. 2, 5, 4. *Add.* Id. Capt. 4, 3, 4. Callus in manu elephanti experiti ſaporis Plin. 8, 10. Foliorum callum Idem 16, 24. *tubercula illa pulpoſa, eminuta.* Pallad. Mart. 10, 28 Callum, quod in vlmeis foliis inuenitur. Plin. 11, 37 ſ. 44 *de criſtis Gallorum*, Nec carnem id eſſe, nec cartilaginem, nec callum, iure dixerimus. Idem 19, 4 *ad finem*, Fungorum enim callum in ligni arborumque na- tura diximus. *Nempe fungos ipſos* callum *vocat. De* Margaritis Plin. 9, 35 ſ. 54 Sani quidem partus multiplici conſtant cute non improprie callum vt exiſtimari corporis poſſit. Pira ac Mala placent Callo Plin. 15, 28 ſ. 34 *Hoc indicat, ſi ſuccus ita accurate ſolidis partibus miſtus ſit, vt nihil granatum, nihil friabile appareat, ſed inſtar calli animalis, aut eius, quam vocamus gelatinam, vno tenore aequabiliterque ſuccus per fru- mentaceas partes fuſus ſit. Sic* 14, 1 ſ. 3 Vua non alibi gratior callo, vt inde poſſit inueniſſe nomen duracina: *hic ſuccum non nimis aqueum, ſed conſiſtentem et duriuſculum indicat. Contra* 17, 24 ſ. 37, 6 *vitium eſt.* Cum acini priusquam creſcant, decoquuntur in callum, *vel vt dicit* 18, 29 ſ. 29, 4 praecoquuntur in callum, *i. rigorem illum ac duritiem, quae decet immaturos, amittunt.* Purpurarum callum Plin. 32, 10. Sa- lis adiecto callo Idem 16, 12 ſ. 23. *i. duritie quadam a ſale.* Terrae callum Tubera eſſe *dicit* Id. 19, 2. ¶ 3 *Metaphorice* Cic. Tuſc. 3, 53 Quorum animis diuturna cogitatio callum vetuſtatis ob- duxerat. *Et* Tuſc. 2, 36 c. 15 Ipſe labor quaſi callum quoddam obdu- cit dolori.

CALLŌSVS, a, um. [τυλλώδης] Columel. 3, 1, 5 Humido lo- co ſciet *prudens agricola* non recte mandari fructus, teneri, et amplio- ris acini, ſed calloſi et anguſti. Cucurbitae calloſiores ad guſtum Apic. 3, 4. Cutis calloſior Plin. 11, 39 *pr.* Lucan. ad Piſon. 17 Hu- mida calloſa quum pinſeret hordea dextra. Oliuae calloſae Plin. 15, 3. Orae calloſae, *in vlceribus* Celſ. 5, 28. Hor. Serm. 2, 4, 12.

Longa quibus facies ouis erit, illa memento
Vt ſucci melioris, et vt magis alba rotundis
Ponere, namque marem cohibent calloſa vitellum.

Calloſa *ſunt propter illam in ipſo vitello guttam albicantem et facile in callum dureſcentem.* Tactus cum molli iucunditate calloſus (*i. duriu- ſculus*) *poſtulatur in vuis, quas ſeruare velis* Pallad. Sept. 17. Tunica calloſa, *ſiue Membrana oculi* Plin. 11, 37. Venter auibus calloſus Idem 11, 37 ſ. 79. Vlcera calloſa Id. 26, 14. Celſ. 6, 3.

CALLOSĬTAS, ātis. Scribon. Largus 36 Collyrium quod pro- prie facit ad aſpritudinem palpebrarum et calloſitatem Veget. Mulom. 2, 27, 3 Calloſitas fiſtulae. *Et* 2, 21 narium: *haec a natura, illa a morbo.* ¶ 2 Tertull. de Teſtimonio animae, cap. 6. Exiſſe haec in vſus communis calloſitatem. *i. Conſuetudinem longam, qua ſenſus mali obſtu- puit.* Tertull. ad Nat. 2 *pr.* Multa ſunt, quibus teneritas conſcientiae obduratur in calloſitatem voluntarii erroris.

CALLEO, ui, ēre. [τυλλόω] *Calloſum vel Callis obductum eſſe.* Plin. 11, 37 ſ. 84 Antiqui abdomen vocabant, priusquam calleret in- ſcientes occidere non aſſueti, *h. e. In callum dureſceret de* ſumine *ſiue vberibus ſuis* incientis, *i. grauidae.* Plaut. Pſeud. 1, 2, 4 Plagis coſtae callent. ¶ 2 Callere *per metaphoram dicuntur, qui vſu et frequentibus experimentis vel ad patiendum obduruere, vel ad agendum iam ſunt habiliores. Iungit · ramque rationem* Plautus Perſa 2, 5, 4 Satin' ea tenes? SO. Magis calleo, quam aprugnum callum callet. *Add.* Poen. 3, 2 *pr.* Non. 4, 66 *plura ex vetuſtis exempla protulit, v. g.* Ac- cii, Melius quam viri callent mulieres. Pacuuii, Omnes, qui tan- quam nos ſeruiunt ſub regno callent domitum imperio metuere. Ac- cii, Quod periti ſumus in vita, atque vſu callemus magis. *Eiusd.* Sa- tin' aſtu et fallendo callet? Siſennae, Lucinium — Marcellini con- ſiliarium feciſſe, callebant. *Haec* Nonius. In illis rebus animus ex- ercitatus callere iam debet S. Sulpic. *ad* Cic. Fam. 4, 5. Hor. de Arte Poët. 274 Legitimumque ſonum digitis callemus et aure. Plaut. Poen. 3, 1, 71 Quid velim vos, ſcitis. ADV. Callemus probe. Quo pacto id fieri ſoleat, calleo Ter. Heaut. 3, 2, 37. Perſ. Sat. 4, 5 — Dicen- da, tacendaque calles. Ter. Adel. 4, 1, 17 Quin tu otioſus es, ego illius ſenſum pulchre calleo. Cic. pro Corn. Balb. 32 c. 14 Ignoſco tibi, ſi neque Poenorum iura calles. Fidibus apprime callere Apul. Florid. p. 358. Callere ad ſuum quaeſtum Plaut. Truc. 5, 1, 40. Plin.

Plin. 8, 25 Callent enim in hoc cuncta animalia. Hor. Carm. 4, 9, 49 Qui deorum Muneribus ſapienter vti, Duramque callet pauperiem pati.

CALLENS. Partic. [εὖ εἰδὼν] *Vt*, Plin. 21, 31 Halicacabi radicem bibunt, qui ſunt vaticinandi callentes. Ius ciuile callentem familiarem meum adſpiciens Gell. 16, 10. *Vid.* Ammian. 16, 12. Callens vtriusque linguae Gell. 17, 5.

CALLENTER. Adu. Apul. Met. 4 p. 150, 3 Quorum ſatis callenter curioſos adſpectus Thraſileon noſter impetu minaci frequenter inhibebat.

CALLESCO *ſ.* CALLISCO, ĕre. Verbum antiquum, Idem quod Calleo. Nonius 2, 162 Calliſcerunt, pro Occaluerunt. Cato de Bell. Carthag. Aures nobis caliſcerunt ad iniurias.

CALLĬDVS, a, um. Adi. [πανοῦργος] Qui callum ſibi vſu artis induxerit, *Auctore* Donato ad Ter. Ad. 3, 4, 54. *Sed etiam illud:* Callidus dictus eſt etiam, qui exercet dolos. Θερμὸς, aſtutus, verſutus Vet. Gloſſ. *vbi* Calidus *et* Callidus *miſcentur*. Cic. Acad. 4, 94 Ego enim vt agitator callidus, prius quam ad finem veniam, equos ſuſtinebo. Quod qui parum perſpiciunt, hi ſaepe verſutos homines et callidos admirantes, malitiam ſapientiam iudicant Cic. Off. 2 c. 3. *Conf.* Id. pro Roſc. Com. c. 7. Nepos 4, 3, 1 Non callida ſed dementi ratione cogitata patefecit. Ouid. Triſt. 2, 500 Verbaque dat ſtulto callida nupta viro. Cic. de Nat. Deor. 3, 25 c. 10 Homo ſine dubio verſutus et callidus. Verſutos eos appello, quorum celeriter mens verſatur. Callidos autem, quorum tanquam manus opere, ſic animus vſu concalluit. *De texendi peritia* Ouid. Met. 6, 576 Stamina barbarica ſuſpendit callida tela. *Compar.* Tacit. Hiſt. 2, 31, 6 Nemo ea tempeſtate callidior rei militaris. *Superl.* Columel. 2, 2, 1 Callidiſſimi ruſticarum rerum. Ariſtoteles callidiſſimus rerum naturae Idem 7, 3, 12. Rex callidiſſimus Flor. 3, 1, 2. *de Iugurtha.* Tacit. Ann. 4, 33 Igitur vt olim plebe valida, vel quum patres pollerent, noſcenda vulgi natura, et quibus modis temperanter haberetur, Senatusque et optimatium ingenia, qui maxime perdidicerant, callidi temporum et ſapientes credebantur, *etc.* Callidus, et tegendis ſceleribus obſcurus Tacit. Ann. 6, 24. Callidi amici accendendis offenſionibus Idem Ann. 2, 57. Ad quaeſtum Plaut. Truc. 2, 4, 62. Ad rem Idem Epid. 3, 3, 47. Ad fraudationem callidum ingenium Id. Aſin. 2, 1, 9. Cic. pro Cluent. 183 c. 65 Hoc vno modo ſaepe multorum improbitate depreſſa veritas emergit, et innocentiae defenſio intercluſa reſpirat, quod aut hi, qui ad fraudem callidi ſunt, non tantum audent, quantum excogitant, aut illi, quorum eminet audacia, a conſiliis malitiae deferuntur. Quod ſi aut confidens aſtutia, aut callida eſſet audacia, vix vllo obſiſti modo poſſet. In diſputando callidus Quinctil. 12, 2. Ouid. Epiſt. 20, 25 Non ego natura, nec ſum tam callidus vſu. Adulter Idem Amor. 1, 10, 4. Amor callidus Id. Amor. 1, 2, 6. Cic. Tuſc. 1, 47 c. 20 Quamquam foramina illa, quae patent ad animum a corpore callidiſſimo artificio natura fabricata eſt. Aſtus Sen. Troad. 523 *et* 613. Auceps Ouid. Met. 11, 73. Cic. Att. 15, 6 Ita per te exorentur, ne quod callidius ineant conſilium. *Sed meliores*, calidius *vt mox*, cui reſcripſi nihil illos calidius cogitare. Fraudes Sen. Hippol. 503. Fur Martial. 5, 43. Inuentum Nep. 18, 5, 4. Iudex Hor. Serm. 2, 7, 101. Id. in Arte Poët. 47 Dixeris egregie, notum ſi callida verbum Reddiderit Iunctura verbum. Liberalitatem callidam, *pro Inſidioſa et captatoria dixit* Nepos 25, 11, 3. Lena Tibul. 1, 5, 48. Mendacium Plaut. Moſt. 3, 1, 136. Modo callidiore Lucan. ad Piſon. 180. Muſa Lucret. 6, 92. Hor. Carm. 3, 24, 40 — Callidi Vincunt aequora nauitae. Quid poteſt eſſe callidius Cic. Fam. 3, 8. Vir callidus, *qui conſilio pollet* Nepos 14, 10, 1. *Conf.* Id. 9, 2. *et* 23, 5, 2. *Cum infinit.* Hor. Carm. 3, 11, 4 Tuque teſtudo reſonare ſeptem Callida neruis.

CALLIDVLVS, a, um. Dimin. *Vt*, Fraus callidula Arnob. 2 p. 91.

CALLIDE. Adu. [πανούργως, δεινῶς] Cic. de Fin. 2, . . Sed omnia callide referentem ad vtilitatem. Cic. pro Flacc. 2 Bene teſtem interrogauit, callide acceſſit, reprehendit. Cogitare callide Nep. 14, 8, 4. Cic. in Orat. 98 Qui in illo ſubtili et acuto elaborauit, vt callide arguteque diceret, nec quidquam altius cogitaret. *Et* de Orat. 1, 48 In his ipſis rebus ſatis callide verſari et perite poteſt. *Vid.* Plaut. Aſin. 2, 2, 82. Perſ. 4, 1, 7. *et* Ter. Andr. 1, 2, 27. Nep. 14, 8, 4. *et* Tacit. Ann. 6, 37. *Compar.* Propter exercitationem aut conſuetudinem callidius id faciunt Cic. de Orat. 2 c. 8. Quidam callidius interpretabantur Tacit. Ann. 6, 37, 3. *Superl.* Callidiſſime de futuris coniicere Nep. 2, 1, 4.

CALLIDITAS, ātis. f. [πανούργημα] *Aſtutia.* Ter. Heaut. 5, 1, 14 Serui venere in mentem Syri calliditates. Cic. Off. 1, 63 c. 19 Scientia quae eſt remota ab iuſtitia, calliditas potius, quam ſapientia eſt appellanda. Omnes fallacias et calliditates ſuas ad decipiendum hominem impendit Lactant. 2, 12, 17. Occulta Quinctil. 2, 5. O mira calliditate virum! Ouid. Epiſt. 16, 300. Stulta calliditas Cic. Off. 3, 113 c. 32. Laedi calliditate Ouid. Epiſt. 20, 126. Martial. 11, 50 Nulla eſt hora tibi, qua non me, Phylli, furentem Deſpolies: tanta calliditate rapis. Cic. de Aruſp. Reſp. 19 Quam volumus licet P. C. ipſi nos amemus: tamen nec numero Hiſpanos, nec robore Gallos, nec calliditate Poenos, nec artibus Graecos, nec denique, *etc.* ſuperauimus.

CALLITAS, *vid.* CALVITAS *ſub* CALVO, ĕre.

CALLIS, is. m. *et* f. [τρίβος] *Significat ſemitam, veluti callo obducto praeduratam.* Calles, viae tritae pecorum veſtigiis Gloſſ. Iſid. Virg. Aen. 4, 405 praedamque per herbas Conuectant calle anguſto, *Vbi* Seruius, Callis eſt ſemita tenuior, callo pecorum praedurata. *Vid.* Varr. R. R. 2, 9, 16. *it.* 2, 10, 1 *et* 3. Cic. pro Sext. 12 c. 5 Italiae callis, et paſtorum ſtabula praedari coepiſſe, *etc.* Ignoti calles Curt. 4, 16. Inuii calles Idem 5, 6. Occulti Virg. Aen. 9, 383. Secreti Id. Aen. 6, 443. Silueſtres Curt. 5, 4. Surgens callis Perſ. Sat. 3, 57. *Feminino genere* Liuius 22, 14 Pecorum modo per aeſtiuos ſaltus deuiasque calles exercitum ducimus. *Idem ſic frequenter; quod et* Nonius 3, 46 *notauit.* ¶ 2 *Oppidum Vmbriae huius nominis etiam fuit. Vid. Graeu.* ad Cic. Att. 8, 9 p. 780. ¶ 3 Callis, *ſ.* Calles, *Prouincia, Conſulibus interdum demandari ſolita.* Suet. Caeſ. 19 Eandem ob cauſam *(metum ne quid turbaret in conſulatu Caeſar)* opera optimatibus data eſt, vt prouinciae conſulibus minimi negotii, id eſt ſiluae calleſque decernerentur. *Torrentius ad* Sueton. Claud. 24 Detractaque Oſtienſi et Gallica prouincia *emendat*, Callium *prouincia: Sed reclamantibus aliis viris doctis. Magis huc facit, certius quidem* Tacit. Ann. 4, 27 Et erat iisdem regionibus Curtius Lupus quaeſtor, cui prouincia vetere ex more calles euenerat. Callium *nomine, Saltuum adminiſtrationem ſignificari exiſtimant, in quibus profeſſi pecoris ſui capita pecuarii paſcebant, ſcripturamque ſoluebant. Sed neque hic indubia eſt lectio. MSS. enim fere* Cales.

CALO, as. *a Graeco* καλέω, *ſiue* καλῶ, *ſignificat Voco.* Macrol Sat. 1, 15 Idem pontifex calata, id eſt, vocata in Capitolium pleb iuxta curiam calabram — Verbum autem καλῶ Graecum eſt, i eſt voco, et hunc diem, qui ex his diebus, qui calarentur, primu eſſet, placuit Calendas vocari: hinc et ipſi curiae, ad quam vocaba tur, calabrae nomen datum eſt. Ideo autem — numerum dierum calando prodebat *etc.* Calata comitia *declarat* Gell. 15, 27 *ex L beonis ſententia*, eſſe, quae pro Collegio Pontificum habentur aut R gis, (*int.* ſacrorum) aut Flaminum inaugurandorum cauſa. Eoru autem alia eſſe curiata, alia centuriata — Iisdem comitiis, qua calata appellari diximus, ſacrorum deteſtatio, et teſtamenta fieri ſol bant. *De teſtamentis vid. Theophilus Graecus inſtitutionum Iuſtinia interpres 2, 10 vbi narrat, bis in anno* calatum, *i. conuocatum populum vt* calatis *illis* comitiis *teſtamenta facere homines poſſent.* Iuſtiniani *enim l. c. et* Vlpian. tit. 19, 2 *nomen tantum* teſtamenti comitiis cala *facti vſurpant. Neque forte vſque quaque certa ſunt, quae dixit The philus. Sed ea non improbabilis virorum doctorum opinio, primo* Cala rum comitiorum *generale nomen fuiſſe, ſed tamen ſpecialius ita dict in quibus Pontificum aliqua notio et auctoritas intercederet, vt in ſace dotiis conferendis, in transferendis hereditatibus, quas ſacra etiam ſam liaria ſequerentur. Res obſcuriuſcula, quia teſtamentorum illud totum g nus per duodecim tabularum legem videtur ſublatum.* Gloſſ. Philox. C lata comitia ἀρχιαιρέσια δὶς τοῦ ἔτους γενόμενα. it. Calata ἀρχιαιρεσι ἑορταί.

CALATIO, ōnis. f. *i. e.* *Vocatio.* Varr. de L. L. 4, 1 *ext* Nec curia calabra ſine calatione poteſt aperiri.

CALĀTOR, ōris. m. [κλητὴς] Feſtus: Calatores, Serui, ἀ τοῦ καλεῖν, quia ſemper ob neceſſitatem ſeruitutis vocari poſſent, *int ad miniſterium. Haec certe mens auctoris, nec opus eſt* calari *mutare* calare. *Aliud eſt, an non etiam* Calatores *ſint vocatores, qui prae ſint ad vocandi officium. Seruum notat* Calator Plaut. Merc. 5, 2, Egomet mihi comes, calator, equus, agaſo, armiger. *Et* Pſeud. 4, 52 Harpax calator meus eſt. *Sic et* Rud. 2, 3, 5. Gl. Philox. Cala res δοῦλοι δημόσιοι, περίπολοι, *it.* Calator κλήτωρ, *et* Calatores *ὑπ βασταὶ ἱερέων.* *Nempe* Calator eſt etiam Miniſter ſacrorum Gloſſ. I Sueton. Gram. 12 Cornelius Epicadius Sullae dictatoris libertus, ca torque ſacerdotio augurali. CALATOR FRATR. ARVAL. Grut. Inſcr. p. 121, 1. CALATOR VIIVIR. EPVLON. p. 307, KALAT. p. 228, 5. KALATOR FLAMINVM p. 305, 3. KAL TOR SACERDOTII TITIAL. FLAVIAL. p. 304, 9. *Videtur i tur accenſus, praeco, vocator eſſe* Calator.

CALATORIVS, a, um. Adi. *Apud Fabrettum*, p. 435. PE MISSV KALATORIO ET FLAMINVM.

CALONES. [καλοπόδια] Calcei ex ligno facti. Feſt.

CĀLŌNES. [σκευοφόροι] Militum ſerui, dicti quia ligneas vas gerebant, quae Graeci κᾶλα vocant. Haec Feſtus. *Add.* Non. 1, *qui dictos ait*, quod ligna militibus ſubminiſtrent. Seruius *ad* A 1, 43 Calones dicuntur, Qui militibus ligna portant. *Vid.* CAL Liu. 23, . . Impedimenta ſubſequi iuſſit calones, lixasque, et inu dos milites vallum ferre. Cic. de Nat. Deor. 3, 11 c. 5 Eos tu canteriis bis, nullis calonibus obuiam Vatieno veniſſe exiſtimas, *etc.* Hor. Se 1, 2, 44 Hunc perminxerunt calones. Ne ſolus rure peregreue E rem, plures calones atque caballi Paſcendi Hor. Sat. 1, 6, 102. Id Epiſt. 1, 14, 42 — Inuidet vſum Lignorum, et pecoris tibi calo gutus, et horti. Quotiens occurrit domus ſplendida, cohors culta vorum, lectica formoſis impoſita calonibus Sen. ep. 110. Sambuc citius caloni aptaueris alto Perſ. Sat. 5, 95.

CALOBATARIVS, i. m. *Graece* καλοβάτης, *h. e. Grallator, ligneis perticis incedit. Ita* Nonio 2, 361 Grallatores *ſunt* Calobata *vbi corrupte* Collobathrarii. *Merc.* Calobathrarii. *Vid.* COLOBATH

CALOPHANTA, ae. m. [καλοφάντης, χρηστολόγος] *Qui b ſte loquitur, ſed cuius facta ab oratione diſſident. Sic* Plaut. Curc. 4, *Pro* Halophanta *ex MSS. legendum ducunt Pareus in Animadu. et Al tus Parerg. 7, 4.*

CALOR, ōris. m. [θέρμη, ἀλέα, θερμότης, θαλπὸς] *Prim vum eſt, et ab eo deriuatur* Caleo *verbum. Varro tamen* Andaba *apud* Nonium 1, 225 Idque alterum appellamus a calendo calore alterum a feruore febrim. Plaut. Mil. *ap.* Non. 3, 102 Nam mihi mius calor comburebat gutturem. *Sed Mercer.* Nam nimis caleb Cic. de Nat. Deor. 2, 23 Et ſi eſt calor a Sole, ſe opponant. Ou Met. 2, 134 Vtque ferant aequos et caelum, et terra calores, Nec p me, nec ſummum molire per aethera currum. Lucret. 4, 872 Vr ne poſſit calor amplius Aridus artus. Feruidi Hor. Carm. 3, 24, Vitr. 8, 2. Ouid. Met. 15, 362 Nonne vides quaecunque mora, Fl doque calore Corpora tabuerint, in parua animalia verti? Magn Virg. Georg. 1, 190. Macrob. Sat. 7, vlt. Lunare lumen, in quo non Manifeſtus calor, ſed occultus vapor. Maximis caloribus, anni tempore grauiſſimo Cic. Q. Frat. 2, 15, (16.) Summiſſior M crob. Saturn. 7, vlt. Nec luna propter Submiſſiorem calorem diffun humores. Id. *paullo ante*, Calor ſi Temperatus ſit et modicus, nut humores; ſi nimius exſiccat, et habitudinem carnis extenuat. vus Claud. de Bell. Get. 437. *de vitali calore. Sed al.* Color. *Verum* Viuum calorem reuocare Ouid. Met. 4, 248. Virg. Aen. 4, 705 Omn et vna Dilapſus calor, atque in ventos vita receſſit. ¶ 2 *Fo mulae Verborum:* Lucret. 6, 843 Quo magis eſt igitur tellus Affec calore. Virg. Georg. 4, 23 Vicina inuitet Decedere ripa calor Seruius: Vt aeſtus poſſint aquarum vicinitate vitare. Euocare cal rem in cutem. Celſ. 2, 14. Cic. de Orat. 1, 265 Nunc et Sca vola, quoniam in Tuſculanum ire conſtituit, paullum requieſc dum ſe calor Frangat. Idem de Nat. Deor. 2, 23 Omne igitur qu viuit, ſiue animal, ſiue terra editum, id viuit propter Incluſum eo calorem. Largitur Sol idem caloris omnibus Quinctil. 1, 2. quefieri calore Lucret. 5, 1261. Redit calor oſſibus Virg. Geo 3, 272. Reliquit oſſa calor Virg. Aen. 3, 308. Remittere m dicitur calor, et cogere frigus Virg. Georg. 4, 36. *i. Reſoluere.* S ſtinere calorem Celſ. 7, 7. Cic. Off. 2, 13 Tecta vero quibus et f gorum vis pelleretur, et calorum moleſtiae Sedarentur, vnde, Idem de Nat. Deor. 2, 151 *de ventis*, Quorum flatu nimii tempera tur calores. Vitandi enim caloris cauſa Lanuuii tres horas acquie ram Id. Att. 13, 34. Impatiens caloris cera Ouid. de Arte Am. 60. ¶ 3 *Saepe* Calor *metaphorice impetum mentis et a ctum ſignificat.* Quinctil. 2, 15, 28 Sermonem ſuſcipit Polus, iu nili calore inconſideratior. Idem 6, 2, 15 Nonnunquam etiam nis alieni caloris deriſus ex hac forma venit: *loquitur de formulis* na verba, quaeſo, *et ſimilibus. Eiusmodi* lenis alieni caloris deri

ſt Ter. Phorm. 5, 3, 10 *vbi* Demipho ad Nauſiſtratam, Parce ſodes (*ad quam te deduco tanto plus nunc nimium loqui*) vt poſſis cum illa (*ad quam te deduco tanto plus loqui*) ne adoleſcens mulier te fatiget. Id. 8 *pr.* 27 Abominanda tamen haec infelicitas erat, quae et curſum dicendi refrenat, et calorem cogitationis exſtinguit mora et diffidentia. Id. 10, 3, 6 Calor ille cogitationis, qui ſcribendi mora refrixit, recipit ex integro vires. Ibid. 18 Aliquando affectus ſequemur, in quibus ſaepe plus calor, quam diligentia valet. Claudian. in prim. Conſ. Stil. 2, 23 *de clementia*, Hac exorante calores Horrificos, et quae nunquam nocitura timentur Iurgia, contentus ſolo terrore, coërcet. Primos in Marte calores Sil. 1, 549. Calor licitantis, *i. cupiditas* l. 9 ff. de public. et vectig. Stat. Achil. 2, 206 Calor Martius. *Et* 213 Occulto virtus infracta calore eſt, *i. amore*. Lucan. 2, 324 Iuuenisque calorem Excitat in nimios belli ciuilis amores. Stat. Theb. 1, 3 Fraternas acies — alternoſque euoluere Thebas Pierius menti calor incidit, *i. impetus Poëticus me cepit*. Sen. Med. 837 Meet in pectus venasque calor, *i. furor*. Id. Hippol. 292 *de Amore*, Senibusque feſſis Rurſus exſtinctos reuocat calores. Ouid. Met. 11, 305 *de Apolline et Mercurio*, Videre hanc pariter, pariter traxere calorem. *An huc etiam referimus* Virg. Georg. 1, 90 Magnaque cum magno veniet tritura calore. *Certe* Seruius, per calorem, Feſtinationem operis ſignificat: vt alibi, Feruet opus. vt oſtendat eo anno, pro Copia frugum feſtinatam et ſtudioſam trituram futuram. *Hactenus ille. Poteſt tamen* magnus calor *ſimpliciter aeſtas eſſe.*

CALDOR, ōris. m. [θέρμη] *Idem quod Calor.* Varro de R. R. 3, 2, 15 Euitare item caldorem et frigus oportet. *Add.* 1, 41, 1. *et* 55, 6. Arnob. 7 p. 240. Gell. 19, 4 *bis.*

CALORIFICVS, a, um. Adi. *Quod calorem facit.* Gell. 17, 8. Hieme conuenit, Vinum vbi potum eſt calefacere corpora. Sed non ſecus oleum quoque calorificum eſt. *Vid.* FRIGORIFICVS.

CALORATVS, a, um. *Calidus, calefactus.* Apul. 6 p. 182, 37 Primae iuuentutis caloratos impetus freno quodam coërcendos exiſtimaui. Fulgent. Mythol. 3, 4 *extr.* Omnis caloratae iuuentutis igniculis torpidae veternoſitatis algeſcit ſenio.

CALĬDVS, a, um. Adi. [θερμὸς, ἀλεεινὸς] *Eandem ſignificationis varietatem habet, quam* Calor. Cic. de Nat. Deor. 2, 25 c. 9 Omne quod eſt calidum et igneum, cietur et agitatur motu ſuo. Aeſtas calida Sen. in Hippol. 765. Calidior eſt vel potius ardentior animus Cic. Tuſc. 1 c. 18. Ouid. Met. 1, 19 Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis. Conſilia calida Cic. Off. 1, 82 c. 24. *i. Praecipitata et inconſulta. Vid.* Nonius. *Add.* Plaut. Mil. 2, 2, 71. *it.* Liu. 22, 24. Calidius conſilium Hirt. *ap.* Cic. Att. 15, 6. *et mox* Nihil calidius cogitare. Plin. 10, 14 Oua celerius excluduntur calidis diebus. Virg. Aen. 9, 414 Voluitur ille vomens calidum de pectore flumen, *i. ſanguinem.* Hiems calidiſſima Vitr. 2, 1. Lixiuia calidiſſima Colum. 12, 50. Mendacium calidum Plaut. Moſt. 3, 1, 135. *i. ex tempore et ex ipſa natum, et quaſi ſuppeditatum ab ipſis Diis.* Pedes calidi, Veloces, citati. Varro, Quum dixiſſet Vitulus, ecce calidis pedibus quidam nauicularius ſemiuſtulatus irrupit ſe in curiam. *Haec* Nonius 4, 6. Prandium calidum prandere Plaut. Poen. 3, 5, 14. Hor. Carm. 1, 27, 70 Abſtineto Dixit irarum, Calidaeque rixae. Sanguis Virg. Aen. 9, 422. *dum effunditur.* Sapor calidus, ac vinoſus Plin. 12, 13. Sideris calidi aeſtus Tibull. 2, 1, 47. Sulfur calidum Ouid. de Arte Am. 1, 256. Telum priori caede calidum Ouid. Met. 8, 443. Molliſſima tilia, eadem videtur et calidiſſima Plin. 16, 40. Vapor Lucret. 3, 127. Vulnus calidum Ouid. Met. 5, 137. *et* 12, 119. Animus calidus, iuuenis Virg. Georg. 3, 119. *de equo.* Cic. Tuſc. 1, 42 c. 18 Calidior eſt enim, vel potius ardentior animus, quam eſt hic aër. Vide, ne nimis calidum hoc ſit modo Ter. Eun. 2, 3, 88. Iuuenta calidus, *i. Praecipitis animi propter iuuentutem* Hor. Carm. 3, 14, 27. Calidus: *Auidus, et ob id Laborioſus, et in perferendo labore pertinax; ſtudio incenſus. Vicina ſunt loquendi genera,* Res calet, *et* Calfacere *aliquem, de quibus deinde.* Hor. Epiſt. 2, 2, 72 Feſtinat calidus mulis gerulisque redemtor. Calida, *abſolute,* Aquam calidam *ſignificat.* Sen. Epiſt. 77 Calida ſubinde ſuffuſa. Apul. Met. 4 p. 145 Calida tumultuario lauacro praeparata.

CALIDE. Adu. *Sine mora.* Plaut. Epid. 2, 2, 99 Tum tute igitur calide, quidquid acturus, age.

CALDVS, a, um. *Pro* Calidus *veteres dixerunt. Vt,* Caldus Ager Cat. R. R. c. 6. Sol. Varro de R. R. 3, 2, 1 Comitiis Aedeliciis quum ſole caldo ego atque Appius Senator tribulis ſuffragium tuliſſemus. Quinct. 1, 6, 18 Auguſtus in epiſtolis ad C. Caeſarem ſcriptis emendat, quod is *calidum* dicere quam *caldum* malit: non quia illud non ſit Latinum, ſed quia odioſum, et — περίεργον. Calda, *pro Aqua calida* Martial. 1, 12 Iam defeciſſet portantes calda miniſtros, Si non potares Sextiliane merum. *Abſolute etiam vtitur* Plin. 23, 4 Cum pari caldae menſura. *Sed plene* Martial. 8, 67 Caldam poſcis aquam, ſed nondum frigida venit: Alget adhuc nudo clauſa culina foco. *Sic etiam* Scribon. 13. *et paſſim: qui aliis etiam rebus quamplurimis apponit. Conf. Rhodii Lex. Scribon.* A Scholaſticis declamatores *quoſdam* Caldos appellatos *auctor eſt* Seneca Suaſ. 3 *ſub finem, i. calidos, vehementes. Comparat.* Hor. Serm. 1, 3, 53 Caldior eſt, acres inter numeretur opibus. Varro de L. L. 7, 39 Nam cum ſit ſimile *ſalſum caldum*, et dicitur ab his *ſalſius ſalſiſſimum, caldius caldiſſimum:* debuit dici, quoniam ſimile eſt *bonum malum*, ab his *bonius* et *malius*, *boniſſimum* et *maliſſimum:* nonne dicimus *bonum, melius, optimum. etc. Totum hoc porro, et recte diſtinguere viſum eſt, ne quis porro ex hoc loco doceat, negari a Varrone recte dici* Caldius et Caldiſſimum.

CALIDARIVS, *vel* CALDARIVS, a, um. Aes caldarium Plin. 34, 8 *extr.* quod funditur tantum, malleis fragile, quibus regulare obſequitur, ab aliis ductile appellatum, quale omne Cyprium eſt. Caldarium *ergo, quia modo in calore fundendo tractari poteſt, non malleari etiam frigidum.* Maltha calidaria Pallad. 1, 41. *quae in calore durat.* Celſ. 1, 4 Si in balneum venit, ſub veſte primum paullum in tepidario inſudare, ibi vngi: tum tranſire in caldarium. vbi ſudabit, in ſolium non deſcendere, ſed multa calida aqua per caput ſe totum perfundere, *etc. Nempe* Balneum *eſt vel* Caldarium *vel* Frigidarium, *vel* Tepidarium, *quae nomina ſubſtantiue poni interdum videntur.* Vitruu. 5, 10 *pr. de balnearum diſpoſitionibus*, Primum eligendus locus eſt quam calidiſſimus — Ipſa autem caldaria tepidariaque lumen habeant ab occidente hiberno — Et item eſt obſeruandum, vti caldaria muliebria viriliaque coniuncta et in iisdem regionibus ſint collocata. Plin. Epiſt. 5, 6 Cellam caldariam vocat. *Sic Subſtantiue ponitur* ¶ 2 Caldarius, *qui calidam praebet.* Vet. Gloſſ. Caldarius, θερμοδότης. *it.* θερμοφόρος. *Item* ¶ 3 Caldaria, *intell.* olla, *in qua aliquid* calefit. Apul. de Herb. cap. 59 n. 4 In caldaria decoquere. Marcell. Emp. cap. 25 In teſta caldaria commorari. *Et* Vulg. Interp. 1 Sam. 2, 14 Mittere in caldariam. Gr. χαλκεῖον.

CALDARIOLA, ae. f. Scholiaſt. Iuuenal. 5, 48. *Vt*, Solent in vrbe calices fractos, ſiue caldariolas componere. *Sic enim legendum cum Henninio et Schurzfleiſchio, non* Caluariolas.

CALDAMENTVM, i. n. Marcell. Emp. cap. 5 Caldamentis adhibitis ſopiri, *i. fomentis calidis.*

CALEO, ui, ēre. [θέρμομαι] *Calidum eſſe.* Cic. de Fin. 1, 30 c. 9 Negat *Epicurus*, opus eſſe ratione, neque diſputatione, quam ob rem voluptas expetenda, fugiendus dolor ſit. Sentiri hoc putat, vt Calere ignem, niuem eſſe albam, dulce mel *etc.* Ouid. Met. 2, 410 Et accepti caluere ſub oſſibus ignes. Ture calent arae Virg. Aen. 1, 411. Martial. 12, 29 Quamuis non modico caleant ſpectacula ſole, *etc.* ¶ 2 *Varias formulas ex hoc verbo Metaphora et Metonymia pariunt. v. g.* Horat. Carm. 1, 4, 19 Nec tenerum Lycidam mirabere, quo calet iuuentus Nunc omnis, et mox virgines tepebunt: *vtrumque de amore et calore ſanguinis inde orto. Porro* Calere, *res dicitur, dum adhuc recens eſt, eaque adhuc fit.* Plaut. Poen. 4, 2, 92 At enim nihil eſt, niſi dum calet, hoc agitur. *Paullo aliter* Cic. Verr. 1, 66 Poſteaquam ſatis calere res Rubrio viſa eſt, quaeſo, inquit Philodame, cur, *etc. h. e. vbi vidit eos inflammatos et accenſos multa compotatione: vbi opportunum iam eſſe vidit. Alia rurſus ratio* Cic. Att. 7, 19 (20) Haec velim explices, et me iuues conſilio: etſi teipſum iſtic iam calere puto: ſed tamen, quantum poteris. Iam calere, *i. iam habere, quod de teipſo cogites, ſolicitum de ſtatu rerum tuarum: maius etiam eſt* Aeſtuare. Aetate et amore calentes Ouid. Art. Am. 3, 571. Aures noſtrae calent illius criminibus, *vid.* AVRIS. Bella calent Veneris, *i. ſtrenue geruntur* Tibull. lib. 1, 11, 53. Cauſa meliore calere Ouid. Sabin. 3, 6. *i. iratum eſſe, iuſtiores iraſcendi cauſas habere.* Cic. pro Cn. Planc. 55 Illud vero crimen de numis quos in circo Flaminio deprehenſos eſſe dixiſti caluit re recenti: nunc in cauſa refrixit. neque enim qui illi numi fuerint, nec quae tribus, nec qui diuiſor, oſtenderis: caluit, *i. vim aliquam ad mouendos homines habuit.* Ouid. Met. 8, 300 Lecta manus iuuenum caluere cupidine laudis. Dolor calet Stat. Theb. 3, 383. In re frigidiſſima cales, in feruentiſſima friges Auct. ad Her. 4, 21 c. 15. Cic. Att. 15, 6 Quaeris an ego, quum omnes caleant, ignauiter aliquid faciam. Idem Att. 4, 16 Sed omnes abſoluentur, nec poſthac quiſquam damnabitur, niſi qui hominem occiderit. Hoc tamen agitur ſeuerius. Itaque iudicia calent, *etc. i. exercentur magna diligentia.* Loca dicuntur calere Suet. Aug. c. 71. *i. frequentari.* Hor. Serm. 2, 3, 80 Quisquis luxuria, triſtiue ſuperſtitione, Aut alio mentis morbo calet. Puella caluiſſe Ouid. Amor. 3, 6, 83. Ora rabie calent Valer. Argon. 3, 216. Os tibi calet nunc id frigefactas Plaut. Rud. 5, 2, 39. *Proverbialis irriſio in eum, quem fruſtra ſermonem conſumere indicare volumus, quaſi ille aër emiſſus, illa oris apertio, et vibratio linguae aliam vim non habeat, niſi ad os refrigerandum. Conf.* Plaut. Poen. 3, 5, 15 Calidum prandiſti prandium hodie? dic mihi. AG. Quid iam? LY. Quia os nunc frigefactas cum rogas. Cic. Fam. 8, 1 Nam illi rumores de comitiis Tranſpadanorum, Cumarum tenus caluerunt, *i. auditi ſunt crebri.* Spe animi calent Curt. 4, 1, 29. Studio ſcribendi calere Hor. Epiſt. 2, 1, 108. Sudor per membra calet Claud. in Conſ. Prob. et Olyb. 117. Sudore belli calere Stat. Theb. 8, 7. Hor. Carm. 3, 21, 12 Narratur et priſci Catonis Saepe mero caluiſſe virtus. Stat. Theb. 4, 261 Proſilit audaci martis percuſſus amore, Arma, tubas audire calens. Femina aliqua, ſiue puella calere Hor. Carm. 4, 11, 33. *Imperſ.* Plaut. Truc. 1, 1, 46 Quum caletur maxime. *Add.* Capt. 1, 1, 12.

CALENS. Partic. [θερόμενος] *Vt*, Iuuenile calens, *qui iuuenum more animo eſt paullo ardentiore* Stat. Silu. 2, 2, 137. Calentes adhuc ab recenti pugna, *i. Feroces* Liu. 25, 39. Currus caede calentes Lucret. 3, 643. *et* 5, 1312. Fauilla Hor. Carm. 2, 6, 22. Ouid. Met. 8, 671 Epulasque foci miſere calentes, *int.* Epulas calentes. *Nam de foco non opus eſt adieciſſe. Sed* calentes epulae *diſtinguuntur a fructibus etc.* Sulfur Ouid. Met. 14, 86. Terrae calentes alio ſole Hor. Carm. 2, 16, 18.

CALENTER, Adu. *eſſe aiunt apud* Apuleium: *Sed dubito.*

CALITVRVS, a, um. Partic. [ἐγκαυσόμενος] Ouid. Met. 13, 590 Diesque Des mihi ſacrificos, caliturasque ignibus aras.

CALEFĂCIO, *et* CALFĂCIO, ēci, actum, ēre. [θερμαίνω, θέρω] *Calidum reddere.* Cic. de Nat. Deor. 2, 130 Partim ad calfaciendum corpus igni adhibito, *de ligno.* Igne focum calfacere Ouid. Faſt. 4, 698. Refrigeratos calfacit (acopum medicamentum) Scribon. 271. Bene calfacit (malagma) Idem 257. Sanguine calefecit amnes Claud. de Bell. Get. 515. *de magna caede.* Ventus calefecit omnia Lucret. 6, 686. ¶ 2 Calefacere *ad animum transfertur: vt*, Cic. Q. Frat. 3, 2 Eodem die Gabinium ad populum luculente calefecerat Memmius. *i. Vexarat, exagitarat.* Calface hominem, *i. Vehementer commoue* Cic. Fam. 16, 18. Forum aleatorium calfecimus, *i. Multum luſimus, multo talorum iactu quaſi calidum reddidimus* Suet. Auguſt. 71.

CALEFACTVS, *et* CALFACTVS, a, um. Partic. [θερμανθεὶς] Ouid. in Ibin 46 Nondum calfacti velitis haſta ſolum, *i. Nondum furentis* ira. Vino calefacta Venus Claud. de Bell. Gild. v. 182.

CALEFACTIO, ōnis. f. *Vt*, Calefactiones thermarum Hermogen. in l. 1 D. De muneribus et honoribus. Calefactio publici balnei Arcadius in l. Munerum 2 §. Inter perſonalia. D. de muneribus et honoribus.

CALFACTVS, ūs. m. [θέρμανσις] Plin. 29, 3 Cibo quot modis iuuent, notum eſt, quum tranſmeent faucium tumorem, calfactuque obiter foueant. *De ouis loquitur.* Iecoris officium eſt, vt cibos concoquat amplexu et calfactu ſuo Lactant. Opif. D. c. 14.

CALEFACTO, āre. Frequent. [θερμαίνω] Hor. Epiſt. 2, 2, 169 Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum. *Et* Plaut. Rud. 2, 3, 80 Aquam calefactat vt lauemus. Minorem vim in corporibus calefactandis habet Macrob. Sat. 7, 12. Virgis calefactabere Plaut. Caſ. 2, 6, 48.

CALEFĪO, ĕri. [θερμαίνομαι] *Calidum fieri.* Cic. Att. 2, 3 Balneum calefieri iubebo. Aquam calefieri Plaut. Epid. 5, 1, 48. Iumentum calefieri exercerique poſſet Nepos 18, 5, 4. *Vid.* Plaut. Perſ. 1, 3, 25 *et* 30. Calefaciuntur Vitr. 5, 10.

CALESCO, ēre. [ἐγκαίομαι] *Calidum fieri.* Ter. Eun. 1, 2, 5 Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis. Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus illo Ouid. Faſt. 6, 5. Aqua Curt. 4, 7, 22. Ignes caleſcunt

ealeſcunt Ouid. Met. 2, 410. Vnda caleſcit Idem Met. 15, 310. Flamma propiore caleſco Id. Epiſt. 18, 177. Ventus mobilitate caleſcit Lucret. 6, 279.

CALEFACTORIVS, a, um. *Vt*, Acopum calefactorium Plin. Val. 1, 38. *Conf.* Th. Priſc. de Diaeta cap. 10.

CALPAR. [*κάλπις*] Genus vaſis fictilis, Feſt. *Firmat hoc* Nonius 15, 31 *ex* Varrone de Vita Pop. Rom. lib. 1. Quod ante quam nomen dolii prolatum eſſet, quum etiam id genus vaſorum calpar diceretur, id vinum calpar appellatum. *Viciſſim* Feſtus: Calpar, Vinum nouum, quod ex dolio demitur ſacrificii cauſa, ante quam guſtetur. Ioui enim prius ſua vina libabant, quae appellabant feſta vinalia. Vet. Gl. Calpar, *οἶνος ἐν θυσίᾳ*. *Al.* Calcar, *leg.* Calpar *θυσίαι ἀπαρχῶν οἴνε*. *Conf. Scal. ad* Varron. de L. L. p. 75.

CALPE, es. f. [Κάλπη] *Hiſpaniae mons, circuitu non magnus, altitudine ingens, oppoſitus* Abylae *monti Africae, vid.* ABYLA. Sen. Herc. Oet. 1240 His fracta Calpe manibus eliſit fretum. *Et* 1253 Aut Maurum premens Ibera Calpe litus. *Et* 1269 Vnde commiſſo reſonare Ponto Audies Calpen. ¶ 2 Calpes, ium. pl. Galeae militum Iſidor. Gloſſ. *Sed* Papias, Calpae, Armillae quae militibus ob virtutem dantur. *Vid.* GALBEVM.

CALPVRNIVS, a, um. *Familiae Romanae nomen, in qua Piſones praeſertim floruere. Horum eſt* Lex Calpurnia, de pecuniis repetundis, et alia de ambitu: *de illa* Cic. Verr. 4, 56 c. 25; *de hac* Fragm. pro Cornel. Domus Calpurnia Lucan. ad Calp. Piſ. v. 15. *et* Familia Calpurnia Cic. in Piſon. 53.

CALSA, ae. f. *Herbae nomen.* Plin. 27, 8 ſ. 36 Calſa duorum generum eſt. Vna ſimilis aro — Alterum genus eius quidam anchuſam vocant, alii rhinochiſiam. Folia lactucae longiora, plumoſa, radice rubra *etc.* *Sic Hard. ex* MSS. *al.* Calla.

CALTHA, ae. [*κάλθη*] *Eſt flos coloris lutei.* Plin. 21, 6 ſ. 15 *Cum dixiſſet de viola lutea,* Proxima ei caltha eſt, concolori amplitudine. Vincit numero foliorum marinam quinque folia non excedentem: eadem odore ſuperatur: Eſt enim grauis calthae. Virg. Ecl. 2, 50 Mollia luteola pingit vaccinia caltha. Col. 10, 307 Preſſaque flammeola rumpatur fiſcina caltha. Flammeum *colorem et* Luteum *eſſe eundem, etiam hinc conſtat.* ¶ 2 *Quaſi* Calthum *eſſet prima poſitio,* Calthaque pinguia Prud. Cathem. 5 ad incenſ. Luc. v. 114.

CALTHŬLA, ae. [*κάλθιον*] *Veſtis flaua, a* calthae *colore.* Plaut. Epid. 2, 2, 47 Tunicam rallam, tunicam ſpiſſam, linteolum caeſicium, induſiatam, patagiatam, calthulam, aut crocotulam. Non. 16 4 Caltulam (*Sic Mercerius dedit*) et crocotulam vtrumque a generibus florum translatum, a calta et a croco. Sed Caſtulam Varro de Vita Pop. Rom. palliolum breue voluit haberi. *Poterat alicui in mentem venire, etiam hanc eſſe* Caltulam. *Sed vid.* CALTVLA.

CALTHVLARIVS, i. m. *Qui calthulas conficit.* Calthularios *nonnulli reponi volunt pro* Carinariis *in* Plaut. Aul. 3, 5, 36.

CALVA, ae. f. [*κρανίον* Onomaſt. Vet.] *Superior pars capitis.* Martial. 3, 74 Pſilothro faciem leuas et dropace caluam. Nuda calua Martial. 12, 45. Liu. 23, 24 Galli L. Poſthumii caluam auro celauere, idque ſacrum vas iis erat, quo ſollemnibus libarent, *etc.*

CALVARIA, ae. [*κρανίον*] *Compages illa oſſium capitis, in qua continetur cerebrum.* Celſ. 8, 1 Caluaria incipit ex interiore parte concaua, extrinſecus gibba, vtrinque leuis, et qua cerebri membranam contegit, et qua cute capillum gignente contegitur. Eaque ſimplex ab occipitio et temporibus, duplex vſque in verticem a fronte eſt. Oſſaque eius ab exterioribus dura, ab interioribus quibus inter ſe connectuntur, molliora ſunt. Interque ea venae diſcurrunt, quas his alimentum ſubminiſtrare credibile eſt: raro autem caluaria ſolida ſine ſuturis eſt. Caluariae os Scribon. 201. De caluaria defuncti terna cochlearia ſumant Idem 16. Interfecti caluaria Plin. 28, 1. Id. 30, 6 ſ. 18 Canis rabioſi caluariae cinis. *Add.* Pallad. 1, 35, 16. Tertull. Carm. adu. Marc. 2, 196 Golgotha locus eſt, capitis caluaria quondam.

CALVARIVM, i. n. Gloſſ. Vet. *κρανίον*. *Sed* ¶ 2 *Plur.* Caluaria *alia res eſt, ſalſamenti nempe genus. Verſus* Ennii *ſunt ab* Apuleio *in* Apol. p. 299 *citati:* Polypus Corcyrae, caluaria pinguia Atarnae, Purpura, muriculi, mures, dulces quoque echini. *Quo loco Turnebus, Legi, inquit, in Gellio manuſcripto,* (10, 20 *vbi Gron.* Cephaleaque acarne) Cephaleaque Atarnae: *quae, vt opinor, Ennius* Caluaria *appellat. Sunt autem Salſamenta e capite thynni. Nam illic (Atarnae) cetariae erant: niſi quis Cephali pulpas intelligat, quod non arbitror. Verius omnino ſit apud Ennium* Caluaria *marina eſſe, quorum apud Apuleium ipſam mentio eſt.*

CALVARIOLA, ae. f. *Interpretantur paruum caliculum inſtar minoris Caluariae, laudantque* Vet. Interpr. Iuuenal. Sat. 5, 48 Calices fractos vel Caluariolas componere. *Sed vid.* CALDARIOLA, *ſub* CALDVS.

CALVASTER. [*ἀναφαλαντίας*] *A* Caluus *nondum habet auctorem. Vid.* RECALVASTER.

CALVO, are. *Caluum facere, vnde*

CALVATVS, a, um. *Vt*, Caluata vinea Cato R. R. 33. *et* Plin. 17, 22. Caluatam vineam *vocant, in qua vites quidem ſint, verum paucae, raraeque, vt in caluitio capilli. Vid.* CALVITIVM *et* CALVESCO.

CALVITIVM, i. n. [*φαλάκρωμα, φαλακρότης*] *Vitium illud, quo quis caluam crinibus nudam habet.* Plin. 11, 37 ſ. 47 Caluitium vni tantum animalium homini, praeterquam innatum. Cic. Tuſc. 3, 62 c. 26 Proinde ſtultiſſimum regem in luctu capillum ſibi euellere, quaſi caluitio moeror leuaretur. Mercurius in caluitio pennatulus Tertull. ad Nat. 1, 10 *extr. i. galeam habens alatam.* Auſon. Epigramm. 72, 2 Abiecta in triuiis inhumati glabra iacebat Teſta hominis, nudum iam cute caluitium. Caluitii deformitatem Suet. Caeſ. 45. Caluitium loci *de vinea* Columel. 4, 29, 11.

CALVITIES, ēi. f. *Idem quod Caluitium.* Petron. Sat. 108 Superciliorum aequalis cum fronte caluities.

CALVEO, vi, ēre. [*φαλακρός εἰμι*] *Caluum eſſe.* Plin. 11, 37 ſ. 47 Et quaedam animalium naturaliter caluent, ſicut ſtruthiocameli, et corui aquatici. *Hinc*

CALVESCO, ĕre. [*φαλακρόομαι*] *Caluum fieri.* Colum. 6, 14, 7 Potior ratio eſt cuſtodiendi — ne colla (*boum*) calueſcant, quae non aliter glabra fiunt, niſi cum ſudore aut pluuia ceruix in opere madefacta eſt. *Repetiit* Veg. Mulom. 3, 4, 27. Columel. 4, 33, 3 Propter quae ſaepe nouella caſtaneta calueſcunt. Plin. 10, 29 Proprium his calueſcere omnibus annis, quum ſeruntur rapa. *De picis loquutur.*

CALVEFĪO, ĕri. [*φαλακρόομαι*] *Caluum fieri.* Varr. de R. R. 1, 37, 2 Ego iſta etiam, inquit Agrafius, non ſolum in ouibus tondendis, ſed in meo capillo a patre acceptum ſeruo, ne decreſcent[e] luna tondens caluefiam. *Sed bene reſtituit Victorius,* Caluus fiam.

CALVO, vi, ĕre. [*ἀπατάω*] *Decipere.* Priſcian. 10 p. 883 In vo, u loco conſonantis poſita in l quidem deſinente penultima, o extremam in i conuertunt, et faciunt praeteritum, vt ſoluo ſolui, voluo volui, caluo calui. Vnde Salluſt. in 3. hiſtoriarum infinitiuum paſſiuum protulit, *Contra ille calui ratus,* Calui, pro Decipi. *Repeti[t]* Eutyches p. 2182. *Hinc Faërnus* Ter. Ad. 4, 3, 16. *legit* Propter ſuam impotentiam ſe ſemper credunt caluier, *pro eo, quod in optimo MS. eſt* claudier. *Sed Bentl. inde elicit* ludier. *Vulg.* negligi. Non. 1, 2[?] ex Pacuuio, Sentio, pater, te vocis calui ſimilitudine. *Sed vſitatiu[s] fuiſſe videtur* ¶ 2 Caluor, *Depon.* Vet. Gl. Caluitur, *ἐξαπατᾶ*. Nonius 1, 20 Caluitur dictum eſt fruſtratur, tractum a caluis mimicis (*Sic Mercer. al.* mimis) quod ſunt omnibus fruſtratui. Plautus in Caſina (2, 2, 4) vbi domi ſola ſum, ſopor manus caluitur. Sed quid conſpicio? num me lactans caluitur aetas? Accius, Sed memet caluor. Pacuuius, Me caluitur ſuſpicio. Lucill. Si non it, capito, inquit, eum; et ſi caluitur, ergo fur dominum. *Quae reſpicere videntur ad legem XII. tabularum, cuius verba ponit, et explicat* Caius, l. 233 de Significat. Verb. SI CALVITVR ET MORETVR, ET FRVSTRETVR. Inde et Calumniatores appellati ſunt, qui per fraudem et fruſtrationem alios vexarent litibus, Inde et Cauillatio dicta eſt. *Plura legis verba laudat* Feſtus *in* Struere SI CALVITVR, PEDEMVE STRVIT, MANVM ENDO IACITO.

CALVIO *etiam dixerunt in praeſenti, ſi recte ſe habet illud* Serui ad Aen. 1, 724 *Alii* Caluam Venerem (*dictam tradunt*) quod corda amantum caluiat, id eſt, fallat atque eludat.

CALVĬTAS, ātis. f. *Deceptio, fraus.* Vlpian. Dig. lib. 17 t. 1 l. 29 §. 5 *vt vult Haloand.* Ipſe autem ſtellionatus crimine propter ſuam caluitatem (*al.* callitatem) plectetur.

CALVVS, a, um. Adi. [*φαλακρὸς,*] *Proprie, qui caluam crinibus nudam habet.* Suet. in Caeſ. 51 Vrbani ſeruate vxores, moechum caluum adducimus. *Militum triumphantium iocus in Caeſarem.* Caluus *proprie, fit natura, interdum tamen pro Tonſo accipitur.* Plaut. in Amph. 1, 1 *vlt.* Quod ille faciat Iupiter, vt ego hodie raſo capite caluus capiam pileum; *libertatem ſibi optat.* Martial. 10, 83 Caluo turpius eſt nihil comato, *i. qui comis adſciticiis vtatur.* Rurſus 73 Hac et tu ratione; qua Poëta es, Caluus quum fueris, eris comatus. *i. ſi alienis carminibus Poëta eſſe potes, licet tibi etiam caluo comatum videri, de emto capillo ſcil.* Suet. in Caligul. 27 Quum ad ſaginam ferarum muneri praeparatarum carius pecudes compararentur, ex noxiis laniandos adnotauit: et cuſtodiarum ſeriem recognoſcens, nullius inſpecto elogio, ſtans tantummodo intra porticum mediam, caluo ad caluum duci imperauit: *ita nempe ſignauit ſeriem laniandorum non ex meritis cuiusque, ſed, vt forte ſtabant, hac ſignificatione denotauit et diſcreuit a reliquis.* Venus Calua, *ab euentu culta a Romanis, nam* Vrbe a Gallis occupata, obſeſſi in Capitolio, quum ex mulierum capillis tormenta feciſſent, aedem Veneri Caluae conſecrarunt Lactant. de Falſ. Relig. ſ. 1, 20, 27. *Rem narrat* Veget. de Re Milit. 4, 9. Seru. *ad* Aen. 1, 724. *alias quoque appellationis eius cauſ[as] commemorat.*

CALVENA, *a Caluitio nomen fictum.* Cic. Att. 14, 5 Caluena moleſte fert ſe ſuſpectum eſſe Bruto. i. e. Matius, Caeſaris olim familiaris, caluus, quem ob id Madarum etiam vocat ibid. 2 Altera epiſtola de Madaro ſcripta. *Caluus enim Graece μαδαρός. Vid. viri docti ad h. l.*

CALVISIVS *Romanum nomen, unde* CALVISIANVS, a, um. *Vt*, Actio Caluiſiana *appellatur*, quae patrono datur ad reuocanda ea, quae in fraudem eius libertus alienauit. l. 16. §. Idem ſcribit. D. de petit. hered.

CALVMNIA, ae. f. [*διαβολή*] *A* caluendo *dicta, (vt volt Caius ICtus, cuius verba dedimus in* CALVO*) eſt fruſtratio et decepti[o] praeſertim in ſermonibus de alterius fama, in interpretatione legum [et] aliorum dictorum, in delationibus et accuſationibus, quoties denique ho[]mines alterius vel ſua dicta, facta, cogitata adeo, in falſam et deteriorem partem interpretantur. Partium itaque non totius generis definitiones ſunt, quas dabimus.* Nonius, 4, 74 Calumnia eſt malitioſa [et] mendax infamatio. Cic. Off. 1, 33 c. 10 Exiſtunt etiam ſaepe iniuriae calumnia quadam, et nimis callida, ſed malitioſa iuris interpretatione: ex quo illud ſummum ius ſumma iniuria factum eſt, iam tritum ſermone prouerbium. *Ponit deinde vnum alterumque exemplu[m].* Exhauſtus atque egens ad rapinas conuertit animum, vario et exquiſitiſſimo calumniarum et auctionum et vectigalium genere Suet. Ca[lig.] c. 38. Fiſci Iudaici calumnia ſublata: *Numus a Nerua cuſus, vid. Patin. ad Suet.* c. 12. *Spanhem. Numiſ. Diſſ.* 13 p. 570. Legata ex teſtamento Tiberii, quanquam abolito, ſed et Iuliae Auguſtae, quae Tiberius ſuppreſſerat, cum fide ac ſine calumnia, repraeſentata perſoluit Suet. Cal. c. 16. Litium calumniae Cic. pro Milon. 74 c. 2[] Idem Fam. 1, 1 Senatus religionis calumniam non religione, ſed m[a]leuolentia, et illius regiae largitionis inuidia comprobat. *i. callidum commentum de carmine Sibyllino, quod contra cupiditatem Lentuli interpretabantur, populumque deterrebant religione, ne exercitum illi decerneret.* Cic. pro Cluent. 86 Nec elabi alio accuſatore poterat Albius, nec ſine ignominia calumniae relinquere accuſationem Cluentius. *Nempe ſi deſtitiſſet ab accuſando, diceretur calumniatum eſſe, falſo accuſaſſe.* Indignitas calumniae Quinctil. 6, 1, 9. Creditorum turbam non niſi terrore calumniae amouit Suet. Vitell. c. 7. Fiſcales calumniae Idem Domit. 9. *i. Delationes falſae, aduerſus ciues pro fiſco intentae.* Calumnia ieiuna, *vid.* IEIVNVS. Manifeſtae calumniae eſt Quinctil. 1, 5, 35. *de Grammatica diſputatiuncula. Ad[d.]* 2, 17, 18. *et* 2, 10, 43. Acerbiſſima miniſtra auaritiae calumnia C[ic.] Q. Frat. 1, 1. ¶ 2 *Formulae verborum:* Cic. pro Dom[o] ſua 36 c. 14 Illud in primis, ne qua calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur. Idem Acad. 4, 65 c. 20 Nam ſi in minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coërcetur. Calumnia contundere, *vid.* CONTVNDO. Gell. 14, 2 Ex quibus omnibus ſi nulla re probaretur, dimitti iam ſe oportere, et aduerſarium de calumnia damnari. *Vid.* Ferre calumniam. Cic. de Nat. Deor. 2, Atque haec quum vberius diſputantur, et fuſius, vt mihi eſt in animo facere, facilius effugiunt Academicorum calumniam. *Add.* pro Cluent. c. 59. Cic. Att. 4, 3 Metellus calumnia, dicendi tempus exem[it] adiuuante Oppio, *etc. i. multa quaſi de iure diſputando, quibus vincere ipſe quidem poſtulabat.* Idem Fam. 1, 4 Res ab aduerſariis noſtris e[x]tracta eſt variis calumniis. *Et* Fam. 8, 8 Scito C. Sempronium Ruf[um] mel ac delicias tuas calumniam maximo plauſu tuliſſe. *i. calumniae co[n]victi*

*iƈtum damnatumque eſſe, vt* ſuffragium ferre, praemium *etc. Hoc iam ſeries orationis ſuadet, et monuit contra falſas aliorum interpretatio-es Gronouius.* Imponere calumniae perſonam alicui, *vid.* IMPONO. niicere alicui metum calumniae Sueton. Caeſ. 20. Intendere ani-uum calumniis rapiniſque Idem Neron. 32. Inſtruere calumniam icui, *vid.* INSTRVO. Iurare calumniam, *eſt Accuſatorum, uos prius, quam audirentur, iurare oportebat, ſe calumniae cauſa ad ac-uſandum non veniſſe.* Cic. Fam. 8, 8 Nam de diuinatione, Appius, uum calumniam iuraſſet, contendere auſus non eſt, Pilioque ceſſit. *dd.* Sen. Controu. 9. Id. ibid. 19 Se in eum iuraturum calumniam. *id. Schott. ad h. l.* Obterere, *vid.* OBTERO. Petere aliquid er calumniam, malitiamque Cic. Verr. 4, 66. Reprimere calumnias uet. Domit. 9. ¶ 3 *Denique obſeruandi illi loci, vbi non l forum, aut iudicia, ſed ad argutas doƈtorum diſputationes, et cauil-tiones, ſ. ſophiſmata pertinet.* Cic. de Rep. *apud* Non. 4, 75 Vt arneadi reſpondeatis, qui ſaepe optimas cauſas ingenii calumnia *i. ingenioſa cauillatione)* ludificari ſolet. Quinƈt. 1, 5, 35 Manifeſtae lumniae eſt, *de diſputatiuncula Grammatica. Add.* 2, 17, 18. *et* 12, , 43. Caecina ad Cic. Fam. 6, 7 Quem putas animum eſſe, vbi cum ſic loquitur? Hoc probabit: hoc verbum ſuſpicioſum eſt. uid ſi hoc muto? At vereor, ne peius ſit. Age vero, laudo ali-icm. Num offendo? *De his iam cogitationibus ſuis, et dubitationi-s.* In hac igitur, *inquit*, calumnia timoris, et caecae ſuſpicionis rmento, cum plurima ad alieni ſenſus coniecturam, non ad ſuum dicium ſcribantur, *etc.* Quinƈtil. 10, 1, 115 *Cicero de Caluo*, Eum mia contra ſe calumnia verum ſanguinem perdidiſſe. *Vid. ſtatim* ALVMNIOR. ¶ 4 *Hoc nomen cum deriuatis inter ea , quae* K *litera in monumentis ſcripta interdum inuenias.*

CALVMNIOR, āri. [διαβάλλω, συκοφαντῶ] *Notionem calumniae odo explicatam ſequitur, et non modo ſignificat, vt eſt* l. 1 ad SC. Tur-llian. Falſum crimen ſcienter intendere, *ſed etiam quacunque fal-interpretatione, aut argumentatione ſibi aliiſue moleſtiam faceſſere.* c. pro Roſc. Amer. 55 Quum enim aliquid habeat, quod poſſit cri-noſe ac ſuſpicioſe dicere, aperte ludificari ac calumniari ſciens non deatur. Idem Fam. 9, 7 *pr.* Nam quod antea calumniatus ſum. *explicante Graeuio, Falſo praetextu vſus ſum.* Me etiam, ſi diutius lumniarentur, redire iuſſiſtis Cic. poſt red. in Sen. c. 11. Ca-nniari ſi quis voluerit, quod Phaedr. 1, 1, 5. Id vnum calumniatus rumor Tacit. Hiſt. 3, 75. Diƈta faƈtaque quorundam calumniatus et. Aug. c. 12. Naturam rerum calumniari Plin. 18, 28. ¶ 2 lumniari *ſe dicuntur, qui inter ſcribendum nimis anxie inquirunt ſin-la, et quae proba ſunt, etiam damnant.* Quinƈtil. 10, 3, 10 Cito ribendo non fit, vt bene ſcribatur: bene ſcribendo fit, vt cito —— c rurſus eos, qui robur aliquod in ſtilo fecerint, ad infelicem ca-mniandi ſe poenam alligandos puto. —— Sunt autem, quibus nihil ſatis; omnia mutare, omnia aliter dicere, quam occurrit, velint: reduli quidam, et de ingenio ſuo peſſime meriti, qui diligentiam tant facere ſibi ſcribendi difficultatem *etc. Sunt enim plura in hanc tentiam.* Idem 8, 31 *pr.* Quibusdam tamen nullus finis calumni-di eſt, et cum ſingulis paene Syllabis commorandi, qui etiam, cum tima ſint reperta, quaerunt aliquid *etc.* ¶ 3 *Paſſ.* Po-ſiones, a quibus analogia calumniatur, *i. e.* συκοφαντεῖται *ap.* Priſc. pag. 793.

CALVMNIANS. Partic. Cic. pro Quint. 67 Iacet res in contro-rſiis, iſto calumniante biennium. *i. ſpecie iuris tergiuerſante.* Poe-calumniantium Sueton. Domit. 9. Obieƈtus calumniantibus inƈtil. 6, 3.

CALVMNIATOR, ōris. m. [διάβολος, συκοφάντης, κακοπράγμων, t. Gloſſ.] *Qui per fraudem et fruſtrationem alium vexat litibus, aut, malitioſe, certe in deteriorem partem, aliquid interpretatur.* Ca-mniator ab oue quum peteret canis Phaedr. 1, 18 (17). Cic. pro uent. 63 Eſt hic Ennius egens quidam calumniator, mercenarius pianici, *etc.* Scriptum ſequi, calumniatoris eſſe: boni iudicis, luntatem ſcriptoris auƈtoritatemque defendere Id. pro Caecin. c. 23. lumniatores *ea olim poena afficiebantur, vt punƈta et ſtigmata in nte inuſta et inſcripta geſtarent.* Cic. pro Roſc. Amer. 57 c. 20 *Cum ibus capitolii cuſtodibus comparaſſet Accuſatores, ſubiicit,* ſi —— tummodo ſine ſuſpicione latrabitis: Crura quidem vobis nemo fringet, ſed ſi ego hos bene noui, literam illam, cui vos vſque eo imici eſtis, vt etiam omnes oderitis, ita vehementer ad caput affi-nt, vt poſtea neminem, niſi fortunas veſtras, accuſare poſſitis. *Nempe e* Remmia *cautum videtur, vt litera* K Calumniae *notâ fronti ca-mniae damnatorum inureretur. Vid. Voſſ. Ariſtarcho* 1, 17. *Eſt haec niectura probabilis, coniectura tamen. De nota quacunque inuſta dubi-re non ſinit* Plin. Paneg. 34, 3 Neque vt antea exſanguem illam et ream frontem, necquidquam conuulnerandam praebeant punƈtis, notas ſuas rideant. *Vid. Brencmanni Diſſ. de lege Remmia. Hac im lege puniebantur Calumniatores.* Cic. pro Quint. 87 Neque ab mine alieno, neque ab aliquo calumniatore atque improbo, ſed ab uite Romano, *etc.* Plin. 34, 8 ſ. 19, 34 Maxime cognomine in-nis eſt Callimachus, ſemper calumniator ſui, nec finem habens dili-ntiae, ob id Cacizotechnos (*apud* Vitruu. 4, 1, *legitur* Catatechnos, *riat et alias leƈtio)* appellatus, memorabili exemplo adhibendi curae odum. Apponere calumniatorem, *vid.* APPONO. Quaerere lumniatorem Cic. Verr. 2, 22.

CALVMNIATIO, ōnis. f. Aſcon. Ped. in Diuin. Cic. 45 c. 14 lumniationes *appellat captioſas illas interrogationes, quas ibi profert cero.*

CALVMNIATRIX, īcis. f. Vlpianus l. 1 §. Si ea, quae 14 g. de Ventre in poſſeſſ. mittendo: Niſi manifeſta ſit calumniatrix ulier.

CALVMNIOSVS, a, um. [συκοφαντικὸς] *Qui calumniari ſolet.* uguſtin. . . . Nemo illic calumnioſus tendiculam verborum re-uirit. Paul. Iuriſc. lib. Sent. 1, 5 Calumnioſus eſt, *inquit*, qui iens prudensque per fraudem negotium alteri comparat. Adnotatio lumnioſa Paul. in l. Debitor. D. de leg. 2. Crimina calumnioſa lpian. in l. Illicitas. D. de offic. praeſid. Calumnioſas diſſoluere iminationes Arnob. *pr.* Apul. Apol. p. 418 Sed ſumme ego ineptus, ui haec etiam in Iudicio? an vos potius calumnioſi, qui etiam haec accuſatione? In qua cognitione illos calumnioſiſſimos iudicauit uguſtin. Ep. 152.

CALVMNIOSE. Adu. *Idem.* Aggenus Vrbicus de Limit. cap. Aqua pluu. Calumnioſe fines defendere. Lege 8. Dig. de Stipulat. aetor. Calumnioſe petere. *Et ſaepe apud Scriptores Eccleſiaſticos.* g. Auguſtin. Epiſt. 48 *et* 152. Calumnioſiſſime Symmach. 10 piſt. 76.

CALVO, as, *et* is. *it.* CALVVS, *vid.* CALVA.

CALX, calcis. m. *et* f. [πτέρνα] *Ima, eademque poſterior pars pedis.* Virgil. Aen. 5, 324 Calcemque terit iam calce Diores. *Vbi* Seruius, Calcem dicimus, vnde terram calcamus. Ergo non proprie dixit, Calcem calce terit. Planta enim calcem potuit terere. Vnde a parte totum accipiendum, id eſt Calcem pede terebat. *Sic legendum eſſe h. l. putamus. Sermo enim eſt de duobus in ſtadio currentibus, quorum poſterior prope aſſecutus priorem huius* calcem *ſua* planta *poteſt* terere, *non vice verſa.* Non. 1, 120 Calces a Calcando, quod eſt nitendo, diƈtae ſunt, non a Calcitrando. Nam et de omnibus pedibus, et de hominum et vniuerſorum animantium dici poteſt. Nam ſunt calces extrema pars pedum terrae proxima. *Videtur potius contra ſe res habere, et* calcandi *verbum atque* calcitrandi *a* calcibus *diƈtum eſſe.* A capite vſque ad calcem, A calce ad carceres, *vid.* A praepoſitionem. Curuata calx Silius 16, . . Ferrata calx, *eſt equitis calcare muniti.* Virgil. Aen. 11, 714 Quadrupedemque citum ferrata calce fatigat: *Feminino hic vſum Poëtam, ait* Non. 3, 60. Sil. 7, 696 Ferrata calce atque effuſa largus habena Cunƈtantem impellebat equum. *Add.* 13, 169. *it.* 17, 5. *Contra* Stat. Silu. 5, 2, 115 Tendentem curſus, vexantemque ilia Nuda calce ferocis equi. Incuſſae Sil. 4, . . Rigidi calces Perſ. Sat. 3, 105. Solidi in certamine calces canum Grat. Cyneg. 278. Caedere calcibus Plaut. Poen. 3, 3, 71. Certare pugnis et calcibus Cic. Tuſc. 3, 77. *Graece* πὺξ καὶ λάξ. Contingere calce quemquam, *vid.* CONTINGO. Cic. Verr. 3, 56 c. 23 Et tibi, cum pugnis et calcibus conſciſſus eſſet, promiſit. Cruentare equum ferrata calce Sil. 17, 5. Quinƈt. 2, 8, 13 Ille exercendi corpora peritus, non ſi docendum Pancratiaſtem ſuſceperit, pugno ferire vel calce tantum. Incurſare aliquem calcibus Plaut. Poen. 4, 1, 3. Inſultare fores calcibus Ter. Eun. 2, 2, 54. Horat. Serm. 2, 1, 55 Vt neque calce lupus quemquam neque dente petit bos. Premere Auƈt. ad Herenn. 4, 68. Pulſare Sil. 16, . . Remittere calces dicitur equus, *i. recalcitrare* Nepos 18, 5, 5. Calcem Terere calce Virgil. Aen. 5, 324. *i. proxime inſequi.* Verberare auras calcibus Idem Aen. 10, 892. Vti pugnis et calcibus Cic. pro Syl. 71. Ter. Phorm. 1, 2, 28 Nam quae inſcitia eſt aduorſum ſtimulum calces? *Vbi* Donatus, Modo calces, non partes plantae, ſed percuſſiones pedum, plagasque ſignificat. *Aliter Turnebus, Illic enim* Calces *verbum eſſe contendit, ſic exponens: Adeo es inſcitus et ſtultus, vt contra ſtimulum calcaturus, id eſt calcitraturus ſis. Eſt enim prouerbium Graecum omnibus notum,* πρὸς κέντρα λακτίζειν. *Qui* calces *in Terentio nomen accipiunt, et prouerbium corrumpunt, et ſubaudiunt, quae vix a ſpeƈtatore diuinari potuerunt. Haec ille: mihi non perſuadet tamen, vt non putem,* calces *eſſe nomen, intelligi autem* iaƈtare, *vel ſimile verbum.* ¶ 2 Calx *etiam dicitur de Imis partibus columnae, cui ſcalarum gradus adhaerent.* Vitruu. 9, 2 *extr.* Et ibi collocentur interiores calces ſcaporum. ¶ 3 Calx, *pro lapide exuſto, et ſine curſus, deinde explicabitur, poſt deriuata a* calce *pedis.* Calx *auulſi ſurculi* Plin. 21 ſ. 35 n. 3. *i. ima pars.*

CALCANEVM, i. n. *Idem, quod calx, calloſum illud in calce.* Virgil. in Moreto v. 36 Continuis rimis calcanea ſciſſa rigebant. Hieron. Epiſt. 41, ad Rufinum: Mihi concede, vt inter ſanƈtorum calcanea caput poſſim leuare. *i. Poſtremus eſſe.* Lamprid. in Heliog. 20 Comedit ſaepius ad imitationem Apicii calcanea camelorum. *Nihil de ea re Apicius, qui hodie legitur.*

CALCAR, āris. n. [πτερνιστὴρ] *Equorum ac iumentorum ſtimulus: quod ad calcem equitis alligetur.* Plaut. Aſin. 3, 3, 118 Calcari quadrupedem agitabo. Addere calcar currenti, *pro Cupiditatem ac ſtudium alicuius augere, atque acuere* Plin. Epiſt. 1, 8. Adhibere, *it.* Admouere calcar, *vid. in verbis.* Auferre calcaribus equum Sil. 10, . . Concitare calcaribus equum Liu. 2, 6. Curt. 7, 4, 18. Cic. Att. 6, 1 Cicerones pueri amant inter ſe, dicunt, exercentur: ſed alter, vt dixit Iſocrates in Ephoro, et Theopompo, frenis eget; alter calcaribus. *Plenius explicat* de Orat. 3, 36 c. 9 Dicebat Iſocrates —— ſe calcaribus in Ephoro, contra autem in Theopompo frenis vti ſolere. Alterum enim exſultantem verborum audacia reprimebat, alterum cunƈtantem, et quaſi verecundantem incitabat. Immenſum gloria calcar habet Ouid. ex Pont. 4, 2, 35. Subdere calcaria equo Idem ex Pont. 2, 6, 38. Curt. 3, 13, 8. Amoris calcaribus iƈtus, *eleganti tralatione* Lucretius *dixit* 5, 1074. Calcaria *in gallinis.* Columel. 8, 2, 8 Generoſiſſimaeque creduntur, quae quinos habent digitos, ſed ita, ne cruribus emineant transuerſa calcaria; calcis aculeos *vocat ibidem.* Calcar, *pro* Impetu. Varro Seſquiulyſſe, Ventus ſuo caſu (*Merc.* ſuccaſu) vehementius ſufflare, et calcar admouere Nonius 6, 21. *Forte de nauigatione.*

CALCEVS, *et interdum* CALCIVS, i. m. [ὑπόδημα] *Indumentum pedis, ſpeciatim calcis, a quo nomen habet. Vix audiendi, qui deriuant a* κᾶλον *lignum, quod ex ligno primitus calcei fierent.* Cic. de Inuent. 1, 47 c. 30 Si multus erat in calceis puluis, ex itinere eum venire oportebat. Forma calcei Vlpian. l. 5 §. 3 ad Leg. Aquil. *it.* l. 13 D. Locati Cond. *lignum, ad pedis figuram dolatum, cui accommodatur calceus. Conf.* Horat. Sat. 2, 3, 106. Idem Serm. 1, 3, 32 Male laxus In pede calceus haeret. *ruſticitatis pars.* Lutei calcei Apul. Met. 8 p. 260. Mullei calcei. Feſtus: Mulleos calceos aiunt eſſe, quibus reges Albanorum primi, deinde Patricii vſi ſunt. M. Cato Originum libro ſeptimo, Qui magiſtratum curulem cepiſſet, calceos mulleos allucinatos (*Scalig. emendat*, alii vncinatos,) caeteri perones. *Vid.* MVLLEVS. Tertull. de Pall. 4 Impuro cruri purum aut mulleolum inducit calceum. *Et* c. 5 Vncipedem *dicit, qui repandus, et vncinatus eſſet: quamquam Salmaſius malit* vincipedem. *Ponamus locum:* Calceos nihil dicimus proprium togae tormentum, immundiſſimam pedum tutelam, verum et falſam. Quem enim non expediat in algore et ardore rigere nudipedem, quam in calceo vincipedem. *Repandos fuiſſe calceos, Salmaſius non negat, et hoc ſignificare ait* mulleum. *Sed* vincipedem *tamen* praefert, *et explicat, cui deuinƈtus pes ſit. Nota* calceum *cum* toga *coniungi. Hoc facit etiam* Cic. Phil. 2, 76 c. 30. *it.* Plin. Epiſt. 7, 3 Quousque (*in ſeceſſu tuo*) calcei nusquam? toga feriata? *Nempe operoſior* calceus, ſolea *leuior et expeditior.* Calceis *reſpondent* ὑποδήματα *Graecorum, quae totum pedem tegunt,* ſoleae *ſolum imum pedis muniunt, Gr.* σανδάλια. Sicyonii calcei Cic. de Orat. 1, 231 c. 54 *Socrates ad Lyſiam*, Vt ſi mihi calceos Sicyonios attuliſſes, non vterer, quamuis eſſent habiles, et apti ad pedem, quia non eſſent viriles. Horat. Epiſt. 1, 10, 43 Cui non conueniet ſua res, vt calceus olim, Si pede maior erit, ſubuertet: ſi minor, vret. Subuertet, *ſubaudi* Euntem. Cic. Phil. 2, 76 c. 30 Quod quaerebas, quomodo rediſſem? primum —— deinde cum calcei

ceis et toga, nullis nec Gallicis nec lacernis. Quinctil. 6, 3, 74 *de iocis*, Belle interim ſubiicitur pro eo, quod negas aliud mordacius: vt Iunius Baſſus querente Domitia Paſſieni, quod incuſans eius ſordes calceos eam veteres diceret vendere ſolere, Non mehercule, *inquit*, hoc vnquam dixi, ſed dixi, emere te ſolere. Sueton. Aug. 92 Auſpicia quaedam et omnia pro certiſſimis obſeruabat: ſi mane ſibi calceus perperam, ac ſiniſter pro dextro induceretur, vt diuum *etc.* Plin. 2, 7 Diuus Auguſtus laeuum prodidit ſibi calceum praepoſtere inductum, quo die ſeditione militari prope afflictus eſt. Mutare calceos, *alios induere* Cic. pro Milon. c. 10. *Sed per ſchema Senatorem fieri* Cic. Philipp. 13, 28 c. 13 Eſt etiam Aſinius quidam Senator voluntarius, lectus ipſe a ſe apertam curiam vidit poſt Caeſaris mortem, mutauit calceos: repente Pater Conſcriptus factus eſt. *Nempe reſpicit ad Senatorum calceos luna ſ. nota centenarii C inſignes: de qua* Iuuenal. 7, 192 *de Quinctiliano COS.* Appoſitam nigrae Lunam ſubtexit alutae. *Conſ. Plutarch. Quaeſt. Rom. 76.* Iſid. Orig. 19, 34 Patricios calceos Romulus reperit IV corrigiarum, aſſutaque luna —— Luna autem notam centenarii numeri ſignificabat, quod initio patricii ſenatores centum fuerint. *Sed plura habet Iſidorus huc referenda.* Talares calcei ſocci ſunt, qui inde nominati videntur, quod ea figura ſint, vt contingant talum: ſicut ſubtalares, quod ſub talo ſunt. *Nempe alias ad medium crus pertinuiſſe* calceum, *Senatorium quidem illum et tribunicium, docet* Horatius Serm. 1, 6, 27 Nam vt quisque inſanus nigris medium impediit crus Pellibus, et latum demiſit pectore clauum. *Sed addamus aliquid ex* Iſidoro, Obſtrigilli ſunt, qui per plantas conſuti ſunt, et ex ſuperiori parte corrigia trahitur, vt conſtringantur. Mullei ſunt, *ſed de his ſ. l.* Vopiſcus Aurel. c. 49 Calceos mulleos, et cereos, et albos (*Salmaſ. coniicit* galbos) et hederaceos, viris omnibus tulit (*i, abſtulit, interdixit*) mulieribus reliquit. Interim albos calceos *muliebres iam olim habitos, apparet ex* Ouid. Art. 3, 271 Pes malus in niuea ſemper celetur aluta. Apul. Met. 7 p. 191 Calceis femineis, albis illis et tenuibus, indutus, et in ſequiorem ſexum inſertus atque abſconditus. Martianus Capella *in Deorum ſuorum ornatu* calceos *non omittit, vt* lib. 1 p. 17 *vbi Iouem Pantheum deſcribit*, Calceos ſmaragdinae fluctu viriditatis herboſos veſtigiis eius Tellus annexuit. *Et* lib. 2 p. 28 Phroneſis Philologiae Calceos ex papyro textili ſubligauit, ne quid eius membra pollueret morticinum (*quo in genere ſunt pelles animalium.* Scribon. Comp. 161 Multis (*podagris*) profuit ad corpus in duplici calceo pellem caninam habere. *Nempe eo ipſo fit* calceus duplex, *ſi intus, vbi corpus attingit*, pellem caninam *aſſutam habeat. Vid. Rhodius. Plura de* calceis *Romanorum, et vario* calceatu *volentem inſtruent Salmaſ. ad* Tertullianum de pallio, *et* Scriptores Hiſt. Auguſtae *pluribus locis: et dedita opera B. Balduinus libello de calceo, cui ſimilis argumenti pluſcula ab editoribus adiecta ſunt. Vid. etiam* crepida, cothurnus, ſolea, *etc.*

CALCEŎLVS, i. m. Dimin. [καλτίκιος] Calceolorum ligulae Scribon. 208. Cic. de Natur. Deor. 1, 83 c. 29 Cum pelle caprina, cum haſta, cum ſcutulo, cum calceolis repandis. *Habitum Iunonis Soſpitae deſcribit.*

CALCEOLARIVS, i. m. [ὑποδηματοποιος] *Qui calceos conficit.* Plaut. Aul. 3, 5, 38 Propolae, linteones, calceolarii.

CALCEO, *et* CALCIO, āre. [ὑποδέω] *Calceos induere, vel facere.* Qui capita veſtra non dubitatis credere, cui calceandos nemo commiſit pedes Phaedr. 1, 14, 15. *in medicum ex ſutore.* Plin. 8, 54. *de ſimiis*, Laqueisque calceari tradunt. Obiere, dum calciantur Idem 7, 53. Tertull. adu. Marc. 3, 14. Plin. 36, 5 Archeſilaum quoque magnificat Varro, cuius ſe marmoream habuiſſe leaenam tradit, aligerosque ludentes cum ea Cupidines, quorum alii religatam tenerent, alii e cornu cogerent bibere, alii calciarent ſoccis, omnes ex vno lapide. Calceabat ipſe ſeſe Sueton. Veſp. 21. Idem Veſpaſ. 23 Mulionem in itinere quodam ſuſpicatus ad calceandas mulas deſiluiſſe, vt adeunti litigatori ſpatium moramque praeberet, interrogauit, Quanti calceaſſet? pactusque eſt lucri partem. *Nempe iumentis, delicatioribus praeſertim, et in via aſperiore, vel in curando morbo* ſoleas *alligabat* Sparteas, *interdum* carbatinas. *De camelis modo videbimus ex Plinio, in* CALCEATVS. Pallad. 1, 24, 2 Vetus Spartea, qua animalia calceantur. *Add.* Veget. Mulom. 2, 55, 4. 2, 58, 2. *Ex hoc genere ſunt* ſoleae ex auro, *quas* Poppaeam delicatioribus iumentis induere ſolitam *memorat* Plin. 33, 11 ſ. 49: *et* argenteae mularum ſoleae, quibus vſum *ait maritum ipſius* Neronem Sueton. 30. *Haec non fuiſſe ferramentis hodiernis ſimilia, quae clauis affiguntur ad ipſas vngulas, totumque illud genus antiquis incognitum clariſſime oſtendiſſe mihi videor in Lexico Ruſtico. Vid.* SOLEA.

CALCEATVS, *aut* CALCIATVS, a, um. *Vt*, Martial. 12, 45

Haedina tibi pelle contegenti
Nudae tempora verticemque caluae
Feſtiue tibi, Phoebe, dixit ille,
Qui dixit, caput eſſe calceatum.

Cic. pro Cael. 82 c. 26 Non ſatis commode calceati et veſtiti. Altius calciatus Pallad. Mart. t. 13. Calceati dentes, a Plauto Capt. 1, 2, 84. *ioco dicuntur, i. expediti, et ad conuiuium parati, qui ſcrupoſos cibos poſſunt conterere.*

CALCEĀTVS, ûs. m. [ὑπόδεσις] *Calceamentum.* Plin. 11, 45 ſ. 106 Pes imus veſtigio carnoſo: qua de cauſa in longiore itinere ſine calceatu fatiſcunt. *De Camelis loquitur. Vid. mox* CALCEARE. Veſtitu calceatuque et caetero habitu, neque patrio, neque ciuili vſus eſt Suet. Calig. c. 52.

CALCEĀMEN, ĭnis. n. *Omne genus tegumentorum pedis.* Plin. 19, 2 Hinc calceamina, et paſtorum veſtis.

CALCEAMENTVM, *et* CALCIAMENTVM, i. n. *Idem.* Cic. Tuſc. 5, 90 c. 32 Mihi amictui eſt Scythicum tegmen, calceamentum ſolorum callum, cubile terra. Calciamenta vtrique ſexui conuenientia Colum. 12, 3. Altiuſculis calceamentis vti Suet. Aug. 73. Calceamentis humilioribus vtendum, ne vinctura talum laedat Celſ. 8, 22. *de talo luxato.* Induere calceamentum Plin. 28, 4. Attritus calceamentorum Id. 28, 16. Lapidea calciamenta illata mortuis Plin. 36, 17. Ornamenta gemmarum calceamentis indidit Eutrop. 9, 16.

CALCEAMENTARIVS, i. m. Ὑποδηματάριος, Caligarius Gloſſ. Gr. Lat.

CALCEARIVM, *ſiue* CALCIARIVM, i. n. *Pecunia, quae ad calceatum, ſiue ad parandos calceos datur, vt* vaſarium, congiarium, *etc.* Sueton. Veſp. 8 Petentes conſtitui aliquid ſibi calcearii nomine. Calciarium habet Vlp. l. 21 Dig. de Alim. et cibariis. *It.* l. 8 §. 14. de tranſact.

CALCIATOR, is. m. *In Monum. Liuiae, ſ. columbario, quod Gorius edidit n. 88 eſt* M. LIVIVS AVG. L. MENOPHILV[S] CALCIATOR.

CALCĬTRO, āre. [λακτίζω] *Calcem remittere, calce percuter[e]* Plin. 30, 16 Mulas non calcitrare, quum vinum biberint. *Metaph. Repugnare:* Cic. pro Cael. 36 c. 15 Illum filiumfamilias patre parc[o] et tenaci habere tuis copiis deuinctum non potes: calcitrat, reſpuit, non putat tua dona eſſe tanti.

CALCITRĀTVS, ûs. m. [λακτισμὸς] Plin. 8, 44 Mulae ca[l]citratus inhibetur vini crebriore potu.

CALCĬTRO, ōnis. m. [λακτιστὴς] *Qui calcibus inueſtat.* Plau[t]. Aſin. 2, 3, 11 Ita haec morata ianua eſt, extemplo ianitorem clamat procul ſi quem videt ire ad ſe calcitronem. Equus mordax et calcitr[o] Gell. 4, 2. Varro *apud* Non. 1, 214 Equum mordacem, calcitronem, horridum.

CALCITRŌSVS, a, um. *Idem.* Columel. 2, 2, 26 Nunqua[m] ſtimulo laceſſat iuuencum: quod retractantem, calcitroſumque e[fficit] reddit. Iumenta calcitroſa Vlpian. in l. 4 D. de aedil. edict.

CALCO, āre. [πατέω] *Proprie ſignificat pede, ſ. calce compr[i]mere. Sed multo latius patet, et adhibetur, vbi vi quadam ſpiſſari a[li]quid, denſarique aliquid indicant. Sic* Calcare manibus Cato R. R. [c.] *Et* c. 52, 1 Eum qualum aut calicem terra impleto calcatoque ben[e]. Idem 28, 2 Calcare fiſtucis vectibusque. Plin. 25, 11 Oſſa fracta capite extrahit, aut ſi quid in corpore ſuppurat, vel ſi calcata ſu[nt] oſſa. Apic. 2, 3 Et calcabis in mortario bene loto. *Sic etiam* Palla[d.] Ian. 20. Plin. 36, 23 ſ. 52 Ita ferratis vectibus calcari ſolum, pari[e]tesque ſimiliter. Virgil. Georg. 2, 244 Huc ager ille malus, du[l]cesque a fontibus vndae Ad plenum calcentur. *Proprie, de* [...] Stat. Theb. 8, 541 In vultus galeam, clipeumque in pectora calca[t]. Sen. Hippol. 234 Et aſpera agili ſaxa calcantem pede. Ouid. Tri[ſt.] 5, 8, 10 Exiget at dignas vltrix Rhamnuſia poenas: Impoſito calca[s] quod mea fata pede. Idem ex Pont. 4, 7, 47 Enſe tuo factos calc[a]bas victor aceruos. *Et* Aceruos morientum calcare Id. Met. 5, 88. Oui[d.] Triſt. 3, 10, 39. *de glacie Thraciae*, Nec vidiſſe ſat eſt; durum calc[a]vimus aequor. Idem Amor. 3, 11, 5 Vicimus, et domitum pedib[us] calcamus amorem. Hoſtem calcare Iuuen. Sat. 10, 86. *De more c[al]candi colla deuictorum ad oſtentationem perfectae victoriae, vid. Bar[th.] ad 2 Theb. Stat. p. 632 et ſeq.* Calcat iacentem vulgus Sen. O[ed.] 445. Petron. 122 Calcauit Iuga Caeſar milite laeto. Plin. 33 [...] Tanquam parum benigna, fertiliſque quaqua calcatur, *de Terra.* [...] lumque ſuo cum lumine calcat Lucan. 6, 219. *i. ſagittam cum ocu[lo]* Via leti ſemel calcanda Horat. Carm. 1, 28, 16. Petronius 118 C[...]teri, *inquit*, aut non viderunt viam, qua itur ad carmen, aut viſ[am] timuerunt calcare. Vuas calcare Varro de R. R. 1, 54, 2. *Ad ſup[er]ſtitionem pertinet illud* Petron. 134 Calcaſti purgamentum noctu in [tri]vio, aut cadauer. *Metaph.* Honores magnos calcare Claud. Pan[eg.] 3, 109. Simulatio hucusque procedit, vt, quae dicendo refut[are] non poſſumus, quaſi faſtidiendo calcemus Quinct. 5, 13, 22. Calcare, *Gallinam inire, ſeu inſcendere, quod galli faciunt.* Colu[m.] 8, 5, 24 Summouebimus autem veteres gallinas, id eſt, quae tri[mum] tum exceſſerunt. nec minus, quae velut mares cantare, atque eti[am] calcare coeperunt.

CALCANS. Partic. Martial. 12, 61 Excipere hos illos, et t[...] ſurgere coena Marmora calcantem frigidiora gelu, *etc.* Moe[...] calcantem Magnum Lucan. 10, 546.

CALCATVS, a, um. *Vt*, Caſtra calcata Lucan. 7, 332. Hy[...] calcato immitior Ouid. Met. 13, 804. Oſſa Plin. 25, 11. V[...] Ouid. Faſt. 4, 897. *Metaph.* Ius calcatum, *i. Suppreſſum* Claudia[n.] in Eutrop. 2, 124. *Sic* Numinibus diuinis ſpretis ac calcatis Apu[l.] Met. 9 p. 223. *Alia Metaph.* Calcata quaeſtio, *i. trita, ſaepe tr[a]ctata, eſſe dicitur apud* Senecam . . . *Sed* ¶ 2 H[irt.] de Bell. Hiſp. 16 Efferre Calcatas ad foſſas complendas, *dubiae lectio[nis] et interpretationis nomen.* Calcitas *forte non abſurde legas, ſaccos* [...]*mento plenos.*

CALCABĬLIS, e. Sidon. Ep. 1, 5.

CALCATOR, ōris. m. *Qui calcat*, [ληνοβάτης, πατητὴς, V[et.] Gloſſ.] Calphurn. Ecl. 4, 124. Vt nudus ruptas ſaliat calcator in vu[as].

CALCATRIX, īcis. Prudent. Pſychom. 589 Calcatrix mun[di] *i. victrix.*

CALCATORIVM, i. n. *Torcular, locus vbi vuae calcant[ur]* [ληνὸς Vet. Gloſſ.] Pallad. 1, 18 *pr.* Quod ſi cupis locum ſuum de[pu]tabimus: is locus ad calcatorii ſimilitudinem, podiis breuibus, et [te]ſtaceo pauimento ſolidetur. *Ibidem paullo ante*, Calcatorium hab[e] loco altiore conſtructum.

CALCATVRA, ae. f. *Calcatio, vt* Pinnae rotarum, ſine o[pe]rarum calcatura, fluminis impulſu ſunt verſatae Vitruu. 10, 10.

CALCATVS, ûs. m. *Idem.* Pallad. Ian. 13 Ne calcatu aſſid[uo] terra effoſſa ſolidetur.

CALX, calcis. m. *et* f. [κονία, ἄσβεστος, τίτανος] *Lapis coct[us] ſ. vſtus.* Cato R. R. 16 Calcem partiario coquendam qui dant, i[ta] dant. Perficit et coquit, et ex fornace calcem eximit calcarius, ligna conficit ad fornacem. Dominus lapidem, ligna ad fornacem quod opus ſiet praebet. Plin. 36, 23 Calcem e vario lapide Ca[to] Cenſorius improbat. Ex albo melior, quam ex duro, et ſtructu[ris] vtilior. Quae ex fiſtuloſo, tectoriis. Ad vtrumque damnatur [e] ſilice. Cic. pro Milon. 75 Repente lintribus in eam inſulam ma[te]riam, calcem, caementa atque arma conuexit. Lucret. 6, 10[...] Saxa vides primum ſola coaleſcere calce. Locus nuper calce et ar[e]na perpolitus Apul. Met. 8 p. 260. Calx viua Scribon. *crebr[o]* Plin. 29, 3. Macerata Idem 36, 23. *Quod etiam generis maſculini* [...] *diximus* calcem, *auctorem habemus* Catonem R. R. c. 18, 7 *vbi* cal[ce] arenato *bis vtitur. Et ſane* ¶ 2 Calx *maſculinum lapid[em] ſignificat, vnde eſt* Calculus. Feſtus, *voce* Cancri, Calces, qui p[er] deminutionem vocantur calculi. Plaut. Poen. 4, 2, 86 Profecto [...] incitas lenonem rediget, ſi eas abduxerit. MI. Quin prius diſperib[it] faxo, quam vnam calcem ciuerit. Lucill. *citante Scalig. ad Varro* p. 186 Naumachiam licet haec, *inquam*, alueolumque putare Et ca[l]ces. ¶ 3 Calce *impletus ſulcus tranſuerſus in circo ſign[um] extremum, ad quod conſiſtebant equi.* Cic. Tuſc. 1, 15 c. 8 Nunc vid[eo] calcem, ad quem decurſum eſt. Id. de Amic. 101 c. 27 Quibuscu[m] tanquam e carceribus emiſſus ſis, cum iisdem ad calcem, vt dicitu[r], peruenire. *Et* de Senect. 83 c. 23 Quod ſi quis Deus mihi largiatu[r], vt ex hac aetate repueraſcam, et in cunis vagiam, valde recuſen[t] nec vero velim, quaſi decurſo ſpatio ad carceres a calce reuoca[ri]. Cic. de Rep. *apud* Sen. Ep. 108 Quoniam ſumus ab ipſa calce eius inte[r]pellatione reuocati. *Obſeruat* Seneca, Hanc, quam nunc in circo ci[...] ta

ım vocamus, calcem antiqui dicebant. Plin. 35, 17 *de creta*, Eſt
t viliſſima, qua circum praeducere ad victoriae notam — inſti-
ierunt maiores. Varro *ap.* Non. 3, 60 Nemini fortuna curuum, a
arcere emiſſum intimo, Labi inoffenſum per aequor candidum ad
alcem ſinit. Lucret. 6, 91 Tu mihi ſupremae praeſcripta ad can-
ida calcis Currenti ſpatium praemonſtra. *Docuerunt iſta Scal. ad*
ropert. 4, 2, 57. *Lipſ. Ant. Lect.* 5, 10.

CALCARIVS, a, um. Plin. 17, 9 Nuper repertum, oleas gau-
ere maxime cinere e calcariis fornacibus. ¶ 2 Calcarius,
*ubſtantiue, qui coquit calcem* Cato de R. R. 16 Perficit, et coquit, et
x fornace calcem eximit Calcarius, et ligna conficit ad fornacem.
3 Calcaria, *intell.* fodina, *it.* fornax. Ammianus 27, 4 Calca-
ias exſtinguere, *i. fornaces. Sed* Vlpian. l. 8 ff. de poenis §. 10 In cal-
ariam quoque, vel ſulphurariam damnari ſolent. *i. fodinam.* De
alcaria in carbonariam peruenire, *i. de incommodo minore in maius*
Tertullianus de Carne Chriſti 6.

CALCARIENSIS, is. m. *Calcis faciendae miniſter.* C.
Theod. 12 t. 1.

CALECO, *ſiue* CALICO, āre. *Vnde*

CALECATVS, *ſiue* CALICATVS. [κονιατὸς, κεκονιαμένος]
*alce dealbatus.* Feſtus, Calicata aedificia, calce polita. Scalig. *ad*
*l. e veteri inſcriptione protulit* Baſilicam calecandam.

CĂLȲDON, ōnis. f. [Καλυδὼν] *Aetoliae oppidum, Oenei pa-*
*is Meleagri regia, quae ſiluae agroque, et apro cognomen impoſuit, de*
*ıibus multa apud* Ouid. Met. 8, 270 *vbi poſt Theſei mentionem,* Huius
ıem Calydon, quamuis Meleagron haberet Sollicita ſupplex petiit
ece, *etc.*

CALYDŌNIVS, a, um. Adi. *Vt*, Calydonius Heros Ouid.
Met. 8, 324. *i. Meleager.* Haſta Calydonia Idem Met. 15, 769. Re-
ga Calydonia Id. ibid. 14, 512. Martial. 11, 19 Fines mus popula-
ır, et colono Tanquam ſus Calydonius timetur.

CALYDŌNIS, ïdis. f. [Καλυδῶνις] Ouid. Met. 8, 527 Plan-
gntur matres Calydonides Eueninae.

CALYDONEVS. [Καλυδόνειος] Manil. 5, 180. *de Atalanta*, Et
alydonea pugnantem rupe puellam. *Vnde* Calydoniacam puellam
*ſculpi ab aliis videas.*

CALYMMA, *vid.* GALVMMA.

CALYPSO, ûs. f. [Καλυψὼ] *Nympha, Oceani et Tethyos filia:*
*l, vt aliquibus placet, Atlantis. Regnauit in Ogygia inſula, et Vlyſ-*
*n naufragum hoſpitaliter ſuſcepit, et diu ſatis retinuit.* Ouid. ex Pont.
10, 13 An graue, ſex annis pulchram fouiſſe Calypſo, Aequoreae-
ıe fuit concubuiſſe Deae. Idem Art. 2, 125 Ah quoties illum do-
lit properare Calypſo. *Add.* Am. 2, 17, 15. Cic. Off. 1, 113 Qua
multa paſſus eſt Vlyſſes — cum et mulieribus, ſi Circe et Calypſo
mulieres appellandae ſunt, inſeruiret. Tibull. 4, 1, 77 — foe-
unda Atlantidos arua Calypſûs, *Genitiui Graeci.* Quinctil. 1, 5, 63
Neque enim iam Calypſonem dixerim, vt Iunonem. *Dixit tamen*
puleius Mileſ. 1 p. 107 At ego vice Calypſonis aeternam ſolitudinem
ibo. Priſcian. p. 685 *ex* Pacuuio *laudat*, Filios ſibi procreaſſe,
*citur*, eundem per Calypſonem autumant. *Et ex* Liuio, Apud nym-
pam Atlantis filiam Calypſonem.

CALYX, ȳcis. m. [κάλυξ, κάλυπτρον] *Significat Folliculum,*
*o primum flos, deinde ſemen plantarum quarundam operitur, a καλύπτω,*
*erio.* Plin. 12, 6 Sed vnde veſtes lineas faciunt, foliis moro ſimilis,
lyce pomi, cynorrhodo. Idem 21, 4 f. 10 *de roſa*, In calycis
edio ſui ſtantes complexa luteos apices. *Et* 21, 5 ſ. 11. *de lilio* Odor
lorque alius calycis, alius ſtaminis. Calyx *ipſum cauum, quod folia*
*cumſtantia efficiunt: Sed* Plin. 15, 22. *de nucibus iuglandibus*, Gemino
otectis operimento, puluinati primum calycis, mox lignei putami-
s. *Et* 15, 23 ſ. 25 *de caſtaneis*, Armatum eis echinato calyce val-
m, quod inchoatum glandibus — Trini quibusdam partus ex
o calyce, cortexque lentus, proxima vero corpori membrana.
2 *Sunt et aliarum rerum* Calyces. Plin. 15, 17 ſ. 18, 4 Mala ge-
roſiſſima *(ſeruandi cauſa)* cruſtant gypſo vel cera: quae niſi matu-
ıerint, incremento calycem *(illum afficticium)* rumpunt. *Simili meta-*
*fora* 16, 6 ſ. 8 *de carbonibus parandis*, Acerui confertis tallis recenti-
s luto caminantur: accenſaque ſtrue, contis pungitur dureſcens ca-
lx, atque ita ſudorem emittit. *Et* 32, 4 ſ. 14 Teſtudinum eſt ter-
um genus — Latitudo his in dorſo pectori ſimilis, nec conuexo
ruata calyce. *i. teſta illa, a qua teſtudo dicitur.* *Et* 28, 2 ſ. 4 Huc
rtinet ouorum, vt exſorbuerit quisque calyces cochlearumque fran-
, aut cochlearibus perforari. *De cochleis* Plin. 9, 56 Cuius artis
*(aginandi eas)* gloria in eam magnitudinem perducta eſt, vt LXXX
adrantes caperent ſingularum calyces. *Sic enim leg. non* Calices.

CALYCŬLVS, i. m. Dimin. [καλύκιον] Plin. 16, 44 Quod
ro in ſpina fullonia gignitur hypophaeſton vocat: calyculis inani-
bs, foliis paruis.

## C A M

CAMA, ae. f. Lectus breuis et circa terram Iſidor. 20, 11. *et*
Ambroſ. in Offic.

CAMACVM, i. n. Cinnamum in Syria Plin. 12 *extr. Vid.*
CARYOPON.

CAMARA, ae. f. Genus nauigii Gell. 10, 25. *Quod ſic deſcribit*
ac. Hiſt. 3, 47, 5 *de barbaris ad Pontum Euxinum*, Quin et barbari
ntentius vagabantur, fabricatis repente nauibus, quas camaras vo-
nt, artis lateribus, lata aluo, ſine vinculo aeris aut ferri connexa,
tumido mari, prout fluctus attollitur ſumma nauium tabulis augent,
nec in modum tecti *(hinc* camera, καμάρα *dicuntur)* claudantur. Sic in-
r vndas voluuntur, pari vtrimque prora, et mutabili remigio, quan-
hinc vel illinc appellere indiſcretum et innoxium eſt. *Ab his naui-*
*is, quae eodem fere modo deſcribit, nomen habere* Camaritarum *gen-*
*n Ponti accolam, ait Euſtath. ad Dionyſ.* Perieg. 700. *Vid.* CAMERA,
*quo vix differt.*

CAMARĪNA, *vel* CAMERINA, ae. f. [καμαρίνα] *Oppidum*
*lacus Italiae, prouerbio nobilis* Camarinam mouere, *de quo* Seruius
Aen. 3, 701 — Et fatis nunquam conceſſa moueri Apparet Ca-
arina procul. Camerina, *inquit*, Palus eſt iuxta oppidum eius-
m nominis: de qua quodam tempore quum ſiccata peſtilentiam
eaſſet, conſultus Apollo, an eam penitus exhaurire deberent, reſpon-
t, μὴ κίνει Καμαρῖναν, ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων. quo contemto, exſiccaue-
nt paludem: et carentes peſtilentia, per eam partem ingreſſis hoſti-
is poenas dederunt. Sil. 14, 198 *Maronem imitatus dixit*, Et cui non
itum fatis, Camarina, moueri. *Penultimam etiam per E ſcriptam*

*inueniri, teſtatur Pierius ad* Virg. *l. c. et* Heinſ. *ad* Claud.
de R. P. 2, 59.

CAMBIO, is. [ἀμείβομαι] *Permuto.* Priſcian. 10 p. 906 *Cambio*
*ἀμείβομαι* ponit Chariſius (p. 219 et 233) et eius Praeteritum *campſi*,
quod ἀπὸ τοῦ κάμπτω, ἔκαμψα, Graeco, eſſe videtur. Vnde et CAMPSO,
*campſas* ſolebant vetuſtiſſimi dicere. Ennius in decimo Leucatem cam-
pſant. Apul. Apol. p. 284 Tu an habeas ad agrum colendum, an
ipſe mutuarias operas cum vicinis tuis cambias, neque ſcio, neque la-
boro. Caſaubonus ad *h. l.* p. 137 *laudat* Gloſſ. Cacumbeat διαλλάσ-
σει, *et legi vult* Cambiat ἀλλάσσει: *et obſeruat*, Graecorum κάμπτειν
*potius reſpondere Enniano illi* campſare, *quod ſignificat, flexu quodam*
*praeternauigare. Caeterum ab hoc verbo* Cambio *dictum* Cambium, *ne-*
*gotium permutandae certis legibus pecuniae, conſtat. Vid.* Alciatus Par-
erg. 1, 45. Cuiacius Comm. de Pactis *etc.*

CAMBĬTAS, ātis. f. *Permutatio*, ἀντικαταλλαγὴ Gloſſ. Gr. Lat.

CAMĒLAE, ārum. f. pl. Virgines Deae, quibus nupturae ſup-
plicare ſolitae, Feſtus: γαμήλιαι θεαί.

CAMELLA, ae. f. *Genus poculi, quo in ruſticorum ſacris ſolebant*
*vti*, Ouid. Faſt. 4, 779 Dum licet, appoſita veluti cratere camella,
Lac niueum potes, purpureamque ſapam. *Sunt qui ſcribant per ſim-*
*plex* l. *Vid.* Petron. cap. 64. 135. *et* 137 *vbi* Camellignea vetuſtate ru-
pta pice temperata reficitur. Gell. 17, 7 *inter ea ponit, quae licentius*
*vſurparit Laberius, vbi Oiſelius, neſcio vnde, adſcripſit*, Camella dictum
vas eximiae artis, in quo mundus et iocalia vxoris erant, quod, quo-
niam nuptialia munera ſoceri generis mittere lege prohibebantur,
opertum in nuptiis ferebant. *Conf.* CAMILLVM. *Caeterum deductum*
*poteſt videri ab antiquo* Camerus *ſ.* Camurus, *vnde et* Camera, *et ſigni-*
*ficare vas incuruum ſ. ventroſum.*

CAMELOPARDALIS, is. f. [καμηλοπάρδαλις] *Animal eſt ca-*
*meli proceritate, colore pantherae, maculis veluti florentibus variegatum:*
*poſtremae infra aluum partes humi ſubſident, ſicut in leonibus videmus:*
*humeri, pedesque priores, atque item pectus, praeter caeterorum mem-*
*brorum rationem procera, tenuis ceruix: camelo capite ſimile, pedibus et*
*cruribus boui. Haec recentiorum deſcriptio. Sed audiamus* Plin. 8, 18
ſ. 27 Nabun Aethiopes vocant, collo ſimilem equo, pedibus et cru-
ribus boui, camelo capite, albis maculis rutilum colorem diſtinguen-
tibus, vnde appellata camelopardalis, Dictatoris Caeſaris Circenſibus
ludis primum viſa Romae. Ex eo ſubinde cernitur, aſpectu magis
quam feritate conſpicua: quare etiam ouis ferae nomen inuenit.
*Eadem* Solin. c. 30 Quae locorum Aethiopes tenent feris plena ſunt, e
quibus quam Nabun vocant, nos Camelopardalim dicimus, collo equi
ſimilem *etc. In quibusdam libris pro* Nabun *eſt* Nabin, *vnde formant*
*primum caſum* Nabis: *cui praeſidium neſcio, quam firmum, petitur ex*
Sil. 15, 675 *vbi viri Africani nomen eſt*, Fatidicis Nabis veniens Ham-
monis harenis. *De* Camelopardali, *quae tum ſciebantur, dedit Bochartus*
*Hieroz.* P. I. L. 3, 21 p. 904 *Sed de Aethiopica appellatione nihil. Conf.*
*Ludolf. Hiſt. Aethiop. 1, 10, 33.*

CAMĒLVS, i. c. [κάμηλος] *Notum animal, de quo* Plin.
8, 18 Camelos inter armenta paſcit oriens, quarum duo genera, Ba-
ctriae et Arabiae: differunt, quod illae bina habent tubera in dorſo,
hae ſingula: ſub pectore alterum cui incumbant. Dentium ſuperio-
re ordine vt boues carent in vtroque genere. Omnes autem iumento-
rum miniſteriis dorſo funguntur, atque etiam equitatu in praeliis.
Velocitas inter equos, ſed ſuae cuique menſurae ſicuti vires. Nec
vltra aſſuetum procedit ſpatium, nec plus inſtituto onere recipit. Odi-
um aduerſus equos gerunt naturale. Sitim et quatriduo tolerant, im-
plenturque cum bibendi occaſio eſt, in praeteritum et in futurum,
obturbata proculcatione prius aqua: aliter potu non gaudent. Vi-
vunt quinquagenis annis, quaedam et centenis. Vtcunque rabiem et
ipſae ſentiunt. Caſtrandi genus etiam feminas, quae bello praeparen-
tur, inuentum eſt: fortiores ita fiunt, coitu negato. Liu. 37, 40
*In exercitu Antiochi* Cameli, quos appellant dromadas. His inſidebant
Arabes ſagittarii; gladios habentes tenues, longos quaterna cubita,
vt ex tanta altitudine contingere hoſtem poſſent. Hor. Epiſt. 2, 1,
195 Diuerſum confuſa genus panthera camelo. Cic. de Nat. Deor.
2, 122 Cameli adiuuantur proceritate collorum. Perſ. Sat. 5, 136
*Auaritia ad mercatorem*, Tolle recens primus piper e ſitiente camelo.
*De* Camelo *in numis Spanhem. Diſſ.* 4 p. 184.

CAMELARIVS, i. m. *Qui camelos agit, Camelorum agitator et*
*ductor.* Arcad. in l. 18 Munerum ciuilium. D. de muner. et honor.
§. 11 Ratione habita et alimentorum et camelorum, certa pecunia ca-
melariis dari debet, vt ſolo, *etc.*

CAMELASIA, ae. f. *ſ. vt Budaeus malebat*, Camelelaſia, [καμη-
λασία, *ſ.* καμηλελασία] *Camelorum curatio et praefectura:* Hermo-
gen. l. 1 D. de muner. et honor. *inter perſonalia munera refertur* καμη-
λασία *i.* camelorum agitatio exhibitioque, *vt ibi conuertitur.* Arcad.
l. vlt. §. 11 D. de munerib. et honor. Camelaſia quoque ſimiliter per-
ſonale munus eſt: nam ratione habita et alimentorum et camelorum,
certa pecunia camelariis dari debet, vt ſolo corporis miniſterio obli-
gentur. *Nebriſſenſis* Camelaria *legit, vt* Sagaria, Argentaria, *et ſimi-*
*les munerum et negotiationum appellationes. Turn. 21, 28 vt* ἵππος, ἱπ-
πάζω, ἱππασία, *ita recte dici oſtendit* κάμηλος, καμηλάζω, καμηλασία.

CAMELASIVM, i. n. [καμηλάσιον] *Volunt eſſe viri docti indi-*
*ctum nomine camelorum alendorum tributum. Reperiri aiunt hanc vocem*
Ammian. Marcellin. 17, 3 *extr.* Vt praeter ſolita nemo Gallis quidquam
exprimere conaretur Camelaſii nomine inique. *Ita eſſe, Turnebo 21,*
*28 perſuaſerat Lud. Ruſardus. Sed Valeſius a P. Caſtello temere inculcata*
*verba* Camelaſii nomine, *affirmat. Cuiacius Obſ. 9, 9 admonitum di-*
*cit de* Camelaſio *Turnebum, ab eo, qui id prius ex ſe didiciſſet. Viden-*
*dum igitur, vtrum* Ammianum MS. *habuerit Cuiacius, an fidem habuerit*
*editori Caſtello, cuius temeritatem alias etiam accuſat. Valeſius apud*
Marcell. lib. 17, 5 Haec ille. ſed notat Valeſius tam a MStis, quam
primitus editis hoc verbum abeſſe.

CAMELĪNVS, a, um. Adi. [καμηλινὸς] Plin. 28, 9 Dulciſſi-
mum ab hominis *(lacte, lac)* camelinum, efficaciſſimum ex aſinis.

CAMELOPODIVM, i. n. [καμηλοπόδιον] *Herba.* Apul. de
Herb. 45.

CAMENAE, *vid.* CAMOENAE.

CAMÉRA, *vel* CAMARA, ae. f. [καμάρα, κύρτωμα] Tectum
in curuitatem formatum, auctore Nonio 1, 126. Feſtus: Camara et
Camuri boues a curuatione, ex Graeco κάμπτω. *Haec eſſe ex* Verrio
Flacco, *docet* Chariſ. 1 p. 43 Camara dicuntur *(ſ. dicitur)* vt Verrius
Flaccus affirmat, non Camera per E. Sed Lucretius, *Cameraeque ca-*
*minis, ex cratibus* dicendo etiam *Cameram* dici poſſe oſtendit. Iſid.
14, 8 Camerae ſunt volumina introrſum reſpicientia, appellatae a
curuo.

curuo. *καμπύλον* enim Graece curuum eſt. *Melius* Seru. ad Georg. 3, 55 a camuro *i.* curuo. Cameras *facere docet* Vitruu. 7, 3. *Nempe iubet* aſſeres ad circinationem diſtribui, ad contignationes clauis religari — imum caelum earum trulliſſari, poſtea creta aut marmore poliri — ſub eas ſubiici coronas *etc.* *Hinc ſua ſumſit* Pallad. 1, 13. Cic. Q. Frat. 3, 1 Camaras quasdam non probaui, mutarique iuſſi. Varr. de R. R. 3, 7, 3 Periſtereon fit, vt teſtudo magna caméra tectus, vno oſtio anguſto: *primae editiones* Camara: *quod amnes agnoſcunt* 3, 8, 1 *vbi* turturibus conſtituendum *ait* locum, *qui* habeat camaras munitas tectorio. Id. 1, 59, 2 Camarae marmorato factae. Col. 4, 17, 8 Camerae more iuncti pampini. *Vid. mox* CAMERARIVS. Pallad. 1, 494 Camerae in balneis Signinae *(ex opere Signino)* fortiores ſunt. Quae vero de tabulis fiunt, virgis ferreis transuerſis et ferreis arcubus ſuſtinentur. Sed ſi tabulas nolis imponere, ſuper arcus ac virgas bipedas conſtitues ferreis ancoris colligatas, capillo inter ſe atque argilla ſubacta cohaerentes, et ita impenſam teſtaceam ſuperinducis: deinde albarii operis nitore decorabis. *Sic in compendium redegit* Vitruuiana *praecepta* 5, 10. Id. Pallad. 1, 10, 2 Camerarium tectoria ſalſo humore diſſoluit arena marina. Sueton. Neron. 34 Solutilem nauem, cuius vel naufragio, vel camerae ruina periret, commentus eſt. Petron. 30 Lucerna bilychnis de camera pendebat. Col. 1, 6, 12 Horreum Camera (MS. Camara) contectum. Petron. 40 Sublatis manibus ad camaram, *i. in altum, ad caelum.* Horat. Serm. 2, 3, 273 Quid, cum Picenis excerpens ſemina pomis Gaudes ſi cameram percuſti forte. Vet. Schol. Solent amantes ſemina ex pomis orbiculatis duobus primis compreſſare digitis, eaque mittere in cameram amicae, augurium captantes, vt ſi cameram contigerint, poſſe ſperari ad effectum duci, quod animo conceperunt. *Diſertius etiam* Pollux 9, 128 Τὸ σπέρμα τῶν μήλων — *ἄκροις τοῖς πρώτοις τῆς δεξιᾶς δύο δακτύλοις συμπιέζοντες ἔτι διάβροχον καὶ ὀλισθηρὸν ὂν, εἰ πρὸς ὕψος πηδήσειεν ἐσημαίνοντο τούτῳ τὴν εὔνοιαν τὴν παρὰ τῶν παιδικῶν.* *De camerarum exornationibus* Plin. 36, 25 ſ. 64 Pulſa deinde ex humo pauimenta in cameras tranſiere e vitro. Nouicium et hoc inuentum. Agrippa certe in thermis, quas Romae fecit, figlinum opus encauſto pinxit, in reliquis albaria adornauit, non dubie vitreas facturus cameras, ſi prius inuentum id fuiſſet. Id. 33, 3 ſ. 18 Laquearia — poſt Carthaginem euerſam primo inaurata ſunt — Inde tranſiere in cameras quoque et parietes. *Nempe* Laquearia *a cameris differunt, quod hac tectorio inductae et politae humorem et aeſtum ſuſtinerent, cum* lacunaria *ſ.* laquearia *eſſet ex tabulis artificioſe ſectis, caelatis, verſatilibus. Hoc diſcrimen docte perſequitur Salmaſ. ad* Vopiſci Aurel. c. 46 p. 547 *ſq.* *Hack. in primis ex* Vitruu. 7, 2 *extr.* Tunc autem camerarum diſpoſitiones in conclauibus expediantur, niſi lacunaribus ea fuerint ornata. *Sed non perpetuum eſſe illud diſcrimen, vt recentioris aeui exempla praetermittamus, colligimus ex* Propert. 3, 1, 50 Nec camera auratas inter eburna trabes. Sidon. 9, 13 Numeroſus erigatur Laquearibus coruſcis Camerae in ſuprema lychnus. *Differunt* Camerae *etiam a* fornicibus, *qui e ſolido lapide ſtructi ſunt: et tamen* Sall. Catil. 55 *eſt* Camera lapideis fornicibus vincta. ¶ 2 *De nauigii genere huius nominis agimus in* CAMARA.

CAMERARIVS, a, um. Adi. [*καμαρικὸς*] *vt*, Cameraria cucurbita. Plin. 19, 5 ſ. 24 Vires ſine adminiculo ſtandi non ſunt, velocitas pernix, leui vmbra cameras ac pergulas operiens. Inde haec duo prima genera, Camerarium, et Plebeium, quod humi repit. Camerarium *ergo* genus cucurbitae *vocat, quod in pergulas arrepit in hortis, non humi ſerpit.*

CAMĔRO, āre. [*καμαρόω*] *Camera munire.* Plin. 10, 33 ſ. 50 Publicum omnium *(auium)* eſt nidos camerare ab imbri, aut fronde protegere denſa. *Hinc*

CAMERATVS, a, um. Adi. *laudatur* Vlp. in l. 19 Sed addes §. 5 D. locati Si inquilinus arcam cameratam in aedes contulerit, et aedium aditum dominus coanguſtauerit. *Sic Budaeus. Sed Haloander et Pandectae Florentinae habent*, Arcam aeratam.

CAMERATIO, ōnis. f. *Camera.* Spartianus in Caracall. 9 Cancelli, quibus cameratio tota concredita eſt. *Compara deſcriptionem* Camerae, *quam dedimus modo* Palladii 1, 40, 4.

CAMĔRVS, a, um. Obtortum, *inquit* Nonius 1, 126 vnde et Camerae, Tecta in curuitatem formata. Virg. Georg. 3, 55 — Et cameris hirtae ſub cornibus aures. *Sed hodie legitur* Camuris, *vbi vid.*

CAMERINA, *vid.* CAMARINA.

CĂMĔRĪNVM, i. n. [*Καμαρῖνον*] *Vmbriae vrbs, vnde cognomen Romanum.*

CAMERINVS, a, um. *vt*, Conditum Camerinum, *cuius loco* abſinthiatum Romanum Apicius 1, 3. Camerini *per Antonomaſian viri illuſtres* Iuuen. Sat. 7, 90. *et* 8, 38.

CAMERS, tis. pl. Camertes, [*Κάμηρτις*] *Iidem, qui Camerini,* Sil. 8, 463 — et armis Vel caſtris laudande Camers. Cic. pro Corn. Balb. 47 Neque Fulginatium, neque Camertium foedere eſſe exceptum. Cic. pro Syll. 53 In agro Camerti, Piceno, vel Gallico. *et* pro Corn. 50 Cohortes Camertium.

CAMERTĪNVS, a, um. *Aliud* Adi. [*Καμηρτινὸς*] *vt*, Cic. pro Corn. Balb. 46 Is igitur M. Annium Appium fortiſſimum virum, virtute praeditum ciuitate donauit, quum Camertinum foedus ſanctiſſimum atque aequiſſimum ſciret eſſe.

CAMESES, *antiquus Italiae princeps.* Macrob. Sat. 1, 7 *de Iano*, Qui vt Hyginus, Protarchum Trallianum ſecutus, tradit, cum Cameſe, aeque indigena, terram hanc ita participata potentia poſſidebant, vt regio Cameſene, oppidum Ianiculum vocitaretur.

CĂMILLVS, i. m. *(et* CAMILLA, ae. f.) *Et puerum ingenuum notabat veteribus Romanis, et Sacrorum miniſtrum.* Seruius *ad* Georg. 100 Humida ſolſtitia *etc.* Eſt carmen ruſticorum antiquum, *Hiberno puluere, verna luto, grandia farra, Camille, metes.* Camillus aduleſcens eſt. *Sic* Feſtus, Camillus proprie appellatur puer ingenuus. *Sed miniſterii etiam in ſacris caerimoniis praeſtandi notionem adiunctam ſibi habet hoc nomen.* Varro de L. L. 6, 3 p. 271, 37 In Medo Ennius *(deleri iubet hoc nomen Scaliger, et fecit Scioppius) Caelitum Camilla, exſpectata aduenis, ſalue hoſpita.* *Camilla*, qui gloſſemata interpretati, dixerunt adminiſtram. Addi oportet, in his quae occultiora. Igitur dicitur in nuptiis *Caſmillus*, qui cum merum *(Sciopp. Turnebo monente* cumerum) fert, in quo quid ſit in miniſterio, (*ſ.* quid inſit myſterii) plerique extrinſecus nectunt *(Sciopp. Turnebo auctore* neſciunt). Hinc *Caſmillus* nominatur in Samothraces myſteriis Dius quidam adminiſter Diis magnis. Verbum Graecum arbitror, quod apud Callimachum in Poëmatis eius inueni. *Haec Varro.* Feſtus, Cumerum *(ſic leg. non* Cumeram) vocabant antiqui vas quoddam, quod opertum in nuptiis ferebant, in quo erant nubentis vtenſilia, quod et *Camillum* dicebant, eo quod ſacrorum miniſtrum *κάμιλλον* appellabant. *Quod de* Caſmillo Samothraces *ait Varro, illuſtrat Scholiaſte*: *Apollonii Rhodii ad 1, 917 vbi* Cabirorum quartus Κάσμιλος ὁ Ἑρμῆς, Caſmillus, Mercurius *eſt.* Macrob. Sat. 3, 8 Statius Tullianus — ait, dixiſſe Callimachum, Tuſcos Camillum appellare Mercurium, quo vocabulo ſignificent praeminiſtrum deorum: vnde Virgiliu (Aen. 11, 543) ait, Metabum Camillam appellaſſe filiam, Dianae ſcilicet praeminiſtram. Nam et Pacuuius cum de Medea loqueretur *Caelitum Camilla exſpectata adueni. Salue hoſpita.* Romani quoqu pueros et puellas nobiles et inueſtes Camillos et Camillas appellant, flaminicarum et flaminum praeminiſtros. *Firmat haec omnia* Seruiu *ad* Aen. *l. c. et* 558 Matriſque vocauit Nomine Caſmillae, mutata parte Camillam, *Et* Alma tibi hanc nemorum cultrix Latonia virgo Ipſ pater famulam voueo. *Ponamus modo iſta*, Miniſtros et miniſtras im pubes *Camillos* et *Camillas* in Sacris vocabant: vnde et Mercuriu Etruſca lingua Camillus dicitur, quaſi miniſter Deorum. *Eadem Grae Plut. in Numa* p. 64 D. *ὑπηρετοῦντα τῷ ἱερῷ τοῦ Διὸς ἀμφιθαλῆ παῖδ λέγεσθαι Κάμιλλον, ὡς καὶ τὸν Ἑρμῆν ἔνιοι τῶν Ἑλλήνων Κάμιλλον ἀπὸ τῆ διακονίας προσηγόρευον.* *Similia Dionyſ. Halic. 2 p. 9, 3.* *Quaeri poteſt quid riſiſſe ſe dicat* Quinctilianus 8, 3, 19 *in* Poëta, qui dixerat, Praetextam in ciſta mures roſere Camilli; *praetextamne quamcumque* muribus camillis *roſam, vt* paruos Quirites *dixit* apes Virgilius, *qua figura riſum ſorte, ſed plaudentis, et delectationem fatentis, mereatur an* Camilli *magni ducis praetextam a* muribus roſam, *quae ſane narratio ridicula potius quam iucunda fuerit. Et hanc poſteriorem ſententia veram eſſe arbitror. Add.* Seru. *ad* Georg. 1, 181. ¶ 2 *Pro prium nomen et* Camilla *apud* Virgilium 7, 803 Hos ſuper aduen Volſca de gente Camilla *etc. Add. 11, 535 ſqq. eſt illud inter pulche rima Epiſodia Aeneidos: et* Camillus Furiorum *cognomen, in quibu nobiliſſimus ille Veiorum victor, et exſul recuperator Capitolii, ad que reſpiciunt paſſim* Poëtae, *v. g.* Virg. Georg. 2, 169 *in laudibus Italia* Extulit haec Decios, Marios, magnosque Camillos. Lucan. 7, 358 Curios his fata darent, reducesque Camillos Temporibus, D ciosque *etc.*

CAMILLVM, i. n. *vt modo vidimus e* Feſto. *vid.* CVMERVM, V quoddam, quod opertum in nuptiis ferebant, in quo erant nubent vtenſilia. *Vtitur hoc nomine etiam* Vitruu. 10, 15 *in deſcriptione Cat pultae; ſed obſcurius, quam, vt aliquid certi inde poſſit confi Conf.* CAMELLA.

CĂMĪNVS, i. m. [*κάμινος*] *Graecum eſt. Latine* Fornax *dicitu auctore* Seruio *ad* Virg. Aen. 3, 580 — ruptis flammam expirare c minis. *Add.* Id. 6, 630. Ouid. Met. 7, 106. Caminus, *Structu quae fumum excipit.* Suet. in Vitel. 8 Nec ante in Praetorium redi quam flagrante triclinio ex conceptu camini. Cic. Fam. 7, 10 Val metuo, ne frigeas in hibernis, quamobrem camino luculento vtendu cenſeo. Hor. Serm. 2, 3, 321 Adde Poëmata nunc: hoc eſt, olei adde camino. *i. maioris inſaniae materiam.* Anhelans Perſ. Sat. 5, Ardens Iuuen. Sat. 14, 11. Lentis caminis dare viſcera Sen. in T eſt. 766. Stat. Theb. 3, 277 *de Vulcano Venus*, Illum ego per tuis mihi deſudare caminis ſi iubeam — Gaudeat. Hor. Serm. 5, 81 Lacrimoſo non ſine fumo Vdos cum foliis ran vrente camino.

CĂMĪNO, āre. [*καμινόω*] *In modum fornacis facere.* Plin. 6 Acerui confertis taleis recentibus luto caminantur, *i. corio ex l. in formam camini ſtructo obducuntur, de coquendis carbonibus.*

CAMINATVS, a, um. *Vt*, Foſſura caminata Plin. 17, 11. *i. Vt i explicat*, ore compreſſiore: *ſeu vt diſerte* Colum. 5, 10, 4 Scrobs c bano ſimilis fiat, cuius imum ſummo patentius eſt, vt laxius radi vagentur, ac minus frigoris bieme, minusque aeſtate vaporis per a guſtum os penetret.

CAMISIA, ae. f. *quam* Subuculam *eſſe dicit* Paullus, Feſti *int polator, verbo* Supparus. Iſid. 19, 21 Poderis eſt tunica ſacerdotalis nea, corpori adſtricta, vsque ad pedes deſcendens — Haec vul Camiſia vocatur. *Et* c. 22 Camiſias vocamus, quod in his dorm mus in *Camis*, *i.* in ſtratis noſtris. *Vtitur et* Hieron. Ep. ad Fabiol Tom. 4 f. 25 B. Solent militantes habere, quas Camiſias vocant, ſic ap membris et adſtrictas corporibus, vt expediti ſint vel ad curſum, vel praelia — Ergo et ſacerdotes parati in miniſterium Dei vtunt hac tunica, vt habentes pulchritudinem veſtimentorum, nudorum leritate diſcurrant.

CAMMĂRVS, i. m. [*κάμμαρος*] *Piſcis marinus, ex ſpecie ma coſtracorum, hoc eſt, qui molliorem teſtam pro cute habent.* Columel. 15, 6 Aquatilibus autem cibis, ſi ſit facultas, datur cammarus, et valis alecula. *Conf.* Id. 8, 17, 14. Plin. 31, 8 ſ. 44. Varr. R. 3, 11, 3. *quibus omnibus locis docetur, illum in cibum vel piſcibus a vel anatibus cedere.* Iuuen. 5, 84 Sed tibi dimidio conſtrictus ca marus ouo Ponitur. Martial. 2, 43 Concolor in noſtra, Cammа lance rubes. Apicius 2, 1 Iſicia fiunt marina de cammaris. *Vide idem* Aſtacus. *Scribitur etiam, praeſertim apud* Iuuenalem, Gamm rus. ¶ 2 *A qualicunque ſimilitudine* Aconitum *ita dictum* Plin. 27, 3 Radicem *habet* modicam, cammaro ſimilem marino, qu quidam cammaron appellauere.

CAMOENAE, arum. f. pl. *quod* CAMENAE, *ſine diphthon plures ſcribunt Muſae*, quibus a Cantu inditum eſt nomen, *ſi audin* Seruium *ad* Virg. Ecl. 3, 59 Alternis dicetis, amant alterna Camoen *Sic Maſuic. al.* Camenae. Camenae, Muſae: a Carminibus ſunt ctae, vel quod canunt antiquorum laudes, vel quod ſint caſtae m tis praeſides. *Haec* Feſtus. Varr. L. L. 5, 7 p. 59, 21 Canere, Canit — ex Camena permutato N. *Copioſius* 6, 3 p. 70, 15 C *menarum* priſcum vocabulum ita natum atque ſcriptum eſt: alibi C *menae* ab eadem origine ſunt declinatae, vt in multis verbis, in antiqui dicebant S, poſtea dicunt R —— Quare *Caſmena*, *Carm* inde *Carmina.* R poſtea extrito *Camena* factum. — In carmine ami apud Accium quod eſt, *Veteres Caſmenas caſcas res volo prof* Macrob. Somn. Scip. 2, 3 Muſas eſſe — *Camenas* quaſi *Canenas* a nendo dixerunt. Plin. 34, 5 ſ. 10 Accium Poëtam in Camoenar aede maxima forma ſtatuam ſibi poſuiſſe, quum breuis admodum f ſet. Id. praef. operis *pr.* Libros naturalis hiſtoriae, nouitium moenis Quiritium tuorum opus *etc.* *Caeterum illam* Aedem Cam narum ad portam Capenam prima vrbis regione *ponit* Victor. moena *numero ſingulari* Perſ. Sat. 5, 21 — tibi nunc hortante moena Excutienda damus praecordia. Hor. Epiſt. 1, 19, 5 Vina dulces oluerunt mane Camenae. Id. Serm. 1, 10, 45 — molle atque f tum Virgilio annuerant gaudentes rure Camenae. Graia Hor. Carm 16, 38. Graecae Col. 2, 2, 7. Inhumanae Senium depone Camenae, *i.* *ſtit*

ſtitiam et ſeueritatem a libris contractam Hor. Epiſt. 1, 19, 47. Inſignis Idem Carm. 1, 12, 39. Et de Arte Poët. 275 Ignotum Tragicae genus inueniſſe Camenae. Vocalis Sen. in Med. 625. *i. Calliope dulciter canens.*

CAMENALIS, e. Adi. *apud* Sidon. Ep. 3, 3 Camenales modos oratorio ſtilo *opponit.* Auien. Phaenom. 495 Camenalem Hippocrenen *vocat.*

CAMPAGVS, i. m. *ſiue, vt potius ſcribendum erat,* CAMPACVS, [ὁ κάμπαξ, κάμπακος] *Calceamenti magnifici nomen.* Capitolin. Maximin. iun. 3 Calceamentum eius, id eſt Campagum regium, quidam in luco, qui eſt inter Aquileiam et Arziam poſuerunt. Trebell. Pollio Gallien. 16 Gemmato balteo vſus eſt, caligas gemmatas annexuit, quum Campagos reticulos appellaret. *Agit ad h. l. copioſe et ſubtiliter de hoc genere calceamentorum Salmaſius. Summa eſt, ſic appellatos recentiorum ſcriptorum aeuo calceos patriciorum et ſenatorum, quibus etiam imperatores vterentur, ſolo colore diſcretis a Senatoriis. Nam imperatorii* Campagi *rubri erant vel phoenicii, ſenatorum vero nigri, vel etiam candidi. Nomen eſſe, a* καμπαῖς *id eſt flexuris multis et decuſſationibus quatuor corrigiarum, quot patriciis calceis Iſidorus 19, 34 tribuit: hinc etiam* reticulos *appellabat Gallienus, quod retis ſpeciem illis flexibus ac decuſſationibus praeberent.*

CAMPANA, ae. f. [ὁ κώδων Onomaſt. vet.] *Vt vulgatum eſt recenti aetate nomen, in quantum magnum tintinnabulum ſignificat, ita inauditum ea aetate, quae ad nos pertinet. Hoc pariter et* Nolae *nomen cum re ipſa a Paullino,* Nolae *in* Campania *Epiſcopo, qui floruit A. C. 400 vulgo deriuant. Mos ipſe aereis vaſis, tintinnabulis, peluibus, ſigna dandi, antiquiſſimus, de quo vid. Adr. Iun. Animadu. 3, 11.*

CAMPANVLA, ae. f. Dimin. *laudatur ex* Hieron. ad Euſtoch. *Sed nihil eius inuenio.*

CAMPANIA. [Καμπανία] *Italiae regio, cuius caput Capua, de qua ſic* Plin. 3, 5 Qualiter Campaniae ora per ſe, felixque illa ac beata amoenitas narrari debet? vt palam ſit, vno in loco gaudentis opus eſſe naturae. Iam vero tota ea vitalis, ac perennis ſalubritatis caeli temperies eſt, tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxii ſaltus, tam opaca nemora, *etc.* Nomen retinet, et eſt initium regni Neapolitani. Flor. 1, 16 Liberi Cererisque certamen *vocat* Campaniam. Pinguis Propert. 3, 5, 5. Terra Campania Tibul. 1, 10, 33.

CAMPĀNVS, a, um. [Καμπανός] Virg. Aen. 10, 145 Et Capys: hinc nomen Campanae ducitur vrbi. *Vbi* Seruius: Iſte quidem dicit a Capy dictam eſſe Campaniam. Sed Liuius vult a Locis campeſtribus dictam, in quibus ſita eſt. Sed conſtat eam a Tuſcis conditam viſo falconis augurio, qui Tuſca lingua *Capys* dicitur: vnde eſt nominata Campania. Tuſcos autem omnem paene Italiam ſubiugaſſe manifeſtum eſt. Arrogantia Campana Cic. contra Rull. 2, 75. Campanam plerique appellant enulam (inulam) Veget. Mulom. 3, 69, 3. Litus Campanum Stat. Silu. 3, 3, 162. Luxuria Campana Liu. 23, 45. Morbus Campanus Hor. Serm. 1, 5, 62 *i.* Oris foeditas aut arrogantia. nam Campani qui Oſci dicebantur, ore immundi et arrogantes habiti ſunt: vnde Oſcos dictos putant, quaſi Obſcoenos. aut vero dixit Campanum morbum, quia Campani morbum dicacitatis patiuntur. *Ex* Acrone *et* Porphyrione. *Sed magis conuenit ſeriei orationis interpretatio* Veteris Schol. Cruquiani: In Campania ſolet quidam morbus, Verruca ſcilicet, afficere homines in facie. *Et* Capitis temporibus magnae innaſcuntur verrucae. *Vid. Io. Zach. Platneri, Lipſienſis medici, de hoc morbo commentatio, vbi eo tandem euadit, fuiſſe verrucarum genus, quod ſine magna exulceratione et foedis cicatricibus exſtirpari non potuerit.* Supellex Campana, vilis cum patera guttus Hor. Serm. 1, 6, 118. *i. e.* (vt exponit Acron) Fictilis, quia in Campania erant figlinae. Supercilium Campanum Cic. contra Rull. 1, 2. *i. ſuperbia.*

CAMPANI, orum. pl. Subſt. *Capuae et Campaniae incolae.* Cic. contra Rull. 2, 95 Campani ſemper ſuperbi bonitate agrorum, et fructuum magnitudine, *etc. Et* contra Rull. 1, 20 Superbia nata ex Campanorum faſtidio.

CAMPANICVS, a, um. *vt,* Periſtromata Campanica Plaut. Pſeud. 1, 2, 12. *et* Stich. 2, 3, 53. Campanicae fiſcinae Cato R. R. 135, 3 *et* 153. Aratra Cat. 135, 2. Serta Id. 107, 1.

CAMPAS, ātis. m. *pro Campano molli et effeminato,* Plaut. Trin. 2, 4, 144 Campas genus Multo Syrorum iam antidit patientia. Nonius 8, 23 legit Campans.

CAMPARIVS, *vid.* CAMPVS.

CAMPE, es. *vel* CAMPA, ae. f. [κάμπη] *A flectendo et intorquendo ſe dicta, Eruca, Vermiculus hortenſes maxime herbas, et arborum frondes rodens.* Columel. 10, 324 Nec ſolum teneras audens erodere frondes, Implicitus conchae limax, hirſutaque campe. Diſtorto corpore Id. 10, 363. *Conf.* Id. 11, 3, 63. Pallad. 1, 35, 6 *et* 13. ¶ 2 Dicere campas Plaut. Truc. 5, 1, 50 *effugia quaerere, eludere. Affine eſt* Strophae, *v. v.*

CAMPENSIS, CAMPESTER, CAMPICVRSIO, CAMPIDOCTOR, *etc. vid.* CAMPVS.

CAMPHASVS, *nomen equi, apud* Sil. Ital. 16, 356. *Sed meliores* Caucaſus.

CAMPSANEMA, atis. n. *Herba, alias ros marinus* Apul. de Herb. c. 79.

CAMPSO, āre. *Vid.* CAMBIO.

CAMPSOR, ōris. m. *vulgo vocatur Collybiſta atque Trapezita, ſiue Numularius. Vid.* Alciat. Parerg. 1, 46.

CAMPTAVLAE, *apud* Vopiſcum in Carino c. 19 *leguntur, et ſic forte dici queant, qui flexili tibiarum vtuntur cantu: Turnebus malebat* Aſcaulas; Ceraulas *Salmaſius.*

CAMPTER, eris. m. [καμπτήρ] *Flexus circa metam in circo, vel meta ipſa.* Extremum intra campterem Pacuu. *ap.* Non. 1, 328. *Add.* Pollux 3, 30 ſ. 147.

CAMPVS, i. m. [πεδίον, δάπεδον, ἄλωα] *Locum planum ſignificat, ſpeciatim cultum, quod docet* Varro de L. L. 4, 4 p. 11, 7 Quod primum ex agro plano fructus capiebant, campus dictus. *Videtur igitur a* Capio *deriuare* Campum, *vt* Campania *a* Capua *dicta putatur.* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 37 Sed quum eſſet inter bina caſtra campus circiter millium paſſuum ſex, Domitius caſtris Scipionis aciem ſuam ſubiecit. In campo caſtra ponere Nep. 23, 5, 4. Vmbrarum campi Lucan. 7, 863. *in quibus errant animae inſepultorum.* Ouid. ad Liu. 231 Sed Mauors templo vicinus, et accola campi Tot dixit ficcis verba neque ipſa genis. Virgil. Aen. 7, 781 Filius ardentes haud ſecius aequore campi Exercebat equos. Cic. de Diu. 1, 9 Vt enim Aegyptii et Babylonii, in camporum patentium aequoribus habitantes, quum, *etc.* Virg. Georg. 2, 274 — Si pinguis agros metabere campi, Denſa ſere. Stat. Theb. 2, 708 Quercus erat tenerae iamdudum oblita iuuentae Aggere camporum medio. Ouid. Met. 10, 86 Collis erat, collemque ſuper planiſſima campi Area. Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 164 *In cuniculi deſcriptione,* Miles et effoſſi ſubter fundamina campi Tranſilit eluſos arcano l[imi]te muros. Cic. de Natur. Deor. 2, 98 Adde huc fontium gelidas perennitates, immenſitatesque camporum. Lucan. 7, 298 — camporum limite paruo Abſumus a votis. Medio campi Tacit. Ann. 1, 61. Media campi complere Tacit. Agric. 35. In medium campi procedere Liu. 37, . . Pabula mollia campi dum habebunt Ouid. in Ibin 137. Pulvis camporum Virg. Aen. 11, 866. Spatia campi Idem Georg. 3, 202. Cic. de Natur. Deor. 2, 161 Totam licet animis tanquam oculis luſtrare terram, mariaque omnia: cernes iam ſpatia frugifera atque immenſa camporum, *etc.* ¶ 2 *Epitheta:* Virgil. Aen. 9, 56

Teucrum mirantur inertia corda
Non Aequo dare ſe campo, non obuia ferre
Arma viros, ſed caſtra fouere. Sil. Ital. 17, 452
Qualis in Aeſtiferis Garamantum foeta veneno
Attollit campis feruenti paſtus arena
Colla Parethonius Serpens.

Stat. Theb. 11, 17 Anhelantem caeleſti ſulfure campum. Virg. Georg. 2, 145 — Et campo ſtetit agmen Aperto. *Vid.* APERIO. Hor. Carm. 1, 8, 4 — Cur Apricum Oderit campum patiens pulueris, atque ſolis? *Vid.* APRICVS. Stat. Theb. 9, 836 — Armigerum ni protinus improba campum Deſeris. Caligantes Idem Theb. 1, 95. Elyſius Virgil. Georg. 1, 38. Euerſus, *i. Aratus* Valer. Argon. 7, 75. Facilis campus operi Liu. 32, . . Fertilis vbere Virg. Georg. 2, 185. Frequens herbis Id. ib. 2, 185. Lucan. 6, 83 Vngula frondentem diſcuſſit cornea campum. Gramineus Virg. Aen. 5, 287. Herboſus Horat. Carm. 3, 18, 9. Virgil. Georg. 3, 161 Et campum horrentem fractis inuertere glebis. Sil. 13, 530 *de Inferis,* Capitque campus Iners quantum interiit reſtatque futurum. Irriguus Lucan. 4, 296. Lati Virgil. Georg. 1, 486. Latus campus aëris Idem Aen. 6, 888. Latus campus aquarum Ouid. Met. 1, 315. Latis currere in campis Idem Met. 2, 662. Martius Liu. 2, 5 Ager Tarquiniorum, qui inter vrbem ac Tiberim fuit, conſecratus Marti, Martius deinde campus fuit. *Prolepſis igitur videtur, cum iam* 1, 44 Seruius rex edixiſſe *narratur,* vt omnes ciues Romani — in campo Martio prima luce adeſſent. *Caeterum Comitia etiam Centuriata ibi habita* Liu. 6, 20. *Add.* 31, 7. *Conf.* Cic. pro Rabir. 11 c. 4. *vbi etiam* Sanctum Campum appellat. *Vid.* n. 6. *Ad iuuenum in illo exercitationes reſpicit* Horat. Carm. 4, 1, 39. Merſus campus cruore Sil. Ital. 1, . . Natantes, *i. mare* Virgil. Georg. 3, 198. Nigrantes puluere Sil. Ital. 3, . . Virgil. Aen. 6, 677 Camposque nitentes Deſuper oſtentat, *de Elyſio.* Nudi Ouid. Triſt. 3, 11, 25. Cic. Agrar. 2, 96 c. 35 Agros vero, *etc.* cum ſuis optimis atque vberibus campis conferendos ſcilicet non putabunt. Patentes Virgil. Aen. 4, 153. Patuli Claudian. de Rapt. Proſerp. 3, 339. Pigri Hor. Carm. 1, 22, 17. *i. aeſtuoſi ac propterea ſteriles.* Pinguis Virgil. Georg. 2, 425. Planus Lucret. 3, 1015. Pulſatus aſſiduis equis Ouid. Met. 6, 219. Virg. Aen. 11, 875 Quadrupedumque putrem curſu quatit vngula campum. Rudis Idem Georg. 2, 211. *nondum cultus, noualis.* Sanguineus Stat. Theb. 3, 314. *de acie.* Sceleratus campus *Romae extra portam Collinam, vbi* Minucia Veſtalis *ob inceſtum* viua ſub terram defoſſa eſt Liu. 8, 15. Segnis Virgil. Georg. 1, 72. *vt piger.* Silentes Sen. Herc. furent. 848. Spectabilis vndique Ouid. Met. 3, 709. Spirans tabo Stat. Theb. 12, 567. Squalentes Sil. Ital. 3, . . Stagnantes Idem 3, . . Tauriferi *Meuaniae* Lucan. 1, 473. *Conf.* Sil. 8, 453. Tenuis Ouid. Triſt. 2, 327. Torrentes ſanguine Stat. Silu. 1, 2, 97. Turpis ſine gramine Ouid. de Arte Am. 3, 249. Vaſti Virgil. Aen. 3, 13. *i.* Vaſtati, aut Magni, *inquit,* Seruius. Vberes, *vid. paullo ante* Optimi, *etc.* Horat. Carm. 2, 5, 6 Circa virentes eſt animus tuae Campos iuuencae. Viridis Virgil. Georg. 3, 13. ¶ 3 *Verborum formulae:* Ouid. Triſt. 2, 328 — tenuis mihi campus Aratur. Adſpirare in campum, *vid.* ADSPIRO. Attollere campum puluere, *dicitur equus currendo* Stat. Theb. 4, 138. Circumferre campo lumina Sil. Ital. 17, . . Idem ibid. 17, . . Et iaculo circumuolat alite campum. Veget. de Re Milit. 3, 25 *ſuadet duci, cuius exercitus ex parte victus eſt,* Prior ergo de caeſis hoſtibus ſpolia capiat, et (quod ipſi dicunt) Colligat campum, prior clamore et buccinis exſultare videatur. Conferre ſe in campum, *vid.* CONFERO. Conſternere campos milite Sil. Ital. 1, . . Virg. Georg. 3, 104 Nonne vides, quum praecipiti certamine campum Corripuere? Idem Aen. 9, 42 Neu ſtruere auderent aciem, neu credere campo. Horat. Serm. 1, 1, 91 Vt ſi quis aſellum In campo doceat parentem currere frenis. Dare ſe Sil. 13, . . *In arenam deſcendere.* Decedere campis Virg. Georg. 4, 186. Idem Aen. 10, 804 — omnis campis diffugit arator. *It.* Georg. 1, 72 Et ſegnem patiere ſitu durefcere campum. *Et* Georg. 3, 246 Tempore non alio catulorum oblita leaena Saeuior errauit campis. Explicat campos tellus effuſa Lucan. 4, 19. Extendi campos iuſſit, ſubſidere valles *Deus* Ouid. Met. 1, 43. Exutus campis Mithridates Tac. Ann. 12, 45. Quinctil. 5, 14, 31 Feratur igitur *orator* campis non ſemitis. Flaueſcit campus ariſta Virgil. Ecl. 4, 28. Fuſcare corpora campo Ouid. de Arte Am. 1, 513. *i. exercitationibus in campo inſtituendis.* Habet campus inſidias Martial. 12, 14. Hiſcunt campi Stat. Theb. 9, 22. Iacet campus Sen. Herc. Fur. 720. Idem Troad. 667 Tumulus hic campo ſtatim toto iacebit. *i. diſſipatus erit.* Virgil. Georg. 3, 343 Itque pecus longa in deſerta ſine vllis Hoſpitiis: tantum campi iacet. *i. Incultum remanet.* Incedere campis Sil. 17, . . Perſ. Sat. 5, 57 Hic campo Indulget, hunc alea decoquit, ille In venerem putris, campo. *i. exercitationibus.* Inferre ſe campo Virg. Aen. 9, 56. Stat. Theb. 11, 593 Talis init campum. Inſtruere per campos certamina belli Lucret. 2, 6. Inſurgunt campis tenebrae Virgil. Aen. 9, 34. Inundare campos dicitur exercitus Sil. Ital. 15, . . Laceſſere Stat. Theb. 12, 604. Linquantur Catull. 44, 4. Lucan. 7, 799 Et luſtrare oculis campos ſub clade latentes. Miſcere campum puluere Virgil. Aen. 12, 444. Obſtruere Lucan. 2, 495. Parare ad certamen Virgil. Aen. 12, 116. Partiri limite Idem Georg. 1, 126. Paſcuntur per campos equi Id. Aen. 6, 653. Cic. de Diuin. 1, 94 Arabes autem et Phryges, et Cilices, quod paſtu pecudum maxime vtuntur, campos et montes hieme et aeſtate peragrantes, *etc.* Perlabi campum Sil. 16, . . Perluſtrare oculis Idem 7, . . Tac. Ann. 11, 9 Caſus Mithridati datus eſt occupandi Armeniam vi militis

Romani ad excidenda caſtellorum ardua, ſimul Hibero exercitu campos perſultante. Virgil. Georg. 1, 493 Pingueſcere ſanguine campos *ait de praelio.* Proſcindere ferro Ouid. Met. 7, 119. Quatere Virgil. Aen. 11, 513. Rapere Stat. Theb. 5, 693. Recumbunt campo nebulae Virg. Georg. 1, 402. Redeunt campis gramina Hor. Carm. 4, 7, 1. Redundare campis Nilum *ait* Lucret. 6, 712. Virgil. Aen. 9, 32 Aut pingui flumine Nilus Quum refluit campis. Relaxare Sil. Ital. 7, . . Renouare aratris Ouid. Amor. 1, 3, 9. Serere hordea Virgil. Georg. 1, 210. Strepit omnis murmure campus Idem Aen. 6, 709. Tenere late campos Id. Georg. 2, 11. Virg. Aen. 3, 538 Equos in gramine vidi Tondentes campum late. *i. paſcentes.* Transmittere curſu Idem Aen. 4, 154. Tremiſcunt tonitru Id. ibid. 5, 694. Virgil. Aen. 6, 640 Largior hic campos aether, et lumine veſtit Purpureo. Veſtiti gramine Claudian. de Rapt. Proſerp. 3, 231. ¶ 4 Campus *etiam de Mari et Aqua vſurpatur.* Ouid. Met. 1, 41 Campoque recepta Liberioris aquae, *etc. Add.* ib. v. 315. *it.* 11, 356. Humens campus Sil. 14, 369, *cum reſpectu ad praelium nauale.* Liberiore campo natare Ouid. Faſt. 4, 292. Liquentes campos Virgil. Aen. 6, 724. Salis campos Id. Aen. 10, 214. *Add.* Plaut. Trin. 4, 1, 15. Vdi campi Sil. 8, . . ¶ 5 *Saepe dicitur* Campus *de loco caſtrorum, vel pugnae, aut expeditionis.* Edicto, vt futura luce cuncti conuenirent in campo Ammian. 20, 10. Ecce tempus, quo miles procedit ad campum P. Chryſolog. Serm. 13. *Vid. Caſaub. ad Polyb. p. 122. Salmaſ. in* Hiſt. Aug. p. 232. *Recentioris aetatis eſt*, Campum tenere : *de quo vid. Barth. ad* Stat. Theb. 2 p. 627. *Vid.* n. 3 Colligere campum. *It. eſt locus, vbi tirones armorum vſum diſcebant.* Decurſio campi Veget. 2, 22. ¶ 6 Campi *nomine abſolute non raro intelligitur* Campus Martius *Romae, quatenus comitia ibi habebantur.* Horat. Carm. 3, 1, 10 Hic generoſior Deſcendat in campum petitor. In campo me Conſulem et competitores tuos interficere voluiſtis Cic. Catil. 1 c. 5. *Hinc illud prouerbiale*, Fors domina campi Idem in Piſon. c. 2. Campi nota Valer. Max. 6, 9, 14. *eſt Repulſa in honorum petitione.* Cic. de Orat. 3, 167 c. 42 Grauis eſt modus in ornatu orationis, et ſaepe ſumendus, ex quo genere haec ſunt, Martem belli eſſe communem, Cererem pro frugibus, Liberum appellare pro vino, Neptunum pro mari, Curiam pro Senatu, Campum pro comitiis, Togam pro pace, Arma ac tela pro bello. *Sic* Lucan. 1, 180 Venalem Campum *dixit, vbi ſuffragia pretio emerentur.* ¶ 7 Campus, *res quaelibet, in qua quis exercetur.* Cic. Off. 1, 61 Hinc rhetorum campus de Marathone, Salamine, *etc. Idem*, Latiſſimum dicendi campum *alio loco dixit, pro Vbertate materiae, quam vocant.* Expoſitionis campum nanciſci Quinctil. 4, 2, 39. *Et* 12, 9, 2 Oratio aequo congreſſa campo totas vires populariter explicabit. Cic. de Orat. 3, 122 In hoc igitur tanto tamque immenſo campo, quum liceat oratori vagari libere. Idem Philipp. 14, 17 Magnus eſt in Republ. campus, vt ſapienter dicere ſolebat Craſſus, multis apertus curſus ad laudem. *Et* Att. 5, 15 Non habeat ſatis magnum campum ille tibi non ignotus curſus animi et induſtriae meae. Cic. pro Muraen. 18 c. 8 Nullum enim vobis ſors campum dedit, in quo excurrere virtus, cognoſcique poſſet. Id. Acad. 4, 112 c. 35 Cum ſit campus, in quo exſultare poſſit oratio; cur in tantas eam anguſtias compellimus ? Proſternitur campus et materies tuis laudibus, *vid.* PROSTERNO.

CAMPESTER, *et* CAMPESTRIS, e. [πεδινὸς] *Quod ad campos attinet, vel campis conſtat, vel in campo adhibetur, etc. Vt,* Locus campeſtris Caeſ. Bell. Gall. 7, 72. Varro de R. R. 1, 6, 6 Campeſter locus is melior, qui totus aequabiliter in vnam partem vergit, quam is, qui eſt ad libellam aequus. Liu. 4, 37 Vulturnum Hetruſcorum vrbem, quae nunc Capua eſt, ab Samnitibus captam: Capuamque ab duce eorum Capye, vel (quod propius vero eſt) a campeſtri Agro appellatam. Horat. de Arte Poët. 379 Ludere qui neſcit, campeſtribus abſtinet Armis. Sueton. Galb. 6 Ipſe maxime inſignis, quod campeſtrem decurſionem ſcuto moderatus, etiam ad eſſedum Imperatoris per viginti paſſuum millia cucurrit. Fraxinus, *quae in campo creſcit, non in montibus* Plin. 16, 13 Campeſtrem enim eſſe criſpam: montanam, ſpiſſam. Gratia campeſtris Liu. 7, 1, *quae in Campo Martio, comitiisque adeo, floret.* Caeſ. Bell. Ciu. 1, 66 Vterque idem ſuis renuntiat, quinque millia paſſuum proxima intercedere Itineris campeſtris. Cic. pro Cael. 11 c. 5 Vt exercitatione, ludoque campeſtri tunicati vteremur. Operae campeſtres Sueton. Aug. 3. *quales* diuiſores, *et alii, qui mercenariam in ſuffragiis mala arte comparandis operam nauant.* Horat. Epiſt. 1, 18, 54 Scis, quo clamore coronae Praelia ſuſtentes campeſtria. *i. ludicra.* Idem Carm. 3, 24, 9 Campeſtres melius Scythae, Quorum plauſtra vagas rite trahunt domos.

CAMPESTRE, is. n. [περίζωμα] *Succinctorium, quo in gymnaſiis et palaeſtris, hoc eſt, in campis vtebantur.* Horat. Epiſt. 1, 11, 17 Incolumi Rhodos et Mitylene pulchra facit, quod Penula ſolſtitio campeſtre niualibus auris. Auguſtin. de Ciu. Dei 14, 17 *de nuditate primorum hominum diſſerens*, Confuſi inobedientia carnis ſuae, tanquam teſte poena inobedientiae, conſuerunt folia fici; *Et fecerunt ſibi campeſtria; i.* Succinctoria genitalium. Nam quidam interpretes *Succinctoria* poſuerunt. Porro autem *Campeſtria*, Latinum quidem verbum eſt; ſed ex eo dictum, quod iuuenes, qui nudi exercebantur in campo, pudenda operiebant : vnde, qui ita ſuccincti ſunt, *Campeſtratos* vulgus appellat. *Conf. Viues ad h. l. Turnebus 27, 22. Illud etiam ſub veſtibus gerebant Romani, qui nimirum braccati non erant.* Campeſtri ſolo tectus Vulcat. in Au. Caſſ. c. 4. *vbi vid. Caſaub.*

CAMPESTRATVS, a, um. *Quis dicatur, ex modo datis Auguſtini verbis liquet.*

CAMPENSIS, *Iſidis epitheton.* Apul. Met. 11 p. 270, 27 Nec vllum tam praecipuum mihi exinde ſtudium fuit, quam quotidie ſupplicare ſummo numini reginae Iſidis, quae de templi ſitu ſumto nomine Campenſis ſumma cum veneratione propitiatur. *Haec eſt, de qua* Iuuenal. 6, 529 A Meroë portabit aquas, vt ſpargat in aedem Iſidis, antiquo quae proxima ſurgit ouili. *Nempe* ouile *illud comitiorum gratia erat in campo Martio.* Vet. Schol. ad Iuuenal. *l. c.* In Martio campo templum Iſidis vetuſtum.

CAMPICELLVS, i. n. Dimin. *apud* Innocent. de Caſis *inter Auctores rei agrariae Goeſii p. 222.*

CAMPANEVS, a, um, *et* CAMPANIVS, a, um. *Idem ac Campeſtris.* Innocentius ibid. p. 239 In campaneis locis. *et* p. 240 In campaniis locis. Campanei *iidem, qui* Campani in Gruteri Inſcript. p. 297.

CAMPARIVS, i. m. ἀγροφύλαξ, Gloſſ. *Cuſtos exercitorue camporum.*

CAMPICVRSIO, ōnis. f. *Exercitatio militaris, quae currendo fiebat.* Campicurſionem, vt ipſi appellant, aſſidue faciant. Veget. 3, 4. *Conf.* 2, 22.

CAMPIDOCTOR, ōris. m. [ὁπλοδιδακτὴς, ὁπλοδιδάσκαλος, Vet. Gloſſ.] *Qui tirones in campo exercet, armorum vſum docens, ſiue armaturam.* Veget. 1, 13. *et* 2, 22. *Male Stewechius* Campiductores *malit reſtitui. Non enim a* Ducendo, *ſed a* Docendo *dictos* Lampridii *locus in* Alexand. 53. Campidoctores vos docuerunt, *etc. facile perſuadet Conf. Salmaſ. ad* Lampr. Tribunus ex campidoctore Ammian. 15, 3 *Vid. ibi* Valeſ. f. 71. *et* Lindebrog. *qui inſcriptionem antiquam profert, in qua eſt* CAMPIDOCTOR COH. I. *et apud* Grut. f. 56; n. 5 CAMPIDOC. COH. VII. PR.

CAMPĬGĔNVS, i. m. *quaſi In campo natus.* Veget. 2, - Campigeni, hoc eſt anteſignani, ideo ſic nominati, quia eorum oper atque virtute exercitii genus creſcit in campo.

CAMVM, i. n. *Potionis genus apud* Vlpian. in l. 9 D. de tritic vin. et oleo leg. *quod ait Cuiacius ad h. l. fieri ex hordeo et aliis frugibus ſimul coctis puta, vel lupulis, vel arbutis, vel ſorbis.*

CAMŬRVS, a, um. Adi. [καμπύλος] Feſtus, Camura, e camuri boues, a curuatione, ex Graeco καμπὴ dicuntur. Virgil Georg. 3, 55 Et camuris hirtae ſub cornibus aures. Camuris a Macrob. Saturn. 6, 4 peregrinum verbum eſt, id eſt, In ſe redeuntibus. Et forte nos quoque hac ratione Cameram figuramus. *Hactenu ille.* Non. 1, 126 *apud* Virgil. Cameris legit.

CAMVS, i. m. [κῆμος] *Genus vinculi, quo collum innectitu* Plaut. Caſin. 2, 6, 37 Deos quaeſo, vt quidem hodie camum et furcar feras. *Sic MSS. probantque Meurſius et Voſſ. Etymol. qui etiam laud ex* Non. 3, 64 Accii verſum, Quid ceſſo ire ad cam ? hem praeſt eſt : en camo collum grauem. *Sed aliter emendat Mercerius. Et apu Plautum alii legunt* Canem. ¶ 2 Camus genus aſperi frei eſt, quo caballi ſuperbi coërceri ſolent Iſidor. 20, 16. Pſal. 31, Vulg. et Hieronymus, In camo et freno maxillas eorum conſtring Ambroſ. Hexaëm. 6, 3 Si te edacitas equi intemperantiaque delecta et adhinnire ad feminas voluptati eſt, delectet in freno maxillas tu camoque conſtringi. *Add.* Vulg. 4 Reg. 19, 28 Ponam itaque circ lum in naribus tuis, et camum in labiis tuis.

## C A N

CANA, [κᾶνα] dicunt Graeci, nos Caniſtra, et per diminuti nem Caniſtella. Feſtus.

CĂNĀBŬLA, orum. n. *et* CANABVLAE, arum. f. *Loca videntur inculta et aſpera, quum et* Nouercae *dicantur. Sic* Frontino *et aliis Rigaltius Gloſſ. Agrimenſ. a Goeſio edit. p. 294, et I Guil. Lauremb. Antiq. p. 65.*

CĂNĂCE, es. f. [Κανάκη] *Aeoli filia, ſoror et amica M carei, ad quem ſcriptam epiſtolam illius fingit* Ouidius *inter* Heroid vndecimam.

CANACHENVS, i. m. *Furem aſtutum ſignificare videtur a* Arnob. 6 p. 208 *pr.* Obſerata pandentes remedorum (*leg.* remedioru *al. coniic.* tenebrarum) obſcuritate Canacheni. *Sed qui ſint nemo do An ad rem aliquid facit ſubtilis artifex* Canachus, *de quo ideo ſtat cuius imitati ſolertiam fabri quidam ſeras fecere, quae cum firmiter cl ſae viderentur, ſubtili machinatione facile aperirentur.*

CANACHVS, i. m. [Κανάχος] *Inſignis ſtatuarius*, Apollin nudum, qui Phileſius cognominatur in Didymaeo, Aeginetica ac temperatura fecit: ceruumque vna ita veſtigiis ſuſpendit, vt lin ſubter pedes trahatur, alterno morſu digitis calceque retinentibus lum, ita vertebrato dente vtrisque in partibus, vt a repulſu per vic reſiliat. *Haec* Plin. 34, 8 ſ. 19, 14.

CANĀLIS, is. m. *et* f. [σωλὴν] *Cauum quiddam et oblong quod tranſitum humori praebeat. Anguſte enim nimis, et ſpeciem m* canalis *finit.* Feſtus, Canales per quos aqua confluit in viis lapi ſtratis. *Si audimus* Iſidor. 15, 8 *fit a* canna, *cuius cauitatem imitat Fauet* Virg. Georg. 4, 265 Mellaque arundineis inferre canalibus vl Hortantem. Arundinei *enim* canales, *ſunt e* canna. Iſidor. 12 Canalem melius feminino quam maſculino proferimus. *Et ſane* C *et* Varro *feminino fere genere vſurparunt. Ille* R. R. 18, 6 Canal rotundam *in torculario fieri iubet. Hic laudat* R. R. 3, 5, 1 Canales guſtas. Perpetuam 3, 11, 2. *Add.* 3, 7, 8. Non. 3, 50 Canalis *m ſculino obſeruat, et* Canaliculam *feminino. Fugeruntne illum exem modo prolata, an aliter legit? Maſcul.* Stat. Silu. 1, 2, 205 *de Alp meatu ſubterraneo,* Flumina demerſo trahit intemerata canali. Ili Virgil. Georg. 3, 330. *i. e. Facti ex ilice, inquit* Seruius. Structi canales, *Structura et fabrica conſtantes, ex lapidibus vel lateribus ca ferruminatis.* Vitruu. 8, 7 Ductus autem aquae fiunt generibus t bus, riuis per canales ſtructiles, aut fiſtulis plumbeis, ſeu tubu fictilibus. Idem 8, 6 Canalem longum pedes quinque, latum di tum, altum ſeſquidigitum. Canalis, *quo crura et femora contin tur fracta. Quo pacto autem conſtituatur, vide* Celſ. 8, 10, 5. Palla Ian. 15, 17 *in cura arboris nucis*, Canalis longus a ſummo trunco imum debet excudi. Sic beneficio ſolis et venti dureſcunt, quae putredinem tranſibant. Colum. R. R. 12, 50, 6 Oleo conficiendo mol vtiliores ſunt, quam trapetum, trapetum, quam canalis et ſolea - Trapetum plus operis faciliusque, quam ſolea et canalis efficit. O *ſcuram mihi eſſe hanc rationem exprimendi olei etiam nunc fateor, forte* ſolea *ſit piſtillus, qui in canalem conueniat, eoque tundendo exp matur oleum. Metaphorice* Pleniore haec canali fluunt Quinct. 11, 3, 1 ¶ 2 Canalis *etiam via publica eſt, forte quod transmittit viatores, quod tritu commeantium, quin interdum a prima munitione, aliquant eſt excauata v. g.* l. 2 C. Th. de Curioſis, *ex* l. 15 C. Th. de Manci bus curſus publ. *vbi* Ciuitates ad Canalem *videntur non aliae, quam q ad viam publicam, et regiam ſitae ſunt. Sic* Concil. Sardic. c. 21 Vn quisque noſtrum, qui in canali conſtitutus eſt, cum praetereunte Epiſcopum viderit. *Huc referunt quidam* Canalem fori, *de quo d mus in* CANALICOLA.

CANALICVLVS, i. m. Dimin. [σωλήνιον] Columel. 8, Nam largiore cibo celerius pingueſcit, ſemper tamen etiam canalic milio repleti apponuntur, quae eſt firmiſſima eſca. *Add.* Vitr. 14 *extr.* Celſus 8, 20 *extr.* Poteſt conditus articulus (*luxatus*) dius aut ſummus canaliculo aliquo contineri. *Sic* Canalis *in ma membro fracto adhibetur, vt vidimus. Eſt etiam* Canaliculus, *Cau exterior in columnis* Vitruu. 4, 3.

CANALICŬLA, ae. f. *Idem.* [σωληνίδιον] Varro R. R. 3, 14 Auibus aqua miniſtratur per canaliculam. Gell. 17, 11 Ipſ autem Eraſiſtratum dicere, duas eſſe quaſi canaliculas quasdam vel ſtul,

ſtulas, easque ab oris faucibus proficiſci deorſum, per earumque alteram deduci delabique in ſtomachum eſculenta omnia et poculenta. *Vſus etiam eſt* Lucil. *ap.* Non. 3, 50.

CANALICVLĀTVS, a, um. Adi. [σωληνοειδής] *In modum canalis factus, vel, qui canalis canaliumue formam habet.* Plin. 27, 9 Eſt autem ſingularis atque non fruticoſa, breuior molliorque, et denſior, foliis ad radicem canaliculata.

CANALICIVS, a, um. *et* CANALIENSIS, e. Adi. *vt*, Plin. 33, 4 ſ. 21 Quod puteis foditur, canalicium vocant: alii canalienſe marmoris glareae inhaerens. — Vagantur hi venarum canales per latera puteorum et huc et illuc, inde nomine inuento.

CANALICŎLA, ae. c. [ἀργοραῖος] Feſtus: Canalicolae forenſes, Homines pauperes dicti, quod circa canalem fori conſiſterent. *Et* Gell. 4, 20 Qui iurabat, cauillator quidem et canalicola et ridicularius fuit. *Hos deſcribit* Plautus Curc. 4, 1, 14 In foro infimo boni homines atque dites ambulant, in medio propter canalem ibi oſtentatores meri. *Salmaſ. ad* Vopiſc. Carinum 1, 802 *Hack. coniecerat*, canalem fori *eſſe eosdem, qui* cancelli; *ſed ad* Tertull. Pall. p. 421 *vbi legit*, Canales non odoro (*pro* Carnales non adoro) *intelligit canales proprie dictos, quibus aqua colligeretur, quae ſtans interdum, et ſordibus aucta mephitim exhalaret*, odorandam *ibi conſiſtentibus. Nardinus Rom. Vet. 5, 7 os cloacae maximae intelligit. Si* canalem *intelligamus viam publicam, cauam aliquantum, vt intra eam continerentur plauſtra et ſordes, quales hinc inde ſunt in Germaniae vrbibus, et fuere ſuperiori ſaeculo longe plures, res facillima intellectu fuerit.*

CANARIA, ae. f. *Herba.* Plin. 25, 8 Inuenerunt et canes canariam, qua faſtidium deducunt, eamque in noſtro conſpectu mandunt: ſed ita, vt nunquam intelligatur, quae ſit. etenim depaſta cernitur. *Ruellius humilem eſſe herbulam ait, foliis tritici multo minoribus, calamulo tenui, geniculis pyxidatim cohaerentibus articulato, internodiis tibiarum modo in ſe inſertis, quae tracta ſuis ex vaginulis exeruntur euanidam ſpicae loco panniculam habens, denique folio et culmo triticum, cacumine arundinem imitans.*

CANARIVS, *vid.* CANIS.

CANASTER, *vid.* CANVS.

CANATA, *pro pulpa et carne canis marini, eiusque ſalſamento laudatur ex* Plauto *apud* Feſt. *Vid.* NARICA. *Sed mera eſt hariolatio. Locum ponimus in* NARICA.

CANCELLVS, i. m. *deminutum eſſe ex* Cancer, *non habet dubium. ſed vix aliter inuenietur, quam ex ea notione, quam deinde* n. 4 *dabimus.* Cancellum *enim pro paruo piſce teſtaceo, qui diceret, nondum obſeruatus* ...t. *Ipſe ſingularis rarior.* Vet. Gloſſ. Cancellus χαράδρα, *quae vox, cum foſſam ſignificet, corrupta videtur Martinio, et legendum* Γάδειρα. ...*landius forte fuerit, pro* Cancellus *legere* Canalis, *vel* χαράδρα *foſſa* ...*erit, quae limitem ſignat.* vid. CANCELLI n. 5. *Certior auctoritas eſt* ... 9 D. quod vi aut clam, Si ſera, vel clauis, vel cancellus, vel ſpecularium ſit ablatum. *Agit* Vlpianus *de rebus, quae ſolo non cohaerent,* ... *tamen ſunt in domo. Verum vſitatius longe eſt*

CANCELLI, orum. m. pl. [κιγκλίδες, δρύφακτοι] *Sepimenti ge*...*s, vel ex baculis (quaſi pedibus* cancrorum) *iuxta ſe poſitis, aut cra*... *in morem decuſſatim iunctis conſtans, vel certe ita factum, vt proſpe*...*um et liberum aërem vel humorem admittat, excludat corpora ſolida et* ...*iora.* Col. 8, 17, 6 Riuis, per quos exundat piſcina, praefigantur ...nei foraminibus exiguis cancelli, quibus impediatur fuga piſcium. ... Varronis auiario, de R. R. 3, 5, 4 Praeterea e perticis inclinatis ex ...mo ad parietem, et in eis transuerſis gradatim modicis interuallis ...ticis annexis (*eſſe oportet*) ſpeciem cancellorum ſcenicorum ac thea... *De his* theatri cancellis Ouid. Am. 3, 2, 64 *vbi iuuenis ad puellam* ... *gradu ſedentem*, Sed pendent tibi crura: potes ſi forte iuuabit ...ncellis primos inſeruiſſe pedes. *Vid. quae diximus ad* Varronis *l. c.* ... 2 *Speciatim notabiles ſunt* Cancelli in foro, *quibus diſcluſa a tribu*...*i auditorum multitudo. De his* Cic. pro Sext. 124 c. 58 Tantus eſt ... omnibus ſpectaculis vsque a Capitolio, tantus ex fori cancellis plau... excitatus, *etc. Ad hos ipſos* cancellos *alludere videtur* Cic. Verr. ... 35 c. 59 Satisne vobis Praetori improbo circumdati cancelli viden... in ſua prouincia, immo vero in ſella ac tribunali: vt aut de ſuo ...ite iudicium fieri patiatur praeſens, ac ſedens: aut confiteatur, ... omnibus iudiciis conuinci neceſſe eſſe. *Sic etiam* de Orat. 1, 52 ... 2 Nam ſi quis erit, qui hoc dicat, eſſe quasdam oratorum proprias ...tentias, atque cauſas, et certarum rerum forenſibus cancellis cir...nſcriptam ſcientiam. *Itemque* pro Quint. 36 c. 10 Et me facile ...tra exiſtimatione reuocabitis, ſi extra hos cancellos egredi conabor, ...s mihi ipſe circumdedi. *Ad hos etiam reſpicit* Tertull. de Pall. ... Ego nihil foro, nihil campo, nihil curiae debeo, nulli officio ad...ilo, nulla roſtra occupo, nulla praetoria obſeruo, Canales non ...ro, Cancellos non adoro. Ammian. Marcell. 30, 4 p. 646 *de* ...*uocatis*, Cum intra cancellorum venerint ſepta, et agi coeperint ...uius fortunae vel ſalus *etc.* Gloſſae vet. *laudatae Salmaſ. ad* Vo...i Carin. p. 802 a. *Hack.* Caula, Cancellum ante iudicem, vel ...reſſus. ¶ 3 *Sunt etiam Principum* cancelli. Sidon. Apoll. 1, 2 *de Theoderici aula*, Circumſiſtit ſellam comes armiger, pel...rum turba ſatellitum ne abſit, admittitur, ne obſtrepat elimina... — excluſa velis, incluſa cancellis *etc.* ¶ 4 *Sic in* ...*plis Chriſtianorum* cancelli *ſunt, qui* Chorum *a reliqua Eccleſia* ...*inguunt, v. g.* Capitular. Caroli M. 7, 203 *et* 291. ¶ 5 ...*dem* cancellos *etiam limites agrorum fuiſſe docet ex veteri ſcheda Sal*... *l. c.* p. 802 b. Nullus Chriſtianus ad fana, vel ad petras, aut ...ontes, vel ad arbores, aut ad cancellos, vel per triuia luminaria ...at, aut vota reddere praeſumat. *Vid. mox* CANCELLATVS *et* CAN...LATIO. *Et conf. Salmaſ. ad* Solin. p. 794 b. *vbi affert ex* Caſſiodo... Intra Tuſciae cancellos.

...ANCELLARIVS, i. *ſ.* A CANCELLIS. [ὁ ἐπὶ κιγκλίδων] ...*ilis primo miniſterii nomen fuit, neque hoc ſatis antiquum.* Vopiſcus ...arino 16 Praefectum vrbi (*qui ſummus tum magiſtratus fuit, et par* ...*fecto Praetorio*) vnum ex cancellariis ſuis fecit, quo foedius nec ...tari potuit aliquando nec dici. *Vid. ad h. l. Caſaubonus et Sal*...*us, qui collatione Graecorum ſcriptorum oſtendunt, Oſtiarii illud mu*...*ſiue* Velarii *fuiſſe. In primis huc pertinet* Tertull. Scorpiace 10 ... mihi poteſtates ianitrices affirmas iuxta Romanam ſuperſtitionem, ...m quendam, et Forculum, et Limentinum? quas a Cancellis ...nas poteſtates? *Huc refero illud* Imp. Conſtantii l. 1 C. Theod. de ...gentibus in rebus, Si quis annos viginti tranſierit in obſequio, mi...: eum ad curiam reuocari, quod et circa ſcrinia noſtra, et cancel...s et largitionales, et officiales comitum rerum priuatarum volu... obſeruari. ¶ 2 *Cum iudiciorum praeſertim* Cancelli *fuerint, etiam forenſes quidam miniſtri* Cancellarii *dicti ſunt.* Vetus Interpres, Anianus *putatur* ad L. 1 C. Theod. ad L. Cornel. de falſis, Tabellio vero, qui amanuenſis nunc vel Cancellarius dicitur, etiamſi ad Curiae peruenerit dignitatem, *etc. Reſpiciunt haec ad legem* Conſtantini, Nec vero is, qui ante fuerit tabellio, ad eludendam quaeſtionem ſuper his, quae ante conſcripſit, factus decurio, defendi hac poterit dignitate: quoniam ſcripturae veritas per ipſum debet probari auctorem. *Itaque hi* Cancellarii *ſunt* ἀντιγραφεῖς. *Huc pertinet etiam* l. 3 C. Theod. de aſſeſſoribus domeſticis et Cancellariis, *vbi inter alia* Periculo priuatum officii Cancellarios ſub fide geſtorum electos iudicibus applicari iubemus — Si idonea cauſa exegerit, ad detegenda iudicis flagitia et quaeſtioni eos ſubdi oportet. *Scribas intelligi, qui intra* cancellos *admiſſi acta omnia conſignent, manifeſtum eſt. Eſt etiam horum mentio* l. 3 *et* 5 *et* 8 C. de Aſſeſſoribus, Domeſticis et Cancellariis iudicum. *Tales forte ſunt, de quibus in edicto* Turci Aproniani *ap.* Gruter. p. 647, 6 Praeda damnata, quam Tribunus Officiûm Cancellarius et Scriba de pecuariis capere conſueuerant. ¶ 3 *Tandem illuſtris dignitatis nomen fuit, quam deſcribemus ex* Caſſiod. Var. 11, 6 *cuius inſcriptio* Ioanni Cancellario Senator Praef. Praet. (*Senatorem eſſe ipſius Caſſiodori nomen, notum eſt*) Hoc igitur laudabile praeiudicium — cancellorum (*al.* cancellariorum) tibi decus attribuit, vt Conſiſtorii noſtri ſecreta fideli integritate cuſtodias; per te praeſentandus accedat, per te noſtris auribus deſiderium ſupplicis innoteſcat, iuſſa noſtra ſine ſtudio venalitatis expedias, omniaque ſic geras, vt noſtram poſſis commendare iuſtitiam. Actus enim tui Iudicis (*Supremi Praefecti Praetorio*) opinio eſt, et ſicut penetrale domus de foribus poteſt congruenter intelligi, ſic mens praeſulis de te probatur agnoſci: nec iniuria, quia talem vnusquisque ad reſponſa ſua videtur eligere, qualem ſe cunctis decreuit aeſtimari. — Latere non poteſt, quod inter cancellos egeris. Tenes quippe lucidas fores, clauſtra patentia, feneſtratas ianuas. Et quamuis ſtudioſe claudas, neceſſe eſt, vt te cunctis aperias. Nam ſi foris ſteteris, meis emendaris obtutibus; ſi intus ingrediaris, obſeruantium non potes declinare conſpectus. Vide quo te antiquitas voluerit collocari: vndique conſpiceris, qui in illa claritate verſaris. Proinde ad noſtra monita aures animumque conuerte: fige menti omnia, quae iubemus: non te tanquam fiſtulam dicta perexeant, quae tam diu plena conſpicitur, quam diu in eam vndae influere poſſe noſcuntur. Eſto potius conceptaculum, qui audita cuſtodias, qui ſuſcepta non fundas. *Huic* Ioanni, qui Cancellorum olim ſumſerit officium, 11, 27 Praerogatiuarum officium, *tamquam* gradus *aliquis, tribuitur. Sic* 12, 1 diuerſis Cancellariis prouinciarum ſingularum *ſcribit*, Perge igitur — ad illam (*hic nomen expreſſum fuit, vt hodie ponitur* N. N.) prouinciam Cancellorum pompa decoratus, et glorioſa grauitate praecinctus. Abſens cogita praeſentis pudorem. Nam quid debeas tentare vile, qui militas ſub honore? Faſces tibi iudicum parent, et dum iuſſa Praetorianae ſedis portare crederis, ipſam quodammodo poteſtatem reuerendus aſſumis. *Denique* 12, 3 Virum Clariſſimum *vocat* Cancellarium, *eique* Saiones deputat. Vet. Gloſſ. Cancellarii ἀρχιγραμματεῖς. *Reliqua de* Cancellariis *ſunt nimis recentis aeui, videnda apud Malincrotum.*

CANCELLO, āre. *Cancellis obſtruere et impedire.* Vet. Onomaſt. Cancello καγκελόω. Gloſſ. Cyrilli χαράσσω induco, cancello. Columel. 4, 2, 2 *de vite loquens*, Haec autem, quae toto proſtrata corpore, quum inferius ſolum quaſi Cancellauit atque irretiuit, cratem facit, et pluribus radicibus inter ſe connexis angitur, nec aliter, quam ſi multis palmitibus grauata, deficit. ¶ 2 *Hinc* Cancellare teſtamentum, *pro Delere.* Vlpian. D. de iis, quae in teſtamento delentur, l. 2 Cancellauerat quis teſtamentum, vel induxerat, etſi propter vnum heredem facere dixerat, id poſtea teſtamentum ſignatum eſt. Quaerebatur de viribus teſtamenti, deque portione eius, propter quem ſe cancellaſſe dixerat. *Add.* l. 15 §. 1 D. de teſtam. mil. *et al.* Cancellat, concidit, battuit Iſidor. Gloſſ. *vbi* battuit, *quomodo huc conueniat, non video.* Concidit *ad transuerſos calami ductus referri poſſe videtur.*

CANCELLĀTVS, a, um. *in formam cancellorum factus, decuſſatus, vt*, Cutis elephantorum cancellata Plin. 8, 10. Idem 9, 51 *de Polypo femina*, Cauernam cancellato brachiorum implexu claudit. Manibus cancellatis Solin. 1. Cancellatus, *Limitatus; vt*, Regio cancellata, *i. Terminis ſuis circumſcripta, apud* auctores de Limitibus *eſſe dicitur. Vid.* CANCELLATIO *et* CANCELLI n. 5. Item, *Expunctus, vt*, Chirographum cancellatum l. 22 Cod. de Solutionibus. Tabulae cancellatae l. 82 Dig. de Furtis.

CANCELLĀTIM. Adu. *Ad ſpeciem cancellorum.* Plin. 7, 20 Filiumque eius militem magni Pompeii, et rectos et transuerſos cancellatim toto corpore habuiſſe neruos, in brachiis etiam, manibusque, auctor eſt Varro, *etc.* Cancellatim reticulata Plin. 9, 33. Idem 11, 37 Terreſtrium aliis venter denticulatae aſperitatis, aliis cancellatim mordacis, *i. villos habet obliquos, rectos et transuerſos, quale quid in lima videmus.* Stipitibus cancellatim pendentibus Sidon. Ep. 5, 17.

CANCELLATIO, ōnis. f. *Limitatio agrorum.* Siculus Flaccus p. 16 Vna res metatio, limitatio, cancellatio. Frontinus p. 109 Ager Seſtertianus aſſignatus in cancellatione, terminis maritimis.

CANCER, cri. m. [καρκῖνος] *Genus piſcis, cruſta tecti, quod a Graecis, ideo inter Oſtracoderma numeratur.* Plin. 9, 31 ſ. 51 Cancrorum genera carabi, aſtaci, maiae, paguri, Heracleotici, leones, et alia ignobiliora. Cancris vita longa, pedes octoni, omnes in obliquum flexi — Praeterea bina brachia denticulatis forcipibus. Superior pars in primoribus his mouetur, inferiore immobili — Cancri in pauore etiam retrorſum pari velocitate redeunt. Dimicant inter ſe vt arietes, aduerſis cornibus incurſantes. *Quod deinde eſt apud Plinium de mutatione cancri in ſcorpionem, Ouidii verbis explicabimus* Met. 15, 369

Concaua litoreo ſi demas brachia cancro
Caetera ſupponas terrae, de parte ſepulta
Scorpius exibit, caudaque minabitur vnca.

Cancri fluuiales, marini, πάγουροι Pallad. 1, 35, 7. Virg. Georg. 4, 48 — neue rubentes Vre foco cancros. Rubentes autem quum vruntur: non quia per naturam ſint huius coloris, Seruius. *Sunt nempe in remediis* cancri vſti *vel* combuſti, *quod obſeruaui tum alias, tum ad* Colum. 9, 5, 6 *ne miremur probiberi a Poëta, quod nemo temere facturus videatur. Poteſt autem quemque id docere Index Plinianus.* ¶ 2 Cancer, *Signum caeleſte.* Hygin. Poët. Aſtron. 23 Cancer dicitur Iunonis beneficio inter aſtra collocatus, quod, cum Hercules contra hydram Lernaeam conſtitiſſet, ex palude pedem eius mordicus arripuiſſet, qua de re Herculem permotum eum interfeciſſe: Iunonem au-

autem inter ſidera conſtituiſſe *etc. Hinc intelligitur, cur* Lernaeus *vocetur* Colum. 10, 313. Plin. 18, 25 Solſtitium Cancri. Ouid. Met. 4, 619 Ter gelidas Arctos, ter Cancri brachia vidit. *regiones caeli oppoſitae:* cancer *enim ſignum maxime meridionale, ad quod eſt* Tropicus cancri, *quem ita deſcribit* Manil. 4, 162

Cancer ad ardentem fulgens in cardine metam,
Quam Phoebus ſummis reuocatus curribus ambit,
Articulum mundi retinet, luceſque reflectit.

Octipes Ouid. Faſt. 1, 313. *ab animali.* Virg. Ecl. 10, 68 Aethiopum verſemus oues ſub ſidere Cancri. Calens Claud. in Eidyl. Nilo 9. Cic. in Arat. — et claro collucens lumine Cancer. Ouid. Met. 2, 83 — atque aliter curuantem brachia Cancrum. Rapidus Stat. Theb. 4, 776 *propter aeſtum.* Senec. Herc. Oet. 41 Cancro ſubditus Libys. Torrens Lucan. 8, 851. Rubeſcunt ſigna Cancri Ouid. Faſt. 6, 727. ¶ 3 Cancer, [καρκινῶδες] *Morbi genus, tetrum vlcus, quaſi cancrinis pedibus quoquo verſus ſerpens. Vid.* Celſ. 5, 26, 31 *vbi etiam eius genera enumerantur.* Id. 7, 27 *agit de cancro, qui exciſa veſica naſcitur, vnde formulas ponimus:* In quam partem cancer is tendat. Medicamenta ad cohibendos purgandoſque cancros. Vbi ſtare coeperit cancer. Orto cancro. Ouid. Met. 2, 825 Vtque malum late ſolet immedicabile cancer Serpere, et illaeſas vitiatis addere partes. Obſiſtere cancro, *et* Occupari cancro Celſ. 8, 10. Cancer occupauit inteſtina Scribon. 114. Os corripit 62. Facto cancro 63. *Genere neutro adhibuit* Scribon. Ad carbunculos et cancer imponendum eſt *(emplaſtrum)* 206. Quamobrem cancer non patitur impoſitum *(medicamentum)* ſerpere 240. ¶ 4 Cancros antiqui dixerunt, qui nobis ſunt Cancelli, Feſt. *Hinc* Inter orci cancros adhaerere, *pro adeo irretitum, illaqueatumque teneri, vt nusquam pateat effugium* Apul. Mileſ. 6 p. 176, 26. *Aduocat huc Pricaeus* Iſid. Gl. Cancer forceps. *Sed hoc puto ad chelas cancri pertinere. Rectius monuiſſet, ab hac ſignificatione eſſe vſitatiſſimam notionem diminutiui* Cancelli, *de quo modo dictum.*

CANCER, ĕris. m. *pro Signo caeleſti* Lucret. 5, 616 Canceris vt vertat metas ad ſolſtitiales. *Etiam de Morbo hac forma* Cato R. R. 157, 3 Canceres purgabit braſſica. *Add.* Celſ. 4, 15 *in MSS. apud Rhod. Lex. Scribon.* ¶ 2 *Sed etiam neutrum eſt.* Priſcian. 6 p. 697 ex Claudio in 4 Hiſtoriarum, Quod verminatione ad cancer peruenerit. *Addit,* Eius genitiuus *canceris* eſſe debet, vt *Cicer* Ciceris. *Sic certe* Arnob. 1 p. 30 Et illi haud aliter contumaciam canceris ſaeui ad ſubeundam cicatricem circumſcriptis euaginationibus compulerunt.

CANCĔRO, āre. Plin. Valer. 1, 10 Si intrinſecus cancerauerit auris. *It.* Vulnera cancerauerint Apul. de Herb. 36. *i. in cancri naturam tranſierint.*

CANCERĀTĬCVS, a, um. Adi. *Vt,* Foetor canceraticus Veget. 2, 43 *qualis eſſe ſolet in membris cancro corruptis.*

CANCĔRŌMA, ătis. n. *Cancer, vlcus.* [καρκίνωμα] Celſ. 5, 28, 2 Canceromata quae in naribus naſcuntur. Apul. de Herb. 19, 7. *conf.* 31, 3.

CANCRŌMA, ătis. n. *Idem.* Saluian. adu. Auarit. 1 p. 232 Si plagas cancroma ſequitur, cancrum neceſſe eſt conſequatur occaſus. Veget. Mulom. 3, 19, 2 Ad cancromata, plagas. *Sic melius, quam* Cancromatas plagas. *Quin* Canchremata *etiam* 2, 22, 15 *in* Cancromata *mutandum* videtur.

CANCHRĒMA, ătis. n. *Cancer, morbus.* Veget. Mulom. 2, 22, 15 Si vero oculus ictu vulneris inſanabilis redditur, *et* vt mulomedici dicunt, canchremata fecerit. *Forte leg.* Cancromata. *Sed poteſt etiam ab ipſis Mulomedicis vox ita detorta fuiſſe.*

CANCERŌSVS, *vel* CANCROSVS, a, um. Adi. Sariſb. 3, 6 Serpit morbus cancerosus in omnes. Vulnera cancroſa Sext. Placit. c. 11.

CANDĂCVS, a, um. Adi. *i. e. Suauis.* Varro de L. L. 6, 6 p. 82, 30 *Inter verba* a Poëtis reliqua, Candacus ſuauis: tametſi a magiſtris accepimus manſuetum.

CANDEFACIO, *vid.* CANDEO.

CANDĒLA, ae. f. [κηρὸς] *a Candore luminis.* Varro de Vita Pop. Rom. *apud* Seru. ad Aen. 1, 731 Facibus, aut candela ſimplici, aut ex funiculo facta, cera veſtita, *etc.* Plin. 13, 13 Lapidem fuiſſe quadratum circiter in medio, arcte vinctum candelis quoquo verſus. *Nempe pinguis et oleoſa materia humoris acceſſum et putredinem debebat arcere.* Iuuen. Sat. 3, 286 Vel breue lumen Candelae cuius diſpenſo et tempore filum. Apponere candelam valuis Idem Sat. 9, 98. Columel. 2, 22, 3 Feriis autem ritus maiorum etiam illa permittit, far pinſere, faces incidere, candelas ſebare, *i. Sebo vel Seuo inducere ellychnium, et in candelam concinnare.*

CANDELĀBRVM. i. n. [λυχνίον, κηροπήγιον] *Dicitur,* quod in eo candelae figantur, *auctore* Feſto. Varro de L. L. 4, 25 p. 30, 25 Candelabrum a Candela: ex his enim funiculi ardentes figebantur. Seru. *ad* Aen. 1, 731 Nonnulli apud veteres candelabra dicta tradunt, quae in capitibus vncinos haberent, quibus affigi ſolebant, vel candela, vel funes pice delibuti; quae interdum erant minora, vt geſtari manu, et praeferri magiſtratibus a coena redeuntibus poſſent. Martial. de Candelabro Corinthio 14, 43 Nomina candelae nobis antiqua dederunt: Non norat parcos vncta lucerna patres. Plin. 36, 3 ſ. 6 Priuatim Aegina candelabrorum ſuperficiem duntaxat elaborauit, ſicut Tarentum ſcapos. — Nec pudet Tribunorum militarium ſalariis emere, cum ipſum nomen a candelarum lumine impoſitum appareat. Acceſſio talis Candelabri fuit — Cleſippus fullo *etc.* Cic. Verr. 2, 183 Vnde quinquaginta tricliniorum lectos, vnde tot candelabra? Idem Verr. 4, 60 c. 26 Iam vero lectos aeratos et candelabra aenea, num cui praeter iſtum Syracuſis per triennium facta eſſe exiſtimatis? Quinctil. 6, 3, 99 *Inter ioca* ſubabſurda, quae niſi fingantur, ſtulta ſunt: vt qui mirantibus, quod humile candelabrum emiſſet; *Pranſorium erit,* inquit. *Nempe in prandio candelabro facile caremus etc.* Vitruu. 7, 5 *Inter monſtroſas picturas ponit* Candelabra, aedicularum ſuſtinentia figuras, *etc.* Ligneum candelabrum Petron. cap. 95. *Conf.* c. 64 *et* 75.

CANDELĀBRVS, *vel* CANDELABER. i. m. *Antiquis.* Caecil. Meretrice, Memini ibi candelabrum ligneum ardentem. *Ex* Nonio 3, 74. Tam magnus ex Aſia veni, quam hic candelabrus eſt Petron. 75. *Plebeia ratio.*

CANDEO, ui, ēre. [λευκαίνομαι] *Eſt proprie Candidum eſſe. Frequentiſſimum eſt illius Partic.* Candens. Virg. Aen. 4, 61 Candentis vaccae media inter cornua fundit. Ouid. Met. 11, 315 Candida de nigris, et de candentibus atra. Color candens Plin. 2, 18. Virg. Aen. 9, 563 Aut candenti corpore cicnum Suſtulit alta petens, pedibus Iouis armiger vncis. Catull. 62 (65) 45 Candet ebur ſoliis. Ouid. ex Pont. 3, 3, 98 Nec quod erat candens fit terebinthus ebur. Virg. Aen. 6, 896 Altera candenti perfecta nitens elephanto, *i. Ebore.* Equi candentes Claud. in prim. Conſ. Stil. 2, 369. Lana Catull. 62, (65) 318. Lilia Claudian. Laud. Seren. 91. Marmor Lucret. 2, 766. Pruinae Claud. Nupt. Honor. 52. Taurus Virg. Aen. 5, 236. ¶ 2 *Prima et propria ſignificatione* Candere, [πυρακτεῖσθαι] *eſt Ignitum eſſe, et cognatum eſt verbis* Accendo *et* Incendo. *Nam tunc vere ignita dicitur quaecunque materia, quum non rubet, ſed iam candet.* Cic. Off. 2, 25 c. 7 de Dionyſio tyranno, Qui cultros metuens tonſorios candente carbone ſibi adurebat capillum? *Sed etiam de aliis rebus vehementer calidis vſurpatur, vt ſubſtantiuorum commemoratio docebit.* Aër candet Ouid. Met. 1, 120. Sues mactantur, Aqua candente glabrantur Colum. 12, 53, 4. *Add.* 6, 5, 2. Aeſtas Lucan. 1, 215. Ouid. Met. 2, 297 Vixque ſuis humeris candentem ſuſtinet axem. Sil. 1, . . . Non ignes, candensque chalybs. Ouid. de Arte Am. 2, 440 Summo candet in igne cinis. Fauilla Virg. Aen. 3, 573. Ferrum Lucret. 6, 147 Ouid. Faſt. 4, 287. Lamina Ouid. Met. 9, 170. Loca tepent hieme, aeſtate ſaeuiſſime candent Colum. 1, 4, 9. Lumen Solis Lucret. 6, 1195. Candente Sole Columel. 6, 13, 1. Phoebus candentior, *Sol ardentior* Valer. 3, 481. Candens Seuum vulneri per ardentem taedam inſtillato Colum. 7, 5, 13. Veſtis tincta cocco candet Hor. Serm. 2, 6, 103. *i. Splendet, vt Ardere dicuntur talia veſtimenta.* Virgo candens Cic. in Arat. *De ſidere huius nominis.* Viſcera felle candent Claud. Conſ. Mall. Theod. 226. *nempe ira eſt ignis etc.*

CANDENTIA, ae. f. *Candor. Vt,* Lunae candentia Vitruu. 9, 4.

CANDESCO, ĕre. [πυρακτοῦμαι] *Igneſcere.* Vitruu. 7, 9 Ferrea lamna ad ignem collocetur, donec candeſcat. *Vehementer incaleſcere ſignificat.* Ouid. Met. 2, 230 Curruſque ſuos candeſcere ſentit. Ouid. Met. 6, 49 Vt ſolet aër Purpureus fieri, cum primum aurora mouetur Et breue poſt tempus candeſcere ſolis ab ictu. ¶ 2 Candeſcere, [λευκαίνεσθαι] *Album fieri. Vt* Candeſcere canis Tibul. 1, 11, 45

CANDOR, ōris. m. [καῦσις] *Aeſtus vehementior.* Claud. Conſ. Probi 219 Aeſtiuo candore mori, *i. aeſtu, de arundine areſcente* ¶ 2 Candor [λευκότης, λευκασμὸς] *Splendor.* Plaut. Men. 1, 2, 6 Oh, ſolem vides: ſtatim vt occaecatus eſt prae huius corporis candoribus. Ouid. Met. 1, 169 Lactea nomen habet, candore notabilis ipſo *de Via lactea.* Fucati medicamenta candoris et ruboris Cic. in Orat. 97. Caeli candor Idem Tuſc. 1, 68 c. 28 Formae Ouid. Met. 1, 74 Oui Plin. 16, 58 ſ. 74. Pedum Petron. c. 126. Cic. de Nat. Deor. 2, 40 c. 15 Non Solis calor et candor illuſtrior eſt, quam, *etc.* Vlnarum niuei marmoreique candores Arnob. 4 p. 141. Carnoſus candor, *vid.* CARO. Clarus Lucret. 4, 233. Suet. Aug. 94 Exuuiis que Iouis Opt. Max. ac radiata corona ſuper laureatum currum, b ſenis equis candore eximio trahentibus. Sen. Hippol. 832 Ni Languido candore pallerent genae. Marmoreus Lucret. 2, 764. Cic. de Nat. Deor. 1, 75 Nec ille fuſus et candore miſtus rubor, ſangu eſt, ſed quaedam ſanguinis ſimilitudo. Cic. in Arato, *de circulo lacteo,* Lacteus hic nimio fulgens candore notatur. Niualis Virg. Aen. 3, 538. Niueus Ouid. Met. 3, 423. Puellaris Idem Met. 10, 59 Lucret. 5, 283 Aetherius Sol Irrigat aſſidue caelum candore recen Rubens Ouid. Met. 4, 332. Simplex candor lanarum Quinctil. 1, 1, Cic. de Somn. Scip. 8 Erat autem is ſplendidiſſimo candore inter flammas circus elucens, *etc.* Suffuſus ſanguine Stat. Silu. 2, 1, 41. A teire niues candore Virg. Aen. 12, 84. Candor huius te perpu Cic. pro Cael. 36 c. 15. *de ſpecioſa forma corporis.* ¶ 3 *Dicitur et* Candor animi *pro Sinceritate et puritate.* Ouid. Triſt. 3, 6, Quique eſt in charis animi tibi candor amicis, Cognitus eſt ill quem colis ipſe, viro. *Sic* Candor in hoc aeuo res intermortua paen Ouid. ex Pont. 2, 5, 5. Titulus candoris Idem in Ibin 8. Iuſtus ſine mendacio candor apud bonos crimini non eſt Paterc. 2, 16 *extr.* Me rere candore fauorem Ouid. Triſt. 5, 3, 53. ¶ 4 *Virt orationis eſt* Quinct. 10, 1, 101 Nec indignetur Herodotus ſibi aequa Liuium, cum in narrando mirae iucunditatis, clariſſimique candoris *Indicat pulchritudinem illam, quae ex perſpicuitate narrandi oritur, et dem ſimul facit hiſtoriae.*

CANDEFĂCIO, ĕre. [λευκαίνω] *Candidum facere.* Plaut. Mo 1, 3, 102 Vna opera ebur atramento candefacere poſtules *in ſtultu propoſito ſuo agentem contraria.*

CANDEFĪO, ĕri. Plin. 33, 3 Marmori et iis, quae candefi non poſſunt illinitur.

CANDEFACTVS, a, um. *Ignitus. Vt,* Lapides candefa Plin. 34, 8. *Conf.* 25, 10.

CANDĬCO, āre. [ὑπολευκαίνομαι] *Candidum eſſe.* Vlcus — ſor dum, id autem eſt, quum candicat, et quaſi cruſtam productam alba habet Scribon. 237. Plin. 8, 46 Inſigne ei, in dextro latere can cans macula. *De Api boue loquitur.* Idem 3 Praef. Frequentes quip teniae candicantis vadi, carinas territant. Candicans e rufo Id. 12, Superne candicans Plin. 16, 23. Niuibus candicans Solin. c. 63 (Salm. 49) Candicant orbiculi lapillorum Solin. c. 53 *Salm.* Pinnae mica ti flore candicant Apul. Met. 5 p. 168.

CANDICANTIA, ae. f. [λευκόχροια] Plin. 37, 13 Factitia ſcarificationis candicantiam fugiunt. *De gemmis. Sed probabilior lectio, quam probat Harduinus,* Obſidianae *(gemmae)* fragmenta ver gemmas non ſcarificant: *nempe duriores ſunt verae gemmae, quam laedi poſſint, ab Obſidiana.* Ficticiae *(gemmae)* ſcarificationes canc cantium *(gemmarum)* fugiunt, *(quaſi, quum laedi ab illis poſſint)* Di *igitur alia huic nomini proferatur auctoritas, eo abſtinendum eſt.*

CANDIDO, *vid.* CANDIDVS.

CANDĬDVS, a, um. [λευκὸς, ἀργὸς, ἄργετος] *Albus. Sed, ait* Seru. in Georg. 3, 82 aliud eſt Candidum eſſe; id eſt quadam tenti luce perfuſum: aliud Album, quod pallori conſtat eſſe vicinu *Vid. et Lipſ. Elect.* 1, 13. *Interim diſcrimen illud non eſſe perpetuum, in ctio exemplorum oſtendet.* Candidus et talos a vertice pulcher ad in Hor. Epiſt. 2, 2, 4. Cicnis candidior Virg. Ecl. 7, 38. Hor. Car 1, 9, 1 Vides vt alta ſtet Niue candidum Soracte. Niuibus can dior Ouid. Met. 8, 773. Aries Virg. Georg. 3, 387. Auis Id. Geo 2, 320. *de ciconia.* Ouid. Triſt. 3, 10, 22 Et nitet inducto candida b ba gelu. *Sed ad Canitiem refertur* Virg. Ecl. 1, 29 Candidior poſtqu tondenti barba cadebat. Brachia candidiora niue Ouid. Amor. 3, Caput Plaut. Moſt. 5, 2, 27. *i. canum.* Hor. Carm. 3, 9, 2 Brachia c didae Ceruici iuuenis dabat. Colla Virg. Georg. 4, 337. Co Plin. 2, 18. Ouid. Art. Am. 1, 723. Crinis Valer. Argon. 6, Cutis Plin. 2, 78. Ouid. Triſt. 2, 142 Nube ſolet pulſa candidus dies. Flamma candida, *Lucida et clara* Valer. Argon. 8, 247. F tes Sen. Oedip. . . . Lilia Virg. Aen. 6, 708. Idem Aen.

Nec candida curſum Luna negat. Lux clara et candida Plaut. Amph. 1, 3, 49. Lactant. 6, 2. Ora Ouid. de Medicam. faciei 52. Plin. 29, 3 Candido Ouorum facies illita ſole non aduritur. *Et ibid.* Neque aliud quam candidum ex ouo infundi, ac pollinem turis. Panis candidus, *vid.* PANIS. Pectora niuibus, lacteque candidiora Ouid. Epiſt. 16, 250. Piper Plin. 12, 7. Virg. Ecl. 9, 41 Candida Populus antro Imminet. Candida thyrſigeri proles generoſa Lyaei Sen. Med. 110. *Sic Hymenaeum alloquitur chorus.* Id. Oed. 503 Candida formoſi venerabimur ora Lyaei. Puella Ouid. Amor. 2, 4, 39. Sententia Idem Met. 15, 47 *Propter calculum candidum, qui demiſſus in vrnam more antiquo abſolutionem ſignificabat, vt paullo ante deſcripſerat Ouidius.* Sol Ouid. Met. 15, 30. Idem Epiſt. 15, 124 Te ſomnia noſtra reducunt, Somnia formoſo candidiora die. Hor. Carm. 3, 15, 6 Et ſtellis nebulam ſpargere candidis. Sidera Lucret. 5, 1209. Taurus Virg. Georg. 1, 217. Terra candida *peculiarem ſpeciem videtur conſtituere.* Plin. 33, 4 ſ. 21 Eſt namque terra ex quodam argillae genere, glareae mixta (candidam vocant) prope inexpugnabilis. Toga Candida, *qua* Candidati *vtebantur, nempe non tantum alba colore naturali, ſed a fullonibus expoſita, ſplendida,* λαμπρά. *Neque enim valuit lex, de qua* Liu. 4, 25 Ne cui album in veſtimentum addere petitionis liceret. *Superſunt* fragmenta Orationis a Cicerone habitae in Toga candida. Plin. 7, 34 Scipio Naſica in Toga candida bis repulſa notatus a populo. Turba candida, *a veſtimentis* Ouid. Faſt. 2, 654. Martial. 12, 31 Quaeque gerit ſimiles candida turris aues. Velamina Ouid. Epiſt. 10, 41. Vmbo candidus. *Vid.* VMBO. Vox Quinctil. 11, 3, 15. fuſcae *oppoſita.* ¶ 2 *Formulae.* Ouid. Met. 11, 315. *de Autolyco Mercurii filio* Qui facere adſuerat patriae non degener artis Candida de nigris, et de candentibus atra. *Hoc de aſtutis et verſutis dici ſolet.* Catull. 66, 148 Quo lapide illa diem candidiore notet. *Vid.* CALCVLVS albus. *Hinc* Candidus, *Felix, fauſtus, vt* Fata candida Tibull. 3, 6, 30. Fato candidiore frui Ouid. Triſt. 3, 4, 34. Hora candida Idem ex Pont. 3, 5, 52. *Et* Triſt. 5, 5, 13 Optime natalis, quamuis procul abſumus, opto Candidus huc venias, diſſimiliſque meo. *Et* Tibull. 1, 7. *extr.* At tu natalis, multos celebrande per annos, Candidior ſemper, candidiorque redi. *Sic* Fauonii candidi Hor. Od. 3, 7, 1. *i. ſecundi. Hinc et a candore ſiderum* Candidus *etiam Deorum epitheton eſt, vel primorum, vt* Bacchi, Hor. 1, 18, 11 Candide Baſſareu, *quamquam ibi etiam ad apertum et candidum a vino pectus reſpicitur. De Apolline vid.* Hor. Od. 1, 2, 31. *vel eorum, qui in Deos relati ſunt, vt* Virg. Ecl. 5, 56 *de Daphnide,* Candidus inſuetum miratur limen Olympi. ¶ 3 Candidus *tranſſumitur ad animum, et ſignificat Purum, ſincerum, nullaque inuidiae aut maleuolentiae macula infectum.* Ouid. Triſt. 4, 10, 132 Iure tibi grates candide lector ago. Ouid. ex Pont. 4, 14, 43 Tam felix vtinam, quam pectore candidus eſſem. Animae quales neque candidiores Terra tulit Hor. Serm. 1, 5, 41. Candidiſſimus Animus Scribon. Epiſt. Cic. in Orat. 53 c. 16 Elaborant alii leuitate et aequabilitate, et puro quaſi quodam et candido genere dicendi, *in quo nihil maculoſum, affectatum, obſcurum.* Ingenium Hor. Epod. 11, 16. Iudex Idem Epiſt. 1, 4, 1. Iudicio candidiore legere Ouid. Triſt. 2, 80. Pectora Virg. Aen. 9, 432. *Laudatur etiam* Vita Candida *ex* Cic. Att. 9, 5 Adde tali viro, talem cauſam agenti, et ego vero haec efficiam: ei candida vita, puto. *Sed recte editur nunc:* haec officia mercanda vita puto. Hor. Epiſt. 1, 5, 68 Si quid nouiſti rectius iſtis, Candidus imperti: ſi non, his vtere mecum. *Praeter exempla Comparatiui et Superlatiui allata, notentur iſta:* Varro de L. L. 7, 7 A candido Candidius et Candidiſſimum. Candidiſſimus color Vitruu. 10, 7. *Add.* Pallad. Mart. 13.

CANDIDE. Adu. [ἀφθόνως] *Nominis rationem ſequitur.* Cic. Fam. 8, 6. Cauendum tibi erit, ne parum ſimpliciter et candide poſuiſſe inimicitias videaris. *i. bona fide, ſine obſcura diſſimulatione.* Petron. 107 Quod velim tam candide ad aures veſtras perueniat, vt bona fide geſtum eſt. *Sed ad colorem i. ſplendorem veſtis a fullone recentis pertinet.* Candide veſtitus Plaut. Caſ. 4, 1, 9. *vt ſponſus.*

CANDIDVLVS, a, um. Dimin. *Vt,* Cic. Tuſc. 5, 46 c. 16 Candiduli dentes, venuſti oculi, color ſuauis. Grex Prud. Cath. 3, 157.

CANDIDVLE. Adu. *Idem.* Arnob. 2 p. 50 Qui ſermonem candidule promſit.

CANDĪDO, āre. [ἐκλευκαίνω] *Candidum facere. Laudatur, neſcio vnde,* Pomponius, Veſtem lixiuio candidans. Tertull. adu. Gnoſt. 12 Lauarunt veſtimentum, et candidauerunt ipſum in ſanguine agni. Auguſt. Epiſt. 168 Albis veſtibus candidatur, *ſcil. Baptizatus.* Intranſitiue, *Candidum eſſe: Vt,* Medietas circumitur limite candidante Solin. 46. *Sic edidit ex antiquo libro Salmaſius, vbi vulgo legitur* Candicante.

CANDIDĀTVS, a, um. Adi. [λευκαντὸς] *Candida veſte indutus.* Plaut. Rud. 1, 5, 12 Ergo vos aequius erat candidatas venire hoſtiataſque, *i. in veſtibus candidis, et cum hoſtiis accedere ad templum.* Plaut. Caſin. 2, 8, 10 *De ſeruo ſponſo,* At candidatus cedit hic maſtigia. Nautae candidati coronatique Suet. Aug. 98, 3. Prudent. Periſt. 1, 67 Chriſtus illic candidatis praeſidet cohortibus.

CANDIDATVS. i. m. Subſt. *Qui magiſtratum petebat, a Toga candida, quod geſtamen erat petitorum, vt modo indicatum eſt in* CANDIDA Toga. Cic. Verr. 5 c. 14 Vt haec ipſa Aedilitas, non quia neceſſe fuerit, alicui candidato data, ſed quia ſic oportuerit, recte collocata et iudicio populi in loco poſita eſſe videatur. A Toga *autem* Candida *dictos indicauimus, non a tunica: non tantum quia exſtat* Fragmentum orationis, *quam* Cicero *habuit* in Toga Candida, *ab* Aſconio ſeruatum: *ſed quia Plutarchus docet* Qu. Rom. 49. *ſine tunica,* ἀχίτωνας *petere ſolitos Candidatos, cuius rei ibi rationes ponit. Sed redimus ad exempla.* Cic. Parad. 6, 2 *Craſſo obiicit* Interceſſiones pecuniarum in coitionibus Candidatorum, *quod inter Ambitus crimina eſt. Honeſtius illud,* Officioſiſſima natio candidatorum Cic. in Piſon. 1, 55 c. 23. *et* pro Muraen. 69 c. 33. Solicitudinem candidati *eleganter deſcribit* pro Milon. 42 c. 16. *Totum vera Candidatum, et artem adeo petendi magiſtratus, complexus eſt* Q. Cicero *libello ad fratrem ſcripto, de Petitione Conſulatus.* Commendare candidatos Tacit. Ann. 1, 15. Confiteri candidatum Suet. Aug. c. 4. Deducere candidatum Cic. Att. 2, 1. Exerciti candidati omnibus iniquitatibus Idem Att. 1, 9. *Et* Att. 1, 1 Nemo eſt enim ex iis, qui nunc petunt, qui ſi in noſtrum annum reciderit, firmior candidatus fore videatur, *i. maiori cum ſpe obtinendi magiſtratus.* In Senatu candidato vocem et manum commodare Sen. Epiſt. 8. Praetorius candidatus, *qui Praeturam petit.* Cic. pro Muraen. 57 c. 27. Sacerdotiorum Seneca de Benef. 7, 28. Tribunicii candidati Liu. 4, 6 *extr.* Candidatus Conſulatus, *qui conſulatum petit* Plin. in Paneg. c. 95. Caeſaris Candidati *ſunt, qui ſuffragatorem, et petitionis ſuae adiutorem habent Caeſarem, i. Imperatorem. Nempe Iulius Caeſar comitia partitus fuerat cum populo* Sueton. c. 41. *Auguſtus modeſtior ad ſpeciem, teſte eodem* Sueton. 56 Quoties magiſtratuum comitiis intereſſet, tribus cum candidatis ſuis circuibat, ſupplicabatque more ſollemni. *Sed facile eſt ad credendum, qui ſic commendarentur a principe, vel apud populum, vel ad Senatum, ad quem deinde ius omne comitiorum tranſlatum eſt, eos negligenter ſatis ſe geſſiſſe, neque multum ſupplicaſſe aliis. Hinc apud* Quinct. 6, 3, 62 L. Galba pilam *(in luſu)* negligenter petenti, *Sic,* inquit, *petis, tanquam Caeſaris Candidatus. Ex hoc genere erant* Quaeſtores Candidati, *de quibus* Vlpian. l. vn. §. 2 D. de Offic. Quaeſtoris Non omnes quaeſtores prouincias ſortiebantur. Verum excepti erant Candidati Principis. Hi enim ſolis libris principalibus *(i. epiſtolis, edictis)* in ſenatu legendis vacant. *Hi* Quaeſtores Candidati *vocantur* Lamprid. Alex. Seu. 43. *et ſaepe in* Inſcriptionibus antiquis, *v. g. Grut.* p. 352, 5. p. 421, 3 *etc.* Suet. Claudio 40 De Quaeſtore quodam Candidato inter cauſas ſuffragationis ſuae poſuit, quod pater eius frigidam aegro ſibi tempeſtiue dediſſet. *De epiſtolis* Sueton. Aug. 65 De filia abſens, ac libello per quaeſtorem recitato notum Senatui fecit. *Sed* Nero Sueton. 15 Orationes ad Senatum miſſas, praeterito quaeſtoris officio, per Conſulem plerumque recitauit. Titus Flauii Veſpaſiani filius *apud eund. Sueton.* 6 Orationes *patris* in Senatu recitabat Quaeſtoris vice. *Haec in hunc locum conferre placuit, ne ſub* Quaeſtoris *nomine iterum hac de re agendum ſit.* ¶ 2 Candidati *aliarum quoque rerum petitores dicuntur, ſicut a* Quinctil. 6pr. 13. Candidatus eloquentiae. Aeternitatis Tertull. de Reſurr. c. 58. Plin. Paneg. 63 Candidatus gloriae et immortalitatis, *pro eo, qui gloriam et immortalitatem appetit.* Quinctil. 12, 2, 27 Maius eſt opus — ad quod ipſe tendit, et cuius eſt velut candidatus. Philoſophiae Symmach. ep. 1, 41. Reſtitutionis Tertull. adu. Marc. 2, 25 *de Chriſtianis.* Crucis deſtinatae candidatus Apul. Met. 1 p. 108. *Erant inter milites quoque* Candidati duplares, Candidati ſimplares Veget. de re Mil. 2, 7. *Memoria eorum etiam* Ammian. Marc. 15, 5. *Vid. Gronou.* p. 88. *Et* Caſſiod. Var. 1, 4.

CANDIDATORIVS, a, um. Adi. [λευχειμονικὸς] *Quod candidatum decet.* Cic. Att. 1, 1 Nos in omni munere candidatorio fungendo ſummam adhibebimus diligentiam.

CANDĪFĬCO, āre. *Candidum facere.* Naeuius, Poliens ſeſe, et ſuccis herbarum candificans cutem. Lapides candificare Auguſtin. Ciu. Dei, 21, 7.

CANDĪFĬCVS, a, um. Apul. Apol. p. 277 Puluiſculus candificus, *de dentifricio.*

CANDETVM, i. n. Galli appellant in areis vrbanis, ſpatium centum pedum, quaſi Centetum: in agreſtibus autem, pedum centum quinquaginta quadratorum, iuſtum candetum vocant. *Ex libello variorum auctorum* de Limitibus. p. 292 Goeſ. *Habet totidem verbis* Colum. 5, 1, 6. *Add.* Iſidor. 15, 15.

CANDOR, *vid.* CANDEO.

CANDOSOCCVS, i. m. *Genus propagandi vites: de quo* Colum. 5, 5, 16 Nonnullos tamen in vineis characatis animaduerti, et maxime eluenaci generis prolixos palmites, quaſi propagines ſummo ſolo adobruere, deinde rurſus ad arundines erigere, et in fructum ſummittere, quos noſtri agricolae mergos, Galli Candoſoccos vocant.

CANDYS, yos. m. [ὁ κάνδυς] *Inſigne regium Perſarum, de quo copioſiſſime Spanhem. de Vſu et Praeſt. Num. diſſ.* 8 p. 454 *et ſeq.* Curtius Amiculum *vocat, vbi vid.*

CANENS, entis. f. *Nympha fuit Iani et Veniliae filia, canendi arte praeſtans, Pici Laurentum regis vxor, quae, quum virum a Circe in auem mutatum, ſupra modum lugeret, extabuit, et loco ad ripam Tiberis, vbi haec contigerunt, nomen ſuum reliquit. Fabulam vide latius apud* Ouid. Met. 14, 338 *ſqq.*

CANENTAE, arum. f. Capitis ornamenta veteres dixere. Feſtus. *Alii* Canautas *legunt: alii ſuſpicantur* carentae, *a* κάρηνον, *caput.*

CANEO, *vid.* CANVS.

CANEPHŌRA, ae. f. *melius* CANEPHOROS. [κανηφόρος] *Ciſtifera* Canephora Mulier appellatur, quae fert canum, id eſt qualum, quod eſt ciſtae genus. Haec Feſtus. *Melius* Canephoros. *Nam* Canephoroe, [κανηφόροι] *dicebantur Virgines, quae ſacra Cereris in caniſtro quodam aut ciſta ferebant capitibus impoſita, manibus ſublatis, a ſacerdote accepta diebus feſtis Cereris, et Mineruae, et quibuſdam aliis. Eas virgines Erichthonio regnante fuiſſe inſtitutas refert Suidas a Philochoro traditum eſſe. De iis plura* Pauſanias *in Attica* Cic. Verr. 4, 5 c. 3 Erant praeterea duo ſigna, non maxima, verum eximia venuſtate, virginali habitu atque veſtitu, quae manibus ſublatis ſacra quaedam more Athenienſium virginum repoſita in capitibus ſuſtinebant. Canephoroe ipſae vocabantur. *Add.* ib. 17 c. 8 Habe Canephoros: deorum ſimulacra reſtitue. Symmach. ep. 1, 29. Plin. 36, 5 ſ. 4, 7 Canephoros *inter* Scopae *opera.*

CANESCO, *vid.* CANVS.

CANGRAENA, *vid.* GANGRAENA.

CANI, ōrum. *vid.* CANVS.

CANIA, ae. f. *Vrticae ſilueſtris genus.* Plin. 21, 15 Et in ſilueſtri quae dicitur cania, acrior, caule quoque mordaci, fimbriatis foliis.

CANĪCAE, arum. f. [πίτυρα] Furfures de farre, a cibo canum vocitatae. Haec Feſtus. *Vnde* CANICACEVM panem *dixit* Pacuuius *pro Furfureo.* Qui, inquit, apud te quaſi ſeruus eſt canicaceum panem. *Sic Scaliger. Sed apud* Non. 2, 150 Lucilius 27. Quanti vellet, quam canicas apud te et magonis manu. *Vid. Gataker. Adu. miſc. poſth. c.* 43.

CANICVLA, *vid.* CANIS.

CANIDIA. [Κανιδία] *Ab Horatio vocatur, quae proprio nomine erat* Gratidia, Neapolitana vnguentaria, *quam ſemper vt veneficam carpit, vt* Serm. 1, 8, 24 *docet* Vet. Schol. ad Epod. 3, 8.

CANINIVS. [Κανίνιος] *Familiae Romanae nomen, Prouerbii rationem habet.* Caninius *ille horarum ſeptem Conſul, de quo* Cic. Fam. 7, 30 Caninio Conſule ſcito neminem prandiſſe. Nihil tamen eo Conſule mali factum eſt. Fuit enim mirifica vigilantia, qui ſuo toto Conſulatu ſomnum non viderit.

CANINVS, *vid.* CANIS.

CANIS, is. c. [κύων] *Latrans animal: dicitur a* Canendo, *Si audimus* Varronem de L. L. 4, 19 p. 26, 6 Tuba et cornu ſignum cum dant canere dicuntur. Quod hic item et nocticulus in cuſtodia, et venando ſignum voce dat, canis dictus. *Repetit* 6, 3 p. 71, 30 *Vbi etiam haec diſputat,* dubitatur, vtrum primum *vna Canis* an Canes ſit appellata. Dicta enim apud veteres *vna Canes.* Itaque Ennius ſcribit, *Tantidem, quaſi feta canes ſine dentibus latrat.* Lucillius, *Nequam et*

*magnus homo laniorum immani' canes vt etc.* Sic Irritata canes quod, homo quam, planiu' dicit Lucil. 1, 23. *ex* Chariſ. 1 p. 100, *et* Donato ad Ter. Ad. 2, 4. *emendante Scaligero. De canibus more ſuo* Plin. 8, 40 ſ. 61. *unde quaedam ponemus.* Fideliſſimum (*animal*) ante omnia homini canis atque equus. Pugnaſſe aduerſus latrones canem pro domino accepimus, confectumque plagis a corpore non receſſiſſe, volucres et feras abigentem. Ab alio in Epiro agnitum in conuentu percuſſorem domini, laniatuque et latratu coactum fateri ſcelus — Soli dominum nouere, et ignotum quoque, ſi repente veniat, intelligunt. Soli nomina ſua, ſoli vocem domeſticam agnoſcunt. Itinera quamuis longa meminere — In venatu ſolertia et ſagacitas praecipua eſt. Scrutatur veſtigia atque perſequitur, comitantem ad feram inquiſitorem loro trahens: qua viſa quam ſilens et occulta, quam ſignificans demonſtratio eſt, cauda primum, deinde roſtro? Ergo etiam ſenecta feſſos caecosque ac debiles ſinu ferunt, ventos et odorem captantes, prodentesque roſtro cubilia. — Certum eſt iuxta Nilum currentes lambere, ne crocodilorum auiditati occaſionem praebeant. — *De pugna canis Albani cum elephanto*, Horrentibus per totum corpus villis ingenti primum latratu intonuit, moxque ingruit (*ſic vulgati, neſcio an melius Hard. ex MSS.* increuit) aſſultans, contraque belluam exſurgens hinc et illinc artifici dimicatione, qua maxime opus eſſet infeſtans atque euitans, donec aſſidua rotatam vertigine afflixit, ad caſum eius tellure concuſſa. — Gignunt caecos — Quidam tradunt — ab ea, quae femina ſit ex primipara genita, Faunos cerni. Optimus in fetu, qui nouiſſimus cernere incipit, aut quem primum fert in cubile feta. Rabies canum Sirio ardente homini peſtifera, ita morſis letali aquae metu — *Conf. etiam* 10, 63. *Pulcherrime de canibus agit* Columel. 7, 12. *poſt* Varronem 2, 9. *et* Virg. Georg. 3, 404 *ſqq. ad quem locum plurima e Graecis et Latinis elogia ac deſcriptiones congeſſit. Venatorium etiam eſt et multa de canibus habet principium* Hippolyti Senecae. *Longa ſeries nominum Canum venaticorum peti poteſt ex* Ouid. Met. 3, 206 *ſq. in fabula Actaeonis. Nos iam formulas proferemus et ordinabimus. Malum omen ſuperſtitioſis eſt* Ter. Phorm. 4, 4, 25 Introiit in aedes ater alienus canis. Plaut. Capt. 3, 1, 25 Ne canem quidem irritatam voluit quisquam imitarier, Saltem, ſi non arriderent, dentes vt reſtringerent. Canis femina paruulo vbera praebens Iuſtin. lib. 1, 4, 10. *vbi de Cyro infante expoſito.* Canes ad venandum Ter. Andr. 1, 1, 30. *pro Canibus venaticis. Hac de re, i. de venatu cum agitur, nomen* Canis *Poëtis fere genere feminino ponitur. Vid. Heinſ. ad* Ouid. Met. 3, 140. Corda canum leuiſomna Lucret. 3, 862. Cuſtodia canum fida Cic. de Nat. Deor. 2, 358. Excubiae canum Hor. Carm. 3, 16, 3. Genus acre luporum atque canum Virg. Georg. 3, 265. Latratus canum Idem Aen. 5, 257. Morſus canis Scribon. 201. Ora proterua canum Ouid. Met. 14, 63. Rabies faeua canum Propert. 3, 16, 17. Vis fida canum Lucret. 6, 1220. Vis odora canum Virg. Aen. 4, 132. ¶ 2 *Epitheta:* Acer canis Hor. Epod. 12, 6. Arguti canes miſere ſignum Sen. Hippol. 82. *i. latratu prodidere feram.* Armillati Propert. 4, 8, 24. Aſſiduus Columel. 7, 12, 5. Auidi ſcindent perfida corda canes Ouid. in Ibin 170. Virg. Georg. 3, 496 Hinc canibus Blandis rabies venit. Caerulei canes *a Virgilio dicuntur canes Scyllae* Aen. 3, 432. Celeres Ouid. Epiſt. 4, 42. Citi canes, *Celeres* Idem Epiſt. 5, 20. Dulichius Martial. 11, 70. *Vlyſſis ille, qui herum reducem poſt XX annos agnouit.* Emeriti Stat. Silu. 3, 1, 58. Erroneus Columel. 7, 12, 5. Suet. Veſp. 5 Canis Extrarius e triuio manum humanam intulit. Arnob. 6 p. 196 Vt Feſſi canes, linguam ore de patulo potus auiditate proiiciens. Ieiuna Hor. Epod. 5, 23. Melitaei, *vid.* MELITE. Moloſſi *nobiles.* Sen. Hippol. 32 Teneant acres lora Moloſſos. Hor. Serm. 6, 114 Simul domus alta Moloſſis Perſonuit canibus. Lucret. 1, 405 Namque canes vt montiuagae, *etc.* Nigri adeps Scribon. 175. Nocturni Ouid. Met. 15, 797. Obeſus lacte Claud. in Eutrop. 1, 132. Obſcoeni Virg. Georg. 1, 470. Odori Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 148. Paſtoralis Columel. 7, 12, 3. Idem 7, 12, 8 Pecuarius canis neque tam ſtrigoſus aut pernix debet eſſe, quam qui damas ceruosque et velociſſima ſectatur animalia, nec tam obeſus aut grauis, quam villae horreique cuſtos: ſed et robuſtus nihilominus, et aliquatenus promtus ac ſtrenuus, quoniam et ad rixam et ad pugnam, nec minus ad curſum comparatur, cum et lupi repellere inſidias, et raptorem ferum conſequi fugientem, praedam excutere, atque auferre debeat. Peruigil Sen. Herc. fur. 809. Promptus ac ſtrenuus, *vid.* Pecuarius. Pulicoſae cani remedia Colum. 7, 13, 2. Quadratus probatur canis potius quam longus aut breuis. Columel. 7, 12. Rabidi Sen. Oedip. 932. Rabioſi Scribon. 171. Rabioſa Hor. Epiſt. 2, 2, 75. Rabidi Lucret. 5, 890. Robuſtus, *vid.* Pecuarius. Solliciti Ouid. Met. 11, 599. *inquieti, vigilaces.* Tiruncula canis Columel. 7, 12, 11. *quae primum peperit.* Venaticus Idem 7, 12, 3. *et* Nepos 16, 2, 5. Vigilax in cuſtodia Colum. 7, 12, 5. Vigiles Hor. Carm. 3, 16, 3. Villaticus Columel. 7, 12, 3. Villae cuſtos *etiam vocatur ibid. et* Eligendus *dicitur* ampliſſimi corporis, vaſti latratus canorique, vt prius auditu maleficum, deinde etiam conſpectu terreat, et tamen non nunquam ne viſus quidem horribili fremitu ſuo fuget inſidiantem —— Probatur quadratus potius quam longus aut breuis, capite tam magno, vt corporis videatur pars maxima, deiectis et propendentibus auribus, nigris vel glaucis oculis acri lumine radiantibus, amplo villoſoque pectore, latis armis, cruribus craſſis et hirtis, cauda breui veſtigiorum articulis et vnguibus ampliſſimis — Mores autem neque mitiſſimi, neque rurſus truces atque crudeles, illi furem quoque adulantur, hi etiam domeſticos inuadunt. Satis eſt ſeueros eſſe nec blandos, vt non nunquam etiam conſeruos iratius intueantur, ſemper excandeſcant in exteros *etc.* ¶ 3 *Verba:* Addicere aliquem canibus Hor. Epod. 17, 11. Agere canes Ouid. Epiſt. 5, 20 *venatoris eſt* Saepe citos egi per iuga ſumma canes. Baubantur deſerti in aedibus Lucret. 5, 1070. Circumdare canibus ſaltus Virg. Ecl. 10, 57. Diſſipare canes ictu *dicitur aper* Ouid. Met. 8, 344. *et* Faſt. 2, 232. Stultitia eſt venatum Ducere inuitas canes Plaut. Stich. 1, 2, 82. Tam facile homines occidebat, quam canis exta Edit Sen. de morte Claudii. Hortari Ouid. Epiſt. 4, 42. Immittere Virg. Georg. 3, 371. Intonuit ingenti latratu canis, *vidimus ex* Plin. 8, 40. Latrat Hor. Serm. 1, 2, 128. Canis timidus vehementius latrat, quam mordet Curt. 7, 4. Maritantur canes, *vid.* MARITVS. Plorantes fugiunt ſubmiſſo corpore plagas Lucret. 5, 1071. Spargere canes Ouid. Met. 8, 343. *de apro Calydonio.* Superare canem curſu Hor. Epiſt. 1, 18, 51. A cane non magno ſaepe Tenetur aper Ouid. Rem. Am. v. 422. Venari canibus leporem Virg. Georg. 3, 410. Vlulare dicuntur canes, *Quum lamentantibus ſimiles lugubrem quandam et querulam edunt vocem.* Ouid. Met. 15, 797 Inque foro, circumque domos, et templa deorum Nocturnos vlulaſſe canes. *Idem eſt* Baubari. ¶ 4 *Formulae Prouerbiales et Metaphoricae.* Canis *conuicium eſt in impudentes. Vid.* Donatus *ad illud* Ter. Eun. 4, 7, 33 Diminuam ego caput tuum hodie niſi abis. G. Ain' vero, Canis! Hor. Serm. 2, 2, 56 *in Auidienum, ſordidiſſimae auaritiae hominem,* Cui canis ex vero ductum cognomen adhaeret. *Add.* Plaut. Caſin. 2, 5, 12. Moſtellaria 1, 1, 40 Canes (*archaice*) capro commiſta. Menaech. 5, 1, 14

Non tu ſcis mulier, Hecubam quapropter canem
Graii eſſe praedicabant? MV. Non equidem ſcio.
ME. Quia idem faciebat Hecuba, quod tu nunc facis.
Omnia mala ingerebat, quemquem aſpexerat.

*Talem* oblatratricem *vocat* Mil. 3, 1, 87. *Add.* Sueton. Veſp. 13 Demetrium Cynicum, — oblatrantem neſcio quid, ſatis habuit Canem appellare. *Vid. de hoc conuicio* Faber Semeſtr. 1, 11. Cic. Att. 6, 13 Multa et dixit et fecit cum quadam mea contumelia, P. Clodii canis *id eſt aſſecla Clodii dum viueret.* Idem in Piſon. c. 10 Clodianum canem *appellat* Sextum Clodium. Huius, *inquit*, tu Clodiani canis inſignibus Conſulatum declarari putas? *Add.* Att. 7, 3. *vbi etiam* Clodii canis *eſt.* Canes *etiam appellantur Accuſatores delatoresque, quos ad exagitandos, lacerandosque inimicos alii adhibent. Plena comparatio eſt* Cic. pro Roſc. c. 20. Senec. ad Marciam 22 Acerrimi canes, quos ille, vt ſibi vni manſuetos, omnibus feros haberet, ſanguine humano paſcebat, circumlatrare etiam hominem, et illum imparatum incipiunt. *Quos hic canes, non ſemel poſt paullo, accuſatores ſine ſchemate vocat.* Cic. Verr. 1, 28 c. 11 Quid? iſta cohors, quorum hominum eſt? Voluſii haruſpicis, et Cornelii medici, et horum canum, quos tribunal meum vides lambere. *Sic,* Quid immerentes hoſpites vexas canis Hor. Epod. 6, 1. *i. maledicus. Add.* Hieron. praef. in Iob. Scholiaſt. Iuuenal. 10, 271. Canis Caninam non eſt, adagio *vel* paroemia, *i. prouerbium apud* Varronem de L. L. 6, 3 p. 71, 13. Cane peius et angue vitare Horat. Epiſt. 1, 17, 30. Idem 2, 4, 83 Vt canis a corio nunquam abſterrebitur vncto, *in eos, quos impunitas, vel optatu adeo facinoris mali euentus ad vlterius malefaciendum ſolicitat.* ¶ Canes *ex Mythologia ſ. fabulis Poëtarum. De Hecuba in canem mutata quod ex* Plauto *iam indicauimus* Ouid. Met. 13, 567 *Scyllae inguina in canes* Met. 14, 60. *Add.* Virg. Ecl. 6, 77. Idem Aen. 6, 257 Viſaeque canes vlulare per vmbram Aduentante dea. *Vbi* Seruius: Canes Furias dicit. Infernae canes Hor. Serm. 1, 8, 35. Vet. Schol. *etiam hic* Furias *intelligi ait,* Canes Iouis infernalis. *Sed* Lucan. 8, 831 Nos in templa tuam Romana accepimus Iſin, Semideosque canes *Mercurium intelligit, quem Anubim vocant. Nam colitur apud Aegyptios forma canis, certe cum canino capite. Nobiliſſimus in hoc genere eſt* Canis *ille apud inferos.* Tergeminus, *Cerberus,* Ouid. de Arte Am. 3, 322 Triformis Sen. Herc. Oet. 1202. Tartareus Id. in Herc. fur. 645 Vipereus Ouid. Amor. 3, 12, 26. ¶ 6 *Eſt etiam* Canis, *Signum caeleſte, cuius mythologiam tradit* Hygin. Fab. 130. *fuit nempe* Maera Icarii et Erigones canis. *Vocatur et* Sirius *vbi vid. Add.* Scholiaſt. Germanici *vbi de Cane.* Plin. 18, 28 Dein poſtridie, fere vbique confeſſum inter omnes ſidus indicans, quod Canis ortum vocamus, ſol primam partem leonis ingreſſo. Hoc fit poſt Solſtitium XXIII die. Sentiunt id maria et terrae, multae vero et ferae, vt ſuis locis diximus. Neque eſt minor ei veneratio, quam deſcriptis in deos ſtellis. Accenditque Solem, et magnam obtinet aeſtus cauſam. Acer Autumni Canis Valer. Flacc. Argon. 6, 67. *i. Autumno feruentiſſimus.* Virg. Georg. 2, 353 Hoc, vbi hiulca ſiti findit Canis aeſtifer arua. Aeſtiuus Tibul. 3, 5, 2. Erigonius Ouid. Faſt. 5, 723. Gratior aura lenit Rabiem canis Hor. Epiſt. 1, 10, 16. Icarius Ouid. Faſt. 4, 939

Eſt canis, Icarium dicunt, quo ſidere moto
Toſta ſitit tellus, praecipiturque ſeges.
Pro cane Sidereo canis hic imponitur arae,
Et, quare pereat, nil niſi nomen habet.

*Vid. mox* CANARIVM augurium. Ouid. de Nuce 118 Finditur Icario cum cane terra. Canis ſidus inuiſum agricolis Hor. Serm. 1, 7, 25 Virg. Georg. 1, 218 Et aduerſo cedens Canis occidit Auſtro. ¶ 7 Canis, *ſ.* Canicula, *facies vna talorum* (*talos autem a teſſeris differre meminerimus*) *quam qui iecisset victus erat. Hinc* Perſ. 3, 49 Quid dexter ſenio ferret Scire erat in votis, damnoſa canicula quantum Raderet. *i. auferret.* Propert. 4, 8, 46 Me quoque per talos Venerem quaerente ſecundos, Semper damnoſi ſubſiluere canes. Ouid. Triſt. 2, 474 Quid valeant tali, quo poſſis plurima iactu Fingere, damnoſos effugiasque canes. *Et* Art. Am. 2, 206 Seu iacias talos, victam ne poena ſequatur, Damnoſi facito ſtent tibi ſaepe canes. Senio nec noſtrum cum cane quaſſat ebur. *i. non ſoleo talis ludere feliciter, nec infeliciter: quod etiam ex Perſii l. c. colligitur. Interdum tamen* Suet. in Auguſt. 71. *ex illius quadam ad Tiberium epiſtola,* Coenaui ni Tiberi, cum iisdem. Acceſſerunt conuiuae Vinicius et Syluius pater. Inter coenam luſimus γεροντικῶς et heri et hodie. Talis enim iactatis, vt quisque canem, aut Senionem miſerat, in ſingulos talos ſingulos denarios in medium conferebat: quos tollebat vniuerſos, qui Venerem iecerat. *Vid. ibi Caſaubonum, e Graecis haec illuſtrantem.* Ferrarius *Elect.* 1, 16 *Suſpicatur* Canem *eſſe, cum tali omnes ſurrexiſſent, ſiue recto gradu ſtetiſſent: ſunt enim diſſimilia tali naturalis latera; eamque in rem prouocat ad verba Propertii et Ouidii* ll. cc. *vbi* ſubſilire *et* ſtare canes dicuntur. ¶ 8 *Eſt etiam vinculi genus. Vid. locus Feſti, quem damus in* CATVLVS n. 2. Plaut. Caſin. 2, 6, 37 Vt quidem tu hodie canem et furcam feras. Catull. n. 43 Ruborem Ferreo canis exprimemus ore, *quod recte de hoc vinculi genere Voſſius accipit* p. 101.

CANICVLA, ae. Dimin. [κυνάριον] *De ſidere,* Cic. de Nat. Deor. 3, 26 At illud non modo non arrogantis, ſed potius prudentis, intelligere ſe habere ſenſum et rationem: haec eadem Orionem et Caniculam non habere. Idem de Diuin. 2, 93 c. 44 In his locis, quae nos incolimus, poſt Solſtitium Canicula exoritur, et quidem aliquot diebus; apud Troglodytas vt ſcribitur, ante Solſtitium. Caniculam *et totum ſidus* Canis *dici, et* ſtellam, *quae eſt in ore Canis; et eum, qui* προκύων *ſ.* Procyon *dicitur, a Plinio itidem* Caniculam *appellari, docet* Salmaſ. *ad* Solin. p. 305 ſqq. *De ſidere* Varro R. R. 1, 28, 2 A Solſtitio ad Caniculae ſignum dies XXIX. Scribon. 202 Cum caniculae ſidus oritur. *De Stella inter alios.* Cic. de Diuin. 1, 130 c. 57 Vt enim Ceos accepimus ortum Caniculae diligenter quotannis ſolere ſeruare, coniecturamque capere, vt ſcribit Ponticus Heraclides, ſalubrisne an peſtilens annus futurus ſit. Nam ſi obſcurior quaſi caliginoſa ſtella exſtiterit, pingue et concretum eſſe caelum, vt eius adſpiratio grauis et peſtilens futura ſit: ſin illuſtris et perlucida ſtella apparuerit, ſignificari caelum eſſe tenue purumque, et propterea ſalubre.

*Di*

*De* Procyone *vel* Procyne Plin. 18, 28 ſ. 68, 3 Aegypto Procyon matutino aeſtuoſus: quod ſidus apud Romanos non habet nomen, niſi Caniculam hanc velimus intelligi, hoc eſt minorem canem, vt in aſtris pingitur. *Sed conſ. quae mox dicemus in* CANARIVM Augurium. *Plerumque ipſum tempus aeſtuoſiſſimum, quod Solſtitium ſequitur, intelligunt:* Hor. Carm. 1, 17, 17 Hic in reducta valle Caniculae Vitabis aeſtus. Flagrans Hor. Carm. 3, 13, 9. Perſ. Sat. 3, 5 Siccas inſana Canicula meſſes Iam dudum coquit. Rubra Canicula findit ſtatuas Hor. Serm. 2, 5, 39. Sitiens Ouid. de Arte Am. 2, 231. Fructus caniculis intereunt Auct. de Limit. p. 259 *Goeſ. Plur. numero, quo vtitur etiam* Pallad. Oct. 12, 8 Canicularum aeſtu fatigatur arbor. *Et* Iul. 6, 1 Sub ortu Canicularum. *Haec enim melior lectio altera* Caniculariium. *Caeterum, vid. locus* Feſti *in* Catularia porta. ¶ 2 Canicula, *pro Sideratione et carbunculatione ex MS. adtributa* Plin. 18, 28 *a Turnebo*, Publica haec et magnae differentiae a prioribus, aliis rubiginem, aliis vredinem, aliis Caniculam appellantibus, omnibus vero ſterilitatem. *Sed* legitur Carbunculus *in editis puto omnibus, et recte quidem.* ¶ 3 Canicula, *piſcis ap.* Plin. 32, 11 *et praeſertim* 9, 46 ſ. 70 *vbi conſ. Hard. vt ad l. 9 not. mai. 14.* ¶ 4 Canicula *conuicium comicum in puellam, de qua dixerat*, Manum arripuit mordicus Plaut. Curcul. 5, 1, 8. *Sed* Gell. 4, 20 Cauillator quidam et Canicula, *melius editur* Canalicola, *de quo ſ. l.* ¶ 5 *De* Canicula *in talis, vid.* CANIS n. 7.

CANICVLĀRIS, e. Adi. *Vt*, Dies Caniculares. Vet. Schol. German. in Cane, Latini Sirium Caniculam vocant, vnde et dies Caniculares dicuntur, quia, quamdiu Sol in ipſa eſt, peſtifera eſt *etc.* Pallad. in Iul. 1 Hoc menſe vtiliter, vel ante Caniculares dies, filices extirpabis, et caricem. Id. Iul. 7 Inchoantibus Canicularibus diebus Canicularis Sol ardentior Veget. Mulom. 3, 36. Inclementia canicularis Sidon. Epiſt. 2, 2.

CANICVLĀTVS, a, um. *Aliud* Adi. *vt*, Herba caniculata Macer 2, 35. Vua caniculata Marc. Empir. cap. 13.

CANĪNVS, a, um. Adi. [κύνειος] *Quod eſt canis ſ. de cane, vt*, Canina pellis Scribon. 161. Lac caninum Ouid. in Ibin 229. *Et abſolute* Canina, *i. Caro, vt* Varro. de L. L. 6, 3 Canis caninam non eſt. ¶ 2 Caninus [κυνικὸς, κυνώδης] *Cani ſimilis.* Dentes canini, qui anteriores latos, et poſteriores duplices diſcriminant Plin. 11, 37. *vulgo Oculares vocant. Add.* Varr. R. R. 2, 7, 3. Eloquentia canina Quinctil. 12, 9, 9. Caninae, vt ita dicam, contentionis iurgioſa certamina. I. Firmic. praef. 1, 4 Matheſ. Inde canina foro latrat facundia toto Prud. Hamart. v. 402. Caninum ſtudium locupletiſſimum quemque allatrandi Columel. 1 *pr.* 9. *Sic dicitur, Cuius omnis vis in criminando et conuiciando poſita eſt, et obtrectatoribus, accuſatoribus, rabuliſque forenſibus tribuitur. Vid.* Salluſt. Fragm. cap. 32, 3 *ſ.* p. 1004 *Cort. et quos hic laudauit.* Prandium caninum, vocatur Abſtemium, in quo nihil vini potatur: quoniam canis vino caret Gell. 13, 30. Scaeua canina *quae ſit, quaeritur* Plaut. Caſ. 5, 4, 4 Hac ibo, caninam ſcaeuam ſpero meliorem fore. *Optime puto, Gronouius ita: deliberanti Stalinoni, quo ſe verteret, placet ſequi auſpicium, quod faciebat Canis. Hoc auſpicium, hanc* ſcaeuam caninam, *illum ſequitur, incedit in Canem ſibi oblatrantem, vxorem ſuam. Vid.* SCAEVA.

CANARIVS, a, um. Adi. *vt*, Canarium ſacrificium, Quod fiebat pro frugibus deprecandae ſaeuitiae cauſa ſideris Caniculae. *Haec* Feſtus, *voce* RVTILAE CANES. *Add.* CATVLARIA porta. *Idem vocatur* Augurium canarium. Plin. 18, 3 Augurio canario agendo dies conſtituatur, priuſquam frumenta vaginas exeant, et antequam in vaginas perueniant. *Poſuit iſta* Plinius, *ex* Commentariis Pontificum, *et* ipſa verba ſe priſcae ſignificationis admirari *dicit. Conſ.* Ouid. Faſt. 4, 939 *Cuius verba dedimus in* CANIS n. 6 Icarius. *Add.* Idem Faſt. 4, 908 *et* 936 Columel. 10, 343. *vbi probauimus rationem Harduini, qui ad hoc ſacrificium etiam refert.* Plin. 18, 29 ſ. 69 Canis occidit, ſidus et per ſe vehemens, et cui praeoccidere caniculam neceſſe ſit. Canicula *enim ſeu* Procyon *non occidit ante, ſed poſt canem, cum* Canis, *magis auſtralis qui ſit, et oriatur Italiae ſerius, et prius quam Procyon occidat.* Lappa canaria Plin. 24, 19 ſ. 116. Canaria *Herba* Idem 25, ſ. 51 Inuenerunt et Canes Canariam, qua faſtidium deducunt, eamque in noſtro conſpectu mandunt, ſed ita, vt numquam intelligatur, quae ſit. Canaria *etiam Inſula vna ex Fortunatis* Plin. 6, 32. *Sic* Canarii Mauritaniae populi, quibus canum victus promiſcuus eſt Plin. 5, 1.

CANATIM. Adu. [κυνηδὸν] *Obſoletum, apud* Nigidium grammaticum Nonio 1, 190. *qui interpretatur*, canum genere.

CANIFORMIS, e. Adi. Prudent. Apoth. v. 195 Quae caniformem latrantemque throno caeli proponat Anubem? *Vtitur etiam de eodem* Gallus Confeſſor Serm. c. 5.

CANISTRVM, i. n. [κάναστρον] *Dimin. a* Cana, *v. v. Fiſcella, ciſta viminea.* Virg. Aen. 1, 705 Cereremque caniſtris Expediunt. Cic. Att. 6, 1 Lancibus et ſplendidiſſimis caniſtris, non oluſculis nos ſoles paſcere. Ouid. Met. 2, 713 Pura coronatis portabant ſacra caniſtris. *Deſcriptio Canephororum.* Idem Faſt. 4, 451 At chorus aequalis, cumulatis flore caniſtris. Lata Id. Faſt. 2, 650. Patula Ouid. Met. 8, 676. Plenis caniſtris apponere pabula Virg. Georg. 4, 280. Columel. 10, 277 Tellurisque comas ſacris aptate caniſtris, *i. flores.*

CANISTER, tri. m. *Idem. Sic* Salignis caniſtros fieri debere virgultis, *praecipit* Palladius Nouembr. 17, 1.

CANISTELLVM, i. n. Dimin. in Gloſſ. Cyrilli. Et Symmach. Epiſt. 2, 81 Amicos caniſtellis argenteis honoraui. adde Epiſt. 7, 76. *et* eſt. *in* CANA.

CANITIES, CANITVDO, *vid.* CANVS.

CANNA, ae. f. [κάννα, δόναξ] Calamus: *quo in nomine diſcrimen qualecumque inter* Calamum, Arundinem, Cannam *indicauimus, et illud non eſſe conſtans faſſi ſumus.* Columel. 7, 9, 7 Namque et id feciſſe maxime per aeſtatem profuit, et dulces eruiſſe radiculas aquatilis ſiluae, tanquam ſcirpi, iuncique et degeneris arundinis, quam vulgus cannam vocant. Idem 4, 32, 3 Cannae ſimilis, arundo gracilis. Id. 12, 50, 4 Cannas ſpiſſe textas *memorat.* Pallad. Mart. 5, 2 Factis ex Canna canalibus mel infunditur *pro apibus aegrotis.* Columel. 12, 18, 5 Canna viridi ſcindere oliuas iubet. Ad cameras adhibentur Pall. 1, 13. Circa vites diſponuntur *ad eas ſuſtinendas* Idem Febr. 11. *In his rebus et* Calami *et* Arundinis *quoque mentionem fieri, qui volet, facile reperiet. Hoc etiam Poëtarum, quae dabimus, loca declarant.* Ouid. Met. 8, 337 Et longa paruae ſub arundine cannae. *Eminet inter* cannas arundo. *Nempe* cannam *minorem, modo ex Columella declarauimus. Add.* 7, 9, 7 Degeneris arundinis, quam vulgus cannam vocat. Ouid. Faſt. 6, 406 Nil praeter ſalices, Craſſaque canna fuit. Paluſtris Idem de Rem. Amor. 142. Id. Met. 6, 326 Ara vetus ſtabat tremulis circumdata cannis. Canna *fiebat fiſtula, vnde* Sil. 7, 439 Arguta reuocans ad roſcida paſcua canna. Ouid. Met. 2, 682 — diſpar ſeptenis fiſtula cannis. *Sed quod huc referunt quidam* Stat. Silu. 1, 6, 15 Et quas percoquit Eboſita cannas, *et eas* Cannas *intelligunt, ex quibus ſaccharum exprimitur et coquitur, in eo videntur nimis antiquam facere* Sacchari *notitiam. Placet Salmaſiana emendatio ad Solin.* p. 658. *probata Gronouio.* Et quas percoquit Eboſea Caunas, *i. ficus, vid. ſub* CAVNVS.

CANNVLA, ae. f. Dimin. *Vt*, Parua caſula cannulis temere contecta Apul. Met. 4 p. 145. Et quoniam perforata canna eſt inſtar tibiae, etiam ad alios vſus cannula adhibetur. vt, Puluere per cannulas (*in vulnus*) illato Mart. Capella lib. 3 *ſub initium*, ſ. p. 49.

CANNEVS, a, um. Adi. [καλάμινος] Columel. 12, 50, 8 Conchae ferreae, quibus depletur oleum: opercula, quibus vaſa olearia conteguntur: ſpongiae maiores et minores: vrcei quibus oleum progeritur: canneae tegetes, quibus oliua excipitur.

CANNĒTVM, i. n. [τὰ καλαμώδη] *Locus, vbi cannae conſitae ſunt.* Palladius Febr. 23, 1 Lilieta, canneta ponenda ſunt.

CANNICIAE, arum. f. pl. *Locus cannis obſitus.* Innocent. edit. Goeſii p. 225 Sub ſe cannicias et res paluſtres habet.

CANNICIVS, a, um. Adi. *Titulus eſt apud* Palladium 1, 13 de Cameris et canniciis. *Sed illud melius abeſt. Caeterum ſic ait*, Cameras in agreſtibus aedificiis, ex ea materia vtilius erit formare, quae facile inuenietur in villa. Itaque aut tabulis faciemus, aut cannis, hoc genere.

CANNAE, arum. *tantum pl.* [Κάνναι] *Vicus in Apulia, Romanorum clade clarus, de qua multa Liuius* 22, 47 ſq. *Hinc* Florus 2, 6 Capuam (*vbi exercitus illius voluptate corruptus eſt*) Annibali fuiſſe Cannas. Succenſae Cannae lampade Libya Lucano 7, 800 *vocantur ipſa corpora Romanorum caeſa apud Cannas, quae iuſſit comburi, et ſepulturae mandari Annibal.*

CANNENSIS, e. Adi. *Vt*, Calamitas Cannenſis Cic. de Clar. Orat. 12. Curſorem Cannenſem Titinius pro Piſtore dixit, Feſto *referente: in quo loco vel explicando vel emendando operam adhuc luſam eſſe arbitror.* Pugna Cannenſis Propert. 3, 3, 10. Cic. Verr. 5 c. 11 Cannenſem pugnam nequitiae *dixit de exitu conuiuii immoderati et rixoſi. Eidem dicta* Pugna Cannenſis *figurate pro Caede illa et proſcriptione Syllana, quae vrbi Romanae funeſtiſſima fuit et calamitoſiſſima, propter tot ciuium necem;* pro Roſc. 89 Te pugna Cannenſis accuſatorem ſat bonum facit. Arnobius *ad hunc locum reſpiciens* 5 p. 184 *ait*, poteſt quidem proſcriptio (quemadmodum Tullius ludit) pugna dici appellarique Cannenſis *Nempe hoc dicit, multis oratoribus et accuſatoribus in Sullae bello interfectis, nunc tu numero aliquo eſſe videris.*

CANNĂBIS, is. f. [κάνναβος] *Herba eſt, ex cuius cortice funes intorquentur: et ponitur tam pro ipſa herba, quam pro ſemine.* Plin. 19, 9 Deinde vtiliſſima funibus cannabis ſeritur a Fauonio. Quo denſior eſt, eo tenerior. Semen eius quum eſt maturum, ab aequinoctio Autumni diſtringitur, et ſole, aut vento, aut fumo ſiccatur. Ipſa cannabis vellitur poſt vindemiam, ac lucubrationibus decorticata purgatur. Perſ. 5, 146 Tibi torta cannabe fulto Coena ſit in tranſtro, *ſ. ſedenti in rudente pro puluino, pro menſa ſit tranſtrum. Ablatiuus ergo eſt* Cannabe. *Et tamen Accuſ.* Cannabim *eſt* Varroni de R. R. 1, 23, 6.

CANNABVM, i. n. *Dixit* Palladius Febr. c. 5 Hoc tempore cannabum ſeris. *Add.* Mart. 5 *et ipſe* Varr. *ap.* Gell. 17, 3.

CANNABINVS, a, um. Adi. [καννάβινος] *Quod eſt ex cannabe. vt*, Columel. 6, 2, 3 Cannabiniſque funibus cornua iuuencorum ligato. Idem 12, 50, 8. Cannabina retis Varro R. R. 3, 5, 11. Cannabinae tegeticulae Id. 2, 8, 2.

CANNABIVS, a, um. *Idem, apud* Gratium Cyneget. 2, 47 At pauper rigui cuſtos Alabandicus horti Cannabias nutrit ſiluas, *etc.*

CANNABĒTVM, i. n. *Locus cannabe conſitus.* Vet. Inſcriptio apud Gruter. p. 896, 14 VSQ. AD CANNABETVM HVIC AREAE CEDET.

CANO, cecini, cantum, ĕre. [ᾄδω, ψάλλω, κρέκω] *Eſt Voce modulari, et non hominibus modo tribuitur, ſed in primis etiam auium generi, et inſtrumentis omnibus muſicis.* Plin. 10, 29 Merula canit aeſtate, hieme balbutit. Cic. Acad. 4 Quum cornix cecinerit. Id. Diu. 2, 56 Victores canere ſolent galli. *Sed* Gallina cecinit Ter. Phorm. 4, 4, 27. *Auſpicium malum. Etenim Galli tantum in eo genere canere dicuntur proprie. Sed et* Virg. Georg. 1, 378 Veterem in limo ranae cecinere querelam. Cic. de Nat. Deor. 2, 22 Si ex oliua modulante canentes tibiae naſcerentur, num dubitares quin ineſſet in oliua tibicinis quaedam ſcientia? Idem Verr. 3, 105 Quum in eis conuiuiis Symphonia caneret, maximiſque poculis miniſtraretur, *etc.* Auribus ſurdis canere *prouerb.* Liu. 40, . . Cic. Tuſc. 2, 12 Aut ſi abſurde canat is, qui ſe haberi muſicum velit. Plin. Epiſt. 2, 18, 9 Sicut olim theatra male muſicos canere docuerunt, ita nunc in ſpem adducor, poſſe fieri, vt eadem theatra bene canere muſicos doceant. Canere emerendi fauoris gratia Quinctil. 4, 1. Ad auras canere Virg. Ecl. 1, 57. Ad citharam canere laudes alicuius Quinctil. 1, 10, 14. Ad tibiam canere Cic. Tuſc. 4, 3 c. 2. *Nempe proprie canitur carmen, opus Poëtae.* Idem Brut. 71 Nec dubitari debet, quin fuerint ante Homerum Poëtae, quod ex iis carminibus intelligi poteſt, quae apud illum et in Phaeacum et in procorum epulis canuntur. *Sic* Ouid. Faſt. 3, 380. — Et ad certos verba canenda modos. Qui pueris, adoleſcentibus, et ſenibus vtile carmen promturus eſt, is in mediis millibus hominum canat Apul. Flor. 3 p. 358. *Sed ad inſtrumentorum tamen etiam modulationem pertinet. v. g.* Cic. Tuſc. 1, 4 c. 2 Igitur et Epaminondas, princeps meo iudicio Graeciae, fidibus praeclare ceciniſſe dicitur. Idem de Diuin. 1, 30 Quod ab eius Litui quo canitur, ſimilitudine nomen inuenit. *Et* de Legib. 1, 11 c. 4 Quemadmodum Roſcius familiaris tuus in ſenectute numeros in cantu cecinerat. *Sed locus pro corrupto habetur. Lambinus ſuſpicatur* remiſerat. Sacra canere, *eſt* Hymnos dicere Seru. *ad* Virg. Aen. 2, 239 — Pueri circum innuptaeque puellae Sacra canunt. Inclinata, vlulantique voce more Aſiatico canere, *vitium oratoris nimis modulate pronunciantis* Cic. in Orat. 27. Idem de Orat. 2, 338 c. 83 Habet enim multitudo vim quandam talem, vt quemadmodum tibicen ſine tibiis canere, ſic orator ſine multitudine audiente eloquens eſſe non poſſit. *Hanc ſimilitudinem explicatius ponit in* Bruto 192 c. 51. Voce magna Tibul. 2, 5, 118. *Habet etiam Gerundia.* Ouid. Met. 14, 337 Rara quidem facie, ſed rarior arte canendi. Idem e Pont. 1, 7, 30 Et dedimus medio ſcripta canenda foro. *Et* Met. 5, 113 Iuſſus eras celebrare

celebrare dapes, feſtumque canendo. Virg. Ecl. 2, 31 Mecum vna in ſiluis imitabere Pana canendo. Hor. Carm. 3, 11, 2 Mouit Amphion lapides canendo. ¶ 2 *Habet ſibi adiunctos hoc nomen notiones etiam alias.* *Sic* Laudare *ſignificat* Virg. Aen. 7, 698 Ibant aequati numero, regemque canebant. *Et* Laude canendus Stat. Theb. 8, 152. Nomen meum canitur Ouid. Epiſt. 15, 28. *Sappho ait de ſuis verſibus.* Canere *dicuntur Poëtae, quum quid verſibus deſcribunt.* Virg. Aen. 1 *pr.* Arma virumque cano. *Sic* Incipe Calliope, licet hic conſidere: non eſt Cantandum, res vera agitur: narrate, puellae Pierides Iuuenal. 4, 34. *Hic igitur* Cantandi *verbo proprium Poëtarum opus, fictio, indicatur.* Cic. de Clar. Orat. 287 c. 50 Quare tibicen Antigenidas dixerit diſcipulo ſane frigenti ad populum, *Mihi cane et Muſis:* ego huic Bruto dicenti, vt ſolet, apud multitudinem, *Mihi cane et populo, mi Brute,* dixerim: vt qui audient quid efficiatur, ego etiam cur ita efficiatur, intelligam. *Add.* Val. Max. 3, 7 *extr.* 2. Canere ſuper aliquo, *i. de aliquo* Virg. Georg. 4, 559. Ouid. Triſt. 2, 360 Eſſent pugnaces qui fera Bella canunt. *Add.* Virg. et Lucan. 1 *pr.* Cantilenam *vid. n.* 4. Cic. de Orat. 2, 352 Ceciniſſetque id Carmen, quod in illum ſcripſerat. Carmina Virg. Ecl. 9, 26. Carmina canere per oppida Idem Georg. 2, 176. Dies totum canenda per orbem Lucan. ad Piſon. 147. Hor. Serm. 2, 3, 4 Nil dignum ſermone canas. Dira canam Ouid. Met. 10, 300. *i. verſu narrabo.* Grandia canere clate, iucunda dulciter, et moderata leniter Quinctil. 1, 10, 24. Maiora Virg. Ecl. 4, 1. Poëmata Hor. in Arte Poët. 99. *Hinc* Boëth. de Conſ. Phil. *cum librum tertium in carmine finiſſet, quartum ita incipit:* Haec cum philoſophia leniter ſuauiterque ceciniſſet. Praelia Virg. Ecl. 6, 3. Pugnas et viros Stat. Theb. 8, 551. Reges Virg. Ecl. 6, 3. Regum facta Hor. Serm. 1, 10, 43. Siluas Virg. Ecl. 4, 3. Idem Aen. 9, 525 Vos o Calliope, precor, aſpirate canenti. ¶ 3 Canere, Dicere, praediuinare Seruius *ad illud* Virg. Aen. 8, 656 — Gallos in limine adeſſe canebat. *Verum haec non diuinatio erat, ſed naturalis vox obſtreperi et inquieti animalis, cum adeſſe aliquid inſoliti ſentit. Res tamen ipſa certa.* *Sic,* Non enim Cicero ea ſolum, quae viuo ſe acciderunt, futura praedixit, ſed et, quae nunc vſu veniunt, cecinit vt vates Nep. 25, 16, 4. Te mihi mater veridica, interpres Deûm, aucturum caeleſtium numerum cecinit Liu. 1, 7. *Sic* Cic. in Catil. 3, 18 c. 8 Vt haec quae nunc fiunt, canere dii immortales viderentur. Virg. Aen. 2, 124 Et mihi iam multi crudele canebant Artificis ſcelus, et taciti ventura videbant. *Hoc ſenſu dixit* Canere Acerba Valer. Argon. 3, 303. Virg. Aen. 6, 99 Horrendas canit ambages. *De Sibylla.* Canentes Arcanum ferale magos Lucan. 6, 439. Fata Virg. Aen. 3, 444. *Acute de oraculo* Lucan. 5, 92 *Quis ſuperûm* — Siue canit fatum, ſeu quod iubet ille canendo Fit fatum. Obſcura Hor. Serm. 2, 5, 58. Omina Lucan. 6, 717. Idem 1, 581 Triſtia Sullani cecinere oracula manes. Virg. Aen. 3, 155 Atque haec deinde canit diuino ex ore ſacerdos. Prodigium Idem Aen. 3, 366. *Etiam* Fama *dicitur* canere *credo, quia tubam habet:* Lucan. 2, 672 Tales fama canit tumidum ſuper aequora Perſen Conſtruxiſſe vias. *Sic* Martial. 1, 5 Quidquid fama canit, donat arena tibi. ¶ 4 *Prouerbia:* Ter. Phorm. 3, 2, 10 Cantilenam eandem canis, *i. iam audita, et inculcata, et refutata repetis, reco-quis.* *Etiam* Intus canere *prouerbialis forma, qua bis vſus eſt* Cicero: *primum* Verr. 1, 53 Atque etiam illum Aſpendium cithariſtam, de quo ſaepe audiſtis id, quod eſt Graecis hominibus in prouerbio, quem omnia intus canere dicebant, ſuſtulit, et in intimis ſuis aedibus poſuit, vt etiam illum ipſum artificio ſuo ſuperaſſe videatur. *Hoc ergo dicit, Verres auferendo illo Cithariſta Aſpendio, et in intimis aedibus ſuis reponendo magis* intus canit, *quam ipſe Cithariſta, a quo hoc prouerbium ortum eſt. Deinde idem pro* Lege Agrar. 2, 67 Atque hoc carmen hic Tribunus plebis, non vobis, ſed ſibi intus canit. *i. hoc carmen, haec verba ſollemnia legis, magis ad ſuam ipſius, quam ad veſtram vtilitatem inſtituit, et recitauit. Totam rem declarat ad locum priorem Ciceronis* Aſconius Pedianus. Quum canunt cithariſtae, vtriusque manus funguntur officio. Dextra plectro vtitur: et hoc eſt foris canere. Siniſtra digitis chordas carpit: et hoc eſt intus canere. Difficile autem, quod Aſpendius cithariſta faciebat, vt non vteretur cantu vtraque manu, ſed omnia, id eſt vniuerſam cantionem, intus et ſiniſtra tantum manu complecteretur. Vnde omnes quotquot fures erant, a Graecis Aſpendii cithariſtae in prouerbio dicebantur, quod, vt ille carminis, ita iſti furtorum occultatores erant. Valet hoc prouerbium et in eos, qui multum inteſtinis ſuis commodis conſulunt praeter honeſtatem. ¶ 5 *Vſus frequens huius verbi in bello et caſtris.* Bellicum canere *et* Claſſicum, *vide in his nominibus:* Receptui canere, *dicitur dux exercitus, quum iubet ſuos milites ceſſare a perſequendo hoſte.* Liu. 3, 22 Inde ſignum obſeruare iuſſit, vt pariter et ſocii rem inciperent, referrentque pedem, ſi receptui ceciniſſet. Liu. 27, 46 Asdrubal — receptui propere cecinit. *Metaphor.* Cic. Tuſc. 3, 33 Vetat igitur ratio intueri moleſtias, abſtrahit ab acerbis cogitationibus hebetem aciem, *etc.* a quibus quum cecinit receptui, impellit, *etc.* Idem Philipp. 12, 8 c. 3 Quis enim reuocante et receptui canente Senatu, properet dimicare? Etiam Receptus canere *dicitur buccina* Ouid. Met. 1, 340 Cecinit iuſſos inflata receptus. *Denique* Signa canere *dicuntur, quum congrediuntur milites, et collatis ſignis pugnant.* Liu. 1, 1 Quum inſtructae acies conſtitiſſent, prius quam ſigna canerent, *etc.* *Sic* Idem 24, 46 Eosque vbi quartae vigiliae ſignum ceciniſſet, ad eum locum ſcalas iuſſit ferre. ¶ 6 Pro Canite in ſaliari carmine ſcriptum eſt *Cante,* hoc verſu, Diuum exta cante, Diuum Deo ſupplice cante. *Haec* Varro de L. L. 6, 3 p. 70, 25. *Hinc Scaliger apud* Feſtum *legi debere putat* Cante pro Cantate ponebant, *vbi editum eſt* Canta pro Cantata.

CANTIO, ōnis. f. [μέλος, ἐπῳδὴ] *Idem quod Cantus.* Plaut. Sticho 5, 5, 19 Lepidam et ſuauem cantionem aliquam occipio. *Al.* Cantationem. Apul. Florid. 2 p. 348 Coruus et pſittacus nihil aliud quam quod didicerunt, pronunciant. Si conuicia docueris; conuiciabitur, diebus ac noctibus perſtrepens maledictis, hoc illi carmen eſt, hanc putat cantionem. Pro *Incantatione* Cato R. R. 160, 1 Luxum ſi quod eſt, hac cantione ſanum fiet. Cic. de Clar. Orat. 217 c. 60 Subito totam cauſam oblitus eſt, idque veneficiis et cantionibus Titiniae factum eſſe dicebat. Apul. Met. 1 p. 106. *de venefica,* Quod conſilium virtutibus cantionum anteuortit.

CANTIVNCV̆LA, ae. f. [ἀσμάτιον] *Dimin. a Cantio.* Cic. de Fin. 5, 49 c. 18 Vidit Homerus probari fabulam non poſſe, ſi cantiunculis tantus vir irretitus teneretur.

CANOR, ōris. m. [μελῳδία, λιγυφωνία] *Cantus, vel ſonus a canente excitatus.* Quinctil. 1, 10, 22 Μέλος canore ac ſonis conſtat. Ouid. Met. 5, 561 Nec tamen ille canor mulcendas natus ad aures. Idem de Arte Am. 2, 315 Res eſt blanda canor: diſcant cantare puellae. Lucret. 4, 182 *et* 908 Paruus vt eſt cycni melior canor, ille gruum quam Clamor. Martius canor aeris Virg. Georg. 4, 71. *i. clangor tubae bellicae.*

CANŌRVS, a, um. Adi. [λιγύφωνος, ᾠδικὸς, λιγύφθογγος] *Vt Sonorus, quod canendi facultatem actiuam vel paſſiuam habet. Subſtantiue* Cic. de Senect. 28 Omnino canorum illud in voce ſplendeſcit, etiam neſcio quo pacto in ſenectute. *Adiungitur iſtis:* Virg. Aen. 9, 503 At tuba terribilem ſonitum procul Aere canoro Increpuit. Ales canorus Hor. Carm. 2, 20, 15. *Cycnum intelligit. De gallis* Cic. de Diu. 2, 57 Quum igitur hoc Animal tam ſit canorum ſua ſponte, quid in mentem venit Calliſtheni dicere deos gallis ſignum dediſſe cantandi, *etc.* Virg. Georg. 2, 328 Auia tum reſonant Auibus virgulta canoris. Sen. in Troad. 321 Leui canoram verberans plectro Chelyn. Virg. Aen. 6, 120 — Orpheus Threicia fretus cithara, Fidibusque canoris, i. e. Bene ſonantibus chordis. Seruius. Claud. de Rapt. Proſerp. 2 *pr.* 14 Deſuetae repetit Fila canora lyrae. Plin. 4, 8 Allabitur Peneus, viridis calculo, amoenus circa ripas gramine, canorus auium concentu. Columel. 7, 12. 3 Vaſti latratus, canorique *Canem villaticum eſſe vult.* Claudian. de Raptu Proſ. 3, 256 Iam non impune canoras, In peſtem vertere Lyras *Acheloides ſ. Sirenes.* Sen. Herc. fur. 263 Canoro ſaxa Modulatu trahens. Hor. in Arte Poët. 322 Quam verſus inopes rerum, Nugaeque canorae. Orator canorus et volubilis Cic. de Clar. Orat. 105. Sonitus Curetum canori Virg. Georg. 4, 150. Tuba Ouid. Faſt. 3, 849. Turba Idem Faſt. 6, 671. *Tibicines.* Verſus Hor. Epiſt. 2, 2, 78. Metra canori[s] Verſibus adhibebantur Macrob. S. Scip. 2, 3. Volucres Ouid. Faſt. 3, 17. Vox Idem de Arte Am. 3, 311. Cic. in Brut. 234 c. 5[?] Sic interuallis, exclamationibus, voce ſuaui et canora, admirando irridebat.

CANORE. Adu. *Idem.* Apul. Doctr. Plat. p. 6 Muſice mundu[s] et canore mouetur.

CANAX, ācis. Adi. *Hinc*

CANACIVS. Adu. *i. e. Sonorius.* Apul. Florid. 3 p. 357, 4 Canacius et plenius libro mandabo gratias, vti per omnes prouincias ca[?] totoque ab hinc orbe — laudes benefacti tui — repraeſentet.

CANTICO, are. Quae dulce canticant aues melleis moduli[s] ſuaue reſonantes Apul. Met. 6. *Elmenhorſt.* p. 175 *legit* cantitan[t] *vid. eius Emendatt.*

CANTICVS, a, um. *Vt,* Ita delinimentis canticis occupatu[r] anima, vt nullum ſit tam immite tam aſperum pectus, quod no[n] oblectamentorum talium teneatur affectu Macrob. Somn. Scip. 2, 3.

CANTĬCVM, i. n. [ᾆσμα] *Proprie ſignificat elegantem cantum atque laſciuum.* Plin. Epiſt. 2, 14 Plauſus tantum ac potius ſola cymbala et tympana illis canticis deſunt. Quinctil. 1, 2 Omne conuiuium obſcoenis canticis ſtrepit. Excipere cantica modis muſic[is] Idem 1, 12. ¶ 2 *Pars aut membrum Comoediarum erat* Canticum. Diomedes 3 p. 489 Membra Comoediarum tria ſunt, D[i]verbium, Canticum, Chorus. — In Canticis vna tantum deb[et] eſſe perſona: aut ſi duae fuerint, ita debent eſſe, vt ex occulto v[na] audiat, nec conloquatur, ſed ſecum, ſi opus fuerit, verba faci[at]. *Eſt ergo ea, quae* μονῳδία *vocatur.* *Sic* Donatus Prolegom. in T[e]rent. *extr.* Diuerbia hiſtriones pronuntiabant: cantica vero temper[a]bantur modis — Huiusmodi adeo carmina ad tibias fiebant. *Ex ipſi Actores et Hiſtriones,* Cantores, *dicti, de quo paullo poſt.* Su[et.] Neron. 39 Datus Attellanorum hiſtrio in cantico quodam, ὑγίαινε π[ά]τερ. Notiſſimum canticum Atellani exorſis Sueton. Galb. 13. Cantica *proprie* Hiſtrionum *fuiſſe, inde patet, quod illorum originem deſcribens* Liu. 7, 2 hiſtrionem canticum egiſſe *oſtendit.* ¶ 3 *Poena ab hoc genere canticorum ortum videtur, quod* Canticum *inter iniuri[as] refertur a* Paullo Sentent. 5, 4 Qui carmen famoſum in iniuriam a[l]terius, vel alia quaelibet cantica, quo agnoſci poſſit, compoſuer[it] — in inſulam deportatur. *Et,* Pſalterium, quod vulgo dicit[ur] Canticum in alterius infamiam compoſitum et publice cantatum, ta[m] in eos, qui hoc cantauerint, quam in eos, qui compoſuerint, ext[ra] ordinem vindicatur eo acrius, ſi perſonae dignitas ab hac iniuria d[e]fendenda ſit.

CANTICV̆LVM, i. n. Dimin. Septimius Afer *apud* Terentianum p. 2427 Pinea brachia cum trepidant, Audio canticulum Zephyri. Nonius 7, 113 *ex* Pomponio: Haec Marſa in colubras ca[nere] let canticulum.

CANTILĒNA, ae. f. [μολπὴ] *Canticum, Sed contemtum, cer[te] multo vſu tritum, et notum omnibus, vnde ad alias quoque formulas, vel concepta verba, vel certe frequenter vſurpata transfertur.* Cic. [de] Orat. 1, 105 c. 23 Gerendus eſt tibi mos adoleſcentibus Craſſe, qui n[on] Graeci alicuius quotidianam loquacitatem ſine vſu, neque ex ſchol[is] cantilenam requirunt. Cantilenam illam ſuam crebro mihi inſuſu[r]rat Epicharmus Cic. Att. 1, 16 (19). Cantilenam eandem caner[e] *vid.* CANO n. 4. Brut. *ap.* Cic. Fam. 11, 20 Nam de tuo pericul[o] crede mihi, iactatione verborum et denuntiatione periculi, ſpera[ri] eos te pertimefacto, adoleſcente impulſo, poſſe magna conſequi prae[mia]: et totam iſtam cantilenam ex hoc pendere, vt quamplurimum lucrifaciant. *Proprie* Vopiſcus Aurel. 7 Vnde iterum de eo fact[a] eſt cantilena, Mille Francos, mille Sarmatas ſemel occidimus: Mill[e] mille, mille, mille Perſas quaerimus. Librorum cantilen[as] *pro Ineptiis et nugis* Hieronymus Epiſt. 53 *extr. dixit: ad nutricu[m] et praeficarum nugatoria cantica reſpiciens.*

CANTILENŌSVS, a, um. *Metricus, ad muſicam compoſit[us]* Sidon. Epiſt. 3 *vlt.* Poëtarum ſtilo cantilenoſae nugae. *et* 4, 1 Si qu[is] Lyricus cantilenoſum condidit.

CANTOR, ōris. m. [ἀοιδὸς, μασαργὸς, μελοποιὸς, ψάλτης] *Q[ui] cantus exercet. Antiquis plerumque iidem Poëtae.* Prop. 2. 18, 19 Me li[cet] et Thamyrae cantoris fata ſequantur. Hor. Serm. 1, 3 *pr.* Omnib[us] hoc vitium eſt cantoribus, inter amicos vt nunquam inducant animu[m] cantare rogati Iniuſſi nunquam deſiſtant. *Metaphor.* Cic de Orat. 236 c. 55 Ita et tibi Iuriſconſultus ipſe per ſe nihil, niſi legulei quidam cautus et acutus, praeco actionum, cantor formularum, a[u]ceps ſyllabarum. Cic. Tuſc. 3 c. 19 Cantores Euphorionis *vide[n]tur, qui legendis mollibus illius libris delectantur, et eos ſemper in [ore] habent.* Cantor, *pro Hiſtrione, vel Actore fabulae.* Hor. Arte Po[ët.] 155 — donec cantor vos plaudite dicat. Cic. pro Sext. 118 c. [?] Nam cum ageretur Togata — is qui antea cantorum conuicio co[n]ciones celebrare ſuas ſolebat, cantorum ipſorum vocibus eiiciebat[ur]. *Aperte agit de ludis ſcenicis et hiſtrionibus. In eandem ſententiam*

Prud[entius]

Prudentius *vſurpauit*, Vt tragicus cantor ligno tegit ora cauato Grande aliquod cuius per hiatum crimen anhelet. *Eodem ſenſu* Suet. Calig. 54 Aliorum generum artes ſtudioſiſſime exercebat. Thrax, et auriga, idem cantor et ſaltator. *Vid.* CANTICVM n. 2.

CANTRIX, īcis. f. Plaut. Trin. 2, 1, 23 Cantrices, ciſtellatrices, nuncii, *etc.* Aues cantrices Varro de R. R. 3, 5, 15. Monſtroſae fabuloſaeque cantrices Sirenes Tertull. adu. Marc. 3, 5.

CANTVS, ūs. m. [ᾆσμα, ᾠδὴ, μέλος, ψαλμὸς] *Vel canendi actus, vel id ipſum, quod canitur, aut poteſt cani: aeque autem late patet ac verbum* Canere. Martial. 14, 168 Iſte trochus pueris, at mihi cantus erit. Inſignis cantu Val. Fl. 3, 158. Cantus et numeri Cic. Tuſc. 5, 104. Cantus et ſymphoniae Idem pro Cael. 35. Modi et cantus Id. de Orat. 1, 255. Nerui atque cantus Cic. Tuſc. 1, 4. ¶ 2 *Subſtantiua:* Auium cantus Hor. Carm. 3, 1, 20. Cic. pro Muraen. 22 Te gallorum, illum buccinarum cantus exſuſcitat. Citharae Hor. Carm. 3, 1, 20. Idem Serm. 1, 1, 10 Sub galli cantum conſultor vbi oſtia pulſat. Quinctil. 11, 3, 51 Vox vltra vires vrgenda non eſt. Nam — interim eliſa in illum ſonum erumpit, cui Graeci κλωσμὸν nomen a Gallorum immaturo cantu dederunt. Cic. de Legib. 3, 20 c. 14 Itque haud paullo eſt verius, quam quod Platoni noſtro placet, qui muſicorum cantibus ait mutatis, mutari ciuitatum ſtatus. Neruorum, *vid. mox* Vocum. Sirenum cantus Claud. 29, 23. Symphoniae Cic. Verr. 5, 31. Tibiae cantus Hor. Carm. 3, 7, 30. Vocis cantus Quinctil. 5, 10, 124. Vt cantus Vocis plurimum iuuat ſociata neruorum concordia, ſi tamen tardior manus niſi inſpectis dimenſisque ſingulis, quibus quaeque vox fidibus iungenda ſit, dubitet; potius fuerit eſſe contentum eo, quod ſimplex canendi materia tulerit. *etc.* Cic. pro Roſc. Amer. 134 c. 46 Animi et aurium cauſa tot homines habet, vt quotidiano cantu vocum, et neruorum, et tibiarum, nocturnisque conuiuiis tota vicinitas perſonet. Idem de Orat. 3, 96 Quanto molliores ſunt, et delicatiores in cantu flexiones, et falſae voculae, quam certae et ſeuerae? ¶ 3 *Epitheta:* Aemonii cantus, *Magici, ab Aemoniae, i. Thraciae mulieribus, quae his olim artibus inſignes erant* Valer. Argon. 6, 448. Apollinei Ouid. Met. 11, 156. *quae ipſe canit Apollo.* Clarus Valer. Argon. 8, 152. Cic. de Orat. 2, 34 Qui enim cantus moderata pronuntiatione dulcior inueniri poteſt? Feraliſque horrida cantu Buccina lymphatas agit in certamina mentes Sil. 5, 224. Claud. in pr. Conſ. Stilich. 1, 3 Coniugii necdum feſtiuos regia cantus Sopierat. Sen. Herc. Oet. 130 Cantu noſtra canet tempora flebili. Fluens, *metaphoricôs pro ſuaui et dulci* Valer. Argon. 3, 158. Felices cantus ore ſonante dedit, *i. pulchre* cecinit Tibull. 3, 4, 40. Plin. 10, 29 Luſciniis diebus ac noctibus continuis XV Garrulus ſine intermiſſu cantus. Inſoliti cantus Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 329. Lugubres Hor. Carm. 1, 24, 2. Valer. Argon. 3, 448 Atque ita Luſtrifico cantu vocat, Ite perempti. Magicis cantibus ſopitus anguis Col. 10, 367. Cic. in Orat. 57 Eſt autem in dicendo etiam quidam cantus Obſcurior, *etc.* *Conf.* Quinct. 11, 3, 60 *et* 172. Paſtoralis, *vid.* n. 4 Modulari aliquem, *etc.* Pius Stat. Silu. 5, 3, 235. *Sed al.* Tu cantus ſtimulare meos *etc.* Rauco ſtrepuerunt cornua cantu Virg. Aen. 8, 2. Siculi cantus *apud Iuuen. Sat.* 9, 150. *dicuntur Cantus Sirenum, quae iuxta Siciliam habitarunt.* Claud. in Phoenice, 46 Et Supplice cantu Praeſtatura nouas vires incendia poſcit. Tener Idem de Rapt. Proſerp. 1, 244. Tremulus Hor. Carm. 4, 13, 5. ¶ 4 *Verborum formulae:* Accendere Martem cantu Virg. Aen. 6, 165. Arceſſis lacrimis cantus Propert. 4, 1, 75. *i. inuita Minerua canis. Sed Heinſ. et Brouckh. ex libris,* Aduerſis Chariſin cantas. Celebrare funera cantu Mela 2, 2. Circumſonare aliquem cantu Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 268. Natura quibusdam auibus breuem et temporarium cantum Commodauit Apul. Flor. 2 p. 349. Commouere cantu Virg. Georg. 4, 471. Concelebrare cantu carmina Lucret. 5, 1380. Virg. Aen. 1, 402. *de Cycnis,* Et coetu cinxere polum, cantusque dedere. Deliniri cantu Quinct. 1, 8, 1. Sil. 8, 595 Mantua Muſarum domus, atque ad ſidera cantu Euecta Andino, *i. Virgiliano.* Virg. Georg. 1, 403 Nequidquam ſeros Exercet noctua cantus. Macrob. S. Scip. 2, 3 Vt non ſoli, qui ſunt habiti cultiores, verum vniuerſae quoque barbarae nationes cantus, quibus vel ad ardorem virtutis animentur, vel ad mollitiem voluptatis reſoluantur, Exerceant. Flectere cantus Lucret. 5, 1405. Flectuntur cantu atque conſiſtunt ſaepe immanes beſtiae Cic. pro Arch. 9. Flere cantu incendia Stat. Silu. 5, 3, 205. Cic. de Diuin. 1, 14 c. 8 Haud modicos tremulo fundens e gutture cantus. Hortatur cantus remigem Quinct. 1, 10. Imitari aliquid neruis atque cantibus Cic. de Somn. Scip. 2. Immaturus cantus gallorum, *vid.* n. 2. Incitari ſono quodam vocum, et Phrygiis cantibus Idem de Diuin. 1, 114. Leuare malum cantu Hor. Epod. 13, 17. Minantur rauciſono cornua cantu Lucret. 2, 619. Claud. in pr. Conſ. Stilich. 1, 182 Te paſtorali modulantur Maenala cantu. Ouid. Met. 11, 15 Cunctaque tela forent cantu Mollita, *de Orpheo.* Mouere cantus Virg. Aen. 10, 163. Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 245 Ipſa domum, tenero mulcens Proſerpina cantu. *Imitatus illud* Mulcere cantu aethera Virg. Aen. 7, 754. *i. ſuauitate quadam perfundere et delinire.* Pelluntur animi vocum grauitate et cantibus Cic. de Diuin. 1, 80. Percrepat lucus cantu ſymphoniae Idem Verr. 5, 31. Perſonabat vicinitas cantu vocum Id. pro Roſc. Amer. 134 c. 86. Praebere aures cantibus Ouid. Met. 5, 334. Praeſonuit tibia cantu Idem Amor. 3, 13, 11. Prodere audaci cantu profundae Iunonis (*Proſerpinae*) thalamos Claud. de R. Proſ. 1, 3. Reſonare lucos aſſiduo cantu Virg. Aen. 7, 12. Idem Georg. 3, 328 Et cantu querulae rumpent arbuſta cicadae, *vid.* RVMPO. Rumpunt cantus ſilentia Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 329. Virg. Georg. 1, 293 Interea longum cantu Solata laborem. Solicitare cantu Cupidinem Hor. Carm. 4, 13, 5. Claud. in prim. Conſ. Stilich. 1, 3 Nec dum feſtiuos regia cantus Sopierat. Stimulare cantus alicuius, *eſt Calcar alicui addere, et excitare ad canendum* Stat. Silu. 5, 3, 235. Virg. Aen. 8, 2 Rauco Strepuerunt cornua cantu. Vocat cantu in certamina diuos Idem Aen. 6, 172. ¶ 5 Cantus, *pro Carminibus magicis atque Incantatione* Ouid. Met. 7, 195 Concuſſaque ſiſto, Stantia concutio cantu freta. *Add.* ib. v. 201. Tibull. 1, 8, 19. Componere cantus Idem 1, 2, 55. Soluere amores cantibus Id. 1, 2, 62. Taciti cantus, *Secreta incantamenta* Valer. Argon. 7, 488.

CANTVLVS, i. m. Dimin. *Si ſanus ſit* Firmic. 3, 12 In quarto loco Mercurius et Saturnus ab horoſcopo partiliter conſtituti, ex inſtrumento cantuli, et organi, facient magiſtros.

CANTO, āre. Frequent. [ᾄδω, μέλπω, ψάλλω, μελίζω, μελῳδῶ] *Sed quod ad articulatae vocis modulationem proprie videtur referri. Suadet* Quinctil. 8, 6, 38 *vbi* Metalepſeos *exemplum ponit, cum* Cano *ponitur pro* Dico: *quod ideo fieri dicant magiſtri, qui* Cano *ſit etiam* Canto, Canto *autem idem, quod* Dico. *Nempe qui* Cantat, *idem* Canit, *i. modulatur, et* dicit, *i. articulata verba profert; hinc quae in medio* Canto, *conueniunt verba,* Cano *et* Dico, *eadem pro ſe inuicem ponuntur. Hoc ſibi volunt verba abrupta* Fabii: Cano, Canto, Dico: ita Cano, Dico. Intereſt medium illud Canto. *Interim vſus docet, illa ſubtilitate neglecta* Cantare *et* Canere *promiſcue fere eſſe adhibita.* Ter. Eun. 3, 1, 52 Cantatum prouocemus Samphilam. Soli cantare periti Arcades Virg. Ecl. 10, 32. Idem Ecl. 7, 5 Et cantare pares, et reſpondere parati. *i. Qui poſſent continuum carmen dicere* Seruius. Aues cantantes Propert. 4, 10, 30. Ad chordarum ſonum Nep. 15, 2, 1. Virg. Ecl. 9, 29 Vare tuum nomen, *etc.* Cantantes ſublime ferent ad ſidera cycni. Ante fores alicuius Perſ. 5, 166. Ouid. ex Pont. 4, 10, 17 Nec bene cantantes labor eſt Audiſſe puellas. Inuicem Hor. Carm. 3, 28, 9. Auena ſterili Lucan. ad Piſon. 222. Auenis ſtructis Ouid. Met. 1, 677. *i. Syringe illa, ſ. fiſtula Panis.* Plaut. Epid. 3, 4, 64 Conducta veni, vt Fidibus cantarem ſeni. Pede certo Tibul. 2, 1, 52. Ad limen amicae Ouid. Faſt. 5, 339. Obſcoena cantare Idem Faſt. 3, 675. Verba ruſtica cantare Tibull. 2, 1, 52. Cantare, *cum datiuo rei inanimatae.* Ouid. Faſt. 6, 660 Cantabat fanis, cantabat tibia ludis, Cantabat moeſtis tibia funeribus. Vinci cantando Virg. Ecl. 3, 21. Cic. de Diuin. 2, 57 Deos gallis ſignum dediſſe cantandi. ¶ 2 *Formulae aliae:* Cantare *Saepius dicere, admonere, inculcare.* Ter. Heaut. 2, 1, 19 Qui harum mores cantabat mihi. Et Plaut. Trin. 2, 2, 10 Haec dies noctesque tibi canto, vt caueas. Ciui immunifico ſcis quid cantari ſoleat Ibid. v. 68. Quinctil. 8, 3, 76 Quae me iuuene vbique cantare ſolebant, *i. dicere, inculcare.* Propert. 4, 9, 21 Cantabant ſurdo, nudabant pectora caeco. Cantare, *Celebrare, tollere laudibus.* Cic. Q. Frat. 2, 12 Nam vt ſcis, iampridem iſtum canto Caeſarem. *i. Summis laudibus celebro.* Hor. Serm. 1, 5, 15 Abſentem vt cantat amicam Multa prolutus vappa nauta, *etc.* Amores deſertos cantat Sappho Ouid. Epiſt. 15, 155. Carmina non prius audita Hor. Carm. 3, 1, 2. Carmina tibiis Nep. 15, 2, 1. Hor. Carm. 1, 6, 17 Nos conuiuia, nos praelia virginum Cantamus vacui. Laudes alicuius Ouid. Faſt. 2, 658. Virg. Ecl. 5, 54 Et puer ipſe fuit cantari dignus, *etc.* Lucan. ad Piſon. 236 Tu mihi Maecenas tereti cantabere verſu. Cantare, *Incantare et faſcinare.* Virg. Ecl. 8, 71 Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. *Vbi* Seruius: Cantando, Dum ei incantatur: nam gerundiuus modus ab omni verbo ſimiliter procreatur, vnde modo Cantando a paſſiuo ait, quum idem alibi ab actiuo dixerit: vt Ecl. 3, 25 Cantando tu illum? Tale eſt illud in Salluſtio, Quum ipſe ad imperandum Tiſidium vocaretur. i. e. Vt ei imperaretur. Cantare *autem praecipue dicuntur, cum in fabulis verſantur.* Iuuen. Sat. 4, 34 Incipe Calliope, licet hic conſidere. non eſt Cantandum, res vera agitur. Narrate puellae Pierides. *Vbi* Cantare, *Fabulas conſerere:* Narrare, *Res veras exponere, eſt. De corrupta et fracta pronunciatione.* Si cantas, male cantas: ſi legis, cantas Caeſ. *ap.* Quinctil. 1, 8, 2. *Conf.* Id. 11, 1, 56. *et* 11, 3, 57. It. Plin. Ep. 2, 14, 13 Iuuen. Sat. 10, 178 Madidis cantat quae Soſtratus alis. *cum ſudore recitat. Soſtratus enim ibi declamator eſſe videtur, non Poëta, vt Vet. Schol. interpretatur.*

CANTĀTVS, a, um. Partic. [ᾀσθεὶς, ἐπᾳσθεὶς] Stat. Silu. 1, 2, 197 Aſteris et Vatis totam cantata per vrbem. Amica cantata Martial. 7, 13. Aquae cantatae Ouid. Epiſt. 24, (*ſ.* Sabini 3,) 90. *i. incantatae.* *Sic* Carmine cantato caelum denſatur Ouid. Met. 14, 369. Diraque cantata pabula falce metit Idem Ep. 6, 84. Herbae Id. Amor. 1, 14, 39. Leges cantatae imponere lunae Propert. 4, 5, 13. Toga cantata Martial. 9, 50. Vngue cantato ſecta ſeges Sen. Med. v. 729. Vua Ouid. Amor. 3, 7, 33. ¶ 2 Canta *etiam pro* Cantata *poſuiſſe veteres teſtatur* Feſtus. *Sed vid.* CANO n. 6.

CANTATVS, ûs. m. *Cantio.* Alcimus Auitus 5, 157 Ranarum foedis texit cantatibus vrbes.

CANTATIO, ōnis. f. *Idem. vt,* Animum permulcere cantationibus Apul. Met. 2 p. 125. Suauem et lepidam cantationem accipere Plaut. Stich. 5, 5, 19.

CANTĀMEN, ĭnis. n. [ἐπῳδὴ] *Pro Incantatione* Propert. 4, 4, 51 O vtinam magicae noſſem cantamina Muſae. Magicum Prud. adu. Symm. 2, 176. Natiua cantamina artis magicae Apul. Met. 2 p. 114.

CANTĀTOR, ōris. m. [μουσουργὸς, ἀοιδὸς, ψάλτης] *Qui cantat.* Martial. 13, 77 Dulcia defecta modulatur carmina lingua Cantator cycnus funeris ipſe ſui. Cantatorem, *ſine adiecto, appellat* Mauricius *quidam hiſtoricus, vt Turnebus refert, qui exercitum hortatur, et animat oratione milites ad fortiter dimicandum ante pugnam, velut ad eorum aures canens.*

CANTATRIX, īcis. f. et Adi. *Vt,* Auis cantatrix Varro de R. R. 3, 5. Choreae cantatrices Claud. Bell. Gildon. 448. *Item ex Incantandi ſignificatione,* Anicula cantatrix, *i. Saga.* Apul. Met. 2 p. 123. Anus cantatrices Idem p. 128.

CANTABILIS, e. [ἀοίδιμος] *Cantatu dignus* Vulg. Interpr. Pſ. 118, 54.

CANTABVNDVS, a, um. *Cantans, cantillans vt,* Gallus cantabundus Gell. 9, 13. *Conf.* Petron. 62.

CANTĬTO, āre. [τερετίζω] *Frequent. a Canto.* Ter. Adel. 4, 7, 32 Facturum credo, vt habeas quicum cantites. Cic. de Clar. Orat. 74 c. 19 Vtinam extarent illa carmina, quae multis ſaeculis ante ſuam aetatem in epulis eſſe cantitata a ſingulis conuiuis de clarorum virorum laudibus in Originibus ſcriptum reliquit Cato. *Sic Neronem corripuit Cynicus,* quod Nauplii mala bene cantitaret, ſua bona male diſponeret Suet. Neron. 39. *Conf.* Apul. Met. 6 p. 175 *Elmenh.* Obſequ. c. 106.

CANTILLO, āre. *Submiſſe canere. Vt,* Clamore ludunt, ſtrepitu cantillant Apul. Met. 4 p. 146. Orpheus in ſolitudine cantillauit Idem Florid. 3. p. 358.

CANTVRIO, īre. Canturit, ψιθυρίζει Gloſſ. Cyrill. *Eſt itaque idem, quod cantillare.* Feſtus in Dagnades: Dagnades, (*mel.* Dacnades) *inquit,* ſunt auium genus, quas Aegyptii inter potandum cum coronis deuincire ſoliti ſunt, quae vellicando morſicandoque et canturiendo aſſidue non patiuntur dormire potantes. Belle canturire. Petron. 64.

CANOBVS. *Nauis Menelai gubernator, quo tempore Menelaus ipſe in Aegyptum perrexit: de quo infra in dictione* CANOPVS.

CANON, ŏnis. m. [κανὼν, κανόνος] *Regula, ad quam alia diriguntur examinanturque.* Cic. Fam. 16, 17 Sed heus tu, qui κανὼν eſſe meorum ſcriptorum ſoles, vnde illud tam ἄκυρον, valetudini fideliter inſeruiendo? Plin. 34, 8 de Polycleto, Fecit et quem Canona artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes velut a lege quadam.

*Epicuri liber κανὼν introductionem quandam ad philoſophiam continebat. Vid.* Laërt. 10, 30. *Sic* Quinct. 10, 1, 76 Lex orandi Demoſthenes. ¶ 2 *Significat etiam regulam et menſuram tributorum, ipſaque adeo, quae praeſtabantur.* Aſcon. ad Cic. Verr. 2, 5 Omne genus penſitationis in hoc capite poſitum eſt, Canonis, oblationis, indictionis. *Nempe* Cicero *ita:* Quando illa frumentum, quod deberet, non ad diem dedit? *Hunc* canonem *videtur vocare Aſconius.* Quando id, quod opus putaret, non vltro pollicita eſt? *Haec* oblatio. Indictio *denique illis Tullii verbis ſignificatur,* Quando id, quod imperaretur, recuſauit? *In hoc genere ſunt* Canon Anniuerſarius, Emphyteuticus, Publicus, Suarius *etc. apud ICtos ex Imperatorum Conſtitutionibus.* ¶ 3 *Certum quoque Modum numerumque frumenti a prouincialibus conferendi, quo opus eſſet ad alendam anno integro turbam frumentariam, quae frumentum ex publico acciperet,* Canonem *dixere obſeruat.* Spartian. Seuero 8 Rei frumentariae, quam minimam repererat, ita conſuluit, vt excedens vita ſeptem annorum canonem Populo Rom. relinqueret. *Declarat hoc* c. 23 Moriens ſeptem annorum canonem, ita vt quotidiaua ſeptuagena quina millia modiorum expendi poſſent, reliquit. *Contra* Heliogabalus *teſte* Lampridio in vita c. 27 iuſſerat canonem P. R. vnius anni meretricibus, lenonibus, exoletis intramuranis dari, extramuranis alio promiſſo, quum eo tempore iuxta prouiſionem Seueri et Traiani ſeptem annorum canon frumentarius Romae eſſet. *De illa frumentatione, ad quam hic* canon, *haec penſitatio annua, pertinet, accurate primum egit I. Lipſius El. 1, 8: cui quibusdam locis contradixit Vin. Contarenus peculiari de Frumentatione* P. R. *libello. Add. Salmaſ. ad* Vopiſci Aurel. 35. *Vid.* Cod. tit. de Canone frumentario Vrbis Romae. ¶ 4 Canon *etiam videtur dici Demenſum diurnum ſeruorum, ſiue Cibus in vnum diem: h. e. Diarium, vt alias appellatur.* Saluian. de Gub. Dei 4 p. 67 Serui ſi fures ſunt, ad furandum forſan egeſtate coguntur: quia, etiamſi eis ſtipendia vſitata praeſtantur, conſuetudine haec magis, quam ſufficientiae ſatisfaciunt: et ita implent canonem, quod non explent ſatietatem. ¶ 5 *Latiſſime patet hoc nomen recentioribus, qui regulam omnem, et normam, ad quam aliquid exigeretur, iudicaretur,* Canonem *dixere. v. g.* Iſidor. Orig. 6, 15 Canones Euangeliorum — ideo facti ſunt, vt per eos ſcire et invenire poſſimus, qui reliquorum Euangeliſtarum ſimilia aut propria dixerunt. Ibid. 16 *agit* de Canonibus Conciliorum *etc. Ita ſunt* Muſicorum Canones. *Sed id infinitum eſt, nec noſtri inſtituti.*

CANONĬCVS, a, um. Adi. [*κανονικὸς*] *Regularis ad verbum dicitur. Vt,* Vitruu. 1, 1 Muſicen autem ſciat oportet *Architectus,* vti canonicam rationem et mathematicam notam habeat. *Et* Ratio mathematicorum canonica 5, 3 *per quam* quaeſiuerunt Architecti, vt quaecunque vox eſſet in ſcena, clarior et ſuauior ad ſpectatorum perveniret aures. *Eandem mox* Harmonicen *vocat:* ſic theatrorum per harmonicen ad augendam vocem ratiocinationes ab antiquis ſunt conſtitutae. *Diſertius totum hoc explicat* Gellius 16, 18 Pars quaedam Geometriae, — quae ad aures pertinet, *κανονικὴ* vocatur, qua Muſici, vt fundamento artis ſuae vtuntur. — Κανονικὴ longitudines et altitudines vocis emetitur: longior menſura vocis *ῥυθμὸς* (*rhythmus, numerus*) dicitur, altior *μέλος.* Eſt et alia ſpecies *κανονικῆς,* quae vocatur *μετρικὴ,* per quam Syllabarum longarum et breuium, et mediocrium iunctura, et modus congruens cum principiis geometriae, aurium menſura examinatur. *Rationem appellationis e Graecis declarat Voſſius de Scientiis Mathem. 19, 5. Add.* Boëth. de Muſ. 1, 9. *Nempe* Pythagoras *et ipſius diſcipuli ad auditum adhibebant etiam geometricas rationes, tanquam* Canonem, *i. regulam etc. Sed* Plin. 2, 17 Ratio Canonica, *quae* fallere *ibi dicitur, videntur eſſe Geometriae elementa quaedam, ad motus corporum caeleſtium applicata, quae fallunt nempe, ſi non rite adhibeantur.* ¶ 2 *Caeterum nomen* Canonicus *tot modis accipitur, quot ipſe* Canon. *Sic* Indictio canonica l. 4 Cod. de prox. ſacr. ſcrin. Penſitationes canonicae l. 2. Cod. de lucr. aduocator. Illatio canonica, *cuius meminere* Impp. Honorius et Theodoſ. in l. placet. C. de ſacroſanct. eccleſ. eſt Ordinarium munus, quod habet certam praeſtationem lege impoſitam, ad cuius ſolutionem etiam eccleſia tenetur. *In Eccleſia* Canonici *dicuntur Clerici, quod in* canone *Eccleſiae, ſiue catalogo erant adſcripti. Vid. Salmaſ. de Caeſarie et Coma* p. 432. Scriptura canonica Fulgent. contra Arianos p. 72.

CANONICARII, orum. *ICtis ſunt, Qui principis nomine ac mandato canonem exigebant,* Leg. 9. Cod. de exact. tribut.

CANŌPVS, *ſiue* CANOBVS, (*quam varietatem iam notauit* Quinct. 1, 5, 13) i. m. [Κάνωβος] Parua *inſula eſt mediterranei maris,* Nili oſtio, quod Canopicum vocant, obuia. Menelai gubernator Canopus ibi forte moriens nomen inſulae, illa oſtio dedit. *Haec* Pomponius Mela 2, 7. Tacit. Ann. 2, 60 Condidere id *oppidum* Spartani, ob ſepultum illic rectorem nauis Canopum, qua tempeſtate Menelaus Graeciam petens, diuerſum ad mare terramque Libyam delatus. *Ab hac igitur origine vocatur* Amyclaeus Canopus Sil. 11, 433. *i. Spartanus.* Iuuen. Sat. 15, 46 Horrida ſane Aegyptus: ſed luxuria, quantum ipſe notaui, Barbara famoſo non cedit turba Canopo. Pellaei Canopi gens fortunata. Virg. Georg. 4, 287 Pellaei *propter colonias Macedonum. Ex abundantia fertiliſſimae regionis laſciuia et voluptatis ſtudia ſine modo vigebant: qua de cauſa* Sen. Epiſt. 51 Quemadmodum aliqua veſtis — ſic regio quoque eſt, quam ſapiens vir aut ad ſapientiam tendens, declinet, tanquam alienam bonis moribus. Itaque de ſeceſſu cogitans nunquam Canopum eliget, quamuis neminem Canopus eſſe frugi vetet. *Mox de Baiis.* Pacatus Theodoſii paneg. 33. Mollem Canopum; et Laſciuire Canopi Therapnaei oram, Stat. Silu. 3, 2, 111 *dixit. Summae libidinis exaggeratio,* Iuuen. 6, 84 Mores vrbis damnante Canopo. ¶ 2 *Eſt item* Canopus, *Sideris nomen, cuius meminit* Plin. 6, 22 *in deſcriptione Taprobanae inſulae,* Canopum lucere noctibus ſidus ingens et clarum. Vitruu. 9, 7 Huius autem rei index eſt ſtella Canopi, quae his regionibus eſt ignota, renuntiantibus negotiatoribus, qui ad extremos Aegypti regiones — fuerunt. *Eſt nempe polo antarctico propinquum ſidus.* Hygin. Poët. Aſtr. 2, 32 Intra *Eridanum an Nilum?* quaedam ſtella, clarius caeteris lucens, nomine Canopos appellata. *Add.* Vet. Schol. Germanici in Arateis, vbi de Eridano.

CANOPĬCVS *et* CANOBICVS, a, um. *Vt,* Oſtium Nili Canopicum Plin. 5, 10.

CANOPITĀNVS, a, um. Adi. Solinus 44 Quod ab Atlante ad vſque Canopitanum oſtium panditur.

CANTĂBER, bri. m. [Κάνταβρος] *Populus in Hiſpania Tarraconenſi ad Oceanum, quos ante Auguſtum nemo ſubegerat, quod videtur innuere* Hor. Carm. 2, 6, 2 Cantabrum indoctum iuga ferre noſtra. Bellicoſus Cantaber Horat. Carm. 2, 11, 1. Sil. Pun. 3, 326



Cantaber ante omnes, hiemis, aeſtusque, famisque
Inuictus, palmamque ex omni ferre labore.
Mirus amor populo, cum pigra incanuit aetas,
Imbelles iam dudum annos praeuertere ſaxo,
Nec vitam ſine Marte pati. Quippe omnis in armis
Lucis cauſa ſita, et damnatum viuere paci.

Iuuen. Sat. 15, 108 Cantaber vnde Stoicus, *i. ferus ille populus vnde diſceret, quae philoſophia docet Stoicum?*

CANTABRĬCVS, a, um. Adi. [Κανταβρικὸς] *Vt,* Hor. Epiſt. 1, 18, 55 Militiam puer, et Cantabrica bella tuliſti. ¶ 2 Cantabricus ſuccus *apud* Veget. Mulom. 3, 57, 3 *non amplius mihi videtur a* Cantabrica herba *deriuandus, vt in Lexico ruſtico cenſueram, ſed gratias ago doctiſſimo Trillero, qui de Pleuriticis p. 202 me reduxit in viam, et* furfuraceum *eſſe docuit, a* Cantabro *furfure deriuandum.*

CANTABRVM, i. n. [*πίτυρα*] *Furfur triticeus aut hordeaceus quod primum docuit* Turn. 15, 16. Caelius Aurel. Acut. 2, 19 ſ. 11. Vtendum etiam hordeo vel orobo in aceto miti — ſiue cantabro eodem genere feruefacto. *Translatum ex Hippocrate, qui πίτυρα habet.* Theod. Priſc. 2, 4 Variis et frequentibus caeteris vaporibus loca mitigabo: vt aliquando ſacellis ex cantabro. *Vtitur et* Apicius 10, *vbi* in Cantabro inuolui iubet vuluam toſtam. Catholicon, Cantabrum purgamentum eſt frumenti vel farinae, vel cibus caninus, qui canes paſcuntur. *Sunt, qui* cantabrum *dictum putent quaſi* canabrum *quod ſit* caninus cibus. *Alii a* Cantabrorum *dura et immiti gente, quam talis victus deceret. Hinc deriuatur* ſuccus Cantabricus Vegetii, *v modo dictum. Add. Almelou. ad l. c. Caelii.* ¶ 2 Cantabrum *eſt vexilli genus apud Romanos, de quo* Tertull. Apol. 16 Siphara (Sipara *al.*) illa vexillorum et cantabrorum ſtolae crucum ſunt. *E* ad Nationes 1, 12 In cantabris atque vexillis — ſiphara illa veſte crucum ſunt. Min. Fel. 29, 7 Nam et ſigna ipſa et cantabra, et vexilla caſtrorum, quid aliud quam inauratae cruces ſunt et ornatae *Haec conſtans lectio, quam in* candes labarorum, *vel* contabra, *vel* can delabra *fruſtra mutare quidam viri docti tentarunt. Vnde autem ſit, no auſim dicere. Hinc*

CANTABRARII l. 2 C. Theod. de Collegiatis *cum* ſignifer *coniunguntur.*

CANTABRICA, ae. f. [*κανταβρικὴ*] Herba eſt vbique naſcen caule iunceo pedali, in quo ſunt floſculi oblongi, velut calathi: i his ſemen perquam minutum. Dicta autem eſt Cantabrica, quod p Auguſti tempora reperta ſit a Cantabris in Hiſpania. *Ex* Plin. 25, 8 ſ. 4

CANTATOR, CANTATRIX, CANTATIO, *vid.* CAN

CANTERIVS, *vid.* CANTHERIVS.

CANTHARIAS, ae. m. *Gemmae ſpecies, quae* ſcarabaeorum ef giem habet: *quippe Graeci κανθάρους, vocant ſcarabaeos.* Plin. 37, 11 ſ. 7

CANTHĂRIS, ĭdis. *vel* CANTHARĬDA, ae. [*κανθαρί Vermis viridis, in ſummitate ramorum fraxini et oliuae naſcens: cui ſuccus in venas ingreſſus, vt venenum interimit: et humano corpori a plicitus, veſicas plenas humore facit.* Cantharides Alexandrinae Sc bon. 231. Plin. 11, 35 ſ. 41 Cantharidas *generant* vermiculi ficor et piri, et peuces et cynacanthae, et roſae. Venenum hoc alae n dicantur, quibus demtis letale eſt. Idem 29, 4 ſ. 23 Salamandr venenum reſtingui — cantharidum potu. *Et* ſ. 29 Salamandris ca tharidas diximus reſiſtere. Sed in iis magna quaeſtio, quoniam ip venena ſunt potae, veſicae cum cruciatu praecipuo — Verum i tas prodeſſe non dubium eſt — Ipſarum cantharidum venenum qua parte ſit, non conſtat inter auctores — Ipſae naſcuntur ex ve miculo, in ſpongia maxime cynorrhodi, quae fit in caule, ſed fecu diſſime in fraxino: ceterae in alba roſa minus efficaces. Potentiſſima inter omnes variae, luteis lineis, quas in pennis tranſuerſas haben multum pingues: inertiores, minutae, latae, piloſae: inutiliſſim vero vnius coloris, macraeque. — Vis earum adurere corpus, cr ſtas obducere. — Cantharides obiectae ſunt Catoni Vticenſi, c venenum vendidiſſet, in auctione regia *etc.* Ouid. in Ibin 308 Ca tharidum ſuccos dante parente bibas. *Add.* Cic. 5 c. 40. Val. Ma 6, 2, 3 *extr.* Cic. Fam. 9, 21 Caius *Carbo* accuſante L. Craſſo canth ridas ſumſiſſe dicitur. ¶ 2 Eſt et Cantharis dictus ſc rabaeus paruus frumenta erodens Plin. 18, 17.

CANTHARITES, ae. *Vini tranſmarini genus* Plin. 14, 7.

CANTHAROLETHROS, i. m. [Κανθαρόλεθρος] Locus in Thr cia iuxta Olynthum paruus, *a Canthari exitio dictus, quod ibi ex om animalium genere ſolus* exanimatur cantharus Plin. 11, 28 ſ. 34.

CANTHĂRVS, i. m. [*κάνθαρος*] *Poculum, quo vſus eſt pa Liber.* Plin. 33, 11 C. Marius poſt victoriam Cimbricam canthar potaſſe Liberi patris exemplo traditur. *Add.* Val. Max. 3, 6, 6. M crob. Saturn. 5, 21 Scyphus Herculis poculum eſt, ita vt Liberi patr cantharus. Et grauis attrita pendebat cantharus anſa Virg. Ecl. 6, 1 *Vid. de illius figura Drakenb. ad* Sil. 7, 196. *Scal.* Auſon. Lect. 2, *Vbi* potorium Cantharum *quem Baccho dat* Arnobius 6 p. 209 in de tra *illius* pendentem, *ab eo diſtinguit, quo funditur.* Paruulus ca tharus Iuuen. Sat. 3, 205. Plenis cantharis bibere Plaut. Perſ. 5, 2, 4 Cantharus, *Aquae conceptaculum ludicris formis elaboratum, per qu aqua ſalit.* Paul. in l. Caetera. D. de legat. 1 Sed et automataria canthari, per quos aquae ſaliunt, poterunt legari: maxime ſi impo ticii ſint. Alciatus Parerg. 1, 20 *Dubium eſt, quid hoc loco ſibi veli canthari: niſi accipias pro vaſis aquarum, quibus epiſtomia, id eſt ( vulgo vocamus) ſpinae adduntur, vnde aqua exit, ideoque* Salientes *dic Latinis auctoribus. Vtitur hoc nomine etiam* Auſon. Epiſt. Centoni Eidyll. 13 praemiſſa. ¶ 2 Cantharus, *Genus piſcis* Plin. 3 11. Columel. 8, 17, 14 Nam et alecula modo capta, et cantharus, e guusque gobio. *Sic primae editiones: ſed. al. cammarus. etc.* Ca tharus ingratus ſucco Ouid. Hal. 103. ¶ 3 Canthari *ap Graecos ſunt* Scarabaei *illi, qui pilulas ex ſtercore voluunt, de quib vid.* SCARABAEVS. *Et Cael. 8, 5. Hinc* ¶ 4 Ca tharus, Nodus ſub lingua Apis bouis, quem Aegyptii colebant num nis vice. Plin. 8, 46 ſ. 71 *Nempe ſcarabaei figuram ei tribuebant: Scar baeus autem Solis ſymbolum. De hoc* cantharo Cael. 8, 5. ¶ 5 Ca tharus Nauigii genus, *vt ex Menandro probat* Macrob. Saturn. 5, ¶ 6 Marculum, *i. Malleolum pulſandis foribus adpenſum, hoc nomine d volunt* Plaut. Men. 1, 2, 64. *Non recte puto.* Mille paſſum commo tu's cantharum, *ſignificat, vt viderunt Salmaſius Gronouiusque, feci illis nugis tuis, imperiis, reuocationibus, vt mille paſſibus a cantharo, compotatione remoti ſimus, et bibamus ſerius, quam fieri poterat.*

CANTHARVLVS, i. m. Dimin. *Legunt quidam apud* Arnob. p. 209 *vnde nos paullo ante excitauimus* pendentem in Liberi dext potorium cantharum.

CANTH

CANTHERIVS, *ſ.* CANTERIVS, *auctoritate fere pari*, i. m. *Equus caſtratus.* Varr. de R. R. 2, 7, 15 Propter quod diſcrimen maxime inſtitutum vt caſtrentur equi. Demtis equi teſticulis fiunt quietiores: et ideo, quod ſemine carent, ii canterii appellati, (*an quaſi* carenterii?) vt in ſuibus maiales, in gallis gallinaceis capi. Cantherius hoc diſtat ab Equo, quod maialis a verre, capus a gallo, vervex ab ariete. Eſt enim Cantherius, Equus cui teſticuli amputantur. Feſtus. Cic. Fam. 9, 18. *Et* Sen. Epiſt. 13 Cantherio vehebatur, hippoperis quidem impoſitis, vt ſecum vtilia portaret. *Add.* Id. Ep. 87. Crucians cantherius Plaut. Capt. 4, 2, 34 *Qui claudicatione et inaequali inceſſu vectorem cruciat.* Cantherius in foſſa. *Quae vis ſit huius prouerbii, quae origo, docet* Liu. 23, 47. *Claudius Romanus, et Campanus Taurea ex prouocatione pugnant:* dein libero ſpatio inter ſe ludificantes, ſine vulnere pugnam extrahebant. Tum Campanus Romano, Equorum, inquit, hoc non equitum erit certamen, niſi e campo in cauam hanc viam demittimus equos: ibi nullo ad euagandum ſpatio cominus conſerentur manus. Dicto prope citius equum in viam Claudius deiecit. Taurea verbis ferocior quam re, *Minime ſis*, inquit, *cantherium in foſſa.* Quae vox in ruſticum inde prouerbium prodita. *Eſt igitur contrarium prouerbium alteri* ἵππον εἰς πεδίον Equum in campum, *quod dicitur, quoties opportunitas conceditur alicui, quam optat.* Cantherius in foſſa *contra ea explicare ſe non poteſt* etc. ¶ 2 Cantherius vel Canterius [κανθήλιος] *Genus iugi in vinea.* Columel. 4, 12, 1 Itaque aut veteres (ne nouae radicem agant) arundines binas ſingulis vitibus applicabimus: aut ſi regionis conditio permittit, vetera deponemus haſtilia, quibus annectuntur ſingulae tranſuerſae perticae in imam partem ordinis; quod genus iugi, cantherium vocant ruſtici. *Ideo, vt videtur, quia portant et ſuſtinent onus vitis.* Plin. 17, 21 Simplici iugo conſtat porrecto ordine, quem cantherium appellant. *Add.* Colum. 12, 14. *it.* 11, 3, 62. ¶ 3 Cantherii, *Tigna conuergentia et in culmine concurrentia* [ἀμείβοντες] *quae tectum ſuſtinent.* Vitruu. 4, 2 Et canterii prominentes ad extremam ſuggrundationem, ſupra canterios templa. ¶ 4 Canterius *denique apud* Veget. Mulom. 2, 47, 3 *Videtur eſſe machina ad ſuſpendendos equos, ne terram pede aegrotante contingere, et impedire curationem poſſint.*

CANTHERIŎLVS, i. m. Dimin. *Pro paruo pedamento.* Columel. 11, 3, 48 Deinde quum fecerint caulem, humilioribus quaſi canteriolis interpoſitis rigorem ſtilorum conſeruato. nam niſi arundines tranſuerſas in modum iugatae vineae crebras diſpoſueris, thalli cepa- rum ventis proſternentur. *Plane cum* Canterio n. 2 *Deſcripto conuenit.*

CANTHERĪNVS, a, um. Adi. Plaut. Men. 2, 3, 44. Certe haec mulier cantherino ritu aſtans ſomniat. Solent enim equi ſtantes ſomniare, auctore Plin. 10, *vlt.* Hordeum cantherinum Columel. 2, 9, 14. 2, 11, 8. Pallad. 10 *t.* 4. *et* 11 *t.* 1 *forte quod equis datur, aut* ratum eſt: et indicat Colum. 2, 9, 14. *Vid.* HORDEVM. Lapathum cantherinum, Latini Rumicem appellant Plin. 20, 21 *ſ.* 85.

CANTERIĀTVS, a, um. Adi. *Quod canteriis ſubnixum eſt.* Columel. 5, 4, 1 Deinde quae pedaminibus adnixae ſingulis iugis imponuntur, eas ruſtici canteriatas appellant.

CANTHVS, i. m. [κανθός] *Ferrum, quo rotae peripheria, abſides, extremitates, vinciuntur: ſeu potius lignea illa rotae extremitas, ex multis partibus curuis et velut arcubus compacta.* Hieronymus lib. 3 reg. 7 Tales autem rotae erant, quales ſolent in curru fieri: et axes earum, et radii, et canthi, et modioli, omnia fuſilia. Quinctil. 1, 5, 8 Barbariſmum pluribus modis accipimus. Vnum gente: quale eſt, ſi quis Afrum vel Hiſpanum Latinae orationi nomen inferat: vt ferrum, quo rotae vinciuntur, dici ſolet *Canthus:* quanquam eo tanquam recepto vtitur Perſius. *Locus eſt* 5, 71 Quamuis temone ſub vno vertentem ſeſe fruſtra ſectabere canthum. *Burmannus ad* Quinct. l. c. *deriuat a Belgarum et Germanorum* Kant, *quo oram et marginem notant.*

CANTICVM, CANTILENA, CANTIO, CANTITO, CANTIVNCVLA, CANTILLO, CANTO, CANTOR, CANTVLVM, CANTVS, *vid.* CANO.

CANVS, a, um. Adi. [πολιός, λευκάνθης] *Cui candent ſiue albent capilli prae ſenectute.* Iſidor. 12, 1 Canus dictus quia (f. qui) ex candido colore et nigro eſt. *Sed vſus Poëtarum etiam plane albis et candidis tribuit, vt exempla docebunt.* Plaut. Bacch. 5, 1, 15 Cano capite atque alba barba. Ouid. Triſt. 5, 13, 21 Cana prius gelido deſint abſinthia Ponto. Amator Tibul. 1, 8, 29. Anilitas cana Catul. 61, 162. Aqua Ouid. Epiſt. 2, 16. *i. ſpumea.* Ariſtae Idem Met. 1, 456. Martial. 4, 36 Cana eſt barba tibi, nigra eſt coma. Capilli Hor. Carm. 2, 11, 15. Caput Ouid. Faſt. 5, 57. Coma Sen. Med. 555. Crines Catul. 59. Martial. 1, 50 At quum December canus, et bruma impotens. Fauilla Ouid. Met. 8, . . *Metuo vt* ...re. Virg. Aen. 1, 29 Cana Fides, et Veſta. *Vbi* Seruius, Canam fidem dixit, vel quod in canis hominibus inuenitur: vel quod ei albo panno inuoluta manu ſacrificatur: per quod oſtenditur, fidem debere eſſe ſecretam. Nonius *autem* 1, 183 Canam fidem, Veterem et antiquam *interpretatur.* Ouid. Met. 15, 372 Quaeque ſolent canis frondes intexere Filis Agreſtes tineae. Cic. in Arat. 71 Nec metuunt canos minitanti murmure Fluctus, *i. albos a ſpuma.* Virg. Georg. 3, 442 Et horrida cano Bruma gelu. Laurea Ouid. Faſt. 3, 142 ...da, *quae virorem amiſit.* Lupi Idem Met. 7, 550. Virg. Ecl. 2, 51 Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala, *vt Cotonea.* Martial. 12, 32 Et cum ſorore cana mater ingenti. Montes, *Albi ex* ...e Virg. Georg. 1, 43. Nix Hor. Serm. 2, 5, 41. Plumae Ouid. Met. 2, 373. *cycni.* Virg. Georg. 2, 376 Frigora nec tantum cana concreta pruina. Puella Propert. 2, 16, 22. Puluis Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 185. Salicta Ouid. Met. 5, 590. Segetes Idem Met. 10, 655. Senectus Id. Epiſt. 14, 109. Situ cano obductus ...lor Plin. 12, 25. Varro Eudaemonibus, *ap.* Non. 1, 183 Et ecce improuiſo ad nos accedit cana Veritas, Atticae philoſophiae alumna. ...em Aen. 9, 259 — et canae penetralia Veſtae Obteſtor, i. e. venerabilis, antiquiſſimae, Seruius. Plin. 12, 23 Sunt enim hoc nomine cani arborum villi, quales in quercu maxime videmus, *etc.*

CANI, orum. m. tantum pl. *Subſtantiue* [αἱ πολιαί] *Capilli albi capitibus ſenum.* Cic. de Senect. 62 c. 18 Non cani, non rugae repente auctoritatem afferre poſſunt. Honorati cani Ouid. Met. 8, 9. Perſ. Sat. 5, 64 Petite hinc iuueneſque ſeneſque Finem animo certum, miſeriſque viatica canis. Rari Ouid. Met. 8, 567. Venerandi piis Sen. Herc. fur. 1249.

CANOSVS, a, um. *Idem quod Canus, vt*, Mihi eo tempore creta (illa legio) eſt, quo et me canoſum, qui credebat, cum gratulatione vidit Vopiſcus in Probo 5.

CANVTVS, a, um. *Idem.* Gloſſ. Gr. Lat. πολιός, canus, canutus.

CANASTER, tri. m. Gloſſ. Gr. Lat. μιξοπόλιος, canaſter.

CANEO, ui, ēre. [πολιοῦμαι] *Canum eſſe et album.* Virg. Georg. 3, 325 Luciferi primo cum ſidere frigida rura Carpamus, dum mane nouum, dum gramina canent. Claud. de Bell. Get. 35 Totaque ſub galeis Mauortia canuit aetas. Barba canet gelu Sil. 1, 205. Herbae Ouid. Faſt. 3, 880 Canuerint herbae rore recente quater. Virg. Aen. 5, 416 — aemula necdum Temporibus geminis canebat ſparſa ſenectus. ¶ 2 *Verbo* Canere *in tertia flexione vſus eſt* Propert. 2, 14, 7 Quod ſi iam canis aetas mea caneret annis, *quod retinet etiam ac tuetur Brouckhuſius. Al.* Candeat.

CANENS. Partic. [πολιῶν] Valer. Argon. 6, 122 Neurus, et expertes canentis Iazyges aeui, *i. ſenectutis.* Ouid. Triſt. 5, 2, 66 Glebaque canenti ſemper obuſta gelu. Lilia Idem Met. 12, 411. Nemora Aethiopum molli canentia lana Virg. Georg. 2, 120. Ouid. Met. 6, 81 Edere cum baccis foetum canentis oliuae. *Add.* Sil. 13, 69. Praetendens dextra ramum canentis oliuae: *vt* pallentem *dixit* Virg. Ecl. 5, 16. *Vid. mox* Salicta. Pruina Sil. 3, 33. Virg. Georg. 2, 13 — et glauca canentia fronde Salicta. Bene ait Glauca et canentia: nam ſalix ab vna parte alba eſt, ab altera viridis. Seruius. Virg. Aen. 10, 191 Canentem molli pluma duxiſſe ſenectam.

CANESCO, ĕre. [πολιόω] *Canum fieri, et Seneſcere, ac Defloreſcere.* Ouid. Met. 9, 421 Queritur caneſcere mitis Iaſiona Ceres. Aequora caneſcunt remis Ouid. Epiſt. 3, 65. Suet. Galb. 8 Capillus repente toto capite caneſceret. Flos Plin. 20, 2. Cic. de Clar. Orat. 8 c. 2 Quumque ipſa Oratio iam noſtra caneſceret, haberetque ſuam quandam maturitatem, et quaſi ſenectutem. Ouid. Met. 2, 212 Pabula caneſcunt cum frondibus vritur arbor. Cic. de Legib. 1, 2 Quercus huic loco non deerit, quae Mariana dicitur: eaque, vt ait Scaevola de fratris mei Mario, Caneſcet ſaeclis innumerabilibus. Tecta caneſcunt ſitu Ouid. Amor. 1, 8, 52.

CANITIES, ĕi. f. [πολιότης, πολιαί] *Color capillorum, ipſumque adeo capillitium, hominis cani, vel etiam ipſa ſenectus.* Plin. 11, 37 Canities homini tantum et equis. Iuuen. Sat. 10, 208 Anne aliquid ſperare poteſt haec inguinis aegri Canities? Alba Ouid. Met. 10, 419. Hor. Carm. 2, 11, 8 Arida Pellente laſciuos amores Canitie, facilemque ſomnum. Feſtina Claud. de Nupt. Honor. 325. Hirta Ouid. Met. 10, 425. *i. capilli cani et hirti.* Stat. Theb. 3, 138 Canitiem impexam dira tellure volutans. Virg. Aen. 6, 300 — cui plurima mento Canities inculta iacet. Hor. Carm. 1, 9, 17 Donec virenti canities abeſt Moroſa. Propexa Stat. Theb. 2, 97. Suet. Claud. 30 Nam et prolixo nec exili, corpore erat: et ſpecie canitieque pulchra, opimis ceruicibus. Reuerenda Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 24. Seuera Idem de Rapt. Proſerp. 1, 50. Virg. Aen. 10, 844 Canitiem immundo deformat puluere. Ouid. de Arte Am. 3, 163 Femina canitiem Germanis inficit herbis, *i. Capillos canos tingit.* Ouid. Met. 7, 289 Canitie poſita nigrum rapuere colorem, *i. Depoſita.*

CANITVDO, ĭnis. f. [πολιότης] *Canities.* Plaut. Fragm. 2, 7 Stultus eſt aduerſus aetatem et capitis canitudinem. Varro Aboriginum, Sed neque vetulus cantherius, quam nouellus melior, nec canitudini comes virtus. *Ex* Feſto et Nonio 2, 106.

CANVSIVM, i. n. [Κανύσιον] *Vrbs eſt Apuliae maxima, quam praeterfluit Aufidus amnis. Vid.* Plin. 3, 11. Hor. Serm. 1, 5, 92 *vbi de Pane Canuſino,* Nam Canuſi lapidoſus: aquae non ditior vrna, Qui locus a forti Diomede eſt conditus olim, *quem poſteriorem verſum furcillis eiiciunt Critici, verum illum quidem ad hiſtoriam, ſed hic importunum.*

CANVSĪNVS, a, um. Adi. [Κανύσιος, Κανυσίτης] *Incola Canuſii.* Bilingues *vocat Horatius, quod vtramque linguam, Latinam et Graecam, non illi quidem recte noſſent, ſed miſcendo contaminarent. Fuit enim pars magnae Graeciae.* Hor. Serm. 1, 10, 30 — Patriis intermiſcere petita Verba foris malis, Canuſini more bilinguis. ¶ 2 *Veſtis genus a patria ſua Canuſina dictum.* Martial. 14, 127 *lemma eſt,* Canuſinae fuſcae: Haec tibi turbato Canuſina ſimillima muſto Munus erit: gaude, non cito fiet anus. *Ipſe ille color fuſcus faciet, vt ſordes et maculae non ita cito prodant, antiquam eſſe et diu geſtatam.*

CANVSINĀTVS, i. m. [Κανυσίνατος] *Canuſina veſte indutus.* Martial. 9, 23 Vt Canuſinatus noſtro Syrus aſſere ſudet. *Et* Suet. Neron. 30 Mulionibus Canuſinatis, armillata et phalerata cum Mazacum turba, atque curſorum.

## CAP

CAPĂNEVS. i. m. *trium ſyllabarum*, [Καπανεύς] *Maritus Euadnes, vnus e ſeptem ducibus, qui Thebas obſederunt.* Veget. de Re Milit. 4, 21 Qui ſcalis (inquit) in obſidione vrbium vtuntur, frequenter periculum ſuſtinent exemplo Capanei, a quo primum ſcalarum oppugnatio perhibetur inuenta: qui tanta occiſus eſt mole lapidum a Thebanis, vt fulmine diceretur extinctus. *Vid.* Ouid. Triſt. 4, 3, 63. *et* Plin. 35, 11. *Impietatis Capanei deſcriptio* Stat. Theb. 9, 545

Agnouit longe preſſitque dolorem
Magnanimus Capaneus: telumque immane lacerto
Hortatur librans: Ades o mihi dextera tantum
Tu praeſens bellis, et ineuitabile numen:
Te voco, te ſolam ſuperûm contemtor adoro.
Sic ait, et voti ſeſe facit ipſe potentem.

Idem 3, 602 Diu tuto ſuperûm contemtor, et aequi Impatiens, largusque animae, modo ſuaſerit ira. *Hic inter alia loquens introducitur* — Quisquis is eſt timidis famaeque ita viſus Apollo, — Virtus mihi numen, et enſis Quem teneo *etc.*

CAPANĒVS, a, um. Adi. [Καπανεῖος] *Vt*, Stat. Theb. 8, 661 Capaneaque pinus Iam procul Aoniis volet agnoſcenda cateruis. Pectora Capanea Idem 12, 764.

CAPANEĬVS, a, um. [Καπανήϊος] *Aliud* Adi. *vt*, Stat. Theb. 12, 545 Auſa ante alias Capaneia coniux, *etc.*

CAPAX, *vid.* CAPIO.

CAPĒDO, ĭnis. f. *Vas erat ſacrificiis aptum.* Cic. in Parad. 1, 3 Minuſne gratas diis immortalibus capedines, ac fictiles vrnulas fuiſſe, quam filicatas aliorum pateras arbitramur? Capedines *Turnebus* Adu. 20, 20 *interpretatur pocula, Dionyſium ſequutus, qui lib.* 2 *p.* 93 *extr.* ὀστρακίνας, πρόχους, *et* κυλίκας *memorat.* ¶ 2 *Forte ſignificauit quoque ſpatium, a Capiendo; vnde* Intercapedo.

CAPEDVNCVLA, ae. f. Dimin. Cic. de Natur. Deor. 3, 43 c. 17 Docebo meliora me didiciſſe de colendis diis immortalibus iure Pontificio et more maiorum, capedunculis, quas Numa nobis reliquit. *Vid.* CAPIS.

CAPENA, *Porta Romae, a* Capena *vrbe, quo ducebat. Haec etiam* porta

porta Appia *dicta eſt, per quam* Capuam *itur.* Iuuen. Sat. 3, 11 Subſtitit ad veteres arcus, madidamque Capenam, *propter aquae ductum, de quo* Martial. 3, 47 Capena grandi porta, qua pluit gutta. *Ad* portam Capenam *eſt aqua Mercurio ſacra, qua variae fiebant ablutiones ad expianda peccata, ea etiam lauro ſpargebantur omnia, quae dominos nouos eſſent habitura. Vid.* Ouid. Faſt. 5, 673. Propert. 4, 3 *extr.* Armaque cum tulero portae votiua Capenae, Subſcribam, Saluo grata puella viro: *intelligit templum Martis extra portam Capenam.*

CAPĒNAS, ātis. m. *Fluuius, qui Feroniam praeterlabitur* Sil. 13, 85.

CAPENVS, a, um. Adi. *Vt*, Luci Capeni Virg. Aen. 7, 697.

CĂPER, pri. m. [τράγος] *Quod* Iſidor. 12, 1 a carpendo dictum *putat animal, (vid. mox* CAPRA*) Mas caprarum proprie caſtratus.* Martial. 3, 24 Dum iugulas hircum, factus es ipſe caper. *Interim ſaepe* Caprum, *pro* Hirco *poni videas. V. g.* Virgil. Ecl. 7, 7 Vir gregis ipſe caper. Ipſe Columel. 7, 6, 2 Caper, cui ſub maxillis binae verruculae collo dependent, optimus habetur, ampliſſimi corporis, cruribus craſſis, plena et breui ceruice, flaccidis et praegrauantibus auribus, exiguo capite, nigro, denſoque et nitido atque longiſſimo pilo, nam et ipſe tondetur *Vſum in caſtrorum, ac miſeris velamina nautis.* Eſt autem menſium ſeptem ſatis habilis ad procreandum, quoniam immodicus libidinis, dum adhuc vberibus alitur, matrem ſtupro ſuperuenit, et ideo celeriter, et ante ſex annos conſeneſcit, quod immatura Veneris cupidine primis pueritiae temporibus exhauſtus eſt. Itaque quinquennis parum idoneus habetur feminis implendis. Capella praecipue probatur, ſimillima hirco, quem deſcripſimus. *Eſt igitur* Caper *generis nomen, quod etiam patrem gregis complectitur, neque excludit caſtratum, qui nec aliter dici poteſt, cum* hircus *ſit integer. Vid. de* Capris Varro R. R. 2, 3. Plin. 8, 50. Albus caper Horat. Carm. 3, 8, 6. Bicornis Ouid. Met. 15, 305. Libidinoſus Horat. Epod. 10, 23. *Hinc* Caper, *in quo* Amor *equitat, in phiala quam deſcribit* Martial. 8, 51. Virg. Georg. 2, 380 Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris Caeditur, *etc. Breuiter* Ouid. Met. 15, 114 Vite caper morſa Bacchi mactandus ad aras. ¶ 2 Caper *etiam dicitur Foetor alarum, qui ex ſudore ibi collecto inde naſcitur, quod illa corporis pars vento ſpirituque agitari, haud queat, vt Ariſtoteles docet.* Catull. 70, 5 Laedit te quaedam mala fabula, qua tibi fertur Valle ſub alarum trux habitare caper. Ouid. A. A. 1, 193 Quam paene admonui ne trux caper iret in alas! *Vid.* ALA n. 2. Capras *dixit* Horat. Epiſt. 1, 5, 29. *De Caprini generis animalibus in numis vid. Spanhem. de Vſu et Praeſt. Num. Diſſ. 4 p. 199 ſqq.* ¶ 3 *Piſcis nomen* Plin. 11, 51 ſ. 112 Is, qui caper vocatur, in Acheloo amne, grunnitum habet. *Graecum nomen κάπρος Latine terminat: potius dicendus fuerat* Aper, *quod* grunnitus *declarat.*

CAPRA, ae. f. [αἴξ] *Femina Capri.* Plin. 8, 50 Caprae pariunt et quaternos, *etc. Sunt enim ibi pluſcula.* Varro de L. L. 4, 19 p. 25, 31 Capra, carpa: a quo ſcriptum, Omnicarpae caprae. Idem de R. R. 2, 3, 7 Studioſe enim de agreſtibus fruticibus paſcuntur, atque in locis cultis virgulta carpunt; itaque a carpendo caprae nominatae. *Nondum finis:* Caprae dictae, quod omne virgultum carpant, ſiue a crepitu crurum, vnde et Crepas eas priſci dixerunt. Feſtus. Varro R. R. 2, 3, 5 Capras ſanas ſanus nemo promittit. Sufficere capris arbuta Virgil. Georg. 3, 300. Capra hedera paſta Scribon. 132. Virg. Aen. 4, 152 Ecce ferae ſaxi deiectae vertice caprae. *i. capreae. Conf.* Cic. de Natur. Deor. 2 c. 50. Varro R. R. 2, 1, 5, *et* 2, 3, 3. ¶ 2 *De foetore alarum* Horat. Epiſt. 1, 5, 29 Sed nimis arcta premunt olidae conuiuia caprae. *Arcte ſedentibus conuiuis ſudor excitatur, et odor inde alarum tanto moleſtior, quo propius caput vnius pectori aliſque alterius admouetur.* ¶ 3 Capra, *Signum caeleſte* Columel. 11, 2, 37, *et* 94. x Calend. Ianuariis Capra occidit mane, tempeſtatem ſignificat. *Add.* Plin. 4, 5. Varro de R. R. 1, 2, 17 Capras aſtrologia in caelum recepit, non longe a tauro. *De ead. re* 2, 3, 7 Quas etiam aſtrologi ita receperunt in caelum, vt extra limbum XII ſignorum excluſerint. *Vid.* Hygin. Poët. Aſtron. 2, 13 *extr.* Caprae ſidera inſana Horat. Carm. 3, 7, 6 *Hoedos videtur ſignificare, quorum ortus et occaſus concitat tempeſtates, de quibus* Virg. Georg. 1, 205 Hoedorumque dies ſeruandi. *Vbi* Seruius, Aurigae ſignum eſt, haud longe a Septentrione, cuius pedem cum cornu Tauri vna ſtella coniungit. Hic in manu ſiniſtra fert Hoedos, in humeris Capram, quae aluiſſe dicitur Iouem. Oriuntur cum Scorpio menſe Octobri. *Conf.* Seruius *in illud* Virgil. Aen. 9, 668 Quantus ab occaſu veniens pluuialibus Hoedis. ¶ 4 *Eſt et* Capra *Meteori igniti nomen; de cuius appellationis ratione ſibi non liquere,* Seneca Quaeſt. Nat. 1, 1 *ait, Quidam hanc tradunt, quod quaſdam quaſi barbulas in morem caprarum pendentes habeat. Aliis placet ſaltare inſtar laſciuientis caprae.* ¶ 5 Capram *fuiſſe conuicium, quod* Caligula *metuerit, oſtendit* Sueton. 50 Statura fuit eminenti, pallido colore, corpore enormi, *gracilitate* maxima ceruicis et crurum, et *oculis et temporibus concauis, fronte lata et torua,* capillo raro, ac circa verticem nullo, *hirſutus* caetera. Quare tranſeunte eo proſpicere ex ſuperiore parte, aut omnino quacunque de cauſa *capram* nominare criminoſum et exitiale habebatur. *Videntur occaſionem huic conuicio dediſſe, quae in Suetoniana deſcriptione alio typorum genere exprimenda curauimus. Caeterum de forma Caligulae eadem fere* Sen. de Conſt. Sap. 18, *vbi* materiem riſus benigniſſimam *dicit.*

CAPRĀGO, ĭnis. f. *Herba,* tithymalli ſpecies Apul. de Herb. cap. 108.

CAPREIDA, ae. f. *Planta.* Cato R. R. 122 Capreidam vel iuniperum contundito in pila. *Popma eſſe ait Caprifolium, ſiue Periclymenon.*

CAPELLA, ae. f. Dimin. [χίμαρος] *quo pro* Capra *vtuntur:* Columel. 7, 6, 4 Capella praecipua probatur ſimillima hirco — ſi etiam eſt vberis maximi, et lactis abundantiſſimi. *Et* ſ. 8 Anniculae, vel bimae capellae (nam vtraque aetas partum edit) ſubmitti hoedum non oportet. Virgil. Ecl. 3, 96 Tityre paſcentes a flumine reice capellas. Foetus capellae Tibull. 1, 1, 31. Ite meae, quondam felix pecus, ite capellae Virgil. Ecl. 1, 75. Amantes ſaxa Ouid. Ep. 16, 55. Diſtentae lacte Virgil. Ecl. 7, 3. Varro R. R. 2, 3, 3 Caprae, quas alimus a capris feris ſunt ortae. Graciles gramen carpſere Ouid. Met. 1, 299. *Diſputatur, quid ſibi velit* Hirſuta Capella Iuuenal. 5, 155

Tu ſcabie frueris mali, quod in aggere rodit
Qui tegitur parma et galea, metuensque flagelli
Diſcit ab hirſuta iaculum torquere capella.

Vet. Schol. A ſene magiſtro, Capella, Campidoctore. *Proprium eſſe quibusdam videtur, vt in* Martiano Capella, *legendumque proinde* hirſuto. *Alii conuicium putant generale in* Campidoctores, *vt* Hircoſam gentem Centurionum *dixit* Perſ. 3, 77. *Dixerit itaque Iuuenalis, tibi apponuntur mala auſtera et immitia, qualia rodunt tirones, dum exercentur. Quidam ſimiam intelligunt* capellae *inſidentem, quae ſic inſtituatur. Fauet* Vetus Schol. *Pithoei, qui annotat,* quale ſimia manducat. *Horum aut* prius, *aut alterutrum certe caeteris interpretationibus, quas congeſſit Henninius, equidem praetulerim.* Hirtae Virgil. Georg. 3, 287. Idem Ecl. 2, 64 Torua leaena lupum ſequitur, lupus ipſe Capellam: Florentem cytiſum ſequitur Laſciua capella. Olenia capella, *vid.* OLENIVS. Virgil. Ecl. 10, 7 Dum tenera attondent ſimae virgulta capellae. Idem Georg. 2, 196 Vrentes culta capellas. Omne enim quod momorderint, vrunt, *vt ait* Seruius. *Et* Ecl. 1, 12 En ipſe capellas Protenus aeger ago. Virgil. Georg. 3, 287 Lanigeros agitare greges, hirtasque capellas. Attondent virgulta tenera Idem Ecl. 10, 7. Carpunt gramen capellae Ouid. Met. 1, 299. Paſcer Virgil. Ecl. 9, 23. Referunt domum vbera diſtenta lacte capellae Idem Ecl. 4, 21. *Et* ibid. 10, 30 Nec cytiſo ſaturantur apes, nec fronde capellae. Veniunt iniuſſae ad mulctra Horat. Epod. 16, 49 ¶ 2 Capella *Sidus* Plin. 18, 26, *et* 31. Quinto Idus Septembris Caeſari *(Germanico Arateorum ſcriptori)* Capella oritur veſperi Ouid. Faſt. 5, 113.

CAPELLIANVS, a, um. *Vt*, Rutae folium capellianae. *i. Caprariae, quam capreae ſectentur.* Martial. 11, 32.

CAPRARIVS, i. m. [αἰπόλος] *Cuſtos, et paſtor exercitorque caprarum.* Varro de R. R. 2, 3, 10 Is enim, quum in ſuburbano haberet agrum iugerum mille, et a caprario quodam, qui adduxit capellas ad vrbem, denarios ſibi in dies ſingulos dare audiſſet, *etc.* Col 3, 10, 17 Caprarium ſubmittentem foetus earum pecudum *etc.* *Adiectiue eſt apud* Solin. 6 Locatus eſt ad caprarios paſtu a matre.

CAPRASIA, ae. f. Inſula, propter Italiam, a capris dicta, *ap.* Varron. de R. R. 2, 3, 3. *Vid.* Rutil. Itin. 1, 439.

CAPREA, [αἴγαγρος, δορκὰς] *dicta, quod quandam caprae ſimilitudinem habeat. Sunt enim* capreae *ſilueſtres caprae, ramoſis cornibus paruis, non deciduis, vnde* Capreoli *dicti.* Plin. 8, 53 ſ. 79 Caprae in plurimas ſimilitudines transfigurantur. Sunt capreae, ſunt rupicaprae, ſunt ibices pernicitatis mirandae, quamquam onerato capite *etc.* Martial. 13, 39 Pendentem ſumma capream de rupe videbis Caſuram ſperes, decipit illa canes. *Quo in loco ſuſpicantur quidam Martialem improprie* Capream *vſurpaſſe, pro* Rupicapra. Paſcuis intenta caprea Horat. Carm. 4, 4, 13. Idem Serm. 2, 4, 43 Vinea ſummittit capreas non ſemper edules. *i. capreae, quae vites depaſcuntur, non ſemper delicatae.* Fugaces Ouid. Met. 1, 442. Imbelles Idem Faſt 372. Illum cogit amor Laſciuae ſimilem ludere capreae Hor. Carm. 3, 15, Caprea montana Scribon. 127. Sequaces Virgil. Georg. 2, 374. Perſecutrices, Seruius. Horat. Od. 1, 33, 7 Sed prius Appulis iungentur capreae lupis, Quam turpi Pholoë peccet adultero. Capr vitis, *vid.* CAPREOLVS n. 3. Capreae, *ſcurrae, vid.* COPRIAS

CAPREŎLVS, i. m. Dimin. [δορκάδιον] *Animal ſilueſtre caprea parua.* Columel. 9, 1, 1 Ferae pecudes, vt capreoli, dam que. Virgil. Ecl. 2, 41 Praeterea duo, nec tuta mihi valle repe Capreoli. ¶ 2 Capreolus, *Genus ferramenti, a ſimilitudine cornuum capreoli animalis dictum.* Columel. 11, 3, 46 Vere dei prius quam coeperit germinare, capreolis, quod genus bicornis fe menti eſt, terra commoueatur. ¶ 3 Capreoli, *Ar tectis ſunt proclinata hinc atque hinc ligna, quae canterios ſuſtinent, illis ſe, vt aſſurgentes capreoli, et ictum parantes opponunt. Gra συγκύπται, tigilla faſtigiata in columellam ſuis capitibus nitentia, e vtrinque firmantia etc.* Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 10 Duae primum trab in ſolo aeque longae, diſtantes inter ſe pedes IIII collocantur: in eis columnellae pedum in altitudinem V defiguntur. has inter ſe preolis molli faſtigio coniungunt. Vitruu. 4, 2 Columen in ſum faſtigio culminis, vnde et columnae ducuntur, et tranſtra, et capre Idem 10, 15 Baſi fulcroue catapultae tres capreolos tribuit. Capreoli *vitium,* Varro de R. R. 1, 31, 4 Ex altera parte caprea di quod parit capreolum. Is eſt coliculus viteus intortus, vt cincin Is enim vites, vt teneat, ſerpit ad locum capiundum. ex quo a capi do capreolus dictus. Feſtus. Capreoli vitium, Cincinni intorti, q ad locum capiundum tendunt, appellati. ¶ 5 Capreo eſt etiam Exterior auriculae ambitus, vt interior Scaphe.

CAPREOLATIM. Adu. *Quod Elmenhorſtius* Implicate *inter tatur.* Apul. Met. 11 p. 268 In modum rotae tortuoſis, capre timque condenſis apicibus: *i. Literis vario et inconſueto ducti ſe implicatis.*

CAPRĀGO, ĭnis, *quid rei ſit, diſputandi occaſionem praebet* crob. Sat. 2, 9, *vbi in coena Pontificiali Metelli memorat* Lumbos, pragines, aprugnos. *Salmaſius emendat* Lumbos caprugineos, aprugr *nec forte eſt quidquam melius. Conf.* CAPRVGNVS.

CAPRALIA, appellatur Ager, qui vulgo Ad caprae paludes folet. Feſtus.

CAPRICORNVS, CAPRIFICVS, *etc. vid. infra ſ. l.*

CAPRIGĔNVS, a, um. Adi. [αἰγογενὴς] *Quod ex capra genere eſt.* Plaut. Epid. 1, 1, 16 Caprigenum hominum non pl mihi, neque pantherinum genus. Pecus Macrob. Sat. 6, 5. *et* ſon. Epigr. 76.

CAPRĪLE, is. n. [αἰγὼν] *Stabulum caprarum.* Plin. 28, Atque in totum difficilius ſe recolligentes a ſerpentium ictu, in ca libus optime conualeſcunt. *Vtuntur et* Columel. 7, 6, 6. *et* Var 3, 8 Hircos in caprilia a grege *iubet exigi.*

CAPRĬPES, ĕdis. *Qui pedes caprinos habet.* Propert. 3, 16 Capripedes calamo Panes hiante canent. Satyri capripedes Lu 4, 584. Hor. Od. 2, 19, 4.

CAPRĪNVS, a, um. Adi. [αἴγειος] *Vt*, Genus caprin quibusdam modo Dis oblatum Varr. de R. R. 1, 2, 19. Capr grex Liu. 22, 10. *et* Varro de R. R. 2, 3, 1. *et* 2, 10, 3. Lac ca num Scribon. 132. Hor. Epiſt. 1, 18, 15 Alter rixator de lana caprina Propugnat. Pecus caprinum Colum. 7, 6. *et* 7, 7, 1. P caprina, *in inſignibus Iunonis ſoſpitae* Cic. de Natur. Deor. 1, 83 Caprina folia Veget. Mulom. 3, 2, 6, *Caprifolium, ſ. Periclymenon detur dicere.* ¶ 2 Caprina, *ſc. caro* Vopiſc. Probo 4.

CAPRISSO, āre. *Caprinam vocem imitari.* Accius *(vt videtur Scalig)* in Fab. Aeſop. 29 Sta procul, hoedus ait, capriſſas gutture falſo.

CAPRVGINEVS, *et* CAPRVGNVS, a, um. *Vt*, Aprugn Lumbos caprugineos Salmaſ. ad Solin. p. 323 a, G. *legi vult apud* crob. Sat. 2, 9 *in coena Metelli, vbi nunc legitur,* Lumbos, Caprag

Aprugnos. *Corradin. de Allio in Lex. crit. interpretatur* Capraginem, *vt* Farraginem, *quaſi recrementum apri.*

CAPERLATA. *Poſſeſſionis cuiuſdam nomen proprium, cuius meminit* Modeſtinus in l. Aurelio. D. de liberat. legat. *vbi Alciatus* cum prolatis *mendoſè legit*, *teſte* A. Auguſt. Emendat. 3, 7.

CAPĔRO, āre. [ῥυσσόω] Caperare frontem, *h. e. Frontem rugis contrahere, et aſperitatem vultus oſtendere: quod a caprae fronte deriuat* Varro de L. L. 6, 6 p. 82, 27 *a* Cornuum caprinorum ſimilitudine, Feſtus. Plaut. Epid. 5, 1, 3 Quid illuc eſt, quod illi caperat frons ſeueritudine? *intranſitiue.*

CAPERATVS, a, um. Apul. Met. 9 p. 224 Inſuauis et odioſi mariti caperatum ſupercilium perhorreſcit. Non. 1, 27 *ex Varrone*, Quin mihi caperatam tuam frontem omittis.

CAPESSO, *vid.* CAPIO.

CAPHĀREVS, ei. m. *triſyll.* [Καφηρεὺς] *Euboeae promontorium verſus Helleſpontem: apud quod plurimum Graecorum claſſis afflicta eſt, propter Palamedis necem.* Nauplius *enim* Palamedis *pater*, dolens filium ſuum factione *Vlyſſis* interemtum, quum videret Graecos tempeſtate laborare, montem Caphareum aſcendit, et elata facula ſignum dedit vicini portus. Qua re decepti Graeci, inter aſperrimos ſcopulos naufragium pertulerunt. *Haec Seruius in illud* Aen. 11, 260 Scit triſte Mineruae Sidus, et Euboicae cautes, vltorque Caphareus. *Vid.* Plin. 4, 12. Sen. Agam. 556 Vbi ſaxa rapidis clauſa verticibus tegit Fallax Caphareus. Ouid. Met. 14, 481 Quos communis hiems, importunusque (*Hoc melius puto, quam quod Heinſius dedit importuniſque*) Caphareus Merſit aquis.

CAPHARĒVS, a, um. Adi. [Καφήρεος] *Vt*, Propert. 3, 6, 39 Saxa triumphales fregere Capharea puppes, Naufraga quum vaſto Graecia tracta ſalo eſt.

CAPHISTERIVM, *vid.* CAPISTERIVM.

CAPIDVLVM, i. n. Genus veſtimenti, quo caput tegebatur Feſtus et Gloſſ.

CAPILLVS, i. m. [θρίξ, φόβη, πλόκαμος] *Quaſi capitis pilus: quamuis et pro Omni pilo ponatur.* Plin. 7, 2 Oſſibus humanorum capitum bibere, cutibusque cum capillo, pro mantilibus ante pectora vti. *Quantum ad pulchritudinem momenti capillis inſit, docet* Apul. Mileſ. 2 p. 118. Capillum, neutro poſuit genere Plaut. Moſt. 1, 3, 97 *teſte* Nonio 3, 53 Vide capillum ſatin' compoſitum ſit commode. Mollior Cuniculi capillo Catull. 25, 1. Gell. 12, 1 In hoedis capillum gigni teneriorem. Hor. Carm. 3, 14, 25 Lenit albeſcens animos capillus. *i. ſenectus accedens mitiores facit et manſuetiores.* Idem Epod. 5, 27 Horret capillis vt marinus Aſperis Echinus, aut Laurens Aper. Cani capilli Ouid. de Arte Am. 2, 117. *et* Met. 1, 266. Caeruleo capillo Agathyrſi Plin. 4, 12. Cic. in Piſon. 25 Erant illi Comti capilli, et madentes cincinnorum fimbriae, *etc.* Idem pro Roſc. Am. 135 Compoſitus ac Delibutus capillus. Coronati, *Corona vincti* Ouid. Epiſt. 21, 161. Croceis aurora capillis placuit Ouid. Am. 2, 4, 43. Demiſſi Idem Epiſt. 10, 137. *i. Non collecti in nodum.* Exigui Martial. 12, 84. Flaui Ouid. Epiſt. 12, 11. Flexi capilli crimen punire Iuuen. Sat. 6, 492. Hirſuti Ouid. Epiſt. 9, 63. Plin. Epiſt. 7, 27 Mox apparebat idolum, ſenex macie et ſqualore confectus, promiſſa barba, horrenti capillo. *Huc refero* Apul. Apol. p. 276, 11 Capillus ipſe, quem iſti aperto mendacio ad lenocinium decoris Promiſſum dixere, vides quam non ſit Amoenus ac Delicatus, Horrore Implexus atque Impeditus, ſtuppeo tomento aſſimilis, et inaequaliter Hirtus, et Globoſus, et Congeſtus, prorſus Inenodabilis diutina incuria, non modo Comendi, ſed ſaltim Expediendi et Diſcriminandi. Horridus Cic. pro Sext. 19 c. 8. Humens, *Madidus* Ouid. Met. 11, 91. Immiſſi per humerum vtrumque Idem Met. 6, 168. Impulſos capillos aura dat retro Id. Met. 1, 529. *al.* Impexos. Inconti Ouid. Met. 9, 788. Incincti philyra Idem Faſt. 5, 336. *Et* Epiſt. 4, 125 Non venit incultis caprarum more capillis. Inenodibilis capillus diutina incuria Apul. Apol. p. 276. Ouid. de Arte Am. 3, 245 Hanc decet inflatos laxe ieciſſe capillos. *ſubaudi*, *A ventis.* Inplexus modice capillus Sueton. Aug. 79. Infuſi humero Sen. Oed. 499. Inornati collo pendent Ouid. Met. 1, 497. Intonſi Hor. Epod. 15, 9. Intonſis capillis caput iuuenile Ouid. Met. 1, 564. Intorti, *vid.* INTORQVEO. Iuuen. Sat. 6, 489 Componit crinem Laceratis ipſa capillis, Nuda humeros Pſecas. Non ſint ſine lege capilli Ouid. A. A. 3, 133. Longi, *vid. paullo poſt*, Ponere capillos. Madidi Idem Met. 5, 53. Hor. de Arte Poët. 33 Et Molles imitabitur aere capillos. *i. adeo eleganter expreſſos, vti mobiles videantur.* Ouid. Met. 2, 413 Vitta coërcuerat neglectos alba capillos. Nigri Hor. Epiſt. 1, 7, 26. Nitentes malobathro Idem Carm. 2, 7, 7. Nitidi capilli decent aliquem Hor. Epiſt. 1, 14, 32. Odorati Idem Carm. 3, 20, 14. Ouid. Medic. Fac. 19. Ter. Phorm. 1, 2, 56 Capillus paſſus, nudus pes, ipſa horrida. Pexi, *vid. mox* Recti. Vitta coërcebat poſitos ſine lege capillos Ouid. Met. 1, 477. Praecincti flore Idem Epiſt. 4, 71. Promiſſus Liu. 44, . . *et* Caeſ. Bell. Gall. 5, 14. Pulli Ouid. Amor. 2, 4, 36. Virgil. Georg. 1, 405 Et pro purpureo poenas dat Scylla capillo. Rari capilli et cedentes Plin. Epiſt. 3, 6 *in ſtatua ſenis.* Tonſi Rectique Capili, Atque hodie tantum propter conuiuia Pexi Iuuen. 11, 149. Recti *opponuntur* criſpis. Rigidi Ouid. Met. 10, 425. Rudibus dare legem capillis Sen. Hippol. 320. *i. Incultos et ſparſos comere et concinnare.* Ouid. Met. 2, 319 At Phaëthon rutilos flamma populante capillos, Voluitur in praeceps. Idem Met. 4, 545 Deplanxere domum ſciſſis cum veſte capillis. *Et* Met. 8, 506 Sectos fratri poſuere capillos, *in luctu.* Similes auro Ouid. Met. 15, 316. *i. e. Flaui.* Similes electro, *i. e. Flaueſcentes* Idem Met. 15, 316. *Et* Met. 3, 169 Sparſos per colla capillos Colligit in nodum. Sparſi rore Ouid. Met. 11, 57. Sufflauus, *vid. h. v.* Tenues Idem Am. 3, 10, 3. Manil. 1, 835. *Conf. Brouckh. ad* Tib. 1, 10, 68. Ouid. Met. 5, 440 Vdis veniens Aurora capillis. *Alii leg.* Rutilis. Virides capillos ſiccant natae Doridos Idem Met. 2, 12. *Nempe viridis aquae color.* Vittati Id. Amor. 1, 7, 17. *i. Vitta recti.* Agitat aura capillos intonſos Hor. Epod. 15, 9. Cingit vitta paſſos capillos Sen. Med. 803. Comere capillos Ouid. Amor. 2, 8, 1 *ad Cypaſſim ancillam Corinnae loquens.* Comantur Idem Met. 1, 498. Conſcindere capillo mulierem Ter. Eun. 4, 3, 4. Coronare Horat. Carm. 2, 7, 7. Disiicere capillos. *i. Turbare* Ouid. Met. 11, 386. Ducere capillis aliquem Tibull. 1, 6, 71. Exiſtimatur in probro iuxta feminis viriſque Plin. 6, 12 ſ. 14. Germinare capillum, *vid.* Germino, *in* GERMEN. Gerere capillos vertice Martial. 12, 7. Inuolare in capillum Ter. Eun. 5, 2, 21. Lacerare Ouid. Met. 14, 420. Laniare Idem Met. 9, 454. Medicare Id. Amor. 1, 14, 1. *i. Inficere ſeu tingere.* Olet Arabo rore capillus Ouid. Epiſt. 15, 76. Ornandis operoſa capillis Idem Amor. 2, 7, 23. *de ancilla Corinnae.* Pectere capillos matutinos. *i. e. Matutino tempore* Id. de Arte Am. 1, 367. Pendent niuea pulli ceruice capilli Ouid. Amor. 2, 4, 41. Petere vnguibus Idem Amor. 2, 7, 7. Martial. 12, 18 Rogatque longos Leuis Ponere villicus capillos. Liu. 6, 16 Satis conſtat, magnam partem plebis veſtem mutaſſe, multos mortales capillum ac barbam promiſiſſe. Reſecare Ouid. Met. 11, 183. Idem Amor. 2, 14, 39 Ipſa perit, ferturque rogo reſoluta capillos, *pro Reſolutis capillis.* Rigent metu Ouid. Faſt. 1, 97. Rumpere Idem Met. 10, 723. Siccare Id. ibid. 2, 12. Horat. Carm. 3, 20, 14 Et leni recreare vento Sparſum odoratis humerum capillis. Turbare Ouid. Amor. 3, 2, 75. Vultis odoratos poſitu Variare capillos Ouid. de Med. Fac. 19. Vincire vitta Sen. Med. 803. *Sed al.* Cingit. Vngere Hor. Carm. 1, 29, 8. Capillorum animalia Plin. 35, 15. Etiam capillus vnus habet vmbram ſuam P. Syrus. Capillus, *pro Barba poni, barbam certe includere videtur* Cic. Off. 2, 25 c. 7 Qui cultros metuens tonſorios; candente carbone ſibi adurebat capillum, *de Dionyſio tyranno.* ¶ 2 Capillus Veneris *herbae nomen, quam* Callitrichon *Graeci vocant. Hoc et plura Synonyma habet* Apul. de Herbis 47.

CAPILLVLVS, i. m. Diminut. Lyricum, *quod vulgo* Corn. Gallo *tributum fuit*: Pande puella, pande capillulos Flauos lucentes, vt aurum nitidum, *etc.*

CAPILLACEVS, a, um. [τριχοειδὴς] Plin. 12, 25 Balſamum tenui et capillacea coma, quod vocant eutheriſton. Folium Id. 13, 25.

CAPILLO, āre. [τριχόω] Plin. 37, 11 *de gemmis*, quae a membris hominum cognominantur; Polythrix, *inquit*, in viridi capillatur, *h. e. Capillos habere videtur.*

CAPILLĀTVS, a, um. Adi. [τριχωτὸς] *Qui crines longiores habet.* Cic. de Lege Agr. 58 c. 22 Non minus bene nummatus, quam bene capillatus. *Metaph.* Radices capillati Plin. 19, 6. *Sic* Capillata folia ſunt pino et cedro Plin. 16, 24. *Compar.* Cic. de Lege Agr. 13 c. 5 Corpore inculto et horrido, capillatior, quam ante, barbaque maiori. Capillati, *abſolute*, *ſunt Pueri nobiles aut delicatiores, quibus coma alitur, v. g.* Martial. 3, 57. *et* 10, 62. Firmic. Aſtr. 3, 3 Praepoſitos religionum, ſomniorum interpretes, Philoſophos capillatos *coniungit*, *credo*, *hoc vnum profeſſos*, *et ipſo illo horrore ſeueritatem profeſſos.* Capillata arbor *Romae*, *de qua* Plin. 16, 44 ſ. 85 Antiquior illa eſt — quae capillata dicitur, quoniam Veſtalium virginum capillus ad eam defertur. Feſtus: Capillatam vel capillarem arborem dicebant, in qua capillum tonſum ſuſpendebant.

CAPILLATIO, ōnis. f. *Capillus prolixior.* Paullinus Nolan. Epiſt. 23, 23 Honori fuit capillatio. ¶ 2 *Morbus veſicae proprius*, *vt*, Scabies, capillatio, debilitas *etc.* Cael. Aurel. Tard. 5, 4 ſ. 60.

CAPILLATVRA, ae. f. *Crinium plexus.* *vt*, Manente capillatura Cael. Aurel. Acut. 2, 9. Praeraſa capillatura Idem 1, 11. *conf.* Tard. 1, 1, 35. *et* 2, 1, 36. Structores capillaturae Tertull. de Cult. Fem. 7.

CAPILLĀGO, ĭnis. f. *Capillus*, *vt*, Pro cerebri vbertate vel affluit capillago, vel deſerit Tertull. de Anima 51.

CAPILLAMENTVM, i. n. [τρίχωμα] *Ipſi capitis capilli.* Plin. 21, 6 Herba croci eſt folio anguſto, paene in capillamenti modum. ¶ 2 Capillamentum, *crinis adſciticius, quo feminae praeſertim vtebantur. v. g.* Adfigitis praeterea neſcio quas enormitates ſubtilium et textilium capillamentorum, nunc in galeri modum, quaſi vaginam capitis et operculum verticis, nunc in ceruicem retro ſuggeſtum Tertull. de cult. fem. 7. *Conf. in* SVPPARO. Sueton. in Calig. 11 Naturam tamen ſaeuam atque probroſam nec tunc quidem inhibere poterat, quin et animaduerſionibus, poenisque ad ſupplicium datorum cupidiſſime intereſſet, et ganeas atque adulteria capillamento celatus et veſte longa noctibus obiret. Galericulum *alias Latini dicunt, Graece* φενάκη, *vel* πιλίδιον *appellatur.* Petron. 110 Euocatumque me non minus, Decoro exornauit capillamento. ¶ 3 *Eſt etiam aliarum rerum*: *vt*, Radicum capillamenta Plin. 16, 2. *Add.* Id. 19, 6. Seminum, *i. ſurculorum, qui inſeruntur germina* Columel. 4, 11, 1. Ex minimo capillamento vitis poteſt fieri ſurculus Colum. 4, 22, 4. Setarum Plin. 11, 37. Capillamentum in cryſtallo, rimae ſimile, *pro eo quod gemmarii* Fellaturam *vocant*, *accepit* Plin. 37, 2 ſ. 10 *teſte Budaeo. Etiam inter* ſmaragdi vitia *refert* capillamentum 37, 5 ſ. 18.

CAPILLITIVM, i. n. *Idem quod Capillamentum* [κόμη] *Sic enim a* Capillo, Capillitium *dicitur*, *vt a* Famulo, Famulitium; *a* Satellite, Satellitium. Capillitium flauum et inaffectatum Apuleius Mileſ. 2 p. 115.

CAPILLĀRIS, e. Adi. [τριχαῖος] *Subſtantiue*, *ſiue intellecto* vnguento Martial. 3, 82 Non erubeſcit murice aureo nobis Diuidere moechae pauperis capillare. Capillaris Arbor, *vid. p. c.* Capillata. Herba capillaris Apul. de Herba cap. 47.

CAPILLOSVS, a, um. *vt*, Sedimen capilloſum Cael. Aurel. 5, 4.

CAPIO, cepi, captum, ĕre. [λαμβάνω, αἱρέω, ἁλίσκω, δέχομαι, χειρόω] *Latiſſimae, ſed notae et ſimplicis ſignificationis eſt, et tum ad manum et ea, quae tangi poſſunt, refertur, tum ad animum: ſumere, prehendere, in poteſtatem ſuam redigere, idque vel vi, vel blanditiis, vel fraude, etc.* Ter. Eun. 3, 5, 47 Cape hoc flabellum. Curt. 6, 3, 10 Aut quae cepimus amittenda ſunt, aut quae non habemus occupanda, *de vi bellica.* Ouid. Triſt. 2, 204 Neue tuus poſſim ciuis ab hoſte capi. Cic. Att. 8, 3 Inuite cepi Capuam, *i. defendendam cum imperio commendari mihi paſſus ſum.* Ouid. de Arte Am. 1, 765 Hic iaculo piſces, illic capiuntur ab hamis, *pro* Capiuntur hamis. Ter. Heaut. 3, 3, 47 Dicam hanc eſſe captam e Caria. Id. Phorm. 1, 3, 15 Tu coniicito caetera, quid ego ex hac inopia nunc capiam, et quid tu ex iſtac copia. *i. quem fructum capiam.* Ex aeſtu, frigore, nouitate cibi, labe corporis capi, *i. tanquam laqueo, impediri, vt* Captus pede, lumine, mente Lucret. 5, 927. Cape ſacra manu Virg. Aen. 2, 717 *addidit* Manu, *ad maiorem expreſſionem.* Ter. Phorm. 5, 3, 7 Nam ex his praediis talenta argenti bina ſtatim capiebat. Cic. in Parad. 6 Capit ille ex ſuis praediis ſexcenta ſeſtertia. *i. accipit.* Capere in manum Plaut. Aul. 1, 1, 9. *Hoc verbum habet reciprocum quendam vſum, vt idem ſit*, Cepi voluptatem, *et* Cepit me voluptas. Cic. . . Magnam cepi ex literis tuis voluptatem. Quinctil. Decl. 13 Nec me tanta capiebat voluptas, quod fluentia ceris mella conderem. Plin. Epiſt. 9, 6, 3 Capio aliquam voluptatem, quod hac voluptate non capiar. *Vid.* n. 4 Satietatem. Cic. Off. 3, 15 Quod inſit in his aliquid probi, quod capiat ignaros, *id eſt delectet.* Hor. A. P. 361 Vt pictura Poëſis erit, quae, ſi propius ſtes, Te capiet magis,

magis, et quaedam ſi longius abſtes. Plin. Epiſt. 8, 23, 5 Quem Legatum Tribunus ita et intellexit et cepit. Terentius Andr. 1, 1, 55 *Habet*, Captus eſt: *ſubintellige Amore, ſiue Pulchritudine feminae.* Cic. pro Cluent. 13 Animum adoleſcentis nondum conſilio ac ratione firmatum pellexit iis omnibus rebus, quibus illa aetas capi ac deliniri poteſt. Cic. Acad. 4, 66 c. 20 Sapientis autem hanc cenſet Arceſilas vim eſſe maximam, Zenoni aſſentiens, cauere ne capiatur, ne fallatur videre. *ICti eſt* videre, ne ſui conſultores capiantur Cic. pro Mur. c. 10 *in qua quidem formula Graeci ſermonis eſſe videtur imitatio, apud quos ἁλῶναι, i. capi ſignificat iudicio vinci, condemnare.* Capi dicuntur virgines Veſtales, Flamines Diales, Pontifices, Augures, quum Sacerdotes creantur. Capi autem virgo propterea dici videtur, quia Pontificis maximi manu prehenſa, ab eo parente, in cuius poteſtate eſt, veluti bello capta, abducitur. *Haec et plura* Gell. 1, 12. Defuncta virgo Veſtalis Laetia, in cuius locum Cornelia ex familia Coſſorum capta eſt Tac. Ann. 15, 22. Capere, *inquit* Vlp. l. 71 D. de verb. ſignif. cum affectu accipitur: Accipere vero, et ſi quis non acceperit vt habeat. Ideoque non videtur quis capere, quod erat reſtituturus, ſicut perueniſſe proprie illud dicitur, quod eſt remanſurum. Iungit tamen vtramque rationem Paull. in l. ſi fidei meae D. de legat. 3 Si fidei meae committatur, vt quod mihi relictum fuerit ſupra quam capere poſſum, alii reſtituam: poſſe me id capere conſtat. ¶ 2 *Ablatiui quibus iungitur hoc verbum.* Capi aliquo, *i. Amore alicuius capi.* Ouid. Epiſt. 4, 64 Me tua forma capit, capta parente ſoror. Cic. de Amicit. 52 Vt animaduertant, ne callida Aſſentatione capiantur. Bello Cic. Fam. 5, 10. Dolis capere aliquem Virg. Aen. 1, 677. *i. Decipere.* Dolis capi, *Decipi* Virg. Aen. 2, 169. Donis ſolent reges Sen. in Med. 889. Virg. Aen. 2, 384 Formidine captos Sternimus. Fraude Sen. Med. 1422. Humanitate ſua quem capere Nep. 7, 9, 3. Inſidiis noctis capiere ſerenae Virg. Georg. 1, 426. *i. Decipieris.* Laqueo verbi capi putas oportere Cic. pro Caecin. 83 c. 29. Ouid. de Arte Am. 3, 133 Munditiis capimur: nec ſint ſine lege capilli, Admotae formam dantque, negantque manus. Muneribus Tibul. 1, 9, 11. Pretio capiuntur auari Tibul. 3, 1, 7. Spe inani Virg. Aen. 11, 49. Specie Quinctil. 2, 5. Dulcedine Vocis capi Ouid. Met. 1, 709. ¶ 3 *Nominatiui rerum, quae* capere, *i. continere vel ſpatio ſuo vel viribus aliquid dicuntur:* Hunc capit Argenti ſplendor Hor. Serm. 1, 4, 28. Propert. 1, 1, 1 Cynthia prima ſuis miſerum me cepit Ocellis Contactum nullis ante cupidinibus. Ter. Heaut. 2, 3, 13 Dii boni, quid turbae? Aedes noſtrae vix capient, ſcio. Cic. Verr. 4, 3 Tot domus locupletiſſimas, Domus iſtius vna capiet? Cic. Philipp. 2, 114 Illi eam gloriam conſequuti ſunt, quae vix Caelo capi poſſe videatur. Amentiam eius capere non poterant Ciuitas, Italia, prouincia et regna Cic. pro Milon. 88. Id. Offic. 1, 54 Sequuntur fratrum coniunctiones poſt conſobrinorum, ſobrinorumque: qui quum vna Domo iam capi non poſſint, in alias domos tanquam in colonias exeunt. *Nempe idem erat*, quos cum vna Domus iam capere non poteſt. Obiicit, anne Fides capit, vt ſubſtantia flante Inſpirata Deo cruciatum ſentiat? Prud. Apoth. 783. Libertatem publicam Quinct. Decl. 382. *i. aeſtimare ex vero, conf. h. l. Burm. p. 780.* Ouid. Met. 6, 610 Ardet, et Iram Non capit ipſa ſuam Progne. Orbis te non caperet Curt. 7, 8, 12. Troia nec te capit Virg. Aen. 9, 644. *Sic* Concupiſcis, quae non capis Curt. 7, 8, 13. Magnitudinem fortunae non cepit Curt. 3, 13, 20. Quidquid Mortalitas capere poterat, impleuimus Id. 9, 3, 7. Ex quo manifeſtum eſt principum diſciplinam capere etiam vulgus Plin. Pan. c. 46. Quinct. 5, 7, 1 Si reprehenſionem non capit ipſa perſona. *i. reprehendi non poteſt.* Nota eſt fabula, quam Marci vita non capit Capitol. in Vero *extr. i. quae non credibilis eſt propter vitam illius reliquam.* Nec capit humanis angoribus excruciari Prud. Apoth. v. 86. *i. in eam non cadit.* Plin. Paneg. 61 Magnus memorandusque qui tantum Praemium (de conſulatu loquitur) cepit. *Vbi* Capere *non eſt ſimpliciter Accipere delatum, ſed quatenus menſuram eius implere poteſt; quatenus capax eſt, ſiue dignus conſulatu, eique adminiſtrando cum laude.* Moram me capit ira Ouid. de Nuce 4. ¶ 4 *Formulae aliae elementari ordine Subſtantiuorum diſpoſitae.* Ouid. Amor. 2, 12, 4 Quam vir, quam cuſtos, quam ianua firma (quot hoſtes!) Seruabunt, ne qua poſſet ab Arte capi, *de Corinna.* Admiratio cepit eum Liu. 28, . . Cic. A. 1 in Verr. 52 c. 17 Quare ſi Glabrionis patris Vim et Acrimoniam ceperis ad reſiſtendum hominibus audaciſſimis, *etc.* Cic. de Clar. Orat. 178 Nimis ille quidem lentus in dicendo, et paene frigidus, ſed et callidus, et in capiendo Aduerſario verſutus. Columel. 4, 41 Donec vineae iuſti ſint roboris, quum aliquot deinde annis quaſi iuuenilem Aetatem ceperint, quot palmites relinqui debeant incertum eſt. Liu. 3, 71 Quem Agrum miles pro virili parte manu cepiſſet. Alimentum capere humoris dicitur radix Columel. 2, 2. Cic. de Fin. 2, . . . Qui autem eſſe poteris, niſi te Amor ipſe ceperit? Cic. de Amicit. 10 Angor iſte, qui pro amico ſaepe capiendus eſt. Cic. Philipp. 3, 29 Aliquando per deos immortales P. C. patrium Animum virtutemque capiamus. Animos alicuius, *vid.* ANIMVS. Lucan. 1, 185 Ingenteſque Animo motus bellumque futurum Ceperat. Annus alter ab vndecimo ceperat me Virg. Ecl. 8, 39. Ter. Heaut. 3, 1, 94 Vicini noſtri hic ambigunt de finibus: me cepere Arbitrum. Cic. Verr. 5, . . . Arma capiunt, totum forum atque inſulam, quae eſt vrbis maior pars, complent. Caeſ. Bell. Gall. 7, 4 Hortatur, vt communis libertatis cauſa Arma capiant. *h. e. Bellum ſuſcipiant. Add.* ib. 5, 26. Arma contra patriam Cic. ad Brut. 3. Augurium *vid.* AVGVRIVM. Cic. in Orat. 170 Nimis enim inſidiarum ad capiendas Aures adhiberi videtur. Hoc capit Aures Phaedr. 2, 1, 6. Sall. . . . Rurſus tamen Bellum cepi. Bonum capere cibo, potione, aurium delectatione, *laudatur non recte* Cic. de Fin. 2, 64. Id. de Diuin. 1, 29 c. 16 Ob eam cauſam Rom. pop. Calamitatem maximam cepiſſe. Ter. Andr. 1, 3, 8 Si ſenſerit, perii. aut ſi libitum fuerit, Cauſam ceperit: quo iure, quaque iniuria praecipitem me in piſtrinum dabit. Ter. Eun. 2, 3, 74 Cibum nonnunquam capiet cum ea. Cibum capere digitis alienis *dicitur, qui manibus eſt impotens* Iuuen. Sat. 10, 229. Ter. Eun. 5, 6, 1 Ex meo propinquo rure hoc capio Commodi. Conditionem Plaut. Stich. 1, 2, 81. Caeſ. Bell. Gall. 1, 28 Eoſque poſtea in parem iuris, libertatiſque Conditionem atque ipſi erant, ceperunt. Cic. de Diuin. 1, 130 Vt enim Ceos accepimus ortum caniculae diligenter quotannis ſolere ſeruare, Coniecturamque capere, vt ſcribit Ponticus Heraclides, ſalubriſne an peſtilens annus futurus ſit. Coniectura capitur ex eo, vt inueniatur Plin. 33, 4. Varro de R. R. 3, 16 Eximendorum fauorum ſignum ſumunt ex ipſis, quum plenas aluos habent, et quum illos germinauerint: ex apibus Coniecturam capiunt, ſi intus faciant bombum. Cic. pro Muraen. 9 c. 4 Atque huiuſce rei Coniecturam de tuo ipſius ſtudio Serui facillime ceperis. Caeſ. Bell. Gall. 7, 35 Cum iam ex diei tempore Coniecturam caperet, in caſtra peruentum. Ter. Heaut. 2, 3, 25 Quantum ex ipſa re Coniecturam capimus. Metuo, ne id Conſilii ceperimus, quod non facile explicare poſſimus Cic. Fam. 14, 12. Id. Off. 1, 9 c. 3 Triplex eſt Conſilii capiundi deliberatio. Nam honeſtumne factu ſit, an turpe, dubitatur, id quod in deliberationem cadit *etc.* *Itaque* conſilium capere *etiam hic ſignificat certum quid ſtatuere agendum vel intermittendum.* Caeſ. Bell. Gall. 4, 5 Infirmitatem Gallorum veritus, quod ſunt in Conſiliis capiundis mobiles. Conſilium de ſententia alicuius Cic. Att. 3, 4. Conſilium pro tempore et pro re Caeſ. Bell. Gall. 5, . . Id. Bell. Ciuil. 2, 20 Si id non feciſſet, ſibi conſilium capturos. *i. ſibi conſulturos, proſpecturos.* Cic. Acad. 4, . . Huiuſmodi igitur viſis Conſilia capiet et agendi, et non agendi. Conſilium belli renouandi Caeſ. Bell. Gall. 3, 2. Plaut. Merc. 2, 3, 12 Nec quid corde nunc Conſilii capere poſſim, ſcio. Cic. Offic. 1, 59 c 18 Haec igitur et talia circumſpicienda ſunt in omn[i] officio, et Conſuetudo exercitatioque capienda, vt boni ratiocinatores officiorum eſſe poſſimus. *Conf.* Ouid. A. A. 2, 346. Cic. in Piſon. 3 Magnificentius eſt dicere, quemadmodum geſſerimus Conſulatum, quam quemadmodum ceperimus. Coronam cum laude Lucret. 6, 94. Suet. Oth. 6 Ac deficientibus lecticariis, cum deſcendiſſet, curſumque cepiſſet, laxato calceo reſtitit, *etc.* Liu. 27, 8 Is vt animum eius Cura ſacrorum et caerimoniarum cepit, ita repente *etc.* Dementia animum Virg. Aen. 5, 465. Dementia incautum Virg. Georg. 4, 488. Deſiderium capere ex aliquo Cic. de Senect. 54. Ter. Hec. 1, 2, 14 Edepol te Deſiderium Athenarum arbitror Philotion cepiſſe ſaepe. Cic. in Catil. 1, 4 c. 2 Ne quid Reſp. Detrimenti caperet. Sall. Cat. c. 29. Liu. 3, 4: *Formula ſollemn[is] SCti.* Detrimentum in re aliqua Columel. 1, 8. Dicta capere alicuius, *Audire verba* Virg. Aen. 6, 377. Paull. in l. interdum. D. d[e] verb. oblig. Interdum pura ſtipulatio ex re ipſa Dilationem capi[t] Diſciplinam ex re aliqua Plin. in Paneg. c. 46. Diuitias per ali[quem] Nep. 25, 7, 2. Documentum Cic. Philipp. 11, 5. Dolore[m] ex aliquo Ter. Andr. 4, 3, 4. Dolorem corde Plaut. Truc. 2, 1, 1[…] Cic. de Clar. Orat. 1 Opinione omnium maiorem animo cepi doloren[…] Dona Virg. Aen. 3, 488. Cic. in Catil. 3, 16 Nunc quoniam, Quirites, ſceleratiſſimi, periculoſiſſimique belli nefarios Duces captos ia[m] et comprehenſos tenetis, *etc.* Ter. Andr. 4, 1, 27 Quid iſtuc ta[m] mirum eſt, ſi de te Exemplum capit? *Vbi* Donatus, De te exemplu[m] capit. vtrum, Si te imitatur: an Si de te exigit poenas? vt ip[…] alibi, Vterque exempla in te edent. Sed melius, Te imitatur, acc[i]pimus. Cic. de Amicit. 34 Atque earum rerum Exemplum ex ſim[i]litudine capiebat ineuntis aetatis. Exemplum in re aliqua Colum[el.] 4, 1. Cic. de Legib. 1, 8 A quibus temporibus ſcribendi capiat[ur] Exordium. Experimentum Plin. 13, 2. Finem capit diſcord[…] Virg. Aen. 10, 106. Fluctus irarum non capere in pectore Lucr[et.] 3, 299. Formam alicuius Plaut. Amph. 1, 1, 110. Ter. Eun. 1, 58 Metuet ſemper, quem ipſa nunc capit Fructum, *etc.* *Ac[…]* Cic. Fam. 10, 5. Id. de Senect. 62 Honeſte acta ſuperior ae[…] Fructus capit auctoritas extremos. Fructum amoris Lucan. 7, […] Cic. de Diuin. 2, 5 Equidem ex his etiam Fructum capio laboris m[…] qui iam prouecti, in noſtris libris acquieſcunt. Idem Att. 1, 3 […] quum aequi fuiſſemus, tamen multo maiorem Fructum ex populi e[x]ſtimatione illo damnato cepimus, quam ex ipſius, ſi abſolutus eſſ[et] gratia cepiſſemus. Caeſ. Bell. Gall. 7, 26 Precibus petierunt, ne et communes liberos hoſtibus ad ſupplicium dederent, quos ad capien[…] dam Fugam natura et virium infirmitas impedirent. Plin. Epiſt. […] 11 Quod gaudium, vt perpetuo capiam, deos oro. Liu. 27, 4 Aut ex ciuibus victis Gaudium meritum certe, et ſi non honeſtum, c[a]piam. Gaudium Mente Liu. 27, 40. Ter. Hec. 4, 1, 22 Qu[…] illum Generum cepimus, *i.* elegimus, Donatus. Ter. Phorm. 5, 51 Nunc Geſtus mihi vultuſque eſt capiendus nouus. Cic. de Am[icit.] 25 Nonne facile ei erit, qui ob eam ſumma fide, conſtantia, iuſtit[ia]que ſeruatam, maximam ceperit Gloriam? Cic. Fam. 2, 5 Qu[…] praeſertim confiderem, nullam eſſe Gratiam, quam vel non cape[…] animus meus in accipiendo, vel in remunerando, cumulandoque ill[…] ſtrare poſſet. Plaut. Bacchid. 3, 3, 34 Nam olim populi prius Hon[o]rem capiebat ſuffragio, quam magiſtri deſinebat, dicto eſſe obedie[…] Ouid. Triſt. 4, 10, 33 Cepimus et tenerae primos aetatis Honor[…] *Conf.* Nep. 25, 7, 2. Imaginem vltimi fati, penitus capere, *i. φαντάζεσθ[αι]: repraeſentare ſibi extrema mortis pericula* Quinct. 6, 2, 33. Suet. Au[g.] 42 Impetum ſe cepiſſe ſcribit, frumentationes publicas in perpetuu[m] abolendi. Expeditionis Germanicae Impetum cepit Idem Calig. 4[…] Cic. Verr. 3, . . Etenim non modo Incommodi nihil ceperu[nt] ſed etiam, *etc.* Columel. 2, 10 Prius quam luna Incrementum c[a]piat. Ter. Andr. 4, 2, 12 Per omnes tibi adiuro deos, nunqua[m] eam me deſerturum: non, ſi capiundos mihi ſciam eſſe Inimic[os] omnes homines. Ter. Phorm. 2, 3, 23 Nam ni ita eum exiſtima[ſ]ſem, nunquam tam graues ob hanc Inimicitias caperem in noſtra[m] familiam. Caeſ. Bell. Gall. 1, 1 Initium capit a flumine Rhodan[o]. *Add.* Quinctil. 10, 1, 46. Initium capere ex arte ſolent, qui prio[…] omiſerunt Quinctil. 2, 11 *pr.* Caeſ. Bell. Gall. 4, 26 Neque longi[us] proſequi potuerunt, quod equites curſum tenere atque Inſulam cape[re] non potuerunt. *De Britannorum fuga loquitur*, capere *igitur eſt a[…] qui.* Intellectum diſciplinarum Quinct. 1, 1, 15. *Sic* Caius in […] excipiuntur. D. ad Senatuſc. Syllan. Qui vero miniſtri, vel particip[es] caedis fuiſſent, et eius aetatis vt rei Intellectum capere poſſent: h[…] non magis in caede domini, quam in nulla alia cauſa parci oporte[t]. Liu. 5, 20 Ne quam inde aut militum Iram ex malignitate praedae partita aut Inuidiam apud patres ex prodiga largitione caperet, literas ad […]natum miſit. Liu. 3, 71 Multis inuicem cladibus feſſi, Iudice[m] Pop. Romanum cepere. Plaut. Merc. 4, 3, 34 De iſtac ſum Iud[…] captus. Cic. pro Roſc. Com. Non fuit cauſa, cur tantum Labore[m] caperes, et ad me venires. Plaut. Trin. 4, 4, 20 Quamquam Lab[o]res multos ob rem eum ego cepiſſe cenſeo. Ter. Andr. 5, 2, […] Tantum Laborem capere ob talem filium? Laborem inanem T[er.] Hec. 3, 2, 9. Laborem animo Plaut. Trin. 1, 2, 35. Cic. Att. 17 Ad ſummam Laetitiam meam, quam ex tuo reditu capio, magn[…] illius aduentu cumulus accedit. Cic. Att. 14, 16 Praeter Laetiti[am] quam oculis cepi ex Iuſto interitu tyranni. Ter. Eun. 5, 4, 3 Qu[am] tam et quam veram Laudem capiet Parmeno. Cic. Off. 1, 27 N[…]ſtri autem magiſtratus imperatoreſque ex hac vna re maximam laud[em] capere ſtudebant. Legatum capere Iuuen. Sat. 9, 88. Libertat[em] publica[m]

publicam Quinct. Decl. 382. *i. noſſe illius commoda : vid. Burm.* p. 780. Locum oculis capere Virg. Georg. 2, 230. *i.* Eligere, Seruius. Caeſ. Bell. Gall. 3, 23 Ii conſuetudine Pop. Rom. Loca capere, caſtra munire, commeatibus noſtros excludere inſiſtunt. Cic. de Orat. 2, 294 Non fugiendi hoſtis, ſed capiendi Loci cauſa ceſſiſſe videar. Locum caſtris Quinct. 12, 3, 5. Liu. 25, . . Ingens quidem et Luctus et pauor ciuitatem cepit. Liu. 36, . . Eadem omnes praefectos regis cepit Luxuria. Tum ſi quis Magiſtrum cepit ad eam rem improbum Ter. Andr. 1, 2, 21. Cic. pro Lege Manil. 62 Quid tam ſingulare, quam vt ex ſenatusconſulto legibus ſolutus Conſul ante fieret, quam vllum alium Magiſtratum per leges capere licuiſſet? Plin. 16, 16 *de Bruſco*, Et ſi magnitudinem Menſarum caperet, haud dubie praeferretur cedro. *i. Si tam magnum eſſet lignum, vt ex eo fieri poſſent menſae. Hinc explicari poteſt* Ouid. Triſt. 3, 4, 30 Cepiſſet genitor ſi Phaëthonta Merops. *i. Si ſatis magnus fuiſſet Merops, vt eo contentus patre eſſet Phaëthon.* Columel. 4, 13 Quum tamen aequinoctiales pluuiae praeceſſerint, et ſarmenta iuſtam Maturitatem ceperint. *h. e. Matura fuerint.* Menſuram aquae Scribon. 73. Liu. 27, 40 Et primo magis auribus, quam animis id acceptum erat, *Gaudium*, vt maius, laetiusque, quam quod Mente capere, aut ſatis credere poſſent. Liu. 43, . . Id aegre et in praeſentia hi paſſi, et in futurum etiam Metum ceperunt. *i. Coeperunt timere in futurum.* Ter. Adel. 5, 4, 22 Miſeriam omnem ego capio, hic potitur gaudia. Cic. pro Quint. 97 Vt aliquando Miſericordiam caperet aliquam. Moderamina Ouid. Met. 3, 644. *gubernaculi, atque nauis adeo.* Plaut. Aul. 3, 5, 14 Neque lex, neque tutor capere eſt qui poſſit Modum. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 23 Neque enim Mors miſeranda eſt, quae ob Remp. capitur. Caeſ. Bell. Gall. 1, 15 Ex calamitate Pop. Rom. et internecione exercitus Nomen caperet, *i. denominaretur.* Noxam Columel. 6, 2, 2. Plin. 7, 24 Ex pracalto tecto lapſus, matris et affinium, propinquorumque cepit obliuionem. Obliuia noſtri te ceperunt Ouid. Triſt. 1, 8, 11. Obliuio cepit animos eorum, vel pectora Liu. 27, . . Ter. Hec. 2, 1, 22 Iampridem equidem audiui cepiſſe Odium tui Philumenam. Plin. 13, 1 Rurſus refrigeratum Odorem ſuum capit. Ouid. ex Pont. 4, 4, 42 Officium populi vix capiente domo. *i. multitudinem officii cauſa confluentem.* Cic. de Diuin. 1, 104 Exiſſe in quoddam ſacellum Ominis capiendi cauſa. Caeſ. Bell. Gall. 8, 8 Collatione reliquarum nondum eandem vetuſtatis et virtutis ceperat Opinionem. Cic. Fam. 5, 10 Sex Oppida vi oppugnando cepi. Quinct. 11, 1, 45 Submittenda et contrahenda Oratio, ne iudex eam vel intelligere vel capere non poſſit : capere *itaque non ad intellectum, ſed ad voluntatem pertinet.* Pallorem Columel. 12, 50. *i. ſitu corrumpi.* Liu. 25, . . Ingens quidem et luctus et Pauor ciuitatem cepit. Cic. Verr. 1, 10 His ego iudiciis non probabo C. Verrem contra leges Pecunias cepiſſe. Cic. de Fin. 2, . . Qui quum Praetor, *etc.* ita aperte cepit Pecunias ob rem iudicandam, vt, *etc.* Cic. Piſon. 44 Tantam Perſonam, tam grauem, tam ſeueram, non capiunt anguſtiae pectoris tui. Pignus Plaut. Amph. prol. 68. Pignori rem aliquam Vlpian. in l. A diuo Pio. D. de re iudic. Poenam de aliquo Liu. 2, 5. *Vid.* POENA. Poenas criminis Lucan. 2, 187. Suet. Vitell. 11 Magis deinde ac magis, omni diuino humanoque iure neglecto, Allienſi die Pontificatum maximum cepit. Portus Caeſ. Bell. Gall. 4, 36. Portum otii Cic. pro Sext. c. 5. Praedam de praedonibus Plaut. Truc. 1, 2, 14. Virg. Aen. 5, 232 Et fors aequatis cepiſſent Praemia roſtris. Praemia ab aliquo Ouid. ex Pont. 3, 9, 43. Plin. 18, 35 Primumque a ſole capiemus Praeſagia. Cic. de Legib. 3, 7 Quia nunc itidem ab eodem, et a caeteris diis immortalibus ſunt nobis agendi capienda Primordia. Ter. Phorm. 1, 2, 22 O Geta Prouinciam cepiſti duram. Pugnas Stat. Silu. 1, 1, 37 *ſignificat Pugnare.* Cic. Att. 9, 12 Et tamen omnis ſpes ſalutis in illis eſt, vt ego excubo animo, nec partem vllam capio Quietis. Plin. 17, 17 Quum pali defixi radices cepiſſent. *Add.* Cat. R. R. 51, 1. *Vid. Scal. ad* Varron. R. R. 1, 23, 3. Ter. Heaut. 5, 2, 6 Nec Rationem capio, niſi quod tibi ex animo bene volo. *i. non intelligo. Sed ibid. 11* Cepi Rationem, vt neque egeres, neque haec poſſes perdere. *i. conſilium inii. Aliter* Plaut. Pſeud. 2, 2, 2 Hi loci ſunt, atque hae regiones, quae mihi ab hero ſunt demonſtratae : vt ego oculis Rationem capio, quam ita mihi dixit heros meus miles, Septimas eſſe aedes a porta. *Male irrepſit, puto in Gronou.* Orationem. Liu. 28, . . Quosdam etiam Religio ceperat, vlterius quidquam eo die conandi. Rimam fiſſuramque non capit cedrus Plin. 19, 40. Idem 17, 17 Donec Robur planta capiat. Satietatem dum capiet pater illius quam amat Plaut. Amph. 1, 2, 10. *Aliter* Ter. Eun. 3, 1, 13 Tum ſicubi eum ſatietas hominum, aut negotii ſi quando odium ceperat. Sedem Liu. 38, . . Sedem belli Vell. 2, 74, 3. Socium conſiliis Virg. Aen. 5, 712. Cic. Tuſc. 4, 43 c. 19 Noctu ambulabat in publico Themiſtocles, quod Somnum capere non poſſet. Cic. Somn. Scip. 13 Hic vero tantus eſt totius mundi incitatiſſima conuerſione Sonitus, vt eum aures hominum capere non poſſint. Cic. Tuſc. 1, 32 Num dubitas, quin Specimen naturae capi deceat ex optima quaque natura? Columel. 3, 9 Ita feraciſſimarum aminearum ſeminibus lectis, largae vindemiae Spem capiamus. *Add.* Quinct. 1, 1, 1. Cic. Tuſc. 2, 22 Nec quisquam e noſtris ſpolia cepit laudibus. *Versus ex Sophocle.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 4 Sedes habere in Gallia ab ipſis conceſſas : obſides ipſorum voluntate datos : Stipendium capere iure belli. Tabernaculum *augurale verbum, vid. h. v.* Taedium belli cepit eum Liu. 8, 2. Taedia laudis te capiunt Virg. Georg. 4, 331. Cic. Fam. 11, 16 Et ille, cui mandaui, ſatis ſcite et commode Tempus ad te cepit adeundi. Terras aut capere, aut captas iam deſpectare videntur Cycni, *pro Eligere* Virg. Aen. 1, 399. Terror cepit eum Liu. 31, . . Virg. Aen. 6, 352 Maria aſpera iuro Non vllum pro me tantum cepiſſe Timorem. Tumulum capere Virg. Aen. 6, 754. *i. Occupare.* Vectigal ex agro aliquo Liu. 28, . . Idem 24, . . . Quum iam res proſperae in Hiſpania eſſent, Verecundia Romanos tandem cepit. Verſoriam, *Mutare conſilium* Plaut. Trin. 4, 3, 19. Vetuſtatem Columel. 4, 1. Vim animo Liu. 22, . . . Plin. 17, 21 Poſtea fiſtula fracta, radix habere capit Vires. Virtutem animo, et corde expellere deſidiam Plaut. Trin. 3, 2, 24. Columel. 3, 18, 2 Nam fragilis eſt ea parte materia, qua torta et recuruata, quum deponeretur ceperat Vitium. Cernis, vt ignauum corrumpant otia corpus, Vt capiant Vitium, ni moueantur, aquae Ouid. ex Pont. 1, 5, 5. Cic. Verr. 5, 37 c. 14 Tametſi mihi iucundiſſimus eſt honos populi, tamen non tantum capio Voluptatis, quantum Solicitudinis et Laboris. Voluptatem malis alienis Cic. Tuſc. 4, 66 c. 31. Voluptatem animo Cic. pro Planc. 1. Voluptatem ex abitu alterius Plaut. Amph. 2, 2, 11. Voluptatem cum aliquo Plaut. Amph. prol. 114. Voluptas mihi capitur, *i. Voluptatem capio* Ouid. ex Pont. 4, 9, 37. Vſu capere, *vid.* Vſucapio, in VTOR. Vſuram corporis alterius vxoris Plaut. Amph. prol. 108. Vtilitates ex amicitia Cic. de Amicit. 25. Ter. Phorm. 5, 6, 51 Nunc geſtus mihi, Vultusque eſt capiundus nouus. ¶ 5 Capſim *praeteritum antiquum pro* Ceperim. Cic. de Legib. 2, 22 Sacrum ſacroue commendatum ſi quis clepſit capſitue, parricida eſto. *pro clepſerit et ceperit. Et* Catull. 42, 19 Nefaria ſcripta Sexti recepſo *pro Recepero dixit.* Plaut. Bacch. 4, 4, 61 Recta porta inuadam extemplo in oppidum antiquom et vetus : Si id capſo *etc. pro Cepero. Et* Pſeud. 4, 3, 6 Si occaſionem capſit, qui fiet malus. *Et* Rud. 2, 1, 15 Niſi quid concharum capſimus, incoenati ſumus profecto. *Ab hoc forte diuerſum non eſt illud* Capſis, *de quo* Cicero Orat. 154 c. 45 Iam in vno capſis tria verba ſunt. *Ea eſſe* Cape, ſi, vis, *ait* Quinct. 1, 5, 66.

CAPTVS, a, um. Partic. [ληφθεὶς] *vt*, Intercluſus et captus Cic. Att. 10, 4. Collegium Augurum ſit captum Plaut. Men. 1, 2, 54. Capti conatus fruſtra Liu. 3, . . Capti conſilii memor Plaut. Stich. 4, 1, 72. Armis et vi Claud. de ſext. Conſ. Hon. 382. Agri de hoſtibus Cic. pro Domo 26. Arx, *Expugnata* Ouid. de Nuce 152. Caſtra capta Flor. 1, 11, 12. Claſſis hoſtium capta Idem 1, 11, 10. Duces Belli captos iam et comprehenſos tenere Cic. Catil. 3, 16 c. 7. Ouid. de Arte Am. 1, 234 Permanet, et capto ſtat grauis ille loco. Feſtus, Locus captus dicebatur, ad ſacrificandum legitime conſtitutus. Mentes Ouid. Met. 4, 62. Captae delubra Mineruae Ouid. Faſt. 3, 837. *vbi de appellationis illius ratione diſputat.* Oppida Propert. 3, 4, 16. Flor. 1, 11. Pectus Ouid. de Rem. Amor. 168. Tempus ad aliquam rem Liu. 33, . . Nepos 11, 2, 5 Non prius Thebani Sparta abſceſſiſſent, quam captam incendio delêſſent. Captus *etiam abſolute pro* Captiuus : *vt*, In captos clementia vti Nepos 7, 5, 6. Cuiuslibet gentis captos non abnuo Vopiſc. in Aurel. c. 20 *al.* captiuos. Dicam hanc eſſe captam e Caria Ter. Heaut. 3, 3, 47. Virg. Aen. 2, 64 Troiana iuuentus Circumfuſa ruit, certatque illudere capto. Quae ſit Fiducia capto Idem Aen. 2, 75. Ter. Andr. 1, 1, 55 Egomet continuo mecum, certe captus eſt : Habet. *Vbi* Donatus ; Captus eſt, Tenetur. Ex translatione ferarum atque venatus. *Sic* Obſtupui, et mihi viſus ſum captus eſſe Cael. Cic. Fam. 8, 2. ¶ 2 *Subſtantiua nomina earum rerum, quibus quis captus, i. a quibus velut victus et ſuperatus dicitur.* Amore Cic. pro Cluent. 12. Virg. Ecl. 6, 59 haec quoque ſi quis Captus amore leget. Seruius, Si quis legere iſta fuerit dignatus. *Aut, Si quis amabit legere mea carmina.* Auro Horat. Carm. 2, 18, 36. Carmine, *Delectatus* Virg. Georg. 4, 399. Cupidine turpi Virg. Aen. 4, 194. Diuitiis, *Diuitiarum amore victus* Tibul. 1, 9, 19. Dulcedine pecuniae Cic. Fam. 11, 28. Dulcedine vocis Ouid. Met. 1, 709. Errore Cic. Phil. 12, 6. Forma viri Ouid. Met. 10, 529. Non dicto, ſed aduerſariorum Fortuna ſecunda capti Nepos 1, 2, 5. Fraude ſua Sen. Agam. 632. Furore, *i. furens* Liu. 24, . . Fulgore aulae Sen. in Octau. 35. *i. Regni.* Adoleſcentis captus et Humanitate et Doctrina Nepos 25, 4, 1. Inſidiis puella Ouid. Epiſt. 20, 66. Cithariſtriae Lepore captus Ter. Adelph. Arg. 3. Miſericordia captus Nep. 2, 8, 7. Somniis Horat. Carm. 4, 1, 37. Splendore nominis Cic. de Fin. 1, 42. Superſtitione quadam animi Liu. 26, . . Verbis capta puella Ouid. Epiſt. 12, 92. Voluptate capti imperiti, facile iis, quibus delectantur, conſentiunt Quinctil. 5, 11. ¶ 3 Captus *interdum priuationem, aut certe vitium eius rei notat, qua quis captus eſſe dicitur. Formula vetus*, Vti ne propter tuam fidem Captus fraudatusue ſiem? Cic. Offic. 3, 70 c. 17. Animo captus, *Inſanus* Sen. Herc. fur. 107. Cic. Tuſc. 5, 117 c. 40 Congerantur in vnum omnia, vt idem oculis et auribus captus ſit. *h. e. Viſu et auditu priuatus.* Corde captus amans Plaut. Trin. 3, 2, 51. *Sed legitur recte*, Vt corde amantes ſunt cati, *quod ex* capti *contractum metri cauſa putabat Alciatus : ſed nihil opus eſt.* Luminibus captus, *i. Caecus* Liu. 9, 29. Cic. pro Rabir. 21 Confectus ſenectute, praepeditus morbo, mancus, et membris omnibus captus ac debilis. Cic. Offic. 1, 94 c. 27 Falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quam delirare et mente captum eſſe. *Sed etiam* Oculis captus *a* Cicerone *dicitur* Verr. 4, 101 *de eo, qui viſam rem concupiſcit ;* Tametſi ne oculis quidem captus in hanc fraudem tam ſceleratam ac tam nefariam decidiſti. Nam id concupiſti, quod nunquam videras, *etc.* auribus tu tantam cupiditatem concepiſti, vt eam non metus, *etc. Sed* Talpae capti oculis? Virg. Georg. 1, 183. *h. e.* Oculis debiles. Quum enim talpae caeci naſcantur, quomodo capti oculis? illi enim capti dicuntur, qui aliquando viderunt. Seruius.

CAPTŪRVS, a, um. Partic. [ληψόμενος] Cic. de Amicit. 79 c. 21 Amicos, tanquam pecudes, eos potiſſimum diligunt, ex quibus ſperant, ſe maximum fructum eſſe capturos. Auſpicium capturus Suet. Veſp. 11.

CAPTVS, ûs. m. [κατάληψις] *Capiendi facultas vel actus. De actu* Val. Max. 3, 3 *extr.* Virtus in captu bonorum ſuorum tibi ipſi pondus examinandum relinquit, vt quantum ſubire animo ſuſtinueris, tantum tecum auferas. *De facultate* Ter. Adel. 3, 4, 34 Praeterea vt captus eſt ſeruulorum non malus. *Vbi* Donatus, An quantum capit animus ſeruilis, tantum non malus, neque iners Geta? An, vt captus eſt ſeruulorum, quemadmodum ſaepe aucupium in ſeruis habendis bonum euenit? vt in captu auium, vel piſcium, vel ferarum plurimum fortuna dominatur. Et hoc ideo, quia ſeruum euenire bonum non ratio eſt, aut natura, ſed caſus eſt : vtpote in re rariſſima. Vt ſit, vt captus eſt ſeruulorum, id eſt euentus eſt in ſeruis. Vt captus, etc. i. e. Vt ſe habet conditio ſeruorum. Afranius in Simulante, Is, vt ſeruorum captus eſt, facillime domo atque noſtra familia prouenditur. Ergo Captus, Sortem intelligo. *Hactenus* Donatus, *cuius prima cogitata videntur meliora. Sic certe* Cic. Tuſc. 2, 65 c. 27 Graeci autem homines non ſatis animoſi, ſed prudentes, vt eſt captus hominum, ſatis hoſtem aſpicere non poſſunt. *Sic* Ego certe pro meo captu dixerim Apul. Apol. p. 277. Pro captu ſolertiae Gell. 1, 9. ¶ 2 *Pro pugillo* Plin. 24, 10 ſ. 47 Flos cuiuscunque generis trium digitorum captu, dyſentericos et aluum citam emendat, in vino auſtero, bis die potus. Trium digitorum captum *vocat, quantum tribus digitis capi poteſt. Mox de eadem re* Ternis digitis flore capto. ¶ 3 Captus, *pro Captura, ſeu Captione* Pompon. in l. Nec emtio. D. de contrah. empt. Quum captus piſcium vel auium emeretur.

CAPTŪRA, ae. f. [ἄγρα] *Idem quod* Captio. Plin. 19, 1 Ad piſcium et alitum capturam. *Sic*, Capturae intereſſe Plin. 9, 16 ſ. 23 *facere*

*facere aliquid ad vberiorem captum ſ. vt plures capiantur.* Apros ſubminiſtrabant, quos ille tanquam ex captura Liuio offerret Frontin. Strat. 3, 3, 6. Captura, *pro Re capta.* Plin. 10, 40 Platea capita *auium,* quae ſe in mari mergunt, morſu corripiens, donec capturam extorqueat. *Sic* Plin. 11, 24 Quum vero captura incidit, quam vigilans et paratus ad curſum! *De araneo venante.* ¶ 2 Capturae *etiam dicebantur Sordidarum et obſcenarum in fornicibus proſtantium, aut alias humilium et miſerorum mercedes.* Sen. Controu. 1, 2 Manus capturas tulit: *modo dixerat,* Pretia ſtupri accepiſti. *Et* Suet. Calig. 40 *de vectigalibus ab eo foediſſime inſtitutis et exercitis,* Ex gerulorum, inquit, diurnis quaeſtibus, pars octaua, ei capturis proſtitutarum quantum quaeque vno concubitu mereret, exigebatur. *Mendici ſtipem, notat* Sen. Controu. 5, 33 *loquens introducitur, qui pueros expoſitos debilitabat et mendicare ſibi cogebat,* Tibi captura quotidiana non reſpondet: apparet te nondum ſatis miſerum videri hominibus. Val. Max. 3, 4, 4 Miro quoque gradu Varro ad conſulatum ex macellaria patris taberna conſcendit. Et quidem fortuna parum duxit ſordidiſſimae mercis capturis alito XII faſces largiri, niſi etiam L. Aemilium Paullum dediſſet collegam. *Sic* 6, 9, 8 At P. Rupilius non publicanum in Sicilia egit, ſed operas publicanis dedit — Quem diurnas capturas exigentem animaduerterant, eundem iura dantem, claſſesque et exercitus regentem viderunt. Id. 9, 4, 1 Cum — falſum teſtamentum quidam ſubieciſſet, eiusdemque confirmandi gratia — M. Craſſum et Q. Hortenſium — tabulis heredes inſeruiſſet — Lumina curiae — quod ſcelus vindicare debebant, inhoneſti lucri captura inuitati, auctoritatibus ſuis texerunt. Gloſſ. Iſid. Captura deceptio, vel locus piſcoſus, et vbi ſedet actuarius, qui balneare exigit.

CAPIO, ōnis. *Vid.* Vſucapio in VTOR. *Nimirum* Capio, *pro* Captio *dicitur in duobus vocabulis* Vſucapio *et* Pignoriscapio Gell. 7, 10 De mortis cauſa donat. et capionibus Titulus ff. Dominii capio l. 18 §. 1 ff. de Damn. infect.

CAPTIO, ōnis. f. [λῆψις, λῆμμα] *Actus capiendi, in primis quatenus* capere *eſt decipere, aſtu ſuperare. Eſt itaque* Captio, [ὑπαγωγὴ, ἀπάτη, σόφισμα] *Deceptio.* Plaut. Epid. 2, 2, 12 Verum ſi plus dederis, referam: nulla in ea re captio eſt. Dialecticae captiones Cic. de Fin. 2, 17. Id. Acad. 4, 45 c. 14 Maiore quadam opus eſt vel arte vel diligentia, ne ab iis, quae clara ſunt ipſa per ſe, quaſi praeſtigiis quibusdam et captionibus depellamur. Cic. de Clar. Orat. 197 Quanta eſſet in verbis captio, cum in caeteris rebus, tum in teſtamentis, ſi negligerentur voluntates? Diſcutere captiones Cic. Acad. 4, 46 c. 15. Explicare Cic. de Diuin. 2, 41. Habet captiones haec ſententia Cic. in Partit. 133. Id. de Diuin. 2, 41 c. 17 Cur igitur vos induitis in eas captiones, quas nunquam explicetis? *Sic optimi quique: al.* inducitis. Occurrunt captiones omnes Seruio in omni ſententia Cic. Att. 10, 15 *vt ICto in mentem veniunt calumniae omnes, et quidquid timeri cauerique oportet. Ideo ſubiicit,* Vnum C. Marcello cognoui timidiorem. *Ad Sophismata proprie dicta pertinet* Cic. de Fato 30 Omnes igitur huiusmodi captiones eodem modo refelluntur. ¶ 2 Captio; *pro Incommodo ſiue Damno.* Caius in l. ſed ſi quis. D. quemadm. teſtam. aper. Saepe cum magna captione a rebus noſtris auocamur. *Add.* Vlp. 4 D. t. 1 l. 1. *Et* Plaut. Moſt. 3, 3, 19 Ne quid captioni mihi ſit. Cic. Att. 5, 4 Etſi paene praeterii, chartam ſibi deeſſe: mea captio eſt, ſiquidem eius inopia minus multa ad me ſcribis. *Al.* Cautio.

CAPTIVNCŬLA, ae. f. Dimin. [ἀπάτιον] Cic. Att. 15, 7 Seruius vero pacificator cum liberiolo ſuo videntur obiiſſe legationem, et omnes captiunculas pertimeſcere. *Al.* Librariolo. Quid in illa captiuncula facient, in qua haerere eos neceſſum eſt Gell. 16, 2.

CAPTENSŬLA, ae. f. *Idem. Vt,* Illigantes captenſulae, *i. Sophismata* Mart. Capell. l. 4 p. 135. *Sic dedit Grotius de ſententia Io. Meurſii, cui videbatur* Captenſula *conformari debere* Scaptenſulae *apud* Feſtum. *Sed al.* Captentula. Gloſſ. Iſid. Captentula captio, *et* Muſcipula Captentula.

CAPTIŌSVS, a, um. Adi. [ἀπατηλὸς, σοφιστικὸς] *Captionibus ſiue deceptionibus plenus.* Cic. pro Roſc. Com. 52 c. 17 Quo nihil captioſius, neque indignius dici poteſt. O ſocietatem captioſam et indignam, vbi alter HS — IↃↃↃ, alter CCCIↃↃↃ quod ſit, in ſocietatem affert! Cic. pro Roſc. Com. 29. Genus captioſiſſimum interrogationis Cic. Acad. 4, 49. Interrogatio fallax et captioſa Idem ibid. 4, 46 c. 15. Probabilitas captioſa te fallit Cic. de Fin. 3, 72. Soluere captioſa Idem ibid. 1, 21 c. 7. Non eſt captioſis interrogationibus reſpondendum Gell. 16, 2. ¶ 2 *Hinc* captioſum *eſt, a quo damnum metuitur.* Cic. de Clar. Orat. 195 c. 52 Captioſum eſſe populo, quod ſcriptum eſſet, negligi, et opinione quaeri voluntates. *Et* Eſt captioſum omnibus, rem vllam conſtitui eiusmodi Cic. pro Caec. c. 14. Vlpian. in l. ſi cum. D. Quod metus cauſa. §. 5 Ne metus quem paſſus ſum, mihi captioſus ſit.

CAPTIOSE. Adu. [ἀπατηλῶς] Cic. Acad. 4, 94 c. 29 Sic me, inquit, ante ſuſtineo, nec diutius captioſe interroganti reſpondeo.

CAPTĪVVS, a, um. Adi. [αἰχμάλωτος, δορύληπτος] *Captus, qui ſui iuris non eſt, ſed in poteſtatem alterius redactus. Saepe ſubſtantiue ponitur, vt* Cic. Tuſc. 3, 54 Nec ſi aliquot annis poſt idem ille liber captiuis miſſus eſſet, vulneribus mederetur, ſed cicatricibus. Virg. Aen. 9, 273 Captiuosque dabit, ſuaque omnibus arma. Seruis regna dabunt, captiuis fata triumphos Iuuenal. 7, 201. Captiui et dediticii Cic. ad Brut. 3. Id. Philipp. 8, 11 Diutius ſeruitutem perpeſſi, quam captiui frugi et diligentes ſolent. Triſtis Iuuen. Sat. 10, 136. ¶ 2 *Vere tamen adiectiuum eſſe iſta docebunt.* Captiua Armenta Claud. in Eutrop. 1, 147. Aurum captiuum Curt. 8, 7, 11. Brachia captiua dare vinculis Sen. Herc. Oet. 109. Iſter captiuus Martial. 7, 79. *i. Iſtri fluuii accolae in poteſtatem redacti.* Ouid. Amor. 1, 2, 30 Et noua captiua vincula mente feram. Miles Claud. in Eutrop. 2, 582. Liu. 23, 39 Ad Philippum nauis captiua, vna ex iis, quae Romam miſſae erant, ex curſu refugit. Pecuniae captiuae ingens modus Curt. 5, 6, 8. Piſces Ouid. Met. 13, 932. Plin. 33, 1 Alios coriis boum, alios ferro captiuisque rebus mutaſſe tradit *Homerus aurum.* Virg. Aen. 10, 520 Captiuoque rogi perfundat ſanguine flammas. Ciuitatem captiuam *a Cicerone dictam referunt, quae nefariorum et ſceleratorum coniurationibus ſubiecta ſit.* Martial. 11, 97 *Germanum cuſtodem alloquitur, qui Romanum puerum potu aquae Marciae prohibebat.* Barbare, non debet, ſummoto ciue, miniſtri Captiuam victrix vnda leuare ſitim, *pro* Captiui. *Sic* Veſtis captiua Virg. Aen. 2, 765: *pro* Captiuorum, Captiua ponitur: et eſt nota loquutio, Seruius. Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 264 Infelix Stygio ducor captiua Tyranno. Donare captiuos libertate Curt. 5, 3, 15. Ducere aliquem in triumpho Cic. Fam. 5, 11. Necare Id. de Nat. Deor. 3, 82. Reddere captiuos Cic. Offic. 1, 38. Redimere ab hoſtibus Auctor ad Heren. 3, 2.

CAPTIVĬTAS, ātis. f. [αἰχμαλωσία] *Conditio hominis captiui.* Tacit. Ann. 4, 25 Quocunque oculos Romanus intenderet, captiuitatem cladenique, et dira omnia obuerſari. Finem diuturnae captiuitatis afferre Cic. pro C. Cornel. *ap.* Aſcon. Deſcribere captiuitatem Sen. Epiſt. 85. Eximi captiuitatis contumeliis Tacit. Ann. 12, 51, 2. Vrbium captiuitates Tacit. Hiſt. 3, 70, 4.

CAPTIVO, āre. *Captiuum ducere* Gloſſ. αἰχμαλωτίζομαι Captiuor. Captiuandi cupiditas Auguſt. Ciu. Dei 11. *Et* Vulg. Interpr. Rom. 7, 23. *Hinc*

CAPTIVĀTOR, ōris. m. Gloſſ. Gr. Lat. αἰχμαλωτιστὴς Captiuator. *Et* Auguſt. Epiſt. 199 Captiuatores tuos et depraedatores.

CAPTRIX, īcis. f. *vt,* Clyſteres, virium captrices, *Vox Aſclepiadis apud* Cael. Aurel. Acut. 2, 39. *Minui et carpi ab illis vires voluit indicare.*

CAPTATELA, ae. f. *Acceptio, receptio, vt,* Pallii captatel[a] Tertulliano *reſtituit Salmaſius* de Pallio p. 367. *Eſt vt corruptela, peccatela.*

CAPTO, āre. Frequent. [μάρπτω, θηρεύω, θεραπεύω, θηράομαι] *Studioſe capere, et capere conari. Proprie* Ouid. Met. 8, 198

Modo quas vaga mouerat aura,
Captabat plumas, flauam modo pollice ceram
Mollibat.

*Cupide exſpectare e[ſt]* Cic. Fam. 10, 23 Lepidus deſperato aduentu meo, quem non mediocriter captabat, ſe cum Antonio coniunxit ad IIII Cal. Iun. *Obſeruare ſignificat* Virg. Aen. 3, 514 Explorat ventos, atque auribus aëra captat. Naturale enim eſt, vt a qua parte flaturus eſt ventus, ad eam auris admota frigidior fiat, Seruius. *Similiter fere* Suet. Tiber. 1[4] Praegnans enim Liuia, cum an marem editura eſſet, variis captare ominibus, *etc.* Phaedr. 4, 7, 6 Quid me, ſtulta, Dente captas lae[de]dere, *i. conaris. Reliqua elementari ordine damus.* Cic. de Inuent. 1, 5[1] Inductio, oratio eſt, quae rebus non dubiis captat Aſſenſionem eius qui *etc. i. procurare ſtudet.* Auctoritatem Quinct. 12, 3, 12. Aura[m] libertatis Liu. 3, . . Virg. Georg. 1, 379 Bucula caelum Suſp[i]ciens patulis captauit naribus Auras. *Etiam* Auras captare *dicuntu[r] venatici canes, quum odorando veſtigia ſequuntur ferarum.* Sen. Hippo[l.] 40 Nunc dimiſſi nare ſagaci captent Auras. Baſia Martial. 1, [4] Beneuolentiam Cic. ad Heren. 1, 8. Breuitatem Quinct. 10, 1, 3[2] Coenam Martial. 7, 19. Coenas diuitum Petron. c. 3. Commo[dum] Calliſtr. in l. item. D. ex quib. cauſ. maior. Sueton. Nero[n.] 48 Ex ſenio mortem, ex morte Compendium captantes. Conſiliu[m] Ter. Andr. 2, 4, 1. Tacit. Ann. 4, 57 Quo facinore Dominatione[m] captauerit, expediam, *i. affectauerit.* Elegantiam Quinct. 11, 3 *ext.* Fauorem ex praeſtantia animi Quinctil. 6, 1, 25. Feras laque[o] Virg. Georg. 1, 139. Frigus inter flumina et fontes Virg. Ecl. 1, 5[3] Gloria captatur Ouid. Triſt. 1, 75. Gratiam Plin. in Paneg. . Hereditatem Vlp. in l. 1 in princ. D. ſi quis aliq. teſtar. prohib. Im[]punitatem ſibi Vlp. in l. 1 §. cum quis latrones. D. de quaeſtioni[bus] Leporem propoſitionum ac partitionum Quinct. 11, 1, 53. Miſer[i]cordiam Cic. Philipp. 2, 86. Mores nouos Plaut. Trin. 1, 2, 3[] Muſcas, *pro Venari, inſidiari.* Suet. in Domit. 3 Quotidie ſecretu[m] ſibi horarium ſumere ſolebat: nec quidquam amplius quam Muſc[as] captare, ac ſtilo praeacuto configere. Cic. Fam. 11, 4 Progreſſus ſu[m] in Alpinos cum exercitu, non tam Nomen imperatorium captans, qua[m] cupiens militibus ſatisfacere. Hor. in Arte Poët. 230 Aut dum vita[t] humum, Nubes et inania captet. *i. inanem ſublimitatem, meteora orat[io]nis* Horat. Serm. 2, 7, 206 Quae paruo ſumi nequeunt, Obſonia captas Cic. de Aruſp. Reſp. 55 c. 25 Diſſident principes, captatur Occaſio qui non tantum opibus valent, neſcio, quam fortunam tamen ac tem[]pus exſpectant. Celſ. 3, 18 *de phreneticis,* Atque ex his ipſis al[ii] nihil niſi impetu peccant, alii etiam artes adhibent, ſummamque ſp[e]ciem ſanitatis in captandis maiorum (malorum *Linden*) operum Occa[]ſionibus praebent, ſed exitu deprehenduntur. Vinum doloſus e[ſt] luctator, Pedes captat primum Plaut. Pſeud. 5, 1, 6. Piſces aru[n]dine Ouid. Met. 8, 217. Cic. in Piſon. 60 c. 25 Inania ſunt iſta mihi crede, delectamenta paene puerorum: captare plauſus, vehi p[er] vrbem, conſpici velle. Ouid. de Arte Am. 1, 351 Nec teneras t[ibi] tum eſt ſemper captare Puellas. Cic. Tuſc. 2, 17 Epicurus vero dicit, vt mihi quidem Riſus captare videatur. Riſum captare *etiam* Quinctil. 6, 3, 26. *et* 8, 3, 48. Ter. Phorm. 5, 6, 29 Aure admoui: ita animum coepi attendere, hoc modo Sermonem captar[e] Cic. Tuſc. 3, 65 Ex hoc euenit, vt in animi doloribus, alii Solitu[di]nes captent, vt ait Homerus de Bellerophonte, *etc.* Columel. 10, 4 Productumque in paſcua medio campo procumbat, et quoda[m] veterno preſſum, Somnos aeſtiuo ſole captet. *Signa pecoris aegrota[n]tis.* Liu. 38, 7 Silentio facto pluribus locis aure admota Sonitu[m] fodientium captabant. Suffragia captare populi Horat. Epiſt. 2, 113. Liu. 5, 6 Adeone effeminata corpora militum noſtrorum e[ſſe] putamus, *etc.* vt tanquam nauale bellum tempeſtatibus captandis, obſeruando tempore anni gerant? Idem 26, . . Vt inde tempo[re] captato abirent. Sueton. in Veſp. 21 Nec vllo tempore facilio[r] aut indulgentior traditur, eaque momenta domeſtici ad aliquid pete[n]dum magnopere captabant. Teſtamenta captare Horat. Serm. 2, 23 *dicitur, qui fictis obſequiis ſenes orbos ambit, vt in ſupremis teſta[]menti tabulis, aut haeres, aut inter legatarios ſcribatur.* Trigone[m] captare dextra laeuaque Martial. 12, 84. Vmbras arborum, font[i]culorum amoenitatem, vel aurae refrigerationem Colum. 1, 11. Vm[]bras et frigora Virgil. Ecl. 2, 8. Voces auribus *laudatur* Curt. 1 . . Voluntates hominum Cic. de Orat. 2, 31 *legitur et* Exciper[e] Cic. de Fin. 1, 24 Vt non modo nullam captet, ſed etiam praeter[eat] omnes Voluptates. Voluptatem captare ex aliqua re Plin. Epi[ſt.] 8, 8. ¶ 2 Captare aliquem, *eſt tentare, et conari, vt a[li]quem vel decipiamus, vel illectamentis pertrahamus ad nos: Inſidia[ri]* Ter. Hec. 1, 1, 16 Iniurium eſt autem vlciſci aduerſarios? aut q[ua] via captent te illi, eadem ipſos capi? Martial. 9, 90 Dum me capt[a]res, mittebas munera nobis: Poſtquam cepiſti, das mihi Ruſe nih[il.] Docte atque aſtute aliquem Plaut. Moſtel. 5, 1, 21. Quid me capt[as] carnifex Plaut. Amph. 1, 1, 266. *Conf.* ibid. 2, 2, 163. Si me i[m]pudicitiae captas, non potes capere Ibid. v. 189. Captas, *i. inſimula[s]* capi *enim dicuntur, qui cauſa cadunt.* Cic. de Inuent. 2, 157 Na[m] eſt quiddam, quod ſua vi nos alliciat ad ſeſe, non emolumento c[a]ptans aliquo, ſed trahens ſua dignitate: quod genus, virtus, ſcienti[a,] veritas eſt. Captare, *abſolute, pro Diuitiis inhiare, ſeduloque c[u]rar[e]*

*rare, vt eas ad nos vndecunque pertrahamus.* Martial. 12, 10 Africanus habet millies, tamen captat. Fortuna multis dat nimis, ſatis nulli. Captare, *etiam Iuriſconſultis eſt Venari, et aucupari lucrum.* Vlpian. l. 1 D. ſi quis aliq. teſtar. prohib. Iuſtin. §. manet. Inſtit. de ſocietat. *Vid.* Ant. Auguſt. Emendat. 3, 15. *Sic* Iuuen. Sat. 16, 54

Ergo Coranum
Signorum comitem caſtrorumque aera merentem
Quamuis iam tremulus captat pater : *peculio eius caſtrenſi ſibi legando inhiat.*

CAPTANS. Partic. [μάρπτων] *Vt*, Collum captantia brachia Ouid. Met. 3, 428. Columel. 8, 11, 1 Agricolae captantis vndique voluptates acquirere. *i. ſtudentis.* Ouid. Met. 10, 58 Prendique et prendere captans. Phaedr. 5, 3, 2 Quam *(muſcam)* opprimere captans, alapam ſibi duxit grauem.

CAPTATVS, a, um. *Vt*, Ouid. ex Pont. 3, 1, 129 Eligito tempus, captatum ſaepe, rogandi. Sueton. Oth. 10 Ab amplexu et oſculo ſuo dimiſit omnes, ſecretoque captato, binos codicillos exarauit ad ſororem conſolatorios.

CAPTATIO, ōnis. f. [θήρα] *Captandi actio.* Plin. 20, 14 Vindicem adſertorem illum a Nerone libertatis, captatione teſtamenti ſic lenocinatum. Verborum captatio Cic. in Partit. 81 c. 23. *i. cauillatio.* Geminata captatio Quinctil. 5, 13, 54. *i.* manus, *vt ibi vocat, ictus, quo hoſtem captauimus.* Idem 8, 3, 57 Captatio puerilis vocum ſimilium et ambiguarum. *Et* 8, 6, 51 Gratiam rei nimia captatione conſumſimus. *i. affectatione.*

CAPTĀTOR, ōris. m. [θηρατής] *Qui venatur, et ambit aliquid quouis modo.* *Vt*, Liu. 3, 33 Adeoque nouum ſibi ingenium induerat, vt plebicola repente, omnisque aurae popularis captator, *etc.* Captator, vt vitulum lupus Rapturus alludit prius Prud. in Vincent. 19. Captator, *pro Heredipeta et ineſcatore ſenum orborum, quibus blanditur, vt ſibi haereditas, aut legatum relinquatur.* Iuuen. Sat. 10, 202 Vsque adeo grauis vxori, natisque, ſibique, Vt captatori moueat faſtidia Coſſo. *Et* Horat. Serm. 2, 5, 57

— Plerumque recoctus
Scriba ex quinqueuiro coruum deludet hiantem,
Captatorque dabit riſus Naſica Corano.

*Conf.* Martial. 4, 63. *Extrema reliquiarum* Petron. 141 *ad deſcribendos captatorum dolos ac miſerias pertinent.* *Conf.* 124, 125.

CAPTATRIX, īcis. f. *Vt*, Adulandi ſcientia, captatrix veriſimilium Apul. Doctr. Plat. p. 16.

CAPTATORIVS, a, um. [θηρατικὸς] *Ad captandum comparatus.* *Sic* Captatoria inſtitutio dicitur, *quae mutuae inſtitutionis captandae, et quaſi aucupandae facta eſt, cuiusmodi eſt in l. 20 in fine.* D. de condition. inſtit. Titius, ſi me heredem inſtituet, heres eſto. Aut haec, Qua ex parte me Titius heredem ſcriptum in tabulis ſuis recitauerit, ex ea parte heres eſto. l. 1 D. de his, quae pro non ſcript. Quare ſi de inſtitutione iam facta teſtator loquatur, non erit captatoria: veluti ſi dicat, Qua ex parte Titius me heredem inſtituit, ex ea parte Maeuius heres eſto. Illa inſtitutio captatoria non eſt : quia in praeteritum, non in futurum inſtitutio collata eſt, *ait* Paul. in l. 71 *et* 29 D. de heredibus inſtituendis.

CAPTITO, āre. Frequent. *a* Capto. *Vt*, Omnia vulgo loquentium captitaſſe Apul. de Deo Socrat. p. 52. *i. ex ſermone temere loquentium aliquid arripuiſſe, quod in omen verteret.*

CAPESSO, ſſi, ſſum, *ſecundum* Diomedem : *vel* ſsīui, ſsītum, *ſecundum* Priſcianum, ĕre. [ἐφάπτομαι, ἐπιβάλλομαι] *Significat idem fere, quod* Capere, *vel* Captare, *Vt*, Plaut. Aul. 4, 1, 4 In herum natura, in ſe ſera condecet capeſſere, *quae pro hero facienda ſunt mature aggredi, etc.* Capeſſere cibum hiatu oris et dentibus ipſis Cic. de Natur. Deor. 2, 122 c. 47. Plaut. Rud. 1, 2, 89 Si ad ſaxum, quo capeſſit, ea deorſum cadit, errationis fecerit compendium. *i. quo capeſſit viam, quo tendit : vel etiam reciprocum* ſe *intelligendum eſt, expreſſum alias, vt* Quo nunc capeſſis tu te hinc aduorſa via? Plaut. Bacchid. 1, 2, 5. Capeſſere ſe domum Plaut. Amph. 1, 1, 106. *i. Recipere ſiue Conferre ſe domum.* Se in alta maris, *pro Immittere* Plaut. Aſin. 1, 3, 6. Se praecipitem ad malos mores Idem Bacchid. 4, 9, 2. ¶ 2 *Subſtantiua :* Capeſſere Arma *vel* Bellum Liu. . . . Virgil. Aen. 3, 234 Sociis tunc, Arma capeſſant, dico. Ciuitatem Plin. Paneg. 39, 5 *vt rempubl. i. tractare incipere.* Conſilium Plaut. Rud. 1, 3, 27. Curas imperii, et inuigilare publicis vtilitatibus Plin. in Paneg. 66, 2. Curſum ad aliquem Plaut. Capt. 4, 1, 9. Fugam, *Fugere* Liu. 1, 25. Tacit. Ann. 13, 25 Iulius quidem Montanus Senatorii ordinis, ſed qui nondum Honorem capeſſiſſet, congreſſus forte, *etc.* Plaut. Trin. 2, 2, 19 Si mea Imperia capeſſes. *i. imperata facies.* *Sic* Virgil. Aen. 1, 81 Tuus, o regina, quid optes, Explorare labor; mihi Iuſſa capeſſere fas eſt. Cic. Philipp. 10, 19 c. 9 Omnis eſt miſeria ſeruitus : ſed fuerit quaedam neceſſaria, ecquodnam principium putatis Libertatis capeſſendae? Id. de Natur. Deor. 2, 115 *de Sphaera*, Omnes enim partes eius vndique medium Locum capeſſentes, nituntur aequaliter. *i. affectantes, quaerentes.* Magiſtratum capeſſere Tacit. Ann. 13, 29. Montem, *i. Aſcendere* Valer. Flacc. 4, 316. Munia Columel. 12, 1. Obſidia Tacit. Ann. 12, 15. *i. vrbes obſidere.* Idem Ann. 4, 48 Noctemque in caſtris tutam et vigilem capeſſerent. *i. agerent.* Oculis aliquid, *contemplari, intueri* Liu. 37, . . Partem curarum Tacit. Ann. 4, 25. Cic. de Natur. Deor. 2, 131 Dedit eadem natura beluis ſenſum et appetitum, vt altero conatum haberent ad naturales Paſtus capeſſendos. Liu. 21, 4 Plurimum audaciae ad Pericula capeſſenda. Praelium capeſſere fortiter Curt. 4, 14, 6. Principium facinoris Tacit. Ann. 15, 49. Liu. 2, 6 Decorum erat tum ipſis capeſſere Pugnam ducibus. Hor. Serm. 2, 7, 6

Pars hominum vitiis gaudet conſtanter, et vrget
Propoſitum : pars multa natat, modo Recta capeſſens,
Interdum prauis obnoxia.

Rempublicam capeſſere. *i. Adminiſtrare, gubernare, defendere, vt* Ciuitatem, Magiſtratum. Salluſt. Catil. 52 Expergiſcimini aliquando, et capeſſite Rempublicam. *Conf.* Cic. Att. 16, 7. Nep. 2, 2, 1. Spem capeſſere Plaut. Rud. 1, 3, 21. Sollemnia regni Tacit. Ann. 6, 42. *i. imperium ſollemni ritu ſuſcipere et adire.* Stationem Plin. Paneg. 9, 3. Cic. Tuſc. 1, 42 Is autem animus, qui ſi eſt horum quatuor generum, *etc.* ſuperiora capeſſat neceſſe eſt. Capeſſere Vrbem aliquam, *pro Conferre ſe ad eam* Cic. Att. 10, 10. *Particip.* Ad capeſſendas caerimonias promtior animus Tacit. Ann. 4, 16. Inimicitiis capeſſendis facilis Idem Ann. 5, 11.

CAPAX, ācis. Adi. [δεκτικὸς, χωρητικὸς, εὐρύχωρος] *Quod capit, ſeu continet, aut continere poteſt.* Plin. 10, 33 Vtero capaci nidos confingunt hirundines. Idem 11, 37 A quibus capaciora inteſtina ad aluum. Calix capax ad ſextarios tres Plin. 37, 2 ſ. 7. Campi capaces Sil. 17, 321. Ouid. de Arte Am. 1, 136 Multa capax populi commoda Circus habet. Cymba populorum capax Sen. Herc. fur. 775. *Add.* Oed. 166 *et mox* Moles. Domus Ouid. ad Liu. 262. Inſula magnae ſedis haud capax Curt. 4, 8, 2. Moles capax, *cymba Charontis* Sil. 13, 760. *Vid. modo* Cymba. Pulmo animae Sen. Oedip. 367. Puteus capax Ouid. Met. 7, 568. Regnum Sen. Herc. fur. 659. Ripis capacibus effuſus amnis Ouid. Amor. 3, 6, 19. Scyphi capaciores Horat. Epod. 9, 33. Capax Villa vſibus Plin. Epiſt. 2, 17, 4. Vrbs Ouid. Met. 4, 439. Horat. Carm. 3, 1, 16 Omne capax mouet vrna nomen. *Haec propria. Iam* ¶ 2 *Metaphorica.* Cic. in Orat. 104 c. 29 Tamen non ſemper implet aures meas : ita ſunt auidae et capaces, et ſemper aliquid immenſum infinitumque deſiderant. *De Demoſthene loquitur.* Animus ad praecepta capax Ouid. Met. 8, 243. Animo capaci concipere Idem Met. 15, 5. Amicitiae Plin. Epiſt. 2, 13, 10. Liu. 9, 16 *de Papirio Curſore*, Seu virium vi, ſeu exercitatione multa, cibi vinique eundem capaciſſimum. Tac. Ann. 14, 3 Nihil tam capax fortuitorum, quam mare, *etc. i. caſibus pluribus fortunae obnoxium.* Curt. 4, 7, 29 Fortuna magna ex parte auidos gloriae magis, quam capaces facit. *i. dignos et qui ſuſtinere illam, et recte ferre poſſint.* Apul. Met. 2 p. 24, 3 *Pric.* Et illa vrit perpetuum, et tu per aetatem et pulchritudinem capax illius es. *i. talis, a quo illa vri et inflammari poſſit.* Inuidiae Sen. Troad. 479. *i. quod inuidiam poteſt mouere, inuidendum.* Vellei. Paterc. 2, 127 Ipſum vero laboris ac fidei capaciſſimum. *Homo* Sanctius his animal, Mentisque capacius altae Ouid. Met. 1, 76. Officii Claud. in Eutrop. 1, 79. Scelerum capax iuuenis Sen. Octau. 153. Secreti omnis capaciſſima vxor Plin. Epiſt. 1, 12, 7. ¶ 3 Capax, *paſſiue, h. e. qui capi poteſt, poſteriori aeuo inuenitur.* Pet. Chryſol. Serm. 160 Vniuerſo ſaeculo non capacem concludi corpore perpuſillo. Deus incunabulis noſtris capax Idem Serm. 6.

CAPACĬTAS, ātis. f. [χώρησις, εὐρυχωρία] *Amplitudo loci, quae capere et continere poteſt.* Columel. 12, 43 Et quum paullum ſub vmbra refrixerint, ternae, aut etiam quaternae, pro capacitate vaſorum in ollas demittuntur. *Et* Cic. Tuſc. 1, 61 c. 25 Vtrum capacitatem in animo putamus, quo tanquam in aliquod vas, ea, quae meminimus infundantur. Athletarum capacitas, capacitas iumentis ſimilis Plin. 18, 7. *i. Voracitas.*

CAPACĬTER. Adu. *Vt*, Primordia ſeminum efficaciter et capaciter ſequuntur intentionem maternae animae Auguſt. de Trin. 11, 2.

CAPĀCVLVS, a, um. Aliquantum capax Cathol.

CĂPIS, ĭdis. f. [κάπις] Genus poculi a Capiendo dictum Feſtus. Liu. 10, 7 *in deſcriptione Pontificis maximi*, ſi conſpiciatur cum capide ac lituo, capite velato victimam caedat. Plin. 37, 2 ſ. 7 Nero trecentis talentis capidem vnam parauit. Memoranda res, tanti imperatorem patremque patriae bibiſſe. *Reſtituenda etiam* Apuleio Met. 2 p. 123, 7 *Elm. vbi vitioſe legitur*, Succinum mire cauatum in lapidem, vt bibas. *Legendum eſſe* lapidem, *vidit Grut. Suſpic.* 5, 2. *Sic* l. 32 §. 1 D. de aur. arg. leg. Aurea emblemata, quae in lapidibus, abſidibus argenteis eſſent, et replumbari poſſent, capidibus *repoſuit Eualdus Ruaeus apud Burmann. ad Petron.* 52, *vbi* Capidem *ſe habere gloriatur Trimalchio*, vbi Daedalus Niobam in equum Troianum includit. Varro *ap.* Non. 15, 33 Etiam nunc pocula, quae vocant capulas ac capides, quod eſt poculi genus. Varro de L. L. 4, 26 p. 31, 2 *ex emendatione Scaligeri legendum*, A quo illa capis, et minores capulae a capiendo. *Conf.* CAPEDO *et* CAPEDVNCVLA.

CAPISTERIVM, i. n. [λικμητήριον] *Genus inſtrumenti expurgandis ſeminibus apti.* Columel. 2, 9, 11 Quidquid exteretur, capiſterio expurgandum erit : et ſemper, quod propter magnitudinem ac pondus in imo ſubſederit, ad ſemen reſeruandum. *Vtuntur etiam inferioris aeui ſcriptores, et ſic lectionem firmant.*

CAPĪSTRO, CAPISTRVM, CAPITAL, CAPITALIS, *vid.* CAPVT.

CAPITARIVM Aes, Quod capi poteſt, Feſtus. *Scaliger malit legere*, Quod caput eſt. *i. ſors ab vſuris diſtincta : et intelligere, aes, quod in capita penditur, vt ab alio tributo diſtinguatur.*

CAPITANEVS, CAPITATVS, CAPITELLVM, CAPITIVM, CAPITO, *vid.* CAPVT.

CAPITOLIVM, i. n. [Καπετώλιον] Arx Romae, a Tarquinio Superbo exſtructa. *Vid.* Liu. 1, 38 *et* 55. *et* Tacit. Hiſt. 3, 72 *Hiſtoriam illius omnem copioſius et iuſto ac peculiari commentario Iuſtus Rycquius exſecutus eſt.* Varro de L. L. 4, 7 p. 13, 27 Capitolium dictum, quod hîc, quum fundamenta foderentur aedis Iouis, caput humanum inuentum dicitur. Hic mons ante Tarpeius dictus a virgine Veſtali Tarpeia — Hunc antea montem Saturnium appellatum prodiderunt *etc.* *Nonnulli* Capitolium *ſic dictum volunt* a capite Oli, *vel* Toli cuiusdam, *ibidem ſepulti.* *Vid.* Arnob. 6 p. 194. *et ibi Elmenh. et Dukerus ad* Flor. 1, 7, 8. Alta Capitolia Virgil. Aen. 6, 836. Ouid. Faſt. 6, 73 Aurea poſſedit ſocio Capitolia templo. Celſa Virgil. Aen. 8, 653. Fulgens Hor. Carm. 3, 3, 43. Pompilianum, *vid. mox n. 2 ex* Vitruu. 3, 2. Capitolium ornare Sueton. Caeſ. 10. M. Ceſtius *apud* Tacit. Ann. 3, 36 *negat* quemquam in capitolium perfugere, vt eo ſubſidio ad flagitia vtatur. *Tamen* Capitolium *etiam ſeditioſorum perfugium.* *E. g. Apuleii* Flor. 3, 16, 5. *Conf.* Liu. 3, 15 *etc.* *In Capitolium per viam ſacram ductae pompae ſollemnes.* Ouid. ex Pont. 4, 9, 5 Vt, quoniam ſine me tanges Capitolia Conſul. ¶ 2 *Arces etiam aliarum vrbium dictae ſunt* Capitolia. Capuae Capitolium *eſt* Sueton. Calig. 57. *et* Sil. 11, 267. *De* Auguſtoduno Eumen. pro inſtaur. Schol. 9 Quod (conciliabulum iuuentutis, *i. ſchola*) praecipuo eſt loco poſitum, quaſi inter ipſos oculos ciuitatis, inter Apollinis templum atque Capitolium. *Neſcio an huc referri debeat* Liu. 41, 25 Antiochiae Iouis Capitolini magnificum templum — non perfecit. *Sed* Narbonis Capitolium *celebrat* Sidon. Carm. 23, 40 Salue Narbo potens ſalubritate — Delubris, Capitoliis, Monetis. Id. Epiſt. 9, 9 in carmine v. 67 De gradu ſummo Capitoliorum praecipitatum. *Vid. vtroque loco Sauaro : et Iac. Gothofr. ad* l. 34 C. Theod. de Annon. et Tribut. *Tale etiam eſſe placuit quibusdam viris doctis* Pompeianum Capitolium, *quod memoratur* Vitruu. 3, 2, *nempe* Pompeiis *illud fuiſſe putant. Sed praeſtat coniectura I. Rycquii l. c. c. 8 p. 74, qui* Pompilianum *emendat, i. a Numa* Pompilio *aedificatum. Caeterum* Gell. 16. 13 Coloniae quaſi effigies paruae populi Romani erant, eoque iure habebant Theatra, Thermas, et Capitolia. ¶ 3 *Chriſtiani* Capitolia *dixere omnia gentilium templa.* *V. g.* Prudent. in Sym-

Symmach. 1, 632 Et quaſcunque ſolent Capitolia claudere larvas *etc.*

CAPITOLĪNVS, a, um. Adi. [Καπετωλῖνος] *Vt*, Iupiter Capitolinus, *cui* Cic. pro Domo 144 c. 57 *has preces allegat*, Quo circa te, Capitoline, quem propter beneficia populus Rom. optimum, propter vim maximum nominauit — precor ac quaeſo, *etc.* An Iouis Capitolini laudes, perpetua ſacri certaminis materia, vel dubiae ſunt, vel non oratorio genere tractantur? Quinctil. 3, 7, 4. *Reſpicit ad* Certamen Capitolinum, *de quo* Sueton. Domit. 4 Inſtituit, et quinquennale certamen Ioui Capitolino triplex, muſicum, equeſtre, gymnicum, *etc.* *Diligenter ibi de illo certamine viri docti, cum ad chronologicas rationes vehementer pertineat.* Idem ibid. 13 Sed et Capitolino certamine cunctos ingenti conſenſu precantes, vt Palfurium Suram reſtitueret pulſum olim Senatu, ac tunc de Oratoribus coronatum, *etc.* *Vbi huc pertinere videtur* Vet. Inſcr. *apud* Grut. p. 331 n. 4 L. SVRREDI L. F. CLV. FELICIS PROCVRATORI AB. SCAEN. THEAT. IMP. CAESAR. DOMITIAN. PRINCIPI CORONATO CONTRA OMNES SCAENICOS. *Vid. de iiſdem ludis* Martial. 4, 1, *et ibi Ramireſius, et mox* Quercus Capitolina. Cliuus Cic. pro Rabir. 31. Martial. 12, 21 Nec Capitolini Collis alumna tibi. Dapes Capitolinae Idem 12, 48. Liu. 5, 50 Ludi Capitolini fierent, quod Iupiter opt. max. ſuam ſedem atque arcem populi Romani in re trepida tutatus eſſet: Collegiumque ad eam rem M. Furius Dictator conſtitueret. Iuuen. Sat. 6, 386 An Capitolinam deberet Pollio Quercum Sperare, et fidibus promittere. *Vbi* Interpr. In agone Capitolino Citharoedi victores coronam e quercu accipiebant. *Et* Poëtae, O cui Tarpeias licuit contingere quercus. *Locus eſt* Martial. 4, 54, 1. Sedes Capitolina Stat. Silu. 5, 1, 189. Sueton. Calig. 7 Cuius effigiem habitu Cupidinis in aede Capitolinae Veneris Liuia dedicauit. *Vid. etiam* Galb. 18 Capitolina Venus, *cui templum in Capitolio dedicatum eſt.* Capitolini, *vt et* Mercuriales *Collegia Romae.* Cicero ad Q. Fratr. 2, 5 M. Furium Flaccum, equitem Roman. Capitolini et Mercuriales, de collegio eiecerunt, praeſentem et ad pedes vniuscuiusque iacentem. *Videtur illud collegium eſſe, de quo* Liu. 5, 50 Ludi Capitolini fierent — collegiumque ad eam rem M. Furius Dictator conſtitueret, ex iis, qui in Capitolio atque arce habitarent. *Vid. Turneb.* 5, 28. Capitolinus, *Marci Manlii cognomen, qui vrbe a Gallis capta, Capitolium ſeruauit, et deinde aliorum.* *De* Petillio Capitolino Horat. Sat. 1, 2, 93.

CAPITOSVS, CAPITVLARIA, CAPITVLATVM, CAPITVLATIM, CAPITVLVM, *vid.* CAPVT.

CAPITVM, i. n. [*κάπητον, παράβλημα, ἀλόγων, Heſych.*] *Cibus animalium, e Graeco κάπτειν, vorare, vt vult Salmaſ. ad* Vopiſci Aurel. 7 p. 438 Equum Sagmarium ſuum defricet, capitum animalis non vendat. Caſſiodor. 7, 33 Atque ideo humanitatem ſubter annexam, vel ad equos capitum definitum illius gentis legatis ſine aliqua tarditate praeſtabitis Ammian. Marcell. 22, 4 *extr.* Interrogatus tamen ille *(tonſor)* quid ex arte haberet compendii? Vicenas diurnas reſpondit annonas, totidemque pabula iumentorum (quae vulgo dictitant capita) et annuum ſtipendium graue. *Poſſis igitur putare eſſe* capitum, *quod* in caput *animalis dabatur, quam hodie milites* Rationem *vocant. Graeca tamen origo placuit etiam Florenti Chriſtiano ad Ariſtophanis εἰρήνην. Omnia de* Capito *hoc Iac. Gothofr. ad* l. 7 C. Theod. de erogat. mil. Ann.

CAPNIA, ae. f. *Vitis a fumi colore dicta.* Plin. 14, 3 *Locum damus in* BVCCONIATIS.

CAPNIAS, ae. m. [*καπνίας*] Gemma eſt ex Iaſpidum generibus, quodam veluti fumo infecta, vnde et nomen accepit Plin. 37, 9.

CAPNION, i. n. *Herba eadem, quae* Capnus Plin. 25, 13.

CAPNĪTES, ae. m. Gemma eſt plurimis ſpiris fumida, in Cappadocia et in Phrygia naſcens, ebori ſimilis Plin. 37, 10.

CAPNĪTIS, ĭdis. f. [*καπνῖτις*] Cadmiae ſpecies tenuiſſima, quae e fornacibus flamma atque flatu egeſta, cameris lateribusque fornacum adhaeret. *Vid.* Plin. 34, 10.

CAPNOS, i. Herba, *cuius meminit* Plin. 23, 13. *et* 16, 7 Capnon herbam qui edere, bilem per vrinam reddunt.

CAPNVMARGOS, i. m. Argilla eſt rufa, intermiſſo lapide terrae minutae arenoſae, *qua velut adipe terrae, arua pingueſcunt in Gallia et Britannia.* Inſpergitur *autem* rara, ſale eam miſceri putant. Semel *vero* iniecta in quinquaginta annos valet et frugum, et pabuli vbertate. *Haec* Plin. 17, 7. *Sed Harduin. ex MSS.* Acaunumarga, *quaſi minime amara: καυνὸν, amarum.* Idem 5, 24.

CAPPA. n. indecl. [*κάππα*] *Nomen literae Graece* K, *pro qua Latini vtuntur* C. Cappa apud Graecos Quinctil. 1, 4, 9 *legi debet* Coppa, *vel* Koppa, *vt ad eum locum oſtenditur. Melius huc refertur* Auſon. Eid. 12, 19 Cappa fui quondam Boeotia, *(i. Thebana, Cadmea)* nunc Latium K. *Add.* Iſidor. 14, 26. ¶ 2 Cappa, Pilei genus; vel quod duos apices, vt Cappa litera habeat, vel quia capitis ornamentum eſt Iſidor. 18, 31. ¶ 3 Cappa, Marinus equus, Feſto; ſed alii legunt Campa, *melius.*

CAPPADOCIA, ae. f. [Καππαδοκία] *Regio* Aſiae, *Euxinum verſus.* Plin. 6, 2 *et* 3. *Nomen habet a Cappadoce amne: ante* Leucoſyria *appellata, vt Plin. dicit 6, 3. et* Nepos 14, 1, 3. Cic. Fam. 15, 4 Itaque exercitum mihi ducendum per Cappadociae regionem putaui.

CAPPĂDOX, ŏcis. m. [Καππάδοξ] *Qui eſt ex Cappadocia.* Cic. poſt red. in Senat. 13 Capadocem modo abreptum de grege venalium diceres. *Nempe contemtum hoc genus ſeruorum, vt Syri, Phryges, Myſi, etc. Sic* Pingues Cappadocas paſcere Perſ. Sat. 6, 77 *de ſeruis, qui ex Cappadocia multi aduehebantur.* Cappadocum montana Cohors Lucan. 7, 225. Nobilitas Cappadocum Tacit. Ann. 14, 26. Mancipiis locuples, eget aeris Cappadocum Rex Hor. Epiſt. 1, 6, 39. Feroces Lucan. 3, 244.

CAPPĂDŎCVS, a, um. Adi. *vt*, Martial. 10, 76, 3 Nec de Cappadocis eques cataſtis. Lactuca Cappadoca Plin. 19, 8.

CAPPADOCIVS, a, um. *Idem. vt*, Gemma Cappadocia Plin. 37, 10. Zizipha Cappadocia Id. 21, 9.

CAPPADOCARCHIA, ae. f. [Καππαδοκαρχία] *Sacerdotium Cappadociae prouinciae.* Modeſtinus l. Diximus. D. de excuſat. tutor. Prouinciae ſacerdotium, vt Aſiarchia, Bythyniarchia, Cappadocarchia, praebet a tutelis immunitatem, dum ei muneri quis praeeſt. *Vid.* Ant. Aug. lib. ſing. ad Modeſt. p. 407 *ſq.*

CAPPĂRIS, is. f. [*κάππαρις*] *Fruticis genus.* Capparis radicis Scribon. 129. 261. Plin. 13, 23 Ibi et capparis firmioris ligni frutex, ſeminisque et cibi vulgati, caule quoque vna plerumque decerpto. Columel. 11, 3, 54 Capparis plurimis prouinciis ſua ſponte noualibus naſcitur. ſed quibus locis eius inopia eſt, ſi ſerenda fuerit, ſiccum locum deſiderabit. Isque debebit ante circumdari foſſula, quae repleatur lapidibus, et calce, vel Punico luto, vt ſit quaſi quaedam lorica, ne poſſint eam perrumpere praedicti ſeminis frutices: qui fere per totum agrum vagantur, niſi munimento aliquo prohibiti ſint quod tamen non tantum incommodum eſt, (ſubinde enim poſſunt exſtipari) quantum quod noxium virus habent, ſuccoque ſuo ſterile ſolum reddunt. Cultu aut nullo, aut leuiſſimo contenta eſt: quippe quae res etiam in deſertis agris citra ruſtici operam conualeſcit. Id. 10, 118 *inter* vili ſalgama merce *refertur* Capparis. *Quorſum* Martial. 3, 77, 5 Capparin, et putri cepas alece natantes, Et pulpam dubio de petaſone voras.

CAPPAR, ăris. *Idem.* Pallad. Oct. t. 11 Hoc menſe menta e paſtinaca, thymum et origanum et cappar. *Huc refero* Capparis Si culi radices Veg. Mulom. 4, 10, 4.

CAPPARA, ae. f. *Eadem quae* Portulaca Apul. de Herb. 103.

CAPRA, CAPRAGO, CAPRARIVS, CAPREA, CAPREOLVS, *vid.* CAPER.

CAPRICORNVS, i. m. [*Αἰγόκερως*] *Caeleſte ſignum, quod* Pan *fuiſſe exiſtimant, qui in illo metu deorum a Typhone et transformandi ſ conſilium aliis dederit, et ipſe ſui poſteriorem partem in effigiem piſcis priorem vero in formam hirci commutarit: cuius ingenium admiratum Iouem, hanc figuram in caelum transtuliſſe. Stellam habet in naſo, in pectore duas, in pede duas, inter ſcapulas ſeptem, in ventre ſex, in cauda duas. Haec* Hygin. f. 196 *et* Poët. Aſtron. 2, 27 *itemque* Ve Schol. Germanici Arateorum *hoc ſigno, vbi multo inuenies plura,* D*nique* Ampelius c. 2. Manil. 1, 271 Tum venit anguſto Capricornus ſidere frigens. *Sic Bentl. pro* flexus *vt* 2, 252 Tuque tuo Capricorne, gelu contractus in aſtris. Cic. de Nat. Deor. 2, 112 *Arato*, Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans Corpore ſ miſero magno Capricornus in orbe. Lotus Heſperia Capricorni aqua Propert. 4, 1, 86. Tyrannus Heſperiae Capricornus vnd. Hor. Carm. 2, 17, 20. *De* Capricorno *in numis vid. Spanhem. Vſu et Praeſt. Num. 5 p. 237.*

CAPRIFĪCVS, i *et* ûs. f. [*ἐρινεός*] *Ficus ſilueſtris.* Caprifi liber Scribon. 174. *Sed* Genitiu. caprificus exſtat *ap.* Scribon. 17 Caprificus lactis aridi. Plin. 15, 19 Caprificus vocatur e ſilueſtrium genere ficus nunquam matureſcens: ſed quod ipſa non habet, al tribuens: quoniam eſt naturalis cauſarum tranſitus, atque e p treſcentibus identidem generatur aliquid. Ergo culices parit. I fraudati alimento in matre, putri eius tabe. ad cognatam volant, m ſuque ficorum crebro, hoc eſt auidiore paſtu aperientes ora earu atque ita penetrantes intus ſolem primum ſecum inducunt, cerealesq aures immittunt foribus adapertis. Mox lacteum humorem, h eſt infantiam pomi abſumunt: quod fit et ſponte. Ideoque fic caprificus praemittitur ad rationem venti, vt flatus euolantes in fi ferat. Inde repertum vt illatae quoque aliunde et inter ſe colliga iniicerentur fico *etc.* Col. 11, 2, 56 Quin etiam tempus eſt fic neis arboribus caprificum ſuſpendere, quodquidam exiſtimant idci fieri debere, ne fructus decidat, et vt celerius ad maturitatem per niat. Ter. Adel. 4, 2, 28 Illic vbi etiam caprificus magna Martial. 10, 2, 9 Marmora Meſſalae findit caprificus. *i. creſcit in ruinas aedificiorum. Vid. Caſaub. ad* Perſ. 1, 25. Hor. Epod. 5, Iubet ſepulcris caprificos erutas Flammis aduri Colchicis. A Iuuenal. 10, 244. Iſidor. 17, 7. *Voſſ. Etymol.* p. 105. Co CAPROTINVS.

CAPRIFĪCO, āre. [*ἐρινάζω*] *Caprifici ope maturitatem ficis c ciliare.* Pall. Mart. 10, 28 Menſe Iunio circa ſolſtitium caprificandi ſunt arbores fici, id eſt ſuſpendendi groſſi ex caprifico, lino veluti ta pertuſi. Si hoc deſit, abrotani virga ſuſpenditur, aut callum, qu in vlmeis foliis inuenitur, aut arietina cornua circa radices arbo obruuntur, vel truncus arboris, quo loco turget, ſcarificandus vt poſſit humor effluere. *Conf.* Iun. 5, 2. Plin. 16, 27 Sunt biferae in eisdem. In Cea inſula caprifici triferae ſunt. Pri foetu ſequens euocatur, ſequenti tertius. hoc fici caprificantur.

CAPRIFICATIO, ōnis. f. [*ἐρινασμὸς*] *Satis iam deſcrip Nomen eſt* Plin. 15, 19. *et* 16, 27.

CAPRIFICIĀLIS, e. Adi. Caprificialis dies *quis eſſet, diſ tabatur alias ad* Plin. 11, 15 Huic vindemiae Attici ſignum dedere initi caprificialem diem Vulcano ſacrum: *vbi varia tentabantur. Sed H duinus ex MSS.* Initium caprifici; alii diem Vulcano ſacri Caprifici dies *eſt* Menſe Iunio circa ſolſtitium, *vt ex* Pall. Mart. 10, *vidimus.* Vulcani dies *quae alias* Vulcanalia; *paullo nempe tara Italiae mellatio. Ita* Plin. 8, 33 ſ. 51 *Solſtitium deſignat* circa capr cos, *vbi Harduinus* diem caprificialem *(nondum ſcilicet delatus ad terum locum) non damnat, ſed de caprificationis tempore explicat.*

CAPRIGENVS, CAPRILE, CAPRILLVS, *vid.* CAPER.

CAPRIMVLGVS, i. m. [*αἰγοθήλης*] *qui capras mulget.* I *Conuicio eſt* Catull. Epigr. 22, 9

Haec quum legas, tum bellus ille et vrbanus
Suffenus vnus caprimulgus, aut foſſor,
Rurſus videtur.

¶ 2 Caprimulgus, *Auis, de qua* Plin. 10, 40 Caprimulgi appellantur grandioris merulae aſpectu fures nocturni: interdiu enim viſu care Intrant paſtorum ſtabula, caprarumque vberibus aduolant ſuctum p pter lactis: qua iniuria vber emoritur, caprisque caecitas, quas mulſere, oboritur.

CAPRINVS, CAPRISSO, CAPRVGINEVS, *vid.* CAP

CAPRIVS, i. m. *Viri nomen, quod Antonomaſiae locum de Nempe* Horat. Serm. 1, 4, 65

Sulcius acer
Ambulat, et Caprius raucus male, cumque libellis,
Magnus vterque timor latronibus.

*Vbi* Acron, Sulcius et Caprius nomina fuerunt delatorum. alii Ac res volunt fuiſſe cauſarum: inde etiam Rauci traduntur aſſiduit agendi.

CAPRŌNAE, *vel* CAPRONEAE, arum. [*προκόμιον*] N nius 1, 81 Comae, quae ante frontem ſunt, quaſi a Capite pron Feſtus: Capronae, Equorum iubae in frontem deuexae: dictae qu a Capite pronae. Lucil. Sat. 7 Aptari caput atque comas fluit capronas Altas frontibus immiſſas, vt mos fuit illis. *Sone et Homine dici,* Apuleius Florid. 1 *oſtendit, de Apollinis facie loque*

Cri

Crines eius praemulſis antiis, et promulſis capronis anteuentuli, et propenduli. *Elmenborſt.* p. 342, 2 Caproneis *legit etiam in Indice.*

CAPROTĪNVS, a, um. Adi. *Eſt* Iunonis *epitheton et* Nonarum Iuliarum. *Rem copioſe enarrat* Macrob. Sat. 1, 11. *Breuiter, rebus Romanorum poſt Gallicum tumultum attritis finitimi matresfamilias et virgines Romanorum dedi ſibi voluere. Miſſae matronali habitu ancillae caſtra eorum, quibus deditae fuerant, ſigno e caprifico dato dominis prodidere. Huius beneficii memoriam ſeruant* Nonae Caprotinae, *quibus* Caprotinae Iunoni liberae pariter ancillaeque ſacrificabant ſub arbore caprifico. Varro de L. L. 5, 3 p. 47, 37 Nonae Caprotinae, quod eo die in Latio Iunoni Caprotinae mulieres ſacrificant, et ſub caprifico faciunt, et e caprifico adhibent virgam. *Huc reſpexit* Auſon. de feriis Rom. v. 9 Feſta Caprotinis memorabo celebria nonis, Quum ſtola matronis dempta teget famulas. *Conf. Heinſ. ad* Ouid. A. A. 2, 257, *vbi diſſenſus Graecorum praeſertim ſcriptorum a Latinis memorandus eſt.*

CAPRVGINEVS, *ſ.* CAPRVGNVS, *vid. ſub* CAPER.

CAPRVNCVLVM, i. n. Vas fictile, Feſtus. *An a figura* capri? *An* capunculum *legendum, vt ſit deriuatum a* capis. *Vtraque Voſſii coniectura eſt.*

CAPSA, ae. [κάψα, κιβωτὸς, θύλαξ] *Dicta eſt, quod res in ea conditas capiat.* Plin. 8, 30 ſ. 45 *de Crocuta,* Dente continuo, qui, ne contrario occurſu hebetetur, capſarum modo includitur. Idem 16, 43 Fagum capſis et ſcriniis vtilem *dicit.* Cic. Diuinat. in Verr. 51 c. 16 Cuſtodem inquit, Tullio me apponite. Quid? mihi quam multis cuſtodibus opus erit, ſi te ſemel ad meas capſas admiſero? Mart. 11, 9 Poma quod hiberna matureſcentia capſa *(olent).* Iuuen. Sat. 10, 117 Quem ſequitur cuſtos anguſtae vernula capſae, *in qua libri aſſeruantur.* *De hac* Horat. Epiſt. 2, 1, 268

Cum ſcriptore meo capſa porrectus aperta,
Deferar in vicum vendentem tus et odores,
Et piper, et quidquid chartis amicitur ineptis.

*Et* Sat. 1, 4, 22 Beatus Fannius vltro Delatis capſis *Bibliothecae, vbi condatur.* *Et* 1, 10, 63 Capſis, quem fama eſt, eſſe librisque Ambuſtum propriis. Capſae a Graeco appellatur: has illi κιβώτια dicunt. Feſtus.

CAPSV̆LA, ae. f. Dimin. [κιβώτιον] Plin. 30, 11 Stellionem incluſum capſulis ſubiiciunt capiti. Iuuenes coma et barba nitidos de capſula totos Sen. Epiſt. 115 *pr. dixit, qui ita munditiae ſtudent, vt ne minimum relinquant, quod ad ſordes neglectumque intelligi poſſit.* Gell. 10, 15 Capſula cum ſtrue atque ferro *ex* Fabio Pictore.

CAPSELLA, ae. f. *Aliud* Diminut. Vlpian. l. 12 §. Conſeruandi, Dig. de Inſtruct. et inſtrum.

CAPSARIVS, i. m. Qui portat libros, inquit Vlpian. l. 13 D. de manumiſſis vind. *Igitur* Capſarii *ſunt, qui nobiliorum ciuium filiis ad ſcholas euntibus libros deferunt in capſula.* Iuuen. Sat. 10, 117 Quem ſequitur cuſtos anguſtae vernula capſae. Sueton. in Neron. 36 Conſtat quoſdam cum paedagogiis et capſariis vno prandio pariter necatos. Librarium *appellat* Idem Claud. 35 Sero ac vix remiſit, ne feminae praetextatique pueri ac puellae contrectarentur, et ne cuiuis comiti, aut librario calamariae, aut graphiariae thecae adimerentur. *Quem enim* Neron. l. c. Paedagogum, *hic* Comitem; *quem ibi* Capſarium, *hic* Librarium *vocat.* *Hinc* Chriſtianorum capſarios Iudaeos *vocat* Auguſtinus, *quod aſſeruandis Veter. Teſt. libris admodum intenti fuiſſent.* ¶ 2 Capſarius, [κιβωτόποιος] Artifex capſarum Patern. l. vlt. D. de iur. immunit. Quibuſdam vacationem munerum conditio tribuit, vt ſunt menſores, capſarii, et artifices. ¶ 3 Capſarius item dicitur, qui mercede, ſeruanda in balneis veſtimenta ſuſcipit, *inquit* Paull. in l. 3 §. 3 D. de offic. praefect. vigil. *Adde* Wower. ad Petron. 30 p. 115 *Burmann. item* Schol. Iuuen. 3, 263.

CAPSARIA, ae. f. Liuiae Capſaria Vet. Inſcript. *apud Murator.* 899.

CAPSACES, ae. m. [λήκυθος] *Vas olearium.* Cyprian. de opere et eleemoſ. p. 204 Fidelia fratris non deficiet, et capſaces olei non minuetur. Vulg. 3 Reg. 14, 17 Lecythus. Capſace completo Hieron. Ep. 22 ad Euſtoch. de cuſt. virg. c. 14. *Add.* Id. Ep. 10.

CAPSVS, i. m. Eſt *Septum ſudibus factum. Vt,* Animalia capſo clauſa Vellei. 1, 16, 2, *vbi* capſa *typorum forte errore admiſit Burm. Graecae eſt originis.* Heſych. καψοὶ, οἱ τοῖχοι. *Vid.* Salmaſ. ad Spartian. Hadrian. 12. *et* ad Vopiſc. Procul. *Eſt etiam Pars rhedae, a capiendo dicta, vbi qui vectantur, ſedent.* Vitruu. 10, 14 Ad capſum rhedae loculamentum firmiter figatur. Capſus eſt Carruca vndique contexta, quaſi capſa Iſid. 20, 12. *Conf.* PLOXEMVM.

CAPTATIO, CAPTATOR, CAPTATORIVS, CAPTIO, CAPTIVNCVLA, CAPTIOSVS, CAPTIVVS, CAPTIVITAS, CAPTO, CAPTVRA, CAPTVS, *vid.* CAPIO.

CĂPVA, ae. f. [Κάπυα Stephano, Καπύη Ptolem.] *Clariſſima Campaniae vrbs, quae Annibalem victoriis fatigatum, luxu atque otio perdidit, vnde* Florus 2, 6 Capuam Annibali Cannas fuiſſe *dixit.* Cic. Philipp. 12, 7 Conſilium hoc Capua probabit, quae temporibus his Roma altera eſt. *Quantitatem diſce ex* Virg. Georg. 2, 224 Talem diues arat Capua, et vicina Veſeuo Ora iugo.

CAPVANVS, a, um. [Καπυανὸς] Vrbs Capuana Virgil. Aen. 10, 145.

CAPVENSIS, e. *Idem.* Inſcript. vet. *apud Grut.* p. 459 n. 1 *et Sponium Miſc. Erud. Antiq. p. 160* ORDO CAPVENSIS.

CAPV̆LA, ae. f. [οἰνόχημα] *Vas vinarium, quo veteres vtebantur, quod facile capi poſſet.* Varro de L. L. 4, 26 Capis, et minores capulae, a Capiendo nominantur, quod anſatae, vt prehendi poſſint, id eſt capi. *Conf.* Non. 15, 33.

CAPVLĀTOR, ōris. m. *Qui capulis oleum deplet.* Columel. 12, 52, 10 Quod deinde primum defluxerit in rotundum labrum (nam id melius eſt quam plumbeum quadratum, vel ſtructile gemellar) protinus capulator depleat, et in fictilia labra huic vſui praeparata defundat. Cato R. R. 66 Capulatoris officia deſcribit.

CAPV̆LO, āre. *Capere.* Cato 67 Ligna in torculario ne caedat. Oleum frequenter capulet. *Alii legunt,* Ligna in torculario ne caedant. Oleum frequenter capiant. *Quam lectionem meliorum et plurium recepi cum, ſi ſit verbum* Capulare, *a* capiendo *ortum tamen ſit, atque adeo matrem ſuam loco, quem tenet, pellere non debeat. Interim bonae notae verbum puto, et vſurpatum* Melae 2, 5, 66 Piſcis vbi ex alto huc vsque penetrauit, per ea foramina ictu capulantium interſectus extrahitur; *ita enim recte reſtitutum ex MSS. pro* captantium, *quod irrepſerat.* *A* capulo *dictum putat Voſſius, quod etiam tridentem piſcatorium notet. Mihi* Capulare *videtur eſſe* captare, *dictum a* capio, *vt* iaculari *a* iacio, *et a* ſpecio ſpeculari: *et huc refero etiam* Colum. 6, 2, 4 Sed iaculi (*funes, vt* rete iaculum) quibus capulantur, lanatis pellibus involuti ſint, ne tenera fronte laedantur. *De bouibus domandis. Vid.* CAPVLVS n. 5.

CAPV̆LVS, *vel* CAPVLVM, i. [λαβὴ, κώπη] *a Capiendo dictum; eſt quo quid capitur, vt Manubrium gladii.* Capulo tenus gladium totum ei demergit Apul. Mileſ. 1 p. 108. Virg. Aen. 2, 556 Capulo tenus abdidit enſem. Cic. de Fato 5 c. 3 Philippus haſce in capulo quadrigulas vitare monebatur, quaſi vero capulo ſit occiſus. *Etiam in falce* Capulum *dixit* Colum. 4, 25, 1. Eburnus capulus gladii Ouid. Met. 7, 422. Idem Met. 12, 133 Ter quater ora viri, capulo caua tempora pulſat. *Hinc metaphor. de re turpicula* Plaut. Caſin. 5, 2, 30. *et* Priap. n. 24. ¶ 2 *Sed eſt etiam* Capulus *rerum aliarum: de Tridente, quo piſces capiuntur, audiuimus modo Voſſium in* CAPVLO. Ouid. ex Pont. 1, 8, 57 Ipſe manu capulum preſſi moderatus aratri, *i. Stiuam.* ¶ 3 Non. 1, 13 *etiam actiue ſumi monet:* Capulum dicitur, quidquid intra ſe aliquid capit. nam Sarcophagum, id eſt ſepulcrum, Capulum veteres dici volunt, quod corpora capiat. Plaut. Aſin. (5, 2, 43) *dicens de ſene,* Perii miſera, vt oſculatur carnufex, capuli decus. Nouius Pappo praeterito, Dum iſtos inuitabis ſuffragatores, pater, Prius in capulo, quam in curuli ſella ſuſpendes nates. Lucillius — in capulo hunc non eſſe, aliumque cubare. Varro — Propter cunam capulum poſitum nutrix tradit pollictori. *Satis abſurde* Iſidor. 20, 11 Capulus dicitur, quod ſupra capita hominum feratur. ¶ 4 *De Capulo nauigio vid. mox* CAPVLICVM. ¶ 5 Capulum funis, a capiendo, quod eo indomita iumenta comprehendantur. *Haec* Iſidor. 20, 16. *Vid.* CAPVLO.

CAPVLĀRIS, e. Adi. [τυμβογέρων] *Sic dixerunt Senem morti et capulo adeo quaſi contiguum.* Apul. Apol. pag. 317 Neque inceptio patrociniorum capulari ſeni congruiſſet. Plaut. Mil. 3, 1, 34 Itane tibi ego videor oppido Acheruntieus, Tam capularis? Lucill. *ap.* Fulgent. 23 Cadauer capulare. Flaccus Tibulus ibid. Tune amare audes, edentule et capularis ſenex?

CAPVLICVM, i. n. *an* CAPVLICA, ae? *Variant enim libri:* Genus nauis *apud* Gell. 10, 25. *Scheffer. de Mil. nau.* 2, 2 p. 71 Capulicos *per diminutionem dictos putat a* Capulo, *quod ipſum quoque nauis nomen profert ex* Gloſſis Arabico-Latinis, *et reponit apud* Iſid. 19, 1 *vbi* Caupolus *nauigii nomen legitur. Sed* Caupuli *etiam pro* capulica *habent editiones Gellii recentiores: et affertur ex* Egeſippo 2, . . Itaque iam non copolis Germanorum, ſed Romanorum Liburnis impletur. *De Rheno agit.*

CAPVLATVS, a, um. *Quid ſit, quaerendi occaſionem dedit* Vet. Inſcript. *apud Fabrett.* p. 90 A. S. MARTIALIS CAPVLATVS. *Sponius dicit in Miſcell. Antiq.* 179 Capulatum *eſſe idem, quod Sepultum, quia Nomicius ait viuus monumentum hoc ſibi feciſſe; ſed aliis* Capulatus *eſt, quia* capulum *ſiue manubrium aut apicem ſaliaris pilei ſeu caſſidis pro geſtamine habuit, vt Marmor Capitolinum* p. 35, *et Mediceum* p. 42. *inter Miranda Antiq. oſtendunt.*

CAPVS, i. m. *Galli, quibus teſtes euulſi libidinis abolendae cauſa, vt magis pingueſcant,* Capi *vocantur: Vide quae ex* Varrone *et* Feſto *dedimus in* CANTERIVS. Varro de R. R. 3, 9, 3 Gallinae, mares galli, capi ſemimares, quod ſunt caſtrati. Gallos caſtrant, vt ſint capi, candenti ferro inurentes ad infima crura, vſque dum rumpatur. at quod extat vlcus, oblinunt figlina creta. Colum. 8, 2, 3 Mares galli, ſemimares capi, qui hoc nomine vocantur, cum ſunt caſtrati libidinis abolendae cauſa. Nec tamen id patiuntur amiſſis genitalibus, ſed ferro candente calcaribus inuſtis, quae cum ignea vi conſumta ſunt, facta vlcera dum conſaneſcant figulari creta linuntur. *Audiamus luſus* Martialis 13, 63 Ne nimis exhauſto macreſceret inguine gallus, Amiſit teſtes: nunc mihi Gallus erit. *Alludit ad Gallos Phrygiae Deae amputatos, ſ. Cybeles.* *Sic* Epiſt. 64 Succumbit ſterili fruſtra gallina marito Hanc matris Cybeles eſſe decebat auem.

CAPO, ōnis. *Idem.* Martial. 3, 58 Alius coactos non amare capones, *ſubaudi,* Fert. *Coguntur ſane capones non amare, ſalacesque non eſſe.* Chariſ. 1. Capo nunc dicitur: ſed Varro de ſermone Latino, Iterum, ait, ex gallo gallinaceo caſtrato fit capus.

CAPVT, ĭtis. n. [κεφαλὴ, κεφάλαιον, κάρα, κάρηνον] *Illa velut arx et praetorium corporis animalium, dicitur, vt e* Varrone *refert* Lactant. de Opif. Dei 5, 6, quod hinc capiant initium ſenſus et nerui. Ter. Adel. 2, 2, 37 Colaphis tuber eſt totum caput. Feſtus, Caput, ex Graeco dictum, quod illi interdum κάρα dicunt. *An ad* κεφαλὴ *reſpicit?* Hoſtis ſupra caput eſt, *i. imminet, metuendus et proximo* Sall. Catil. 52, 24. *Vid. Cort.* Caeſaries capitis Ouid. Met. 1, 179. Dolor Hor. Serm. 2, 3, 29. Exuuiae capitis Sen. in Hippol. 1182. *i. capilli abſciſſi.* Hor. Epiſt. 1, 1, 44 Vides quae maxima credis Eſſe mala, exiguum cenſum, turpemque repulſam, Quanto deuites animi, capitisque labore. *Ad ſeueram cogitationem videtur reſpicere, in qua caput laborare ſentimus.* Motu capitis furens Quinctil. 2, 12, 9. Niues capitis, *Capilli cani* Hor. Carm. 4, 13, 12. Obductio, *vid.* OBDVCO. Tegmina Ouid. Met. 3, 108. Vertex Idem Faſt. 3, 841. *Et* Met. 12, 434 Fracta volubilitas capitis latiſſima, *i. magnum et rotundum caput.* Haerens capiti corona Hor. Serm. 1, 10, 49. ¶ 2 *Epitheta.* Virg. Aen. 5, 375 Talis prima Dares caput altum in praelia tollit. Anile Ouid. Epiſt. 19, 46. Ardua capita Virg. Aen. 5, 428. *i. Alta et procera.* Argutum Idem Georg. 3, 80. *i. Breue,* Seruius, *i. paruum et mobile.* *Sic* Hor. Serm. 1, 2, 89 de equis, Quod pulcrae clunes, breue quod caput, ardua ceruix. Calceatum caput Martial. 12, 45. *eius, qui hoedina pelle caluam tegeret.* Candidum *vid. h. v.* Ouid. Faſt. 5, 57 Magna fuit capitis quondam reuerentia cani, Inque ſuo pretio ruga ſenilis erat. Celſum Sen. Hippol. 656. *iuuenis audacis.* Confine caput collo Ouid. Met. 1, 718. Cornigerum Fauni Idem Epiſt. 5, 137. Decorum Hor. Epod. 2, 17. Denſum caeſarie Ouid. Amor. 3, 1, 32. Sen. Octau. 227 Vtinam nefandi principis dirum caput obruere flammis caelitum rector paret. Virg. Aen. 4, 493 Teſtor, cara, deos, et te germana, tuumque Dulce caput. Feſſum Lucan. 6, 97. *De morbi vi ſuperante.* Virg. Georg. 4, 352. *de Arethuſa,* Summa flauum caput extulit vnda. Idem Aen. 11, 39 Ipſe caput niuei Fultum Pallantis, et ora Vt vidit: Fultum, *mortui pendens per ſe, vt locum ſuum ſeruaret fulciendum.* Furiale Hor. Carm. 3, 11, 19. Grauatum Ouid. Met. 10, 192. Virg. Georg. 2, 392 Et quocumque deus circum caput egit honeſtum, i. e. Pulchrum, Seruius. Humanum Hor. in Arte Poët. 1. Illiſum ſcopulis Sen. in Hippol. 1093. Ouid. Met. 2, 50. *de Phoebo, i. Sole, Phaëthontis patre,*

Poenituit iuraſſe patrem, qui terque, quaterque
Concutiens Illuſtre caput, temeraria, dixit,
Vox mea facta tua eſt.

Incomtum Hor. Epod. 5, 16. Indutum Perſ. Sat. 3, 106. *i. pileatum, de libertis in funere domini.* Infirmum Hor. Epiſt. 1, 16, 14. Idem in Arte Poët. 300 Si tribus Anticyris caput inſanabile nunquam Tonſori Licino commiſerit. Intactum Iuuen. Sat. 14, 194. Lacerum Sen. in Oedip. 978. *de Oedipo, cui effoſſi erant oculi.* Iuuenile Ouid. Met. 1, 564. Lanigerum Sil. 3, . . Laſſum Sen. Herc. fur. 1086. Perſ. Sat. 3, 58 Laxumque caput compage ſoluta Oſcitat heſternum diſſutis vndique malis? *deſcriptio ex heſterna intemperantia languidi et oſcitantis.* Leue Iuuen. Sat. 10, 199. *i. caluum.* Magnum, *vid.* MAGNVS. Ouid. Amor. 1, 4, 36 Mite nec in rigido pectore pone caput. Moeſtum *vid. mox* Purpureum. Obſtipum, *vid.* OBSTIPVS. Piniferum Atlantis Virg. Aen. 4, 249. *cum reſpectu ad montem.* Pinigerum Fauni Ouid. Faſt. 3, 84. *de corona ex pinu.* Purpureum, *Regium, et quod purpura tegi ſoleat, male laudatur ex* Sen. Thyeſt. 686 Et moeſta vitta capita purpurea ligat: *Apparet enim* purpurea vittae *epitheton eſſe*, moeſta capitum. Lucret. 4, 591 — Quum Pan Pinea ſemiferi capitis velamina quaſſans. Sordidum Sen. Herc. fur. 785. Claud. de ſext. Conſ. Hon. 159 *De Eridano*, Ille caput placidis Sublime fluentis Extulit. Lucan. 8, 684 Dum lumina nuda rigeſcunt Suffixum caput eſt, *Pompeii.* Submiſſo capite feſſa ceruix labat Sen. Herc. fur. 1045. Summum Lucret. 5, 1137. Timidum caput fuga abdere *dicitur ſerpens* Virg. Georg. 3, 422. Idem Georg. 3, 52 Optima toruae Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix, *i. Magnum. Vt idem* Georg. 4, 395 Turpes paſcit ſub gurgite phocas. Seruius. Vacuum, *Caluariam intelligit* Sil. 13, . . At Celtae vacui capitis circumdare gaudent. *Sed* Vacui capitis eſſe, *eſt etiam dementem et ſtolidum eſſe:* Iuuen. 15, 23 Tam vacui capitis populum Phaeaca putauit. Velatum ex parte Quinctil. 6, 1. Venerandum Sen. Thyeſt. 544. Vile aſelli coronati Iuuen. Sat. 11, 97. Virgineum Ouid. Met. 4, 20.

¶ 3 *Formulae verborum:* Abdere caput caſſide, *Induere caſſidem ſeu galeam capiti.* Ouid. Met. 8, 25 Seu caput Abdiderat criſtata caſſide pennis, In galea formoſus erat. Abducere ictu, *vid.* ABDVCO. Cic. Philipp. 11, 5 Poſt autem ceruicibus caput Abſcidit, idque fixum geſtari iuſſit in pilo. Valer. Max. 5, 2 *de Sylla:* Dictator enim priuato Pompeio et caput Adaperuit, et ſella aſſurrexit, et equo deſcendit. *Add.* Sen. Epiſt. 64 Si conſulem videro — equo deſiliam, caput Adaperiam, ſemita cedam. Agitare Ouid. Met. 1, 567. Alligare, *vid.* ALLIGO. Amputatum Sen. Agam. 902. Aperire, *vid.* APERIO. Apertum caput Lucan. 8, 613. *Conf. mox* Operire caput. Attollere Ouid. Met. 5, 503. Auertere Sen. in Oedip. 1011. Auferre alicui Idem in Oedip. 1006. Auulſum humeris Virg. Aen. 2, 558. Cinctum centum luminibus Ouid. Met. 1, 625. *Argi.* Commitigare, Comtum *vid. ſſ. ll.* Concutere Ouid. Met. 1, 179. Concutere ſono Sen. Herc. fur. 784. Virg. Aen. 12, 885 Caput glauco Contexit amictu. Suet. Neron. 42 Vtque reſipuit, veſte diſciſſa, capite Conuerberato, actum de ſe pronuntiauit. Decutere alicui Ouid. Met. 5. Deducere de capite, *vid.* DEDVCO. Demetere ferro Sen. Agam. 986. Virg. Aen. 9, 437. *de papauere, ſed metaphora ab animalibus petita.* Laſſoue papauera collo Demiſere caput, pluuia quum forte grauantur. Demulcere alicui, *vid.* DEMVLCEO. Deponere ſtrato Ouid. Met. 11, 649. Diſcutere Sil. 9, . . Diſtinguere acu Claudian. de Nupt. Hon. et Mariae 284. *i. Caeſariem aut capillos.* Virg. Ecl. 1, 25 Verum haec tantum alias inter caput Extulit vrbes. *De Roma.* Celſ. 7, 7, 5. *de pterygio curando*, Collocandus eſt ſic auerſus, vt in gremium medici caput reſupinus Effundat. Erigere Stat. Theb. 6, 511. Virg. Aen. 5, 774 Ipſe caput tonſae foliis Euinctus oliuae. Hor. Carm. 3, 24, 8 Non mortis laqueis Expedies caput. Expergefactum erigere Lucret. 5, 1207. Cic. pro Planc. 33 Vbi illa antiqua libertas, quae malis oppreſſa ciuibus, Extollere iam caput, et aliquando recreata ſe erigere debebat? Capita Maenades vi Iaciunt Catull. 64, 24. Iactare caput vtroque Virg. Aen. 5, 469. Ictum Hor. Serm. 2, 1, 24. *intell. a vino.* Imminuere alteri, *vid.* IMMINVO. Impedire myrto, *Cingere corona myrtea* Hor. Carm. 1, 4, 9. Impingere parieti, Inuolutum, *vid. hh. vv.* Ouid. Triſt. 5, 4, 45 Per caput ipſe ſuum ſolitus Iurare, tuumque, Quod ſcio non illi vilius eſſe ſuo. *Conf.* Virg. Aen. 9, 300. Ouid. Epiſt. 3, 107. *Et* ex Pont. 3, 3, 68. *Add. Briſſon. de Form.* l. 8 p. 709. l. 3. vlt. ff. de iureiur. Laeditur in nobis Lucret. 3, 149. Ligare vitta Sen. in Thyeſt. 686. Limare cum altero. *Vid.* LIMA. Martial. 11, 96 In ſolio puto te Mergere, Flacce, caput. Obiectare caput fretis *dicuntur aues, quae his geſtibus pluuiam mox futuram praeſagiunt* Virg. Georg. 1, 386. Obnubere, *Velare et tegere* Liu. 1, 26. *ex carmine, quo ſupplicium imperatur. Refert etiam* Cic. pro Rab. c. 4. Stat. Theb. 11, 584. Obterere ſaxo Lucan. 6, 176. Suet. Caeſ. 83 Vtque animaduertit vndique ſe ſtrictis pugionibus peti, toga caput Obuoluit. *Conf.* Liu. 3, 49. Occulere Ouid. Met. 2, 255. *Metaph. de Nilo.* Offendit caput ad fornicem Fabii Memmius Quinctil. 6, 3. Operiebant caput *nudum et apertum alias, togae iniectu in pudore, vid. Interpretes ad illud* Petron. c. 7 Sero intellexi, me in fornicem eſſe deductum, exſecratus itaque aniculae inſidias Operui caput. *Contra impudentiam accuſans* Plautinus Ergaſilus Capt. 3, 1, 15 Ipſi de foro tam Aperto capite ad lenones eunt, Quam in tribu Aperto capite ſontes condemnant reos. Operto capite ſe in flumen mittere Hor. Serm. 2, 3, 37. Operto capite eſſe Cic. de Senect. 34. Ornare foliis oliuae Virg. Georg. 3, 21. Percutere Lucan. 1, 530. Sil. 1, 104 Olli permulcens genitor caput, oſcula libat. Praecinctus caput pinu Pan Ouid. Met. 1, 699. Virg. Aen. 9, 466 Quin ipſa arrectis (viſu miſerabile) in haſtis Praefigunt capita. Protegere ramo Sen. Agam. 973. Pulſare dextera Sen. Troad. 119. Sed ſine, me hoc abs te impetrare, quod volo *etc.* Quaſſare, *geſtus triſtis* Sen. Oedip. 451. Quid Quaſſas caput? Plaut. Trin. 5, 2, 43. *etc. i. abnuis.* Recidere Lucan. 2, 172. Lucret. 5, 1398 Tum caput, atque humeros plexis Redimire coronis. Catull. 43, 10 At Acme leuiter caput Reflectens. Retorquere Ouid. Met. 3, 68 *De ſerpente Cadmeo.* Reuulſum a ceruice Virg. Georg. 4, 523. Rotare enſe Lucan. 8, 673. *i. Rotato enſe amputare vno ictu.* Ruptum impulſu ſilicis Sen. Troad. 1115. Hor. Serm. 1, 10, 71 In verſu faciendo Saepe caput Scaberet, viuos et roderet vngues. *Geſtus hominis cogitabundi, et de mutando, cuius poeniteat, ſecum agitantis, moramque ſtilo, et iudicium adhibentis.* Vetus Poëta in Catalect. de Pompeio: Faſciolis qui crura ligat, digito caput vno Qui Scabit, hunc credas quid ſibi velle? virum. *Vno digito qui caput ſcabit, ille cauet, ne diſturbet aliquid, quod ipſum mollitiei et obſcoeni ſtudii placendi indicium habitum eſt. Vid.* et Plutarch. in Caeſ. p. 709. Virg. Aen. 2, 219 Superant capite, et ceruicibus altis. Supponere capiti libros Quinctil. 1, 10, 17. Tegere Ouid. Triſt. 3, 3, 45. Teſtor vtrumque caput Virg. Aen. 4, 357. *Vid.* Iurare. Velare Ouid. Met. 1, 382. Virg. Aen. 3, 545 Et capita ante aras Phrygio Velamus amictu. Vnctum Catull. 10, 11.

¶ 4 *Synecdochice pro ipſo totoque homine ponitur.* Ter. Hec. 3, 1, 54 Aliquid tuliſſe comminiſcentur mali: capiti atque aetati illorum! morbus qui auctus ſiet. *Male precantis eſt formula, et diras malasque preces interponentis, vt ſit, Quod illorum capiti eueniat! vt apud Ariſtophanem* εἰς κεφαλήν σοι, *et* Virgil. Aen. 8, 484 Dii capiti illorum generique reſeruent. *Turnebus. Sic* Tibull. 1, 2, 12 Capiti ſint, precor, iſta meo. *h. e. Quae dementi ira impulſus tibi imprecatus ſum, ea in me eueniant.* Te ſubroſtrani, quod illorum capiti ſit, diſſiparant periiſſe Cael. *ad* Cic. Fam. 8, 1. Plaut. Moſtell. 1, 3, 142 Triginta minas pro capite tuo dedi. Audax *et* Impium, *Homo audax* Sen. Agam. 953. Carum, Virg. Aen. 4, 354 *de Aſcanio.* Plane hoc corruptum eſt caput. Nequam homo es Plaut. Epid. 1, 1, 86. Dilectum Valer. Argon. 4, 401. Prop 3, 9, 3 Criminaque Ignaui capitis mihi turpia fingis. Ter. Ad. 5, 9, 9 O Lepidum caput. Bina boum vobis - - - Dat numero capita in naves Virg. Aen. 5, 61. *Et* 815 Vnum pro multis Dabitur caput. Gre XXV capitum Colum. 8, 11, 13. — XXX capitum Id. 8, 5, 7. *Add* Vlpian. l. Vetus, *et* l. Quid ergo de Vſufr. Impium Sen. Hippol. *extr.* Infeſtum Sen. in Oedip. 870. *al.* Infandum, *al.* Infauſtum, *al.* Inceſtum. Ingratum Sen. Med. 465. *Sic Medea Iaſonem appellat.* Inſuperabile bello Ouid. Met. 12, 613. *de Achille.* Noxium Sen. Med 1005. Periurum Iuuen. Sat. 13, 174. Quot capitum viuunt, totidem ſtudiorum Millia Hor. Serm. 2, 1, 27. Exerere caput altiu vitiis Ouid. Faſt. 1, 300. *i. Eſſe ſupra humanam naturam, quae vitiis e voluptatibus gaudet.* Plaut. Merc. 1, 2, 42 Liberum caput tibi facian paucos cis menſes. Inſultare capiti Virg. Aen. 8, 570. Obligar votis caput Hor. Carm. 2, 8, 6 *ſignificat Diis ſemet voto obſtringer ita vt, niſi quod pollicitus ſis praeſtiteris, liceat illis, quocunque velint modo, in te ſaeuire.* Siquidem hoc viuet caput, *pro Si vixero* Plaut. Pſeud 2, 4, 33. Capite cenſi, *ſeu, vt ibi ſcribitur*, Capitecenſi *qui ſint, diſputatur apud* Gell. 16, 10 Qui nullo aut perquam paruo aere cenſeban tur, Capitecenſi vocabantur. Extremus autem cenſus Capitecenſorur fuit aeris trecenti ſeptuaginta quinque — Capitis cenſione — appellati ſunt *(i. quia nihil habebant, quod in cenſuales tabulas referr dum profiterentur, quam caput ſuum, i. ſe ipſos)* Capitecenſus primu C. Marius, vt quidam ferunt, bello Cimbrico difficillimis reip. tempc ribus, vel potius, vt Salluſtius ait, bello Iugurthino milites ſcripſiſ traditur. — Verba autem Salluſtii in hiſtoria Iugurthina (c. 86 de C. Mario Conſule, et de capitecenſis haec ſunt. Ipſe interea mil tes ſcribere, non more maiorum, nec ex claſſibus, ſed vt lubido c iusque erat, capitecenſos pleroſque. Id factum alii inopia bonorun alii per ambitionem conſulis memorabant, quod ab eo genere cel bratus auctusque erat, et homini potentiam quaerenti egentiſſimi quisque opportuniſſimus. Proletarios Capitecenſis *aliquantum* hon ſtiores *ibidem facit Gellius.* Capitum exactio *quoque huc pertinet, qua vid.* EPICEPHALIVM.

¶ 5 *Cum de ciue Rom. ſ mo eſt*, Caput *et* vitam, *et* libertatem, *et* ciuitatem, *et* familiam *comp ctitur, et ita quidem, vt interdum vnum modo horum indicet, cum a quis* familiam, *ſaluis reliquis omnibus, et* ciuitatem *amittere poſſit, ſ va libertate, et hanc, retenta vita. Hoc apparet in primis in ea, qu* Capitis deminutionem *vocant. De hac* Feſtus, Deminutus Capite a pellatur, qui ciuitate mutatus eſt, et ex alia familia in aliam adop tus, et qui liber alteri mancipio datus eſt, et qui in hoſtium poteſ tem venit, et cui aqua ignique interdictum eſt. Capitis diminut. *inquit* Caius Iuriſc. l. 1 D. De capite minutis, eſt Status mutatio. Pa lus Iuriſc. ibidem, l. vlt. Capitis deminutionis tria ſunt genera: m xima, media, minima. Tria enim ſunt quae habemus, libertate ciuitatem, familiam. Igitur quum haec omnia amittimus, hoc eſt li bertatem, et ciuitatem, et familiam: maximam capitis deminutio nem. Quum vero amittimus ciuitatem, et libertatem retinemu mediam eſſe capitis deminutionem. Quum autem et libertas et ci tas retinetur, familia tantum mutatur: minimam eſſe capitis demin tionem conſtat. *Sic* Cic. Top. 18 Mulier, quae ſe capite deminu quae in poteſtatem et familiam mariti tranſiit. *Omnia complectit* Cic. pro Domo 33 c. 13 Hoc eſſe proprium liberae ciuitatis, Vt nil de capite ciuis, aut de bonis, ſine iudicio Senatus, aut populi, a eorum, qui de quaque re conſtituti Iudices ſint, detrahi poſſit. *Ad bertatem in primis reſpicit* Imperator §. 4 de cap. deminut. Seru manumiſſus capite non minuitur, quia nullum Caput habuit. *Hoc* 3. ff. de cap. minutis ita exprimit Paullus, Seruile caput nullum i habet, ideo nec minui poteſt. Cic. Off. 3, 107 Vt ſi praedonibus ctum pro capite pretium non attuleris, nulla fraus eſt, ne ſi iura quidem id non feceris. Plaut. Trin. 4, 2, 119 Cui, ſi capitis res ſi numum nunquam credam plumbeum. Accuſationem capitis I beo exiſtimat eam eſſe, cuius poena mors aut exilium eſſet, *ait* T rent. in l. 10 D. de iur. patron. *Sic* Vlpian. l. 14 §. 3 de Bonis Lib tor. Is demum videtur capitis accuſaſſe, qui tali iudicio appetit, ius poena aut ſupplicium habuit, aut exilium, quod ſit vice depor tionis, vbi ciuitas amittitur. Dicere cauſam capitis Nep. 11, 3, Cic. in Brut. 47 Huic Antiphontem Rhamnuſium ſimilia quaedam l buiſſe conſcripta, quo neminem vnquam melius vllam orauiſſe ca tis cauſam, quum ſe ipſe defenderet, ſe audiente, locuples auct ſcripſit Thucydides. Cic. Orat. 1, 181 Capitis noſtri ſaepe poteſt cidere, vt cauſae verſentur in iure. Certamen capitis et famae l bere cum altero Cic. Off. 1, 38 c. 12. *Sunt h. l. Synonyma* Caput Fama, *vt in priori membro* Honor *et* Dignitas. *Nempe* Caput *interd ad ſolam exiſtimationis integritatem refertur, vt* pro Quinct. 32 c. 9. aut ipſe ſe capitis damnaret, ſi ſatis dediſſet, aut cauſam capitis ſponſionem feciſſet priore loco diceret. *Deinde* n. 33 Iudicium c non de re pecuniaria, ſed de fama fortuniſque P. Quintii vides. C maiores ita conſtituerint, vt qui pro Capite diceret, is poſteriore co diceret — *Quaeſtio autem erat, an aduerſarius Quintii bona il ex edicto praetoris poſſidere deberet? Hoc ita exaggeratur* n. 49 c. Cuius bona venierunt — is non modo ex numero viuorum, ext batur, ſed ſi fieri poteſt, infra etiam mortuos amandatur — Cu bona ex edicto poſſidentur, huius fama et exiſtimatio cum bonis ſir poſſidetur — huic acerbiſſimum viuo videntique funus indicitur *Sunt enim pluſcula in hac oratione, quibus hoc firmatur.* Cic. de P vinc. Conſ. 23 c. 9 Qui me amor, et ſubuenire olim impendenti periculis maximis cum Dimicatione capitis, et rurſum quum omnia ſubire coëgit. Cic. Tuſc. 1, 71 His et talibus rationibus adductus crates, nec patronum quaeſiuit ad iudicium capitis, nec iudicibus plex fuit. *Conf.* Nep. 15, 8, 5. *et* 19, 3, 4. Periculum capitis a Nep. 13, 4, 3. Ouid. Triſt. 4, 1, 65 Vtque nec inſidias, capitis

peri.

pericula narrem, *etc.* Quinctil. 4, 2, 122 In ipſa capitis pericula aut fortunarum irrupit voluptas. Poenas capitis pendere Ouid. Faſt. 3, 845. Poena capitis conſtituta Cic. Verr. 4 c. 39.

¶ 6 *Formulae, in quibus* Caput *vitam praeſertim ſignificat, vbi tamen vel ipſum hominem intelligere interdum, interdum felicitatem, et famam adeo et exiſtimationem, ſine qua vita nulla putatur, commodum fuerit.* Abſolui capitis Nep. 1, 7, 6. Accuſare Idem 4, 2, 6. Caput eorum agitur Cic. de Amic. c. 17. Idem Verr. 2, 98 Qua in re ipſius Praetoris caput exiſtimatioque ageretur. Anquirere capite, *vid.* ANQVIRO. Cic. de Orat. 1, 233 Cuius reſponſo ſic Iudices exarſerunt, vt capitis hominem innocentiſſimum condemnarent. Damnatus capite Cic. Tuſcul. 1, 98 c. 41. Capitis Nep. 7, 4, 5. *et* 18, 5, 1. Cic. Tuſc. 1, 59 Sed plurimi contra nituntur, animosque quaſi capite damnatos morte mulctant. Cic. Att. 10, 9 Vtinam meo ſolum capite decernerem, *i. in periculo verſarer, vt* dimicare. Defendere caput et famam alterius Cic. pro Quinct. 8 c. 2. Id. Acad. 4 c. 38. Lucan. 8, 101 Mallem felicibus armis Dependiſſe caput, *i. deuouiſſe me pro felicitate tua.* Deuouere caput alicuius Ouid. Met. 13, 330. Liu. 2, 12 In hoc diſcrimen accingere, vt in ſingulas horas capite dimices tuo, *i. periculum capitis ab inſidiantibus adeas.* Tacit. Ann. 12, 19 Pro Mithridate, quando grauius mereretur, non potentiam, neque regnum precari, ſed ne triumpharetur, neue poenas capite expenderet. Laceſſere caput inſidiis Catul. 16, 16. Lucere capite, *vid.* LVO. Obiectare periclis Virg. Aen. 2, 751. Offerre leto Lucret. 3, 1054. Quem pol ego capitis Perdam Plaut. Mil. 2, 4, 18. Perſoluere poenas capite Sen. Agam. 1001. Quinctil. 6, 3, 28 Accuſare enim palam, et caput alicuius Petere conceſſum. Vertere in caput noxiorum Tacit. Ann. 5, . . Vouerunt capita ſua pro patria noſtri Imperatores Cic. de Fin. 5, 64 c. 22. Plaut. Pſeud. 4, 7, 134 Pſeudolus mihi centuriata habuit capitis comitia, *i. ſuis fallaciis me ad ſuſpendium adigit, non ſecus ac ſi centuriatis comitiis damnatum ſuſpendere lictor iuberetur.*

¶ 7 *Vt in grege* capita *ſunt, quae totum gregem efficiunt; ſic legum, librorum, epiſtolarum, orationum* capita *ſunt partes, non numero verborum aut verſuum aeſtimandae, ſed ipſis argumentis, in quantum ſeiuncta ab aliis intelliguntur, et per ſe conſiderantur.* Gellius in fine praefationis, Capita rerum, quae cuique commentario inſunt, expoſuimus hic vniuerſa, vt iam ſtatim declaretur, quid, quoue in libro quaeri inueniriue poſſit. *Hinc factum, vt quaecunque librorum ſectiones* capita *dici coeperint. Sed nunc de antiquo vſu.* Caput ſuum offerre vilitati pro capite alterius Plaut. Capt. 2, 1, 34. Cic. Fam. 3, 8 *de edicto ſuo,* Diligentiſſime ſcriptum caput eſt, quod pertinet ad minuendos ſumtus. Cic. de Lege Agr. 2, 15 c. 6 Atque ego a primo capite legis, vſque ad extremum reperio Quirites, *etc.* *Sic* Cic. Fam. 7, 22 *De libro ICti neſcio quo aut cuius,* Id caput, vbi haec controuerſia eſt, notaui. *Sic* Gell. 11, 10 quod in capite ſuperiore *etc.* *Sunt enim reuera* capita Gellii. Caput Epicuri *eſt propoſitio, dogma* Cic. Acad. 2, 101 c. 32 Ita nobis tacentibus, ex vno Epicuri capite, altero veſtro, perceptio et comprehenſio tollitur. Quod eſt caput Epicuri? Si vllum ſenſibus viſum falſum eſt, nihil percipi poteſt, quod veſtrum? Sunt falſa ſenſus viſa *etc.* Generale caput, *quaeſtio generalis* Quinctil. 3, 6, 21. Id. 9, 3, 73 Primum caput orationis pro Ligario *vocat periodum primam.* *Sic* Cic. poſt red. in Sen. 8 c. 4 Cum praeclarum caput *(legis Clodiae de proſcriptione Ciceronis)* recitaretur, Ne quis ad vos referret, ne quis decerneret, ne diſputaret, ne loqueretur, ne pedibus iret, ne ſcribendo adeſſet: totam illam proſcriptionem, non legem putauit. *Add.* de L. Agrar. 1, 1. Prima duo capita epiſtolae tuae tacita mihi quodam modo relinquenda ſunt Cic. Fam. 3, 8. Expoſita et explicata capita Cic. in Brut. 164. Idem in Brut. 165 Ipſa illa cenſoria contra Cn. Domitium collegam non eſt oratio, ſed quaſi capita rerum et orationis commentarium paullo plenius. Cic. de Orat. 2, 223 Quum contraria inter ſeſe de Republica capita contuliſſet, noſter, *etc.* *Cf.* pro Cluent. c. 51.

¶ 8 Caput, *Summa principalis, cui reſpondet interdum vſura, interdum Lucrum et Acceſſio.* Promulgauere legem de aere alieno, vt deducto eo de capite, quod vſuris pernumeratum eſſet, id, quod ſupereſſet, triennio aequis conditionibus perſolueretur Liu. 6, 35. Quinas capiti mercedes exſecat Hor. Sat. 1, 2, 14. Offertur pecunia creditori: vix, inquit, exſoluis vſuram, caput debes Ambroſ. c. 5 de Tobia. Cic. Verr. 1, 11 erunt, qui et in eo quoque eius audaciam reprehendant, quod aliquot hominibus de capite quantum commodum fuerit, frumenti decumani, detraxerit. De capite demere vocat Verr. 3 c. 35. *i. de ſumma frumenti debita.*

¶ 9 *Principium ſignificat.* Cic. de Fin. 5, 17 fons reperiendus eſt, in quo ſint prima inuitamenta naturae: quo inuento, omnis ab eo quaſi capite de ſummo bono et malo diſputatio ducitur, *i. tanquam ab origine et fonte deriuatur.* Ab illo capite haec manant Cic. de Orat. 2 c. 27. Sine capite manare *dicitur, quod nullo certo auctore narratur* Cic. pro Planco 57. *et* Fam. 12, 10. A capite Arceſſere, Ordiri *vid. his verbis.* *Hinc* Caput, *pro Fonte et ſcaturigine.* Caput aquae illud eſt, vnde aqua naſcitur Vlpian. l. 1 §. 8 D. de aqua quot. et aeſt. Ad aquae lene caput ſacrae Hor. Od. 1, 1, 21. *Sic* Pallad. 7, 8, 7. Caput Rheni Hor. Serm. 1, 10, 37. *Conf.* Lucret. 6, 729. Mela 3, 2. Plin. Epiſt. 8, 8 Fontes capite diſcreti. *Add.* 10, 91 Stagnum ab capite. *Sic ſumunt vulgo* Indomitum caput Rheni Lucan. 2, 52 *quia bellicoſiſſimi ſunt populi, qui ad Rhenum ſunt.* *Sic*, Virg. Georg. 4, 319 Triſtis ad extremi ſacrum caput adſtitit amnis Multa querens. *Sed*

¶ 10 *etiam exitum ſ. oſtia notat. v. g.* Caeſ. B. G. 4, 10 Rhenus multis capitibus in Oceanum influit, *i. oſtiis.* *Quem vnum huius generis locum pronuntiabat Iſ. Voſſius ad* Melae 2, 2, 50. *Sed cum Lambino ad* Hor. Od. 1, 1 *Burmannus et* Virgilii l. c. Ge. 4, 319 *de oſtiis Penei, ſ. exitu in mare, accipit,* et Indomitum caput Rheni *intelligit, recte ſane, non Rhaetos, ſed Batauos oſtiorum accolas. Vide illum ad* Val. Flac. 5, 351. *et ad* Lucan. 2, 52. *Porro* Lucan. 3, 202 Multifidi Peucen vnum caput alluit Iſtri, Caput *etiam vnum de brachiis Iſtri ſignificat: vbi Oudendorpius producit etiam* Liu. 33, 41 Inde profectum eum ad Capita (quae vocant) Sari fluminis foeda tempeſtas oborta prope cum omni claſſe demerſit. *Neque caetera nominis ratio abhorret. Vtrumque enim terminum ſ. extremum ſignari hoc nomine,* n. 13 *oſtendemus.* Caput coenae, *i. Praecipuus miſſus, praecipuumque ferculum coenae.* Mullus tibi quatuor emtus Librarum, coenae pompa caputque fuit Martial. 10, 31. Cic. Tuſc. 5, 98 c. 34 Vbi quum Tyrannus coenauiſſet Dionyſius, negauit ſe iure illo nigro, quod coenae caput erat, delectatum. Cic. de Fin. 2, 15 c. 8 Ex quo illud efficitur, qui bene coenent, omnes libenter coenare; qui libenter, non continuo bene. Semper Laelius bene. Quid bene? dicit Lucilius, *cocto, condito.* Sed quando caput coenae? *Sermone bono.* Quid ex eo? *Si quaeri' libenter. Verſus Lucilii fuit* Semper bene cocto, Condito, ſermone bono, ſi quaeri' libenter. Caput coenae *de ſententia Lucilii*, Bonus ſermo. Caput ſcelerum, *i. Auctor praecipuus ſceleratorum* Plaut. Curc. 2, 1, 19. Rud. 4, 4, 54. Belli ſumma et caput Ouid. ex Pont. 2, 1, 46. Liu. 3, 10 Id caput belli eſſe. Liu. 8, 19 Prius animaduerſum in eos, qui capita coniurationis fuerant, *i. principes.* Caput eſt omnium Graecorum concitandorum Cic. pro Flacc. c. 18. Fontes et capita legum Idem de Orat. 1 c. 44. *Et* de Orat. 1, 42 Vrgerent praeterea philoſophorum greges, iam ab illo fonte et capite Socrate, nihil te de bonis, nihil de malis, *etc.* *In his ſimul ad principii notationem, de qua* n. 9, *reſpicitur.* Hor. Epiſt. 1, 17, 45 Atqui rerum caput hoc erat, hic fons. Idem Serm. 2, 5, 74 — ſed vincit longe prius ipſum Expugnare caput. *i. Longe melius eſt, ipſum dominum aedium beneuolum ſibi reddere.* Ego caput huic argento hodie fui reperiendo Plaut. Aſin. 3, 3, 137. Ter. Adel. 4, 2, 29 Idem ſenſit quod ego, te eſſe huic rei caput. *Conf.* Andr. 2, 6, *extr. ibique* Donat. Cic. de Orat. 2, 337 c. 82 Ad conſilium autem de Repub. dandum, caput eſt, noſſe Rempub. ad dicendum vero probabiliter, noſſe mores ciuitatis. Literarum caput, ſibi cum illa mima poſthac nihil futurum Cic. Phil. 2, 77. Id. de L. Agr. 1, 21 c. 7 Caput patrimonii publici, pulcherrimam populi Rom. poſſeſſionem, *vocat* agrum Campanum. *Et* Orat. 2, 80 c. 29 *de ead. re*, Caput veſtrae pecuniae, pacis ornamentum, ſubſidium belli *etc.* Cic. Fam. 3, 7 Deinde imperatori? deinde more maiorum? deinde, quod caput eſt, amico? Caput eſt, quod, vt vere dicam, minime facimus, quam plurimum ſcribere Cic. de Orat. 1 c. 35. Idem de Inuent. 2, 24 In hoc autem loco caput illud erit accuſatori, ſi demonſtrare poterit, *etc.* *Et* de Orat. 1, 87 Caput enim eſſe arbitrabatur oratoris, vt et ipſis apud quos ageret, talis, qualem ſe ipſe optaret, videretur. Caput eſt ad bene viuendum ſecuritas Cic. de Amicit. 45. Nec caput, nec pes ſermonis apparet: *i. Neque primum, neque poſtremum, nec principium, nec finis eſt in verbis tuis.* Plaut. Aſin. 3, 3, 139. Cic. Fam. 7, 31 Sulpicii tibi operam intelligo ex tuis literis non multum opus fuiſſe, propter tuas res ita contractas, vt, quemadmodum ſcribis, nec caput, nec pedes. Equidem vellem vti pedes haberent, vt aliquando redires. Capita imperiorum et hominum eminentiſſima Vell. 2, 101. *i. Caeſar et Parthorum rex.* Vt in corporibus, ſic in imperio grauiſſimus morbus eſt, qui a capite diffunditur Plin. Ep. 4, 22 *extr.* Caput gentis Ambracio Flor. 2, 9. *i. metropolis, regia.* Thebae totius Graeciae caput Nep. 15, 10, 4. Imperii Tac. H. 1, 84. *i. ſenatus.* Reip. Vell. 2, 51. Rerum caput Tacit. Ann. 1, 47. *i. Roma.* *Add.* Id. H. 2, 32. Caput regni Plin. 12, 14 ſ. 32. Virg. Aen. 8, 65 Hic mihi magna domus, celſis Caput Vrbibus exit.

¶ 11 *Habet etiam alias ſignificationes metaphoricas in re ruſtica: v. g.* Sen. in Troad. 173 Mouere ſiluae capita, *i. cacumina ſua.* Cupreſſi inuiolata capita Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 370. *i. Florentia, et non ante caeſa.* Flor. 1, 7, 7 Eminentia forte papauerum capita virgula decutiens. *Et rurſus* Caput allii Colum. 6, 34, 1. Porri Idem 11, 3, 17. Vlpici Cato 71. In caput creſcit cepulla Pallad. Feb. 24, 3. *Hinc* vitis caput *pro communi radice et ſtirpe*, Colum. 3, 10, 1. *etc.* *Hinc* A capite propagare Cato 51, 2, *etc.* Capita Caſtanearum Colum. 4, 33, 4. *quantum ex vna caſtanea creſcit.* Trunci caput *in vite, vbi in ramos abit* Colum. 4, 17, 4 Caput malleoli Colum. 3, 18, 6. *qua matri abſciſſus eſt, vt* mallei caput *eſt maſſa illa ferrea, quae manubrium habet.*

¶ 12 *Extrema ſignificat v. g.* Habenae capita Celſ. 8, 7. Os *(fractum)* nonnunquam habet obtuſa capita nonnunquam acuta Celſ. 8, 7. Pontis capita Planc. *ad* Cic. Fam. 10, 18. *et* Frontin. Strat. 2, 13, 5. *Ita* Siculus Fl. *p. 6 Goeſ.* A capite vſque ad caput, hoc eſt, a fine incipiente vſque ad finem deſinentem. *Sic paſſim* caput limitis *apud* Agrimenſores *eſt terminus, initium et finis.* *Vid.* p. 251. 261. 299. 306. Plin. Epiſt. 10, 81 *(al. 78)* Sunt enim in capite Bithyniae, *i. in altero termino.* *Sic* 2, 17, 20 In capite xyſti cryptoporticus. *Et* 5, 6, 19 A capite porticus triclinium excurrit. Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 9 Vbi turris altitudo perducta eſt ad contabulationem, eam in parietes inſtruxerunt ita, vt capita tignorum extrema parietum ſtructura tegerentur, ne quid emineret, *etc.* Veget. 2, 54, 1 De capitibus vngularum calcant. Foſſarum Pallad. Mai. 3, 2.

¶ 13 Caput facere *dicitur vlcus, cum acumen, locum caeteris magis tumentem et inflammatum accipit.* Plin. 26, 12 ſ. 77. *de furunculis*, Remedio ſunt pycnocomi folia trita cum polenta, ſi nondum caput fecerint. *Idem videtur dicere*, quod 22, 25 ſ. 69 Etiam ad furunculos maturandos diſcutiendosque imponitur, *de faba.*

¶ 14 Caput extorum *quid eſſet, diſputat Turn.* 11, 27, *ad illud* Liu. 8, 11 Decio caput iecinoris a familiari parte caeſum aruſpex dicitur oſtendiſſe. *Hic et* Caput, *et* Pars familiaris *verba ſunt aruſpicinae, quae ideo minus intelliguntur, quod haec ars omnis in deſuetudinem abierit. Coniicere tamen licet,* Caput *Fibrarum in iecore initium fuiſſe: quumque iecur in duas partes diuiderent*, familiarem *et* hoſtilem, *et e familiari ſua euenta augurarentur, ex hoſtili hoſtium fata*, duo capita *erant, vnum* hoſtile, *alterum* familiare: *de familiari hic* Liuius *loquitur: de hoſtili* Lucan. 1, 621 Cernit tabe iecur madidum, venasque minaces Hoſtili de parte videt. *Et* 627 Ecce videt capiti fibrarum increſcere molem Alterius capitis. Cic. de Diuin. 2 c. 13 *extr.* Caput iecoris ex omni parte diligentiſſime conſiderant: ſi vero id non eſt inuentum, nihil putant accidere potuiſſe triſtius. *Et* c. 16 An cenſes, eundem vitulum ſi alius delegerit, ſine capite iecur inuenturum? ſi alius, cum capite? *Conferri poteſt illa Lucani deſcriptio cum* Sen. Oedip. 356 *ſqq. vbi inter alia v.* 360 En capita paribus bina conſurgunt toris, Sed vtrumque caeſum tenuis abſcondit caput Membrana *etc.* Liu. 27, 26 Prima hoſtia caeſa iecur ſine capite inuentum — Auctum etiam viſum in capite. *Conf.* Val. Max. 1, 6, 9 *Vbi quod* Auctum *vocat Liuius*, caput iecinoris duplex *appellatur.* *Plura* Iul. Obſequ. de Prodig. 76. 95. 107. 112. 115.

¶ 15 Capita deorum appellabantur, Faſciculi facti de verbenis. Feſtus, *Voce* STRVPPI.

CAPĬTAL, ālis. n. Quod ſacerdotulae etiam nunc in capite ſolent habere. *Haec* Varro de L. L. 4, 29 Feſtus *autem*, Capital, *inquit*, Linteum quoddam, quo in ſacrificiis vtebantur.

¶ 2 Capital, facinus, quod capitis poena luitur, Feſtus. Capital facere Plaut. Men. 1, 1, 16. Merc. 3, 4, 26 Capital facis. Liu. 24, 37 Praeſidio decedere apud Romanos capital eſſe. Eſſe capital coepit Iuſtin. 2, 7, 8. Sil. 13, 155 Praeuetitum namque et capital, committere Martem Sponte viris. *i. iniuſſu pugnare.* Curt. 8, 9, 34 Deos putant, quidquid colere coeperunt, arbores maxime, quas violare capital eſt. Id. 8, 4, 17 Illis *(Perſis)* in ſella regis conſediſſe capital foret. *vtroque loco al.* Capitale. *Sed* Capital *tuentur optimi quique. Vid. Tennul. et Oudend. ad* Frontin. Strat. 4, 6, 3. Capital *ſubſtantiuum eſt*, Capitale *Adiectiuum.*

CAPITĀLIS, e. [φονικὸς, θανατικὸς] *Quod ad Caput, i. vitam, felicitatem, ſummam rei etc. pertinet. Saepiſſime, quod capitis poenam meretur, vid.* CAPVT n. 5. Cic. Verr. 2, 170 c. 70 Hoc erat etiam capitalior, quod idem pecuniam iis, qui ab iſto aliquid mercabantur, foenori dabat, *i. tanto grauior, et magis noxius caput petens. Sed* Verr. 5, 23 c. 9 Inſimulatio capitalis atque inuidioſi criminis. Cic. de Nat. Deor. 1, 13 c. 6 Non leuiſſima de re, vt queritur ille, Fieri in ciuitate facinora capitalia, Ab amico amante argentum accipere meretrix non volt. Aedis capitalis, *In qua capitale crimen commiſſum eſt volunt quidam* Plaut. Moſt. 2, 2, 44. *Sed al.* Caedis. *In his Gron.* Aduerſarius capitalis, *qui caput et mortem alterius petit.* Cic. de Fin. 4 c. 12. Suet. Aug. 24 Centuriones, — vt Manipulares capitali Animaduerſione puniit. *Vid.* Poena. Idem Off. 3, 82 c. 21 *Ponit verſiculos,* Nam ſi violandum eſt ius, regnandi gratia Violandum eſt: aliis rebus pietatem colas, *et ſubiicit,* Capitalis Eteocles, *(cui iſta tribuit Poëta)* vel potius Euripides, qui id vnum, quod ſceleratiſſimum fuerat, exceperit. Capitalis, *i. vehementer noxius et peſtilens. Vid. mox* Oratio, *it.* Peſtis Capitalis. Fraudem capitalem admittere Cic. pro Rabir. Perd. c. 9. *eſt tale aliquid delinquere, propter quod capite puniendus ſit, vid.* FRAVS. Hoſtis Cic. Cat. 2 c. 2. Inimicitiae capitales interuenerunt inter procuratorem et Dominum. Vlp. in l. filiusfamilias §. vlt. D. de procurat. Inimicitiae capitales interceſſerunt Paullus in l. ſi poſt datum D. eod. titul. Cic. Off 1, 41 c. 13 Totius autem iniuſtitiae nulla capitalior eſt, quam, *etc.* Inſcitia capitalis Plin. 29, 1 *per quam periclitatur hominum caput, hoc eſt vita: loquitur enim de medicorum inſcitia.* Hor. Serm. 1, 7, 13 Inter Hectora Priamiden, animoſumque inter Achillem Ira fuit capitalis, *i. vsque ad capitis et vitae ablationem.* Iudicia capitalia. Paul. l. 2 D. de public. iudic. Publicorum iudiciorum quaedam capitalia ſunt, quaedam non capitalia. Capitalia ſunt, ex quibus poena mors, aut exilium eſt, hoc eſt aquae et ignis interdictio. Per has enim poenas eximitur caput de ciuitate. nam caetera non exilia, ſed religationes proprie dicuntur. tunc enim et ciuitas retinetur. Non capitalia ſunt, ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coërcitio poena eſt. *Add.* Quinctil. 4, 1, 57. *qui et* Cauſas capitales *nominat* 8, 3, 14. Morbus capitalis, *i. Grauiſſimus; in quo quis de capite, hoc eſt de vita, periclitatur,* Gell. 16, 13. Nefas capitale, *quod capite puniri meretur,* Lucan. ad Piſon. 43. Cic. de Amicit. 2 c. 1 Quum is Tribunus plebis capitali Odio a Q. Pompeio, qui tum erat Conſul, diſſideret. Idem Off. 2, 73 c. 21 Capitalis oratio eſt, ad aequationem bonorum pertinens: qua peſte quae poteſt eſſe maior? *i. caput et felicitatem ciuitatis petens.* Plaut. Trin. 4, 3, 81 Ego miſer meis periculis ſum per maria maxima vectus capitali periculo. *Add.* Rud. 2, 3, 19. Cic. de Senect. c. 12 Nullam capitaliorem Peſtem, quam corporis voluptatem, hominibus dicebat *Archytas* a natura datam, *etc.* Poenae capitales, Calliſtratus l. 28 D. de poenis, Capitalium poenarum fere iſti gradus ſunt. Summum ſupplicium eſſe videtur ad furcam damnatio, item viui crematio — item capitis amputatio. Deinde proxima morti poena metalli coërcitio. Poſt deinde in inſulam deportatio. Caeterae poenae ad exiſtimationem non ad capitis periculum pertinent, velut relegatio ad tempus vel in perpetuum, vel in inſulam: vel cum in opus quis publicum datur, vel cum fuſtium ictu ſubiicitur. *Add.* l. 103 de V. S. Mors corporis. l. capitalium. D. de poen. Damnatio in metallum. l. quidam D. de poen. Deportatio, et tali non perditur libertas, ſed ciuitas. Cic. Philipp. 4, 3 Capitalem et peſtiferum a Brunduſio M. Antonii Reditum timeremus. Rei capitalis quaeſtiones Cic. Verr. 2, 68 c. 39 Rei capitalis accuſare. Idem Verr. 2, 68 Rei capitalis damnare, ſiue condemnare Id. pro Cluent. et pro Domo 78. Curt. 3, 2, 17 Abſtrahi iuſſit ad capitale Supplicium. ¶ 2 *Subſtantiue:* Capitale fuit in Theſſalia ciconiam occidiſſe Plin. 10, 23 ſ. 31. Digredi via Capitale leges fecere Idem 12, 14 ſ. 32. *Malint hic quidam* Capital. *Sed plura ſunt apud Plinium.* ¶ 3 Tresuiri *vel* Triumuiri capitales. *Suppliciis capitalibus exercendis, et vigiliis nocturnis praefecti.* Liu. 39, 14 Triumuiris capitalibus mandatum eſt, vt vigilias diſponerent per vrbem, ſeruarentque, ne qui nocturni caetus fierent: vtque ab incendiis caueretur, *etc.* Idem 32, 26 Triumuiri carceris lautumiarum intentiorem cuſtodiam habere iuſſi. Plaut. Amph. 1, 1, 3 Quis me alter audacior eſt homo, — qui hoc noctis ſolus ambulem? Quid faciam nunc, ſi Tresuiri me in carcerem compegerint? Inde cras e promtuaria cella depromer ad flagrum? Id. Aul. 3, 2, 2 Ad Tresuiros iam ego deferam tuum nomen? CON. Quam ob rem? EV. quia cultrum habes. Aſin. 1, 2, 5 Adoleſcens ad Tresuiros vult accuſare lenam et ſcortum. *Videntur iidem, qui* Triumuiri nocturni *vocantur* l. 1 D. de Offic. Praefecti vigilum. *Hinc lucem accipit iocus* Cic. Fam. 7, 13 Treuiros *(Galliae populum)* vites cenſeo: audio Capitales eſſe *(vt ſunt Romae* Tresuiri Capitales, *i. caput petere et vitam)* mallem auro, aere, argento eſſent. ¶ 4 *Eſt etiam* Capitalis *laus ingenii.* Cic. Q. Fr. 2, 12 *de Philiſto,* Siculus, ille capitalis, creber, acutus, paene puſillus Thucydides. Ouid. Faſt. 3, 839 Capitale vocamus Ingenium ſolers. *Quem locum Ciceroni explicando aduocat* Muret. Var. Lect. 2, 5. *Recte igitur* Iocus capitalis *reſtitutus eſt a Salmaſio* Pollioni XXX. Tyr. 10, quo regna promeruit Regillianus, *cum vulgo legatur* Militari ioco.

CAPITALĬTER. Adu. [φονικῶς] Plin. Epiſt. 1, 5 Praeterea reminiſcebatur, quam capitaliter meipſum apud Centumuiros laceſſiſſet. *i. Cum periculo vitae meae.* Animaduertere capitaliter Veget. 2, 22. Odiſſe capitaliter Ammian. 21, 32.

CAPITANEVS, a, um. *Vt,* Literae capitaneae in terminis non fundorum, ſed rationis terminum oſtendunt. Auctor incertus de Limit. p. 270. *edit. Goeſ.*

CAPISTRVM, i. n. [καπίστριον] *Capitis vinculum, quod mulis, iumentis, bobus, et cuicumque animali adhibetur, ne fugiant,* a capite iumentorum dictum, *vt ait* Iſid. 20, 16. Varro de R. R. 2, 6 4. *de pullis aſinorum,* Proximo anno noctibus patiuntur eſſe cum his, et leuiter capiſtris, aliaue qua re habent vinctos. Ferratis capiſtris ora praefigere hoedis Virg. Georg. 3, 399. Idem Georg. 3, 188 *De equulo,* Det mollibus ora capiſtris. Purpureis capiſtris frenare ora Ouid. Met. 10, 125. *Metaph.* Iuuen. 6, 43 Si moechorum notiſſimus olim Stulta maritali iam porrigit ora capiſtro. ¶ 2 Capiſtrum, *Vinculum, quo ligantur vites et ſimilia.* Columel. 4, 20, 3 Quare quum ad ſummum palum recta vitis extenta eſt, capiſtro conſtringitur. Capiſtra *item retinacula ſunt, quibus prela tanquam frenis capiuntur, quum ducenda ſunt et torquenda, aut potius ſubducenda. Hoc ſenſu vſurpauit* Cato de R. R. 12. *Sic Turn.* 8, 6.

CAPISTRO, āre. [καπιστριόω] *Capiſtro ligare, ſiue vincire.* Plin. 18, 19 Fiſcellis capiſtrari boues oportet. *Et* Columel. 6, 19, 2 Primis autem duobus ſtatuminibus imponitur primum iugum, ad quod iumenta capiſtrantur. *Add.* 11, 2, 95 Vt iuga vineis imponantur et capiſtrentur.

CAPISTRATVS, a, um. [καπιστρωτὸς] Ouid. Epiſt. 2, 80 Inque capiſtratis tigribus alta ſedet.

CAPITATIO, ōnis. f. *Tributum quod in capita conſtitutum erat vt* iugatio *in iuga boum.* in l. Immunitates. et in l. ſequenti. De agricol. et cenſ. lib. 11. C. *Item,* Capitatio *pro Annona,* in titulo de Annonis et capitatione, Cod. *Budaeus.*

CAPITĀTVS, a, um. Adi. [κεφαλωτὸς] *Dicitur quod caput habet:* vt Capitatum porrum *dicimus, quod in caput latius creſcit.* Martial. lib. 13, 19. *Item* Plin. 20, 6 Capitato porro maior eſt ad eaden effectus. Porrus capitatus Pallad. Febr. 24, 11. Col. 11, 3, 30. Clauuli capitati Varro de R. R. 2, 9, 15. Cunila capitata Plin. 32, 10 Herba capitata Idem 24, 17. Vinea capitata Columel. 5, 5, 9 *et* 1 *quae creſcit in* caput, *et robur craſſitudinis accipit in ſtirpe.*

CAPITELLVM, i. n. [κεφάλιον] Diminut. *Paruum caput; i. e. craſſiorem ſummitatem cuiuscunque rei ſignificat.* Plin. 24, 19 Ind alii ramuli aſſurgunt ſua capitella gerentes. *Sic etiam Elſeuir. Sed* Harduin. Capitula. Capitellum paracenterii Veget. Mulom. 2, 17, 2. Capitella allii, vlpici Idem 1, 18. *i. Capita.* Capitellum *recentioribus ſignificat Caput columnarum.* Corippus 4, 59 Buxea populeis aptan capitella columnis. Capitulum Vitruuio.

CAPITIVM, i. n. *Pectoris ſ. thoracis veſtimentum* Varro de Vit Pop. Rom. lib. 4. Tunicas, neque capitia, neque ſtrophia, nequ zonas. *Male* Tegmen capitis *interpretatur qui ſeruauit locum,* Non 14, 37. *Nam ipſe addit ex eod.* Varrone, Neque id ab orbita ma trum familias inſtituti, quod eae pectore ac lacertis erant apertis, n capitia habebant. *Diſerte etiam* Varro de L. L. 4, 30 Capitium ab e quod capit pectus: id eſt, vt antiqui dicebant, indutu comprehe dit. *Adde* Gell. 16, 7 *ex* Laberio Induis capitium tunicae pictaciun *et* l. 23 §. 2 ff. de Aur. et Arg. legat. B. Hieron. Epiſt. 128 *de V ſtitu ſacerdotum,* Et in ſuperiori parte, qua collo induitur, apert quod vulgo capitium vocant, *etc. In quibus verbis eam partem tunic* Capitium *appellari, videtur, qua pectus praecingitur. Quid ſi ſic nom nari exiſtimamus, quod veſtimento caput dat?*

CAPITILAVIVM, i. n. *Vt,* Vulgus ideo palmarum diem c pitilauium vocat, quia tunc moris erat, lauandi capita infantiu qui vnguendi ſunt, *etc.* Iſidor. 6, 18.

CAPĬTO, ōnis. m. *Qui magnum habet caput.* Cic. de Nat. Deo 1, 80 c. 29 Redeo ad deos, ecquos ſtrabones, aut paetulos eſſe arl tramur, ecquos naeuum habere, ecquos ſilos, flaccos, frontones, c pitones, quae ſunt in nobis. ¶ 2 Duri capitones. Pla Perſ. 1, 2, 8. *Paraſiti, qui pati poſſunt alapas et matulas in caput im ctas.* ¶ 3 *Cognomen Romanum fuit, v. g. in familia F teia.* ¶ 4 Capito Piſcis *apud* Caton. R. R. 158, 1.

CAPITVLARII, orum. m. pl. apud ICtos, *Capituli exactor quod tributi genus eſſe, ſtatim videbimus. Vid.* Cod. Theod. l. 11 16. *et* l. 7 tit. 35. *Vtitur etiam* Symm. 9, 10 Poſtulant enim Ca tularii (*al.* Capitulani) taxationem tironis ab hominibus meis n ſuper hoc publicae auctoritatis monumenta promentes. *Mentio illor etiam* Caſſiod. Var. 10, 28.

CAPITVLĀTVS, a, um. Adi. [κεφαλαιωτὸς] *Quod habet* Capi lum Celſ. 8, 1. *de Coſtis,* Haeque primis partibus rotundae, ac le ter quaſi capitulatae, vertebrarum tranſuerſis proceſſibus ibi quo paullum inſinuatis inhaerent. *Sic* Surculus capitulatus Plin. 17, 21.

CAPITVLĀTIM. Adu. [*κατὰ κεφάλαια dixit* Plin. Epiſt. 22] Per capita. Plin. 2, 12 Nunc confeſſa de iisdem breuiter atq capitulatim attingam. Nep. 24, 3, 3 *de Catonis libris,* Atque ha omnia capitulatim ſunt dicta.

CAPITV̆LVM, i. n. [κεφαλίδιον] Dimin. *Paruum caput.* Pla Curc. 2, 3, 14 Vbi quid ſurripuere, operto capitulo caldum bibu *Add.* Idem Aſin. 2, 4, 89 Scibam, huic te capitulo hodie Facturum ſ pro iniuria. *Vox blandientis.* Ter. Eun. 3, 3, 25 O capitulum pidiſſimum. ¶ 2 Capitulum *etiam et* Capitulariam *ap lant* Impp. Temonariam functionem, *quam in* ſordidis muneribus *nunt,* l. 14 l. 15 l. 18 de extraord. muner. in C. Theodoſ. *Ex qu emendanda eſt* l. 12 de excuſat. muner. lib. 10. C. *vbi vulgo* Capit atque temonis neceſſitas, *pro,* Capituli atque temonis neceſſitas, *l tur. Hinc* Capitularii *et, vt probabile eſt,* Cephalaeotae, in l. vlt. patroc. vicor. in C. Theod. ¶ 3 Capitulum *pro cap i. parte libri laudatur e* Cic. de Legib. 1, 21 c. 7 *Sed in emendatiori codicibus legitur,* Te primum caput libri optimi prodidiſſe. *Sed vt tur recentiores. v. g.* Numquid de illo capitulo ſibi blandiuntur inae ad Corinthios, vbi ſcriptum eſt *etc.* Tertull. l. 2 ad Vx Eodem ipſo capitulo, quo definit *etc.* Idem de Monogam. c. Haec erit interpretatio capituli iſtius ib. *Vtrum ire ad capituli ſignificarit, ire ad lectionem et interpretationem Scripturae S. et Collegium ipſum ſtudiis illis dicatum denique hoc nomen acceperit? q rere alterius loci eſt. Caeterum* Claudian. Mam. de Statu An. 1, 11 pitulum de Hieronymo *laudat.* Capitulum, *idem fere quod ma brium* Varroni de R. R. 3, 5, 10 Inter quas locus qui eſt ornithor patet in latitudinem pedum XLVIII, deformatus ad tabulae lit riae ſpeciem cum capitulo. *Quod Scaliger ita declarat,* Capitul *vocat appendiculam ligneam rotundam, tabulae literariae quadratae pactam, eamque perforatam, vt eſſet qui ſuſpenderetur tabella e paxi* ¶ 4 *Summa pars columnae etiam* Capitulum *eſt.* Vitruu. 3, 3 Sca columnarum ſtatutis, capitulorum ratio, ſi puluinata erunt, his ſy metriis confirmabuntur. *Conf.* Id. 4, 1. ¶ 5 Capitul *inter* Ornamenta muliebria capitis *refert* Iſidor. Orig. 19, 31. *idem* Capitulare *et* Cappam *vocari, monet.*

CAPYS, yos. m. [Κάπυς] *Filius Aſſaraci, et pater Anchyſae: de* Virg. Aen. 10, 145 Et Capys: hinc nomen Campanae ducitur vrbi. S vius *alt,* Liuium malle a Locis campeſtribus ſic denominatam eſſe

## C A R

CARĂBVS, i. m. [κάραβος] *Genus cancri.* Plin. 9, 31 Canc rum genera Carabi, Aſtaci, Maiae, Paguri, Heracleotici, Leo et alia ignobiliora. Carabi, a caeteris cancris cauda diſtant: in Ph nice *ἱππεῖς* vocantur, tantae velocitatis, vt conſequi non ¶ 2 Carabus eſt etiam Parua ſcapha ex vimine facta, quae cont crudo corio genus nauigii praebet Iſidor. 19, 1.

CARACALLA, ae. f. Indumenti genus fuit ad talos vsque miſſum, ab Antonino imperatore populo datum, vnde et Caraca agnon

agnomen inuenit. *Auctor* Sext. Aurel. Victor in Antonino. *it.* Spartian. in Vit. c. 9. Ipſe Caracalli nomen accepit a veſtimento — vnde hodieque Antoninianae dicuntur Caracallae huiusmodi, in vſu maxime Romanae plebis frequentatae. *Conf. Salm.* Irriſu populi tu Caracalla magis Auſon. Caeſ. 22, 4.

CARADRVM, i. n. *Piſcis genus.* Apul. Apol. p. 160.

CARAGOGVS, i. m. Herba muſtellago Apul. de Herb. c. 27.

CĂRĀLIS, is. f. *Vrbs Sardiniae.* Melae 2, 7. Carales pl. Liu. 23, 40. *Legitur et* Calaris. *minus recte.* Claudian. B. Gildon. 520

Vrbs Libyam contra Tyrio fundata potenti,
Tenditur in longum Caralis, tenuemque per vndas
Obuia dimittit fracturum flamina collem. *Hinc.*

CARALITANVS, a, um. *Vt,* Ager Caralitanus Plin. 27, 6.

CARAMĂLVS, i. m. *Pantomimi nomen apud* Sidon. Carm. 23, 268. *per Antonomaſian poſitum* Coram te Caramallus aut Phabaton Clauſis faucibus, et loquente geſtu, Nutu, crure, genu, manu, rotatu, Toto in ſchemate vel ſemel latebit. *Laudat intelligentiam amici ſui. De* Caramallo *etiam Ariſtaenetus Epiſt.* 1, 26. *et ibi Mercerus.*

CĂRAMBIS, is. f. [Κάραμβις] *Promontorium in Pontum Euxinum verſus Boream porrectum, quod cum oppoſito Criumetopo velut in duas partes illum diuidit. Vid.* Plin. 4, 12, *et* 6, 2. Alta Carambis Valer. Argon. 5, 108. Nubifera Idem Argon. 8, 214.

CARBAS, ae. m. [Κάρβας] *Ventus dicitur a* Vitruuio 1, 6 *qui* circa Solanum (flare ſolet) et certo tempore Ornithiae. Salmaſ. p. 889. a E. Apelioten *eſſe ait, a* Caribus *nomen ſuum nactum.* Radices earum (haemorrhoidum exteriorum) carbaſis ducunt Scribon. 227. *i. filis e lino ſubtili.*

CARBĂSVS, i. f. [κάρπασον] *ſecundum* Priſcianum: et m. ſecundum Phocam: Probus vero et Caper dicunt eſſe maſculini et feminini in ſingulari, in plurali vero neutri. *Eſt autem Lini genus mirae tenuitatis,* in Hiſpania primum repertum, *teſte* Plin. 19, 1 ſ. 2, 2. ¶ 2 Carbaſus, *Velum ex carbaſo factum.* Virg. Aen. 3, 357 Et aurae Vela vocant, tumidoque inflatur carbaſus auſtro. *Vbi* Servius, Carbaſus genus lini eſt, quod abuſiue pro velo ponitur. Sane in numero ſingulari haec Carbaſus dicimus: in plurali haec Carbaſa. *Sed* A fundamento ipſo carinae ad ſummos vsque carbaſos Ammian. 14, 27 *al.* 8 p. 48 Gron. Lucret. 6, 108 Carbaſus vt quondam magnis intenta theatris, *etc.* Ouid. de Arte Am. 2, 336 Sed non, cui dederis a litore carbaſa, vento, *etc.* Idem Met. 11, 477 Totaque malo Carbaſa deducit. *Rectius forte leg.* diducit. Mota ſecundo flatu ſonant carbaſa Ouid. Met. 13, 419. Perſciſſa carbaſus petulantibus auris Lucret. 6, 110. *de velis, quae in theatro extendebantur.* Praebere ventis carbaſa Ouid. Epiſt. 7, 171. Subducere torto carbaſa lino Idem Faſt. 3, 587. Martial. 12, 29 Feſtinant trepidi Subſtringere carbaſa nautae. Ventilantur carbaſa aura Stat. Silu. 4, 106. Vocat iam carbaſus auras Virg. Aen. 4, 417. *i. parata omnia, vt ſolui nauis poſſit.* ¶ 3 Carbaſus, *Amictus opulentior, ex tenui lino.* Virg. Aen. 8, 34 Eum tenuis glauco velabat amictu Carbaſus. Prop. 4, 3, 64 Ne precor adſcenſis tanti ſit gloria Bactris, Raptaue odorato carbaſa lina duci, *vbi adiectiue ponitur.* Curtius *de Indis* 8, 9, 21 Corpora vsque pedes carbaſa velant. *Add.* ib. n. 4. *Ex quibus locis intelligi poteſt, hoc Virile eſſe veſtimentum. Sed et Muliebre eſſe ſatis conſtat ex* Valerio Maximo, *qui de Aemilia virgine Veſtali,* 1, 1, 7 Qua adorante, *inquit,* quum carbaſum, quam optimam habebat, foculo impoſuiſſet, ſubito ignis emicuit. *Ad laxos pretioſarum eiusmodi veſtium ſinus reſpicit.* Lucan. 3, 239 *in deſcriptione quorundam Indorum,* Fluxa coloratis adſtringunt carbaſa gemmis.

CARBASEVS, a, um. Adi. [ἀρμινὸς] *Ex carbaſo factus.* Cic. Verr. 5, 30 c. 12 Tabernacula carbaſeis intenta velis collocabat. Sinus carbaſei crepantes *ab auro intexto* Virg. Aen. 11, 776. Venti carbaſei Tibul. 3, 2, 21. *a quibusdam accipiuntur pro linteis tenuiſſimis, vid.* VENTVS Textilis. *Sed cum ibi de veſtimentis non ſit ſermo, ſed de detergendis oſſibus, praeſtat cum Brouckhuſio legere* Carbaſis humorem tollere velis.

CARBASĬNVS, a, um. [ἀρμινὸς] *Idem. Vt,* Carbaſina vela. Plin. 19, 1 ſ. 5 Carbaſina vela primus in theatro duxiſſe traditur Lentulus Spinther. *Et* Apul. Mileſ. 8 p. 214, 5 Die ſequenti variis coloribus induſiati et deformiter quisque formati facie coenoſo pigmento delita et oculis obunctis, graphice prodeunt mitellis et crocotis et carbaſinis et bombycinis iniecti. Martian. Cap. 2 p. 35 Carbaſinis voluminibus complicati libri.

CARBASINEVS, a, um. *Idem.* Varro de Vita Pop. Rom. lib. 4. eadem poſtea carbaſinea (*Mercer.* Carbaſineo) magis, vt pellibus teberentur togae. *Ex* Nonio, 14, 28.

CARBATĪNA, ae. f. [καρβατίνη] *Calceamenti genus ruſtici,* vt *habet Pollux* Onomaſt. 7 c. 22. *vocatum ſic a Caribus populis.* Catul. Epigr. 99, 4 Culos et crepidas lingere carbatinas. *Vid. Scalig. et Iſ. Voſſ. qui tuentur lectionem: hic etiam oſtendit e Xenophonte, ex crudo corio fuiſſe* carbatinas, *quarum proinde deteſtabilem ſpurcitiem inde cognoſcas.*

CARBO, ōnis. m. [ἄνθραξ] *Pruna exſtincta.* Seru. *ad* Aen. 11, 788 Carbo et pruna differunt, quod pruna dicatur, qua diu ardet; carbo, quando exſtincta eſt. Ter. Adel. 5, 3, 63 Tam excoctam reddam, atque atram, quam carbo eſt. *Sed* Carbo *etiam dicitur, cum eſt ignitus.* Plin. 18, 35 ſ. 84 *inter ſigna pluuiae ſ. caeli humidi,* quum cinis in foco concreſcit, et quum carbo vehementer perlucet. Super carbones inferueſcere Scribon. 37, 271. Supra carbones imponi Idem 122. Cic. Off. 2, 25 c. 7 Qui cultros metuens tonſorios candente carbone ſibi adurebat capillum, *de Dionyſio tyranno.* Ardentis vrere carbonibus Ouid. Triſt. 3, 11, 47. Varro R. R. 1, 7, 8 In Gallia transalpina intus ad Rhenum — aliquot regiones acceſſi, vbi — ſalem nec foſſicium, nec maritimum haberent, ſed ex quibusdam lignis combuſtis carbonibus ſalſis pro eo vterentur. Puluis carbonis Ouid. de Arte Am. 3, 628. Vis carbonum grauis Lucret. 6, 802. Carbone notare, *i. damnare: cui contrarium eſt,* Creta notare. Perſ. Sat. 5, 108 Quaeque ſequenda forent, et quae vitanda viciſſim, Illa prius creta, mox haec carbone notaſti. *Ex* Hor. Sat. 2, 3, 246 Sanin', creta an carbone notandi? Picta carbone praelia Hor. Serm. 2, 7, 98. In carbonem redigere Scribon. 59. 60. Martial. 12, 62 Nigri fornicis ebrium Poëtam, Qui carbone rudi, putrique creta Scribit carmina, quae legunt cacantes. *Prouerb. de exſpectationis fruſtratae.* Phaed. 5, 7, 6 Fato inuido, Carbonem, vt aiunt, pro theſauro inuenimus. Carbo *de Carnis non plane combuſtae maſſa.* Celſ. 4, 4 Audio, ſi quis pullum hirundinis ederit, angina toto anno non periclitari: ſeruatumque ex ſale cum is morbus vrget, comburi,

carbonemque eius contritum in aquam mulſam infricari et prodeſſe. Plaut. Merc. 2, 3, 74 Impleantur meae fores elogiorum carbonibus, *i. famoſis carminibus, certe nugis amatoriis, quae laudes vel crimina puellae contineant.*

CARBONARIVS, i. m. *Qui carbones conficit.* Plaut. Caſ. 2, 8, 2 Sine modo rus veniat, ego remittam te ad virum cum furca in vrbem, tanquam carbonarium. *Et* Gloſſ. Gr. Lat. ἀνθρακοπώλης, carbonarius.

CARBONARIVS, a, um. Adi. *Ad carbones pertinens; vt* Negotium carbonarium exercere Aurel. Vict. Vir. Ill. 72. Gloſſ. Gr. Lat. ἀνθρακοθήκη, Cella carbonaria. Carbonaria Practura l. 17 C. Theod. de Praetor. et Quaeſtor. *monſtrum eſt iudice Iac. Gothofredo; itaque mutauit in* Charonariam, *quae a Charonte quaſi deſertur, et nomine mortui exercetur.*

CARBONARIA, ae. f. Officina *intelligitur. Vt,* De calcaria in carbonariam *ſcil. deſcendere:* Tertul. de Carne Chriſti 6, *id eſt, a conditione laborioſa et ſordida vna ad alteram deuolui.*

CARBONESCO, ĕre. *Vt,* Materia carboneſcat Cael. Aurel. Tard. 5, 1, 20.

CARBONIANVS, a, um. *Vt,* Carboniana bonorum poſſeſſio, *Quae ſcilicet ex* Carboniano *edicto (ſic vocatur ab auctore) datur, ex quo infantibus aut impuberibus, quibus controuerſia ſit, an inter liberos ſint? cauſa cognita, perinde bonorum poſſeſſio datur, ac ſi nulla de ea re controuerſia eſſet, et iudicium in tempus pubertatis differtur.* l. 1 D. de Carbon. edict. et in l. 2 D. de vent. in poſſeſſ. mittend.

CARBVNCVLVS, i. m. [ἄνθραξ] Dimin. *paruos aut paucos carbones notans.* Auct. ad Heren. lib. 4, 9 c. 6 Si Prometheus, cum mortalibus ignem diuidere vellet: ipſe a vicinis cum teſta ambulans carbunculos corrogaret. ¶ 2 Carbunculus, Genus terrae, *vt ait Varro* de Agric. 1, 9. quae ſole perferue ita fit, vt radices ſatorum comburat. Plin. 17, 4 Et carbunculus, terra quae ita vocatur, emendari vite macra putatur. *Add.* 31, 3 ſ. 28. *It.* Vitruu. 2, 4. *et* 6. *Et* Pallad. Ian. 13, 5 Carbunculus niſi ſtercoretur, macras vineas reddit. ¶ 3 Carbunculus, *in arboribus, vid.* CARBVNCVLATIO. ¶ 4 Carbunculus, *Gemma.* Plin. 37, 7 ſ. 25 Principatum habent carbunculi, a ſimilitudine ignium appellati, quum ipſi non ſentiant ignes: ob id a quibusdam apyroti vocati. *Hic locus claſſicus.* ¶ 5 Carbunculus *etiam vlcus ſignificat apud medicos. v. g.* Scribon. 63, 206. Plin. 23, 4 Nomas repurgant, carbunculos rumpunt. Celſ. 5, 28, 1 *agens de vlceribus,* quae interius corrupta aliqua corporum parte naſcuntur. Ex quibus, *inquit,* non aliud carbunculo peius. Eius hae notae ſunt. Rubor eſt, ſuperque eum non nimium puſtulae eminent, maxime nigrae, interdum ſubliuidae aut pallidae. In his ſanies eſſe videtur: infra color niger eſt. Circa quae quaſi cruſta eſt; eaque inflammatione cingitur. Neque in eo loco leuari cutis poteſt, ſed inferiori carni quaſi affixa eſt. *Add.* 6, 18, 5.

CARBVNCVLŌSVS, a, um. Adi. [ἀνθρακώδης] *Vt,* Carbunculoſus ager. Columel. 3, 11, 9 Nam carbunculoſum agrum, niſi ſtercore iuues, macras vineas efficere dixerunt. Arena carbunculoſa, *h. e. Rubra et lapillis quibusdam rubris ceu carbunculis plena.* Plin. 31, 3 *ſin. vbi, vt et* ſabulum maſculum certas ſtabilesque et ſalubres aquas promittit. *Sed Hard.* arena et carbunculus.

CARBVNCŬLO, āre. *vel* CARBVNCVLOR, āri. Dep. [ἀνθρακιᾶμαι] *Inflammatum eſſe, velut carbo.* Plin. 23, 3 Succus eorum carbunculantibus circa oculos vlceribus, et puſtulis, procidentique pupillae efficax. Genitalia carbunculantia aut exulcerata Idem 24, 13. Semina carbunculantur Id. 12, 7. *i. Contrahunt vitium illud, quod dicitur* carbunculus. *ſ.* Carbunculatio *vbi deſcribimus.* Plin. 14, 2 Carbunculari negatur, magna dote, ſi verum eſt, aliqua in vite caelo non eſſe ius. *Et* 18, 28 ſ. 68, 3 Vnde carbunculare dicuntur vites, vt quodam vredinis carbone exuſtae. Vnde, *i. a caniculae ſidere.*

CARBVNCVLATIO, onis. f. [ἀνθράκωσις] *Et* CARBVNCVLVS, *in arboribus quod vitium ſit, docebimus verbis* Plin. 17, 24 ſ. 37, 4 Sideratio tota e caelo conſtat: quapropter et grando in his cauſis intelligi debet, et carbunculatio, et quod pruinarum iniuria euenit. Haec enim verno tempore inuitatis et erumpere audentibus ſatis mollibus inſidens, adurit lacteſcentes germinum oculos, quod in flore carbunculum vocant. Id. 18, 28 ſ. 68, 3 Plerique dixere rorem inuſtum ſole acri frugibus rubiginis cauſam eſſe, et carbunculi vitibus: quod ex parte falſum arbitror, omnemque vredinem frigore tantum conſtare, Sole innoxio *etc. Et* c. 29 ſ. 70 Quidam tres cancros viuos cremari iubent in arbuſtis, vt carbunculi non noceant.

CARCER, ĕris. m. [δεσμωτήριον, φυλακή, εἱρκτή] *Locus, in quo ſeruantur poenae vel cuſtodiae cauſa homines: a coarcendo ſ. coërcendo dictus, vt deinde dicetur.* Liu. 1, 33 Carcer ad terrorem increſcentis audaciae media vrbe imminens foro aedificatur. Cic. Verr. 5, 22 c. 9 Cur carcer aedificatus? cur tot ſupplicia ſint in improbos more maiorum conſtituta? Lucret. 3, 1028 Scelerisque luela Carcer, et horribilis de ſaxo iactus deorſum. Scelerum vindex Cic. in Catil. 2, 27. Ianitor Carceris lictor, carnifex Praetoris Idem Verr. 5, 118 c. 45. Ditis carcer Lucan. 6, 797. *i. infernus.* Sen. Thyeſt. 805. Idem Herc. fur. 1222 Dira furiarum loca et inferorum carcer. Ventorum carcer Ouid. Met. 4, 662. Vincula carceris rumpere Cic. Tuſc. 1, 74. ¶ 2 *Epitheta:* Aeolius, *i. Ventorum carcer, quibus rex praeeſt Aeolus* Ouid. Faſt. 2, 456. Ater Sen. Herc. Oet. 1142. Virg. Aen. 6, 734 Neque auras Reſpiciunt clauſae tenebris, et carcere caeco, *i. tenebroſo.* Sen. Thyeſt. 16 Quod ipſe cuſtos carceris diri horreat. Cic. in Piſon. 16 c. 7 Quod omnes vndique perditos collegiſtis: quod in me carcerem effudiſtis: quod coniuratos armaſtis, *etc.* Carcerem, *i. maleficos in carcere vinctos.* Moeſtus carcer, *ab effectu, quia moeſtos facit* Ouid. ad Liu. 278. Niger Iuuen. Sat. 13, 245. Reuulſus, *Apertus* Claud. Rapt. Proſerp. 1, 44. Ruſticus, *i. ruri ſeruos ad opus adhibendos continens* Iuuen. Sat. 14, 24 Quid ſuadet iuueni (pater) laetus ſtridore catenae, Quem mire afficiunt inſcripta ergaſtula, carcer Ruſticus? Sollicitus Ouid. Amor. 1, 6, 64 *quod ſollicitos et anxios reddat incluſos.* Squallidus Idem Amor. 2, 2, 42. Tenebroſus Lucan. 2, 79. Vno carcere contenta Roma *quondam* ſub regibus atque tribunis Iuuen. Sat. 3, 314. ¶ 3 *Verba.* Cic. pro Sulla 70 c. 25 Quis de Cethego — cogitat, cui non ad illius poenam carcer Aedificatus eſſe videatur? Aſſeruare in carcere, *vid.* ASSERVO. Attineri carcere Tacit. Ann. 6, 19. Ouid. ex Pont. 1, 6, 37 Carcere dicuntur clauſi ſperare ſalutem. Cic. Verr. 5, 75 c. 29 Qui poſtulante me, produci atque in carcerem condi imperauit. Conicere in carcerem Idem Att. 2, 24. Conici in Id. Tuſc. 1, 96. Cubare in, *vid.* CVBO. Contrudi in carcerem

 5 D Cic.

Cic. Verr. 5, 68. Deducere aliquem in, *vid.* DEDVCO. Duci in carcerem illos iubet Cic. Verr. 5, 76 c. 30. Emiſſus e carcere rogatu hominis optimi Idem pro Planc. 30 c. 12. Frenare carcere Virg. Aen. 1, 58. Includere in, *vid.* INCLVDO. Sen. de Vita beat. c. 27 Ecce Socrates ex illo carcere, quem Intrando purgauit, omnique honeſtiorem curia reddidit, proclamat. Laxari, *Liberari* Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 184. Mittere in Cic. in Catil. 4, 13 c. 6, Flor. 4, 1, 10 Quam ſententiam ſequutis omnibus, in carcere parricidae ſtrangulantur. Carcer, *Homo, per metonymian* Ter. Phorm. 2, 2, (*al.* 3] 26 Ain' tandem carcer? *Vbi* Donatus, Non carcerarium ſed carcerem, aſperius appellauit. *Sic* Lucil. Carcer, *vix* carcere dignus. ¶ 4 *Sed* Carceres, pl. [ἀφετήρια] *Locus in circo, vnde emittuntur equi in ſpectaculis.* Seru. *in* Aen. 1, 58 Carcer eſt vndecunque prohibemur exire. Dictus quaſi Arcer, ab Arcendo. Locum autem in quo ſeruantur noxii, Carcerem dicimus numero tantum ſingulari: Vnde vero erumpunt quadrigae, Carceres dicimus numero tantum plurali. licet ſingularem plerumque vſurpet Poëta, vt eſt (Georg. 3, 104) *Ruuntque effuſi carcere currus.* *Haec* Seruius. *Hemiſtichium laudatum eſt etiam* Aen. 5, 145, *vbi haec* Seruius, Vſurpauit. (*i. abuſus eſt*) Nam *carcer* eſt numero tantum ſingulari cuſtodia noxiorum: *Carceres* vero numero tantum plurali oſtia et repagula, quibus equi arcentur, vnde et *carceres* quaſi *Arceres* ſecundum Varronem. *Forte non exſtat ille locus* Varronis: *ſed* de L. L. 4, 32 p. 37, 6 Carceres, *inquit*, dicti, quod coërcentur equi, ne inde exeant, ante quam magiſtratus miſit. Cic. de Clar. Orat. 173 Nec enim in quadrigis eum ſecundum numerauerim, aut tertium, qui vix e carceribus exierit, quum palmam iam primus acceperit: nec in Orationibus, qui tantum abſit a primo, vix vt in eodem curriculo eſſe videatur. Auctor ad Heren. 4, 4 c. 3 Quaſi ſi quis ad Olympiacum venerit curſum, et ſteterit vt mittatur, impudentesque illos dicat eſſe, qui currere coeperint, ipſe intra carceres ſtet, et narret aliis, quomodo Ladas aut Boius cum Sicyoniis curſitarint: *in eos, qui cum artis praecepta ſcribant, modeſtiae cauſa ſe exempla ab aliis petere aiunt. Rob. Steph. dedit*, intra carcerem ſtet. *Certe ſingulari numero ad Virgilii exemplum vſus eſt.* Ouid. Met. 10, 653 Signa tubae dederant, quum carcere pronus vterque Emicat, et ſummam celeri pede libat arenam. *Sed ordinarie pluralis eſt.* Lucret. 2, 263

Nonne vides etiam pateſactis tempore puncto
Carceribus, non poſſe tamen prorumpere equorum
Vim cupidam, *etc.*

Stat. Theb. 6, 522 Ceu modo carceribus dimiſſus in arua ſolutis. Virg. Georg. 1, 512 Vt quum carceribus ſeſe effudere quadrigae. Vt celer Eleo carcere miſſus equus Ouid. Epiſt. 18, 166. Cic. de Amicit. 101 c. 27 Maxime quidem optandum eſt, vt cum aequalibus poſſis, quibuſcum tanquam e carceribus emiſſus ſis, cum iisdem, ad calcem, vt dicitur, peruenire. *Contra* Cic. de Senect. 83 c. vlt. *extr.* Nec vero velim quaſi decurſo ſpatio ad carceres a calce reuocari: *Etiam hic ſunt, qui* carcerem *legunt.* Varro de R. R. 1, 3 Ars an ſit agricultura, an quid aliud, et a quibus carceribus decurrat ad metas.

CARCĔRĔVS, a, um. *Quod eſt carceris vt*, Antrum carcereum, Prudent. contra Symmach. 2, 468. Catena carcerea Idem Hymn. trium martyr. v. 16.

CARCERĀLIS, e. *Idem. Vt*, Caecitas carceralis Prudent. in Vincent. v. 271. Stipes carceralis Idem v. 551.

CARCERARIVS, a, um. [εἱρκτικὸς] *Idem.* Plaut. Capt. 1, 2, 26 Aegre eſt mihi hunc facere quaeſtum carcerarium. *Subſtantiue pro cuſtode ſ. ianitore carceris* in Gloſſ. Gr. Lat. Carcerarius, φυλακίτης.

CARCERATICVM, i. n. *In comment. ad tit. de verb. ſignif. Alciatus accipit pro Mercede illa, quam militibus, qui cuſtodiae carcerum praeſunt, humanitatis cauſa magiſtratus largiuntur. Verum Haloander id verbum non agnoſcit in* §. pannicularia. l. diuus. D. de bon. damnat. *ſed* Chariſticon *legit, nempe quod ob gratiam alicui datur. Eſt enim ductum a* χαρίζεσθαι *gratificari. Gothofr.* Chartiaticum, *vbi vid.*

CARCERO, āre. *Carceri includere. Vt*, Ieiunio exagitatur, ariditate ſiccatur, fletu effunditur, ſolitudine carceratur Saluian. de Prouident. 2 p. 53. Et Meſſala Coruin. p. ult. 19. *de Tarquinio*, Occidere, carcerare, aſſicere ſupplicio, ſui iuris fecit.

CARCHEBVS, i. m. *Machina ap.* Vitr. 10, 15. *Sed. leg.* Carcheſium.

CARCHĒDON, onis. [Καρχηδὼν] *Carthago dicitur.*

CARCHEDONIVS, a, um. Adi. *Carthaginienſis.* Plaut. Poen. prol. 53 Carchedonius vocatur haec comoedia, Latine Poenulus. ¶ 2 Carchedonius, Smaragdi genus, inter metalla aeris repertum, viliſſimum, minimumque: idem fragile, et colore incertum: ac virentium in caudis pauonum, columbarumque collo plumis ſimile. *Ex* Plin. 37, 5 ſ. 18. *Sed Hard.* Calchedonii. ¶ 3 Carchedonius, *Carbunculi ſpecies. Multa de eo* Plin. 37, 7 *Inter alia*, Archelaus tradit Carchedonios nigrioris adſpectus eſſe, ſed igne, vel ſole, et inclinatione acrius quam caeteros excitari. Eosdem vmbrante tecto purpureos videri, ſub caelo flammeos, contra radios ſolis et ſcintillare: ceras ſignantibus his liqueſcere, quamuis in opaco — Etiamnum in Carchedoniis maribus ſtellas intus ardere, feminas fulgorem vniuerſum fundere extra ſe. *Ante dixerat*, Carchedonios vocari propter opulentiam Carthaginis magnae.

CARCHESIVM, i. n. [καρχήσιον] *Poculi genus.* Virg. Aen. 5, 77 Hic duo rite mero libans carcheſia Baccho. Id. Georg. 4, 380 Cape Maeonii carcheſia Bacchi, Oceano libemus. Libare carcheſia *etiam* Sil. 11, 301. Ouid. Met. 7, 246 Tum ſuper inuergens liquidi carcheſia Bacchi, Aeneaque inuergens tepidi carcheſia lactis. Eſt *autem* Carcheſium, *ait* Macrob. Saturn. 5, 21 Poculum Graecis tantummodo notum. Meminit eius Pherecydes in libris hiſtoriarum, aitque Iouem Alcumenae pretium concubitus carcheſium aureum dono dediſſe. Sed Plautus inſuetum nomen reliquit, aitque in fabula Amphitryone, Pateram datam, quum longe vtriusque poculi figura diuerſa ſit. Patera enim, vt et ipſum nomen indicio eſt, planum ac patens eſt. Carcheſium vero procerum, et circa mediam partem compreſſum mediocriter, anſatum, anſis a ſummo ad infimum pertingentibus. Aſclepiades autem, vir inter Graecos apprime doctus, ac diligens, Carcheſia a nauali re exiſtimat dicta. Ait enim naualis mali partem inferiorem, pternam vocari: at circa mediam fere partem τράχηλον dici: ſummam vero partem carcheſium nominari: et inde diffundi in vtrumque veli latus ea, quae Cornua vocantur. Compreſſum *cum mediocriter iungendum, non vt vulgo editur, cum* anſatum, *obſeruauit ex Graecis Caſaub. ad Athen.* 11, 7. *it. Cerda ad* Virg. Georg. 4, 380. *Caeterum, quod iam indicauit Macrobius,* ¶ 2 Carcheſia, Summa pars mali, i. e. Foramina, quae a ſummo mali funes recipiunt. Lucil. Tertius hic mali ſuperat carcheſia ſumma. Catullus Veronenſis Lucida qua ſplendent ſummi carcheſia mali. *Haec* Nonius 15 28. Hic vtinam ſummi curuet carcheſia mali, incumbatque furen Lucan. 5, 418. *de aquilone, vid. Scheff. de Milit. Nau.* 2, 5 p. 144. e 330. ¶ 3 *Eſt et* Carcheſium, *machinatio quaedam, de qua ita* Vitruu. 10, 5 Harum machinationum omnium — rationes — ad onerandas et exonerandes naues ſunt paratae, aliae erectae, alia planae, in carcheſiis verſatilibus collocatae. *Et* c. 22 Exemplumqu protulit muri, et ſupra id machinam in carcheſio verſatili conſtituit qua Helepolin ad moenia accedentem corripuit *etc. Sine dubio ſimili fuit haec machinatio* carcheſio mali, *cuius ope antennae cum velis qu opus eſt vertuntur.*

CARCINETHRON, i. n. *Inter herbae* Polygoni *nomina apu* Plin. 27, 12 ſ. 91.

CARCINIAS, ae. m. Gemma marini cancri colore Plin. 37, 11.

CARCINODES, *vid.* CARCINVS.

CARCINŌMA, ătis. n. [καρκίνωμα] *Cancer morbus.* Plin. 2 9 Aqua quoque eius decocta, neruos, articulosque mire iuuari: foueantur vulnera et recentia et vetera, etiam carcinomata, qua nullis aliis medicamentis ſanari poſſint. *Add.* Id. 29, 3. Cat. R. R c. 157. Celſ. 5, 8. *et* 6, 15. *Hinc Auguſtus* Iulias *ſuas* filiam et neptem *et* Agrippam, contaminatos probris omnibus *et plane extra emendatio nis ſpem poſitos*, Vomicas et Carcinomata ſua *vocare ſolebat.* E Suet. Aug. 65.

CARCĬNVS, i. m. [καρκῖνος] *i. Cancer. De ſidere* Lucan. 9, 53 Par Geminis Chiron, et idem quod Carcinus ardens.

CARCINŌDES, eos. n. [τὸ καρκινῶδες] *Vitium ſeu morbus, ca cri naturam imitatus, ſerpens quaſi cancer.* Plin. 20, 17 ſ. 73 Nariu quoque carcinodes, conſumit illitum ex aqua, *de Aniſo.* *Conf.* Cel 5, 18, 17 In his, quae καρκινώδη vocantur.

CARDACES, is. m. *Apud Perſas appellabantur, qui ex rap viuebant. Nam* Carda *apud eos bellicoſum et violentum ſignificabat. A ctor* Strab. lib. 15. Nepos 14, 8, 2 Habebat barbarorum equitu viginti, peditum centum millia, quos illi Cardaces appellant. *I enim legendum eſt, non* Cardates, *quod ſatis probauit Schottus.*

CARDAMINA, ae. f. [καρδαμίνη] *Herba apud* Apul. de Her 20, *qui Graecis etiam* Cardamon, Italis Naſturtium *vocari ait.*

CARDAMŌMVM, i. n. [καρδάμωμον] *Genus herbae odorifer* Plin. 12, 13 ſ. 29 *poſtquam dixit de aſaro, amomo, amomide*, Simile h et nomine et frutice cardamomum, ſemine oblongo, metitur eode modo et in Arabia. Quatuor eius genera. Viridiſſimum ac pingu acutis angulis, contumax fricanti, quod maxime laudatur. Pro mum e rufo candicans. Tertium breuius atque nigrius. Peius men varium, et facile tritu, odorisque parui: qui verus, coſto vi nus eſſe debet.

CARDĂMON, i. n. [κάρδαμον] *Herba, quae* naſturtium *d tur, Veterum Perſarum opſonium, apud Xenophontem.* Cardamum grum Scribon. 129. *Agit multis de eo* Apul. de Herb. c. 20.

CARDIA. [καρδία] *Latine* Cor, *a priſcis medicis, teſte Gal pro Superiori ventriculi orificio ponebatur, quo pacto ipſum etiam Hip cratem aliquando loquutum eſſe oſtendit. Hinc*

CARDIACVS Morbus. [καρδιακὸς] *Oris ventriculi affect* Celſus 3, 19 *De* morbis inſaniae *cum dixiſſet, ſubiicit*, His mor praecipue contrarium eſt id genus, quod καρδιακὸν a Graecis nomi tur: quamuis ſaepe ad eum phrenetici tranſeunt. ſiquidem mens illis labat, (*al.* laborat) in hoc vero conſtat. Id autem nihil ali eſt, quam nimia imbecillitas corporis: quod ſtomacho languente modico ſudore digeritur. Licetque protinus ſcire id eſſe, vbi ven rum exigui, imbecillique pulſus ſunt. Sudor autem ſupra conſue dinem, et modo, et tempore, ex toto thorace et ceruicibus, atq etiam capite prorumpit: pedibus tantummodo et cruribus ſicciori atque frigentibus. Acuti id morbi genus eſt. ¶ 2 C diacus, *qui cardiaco morbo tentatur:* Plin. 23, 1 Cardiacorum mor vnicam ſpem in vino eſſe certam eſt. *Sic* Bibere et ſudare vita car aci eſt Sen. Ep. 5. *Eo ſpectat* Iuuen. Sat. 5, 31 Ipſe capillato fuſum conſule potat Cardiaco nunquam cyathum miſſurus ami Hor. Serm. 2, 3, 161 Non eſt cardiacus, Craterum dixiſſe puta Hic aeger. Cic. de Diuinat. 1, 81 c. 38 Ariſtoteles eos etiam, valetudinis vitio furerent et melancholici dicerentur, cenſebat hab aliquid in animis praeſagiens atque diuinum. Ego autem haud ſ an nec cardiacis hoc tribuendum ſit, nec phreneticis: animi enim tegri non vitioſi eſt diuinatio. *Videtur* Cardiacos phreneticis *op ſuiſſe, vt modo a celſo factum vidimus, q. d. non magis* phreneti *quam* Cardiacis.

CARDIMONA, ae. Cael. Aur. Acut. 2, 35 *extr.* Vocatur aut ſecundum aliquos quaedam paſſio etiam Cardimona, quam Gra καρδιωγμὸν vocauerunt. Hanc neceſſario ſequitur dolor oris, ventris

CARDINALIS *et* CARDINEVS, *vid.* CARDO.

CARDINEA. Dea, Quae cardinibus praeerat, *vid.* CARNA.

CARDISCE, es. [καρδίσκη] *Gemma, de qua* Plin. 37, 10. ſ. Encardia cognominatur et Cardiſce: vna in qua nigra effigies cor eminet: altera eodem nomine, viridi colore ſpeciem cordis repr ſentat: tertia cor nigrum oſtendit, reliqua ſui parte candida. *Sed* Cardiſce *Hard.* Ariſte *ex MSS.*

CARDO, ĭnis. m. [στρόφιγξ, στροφεὺς, γίγγλυμος] Dicitur qu Cor ianuae, quo ſcilicet illa mouetur, *vt ait* Seruius *ad* Virg. A 1, 453 Foribus cardo ſtridebat ahenis. *Diuiditur in* maſculum *et* minam. Vitruu. 9, 9 Cardinibus ex torno, maſculo et femina, ter ſe coartatis. *Philander ad h. l. vt ſit* maſculus, *qui in alium in intretur;* femina *autem, quae maſculum recipiat. Supra* cuneos, *et* tam ſolidam et cauam *appellauit. Hinc forte* Cardo, feminino gen antiquis: Grauius Peliadibus, Sonat impulſa regia cardo, Non 3, 75. Iuuen. Sat. 4, 63 Facili patuerunt cardine valuae. Cla ſext. Conſ. Hon. 637 Perpetuisque Immoto cardine clauſtris Ianus b premens. Virg. Aen. 6, 573 Tum demum Horriſono ſtrider cardine ſacrae Panduntur portae. Plaut. Curcul. 1, 1, 94 Num tit cardo? eſt lepidus. *Nihil ſtridoris auditur inter aperiendum.* V Aen. 2, 493 Emoti procumbunt cardine poſtes. *Imitatus eſt* S Theb. 1, 349 *ſed ad mundi polos tranſtulit*, Venti tranſuerſa frem tes Confligunt, axemque Emoto a cardine vellunt. Apul. Me p. 107, 17 Ianuae fractis et Euulſis cardinibus proſternuntur. *Du* p. 108, 23 Cardines ad foramina reſident. *Nempe* cardines *hic* ſculi *intelliguntur*, foramina *ſunt* cardines feminae. *Hae in hac ia immobiles. Hodie fere contra.* Virg. Aen. 1, 453 — foribus ca ſtridebat ahenis. Vellere a cardine poſtes Idem Aen. 2, 480.

POST

POSTIS. Verſare Ouid. Met. 4, 93. *i. aperire ianuam.* Virg. Aen. 3, 448 Verum eadem, verſo tenuis cum cardine ventus. Impulit. i. e. Aperta ianua, per Periphraſin. Seruius. *Sed non ianuarum modo ſunt* cardines. Plin. 36, 15 ſ. 24 *de C. Curione* Theatra duo iuxta fecit ampliſſima, e ligno, cardinum ſingulorum verſatili ſuſpenſa libramento. — Ecce Populus Rom. velut duobus nauigiis impoſitus binis cardinibus ſuſtinetur. *Binis dicit, quia Cardo duas ſemper partes habet* maſculum cardinem, *et* feminam. *Sunt etiam* poſtium *immobilium, i. tignorum ſtantium cardines, quibus baſi, et contignatione continentur.* Vitruu. 10, 20 Poſtes compactiles praeter cardines pedum IX. Colum. 11, 8, 4 Lingulas edolatas *vocat. Germ.* Zapfen. ¶ 2 Cardines *appellantur a* Vitruu. 6, 1. *et* 9, 4. *Duo caeli vertices, alter Septentrionalis, alter Meridionalis, qui Graece πόλοι dicuntur.* Lucan. 4, 72 Et ſummus olympi Cardo tenet Tethyn. *Sed* Sen. Hippol. 963 *ad Iouem,* Celerique polos Cardine verſas. Cic. de N. D. 2, 105 c. 41 Extremusque adeo duplici de cardine vertex Dicitur eſſe polus. Ouid. ex Pont. 2, 10, 45 Ipſe quidem certe cum ſit ſub cardine mundi, Qui ſemper liquidis altior extat aquis. *Periphraſis eſt Septentrionalis plagae.* Cardo caeli Varr. R. R. 1, 2, 4. *eſt* polus arcticus. Arctoae cardine portae Stat. Theb. 7, 38 Cardo glacialis vrſae, *i. polus arcticus* Sen. Herc. fur. 1139. *Vid. paullo ante* Emotus cardo. Eous cardo, *plaga Orientalis* Stat. Theb. 1, 157. Lucan. 4, 672 Cardine ab occiduo vicinus Gadibus Atlas Terminat. Id. 5, 71 Heſperio tantum quantum ſubmotus Eoo Cardine. *Sic* Quinctil. 12, 10, 67 Cardines mundi quatuor. *Et* Pall. Febr. 19, 2 Cardinibus, quibus ſteterant, opponuntur arbores *tranſlatae.* ¶ 3 *Centrum etiam* Cardo *ſignificat.* Plin. 2, 9 *de Luna,* Proxima ergo Cardini, ideoque minimo ambitu. *Nempe eo minor eſt circulus ſ. ambitus, quo propior eſt centro.* Id. 2, 64 Namque in illo *(caelo)* caua in ſe conuexitas vergit, et cardini ſuo, hoc eſt terrae vndique incumbit. Apul. de Mundo p. 57 Mundus eſt ornata ordinatio, Dei munere, Deorum recta cuſtodia: cuius cardinem, ſic enim dixerim centrum, *etc.* *Hinc* Plin. 31, 3 ſ. 26 Reperiuntur *aquae* in conuallibus maxime et quodam Conuexitatis cardine, *i. loco, vbi tanquam in centro radii, conueniunt decliuia, verbo, loco profundiſſimo.* ¶ 4 *Cum cardinis ope moueantur valuae, et alia, hinc pro momento temporis adhibetur, et Opportunitate.* Virg. Aen. 1, 676 — haud tanto ceſſabit cardine rerum. *Vbi* Seruius, Aut δεικτικῶς, dixit, ne in tantum quidem: hoc eſt breui occaſione ceſſabit. Aut ſimpliciter intelligendum eſt, Non poterit in tanta rerum opportunitate ceſſare: vt ſit de prouerbio tractum, de quo dicitur, *Res in cardine eſt,* hoc eſt in articulo. In eo cardo rei vertitur, *pro eo quod eſt,* Ex hoc tota res pendet, *Ciceroni tribuitur, dubia fide.* Quinctil. 5, 12, 3 Caedes a te facta eſt: cruentam enim veſtem habuiſti. Non eſt tam graue argumentum ſi fatetur, quam ſi conuincitur. Nam ſi fatetur, multis ex cauſis potuit cruenta eſſe veſtis: ſi negat, hic cauſae cardinem ponit. in quo ſi victus fuerit, etiam in ſequentibus ruit. *Eadem ratione* Litium cardo *eſt* Idem 12, 8, 2. ¶ 5 Cardo *et* Cardines temporum *a* Plinio *dicuntur* 18, 25 ſ. 58 Omnis ratio *(tempeſtatum)* obſeruata eſt tribus modis, exortu ſiderum, occaſuque, et ipſorum temporum cardinibus — Cardo temporum quadripartita anni diſtinctione conſtat per incrementa lucis. Augetur haec a bruma — Rurſus hi cardines (bruma, aequinoctium vernum, ſolſtitium, et aequinoctium alterum) ſingulis etiamnum articulis temporum diuiduntur. *Fiunt itaque octo* cardines, *quorum poſteriores quatuor prioribus binis ſunt interiecti.* Sen. Troad. 52 Mortalis aeui cardinem extremum premens, *i. ſenex decrepitus.* *Sic* Lucan. 7, 381 Vltima fata Deprecor, ac turpes extremi cardinis annos, Ne diſcam ſeruire ſenex. ¶ 6 Cardo, *eſt* LINEA *mente a meridie ad ſeptentrionem ducta.* Plin. 18, 33 Obſeruato ſolis ortu quocunque libeat die, ſtantibus hora diei ſexta, ſic vt ortum eum a ſiniſtro humero habeant: contra mediam aciem meridies, a vertice ſeptentrio erit. qui ita limes per agrum currit, cardo appellatur. *Hinc* Liu. 37, 54 Taurum montem *a mari Euxino ad Cyprium excurrentem,* cardinem *vocauit, quaſi limitem imperii Romani a Septentrione ad Meridiem.* *Nempe* limites, qui meridianum et ſeptentrionem *intuentur,* quoniam cardinem mundi tenerent, cardines ſunt appellati. Sic. Flaccus p. 15. *Eadem* Hyginus de limitibus conſtit. p. 150 *Goeſ. vbi inter alia* Decumani ſecundum ſolis curſus diriguntur, cardines a polis et axe mundi. *Sic puto legendum pro* [illegible]*, quod editum eſt* a (poli) axe mundi, *niſi malis* ab axe mundi, *et* poli *a gloſſa ortum.* Fragm. de limit. p. 215 Duos limites duxerunt, vnum ab oriente in occaſum, quem vocarunt Decumanum, alterum a Meridiano ad Septentrionem, quem Cardinem appellauerunt.

CARDINĔVS, a, um. Adi. Septimius *apud* Terentianum, Stridula cui limina, cui cardinei tumultus.

CARDA *vel* CAREA, ae. *Dea a* Cardinibus *appellata, quibus praeerat.* Tertull. de Idolol. c. 15 Forculum et Cardam a foribus. Aug. de Ciu. Dei 4, 8 Tres Deos oſtiarios Romani poſuerunt, Forculum foribus, Cardeam cardini, Limentinum limini. *Sed* Macrob. Saturn. 1, 12 Carnam *vocat, vbi vid.*

CARDINALIS, e. *Quod ad cardinem pertinet. vt,* Fores ita compingantur, vti ſcapi cardinales ſint ex altitudine luminis totius duodecima parte Vitruu. 4, 6. *Sunt autem* Scapi Cardinales *interpretante Dan. Barbaro, illi Juſticuli valuis veterum ita applicati, vt ſuperior in* cardinem *feminam, i. in foramen in ſuperiori limine excauatum conueniret, inferior in foramen liminis inferioris, quod genus cardinum ſane robuſtum et durabile eſſe facile intelligitur.* ¶ 2 *In quantum plagae quatuor mundi* cardines *vocantur, vt dictum* n. 2. Seruius *in* Virg. Aen. 1, 131 de Ventis Euro, Zephyro; Iſti, *inquit,* ſint cardinales. *Adde Salmaſ. Exerc.* Plin. f. 882 *vbi obſeruat, hinc factum eſſe, vt* cardinales *virtutes et* Cardinales Eccleſiae Rom. *pro principibus ſ. primariis poſterior aetas vocarit.*

CARDINALITER. Adu. *Eſt Principaliter.* Firmic. 6, 13 Cardinaliter praeſidere.

CARDINĀTVS. Adi. [ἡλωμένος] *Quod habet* Cardines. Vitruu. 10, 21 Coniuncta capitibus tranſuerſario cardinato tigno, et altero mediano inter duos ſcapos cardinato. *Nempe etiam poſtium immobilium cardines eſſe, obſeruauimus.*

CARDVĒLIS, is. f. [ἀκανθίς] *Auis dicta, quod carduorum ſemine paſcatur.* Plin. 10, 42 Minimae auium carduelis, imperata faciunt, nec voce tantum, ſed pedibus et ore pro manibus.

CARDVVS, i. m. [σκόλυμος] *Herba aculeata vulgo nota.* Virg. Georg. 1, 152 Mox et frumentis labor additus: vt mala culmos Eſſet robigo, ſegniſque horreret in aruis Carduus. Segnis, i. e. Mutilus, infoecundus. Seruius. Flos agreſtis cardui Colum. 7, 8, 1. *Eſt nempe ſatiuus etiam, quem ſimpliciter* carduum *appellat, et ſationem cultumque eius docet* Pallad. Mart. 9, 1. *et* Oct. 11, 1. *Vocatur alias* cinara.

CARDVĒTVM, i. n. Pallad. Mart. 9, 4 *Locus carduis conſitus.*

CARE, *vid.* CARVS.

CARECTVM, *vid.* CAREX.

CARENVM, i. n. *Genus vini dulcis facticii, atque ita vocatur,* quum muſti tertia parte *decocta et* perdita relinquuntur duae, *vt deſcribit* Pallad. Oct. 18. *Variat ſcriptura vocis, cum* Caroenum *etiam inueniatur, quaſi ex* οἶνος *ductum ſit. Humelbergius* Apicio 1, 33 Caraenum *reſtituit, vbi* cariota *fuerat, quod aliis quoque locis factum a ſe monet. De etymologia forte audiendus* Turn. *Adu.* 13, 23 *qui* Carum *inuentum eſſe ſuſpicatur, quos* Carenos *nonnunquam vocari ex* Caſſiodori tripartita hiſtoria *oſtendit. Apud recentiores* Careno *principatum tribui vinorum dulcium fictorum, quem* Sapa *apud veteres obtinuit, apud* Cangium *videri poteſt. Forte hoc ſenſu iam accepit* Auguſtin. de Mor. Manich. 2, 13. Bibat mulſum, carenum, paſſum, et pomorum expreſſos ſuccos. ¶ 2 *Eſt etiam Genus herbae* Columel. 12, 49, 2. *Sed leg.* Carpum.

CARENARIAE, arum. f. *Videntur apud Palladium appellatae Cortinae et vaſa, in quibus coquitur carenum. Sic autem ſcribit* 8 ſ. Iul. 7 Et diligenter per carenarias diuiſum, quinque horarum ſpatio continuo per inueſtes pueros curabis agitare, vaſa ipſa concutiens. Turneb. 13, 23.

CAREO, ui, ere. [ἀποστεροῦμαι, στέρομαι, ὑστερῶ] Cic. Tuſc. 1, 87 c. 36 An poteſt is, qui non eſt, re vlla carere? Triſte enim eſt nomen ipſum carendi, quia ſubiicitur haec vis, habuit, non habet: deſiderat, requirit, indiget. Opinor haec incommoda ſunt carentis. Caret oculis; odioſa caecitas: liberis; orbitas. Valet hoc in viuis. Mortuorum autem non modo vitae commodis, ſed ne vita quidem ipſa quiſquam caret. — Num aut ſi cornibus caremus, aut pennis; ſit qui id dixerit? Certe nemo. Quid ita? quia cum id non habeas, quod tibi nec vſu nec natura ſit aptum, non careas, etiam ſi ſentias te non habere. — Carere igitur hoc ſignificat, egere eo, quod habere velis. Ineſt enim velle in carendo, niſi cum ſic tanquam in febri dicitur, alia quadam notione verbi. Dicitur enim alio modo etiam carere, cum aliquid non habeas, et non habere te ſentias, etiamſi id facile patiare. Carere enim in morte non dicitur, nec enim eſſet dolendum. Dicitur illud, Bono carere, quod eſt malum: Sed ne viuus quidem bono caret, ſi eo nec indiget. Sed in vita tamen intelligi poteſt *(verbi cauſa)* regno carere: dici autem hoc in te ſatis ſubtiliter non poteſt; poſſet in Tarquinio, cum regno eſſet expulſus. At in mortuo ne intelligi quidem poteſt. Carere enim ſentientis eſt: nec ſenſus in mortuo: ne carere quidem igitur in mortuo eſt. *Hanc ſubtilitatem philoſophicam non obſeruatam in ſermone quotidiano, exempla docebunt.* Facile carere aliqua re Nep. 19, 1, 3. *i. non admodum opus habere.* Careo, *cum genitiuo.* Ter. Heaut. 2, 4, 20 Nam dum abs te abſum, omnes mihi labores fuere quos cepi, leues: praeterquam tui carendum quod erat. Gell. 19, 7 *ex* Laeuio, Carendum tui eſt. *Cum accuſatiuo* Plaut. Curc. 1, 2, 46 Quia id quod amo careo. Meos parentes careo Turpil. *ap.* Non. 6, 103. *Sed haec rariora: ordinarie ponitur cum ablatiuo. v. g.* Ter. Eun. 2, 1, 17 Ego non illa caream, ſi ſit opus vel totum triduum? Caruitne febris te heri vel nudius tertius? Plaut. Curc. 1, 1, 17. ¶ 2 *Iam elementorum ordine ponamus nomina:* Aditu carentia ſaxa Ouid. Met. 3, 226. Ambitione caret pectus Hor. Epiſt. 2, 2, 260. Anima carere Quinctil. 3, 7. Arte Idem 11, 3, 61. Bonis morum, *i. bonis moribus* Stat. Silu. 5, 1, 52. Cic. pro Roſc. Amer. 44 An amandarat hunc ſic, vt eſſet in agro, ac tantummodo aleretur ad villam? vt Commodis omnibus careret? Compoſitione *caret oratio* Quinctil. 9, 9, 4. Suet. Aug. 19 Nam ne vltimae quidem ſortis hominum Conſpiratione et periculo caruit. Cic. Tuſc. 5, 63 Quam huic erat miſerum, carere Conſuetudine amicorum, *etc.* Idem pro Ligar. 4 c. 2 Ergo haec duo tempora carent Crimine: *i. nihil actum hoc tempore, quod poſſit obiici.* Ter. Hecyr. 4, 4, 41 Cenſen' te poſſe reperire vllam mulierem, quae careat Culpa? an quia non delinquunt viri? *Add.* Quinctil. 6, 3, 28. Cultu atque ſententiis carere Idem 10, 2, 17. Cura carens opera Hor. de Arte Poet. 261. Suet. Claud. 9 Sed ne Diſcriminibus quidem caruit. Cic. de Amicit. 22 Valetudo expetitur, vt Dolore careas. Idem de Finib. 1, . . . Quum omni Dolore caret. Cic. ad Brutum Ne id ipſum carere omni ſenſu Doloris, ſit miſerius quam dolere. *Add.* Verr. 5 c. 46. Virg. Aen. 2, 44 An vlla putatis Dona carere Dolis Danaûm? Cic. Verr. 5, . . . Annum tibi illum vnum Domo carendum eſſe meretricis? Sen. Hippol. 554 Tum ſcelera demto fine per cunctas domos iere: nullum caruit exemplo nefas. Cic. Fam. 16, 15 Mihi nuntiauit te plane febri carere, et belle habere. *Conf.* Id. Att. 10, 16. *Et habuimus principio huius verbi ex* Tuſc. 1, 87. *Add.* Frigoribus. Metu. Malo. Morte. Perturbatione. Peſte. Plin. 7, 1 Naturae vero rerum vis atque maieſtas, in omnibus momentis fide caret, *i. tanta eſt, vt difficulter credatur.* Fide carent verba Ouid. Epiſt. 2, 26. Fine Idem ex Pont. 1, 2, 29. Cic. pro Milon. 18 c. 7 Caruit Foro poſtea Pompeius, caruit Senatu. Fraude non caret Celſ. in l. quod Nerva. D. depoſiti. Frigoribus Hor. Carm. 3, 19, 8. *i. ad focum luculentum eſſe.* Grauitate carens, *Non ponderoſus* Ouid. Met. 1, 67. Honore Idem de Arte Am. 3, 483. Virg. Aen. 6, 333 Cernit ibi moeſtos, et mortis honore carentes, i. e. Sepultura. Seruius. Intellectu caret rudis et confuſus ſtilus Quinctil. 1, 1, 28. *i. non intelligitur.* Inuidia Ouid. Met. 13, 139, *non inuideri.* Labe vita carens Idem Triſt. 1, 8, 43. Virg. Aen. 5, 173 Nec lacrymis caruere genae. Laude ſua Quinctil. 2, 20. Libertate, *Non liberum eſſe* Hor. Epiſt. 1, 10, 40. Salluſt. Catil. 13 Animus imbutus malis artibus, haud facile libidinibus carebat. Cic. Tuſc. 1, 12 Miſerum Cn. Pompeium, qui tanta gloria, dignitate tanta ſit orbatus: omnes denique miſeros, qui hac *luce* careant, h. e. *vita. Sic etiam* Ouid. Met. 15, 531. *Sed* Luce forenſi carere Cic. de Clar. Orat. 32 c. 8. *i. Cauſas non agere.* Luxu carentes deliciae Stat. Silu. 1, 1, 158. Malis Lucret. 2, 4. Malo caret mors Cic. Tuſc. 1, 88. Malo carere Scribon. 122. *i. morbo.* Mente bona Ouid. Amor. 2, 8, 10. Metu alicuius Sen. Hippol. 243. Curt. 10, 2, 27 Bonis vero militibus cariturus ſum, *etc.* Morte carentes diui Hor. Carm. 2, 8, 12. *i. immortales.* Virg. Aen. 5, 651 Indignantem tali quod ſola careret Munere. Niuibus caritura Rhodope Ouid. Met. 2, 222. Nota Creſſa caret dies Hor. Carm. 1, 36, 10. Album calculum Creſſam notam *dicit Porphyrius.* Oculis carere Ouid.

Ouid. in Ibin 267. Ter. Heaut. 1, 1, 85 Carens patria ob meas iniurias. *Conf.* Nep. 16, 1, 4. Cic. Off. 1, 21 Sintque tranquilli, atque omni animi perturbatione careant. Virg. Aen. 9, 540 Retroque reſidunt In partem quae peſte caret. i. e. Incendio. Seruius. Lucan. 2, 352 — vanaque carentia pompa Iura placent. Cic. Verr. 4, 41 Diodorus interea Praetore iſto prope triennium prouincia domoque caruit. Idem pro Milon. 18 c. 7 Caruit Foro poſtea Pompeius, caruit Senatu, caruit Publico. *i. In forum non venit, in ſenatu non fuit, in publico verſatus non eſt.* Ouid. Faſt. 3, 119 Ergo animi indociles, et adhuc Ratione carentes. Cic. Acad. 4, 1 Quibus temporibus florere in foro maxime potuit, caruit omnino rebus vrbanis. Reditu vela carent, *i. Non redeunt* Ouid. Epiſt. 2, 26. Idem Met. 8, 228 Remigioque carens non vllas percipit auras. *Et* Att. 9, 20 Ego meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini potiſſimum togam puram dedi. *i. Roma abſumus.* Rubigine dentes careant Ouid. de Arte Am. 1, 515. Senatu carere Cic. pro Milon. 18 c. 7. *Vid.* Publico. Senſu caret mors Ouid. Met. 12, 325. Cic. pro C. Rabir. 29 Quid iam iſta C. Mario, inquit, nocere poſſunt, quoniam Senſu et vita caret? Senſu carentia ſemina Lucret. 2, 989. Hor. Serm. 2, 3, 196 Per quem tot iuvenes patrio caruere Sepulcro. Sermone carentia animalia Quinctil. 11, 3, 66. Sole carens domus Ouid. Met. 2, 762. Solibus Hor. Epod. 16, 13. Hor. Epiſt. 1, 1, 42 Virtus eſt vitium fugere: et ſapientia prima, Stultitia caruiſſe. Succeſſu carent doli Ouid. Epiſt. 1, 18. Cic. pro Roſc. Amer. 55 c. 20 Veruntamen quanquam abeſt a culpa, Suſpicione tamen non caret. Plaut. Truc. 4, 3, 59 Siue ſubbibit, ſiue caret Temeto, *i. Vinum non bibit. Vid.* Vino. Terrore mortis Iuven. Sat. 10, 357. Quaeque carent Ventis et ſolibus oſſa Quirini Hor. Epod. 16, 13. Venia Idem in Arte Poët. 354. Plaut. Aſin. 4, 1, 57 Haec multa ei eſto, Vino viginti dies vt careat. *Vid.* Temeto. Virginitate carens Ouid. Met. 9, 331. Virtute carentia verba Hor. Epiſt. 2, 2, 123. Vitiis carens Idem Carm. 3, 27, 39. Carere debet omni Vitio, qui in alterum paratus eſt dicere Cic. in Sall. c. 8. Vitio carere Scribon. 38. *i. morbo.* Vitio verbi non cares Gell. 19, 8. Cic. de Senect. 7 Tum quod Voluptatibus carerent. Idem de Senect. 47 Cupidis enim talium rerum, odioſum fortaſſe, et moleſtum carere. Satiatis vero et expletis iucundius eſt carere, quanquam non caret is, qui non deſiderat. *Gerundium et Participia:* Carendi nomen ipſum triſte eſt Cic. Tuſc. 1, 87. Id. poſt. red. ad Quir. 3 c. 1 Amicitiae, conſuetudines, viciuitates, clientelae, ludi denique, et dies feſti quid haberent voluptatis, carendo magis intellexi, quam fruendo.

CARITVRVS turture magno Iuuenal. 6, 39. Bonis militibus cariturus ſum Curt. 10, 2, 27.

CAREOR. *Depon. pro* Careo antiquiſſimos *dixiſſe affirmat* Priſcianus 8 p. 797 *extr. Hinc*

CARENDVS Virque mihi demto fine carendus abeſt Ouid. Heroid. 1, 50.

CASSVS. *Quod quibuſdam videtur participium verbi* Careo, *vid. ſ. l.*

CARENTIA, ae. f. *Sic melius quibuſdam reddi videtur Graecum* στέρησις: *Vid. Scalig. de Cauſ. L. L. c. 69. Cellar. Cur. poſt. p. 349.*

CARESCO, ĕre. pro Careo. Gloſſ. Cyrill. Careſco, στέρομαι.

CAREVM, *ſiue* CARIVM, i. n. Plinio 19, 8 ſ. 49. *oleris genus* peregrinum, gentis ſuae nomine appellatum, culinis principale — laudatiſſimum in Caria. *Adhibet etiam* Apic. 7, 2.

CĂREX, ĭcis. f. Herba acuta et duriſſima, ſimilis ſparto Seru. *ad* Virg. Georg. 3, 231 Et carice paſtus acuta. Columel. 11, 2, 62 Filix quoque aut carex vbicunque naſcitur, Auguſto menſe recte exſtirpatur: melius tamen circa Idus Iulias ante Caniculae exortum. Pallad. 1, 22 Caricibus aut geniſtis teguntur porticus gallinariae.

CARECTVM, i. n. *Locus caricibus plenus.* Virg. Ecl. 3, 20 Tu poſt carecta latebas. Columel. 6, 22, 2 Melius nemoribus herbidis, et frutectis, et carectis, quam lapidoſis locis durantur vngulae. Carecta quando exſtirpentur, *docet* Pallad. Aug. 3.

CARICEVM. i. n. Veteres dixerunt a Carie. Non. 1, 79 *Forte hoc indicat, fuiſſe nomen adiectiuum* Cariceus, *quod* Carioſum *ſignificarit.*

CARIA, ae. f. [Καρία] *Eius Aſiae, quae Minor dicitur, prima regio eſt, a qua dicitur* CAR, *plur.* CARES. Cic. pro Flacco 65 Quid de tota Caria? nonne hoc veſtra voce vulgatum eſt, Si quid cum periculo experiri velis, in Care id potiſſimum eſſe faciendum. *Graecum prouerbium alludit,* ἐν καρὶ κίνδυνος. Virg. Aen. 8, 725 Hinc Lelegas, Caraſque, ſagittiferoſque Gelonos. Nepos 14, 1, 3 *de Datame,* Natus patre Camiſſare, natione Care.

CARIA Diana, *vid.* CARVA.

CARICVS, a, um, *quod eſt e Caria. Hinc*

CARĬCA, ae. f. [ἰσχὰς] *Genus fici, a patria ſic dictum.* Plin. 13, 5 Syria praeter hanc peculiares habet arbores. In ficorum genere Caricas: et minores eius generis, quae coctana vocant. Cic. de Diuin. 2, 84 Quum M. Craſſus exercitum Brunduſii imponeret, quidam in portu caricas Cauno aduectas vendens, Cauneas clamitabat *etc.* Carica *proprie eſt Ficus ſicca.* Ouid. Faſt. 1, 185 Quid vult palma ſibi, rugoſaque carica? dixi. Ouid. Met. 8, 674 Hic nux, hic mixta eſt rugoſis carica palmis. *Inter Saturnalicia munera* Stat. Silu. 4, 9, 26 Chartae, Thebaicaeue, caricaeue. Thebaicae *ſunt palmae. Add.* l. fin. D. de trit. vin. vel ol.

CARICEVM, *vid.* CAREX.

CARĬCO, āre. [βαρύνω] *Idem eſt quod Onero.* Hieronymus . . . Origenes maiora cogitans, propriumque ingenium ferre non ſufficiens, oneribus maioribus caricabat ſe, et quum ſic incedere non poſſet, ruina magna deuolutus eſt.

CARIES, ēi. f. [εὐρὼς] eſt Vetuſtas vel Putrilago, *auctore* Nonio 1, 79 *qui laudat* Lucil. Satyr. lib. 7. Ne auriculam obſidat caries, ne vermiculique. *Quod addit ex* Turpilio, Viden' vt oſculatur cariem! *videtur intelligere vetulam aut ſenem hircoſum: vt et in illo* Afranii, Nemo viuit illa carie carioſior, *ſic lego non* Curioſior. *Eſt certe* Caries *vitium corporum ſolidorum praecipue, ab aetate.* Ouid. Triſt. 5, 12, 27 Vertitur in teneram cariem, rimiſque dehiſcit, Si qua diu ſolitis cymba vacabit aquis. Plin. 35, 18 Conſenuit haec tabula carie. Idem 16, 42 Illae renituntur, nec temere rumpuntur; priuſque carie, quam viribus deficiunt, *de abiete et larice.* Columel. 11, 2 Omnis materia in aedificia ſuccidi debet luna decreſcente ab viceſima vſque in triceſimum: quia ſic caeſa iudicatur carie non infeſtari. Plin. 16, 39 Cedri oleo peruncta materies, nec tineam nec cariem ſentit. *Add.* Id. 12, 8. Ammian. 16, 2 Comperit Auguſtoduni, ciuitatis antiquae Muros, ſpatioſi quidem ambitus, ſed carie vetuſtatis inualidos. Pruna carie rugoſa Martial. 13, 29. Oſſium vitiatorum caries Celſ. 8, 2. Vini caries. Plin. 15, 2, 3 *de vino,* Quinimmo inuitat ad ſeruandum blanda inueterati caries. Idem 23, 1 ſ. 22 Iam et patres familias ex cogitauere, aetatem addi his, quae per ſe cariem traxere, quo certe vocabulo ſatis conſilii dedere priſci, quoniam et in materiis cariem fumus erodit: *tantum abeſt, ex mente Plinii, vt vetuſtatem fumus conciliare vino poſſit.* Colum. 3, 2, 17 Nam duae lanatae *(vites)* fluxurae, *i. vini ipſius* qualitate ſunt diſpariles, cum tardius altera recipia[t] cariem vetuſtatis.

CARIŌSVS, a, um. Adi. [εὐρώδης] *Quod carie infeſtatum eſt* Columel. 4, 26 Haec eorumque ſimilia pedamenta poſt putationem retractanda ſunt, parteſque eorum putres dedolandae: atque alia convertenda, quae ſinceritatem habent, alia ſummouenda, quae vel carioſa, vel iuſto breuiora ſunt. Martial. 11, 50 Amphora nunc petitu[r] nigri carioſa Falerni, *etc.* Dentes carioſi Plin. 32, 7. Carioſorum monſtra Deorum Prud. adu. Symm. 1, 434. *i. idola.* Oſſa cario[ſa] Celſo *dicuntur* 8, 2. Palmula fit vetuſtate carioſior Varro de R. R. 1, 67. Semen carioſum Plin. 18, 17. Senectus carioſa, *i. Cariem afferens rebus* Ouid. Amor. 1, 12, 29. Vetuſtas Prud. Cath. 10, 14[…] Cato R. R. 5, 6 Terram carioſam caueto ne ares, neue ploſtrum, neu[e] pecus impellas. Si ita non caueris, quo impuleris triennii fructum amittes. *Add.* c. 34, 1 *et* 37. Plin. 17, 5 Cato breuiter atque ex ſu[o] more vitia determinat. Terram carioſam caue, neue plauſtro neu[e] pecore impellas. Quid putamus hac appellatione tantopere ab eo re[…] formidari, vt paene veſtigiis quoque interdicat? Redigamus ad lign[i] cariem, et inueniemus illa, quae in tantum abominatur vitia, ar[i]dae, fiſtuloſae, ſcabrae, caneſcentis, exeſae, et pumicoſae. Plus dix[it] vna ſignificatione, quam poſſit vlla copia ſermonis enarrari. Eſt eni[m] interpretatione vitiorum quaedam non aetate, quae nulla in ea inte[l]ligi poteſt, ſed natura ſua anus terra, et ideo infecunda ad omnia a[t]que imbecilla. *Aliter accepit* Columel. 2, 4, 5 Obſeruabimus ne h[…] toſus ager tractetur: neue exiguis nimbis ſemimadidus, quam terra[m] ruſtici, variam carioſamque appellant. Carie carioſior Afran. a[pud] Non. 1, 79 *al.* curioſior.

CARIO, āre. *Vnde* Mart. Capell. lib. 1 . . . Cariantem tr[i]podem dixit.

CARĪNA, ae. f. [τρόπις, στεῖρα] Infima pars nauis, *auctore* F[e]ſto Pompeio: *ſiue Trabes ea, qua nauis fundatur.* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, […] Carinae primum, ac ſtatumina ex leui materia fiebant: reliquum co[r]pus nauium viminibus contextum coriis integebatur. Liu. 22, 20 I[…] ſequuti trepidam hoſtium claſſem, naues omnes, quae non aut pe[…] fregerant proras litore illiſas, aut carinas fixerant vadis, religatas pu[p]pibus in altum extraxere. Ouid. Met. 14, 553 Mediiſque carina Su[b]dita nauigiis. *Et* ex Ponto 4, 3, 5 Dum mea puppis erat valida fu[n]data carina. Plaut. Mil. 3, 3, 41 Vbi probus eſt architectus, Be[ne] lineatam ſi ſemel carinam collocauit, Facile eſſe nauem facere, v[bi] fundata et bene ſtatuta eſt. Ouid. Her. 16, 110 Fundatura citas f[le]ctuntur robora naues, Texitur et coſtis panda carina ſuis. Cic. Orat. 3, 178 c. 46 Quid tam in nauigio neceſſarium quam latera, qu[am] carinae, quam prora, quam puppis, *etc.* ¶ 2 Carina [pro] *tota naui frequenter apud Poëtas.* Virg. Aen. 2, 23 Nunc tantum ſi[nus] et ſtatio male fida carinis. Audaces carinae Iuuen. Sat. 10, 2[…] Celeri carina metiri aquas Ouid. Met. 9, 446. *Conf.* Id. Heroid. […] 103. Curuae carinae Virg. Georg. 1, 360. Facilis Sil. 17, . . . Ouid. de Rem. Amor. 811 Hoc opus exegi: feſſae date ſerta carin[ae]. Firma Ouid. Epiſt. 2, 46. Impulſae tonſis Lucan. 3, 527. O[…] Met. 14, 560 Iactatis ſaepe carinis Suppoſuere manus. Incu[r…] Idem Met. 15, 644. Longae Virg. Aen. 5, 158. Lucan. 3, 6[…] Aequora diſcedunt merſa deducta carina. Panda Virg. Georg. 2, 4[…] i. e. Curua, Seruius. Pictae carinae innant fluuio Virg. Aen. […] Preſſae carinae, pro Onerariis, *vt ait* Seruius *ad* Virg. Georg. 1, […] Hor. Carm. 1, 4, 2 Trahuntque Siccas machinae carinas, *i. In li[tus] propter intermiſſam ob temporis iniuriam, nauigationem ſubductas.* T[…] rigera Lucan. 3, 509. Velifera Ouid. ex Pont. 3, 11, 67. Vncta na[…] Virg. Aen. 4, 398. ¶ 3 *Verborum formulae.* Ouid. Met. […] 185 Et, ne Deprimeret fluctuſue lapiſue carinam, Pertimui. Luc[an.] 2, 553 Disiectare ſolet magnum mare, tranſtra, carinas. Durare […] poſſunt carinae ſine funibus aequor imperioſius, *h. e. Ferre, ſuſtin[ere]* Hor. Carm. 1, 14, 7. Emittere Lucan. 3, 46. Ferre *de fluuio* L[u]can. 1, 403. Ouid. Epiſt. 19, 143. *ad Neptunum,* Te decet aut magi[…] magnum iactare carinas. Inſultant carinae fluctibus Idem Met. 1, […] *Et* Epiſt. 13, 101 Cum venies, remoque moue veloque carinam. […] piunt carinas venti Lucan. 3, 46. Rapi fugiente carina Idem 8, 6[…] Rumpere Horat. Epod. 10, 20. Sulcant vada Virg. Aen. 5, 158 longae ſulcant vada ſalſa carinae. Tetigere portum Idem Georg. 1, 3[…] ¶ 4 *Nucum putamina bifida* Carinae *vocantur.* Plin. 15, 22 Sol[…] hoc pomum natura compactili operimento clauſit: namque ſunt bi[fi]dae putaminum carinae. Ponemus tranſuerſas, vt latus, id eſt, cari[na] ipſa figatur in terra Pallad. 2 t. 16. *de nucibus ſerendis.*

CARINAE, arum. f. *Vicus in vrbe Roma, quarta regione in va[lle] inter Caelium montem et Eſquilias. Vid.* Varr. de L. L. 4, 8. H[or.] Epiſt. 1, 7, 48 Dum redit atque foro nimium diſtare Carinas [Ia]m grandis natu queritur. *Et* Cic. de Aruſp. Reſp. c. 23 Cum diceret ve[lle] ſe in Carinis aedificare alteram porticum, quae palatio responder[et]. Liu. 26, 10 In hoc tumultu Fuluius Flaccus porta Capena cum exer[ci]tu Romam ingreſſus, media vrbe per Carinas *(in)* Eſquilias conte[n]dit. Virg. Aen. 8, 361 Romanoque foro, et lautis mugire Carin[is]. M' Manilius habuit aediculas in Carinis Cic. Parad. *extr. Etiam Cicero* domum in Carinis *habuit, quod indicat frater epiſtolarum ad [Tul]lum 2, 3. Etiam* Pompeii M. domus in Carinis *fuerat, quam dein[de] poſſidebat M. Antonius. Huc alludit filius illius apud* Vell. 2, 77, 1 Q[…] eum in naui Caeſaremque et Antonium coena exciperet, dixit, in [Ca]rinis ſuis ſe coenam dare, referens hoc dictum ad loci nomen, quo paterna domus ab Antonio poſſidebatur.

CARĪNO, āre. [τροπίζω] Plin. 9, 33 Saliunt pectines, et ext[ra] volitant, ſeque et ipſi carinant, *i. Sua ſibi concha inſtrumentum por[ri]gunt ad nauigandum, et ceu carinam quandam ex teſta effingunt.*

CARINANTES, Probra obiectantes, a Carina dicta, quae eſt i[n]fima pars nauis: ſic illi ſortis infimae. Feſtus. *Adde* Seru. *ad* Vi[rg.] Aen. 8, 361. *vbi laudat verſus Ennianos,* Sed neque me decet ha[nc] carinantibu' laedere chartis. Et contra carinantes verba obſcoena p[ro]fatus. *Obſtat ſecunda breuis, quo minus haec vox in hac altera ſign[ifi]catione a* Carina *nauis deducenda videatur. Itaque vel a Graeco* χαρ[ι]τίζεσθαι *deriuat Voſſius, per quod explicatur in* Gloſſ. Philox. *vel a* Ca[…]ere, *vt a* Nato *eſt* Natino.

CARINĀTVS, a, um. Partic. [στειρωειδής] *Concauus, et [in] modum carinae formatus.* Plin. 11, 37 Pectus homini tantum latum, [re]liquis carinatum.

CARINARII, orum. m. *apud* Plaut. Aul. 3, 5, 36 *Sunt, qui cerino colore pannum inficiunt. Nam* cera *Dorice* καρὸς *dicitur, quae aliis Graecorum linguis* κηρὸς *vocatur: libentius autem a Doribus et Aeolibus Latini mutuum ſumunt, quam ab aliis Graecis. Sic in Aſinaria* ὀνηγὸς, ὀναγὸς *vocatur a* Plauto Prol. 10 Huic nomen Graece eſt onagos fabulae: *et in hac* 2, 2, 20 ζημία, ζαμία: Ibi onerat aliquam zamiam. *Tamen in* Epidico 2, 2, 49 Cerinum *dicit, vt ſiue* Carinarios, *ſiue* Cerinarios *dicas, tantundem eloquaris ſine vllo vocabuli diſpendio.* Cerinus *color ſignificatur apud* Ouid. de Art. Am. 3, 184 Et ſua velleribus nomina cera dedit.

CARIOTA, *vid.* CARYOTA.

CARITAS, *vid.* CARVS.

CĀRIS, idis. f. *Genus piſcis.* Ouid. Halieut. 130 Sinuoſaque caris.

CĂRISSA, ae. f. Vafra mulier apud Feſtum ex Lucillio. Gloſſ. Philox. Cariſa μαγειστής, πορνοβοσκός. In Gloſſ. Iſidor. Lena vetus et litigioſa, ancilla doloſa, fallax. *Sed legitur etiam* Capriſſa. ¶ 2 *Teli genus laudant* Ser. Sammon. 830 Longae caede cariſſae. *Sed typorum modo error videtur. Meliores forte legunt* Sariſſae.

CARITORES, *vid. ſub* CARO, is.

CARMANIA, ae. f. [Καρμανία] *Regio Indiae.* Habitantes, *vt docet* Plin. 7, 34 Ichthyophagi cognominati ſunt, quod ſolis piſcibus veſcantur.

CARMANI, orum. m. pl. *Incolae.* Pompon. 3, 8 Carmani ſine veſte ac fruge, ſine pecore ac ſedibus, piſcium cute ſe velant. Duces Carmani Lucan. 3, 250.

CARMELVS, i. m. *Deus et mons.* Tac. Hiſt. 2, 78, 4 Eſt inter Iudaeam Syriamque Carmelus, ita vocant montem deumque: nec ſimulacrum deo aut templum, ſic tradidere maiores: aram tantum et reuerentiam, *et reliqua de eius ſacerdote Baſilide, qui Flauii Veſpaſiani imperium praedixit. Vid.* Suet. Veſp. 5.

CARMEN, ĭnis. n. [ἔπος Vet. Gloſſ. ᾠδή] *A* Cano *appellatum, quaſi* Canimen. Victor *autem* de Orig. Rom. c. 5. *vocem* Carminis *a* Carmenta *deducit. At ipſa* Carmenta *a* Carminibus *dicta. Dicitur autem* Carmen, *quidquid certa lege et menſuris, ſiue numeris compoſitum eſt: quae nempe magis cantui accommoda ſunt, quam quae proſa oratione ſcribuntur.* Virg. Ecl. 8, 10 Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno. Cic. de Diuin. 2, 111 Non autem eſſe carmen illud furentis, ipſum poëma declarat. Arma carminis, *Inſtrumenta et adminicula ad ſcribendum carmen.* Ouid. Triſt. 5, 12, 52 Hic mihi praebebit carminis arma locus. Hor. Epiſt. 1, 19, 27 Quod timui mutare modos, et carminis artem. Scriptores carminum Quinctil. 1, 5. Cic. de Orat. 3, 97 c. 51 Quorum *(de numeris agit)* illa ſumma vis carminibus eſt aptior et cantibus. Idem de Fin. 5, 41 c. 15 Sunt enim prima elementa naturae, quibus auctis, virtutis quaſi carmen efficitur, *i. concentus. Sed* I. F. *Gronouius legi malit* germen, *Dauiſ.* cacumen, *vterque ex coniectura.* ¶ 2 *Epitheta:* Abſurdum carmen Cic. pro Muraen. 26. Hor. Carm. 3, 30, 13 Aeolium carmen ad Italos Deduxiſſe modos. Aeolide dialecto Alcaeus lyricus Poëta vſus eſt. Porro Alcaeum imitatus eſt Horatius. Teſtatur ergo ſe Graeci carminis modulationem primum in Latinam linguam contuliſſe. Porphyrius. Alterna carmina, *duo verſuum genera, quae inuicem et alternis ſibi ſuccedunt. Sic vocantur Elegi.* Ouid. Epiſt. 15, 5 Forſitan et quare mea ſint alterna requiris Carmina. Amabile Hor. Epiſt. 1, 3, 24. Aonium, *vid. paullo poſt*, Fluitantia carmina. Quod carmen artificioſa verborum concluſione Aptius Cic. de Orat. 2, 34. Ouid. Triſt. 4, 1, 12 Feſſus vt incubuit baculo, ſaxoue reſedit Paſtor; arundineo carmine mulcet oues, *i. Arundine cantatum.* Ouid. Epiſt. 15, 27 At mihi Pegaſides blandiſſima carmina dictant. Connubiale, *nuptiale* Claud. de quart. Conſ. Hon. 649. Ouid. de Arte Am. 3, 341 Noſtri lege culta magiſtri Carmina. Ouid. in Ibin 83 Carmina dum capiti maleſido Dira canuntur. Martial. 13, 77 Dulcia defecta modulatur carmina lingua Cantator cycnus funeris ipſe ſui. *Sic* Carmina cum moriens canit. Exſequialia cycnus Ouid. Met. 14, 430. Exorabile, *Quo aliquid exoramus* Valer. Argon. 1, 782. Famoſum Horat. Epiſt. 1, 19, 31. *quo fama alterius laeditur.* Feſto fremuiſſet carmine miles Claudian. in ſec. Conſ. Stil. 21. Virgil. Georg. 2, 45 Non hic te carmine Ficto Atque per ambages, et longa exorſa tenebo. *i.* Simpliciter vniuerſa deſcribam: neque, vt in Aeneide, aliquibus figmentis, aut vllis vtar ambagibus. Seruius. Flebile Ouid. Epiſt. 15, 21. Lucan. ad Piſon. 151

Si carmina forte
Nectere ludenti iuuit Fluitantia verſu,
Aonium facilis deducit pagina carmen.

Hor. Epiſt. 2, 1, 236 Fere ſcriptores carmine Foedo Splendida facta linunt. Ouid. Amor. 2, 17, 27 Sunt mihi pro magno Felicia carmina cenſu. *i. facili et fertili ingenio fuſa.* Grata feminis Horat. Carm. 1, 15, 15. Graue plenumque Cic. Tuſc. 1, 64 c. 26. Honorum carmen, *quod honorem alicui parat, et famam* Valer. Argon. 4, 342. Virgil. Ecl. 9, 83 — neque eſt ignobile carmen. Illaudabile Stat. Silu. 5, 5, 33. Idem Theb. 10, 868 Carmenque imbelle loquuti. Priap. *pr.* . . Carminis inconiti luſus lecture procaces Conueniens Latio pone ſupercilium. Incondita carmina, *vid. h. v.* Ouid. in Ibin 2 Omne fuit Muſae carmen inerme meae. Iuuenilia Idem Triſt. 2, 339. Lacrimoſum Id. ibid. 5, 1, 35. Virgil. Georg. 2, 388 Et te Bacche vocant per carmina laeta. Lamentabile Stat. Silu. 5, 3, 1. Horat. in Arte Poët. 408 Natura fieret Laudabile carmen an arte? Quaeſitum eſt. Lucida Lucret. 1, 933. Mala Martial. 12, 40. *i. inepta.* Manſurum Stat. Silu. 4, 2, 3. Medicabile, *Dolores et curas auferens* Valer. Argon. 4, 87. Miſerum, *vid. vox* Diſperdere. Martial. 14, 183 Et tibi Moeonio, quod carmine maius habetur, *etc. i. Homeri.* Sen. in Agam. 350 Tibi *(Phoebe)* la mouent docta puellae carmine molli. Mordax Ouid. Triſt. 2, 563. Mortale, *Non perpetuo duraturum* Ouid. ex Pont. 2, 6, 33. Neceſſarium Cic. de LL. 2 c. 23 *praecepta, quae a pueris ſolebant ediſci.* Lucer. in Aetna, Hanc auget nobile carmen. Nuptiale Catul. 59 *(al. 61.)* 12. Obliquum, *i. malignum, doloſum, ambiguum* Stat. Silu. 1, 2, 27. *Vid. Barth.* Operoſa, *i. Multa opera et labore compoſita, non poëtica quadam et diuina ingenii facultate.* Horat. Carm. 4, 2, 32 Operoſa paruus Carmina fingo. Lucret. 2, 505 Et cycnea mele, Phoebeaque daedala chordis Carmina conſimili ratione Oppreſſa ſilerent. Horat. Epiſt 2, 1, 258 Sed neque paruum Carmen maieſtas recipit tua. Perpetuum carmen, *quod vbique cohaeret, argumento non interrupto* Ouid. Met. 1, 4 Primaque ab origine mundi Ad mea perpetuum deducite tempora carmen. Pierium Lucret. 1, 945. Plenum Cic. Tuſc. 1, 64. Probroſa carmina factitare Tacit. Ann. 16, 14. Stat. Achill. 1, 240 — quaerunt puerilia carmina Fauni. *i. quae Achilles adhuc puer ludere ſolebat.* Reſonantia chordis Lucan. ad Piſon. 229. Perſ. Sat. 5, 5 Quantas Robuſti carminis offas Ingeris, vt par ſit centeno gutture niti? Saeculare carmen *Epodis Horatii ſubiectum in celebratione ludorum ſaecularium ſcriptum.* Sueton. Vit. Horatii, Vt non modo ſaeculare carmen componendum iniunxerit, ſed, *etc.* Ouid. Epiſt. 12, 139 Tibiaque effudit ſocialia carmina vobis. *i. Hymenaeum cecinit.* Sollemne Stat. Silu. 4, 6, 99. Sublimia Iuuenal. Sat. 7, 28. Tragicum Horat. in Arte Poët. 220. Triuiale carmen ferire moneta communi Iuuen. Sat. 7, 55. Viuidum Martial. 12, 62. Vocale, *Sonorum* Ouid. Met. 11, 317. Vulgata carmina incertis auctoribus Tacit. Ann. 1, 72. ¶ 3 *Verborum formulae:* Quinctil. 1, 10, 32. Canere Cic. de Clar. Orat. 71. Idem de Lege Agr. 67 Atque hoc carmen hic Trib. pleb. non vobis, ſed ſibi intus canit. *Vid.* CANERE *intus.* Cantare carmina virginibus et pueris Horat. Carm. 3, 1, 4. Cic. de Clar. Orat. 75 Vtinam exſtarent illa carmina, quae multis ſaeclis ante ſuam aetatem in epulis eſſe cantitata a ſingulis conuiuis, de clarorum virorum laudibus, in Originibus ſcriptum reliquit Cato. Capi carmine, *pro Delectari* Virgil. Georg. 4, 348. Carpere carmina, *i. reprehendere* Martial. 11, 95. Celebrare carminibus laudes alicuius Cic. pro Rabir. Poſth. 42 c. 16. Chryſippus etiam nutricum, quae adhibetur infantibus Allectationi ſuum quoddam carmen aſſignat. *i. praeſcibit naeniam, qua vtantur ad ſomnum conciliandum.* Lucan. ad Piſon. 210 Cumque tuis virtutibus omne per aeuum Carminibus certare meis, *vt dubium ſit apud poſteros, an par fuerit carmen meum tuis virtutibus.* Commendare Ouid. de Arte Am. 2, 283. Componere carmen alicui Horat. Epiſt. 2, 2, 291. Cic. pro Muraen. c. 12. Componere ad lyram Quinctil. 1, 10. Concordant neruis Ouid. Met. 1, 518. Cic. Tuſc. 4, 4 c. 2 Duodecim tabulae declarant, Condi iam tum ſolitum eſſe carmen: quod ne liceret fieri ad alterius iniuriam, lege ſanxerunt. Auguſtin. de C. D. 2, 9 *ex Cicerone,* Si quis occentaſſet, ſiue carmen condidiſſet, quod infamiam faceret flagitiumue alteri: *vbi ad hunc ipſum locum videtur reſpicere.* Cic. pro Cael. 18 c. 8 Ac longius quidem mihi contexere hoc carmen liceret. Martial. Epig. 11, 91 Carmina nulla probas, molli, quae limite Currunt, Sed quae per ſalebras altaque ſaxa cadunt. Contingere Muſaeo lepore Lucret. 1, 933. Deducere Ouid. Met. 1, 4. *Vid. n. 2* Perpetuum. Deductum dicere carmen Virgil. Ecl. 6, 5. *i.* Tenue. Translatio a lana, quae deducitur in tenuitatem. Seruius. Delenda Hor. Epiſt. 2, 1, 69. Delinire aliquem carmine Ouid. Met. 11, 163 Demurmurare Idem Met. 14, 108. Virgil. Aen. 3, 445 Quaecunque in foliis deſcripſit carmina virgo Digerit in numerum. Deſcribere in cortice tagi Idem Ecl. 5, 13. *Et* Aen. 6, 644 Pars pedibus plaudunt choreas, et carmina Dicunt. Virgil. Georg. 1, 350 Dat motus incompoſitos, et carmina Dicat. Dictare Horat. Epiſt. 2, 1, 110. Virgil. Ecl. 3, 27 Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen. Diſponere Lucret. 3, 421. Diſtringere aliquem carmine Ouid. Triſt. 2, 563. Martial. 12, 2 Quae modo littoreos ibatis carmina Pyrgos: Ite ſacra, iam non puluerulenta via eſt. Exornare templorum aditus Cic. pro Arch. Poët. 27. Facere Cic. Tuſc. 4, 41. Facere noua carmina Virg. Ecl. 3, 86. Factitare carmina, *vid. paullo ante,* Probroſa carmina. Horat. Carm. 4, 2, 32 — operoſa paruus Carmina Fingo, *cum relatione ad opus apum, quibus ſe comparat. Sed etiam extra hanc comparationem*, Fingere linenda cedro, et ſeruanda cupreſſo Hor. de Arte Poët. 332. Sen. Agam. 330 Sed quale ſoles leuiore lyra Flectere carmen ſimplex, *ad Phoebum.* Fundere Sil. 13, . . Cic. Tuſc. 1 c. 26. Gaudere Horat. Carm. 4, 8, 11. *et* Epiſt. 2, 2, 59. Habent carmen verſus Saliorum Quinctil. 1, 10, 20. *i. ſuos modos, quibus cani poſſunt.* Inferere Quinctil. 1, 7. Claudian. de quart. Conſ. Hon. 648 O mihi, ſi liceat thalamis Intendere carmen Connubiale tuis. Ouid. Epiſt. 16, 13 Nec mihi, diſpoſitis quae iungam carmina neruis Proueniunt. Virgil. Georg. 4, 565 Carmina, qui luſi paſtorum. Mandare foliis. *i. in foliis deſcribere velut in charta* Idem Aen. 6, 74. Martial. 11, 58 Miraris, docto, quod carmina mitto Seuero. Modulari carmen Virgil. Aen. 1, 1. Ouid. Met. 10, 301 Aut mea, ſi veſtras Mulcebunt carmina mentes. Mulcere aliquem grato carmine Hor. Carm. 3, 11, 24. Nectere carmina Stat. Silu. 2, 2, 114. Pangere carmina Lucret. 1, 932. Cic. Fam. 16, 18. Probare carmina Martial. 11, 91. Carmina Proueniunt animo deducta ſereno Ouid. Triſt. 1, 1, 39. Carmina ſeceſſum ſcribentis et otia Quaerunt Idem Triſt. 1, 1, 41. Stat. Silu. 3, 3, 215 Noſtra quoque exemplo meritus tibi carmina Sancit. *i. dedicat, in tumulo ſcribit.* Silent carmina, *vid. n. 2* Oppreſſa carmina. Scribere in aliquem Cic. de Orat. 2, 352 c. 86. Scribere mala Hor. Serm. 2, 6, 74. Virg. Ecl. 5, 64 Ipſae iam carmina rupes Ipſa Sonant arbuſta, deus, deus ille Menalca. Statuere modum carminis Ouid. Triſt. 1, 11, 44. Tradere res geſtas carminibus Lucret. 5, 1443. Tradita carmine et fabuloſa Quinctil. 2, 4. Cic. de Amic. 24 Empedoclem quidem carminibus Graecis vaticinatum ferunt, quae, *etc.* Vendere Martial. 12, 46. Vincere aliquem carminibus Virgil. Ecl. 4, 55. Viuere carmina non poſſunt, quae ſcribuntur aquae potoribus Hor. Epiſt. 1, 20, 3. ¶ 4 Carmen *aliquando vnus modo verſus aut duo dicuntur.* Rem carmine ſigno: Aeneas haec de Danais victoribus arma Virg. Aen. 3, 287. Et tumulum facite, et tumulo ſuperaddite carmen: Daphnis ego in ſiluis, hinc vſque ad ſidera notus, Formoſi pecoris cuſtos formoſior ipſe Id. Ecl. 5, 42. *Sed totum librum hoc nomine indicauit* Lucr. 6, 937 Quod in primo quoque carmine claret. *Vid. Viri docti ad* Catonis Diſt. 1, 1 Si Deus eſt animus, nobis vt carmina dicunt. ¶ 5 Carmina *etiam dicuntur formulae quaedam conceptis verbis ad ſollemnitatem aliquam compoſitae.* Cic. pro Muraen. 26 c. 12 Praetor interea ne pulchrum ſe, ac beatum putaret, atque aliquid ipſe ſua ſponte loqueretur, ei quoque carmen compoſitum eſt, cum caeteris rebus abſurdum, tum vero nulli vſui. ISTAM VIAM DICO, INITE VIAM, *etc.* Liu. 1, 26 Lex horrendi carminis erat, Duumviri perduellionem iudicent, *etc. De eadem re* Cic. pro C. Rabir. perd. 13 c. 4 Crudeliſſimi regis cruciatus carmina. Liu. 3, 64 Recitabatque rogationis carmen, in quo, ſi tribunos plebei decem rogabo *etc. Et* 10, 38 Deinde iurare cogebatur diro quodam carmine in exſecrationem capitis familiaeque et ſtirpis compoſito, niſi iſſet in praelium, *etc. Et* 39, 15 Quum ſollemne carmen precationis, quod praefari, priuſquam populum alloquantur, magiſtratus ſolent, peregiſſet conſul. Longum illud carmen comitiorum *vocat* Plin. Pan. 63, 2 *vbi ſollemnia tamen alia complectitur. Etiam in foedere ſanciendo adhibitum* Carmen. Liu. 1, 24 Pater patratus ad ius iurandum patrandum,

dum, id eſt, ſanciendum ſit foedus, multisque id verbis, quae longo effata carmine non operae eſt referre, peregit. *Nempe, quoties iuratur, verba concepta adhibentur.* *Sic* Plin. Pan. 92, 3 Tu comitiis noſtris praeſidere, tu ſanctiſſimum illud carmen praeire dignatus es, *puto, quo in leges iurabant noui magiſtratus.* *Sed etiam* certo carmine euocabant tutelares deos ex vrbibus obſeſſis Macrob. Sat. 3, 9, *vbi ponit ipſum* carmen. Plin. 18, 2 Duratque immenſo exemplo, Deciorum, patris filiique, quo ſe deuouere, carmen. *Seruauit* Liu. 8, 9 *Patris, et Filii* 10, 38. Valer. Maxim. 4, 1, 10 Africanus poſterior cenſor cum luſtrum conderet, inque ſolito fieri ſacrificio ſcriba ex publicis tabulis ſollemne ei precationis carmen praeiret, quo DI immortales, vt populi Rom. res meliores amplioresque facerent, rogabantur: Satis, *inquit*, bonae ac magnae ſunt. Itaque precor, vt eas perpetuo incolumes ſeruent. Ac protinus in publicis tabulis ad hunc modum carmen emendare iuſſit. Plin. Paneg. 3, 5 Animaduerto enim etiam deos ipſos non tam accuratis adorantium precibus, quam innocentia et ſanctitate laetari: gratioremque exiſtimari, qui delubris eorum puram, caſtamque mentem, quam qui meditatum carmen intulerit. Ouid. Met. 13, 952 Et purgante nefas nouies mihi carmine dicto. Carmine DI ſuperi placantur, carmine manes Hor. Epiſt. 2, 1, 138. ¶ 6 *Sicut* Canere *dicuntur vates et oracula, cum vterentur plerumque verſibus; ita frequens eſt poni* Carmen, *pro Vaticinio.* Cecinere vates, cuius ciuitatis eam ciuis Dianae immolaſſet, ibi fore imperium; idque carmen peruenerat ad antiſtitem fani Dianae Liu. 1, 45, 5. Virgil. Ecl. 4, 4 Vltima Cumaei venit iam carminis aetas. Idem ibidem 6, 67 Vt Linus haec illi diuino carmine paſtor Dixerit. Diuino carmine, Vaticinans, Seruius. Fatidicum Claud. de Bell. Get. 232. Immota carmina Sibyllae, *i. Rata* Idem de Bell. Gildon. 29. Marciana carmina, *quae fuerint, docet* Liu. 25, 12 Vates hic Marcius illuſtris fuerat, *etc.* Ouid. Met. 14, 20 At tu ſiue aliquod regnum eſt in carmine, carmen Ore moue ſacro. *Sanctitatem igitur quandam tribuere voluit libro* Catonis, de moribus, *qui* carmen *primus vocauit. Et* carmen *inſcriptum fuiſſe, et ſoluta oratione ſcriptum, ſatis docet* Gell. 11, 2. *Nempe ſic* oracula *vocabant poſteriores ipſius praecepta, quod docet* Plin. 18, 4 Oracula non in alio genere vitae plura certioraque ſunt. Cur enim non videantur oracula, a certiſſimo die, maximeque veridico vſu profecta. ¶ 7 Carmen, *pro Incantatione* [ἐπῳδὴ] Virgil. Ecl. 8, 69 Carmina, vel caelo poſſunt deducere Lunam. *Et* Tacit. Ann. 2, 69 Et reperiebantur ſolo ac parietibus erutae humanorum corporum reliquiae, carmina, et deuotiones. Plin. 28, 2 Ex homine remediorum primum maximae quaeſtionis, et ſemper incertae eſt, valeantne aliquid verba et incantamenta carminum. Magorum carmina Quinctil. 7, 3, 7. *Haec vocantur* Aeaea carmina Ouid. Amor. 1, 8, 5 Illa magas artes Aeaeaque carmina nouit. *De his etiam* Idem Met. 7, 137 Neue parua valeant a ſe data gramina, carmen Auxiliare canit, ſecretasque aduocat artes. Magicum Ouid. Faſt. 2, 426. Magum Sen. Herc. Oet. 467. Ouid. Met. 14, 57 Obſcurum verborum ambage nouorum Ter nouies carmen magico demurmurat ore. Sacrum Id. de Rem. Amor. 252. Carminibus Circe ſocios mutauit Vlixis Virg. Ecl. 8, 70. Id. Aen. 4, 487 Haec ſe carminibus promittit ſoluere mentes Quas velit. ¶ 8 *Etiam de auium vocibus* Carmen *dicitur.* Virgil. Aen. 4, 462 Solaque culminibus ferali carmine bubo ſaepe queri. Ouid. Met. 10, 453 Ter omen Funereus bubo letali carmine fecit. Idem Epiſt. 2, 118 Pronuba Tiſiphone thalamis vlulauit in illis, Et cecinit moeſtum deuia carmen auis. Auien. in Arati Progn. 377 Si matutinas vlulae dant carmine voces. *Et* 415 Tum propior modulatur noctua carmen. *De Philomela* Virg. Georg. 4, 514 Ramoque ſedens miſerabile carmen Integrat. ¶ 9 Carmen, *Inſtrumentum textorium.* Lucretio *tribuit Scaliger* 5, 377 Quaſi carmine lana trahatur. *Sed meliores aliter:* Sed in ignem lana trahatur.

CARMINEVS, *ad carmen pertinens*, Cathol.

CARMENTA, ae, *ſiue* CARMENTIS, is. f. [Καρμέντα, *Dionyſio et Plutarcho*] *Nobile nomen Romanis; ſed quae fuerit, homo an nympha, non ſatis conſtat. Plutarchus in Romulo p. 55 H. Steph. Secundum quosdam ait,* μοῖραν κυρίαν ἀνθρώπων γενέσεως, *fatum, quod generationi hominum praeſideret; ideo a matribus celebrari Carmentalia: refert deinde etymon a* carmine, *quod* carmine *ederet oracula, ipſe vero probat eos, qui* Carentem mente, *propter furorem illum fatidicum interpretentur. Dionyſius Halic. 1 p. 24* θεσπιῳδὸν, *a* carmine *interpretatur. Plura ex hoc, et Strabone lib. 5, et Plut. Quaeſt. Rom. 56 peti poſſunt. Nos inſtitui noſtri memores loca praecipua Latinorum ponemus, ac primum quaedam* Aur. Victoris de Orig. G. Rom. 4 Igitur regnante Fauno ante annos circiter ſexaginta, quam Aeneas in Italiam deferretur, Euander Arcas Mercurii et Carmentis nymphae filius, ſimul cum matre eodem venit, quam quidam memoriae produnt primum Carmentim dictam, poſt Nicoſtraten, de carminibus, eo quod videlicet omnium literarum peritiſſima futurorumque prudens verſibus canere ſit ſolita. Adeo, vt plerique velint, non tam ipſam a carmine carmentam, quam carmina, a qua dicta eſſent, *(i. ab ea, a qua prolata primum eſſent)* appellata. *Et* c. 6 Recaranus *(Hercules)* eo, quod Carmentis inuitata ad id ſacrum non adfuiſſet, ſanxit, ne cui femini fas eſſet veſci ex eo, quod eidem arae ſacratum eſſet. Liu. 1, 7 *de Euandro*, Venerabilis vir miraculo literarum, rei nouae inter rudes artium homines: venerabilior diuinitate credita Carmentae matris, quam fatiloquam ante Sibyllae in Italiam aduentum miratae hae gentes fuerant. Virgil. Aen. 8, 336 *Euander loquitur*,

Matrisque egere tremenda
Carmentis nymphae monita, et deus auctor Apollo.
Vix ea dicta, dehinc progreſſus, monſtrat et aram
Et Carmentalem Romano nomine portam:
Quam memorant nymphae priſcum Carmentis honorem
Vatis fatidicae.

Seruius ad *h. l.* Ideo Carmentis appellata a ſuis, quod diuinatione fata caneret. Nam antique vates *Carmentes* dicebantur, vnde etiam librarios, qui eorum dicta perſcriberent, *Carmentarios* nuncupatos. Alii huius comites *Porrimam* et *Poſtuortam* tradunt, quia vatibus, et praeterita, et futura ſunt nota. *(Vid. quae mox dabimus ex Gellio)* Alii etiam Tyburtem dictam. Nymphae autem maritae dixit. Nam Graece ſponſa νύμφη dicitur. haec autem non vere nympha fuit, ſed vaticinatrix. *Quod de* Porrima *et* Poſtuorta *dicit, firmatur ab* Ouid. Faſt. 1, 633

Porrima placantur Poſtuertaque ſiue ſorores,
Siue fugae comites, Maenali nympha, tuae.
Altera, quod *porro* fuerat, cecinisse putatur,
Alteram *verſurum poſt* modo quidquid erat.

*Aliter* Varro *apud* Gell. 16, 16 Quando igitur contra naturam forte conuerſi in pedes *(pueri, qui iam naſcuntur)* brachiis plerumque diductis retineri ſolent, aegriusque tunc mulieres enituntur, huius periculi deprecandi gratia arae ſtatutae ſunt Romae duabus Carmentibus, quarum altera Poſtuerta cognominata eſt, Proſa altera, a recti peruerſique partus et poteſtate et nomine. Ouid. Faſt. 1, 499 Iamque ratem doctae monitu Carmentis in amnem Egerat. *Et* Faſt. 6, 529 Hoſpita Carmentis fidos intraſſe penates Diceris, *de Inone.*

CARMENTARII, qui Carmentum, *id eſt vatum* dicta perſcriberent librarii, *apud* Seru. *ad* Aen. 8, 336, *cuius locum integrum damus in* CARMENTA.

CARMENTALIS, e. Adi. *Vt*, Carmentalia matri Euandri ſacrificia inſtituta, Carmentalia appellata a nomine ipſius. *Sic* Chariſ. p. 21 *Putſch.* Macrob. Saturn. 1, 16 Feriae ſunt ſtatiuae vniuerſi populi communes, certis et conſtitutis diebus ac menſibus, et in faſtis, ſtatis obſeruationibus annotatae: in quibus praecipue ſeruantur Agonalia, Carmentalia, Lupercalia. *Tertio Idus Ianuarii celebrabantur* Carmentalia. *De horum origine* Ouid. Faſt. 1, 462

Proxima proſpiciet Tithono aurora relicto,
Arcadiae ſacrum pontificale deae. *Deinde quinto poſt verſu,*
Ipſa mone, quae nomen habes a carmine ductum:
Propoſitoque faue, ne tuus erret honos.

In Vet. Kal. III Idus Ian. Feſta Carmentis et Iuturnae. XVIII Kal. Sacrificium Carmentis. Feſtum Porrimae et Poſtuertae. Porta Carmentalis Virg. Aen. 3, 388. *et paſſim.*

CARMĬNO, āre. [διαξαίνω, κτενίζω] *Eſt quaſi Pectinare, a verbo* Carere, *vbi vid.* Varro de L. L. 6, 3 Carminari lana tum dicitur, quum caret eo, quod in ea haeret. ¶ 2 *Sed a* Carmine, *i. cantu, Poëſi deriuauit* Sidon. Epiſt. 1, 9 Exſeras volo in obſequium nou... conſulis veterem muſam, votiuum quippiam, vel tumultuariis fidibu... carminantem. *A priori eſt*

CARMINATVS, a, um. *Vt*, Lana carminata Plin. 9, 38. *A poſteriore*

CARMINABVNDVS, a, um. *Videtur enim eſſe canorus, au... cantus amans. Vtitur* Sidon. Apoll. 8, 11 *in laudibus Poëtae*, In bucc... lica *materia* vigilax, parcus, carminabundus. *i. exprimit mores paſto... rum, facitque illos vigilaces, etc. vt ſtatim*, In georgica ſic ruſticar... multum, quod *(pro* vt*)* nihil ruſticius.

CARMINATIO, ōnis. f. [διάξανσις] Plin. 11, 23 Hanc ab hi... cogi, ſubigique vnguium carminatione, mox trahi inter ramos, t... nuari ceu pectine.

CARNA, ae. f. [Κάρνα] *aut* CARNEA, *ſiue* CARDINEA Dea, quae vitalibus humanis praeeſſe exiſtimabatur: ab eademqu... petebatur, vt iecinora et corda et caetera, quae ſunt intrinſecus v... ſcera, ſalua conſeruaret. Huic pulte fabacia et larido ſacrificabatu... quod vires maxime his rebus corporis roborentur. *Ex* Macrob. Sa... 1, 12. *Vnde* Ouid. Faſt. 6, 101 Prima dies tibi Carna datur: d... cardinis haec eſt: Numine clauſa aperit, claudit aperta ſuo. *Hab... ibi totam fabulam, et a v. 129 illud quoque, eam ſtriges nocturnas p... rorum, vt dicebant, cunis infeſtas, a limine ſummouere. Vid. ſup...* CARDEA.

CARNARIVM, CARNARIVS, CARNEVS, CARNIFE... CARNIFICIVM, CARNIVORVS, CARNOSITAS, CA... NOSVS, *vid.* CARO.

CARNEĂDES, ae. m. [Καρνεάδης] *Cyreneus, nouae Academ... princeps.*

CARNEADĒVS, a, um. Adi. *Vt*, Diuiſio Carneadea Ci... de Fin. 5, 16 Finis Carneadeus Idem de Fin. 4, 49. Sententi... Carneadea Id. Acad. 4, 148.

CĀRO, ĕre. *a Graeco* κάρειν, [Fut. 2 καρῶ, Aor. 2 ἔκαρον, Perf. Paſſ. κέκαρμαι] *quod tondere eſt. vt*, Inter ancillas ſedere iubeas, l... nam carere Plaut. Men. 5, 2, 46. *i. Lanam a ſpurcitia purgare.* Va... ro de L. L. 6, 3 p. 75, 10 *poſt laudatum h. l. addit* Carere a carendo, qu... eam tum purgant ac deducunt, vt careat ſpurcitia. Ex quo carm... nari tum dicitur lana, cum caret eo, quod in ea eſt nequam. *Nem... hinc* Carmen *pro inſtrumento quo lanam* carunt; *et* Carminare, *qu... vidimus. Hinc etiam*

CARITORES, *in* Gloſſ. Papiae lanarii, qui lanam carunt, ca... punt, diuidunt.

CARMINARE *paullo ante poſuimus poſt* CARMENTA.

CĂRO, carnis. f. [σὰρξ, κρέας] Mortuorum proprie dicitu... dicta quod Careat anima, *auctore* Donato ad Ter. Hec. 3, 4, ... Plin. 6, 30 Agriophagi, pantherarum et leonum carnibus maxime v... ventes: Pamphagi, omnia mandentes: Anthropophagi, huma... carne veſcentes. Carnes cohaereſcere tradunt, ſi centaurio coqua... tur ſimul Plin. 25, 6. Agreſtis Scribon. 134. *i. ferina.* Art... carne ſpoliati Quinctil. 5, 12. Bubulae carnes Plin. 23, 7. Cr... da caro Suet. Neron. 37. Eminens Scribon. 227. 240. Emortu... et nigra Celſ. 7, 16. Excreſcens Scribon. 227. Formoſa Ma... tial. 11, 103. Iuuen. Sat. 14, 98 Nec diſtare putant Humana car... Suillam, *de Iudaeis.* Inanima, *vid. h. v.* Iners, *i. Inſipida* Ho... Serm. 2, 4, 41. Mutua carne inter ſe veſcuntur, *vid.* MVTVV... Cic. in Piſon. 19 c. 9 Ego iſtius pecudis ac putidae carnis conſilio ſ... licet, aut praeſidio niti volebam? *Metaph. pro Homine ignauiſſim... corruptiſſimoque. Sed proprie idem* Cic. in Piſon. 67 c. 27 Exſtruc... menſa non conchyliis, aut piſcibus, ſed multa carne ſubrancid... Toſta Ouid. Met. 12, 156. Vipereae carnes Id. ib. 2, 769. *i. viperaru...* Viua Ouid. Met. 15, 380. Edere carnes Id. ib. 2, 767. Caro c... creuit Scribon. 42. Martial. 11, 103 Sed quoties loqueris, carne... quoque, Lydia, perdis. *i. non iam formoſam videris carnem habe...* Replere carne corpora Ouid. Met. 12, 156. Veſci Iuuen. Sat. 1... 13. Plin. 9, 17 ſ. 30 *de mullis*, Nam et alga veſcuntur — et a... orum piſcium carne. ¶ 2 Caro arborum *quae ſit, do...* Plin. 16, 38 ſ. 72 Atque in totum corpori arborum, vt reliquorum a... malium, cutis, ſanguis, caro, nerui, venae, oſſa, medullae. *paullo poſt.* Proximi plerisque adipes. Ii vocantur a colore albu... num: mollis ac peſſima pars ligni, etiam in robore facile putreſce... teredini obnoxia, quare ſemper amputabitur. Subeſt huic ca... cui oſſa: id eſt materiae optimum. ¶ 3 Carnem, *ſ... corpore poſuit* Senec. Epiſt. 65 Quidquid in me poteſt iniuriam p... hoc eſt in hoc obnoxio domicilio: animus liber habitat. Nunqu... me caro iſta *(i. ea, quae corpori grata vel ingrata ſunt)* compellet... metum, nunquam ad indignam bono ſimulationem.

CARNIS, is. f. In recto caſu dici oſtendit Priſcian. 6 p. 6... *Et* Liu. 37, 3 Laurentibus carnis, quae dari debet, data n... fuerat. *Hinc* ...

CARNICVLA, ae. f. Dimin. Priſcian. 6 p. 684.

CARNARIVS, i. m. [κρεωπώλης Vet. Gloſſ.] *Qui carnem vendit.* ¶ 2 *Iocoſe* Martial. 11, 101 Carnarius ſum, pinguiarius non ſum, *i. Carnoſa puella me iuuat, non pinguis.*

CARNARIVS, a, um. Adi. *vt*, Taberna carnaria Varro de L. L. 7, 30.

CARNARIVM, i. n. [κρεμάστρα Vet. Gloſſ.] *Inſtrumentum non procul a foco ſuſpenſum, vnde pendebat caro praecipue, a qua nomen habet, ſed et alia, quae ſicca ſeruari ad vſum domeſticum volebant.* Plaut. Capt. 4, 4, 6 Adueniens deturbauit totum cum carne carnarium. Id. Pſeud. 1, 2, 64 Niſi carnaria tria grandia tergoribus oneri vberi hodie mihi erunt, cras te, quaſi Dircam olim, vt memorant, duo gnati Iouis deuinxere ad taurum, item, hodie ſtringam ad carnarium: id tibi profecto taurus fiet: *nihil aliud dicit comica laſciuia niſi hoc, ſuſpendam te pro porcina in carnario.* Varro *apud* Non. 15, 16 Haec aduentoribus accedunt, cellae claues clauſtra, carnaria, dolia. Cato R. R. 13, 1 *in torcularii inſtrumento ponit* Carnarium? *Et* c. 14, 1 *in villae inſtrumento et ſupellectili* Carnaria III. Varro R. R. 2, 4, 3 Ignauum et ſumtuoſum eſſe, qui ſuccidiam in carnario ſuſpenderit potius ab laniario, quam ex domeſtico fundo. Colum. 12, 53, 3 *iubet carnem ſuillam* paullulum aſſiccatam in carnario ſuſpendi, quo modicus fumus perueniat. Auctor Moreti *De Simulo ſuo canit* 56

Non illi ſuſpenſa vocum carnaria iuxta
Durati ſale terga ſuis, truncique vacabant:
Traiectus medium ſparto ſed caſeus orbem,
Et vetus adſtricti faſcis pendebat anethi.

*Pro* vacabant *malim fere alteram lectionem* rigebant, *et ita conſtruam*, Non rigebant illi carnaria iuxta focum ſuſpenſa *propter* terga ſuis ſale durati et trunci *ſ. truncati.* *Illud apertum:* Carnarium *eſt ſuſpenſum ad focum, e* carnario *pendent fruſta ſuillae ſalitae et anethum.* *Sic* Plin. 18, 25 ſ. 60 In carnariis florere *narrat* pulegium: *qui de eadem re dixerat* 2, 41 Floret ipſo brumali die ſuſpenſa in tectis florentis herba pulegii. *Scilicet a potiori vſu vocatur* carnarium: *ſeruit deinde aliis rebus, quas ope modici caloris cum fumo a foco orti ſiccas ſeruare volebant.* *Ita* Cato R. R. 68 Funes in carnario ſuſpendi *iubet.* *Nempe domus pauperum certe, non habebant caminos educendo fumo peculiares, ſed patuit fumo, non ita frequenti et magno ob menſae frugalitatem, liber aſcenſus per tectum atque exitus.* *Vid. Philander ad* Vitruu. 7, 3. *et Burm. ad* Petron. 135 p. 646 *ſq.* *Itaque multa poſſunt fumi viciniam ſequi*, apotheca, carnarium, vuae Ollares, gallinarium, gubernacula nauium *etc.* *Cum ita in alto ſuſpenſa eſſent* carnaria, furca *opus erat ad auferendum vel reponendum.* *Hinc* Petron. c. 96 furcae de carnario raptae *mentionem facit.* *Et* c. 135 Enothea — pannum de carnario furca detulit, in quo faba erat ad vſum repoſita, et ſincipitis vetuſtiſſima particula. *Idem* Sinciput *Enothea* c. 136 *pr.* in carnarium furca reponit. *Nec ſatis erat furca aniculae, vtitur etiam* Sella, quae ſtaturae anus altitudinem adiecerat. Carnarii *periphraſis eſt* Sidon. Epiſt. 8, 11 Propter fumificas gemam culinas, Qua ſerpylliferis olet catenis Baccas per geminas ruber botellus. *Hinc iam intelligendi* Plin. 19, 4 ſ. 19, 3 Nequam eſſe in domo matrem familias, — vbi indigens eſſet hortus: quippe e carnario aut macello viuendum eſſe. Plaut. Curc. 2, 3, 45 PH. Pernam, abdomen, ſumen, ſuis glandium, CV. Ain tu omnia haec? In carnario fortaſſe dicis? PH. Immo in lancibus. *Laudantur etiam iſta e* Plauto, Qui mihi carnarium parauit ridiculus ad certandum. *Et* coenam e carnario emit iam factus ſatur.

CARNATVS, a, um. [ἔνσαρκος] *Carnoſus, bene habitus. vt*, Corpus carnatum oſtendere, *i. efficere* Cael. Aurel. Tard. 1, 4, 95.

CARNATIO, ōnis. f. *Obeſitas.* Idem Aurel. 1, 4, 113 Grauabilis carnatio.

CARNEVS, a, um. Adi. [σαρκικὸς] *Quod ex carne eſt.* *Transite ex vſu Paullino τῷ σαρκικὸς* Prudentio Apoth. v. 370 Lex carnea *opponitur Illi*, quam ſpiritus implet interior. Idem, Pſychom. 765 carnea diſtent, Spiritui aeterno.

CARNĀLIS, e. Adi. *Eodem intellectu Eccleſiaſticorum vox, vt*, Finis vinculi carnalis Prudent. Periſt. 2, 478. Stirps Id. Apoth. 987. Oculi carnales Min. Felix 32, 6. Delictorum quaedam ſunt carnalia, id eſt corporalia, quaedam vero ſpiritualia Tertull. de Poenit. c. 3. *Saepe in N. T.* Carnale Spirituali *opponitur, aliquando Duro et lapideo, etc.* ¶ 2 Carnales aediles *ex* Nonio 2, 136 *exſculpſit* Turn. 19, 21 *qui* carni *venali praeeſſent, et ſi qua eſſet improba in Tiberim proiici iuberent.* *Sed locus eſt maxime dubius:* Carnales ſedules (*Merc.* ſeddules) Varro Sexageſi: Vix refatus erat, quum more maiorum vltro carnales arripiunt, de ponte in Tiberim deturbant. *Gothofr. legi vult* Casnares, ſenes. *Scal. Coniectan. ad Varron.* p. 117 Casnares ſeniles. *vid.* CASNAR.

CARNALĬTER. Adu. Prudent. Apoth. 368 Poſteritas carnis, carnaliter omnia cernens. *Conf.* ib. v. 510. Arator in 2 Act. Apoſt.

CARNALITAS, ātis. f. *Conditio hominis carnalis.* Auguſtin. Serm. 186, 2 Carnalitas vetuſtas eſt: gratia nouitas eſt.

CARNĬFEX, *apud Comicos fere* CARNVFEX, ĭcis. m. [δήμιος, βασανιστὴς] Qui iuſſu magiſtratus hominem occidit: ideo dictus, *vt ait* Donatus ad Hec. 3, 4, 127 quod Carnes ex hominibus faciat. Iſidor. lib. 10 Etymol. in litera C, dictum putat, quod Carnem afficiat. Quum ei carnifex laqueos et vncos oſtentaret Suet. Tib. c. 54. Cic. Verr. 5, 118 c. 45 Aderat ianitor carceris, carnifex Praetoris, mors terrorque ſociorum, et ciuium, lictor Seſtius, cui ex omni gemitu, doloreque, certa merces comparabatur. Vt adeas, tantum dabis — redimat pretio ſepeliendi poteſtatem. *Et paullo ante*, Patres iacebant in limine, matresque miſerae pernoctabant ad oſtium carceris — quae nihil aliud orabant, niſi vt filiorum extremum Spiritum ore excipere ſibi liceret. *Videtur haec Ciceronis reſpexiſſe* Manilius 5, 619

Quisquis in Andromedae ſurgentis tempora ponto
Naſcitur, immitis veniet poenaeque miniſter,
Carceris et duri cuſtos, quo ſtante ſuperbo
Proſtratae iaceant miſerorum in limine matres,
Pernoctesque patres cupiant extrema ſuorum
Oſcula, et in proprias animam transferre medullas.
Carnificisque venit mortem vendentis imago,
Accenſosque rogos, et tinctas caede ſecures.

*Dignus eſt totus Tullii locus, qui comparetur.* Carnifex et tortor Lamiarius Cic. Phil. 11, 7 c. 3. Iuuen. Sat. 8, 175 *inuehens in peſſima conſortia nobilium*, Inuenies — Permiſtum nautis, aut furibus, aut fugitiuis, Inter Carnifices, et fabros Sandapilarum. Cic. pro Rabir. 12 c. 4 Porcia lex libertatem ciuium lictori eripuit, Labienus homo popularis carnifici tradidit. *Vid. etiam reliqua.* Aegroti culum lingere carnificis Catull. 94 *extr. i. omnem nauſeam et faſtidium perdidiſſe.* Carnificis loco habetur is, Qui ſe vulneraſſet, vt moreretur. Feſt. ¶ 2 Carnifex, Excarnificans dominum: aut Ipſe dignus carnifice, vt caro fiat, id eſt, vt lanietur, Donatus *ad* Ter. Andr. 4, 1, 27 Quantasque hic ſuis conſiliis mihi confecit ſolicitudines meus carnifex. *Eſt nempe conuicium ſeruile apud Comicos frequens. v. g.* Plaut. Amphit. 1, 1, 220. Bacchid. 4, 6, 15 *etc.* Ter. Andr. 1, 2, 12. 5, 2, 11 *etc.* *Sed etiam crudelitatis in ciues conuicium et exprobratio. v. g.* Cic. Verr. 1, 9 Non ſicarium, ſed crudeliſſimum carnificem ciuium. *Sic inuidioſe* Cic. pro Quint. 50 c. 15 Huic acerbiſſimum viuo videntique funus indicitur: ſi funus id habendum ſit, quo non amici conueniunt ad exſequias cohoneſtandas, ſed bonorum emtores, vt carnifices ad reliquias vitae lacerandas et diſtrahendas. Pacat. Paneg. 24 Carnificem purpuratum *vocat Maximum tyrannum.* Firmicus 1, 3 Nefarius patriae carnifex Sulla. ¶ 3 *Adiectiue non nunquam ponitur. v. g.* Martial. 11, 85 Carnificem nudo pectore poſcet auem, *de Prometheo.* *Nota* poſcet *legendum, non* paſcet. Epulae carnifices, *in quibus metuuntur venena:* Claud. in Bell. Gild. 178 Fixus quisque toro tacita formidine libat Carnifices epulas, incertaque pocula pallens Haurit. Fortuna gloriae carnifex Plin. 28, 4 ſ. 7 *vt legit Harduin. ſed rectius Gronou.* Iubetque eosdem reſpicere ſimilis medicina linguae, vt ſit exorata Fortuna gloriae, a tergo carnificem. Libido carnifex Arnob. 1 p. 41. Manus carnifices Sil. 1, 173. *Hoc melius, quam quod alii legunt* Carnificae. Pedes Martial. 12, 48. *i. Podagrici.*

CARNIFICINA, ae. f. [κολαστήριον, βασανιστήριον] *Locus et magis etiam actio et crudelitas carnificis.* Liu. 2, 23 Ductum ſe ab creditore, non in ſeruitium, ſed in ergaſtulum et carnificinam eſſe. Facere carnificinam, *pro Carnificis officio fungi* Plaut. Capt. 1, 2, 29. Idem in Ciſt. 2, 1, 1 Credo ego amorem primum apud homines carnificinam commentum. Cic. Tuſc. 5, 78 Aegyptiorum imbutae mentes prauitatis erroribus, quamuis carnificinam prius ſubierint, quam ibim, aut aſpidem, aut felem, aut canem, aut crocodilum violent. *Plurali* Cato *ap.* Non. 2, 910 Vbi ſocietas? vbi fides maiorum? inſignitas iniurias, plagas, verbera, vibices, eis dolores atque carnificinas per dedecus atque maximam contumeliam inſpectantibus. Cic. pro Sext. 135 Non ea eſt medicina, quum ſanae parti corporis ſcalpellum adhibetur, atque integrae: carnificina eſt iſta, et crudelitas. Cic. Tuſc. 3, 27 c. 13 Nam quum omnis perturbatio miſeria eſt, tum carnificina eſt aegritudo, — lacerat, exeſt animum, planeque conficit.

CARNIFICĪNVS, a, um. Adi. *Quod eſt carnificis, vel a carnifice.* Plaut. Moſt. 1, 1, 52 O carnificinum cribrum. *Sic Scalig.* *Al.* Carnificum. *Notat hominem ſtimulis a Carnifice compunctum et confoſſum, vt cutis cribri inſtar ſit.*

CARNIFICIVM, i. n. *Carnificina.* Saresb. 1, 4 Ad venatoris carnificium prolabi. *et* 4, 3.

CARNIFĬCOR, āri. [κρεουργοῦμαι] *Pati ea, quae carnifices facere ſolent.* Liu. 24, 15 Quod vbi Tribuni militum Graccho nuntiauerunt, neminem ſtantem iam vulnerari hoſtem, carnificari iacentes, et in dextris militum pro gladiis humana capita eſſe, ſignum dari propere iuſſit. Carnificantur iacentes, *dum praeciduntur illis capita.*

CARNIVŎRVS, a, um. Adi. [σαρκοφάγος] *Quod carne veſcitur, vt*, Animalia carniuora. Plin. 10, 73 Serratorum dentium carniuora ſunt omnia.

CARNŌSVS, a, um. Adi. [σαρκικὸς, πολύσαρκος] *Multae carnis, vt*, Carnoſus venter auibus Plin. 11, 37. Atropha carnoſiora faciunt *herbae* Plin. 27, 8. Candor carnoſus Plin. 11, 37. Ceruix Celſ. 4, 1. Cortex carnoſiſſimus Plin. 25, 5. Folium Plin. 16, 24. Oliuis carnoſiſſimis, exiguum olei Plin. 15, 3. Palatum Plin. 11, 37. Radix Plin. 21, 6. *de violis.* Veſtigium Plin. 11, 45.

CARNVLENTVS, a, um. Adi. *Idem quod Carnoſus.* Solinus 62 (*49 Salm.*) Sunt enim illis reciprocis quibusdam pulmunculis veſtigia carnulenta. *de camelis.* Pectora carnulenta Prudent. Periſt. 10, 370. Tactus carnulentus Solin. cap. 8. (2)

CARNVLENTIA, ae. f. Craſſitudo. Cathol.

CARVNCVLA, ae. f. Dimin. [σάρκεον, σαρκίδιον, κρεάδιον] Cic. de Diuin. 2, 52 c. 24 Rex Pruſias, cum Annibali apud eum exulanti depugnari placeret, negabat ſe audere, quod exta prohiberent. An tu, inquit, carunculae vitulinae mauis quam Imperatori veteri credere? *Et* Valer. Max. 3, 7 *extr.* 6 An tu, inquit, vitulinae carunculae, quam Imperatori veteri mauis credere? Exiguae carunculae Celſ. 2, 7.

CARODV̄NVM, i. n. [Καῤῥόδουνον] Ptolemaeo Germaniae vrbs, hodie Cracouia. Vulgo *Cracaw*, Poloniae regia.

CAROENVM, *vid.* CARENVM.

CĂRŌTA, ae. f. *Radix, quae cum paſtinaca tanquam congener, iungitur ab* Apicio 3, 21. *Add.* Celſ. 5, 6.

CARPASVM, i. n. *Planta eſt Dioſcoridi 6, 13 cuius ſuccus ſoporem citamque ſtrangulationem adducit.* *Hic memoranda, quia inter ſpecies ad vectigal pertinentes refertur* l. 16 §. 7 de Publ. et vectigal.

CARPĂTHOS, i. n. *ſiue* CARPĂTHVS, i. m. [Κάρπαθος] *Inſula eſt inter Aegyptum et Rhodum ſita.* *Hinc*

CARPATHIVS, a, um. Adi. Hor. Carm. 1, 35, 8 Quicunque Bithyna laceſſit Carpathium pelagus carina. Gurges Carpathius Virg. Georg. 4, 387.

CARPENTVM, i. n. [ἅρμα] *Genus vehiculi, dictum quaſi* Carmentum, *a Carmenta Euandri matre, permutatione literae M in P*, Ouid. Faſt. 1, 619 Nam prius Auſonias matres carpenta vehebant, Haec quoque ab Euandri dicta parente reor. Liuius 5, 25: *Quum mittenda eſſet decima ex praeda Veientana Apollini Delphico, fuit* pecunia ex aerario promta et tribunis militum conſularibus, vt aurum ex ea coëmerent, negotium datum. Cuius quum copia non eſſet, matronae coetibus ad eam rem conſultandam habitis, et communi decreto pollicitae tribunis militum aurum, et omnia ormenta ſua in aerarium detulerunt. Grata ea res, vt quae maxime ſenatui vnquam fuit: honoremque ob eam munificentiam ferunt matronis habitum, vt pilento ad ſacra ludosque, carpentis feſto profeſtoque vterentur. Pondere ab ſingulis auri accepto, aeſtimatoque, vt pecuniae ſoluerentur, crateram auream fieri placuit, quae donum Apollini Delphos portaretur. *Et in* Claud. c. 15 Tac. Flor. 3, 2, 5 Rex ipſe Bituitus, diſcoloribus in armis, argenteoque carpento. *Add.* ib. c. 10. Vopiſc. in Aurel. 1 Vehiculo ſuo me et iudiciali carpento Praefectus vrbis Iunius Tiberianus accepit. Serica carpenta, *Serico panno ornata* Propert.

4, 8, 23. Iuuen. Sat. 4, 147 Volucri Carpento rapitur pinguis Damaſippus. *Sed* Carpentum per patris corpus egit *iam* Tullia Liu. 1, 48. *et* Flor. 1, 7, 3. Sueton. Tib. 2 In conferta multitudine aegre procedente carpento. Sueton. Calig. 15 Matri Circenſes, Carpentumque inſtituit, quo in pompa traduceretur. *Numo veteri eam rem declarat Torrentius. Vid. Caſaub. ad* Sueton. Caeſ. 76 *vbi* thenſae et ferculi in Circenſibus *mentio. Conf.* THENSA. *Sic* Claudius Sueton. 11 matri *defunctae* Decernendum curauit Carpentum, quo per circum duceretur. *Nempe ſplendidum* Carpentum *etiam viuis. Sic triumphantis Claudii* Currum Meſſalina vxor carpento ſecuta eſt, Sueton. c. 17. Tac. Ann. 12, 42 Suum quoque faſtigium Agrippina extollere altius, carpento Capitolium ingredi, qui mos, ſacerdotibus et ſacris antiquitus conceſſus, venerationem augebat feminae *etc.* ¶ 2 *Interim labente aetate in contemtum adductum hoc nomen eſt.* Pallad. Sept. 1, 2 Carpenta ſtercoris *habet. et* Veget. Mulom. 3 Pr. 3 Carpenta ſudent adminiculis in vineas aduehendis, *i. boues plauſtro iuncti.*

CARPENTARIVS, a, um. Adi. [ἁρματοπηκὸς] *Vt*, Capentarius equus, *qui carpentum ducit:* et Carpentarius faber, *qui carpenta facit.* Carpentariorum *meminit* Aurelius Arcadius in l. vlt. D. de iur. immunit. Artifex carpentarius Lamprid. in Alex. 52. *Abſolute etiam* l. 1 Cod. de excuſat. artif. Fullones, carpentarii, ſculptores. Fabrica carpentaria Plin. 16, 8 *in fine.* Treb. Pollio in Zenob. p. 334 *Hack.* Vſa vehiculo carpentario, raro pilento, equo ſaepius.

CARPENTARIA, ae. f. *Subſtantiue Ars ipſa.* Firmicus 2, 10 Saturni ſignificatio eſt, quidquid ad rem ruſticam pertinet. *Ibidem,* Quaecunque ex artificiis manu perficiuntur, vt caementaria, foſſoria, carpentaria. *Niſi forte malis haec adiectiua eſſe generis neutri, ſubaudiasque* artificia.

CARPHEOTVM, i. n. Turis genus puriſſimum et candidum, quod autumno legitur ex partu aeſtiuo. *Auctor* Plin. 12, 14.

CARPHOLŎGIA, ae. f. [καρφολογία] *Floccorum, palearum vel feſtucarum collectio.* Cael. Aurel. Acut. 1, 3 *et* 5 Carphologian *ſignum phrenitidis facit, et* c. 5 n. 48 *ita deſcribit*, eſt feſtucarum leuium a parietibus veluti detractio, quam neceſſe eſt phreniticos facere. *Diſtinguit a* Crocidiſmo, *v. v.*

CARPHOS, i. *Herbae genus.* Plin. 24, 19 Nec foeno Graeco minor auctoritas, quod telin vocant, alii carphos: aliqui buceras, alii aegoceras, quoniam corniculis ſemen eſt ſimile, nos Siliciam.

CARPICVS. *Hoc ex victoria* Carporum, *qui Africae populus fuit, cognomen Senatus Aureliano tribuit. Vid.* Vopiſc. 30.

CARPĪNVS, i. f. *Arbor de acerum genere.* Columel. 5, 7, 1 Quin etiam cornus et carpinus et ornus, nonnunquam et ſalix, a pleriſque in hoc ipſum diſponitur, *de arbuſto Gallico ſermo eſt.* Plin. 16, 18 Deſcendunt etiam in plana cornus, corylus, quercus, ornus, acer, fraxinus, fagus, carpinus.

CARPINEVS, a, um. Adi. Plin. 16, 43 Hyginus manubria ruſticis carpinea fieri iubet.

CARPISTES, ae. m. *Aeon Valentini, alias etiam* Horos *dictus*, Tertull. adu. Valent. 9.

CARPO, ſi, ptum, ĕre. [δρέπομαι] *Eſt auferre aliquid, quod fundo, arboriue adnatum cohaeſerat.* Virg. Ecl. 9, 50 Inſere Daphni pyros, carpent tua poma nepotes. Columel. 5, 6 Vbi deinde prorepſerint plantae, ſtramenta colligemus, et manibus herbas carpemus. *Metaph.* Cic. pro Sext. 116 Tam inſolens in dicendo, vt omni ex genere orationem aucuper, et omnes vndique floſculos carpam ac delibem. Flores ab arbore Ouid. Met. 9, 343 *et* 380. Frumenta ſata manu Virg. Georg. 3, 176. Id. ib. 4, 134 Primus vere roſam, atque autumno carpere poma. Ouid. Epiſt. 4, 29 Eſt aliquid plenis pomaria carpere ramis. Roſam vere Virg. Georg. 4, 134. Vindemiam de palmite Id. ib. 2, 90. ¶ 2 *Transfertur deinde ad alia, in quibus quemcunque vſum et applicationem notat. v. g.* Virg. Aen. 7, 414 Et placidam carpebant membra quietem. Cic. de Orat. 1, 191 Vel paſſim licet carpentem et colligentem vndique, repleri iuſta iuris ciuilis ſcientia. Virg. Georg. 4, 311 *de apibus ex vermiculo in volucrem tranſeuntibus,* Tenuemque magis, magis aëra carpunt. *Plenius* Aëra carpere alis Ouid. Met. 4, 615. Aetas carpitur Catull. 66, 33. *i. Vita agitur.* Ouid. in Ibin 198 Et ſummam Libyco de mare carpat aquam. *Prouerbii ſignificationem habet, pro eo, quod* Horatius *ait* Serm. 1, 1, 51 Ex magno tollere aceruo, *aut inde, vnde ſemper magna ſuffectura ſit copia.* Virg. Aen. 1, 392 Quisquis es, haud, credo, inuiſus caeleſtibus auras Vitales carpis. *i. viuis, poëtice. Cum de* cibo *dicitur,* carpere *proprie eſt terrae aut arbori cohaerentem dentibus et labris auferre.* Cic. de N. D. 2, 122 c. 47 Alia animalia ſugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandunt. Carpunt *caprae, boues, oues etc. Vid. mox* Gramen carpere, *et* Herbas. *Sed etiam de apibus* Varro R. R. 3, 16, 24. *In vtroque non receditur ab illa vi auferendi aliquid de continuo.* Carpere cibos *etiam ſciſſoris eſt. Hinc argutia et* methodion *Trimalchionis, ad ſciſſorem, cui* Carpus *nomen fecerat, dicentis* Carpe, *quo et vocabat et imperabat. Vid.* Petron. c. 36. Cibos carpere digitis, non ore Ouid. de Arte Am. 3, 755. Coenam e rogo Catull. 57, 3. *al.* Rapere, *rectius.* Coronas furtim ex collo Hor. Sat. 2, 3, 256. *i. auferre.* Delicias carpere Prop. 2, 34, 74. Dente viſcera alicuius Ouid. in Ibin. 460. Dulcia carpamus Perſ. 5, 151. Gaudia tua carpent aliae Ouid. Art. 3, 661. Martial. 7, 46 Viue velut rapto, fugitiuaque Gaudia carpe: *ad celeritatem, et abruptum velut fructum gaudii pertinet. Vid. mox* n. 3 *et hic* Oſcula. Gramina carpunt armenta Virg. Georg. 2, 201. Gramen carpſere capellae Ouid. Met. 1, 299. Herbam carpere oues *dicuntur* Virg. Georg. 3, 296. Herbas ignauius carpere Idem ibid. 3, 465. *i,* Negligentius, ſine auiditate. Seruius. Ouid. Epiſt. 11, 117 Non Oſcula frigida carpſi. Pabula carpſit ouis Ouid. Faſt. 4, 750. Prop. 2, 13, 8 Et ſtolidum pleno vellere carpe Pecus, *i. tonde oues.* Hor. Carm. 3, 27, 64 Niſi herile mauis carpere Penſum. *i. lanam ducere vel nere.* Virg. Aen. 6, 245 Et ſummas carpens media inter cornua Setas. *i. reſecans; deſcribit illud quod* κατάρχεσθαι *vocant Graeci, quaſi primitias quasdam victimae in ignem iniicere.* Thyma carpens apis Hor. Carm. 4, 2, 29. ¶ 3 *Interdum latius velut euagatur, vt* carpi *dicantur etiam, quae corpus non habent, a quibus certe nihil aufertur, et plerumque ſignificatione celeritatis.* Virg. Georg. 3, 191 Carpere mox gyrum incipiat. *i. in gyrum currere.* Aethera carpere equis, *in aethere abequitare* Ouid. Faſt. 3, 416. Campos carpere pede Ouid. Triſt. 1, 10, 23. Hor. Carm. 1, 11, 8 Carpe Diem, quam minimum credula poſtero. *i. occupa et fruere celeriter.* Fugam Sil. 10, 62. *Aliter* Virg. Georg. 3, 141 Non ſaltu ſuperare viam ſit paſſus, et acri Carpere prata fuga. Honores virtutis Val. Arg. 1, 177. Martial. 2, 14 Si quis ibi ſerum carpat amicus iter. Iter pede Ouid. Faſt. 3, 604. Iter longum carpentes Hor. Serm. 1, 5, 95. Idem Carm. 2, 17, 12 Vtcunque praecedes, ſupremum Carpere iter comites parati. *i.* Seu aetate ſeu ſorte praecedet, in ſupremo mortis die comitari ſe aſſerit Maecenatem, Acron. Noctes ſecuras Valer. Argon. 5, 48. Quietem Virg. Aen. 7, 414. Id. Georg. 3, 325 Luciferi primo cum ſidere frigida Rura Carpamus, dum mane nouum, dum gramina canent. Carpamus, *i. occupemus gregibus* Soporem carpere, *Dormire* Virgil. Aen. 4, 522. Somnos Idem Aen. 4, 555. *Poëtica ſunt. Sic et* Viam carpere, *Ambulare* Virg. Aen. 6 629. Volatum, *Volare* Stat. Theb. 1, 310. ¶ 4 *In aliis paullatim minuendi et detrahendi, tum diuidendi laedendique adeo, et corrumpendi* notionem *habet.* Agmen carpere, *eſt aliquos ab agmine ſegregatos, intercipere et occidere, et velut agminis particulas decerpere.* Liu. 27, 48 Qui quum feſſum agmen carperent ab omni parte, incurſarentque: et iam omiſſo itinere, quod fugae ſimile erat, caſtra metari Poenus in tumulo ſuper fluminis ripam vellet, aduenit Liuius *etc.* Iamque agmina ſumma Carpit eques Lucan. 4, 155. *Add.* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 63. *et* Tacit. Ann. 12, 32, 1. In multa praelia paruaque carpere ſummam vnius belli Liu. 3, 61. Idem 26, 38 Multorum Annibal Italiae populorum animos auerterat, quos neque omnes tenere praeſidiis, niſi vellet in multas, paruasque partes carpere exercitum, quod minime tum expediebat, poterat. *Sic* Liu. 34, 3 Quid ſi carpere ſingula, et torquere, et exaequari ad poſtremum vi.is pa tiemini: tolerabiles vobis eas fore creditis? *In feminarum luxum* *De armentorum Venere.* Cic. de Orat. 3, 188 Neque ſemper vtendum eſt perpetuitate, et quaſi conuerſione verborum: ſed ſaepe carpend membris minutioribus oratio eſt. Virgil. Georg. 3, 215 Carpit enim vires paullatim, vritque videndo Femina. Columel. 6, 7, 8 Al vus, corpus, ac vires carpit, operique inutilem reddit. *i. profluuium alui.* Forma carpitur ſuo ſpatio. *i. quo longius durat, hoc magis corrumpitur* Ouid. de Arte Am. 2, 114. Faciem carpere, *eſt laniare lacerare.* Seruius *in illud* Aen. 12, 606 Et roſeas laniata genas, Mori *inquit*, fuerat, vt ante rogos humanus ſanguis effunderetur, vel capt vorum, vel gladiatorum: quorum, ſi forte copia non fuiſſet, laniantes genas ſuum effundebant cruorem, vt rogis illa imago reſtitueretu Tamen ſciendum, cautum Lege duodecim tabularum, ne mulier carperent faciem, his verbis, Mulier faciem, ne carpito. Curt. 9, 10 Erymanthus crebris flexibus ſubinde curuatus, ab adcolis riga tibus carpitur. *i. minuitur, diſſipatur. Vid. Drakenb. ad* Sil. 2, 45 *Sic* aliquem carpere, *eſt deſpoliare, et, vt vocat* Terent. Adelph. 4, 52 Emungere. Ouid. Amor. 1, 8, 91 Et ſoror, et mater, nutri quoque carpat amantem. *Sic* Idem ex Pont. 4, 9, 122 Talique libe ter Exiguas carpo munere pauper Opes. Sen. Herc. fur. 874 Prin quae vitam dedit hora, carpit. Valer. Argon. 3, 365 Fiducia mo ſtis Nulla viris, aegro aſſidue mens carpitur Aeſtu, *ſcilicet curarum* Auro pectus carpitur. *i. auaritia vexatur* Propert. 3, 3, 25. Cu alicuius carpi, *affici, conſumi* Ouid. de Arte Am. 3, 680. Virg Aen. 4, 2 Et caeco carpitur igni. Alludit ad Cupidinis tela, na ſagittarum vulnus eſt facis incendium, Seruius. Lucan. 9, 744 Ec ſubit virus tacitum, carpitque medullas. Ignis edax. Virgil. Ae 4, 32 Solane perpetua moerens carpere iuuenta? Hor. Od. 4, 9, Totue tuos patiar Labores impune, Lolli, carpere liuidas Ob viones. ¶ 5 Carpere, *reprehendere, accuſare, et qu dentibus lacerare, certe detrahere.* Martial. 1, 92 Carpere, vel n noſtra, vel ede tua. Cic. Q. Fratr. 2, 3 Aut in Pompeio defe dendo: nam is carpebatur a Bibulo, Curione, *etc.* Caeſ. Bell. Ga 3, 17 Non ſolum hoſtibus in contemtionem veniret, ſed etiam noſtrorum militum vocibus carperetur. Siniſtris ſermonibus *aliquem* ca pere apud *alium* Plin. Epiſt. 1, 9. Cic. pro Corn. Balb. 57 c. More hominum inuident, in conuiuiis rodunt, in circulis vellican non illo inimico, ſed hoc maledico dente carpunt. Carmina ca pere Martial. 11, 95. Facta alicuius Ouid. ex Pont. 3, 1, 64. Lib los alicuius Idem de Rem. Amor. 361. ¶ 6 Carpere *etia eligendi notionem habet.* Ter. Adelph. 4, 2, 57 Nunc iam adibo, atq vnumquodque, quod quidem erit belliſſimum, carpam. Cic. p Cluent. 129 c. 46 Si erunt plures, qui ob innocentem condemnandu pecuniam acceperint, vt non animaduertas in omnes, ſed carpas, velis, et paucos ex multis ad ignominiam ſortiare.

CARPTIM. Adu. [δρεπομένως] *Hinc atque illinc ſine certo o dine decerpendo.* Salluſt. Catil. 4 Statui res geſtas Populi Roma carptim, vt quaeque memoria digna videbantur, perſcribere. Age carptim, et κατὰ κεφάλαιον Plin. Epiſt. 6, 22. Idem 8, 4, 7 Reſpo debis, non poſſe perinde carptim vt contexta, perinde inchoata pl cere, vt effecta. Aggredi carptim Liu. 44, 41. Perſtringere ca ptim, breuiterque aliquid Plin. in Paneg. 25, 1. Liu. 28, 25 Ed ctum deinde propoſitum, vt ad ſtipendium petendum conuenirent Ca thaginem, ſeu carptim partes, ſeu vniuerſi mallent. Tacit. Hi 4, 46 Dimiſſi — alii ob culpam, ſeu carptim ac ſinguli, quo t tiſſimo remedio conſenſus multitudinis extenuatur. *Conf.* Sueto Domit. c. 9.

CARPTVRA, ae. f. [δρέψις] Varro de R. R. 3, 16, 26 N non etiam aliud diſcrimen ſequantur in carptura, *etc. de apibus flor carpentibus.*

CARPTVS, a, um. Partic. *Vt*, Carpta lana Celſ. 6, 6 Fl carptus Ouid. de Arte Am. 3, 80.

CARPTVS, ûs. m. *Idem, quod Carptura.* Plin. 24, 10 Fl cuiusque generis trium digitorum carptu, *h. e. quantum tres dig decerpere poſſunt.*

CARPTOR, ōris. m. [διασυρτής] *Qui reprehendit.* Gell. 19, *de Laeuio*, Et quae multiplica ludens compoſuit, quale illud eſt, qu vituperones ſuos ſubductiſuperciliicarptores appellauit. *Licet comp ſitum eſſe voluerit Gellius, auctoritatem tamen praeſtat etiam ſimpli* ¶ 2 Carptores *etiam vocantur Ciborum ſciſſores.* Iuuen. Sat. 110 Archimagiri Carptores. Vet. Schol. Infertores, qui inla carpunt. *Add.* CARPO n. 2, *vbi* Carpere cibum *ex* Petron. *adfertur.*

CARPISCVLVM, i. n. *ſeu* CARPISCVLVS, i. m. C *ceamenti genus barbarici.* Vopiſc. Aurel. 30 Carporum copias afflix et cum illum Carpicum ſenatus abſentem vocaſſet, mandaſſe illico f tur, Supereſt, P. C. vt me etiam Carpiſculum vocetis. Carpiſcul enim genus calceamenti eſſe, ſatis notum eſt; quod cognomen def me videbatur. *Salmaſius coniicit, dictum illud calceamentum eſſe, qu in plures ligulas* carptum *eſſet, vt Graecorum* πολυσχιδὲς. *Sed praeſ forte quaedam ignorare.* ¶ 2 *Eſt etiam Vox architectoni*

Lap

Lapis Viennenſis: TEGVLAS AENEAS AVRATAS CVM CARPISCVLIS ET VESTITVRIS BASIVM. *Sed* CARPVSCVLIS *dedit* Gruter. p. 98, 8.

CARPOBALSAMVM, i. n. [καρποβάλσαμον] *Balſami fructus eſt. Nam* καρπὸς *Graecis fructum ſignificat. Vid.* Plin. 12, 25. Celſ. 5, 23.

CARPOPHORVS, a, um. [καρποφόρος] *Latine Fructifer.* Hieron. ad Euſtoch. de morte Paullae, f. 82, A. *Froben.* Salue Ephrata, regio vberrima, atque carpophora, [καρποφόρε *Froben.*] cuius fertilitas Deus eſt. ¶ 2 Carpophorus, *nomen cuiusdam ex familiaribus Domitiani Caeſaris, cuius in conficiendis feris dexteritatem extollit* Martial. in Spectac. 27.

CARPOPHYLLON, i. n. [καρπόφυλλον] *Genus lauri.* Plin. 15, 30 ſ. 39 Eſt et Chamaedaphne ſilueſtris frutex, eſt et Alexandrina, quam aliqui Idaeam, alii Hypoglottion, alii Danaën, alii Carpophyllon, alii Hypolaten vocant. *Add.* Apul. de Herb. c. 58.

CARPVS, i. m. *Primae palmae pars, qua brachio iungitur.* Celſ. 3, 6 Periti medici eſt, non protinus, vt venit apprehendere manu brachium, ſed primum reſidere hilari vultu — tum deinde eius Carpo manum admouere.

CARRABALISTA, ae. f. *Baliſtarum genus carro impoſitum.* Veget. 3, 24.

CARRACVTIVM, i. n. Vehiculum altiſſimarum rotarum, quaſi carrum acutum Iſidor. 20, 12, *cuius poſteriora verba, etymologiam continentia abſurditatis poſtulat Scheffer. de re vehic.* 2, 27 p. 322.

CARRAGO, inis. f. [Graece καραγὸν vocant] *Munitio ex connexis carris hoſti arcendo.* Vopiſcus Aurel. 11 Quaerere praeterea, vbi carrago ſit hoſtium. Pollio Gallien. 13 Scythae facta carragine — fugere ſunt conati. *Nempe hic oppoſuere carraginem aduerſus perſequentes. Alias ea muniebant caſtra. Deſcribit* Ammian. Marcellinus 31, 20 Vnde haud longo ſpatio ſeparatum, vulgus inaeſtimabile Barbarorum, ad orbis rotundi figuram multitudine digeſta plauſtrorum, tanquam intramuranis cohibita ſpatiis, otio fruebatur, et vbertate praedarum. — Quae optime tum accepta ſtatimque incenſis malleolis, ad carraginem, quam ita ipſi appellant, aliti velocitate regreſſa.

CARRŎCO, ōnis. f. *Genus piſcis.* Auſon. Epiſt. 4, 58. *Al.* Corroco. *Nihil praeter coniecturas parum firmas adferunt viri docti.*

CARRVS, i. m. *et* CARRVM, i. n. [ἅρμα, ἅμαξα] *Nomen barbarae, vt videtur, i. Gallicae vel Germanicae originis, quod vehiculum notat, quatuor rotarum, vt colligit Schefferus, de re vehic.* 2, 28 p. 327 *ex collatis* l. 8 *et* l. 47 C. Theod. de Curſu publico, *vbi carri onus triplo maius onere birotae conſtituitur. Vſus idem, qui plauſtrorum, a quibus an differant, non conſtat. In Barbarorum modo rebus commemorari, laudati Schefferi obſeruatio eſt.* Hirt. Bell. Hiſp. 6 Ea die per viarum anguſtias, carra complura, multasque balliſtas retraxit. Caeſ. Bell. Gall. 1, 6 Iter anguſtum et difficile, — quo vix ſinguli carri ducerentur. *Et* 1, 26 Alteri ad impedimenta et carros ſuos ſe contulerunt. Propterea, quod pro vallo carros obiecerant. *It* c. 24 Heluetii cum omnibus ſuis carris ſecuti. Liu. 10, 28 Eſſedis carrisque ſuperſtans armatus hoſtis ingenti ſonitu equorum rotarumque aduenit. *Add.* Veget. 3, 10. Non. 3, 35, *vbi* Carra *genere neutro conſuetius ſua aetate indicat*, Carros e Siſenna et Varrone *aſſerit.*

CARRVCA, *ſiue* CARRVCHA, ae. f. [καρῥύχιον] *Nomen a carro deriuatum notat vehiculum tectum et honoratius, ita, vt in carpenti locum ſucceſſiſſe videatur. Primus mentionem eius facit* Plin. 33, 11 Vt nos carrucas ex argento caelare inuenimus. Martial. 3, 47 Nec otiatus ibat ante Carrucam: *paullo ante* Rhedam *dixerat.* Lampid. in Alex. Seu. 43 Carrucas Romae et rhedas ſenatoribus omnibus, ut argentatas haberent permiſit. Vopiſc. Aurel. 46 Dedit praeterea poteſtatem, vt argentatas priuati carrucas haberent, quum antea aerata et eborata vehicula fuiſſent. Martial. 3, 62 Aurea, quod fundi pretio carruca paratur. Idem 12, 24 O iucunda, couine, ſolitudo, Carruca magis eſſedoque gratum — munus. *Lex eſt* Cod. Theod. lib. 14 tit. 12 de honoratorum vehiculis, Gratiani Valent. et Theod. Omnes honorati, ſeu ciuilium, ſeu militarium dignitatum, vehiculis dignitatis ſuae, id eſt carrucis biiugis intra vrbem ſacratiſſimi nominis ſemper vtantur. Sueton. Neron. 30 Nunquam carrucis minus mille iter feciſſe traditur. Quingentas *modo memorat* Heliogabalus apud Lamprid. c. 31. Ammian. 14, 6 Alii ſummum decus in carrucis ſolito altioribus, et ambitioſo veſtium cultu ponant. Dormitoria carruca cum mulis, qua ſemper vxor vſa ſit, Scaeuola in l. vxori. ff. de aur. et arg. leg. Commodare carrucam Paullus in l. In commodato. §. duabus. D. commod.

CARRVCARIVS, i. m. *Qui carrucam ducit.* Vlpian. Iuriſc. in l. Item quaeritur, in princ. D. Locati. Si ciſiarius, id eſt carrucarius, dum caeteros tranſire contendit, ciſium euertit.

CARRVCARIVS, a, um. *Vt*, Mula carrucaria. Vlpianus in l. 38 Aediles aiunt. §. Iumentorum. D. de Aedilicio edicto, vbi de mulis loquitur, Pleraſque denique carrucarias tales eſſe, vt non poſſint transiungi. Muliones carucarii Capitolin. in Maximin. Iun. 4.

CARSEŎLI, ōrum. m. [Καρσέολοι] *Oppidum eſt in via Valeria non longe a Pelignis, de quo* Plin. 3, 12. Ouid. Faſt. 4, 683 *narrationem habet, de vulpe ibi dimitti cum facibus ſolita*, Frigida Carſeolis, nec oliuis apta ferendis Terra, ſed ad ſegetes ingenioſus ager, *&c. Narrat deinde, vulpem, quam cremare viuam puer vellet, elapſam incendio ſegetis cauſam dediſſe: cuius rei memoria ſeruetur.*

CARSEOLĀNVS, a, um. Adi. [Καρσεολεύς] Ouid. Faſt. 4, 708 Factum abiit, monimenta manent: nam viuere captam Nunc quoque lex vulpem Carſeolana vetat.

CARTALLVS, i. m. [κάρταλλος] *Fiſcella.* Vulg. Interpr. Deut. 26, 2 Primitias pones in cartallo. *Conf.* Ier. 6, 9.

CARTHĀGO, *ſ. vt malunt quidam* KARTHAGO, inis. f. [Καρχηδών] *Vrbs Africae Tyriorum e Phoenice colonia, a Didone ſ. Eliſſa condita, de qua* Salluſtius Iugurth. 19, 2 melius *putat* eſſe ſilere, quam pauca dicere. *Tanta enim eius potentia fuit, vt tota Africa cultore potiretur: in Hiſpania vero ab Herculis columnis adusque Pyrenaeos montes maximis ciuitatibus imperauerit. Variante tandem fortuna, diruta a Scipione Afric. et cum circumiacente regione prouincia facta. Antiquitates ſ. origines Carthaginis breuiter complexus* Iuſtin. 18, 4 ſqq. *Fatima* Flor. 2, 15. *Adrianus imperator Adrianopolin appellare voluit, Commodus Alexandriam Commodianam Togatam, Apuleii aeuo literarum ſtudiis floruit, vnde ipſe* Florid. p. 363, 20 Quae autem maior laus, aut certior, quam Carthagini bene dicere, vbi tota ciuitas eruditiſſimi eſtis: penes quos omnem diſciplinam pueri diſcunt, iuuenes oſtentant, ſenes docent? Carthago prouinciae noſtrae magiſtra venerabilis, Carthago Africae muſa caeleſtis, Carthago Camena togatorum. *Plura id genus in Floridis. Florem ſuae aetatis, et vitia libidinis praeſertim deſcribit* Saluian. 7 p. 241 ſq. ¶ 2 Carthago, *Filia Herculis.* Cic. de Natur. Deor. 3, 42 Quartus Hercules Iouis eſt, Aſteriae Latonae ſororis, qui Tyri maxime colitur, cuius Carthaginem filiam ferunt. ¶ 3 *Iam elogia quaedam, et epitheta Carthaginis dabimus.* Aemula vrbs Romani imperii Salluſt. Catil. 10, idque per annos CXX Plin. 15, 18. Cic. pro Muraen. 58 Bis Conſul fuerat P. Africanus: et duos terrores huius imperii, Carthaginem, Numantiamque deleuerat, *etc.* Sil. 13, . . — ſi nunc exiſteret alma Carthago ante oculos turrita celſa figura. Virgil. Aen. 4, 27 Suſpectas habuiſſe domos Carthaginis altae. Antiqua Claudian. de Bell. Gild. 518. Virgil. Aen. 1, 17

Vrbs antiqua fuit: Tyrii tenuere coloni,
Carthago, Italiam contra, Tiberinaque longe
Oſtia, diues opum, ſtudiisque aſperrima belli.

Hor. Carm. 4, 8, 17 Non incendia Carthaginis impiae. Idem Epod. 7, 5 Non vt ſuperbas Inuidae Carthaginis Romanus arces vreret. *i. aemulae. Et* Carm. 3, 5, 39 O magna Carthago probroſis Altior Italiae ruinis. Virgil. Aen. 1, 370 Cernes Moenia, ſurgentemque nouae Carthaginis arcem, *cum reſpectu ad nomen et etymon* Carthaginis, *quod nouam vrbem* קרתא חדתא *ſignificat.* Perfida. Sil. 13, . — cur perfida et vrbi Altera Carthago noſtrae, poſt foedera rupta. Virg. Aen. 4, 224 Tyria Carthagine, qui nunc Exſpectat.

CARTHAGINIENSIS, e. [Καρχηδόνιος] *Dictio ſex ſyllabarum, vt docet* Priſcian. 4 p. 633. Sin vero tertiae ſint declinationis, abiiciunt s genitiui, et aſſumunt enſis, vt Piſtor Piſtoris Piſtorienſis, Carthago Carthaginis Carthaginienſis. *Eſt apud* Cic. pro Corn. Balb. 52 c. 22 ſummi, (*ſic enim vocat*) Poëtae noſtri, *i. Ennii hoc carmen*, Hoſtem, qui feriet, mihi erit Carthaginienſis. Idem de Lege Agr. 2, 94 Carthaginienſes fraudulenti et mendaces, non genere, ſed natura loci, quod propter portus ſuos, multis et variis mercatorum ſermonibus ad ſtudium fallendi, ſtudio quaeſtus vocabantur.

CARTHARIVS, *vid.* CHARTARIVS.

CARTHEGON, *i.* n. Buxi granum Plin. 16, 30 *pr.* ſ. 52. *Sed Hard.* Crataegum.

CARTIBVLVM, i. n. *Menſae genus, de quo* Varro de L. L. 4, 26 p. 31, 27 Altera vinaria menſe erat lapidea, quadrata oblonga vna columella, vocabatur Cartibulum. Haec in aedibus ad compluuium apud multos me puero ponebatur, et in ea, et cum ea aenea vaſa, a gerendo Gertibulum, vnde Cartibulum poſt dictum. *Conf.* CYLIBATVM *et* VRNARIVM, *quae et ipſa menſarum nomina.*

CARTILĀGO, inis. f. [χόνδρος] *Pars ſimilaris corporis, quae neque os eſt, neque caro, ſed quiddam intermedium, qualis eſt auris exterior, et extremae partes oſſium motoriorum.* Plin. 11, 37 ſ. 87 Vituli marini habent cartilaginem non oſſa. Item omnium auriculae ac nares, quae modo eminent flexili mollitia, naturae prouidentia, ne frangerentur. Cartilago rupta non ſolideſcit. Id. 9, 24 ſ. 40 Planorum piſcium eſt alterum genus, quod pro ſpina cartilaginem habet, vt raiae, paſtinacae, ſquatinae, torpedo. Plin. 11, 4 Inſecta non videntur habere cartilaginem. ¶ 2 *Fructuum etiam quorundam* cartilago *eſt.* Plin. 19, 4 ſ. 22 Cucumis cartilagine placet. *Et* ſ. 25 Reliqua cartilaginum naturae terra occultantur omnia: *nominat deinde* rapas, napa, raphanos. *Et* ſ. 26 *pr.* Cortice et cartilagine conſtant raphani. Id. 16, 36 ſ. 64 *de arundine*, Noſtratibus fungoſior ſubeſt natura, cartilagine bibula, quae cauo corpore intus ſuperne tenui inareſcit ligno. Plin. 15, 28 Callo placent pyra et mala, corpore melimela, mora cartilagine, nuclei grano.

CARTILAGĬNEVS, a, um. Adi. [χονδρώδης] *Cartilagine conſtans.* Plin. 11, 37 Sed auriculae omnibus animal duntaxat generantibus exceptis, quae cartilaginea appellauimus. *Reſpicit ad* 9, 24 ſ. 40. *quem locum modo dedimus in* CARTILAGO. *De fructibus* Idem 19, 4 ſ. 23 Cartilaginei generis eſt cucumis.

CARTILAGINŌSVS, a, um. *Idem.* Plin. 12, 25 Dat et galbanum Syria in eodem Amano monte e ferula, quam eiusdem nominis reſinae modo ſtagonitim appellant. Quod maxime laudant, cartilaginoſum, purum ad ſimilitudinem ammoniaci, minimeque lignoſum.

CARVNCVLA, *vid.* CARO.

CĀRVS, a, um. Adi. [τιμήεις, τίμιος, πολύτιμος, ἀγαπητός] *Quod magno pretio emitur, contrarium Vili: Vt*, Annona cara Ter. Andr. 4, 4, 7. Cic. de Diuin. 2, 59 c. 27 Putarem annonam in macello cariorem fore. Idem pro Domo 14 c. 6 Subito illo ipſo die cariſſimam annonam, nec opinata vilitas conſequuta eſt. Quod non opus eſt, aſſe carum eſt Cato *ap.* Sen. Ep. 94. Neque edo, neque emo, niſi quod eſt cariſſimum Plaut. Men. 1, 1, 30. Fateor equidem eſſe me cocum cariſſimum, verum pro pretio facio, vt opera appareat mea Idem Pſeud. 3, 2, 59. Plin. 33 prooem. Acceſſit ars picturae, et aurum argentumque caelando carius fecimus. Plaut. Perſ. 4, 4, 117 Abi, argentum effer huc: non edepol tricentis minis cara'ſt, feciſti lucri. ¶ 2 *Cum quo quid carius eſt, et maioris pretii, tanto magis etiam amari ſoleat, cara etiam dicuntur, quae diligi, et amari adeo, indicare volumus. Fruſtra enim ſunt, qui* charum *ſcribi volunt hac notione, et a Graeco* χάρις *deriuant; cui deriuationi et modulus ſyllabae prioris, quae longa eſt, in* χάρις *autem corripitur, et perpetuus numorum lapidumque et librorum optimorum vſus repugnat, in quibus* K *interdum, nunquam adſpiratio inuenitur.* Cic. Catil. 4, 11 c. 6 Dederitis mihi comitem ad concionem Populo Rom. carum atque iucundum. Idem Fam. 2, 15 Quem tibi carum eſſe gaudeo. Hor. Serm. 1, 6, 70 Purus et inſons (vt me collaudem) ſi viuo et carus amicis; Cauſa fuit pater his. ¶ 3 *Subſtantiua:* Amici cari Horat. Od. 4, 9, 51. Ouid. Met. 9, 749 Non te cuſtodia caro Arcet ab amplexu. Virgil. Aen. 4, 354 Caput carum *vocat Aeneas Aſcanium filium ſuum.* Coniux carus Ouid. Triſt. 5, 5, 21. Idem in Ibin 311 Inque pyram tecum cariſſima Corpora mittas, *al.* Pignora. Cic. de Orat. 1, 19 Hortemurque potius liberos noſtros, caeterosque, quorum Gloria nobis et Dignitas cara eſt. Fratres Sen. Hippol. ſc. 5. Genitor Virgil. Aen. 10, 789. Genitrix Idem Aen. 1, 693. Caros vteri Labores *Ceres vocat ſuam Proſerpinam* Claudian. de Rapt. Proſerp. 1, 195. Mater Ouid. Epiſt. 12, 112. Virgil. Aen. 5, 725 Nate, mihi vita quondam, dum vita manebat, Care magis. Nepotes Id. Aen. 6, 682. Nutrix Id. ibid. 4, 634. Parens Sil. 13, 624. Parentes Lucret. 3, 85. Cic. poſt red. in Sen. 2 Quod ſi Parentes cariſſimos habere debemus, quod ab iis nobis vita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita eſt: ſi deos immortales — ſi populum Romanum. — Pater Virgil. Aen. 2, 707. Ouid. Faſt. 3, 218 Cum raptae

raptae veniunt inter patreſque viroſque, Inque ſinu natos, Pignora cara, tenent. Propinqui Horat. Serm. 1, 1, 83. Ouid. Triſt. 2, 484 Quique alii luſus — perdere Rem caram, tempora noſtra ſolent. Cic. Off. 1, 57 c. 17 Omnium Societatum nulla eſt gratior, nulla carior, quam ea, quae cum republica eſt vnicuique noſtrum. Sodales Horat. Od. 1, 36, 5. Patrii lares, cara Terra Sen. Agam. 782. Torus Ouid. Epiſt. 8, 26. Vbera Sen. Hippol. 247. Verbum ipſum carum eſt amoris, ex quo amicitiae nomen eſt ductum Cic. de Natur. Deor. 123 c. vlt. Idem pro Cluent. 20 Recte hoc repetitur a vobis, vt Virum optimum atque innocentiſſimum, plurimiſque mortalibus carum atque iucundiſſimum, his aliquando calamitatibus liberetis. Ouid. Met. 10, 612 Carae diſcrimine Vitae coniugium petere. ¶ 4 *Formulae aliae.* Ter. Andr. 1, 5, 38 Quam ego animo egregie caram pro vxore habuerim. Cic. Att. 9, 9 Te tanti facio, vt paucos aeque ac te caros habeam. Idem Att. 10, 13 Omnes ſuos etiam quibus iraſcitur crebrius, tamen caros habet, me quidem ſe ipſo cariorem. *Et* Fam. 1, 7 Quem nos — in primis amamus, carumque habemus. Cic. pro Corn. Balbo 59 c. 26 Speroque, iudices, vt eos, qui principes fuerunt conſeruandae ſalutis, aut dignitatis meae diligitis, et caros habetis, ſic *etc.* Id. de Fin. 3, 66 c. 20 Minime autem conuenit, cum ipſi inter nos abiecti neglectique ſimus, poſtulare, vt DIs immortalibus cari ſimus, et ab his diligamur. *Et* de Fin. 5, 29 c. 10 Qui ſibi cari ſunt, ſeſeque diligunt. Horat. Epiſt. 1, 3, 29 Si nobis volumus patriae, ſi viuere cari. Ter. Adelph. 1, 1, 14 Vah quemquam ne hominem in animum inſtituere, aut parare, quod ſit carius, quam ipſe eſt ſibi. — In eo *(filio adoptiuo)* me oblecto: ſolum id eſt carum mihi, *vbi ſubſtantiue poni videtur.* Ter. Eun. 1, 2, 146 Neque meo cordi eſſe quemquam cariorem Phaedria. Plaut. Epid. 1, 2, 30 Quia meo neque cara eſt cordi, neque placet. Idem Men. 2, 1, 20 Ego illum ſcio, quam carus cordi ſit meo. *Comparatiui exempla:* Valer. Argon. 8, 12 Ne crede, pater, non carior ille eſt, Quem ſequimur. Auro carior iuuenis Tibull. 1, 8, 31. Luce carior Claudian. B. Get. 308. Mihi me carior Ouid. Triſt. 5, 14, 2. Nec te mihi carior alter Idem Triſt. 3, 6, 3. Oculis carius Catull. 101, 2. Cic. poſt red. ad Quir. 2 *de liberis ſuis,* Mihi vero et propter indulgentiam meam, et propter excellens eorum ingenium, Vita ſunt mea cariores. *Superlat.* Cic. Cat. 4, 3 c. 2 Nec tamen ego ſum ille ferreus, qui fratris cariſſimi et amantiſſimi praeſentis moerore non mouear. Idem de Orat. 2, 15 Quum apud me viderem homines mihi cariſſimos et amiciſſimos. ¶ 5 *Subſtantiue, certe abſolute nonnunquam ponitur,* Cato Diſt. 1, 35 Ne dubita, cum magna petas impendere parua, His etenim rebus coniungit Gratia *(velut Dea amicitiae)* caros. Cyprian. de Mortalit. p. 160 Sit de vxore, de liberis, de excedentibus caris, funebris et triſtis auulſio. Lactant. 6, 12 Cum ſciat ſe caros ſuos Deo relinquere. Tertull. de Poenit. 11 Caris Dei adgeniculari. Cariſſimorum amiſſiones Idem de Patient. 14.

CARE. Adu. [τιμίως] *Magno pretio.* Brut. ad Cic. 16 Valde care aeſtimas tot annos, quot iſta aetas recipit. Carius aeſtimare Idem Fam. 10, 4. Emit domum prope dimidio carius, quam aeſtimabat Id. pro Dom. c. 64. Quae cariſſime conſtant Sen. Ep. 42.

CARĪTAS, ātis. f. *Contraria eſt Vilitati, et ſignificat, magno pretio aliquid emi.* Cic. Verr. 3, 47 Caritas enim annonae faciebat, vt iſtud, quod re parum videbatur, tempore magnum videretur. Id. Verr. 3, 216 c. 93 Biennio prouinciam obtinuit, quum alter annus in vilitate, alter in ſumma caritate fuerit. In caritate, aſſe modium populo dedit M. Seius Cic. Off. 2, 58. In Rhodiorum inopia et fame, ſummaque annonae caritate, magnum frumenti numerum aduexit Alexandria Rhodum Idem Off. 3, 50 c. 12. *Et* pro Domo 12 c. 5 Atqui vtrumque fuiſſe perſpicuum eſt, difficultatem annonae, ſummamque inopiam rei frumentariae: vt homines non iam diuturnam caritatem, ſed vt famem plane timerent, nemo negat. *Paullo ante dixerat* Praeſens caritas erat, et futura fames. Inferre caritatem annonae, *vid.* INFERO. Cic. Att. 9, 11 (9) Nunc omnia iſta iacere puto propter nummorum caritatem. Vberiora cibaria facta ſunt caritate Idem Verr. 3, 216 c. 93. Rei frumentariae caritas Cic. pro L. Man. c. 15. ¶ 2 *Amorem notat illum, qui ex aeſtimatione et pretio, quam rei, vel homini, tribuimus, oritur.* Cic. de Vniuerſ. c. 5 Mundus ipſe ſe concordi quadam amicitia et caritate complectitur. Idem de Amic. 27 c. 8 Primum ex ea caritate, quae eſt inter natos et parentes, quae dirimi niſi deteſtabili ſcelere non poteſt. Liu. 1, 39 Et puerum in domo a paruo eductum in caritate atque honore fuiſſe. Cic. de Amic. 32 c. 9 Ipſi autem intelligamus, natura gigni ſenſum diligendi et beniuolentiae caritatem, facta ſignificatione probitatis. Idem de Orat. 1, 237 Parcendum autem eſt maxime caritati hominum, ne temere in eos dicas, qui diliguntur. *Et* ad Brut. Epiſt. 12 Nec vero me fugit, quam ſit acerbum parentium ſcelera filiorum poenis lui. Sed hoc praeclare legibus comparatum eſt, vt caritas liberorum amiciores parentes reipublicae redderet. Cic. pro Sext. 53 Patriamque, quae erat mihi cariſſima, propter ipſius patriae caritatem reliquiſſem. Idem Phil. 11, 20 Non poſſum animo aequo videre tam importunos, tam ſceleratos hoſtes, nec id faſtidio meo, ſed caritate reipublicae. Cic. de Fin. 1, 52 c. 16 Opes fortunae, vel ingenii liberalitati magis conueniunt: qua qui vtantur, beneuolentiam ſibi conciliant, et (quod aptiſſimum eſt ad quiete viuendum) caritatem. Idem de Amicit. 82 Ipſe enim ſe quiſque diligit, non vt aliquam a ſeipſo mercedem exigat caritatis ſuae, ſed quod per ſe ſibi quiſque carus eſt. Quinct. 1, 6 *pr.* Quod opus tibi dicamus, quem — digniſſimum hoc mutuae inter nos caritatis pignore iudicabamus. Cic. de Natur. Deor. 1, 123 Hominum caritas et amicitia gratuita eſt. Idem in Partit. 56 Nam aut caritate mouentur homines, vt deorum, vt patriae, vt parentum: aut amore, vt fratrum, vt coniugum, vt liberorum, vt familiarium. *Hic caritas ſanctitatem quandam et venerationem includere videtur, et aſcendere quaſi: amor autem deſcendere etiam, aut in aequo verſari. Eadem fere ratione* Cic. de Orat. 2, 206 c. 51 Sentimus amorem conciliari, ſi id videare, quod ſit vtile ipſis, apud quos agas, defendere — Namque haec res amorem magis conciliat, illa virtutis defenſio Caritatem. Quinct. 6, 2, 12 Quin illud adhuc adiicio, πάθος atque ἦθος eſſe interim ex eadem natura, ita vt illud maius ſit, hoc minus, vt amor πάθος, caritas ἦθος. Cic. pro Sext. 6 Ademit Albino ſoceri nomen mors filiae, ſed caritatem illius neceſſitudinis et beniuolentiam non ademit. Caritates, *de propinquis, maxime liberis.* Reliqui cum caritatibus ſuis et ſupellectili tranſmiſſi ſunt Ammian. 24, 1. *Add.* Idem 18, 8 *extr.* Promtior filiae caritate accipiendis aduerſus generum ſuſpicionibus Tacit. Ann. 12, 4. Cic. Off. 1, 57 c. 17 Omnium ſocietatum nulla eſt gratior, nulla carior, quam ea, quae cum Republ. eſt vnicuique noſtrum cari parentes, cari liberi, propinqui, familiares: ſed omnes omnium caritates patria vna complexa eſt, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, ſi ei ſit profuturus? Idem Philipp. 1, 29 Credo enim vos omnes nobiles, magna quidem ſpectantes, non pecuniam, vt quidam nimis creduli ſuſpicantur, quae ſemper ab ampliſſimo quoque clariſſimoque contemta eſt, non opes violentas, et populo Romano minime ferendam potentiam: ſed caritatem ciuium et gloriam concupiſſe. Diligere aliquem eximia caritate Curt. 3, 6, 1. Exuere Tac. Ann. 16, 28. Flagrare alicuius caritate Curt. 3, 6, 17. Iunct. caritas inter paucos, *vid.* IVNGO. Cic. Fam. 12, 16 Cui nos e caritate et amore tuum officium praeſtaturos non debes dubitare. Retinere in aliquos Idem de Amicit. 72.

CARYA, ae. f. Epitheton Dianae, quae templum in Laconi habuit. *Vid.* Stat. Theb. 4, 225 *et ibi Barth.* *Add.* CARYATIS n. 2.

CARYA, ae. [Κάρυα] *Vrbs Peloponneſi, vnde*

CARYATES, is. m. [Καρυάτης] *et*

CARYATIS, idis. f. [Καρυάτις] *Vno* Vitruuii *loco illuſtrantur* 1, 1 Si quis ſtatuas marmoreas, mulieres ſtolatas, et quae Caryatides dicuntur, pro columnis in opere ſtatuerit, et inſuper mutulos e coronas collocauerit, percontantibus ita reddet rationem. Cary ciuitas Peloponneſi cum Perſis hoſtibus contra Graeciam conſenſi Poſtea Graeci per victoriam glorioſe bello liberati communi conſili Caryatibus bellum indixerunt. Itaque oppido captos viris interfecti ciuitate deleta, matronas eorum in ſeruitutem abduxerunt. Nec ſun paſſi ſtolas neque ornatus matronales deponere, vbi non vno triumpho ducerentur; ſed aeterno ſeruitutis exemplo graui contumeli preſſae poenas dare viderentur pro ciuitate. Ideo, qui tunc architec fuerunt, aedificiis publicis deſignauerunt earum imagines oneri f rundo collocatas, vt etiam poſteris nota poena peccati Caryatium m moriae traderetur. ¶ 2 *Eſt etiam* Dianae *epitheton.* Di med. Gramm. 3 p. 483 Quo tempore aduentante Xerxe in Graecia — eueniſſe, vt eo die, quo ſolitus erat chorus virginum Diana Caryatidi hymnum canere, nemo ad ſollemne ſacrum inueniretu *etc. enarratur ibi origo carminis bucolici.*

CARYĪTES, ae. m. Tithymali genus Plin. 26, 8. *et Dioſc.* 4, 15

CARYŎN, i. n. [κάρυον] *Nucis iuglandis genus: de qua* Pli 15, 22 Caryon a capitis grauedine, propter odoris grauitatem co venit dictum.

CARYĬNVS, a, um. Adi. [καρύϊνος] *Vt,* Caryinum oleu Plin. 23, 4 E nuce iuglande, quod caryinum appellauimus, alopec vtile eſt, et tarditati aurium infuſum.

CARYŎPHYLLVM, *ſ.* GARYOPHYLLVM, i. n. [καρυόφυλλον] *Antiquis aliud fuiſſe, quam quod hodie ita appellant officinae, ſa docet* Plin. 12, 7 ſ. 15 Eſt etiamnum in India piperis grani ſimile, qu vocant caryophyllon, grandius fragiliuſque. Tradunt in Indico l id gigni. Aduehitur odoris gratia.

CARYŎPON, i. n. *Genus cinnami.* Plin. 12 *extr.* In Syria gnitur et cinnamon, quod caryopon appellant. Hic eſt ſuccus n expreſſus, multum a ſurculo veri cinnami differens, vicina tan gratia. Pretium in libras aſſes quadraginta. *Sic editum inde Hermolao, qui dicit hanc eſſe veterem lectionem. Sed anteriores edit MSS.* Camacum, *quod reſtituit Harduinus.*

CARYŌTA, *non ſatis emendate* CARIOTA, ae. f. [καρυωτ *Palmae fructus.* Plin. 13, 4 *de palmis,* Ab his caryotae maxime ce brantur, et cibo quidem: ſed et ſucco vberrime. Ex quibus pra cipua vina Orienti, iniqua capiti, vnde pomo nomen. Varro R. R. 2, 1, 27 Non ſcitis palmulas, caryotas in Syria parere in Iuda in Italia non poſſe? Martial. 8, 33 *in deſcriptione bracteae aur tenuiſſimae,* Hoc linitur ſputo Iani caryota calendis Quam fert c paruo ſordibus aſſe cliens. Id. 13, 27 Aurea porrigitur Iani ca ota calendis Sed tamen hoc munus pauperis eſſe ſolet. Optin cariotae, quae nunc cum ficis et boletis certandum habent Plin. Ep 1, 7. Cariotarum recentium pulpae mediae Scribon. 74. Co Rhod. Lex. Scribon. Cariota *ſcribitur etiam* Apic. 1, 33. 3, 4. Cariotta Veg. Mulom. 3, 64, 2.

CĂRYŌTIS, idis. f. Stat. Silu. 1, 6, 20 Et latente palma Pr gnantes caryotides cadebant: *Latente ſub aureola bractea, de qua do ex Martiali.* *Et* Martial. 11, 32 Notas Cariotidas theatris vo, *in quibus nempe inter caetera miſſilia ſpargerentur.*

CĂRYSTE, es. *vel* CARYSTOS, i. [Κάρυστος] *Inſula vn Cycladibus, ſita in Euboico mari: varii marmoris ferax.* Lucan. *inſula Euboea loquens* 5, 232 Qua maris anguſtat fauces ſaxoſa Caryſ *In hac teſte* Solino 17 *Titanes regnauerunt.* Briareo enim, *inquit,* ryſtii rem diuinam faciunt, ſicut Aegaeoni Chalcidenſes. Nam om fere Euboea Titanum fuit regnum. Sen. Troad. 836 An ferax rii lapidis Caryſtos? *i. Maculoſi, et velut picti marmoris.* Stat. S. 1, 5, 34 Non huc admiſſae Thaſos, aut vndoſa Caryſtos. *i. mari Thaſium et Caryſtium nimis hic vilia.*

CARYSTĒVS, *et* CARYSTIVS, a, um. Adi. [Καρύστειος Καρύστιος] *Vt,* Ouid. Faſt. 4, 282 Quaque Caryſteis frangi vnda vadis. Columellae Caryſtiae Plin. Epiſt. 5, 6, 36. Co Plin. 36, 6. *et* Tib. 3, 3, 14 *quoſque ibi laudat Brouckh.*

CARȲTIS, is. f. Plin. 26, 8 ſ. 40 Alterum genus tithymali, my niten vocant, alii caryten, foliis myrti acutis, et pungentibus, mollioribus, et ipſum etiam in aſperis naſcens. Harduin. Caryiten

## C A S

CĂSA, ae. f. [καλύβη, στέγη, σκηνή] *Anguſta et vilis habitatio.* A Cauati dicta, *auctore* Feſto, *quod antiqui cauatas rupes inhabitarent. Alii a facile dendo dictam volunt: quod a* Cado *fiat* Caſo caſas *frequentatiuum.* Va de R. R. 2, 10, 6 Qui autem ſunt in ſaltibus, et ſilueſtribus l paſcunt, et non villa, ſed caſis repentinis (*quidam* repentinos) im vitant. Virg. Ecl. 2, 29 Humiles caſas *appellat Tuguria.* Tuſc. 5, 97 c. 34 Nec eſuriens Ptolemaeus ederat: cui quum p granti Aegyptum, comitibus non conſecutis, cibarius in caſa p datus eſſet, nihil viſum eſt illo pane iucundius. Tectum paſte caſae Stat. Theb. 12, 268. Martial. 12, 67 Et caſa diuitiis amb ſa latet: *ita ſplendide ornata eſt domus, vt non appareat, quam materiata ſit etc.* Anguſta Claud. in Ruff. 1, 203. Candida Iu Sat. 6, 153. *in deſcriptione hiemis.* Ouid. Faſt. 4, 525 Surge, exiguae deſpice tecta caſae. Primae caſae Martial. 9, 60 *ſunt t*

*nae rerum vilium et expoſitarum omnium oculis.* Ouid. Faſt. 1, 502 Adſpicit et ſparſas per loca ſola caſas. Stramineae Ouid. Amor. 2, 9, 18. ¶ 2 *Formulae aliae.* Hor. Sat. 2, 3, 247 *puerorum negotia*, Aedificare caſas, ploſtello adiungere mures, Ludere par impar, equitare in arundine longa, Barbatum ſi quem delectet *etc.* Contecta ſtramina Ouid. Met. 5, 447. Delituiſſe in parua caſa Id. de Arte Am. 2, 205. Poteſt ex caſa vir magnus Exire Sen. Ep. 66. Quinctil. 2, 17, 10 Nec fabrica ſit ars. Caſas enim primi illi ſine arte fecerunt. Id. 9, 4, 4 Si fieri nihil melius licebat, ne domibus quidem caſas, aut veſtibus pellium tegmina, aut vrbibus montes ac ſiluas mutari oportuit. Humiles habitare caſas Virg. Ecl. 2, 29. Iacere caſa Lucret. 6, 1252. *i. in caſa.* Humi iacentem ſcelera non Intrant caſam Sen. Thyeſt. 451. Integere habitabiles caſas. *Vid.* INTEGO. Parare Lucret. 5, 1009. Ter. Phorm. 5, 2, 3 Ita fugias, ne praeter caſam, quod aiunt. *Vbi* Donatus, Prouerbium, Ita fugito, ne praeter caſam : hoc eſt, Ne praetereas caſam tuam, quae tibi ſit tutiſſimum receptaculum. Vegetius *Tentoria militum* Caſas *dicit* 2, 10 Tabernacula vel caſae militum cum impedimentis omnibus, *etc.* Ouid. Faſt. 3, 527 Sub Ioue pars durat, pauci tentoria ponunt, Sunt, quibus e ramis frondea facta caſa eſt. ¶ 3 *Eſt fundus ſ. ager ſingulari foco vel familiae aſſignatus, apud Agrimenſores, inprimis* Innocent. *vid.* p. 230 Goeſ. *et Indicem.* Caſſiod. Var. 3, 52 *pr.* Inter Leontium atque Paſcaſium ſpectabiles viros finalis orta contentio eſt : ita vt terminos caſarum ſuarum non legibus, ſed viribus crederent vindicandos.

CASARIA, ae. f. Dicitur Mulier, quae caſam cuſtodit. Feſtus.

CASARIVS, i. m. Qui in caſa ruſtica habitat Gloſſ. Lat. Gr. Caſarius, καλυβεύς. *Conf.* l. 7 Cod. Theod. de bonis proſcript.

CASVLA, ae. f. Dimin. [καλυβίδιον] Plin. 35, 10 Caſula Protogenes contentus erat in hortulo ſuo. Nec paucis pererratis caſulis ad quamdam villam perueniunt Apul. Met. 8 p. 214. Ruſticus infans cum caſulis Iuuen. Sat. 9, 61. Viuite contenti caſulis et collibus iſtis Id. ib. 14, 179. Deſiderare caſulam Iuuen. Sat. 11, 153. Vendere caſulas Petron. 44.

CASALIS, e. Adi. *Agrimenſorium verbum ex ſignificatione* Caſae n. 2. Vinea caſalis Innocent. de Caſ. p. 221. *Abſolute* Caſale *dicitur* Terminus caſae ibid. p. 228. Et Caſalia fundum *dicuntur* conſtituere p. 225.

CASELLAE, arum. f. pl. *Sunt Granaria, in quibus fructus componuntur. Laudatur, ſed vitioſe* l. 1 D. de iudic.

CASELLVLA, ae. f. Dimin. Ennod. 9, 29.

CASCVS, a, um. Adi. [χρόνιος] *Antiquitus dicebatur, quod nos* Vetus *appellamus.* Varro de L. L. 6, 3 p. 70, 29 Caſcum ſignificat vetus. Eius origo Sabina, quae vsque radices in Oſcam linguam egit. Caſcum vetus eſſe ſignificat Ennius, cum ait, Quam primum caſci populi genuere Latini. Eo magis Manilius quod ait, *Caſcum duxiſſe caſcam non mirabile eſt, quoniam canoras conficiebant nuptias.* Idem oſtendit Papinii epigrammation, quod in adoleſcentem fecerat Caſcam,

Ridiculum eſt cum te Caſcam tua dicit amica,
Caſca Philotonis, ipſa ſenex puerum.
Dic tu illam puſam, ſic fiet, Mutua muli:
Nam vere puſus tu, tua amica ſenex'ſt.

Cic. Tuſc. 1, 27 c. 12 Itaque vnum illud erat inſitum priſcis illis, quos Caſcos appellat Ennius, eſſe in morte ſenſum *etc.* Hieron. Epiſt. 1 Rudes illi Italiae homines, quos Caſcos Ennius appellat. Feſtus Caſcum antiquum.

CASCE. Adu. *Vetuſte.* Gell. 1, 10 Adoleſcens caſce loquens.

CASCINVM forum vetus Varr. de L. L. 6, 3 p. 71, 4. *Sed plerique* Caſſinum.

CĀSEVS, i. m. [τυρὸς] A Coëundo dictus eſt, *vt ait* Feſtus. *Aliter* Iſidor. 20, 2 Quod careat ſero, quaſi Careum. Virg. Ecl. 1, 35 Pinguis et ingratae premeretur caſeus vrbi. Cic. de Senect. 58 c. 16 Villa quae tota locuples eſt : abundat porco, hoedo, agno, gallina, lacte, caſeo, melle. Ouid. Faſt. 4, 371 Candidus elixae miſcetur caſeus herbae. Deſcobinati Varr. *ap.* Non. 2, 236. Gallicus caſeus Columel. 12, 57, 3. Ingrati ſaporis, *vid.* INGRATVS. Lunenſis caſeus Lemma Martial. 13, 30 Caſeus Etruſcae ſignatus imagine Lunae Praeſtabit pueris prandia mille tuis. Mollis recens Scribon. 158. Plin. 11, 42 Sed breuis ac muſteo tantum commendatio. Ouilli caſei *mentio* Caton. R. R. 76, 2. Plin. 28, 9 Caſeus recens cum melle, ſugillata emendat, mollis alum ſiſtit, *etc.* Recens et Salſus Colum. 12, 57, 1. Martial. 12, 32 Nec quadra deerat caſei Toloſatis, *i. minimi pretii. Sed* Trebulanos *commendat* 13, 33; Velabrenſes 32; Veſtinos 31. Veteratus mollis Scribon. 14. Plin. 16, 38 Ficis humor lacteus : huic ad caſeos figurandos coaguli vis. Pallad. Mai. 9, 2 *inter alia de caſeo praecepta*, Sit loco clauſo et a ventis remoto, vt teneritudinem ſeruet, atque pinguedinem. Varro R. R. 2, 11, 3 Ex lacte caſei qui fiunt, maximi cibi ſunt bubuli, et qui difficillime tranſeant fumti : ſecundo Ouilli : minimi cibi, et qui facillime deiiciantur, Caprini. Eſt etiam diſcrimen, vtrum caſei Molles ac Recentes ſint, an Aridi et Veteres. Cum Molles ſunt, magis alibiles, in corpore non Reſides ——— In lactis duos congios addunt coagulum magnitudine oleae *etc. Sed de caſeo loqui docet in primis* Colum. 7, 8 Caſei Faciendi non erit omittenda cura — Is porro, ſi tenui liquore Conficitur, quam celerrime vendendus eſt, dum adhuc Viridis ſuccum retinet. Sed lacte Fieri debet ſincero et quam recentiſſimo. Nam requietum vel miſtum celeriter acorem concipit : id plerumque Cogi agni aut hoedi coagulo; quamvis poſſit agreſtis cardui flore Conduci — Verum optimus caſeus eſt, qui exiguum medicaminis habet. Minimum autem coagulum recipit ſinum lactis argentei pondus denarii. Nec dubium, quin fici ramulis Glaciatus caſeus iucundiſſime ſapiat. — Confeſtim cum Concreuit liquor, in fiſcellas, aut in calathos, vel formas transferendus eſt — Cum paullo ſolidior caſeus factus eſt, pondera ſuperponunt, quibus exprimatur ſerum. — Aſpergitur tritis ſalibus, vt Exſudet acidum liquorem, atque vbi Duratus eſt, vehementius premitur, vt Conſpiſſetur : et rurſus torrido ſale contingitur, rurſusque ponderibus Condenſatur — Stipatur per complura tabulata. Sic neque Fiſtuloſus, neque Salſus, neque Aridus prouenit, quorum vitiorum primum ſolet accidere, ſi parum Preſſus, ſecundum, ſi nimio ſale Imbutus, tertium, ſi ſole Exuſtus eſt. Nonnulli — *caſeum* — congelant — Caſeus manu Preſſus — paullum Gelatus — manu Figuratur — buxeis formis Exprimitur *etc.*

CASEVM, i. n. *Idem.* Naeuius Maccis, Pecunia quid ? bonum breue eſt, reſpondi, Sardis veniens caſeum. Plautus Medico paraſito, Cum virgis caſeum radi poteſt. *Haec* Nonius 3, 63 Pomponius *etiam* neutraliter dixit in Lenone, Caſeum molle. *Teſtis* Chariſ. 1 p. 60. Cato R. R. 76, 4 Caſeum omne.

CASEĀLE, is. n. [τυρεργεῖον] *Locus, in quo fiunt et reconduntur caſei.* Columel. 2, 15, 7 *de generibus ſtercoris*, Quaedam quotidie, vt culina, et caſeale : quaedam pluuiis diebus, vt bubilia et ouilia, debent emundari. *Quidam Caeſale legebant, et Latrinam interpretabantur. Nobiſcum Turnebus et Scaliger.*

CASEARIVS, a, um. Adi. [τυρεργικὸς] *quod pertinet ad Caſeos, vt*, Taberna Caſearia, Vlp. in l. 3 Siculi §. 5 Ariſto. D. Si ſeruitus vindicetur, Ariſto Cerclio Vitali reſpondit, non putare ſe ex taberna caſearia fumum in ſuperiora aedificia iure immitti poſſe : niſi eius rei ſeruitutem talem admittat. *Et p. p.* Eum, qui tabernam caſeariam a Minturnenſibus conduxit, a ſuperiori prohiberi poſſe fumum immittere. *Eſt autem* Taberna caſearia, *in qua fumigari ſolent caſei :* Columel. 7, 8, 7 de caſei faciendi ratione loquens. Eſt etiam, inquit, non ingrati ſaporis muria perduratus, atque ita malini, *(forte* maligno, *i. parco, tenui)* ligni, vel culmi fumo coloratus. Plin. 11, 42 ſ. 97 Auget gratiam caſei fumus. Martial. 13, 32 Non quemcunque focum, nec fumum caſeus omnem, Sed Velabrenſem qui bibit, ille ſapit. *Add.* 13, 33 Trebula nos genuit, commendat gratia duplex, Siue leui flamma, ſiue domantur aqua.

CASEATVS, a, um. *Caſeo mixtus.* Apul. Met. 1 p. 103, 35 Ego denique veſpera, dum polentae caſeatae offulam modico grandiorem, *etc.*

CASIA, ae. f. [κασσία] *Frutex peregrinus Graecis et Romanis cortice ſuo et odore, vt* Cinnamomum, *commendatus.* Plin. 12, 19 *poſt multa*, quae fabuloſe *ſecundum ipſum* narrauit antiquitas, Caſia frutex eſt iuxtaque cinnami campos naſcitur, ſed in montibus craſſiore ſarmento, tenui cute verius quam cortice *etc. Locus eſt claſſicus. Tandem* c. 20 *ſubiicit*, Quin et in noſtro orbe ſeritur, extremoque in margine imperii, qua Rhenus alluit, viuit in aluearlis apum ſata. *De peregrina illa, in deſcriptione ruſticae ſimplicitatis*, Virg. Georg. 2, 466 Nec caſia liquidi corrumpitur vſus oliui. *Add.* Id. Ecl. 2, 49 Tum caſia atque aliis intexens ſuauibus herbis. Plaut. Curcul. 1, 2, 7 *vetula in vini laudibus*, Tu mihi ſtacte, tu cinnamomum, tu roſa, Tu crocinum et caſia es. Martial. 11, 55 Vnguenta et caſias, et olentem funera myrrham : Cneoron vocat caſiam Hyginus *apud* Plin. 21, 9 ſ. 29. Daphnoides, iſocinnamos Plin. 12, 20. Daphnitis caſia Scribon. 269. *reſtituenda etiam* Veg. Mulom. 4, 13, 4 *pro corrupto* Nidaphantis. Caſſiae fiſtulae vnciam vnam Pallad. Oct. 14, 13. Nigra Scribon. 170. 177. *it.* Veg. Mulom. 4, 13, 3. *Apibus grata* Caſia : Virg. Georg. 2, 213 Vix Humiles apibus caſias, roremque miniſtrat. *Conf.* Col. 9, 5, 6 *qui inter* arbuſculas incrementi parui circa apiarium conſerendas, Caſias *quoque memorat. Sic* Recentes Virg. Georg. 4, 304 *i. modo carptae.* Virides Id. ibid. 4, 30, *vtroque loco de apibus agit.* Rufa Scribon. 70. 167. 169. Rufae fiſtularum Scribon. 36. *Conf. Lex. Scribon. Rhodii.* Ouid. Faſt. 4, 440 Pars thyma, pars caſiam, pars Meliloton amant. Virg. Georg. 4, 182 Paſcuntur et arbuta paſſim Et glaucas ſalices, caſiamque, crocumque rubentem, *de apibus.* Ouid. Met. 15, 398 Quo ſimul ac caſias, et nardi lenis ariſtas, Quaſſaque cum fulua ſubſtrauit cinnama myrrhā.

CASIGNĒTE, es. f. [κασιγνήτη] *Herbae genus eſt, apud* Plin. 24, 17 ſ. 102 *ita dictum*, quoniam ſecum ipſa naſcatur, nec cum aliis herbis. *Nempe* κασίγνητος, *frater eſt.* Eandem et Dionyſionymphadem *appellant*, quoniam vino mire conueniat.

CASILA, *ſ.* CASSILA, ae. f. Antiqui pro Caſſide ponebant, Feſtus.

CĀSĪNA, ae. f. [Κασῖνα] *Fabula* Plauti. *Quidam* Caſſina *legi volunt. Scribendum tamen eſt* Caſina, *quia primam corripit, in argumento eius comoediae*, Adoleſcens ducit ciuem Caſinam cognitam.

CASIVS, i. m. [Κάσιον] *Arabiae mons eſt, qua Aegypto et Peluſio propinqua eſt, de quo* Plin. 5, 12 ſ. 15 Caſius mons, delubrum Iouis Caſii, tumulus Magni Pompeii. ¶ 2 *Alius, de quo idem* Plin. 5, 22 Super eam *(Seleuciam Pieriam)* mons eodem quo alius nomine, Caſius : cuius excelſa altitudo quarta vigilia orientem per tenebras ſolem adſpicit, breui circumactu corporis diem noctemque pariter oſtendens. *Vtrumque montem confundi a Veteribus, obſeruat Iſ. Voſſ. ad* Melam 1, 10 *pr.*

CASIVS, a, um. Lucan. 10, 434 Iupiter a Caſia proſpexit rupe, *etc. Et* 8, 538 Perfida qua tellus Caſiis excurrit arenis.

CASMOENAS, dixerunt veteres pro Camoenis Varro de L. L. 6, 3. *Vid. ſupra* CAMOENAE.

CASMILLVS, CASMILLA, *vid.* CAMILLVS.

CASNAR, āris. m. Senex Oſcorum lingua *apud* Feſtum, *et* Varr. de L. L. 6, 3 p. 71, 6 *ad quem locum Scal. in Coniectan. p. 117 Ita lege apud* Nonium (2, 136) Caſnares ſeniles. Varro ſexageſimo, Vix ecfatus erat, cum more maiorum vltro Caſnares arripiunt, de ponte in Tiberim deturbant. Senibus craſſis *(Haec* Non. 2, 137) heu muli non videmus quid faciant *(Merc.* fiat) Nam quis (Non. 5, 6) patrem decem annos *(Merc.* annorum) natus non modo aufert ſeu *(Merc.* ſed) tollit, niſi veneno ? *Alluſium autem (ſic pergit Scaliger) ad vetus proverbium*, Sexagenarios de ponte *etc. Vid.* DEPONTANI. ¶ 2 *Pro* Affectatore *ponitur apud* Quinctil. 1, 5, 8 Et in Oratione Labieni (ſiue illa Cornelii Galli eſt) in Pollionem caſnar, aſſectator, e Gallia ductum. *Vid. Burm. et Interpr. alii.*

CASO, āre. Frequent. a Cado. *Vid.* CADO.

CASPERIA, ae. f. Rhoeti regis Marrubiorum vxor fuit, quae cum Anchemolo priuigno corpus commiſcuit. Seruius, *cuius locum damus in* ANCHEMOLVS.

CASPIVS, a, um. Adi. [Κάσπιος] *Maris, Orae, et incolarum nomen.* Curt. 6, 7, 3 Hinc ſimul mare quod Ciliciam ſubit ; illinc Caſpium fretum, *etc.* Hor. Carm. 2, 9, 2 Mare Caſpium (non) Vexant inaequales procellae Vsque. Portae Caſpiae, vbi dehiſcit Taurus mons ſeque populis aperit Plin. 5, 27. Id. 6, 11 ſ. 12 Ab his ſunt portae Caucaſiae, magno errore multis Caſpiae dictae. *Vid.* CAVCASIAE. *Verae et propriae* Portae Caſpiae *inter Mediam ſunt Parthiamque.* Virg. Aen. 6, 799 Huius in aduentu, iam nunc et Caſpia regna Reſponſis horrent diuum, *i.* Fines Aſſyriorum, *in quibus ſunt* πύλαι Caſpiae. Seruius. Rupes Sen. Herc. fur. 1206. *Nempe* Mons Caſpius *Tauri pars eſt.* Tigris Stat. Theb. 10, 288. Vada Claud. tert. Conſ. Hon. 71. Tacit. Ann. 6, 33 Sed Iberi locorum potentes, Caſpia via Sarmatam in Armenios raptim effundunt. *Committit errorem reprehenſum a Plinio, vt vidimus.*

CASPIĀCVS, a, um. *Aliud* Adi. [Κασπιακὸς] *Vt* Stat. Silu. 4, 4, 64 Aut

Aut Iſtrum ſeruare latus, metuendaque portae Limina Caſpiacae.

CASPIANI, orum. m. pl. *Populi ad Caſpium mare.* Curt. 4, 12, 9 Phradates magno Caſpianorum agmine antecedebat. *Add.* Mel. 1, 2. *et* Nep. 14, 8, 2.

CASSANDRA, ae. f. [Κασσάνδρα, Ἀλεξάνδρα] *Filia Priami,* non vnquam credita Teucris, *vt ait* Virg. Aen. 2, 247 *vbi fabulam illius ita enarrat* Seruius, Apollo — petiit a Caſſandra eius concubitus copiam. Illa hac conditione promiſit, ſi ſibi ab eo futurorum ſcientia praeſtaretur: quam cum Apollo tribuiſſet, (ab illa promiſſus coitus denegatus eſt. Sed Apollo diſſimulata paulliſper ira) petiit ab ea, vt ſibi oſculum ſaltem praeſtaret, quod cum illa feciſſet, Apollo os eius inſpuit, et quia eripere Deo ſemel tributum munus non conueniebat, effecit, vt illa quidem vera vaticinaretur, ſed fides non haberetur. *Eadem* Hygin. f. 93. Virg. Aen. 3, 187 Aut quem tunc vates Caſſandra moueret? Idem ibid. 2, 403 Ecce trahebatur paſſis Priameia virgo Crinibus a templo Caſſandra. *Et* 2, 246 Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris Ora, Dei iuſſu, non vnquam credita Teucris. *Vbi* Seru. Dei iuſſu, *h. e. Praecepto Apollinis: qui ſpe promiſſi coitus, conceſſa diuinitate, fruſtratus, ſuſtulit fidem vera dicenti, ac deinde reliqua, quae ſupra poſuimus.*

CASSICŬLUS, i. m. Dimin. [ἄρκυον] *a* Caſſi, *pro Reti.* Hieronymus adu. Rufin. 3, 6 Nequaquam aranearum mihi opponas caſſiculos. *Add.* Saresb. Ep. 176. *Dicitur et*

CASSICULUM, i. n. Feſt. Caſſiculum, Reticulum, a Caſſibus per diminutionem dictum.

CASSĪDA, ae. f. [κόρυς] *Galea ſ.* Caſſis. Propert. 3, 11, 15 Aurea cui poſtquam nudauit caſſida frontem. Virg. Aen. 11, 775 Aureus ex humeris ſonat arcus et aurea vati Caſſida. Caſſida *pro* Caſſis: nam Accuſatiuum ponit pro Nominatiuo. Seruius. *Hoc eſt, ex Accuſatiuo Graeco facit Nominatiuum Latinum.*

CASSIDARIUS, i. m. *Videtur dictus, qui in armamentario Caſſidum curam habebat.* Inſcript. Romae: Q. NAEVIVS. MARINVS. MILES. EX. ARMAMENTARIO. IMP. CAESARIS. DOMITIANI. AVG. GERMANICI. CASSIDARIVS. VIXIT. ANN. XXXX. *Vid. Spon. Miſc. Erud. Ant. ſect.* 7 p. 254.

CASSIDĬLE, is. n. Niſi mendoſum eſt, poſuit Hieronym. pro Perula vel bulga Tobiae 8.

CASSIEPEIA, ae, CASSIŎPE, es, *ſiue* CASSIOPĒA, ae. f. [Κασσιέπεια, Κασσιόπη] *Cephei regis Aethiopum vxor, et Andromedes mater, quae cum Nereidibus de pulchritudine certauit. Inter ſidera iam eſt,* v. g. Columel. 11, 2, 78. Cic. de Natur. Deor. 2, 111 c. 43 Obſcura ſpecie ſtellarum Caſſiepea. *Eſt autem ſidus ita figuratum, vt in ſella ſedeat.* Hygin. Poët. Aſtron. 2, 10 Caſſiepeia *(agit hic Munckerus de diuerſa ſcribendi ratione)* De hac Euripides et Sophocles, et alii complures dixerunt, vt gloriata ſit, ſe forma Nereidas praeſtare: pro quo facto inter ſidera ſedens in ſiliquaſtro conſtituta eſt: quae propter impietatem vertente ſe mundo reſupinato capite ferri videtur. *Caſſiepeia per ſecundam vocalem in tertia ſyllaba optimi quique Graeci et Latini libri habent. Forma* Caſſiope *eſt* Ouid. Met. 4, 737 Caſſiope Cepheusque pater, *Andromedae.*

CASSIS, is. m. [ἄρκυς] *Rete, quod caſſas, i. vacuas habeat maculas. Proprie rete cauum inſtar ſacci, in quod ingreſſa beſtia exitum non inueniat. Vid. Vlit. ad* Grat. Cyn. 28 Tunc ipſum medio caſſem, qui naſcitur ore Per ſenos circum vsque ſinus laqueabis, *etc.* Ouid. de Arte Am. 2, 2 Decidit in caſſes praeda petita meos. Plin. 19, 1 Cumanae plagae concidunt apros, et hi caſſes, vel ferri aciem vincunt. Laxi caſſes Virgil. Georg. 4, 247 *de aranea. Vid.* Non. 1, 217 *quem laudamus in* CASSUS. Propert. 4, 2, 33 *de Vertumno,* Caſſibus impoſitis venor, ſed arundine ſumta Faunus plumoſo ſum deus aucupio. Ouid. Met. 5, 579 Nec poſuit ſtudioſius altera caſſes. Tendere caſſes Tibull. 1, 6, 5. Venire ad caſſes Idem 4, 3, 17. Aper caſſe vinctus Sen. Agam. v. 881. *Conf.* Virg. Georg. 3, 371.

CASSIS, ĭdis. f. [κόρυς, κόρυθος, κυρβασία] *Galea, dicta, quod caſſa, i. vacua ſit ad caput recipiendum.* Caeſ Bell. Gall. 7, 45 Mulionesque cum caſſidibus, equitum ſpecie ac ſimulatione collibus circumuehi iubet. Martial. 9, 57 Non iaculo, non enſe fuit, laeſusue ſagitta, Caſſide dum liber Parthenopaeus erat. *i. nudo capite.* Apicem toruae caſſidis habet Gradiuus, *i. Martis imago eſt in caſſide* Stat. Theb. 8, 708. Ahena Idem Theb. 6, 390. *Et* Theb. 6, 917 Atque ambos aurata caſſide donat. Caelata Iuuen. Sat. 11, 103. Criſtata pennis Ouid. Met. 8, 25. Fracta de caſſide buccula pendet Iuuen. Sat. 10, 134. Fulminea Claud. de tert. Conſ. Hon. 194. Fulua caſſis Ouid. Met. 12, 89. Languida, *vid.* LANGUOR. Laxata, *Aperta* Claudian. de Bell. Gild. 24. Minax Stat. Theb. 4, 205. Ouid. Triſt. 1, 10, 2 A picta caſſide nomen habet *nauis, qua vehebatur.* Plebeia caſſis Lucan. 7, 586. Torua Stat. Theb. 8, 707. Abdere caput caſſide Ouid. Met. 8, 25. Claudi caſſide Stat. Theb. 4, 302. Sumere caſſidem in caput Plaut. Trin. 3, 2, 100.

CASSĪTA, ae. f. [κορύδαλος] *Auis, quae et* Galerita *et* Alauda *dicitur* Plin. 11, 37 At quae ab illo galerita appellata quondam, poſtea Gallico vocabulo etiam legioni nomen dederat alauda. *Docet Plinius,* galeritam *ab apice, quem velut* galerum *habet in capite, nomen ſortitam. Quemadmodum igitur a* galero galerita, *ſic a* caſſide caſſita, *nuncupatur.* *De* caſſita, *eſt apologus feſtiuiſſimus apud* Gellium 2, 29 Auicula eſt parua, nomen eſt caſſita: habitat nidulaturque in ſegetibus, *etc.*

CASSITERĬDES, um. f. pl. [κασσιτερίδες] *Inſulae credebantur maris Atlantici, de quibus* Plin. 4, 22 ſ. 36 Ex aduerſo, *inquit,* Celtiberiae complures ſunt inſulae Caſſiterides dictae Graecis, a fertilitate plumbi. *Has ignotas ſibi iam faſſus eſt Herodotus 3, 115. Et forte nusquam ſunt aliae, quam illae ipſae regiones, vnde hodie ſtannum et plumbum petitur. Vid. quae ſtatim dabimus ex Plinio in* CASSITERON.

CASSITĔRON, i. n. [κασσίτερος] Plumbum album. Plin. 34, 16 ſ. 47 Plumbi duo genera, nigrum atque candidum. Pretioſiſſimum candidum, a Graecis adpellatum Caſſiteron, fabuloſeque narratum in inſulas Atlantici maris peti, vitilibusque nauigiis, circumſutis corio, aduehi. Nunc certum eſt in Luſitania gigni, *etc.* Habuit auctoritatem album plumbum et Iliacis temporibus, teſte Homero, Caſſiteron ab illo dictum.

CASSIUS, *Gentis Romanae nomen, e qua hic memorandus ille, de quo* Cic. pro Roſc. Amer. 84 c. 30 L. Caſſius ille, quem populus Roman. veriſſimum et ſapientiſſimum iudicem putabat, identidem in cauſis quaerere ſolebat, Cui bono fuiſſet? — Tamen facile me paterer, vel ipſo acerrimo iudice quaerente, vel apud Caſſianos iudices, quorum nunc etiam iis, quibus cauſa dicenda eſt, nomen ipſum reformidant, pro Sext. Roſcio dicere. *Hinc* Caſſia via, *de qua* Cic. Phil. 12, 23.

CASSIĀNUS, a, um. Adi. [Κασσιανὸς] *Ad* Caſſium *illum iudicem refertur.* Cic. pro Milon. 32 Itaque illud Caſſianum, Cui bono fuerit? in his perſonis valeat, et ſi boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, improbi ſaepe paruo. Idem in Verr. 2, 137 Non quaero iudices Caſſianos, veterem iudiciorum ſeueritatem non requiro. ¶ 2 *Sed* Caſſiani iuriſconſulti *dicti, qui Caſſii Longini ICti ſectam inſtitutionemque ſequuti ſunt, de quibus vide, quae* Pomponius *ſcribit in* l. 2 D. de origin. iur.

CASSO, āre, *vid.* QUASSO.

CASSUS, a, um. Adi. [φροῦδος] *Dicitur inane, vacuum, quaſi omni re carens.* Nonius 1, 217 Caſſum veteres Inane poſuerunt; et arbitrandum eſt eius verbi proprietatem magis a Caſſibus aranearum dictam, quod ſint leues ac nullius ponderis: non, vt quibusdam videtur, quaſi Quaſſum. Aethere caſſi Virgil. Aen. 11, 104. *i. mortui, qui carent hac luce et aethere. Vid. mox* Lumine caſſus. Anima caſſum corpus Lucret. 3, 561. Augur caſſa futuri, *i. Mendax* Stat. Theb. 9, 106. Plaut. Aulul. 2, 2, 14 Virginem habeo grandem, dote caſſam, atque illocabilem. Virgil. Aen. 2, 85 — nunc caſſum lumine lugent, *vt* Aethere caſſus. *Sed* Lumine caſſus aër Lucr. 4, 369. Cic. de Diuin. 2 c. 64 Sanguine caſſa *in deſcriptione aenigmatica cochleae.* Senſu caſſa ſimulacra Lucret. 4, 127. Ouid Faſt. 6, 406 Nil praeter ſalices caſſaque canna fuit. Conſilia caſſa *pro Vanis* Sen. Troad. 570. Lucret. 4, 514 Illa tibi eſt verborum Copia caſſa. *i. fruſtra tot verba impendiſti.* Ouid. Met. 5, 481 Fertilitas terrae latum vulgata per orbem Caſſa iacet. *Celebrata alias fecunditas nunc fallit, vanum nomen eſt.* Fides caſſa Sil. 3, 17. Caſſ fide ſunt, qui iugiter blandiuntur Symmach. Ep. 1, 37. Ouid. de Remed. Amor. 446 Caſſaque ſeducto ſtipite flamma perit. Lucret. 3 994 Sollicitamque geris caſſa formidine mentem. Lucan. 5, 13 Abſterrere ducem noſcendi ardore futura Caſſa fraude parat, *i. n quidquam et fruſtra conſumto dolo.* Glans Plaut. Rud. 5, 2, 37. *i. re nihili.* Ira Valer. Argon. 6, 556. Labores, *Fruſtra ſumti* Plin Epiſt. 8, 23, 6. Stat. Theb. 9, 629 Nunquam caſſa manus, nullum ſine vulnere fugit Miſſile. *i. Nunquam aberrans.* Nox Valer Argon. 4, 423. Plaut. Pſeud. 1, 3, 136 Te amatorem inuentum eſſ inanem, quaſi caſſam nucem. Horat. Serm. 2, 5, 36 Eripiet quiu oculos citius mihi, quam te Contemtum caſſa nuce pauperet. *Vo paraſiti.* Omen Stat. Theb. 5, 318. Praeſidia Sen. in Troad. 79 *i.* Vana et inania. Via caſſa, *i. fruſtra inita* Stat. Theb. 11 449. Virtus Idem Theb. 5, 512. Virgil. Aen. 12, 780 Dixi opemque dei non caſſa in vota vocauit. Non ad inania vota popoſc auxilium. Seruius. Cic. Tuſc. 5, 19 Omne, quod honeſtum n et laudabile eſſe dicimus, id illi caſſum quiddam, et inani vocis ſo decoratum eſſe dicant. Plin. 18, 17 ſ. 45 Retonſarum vero etia ſemel (ſegetum) omnino certum eſt, granum longius fieri, ſed ina caſſumque, ac ſatum non naſci. ¶ 2 *Subſtantiue,* Ne tan in caſſum virtus eat Lucan. 2, 263 *Oudend.* incaſſum. *Cort. et Bur* in caſum. Columel. 4, 3, 5 In caſſum recidit omnis impenſa. T Hiſt. 3, 55 Apud ſapientes caſſa habebantur, quae neque dari, neq accipi ſalua rep. poterant. Solinus cap. 65 Aut palearum caſſa, a chartarum fila ad ſe rapit. *De lychnite gemma, i. leuia, quae en inania, ſolent eadem eſſe leuia. Sic* caſſa ſurculorum *et* cineru *idem dixit.*

CASSE. Adu. Fruſtra. Liu. 24, 26 Caſſe ne tempus tereretur.

CASSO, āre. *Caſſum reddere atque irritum.* Sidon. 1 Epiſt. vlt. Obiecta, ſi non improbabiliter caſſauerimus. *Hinc*

CASSATUS, a, um. *i. Abrogatus. Vt,* Omnium redemtion caſſata Caſſiod. 5, 14.

CASSESCO, ĕre. *Vt,* Caſſeſcere in fauillas, Solinus; *ex con iectura* Salmaſ. in Exercit. f. 177.

CASTALIA, ae. f. [Κασταλία] *Aqua, ſ. fons in radicibus Parnaſſi, muſis ſacer non minus, quam* Caballinus *ille* fons, *ſ.* Hippocren Virgil. Georg. 3, 293 Iuuat ire iugis, qua nulla priorum Caſtalia molli deuertitur orbita cliuo. Sen. Oedip. 276 Frondifera ſancta nemora Caſtaliae.

CASTALIUS, a, um. *Vt,* Antrum Caſtalium Ouid. Met. 3, 1 *in Boeotia, in quo Phoebum conſuluerat Cadmus.* Aqua Caſtalia Oui Amor. 1, 15, 36 *pro facultate poëtica.* Arbor Caſtalia, *quae eſt a Caſtalium fontem et Heliconem* Propert. 3, 2, 13. Martial. 8, 66 V tis Caſtaliam domum *vocat, in qua muſis hoſpitium.* Sen. Oedip. 22 Sancta Fontis lympha Caſtalii ſtetit. Stat. Theb. 1, 568 *de Pythone ſerpente,* Caſtaliis dum Fontibus ore triſulco Fuſus hiat. Martial 12, 3 Fons ibi Caſtalius vitreo torrente ſuperbit, *etc.* Columel. 10 267 Antraque Caſtaliis ſemper rorantia guttis. Gurges Claud. 31, 1 Vmbra Tibull. 3, 1, 16 *ab ingentibus lauris.* Vndae vocales Caſtalia Stat. Silu. 5, 5, 2 Vocales, *propter Muſarum illic habitantium perpetuos cantus.*

CASTALIDES, um. f. pl. Muſae. Martial. 7, 11 Ludimu innocuis verbis, hoc iuro potentis Per genium famae, Caſtalidumque gregem. *Conf.* 4, 14.

CASTANEA, ae. f. [κάστανον] *E Nucum genere, et tam Fructum, quam Arborem ſignificat.* Plin. 17, 20 Caſtanea *(arbor)* pedamentis omnibus praefertur facilitate tractatus, perdurandi peruicacia *Sed* Virgil. Ecl. 2, 52 Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala, Caſtaneasque nuces. Bene ſpeciem addidit: dicens Caſtaneas. Nam Nuces, generaliter dicuntur Omnia tecta corio duriore: vt Auellanae Amygdalae, Iuglandes, Caſtaneae. ſicut contra dicuntur Poma, omnia molliora. Seruius. Hirſutae Virgil. Ecl. 7, 53 Adhuc intra ſuo echinos locatae. Seruius. Molles Idem Ecl. 1, 82. *i. e.* Maturae Seruius. *Non ab re tamen fuerit, earum certum genus intelligere, quum interpres Nicandri caſtanearum quoddam genus* μαλακὸν, *id eſt molle ap pellet. Sic enim ſcribit* τῶν δὲ καστάνων τὸ μὲν σάρδανον, τὸ δὲ λύπιμον τὸ δὲ μαλακὸν, τὸ δὲ τιμωλικόν. Turneb. Idem Georg. 2, 71 E ſteriles platani malos geſſere valentes, Caſtaneae fagos. Dicit, qui in quam arborem debeamus inſerere — Sed *caſtaneae fagos* ege expoſitione. Non enim in caſtanea fertili infoecunda fagus inſeritur Vnde aut Hypallage eſt, vt *Caſtaneae fagos* ſit, pro *Fagi caſtaneas* ge ſere; aut mutanda diſtinctio, vt ſit, *Et ſteriles platani malos geſſer valentes Caſtaneae. h. e.* Infoecundae arbores platani fortes ramo caſtaneae portauerunt. Seruius, *qui nihil tamen explicare videtur Multo commodius Lacerda,* Caſtaneas fagus, *quod iam placebat Scaliger*

v

vt Fagus *ſit nominatiuus pluralis. Mihi nihil melius videbatur, quam* Caſtanea fagus, ornusque incanuit albo flore piri. *Nam etiam caſtanearum echinus albicat et canus eſt.* Legere caſtaneas Virgil. Ecl. 2, 52. *Conf.* Macrob. Sat. 2, 14. Vir doctus Oppius in libro, quem fecit de ſiluestribus arboribus, ſic ait: Heracleotica haec nux, quam quidam caſtaneam vocant *etc.* Pallad. de inſit. 155 *Phyllis, ſ. Amygdali arbor*, Caſtaneamque, *cui inſita eſt*, trucem depulſis cogit echinis Mirari fructus leuia poma ſui. *De* Caſtaneae *natura, inſitione, cultura, vid.* Columel. 4, 33. 5, 10, 14. Plin. 15, 23 ſ. 25 Nuces vocamus et caſtaneas, quamquam accommodatiores glandium generi. Armatum iis echinato calyce vallum, quod inchoatum glandibus. — Torrere has in cibis gratius — Sardibus eae prouenere primum, ideo apud Graecos Sardianos balanos appellant: nam Dios balanum poſtea impoſuere, excellentioribus ſatu factis. Nunc plura earum genera. Tarentinae faciles, nec operoſae cibo, planae figura. Rotundior, quae balanitis vocatur, purgabilis maxime, et ſponte proſiliens, *etc.*

CASTANĒTVM, i. n. [καστανὼν] *Locus caſtaneis conſitus.* Columel. 4, 33, 3 Propter quae ſaepe nouella caſtaneta caluescunt.

CASTE, *vid.* CASTVS.

CASTELLVM, CASTELLANVS, CASTELLATIM, *vid.* CASTRVM.

CASTERIA, ae. f. [καστερία] Locus eſt, *inquit* Nonius 2, 128 vbi, quum nauigatio conquieſcit, remi et gubernacula conquieſcunt. Plaut. Aſin. 3, 1, 16 Quin pol ſi repoſui remum, ſola ego in caſteria, vbi quieſco, omnis familiae cauſa conſiſtit tibi. *Male* caſteriam *interpretatus eſt de illa pertica, quae* Portiſculus *dicitur*,. Lactant. ad Stat. Theb. 6, 797. *refutatus ibi a Barthio.*

CASTIFER, *qui* caſtum *ſ.* caeſtum *fert.* Gloſſ. Iſidor. Caſtiferum, qui flagellum portat.

CASTĪGO, āre. [παιδεύω, κολάζω, ἐπανορθόω] Increpare, vel reprehendere, *it. punire. A* caſto *loro ductum verbum, ſiue in quantum ad caedendum adhibetur, quod placet Caſaubono ad* Perſ. p. 45; *ſiue quatenus eo conſtringuntur, et coërcentur, quae dilabi, aut intumeſcere non volumus, quae eſt ſententia Gronouii Diatr. ad* Stat. c. 24. *Exempla docebunt vtramque notionem, tum coërcendi illam et compeſcendi, tum alteram puniendi, quocunque modo, huic verbo eſſe ſubiectam, ita, vt interdum alterutra praeualeat, interdum vtraque locum habere videatur.* Ter. Heaut. 3, 32 Niſi eum, quantum dii dant tibi opis, ſeruas, caſtigas, mones. Caſtigare *plus eſt quam monere:* Quinct. 2, 2, 5 Quo ſaepius monuerit, eo rarius caſtigabit. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 3 Laudat Pompeius, atque in poſterum confirmat, ſegniores caſtigat, atque incitat. Liu. 27, 9 Caſtigando increpandoque plus quam leniter agendo ſe profecturos rati. *Diuerſas parit formulas. v. g.* Ad vnguem praeſectum decies caſtigare carmen Hor. in Art. Poët. 294. *A marmorariis ductum eſſe cenſent interpretes, qui iuncturas marmorum vngue explorant: alii a fictoribus, qui primum manu informant rude opus, deinde lineamenta et habitum, omnemque ſpeciem vngue fingentes et perpolientes abſoluunt. Lambin.* Virg. Aen. 5, 387 Hic grauis Entellum dictis caſtigat Aceſtes. *i.* Increpat, obiurgat. Seruius. Dictis plurimis Plaut. Bacch. 4, 8, 67. Perſ. 1, 7 Non, ſi quid turbida Roma Eleuet, accedas, Examenue improbum in illa Caſtigas trutina. Examen caſtigare *eſt ligulam illam, cuius momentis pondus exigitur et inueſtigatur, ad quietem redigere et velut compeſcere, quo facto pondus cognoſcitur. Vetat igitur iudicium populi ſequi, et illius velut trutina vti.* Linguā caſtigare Curt. 4, 6, 6. Literis caſtigare Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 25. Verbis caſtigare aliquem Cic. Off. 1, 88 c. 25. *Conf.* Curt. 4, 13, 8. Dolorem immodicum Lucan. 8, 71. Inertiam atque ſegnitiem alicuius caſtigare Cic. de Orat. 1, 185. Metus caſtigare Valer. Argon. 660. Mart. 10, 104 Iam tumidus vocat magiſter, Caſtigatque moras? *i. Obiurgat nimis morantem.* Nonius 4, 53 Expedit *interpretur, nempe qui compeſcit moras, ne longiores eſſe poſſint, idem expedit er.* Cic. Tuſc. 5, 4 Sed in hoc me ipſe caſtigo, quod ex aliorum, ex noſtra fortaſſe mollitia, non ex ipſa virtute, de virtutis robore iſtimo. Segnes caſtigare Tacit. Agric. 27 Segniores caſtigare *iam dimus ex* Caeſ. B. Ciu. 1, 3. Turpia caſtigare Iuuen. Sat. 2, 6. erba caſtigare Id. ib. 6, 454. *i. reprehendere.* Plaut. Moſt. 4, 1, 26 lane caſtigabit eos exuuiis bubulis. Virg. Aen. 6, 567 Caſtigatque iditque dolos, ſubigitque fateri. Vinculis et carcere caſtigare Cic. ff. 3, 73. *Sed Gron.* fatigandi. Cic. Tuſc. 3, 64 c. 27 Pueros vero atres et magiſtri caſtigare etiam ſolent, nec verbis ſolum, ſed etiam erberibus. Suet. Domit. 9 Fiſcales calumnias, magna calumniantium poena repreſſit: ferebatur vox eius, Princeps qui delatores non aſtigat, irritat. Improbos caſtigare Cic. de Legib. 2, 62 c. *vlt. onf.* Gell. 6, 14. Liu. 39, 25 Equus tenax non parens frenis, aſperioribus caſtigandus eſt. Frenis *bis intelligendum.* Flor. 4, 2, 75 urorem ciuium caſtigaret oceanus. Inſula caſtigatur aqua Sil. 12, 6. *i. compeſcitur, coërcetur.* Petron. 47 Subinde caſtigamus crebris potiunculis riſum, *compeſcimus, ne erumpat.*

CASTIGATVS, a, um. *vt*, Dolor animi caſtigatus Cic. Tuſc. 49 c. 21. *i. coërcitus.* Caſtigata oratio Quinct. 10, 1, 115 *emendata, pura.* Stat. Silu. 2, 1, 44 Et caſtigatae collecta modeſtia fronte. *i. Frons et modica, et in qua nihil apparet, quod reprehendi poſſet.* Stat. Theb. 6, 872 Riget arcta cutis durisque laborum Caſtigata toris. *adſtricta.* Id. ibid. 9, 687 Colla ſedent, nodis et caſtigata iubarum Libertas. *i. Conſtricta.* Ouid. Amor. 1, 5, 21 Quam caſtigato planus ſub pectore venter. *i. Emendato vel correcto per faſciam, qua tumeſcentes papillas ſolebant coërcere, vt praecipit* de Art. Am. 3, 274. *Hinc* Seren. Sammon. 357 Si caſtigatas ſtudium eſt praeſtare papillas hedera ſertis ambas redimire memento. *Sic Burm. al. mamillas.* Hier. contra Iouin. T. 3 p. 35 C. qui aegrotat, non aliter recipit ſanitatem, niſi tenui cibo et caſtigato victu, quae λεπτὴ δίαιτα dicitur. *Compar.* Ammian. 26, 6 Procopius vita moribusque caſtigatior. *Add.* Auguſtin. de C. D. 5, 24. *Superl.* Gell. 4, 20 *pr.* Diſciplinae caſtigatiſſimae exempla.

CASTIGATE. Adu. *Idem. vt*, Vixit modeſte, caſtigate Sen. Controu. 6 *extr. Compar.* Ammian. 22, 3 Viuere caſtigatius. Eloqui Auguſtin. de Doctr. Chriſt. 4, 14. Macrob. Somn. Scip. 1, 6 haec de monade caſtigatius, quam ſe copia ſuggerebat. *i. breuius, anguſtius.*

CASTIGĀTOR, oris. m. [παιδευτὴς, σωφρονιστὴς] *Qui reprehendit et obiurgat.* Plaut. Trin. 3, 1, 13 Ibo ad meum caſtigatorem. Lacrimarum caſtigator, atque inertium querelarum Liu. 1, 59. Minorum caſtigator Hor. in Arte Poët. 174. *in notatione ſenis.* Iratus caſtigator Sen. de Ira 1, 15. Columel. 8, 16, 6 Nos quoque, ne videamur tot iam ſaeculorum ſeri caſtigatores. Plin. Pan. 40, 1 Hereditas — tota ſepulcro — ſeruiet. nemo obſeruator, nemo caſtigator aſſiſtet. *i. qui reſtringi iubeat ſumtus ac minui.*

CASTIGATORIVS, a, um. *vt*, Adhibere ſolatium non caſtigatorium et nimis forte, ſed molle et humanum Plin. Epiſt. 5, 16, 10. Seueritas caſtigatoria Sidon. Epiſt. 4, 1.

CASTIGATIO, ōnis. f. [σωφρονισμὸς] Cic. Tuſc. 4, 44 c. 20 Vt omnes caſtigationibus, reprehenſionibus, ignominiis affici ſe in delicto dolerent. Liu. 27, 10 Duodecim aliarum coloniarum mentionem fieri patres vetuerunt — ea tacita caſtigatio maxime ex dignitate populi Rom. viſa eſt. *Huic contraria* Verborum caſtigatio, ob errorem praeteritum Liu. 27, . . Animaduerſio et caſtigatio omnis, contumelia vacare debet Cic. Off. 1, 88 c. 25. *Add.* Plin. 37, 3. Sen. Ep. 47. *et* de Ira c. 5. Quinct. 1, 3, 14. Macrob. Saturn. 2, 4 *de Auguſto*, Contra caſtigationem loquendi, quam alias ille ſcribendo ſeruabat, in epiſtola ad Maecenatem familiari plura in iocos effuſa ſubtexuit. Caſtigatio loquendi *eſt ſermo emendatus, caſtus, caſtigatus.*

CASTIGABĬLIS, e. [σωφρονιστικὸς] *Quod caſtigari debet.* Plaut. Trin. 1, 2, 6 Qui admiſit in ſe culpam caſtigabilem.

CASTITAS, CASTIMONIA, CASTITVDO, *vid.* CASTVS.

CASTOR, ŏris. m. [κάστωρ] *Animal ex eorum genere, quae Graeci* amphibia *vocant, quod tam in terra, quam in aquis viuant.* Plin. 32, 3 Spectabilis naturae potentia in his quoque, quibus et in terris et in aqua victus eſt, ſicut et fibris, quos caſtores vocant, et caſtorea, teſtes eorum. Amputari hos ab ipſis cum capiantur, negat Sextius, diligentiſſimus medicinae. Quin immo paruos eſſe, ſubſtrictosque et adhaerentes ſpinae, nec adimi ſine vita animalis poſſe. Adulterari autem renibus eiusdem, qui ſint grandes, cum veri teſtes parui admodum reperiantur *etc. Add.* FIBER. *Interim inualuit fabula, ad quam reſpicit etiam* Iuuenal. 12, 36 *de Catullo in periculo naufragii conſtituto,*

Decidere iactu
Coepit cum ventis, imitatus Caſtora, qui ſe
Eunuchum ipſe facit, cupiens euadere damno
Teſticulorum, adeo medicatum intelligit inguen.

Vet. Schol. Caſtorem *bebrum* dicit, qui cum viderit ſe obſideri, et non poſſe euadere *etc.* Apul. Met. 1 p. 106, 10 Amatorem ſuum, quod vi aliam temeraſſet, vnico verbo mutauit in veram caſtorem, quod ea beſtia captiuitatis metuens, ſe ab inſequentibus praeciſione genitalium liberat; (vt illi quoque ſimile, quod venerem habuit in aliam, proueniret.) *Ipſe* Cicero in Scauriana *apud* Iſid. 12, 2. *et* Seru. *ad* Georg. 1, 59 Redimunt ſe ea parte corporis, propter quam maxime expetuntur. *Vterque ſcriptor etiam obſeruat*, eosdem eſſe fibros, et Ponticos canes vocari. Ouid. Nuce 165 Sic vbi detracta eſt a te tibi cauſa pericli, Quod ſupereſt, tutum, Pontice caſtor, habes.

CASTOREVS, a, um. [Καστόρειος] *Laudatur ex* Plin. 12, 24 Aſpalathi probatio eſt in colore rufo, vel igneo, tactuque ſpiſſo, et odore caſtoreo. *Sed Harduin. legit*, Odore caſtorei. *Inter ſuppoſita* Sereno Sammonico *carmina* p. 387 *Bur.* v. 4 Caſtoreas ſiliquas bis ſex perquirere cura. Ibid. 12 Caſtoris atque nouem ſiliquas adpendito ſtatim. *Et* 18 Caſtoreas ſiliquas iterum quae pondere ſint ſex. *Barbarus ſcriptor* Caſtorei ſiliquas *(ponderis nomen)* XII, IX, VI *intelligere videtur.*

CASTOREVM, i. n. [κάστορος ὄρχις] *Nempe plur.* Caſtorea, *auctore* Plin. 32, 3. *vt modo vidimus, vocantur* Teſtes caſtoris. Idem 26, 11 Clauos pedum extrahit ladanum cum caſtoreo, verbenaca ex vino. Caſtoreum Ponticum Scribon. 175. Caſtoreum et piper contunduntur et cribrantur Idem 88. Lucret. 6, 794 Caſtoreoque graui mulier ſopita recumbit. Graui, *i. Odoris tetri, male et grauiter olentis.* Virg. Georg. 1, 59

India mittit ebur, molles ſua tura Sabaei,
At Chalybes nudi ferrum, viroſaque Pontus
Caſtorea.

CASTORINVS, a, um. *Vt*, Oleum caſtorinum Marc. Emp. cap. 35. Veſtes caſtorinae Ambroſ. de Dignitat. Sacerdot.

CASTORINĀTVS, a, um. *Fibrina veſte amictus.* Sidon. Epiſt. 4, 7 Incedunt caſtorinati ad litanias. *Vid. ibi Sirmondum.*

CASTOR, ŏris. [Κάστωρ] *Iouis ex Leda Tyndari vxore filius, certe priuignus, frater Pollucis: qui ambo poſt mortem inter ſidera relati ſunt, quorum ſignum Gemini dicitur. Penultima huius nominis corripitur; Sed* quidam *apud* Quinctil. 1, 5, 60 Caſtorem media Syllaba producta pronunciarunt, quia hoc omnibus noſtris nominibus accidebat, quorum prima poſitio in easdem quas Caſtor literas exit. *De Aede* Caſtoris *Romae celeberrima, vid.* Cic. Verr. 1, 129 c. 49 ſq. Idem Verr. 5, 186 Vosque omnium rerum forenſium, conſiliorum maximorum, legum, iudiciorumque arbitri et teſtes, celeberrimo in loco Praetorii locati, Caſtor et Pollux, *etc. Pro* Praetorii *legendum eſſe* P. R. *i. Populi Rom. alias obſeruamus. Hic in foro fuiſſe, conſpici certe potuiſſe templum illorum, docetur.* Cic. pro Milon. 92 Niſi vero ſuſtinuiſtis eos, qui cum facibus ad curiam cucurrerunt, cum falcibus ad Caſtoris, cum gladiis toto foro volitarunt. *i. Ad aedem ſeu templum Caſtoris. Huc refero* Iuuenal. 14, 260 Vigilem ponendi ad Caſtora nummi. Catull. 4, 27 Phaſelus ille — nunc recondita Senet quiete ſeque dedicat tibi Gemelle Caſtor, et Gemelle Caſtoris. *Nempe nauigantium Dii* σωτῆρες *ſ. ſeruatores ſunt Caſtor et Pollux. vid.* Sen. N. Q. 1, 1. Hor. Epod. 17, 43 Caſtor, fraterque magni Caſtoris. Idem Epiſt. 2, 1, 5 Et cum Caſtore Pollux Poſt ingentia facta deorum in templa recepti. Martial. 7, 56 Caſtora de Polluce Gabinia fecit Achillam, Pyxagathos fuerat, nunc erat Hippodamus. *Nempe eſt Homeri verſus*, Κάστορα θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα. *Achillae cenſum equeſtrem expleuerat, vt fieri poſſet ex pedite, ſ. ciue non ampliſſimi cenſus, eques. Notus etiam verſiculus* Ouid. Am. 3, 2, 54 Pollucem pugiles, Caſtora placet eques. *Et* Faſt. 5, 700 Tyndaridae fratres, hic eques, ille pugil. *Item* Gaudet Caſtor equis, ouo prognatus eodem Pugnis Hor. Serm. 2, 1, 26 *Fabulantur Iouem ſpecie cycni cum Leda concubuiſſe. Vnde illa ouum concepit, ſicut ex viro alterum ouum. Secundum hunc Horatii locum ex ouo eodem geniti ſunt et Caſtor et Pollux: ſecundum alios, ex ouo Iouis Helena et Pollux immortales; et ex ouo Tyndari, Caſtor et Clytaemneſtra mortales. Sed Pollux mortuo Caſtore impetrauit, vt diuinitatem ſuam cum illo communicaret, et viciſſim morerentur. Vnde* Virg. Aen. 6, 121 Si fratrem Pollux alterna morte redemit, Itque reditque viam toties. Quod ideo fingitur, *ait in hunc locum* Seruius, quia horum ſtellae ita ſe habent, vt occidente vna oriatur altera: *intell.* heliace: *vbi oriri eſt e ſolis radiis emergere; occidere, iis occul-*

*occultari.* Caſtorum *nomine* Caſtor et Pollux *continentur.* Plin. 7, 22 Caſtores Romani, qui Perſicam *(a Perſe Macedonum rege)* victoriam — nunciauere. Idem 10, 43 ſ. 60 Ex fetu ſupra Caſtorum aedem genitus pullus *corui etc.* *Sic* Minuc. Fel. 21, 16. *et* 27, 5. Cyprian. de Idol. Van. 1, 2. Vulgat. Act. 28, 11. Trebellius Pollio in Valerian. 2 Quum ob imperatorias literas in aede Caſtorum Senatus haberetur. Capitolinus in Maximinis, 16 Quum ventum eſſet in aedem Caſtorum. Arnobius, 2 p. 93 Tendaridae Caſtores vnus equos domitare conſuetus, alter pugilator bonus. *Sic* Tac. Hiſt. 2, 24 Ad XII a Cremona locus Caſtorum vocatur: *quem* Suet. Othon. 9 *vocat* ad Caſtoris, (*ſ.* ad Caſtores.) Oroſ. 7, 5 Circa locum, quem Caſtoris; *al.* Caſtores vocant.

CASTOREVS, a, um. Adi. [Καστόριος] Sen. Hippol. 810 Frenis Caſtorea mobilior manu. *i. ipſius Caſtoris, qui optimus domitor equorum erat.*

CASTRO, āre. [ἐκτέμνω, εὐνουχίζω, ὀρχοτομῶ] *Proprie eſt Virilia amputare.* Val. Max. 6, 1, 13 *De poenis adulterorum* Carbo Accienus a Vibieno, item Pontius a P. Cernio deprehenſi caſtrati ſunt. Plin. 18, 32 Verres iuuencos, arietes, hoedos, decreſcente luna caſtrato. Mares teneros Ammian. 14, 6. Vitulos caſtrare Columel. 6, 26. *vbi de tota ratione.* *Add.* 7, 11. ¶ 2 *Metaphorice* Aluearia caſtrare, *eſt fauis ſpoliare, et mellis vindemiam facere: quod qua ratione faciendum ſit, docet* Columel. 9, 15. Pallad. Iun. 7, 2. Plin. 24, 8 ſ. 33 *de vlmis;* Humor quoque e medulla, vti diximus caſtratae arboris effluens, capillum reddit capiti illitus. *Reſpicit ad* 16, 39 ſ. 74 Circumciſas ad medullam aliqui non inutiliter relinquunt, vt omnis humor ſtantibus defluat. Arundines Plin. 17, 20 ſ. 33. Caudas catulorum caſtrare Columel. 7, 12, 14. Lactant. 6, 15, 3 Stoici ergo furioſi, qui ea non temperant, ſed abſcindunt, rebusque natura inſitis caſtrare hominem quodammodo volunt. Martial. 1, 36 Nec caſtrare velis meos libellos, *i. obſcoena eiicere.* Cato R. R. 33, 2 Vites teneras quamprimum propagato, veteres quam minimum caſtrato: potius ſi opus erit deiicito, biennioque poſt praecidito. Vina caſtrare ſaccis Plin. 19, 4 ſ. 19, 2. *vid.* SACCVS niuarius. Caſtrare in ſterilitatem Idem 18, 14. Claud. in Eutrop. 1, 193 Vis nulla cruentam Caſtrat auaritiam.

CASTRĀTVS, a, um. Partic. [ἐκτομίας] *Vt,* Plin. 11, 51 ſ. 112 Bubus tantum feminis vox grauior, in omni alio genere exilior quam maribus: in homine etiam caſtratis. Claud. in Eutrop. 2, 550 Caſtratus proſilit heres. Homo caſtratus Curt. 6, 3, 12. Plin. 8, 32 c. 50 *de ceruis,* Non decidunt caſtratis cornua, nec naſcuntur. Idem 30, 16 ſ. 53 Sorices fugari, ſi vnus caſtratus emittatur. *Nempe ille narrat aliis, quid ipſe paſſus ſit.* *Translate etiam ponitur,* vt Apoſtolus et ipſe caſtratus continentiam mauult Tertull. de Monogam. c. 3. Cic. de Orat. 3, 161 Nolo morte dici Africani caſtratam eſſe Rempubl. *Add.* Quinctil. 8, 6, 15. Siligo Campana, quam appellant caſtratam Plin. 18, 9. *Hard. interpretatur purgatam, cribratam.* Idem 11, 18 Apes *amiſſo aculeo* fucos poſtea eſſe, nec mella facere, velut caſtratis viribus.

CASTRANDVS, a, um. [ἐκτμητέος] Claud. in Eutrop. 1, 46 Rapitur caſtrandus ab ipſo Vbere.

CASTRATIO, ōnis. f. [ἐκτομή] *Virilium amputatio.* Deſiderium coitionis caſtratione exſecare Solin. c. 62. Columel. 6, 26, 1 Id optimum genus caſtrationum, quod adhibetur tenerae aetati. *Conf.* Pallad. 6, 7. Arborum caſtratio Plin. 16, 40 Ramis ſaepe deputatis, caſtratio illa eſt. Columel. 4, 32, 4 *de Arundinetis,* Sed illud de integro reſodi debet, hoc poteſt intercidi et diſrarari: quod opus ruſtici caſtrationem vocant.

CASTRATVRA, ae. f. [ὀρχοτομία] *Idem quod Caſtratio.* Pall. Mai. 7, 2 Caſtraturae vulnera. Plin. 18, 9 *de piſtoriis et molitura, et farina loquens,* Iuſtum eſt e grano Campanae, quam vocant caſtratam, e modio redire ſextarios quatuor ſiliginis, vel e gregali ſine caſtratura ſextarios quinque.

CASTRATOR, ōris. m. *Vt,* Carnis caſtrator Tertull. adu. Marc. 1, 1. *it.* adu. Nat. 2, 13. Gloſſ. Gr. Lat. εὐνουχιστής, caſtrator.

CASTRATORIVS, a, um. *Ad caſtrationem pertinens; Vt,* Ferramenta caſtratoria Pallad. 1, 43, 3.

CASTRVM, i. n. [πόλισμα] *Locus munitus, ad arcendum hoſtem, et continendum militem, tuendos fines, obſidendum oppidum. De vltimo genere* Cic. Fam. 15, 4 Vallo et foſſa circumdedi: ſex caſtellis, caſtrisque maximis ſepſi. Calliſtratus in l. Non tantum inquilini D. de Excuſat. tutorum, Inquilini caſtrorum a tutelis excuſari ſolent, niſi eorum, qui et ipſi inquilini ſunt, et in eodem caſtro, eademqne conditione ſunt. *Nempe aut locus, habitatus ante iam ab aliis, caſtrum fit: aut in caſtrum eiusmodi militare habitandi cauſa veniunt alii. Hinc nomen quarundam vrbium,* Caſtrum Inui, Caſtrum Nouum *etc.* *Vid.* CASTELLVM. *Hinc non male ex omni parte* Iſidor. 15, 2 Caſtrum, ait, antiqui dicebant Oppidum loco altiſſimo ſitum: quaſi Caſam altam: cuius pluralis numerus Caſtra, diminutiuum Caſtellum eſt. *Etymologia ſatis abſurda. Non multo melior, quam ſubiungit,* Siue quod caſtrabatur licentia inibi habitantium, ne paſſim vaga hoſti pateret, *i. ne vagantes paſſim* caſtrorum *incolae facile in hoſtium poteſtatem venirent, ipſaue* caſtra *hoſti paterent occupanda.* Id. 9, 2 Caſtra ſunt, vbi miles ſteterit. Dicta autem caſtra quaſi caſta, eo quod illic caſtraretur libido. Nam nunquam iis intererat mulier. *Eadem* Seru. ad Aen. 3, 519. *Illud apparet, notionem quandam continendi, coërcendi, compeſcendi,* caſto ſ. caeſto, ſ. ceſto, et caſto, *i. puro, non minus quam verbo* Caſtigo *ineſſe.*

CASTRA, orum. pl. [στρατόπεδον, παρεμβολή] *Locus eſt, vbi milites tentoria figunt, qui foſſa valloque, quaſi muro, circumdari ſolet. Antiquiſſimis* Caſtra, *feminino interdum genere dicta, ſi fides* Nonio 3, 65 *qui laudat* ex Accio, Caſtra haec veſtra eſt *etc.* *Plurali numero cur potius dicta ſint, ratio reddi poteſt ex* Frontino Strateg. 4, 1, 14 Caſtra antiquitus Romani caeteraeque gentes paſſim per corpora cohortium velut mapalia conſtituere ſoliti erant, cum ſolos vrbium muros noſſet antiquitas *etc.* *De* caſtris ordinandis *et inſtituendis* Veget. 3, 8 *Et ad Polybii ductum Lipſius de Mil. Rom. 5, 1. Quem paſſim emendat et auget Rabodus Herm. Schelius editis* Hygini et Polybii *libellis cum notis ſuis et animaduerſionibus. Nos loqui de caſtris recte, et Romano more, docemus, vbi illud praenotandum, ſollemni metonymia* Caſtra *interdum poni pro militibus, qui ſunt in caſtris.* Cic. Verr. 5, 29 Iſte nouo quodam ex genere imperator, pulcherrimo Syracuſarum loco ſtatiua ſibi caſtra faciebat, *in quibus aliquem diu moraretur.* Idem Philipp. 11, 12 Accedit Saxa neſcio quis, quem nobis Caeſar ex vltima Celtiberia Tribunum pleb. dedit, caſtrorum antea metator, nunc vt ſperat vrbis, *quam diuidat veteranis.* Tacit. Hiſt. 4, 24 Flaccus interim cognito caſtrorum obſidio, et miſſis per Gallias qui auxilia concitent, *etc.* Caſtris pronitus Idem Ann. 1, 57 *eſſe dicitur: falſo.* Apium caſtra *metaph. i. aluei* Pallad. 1, 37, 4. Stabularii Col. 6, 23, 3. Aeſtiua caſtra Suet. Claud. 1. Confuſa tumultu fremunt caſtra Lucan. 7, 127. Domeſtica Iuuen. Sat. 10, 95. *Militem Praetorianum Auguſtorum intelligit.* *Vid.* Praetoriana. Fulgentia ſignis Hor. Carm. 1, 7, 20. Virg. Ecl. 10, 23 Tua cura Lycoris Perque niues alium, perque horrida caſtra ſecuta eſt. Iniqua Hor. Carm. 1, 10, 16. h. e. Inimica. Porphyr. Martia Tibul. 1, 2, 70. Mollia caſtra, *Caſtra Cupidinis vocat* Ouid. de Arte Am. 2, 236. Caeſ. Bell. Gall. 5, 22 Atque iis imperat, vt coactis omnibus copiis, caſtra naualia de improuiſo adoriantur, atque expugnent. *In litore nempe conſtituta ſunt haec caſtra, in quae recipiant ſe claſſiarii. Ea vocat* Nautica Nepos in Alcibiade, 7, 8, 5. Praetoriana caſtra Suet. Claud. 21. *in quibus miles Praetorianus. Nempe Auguſtus* certum numerum *militum* partim in vrbis partim in ſui cuſtodiam adlegit — Neque tamen vnquam plures, quam tres cohortes in vrbe eſſe paſſus eſt, easque ſine caſtris: reliquas in hiberna et aeſtiua circa finitima oppida dimittere adſuerat. *Haec* Sueton. Aug. 49. *Sed eodem teſte* c. 37 Tiberius Romae caſtra conſtituit, quibus Praetorianae cohortes vagae ante id tempus et per hoſpitia diſperſae continerentur. *Factum id conſilio Seiani, de quo* Tac. Ann. 4, 2 Vim praefecturae *(praetorii)* modicam antea, intendit, diſperſas per vrbem cohortes vna in caſtra conducendo *etc.* *Locum deſignat,* vet. Schol. ad Iuuenal. 10, 95 Iuxta aggerem primus poſuit caſtra Seianus, id eſt ſuper Diocletianas, quae dicta ſunt Caſtra Praetoria. *Oſtendunt autem antiquarii* Aggerem Tarquinii *iuxta portam Viminalem. De his agi puto* Frontin. de Aquaed. Art. 80. *De his* Sueton. Claud. 21 Anniuerſarium in caſtris Praetorianis ſine venatione apparatuque *exhibuit. Nempe in memoriam delati ſibi in his caſtris imperii, de quo* Sueton. 10. *Add.* c. 30. Capitolin Max. et Balbin. 10 Et quum edicta Balbinus proponeret, nec audiretur veterani ſe in caſtra praetoria contulerunt cum ipſis Praetorianis, quo populus coepit obſidere *etc.* *Cum in* Actibus Apoſtolicis 21, 34. *et* 3 Caſtrorum *in vrbe Hieroſolymorum mentio fit, Antonia arx intelligenda videtur.* Profuga Claud. de Bell. Get. 398. Proſpera Iuuen. Sat 16, 2. Scelerata caſtra Suet. Claud. 1. Statiua *iam vidimus* Cic Verr. 5, 29. Veget. 3, 8 Caſtris, quae in vnius noctis tranſitum muniuntur, *apponit* Statiua, quae aeſtate vel hieme hoſte vicino, maior cura ac labore firmantur. Surda Sil. 8, 346. *in obſequentes milites* Virg. Aen. 9, 147 Et mecum inuadit Trepidantia caſtra. Idem Aen 9, 13 Rumpe moras omnes, et turbata arripe caſtra, *i. inuade.* Victricia Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 137. Stat. Theb. 10, 388 Nocte Vigilataque caſtra Explorare datus, *i. iuſſus circumire vigilias.* Vrbana caſtra *ab* Vlpiano l. ſi maritus §. 1 ad L. Iul. de adulteriis *dicunt* Praetoriana, *de quibus modo actum eſt.* ¶ 2 *Formulae verborum.* Tacit. Ann. 6, 34 Interim Orodem ſociorum inopem auct auxilio Pharaſmenes vocare ad pugnam et detrectantem inceſſer Adequitare caſtris, infenſare pabula, ac ſaepe modum obſidii ſtati nibus cingebat. Idem Ann. 4, 48 Alii caſtra Romana adpugnarer non ſpe capiendi, ſed vt clamore, telis, ſuo quisque periculo inte tus, honorem alterius praedii non acciperet. *Et* Ann. 2, 13 Tert fernie vigilia adſultatum eſt caſtris ſine coniectu teli. Agere in caſt ſtationem Tacit. Hiſt. 1, 28. Capere caſtris loca Id. Ann. 12, 55. Vi Aen. 7, 159 Caſtrorum in morem pinnis atque aggere cingit. Circumu nire exercitu Salluſt. in Iugurth. 57. Cic. Philipp. 12, 27 c. 11 Cn. Pom peius Sexti filius Conſul me praeſente, quum eſſem tiro in eius exerci tu, cum P. Vettio Scatone duce Marſorum inter bina caſtra collocutus eſt Conferre caſtra caſtris, *vid.* CONFERO. Collata caſtra Sil. 4, 5 Cic. Fam. 9, 20 In Epicuri nos aduerſarii noſtri caſtra coniecimu Conſtituere caſtra Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 56. Hirt. B. Hiſp. c. 27. Co trahere caſtra, *vid.* CONTRAHO. Conuertere caſtra caſtri *vid.* CONVERTO. Tacit. Hiſt. 5, 23 Caſtraque in plano ſita, fluminis differebantur, *h. e. diſſipabantur, diſiiciebantur.* Diſp nere caſtra Liu. de Bell. Pun. Erigere caſtra hiematuris legio bus Tacit. Hiſt. 5, 22. *i. conſtituere, tentoria enim erigi dicunt* Exſtructa Tacit. Ann. 4, 7. Euellere caſtra obſeſſa Sil. 7, 335. *i. libera* Exutus caſtris dux dicitur, *Cuius caſtra direpta ſunt* Sil. 16, 26. Pom *apud* Cic. Att. 8, 12 Nam neque caſtra propter anni tempus et milit animos, Facere poſſum. Id. Fam. 15, 4. Firmare robore caſt Sil. 8, 448. *i. Milite forti et robuſto.* Cic. Fam. 15, 4 His rebus geſtis caſtra in radicibus Amani habuimus apud Aras Alexandri quat duum. Habiti in caſtris et procinctu Tacit. Hiſt. 3, 2. Imp nere caſtra Sil. 5, 451. Inſiſtere caſtris, *pro Eſſe et verſari in* *ſtris* Ouid. Met. 8, 52. Locare caſtra Lucan. 4, 169. Sall. Iug. 106. Metari, *vid.* METOR. Moliri caſtra Tacit. Ann. 11, 2 Mouere Virg. Aen. 3, 519. Curt. 5, 2, 7. Caeſ. B. G. 1, 15. Ci Fam. 3, 6. *extr.* Mouere in hoſtem Sil. 7, 4. Munire, *v* MVNIO. Nudare, *vid.* NVDVS. Obiicere Liu. de Bell. Pun. Opponere Idem ibid. Pellere Ouid. Epiſt. 6, 52. Perrumpe *vid.* PERRVMPO. Cic. Att. 8, 12 Literae mihi a te redditae ſu ad XIII Cal. Mart. in quibus ſcribis, Caeſarem apud Corfinium caſt poſuiſſe. *Conf.* Caeſ. ſub Att. 9, 13. Liu. 27, 18. Caeſ. B. G. 35 Cum vterque vtrique exercitui eſſet in conſpectu, fereque e gione caſtris caſtra poneret. Caſtra ponere *ſimpliciter pro pernoct dixit* Var. R. R. 3, 2, 15. Potiri caſtris Hirt. Bell. Alex. 76. Pr iacet campus caſtra Tacit. Ann. 12, 36. Proferre Caeſ. de B Ciuil. 1, . . . Promouere Idem de Bell. Gall. 1, 48. Refe Liu. 4, 17. *extr.* Relinquere Sil. 7, 408. Reſidere caſtris Id 15, 510. Seducere Ouid. Met. 13, 611. *i. diſcedere, metaph. de aui agmine.* Subire Stat. Theb. 4, 9. Virg. Georg. 3, 313

Nec minus interea barbas, incanaque menta
Cinyphii tondent hirci, ſetasque comantes,
Vſum in caſtrorum, et miſeris velamina nautis.

In vſum caſtrorum dixit, et quia de ciliciis poliuntur loricae, et guntur tabulata turrium, ne iactis facibus ignis poſſit adhaerere. S vius. Vallare caſtra Tacit. Hiſt. 2, 19. Virg. Georg. 4, 108 caſtris audebit vellere ſigna. ¶ 3 *Formulae aliae.* *Quoniam in exercitus itinere ſingulis diebus, vbi conſiſtere deb agmen, caſtra ponebantur, obtinuit, vt dies itinerum caſtris numera tur.* *Sic,* Alteris caſtris peruenit ad oppidum Caſtabalam Curt 7, 5. *i. Altero die.* *Sic* Secundis caſtris Tacit. Hiſt. 3, 15. T tiis caſtris Rigodulum venit Idem Hiſt. 4, 71. Quartis caſtri vrbem venire Curt. 5, 1, 16. *Et hoc ſenſu ſaepe* Curtius, Caeſar, Caſtra *etiam pro Tota re militari* Vellei. 2, 125, 5 Viro neſcias vtili in

n caſtris, an meliore in toga. Et Caeſ. Bell. Gall. 1, 39 Ii, qui nagnum in caſtris vſum habebant milites. Nam quis te maiora gerit aſtriſue foroue Tibull. 41, 39. ¶ 4 *Vti* claſſis *exercitum pedeſtrem interdum ſignificat; ſic* caſtra *poni pro claſſe obſeruat* Seruius *ıd illud* Aen. 3, 519 Nos caſtra mouemus, Tentamusque viam. *Sed hic intelligi poſſunt* caſtra nautica. *Praeceſſit enim* v. 509 Sternimur optatae gremio telluris ad vndam *etc.* *Idem monet* ad Aen. 4, 604 Faces in caſtra tuliſſem, Impleſſemque foros flammis. *Sed hic quoque* caſtra nautica *poſſunt intelligi.* *Eadem ratio eſt* Aen. 5, 669 Sic acer equo turbata petiuit Caſtra. *Neque rem conficit* Sil. 17, 292 Obuiaque aduerſis propellunt agmina caſtris. *Si enim ante hunc verſum lacuna ſt; et deeſſe, vel ante illum vel poſt, aliquid, omnes fatentur: ſi igitur nte illum verſum aliquid deeſt, fruſtra prouocatur ad verſum, qui nunc praecedit,* Sic Venus, et tumidi conſidunt gurgite fluctus. *Quae cum ta ſint, nondum indubie conſtat,* Caſtra *etiam pro claſſe poni poſſe.* ¶ 5 *De ſectis Philoſophorum:* Epicureus es factus: o caſtra praeclara Cic. Fam. 7, 12. Soleo et in aliena caſtra tranſire, non tanquam ransfuga, ſed tanquam explorator Sen. Ep. 2. *Conf.* Id. Ep. 83 *pr.* *Vid.* n. 2 Coniicere ſe in caſtra.

CASTELLVM, i. n. Dimin. [*ἔρυμα, ἐπιτάχισμα, φρέριον, κώμη*] *Paruum caſtrum, vel paruum adeo oppidum munitum vel immunitum, ſignificat.* Κώμη, villa, caſtellum, vicus Vet. Gloſſ. *Sic* Liu. 22, 11 Edictoque propoſito, vt quibus oppida caſtellaque immunita eſſent, in loca tuta commigrarent. *Et* Cic. pro Caccin. 20 Caſtellum Axia *ſemel iterumque nominatur.* Iſid. 15, 2 Vici et caſtella et pagi ii ſunt, qui nulla dignitate ciuitatis ornantur, ſed vulgari hominum conuentu incoluntur, et propter paruitatem ſui maioribus ciuitatibus attribuuntur. ¶ 2 *Frequentius tamen locum munitum et recipiendo militari praeſidio aptum ſignificat.* Φρέριον, φρέρια, caſtellum, caſtella Vet. Gloſſ. Vallo et foſſa circumdedi, ſex caſtellis caſtriſque maximis ſepſi Cic. Fam. 15, 4. *Conf.* Hirt. B. Alex. c. 30. Tac. Agric. c. 16, 1. *inprimis* Veget. 3, 8 *extr.* Inter praecipua conuenit ducem prouidere, ſiue in caſtris, ſiue in ciuitate conſiſtat, vt animalium paſcua, ſubuectio frumenti, — ſecura ab hoſtium reddatur incurſu. Quod aliter non poteſt euenire, niſi per loca idonea, qua noſtrorum ambulat commeatus, praeſidia diſponantur, ſiue illae ciuitates ſint, ſiue caſtella murata. Quod ſi non reperitur antiqua munitio, opportunis locis circumdata maioribus foſſis caſtella firmantur. Nam a caſtris diminuto vocabulo ſunt nuncupata caſtella. Intra quae in agrariis aliquanti pedites equiteſque degentes tutum iter commeantibus praeſtant. *Ponamus et alium locum* veteris anonymi de re bellica in Not. Dignit. Imp. Eſt praeterea inter commoda reip. vtilis limitum cura, ambientium vbique latus Imperii, quorum tutelae melius caſtella proſpicient, ita vt millenis interiecta paſſibus ſtabili muro, firmiſſimis turribus erigantur. *Haec ille.* Eo die caſtra quinque millia paſſuum ab vrbe Eleorum poſuit; poſtero die omnes copias ad propinquum Eleorum caſtellum (Pyrgon vocant) duxit Liu. 27, 34. *Conf.* Caeſ. B. C. 3, 43. Ardua caſtellorum Tacit. Ann. 11, 9. Cic. in Piſon. 11 *metaphorice* Cui templum illud fuit, te Conſule, arx ciuium perditorum, receptaculum veterum Catilinae militum, caſtellum forenſis latrocinii. *Sic* Tribunal Appii caſtellum omnium ſcelerum Liu. 3, 57 *pr.* *Sic* Cic. de Diuin. 2, 37 Vrbem philoſophiae, mihi crede, proditis, quum caſtella defenditis. *Sed redimus ad ſignificationem propriam.* Virg. Aen. 5, 440 Aut montana ſedet circum caſtella ſub armis. Cic. Fam. 2, 9 Caſtella munita improuiſo aduentu capta et incenſa. Turrita Lucan. 6, 40. Tacit. Ann. 6, 43 Adſidendo caſtellum, in quod pecuniam et pellices rtabanus contulerat, dedit ſpatium exuendi pacta. Cic. Fam. 11, 4 Multa caſtella cepi, multa vaſtaui. Communire caſtella Nepos 1, 1. *et* 7, 7, 4. Diſponere iugis Lucan. 6, 40. Euertere Hor. Epiſt. 2, 2, 34. Cic. Att. 1, 16 Philippus omnia caſtella expugnari poſſe dicebat, in quae modo aſellus onuſtus auro poſſet aſcendere. ¶ 3 Caſtella, *etiam ſunt Deriuacula quaedam laxiora, certis ſpatiis emolata, ex quibus aqua per fiſtulas in varia loca diſtribuitur, quae Budaei definitio eſt. Cum frequens illorum mentio ſit apud* Frontinum de aquaed. *Ita finiuntur ab illuſtri Poleno* p. 8. *Vniuerſe dicam fuiſſe* caſtella Aquarum *ad inſtar earum munitionum clauſarum muris, quae* caſtella *dicuntur* — *Haec itaque ex riuo, aut ex ſpecu, aut ex fiſtulis aquam recipiebant, quare ab aliquibus* receptacula *dicta ſunt. Vid.* DIVIDICVLA. Paul. in l. fiſtulam. D. de ſeruit. vrban. praed. Fiſtulam iniunctam parieti communi, quae aut ex caſtello, aut ex caelo aquam capit, non iure haberi Proculus ait. *Add.* l. 1 D. de aqua quot. §. 38 *et ſeqq.* Vitruu. 8, 7 Ductus aquae fiunt generibus tribus, riuis per canales ſtructiles, aut fiſtulis plumbeis, ſeu tubulis ctilibus, quorum hae rationes ſunt. Si canalibus, vt ſtructura fiat quam ſolidiſſima, ſolumque riui libramenta habeat faſtigiata ne minus in centenos pedes ſemipede, eaeque ſtructurae confornicentur, vt minime ſol aquam tangat. quumque venerit ad moenia, efficiatur caſtellum, et caſtello coniunctum ad recipiendum aquam triplex immiſſarium, collocenturque in caſtello tres fiſtulae aequaliter diuiſae intra receptacula coniuncta: vti quum abundauerit, ab extremis in medium receptaculum redundet. *Hunc locum figura Perraultiana etiam illuſtrat Polenus l. c.*

CASTELLĀNVS. [*Φρερ̣ιεὺς*] *Qui caſtellum habitat* Liu. 34, 7 Decem millia popularium cum caſtellanis agreſtibus in armis habuit. *Ex mox* Ilotarum deinde quidam, hi ſunt iam inde antiquitus caſtellani, agreſte genus. *Sunt ergo* Caſtellani *homines in agris habitantes ſeruili conditione: tales quidem* Ilotes *ſiue* Helotes Lacedaemoniorum, *de quibus* ſ. l. *ex* Nep. 4, 3, 6. Id. Liu. 38, 45 Caſtellanos deuios *appellat agreſtes, non ad viam regiam habitantes, ſed aliquantum abditos. Verum* Sall. Iug. c. 92 Caſtellani *ſunt* caſtelli muniti *praeſides milites. Sic* Impp. in l. 2 de fund. limit. lib. 11 C. Quicunque caſtellorum loca quocunque titulo poſſident, cedant, ac deſerant: quia his tantum fas eſt poſſidere caſtellorum territoria, quibus adſcripta ſunt, et de quibus iudicauit antiquitas. Quod ſi vlterius vel priuatae conditionis quiſpiam in his locis, vel non caſtellanus miles fuerit detentator inuentus, capitali ſententia cum publicatione bonorum plectetur. ¶ 2 *Sed* Triumphus caſtellanus, *i. de caſtello capto actus.* Cic. de Clar. Orat. 257 c. 73 Malim mihi L. Craſſi vnam pro M. Curio dictionem, quam caſtellanos triumphos duos. *Paullo ante dixerat*, Qui Ligurum caſtella expugnauerunt, ex quibus multi ſunt, vt ſcitis triumphi.

CASTELLARIVS, i. m. *Qui praeeſt aquaeductuum caſtellis.* Vetus Inſcriptio *apud Grut.* p. 601, 7. CLEMENTI CAESARVM SERVO CASTELLARIO AQVAE CLAVDIAE.

CASTELLĀTIM. Adu. [*κατὰ φρέρια*] *Per caſtella.* Liu. 7, 36 Perpulit Conſulem, vt hoſtes et nocturno pauore attonitos, et circa collem caſtellatim diſſipatos aggrederetur. *Ad rem hortenſem tranſtulit* Plin. 19, 6 ſ. 34 Quidam vlpicum et allium in plano ſeri vetant, caſtellatimque grumulis imponi, diſtantibus inter ſe pedes ternos. Inter grana digiti intereſſe debent *etc.*

CASTELLAMENTVM, i. n. *Edulium, farciminis genus.* Arnob. 2 p. 73. Vt ſpirulas et botulos facerent, iſicia, caſtellamenta, lucanicas, ſuminatam cum his carnem, et glaciali conditione tuceta. *Sic Wower.* ad Minuc. Felic. p. 132 *et Herald.* ad Arnob. *qui interpretantur πυραμίδας, farta pyramidalia, nulla idonea ratione, quam quidem aſſequi poſſim. Itaque praeferendam puto Salmaſianam lectionem* Catillamenta, *vbi vid.*

CASTRAMĒTOR, āri. [*ςρατοπεδεύω, καταυλίζομαι*] *Caſtra locare ſiue ponere.* Liu. 34, 28 Vbi caſtrametantes Romanos, Quinctiumque ipſum cum equitibus atque expeditis, praegreſſum auxiliares tyranni adorti. *Sed melius diſiungitur. Vid.* METOR.

CASTRAMETĀTOR, ōris. m. [*ςρατοπεδευτὴς*] *Laudatur* Vitruu. 8, 5. *et* 10, 7. *Sed neque hic inuenio, neque alias. Vid.* METATOR. *Sic*

CASTRAMETATIO in titulo Hygini *Gromatici non videtur antiqua.*

CASTRENSIS, e. Adi. [*ςρατιωτικὸς*] *Quod ad caſtra pertinet, aut in caſtris peragitur.* Caſtrenſe latrocinium Cic. in Catil. 3, 17. Arma caſtrenſia Propert. 3, 7, 19. Flor. 2, 2, 35 Claſſis prompta, leuis, et quodam genere caſtrenſis, *i. caſtris pedeſtribus ſimilis, aeque expedita et mobilis.* Corona caſtrenſis, Qua donabatur is, qui primus hoſtium caſtra pugnando introiiſſet: cui inſigne erat ex auro vallum Feſt. et Gell. 5, 6. Iuriſdictio caſtrenſis Tacit. Vit. Agric. 9. Suet. Tib. 72 Caſtrenſibus ludis non interfuit ſolum, ſed etiam miſſum in arenam aprum iaculis deſuper petiit. Peculium caſtrenſe, vt definit Macer in l. Caſtrenſe. D. de Caſtr. pecul. eſt quod a parentibus vel cognatis in militia agenti donatum eſt: *vel*, quod ipſe filius familias in militia acquiſiuit: quod niſi militaret, acquiſiturus non fuiſſet. Nam quod erat et ſine militia acquiſiturus, id peculium eius caſtrenſe non eſt. Propert. 4, 3, 33 Noctibus hibernis caſtrenſia penſa laboro. *Verba ſunt Arethuſae, quae veſtes conficiebat et nebat marito ſuo, quibus vteretur in caſtris.* Ratio caſtrenſis, et militaris Cic. pro Cael. 11 c. 5. Seditio caſtrenſis Liu. 4, 50. Rei caſtrenſis peritus Ammian. 20, 1. Plin. Epiſt. 8, 14, 5 Adoleſcentuli ſtatim caſtrenſibus ſtipendiis imbuebantur, vt imperare parendo — adſueſcerent. Triumphus caſtrenſis Liu. 7, 36. *i. reditus honoratus in caſtra, triumpho ſimilis.* Tumultus caſtrenſis Idem 28, 24. Plin. in praef. operis, Namque tu ſolebas meas eſſe aliquid putare nugas, vt obiter emolliam Catullum conterraneum meum. Agnoſcis et hoc caſtrenſe verbum, *i. in caſtris, inter milites conſuetum.*

CASTRENSIANVS, a, um. *Idem. Vt*, Milites caſtrenſiani, qui in limitibus imperii contra barbaros excubabant l. 12. Cod. de re milit.

CASTRICIVS, a, um. *Idem eſſe videtur. Vt*, Comes caſtritius. Ammian. 14, 2 *Vbi idem eſſe ac Militarem putat Valeſius. Proprium nomen occurrit ap.* Suet. Aug. 56. Cic. Att. 12, 18.

CASTV̆LA, ae. f. [*περιζώνιον*] *De hac* Non. 16, 4 *Cum de* calthula *dixiſſet*, Sed caſtulam Varro de Vita Populi Rom. lib. 1 palliolum breve voluit haberi. Caſtula eſt palliolum praecinctui, quod nudae infra papillas praecinguntur, quo mulieres nunc et eo magis vtuntur, poſtquam ſubuculis deſierunt. *Fuerit igitur a* Caeſto, *ſ.* Ceſto, *κεςῷ*, *i. cingulo: Sed vid. etiam* CALTHVLA.

CASTV̆LO, ōnis. f. Liu. 24, 41 Caſtulo vrbs Hiſpaniae valida ac nobilis, *etc. Penultimam corripi, docet* Sil. 3, 99. *et* 391.

CASTVLONENSES. [*Καςουλωνῖται*] Populi Hiſpaniae Baeticae *apud* Plin. 3, 3.

CASTVS, a, um. Adi. [*ἁγνὸς, καθαρὸς* Vet. Gloſſ. *σώφρων*] Dicitur Sine libidinis et turpitudinis nota, vt ait Nonius 4, 87. *Sed multo latius patet, et puritatem atque ſanctitatem omnem, abſtinentiamque ab his, quibus vel mens vel corpus polluitur, comprehendit. De ſanctitate et religione* Cic. pro Roſc. Com. 21 c. 7 Conſidera Piſo, quis, quem fraudaſſe dicatur. Roſcius Fannium? quid eſt hoc? Probus improbum, pudens impudentem, periurum caſtus, callidum imperitus, liberalis auidum? *Sed ad pudicitiam pertinet illud*, Caſta eſt, quam nemo rogauit Ouid. Am. 1, 8, 43. Caſtus a rebus veneriis ſit, neue temulentus Columel. 9, 14, 3. Caſtus moribus, integer pudore Martial. 6, 28. Plaut. Poen. 5, 4, 13 Eo ſumus, gnatae, genere, vt deceat a culpa eſſe nos caſtas. Parum caſtus Hor. Carm. 1, 12, 59. Cic. Philipp. 3, 15 Quis hoc Adoleſcente caſtior. Aduerſarius caſtus et integer Auct. *ad* Heren. 2, . . Aeneas caſtus, *i. ſanctus Dis carus* Hor. Carm. Saec. 42. Agmen Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 322. *de beatis animabus in Elyſio.* Amnis bibendus caſtior Stat. Silu. 4, 7, 12. *i. ſanctus fons Muſarum.* Ouid. Faſt. 4, 224 Attis Turrigeram caſto vinxit Amore Deam. Cic. de Diuin. 1, 121 Caſtus animus puruſque vigilantis, et ad aſtrorum, et ad auium, reliquorumque ſignorum, et ad extorum veritatem eſt paratior. Stat. Silu. 5, 1, 41 Quod diligis vmbram, Et colis exequias, hic eſt caſtiſſimus ardor. Aures caſtas *vocat* Claud. in pr. Conſ. Stilich. 2, 303 *quae obſcoenis ſermonibus offenduntur.* Cic. pro C. Rab. 11 Qui caſtam concionem, ſanctum campum, inuiolatum corpus omnium ciuium Romanorum, integrum ius libertatis defendo ſeruari oportere? *Hic ad ſanctitatem et ἀσυλίαν ſ. inuiolabilitatem reſpicitur.* Coniux Sen. Octau. 226. Corpus Auct. ad Heren. 4, 24. Cruor Ouid. Met. 12, 30. *i. virgineus, de Iphigenia.* Cubile Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 163. Cic. pro Cael. 9 Nemo hunc M. Caelium in illo aetatis flore vidit, niſi aut cum patre, aut mecum, aut in M. Craſſi caſtiſſima Domo, quum artibus honeſtiſſimis erudiretur. Domus caſta ſeruat pudicitiam Virg. Georg. 2, 524. Cic. de Legib. 2, 45 Tum ebur ex inanimo corpore extructum, haud ſatis caſtum donum deo, *i. ſanctum, puritati naturae diuinae non ſatis conueniens.* Ferrum, *quo ſe interfecit Lucretia* Claud. in Eutrop. 1, 446. Ouid. Amor. 3, 13, 3 Caſta ſacerdotes Iunoni feſta parabant, *i. ſancta.* Fide caſta torum ſeruare Sen. Herc. fur. 309. Fidem caſtam ſeruare Sil. 13, 285. Flumen Claud. in ſec. Conſ. Stilich. 260. *propter Nymphas quae incolunt.* Cic. de Aruſp. Reſp. 27 Femina autem, quae matronarum caſtiſſima putabatur. Frena caſta (*al.* cauta) iuuentuti dare, *i. Ludos illos iuuenibus concedere, qui bonis moribus et pudicitiae non obſint* Claud. ſec. Conſ. Stilich. 120. Cic. de Inuent. 2, 36 Caſtiſſimum quoque Hominem ad peccandum potuiſſe impellere, *h. e. innocentiſſimum.* Id. Att. 11, 6 Hominem integrum, et caſtum et grauem cognoui, *de Pompeio.* Iura caſta tori legitimi Ouid. Epiſt. 16, 284. Iuuenis Sen. Hippol. 1195. Laurus



Tibull.

Tibull. 3, 4, 23. Lectulus Catul. in Argon. 62, 88. Hor. Carm. 1, 12, 59. Tu parum caſtis inimica mittis Fulmina Lucis, *quorum ſanctitas violata et polluta eſt.* Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 206 Mecum ſomnus erat, caſtique per atria ludi, *Al.* Cauti. Cic. de Aruſp. Reſp. 27 Quo minus caſtiſſimos ludos omni flagitio pollueres, *i. ſanctiſſimos.* Manus Ouid. Epiſt. 20, 10 *Virginis.* Maritae, *Caſtae coniuges* Idem Faſt. 2, 139. Matres Virg. Aen. 8, 665. Matronarum caſtiſſima Cic. de Ar. Reſp. c. 13. Idem pro Font. 22 Hoc veſtrae mentes tam caſtae, tam integrae ſibi ſuſcipient? *i. in ſe, admittent.* Minerua Hor. Carm. 3, 3, 23. Mores Claud. Laud. Seren. 29. Nemus caſtum Tacit. de Mor. Germ. 40, *i. ſanctum.* Virg. Aen. 3, 409 Hac caſti maneant in relligione Nepotes. Pectus Sen. Hippol. 130. Populus frugi, caſtus verecundusque Hor. Art. Poët. 206. Preces Claud. de Nupt. Hon. et Mar. 22. Cic. de Inuent. 2, 114 Praemia virtutis et officii ſancta et caſta eſſe oportere. Pudor Ouid. de Arte Am. 1, 100. Puellae Idem Met. 2, 711. Virg. Aen. 6, 661 Quique Sacerdotes caſti, dum vita manebat. Sacris caſtis accedere Stat. Achil. 1, 370. Signa *i. Signa caſtitatis* Ouid. Met. 7, 725. Taedis caſtis adolere altaria Virg. Aen. 7, 71. Tempora ſacerdotum Ouid. Faſt. 2, 26. Torus Claud. in pr. Conſ. Stilich. 33. Turtur, Auctor carminis de Philomela. Venus non caſta Sen. Hippol. 237. Verbenis caſtis vincta ara Hor. Carm. 4, 11, 6. Ouid. ex Pont. 1, 1, 8 Ite, patet caſtis verſibus ille locus. Cic. pro Roſc. Com. 17 c. 6 Vt ignis in aquam coniectus continuo reſtinguitur et refrigeratur; ſic referens falſum crimen in puriſſimam et caſtiſſimam vitam collatum ſtatim concidit et extinguitur? Vultus Ouid. Met. 4, 798. Si quidquam animo tuo cupiſti, Quod Caſtum expeteres et integellum Catull. 16, 4. Cic. Tuſc. 1, 72 c. 30 Qui autem ſe integros caſtosque ſeruauiſſent, quibusque, *etc.* Idem pro Roſc. Com. 21 c. 7 Roſcius Fannium *fraudauit.* Quid eſt hoc? Probus improbum, pudens impudentem, periurum caſtus. Caſti, *qui fidem ſeruant* Sil. 1, 481 Caſta placent ſuperis Tib. 2, 1, 13. *Finiamus obſeruatis reliquis* Non. 4, 87 Varro, Ergo tum ſacrae, religioſae, caſtaeque fuerunt res omnes. Caſtum, a furtis et rapinis abſtinens, Varro, Nec manus viſco tenaci tinxerat viri caſta. Caſtus, Suauis, iucundus. Varro Parmenone, Demittis acres pectore luctus, cantu, caſtaque Poëſi.

CASTVM, i. n. *vel* CASTVS, ûs. m. *Dicebatur ille Ritus, quo in ſacris Iſidis, Cereris, Matris Deûm a certis cibis et Veneris vſu ſe abſtinebant.* Varro *apud* Nonium 3, 45 Et religiones et caſtus id poſſunt, vt ex periculo eripiant nos. Graecus caſtus *Idem apud* Nonium 3, 45 *vbi quoque* Naeuii *verſus* Res diuas edicit, praedicit caſtus. Multiplices caſtus et caerimoniae Gell. 10, 15. Eſſe in Caſto Cereris, *i. Cereri operari.* Feſt. *in verbo* Minuitur. Tertull. adu. Pſych. ſ. de Ieiun. c. 16. *ſub fin.* Sed bene quod in noſtris xerophagiis blaſphemias ingeris, caſto Iſidis et Cybeles eas adaequas. *Add. Scal. Coniectan. ad Varron.* p. 148. *Theod. Canter. Var. Lect.* 2, 21.

CASTITVDO, ĭnis. f. [ἁγνότης] *Idem quod Caſtitas.* Accius, Ibi fas, ibi cunctam antiquam caſtitudinem Nonius 2, 124.

CASTĬTAS, ātis. f. [ἁγνότης, σωφροσύνη] *Et pudicitia eſt, et religioſa munditia, et puritas.* Cic. de Legib. 2, 29 c. 12 Veſtae colendae virgines praeſint, vt — ſentiant mulieres, in natura feminarum omnem caſtitatem peti. Peti *Lambinus, quod certe intelligitur melius, quam* pati *Gruterianum.* Metuens alterius viri certo foedere caſtitas Hor. Carm. 3, 24, 22. ¶ 2 *Pro Dea Pallade.* Arbori huic *(oliuae)* praeſulem eſſe Caſtitatem Pallad. 1, 6, 14. *i. Mineruam.*

CASTIMONIA, ae. f. [ἁγνότης] *Caſtus, religioſa puritas. v. g.* Cic. Verr. 4, 102 c. 45 Per ſummam caſtimoniam virorum atque mulierum fiunt ſacra. Caſte iubet lex adire ad Deos, animo videlicet, in quo ſunt omnia; nec tollit caſtimoniam corporis Cic. de Leg. 2 c. 10. Apul. Met. 9 p. 215 Ridicule Sacerdotum puriſſimam laudantes caſtimoniam. *De deprebenſa impuritate Sacerdotum Cybeles. Nempe ad religiones etiam pertinet illa a Venereis rebus abſtinentia.* Liu. 39, 9 Decem dierum caſtimonia opus eſſe. *Vid. locus integer. Sed etiam ad cibos, v. g.* Plin. 31, 8 ſ. 44 *de Garo,* Aliud vero caſtimoniarum ſuperſtitioni etiam ſacrisque Iudaeis dicatum: quod fit e piſcibus ſquama carentibus. *Sic* Inanimae caſtimoniae iugum ſubeo Apul. Met. 11 p. 272, 29 *Pythagoricam ſignat ab animatis abſtinentiam.* Id. 11 p. 260, 6 Quodſi ſedulis obſequiis, et religioſis miniſteriis, et tenacibus caſtimoniis numen noſtrum promerueris. *Vid.* CASTIMONIALIS.

CASTIMONIVM, i. n. *Idem.* Vet. Gloſſ. Caſtimonium, ἁγνεία. Item ἁγνεία, caſtitas, caſtimonium. Apul. Mileſ. 11 p. 272, 29 *quidam* Caſtimonii *legunt. Sed mel.* Caſtimoniae.

CASTIMONIALIS, e. *Vt,* Liquamen caſtimoniale Pallad. Febr. 25, 12 *Id eſt, quo vti licet eo tempore, cum ob* caſtimoniam, *vel* caſtum, *vino abſtinendum eſt. Qui omiſerunt librarii, forte non intellexere.*

CASTIFĬCVS, a, um. Adi. *Vt,* Sen. Hippol. 168 Expelle facinus mente caſtifica horridum, *i. Quae te caſtam faciat.*

CASTIFICO, āre. *Vt,* Corda noſtra caſtificemus Ambroſ. Serm. 14. *i. Purgemus.* Semetipſum caſtificare Tertull. de Pudic. 19. Caſtificari Auguſtin. Confeſſ. 9, 9.

CASTE. Adu. [ἁγνῶς] *Pudice, ſancte, obſeruatis caerimoniis.* Cic. de Nat. Deor. 1, 3 Haec enim omnia pure atque caſte tribuenda deorum numini ita ſunt. Idem de Fin. 4 c. 23 Nihilo miſeriores eſſe, quam eos, qui, quum caſte et integre viuerent, nondum perfectam illam ſapientiam eſſent conſequuti. Caſte integreque verſatus eſt labor meus in priuatorum periculis Id. pro Lege Manil. 2. Radix caſte pureque collecta, diſcutit ſtrumas Plin. 22, 10. Cibum ac potum vbertim caſteque aſſuiſſe *dicitur* Macrob. Sat. 1, 2. *i. munde.* Adire caſte ad diuos Cic. de Legib. 2, 19 c. 10. Idem pro Domo 134 Certe nihil rite, nihil caſte, nihil more inſtitutoque perfecit. Id. de Clar. Orat. 330 Nos autem, Brute, quoniam poſt Hortenſii clariſſimi oratoris mortem orbae eloquentiae, quaſi tutores relicti ſumus, domi teneamus, *etc.* tueamurque vt adultam virginem caſte, et ab armatorum impetu quantum poſſumus prohibeamus. Cic. de Aruſp. Reſp. 29 c. 12 Quod quum Deiotarus religione ſua caſtiſſime tueretur, *etc.*

CASTIFER, qui portat flagella, vt caſtiget. Vetus Vocab. et Papias. Caſtiferum, qui flagellum portat Gloſſ. Iſid. *An igitur* Caſtum *dixere pro* Ceſto. Ceſtum *quidem et* Caeſtum *eſſe lorum, oſtendimus. Doricum eſſe* κατὸν *pro* κεστὸν, *iam obſeruatum Voſſio, quem ſequimur in etymo verbi* CASTIGO.

CASVLA, *vid.* CASA.

CASVRVS, CASVS, *vid.* CADO.

CATABATHMVS, i. m. [Καταβαθμὸς] *Deſcenſum, decliuitatemque ſignificat. Speciatim ita vocatur* Finis Cyrenaicus, Oppidum e vallis repente conuexa *vt ait* Plin. 5, 5. *extr.* Salluſt. in Iugurtha 17, Africa fines habet ab Occidente, fretum noſtri maris, et Oceani: ab ortu ſolis decliuem latitudinem, quem locum Catabathmon incolae appellant. *Et c.* 19 Igitur ad Catabathmon, qui locus Aegyptum ab Africa diuidit, ſecundo mari prima Cyrene eſt, Colonia Thereon, ac deinceps duae Syrtes, *etc.*

CATABOLVM, *vel* CATABVLVM i. n. *Stabulum, in quo ferae, vel ad manſuetudinem, vel ad crudelitatem in beſtiarios, erudiebantur, in actis martyrum apud Cangium occurrit.* Papias, Catabulum clauſura animalium, vbi deſuper aliquid iacitur. *Deriuat ergo a* καταβάλλειν *Sed Petrus Damiani* Epiſt. 12, 18 p. 238. *et* 5, 1 p. 389 Captabulum *habet quaſi a capiendo vel captando diceretur. Sed ad iumenta quoque pertinere oſtendit nomen, quod ſtatim ſubiungimus, videturque nihil commodius quam a* καταβάλλειν *deducere, quatenus* imponere, onerare *ſignificat.*

CATABVLENSIS, is. m. *Qui oneraria et catabolaria iumenta ducebant et curabant* Caſſiodor. Epiſt. 3, 10 Marmora, quae de domo Pinciana conſtat eſſe depoſita, ad Rauennatem vrbem per Catabolenſes veſtra ordinatione dirigantur. Idem Epiſt. 4, 47 Quinquaginta ſolidorum mulctam iam non veredarius, ſed catabolenſis incurrat. *Horum collegium ſ. corpus in vrbe fuit, ex libertinis hominibus conſtans, quod in titulo* C. Theod. de piſtoribus et Catabulenſibus *cum* piſtoribus *coniungitur. Vid. Cuiac. Obſ.* 16, 5. *et Gothofr. ad* C. Theod. tit. cit. l. 9 *et* 10.

CATABOLĬCVS, a, um. Adi. *Ad verbum, qui deiicere et proſternere ſolet.* Tertull. de Anima 28 Scimus magos elicere explorandis occultis catabolicos et paredros et pythonicos ſpiritus. *Sic legit Salmaſ. ad* Spartian. Adrian. 14 p. 141. *pro vulgato,* licere — per catabolicos *et intelligit eos ſpiritus, qui per arrepticios et energumenos futura praedicebant, quos raptabant, deiiciebant et ſolo affligebant. Habet etiam* Fulgent. Virgiliana Contin. p. 142 *Munck. vbi cum aliis Magicis ſcriptoribus laudatur* Campeſter in Catabolicis, infernalibusque. *Caeterum eadem fere ratione* Catabolicos *ſpiritus explicauerat Turn.* 26, 2 Procatabolicos *apud* Tertullianum *a Gelenio et Fr. Iunio ſubſtitutos quos probat Voſſius in Etymol. euertere videtur* Fulgentius.

CATACECAVMENE, es. f. [Κατακεκαυμένη] *Maeoniae regio, non procul ab Epheſo, arboribus carens, vite excepta, quae generoſiſſimum fert vinum, quod* κατακεκαυμενίτην *appellant. Vid. Strab.* Vitruu. 2, 6 Id autem genus ſpongiae *(pumicis)* non in omnibus locis naſcitur, niſi circum Aetnam, et collibus Myſiae, qui a Graecis κατακεκαυμένοι nominantur. *Hinc ergo*

CATACECAVMENITES, ae. m. *Vinum generoſum, quod dicto modo colles in Myſia producunt.* Poſt haec auctoritas Catacecaumenitae Plin. 14, 7. Vitruu. 8, 3.

CATACHRĒSIS, is. f. [κατάχρησις] Eſt Vſurpatio nominis alieni: vt quum parricidam dicimus, qui occidit fratrem: et piſcinam quae piſces non habet. Haec enim, niſi extrinſecus ſumerent, ſui vocabulum non haberent. *Haec* Donatus. Virg. Aen. 7, 164. Acres tendunt arcus. *Vbi* Seruius, Acres, fortes. et eſt Catachreſis nam acrimonia mentis eſt. Feſtus, Catachreſis, tropus eſt, nos abuſionem dicimus: quum alienis abutimur perinde ac propriis, quia propria deficiunt. Cic. in Orat. 94 c. 27 Ariſtoteles autem tranſlationi haec ipſa ſubiungit, et abuſionem, quam κατάχρησιν vocant: quum Minutum dicimus animum pro Paruo, et abutimur verbis pinquis ſi opus eſt, vel quod delectat, vel quod decet. Quinctil. 6, 34 Eo magis neceſſaria κατάχρησις, quam recte dicimus abuſionem quae non habentibus nomen ſuum accommodat, quod in proximo eſt. Sic *Equum diuina Palladis arte aedificant etc. Eſt ille locus claſſicus.*

CATACLISTVS, a, um. [κατάκλειστος] *Concluſus, vt,* Veſte niuea et cataclista praenitens, *i. In arca repoſita et feſtiuis tantum diebus adhibita* Apul. Met. 11 p. 261, 21 *vbi Elmenhorſtius quidem* Cataclitis *retinet. Sed* Catacliſtis *dedit Pricaeus, quod etiam probat Salmaſ. ad* Tertull. Pall. p. 177. *vbi pluribus e Graecis illuſtrat. Elm.* Cataclitis, *de quo ſtatim. Cangius putat* Catacliſta *eſſe, quibus lapilli aut margaritae intexta incluſaque ſint, Phrygioque adeo opere adornentur, atque obſeruat, recentiori aetate in* Catacylza *eam vocem eſſe corruptam, et* Cataclyzomata *vocari, tum quae apud Ciceronem ſunt* Emblemata, *i. gemmas veſtibus inſertas.* Cataclyza ſ. Catacliſta raſa *ex* Fortunati Vita S. Martini l. 3 *laudat i. pannos gemmis et vnionibus diſtinctos:* Cataclyzica, *quae nos ſtatim damus in* CATACLISTICVS.

CATACLISTICVS, a, um. *Carus, pretioſus.* Fortunat. *ap.* *Salmaſ. l. c.* Quae manus artificis catacliſtica fila rotauit. *Vid.* CATACLISTVS.

CATACLĬTVM, i. n. [κατάκλιτον] Cataclita, *accubita ſiue tricliniares lecti, ſ. tori, quibus accumbitur. Hinc* Tertull. de Pall. 3 *pr.* Veſtis de cataclitis, *i. vno verbo, accubitoria, qua ſternuntur* nem*pe illa* cataclita *ſ.* accubita. *Sic Salmaſius.*

CATACLYSMOS, *ſiue* CATACLYSMVS, i. m. [κατακλυσμὸς] *Dicitur Diluuium, ſiue inundatio.* Varro de R. R. 3, 1, Thebae quae ante cataclyſmon Ogygi conditae dicuntur; eae tamen circiter duo millia annorum et centum ſunt. Et Hygin. Fab. 153 Cataclyſmus, quod nos diluuium vel irrigationem dicimus. *Vid. etiam* Tertull. Apol. 40. *et* Lactant. 2, 10.

CATACLYZVS, *vid.* CATACLISTVS.

CATADRŎMVS, i. m. [κατάδρομος] *Decurſorium ad verbum transferri poteſt, eſtque extentus funis, per quem funambuli incedunt.* Suet. in Ner. 11 Nobiliſſimus eques Romanus elephanto ſuperſedens per catadromum decurrit. *Narrans eandem rem ex Dione Xiphilinus* ἐλέφας, *inquit,* ἀνήχθη εἰς τὴν ἀνωτάτω τοῦ θεάτρου ἀψῖδα· καὶ ἐκεῖθεν ἐπὶ σχοινίων κατέδραμεν *(ab hoc ipſo verbo eſt* Catadromus*)* ἀναβάτην φέρων. *Huc pertinet* Plin. 8, 3 *de elephantis,* Mirum maxime, et aduerſis quidem funibus ſubire, ſed regredi magis vtique pronis. Suet. Galba 6 Elephantos funambulos edidit. Sen. Epiſt. 85 *extr.* Elephantem mimus Aethiops iubet ſubſidere in genua, et ambulare per funem. *Hinc intelligitur, quid rei ſit,* Seruus per catadromum deſcendere ſolitus l. pen. ff. de act. emt. *Nec opus eſt, vt aut* Grus Vitruuii 10, 19 *aduocetur, quem* coruum demolitorem *vocat, aut* Γέρανος, *i. grus* Pollucis 4, 130, *qua vtebantur in ſcena, ad raptum ſubitum repraeſentandum, v. g. Aurorae Memnonis corpus rapientis etc.*

CATADVPA, orum. n. pl. *Nomen loci ad nouiſſimam Nili cataractam, vbi inter occurſantes ſcopulos tanto fragore Nili aquae ruunt, vt nimia ſoni vehementia auditus inſtrumentum vitient.* Cic. in Somn. Sc. 13 c. 5 Hoc ſonitu *(orbium caeleſtium)* oppletae aures hominum obſurduerunt, nec eſt vllus hebetior ſenſus in vobis: ſicut vbi Nilus

illa, quae Catadupa nominantur, praecipitat ex altiſſimis montibus, ea gens, quae illum locum accolit, propter magnitudinem ſonitus ſenſu audiendi caret. Hic vero tantus eſt totius mundi incitatiſſima converſione ſonitus, vt eum aures hominum capere non poſſint, ſicut intueri ſolem aduerſum nequitis, eiusque radiis acies veſtra ſenſusque vincitur. *Hinc*

CATADVPI, orum. m. pl. Plin. 5, 9 ſ. 10 *de Nilo*, Incluſus montibus, nec aliunde torrentior, vectus aquis properantibus ad locum Aethiopum, qui Catadupi vocantur, nouiſſimo catarracte inter occurſantes ſcopulos non fluere immenſo fragore creditur, ſed ruere. *Meminit etiam huius gentis 6, 29 ſ. 35. pr.*

CATAEGIS, ĭdis. f. [καταιγὶς] *Praefractus ventus* Apul. de Mundo p. 62, 26 *Elmenh.* Procelloſus flatus Cataegis dicitur, quem praefractum poſſumus dicere, ventus, qui de ſuperiori parte caeli ſubmiſſus, inferiora repentinis pulſibus quatiat. *Peculiariter* infeſtat Pamphyliam Cataegis *apud* Sen. Quaeſt. Nat. 5, 17. *quem tamen locum corruptum putat Salmaſ. ad Solin. p. 887.*

CATAGELASĬMVS, i. m. [καταγελάσιμος] Deridendus. Plaut. Stich. 4, 2, 50 Nunc Ego nolo e Gelaſimo mihi te Catagelaſimum.

CATAGRĂPHA, orum. n. [κατάγραφα] *Quid ſignificent declarat* Plin. 35, 8 Hic Cimon Cleonaeus catagrapha inuenit, hoc eſt obliquas imagines, et varie formare vultus, reſpicientes, ſuſpicientesue, et deſpicientes. ¶ 2 *Adiect. pictus, coloratus: Vt,* Catull. 23, 7

Remitte pallium mihi meum quod inuolaſti,
Sudariumque ſetabum, catagraphonque Thynon,
Inepte, quae palam ſoles habere tanquam auita.

*Sic Voſſ. qui nec damnat* Catagraphosque Thynos, *et interpretatur pugillares, quorum paginae diuerſis coloribus tinctae.*

CATAGVSA, ae. f. Simulacrum quoddam ex aere a Praxitele effictum, de quo ſic Plin. 34, 8 ſ. 19, 10 Praxiteles quoque marmore felicior: ideo et clarior fuit. Fecit tamen ex aere pulcherrima opera: Proſerpinae raptum, item Catagusam, et Ebrietatem, et Liberum patrem, *etc. Sed quae eſt obſecro iſta* Catagusa? *vtrum quae lunam veneficiis et cantionibus deducit? an potius quae penſa deducit, vnde et κάταγμα? hoc poſterius equidem ad veritatem propenſius crediderim. Turnebus. Harduinus Cererem intelligit, quae Proſerpinam domum reducat.*

CATALECTA, orum. n. pl. [κατάλεκτα] *Vt*, Catalecta Maronis. Auſon. Eidyll. 12 Grammat. v. 5 p. 496. *Quod nomen ait Scaliger ab eo tributum carminibus quibusdam, qui vellet indicare, ea citra controuerſiam Virgilii eſſe, a delectu: cum ſit caſtrenſis vox κατάλογος et καταλέγειν.*

CATALECTICVS, a, um. Adi. [καταληκτικὸς] Catalecticus verſus dicitur, Cui vna ſyllaba deeſt, Seru. in Centimetro p. 1817. *Vt apud* Hor. Carm. 2, 18, 2 Mea renidet in domo lacunar. *Eſt enim ſenarium Iambicum perfectum, vna ſyllaba minus. Vid.* Diomed. 3 p. 501 *qui* Catalectum κατάληκτον *vocat: et* Priſcian. p. 1216.

CATALEPSIS, is. f. [κατάληψις] *Cognitio, perceptio, comprehenſio.* Cic. de Fin. 3, 17 c. 5 Cognitiones autem, vel ſi haec verba aut minus placent, aut minus intelliguntur, καταλήψεις appellemus licet. Cic. Acad. 4, 17 c. 5 Nec definiri neceſſe eſſe, quid eſſet cognitio, aut perceptio, aut, ſi verbum e verbo volumus, comprehenſio, quam κατάληψιν illi vocant, eosque qui perſuadere vellent, eſſe aliquid, quod comprehendi et percipi poſſet, inſcienter facere, dicebant, propterea quod nihil clarius eſſet ἐναργείας, vt Graeci: perſpicuitatem aut euidentiam nos, ſi placet, nominemus. *Originem nominis aperit* ib. 45 c. 47 Zeno, cum extenſis digitis aduerſam manum oſtenderat, *Viſum*, inquiebat, huiusmodi eſt: deinde, cum paullum digitos contraxerat, *Aſſenſus* huiusmodi. Tum cum plane compreſſerat pugnumque fecerat, *Comprehenſionem* illam eſſe dicebat: qua ex ſimilitudine etiam nomen ei rei, quod ante non fuerat, κατάληψιν impoſuit. Cum autem laeuam manum admouerat, et illum pugnum arcte vehementerque compreſſerat, *Scientiam* talem eſſe dicebat, cuius compotem, niſi ſapientem, eſſe neminem. Sed, qui ſapiens ſit, aut fuerit, ne ipſi quidem ſolent dicere.

CATALEPTVM, i. n. *Quid eſſet, declarantem audiamus iterum* Cic. Acad. 1, 40 c. 11 Viſis non omnibus adiungebat fidem, ſed his ſolum, quae propriam quandam haberent declarationem earum rerum, quae viderentur. Id autem viſum quum ipſum per ſe cerneretur, comprehenſibile. Feretis haec? Nos vero, inquit. Quonam enim modo κατάληπτον diceres? ſed quum acceptum iam, et approbatum eſſet, comprehenſionem appellabat, ſimilem iis rebus, quae manu prenderentur, ex quo etiam nomen hoc duxerat.

CATALŎGVS, i. m. [κατάλογος] *Oratio ſiue ſermo alicuius rei ordinem ac diſpoſitionem continens. Quod laudant* Plaut. Mil. 3, 1, 9 *nihil eſt. Pulchre Gronouiana* Si minus cum cura aut cate locus loquendi lectus eſt. *Quidam* Catalogo. *Salmaſ.* cata logon, κατὰ λόγον. *Certiora* Auſon. Perioch. Il. 2. *et* Macrob. Sat. 5, 15. *Vtroque loco enumeratio copiarum in exercitu intelligitur.* Catalogi, [καταλόγοι] dicti ſunt a Romanis, Milites qui militari ſacramento et muneri addicti, in iuniorum tabulis adſcribebantur: quaſi Delectos dicas. Vetus enim conſtitutum erat illos ex corporis habitudine, ſi apti militiae, ſi lato pectore, ſi ceruice erecta, ſi fortes et ſtrenui, quae ſpecies, qualisque vigor, et quod robur virium foret, internoſcere, vt illorum forti fidelique opera Reſpubl. vti poſſet. Ex Alex. Genial. lib. 1 c. 20.

CATAMIDIARE, *vid.* CATOMIDIARE *poſt* CATOMVM.

CATAMĪTVS, i. m. [Γανυμήδης Vet. Gloſſ. πόρνος] *Amaſius.* Cic. Philipp. 2, 77 c. 31 O hominem nequam! quid enim aliud dicam? magis proprie nihil poſſum dicere. Ergo vt te catamitum necopinato quum oſtendiſſes, praeter ſpem mulier aſpiceret idcirco Romam terrore nocturno, Italiam multorum dierum metu perturbaſti? *de Antonio ſubito Fuluiam ſuam inuiſente. Sic* Apul. Met. 1 p. 107, 31 *de Meroë, maga*, Hic eſt, *inquit*, carus Endymion, hic Catamitus meus. ¶ 2 Catamitum, *ait* Feſtus, pro Ganymede dixerunt, qui fuit Iouis concubinus. Plaut. Men. 1, 2, 35 Dic mihi tu nunquam vidiſti tabulam pictam in pariete, Vbi aquila Catamitum raperet, aut vbi Venus Adoneum. Apul. Met. 11 p. 261, 3 *inducit in pompa matris Deûm* Simiam pileo textili crocotisque Phrygiis, catamiti paſtoris ſpecie, aureum geſtantem poculum. Arnob. 4 p. 145 Catamitus rapitur, delicium futurus, et poculorum cuſtos. *Et* 5 p. 172 Mille virgines — eunque illis catamitus puer pudoris ſpoliatus eſt honeſtate. *Hinc* Auſon. Epitaphio 33 Glauciae immatura morte praeuento, Verum aut Perſephonae Cinyreius ibis Adonis: Aut Iouis Elyſii (*Plutonis*) tu catamitus eris. *Add.* Cyprian. Ep. 1, 2. *et* Lactant. 1, 11.

CATAMPO. Genus eſt luſus, *auctore* Feſto, *vbi Scaliger, Puto potius* Catambo *ſcribendum per* b. Καταμβῶ dictum vt ὀπισαμβῶ ἢ εἰς τ᾽ὀπίσω ἀναχώρησις, (*retro factus ingreſſus*) καταμβῶ ἢ εἰς τὸ κάτω καὶ τὸ πρηνές. *Fuerit itaque itio in caput, quod hodie faciunt, qui manibus in caput ambulant.*

CATĂNA, ae. f. *ſ. vt Latini fere malunt* CATINA, CATANE *enim Graecum eſt* [Κατάνη] *Siciliae oppidum* Sil. 14, 197 Tum Catane nimium ardenti vicina Typhoeo. *Hinc*

CATANAEVS, a, um. Adi. *Vt*, Fratres Catanaei, *de quibus, vid.* FRATRES Pii.

CATANENSIS *vel* CATINENSIS, *Idem, vt* Catinenſis Ceres *ibi culta.* Iuuenal. 8, 16 Tenerum attritus Catinenſi pumice lumbum. *Vid.* PVMEX *et obſerua, etiam aliis mollitiei nomine male audiſſe* Catinenſes. Vet. Schol. Iuuenalis l. c. Catina oppidum Siciliae vſque ad probra diſſolutum notatur, vt Bibaculus, Oſce ſenex, Catinaeque puer, Cumana meretrix. Inde Tertull. de pallio 4 Mimographi Lentuli Satiram, Catinenſes, *commemorat, vbi de effeminatis viris agit.*

CATAPHĂGES, ae. m. [καταφαγὴς] *Vorax, heluo, qui bona patria et ſua obligurrit.* Petron. 39 In leone cataphagae naſcuntur. *Vid. Reineſ. et Burm.*

CATAPHRACTVS, a, um. [κατάφρακτος] *Circumquaque munitus.* φράττειν *enim ſepire, munire eſt. Vnde* Cataphracti equites dicuntur, Qui ferro circumquaque muniti ſunt, et equos ſimiliter ita munitos habent, de quibus Salluſtius, Equis paria operimenta erant, quae lintea ferreis laminis in modum plumae adnexuerant, vt ait Seru. *ad illud* Aen. 11, 770 Spumantemque agitabat equum, quem pellis aënis in plumam ſquamis auro conſerta tegebat. Liu. 37, 42 Equitum innumerabilem vim traiici Helleſponto in Europam, partim loricatos, quos cataphractos vocant; partim ſagittis ex equo vtentes. *Et* 37, 40 Tria millia equitum cataphractorum. Salluſt. *apud* Non. 18, 28 Equites cataphracti ferrea omni ſpecie. Siſenna ibid. Cuſtodiae in muro ſtatuantur cataphractorum. Propert. 3, 10, 12 Neue tua Medae laetentur caede ſagittae, Ferreus aurato neu cataphractus equo. *Deſcriptio poëtica* Claudian. in Rufin. 2, 357

— — Coniuncta per artem
Flexilis inductis animatur lamina membris
Horribilis viſu. Credas ſimulacra moueri
Ferrea, cognatoque viros ſpirare metallo.
Par veſtibus equis: ferrata fronte minantur,
Ferratosque leuant ſecuri vulneris armos.

*Audaciora etiam ſunt* in VI Conſ. Hon. 569

Vt chalybem indutos equites, et in aere latentes
Vidit cornipedes; quanam degente, rogabat,
Ferrati venere viri? quae terra metallo
Naſcentes informat equos? Num Lemnius auctor
Indidit hinnitum ferro, ſimulacraque belli
Viua dedit? *Vid.* CLIBANARII.

CATAPHRACTA, ae. [καταφρακτὴ] *Tegmen ferreis vel laminis, vel circulis, vel ſquamis conſertum, quod modo pectus, modo totum hominem et totum equum munit.* Veget. de Re milit. 1, 20 Ab Vrbe condita vſque ad tempus Gratiani et cataphractis et galeis muniebatur pedeſtris exercitus. Sed cum campeſtris exercitatio interueniente negligentia deſidiaque ceſſaret, grauia videri arma coeperunt, quae raro milites induebant. Itaque ab Imperatore poſtulatum, primo cataphractas, deinde caſſides deponere: *etc. Et* Tacit. Hiſt. 1, 79, 5 *de Sarmatis*, Sed tum humido die, et ſoluto gelu, neque conti, neque gladii, quos praelongos vtraque manu regunt, vſui, lapſantibus equis, et cataphractarum pondere, (Id principibus et nobiliſſimo cuique tegmen, ferreis laminis, aut praeduro corio conſertum, vt aduerſus ictus impenetrabile, ita impetu hoſtium prouolutis inhabile ad reſurgendum) ſimul altitudine, et mollitia niuis hauriebantur.

CATAPHRACTARII, orum. m. [κατάφρακτοι] *Cataphracta muniti, ſ. Cataphracti.* Lampridius de Alexandro c. 56 Cataphractarios, quos illi clibanarios vocant, decem millia in bello interemimus. *Add.* Trebell. Poll. in Claud. c. 16.

CATAPIRATES, ae. m. [καταπειράτης] *Latinis dicitur, quae a Graecis καταπειρατηρία vocatur, a pertentandis vadis, perpendiculum videlicet funiculo aptum ad explorandam altitudinem maris.* Iſid. 19, 4 Catapirates (*ſic leg. pro* Cataporates) linea, cum maſſa plumbea, qua maris altitudo tentatur. Lucilius, Hunc catapiratem puer eodem deferat, vncum, Plumbi pauxillum rodus, linique mataxam. *Dedimus autem hos verſiculos, vt emendauit Fr. Douſa ad* Lucil. reliq. p. 5, 11. *Ex* Feſto in Rodus. *Probabilis valde etiam eſt coniectura, qua* Lambinus Plaut. Aul. 4, 1, 12

Quaſi pueris, qui nare diſcunt, ſcirpea induitur ratis,
Qui laborant minus facilius vt nent et moueant manus:
Eodem modo ſeruom ratem eſſe amanti hero, aequom cenſeo,
Vt toleret, ne peſſum abeat, tanquam Catapirates maris.

*Nihil profecto aptius; niſi forte malis cum eodem Lambino*, tanquam Catapirateria. *Poſt* tanquam *lacuna eſt in MSS. et editis.*

CATAPLASMA, atis. n. [κατάπλασμα] Cataplaſma, id eſt ſuperpoſitum medicamentum Scribon. 158. *Ex deſcriptione, quae ſequitur, intelligitur* Malagma eſſe. Plin. 20, 17 Dalion herbarius parturientibus ex aniſo cataplaſma impoſuit cum apio. *Etiam hic* Malagma *deſcribitur.*

CATAPLASMVM, i. n. *Idem.* Lucil. *apud* Non. 4, 210 Ventrem alienum moeſtum fouere ex molito hordeo, vti cataplaſmo. *Repetit* 4, 314.

CATAPLASMO, āre. *Cataplaſmate curare v. g.* Exteriora cataplaſmanda Cael. Aurel. Tard. 2, 3. *Et* Vulg. Interpr. Eſaiae 38, 21 Cataplaſmare ſuper vulnus.

CATAPLECTATIO, onis. f. *rixa.* Io. de Ian. in Cathol.

CATAPLEXIS, is. f. *Obſtupefactio.* Immanis, cataplexis, plenaque honoris Lucret. 4, 1156. *de muliere, homines in admirationem ſui rapiente.* Κατάπληξις, *perculſio, ſtupor ex admiratione.*

CATAPLVS, i. m. [κατάπλους] *Appulſus nauium et aduentus in portu: atque ipſa adeo claſſis.* Vlpian. l. 4 §. 4 D. de offic. proconſ. Ingreſſum etiam hoc eum obſeruare oportet, vt per eam partem prouinciam ingrediatur, per quam ingredi moris eſt: et quas Graecia ἐπιδημίας appellat, ſiue κατάπλουν obſeruare, in quam primum ciuitatem veniat, vel applicet. Magni enim facient prouinciales ſeruari ſibi conſuetudinem iſtam, et huiusmodi praerogatiuas. *Pro claſſe* Martial. 12, 75 Cum tibi Niliacus portet cryſtalla cataplus, *i. claſſis Alexandrina. Sed vid.* CATASTVS. Toto tibi nauigat orbe cataplus Auſon. de cl. vrbibus in Narb. *extr.* Cataplus Puteolanus Cic. pro Rab. Poſth. c. 14.

e. 14. *Add.* Sidon. Ep. 6, 8. *et* 7, 7. Vlpian. l. 1 D. 16 l. 4 §. 5. *Caſaub. ad* Suet. Aug. 98.

CATAPODAS. [κατὰ πόδας] *Iisdem veſtigiis perſequendis, quaſi dicas. Ad pedes eorumque veſtigia.* Iuſtin. de compoſit. digeſt. §. 17 Niſi tantum ſi velit eas in Graecam vocem transformare ſub eodem ordine, eaque conſequentia, ſub qua et voces Romanae poſitae ſunt: hoc quod Graeci κατὰ πόδας dicunt. Cicero autem Ad verbum hoc appellat.

CATAPOTIA, orum. n. pl. [καταπότια] *Sunt quae vulgo dicuntur* Pilulae, *quod ſint veluti exiguae pilae,* ἀπὸ τ8 καταπίνειν, *quod eſt deuorare: quoniam neque eſtur, neque lingitur id genus, ſed deuoratur.* Catapotium, id eſt medicamentum, quod non diluitur, ſed ita, vt eſt, deuoratur Scribon. 87. Catapotia facere Idem 89. 90. 91. *Add.* 155 *ſq.* Plin. 26, 8 Eſt et ſemen in vſu cum melle decoctum ad catapotia, ſoluendae alui gratia. *Frequens illorum mentio apud* Celſum 2, 25. *quod totum agit* de Catapotiis.

CATAPVLTA, ae. f. [καταπέλτης, καταπάλτης] *Genus bellicae machinae, qua iaculum aut ſaxum longius torquebatur.* Hirt. Bell. Afr. 31 Scorpionum, catapultarum, caeterorumque telorum, quae ad defendendum ſolent parari, magnam copiam habebat. Liu. 24, 40 Caſtris direptis, Apolloniatae catapultas, balliſtas, tormentaque alia, quae oppugnandae vrbi comparata erant, ad tuenda moenia, ſi quando ſimilis fortuna veniſſet, Apolloniam deuexere. *Add.* Id. 39, 5. Vitruu. 10, 15. Non quae ſtridentes torquet catapulta molares Sidon. Carm. 22, 123. Catapulta *et* balliſta *non diſtinguuntur a* Caeſare. *Vid.* B. C. 2, 2 *et* 9. Catapulta, *non ſolum Tormentum ſignificat, ſed etiam pro Sagitta et iaculo vſurpatur.* Plaut. Curc. 3, 28 Nam illae ad me catapultae crebrae commeant. *i. Tela.* Capt. 4, 2, 16 Nam meus eſt balliſta pugnus, cubitus Catapulta eſt mihi, Humerus aries.

CATAPVLTARIVS, a, um. *Vt,* Catapultarium pilum [καταπελτικὸς πῖλος] *iaculum quod catapulta emittitur.* Plaut. Curc. 5, 3, 11 Ex te hodie faciam pilum catapultarium.

CATARACTA *vel* CATARRACTA, ae. f. *ſ.* CATARACTES, ae. m. [καταράκτης ſ. καταῤῥάκτης, *Variatur enim etiam hic*] *notat aliquid deorſum ruens, quod diuerſis rebus deinde ob hanc naturam ſuam tributum eſt. Nempe* Cataractae *primum dicti magnorum fluminum ex alto deiectus.* Nili Cataractas *ſic deſcribit* Sen. Quaeſt. Nat. 4, 2 Excipiunt eum Cataractae, nobilis inſigni ſpectaculo locus. Ibi per arduas, exciſaſque pluribus locis rupes Nilus inſurgit, et vires ſuas concitat. Frangitur enim occurrentibus ſaxis, et per anguſta eluctatus, vbicunque vincit aut vincitur fluctuat. — Tandemque eluctatus obſtantia, in vaſtam altitudinem ſubito deſtitutus cadit cum ingenti circumiacentium regionum ſtrepitu *etc.* *Poëtica deſcriptio eſt* Lucan. 10, 317 *vbi Nilum alloquitur,*

Cum lapſus abrupta viarum
Excepere tuos, et praecipites cataractae,
Ac nuſquam vetitis vllas obſiſtere cautes
Indignaris aquis: ſpuma tunc aſtra laceſſis:
Cuncta fremunt vndis, ac multo murmure montis
Spumeus inuitis caneſcit fluctibus amnis.

*Vterque ſcriptor admiſcet deſcriptionem obſtantium ſcopulorum, vt etiam* Solinus *facit, et* Ammian. 22, 15 *qui* Cataractas *ipſos* ſcopulos praeruptos *vocant, cum ipſius proprie fluminis appellatio ſit: quod obſeruaſſe deinde proderit* n. 2. Plin. 5, 9 ſ. 10 *de Nilo,* Poſtremo incluſus montibus, nec aliunde torrentior, vectus aquis properantibus ad locum Aethiopum, qui Catadupi vocantur, nouiſſimo catarracte inter occurſantes ſcopulos non fluere immenſo fragore creditur, ſed ruere. *Et deinde,* Elephantis inſula intra nouiſſimum catarracten. Ibid. c. 24 ſ. 20 *de Euphrate,* Apud Claudiopolim Cappadociae curſum ad occaſum ſolis agit. Primum hunc illi in pugna Taurus aufert, victusque et abſciſſus ſibimet, alio modo vincit, ac fractum expellit in meridiem. Ita naturae illa dimicatio aequatur, hoc eunte quo vult, illo prohibente ire, qua velit. A catarractis *(adhuc deſcriptis)* iterum nauigatur. *Etiam* Vitruu. 8, 2 Ab hisque paludibus ſe circumagens — peruenit per montes ad cataractam, ab eaque ſe praecipitans peruenit inter Elephantida et Syenem. Mela 1, 14 *in* Pamphylia, Deinde alii duo validiſſimi fluuii Oeſtros et Cataractes. Oeſtros nauigari facilis: hic, quia ſe praecipitat, ita dictus. ¶ 2 Cataractas *dixere machinationes illas atque moles, quibus et retinere atque colligere magnam vim aquarum, et emittere, et rurſus excludere licet, quae portarum et valuarum, clauſtrorumque adeo, quodam genere continentur, de quo* Plin. Ep. 10, 69 Expeditum tamen erat cataractis aquae curſum temperare. *Sic* Rutil. 1, 481. *de ſalinis maritimis,* Tum cataractarum clauſtris excluditur aequor. *Ex hoc pariter et primo intellectu deriuatum videtur, quod* Geneſ. 7, 11. *in diluuii deſcriptione* Septuaginta Interpretes *et* Vulgatus Cataractas caeli apertas *eſſe dicunt, ad horribilem vim pluuiarum deſignandam.* ¶ 3 Cataractae dicuntur *Fores pendulae ex ligno ferroue, quae demitti ac tolli pro voluntate cuſtodum poſſunt.* Liu. 27, 28 Porta cataracta deiecta clauſa erat. Eam partim vectibus leuant: partim funibus ſubducunt in tantum altitudinis, vt ſubire recti poſſint. Vixdum ſatis patebat iter, quum perfugae certatim ruunt per portam; et cum ſexcenti ferme intraſſent, remiſſo fune, quo ſuſpenſa erat, cataracta magno ſonitu cecidit. *Hae quidem* Cataractae *ſine dubio inde ſunt nomen conſequutae, quod ex alto, impetu ſummo ruunt.* Veget. de Re Mil. 4, 4 Sed amplius prodeſt, quod inuenit antiquitas, vt ante portam addatur propugnaculum, in cuius ingreſſu ponitur cataracta, quae annulis ferreis ac funibus pendet, vt ſi hoſtes intrauerint, demiſſa eadem exſtinguantur incluſi. ¶ 4 Cataractae, *Aues, quae Diomedeae vocantur.* Plin. 10, 44, 61 Nec Diomedeas praeteribo aues: Iuba catarractas vocat, et eis eſſe dentes, oculosque igneo colore, caetero candidis tradens. *Etiam hae videntur inde nomen ſortitae, quod ex alto, impetu irruant in animalia, quae venantur.*

CATARACTRIA, ae. f. *Aromatis ſeu condimenti genus, ioculariter fictum a coquo* Plauti Pſeud. 3, 2, 47.

CATARRHVS, i. m. [κατάῤῥυς Gloſſ. Cyrill.] *Fluxio, ſiue Deſtillatio.* Marcell. de Medic. c. 5 p. 259, g *H. Steph.* Ad catarrhum ſ. deſtillationem humoris ex capite. — Ad catarrhum reſtringendum.

CATARRHOSVS, a, um. Oct. Horat. 2, 21 Catarrhoſis mederi.

CATARRHY̆TVS, i. m. [κατάῤῥυτος] *Latine Irriguus, a Graeco καταῤῥέω. Vnde* Plin. 5, 4 Hipponem Africae oppidum, Catarrhytum *fuiſſe* vocatum *tradit,* propter aquarum irrigua. *Sed hodie legitur* Diarrhytum. *Et puto, nunquam aliter.*

CATASCĒVE, es. f. [κατασκευὴ] Eſt Confirmatio propoſitae rei Iſidor. 2, 12. Quinct. 2, 4, 18 Opus deſtruendi confirmandique narrationes, quod ἀνασκευὴ et κατασκευὴ vocatur.

CATASCOPIVM, i. n. [κατασκόπιον] *Nauiculae genus exploratoriae, quod circumquaque ſpeculetur: σκοπεῖν enim ſpeculari eſt.* Cic. Att. 5, 11 ἄφρακτα Rhodiorum, et dicrota Mytileneorum habebam, et aliud cataſcopium. *Sed ibi quidem nimis incerta eſt lectio, et coniecturis vagis opportuna. Nauis tamen huius nominis meminit* Gell. 10, 25. *extr.*

CATASCŎPVS, i. m. [κατασκόπος] *Explorator.* Hirt. de Bell. Afr. 26 Literisque celeriter in Siciliam ad Allienum, et Rabirium Poſthumum conſcriptis, et per Cataſcopum miſſis, vt ſine mora; *etc.*

CATASTA, ae. f. *Locus ſ. pegma, vbi ſerui venales oſtendebantur emturis, et venditioni exponebantur: (ſicut* Ergaſtulum, *vbi ſerui operi faciendo includebantur)* a καθίςημι *colloco, conſtituo, expono. Illic enim* conſtituti *tenebantur.* Plin. 35, 18 *pr. de ſeruis literatis,* Talem in cataſta videre (proaui) Chryſogonum Sullae. *Illic ingens erat* [illegible] *praecone, ab emtoribus, ſtrepitus: vnde* Martial. 9, 30 Heu, quae lingua ſilet? non illam mille cataſtae Vincebant, nec quae turba Sera[illegible] pin amat. Martial. 9, 60. *in pauperem emturientem,*

Inſpexit molles pueros, oculisque comedit:
Non hos, quos primae proſtituere caſae;
Sed quos arcanae ſeruant tabulata cataſtae,
Et quos non populus, nec mea turba videt.

Martial. 6, 29 Non de plebe domus, nec auarae verna cataſtae. Tib 2, 6, 42 Regnum ipſe tenet, quem ſaepe coëgit Barbara gypſatos ferre cataſta pedes. Barbara, *vbi* Barbari *proſtant. Sic* Stat. Silu. 2, 1, 7[illegible] Non te Barbaricae verſabat turbo cataſtae. *Nempe* Cataſta *praebet vena[illegible] les verſandos et ex omni parte inſpiciendos, contrectandos.* Martial. 10, 7[illegible] Non de Cappadocis eques Cataſtis. *Sic* Perſ. 6, 77 Ne ſit praeſtan tior alter Cappadocas rigida pingues plauſiſſe cataſta, *i. mangonem eſſe conf. ibid. Caſaub. v.* CATASTVS. ¶ 2 Mendacis deli ramenta cataſtae Rutil. Itin. 1, 393. *de ſuggeſtu in ſynagogis Iudaeorum quod pulchre vidit Burmannus, nec improbabili coniectura huc retuli* mille cataſtas, *quas ex* Martialis 9, 30. *ſupra dedimus, quod ibi, vt alia[illegible] cum Iſiaco cultu ſic coniungerentur Iudaici ritus.* Cataſta *ſic rem expr[illegible] mit apud* Rutilium, *et illius contemtum.* ¶ 3 *Eſt et* Cataſt[illegible] *Machina ad torquendum parata, quae vulgo* Equuleus *dicitur: aut eide[illegible] non diſſimilis.* Emitto vocem de cataſta celſior Prud. Periſt. 14, 46[illegible] *Idem* 6, 33 Fratres tergeminos tremunt cataſtae. *Et* 2, 399. *de* Laure[illegible] tio *in Crate ſua vincto, in qua combuſtus eſt,* Vltro e cataſta iudice[illegible] compellat. *Et* 1, 55 Seu foret praebenda ceruix ad bipennem publ[illegible] cam, Verberum poſt vim crepantum, poſt cataſtas igneas. Cata[illegible] equuleum genus poenae Iſidor. Gloſſ. Cataſta, lectus ferreus Id. C[illegible] prian. Epiſt. 28 Ad pulpitum poſt Cataſtam venire, *poſt confeſſione[illegible] Chriſti in* Cataſta *factam, lectorem eccleſiae fieri.*

CATASTACTICE, es. f. Herba ſcelerata Apul. 8.

CATASTAGMOS, i. m. [καταςαγμὸς] *Deſtillatio, grauedo* Celſ. 4[illegible]

CATASTALTICVS. [καταςαλτικὸς] Veget. Veter. 4, 28[illegible] *Idem, quod* CATASTOLICVS.

CATASTEMA, atis. n. [κατάςημα] *Conſtitutio.* Veget. Vet[illegible] 4, 28, 2 Eiusdem Cataſtematis recurſu, *i. eiusdem conſtitutionis et* [illegible] *ſiturae caeli ac ſiderum.*

CATASTŎLĬCVS, a, um. Adi. [καταςολικὸς] Medicament[illegible] cataſtolicum Veget. 2, 22, 2. *reprimens et coërcens carnem excreſcent[illegible] in vlceribus.*

CATASTRŎPHE, es. f. [καταςροφὴ] Cataſtrophen *cuiusli[illegible] rei Exitum, prouerbiali figura vocamus: quoniam fabula omnis, vt oſt[illegible] dit* Donatus, *in tres partes diſtribuitur,* in protaſin, epitaſin, et ca[illegible] ſtrophen. — Protaſis, eſt primus actus initiumque dramatis — Epitaſis, eſt incrementum proceſſusque turbarum Cataſtrophe conuer[illegible] ſio rerum *etc.* Petron. 54 Ne periculo (*leg.* perridiculae) aliquid ca[illegible] taſtrophae quaereretur.

CATASTVS, i. m. *Seruus de cataſta, vt quidam volunt.* Marti[illegible] 12, 75 Quum tibi Niliacus portet cryſtalla cataſtus, Accipe de ci[illegible] pocula Flaminio. Turn. 30, 26 *vult legi* CATAPLVS. *Philan[illegible] etiam apud* Vitruuium 8, 4, *ſic dedit:* Ideo ſemper tranſmarinos cataſ[illegible] emere formoſos, et puellas maturas, eosque coniungere *etc.* *Sed* [illegible] *ctuat lectio* Catlaſtros *legi volebat Scal. ad* Feſt. *in* Bulimam. *Alii ali[illegible] Itaque nondum ſatis certa eſt nominis huius auctoritas. Quin vehemen[illegible] inuehitur Caſaubonus ad* Perſ. 6, 77 p. 515. *in eos, qui contra liquidi[illegible] mam veritatem* Cataſtos *apud* Vitruuium *comminiſcantur.*

CATATECHNOS, i. m. [κατάτεχνος] *Vt,* Callimachus p[illegible] pter elegantiam et ſubtilitatem artis marmoreae catatechnos nomi[illegible] tus Vitruu. 4, 1. *Sed apud* Plin. 34, 8 *vocatur* κακιζότεχνος. *Harc[illegible] nus* ſ. 19, 34. *apud Vitruuium legit (ex coniectura forte non ſatis* [illegible] *quidem felici)* Cacatechnos; *et ait in MS. Plinii eſſe* κακοτηξίτεχ[illegible] *Philander ad Vitruu. l. c. ſe reperiſſe ait, dictum* θηξίτεχνον. *Illud c[illegible] ſtat, quidquid ſit nominis, apud Vitruuium laudis tantum mention[illegible] fieri; apud Plinium corruptae per nimiam diligentiam artis poſtul[illegible] Callimachum.*

CATATŎNVS, a, um. [κατάτονος] *Deorſum tendens. Vt,* [illegible] nus altum capitulum, quod catatonum dicunt Vitr. 10, 15. *in catapu[illegible]*

CATAX, acis. *A veteribus dictus eſt, teſte* Feſto, *qui hodie* Cl[illegible] dus. Non. 1, 100 Catax dicitur, quem nunc Coxonem vocant. Lu[illegible] Sat. 2 Hoſtilibus contra Peſtem, perniciemque catax quam et M[illegible] lius nobis. Iſidor. Gloſſ. Catax, claudus, coxus.

CATAXA, *vid.* METAXA.

CATECHĒSIS, is. f. [κατήχησις] *Inſtructio, Inſtitutio, a v[illegible] bo* κατηχέω, *quod eſt ſono ſ. voce viua erudio, inſtruo. Nempe olim* [illegible] *baptiſmatis eſſent candidati, iis tradebantur fidei Chriſtianae myſteria viua voce, citraque ſcripta, vt gentilium quaque myſteria voce, non ſ[illegible] pto, tradere moris fuit. Sed non diu id ſeruatum,* Cyrilli Catecheſes [illegible] *tis docent.* Hier. Epiſt. *ad* Pammach. 61, 4 Docere in catecheſi[illegible] Idem de ſcriptor. Eccl. 38 *de* Clemente Alexandrino, κατηχήσεων [illegible] giſter fuit. *Poteſt fieri, vt in verbo hoc etiam ad altiorem docentis cum reſpexerint. Vid. locus Vitruuii, quem damus in* DESONO.

CATECHISMVS, i. m. *Libellus, fundamenta religionis breu[illegible] docens.* Auguſtin. Tom. 4. p. 67 *etc.*

CATECHISO, *vel* CATECHIZO, are. [κατηχίζειν] *Eſt* [illegible] *mis fundamentis fidei chriſtianae erudire. Vt,* Centurionem Petrus [illegible] techizat Tertull. de Idolol. 10 Quaere an idololatriam committat, [illegible] de idolis catechizat. Idem de Coron. 11. Interpr. Irenaei 3, 41 [illegible] tes catechiſabat Apoſtolus. *Cum Datiuo:* Aut illi catechizat Tert[illegible] adu. Marc. 4, 29. De catechizandis rudibus Auguſtinus Retract. 2 [illegible] *librum a ſe editum memorat.*

CATECHVMĔNVS. [κατηχούμενος] *Qui adhuc imbuitur* [illegible] *mentis religionis, nondum ad ſacra ſpectanda introductus: cui myſ[illegible] fidei viuae vocis, miniſterio concredebantur.* Catechumeni ſunt [illegible]

candi

candidati Hieron. Epiſt. 83 *ad* Occan. c. 2. *Add.* ib. c. 4. Iſidor. 7, 14 Catechumenus dictus pro eo quod *(ſ. qui)* adhuc doctrinam fidei audit, nec dum tamen baptiſmum percepit. Tertull. de Coron. 2 Omnes ita obſeruant, a Catechumenis, vsque ad confeſſores et martyras.

CATECHVMENA, ae. f. *Vt*, Virgo ſanctiſſima licet catechumena Ambroſ. Epiſt. 34. *Et* Auguſtin. Epiſt. 169 Eccleſiae quidam colonus filiam ſuam, quae apud nos fuerat catechumena, *etc.*

CĂTECHVNTES. [κατηχᾶντες] *Deſonantes.* Vitruu. 5, 8 Sunt Loci, qui naturaliter impediunt motus vocis, vti deſonantes, qui Graece dicuntur κατηχᾶντες, *fruſtra autem videntur eſſe, qui hic vel difficultatem quaerunt, vel* κατέχοντες *i. retinentes, legi volunt.* Κατηχᾶν *eſt perſonare, reſonare, ſonum dare vel reddere, hoc loco autem ſpeciatim ex alto repulſum deiicere. Hoc ipſe indicat auctor, cum ſubiicit*, Deſonantes *(Sic legere ipſa nos ratio iubet pro* Diſſonantes) ſunt, in quibus vox prima, cum elata eſt in altitudinem, offenſa ſuperioribus ſolidis corporibus, repulſaque reſiliens in imum, opprimit ſequentis vocis elationem. *Vid.* DESONO.

CATEGORIA, ae. f. [κατηγορία] *Accuſatio, reprehenſio.* Macrob. Saturn. 7, 3 Categoria ψόγος eſt. *Eſt autem* ψόγος *reprehenſio.* ¶ 2 *Ariſtotelis* Categoriae, *ſunt claſſes verborum, quae vulgo* Praedicamenta *vocantur*, *Subſtantia*, *Quantitas*, *Qualitas* etc. Decem Praedicationes *vocat* Mart. Cap. 4 p. 114. *Si quis rerum potius claſſes dicere voluerit, non vehementer pugnauerim. Vid.* Sidon. Epiſt. 4, 1.

CATEGOREMĂTA, um. n. pl. [κατηγορήματα] *Attributa.* Cic. Tuſc. 4, 21 c. 9 Diſtinguunt illud etiam, vt libido ſit earum rerum, quae dicuntur de quodam aut de quibusdam, quae κατηγορήματα Dialectici appellant: vt habere diuitias, capere honores: Indigentia rerum ipſarum eſt, vt honorum, vt pecuniae.

CATEGORĬCVS, a, um. [κατηγορικὸς] *Affirmatiuus, Praedicatiuus.* Sidon. Epiſt. 9, 9 Spiris categoricis lubrices quaeſtiones tu potius innodas. Spirae categoricae *ſunt argumenta e Categoriarum doctrinis deſumta.* Apuleii de habitudine doctrinarum Platonis liber tertius *inſcribitur* περὶ ἑρμηνείας, ſiue de Syllogiſmo Categorico: *in cuius principio* Praedicatiuas concluſiones *pro* Categoricis *vocat auctor.*

CATEIA, ae. f. *Genus teli, quo vtebantur Teutones et Galli.* Virg. Aen. 7, 741 Teutonico ritu ſoliti torquere cateias. Seruius, Cateiam quidam aſſerunt genus teli eſſe tale, quale aclides ſunt, ex materia quam maxime lenta, cubitus longitudine, tota fere clauis ferreis illigata, quam in hoſtem iaculantes lineis *(i. funiculis)* quibus eam adnexuerant, reciprocam faciebant. Cateiae autem lingua Teutiſca haſtae dicuntur. Sil. 3, 277 Pandam *vocat, i. curuam.* Meminit Gell. 10, 25. *it.* Val. Flacc. 6, 83. *Conf.* Iſidorus 18, 7. *it.* Papias *quos laudat et emendat Lipſ. Poliorc.* 4, 4.

CATELLA, Dimin. a Catena. *Vid.* CATENA.

CATELLVS, *vid.* CATVLVS.

CĂTĒNA, *ſ.* CATHENA, ae. f. [σειρὰ, ἅλυσις] *Vinculum ex annulis ferreis, quo ſeruos, captiuos, animalia vincimus, ne effugiant.* Virg. Aen. 6, 558 Tum ſtridor ferri, tractaeque catenae. Paterc. 2, 120, 6 Quum in captiuos ſaeuiretur a Germanis, — Caldus Caelius — complexus catenarum quibus vinctus erat ſeriem, ita illas illiſit capiti ſuo, vt protinus pariter ſanguinis cerebrique influuio exſpiraret. Arcta ſeruari catena Sil. 7, . . Auratae Idem 17, . . Ferratae Claud. in prim. Conſ. Stil. 2, 174. Graciles ex aere Ouid. Met. 4, 176. Graues Idem Met. 15, 601. Multiſonae catenae Stat. Theb. 8, 25. Singulariae catenae, *apud* Plautum Capt. 1, 2, 3. *opponuntur maioribus. Forte ſunt quibus ſinguli vinciuntur, manu ad pedem alligata, cum alias plures alligentur vni.* Teretes Lucan. 3, 565. *quibus naues in praelio velut alligantur.* Cic. pro Muraen. 42 Quid tua ſors? triſtis, atrox, quaeſtio peculatus, ex altera parte lacrymarum et ſqualoris, ex altera plena catenarum atque indicum, *forte* vinculûm. Compeſcere catena aliquem Hor. Epiſt. 1, 2, 63. Cic. pro Sext. 16 c. 7 Hanc tetram immanemque belluam vinctam auſpiciis, alligatam more maiorum, conſtrictam legum ſacratarum catenis, ſoluit ſubito legum Conſul, *etc.* Ariſtobulo catenas dedit Flor. 3, 5, 30. *i. iniecit.* Domitus ſera catena Cantaber Hor. Carm. 3, 8, 22. Idem Sat. 1, 5, 65 Donaſſet iam ne catenam Ex voto laribus? *interrogatur, cui ſeruitus ſuper demum excuſſa obiicitur. Vt enim naufragi veſtem, Sic* catenam, *ſeruitutis, quam ſeruierant, monumentum, Diis ſuſpendebant.* Excuſſae Sen. Thyeſt. 669. Indere captiuis, *vid.* INDO. Iniicere alicui Liu. 1, 51. Cic. Verr. 5, 105 c. 41 Iſte hominibus miſeris innocentibusque iniici catenas imperat. *Add.* Liu. 30, 10. Innectere catenas alicui Sil. 11, 241. Inſertare colla vel manus catenis Stat. Theb. 2, 460. Intrare catenas Sil. 11, 250. Iungi inabrupta catena Stat. Silu. 5, 1, 44. Laxare catenas, *Diſſoluere* Lucan. 4, 451. Mereri Ouid. Amor. 1, 7, 1. Nectere alicui Hor. Carm. 1, 29, 5. *i. parare, de eo, qui bellum et expeditionem parat.* Nexae per colla Ouid. Amor. 1, 2, 41. Onerare catenis Tacit. Ann. 2, 3. Perferre Sil. 17, . . Praebere colla catenis Id. 7, 32. Quaſſare vaſtas Sen. Herc. fur. 816. Religari Ouid. Faſt. 1, 701. Andromedae reſonant catenae Propert. 3, 21, 28. Rumpere catenas Ouid. Amor. 3, 11, 3. Ruptae Hor. Serm. 2, 7, 71. Auctor ad Heren. 4, 51 Quod ſi iſtum Iudices, veſtris ſententiis liberaueritis, ſtatim, ſicut e cauea leo miſſus, aut aliqua taeterrima bellua ſoluta ex catenis, volitabit. Teneri valida Tibul. 1, 5, 15. Tractaeque catenae Virg. 6, 558. *de ſono horribili inferorum.* Vincire aliquem Ouid. Met. 15, 601. ¶ 2 *Metaph.* Catena, *pro Chorea catenatim conſerta.* Lucret. 2, 631 Inter ſe forte catenas Ludunt, in numerumque exſultant ſanguine fleti. *Sic optimi quique pro* Cateruae. Catenas ludere *eſt* reſtim ducere. ¶ 3 Catena *fuit etiam Ornamentum muliebre* Plin. 33, 3 ſ. 12 Diſcurrant catenae circa latera, et inſerta Margaritarum pondere collo dominarum auro pendeant. *Vid.* CATENVLA. ¶ 4 *Dicuntur et* Catenae, *lignea vincula, quibus aſſeres trabibus contignationis tectoue affiguntur. Sic Baldus explicat* Vitruu. 7, 3 Hique aſſeres cum ad formam circinationis fuerint diſtributi, catenis diſpoſitis ad contignationes, ſeu tecta erunt, crebriter clauis ferreis fixi religentur. *Sic videtur acceptiſſe iam* Cato de R. R. 18, 9 Orbem olearium latum pedibus IIII Punicanis coagmentis facito — In eum orbem his catenas indito. Eas catenas cum orbibus (*vid. leg.* orbi ſ. orbe) clauis ferreis corrigito. *Vitruuii l. c. ante oculos habuiſſe videtur* Pallad. 1, 13, 1 Aſſeres — catenis ligneis ex iunipero, aut oliua, aut buxo, aut cupreſſo factis ad contignationem ſuſpendemus. Idem Nou. 15, 2 Vlmus et fraxinus ſi ſiccentur, rigeſcunt, ante curuabiles, catenis vtiles habentur. *Sunt ergo* Catenae *regulae tranſuerſae clauis alligatae, quae continent ligna alia.*

CATENVLA, ae. [ἁλυσείδιον Onomaſt. Vet.] ſiue etiam CATELLA, ae. f. Cato R. R. 135, 1 Ferramenta *enumerat*, falces, palas, — catellas. *Praecipue inter ornamenta muliebria numeratur.* Hor. Epiſt. 1, 17, 55 Nota refert meretricis acumina, ſaepe catellam, Saepe periſcelidem raptam ſibi flentis, *etc. Erat etiam Virile ornamentum, virtutis praemium.* Liu. 39, 31 Quintius ſuos equites catellis ac fibulis ornauit.

CATĒNO, āre. [ἁλυσιδῶ] *Catenis vincire.* Fortunat. 8, 4, 268 Bractea gemmatam cycladem fila catenant. *Et* Onomaſt. Vet. Cateno, πεδέω. *Hinc*

CATENATVS, a, um. [ἁλυσίδοτος, ἁλυσιδωτὸς] *Catena vinctus, vel in modum catenae factus. Vt*, Ianitor catenatus, *Portae alligatus ſeruus* Columel. praef. 10. *Conf.* Ouid. Am. 1, 6, 1 Ianitor, (indignum) dura religate catena. Britannus Hor. Epod. 7, 8. Cultores Flor. 3, 19, 3. *mancipia vincta agrum colentia.* Hamus catenatus Plin. 9, 15. *cui annexa catena eſt, vt fixus hamo piſcis catenae ope poſſit extrahi.* Martial. 1, 16 Expectant curaeque, catenatique labores. *h. e. ſeſe mutuo et viciſſim ſubſequentes, quaſi vero catenae eiusdem annuli eſſent.* Martial. 7, 60 Nulla catenatis praecincta eſt pila lagenis, *venalibus, e linea pendentibus.* Quinctil. 1, 1, 37 Verſus catenati ex pluribus et aſperrime coëuntibus inter ſe ſyllabis.

CATENATIO, ōnis. f. [ἁλυσίδωσις] *Pro Coniunctione et arctatione ſtricta trabium, vel aliorum lignorum inter ſe.* Vitruu. 2, 9 Et in commiſſuris, et in coagmentationibus ab lentitudine firmas recipiunt catenationes. *Add.* Id. 10, 1.

CATENARIVS, a, um. Adi. [ἁλύσειος] *Vt*, Canis catenarius, *Qui ad fores domus alligatur cuſtodiae cauſa.* Senec. de Ira 3, 37 Iraſceris catenario cani? et hic, quum multum latrauit, obiecto cibo manſueſcit. Recede longius, et ride. Petron. 29 Ad ſiniſtram intrantibus, non longe ab oſtiarii cella canis ingens catena vinctus in pariete erat pictus, ſuperque ſcriptum caue, caue canem! Sueton. Vitell. 16 Confugit in cellulam ianitoris, religato pro foribus cane.

CATENOPLION, i. n. [κατενόπλιον] *Species fuit Rhythmi carminisque, ad quod ſaltabant veteres arma quatientes. Suidas.* Auſon. Epiſt. 10, 41 Nobiſcum inuenies catenoplia ſi libet vti. *Sed locus nondum aut emendatus ſatis eſt, aut explicatus. Neque enim ſatisfatit* Catenopia ſ. κατενώπια, *quod coniecit Scaliger.*

CĂTERVA, ae. f. [στῖφος, ἴλη] *Multitudo ordinata militantium, et apud Romanos quidem peditum, ſed numero non definito. Quamquam* Vegetius 2, 2 Macedones, Graeci, Dardani phalanges habuerunt, vt in vna phalange armatorum octo millia cenſerentur. Galli atque Celtiberi, pluresque barbaricae nationes cateruis vtebantur in praelio, in quibus erant ſena millia armatorum. Iſidor. 9, 3 Proprie Macedonum phalanx, Gallorum caterua, noſtra Legio dicitur. *Quid* cateruae *a* Turmis *differant, vno verſiculo docet* Hor. Epiſt. 2, 1, 190 Dum fugiunt equitum turmae, peditumque cateruae. *Sed* Sen. Agam. 601 Barbaricae equitum cateruae. *Et in* Hippol. 400. *intelligere videtur Amazonum.* Virg. Aen. 10, 194 Filius aequales comitatus claſſe cateruas, i. e. per naues habens diſtributas aequaliter cateruas, *ait* Seruius. Armata Cic. pro Domo 110 c. 42. Armiferae Stat. Silu. 5, 1, 116. Conductitiae Nep. 12, 1, 2. Virg. Aen. 8, 593 Oculisque ſequuntur Puluercam nubem, et fulgentes aere cateruas. Populatrices Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 167. Victrices Hor. Carm. 4, 4, 23. Agere cateruas, *i. Impellere, vrgere, et inſectari.* Sen. in Hippol. 400. *Et* Tib. 1, 1, 69. Ciere infernas Tibul. 1, 2, 47. *Sed Brouckh.* Tenet. Virg. Aen. 12, 264 Vos vnanimi denſate cateruas Et regem vobis pugna defendite raptum. Implere magnas Graecorum Hor. Serm. 1, 10, 35. *i. adiungere ſe multitudini Poëtarum ac turbae, in qua nullo numero ſis.* Infeſtare Stat. Theb. 9, 812. Ire per obſtantes Hor. Carm. 3, 20, 5. Idem Carm. 1, 8 *extr. de Achille inter puellas abſcondito*, Ne virilis cultus in caedem et Lycias Proriperet cateruas, *i. Troianorum exercitum.* ¶ 2 Caterua, *pro alia quauis Multitudine, et turba, vt*, Cateruae contradicentium Cic. Tuſc. 1, 77. Comitum caterua Lucret. 2, 628. Virg. Aen. 1, 501 Magna iuuenum ſtipante caterua. Teſtium cateruae Cic. Verr. 5, 112 c. 43. Gell. 15, 2 Et incondita verborum caterua hortabatur omnes ad bibendum. Ouid. Amor. 1, 9, 27 Cuſtodum tranſire manus, vigilumque cateruas. Tibull. 3, 4, 87 Nec canis anguinea redimitus terga caterua, *in Cerberi deſcriptione, vbi tamen Brouckhuſius*, Nec Conſanguinea. *Fuit enim* Echidnae *filius*, ἔχιδνα *autem vipera.* Martial. 11, 48 Omnia femineis quare dilecta cateruis Balnea deuitat Blatara? *etc.* Cic. pro Muraen. 69 Poſthumius obuiam cum bene magna caterua ſua venit. Idem de Orat. 3, 194 Quid hoc, non idem fit in vocibus? vt a multitudine et populo, non modo cateruae atque conuentus, ſed etiam ipſi ſibi ſinguli diſcrepantes eiiciantur.

CATERVĀTIM. Adu. [ἰλαδὸν] *Per cateruas.* Virg. Georg. 3, 556 Iamque cateruatim dat ſtragem. Non acie, neque vllo modo praelii, ſed cateruatim, vti quosque fors conglobauerat, in noſtros incurrunt Sall. Iug. c. 97. Hirt. B. Afr. 32 In eius caſtra perfugere, ac cateruatim, non intermittunt. Lucret. 6, 1142 Inde cateruatim morbo, mortique dabantur. Volare cateruatim dicuntur ſturni Plin. 10, 24. Confuſae et miſtae cateruatim vites Columel. 3, 19, 3.

CATERVARIVS, a, um. [ἰλαῖος] Suet. in Auguſt. 45 Spectauit ſtudioſiſſime pugiles, non ordinarios modo & legitimos, ſed cateruarios oppidanos inter anguſtias vicorum temere ac ſine arte pugnantes. Cateruarios *appellat, qui non ſingulatim, ſed totis velut cateruis concurrerent. Sic explicat* Lipſ. Sat. 2, 16. *Ex lapide antiquo etiam* CATERVARIOS PVGILES *protulit Gudius* Inſcr. p. 106, 1.

CATHARTĬCVS, a, um. Adi. [καθαρτικός] *Vt* Catharticum medicamentum, *quod purgat.* Celſ. 2, 12. Sed medicamenta ſtomachum fere laedunt: ideoque omnibus catharticis aloë miſcenda eſt.

CĂTHĔDRA, ae. [καθέδρα] *Sedile, ſ. ſellam ſignificat, et quidem molliorem*, Iuuenal. 9, 52. Strata poſitus longaque cathedra, *vbi* vet. Schol. Scamnum ceruicalibus ſtratum *interpretatur.* Sulp. Seu. Dial. 2, 1. Illud non praetcribo, quod in ſecretario ſedens, nunquam cathedra vſus eſt — Sedebat autem in ſellula ruſticana, quas nos ruſtici Galli tripetias, vos ſcholaſtici — tripodas nuncupatis. ¶ 2 *Feminarum quaſi propria fuit.* Horat. Sat. 1, 10, 9 Diſcipularum inter plorare cathedras *iubet Tigellium, cui ſic mollitiem effeminatam, vel molles diſcipulos obiicit.* Plin. Epiſt. 3, 16. *de Arria* Exſiluit cathedra. Martial. 11, 100 *ad Lesbiam*, De cathedra quoties ſurgis *etc.* Martial. 3, 63 Inter femineas tota, qui luce cathedras deſidet. Plin. 16, 37. *de ſalicibus*, Vilioribus vaſis quam vt e corio fiant, atque etiam ſupinarum in delicias cathedrarum aptiſſimae. *In templo Iſidis* cathedras *ponit* Martial. 2, 14. Iuuen. 6, 91 Famam contemſerat olim, Cuius apud molles minima eſt iactura cathedras. Martial. 4, 79 Diſ-

curris tota vagus vrbe, nec vlla cathedra eſt, Cui non mane feras irrequietus aue. Phaedr. 3, 8 Speculum in cathedra matris poſitum. ¶ 3 *Ad legendum et ſcribendum accommodatas* cathedras *quasdam fuiſſe, apparet ex* Prop. 4, 5, 37 *vbi lena ad puellam*, Poſita tu ſcribe cathedra. Plin. Epiſt. 8, 21, 2 *de amicis ad recitationem inuitatis*, Poſitis ante lectos cathedris, amicos collocaui. *Puto vtrobique intelligi machinationem, cui imponi liber, qua inniti ſcribens poſſit:* Pulpita *hodie vocantur.* ¶ 4 *Talis forte doctorum* cathedra, *de qua* Iuuenal. 7, 203 Poenituit multos vanae ſterilisque cathedrae. Martial. 1, 77 Illic *(in foro Romano)* aera ſonant; at circum pulpita noſtra, Et ſteriles cathedras, baſia ſola *(laudantium et plaudentium)* crepant. *Hinc* Auſon. Profeſſ. 1, 8 Adſerat vsque licet Fabium Calagurris alumnum, Non ſit Burdigalae dum cathedra inferior. ¶ 5 *Ab his ortae* Cathedrae eccleſiarum, *Epiſcoporum propriae, vnde* cathedrales eccleſiae, *vid. Sauaro ad* Sidon. Apoll. 9, 16 Qui Toloſatum tenuit cathedram. *Add.* 7, 9 *etc.* ¶ 6 *Circo etiam tribui videtur* Tertull. de Spectac. c. 3 Cathedra quoque nominatur ipſe in anfractu ad confeſſum ſitus. *Et quidſi ab hac* cathedra *nomen tranſiit in Eccleſias?* ¶ 7 *Vt* lecticae *et* ſellae, *ita etiam* Cathedrae *erant* geſtatoriae. Cael. Aurel. Chron. 2, 26 Tum geſtatione corpus mouemus pro virium modo, fertoria ſella ſiue Cathedra, tum longiore vehiculo manibus acto, dehinc animalibus. *Et* ibid. 161 Sunt enim leuiter atque ſenſim mouendi, portatoria ſcilicet, vel cathedra longiore. Iuuen. Sat. 1, 64 Cum iam ſexta ceruice feratur Hinc atque inde patens, ac nuda paene cathedra. *Huc referunt* Mart. 12, 38 Hunc qui femineis noctesque diesque cathedris Incedit: *modo non legendum ſit* Inſedit. *Nam et illud durum eſt* Incedere cathedris *i. adire, et illud, vt ſignificet vehi vel geſtari cathedris.* Lipſ. Elect. 1, 19 *huc refert etiam* Calpurn. Ecl. 7, 27 *in deſcriptione amphitheatri, eiusque ſuprema vltra gradus parte*, Venimus ad ſedes, vbi pulla ſordida veſte Inter femineas ſpectabat turba cathedras: *nempe in cathedris, quibus allatae erant, feminas ibi deſediſſe. Sed merito dubitat Burmannus. Neque aliud videtur indicari, quam permixtas viris mulieres ſediſſe. Firmat hanc interpretationem vſus Graeci nominis. v. g.* Pauſan. Lacon. p. 198, 3 τᾶ θρόνα ἐ συνεχᾶς ὄντος, ἀλλὰ καθέδρας παρεχομένα πλείονας. ¶ 8 *Ad quodnam genus referemus illud* Martial. 12, 18. *vbi in deſcriptione ſimplicitatis ruſticae in prouincia*, Ignota eſt toga, ſed datur petenti Rupta proxima veſtis e cathedra? *An cathedram geſtatoriam vetuſtate ruptam, pro armario veſtium ſibi eſſe dicit? An in cathedra negligenter abiectam veſtem indicat?*

CATHEDRALICIVS, a, um. Adi. [καθεδραῖος] *Cathedrae aſſuetus, mollis.* Martial. 10, 13 Quum cathedralicios portet tibi rheda miniſtros, Et Libys in longo puluere ſudet eques, *etc. Vid.* Turneb. 30, 30.

CATHEDRARIVS, i. m. Cathedrarios Philoſophos *vocat* Seneca de Breu. Vit. c. 10 *Vmbratiles illos, quibus ſatis eſt de virtute in cathedris garrire*, Fabianus, *inquit*, non ex his cathedrariis philoſophis, ſed ex veris et antiquis. *Sic* Cathedrarii Oratores. Sidon. Apoll. Ep. 4, 3 *fin. i. vulgares.* ¶ 2 Sidon. Apoll. Epiſt. 1, 11 Cathedrarii ſerui, *vt* lecticarii, *geruli* cathedrarum, *de quibus* n. 6. *Add.* Sidon. Epiſt. 4, 3.

CATHEDRARIA, *vid.* COACTILIA.

CATHĒGĒTA, ae. m. [καθηγητὴς] *Ductor, praeceptor.* Columban. ex edit. Daumii ad Cat. Diſt. Vita aliena tuae tibi ſit cathegeta vitae. *Vbi penultima pro licentia illius ſaeculi corripitur.*

CATHENA, *vid.* CATENA. *Adſpirationem enim melius abeſſe illud ſatis docet, quod Graecam originem nemo dixerit.*

CATHĔTER, eris. m. [καθετὴρ a καθίημαι, demitto] *Ferramentum, quod in veſicam immittunt medici, vel eliciendae vrinae, vel humoris immittendi, vel calculi explorandi cauſa.* Cael. Aurel. Chron. 2, 1, 23 Tunc catheteriſmus faciendus, quo vrina detrahatur, ac poſt detractionem oleum calidum iniiciendum, adnexo folliculo catheteri *etc.* Id. 5, 4, 69 Vel per ferramentum, quod Graeci καθετῆρα *(ſic leg. pro* καθητέρα*)* vocant, iniectio facienda. Catheter mulieris *laudatur in indice rerum* Caelii p. 252. *Sed locum non inueniebam.*

CATHETERISMVS, i. m. *Quid eſſet colligi poteſt ex his, quae modo dicta ſunt. Vid. Reineſ.* Var. Lect. 3, 18 p. 663.

CATHĔTVS, i. m. *Linea perpendicularis.* [κάθετος] Vitruu. 3, 3 Catheto reſpondens diametros.

CATHOLĬCVS, a, um. Adi. [καθολικὸς] *Vniuerſalis.* Cael. Aurel. Acut. 1, 5, 46 Igitur non febricitare furioſos percunctatum non eſt ſiue vniuerſale, quod Graeci καθολικὸν vocant, ſed eſt diſcrepatione partile. Percunctatum *nomen fictum videtur ad exprimendum verbotenus* τὸ καθολικόν. Quinctil. 2, 13, 14 Propter quae mihi ſemper moris fuit, quam minime alligare me ad praecepta, quae καθολικὰ vocant, id eſt (vt dicamus quo modo poſſumus) vniuerſalia vel perpetualia. Raro enim reperitur hoc genus, vt non labefactari parte aliqua aut ſubrui poſſit. Idem 8, 5, 7 *de ſententiis*, In hoc genere cuſtodiendum eſt, et id quidem vbique, ne crebrae ſint, ne palam falſae, quales frequenter ab iis dicuntur, qui haec καθολικὰ vocant, et quidquid pro cauſa videtur, quaſi indubitatum pronuntiant. Anne caeleſtes dii catholicorum dominantur, terreni incolunt ſingula Apul. in Triſmeg. p. 100. Scientiae catholicae Beda Hiſt. Eccleſ. 1, 10. *In lemmatis antiquis* Plinii *apud Harduinum* 2, 15 Catholica ſiderum. *Et* 2, 55 Catholica fulgurum. *Inter Chriſtianos frequenter vſus hoc verbo* Tertullianus, *v. g.* adu. Marcion. 4, 9 Chriſtum Ieſum, catholicum patris ſacerdotem *vocat. Et* 3, 21 Chriſtus catholicum Dei templum, in quo Deus colitur. Id. de Monogam. 2 Quod aut nouum deputari poſſit, aduerſus catholicam traditionem. Id. adu. Marc. 2, 17 Catholicam et ſummam bonitatem *Deo tribuit. Hinc* Impp. l. 1 C. de ſumma trinitate et fide Catholica, *ſanciunt*, Hanc legem ſequentes Chriſtianorum Catholicorum nomen iubemus amplecti, reliquos vero dementes veſanosque iudicantes, haeretici dogmatis infamiam ſuſtinere *etc.* Catholicam *ſimpliciter pro* Catholica eccleſia *dixit* Tertull. de Praeſcr. 30 Et in Catholicae primum doctrinam credidiſſe apud Eccleſiam Romanenſem. *Sic proxime ante dixerat* vbi tunc Marcion Stoicae ſtudioſus? vbi Valentinus Platonicae ſectator?

CATHOLICE. Adu. Tertull. adu. Haeret. cap. 26. Regulam fidei ſuperinducerent, diuerſam et contrariam illi, quam catholice in medium proferebant. *Add.* Id. de fuga in perſec. c. 3. *Perſecutionem* catholice fieri *dicit, i. omnes in vniuerſum ea peti.*

CATHOLICIANI, l. 9 C. §. 2 de bonis proſcriptor. *cum* Caeſarianis *iunguntur, et* ab omni iuris beneficio excluduntur, niſi probata a *Caeſare* purgataque *illorum* ratiocinia fuerint. *Videntur itaque intelligi, qui pecuniam Caeſaris vel publicam tractarent.*

CATHONES, *vid.* COTHON.



CATI. Fons, ex quo aqua Petronia in Tiberim fluit, dictus quod in agro cuiusdam fuerit Cati. Feſtus.

CATILĪNA, ae. m. [Κατιλίνας] *Auctor ſeditionis a Cicerone in conſulatu oppreſſae, quam peculiari libro deſcriptam habemus a Salluſtio.* Iuuen. Sat. 10, 288 Iacuit Catilina cadauere toto, *i. non abſciſſum illi caput, vt Pompeio. Idem* Iuuenalis *pro quouis ſeditioſo poſuit* Sat. 14, 41 Et Catilinam Quolibet in populo videas, quocunque ſub axe.

CATILINIĀNVS. Adi. Plin. 2, 51 In Catilinianis prodigiis, *etc. Harduin.* Catilinanis *habet. Forte optimum* Catilinariis.

CATILINĀRIVS, a, um. *Vt*, Bellum Catilinarium Salluſtii. Quinctil. 3, 8, 9. Cic. Catil. 2, 23 Scitote hoc in republica ſeminarium Catilinarium futurum.

CATILLA, ae. f. *Diminut. eſſe videtur a* catula, *et legitur ſecundum quosdam ap.* Plaut. Caſ. 3, 2, 22.

CATILLVS, *vid.* CATINVS.

CĀTILLVS. [Κάτιλλος] *Filius Amphiarai, frater Coracis et Tiburti. Hic Tibur condidit, et a fratris nomine ſic appellauit.* Sil. 8, 366 Et Tibur Catille tuum. *Sic etiam* 4, 225 Quosque ſub Herculeis taciturno flumine muris Pomifera arua creant Anienicolae Catilli. Hor. Carm. 1, 18, 2 *ablata conſonante* Catilum *media breui extulit*, Nullam Vare ſacra vite prius ſeueris arborem Circa mite ſolum Tiburis, et moenia Catili. *Primam corripuit* Stat. Silu. 1, 3, 100 Alciden, dictumque lyra maiore Catillum.

CATĬNA, ae. *vel* CATINE, es. f. *vid.* CATANA.

CATĪNVS, i. m. *et* CATĪNVM, i. n. [τρυβλίον] Vaſa in menſa eſcaria, vbi pultem, aut iurulenti quid ponebant: a capiendo Catinum nominauerunt, niſi quod Siculi dicunt κάτινον, vbi aſſa ponebant. *Haec* Varro de L. L. 4, 25. Cato R. R. 84 Sauillum *vbi facere docet*, Catinum fictile oleo vnguito. Vbi omnia bene commiſcueris, in catinum indito. Catinum teſto operito *Recte ergo* Iſid. 20, 6 Catinus vas fictile, quod melius neutro genere dicitur quam maſculino, ſicut et ſalinum *etc. Sed* Catinos *maſculino genere* Varronis *aliquot locis probat* Non. 19, 26. *In his* de R. R. 1, 63, 1 In Sole ponere oportet aquae Catinos, quod eo conueniunt, vt ipſi ſ… necent, curculiones. *Add.* Chariſii *locum in* CATILLVS. Perſ. Sat. 3, 111 Poſitum eſt algente catino Durum olus, *etc. Indicat olus non ſatis coctum et mollitum.* Anguſto piſces vrgere catino Hor. Serm. 2, 4, 77. Magnus catinus Hor. Serm. 2, 2, 39. Niger Iuuenal. Sat. 6, 342. *i. vilis e terra obſoleti coloris.* Ruber Perſ. Sat. 5, 18 *ex argilla.* Suet. Galba, 18 Nihil inuenit, praeter tepidam in ar… fauillam, atratumque iuxta Senem in catino vitreo tus tenentem et i… calice fictili merum. Hor. Serm. 1, 6, 115 Ad porri et ciceris refero laganique catinum, *de parabili cibo.* ¶ 2 *Non ad Menſam ſolam pertinet, ſed* machinae Cteſibicae *pars eſt* Vitruu. 10, 1… Plin. 33, 4 Quae e catino *(in quo funduntur metalla)* iactatur ſpurc… tia, in omni metallo vocatur ſcoria.

CATINVLVS, i. m. Dimin. Varroni *tribuit* Soſipater 1 p. 61.

CATILLVS, i. m. *ſiue* CATILLVM. [τρυβλίδιον] *Dimin. Paruum vas eſcarium.* Columel. 12, 57 Hanc miſturam quum in catillo compoſueris, oleum ſuperfundito. Plin. 30, 6 Vermem terr… num catillo ligneo, ante fiſſo et ferro vincto, impoſitum aqua excep… perfundere, et defodere vnde effoderis, magi iubent: mox aqua bibere catillo, mire id prodeſſe iſchiadicis affirmantes. Val. Max. 3, 5. Ligneo catillo coenare. Fecerunt catilla et paropſides Petro… c. 50. *Add.* c. 66. Chariſ. 1 p. 61 Catinus maſculino genere dicitur, vt Maecenas in decimo, *Iugeribus fumans calido cum farre catinus.* Et hinc diminutiue Catillus fit, vt Aſinius contra maledicta Antonii, *Volitantque vrbe tota catilli.* Sed Varro *ad* Cicer. 11 *Catinuli* dixit, non Catilli. ¶ 2 Catillus, *eſt pars molae inferior, vt ſuperior* Meta. *Vid.* MOLA.

CATILLO, ōnis. m. [λίχνος] Catillones Guloſos dicebant antiqu… *auctore* Feſto. Ligurius, guloſus, catillo, λίχνος Vet. Gloſſ. *A* Catilli… *quos ſectantur.* Macrob. Sat. 2, 12. Proprie Catillones dicebantur, q… ad polluctum Herculis vltimi quum venirent, catillos liguribant.

CATILLO, āre. [λιχνεύω] Catinos lingere. Plaut. Caſin. 2, 21 Operam vxoris polliceor foras, quaſi catillatum. *Alii aliter l… gunt. Vid. etiam* Petron. Fragment. p. 688 *et Burm. ad loc. it.* Pr… ſcian. p. 556. Fulgent. de Serm. pr. n. 22. Catillare eſt per alien… domos ligurire, tractum a catulis, quod per omnes domos circumean…

CATILLATIO, ōnis. f. [λιχνεία] Feſtus, Graue opprobrium obiici… batur hominibus generoſis, ſi qui prouincias amicas Pop. Rom. exſp… liaſſent, *quod eorum bona liguriſſe viderentur. Vid.* LIGVRITIO.

CATILLAMENTA, orum. n. pl. Arnob. 2 p. 73 *vbi poſt alios Heraldus* Caſtellamenta *legit: Salmaſ. autem* ad Plaut. Caſ. 3, 2, 22 Catillamenta *reſtituit, quod etiam legitur in edit.* 1651.

CATILLĀMEN, ĭnis. n. *Idem quod catillamentum.* Arnob. 7 p. 230 Taedam *in ſacrificiis ita deſcribit*, In exiguas aruina micula… catillaminum inſecta de more. *Ita reſtituit Salmaſius, quod indicau… etiam ad* Plaut. Caſin. 3, 2, 22. *Ante enim legebatur*, at illa mim… tim inſecta de more.

CATIVS, Deus, *vid.* CAVTIVS in CAVEO.

CATLASTER, tri. m. *Quaſi* Catulaſter, *Vt Graeci dicunt* κάτλον *pro* Catulo, πρόκλον *pro* Proculo. Catulaſter *autem explicatu…* Grandior catulus, *et* Grandior *puer.* Catulaſter, ἔφηβος Gloſſ. Vet. Catulaſter, πάλληξ Gloſſ. Cyrill. Chariſius, 1 p. 65, 23 Puer, pueri Catlaſter, catlaſtri. *Conf.* Priſcian. 3 p. 610. *et* 618. *et* 4 p. 627 *vbi ſemper* Catulaſter. *Hinc Scal. ad* Feſtum, *voce* Bulimam *etiam apud* Vitr. 8, 4 *legi vult*, Ideoque ſemper transmarinos catlaſtros emere for… moſos, et puellas maturas, eosque coniungere, vt qui naſcerentu… ex iis, non ſolum egregia voce, ſed etiam forma eſſent non inuenuſt… Cataſtos *editum in Elzeuir. de quo, vid.* CATASTVS. *Hermolaus vero* Calaſtros *legit, Iucundus* Callaſtos: *Gulielm. autem Peliſſerius* Catlaſtros *reſtituit apud Turneb.* 24, 7.

CATLASTRVM, i. n. *Inde formatum nomen, Ludicri pueril… genus, niſi quid turpius eſt, videtur notare.* Dracont. 2 *extr.* No… catlaſtra gerit puerilia.

CATLITIO, onis. f. *pro* Catulitione *in antiquis* Plinii *exemplaribus reperitur*, 16, 25 Catlitionem ruſtici vocant, geſtiente natura f… mina accipere, *etc.* Turneb. 24, 7.

CĂTO, ōnis. *Cognomen Rom.* Porciorum *et* Valeriorum. *In* Porci… *nobiliſſimi* Cato Sapiens, Cenſorius, Priſcus, ſ. Maior *paullo ante deletam Carthaginem vita functus, quem loquentem introducit in libro* de Senect… Cicero. *Alter* Vticenſis, *qui cum Cicerone vixit et ſua manu Vticae perire maluit, quam in Caeſaris poteſtatem venire. Vtriusque nomen non mo… hominum, ſed ſapientiae et ſeueritatis fuit apud hos, quibuscum viu… bant*

ſant, ſed magis apud poſteros. De Cenſorio Catone Virg. Aen. 8, 670 Secretosque pios his dantem iura Catonem. Vbi Seruius, Cenſorium, inquit, ſignificat, non Vticenſem, qui contra Caeſarem bella ſuſcepit. Et ſupergreſſus eſt hoc loco Homeri diſpoſitionem: ſiquidem ille Minoëm, Rhadamantum, Aeacum de impiis iudicare dicit, hic Romanum ducem innocentibus dare iura commemorat. Sed ad iuniorem pertinet illud, Grandia morituri verba Catonis Perſ. Sat. 3, 45. de ſollemni declamatorum materia. Durus Cato Iuuenal. Sat. 11, 90. Martial. 12, 6 Macte animi, quem rarus habet, morumque tuorum, Quos Numa, quos hilaris poſſet habere Cato. Non dicit Catonem hilarem; ſed Neruae mores aeque ſanctos, quam Catonis, eosdem tamen hilares. Intonſus Hor. Carm. 2, 15, 11. Priſci Catones Hor. Epiſt. 2, 2, 117. Rigidi Claud. in pr. Conſ. Stilich. 2, 382. Tertius e caelo cecidit Cato Iuuen. Sat. 2, 40. ironice in nouum morum Cenſorem poſt duos illos Catones. Virtus Catonis narratur ſaepe mero caluiſſe Hor. Carm. 3, 21, 11. Idem Epiſt. 1, 19, 14

Quid ſi quis vultu toruo ferus, ac pede nudo
Exiguaeque togae ſimulet textore Catonem,
Virtutemne repraeſentet, moresque Catonis ?

Martial. 11, 40 Deſine: non poſſum libertum ferre Catonem.

CATONIĀNVS, a um. [Κατώνειος] Cic. Q. Frat. 2, 5 Racilius, qui vnus eſt hoc tempore Trib. pleb. rem patefecit, eosque homines ſibi emtos eſſe dixit (ſic enim placuerat) et tabulam proſcripſit, ſe familiam Catonianam venditurum. Catoniana regula in iure appellatur, quae ita definit, vt legatum, quod inutile foret, ſi teſtamenti facti tempore teſtator deceſſiſſet, quandocunque poſtea deceſſerit, non conualeſcat. l. 1 D. de reg. Caton. l. 13 D. de opt. legat.

CATONIVM, i. n. Cic. Fam. 7, 25 Vereor, ne in Catonium Catonos. *h. e. Vereor, ne nimia libertas, et Catonis imitatio, cuius laudes et tu et ego ſcripſimus (erat autem hoc Caeſari moleſtiſſimum, vnde et Anticatones poſtea ſcripſit) ſubaudi* Praecipitet nos in Catonium, *id eſt orcum, aut inferni barathrum: hoc eſt, ſit nobis cauſa mortis. Sic primo et recte* Cael. 12, 17 *Siquidem Catonium pro inferis poſuit* Laberius *apud* Gellium 16, 7 Tollet bona fide vos orcus nudas in Catonium. *Videtur ab aduerbio Graeco κάτω ducere originem, quod inferiora et ſubterranea loca ſignificat. Vid. Salmaſ. ad* Spartian. Hadrian. c. 18 p. 71. *Caeterum in vltimis Ciceronis verbis pro* Cato nos *al.* Catones *vel* Catoninos *vel* Catonianos, *ead. ſententia.* Charoneum *certe locum non habet: perierit enim alliteratio. Quod* Catomum *habent libri antiqui, videtur ex more librariorum eſſe, qui punctum illum literae* i *imponere negligunt.*

CATOBLĔPAS, ae. m. *vel* CATOBLEPON, i. n. [κατωβλέπας] *Animal, cuius deſcriptionem ponemus e* Plin. 8, 21 ſ. 32 Iuxta fontem Nigris, Nili Caput fera appellatur Catoblepas, modica alioquin, caeterisque membris iners, caput tantum praegraue aegre ferens: id deiectum ſemper in terram: alias internecio humani generis, omnibus, qui oculos eius videre, confeſtim exſpirantibus. *Repetit* Solinus c. 30. *Conf. Aelian. Hiſt. An.* 7, 5.

CATOCHITES, ae. m. [κατοχίτης] Corſicae lapis eſt, caeteris maior, mirabilis, ſi vera traduntur, impoſitam manum velut gummi retinens, Plin. 37, 10 ſ. 56 *κατοχὴ Graecis dicitur detentio κάτοχος, qui detinet.* Solin. c. 9 Ager Corſicanus — ſolus edit, quem Catochiten dicunt lapidem, fatu digniſſimum. Maior eſt caeteris, qui ad ornatum deſtinantur, nec tam gemma, quam cautes. Idem impoſitas manus detinet, ita ſe iunctis (*ſic leg.* pro ſeiunctis) corporibus adnectens, vt cum ipſis haereat, a quibus tangitur. Sed et ineſt velut de glutino lentiore neſcio quid par, atque gummi. Accepimus Democritum Abderiten oſtentatione ſcrupuli huius frequenter vſum ad probandam occultam naturae potentiam, in certaminibus, quae contra magos habuit.

CATOCHVS, i. m. [κάτοχος] Morbus eſt quum ſenſu priuatur anima corpusque omne velut gelu obrigeſcit. Huius morbi tria facit genera Galenus lib. Finit. Medic. vbi vide.

CATOGĒVM, i. n. [κατωγεῖον] Domicilium ſubterraneum.

CATŎMVS *aut* CATOMVM, *videtur ſignificare plagam κατ' ὤμων, verbera humeris ſ. ſcapulis impoſita. Haec certe ſignificatio applicari poteſt locis, quae ex ſanctorum martyrum actis adhuc prolata ſunt, omnibus, in primis a M. Velſero* p. 489 *Operum,* Catomo eum ſuſpendi et verberari fecit, *i. ad* catomos *excipiendos.* Iuſſit miniſtris infantem in catomo leuare et caedere. A Valeriano iudice catomis caeſus. Iuſſit eum flagellari et catomis caedi. Catomis caedere *eſt etiam ap.* Schol. Iuuenal. 2, 142. *de Lupercis. Scripturam ſine adſpiratione in ſyllaba media ipſe probat Velſerus* p. 799. *qui* p. 489 Cathomos *dederat. Neque quidquam protulere* Scaliger *ad* Manil. 5, 404, *aut* Salmaſ. *ad* Spartian. Hadr. c. 18 p. 170 *aut Gronouius denique* Obſſ. 4, 13 p. 207. *aut viri docti ad* Petron. c. 132, *quod ad hanc ſententiam non poſſit accommodari.* Catonium Laberii *et* Ciceronis, *quod huc trahebat Scaliger, et in* Catomium *mutabat, ſatis vindicarunt Salmaſius et Gronouius, de quo ſ. l. Neque* Catomis caedi *apud* Sueton. Cal. c. 27 *pro* catenis *adhuc ſatis probatum eſt. Caeterum a* Catomis *eſt*

CATŌMO, āre, *quod ex Actis Mart. laudat Velſerus l. c. et*

CATOMIDIO, āre, *id eſt* Catomis caedere *ex κατωμίζειν (licet hoc verbum hoc quidem ſenſu nondum ex Graeco ſcriptore obſeruatum ſit) ut a* colapho *κολαφίζειν etc.* Z *autem et* DI *ſaepe permutari, notum eſt: vid.* Apophlegmatidiare, Gargaridiare, Lactidiare, Oridia, Glycyrridia *pro* Gargarizare *etc. vt contra* Zabolus, Zeta *pro* Diabolo, Dieta. *Reſtituere viri docti hoc verbum* Petronio c. 132 Vocatque cubicularios et me iubet catomidiare. Spartian. in Adrian. c. 18 Decoctores bonorum ſuorum, ſi ſuae auctoritatis eſſent, catomidiari in Amphitheatro et dimitti iuſſit. *Male hic edebatur* Catamidiare, *quod Caſaubonus interpretatus eſt καταμειδιᾷν, deridere. Sed antiquiſſimos et optimos libros* catomidiare *habere docet Salmaſius.*

CATOPYRITES, ae. m. [κατοπυρίτης] *Gemma, quae* ex Cappadocia venit. *Hoc, et nihil praeter hoc* Plin. 37, 10 ſ. 56.

CATORCHITES, ae. m. *Viniſicii genus, de quo* Plin. 14, 16 ſ. 19. *ſic* fit et Sycites e fico, quem alii palmiprimium, alii catorchiten vocant.

CATORTHŌMA, ătis. n. [κατόρθωμα] *Recte factum interpretatur* Cic. de Fin. 3, 45 c. 14 Quemadmodum opportunitas (ſic enim appellemus εὐκαιρίαν) non fit maior productione temporis (habent enim ſuum modum quaeque opportuna dicuntur) ſic recta effectio κατόρθωσιν enim ita appello: quoniam rectum factum κατόρθωμα) recta igitur effectio, item conuenientia, denique ipſum bonum quod in eo poſitum eſt, vt naturae conſentiat, creſcendi acceſſionem nullam habet. Ibid. 24 c. 7 Quae autem nos recta, aut recte facta dicamus, ſi placet, illi autem appellant κατορθώματα omnes numeros virtutis continent. Cic. Off. 1, 8 c. 3 Perfectum officium, rectum opinor vocemus, quod Graeci κατόρθωμα.

CATORTHŌSIS, *vid. in* CATORTHOMA.

CATTA, ae. f. [κάττα] *Felis.* Martial. 13, 69 Panonicas nobis nunquam dedit Vmbria cattas. *Qui in Graeca epiſtola Ieremiae apocrypha v. 22 ſunt αἴλουροι, in* Vulgata Baruchi 6, 21 *dicuntur* Cattae. *Sunt ergo feles, quas* Cattas *hodie bona pars Europae vocat.* ¶ 2 Cattas *etiam inter Nauium appellationes referunt libri quidam* Gell. 10, 25.

CATTI, orum. m. [Κάττοι] Germaniae populi Tacit. Germ. 31, 1.

CATTICVS, a, um. Adi. Martial. 14, 26 Cattica Teutonicos accendit ſpuma capillos. *Alii legunt* Cauſtica. *Caeterum ſpuma haec eſt ſapo, quo ad capillos rutilandos vtebantur Germani, teſte* Plin. 28, 12.

CATTITERIDES, *vid.* CASSITERIDES.

CATVLARIA, Porta dicta Romae eſt, quia non longe ab ea ad placandum Caniculae ſidus, frugibus inimicum, rufae canes immolabantur, vt fruges matureſcentes, ad maturitatem perducerentur. Feſt.

CATVLLVS, i. m. [Κάτυλλος] *Poëta Veronenſis, Iulii Caeſaris aequalis, notae elegantiae, laſciuiae, libertatis, cuius epitheta quaedam ponemus.* Doctus Catullus Ouid. Amor. 3, 9, 62. Laſciuus Idem Triſt. 2, 427. Martial. 12, 44 Lesbia cum tenero te poſſet amare Catullo. Cantare Catullum, *i. imitari* Hor. Serm. 1, 10, 19. ¶ 2 *Fuit alius Catullus vrbicarius mimographus, de quo* Iuuen. Sat. 13, 111 Mimum agit ille Vrbanus, qualem fugitiuus ſcurra Catulli. Idem Sat. 8, 185 Vocem, Damaſippe, locaſti Sipario, clamoſum ageres quum phaſma Catulli.

CATVLLIANVS, a, um. Martial. 11, 7 Da nunc baſia, ſed Catulliana. *Quot ille deſcripſit, et a Lesbia ſua petiit.*

CATVLOTICVS. [κατουλωτικός] *Vox reſtituta a nobis* Vegetio Mulom. 4, 28, 4 Igitur medicamentum, quod ſupra dixi, catuloticum eſt. *i. ad cicatricem, οὐλήν, inducendam valet, ſ. vt ipſe Vegetius dixerat,* Facit ad omnia vulnera elimpidanda, vel ſine difficultate claudenda. *Male edebatur* Cataloticum.

CATVLVS, i. m. [Κάτλος] *Cognomen Romanum* Luctatiorum *praeſertim: Quantitatem diſce ex* Lucano 2, 173 Quid ſanguine manes Placatos Catuli referam? *Hinc*

CATVLIANVS, a, um. Adi. *Vt,* Minerua Catuliana, Romae a Q. Luct. Catulo dicata Plin. 34, 8.

CATVLVS, i. m. [σκύλαξ] *Proprie ſignificat Canis paruum: dictus vt ait* Varro de L. L. 4, 19 p. 26, 6 a ſagaci ſenſu et acuto. Id. 8, 45 p. 116, 19 Canis, Catulus, Catellus. Virg. Ecl. 1, 23 Sic canibus catulos ſimiles, ſic matribus hoedos, *etc.* Cic. de Nat. Deor. 2, 38 c. 14 Bene igitur idem Chryſippus, qui ſimilitudines adiungens, omnia in perfectis et maturis docet eſſe meliora, vt in equo quam in equulo, in cane quam in catulo, in viro quam in puero. Hor. Carm. 1, 1, 27 Seu viſa eſt catulis cerua fidelibus, i. e. Sagacibus, vel ſilentium inueſtigando ſeruantibus, *vt ait* Acron. Ouid. de Rem. Amor. 201 Nunc leporem pronum catulo ſectare ſagaci. Veloces Virg. Georg. 3, 405. Plaut. Stich. 5, 4, 52 Catuli vt ludunt nunc volo. Caſtrare *morſu* caudas catulorum Columel. 7, 12, 16. Militat in ſiluis Hor. Epiſt. 1, 2, 67. Aliter catuli longe olent, aliter ſues Plaut. Epid. 4, 2, 9 *Prouerbium de rebus longe diuerſae naturae. Dicit mater, quae indicat, ſe nimis bene noſſe filiam, quam vt ſalli ea in re poſſit.* Virg. Georg. 3, 405 Sed vna Veloces Spartae catulos acremque Moloſſum Paſce ſero pingui. i. e. Aqua lactis, quae pingues efficit canes. Seruius. Plaut. Aſin. 1, 3, 32 Et quoque catulo meo Subblanditur nouus amator, ſe vt quom videat gaudeat. Catulo facere (*i. ſacrificare*) ante ſementem moris eſt Colum. 2, 22, 3 Catuli lactentis ſanguine placatur rubigo Idem 10, 343. *Nempe* Plin. 29, 4 ſ. 14 Catulos lactentes adeo puros exiſtimabant ad cibum, vt etiam placandis numinibus hoſtiarum vice vterentur his. Genitae Manae catulo res diuina fit, et in coenis Deûm etiam num ponitur catulina. Aditialibus quidem epulis celebrem fuiſſe, Plauti fabulae indicio ſunt. ¶ 2 Catuli [σκύμνοι] non ſolum Canum diminutiue, verum omnium animalium appellantur foetus, Nonius 6, 50. *Nempe ſunt et* Aſpidis catuli Plin. 11, 74 *ad finem, ſemel et iterum.* Idem 9, 8 Delphini agunt fere coniugia, pariunt catulos decimo menſe aeſtiuo tempore. Draconum Plin. 10, 72. Felis catuli Phaed. Fab. 2, 5, 24. Plin. 11, 24 ſ. 29 *de araneis,* Namque et Lacertarum catulos venantur. *De iisdem* 10, 65 ſ. 85 oblitae, quo ſint in loco enixae, quoniam huic animali nulla memoria Itaque catuli per ſe erumpunt. Leonis Claud. de Bell. Get. 324. Leaena catulorum oblita Virg. Georg. 3, 245. Luporum catuli Virgil. Aen. 2, 357. Muſtelae Plin. 29, 4 ſ. 16. Murium quoque catuli oſtentum faciunt, *apud Plinium eſſe dicitur: ſed non inuenio. Res ipſa eſt* 8, 57 ſ. 82. Pantherae Plin. 8, 17 ſ. 21. *it.* Lucret. 5, 1035. Virgil. Georg. 3, 438 *de ſerpente ſ. angui,* Catulos tectis, aut oua relinquens. Plin. 8, 54 Simiae geſtant catulos: quos manſuefactae intra domos peperere. Plaut. Truc. 2, 2, 13 Iam hercle ego hic te, mulier, quaſi ſus catulos, pedibus proteram. Tigridis Plin. 18, 18. *De Vipera* Idem 10, 62 Tertia die intra vterum catulos excludit. Vulpium Id. 10, 74. ¶ 3 Catulus, genus quoddam vinculi, qui interdum Canis appellatur, Feſtus *h. v.* Lucillius *apud* Non. 1, 162 Cum manicis, catulo, collarique, vt fugitiuum deportem. *Vid.* CANIS n. 8. *et* CATELLVS n. 3.

CATVLA, ae. f. *Vt,* Indomitae et rabidae libidinis catula, *militari cauillo dictum cadauer Heliogabali.* Aurel. Vict. Epit. 23. *Et* Fulgent. Carm. 22 At lupus et catula formant coëundo lyciſcam.

CATELLVS, i. m. *et* CATELLA, ae. f. Dimin. [σκυλάκιον] Martial. 1, 84 Os et labra tibi lingit Manuella catellus. Cic. de Diuin. 1, 103 c. 46 Tum ille arctius puellam complexus, Accipio omen, inquit, mea filia, erat autem mortuus catellus eo nomine. *Alii* Mortua catella. Melitaei catelli Plin. 3, 26. Publius exiguae ſi flagrat amore catellae Martial. 7, 86. Rimari exta catelli Iuuen. Sat. 6, 550 *de ſacrificio magico.* ¶ 2 Catelle! *blandientis puero* Horat. Sat. 2, 3, 259. *Add.* Plaut. Aſin. 3, 3, 103. Mi Catella *ad virginem* Hieron. ad Euſtoch. p. 66, D. T. I *Froben.* ¶ 3 Catellus, *vinculi genus, vt,* Canis *et* Catulus. Plaut. Curc. 5, 3, 13 Delicatum te hodie faciam cum catello, vt accubes, Ferreo ego dico.

CATVLASTER, i. m. Dimin. Priſcian. 3 p. 610 Solent diminutiua proferri — adulationis cauſa, maxime puerorum, vt Catulaſter, Antoniaſter. *Add.* p. 628. *vid. et* CATLASTER.

CATVLĪNVS, a, um. Adi. [σκυλάκινος] *Quod eſt de Catulo. Vt,* Plin. 29, 4 ſ. 14 Genitae Manae catulo res diuina fit: et in coenis deûm etiamnum ponitur catulina. *Vid. plenius laudatum h. l. in* CATVLVS. Feſtus, Catulinam carnem eſitauiſſe, *h. e.* Comediſſe Romanos, Plautus in Satyrione refert.

CATVLIO, īre. [σκυζάω] *Dicitur de canibus, quando Venerem appetunt.* Varro de R. R. 2, 9, 11 *de canibus*, De foetura, principium admittendi faciunt veris principio: tunc enim dicuntur catulire, id eſt oſtendere ſe velle maritari. Plaut. *neſcio vbi*, Quum meam vxorem vidi catulientem. Non. 2, 181 Catulire, eſurire *(leg.* eſt ſurire) vel libidinari. *Et laudat ex* Laberio catulientem lupam, *id eſt coitus appetentem.*

CATVLITIO, ōnis. f. [σκύζασις] *Actus catuliendi, vel tempus.* Plin. 16, 25 Catulitionem ruſtici vocant, geſtiente natura femina accipere, eoque animam inferente omnibus ſatis. *Vid.* CATLITIO.

CATVS, *ſiue* CATTVS, i. m. [ἡ αἴλουρος] *Felis.* Pallad. Mart. 9, 4 Contra talpas prodeſt catos frequenter habere in mediis carduetis. *Vid.* CATTA. ¶ 2 Catos, *etiam dixerunt recentiores militari vſu, quae antiquis erant* Vineae, *et* Plutei, *ſub quibus miles latebat muros oppugnaturus.* Gu. Brito 7, 796 Hunc faciunt reptare Catum, tectique ſub illo Suffodiunt murum.

CATVS, *pro Homine cauto, vid.* CAVTVS *in* CAVEO.

## C A V

CAVAEDIVM, i. n. [κοιλόδομον] *Erat intra parietes locus tectus ac patulus ad communem omnium vſum, relictus.* Plin. Epiſt. 2, 17, 5 Cauaedium hilare, *et mox* A tergo Cauaedium, porticum, aream, *etc.* Caua aedium, *disiunctim protulit* Vitruuius 6, 3. *et* Varro de L. L. 4, 33 p. 39, 1 Cauum aedium.

CAVĀMEN, ĭnis. n. *Cauerna.* Solin. 14 (9) Nam in latebroſis rupium cauaminibus, *etc.*

CAVATICVS, CAVATOR, CAVATVS, *vid.* CAVVS.

CAVCĂLIS, is, *vel* ĭdis. f. [καύκαλις] *Genus herbae* foeniculo ſimilis, breui caule, flore candido Plin. 22, 22 ſ. 40.

CAVCĂSVS, i. m. [Καύκασος] *Aſiae Septentrionalis mons, pars Tauris montis, quem totum nonnunquam complectitur, Poëtis celebratus feritatis nomine, et quod ibi alligatus Prometheus.* Vrgetur quantis Caucaſus arboribus Propert. 1, 14, 6. *i. maximis.* Virg. Aen. 4, 367 *in deſcriptione feritatis*, Sed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus. Horridus Sen. Herc. Oet. 1377. Ingens Idem Hippol. 1134. Inhoſpitalis Hor. Carm. 1, 22, 6. Sen. Thyeſte 1048 Tale quis vidit nefas? Quis inhoſpitalis Caucaſi rupem aſperam Heniochus habitans? Niualis Sen. Herc. Oet. 1451. Valer. Argon. 5, 154 Vltimus inde ſinus, ſaeuumque cubile Promethei, Cernitur in gelidas conſurgens Caucaſus Arctos. Sen. Med. 43 Pelle femineos metus, et inhoſpitalem Caucaſum mente indue. *i. in quoduis, vel inhumanum maxime facinus mentem obdura.*

CAVCASEVS, *vel* CAVCASIVS, a, um. Adi. [Καυκάσιος] *Quod eſt, vel quale eſt in Caucaſo: Vt,* Caucaſea rupes Propert. 2, 1, 69. Antra Ouid. Met. 4, . . Iuga Claudian. de Bell. Get. 59. Pruinae Idem in Eutrop. 1, 247. Rupes Ouid. de Arte Am. 3, 195. Vertex Virgil. Georg. 2, 440. Idem Ecl. 6, 42 Caucaſeasque refert volucres, furtumque Promethei, *crimen et poenam.* Caucaſiae Portae, magno errore a multis Caſpiae dictae, ingens naturae opus, montibus interruptis repente, vbi fores obditae ferratis trabibus, ſubter medias amne diri odoris *(ſic Hard. al.* Dyriodori) fluente, citraque in rupe caſtello (quod vocant Cumania) communito ad arcendas tranſitu gentes innumeras: ibi loci terrarum orbe portis diſcluſo. *Haec* Plin. 5, 11 ſ. 12.

CAVCASIGENA, ae. c. *Natus vel viuens in Caucaſo. Vt,* Caucaſigenae Alani Sidon. Epiſt. 4, 1.

CAVCON, i. n. *Herba.* Caucon, quae et Ephedra ab aliis Anabaſis vocata, naſcitur ventoſo fere tractu, ſcandens arborem, et ex ramis propendens, folio nullo, cirris numeroſis, qui ſunt iunci geniculati, radice pallida. *Haec* Plin. 26, 7 ſ. 20 *Verum Harduinus verba* Caucon, quae et *auctoritate MSS. omittit.*

CAVCVS, i. m. *vel* CAVCA, ae. f. *Patera, poculi genus.* Spartian. Nigro 10 Quum milites quosdam in cauco argenteo expeditionis tempore bibere vidiſſet. *Vid. ibi Salmaſ.* Dabis in caucos et ſcyphos, *etc.* Trebell. Poll. in Claud. 14. *et* Gloſſ. Vet. Καῦκα, patera. *Hinc*

CAVCVLVS. Diminut. *Et inde*

CAVCVLARII, *et* CAVCVLATORES, *i. Pilularii, pocillis ſuis varie illudentes ſpectatoribus, praeſtigiatores. Vid. Salmaſ. dict. loc. et Gloſſ. Vet.*

CAVDA, ae. f. [οὐρὰ, κέρκος] *Appendix illa ſpinae dorſi, de qua* Plin. 11, 50 Caudae praeter hominem ac ſimias, omnibus fere animalibus, et oua gignentibus, pro deſiderio corporum: nudae hirtis, vt apris: paruae villoſis, vt vrſis: praelongis ſetoſae, vt equis. Amputatae lacertis et ſerpentibus renaſcuntur. Piſcium meatus gubernaculi modo regunt, atque etiam in dextram, atque laeuam motae, vt remigio quodam impellunt. Lacertis inueniuntur et geminae. Boum caudis longiſſimus caulis, atque in ima parte hirtus. Idem aſinis longior, quam equis, ſed ſetoſus veterinis: Leoni infima parte, vt bubus et ſorici, pantheris non item: vulpibus et lupis villoſus, vt ouibus, quibus procerior. Sues intorquent, canum degeneres ſub aluum reflectunt. Cic. de Orat. 3, 220 Oculos autem natura nobis, vt equo et leoni ſetas, caudam, aures, ad motus animorum declarandos dedit. A natura donata cauda pauoni Idem de Fin. 3 c. 5. Acumen caudae ſcorpii Ouid. Faſt. 4, 163. Lucret. 2, 805 Caudaque pauonis large cum luce repleta eſt, Conſimili mutat ratione obverſa colores. Serpentis Ouid. Met. 9, 647. Plin. 9, 29 ſ. 46 Polypi vtuntur cauda, quae eſt biſulca et acuta, in coitu. Horat. Epiſt. 2, 1, 45

Vtor permiſſo, caudaeque pilos, vt equinae
Paullatim vello, et demo vnum, demo et item vnum
Dum cadat eluſus ratione ruentis acerui.

*Nempe ſimile eſt ſophiſma ſoriti illi Stoico, Periitne cauda equi, ſi vnum pilum vellas? An ſi duo? ſi tres etc. Non magis enim habet, qui ſic interrogatur, vbi deſinat, quam in Aceruo. Vid.* SORITES. Virg. Georg. 3, 423 Extremaeque agmina caudae Soluuntur. *De ſerpente.* Falcata, *vid.* Lunata. Ima Virg. Georg. 3, 59. Lunata cauda delphini Sen. in Oedip. 465. *Sic* Ouid. Met. 3, 681 *de nauta in Delphinum mutato*, Falcata nouiſſima cauda eſt Qualia diuiduae ſinuantur cornua lunae. Picta pauonis Horat. Serm. 2, 2, 26. Cic. in Arat. . . Atque auis ad ſummam caudam, Sen. Herc. fur. 787 *de Hydra*, Longusque torta ſibilat cauda draco. Vnca ſcorpionis Ouid. Met. 15, 371. ¶ 2 *Formulae tum propriae, tum metaphoricae.* Ouid. Faſt. 2, 417 Conſtitit, et cauda teneris blanditur alumnis, *d[e] Lupa Romuli et Remi nutrice.* Perſ. Sat. 4, 15 Quin tu igitur — blando caudam iactare popello Deſinis. *i. adulari, prenſare.* Ouid Met. 14, 258 *de lupis, vrſis, et leaenis, in quos Circe ſocios Vlyſſis mutarat*, Quin etiam blandas mouere per aëra caudas, Noſtraque adulantes comitant veſtigia. Claud. in ſec. Conſ. Stil. 357 *deſcribens magnitudinem leonis*, Caudamque a puppe retorquens In proram iace[t] vsque leo, *totam adeo nauem implet ſui corporis longitudine, non computata cauda, quippe quam retorqueat.* Verrunt aequora caudis delphines Virgil. Aen. 8, 674. Idem Georg. 3, 59 Et gradiens ima verrit veſtigia cauda. *De vacca.* Caudam trahere Prouerbium *eſſe, ai[t] Vet. Schol. Horatii*, de illis dici ſolitum, qui pro derididulo habentur Solent enim pueri deridentes neſcientibus a tergo caudam ſuſpendere, vt velut pecora caudam trahant. *Nempe* Horat. Serm. 2, 3, 53 Hoc te Crede modo inſanum, nihilo vt ſapientior ille Qui te deride[t] caudam trahat. *Turnebus hic* Caudam trahere, *eſſe putat Superb[e] magnificeque incedere, vt qui talari toga pallaue ornati longo ſyrmate ver[]runt terram. Fauet* Horat. de Arte Poët. 215 Traxitque vagus per pulpita veſtem. *i. Magnifice inceſſit. Nam ad* ſyrma *alluſum eſſe exiſtimat, quod a* tractu *nomen eſt adeptum. Aut, tractum putat ab auibus, vt gallis gallinaceis, et pauonibus, qui ſua* inſoleſcere *videntur cauda. vnde ſcripſit* Serm. 2, 2, 26 Et picta pandat ſpectacula cauda. Trahit *igitur* caudam *ſecundum haec, qui ſibi placet, ſeque ſapientem, iudicat. Sed melior videtur ſententia, quae ſtuporem, et veruecinum ingenium ſic indicari ſtatuit. Cruquius ignauiam et abiectum animum ita ſignari putat.* Cic. Verr. 2, 187 c. 76 Erant acceptae pecuniae a C. Verrutio C. F. ſic tamen, vt vsque ad alterum R literae conſtarent integrae reliquae omnes eſſent in litura. *Deinde* 191 c. 78 *monſtrat tabulas* Videtis Verrutium? videtis extremam partem nominis, caudam illam Verris tamquam in luto demerſam eſſe in litura? Cauda igitur verri[s] *ſunt literae* VTIO *ad* Verris *nomen diſſimulandum in locum ſimplicis inculcatae.* ¶ 3 *Obſcoeno ſenſu* Horat. Serm. 1, 2, 45 Quin etiam illud Accidit, vt cuidam teſtes caudamque ſalacem Demeteret ferrum. *Et* 2, 7, 49 Quaecunque excepit turgentis verbera caudae.

CAVDECAE, arum. f. pl. Ciſtellae *appellatae ſunt* ex iunco ad ſimilitudinem caudae equinae factae, Feſtus. Gellius 10, 25 *in generibus* nauium *ſunt* caudicae. *Gronou.* Caudiceae. *Conf.* CAVDEVS.

CAVDEX, *vel* CODEX, ĭcis. m. [κορμὸς, στέλεχος] *Truncus arboris.* Virg Georg. 2, 30 Quin et caudicibus ſectis (mirabile dictu) Truditu[r] e ſicco radix oleagina ligno. Caudices *ſunt* Clauae *et* Taleae. Servius, Caudicibus poſuit, pro Codicibus: ſicut Caulem pro Colem Sauricem pro Soricem dicimus. Caudices ligni funiculo circumdatos portare Gell. 5, 3. Plin. 12, 14 Iuba tradit, arborem turis contorti eſſe caudicis. Solin. 35 Lignum caudicis. Plin. 16, 30 ſ. [] Quaedam arbores ſimplices, quibus a radice caudex vnus, et rami fre[]quentes, vt oliuae, fico, viti. Quaedam fruticoſi generis: vt paliurus, myrtus, item nux auellana. Intortus caudex, durus, craſſio[r] quam turis myrhae Plin. 12, 15 ſ. 34. ¶ 2 Caudex, Plurium tabularum contextus. Sen. de Breuit. Vitae 13 Quis Roman[orum] primus perſuaſit nauem conſcendere? Claudius is fuit, Caudex o[b] hoc ipſum appellatus, quia plurium tabularum contextus, caudex apu[d] antiquos vocabatur. Vnde publicae tabulae Codices dicuntur: et naves nunc quoque, quae ex antiqua conſuetudine per Tiberim com[]meatus ſubuehunt, caudicariae vocantur. *Al.* Caudicae. Caudicarum nauium *mentio eſt apud* Gellium 10, 25. *Gr.* Caudiceae. ¶ [] Caudex, *pro homine ſtulto.* Ter. Heaut. 5, 1, 4 Quae ſunt dicta in ſtultum, caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus. *Conf.* CODEX.

CAVDEVS, a, um. Adi. [στελέχινος] *Quod eſt ex caudice.* Plaut. Rud. 4, 4, 65 Ciſtellam iſtic ineſſe oportet caudeam in iſto vidulo *Add.* ib. v. 89. *Scaliger etiam* Caudeae *legi voluit in loco* Feſti, *quem modo poſuimus*, CAVDECAE.

CAVDICĀLIS. [στελέχειος] *Quod pertinet ad caudicem.* Plau[t]. Pſeud. 1, 2, 25 Te cum ſecuri, caudicali praeficio prouinciae. *i. Tu[a] erit prouincia, vt caudices ſecuri ſindas.*

CAVDICARIVS, *ſ.* CODICARIVS, a, um. Adi. [κορμικὸς] *Vt*, Caudicariae naues, ex tabulis craſſioribus factae, Feſtus. *Vi[d.]* CAVDEX n. 2. Non. 13, 12 Codicarias naues etiam nunc conſuetudo appellat, eo quod in fluminibus ſint vſui. *Vid.* CODICARIAE *ſub* CODEX. *Hinc*

CAVDICARII, *ſ.* CODICARII, *nautae Tiberini, qui* caudicariis nauibus *frumentum ſubuehunt, quorum mentio* l. 2 C. Th. de Piſtoribus et Catabol. l. 4 *et* 9 eod. de ſuariis, l. 1 eod. de Can. frum Vrb. Rom. *itemque in* vett. Inſcriptt. *Grut.* p. 440, 3 *vbi* Codicarii e[t] Nauicularii quinq. corp. nauigantes. *et* p. 1076, 6 *vbi* Codicarii Nabiculari infernales, *denique* p. 462, 1 *vbi* Portuenſes, quibus vetus fui[t] cum Caudicariis diuturnumque luctamen.

CAVDICEVS, a, um. Adi. *Idem, quod* Caudicarius. Auſon. in Moſella v. 197 Nauita caudiceo fluitans ſuper aequora lembo.

CAVDIS, is. *ſ.* CAVDIVM, i. n. [Καύδιον] *Oppidum Samnii vnde* Caudinae furculae, *et* Caudinae fauces, *nobilitatae inſigni clade et ignominia, quam Romani exercitus ſub Sp. Poſthumio a Samnitibus acceperunt, quam deſcribit* Liu. 9, 2 ſqq. *Hinc ergo*

CAVDĪNVS, a, um. Adi. [Καυδῖνος] Lucan. 2, 138 Vltri[x] Caudinas ſperauit vulnera furcas. Furculas *eum locum vocat* Liu. 9, 2 Sil. 8, 566 Aut Caudinis faucibus haerent. Pax Caudina Liu. 9, 7 Praelium Caudinum Cic. de Senect. 41. Saltus Liu. 9, 7.

CAVEA, *vid.* CAVVS.

CAVEO, caui, cautum, ēre. [εὐλαβοῦμαι, ἐξευλαβοῦμαι] *Significat Vitare, et prouidere, ne quid praeter ſpem accidat.* Inter Cauere et Vitare Lucillius *apud* Non. 5, 62 eſſe diſtantiam voluit lib. 26. [e]ſſe plus Vitare: Quid tibi cauendum cenſes, quid vitandum maxume Ouid. Met. 2, 89 Nate caue: dum resque ſinit, tua corrige vota Ter. Eun. 4, 6, 23 Quod cauere poſſis, ſtultum eſt admittere. Exitium cauere Sueton. Tib. 53. Frigora Ouid. de Arte Am. 2, 302 Inſidias cauere Sueton. Caeſ. 86. Iurgia Ouid. de Arte Am. 1, 591 Cic. de Orat. 1, 147 Nam ipſum quidem illud etiam ſine coniunctione iuris, quam ſit bellum cauere malum, ſcire poſſumus. Martial. Epigr 12, 34 Si vitare voles acerba quaedam Et triſtes animi cauere morſus, *etc.* Cic. Fam. 11, 21 Quamobrem nec metuam quidquam et cauebo omnia. Nihil credendo, atque omnia cauendo Idem poſt red. ad Quir. 21 c. 9. Suet. in Galb. 19 Sacrificantem mane aruſpex identidem monuit, caueret periculum, non longe percuſſores abeſſe. Tela Ouid. ex Pont. 4, 3, 56. Ventos Idem de Arte Am. 1, 63 *ſed Burm.* Ventos quoque, nate, timeto. ¶ 2 *Hin[c] varian[]*

*variam conſtructionem et vſum verbi, velut per lancem ſaturam perſequemur.* Horat. Serm. 2, 3, 92 Quoad vixit, credidit ingens pauperiem vitium, et cauit nihil Acrius. Ouid. Faſt. 2, 60 Caetera ne ſimili caderent labefacta ruina Cauit ſacrati prouida Cura ducis. Cic. Fam. 1, 7 Vt conſiderares in omni reliqua vita, quibus crederes, quos caueres, *(tanquam periculoſos)* *Sed* Plaut. Epid. 3, 2, 23 Is apud forum manet me, quaſi quo emeret caueat. *i. illi, cui emeret, de remediis iuris in illa emtione proſpiciat, ne is capiatur. De hac re plenius agimus* n. 3. Cato R. R. 5, 7 Scabiem pecori et iumentis caueto: id ex fame, et ſi impluit, fieri ſolet. *i. prouideto, ne ſcabie corripiantur.* Caue canem! *Prouerbii more vſurpatum videtur, a veteribus, quum paraſitos, vel alios importunos terrere, vel arcere volebant.* Satyra *quaedam* Varronis *hac inſcriptione erat.* *Verba* Varronis *ſunt apud* Nonium, Quod ea die mea erat praebitio, in ianuam, *Caue canem!* inſcribi iubeo. *Minae videntur, canibus exigendos importunos.* ¶ 3 *In primis vero Iuris et ICtorum verbum eſt, cum illo conſtituitur aliquid, ab his monentur iuuanturque conſilio clientes.* Cic. Offic. 2, 65 Nam in iure cauere, conſilio iuuare, atque hoc ſcientiae genere prodeſſe quamplurimis, vehementer et ad opes augendas pertinet, *etc.* *Nimirum* Cauere alicui, *iurisprudentis hominis eſt, qui conſultori ſuo rationem praeſcribit, formulamque dictat paciſcendi, aut contrahendi: et monitis conſilioque inſtruit, ne conditionem ſuam deteriorem faciat.* Cic. in Topic. 4 ad Trebatium *ſcribit* Iuriſconſultum, Etenim quum tu mihi meisque multa ſaepe cauiſſes, veritus ſum, ne ſi ego grauarer, aut ingratum id, aut ſuperbum videretur. *Alii tamen cum Grut. legunt* Scripſiſſes, *eadem fere ſententia.* Cic. Fam. ..., 1 *extr.* L. Valerium Iuriſconſultum valde tibi commendo: ſed ita etiam, ſi non eſt iurisconſultus. Melius enim ei cauere volo, quam ipſe aliis ſolet. Ouid. de Arte Am. 1, 83 Illi ſaepe loco capitur conſultus Amori, Quique aliis cauit, non cauet ipſe ſibi. Cic. de Finib. 2, 101 Quaero autem, quid ſit, quod quum, *etc.* tam accurate, ...mque diligenter caueat et ſanciat, vt Amynomachus et Timocrates ...eredes ſui de Hermachi ſententia dent, *etc.* *de Epicuri teſtamento.* ...ecipitur in tranſenna auaritia ſua ille, qui conſulte, docte, atque ...ſtute cauet Plaut. Rud. 4, 7, 14. Hic poterit cauere recte, iura ...ui et leges tenet Plaut. Ep. 2, 2, 107. Cic. de Legib. 2, 61 c. 24 ...ltera lex, priuatorum aedificiis, altera ipſis ſepulchris cauet. *i. illorum ſecuritati et durationi proſpicit.* Concordiae publicae cauere ...ellei. 2, 48, 5. Cic. de Inuent. 2, 120 Amentiae igitur fuiſſe, quum ...eredi vellet cauere, id adſcribere, quo non adſcripto nihilominus ...eredi caueretur. Securitati cauere Suet. Tit. 6. Cic. pro Roſc. ...om. 15 Quid ita? Flauio ſibi cauere non venit in mentem? Cauere ſibi ab aliquo Ter. Eun. 5, 2, 44. A Veneno Cic. de Fin. 5 c. ... Idem Fam. 6, 7 In oratore tuo tibi caues per Brutum. Idem ... Bruto 18 c. 5 At vero inquam, tibi ego Brute non ſoluam, niſi ...ius a te cauero, amplius eo nomine neminem, cuius petitio ſit, ...riturum. *i. Niſi a te ſpondente ſatis accepero.* *Et* Verr. 2, 27 ...ogant eum, vt id, quod ab ipſis abiſſet pecuniae, curet: ab ſeſe ...ueat quemadmodum velit, de illa hereditate cum Epicrate neminem ...ſe acturum. *i. Arbitrio ſuo ab ſe cautionem exigat.* Bud. Plaut. ...cchid. 1, 1, 10 Haec ita me orat, ſibi qui caueat, vt aliquem hominem reperiam ab iſtoc milite, vt, vti emeritum ſibi ſit, ſe reuehat ...mum: id, amabo te, huic caueas. P. Quid iſti caueam? BA. Vt ...uehatur domum. Vlpian. *l.* ſi procuratorem. §. vlt. D. mandat. ...'dolus non interuenit, nec culpa, non teneberis, niſi ad hoc, vt ...eas, ſi in poteſtatem tuam peruenerit, te reſtituturum. *Sic* Obſidibus cauere de pecunia Caeſ. Bell. Gall. 6, 2. *i. Dare obſides, quoad ...uniam diſſoluant.* Bud. Obſidibus, *caſus eſt ablatiuus: vt* Caeſ. ...ll. Gall. 7, 2 Et quoniam in praeſentia obſidibus cauere inter ſe non ...ſſent, ne res efferretur, vt iureiurando ac fide ſanciatur, petunt. ...ſcaeuola in l. ſi ex pluribus. D. de ſolut. Si ex pluribus cauſis et chi...graphis creditor ita cauit. T. Maeuius dico me accepiſſe, et habere, ...accepto tuliſſe C. Titio reliquum omne ratione poſita eius pecuniae, ...am mihi Stichus C. Titii ſeruus cauerat. Quaeſitum, *etc.* Scaeuola ...l. Quae neptis. D. de Acquir. hered. Condemnatique pro portio...ibus hereditariis ſinguli heredes, inter quos et Seia, Sempronio ca...uerunt ſummam, qua quisque condemnatus erat, vſuris, *etc.* Plin. ...3, 7 Aetas noſtra vidit in Capitolio, prius, quam id nouiſſime con...flagrauit a Vitellianis incenſum, in cella Iunonis, canem ex aere, ...vlnus ſuum lambentem, cuius eximium miraculum, et indiſcreta ...veri ſimilitudo, non eo ſolum intelligitur, quod ibi dicata fuerat: ...verum ex noua ſatisdatione: nam ſumma nulla par videbatur, ca...pite tutelarios cauere pro ea inſtituti publici fuit. *i. ſi ablatum eſſet, ...num non ſummae pecuniae, ſed capitis rei fuiſſent tutelarii et aeditimi.* ...c. de Inuent. 2, 140 Non ergo omnia ſcriptis, ſed quaedam, quae ...ſpicua ſunt, tacitis exceptionibus caueri. Senatus conſulto ca...uere Tacit. Ann. 4, 20. Cic. de Fin. 2, 101 c. 31 Tantum dico ma...g fuiſſe verum agere Epicuri diem natalem, quam illum teſtamento ...uere, vt ageretur. Vlpian. in l. Si duo. §. Si quis iurauerit. ... de Iureiur. Si quis iurauerit vendidiſſe me ei rem centum: ex ...to agere poterit, vt ei caetera praeſtentur, id eſt res tradatur, et ... euictione caueatur. De facto ſuo Paullus in l. De tuo. D. Man...d. vel contr. De ea re, et iurando, et chirographo cauit Sueton. ...lig. 12. Vlpianus in l. Si quis a multis. D. de Noxal. action. Si ...idem vnus occupauerit, an melior ſit eius conditio, vt ipſi ſoli de...tur: an vero, vel omnibus dedi debeat, vel cauere debeat defen...n iri aduerſus caeteros? Idem l. Si remunerandi. §. Marius Paullus ...idam. D. Mandat. Et ſub nomine alterius ex euentu litis cauerat ſibi ...tam quantitatem, *etc.* *i. Pactus fuerat.* Vlp. in l. Quod ad here...m. D. de Magiſtratibus conueniendis, Nam magiſtratus, ſi tanta fuit ...gligentia, vt omnem cautionem omitteret, aequum eſt haberi eum ...co fideiuſſoris, vt et heres eius teneatur. Si vero cauit: et tunc ...onei fuerunt, et poſtea deſierunt, ſicut ipſe magiſtratus probe recu...ſet hanc actionem, ita et heres multo iuſtius. Cauere *et* Satisdare, *...risconſulti ſic diſtinguunt, vt qui datis fideiuſſoribus ac ſponſoribus ...omittat,* Satisdare *dicatur: qui vero ſine fideiuſſoribus,* Cauere. ...p. l. 2 §. 6 D. de iudic. Sed vtrum nuda cautione, an ſatisdato, ...arcellius dubitat. Mihi videtur ſola promiſſione. ¶ 4 *...nſtruitur cum Coniunctiuo et Infinitiuo* Caue facias, faxis, reſpon...ris, *et ſimilia, pro* Caue ne feceris, ſiue facias, aut reſpondeas. ...ue exiſtimes Cic. Fam. 9, 24. Caue quidquam putes eſſe verius ...c. de Fin. 2, 71 c. 22. Hor. Serm. 2, 3, 38 Caue faxis. Ter. ...eaut. 5, 4, 8 Caue poſthac, ſi me amas, vnquam iſtuc verbum ex re ...diam. Idem ibid. 2, 2, 6 Etiam caues, ne videat forte. Cic. ...ad. 4, . . Nonne caueam ne ſcelus faciam? Idem Fam. 3, 12 Vt cauerem, ne cui ſuſpicionem ficte reconciliatae gratiae darem. *Add.* Id. pro S. Roſc. c. 53. Caui, ne quid facerem Plaut. Merc. 5, 3, 2. *Cum Infinitiuo* Virg. Ecl. 9, 25 Et inter agendum Occurſare capro (cornu ferit ille) caueto. Caueret id petere Sall. Iug. c. 64. Caue praecipitare Ouid. ex Pont. 3, 1, 139. Commiſiſſe cauet, quod mox mutare laboret Hor. de Arte Poët. 168. ¶ 5 *Paſſiue.* Cic. Att. 10, 18 Caetera quae quidem conſilio prouideri poterunt, cauebuntur. Cauetur Pagana lege in plerisque Italiae praediis, ne, *etc.* Plin. 28, 2. Cic. de Lege Agr. 1, 73 Cauetur ne Ianiculo coloniam conſtituatis. Caueri etiam vult iis, qui ſecum ſunt, quidquid contra legem commiſerunt Cic. Philipp. 8, 26. Id. Acad. 4, 147 At vitioſi ſunt Soritae. Frangite igitur eos, ſi poteſtis, ne moleſti ſint: erunt enim, niſi caueatis. Cautum eſt, inquit. *Sic* Quod quisque vitet, nunquam homini ſatis Cautum eſt in horas Hor. Od. 2, 13, 13. Cic. Fam. 2, 17 Laodicaeae me praedes acceptururum arbitror omnis pecuniae publicae, vt et mihi et populo cautum ſit, ſine vecturae periculo. Cic. de Lege Agr. 1, 10 Excipit in vectigali imponendo agrum Recentoricum Sicilienſem: in vendendis agris eos agros, de quibus cautum ſit foedere. Cautum eſt lege XII tabularum Plin. 16, 5. *Conf.* Curt. 6, 11, 20. Verbis ſatis hoc cautum erat? minime Cic. pro Caecin. 53. Cautum eſt illi Cic. Att. 5, 8. Vlpian. l. 188 §. vlt. D. de verb. ſignif. Cautum intelligitur, ſiue perſonis, ſiue rebus cautum ſit.

CAVENDVS, a, um. Partic. *et* Gerund. [ἐυλαβηθησόμενος] Cic. Fam. 4, 3 Quae eſſet tua in hoc peſtifero bello cauendo et praedicendo ſententia. Propert. 3, 14, 24 Nec grauis auſteri poena cauenda viri. Vitare malum cauendo Ouid. Triſt. 3, 6, 17. Animum attendere ad cauendum Nep. 7, 5, 2. Cic. de Orat. 2, 295 c. 72 Quod ego maxime oratori cauendum et prouidendum puto. Lucil. *ap.* Non. 5, 62 Quid vitandum tibi cenſere, quid cauendum maxime.

CAVO, ĕre. Tibull. 1, 4, 68 Haec mihi quae cauerem Titio, Deus edidit ore. *Sic certe dedit Scaliger.* *Sed* cauerem *ex librorum conſenſu et ſententia ipſe defendit Brouckhuſius.* *Interim* Seruius ad Aen. 4, 409 *vbi de* feruere, *tertiae etiam coniugationis verbo.* *Sic etiam* Horatius (Epiſt. 1, 13, 19) Vade, vale, caue, ne titubes, mandataque frangas. — Dicimus a tertia coniugatione eſſe imperatiuum, vt *cauo cauis.* Hinc etiam Catullus *cauere* dixit. *De Imperatiuo res certa.* Propert. 1, 7, 25 Tu caue noſtra tuo contemnas carmina faſtu. *Et* Horat. Serm. 2, 3, 177 Tu caue ne minuas, tu ne maius facias id.

CAVITIO olim, quae poſt Cautio. Feſt.

CAVTIO, ōnis. f. [ἐυλάβεια, γράμμα] *Animaduerſio ſiue prouidentia quaedam, qua auertimus et vitamus aliquid, ne nobis accidat, quidquid cauendi cauſa ſuſcipitur.* Cic. Tuſc. 4, 13 Quoniamque vt bona natura appetimus, ſic a malis natura declinamus: quae declinatio, ſi cum ratione fiet, Cautio appelletur, eaque intelligatur in ſolo eſſe ſapiente. *Sic nempe differt a metu, qui eſt ſtultorum ſecundum Stoicos.* Cic. de Amicit. 80 Omnino omnium horum vitiorum atque incommodorum vna cautio eſt, atque vna prouiſio, vt ne nimis cito diligere incipiamus, neue non dignos. Cic. Att. 1, 19 Priuatis rebus meis propter infirmitatem bonorum, *etc.* adhibeam quandam cautionem et diligentiam. Cic. de Diuin. 2, 54 c. 25 Omnis enim praedictio mali tum probatur, quum ad praedictionem cautio adiungitur. *i. ratio cauendi malum praedictum atque euitandi.* Cic. pro Font. 2 Videte quo deſcendam Iudices, quam longe videar a conſuetudine mea et cautione ac diligentia diſcedere. Id. pro Sext. 15 c. 7 Hunc Pompeius omni cautione, foedere, exſecratione, deuinxerat, nihil in tribunatu contra me eſſe facturum. Cic. Fam. 11, 21 Quae cautionem non habebunt, de his non ita valde laboro. *i. vitari non poſſunt cauendo.* Defendendi cautio facilis Cic. pro Flacc. 31. Cautio eſt, *i.* Cautione eſt opus, *auctore* Donato *ad* Ter. Andr. 2, 3, 26 Puerum autem ne reſciſcat mihi eſſe ab illa, cautio eſt. *Sed pro* Mea cautio eſt Cic. Att. 5, 4 *meliores* Captio. Tua enim cautio, noſtra cautio eſt Cic. pro Marcell. 21 *dum tibi caues, et ſalutem tuam cuſtodis, noſtram cuſtodis.* ¶ 2 *Vt cauere in primis et peculiari quadam ratione ICtorum eſt; ita* Cautio *ſaepe apud illos adhibetur pro ratione, vel verbis conceptis, vel ſcripto damnum aut fraudem cauendi atque excludendi.* Cic. Orat. 141 Perſecutionum cautionumque praeceptio in iure ciuili. Cic. Fam. 7, 18 Itaque quando veſtrae cautiones infirmae ſunt, Graeculam tibi miſi cautionem chirographi mei, *i. Commendaui te Caeſari literis Graece ſcriptis: ſcribit ad ICtum Trebatium, cuius cautiones in caſtris inutiles ridet.* Cic. pro Domo 129 c. 50 Sed vno tempore cautiones fiebant pecuniarum, *etc.* Vlpianus in l. Ita autem. §. Iulianus. D. de Adminiſtrat. tutor. Nemo enim ius publicum remittere poteſt huiusmodi cautionibus. Accipe cautionem tuam Vulgata Luc. 16, 6. *i. ſyngrapham aut chirographum.* *Conf. ibi Grot.* Cautio iuratoria, *eſt Promiſſio ſine fideiuſſoribus, ſolo interpoſito iureiurando praeſtita, fore vt reus in iudicio adusque litis exitum permaneat, vti docet* Imper. §. 1 inſtit. de ſatisdat. Et de Cautione iuratoria *mentio fit* in l. 17 C. de dignitat. Cautio Mutiana eſt; *Quum is, cui quid ſub non faciendi conditione debetur, ſe id non facturum cauet: itaque id, quod ſibi debebatur, conſequitur, niſi forte per aliam conditionem actio differri poſſit.* Vlp. l. 7 D. de condit. et demonſtrat. Mutianae cautionis vtilitas conſiſtit in conditionibus, quae in non faciendo ſunt conceptae, vt puta, Si in Capitolium non aſcenderit, Si Stichum non manumiſerit, et ſimilibus. Sen. de Benef. 7, 10 Video iſtic diplomata et ſyngraphas, et cautiones, vacua habendi ſimulacra. Suet. Aug. 98 Iusqueiurandum, et cautionem exegit a ſingulis, non alio datam ſummam, quam in emtionem Alexandrinarum mercium abſumturos. Proferre cautiones Sen. de Benef. 3, 7.

CAVTIONĀLIS, e. [ἐυλαβητικὸς] *vt,* Cautionales ſtipulationes Praetoriae, *apud* Vlpianum in l. prima D. de Praetoriis ſtipulat. Praetoriarum ſtipulationum tres videntur eſſe ſpecies, Iudiciales, Cautionales, Communes. *Et paullo poſt,* Cautionales autem ſunt, quae inſtar actionis habent, et vt ſit noua actio intercedunt.

CAVTVS, a, um. [ἐυλαβὴς, ἀπαράλογιστος] *Prudens, et qui ſibi et negotiis ſuis probe ſolet cauere.* Ter. Phorm. 4, 5, 3 Vt cautus eſt, vbi nihil opus eſt. Cic. Acad. 4, 97 Vide quam ſit cautus is, quem iſti tardum putant. Cic. Q. Frat. 1, 1 Iam qui in eiusmodi rebus, in quibus vereor etiam ne durior ſim, cautus eſſe velim ac diligens. Cauti ac diligentes prohibent Quinctil. 4, 1, 70. Cic pro Roſc. Amer. 117 Itaque nunc illi homines honeſtiſſimi propter iſtius inſidias parum putantur cauti, prouidique fuiſſe. *Cum Praepoſitionibus ponitur.* *v. g.* Quinctil. 6, 1, 20 Cautiores ad cuſtodiam ſuae religionis iudices facit. Tibull. 1, 9, 46 Non poteram ad laqueos cautior

eſſe tuos. Hor. de Arte Poët. 46 In verbis etiam tenuis, cautusque ſerendis. Ab incurſu belli cautus Lucan. 4, 409. *i. tutus et bene munitus aduerſus vim bellicam.* Cic. Att. 10, 9 Ero tamen in credendo, vt mones, cautus. Cic. Q. Frat. 3, 9 Quam autem te velim cautum eſſe in ſcribendo, ex hoc coniicito. Cic. de Lege Agr. 1, 27 Sequentur auctoritatem Conſulis ſoluti a cupiditatibus, liberi a delictis, cauti in periculis, non timidi in contentionibus. Intra ſpem veniae Hor. in Arte Poët. 276. *i. qui cauet admittere, quod non habeat ſpem veniae.* ¶ 2 *Subſtantiua, quibus additur :* Ars Ouid. de Arte Am. 2, . . *Forte reſpicitur ad 2, 12, vbi rectius legitur* Arte mea capta eſt. Sil. 8, 326 Et cauti medicamina belli Lentus ama. Tacit. Ann. 11, 29 Et potentiam cautis quam acrioribus conſiliis tutius haberi. Dextra parum cauta Ouid. ex Pont. 3, 6, 3. Sen. Herc. Oet. 611 Intrant fraudes cautique doli. Formido Sil. 16, . . Manus cautas praeferre et ſequi Ouid. Faſt. 2, 336 *de Fauno, qui noctu cubile Omphales palpando quaerebat.* Nauita Ouid. de Rem. Amor. 737. Numos cautos expendere, *i. Numos caute collocare* Hor. Epiſt. 2, 1, 105. Pectus parum cautum Propert. 3, 5, 8. Ouid. Triſt. 1, 9, 20 Cautaque communi terga dedere fugae. Timor Id. ibid. 3, 4, 65. Viator Ouid. Triſt. 2, 271. Virtus cauta Sil. 15, 186. Vulpes Hor. Epiſt. 1, 173. ¶ 3 *Obſeruationes aliae :* Cauto opus eſt Plaut. Capt. 2, 1, 25. *i. cautione, vel vt caueatur.* Cautus *et* Tantus *ſaepe a librariis commutari, notat Drakenb.* ad Sil. 10, 234. *Compar.* Cic. ad Brut. 4 Vnum hoc grato animo, liberalique profectum, cautiorem ac moderatiorem liberalitatem deſiderat. Cic. Philipp. 12, 24 Nemo minus timidus, nemo cautior : res declarat. Id. Philipp. 13, 6 c. 3 Quid ſapientia ? cautioribus vtitur conſiliis, in poſterum prouidet, eſt omni ratione protectior. Claud. de Piis Frat. 18 Cautior in ſexu debiliore labor. Cic. pro Roſc. Amer. 56 c. 20 Tamen in eam partem potius peccant, quae eſt cautior. Cic. pro Caecin. 53 Quo mulieri eſſet res cautior, curauit, vt in eo fundo dos collocaretur. *Superl.* Vet. Inſcript. Q. Fabio Maximo *dicata:* DVX AETATIS SVAE CAVTISSIMVS HABITVS. *apud* Grut. f. 406 n. 7. Obſeruatione cautiſſima numerare Auguſt. Confeſſ. 7, 6.

CAVTA, orum. n. pl. *Cautiones, ſyngraphae. Vid.* Barth. Aduerſ. 44, 15 ex Corrippo 2 p. m. 39 Debita perſoluit genitoris, cauta recepit.

CAVTVS, ûs. m. *Omne id, quod in ſacris cauendum, et religionis gratia vitandum aut omittendum eſt, interpretatur* Lipſ. Elect. 1, 21, *et tribuit* Gallio 10, 15 Multiplices cautus, *vbi* caſtus *magis probat Gronouius ; et* Macrobio Sat. 1, 15 *vbi ita legit*, Caeſar — peractis totius menſis feriis die ſuo rei diuinae cautus inſeruit. *Sed Gron. ex libris* dies ſuos rei diuinae cautus inſeruit, *vt* cautus *ſit Nominatiuus ad nomen* Caeſar *relatus.* Caeſar *fuit* cautus rei diuinae. *Mox legit Lipſius*, Accepturos cautus ſacrorum, *vbi plenius editum a Gronouio* Accepturos cauſas feriarum a rege ſacrorum. *Itaque nondum ſatis auctoritatis habet hoc Subſtantiuum.*

CAVTE. Adu. [εὐλαβῶς] *Prudenter, prouide.* Plaut. Curc. 1, 1, 32 Caute vt incedas via. Caute et cogitate ſuam rem tractare Plaut. Trin. 2, 2, 46. Diligenter et caute excogitare quid dicamus Cic. Verr. 4, 147. Caute et diligenter facere iter Caeſ. Bell. Gall. 5, 47. Cic. pro Deiot. 18 c. 6 Quod igitur et occultius conari, et efficere cautius potuit, id tibi, *etc.* Cautiſſime aliquid tractare Cic. de Orat. 2, 242. Idem pro Cluent. 118 c. 42 A me tamen vt aequum eſt, omnia caute, pedetentimque dicentur. Cic. de Diuin. 2, 33 Sed animaduerti, Quinte, te caute, et ab iis coniecturis quae haberent artem atque prudentiam, *etc.* abducere diuinationem. Amare Ouid. de Arte Am. 2, 167. Nauigare cautiſſime Cic. Att. 15, 26. Pugnare Ouid. Epiſt. 13, 146. Tranſire limen cautius Idem Amor. 1, 12, 6. Scriptum caute, vt centum numi deducerentur Cic. de Legib. 2, 53.

CAVTIM. [ἀπαραλογίστως] *Caute.* Ter. Heaut. 4, 8, 29 Sed haec ita vt ſunt, cautim et paullatim dabis, ſi ſapies. *Apud* Non. 11. 22 Actius Alpheſiboea, Sed tibi cautim eſt adeundum ad virum. Idem Philocteta, Contra eſt eundum cautim, et captando mihi.

CAVTIVS *vel* CATIVS Deus *apud* Auguſtin. de C. D. 4, 21 Sed ſi virtus non niſi ad ingenioſum poſſet venire, quid opus erat Deo Catio *(al.* Cautio) patre, qui Catos *(al.* Cautos) id eſt acutos faceret, cum hoc poſſet conſerre felicitas ? Ingenioſum quippe naſci felicitatis eſt.

CATVS, a, um. [*ὀξὺς, δεδηγμένος, ὁ νουνεχὴς* Vet. Gl.] *Antiquum vocabulum, idem quod Cautus.* Nonius 2, 184 Sapientem *interpretatur laudatque* Cic. Tuſc. 2, 45 c. 19 Sed homo catus nunquam terminat nec magnitudinis, nec diuturnitatis modum ? *vbi legitur hodie* Cautus. Varro de L. L. 6, 3 p. 74, 3 Apud Ennium, Iam cata ſigna fere ſonitum dare voce parabant. Cata, acuta : hoc enim verbo Sabini dicunt : quare Catus Aelius Sextus, non, vt aiunt, Sapiens, ſed acutus, et quod eſt, tunc coepit memorari. Simul cata dicta accipienda acuta dicta. *Verum* A ſapientia ſunt impoſita catorum et corculorum nomina Plin. 7, 31. Egregie cordatus homo catus Aeliu' Sextus Enn. *ap.* Cic. Tuſc. 1 c. 9. Plaut. Perſ. 4, 4, 70 Dî iſtam perdant, ita cata eſt et callida. *Conf.* Id. Moſt. 1, 3, 29. *et* 5, 2, 21. Mercurius catus Hor. Carm. 1, 10, 3. Catum conſilium Plaut. Epid. 2, 2, 73. *h. e. Prouidum et ſanum.* Ter. Andr. 5, 2, 14 Neſcio qui ſenex modo venit : ellum ! confidens, catus. *Vbi* Donatus : Catus, Callidus, doctus. Cic. de Legib. 1, 43 Quis igitur prudentem, et (vt ita dicam) catum, non ex ipſius habitu, ſed ex aliqua re externa iudicet ? Apul. Flor. p. 341 Solus ante alios catus canere. Hor. Carm. 3, 12, 10 Catus alto latitantem fruticeto excipere aprum.

CATE. [*νουνεχῶς*] *Caute.* Plaut. Men. 1, 2, 22 Sic decet dari facete verba, cuſtodi cate. Idem Mil. 3, 1, 1 Cum cura et cate locus loquendi lectus eſt. Cic. in Arat. v. 304 Tum tornare cate contortos poſſiet orbes, Quum ſunt in caelo diuino numine flexi.

CAVTOR, ōris. m. [*εὐλαβητὴς, ἐγγυητὴς*] *Qui cauet et prouidet.* Plaut. Capt. 2, 2, 5 Qui cauet, ne decipiatur, vix cauet, quem etiam cauet : etiam quom caniſſe ratus eſt, ſaepe is cautor captus eſt. Formularum cautor Cic. de Orat. 1, 236 c. 55. *Sed melius hodie editur* Cantor. Periculi alieni cautor, *qui ſolicitus eſt et prouidet, ne quis incidat in periculum* Cic. pro Sext. 15 c. 7.

CAVTĒLA, ae. f. [*ἀσφάλισμα* Vet. Gloſſ.] *Cautio.* Paull. in l. Si defunctus. §. Qui ad communi. D. de Procurator. Qui ad communi diuidundo iudicium datus eſt ad agendum, item et ad defendendum videbitur datus, duplici cautela interponenda. Pomponius in l. Quamuis conuenerit. D. de Pignorat. actione, Prius idonea cautela a debitore pro indemnitate ei praeſtanda.

CAVTELĬTAS, ātis. f. *Cautio, prouidentia.* Ennod. 8, 8 Ar forte contra me illam tuam cautelitatem aeſtimas eſſe ſeruandam.

CAVERNA, *vid.* CAVVS.

CAVIARES Hoſtiae dicebantur, quod cauiar pars hoſtiae cauda tenus dicebatur, quae ponebatur in ſacrificio pro collegio pontificum quinto quoque anno. Feſtus.

CAVILE. *Vid.* CAVVS.

CAVILLA, ae. f. *et* CAVILLVM, i. n. [*σκωμμάτιον*] Cauillatio eſt et irriſio, *auctore* Feſto, *detortis in alium ſenſum verbis* Plaut. Aul. 4, 4, 11 Pone hoc ſis : aufer cauillam, non ego nunc nugas ago. *Add.* Mart. Capella 4 p. 135 Quid cauilla ſaeuius ? *i. cauillatione, ſophiſmatibus. Et* Apul. Mileſ. 1 p. 66 Iam adlubentia procliuis eſt ſermonis ac ioci, et ſcitum eſt cauillum. Alludere cauillo Aur. Vict. Epit. 9, 14. *Conf.* 23, 6.

CAVILLVLA, ae. f. Dimin. Plaut. Truc. 3, 2, 18 Ita vt pauxillum differat a cauillulis.

CAVILLOR, āri. [*σκώπτω, σοφίζομαι, εἰρωνεύω*] Iocari, *inquit* Nonius 2, 183 *ſiue etiam Irridere.* Cic. de Orat. 3, 120 Vt ille in Gorgia Socrates cauillatur. Liu. 2, 58 A centurionibus corruptum exercitum dicere, Tribunos plebeios cauillans, interdum et Volerone vocare. Cic. Att. 2, 1 Itaque iam familiariter cum ipſo cauillor a iocor. Saepe cum populo cauillatus eſt, verum maieſtate ſalu Suet. Tit. c. 8. Cic. de Nat. Deor. 3, 83 c. 34 Atque in eo etiam cauillatus eſt, aeſtate grauem eſſe aureum amiculum, hieme frigidum *Hic quoque ad irriſionem pertinet. Sic* Nare detorta magiſtrum ſuum varie cauillantur Apul. Met. 8 p. 213. Summo riſu meum proſpectum cauillari non deſinunt Id. 9 p. 238. *Ad reprehenſionem ſeueriorem vero* Quinctil. 1, 4, 5 Qui hanc artem vt ieiunam et tenuem cauillantur. Tacit. Ann. 1, 46 An Auguſtum feſſa aetate toties i Germaniam commeare potuiſſe ; Tiberium vigentem annis ſedere i ſenatu verba patrum cauillantem, *i. detorquentem, male interpretantem.* ¶ 2 *Origo verbi videtur a ICtis repetenda et verbo* i*lorum* cauere, *de quo* n. 3 *diximus. Huius enim deminutum eſt* cauillor, *vt a* ſorbere ſorbillare *eſt, et a* conſcribere conſcribillare, *quaſi tu dicas minutas cautiones interponere, vt nempe ipſi* Leguleii *diminu vocabulo dicuntur. Quin pro* Cauere *ipſo poſuiſſe videtur* Tertull. Coron. 11 Aut omnibus modis cauillandum, ne quid aduerſus Deu committatur. *i. in paruis etiam rebus cauendum.* ¶ 3 *Paſſiue* Cauillari *ſignificat eludi, effectu ſuo priuari.* Tertull. de Reſur Carnis 21 Et puto Deo nec liuorem, nec dolum, nec inconſtantiam nec lenocinium adſcribi poſſe, per quae fere promulgatio maioru *(minae aut promiſſa principum)* cauillatur. *Et* c. 34 Quoniam hic de interpretatione corporis quaeſtio cauillatur.

CAVILLATIO, ōnis. f. [*σκῶμμα, σόφισμα, παραλογισμ*] Iocoſa calumniatio, *inquit* Feſtus. *Κακοήθεια εἰρωνεία* Vet. Gloſſ. *"Ε δρα, ἀπάτη, παρεγχείρησις* Id. Cic. de Orat. 2, 218 c. 54 Etenim qui duo genera ſunt facetiarum : alterum aequaliter in omni ſermone fuſum, alterum peracutum et breue : illa veteribus ſuperior, cauillatio : haec altera, dicacitas nominata eſt. Sueton. Veſpaſ. 23 C *iungere vtrumque videtur*, Et maxime tamen dicacitatem in deformil lucris affectabat, vt inuidiam aliqua cauillatione dilueret, transf retque ad ſales. *Interpretationem falſam hic quoque notari apert eſt.* Id. Gram. 3 Cauillationem nominis *appellat calumniatoriam interpretationem. Sed apellantur hoc nomine etiam, quae Graeci σοφίσματα vocant.* Quid vocentur latine ſophiſmata quaeſiſti a me. — Aptiſſimum videtur mihi, quo Cicero vſus eſt, cauillationes vocat Sen. E 111. *Sic* Vlpianus in l. Ea eſt natura. D. de verbor. et rer. ſignif. Ea eſt natura cauillationis, quam Graeci *σωρίτην* appellant, vt ab e denter veris, per breuiſſimas mutationes diſputatio ad ea, quae euidenter falſa ſunt, perducatur. *Conf.* l. 65 D. de diuin. R. 9. Quin 12, 2, 14 Itaque reperias quoſdam in diſputando mire callidos, cum illa cauillatione diſceſſerint, non magis ſufficere in aliquo graui actu *etc.* Id. 2, 17, 30 Plurima ex eo contra rhetoricen cauilla eſt, quod ex vtraque cauſae parte dicatur, *i. multa argute et ſuba contra rhetoricen diſputantur.* Id. 10, 7, 14 Cum infelix illa ver rum cauillatio accedit, et curſus ad ſingula veſtigia reſtitit : caui tio verborum, *calumnia, falſa accuſatio, cum quaeritur, quod rep hendatur, etiam falſo.* Hinc mouentur mille iuris cauillatio Quinctil. 7, 5, 37. Deſcendere ad cauillationes ineptas Id. 1, 7, Effugere omnem cauillationem Quinctil. 1, 5, 38.

CAVILLĀTOR, ōris. m. [*σκώπτης*] Cic. Att. 1, 13 COS. a tem ipſe paruo animo, et prauo, tamen cauillator genere illo moro quod etiam ſine dicacitate ridetur, facie magis quam facetiis ridic lus. *Et* Gell. 4, 20 Qui iurabat cauillator quidem et canicula, nimis ridicularius fuit. Probus cauillator Plaut. Truc. 3, 2, 15.

CAVILLATRIX, īcis. f. Quinctil. 7, 3, 14 Quibuſdam nep cuit quidem omnino ſubtilis haec et ad morem Dialecticorum forma concluſio, vt in diſputationibus potius per argumenta verborum cauillatrix, quam in oratoris officio multum allatura momenti. *Eti* 2, 15, 25 *Platonis σοφιστικὴν* cauillatricem *appellat.*

CAVILLĀTVS, a, um. *Paſſiue, idem ac* Illuſus. Apul. M 3, 137 Lepido ſermone Fotidis cauillatus. Id. 9 p. 230, 5 Sermon blanditie cauillatum deducebat puerum : *modo non legendum* Cauillatus. *Certe alter locus, qui pro paſſiua ſignificatio aſſerenda laudatur, Deponentis naturam retinet. Nimirum* M. 3 p. 137, 27 Ac ſic lepido ſermone Fotidis inuicem cauillatus, Ergo igitur iam et ipſe poſſum, inquam *etc. Iocat Fotide, ipſe inuicem cauillatur.* Lepido ſermone *abſolute poſu videtur omiſſo* in.

CAVILLATORIVS, a, um. *Vt*, Tractatus fruſtratorius, c villatorius, in lib. 35 ff. t. 2 l. 88.

CAVILLOSVS, a, um. *Cauillator.* Firm. 5, 8 Aſtuti, calli cauilloſi et inſidiarum pleni.

CAVILLĀTVS, ûs. m. *Cauillatio, Iocus.* Apul. Met. 8 p. Sed ille cognito cauillatu, ſimilis indignanti, At te inquit, *etc.*

CAVILLABVNDVS, a, um. Tertull. de Anima c. 34 Non tens, non fallens, non cauillabundus. *i. cauillationibus et Sophiſma eludere ſtudens.*

CAVLA, ae. f. [*μάνδραι, θρεμμάτων μάνδραι* Vet. Gloſſ.] *S bulum, in quo pecudes cluduntur ;* Feſtus, Caulae a cauo dictae: ar quitus enim ante vſum tectorum, oues in antris *(ſ. cauis)* claudeb tur. Virg. Aen. 9, 60 Ac veluti pleno lupus inſidiatus ouili, Qui fremit ad caulas. *Vbi* Seruius, Caulas, Munimenta et ſepta ouiu

eſt enim Graecum nomen, C detracto. nam Graeci αὖλας vocant animalium receptacula. ¶ 2 *Multa latius patet et idem vere notat quod αὐλὸς Graecorum*, caua, *canales*, *poros*, *meatus*. Lucret. 3, 255 Vſque adeo vt vitae deſit locus, atque animai Diffugiunt partes per caulas corporis omnes. Id. 2, 950

Donec materies omnes concuſſa per artus
Vitaleis animae nodos e corpore ſoluit,
Diſperſamque foras per caulas eiicit omneis.

*Et* 2, 703 Interit ergo *anima* Diſpertitur enim per caulas corporis omneis, vt cibus in membra atque artus cum diditur omneis Diſperit. *Et* 707 Dum quaſi per caulas omneis diduntur in artus Particulae. *Et* 6, 839 *de auibus morientibus*, Diſpergunt animas per caulas corporis omneis. Idem 4, 624 Palati caulas *dixit*, *i. Meatus et foramina. Denique* 6, 491

Vndique quandoquidem per caulas aetheris omnes,
Et quaſi per magni circum ſpiracula mundi,
Exitus introituſque elementis redditus exſtat.

CAVLIAS, ae. m. [καυλίας] *Succus ex caule laſerpitii.* Plin. 19, 3 ſ. 15 Succus duobus modis capiebatur, e radice atque caule. Et haec erant duo nomina, rhizios atque caulias, vilior illo ac putreſcens — Ad mercis adulteria ſuccum ipſum in vaſa coniectum admixto furfure ſubinde concutiendo ad maturitatem perducebant, ni ita feciſſent putreſcentem. Cauliam ſuccum, Scapaneum, *e ſcapo ſumtum*, *interpretatur Gaza.*

CAVLINVS, a, um. *Vt*, Caulinum vinum, *iuxta* Capuam *proueniens*, *ab agro ita nominatum.* Plin. 14, 6 ſ. 8 Campania excitauit nuper nouis nominibus auctoritatem ſiue cura, ſiue caſu, ad quartum a Neapoli lapidem Trebellicis, iuxta Capuam Caulinis, et in ſuo agro Trebulanis.

CAVLIS, *ſ.* COLIS, is. m. [καυλὸς] *In herbis ac fruticibus dicitur ipſum robur*, *ſiue ſtirps*: *i. ea pars*, *vnde ſe producunt folia aut ramuſculi*, *nec tantum primaria ſ. caput et truncus*, *ſed vndecunque aliquid enaſcitur.* Plin. 18, 7 Fabae in ſolia exeunt, ac deinde caulem emittunt nullis diſtinctum internodiis. Col. 11, 3, 21 Cum caulem fecit cepa. Pallad. Oct. *de Malua*, Ne cito erigatur in caulem. Caules acanthini Col. 9, 4, 4. Laurus Id. 6, 7, 4. *De vitibus*, Cato 33, 2 Ne caules perfringantur. Vinearios *vocat* Col. 5, 6, 36. Varro de R. R. 1, 31, 2 Pampinare eſt ex ſarmento coles qui nati ſunt, de iis qui plurimum valent, primum ac ſecundum, nonnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere. Varro de R. R. 1, 41, 6 Colis tardius enaſcitur e nucleo oliuae. Cato 35, 2 Coles rapicii. Colum. Arb. 9, 2 Colem agit planta. Plin. 15, 28 ſ. 34 In papyris et ferulis, ſpinaque alba, caulis ipſe pomum eſt. *(i. ad cibum tanquam fructus aut pomum expetitur)* Sunt et ficulni caules, *qui inſtar cymarum ad cibum adhibentur.* ¶ 2 *Principatum caulium cum tribuerent braſſicae*, *hanc eminenti quadam ratione et ſimpliciter hoc nomine indicarunt*, *quod etiam ad Italos*, *Gallos*, *noſtroſque homines tranſiit.* Hor. Sat. 2, 4, 15 Caule ſuburbano, qui ſiccis creuit in agris Dulcior. *Et* 1, 3, 116 Qui teneros caules alieni fregerit horti. Pallad. Febr. 24, 5 Hoc etiam menſe caules ſeremus. — Omnem caeli ſtatum caulis patitur — *Et mox cum ipſe vocat* braſſicam, *tum Columellam citat* 11, 3, 23 *qui* braſſicae *nomine vtitur.* *Ipſe* Col. 10, 369 Prototomos caules *laudat*, *Et* 12, 7, 4 vt condiantur caules, *docet.* Caulium offae *ſunt* Veget. Mulom. 2, 6, 2 *qui etiam feminino genere* caules triginta braſſicae modicas *habet.* Caulium ſemen Scribon. 160 *etiam braſſicae eſt.* Plin. 17, 24 *circa finem* Odit et caulem vitis et omne olus. *Et* Cic. de Nat. Deor. 2, 120 c. 47 Vites a caulibus braſſicisque, ſi prope ſati ſunt, vt a peſtiferis et nocentibus, refugere dicuntur. *Forte huc etiam pertinet illud* Vngere caules oleo Hor. Serm. 2, 3, 125: *niſi malis intelligere*, Caules lactucae *qui ſunt* Scribon. 104. *Sic de* Suburbano *etiam* caule, *et* teneris caulibus Horatii *diſputare liceret.* ¶ 3 Caules pennarum Plin. 11, 39 Pennarum caules omnium caui. Caulis caudae Plin. 11, 50 ſ. 111 Boum caudis longiſſimus caulis, atque in ima parte hirtus. ¶ 4 *Pro virili membro ſ. pene dixere* caulem *ſ.* colem. *Laudatur* Seru. *ad* Aen. 12, 413 Eſt reciproca inter herbas et homines translatio. *Nam ubertatem herbarum*, et *florem iuuentutis* vocamus: caulem autem medium fruticis qui vulgo θύρσος dicitur. *Sed huic quidem loco nihil tribuam. Interim* colis *ſ.* coles *haud dubie hanc ſignificationem habet.* Celſus 6, 18, 2 Igitur ſi ex inflammatione coles intumuerit; reducique ſumma cutis aut rurſus induci non poteſt — ſurſumque coles ad ventrem deligandus eſt. *Et* Interdum autem per ipſa vlcera coles ſub cute exeſus eſt ſic, vt glans excidat. — At ſi cancer ipſum colem occupauit. *Et* 7, 25 Ab his ad ea transeundum eſt, quae in cole ipſo fiunt. In quo ſi glans nuda eſt, vultque aliquis eam decoris cauſa tegere. ¶ 5 Colis *aliquoties poſuere librarii pro* Tolis *vel* Tollis *vbi vid.*

CAVLICVLVS, *ſ.* COLICVLVS, i. m. Diminut. [καυλίον] Cato 158 Coliculus betae, braſſicae. Col. 11, 2, 10 fabae. Varro R. R. 1, 31, 4 Coliculus viteus intortus, vt cincinnus, *de capreolo*, Col. 5, 9, 12 Coliculum agit arbor. Id. 12, 56, 1 Coliculum agit radix. *Et* 11, 3, 24 Coliculum facit braſſica. Varro R. R. 1, 42, 4 Coliculi vix enaſci poſſunt e ſemine fici. Col. 12, 7, 1 Herbas in vſum colligi et reponi oportebit, cymam, caulem, capparim, apii coliculos, rutam, oluſatrum cum ſuo cole, antequam de folliculo exeat: item ferularum coliculos ſilentes — florem paſtinacae — cum coliculis — florem — battis, et eius coliculum, qui miluinus pes appellatur, quin etiam tenerum coliculum foeniculi. Veget. Mulom. 2, 6, 2 Cauliculorum cibo ſuſtinetur animal. Scribon. 128 Cauliculi rubi. *Add.* Plin. 19, 8. *it.* 24, 6 *et* 13. Apul. de Herb. 87, 5. Martial. 5, 79. 13, 17. 14, 101.

CAVLICVLATVS, a, um. *Habens cauliculos*, *vt*, Rami cauliculati Apul. de Virt. Herb. 90.

CAVLESCO, ĕre. [καυλοῦμαι] *Folia producere*, *a quo* Decauleſco, *quod vid. ſuo loco.*

CAVLODES, ae. m. [καυλώδης] *Braſſicae ſpecies eſt*, lata habens folia e caule exeuntia, vnde et nomen accepit. Auctor Plin. 20, 9.

CAVLVM, *ſiue* CAVLON, ōnis. [Καυλωνία] *Oppidum*, *quod a* Plin. 3, 10 *collocatur* in prima regione Italiae. Virg. Aen. 3, 553 Caulonisque arces et nauifragum Scylacaeum.

CAVMA, ătis. n. [καῦμα] *Aeſtus.* Vulg. Interpr. Iobi 30, 30 Oſſa mea aruerunt prae caumate.

CAVNVS, i. m. [Καῦνοι] *Cariae oppidum*, *vnde* Cauneae *ſ.* Caunaeae ficus, *de quibus ſtatim.* ¶ 2 *Videtur etiam adiectiue dictum* Caunus *pro* Cauneus: *certe* Caunae *ſimpliciter dictae pro ficubus*, *non amplius habita ratione patriae.* *Sic accipiendus videtur* Colum. 10, 414 Liuia Chalcidicis et Caunis aemula Chiis, *i. ficubus Chiis. Ita Salmaſius ad* Solin. p. 658. *Sic idem accipit* Stat. Silu. 1, 6, 15 *vbi legit*, *probante Gronouio*, Et quas percoquit Eboſea *(i. Ebuſus inſula)* Caunas, *i. ficus.* *Sic et* Caricae.

CAVNEVS, *vel* CAVNAEVS, a, um. Adi. [Καυνεῖος] *quod nobilitarunt ficus ſ.* Caricae Cauneae. Cic. de Diuin. 2, 84 c. 40 Cum M. Craſſus exercitum Brundiſii imponeret, quidam in portu caricas Cauno aduectas vendens, Cauneas clamitabat. Dicamus, ſi placet, monitum ab eo Craſſum, Caueret, ne iret, non fuiſſe periturum, ſi omini paruiſſet. Quae ſi ſuſcipiamus, pedis offenſio nobis, et abruptio corrigiae, et ſternutamenta erunt obſeruanda. *Obſeruamus primo* Cauneas *et* Caue ne eas *pronunciatione debere conueniſſe. Deinde*, *quod* Cicero *vt friuolum et ridiculum ponit*, *illud ſerio arripere* Plinium 15, 19 ſ. 21 Ex hoc genere ſunt Cottana, et Caricae, quaeque conſcendenti nauim aduerſus Parthos omen fecere M. Craſſo, venales praedicantis voce Cauneae. Trium Caunearum aedilis Petron. 44. *i. Nihili aeſtimandus vt homo teruncii*, *prouerbium plebeium.*

CAVO, CAVATVS, *vid.* CAVVS.

CAVPO, ōnis. m. [κάπηλος, οἰνοπώλης] *dicitur ſtabuli ſ. diuerſorii meritorii*, *ſ. dominus*, *ſiue inſtitor.* *A* cupa *dictos vult* Iſidor. 20, 6 *non improbabiliter*: *niſi malis cum Scaligero Coniect. ad Varron. p. 61 a* κάπηλος, *ducere*, *vt a* πίθηκος πίθων, κάνθηλος κάνθων *etc.* Vlpian. in l. 1 §. Caupones autem. D. Nautae, caupones, ſtabularii, vt recepta reſtituant. Caupones autem et ſtabularios aeque eos accipiemus, qui cauponam vel ſtabulum exercent, inſtitoresue eorum. Cic. de Diuin. 1, 57 c. 27 Quum duo quidam Arcades admodum familiares iter vna facerent, et Megaram veniſſent, alterum ad cauponem diuertiſſe, ad hoſpitem alterum, *etc.* Perfidus caupo Hor. Serm. 1, 1, 29. Maligni Hor. Serm. 1, 5, 4. Martial. 13, 11 *cuius lemma* Hordeum, Mulio, quod non det tacituris accipe mulis: Haec ego cauponi non tibi dona dedi. *Reperitur et* Copo *ſcriptum apud antiquos*: Κάπηλος, cauponarius, copo Vet. Gloſſ. *Et ipſe* Cic. pro Cluent. 163 c. 59 *ex antiquis codicibus*: Atque etiam, vt nobis renuntiatur, hominem multorum hoſpitum, A. Binnium quendam coponem de via Latina, qui ſibi a Cluentio, ſeruiſque eius in taberna ſua manus allatas eſſe dicat. *Et* COPA, *pro Muliere dicitur*, *quae cauponam exercet*, *quod genus etiam corpore meruiſſe conſtat.* Sueton. Neron. 27 Diuerſoriae tabernae parabantur, inſignes ganeae et matronarum inſtitorio, copas imitantium, atque hinc inde hortantium, vt appelleret. *Vid. mox* CAVPONIVM. Virg. in Catalectis, Copa Syriſca caput Graia redimita mitella Criſpum ſub crotalo docta mouere latus. *Vid. ibi Scalig.* p. 254. *it.* Coniectan. in Varr. p. 61. *quibus locis docet*, *vnam rem eſſe* copam, caupam, cupam, *et huc referendum quoque illud* Cic. in Piſon. 67 c. 27 *vbi in deſcriptione ſordium Piſonis ponit*, Idem coquus, idem atrienſis, piſtor domi nullus, nulla cella: panis et vinum a propala atque de cupa. *Manifeſtum eſt*, *cui domi non coquatur panis*, *illum a piſtore petere panem*, *eademque ratione*, *qui cellam domi non habeat*, *ei vinum emendum de* cupa, *id eſt* copa. *Hanc potius appellauit*, *quam* cauponem, *humilitatis*, *puto*, *maioris et contemtus cauſa. Illuſtrari hoc poteſt e* Sueton. Claudian. 40 *vbi Claudius* deſcripſit abundantiam veterum tabernarum, vnde ſolitus eſſet vinum olim et ipſe petere. *Bentleius etiam illud* Hor. 2, 2, 123 Poſt hoc ludus erat cupa potare magiſtra *(ita enim poſt Lambinum legit pro* culpa, *quod habent libri)* *i.* copa, *quae eadem meretrix.* *Quin in* Catalectis *quoque legi vult* Cupa Syriſca, *etc.* *Et habet ſane bonum auctorem* Chariſium 1 p. 47 Communia *cupo*, *cuponis*, Fullo, Fullonis: quamuis Virgilius librum ſuum *Cupam* inſcripſerit. *Caeterum de* Culpa magiſtra *apud* Horatium *vid.* CVLPA. *Ab hac* Cupa *etiam* CVPES *et* CVPEDIAE *nomen habent fortaſſe*, *v. v.*

CAVPONA, ae. f. [καπηλεῖον] *Taberna vinaria.* Cic. in Piſon. 53 c. 22 Nonne tibi nox erat pro die? non ſolitudo pro frequentia? caupona pro oppido? *Sic* Viuere in caupona Horat. Epiſt. 1, 11, 12. ¶ 2 Caupona, item pro Hoſpita, a Caupo, vt, a Leo Leaena, *inquit* Priſcian. 6 p. 684. *Et laudat* Lucil. Sat. 3 (n. 33 *per Douſam*) Caupona hic tamen vna Syra. Caupona *haec* Syra *forte peperit* Copam Syriſcam *in Catalectis.*

CAVPONVLA, ae. f. Dimin. [καπηλείδιον] Cic. Philipp. 2, 77 c. 31 Delituit in quadam cauponula: atque ibi ſe occultans, perpotauit ad veſperum.

CAVPONIVS, a, um. Adi. [καπηλικὸς] Plaut. Poen. 5, 5, 14 Quis hic homo eſt cum tunicis longis, quaſi puer cauponius? Iuſtin. 1, 7, 12 Iuſſique cauponias, et ludicras artes, et lenocinia exercere. Inſtrumentum cauponium Martian. in l. Pictoris. D. de fund. inſtr. et inſtr. legat. Taberna cauponia Vlp. l. 43 *pr.* D. de ritu nupt. *et* Paull. l. 13 D. de inſtruct. vel inſtrum.

CAVPONIVM, i. n. Gloſſ. Gr. Lat. καπηλεῖον, Cauponium. Pomponius ICt. D. l. 15 de Inſtruct. vel Inſtrument. In cauponio inſtitores.

CAVPŌNOR, āri. [καπηλεύω] *Lucri ſordidi cauſa*, *ceu caupones ſolent*, *aliquid venditare*, *vel facere adeo.* Ennius *apud* Cic. Off. 1, 38 c. 12 Nec cauponantes bellum, ſed belligerantes.

CAVPONARIA, ae. *f.* [καπηλική] *Ars vel profeſſio cauponandi.* Onomaſt. Vetus: Cauponaria, καπηλική.

CAVPONARIVS, i. m. *Idem*, *qui* Caupo. Gloſſ. Cyrilli: Cauponarius, κάπηλος.

CAVPVLVS, i. m. *Cymbae genus* Gell. 10, 25. Caupolum *vocat* Iſidorus 19, 1. *Vid.* CAPVLICVM *ſub* CAPVLVS.

CAVRIO, īre. *Verbum pantheribus proprium*, *vt* Latrare *canibus*, *vt vult auctor* Philomelae, *quae* Ouidio *tribuitur*, v. 51 Panther caurit amans, pardus hiando felit.

CAVRVS, *ſiue* CORVS, i. m. [ἀργέστης] *Ventus ab occaſu aeſtiuo flans*, *qui et Corus dicitur.* Vitruuius 1, 6 *inter* Fauonium et Septentrionem *collocat.* Plin. 18, 34 ſ. 77 Ex aduerſu Vulturni flabit Corus ab occaſu ſolſtitiali, et occidentali latere Septentrionis. Graecis dicitur Argeſtes, ex frigidiſſimis et ipſe, ſicut omnes, qui a Septentrionis parte ſpirant. Hic et grandines infert. Virgil. Georg. 1, 356 Semper hiems, ſemper ſpirantes frigora Cauri. Caurorum flabra Auien. Perieg. 1007. Flat aduerſus Aquilonem Gell. 2, 22. *Vid. Ventorum Diagramma.*

CAVRINVS, a, um. Gratius in Cyneg. v. 300 Verum vbi Caurino perſtrinxit frigore veſper, *etc.*

CAVSA, ae. f. [αἰτία, αἴτιον, δίκη, λαβὴ] *ſiue* CAVSSA. *Dicitur id*, *ex quo*, *vel per quod*, *vel a quo*, *vel propter quod aliquid fit*, *vel fieri dicitur*, *aut ſimulatur.* *Inter etymologias illa omnium minime*

videtur inepta, quae a cauendo cauiſſam, et hinc cauſſam factam ait, vt a fodiendo eſt foſſa. Certe Iuriſconſultorum in primis eſt cauere, quorum cauſſae quoque ſunt, vnde cauſſidici dicuntur. Eadem etymologia etiam fauet ſcribendi rationi, per duplex ſſ, qua Cicero et Virgilius vſi teſte Quinctiliano 1, 7, 20, quamque copioſe defendit Voſſius in Etymologico: quanquam Terentii Scauri p. 2257 et ſimilium auctoritas apud recentiores peruicit, vt cauſa ſere certe in ipſo Cicerone ſcribatur hodie, quam proinde rationem hic ſequimur, alteram alias. Cic. de Fato 34 c. 15 Quod ſi concedatur, nihil poſſe euenire, niſi cauſa antecedente: quid proficiatur, ſi ea cauſa non ex aeternis cauſis apta ducatur. Cauſa autem ea eſt, quae id efficit, cuius eſt cauſa, vt vulnus mortis, cruditas morbi, ignis ardoris. Itaque non ſic cauſa intelligi debet, vt, quod cuique antecedat, id ei cauſa ſit, ſed quod cuique efficienter antecedat: nec, quod in campum deſcenderim, id fuiſſe cauſae, cur pila luderem, nec Hecubam cauſam interitus fuiſſe Troianis, quod Alexandrum genuerit; nec Tyndareum Agamemnoni, quod Clytaemneſtram. Hoc enim modo viator quoque bene veſtitus cauſa graſſatori fuiſſe dicetur, cur ab eo ſpoliaretur. — Nec id, ſine quo quippiam non fit, cauſa eſt: ſed id, quod cum acceſſit, id cuius cauſa eſt efficit neceſſario. *Et* 41 c. 18 Cauſarum, inquit *Chryſippus*, aliae ſunt perfectae et principales, aliae adiuuantes et proximae. Quam ob rem cum dicimus, omnia fato fieri cauſis antecedentibus, non hoc intelligi volumus, cauſis perfectis et principalibus, ſed cauſis adiuuantibus, antecedentibus, et proximis. Idem de Fato 18 c. 9 Non aeternis cauſis naturae neceſſitate manantibus verum eſt id, quod ita enunciatur, Deſcendit in Academiam Carneades: nec tamen ſine cauſis. Sed intereſt inter cauſas fortuito antegreſſas, et inter cauſas cohibentes in ſe efficientiam naturalem. — Qui introducunt cauſarum ſeriem ſempiternam, ii mentem hominis, voluntate libera ſpoliatam, neceſſitate fati deuinciunt. Nihil fieri ſine cauſa poteſt, nec quidquam fit, quod fieri non poteſt, *vid.* n. 2 ſine cauſa. Cic. de Diuin. 2, 61 c. 28. Idem Top. 63 c. 17 Cum nihil ſine cauſa fiat, hoc ipſum eſt fortunae euentus obſcura cauſa, quae (*forte* qua) latenter efficitur. *Et* Off. 1, 67 c. 20 Cauſa autem, et ratio efficiens magnos viros, eſt in priore: *loquitur de deſpicientia rerum humanarum.* Cic. Off. 2, 29 c. 8 Nec vero vnquam bellorum ciuilium ſemen et cauſa deerit. Principium et cauſa philoſophiae eſt inſcientia, *ſic legendum,* Idem de Natur. Deor. 1, 1. ¶ 2 *Variae formulae et conſtructiones.* Cic. de Inuent. 1, 11 Quamobrem igitur leges ſeruari oportet, Ad eam cauſam ſcripta interpretari conuenit, *etc. h. e. Quoniam Reipubl. ſeruimus: ex Reipubl. commodo atque vtilitate leges interpretamur.* Idem de Fato 25 c. 11 Ad animorum motus voluntarios non eſt requirenda externa cauſa. *Et* de Aruſp. Reſp. 1, 10 Nulla enim poteſt cuiquam male de Republ. merendi iuſta Eſſe cauſa. Cic. de Fin. 4, 9 Qua expoſita, ſcire cupio, quae cauſa ſit, Cur Zeno ab antiqua inſtitutione deſciuerit. Idem pro Domo 2 Erit cauſa, Qua conſilium maiorum in ampliſſimis viris ad ſacerdotia deligendis iure ac merito laudare poſſimus. Ter. Eun. 5, 6 (*al.* 5) 30 Aliquam cauſam quaerebat ſenex, Quamobrem inſigne aliquid faceret iis. *Et* Ibid. 1, 2, 65 Multae ſunt cauſae, quamobrem cupio abducere. Plaut. Aulul. 1, 2, 14 Ne cauſae quid ſit, Quod te quiſquam quaeritet. Haec cauſa eſt, Quod ſic ſtatuo, *etc.* Cic. de Aruſp. Reſp. 36. Idem Fam. 1, 7 Quod ſi rarius fiet, quam tu exſpectabis, id erit cauſae, Quod non eius generis meae literae ſunt, vt eas audeam temere committere. Ter. Hec. 3, 2, 13 Iam Ea te cauſa maxime huc nunc introire nolo. Cic. Att. 8, 16 Huius autem epiſtolae non ſolum Ea cauſa eſt, vt, *etc.* His De cauſis credere Idem Att. 6, 1. Ex eadem cauſa Scribon. Epiſt. . . In cauſa damnationis fuiſti: multos offenderas, *etc.* Quinctil. 7, 1, 53 *ſed al. omittunt praepoſitionem.* Cic. pro Roſc. Amer. 146 c. 50 Quod ſi tibi cauſa Nulla eſt, cur hunc miſerum tanta calamitate affici velis, *etc.* Idem Att. 13, 22 De Varrone Non ſine cauſa, quid tibi placeat, tam diligenter exquiro. *i. non ſine cauſa idonea et graui.* Plaut. Capt. 3, 4, 92 Nullam cauſam dico, quin mihi et parentum et libertatis apud te diliquio fiet. *Et* Caſin. 5, 4, 24 Nulla cauſa eſt, quin pendentem me, vxor, virgis verberes. Cic. pro Quintio 57 Nouis Febr. ſi Romae fuit, cauſae nihil dicimus, quin tibi vadimonium promiſerit. Ter. Phor. 5, 5, 42 Non cauſam dico, quin, quod meritus eſt, ferat. Cic. de Orat. 2, 89 De me autem cauſa Nulla eſt, cur apud homines prudentiſſimos atque amiciſſimos mentiar. Idem de Clar. Orat. 27 Grandes erant verbis, crebri ſententiis, compreſſione rerum breues, et Ob eam ipſam cauſam ſubobſcuri. Origo prima cauſae Celſ. praef. Per cauſam pabulandi Caeſ. B. C. 3, 76. Id. 3, 87 Qui Per cauſam valetudinis remanſerunt. *Et* Bell. Gall. 7, 9 At Caeſar biduum in iis locis commoratus, Pro cauſa ſupplementi, ab exercitu diſcedit. Cic. pro Syll. 23 Sed tamen te a me Pro magnis cauſis noſtrae neceſſitudinis monendum eſſe etiam atque etiam puto. Qua De cauſa quis quid ſentiat Idem Off. 1, 147. Ex qualibet cauſa Scrib. 101, 165. Qualibet cauſa Idem 262. Cic. Tuſc. 3, 1 Quidnam eſſe Brute, cauſae putem, Cur quum conſtemus, *etc.* Horat. Serm. 1, 1, 20 Quid cauſae eſt, merito quin illis Iuppiter ambas Iratus buccas inflet? Cic. de Inuent. 2, 60 Atrocitas iniuriarum ſatiſne cauſae ſit, Quare dum, *etc.* Idem de Fato 5, 24 c. 11 Communi conſuetudine ſermonis abutimur, cum ita dicimus, Velle aliquid quempiam, aut nolle Sine cauſa. Ita enim dicimus Sine cauſa, vt dicamus ſine externa et antecedenti cauſa, non ſine aliqua. Vt cum vas inane dicimus, non ita loquimur, vt Phyſici, quibus inane eſſe nihil placet; ſed ita, vt verbi cauſa ſine aqua, ſine vino, ſine oleo, vas eſſe dicamus, *etc. Sequuntur enim pluſcula.* Cic. pro Roſc. Amer. 73 Qui intelligunt, neminem ne minimum quidem maleficium Sine cauſa admittere. Idem pro Roſc. Amer. 40 Veriſimile non eſt odio fuiſſe parenti filium Sine cauſis multis, et magnis, et neceſſariis. Scribon. Comp. 142 Teneſmus eſt irritatio vltimae partis directi inteſtini, in quo vltimo ſaepius libet deſurgere Sine cauſa, *nempe ſine cauſa naturali, quae illam deſurgendi libidinem alias mouere ſolet.* *Et* Philipp. 2, 55 Vt igitur In ſeminibus cauſa eſt arborum et ſtirpium: ſic huius luctuoſiſſimi belli ſemen tu fuiſti. ¶ 3 *Genitiui rerum, quarum cauſa dicitur:* Cic. Att. 8, 21 Lippitudinis meae ſignum tibi ſit librarii manus, et eadem cauſa Breuitatis. Idem in Piſon. 68 Non me hercule Contumeliae cauſa deſcribam quemquam, praeſertim ingenioſum hominem atque eruditum, *etc.* Ter. Eun. 5, 2, 38 Vnum hoc ſcito, Contumeliae non me feciſſe cauſa, ſed Amoris. Decoris cauſa Quinctil. 3, 8. Cic. de Clar. Orat. 86 Se, quae feciſſet honoris eorum cauſa, ſtudioſe accurateque feciſſe. Idem de Fin. 2, 66 c. 20 Hic dolor Populi Roman. duce et auctore Bruto, cauſa ciuitati libertatis fuit. Malorum cauſa fuit adoleſcenti Cic pro Cael. 18. Plaut. Rud. 1, 2, 51 Mea quidem hercle cauſa ſaluo ſis licet. *i. ego non intercedo.* Mea, cauſa, tua cauſa, veſtra cauſa *quod vulgus dicit,* Amore mei, tui, veſtri. Ter. in prol. Hec. 2: Mea cauſa aequo animo attendite. Cic. Att. 11, 8 Sin vellent noſtr cauſa, nihil poſſe illis inuitis. Non tam mea cauſa, quam Reipubl nomine Idem in Vat. c. 3. *Et* de Amicit. 97 Quam multa enim quae noſtra cauſa nunquam faceremus, facimus cauſa amicorum. Ci Att. 15, 3 Eius cauſa et cupio et debeo. *i. faueo illi, vt debeo.* Id Fam. 1, 1 Regis cauſa, ſi qui ſunt, qui velint, qui pauci ſunt, *etc* *Eſt haec quaedam amicitiae deſcriptio; eſt enim, vt ait* Cic. de Inuent 2, 166 c. 55 Amicitia voluntas erga aliquem rerum bonarum ILLIV IPSIVS CAVSA, quem diligit, cum eius pari voluntate. Ider Fam. 3, 6 Si natura es φιλαίτιος, illud non perficies, quo minus tu cauſa velim. Mea cauſa abeſſe te moleſte fero, tua gaudeo Id. Fam 15, 18. Vlpian. in l. Si gratuitam. §. Papinianus lib. 8 D. de Prae ſcript. verb. Si vero mei duntaxat cauſa datum eſt, dolum ſolum: qu prope depoſitum hoc accedit. Cic. Philipp. 9, 7 c. 3 Is enim pro fecto mortem attulit, qui Mortis cauſa fuit. Plaut. Moſt. 2, 1, 1 Qui haſtis trium numorum cauſa ſubeunt ſub falas. Cic. de Ami 26 c. 8 Nam vtilitates quidem etiam ab iis percipiuntur ſaepe, qu ſimulatione amicitiae coluntur, et obſeruantur cauſa Tempori Ouid. Triſt. 4, 10, 99 Cauſa meae cunctis nimium quoque nota Ru nae. Cic. Att. 8, 11 Si me vellet ſua aut Reipubl. cauſa Luceria venire. Vlpianus in l. Eum qui. §. Sed et ſi. D. Commodati, vero ipſe, cui voluit commiſit, aeque mihi culpam praeſtabit, ſi cauſa accepit. Timoris inter cauſas dicitur eſſe quippiam, *vid.* TER. Cic. de Fato 12 c. 6 Si quis, Verbi cauſa, oriente Canicu natus eſt, is in mari non morietur. *i. Exempli gratia.* Viae cau Ouid. Met. 2, 33. Liu. 31, 12 Piacularia — fieri cauſa expia dae Violationis eius templi. Virgil. Ecl. 1, 27 Et quae tanta fu Romam tibi cauſa videndi? Cauſa virginis feci Ter. Eun. 1, 2, 12 *i. in illius gratiam.* Cic. de Fin. 1, 16 Voluptates omittantur ma rum Voluptatum adipiſcendarum cauſa Lucret. 4, 840 Haud igitur p tuere Vtendi creſcere cauſa. Lucret. 5, 868 Quae damus vtilita eorum praemia cauſa. ¶ 4 *Epitheta:* Abdita, *vid.* A DITVM. Adiuuantes, Aeternae, Antecedentes, Antegreſſae Cic ronis *ſunt,* de Fato 24 *et* 34. *Verba poſuimus* n. 2. Cic. Partit. Conficiens cauſa alia eſt Abſoluta et perfecta per ſe, alia aliquid A iuuans. Ouid. Epiſt. 21, 13 Languor enim cauſis non Apparentib haeret. Cic. de Orat. 1, 86 Quod quidem Certis de cauſis a pler que aliter exiſtimatur. Conſimili cauſa moueri Lucret. 4, 2 Continens morbos, *v. h. v.* Ouid. Faſt. 6, 1 Hic quoque men habet dubias in nomine cauſas. Euidentes, *v.h.v.* Externae Cic. de Fa 24. Fallaces Claud. in Ruffin. 1, 238. Vlpian. in l. 1 §. Merito. D. Depoſi Merito has cauſas deponendi ſeparauit Praetor, quae continent F tuitam cauſam depoſitionis ex neceſſitate deſcendentem, non ex vol tate proficiſcentem. Cic. Att. 7, 7 Quod ſcribis in vrbem introi vereor, quid ſit; nam id niſi Graui de cauſa non feciſſet. Ca prorſus grauis Quinctil. 1, 2, 3. Tacit. Hiſt. 1, 63 Furore et rab et cauſis Incertis, eoque difficilioribus remediis. Inepta, *vid.* I EPTVS. Lucan. 7, 67 Addidit inualidae robur facundia cauſ Iuſta cauſa nulla cuiquam eſſe poteſt contra patriam arma capie Cic. Philipp. 2, 53 c. 22. Iuſtis de cauſis rationes deferre Idem Fa 5, 20. Latens et occulta Scribon. 101. Ouid. Epiſt. 21, 194 N lacrymae cauſa ſaepe latente cadunt. Leuis, *vid.* LEVIS. I viſſimae et infirmiſſimae cauſae, *vid.* INFIRMVS. Leuis cauſa i pulit me Ter. Hec. 3, 4, 12. Lucratiua ex cauſa te partum hab non videri, *i. titulo, vt alias loquuntur.* Tryphoninus l. in be ſi natum ex Pamphil. D. de captiu. et poſtlim. reuerſ. Interne in armis ſunt, neque de Magna cauſa Cic. Fam. 8, 15. Manife Scribon. 101. Melior cauſa mandantis fieri poteſt Paullus in l. D genter. §. Melior autem. D. Mandat. vel contr. Memorabili cau ſed euentu miſero, *v. h. v. ſub* MEMOR. Mutabilibus cauſis ho non eſt, ſed natura, *vid.* MVTO. Naturales Quinct. Pro. Nocens Ouid. Met. 7, 526. In obſcuro poſitae cauſae Celſ. 1 pra *alias* Abditae. Occulta Scribon. 101. Occultae rerum Stat. Th 6, 935. Paruula Lucret. 4, 194. Peracuta, *vid.* PERACVTV Pia cauſa coëgit Ouid. Met. 6, 496. Plurimis iuſtiſſimiſque de c ſis Cic. Verr. 2, . . . Pudenda, *Non honeſta* Ouid. Epiſt. 5, Idem Met. 3, 260 Tum vero poſtquam ſolitas acceſſit ad iras Ca recens, plenis tumuerunt guttura venis. Tacit. Ann. 15, 68 Acc ſerat Repens cauſa, quod Veſtinus, *etc.* Cic. Att. 16, 7 Reuerſ nis has Specioſas cauſas habes, iuſtas illas quidem et magnas, Horat. Serm. 1, 3, 108 Nam fuit ante Helenam cunnus Teterrima b Cauſa. Valentes Ouid. Triſt. 1, 8, 29. ¶ 5 *Verbor formulae:* Accipe quaeſiti cauſam Ouid. Met. 4, 793. Accum lare Idem Epiſt. Sabin. 2, 64. Adiicere Id. Faſt. 1, 189. C Acad. 1, 10 Cauſam autem probabilem, tu quidem Afferes; aut en Graeca legere malent, qui erunt eruditi, aut, *etc.* Idem Phili 2, 53 c. 22 Quam cauſam dementiſſimi ſui conſilii et facti Affereb *Et* de Diuin. 2, 6 Ac mihi quidem explicandae philoſophiae cauſ Attulit caſus grauis ciuitatis. Aperire cauſas Propert. 4, 11, 1. tribuere cauſam calamitatis, *vid.* ATTRIBVO. Augere cauſas crymarum Quinctil. prooem. 6, 7. Cognoſcere cauſas rerum, *i. fi* diſcite, o miſeri Perſ. Sat. 3, 66. Virgil. Georg. 2, 490 Felix, q potuit rerum cognoſcere cauſas *naturales.* Cic. de Diuin. 2, Quum autem proprium ſit Academiae, iudicium ſuum nullum int ponere, ea probare, quae ſimillima veri videantur, conferre cauſ et quid, *etc.* Congerere in aliquem. Coniicere in aliquem, *v his verbis.* Cic. Philipp. 2, 53 c. 22 Tibi certe confitendum e cauſam pernicioſiſſimi belli in perſona tua conſtitiſſe: *tuo tribun cauſam bello datam.* Contrahere ſibi cauſam mortis, *vid.* CO TRAHO. Dedit cauſas ad culpam Bacchus Virgil. Georg. 2, 4 Cic. Philipp. 2, 53 c. 22 Tu princeps Caeſari cauſam belli contra triam inferendi Dediſti. Deeſſe cauſam Idem Off. 2, 29. D ciunt cauſae Ouid. Amor. 1, 8, 93. Dicere cauſas alicuius rei, Rationes adferre, cur ita ſe res habeat Lucret. 6, 55. Vt Hele Troianis, ſic iſta Reip. cauſa belli, peſtis, exſilii Cic. Phil. 2 c. Dicere cum cauſa aliquid Idem de Orat. 2, 247 c. 60. *i. iuſta ca Vid. mox* Facere. Eſſe luctus cauſam alicui Ouid. Met. 3, 139. E gere cauſam timoris Sen. Thyeſt. 434. Eximere hortandi cau Tacit. Ann. 3, 46. Expedire cauſam morbi Virgil. Georg. 4, 3 Cic. Fam. 5, 12 In quo, et illa poteris vti ciuilium commutation ſcientia, vel in Explicandis cauſis rerum nouarum, *etc.* Explor

cau

cauſas Stat. Theb. 12, 544. Exponere cauſam Hor. Serm. 1, 7, 22. Lucret. 3, 317 Quorum ego nunc nequeo caecas Exponere cauſas. *i. occultas enarrare.* Expromere veras cauſas Lucan. 1, 67. Sribon. Comp. 228 Oportet autem quum hoc medicamentum cauſam Fecerit in ſtrumis, nullum aliud medicamentum adhibere: Sanae enim ita fiunt. Cauſam Facere *interpretor efficere illud, cuius cauſa adhibetur: nec opus eſſe emendatione Rhodii;* cruſtam Fecerit. Cic. Q. Fratr. 1, 2 Certe Scio, te enim Feciſſe cum cauſa. *h. e. Quemadmodum res ipſa expoſtulare videbatur.* Fieri cauſam dolendi alicui Ouid. Met. 11, 345. Quinctil. 5, 10 Nam ſimiles parentibus ac maioribus ſuis filii plerumque creduntur: et nonnunquam honeſte turpiterque viuendi, inde cauſae Fluunt. Idem 7, 3, 33 Nec, vndecunque cauſa Fluxit, ibi culpa eſt. Cic. Off. 2, 44 Nam ſi quis ab ineunte aetate Habet cauſam celebritatis, aut nominis a patre acceptam, *etc.* Id. pro Cluent. 82 Age, quoniam corrumpendi iudicii cauſas ille multas et graues habuit, hic nullam, *etc.* Quinctil. 7, 2, 36 Aut etiam dignius eſſe odio ſcelus, quod non Habuerit cauſam. *Et* 41 De cauſis frequenter quaeri nihil attinet, vt in adulteriis, in furtis, quia illas per ſe ipſa crimina ſecum habent. Habere naturales cauſas Cic. de Diuin. 2, 140. Idem de Diu. 1, 60 Quidquid enim oritur, qualecunque eſt, cauſam Habeat a natura neceſſe eſt. *Et* Fam. 12, 14 Nam quod huc properent in magiſtratu venire, aut exercitum mittere, cauſam *(idoneam)* non Habent. Cic. de Natur. Deor. 1, 7 Sin autem quis requirit, quae cauſa nos Impulerit, vt haec tam ſero literis mandaremus, *etc.* Incidunt cauſae, *vid.* INCIDO. Inire cauſam alicuius rei, *vid.* INEO. Cic. de Orat. 1, 123 Has cauſas Inueniebam duas, Vnam quod, *etc.* Idem pro Roſc. Amer. 8 Poſtremo, ſi praeter eam praedam, quam dixi, quidquam aliud cauſae Inueneritis, *etc.* Latet cauſa Virgil. Aen. 5, 6. Legere retro cauſas, *h. e. ab initio repetere* Quinctil. 5, 10, 84 Peruenire quo libet retro cauſas Legentibus licet. Manent cauſae, *vid.* MANEO. Memora mihi cauſas Muſa Virg. Aen. 1, 12. Cic. Tuſc. 1, 74 Cato autem ſic abiit e vita, vt cauſam moriendi Nactum ſe eſſe gauderet. Idem de Diuin. 2, 4 Ad reliqua alacri tendebamus animo, ſic parati, vt niſi quae grauior cauſa Obſtitiſſet, nullum philoſophiae locum eſſe pateremur, qui non Latinis literis illuſtratus pateret. Patent cauſae Ouid. Faſt. 4, 17. Percipere cauſam Idem Faſt. 1, 166. *et* 4, 938. *Et* de Arte Am. 2, 560 In cauſa damni Perſtat vterque ſui: *deprehenſi et ideo puniti non deſinunt peccare.* Probare Ouid. Met. 11, 449. Quaerere Cic. de Orat. 1, 123. Martial. 11, 41 Quum triſtis quereretur, et roganti Cauſam Reddere vellet Aeliano, *etc.* Hor. Serm. 1, 4, 116 Sapiens, vitatu, quodque petita ſit melius cauſas reddat tibi. Cic. de Vniverſ. 5 Nullius enim rei, cauſa remota, reperiri origo poteſt. Requirere Virgil. Aen. 6, 710. Repetendae cauſae ab vltimo Quinct. , 10, 83. *i. ab initio.* Repetere cauſas altius Quinctil. 11, 1, 62. cio cauſam Martial. 7, 85. Sequi cauſas Lucan. 3, 303. Stetere auſae cur perirent vrbibus irae Hor. Carm. 1, 16, 19. Cic. Verr. 5, 45 At quae cauſa non Subiiciebatur ab ipſo, Iudices, huius tam ne- ariae crudelitatis? Subeſſe nullam grauem cauſam video Idem Att. , 10. *Et* Att. 1, . . . Hoc cauſae Sumſi, quod ex te ipſo coram ntea nihil potuiſſem cognoſcere. Cic. Acad. 1, 6 Quid eſt enim agnum, quum cauſas rerum efficientium Suſtuleris, de corpuſculo- um (ita enim appellat atomos) concurſione fortuita loqui? Tegere auſam alicuius rei Ouid. Met. 13, 748. Tentare cauſas, *h. e. Per- urrere* Virgil. Aen. 3, 32. Trahere ex qualitate caeli cauſas Quinct. , 9, 15. Videre cauſas, *i. Cognoſcere* Lucr. 1, 154.

¶ 6 auſa *eſt, de quo agitur et diſceptatur, ſiue in ſenatu, ſiue in foro, et pud iudices, ſiue apud populum, ſiue in priuato conſilio.* Cic. de Orat. , 78 c. 19 Cauſam appellant rem poſitam in diſceptatione rerum et con- ouerſia: Quaeſtionem autem rem poſitam in infinita dubitatione. *Et* 4 c. 24 Nihil eſt, quod inter homines ambigatur, ſiue ex crimine uſa conſtet, vt facinoris; ſiue ex controuerſia, vt hereditatis; ſiue deliberatione, vt belli; ſiue ex diſputatione, vt de ratione vi- endi: in quo non, aut quid factum ſit, aut fiat, futurumue ſit, aeratur, aut quale ſit, aut quid vocetur. Idem de Orat. 1, 141 31 Cauſarum, quae ſint a communi (*infinitam modo dixerat*) quae- ione ſeiunctae, partim in iudiciis verſari, partim in deliberationi- us: eſſe etiam genus tertium, quod in laudandis et vituperandis ho- inibus poneretur. Quinctil. 8, 3, 11 Non idem demonſtratiuis, et liberatiuis, et iudicialibus cauſis conueniet. Namque illud genus tentationi compoſitum ſolam petit audientium voluptatem, *etc.* *Alia uiſio eſt, quam proponit* Fabius 4, 1, 40 Genera cauſarum plurimi uinque fecerunt, honeſtum, humile, dubium vel anceps, admira- ile, obſcurum, *etc.* *Definitiones* cauſae *rhetoricas vid. ap.* Quinctil. 5, 17 ſq. *Hic itaque* cauſa *ſpectatur cum relatione quadam ad ius et ges, vbi quaeritur recte, an ſecus bene an male, iure an iniuria aliquid atur, actum ſit, agi poſſit?* Cic. pro Lig. c. 11 Cauſas apud te ro- ntium gratiores eſſe, quam vultus, *te magis videre, quid quis petat, am quis petat.* Idem Fam. 15, 4 Cuius etiam interitum, vt facile telligerem, mihi quantum tribueres, Milonis cauſa in Senatu de- ndenda, approbaris. *Et* de Orat. 1, 107 Quam poſſumus reperire omnibus rebus ciuilibus cauſam contentionemque maiorem, quam ordine, *etc.* Cic. de Orat. 2, 42 In ciuium cauſis diſceptationi- uſque verſantur. Idem de Orat. 2, 201 c. 49 Sic in illa omni de- nſione atque cauſa, quod eſſe in arte poſitum videbatur leuiter per- inxi. Actor cauſae Quinctil. 4, 1, 6. Cardo idem 5, 12, 3. oncinnatores et redemtores cauſarum, ſi deprehenderit Procos, non bet diſſimulare Vlpian. in l. 2. nec quidquam. §. 9 circa aduocatos. de offic. Proconſ. Confirmatio, et inclinatio totius Quinctil. 5, 57. Conflictio prima Idem 3, 6, 4 *et* 11. Congreſſus Quinct. 6, 4. Dictio cauſae, *Apologia, ſ. defenſio.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 4 e conſtituta cauſae dictionis, Orgetorix ad iudicium omnem ſuam miliam ad hominum millia decem vndique coëgit: per eos ne cau- m diceret, ſe eripuit. Facies noua et varia cauſarum Quinctil. 4. Fides Idem 1, 8, 10. *Et* 4, 1, 42 Inſinuatio ſurrepat animis, axime vbi frons cauſae non ſatis honeſta eſt. Pars Quinctil. 3, 5. atus Idem 3, 6, 1 ſq. Varietas cauſarum, et multitudo litium Cic. Orat. 1, 118.

¶ 7 *Epitheta cauſae pro re, de qua diſce- atur.* Abſolutam cauſam *vocat, Nihil difficultatis habentem,* Vlpian. l. Carbonianum. §. 3. D. de Carbon. edict. cui opponitur Ambigua uſa: Et ſi quidem, *inquit,* Abſolutam cauſam inuenerit, euidenter- e probatur, filium non eſſe, negare ei debet bonorum poſſeſſionem rbonianam: ſi vero ambiguam, *etc.* Idem in l. 1 §. 2 D. Vti ſſidetis. Quoties inter litigatores eſt proprietatis controuerſia, aut uenit vter poſſeſſor ſit, vter petitor: aut non conuenit. Si conuenit, abſolutum eſt, *etc.* Cic. de Orat. 2, 86 Sic equidem quum aggredior Ancipitem cauſam et Grauem, ad animos iudicum pertractandos, omni mente, *etc.* Aſſumtiua Quinctil. 7, 5, 7 Cum factum per ſe improbabile aſſumtis extrinſecus auxiliis tuemur. Bona cauſa vtriuſque partis Quinct. 9, 2, 29. Capitales Idem 8, 3, 14. Coniecturales Quinct. 2, 4, 26. 4, 2, 81. Decretoriae Id. 10, 5, 20. Deliberatiuae Quinct. 8, 3, 11. Demonſtratiua Quinct. 8 Pr. 8. Difficilis et perplexa Id. 11, 1, 63. Dura Hor. Serm. 1, 10, 26. Cic. pro Ligar. 10 Cauſa tum Dubia, quod erat aliquid in vtraque parte, quod probari poſſet. Faciles ad diluendum Quinct. 4, 2, 27. Forenſes Idem 12, 2, 25. Hilares, Triſtes Quinct. 11, 3, 151. Honeſtam cauſam ſecuta eſt non honeſta Victoria Cic. Off. 2, 43. Interuenientes extrinſecus Quinct. 3, 8, 18. Infames Id. 4, 1, 62. Integra, *vid.* Integer. Lucan. 7, 67 Addidit Inualidae robur facundia cauſae. Inuidioſa Ouid. Epiſt. 2, 145. Iudiciales, *vid.* IVDICO. Iuſta Ter. Phorm. 1, 4, 49. Liberali cauſa manu aſſerere, *vid.* LIBERALIS *ſub* LIBER. Maiores Quinct. 9, 4, 128. Maximae Id. 12, 10, 63. Minores Id. 9, 4, 21. Iuuen. Sat. 13, 109 Nam quum magna Malae ſupereſt audacia cauſae, Creditur a multis fiducia. Melior Quinct. 7, 4, 10. Obſcurae ac multiplices Quinct. 4, 4, 4. Ouid. Epiſt. 20, 92 Mea cum ſit Optima nullo cauſa tuente perit. Cic. pro Sylla 52 Cur in Pari cauſa non paria ſigna reperiuntur criminis? *Vid. mox* Superior. Perplexae Quinct. 4, 1, 62. Poſitas in affectibus cauſas propriis perſonis debet induere declamaturus Id. 4, 1, 47. Prior cauſa, *Qui inter duos meliorem cauſam obtinet.* Hor. Serm. 2, 5, 30. Priuatae et Publicae Quinct. 10, 1, 119. Cicero in Brut. 178 In cauſis Publicis nihil, priuatis ſatis veterator videbatur. Publicis, vt Repetundarum, ambitus, maieſtatis, et caeteris, quae reipublicae cauſa conſtituebantur, *vt ait* Aſconius ad Diuin. in Caecil. 1. Priuatis, Rerum priuatarum. Simplices Quinct. 4, 2, 85. 5, 2, 84. Suaſoriae Id. 8 Pr. 9. Suſpectae Quinct. 4, 1, 62. Superior cauſa et inferior. *Budaeus,* Superiorem cauſam *dicebant pro eo, quod nunc dicimus* Cauſam iure communi fundatam, *vel* Ius apparentius: *cuius contrarium* Inferiorem cauſam *vocabant.* Cic. pro Quint. 59 At ſi in cauſa pari Quintius diſcedere inferior videretur, tamen eſſet non mediocriter conquerendum: nunc in cauſa Superiore, ne vt par quidem ſit, poſtulat: inferiorem eſſe patitur, duntaxat vſque eo, ne cum bonis, fama, fortuniſque omnibus Naevii cupiditati crudelitatique dedatur. Idem in Brut. 30 *de Leontino Gorgia, Protagora, Hippia, aliiſque ſophiſtis loquens,* Hi aliique multi temporibus eiſdem docere ſe profitebantur arrogantibus ſane verbis, quemadmodum cauſa inferior (ita enim loquebantur) dicendo fieri Superior poſſit. Tenuis, inops, nec ſcriptione magno opere digna Cic. Fam. 9, 12. Verecunda parum Quinct. 4, 5, 19. Verae *fictis oppoſ.* Id. 7, 4, 36. *Vid. mox* Agere. Victrix cauſa Diis placuit; ſed victa Catoni Lucan. 1, 128. Vincibilis Ter. Phorm. 1, 4, 49.

¶ 8 *Verborum Formulae:* Accedere ad cauſam, *vid.* ACCEDO. Accipere cauſam dicitur patronus, *vid.* ACCIPIO. Ter. in Prol. Hec. 47 *metaphorice,* Mea cauſa cauſam hanc Accipite, et date ſilentium. Actitare cauſas Cic. in Bruto 246. Acuere linguam cauſis, *i. ad Agendas cauſas ſe declamando exercere* Hor. Epiſt. 1, 3, 23. Adhibere probationes cauſae Quinct. 2, 10, 8. 4, 2, 24. Adiudicare cauſam alicui Cic. de Orat. 2, 129. Admiſſus reus ad cauſam dicendam, *vid.* ADMITTO. Adeſſe cauſae Quinct. 4, 13. Agere cauſam Cic. de Orat. 2, 102. Id. de Nat. Deor. 2 *extr.* Tu ſi me audias, cauſam eandem Agas. *i. defendas ſententiam de Diis.* Cic. in Brut. 226 de P. Antiſtio In Tribunatu primum contra C. Iulii illam Conſulatus petitionem extraordinariam, veram cauſam Agens eſt probatus. Veram, *i. Iuſtam. Erat enim vera et iuſta cauſa, negare dandum Conſulatum ei, qui Praetor nondum fuiſſet.* Amittere, *vid.* AMITTO. Cadere cauſa, *i. vinci, damnari* Cic. de Inu. 2 c. 19. Inſtit. de Action. §. 33. Capere, *vid.* CAPIO. Cic. ad Brut. 3 Quod ita ſtatueram, a te Cognoſcere cauſam eius Senatum oportere. Communita cauſa, *vid.* COMMVNIO. Componere cauſam cum cauſa Quinctil. 7, 3. Conferre, Confidere cauſae, *vid. his verbis.* Coniicere cauſam *dicitur, qui litis argumentum breuiter proponit:* Conſiſtere *autem, cum conteſtatur litem.* Gell. 5, 10 Capit conſilium Protagoras, vt tum exiſtimabat, acutum: petere inſtitit ex pacto mercedem; litem cum Euathlo conteſtatur. Et cum ad iudices Coniiciendae, Conſiſtendaeque cauſae gratia veniſſent, tum Protagoras ſic exorſus eſt, *etc.* Cic. pro Cluent. 103 c. 37 Nullo modo illam multam, quae a Iunio petita ſit, cum Cluentii cauſa poſſe Coniungi. Contendit cauſa cum cauſa, *vid.* CONTENDO. Contendere cauſam contra *aliquem* Lucret. 4, 473. *i. diſputare.* Contemta cauſa pecuniae publicae et abiecta Cic. pro Cluent. 94. Continere cauſam Quinctil. 7, 1, 23. Cic. de Orat. 2, 200 c. 49 Iudicum animos totos, vel calamitate ciuitatis, vel luctu ac deſiderio propinquorum, *etc.* ad cauſam noſtram conuerteram. Credere cauſam alicui Lucan. 7, 77. *i. Committere.* Damnare Idem 5, 247. Declamare Cic. Tuſc. 1, . . . Defendere Hor. Serm. 2, 5, 34. Defenſitare *vid. h. v.* Cic. de Clar. Orat. 86 Itaque auctoritate C. Laelii publicanos cauſam Detuliſſe ad Galbam. Deponere Cic. Fam. 1, 5. Deſerere cauſam amici Ouid. Triſt. 1, 9, 65. Cic. Fam. 1, 5. Dicere cauſam, *eſt Defendere, quod tum de reo dicitur, tum de patrono de reo.* Curt. 7, 1, 20 Amyntas vinculis exemtus vt defenſionem ordiretur, ita inquit, Sine praeiudicio cauſam Dicimus. *i. Liberati tantiſper vinculis, reſpondemus criminibus obiectis.* *Conf.* Nep. 7, 4, 3. *et* 11, 3, 3. Quinct. 5, 11, 39 Si cauſam veneficii Dicat adultera, *i. rea ſit.* Cic. pro A. Cluentio 98 Quapropter hoc Bulbi iudicium non plus obeſſe huic cauſae debet, quam illa, quae commemorata ſunt ab accuſatore, duo iudicia, P. Popilii, et T. Guttae, qui cauſam de ambitu Dixerunt. *i. rei fuerunt defenſique vel ſua voce vel patronorum. De patrono* Cic. pro Roſc. Amer. 59 Quod antea cauſam publicam nullam dixerim. Id. de Clar. Orat. 86 c. 22 Cauſam pro publicanis accurate, vt ſemper ſolitus eſſet, eleganterque Dixiſſe. Quinctil. 4, 1, 19 Ego pro Regina Berenice apud ipſam cauſam Dixi. *Al.* apud eam ipſam dixi. *Ad reos etiam pertinent iſta:* Cic. pro Quint. 31 c. 8 Sed (id quod nunc euenit) de capite ſuo priore loco cauſam eſſe Dicturum. Dicere de ambitu cauſam Id. pro Sext. 18. Liu. 29, 19 Sententiam deinde trucem orationi adiecit, Pleminium legatum vinctum Romam deportari placere, et ex vinculis cauſam Dicere. *i. Interim, dum quaeſtio criminis peragitur, in carcere vinctum eſſe.* Caius in lege Cornelia §. 1 D. de Senatuſc. Silaniano, Praeterea cauetur, vt de iis, qui ante quaeſtionem habitam fugerint, ſi aperto teſtamento liberi ſcripti inueniantur, lege de ſicariis iudicium fiat, ita vt ex vinculis cauſam

Dicant. *Sed ad patronos refertur* Dicere cauſas in foro Caius in l. 1 D. de Orig. iuris. *De formula* Non *vel* Nullam cauſam dico, *actum* n. 2. Diſcit cauſam *Patronus*, docet *litigator*. Cic. Fam. 7, 21 *pr.* Silii cauſam te Docui. Id. 10, 26 O mi Furi, quam tu cauſam tuam non noſti, qui alienas tam facile Diſcis. Id. de Orat. 3 c. 13 Iſti, qui ad nos cauſas deferunt, ita nos plerumque ipſi Docent, vt non deſideres planius dici. Seneca *ap.* Auguſtin. de Ciu. Dei 6, 10 Sunt qui (ad) vadimonia ſua Deos aduocent, qui libellos offerant, et illos cauſam ſuam Doceant. Plin. Epiſt. 3, 9, 20 Nam modo legatos interrogabam, Docuiſſentne me aliquid, quod re probari poſſe confiderent? Quinctil. 6, 2, 3 Dignos, a quibus cauſas diſerti Docerentur. *Et mox* 5 Hoc non Docet litigator. *Et* 12, 8, 1 Proxima Diſcendae cauſae ratio, quod eſt orationis fundamentum. *Toto deinde capite hac de re praecipit, qui proinde locus claſſicus eſt.* Excutere cauſas Quinctil. 5, 10, 35. *i. examinare.* Exordiri cauſam Idem 4, 1, 2. Expendere cauſam meritis Ouid. Met. 13, 150. *h. e. ſecundum merita cauſam iudicare.* Explicare totam Quinctil. 4, . . Exponere Id. 5, 7. Exſudare cauſas, *ridicule dictum de Cauſidicis, qui nimia verborum contentione, et inquieta geſticulatione ſudorem ſibi prouocant: ita vt cauſas ſuas non orare, ſed ſudare videantur:* Horat. Serm. 1, 10, 28 Quum Pedius cauſas Exſudet Publicola, atque Coruinus, *etc.* Facere partium cauſam peiorem Quinct. 3, 8. Idem 2, 16, 3 Socrati obiiciunt Comici docere eum, quomodo peiorem cauſam meliorem, faciat: τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν. Facere ſuſpectam Quinctil. 5, 13. Cic. pro Planc. 6 c. 3 Sed ego Laterenſis, caecum me et praecipitem Ferri confitear in cauſa, ſi *etc.* Cic. pro Ligar. 13 Quod nos domi petimus, precibus et lacrimis proſtrati ad pedes, non tam noſtrae cauſae fidentes, quam huius humanitati. Valer. Maxim. 5, 3 M. Cic. Cn. Popilium Lenatem rogatu Marci Caelii, non minore cura quam eloquentia defendit, eumque cauſa admodum dubia fluctuantem, ſaluum ad penates ſuos remiſit. Frangit et attollit vires in milite cauſa Propert. 4, 6, 51. Habere Veram et bonam Cic. Att. 9, 18. Id. Att. 7, 3 Cauſam modo *(iuſtam)* illa cauſa *(Caeſaris factio)* non habet: caeteris rebus abundat. Indicta cauſa damnari, *vid.* INDICO *et* DAMNO. Condemnari Cic. pro Rab. c. 4. Indicta cauſa profugere Cic. pro Sulla 22. In integro cauſa eſſe *dicitur, cui* Dubia *opponitur, vid.* INTEGER. Indormire cauſae, *vid.* INDORMIO. Inedita cauſa Ouid. ex Ponto 4, 16, 39 *dubia fide legitur. Quidam Muſa: Burm.* Cura: *ſermo eſt de libris ſ. carminibus nondum vulgatis.* Cic. pro Plancio 8 c. 3 Ingreſſus ſum in cauſam, qua ianua nolui. Inſinuare ſe in cauſam, *vid.* INSINVO. Inuoluta obſcuritate, *vid.* INVOLVO. Iudicare Cic. pro Rabir. Poſth. 8. Iuuat facundia cauſam Ouid. Met. 7, 505. Laborare cauſa Quinctil. 4, 1, 44. *i. cauſae minime fidere, dubiam cauſam habere.* Meditari ſuam, *vid.* MEDITOR. Naſcitur ex cauſa cauſa Quinctil. 3, 11, 6. Cic. Fam. 1, 5 *pr.* Nos cum maxime conſilio, ſtudio, labore, gratia, de cauſa regia Niteremur. Id. ibid. 1, 4 Cauſam enim frequenti Senatu, non magna varietate, magnaque inuidia eorum, qui a te cauſam regiam transferebant, Obtinebamus. Terent. Phorm. 2, 1, 61 Seruum hominem cauſam Orare leges non ſinunt, *i. dicere.* Ad Orandas adire, *vid.* ADEO. Oſtendere luculentiſſime Quinctil. 4, 5, 12. Peragere cauſam rei Hor. Serm. 1, 10, 26. Perdere, *vid.* PERDO. Periclitari Quinctil. 7, 2, 12. Perorare cauſam Cic. pro Quint. c. 24. Pertinet ad cauſam Quinctil. 4, 1. Ponere totam cauſam ante oculos Idem 6, 1, 1. *add.* 11. Ponendae cauſae officium a me exigebatur, *i. narrationis* Quinct. 4, 2, 86. Cic. pro Quint. 57 Vereor me hercule, ne aut grauioribus vtar verbis, quam natura fert, aut leuioribus, quam cauſa Poſtulet. Recipit cauſam *clientis Patronus.* Cic. pro Sulla 22 Niſi tu, inquit, cauſam Recepiſſes, nunquam mihi reſtitiſſet, ſed indicta cauſa profugiſſet. Remittere cauſam integram ad Senatum Tacit. Ann. 3, 10, 5. Cic. pro Muraen. 10 c. 4 Etenim ſi me tua familiaritas ab hac cauſa Remouiſſet. Vlp. in l. 1 §. merito. D. depoſiti, Merito has cauſas deponendi Separauit Praetor. Subiacent plurimae lites cauſae Quinct. 3, 6, 27. Suſcepta cauſa contra aliquem Id. 6, 1. Suſcipere cauſam Quinct. 11, 1, 75. Cic. pro Domo ſua 11 c. 5 Certe Conſules cauſam Suſcipere certe Senatus aliquid conſilii capere potuit. *Hic quidem non iudicialem cauſam, ſed negotium publicum, curam annonae notat.* Suſtinere cauſam, *Graece* αἰτίαν ἐπέχειν, *ad verbum Cicero expreſſit, Suſpectum eſſe, crimine premi.* Cic. Att. 13, 10 Nunc vero, quum de Magio conſtet, nonne furor eius omnem cauſam Suſtinet? *i. Quum, conſtet P. Magium, qui Marcellum vulnerauerat, paullo poſt flagitium agnouiſſe, ſeque ipſum ſibi e ſcelere iratum interfeciſſe: res indicat, eius facti cauſam non in Caeſarem, ſed in Magii furorem eſſe conferendam. Alio ſenſu* Cic. Att. 1, 1 In cauſa vniuerſorum creditorum, hominum praeſertim ampliſſimorum, qui ſine eo *(patrono)* quem Caecilius ſuo nomine perhiberet, facile cauſam communem Suſtinerent, *h. e. Cauſam ita agerent, vt aduerſario pares eſſe viderentur.* Suet. in Domitian. 9 Eaque conditione permiſit, vt accuſatori, qui cauſam non Teneret, *(i. obtineret, vinceret)* exilium poena eſſet. Cic. pro Caecin. 67 Et hoc loco Scaeuolam dixiſti cauſam apud Centumuiros non Tenuiſſe. Cic. de Orat. 1, 201 Omnis eſt a me illa cauſa Tractata. Tradere cauſam aduerſariis Ter. Phorm. 2, 1, 7. Cic. Fam. 5, 17 Vt potui accuratiſſime te tuamque cauſam Tutatus ſum. Valere cauſa dicitur, *Quae eſt ſuperior* Ouid. Met. 8, 59. Cic. in Orat. 31 Non vt in iudiciis Verſaret cauſas, ſed vt in hiſtoriis bella narraret. Vincere cauſam Ouid. Epiſt. 16, 75. Cic. pro Sext. 68 c. 31 Res erat et cauſa noſtra eo iam loci, vt erigere oculos et viuere Videretur. *Quamquam hic locus ad ſtatum et conditionem videtur pertinere.* Vocatur cauſa in iudicium Cic. de Orat. 1, 241 c. 57.

¶ 9 *Interdum latius patere videtur nomen, et negotium ſ. rem ſignificare etiam ſine reſpectu ad litem, ſiue controuerſiam.* Plaut. Aſin. 3, 1, 17 Omnis familiae cauſa conſiſtit tibi. *i. negotium, quaeſtus, quo familiam alis ac ſuſtines, vt* Quinct. Decl. 13, 6 Audete nunc laceſſere diuitem, quibus vitae cauſa ſupereſt. *i. quibus eſt vnde viuatis. Sic Gronou. Obſeru.* 4, 26 p. 419. Cic. Verr. 5, 170 Hoc mihi primum Haleſae demonſtrauit Haleſinus Aenias, cui Senatus Dederat publice cauſam, vt mihi fratrique meo gratias ageret. Cic. Fam. 5, 12 Sed ad properationem meam quiddam intereſt, non te expectare dum ad locum venias ac ſtatim cauſam illam totam *(hiſtoriam Conſulatus Ciceronis)* ac tempus arripere. *Huc ea quoque loca refero, vbi id quod intereſt notare videtur, vt* Cic. de Orat. 1, 159 c. 34 Iura ſociorum, foedera, pactiones, cauſa imperii, cognoſcenda eſt. *Et* pro L. Manil. 4 c. 2 Qui ad me cauſam reip. periculaque rerum ſuarum detulerunt. *Et* de Leg. 3 c. 4 Senator cauſam populi teneto. *Et* Att. 8, 3 Cum merita Pompeii — tum ipſa reip. cauſa me adducit, vt mihi conſilium meum cum illius conſilio, vel fortuna cum fortuna coniungenda eſſe videatur. *Poſſunt haec ex parte referri ad* n. 14. *vbi ſtatum et conditionem notat; quemadmodum eorum, quae ibi dedimus, quaedam non incommode huc traxeris, in primis illud* Fam. 10, 26 O mi Furni, quam tu cauſam tuam non noſti, *i. quid tibi re vera proſit, etc. Scilicet* cauſa *vbique rationem agendi vel non agendi, hoc vel illud agendi, ſignificat: relationes caeterae mutantur, concurrunt, latent.* Mandata cauſa, *i. Commiſſum negotium* Ouid. Met. 7, 505. Publica cauſa, *i. Negotium publicum, vel potius Publica vtilitas* Ouid. Met. 12, 29. Pietatem publica cauſa, Resp. patrem vicit, Curare ſuam cauſam, non reipublicae, *i. Suum commodum, ſuam priuatam vtilitatem, non publicam* Cic. Fam. 8, 5 *in fine. Sed nunc editur,* Qui ſua cauſa remp. non curet. Cic. Fam. 8, 6 Sed exſpectes quemadmodum exeat ex hac cauſa. *i. ex hoc negotio, ex accuſatione Appii, de Dolabella.* Id. ib. 1, 5 Sed vereor, ne aut eripiatur cauſa regia nobis, aut deſeratur — Itaque Alexandrina cauſa, quae nobis adhuc integra eſt, videtur ab illo plane eſſe depoſita. *i. negotium.*

¶ 10 Cauſa, *pro Cauſa coniunctionis, amicitiae, beneuolentiae.* Cic. pro Quint. 48 c. 15 Ad vadimonium non venerat, vt ais, is quicum tibi affinitas, ſocietas, omnes denique cauſae et neceſſitudines veteres intercedebant. Ad eas enim cauſas, quibus inter nos amore ſumus, officiis, vetuſtate coniuncti, patriae caritas acceſſit Cic. Fam. 10, 10 *extr.* Lygdamus hic ſitus eſt, dolor huic et cauſa Neaerae Coniugis ereptae cauſa perire fuit Tibull. 3, 2 *extr. Conf. h. l. Brouckhuſ.*

¶ 11 Cauſa, *pro Excuſatione,* Cenſen' me verbum potuiſſe vllum proloqui. Aut vllam cauſam, ineptam ſaltem, iniquam, falſam? obmutui Ter. Andr. 1, 5, 22. Cic. Fam. 16, 19 Si ob eam rem moraris, accipio cauſam. *In delectu militum* Liu. 3, 69 Tempus non eſſe cauſas cognoſcendi: omnes iuniores poſtero die prima luce in campo Martio adeſſent: cognoſcendis cauſis eorum, qui nomina non dediſſent, bello perfecto ſe daturos tempus, pro deſertore futurum, cuius non probaſſent cauſam. *In SCto, quod refert* Caelius *ad* Cic. 8, 8 Senatu placere de militibus — qui eorum ſtipendia emerita, aut cauſas quibus de cauſis miſſi fieri debeant, habeant, ad hunc ordinem referri, vt eorum ratio habeatur, cauſaeque cognoſcantur. *Hinc nomen habent* Cauſarii milites, *de quibus deinde.* Cauſam Afferre Colligere, *vid. his verbis.* Eſt tibi cauſa de hac re Ter. Hec. 4, 4, . *i. Habes, quo te excuſes.* Donatus, Cauſam more ſuo pro Defenſion[e] poſuit. Terent. Eun. 1, 2, 58 Fingit cauſas, ne det ſedulo. Inſer[re], *vid.* INFERO. Virg. Aen. 9, 219 Cauſas nequidquam nect[is] inanes. Morandi cauſas innecte Id. ib. 4, 51. Meditari, *vi[d.]* MEDITOR. Obtendere fugae cauſas Tacit. Ann. 15, 12. *Huc per[tinent] formulae quaedam* n. 2 *relatae:* Nulla cauſa eſt, Non dico cau[ſam]. *Quaedam horum de obtentu etiam ſiue praetextu explicare lice[t], de quo* n. 13.

¶ 12 *Ab eo, quod morbo ſe excuſarent ſae[pe] homines, ortum videtur, vt interdum etiam* Cauſa *pro morbo ponat[ur]* Tib. 1, 9, 51 Non illi ſontica cauſa. *i. morbus quo excuſari poſ[ſit]. Hinc dicti* Cauſarii. *Aliquoties ita* Veget. Mulom. *v. g.* 2, 6, 11 Pa[r]tes quae in cauſa ſunt. *It.* 1, 25, 1 Quibus totum corpus in cau[ſa] eſt. *i. morbo laborat. Et* 2, 20, 2 Locus cauſae. *Et* 3, 45, 5 cauſa pulmonum *etc.* Prud. Periſt. 1, 19 Dona, Supplicum cau[ſis] petitis, quae me detis irrigant. Paullin. de Vit. Martini 2, 6 Omnibus in cauſis celeres habuere medelas. *Add.* Plin. Valerian. 10. 2, 30. 3, 13. 4, 24. *itemque* Macer de Artemiſia, Abrota[no], Anetho, Violis. Cael. Aurel. Chron. 5, 10, 95 Contrarium patie[n]latus, hoc eſt, quod cauſa non tangitur. *Et* Acut. 2, 29, 157 N[on] ex cauſa *(in hoc morbo generatim)* reprobare phlebotomiam, ſed commorantibus inquirere.

¶ 13 *Obtentum nonnunquam, praetextum ſignificat, et opportunitatem adeo, quae a praetextu interdum non multum diſtat.* Cic. pro Domo 13 Quum tu in annonae carit[ate] in Conſules — Per cauſam inopum atque imperitorum repentin[o] impetus compareres. *De eadem re* Cic. pro Dom. 11 c. 5 Concurſ[us] eſt — factus — Qui ſi verus fuit ex dolore hominum et fam[e] — Sin in cauſa fuit annona *(obtentui habita et occaſio inde quaeſit[a])* ſeditionis quidem inſtimulator et concitator tu fuiſti. Ter. An[dr.] 1, 3, 8 Si ſenſerit, perii: aut ſi libitum fuerit, cauſam ceper[it]. Caeſ. B. G. 1, 39 Quorum alius alia cauſa Illata, quam ſibi ad proficiſcendum neceſſariam eſſe diceret, petebat, vt eius voluntate diſc[e]dere liceret. Cic. de Orat. 2, 133 Vt ſi defugerim, tibi cauſam de[m] recuſandi. Dare cauſas auaritiae Tibul. 2, 4, 29: *Sed Brouck[huſ.]* ſtimulos. Tibull. 1, 7, 25 Saepe velut gemmas eius ſignumue pr[o]barem, Per cauſam memini me tetigiſſe manum. Ouid. Her. 2[0,] 140 Dumque ſuo tentat ſalientem pollice venam, Candida per cauſa[m] brachia ſaepe tenet. *Acute* Prop. 4, 8, 16 Huc mea detonſis auec[ta] eſt Cynthia mannis Cauſa fuit Iuno, *i. praetextus:* ſed mage cau[ſa], *i. vera,* Venus. Cic. Off. 3 c. 10 *de Romulo fratris interfector[e]* Et tamen muri cauſam oppoſuit, ſpeciem honeſtatis neque probab[i]lem, neque ſatis idoneam. Caeſ. B. C. 3, 24 Naues triremes du[as] — per cauſam exercendorum remigum ad fauces portus prodire i[uſ]ſit. Frontin. Strat. 3, 3, 6 Eiuſmodi fallacia inſtruxit, vt ille p[er] cauſam venandi noctu procederet, quaſi id per hoſtem interdiu n[on] liceret. Suet. Caeſ. 3 Quem rumorem auxit intra paucos ru[rſus] dies repetita Bithynia, per cauſam exigendae pecuniae, quae deber[e]tur cuidam libertino clienti ſuo. Sueton. Othon. 3 Sepoſitus eſt p[er] cauſam legationis in Luſitaniam. *Et* Veſpaſ. 1 Sacramento ſolutu[s] per cauſam valetudinis; *quod quidem etiam ad n. 11 referri pote[ſt].* Caeſ. B. C. 2, 28 Hinc nactus appellationis cauſam. Terent. Hea[ut.] 5, 2, 36 Inuenta eſt cauſa, qua te expellerent. Ter. Eun. 5, 6, Nam iam diu aliquam cauſam quaerebat ſenex. Flor. 2, 6 Cau[ſas] motuum quaerere. Quaerere cauſam incendiorum et caedis C[ic.] Philipp. 3, . . Quaerere cauſas nouarum perturbationum C[ic.] de Fato 2. Tacit. Ann. 2, 42, 2 Struxit cauſas, aut forte obla[tas] arripuit.

¶ 14 Cauſa, *Statius et conditio.* Cic. pro M[ar]cell. 2 Vehementer angebar, quum viderem virum talem, qui in e[a]dem cauſa in qua ego, fuiſſet, non in eadem eſſet fortuna. *Pot[eſt] etiam partes et factionem hic ſignificare. Sed ſtatum notat* Cic. p[ro] Sext. 68 c. 31 Res erat et cauſa noſtra eo iam loci, vt erigere ocu[los] et viuere videretur. Cic. Fam. 10, 26 O mi Furni, quam tu ca[u]ſam tuam non noſti, qui alienas tam facile diſcas. Tu nunc candi[da]tum te putas, et id cogitas, vt ad comitia curras. Vlpian. i[n] Graece. §. illud commune. D. de fideiuſſ. Illud commune eſt in v[ni]verſis, qui pro aliis obligantur, quod ſi fuerint in duriorem cau[ſam] adhibiti, placuit eos omnino non obligari: in leuiorem plane cau[ſam] accipi poſſunt. Soluta in meliore cauſa ſunt quam obligata Cic. L. Agrar. 3 c. 2. In hoc genere haec mea cauſa eſt Id. Fam. 2,

cum literis offerimus — vt ex arbitrio noſtro caueam locaremus. Martial. 9, 58 Nec vaſum cauea latus biſontis. *Et* 1, 49 Nec caueae tanta clauditur ille fide. *i. cauea firma.* Claudian. de Laud. Stil. 3, 324 Rudibus fagis texuntur et ornis Frondentes caueae. Stat. Silu. 2, 11 Stat cardine aperto Infelix cauea. Iuſtin. 15, 2 Alexander — Calliſthenem philoſophum — cum cane in cauea clauſum ad metum caeterorum circumferret. Ouid. Ib. 519 Incluſusque necem cauea patiaris. Hor. A. P. 473 Ac velut viſus Obiectos caueae valuit ſi frangere clathros. Sueton. in Calig. 27 Multos honeſti ordinis, deformatos prius ſtigmatum notis, ad metalla et munitiones viarum, aut ad beſtias condemnauit, aut beſtiarum more quadrupedes cauea coërcuit, aut medios ſerra diſſecuit. ¶ 2 Cauea, [οἰκίσκος] *Septum ex ligno, ſiue ex ebore, aut metallo factum, in quo aues tenentur.* Attulit in cauea pullos Cic. de Diuin. 2 c. 34. Idem de Natur. Deor. 2, 8 c. 3 Qui etiam per iocum irridens, quum cauea liberati pulli non paſcerent. *Conf.* Plaut. Curc. 3, 1, 79 In cauea, ſi forent concluſi itidem, vti pulli gallinacei. *Elegantem caueam deſcribit* Martial. 14, 77 Si tibi talis erit, qualem dilecta Catullo Lesbia plorabat, (*paſſer*) hic habitare poteſt. ¶ 3 Cauea, *Cauitas illa, quam efficiunt gradus Amphitheatri, Theatri et Circi, in queis populus ludos ſpectare ſolebat.* Plaut. Amph. prol. 65 Vt conquiſitores ſinguli in ſubſellia eant per totam caueam, *etc.* Cic. de Amicit. 24 Qui clamores tota cauea nuper in hoſpitis et amici mei Pacuuii fuerunt noua fabula, quum ignorante rege vter eorum, *etc.* Caueai conſeſſum Lucret. 4, 76 *de ſpectatoribus in theatro dixit;* Theatrum *enim his nominat, et* Scenai ſpeciem *vocat.* *Sic* Conſeſſum caueae implere clamoribus Virgil. Aen. 5, 340 per Caueam, Plebem ſignificat. nam Cauea, Conſeſſus eſt populi, *vt ait* Seruius. *Caeterum de loco a natura in circi ſpeciem efformato hic ſermo eſt: vid. v. 287 ſq. Ita et* Stat. Theb. 1, 423 At hinc teneros Caueae (*i. ſpectatorum*) diſſenſus ephebos Excitat: *de ludis Olympiis.* Subire per caueas Stat. Silu. 1, 6, 28. Caueam, in qua Tauri pugnare ſolent, *memorat* Varro R. R. 3, 5, 3. Cic. de Senect. 48 c. 14 Vt Turpione Ambiuio magis delectatur, qui in prima cauea ſpectat: delectatur tamen etiam, qui in vltima; *prima propior ſcenae, vbi ſenatores, equites. Ipſam quoque ſcenam et pulpitum ſic appellabant.* Plaut. Truc. 5, 39 Venitne in mentem tibi, quod verbum in cauea dixit hiſtrio. Prudent. Periſt. 6, 61

Intrant interea locum rotunda
Concluſum cauea, madens ferarum
Multo ſanguine, quem furor frequentat
Quum ſpectacula perſtrepunt cruenta, *etc.*

*Quae eſt aperta Amphitheatri deſcriptio.* ¶ 4 Caueae *etiam ſunt Aluearia.* Virgil. Georg. 4, 58 Hinc vbi iam emiſſum caueis ad ſidera caeli. *i.* Aluearibus. Seru. *Sic* Colum. 9, 15, 7 Sed omnes aui ſemper cauearum tectis et paullulum lateribus adhaerentes depen-lent. ¶ 5 Varroni de R. R. 3, 5, 11 Caueae *videntur eſſe introitus pergulati per munimentum horti, ſ. villae in aream.* ¶ 6 Cauea, *pro Septo illo ſpineo, quo circummuniuntur arbores nouellae, ne a pecore laedantur.* Columel. 5, 6, 21 Vites in vltimo ſcrobe deponi oportet, materiasque earum per ſcrobem porrigi, deinde ad arborem rigi, atque ab iniuria pecoris caueis emuniri. *Sic* Columel. 5, 9, 11 Caueis circummunire plantas. *Et* Pallad. Febr. 10, 5 Caueis munienda vitis.

CAVEALIS, *vid.* CABIALIS.

CAVEŎLA, ae. f. Dimin. In Gloſſ. Vet. *ζώγριον exponitur.*

CAVILE, is. n. *Idem forte ac Cauea, cum qua coniunxit* Varro L. L. 4, 3. *Sed diſputant critici. Vid. Gothofredi Not. ad h. l. et Scalig. Coniect.* p. 13, *qui caullas, i. caulas legi vult.*

CAVEVS, i. m. *Poculi genus. Sic* Caueos et Scyphos *coniunxit* Treb. Pollio in Claud. 14. *Vid. etiam* Spartian. Peſcenn. 10.

CAVEFACIO, ĕre. *Ad formam verbi vacuefacere.* Fortunat. 8, 6, 192 Per tribulos gradiens ſpinae cauefecit acumen.

CAVERNA, ae. f. [κρύπτα, ἄντρον] *Cauum terrae, vacuum atque obſcurum.* Cic. de Nat. Deor. 2, 25 Quod magna vis terrae cauernis contineatur caloris, eaque hieme ſit denſior. E terrae cauernis ferrum elicere Id. ib. 2 c. 60. Plin. 11, 37 *de vitulo marino et delphino,* Haec cauernas tantum habent aurium loco. Manil. 1, 202 Eſt igitur tellus mediam ſortita cauernam Aëris. Lucret. 4, 393 Sidera — Aetheriis affixa cauernis, *vid.* Caeli. Caecae Lucan. 5, 97. *i. Obſcurae.* Lucret. 4, 172 Vbi tenebras omnes Acherunta reris Liquiſſe et magnas caeli compleſſe cauernas. *Laudat Lambinus ex Nonio illud* Varronis, Nubes aquai frigido velo leues Caeli cauernas aureas ſubduxerant. *Et* Cic. in Arat. . . . Dicitur et late caeli lustrare cauernas. Cauae Virg. Aen. 2, 53. In cauernam Dentis inſertur medicamentum Scribon. 95. Curuae Virg. Aen. 3, 674 *de Aetna.* Imae cauernae Ouid. Met. 5, 502. Ingentes Virg. Aen. 2, 19. ¶ 2 Cauerna, *Pars nauis eſt.* Seruius ad Aen. 2, 19 Penituſque cauernas — milite complent: Alii Fuſtes curuos nauium, quibus extrinſecus tabulae affiguntur, Cauernas appellarunt. Permanſit in Metaphora nauium, vt *intexunt* diceret, et *cauernas.* Quid in nauigio tam neceſſarium, quam latera, quam cauernae? Cic. de Orat. 3, 180 c. 46. *Sic Pearce ex MSS. al.* Carinae.

CAVERNŌSVS, a, um. Adi. [ἀντρώδης] *Locus multis cauernis plenus.* Prud. Hamart. 319 Perque cauernoſos iuſſit penetrare meatus Vocis iter, *de fabrica auris.* Plin. 26, 8 Radix in vſu, piloſa, coloris intus herbacei, craſſitudine digiti minimi, acetabulis cauernoſa eu polyporum cirri, ſubdulcis, et in petris naſcens.

CAVERNVLA, ae. f. Dimin. [κρυπτάριον] Plin. 27, 11 Ipſi qua pediculis adhaerent, cauernulas habent et intus ſemen.

CAVERNO, āre. *vt,* Fiſtulam cauernare ex vtraque parte clyſteis, *i. excauare, perforare* Cael. Aurel. Tard. 4, 3, 26.

CAVERNATIM. Adu. Sidon. Epiſt. 5, 4 Aqua ſcabris pumiceus cauernatim ructata, *i. per diuerſas cauernulas et fiſtulas.*

## C A X *et* C A Y

CAXO, *vid.* COXO.

CAYCVS, *vid.* CAICVS.

CAYSTER, *ſiue* CAYSTRVS, i. m. [Καΰστρος] *Aſiae fluuius.* Ouid. Met. 2, 253 Flumineae volucres medio caluere Cayſtro. Virg. Georg. 2, 384 Quae Aſia circum Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri.

CAYSTRIVS, a, um. Adi. [Καϋστρινὸς] *Vt,* Ales Cayſtrius, *Cycnus.* Ouid. Triſt. 5, 1, 12 Vtque iacens ripa deflere Cayſtrius ales Dicitur ore ſuam deficiente necem.

## C E *et* C E A

CE. *Syllabica adiectio eſt, ſimilis Graecorum δε, ſed cum iis fere iungitur, quae in* C, *vel* S, *deſinunt: vt,* Hicce, *ſiue* hiccine, Sicce, *ſiue* ſiccine: Hiſce, hoſce, haeccine, illoſce, *et ſimilia.*

CEA, ae. f. [Κέως, Κῶς, Κεία] *Inſula in mari Aegeo, de qua* Plinius 4, 12 ſ. 20 CEOS, *inquit,* quam noſtri quidam dixere Ceam, Graeci et Hydruſſam. Auulſa Euboeae, quingentis longa ſtadiis fuit quondam: mox quatuor fere partibus, quae ad Boeotiam vergebant, eodem mari deuoratis, oppida habet reliqua, Iuliſda, Carthaeam: intercidere Coreſſus, Poeeſſa. Ex hac profectam delicatiorem feminis veſtem, auctor eſt Varro. *Haec eſt, de qua* Virgil. Georg. 1, 14, *vbi Ariſtaeum Poëta alloquitur,* Cultor nemorum, cui Pinguia Ceae [τῆς Κείας] Ter centum niuei tondent dumeta iuuenci. *Add.* Ouid. Met. 7, 368. ¶ 2 Cea *etiam Inſula in ora Aſiae, e regione Halicarnaſſi, aut Cnidi potius, quae vſitatius* Cos, *vel* Coos *vocatur.* Plin. 5, 31 ſ. 36 Nobiliſſima in eo ſinu Cos, *etc.* vt plures exiſtimant, Merope vocata; Cea, vt Staphylus. *Ita MSS. omnes Harduin. non* Cos, *vt habent aliae editiones.* Idem 11, 27 *vbi de Bombycinis* Prima eas (*intell.* telas vermiculi) redordiri ruſusque texere inuenit in Ceo, (*Salmaſ. ad* Tertull. de Pall. p. 227 Co *legit et* retorqueri) mulier Pamphila, Latoi filia, non fraudanda gloria excogitatae rationis, vt denudet feminas veſtis. *Tum ſequitur* Bombycas, et in Co inſula naſci traditur, *etc.* *Itaque* Ceas *veſtes non ſimpliciter damnauerim etiam hoc nomine. Sed eſt*

CEVS, *quod quidam ſcribunt* CAEVS, a, um. [Κῷος] *Gentile. vt,* Hor. Carm. 2, 1, 37 Sed ne relictis, muſa procax, iocis Ceae retractes munera naeniae. *i. Simonidis, qui primus carmen lugubre dicitur inſtituiſſe.* *Sic etiam* Camenae Ceae Hor. Carm. 4, 9, 7 *de carminibus Simonidis.* ¶ 2 Ceae veſtes *ſi qua occurrant, a poſteriori* Cea, *quae* Cos *eſt, nomen habent: quin ab ipſa etiam ſorte priore. Vid.* COVS *ſub* COOS. *Certe* Lucr. 4, 1124 Melitenſia Ceaque *hodie adhuc editur: ſed in portentoſa varietate lectionis eſt etiam* Choaque *i.* Coaque.

## C E B

CEBREN, ēnis. m. [Κεβρὴν] *Fluuius Troadis, vnde*

CEBRĒNIS, idis. f. Patronym. [Κεβρηνὶς] Ouid. Met. 11, 769. Aſpicit Heſperien patria Cebrenida ripa. Stat. Silu. 1, 5, 21 Viduae Cebrenidos arida luctu Flumina. *Nempe Cebrenis fluminis filiam, Heſperien perſequitur importunus amator Aeſacus. Fugientem ſerpens ictu interficit; Aeſacus in aquam ſe praecipitaturus mutatur in mergum auem; pater luctu areſcit.*

## C E C

CECROPIA, ae. f. *Quae eſſet, audiamus.* Plin. 7, 56 Oppidum Cecrops a ſe appellauit Cecropiam, quae nunc eſt arx Athenis. ¶ 2 *Pro Regione Attica poſuit* Catull. 62, 79 Cecropiam ſolitam eſſe dapem dare Minotauro. *Nempe*

CECROPS, ŏpis. m. [Κέκροψ] *Conditor Athenarum: qui omnem eius regionis multitudinem in duodecim vrbes digeſſit. Vid. Meurſ. de Fortuna Att. c. 2. Quantitatem penultimae docet* Ouid. Met. 2, 784 Infice tabe tua natarum Cecropis vnam. Tacit. Ann. 11, 14 Quidam Cecropem Athenienſem, vel Linum Thebanum, et temporibus Troianis Palamedem Argiuum memorant, ſexdecim literarum formas, mox alios, ac praecipuum Simonidem, caeteras reperiſſe. Ouid. Met. 2, 555 Virginibuſque tribus gemino de Cecrope natis Seruandum dederat. *Subaudi Erichthonium. Dictus eſt autem Cecrops geminus, ſ. διφυὴς, i. Duplicis naturae, quia connubium inſtituit apud Athenienſes.* Iuſtin. 2, 6 Cecropem, vt omnis antiquitas fabuloſa eſt, biformem tradiderunt, quia primus marem feminae matrimonio iunxit.

CECROPIDAE, ārum. pl. *Athenienſes dicti ſunt, a Cecrope rege.* Ouid. Met. 7, 670 Phocus in interius ſpatium, pulchroſque receſſus, Cecropidas duxit.

CECROPIVS, a, um. Adi. [Κεκρόπιος] *Atticus, vt,* Thymus Cecropius Virg. Georg. 4, 177. Martial. 11, 43 Et thyma Cecropiae Corſica ponis api? *i. deteriora ei, a quo exſpectas meliora.* Arx Ouid. Met. 6, 70. Hor. Carm. 2, 1, 12 Cecropio repetes cothurno, *i. Tragoedia Graeca.* Minerua Lucan. 3, 306.

CECROPIS, ĭdis. f. Patronym. [Κεκροπὶς] *Attica.* Iuuenal. 6, 186 De Tuſca Graecula facta eſt, De Sulmonenſi mera Cecropis omnia Graece.

CECVRRI. Veteres dixerunt pro Cucurri. Sipontinus.

## C E D

CEDO, ceſſi, ceſſum, ĕre. [εἴκω, ὑπείκω, ὑποχωρέω, ἀναχάζω] *Proprie ſignificat Abire, et locum alii dare.* Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 40 Sabura copias equitum peditumque inſtruit, atque iis imperat, vt ſimulatione timoris paullatim cedant, ac pedem referant. Hor. Serm. 1, 1, 119 Inde fit, vt raro, qui ſe vixiſſe beatum Dicat, et exacto contentus tempore vitae. Cedat vti conuiua ſatur, reperire queamus. Introrſum cedere Lucret. 4, 943. Cic. de Clar. Orat. 289 Gratioſi ſcribae ſint in dando et cedendo loco. Idem de Nat. Deor. 2, 83 *de aëre,* Quacunque enim imus, quacunque mouemur, videtur quaſi locum dare et cedere. Ceſſi, et ſublato montem genitore petiui Virg. Aen. 2 *extr. vbi* Seruius cedere *dici proprie docet,* qui patriam *relinquunt.* *Sic* Cedam, atque abibo Cic. pro Milon. 94. *de exilio.* Cedere loco cogebant hoſtes Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 41. *Add.* 3, 51. Suet. Aug. c. 24. Nep. 25, 9, 2. Cedere Italia Cic. Att. 9, 12. Iuuen. Sat. 3, 29 Cedamus patria, *i. Migremus Roma.* Vrbe Cic. ad Octau. Domo Idem Att. 13, 39. Campis Hor. Carm. 3, 8, 24. *de fuga e praelio.* Sil. 15, 745 Cohibete fugam. Cui cedimus hoſti? Claudian. Stilich. 1, 48 Quacumque alte gradereris in vrbe Cedentes Spatiis (*inter eundum*) aſſurgenteſque (*ſi qui pro foribus ſederent*) videbas Quamvis miles adhuc. Tellure Hor. Carm. 2, 1, 26. A gladiatore cedere Cic. pro Roſc. Amer. 118 c. 40. *Sed Codices emendati habent,* A gladiis receſſiſſe. Cic. Att. 5, 20 Itaque eos cedentes ab oppido Caſſius inſecutus eſt. Virg. Aen. 3, 447. *de foliis Sibyllae,* Illa manent immota locis, nec ab ordine cedunt. De oppidis iis cedendum Cic. Att. 7, 21. Pſeud. Cic. anteq. iret in exil. 7 Cedo inuitus de Republ. cedo oppreſſus de fortuna, de dignitate, diſcedo a Repub. victus audacia malorum. Hor. in Arte Poët. 258. *de Iambo,* Spondeos ſtabiles in iura paterna recepit, Commodus et patiens, non vt de ſede ſecunda Cederet aut quarta. E corpore ceſſit anima Lucret. 3, 219. Ex ciuitate Cic. pro Milon. 82. Liu. 25, . . . Retro, quantum poſſet, cedere ſtatuit. Sil. 4, 576 Vt iuſſae ceſſere retro, ſpatiumque dederunt, *etc.* ¶ 2 *Interdum ſimpliciter ire, vel Accedere adeo ſigni-*

*ſignificat.* Plaut. Capt. 2, 2, 102 Quam citiſſime poteſt, tam *(cito)* hoc cedere ad factum volo. Idem in Aulul. 3, 5, 52 Cedit miles, aes petit, *i. incedit, accedit. Sic* Caſin. 2, 8, 10 At candidatus cedit hic maſtigia. *Et* Pſeud. 4, 1, 45 Non prorſus, verum ex transuerſo cedit, velut cancer ſolet. Hor. Sat. 2, 1, 65 Detrahere et pellem, nitidus qua quisque per ora Cederet, introrſum turpis. Ennius *apud* Cic. de Diuin. 1, 108 c. 48. *de duodecim vulturibus, auſpicio Romuli,* Cedunt de caelo ter quatuor corpora ſancta Auium. Ouid. ex Pont. 1, 3, 75 Exul ab Haemonia Pirenida ceſſit ad vndam. Quoquam cedere, *i. Ire in aliquam partem* Lucret. 5, 841. Caeſar ab humana ceſſit in aſtra via Propert. 3, 18, 34. In auras cedere, *i. Recedere, abire* Ouid. Met. 14, 849. In nubila ceſſit ſimulacrum Sil. 17, 551. *i. Euanuit. De phantaſmate et Scipionis imagine loquitur.* ¶ 3 *Iam formulas perſequamur, vbi relinquendi et decedendi notionem habet.* Pſeudo-Cic. ad Octau. Cedam vita, *etc. Honeſte dictum, pro eo quod eſt, Vltro ad mortem accedam, mortem mihi conſciſcam.* Tac. H. 2, 55 Ceſſiſſe vita Othonem. Cic. de Clar. Orat. 4 c. 1 Perpetua quadam felicitate vſus ille ceſſit e vita, *i. mortuus eſt. Simpliciter* Plin. Pan. 43, 4 Ceſſerit parum gratus, *i. mortuus ſit.* Cedere alicui, *Non repugnare, ſed ei obedire.* Virg. Aen. 5, 467 Cede deo. Idem Aen. 3, 188 Cedamus Phoebo, et moniti meliora ſequamur. Cede repugnanti, cedendo victor abibis Ouid. A. A. 2, 197. *Sed* Cum tibi aetas noſtra iam cederet, faſcesque ſummitteret Cic. de Clar. Orat. 22. *i. eum ego ſenior me tibi imparem dicendi viribus faterer. Sic plane* Idem de Clar. Orat. 228 Interiectum inter duas aetates, Hortenſii et Sulpicii, nec maiorem conſequi poterat, et minori neceſſe erat cedere. Virg. Ecl. 5, 16

Lenta ſalix quantum pallenti cedit oliuae,
Puniceis humilis quantum ſaliunca roſetis,
Iudicio noſtro tantum tibi cedit Amyntas.

Cic. pro Caecin. *pr.* Non minus in cauſa cederet A. Caecina Sexti Ebutii impudentiae, quam tum in vi facienda ceſſit audaciae. Stat. Silu. 3, 4, 40 Cedat tibi Latmius vltro, *i. fateatur Endymio, ſe minus pulchrum te eſſe.* Gell. 20 *vlt.* Tantum caeteris omnibus in ipſius quoque ſcriptionis laude cedentes, quantum ceſſimus in cura et elegantia ſcriptionis. Cic. Off. 2, 40 c. 11 Cui quidem etiam exercitus noſtri, imperatoresque ceſſerunt, *de Viriato Luſitano latronum imperatore.* Idem de Legib. 1, 5 Sic enim putant, te illam tractante effici poſſe, vt in hoc etiam genere Graeciae Nihil cedamus. Vlpian. in l. Quod ſi ſeruus. §. Idem Labeo ait. D. de In rem verſo, Si non putat ſibi expedire nomen debitoris habere, cedat creditori Actiones, procuratoremque eum faciat. Pomponius in l. Per quem locum. D. de Seruitut. ruſtic. praed. Per quem locum Viam alii ceſſero, per eundem alii Aquaeductum cedere non potero. Scaeuola in l. Mulier. D. Qui potiores in pignore habeantur, Quaero, an ſi ei iuſtus poſſeſſor offerat, compellendus ſit Ius nominis cedere. Neque tamen protinus hoc ceſſerit Orator Quinct. 5, 7, 2. *i. conceſſerit, admiſerit.* Virg. Aen. 11, 359 Cedat Ius proprium regi, patriaeque remittat, *i. quod ipſe ius habet Lauiniae ſibi vindicandae, illud in patriae et regis gratiam non exigat.* Cic. Off. 2, 64 Conuenit autem cum in dando munificum eſſe, *etc.* multa multis de Iure ſuo cedentem. Marcianus in l. Si de communi. D. Si ſeruitus vindic. Sed ſi per colluſionem ceſſit litem aduerſario, caeteris dandam eſſe actionem de dolo, Celſus ſcribit. Vlpian. l. Mulier D. de Legatis 3 Sed ſi habenti tibi proprietatem Vſumfructum mortis cauſa ceſſero, poteſt dici fidei committere me poſſe. Vt aquam quaereres, et inuentam ducere liceret, cedi poteſt. Labeo l. vlt. D. Si ſeruit. vindic. Vicino ſi quis ceſſerit, Labeo putat, ius ei eſſe aquam immittere: aquae pluuiae arcendae eum agere non poſſe. Paullus in l. 2 §. vlt. D. de aqu. et aqua pluu. arc. ¶ 4 *Metaphoricae formulae, cum Datiuo;* Affectibus noſtris cedis Plin. Pan. 4, 3. Amori turpi cedere Valer. Argon. 7, 319. Plin. 15, 22 *de ſorbis loquens, et nuce iuglande,* Ab his *(ſorbis)* locum amplitudine vindicauerunt, quae ceſſere auctoritati, nuces iuglandes: quanquam et ipſae nuptialium Feſcenninorum comites, multum pineis minores. *i. quum amplitudine praeſtant, celebritate tamen inferiores ſunt.* Cic. de Nat. Deor. 2, 113 Reliquae virtutes, e quibus beata vita exiſtit, par et ſimilis deorum, nulla alia re, niſi immortalitate, quae nihil ad bene viuendum pertinet, cedens caeleſtibus. Conſiliis Ouid. Met. 13, 361. Cic. Fam. 7, 3 Pudori tamen malui, Famaeque cedere, quam ſalutis meae rationem ducere, *i. facere quae ad famam et pudorem tuendum pertinere iudicabam. Alia ſententia vid. mox* Pudori. Fato *i. mori* Liu. 26, 13. *cum quodam Euphemiſmo, de voluntaria morte.* Cic. Tuſc. 3, 36 Quid iaces, aut quid moeres, aut cur ſuccumbis, cedisque Fortunae? Plin. Epiſt. 5, 6, 22 Non cedit Gratiae marmoris, ramos, inſidentesque ramis aues, imitata pictura, *i. non minor eſt gratia picturae.* Virg. Aen. 3, 484 Fert picturatas auri ſubtegmine veſtes Et Phrygiam Aſcanio chlamydem, nec cedit honori. Vbi Seruius. Tanta dat munera, quanta merebatur Aſcanius: hoc eſt enim honori non cedere, parem eſſe meritis accipientis. Ceſſiſſe honore et nomine ſuo *Imperatoris, Iouem Traiano ait* Plin. in Paneg. c. 94. Prop. 1, 5, 24 Imaginibus cedere neſcit amor, *i. nobilitatem non curat.* Inſolentiae alicuius Hor. Epod. 17, 75. Interceſſioni cedere, *i. intercedente et vetante Tribuno pl. de ſuo propoſito, cui ille intercedit deſiſtere, et actionem omittere.* Irae cedere Cic. Off. 2 c. 18. Idem pro Milon. 64 Cederet aequo animo Legibus, ſecum auferret gloriam ſempiternam, *i. ſubiret poenam legibus ſtatutam potius, quam iis repugnaret.* Malis cedere, *Vinci malis, frangi rebus aduerſis.* Virg. Aen. 6, 95 Tu ne cede malis: ſed contra audentior ito. *Sed* Malis alterius cedere *eſt minus miſerum ſe eſſe agnoſcere. Alcmena miſeriarum ſuarum comparatione, beatas eſſe alias miſeras matres oſtendit apud* Sen. Herc. Oet. 1856 Cedite his cunctae malis, *i. meis. Sed* Ouid. ex Ponto 3, 6, 48 Malis ceſſit conſilium, *Prudentia non potuit ſuperare mala.* Plin. 16, 42 Robur, olea incuruantur ceduntque Ponderi. Quinctil. 10, 1, 24 Oneri cedunt aliquando et magni auctores. Idem 2, 1, 5 Quae dum operae cedit, iam paene poſſeſſione depulſa eſt: *i. dum munus ſuum et officium detrectat. Sic Obrecht. Sed al.* Opere. Plin. Epiſt. 7, 19 Poſtremo nullam vocem cedentem periculo emiſit, *i. qua videretur velle periculum vitare.* Cic. ad Brut. 12 Quum multa propter eam curam, quam pro Republ. ſuſcepi, grauiter ferrem: tum nihil tuli grauius, quam me non poſſe matris tuae precibus cedere. *h. e. Obtemperare.* Pudori ne cede Lucan. 8, 627. *i. Noli pudore angi ob mortem ita indignam, vid. paullo ante* Famae. Religioni Cic. Fam. 1, 1. *i. non repugnare his, quae e libris Sibyllinis proferebantur.* Suet. Caeſ. 58 Aut gubernatorem cedere aduerſae tempeſtati paſſus eſt. Tempori cedere, id eſt neceſſitati parere, ſemper ſapientis eſt habitum Cic. Fam. 4, 9. Idem de Legib. 3, 4 Neque nobis cum illa tum peſte certamen fuit, ſed cum grauiſſimo Reip. tempore: cui ſi non ceſſiſſem, non diuturnum ben[...]ficii mei patria fructum tuliſſet. Timori Valer. Flac. Argon. 8, 43[...]

¶ 5 *Cum Ablatiuo rei, quae relinquitur.* Actionibus ſuis cedere pe[...]tori Paullus l. Si a bonae fidei D. de rei vindicat. *Et* Papinian. Stichum §. Si mandato meo D. de Solutionib. et liberat. Vt ei pu[...]pillus aduerſus debitores Actionibus cedat. Cauſa cedere Quinctil. 13, 7. *illam non defendere, ſed victum ſe fateri.* Bonis cedere, *Diſc[e]dere a bonis, et quidquid noſtrum erat, tradere creditori.* Quinct. 6, 1, 1[...] *Hoc ſenſu* Creditoribus cedere Villa Suet. de Clar. Gramm. 11. Pſeudo-Cic. ad Octau. 2 Cedam tibi in praeſentia foro, curia, *etc.* Fo[ro] cedere, *Aeris alieni cauſa in forum non venire, et creditoribus non ſ[ol]vere, quo facto inter creditores bona diuidebantur.* Senec. de Bene[f.] 4, 39 Et appellare debitorem ad diem poſſum, et ſi foro ceſſerit, po[r]tionem feram. *Nempe inter plures creditores concurrentes. Id tam[en] de Argentariis praecipue dici ſolebat, qui menſam in foro haberent.* V[l]pianus in l. 7 Si hominem. §. 2 Quoties. D. Depoſiti, Quoties fo[ro] cedunt numularii, ſolet primo loco ratio haberi depoſitarioru[m]. *Add.* Iuuenal. 11, 50. *impudentiam decoctorum ita ſignat* Cedere nan[i]que foro iam non eſt deterius, quam Eſquilias a feruenti migra[re] Subura. Patrimonio toto cedere Sen. de Benef. 3, 8. *de largitio[ne]* Liu. 24, . . . Facile eſſe momento quo quis velit, cedere poſſe[s]ſione magnae fortunae. ¶ 6 *Formulae, vbi cedere dicunt[ur] non perſonae.* Ars malis ceſſit Sen. Agam. 507. Dies cedere *qua[n]do dicatur docet* Vlpianus: Cedere diem, *inquit,* ſignificat incipere d[e]beri pecuniam: Venire diem ſignificat eum diem veniſſe, quo pecun[ia] peti poſſit. Vbi pure quis ſtipulatus fuerit, et ceſſit, et venit die[s]. Vbi in diem, ceſſit dies, ſed nondum venit. Vbi ſub conditione, n[e]que venit, neque ceſſit dies, pendente adhuc conditione, l. 213 D. De verb. ſignific. *Sed hanc ſubtilem differentiam non ab Vlpiani ing[e]nio, ſed ab audacia Triboniani profectam, Hotomano credit Gothofredu[s]. Interim pulchre* Cic. de Senect. 69 c. 19 Horae quidem cedunt et die[s] menſes, et anni: nec praeteritum tempus vnquam reuertitur: n[ec] quid ſequatur ſciri poteſt. Cedunt, *i. paullatim abeunt.* Stat. Silu. 2, 26 Cedant Curaeque Metusque. Dolores ad nullum malagma a[c] auxilium cedunt Scribon. 229. *Sic* Epiſt. p. 3 Vbi ne ad haec (med[i]camenta) quidem cedunt Difficultates aduerſae valetudinis. *Et* c. [...] Si ea vis fuerit Epiphorae, vt non cedat vno die. Fiducia n[on] ceſſit illi Virg. Aen. 9, 126. *i. non receſſit.* Fiducia ceſſit anim[o] Stat. Theb. 8, 531. Cic. in Parad. 5 Cui quidem etiam (quae vi[m] habere maximam dicitur) fortuna ipſa cedit. *De ſapiente loquitu[r]. Sic* Flor. 3, 1, 2 Citra ſpem omnium Fortuna ceſſit, *i. obſecuta eſt, ce[ſ]ſit votis illius. Et* 2, 17, 15 Ex latrone ſubito dux atque imperator, [e]t ſi fortuna ceſſiſſet, Hiſpaniae Romulus. *Vid. mox* Res *it.* n. 7 Vot[a]. Virg. Aen. 6, 102 Vt primum ceſſit furor, et rabida ora quieru[nt]. Furor non cedat ex animo Sen. Herc. fur. 363. Hereditas cedit a[li]cui. *Sic certe* Virg. Aen. 3, 333 Morte Neoptolemi regnorum redd[ita] ceſſit Pars Heleno. *Et p. a.* 297 Et patrio Andromachen iterum ceſ[ſiſ]ſe marito. *Vid. mox* Poteſtas. Praeda. Quaeſtus. Siluae. Vnda[e]. Honos imperfectus deorum ceſſit Sil. 15, . . . Lumina cedunt ſ[o]mno, *i. a ſomno oculi vincuntur* Claud. in Laud. Seren. 91. L[...] candida ceſſit nubibus Stat. Silu. 3, 1, 71. Mens duro nunquam c[eſ]ſura labori Claud. in Ruff. 1, 326. Mores rebus ceſſere ſecund[is], *i. cum fortuna boni mores immutati ſunt* Lucan. 1, 161. Sen. Herc. O[et.] 46 Natura ceſſit: *indicat, naturam ipſam rerum a ſe ſuperatam.* Ou[id.] Met. 4, 532 O numen aquarum Proxima cui caelo ceſſit, Neptun[e]. Poteſtas. *Vid.* Hereditas. *Sed* Poteſtas cedebat victa. *i. Superabant vires et conatus illorum magnitudine operis.* Lucret. 5, 1270. Praeda alicui cedit Hor. Carm. 3, 20, 7. Pudor ab ore ceſſit, *i. impudens factus eſt, caret verecundia* Valer. Flac. 7, 462. Perſ. 5, 30 Cum pr[i]mum pauido cuſtos mihi Purpura ceſſit, *i. a me receſſit vt victa, cu[m] tandem licuit deponere purpuram.* Cic. Verr. 2, 170 Ea autem foen[e]ratio erat huiusmodi Iudices, vt etiam hic quaeſtus huic cederet. *Vi[d.]* Hereditas. Virg. Aen. 12, 148 Parcaeque ſinebant Cedere Res La[]tio, Turnum et tua moenia texi. Seruius, Feliciter procedere. Flo[r.] 2, 17, 13 Si res ceſſiſſet, *vid. paullo ante* Fortuna. Siluae cedu[nt] alicui Ouid. Faſt. 5, 373. *Vid.* Hereditas. Vlpian. in l. Si maritu[s] D. Ad leg. Iuliam de adult. Si maritus praeuenerit, accuſareque i[n]ſtituerit: tempora non cedunt patri. *Vid.* Dies. Virg. Aen. 12, 1[...] Ceſſerit Auſonio ſi fors victoria Turno. Vota quae ſuperis tuli *(e[go] Deianira)* ceſſere captae *(Iolae)* Sen. Herc. Oet. 293. Vota mihi ce[]dunt Petron. 121 p. 572. *i. ſuccedunt, eueniunt quae opto. Vid. n.* Votis. Vndae ceſſerunt nitidis habitandae piſcibus Ouid. Met. 1, 7[...]. *Vid.* Hereditas. Vultus ceſſere, *i. Perierunt, perdita forma eſt* Se[n.] Herc. Oet. 392. ¶ 7 Cedere *etiam ponitur pro Euenire.* [...] Liu. 23, 44 Nolle ominari, quae captae vrbi ceſſura forent. Proſper[e] cedere Nep. 14, 1, 2. Feliciter tibi cedat Ouid. in Ibin 561. Fe[]liciſſime Quinct. 10, 2, 16. Male ceſſerat illi Ouid. Met. 10, 8[...] Optime his ceſſiſſe, *i. Eueniſſe* Celſ. 1 praef. p. 10. Tacit. Hiſt. 4, 16 Vbi inſidiae Parum ceſſere, ad vim transgreſſus, *etc.* Voto re[] cedere *dicitur, quae voto reſpondet.* Ouid. de Rem. Amor. 563 Durus cui pater eſt, Votis vt caetera cedant, Huic pater ant[e] oculos, *etc.* Bono alterius cedere, *i. vtilem illi eſſe* Vlpian. in l. 3. § Nec non. D. de in rem verſ. Neque enim ſpectamus, an bono domin[i] ceſſerit, quod conſumtum eſt: ſed an in negotium domini. *Sic enim habent Pandectae Florent. non, vt Haloander,* Acceſſerit. Si id cauſa[e] cedit, *i. prodeſt* Quinctil. 11, 1, 76. Pompon. in l. Vel inutilium. D de Vſufructu, et quemad. quis vtatur, Vt poſt ſubſtituta fiant propria vſufructuarii, ne Lucro ea res cedat domino. ¶ 8 *Formulae aliae per lancem ſaturam.* Val. Flac. Argon. 4, 89 Et labor e[t] dulces cedunt e pectore nati, *i. obliuioni dantur.* Senſus ceſſerun[t] pectore attonito, *i. obſtupuit, animo defecta eſt* Lucan. 5, 760. Virg. Aen. 9, 220 Nec mea iam mutata loco ſententia cedit. Plin. 23, Sic quoque in prouerbium ceſſit, Sapientiam vino obumbrari, *i. in prouerbium abiit.* In ducem cedit ſumma rerum, et reciperatae prouinciae Tacit. in Agric. 5. In locum exemplorum cedunt iudici[a] Quinctil. 5, 11, 36. Idem 3, 8, 5 Haec in partes cedunt trium generum, in quae cauſas diuiſimus, *i. diuidi poſſunt in ea genera.* Tacit Hiſt. 2, 59 Nimius honos inter ſecunda, rebus aduerſis, in ſolatium ceſſit. Liu. 6, 34 Itaque quum ex re iam nihil dari poſſet, fame e[t] corpore iudicati atque addicti creditoribus ſatisfaciebant, poenaque in vicem fidei ceſſerat, *i. ſucceſſerat, ſubſtituta erat.* In vſum ali[]cui cedere *res dicitur, quae conceditur non tanquam propria, ſed vtendi ſolummodo* Hor. Serm. 2, 2, 134. Vxor tibi cedit in decus et gloriam Plin. Pan. 83, 4. In vulgus ſpolia cedebant Tacit. Hiſt. 3, 83. *i. vulgo.* Columel. 12, 14 Nam pro pulmentario cedit, *i. Vice pulmentarii habetur.*

Eſt abſurdum, meliorem cauſam publicanorum quam exterorum effectum operari Vlp. l. 1 §. 4 de public. et vectig. Pompon. in l. mulier. D. de captiu. et poſtlim. reuerſ. Mulier in opus ſalinarum ob maleficium data, et deinde a latrunculis exterae gentis capta, et iure commercii vendita ac redemta, in cauſam ſuam recidit, *i. ſtatum, et conditionem in qua prius erat.* Martianus D. de rerum diuiſ. l. in tantum, In mari piſcantibus liberum eſt, caſam in litore ponere, in quam ſe recipiant. In tantum, vt ſoli domini conſtituantur, qui ibi aedificant: ſed quamdiu aedificium manet. alioquin aedificio dilapſo, quaſi iure poſtliminii reuertitur locus in priſtinam cauſam: et ſi alius in eodem loco aedificauerit, eius fiet. Vlpian. in l. 1 D. ſi ex noxali cauſa agatur, In eadem cauſa ſiſtere quid ſit videamus, et puto verius eſſe, in eadem cauſa eum videri ſiſtere, qui ad experiendum non facit ius actoris deterius. Vlpian. in l. 2 D. de except. rei iudicat. At ſi non in ea cauſa ſint tabulae teſtamenti, vt contra eas bonorum poſſeſſio dari poſſit, *etc.* Tryphoninus in l. in bello. §. ſi deportatum D. de captiu. et poſtlim. reuerſ. Si deportatum ab inſula hoſtes ceperunt, redemtus quibus caſibus redit, in eam cauſam veniet, in qua futurus eſſet, ſi captus non fuiſſet, deportabitur igitur. *Huc etiam illae ICtorum formulae pertinent, cum* ſeruus alienari *dicitur* cum ſua cauſa l. 36 ff. de ſtatu liberis. *Cum* res cum ſua cauſa transferri *dicitur* l. 67 ff. de contr. emt. Cum ſua cauſa tranſit fundus l. 1 §. Si fundus ff. de pigner. act. Cum ſua cauſa bona vindicare l. 17 §. ex facto ff. ad SC. Trebell. *Sic* Vlpian. l. 1 §. hanc actio ff. depoſiti, Hanc rationem bonae fidei eſſe, dubitari non oportet, et ideo et fructus in hanc actionem venire, et omnem cauſam et partum, dicendum eſt, ne nuda res veniat. Gaius l. 20 ff. de rei vindicat. Nec enim ſufficit, corpus ipſum reſtitui, ſed opus eſt, vt et cauſa rei reſtituatur, id eſt, vt omne habeat petitor, quod habiturus foret, ſi eo tempore, quo iudicium accipiebatur, reſtitutus illi homo fuiſſet. Itaque partus ancillae reſtitui debet *etc.* Paullus l. 31 ff. de reb. cred. Vt poſt iudicium acceptum cauſa omnis reſtituenda ſit, id eſt, omne quod habiturus eſſet actor, ſi litis conteſtandae tempore ſolutus fuiſſet. *Conf.* n. 9 *in quantum vtilitatem et id quod intereſt*, cauſa *ſignificare videtur.* ¶ 15 Cauſa, *pro partibus.* Cic. in Piſon. . . . Non ſum ego, propter nimiam fortaſſe conſtantiae cupiditatem Adductus ad cauſam. Id. Phil. 5, 44 Caeſar autem annis multis minor vetera nos cupientes iam requieſcere armauit: eam Complexus eſt cauſam, quae eſſet Senatui, quae populo, quae cunctae Italiae, quae DIs omnibus grauiſſima. Liu. 36, 5 *Epirotae* petebant, ne ſe temere in cauſam Deducerent, expoſitos aduerſus Italiam pro omni Graecia, et primos impetus Romanorum excepturos. Cic. Att. 7, 12 Tuas volo elicere literas, maximeque conſilium, quid agam, aut quo me pacto geram, Demittamne me penitus in cauſam? *(Pompeii et Senatus)* Id. Phil. , 4 c. 2 Conſenſus Populi Rom. qui iam Deſcendit in cauſam, ſi nos langueſcimus debilitetur neceſſe eſt. *Add.* Att. 8, 1. *Et* Phil. 11, 5 Ex quo iudicare debetis, me non cum homine ſolere, ſed cum cauſa Diſſidere. Cic. pro Marc. 2 c. 1 Angebar, cum viderem, virum talem, tum in eadem cauſa, in qua ego fuiſſem, non in eadem eſſe fortuna. Id. Phil. 4, 12 c. 5 Incumbite in cauſam Quirites, vt facitis. Nunquam veſter conſenſus maior in vlla cauſa fuit. *Et* Att. 3, 15 Atque vtinam ipſe Varro Incumbat in cauſam. Cic. Fam. 1 Si id euenit, quod ingredientibus nobis in cauſam propoſitum fuit accidere poſſe. Ouid. Met. 5, 151 Coniurata vndique pugnant agmina pro cauſa meritum impugnante fidemque. Cic. pro Ligar. Vna eſt profectus cum iis, quorum erat vna cauſa. *Add.* pro Deiot. c. 10 pro Marc. c. 10. Cic. Att. 7, 3 Cauſam modo *(iuſtam)* a Cauſa *(Caeſaris)* non habet: Caeteris rebus abundat. Cic. pro Ligar. 24 Veniebatis igitur in Africam, *etc.* in qua erat rex potentiſſimus, inimicus huic cauſae, *etc.*

CAVSARIVS, a, um. Adi. [ἀπόμαχος] *ab ea* Cauſae *ſignificatione ductum, quam* n. 12 *explicauimus.* Cauſarii milites, *Morbo et debilitate affecti, ob idque ceſſare coacti.* Liu. 6, 6 Tertius exercitus ex cauſariis ſenioribusque a L. Quintio ſcribatur, qui vrbi moenibusque praeſidio ſit. Omnes cauſarios liberalitatibus ſubleuauit Spartian. Adriano c. 10 *vid. ibi Caſaub. et Salmaſ.* Vlpian. in l. 2 §. ignominiae cauſa. D. de iis, qui infamia notantur, Eſt honeſta miſſio, quae emeritis ſtipendiis, vel ante ab imperatore indulgetur, eſt cauſaria, quae propter valetudinem laboribus militiae ſoluit. *Feſue ex aſini ſui perſona* Apul. Met. 2 p. 144, 16 Rebar enim, iam me prorſus exanimatum ac debilem mereri cauſariam miſſionem. *Hinc iſi aegroti dicuntur* Cauſarii. Plin. 25, 5 *fin.* Datur ſanguinem exſcreantibus, cauſariis vel latere, vel faucibus. *i. Laborantibus morbo lateris, vel faucium.* Sen. Epiſt. 68 Cauſariae ſunt in animo noſtro partes, quibus adhibenda curatio eſt. *Et* Hoc corpus cauſarium ac fluidum piturumque, niſi ſubinde impleatur Sen. Nat. Qu. 1 praef.

CAVSARIE. Adu. Macer in l. milites agrum. §. illud conſtat. D. de re militari, Ideo et ad eum, qui cauſarie miſſus eſt, poteſt dici pertinere, quum huic quoque praemium praeſtatur: *i. miſſione cauſaria.*

CAVSĀLIS, e. Adi. *vt*, Ratio cauſalis Auguſt. de Geneſi 7, 23. *et* 9, 1. Cauſalia, *argumenta, quae ipſas rerum cauſas rimantur*, Barth. ad Claud. Mamert. p. 379.

CAVSALITER. Adu. *Idem. Vid.* Auguſt. de Geneſi 5 *vlt. et* 6, 5.

CAVSŬLA, ae. f. Dimin. [δικίδιον] *pro Parua cauſa.* Cic. de Opt. Gen. Orat. 9 c. 3 Sed quia et priuatas ille pleraſque, et eas ipſas aliis, et paruarum rerum cauſulas ſcripſit, videtur eſſe ieiunior. Hirt. B. Afric. c. 54 Paruulam modo cauſulam nactus Caeſar. *i. opportunitatem exempli ſuae ſeueritatis edendi.*

CAVSOR, *vel quod rectius* CAVSSOR, āri. Dep. *Cauſam trahere vel adferre, pro diuerſa* Cauſae *ſignificatione non vno modo accipitur.* ¶ 1 *In quantum* cauſa *eſt, negotium vel quaeſtio, de qua contenditur,* cauſari *eſt* δικάζεσθαι, *vel vt* Nonius *explicat* 2, 187 cauſam dicere vel defendere. *Vtitur deinde his exemplis:* Accius Medea, Qui potis eſt repelli quiſquam, vbi nullus eſt cauſandi locus. Afranius Emancipato, Vide vt facunde contra cauſeris patrem. Pacuuius Armorum Iudicio Qui ſe ſe adfinem eſſe ad cauſandum volunt, De virtute his (: *leg. non* is) ego cernundi do poteſtatem omnibus, *quae praeconii pro formula eſt, qua euocantur, qui iudicio contendere de armis Aiacis volunt. Bonis ergo auctoribus dixit* Quinct. 11, 1, 59 Nec cauſanti pupillo ſic tutor iraſcatur vnquam, vt non remaneant amoris veſtigia. *Porro ea haec ratio medii aeui ſcriptoribus familiaris admodum fuit, quod docet Cangius.* ¶ 2 Cauſam, *id eſt, Culpam in aliquem vel aliquid ſui excuſandi gratia coniicere, quod* προφασίζεσθαι *eſt in* Vet. Gloſſ. Horat. Epiſt. 1, 14, 13 Stultus vterque locum immeritum cauſatur inique. Tib. 1, 3, 17 Aut ego ſum cauſatus aues, aut omina *dira.* Martial. 4, 7 Sed iam cauſaris barbamque annoſque piloſque. Tac. Hiſt. 3, 59 Sabinus inhabilem labori et audaciae valetudinem cauſabatur. Vlpian. l. 11 D. §. 3 de inſtitor. act. (14, 3) Ne quis cauſari poſſit ignorantiam literarum. *Et* l. 2 D. §. 8 Si quis cautionibus (2, 11) Cauſari tempeſtatem et vim fluminum. *In quibus omnibus* excuſandi *verbo etiam locus erat. Ponitur etiam cum accuſatiuo et infinito.* Gell. 18, 4 Ille ſe iam plane illudi ratus, negotium ſibi eſſe cauſatur et digreditur. Sulpic. Seu. Epiſt. 3, 13 *ex perſona S. Martini,* Si adhuc in eodem labore — ſtare me praecipis, non recuſo, nec fatiſcentem cauſabor aetatem. ¶ 3 *Pro* tergiuerſari, *vel* morae cauſam adferre adhibetur. Virg. Ecl. 9, 56 Cauſando noſtros in longum ducis amores. Papin. l. 34 D. de ſtatu liber. (40, 7) Si heres cauſabitur accipere rationes, nihilominus liberum fore. *Adfertur etiam* Cic. pro Q. Roſc. 41 c. 14 Num quid cauſare, quin ab iudicio abeas turpiſſime victus? *Sed repoſuere viri docti* Num quid cauſae eſt? ¶ 4 Cauſari, *pro Expoſtulare, et Conqueri ponunt Recentiores.* Treb. Pollio 30 Tyran. *extr.* Habes integrum numerum XXX tyrannorum: qui cum maleuolis quidem, ſed bono animo cauſabaris. *Et* Saluian. de Gub. Dei 3 *poſt init.* Cauſaris igitur, quid ſit illud, quod Chriſtiani, qui Deum credimus, omnibus miſeriores ſumus. *Add.* Chryſolog. Serm. 156 *ſub fin.*

CAVSATVS, a, um. *Excuſans, praetexens.* Sueton. Neron. 49 Pugiones rurſus condidit, cauſatus, nondum adeſſe fatalem horam. *Add.* Idem Calig. c. 23. Cauſatus capitis acrem dolorem Apul. Met. 3 p. 135. *Sic* Liu. 36, 10 Itaque Hiemem inſtare apud ſuos cauſatus rex, vnum tantum moratus diem, ab Lariſſa receſſit. Tacit. Ann. 1, 47 Negotia varie cauſatus, primo prudentes, dein vulgum, diutiſſime prouincias fefellit. Curt. 4, 16, 18 Et praeceps in noctem dici Tempus cauſatus.

CAVSATE. Adu. *Cum cauſa.* Plin. praef. operis, Quod ſi hoc Lucilius — quanto nos cauſatius, *i. iuſtiore cauſa*, ab aliquo iudice *nos* defendimus.

CAVSATIVVS, a, um. Gloſſ. Gr. Lat. αἰτιολογικὸς, cauſatiuus. *Et* Mart. Capell. 5 p. . . Cauſatiuum litis eſt, quod dubitationem facit.

CAVSATIO, ōnis. f. [πρόφασις] *Praetextus, excuſatio, vel color.* Martian. Capell. 5 p. 148 Deprecatio nihil cauſationis aſſociat, ſed in exorandi humilitatem precesque ſuſpirat. ¶ 2 *Pro Vitio aut Morbo* Pallad. 1, 4 Si ſaluo capite in pulmonibus ac thorace, aut nulla eſt, aut rara cauſatio. Gell. 20, 1 Ne cauſatio iſta aegri corporis perpetuam vacationem daret fidem detrectantibus. *Excuſationem ob morbum indicat.*

CAVSATRIX, īcis. f. *Vt*, Omnis mali cauſatrix Dig. lib. 38 t. 10 l. 4 §. 6. *Sed eſt modo ex interpretatione, neſcio quam antiqua, Homerici verſus, et verbi* κακομήχανος.

CAVSIFĬCOR, āri. [προφασίζω] *Idem, quod Cauſari.* Plaut. Aul. 4, 10, 25 Ergo quia ſum tangere auſus, haud cauſificor, quin eam ego habeam potiſſimum. *h. e. non recuſo, cauſam non dico. Et* Apul. Met. 10 p. 242 Verbero blaterans atque inconcinne cauſificans. *i. Cauſam, cur venenum peteret, proferens ſ. effingens potius.*

CAVSIDĬCOR, āri. Gloſſ. Gr. Lat. δικολογῶ, cauſidicor.

CAVSIDĬCVS, i. m. [ῥήτωρ, συνήγορος] *Qui cauſas dicit, i. agit, Patronus.* Apul. Apol. p. 305, 20 Eoque etiam patronos litigatorum cauſidicos nominari, quod, cur quaeque facta ſint, expediant. Cic. de Orat. 1, 102 c. 46 Non enim cauſidicum neſcio quem, neque proclamatorem. *Habet aliquid humilitatis hoc nomen, certe minus amplum eſt illo* Patroni *vel* Oratoris. *Sic idem* Cic. in Orat. 30 c. 9 Nam qui Lyſiam ſequuntur, cauſidicum quemdam ſequuntur, non illum quidem amplum atque grandem, ſubtilem atque elegantem tamen, et qui in forenſibus cauſis praeclare poſſit conſiſtere. Quinctil. 12, 1, 25 Non enim forenſem quamdam inſtituimus operam, nec mercenariam vocem, nec (vt aſperioribus verbis parcamus) non inutilem ſane litium aduocatum, quem denique cauſidicum vulgo vocant; ſed virum cum ingenii natura praeſtantem, *etc.* Pauper Martial. 14, 219. Purpura vendit cauſidicum Iuuen. 7, 135. Puſillus cauſidicus Idem Sat. 10, 121. Raucus Martial. 4, 8. *Conf.* Sueton. Claud. c. 15.

CAVSIDICĪNA, ae. f. *Ipſa ars, ſiue Munus Cauſidicorum.* Cod. Theod. leg. vlt. de Cohort. princ. cornic. Ammian. 30, 4 p. 647 Ad vltimum id habet cauſidicina cum caeteris metuendum et graue, quod, *etc. Et* Symmach. Epiſt. 5, 16 *et* 75.

CAVSIDICATVS, ûs. m. *Idem.* Gloſſ. Gr. Lat. δικολογία, Cauſidicatus.

CAVSIA, ae. f. [καυσία] *Eſt Pileus expaſſos margines habens, ad arcendum aeſtum, quo meſſores vtuntur.* Plaut. Milit. 4, 4, 42 Facito, vt venias huc ornatus ornatu nauclerico, Cauſiam habeas ferrugineam. Fuit etiam regnum Macedonum inſigne Val. Max. 5, 1, 4 *extr.* Quemadmodum Antigonus caput Pyrrhi texit cauſia, qua velatum caput more Macedonum habebat.

CAVSIMOMANTIA, ae. f. [καυσιμομαντεία] *Fundus huius verbi eſt* Plin. 36, 19 ſ. 34 *de Gagate*, Hoc dicuntur vti Magi in ea, quam vocant Axinomantiam *(ſic omnes)* et peruri negant, ſi euenturum ſit, quod aliquis optet. *Eſt quidem* Axinomantia *non inaudita, vbi vid. Sed cum ea ad h. l. nihil videatur facere, Salmaſ. ad Solin.* p. 179, a B. Cauſimantian ſ. Cauſimomantian *ſubſtitui vult, diuinationem ex his, quae comburuntur: ſatis id conuenit Plinio, ſed aliunde nondum firmatum eſt.*

CAVSIS, is. f. [καῦσις] *Vſtio, pingendi genus, quod deſcribemus verbis* Vitruuii 7, 9 Si quis ſubtilior fuerit, et voluerit expolitionem miniaceam ſuum colorem retinere, cum paries expolitus et aridus fuerit, tunc ceram Punicam igni liquefactam paullo oleo temperatam ſeta inducat. Deinde poſtea carbonibus in ferreo vaſe compoſitis eam ceram apprime cum pariete calefaciendo ſudare cogat, fiatque vt peraequetur. Poſtea cum candela linteisque puris ſubigat, vti ſigna marmorea nuda curantur. Haec autem καῦσις Graece dicitur. Ita obſtans cerae Punicae lorica non patitur, nec lunae ſplendorem, nec ſolis radios lambendo eripere ex his politionibus colorem. *Eodem fere modo rem ipſam deſcribit* Plin. 33, 7 ſ. 40. *nomine abſtinet, quod Salmaſ. in Solin.* p. 164 *mutari vult in* Encauſin, *vnde eſt* Encauſtum *et* Encauſtice. *v. v.*

CAVSON, *et* CAVSOS. [καῦσος] *Aeſtus ſeu ardor. Hinc*

CAVSŌDES, is. f. *Febris ardens.* Celſ. 2, 8 Febrem autem ardentem, quam Graeci καυσώδη vocant, ſubitus horror exſoluit.

CAVSTVM, i. n. [καυστὸν] *Vſtile, quod exuri poteſt. Laudatur*

*tur* Plin. 35, 15 ſ. 50 *vbi inter Sulphuris genera*, Quartum cauſtum ad ellychnia. *Sed* cauſtum *nusquam comparet.*

CAVSTĬCE, es. f. [καυστικὴ] *Vrens herba, quae alias* Scelerata *dicitur.* Apul. de Herb. 8. *Nempe*

CAVSTĬCVS, a, um. Adi. [καυστικὸς] *Quod vrendi vim habet.* Plin. 25, 11 Perungunt et radice eius ſudoris cauſa eliciendi, quoniam cauſtica vis ei eſt. Naturae cauſticae eſſe Idem 27, 9. Martial. 14, 26 Cauſtica Teutonicos accendit ſpuma capillos. *i. ſapo e cinere et ſeuo coctus.* Plin. 26, 1 Cauſticis namque curabatur, *de Lichenibus, ſ. Mentagra.*

CAVTA, ae. f. [καυτὴ] Efflatio oris. *Laudatur* Theod. Priſcian. 1, 17.

CAVTELA, *vid.* CAVEO,

CAVTER, ĕris. m. [καυτὴρ] *Inſtrumentum vſtorium. Metaphor.* Tertull. de Pallio cap. vlt. Adigo cauterem *(notam inuro)* ambitioni, qua M. Tullius quingentis millibus numûm orbem citri emit. Cremari cauteribus Prudent. in Romano v. 490. Idem in Vicentio v. 229 Aruina poſthinc igneum Impreſſa cauterem lauit. *Hic itaque Carnificis eſt. Sed Medici* Pallad. 1, 41, 2. *et* 1, 43, 3. Veget. 2, 6, 11.

CAVTERIVM, i. n. [καυτήριον] *Idem.* Quaſi cauterium cruſtam altam facit *(medicamentum) it.* Omnem eruptionem ſanguinis, veluti cauterium ſiſtit Scribon. 240. Quo quaſi cauterio vti oportet Idem 114. Plin. 22, 23 ſ. 49 Tempeſtiue enim datum, cauterii vim obtinet, *de laſere.* Cauterii vicem obtinens vis Idem 25, 8 ſ. 38 *de plantagine.* Ignita cauteria Firmic. 4, 1. Cauterium *in pictorum inſtrumento* Martiano in l. item pictoris. D. de inſtr. vel inſtr. leg. Item pictoris inſtrumento legato, cerae, colores, ſimiliaque horum legato cedunt. item peniculi, et cauteria, et conchae. Cauteria *nempe ſunt inſtrumenta, quibus pictores olim ceris pingentes picturam tabularum inurebant. Vid.* CAVSIS, ENCAVSTVM.

CAVTERIO, āre. *Cautere notare.* Interpr. Irenaei 1, 24 Cauteriantes diſcipulos ſuos in poſterioribus partibus extantiae dextrae auris.

CAVTERIATVS, a, um. [κεκαυτηριασμένος] *Cauterio notatus. Vnde ab* Apoſtolo, Cauteriata Conſcientia *dicta eſt* 1 Tim. 4, 2. Novatian. de Trinit. c. 29.

CAVTERĪZO, āre. *Cauterio vrere.* Veget. 3, 2, b. Si vermiculus dorſo putredinem fecerit, vtiliſſimum eſt cauterizare ſubtiliter.

CAVTERŌMA, atis. n. Vlcus a peccante cautere factum Plin. Valer. 3, 47. *Vid. Barth. Aduerſ.* 5, 17.

CAVTES, is. f. *ſiue* COTES, *vnde contractum* COS, [πέτρα] *proprie Saxum dicitur aſperum atque abruptum.* Saxa et cautes timere Caeſ. Bell. G. 1, 13. *Sed etiam ſingularis non inuſitatus:* Plin. 2, 96 Iuxta Harpaſa, oppidum Aſiae, cautes ſtat horrenda, vno digito mobilis. Virgil. Aen. 6, 471 Quam ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes. Abrupta cautes Sen. Herc. Oet. 863. Altae Virgil. Aen. 3, 699. Ardua Valer. Argon. 4, 671. Concurrentes Ouid. Am. 2, 11, 3 *Symplegades.* Dura Virgil. Aen. 4, 356. Sen. Hippol. 580 Vt dura cautes vndique intractabilis reſiſtit vndis. Niuoſae Sil. 4, 68. Obiectae Idem 7, . . Saeua Sen. Troad. 1076. Ouid. Met. 12, 124 Inde velut muro Solidaue a caute repulſa eſt. Valer. Argon. 2, 449 Strictis alius de cautibus ignes Oſtendit foliis, et ſulfure paſcit amico. Terribiles Lucan. 6, 26. ⌉ 2 Cautis *in primo caſu ſyllabae corripiendae gratia.* Quae cautis illud perpeti ſpectaculum, Quis ferre poſſit aeris aut ferri rigor Prud. Romano 701. *Conſ. Barth. Adu.* 41, 3.

CAVTIO, CAVTIM, CAVTIVS, CAVTOR, CAVTVS, *vid.* CAVEO.

CAVVS, a, um. Adi. [κοῖλος] *Solido opponitur*, a Chao, ex eius inanitate dictum, *auctore* Feſto. *Add. mox dicenda in* Caelum. Aedes cauae Virg. Aen. 2, 487 Seruius *exponit* Tecta camerata. Aes cauum, *pro Tuba.* Virgil. Aen. 3, 240 — dat ſignum ſpecula Miſenus ab alta Aere cauo. *Sed* Aes cauum, *pro Aereo lebete.* Ouid. Met. 4, 504 Quae ſanguine miſta recenti Coxerat aere cauo. Ahena Idem Met. 6, 645. Alueus Ouid. Faſt. 2, 407. *in quo* Romulus et Remus expoſiti. Antrum Virgil. Aen. 3, 641. Ouid. Met. 12, 42 Penetratque cauas vox omnis ad aures. Buccina Idem Met. 1, 335. Buſta Ouid. Amor. 3, 9, 38. *ſepulcrum.* Caelum Cauum. Varro de L. L. 4, 3 p. 9, 10 Ego magis puto a chao cauum, et hinc caelum, quoniam — Hoc circum ſupraque, quod complexu continet terram, cauum caelum. Itaque dicit Andromacha *(apud Ennium, vel alium Poëtam)* Noctique (*ſ.* Noctu quae) caua caeli ſignitenentibus conficis bigis. *Et* Agamemnon, In altiſono caeli clypeo: Cauum enim clypeum. — a chao cauum caelum. Cauernae Virg. Aen. 2, 53. Cauas *augendi cauſa addidit. Inde enim* Cauernae *dictae ſunt, quod* Cauae *eſſent.* Seruius *ait*, Graecam eſſe figuram, vt Vitam viuere, Mortem mori. Val. Argon. 6, 760 Armaque, quique caua ſupereſt de caſſide vultus. Catull. 62, 259 Pars obſcura cauis celebrabant orgia ciſtis. Virgil. Aen. 8, 598 Vndique colles Incluſere caui. *i. cauum efficientes.* Concha Idem Aen. 6, 171. Conuallis Virgil. Georg. 2, 186. Cortices, *in quibus* apes examina condunt Idem Georg. 2, 453. Dolia Tibull. 1, 3, 80 *Danaidum, quae nunquam implentur, et ab humore quaſi ſolida ſiunt.* Ouid. Faſt. 4, 694. Siue cauae falcis, ſiue bidentis erat. *i. curuae. Sic mox* Luna. Virg. Aen. 9, 534 Perque cauas denſi tela intorquere feneſtras. Seruius patulas *interpretatur.* Flumina Virg. Georg. 1, 326. Seruius *interpretatur* Profunda et alta. Fornaces Lucret. 6, 201. Ilex Virgil. Ecl. 1, 18. *i. vetuſtate exeſa.* Horat. Epod. 16, 47 Mella caua manant ex Ilice. *Vid. mox* Pinus. Imago, *de vmbris mortuorum apud inferos* Virgil. Aen. 6, 293

Et, ni docta comes tenues ſine corpore vitas
Admoneat, volitare caua ſub imagine formae:
Irruat, et fruſtra ferro diuerberet vmbras.

Caua *dixit, quaſi inania et corpore vacua.* Non. 6, 105 Caui proprietas eſt ſinuoſi et concaui, ac per hoc ſine dubitatione corporalis. Virgilius vero etiam de incorporalibus, quae ſunt inania tantum, vel obſcura dici poſſe teſtatur. *Add. mox* Nubes. *Sic* Auſon. Eid. 6, 69 Caui Amnes *ſunt vani, qualia omnia nempe apud inferos.* Paullinus Iambo ad Cytherium 898 Hi nunc obeſi ſpiritu ſuperbiae Et opibus inflati cauis. Mamertus de Statu Anim. 2, 9 Doctrina caua vanitatis. *i. vacua, inanis.* Lacunae Virg. Georg. 1, 117. Lacus Ouid. Faſt. 3, 558. Latebrae Virg. Aen. 2, 38. Idem ibid. 5, 434

Multa viri nequidquam inter ſe vulnera iactant,
Multa cauo lateri ingeminant, et pectore vaſtos
Dant ſonitus.

Cauo. *i. flexo ad euitandos ictus.* Lintea caua Valer. Argon. 4, 83. *i.* Vela. Caua *autem propter ventum, qui quum velis incumbit, ſinum quemdam efficit concauum.* Lumina caua, *i. Oculi propter maciem concaui* Ouid. Met. 8, 801 in deſcriptione famis. Luna Plin. 8, 54. *h. e. corniculata, vt* Falx, *vnde et Falcata.* Ouid. Faſt. 6, 381 Quodcunque eſt ſolidae Cereris caua Machina frangat. Manibus cauis plaudere Virg. Aen. 12, 86. Manum cauam aſſes porrigentibus praebere Sueton. Aug. c. 91. Mare Ouid. de Arte Am. 3, 94. Idem de Arte Am. 1, 520 Inque caua nullus ſtet tibi Nare pilus. Virgil. Aen. 5, 810 *Venus ait*, Pelidae tunc ego forti Congreſſum Aenean, nec Dis, nec viribus aequis Nube caua rapui. *i. latens in nube inani. Sic* Caua Nubila Ouid. Met. 5, 623. *eadem plane ratione.* Sen. Oedip. 972 Orbes *vocat ſinum illum, in quo oculi latent:* cauos *vero, quoniam euulſ[i] erant oculi. Vid. mox* Receſſus. Palmae Virgil. Aen. 8, 69. *i. Manus.* Palus Ouid. Met. 6, 371. Parma Id. Met. 12, 89. Virg. Aen. 5, 448 Vt quondam caua concidit, aut Erymantho, Aut Ida i[n] magna radicibus eruta pinus. *i. antiqua, exeſa, vt modo* Ilex. *Sed* Pinus caua, *pro Naui* Valer. Argon. 1, 687. Pumices Virgil. Georg. 4, 44. Ramus cauus Phaedr. Fab. 3, 16, 5. *Sed Bentleius ibi legi[t]* Trunco cauo, *quam emendationem reiicit Burmannus, quem vide.* Rates Ouid. Epiſt. 18, 8 *per* Rates *autem Naues intelligit, alioqui epitheto[n] non quadrabit.* Receſſus luminum caui Sen. in Oedip. 968. *i. Con[cauitates] cauitates oculorum. Vid. modo* Orbes. Rupes Virgil. Georg. 3, 253. Saxum Idem Aen. 3, 450. Specus caua Plin. 12, 1 Caua LXXX atqu[e] vnius pedum ſpecu. Tempora caua equi bellatoris Virgil. Aen. 1[0], 891. Ouid. Met. 12, 133 Capulo caua tempora pulſat, *Cycni inuulnerabilis.* Terra caua aliquem condere Virgil. Aen. 12, 893. *i. Sepulcro.* Teſtudo Idem Georg. 4, 464 Periphraſis eſt Citharae *ſecundum* Seruium. Tibia Lucret. 2, 620. Virg. Aen. 3, 191 Vel[i]damus, vaſtumque caua Trabe currimus aequor. Periphraſis optim[a] nauium. Seruius. *Sumtum a lintribus.* Truncis lapſa cauis mell[a] Horat. Carm. 2, 19, 11. Virgil. Aen. 9, 666 Armatique cauis e[x]pectant Turribus hoſtem. Valles Idem Georg. 2, 391. Cic. d[e] Natur. Deor. 2, 138 c. 55 In quem ſanguis a iecore per Venam illa[m] cauam influit: *maximam illam, Graecis κάλην dictam.* Vndae b[a]rathri, *i. Tartarus, inferi* Catull. Epigr. 92.

CAVVS, i. m. *ſiue* CAVVM, i. n. [κοίλωμα, ὀπὴ, τρώγλ[η]] *Pro Loco cauato.* Cauum, quem terebra feceris, ſurculo obtura[to] Colum. 12, 8, 1. Hor. Epiſt. 1, 7, 33 Macra cauum repetes arctum, quem macra ſubiſti. Nec caua mures facient Cat. R. R. c. 12[8]. Plin. 20, 6 Addaturque ipſum in caua dentium. Inuentus cauis bu[fo] Virgil. Georg. 1, 184. Abſcondere cauis *aliquid* Hor. Serm. 2, 3, 1[..]. Liu. 24, 34 Archimedes murum ab imo ad ſummum crebris cubitalibus fere cauis aperuit, per quae caua pars ſagittis, pars ſcorpionib[us] modicis ex occulto petebant hoſtem. Columel. 8, 3, 9 Cauis modi[ce] forantur ſpatia. Varro de L. L. 4, 33 p. 39, 1 Circa cauum aedi[um] erant vniuscuiusque rei vtilitatis cauſa parietibus diſſepta. Vitru[u]. 6, 3 Caua aedium quinque generibus ſunt diſtincta, quorum ita figu[rae] nominantur, Tuſcanicum, Corinthium, Tetraſtylon, Diſpluuiatu[m], Teſtudinatum. *Vid.* CAVAEDIVM. Varro *apud* Lutat. ad St[at.] Theb. 4, 276 Filios ſuos arborum cauis aut concauis ſpecubus co[n]gebant. Dentium caua Plin. 20, 6. In riparum cauis Plin. 30. Sen. Ep. 90 Cauis tecti, aut aliqua rupe ſuffoſſa, aut exeſae arbo[ris] trunco. *Al.* caſulis. Plaut. Men. 1, 2, 49 Etiam nunc concede a[u]dacter ab leonino cauo, *de cubiculo vxoris.* Varro *de Gliribus* 15, 1 Facere his cauos oportet laxiores. Cauum, *pro* fornace Pruden[t.] in Paſſione Vincent. v. 70. *Conſ. Barth. ad* Theb. Stat. 4 p. [..] *et* Adu. 41, 9.

CAVA, ae. f. *Foramen cauum, terra excauata, inter ea, q[uae] finem agris praeſtare ſolent, recenſet* Frontin. de Colon. p. 113 Go[..] Caeteris autem locis Cauas, itinera, *etc. Et* Riui finales et Caua[e], quae ex pactione ſunt deſignatae. *It.* p. 115 Quod enim viarum [..]parum, cauarum, *etc.* fuerit.

CAVATĬCVS, a, um. Adi. [ὀπηαῖος] *Vt*, Cauaticae cochle[ae] Plin. 30, 6 ſ. 15 Sunt Balearicae, quas cauaticas vocant: quoniam ſpeluncis naſcuntur. *Et* 8, 39 ſ. 59 Cauaticae non prorepunt e [ca]vis terrae.

CAVO, āre. [κοιλόω, κοιλαίνω] *Cauum facere, fodere, euacu[are]* Plin. 36, 22 In Siphno lapis eſt, qui cauatur, tornaturque in vaſa [co]quendis cibis vtilia. Liu. 21, 26 Itaque ingens coacta vis nauium eſt, lintriumque temere ad vicinalem vſum paratarum: nouasque al[ueos] primum Galli inchoantes cauabant ex ſingulis arboribus. Fe[rro] acuto cauare Virgil. Georg. 2, 450 *de torni operibus.* Cauat arbo[re] lintres Idem Georg. 1, 262. Gutta cauat Lapidem: conſumitur a[n]nulus vſu Ouid. ex Pont. 4, 10, 5. Parmam gladio galeamque caua[t], *i. foſſam illis ab ictibus imprimi* Ouid. Met. 12, 130. Saxa cauant aqua Idem de Arte Am. 1, 476. Virg. Georg. 3, 87 Cauatque T[el]lurem, et ſolido grauiter ſonat vngula cornu. *De equis.* Caua Luna *dicitur* cornua, *quando decreſcit* Plin. 8, 17.

CAVATVS, a, um. *Vt*, Virg. Georg. 1, 136 Tunc alnos p[ri]mum fluuii ſenſere cauatas. Cortices cauati Idem Georg. 2, 387 *perſonis, ſ. faciei tegumentis.* Dens cauatus Scribon. 53. Lign[um] cauatum Cic. de Legib. 2, 45 c. 18 *de ſtatuis. Sed Grut.* vno e lig[no] dedicato. Oculi cauati *inter ſigna mortis* Lucret. 6, 1192. Seg[re]gatis aquis in cauatiorem Sinum Tertull. adu. Hermog. c. 29. V[al]lis cauata Varro de L. L. 4, 3. Vrnula faberrime cauata Apul. M[et.] 11 p. 262.

CAVATIO, ōnis. f. Varro de L. L. 4, 26 p. 31, 15 Sinus ma[io]rem cauationem, quam pocula, habet. *Conſ.* c. 3 p. 9, 15.

CAVATVRA, ae. f. *Vt*, Dentium cauaturae Marc. Emp. Temporum cauaturae Veget. Mulom. 1, 25, 2. Idem 2, 26, 1 Ca[ua]tura vulneris.

CAVOSVS, *vnde*

CAVOSITAS, ātis. f. Tertull. de Anima cap. 55. *et* de [..]dic. cap. 20.

CAVĀTOR, ōris. m. [κοιλωτὴς] *Vt*, Cauator arborum pi[cus] Martius Plin. 10, 18. Salmaſ. *ad* Vopiſc. Saturn. c. 8 p. 730 Ha[..] Cauatores, *pro qua eſt in* Vet. Inſcr. Cabatores, *intelligit gemma[rum] ſculptores: eosdemque* Cabitarios, *ſ.* Cauitarios, *a* cauitando *di[ctos] obſeruat. Nempe* CABATORES DE VIA SACRA *[..]* Gruter. p. 622, 1.

CAVEA, ae. f. [κύρτη] *Receptaculum ferae, ſ. ſolo continu[um] ſ. mobile.* De cauea fugiat, ne male paſtus aper Mart. 9, 89. A[pul.] Met. 4 p. 149 Fortiſſimum ſocium noſtrum prorſus beſtiam fact[um] *(vrſinae pelli inſutum)* immittimus caueae. — Caueam Democl[..]

c

*habetur.* *Sic* Pallad. Sept. 1, 4 Cedit pro ſtercore. *Et ipſe* Cato 150, 2 Oues, quae non pepererint binae pro ſingulis in fructu cedent. *Vid.* PROCEDO. Tacit. de Moribus German. 14 Nam epulae, et quanquam incomti largi tamen apparatus, pro ſtipendio cedunt. Paullus in l. penult. D. de Flumin. Secundum ripas fluminum loca non omnia publica ſunt, quum Ripae cedant ex quo primum a plano vergere incipiunt vſque ad aquam. *Ripae* cedunt, *i. accenſentur, imputantur.* *Sic* Paullus in l. Nam quod. §. Item ſi quis. D. de Penu legata, Quod ſi promiſcue vti ſolebat, tunc quantum ad annuum vſum ei ſuffiiceret, familiaeque eius, caeterorumque, qui circa eum ſunt, Legato cedet. *Pro concedere et fateri* Quinctil. 5, 7, 2 Neque tamen protinus ceſſerit orator, quo minus et amicus pro amico, et inimicus contra inimicum, poſſit verum, ſi integra ſit ei fides, dicere. Ceditur, *Imperſonale.* Cic. Tuſc. 1, 5 Poſt vero Lepidum, Carboneu, Gracchos: deinde ita magnos noſtram ad aetatem, vt non multum, aut nihil omnino Graecis cederetur. Lucan. 1, 51 Tibi numine ab omni Cedetur: iurique tuo natura relinquet, Quis deus eſſe voles. Cedendum eſt bellis Lucan. 5, 743. Cedendum eſt malis Sen. Troad. 508. Cedendo victor abibis Ouid. de Arte Am. 2, 197.

CEDENS, entis. Partic. [ὑπείκων] *Vt*, Cedens animaduertit Nep. 3, 1, 3. Ouid. ex Pont. 4, 9, 57 Altera laetitiae eſt, nec cedens cauſa priori, *non inferior.* Arua cedentia retro, *quae videntur recedere nobis abeuntibus* Virg. Aen. 3, 496. Capilli rari, ac cedentes Plin. Epiſt. 3, 6. *i. cadentes et abeuntes ac defluentes.* *Cataneus intelligit Demiſſos, planos.* Martial. 11, 42 Cedentes oneri ramos, ſiluamque fluentem, Vicit, *int. pondere ſuo: itaque ramo fracto delapſus eſt.* Romani cedentes in arcem, *pro eo quod eſt, Se recipientes* Liu. 25, . . Vela cedentia, *Diſcedentia* Lucan. 3, 1.

CEDENTER. Adu. *Idem.* Cael. Aurel. Acut. 3, 16 Cedenter conſentiendo coërcere.

CESSVRVS, a, um. Partic. [ὑπείξων] Lucan. ad Piſon. 139 Pomifer autumnus, nimbis ceſſurus et vndis. Prouinciae ceſſurae in pretium belli Tacit. Hiſt. 1, 11. Roſaria non ceſſura bifero Paeſto Martial. 12, 31.

CESSVS, a, um. Partic. Vlpian. Inſtit. tit. 19, 14 Si antequam adeatur hereditas, in iure ceſſa ſit, perinde heres fit, cui ceſſa eſt, ac ſi ipſe heres legitimus eſſet. Quod ſi poſtea quam adita fuerit, in iure ceſſa ſit, is cui ceſſa eſt, permanet heres, et ob id creditoribus defuncti manet obligatus: Debita vero pereunt, id eſt, debitores defuncti liberantur. Res autem corporales, quoties ſingulae in iure ceſſae ſunt, tranſeunt ad eum, cui ceſſa eſt hereditas. Actiones ceſſae . 39 ff. de fideiuſſ. et mand.

CESSĬCVS, a, um. Adi. *et* CESSITIVS, *aliud* Adi. Vlpian. Inſtit. tit. 11, 7 Is, cui tutela in iure conceſſa eſt, Ceſſicus tutor appellatur: qui ſiue mortuus fuerit, ſiue capite minutus, ſiue alii tutela ceſſerit, redit ad legitimum tutorem tutela. Sed et ſi legitimus deceſſerit, aut capite minutus fuerit, ceſſitia quoque tutela extinguitur.

CESSIO, ōnis. f. [ὑποχώρησις] *Cedendi actus.* Cic. in Topic. 28 c. 5 Abalienatio, eſt eius rei, quae mancipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut in iure ceſſio, inter quos ea iure ciuili fieri poſſunt. *Vid.* Boëthium in Topic. lib. 3. Ceſſio in iure Communis alienatio eſt t mancipi rerum, et nec mancipi, quae fit per tres perſonas in iure cedentes, vindicantes, addicentes Vlpian. Inſtit. 19, 9.

CESSIONARIVS, i. m. *Cui ſit ceſſio, vel creditor, in quem ranſfuſa eſt obligatio, apud ICtos.*

CESSIM. Adu. *Regrediendo, et retrocedendo.* Ceſſim, gradatim Vet. Gloſſ. Iuſtin. 2, 12 Commiſſo praelio ite ceſſim, inhibete remos, : a bello diſcedite. Varro *ap.* Non. 4, 109 Vereor, ne me quoque, um domum ab Ilio ceſſim reuertero, praeter canem cognoſcat nemo. lartian. Cap. *de Sileno ebrio* 7 *pr.* p. 271 Ceſſimque formidantes Abeunt edes tremore. *Add.* Veg. Mulom. 3, 22, 1. Paullus in l. Bouem. . De aedilitio edicto, Bouem qui cornu petit, vitioſum eſſe plerique dicunt. Item mulas, quae ceſſim eunt. Alfenus in l. Si ex plais. §. Quod ſi neque mulae. D. Ad leg. Aquiliam, Quod ſi neque ulae, neque homines in cauſa eſſent, ſed mulae retinere onus nequiſſent: aut quum conniterentur, lapſae concidiſſent, et ideo plaurum ceſſim rediſſet, atque hi quo conuerſum fuiſſet, onus, *etc.* pul. Met. 2 p. 121, 28 Lagena orificio ceſſim dehiſcente pateſces, *retro reflexis labiis ſ. margine, vt tanto* facilior eſſet effuſio.

CESSOR, oris. m. *Eſſe dicitur ap.* Varr.

CESSO, āre. [παύομαι, ἀναπαύομαι, διαλείπω, κοπάζω, λοφέω] *ab opere vacare.* Virg. Ecl. 7, 10 Et ſi quid ceſſare potes, requieſce ub vmbra. Seruius, Si potes breue otium tibi perſuadere. Ceſſat eſidioſus, requieſcit feſſus Donat. in Eun. 3, 1, 15. Cic. de Nat. eor. 1, 102 At ipſi tamen pueri, etiam quum ceſſant, exercitatione iqua ludicra, delectantur. Actio ceſſat, *locum non habet.* Vlpian. Si procuratorem. §. Mandati actio. D. Mandat. vel contr. Agri eſſare *dicuntur, qui non conſiti ſunt.* Virg. Georg. 1, 70 Alternis lem tonſas ceſſare nouales, Et ſegnem patiere ſitu dureſcere camum. Agricola Lucan. 3, 451. Coniugis, effoeto quae iam ceſuit in aeuo Paullin. Carm. de S. Iohanne Bapt. 48. *int. parere.* In ulla re ceſſat Cura mea Sen. Epiſt. 12. Dies ceſſauit Marte Lucan. , 24. Officium ceſſat Ouid. Epiſt. 6, 17. Non paſſus es ceſſare ae erga me pietatis Officium Scribon. Ep. . . Opus ceſſat, *i. Labores termittuntur* Ouid. Faſt. 6, 348. Pietas Id. Triſt. 4, 7, 5. *i. Officium pietatis.* Pugna ceſſat, bellum manet Gell. 1, 25. Retia ceſnt, *i. Non itur ad venationem* Martial. 12, 1. Hor. Carm. 1, 27, 13 eſſat Voluntas? *i. nondum vultis?* Vſus oculorum ceſſat Curt. 10, 16. Nunquam ceſſauit hodie dicere abſenti tibi contumelias Ter. horm. 2, 3, 30. Cic. Q. Frat. 3, 1 Cicero noſter dum ego adſum, on ceſſauit apud rhetorem, *i. diligens fuit.* Sen. Med. 406 Nuniam meus ceſſabit in poenas furor, creſcetque ſemper. Cic. de enect. 13 c. 5 Nunquam in ſuo ſtudio atque opere ceſſauit. *h. e. Nunuam ſtudium intermiſit.* Ceſſare in ſolutione Marcellus in l. Luus. D. mand. *tardum nomen eſſe.* Ceſſare a praeliis Liu. 4, . . . ropert. 1, 6, 21 Nam tua non aetas vnquam ceſſauit amori. *i. vaca-t nunquam amoris cauſa neglexit officium.* Hor. Epiſt. 1, 19, 11 Non ſſauere Poëtae, Nocturno certare mero, putere diurno. Non ceſſat e nobis detrahere Cic. Att. 11, 11. Martial. 11, 87 At tu non ceſs totis tuſſire diebus. ¶ 2 *Sed eſt varius vſus huius verbi, ſis exemplis demonſtrandus.* *Igitur* Ceſſare, *improprie, pro Nunquam uiſſe.* Papin. l. 97 D. de ſolut. Quum ex pluribus cauſis debitor peniam ſoluit, vtriusque demonſtratione ceſſante, *etc. i. ſine vlla demonſtratione.* Plin. Epiſt. 2, 4 Quod ceſſat ex reditu, frugalitate ppletur, *i. quod non redit mihi ex praediis, foenore* etc. *Pro Quieere* Lucret. 2, 79 Si ceſſare putas rerum primordia poſſe, Ceſſandoque nouos rerum progignere motus. Ceſſare *etiam dicuntur, qui in iudicio ad dicendam cauſam non comparent.* Suet. Claud. 15 Abſentibus ſecundum praeſentes facillime dabat, nullo delectu, culpane quis, an aliqua neceſſitate ceſſaſſet. Ceſſare, *Conſiſtere in loco profertur, neſcio qua fide, ex* Plaut. Merc. Tarda nimium, aut lapis obriguit, aut angue demorſa ceſſauit turgida. Ceſſare [βραδύνειν] *Cunctari, Tardare.* Ter. Andr. 2, 2, 6 Ceſſas alloqui? *et* Eun. 4, 4, 5 Paullulum ſi ceſſaſſem Pythia, domi non offendiſſem. Hor. Epiſt. 1, 2, 70 Quod ſi ceſſas, aut ſtrenuus anteis, Nec tardum opperior, nec praecedentibus inſto. Virg. Aen. 6, 51 Ceſſas in vota precesque Tros, ait, Aenea? *h. e.* Tardus es in vota facienda? Seruius. Numquid in principio ceſſauit verbum docte dicere? Plaut. Perſ. 4, 4, 3. Ceſſare, *diutius immorari in re aliqua facienda, et eam negligentius agere.* Ter. Adel. 4, 2, 48 Aeſchinus odioſe ceſſat, prandium corrumpitur. Hor. in Arte Poët. 357 Sic mihi, qui multum ceſſat, fit Choerilus, *i. qui ſaepe negligens eſt.* Ceſſare [ἀργεῖν] *Otioſum eſſe* Cic. de Senect. 18 c. 6 Niſi forte ego vobis qui, *etc.* ceſſare nunc videor, quum bella non gero. Idem de N. D. 3, 94 Cur tam multos Deos ceſſare, et nihil agere patitur *Epicurus?* Id. Att. 1, 7 Denique aliud exſtabit, ne tibi plane ceſſaſſe videamur. *Et* 2, 6 Mihi quaeuis ſatis iuſta cauſa ceſſandi eſt. *Indicat ſe valde cupidum eſſe otii. Otium voluptuarium notat* Prop. 3, 22, 15 Aut dixit, Venias hodie, ceſſabimus vna: Hoſpitium tota nocte parauit Amor. Ouid. Met. 5, 440 Illam non vdis veniens Aurora capillis, Ceſſantem vidit, non Heſperus. *De Cerere filiam amiſſam quaerente.* Cic. de Nat. Deor. 1, 22 Iſto igitur tam immenſo ſpatio quaero Balbe, cur Pronoea veſtra ceſſauerit: laboremne fugiebat? Ceſſatum eſt, *imperſonaliter.* Ter. Adel. 4, 4, 22 Ceſſatum vſque adhuc eſt, nunc iam, Aeſchine, expergiſcere. *i. Negligens et incurius rerum tuarum fuiſti.* Virg. Aen. 11, 288 Quidquid apud durae ceſſatum eſt moenia Troiae, *i.* Tardatum eſt, *inquit* Seruius. Ab hoſte ceſſatum eſt Liu. 22, 50. A Praefectis ni ceſſatum foret Idem 30, 10.

CESSANS. Partic. [παυόμενος] *Pro eo quod eſt* Morans. Virg. Aen. 3, 430 Praeſtat Trinacrii metas luſtrare Pachyni Ceſſantem, longos et circumflectere curſus. Amphora ceſſans Hor. Carm. 3, 28, 8. *quae diu nimis eſt in horreo ſ. apotheca.* Auſtri ceſſantes, *i. Non ſpirantes* Lucan. 3, 68. Copiae ceſſantes Suet. Caeſ. 58. Fata ceſſantia Ouid. Triſt. 3, 2, 29. *i. mors tarda.* Segniter ceſſante Mucio conſule Aur. Victor de Vir. Ill. c. 64. Hor. Epiſt. 1, 15, 6 *Arthritidem morbum, ſeu mauis podagram, ita deſcribit* Dictaque ceſſantem neruis elidere morbum Sulfura contemni. *Sulfura, i. halitus ſulfurei, qui aquas Baianas implent, dicuntur expellere morbos articulares.* Solum ceſſans aratro [ἀργὸς γῆ] *dicitur aruum aut ager, qui non exercetur aut colitur.* Lucan. 3, 451 Curuoque ſoli ceſſantis aratro Agricolae raptis annum fleuere iuuencis. Somnum ceſſantem *reſtituere vult* Horatio Epiſt. 1, 2, 31 *Bentleius.* Vento ceſſante, *i. Non ſpirante* Sen. Herc. fur. 1092. Concitare ad arma ceſſantes, *i. cunctantes, dubitantes* Hor. Carm. 1, 35, 15.

CESSATVRVS, a, um. Partic. *Vt*, Ouid. Faſt. 4, 804 Mutanteſque domum, tectis agreſtibus ignem, Et ceſſaturae ſuppoſuiſſe caſae, *non amplius vſui futurae.*

CESSATOR, ōris. m. [ἀργὸς, ὀκνηρὸς] *Otioſus, qui ceſſat, et nihil agit.* Noli eſſe ceſſator Cic. ad Q. Frat. 3, 6. Columel. 11, 1, 16 In agreſti negotio vix dici poteſt quid gnavus operarius ignauo et ceſſatore praeſtet. Hor. Serm. 2, 7, 100 Nequam, et ceſſator Dauus. Cic. Fam. 9, 17 Haec tibi antea non reſcripſi, non quo ceſſator eſſe ſolerem, praeſertim in literis, ſed quum, *etc.* Amici magnam in partem ceſſatores ſunt Gell. 2, 29.

CESSĀTRIX, īcis. f. Tertull. adu. Marc. 1, 24 Quomodo defenditur bonitas, ex maiore parte ceſſatrix?

CESSATIO, ōnis. f. [ἀργία, παῦσις, ἀνάπαυσις] Plaut. Poen. 4, 2, 103 Id negotium inſtitutum: non datur ceſſatio. Columel. 2, 1, 3 At e contrario ſeu ſponte, ſeu quolibet caſu deſtituta humus, quum eſt repetita cultu, magno foenore ceſſationis colono reſpondet. Cic. Fam. 16, 26 Scribito tamen, ne furtum ceſſationis quaeſiuiſſe videaris, *i. pigritiam ſcribendi tegere obtentu quodam.* Idem de Nat. Deor. 1, 102 c. 36 Profecto Epicurus quaſi pueri delicati, nihil ceſſatione melius exiſtimat, *i. otio.* Torpere ceſſatione Id. de N. D. 1 c. 37 *pr.* Ceſſatio pugnae pactitia, *i. induciae* Gell. 1, 25. Cic. de Legib. 1, 10 Legationem aliquam nimirum hiſtoria poſtulat, aut eiuſmodi ceſſationem liberam atque otioſam.

CESSĀTVS, a, um. [διαλελειμμένος] *Qui ceſſauit, vel in quo ceſſatum eſt.* Ouid. Faſt. 4, 617 Largaque prouenit ceſſatis meſſis in aruis. Sil. 5, 534

Iam Libyae ductor properantia ſigna citato
Raptabat curſu, et ceſſata reponere auebant
Tempora caede virûm, *etc.*

*i. Cupiebant reuocare et reſtituere tempora omiſſa.* *Imitatus eſt* Ouid. Met. 10, 669 Illa moram celeri ceſſataque tempora curſu Corrigit. *Supin.* Ad ſtrepitum Citharae ceſſatum ducere curam Horat. Epiſt. 1, 2, 31. *i. Facere, vt ceſſet.* *Sed Bentleius* ceſſantem ducere Somnum.

CĔDO. [εἰπὲ] *Verbum defectiuum: in imperatiuo tantum legitur,* Cedo, *i. Dic, vel Da.* Ter. Eun. 5, 5, 8 Aut quid factum eſt? cedo. Cic. de Diuin. 2, 246 Cedo tandem qui ſit ordo, aut quae concurſatio ſomniorum. Aquam cedo manibus Plaut. Moſt. 1, 3, 150. Hoc cedo, vt admoueam templis et farre litabo Perſ. 2 *extr.* Leges Atinias cedo mihi Cic. Verr. 1, 109 c. 42. *Non poſtulat eas in manus ſibi dari, vel recitari adeo, ſed ſimpliciter ad eas probandae ſuae ſententiae cauſa prouocat.* *Simile eſt.* Cic. Brut. 295 c. 86 Cedo orationes: et dic, hanc Brutum velle te illo modo dicere. Manum cedo Plaut. Capt. 4, 2, 58. *et* 79. Pateram mihi cedo Idem Amph. 2, 2, 146. Tabulas cedo Cic. Verr. 4, 43 c. 20. *Oſtendi eas petit.* Ter. Andr. 4, 5, 24 Cedo cuium puerum hic appoſuiſti, dic mihi. Cic. Att. 9, 21 Ingemuiſti? certe. cedo reliqua. *i. adſcribe.* Cedo alios, vbi centurio eſt Sanga, et manipulus furum? Ter. Eun. 4, 7, 6. Idem. Adel. 1, 2, 43 Poſtremo, aut deſine, aut cedo quemuis arbitrum, *i. Dic: ac ſi diceret, Vincam quocunque iudice.* Cedo quicum habeam iudicem, ni dolo malo inſtipulatus ſis Plaut. Rud. 5, 3, 24. Ter. Adelph. 3, 5, 38 Poſtremo non negabit, coram ipſum cedo, *i. iube adeſſe.* Cedo, *in plurali, i. date, vel dicite volunt eſſe.* Cic. pro Sext. 108 c. 50 Cedo nunc eiusdem illius inimici mei de me eodem ad verum populum in campo Martio concionem. *Sed hic non tam vniuerſos, quam vnumquemque ſingulatim alloqui cenſendus eſt.* *Sic* de Sen. 20 c. 6 Cedo, qui veſtram remp. tantam amiſiſtis tam cito? *poteſt vnus interrogari.* *Certe Grammatici conſtanter ſingulare volunt*

*volunt* Cedo : *et memorant pluralem.* Cette *pro* cedite *v. g.* Plaut. Merc. 5, 4, 4 Cette dextras nunc iam. *Plura* Nonius 2, 122. *Add.* Prob. Cathol. p. 1486 *Putſch.* Phocas p. 1718 Cledon. p. 1916.

CEDRĔLAEON, i. n. *Olei factitii ſpecies*, ex malis cedri *confecta, de qua* Plin. 15, 7 *Sed Hard.* Piſſelaeon. *Hac autem* peruncta materies, nec tineam, nec cariem ſentit, *vt idem ait* 16, 39.

CEDRELĂTE, es. f. [κεδρελάτη] *Genus cedri.* Plin. 24, 5 ſ. 11 Cedrus magna, quam cedrelaten vocant, dat picem, quae cedria vocatur, dentium doloribus vtiliſſimam. *Meminit et* 13, 5 ſ. 11.

CEDRIA, ae. f. [κεδρία] *Pix eſt, quae ex cedrelate defluit, vt modo dictum.* Cedria vera, ne habeat picis aliquam mixturam Scrib. 58. Plin. 29, 3 Scabiem corporum ac pruritum oleo et cedria miſtis tollunt. *Conf.* Plin. 32, 7. Celſ. 5, 18. Colum. 6, 32, 1. Veg. Mulom. 3, 17, 3. *et* 82, 3.

CEDRIVM, ſ. CEDREVM, *int. oleum: Pix liquida et primaria, quae ex taeda excoquitur.* Plin. 16, 11 ſ. 21 Pix liquida in Europa e taeda coquitur naualibus muniendis, multosque ad alios vſus. Lignum eius conciſum, furnis vndique igni extra circumdato, feruet: primus ſudor aquae modo fluat in canali: hoc in Syria Cedrium vocatur: cui tanta vis eſt; vt in Aegypto corpora hominum defunctorum eo perfuſa ſeruentur. Vitruu. 2, 9 Ex Cedro oleum, quod cedreum dicitur, naſcitur, quo reliquae res cum ſunt vnctae, vti etiam libri a tineis et a carie non laeduntur.

CEDRINVS, CEDRIS, *vid. poſt* CEDRVS.

CEDROSTIS, is. f. *Vitis alba dicitur.* Plinius 23, 1 Vitis alba eſt, quam Graeci ampeloleucen, alii ophioſtaphylon, alii melothron, alii pſilothron, alii archezoſtin, alii cedroſtin, alii madon appellant.

CEDRVS, i. f. [κέδρος] *Arbor nobiliſſima. Vid.* Plin. 13, 5 ſ. 11 Maioris cedri duo genera: quae floret, fructum non fert, frugifera non floret, et in ea antecedentem fructum occupat nouus. Semen eius cupreſſo ſimile. Quidam Cedrelaten vocant. Ex hac reſina laudatiſſima. Materiae vero ipſi aeternitas: itaque et ſimulacra deorum ex ea factitauerunt. Idem 16, 40 ſ. 76, 2 At in Aegypto et Syria reges inopia abietis cedro ad claſſes feruntur vſi. Maxima ea in Cypro dicitur ad vndeciremem Demetrii ſucciſa centum triginta pedum, craſſitudinis vero ad trium hominum complexum. Sueton. Calig. 37 *fabricatas ab hoc principe narrat* de cedris Liburnicas, gemmatis puppibus. Curt. 5, 7, 5 Multa cedro aedificata erat regia *Perſepolis.* Ouid. Amor. 1, 14, 12 *de capillis puellae,*

Nec tamen ater erat, nec erat tamen aureus illis
Sed quamuis neuter, mixtus vterque color.
Qualem cliuoſae madidis in vallibus Idae
Ardua decerpta cortice cedrus habet.

Enodes Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 360. Virg. Georg. 3, 414 Diſce et odoratam ſtabulis accendere cedrum. Cic. Tuſc. 3, 46 c. 19 Collocemus in culcitra plumea, pſaltriam adducamus, cedrum incendamus, *etc.* In emendatioribus codicibus legitur Hedychrum incendamus, *vid.* HEDYCHRVM. Cedro digna *dicuntur, quae promerentur immortalitatem, et eiusmodi iudicantur, vt poſteritati conſecrari debeant.* Perſ. Sat. 1, 42 Et cedro digna locutus. *Sumtum a Cedri natura, cuius ſucco illita, non ſentiunt cariem. Vid.* CEDRIVM *ex* Vitruu. 2, 9. Carmina cedro linenda Hor. in Arte Poët. 331. Liber flauus cedro Ouid. Triſt. 3, 1, 13. Virg. Aen. 7, 178 Quin etiam veterum effigies ex ordine auorum Antiqua ex cedro.

CEDRĀTVS, a, um. Adi. Plin. 13, 13 *ex Caſſio Hemina, de libris Numae*, Et libros cedratos fuiſſe, propterea arbitrarier tineas non tetigiſſe, *i. Cedri ſucco, vel cedrino vnguento illitos. Harduinus ex MSS.* Citratos *legit.*

CEDRĬNVS, a, um. *Aliud* Adi. [κέδρινος] Quod eſt ex cedro. Plin. 13, 5 ſ. 11 Cedrinus eſt Romae in delubro Apollo Soſianus, Seleucia aduectus. Oleum cedrinum Plin. 32, 7.

CEDRIS, idis. f. [κεδρὶς] *Fructus cedri.* Plin. 24, 5 ſ. 12 Cedrides, hoc eſt fructus cedri tuſſim ſanant, vrinam cient, *etc.*

## C E L

CELAENAE, *vid.* CELENAE.

CELAENO, ûs. f. [Κελαινὼ] *Vna ex Harpyis, q. d. Nigra, κελαινὸς enim niger eſt.* Dira Virg. Aen. 3, 211. Celaeno infelix vates, *i. Nuntia infelicitatis* Virg. Aen. 3, 245. ¶ 2 Celaeno *etiam vna ex Pleiadibus* Ouid. Faſt. 4, 173 Neptuno Halcyonem, et te, formoſa Celaeno.

CELATIM, CELATVS, *vid.* CELO.

CELĔBRIS, bre. *vel* CELĔBER, bris, bre. [διάφημος Vet. Gloſſ. *it.* πολύανδρος] *Idem fere quod frequens, cum ad locum refertur; cum ad hominem vel rem reſpicit, crebram nominis et famae vſurpationem indicat. Eſt igitur* Locus celebris, *in quo multi ſunt vel eſſe ſolent homines*, homo celebris, *de quo multi loquuntur; res vel* tempus celebre, *quod multi nominant, vſurpant, obeunt, etc. De Loco primum agemus.* Plin. Epiſt. 8, 6, 14 Delectus eſt celeberrimus locus, in quo legenda praeſentibus, legenda futuris proderentur. Ouid. Faſt. 4, 391 Circuserit pompa celeber numeroque deorum. Vlp. in l. Si in aliquam D. de Officio Proconſ. et leg. Si in aliquam celebrem ciuitatem, vel Prouinciae caput aduenerit, pati debet commendari ſibi ciuitatem, laudesque ſuas non grauate audire, quum honori ſuo prouinciales id vindicent. Cic. in Piſon. 34 c. 15 Caeterorum principum celeberrimae atque gratiſſimae conciones fuerunt. Idem Verr. 4, 107 Vbi vsque ad hoc tempus Syracuſani feſtos dies anniuerſarios agunt, celeberrimo virorum mulierumque conuentu. *h. e. Maxima frequentia populi.* Forum Id. Verr. 3, 133. Fori celeberrimo, *int. loco et tempore* Tacit. Ann. 4, 67. Tib. 3, 2, 27 Sed triſtem mortis demonſtret litera cauſam, Atque haec in celebri carmina Fronte notet, *i. in ea parte ſepulcri, quae viam ſpectat.* Ouid. Met. 2, 218 Celeberrima fontibus Ide. Celeberrimus ilice Lucus Ouid. Am. 3, 5, 3. Ludi celebres Ouid. de Arte Am. 1, 97. Monimentum illius celeberrimum in foro Cic. pro Sextio 140. Partis vrbis celeberrimae Idem pro Domo 146. Id. pro Lege Manil. 33 c. 12 An vero ignoratis portum Caietae celeberrimum atque pleniſſimum nauium, *etc.* Templa Quinctil. 1, 4, 16. Cato R. R. 1 *de ſitu praedii*, Si poteris, ſub radice montis ſiet, in meridiem ſpectet, loco ſalubri, operariorum copia ſiet, bonumque aquarium, oppidum validum prope ſiet, aut mare, aut amnis, qua naues ambulant, aut Via bona, celebrisque. Vrbs celebris et copioſa Cic. pro Arch. 4 c. 3. ¶ 2 *Ad ſermonum de homine vel re frequentiam pertinent iſta:* Fuit Arellius celeber paullo ante diuum Auguſtum Plin. 35, 10. Celeberrimus arte grammatica, *et* in arte grammatica Plin. 24, 17, 7. 5, 8, 5. Certamen celebre Ouid. Met. 1, 456. Deus celebris, *quem omnes colunt* Tibul. 2, 1, 83. Cic. de Amicit. 12 Hoc tamen vere licet dicere, P. Scipioni ex multis diebus, quos in vita Celeberrimos laetiſſimosque viderit, *etc. Celeberrimos a magna hominum multitudine cultos et obitos, v. g. delati imperii, triumphi.* Fide celeberrimus, *Cuius fides et integritas omnibus in ore eſt* Stat. Achil. 2, 61. Gratulatio populi celeberrima Cic. Philipp. 14, 16. Lux celeberrima Baccho, *dies illi feſtus* Ouid. Faſt. 3, 713. Nomina celeberrima bello, *quorum ingens eſt fama, ob res in bello praeclare geſtas* Sil. 4, 187. Nomen celebre laudibus Liu. 4, . . *De Menenio.* Oraculum celebre et clarum Cic. de Diuin. 1, 37. Liu. 37, . . Valerius Antias auctor eſt, Romae fuiſſe celebrem rumorem. *h. e. famam, multorum ſermon[e] comprobatam.* Verba celeberrima loqui Ouid. de Arte Am. 2, 705. *creberrima, frequentiſſima.* Hermogenianus in l. Si res pupillari[s] D. de Adminiſtrat. tutor. Si res pupillaris incurſu latronum pereat, vel argentarius, cui tutor pecuniam dedit, quum fuiſſet Celeberrimus, ſolidum reddere non poſſit: nihil eo nomine tutor praeſtare c[o]gitur. Celeberrimus *hic eſt vir integrae famae, quoque plurimi vtun[tur].* Vox celeberrima Ouid. ex Pont. 1, 9, 25. *i. creberrima, ſaep[e] vſurpata.* Veteris orationis Vſum atque notitiam celebriorem habere Gell. 11, 3. Hoc erat celeberrimum Menandri Poëtae comic[i] aetate Plin. 13, 1. ¶ 3 Celebre, non ſolum Frequens, ſe[d] etiam Velox. Accius Aegiſtho, Celebri gradu greſſum accelebraſſe decet Non. 2, 161. *Licet tamen ſuſpicari, antiquiſſimum mendum fraud[i] fuiſſe Nonio; Voluiſſe debuiſſe certe Accium*, celeri.

CELEBRĬTAS, ātis. f. [ἑορτὴ, feſtus dies Vet. Gloſſ. φήμη it[em] πανήγυρις] *Tum hominum coetum declarat, tum dignationem ipſam atque honorem multorum ſuffragiis delatum et comprobatum.* Cic. Offic. 3, 3 Ita qui in maxima celebritate, in oculis ciuium quondam viximus, nunc fugientes conſpectum ſceleratorum, quibus omnia redundant, abdimus nos quantum licet, et ſaepe ſoli ſumus, *vid. Gronou. Obſ.* 3, 16. Cic. Att. 12, 13 Me haec ſolitudo minus ſtimulat, qua[m] iſta celebritas. Audientium celebritate inſtinctus Quinctil. 1, 2, 29. Cic. Fam. 14, 1 Sed ſi offendet me loci celebritas, alio me conferam. Ludorum Idem de Orat. 3, 125. Theatrum refertiſſimum celebr[i]tate Id. Q. Frat. 1, 2. Cic. Att. 3, 13 Ego propter viae celebritatem, et quotidianam expectationem rerum novarum, non commo[ror] me adhuc Theſſalonica. Tac. H. 2, 64, 1 Vitata Flaminiae viae celebritate. Cic. de Legib. 2, 65 Sublata etiam erat celebritas virorum ac mulierum, quo lamentatio minueretur, *i. frequens conuentu[s].* Idem pro Domo 75 Conſtat enim nullis vnquam comitiis campu[m] Martium tanta celebritate, tanto ſplendore omnis generis hominum aetatum, ordinum, floruiſſe. Habet maximam celebritatem loci Id. Att. 13, 29. Odi celebritatem, *Fugio hominum frequentiam* Ci[c.] Att. 3, 7. Verſari in celebritate Nep. praef. 6. Cic. Offic. 44 c. 13 Nam ſi quis ab ineunte aetate habet cauſam celebritatis nominis, aut a patre acceptam, *etc.* Idem pro Milon. 87 c. 32 Sp[o]liatus illius ſupremi Diei celebritate, quam concedere etiam inimi[ci] ſolent, amburetur abiectus. *i. Exſequiis. Et* Tuſc. 1, 28 Eade[m]que Famae celebritate Tyndaridae fratres, qui, *etc.* Cic. Fam. 7, Nos hic in multitudine et celebritate Iudiciorum, et nouis legib[us] ita diſtinemur, *etc.* Suet. de Illuſt. Grammat. 23 Gloriabatur etia[m] latrones quondam ſibi propter Nominis celebritatem parſiſſe. Se[n]tentiarum celebritas priſtina manebat Cic. de Clar. Orat. 327. *S[ed] Grut. et Gron.* crebritas. Idem in Somn. Scip. 17 c. 6 Tu enim qua[m] celebritatem Sermonis hominum, aut quam expetendam gloriam co[n]ſequi potes? *Et* in L. Piſon. 64 Nunc etiam in hac quotidian[a] aſſidua, vrbanaque vita ſplendorem tuum, gratiam, celebritatem Domeſticam, operam forenſem, conſilium, auxilium, *etc.* Liu. 30, . Ludis celebritatem Addidit ſedes ſua ſollemni ſpectaculo reddita, *h. e. Celebriores et frequentiores fuere ludi, propter propriam ſedem lud[is] Apollinaribus redditam.* Cic. pro Domo 76 Itaque ille vnus di[es] quo die me Populus Romanus a porta in Capitolium, atque inde d[o]mum ſua celebritate laetitiaque comitatum Honeſtauit, tantae mil[...] *etc.* Macrob. Saturn. 2, 7 Si aliqua Laberii et Publii dicta ref[e]remus, videbimur et adhibendi conuiuio mimos vitaſſe laſciuia[m] et tamen celebritatem, quam cum adſunt illi, excitare pollicent[ur] imitari. *Vid.* Brouckh. *ad illud* Tibulli 2, 1, 29 Vina diem celebre[nt].

CELĔBRO, āre. [ἐπιφοιτάω, ἑορτάζω, πανηγυρίζω, θρησκεύ[ω] Celebrat, πληροῖ Vet. Gloſſ. φημίζει Id.] *Idem ſignificat, quod frequ[en]tare: ac primo quidem ad locum refertur, vbi eſt cum multis vel ſa[epe] adire, obire. Laudatur neſcio vnde* Varro, Cui non tam c[...] erat, vt templa deorum, quam vt popinas celebraret. Cic. Off. 12 c. 4 Impellitque, vt hominum Coetus, et celebrari inter ſe, ſibi obediri velit. *Sic Victor. et Manut. Sed Grut. ex MSS.* celebr[a]tiones et eſſe, et a ſe obiri velit. Cic. Att. 1, 19 Itaque Conue[n]tus, qui initio celebrantur, iam diu fieri deſierunt. Lucr. 5, 11[...] Delubra deûm feſtis diebus. Prop. 1, 16, 3 Cuius inaurati celebr[a]runt Limina currus. Cic. pro Flacc. 95 Cuius damnatione ſepu[l]crum L. Catilinae floribus ornatum, hominum audaciſſimorum, ac d[o]meſticorum hoſtium Conuentu, epulisque celebratum eſt. Domu[m] alicuius Idem pro Muraen. 70. Fretum celebrant Naiades aequ[o]reae, *i. In aequore viuunt* Ouid. Met. 14, 558. Cic. de Orat. 1, 20 c. 45 Teſtis eſt huiusce Q. Mutii Ianua et Veſtibulum, quod in ei[us] infirmiſſima valetudine, affectaque iam aetate, maxima quotidie frequentia ciuium ac ſummorum hominum ſplendore celebratur. Ne[...] Iuuenes celebret multo ſermone, caueto Tibull. 1, 7, 17. Virg. Aen. 3, 280 Actiaque Iliacis celebramus Litora ludis. Ouid. Me[t.] 2, 252 Et quae Maeonias celebrarunt carmine Ripas Flumineae vol[u]cres. Siluas, Tecta, celebrare, *In ſiluis ſ. tectis verſari* Ouid. Me[t.] 4, 414. *et* Met. 10, 703. Templa Plin. Epiſt. 10, 97, 10. Vi[ae] celebrantur multitudine legatorum Cic. pro Sext. 131. *Huc eti[am] refero illud* Cic. de Prou. Conſ. c. 9 An ego poſſum huic eſſe inim[i]cus, cuius literis, fama, nuntiis celebrantur aures quotidie meae n[o]vis nominibus gentium, nationum, locorum? *De Caeſaris victori[is] Gallicis loquitur.* ¶ 2 *Ad actiones relatum etiam freque[n]tare ſignificat, i. ſaepe, vel ſtatis certe temporibus, et cum pluribus vſu[r]pare et facere.* Cic. de Orat. 1, 2 Neque vero nobis cupientibus a[t]que optantibus fructus otii datus eſt ad eas Artes, quibus a puer[is] dediti fuimus, celebrandas, interque nos recolendas. Idem de Di[uin.] 1, 3 Nec vnum genus eſt Diuinationis publice priuatimque celebratu[m.] Pall. Iul. 3, 1 Celebrari poteſt Emplaſtratio. Id. Febr. 17, 1 Inſit[io] celebratur. Iurisdictionem celebrare Liu. 6, 32. *Ex* Silio 3, . *profertur*, Miſſile celebratum, *i. frequenter coniectum.* Tac. Hi[ſt.] 2, 49, 6 Celebratum id genus Mortis, *i. a multis vſurpatum.* Palla[d.] Nou. 14 Celebrabitur Opus (glandis legendae) operis femineis I[...] Mart. 7, 2 Celebranda eſt vinearum Poſitio, *Et* Nou. 2 Vitium P[o]ſiti[o]

ſitio. *Et* Pallad. Mart. 1, 1 Celebratur vinearum Putatio. Manil. 5, 682 Celebrare Salinas, *eſt exercere.* Petron. 116 Studia literarum. *Add.* Col. 8, 16, 1. Pall. Mai. 8, 1 Celebranda eſt ouium Tonſura. *Et* Sept. 11, 1 Vindemia. *Sic ſine Subſtantiuo.* Plaut. Pſeud. 1, 2, 35 Intro abite, atque haec cito celebrate: *iubet apparari conuiuium.* Plin. Epiſt. 10, 117 Quod an celebrandum et quatenus putes, rogo reſcribas, *i. an ſit ſeruanda conſuetudo vocandi bulen ad officia togae, nuptiarum, magiſtratuum.* Tertull. de Orat. 12 In nobis reprehenditur, quod apud idola celebratur. ¶ 3 *Iam talia dabimus, vbi praeter frequentiam etiam ſollemnia quaedam et velut feſtiuitas indicatur.* Celebrare conuiuium ſermone et laetitia omnium Cic. Verr. 1, 66. Virg. Aen. 5, 603. Hac celebrata tenus ſancto certamina patri. Connubium Claud. de Magnete 27. Dapes canendo Ouid. Met. 5, 113. Dies, ferias, ludos, *etc.* celebrare: Cic. in Catil. 3, 23. Liu. 19. Plin. 18, 3. Ouid. Faſt. 3, 656 Et celebrant largo ſeque diemque mero. Tib. 2, 1, 29 Vina diem celebrent. Diem religione debita celebrare Plin. Epiſt. 10, 103. *Vid.* Natalem. Liu. 25, 23. Nuntians diem feſtum Dianae per triduum agi: et quia alia in obſidione deſint, vino largius epulas celebrari. Exſequias Idem 25, 17. Plin. Ep. 8, 12, 5. Ennius *apud* Cic. Tuſc. 1, 117 Mors mea ne careat lacrymis, linquamus amicis Moerorem: vt celebrent funera cum gemitu. Virg. Aen. 5, 58 Ergo agite, et cuncti laetum celebremus honorem. Ludos Ouid. Faſt. 5, 597. Cic. de Fin. 2, 10 Velle poſt mortem epulis celebrari memoriam ſui nominis. Mortem alicuius Idem pro Muraen. 75. Hor. Serm. 2, 2, 60 Ille repotia, Natales, aliosque dierum Feſtos albatus celebret. Natalem ludis celebrare Ouid. ex Ponto 4, 9, 116. Plin. Epiſt. 10, 103. Nuptias celebrare, *pro Facere* Liu. 36, 11. Sollemnia nuptiarum Tacit. Ann. 11, 26. Sacra Ouid. Met. 6, 588. Tedas iugales celebrare Catull. 62, 302. ¶ 4 *Ad orationem et verba ſ. ſermonem relatum eſt frequenter dicere, vſurpare, memorare.* Cic. pro Cael. 6 c. 3 Nam quod obiectum eſt de pudicitia, quodque omnium accuſatorum non criminibus, ſed vocibus maledictisque celebratum eſt. Id. pro Flacco 65 c. 27 Quid porro in Graeco ſermone tam tritum atque celebratum eſt, quam ſi quis deſpicatui ducitur, vt Myſorum vltimus eſſe dicatur. Quinctil. 1, 10, 21 In prouerbium vsque Graecorum celebratum eſt, Indoctos a Muſis atque Gratiis abeſſe. Cic. pro Cluent. 36 c. 13 Caedes omnium ſermone celebrata. *Saepius ad honorem, et ſecundam famam pertinet. v. g.* Quum vetuſtiſſimus auctor Aeſculapius celebretur Celſ. 1 praef. Plin. 12, 4 Vnam e peculiaribus Indiae Virgilius celebrauit ebenum. Iudicium innocentis celebratur ſtudio et dignitate ſummorum virorum, et clariſſimorum ciuium Cic. pro Sulla 4 c. 2. *i. honoratur, ſplendorem accipit, niſi potius ad* n. 1 *referendum ſit.* Ouid. Am. 1, 10, 59 Eſt quoque carminibus meritas celebrare puellas Dos mea, quam volui, nota ſit arte mea. Fama per orbem celebratus Ouid. de Arte Am. 2, 499. Frequentia et plauſus me vsque ad Capitolium celebrauit Cic. Att. 4, 1 Ouid. Faſt. 1, 607 Sed tamen humanis celebrantur honoribus omnes. Virg. Aen. 8, 303 Talia carminibus celebrant. Ingenio alicuius Poëtae celebrari Cic. pro Arch. Poëta 20. Idem pro Plancio 93 Ego C. Caeſaris laudibus deſim, quas primum Populi Romani, nunc etiam Senatus, cui me ſemper addixi, plurimis atque ampliſſimis iudiciis videam eſſe celebratas? Laudibus Plin. 14, 6. *it.* 5, 1. Literis Latinis celebrata. *h. e. Commemorata, et honorifice deſcripta* Cic. Acad. 4, 4. Lyra vel tibia celebrare Hor. Carm. 1, 12 *pr.* Cic. pro Rabir. Poſth. 43 Haec mira laus eſt, quae non Poëtarum carminibus, non annalium monimentis celebratur, ſed prudentium iudicio expenditur. Nomine alterius celebrari Quinctil. 5, 11, 19. Scriptis Cic. Fam. 5, 12. Vt primum Aſiam attigiſti, conſtante fama, atque omnium ſermone celebratum eſt Cic. Q. Frat. 1, 1. Silius 3, 18 Et nobis eſt lucis honos, gaudetque ſenecta Gloria, quum longo ſaeculis celebratur in aeuo. Egreſſum alicuius ornare et celebrare Cic. in Piſon. 32. Idem pro Archia Poëta 21 Quare quorum ingeniis haec feruntur, ab his Populi Rom. fama celebratur. Famam alicuius celebrare omnibus in locis Catul. Epigr. 69, 47. Conſtantiam, fidem, grauitatem, praeſtantiam, curam alicuius omnium fama celebrare Cic. Philipp. 9, 10. Gloriam laudemque alicuius Idem pro Archia Poëta. *Et* pro Marcell. 9 Itaque bellicae tuae laudes, C. Caeſar celebrabuntur, *etc.* Martial. 11, 49 Silius hic magni celebrat monumenta Maronis, *etc. forte carmine appoſito: erat enim ſepulcri Virgilii, vt domus Ciceronis dominus.* Nomen celebratur ſcriptis Cic. Fam. 5, 12. Nomen celebratum in foro Idem de Clar. Orat. 314. Celebrare ſe et Rempubl. Salluſt. in Iugurtha 89. *Laudem ſibi et Reipub. comparare.* Vatem Ouid. de A. A. 2, 739.

CELEBRANS, antis. Tota celebrante Sicilia Nep. 20, 5, 4. *de funere.*

CELEBRATIO, ōnis. f. [ἑορτασις] *Vt*, Celebratio ludorum Cicero Att. 15, 29 *pr.* Epuli celebratio Vellei. 2, 56, 1. Celebrationem habere Plin. 34, 5. *h. e. in honore et pretio eſſe.* Nihil est, quod minus mea celebratione commemoratum ſit Cic. pro Planc. c. 4. Celebratio, *pro Frequentia hominum*, Idem pro Sulla 73 c. 26 Quae domus, quae celebratio quotidiana, quae familiaris dignitas, quae ſtudia amicorum, quae ex quoque ordine multitudo?

CELEBRĀTVS, a, um. *Vnde Compar.* Celebratior, *Superl.* Celebratiſſimus. [περιβοητότατος] Cic. Philipp. 2, 57 c. 23 Scio me in rebus celebratiſſimis ſermone omnium verſari. Ouid. Faſt. 6, 349 Nomine quam pretio celebratior arce tonantis, Diſcant piſtoris quid velit ara Iouis. Certamina celebrata Virg. Aen. 5, 603. Ouid. Met. 7, 430 Nullus Erechthidis fertur celebratior illo Illuxiſſe dies, etc. Fons carminibus celebratiſſimus Sen. Conſ. ad Marc. c. 17. Fortitudo celebrata Curt. 9, 7, 23. Ludi celebrati Cic. Philipp. 1, 31 c. 13. Suet. Claud. 11 Ad fratris memoriam per omnem occaſionem celebratam. Opes celebratae Curt. 9, 1, 2. Quid illa caedes Aſinii — quam clara tum — quam omnium ſermone celebrata Cic. pro Cluent. 36 c. 12. Scriptor celebratiſſimus Gell. 17, 4. Supplicatio celebratior Liu. 3, 63. Verbum celebratius Gell. 17, 2. Vir illuſtri laude celebratus Cic. pro Mur. c. 7.

CELEBRATA, orum. n. *pro Exſequiis.* Martial. 6, 16 Inſcripſit tumulo, ſeptem celebrata virorum Se feciſſe, Chloe. quid pote ſimplicius? *Celebrata, i. Sollemnia et buſta. Volens ſuam pietatem oſtendere, inſcripſit tumulo, ſe exſequias ſeptem virorum celebraſſe, quo teſtimonio non potuit apertius fateri ſeptem viros a ſe necatos.* Domitius.

CELEBRANDVS, a, um. Particip. Claud. de Bell. Get. 635 Celebranda mihi cunctis Pollentia ſaeclis. Senectus celebranda Cic. de Orat. 1, 199. Virtus celebranda Idem de Inuent. 2, 70.

CELEBRĀTOR, ōris. m. Martial. 8, 78 *de Ludis Stellae*, Fecit Hyperborei celebrator Stella triumphi.

CELEBRĀBĬLIS, e. *quo celebratur aliquid, Vt*, Ammiann. 29, 34 Aetatum ordinumque omnium celebrabili fauore ſuſceptus.

CELEBRESCO, ĕre. [εὐδοκιμῶ] *Celebris fio*, Accius, Et qualis fuerit, fama celebreſcat tua Nonius, 2, 158.

CELENAE, *vel* CELAENAE *potius*, ārum. [Κελαιναί] Vrbs, caput quondam Phrygiae fuit, *vt ait* Liu. 38, 13 *qui addit*, Et Marſyas amnis, haud procul a Maeandri fontibus oriens, in Maeandrum cadit. Famaque ita tenet, Celaenis Marſyam cum Apolline tibiarum cantu certaſſe. *Huc reſpicit* Lucan. 3, 206 Lugent damnatae Phoebo victore Celenae.

CELENAEVS, a, um. Adi. *Vt*, Stat. Theb. 2, 666 Maribusque incognita veris foeda Celenaea committere praelia buxo. *De furoribus cultorum matris Phrygiae Deûm tibia e buxo concitatis.* Amores Celenaei Martial. 14, 204. *i. Deae Phrygiae, vel Cybeles.*

CELER, (hic, *raro* haec) *et* (*rarius*, hic *et* haec) CELĔRIS, e. [ταχὺς, ὠκὺς] *A* κέλλω *quidam dictum exiſtimant, et ſignificat Velox. Vt*, Celeri gradu ire Plaut. Trin. 3, 1, 22. Celerem, *i. vehementem*, *Sedato opponit* Hor. Epiſt. 1, 18, 90 Oderunt hilarem triſtes, triſtemque iocoſi, Sedatum celeres, agilem gnauumque remiſſi. Virg. Aen. 1, 317 — celeremque fuga praeuertitur Hebrum. *Multae Editiones habent* Volucrem. Hor. Serm. 2, 3, 147 Hunc medicus multum celer, atque fidelis Excitat hoc pacto. Tacit. Ann. 3, 1 Ruere ad oppidum Brundiſium, quod nauiganti celerrimum fideliſſimumque appulſu erat, *i. in quod celerrime et tutiſſime appellere poterat.* Cogitatione celer Vell. 2, 73, 1. Virg. Aen. 9, 178 *de Niſo*, comitem Aeneae, quem miſerat Ida Venatrix, iaculo celerem, leuibusque ſagittis. Ouid. Met. 11, 774 Inſequitur, celeremque metu, celer vrget amore. Pedibus celeres canes Claud. Paneg. 3, 299. Ouid. Met. 8, 686 Ille celer penna tardos aetate fatigat, *Anſer Philemonem et Baucidem.* Idem Met. 1, 540 Sic Deus et virgo eſt: hic ſpe celer, illa timore. ¶ 2 *Subſtantiua:* Agmen remorum celere Virg. Aen. 5, 211. Alas celeres commouere Idem Aen. 5, 217. Ouid. Amor. 1, 8, 50 Vt celer admiſſis labitur Amnis aquis. Virg. Aen. 4, 285 Atque Animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc. Idem Aen. 4, 226 Alloquere, et celeres defer mea dicta per Auras. Auctor ad Herenn. 3, 27 Sin contendemus per continuationem, Brachio celeri, mobili vultu, acri aſpectu vtemur. Canes celeres Ouid. Epiſt. 4, 42. Sen. Hippol. 963 Celeri polos Cardine verſas. Carina celeri aquas metiri Ouid. Met. 9, 446. Valer. Argon. 3, 545 Sic ait, et celerem frondoſa per auia ceruum Suſcitat. Pſeudo Cic. ad Octau. O miſeram, et in breui tam celerem et tam variam Reipublicae commutationem! Conſilia celeriora Liu. 2, 51. Ter. Phorm. 1, 4, 1 Nullus es, Geta, niſi iam aliquod tibi Conſilium celere reperis. Donatus, Hoc celere neutraliter dicitur. Eſt tamen qui *Celere* putet aduerbium eſſe pro Celeriter. Plaut. Merc. 5, 2, 9 Date di quaeſo conueniendi mihi eius Celerem Copiam. *i. Vt cito eum conueniam.* Sen. Agamem. 816 Quid iſte celeres concitus Currus agit? Idem Hippol. 1001 Celerem citatis paſſibus Curſum explicans. Ouid. Met. 2, 109 Iungere equos Titan velocibus imperat Horis: Iuſſa Deae celeres peragunt. Effectus celeres habet (collyrium) Scribon. 28. Fata celerrima, *Mors quae celerius obitur* Virg. Aen. 12, 507. Fide celeri probate noſtra verba, *i. euentu, vera eſſe, oſtendite* Ouid. ex Ponto 3, 4, 114. *ad Deos.* Lucret. 2, 192 Et celeri flamma deguſtant tigna: *etc.* Flammae celeres Tibul. 4, 6, 17. Fuga celeri ſub ſidera labi Virg. Aen. 3, 243. Sen. Medea 847 Vadite, et celeres domum referte Greſſus. Ictu celeri praecidere aliquid Lucret. 3, 636. Ignis celer non peredit Aetnam Hor. Carm. 3, 4, 76. Lapſus Valer. Argon. 1, 91. Leto celeri aliquem mittere Claud. in Ruff. 1, 236. Lingua celeri vti ad negandum Plaut. Trucul. prol. 8. Lunae celeres Hor. Carm. 4, 7, 13. Manu celeri aliquid agere Ouid. de Arte Am. 3, 576. Mente nihil celerius Cic. in Orat. c. 59. Mente celeri circumſpicere Ouid. de Remed. Amor. 89. Virg. Georg. 1, 361 Quum medio celeres reuolant ex aequore Mergi. Miniſtri Claud. in Ruff. 1, 341. Morte celeri quis deſerere *Praematura* Ouid. ex Ponto 4, 16, 16. Operae nimium celeris, et cura carentis verſus, *i. Carmen nulla cura et opera compoſitum* Hor. in Arte Poët. 261. Oratione celeri et concitata Cic. de Orat. 2, 88. Pennae celeres Hor. Carm. 3, 29, 54. Pes celer Sen. in Medea 763. Idem Hippol. 902 Vt celeri velox Pede laberis. Virg. Aen. 7, 811 Vel mare per medium, fluctu ſuſpenſa tumenti Ferret iter, celeres nec tingeret aequore Plantas. Puppe celeri auferre aliquem Ouid. Epiſt. 19, 176. Lucret. 4, 144 Nunc ea quam facili et celeri Ratione gerantur. Ratione ſumme celeri res geritur Lucret. 4, 255. Recurſus celeres Ouid. Met. 6, 450. Reditum celerem Cic. pro Domo ſua 64. Riui Hor. Carm. 3, 11, 14. Rotae Sen. Hippol. 1097. Virg. Aen. 1, 187 Conſtitit hic, arcumque manu, celeresque Sagittas Corripuit, fidus quae tela gerebat Achates. Virg. Aen. 5, 485 Protinus Aeneas celeri certare Sagitta Inuitat, qui forte velint: et praemia ponit. Senſu celeri dolis occurrere Claud. Paneg. 4, 237. Somnus celer, *Leuis, breuis* Sen. Hippol. 4, . . Telo celeri proſtrauit virum Valer. Argon. 3, 185. Virg. Aen. 12, 855 Illa volat, celerique ad terram Turbine fertur. Venti Hor. Carm. 1, 12, 10. Viae, *i. Curſus veloces* Sen. Hippol. 6, . . Ouid. ex Ponto 4, 9, 79 Hic raptam Troezen celeri Virtute recepit. Volumine celeri ſidera torquentur Id. Met. 2, 71. *i. Praecipiti motu circumaguntur.* ¶ 3 *Obſeruationes aliae:* Celer excipere aprum Hor. Carm. 3, 12, 12. *Forma loquendi Graecorum. Sic* Iraſci celer Hor. Epiſt. 1, 20, 25. *Sic* Carm. 4, 6, 40 Celeremque pronos volvere menſes *Lunam vocat.* Tollunt ſe celeres Virg. Aen. 6, 202. *de Auibus.* Venire celer *dicitur aliquis, pro Venire celeriter* Ouid. Met. 9, 764. *Compar.* Cicero in Orat. 200 c. 59 Ante enim circumſcribitur mente ſententia, confeſtimque verba concurrunt, quae mens eadem, qua nihil eſt celerius, *etc.* *Superlat. adfuit aliquoties. Antique* Celeriſſimus, *v. g.* Celeriſſimus aduolat Hector ex Cn. Manlio, et Celeriſſimus rumor ex Ennio *ap.* Priſc. 7 p. 760. *vbi etiam eſt* Celeri haſta Liuii *Andronici. Ipſe etiam nominatiuus* Celeris *rarior videtur, et Archaicus.* Priſcian. 7 p. 760 *haec exempla habet:* M. Cato de re milit. Satis celeris ſis in tempore. Caecilius in Epiſatomo, Si properas, extende huc in meam nauem, ita celeris eſt.

CELERES, um. m. pl. antiqui dixerunt, quos nunc Equites dicimus, a Celere interfectore Remi, qui initio a Romulo iis praepoſitus fuit, qui primitus electi fuerunt ex ſingulis curiis deni. ideoque omnino trecenti fuere. Haec Feſtus. *Sed probabile eſt, appellatiuum olim nomen fuiſſe, et ortum a* κέλης, *quod equitem notat, Dor. et Aeol.* κέλης. *Quin ipſum forte adiectiuum* Celer *ex hoc fonte manauit.* Liu. 1, 15 Trecentos armatos ad cuſtodiam corporis, quos Celeres appellavit,

it, non in bello ſolum, ſed et in pace habuit. *Et c.* 59 Praeco ad Tribunum Celerum, in quo tum magiſtratu forte Brutus erat, populum aduocauit. *Add.* Pompon. de Orig. Iur. §. 15 *vbi magiſtrum equitum dictatori fuiſſe docet, qui regi fuerit* Tribunus Celerum Plin. 33, 2 Quin etiam ipſum equitum nomen ſaepe variatum eſt, in his quoque, qui ad equitatum trahebantur, Celeres ſub Romulo, regibusque appellati ſunt, deinde Flexumines, poſtea Troſſuli. Virg. Aen. 11, 603 Nec non Meſſapus contra celeresque Latini. *Vbi* Seruius, Alludit ad militiam Romanam: namque et equites habuit Romulus, vt illo diximus loco, *Tercentum ſcutati omnes Volſcente magiſtro:* quos Celeres appellauit vel a celeritate, vel a duce Celere, qui dicitur Remum occidiſſe, in cuius gratiae vicem a Romulo fieri Tribunus equitum meruit. *Conf.* Ouid. Faſt. 4, 837 ſqq.

CELĔRO, āre. [ταχύνω] *Celeriter aliquid facere.* Cicero de Vniverſo 32 c. 10 Dedit autem *Deus* diuinis duo genera motus: vnum genus motus, quod ſemper eſſet in eodem aeque, et idem in omnibus, atque vno modo celeraret. Virg. Aen. 1, 656 Haec celerans, iter ad naues tendebat Achates. *i. e.* Celeriter facere cupiens. Seruius. Agere et celerare ſtatuit Tac. Ann. 12, 64, 3. Caſum celerare, *i. Celeriter cadere* Lucret. 2, 231. Virg. Aen. 9, 378 Tum celerare fugam, patriaque excedere ſuadet. Gradum Idem Aen. 4, 641. *Et* Aen. 8, 90 Ergo iter inceptum celerant rumore ſecundo. Itineribus quam maximis celerare Tacit. Hiſt. 4, 24. Opem celerare, *pro Celeriter auxilium ferre* Valer. Argon. 3, 251. Victoriae celerandae intentior Tacit. Ann. 2, 5.

CELERANS, antis. Partic. Lucret. 1, 388 Is porro, quamuis circum celerantibus auris Confluat, *etc. i. Accelerantibus, vrgentibus, et celeriter pellentibus aërem.* Virg. 5, 609 Illa viam celerans per mille coloribus arcum Nulli viſa cito decurrit tramite virgo. *Conf.* Id. 1, 656. Apul. Met. 6 p. 178.

CELERATVS, a, um. Ammian. 31, 11 Itineribus celeratis.

CELERĬTAS, ātis. f. [τάχος, ταχύτης] *Velocitas.* Cic. Verr. 5, 88 c. 34 Haec Centuripina nauis erat incredibili celeritate velis. Id. Acad. 1, 19 In pedibus celeritatem, vim in manibus, *ſubaudi* ponebant. Etiam celeritas in deſiderio mora eſt, Plinii *eſſe dicitur.* Cic. Acad. 1, 20 c. 5 Naturae celeritatem ad diſcendum et memoriam dabant: quorum vtrumque mentis eſſet proprium et ingenii. Celeritas in capiendis caſtris Caeſ. Bell. Gall. 7, 46. Velocitas corporis, Celeritas appellatur Cic. Tuſc. 4, 31 c. 13. *Sed etiam* Celeritas et breuitas reſpondendi et laceſſendi Idem de Orat. 1, 17. Breuitas et celeritas ſyllabarum Id. in Orat. 191. Cic. pro Roſc. Amer. 97 Quid haec tanta celeritas, feſtinatioque ſignificat? ¶ 2 *Subſtantiua, quibus tribuitur* Celeritas. Vlpian. in l. Haec ratio. §. Sed ſi debitorem. D. de Donat. inter virum et vxorem, Celeritate coniungendarum inter ſe Actionum vnam actionem occultari. Augendi *in progreſſione geometrica* Quinctil. 1, 10, 49. Cic. Philipp. 5, 26 Legatorum nomen ipſum et animos molliet, et Belli celeritatem morabitur. Curt. 7, 2, 15 Velocitate opus eſt, qua celeritatem Famae antecedas. Idem 9, 4, 10 Praerapida Fluminum celeritate occupantur. Cic. in Bruto 53 Quis enim putet celeritatem Ingenii L. Bruto illi nobilitatis veſtrae principi defuiſſe. Orationis Quinctil. 12, 10, 65. Percipiendi celeritas Idem 1, 10, 34. Verborum celeritas Cic. de Orat. 1, 127. ¶ 3 *Epitheta.* Admirabilis Cic. de Nat. Deor. 1, 52. Caeſariana celeritas, *in prouerbium abiit.* Cic. Attic. 16, 10 Aiunt enim eum Caeſariana vti celeritate. *de Antonio.* Expedita et profluens celeritas verborum Idem de Clar. Orat. 220 c. 61. Incredibilis, *v. h. v.* Infinita Scribon. 221. Maxima Cic. de Nat. Deor. 2, 142. Vellei. 2, 68, 2. Nauium haec magnitudo modica cum celeritate. Praeceps dicendi Cic. pro Flacco 48. Prompta et parata in agendo et in reſpondendo Idem in Bruto 154. Plin. 10, 24 ſ. 35 Volucrum ſoli hirundini flexuoſi volatus Velox celeritas. ¶ 4 *Verba.* Adhibere celeritatem Cic. Fam. 10, 21. Vlpian. in l. 1 D. de Damn. infect. Quum res damni infecti celeritatem Deſiderat, et periculoſa dilatio Praetori videtur, ſi ex hac cauſa ſibi iuriſdictionem reſeruaret, *etc.* Incitare militum celeritatem diariis. *Vid.* DIARIVM. Incitare celeritatem eloquendi *dicitur* conſuetudo, exercitatioque Cic. de Orat. 1, 90. Incitatus celeritate et ſtudio. Indigere celeritatis, *vid. his verbis.* Opus eſt celeritate: qua ſi eſſemus vſi, bellum, vt ſaepe dixi, nullum haberemus Cic. Philipp. 5, 52. Idem Off. 1, 132 c. 36 Cauendum eſt autem, ne aut tarditatibus vtamur in greſſu mollioribus, vt pomparum ferculis ſimiles eſſe videamur: aut in feſtinationibus Suſcipiamus nimias celeritates. ¶ 5 Celeritas, Dea, Solis filia, *a* Mart. Cap. 1 p. 16 *in ſexta caeli regione collocatur.*

CELERITVDO, inis. f. [ταχύτης] *Celeritas.* Varro de R. R. 3, 12, 6 Lucius Aelius putabat ab eo dictum leporem, a celeritudine, quod leuipes eſſet.

CELERĬPES, ĕdis. Adi. [ταχύπους] *Qui leuis celerque eſt pedibus.* Cic. Att. 9, 7 Venit autem eo ipſo die ille celeripes, quem Salvius dixerat. *Et* Auſon. Parent. 27, 4 Loca tacita celeripes adeat erebi. Idem Epigr. 138, 31 Velox manus Celeripedis compendii.

CELERĬTER, Celerius, Celerrime. Adu. [ταχέως, ὠκέως] *Velociter.* Caeſ. Bell. Gall. 5, 20 Illi imperata celeriter fecerunt. Re frumentaria quam celerrime potuit comparata Idem B. G. 1, 37. Cic. de Finib. 2, . . . Celerrimeque multa ſimul agitantem. Idem Fam. 3, 1 Phaniam valde ſum deſideraturus: quem quum Romam remittes (quod vt putabamus, celeriter eras facturus) omnibus ei de rebus quas agi, quas curari a me voles, mandata des velim. Paullus in l. Ne quis. D. de Cuſtodia et exhibit. reor. Si quos ex iis, qui in ciuitatibus ſunt, celeriter et ſine cauſa ſolutos a magiſtratibus cognoveris, vinciri iubebis: et iis, qui ſoluerint, multam dices. Plaut. Curc. 5, 2, 2 Nam quam habui, abſumſi celeriter. Beneficium inopi bis dat, qui dat celeriter P. Syr. Examinare celerrime Plin. 32, 2. Idem Epiſt. 6, 2 Nos apertius dicimus, celerius intelligimus, religioſius iudicamus. Cic. Fam. 9, 11 Ignoſcasque breuitati litterarum mearum: nam et celeriter vna futuros nos arbitror. Mittam celeriter tibi librum Idem Att. 5, 26. Nuntiare celeriter Id. de Divin. 1, 59. Facti celerius eos poenituit Nep. 5, 3, 2. Proficiſci Cic. Att. 15, . . Reperire celeriter, quae opus Nepos 2, 1, 3. Subigere celeriter Curt. 4, 1, 5. Cic. Fam. 10, 21 Si durius aliquid eſſet, Succurrere celeriter poſſem. Idem Verr. 3, 60 An id agendum, vt eo celerius de iſto Transigamus, quo maturius ad Apronium poſſimus venire? Caeſ. Bell. Gall. 2, 3 Quum de improuiſo, celeriusque omnium opinione Veniſſet. Cic. Fam. 3, 11 Laetor virtute et officio cum tuorum neceſſariorum, meorum amiciſſimorum: tum alterius omnium ſaeculorum, et gentium principis: alterius, iampridem iuuen tutis, celeriter, vt ſpero, ciuitatis. *De Pompeio et Bruto loquitur* Cic. Fam. 12, 15 Celeriusque Aſia exceſſiſſet, quam eo praeſidium ad duci poſſet.

CELERIVSCVLE. *Aliud* Aduerb. *Vt,* Celeriuſcule dicere Auctor ad Herenn. 3, 24 c. 14.

CELERANTER. Adu. [κατὰ τάχος] *Pro Celeriter.* Accius Sed quis hic eſt, qui matutinum curſum huc celeranter rapit? Nonius 11, 32. *Antiquum.*

CELERĀTIM, *pro Celeriter. Aduerbium ſimiliter antiquum.* Si ſenna Hiſt. lib. 5. Quo magis celeratim poterant, in inſidiis ſuos di ponit. Non. 2, 140.

CELERE. *Aduerb. antiquum, pro* Celeriter. Non. 11, 8. *ex* No Paullo, Nunc te obteſtor, celere facto ſubueni cenſori. *Et* Enn. Sat lib. 1 Dum quicquid des celere. *Add.* Plaut. Curc. 2, 3, 4 Ita nunc ſubito, propere et celere obiectum eſt mihi negotium. *Etiam* Ter Phorm. 1, 4, 1 *ſic a nonnemine acceptum, monet Donatus. Vid.* Celer Conſilium *ſub* CELER n. 2.

CELES, ētis. m. [κέλης] *Genus nauigii actuarii, quod et Celo dicitur.* Celetem *inuenere* Rhodii Plin. 7, 56. Gell. 10, 25 Celoces vel vt Graeci Celetes. *Dictum celetem putamus per metaphoram equ celetis, quod vnico tantum remo agatur: κέλης enim equus dicitur, qui a vno ſeſſore agitatur et regitur. Nempe* ¶ 2 *Neque Latinis in cognita vox* Celes *pro equo ſolitario, cui inſidet eques: vt pro equit etiam ipſo Graeci vtuntur.* Plin. 34, 5 ſ. 10 Equeſtres ſtatuae Roma nam celebrationem habent, orto ſine dubio a Graecis exemplo. Se Graeci celetas tantum dicabant in ſacris victores. *Conf.* Curt. 4, 1, 1 *et ibi Freinsh. qui Dario, vel Hyſtaſpi, vel Codomanno hoc nomen tribu tum, diſputat. Add. Spanh. de Vſu et Praeſt. num. diſſ.* 10 p. 132.

CELETIZONTES. m. pl. [κελητίζοντες] *Participium Graecum equitantes.* Plin. 34, 8 Hegiae Minerua, Pyrrhusque rex laudatur, celetizontes pueri, *i. equis ſingulariis ſ. ſellaribus decurrentes.*

CĔLEVS, i. m. *triſyllabum* [Κελεός] *Viri proprium.* Virg. G org. 1, 165 Virgea praeterea Celei, viliſque ſupellex. *Vbi* Seruiu Virgea Celei ſupplex, *i.* Vaſa de vimine facta, qualia Ceres Cele aliquando monſtrauit, vt qualos, corbes, *etc.*

CELEVSMA, ătis. n. [κέλευσμα] *vel* CELEVMA, ătis. *Clamor eſt vel canticum potius, quo incitantur et reguntur nautae.* Ser ad Aen. 3, 128 Celeuſma quaſi praeceptum. *Et* ad 5, 177 Hortatu que viros *explicat*, Ipſe dicit celeuſma. *Et* ad 8, 108 Celeuſma naut cus eſt clamor ad hortandum. Martial. 3, 67 *de pigris nautis,*

Ceſſatis, pueri, nihilque noſtis,
Vatreno Raſinaque pigriores,
Quorum per vada tarda nauigantes,
Lentos ſigitis ad celeuſma remos.

Idem 4, 64 Quem nec rumpere nauticum celeuſma Nec clamor v let hel iariorum. *Deſcribitur tota res a* Silio 6, 360 *cum Celeuſten hortatorem, quaſi pingit:*

Mediae ſtat margine puppis,
Qui voce alternos nautarum temperet ictus,
Et remis dictet ſonitum, pariterque relatis
Ad numerum plaudat reſonantia caerula tonſis.

Val. Fl. 1, 470 Nec vero Odriſius tranſtris impenditur Orpheus,
Aut pontum remo ſubigit; ſed carmine tonſas
Ire docet, ſummo paſſim ne gurgite pugnent.

*i. ne remi vnius percuſſio alteri contraria ſit. De hac ipſa re* Hygin. 14 Celeuſma dixit Orpheus Oeagri filius. *Vid.* PAVSARIVS. POR TISCVLVS. HORTATOR. Pedianus in Diuinat. 55 c. 17 Cam remigibus celeuſma per ſymphoniacos ſeruos ſolebat, et per aſſam v cem, id eſt ore prolatam, et (vt in Argo naui) interdum per cith ram. *Nempe vt ait* Quinct. 1, 10, 16 Et remigem cantus hortat *De hoc intelligendus eſt* Cenſorinus de Die natali 12 Quo facilius ſuſ rant laborem vel in nauis motu, a vectore ſymphonia adhibet Rutil. Itin. 1, 369 Hic mecum pigri ſolabar taedia venti, Dum re nat variis vile celeuſma modis. Lactantium more nautarum epil celeuſma cantandum eſt Hieron. Ep. 1 *ad* Heliod. de laude vitae ſoli riae *ſub fin.* *Chriſtianis pro celeuſmate hymni et pſalmi fuerunt: q ſaepe repetitis vocibus* Haleluia *et* Amen *canere ſolebant.* Paullinus Nicetam v. 119

Nauitae laeti ſolitum celeuſma
Concinent, verſis modulis in hymnos,
Et piis ducent comites in aequor
Vocibus auras, *etc.* Sidon. Epiſt. 2, 10
Curuorum hinc chorus helciariorum
Reſponſantibus Alleluia ripis
Ad Chriſtum leuat amnicum celeuſma.

*In feminino gen.* Atque petens portum vada complet nauta celeuſ Venant. Fortun. de Vita S. Mart. 4, 423.

CELEVSTES, ae. m. [κελευστής] *Qui remiges hortatur, qu nauigationis moderator: qui a Plauto Latine Hortator appellatur, qu ea horramenta faciat, quae verbo Graeco Celeuſma dicuntur etiam a L tinis.* Budaeus.

CELIA, ae. f. *Potus ex frugibus confectus,* de quo Plin. 22 Ex frugibus fiunt et potus, Zythum in Aegypto, Celia et Ceria Hiſpania, Ceruiſia et plura genera in Gallia, aliiſque prouinci Flor. 2, 18, 12. *de Numantinis,* Cum ſeſe prius epulis impleuiſſent ca nis ſemicrudae et celiae, ſic vocant indigenam ex frumento potione Oroſ. 5, 7 *in eadem hiſtoria,* Larga prius potione vſi, non vini ſed ſucco tritici per artem confecto, quem ſuccum a calefaciendo C liam vocant (*Graecula forte etymologia, a verbo* ζέω) ſuſcitatur eni illa ignea vis germinis madefactae frugis, ac deinde ſiccatur, et p in farinam redacta molli ſucco admiſcetur, quo fermentato ſapor ſteritatis, et calor ebrietatis adiicitur. Iſidor. 20, 3. *iisdem paene v bis vtitur. Conf. Hadr. Iunii Animaduerſ.* 2, 12. *Lindebr. ad* Am Marc. 26, 8. *cuius locum damus in* SABAIA.

CELLA, ae. f. [ταμεῖον, ἀποθήκη] Dicta a Celando, auct Seruio *ad* Aen. 1, 437. *quod in ea celentur, quae ſeruare volumus.* C de Seneſt. 56 c. 16 Semper enim boni aſſiduique domini referta ce vinaria, olearia, mellaria, et penaria. Ter. Adel. 4, 2, 14 Nam i in cellam aliquam cum illa concludam. Vbi Donatus, Et cella et c larium, a reponendis, celandiſque rebus eſculentis et poculentis di tur. Cellam atque horreum Campani agri, Cicero Capuam *appel* de Lege Agr. 2, 89 c. 33. *paullo ante dixerat,* Vt eſſet locus comport dis condendiſque fructibus. Paullus in l. Nam quod. §. Si cui qu D. de Penu legata, Quod fere (inquit Sabinus) euenit in perſo merca

mercatorum, aut quoties cella eſt olei et vini, quae venire ſolebant in hereditate relicta. Cella olearia, vinaria Cato R. R. 3, 2. Varro 1, 11, 2. *et* 1, 13, 7. Col. 1, 6, 9. Cato 13, 2 In cellam oleariam haec opus ſunt. Cic. in Topic. 17 Cellis vinariis, et oleariis plenis relictis. Cella vinaria vt paranda ſit, *docent* Col. 12, 18, 3. *et* Pall. 1, 18, 1. Cic. Verr. 2, 5 Itaque ille M. Cato ſapiens cellam penariam Reipublicae noſtrae, nutricem plebis Romanae, Siciliam nominauit. Nos vero experti ſumus Italico maximo, difficillimoque bello Siciliam nobis non pro penaria cella, ſed pro aerario illo maiorum vetere ac referto fuiſſe. Plautus *de Carcere*, Amph. 1, 1, 4 Inde cras e promptuaria cella depromar ad flagrum. *Sed* cella Proma Tertull. de Reſurr. c. 27. *i. ſepulchrum.* ¶ 2 *Magiſtratus prouinciales ſuam ſibi* cellam *habebant.* Cic. Verr. 3, 200 c. 86 Placetne vobis in cellam magiſtratibus noſtris frumentum Siculos gratis dare? *Et* 201 Magiſtratibus tantum detur in cellam, quantum ſemper datum eſt. *Et* 202 Data tibi pecunia eſt Verres: vna, qua frumentum tibi emeres in cellam: altera, qua frumentum emeres a ciuitatibus quod Romam mitteres *etc. Sunt enim plura. Frequens eius rei mentio et alias, vt* Diuin. in Verr. 30 c. 10 Queritur Sicilia tota C. Verrem ab aratoribus quum frumentum ſibi in cellam imperauiſſet, *etc. Add.* Verr. 3, 209 c. 90. *et* 214 c. 92. Cic. Verr. 3, 188 c. 81 Non eſt in hoc crimen Hortenſi, ne forte ad hoc meditere, multos ſaepe viros bonos, et fortes, et innocentes cum aratoribus, et cum ciuitatibus frumentum quod in cellam ſumi oporteret, aeſtimaſſe, et pecuniam pro frumento abſtuliſſe. *Conf. Graeu. et Caſaub. ad* Cic. Att. 1, 12 p. 66. ¶ 3 Cella, *pro Cubiculo aliquo ſecreto.* Idem Att. 14, 22 Atticam meam gratias mihi agere de matre gaudeo: cui quidem ego totam villam, cellamque tradidi. Strati in cellis lecti Cic. Philipp. 2, 67 c. 27. *de cubiculis ſeruorum. Sic* Hor. Serm. 1, 8, 8. Cellas familiae *vocat* Cato R. R. 14, 1. Oſtiarii Petron. 37. Seruorum, Paſtorum, Bubulcorum Colum. 1, 6. Sen. Controu. 21 *de ſerui nuptiis cum filia herili*, Ex cella migrabit in cubiculum ſuae dominae, vel domina ex cubiculo ſuo migrabit in cellam. *Conf.* Vitruu. 6, 10. Cellae *etiam Balnearum membra fuerunt* Pallad. 1, 40, 4. Veget. Mulom. 2, 6, 3. *Hinc* Cella frigidaria, Tepidaria *et* Caldaria. *De illa* Plin. Epiſt. 2, 17, 11 Inde balinei cella frigidaria ſpatioſa et effuſa — Adiacet vnctorium, hypocauſton — mox duae cellae. *Conf.* 5, 6, 25. *et deſcriptionem* Balnei Vitruuianam 5, 10. Cella ſuppoſitoria *a ſolo memoratur* Vopiſco in Carino c. 17 Balneis, *inquit*, ita frigidis vſus eſt, vt ſolent eſſe cellae ſuppoſitoriae, frigidariis ſemper niualibus. *Salmaſius, qui hic de triplici genere cellarum, quas indicauimus, erudite e Graecis ſcriptoribus diſputat, eo euadit, vt* Suppoſitariam cellam *dicat eſſe* tepidariam, frigidariae ſuppoſitam. *Fuerit itaque eadem, quae* παρασὰς *Graecis. Conf. deſcriptio et pictura antiqui balnei ex Maffeii collectione monumentorum repetita a Fabricio ad Sext. Empir.* p. 30. ¶ 4 Cellae *fuerunt Meretricum fornices.* Petron. 8 Iam pro cella meretrix aſſem exegerat. Martial. Epigr. 11, 46 Intraſti quoties inſcriptae limina cellae. Iuuen. Sat. 6, 121 *de Meſſalina Claudii*, Intrauit calidum veteri centone lupanar Et cellam vacuam, atque ſuam. ¶ 5 *Sed etiam templorum* Cellae *erant, parietibus nempe concluſae intra templorum porticus.* Vitruu. 3, 1 In antis erit aedes, cum habebit in fronte antas parietum, qui cellam circumcludunt. *Et* 4, 4 Diſtribuitur autem longitudo aedis, vti latitudo ſit longitudinis dimidiae partis, ipſaque cella parte quarta longior ſit, quam eſt latitudo cum pariete, qui paries valuarum habuerit collocationem. *Senatum in cellis id genus haberi ſolitum docet v. g.* Cic. Phil. 2, 19 c. 8 Cum in hac cella Concordiae, o Dii immortales! in qua me Conſule ſalutares ſententiae dictae ſunt, quibus ad hanc diem viximus, cum gladiis homines collocati ſtent. *Et* Phil. 3, 31 c. 12 Quid hic victor non audebit, qui — armatos in cella concordiae, cum Senatum haberet, incluſerit. Gell. 6, 1 *ex antiquioribus refert*, Scipionem Africanum ſolitauiſſe noctis extremo prius quam diluculaſet, in Capitolium ventitare, ac iubere aperiri cellam Iouis, atque ibi ſolum diu demorari quaſi conſultantem de republica cum Ioue. *Sic* Cella Fortis Fortunae *memoratur* Liu. 27, 11. Iouis ibid. 35, 41. Mineruae 6, 29. *Et* 27, 25 *cum* Marcellus aedem Honori et Virtuti vouiſſet, dedicatio eius a Pontificibus impediebatur, quod negabant, vnam cellam amplius quam vni Deo rite dedicari *etc.* ¶ 6 Cellas, abuſiue Fauorum cauernas vocat Virg. Aen. 1, 437 — diſtendunt nectare cellas. Seruius. Columbarum cellae Columel. 8, 8, 3. In quibus anſeres incubitant Idem 8, 14, 9. ¶ 7 Cella *et* Sella *cum deriuatis confundi ſolent in MSS. vid. ad* Caton. de R. R. 13, 3. *et* 14, 1. *Et quae ſtatim dicemus in* CELLARIVM *ex* Plin. 19 *extr.*

CELLVLA, ae. f. Dimin. Ter. Eun. 2, 3, 18 Quum in cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum. Columel. 8, 9, 3 Receptacula non tanquam columbis loculamenta, vel cellulae cauatae efficiuntur, ſed, *etc.* Implere cellulam riſu plauſuque Petron. 11.

CELLVLĀNVS, i. m. *Monachus, qui in cella vitam tranſigit* Sidon. Epiſt. 9, 3.

CELLARIA, ae. f. [ταμία] *Quae praeeſt cellae.* Plaut. Milit. 3, 1, 101 Iampridem, quia nihil abſtulerit, ſuccenſet cellaria. *Alii legunt* Geraria: *Alii* Ceraria. *Nihil certi.*

CELLARIVS, i m. [ταμίας] *Qui praeeſt cellae.* Plaut. Capt. 4, 2, 114 Sume, poſce, prome quid vis, te facio cellarium. Colum. 11, 1, 18 Non minor habenda erit ratio, vt cibus et potio ſine fraude a cellariis praebeatur. Idem 12, 3, 9 Promis quoque et cellariis aliquid appendentibus aut metientibus interuenire. *Add.* 12, 4, 3. Martial. 1, 32 Hinc cellarius experitur artes. Vlpianus in l. Quaeſitum. §. Cellarium. D. De inſtructo et inſtrument. legat. Cellarium quoque, id eſt, qui ideo praepoſitus eſt, vt rationes ſaluae ſint: item oſtiarium, et mulionemque, inſtrumenti eſſe conſtat. *Alii legunt* Cellerarium. Plin. 19. *extr.* Apio eximunt coqui opſoniis acetum: eodem cellarii in ſaccis odorem vino grauem.

CELLARIVS, a, um. Adi. *Vt*, Plaut. Milit. 3, 2, 31 Poſtea ſagina ego eiiciar cellaria, *i. impediar de cella me ſaginare.*

CELLARIVM, i. n. [ταμεῖον Vet. Gloſſ.] *Idem quod Cella.* Seruius *ad* Aen. 1, 707 Inter penum et cellarium hoc intereſt: quod cellarium eſt paucorum dierum: vnde et in cellam dicitur imperatum frumentum. Penus vero eſt temporis longi. Quibus vel ſupellectiles copioſae, vel cellaria opulenta creduntur Salu. de Gub. Dei l. 3 p. 45. Plin. 36, 15 ſ. 24, 5 Quorum agri quoque minorem modum obtinuere, quam cellaria iſtorum. *Sed Hard. ex MSS.* ſellariae. *Sed* Donat. ad Ter. Adel. 4, 2, 13 Cella et Cellarium a reponendis celandiſque rebus eſculentis et poculentis dicitur. ¶ 2 Cellaria *etiam dicebantur, quae promebantur ex promtuaria cella praeter annonas, h. e. frumentum et panem: videlicet Sal, vinum, oleum, carnes*, etc. l. 3 Cod. Theodoſ. de officio iudicum omn. Neque rectori prouinciae plus aliquid praeſtabit, quam nos conceſſimus in annonis ſeu cellariis. *Et* Sulp. Seuerus Hiſt. Sacrae 2, 41, 2 Acciti numeratique quadringenti et aliquanto amplius occidentales epiſcopi Ariminum conuenere: quibus omnibus annonas et cellaria dari imperator praeceperat. *Vid.* ibi Sigon. et Interpr. *Add.* Hieron. in Matth. c. 10. Auguſt. Conf. 9, 8.

CELLARIOLVM, i. n. Dimin. Hieron. adu. Iouinian. 2, 16.

CELLĀRIS, e. Adi. [οἰκηματικαῖος] *Vt*, Columel. 8, 8, 1 Hac eadem ratione palumbos, columboſque cellares pinguiſſimos facere contingit, *i. qui in cellis aluntur.*

CELLARIENSIS, e. *Aliud* Adi. *Vt*, *Cellarienſes ſpecies eadem, quae* Cellaria Cod. Theodoſ. de erogatione militaris annonae l. 32. *et* l. 16 de indulgentiis debitor.

CELLATIO, ōnis. f. *Cellarum conſtitutio, i. Series cellarum, videtur* Petron. 77 Domus ſuſum habet cellationem.

CELLIO, onis. m. *Idem qui Cellarius.* Inſcript. Grut. p. 582 n. 10 D. M. SECVNDI NVNDINI PRIMITIVI CELLIONIS.

CELLO, is, celſum, ĕre. *Impellere, mouere, vnde* Percello *Obſoletum. Ab hoc non diuerſum forte illud, cuius compoſitis tantum vtimur* Excello, Praecello, *cuiuſque participium videtur* Celſus, a, um. *Ipſum quoque illud* CILLO, *de quo hariolantur, vt videbimus ſ. l. Grammatici, ab hoc* CELLO *non videtur diuerſum.*

CELMVS, i. m. *ſiue* CELMIS, *quia Graece* κέλμις. *Nutritius fuit Iouis, Idaeorum vnus Dactylorum, quem et paruulus adhuc Iupiter plurimum amauit. Caeterum quum aliquando mortalem eſſe Iouem dixiſſet, Iupiter iniuriae memor, quum expulſo Saturno rerum iam potiretur, in adamantem lapidem illum commutauit. Fabulam breuiter innuit* Ouid. Met. 4, 281 Te quoque nunc adamas, quondam fidiſſime paruo Celme Ioui. *Vid. quos laudat Burm. et Muncker. ad* Hygin. f. 139.

CELO, āre. [ἀποκρύπτω] *Abſcondere, tegere.* Ouid. de Arte Am. 2, 409 Quae bene celaris, ſi qua tamen acta patebunt, Illa licet pateant, tu tamen vſque nega. Virg. Aen. 6, 443 Hic quos durus amor crudeli tabe peredit Secreti celant calles, et myrtea circum Silua tegit. Cic. Off. 3, 37 c. 8 Atque etiam ex omni deliberatione celandi et occultandi ſpes opinioque remouenda eſt. Satis enim nobis, ſi modo in philoſophia aliquid profecimus, perſuaſum eſſe debet, ſi omnes Deos hominesque celare poſſimus, nihil tamen auare, nihil iniuſte, nihil libidinoſe, nihil incontinenter eſſe faciendum. Hinc ille Gyges inducitur *etc. Conſtructionis haec damus exempla.* Cic. de Nat. Deor. 1, 74 Neque tu me celas, vt Pythagoras ſolebat alienos. Ter. Heaut. 4, 3, 27 Vt celet ſenem. Cic. Acad. 1, 2 Nec tamen iſtum ceſſare, ſed celare quae ſcribat exiſtimo. Ter. Adel. 1, 1, 29 Ea ne me celet, conſuefeci filium. Cic. Fam. 2, 15 Non enim te celaui ſermonem. Idem pro Deiot. 18 c. 6 *extr.* De armis, de ferro, de inſidiis celare te voluit. Ter. Phorm. 5, 4, 6 Si hoc celetur in metu, ſi patefit, in probro ſum. *Sic optimi: quidam patri inſerunt, male. Nec ſanum putamus illud.* Id Alcibiadi diutius celari non potuit Nep. 7, 5, 2. *Fuiſſe videtur* Alcibiades *aut* Alcibiadem. *Et alias quoque malam manum paſſus eſt Nepos.* Vlpian. in l. Quis ſit fugitiuus D. de Aedil. edict. Fugitiuus eſt, qui extra domini domum fugae cauſa, quo ſe a domino celaret, manſit. Plaut. Aulul. 1, 2, 35 Nam nunc, quum celo ſedulo omnes, ne ſciant, omnes videntur ſcire. Virg. Aen. 9, 425

Tunc vero exterritus amens
Conclamat Niſus, nec ſe celare tenebris
Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem.

¶ 2 *Subſtantiua nomina rerum, quae celari dicuntur.* Ouid. Epiſt. 12, 37 *Vbi Medea Iaſonem ſic alloquitur*, Perfide ſenſiſti: quis enim bene celat Amorem? Auctorem, *Tacere nomen auctoris* Hor. Serm. 2, 4, 11. Crimina ſua Ouid. de Arte Am. 2, 427. Culpam celare ſub imagine falſa Idem Met. 2, 37. Damnum Id. Met. 9, 100. Hor. in Carm. ſaeculari 10 Alme Sol, curru nitido Diem qui Promis et celas. Vlpianus l. 1 D. de Seruis fugit. Is qui Fugitiuum celauerit, fur eſt. Granum ſub cortice celant mala punica Ouid. Met. 10, 763. Hamos celare cibis Id. Met. 15, 476. Ignem Id. Faſt. 6, 297. Lucret. 1, 515 Nec res vlla poteſt vera ratione probari Corpore Inane ſuo celare atque intus habere. *Poſterior formula interpretatur priorem.* Hor. Serm. 2, 8, 74 Ingenium res Aduerſae nudare ſolent, celare ſecundae. Cic. pro Deiot. 18 c. 6 Si veneno; Iouis illius quidem Hoſpitalis numen nunquam celare potuiſſet, homines fortaſſe celaſſet. Orata celare alicuius Ter. Hec. 4, 1, 60. *i. ea, quae celare rogatus eſt.* Pudorem tenebris *occultare ſe, et tenebras petere prae pudore* Ouid. Met. 2, 594. Cic. Acad. 4, 60 Aut cur celatis, quaſi turpe aliquid, Sententiam veſtram? Hor. Ep. 1, 16, 24 Stultorum incurata pudor malus Vlcera celat. Idem Serm. 1, 2, 85 Quod venale habet oſtendit; nec ſi quid honeſti eſt Iactat habetque palam; quaerit quo Turpia celet. Ouid. Faſt. 5, 519 Vluam lino celantes tori. Vultum celare manibus Idem Met. 4, 682. Vultum prodentem gaudia celare Hor. Serm. 2, 5, 104. Vlpian. in l. 1 §. venditor. D. de act. empt. Sed ſcire venditorem et celare ſic accipimus, non ſolum ſi non admonuit, ſed etiam ſi negauit ſeruitutem iſtam deberi, quum eſſet ab eo quaeſitum. ¶ 3 *Paſſiue* Ter. Eun. 2, 3, 4 Vbi vbi eſt, diu celari non poteſt. Caeſ. Bell. Gall. 7, 80 Neque recte aut turpiter factum celari poterat. Hirt. B. Alex. 7 Quod neque celari Alexandrinos poſſent in apparanda fuga, quum hi tam paruo ſpatio diſtarent ab ipſis. Cic. Q. Frat. 2, 16 Sed heus tu celari videor a te. Idem de Lege Agr. 12 Quum familiariter me in eorum ſermonem inſinuarem ac darem, celabar, excludebar. Ouid. Faſt. 2, 563 Di quoque templorum foribus celentur opertis. Celatum eſt minus diligenter Nep. 9, 5, 3.

CELANS, antis. *Vt*, Commiſſa celans Nepos 15, 3, 2. Perſae arcana regum celantes Curt. 4, 6, 5. Vultus celans timorem Lucan. 10, 14.

CELĀTVS, a, um. Partic. [ἀποκεκρυμμένος] Cic. pro Cluent. 189 c. 66 Non eſt profecto de illo veneno celata mater, nihil eſt ab Oppianico ſine conſilio mulieris cogitatum. Indicabo tibi, quod inprimis te celatum volebam Cic. ad Q. Frat. 3, 5. Idem pro Sulla 9 Credo, Iudices, celatum Caſſium de Sulla vno: nam de caeteris certe ſciebat. Non gratam inuito ſerat celata ſalutem Sil. 17, 643. *de Iunone, quae in paſtoris formam conuerſa, Hannibalem ab exercitu abduxerat, ne hoſtes illum interficerent, et ſic vitam ſeruaret inuito.* Ter. Andr. 1, 1, 105 Bene diſſimulatus et celatus Amor. Propert. 3, 23, 31 At te celatis aetas grauis vrget Annis. Capillamento celatus Suet. Calig. c. 11. Ferrum celatum Ouid. Faſt. 2, 831. Idem Met. 9, 615

Littera celatos arcana fatebitur ignes. Peccata Lucret. 5, 1159. Hor. Carm. 4, 9, 30 Parum ſepultae diſtat inertiae Celata virtus.

CELATVM, i. n. *Vt*, Indagator celati, *inter Amoris elogia* Plaut. Trin. 2, 1, 15. *Et* 1, 2, 127 Celata omnia ille peſſum dedit.

CELATE. Adu. *Tecte.* Ammian. 14, 7 Non celate turbidum ſaeviebat ingenium.

CELATIM. Adu. [ ἀποκεκρυμμένως ] *Occulte.* Siſenna Hiſt. 6 Quam maxime celatim poterat, in inſidiis ſuos diſponit, Ex Gell. 12, 15. *Vid.* Apul. Met. 4 p. 151, 39.

CELATOR, ōris. m. *Qui abſcondit.* Lucan. 10, 286 Qua Deus, vndarum celator, Nile, tuarum, Te mihi noſſe dedit.

CELAMEN, ĭnis. n. *Apud* Apul. Met. 5, . . . *eſſe dicitur. Negat Index.*

CELOX, ōcis. f. [κέλης] Nauigium breue: dictum a Celeritate, *auctore* Nonio 13, 1. *Add.* Fulgent. Serm. Priſc. n. 44. Iſidor. 19, 1. *vbi pro* celonis, *leg.* celocis. Plaut. Capt. 4, 2, 94 Vidi in publica celoce. Liu. 21, 17 Naues ducentae viginti quinqueremes, celoces viginti deductae. *Vid.* CELES. Quo hanc celocem conferam Plaut. Aſin. 2, 1, 10. ¶ 2 *Pro Ancilla gnaua et celeri poſuit* Plaut. Milit. 4, 1, 40 Quae haec celox? ancillula illius eſt, quae hic egreditur foras. ¶ 3 Plaut. Pſeud. 5, 2, 12 Sed dic tamen, vnde onuſtam celocem agere te praedicem? *i. vbi biberis, vt nunc ebrius huc venias.*

CELSINIANVS, a, um. Adi. *Vt*, Porcellus Celſinianus Apic. 8, 7. *ab inuentore.*

CELSVS, a, um. Adi. [ὑψηλὸς] *Altus, ſublimis, excellens: a* Cello *antiquo verbo: vnde compoſitum* Excello. Plin. 13, 24 Firmiores, celſioresque infantes fore. Cic. de Nat. Deor. 2, 140 c. 56 Quae primum eos *(homines)* humo excitatos, celſos et rectos conſtituit. Celſi praetereunt auſtera poëmata Rhamnes Hor. de Arte Poët. 342. *accommodata equiti attributione vocabuli dictum eſt.* Celſus *enim, vt ait* Feſtus, a Graeco κέλης deducitur, *quo vocabulo ſignificatur, vt vidimus, qui ſingulari equo vehitur. Vid.* n. 2 Eques. Celſos *etiam* iudices Marcellinus *dixit* 28, . . Et iudicibus Celſis, itidemque minoribus. Cic. Tuſc. 5, 42 Qui autem poterit eſſe celſus et erectus, et ea, quae homini accidere poſſunt, omnia parua ducens, *etc.* Status celſus et erectus Cic. in Orat. 59. *de geſtu oratoris.* Armis celſior taurus Valer. Argon. 2, 547. *Al.* Armos, Artus. Cunctis celſior Claud. de Bell. Get. 430. Corpore celſus Liu. 30, . . Criſtis celſa auis Plin. 10, 21. Ouid. Epiſt. 10, 126 Cum ſteteris vrbis celſus in arce tuae. Vertice celſior Claud. de Bell. Get. 77. ¶ 2 *Subſtantiua, vt* Agri Celſi Colum. 1, 2, 4. Arx celſa Virg. Aen. 1, 56. Caput, *Altiſſima pars corporis* Sen. Hippol. 656. Sil. 3, 264 Celſumque Caput ſuper agmina tollit. Colles Sen. Agamemn. 96. Collum Ouid. Met. 11, 358. Corpus, *i. magnum* Sil. 3, 273. Eques Stat. Silu. 1, 4, 42. *de ordine equeſtri Romae. Conf. modo dicta ad Horatianum illud*, Celſi praetereunt auſtera poëmata Rhamnes. Os celſum, *dicitur reſpectu totius corporis, quaſi in alto poſitum, vt ipſum nempe* caput. Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 83 Tum talia celſo Ore tonat. Virg. Aen. 2, 527 Stans celſa in puppi. *Haec nempe altiſſima pars nauis.* Regia Ouid. Epiſt. 1, 34. Sedes celſiſſima honoris et dignitatis Cic. pro Sulla 5 c. 2. Sonipes Sen. Hippol. 1002. Silua Valer. Argon. 6, 76. Taurus celſior artus Idem Flacc. 2, 547. *al.* armos. *al.* armis. Turres Hor. Carm. 2, 10, 10. Vertex montis Cic. de Diuin. 1, 13. Vrbs Virgil. Aen. 3, 293. Sen. Agamemn. 717. *de Phoebade, i. vate Caſſandra*, Nunc leuat in auras altior ſolito caput, graditurque celſa, *i. Incedit erecta quantum poteſt, et rigida.* Colum. 3, 8, 2 Celſiſſimo Germano procerior Iudaeus. *Add.* 4, 19, 1.

CELSE. Adu. [ὑψηλῶς] *Vt*, Celſius aſſurgunt Claud. in Eutrop. 1, 387. Conſurgens celſius Ammian. 25, 4. Gradientes celſius Id. 28, 1. *Conf. et* Columel. 4, 19, 2.

CELSĬTAS, ātis. f. [ὕψος] *Magnitudo, altitudo.* Cic. Off. 3, 24 c. 5 Celſitas animi et magnitudo. *Sed Grut. Gronou.* Excelſitas.

CELSITV̄DO, ĭnis. f. *Idem.* Vell. Paterc. 2, 94, 2 Tiber. Claudius Nero, iuuenis genere, forma, celſitudine corporis, optimis ſtudiis, maximoque ingenio inſtructiſſimus. Summa celſitudo Apul. de Mundo p. 73. Superabilis celſitudo Ammian. 15, 10.

CELSITŎNANS, antis. *Dei epitheton* Theodulfus Carm. 2, 447 Hanc tibi, celſitonans aram, Teudulfus adorno.

CELTAE, ārum. [Κελτοὶ] *Galliae populi, de quibus* Caeſ. B. G. 1 princ. *Pro Gallis generatim Poëtae, vt* Sil. 8, 17 Vaniloquum Celtae genus, ac mutabile mentis. *Graeci antiqui latius etiam extendunt, vt Hiſpanos comprehendant.*

CELTIBĒRI, orum. m. pl. [Κελτίβηρες] *Populi Hiſpaniae* ſ. *Iberiae, qui a Celtis originem ducunt. Cum verſus Hexameter hoc nomen reſpuat, Periphraſi vtuntur.* Lucan. 4, 9 Profugique a gente vetuſta Gallorum Celtae miſcentes nomen Iberis. *Et* Sil. 3, 339 Venere et Celtae ſociati nomen Iberis. *Eſt et ſingularis* Celtiber, *vt*, Catull. 37, 17 Nunc Celtiber in Celtiberia terra. *Scazon.* Martial. 12, 18 Celtiberis Haec ſunt nomina craſſiora terris. *Sunt Phaleuci.*

CELTIBERIA, ae. f. [Κελτιβηρία] *Regio Celtiberorum:* Celtiberia cuniculoſa Catullo Epigr. 35, 11 *Quod ad cuniculos metallorum a nonnullis refertur, alii de cuniculis intelligunt, queis abundat tota Hiſpania, qui ſuffodiunt terram, meſſes populantur, radices exedunt ſtirpium. Sed Voſſius legit*, Celtis peroſae. Celtiberiae fili.

CELTIBERĬCVS. Adi. [Κελτιβηρικὸς] *A Celtiberia deductum. vnde* Celtibericum bellum, *et* Celtibericam cladem *dicimus. Vid.* Plin. 33, 3.

CELTĬCA, ae. f. [Κελτικὴ] *Tertia Galliae pars.* Plin. 4, 17 Gallia Comata vno nomine appellata, in tria populorum genera diuiditur, amnibus maxime diſtincta. A Scalde, ad Sequanam, Belgica: ab eo ad Garumnam, Celtica, eademque Lugdunenſis: Inde ad Pyrenaei montis excurſum, Aquitania, Aremorica ante dicta. *Vid. etiam* Caeſ. Bell. Gall. 1, 1.

CELTICVS, a, um. Adi. [Κελτικὸς] *Apud Poëtas pro Gallico in vniuerſum ponitur, vt* Celticus cruor Sil. 5, 144. Furor Celticus Idem 4, 190. Rura Celtica Id. 1, 46.

CELTES, is. m. *Sculptoris Inſtrumentum* Vulg. Iob. 19, 24. Sermones mei Celte ſculpantur in ſilice. *A* celando ſ. caelando, *i. ſculpenda dictus videtur.*

CELTIS. [λωτὸς] *Arbor, quae alio nomine* Lotos *appellatur, vbi vid. ex* Plin. 13, 17.

CELTIVM, vocatur genus eximiae teſtudinis, ſed rarae *apud* Plin. 9, 10. *Sed Harduinus ex MSS.* Chelyon *v. v.*

CELYDRVS, *lege* CHELYDRVS.

C E M *et* C E N

CEMVS, i. f. [ κημὸς ] *Herba apud* Plin. 27, 8 ſ. 35. *Dixerat ſe non deſcribere* Catanancen, cum ſit eius vſus ad amatoria tantum *Addit*, Eadem ex cauſa et Cemos ſilebitur a nobis. *Ex nothis Dioſcoridis idem eſt* λεοντοπόδιον *et* κῆμος.

CENAEVM, i. n. [ Κήναιον ] *Euboeae promontorium, auctore Strabone lib.* 10. *Vbi Hercules a deuicta Oechalia reuerſus, Ioui aram exſtruxit. Hinc* Cenaeus Iuppiter Ouid. Met. 9, 136. de Hercule.

CENARII, orum. m. *Auri et argenti expurgatores eſſe conjici Guther. de Offic. Domus Aug.* 3, 9 *quia apud Heſychium* κάνεον *ſit* κα-θαρὸν *Fundus* Inſcr. Grut. p. 1054, 8 HIC. IACET. NOMIN MATRONA. C. F. IN. PACE. VXOR. CORNELI. PR MICERI. CENARIORVM. FILIA. PORPHORI. PR MICERI. MONETARIORVM.

CENCHRIS, is. m. *Genus ſerpentis venenoſi.* Plin. 20, 22 A verſus ſerpentes efficax, maxime cenchrin et ſcolopendras terreſtr ac marinas. Lucan. 9, 712 Et ſemper recto lapſurus limite cenchri

CENCHRIS, ĭdis. f. *Genus accipitris.* Plin. 29, 6 Turtur fimum albugines extenuat: item cochlearum cinis, fimum cenchridi accipitrum generis hanc Graeci faciunt.

CENCHRĪTES, ae. m. *Gemmae ſpecies*, quae veluti ſparſa mil grana habere videtur, *vid.* Plin. 37, 11.

CENCHRIVS. [ Κέγχριος ] *Ioniae amnis eſt ad Epheſum.* Taci An. 3, 61 Primum omnium Epheſii adiere *(Senatum Rom.)* memora tes, non vt vulgus crederet, Dianam atque Appollinem Delo genito eſſe apud ſe Cenchrium amnem, lucum Ortygiam, vbi Latonam part grauidam, et oleae, quae tum etiam maneat, adniſam, edidiſſe n mina, deorumque monitu ſacratum nemus.

CENCHRON, i. n. *Adamantis genus eſt*, quod ſit milii magn tudine, κέγχρος *enim milium dicitur*, Plin. 37, 4.

CENEVS, *vid.* CAENEVS.

CENINA, ae. f. Vrbs, quae fuit vicina Romae, a Cenite conc tore appellata, Feſtus. Ouid. Faſt. 2, 135 Te Tatius, paruiq Cures, Ceninaque ſenſit. *Vid. etiam* Propert. 4, 11, 9.

CENIS, *vid.* CAENIS.

CENITES, is. m. Viri proprium, qui Ceninam vrbem condidit. Feſt

CENOTAPHIVM, i. n. [κενοτάφιον] *Imaginarium et vacu corpore ſepulcrum: quale* Virgilius *deſcribit* Aen. 3, 301

Sollemnes tum forte dapes et triſtia dona,
Ante vrbem in luco, falſi Simoëntis ad vndam
Libabat cineri Andromache, Maniſque vocabat
Hectoreum ad tumulum, viridi quem caeſpite inanem,
Et geminas, cauſam lacrimis ſacrauerat aras.

*Quo loco* Seruius Tumulum inanem, Cenotaphion *eſſe dicit. Gra* κενὸς *inanis dicitur: et* τάφος *ſepulcrum.* Cenotaphium in Gallia, R mae ampliſſimum ſepulcrum meruit Lamprid. Alex. c. 63. *Co* Vopiſc. in Florian. c. 2 *pr.* Hygin. fab. 273. Fecit in Ilio Prian Cenotaphium Paridi, quem natum iuſſerat interfici *etc.* Sueton Honorarium tumulum *appellat in* Claudio 1 Caeterum exercitus l norarium ei tumulum excitauit: circa quem deinceps ſtato die quot nis miles decurreret, Galliarumque ciuitates publice ſupplicare Florentinus in l. monumentum D. de relig. et ſumpt. fun. Monum tum generaliter res eſt memoriae cauſa in poſterum prodita: in c ſi corpus, vel reliquiae inferantur, fiet ſepulcrum: ſi vero nihil eor inferatur, erit monumentum memoriae cauſa factum: quod Gra cenotaphium appellant. *Add.* Vlp. l. 2. *et* 5 de eod.

CENSEO, ui, ſum, ēre. [οἴομαι, νομίζω, ἀξιόω] *Putare ſignificat, et, quid putemus, verbis demonſtrare.* Feſtus, Cenſere nu ſignificat putare, nunc ſuadere, nunc decernere. Non. 12, Cenſere et arbitrari veteres cognatione quadam ſocia ac ſimi verba eſſe voluerunt. *Deinde laudat* Varronis *locum* de Vita pop Romani. Itaque quod hos arbitros inſtituerunt populi, c ſores appellarunt: idem enim valet cenſere et arbitrari. *Et* 4, Cenſere ſignificat exiſtimare, arbitrari. *Itaque poſſim ponitur, ſententiam priuatim indicant, v. g.* Ter. Andr. 2, 1, 10 Facile omn cum valemus, recta conſilia aegrotis damus. Tu ſi hic *(hac con tione)* ſis, aliter cenſeas. *Et* Adelph. 5, 8, 5 Haud aliter cenſ *Et* Andr. 1, 5, 21 Cenſen' me verbum potuiſſe vllum proloqui? *E* 2, 25 Dari tibi verba cenſes falſo. *Et* Heaut. 3, 3, 9 Animum vertunt grauiter, quae non cenſeas. *Et ironice* Cic. Catil. 4 Veremini, cenſeo, in hoc ſcelere tam immani atque nefario, vt mis aliquid ſeuere ſtatuiſſe videamini. Idem Bruto 314 Cum c ſerem, remiſſione vocis me periculum vitare poſſe, in Aſiam pro ctus ſum. ¶ 2 *Suadendi vim habet.* Ter. Eun. 4, 4, Quid faciendum cenſes? *Et* Phorm. 2, 4, 17 Ego amplius delibera dum cenſeo. Cic. de Or. 2, 368 Sed nunc, quoniam id tempo eſt, ſurgendum cenſeo. *Vid.* Plaut. Rud. 4, 8 *integra.* Cic. Fa 15, 14 Magnopere cenſeo. Hor. Epiſt. 1, 14 *extr.* Quam ſcit vt que, libens cenſebo, exerceat artem. Plaut. Sticho 3, 2, 22 Qu grauare? Cenſeo eas. *Non deponit hic illam putandi notionem: nimirum qui ſuadent, modeſtiae cauſa putandi ſiue opinandi verbis vtun* ¶ 3 *In primis autem Senatorium eſt. Vt totus Senatus dicebat* ſibi deri, placere, *ita ſinguli pariter atque vniuerſi* cenſebant: *id quod emplis probabitur.* Cic. ad Brut. 15 De caeteris rebus quid ſenſeri quidue cenſuerim, audiſſe te arbitror. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 2 Calidius cenſebat vt Pompeius in ſuas prouincias proficiſceretur. Pl Epiſt. 9, 3 Iam cenſendi tempus. Dicit Domitius Appollinaris Co ſul deſignatus. Lucan. 3, 109 Sedere patres cenſere parati, Si gnum, ſi templa petat. Liu. 10, 12 Bellum Samnitibus et cenſue patres; et populus iuſſit. Idem 31, 7 Sulpicius Conſul popul concione aduocata alloquens, quia patres, ait, cenſuere, vos iube *Itaque in fine rationum in Senatu Patres hac ſollemni forma vtebantu* Quas ob res ita cenſeo; De ea re ita cenſeo. *Exempla ſint* Cicero Philipp. 3. 5. 8. 9. 11 - 14 *Hoc exemplum nugaciter imitatur* Parmer Militem ego riualem recipiendum cenſeo Ter. Eun. 5, 9, 42. *vbi co* Donat. Suet. Aug. 94 Senatum exterritum cenſuiſſe, ne quis illo an genitus educaretur. *Et* Aug. 35 Vt perinde quiſque animum inte deret, ac ſi cenſendum magis quam aſſentiendum eſſet, *vid. ibi Caſau* ¶ 4 Cenſere *eſt aeſtimare opes, aetatem, conditionem alicuius, et iis vel locum in ciuitate aſſignare, vel quantum quis reip. conferre debe Conſtituere.* Cic. de Leg. 3, 7 Cenſores populi aeuitates, ſobol familias pecuniaſque Cenſento. Idem Verr. 2, 139 c. 56 Quin quoque anno Sicilia tota cenſetur. Erat cenſa Praetore Peduceo: qui tus annus quum te Praetore incidiſſet, cenſa denuo eſt. *Et* p

Cacci

Caecin. 99 c. 34 Cum is, qui in ſeruitute iuſta fuerit, cenſu liberetur, eum, qui cum liber eſſet cenſeri noluerit, ſibi libertatem abiudicaſſe. Ne abſens cenſeare, curabo edicendum et proponendum locis omnibus Cic. Att. 1, 18 *extr.* Idem Att. 1, 13 Sub luſtrum autem cenſeri, germani negotiatoris eſt. Qui centum et viginti quinque millia aeris ampliusue cenſi erant Gell. 7, 13. ¶ 5 Praedia cenſere *dicitur etiam, qui cenſum profitetur, quod alias* cenſeri *eſt.* Cic. pro Flacco 80 c. 32 In qua tribu denique iſta praedia cenſuiſti? *Sed paullo poſt* Verum eſto, glorioſus fuiſti, voluiſti magnum agri modum cenſeri, et illius agri, qui diuidi plebi Romanae non poteſt. Cenſus es praeterea numeratae pecuniae CXXX HS. Eam opinor tibi numeratam non eſſe abs te. Sed haec omitto. Cenſus es mancipia Amyntae: neque huic vllam in eo feciſti iniuriam: poſſidet enim ea mancipia Amyntas. Ac primo quidem pertimuit, quum te audiſſet ſeruos ſuos eſſe cenſum. Retulit ad ICtos. Conſtabat inter omnes, ſi aliena cenſendo Decianus ſua facere poſſet, eum maximam habiturum eſſe familiam. Liu. 4, 8 Formula cenſendi. Cic. A. 1 in Verr. 54 Quae conuenit vno tempore vndique, comitiorum, iudiciorum cenſendique cauſa, *de frequentia Italiae.* Cic. pro Flacco 80 c. 32 Illud quaero, ſintne iſta praedia cenſui cenſendo? habeant ius ciuile? Sint, nec ne ſint mancipi? Subſignari apud aerarium, apud cenſorem poſſint? Feſtus *hanc formulam ita explicat,* Cenſui cenſendo agri proprie appellantur, qui etiam et venire iure ciuili poſſunt. *Nempe* Cenſui cenſendo *apta ſunt praedia, quorum* cenſus cenſeri, *pretium aeſtimari ordinis ac tributi cauſa poteſt.* Vlpian. l. Aetatem D. de Cenſibus Aetatem in Cenſendo ſignificare neceſſe eſt. L. 1 C. In quibus cauſis pignus vel hypoth. Vniuerſa bona eorum, qui cenſentur, vice pignorum tributis obligata ſunt. *Et l.* 3 C. Theod. de Cenſitoribus, Vt ſcilicet omne territorium cenſeatur *etc.* Cenſeri, *Aeſtimationem, auctoritatemque aſſequi, in pretio haberi.* Cic. pro Archia 13 c. 6 Atque hoc ideo mihi concedendum eſt magis, quod ex his ſtudiis haec quoque cenſetur oratio et facultas, *etc. i. Pretium et aeſtimationem meretur, et in primis laudatur. A Graecis* δοκεῖν *dicitur. Sic Budaeus: et legitur in emendatis codicibus. Al.* Creſcit oratio. Ariſtides, quo totius Graeciae iuſtitia Cenſetur Val. Max. 5, 3 *extr.* 3. Ampliſſimae et ſpecioſiſſimae diuitiae ſunt, feliciter erogatis beneficiis late poſſe cenſeri Id. ib. c. 2 *extr.* Vel quae centenis cenſentur gramina nodis Q. Seren. c. 2, 3. Annule, formoſae digitum vincture puellae, In quo cenſendum nil, niſi dantis amor Ouid. Am. 2, 15, 2. Cic. in Paradoxo vltimo, Si cenſenda nobis atque aeſtimanda res, vtrum pluris aeſtimabimus, pecuniam Pyrrhi, *etc.* Claudian. Epigr. de Serena 67 Nec laude virorum Cenſeri contenta fuit. Iſte ſummus helluo ſtudio bibendi ſole cenſetur Apul. Apol. p. 311. Campania cenſetur monte Gaurano Pacat. Paneg. Theodoſii c. 4. Ipſi quoque non aliis magis orationibus cenſentur A. Dial. de cauſſ. corr. eloqu. c. 39 *extr.* Id in quoque optimum eſt, cui naſcitur, quo cenſetur Sen. ep. 76. Quisquis paullo vetuſtior miles, hic te commilitone cenſetur Plin. Pan. c. 15. ¶ 6 Cenſere, Succenſere *teſte* Non. 4, 88. Varro, Ne vobis cenſeam, ſi ad me referetis.

CENSVS, a, um. *et* CENSITVS, *vid. poſt* CENSVRA.

CENSIO, onis. f. [τίμησις] *Aeſtimatio.* Plaut. Rud. 4, 8, 9 *reſponderat aliquoties Trachalio,* Cenſeo. *Pleuſidippus indignabundus,* At ſume quidem, *inquit, i. ſummam fac,* ne cenſionem ſemper facias. *Sed* Aulul. 2, 1, 15 Qui ea curabit, abſtinebit cenſione bubula, *i. effugiet animaduerſionem flagrorum e loro bubulo. Reſpicit ad eam notionem, quam Feſti verbis ponemus,* Cenſio aeſtimatio vnde Cenſores. Cenſio haſtaria dicebatur, cum militi multae nomine ob delictum militare indicebatur, quod haſtas daret. Cenſionem facere dicebatur cenſor, cum multam equiti irrogabat. *Non ſatis forte haec ſana ſunt: illud tamen docent,* Cenſionem *eſſe quaſi quandam litis aeſtimationem, ſiue multam. Verum* Varro de L. L. 4, 14 *p.* 22, 15 Cenſor, ad cuius cenſionem, id eſt arbitrium, cenſeretur populus. Symmach. Epiſt. 1, 3 In graui dono habeo, hanc apud vos eſſe de noſtris epiſtolis cenſionem, *i. iudicium.*

CENSITIO, ōnis. *Idem quod Cenſus.* Spartian. in Peſcen. Nig. 7 Terras leuare cenſitione. *Sic* Veſpaſiani cenſitione et iuſſu Frontin. de Coloniis in Calabr. p. 146. *Eſt* non minus quam

CENSĪTOR, oris. m. [τιμητής, ἀπογραφεύς Vet. Gloſſ.] *Cenſor, ab antiquo verbo* Cenſio *quarti ordinis.* Vlpian. in l. forma. §. illam aequitatem. D. de cenſib. Illam aequitatem debet admittere Cenſitor, ut officio eius congruat, *etc.* Cenſitorum vice fungi Pomponius l. ergo. §. alluuio. D. de acq. rer. dom. *Sed vſus obtinuit, vt ii ſoli Cenſores dicerentur, qui Romae cenſum agerent, et ii* Cenſitores, *qui in Prouinciis hoc munere fungerentur.* Inſcript. Vet. apud Fabret. p. 29 GN. MVNATIVS. M. F. PAL. AVRELIVS. BASSVS. ASTVRVM. CENSITOR. CIVIVM. ROMANORVM. COLONIAE. VICTRICENSIS. Et Vlpian. l. 4 §. 1 ff. de Cenſibus: Si agri portio chaſmate perierit, debebit per Cenſitorem reuelari, *etc.* Caſſiod. Var. 9, 11 Ad — ſpectabiles viros Siciliae prouinciae Cenſitores, praecepta noſtra direximus, vt quidquid poſſeſſoribus tributariae functionis per eos nuper videtur adiectum, de quarta indictione non exigant. *Eſt etiam* Codice Theod. 13, 11. titulus de Cenſitoribus, Peraequatoribus et Inſpectoribus; *ſed nihil praeter rubricam. Interim Iac. Gothofredus in Paratitlo, quidquid de iis ſcitur, annotauit, et hoc oſtendit,* Cenſitorem *fuiſſe, qui primus cenſus modum definiebat, poſt quem, et ad eum emendandum,* Peraequatores *et* Inſpectores *mittebantur.* Gloſſ. Iſidor. Cenſitores, Agrimenſores. *Nempe conſtituendi cenſus cauſa agros metiebantur. Eſt etiam mentio* Cenſitorum l. vlt. C. Theod. de Cenſu, et l. 2, 3 de praediis Senatorum. *Reliqua Gothofredus ex Graecis. Addimus modo* Pompon. l. 30 ff. §. Alluuio de Acquir. rer. dominio, Flumina Cenſitorum vice fungi, vt ex priuato in publicum addicant, et ex publico in priuatum.

CENSOR, ōris. m. [τιμητής, τιμητίας] *Qui cenſet, vix aliter dicitur, quam de magiſtratu Romano, cuius vim ipſorum veterum verbis ſcripſiſſe contenti, reliqua ab antiquitatum ſcriptoribus repetenda praetermittemus. Igitur* Varro de Lingua Latina 4, 14 p. 22, 14 Cenſor, ad cuius cenſionem, id eſt arbitrium cenſeretur populus. Aſconius *in* Diuinationem Cicer. 8 c. 3 Regendis moribus ciuitatis Cenſores quinto quoque anno creari ſolebant. Hi prorſus ciues ſic notabant, vt qui Senator eſſet, eiiceretur Senatu: qui eques Romanus, equum publicum perderet: qui plebeius, in Caeritum tabulas referretur, et aerarius fieret, ac per hoc non eſſet in albo centuriae ſuae, ſed ad hoc eſſet ciuis tantum, vt pro capite ſuo tributi nomine aera penderet. Eidem completo quinquennio vrbem luſtrabant, et Solitaurilia (Suouetaurilia) ſacrificia de ſue, oue, tauro faciebant. Eorum notam ſucceſſores plerumque ſoluebant. *Hactenus* Aſconius. *Sed diſertius ipſe* Cic. de Legib. 3, 7 c. 3 Cenſores, populi aeuitates, ſoboles, familias, pecuniasque cenſento: vrbis templa, vias, aquas, aerarium, vectigalia, tuento: populique partes in tribus diſtribuunto: exin pecunias, aeuitates, ordines, partiunto. Equitum peditumque prolem deſcribunto: caelibes eſſe prohibento: mores populi regunto: probrum in Senatu ne relinquunto: bini ſunto: magiſtratum quinquennium habento: reliqui magiſtratus annui ſunto: eaque poteſtas ſemper eſto. *Haec lex non ſimpliciter ingenio Ciceronis debetur, ſed ex reip. Rom. rationibus ſumta eſt. Quae adiici optarit eorum muneri, ipſum audiamus* l. c. 46 c. 20 Legum cuſtodiam nullam habemus. Itaque hae leges ſunt, quas apparitores noſtri volunt: a librariis petimus, publicis literis conſignatam memoriam publicam nullam habemus. *Originem magiſtratus exponit* Liu. 4, 8 M. Geganio Macerino iterum T. Quintio Capitolino quintum COSS. Idem hic annus cenſurae initium fuit, rei paruae origine ortae: quae deinde tanto incremento aucta eſt, vt morum diſciplinaeque Rom. penes eam regimen, ſenatus, equitumque centuriae, decoris dedecorisque diſcrimen ſub ditione eius magiſtratus, publicorum ius priuatorumque locorum, et vectigalia populi Rom. ſub nutu atque arbitrio eſſent. Ortum autem initium rei eſt *etc. Ponamus adhuc luculentum ſpecimen, vnde qui* Cenſores *fuerint appareat ex* Liu. 24, 18 Cenſores vacui ab operum locandorum cura propter inopiam aerarii, ad mores hominum regendos animum aduerterunt, caſtigandaque vitia — Primum eos citauerunt, qui poſt Cannenſem pugnam remp. deſeruiſſe Italiaque exceſſiſſe velle dicebantur — pronunciarunt verba orationemque eos aduerſus remp. habuiſſe, quo coniuratio deſerendae Italiae cauſa fieret. Secundum eos citati nimis callidi exſoluendi iuris iurandi interpretes, qui captiuorum ex itinere regreſſi clam in caſtra Annibalis, ſolutum quod iurauerant redituros, rebantur. His, ſuperioribusque illis equi ademti, qui publicum equum habebant, tribuque moti, aerarii omnes facti. Neque ſenatu modo, aut equeſtri ordine regendo cura ſe Cenſorum tenuit. Nomina omnium ex iuniorum tabulis excerpſerunt, qui quadriennio non militaſſent, quibus neque vacatio iuſta militiae, neque morbus cauſa fuiſſet. Et ea ſupra duo millia nominum in aerarios relata, tribuque omnes moti. Additumque inerti cenſoriae notae triſte Senatus conſultum, vt ii omnes, quos cenſores notaſſent, pedibus mererent, mitterenturque *etc. Sequuntur enim quaedam de* locationibus aedium ſacrarum tuendarum. *Quod inertem notam cenſoriam dicit, illud illuſtratur a* Cic. pro Cluent. 129 c. 42 *ſq. qui claſſicus locus eſt, ſed longior, quam qui huc referri poſſit. Pauca dabimus:* Nunquam animaduerſionibus cenſoriis haec ciuitas ita contenta, vt rebus iudicatis fuit — C. Getam, cum a L. Metello et Cn. Domitio Cenſoribus ex Senatu eiectus eſſet, Cenſorem ipſum poſtea eſſe factum; et cuius mores a Cenſoribus erant reprehenſi, hunc poſtea et Populi Rom. et eorum, qui in ipſum animaduerterant, moribus praefuiſſe. *Sed videndus totus locus eſt. Notabilis in primis etiam eſt hiſtoria cenſurae M. Liuii et C. Claudii apud* Liu. 29, 37 Cenſores — Senatum recitauerunt. Princeps iterum lectus Q. Fabius Maximus. Notati ſeptem, nemo tamen, qui ſella curuli ſediſſet. Sarta tecta acriter et cum ſumma fide exegerunt. Viam e foro boario — faciendam locauerunt. Vectigal etiam nouum ex ſalaria annona ſtatuerunt. — Luſtrum conditum ſerius, quia per prouincias dimiſerunt cenſores, vt ciuium Rom. in exercitibus, quantus vbique eſſet referretur numerus. — Duodecim deinde coloniarum, quod nunquam antea factum erat, deferentibus ipſarum coloniarum cenſoribus, cenſum acceperunt. — Equitum deinde cenſus agi coeptus eſt: et ambo forte cenſores equum publicum habebant. — Quum ad tribum Polliam ventum eſt — et praeco cunctaretur citare ipſum Cenſorem, Cita, inquit Nero, M. Liuium. Et — Liuium — equum vendere iuſſit. Ita M. Liuius — vendere equum C. Claudium iuſſit — Exitu cenſurae quum in leges iuraſſet C. Claudius, et in aerarium eſcendiſſet, inter nomina eorum, quos aerarios relinquebat, dedit collegae nomen. Deinde M. Liuius in aerarium venit, et praeter Maeciam tribum — populum Rom. omnem, quatuor et triginta tribus, aerarios reliquit. *Omiſimus breuitatis cauſa quaedam, ſtudioſorum cognitione ipſa quoque digna.* Graeci hoc diligentius, apud quos νομοφύλακες creantur: nec hi ſolum literas (nam id quidem etiam apud maiores noſtros erat) ſed etiam facta hominum obſeruabant, ad legesque reuocabant. Haec detur cura Cenſoribus: quandoquidem eos in Repub. ſemper volumus eſſe. Apud eosdem, qui magiſtratu abierint, edant et exponant, quid in magiſtratu geſſerint: deque iis Cenſores praeiudicent. *etc. Alter locus velut claſſicus de Cenſoribus eſt* Val. Max. 29 *quod totum caput eſt* de Cenſoria ſeueritate. Gell. 4, 12 Si quis agrum ſuum paſſus fuerat ſordeſcere, eumque indiligenter curabat — cenſoresque aerarium faciebant. Item ſi quis eques Rom. equum habere gracilentum ac parum nitidum viſus erat, impolitiae notabatur. Idem 4, 8 Ruffinum poſtea bis conſulatu et dictatura functum cenſor Fabricius ſenatu mouit ob luxuriae notam; quod decem pondo libras argenti facti haberet. *Sed hiſtoriam et antiquitates* Cenſorum *non promittimus, quam vehementer illuſtrauit poſt alios Ez. Spanhemius Diſſ.* 10 p. 99 *ſqq. vbi agit de Cenſorum dignitate in numis, et hoc quoque oſtendit, in Coloniis quoque et municipiis fuiſſe* Cenſores *ex* Cic. pro Cluent. c. 4. Liu. 29, 15. et 37. Cic. in Verr. 2 c. 53. *qui locus claſſicus eſt. In Coloniis tamen fere* Duumuiri Quinquennales *dicti.* Cenſor caſtigatorque minorum *ſenex per metaph.* Hor. in Arte Poët. 173. Magiſter morum, diſciplinae, et ſeueritatis Cenſor Cic. pro Cluent. 129. Magiſter morum Idem Fam. 3, 1. Praefectus moribus Id. pro Cluentio 129. Iuuen. Sat. 11, 92 Rigidique ſeueros Cenſoris mores etiam collega timeret. *Nempe etiam Collega notauit aliquando collegam, vt vidimus ex* Liu. 29, 37. Quinctil. 4 pr. 3 Quis enim mihi mores excolendi ſit modus, vt eos non immerito probauerit ſanctiſſimus Cenſor: *ita vocat Domitianum quem* PERPETVVM CENSOREM *numi celebrant.* Tetricus et aſper Martial. 12, 71. Cenſoribus vectigalia locare niſi in conſpectu Populi Romani non licet Cic. de Lege Agrar. 1, 7. Hor. Epiſt. 2, 2, 110 At, qui legitimum cupiet feciſſe poëma, Cum tabulis animum cenſoris ſumet honeſti.

CENSORIVS, a, um. [τιμητικός] *Quod ad Cenſorem pertinet.* Cic. pro Cluentio 129 c. 42 Maiores autem noſtri nunquam neque iudicium nominauerunt, neque perinde, vt rem iudicatam obſeruauerunt animaduerſionem atque auctoritatem cenſoriam. Auctoritates cenſoriae Idem pro Cluent. 124 c. 44. Caſtigatio cenſoria Plin. 18, 6. IN DIE CENSORIO Inſcript. Grut. p. 1052 n. 8. *i. vltimi iudicii die.* Cic. pro Caelio 35 Sed quid ego Iudices, ita grauem perſonam induxi, vt et verear, ne ſe idem Appius repente conuertat,

vertat, et Caelium incipiat accuſare illa ſua grauitate Cenſoria? Homo cenſorius, *qui cenſuram geſſit.* Cic. de Orat. 2, 368 c. 89 Quid enim poterit dicere? Conſularem ſe eſſe hominem et Cenſorium? Iudicium Rationemque cenſoriam tenere Cic. in Piſon. 10. Cenſorium iudicium ac notio, et illud morum ſeueriſſimum magiſterium Idem de Prou. Conſ. 46 c. 19. Notatio Cic. pro Cluent. 128. Nota cenſoria Quinctil. 5, 13, 32. Lex Cic. Q. Fratr. 1, 1. Varro R. R. 2, 1, 16 Cenſoria committit, ſi quis inſcriptum pecus pauerit. Cic. pro Cluent. 124 c. 44 Quid eſt, quod te iſta cenſoria, ſiue voluntas fuit, ſiue Opinio, adiuuare, aut hunc innocentem opprimere poſſe videatur. Columel. 12 pr. 10 Cenſorium opus ſuſcipere. Ratio Cic. pro Cluent. 118. Seueritas Idem pro Cluent. 129 c. 46. *Et* Vetus illa magiſtra pudoris et modeſtiae, ſeueritas cenſoria Idem in Piſon. 9 c. 4. Cic. pro Cluent. 123 c. 44 Ne cenſorium Stilum, cuius mucronem multis remediis maiores noſtri retuderunt, aeque poſthac atque dictatorium illum gladium pertimeſcamus. Quinctil. 5, 13, 33 Cenſoria ſubſcriptione exheredauit filium, *i. quaſi cenſorem agens. Locus eſt ex* Cic. pro Cluent. c. 48 *quem in* CENSOR *totum legendum commendamus.* Tabulae Cenſoriae Idem pro Cluent. 41 c. 14 *de Larino municipio.* Quinctil. 1, 4, 2 Veteres grammatici non verſus modo cenſoria quadam virgula notare, *etc.* Cic. pro Cluent. 129 c. 46 Sortiri ad poenam, atque hominum delictum fortunae iudicio committere, minime cenſorium eſt.

CENSVRA, ae. f. [τιμητία] *Cenſoris officium, vel etiam opus, i. animaduerſio, reprehenſio.* Plin. 14, 4 Catonum ille primus, triumpho et cenſura ſuper caetera inſignis. Liu. 4, 24 Dictator Cenſuram minuere parat. — Alios magiſtratus annuos eſſe: quinquennalem cenſuram: — Se legem laturum, ne plus quam annua ac ſemeſtris cenſura eſſet. *Add.* 9, 33. Aſpera cenſura Fuluii Flacci et Poſthumii Albini fuit Paterculus lib. 1, 10, 5. Ouid. Faſt. 6, 647 Sic Agitur cenſura, et ſic exempla parantur. Quinctil. 12, 9, 9 *ex Appio* Cenſuram male dicendi ſubire, *i. contendere ſub iudicibus, vter vehementius maledicere poſſit.* Propert. 4, 11, 41 Me neque cenſurae Legem molliſſe, *i. cenſuram minus ſeuere, et remiſſius, quam oportebat, geſſiſſe.* Cenſuram Vini facere Plin. 14, 6. Cenſura viuorum difficilis eſt Vell. 2, 36, 3. *i. iudicium de ſuperſtitibus.* Plin. Panegyr. 45 Nam vita principis, cenſura eſt, eaque perpetua: ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur. Iuuen. 10, 31 Facilis cuiuis rigidi cenſura cachinni, *i. ridendo exercere cenſuram cum Democrito, facile eſt.* Cenſuram parentis ferre non poſſe Treb. Pollio in Gallien. c. 3. Vexat cenſura columbas Iuuen. Sat. 2, 63. ¶ 2 Cenſura *a poſterioris aeui Latinis ſcriptoribus, pro Seueritate et adductiore diſciplina dicebatur.* Capitol. M. Antonino Phil. 22 Res etiam in Sequanis turbatas cenſura et auctoritate repreſſit. Et Spart. Nigro 7 Hic erga milites tanta fuit cenſura, vt, cum apud Aegyptum ab eo limitanei milites vinum peterent, reſponderet: Nilum habetis, et vinum quaeritis? *Opponitur etiam Clementiae.* M. Antonius Orat. ad ſenatum apud Vulcatium in Caſſio 12 Vos oro atque obſecro, Patres conſcripti, vt cenſura veſtra depoſita, meam pietatem clementiamque ſeruetis, immo veſtram. Mores ad cenſuram crudelitatemque propenſiores Idem ibid. c. 13. Meminerit autem, probatiſſimo viro Plinio in Poëmatis laſciuiam, in moribus conſtitiſſe cenſuram Auſon. Epiſt. Centoni *ſubiuncta* p. 516.

CENSVS, a, um. Particip. [τιμώμενος] *Vt,* Cenſa ciuium capita centum quatuor et viginti millia Liu. 3, 3. Millia capitum cenſa ducenta ſexaginta duo Idem 10, 47. ¶ 2 Cenſus *videtur aliquando Romae dictus eſſe, qui in prima claſſe ditiſſimorum cenſus eſſet. Hoc veri ſubeſſe videtur verbis* Aſconii ad Cic. Verr. 1, 104 c. 41 More veterum cenſi dicebantur, qui centum millia profeſſione detuliſſent. *Intelligenda nimirum non* centum millia HS, *vt volunt quidam viri eruditi, ſed* centum millia aeris grauis, *qui primae claſſis Servii tempore cenſus fuit. vid.* Liu. 1, 43. *Copioſe et erudite hac de re diſputat Perizon. de L. Voconia* p. 166 ſqq. *et oſtendit etiam, ſi detur* Aſconio, *fuiſſe aliquando eam nomini* cenſus *ſignificationem, eam tamen ad* l. c. *Ciceronis non conuenire, ſed non* cenſum *ibi eſſe* incenſum, *qui cenſum non profeſſus eſſet illo luſtro.*

CENSITVS, a, um. *pro* Cenſus *dicitur,* in Monumento Ancyrano, quod Imp. Auguſti Octau. res geſtas continet: QVO LVSTRO CIVIVM ROMANORVM CENSITA SVNT CAPITA QVADRAGIES CENTVM MILLIA ET SEXAGINTA TRIA. *Vid.* etiam lib. 11 Cod. tit. 47. *Hinc etiam* Cenſitus *et* Cenſitio.

CENSVS, ûs. m. [τίμημα, ἐσία, ἐπιγραφὴ) *Dicebatur Aeſtimatio rerum ac bonorum, ſecundum, quam tributa pendebantur.* ἀπογραφὴ ἐσίας, ἀποτίμησις, Vet. Gloſſ. Liu. 1, 42 Cenſum inſtituit, *(Seruius Tullius)* rem ſaluberrimam tanto futuro imperio, ex quo belli pacisque munia non viritim, vt ante, ſed pro habitu pecuniarum fierent. Tum claſſes centuriasque, et hunc ordinem ex cenſu deſcripſit — Ex iis, qui centum millium aeris, aut maiorem cenſum haberent, *etc. Haec duo igitur vti re ipſa coniuncta ſunt, aeſtimatio illa et profeſſio publica bonorum, et bona ipſa; quod enim quis profitetur apud cenſorem, illud habere cenſetur: ita etiam verbo coniunguntur; videndumque adeo ex ſerie orationis, vtrum ad profeſſionem aeſtimationemque, an ad ipſum illud, quod aeſtimatur, vel praecipue, vel ſolum, an denique ad vtrumque reſpiciatur. Primo ea videamus, vbi ad ciuilem illam profeſſionem aeſtimationemque reſpicitur.* Cenſui cenſendo agri, *qui eſſent, dictum in* CENSEO n. 4. Varro R. R. 3, 2, 4 *de villa publica,* vbi cohortes ad delectum conſuli adductae conſidant, vbi arma oſtendant, vbi Cenſores Cenſu admittant populum. *Vrſino videbatur legendum* Cenſum. *Sed Gronou. de Pec. Vet.* 4, 1 p. 264 *retineri vult* Cenſu, *poni enim cum notatione temporis, vt* Ludis, Comitiis, Gladiatoribus. *Poſſit etiam* Cenſu *eſſe Datiuus antiquus, pro* Cenſui. Cenſus et monumenta publica potiora teſtibus eſſe Senatus cenſuit l. 10 D. de probat. et praeſumt. *i. tabulae cenſoriae.* Vlpian. in l. vitia. D. de cenſib. Vitia priorum cenſuum editis nouis profeſſionibus euaneſcunt. Cic. ad Brut. 18 *extr.* Obdureſcunt enim magis quotidie boni viri ad vocem tributi, quod ex centeſima collatum, impudenti cenſu locupletum in duarum legionum praemiis omne conſumitur. *Nempe conuenerat, vt centeſimam bonorum partem quisque conferret: diuites impudenter mentiuntur, et hic videri volunt pauperes.* Tacit. Ann. 1, 31 Germanicus Agendo Galliarum cenſui intentus. Cic. Verr. 2, 131 c. 53 In cenſu habendo poteſtas omnis aeſtimationis habendae, ſummaeque faciundae Cenſori permittitur. Idem Att. 4, 9 *pr.* Sane velim ſcire, num cenſum impendant Tribuni diebus vitiandis, Cenſum impendere *ſignificare poſſet diuitias ſuas, certe rem familiarem inſumere. Sed fluctuat lectio. Quidam* Impediant. Irrepere in cenſum Cic. pro Balb. 5 *arte quadam efficere, vt inter ciues cenſeare.* Cic. pro Caecin. 99 Liberantur cenſu *(i. per id ipſum, quod voluntate domini cenſentur)* qui in ſeruitute iuſta fuerunt. Vlpian. tit. 1, 8 Cenſu Manumittebantur ſerui olim, qui luſtrali cenſu Romae iuſſu dominorum inter ciues Romanos cenſum profitebantur. Luſtralem cenſum *vocat. Nempe de aliis quoque prouinciis verum eſt, quod ait* Cic. Verr. 2, 139 c. 56 Quinto quoque anno Sicilia tota cenſetur. Idem Verr. 2, 63 c. 26 Cenſus, qui iſto Praetore ſunt habiti, non ſeruaturum ſe Metellus oſtenderat. Dedicare in cenſum praedia *eſt deferre, profiteri* Gell. 7, 12 *ex oratione* P. Africani. Sed tu in vno ſcorto maiorem pecuniam abſumſiſti, quam quanti omne inſtrumentum fundi Sabini in cenſum dedicaſti. Cic. pro Flacc. 79 c. 32 At haec praedia etiam in cenſu (cenſum *legi volunt* Lipſ. Varr. Lect. 3, 1. *et* Cuiac. 27, 34) dedicauiſti. *Hinc Gronou. ad* Gell. l. c. *apud* Varron. de L. L. 4, 3 p. 38, 27 *legi vult,* Omnes in cenſu villas dedicamus aedes, *pro vulgato,* inde dicimus aedes. *Et de Pec. Vet.* 4, 1 p. 260 Vlpianum *emendat* l. 64 D. de acquir. rer. domin. Quae quisque aliena in cenſum dedicat *(vulg.* deducit) nihilo magis eius fiunt. Deferre in cenſum *idem ſignificat,* Sen. de Benef. 1, 3 Nec illis fraudi eſt, ſi aliud quid in cenſum detulerunt. *Et* Epiſt. 95 Haec omnia aeſtimatorem deſiderant, quanti quidque in cenſum deferendum ſit. Quinctil. decl 278 Iam illa profecto citra interrogationem ſunt: cuius tulerit nomen in cuius cenſum delatus ſit, *de filio putaticii et veri patris. Add.* Vlp l. 4 §. 5, 6, 7 ff. de cenſibus. *Sed* Referre in cenſum *Cenſoris eſt et eius apparitorum, v. g.* Liu. 39, 44 Cato ornamenta et veſtem — in cenſum referre viatores iuſſit. Flor. 1, 6 Ab hoc *(Seruio Tullio)* Populus Romanus Relatus in cenſum. *De eadem re* Tacit. Ann. 13, 5 Et ne cenſibus negotiatorum naues adſcriberentur, tributumque pr illis penderent, conſtitutum. Vlpian. l. 4 ff. de cenſib. Forma cenſuali cauetur, vt agri ſic in cenſum referantur: Nomen fundi cuiusque, *etc. Ad hoc genus formulas reſpexit Theophilus, cum* Cenſ *illi eſt* Inſtituto 1, 5 Σανὶς, ἤτοι χάρτης ἔνθα Ῥωμαῖοι ἀπεγράφοντο τ οἰκείας περιεσίας, *etc.* De Cenſu ſiue Adſcriptione eſt Titulus 13, 1 C. Theod. *vbi vid. Paratitlon et Comment. Iac. Gothofredi.* ¶ Cenſus *eſt, quidquid fortunarum quis habet.* Totis paene cenſib aliquid redimere Columel. 12 praef. 9. *i. patrimoniis.* Iuuen. Sa 3, 140 Protinus ad cenſum, de moribus vltima fiet Quaeſtio. Ci de Legib. 2, 68 A quo iterum funerum ſumtus praefinitur ex cenſib *etc.* Vlpian. in l. cogi. D. ad Trebell. Si patrimonium fuerit r gatus, et ſi facultates, et ſi quidquid habeo, et ſi cenſum meum, fortunas meas, et ſi ſubſtantiam meam, et ſi peculium meum teſtat dixerit, *etc.* Cic. in Parad. 6 Non aeſtimatione cenſus, veru victu atque cultu terminatur pecuniae modus. Breuis, *i. Ten res familiaris* Horat. Carm. 2, 15, 13. Sueton. Caeſ. 33 Exiſtimat etiam equeſtres cenſus pollicitus ſingulis. *Conf.* Plin. 33, 1 *et* 2. *primis* Plin. iun. Ep. 1, 19 Eſſe tibi centum millium cenſum, ſatis dicat, quod apud nos decurio es. Igitur, vt te non decurione ſolu verum etiam equite Roman. perfruamur, Affero tibi ad implen equeſtres facultates CCC millia numûm. *Ergo* cenſus equeſtris *tempore CCCC millia numûm, i.* 10000 *vnciales.* Exiguus Hor Epiſt. 1, 1, 43. Exſuperans cuncta pátrimonia Iuuen. 10, 13. Sa cupido cenſus Indomiti Idem 14, 176. Intactus Lucan. 3, 1 Magnus Iuuen. 14, 227. Maximus Sueton. Tib. c. 49. Priua Horat. Carm. 2, 15, 13. Senatorius cenſus Sueton. Veſp. 17. *i.* *trimonium ſenatoris. Vid. ibi Torrent. et ad Aug.* 41. Homo Te cenſu Horat. Epiſt. 1, 7, 56. Diues antiquo cenſu Idem Serm. 2, 168. Cic. pro Flacc. 52 Nunc vero quid putem, Trallianos Ma andrio cauſam commiſiſſe, homini egenti, ſordido, ſine honore, ſin exiſtimatione, ſine cenſu? Ouid. Met. 9, 670 Nec cenſus in ill Nobilitate ſua maior. *i. Tam nobilis, quam diues.* Cultus ma cenſu Horat. Serm. 2, 3, 323. Ouid. Amor. 1, 10, 41 Turpe th reditu cenſus Augere paternos. Omni cenſu maiorum Carere Iuu Sat. 1, 60. Cic. Verr. 2, 63 Siculi ex cenſu quotannis tributa C ferunt. Ouid. Amor. 3, 8, 56 Ianua pauperibus clauſa eſt, Dat c ſus honores. Demittere cenſum in viſcera, *eſt Abligurire bona* Ou Met. 8, 846. Lucan. 3, 157 Tunc conditus imo Eruitur templo m tis non tactus ab annis Romani cenſus populi, *de Aerario a Caeſare fracto.* Martial. 12, 6 Largiri, praeſtare, breues extendere c ſus, *etc.* Partus per vulnera Ouid. Amor. 3, 8, 9. *i. Diuitiae b partae.*

CENSVM, i. n. *Idem, quod* Cenſus. Cic. *apud* Nonium 3, Quorum luxuries fortunata cenſa peperit.

CENSVĀLIS, e. Adi. [τιμητικὸς] *Idem, quod Cenſorius.* Vlpi in l. 4 forma. D. de cenſib. Forma cenſuali cauetur, vt agri ſic cenſum referantur. Functiones cenſuales l. 12 C. Theod. de Indi gent. debit. Miniſterium cenſuale l. 4 C. Theod. de Tabulari Libri cenſuales l. 4 Cod. de Agricol. cenſitis. Profeſſiones l. 3 Theod. de priu. eor. qui in ſacro palat. Vlpianus in l. forma. §. quis inquilinum. D. de cenſibus, Si quis inquilinum, vel colonu non fuerit profeſſus, Vinculis cenſualibus tenetur. Volumina c ſualia l. 3 C. Theod. de priuileg. eor. qui in ſacro palat. *etc.* ¶ Cenſuales *etiam ſubſt. dicebantur, Scribae publici, qui cenſuales tabu conficiebant.* Capitol. in Gordianis 12 Senatusconſultum ita, vt n ſcribae, non ſerui publici, non cenſuales illis actibus intereſſent, natores exciperent, Senatores omnium officia cenſualium ſcribaru que complerent. De Tabulariis, Lagographis et Cenſualibus *eſt* tit libri 8 Cod. Theod. *Conf. Conrig. de Stud. lib. Vrbis Rom. et pag.* 30 *ſqq.*

CENSVARIVS, a, um. *Idem. Vt,* Liberalitates cenſuari Spartian. in Adrian. 10. *i. quibus vel cenſus exigendus remittitur, eius minuitur modus. Sic nempe in MS. Puteani. Sed variat lect Editur,* Omnes cauſariis liberalitatibus ſubleuauit. *Salmaſius pro bili coniectura,* omnes cauſarios, *etc. i. morbo laborantes.*

CENTAVRIA, ae. f. *ſiue* CENTAVRION, *ſ.* CENTARIVM, i. n. [κενταύριον, κενταύρεια] *Genus herbae.* Plin. 25 ſ. 30 Centaurio dicitur curatus Chiron, *(Centaurus, Achillis pr ceptor)* quum Herculis excepti hoſpitio pertractanti arma, ſagitta cidiſſet in pedem: quare aliqui Chironion vocant. Folia ſunt lata oblonga, ſerrato ambitu, denſa ab radice, caules ternum cubitoru geniculati, in his capita ceu papauerum. Radix vaſta, rubeſcens, nera, fragilisque, ad bina cubita, madida ſucco, amara cum q dam dulcedine. — ſ. 31 Eſt et alterum Centaurion, cognom Lepton, minutis foliis, quod aliqui libadion vocant, quoniam ſec dum fontes naſcitur, origano ſimile, anguſtioribus et longioribus liis, anguloſo caule paullulum alto, fruticante, flore lychnidis,

ìice tenui et ſuperuacua *(inutili)* ſucco efficax, *etc.* ſ. 32 Tertia ſt Centauris, *vid. mox h. v.* *Add.* ib. c. 8 *et* 26, 14 *et* 15. Cenaurii ſuccus Scribon. 227. Flos Ibid. Feſtus, Centaurion melicamentum a Chirone centauro inuentum. Marc. Empir. 31 Cenaurei ſucci — Haec herba Latine fel terrae dicitur. Centaurea, *er ſecundam vocalem* E, *in penultima amant Poëtae.* Virgil. Georg. ;, 270 Cercropiumque thymum, et graue olentia centaurea. Lucr. ;, 123 Abrotanique graues, et triſtia centaurea. Lucan. 9, 918 Peuedanumque potens, et Theſſala centaurea. *Sed* Lucret. 2, 402 At ontra terra abſinthI natura, ferique CentaurI foedo pertorquent ra ſapore.

CENTAVRIS, is. f. Plinio 25, 6 ſ. 32 Tertia eſt Centaurii ſpeies, cognomento Triorchis, eo, quod qui eam ſecat, a Triorche ccipitrum genere *dicatur* impugnari.

CENTAVRI, orum. m. pl. *Qui et* Hippocentauri [Κένταυροι] *Theſſaliae populi.* Plin. 7, 56 Pugnare ex equo inueniſſe dicunt Theſalos, qui Centauri appellati ſunt, habitantes ſecundum Pelium monem. *Talem ergo equitem, qui primum conſpicati eſſent, videntur finxiſſe monſtrum biforme ſupra hominem infra equum*, ita, vt Centaurus nihil liud ſit, quam homo ſine pedibus, et equus ſine capite. Quidam oco dixit in natura Centauri equum eructare hominem, et hominem acare equum. *Eſt nempe apud* Euſtath. in Ιλ. α, 268 p. 76, 42 *Ἵππος πρεύγεται ἄνδρα, βροτὸς δ᾽ ἀποπέρδεται ἵππον. Fuerint ergo primi* Cenauri *κέντορες ἵππων, vt ait Homerus* Ιλ. ε, 102. *Poëtae deinde imaginem hanc ſecuti variis eam commentis interpolarunt.* Virgil. Georg. , 115 Frena Pelethronii Lapithae gyrosque dederunt Impoſiti dorſo, que equitem docuere ſub armis Inſultare ſolo. Seruius: Pelethronium oppidum eſt Theſſaliae, vbi primum domandorum equorum epertus eſt vſus. Nam cum quidam Theſſalus rex, bobus oeſtro exgitatis, ſatellites ſuos ad eos reuocandos ire iuſſiſſet, illique curſu on ſufficerent, aſcenderunt equos, et eorum velocitate boues ſecuti, os ſtimulis ad tecta reuocarunt. Sed hi viſi, aut cum irent velociter, ut cum eorum equi circa flumen Peneon potarent capitibus inclinatis ocum fabulae dederunt, vt centauri eſſe crederentur, qui dicti ſunt entauri *ἀπὸ τῦ κεντᾷν (κεντεῖν) τὺς ταύρυς.* Oroſ. 1, 13 Theſſalos alaephatus prodit ipſas a Lapithis creditos dictosque fuiſſe Centauros, , quod diſcurrentes in bello equites veluti vnum corpus equorum hominum viderentur. Centaurorum *in nuptiis Pirithoi et Hippodaes inſolentiam, et praelia cum Lapithis inde orta, deſcribit* Ouid. Met. , 210 ſqq. *vnde nomina illorum, et quaedam imagines peti poſſunt. d has nuptias reſpicit* Virgil. Georg. 2, 455 *de Baccho, i. vino*, Ille rentes Centauros leto domuit, Rhoetumque, Pholumque, Et mao Hylaeum Lapithis Cratere minantem. Idem Georg. 6, 286 Cenuri in foribus ſtabulant, Scyllaeque biformes: *vbi* Seruius, Ixion nim amatam Iunonem de ſtupro interpellauit. Illa confeſſa Ioui eſt: ex eius voluntate nubem in ſuam formam conuerſam Ixioni obtulit, nde feruntur nati eſſe Centauri. *Caeterum* Centauros, Scyllas et erbereas canum facies *apud inferos coniungit etiam* Lucret. 4, 736 *poitque ea fere ratione, vt* Chimaerae *nomine vtuntur alii, cum phantaae ludibria indicant.* *Conf.* Lucret. 4, 743. *it.* 5, 876. *it.* 889 ſq. ic. de Natur. Deor. 3 c. 20 Nubium vna etiam Centauros peperiſſe citur. Bimembres *etiam* Ouid. Met. 12, 240. Biformes Virgil. en. 6, 286 Nubigenae, et Bimembres Idem Aen. 8, 293. Ouid. et. 12, 219 Saeuorum ſaeuiſſime Centaurorum. Semiferi, *i. Semiui* Lucan. 6, 386. Semihomines Ouid. Met. 12, 536. Truces n. Herc. fur. 778. *Conf.* HIPPOCENTAVRVS, *quod idem eſt.* 2 Centaurus *eſt Sidus auſtrale apud* Vitruu. 9, 7. Colnmel. 11, 39. *Deſcribitur* Hygin. Aſtron. 3, 37. ¶ 3 Centaurus, *omen auis, apud* Virg. Aen. 5, 122 Centauro inuehitur magna. *Non haud dubie ab inſigni.*

CENTAVRĒVS, a, um. Adi. [Κενταύρειος] *Vt*, Hor. Carm. 18, 8 At ne quis modici tranſiliat munera Liberi Centaurea mouet m Lapithis rixa ſuper mero Debellata.

CENTAVRĬCVS. Adi. [Κενταυρικὸς] Luſtra Centaurica *apud* at. Achil. 1, 266 *ſiluae, in quibus habitant Centauri.*

CENTAVROMACHIA, ae. f. *Pugna cum Centauris.* *Sed* aut. Curc. 3, 7, 5 *Theſſaliam ipſam iocnlariter ita videtur appellaſſe, ia pars eius a Centauris inhabitata dicitur Poëtis.*

CENTENARIVS, CENTENVS, CENTESIMVS, CENIES, *vid.* CENTVM.

CENTICEPS, ïtis. [ἑκατογκέφαλος] *Qui centum habet capita.* orat. Carm. 2, 13, 34 Illis carminibus ſtupens Demittit atras bellua nticeps Aures. *i. Cerberus, a multitudine anguium inſtar iubae collum ius cingentium.*

CENTĬFĬDVS, a, um. Adi. Prudent. in Symm. 2, 889 Daemon cenfidum confundit iter, *de errore multiplici, labyrinthi inſtar.*

CENTIFOLIA. [ἑκατόνφυλλον] *Roſa, de qua* Plin. 21, 4.

CENTIGRĀNIVM, i. n. *Genus tritici.* Plin. 18, 10 ſ. 21 Ferliſſima tritici genera ramoſum, aut quod centigranium vocant.

CENTIMALIS, e. Adi. Fiſtula centimalis Veget. Mulom. 1, 43, 4. 3, 25, 4 *a verbo κεντεῖν, vel potius nomine κέντημα dicta videtur, fiula, quae intus continet acum, cuius ope perforari cutis poteſt, et acu tracta, cannula ſ. fiſtula ipſa in vulnere relinqui, per quam vitiatus mor effluat.* *Vocatur etiam* Centralis 3, 25, 4.

CENTIMĀNVS, i. m. [ἑκατόγχειρ] *Qui centum manus habet: cusmodi fuiſſe Briareum gigantem refert* Virgil. Aen. 6, 287. Ouid. et. 3, 303 Nec quo centimanum deiecerat igne Typhoea. Horat. arm. 3, 4, 69 Teſtis mearum centimanus Gyas Sententiarum.

CENTIMĔTER, tri. m. *A* Sidonio Carm. 9, 265 Centimeter erentianus *appellatur Terentiani Mauri de literis, Syllabis, pedibus ac etris carmen: quod inter Putſchianos Grammaticos habetur non minus, am Marii Seruii Honorati* Centimetrum, *ſ. ars de Centum metris, od nomen ab ipſo auctore eſſe, principium libelli docet.*

CENTINODIA, *ſiue* CENTENODIA, ae. f. *Herba, quae* Genicularis *a Latinis, a multis nodis et geniculis dicta, et eadem tione a Graecis* Polygonon *appellata eſt, et* Polygonaton: *ſunt et qui* nguinariam *appellent. De herba ipſa* Plin. 27, 12. *Nomen* Centenoa Marc. Empir. c. 31.

CENTIPĔDA, ae. f. *Vermis, de quo ſic* Plin. 29, 6 Millepe, ab aliis centipeda, aut multipeda dicta, Animal eſt e vermiculis rrae piloſum, multis pedibus arcuatim repens, tactuque contrahens ſe. niſion Graeci vocant, alii tylon: efficacem narrant ad aurium dores *etc.* Id. 30, 6 ſ. 16 Suſpirioſis commendat multipedas — lii centipedam vocant.

CENTIPELLIO, ōnis. m. Plin. 28, 9 ſ. 42 *de ceruis*, Teſtes quoque eius inueterati, vel genitale maris ſalutariter dantur in vino. Item venter, quem centipellionem vocant.

CENTĬPES, ĕdis. f. [ἑκατόμπυς] *Piſcis eſt alio nomine* Scolopendra *dictus.* Scolopendrae terreſtribus ſimiles, quas Centipedes vocant, hamo deuorato omnia interanea euomunt, donec hamum egerant, deinde reſorbent Plin. 9, 63 *pr.*

CENTO, ōnis. m. [κέντρων, Vet. Gloſſ. γναφάλιον] *Vilis panni vndique conſuti et conſarcinati nomen.* Siſenna lib. 3 Hiſt. *apud* Non. 2, 177 Aceto madefactis centonibus teguntur, quos ſupra perpetua claſſi ſuſpenſa cilicia obteguntur. Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 10 Centonesque inſuper iniecerunt, ne aut tela tormentis miſſa contabulationem perfringerent, aut ſaxa in catapultis lateritium diſcuterent. *Add.* Veget. 4, 15. *it.* l. 12 §. 18 D. de Inſtructo ſ. Inſtrum. leg. *vbi inter ea, quae* reſtinguendi incendii cauſa parantur, *refert* Vlpianus. *Sed veſtimentum etiam ſeruile praeſtabant.* Cato R. R. 2, 3 Cum tempeſtates pluuiae fuerint — Centones cuculiones familiam oportuiſſe ſibi ſarcire. *Et* c. 59 Quoties cuique tunicam aut ſagum dabis, prius veterem accipito, vnde Centones fiant. Lucilius *ap.* Non. 2, 818 Sarcinatorem eſſe ſummum, ſuere centonem optime. Sarciuntur *ergo et* conſuuntur centones, *qui ipſum etiam nomen e Graeco κεντεῖν habere videntur, quod verbum ad opera pertinet, quae acu peraguntur. Quare* Plaut. Epid. 3, 4, 19 *recte legi iubet Gronouius*, Quin tu alium quaeras, cui centones ſarcias, *pro vulgato* farcias. *Eſt autem* Centones ſarcire, *h. l. prouerbiali figura gloriari de ſe et iactare, quae male cohaereant. Vid. quae dicemus* n. 2. *Iam audiamus* Columel. 1, 8, 9 Cultam veſtitamque familiam magis vtiliter, quam delicate habeat, munitamque diligenter a vento, frigore, pluuiaque: quae cuncta prohibentur pellibus manicatis, centonibus confectis, vel ſagis cucullis. *Vſus* centonum *etiam in piſcatu* Plin. 9, 59 ſ. 85 *ad excipiendos piſces. Pro tapetibus fuiſſe videntur* Centones *in fornicibus diobolarium luparum.* Iuuen. Sat. 6, 121 Intrauit calidum veteri centone lupanar. Centones equis et mulis aſiniſque imponuntur ſub ſellis aut ſagmis Veg. Mulom. 2, 59. ¶ 2 Cento *carminis genus, de quo* Auſonius *in* epiſtola Centoni ſuo nuptiali *praemiſſa* p. 501 Cento quid ſit abſoluam. Variis de locis ſenſibusque diuerſis quaedam carminis ſtructura ſolidatur, in vnum verſum vt coëant caeſi duo, aut vnus et ſequens cum medio. Nam duos iunctim locare, ineptum eſt; et tres vna ſerie, merae nugae. Tertull. de Praeſcr. 39 Vides hodie ex Virgilio fabulam in totum aliam componi, materia ſecundum verſus, verſibus ſecundum materiam concinnatis. Denique Hoſidius Geta Medeam Tragoediam ex Virgilio pleniſſime exſuxit. Meus quidam propinquus ex eodem Poëta inter caetera ſtili ſui otia pinacem Cebetis explicuit. Homerocentones etiam vocari ſolent, qui de carminibus Homeri propria opera more Centonario ex multis hinc inde compoſitis in vnum ſarciunt corpus. Sarciunt *inquam, non* farciunt, *quod ex loco* Plauti, *quem emendandum paullo ante diximus, huc infercire vir doctus conabatur.* *Firmat* Iſid. 1, 38 Centones apud Grammaticos vocari ſolent, qui de carminibus Homeri vel Virgilii ad propria opera, more centonario, ex multis hinc inde compoſitis in vnum *ſarciuntur* corpus ad facultatem cuiusque materiae. *Exemplum praeſtantiſſimum praebet laudatus modo* Cento Auſonii. *De aliis Homericis et Virgilianis videndus in vtraque Bibliotheca Fabricius.*

CENTVNCV̆LVS, i. m. Diminut. [κεντρώνιον] Liu. 7, 4 Mulis ſtrata detrahi iubet: biniſque tantum centunculis relictis, *etc.* *Et* Apul. Mileſ. 1 p. 104, 41 Et cum dicto, ſutili centunculo faciem ſuam punicantem prae pudore, obtexit. ¶ 2 Centunculus herba, quam Graeci γναφαλίδα dicunt Scribon. 121. Plin. 24, 15 Itali centunculum vocant roſtratis foliis ad ſimilitudinem capitis penularum iacentem in aruis. Graeci autem Clematidem. *Add.* Id. 26, 11.

CENTONARIVS, a, um. Adi. *vt*, More centonario *vidimus ex* Tertull. de Praeſcript. 39. *et* Iſidoro 1, 38. *i. In modum centonis.* ¶ 2 *Subſtantiue* Centonarii *dicti videntur, qui Centones conficiunt in re militari, vt vidimus, ad reſtinguenda item incendia neceſſarios. Horum collegia paſſim memorantur.* Vet. Inſcript. *apud Spon. Miſcell. Erudit. Antiq.* p. 57. 62. 63. *et* Fabret. p. 485. M. IVNIVS SABINVS IIII. VIR AEDILICIAE POTEST. E LEGE IVLIA MVNICIPALI PATRONVS COLLEGI CENTONARIORVM. *Conf.* Cod. Theod. 14, 8 *qui eſt* de Centonariis et dendrophoris: *quos tamen Iac. Gothofredus, cum ſententiam propoſitam modo (quae etiam eſt Turn. 29, 16) ornaſſet, in* Centenarios *mutari malebat. v. v.*

CENTRINES, um. *Genus ficariorum culicum.* Plin. 17, 27 ſ. 44 *poſt caprificationis mentionem, quam peragunt culices*, Eſt et aliud genus culicum, quos vocant centrinas, fucis apum ſimiles ignauia malitiaque, cum pernicie verorum et vtilium *(culicum.)* Interimunt enim illos, atque ipſi moriuntur.

CENTRVM, i. n. [κέντρον] *Punctus ex Graecorum vſu, ſed in primis, qui eſt in medio circulo, a quo omnes lineae ad circumferentiam ductae, ſunt inter ſe aequales.* Cic. Tuſc. 1, 40 c. 17 Perſuadent enim Mathematici, terram in medio mundo ſitam ad vniuerſi caeli complexum, quaſi puncti inſtar obtinere, quod κέντρον illi vocant. Terra centrum caeli eſt Plin. 2, 15 *extr.* *Paullo accuratius e Ptolemaica nempe diſciplina philoſophatur* Martian. Capella 8 p. 286 *ſq.* Omnes hactenus credidere, quemadmodum ipſi mundo ſphaeraeque poſtremae centron eſſe terram, ita et ſolaris circuli eandem centron eſſe. Quod omnino falſum eſſe non dubium eſt. Nam vt diuerſa ſpatia ſunt caeleſtis ambitus, circulique medialis, ita et diuerſis centrorum ſignis punctiſque torquentur. Quo fit, vt terra ſolaris circuli centrum non ſit, ſed eccentros habeatur. *Not.* Centrum ſ. κέντρον *(a κεντέω, pungo) et* punctum *et* ſignum ſ. σημεῖον *vſu geometrarum antiquorum rem eandem eſſe, niſi quod κέντρον nobile illud in medio circulo punctum per excellentiam notat.* Plin. 18, 29 ſ. 69, 2 Ipſe circulus *lacteus* fertur per ſagittarium atque geminos Solis centro bis aequinoctialem circulum ſecans, commiſſuras eorum obtinente hinc aquila, illinc Canicula. *Hoc dicit, verum ne an falſum, hic non quaerimus, Solem pro Centro eſſe etiam circulo lacteo.* ¶ 2 Centra, *in arboribus et in marmore quae dicantur, declarat* Plin. 16, 39 ſ. 76, 1 Inueniuntur in quibusdam arboribus, ſicut in marmore, centra, id eſt duritia clauo ſimilis, inimica ferris. *Et* 37, 2 ſ. 10 *de cryſtallis*, Infeſtantur plurimis vitiis, ſcabro, ferrugine, *(Hard.* ſcabro ferrumine) maculoſa nube, occulta aliqua vomica, praeduro fragilique centro. ¶ 3 Centrum *foramen eſt punctione, κεντήσει, perfectum.* Martian. Capella 8 p. 290 Cito ſuperioris vaſis, aqua videlicet pleni, centrum aperi, vt ſimul cum incipiente Luna oriri, aqua fluere in vas inferius inci-

incipiat, et, donec totum corpus appareat, fluat. *Sic nempe legendus eſt hic locus, ex quo vitioſe edito neſcio quod* plenicentrum *exſculpſerant.* Centrum *eſt minutulum foramen, vt in clepſydra.*

CENTRĀLIS, e. Adi. [κέντριος] *Vt,* Terra centralis, *i. ſuo centro alterius centro corporis e diametro oppoſita.* Plin. 2, 23 Quoniam terra centralis interueniat. ¶ 2 Centralis fiſtula Veget. Mulom. 3, 25, 4 *eadem, quae* Centimalis. *v. v.*

CENTRIAE, *vid.* CENTVRIAE n. 5.

CENTRŌSVS, a, um. Adi. [κεντρώδης] *vt,* Centroſa ſcobs. *i. limatura admodum dura, veluti* centrum, *quod in marmore vel iunipero inuenitur.* Plin. 37, 7 Adulterantur vitro ſimillimae, ſed cote deprehenduntur, ſicut aliae gemmae facticiae. Mollior enim materia et fragilis, et centroſa ſcobe deprehenduntur, et pondere, quod minus eſt vitreis, et aliquando puſtulis argenti modo relucentibus.

CENTVM. [ἑκατὸν] *Nomen numerale indeclinabile, cuius prima litera* C *numerus, quem notat, exprimitur.* Cic. pro Milon. 61 c. 22 Hi centum dies penes accuſatorem quum fuiſſent, ab eo ipſo accuſatore producti ſunt. Atque vetus Thebe centum iacet obruta portis Iuvenal. 15, 6. Centum vrbes habitant magnas, vberrima regna Virg. Aen. 8, 106. *de Creta.* Paullus l. diligenter D. mandat. Itaque ſi mandauero tibi, vt domum Seianam centum emeres, *etc. intell.* numis. *Ita ſaepe in ſtipulationum formulis.* Centum, *indefinite pro Pluribus nonnunquam a Poëtis accipitur. Sic,* Centum greges Hor. Carm. 2, 16, 33. *et* Centum iuuenci Epod. 17, 39. *et* Centum puer artium Carm. 4, 1, 15. Suet. in Domit. 14 Circenſium die, quo facilius centum miſſus peragerentur, ſingulos a ſeptenis ſpatiis ad quina corripuit. *Inſtitutum hoc a Domitiano, forte cum reſpectu ad* Virg. Georg. 3, 18 Centum quadriiugos agitabo ad flumina currus. *vbi tamen infinitum numerum forte Poëta intellexit. Plane finitus hic numerus pro infinito ponitur* Aen. 2, 501 Vidi Hecubam centumque nurus. *In primis autem* Georg. 2, 42 Non mihi ſi linguae centum ſint, oraque centum, *quem repetit* Aen. 6, 625.

CENTIES. Adu. [ἑκατοντάκις] *Quod frequenter ſenſu illo infinito ponitur, quem in* Centum *modo notabamus.* Plaut. Rud. 4, 4, 123 Meque adeo ſceleſtum, qui non circumſpexi centies prius, ne me quis inſpectaret, quem rete extraxi ex aqua. *Sed* Plin. 7, 28 *de Siccio Dentato,* Centies vicies praeliatus. *Infinite* Dicere centies Plaut. Pſeud. 4, 7, 129. Ter. Heaut. 5, 1, 8. *Sed in ratione ſeſtertiaria* Centies Seſtertium *ſignificat* Centies centena millia Seſtertiûm, *vid. h. v.* Cic. in Piſon. 86 c. 35 Seſtertiûm centies et octogies — ex aerario tibi attributum in quaeſtu reliquiſti. Cic. Philipp. 2, 95 c. 37 Syngrapha HS. centies. Reliquit centies HS. Cic. Att. 2, . . *Quod autem editur* Celſ. l. 88 D. de verb. ſignif. Tantum quisque pecuniae reliquit, quantum ex bonis eius refici poteſt. Sic dicimus Centies (aureorum) habere, qui tantum in praediis caeterisque ſimilibus rebus habet: *illud non ſatis emendatum eſſe, facile aſſentimur Gronouio de Pec. Vet. 2, 5 p. 81, delendumque nomen* aureorum: *quod ille locis ICtorum ſimilibus declarat.*

CENTENVS, a, um. Diſtributiuum. Plin. 11, 37 Iecur maxime vetuſtatis patiens centenis durare annis, obſidionum exempla prodidere. Centena ſeſtertia pendere, *vel* capere ex praediis Cic. Att. 6, . . *et* in Parad. 6 c. 3. *i. quotannis centum.* Centenas pondo dicebant antiqui referentes ad libras. Feſtus. *Interdum pro primitiuo ponitur* Centeni viceni quini homines Plin. 7, 49. Vicies ſemel centena LXXXIII M hominum Plin. 7, 26. Decies centena dediſſes Huic parco paucis contento; quinque diebus Nil erat in loculis. *Eandem ſummam intelligit, de qua* Hor. Serm. 1, 3, 15. Plin. 33, 10 ſ. 47 Non erat apud antiquos numerus vltra centum millia, itaque et hodie multiplicantur haec, vt decies centena millia, aut ſaepius dicantur. *Eſt haec eadem ſumma, quam etiam breuiter* decies *vocare libuit: qua de re vid. Gronou. de Pec. Vet. 2, 2.* Plin. 7, 2 Cyrnos — Annis centenis quadragenis viuere: *et mox* viuere annos Centum triginta — qui Centenos annos excedant. Arbore centena fluctus verberare Virg. Aen. 10, 207. *i.* Centum ingentibus remis. Eſt autem auxeſis ad amplificandam exprimendamque nauis magnitudinem, quae plures habuit remorum ordines, *vt ait* Seruius. Liu. 45, 40 Pediti in ſingulos dati centeni. Liu. 36, 40 Militibus, qui currum ſequuti ſunt centenos vicenos quinos aſſes diuiſit. *Al.* trecentos. Ecce iam centenus aetatis circulis voluitur Hier. Ep. 21 ad Paull. Concord. Martial. 12, 50 Et tua centenis ſtat porticus alta columnis. Eques centenus Stat. Theb. 6, . . . Iudex Lucan. ad Piſon. 42. *i. Iudicium centumuirale.* Manus centenae, *pro Centum* Stat. Theb. 10, . .

CENTENA, ae. f. *Gradus et dignitatis nomen.* l. 3 Cod. Theod. de cohortal. princip. cornicul. Primipilaribus poſt emeritam militiam perfectiſſimatus, vel ducenae, vel centenae, vel egregiatus dignitas dari poteſt. *Iac. Gothofr. in* Schola Agentium *in rebus vtrumque gradum fuiſſe docet.*

CENTENARIVS, a, um. [ἑκατόνταιος] Centena *continens. Nempe vt ſimilia in* ARIVS, *denotat non multiplicationem ſui, ſed numerum aliarum rerum, ad quas refertur. Vt,* Lapis centenarius, *non quod centuplus ſit, ſed centum librarum.* Homo centenarius, *non quod ſit centumgeminus, ſed quod habeat centum annos.* Aetatem centenariam transgredi Hieron. Ep. ad Paull. Concord. 21. *i. centum annorum.* Baliſtae centenarii Lucilii *ap.* Non. 18, 22 *quae centenas libras proiiciunt.* Baſilicae Centenariae Lamprid. Gordian. tert. *Centum pedes longae.* Coenae centenariae dicebantur, in quas lege Licinia non plus centuſſibus praeter terrae nata impendebantur, id eſt centum aſſibus: qui erant breues numi ex aere. Feſtus. *Add.* Crinit. de H. D. 16, 6. Fiſtulae centenariae, *vid. h. v.* Formae Centenariae Lamprid. Alex. Seu. 39 *ſunt numi* Centenorum aureorum. Greges, *i. centum capitum* Varro R. R. 2, 4, 22. *et* 3, 6, 6. Numerus centenarius gregum Varro de R. R. 2, 5, 18. Pondera centenaria Plin. 7, 20. *Vid. Gothofr. ad* C. Theod. 9, 23, 2. Roſae Tertull. de Coron. Mil. 14. *i. Centifoliae.* Vaſa Lamprid. Heliog. c. 19. *Centum librarum.* Centenarii liberti, *a Iuriſconſultis dicuntur, qui centum aureos in bonis habent. Sic certe voluit* Imperator §. 3 de ſucceſſ. libert. *qui monet,* Sic enim legis Papiae ſummam interpretati ſumus, vt pro mille ſeſtertiis vnus aureus computetur. De his centenariis Vlpianus in l. 16 D. de iur. patron. *vbi veteri computatione intelliguntur qui* Centum Seſtertia ſ. Centum millia HS *habent.* Centenarios *etiam ſuſpicatur* Centonariis *ſubſtituendos Iac. Gothofredus* l. 1 et 2 C. Theod. de Centonariis et Dendrof. *atque intelligendos fabros, qui materias maiores, centenarias, caederent, pararent, venundarent. Hoc inde vero ſimile eſt, quod in antiquis Inſcriptionibus fere* Fabri, Dendrophori, Centonarii, *aut duo certe horum coniunguntur.* Centenarias *autem materias intelligimus centum pedes longas.*

CENTENIONALIS, is. m. *Genus pecuniae.* Cod. Theod. 9, 23, 2 *Suſpicatur Gothofredus poſt longam diſputationem, intelligi denc rios argenteos,* centum *in libram ſignatos.*

CENTESIMVS, a, um. Adi. [ἑκατοστὸς] *Ordinis proprie,* ı *ſit* centeſimus, *ante quem nouem et nonaginta praeceſſerunt. Sed tum a multiplicationem, tum ad diſtributionem interdum adhibetur. Multiplicc v. g. de agro Byzacii.* Plin. 5, 4 Ita appellatur regio CCL. M. paſſuur fertilitatis eximiae, cum centeſima fruge agricolis foenus reddente ter ra. *Sed hoc eſt ex vi praepoſitionis* Cum, *quae indicat, nouem et nu naginta etiam adeſſe. Vid.* CVM decimo. *Simpliciter ordinat,* Die centeſimus Plin. 5, 9. *Sic* Kalendae centeſimae l. 46 de Verbor oblig. *Menſem centeſimum notant, i. annos octo et amplius. Sed* Kalen dae Ianuariae centeſimae l. 21 ff. Quando legator. *annum centeſimum ai num indicant.* Lux centeſima haec eſt ab interitu P. Clodii Cic. pr Milon. 98 c. 35. *Sed diſtribuit ſ. diuidit v. g.* Plaut. Mil. 3, 1, 10 Haud centeſimam partem dixi, atque vti otium rei ſi ſit poſſim expro mere. *Peculiaris ratio eſt* Manil. 2, 335 *de* Quadrato *et* Trigon *Aſtrologorum,*

Quadrati ſi forte voles effingere formam,
Aut trinis paribus facies cum membra trigoni:
Hic poſcit quintam partem centeſima ſumma;
Illic amittit decimam.

*Nempe vt fiat Trigonum, ad centum gradus addendi viginti, quae quin ta pars eſt de centum: vt Quadratum habeas demendi de centum decem Inprimis notanda* ¶ 2 Centeſima [ἑκατοστὴ, ἑκατοστιαῖ τόκος] *Genus vſurae, cum de centum numis in ſingulos menſes vnus ſo vitur, quae etiam* aſſes vſurae *dici poſſunt. Vid.* AS n. 2. Plin Epiſt. 10, 58 Pecuniae publicae, domine, prouidentia tua, et min ſterio noſtro et iam exactae ſunt, et exiguntur: quae vereor ne ot oſae iaceant: nam et praediorum comparandorum aut nulla, aut r riſſima occaſio eſt: nec inueniuntur, qui velint debere, Reip. pra ſertim, duodenis aſſibus, quanti a priuatis mutuantur. Diſpice e go domine, numquid minuendam vſuram, ac per hoc idoneos debitor inuitandos putes. Duodenos aſſes *niſi prius verbum gloſſa eſt aut om tenda, aut* vſuris *permutanda, appellat* centeſimam, *eo modo loquen quo nunc in ea re vtitur Europa, vt ad totum annum reſpiciatur. Q enim ſingulis menſibus dat vnum aſſem de centum, vnam centeſimam pa tem ſummae, quam mutuo accepit, ille decurſu totius anni duodenos aſ ſoluit de centenis.* Cic. Verr. 3, 165 c. 70 Cum poſita eſſet pecur apud eas ſocietates, vnde erat attributa, binis centeſimis foeneratus e *i. accepit de centenis annuis XXIV.* Cic. Att. 5, 21 Interim cum e in edicto translaticio centeſimas me obſeruaturum, haberem cum an tociſmi anniuerſario; ille ex ſyngrapha poſtulabat quaternas. — Mihi autem impudens magis quam ſtultus videbatur. Nam aut bo nomine centeſimis contentus erat, aut non bono quaternas centeſin ſperabat. *De eadem re* Att. 6, 2 Salaminios adduxi, vt totum nom Scaptio vellent ſoluere, ſed centeſimis, ductis a proxima quidem Sy grapha nec perpetuis, ſed renouatis quotannis. Centeſimis per tuis, *vt quot menſibus deberetur, tot ſoluerentur centeſimae:* renoua quotannis, *vt quae vſurae — primo finito anno debentur, eae ad ſor accedant anno ſecundo, et quae hoc exacto debentur, augeant ſortem a tertii, et ſic deinceps. Vid. omnino Gronouius, tum paſſim toto opere pecunia vet. tum praeſertim 3, 13 itemque adiecta operi* ἀντεξηγήσει *de c teſimis vſuris, et foenore vnciario.* Cic. Att. 1, 12 Nam a Caeci propinqui minore centeſimis numum mouere non poſſunt. *i. non p ſunt impetrare numum vnum mutuo ſibi dari, niſi promiſſis Centeſin* Sanguinolentae centeſimae Sen. de Benef. 7, 10 *quae crudeliter exig tur.* ¶ 3 *Eſt etiam publici vectigalis genus* Centeſima Cic. ad Brut. Ep. 18 Obdureſcunt quotidie magis boni viri ad voce tributi, quod ex centeſima collatum impudenti cenſu locupletum i legionum praemiis omne conſumitur. *Talis eſt* Centeſima rerum v nalium Tac. A. 1, 78, 2. *Et* Vectigal centeſimae 2, 42, 51. *Vid. Li Magnit. Rom. 2, 4.* ¶ 4 *Etiam ſollemne lucrum coactori de quo* Cic. pro Rabir. Poſth. 30 c. 11 Ait enim, dum Gabinio pecuni Poſthumus cogeret ex decumis imperatorum, pecuniam ſibi coëgi Non intelligo hoc quale ſit: vtrum acceſſionem decumae, vt no facere coactores ſolent, centeſimae: an deceſſionem de ſumma fece *Igitur qui decimas cogebant ab his qui debebant, praeter id, quod debebant, vn centeſimam decimae illius debitae corollarii inſtar ſibi dari curabant; haec e* Acceſſio: Deceſſio *autem, ſi coactor ab eo, cui cogeret, centeſim ſummae acciperet, atque adeo non totum quod coëgiſſet, ſed centeſima p te minus ei numeraret.*

CENTESIMO, āre. *vt,* Decimare exercitum, *dicitur, id eſt* C teſimum *quemque militem ſupplicio afficere.* Capitolin. Macr. Cum ſeditiones militares pateretur, milites ſaepius decimauit: quando etiam centeſimauit, quod verbum proprium ipſius eſt, quod ſe c mentem diceret, quando eos centeſimaret, qui digni eſſent decumat ne atque viceſimatione.

CENTICEPS *et ſimilia, vid. paullo ante.*

CENTVMGEMINVS, a, um. Adi. [ἑκατόγγυος] *Briareus, i.* C *ties duplex;* ſecundum fabulas ipſe eſt Aegaeon, Seruius *ad* Vir Aen. 6, 287 *Verum haec interpretatio non centum, ſed ducentas manus Briareo.* Centumgeminus, *vt* Trigeminus *non duplicant numer ſuum, ſed indicant tres aut centum pares inter ſe, vnoque partu edit Hoc in primis apparet etiam inde, quod* Val. Argon. 6, 118 Centum minae *vocantur* Thebae *Aegyptiae, a centum portis, non ducentis.*

CENTVMCAPITA, *quod herbae nomen ponunt, diuiſim pot ſcribendum, et ſic ſcribitur* Plin. 22, 8 ſ. 9 *poſtquam, de eryngе ſ. er gio egit,* Ex his candidam noſtri Centum capita vocant.

CENTVMQVINQVAGENI, ae, a. Pyramides altae pedi centumquinquagenûm Plin. 36, 13.

CENTVMVIGINTI. Sulcum ducere longiorem quam ped centumuiginti Colum. 2, 2 *extr.*

CENTVMVIRI, *Pluraliter.* Quum eſſent Romae XXXV trib quae et curiae ſunt dictae, terni ex ſingulis tribubus ſunt electi iudicandum, qui Centumuiri appellati ſunt. et licet quinque ampl quam centum fuerint, tamen quo facilius nominarentur, Centumu ſunt dicti. Feſtus. Cic. pro Caecin. 67 c. 24 Et hoc loco Scae lam dixiſti cauſam apud Centumuiros non tenuiſſe: quem ego an non commemoraui. Ad Centumuiros delata res Cic. de Orat. 1, c. 38. Quid qua de re inter Marcellos et Claudios patricios Centu viri iudicarunt? Cic. de Orat. 1, 176

CENTVMVIRĀLIS, e. [ὁ τῶν ἑκατὸν] *Quod pertinet ad* C *tumuiros. vt,* Centumuirale iudicium, *de quo* Cic. de Orat. 1, 172 Q quod item in Centumuirali iudicio certatum accepimus? *Conf.* Id.

Ca

Caec. c. 18. Val. Max. 9, 15, 4 In Centumuirale iudicium adeo favorabilis deſcendit. Centumuirales cauſae Plin. Ep. 2, 14 *pr. Locus de his claſſicus eſt* Cic. de Orat. 1, 173 c. 38 Nam volitare in foro, haerere in iure, ac Praetorum tribunalibus, iudicia priuata magnarum rerum obire, in quibus ſaepe non de facto, ſed de aequitate ac iure certetur: iactare ſe in cauſis Centumuiralibus, in quibus vſucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluuionum, circumluuionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, ſtillicidiorum, teſtamentorum ruptorum, aut ratorum, caeterarumque rerum innumerabilium iura verſentur: quum omnino quid ſuum, quid alienum, quare denique ciuis an peregrinus, ſeruus an liber quiſpiam ſit, ignoret, inſignis eſt impudentiae. *Cauſas capitis non pertinuiſſe ad hoc iudicium, tum liberae reip. ratio ſuadet, tum hic ipſe recenſus, et locus* Quinctil. 4, 1, 57 *vbi quaedam monuimus.* Suet. in Veſpaſ. cap. 10 Litium ſeries vbique maiorem in modum excreuerant, manentibus antiquis intercapedine iurisdictionis, accedentibus nouis ex conſuetudine tumultuque temporum. Sorte elegit, per quos rapta bello reſtituerentur, quique iudicia centumuiralia, quibus peragendis vix ſuffectura litigatorum aetas videbatur, extra ordinem diiudicarent: redigerentque ad breuiſſimum numerum. Centumuiralis haſta, *dicta quod Centumuiri haſta, publicae auctoritatis ſigno, in foro poſita iudicarent. Vnde* Suet. in Auguſt. c. 36 Auctor et aliarum rerum fuit, in queis ne acta Senatus publicarentur, *etc.* vt a cura aerarii a Quaeſtoribus vrbanis ad Praetorios Praetoresue tranſiret, vt Centumuiralem haſtam, quam Quaeſtura functi conſueuerant cogere, Decemuiri cogerent. Valer. 7, 8, 1 Notae inſaniae Tuditanus teſtamento filium (*emendant* Ofilium: *ſed* filium *vel* filiam *tuetur Perizonius*) inſtituit heredem. Quod T. Longus, ſanguine ei proximus, haſtae iudicio ſubuertere fruſtra conatus eſt. magis enim Centumuiri quid ſcriptum eſſet in tabulis, quam quis eas ſcripſiſſet, conſiderandum exiſtimauerunt. Centumuiralium partes, quae in duas haſtas diuiſae ſunt Quinctil. 5, 2, 1. *Conf.* 11, 1, 78 *vbi* Centumuiralia iudicia duplicia *memorat, in quibus eadem cauſa* apud alios iudices *agitur.*

CENTŬPLEX, ĭcis. Adi. [ἑκατομπλασίων] *Vt*, Plaut. Perſ. 4, 4, 11 Haec niſi inde aberunt, centuplex murus rebus ſeruandis parum'ſt. Fructus Prud. Hymn. Ieiun. *extr.*

CENTVPLICO, *vnde*

CENTVPLICĀTVS, a, um. [ἑκατομπλασίως] Plin. 6, 23 ſ. 26 Digna res, nullo anno imperii noſtri minus H-S quingenties imperii noſtri exhauriente India, et merces remittente, quae apud nos centuplicato veneant, *int. pretio: pro eo, quod vulgo dicunt, centuplo.* Prudent. adu. Symm. 2, 1050 Solertia centuplicatos Agrorum redigit fructus.

CENTVSSIS, *non numi nomen, ſed ſummae aeris, nempe* centum aſſium, *aeſtimandum proinde ex diuerſo diuerſis temporibus aſſium pretio. Nempe Centum librae aeris, quae argentea primum pecunia ſignata decem denariis, vel XX victoriatis, vel XL Seſtertiis, aeſtimabantur. Poſt* Centuſſis *modo centenos ſextantes habuit, qui tamen eidem pretio argenti pares habebantur. Tum centum vnciae ac denique tot ſemunciae ſignati aeris fuere* Centuſſis, *quo facta non amplius decem denariis etc. ſed ſex denariis et ſeſtertio, duodecim victoriatis et dimidio, XXV ſeſtertiis commutabatur. Haec Gronou. Pecun. vet. reſiduo* p. 664 *ſq. quo monente eiusdem operis* 1, 8 p. 38 *locus* Varronis de L. L. 4, 36 p. 40, 30 *ſic legendus*, Reliqua conueniunt, vt triceſſis a tribus (decuſſibus) ſic proportione vſque ad Centuſſis, quo maius aeris vocabulum non eſt. *Et* 8, 49 p. 118, 7 A treſſis virilia multitudinis, hei treſſeis, et heis treſſibus, cum ſit ſingulare hoc treſſis, ab eo ſic deinceps ad Centuſſis. Deinde numerus aes non ſignificat. *Nempe non tam ipſum per ſe neutri generis eſt* Centuſſis, *ſed intelligitur* aes *vel* pondus Centuſſis. *Sic* Varro *apud* Gell. 15, 15 *ex emendatione Gron. l. c. p.* 39 Nunc illum qui norunt, volunt emere millibus centum; te qui norunt, nemo Centuſſis. *Sic MS. pro vulgo* Centuſſi. Perſius *contemtum Graecorum philoſophorum, qui aſſe vno aeſtimentur ſinguli indicaturus, ait* 5, 191 Et centum Graecos curto centuſſe licetur: *quo tempore centum aſſes vicenis quinis reſpondebat Seſtertiis, cum ſeſtertius non duos et ſemiſſam, ſed quatuor valeret aſſes. Vid. Gron. de Pec. Vet.* 3, 9 p. 189. Macrob. Sat. 2, 13 Fannia lex ſumtibus modum fecit aſſibus centum. Vnde a Lucilio Poëta feſtiuitatis ſuae more *Centuſſis* vocatur.

CENTVPONDIVM, *vel quod malunt*, CENTVMPONDIVM, [ἑκατόνλιτρον] *Centum librarum pondus. De ſeruo pendente plagarum accipiendarum cauſa.* Plaut. Aſin. 2, 2, 37 Ad pedes quando alligatum eſt aequum centumpondium. Cato R. R. 13, 3 Cellas duas, trutinam vnam, centumpondium incertum. *Turnebus*, Centumpondium incertum, *Pondus ſuſpicor vna mole centum libras pendens:* Certis ponderibus *opponitur, quae diſtincta partitaque ſunt, non in vnum pondus confuſa.*

CENTVRIA, ae. f. [λόχος] *Proprie centenarium numerum notat primo hominum in re praeſertim militari, deinde portionum virilium agri aſſignati.* Feſtus, Centuria in agris ſignificat Ducenta iugera: in re militari Centum homines. Varro de L. L. 4, 16 p. 23, 35 Centuriae, quae ſub vno centurione ſunt, quorum Centenarius iuſtus numerus. L. Cincius *apud* Gell. 16, 4 In legione ſunt centuriae ſexaginta manipuli triginta, cohortes decem. *De his* Cic. L. Agrar. 2, 32 c. 13 Deinde ornat — mulis, tabernaculis, centuriis *etc.* ¶ 2 *De* Centuria, *in quantum agri aſſignati modus eſt*, Varro 4, 4 p. 9, 37 Centuria prima a Centum iugeribus dicta, poſt duplicata retinuit nomen. *Idem tradit* Columella 5, 1, 7. *Repetit* Iſid. 15, 15. Centuriis vocabulum, *vt ait* Siculus Flaccus p. 15 *Goeſ.* datum eſt ex eo, quum antiqui Romani agrum ex hoſte captum victori populo per bina iugera partiti ſunt, centenis hominibus ducentena iugera dederunt: et ex hoc facto Centuria iuſte appellata eſt. *Conf. Rigalt. Gloſſae agrim.* Varro de R. R. 1, 10, 2 *vt illum locum conſtituendum puto:* Bina iugera, quod a Romulo primum diuiſa viritim, quae heredem ſequerentur, heredium appellarunt. Haec (*ſc.* heredia) poſtea centum Centuria dicta. *Vid. quae ibi diſputamus.* ¶ 3 *Etiam cum ad rem militarem pertinet* Centuria, *non praeciſe centum ſemper homines ſignificat. Sed ſemper in* Legione LX centuriae, duae in manipulo, *quotcunque capitum Legio eſſet, qua de re vid.* LEGIO. *Haec de peditibus. Eadem ratio equitum.* Liu. 1, 36 Neque tum Tarquinius de equitum centuriis quidquam mutauit: numero alterum tantum adiecit, vt mille et octingenti equites in tribus centuriis eſſent. *Vid. de hoc loco, et in vniuerſum de mutationibus, quae circa equitum Centurias mutato nomine contigere, Gron. Obſſ.* 3, 25 p. 670 *ſqq.* ¶ 4 *Hoc de numero in primis etiam pertinet ad illas* Centurias, *in quas totum Populum Rom. diuiſit Seruius Tullius, cenſus et Comitiorum cauſa, quas inaequales admodum fuiſſe, ſatis apparet vel inde, quod prima claſſis ditiſſimorum in LXXX Centurias deſcripta eſt, vltima, numeroſior caeteris omnibus, in vnam coniecta centuriam eſt. De hoc genere Centuriarum* Cic. pro Milon. 44 Hunc igitur diem campi ſperatum atque exoptatum ſibi proponens Milo, cruentis manibus ſcelus et facinus prae ſe ferens et confitens, ad illa auguſta centuriarum auſpicia veniebat? Cic. pro Domo 141 Vobis campus, centuriarumque vna vox omnium, *etc.* Id. de Diuin. 2, 74 Rogator Centuriae. Cic. Philipp. 7, 16 Patronus centuriarum equitum, quas idem ſine ſuffragio eſſe voluit. Senatus equitumque Liu. 4, 8. Hor. A. P. 341 Centuriae Seniorum agitant expertia frugis, Celſi praetereunt auſtera poëmata Ramnes. Cic. Verr. 5, 37 Sed quum eſſes renuntiatus, vt dixi, non ipſa praeconis voce excitatus es, qui te totiens ſeniorum, iuniorumque centuriis illo honore affici pronuntiauit. Defuerunt ei paucae centuriae ad Conſulatum Cic. de Clar Orat. 273. Renuntiatus Praetor centuriis cunctis Cic. pro Lege Manil. 2 c. 1. Id. Fam. 11, 16 L. Lamia Praeturam petit. *Paullo poſt*, Ego ſuſcepi totum negotium. Nunc, ſi me tanti facis, quanti certe facis, quando equitum centurias tenes, in quibus regnas, mitte ad Lupum noſtrum, vt is nobis eas centurias conficiat, *i. vt earum ſuffragia nobis conciliet.* Ferre centuriam, *eſt habere illam ſibi ſuffragantem in magiſtratus petitione.* Cic. pro Planc. 49. ¶ 5 Centuriae *partes equi*, muſculi brachiolares *alio nomine dicti, vid.* BRACHIOLVM n. 2. *Sed videtur leg.* Centriae ἀπὸ τοῦ κεντεῖν pungere, fodere, *locus ille, vbi ſtimulis calcarium foditur equus. Vid. Lexicon noſtrum ruſticum h. v.*

CENTVRIĀLIS, e. Adi. *vt*, Lapides centuriales A. de Limit. p. 298 *Goeſ. quibus limites Centuriarum conſtituuntur in agris.* Centuriale aruum. Feſtus.

CENTVRIO, ōnis. [ἑκατόνταρχος, λοχαγὸς, ταξίαρχος] *A numero militum dictus, cui praeerat. Ab antiquis dicebatur* Centurionus, *teſte* Feſto. Caeſ. Bell. Gall. 1, 39 Horum vocibus ac timore, paullatim etiam hi, qui magnum in caſtris vſum habebant milites centurionesque, quique equitatui praeerant, perturbabantur. Cohortes ſibi quaeque centuriones legerunt, bini ſenatores ſingulis praepoſiti Liu. 3, 69. *Conf.* Cic. pro Marc. c. 2. Hircoſa gens centurionum Perſ. Sat. 3, 77 *quod cultum corporis contemnerent, vt eo viderentur terribiliores. Iidem ſunt* Varicoſi 5, 189. *A corporis etiam praeſtantia* Magni centuriones Hor. Serm. 1, 6, 73. Suet. . . . Ac primorum ordinum centuriones. *Et* . . . Iuſtusque Catonius primi ordinis centurio. *Hi ſunt, vt recte Turnebus, Centurio primipili, Primus princeps, Primus haſtatus, quorum maior erat dignitas in legione.* Tacit. Ann. 1, 32 *de ſeditione militari*, Repente lymphati diſtrictis gladiis in centuriones inuadunt. Ea vetuſtiſſima odiis militaribus materies, et ſaeuiendi principium. Proſtratos verberibus mulcant, ſexageni ſingulos, vt numerum centurionum adaequarent. Plin. 14, 1 Centurionum in manu vitis, et opimo praemio tardos ordines ad lentas perducit aquilas, (*vid.* PRIMIPILVS) atque etiam in delictis poenam ipſam honorat. *Vid.* VITIS.

CENTVRIO, āre. [κατατάττομαι, καταγράφω, κατανέμω] *In centurias diſtribuere.* Cic. ad Quir. poſt red. 13 Ego quum homines in tribunali Aurelio palam conſcribi, centuriarique vidiſſem. Idem Att. 16, 9 *de Octauio* Capuae centuriat. Liu. 25, . . Eam iuuentutem ex induſtria centuriauerat, armaueratque ad tales caſus. Idem 10, 21 Seniorum etiam cohortes factae, libertinique centuriati. ¶ 2 Agrum centuriare Hygin. de Limit. conſtit. p. 195 *Goeſ.* Primum ergo agrum limitibus includemus, hoc eſt, centuriabimus.

CENTVRIĀTVS. Partic. [κατάτακτος] *In centuriam diſtributus.* Liu. 22, 38 Sua voluntate ipſi inter ſe equites decuriati, centuriati pedites coniurabant. Plaut. Mil. 3, 2, 3 Si centuriati bene ſunt manipulares mei. Centuriata comitia *dicebantur, quum populus per centurias ex cenſu et aetate diuiſus, ſuffragia ferebat.* Cic. poſt red. in Senat. 26 Quo die nos comitiis centuriatis, quae maxime iuſta dici, haberique voluerunt maiores, arceſſiuit in patriam, vt eaedem centuriae, quae me Conſulem fecerant, Conſulatum meum comprobarent. Feſtus: Centuriata comitia dicebantur, quia Populus Romanus per centenas turmas diuiſus erat. Liu. 1 *extr.* Duo inde Conſules comitiis centuriatis a praefecto vrbis, ex commentariis Seruii Tullii creati ſunt, L. Iunius Brutus, et L. Tarquinius Collatinus. Idem 2, 2 Brutus collegam ſibi comitiis centuriatis creauit. Gell. 15, 27 *inter alia ex* Laelio Felice, Cum ex cenſu et aetate ſuffragium feratur, centuriata comitia eſſe — Centuriata autem comitia intra pomoerium fieri nefas eſſe; quia exercitum extra vrbem imperari oporteat; intra vrbem imperari, ius non ſit. Propterea centuriata (*ſcilicet, quae ipſo etiam nomine militaria ſint*) in campo Martio haberi, exercitumque imperari praeſidii cauſa ſolitum, quoniam populus eſſet in ſuffragiis ferendis occupatus. Cic. de Legib. 3, 44 c. 19 *Lex XII tabularum*, de capite ciuis rogari, niſi maximo comitiatu, vetat. *Hoc ita mox interpretatur*, ferri de ſingulis, niſi centuriatis comitiis noluerunt. Deſcriptus enim populus cenſu, ordinibus, aetatibus, plus adhibet ad ſuffragium conſilii, quam fuſe in tribus conuocatus. Idem de Lege Agr. 2, 26 Nam centuriata lex (*in comitiis centuriatis*) Cenſoribus ferebatur, quum curiata caeteris patriciis magiſtratibus. ¶ 2 Centuriatus ager in ducenta iugera definitus: quia Romulus centenis ciuibus, ducenta iugera tribuit. Feſt. *Conf.* Sic. Flacc. p. 23 *Goeſ.*

CENTVRIĀTVS, ûs. m. [λοχαγία] *Dignitas et officium centurionis.* Cic. pro Lege Manil. 37 c. 13 Quem enim poſſumus imperatorem aliquo in numero putare, cuius in exercitu veneant centuriatus atque venierint? Idem in Piſon. 88 Quid centuriatus palam venditos? ¶ 2 *Alia notione legitur* Liu. 22, 38 Nam ad eum diem nihil praeter ſacramentum fuerat, et vbi ad decuriatum aut centuriatum conueniſſent, ſua voluntate ipſi inter ſe equites decuriati centuriati pedites coniurabant, ſe ſe fugae, *etc.* Ad centuriatum, *i. ad illum actum, quo in* Centurias *referebantur, ſiue centuriabantur.*

CENTVRIĀTIM. Adu. [κατὰ λόχους] *Per centurias.* Cic. pro Flacc. 15 c. 7 Diſtributis partibus tributim, et centuriatim deſcriptis ordinibus, claſſibus, aetatibus, *etc.* Liu. 6, 20 Cum centuriatim populus citaretur. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 76 Centuriatim producti milites idem iurant. ¶ 2 Centuriatim dictum eſt Abundanter et copioſe, a Centuriis, quae ſuffragium in comitiis ferebant. Pomponius Proſtibulo, Continuo ad te centuriatim current, qui panem petent Nonius 1, 63.

CENTVRIATIO, ōnis. f. *Dimenſio per centurias, apud agrimenſores.* Sic. Flacc. p. 16 Alii dicunt perticam, alii centuriationem, *etc.* *Et* Hygin. p. 206 Deduci intra centurationem.

CENTVRIONĀTVS, ûs. m. [ἑκατονταρχία] *Idem, quod munus Centurionis, ſ. Centuriatus. Vt*, Agere centurionatum Tacit. Ann. 1, 44.

CENTVRIONVS, *vid.* CENTVRIO.

CENTVRĬPE, es, *ſiue* CENTVRĬPAE, arum. [Κεντερίπαι, *Ptolemaeo*, Κεντόριπα, *aliis*] *Oppidum Siciliae, ſub Aetna monte. Vix legitur in numero ſingulari.* Plin. 31, 7 Purpureus ſal Centuripis gignitur. Sil. Ital. 14, 203 Nec non et vertice celſo Centuripae.

CENTVRIPĪNI, Centuriparum populi, *Latinae conditionis tempore* Plin. 3, 8.

CENTVSSIS, *vid. ante* CENTVM.

## C E O *et* C E P

CEOS, Inſula. *Vid.* CEA.

CEPE, *ſ.* CAEPĒ. n. [κρόμμυον] *Indecl. Olus dictum volunt, quod capitis ſimilitudinem habeat, vel quod in caput creſcat.* Frequentior vſus hoc cepe protulit Priſcian. 6 p. 681. *Conf.* Non. 3, 67. Plin. 19, 6 ſ. 32 Ergo omnibus annis ſeparatim ſemen cepae cauſa ſeritur, ſeparatim cepe ſeminis. Tunicatum cepe Perſ. Sat. 4, 30. *quia tunicis pluribus conſtat. Pro plebeio et vili cibo* Horat. Epiſt. 1, 12, 21 Verum ſeu piſces, ſeu porrum et cepe trucidas. Lucil. *ap.* Non. 3, 67 Flebili cepe ſimul, lacrimoſaeque ordine tallae (*ſic enim leg. pro* talpae) Varro ibid. Aui et atain noſtri, cum allium ac cepe eorum verba olerent, tamen optime animati erant. *Alludit ad* animam, *quae foetet.*

CEPA, ae. f. [κρόμμυον] *Idem.* Allioque cepiſque Martial. 12, 32. Plin. 19, 6 ſ. 32 *claſſicus eſt*, Allium cepaſque (*Harduin. per diphthongum* ae *ſcribit*) inter deos in iureiurando habet Aegyptus. Cepae genera apud Graecos Sardia, Samothracia, Alſidena, Setania, Schiſta, Aſcalonia, ab oppido Iudaeae nominata. Omnibus etiam odor lacrimoſus, et praecipue Cypriis, minime Gnidiis. Omnibus corpus totum pinguitudinis earum cartilagine. — Apud nos duo prima genera, vnum condimentariae, quam illi gethyon, noſtri pallacanam vocant — Rufa acrior, quam candida, ſicca quam viridis, et cruda quam cocta, ſicca quam condita. Seritur Amiternina — ſola allii modo capite, reliquae ſemine. — Gethyum paene ſine capite eſt ceruicis tantum longae, et ideo totum in fronde: ſaepiuſque reſecatur, vt porrum, *etc.* Cepa Aſcalonia, Marſica, Pompeiana, *vt condiantur* Columel. 12, 10, 1. Aſcalonia *laudatur etiam* 11, 3, 57. Marſicam ſimpliciter vnionem vocant ruſtici Idem 12, 10, 1. *hinc forte Gallorum* Oignon. Cepa Germana *laudatur* Veget. Mulom. 3, 54, 4. Lacrimoſa Colum. 10, 123. Longior Pall. Mart. 10, 31. Ouid. Faſt. 3, 340 Caedenda eſt hortis eruta cepa meis. Ceparum non ſine ſucco Samon. c. 12. Thalli ceparum, ne a ventis proſternantur Columel. 11, 3, 58. *Conf.* Pallad. Febr. 20, 4. *Vid.* FVSTICVLI.

CEPARIVS, i. m. Lucil. *ap.* Non. 3, 67 *videtur nominis huius rationem reddere, vt qui primus hoc nomen tulit, dictus ſit* Lippus edenda acri aſſidue Ceparíu' cepa. Marci Ceparii meminit Cic. Fam. 9, 23. *Et* Catil. 3 c. 6.

CEPĪNA, ae. f. *Locus cepis conſitus. Sic autem a* Cepis *dicitur* Cepina; *vt a* Rapis, Rapina; *a* Napis, Napina. Columel. 11, 3, 56 Cepina magis frequenter ſubactam poſtulat terram, quam altius conuerſam, *etc.*

CEPĒTVM, i. n. [κρομμυών] *Idem.* Gell. 20, 8 Cepetum vireſcit. *Sed editur ab Aldo inde* Cepe tum *diſiunctis verbis:* Id etiam multo mirandum eſt magis, quod apud Plutarchum in IIII in Heſiodum Commentario legi: Cepe tum reuireſcit et congerminat, decedente luna, contra autem inareſcit adoleſcente. Eam cauſam eſſe dicunt ſacerdotes Aegyptii, cur Peluſiotae cepe non edunt: quia ſolum olerum omnium contra lunae aucta atque damna vices minuendi et augendi habet contrarias. *Quid ſi fuit* Cepitium? *de quo ſtatim.*

CEPITIVS, a, um. *et* CEPITIVM, i. n. *ſecundum* Priſcianum 6 p. 681 pro eo, quod eſt Ex genere ceparum. Caepitius capillus, caepitium caput Arnob. 5 p. 155.

CEPVLA, *vel* CEPVLLA. *Cepa.* Pallad. 3, 24, 3 Hoc menſe cepulas ſeris. *Add.* Cael. Aurel. Ac. 3, 4 n. 42. Pallad. 10, 11, 4. Apic. 7, 6. *et* 9, 1. Cibulla *legitur ap.* Plin. Valerian. 2, 3. *Vid.* Barth. Adu. 6, 17.

CEPAEA. Plin. 26, 8 Herba eſt ſimilis portulacae, nigriore radice, ſed inutili, naſcens in litoribus arenoſis, guſtu amara.

CEPHALALGIA, *ſ.* CEPHALARGIA. [κεφαλαλγία] *Generale nomen eſt ad omnes capitis dolores, continetque ſub ſe* Hemicraniam, Cephaleam, *et ſimiles. Speciatim tamen dolores longos et antiquos.* Scribon. Comp. 206 Facit ad capitis diutinum dolorem, quem κεφαλαλγίαν Graeci appellant. *Eadem appellatur* Cephalargia Scrib. Comp. 99. Macer de Acidula: Dicitur antiquo capitis prodeſſe dolori, Qui dictus dolor eſt lingua Cephalargia Graeca. *Vid. Rhod. ad Scrib. l. c.*

CEPHALARGICVS, a, um. Veget. 1, 25, 2.

CEPHALAEA. [κεφάλαια] *Morbus vehemens, quo totum caput infeſtatur. De ruta* Plin. 20, 13 ſ. 51 Lenit autem capitis dolores pota cum vino, aut cum aceto et roſaceo illita. Si vero ſit cephalaea, cum farina hordeacea, vel aceto. Cael. Aurel. Tard. 2, 1 n. 28 Nimia capitis paſſio, quam cephalaeam vocant. *Dedita opera* de cephalaea *agit* Celſ. 4, 2 In capite interdum acutus et peſtifer morbus eſt, quem κεφαλαίαν Graeci vocant, *etc.*

CEPHALAEOTES, ae. m. *Capitationis exactor.* L. 6 C. Th. de patroc. vicor. *ſic interpretante Gothofredo.*

CEPHALAEVS, a, um. Adi. *Capitalem, vel de capite aliquid ſignificare poteſt: ſed nondum ſatis de eo conſtat. Quidam ad* Cephalum *piſcem referunt.* Verſus Lucilii ſunt apud Gellium 10, 20 Abdomina thynni Aduenientibus priua dabo, carnem et cephalaeam. *Sic legi vult Turn.* 21, 21 Cephalaeam *dixiſſe Lucilium, vt* Plautus Ophthalmiam: *Illum carnem capitis intelligere, hunc oculis vicinam, oculoſque. Verum e MSS. ita adhuc editum*, cephaleaque acarne, (*vel* atarne) *quod quid cibi eſſet, nondum quiſquam, puto, docuit.*

CEPHALENIA. [Κεφαληνία] *Inſula Ionii maris.* Plinius *tradit*, eam quondam dictam fuiſſe Melaenam 4, 12 ſ. 19.

CEPHALENES. *Illius inſulae populi.* Sil. 15, 305 Saxa Cephalenum, et ſcopuloſis Neriton aruis.

CEPHALOTVS, a, um. Adi. [κεφαλωτὸς] Ac thymbrae ſpeciem, quam commemorant cephaloten Samon. 427. *q. d. capitatam.*

CEPHALICVS, a, um. Emplaſtrum cephalicum Celſ. 5, 19 *ad capitis dolores.*

CEPHALO, ōnis. m. Planta palmae Pallad. 5, 5, 2. *Vid. Salmaſius ad* Solin. p. 933 b, B. *qui* cephalionem *vocat; alii appellant* Cerebrum.

CEPHĂLVS. [Κέφαλος] *Deionis filius, Aurorae dilectus, ſed maritus* Procris. *Fabulam illius narrat copioſe* Ouid. Met. 7, 665 ſq. *et paullo aliter* Hygin. f. 189. *Vid.* PROCRIS. *In primis* telum ineuitabile *illius notabile.* Ouid. de Arte Am. 3, 687 Latmius Endymion non eſt tibi Luna pudori, Nec Cephalus roſeae praeda pudenda deae. ¶ 2 Cephalus, [Κέφαλος] *piſcis a Graecis dicitur, quem Latini* Mugilem *vocant:* eo, quod caput in metu occultet, exiſtimans totum ſe abſconditum Plin. 9, 17. *vbi hiſtoria eſt, non nomen.*

CEPHĒNES. m. [κηφῆνες] *Sic vocatur foetus fucorum*, cum formam capere coepit, itemque Sirenes, *vt* apum nymphae Plin. 11, 16. ¶ 2 Cephenes, *Aethiopiae gens, quorum rex Cepheus.* Ouid. Met. 5, 1 *et* 97.

CEPHEVS. [Κηφεὺς] *Rex Aethiopum Phoenicis filius, et Andromedae pater, ſocerque Perſei. Vid.* Ouid. Met. 4 *extr. et* 5 *pr. Accuſatiuus eſt* 5, 43 Et ſunt, qui Cephea dicant Cum genero debere mori. Sed limine tecti Exierat Cepheus. *Ab hoc*

CEPHEÏVS. Adi. [Κηφήιος] *Vt*, Arua Cepheïa Ouid. Met. 4, 669.

CEPHISIA. *Atticae regionis fons.* Plin. 6, 7 In Attica fontes, Cephiſia, Larine, Callirhoë enneacrunos.

CEPHĪSVS. [Κηφισσὸς] *Fluuius Boeotiae: ortum habet in radicibus Parnaſſi montis. In eius ripa fuit olim templum Themidis, ad quod acceſſerunt Deucalion et Pyrrha, deam conſulturi ſuper humani generis reparatione: vnde ab oraculo vocatur fluuius ille* Fatidicus Lucan. 3, 175 Boeoti coiere duces, quos impiger ambit Fatidica Cephiſus aqua. *Meminit etiam* Plin. 4, 3. *Hinc*

CEPHĪSIS, ĭdis. Patronymicum femininum *finxit* Ouid. Met. 1, 369 Nulla mora eſt, adeunt pariter Cephiſidas vndas.

CEPHISIAS, ădis. Patronym. *item fem.* Ouid. Met. 7, 439 Vidit et immitem Cephiſias ora Procruſten.

CEPHVS. [κῆφος] *Animal eſt apud Aethiopes*, pedes poſteriore humanis pedibus et cruribus, et priores hominis manibus ſimiles habens. *Hoc animal a Pompeio, quum ludos faceret, in theatro fuit oſtenſum, et poſtea Romae non viſum.* Ex Plin. 8, 19. *Sed Harduin.* κῆπα *dedit, qui tamen fatetur in MSS. eſſe* cephus, *accuſatiuo plur. Caeterum* κῆπον *ex Graecis illuſtrat.*

CEPIONIS, ĭdis. f. *De hac* Plin. 37, 10 ſ. 56 Ceponides i Aeolidis Atarne — naſcuntur, multis coloribus translucentes, alia vitreae, alias cryſtallinae, alias iaspideae. Sed et ſordidis tantus e nitor, vt imagines reddant, ceu ſpecula.

CEPITIS, *ſiue* CEPOLATITIS. Gemma candida, venarum nodis coëuntibus candore imaginem regerens Plin. 37, 10 ſ. 56.

CEPOS, *Latine Hortus dicitur. Hinc*

CEPOS Aphrodites, *Hortus Veneris, herba, alias Cotyledon.* Apu de Herb. c. 43.

CEPOTAPHIVM, i. n. *Sepulcrum in horto.* Inſcript. Fabre pag. 115.

CEPVRICA. [κηπουρικὰ] *Graeci appellant, quae ad hortorum c ram pertinent, aut in hortis ſeruntur. Vnde* Sabinus Tiro, libru Cepuricôn inſcripſit. *h. e. Hortenſium* Plin. 19, 10 ſ. 57. Firmic. 12 Scorpius ſignificat loca quandoque cepurica, et hortenſia.

CEPVROS, i. m. *Hortulanus. Sic tertium librorum Apici inſcripſit.*

CEPPHICVS. [κεπφικὸς] *Aiunt eſſe adiectiuum, a* ceppho *a cula leuiſſima tractum, et tribuunt* Cic. Att. 13, 31 De epiſtola ad Cae rem, κεπφικὰ, *i. leuia ſunt, aut fatua. Sed fluctuat lectio. Sunt, q* πέφρικα *malint, i. cohorrui. Graeuius admiſit.*

CEPVS. [κῆπος] *Animal. Vid.* CEPHVS.

## C E R

CERA, ae. f. [κηρὸς] *Opus illud apum, quod relinquitur m expreſſo fauis.* Plin. 21, 14 ſ. 49 Cera fit expreſſis fauis, ſed an purificatis aqua, et triduo in tenebris ſiccatis, quarto die liquatis ig in nouo fictili, aqua fauos tegente, tunc ſporta colatis. Rurſus eadem olla coquitur cera cum eadem aqua, excipiturque alia frigi vaſis melle circumlitis. Optima, quae Punica vocatur: proxi quam maxime fulua odoriſque mellei. Columel. 9, 16, 1 Expreſ fauorum reliquiae poſteaquam diligenter aqua dulci perlutae ſunt, vas aeneum coniiciuntur, adiecta deinde aqua liquantur ignibus, qu vbi factum eſt, cera per ſtramenta, vel iuncos defuſa colatur, atq iterum ſimiliter, de integro coquitur, et in quas quiſque voluit f mas, aqua prius adiecta, defunditur: eamque concretam facile eximere, quoniam qui ſubeſt humor non patitur formis inhaere ¶ 2 Plin. *l. c.* Nigreſcit cera addito chartarum cinere, ſicut anch admixta rubet: varioſque in colores pigmentis traditur ad eden ſimilitudines, et innumeros mortalium vſus, parietumque etiam armorum tutelam. *Hinc* Pingere ceris Plin. 35, 11 ſ. 39 *et* 41. St Silu. 1, 1, 100 Apelleae cuperent te ſcribere cerae, *vt* γράφειν, *h. l.* pi *gere ſignificat.* Porphyr. Paneg. fig. 4 Vincere Apelleas audebit p gina ceras. *Nempe, vt iam e Plinio obſeruauimus*, ceris pingere *an qui ſolebant.* Seneca Epiſt. 121 *poſt princ.* Pictor colores, quos reddendam ſimilitudinem multos varioſque ante ſe poſuit, celerri deuotat, et inter ceram opuſque facili vultu ac manu commeat. Va de R. R. 3, 17, 4 Nam vt Pauſias, et caeteri pictores eiuſdem gene loculatas magnas habent arculas, vbi diſcolores ſunt cerae. *Qu ceris pingebant, eadem inurebant, vt docet* Plin. 35, 11 ſ. 39. Ide ſ. 41 Encauſto pingendi duo fuiſſe antiquitus genera conſtat, cera, in ebore, *etc.* *Hinc* Martial. 4, 47 Encauſtus Phaëthon tabula pictus in hac eſt; Quid tibi vis, dipyron, qui Phaëthonta faci Dipyron, *bis vſtum, ſemel fulmine, iam encauſto. Quia etiam ex c factae erant maiorum Imagines, inde Poëtis* Cerae *dicuntur.* Ou Faſt. 1, 591 Perlege diſpoſitas generoſa per atria ceras Contiger nulli nomina tanta viro. Iuuen. Sat. 8, 19 Tota licet veteres ex nent vndique cerae Atria, nobilitas ſola eſt, atque vnica virtus. V Sueton. in Galba 2. *Vid. et* STEMMA. Plin. 35, 2 *locus de in ginibus claſſicus. Genus etiam picturae eſt, certe polituræ, de quo po mus verba* Vitruuii 7, 9 At ſi quis ſubtilior fuerit, et voluerit exp tionem miniaceam ſuum colorem retinere, cum paries politus et ari fuerit, tunc ceram Punicam igni liquefactam, paullo oleo temperat ſeta inducat. Deinde poſtea carbonibus in ferreo vaſe compoſit eam ceram apprime cum pariete calefaciendo ſudare cogat, fiatque, peraequetur. Poſtea cum candela linteiſque puris ſubigat, vti ſi marmorea nuda curantur. Haec autem καῦσις Graece dicitur. obſtans cerae Punicae lorica non patitur, nec lunae ſplendorem, ſolis radios lambendo eripere ex his politionibus colorem. Plin.

7 ſ.

7 ſ. 40 Parieti ſiccato cera Punica cum oleo liquefacta candens ſetis inducatur: iterumque admotis gallae carbonibus aduratur ad ſudorem vſque: poſtea candelis ſubigatur, ac deinde linteis puris, ſicut et marmora niteſcunt. *Pertinent huc* Saxa illita ceris Prud. contra Symmach. 1, 203. *Sed Voſſius in Etymol. comparat cum* Iuuen. 10, 55 Genua incerare deorum, *de quo ſ. l.* ¶ 3 *Cera etiam illinebantur et obducebantur pugillares, in quibus ſcribere mos erat. Vnde* Ceras *aliquando pro Libellis, ſiue epiſtolis, vel tabellis ceratis capimus.* Ouid. Am. 1, 12, 8 Negaturis cera referta notis. Iuuen. Sat. 1, 63 Nonne libet medio ceras implere capaces Quadriuio? Plin. Epiſt. 1, 6 Erat in proximo, non venabulum aut lancea, ſed ſtilus et pugillares. Meditabar aliqua, enotabamque, vt, ſi manus vacuas, plenas tamen ceras reportarem. Primae et ſecundae cerae teſtamenti, *pro primis et ſecundis tabellis, ſiue foliis teſtamenti.* Sueton. in Neron. 17 Cautum, vt in teſtamentis primae duae cerae teſtatorum modo nomine inſcripto vacuae ſignaturis oſtenderentur. Idem in Caeſ. c. 83 Pelium ex quadrante *heredem inſtituit:* in ima cera C. Octauium etiam in familiam nomenque adoptauit: in ima cera, *i. in vltima parte tabulae teſtamentariae.* Horat. Serm. 2, 5, 53

— quid prima ſecundo
Cera velit verſu ſolus multisne coheres,
Veloci percurre oculo.

*Vbi* vetus Scholiaſtes, Prima cera, Prima Tabula. Cerae vltimae, *pro teſtamento.* Martial. 4, 70 Nihil Amiano praeter aridam veſtem, Moriens reliquit vltimis pater ceris. Cic. Verr. 1, 95 Deinde codicis extrema cera nomen infimum in flagitioſa litura fecit. ¶ 4 *Ad obſignandum etiam cera adhibita.* Cic. pro Flacc. 37 Noſtra igitur laudatio, *etc.* datam quidem confitetur, conſignata creta eſt: in illo autem teſtimonio, quod accuſatori dicitur datum, ceram eſſe videmus. — Cera deprehenſa confiderem, totius teſtimonii fictam audaciam comprehenſam. ¶ 5 Alba cera Plin. 22, 24. Horat. Epiſt. 1, 6, 62 Quid deceat, quid non obliti, Caerite cera Digni, remigium vitioſum Ithacenſis Vlyſſei. *Vid. ſupra* CAERE. Cic. de Natur. Deor. 3, 30 c. 12 Vt enim, ſi omnis cera commutabilis eſſet, nihil eſſet cereum, quod commutari non poſſet. Flaua Ouid. Met. 8, 487. Flauens Idem Met. 8, 670. Fragilis Iuuen. Sat. 12, 88. Impatiens caloris Ouid. de Arte Am. 2, 61. Infamis ac nefaria, *qua tabellae iudicium corruptorum notatae erant* Cic. Diu. in Caec. 7. Stat. Theb. 10, 573 *de apibus*, Laboratasque premunt ad pectora ceras. Minio medicata Ouid. Amor. 1, 12, 11. *de epiſtola.* Id. Met. 8, 226 Soluit Odoratas, pennarum vincula, ceras. Poenicia Ouid. Am. 3, 7, 29. *i. miniata.* Pontica Scribon. *paſſim.* Plin. 21, 14 ſ. 49. Punica cera fit hoc modo. Ventilatur ſub diuo ſaepius cera fulua. Deinde feruet in aqua marina ex alto petita, addito nitro. Inde lingulis hauriunt florem, id eſt, candidiſſima quaeque, transfunduntque in vas, quod exiguum frigidae habeat. Et rurſus marina decoquunt ſeparatim: deinde vas ipſum refrigerant. Et cum haec ter fecere, iuncea crate ſub dio ſiccant ſole, lunaque: haec enim candorem facit, ſol ſiccat: et ne liquefaciat, protegunt tenui linteo. Candidiſſima vero fit poſt inſolationem etiamnum recocta. Puſillae Iuuen. Sat. 14, 29. *i. pugillares.* Sacra, *vid.* PROPOLIS. Sexangula cera *dicuntur alueoli apium* Ouid. Met. 15, 382. Solutae igne Id. de Arte Am. 2, 47. Virgil. Georg. 4, 162 Deinde tenaces ſuſpendunt ceras. *i. fauos.* Tenues Valer. Arg. 1, 128. ¶ 6 *Arborum formulae:* Cic. Tuſc. 1, 108 c. 45 Condiunt Aegyptii mortuos, et eos domi ſeruant. Perſae etiam cera circumlitos condiunt, quam maxime permaneant diuturna corpora. *Add.* Nep. 17, 8, 7. Confingunt ceras apes Plin. 11, 8. Credere cerae, *vid.* CREDO. Coniungere cera calamos plures Virg. Ecl. 2, 32. Defigere nomen cuius cera, *i. In cera ſcribere, magicae defixionis cauſa* Ouid. Am. 3, 7, 29 Sagaue Poenicia defixit nomina cera. Velut eadem cera ac atque aliae formae duci ſolent Quinct. 10, 5, 9. Cic. de Natur. Deor. 1, 71 Hoc intelligerem quale eſſet, ſi in ceris Fingeretur, aut talibus figuris. *Quaedam exempla* Cereis. Cic. de Orat. 3, 177 c. 45 *de verbis*, Non enim ſunt alia ſermonis, *etc.* ſed ea nos quum iacentia ſuſtulimus e medio, ſicut molliſſimam ceram ad noſtrum arbitrium formamus et Fingimus. Illita ceris pocula Ouid. Met. 8, 670. Scilicet et Inducta candorem quaerere cera Idem A. A. 3, 199. Liqueſcit cera Virgil. Ecl. 8, 80. Mollire ceram digitis Ouid. Met. 8, 198. Set in cera vultus Martial. 11, 103. *i. Mutus eſt.* Tabeſcere cerae dicuntur, *quum liqueſiunt* Ouid. Met. 8, 227.

CERVLA, ae. f. Dimin. [κηρίδιον] Cic. Att. 16, 11 Cerulas enim tuas miniatulas illas extimeſcebam. *Atticus in Ciceronis libris ea, quae non probaret, notare miniata cera ſolitus erat.* Idem Att. 15, 14 His literis ſcriptis me ad συντάξεις dedi: quae quidem vereor, ne miniata cerula tua pluribus locis notandae ſint. *Critici in libris corrigendis ſuſpecta, dubia aut improbata ſignare notis quibusdam ſolebant, atque id facere attingendis fruſtulis e cera, eaque miniata. Graeci* ῥοπαλίσματα *vocabant; vt obſeruat Salmaſ. Exerc. Plin. p. 775. Conf.* Ang. Politian. Miſcell. c. 52.

CERO, āre. [κηρόω, Vet. Gloſſ.] *Cera linere.* Columel. 12, 4 Nam fere ſexta quaque oliuitate dolia cerari oportere antiqui dixerunt, *etc.*

CERĀTVS. Partic. [κηρωτός] *Vt,* Tabella cerata. Cic. de Diuin. in Caec. 24 c. 7 Ceratam vnicuique tabellam dari cera legitima, non illa infami ac nefaria. *Vid.* CERA Infamis. Buxa cerata, *pugillares* Prud. Periſt. 9, 49. Codicilli cerati Vlpian. in l. librorum. §. 1 D. de leg. 3. Pennae ceratae ope Daedalea Hor. Od. 4, 2, 2. Puppes ceratae, *Cera illitae* Ouid. de Rem. Amor. 447. *Conf.* Plin. 35, 11 ſ. 41. Rates Idem Epiſt. 5, 42. Tabulae Plaut. Aſin. 1, 3, 23. Ouid. Epiſt. 7, 23 Vror, vt inducto ceratae ſulfure Tedae.

CERIFĬCO, āre. [κηροποιέω] *Ceram facere.* Plin. 9, 38 ſ. 62 *de purpuris,* Quum cerificauere, fluxos habent ſuccos. *Quaedam exemplaria hoc loco legunt* Foetificauere. *Sed recte* cerificauere *Harduin. qui ſpici obſeruat ad* ſ. 60 cum lentorem cuiuſdam cerae ſaliuarunt, *de eadem purpuris.*

CERATŪRA, ae. f. [κήρωσις] *Cera inducta, vel inducenda.* Columel. 12, 50, 16 Nam quemadmodum noua vaſa ſi calefiant, liquidam ceram facile recipiunt: ſic vetera non crediderim propter olei ſuccum, ceraturam pati.

CERĀTVM, *ſiue* CERŌTVM, i. n. [κηρωτόν] *Medicamenti genus medium inter vnguenta, quae liquidiora, et ſpiſſiora emplaſtra: quod tamen ipſum gradus huius rei recipit: prout plus vel minus olei cerae miſcetur et rebus ſiccis. Nempe dictum a Cera, quae fere ceratis omnibus adhiberi ſolet. Quidam non* Ceratum, *ſed* Cerotum *appellant a Graeco.* Plin. 13, 22 Faciemque inuadunt ignes ſacri, ob id cerato prius illinunt. Celſ. 4, 3 Ceruicem liquido cerato perungere. Id. 4, 4, 2 Ceratum ex cyprino vel irino vnguento. *Et* 5, 17 *extr.* Tum emplaſtrum imponitur, paſtillus illinitur, aut alicui molliori, aut cerato miſcetur. *Sic* Factum ex roſa ceratum Celſ. 4, 24. *Et* Scribon. 130, 252. Medicamentum cerati ex malabathro Idem 120. Quaſi ceratum facere 258. Cerati habere temperaturam 212. Cerati mollis temperamentum habere 209. Temperaturam 79. Ceratum fit Scrib. 242. Ceratum ſpiſſum 81, 201. In cerati ſpiſſitudinem redactum 250. Cerati ſpiſſi temperaturam habere 201. Cerati teneri ſpiſſitudinem habere 173. Martial. 11, 99 Nec labra pingui delibuta cerato. *Alii* Ceroto *ſcribunt.* Cerata, malagmata, emplaſtra, collyria, antidota, non fecit parens diuina illa ac artifex rerum Plin. 22, 24. *Conf.* Pallad. 1, 41. Apul. de Herb. c. 75, 7. Arnob. 6 p. 196.

CEROTARIVS, i. m. *Seplaſiarius.* Octau. Horatian. 1, 9. Theod. Priſc. de Diaeta c. 10.

CERATORIVM, i. n. *Ceratum.* Chalaſticum Marc. Empir. c. 35. Ceratoria apponere Cael. Aurel. Tard. 2, 3.

CERARIVS, i. m. [κηροπώλης] Gloſſ. Gr. Lat. *Qui cera, vel cereis negotiatur.*

CERARIA, ae. f. *Legitur a quibusdam.* Plaut. Milit. 3, 1, 102 Quia nihil abſtulerit ſuccenſet ceraria. *al.* Geraria. Gronou. *ſuſpicatur* Geraera.

CERARIVM, i. n. *Pecunia, quam pro cera magiſtratus a Prouincialibus exigebant.* Cic. Verr. 3, 180 c. 78 Ex omni pecunia, quam aratoribus ſoluere debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebant: primum pro ſpectatione et collybo, deinde pro neſcio quo cerario. Haec omnia, iudices, non rerum certarum, ſed furtorum improbiſſimorum ſunt vocabula. Cerarium vero quid? Quomodo hoc nomen ad magiſtratus rationes, quomodo ad pecuniam publicam allatum eſt?

CEREVS. Adi. [κήρινος] *Quod ex cera factum eſt.* Cic. de Nat. Deor. 3, 30 c. 12 Vt enim ſi omnis cera commutabilis eſſet, nihil eſſet cereum, quod commutari non poſſet, *etc.* Horat. Epiſt. 2, 1, 265 Ac neque ficto In peius vultu proponi cereus vsquam, Nec praue factis decorari verſibus opto. *Nempe imagines ex cera ſiebant. Neque imaginem ſui exſtare vult praue factam e cera, neque verſus malos de ſua laude.* Caſtra Claud. de Rapt. Proſerp. 125. *i. Aluearia.* Plin. 37, 2 ſ. 11 Electrum in Scythia erui duobus locis, Candidum atque cerei Coloris, quod vocaretur electrum; in alio loco, fuluum, quod appellaretur ſubalternicum. Id. c. 3 ſ. 12 Cerea electra *inter* candida *et* fulua *quaſi interponit medio loco.* Effigies Hor. Serm. 1, 8, 30. Ficedula Martial. 12, 5. *i. flaua a pinguedine. Vid. mox* Turtur. Imago Hor. Serm. 1, 8, 43. Perſona cerea Lucret. 4, 299. Cretea *ex in libris melioribus. Vid.* PERSONA. Virg. Ecl. 2, 53 Addam cerea pruna, et honos erit huic quoque pomo. *Vbi* Seruius, aut cerei coloris, aut mollia. *Conf.* Martial. 10, 94 Mittimus autumni cerea Poma mei. *Intelligo non, vt in lemmate eſt,* poma *veri nominis, ſed in tabellis ceratis verſiculos. Haec* autumni ſui *dicere poteſt Poëta, haec* media ſuburra ſibi nata. Regna cerea, *Alueolos et cellulas apum vacat* Virg. Georg. 4, 202. Turtur Martial. 3, 58. *vel pinguis, vel quia de vino ſermo eſt, color indicatur.* Pinguem turturem, cereamque ficedulam *iungit* Accius *ap.* Non. . . . ¶ 2 Cereus, *Mollem aliquando ſignificat, ac facilem et tanquam cera tractabilem.* Hor. Carm. 1, 13, 2 Cerea Telephi laudat brachia. *Vid. Torrent. it.* Seru. *ad* Virg. Ecl. 2, 53. *Metaphor.* Hor. in Arte Poët. 163 Cereus in vitium flecti. ¶ 3 Cereus, *Vnctus, Sordidus* Martial. 1, 93 Cerea ſi pendet lumbis, et trita lacerna. *Et* 4, 53 Cerea quem nudi tegit vxor abolla grabati. *Ramireſius ad* 1, 93 *huc etiam refert* Incerare genua Deorum, *vbi vid. Hoc manet* Ceream lacernam, abollam ceream *eſſe ſordibus pinguibus veluti cera inductas et inde rigentes nitentesque.*

CEREVS, i. m. Subſtant. [κήρινος] *intell.* Lychnus. Feſtus, Cereos Saturnalibus muneri dabant humiliores potentioribus: quia candelis pauperes, locupletes cereis vtebantur. Funera ad faces et ad cereos ducere Sen. de breu. Vit. *extr.* Martial. 14, 42 Hic tibi nocturnos praeſtabit cereus ignes. Cic. Off. 3, 80 c. 20 Et ea res (ſi quaeris) ei magno honori fuit: omnibus vicis ſtatuae: ad eas tus et cerei. Vlpian. in l. 3 §. ligna. D. de penu leg. Etiam tus, et cereos in domeſticum vſum paratos. *Add.* Iſid. 20, 10.

CEREŎLVS. Adi. Dimin. Colum. 10, 404 Armeniisque, et cereolis, prunisque Damaſci Stipantur calathi, *tria prunorum genera.* Cerea pruna *habuimus ex* Virg. Ecl. 2, 53. *Add.* Theodulf. Aurelian. Carm. 1, 2, 52.

CERĬNVS. Adi. [κηροειδής] *Quod cerae ſimile eſt. vt,* Cerinus color. Plin. 15, 13 *de prunorum generibus,* Sunt et nigra, ac laudatiora cerina atque purpurea. Plaut. Epid. 2, 2, 49 Cumatile, aut plumatile, cerinum aut melinum. *ſubaud.* Veſtimentum. *vid.* Nonius 16, 6.

CERINARIVS, *ſ.* CARINARIVS, i. *Qui flauo colore tingit.* Plaut. Aul. 3, 5, 36. *Conf. Turneb. Adu.* 14, 5.

CERIPHORVS, *vid.* CEROFERARIVS.

CERĪTIS, ĭdos. f. [κηρῖτις] *Gemma.* Cerae ſimilis Plin. 37, 10 ſ. 56. Cerites, ae, *aliis placet. Hinc Rutgerſ. V. L.* 6, 11 p. 578 *legi vult* Sardonycha verum, tychnin, atque ceriten: *Vulgata,* Sardonycha verum lineisque ter cinctum.

CEROMA, *vid. poſt deriuata ex* CERNO.

CERŌSVS. Adi. [κηρώδης] *Ceram habens admiſtam: vnde* Mel ceroſum, *nondum deſpumatum, et adhuc cera commiſtum* Plin. 32, 3 ſ. 13.

CERACHATES. [κηραχάτης] Gemma eſt ex Achatae generibus, cerae colorem prae ſe ferens Plin. 37, 10.

CERAMĪCVS, i. m. [κεραμεικός] *Proprie eſt Figuli officina.* Plin. 35, 12 Fecit et Chalcoſthenes cruda opera Athenis, qui locus ab Officina eius ceramicus appellatur. Cic. de Finib. 1, 39 At etiam Athenis, vt e patre audiebam, facete et vrbane Stoicos irridente (*Gron.* irridente) ſtatua eſt in Ceramico Chryſippi ſedentis, porrecta manu, *etc.* Plin. 36, 5 Opera Praxitelis ſunt Athenis in Ceramico.

CERAMITES. [κεραμίτης] *Gemma eſt teſtae colorem habens, vnde et nomen accepit. nam* κέραμος *teſtam, vel tegulam ſonat* Plin. 37, 10.

CERAMIVM. [Κεράμιον] *Locus Romae putatur, in quo Milo domum habebat.* Cic. Att. 4, 3 Nam Milonis domum eam, quae Ceramio, prid. Idib. Nouemb. expugnare et incendere ita conatus eſt, *etc. Sed aliunde ignotus locus. Probant fere eruditi* Germalo, *v. v.*

CERARIVS, *vid.* CERA.

CERAS Amaltheas. [κέρας ἀμαλθείας] *i. e.* Copiae cornu, Feſtus. Plin.

Plin. 9, 15 vocat Aureum cornu. Plin. praef. inter inſcriptiones librorum memarat κέρας Ἀμαλθείας, quod Copiae Cornu. Sic etiam Gell. 1, 8 Sotion — librum multae variaeque hiſtoriae refertum compoſuit, eumque inſcripſit κέρας Ἀμαλθείας. Ea vox hoc ferme valet, tanquam ſi dicas Cornucopiae. Sotion. Sic etiam vocatur herba Paſtinaca Apul. de Herb. c. 8.

CERASTES, ae. vel CERASTIS, is. m. vel CERASTA, ae. [κεράστης] Genus ſerpentis. Mordax abſorbuit ore ceraſta Alc. Auit. 1, 91. Plin. 8, 23 ſ. 35 nominis rationem indicat, Quod ad ſerpentes attinet, vulgatum eſt — ceraſtis eminere cornicula ſaepe quadrigemina, quorum motu, reliquo corpore occultato, ſolicitent ad ſe aues. Id. 11, 37 ſ. 45 Corporea corpora tribuit cochleis, ſicut ceraſtis. Et 32, 5 ſ. 17 A ceraſte percuſſi. Stat. Theb. 1, 103 Centum illi aſtantes vmbrabant ora ceraſtae. De Tiſiphone loquitur, cuius capillos ſerpentes eſſe Poëtae fingunt. Vnde 11, 65 de Megaera, Crinaleum attollit magno ſtridore ceraſten. Add. Prop. 3, 21, 27. Lucan. 6, 679. et 9, 716. Celſ. 5, 27 n. 7. Solin. c. 40. ¶ 2 Ceraſtae etiam dicuntur cornuti cerui, neque non Satyri: vid. Salmaſ. in Solin. p. 158 et 294. ¶ 3 Eſt et vermium genus in ficubus arboribus, de quo Plin. 17, 24 ſ. 37, 3.

CERASTIBOLA, apud Varronem eſt de L. L. 6, 3 p. 76, 24 Ceraſtibola Opilius ſcribit circum coxendices ſunt nobis. Sed corruptum cenſet Scaliger. Vid. STREBVLA.

CERĂSVS, i. f. [κέρασος] Arbor ſatis nota cum nomen fere ſeruet in hodiernis linguis, a Ceraſunte Ponti ciuitate ſic dicta: quam quum Lucullus delcuiſſet, inde illam tranſtulit, et a ciuitate ceraſum appellauit. Hiſtoriam et diuerſa genera refert Plin. 15, 25 Ceraſi ante victoriam Mithridaticam L. Luculli non fuere in Italia etc. Add. Id. 16, 18. et 17, 14. Ammian. 22, 13 extr. Hieron. ad Euſtoch. Ep. 19. Ouid. de Nuce 32 Audiat haec ceraſus, ſtipes inanis eram. Ceraſos brumalibus diebus inſeri iubet Varro R. R. 1, 39, 2. ¶ 2 Ceraſus accipitur quoque de fructu. Propert. 4, 2, 15 Hic dulces ceraſos, hic Autumnalia pruna Cernis, etc. Plin. 15, 28 ſ. 34 Cute et ſucco ceraſi conſtant.

CERĂSVM, i. n. [κεράσιον] Fructus ceraſi. Plin. 15, 25 ſ. 30 Ceraſorum Aproniana maxime rubent, nigerrima ſunt Lutatia, Coeciliana vero et rotunda. Nominat etiam Iuniana, Duracina, quae Pliniana appellat Campania, Luſitana, Laurea, Macedonica. Pallad. Oct. 12, 7 Ceraſa vt ſine oſſe naſcantur. Ceraſo peccant caſiae Perſ. Sat. 6, 36. i. adulterantur admixta gummi ceraſorum.

CERASINVS, a, um. Adi. Similis ceraſis. Petron. 28 Ceraſino ſuccinctus cingulo, vbi Gloſſ. Ceraſinum ruſſeum, a colore eius fructus. Tunica Id. c. 67.

CERATAVLES, pro Camptaules, ap. Vopiſc. Carino c. 19 legit Salmaſ. qui cornu incinit.

CERATIAS, ae. m. Cometae nomen ἀπὸ τοῦ κέρατος, a cornu. Plin. 2, 25 Ceratias cornus ſpeciem habet, qualis fuit quum Graecia apud Salamina depugnauit.

CERATIA, ae. Genus herbae: de qua Plin. 26, 8 ſ. 34, 8 Ceratia vno folio, radice nodoſa et magna, in cibo coeliacis et dyſentericis medetur.

CERATĪNAE, ārum. f. [κερατῖναι] Species eſt ratiocinationis Sophiſticae, dicta a cornibus, id eſt a materia ipſa, qua vtuntur, qui hoc genere argumenti delectantur. Quinctil. 1, 10, 5 Sed per quaedam parua ſane, ſi ipſa demum exiſtimes, ducunt, ſicut exquiſitas interim ambiguitates: non quia ceratinae aut crocodilinae poſſint facere ſapientem: ſed quia illum ne in minimis quidem oporteat falli. Sen. Epiſt. 5 Sederem otioſus, et eiusmodi quaeſtiunculas ponerem, Quod non perdidiſti habes: cornua non perdidiſti: cornua ergo habes. Et Ep. 45 Caeterum qui interrogatur an cornua habeat, non eſt tam ſtultus, vt frontem, ſuam tentet, nec rurſus tam ineptus aut hebes, vt non habere ſe neſciat, quod tu illi ſubtiliſſima collectione perſuaſeris. Habet etiam Gell. 17, 2. Vid. Politianum Miſcellaneorum cap. 54. Et Menag. ad Laërt. 2, 108.

CERATĪTIS. Herba. Plin. 20, 19 ſ. 78 Silueſtrium vnum genus, ceratitin vocant, nigrum, cubitali altitudine, radice craſſa et corticoſa, calyculo inflexo vt cornicula. (Ab his nomen) Folia minora et tenuiora, quam caeteris ſilueſtribus. Semen exile tempeſtiuum eſt meſſibus.

CERATIVM. Graece κεράτιον, Siliqua Graeca, foenum Graecum. Columel. in lib. de Arboribus 25, 1 Siliquam Graecam, quam quidam κεράτιον vocant, deinde perſicum ante brumam per Autumnum ſerito. Eadem in maiori opere 5, 10, 20. ¶ 2 Etiam in ponderibus κεράτιον Graecorum eſt Latinorum Siliqua. Vid. Auct. de ponder. apud Goeſ. Agrar. p. 322 Ponderum pars minima calculus eſt, qui conſtat ex granis ciceris duobus, et apud quosdam ſiliqua penſante, quae tribus granis hordei declaratur in pondere. Duo calculi ceratium faciunt. Quatuor calculi ſiue duo ceratia obolum reddunt etc. Conf. SILIQVA. et vid. Gron. Mantiſſa Pec. Vet. c. 3 p. 433 ſq.

CERATOĪDES, ae. [κερατοειδὴς] Tunica oculi, quam Corneam vulgo appellant, quia pelluceat, vt cornu attenuatum. Celſ. 7, 7, 13 Oculus ſummas duas habet tunicas, ex quibus ſuperior a Graecis κερατοειδὴς vocatur; eaque qua parte alba eſt, ſatis craſſa, pupillae loco extenuatur.

CERATVM, vid. CERA.

CERAVLA, ae. f. [κεραύλης] Cornicen. Vet. Gloſſ. κερῳδὸς ceraula. Apul. 8 p. 213 Iuuenis ſatis corpulentus, ceraula doctiſſimus. Add. Id. Flor. p. 342. Choraulas malit Pricaeus. Sed Ceraules defendit etiam Salmaſ. in Solin. p. 87.

CERAVNVS, i. [Gr. κεραυνὸς] Fulmen eſt, Vnde Ptolemaeorum vnus nomen accepit, quem fulmen belli dicere adulatores vellent. Sic appellatur v. g. Iuſtin. 24, 1, 1. ¶ 2 Etiam Gemmae nomen Ceraunos Mart. Capellae 1 p. 19 extr. pro Ceraunia. Hinc

CERAVNIVS. Adi. Variis rebus tributum, et per ellipſin Subſtantiue vſurpatum. Sic

CERAVNIA, et CERAVNIVM, i. n. Gemma eſt candida et vehementer fulgens. Plin. 37, 9 Eſt inter candidas et quae Ceraunia vocatur, fulgorem ſiderum rapiens. i. vt hodie loquuntur, reflectens, tantae politurae capax eſt. Ibid. cap. 10 Ombria, quam aliqui notiam vocant, ſicut Ceraunia et brontia, cadere cum imbribus et fulminibus dicitur. Hinc Claud. Laud. Seren. 78 Pyrenaeisque ſub antris Ignea flumineae legere ceraunia Nymphae. Conf. Solin. c. 23. Prud. Pſychom. 470 Fuluis radiare Ceraunis. ¶ 2 Ceraunia, Ficus nulla eſt. Nam quod laudatur Plin. 13, 8 pr. Similis et quam Iones Cerauniam vocant: trunco et ipſa fertilis, ſed pomo ſiliquae; Turnebus Ceroniam legit, et probant reliqui, etiam Harduinus ¶ 3 Ceraunia intell. promuntoria [Κεραύνια] Sic dicti Epiri monte ad Ambraciam, quod fulminibus infeſtentur. Virg. Aen. 3, 506 Prouehimur pelago, vicina Ceraunia iuxta. Meminit Plin. 6, 9 et 1c Alio nomine dicuntur Acroceraunia Horatio. Ceraunii montes dicuntur a Mela 2, 2. Sunt et Ceraunii montes in Aſia, in Caſpium pelagus obuerſi, vt eſt auctor idem Mela 1, 21. Quin et Taurus mon in vniuerſum Ceraunius appellatus fuit, teſte Plin. 5, 27. De Epir illis montibus Saxo Cerauno pro Ceraunio Prop. 2, 13, 3. Alta Ceraunia Virg. Georg. 1, 332. Scopuloſa Lucan. 5, 652. Summ Valer. Argon. 3, 465. Violenta Ouid. Amor. 2, 11, 19. Flor. 9 Montes Ceraunii. Vid. Barth. Adu. 57, 14. Sed et ¶ Vites Ceraunias Colum. 3, 2, 1. Cauſam reddit Iſid. 17, 5 quod rubeant velut ignis. ¶ 5 Putabatur etiam Ceraunium eſſe Gen tuberis: Plin. 19, 3 ſ. 12 Simile eſt quod in Cyrenaica prouincia vocant miſy, praecipuum ſuauitate, odore ac ſapore, ſed carnoſius: quod in Thracia ceraunium. Sed emendauit Harduinus Geranion.

CERAVNOBŎLOS. Tabula Apellis, in qua tonitrua pinxera Plin. 35, 10 Pinxit et quae pingi non poſſunt tonitrua, fulgetra, fu guraque: Bronten, Aſtrapen, Ceraunobolon appellant.

CERBĔRVS, i. m. [Κέρβερος] Canis triceps apud inferos, ſt pendae immanitatis. Dictus Cerberus, quaſi κρεοβόρος, hoc eſt carne vorans. Virg. Aen. 6, 417 Cerberus haec ingens latratu regna triſa ci Perſonat etc. Sen. Herc. Oet. 23 Trepidus atrum cerberum vid dies, Et ille ſolem. Limen et obſidens Cuſtos, non facili Cerber oſtio Sen. Troad. 405. Ianitor orci Virg. Aen. 8, 296. Imm nis ianitor aulae Hor. Carm. 3, 11, 16. Ingens Virg. Aen. 6, 41 Id. Georg. 4, 483 Tenuitque Inhians tria Cerberus ora. Latitar imo antro Sen. Herc. fur. 1107. Cic. Tuſc. 1, 10 Dic quaeſo, nu te illa terrent, Triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus, etc.

CERBEREVS. Adi. [Κερβέριος] Vt, Stat. Silu. 5, 1, 249 Nen pe timesne Cerbereos Priſcilla tremiſcat Latratus? Facies Cerbere canum Lucret. 4, 734. Os Cerbereum Ouid. Met. 4, 501. Po tae Stat. Theb. 8, 56. Rictus Ouid. Met. 14, 65.

CERCERIS. Amphibium. Varr. de L. L. 4, 13 p. 21, 36. Sed v tioſum eſſe videtur. Vid. QVERQVEDVLA.

CERCITIS, inter olearum genera eſt Colum. 5, 8, 3. Sic enim l pro CIRCITIS et Sylburgius in Ind. ſuadet, et Morgagnus.

CERCIVS, vid. CIRCIVS.

CERCOLIPS, Genus ſimiae, quae vltimam partem caudae vill ſam habet. Ita apud Feſtum legi iubet Scaliger, qui et reprehen Feſtum, quod a κέρκος et λίπος deriuaſſe nomen videatur, cum ſit a ver λείπεσθαι, et ſignificet ſimiam, quae caudam non habet, quam deſcri Mart. 14, 202 quod ſtatim damus in CERCOPITHECVS. Caeter apud Feſtum editur Cercolopis, pro quo coniecere quidam cercalop κερκαλώπηξ, quod indicare poſſet ſimiam cum cauda vulpina, quod conueni cum deſcriptione Feſti. Sed vox non habet auctorem alium.

CERCOPITHĒCVS, i. m. [κερκοπίθηκος] Compoſitum nomen κέρκος, cauda, et πίθηκος, ſimia, vt ſit Simia caudata. Plin. 8, 20 morat Cercopithecos nigris capitibus, pilo aſinino, et diſſimiles cae ris voce. Martial. 14, 202 Callidus emiſſas eludere ſimius haſt. Si mihi cauda foret, cercopithecus eram. Cercopitheci ſacri effig Iuuen. Sat. 15, 4. Martial. 7, 86 Si Cronius ſimilem c copithecon amat.

CERCOPS, opis. m. [κέρκωψ] Animal cauda ſpectabile, vo Graeci. Fuerit itaque aut ſimiae caudatae genus, a quorum animali moribus homines inſigniter fraudulentos Graeci per prouerbium appella Vid. Suidas h. v. Apoſtolius 1, 21 et ibi Pantinus. Lactant. Pl ar gumento Ouid. Metam. 14 fab. 3 Cercopes propter fraudem ſcelusque quia bonis ſemper inſidiatores fuerunt, peroſi ab Ioue, vt qual animum habuiſſent; talem et ſpeciem poſt obitum indicarent in ſim conuerſi ſunt. Itaque Inarimen Prochytenque inſulas proxim quas hi incoluerant, nomine ſuo Pithecuſas vocauit. Pro defor Ammian. Marc. 22, 14 Ridebatur (Iulianus ab Antiochenſibus) vt C cops, homo breuis, humeros extentans anguſtos, et barbam prae ferens hircinam etc. Hinc iudicare licet de loco Feſti, Cercopa Gr ci appellant Lucrari vndique cupientem, quaſi κέρδωνα, quem nos q que Lucrionem vocamus. Miſcet κερδὼ, quod vulpem notat, et cog tum eſt nomini κέρδος, cum κέρκωψ, cuius plane aliam etymologi eſſe vidimus.

CERCOS, Auis: lege CIRCOS, et vide ſuo loco.

CERCV̄RVS, ſiue CERCV̄RON. [κέρκουρος] Nauis Aſiana pr grandis, auctore Nonio 13, 4. Nomen Corcyrenſibus, κερκυραίοις Grammatici Graeci ſuſpicantur, et ex illis Suidas. Plaut. Stich. 2, 2, Dum percontor portitores, ecquae nauis venerit ex Aſia; negant v niſſe: conſpicatus ſum interim cercurum, quo ego me maiorem n vidiſſe cenſeo: In portum vento ſecundo, velo paſſo peruenit. A Merc. 1, 1, 86. Plin. 7, 56 Onerariam Hippus Tyrius inuenit, le bum Cyrenenſes, cymbam Phoenices, celetem Rhodii, cercurum C prii. Harduinus ad h. l. arceſſentes ex Corcyra nomen refellit, et a minato caudae nomine ipſe deriuat. Lucilii duo loca habet Non. 13, Inuenitur et Liu. 33, 19. ¶ 2 Piſcis eſt, qui et cercyr ſcribitur, Ouid. Hal. 102. Apud neminem alium reperit hunc piſc Plin. 32, 11 ſ. 54.

CERCYON, ŏnis. m. [Κερκύων] Arcas, latro inſignis, qui omn Atticam regionem latrociniis infeſtabat immani ferocia, et membror robore curuans trabes, et altiſſimas pinus ad terram trahens. Is a T ſeo iuxta Eleuſinem in conſpectu Cereris interemtus eſt. Ouid. Met. 439 Cercyonis letum vidit Cerealis Eleuſis. Hinc

CERCYONĒVS. Adi. [Κερκυώνειος] Vt, Ouid. in Ibin 4 Quaeque Ceres vidit laeto pereuntia vultu Corpora The Cercyonea manu.

CERDO, ōnis. m. [βάναυσος] Quicunque lucrum quaerit ſordidu et artes illiberales exercet, quaeſtus gratia, qui Graece κέρδος dicit Apul. Met. 2 p. 120, 24 Cerdo quidam negotiator. Nonnulli Cerc nem vocant Sutorem veterum calceorum, qui Veteramentarius appella Et ſane is quem Martialis deridet 3, 16. itemque 59 et 99 in corio oc patus fuit. Ponamus primum epigramma,

Das gladiatores, ſutorum regule Cerdo,
Quodque tibi tribuit ſubula, ſica rapit.
Ebrius es: nec enim faceres id ſobrius vnquam,
Vt velles corio ludere cerdo tuo.
Luſiſti, ſatis eſt: ſed te, mihi crede, memento
Nunc in pellicula, cerdo, tenere tua.

Cic. de Nat. Deor. 108 c. 38 Orpheum Poëtam docet Ariſtoteles n qui

quam fuiſſe, et hoc Orphicum carmen Pythagorei ferunt cuiusdam fuiſſe cerdonis. *Sed meliores habent* Cercopis, *ut ſit nomen proprium. Caeterum non puduit homines huius appellationis in monumentis ſepulcrorum. Vid.* Grut. p. 648, 9 - 12 *in quibus id, quod* n. 10 *refertur,* CONTVBERNALI, *atque adeo ſeruo poſitum : ſicut etiam* p. 1017, 7 CONSERVO. *Humiles certe homines fuiſſe ſatis oſtendunt Poëtae. v. g.* Iuuen. Sat. 8, 81 At vos Troiugenae (*Romani patricii ac nobiles antiquarum familiarum*) vobis ignoſcitis, et quae Turpia cerdoni, Voleſos Brutumque decebant. Idem Iuuen. Sat. 4, 15 Sed periit poſtquam cerdonibus eſſe timendus Coeperat. *De Domitiano.* Perſ. 4 *penult.* Tollat ſua munera cerdo. *i. humilis et plebeius adulator ſuas laudes auferat.*

CERE, *vid.* CAERE.

CEREALIS, *vid.* CERES.

CERĔBER, bri. m. *Antiquis dicebatur idem quod* Cerebrum. Vet. Gloſſ. Cereber ἐγκέφαλος. *Sed* Caper de Orthogr. p. 2245 *Putſch.* Hoc Cerebrum eſt. Nam Cereber qui dicunt, ſine cerebro viuunt.

CERĔBRVM, i. n. [ἐγκέφαλος] Plin. 11, 37 Cerebrum omnia habent animalia quae ſanguinem : etiam in mari quae mollia appellauimus, quamuis careant ſanguine, vt polypi. Sed homo portione maximum et humidiſſimum, omniumque viſcerum frigidiſſimum, duabus ſupra ſubterque membranis velatum, quarum alterutram rumpi mortiferum eſt. Caetero viri quam feminae maius. Hominibus hoc ſine ſanguine, ſine venis, et reliquis ſine pingui. Aliud eſſe quam Medullam, eruditi docent, quoniam coquendo dureſcat. Omnium cerebro inſunt oſſicula parua. Vni homini in infantia palpitat, nec corroboratur ante primum ſermonis exordium. Hoc eſt viſcerum excelſiſſimum, proximum caelo capitis, ſine carne, ſine cruore, ſine ſordibus. Hanc habent ſenſus arcem; huc venarum omnis e corde via tendit, hic deſinit : hic culmen altiſſimum : hic mentis eſt regimen. Omnium autem animalium in priora pronum, quia et ſenſus ante nos tendunt. Ab eo proficiſcitur ſomnus; hinc capitis nutatio. Quae cerebrum non habent, non dormiunt. *Haec* Plinius. *Multa hodie ſciri melius, in vulgus notum eſt.* Cic. Tuſc. 1, 19 c. 9 Aliis pars quaedam cerebri viſa eſt animi principatum tenere. Aliis nec cor ipſum placet, nec cerebri quandam partem eſſe animum, ſed alii in corde, alii in cerebro dixerunt animi eſſe ſedem et locum. Hor. Serm. 1, 9, 11 O te Balane cerebri Felicem, aiebam tacitus. *i. propter notum illud cerebri vitium, a quo cerebroſi dicuntur, quales nempe vitant alii, tantum abeſt, vt iis aſſectando moleſti ſint.* Sanies nigri cerebri Stat. Theb. 5, 573. *de ſerpente vulnerato.* Cerebrum vbi commouetur, *morbus iumentorum* Veget. 2, 7, 1. *Vid.* CEREBROSVS. Effractum cerebrum Stat. Theb. 6, 808. Cerebro indita lana Veg. Mulom. 1, 10, 5. *i. fronti appoſita. Add.* id. 2, 12, 3. 3, 39 *et* 42, 2. Putidum cerebrum, *pro Inſano dictum eſt ab* Hor. Serm. 2, 3, 75. Non habere cerebrum Phaedr. 1, 7, 2. *i. communi ſenſu carere.* Laborare cerebro Plaut. Mil. 2, 2, 51. Palpitat cerebrum, *ex Plinio modo habuimus.* Mihi miſero cerebrum excutiunt tua dicta, Soror, lapides loqueris Plaut. Aul. 2, 1, 28. ¶ 2 Palmarum *etiam arborum* cerebrum eſt. Plin. 13, 4 ſ. 8 Seruntur palmae et trunco, duum cubitorum longitudine a cerebro ipſo arboris fiſſuris diuiſo atque defoſſo. *Et* ſ. 9 Dulcis medulla earum in cacumine, quod cerebrum appellant, exemtaque viuunt, quod non aliae.

CEREBELLVM, i. n. Dimin. [ἐγκεφάλιον] Plin. 29, 5 Cerebello gallinaceo occurritur. *Add.* Idem 30, 13. Suet. Vitell. c. 13. Celſ. 2, 18 Cerebellum de ſue. ¶ 2 *Idem, quod cerebellare* Veget. de Mulom. 2, 7, 1. *et* 2, 11, 3. *Nempe*

CEREBELLARE, is. n. *Puluillus capiti apponendus.* Caput cerebellari communire Veget. Mulom. 2, 11, 3. 3, 33, 2. *Add.* 3, 12, 6.

CEREBROSVS. Adi. [αὐθάδης, ὀξύχολος] *Qui cerebri vitio furioſus eſt et irritabilis.* Plaut. Moſt. 4, 2, 36 Senex hic cerebroſus eſt certe. Horat. Serm. 1, 5, 21 Donec cerebroſus proſilit vnus. Vet. Schol. Cerebroſus, αὐθάδης, iracundus. Cerebroſi, *inquit* Nonius 1, 82 dicuntur, ad inſaniam faciles, quibus frequenter cerebrum moueatur. Lucil. Sat. 15 Te primum cum iſtis inſanum hominem, et cerebroſum. Columel. 2, 11, 11 Eruum pecori noxium, et praecipue bubus, quod pabulo ſuo cerebroſos reddit. *Deſcribit* Veget. Mulom. 2, 7, 1 Cerebrum plerumque diuerſis paſſionibus commouetur, quod his deprehenditur ſignis : ambulabit prauus, et frequenter offendet, et toto ſe corpore commouet.

CEREFOLIVM, i. n. *Herba, alias* Chaerephyllon. Apul. de Herb. c. 104. Pallad. Febr. 24, 9. *et* Sept. 13, 3. *vbi tamen* Caerefolium *ſcribitur.*

CEREMONIA, *vid.* CAEREMONIA.

CERES, ĕris. [Δημήτηρ, Δήμητρα, Δηώ, Κυρίζα] *Saturni atque Opis filia, quae genuit ex Ioue Proſerpinam.* Matrem Iouis *in hac hiſtoria generatae Proſerpinae, quam copioſe enarrat, vocat* Arnob. adu. Gentes 5 p. 170. *vt adeo cum Rhea, ſ. Cybele hac parte conueniat, quae alias mater illius eſt, quam ſalutatum it apud* Claudianum de R. P. 1, 180 ſqq. Cererem et Matrem deûm *eandem eſſe monet etiam* Seru. ad Georg. 1, 163. *Caeterum dea frugum putabatur.* Cic. de Natur. Deor. 2, 67 c. 26 Mater autem eſt a Gerendis frugibus, Ceres tanquam Geres, caſuque prima litera itidem immutata, vt a Graecis. nam ab illis quoque Δημήτηρ, quaſi γημήτηρ (γῆ μήτηρ, Terra mater) nominata eſt. *De Cereris rebus plurima* Claudianus libris tribus de raptu Proſerpinae, *vsque interpres Ianus Parrhaſius. Breuius eum raptum deſcripſerat* Ouid. Met. 5, 351 ſqq. *Cum apud Siculos in primis culta fuerit Ceres, crebra illius mentio in* Ciceronis Verrinis, *v. g.* 4 c. 45, 48 *et* 53. *it.* c. 38. *Quidquid fere traditur, Spanhemius ad Callimachi H. in Cererem. Ponemus hic modo initium carminis, quo raptum Proſerpinae canere incipit apud* Ouid. Met. 5, 341 Calliope:

Prima Ceres vnco terram dimouit aratro:
Prima dedit fruges alimentaque mitia terris:
Prima dedit leges. Cereris ſumus omnia munus.

Idem Faſt. 4, 401 Prima Ceres homini ad meliora alimenta vocato Mutauit glandes vtiliore cibo, *etc. Sunt enim pluſcula.* Cererem Virgilius, *pro Luna poſuit, ſicut Liberum pro Sole* Georg. 1, 5

— vos o clariſſima mundi
Lumina, labentem caelo, quae ducitis annum,
Liber et alma Ceres.

*Vbi* Seruius *obſeruat,* Almam ab Alendo, Cererem a Creando dictam eſſe. *Coniungit hos deos etiam* Varro R. R. 1, 1, 5. *Nempe* Terra Ceres *eſt.* Cic. de Nat. Deor. 1, 40 Idemque diſputat aethera eſſe eum, quem homines Iouem appellarent : quique aër per maria manaret, eum eſſe Neptunum : terramque eam eſſe, quae Ceres diceretur. Varro R. R. 3, 1, 5 Nec ſine cauſa terram eandem appellabant matrem et Cererem. Accola Cereris, *vid.* ACCOLA. Gener Cereris *Pluto* Iuuen. 10, 112. Ritus Cereris Ouid. Art. 2, 601. *i. ſacra Eleuſinia.* Antiqua Virgil. Aen. 2, 742. Antiquiſſima *eſt* Ennenſis Cic. Verr. 4, 49. *Seu* Ennaea, *quae colebatur in Enna vrbe Siciliae* Sil. 1, 214. Frugifera Sen. Phoen. v. 219. Inferna, *i. Proſerpina* Stat. Theb. 5, 156. Legifera. Leges enim ipſa dicitur inueniſſe. Nam et ſacra ipſius Theſmophoria (*q. d. Legifera*) vocantur. Sed ideo hoc fingitur, quia ante inuentum frumentum a Cerere, paſſim homines ſine lege vagabantur, quae feritas interrupta eſt, inuento vſu frumentorum, poſtquam ex agrorum diuiſione nata ſunt iura. *Haec* Seruius ad Virg. Aen. 4, 58 Legiferae Cereri, Phoeboque, patrique Lyaeo. Magna Idem Georg. 1, 339. Mammoſa Lucret. 4, 1161. Puluerulenta Idem 5, 741. *cuius munera aeſtate et ſicca tellure percipiantur.* Secreta Ceres, *dicebatur Eleuſina, cuius ſacra nemini fas erat publicare, nec iis intereſſe, qui non eſſent initiati.* Sen. Herc. fur. 845. ¶ 2 *Formulae variae:* Virgil. Georg. 1, 339 *de ſacris ambarualibus,* In primis venerare deos, atque annua magnae Sacra refer Cereri, laetis operatus in herbis. Iuuen. 9, 24 Celebrare Cererem, *i. templum illius adire.* Facere vota Cereri Virgil. Ecl. 5, 49. Nutrit rura Ceres Horat. Od. 4, 5, 18. Plaut. Aulul. 2, 6, 5 Cererin' Strobile has facturi nuptias? STR. qui? STA. quia temeti nihil allatum intelligo. *quod in huius ſacris nefas eſſet inferre vinum.* ¶ 3 Ceres, *pro frumento, meſſe, pane, cibo.* Virg. Aen. 1, 181 Tum Cererem corruptam vndis, Cerealiaque arma Expediunt, *etc. i. frumenta, vel panes.* Seru. ad Georg. 1, 7 Sabini Cererem panem appellant. Larga Ceres, *magna frumenti copia* Lucan. 3, 347. Vocare clamore Cererem in tecta, eſt Inuocare dari copiam frumentorum, *vt ait* Seruius *ad* Virgil. Georg. 1, 347 Et Cererem clamore vocent in tecta. Fruges Cererem appellamus, Vinum autem Liberum, ex quo illud Terentii (Eun. 4, 5, 6) Sine Cerere et Libero friget Venus Cic. de Natur. Deor. 2, 60 c. 23. *Hoc reſpectu* Virgil. Georg. 1, 297 At rubicunda Ceres medio ſuccidit aeſtu. *It.* Flaua Idem Georg. 1, 96. *et ſaepe alias.* Carmine laeſa Ceres ſterilem vaneſcit in herbam Ouid. Amor. 3, 7, 31 *de frugum excantatione.* Coquere Cererem dicitur aeſtiuus Leo, *i. maturare fruges* Sen. Hippol. 969. Virgil. Georg. 2, 229 Denſa, *terra fauet* magis Cereri, rariſſima quaeque Lyaeo. Iugera Cererem ferunt Horat. Carm. 3, 24, 13. Intercipere Cererem in ſpicis, *i. iam maturas prope fruges* Ouid. Met. 8, 292. Tellus inarata quotannis Cererem reddit Hor. Epod. 16, 43. *i. fert fruges.*

CEREĀLIS, e. [Δημήτριος] *Quod ad Cererem pertinet.* Cereales aediles *duo dicti fuerunt, qui rei frumentariae praeerant, quorum creandorum auctor fuit* C. Iulius Caeſar. Pompon. l. 2 §. 32 ff. de orig. Iur. Arma Cerealia, *Inſtrumenta ad molendum frumentum conficiendosque panes* Virgil. Aen. 1, 181. Aurae Plin. 15, 19 *quae circa meſſis tempus fruges areſaciunt.* Coena Plaut. Men. 1, 1, 25. *i. lauta, abundans, non minus quam Cereris munus, fruges.* Culmi Cerealis mergite ſulcos onerare *annus dicitur* Virg. Georg. 2, 517. Dona Cerealia, *Panes* Sil. 7, 183. Eleuſin Ouid. Faſt. 4, 507. Herbae Idem Faſt. 4, 911. *i. frumenta terrae.* Ludi Cereales, *in honorem Cereris facti* Liu. 30, 39. *Vid.* Ouid. Faſt. 4, 393. *quem claſſicum de Cerere locum iam ſupra indicauimus. Finit ita:* Alba decent Cererem; veſtes Cerealibus albas Sumite : nunc pulli velleris vſus abeſt. *Add.* Liu. 22, 36. Feſtus in Graeca ſacra. Cic. pro Balb. c. 24. Cerealibus *ſcripta Ciceronis ad* Atticum epiſtola 2, 12. *Nempe Ouidio, vt modo vidimus, etiam ſimpliciter* Cerealia *dicuntur, intell.* ſacra. *Apud Ciceronem Cerialia legitur inde a Grutero. Conf.* Auguſt. de C. D. 7, 20. Ouid. Am. 3, 10, 1 *cuius initium* Annua venerunt Cerealis tempora ſacri, Secubat in ſacro ſola puella toro. Munera Cerealia Idem Met. 11, 121, *it.* Dona Cerealia, *panis.* Virgil. Georg. 1, 212 Cereale papauer Tempus humo tegere. *Vbi* Seruius, Cereale papauer, vel quod eſt eſui, ſicut frumentum : vel quia eo Ceres vſa eſt ad obliuionem doloris. *Vid.* Ouid. Faſt. 4, 531 ſq. *Etiam ſimulacra Cereris manu papauer geſtare ſolebant : ſed et eius antiſtitae, quum Cereri ſacrum eſſet.* Callimach. H. *in Cerer.* 45 γέντο δὲ χειρὶ ϛέμματα καὶ μάκωνα. *Vid. Spanhem.* Columel. 10, 315 Allia cum cepis, Cereale papauer anetho Iungite. Sacrum Cereale, *vid.* Ludi Cereales *p. a.* Plin. 19, 8 Papaueris ſatiui tria genera : candidum, cuius ſemen toſtum in ſecunda menſa cum melle apud antiquos dabatur. hoc et panis ruſtici cruſtae inſpergitur effuſo ouo inhaerens, vbi inferiorem cruſtam apium, githque Cereali ſapore condiunt, *i. frumentaceo.* Ouid. Met. 1, 123 Semina tum primum longis Cerealia ſulcis Obruta ſunt, preſſique iugo gemuere iuuenci. Virgil. Aen. 7, 111 Et Cereale ſolum pomis agreſtibus augent, *i. in orbes panis imponunt poma cocta, quos deinde ipſos quoque edant.* Sulci Cereales Ouid. Triſt. 3, 12, 11.

CERĪTVS, *vel* CERRITVS *potius, quaſi* Cereritus. [δημητρόληπτος, νυμφόληπτος, παρεμμανής, παρεμφρακτος, *quae omnia ſunt in* Vet. Gloſſ.] Feſto, Furioſus. Non. 1, 213 Cerriti et laruati, male ſani, et aut Cereris ira, aut laruarum incurſatione animo vexati. *Nempe vt in ſacris Phrygiae matris, ſ. Cybeles, ſic in Cereris quoque caerimoniis fanatico furore correpti interdum homines.* Seru. ad Aen. 7, 377 Lymphata, percuſſa furore Lympharum, ſicut cerritos a Cerere dicimus. Plaut. Amph. 2, 2, 144 Quaeſo quin tu iſtanc iubes pro cerita circumferri. AM. edepol quin facto eſt opus : nam haec quidem edepol laruarum plena eſt. Idem Men. 5, 4, 2 Laruatus eſt ille aut ceritus. *Et* Rud. 4, 3, 67 Elleboroſus ſum. C. at ego cerritus. Horat. Serm. 2, 3, 278 Cerritus fuit? an commotae crimine mentis, *etc.* Sueton. Aug. c. 87 pro Cerrito vacerroſum *dicere ſolebat Auguſtus.* Sammonicus v. 97 Ceritum ſaepe horrendi medicantur odores. *Quod* Cic. Att. 8, 5 *ſuſpicatus eſt Boſius* cerritior *pro* certior, *et recepit Lambinus : ſatis firmum non eſt. Gronou. Graeuiusque ſeruant* certior, *quod commodum ſenſum habet. Sed ſi dedit* Cicero cerritior, *idem eſt, quod furioſior.*

CEREROSVS, a, um. *Inſanus.* Δημητρόληπτος, Vet. Gloſſ. *Vid. mox* CERITVS.

CERETĀNI. Κερρητανοί] *Populi Hiſpaniae ſub Pyrenaeis, apud quos generoſa vina naſcebantur.* Martial. 13, 124 Ceretana Nepos ponat, Setina putabis. *Sed hoc alii ad* Caere *Tuſciae oppidum referunt.* Sil. Ital. 3, 357 Nec Ceretani quondam Tirinthia caſtra. *Scribuntur et* Cerretani. *Vid.* Plin. 3, 3. *Sed* CERETANI *etiam in Vet. Lap.* ¶ 2 Ceretani, *ſ.* Ciarlatani, *quos vocant Itali, ipſi quoque a Caeretanis et Caere deriuant. Sed nihil hi ad rem noſtram. Neque enim antiquior notus auctor Caelio* 11, 8.

CEREVISIA, *vid.* CERVISIA.

CERIA, ae. f. [κηρία] Genus potionis, quo vtuntur Hiſpani. Plin.

Plin. 22 *extr.* Ex iiſdem fiunt et potus, zythum in Aegypto, celia et ceria in Hiſpania, ceruiſia et plura genera in Gallia aliisque prouinciis. *Vid.* CELIA, *et mox* CERION.

CERINTHA, ae, *vel* CERINTHE, es. f. [κηρίνθη] *Genus herbae.* Plin. 21, 12 Eſt autem cerinthe folio candido, incuruo, cubitali, capite concauo, mellis ſuccum habente. Horum *(dixerat enim de pluribus)* auidiſſimae ſunt apes. Virgil. Georg. 4, 63 Cerinthae ignobile gramen. *Caſu Latino:* Cerinthen *apud* Plin. *l. c. dedit etiam Harduinus.*

CERINTHVS, i. m. Quam alii Sandaracam, alii Erithacen vocant, cibus apum eſt, dum operantur, qui ſaepe inuenitur in fauorum inanitatibus ſepoſitus, et amari ſaporis. Gignitur autem rore verno, et arborum ſucco, gummium modo, — plurimus in Graecis nucibus. Menecrates florem eſſe dicit, ſed nemo praeter eum. *Haec* Plin. 11, 7 *fin. Menecratem feſellit Cerinthe.*

CERINVS, *vid.* CERA.

CERION, i. [κηρίον] *Fauus. It. vlceris genus.* Plin. 20, 2 ſ. 6 Radix *peponis* ſanat vlcera concreta in modum faui, quae ceria vocant. *Eſt igitur fiſtuloſum genus in varias cellulas veluti diuiſum. Idem* MELICERIS.

CERITES, *vel* CERITIS, *gemma vid. ſub* CERA.

CERE, CERITES, *populus. Vid.* CAERE.

CERITVLVS. Adi. Dimin. Mart. Capell. 8 p. 272 Aſſimulare quemquam vel cerritulum garrientem.

CERIVM, *vid.* CERION.

CERMALVS. Locus in vrbe ſic nominatus, Feſtus. *Vid.* GERMALVM.

CERNO, creui, cretum, ĕre. [κρίνω, βλέπω, διακρίνομαι] *Prima et propria ſignificatione, quam ſeruant compoſita* Diſcerno, Excerno, Incerno, Secerno, Succerno, *quamque habet e Graeco fonte* κρίνω, *eſt ſeparare, diſcernere, dirimere. Ad illum in primis actum refertur, qui cribro peragitur, quod hinc nomen habet.* Per cribrum minutiſſime cernere Cat. R. R. 107, 1. Plin. 33, 5 *de Chryſocolla,* Tunditur in pila, deinde Cribro tenui cernitur. Id. 18, 11 ſ. 29, 3 *de alica,* Farinario cribro ſuccernunt. — Quae tranſit, arctiore cernitur, et ſecundaria vocatur, *etc.* Ouid. de Med. Faciei 61 Namque vbi puluereae fuerint confuſa farinae, Protinus innumeris omnia cerne cauis. *Et* Haec vti contrieris, per denſa foramina cerne Idem ib. v. 89. *Sic* Cernere cribello ſpiſſo Pallad. Iun. 11. Contundis pariter et cernis Veg. Mulom. 3, 28, 6. Tertull. de fuga 2 Ecce poſtulauit Satanas, vti cerneret vos velut frumentum, *ex* Lucae 22, 31. *vbi* Vulg. vt cribraret ſicut triticum, σινιάσαι. Priſcian. 10 p. 898 med. Non enim ſolum τὸ κοσκινίζων κρίνω, ſic (creui) facit praeteritum; ſed etiam, cum prouideo accipitur. *Nempe* ¶ 2 *Videre ſignificat, quo nempe ſenſu, vel maxime res diſcernimus, diſtinguimus, ſeparamus.* Varro de L. L. 5, 8 p. 60, 30 Cerno idem valet atque video *(ſic leg. puto pro,* valet. Itaque pro, *quae duo vltima verba plane omittit Scioppi.)* vt ait Ennius, Lumen iubarue in caelo cerno. C. Annius, Senſumque ineſſe et motum in membris cerno. Virgil. Aen. 6, 596 Nec non et Tityon terrae omniparentis alumnum cernere erat. Ouid. Triſt. 1, 3, 29 Hanc ego ſuſpiciens, et ad haec Capitolia cernens, *etc.* Virgil. Aen. 3, 554 Tum procul e fluctu Trinacria cernitur Aetna. *Sic* Migrantes cernas, totaque ex vrbe ruentes Idem Aen. 4, 401. *Et* Aen. 5, 27 Fruſtra cerno te tendere contra. Ouid. ex Ponto 4, 4, 43 Me miſerum, turba quod non ego cernor in iſta. Cic. de Orat. 3, 159 c. 40 Illa vero oculorum multo acriora, quae ponunt paene in conſpectu animi, quae cernere et videre non poſſumus. Idem Top. 22 Quae cerni tangiue poſſunt. Lucret. 1, 343 Multa modis multis varia ratione moueri Cernimus Ante oculos. Idem 4, 801 Et quia tenuia ſunt niſi ſe contendit, Acute cernere non potis eſt animus. Horat. Serm. 1, 3, 26

Quum tua praeuideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis Acutum,
Quam aut aquila, aut ſerpens Epidaurius?

Clariſſime cernere Plin. 11, 37. Singillatim cernere Lucret. 4, 104. *i. viſu diſtinguere ac diſcernere. Sic* Vt non ſolum auribus acciperetur, ſed etiam oculis cerneretur Nep. 20, 2, 2. Cic. pro Cluent. 66 Quae in diuturna obſcuritate latuerunt, ſic aperiam, vt ea cernere Oculis videamini. Idem Tuſc. 1, 46 c. 20 Nos enim ne nunc quidem Oculis cernimus ea, quae videmus. Neque enim eſt vllus ſenſus in corpore. Plin. 11, 37 Non conniuere diximus, quae non obliquis oculis, ſed circumacto capite Cernerent. Nati coram me cernere letum feciſti Virgil. Aen. 2, 538 Cauſa cernendi in imaginibus eſt Lucret. 4, 238. ¶ 3 *Vt alia ſenſuum verba, in primis* Video, *ſic etiam* Cerno *ſaepe ad animum refertur, et cognoſcere, conſiderare, intelligere, ſignificat, eadem ratione, qua* videre *interdum conatum oculorum, et applicationem ſenſus, nonnunquam ipſum effectum, et* ἀποτέλεσμα, *ſ. illud, quod videndo efficitur, notat.* Ouid. ex Pont. 1, 5, 5 Cernis, vt ignauum corrumpant otia corpus, Vt capiant vitium, ni moueantur, aquae. Cic. Acad. 4, . . Nihil eos ſentire, nihil cernere, nihil omnino quale ſit, poſſe reperire. Idem de Orat. 3, 121 Neque tanta tamen in rebus obſcuritas, vt eas non penitus acri vir ingenio cernat, ſi modo adſpexerit. Cernitur magnus animus duabus rebus Cic. Off. 1, 66 c. 20. *i. cognoſcitur, vel etiam indicatur, cenſetur, de qua notione* n. 4. *Sic etiam* de Fin. 3, . . Cernitur honeſtate beata vita. *Et* Amicus certus in re incerta cernitur Enn. *ap.* Cic. Lael. c. 17. Cic. Acad. 4, 122 Quorum omne bonum in mente poſitum, et mentis acie, qua verum cerneretur. *Ita* cernere *eſt reſpicere* Idem de Legg. 1, 49 c. 18 vbi enim beneficus, ſi nemo alterius cauſa benigne facit? vbi gratus, ſi non eum ipſum cernunt grati, cui referunt gratiam? Virgil. Aen. 2, 446 His ſe, quando Vltima cernunt, Extrema iam in morte parant defendere telis. Ter. Andr. 1, 1, 108 Tum illa, vt conſuetum facile amorem cerneres. *Sic* Iam cernam, mene, an illum potiorem putes Cic. Tuſc. 2, . . *h. e. Nunc experiar et videbo.* Quis eſt, quin cernat, quanta vis eſt in ſenſibus? Idem Acad. 4, 120. *Et* de Senect. 85 *c. vlt. de filio ſuo Cato,* Animus vero non me deſerens, ſed reſpectans, in ea profecto loca diſceſſit, quo mihi ipſe cernebat eſſe veniendum. *Aliter,* Cic. de Fin. 1, 19 Quidquid porro Animo cernimus, id omne oritur a ſenſibus. Cerno Animo ſepultam patriam Idem Cat. 4 c. 6. *Et* Fam. 5, 12 Cerno iam Animo, quanto omnia vberiora futura ſint. Cic. in Topic. 27 Non eſſe rurſus ea dico, quae tangi demonſtrariue non poſſunt, cerni tamen Animo atque intelligi poſſunt. Idem de Natur. Deor. 1, 49 c. 18 Epicurus autem, qui res occultas non modo viderit Animo, ſed etiam ſic tractet, vt manu doceat, eam eſſe vim et naturam deorum, vt primum non ſenſu, ſed mente cernatur. ¶ 4 *Iam vt* Decernere *eſt finem* cernendi, *i. diſpiciendi, conſiderandi facere, ſiue ſtatuere, iudicare; ita ſimplex* cerno *etiam nonnunquam ita accipitur.* Varro de L. L. 6, 5 p. 81, 7 Apud Plautum (Ciſtell. princ.) Quia ego ante hac te amaui, et mihi amicam eſſe creui, valet conſtitui. Itaque heres, *etc. quae mox dabimus* n. 6. *Quod* Priſcian. 10 p. 898 med. *hunc locum per* vidi *interpretatur, non repugnat. Ipſum enim* vidi *hic ſignificaret cognita re ſtatui.* Lucil. *apud* Non. 4, 69 Poſtquam praeſidium caſtris educere creuit. *Et,* Acribus inter ſe cum armis confligere creuit. *Et* Accius, Quid agam, vox illius eſt certe, idem omnes cernimus. *Neque enim cum Nonio interpreter,* audimus, *ſed ſimpliciter iudicamus, diſtincte cognoſcentes: vt ipſum* cognoſcere, *pro* iudicare *ſaepe ponitur. Sed porro apud* Nonium Pacuuius Armorum iudicio, Et aequum eſt, quod poſtulas iurati cernant. *Et* Ennius, Impetrem facile ab animo, vt cernat vitalem Babium, *i. iudicet, ſtatuat, illum viuere. Ibid.* Accius Myrmidonibus, Regnum tibi permitti malunt: Cernam, tradam exercitus, *i. cui fruſtra cedendi notionem affingit Nonius.* Cic. de Legg. 3, 6 c. 3 Lites contractas iudicanto, quodcunque ſenatus creuerit, agunto. *Et mox,* Huic poteſtate pari quotcunque ſenatus creuerit, populusue iuſſerit, tot ſunto. *Et mox,* Ne amplius ſex menſes, ſi ſenatus creuerit, idem iuris; quod duo conſules, teneto, *etc.* Idem de Legg. 2, 21 c. 9 Quibus diuis creuerint procuranto, *de Fetialium officio.* Caelius ad Cic. 8, 14 Illud te non arbitror fugere, quin homines in diſſenſione domeſtica debeant, quamdiu ciuiliter ſine armis cernetur, honeſtiorem ſequi partem: vbi ad bellum et caſtra ventum ſit, firmiorem. *Sed hic locus poteſt etiam ad n. 5 referri.* Tacit. Ann. 15, 14 *pr.* Illum locum tempusque conſilio deſtinatum, quid de Armenia cernerent. Liu. 43, 14 Aut comparare conſules inter ſe Italiam et Macedoniam, aut ſortiri placuit. Priusquam id ſors cerneret, *etc. i. decerneret, decideret. Huc etiam referimus illa loca, in quibus cenſeri, aeſtimarique ſignificat verbum* cerni, *vt* Cic. Topic. 80 Cauſa certis perſonis, locis, temporibus, actionibus, negotiis cernitur, aut in omnibus, aut in plerisque eorum. *Et* Tuſc. 5, 22 Deinde ex maiore parte plerasque res nominari etiam, ſi qua pars abeſſet, vt vires, vt valetudinem, vt diuitias, vt honorem, vt gloriam, quae genere, non numero cernerentur. ¶ 5 *Cumque controuerſiae ſaepe pugnando decernantur ac dirimantur.* Cernere *etiam pugnare eſt.* Sen. Epiſt. 58 Quaedam ſimplicia in vſu erant, ſicut *cernere ferro inter ſ*[e] dicebantur. Idem Virgilius hoc probabit tibi (Aen. 12, 709) *Inter ſe coiiſſe viros, et cernere ferro,* quod nunc *decernere* dicimus. Simplicis illius verbi vſus amiſſus eſt. Non. 4, 69 Cernere, di[m]icare vel contendere. Accius — Niſi eſſet, qui armis ſecum velle[t] cernere. Salluſt. Catil. 59, 5 Hortatur, rogat, vti meminerint ſe contra latrones inermos pro patria, pro liberis, pro aris atque fo[ci]s ſuis cernere, *quod probat etiam Cortius.* Lucret. 5, 393 Tantum ſpirantes aequo certamine bellum Magnis de rebus inter ſe cerner[e] certant. Argum. Amphitruonis Plautinae, *quod* Priſciano *tributum* 3 Pro patria Amphitruo dum cernit cum hoſtibus. *Sunt, qui* Nepo[ti] *tribuant* 1, 4, 4 Acieque cernerent; *ſed al.* decernerent, *al.* contende[re]rent. Lucret. 4, 965 Nautae contractum cum ventis cernere bellum. Tib. 4, 1, 103 Seu libeat duplici ſeiunctim cernere Marte. Sil. 1[…] 352 Hi creuere pares ferro. *Sic Heinſ. et Drakenb.* Claudian. Eutro[p.] 1, 237 Secum petulans amentia cernit. *Sic Zinzerling. Promulſ. cri[t.] c. 3. Sed editur* certat. Quinctil. 10, 1 p. 591 *Obrechtus dedit* ſum[]mis de rebus cernere, *vbi al.* decernere. *Affinis eſt ratio* Vulgati *in[]terpretis* 4 Reg. 14, 8 *et* 11 Videamus nos, *et* Viderunt ſe. *Fundamentum autem formulae indicant iſta* Ennii *apud* Ciceronem Off. 1, 3[8] c. 12 Ferro non auro vitam cernamus vtrique. *Et ap.* Non. *l. c.* Ter[…] ſub armis malim vitam cernere, Quam ſemel modo parere. Cernere *igitur eſt* dimicare: *quod verbum vt interdum de periculis adhibetur, h[ic] pugnae proprie dictae locus non eſt: ita* Plaut. Trin. 2, 4, 77 Verecun[]dari neminem apud menſam decet, Nam ibi de diuinis atque huma[]nis cernitur. ¶ 6 *Peculiariter ſedem fixit hoc verbum i[n]* hereditate. *Ac primo quidem* cernere hereditatem *eſt diſpicere ac deli[]berare de ea adeunda, conſultumne illam adire an repudiare.* Vlpia[n.] Tit. 22, 27 Cretio eſt certorum dierum ſpatium, quod datur inſtitu[to] heredi, ad *deliberandum,* vtrum expediat ei adire hereditatem nec ne[,] velut, Titius heres eſto, cernitoque in diebus centum proximis, qui[]bus ſcieris poteriſque. Niſi ita creueris exheres eſto. *Sed, quod ge[]neratim de hoc verbo obſeruauimus* n. 4, *etiam finem ita cernendi nota[t]* Varro de L. L. 6, 5 p. 81, 7 Creui *(apud Plautum)* valet conſtitu[i.] Itaque heres, cum conſtituit ſe heredem eſſe, dicitur Cernere, et cum id fecit, creuiſſe. *Frequentiſſime autem et ſollemniter apud ICtos* ce[r]nere *hereditatem eſt, illud decretum ſuum adeundae hereditatis verbis de[]clarare.* Vlpian. Tit. 22, 28 Cernere eſt verba cretionis dicere ad hun[c] modum, Cum me Maeuius heredem inſtituerit, eam hereditatem ade[o] cernoque. *Et* 30 Cum cretione heres inſtitutus, ſicut cernendo f[it] heres, ita non aliter excluditur, quam ſi intra diem cretionis non cre[]verit: ideoque etiamſi conſtituerit, nolle ſe heredem eſſe, tamen ſuperſint dies cretionis, poenitentia actus cernendo heres fieri poteſ[t.] *Haec igitur notio determinata et finita apud ICtos omnem aliam excludi[t,] vt non iam deliberare, non ſtatuere ſignificet, ſed conſilium ſuum adeun[]dae hereditatis verbis ſollemnibus, legitimo actu, declarare. Conſ.* CRETIO. *Huc pertinet* Cic. Att. 11, 2 Literas tuas accepi pridie Non[.] Febr. eoque ipſo die creui ex teſtamento hereditatem. *Lepide* Auct[or] ad Herenn. 4, 67 c. 53 *exemplum ambigui ponit,* de eo, ſi dicas, q[ui] multas hereditates adierit, Proſpice tu, qui plurimum cernis. *Nam* Cernere hereditatem *pro toto etiam adeundi illam, et ſuccedendi actu p[o]nitur. Hinc* Plin. Epiſt. 10, 79 Rogauit teſtamento, vt hereditate[m] ſuam adirem cerneremque. Cic. Agr. 2, 40 c. 15 Quid, quam he[]reditatem iam creuimus, regnum Bithyniae? quod certe publicum e[ſt] Populi Romani factum. Liu. 24, 25 Cum clauſis Andran[o]dorus portis Inſulae hereditatem regni creuerit. *Et* 40, 8 *Philipp[us] ad filios,* Viuo et ſpirante me hereditatem meam ambo et ſpe et c[u]piditate improba creuiſtis. Quinctil. decl. 261 Quae ratio teſtame[n]torum, cum is, qui creuerit hereditatem, continuo non plus ſit hab[i]turus quam caeteri. *Hinc Metaphor.* Valer. Max. 5, 3 *extr.* 3 Ha[nc] hereditatem paternam — ſolam ſe creuiſſe, catenas et carcere[m] gloriari potuit, *de Cimone Miltiadis filio. Ipſe* Cic. Fam. 9, 14 A[t] autem peto, vt me hanc quaſi falſam hereditatem alienae gloriae ſin[as] cernere. Idem Att. 6, 1 *eadem metaphora,* Quare adiunges Aufiu[m] noſtrum, hominem ſemper amantem mei, nunc credo eo magis, qu[od] debet etiam fratris Appii amorem erga me cum reliqua hereditate c[re]uiſſe. *Hinc diiudicanda, quae* Feſtus *habet.* Creui, modo ſignific[at] Hereditatem adii: modo Maior aetate, vel cenſu ſum, modo luc[…]

ca[…]

caui, modo Diuiſi: quae omnia a duobus verbis Creſco et Cerno veniunt: cuius vnius origo ex Graeco trahitur, quod illi *κραίνειν* dicunt perficere. *Item* Non. 4, 69 *cuius exemplis iam vſi ſumus. Neque vero non profuit nobis acris inter Perizonium et Kuſterum de hoc verbo diſputatio, cuius totum inſtrumentum huc transtulimus.*

CERNENS, entis. Omnes longo ordine cernens Virgil. Aen. 6, 482. *et* 4, 408 Quis tibi tunc, Dido, cernenti Italia ſenſus? Caeli ſcintillare omnia templa cernentes Lucret. 6, 644. *Add.* Nep. 7, 9, 3.

CERNENDVS, nulli Ouid. ex Ponto 3, 5, 4. *vulgo inuiſibilis.*

CERNITVS, a, um, *pro* Cretus. Lomentum Fabaceum bene cernitum Theod. Priſc. 2, 4.

CRETVS, a, um. *Cribratus.* Cretum tus Scrib. 222. *Add.* 70, 145. Bene cretus cinis Pallad. 10, 22.

CRETVRA, ae. f. Triginta columbis volantibus diurni tres ſextarii tritici ſufficient, aut creturae Pallad. 1, 24. *i. recrementa cribrationis. Add.* Idem 12, 22. *Barth. Adu.* 39, 8. *Vocantur et* Excreta, *it.* Excrementa frumenti.

CERNENTIA, ae. f. *Viſus.* Mart. Capell. 4 p. 115 Opponuntur ſibi — vt habitus orbationi, vt Cernentia caecitati: *eſt igitur habitus cernendi.*

CRETIO, onis. f. *Sollemnitas, quae adhibebatur in adeundis hereditatibus: vel Ipſa hereditatis aditio.* Cic. Att. 11, 12 *in fine,* Galeonis hereditatem creui. Puto enim cretionem fuiſſe ſimplicem, quoniam ad me nulla miſſa eſt. Simplicem, *i. cum nullo coniunctam, et adeo ſine coheredibus: vt ego vnus creuerim.* Miſſa eſt, *i. ſignificata literis, ab iis, qui meo nomine creuerunt.* Eidem 13, 46 Ex eo cognoui cretionem Cluuii (ô Veſtorium negligentem) liberam cretionem, (*intell. a legatis, vt ſolidum ſit, quod ex ea percipitur*) teſtibus praeſentibus, ſexaginta diebus. Metuebam ne ille arcendus eſſet: nunc mittendum eſt, vt meo iuſſu cernat. *Locus claſſicus eſt* Vlpiani Tit. 22, 27 ſqq. Cretio eſt, Certorum dierum ſpatium, quod datur inſtituto heredi ad deliberandum, vtrum expediat ei adire hereditatem necne: velut, *Titius heres eſto, cernitoque in diebus centum proximis, quibus ſcieris, poterisque: niſi ita creueris, exheres eſto.* Cernere, eſt Verba cretionis dicere, ad hunc modum, *Quum me Maevius heredem inſtituerit, eam hereditatem adeo cernoque.* Sine cretione heres inſtitutus, ſi conſtituerit nolle ſe heredem eſſe, ſtatim excluditur ab hereditate, et amplius eam adire non poteſt. Cum cretione vero heres inſtitutus, ſicut cernendo fit heres, ita non aliter excluditur, quam ſi intra diem cretionis non creuerit. Ideoque etiam, ſi conſtituerit, nolle ſe heredem eſſe, tamen ſi ſuperſint dies cretionis, poenitentia actus, cernendo heres fieri poteſt. Cretio, aut vulgaris dicitur, aut continua. Vulgaris, in qua adiiciuntur haec verba, *Quibus ſcieris, poterisque.* Continua, in qua non adiiciuntur. Ei, qui vulgarem cretionem habet, dies illi dati computantur, quibus ſcit, ſe heredem inſtitutum eſſe, et potuit cernere. Ei, qui continuam habet cretionem, etiam illi dies computantur, quibus ignorauit ſe heredem inſtitutum: aut ſciuit quidem, ſed non potuit cernere. *Ex quibus verbis recte caſtigatus eſt locus* Cic. de Orat. 1, 100 c. 22 De his credo rebus, *inquit* Craſſus, vt in cretionibus (*legebatur* conditionibus, *aut* condictionibus) ſcribi ſolet, QVIBVS SCIAM POTEROQVE. *Metaphor.* Plin. 2, 26 *fin.* Caelo in hereditate cunctis relicto, ſi quisquam, qui cretionem eam caperet inuentus eſſet.

CERNVO, āre. [*κύπτειν, κυβιστᾶν* Vet. Gloſſ.] *Eſt quaſi cernendi cauſa caput profunde demittere.* Gloſſ. Iſid. Cernuare, praecipitare: *vbi ad etymon verbi* praecipitare *et* praeceps *reſpicitur.* Gloſſ. Latino-Arab. *apud Voſſ. Etymol.* Cernuo, humiliter me inflecto. Varro de Vit. Pop. Rom. 1 *apud* Non. 1, 76 Etiam pelles bubulas oleo perfuſas percurrebant, ibique cernuabant: a quo vetus eſt ille verſus in carminibus, Ibi paſtores ludos faciunt coriis conſualia, *Vet. Edit.* Cernui *pro* Coriis. Sen. Epiſt. 8 Qui hoc faciunt, non euertit fortuna, ſed cernuat et allidit. *Alii Cernulat.* Cernuat ora ſenex barbatus et oſcula figit Cruribus aeripedum, ſi fas eſt credere equorum Prud. adu. Symm. 1, 350. *i. demittit ſe, ſiue* cernuat *actiue ſumas, quod accuſatiuum* ora *adſciſcat: ſiue neutraliter, vt* ora *ſit accuſatiuus Graecus vel Synecdochicus.* Apul. Met. 1 p. 111, 9 Denique corpus exanimatum in flumen paene cernuat. *i. praecipitat.* ¶ 2 *Etiam paſſiue vel deponent.* Solin. 17 *de tigribus,* In litore irrita rabie cernuari *notantur,* veluti propriam tarditatem voluntaria caſtigantes ruina. Id. c. 45 *de equo Cintareti,* Isque adeo ſpreuit lupatos, vt de induſtria cernuatus ruina pariter et ſe et equitem affligeret. *Sic Salmaſius. Al.* Curuatus, *quod nihili eſt.*

CERNVVS. Adi. [*πρηνὴς, κύψας*] Non. 1, 76 Cernuus dicitur proprie Inclinatus, quaſi quod terram cernat Lucilius Sat. lib. 3 Cernuus extemplo plantas conueſtit honeſtas. Virgil. Aen. 10, 894 Eiectoque incumbit cernuus armo. *Vbi* Seruius, Cernuus equus dicitur, qui cadit in faciem, quaſi in eam partem cadens, quam cernimus. Vnde et Pueri, quos in ludis videmus, ea parte, qua cernunt, ſtantes, (*Maſuic. κυβιστῶντες*) Cernui vocantur: vt etiam Varro in ludis theatralibus docet. *Forte reſpicit ad locum* Varronis, *quem dedimus in* Cernuo *ex ipſo, quem modo laudauimus* Non. 1, 76, *qui addit etiam* Lucilii *hoc,* Modo ſurſum modo deorſum, tanquam collus (*i.* collum) cernui, *i. κυβιστητῆρος, illud ipſum genus ludicri exercentis, quod in* Cernuo Varronis *verbis deſcriptum eſt, quemque ἀσκωλιασμὸν vocant Graeci.* Pronos et cernuos ruere Arnob. 7 p. 246. Nam flendo pernox irrigatum puluerem Humi madentis ore preſſit cernuo Prud. Cathem. 7, 43. Idem Cath. 3, 149 Quod modo Cernua feminis Vipera proteritur pedibus. Apul. Met. 9 p. 235, 28 Super menſam cernuus corruens. *Recentiorum vnum alterumque locum laudat in Ind. Elmenhorſtius.* Deſpectans cernua terram Sedul. 3, 201. *de muliere aegrota, de qua* Luc. 13, 11 *συγκύπτουσα μὴ δυναμένη ἀνακύψαι.* ¶ 2 Si Feſtum *audimus,* Cernuus eſt calciamenti genus. *Sed iam vident viri eruditi, quicunque obſeruationis auctor eſt, deceptum eſſe verſu Luciliano, quem modo dedimus ex* Non. 1, 76 Cernuus extemplo plantas conueſtit honeſtas, *quod ad geſtum induentis ſibi vel alii calceum pertinet.*

CERNVLO, āre. *pro* Cernuo, *meliores habent.* Sen. Epiſt. 8 Non euertit fortuna, ſed cernulat et allidit. *Videtur* cernulare et allidere *coniunctim ſumta plus eſſe, quam* euertere: *nempe κυβιστᾶν, quod eſt in* Vet. Gloſſ. *in caput ſtatuere, et ſic ipſo capite allidere, cum* euertat *etiam qui ſupplantat.* Vet. Gloſſ. Cernulat *κυβιστᾷ.*

CERNVLVS, a, um. Adi. *Idem quod* Cernuus, *cum quo etiam permutatur,* v. g. Apul. 9 p. 235, 28 Supra menſam cernulus corruens. Cernulus, *πεταυριστής*; Cernui, *πεταυρισταὶ* Vet. Gl.

CEROFERARIVS, *vel* CERIPHORVS, i. m. *Clericus, cuius munus erat ad ſacrorum myſteriorum pompam accenſos cereos ferre. Alio nomine vocabatur* Acolythus ſ. Acoluthus. *Vid.* Iſid. 7, 12. Ἀκόλουθοι, κηροφόροι, κηριάπτης Gl. Vet.

CEROLIA, ae. f. *videtur fuiſſe loci nomen in vrbe antiqua.* Varro de L. L. 4, 8 p. 14 Cum Caelio coniunctae Carinae, ſed inter eas, quem locum Ceroliensem appellatum apparet. — Ceroliensis a Carinarum iunctu dictus Carinae: poſtea Cerionia, quod hinc oritur caput Viae ſacrae. *Vid. Nardin. Rom. Vet.* 3, 9. *Turneb. Aduerſ.* 20, 35.

CERŌMA, ătis. n. [*κήρωμα*] *Oleum ceratum, quo athletae vngebantur. Terrae aliquid, ſ. pulueris terrei admiſceri ſolitum, apparet ex* Plin. 35, 13 ſ. 47 *poſt mentionem pulueris diuerſi generis, quo in palaeſtra vterentur,* Plura de hac parte non ſum dicturus, non Hercules magis quam de terrae vſu in ceromatis, quibus exercendo iuuentus noſtra corpora vires animorum perdidit. *Conf.* HAPHE *et* STIGMENTVM. Iniecto ceromate brachia tendis Martial. 7, 31. Id. 4, 4 Ceromata fece de Sabina *inter res foetidiſſimas ponit. Et* 4, 19 Seu lentum ceroma teris, tepidumue trigona. Plin. 28, 4 Nam illa quae ſunt e ceromate permiſto coeno, articulos tantum molliunt, calefaciunt, *etc.* Tritum vulgi ſermone prouerbium, Oleum perdit et impenſas, qui bouem mittit ad ceroma Hier. Ep. 101 ad Pammach. Femineum ceroma Iuuen. Sat. 6, 245 *Dicitur quod et mulieres eo, ſicut viri, vngerentur palaeſtram initurae.* Martial. 11, 48 Cur Lacedaemonio luteum ceromate corpus Perfundit, *etc. Nempe Lacedaemone ſtudia palaeſtrae florebant.* ¶ 2 Ceroma, *Locus vbi palaeſtritae vngebantur.* Plin. 35, 2 Iidem palaeſtras athletarum imaginibus, et ceromata ſua exornant. Senec. de Breu. Vitae 12 Qui in ceromate ſpectator puerorum rixantium ſedet. *Vid.* Fab. Agon. 3, 5.

CEROMATĬCVS. Adi. *Vt,* Collum ceromaticum Iuuen. Sat. 3, 68. *i. Ceromate perunctum.*

CERON. *Fontis nomen, de quo ſic* Plin. 31, 2 ſ. 9 Eudicus in Heſtiaeotide fontes duos tradit eſſe, Ceronem, ex quo bibentes oves nigras fieri: Nelea, ex quo albas: ex vtroque autem varias.

CERONIA. *Ficus nomen.* Plin. 13, 8 ſ. 16 Similis et quem Iones Ceroniam vocant, trunco et ipſa fertilis, ſed pomo ſiliquae. Gr. *Κερωνία. Vid. Salm. ad* Solin. p. 326 ſqq.

CEROSTRŌTVM, i. n. [*κερώστρωτον*] *Quaſi tu dicas* cornu ſtratum, *vt* lithoſtroton *lapide vel teſſellis e lapide conſtratum et coagmentatum opus. Nempe Picturae genus, eſſe volunt, quum ex cornibus ramenta tinguntur variis coloribus, deinde vermiculatim ligno inſeruntur. Referunt huc* Plin. 16, 44 Excogitatae ſunt et ligni bracteae: nec ſatis *tum* coepere tingi animalium cornua, dentes elephantorum ſecari, lignumque ebore diſtingui, mox operiri. *Laudant* Plin. 11, 37 ſ. 45 Apud nos cornua in laminas ſecta translucent, atque lumen incluſum latius fundunt, multasque alias ad delicias conferuntur, nunc tincta, nunc ſublita, nunc quae ceroſtrota picturae genere dicuntur. *Sed* Ceſtrota *poſt alios Harduin. v. v. in* CESTRON. Ipſa forium ornamenta non ſunt ceroſtrota, neque bifora, ſed valuata Vitr. 4, 6. *Sed hic etiam locus controuerſus eſt.* Clathrata *praefert Barbarus: Baldus* Cloſtrata, *i. clauſtrata:* Ceroſtrata *ſenſu, quo diximus, Philander. Salmaſius* Ceſtrota: *vel ſi omnino* Ceroſtrata *retinendum eſſet, explicanda tamen non κερώστρωτα, corneis teſſellis vel ramentis inſerta, verum κηρόστρωτα ceris fuſis et ſtratis inuſta, encauſta, vt* Auſon. Epigr. 26 Ceris inurens ianuarum limina Et atriorum pegmata. *Conſideranti locum Vitruuii, et quid ſibi opponatur attendenti, apparebit, puto, nihil horum extra controuerſiam eſſe, et facilius dubitari poſſe, quam certi quid ſtatui. Vid. Salmaſ. ad* Solin. p. 163. *et* 164. *Conf.* ENCAVSTON.

CEROTVM, *vid.* CERATVM.

CERRITVS, *vid.* CERITVS, *ſub* CERES.

CERRONES. Leues et inepti a cratibus dicti, quod Siculi aduerſus Athenienſes cratibus pro ſcutis ſunt vſi, quas Graeci *γέῤῥας* appellant. *Haec* Feſtus. *Sunt itaque* Cerrones, *qui* Gerrones, *vbi vid.*

CERRVS, i. f. [*ἄσπρις, ὀξύη, αἰγίλωψ*] *Arboris ſpecies ex glandium genere.* Plin. 16, 5 ſ. 6 *de glandiferis,* Quippe cum Robur Quercumque vulgo naſci videamus, Eſculum non vbique: quartam vero generis eiusdem, quae Cerrus vocatur, ne Italiae quidem maiore ex parte notam eſſe. *Et* 16, 40 ſ. 79 Fagus et Cerrus celeriter marceſcunt. *Et* 24, 4 ſ. 7 Cerri folia, et cortex, et glans, ſiccat collectiones ſuppurationesque. *De vſu in aedificando.* Vitruu. 2, 9. *et* 7, 1. Pallad. 1, 9, 3 De cerro tabulata commendat. *Add.* Col. 7, 9, 6. Pall. Fabr. 18, 3.

CERRĬNVS. Adi. [*ἀσπρινὸς*] Plin. 30, 10 Quidam pectus eius bibendum cenſent, et in cerrino calice.

CERREVS. *Idem.* Plin. 16, 6 Glans fagea ſuem hilarem facit, carnem coctibilem, *etc.* Proximam huic cerream tradit Nigidius, nec ex alia ſolidiorem carnem, ſed duram. *Add.* Colum. 9, 20, 5.

CERTABVNDVS, CERTAMEN, CERTATOR, *vid.* in CERTO.

CERTE, *vid.* CERTVS.

CERTO, āre. [*ἀγωνίζομαι, ἁμιλλῶμαι, ἀθλέω*] *Superare ſtudere alium, contendere; quaſi forma frequentatiua a* Cerno, *vbi vid.* n. 5. Non. 4, 61 Certare ſignificat altercari, contendere. Virg. (Ecl. 8, 55) Certent et Cycnis vlulae. *Laudatur et* Siſenna Hiſtor. 4 Alii ſaltui, ac velocitati certare *forte rectius* Saltu, velocitate. Virg. Ecl. 5, 8 Montibus in noſtris ſolus tibi certet Amyntas. *Vbi* Seruius: Vſurpatum eſt, nam hodie Certo tecum dicimus, *vid. n.* 2. Acies certant, *vid.* ACIES. Ambigue certare Tacit. Hiſt. 5, 11. *i. dubio euentu, certe nunc ſecundo nunc aduerſo.* Sil. 16, 377 Tene, Aſtur, certante feret quisquam aequore palmam Erepto? *de curſu in ſtadio. Neque tamen iungendum hic* Aequore certare; *Sed* Aequor eripere *eſt occupare et praeuenire Curſu.* Animis iniquis, *pro Maligne diſſidere et aduerſari,* Virg. Aen. 10, 7 Tantumque animis certatis iniquis? *Iupiter deos alloquitur.* Augendae dominationi certare, *i. Ad augendam dominationem* Tacit. Ann. 2, 46. Liu. 3, 71 Aricini atque Ardeates de ambiguo agro quum ſaepe Bello certaſſent, multis inuicem cladibus feſſi, iudicem populum Rom. cepere. Cic. Tuſc. 5, 77 c. 27 Adoleſcentium greges Lacedaemone vidimus ipſi incredibili Contentione certantes Pugnis, Calcibus, Vnguibus, Morſu denique, vt exanimarentur priusquam ſe victos faterentur. Benedictis, maledictis Ter. prol. Phorm. 21. Carmine ob hircum Hor. in Arte Poët. 220. Damnis certant ſtultus atque inſanus Plaut. Truc. 5, 58. Cic. de Clar. Orat. 172 c. 46 Ego memini T. Tincam Placentinum facetiſſimum cum familiari noſtro Q. Granio praecone Dicacitate certare. Dolis Sil. 5, 96. Ioco Hor. Carm. 2, 12, 18. Cic. Verr. 4, 32 Siculi hoc iure ſunt, vt quod ciuis cum ciue agat, domi certet ſuis Legibus. Liu. 5, . . Acta deinde in Senatu res eſt, certatumque inter collegas Maledictis. Malitia certare tecum, miſeria eſt Plaut. in Perſ. 2, 2, 56. Manu Valer. Argon. 6, 314. Mero Hor. Carm. 4, 1, 31. Minaciis cum aliquo Plaut. Truc. 5, 56. Liu. 25, 3 Multam Poſtumio dixerunt. Cui certandae quum dies aduenisset — perorata cauſa — prius quam ad ſuffragium tribus vocarentur *etc.*

Virg. Ecl. 2, 57 Nec ſi muneribus certes, concedat Iolas. *Eadem ratione* Claud. Epigr. 22 de Chlamyde 11 At tibi diuerſis Princeps altiſſime, certant Obſequiis ſoceri, *i. certatim ſtudent tibi placere.* Cic. Fam. 7, 12 Reliquum eſt, vt Officiis certemus inter nos, quibus aequo animo vel vincam te, vel vincar abs te. Virg. Aen. 1, 532 Officio nec te certaſſe priorem Poeniteat. *Vbi* Seruius: Ne tibi parum videatur prima beneficia praeſtitiſſe, quum poſſis maiora recipere. Pietate Claud. ſext. Conſ. Hon. 99. Virg. Ecl. 3, 31 Tu dic mecum quo pignore certes. Liu. 1, 26 Si a Duumuiris prouocarit, Prouocatione certato. Si vincent, caput obnubito *etc.* Virg. Aen. 5, 485 Protinus Aeneas celeri certare Sagitta Inuitat qui forte velint: et praemia ponit. Scelere omni Sen. Thyeſt. 25. Liu. 34, 18 *extr.* Parſimonia et vigiliis et labore cum vltimis militum certaret. Virgiliana virtute Plin. in praef. p. 4, 16 *Sed ponenda ſunt verba,* Scito enim — me deprehendiſſe a — proximis veteres transſcriptos ad verbum — non illa Virgiliana virtute, vt certarent. *Nempe Virgilius Graecos interpretatus eſt, ſed ita, vt ſuperare illos et melius facere ſtuderet.* ¶ 2 *Conſtructiones et formulae aliae:* Liu. 4, 37 Aut iis, cum quibus de imperio certetur, nec virtute, nec patientia, nec diſciplina rei militaris cedendum eſſe. Cic. Philipp. 10, 10 Erat enim ei ſpes vna in C. Antonio, qui duorum fratrum aetatibus medius interiectus, vitiis cum vtroque certabat. Plin. Epiſt. 6, 33 Mihi ſatis eſt certare mecum. Cic. Verr. 5, 14 Si cum aliorum improbitate certet, longe omnes, multumque ſuperabit. Plin. in Paneg. 30 Tantis ſegetibus induebatur, vt cum feraciſſimis terris, quaſi nunquam ceſſura, certaret. Cum vſuris certare fructibus praediorum *dicuntur, quorum vectigalia vix, aut ne vix quidem vſuris perſoluendis paria eſſe poſſunt.* Cic. in Catil. 2, 18 Meo beneficio tabulae nouae proferentur, *(quas optabant obaerati)* verum auctionariae. Neque enim iſti, qui poſſeſſiones habent, alia ratione vlla ſalui eſſe poſſunt. quod ſi maturius facere voluiſſent, neque (id quod ſtultiſſimum eſt) certare cum vſuris fructibus praediorum: et locupletioribus his, et melioribus ciuibus vteremur. *Conſtructionis cum Datiuo exempla:* Claudian. Laud. Seren. 33 *de Claudia Veſtali et Penelope,* Non tamen audebant Titulis certare Serenae, *aut* Titulis *Datiuus eſt, aut* Serenae. *Sic eadem ambiguitate* Virg. Georg. 2, 138 Sed neque Medorum ſiluae — Laudibus Italiae certent. Imparibus certare Hor. Epod. 11, 27. Forma certare deis, *i. Non minus quam deos formoſum eſſe* Sil. 5, 16. Melioribus Hor. Serm. 2, 5, 19 *τοῖς κρέττοσι, ſuperare ſtudere, qui praeſtant quacunque virtute aliis.* Certare de. *vt,* Cic. de Orat. 2, 76 c. 18 Quid enim aut arrogantius, aut loquacius fieri potuit, quam Hannibali, qui tot annos de imperio cum Pop. Rom. *etc.* certaſſet. Idem Acad. 4, 65 c. 20 Nam ſi in minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coërcetur: ergo de omni ſtatu conſilioque totius vitae aut certare cum aliis pugnaciter, aut fruſtrari cum alios, tum me ipſum velim? In omne facinus certare, *i. certatim ruere in omne ſcelus* Sen. Theb. 298. Hor. Serm. 2, 5, 27 Magna minorue Foro ſi res certabitur olim, *etc. i. in foro ſ. iudicio.* Cic. Verr. 2, 39 c. 16 Quum id, quod omnes intelligebant, diceret Heraclius, ius eſſe certum Siculis, Inter ſe quo iure certarent: legem eſſe, *etc.* Hor. Arte Poët. 220 Carmine qui tragico vilem certauit Ob hircum. Sub lege aliqua certare, *i. propoſita conditione* Claud. de Laud. Seren. 163. *Cum infinito* Virg. Aen. 6, 178 Haud mora feſtinant flentes, aramque ſepulcri Congerere arboribus, caeloque educere certant, *i. Certatim elaborant educere. Ita ſummam operis indicat Poëta, deinde opus ipſum copioſius exponit,* Itur in antiquam ſiluam *etc. Sic quidem malim, quam cum* Seruio *dicere,* Certare *eſſe* mente pertractare. *Sic* Virg. Aen. 2, 64 Circumfuſa ruit, certantque illudere capto. *Et* Ecl. 5, 9 Quid ſi idem certet Phoebum ſuperare canendo? *Sic* Vincere certo Virg. Aen. 5, 194. Calpurn. Ecl. 3, 68 Certauerit ille tot haedos paſcere, quot *etc.* Stat. Theb. 6, 6 *de ludis Olympicis,* Primus Piſaea per arua Hunc pius Alcides Pelopi certauit Honorem. Hor. Sat. 2, 3, 312 An quodcunque facit Maecenas, te quoque verum eſt *(facere)* Tantum diſſimilem et tanto certare minorem, *i. in certando, vel certamine.* Val. Fl. 5, 645 Et tibi magne pater, terris donaria certant, *i. certatim offeruntur, vnum altero maius et pulchrius.* Stat. Silu. 1, 2, 108 Cui gloria patrum Et generis certabat honos, *i. dubium erat, vtrum praeferres.* Idem Theb. 7, 640 Certat opus ferri, *feruet caedes, et certatim peragitur. Vid. mox* CERTANS. Certatur, pro Certat, apud veteres. Pacuuius Armorum iudic. *apud* Non. 7, 43. An quis eſt qui te eſſe dignum quicum certetur putet? Certati ſunt curſu Neſtor, Helenus, *etc.* Hygin. fab. 273. *i. certarunt. Tuetur Munckerus ad h. l.* Vet. Int. Sirac. 11, 9 De ea re, quae te non moleſtat, ne certeris, *μὴ ἔριζε.* Certatur, *Imperſonale.* Liu. 1, 17 Inter ordines certabatur. Sall. Iug. 74 Qua in parte rex adfuit, ibi aliquamdiu certatum. Virg. Aen. 10, 355 Certatur limine in ipſo Auſoniae. *Et* 11, 313 Toto certatum eſt corpore regni. Lucan. 2, 150 Certatum eſt, ceruix cui caeſa parentis cederet. Cic. de Orat. 1, 172 Quid quod item in Centumuirali iudicio certatum eſſe accepimus?

CERTANS. Partic. [*ἀγωνιζόμενος*] *Vt,* Certantes pugnis, calcibus, vnguibus, morſu Cic. Tuſc. 5 c. 27. Haec inter ſe agebant certantes Virg. Aen. 11, 445. Paſtores Id. Ecl. 8, 3. Sil. 4, 201

Occumbit Sarmens, flauam qui ponere victor
Caeſariem, crinemque tibi Gradiue vouebat
Auro certantem, et rutilum ſub vertice nodum.

*Idem* Sil. 10, 303 *de Paullo moribundo,* Sidoniumque ducem circumſpectabat, in illa Exoptans Animam certantem ponere, dextras, *i. mori manu Hannibalis in praelio.* Animis certantibus, *i. Summa animorum contentione.* Virg. Aen. 12, 574 Certantia remis Brachia Stat. Silu. 1, 2, 87. Virg. Aen. 3, 668 Verrimus et proni certantibus aequora remis, *i. vehementer et certatim agitatis.*

CERTANTER. Paullin. Petrocor. 6, 489 Aut ſi certanter rapuiſſent flumina coetus.

CERTĀTVS. *Partic. paſſiuum.* Sil. 17, 342 Certatus nobis hodie dominum accipit orbis. *Verba ſunt Hannibalis ad Scipionem. h. e. Pro quo occupando poſſidendoque certauimus.* In amnis transgreſſu multum certato Tacit. Ann. 11, 10. Idem Hiſt. 4, 16 Nec diu certato, Tungrorum cohors ſigna ad Ciuilem tranſtulit. *Abſolute vtroque loco pro eo quod eſt,* cum certatum eſſet.

CERTĀMEN, ïnis. n. [*ἀγὼν, ἆθλος, ἅμιλλα, ἁμίλλημα*] *Certandi actus, Certatio. Ac primo de ludis et ſpectaculis frequens eſt. v. g.* Diſci certamen Ouid. Met. 10, 177. Idem Met. 10, 572 *de Atalanta,* Praemia veloci coniux, thalamique dabuntur, Mors pretium tardis, ea lex certaminis eſto. Pretium certaminis ferre Id. Met. 13, 19. *Huc referas* Veneris certamina mutua Ouid. Amor. 2, 10, 29. *Sic etiam* Vini certamen, *Compotatio.* Tibul. 3, 6, 11 Aut ſi quis vini certamen mite recuſet, Fallat eum tecto cara puella dolo. *Et cum Adiectiuis:* Virg. Aen. 5, 144 Non tam praecipites, biiugo certamine campum Corripuere, ruuntque effuſi carcere currus. Ouid. Met. 1, 446 Inſtituit Sacros Celebri certamine ludos, Pythia de domitae ſerpentis nomine dictos. Chryſanthianum, *vid. h. v.* Feſta certamina Stat. Theb. 6, 921. Ouid. Met. 11, 155 Pan — Auſus Apollineos prae ſe contemnere cantus, Iudice ſub Tmolo certamen venit ad impar. Ludicrum Sen. Agam. 935. *de ludis Olympicis.* Sacri certaminis perpetua materia Quinctil. 3, 7, 4. *de ludis Capitolinis. Nempe* ſacrum certamen *et* 9, 4, 11 Sacra certamina *Graeca ratione dixit, apud quos ἱεροὶ ἀγῶνες, i. ſacra Certamina erant quatuor, quae hoc Epigrammate complexus eſt* Auſonius Eclogario p. 564

Quatuor antiquos celebrauit Achaïa ludos,
Caelicolûm duo ſunt et duo feſta hominum.
Sacra Iouis, Phoebique, Palaemonis, Arhemorique
Serta quibus pinus, malus, oliua, apium.

*Indicat ordine* Olympia, Pythia, Iſthmia, Nemeaea. *Videri poſſunt tum reliqua apud* Auſonium, *tum ipſa, quae indicauimus nomina ſuo loco. Nobis ſatis erit hic loca indicare certaminum ex* Auſonio l. c.

Prima Ioui magno celebrantur Olympia Piſae.
Parnaſſus Clario ſacrauit Pythia Phoebo.
Iſthmia Portuno bimaris dicat acta Corinthi.
Archemori Nemeaea colunt funebria Thebae.

*Eſt res Graeca, materia omnium carminum, quae ſuperſunt, Pindari, e quo et Interpretibus petenda ſunt reliqua.* Quadriiugum Stat. Theb. 6, 369. Valida Idem Theb. 6, 704. *Item cum verbis, vt* Virg. Aen. 5, 603 Hac celebrata tenus, ſancto certamina patri. Cic. Tuſc. 2, 62 c. 26 Videmusne apud quos eorum ludorum, qui gymnici vocantur, magnus honos ſit, nullum ab his, qui in id certamen deſcendant, deuitari dolorem? Inire certamina prima Virg. Aen. 5, 114. Idem Aen. 5, 545 At pius Aeneas, nondum certamine miſſo Epytiden vocat, *i. dimiſſo, finito.* Mouent certamen praemia Ouid. Epiſt. 16, 372. Referre certamina, *i. inſtaurare* Virg. Aen. 5, 596 *de Aſcanio.* Tollere dona nullo certamine Idem Aen. 5, 390. *De luſu etiam XII ſcriptorum poſuit* Quinctil. 11, 2, 38. ¶ 2 *Sed ad alios etiam conatus vehementes plurium idem agentium et vincere tum ſe inuicem, tum obiecta impedimenta ſtudentium, refertur:* Quinctil. 8, 5, 4 In omni certamine, qui opulentior eſt, etiam ſi accipit iniuriam, tamen, quia plus poteſt, facere videtur. Virg. Aen. 3, 128 Nauticus exoritur vario certamine clamor. Salluſt. Cat. 1 Diu magnum inter mortales certamen fuit, vine corporis, an virtute animi res militaris magis procederet. Cic. pro Roſc. Amer. 136 Quo in certamine perditi ciuis erat, non ſe ad eos iungere, *etc.* Virg. Aen. 5, 197 Olli certamine ſummo procumbunt, *i. ſummo ſtudio incumbunt ad remos.* Contentio et certamen Caeſ. Bell. Gall. 5, 43. Cic. de Finib. 2, 68 c. 2 Pugnant Stoici cum Peripateticis, *etc.* et certamen honeſtum et diſputatio ſplendida. omnis eſt enim de virtutis dignitate contentio. Diuitiarum certamina mitte, *i. labores in cumulandis opibus.* Hor. Epiſt 1, 5, 8. Hereditatis Quinctil. 12, 10, 70. Tac. H. 3, 11 Vt olim Virtutis Modeſtiaeque, nunc Procacitatis et petulantiae certamen erat *Add.* n. 3. Aequo certamine bellum geritur Lucret. 2, 573. Alacr Sil. 1, 184. Anhelum Idem 2, 430. Aſperum Ouid. Triſt. 4, 1, 71 Auidum Sil. 12, 457. Claſſici certaminis arbitrium commiſſum Agrippae, *i. praelii naualis ad Actium* Vell. Pat. 2, 85. Forenſia certamina Quinctil. 2, 1, 11. Virg. in Cul. 81 Nec funeſta timet validae certamina claſſis. Grande Certamen, tibi praeda cedat maior, an illi, *Sic* Hor. Carm. 3, 20, 7. Virg. Ecl. 7, 16 Et certamen erat, Corydon cum Thyrſide, Magnum. Verum fictumque Quinctil. 2, 4, 36 *de declamatione, et contentione forenſi.* ¶ 3 *Conſtructio diuerſa:* Cic. de Legib. 3, 4 Neque nobis Cum illa tum peſte certamen fuit, ſed Cum grauiſſimo Reip. tempore: cui ſi ceſſiſſem, *etc.* Idem de Clar. Orat. 319 Quum igitur eſſem in plurimis cauſis, et in principibus patronis quinquennium fere verſatus, tum in patrocinio Sicilienſi in certamen veni deſignatus Aedilis Cum deſignato COS. Hortenſio. In certamen rem aliquam adducere, *vid.* ADDVCO. Cic. Acad. 1, 4 Tum ego, Cum Zenone, inquam, vt accepimus, Arceſilas ſibi omne certamen inſtituit, non pertinacia, *etc.* Certamen de principatu Nep. 2, 6, 3. Salluſt. .. Sed Gloriae maximum certamen Inter ipſos erat. Cic. pro Flac. 62 Adſunt Athenienſes vnde humanitas, *etc.* De quorum vrbis poſitione, propter pulchritudinem etiam Inter deos certamen fuiſſe proditum eſt. Idem de Nat. Deor. 3, 95 Eſt enim mihi tecum Pro aris et focis certamen, et Pro deorum templis atque delubris, Proque vrbis muris, *etc.* Id. Off. 1, 38 Quum ciuiliter contendimus, aliter ſi eſt inimicus, aliter ſi competitor: Cum altero certamen Honoris et Dignitatis eſt, cum altero Capitis et Famae. Cic. de Diuin. 1, 95 Neque ſolum in pace ſed in bello multo etiam magis, quo maius erat certamen et diſcrimen Salutis. Idem de Orat. 1, 3 c. 1 Conſulatu deuenimus in medium rerum omnium certamen atque diſcrimen. Equus certamine primus Hor. A. P. 84. *i. victor ludis curulibus.* Plaut. Caſ. 3, 1, 2 Nunc ſpecimen ſpecitur, nunc certamen cernitur, *vbi ad etymon vocis alluditur, et non tam ipſa contentio, quam euentus et iudicium ſpectatur* ¶ 4 *Maxime tamen* Certamen *locum et velut domicilium habet in* Armorum, Bellorum, Praeliorum *contentione.* Quinctil. 9, 1, 20 Vt in armorum certamine aduerſus ictus et rectas ac ſimplices manus cum videre tum etiam cauere facile eſt *etc. Add.* 9, 4, 8. Virg. Aen 11, 434 Quod ſi me ſolum Teucri in certamina poſcunt. Belli certamen Cic. Fam. 10, 18. Lucret. 1, 476 Clara accendiſſet ſaeui certamina belli. Belli certamina conferre inter ſe, *vid.* CONFERO Pugnae certamen Sil. 17, 547. Cic. de Orat. 2, 317 Sed ſi in ipſo illo gladiatorio vitae certamine, quo ferro decernitur, *etc. Metaphor. de corpuſculis in aëre.* Lucret. 2, 117 Et velut Aeterno certamine praelia pugnasque Edere turmatim certantia. Atrociſſimum certamen, *vid.* ATROX. Claſſicum certamen *v. n.* 2. Contentioſa certamina Firmic. 5, 1. Diſpar certamen inire, *cum maiore contendere* Ouid. Amor. 2, 2, 61. Exacto laetus certamine victor Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 113. Graue Sil. 16, 518. Letiferum Catul. 62, 394. Longum Hor. Epiſt. 1, 10, 35. Martium Idem Carm. 4, 14, 17. Miſerandum Sil. 5, 517. Nauale Virg. Aen. 5, 493 *de ludo quidem, ſed nihil impedit, quo minus etiam de vero praelio adhibeamus.* Rabidum Sil. 16, 410. Id. Sil. 1, 143 Occumbit Saeuo Tyrius certamine victor. Claud. in Ruff. 1, 297 Certamen Sublime diu, ſed moribus impar Virtutum ſcelerumque fuit. *Pulchrum Ep-thetou*

*theton, ſumtum a geſtu certantium, qui quantum poſſunt erigunt ſe et ab alto velut ingruere aduerſariis ſtudent,* vt Virg. Aen. 5, 426 Conſtitit in digitos extemplo arrectus vterque Brachiaque ad ſuperas interritus extulit auras. *Idem videas in gallorum gallinaceorum, aliorumque animalium certaminibus.* Trepidum Hor. Epiſt. 1, 20, 48. Virg. Aen. 12, 553 Nec mora, nec requies, Vaſto certamine tendunt. Horatius Epiſt. 1, 10, 35 Minor in certamine longo Implorauit opes hominis, *i. inferior, victus.* Studio certaminis in litem ire Ouid. Faſt. 6, 89. *i. rixas, pugnas.* ¶ 5 *Verborum formulae:* Abnuere certamen Liu. 1, . . . Accendere certamina Lucret. 1, 476. *ſignificat cauſam praebere bellis.* Accendi impenſius certamina, *vid.* ACCENDO. Accendi ad certamen Liuii *eſſe dicitur* B. Pun. Cadere duro certamine Claud. de ſext. Conſ. Hon. 311. Celebrare certamina ſub nomine alicuius, Scaeuola in l. 21 Liberto. §. 3 L. Titius. D. de annuis legatis, *i. ludos publicos.* Conſerre manu certamina Lucret. 4, 841. Conſerere, *it.* Contrahere, *vid. ſuis locis.* Cooritur certamen Liu. 1, . . . Differre Ouid. Met. 6, 52. Dirimere Idem Met. 5, 314. Excludere, *Remittere praelium, atque interponere quietem bello* Sil. 15, 826 Tum caſtris procul amotis, aduerſa quiete Diſſimulans dubia excluſit certamina Martis. Extrahere Liu. 4, . . . Experiri Idem de Bell. Pun. . . . Facere Id. de Bell. Pun. . . . Imbibere certamen animis, *vid.* IMBIBO. Inceſſit certamen, *pro Subiit* Tacit. Ann. 2, 51. Increſcere *dicitur* certamen, *vid.* INCRESCO. Inferre, *it.* Iniicere, *vid. his verbis.* Inire certamina diſci Ouid. Met. 10, 177. Inire cum aliquo Sil. 13, . . . Inſtat certamen Liu. de Bell. Pun. . . . Inſtituere ſibi cum aliquo Cic. Acad. 1 c. 12. Inuadere Sil. 17, 473. *i. in certamina vadere.* Miſcere, *vid.* MISCEO. Moliri Sil. 16, 6. Mouere Lucan. 3, 121. Occumbere certamine Sil. 1, 143. Certamini auide ſe Offerre, *vid.* AVIDVS. Virg. Aen. 8, 639 Poſt iidem inter ſe Poſito certamine reges Armati Iouis ante aram, *etc.* *Sed* Aen. 5, 66 Prima citae Teucris Ponam certamina claſſis, *i. praemia certaminis ludicri.* Praebere Liu. de Bell. Pun. . . . Praeparare athletam ad certamina Quinctil. 10, 1, 4. Idem 2, 8, 3 Cui quisque certamini ſit praeparandus. Liu. . . . Conſul metuens ne minus inſtando renouaret certamen, *etc.* Sedare Liu. de Bell. Pun. . . . Serere Idem 2, . . . Tentare Id. 5, . . . Victus certamine Ouid. Met. 6, 91. ¶ 6 Certamen *interdum* eſt res ipſa, de qua certatur, [Vet. Gl.] vter columbam ſagitta feriat, vter prior decurrat ad metas. Nam ſic Virgil. in Bucolicis *(quin* Georg. 2, 530) Velocis iaculi certamina ponit in vlmo. *Haec* Donatus ad Ter. Adel. 2, 2, 4. *Sic* Virg. Aen. 5, 66 Prima citae Teucris ponam certamina claſſis, *i. praemia conſtituam nauigando certantibus ſ. remigando.* Ouid. Met. 13, 129 Nec foret ambiguus tanti certaminis heres, *i. armorum Achillis, de quibus certabatur. Sic Graecorum* Ἆθλον *vtramque rem interdum ſignificat.*

CERTATIO, ōnis. f. [ἀγώνισις] *Ipſe actus, contentioque certantium.* Exercentes ingenia certationibus, indies melioribus iudiciis efficiuntur Vitruu. 2, 1. Cic. de Nat. Deor. 3, 65 c. 25 Nequaquam iſtuc iſtac ibit: magna ineſt certatio. Idem de Legib. 2, 22 c. 9 Ludis publicis, quod ſine curriculo, et ſine certatione corporum fiat, popularem laetitiam in cantu, et fidibus er tibiis moderanto. Liu. 25, 4 Confeſtim Caruilii Tribuniplebis omiſſa Multae certatione, rei capitalis diem Poſtumio dixerunt. *De eadem re* Cic. de Legib. 3, 6 Quum magiſtratus iudicaſſit, interrogaſſitue, per populum Multae Poenae certatio eſto. Ter. Adel. 2, 2, 4 Nunquam vidi iniquius Certationem comparatam, quam hodie inter nos fuit: Ego vapulando Ille verberando vſque ambo defeſſi ſumus. Cic. pro Quinct. 68 Haec eſt iniqua certatio: non illa, qua tu contra Alphenum velitabaris. Id. de Finib. 2, 44 c. 14 Non mihi cum Torquato, ſed virtuti cum voluptate certatio. *Et* pro Quint. 68 An vero id quod Hortenſium, *etc.* non fuiſſe Naeuio parem certationem cum Alpheno, illo tempore illis dominantibus? Cic. de Amicit. 32 c. 9 Atque haec inter eos ſit honeſta certatio.

CERTĀTIM. Adu. [ἀγωνιστὶ] *Cum contentione: quando alius alium praeire et ſuperare conatur in re aliqua.* Plin. Epiſt. 2, 9 Omnes me certatim, et tamen aequaliter amant. Liu. 26, . . . Itaque in vulnera ac tela ruunr neque illos muri, neque ſuperſtantes armati arcere queunt, quin certatim adſcendant. Cantare certatim amicam abſentem Hor. Serm. 1, 5, 17. Virg. Aen. 7, 585 Certatim regis Circumſtant tecta Latini. Cic. Fam. 10, 25 Etſi omni tempore ſumma ſtudia officii mutuo inter nos certatim Conſtiterunt pro noſtra, *etc.* Liu. 1, 54 Certatim ſummi, infimique Gabinorum Sextum Tarquinium dono deum ſibi miſſum ducem Credere. Cic. Philipp. 2, 118 c. 46 Certatim poſthac, mihi crede, ad hoc opus Curretur. Idem pro Sext. 74 c. 34 Quum omnes certatim, aliusque alio grauius atque ornatius de mea ſalute Dixiſſet, *etc.* Certatim Feriunt ſocii mare, et aequora verrunt Virg. Aen. 3, 290. Inſtaurant certatim epulas, *etc.* Idem Aen. 7, 146. *Et* Georg. 4, 38. *de apibus* Nequidquam in tectis certatim tenuia cera Spiramenta Linunt. Loqui certatim Ouid. Met. 2, 241. Obſtrepere certatim alter alteri Liu. 1, 40. Tradunt certatim de his auctores Plin. 32, 5. Vſi ſunt hoc certatim Cicero atque Aſinius Quinctil. 6, 1.

CERTĀTOR, ōris. m. [Ἀγωνιστὴς Vet. Gloſſ.] Agreſtes et indomiti certatores, qui niſi auctoritatibus adhibitis non comprimuntur, *diſputatores* Gell. 12, 10. Certatorem ſe profiteri Apul. de dogm. Plat. p. 47.

CERTABVNDVS. Adi. Apul. Apol. p. 288, 23 Diogenes quidem Cynicus cum Alexandro magno de veritate regni certabundus, baculo ſceptri vice gloriabatur.

CERTĀTVS, ûs. m. [ἀγώνισμα] *Idem quod Certamen.* Stat. Silu. 3, 1, 153 Ridetque benigna Parthenope Gentile ſacrum, nudosque virorum Certatus, et parua ſuae ſimulacra coronae.

CERTVS, a, um. Adi. [ἀναμφίβολος, ἀναμφισβήτητος, ἀσφαλὴς, ἐνεξέλεγκτος] *Clarus, et indubitatus, a* Cerno, *Video, quia ea, quae cernimus, clara et indubitata ſunt. Hinc vero* Certus *etiam firmus, ſtabilis, cui fidem habere poſſis. Nempe vel paſſiue ponitur hoc nomen: ita* certum *eſt, de quo non dubitamus, vt ea, quae oculis noſtris credimus; vel actiue: ita* certus *eſt, qui omnia circumſpexit, etiam dubitare aut metuere adeo deſiit, vti* conſideratus, *vt* tutus *a tuendo i. videndo etc. Etiam meminerimus* Cernere *eſſe ſtatuere, decernere, iudicare. Iam Actiuae ſignificationis exemplum laudatur ex* Plauti Merc. 1, 2, 19 Lubet ſcire, ex hoc metu vt ſim certior, *i. ne quid vltra timeam. Sed meliores ita,* Lubet ſcire ex hoc me, vt ſim certior. *Ita capiendus* Cic. pro S. Roscio 53 c. 19 Accuſator certus, *qui circumſpexit omnia, vt nunc firmus et conſtans eſſe poſſit. Sed* Amicus certus *paſſiue dicitur, cognitus, probatus.* Ennius *apud* Cic. Lael. 64 Amicus certus in re incerta cernitur. Plaut. Trin. 1, 2, 57 Tu ex Amicis certis mihi es certiſſimus. ¶ 2 *Sed pergamus ſubſtantiua commemorare, quibus* Certus *alterutra notione iungitur.* Amor certus, *i. ſpectatus.* Ouid. de Arte Am. 2, 248 Laeta erit, vt cauſam tibi ſe ſciet eſſe perieli, Hoc dominae certi pignus amoris erit. Amor certior Idem de Arte Am. 3, 575. *Sed de puella amata eademque fideli* Propert. 1, 8, 45 Nec mihi riualis certos ſubducet Amores. Cic. pro Quint. 17 Diffidebam me hercule, C. Aquili, ſatis animo certo et confirmato me poſſe in hac cauſa conſiſtere. *Actiue.* Arboribus certis grauis vmbra tributa eſt, Lucret. 6, 783 Certis, *quas bene nouimus, licet non nominemus. Sic* Certae Cauſae, Certi Homines *dicuntur: it.* Dii, Dies *vbi habes etiam* Baccas et Fruges *etc.* Arcus certus, *qui ferit, quod deſtinat* Sen. Hippol. 278. *Vid.* Dextra, Haſta, Ictus, Manus, Sagitta. Argumentum certius odii Cic. pro Roſc. 52 c. 19. Auctor certiſſimus, *i. probatiſſimus et veriſſimus* Virg. Georg. 1, 432. Cic. pro Quint. 29 c. 7 Appellantur Tribuni: a quibus quum eſſet certum Auxilium petitum, ita tamen diſceditur, *etc.* Idem Fam. 8, 3 Quomodo illum putas Auguratus tuum competitorem dolere? et diſſimulare me certiorem, quam ſe Candidatum? *i. in petenda Aedilitate gratia ſuperiorem, omnium opinione futurum Aedilem potius, quam Hirrum. Et* de Orat. 1, 254 Quod quidem certis de Cauſis a plerisque aliter exiſtimatur. Cic. Att. 1, 1 In campo comitiis Tribuniciis ad XVI Cal. Sextil. Competitores qui certi eſſe videbantur, Galba et Antonius, et Q. Cornificius. Certi, *i. Certo petituri, ne forte intelligas, Gratioſi ad populum. Mox enim infert,* Sunt qui etiam Caeſonium putent, *ſubaudi,* petiturum. Conditio certa, *vid. paullo poſt* Fines certi. Cic. pro Milon. 25 Vbi vidit homo ad omne facinus paratiſſimus, fortiſſimum virum, inimiciſſimum ſuum, certiſſimum Conſulem, idque intellexit non ſolum ſermonibus, *etc.* Crimen Idem pro Roſc. Amer. 83. *Et* pro Milon. 23 *Interrogatur ſeruus,* Clodius inſidias fecit Miloni? *Si reſpondeat* fecit: certa Crux *parata ei eſt: ſi dicat,* nullas fecit; ſperara libertas. Cic. de Nat. Deor. 3, 24 Sed non omnia Balbe: quae Curſus certos et conſtantes habent, ea deo potius tribuenda ſunt, quam naturae. Damnum certius propiusque medullis Hor. Epiſt. 1, 10, 28. Cic. de Nat. Deor. 1, 37 Cleanthes autem qui, *etc.* tum ipſum mundum deum dicit eſſe, tum totius naturae menti atque animo tribuit hoc nomen, tum vltimum et altiſſimum atque vndique circumfuſum et extremum, omnia cingentem, atque complexum ardorem, qui aether nominetur, certiſſimum Deum iudicat, *i. qui citra controuerſiam Deus ſit. Alio ſenſu capiendum,* Neque enim duobus niſi certis Deis rite vna hoſtia fieri Liu. 27, 25, 9. *i. definitis, et lege nominatis, vid.* Certae Arbores Dextera certa, *non aberrans* Martial. Spect. 13. *de ſue, quae ex vulnere peperit,* O quam certa fuit librato Dextera telo. Cic. Att. 6, 2 Statim dedi literas, vt ex Cypro equites ante certam Diem decederent, *i. ad tempus conſtitutum. Sic* In Diem certam conuenire Liu. 1, 50. Vlpianus in l. Stipulatio iſta. §. Inter certam. D. de Verborum obligationibus, Inter certam incertamque Diem diſcrimen eſſe ex eo quoque apparet, quod certa Die promiſſum vel ſtatim dari poteſt: totum enim medium tempus ad ſoluendum, liberum promiſſori relinquitur. Virg. Georg. 2, 329 Et Venerem certis repetunt armenta Diebus. Seruius Certis *exponit* Statutis, legitimis, a natura arcana quadam ratione diſpoſitis. Cic. de Legib. 2, 19 Certasque fruges, certasque baccas, ſacerdotes publice libanto, certis ſacrificiis ac Diebus. Hor. Epod. 15, 16 Nec ſemel offenſae cedet conſtantia formae, Si certus intrarit Dolor, *i. re conſiderata ortus.* Virg. Aen. 6, 673 Nulli certa Domus: lucis habitamus opacis. Exercitus, *vid. paullo poſt,* Fines certi. Cic. de Diuin. 1, 91 c. 41 Itemque Elis in Peloponneſo Familias duas certas habet haruſpicinae nobilitate praeſtantes. Fides animis certa, *i. Fiducia minime anceps* Valer. Argon. 4, 744. Facti certa Fides eſt, *i. certum eſt hoc ſic contigiſſe* Ouid. Faſt. 6, 609. Fides certa ſegetis Hor. Carm. 3, 16, 30. *quae reddit cum foenore creditum ſibi ſemen.* Plin. Epiſt. 10, 71 Quae ideo tibi non miſi, quia et parum emendata, et quaedam non certae Fidei videbantur, *i. ſuſpecta falſitatis et fraudis.* Finis certa, *i. terminus conſtitutus* Lucret. 1, 562. Cic. Philipp. 10, 11 Certi Fines Macedoniae, certa conditio, certus erat illius exercitus, *i. definitus, lege, SCto finitus. Sic* Finem voto petere certum *ſubaudi* Habendi Hor. Epiſt. 1, 2, 56. Idem Serm. 1, 1, 106 Eſt modus in rebus, ſunt certi denique Fines: Quos vltra citraque nequit conſiſtere rectum. Cic. pro Quint. 35 Certos mihi Fines, terminosque conſtituam, extra quos egredi non poſſim, ſi maxime velim. Fluitantia reddere certa, *i. incerta certa reddere* Hor. Serm. 2, 3, 269. Virg. Aen. 1, 66 Regemque dedit, qui Foedere certo Et premere, et laxas ſciret dare iuſſus habenas. Fructus certos ac deformatos oſtendere Quinctil. 6 prooem. 9. *Opponit* Floribus. Genus quaeſtionum certum Cic. de Orat. 2, 41. Idem Off. 1, 117 Itaque ante implicatur aliquo certo Genere, curſuque viuendi, quam potuit, quid optimum eſſet iudicare. Heres certus Sen. Hippol. 1112. Haſtam certam quatere, *i. ineuitabilem* Virg. Aen. 11, 767. Homines certi, *Notiſſimi, quaſi qui poſſint nominatim referri.* Cic. pro Domo 28 Hanc iucundiſſimam vitae atque officiorum omnium ſocietatem, certi Homines fictis ſermonibus et falſis criminibus diremerunt. *Conf.* Id. Fam. 1, 9, 29. *et* 4, 9, 5. Nep. 7, 10, 1. *et* 10, 9, 1. Homo certus, *i. grauis. Sic quidem exponit Paulus Manutius apud* Cic. Att. 5, 21 Q. Voluſium tui Tiberii generum, certum Hominem, ſed mirifice etiam abſtinentem, miſi in Cyprum, vt ibi pauculos dies eſſet: ne ciues Romani pauci, qui illic negotiantur, ius ſibi dictum negarent. *Quo in loco,* Sed, *accipe dictum ad augendam laudem: vt ſi dicas,* Homo eruditus, ſed eloquens in primis. *Caeterum pro ſeuero* Certus *etiam eſt* Martial. 5, 62 Sane certus et aſper Homo eſt. *Nempe* Certus, *qui decreuit, quid ſibi agendum ſit. Sed* Cic. Fam. 1, 7 Quoties mihi certorum Hominum poteſtas erit, quibus recte dem, non praetermittam. Homo honeſtiſſimus et certiſſimus Cic. Verr. 2 c. 64. *ad fidem et religionem mandati pertinet.* Virg. Aen. 12, 490 Horum vnum certo contorquens dirigit Ictu. *Vid. Burm. ad* Quinct. Decl. 1, 10 p. 27. *Conf.* Arcus certus. Inimicus certus, *quaſi ex profeſſo inimicus, quem inimicum eſſe non licet dubitare* Plaut. Perſ. 4, 4, 33. Lex certa et definita in carminibus Cic. in Orat. 198. Lege certa aliquid facere Ouid. Faſt. 5, 65. *i. conditione. Sic* Paullus in l. Qui in teſtamento domini, D. de Teſtam. Nam qui incertus eſt de ſtatu ſuo, certam Legem teſtamento dicere non poteſt. Cic. de Inuent. 1, 2 Nondum diuinae religionis, non humani officii ratio colebatur: nemo legitimas viderat nuptias: non certos quisquam inſpexerat Liberos: non iis aequabile quid vtilitatis haberet, acceperat. Certos liberos, *quos ſuos eſſe indubie ſciret legitimosque adeo, ſic infra* Progenies certa. Virg. Georg. 1,

60 Continuo has leges, aeternaque foedera certis Impoſuit natura Locis, *i. definitis*, *vt* Cic. de Somn. Scip. 4 Omnibus qui patriam conſeruauerint, adiuuerint, auxerint, certum eſſe in caelo, ac definitum Locum, vbi beati aeuo ſempiterno fruentur. Loco certo caedere ſilicem Id. de Diuin. 2, 85. *Et* Verr. 2, 23 c. 5 Atque ea ipſa ciuitas, qua ratione illi amica ſit, dicetur certo Loco, *i. Suo loco, apto et commodo.* Cic. de Orat. 2, 19 Haec ſunt omnia ingenii vel mediocris, exercitationis autem vel maximae: artem quidem duntaxat hactenus requirunt, vt certis dicendi Luminibus ornentur. Lumen Certius, *vid. mox* Sidera. Magiſtratum certum praeficere procurationi alicui Cic. de Legib. 2, 66. Quinctil. 4, 5 Vt certa Manus vno telo poſſet eſſe contenta, incertae plura ſpargenda ſunt, vt ſit et fortunae locus, *vid.* Arcus. *Sic* Manu certa telum miſſum librare Sen. Herc. fur. 1128. Cic. Q. Frat. 1, 2 Nunc reſpondebo ad eas epiſtolas, *etc.* quarum altera eſt de Blandenio Teuxide, quem ſcribis certiſſimum Matricidam tibi a me intime commendari. Ouid. Epiſt. 18, 38 Quid mecum certa praelia Mente geris? *i. obſtinata.* Cic. Verr. 2, 128 c. 52 Cephaledi Menſis eſt certus, quo menſe ſacerdotem maximum creari oporteat. Idem de Orat. 1, 254 Quod ſi ille adſtrictus certa quadam numerorum Moderatione et pedum: tamen aliquid ad requiem ſenectutis excogitat, *etc. de Roſcio loquitur.* Motus caeli certi Cic. de Nat. Deor. 2, 97. Id. Att. 15, 21 Scribit autem Statius, illum cum patre habitare velle: hoc vero mirum, et id gaudet: quem tu illo certiorem Nebulonem? *i. magis cognitum et ſpectatum atque probatum.* Nomine certo maleficii vocabitur in iudicium Cic. de Inuent. 2, 132. Nominibus certis cautos expendere numos Hor. Epiſt. 2, 2, 105. *i. debitoribus, ſpectatae fidei.* Nomen certius a ſumma manu habere Ouid. Triſt. 3, 14, 22. *i. famam a perfectione.* Opes certae Plaut. Poen. 5, 3, 45. Id. ib. 5, 2, 8 Horum profecto certa eſt hominum Oratio, *i. verax.* Ordo certus Lucret. 2, 252. *i. definitus.* Partes in certas diuidere Cic. pro Quint. 55. Paſſibus non certis errare Ouid. Met. 3, 175. Cic. pro Quint. 11 Vna in re paullo minus conſideratus, qui ſocietatem cum Sexto Naeuio fecerit, viro bono, veruntamen non ita inſtituto, vt iura ſocietatis, et officia certi Patrisfamilias noſſe poſſet, *i. conſtantis, et ad perpetua quaedam virtutis decreta ſe inſtituentis.* Cic. pro Roſc. Amer. 46 Si tibi fortuna non dedit vt naſcerere certo Patre. *vnde* Certi Liberi, *vt dictum ex* de Inuent. 1, 2. Pectora certa, *Fortia et firma* Virg. Aen. 9, 248. Pede certo ſignare humum Hor. Arte Poët. 158. *de puero iam incedente.* Virg. Aen. 8, 39 Hic tibi certa domus, certi (ne abſiſte) Penates, *i. deſtinata fato habitatio.* Perſonae certae deſtinataeque Quinctil. 3, . . . Certas perſonas *interpretatur* Aſconius, Eos, qui Iudices fieri poterant. Cic. in Piſon. 46 c. 20 Me tamen fugerat deorum immortalium has eſſe in impios et conſceleratos Poenas certiſſimas conſtitutas. Progenies certa, *i. legitima vt* Liberi Sen. Troad. 461. Virg. Aen. 6, 322 Anchiſa generate, deûm certiſſima Proles. Ter. Eun. 1, 1, 16 Incerta haec ſi tu poſtules Ratione certa facere, nihilo plus agas, Quam ſi des operam, vt cum ratione inſanias. Regio loci Lucret. 2, 260. Requies laborum Virg. Aen. 3, 393. Ter. Andr. 2, 2, 31 Non opinor Daue. D. opinor narras? non recte accipis: certa Res eſt. *Paullo aliter* Res certa eſt, *pro Deliberatum et conſtitutum eſt* Plaut. Capt. 4, 1, 11 Nunc certa Res eſt, eodem pacto, *etc.* Spei *opponit* Cic. Att. 15, 21 Itaque eum placaui: et quidem CCCC certa, reliqua in ſpe. Certas Res nuntiare Cic. Fam. 12, 4. *non dubiam famam.* Idem de Diuin. 1, 118 Nam non placet Stoicis, *etc.* ſed ita a principio inchoatum eſſe mundum, vt certis Rebus certa Signa praecurrerent, *etc.* Sagitta, *quae non aberrat a ſcopo* Hor. Carm. 1, 12, 23. *vt* Arcus *etc.* Sidera certa, *ad quae naues diriguntur* Tibull. 1, 10, 10. *vbi vid. Brouckh.* Lucan. 3, 218 Has ad bella rates — Certior haud vllis duxit Cynoſura carinis. Valer. Flacc. 1, 17 Neque enim in Tyrias Cynoſura carinas Certior. *vbi notandus vſus praepoſitionis. Sic* Id. 2, 57 Certusque ad talia Titan, *i. certam nauigantibus ſpem ſerenitatis adſerens.* Ouid. Epiſt. 18, 155 Eſt aliud Lumen multo mihi certius iſtis, *cum reſpectu ad* Sidera, *quae ante nominauerat.* Certa Helice Val. Flacc. 5, 70. Signum amoris Cic. pro Sext. 49. Signis aliquid cognoſcere Virg. Georg. 1, 394. Signis diſcere Idem Georg. 1, 351. Plaut. Merc. 2, 3, 29 Nulla mihi Spes in corde certa eſt. Spes magis Ouid. de Arte Am. 3, 478. Spes certiſſima Cic. ad Brut. 10. Gaius in l. Stipulationum quaedam certae ſunt. D. de Verbor. obligat. Stipulationum, inquit, quaedam certae ſunt, quaedam incertae. Certum eſt, quod ex ipſa pronuntiatione apparet, quid, quale, quantumque ſit. Cic. de Clar. Orat. 64 Sed ille Graecus ab omni laude felicior. habet enim certos ſui Studioſos, *etc. quos nouimus, iam non nominamus.* Summa certa rem vendere Paull. in l. Diligenter. §. Seruo quoque. D. Mandat. vel contr. Cic. Q. Frat. 2, 2 Tu ſi ita expedit, velim quamprimum bona et certa Tempeſtate conſcendas, ad meque venias. Certa *non dubia, in qua procellae metuantur, ſed conſtans.* Tempus anni certum Plin. 7, 15. Tempus certum, dimenſumque Idem Epiſt. 9, 36, 3. Tempore caeli certo Virg. Georg. 4, 100. *definito, ſuo. Sic* Cic. de Somn. Scip. 16 Propter eluuiones exuſtionesque terrarum, quas accidere Tempore certo neceſſe eſt, non modo aeternam, *etc. Sic* Tempore certo conuenire Cic. de Inuent. 2, 132. *i. conſtituto.* Sil. 7, 449 Teſtis certiſſima veſtrae Ecce dies pietatis adeſt. Tramite de certo pelli Hor. Serm. 2, 3, 49. Tranſitus certior Plin. 3, 11. Cic. pro Corn. Balb. 30 Vidi egomet nonnullos imperitos homines noſtros ciues Athenis in numero iudicum atque Areopagitarum, certa Tribu, certa numero, quum ignorarent, *etc.* Cic. pro Lege Manil. 6 Aguntur certiſſima Populi Romani Vectigalia et maxima, quibus amiſſis, *etc. quae ſemper redeunt.* Idem de Nat. Deor. 2, 10 At vero apud maiores tanta religionis vis fuit, vt quidam imperatores etiam ſe ipſos diis immortalibus capite velato certis Verbis pro Repub. deuouerent, *i. conceptis, praeſcriptis. Sic Et* de Orat. 1, 183 Certis quibusdam Verbis, non nouis nuptiis, fieri cum ſuperiore diuortium, *etc. De viro loquitur, qui relicta prima vxore, non dato libello repudii, ſecundam duxit.* Cic. de Orat. 3, 38 Sunt enim certa Vitia, quae nemo eſt quin effugere cupiat, mollis vox, vt muliebris, aut quaſi extra modum abſona atque abſurda? *quae nouimus, ſed hic enumerare non libet.* Martial. 11, 62 Et Voce certa, conſciaque dicebat, Puer, an puella matris eſſet in ventre. Virg. Aen. 4, 125 *Iuno Venerem alloquitur*, Adero: et tua ſi mihi certa Voluntas, Connubio iungam ſtabili, *i. ſi te quoque ita velle ſciam.* Voluptas certa et pura magis Lucret. 4, 1069. Vſuras certas pendere, *i. definitas* Vlpian. l. Si remunerandi. §. Apud Iulianum. D. Mandat. vel contr. Virg. Aen. 1, 580 Equidem per litora certos Dimittam, et Lybiae luſtrare extrema iubebo. *Vbi* Seruius Certos *interpretatur*, aut Veloces, aut Fideles. Vtrumque enim, inquit, hoc loco ſignificat. Aliquando et Firmos: vt Salluſt. Apud latera certo locauerat. Aliquando et Deliberati iudici. *Omnia redeunt ad notionem generalem, quam in principio poſuimus.* ¶ 3. *Subſtantiu ſaepe ponitur, vt* Lucret. 4, 478 Notitiam veri quae res falſique crearit: Et dubium Certo quae res differre probarit. *Sic* Alia certa, ali incerta eſſe dicunt Cic. Off. 2 c. 2. Certa amittimus, dum incert petimus Plaut. Pſeud. 2, 3, 19. *Et cum Genitiuo.* Tacit. Hiſt. 4, 8 Statos aeſtiuis flatibus dies et Certa maris opperiebatur. *Et cum Adiectiuo*, Certum quiddam et breue exempli cauſa ponamus Cic. de Inuent. 1, 66. Idem de Nat. Deor. 3, 13 Nam de Sagra, Graecorum etiam eſt vulgare prouerbium: qui quae affirmant, certiora eſſe dicunt, quam illa, quae apud Sagram. Ter. Eun. 4, 4, 36 Iam ſatis certum eſt virginem vitiatam eſſe? Parum certum eſt mihi de hoc Planc. a Cic. Fam. 10, 23. Idem Fam. 1, 9 Mihi non tam de iure certum eſt (quanquam ne id quidem valde dubium eſt) quam illud ad tuam ſummam amplitudinem, dignitatem, libertatem pertinere. *Et* Fam. 11, Quem enim impedimento futurum putas, quum de nobis certum ſi nos quieturos? Certum eſt, *apud Iuriſconſultos*, cuius ſpecies, v quantitas, quae in obligatione verſatur, aut nomine ſuo, aut ea demonſtratione, quae nominis vice fungitur, qualis quantaque ſit oſtenditur l. 6 D. de reb. creditis. Certum eſt, *i. conſtitutum, decretumque eſt* Cic. pro S. Roſc. 31 c. 11 Certum eſt deliberatumque, quae a cauſam pertinere arbitror, omnia non modo dicere, verum etiam libenter, audacter, libereque dicere. Ter. Andr. 2, 1, 13 Omnia ex periri certum eſt prius quam pereo. Plaut. Aſin. 3, 3, 23 Mihi certum eſt efficere in me omnia eadem, quae tu in te faxis. Virg. Aen. 9 153 Luce palam certum eſt igni circumdare muros. Idem. Ecl. 10, 5 Certum eſt in ſiluis inter ſpelaea ferarum Malle pati. Plaut. Amph 1, 1, 109 Certum eſt hominem eludere. Ter. Eun. 2, 3, 95 Si certun eſt facere, facias. Non certum eſt mihi quid agam Ter. Andr. 1, 3, 4 Cic. Att. 7, 3 Mihi certum eſt ab honeſtiſſima ſententia digitum nus quam. Ter. Eun. 3, 3, 31 Si iſtuc ita certum eſt tibi, amabo, vt illu tranſeas, vbi illa eſt, *etc.* Cic. Att. 13, 7 Veniſſe a Caeſare narraba literas. hoc ſcribere, ſibi certum eſſe Romae manere, *etc.* Liu. 2, 1 Quando id certum atque obſtinatum eſt, neque ego obtundam. Certum eſt iſtuc? Ter. Hec. 2, 2, 30. *Alia ſententia* Cic. Fam. 3, 8 Nihil enim habent quod definitum ſit, aut certum. ¶ 4 *Formulae verborum cum* Certo: Hor. Serm. 2, 5, 100 Et certum vigilan quartae ſit partis Vlyſſes, Audieris heres. Certum audieris, *vel* Certum vigilans, *etiam Aduerbii vice poſitum videri poteſt. Sic* Clare certum loqui Hor. Serm. 2, 6, 27. *Sed ſubſtantiue ſine dubio.* Plau Pſeud. 2, 2, 4 Nimis velim qui certum mihi Faciat, Ballion hic len vbi habitet. Idem Men. 5, 2, 12 Nec quid id ſit, mihi certius Faci quid velit, quid me arceſſat. *Eadem ſententia* Plaut. Pſeud. 1, 1, 16 F me certum quid tibi ſit. *Et* Virg. Aen. 3, 179 Anchiſen Facio ce tum, remque ordine promo. *vid.* n. 6. Certiorem facere. Cic. Att. 13 Neque tamen id ipſum certum Habeo. *Add.* ib. 10, 6. Habe certum de aliquo, quid agat Cic. Fam. 12, 5. Idem de Nat. Deor. 1, Multum autem fluxiſſe video de libris noſtris, quos plures breui te pore edidimus, variumque ſermonem partim admirantium, vnde h philoſophandi nobis ſubito ſtudium extitiſſet, partim, quid quaque re certi Haberemus, ſcire cupientium. *Hic ſententias*, decreta, *dogn ta notat. Sed* Att. 6, 5 De quo adhuc nihil certi Habebamus, *ad dem narrantium pertinet.* Cic. Att. 16, 13 Omnia igitur velim explic et ad me certa mittas. Inuenire certum, *vid.* INVENIO. Ide pro Sull. 8 Sed tamen quid reſpondit de Sulla Caſſius? ſe Neſcire ce tum. *Et* de Fato 12 Quoniam certum in Fabio Ponitur, natum eſſ eum in Canicula oriente, *etc.* Cic. Att. 16, 13 In praeſentia mihi velim Scribas quibus, *etc.* tu mihi de his rebus quae nouantur, omnia certa, clara. Ter. Phorm. 1, 2, 98 Non certum Scio. ¶ 5 *Formulae aliae:* Certo certius, *pro Veriſſimo*, Vlpian. in l. Ait Praetor. Si quum mulier. D. Quae in fraud. credit. Neque enim dos in fra dem creditorum conſtituenda eſt: et hoc certo certius eſt, et ſapiſſim conſtitutum. *Sic* Nihil inuenies magis hoc certo certius Plaut. Ca 3, 4, 111. Apul. Met. 11 p. 237, 18 Nos, quos occultaret apud ſe cer certius, dedere potius, quam diſcrimen proprii ſubiret capitis. Sa luſt. Cat. c. 15 Pro certo creditur necato filio domum ſceleſtis nupt vacuefeciſſe. Cic. de Nat. Deor. 2, 48 Nec enim hunc ipſum mu dum pro certo rotundum eſſe dicitis. Salluſt. Cat. c. 52 Pro cer habetote, vos decernere, *i. putate.* Cic. Brut. 5 c. 3 Neque nuntiab tur quidquam, quod pro certo haberemus. Matius *ſub* Cic. Att. 9, Quoniam de aduentu Caeſaris pro certo habebamus. *Add.* ib. 10, Pro certo habemus. Cic. Att. 5, 21 Sed poſthac omnia quae, certa n erunt, pro certo negato. Pro certo polliceri atque confirmare al quid Cic. de Lege Agr. 2, 101. Ter. Adel. 3, 4, 32 Pro certone isthaec dicis? Certus, *cum genitiuo:* Certus Conſilii Tacit. Ann. 2, 4 Virg. Aen. 4, 554 Aeneas celſa in puppi, iam certus eundi, *qui iam d creuerat.* Deſciſcendi certus Tacit. Hiſt. 4, 14. Idem Ann. 12, Iam ventum haud procul mari, quod Hiberniam inſulam adſpecta quum ortae apud Brigantes diſcordiae retraxere ducem Deſtination certum, ne noua moliretur, niſi prioribus firmatis. Diſſidii Taci Hiſt. 4, . . . Idem Ann. 1, 27 *de Cn. Lentulo*, Iamque lapidis ict cruentus et Exitii certus, adcurſu multitudinis, quae cum Druſo adu nerat, protectus eſt. Fugae Plin. Epiſt. 6, 16. Futuri Sen. Her fur. 1071. Laudis certus, *Laudem certo ſperans* Sil. 16, 441. Taci Ann. 12, 3 Nam vbi ſui Matrimonii certa fuit, ſtruere maiora, n ptiasque Domitii, quem ex Cn. Aenobarbo genuerat, et Octauiae Ca ſaris filiae moliri. *De Agrippina loquitur.* Necis certus, *Certus mo* Sil. 4, 197. Sceleris certa mulier Tacit. Ann. 12, 66. *quae omnino d creuit patrare ſcelus.* Spei Idem Hiſt. 4, 3. Vitae relinquend Id. Ann. 4, 34. Certus, *cum ablatiuo, vt*, Iaculis certus, *optimus ia lator* Valer. Flacc. 1, 366. *Cum infinitiuo, vt*, Idem Argon. 2, 4 Acrius hoc inſtare viri, ſuccurrere certi. Mori Virg. Aen. 4, 56 Valer. Flacc. 1, 191 Non illo certior alter Pinguia letifera perfringe colla bipenni. Lucan. 3, 557 At Romana ratis ſtabilem praebe carinam Certior. *i. firmior et aptior.* ¶ 6 *Comparati exempla praeter ſuperiora:* Sen. Hippol. 193 Ipſumque Phoebum te qui neruo regit Figit ſagitta certior miſſa puer, *i. Cupido. Nobilis pra ſertim formula eſt*, Certiorem facere aliquem. Cic. Verr. 4, 72 A ſunt Segeſtani clientes tui, ſocii Populi Romani, atque amici, certi rem te faciunt, P. Africanum Carthagine deleta, *etc.* Africanus l. Eum qui. §. 1 D. de Acquir. hered. Filiusfamilias heres ſcript patrem ſuum certiorem fecerat, videri ſibi ſoluendo eſſe hereditate *Sic* Quum certum ſciam, faciam te paullo ante certiorem Cic. Fam. 23. Quam diligentiſſime facere aliquem certiorem Idem Att. 1,

Ci

Cic. Fam. 1, 9 Tu me de tuis rebus omnibus, et Lentuli tui, noſtrisque ſtudiis et exercitationibus velim quam familiariſſime certiorem, et quam ſaepiſſime facias. Per notas certiorem facere Idem de Diuin. 2, 47. Certior per literas factus Id. Fam. 1, 9, 13. *Add.* 11, 9, 7. De innocentia eius certior factus Salluſt. Iug. c. 46. Fieri certiorem aduentu alicuius Cic. Verr. 3, . . Certiorem fieri ſcripto alicuius Ouid. Epiſt. 6, 4. Quantum potes, me certiorem face Ter. Phorm. 4, 3, 69.

CERTIŌRO, āre. [φανεροποιῆσαι Gloſſ. Vet.] *i. certiorem facere.* Vlpian. in l. 1 §. ſed vtrum. D. de eo, qui pro tutor. *etc.* Sed ſi cognito quod tutor non fuit, abſtinuit ſe ab adminiſtratione, videamus an teneatur, ſi neceſſarios pupilli non certiorauit, vt ei tutorem peterent. quod verius eſt. *Conf.* Id. l. 20 §. 11 D. de hered. pet. *it.* Iulianus D. 16 t. 3 l. 1 §. 33. *et* 13 t. 6 l. 5 §. 8.

CERTIŌROR, āri. [παρεγγυᾶσθαι] *Certiorem fieri.* Vlpian. in l. 1 §. venditor. D. de act. empt. et vend. Haec ita vera ſunt, ſi emtor ignorauit ſeruitutes: quia non videtur eſſe celatus qui ſcit, nec certiorari debuit, qui non ignorauit.

CERTIORĀTVS. Partic. Vlpian. in l. Quod et lex. D. de libero homin. exhib. Is qui neſcit apud ſe eſſe hominem liberum, dolo malo caret. ſed vbi certioratus retinet, dolo malo non caret. *Add.* Id. l. 1 § 4 ff. Si quis om. cauſa.

CERTISSO, āre. *Certus fio.* Pacuuius *apud* Nonium 2, 160 Vocant coquos, vnde certiſſent. *Sed Mercer.* Aquae eccos. Nonius *explicat*, Certa fiant.

CERTITV̄DO, ĭnis. f. *Legitur apud* Amm. Marcell. 30 *poſt princ.* In cuius fidei certitudine manſit immobilis. *Hic tamen etiam in MSS. abeſſe dicunt Valeſii Fratres.* Signorum certitudo Saresber. Policr. 2, 24. *Non inuenitur apud vllum auctorem probatae auctoritatis. Vid. Voſſ. de Vit. 1, 6. Vorſt. de Lat. Suſp. c. 7. Cellar. Antib. p. 16.*

CERTIFICO, CERTIFICATOR, CERTIFICATIO *ICtorum ſunt.*

CERTE. [ἀμέλει, νὴ δία] Adu. *Confirmantis.* Ter. Adel. 3, 4, 32 Numnam illa quaeſo parturit? G. certe Hegio. Idem Andr. 5, 6, 9 Neſcis quid mihi obtigerit. D. certe: ſed quid mihi obtigerit ſcio. Certe captus eſt, i. e. Sine dubio, *vt ait* Donatus. Id. Andr. 1, 1, 55. Plaut. Trin. 4, 3, 65 Eſtne ipſus, an non eſt? is eſt, certe is eſt, is profecto. *Add.* Ter. Andr. 5, 4, 31. Cic. de Diuin. 2, 18 Vt mihi ne in deum quidem cadere videatur, vt ſciat quid caſu aut fortuito futurum ſit: ſi enim ſcit, certe illud eueniet, nulla fortuna eſt. Neſcio certe Hor. Serm. 1, 9, 67. Nam certe neque tum peccaui, quum, *etc.* Cic. Att. 8, 16. Regium certe genus Hor. Carm. 2, 4, 15. Cic. Att. 12, 36 Qui quidem tibi inueniendi ſunt, ſi me tanti facis, quanti certe facis. Idem de Nat. Deor. 1, 5 Quorum opiniones quum tam variae ſint, tamque inter ſe diſſidentes: alterum profecto fieri poteſt, vt earum nulla: alterum certe non poteſt, vt plus vna vera ſit. ¶ 2 *Eſt etiam concedentis, reſtringentis, excipientisque cum quadam tamen aſſeueratione, vt* quidem, ſane *etc.* Cic. in Orat. 144 At dignitatem docere non habet. Certe, ſi quaſi in ludo. Idem de Finib. 2, 91 Naturales diuitias dixit parabiles eſſe, quod paruo eſſet natura contenta. certe, niſi voluptatem tanti aeſtimaretis. Cic. pro Marcell. 6 Et certe in armis, militum virtus, locorum opportunitas, auxilia ſociorum, claſſes, commeatus, multum iuuant. Idem de Finib. 3, 33 Erat enim, ſi cuiusquam, certe tuum, nihil praeter virtutem in bonis ducere. Res fortaſſe verae, certe graues Id. de Fin. 4 c. 3. Cic. de Finib. 4, 50 Totum genus hoc et Zeno, et ab eo qui ſunt, aut non potuerunt, aut noluerunt, certe reliquerunt. Idem Fam. 4, 7 Victi ſumus igitur: aut ſi vinci dignitas non poteſt, certe fracti atque abiecti. *Et* Tuſc. 1, 117 Homines mortem optare incipiant, vel certe timere deſiſtant. Cic. Att. 9, 10 De eo, quod ad nos ſcripſiſti, tibi conſilium dabimus: quod ſi non fuerit prudens, at certe ab optima fide et optimo animo proficiſcetur. Idem Att. 16, 7 Et ſi, quamuis non fueris ſuaſor et impulſor profectionis meae, approbator certe fuiſti. ¶ 3 *Iungitur aliis particulis:* Cic. Acad. 1, . . Certe enim recentiſſima quaeque ſunt correcta et emendata maxime. Idem de Clar. Orat. 123 Certe enim et boni aliquid attulimus iuuentuti. Ter. Andr. 3, 2, 14 Saltem accurate, vt metui videar: certe ſi reſciuerim. Idem Andr. 3, 2, 15 Certe hercle nunc hic ſe ipſus fallit, haud ego. Plaut. Merc. 2, 1, 52 Certen' vidit? A. tam hercle certe, quam ego nunc te, ac tu me vides. Ter. Eun. 4, 5, 5 Certe tu quidem pol multo hilarior. Virg. Ecl. 9, 7 Certe equidem audieram. Cic. Att. 16, 6 Sed ita, ſi ante Kal. Ianuar. redeam: quod quidem certe enitar. Idem de Diuin. 2, 23 Certe igitur ignoratio futurorum malorum vtilior eſt, quam ſcientia. Ter. Adel. 2, 3, 23 Satis certe ſcio. Cic. Philipp. 12, 29 Nam Martiam et quartam nihil praeter dignitatem et decus comprobaturas eſſe certe ſcio. Certe edepol ſcio Plaut. Amph. 1, 1, 115. Cic. Att. 7, 7 Atqui certe ille agere debuit: *etc.* Ter. Eun. 5, 6, 4 Sed eſtne ille noſter Parmeno? et certe ipſus eſt. *Compar.* Certius explorata referre Liu. 3, 40. Certius beatus Apul. Met. 2 p. 118. Figere certius auerſos Liu. 35, 48. Quaerere quaedam Quinct. Decl. 355. *Superl.* Tertull. de Pallio 4 Tunc certiſſime pallium ſuper omnes exuuias et peplos auguſta veſtis.

CERTO. Adu. [ἀσφαλῶς, ἀναμφιλόγως] *Sine dubio.* Plaut. Men. 5, 8, 9 Liberum ego te iuſſi abire? ME. certo. *Conf*, Amph. Prol. 93. *et* Stich. 1, 3, 86. Idem Amph. 1, 1, 213 At mentiris etiam, certo pedibus non tunicis venis. *Et* Poen. 5, 4, 52 Vt modeſte orationem praebuit? certo haec mea eſt. *Sic* Certo enim ego vocem hic loquentis modo me audire viſus ſum Aul. 5, 1, 4. *Et* Epid. 3, 2, 42 Me quidem certo ſeruauit conſiliis ſuis. Ter. Phorm. 1, 3, 12 Nam tua quidem hercle certo vita haec expetenda, optandaque eſt. *Sic etiam Bentl. ex MSS. al.* Certe. Cic. pro Caecin. . . Veniunt in mentem mihi permulta, vobis plura certo ſcio. *Conf.* Id. Fam. 4, 13, 17. *et* 5, 2, 17. *et.* ad Att. 2, 23. Plaut. Poen. 5, 5, 20 Satin' ego oculis cerno? eſtne illaec mea amica Antheraſtilis? et ea certo eſt. Idem Poen. 3, 5, 42 Nunc pol ego perii certo, haud arbitrario. Ter. Eun. 5, 1, 8 Quid is venefica? P. atqui certo comperi. *Sic* Satin' hoc certo? G. certe hiſce oculis egomet vidi Ter. Adel. 3, 2, 31. Cic. Tuſc. 5, 81 Nihil ita expectare, quaſi certo futurum. Idem Fam. 6, 4 Equidem quum haec ſcribebam, aliquid iam actum putabam, non quod ego certo ſciam, ſed quod haud difficilis erat coniectura. Videntur certo haec erumpere aliquo Cic. Att. 2, 22.

CERVA, CERVARIVM, *vid.* CERVVS.

CERVCHVS, i. m. [κερᾶχος] *Funis, quo antenna ab vtroque extremo ſ. Cornu ſuo religatur ad malum.* Ceruchus *itaque dicitur a tenendis cornibus illis, de quibus* Virg. Aen. 3, 549 Cornua velatarum obuertimus antennarum. Valer. Argon. 1, 469 Temperet vt tremulos Zetes, fraterque ceruchos. Lucan. 8, 177 Surget, et inſtabit ſummis minor Vrſa ceruchis. *De Polo Arctico loquitur, quo reguntur naues.* Id. 10, 495 Tranſtraque nautarum ſummique arſere ceruchi. *Laudatur etiam* Apuleius *auctor: ſed apud hunc meliores* Met. 11 p. 264 *extr.* Puppis intorta Cheniſco, *quod vnice verum eſt. Monet Scal. ad* Manil. 1 p. 74 *ed. Argent.* Ceruchos *deſcribi ab* Iſid. Orig. 19, 4 Opifera funes, quae cornibus antennae dextra ſiniſtraque tenduntur retrouerſus (*ſic leg. puto pro vulgato* retrouerſo) *laudatque* Venant. Fortunat. de miraculis Martini, Exſiliunt fluctus, feriunt caua vela rudentes: Nutat pinus iners: rapiuntur ſigna ceruchis, *i. non apparent ſidera polaria, vrſa in primis* ceruchis, *cum reſpectu ad* Lucan. 8, 177 *quem modo dedimus. Caueant ſibi, qui Burmannianos commentarios amant, quod merentur, ne errorem illius viri ſequantur, quo ille ad* Lucan. 2, 714 Ceruchos *et* Corymbos *confundit. Quam diuerſae res ſint, vtriusque, quas damus, definitiones ſatis declarant.*

CERVICAL, *vid.* CERVIX.

CERVINVS, *vid.* CERVVS.

CERVISIA, *vel, vt quidam malunt,* CEREVISIA, ae. f. *Genus potus ex hordeo.* Plin. 22 *extr.* Ex iiſdem (frugibus) fiunt et potus, zythum in Aegypto, celia et ceria in Hiſpania, ceruiſia et plura genera in Gallia. *Quo loco quidam* Cereuiſiam *legunt* Ceruiſiam *etiam Hard.* Vlpian. in l. Si quis. §. 1 D. de tritico, vino *etc.* Certe zythum, quod in quibusdam prouinciis ex tritico, vel ex hordeo, vel ex pane conficitur, non continebitur. Simili modo nec curmi, nec ceruiſia continebitur. Iſid. 20, 3 Ceruiſia a Cerere, i. fruge vocata. Eſt enim potio ex ſeminibus frumenti vario modo confecta. *Vid.* CELIA.

CERVIX, īcis. f. [αὐχὴν] *Poſterior colli pars, vertebris conſtans, per quas cerebri propago medulla ſpinalis deſcendit.* Plin. 11, 3, 37 ſ. 67 Ceruix nulli, niſi quibus vtraque haec (*nempe* arteria et gula): caeteris collum quibus tantum gula. Sed quibus ceruix, e multis vertebratisque orbiculatim oſſibus flexilis ad circumſpectum, articulorum nodis iungitur. Ceruicem *ſingulari numero neminem ante Hortenſium dixiſſe Quinctilianus eſt auctor* 8, 3, 35. Ceruix (*inquit* Seru. in Virg. Aen. 2, 707) cum numero ſingulari dicitur, Collum ſignificat; ſi plurali vtimur, Superbiam oſtendimus, vt, Cicero in Verrinis, Frangere ceruices. *Sed tum caetera refragantur Seruio, tum ipſe locus* Ciceronis *male ab eo laudatur. Nam ſic eſt* Verr. 5, 147 c. 57 Ceruices in carcere frangebantur indigniſſime ciuium Romanorum. *vid.* n. 2 Frangere ceruicem. *Et hoc diſcrimen nullius penitus auctoritatis videtur; ſi, vt ſupra dictum eſt, Veteres in plurali tantum vſurparunt, vt diſerte etiam* Varro *prodidit* L. L. 7, 5. *et* 9, 4. *Conf. Burm. ad* Quinct. l. c. *it.* ad Decl. 301 p. 585. Voſſ. Inſt. Orat. 4 p. 18. *Enimuero diu ante Hortenſium ſingulari vſus eſt* Pacuuius, *ex quo* Cic. de Diuin. 2, 133 c. 64 Quadrupes, tardigrada, agreſtis, humilis, aſpera, Capite breui, ceruice anguina, aſpectu truci. *Necnon et* Lucret. 6, 744. *de auibus moribundis.* Praecipitesque cadunt molli ceruice profuſae. *Et recentiores differentiam notatam omnino neglexerunt, vt patet ab exemplis quae ſequuntur.* Cic. in Orat. 59 Nulla mollitia ceruicum, nullae argutiae digitorum. Id. de Nat. Deor. 1, 54 Tuus autem deus non digito vno redundat, ſed capite, collo, ceruicibus, lateribus, aluo, tergo, poplitibus. *Et* Verr. 3, 135 c. 59 Recuperatores dicis te daturum. Bene agis. tamen ſi qui erunt tantis ceruicibus (*i. tam fortes*) Recuperatores, qui audeant in prouincia, quum Praetor adſit, non ſolum contra voluntatem eius, ſed etiam contra fortunas iudicare. Altae ceruices, *de ſerpentibus* Virg. Aen. 2, 219. Anguina ceruix *modo adſuit* Pacuuii *apud* Cic. de Diuin. 2, 133. Candida Hor. Carm. 2, 9, 3. Ouid. Triſt. 4, 2, 21 Vinclaque captiua reges ceruice ferentes. Sen. Agam. 787 Cur iſta vates corpus effuſa ac tremens Dubia labat ceruice? Eburnea Ouid. Epiſt. 20, 57. Fortiſſima, *i. viri fortiſſimi* Sil. 13, 373. Horrida ceruix riget, *de apro* Ouid. Met. 8, 284. Virg. Georg. 4, 540 Quattuor eximios praeſtanti corpore tauros Ducit, et Intacta (*a iugo*) totidem ceruice iuuencas. Lactea, Alba Virg. Aen. 10, 137. Leuis Propert. 3, 17, 31. Languida Stat. Theb. 10, 300. Mollis, *pro Defeſſa et laſſa* Lucret. 6, 744. Marmorea, *i. pulchra* Virg. Georg. 4, 523. Niueae Claud. Laud. Seren. 120. Ceruices opimas *laudat in* Claudio c. 30. Opima ceruix, *i. craſſa* Sen. Hippol. 1042. *de monſtro marino.* Virg. Georg. 3, 52 Optima toruae Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix. Prona *hoſtiae ad aras ſtantis* Sen. Herc. fur. 1041. Rebellis Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 155. *Sic* Rigida Scribon. 255. *Et metaphor.* Curt. 6, 3, 6 Sed in nouo et precario imperio, adhuc iugum eius rigida ceruice ſubeuntibus barbaris, tempore opus eſt. *Haec eſt* dura ſ. rigida ceruix, *parendi recuſatio, quam ita ſaepe ſuo populo Dominus exprobrat, cum* σκληροτραχήλους *appellat. Similia Gebhard. Crepund.* 2, 17. *Proprie* Sueton. Tib. 68 Ceruice rigida et obſtipa incedere. Quinctil. 11, 3, 82 Ceruicem Rectam oportet eſſe, non Rigidam aut Supinam. Roſea ceruix Hor. Carm. 1, 13, 2. h. e. Pulchra, Acron. Virg. Aen. 1, 406. Teres Lucret. 1, 36. Toroſa Catull. 61, 83. ¶ 2 *Formulae Verborum et Participiorum.* Abrupta cruor e ceruice profunditur Ouid. Met. 8, 764. Cic. Philipp. 11, 5 Poſt autem ceruicibus caput abſcidit, idque fixum geſtari iuſſit in pilo, *etc. De Trebonio.* Adigere ceruices ſub iuga Claud. Laud. Seren. 120. Sil. 16, 357 Camphaſus (*equi nomen*) ipſe aſper, nec qui ceruicis amaret Applauſae blandos ſonitus. Aſtricta: *ſubaudi ad catenam aut funem* Iuuen. Sat. 10, 88. Auulſa Luc. 8, 12. Cic. Brut. 16 Praeſidium omne eſſet in puero, qui a ceruicibus noſtris Auertiſſet Antonium. *De Octauio Caeſare loquitur.* Caeſa ceruix Iuuenal. 10, 120 *de Cicerone.* Cic. Fam. 12, 23 Brunduſium erat profectus, *etc.* easque (*legiones*) ad vrbem adducere, et in ceruicibus noſtris Collocare. Virg. Georg. 3, 536 Montesque per altos Contenta ceruice trahunt ſtridentia plauſtra, *i. intenta, vt conatus ſummus indicetur.* Lucret. 2, 801 Pluma columbarum quo pacto in ſole videtur, Quae ſita ceruices circum collumque coronat. Claudian. de Nupt. Honor. et Mar. 291 *de equo* Tumidus, quatiensque decoras Curuata ceruice iubas. *Sed emendat Heinſius*, Turbata. Dare brachia ceruici Hor. Carm. 3, 9, 3. Cic. Philipp. 5, 42 Nullum erat conſilium publicum, nulla libertas: dandae ceruices erant crudelitati nefariae. Deiecta ceruix, *vid. mox* Mota. Demittere a ceruicibus corpus Auct. ad Heren. 3, 26 c. 15 *geſtus Docentis.* Cic. Phil. 3, 8 c. 4 Virtute enim admirabili Caeſaris, *etc.* a ceruicibus noſtris depulſus Antonius. *Add.* Id. Catil. 3 c. 7 Dependente a ceruicibus pugione Suet. Galb. 11. Detorquere ceruicem ad oſcula Hor. Carm. 2, 12, 26. Detrectare onus rebelli ceruice Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 155. Veget. Mulom. 2, 41, 1 Si iumentum ceruicem Eiecerit vel Laxauerit *etc.* Virg. Georg. 3, 524 Ad terramque Fluit deuexo pondere ceruix, *i. labat.* Cic. Verr. 5, 110 c. 42 Praetorem tu accuſas? frange ceruicem. Frangere ceruices *iam*

*iam vidimus* n. 1 *ex* Verr. 5, 147. Cic. Tuſc. 5, 62 In hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari ſeta equina aptum demitti iuſſit, vt Impenderet illius beati ceruicibus. *De Dionyſio tyranno et Damocle loquitur.* *Metaph.* Curt. 7, 7, 1 Ratus eam vrbem, quam in ripa amnis Macedones condiderant, ſuis Impoſitam eſſe ceruicibus, *iugi nempe inſtar.* *Sic* Cic. de Nat. Deor. 1, 54 Itaque impoſuiſtis in ceruicibus noſtris ſempiternum dominum, quem dies et noctes timeremus. Incedere ceruice rigida et obſtipa Suet. Tib. 68. Stat. Theb. 6, 852 Alpini veluti regina cupreſſus Verticis, vrgentes ceruicem Inclinat in auſtros. Inclinata vtrolibet ceruix Quinctil. 1, 11, 9 Virg. Aen. 3, 631 Nam ſimul expletus dapibus, vinoque ſepultus Ceruicem inflexam poſuit; iacuitque per antrum. Iniecto ceruicibus laqueo Suet. Vit. 17. Intenta ceruix vulnus exſpectat tuum, *vox Electrae mori paratae* Sen. in Agam. 975. Iuncta eſt humero Ouid. Met. 12, 299. Locata Iuuen. 9, 143 *de ſeruis ad lecticam.* Veget. Mulom. 3, 4, 23 Si ceruix Mota et Deiecta eſt, conſiderabimus, in quam declinet *etc.* Cic. de Nat. Deor. 2, 159 Quid de bubus loquar? quorum ipſa terga declarant, non eſſe ſe ad onus accipiendum figurata, ceruicis autem Natae ad iugum, *etc.* Petere terram ceruice, Sen. Herc. fur. 825. Iuuen. 10, 260 Hectore funus *(Priami)* Portante, ac reliquis fratrum ceruicibus. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 21 Sed illud queror, quod non iam ad vnius perniciem, *etc.* ore oppreſſo ceruices eſſe praebendas. Receſſit caput ceruice, *i. auulſum aut abſciſſum eſt.* Ouid. ex Pont. 2, 8, 65. Reflectere ceruicem Stat. Achil. 1, 382. Reflexa ceruix Virg. Aen. 10, 535. Cic. pro Milon. 78 c. 28 Clodium interfeci, eius furores, *etc.* hoc ferro, et hac dextera a ceruicibus veſtris Repuli. Reponere ceruicem Quinctil. 4, 2, 39. *geſtus mollis.* Cic. pro Muraen. 79 c. 37 Non enim deſeruerunt, ſed ab illo in ſpeculis atque inſidiis relicti, in capite atque in ceruicibus noſtris Reſtiterunt. Rotare ceruicem, rotata ceruix Lucan. ad Piſon. 53. Soluta ceruix, *Rupta* Sen. Herc. fur. 1115. Subacta ceruice iugum ferre Hor. Carm. 2, 5, 2. Martial. 12, 32 Focum ferentis ſuberat amphorae ceruix. Cic. Phil. 2, 51 c. 21 Tum iſte venditum atque emancipatum tribunatum conſiliis veſtris oppoſuit, ceruicesque ſuas ei Subiecit ſecuri, *(i. illius ſe poenae reum fecit)* qua multi minoribus in peccatis occiderunt. *Sed* in Piſon. 83 c. 34 Quem ne maiorum quidem more ſupplicio affeciſti, cum miſer ille ſecuribus hoſpitis ſui ceruices ſubiicere geſtiret *etc.* Submittere ceruicem Suet. Veſp. c. 5. Suſtinere collo et ceruicibus poenam auaritiae alicuius Cic. Verr. 5, 107. Idem pro Domo 142 Quae quum ita ſint, Pontifices, reuocate in animos veſtros ab hac ſubtili noſtra diſputatione ad vniuerſam Rempubl. quam antea cum viris fortibus multis, in hac vero cauſa ſolis veſtris ceruicibus Suſtinetis. *Conf.* Vell. 2, 131. Hor. Carm. 3, 23, 13 Victima pontificum ſecures Ceruice Tinget. M. Caelius *apud* Quinctil. 4, 2, 124 Quae tamen exanimatae terrore, hoſtium aduentu percepto, excitare Antonium conabantur, nomen inclamabant, fruſtra ceruicibus Tollebant, blandius alia ad aurem inuocabat, vehementius etiam nonnulla feriebat. Cic. pro Sext. 90 An qui ſua tecta defendit, *etc.* monetur vt aliquo praeſidio caput, et ceruices, et iugulum, ac latera Tutetur: hunc de vi accuſandum putas? ¶ 3 *Formulae aliae:* Liu. 22, 33 Adeo etſi bellum eſſet ingens in ceruicibus, nullius vsquam terrarum rei cura Romanos ne longinqua quidem effugiebat. Iuſtin. 29, . . Sed nec Romani, quibus Poeni et Annibal in ceruicibus erant, ſoluti metu Macedonico videbantur. *Add.* Liu. 44, 39. Ceruix vitis, *vt* Caput, *vt* Humerus, *vt* Brachia, *vt* Pollex Columel. 4, 7, 3 Quum ad vnum pampinum iam redegeris, et ipſe exceſſerit pedalem longitudinem, decacuminare conueniet, vt in ceruicem potius confirmetur, et ſit robuſtior. Ceruicem *de Arbore dixit* Stat. Theb. 6, 852 Ille autem Alpini veluti regina cupreſſus Verticis, vrgentes ceruicem inclinat in Auſtros. *Alia Metaphora* Vitruuius 10, 13 E modiolis autem fiſtulae ſunt continenter coniunctae ligneis ceruicibus, pertingentesque ad nares, quae ſunt in arcula, in quibus axes ſunt ex torno ſubacti, et ibi collocati.

CERVĪCAL, *vel* CERVICĀLE, is. n. [προσκεφάλαιον] Denom. *a* Ceruicibus: *ſignificat Ceruicis ſuſtentamentum.* Iuuenal. Sat. 6, 352 Conducit comites, ſellam, ceruical, amicas. Martial. 14, 146 Tinge caput nardi folio, ceruical olebit. Ceruicalibus aliquid ſubiicere Plin. 20, 20. *Add.* 28, 4.

CERVICĀTVS. Adi. *Obſtinatus.* Vulg. Interp. Sirac. 16, 11.

CERVICŌSVS. Adi. *Idem. Vt*, Ceruicoſi Iudaei. Ambr. *Vid.* Voſſ. de Vit. L. L. 3. 4.

CERVICOSĬTAS, atis. f. Sidon. Epiſt. 7, 9.

CERVICVLA, ae. f. [αὐχένιον] Dimin. a Ceruix. Cic. Verr. 3, 49 c. 19 Tamenne putamus patronum tuum in hoc crimine ceruiculam iactaturum, et populo ſe ad coronam daturum? *Huc reſpexit forte* Quinctil. 11, 3, 180 *Vbi* Contracta ceruicula *geſtus non ſatis decorus.* Ceruicula eius *(pſittaci)* circulo minio velut aurea torqui cingitur Apul. Flor. p. 348. Supra ceruiculum eius *(machinae)* coagmentata arcula Vitr. 10, 13.

CERVLA, *vid.* CERA.

CERVLEVS, *vid.* CAERVLEVS.

CERVS, *Sanctus fuit apud priſcos Latinos, ſi credimus Scaligero ad* Feſtum, *vid.* CAEREMONIA. *Vtitur auctoritate ipſius* Feſti, *vel* Paulli *potius in* Mater Matuta, In Carmine Saliari Cerus manus intelligitur Creator bonus: *nempe inde ſumit vocem* Cerus, *ſed aliter interpretatur. Certe vix commodius* caerimoniae ſ. cerimoniae *etymon excogitari poteſt.*

CERVSSA, ae. f. [ψιμμύθιον] *Genus metalli facticii, quod deſcribemus verbis* Plin. 34, 18 ſ. 54 Pſimmythium, hoc eſt ceruſſam plumbariae dant officinae. Laudatiſſimum in Rhodo. Fit autem ramentis plumbi tenuiſſimis ſuper vas aceti aſperrimi impoſitis, atque ita diſtillantibus. Quod ex eo cecidit in ipſum acetum, arefactum molitur et cribratur, iterumque aceto miſto in paſtillos diuiditur, et in ſole ſiccatur aeſtate. *Et paullo poſt*, Vis eius eadem, quae ſupradictis, leuiſſima tantum ex omnibus: praeterque ad candorem feminarum. Eſt autem lethalis potus, ſicut ſpumae argenti: poſtea ceruſſa ipſa ſi coquatur, rufeſcit. *Conf.* Id. 28, 9. Vitr. 7, 12. Plautus Moſt. 1, 3, 101. *Meretricula ad ancillam*, Cedo ceruſſam. S. quid ceruſſa opus nam? PHILE. Quî malas oblinam. *Reſpondet blande et adulatorie ancilla*, Vna opera ebur atramento candefacere poſtules. *Ea nempe vtuntur mulieres ad faciem dealbandam et illiniendam.* Ouid. de Med. faciei 73 Nec ceruſſa tibi, nec nitri ſpuma rubentis Deſit. *Et vidimus modo ex Plinio.*

CERVSSATVS, a, um. Adi. [ψιμμυθιωτὸς] *Fucatus Ceruſſa.* Martial. 2, 41 Ceruſſata timet Sabella ſolem. *Sic* Ceruſſata candidiora cute. Martial. 7, 24. Cic. in Piſon. 25 c. 11 Ceruſſatae buccae.

CERVVS, i. m. [ἔλαφος] *Animal cornibus et celeritate notum: dictum quod τὰ κέρατα, i.* Cornua gerat, *auctore* Feſto. Varr. de L. L. 4, 24 Gerui quod magna cornua gerunt, Cerui, mutata G in C, vt in multis quaſi Geruli. Cornua cerui Scribon. 122. Sordes viroſi odoris 163. Plin. 8, 32 Ceruis quoque eſt ſua malignitas, quanquam placidiſſimo animalium. Natura ceruis et cornicibus vitam diuturnam dedit Cic. Tuſc. 3 c. 28. *Conf.* Plin. l. c. Alipedes cerui Lucret. 6, 766 *ſignificat Celeres, quaſi Alatos pedes habentes. Sed* Alati Ouid. Met. 1, 306 *nulli ſunt. Legendum enim, vt hodie editur*, Crura nec ablato *(ab vndis)* proſunt velocia ceruo. Celeres Stat. Theb. 6, 598. Cornigeri Lucret. 3, 751. Errantes Virg. Aen. 5, 253. Fugax Ouid. Triſt. 3, 11, 11. Hinnuleus Scribon. 13. Imbelles Virg. Georg. 3, 265. Inermes Stat. Theb. 6, 598. Ingentem ceruum ad retia premere clamore Virg. Georg. 3, 413. Iugales Claud. de Bell. Get. 286 *qui Dianae* currui *iuncti ſunt.* Virg. Ecl. 1, 60 Ante Leues ergo paſcentur in aethere cerui, *i.* Auium more ante cerui volabunt. Seruius. Ocior ceruis Hor. Carm. 2, 16, 23. Pauidi formidine Ouid. Faſt. 5, 173. Timidi Sen. Hippol. 342. Veloces Virg. Aen. 5, 253. Lucr. 3, 300 At ventoſa magis ceruorum frigida mens eſt *etc.* Viuax Virg. Ecl. 7, 483. Auctor Philomelae 53 Et barrus barrit, cerui glocitant, et onagri. ¶ 2 Cerui etiam in aedibus ruſticis dicuntur, vbi ſingula extrema bacilla forcillata, habent figuram. literae V, a ſimilitudine cornuum cerui. Haec Varr. de L. L. 1, 24. Virg. Ecl. 2, 29 Atque humiles habitare caſas et figere ceruos. *Vbi* Seruius, Aut furcas, quae figuntur ad caſae ſuſtentationem: quae dictae ſunt cerui, ad ſimilitudinem cornuum ceruinorum. Aut (quod melius eſt) figere ceruos, *i.* Venari et iaculari, intelligamus: vt magis ad voluptatem eum, quam ad laborem inuitare videatur. *Eiusmodi furcati ſtipites etiam in bello vſum habebant: vid.* Caeſ. B. G. 7, 72. Ceruis etiam obiectis, vt viam intercluderet Liu. 44, 11. Ceruorum ambuſtis imitantur cornua ramis Sil. 10, 414. Aduerſos hoſti defigere ceruos Tibull. 4, 1, 84. *Conf. h. l. Brouckhuſ. vbi laudat recentiores. Sunt igitur* Cerui, *quos* Equites Hiſpanos *noſtri, Galli autem* Equos Friſios *appellant. Vid.* CERVVLVS. ¶ 3 Ceruus, *pro Fugitiuo.* Sext. Pompeius lib. 17 Seruorum dies feſtus exiſtimatur Idibus Auguſti, quod eo Seruius Tullius natus ſerua, aedem Dianae dicauerit in Auentino, cuius tutelae ſunt cerui, a quorum celeritate Fugitiuos vocant Ceruos. *Sic legi volunt pro* Seruos.

CERVA, ae. f. Plin. 25, 8 Simplicius ceruae monſtrauere elaphoboſcon de qua diximus. Item Seſeli enixae a partu. Virg. Aen. 4, 69 Qualis coniecta cerua ſagitta *etc.* Idem Aen. 6, 802 Nec vero Alcides tantum telluris obiuit, Fixerit aeripedem ceruam licet. *De* alba cerua Sertorii Gell. 15, 22. Ceruae medulla *inter faciei pigmenta* Ouid. A. A. 3, 215. Cretaeae ceruae Sen. Hippol. 60. Siuicultrix cerua Catul. Epigr. 64, 72. Iuuen. 12, 118

— Et ſi qua eſt nubilis illi
Iphigenia domi, dabit hanc altaribus, etſi
Non ſperat Tragicae furtiua piacula ceruae.

*Eius quae Iphigeniae iam iam immolandae ſuppoſita eſt, ipſa ſubducta. Sic* Martial. 3, 49 Suppoſitam fama eſt quondam pro virgine ceruam. ¶ 2 *Canes quoque* ceruae *vocantur, vid.* Colum. 7, 12, 13.

CERVVLA, ae. f. Dimin. Auguſtin. Serm. de temp. 215.

CERVVLVS, i, m. Dimin. Frontin. Strat. 1, 5, 2 Vallum ceruulis et alio genere materiae conſtructum incendit. *Vid.* CERVVS n. 2.

CERVARIVS, a, um. Adi. [ἐλάφειος] Plin. 27, 11 ſ. 76 Limeum herba appellatur a Gallis, qua ſagittas in venatu tingunt medicamento, quod venenum ceruarium vocant. Ex hac in tres modios ſaliuati additur, quantum in vnam ſagittam addi ſolet; ita offa demittitur boum faucibus in morbis *etc.* Feſtus, Toxicum dicitur ceruarium venenum, quo quidam perungere ſagittas ſolent. Celſus 5, 27 Venatoria venena, quibus Galli praecipue vtuntur. Ceruarius lupus, *Animal lupi auiditate, infeſtum ceruis.* Plinius 8, 22 ſ. 34 Sunt in eo genere qui ceruarii vocantur, qualem e Gallia in Pompeii Magni arena ſpectatum diximus. Huic quamuis in fame mandenti, ſi reſpexit, obliuionem cibi ſurrepere aiunt, digreſſumque quaerere aliud. *Reſpicit* 8, 19 ſ. 28 Pompeii Magni primum ludi oſtenderunt Chama, quem Galli rufium vocabant, effigie lupi, pardorum maculis. Ceruaria ouis, Quae pro cerua immolabatur, Feſtus. *Nempe Dianae immolanda erat cerua: huius cum rarior copia eſſet, ſuccedaneam illius mactabant ouem. Sic Scaliger.*

CERVĪNVS. *Aliud* Adi. [ἐλάφειος] *Vt*, Ceruinum cornu Varro de R. R. 3, 9, 14. *Vt* Colum. 8, 5, 18. Plin. 28, 9 Sanguine quoque ceruino, ſi vna vtantur, *etc.* Color ceruinus, *qualis est pellis cerui*, Pallad. 4, 13, 4 Colores hi Praecipui, badius, aureus, albineus, ruſſeus, murteus, ceruinus, gilbus, ſcutulatus, albus, guttatus, candidiſſimus, niger, preſſus. *De equo.* Martial. 12, 20 Ceruinus gelidum ſorbet ſic Halitus anguem. Hor. Epiſt. 1, 2, 66 Venaticus ex quo Tempore ceruinam Pellem latrauit in aula, Militat in ſiluis catulus. Vellera ceruina Ouid. Met. 6, 592.

CERYCIVM, *vid. ſtatim poſt.* CERYX.

CERYX, ȳcis. m. [κήρυξ] *Graecis praeco eſt.* Nep. Alcib. ſ. 4, 5. *et* 6, 5 Cerycas et Eumolpidas *coniungunt, qui Aldum et Graecos illius hiſtoriae auctores potius quam MSS. Nepotis ſequuntur, ex his enim editur*, Eumolpidas ſacerdotes. Sen. de Tranquill. An. c. 3 Sed vide ne totum iſtud vitium tuum ſit. Non vis enim niſi Conſul, aut Prytanes, aut Ceryx, aut Suffes, adminiſtrare remp. Quid ſi militare nolis, niſi Imperator aut Tribunus. *Apparet ergo etiam dignitatis nomen et magiſtratus fuiſſe* Cerycas, *minimum Fetialibus et Legatis Romanorum ſimiles.* Hinc

CERYCIVM, i. n. [κηρύκειον] *Inſigne Cerycis.* Marcianus l. 8 §. 1 de diuiſione rer. Sunt autem ſagmina quaedam herbae, quas legati Populi Rom. ferre ſolent, ne quis eos violaret, ſicuti legati Graecorum ferunt ea, quae vocantur Cerycia. *Ab hoc nomine eſſe ductum Latinorum* Caduceum *ſuo loco obſeruamus. Iam damus, qui cerycea aperte pro* Caduceo *dixit*, Martian. Capellam 4 p. 95 Cum Cylleni *(i. Mercurialis)* Ceryceo geminus anguis aſſurgens allambere femina crebris linguarum micatibus attentaret.

## C E S

CESALE. *Legebant viri docti* Colum. 2, 15, 7 *vbi cum* culina *iungitur, et* quotidie emundari *iubetur: intelligebantque locum, vbi purgamus ventrem. Sed placuit deinde* Caſeale, *a* Caſeis *dictum, vbi vid.*

CESENA, *vid.* CAESENA.

CESPES, *vid.* CAESPES.

CESPIVS, *vid.* CISPIVS.

CESSICVS, CESSIM, CESSO, *vid.* CEDO.

CESTICILLVS, *vid. poſt* CESTVS.

CESTRON, ſ. CESTROS, i. [κέστρον] Κέστρον, Vetonica Vet. Gloſſ. *ſic enim leg. pro vulgato* Κεστὸς, Vertonica. *Herba, de qua* Plin. 25, 8 ſ. 46 Quae Vetionica dicitur in Gallia, in Italia autem, ſerratula, a Graecis Ceſtros aut Pſychotrophon. *Conf.* Apul. de Herb. *it.* Ant. Muſa.

CESTROSPHENDONA, ae. f. [κεστροσφενδόνη] *Teli genus, quod deſcribemus verbis* Liuii 42, 65 Maxime Ceſtroſphendonis vulnerabantur. Hoc illo bello *(Macedonico contra Perſeum)* nouum genus teli inuentum eſt. Bipalme ſpiculum haſtili ſemicubitali infixum erat, craſſitudine digiti. Huic ad libramen pinnae tres, velut ſagittis ſolent, circumdabantur. Funda media duo ſunilia imparia habebat. Cum maiori ſinu libratum funditor habena rotaret, excuſſum velut glans emicabat. *Eſt itaque hoc telum κέστρον, i. ſpiculum, funda, quae σφενδόνη eſt vibratum.*

CESTROTVM, i. n. [κεστρωτὸν] *Picturae genus. De cornibus* Plin. 11, 37 Nunc tincta, nunc ſublita, nunc quae ceſtrota picturae genere dicuntur. Ceroſtrota *vbique legitur: ſed Turnebus non magis exiſtimat a picturae genere dici poſſe* Ceroſtrota, *quam* Lithoſtrota. *Quare* Ceſtrota *ex manuſcriptis reſtituit, quem ſequuti reliqui. Sunt autem* Ceſtrota, *quae ceſtro, i. vericulo per inuſtionem picta ſunt.* Plin. 35, 11 ſ. 41 Encauſto pingendi duo fuiſſe antiquitus genera conſtat, cera et in ebore ceſtro, id eſt vericulo. *Conf. Salmaſ. Exerc.* Plin. p. 231 ſq. *et quae diximus in* CEROSTROTVM.

CESTRVM, i. n. [κέστρον] *Inſtrumentum, quo cauatur ebur, vt modo vidimus ex* Plin. 35, 11 ſ. 41. *Etiam ſpiculum ſ. vericulum ita dici, in deſcriptione* Ceſtroſphendonae *modo monuimus. Hinc etiam Turnebus apud* Gell. 10, 25 *pro* rumices, triſaces *legere tentabat* runae, ceſtri, faces. *Vid.* RVMEX n. 2.

CESTVS, i. m. [κεστὸς] *Cingulum Veneris, quo ipſa Martem, et Iuno Iouem conciliabant. Fundus eſt Homerus* Ιλ. ξ, 214 ſq. Claudian. de Nupt. Hon. et Mar. 124 Cytherea blando ſpirantem numine Ceſton Cingitur, impulſos pluuiis quo mitigat amnes, Quo mare, quo ventos, irataque fulmina ſoluit. Minuc. Fel. 22, 4 Iouem narrat *Homerus* — ceſto Veneris illectum flagrantius, quam in adulteras ſoleat, cum Iunone vxore concumbere. *Conf.* Val. Flacc. 6, 469. Stat. Theb. 5, 62 *Venus* ſoluiſſe iugalem Ceſton, et Idalias procul ablegaſſe volucres Fertur. Lutatius *ad h. l.* Ceſton eſt vinculum ornamenti, quo circumdatur Venus, omnibus illecebris nuptiarumque cupiditatibus elaboratum, quo matrimonia dicitur alligare. Declinatur autem *haec Ceſtos*, vt *Lemnos, Delos. Quam recte haec de genere dicantur, neſcio.* Medicatum certe ceſton *apud* Martialem l. c. *omnes agnoſcunt.* Stat. Theb. 2, 283 Quae peſſima Ceſton, Vis probat. *Reſpicit ad vim ſanis mentem auferendi, de qua Homerus l. c.* ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων. Martial. 6, 13 Vt Martis reuocetur amor, ſummique tonantis, A te Iuno petat ceſton, et ipſa Venus. *Idem* Martial. 14, 206 Collo necte puer meros amores, Ceſton de Veneris ſinu calentem. *Et* 14, 207 (*al.* 205) Sume Cytheriaco medicatum nectare ceſton, vſſit amatorem balteus iſte Iouem. *Deſcriptiones poëticas vid. ap. Brouckh. ad* Tib. 1, 9, 5. *Et ex Graecis Rigalt. ad Onoſandr.* p. 25. ¶ 2 Ceſtus, *pro Alio quouis cingulo, et ligamento, vt vinearum.* Varr. R. R. 1, 8, 6 Sub eam, vbi naſcitur vua, ſubiiciuntur circiter bipedales e ſurculis furcillae, ne vindemia pereat, et vindemia facta denique diſcat pendere in palmam, aut funiculo, aut vinctu, quod antiqui vocabant ceſtum. ¶ 3 *De* [...]*ris pugilum, quos* CAESTVS *malunt dicere Grammatici, vid. h. v.* [...]*bi et de etymologia huius* Ceſti *agimus* n. 2. *Add.* CASTIFER, *ſub* [C]ASTVS.

CESTICILLVS, i. m. Dimin. Circulus, quem ſuperponit capiti, qui aliquid eſt laturus in capite. Feſtus.

## C E T

CETARII, CETE, *vid.* CETVS.

CĔTHĒGVS. *Cognomen familiae, de gente et populo velut Corneliorum, cuius hic propter frequentem vſum et Antonomaſias Poëtarum facienda mentio eſt. Primo igitur antiquiſſima eſt familia, eiusque rei* [*te*]*ſtandae cauſſa veterem habitum et cinctum ſine tunicis ſeruabant etiam* [*iu*]*niores. Quare* Cincluti, Exſerti, Nudi *non modo antiqui illi dicuntur; ſed etiam illorum poſteri. De illis* Hor. Art. P. 50 Fingere Cinctutis non exaudita Cethegis Continget, *i. maioribus noſtris, qui omnes* [ci]nctuti *pro tunicatis erant, vt nunc Cethegi.* Id. Epiſt. 2, 117 Quae [p]riſcis memorata Catonibus atque Cethegis: *cum reſpectu forte ad* [*il*]*lum* M. Cethegum, quem Suadae medullam dixit Ennius *apud* Cic. [d]e Sen. 50 c. 14. *Add.* Quinctil. 2, 15, 4. *et* 11, 3, 41. *De his* Lucan. [2], 543 Exſertique manus veſana Cethegi. *Et* 6, 794 Mariique truces, [n]udique Cethegi. *Et* Sil. 8, 586 Ipſe humero exſertus gentili more [p]arentum. ¶ 2 *Ille C. Cethegus, qui inter Catilinae coniu*[*ra*]*tos fuit, locum dedit proverbiali verſui* Iuuenalis 2, 27 Clodius accu[ſe]t moechos, Catilina Cethegum. *Sed ponendus eſt totus locus:*

> Loripedem rectus derideat, Aethiopem albus.
> Quis tulerit Gracchos de ſeditione querentes?
> Quis caelum terris non miſceat, et mare caelo,
> Si fur diſpliceat Verri, aut homicida Miloni?
> Clodius accuſet moechos, Catilina Cethegum?
> In tabulam Sullae ſi dicant diſcipuli tres?

[Si]l. 10. 287 *Supplicium Pompeii ſic exaggerat,* Hoc cruciatu Lentulus, [h]ac poena caruit, ceciditque Cethegus Integer *(ſtrangulatus quaſi hoc* [*ſup*]*licius eſſet)* et iacuit Catilina *(in acie caeſus)* cadauere toto.

CETO, ûs. f. [Κητὼ] *Ponti et Terrae filia, Phorcyos coniux,* [*m*]*ater Gorgonum.* Lucan. 9, 645 *de Meduſa,* Hoc monſtrum timuit [g]enitor numenque ſecundum Phorcys aquis, Cetoque parens, ipſae[q]ue ſorores Gorgones. *Sed* Val. Fl. 2, 318 Maxima Ceto *in dubio eſt.*

CETRA, *vel* CAETRA, ae. f. [πέλτη] Scutum loreum, quo [v]tuntur Afri et Hiſpani *auctore* Seruio *ad illud* Virg. Aen. 7, 732 Lae[u]as cetra tegit. *Leues fuiſſe vt natantes ſubleuare poſſent, apparet ex* [L]iu. 21, 27 Hiſpani ſine vlla mole in vtres veſtimentis coniectis, ipſis [ce]tris ſuppoſitis incubantes, flumen transnatauere. Suppoſitis, *in*[*fr*]*am; non vt libri quidam* ſuperpoſitis. Pelta cetrae haud diſſimilis [I]dem 28, 5. *Ap.* Cic. Fam. 7, 1 *legit* Cetrarum tria millia *Graeuius,* [v]*bi al.* craterrarum. Crepitantes cetrae Sil. 16, 30. Lucan. 7, 232 [H]ic pugnaces commouit Iberia cetras. Sil. 3, 348 Nunc pedis alterno percuſſa verbere terra, Ad numerum reſonas gaudentem plaudere cetras. *Drakenborch.* Caetras *hic et alias.* Verſicolor Sil. 3, 278. Curt. 3, 2, 5 Barcanorum equitum duo millia fuere; armati bipennibus, leuibusque ſcutis cetrae maxime ſpeciem reddentibus.

CETRĀTVS, a, um. Adi. [πελταστὴς] *Qui cetra vtitur.* Liu. 31, 36 Nocte cetratos (quos peltaſtas vocant) loco opportuno inter bina caſtra in inſidiis abdiderat. *Add.* 33, 4. 8. 35, 30. *Et* 42, 51 Delecta ex omni cetratorum numero duo agemata. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 39 Erant, vt ſupra demonſtratum eſt, legiones Afranii tres, Petreii duae, praeterea ſcutatae citerioris prouinciae, et cetratae vlterioris Hiſpaniae cohortes circiter octoginta. *Pedites fuiſſe* cetratos, *ſatis indicat Caeſar, cum* cohortem *appellat. Porro* Peltaſtas, *qui iidem ſunt* cetrati, *pedites eſſe docet* Nepos 11, 1, 4.

CETOS, n. *it.* CETVM, *it.* CETVS, i. n. *et* m. [κῆτος] *Belua marina.* Feſtus, Balaenam beluam marinam ipſam dicunt eſſe piſtricem, ipſam eſſe et cetum. Plin. 32, 1 ſ. 4 Cetos ſexcentorum pedum longitudinis et trecentorum ſexaginta latitudinis, in flumen Arabiae intraſſe *(tradit Iuba)* pinguique eius mercatores negotiatos, et omnium piſcium adipe camelos perungi, in eo ſitu, vt aſilos ab his fugent odore. Cetos *accuſatiuus ſingularis eſt, forma Graeca, quam etiam in* Celſi 2, 18 (Ald. 17) *pr. habent primum editi,* Omnes belluas marinas, ex quibus cetos eſt. *Hinc plur.* Cete, *de quo mox. Porro* Vet. Gloſſ. Cetum crudum, ὠμοτάριχος. Plaut. Aul. 2, 8, 5 Vitulinam, Cetum, porcinam. *Et* Capt. 4, 2, 71 Scombrum et trigonum, et cetum, et mollem Caſeum: *in quibus adeo genus agnoſci non poteſt, vti nec* Col. 6, 32, 1 Ceti vnguen. *Nec* Hygin. f. 64 Ob id Neptunus expoſtulauit, vt Andromeda Cephei filia Ceto obiiceretur: *nec* f. 89 Apollo iratus ita reſpondit, Si Troianorum virgines ceto religatae fuiſſent, finem peſtilentiae futuram. — Hercules et Telamon — cetum interfecerunt. *Sed* ¶ 2 *Pro ſidere* Cetus *eſt.* Manil. 1, 440 Cetus conuoluens ſquamea terga Orbibus inſurgit tortis, et fluctuat aluo. *Et* 612 Squamoſaque tergora Ceti. Vitruu. 9, 7 Arieti et Piſcibus Cetus eſt ſubiectus, a cuius criſta — attingit ſummam Ceti criſtam — profluit inter piſcis auſtrini caput, et caudam Ceti. Schol. Germanici in hoc ſidere, Porro ſub Ariete et piſcibus ſuper fluuium Cetus in Caeli regione collocatus eſt — Huic Ceto Andromeda propoſita erat, quem Perſeus interfecit. *Eſt idem ſidus, quod* Piſtris ſ. Piſtrix ſ. Piſtrinum ſidus *alias vocatur, v. v.* ¶ 3 *Plur. Graecus* Cete [τὰ κήτη] *vſitatus et Poëtis, et Plinio.* Virg. Aen. 5, 822 Tum variae comitum facies, immania cete. *Vbi* Seruius, Graeca declinatio τὸ κῆτος, κήτη: vt βέλος, βέλη. nam Latine ſic declinari non poteſt. *Sic* Scopuloſa cete Stat. Achil. 1, 55. Sil. 7, 476 Dum Cete innabunt ponto. Id. 11, 482 Subito emicuere per vndas Ad murmur Cete toto exſultantia ponto. Plin. 9, 50 Piſces attritu ventrium coëunt, *etc.* Delphini et reliqua cete ſimili modo, et paullo diutius. *Add.* Id. 11, 37 ſ. 75.

CĒTARIAE, arum. [κητοτροφεῖα] *Loca iuxta mare, ſtagnante lacu, in quibus thynni, et alii huiusmodi piſces capiuntur et iuxta ſaliuntur.* Plin. 9, 15 ſ. 19 Hiſpaniae cetarias hi *(ſcombri)* replent, thynnis non commeantibus. *Et* 37, 5 ſ. 17 Ferunt et in ea inſula (Cypro) tumulo reguli Hermiae iuxta cetarias marmoreo leoni fuiſſe inditos oculos ex ſmaragdis ita radiantibus etiam in gurgitem, vt territi aufugerent thynni, diu mirantibus nouitatem piſcatoribus, donec mutauere oculis gemmas.

CETARIA, orum. n. *Idem.* Hor. Serm. 2, 5, 4 Plures annabunt thunni et cetaria creſcent. *Etiam* Plin. 9, 30 ſ. 48 *de Polypo,* Carteiae in cetariis aſſuetus exire e mari in lacus eorum apertos, atque ibi ſalſamenta populari.

CETARIVS, i. m. [κητοπώλης] Qui cete, *i.* magnos piſces venditat, et bolonas exercet, *auctore* Donato *ad* Ter. Eun. 2, 2, 26 Cetarii, lanii, coqui, fartores. Cic. Offic. 1, 150 c. 42 Nec enim quidquam ingenuum habere poteſt opificina, minimeque artes eae probandae, quae miniſtrae ſunt voluptatum, cetarii, lanii, coqui, *etc.* Cetarii Nonio 1, 244 genus eſt piſcatorum, quod maiores piſces capit, dictum ab eo, quod cete in mari maiora ſunt piſcium genera. Varro γνῶθι σεαυτὸν, Non animaduertis, cetarios, quum videre volunt in mari thunnos, eſcendere in malum alte, vt penitus per aquam perſpiciant piſces? Col. 8, 17, 12 Cetariorum officinae. Cetarius, liber Matii *laudatus* Colum. 12, 44, 1. Cellarium *malit Turnebus. Sed et* decimus Apicii *liber* Halieus [ἁλιεύς] *vocatur, i. Piſcator.*

CETOSVS. Adi. Auien. *de Ceto piſce* v. 1300 Cum primum rurſus ab vndis Cetoſa in ſuperum referuntur viſcera Caelum.

CETTE. Dicite vel Date: *vid.* CEDO, *poſt deriuata ex* CEDO, is.

## C E V

CEV. [οἷον, ὡσανεὶ, ὥσπερ] Adu. *Similitudinis, vt, ſicut, velut,* Virg. Aen. 2, 116 Aduerſi rupto ceu quondam turbine venti Confligunt. Sil. 2, 378 Tum vero attoniti, ceu templo irrumperet hoſtis, Exſiluere patres. Sen. Qu. Nat. 6, 24 Immo, inquit, ceu cum frigore inhorruimus, tremor ſequitur, ſic terras quoque ſpiritus extrinſecus accidens quaſſat. Plin. 9, 7 Argumento animalium quae ſemper defoſſa viuunt, ceu talpae. Idem 8, 16 ſ. 19 Incremento *(iracundiae)* terga, ceu quodam incitamento, flagellantur, *de Leone.* Ceu vero, *pro* Quaſi vero, *frequentiſſime vſus eſt* Plin. *vt in* praefat. operis, Ceu vero neſciam aduerſus Theophraſtum ſcripſiſſe etiam feminam. Idem 7, 55 Ceu vero vllo modo ſpirandi ratio homini a caeteris animalibus diſtet. Id. 11, 39 Ceu vero non crocodilis et duritia tergoris tribuatur, et ſolertia. Ceu, *pro, Vtpote, Nempe, Scilicet:* Vt ideo neceſſarium ſit animaduertere, vnde ea coeperint; ceu ſine quo nemo mortalium reperire poſſit Celſ. praef.

CEVA, ae. [κέβα] *Genus vaccae* Columel. 6, 24 *extr.* Melius etiam in hos vſus Altinae vaccae probantur, quas eius regionis incolae Ceuas *(Kühe, Küwe, Kŏwe)* appellant. Eae ſunt humilis ſtaturae, lactis abundantes, propter quod remotis earum ſoetibus generoſum pecus alienis educatur vberibus.

CĒVEO, ēre. [σκλακωνίζω] *Clunes mouere: quod proprie eſt marium obſcene ſe motantium, vt mulierum* Criſſare. Iuuen. Sat. 2, 21 De virtute locuti Clunem agitant. Ego te ceuentem, Sexte, verebor? *Sic* 9, 40 Computat, et ceuet. Et Martial. 3, 95 Sed paedicaris, ſed pulchre Naeuo te ceues. Ceuere [σαυλοπρωκτιᾷν] *Per tranſlationem pro Adulari accipitur: quod quum adulantur canes, clunes mouent et caudam.* Perſ. Sat. 1, 87 An Romule ceues? *Conf.* v. 99.

CEVS, *vid.* COEVS.

CEYX, ÿcis. m. [Κήϋξ] *Luciferi filius, et maritus Alcyones naufragio periit, de quo uxor in ſomnis monita, quum ad deflendum miſerabilem viri caſum mane ad litus veniſſet, vnde ille ſoluerat, cadauer fluctibus ad litus vidit expelli: quod quum viri ſui eſſe cognouiſſet, ac per vndas ad illud exſilire vellet, deorum miſeratione in auem ſui nominis conuerſa, ad os mariti aduolauit: qui et ipſe oſcula uxoris ſentiens, in* Ceyca volucrem *mutatus eſt. Fabulam* refert Ouid. 11, 544. *vnde vnum verſum laudamus quantitatis docendae cauſa* 658 Haec ait, Agnoſcis Ceyca, miſerrima coniux. ¶ 2 *De* Ceyce *aue* Plin 32, 8 ſ. 27 Fit in mari et Halcyoneum appellatum, ex nidis, vt aliqui exiſtimant halcyonum et Ceycum, vt alii, e ſordibus ſpumarum craſſeſcentibus *etc.* Quatuor *deinde eius* genera *perſequitur*.

## C H A

CHAERE. [χαῖρε] *i. Salue Graecorum formula Latinis etiam familiaris.* Martial. 5, 52 *de moroſo homine*, Exprimere, Ruffe, fidiculae licet cogant, Aue Latinum, χαῖρε non poteſt Graecum. Perſ. in prooem. v. 8. Quis expediuit pſittaco ſuum χαῖρε? *quis docuit illum ſalutare.*

CHAEREPHYLLON. [χαιρέφυλλον] *Herba hortenſis, quam in* Cerefolium *corrupere recentiores. Vtitur* Colum. 11, 3, 14. *et* 42. *Carmini accommodauit* 10, 110 Iam breue Chaerephylum, et torpenti grata palato Intuba.

CHALASTICAMEN. *Vt*, Theod. Priſc. 2, 10 Chalaſticaminibus relaxari, *i. Chalaſticis remediis. Nempe*

CHALASTICVS, a, um. [χαλαστικὸς] *Quod vim laxandi habet. Sic* Chalaſticae vnctiones, *quae leniunt et contorta atque emota reſtituunt.* Veg. Mulom. 1, 28, 6 *Vbi male* colaſticae *vel* calaſticae *editur.* Chalaſtici ceroti *mentio apud* Marcell. Empir. c. 25 p. 352. h. *H. Steph. it.* c. 35 p. 402, ſ. *Vid. ſupra* CALASTICVS. *Et deinde* CHALO.

CHALASTRICVM. Nitri *genus apud* Plin. 31, 10 ſ. 46, 1 Optimum copioſumque in Litis Macedoniae, quod vocant Chalaſtricum, candidum, purumque, proximum ſali. *Nomen a* Chalaſtra *oppido in proximo ſinu, vnde exportabatur.*

CHALATORIVS, *vid. ſub* CHALO.

CHALAZIAS, ae. Gemma quae grandinum colorem habet et figuram, adamantinae duritiae Plin. 37, 11. χάλαζα, *Grando.*

CHALAZION. [χαλάζιον] *Tuberculum eſt in oculorum palpebris, grandini ſimile, vnde nomen habet*, digito mobile, ſi huc atque illuc pellatur. Celſ. 7, 7, 3.

CHALAZOPHYLAX, acis. m. *Futurae grandinis ſpeculator.* Sen. Qu. Nat. 4, 6. Illud incredibile, Cleonis fuiſſe publice praepoſitos χαλαζοφύλακας, ſpeculatores futurae grandinis. Hi cum ſignum dediſſent, adeſſe iam grandinem, quid exſpectas? vt homines ad penulas diſcurrerent, aut ad ſcorteas? Immo pro ſe quisque alius agnum immolabat, alius pullum *etc. ſunt enim plura, ſed lectu digniſſima.* At Cleonis iudicia reddebant in eos, quibus delegata erat cura prouidendae tempeſtatis, quod negligentia eorum vineae vapulaſſent, aut ſegetes procidiſſent.

CHALCANTHOS, i. m. *ſ.* CHALCANTHVM [χαλκάνθος] *Atramentum ſutorium, ad verbum*, Flos aeris (*quo nomine vtitur* Veget. Mulom. 4, 28, 2. *et* 16) *de quo audiamus* Plin. 34, 12 ſ. 32 Graeci cognationem aeris nomine fecerunt et atramento ſutorio. Appellant enim Chalcanthum. Nec vllius aeque mira natura eſt. Fit in Hiſpaniae puteis ſtagnisue, id genus aquae habentibus. Decoquitur ea admixta dulci pari menſura, et in piſcinas ligneas funditur. Immobilibus ſuper has tranſtris dependent veſtes lapillis extentae, quibus adhaereſcens limus, vitreis acinis imaginem quandam vuae reddit. Exemtum ita ſiccatur diebus XXX. Color eſt caeruleus, perquam ſpectabili nitore, vitrumque eſſe creditur (*Hinc nomen hodiernum* Vitrioli) diluendo fit atramentum tingendis coriis, *etc.*

CHALBANE, *vid.* GALBANVM.

CHALCEOS. *Genus herbae.* Plin. 21, 16 ſ. 56 Carduus et folio et caule ſpinoſas lanugines habet. Item acorna, leucacanthos, chalceos, cnicos, *etc.*

CHALCETVM. *Herbae genus.* Plin. 26, 7 Item herba chalcetum e vineis contrita imponitur.

CHALCEVS. Adi. [χάλκεος] *i. Aereus.* Martial. 9, 96 Tam ſtupidus nunquam nec tu puto Glauce fuiſti, Chalcea donanti chryſea qui dederas. *Ludit in relatione Prouerbii Graeci ex Homero orti, apud quem Glaucus dat Diomedi* Aurea *arma pro* Aereis.

CHALCIDICVS, *etc. vid. poſt* CHALCIS.

CHALCIOECVS. [Χαλκίοικος] *Minerua a Lacedaemoniis cognominata, a templo aeneo, Graecorum auctoritates collegit Meurſius Miſcellan. Lacon.* 1 *vbi* τὴν χαλκίοικον Ἀθηνᾶν *vocari oſtendit. Hic eius facienda Mentio propter* Nepotem Pauſan. ſ. 4, 5, 2 In aedem Mineruae, quae Chalciaecus vocatur, confugit. *Et* Liu. 35, 36 Aetoli circa Chalcioecon (Mineruae eſt templum aereum) congregati caeduntur. *Hic aut abruptius ſolito locutus eſt Liuius, aut ipſum templum* Chalcioecon *praeter morem Graecorum vocauit.*

CHALCIOPE. [Χαλκιόπη] *Phryxi uxor, ſoror Medeae* Valer. Argon. 6, 479 Chalciopen imitata ſono formaque ſororem. *Add.* Ouid. Epiſt. 17, 232.

CHALCIS, idis. [χαλκὶς] *Serpentis venenoſi genus eſſe aiunt e genere lacertarum, quasdam aerei coloris lineas in tergo habens: vnde et nomen* Plin. 32, 3 ſ. 13 Quippe aduerſus ſcorpiones ex vino bibuntur, aduerſus phalangia, et araneos ex mulſo — aduerſus chalcidas cum myrtite. *Vid.* CHALCIDICA n. 2. ¶ 2 Chalcis *piſcis genus* Plin. 32, 11 ſ. 53. *Conf.* 9, 47 ſ. 71. Colum. 8, 17, 12 *inter viles piſciculos refert.* ¶ 3 Chalcis *Euboeae vrbs praecipua*, Euboica *inde dicta* Columellae 1, 4, 9. *Hinc*

CHALCIDICVS, a, um. Adi. [Χαλκιδικὸς] *Qui eſt ex Chalcide vrbe, vel Chalcidica regione. Vt*, Virg. Aen. 6, 17 Chalcidicaque leuis tandem ſuperadſtitit arce. *i. Cumis, quae Chalcidenſium Euboicorum colonia putabatur.* Idem Ecl. 10, 50 Ibo, et Chalcidico quae ſunt mihi condita verſu Carmina, *etc.* Varro de R. R. 3, 9, 6 *de gallis*, Nec tamen ſequendum in feminio legendo Tanagricos, ac medicos et Chalcidicos, qui ſine dubio ſunt pulchri, et ad praeliandum inter ſe maxime idonei, ſed ad partes ſunt ſteriliores. *Conf.* Colum. 8, 2, 4 *et* 13. Fici Varro R. R. 1, 41, 6. Colum. 5, 10, 11. *it.* 10, 145. Litora Chalcidica Stat. Silu. 4, 4, 78. Minerua Chalcidica in nona regione Vrbis *refertur a* P. Victore. Turres Chalcidicae Idem Silu. 2, 2, 94. Chalcidica creta *commendatur* Varr. R. R. 1, 57, 1 *vbi de ſeruando tritico agit*, Item alius aliud adfriat aut adſpergit, vt Chalcidicam aut Caricam cretam, aut abſinthium. *Vid. Reineſ.* V. L. 3, 5 p. 418 *ſeq.* ¶ 2 Chalcidice *lacertae genus, de qua* Plin. 29, 5 ſ. 32 *extr.* Lacerta, quam hi ſepa, alii Chalcidicen vocant, in vino pota morſus ſuos ſanat. *Vid.* CHALCIS. ¶ 3 Chalcidicum, Feſto *auctore*, genus aedificii, ab vrbe Chalcida (*ſ.* Chalcide) dictum. Iſid. Gloſſ. Caldicum, *i. emendante Salmaſio ad* Spartian. Nigr. 12 p. 677 Chalcidicum foris deambulatorium, quod et Peribulum (περίβολον) dicitur, et Iterum. *Eſſe autem* Chalcidicum ὑπερῷον, *docet* Auſon. Periocha 23 Odyſſ. Chalcidicum greſſu nutrix ſuperabat anili, *ex Graeco* Γρηῦς δ' ἐς ὑπερῷ' ἀνεβήσατο καγχαλόωσα, *qui primus libri verſus eſt. Conf.* Periocha Odyſſ. Hygin. f. 184 Merope credens eum eſſe filii ſui interfectorem, qui dormiebat, in Chalcidicum cum ſecuri venit. Arnob. adu. gent. 3 p. 105 Auet animus atque ardet in Chalcidicis illis magnis, atque in palatiis caeli Deos deasque conſpicere, *etc. Et* 4 p. 149 Deſcribuntur Dii veſtri in tricliniis caeleſtibus atque in Chalcidicis aureis coenitare potare *etc. Hinc patet, quid ſibi velit* Vitruu. 5, 1 *vbi agit de Baſilica* Sin autem locus erit amplior in longitudine Chalcidica in extremis conſtituantur, vti ſunt in Iulia Aquiliana. *Eſt ergo* Chalcidicum coenaculum: *eſt* Moenianum *quoque, ſi Iſidorum audimus, et tectum ipſum adeo, in quantum in eo inambulari poteſt, in quantum lorica circumdatum eſt; ille enim eſt* Peribolus. *Add.* DOMA.

CHALCITES *ſ.* CALCITIS, *Gemma*, coloris aeris Plin. 37, 11 ſ. 73.

CHALCĪTIS. *Gen.* Chalcitis Scribon. 37. 47. 231: *ſed* Chalcitidi 208. 223. 226. [χαλκῖτις] *de quo* Plin. 34, 12 ſ. 29 Chalcitin vocant lapidem, ex quo ipſum aes coquitur. Diſtat a Cadmia — quod chalcitis friat ſe ſtatim, mollis natura, vt videatur lanugo concreta — Chalcitis tria genera continet, aeris, et miſyos, et ſoryos — Habet autem aeris venas oblongas. Probatur mellei coloris, gracili venarum diſcurſu, friabilis, nec lapidoſa — Vis eius ad excreſcentia in vlceribus *etc.* Chalcitem *habet* Veget. Mulom. 4, 28, 2. *et* Chalcitidis 4, 28, 12. *Corrupte* Calcetis *vocatur.*

CHALCOPHŌNOS. Gemma nigra, quae illiſa, aeris tinnitum reddit, Tragoedis, vt ſuadent, geſtanda Plin. 37, 10 ſ. 56. *Eadem e*

CHALCOPHTHONGOS Solin. c. 37 reſonat vt pulſa aera, pudice habitus ſeruat vocis claritatem.

CHALCOSMARAGDOS. Gemma e Cypro, turbida aeneis venis Plin. 37, 5 ſ. 19.

CHALCVS. [χαλκὸς] *Genus numiſmatis*, Plin. 21, 34 Drachma Attica ſex obolos pondere efficit: obolus decem chalcos.

CHALDAEI. [Χαλδαῖοι] *Auctore* Plin. 6, 28 intra confluentem Euphratis, et Tigris habitant. Cic. de Diuin. 1, 2 *quum de Aſſyriis loquitur*, Qua in natione Chaldaei non ex artis, ſed ex gentis vocabulo nominati, diuturna obſeruatione ſiderum, ſcientiam putantur effeciſſe vt praedici poſſet quid cuique eventurum, et quo quisque fato natus eſſet. *Hinc* Chaldaeum, *pro Hariolo accepit* Cato R. R. 5, 4 Haruſpicem, augurem, hariolum, Chaldaeum ne quem conſuluiſſe velit. Claud. in ſext. Conſ. Hon. 348 Chaldaea mago ſeu carmina ritu Armeniae vere Deos. Idem Ruff. 1, 148 Qua gens Chaldaea vocatis Imperat arte Diis. Cic. de Diuin. 2, 87 c. 42 Ad Chaldaeorum Monſtra veniamus, de quibus Eudoxus — ſcriptum reliquit, Chaldaeis in praedictione et in notatione cuiusque vitae ex natali die minime eſſe credendum. *Vid. reliqua, eſt enim locus claſſicus.* Idem Tuſc. 1, Nam nunc quidem cogitationibus moleſtiſſimis effeminamur: vt ante mors aduentet, quam Chaldaeorum Promiſſa conſequuti ſumus, ſpoliati magnis quibusdam bonis, illuſi deſtitutique videamur. Ri Chaldaeo iuuencos ſternere Claud. in pr. Conſ. Stil. 1, 60. Multa promiſſis ſuis vt fefellerint Chaldaei, Cicero *oſtendit* de Diuin. c. 47. Col. 11, 1, 31 Illis diſputationibus exigebatur id, quod improbiſſime Chaldaei pollicentur, vt certis quaſi terminis, ita diebus ſtatis aëris mutationes reſpondeant. *Loquitur de ſuis libris aduerſus Aſtrologos.*

CHALDAĬCVS, a, um. Adi. [Χαλδαϊκὸς] Cic. de Diuin. 2, 88 c. Scylax Halycarnaſſeus familiaris Panaetii, excellens in aſtrologia, idemque in regenda ſua ciuitate princeps, totum hoc Chaldaicum praedicendi genus repudiauit. Idem de Diuin. 2, 98 c. 47 L. Tarutius in primis Chaldaicis rationibus eruditus.

CHALEPOE. Verſus, [χαλεπὰ μέτρα] *dicuntur apud* Quint. 1, 1, 37 Verſus affectatae difficultatis ex plurimis et aſperrime in ſe coëuntibus ſyllabis catenati et velut confragoſi: *quos* quam citatiſſime vt voluant *paruulis imperandum. Talis fuerit* verſus Virgilianus Aen. 8, 596 Quadrupedante putrem ſonitu quatit vngula campum.

CHALO, āre. *Laxare et demittere.* Vegetius 4, 23 Aliquanti centones et culcitas funibus chalant. *A Graeco* χαλᾶν *deducitur. At hoc etiam verbum hodie nautis familiare eſt, qui* Chalare *velum dicunt* Turneb. Aduerſ. 24, 25. Vitruu. 10, 13 Delphini pendentia habentes catenis cymbala ex ore infra foramina modiolorum chalata intra arcam. — Delphini chalantes in os cymbala, replent ſpatia modiolorum.

CHALATORIVS. Adi. Chalatorii funes *apud* Vegetium R. militaris *in ipſo fine*, quibus antenna et attollitur et demittitur. *editis.* Calatorii *legitur, quam ſcripturam* Turnebus 24, 25 *non prorſus improbat, etſi priorem magis amplectatur, quam etiam* Scriuerius *auro contra caram pronuntiat.*

CHĂLYBES, um. m. [Χάλυβες] *Populi in Ponto iuxta Thermodoontem fluuium Straboni et Plinio: qui ferro caeteris praeſtare dicuntur.* Virg. Georg. 1, 58 India mittit ebur: molles ſua tura Sabaei, Chalybes nudi ferrum. *Hinc*

CHALYBS, ўbis. m. [χάλυψ] *Genus ferri duriſſimi.* Acies ferri Plin. 34, 14 ſ. 41. *et* nucleus *ibid.* Aes erat in pretio, chalybis iam maſſa placebat Ouid. Faſt. 4, 405. Candens chalybs Sil. 171. Durus chalybs Idem 2, 403. ¶ 2 Chalybs, *quando accipitur pro Opere ipſo ex huiusmodi ferro facto.* Lucan. 398 Chalybem frenosque momordit. *Et pro clauis* Id. ib. v. 5 Virg. Aen. 8, 446 Vulnificusque chalybs, *i. enſis.* Letifer chalybs *Enſis.* Valer. Argon. 6, 342. *Sic* Strictus chalybs Sen. Thyeſt. 3 Volucer Sil. 2, 107. *ſagitta.* ¶ 3 *Item* Chalybs *eſt Hiſpaniae fluuius, in quo Chalybes accolae optime ferrum temperant.* Iuſt. 44, 3 Nec vllum apud eos telum probatur, quod non aut Bilbili fluuio aut Chalybe tingatur. Vnde etiam Chalybes fluuii huius finitimi appellati, ferroque caeteris praeſtare dicuntur.

CHAMA. *Nomen animalis apud* Plin. 8, 19 ſ. 28 Pompeii M. primum ludi oſtenderunt Chama, quem Galli Rufium vocabant, effigie lupi, pardorum maculis. *Vid.* CERVARIVS lupus. *Dedimus lectionem Harduini e MSS. et* Alberto M. 22, 2, 1 de Animal. Chama beſtia eſt alio nomine Rufinus dicta *etc. Sed alii apud Plinium ded*

Chau

Chaumi *et* Rhaphium. *Et* de Chao *etiam* Index, *vt illum edidit Hard.* ¶ 2 Chamae [χῆμαι] *ſunt concharum genus, vt* chamae ſtriatae, chamae leues, chamae pelorides, generis varietate diſtantes et rotunditate: chamae glycymerides, quae ſunt maiores quam Pelorides. *Haec* Plin. 32, 11 ſ. 53 *Putantur nomen Graecum habere ab eo, quod ſemper hiant, et teſtas apertas habent.*

CHAMAEACTE, es. [χαμαιάκτη] *Genus ſambuci.* Plin. 24, 8 Sambucus habet alterum genus magis ſilueſtre, quod Graeci chamaeacten, alii helion vocant multo breuius. *Add.* 26, 11. Apul. de Herb. c. 91.

CHAMAECERĂSVS, i. m. *Frutex eſt* Plin. 15, 25 ſ. 30 *de Ceraſis,* Sunt et Macedonica, paruae arboris, raroque tria cubita excedentis, et minore etiamnum frutice chamaecerafi. *i. inter prima hoc e pomis colono gratiam annuam refert.*

CHAMAECISSOS. Genus hederae, non attollentis ſe a terra, *teſte* Plin. 24, 10 ſ. 49. *Vnde vulgo* Hedera terreſtris *dicitur.* Plin. 16, 34 ſ. 62 humi repens *dicitur.* *Add.* 24, 15 ſ. 84. *et* Seren. v. 795.

CHAMAECYPARISSOS. Herba, *quae* ex vino pota, contra venena ſerpentium omnium, ſcorpionumque pollet Plin. 24, 15 ſ. 86.

CHAMAEDAPHNE, es. [χαμαιδάφνη] *Herba topiaria,* Vincaperuinca *alias dicta, v. v. ex* Plin. 21, 11 ſ. 39. ¶ 2 *Eſt et altera* Chamaedaphne, *cuius* Plin. *meminit inter* ea, quae Graeci communicatione nominum in ambiguo fecere, anne arborum eſſent, 24, 15 ſ. 81 Chamaedaphne, *inquit,* vnico ramulo eſt, cubitali fere, folio tenui, lauri ſimilitudine: cuius ſemen rubens adnixum foliis, illinitur capitis doloribus recens. Silueſtrem fruticem vocat 15, 30 ſ. 39. *Conf.* Apul. de Herb. c. 27.

CHAMAEDIOSMOS. Ros marinus Apul. cap. 79. *Melius* Chamedyoſmon, Χαμηδύοσμον.

CHAMAEDRĂCON, ontis. m. Serpentis genus in Africa Solin. cap. 4. *Conf. Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 243.

CHAMAEDROPS. [χαμαίδρωψ] *Herba, quae vocatur et*

CHAMAEDRYS. [χαμαίδρυς] *it.* CHAMAEROPS. Herba, quae Latine Trixago dicitur: Alioqui eam Chamaeropen (*Sic Hard.*) alii Teucrion appellauere. Folia habet magnitudine mentae, colore et diuiſura quercus. Alii ſerratam, et ab ea ſerram inuentam eſſe dixere, flore paene purpureo. *Haec et plura* Plin. 24, 15 ſ. 80 *Dicitur autem* chamaedrys *quaſi humilis et terreſtris quercus.* *Add.* Marc. Empir. c. 20 *vbi* Chamaedropis *vocatur.* Apuleio c. 24 Chamaerops.

CHAMAELAEA. [χαμαιλαῖα] *Herba, quae* ſimilitudinem foliorum oleae habet Plin. 24, 15 ſ. 82 Chamaelaea ſchamaelea: Quae herba eſt ſimillima oliuae Scribon. 133. Quae herba oliuae folia ſimilia habet 136. *Vid. Dioſc.* 4, 172. Apul. de Herb. 111. Plin. 13, 21. *et* 15, 7.

CHAMAELEOS, *inter Cancrorum genera numeratur e Plinio* 32, 11 ſ. 53. *Sed Harduinus* Chamae leues. *Locum totum damus p. a. in* CHAMA n. 2.

CHAMAELEON, *vel* CHAMAELEO, ōnis. m. [χαμαιλέων] *Cardui ſpecies.* Plin. 22, 16 ſ. 56. *Add.* Ib. c. 25. *et ſaepe alias.* Scribon. 192 Ixia, quam quidam chamaeleonta vocant.

CHAMAELEON, ōnis *et* ontis. m. [χαμαιλέων] *Quaſi tu humilem leonem dicas.* *Ponamus deſcriptionem* Plin. 8, 33 ſ. 51 Ceruos Africa prope ſola non gignit: at chamaeleonem et ipſa, quamquam frequentiorem Indiae. Figura et magnitudo erat lacertae, niſi crura eſſent recta et excelſiora. Latera ventri iunguntur vt piſcibus, et Spina ſimili modo eminet. Roſtrum, vt in paruo, haud abſimile ſuillo: cauda praelonga in tenuitatem deſinens, et implicans ſe viperinis orbibus: vngues adunci: motus tardior, vt teſtitudini: corpus aſperum, ceu crocodilo: oculi in receſſu cauo, tenui diſcrimine praegrandes, et corpori concolores: nunquam eos operit: nec pupillae motu ſed totius oculi verſatione circumſpicit. Ipſe celſus hianti ſemper ore, ſolus animalium nec cibo nec potu alitur, nec alio quam aëris alimento: circa caprificos ferus, innoxius alioqui. Et coloris natura mirabilior: mutat namque eum ſubinde et oculis, et cauda, et toto corpore, redditque ſemper, quemcunque proxime attingit, praeter rubrum candidumque. Defuncto pallor eſt. Caro in capite et maxillis et ad commiſſuram caudae admodum exigua, nec alibi toto corpore: ſanguis in corde et circa oculos tantum: viſcera ſine ſplene. Hibernis menſibus latet, vt lacertae. Tertull. de Pall. c. 3 Chamaeleontem *vocat, et inter alia* Pellicula, *inquit,* viuit. Capitulum ſtatim a dorſo, nam deficit ceruix, itaque durum reflecti, ſed circumſpectu emiſſitii ocelli, immo luminis puncta vertiginant. Hebes, feſſus, vix a terra ſuſpendit — Nam cum illi coloris proprietas vna ſit, vt quid acceſſit, inde ſuffunditur. Hoc ſoli chamaeleonti datum, quod vulgo dictum eſt, de corio ſuo ludere. *Add.* Caſſiod. 5, 35. *Hinc apparet ratio prouerbii* Chamaeleonte mutabilior.

CHAMAELEVCE, es. [χαμαιλεύκη] *Herba,* quam apud nos Farfarum *ſ.* Farfugium vocant. Naſcitur ſecus fluuios, folio populi ſed ampliore Plin. 24, 15 ſ. 85. *Nota λεύκην eſſe populum.* Id. 26, 6 ſ. 16 Tuſſilaginem *ſ.* bechion *a quibusdam putari, docet.*

CHAMAELYGON. Herba. Apul. 3.

CHAMAEMĒLON. [χαμαίμηλον] *Herba vulgo nota, ab* odore mali *ſic dicta.* Anthemis *alias, ſub quo nomine damus locum de ea* Plin. 22, 21 ſ. 26. Pallad. Iun. 10 Per olei libras ſingulas chamaemeli herbae florentis auream medietatem, proiectis albis foliis, quibus flos ambitur, vnciarum ſingularum pondus infundis, et quadraginta diebus in ſole conſtitues. *Add.* Macer 1, 15.

CHAMAEMYRSINE, [χαμαιμυρσίνη] *ſiue* Oxymyrſine. Myrtus ſilueſtris, baccis rubentibus et breuitate a ſatiua diſtat. Radix eius in honore eſt — Cauliculi quoque incipientes aſparagorum modo in cibo ſumti et in cinere cocti — Caſtor Oxymyrſinen myrti foliis acutis, ex qua fiunt ruri ſcopae, ruſcum vocauit ad eosdem vſus. *Haec* Plin. 23 *extr.* *Add.* 25, 7.

CHAMAEMYRSINVM. Oleum Plin. 23, 4.

CHAMAEPELŌRIS. Plin. 32, 11. *Vid.* CHAMA n. 2.

CHAMAEPEVCE, es. [χαμαιπεύκη] Herba, folia habens laricis foliis ſimilia, lumborum et ſpinae doloribus propria Plin. 24, 15.

CHAMAEPITYS, yos. [χαμαιπίτυς] *Ad verbum vertas humilem pinum:* Latine abiga, (*al.* aiuga *vitioſe*) vocatur propter abortus, ab aliis tus terrae, cubitalibus ramis, flore pinus et odore. Altera breuior et incuruae ſimilis. Tertia eodem odore, et ideo nomine quoque, (*nempe* pinus *nomen omnes habent ab odore arboris eius nominis*) paruula, cauliculo craſſitudine digitali, foliis ſcabris, exilibus, albis, in petris naſcens. Omnes herbae, ſed propter cognationem nominis non differendae, *dum ad herbas veniamus, ſed commemorandae in arboribus.* *Haec et plura* Plin. 24, 6 ſ. 20. *Add.* 26, 8 ſ. 53. Celſ. 5, 4. Scribon. Comp. 187. Apul. 26 Graeci Chamaepityn, Itali abigam, alii cupreſſum nigram. Plin. 21, 29 ſ. 103 Anthyllion herba — chamaepityi ſimilis.

CHAMAEPLATĂNVS, i. f. *Breuis platanus.* Plin. 12, 2 Chamaeplatani vocantur coactae breuitatis: quoniam arborum etiam abortus inuenimus. — Fit autem et ſerendi genere et recidendi. Primus C. Matius — Diui Auguſti amicus inuenit nemora tonſilia.

CHAMAEREPES. [χαμαιρεπεῖς, χαμαιῤῥεπεῖς, χαμαιριφεῖς] *Arbores ſunt ex ſpecie palmarum, quae* et in Creta, et in Sicilia naſcuntur, folio latiore ac molli, ad vitilia vtiliſſimo. Plin. 13, 4 ſ. 9.

CHAMAEROPS, *vid.* CHAMAEDRYS.

CHAMAESY̆CE. [χαμαισύκη] Herba lentis folia habens, nihil ſe attolentia, in aridis petroſisque naſcens Plin. 24, 15 ſ. 83. Apul. de Herb. c. 91.

CHAMAEZELON. [χαμαίζηλον] *Herba eſt, teſte* Plin. 27, 10 ſ. 61 *quam* vocant alii Gnaphalion, cuius foliis albis mollibusque pro tomento vtuntur. Sane et ſimilia ſunt. Datur in vino auſtero ad dyſenterian, *etc.*

CHAMAETRACHĒA, ae. f. *Cancer.* Plin. 32, 11. *Sed Harduinus legit* Chamae ſtriatae. *Vid.* CHAMA n. 2.

CHAMELAEA, *vid.* CHAMMAELAEA.

CHAMETAERA, ae. [χαμεταίρα] Plin. 36, 5 ſ. 4, 7 *de Scopa,* Is fecit Venerem et Pothon et Phaëthontem, qui Samothraciae ſanctiſſimis caerimoniis coluntur. Item Apollinem Palatinum. Veſtam ſedentem laudatam in Seruilianis hortis, duasque Chametaeras circa eam, quarum pares in Aſinii monumentis ſunt, vbi et Canephoros eiusdem. *Quae vero ſint hae* Chametaerae, *non eſt facile dictu.* *Χαμεταιρὶς apud Heſychium vile proſtibulum eſt: neque quae ſit ἑταίρα ignoratur, neque quid* Χαμαιτυπεῖον. *Sed obſtare videtur, quod* Veſtae *adiunctas videmus, quam Virgines colunt, non ſcorta diobolaria humi ſe volutantia.*

CHAMEVNIA, ae. f. [χαμευνία] *Humi cubatio.* Hieron. Ep. 2 ad Nepotianum, *et* in Ezech. c. 41.

CHAMVLCVS, i. m. *Vehiculum, quod humi trahitur.* Vet. Gloſſ. Χαμοῦλκος, trahe, *i.* traha. Gl. Philox. Sclodia Χαμελκὶς *it.* Stludio Χαμέλκιον. Sclodia *et* Stludio *ſunt Germanorum* Schlitte, Schlode. *Vtitur Graeco nomine* Ammian. Marc. 17, 4 p. 175 *De Obeliſco Conſtantini,* Defertur in vicum Alexandri, tertio lapide ab vrbe ſeiunctum: vnde Chamulcis impoſitus tractusque lenius per Oſtienſem portam piſcinamque publicam Circo illatus eſt maximo. *Nempe* Chamulcus *eſt machina e trabibus compacta, ſine rotis, quas magnitudo ponderis fractura fuerat.* *Sic Scheffer. de Re vehic.* 2, 7.

CHAMVS, i. m. [χάμος] *Genus freni.* *Vid.* CAMVS.

CHANNE, es. [χάννη] *Piſcis genus,* quem ex ſeipſo concipere ex Ouidio tradit Plin. 32 vlt. Ouid. Halieut. v. 108 Et ex ſe Concipiens Channe, gemino fraudata parente. *Add.* Plin. 9, 16 ſ. 23 In quodam genere *piſcium* omnino non ſunt mares, ſicut in Erythinis et Chanis. *Et* c. 52 ſ. 77 Erythini et Channae vuluas habere traduntur.

CHĀON, onis. m. *Heleni Troiani pater et comes.* *Vid.* Seru. in Virgil. Aen. 3, 335. Sen. Herc. Oet. 1623 Chaonis quercus loquax, *De Silua Dodonea.* *Nimirum ab hoc dicti ſunt*

CHĀONES. [Χάονες] *Populi Epiri, a quibus* CHAONIA *regio dicta, et* CHAONII Virgil. Aen. 3, 335 Litoraque Epiri legimus, portuque ſubimus Chaonio, et celſam Buthroti aſcendimus vrbem. Plin. in procem. libri 4 Epiros in vniuerſum appellata, Acrocerauniis incipit montibus. In ea primi Chaones, a quibus Chaonia. *Hinc frequens Poëtis nomen de rebus Epiroticis: vt,* Campi Chaonii Virg. Aen. 3, 334. Columbae Chaoniae *dictae ab Epiri parte, in qua (vt Poëtae fabulantur) columbae olim reddebant oracula in Dodona ſilua.* Virgil. Ecl. 9, 13

Carmina tantum
Noſtra valent Lycida tela inter Martia, quantum
Chaonias dicunt aquila veniente columbas.

Quod autem in Epiri illo nemore columbae dare reſponſa dicuntur, Seruius ideo fingi *putat,* quia lingua Theſſala Peliades et Columbae, et Vaticinatrices vocantur. Frondes Chaoniae Stat. Theb. 3, 476. Glans Virgil. Georg. 1, 8 *quia frequentes in Epiro quercus.* Valer. Argon. 1, 303 Chaonii Iouis famulam *appellat* carinam *nauis Argus captam e fago ſiluae Dodoneae, cui Iupiter Dodonaeus vaticinandi facultatem, etiam cum pars nauis eſſet, permiſerat.* Nemus Stat. Theb. 6, 99. Patris Chaonii glandes, *i.* Iouis Epirotici, *vt ait* Seruius *ad* Virg. Georg. 2, 67. Sinus Chaonii Ouid. Met. 13, 717. Victus Chaonius, *i. Glandium cibus,* βαλανηφαγία, Claudian. de Rapt. Proſerp. 3, 47 Chaonio ſtatui gentes auertere victu.

CHAOS, n. indecl. [χάος] Feſtus, Chaos appellat Heſiodus Confuſam quandam ab initio vnitatem, hiantem, patentemque in profundum. Ex eo et χάνειν Graeci, et nos hiare dicimus. Ouid. Met. 1, 7

Ante mare et terras, et quod tegit omnia caelum,
Vnus erat toto naturae vultus in orbe,
Quem dixere chaos, rudis indigeſtaque moles, *etc.*

*Sunt enim pluſcula.* Virgil. Aen. 4, 510 Tercentum tonat ore deos, Erebumque chaosque. Aeternae noctis chaos Sen. Herc. fur. 610. *et* Med. 9. Altum chaos Rufus Feſtus Auienus *non procul ab initio.* Atrum chaos rebus induci, *ſignificat ſummam confuſionem et perturbationem rerum* Sen. Agam. 487. Auidum Sen. Herc. fur. 677. Caecum Idem Med. 741. Cimmerium Stat. Silu. 3, 2, 93. Deforme Sen. Thyeſt. 832. Denſum Idem Herc. fur. 861. *i. opacum, obſcuriſſimum.* Horrendum Valer. Argon. 2, 86. Extimuit natura chaos Lucan. 5, 634. *i. ne in chaos redirent omnia: ex quo nempe orta ſunt.* *Hinc* Quinctil. 3, 7, 8 Honorem Diis addit antiquitas, vt iis, qui ſunt ex Chao. ¶ 2 Chaos, *pro Inferis* Virgil. Aen. 6, 265 Dii, quibus imperium eſt animarum, vmbraeque ſilentes, Et Chaos, et Phlegethon, loca nocte ſilentia late. *Add.* Idem 4, 510. Sen. Ep. 72. Durum Claudian. de Rapt. Proſerp. 2, 13. Imum chaos *ſic dixit etiam* Sil. 13, 437 *ita tamen, vt origines rerum inde arceſſat:* Ecce ruunt variae ſpecies, et quidquid ab imo Natum hominum exſtinctumque chao eſt. *Nempe ex* chao, ἐκ τοῦ ᾅδου *ex ſtatu rerum, quae videri non poſſunt exeunt, et euoluuntur omnia, eodem redeunt.* *Ἅδης eſt ἀΐδης, qui videri non poteſt: idem ἔρεβος, ſ.* erebus, *i. tenebrae, ideo* inferi *vocantur, etc.* Inane chaos, *i. vacua Erebi regna* Ouid. Faſt. 4, 600. Valer. Flacc. 7, 402 Qualesue profundum Per chaos

chaos occurrunt caecae ſine vocibus vmbrae. Tartareum Stat. Theb. 12, 772. ¶ 3 *Etiam Chriſtiani ſcriptores* Chaos *agnoſcunt, et memorant illud* תוהו ובוהו *e quo primum creato orta deinde omnia novimus.* Scribe creatarum verbo primordia rerum, Et chaos ante diem, primaeque crepuſcula lucis Paullin. ad Iouium (ſ. Cl. Mamert. ad Colleam.) Illuſtre quiddam cernimus — Antiquius caelo et Chao Prud. Hymn. de Epiphania v. 37. Omnia cum tegeret nigrum chaos, altaque moles Deſuper vrgeret informis corpora mundi Hilar. in Geneſi v. 17. ¶ 4 Chaos, *tenebrae.* Merſo ſole chaos ingruit horridum, Lucem redde tuis, Chriſte, fidelibus Prud. Hymn. ad Incenſ. lucernae v. 3. *Add.* Idem Hymno Eulal. v. 54. Rufus Auienus in Sole, Quum per chaos vmbriferum vis Flammea peruaſit, *i. per tenebras nocturnas.* ¶ 5 *De chaſmate, ſ. interuallo, quod inter caelos inferosque eſt, adhibet* Vulgat. Luc. 16, 26 *vbi vid. Grot.*

CHARA. [χάρα] *Genus radicis.* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 48 Eſt etiam genus radicis inuentum ab iis, qui fuerant cum Valerio, quod appellatur Chara, quod admiſtum lacte multum inopiam leuabat: id ad ſimilitudinem panis efficiebant: eius erat magna copia. *Quae ſit haec herba, quaeſitum eſt,* Plinius 19, 8 ſ. 41 Lapſanam *interpretari videtur:* Necnon olus quoque ſilueſtre eſt, triumpho diui Iulii carminibus praecipue iocisque militaribus celebratum: alternis quippe verſibus exprobrauere lapſana ſe vixiſſe apud Dyrrhachium, praemiorum parſimoniam cauillantes. Eſt autem id Cyma ſilueſtris. *Pro* triumpho *Hard. habet* trium foliorum. *Idem 19, 5 de generibus braſſicae,* Etiamnum vnum ſilueſtre Graeci cheram vocant, Pontici armon, alii leucen, noſtri armoraciam, fronde copioſius quam corpore. *Sic eſſe in omnibus libris veteribus, teſtatur Turneb. . . . ſed editur* Agrion. Iſidorus 17, 10 Armoracea, *inquit,* haec eſt lapſana: *Vetus lexicon* armoraceam ῥαφανίδα *interpretatur.*

CHARACATVS, *vid. ſub* CHARAX.

CHARACIAS, ae. *Genus tithymali.* Scrib. 169. Plin. 26, 8 ſ. 39 *narrans* tithymali genera, Primus cognominatur characias, qui et maſculus exiſtimatur, ramis digitali craſſitudine, rubris, ſuccoſis quinque aut ſex, cubitali longitudine: a radice foliis paene oleae, in cacuminibus coma iunci. *Conf.* Idem ib. c. 14 ſ. 87. *it.* c. 11 ſ. 73 *vbi perperam nonnulli characites.* ¶ 2 *Eſt et genus arundinis* Plin. 16, 36 ſ. 66 *credo, quod ad χάρακας vallos, ſepimenta, poſſet ob amplitudinem adhiberi.*

CHARACTER, ēris. m. [χαρακτὴρ] *Signum, inſigne, proprie quidem inſculptum, a verbo χαράσσω, vnde et χάραξ, in quantum foſſam aut ſulcum ſignificat: deinde latius ad alia quoque ſigna extenditur, v. g. quae animanti, vel alii rei imprimuntur, vt dignoſci poſſit.* Columel. 11, 2, 14 Nec minus maiora quadrupedia charactere ſignari debent. Pallad. Ianuar. 16 Hoc menſe maturi agni et animalia omnia minora et maiora charactere ſignentur. *Hinc* Characteres *quoque vocantur notae, quibus ſcriptis et adhibitis magicam vim medendi tribuunt. Vid.* Auguſtin. de Doctr. Chriſt. 2, 20 *et* 29. ¶ 2 Character, *Genus et figura dicendi.* Gell. 7, 14 Et in carmine et in ſoluta oratione, genera dicendi probabilia ſunt tria, quae Graeci χαρακτῆρας vocant. *Nominat deinde et explicat* vberem, gracilem, mediocrem. Emporius rhetor *apud Pithoe.* p. 278 Cum autem ſint tres figurae, vaſta, humilis, temperata, quas Graeci characteres vocant, Aſianum, Atticum, Rhodium, *etc.* *Ipſe* Cic. in Orat. 134 Sed iam ipſa forma reſtat, et character ille, qui dicitur: qui, qualis eſſe debeat, ex ipſis, quae ſupra dicta ſunt, intelligi poteſt. Idem ad Q. Fratr. 2 *extr.* Dic mihi verum, num aut res eum, aut character non delectat? *i. genus ſcribendi.* Varr. de R. R. 3, 2, 17 Nonne item L. Albucius, homo, vt ſcitis, apprime doctus, cuius Luciliano charactere ſunt libelli, dicebat in Albano fundum ſuum paſtionibus ſemper vinci a villa?

CHARACTERISMVS, i. m. [χαρακτηρισμὸς] *Figura ſententiae, cuius Graecum nomen modo ponit* Quinctil. 9, 3, 99: *luculentius deſcribit eam* Rutilius de Fig. ſent. 2 p. 8 *Pithoei,* Quemadmodum pictor coloribus figuras deſcribit; ſic orator hoc ſchemate aut vitia aut virtutes eorum, de quibus loquitur, deformat. *Ponit deinde exemplum bene longum Lyconis, vnde hoc intelligitur, eum eſſe Rutilio* characteriſmum, *qui Auctori* ad Herenn. 4, 50 Notatio *eſt, et hodie vulgo* character *appellatur.*

CHARACTERĪZO, āre. Auguſtin.

CHARADRIVS. [χαράδριος] *Auis nomen, quod ex Graeca interpretatione retinuit* Vulgatus Leuit. 11, 19. *Et inde* Nouatian. de cib. Iud. c. 3 Quando charadrium *interdicit,* garrulam nimis linguae intemperantiam *odit.* *Quae de* Charadrio Aelian. H. An. 15, 26, *ea de* Ictero ſ. Galgulo Plin. 30, 11 ſ. 28. *Vid.* GALGVLVS.

CHARAGMA, *vid. poſt* CHARAXO.

CHĂRAX, ăcis. [χάραξ] *Graecis et foſſa eſt, et vallus, i. palus, quo vtuntur ad muniendum; inde etiam loca munita, ſ. caſtra ſignificat, quo factum eſt, vt in proprium etiam locorum quorundam, et vrbium nomen abierit. Ab illa valli ſignificatione* CHARACATAE *vites dicuntur, quos ita deſcribit* Colum. 5, 4, 1 Quae defixis arundinibus circummunitae per ſtatumina calamorum materiis ligatis in orbiculos gyrosque flectuntur. *Sunt ergo* characatae vites *vallo quodam arundinum et ſtatuminum circumdatae. Add.* 5, 5, 16.

CHARAXO, āre. [χαράττειν] *Inſculpere, notam imprimere.* Prud. Periſt. 10, 557 Charaxat ambas vngulis ſcribentibus Genas, cruentis et ſecat faciem notis. Apic. 6, 9 Pullum coctum — charaxas, et ius ſciſſuris infundis. Charaxas *ergo eſt ſciſſuras facis.*

CHARAXATVS, a, um. *Sculptus.* Auguſtin. de Altercat. Eccleſ. et Synag. Moiſes in monte Sinai charaxatas decalogo tabulas accepit.

CHARAGMA, ătis. [χάραγμα] *Idem, quod* Character, *imago inſculpta. Laudatur* Auienus *neſcio quis, et neſcio vbi,* Sicut nummus habet charagma Caeſaris, ſic homo habet charagma Dei.

CHARAXVS, i. *Frater Sapphûs, cuius in huius hiſtoria et fragmentis aliquoties mentio fit.* Ouid. Epiſtola Sapphûs ſ. Her. 15, 117 Gaudet, et e noſtro creſcit moerore Charaxus Frater.

CHARIENTISMVS, i. m. [χαριεντισμὸς] Vrbanitas, lepos et venuſtas ſermonis. Figura eſt, qua dura dictu, gratius proferuntur: vt ſi interrogantibus nobis, *Num quis nos quaeſierit?* reſponſum detur, *Bona fortuna:* exinde intelligitur, neminem nos quaeſiſſe. *Haec* Donatus de tropis p. 1778. *Add.* Rufinian. p. 24 *Pithoe.* Charientiſmus *ſ.* ſcomma. Hac figura fit feſtiua dictio cum amoenitate mordax, *etc.*

CHARINI. *Numi, neſcio qui cuſi ex falſa lectione* Auſon. Epiſt. 5, 23 Ergo aut praedictos iam nunc reſcribe Charinos, *pro* Darios, *ve* Daricos.

CHARIS, ĭtos. f. [χάρις] *Latine dicitur* Gratia. Plin. 35, 10 ſ 36. *Sic appellat* Venerem. *Locum totum damus in* APELLES. ¶ 2 *Vſitatior pluralis* Charites [Χάριτες] *Deae quaedam beneficiorum, et liberalis amoris praeſides, quae* Gratiae *frequentius Latinis. v. v.* Sen. de Benef. 1, 4 Chryſippus — dicit, verendum eſſe, ne, quia Charites Iouis filiae ſunt, parum ſe grate gerere ſacrilegium ſit, et tam bellis puellis fiat iniuria. Auſon. Gripho ſ. Eid. 11, 19 Tris Charites, tria fata, *etc.* Plin. 36, 5 Non poſtferuntur et Charites in propylaeo Athenienſium, quas Socrates fecit. *Apud* Ouid. Faſt. 5, 219 *d floribus, quas* Chloris *produxit,* Horaeque *legerunt in Calathos.* Protinus arripiunt Charites, nectuntque coronas ſertaque caeleſtes implicitura comas. Auſon. Epigr. 121 Tres fuerant Charites: ſed dum mea Lesbia vixit Quattuor; vt periit, tres numerantur item. *Graec vſus eſt* Lucret. 4, 1156 Paruola, Pumilio, Χαρίτων ἴα, tota merum ſal, *i. vna* Charitum ſ. Gratiarum. *Imperite hinc neſcio, quae* Charitonia *olim conficta eſt. Caeterum nomina* Charitum *a Graecis prodit haec ſunt,* Aglaia *vel* Paſithea, Euphroſyne, *et* Thalia. *De illarum Allegoria vid.* Sen. de Benef. 1, 3 *vbi hoc quoque,* Ecce Thalia apud Heſiodum Charis eſt, apud Homerum Muſa. Prop. 4, 1, 75 Auerſis Chariſin cantas: auerſus Apollo Poſcitur inuita verba pigenda lyra. *Sic reſtituit poſt Heinſium Brouckhuſius. Al.* Accerſis lacrimis cantus. ¶ 3 Charis, *Aeon haereticorum.* Tertull. de Praeſcr c. 33. *et* adu. Valent. c. 7.

CHARISMA, atis. n. *Gratia, munus.* Tertull. adu. Iud. c. 8 *et* de Praeſc. c. 29. Sidon. Epiſt. 7, 9. *Prima perperam producitur* Prud. adu. Symmach. 2, 1045. *et* Periſt. 5, 61.

CHARISTIA. n. pl. [Χαρίσια] *Quae eſſent dicamus verbi.* Valer. Max. 2, 1, 8 Conuiuium etiam ſollemne maiores inſtituerunt cui praeter cognatos et affines nemo interponebatur: vt ſi qua inter neceſſarias perſonas querela eſſet orta, apud ſacra menſae, et inte hilaritatem animorum, fautoribus concordiae adhibitis tolleretur *Quid. libri* Cariſtiam *legunt.* Ouid. Faſt. 2, 617 Proxima cognati dixere Chariſtia cari, Et venit ad ſocios turba propinqua deos, *etc.*

CHARISTICVM. [χαριστικὸν] *pro Remuneratione* apud Calliſtrat. in l. diuus Adrianus. D. de bon. damnat. Sed debent ad ea ſeruari, quae iure praeſidium ſolent erogari, vt puta chariſticum quibusdam officialibus, *etc.* *Sed variat lectio. Vid.* CARCERATICVM.

CHARISTOLOCHIA, ae. f. *Herba, vulgo Artemiſia.* Apul de Herb. c. 10.

CHARITAS, *vid.* CARITAS, *in* CARVS.

CHARITOBLEPHARON. [χαριτοβλέφαρον] *Frutex eſt* circ Troglodytarum inſulas *naſcens,* efficax in amatoriis, *vt ait* Plinius 1 *extr. ex* Iuba *additque* ſpathalia eo facere et monilia feminas. Sentire eum ſ capi, durarique cornus modo, et hebetare aciem ferri. Quod ſi fe fellerint inſidiae, in lapidem transfigurari.

CHARITONIVS. Adi. *Proferebatur ex* Lucret. 1156 Paruul pumilio: charitonia tota, merum ſal: *Sed recte legitur* Χαρίτων ἴ *Charitum vna. Vid.* CHARIS n. 2.

CHĂRON, ontis. [Χάρων] *Portitor inferorum, animas defunctorum per Stygem et Acherontem tranſuehens.* Virgil. Aen. 6, 298 Portitor has horrendus aquas et flumina ſeruat, Terribili ſqualore Charon, *etc.* Apul. Met. 6 p. 180, 27 Nec mora cum ad flumen mortuum venies, cui praefectus Charon protinus expetens portorium, ſ ad ripam citeriorem ſutili cymba deducit commeantes. Ergo et inter mortuos auaritia viuit? nec Charon ille, Ditis pater, tantus Deus quidquam gratuito facit; et pauper moriens viaticum debet quaerere et aes, ſi forte prae manu non fuerit, nemo eum exſpirare patietur. Huic ſqualido ſeni dabis nauli nomine de ſtipibus, quas feres alteram: ſic tamen, vt ipſe ſua manu de tuo ſumat ore. *Haec praecepta dem exſequitur Pſyche, et* amnica ſtipe vectori data — et reſidua (*r reditu*) nauitae reddita ſtipe — ab inferis recurrit. Sen. Herc fur. 771 Dirus exclamat Charon, Quo pergis audax? *Et 764 hab habetur eius deſcriptio:*

Hunc ſeruat amnem (*Lethen*) cultu et adſpectu horridus,
Pauidosque manes ſquallidus geſtat ſenex.
Impexa pendet barba, deformem ſinum
Nodus coërcet, concauae lucent (*Gron. malit* pallent) genae,
Regit ipſe conto portitor longo ratem.

CHARONARIA Praetura, *a Gothofredo* CARBONARIA *ſubſtituta. v. v. Sic* Charonitas *Senatores dicebant, qui Graece loquebatur, eos, qui Senatoriam dignitatem commentariis defuncti Caeſaris d bebant. Vid.* ORCINVS.

CHARONDAS. [Χαρώνδας] *Thurius, legislator nobilis. Int alia de illo* Valer. Max. 6, 5 *extr.* 4 Ad vim et cruorem vsque ſeditioſas conciones ciuium pacauerat, lege cauendo, vt ſi quis eas cum ferr intraſſet, continuo interficeretur. Interiecto deinde tempore ex longinquo rure gladio cinctus domum repetens, ſubito indicta concione ſicut erat, in eam proceſſit, ab eoque, qui proxime conſtiterat, ſoluta a ſe legis ſuae admonitus, Idem ego, *inquit,* illam ſanciam, ac protinus ferro, quod habebat, diſtricto incubuit. Cic. de Legib. 3, Nec vero ſolum, vt obtemperent obediantque magiſtratibus, ſe etiam, vt eos colant diligantque, praeſcribimus: vt Charondas i ſuis facit legibus.

CHARTA, ae. f. [χάρτον, χάρτης] *Sic dictae tenues illae tabe lae, quae primum e Papyro Aegyptia parabantur; quibus deinde ea, qu e contuſis linteaminibus conficitur,* charta *ſucceſſit. Claſſicus velut locu eſt* Plin. 13, 11 ſ. 21 *ſq.* Priusquam digrediamur ab Aegypto, et Papyi natura dicatur, cum Chartae vſu maxime humanitas vitae conſtet memoria. Et hanc Alexandri Magni victoria repertam, auctor e M. Varro, condita in Aegypto Alexandria: ante non fuiſſe chartarum vſum. In palmarum foliis primo ſcriptitatum: deinde quarunda arborum libris. Poſtea publica monumenta plumbeis voluminibu mox et priuata linteis confici coepta, aut ceris. Mox aemulation circa Bibliothecas regum Ptolemaei et Eumenis, ſupprimente chart Ptolemaeo, idem Varro membranas Pergami tradidit repertas. Poſte promiſcue patuit vſus rei, qua conſtat immortalitas hominum. *Po deſcriptionem* Papyri *plantae pergit* c. 12 ſ. 23 Praeparantur ex eo chartae diuiſo acu in praetenues ſed quam latiſſimas philuras. Princip tus medio (*i.* philuris *quae ſunt medullae proximae*) atque inde ſciſſ rae ordine. Hieratica appellabatur antiquitus religioſis tantum v luminibus dicata, quae adulatione (*Hard.* ablutione *i. cum abluta retractata eſt*) Auguſtae nomen accepit: ſicut ſecunda Liuiae, a co iuge eius. Ita deſcendit Hieratica in tertium nomen. Proximu

Amph

Amphitheatricae datum fuerat a confecturae loco. Excepit hanc Romae Fannii ſagax officina, tenuatamque curioſa interpolatione principalem fecit e plebeia, et nomen ei dedit. Quae non eſſet ita recurata, in ſuo (*nomine*) manſit, Amphitheatrica. Poſt hanc Saitica, ab oppido, vbi maxima fertilitas, ex vilioribus ramentis: propiorque etiamnum cortici Leneotica, pondere iam haec non bonitate venalis. Nam Emporetica inutilis ſcribendo, inuolucris chartarum, ſegeſtriumque in mercibus vſum praebet: ideo a mercatoribus [ἐμπόροις] cognominata. Poſt hanc papyrum eſt extremumque eius ſcirpo ſimile, ac ne funibus quidem, niſi in humore vtile. Texuntur omnes madente tabula Nili aqua. Turbidus liquor glutini praebet vicem. Primo ſupina tabula ſcheda allinitur longitudine papyri, quae potuit eſſe, reſegminibus vtrinque amputatis: transverſa poſtea (*ſcheda*) crates peragit. Premitur deinde praelis, et ſiccantur ſole plagulae, atque inter ſe iunguntur, proximarum ſemper bonitatis diminutione ad deterrimas. Nunquam plures Scapo, quam vicenae. S. 24 Magna in latitudine earum differentia: XIII digitorum optimis: duo detrahuntur Hieraticae — nam emporeticae breuitas ſex digitos non excedit. Praeterea ſpectantur in chartis tenuitas, denſitas, candor, leuor. Primatum mutauit Claudius Caeſar: nimia quippe Auguſtae tenuitas tolerandis non ſufficiebat calamis. Ad hoc transmittens literas liturae metum afferebat ex auerſis (*forte leg.* et auerſis *i. etiam ab altera facie*) et alias indecoro viſu pertranslucida. Igitur e ſecundo corio ſtatumina (*i. ſtamina*) facta ſunt, e primo ſubtegmina. (*Hinc illas* crates *melius intelligimus, quas* transverſa ſcheda peragit, *et quid ſibi velit illud* Lucani 3, 222 Nondum flumineas Memphis *contexere* biblos Nouerat *etc.*) — S. 25 Scabrilia leuigatur dente, conchaue: ſed caducae literae fiunt. Minus ſorbet politura charta, magis ſplendet — *Poſuimus locum non integrum, et tamen longiorem, qui non recte modo loqui de chartis doceat, ſed nobilem etiam literariae antiquitatis partem explicet. Itaque peculiari eum Commentario explicauit Mel. Guilandinus, quem animaduerſionibus ſuis vt acriter perſtrinxit, ita multis locis emendauit Ioſ. Scaliger. Quaedam addidit Salmaſius ad* Vopiſcum Firmum c. 3. *His neſcio an poſteriores quidquam adiecerint. Populariter adoleſcentibus ea explicare ſtudui Chreſtom. Plin. n. 66. E Plinio ſua hauſit, ſed non ſine corruptione* Iſid. 6, 10. *Elogium acutum et pro ratione illius temporis elegans eſt* Caſſiod. Var. 11, 38. *Caeterum iam more noſtro primum videamus, quibus Subſtantiuis iungatur.* Chartae combuſtae cinis Scribon. 114. 237. Quinctil. . . . Quum aperto codice chartas explicaret. Inopia chartae minus multa ad me ſcribit Cic. Att. 5, 4 *extr.* Sonitus fragiles chartarum *intell. laceratarum* Lucret. 6, 111. ¶ 2 *Iam formulas loquendi ponemus ſolito ordine, appoſito ſolo Plinii nomine bis, quae loco, quem ex 13, 11 dedimus, continentur. Igitur* Amphitheatrica charta *et* Auguſta *e* Plinio *iam indicatae ſunt.* Bibula Plin. Epiſt. 8, 15. Claudia Plin. Corneliana, *ſi audimus* Iſidor. 6, 10 a Cornelio Gallo Aegypti praefecto primum confecta. Vlpian. l. 4 D. de bonor. poſſeſſ. ſec. tab. Chartae appellatio et ad nouam chartam refertur et ad Deleticiam. *Vid.* PALIMPSESTVS. Cic. ad Q. Fr. 2, 15 Calamo et atramento temperato, charta etiam dentata, res agetur, *i. dente apri aut alius animalis leuata et polita.* Emporetica Plin. Epiſtolares chartae *dicuntur in* Lemmate Martial. 14, 11. Faunia Plin. Ineptae chartae *in quibus ſcriptum eſt, quod nullius momenti, aut attentione indignum* putatur. Hor. Epiſt. 2, 1, 270

Nec praue factis decorari verſibus opto.
Ne rubeam pingui donatus munere, et vna
Cum ſcriptore meo capſa porrectus aperta
Deferar in vicum vendentem tus et odores,
Et piper, et quidquid chartis amicitur ineptis.

*Huc pertinet* Iuuen. 13, 116 Cur In carbone tuo charta pia tura ſoluta Ponimus? Soluta, *i. explicata et aperta* charta, *qua inuolutum tus fuerat.* Leneotica *et* Liuiana Plin. *it.* Macrocolla. Plumbea *quae vocatur* Sueton. Neron. 20 *improprie haec nomen habet.* Laminam *melius nominat* Plin. 34, 18. Vlpian. l. Libror. appellatione. §. Quod tamen D. de Leg. 3 Nam nec chartae Purae debentur libris legatis, nec chartis legatis libri debebuntur. *Et tamen mox videbimus* chartarum *nomine libros intelligi.* Saitica Plin. Salutatrix; *i. epiſtola* Martial. 9, 101. Scabrae Plin. Epiſt. 8, 15. *i. inaequales, in quibus adhaereſcit facile calamus.* Taniotica Plin. *Sed dedimus ex Harduini editione* Leneotica. ¶ 3 *Verborum formulae.* Vlpian. l. Libror. appellatione §. Chartis leg. D. de Leg. 3 Chartis legatis neque papyrum ad chartas paratum, neque chartae nondum perfectae continebuntur. Cic. pro Rabir. Poſt. 39 Auditae viſaeque merces: fallaces quidem et fucoſae, chartis et linteis et vitro celatae. *Sic Lambin. al.* delatae. *Illud vtraque videtur lectio dicere ſub faſcibus dictarum mercium aliud, pecuniam nempe latuiſſe.* Hor. Serm. 1, 4, 36 Et quodcunque ſemel chartis Illeuerit, omnes Geſtiet a furno redeuntes ſcire. *Et ibid.* 138 Vbi quid datur oti Illudo chartis. *Vtrumque ad negligentiam ſcribendi refertur.* *Deterius* Cacata charta n. 4. *Sic* Mart. 6, 64 Scribere verſiculos, miſeras et Perdere chartas. Ouid. Epiſt. 1, 62 Digitis charta Notata meis. *i. epiſtola.* Cic. Att. 2, 20 De republica breuiter ad te ſcribam: iam enim charta ipſa ne nos Prodat, pertimeſco. Scribere in charta auerſa Mart. 8, 62. *Vid.* OPISTHOGRAPHVM. ¶ 4 *Pro libris chartaceis ponitur frequenter.* Anus charta haec loquatur Cat. 66, 64. *i. libro prodantur haec duraturo ad ſeram aetatem.* Cacatae chartae Catull. 37, 1 Annales Voluſii *vocantur ſummi contemptus cauſa, vid.* Illinere *et* Illudere chartis n. 3. Hor. Epiſt. 2, 1, 161 Serus enim Graecis admouit acumina chartis. *de Romanis.* Cic. pro Cael. 40 *de libris Philoſophorum,* Chartae quoque, quae illam priſtinam ſeueritatem continebant, obſoleuerunt. Catull. 1, 6 Omne aeuum tribus Explicare chartis Doctis Iuppiter! et Laborioſis. *i. libris tribus. Sic* Seren. Samon. 729 Tertia namque tibi ſimul et centeſima Liui Charta Docet. Perſ. 5, 62 Nocturnis Impalleſcere chartis. Mart. 10, 2 At chartis nec furta Nocent, nec ſaecula praeſunt, Sola que non norunt haec monumenta mori. Cic. de Diu. 1, 20 c. 12 Voces triſtificas chartis Promebat Hetruſcis. Hor. Carm. 4, 8, 21 Neque ſi chartae ſileant, quod bene feceris. *Et* 4, 9, 31 Non ego te meis chartis inornatum Sileri, Totue tuos patiar labores. Ouid. Tr. 3, 1, 41 Nullus in hac charta verſus amare docet. Vacare chartis Mart. 7, 79. *Conf.* Hor. Epiſt. 1, 13, 6. *Vnum addimus* Sidon. Ep. 1, 11 Temporibus Auguſti Maioriani venit in medium charta comitatum, ſed carens indice (*titulo*) verſuum plena Satiricorum, mordacium *etc.* *Eſt deſcriptio libelli famoſi.*

CHARTĬNA, ae. f. *pro* Charta *eſſe dicitur* Priſcian. lib. 4 *Sed nihil inuenio.*

CHARTVS, i. *Antique. Legitur* e Lucilio *apud* Nonium 3, 40 Vbi nunc Socratici charti.

CHARTŬLA, ae. f. Dimin. [χαρτίον] Cic. Fam. 7, 18 Miror quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, quam haec non ſcribere. ¶ 2 *Pro tabulis vel ſcriptis publicis aut priuatis ponitur v. g.* l. 2 Cod. Theod. de Tabulariis, quam fideliter dederint adminiſtratarum ſuo tempore chartularum apud acta rationem. *Et* l. 8 C. Th. de filiis mil. apparit. In chartularum miniſterio eſſe. Prud. Periſt. 1, 75 Chartulas *dixit pro* Actis *et narratione Martyrii. Add.* Paullin. Nolan. Ep. 39 *extr. et* 47 *extr. Hinc*

CHARTVLARIVS, i. *Officii nomen eorum, qui* chartulas *tractant,* Commentarienſibus, Tabulariis, Notariis *ſimiles, de quibus dedita opera Dufreſnius.* Vet. Gloſſ. Χαρτογράφος, Χαρτοφύλαξ. Chartularii Magiſtrorum equitum et peditum ſunt l. 5 C. Th. de diu. Officiis. L. 3 *pr.* C. de Cano. largitional. titulor. Leo et Anthemius *aiunt,* Praecepit noſtra ſerenitas, neque veloci curſui, neque alii — grauamini ſubiacere chartularios, qui de cohortalibus officiis vniuſcuiuſque prouinciae largitionales titulos retractare conſtituuntur. *Sed hi vt et* Eccleſiae Chartularii *ad inferiorem aetatem, extra noſtros circulos conſtitutam, pertinent.*

CHARTACEVS. Adi. [χάρτινος] *E charta conſtans.* Vlpian. in l. librorum appellatione D. de Leg. 3 Quod ſi in codicibus ſint membraneis, vel chartaceis, vel etiam eboreis, vel alterius materiae, *etc.*

CHARTEVS. *Aliud* Adi. Auſon. Epiſt. 10, 40 Tota ſupellex vatum chartea.

CHARTARIVM, i. n. *Locus, vbi aſſeruantur chartae, tabularium, Chartophylacium.* Hieron. ad Ruff. 3, 6 Cur eam in Romanae Eccleſiae chartario non requiris. Inſcriptio Romae; LOCVS VALERIANI CHARTARII.

CHARTARIVS. Subſt. *Chartarum confector aut venditor.* Vet. Gloſſ. *et* Diomed. 1 p. 313. *Adi.* Plin. 18, 10 Hoc aerariae officinae, chartariaeque vtuntur. Calamus Apul. Flor. p. 346. Apul. de Herb. 1 Naſcitur chartariis locis. *Humelbergius interpretatur paluſtribus, qualibus papyrus naſci ſolet, e qua chartae ſiunt. Sed ſuſpicatur etiam* charadriis, χαραδρίοις, *vbi ſpeluncae, foſſae et valles.*

CHARTIATĬCVM, i. n. [χαρτιατικόν] in l. penult. D. de bon. damn. *et apud Zonaram, tom. 3 putatur eſſe, quod pro charta officialibus praebebatur. Nam miniſtris magiſtratuum chartas praeſtitas ex* Frontino de Aquaeductib. 2 *intelligere licet. Vid. Cuiacium,* Obſervat. 4, 18. *Nonnulli legunt* Carceraticum *al.* Chariſticum. *Vid. ſupra.*

CHARTOPRATES, ae. m. *Chartae venditor.* Tit. 17 lib. 11 Cod. *agit* de collegiatis et chartopratis, et numulariis. *In ipſa lege de* chartae venditione *conſtituitur, ad quos pertineat.*

CHARVS, *vid.* CARVS.

CHARYBDIS, is. f. [Χάρυβδις] *Locus maris periculoſus nautis inter Calabriam et Siciliam, Siciliae propior, vti* Scylla *Italiae, quod contrarios fluctuum curſus facit, et rapta quaeque abſorbet, et reiicit. aqua enim nunc abſorbetur et tendit in profundum, nunc eleuatur in altum.* Virg. Aen. 3, 420 *ab mari Ionio venienti Aeneae dicitur:*

Dextrum Scylla latus, laeuum implacata Charybdis
Obſidet, atque imo barathri ter gurgite vaſtos
Sorbet in abruptum fluctus, rurſusque ſub auras
Erigit alternos, et ſidera verberat vnda.
At Scyllam *etc.*

Seruius *ad h. l.* Charybdis in Siciliae parte poſita femina fuit voraciſſima ex Neptuno et Terra genita, quae, quia boues Herculis rapuit, a Ioue fulminata eſt, et in mare praecipitata. Vnde naturam priſtinam ſeruat: nam ſorbet vniuerſa, quae prehendit, et ſecundum Salluſtium ea circa Tauromenitanum egerit litus. Plin. 3, 8 ſ. 14 In eo freto eſt ſcopulus Scylla, item Charybdis, mare vorticoſum, ambo clara ſaeuitia. Virg. Aen. 3, 558 Et pater Anchiſes, nimirum haec illa Charybdis: Hos Helenus ſcopulos, haec ſaxa horrenda canebat, *vid.* SCYLLA. Ouid. Met. 7, 62 Ratibusque inimica Charybdis Nunc ſorbere fretum nunc reddere *dicitur.* Sil. 2, 307 Claſſibus et refluo ſpectauimus aequore raptis Contorta e fundo reuomentem tranſtra Charybdin. *Et* 14, 255 Et qui correptas ſorbentem vorticis hauſtu, Atque iterum e fundo iaculantem ad ſidera puppes, Tauromenitana cernunt de ſede Charybdim. Sen. Epiſt. 79 Si forte obſeruaueris, fac nos certiores, an verum ſit, quidquid illo freti turbine arreptum eſt, per multa millia trahi conditum, et circa Tauromenitanum litus emergere. Pacat. Pan. 26 Charybdin loquor, quae, cum plena nauigia abſorbuerit, dicitur tamen reiectare naufragia, et contortas fundo rates Tauromenitanis litoribus exponere. Auida Charybdis, *i. Rapax* Ouid. Met. 14, 75. *Metaphor.* Cic. de Orat. 3, 162 c. 41 Deinde videndum eſt, ne longe ſimile ſit ductum, Syrtim patrimonii, ſcopulum libentius dixerim: Charybdin bonorum, voraginem potius: facilius enim ad ea, quae viſa, quam ad illa, quae audita ſunt, mentis oculi feruntur. Ouid. Rem. Amor. 740 Hic vomit et potat Dira Charybdis aquas. Cic. de Aruſp. Reſp. 59 Quam denique tam Immanem Charybdin Poëtae fingendo exprimere potuerunt, quae tantos exhaurire gurgites poſſet, *etc.* Cic. Verr. 5, 145 Non enim Charybdin tam Infeſtam, neque Scyllam nautis, quam iſtum in eodem freto fuiſſe arbitror. hoc etiam iſte infeſtior, quod multo ſe pluribus et maioribus canibus ſuccinxerat. Irrequieta Ouid. Met. 13, 730 vorat raptas reuomitque carinas. *Et ex* Ponto 4, 10, 27 Ter licet epotum ter vomat illa fretum. Sen. Thyeſt. 580 Mare, Quod Rapax hauſtum remouit Charybdis. Iuuen. Sat. 15, 17 Saeua dignus veraque Charybdi. Vaſta Catul. 62, 156. *Et* Prop. 2, 20, 53 Alternas reuomet Vaſta Charybdis aquas. Cic. Philipp. 2, 67 c. 27 Quae Charybdis tam vorax? Zanclaea Ouid. Faſt. 4, 499. *et* Tr. 5, 2, 73 Vel me Zanclaea Charybdis Deuoret. Domeſtica Charybdis Sidon. Ep. 9, 6. *i. meretrix. Sic ipſe* Hor. Carm. 1, 27, 19

Ah miſer
Quanta laboras in Charybdi,
Digne puer meliore flamma.

Sanguinis Charybdis Prudent. Hymn. ante Somn. v. 107. *de beſtia apocalyptica. Prouerbialis eſt, neſcio quam antiquus, verſiculus,* Incidit in Scyllam, qui vult vitare Charybdin: *quem vel de infortuniis intelligunt, vel de eo, quod ait* Horatius Sat. 1, 2, 24 Dum vitant ſtulti vitia, in contraria currunt.

CHASMA, ătis n. [χάσμα] Hiatus, vorago, terrae fragor Vet. Gloſſ. *Nempe* χάσκειν *et* χάζειν *hiare eſt, Os aperire, qua forma Ebraei etiam de terrae hiatibus vtuntur.* Vlpian. D. de cenſibus. l. Forma. §. Quare etſi, Si agri portio chaſmate perierit, debebit per cenſitorem releuari. *Conf.* Seru. ad Aen. 9 *pr.* Sen. Nat. Quaeſt. 6, 9

6, 9 Si quando exeſa ceciderint, *etc.* tunc chaſmata, tunc vaſti hiatus aperiuntur. *De terrae motibus loquitur.* Vlpian. in l. Quum res. §. Item ſi fundus. D. de legat. 1 Item ſi fundus chaſmate perierit, Labeo ait vtique aeſtimationem non deberi. ¶ 2 *Etiam inter meteora eſt* Chaſma. Plin. 2, 26 Fit et caeli ipſius hiatus, quod vocant chaſma. Sen. Quaeſt. Nat. 1, 14 Sunt Chaſmata, cum aliquod caeli ſpatium diſcedit, et flammam dehiſcens velut in abdito oſtendit. Seru. *ad* Aen. 9, 20 Medium video diſcedere caelum; Chaſma dicit factum, id eſt ſubitam aëris diſceſſionem et quendam receſſum: per quod vult videri inter chaſma ſe Irim recepiſſe. — Sane chaſma eſt (Ita enim Plinius vocat) diſruptio, et quidam caeli diſceſſus.

CHASMATĪAS, ae. m. [χασματίας] Terraemotus dictus, quum mouente ſe terra huiuſmodi hiatus exiſtunt. Ammian. 17, 16 Chaſmatiae, qui grandiori motu patefactis ſubito voratrinis terrarum partes abſorbent, vt in Atlantico mari Europaeo orbe ſpatioſior inſula *etc.*

CHAVS, i. m. *Ceruarius lupus.* Plin. 8, 19 ſ. 28 Pompeii Magni primum ludi oſtenderunt chaum, quem Galli raphium vocant, effigie lupi, pardorum maculis. *Sed vid.* CHAMA.

## C H E

CHELAE, ārum. [χηλαί] *Scorpii brachia ſunt: i. anterior pars Scorpii ſigni caeleſtis, quae* Libra *alias vocatur.* Macrob. Somn. Scip. 1, 18 Libram, id eſt Scorpii chelas mox oriri videmus. *Hinc* Ouid. Met. 2, 195

Eſt locus in geminos vbi brachia concauat arcus
Scorpios, et cauda flexiſque vtrinque lacertis
Porrigit in ſpatium ſignorum membra duorum.

Martian. Cap. 8 p. 282 Scorpius tam ſuum ſpatium corpore, quam Chelis occupat librae — Denique Chelas, quam Libram dicimus, quidam dixere Graii. Auſon. Eclogar. de rat. dier. v. 6 p. 549, A cancro in chelas, aequato tempore noctis Atque dii *etc.* Manil. 4, 203 Librantes noctem chelae cum tempore lucis Menſurae tribuent vſus, et pondera rerum. *Aperte reſpicit ad* Librae *nomen.* Virg. Georg. 1, 33 Qua locus Erigonem inter, Chelasque ſequentes Panditur. Erigone *Virginis ſignum, quod Libra ſequitur.* Cic. in Arat. v. 293 Et paucae e Chelis ſtellae: ſimul anguitenentis Sunt genua. Lucan. 1, 659 Scorpion incendis cauda, Chelasque peruris. German. Arat. 88 Atque ſe dorſo ſinuabit lubricus anguis, Inſigni caelum perfundent lumine chelae. Lucan. 2, 692 Iam coeperat vltima Virgo Phoebum laturas ortu praecedere Chelas. *Dicit autumnale fuiſſe aequinoctium: quod fit octauo Calendas Octobris, Sole in Libra poſito.* Hygin. Poët. Aſtr. 3, 25 Scorpii prior pars, quae chelae dicuntur. Id. 3, 22 Chelas *Cancro ſideri tribuit, quae* Cornua, Furcas, Forficulas, *alii vocant. Graecis* χηλαὶ *etiam vngulas biſulcas quadrupedum notant.*

CHELĪDON, ŏnis. [χελιδών] *Latine dicitur Hirundo. Hinc*

CHELIDONIA. [χελιδονία] *Inter Ficorum genera recenſetur.* Plin. 15, 18 Seroque ſub hiemem matureſcere *dicit, an ſub* Hirundinis *diſceſſum? Meminit et* Columel. 10, 415 Purpureaeque chelidoniae, pinguesque mariſcae. ¶ 2 Chelidonia [χελιδόνιον] *Herbae genus.* Plin. 8, 27 ſ. 41 Chelidoniam viſui ſaluberrimam Hirundines monſtrauere, vexatis pullorum oculis illa medentes. Idem 25, 8 ſ. 50 Animalia quoque inuenere herbas, inprimisque Chelidoniam. Hac enim Hirundines oculis pullorum in nido reſtituunt viſum, vt quidam volunt etiam erutis oculis. Genera eius duo: Maior fruticoſa caule, folio paſtinacae erraticae ampliore, ipſa altitudine duum cubitorum. Colos albicans, flos luteus. Minori folia ederae rotundiora, minus candida. Succus croci mordax: ſemen papaueris. Florent aduentu Hirundinum, diſceſſu marceſcunt. — Vtuntur et per ſe ſucco ¶ 3 in Collyriis, quae Chelidonia appellantur ab ea. ¶ 4 Chelidoniae *gemmae* duorum ſunt generum: hirundinum colore; et altera parte purpureae, nigris interpellantibus maculis. ¶ 5 *Aſpidis genus eſſe* Chelidoniam *dicunt apud Galenum. Huc forte referas* Plin. 37, 11 ſ. 72 Taos, *gemma,* pauoni eſt ſimilis, item aſpidi, quam vocari chelidoniam inuenio. *Sed quatuor vltima verba e MSS. quae Harduinus vidit, exulant.*

CHELIDONIAS, ae. m. Plin. 2, 47 Fauonium — quidam Chelidoniam vocant, ab hirundinis viſu.

CHELIDONII. Lapilli, *qui* in ventre pullorum hirundinis reperiuntur, magicis narrati artibus Plin. 11, 37 ſ. 80.

CHELIDONIVM. *Tauri montis promontorium.* Plin. 5, 27 Taurus mons ab Eois veniens litoribus, Chelidonio promontorio diſterminatur. Priſcianus in Periegeſi, Partibus extremis Pamphylia clauditur Iſtro, Atque Chelidoniae rupes clauduntur eodem.

CHELON, i. n. [χηλὸν] *Idem eſſe videtur quod* Chela, χηλὴ, *quomodo forte etiam ſcribendum eſt. Nempe* Vitruu. 10, 15 *in deſcriptione* Catapultae. Item Chelo (ſiue Manuela dicitur) longitudo foraminum III. *Et* 10, 17 Ex his dentur duae partes ei membro, quod Graeci χηλὸν vocant. *Et mox* extantia cheles foraminis S. *Mox* Cheloni reptum *memoratur. Illud ſolum videtur conſtitui poſſe, intelligi anſae aliquid aut manubrii ſimile, quod neruum attractum contineat, ab inſecta forte lacuna ita dictum, quod neruum vt fiſſura vngulae recipit.*

CHELONE. [Χελώνη] *Teſtudo eſt apud Graecos, vnde res quaedam nomina accepere. Fabulam de* Chelone *Virgine ad nuptias Iouis venire detrectante, et ideo ſua cum domo in fluuium a Mercurio praecipitata, habes apud* Seru. *ad* Aen. 1, 509.

CHELONIVM, *et plur.* CHELONIA, *vel* CHELONARIA *in deſcriptione machinationis ad onera tollenda* Vitruu. 10, 2 *ſunt velut vmbilici aut anſae, quae affiguntur arrectariis, in quas ceu in armillas coniecti ſucularum cardines verſantur. Dicta volunt* Chelonia *a ſimilitudine tegumenti teſtudinis animalis, quod* χελώνη *dicitur, et ipſa teſta* χελώνιον. *Horum* cheloniorum mentio *etiam* Vitruu. 10, 5 *et* 21. *Multum eſt ſimilitudinis inter haec* chelonia, *et illud quidquid eſt machinationis, de quo modo actum ſub* CHELON. *Itaque neſcio, an non melius* Chela, *quam a* Chelone, *i. teſtudine, deriuetur. A teſtudine ſine dubio eſt*

CHELONIA. *Gemma.* Plin. 37, 10 ſ. 56 Chelonia oculus eſt Indicae teſtudinis, vel portentoſiſſima Magorum mendaciis. Melle enim colluto ore impoſitam linguae, futurorum ſcientiam praeſtare promittunt: quintadecima Luna et ſilente, tota die: decreſcente vero ante Solis ortum, caeteris diebus a prima in ſextam horam. ¶ 2 Chelonia, *Herba cyclaminus,* i. m. Apul. de Herb. c. 17.

CHELONITIDES. *Gemmae* teſtudinum ſimiles: ex quibus ad tempeſtates ſedandas multa vaticinantur Plin. 37, 10 ſ. 56.

CHELONOPHĂGI, *inquit* Plin. 6, 24 ſ. 28 In Carmaniae angulo ſunt, teſtudinum ſuperficie caſas tegentes, carne veſcentes. *Nempe hae, vt ait idem* lib. 10 Adeo in Indico mari magnae ſunt, vt ſingularum ſuperficies habitabiles caſas integant. *Add.* Mela 3, 8.

CHELȲDRVS, i. m. [χέλυδρος] *Serpens a neſcio qua cum chelye ſ. teſtudine, animali, ſimilitudine, et aqua quam incolat, dictus. Neque enim verum, forte a librariis modo corruptum eſt, quod* Seru. *ad* Virg. Georg. 3, 415 Chelidros *ait eſſe* quaſi Cherſydros: *quos etiam ſatis diſtinguit* Lucan. 9, 710 Natus et ambiguae coleret qui Syrtidos arua Cherſydros, tractique via fumante chelydri. Colum. 10, 378 *de cucumere anguino,* Modo more chelydri Intortus cucumis praegnansque cucurbita ſerpit. Virg. Georg. 3, 414 Diſce et odoratam ſtabulis accendere cedrum, Galbaneoque agitare graues nidore Chelydros. Meduſei chelydri, *dicti a Meduſa, cuius crines ſerpentes erant* Sil. 7, . . . Id. 2, 536 Flammam immanesque chelydros *tribuit Tiſiphonae. Add.* 9, 464. Id. 5, 355 Somnum tacto miſiſſe Chelydro. Virg. Georg. 2, 214 Et tophus ſcaber, et nigris exeſa chelydris Creta. Nigris, *ait* Seruius, *i.* Nocentibus.

CHELYON, i. n. [χέλυον] *Teſtudinis operimentum, ſ. teſta.* Plin. 6, 29 ſ. 34 Deferunt *Troglodytae* plurimum ebur, rhinocerotum cornua, hippopotamorum coria, chelyon teſtudinum. *Sic Hard. Al.* Celtium teſtudinum, *vt ad illas quoque referantur* coria. *Hermol. Barbarus ſuſpicatur* Celetum teſtudinum. *Idem Harduinus etiam* 9, 10 ſ. 12 *ſic dedit,* Troglodytae cornigeras habent *teſtudines,* vt in lyra, annexis cornibus latis, ſed mobilibus, quorum in natando remigio ſe adiuuant. Chelyon id vocatur. *Etiam hic alii* Celtium genus id vocatur. *Sed ait Harduinus ſuam lectionem eſſe e MSS.*

CHELYS. f. [χέλυς] *Teſtudo apud Graecos etiam animal: Latinis inſtrumentum muſicum, quod ex* teſtudinis teſta *parauit prim* *Mercurius. Eſt tamen pro animali etiam in* Vet. Epigr. *quod* Petronic *tribuitur* p. 682 Burm. Sic Phoebea chelys *(teſtudo adhuc in ouo delitescens)* vinclo reſoluta parentis Lucinae tepidis naribus oua fouet, *calore excluditur. Ad Mercurii inuentum alludens* Auienus ex Arato i Lyrae ſidere, Eſt chelys illa dehinc, tenero qua luſit in aeuo Mercurius curua religans teſtudine chordas. *Eſt igitur hic* Chelys *eadem quae* Lyra. Aptans Pieriam chelyn Orpheus Sen. Herc. Oet. 1033 Exuere chelyn, *i. deponere* Stat. Silu. 4, 6, 30. Fatiſcit chelys Iden Silu. 4, 4, 33. Intendere Stat. Silu. 1, 5, 11. *Cui contrarium eſt* Laxare Idem Silu. 4, 4, 33. Siue chelyn digitis et eburno pectine pulſas A. Paneg. ad Piſon. 154. Sen. Troad. 321 Leui canoram verberans plectro chelym. Redimire chelyn Stat. Silu. 4, 8, 35 *eſt feſta laetitiae ſignum. Sed et poſt finitum cantum Apollo ap.* Stat. Theb. 6 366 chelyn lauro ſubligat.

CHEMIA, ae. [χημεία] *Celebratiſſimae artis nomen, quae mut tionem metallorum ignobiliorum in nobiliora, et ſpeciatim* χρυσοποιΐα *promittit. Al.* Chimiam, *vel* Chymiam *ſcribunt. Ab Arabibus auctu articulo nomen,* Alchemia. *Volunt nempe* χήμην *eſſe fornaculam, qua tantae res peraguntur. Antiquiſſimum auctorem laudant nomin* Firmicum 3, 15. *Sed ibi, in editione certe Aldina 1499 eſt* Alchimia.

CHEMNYS, Inſula in quodam lacu Aegypti, quae lucos ſiluasqu et Apollinis grande ſuſtinens templum natat, et quocunque venti agur pellitur. *Verba* Pomponii Melae 2, 9.

CHEMŌSIS. [χήμωσις] *Elatio eſt ambientis oculum membranc quae album quoque appellatur: affectus albae carnis perſimilis. Ex h Finit. Medic. apud Galen. Conf.* Oct. Horatian. 1, 10.

CHENALOPĔCES, [χηναλώπεκες] *Ex Anſerum ſunt genere,* anſerini generis, *quod ſolum memorat* Plin. 10, 22 ſ. 29. *Nam* 10, 6 ſ. 80 *nihil aliud, quam hoc,* Irrita oua — concipiunt — columbae, gallinae, perdices, pauones, anſeres, chenalopeces. *Eſt autem nomen* ἀπὸ τῦ χηνὸς καὶ ἀλώπεκος *compoſitum, hoc eſt ex vulpe et anſere. Vnde et* Vulpanſerem *Aeliani interpres tranſtulit. Anſerem enim ſpecie, vulpem calliditate refert. Aquilae et felis iniuriam facil propulſat. Aucupi ad nidum accedenti obuiam prodit, vt interim pull elabendi ſpatium praebeat. Vid. Aelian.* 15, 51.

CHĒNEROS, ōtis. m. [χηνέρως] *Auis, quae nomine ſuo aliqu delicatum et amatum promittit, quaſi tu* anſerum amabilem *dicas.* Pli 10, 22 ſ. 29 Anſerini generis ſunt Chenalopeces, et, quibus lautires epulas non nouit Britannia, Chenerotes, fere anſere minores. *S Harduinus e MSS. pro vulgato* fero anſere minores: *cum* ferum anſ rem *nec Plinius, neque quisquam alias memoret.*

CHENISCVS. [χηνίσκος] *Latinis Anſerculus eſt, vnde et pupp extremum, quod ornatus gratia, ad capitis et colli anſeris ſimilitudine effictum erat,* cheniſcum *appellarunt.* Apuleius Met. 11 p. 264 Pupp intorta cheniſco. *De forma* cheniſci, *vid. Scheffer. de Mil. Nau. Graecis et monumentis* 2, 6 p. 158 ſq.

CHENOBOSCIVM, i. n. [χηνοβοσκεῖον] *Locus, vbi anſeres aluntur.* Columel. 8, 14, 1 Qui vero greges nantium poſſidere ſtudent, chenoboſcia conſtituant. *Conf.* Varr. R. R. 3, 10, 1 *vbi* χηνοβοσκεῖον.

CHENOMYCHON, Herba, ad cuius aſpectum expaueſcunt anſeres Plin. 21, 11.

CHENOPVS, [χηνόπυς] *Quaſi tu* Anſeripedem *dicas, Herba quae habet effigiem anſerini pedis.* Plin. 11, 8 Ceras ex omnium arborum ſatorumque floribus confingunt, excepta rumice, et chenopode.

CHENOTROPHIVM. *Idem, quod* Chenoboſcium. Columel. 8, 1, 4 χηνοτροφεῖα, *vbi nutriuntur anſeres et aliae volucres aquaticae* nantium volucrium, quae ſtagnis piſcinisque laetantur, auiaria.

CHERAMYDES, *Lapidis genus pretioſi.* Plin. 37, 10 ſ. 56 Cheramydes eadem eſſet, quam oſtracitem vocant, niſi quod hanc cen leae interdum bullae cingunt. *Sed haec lectio eſt e coniectura Her. Barbari, qui eam ex Strabone hauſit. Editur* Calamitis, *vel vt Har* Cadmitis.

CHERNITES, *Genus lapidis ebori ſimillimi, in quo condebant corpora.* Plin. 36, 17 ſ. 28 Mitior eſt autem ſeruandis corporibus nec abſumendis chernites, ebori ſimillimus, in quo Darium cond tum ferunt.

CHERRONĒSVS, *ſiue* CHERSONĒSVS. [Χεῤῥόνησος] *(nil enim differunt) Peninſula eſt, ſ. pars orbis terrarum anguſto tantu collo, quem Iſthmum vocant, reliquae terrae continens, caeterum ma circumfuſa. Ita memorantur a* Plinio 11, 37 ſ. 73 Cherroneſus a Propontidem. *Et* 19, 5 ſ. 30 Cherroneſus Taurica. *Et* 31, 2 ſ. Cherſoneſus Rhodiorum *in oppoſita Caria. Sed quaſi proprium ſibi h nomen vindicat ea, quae adhaeret Thraciae, vt* Nepos Milt. 1 Accidi vt Athenienſes Cherſoneſum colonos vellent mittere, *etc. Sic etia* Li

Liu. 31, 16. *et* 36, 41. Plin. 4, 11 ſ. 18 Biſanthe Macron Tichos dictum, qua a Propontide ad Melanem ſinum inter duo maria porrectus murus procurrentem excludit Cherſoneſum. *Et* 18, 7 ſ. 12 *de tritico*, Leuiſſimum eſt Gallicum, atque e Cherſoneſo aduectum. *De orthographia variant libri, cum modo vno* n, *modo duobus ſcribatur: quod etiam in aliis ex* νῆσος *compoſitis* deprehenditur.

CHERRONENSIS. Patronymicum, *qui eſt in, vel e Cherroneſo.* Cic. in Piſon. 86 c. 35 Byzantii, Cherronenſes, Theſſalonica.

CHERSONESĬCE. Adu. Varro de L. L. 4, 31 p. 34, 2 Inciſos fuſtes faculas. Has phancillas Cherſoneſice dicunt faſces. *Sed fluctuat vehementer lectio, quae Scaligerum plane incertum reddidit. Neque certi quid aut veriſimile adeo, Scioppiana habet editio.*

CHERSĪNA, ae. *Genus eſt teſtudinis terreſtris, de quo* Plin. 9, 10 ſ. 12 Sunt et terreſtres, quae ob id in operibus Cherſinae vocantur, in Africae deſertis, qua parte maxime ſitientibus arenis ſqualent, roſcido, vt creditur, humore viuentes.

CHERSOS, i. f. [ἡ χέρσος] *Graecis proprie Terra inculta dicitur. Sed* Martial. 14, 88 *poſuiſſe videtur pro teſtudinis genere, quam* Cherſinam *vocari docet Plinius. Vid.* CHERSINA. *Nempe* Guſtatorium *introducitur ibi dicens*, Femineam nobis Cherſon, ſi credis ineſſe, Deciperis, pelagi maſcula praeda ſumus. *Eſt igitur* Cherſos *terreſtris teſtudo, eadem, vt alia in ſuo genere deteriora, dicta* femina, *vel* feminea.

CHERSȲDROS. [χέρσυδρος] *Serpens, qui tam in aquis, quam in terris moratur.* Lucan. 9, 710 Natus et ambiguae coleret, qui Syrtidos arua Cherſydros. Ambiguae Syrtidos, *quae nunc ſicca eſt, et terrae ſimilis, nunc aqua obruta: in vtroque elemento viuit Cherſydrus, et nomen ab vtroque habet.* Plin. 22, 7 ſ. 8 *de Eryngio*, Illinitur plagis, peculiariter efficax contra cherſydros ac ranas.

CHERVBIN, *Si audimus* Iſidorum 7, 5 Sublimes caelorum poteſtates, et angelica miniſteria perhibentur. Prudent. Cath. 4, 4 Patri, qui Cherubin, ſedile ſacrum, Nec non et Seraphin ſuum ſupremo Subnixus ſolio tenet regitque. *Facit itaque* Cherubin *ipſum velut thronum Dei. Conf.* Iſid. l. c. *Et vid. Voſſ. ad* Catull. p. 196.

CHERVSCI. [Χερȣ̃σκοι] *Populi Germaniae circa fluuium Albim.* Claud. Conſ. Honor. 4, 451 Ingentes Albim liquere Cheruſci.

CHESIPPVS, *Nomen detortum ad contumeliam (a Graeo* χέζω *etc.)* Cic. de Natur. Deor. 1, 93 c. 34 Zeno *(Epicureus)* Chryſippum nunquam niſi Cheſippum vocabat.

## C H I

CHILIAS, ădis. [χιλιὰς] *Numerus, qui mille continet.* Gell. 1, 16 Mille enim non pro eo ponitur, quod Graece χίλιοι dicitur, ſed quod chilias: et ſicuti vna chilias, et duae chiliades, ita vnum mille, et duo millia, certa atque directa ratione dicitur.

CHILIARCHVS, i, *vel* CHILIARCHA, ae. m. *Qui praeeſt mille militibus, vel decem centurionibus.* Curt. 5, 2, 2 Alexander praemia propoſuit de virtute militari certantibus. Nouem, qui fortiſſimi iudicati eſſent, ſingulis militum millibus praefuturi erant, Chiliarchas vocabant; tum primum in hunc numerum copiis diſtributis. *Res a Perſis videtur ſumta.* Nepos 9, 3 Conon ad regem miſſus primum ex more Perſarum ad Chiliarchum acceſſit, qui ſecundum gradum imperii tenebat; nemo ſine hoc admittitur.

CHILIODYNAMIS, [χιλιοδύναμις, *Dioſcoridi*] *ſ.* CHILIODYNAMA. Plinio 25, 6 ſ. 28 *vbi ita ait:* Polemoniam alii Philetaeriam a certamine regum inuentionis, appellant *(h. e. dum certant, a Polemone, an a Philetaero inuenta ſit)* Cappadoces autem Chiliodynamam, radice craſſa, exilibus ramis, quibus in ſummis corymbi dependent, nigro ſemine, caetero rutae ſimilis. Naſcitur in montuoſis. Chiliodynama *vocatur a mille poteſtatibus, ſ. virtutibus.*

CHILIOPHYLLON. [χιλιόφυλλον] *Herba, quae notioribus nominibus* Achillea, *et* Militaris herba *dicitur.* Chiliophylli *nomen accepit, a multitudine foliorum.* Apul. de Herb. c. 18 *et* 88.

CHĪLO. [Χίλων] *Philoſophus Lacedaemonius, vnus ex ſeptem ſapientibus Graeciae, de quo ponere lubet verba* Plinii 7, 32 Mortales oraculorum ſocietatem dedere Chiloni Lacedaemonio, tria praecepta eius Delphis conſecrando aureis literis, quae ſunt haec: Noſſe ſe quemque (γνῶθι σεαυτὸν) et nihil nimium cupere (μηδὲν ἄγαν) comitemque aeris alieni atque litis eſſe miſeriam (ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα). Quin et funus eius, cum victore filio Olympiae exſpiraſſet gaudio, tota Graecia proſecuta eſt. *Primam producit, v. g.* Auſon. in Ludo p. 293 Chilo, cui patria eſt Lacedaemon, Noſcere ſe ipſum. *Add.* p. 278 ſqq. ¶ 2 Chilo *etiam Romanum cognomen, de quo* Feſtus, Chilo dicitur cognomento a magnitudine labrorum. *Nempe* χεῖλος *labrum ſignificat.* Chariſius 1 p. 87 Cilones dicuntur, quorum capita oblonga et compreſſa ſunt. Chilones autem cum aſpiratione ex Graeco a labris improbioribus, quae illi χείλη. vnde Chilones, Improbius labrati. *Eadem fere* Velius Long. p. 2234 *et* Caper p. 2242.

CHIMAERA, ae. f. [χίμαιρα] *Nobile monſtrum Poëtarum, quod deſcribamus* Lucretii *verbis* 5, 902

Qui fieri potuit, triplici cum corpore, vt vna
Prima Leo, poſtrema Draco, media ipſa Chimaera
Ore foras acrem efflaret de corpore flammam?

*Ex illo Graeco Homeri et Heſiodi* πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα. *Nempe* χίμαιρα capra *eſt, quod nomen toti monſtro haeſit, vnde patet pronomen* ipſa *in Lucretii verſiculo non eſſe otioſum. In* Epigr. *Pithoe.* l. 4 p. 129 *ita deſcribitur*, Ore leo, tergoque caper, poſtremaque ſerpens Belua tergemino mittit ab ore faces. *Hinc* Auſon. Gripho 82 Triplex compago chimaerae. *Inde elegans illa* Horatii *metaphora ad puerum obſoleti ſcorti amore captum*, Carm. 1, 27, 24 Vix illigatum te triformi Pegaſus expediet Chimaera. *Nempe Pegaſo inſidens Bellerophon Chimaeram interfecit. Vid.* Hygin. f. 57. *Caeterum* Ouid. Met. 9, 646 Quoque chimaera iugo mediis in partibus hircum *(haec verior lectio: al. ignem)* Pectus et ora leae caudam ſerpentis habebat. *Quamquam de* igni, *quem ſpirabat, non eſt dubitandum: et caprinae parti ſpeciatim ignis tribuitur* Triſt. 4, 7, 14 Eſſe Chimaeram, A truce quae flammis ſeparet angue leam. Seruius *explicans illud* Virgil. Aen. 6, 288 Flammiſque armata Chimaera. Typhonis et Echidnae filiam *dicit: tum*, Reuera, *inquit*, mons eſt Lyciae, cuius hodieque ardet cacumen, iuxta quod ſunt leones, media autem paſcua ſunt, quae capreis abundant: ima vero montis, ſerpentibus plena. Hunc Bellerophontes habitabilem fecit, vnde Chimaeram dicitur occidiſſe. Plin. 2, 106 Flagrat in Phaſelide mons Chimaera, et quidem immortali diebus et noctibus flamma. Ignem eius accendi aqua; extingui vero terra, aut foeno (*ſ.* fimo) Gnidius Cteſias tradit. Cic. de Natur. Deor. 1, 107 c. 38 Quid quod earum rerum (imagines in animum incurrunt) quae nunquam omnino fuerunt, neque eſſe potuerunt, vt Scillae, vt Chimaerae? *Hic locus forte occaſionem dedit, vt* Chimaeras *poſteri vocarent omnia ludentis animi, vel corruptae Phantaſiae ludibria.* Flammam tetro ſpirantes ore chimaeras Lucret. 2, 704. Tremendae flamma chimaerae cecidit Horat. Carm. 4, 2, 16. Aetnaeos efflans faucibus ignes Virgil. Aen. 7, 302. Igneae ſpiritus Horat. Carm. 2, 17, 13. *De ſenſu morali* Chimaerae *vid. Plut. de Virt. mul.* c. 10. *More ſuo nugas et ſapientiam hic miſcet* Fulgent. Mythol. 3, 1. *Breuiter Venereae voluptatis impetus vehemens eſt inſtar Leonis, patratio ſalax, vt caper, exitus morſum habet ſerpentis.* ¶ 2 Chimaera *eſt Nauis nomen apud* Virg. Aen. 5, 118 ſqq. *Et* Sil. 14, 498 *ab inſigni, vt videtur.*

CHIMAERĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. *Vt*, Lycia Chymaerifera Ouid. Met. 6, 338.

CHIMERĬNVS. [χειμερινὸς] *Hibernus.* Martial. 9, 19 *in* Earinum: Si daret Autumnus mihi nomen, Oporinos eſſem: Horrida ſi Brumae ſidera, Chimerinos.

CHINEA, *Specula. Legitur* Catull. 68, 32 Brixia Chineae ſuppoſita ſpeculae. *Sed nemo explicat. Turnebus* Echineae *ſcribendum eſſe credit, ab* Echino, *vt hoc monti nomen ab aſperitate inditum eſſe exiſtimemus: ſic* Echinades, *vel ab* Echinorum *copia, vel ab aſperitate nomen ſortitae dicuntur, auctore Stephano: et* Echinus *nomen erat Vrbis Acarnaniae. Caeterum, ſi* Chineae *probetur, tamen pro* Echineae *dictum erit, vt* ructo, *pro* ἐρεύγω, *ſuppreſſo* ε, *et* νέρτερος, *pro* ἐνέρτερος. *Haec ille. Iſ. Voſſius* Cycneae *legit, et collem, cui impoſita eſt arx Brixiae, a* Cycno, *antiquo Ligurum rege, ſic dictum arbitratur.*

CHIŎNE, es. [Χιόνη] *Nomen mulieris a niue ductum:* Martial. 3, 34 Digna tuo cur ſis, indignaque nomine, dicam: Frigida es, et nigra es: non es, et es Chione. ¶ 2 Chïone *Aquilonis filia, a qua et Neptuno natus eſt Eumolpus. Vid.* Hygin. f. 157 *et Munck.* ¶ 3 Alia *Daedalionis filia, mater vno partu ex Mercurio Autolyci, et Philammonis ex Phoebo* Ouid. Met. 11, 300 ſqq. Nata erat huic Chione, *etc.*

CHIONIDES, *Eumolpus ex Chione* 2. Ouid. ex Ponto 3, 3, 41 At non Chionides Eumolpus in Orphea talis.

CHIOS. [Χίος] *Inſula maris Mediterranei, ad oram Ioniae cum oppido, poſita inter Samum et Lesbum, ex aduerſo maxime Erythrarum*, quam Aethaliam Ephorus priſco nomine appellat. Metrodorus et Cleobulus Chiam, a Chione nympha: aliqui a niue: et Macrin, et Pityuſam: *Haec* Plin. 5, 31 ſ. 38. Lucan. 8, 195 Quas Samiae cautes, et quas Chios aſperat vndas. Hor. Epiſt. 1, 11, 21 Romae laudetur Samos, et Chios, et Rhodos abſens.

CHĪVS, a, um. Adi. [Χίος, Χιακὸς] *Priorem producit, cum tamen* Chios *Inſula priorem corripiat.* Horat. Serm. 2, 3, 115 Si poſitis intus Chii, veteriſque Falerni Mille cadis, *etc.* Horat. Serm. 1, 10, 24 At ſermo lingua concinnus vtraque Suauior, vt Chio nota, ſi commixta Falerni eſt. *Et* Carm. 3, 19, 5 Quo Chium pretio cadum Mercemur. *Laudat etiam* Scribon. 26 *et* 36. V. A. Chiae ficus etiam celebrantur Varr. R. R. 1, 41, 6. Columel. 10, 414. *De his* Martial. 7, 24 Infanti melimela dato fatuaſque mariſcas, Nam mihi, quae nouit pungere, Chia, placet. *Et* 13, 23 Chia ſeni ſimilis Baccho, quem Setia miſit, Ipſa merum ſecum portat, et ipſa ſalem. Calpurn. 2, 81 Mille renidenti *(i. hianti, fiſſo)* dabimus tibi cortice Chias. Marmor Chium Plin. 5, 31 ſ. 38. Terra Chia *medicamentoſa* Plin. 36, 16. *Quod primam producit* Chius *adiectiuum, inde eſt, quod contracta eſt: vt enim* Delos, Delius *facit, ſic* Chios, Chiius. *Interim* Auienus *in* Arat. 173 Curua Chii caelo cum ſurgent brachia ſigni. *Et* 251 Huc falcata Chii repſerunt cornua monſtri. *De Scorpio caeleſti ſigno agit vterque verſus. Vid.* Schol. German. p. 94. *Nempe in Chio inſula Orion a Scorpione percuſſus.*

CHĪRAGRA, *ſ.* CHERAGRA, ae. f. [χειράγρα] *Dolor manuum ipſos articulos afficiens.* Plin. 24, 19 *de* farina ſeni Graeci, Medetur parotidi, podagrae, chiragrae, articulis, *etc.* Tortorem metuis? podagra cheragraque ſecatur Caïus et mallet verbera mille pati Martial. 9, 93. Sed nil patrono porrigit, haec cheragra eſt Id. 1, 99. Articulorum vitia, podagrae chiragraeue Celſ. 2, 8. Dolere nerui ſolent in podagra chiragraue Idem 1, 9. *Conf.* Sen. Ep. 78. Perſ. Sat. 5, 58 — Sed quum lapidoſa cheragra, Fregerit articulos veteris ramalia fagi. Horat. Epiſt. 1, 1, 31 Nodoſa corpus nolis prohibere cheragra. Idem Serm. 2, 7, 15

Scurra Volanerius, poſtquam illi iuſta Cheragra
Contudit articulos, qui pro ſe tolleret, atque
Mitteret in phimum talos, mercede diurna
Conductum pauit.

*Obſerua, quod ad hunc locum monuit Bentleius*, Cheragra *ſcribi in bonis libris, et ſcribendum eſſe, quoties prima corripiatur*, χέραγρα.

CHIRAGRĬCVS. Adiect. *Qui hoc morbo laborat.* Celſ. 4, 27. Manus Chiragrica Sidon. Ep. 3, 13.

CHIRAMAXIVM, i. n. *Ploſtellum, quod manu ſeruorum trahitur.* Petron. 28 Praecedente chiramaxio, in quo deliciae eius ferebantur. *Vid. Scheffer. de Re vehic.* 2, 18.

CHIREMBOLON. [χειρέμβολον] Vox Graeca, qua vtitur Vlpianus in l. 1 §. 3 D. nautae, caupones, ſtabularii. Et ſunt quidam in nauibus, qui cuſtodiae gratia nauibus praeponuntur, vt ναυφύλακες et diaetarii. Si quis igitur ex his receperit, puto in exercitorem dandam actionem: quia is, qui eos huiuſmodi officio praeponit, committi eis permittit. quamquam ipſe vel nauicularius, vel magiſter id faciat, quod Graeci χειρέμβολον appellant. *Significat autem, vt Alciato placet in Parergis, haec vox Manus immiſſionem. Hic vero, Signum, quod magiſter in prora ſedens dat, quum nautis imperat, vt aliquid faciant, ſeu aliquem recipiant, vel non.* Cuiac. *obſ.* 27, 31 Facere χειρέμβολον *interpretatur, Traditam ſibi rem, aut mercem dare in manum cuſtodis aut diaetarii.*

CHIRIDŌTA, ae. f. [χειριδωτὴ] *Quid eſſet veſtimenti, explicabimus verbis* Gellii 7, 12 Tunicis vti virum prolixis vltra brachia, et vsque in primores manus, ac prope in digitos, Romae atque omni in Latio indecorum fuit. Eas tunicas Graeco vocabulo noſtri chiridotas appellauerunt: — *deinde ponit verba P. Africani contra P. Sulpicium Gallum* — qui in conuiuiis adoleſcentulus cum amatore cum chiridota tunica inferior accubuerit — *Denique* Virgilius quoque, *inquit*, tunicas huiusmodi quaſi feminias ac probroſas criminatur (Aen. 9, 616) Et tunicae manicas, et habent redimicula mitrae. *Salmaſ.*

*Salmaſ. ad* Capit. Pertin. c. 8 p. 549 b, Chiridotas Dalmatarum *hanc ſcripturam vindicat, cum ſit a* χειρὶς, ἰδὸς, *quae manica eſt.*

CHIROCINETA. [χειροκινητὰ] *Quae manu mouentur, titulus operis* Democriti Plin. 24, 17 ſ. 102. *Sed*

CHIROCMETA, [χειρόκμητα] *legendum eſſe, oſtendit Salmaſ. ad Solin.* p. 775, a. *tum in* Plinii l. c. *tum apud* Vitruu. 9, 3 p. 182 *vbi ſic editur*, Admiror etiam Democriti de rerum natura volumina, et eius commentarium, quod inſcribitur χειροτονητὸν, in quo etiam vtebatur annulo, ſignans cera ex milto, quae eſſet expertus. *Emendat, vt caetera praetereamus, Salmaſius* χειροκμήτων, *ſ.* chirocmeton. *Nempe titulus libri erat* χειρόκμητα, *i. de iis, quae manu artifice fieri et elaborari poſſunt, in hoc libro Democritus ea, quae ipſe expertus eſſet, et a ſe ipſo quoque facta indicare vellet, annulo ſuo cerae rubrae impreſſo ad marginem ſignabat : vt ſi quis hodie experimentis ad philoſophiam naturalem pertinentibus, et a ſe deſcriptis iis, quae ſibi ſucceſſiſſe cum fide indicare vellet, ſignum annuli, ſ. ſigilli ſui apponeret. Add. Menag. ad Diog. Laert.* 9, 49.

CHIROGRAPHVS, *et* CHIROGRAPHVM, i. n. [χειρόγραφον] *Eſt, quod quis manu ſua ſcripſit, quod Graeca compoſitio ſatis indicat ;* χεὶρ *enim manus eſt,* γράφω *autem ſcribo : fuerit itaque* Chirographum *ſimpliciter manuſcriptum. Plerumque vero, certe ſenſu quodam ſolemniore*, Chirographum, *Cautio manu alicuius ſubſcripta, annuloue obſignata, quam ipſe inſitiari nequit. Et tamen ſaepe ſunt, quod canit* Iuuen. Sat. 13, 137 Vana ſuperuacui chirographa ligni. *i. tabellae ceratae.* Officina Chirographorum, *vid.* OFFICINA. Chirographi appellatione vti nos pro Actionibus ipſis palam eſt, quum venditis chirographis intelligimus nomen veniſſe. *Haec* Iulian. in l. qui chirographum. D. de legat. 3. *Nempe, qui* Chirographum *debitoris ſui vendidit, ille tranſtulit in emtorem ius agendi cum eo, qui dedit Chirographum.* Cic. Philipp. 1, 16 An commentariolis et chirographis et libellis ſe vno auctore prolatis, ac ne prolatis quidem, ſed tantummodo dictis, acta Caeſaris firma erunt : quae ille in aes incidit — pro nihilo habebuntur? Quinctil. 5, 13, 8 Chirographum *contra nos erit?* De ſimilitudine literarum diſſerendum. Id. 9, 2, 73 Ream tuebar, quae ſubieciſſe dicebatur marito teſtamentum, et dicebantur chirographum marito exſpiranti heredes dediſſe. Cic. Fam. 7, 18 ad Trebatium, Itaque quum veſtrae Cautiones infirmae ſunt, Graeculam tibi miſi cautionem chirographi mei. *Reſpicit epiſtolam ſemigraecam, qua illum commendauit Caeſari,* Exemplar chirographi Planc. ad Cic. Fam. 10, 21. Scaeuola in l. creditor. D. de action. emti, Cuius chirographa tributorum a debitore retro ſolutorum apud ſe depoſita habebat. Vlpian. in l. ſolutione. D. ad exhibend. Solutione chirographo Inani facto, et pignoribus liberatis, nihilominus creditor, vt inſtrumenta ad eum contractum pertinentia ab alio, quam debitore exhibeantur, agere poteſt. Annotare proprio chirographo l. 30 D. de Teſtam. Conuincere chirographo Cic. Philipp. 2, 8 c. 4. Credere, et fidem habere chirographis Idem Fam. 16, 21. Dare Sen. de Benef. 2, 23. Cic. Fam. 12, 1 Cuius aera refigere debebamus, eius etiam chirographa Defendimus. *Contrarium eius, quod paullo ante dedimus ex* Phil. 1, 16. Cic. de Clar. Orat. 277 Seſeque chirographa, teſtificationes, indicia, quaeſtiones, manifeſtam rem Deferre diceret, *etc.* Quinctil. 6, 3, 100 Chirographus verus in tabulis Eſt. Cic. de Natur. Deor. 3, 74 c. 30 Id quoque L. Labienus fecit, quum chirographum ſex primorum Imitatus eſt. *Add.* Sueton. Aug. c. 64. *it.* Tit. c. 3. Vlpian. in l. ſeruum. §. eum qui. D. de legat. 1. Eum, qui chirographum Legat, debitum legare, non ſolum tabulas, argumento eſt venditio. Cic. Fam. 10, 21 At Lateranenſis vir ſanctiſſimus ſuo chirographo Mittit mihi literas. Idem Fam. 2, 13 Extrema pagella Pupugit me tuo chirographo. Vlpian. in l. ſeruum. §. eum qui. D. de leg. 1 Nam quum chirographa Veneunt, nomen veniſſe videtur. Vti chirographo et ſigno Cic. Att. 2, 20. Aſconius in Cic. Verr. 1, 91 c. 36 Inter ſyngraphas et caetera chirographa hoc intereſt, quod in caeteris tantum, quae geſta ſunt ſcribi ſolent : in ſyngraphis etiam contra fidem veritatis pactio venit, et non numerata pecunia, aut non integre numerata, pro temporaria voluntate hominum ſcribi ſolent, more inſtitutoque Graecorum : et caeterae tabulae ab vna parte ſeruari ſolent: ſyngraphae ſignatae vtriusque manu, vtrique parti ſeruandae traduntur. *Haec ille. Conf. ibi Hotomann. et Salmaſ. de modo vſur. c. 10.*

CHIROGRAPHARIVS, a, um. Adi. *Vt*, Vlpian. in l. ſi vt certo §. denique D. commod. Si tibi codicem commodauero, et in eo chirographarium debitorem tuum cauere feceris, *etc.* Paullus in l. bonis venditis D. de priuilegiis credit. Reſpublica creditrix omnibus chirographariis creditoribus praefertur. *Eſt et* Chirographaria pecunia: *et* Chirographarium debitum. l. vnica C. Etiam ob chirographariam pecuniam pignori teneri.

CHIRON, ōnis. [Χείρων] *Saturni et Philyrae filius.* Seruius in Georg. 3, 93 Dum cum amata Philyra Saturnus coiret, Ops vxor eius aduenit, cuius praeſentiam veritus, ſe in equum conuertit — Exinde natus eſt Chiron, dimidia parte homo, dimidia equus. *Huic a Thetide Achilles puer commendatus, quem ipſe, ſimul Aeſculapium nutriuit et docuit. Vid.* Stat. Achill. 1, 100 ſqq. Plin. 7, 56 Herbariam — et medicamentariam a Chirone Saturni et Philyrae filio *inuentam volunt.* Chirurgiam ex herbis *vocat* Hygin. f. 274. Apul. de Herb. 12 Has tres Artemiſias Diana (ἡ Ἄρτεμις) dicitur inueniſſe, et virtutes earum et medicinam Chironi Centauro tradidiſſe, qui primus de his verbis medicinam inſtituit. Ouid. Met. 2, 630 *Phoebus Aeſculapium, ex ſe et Coronide*, natum, flammis vteroque parentis Eripuit, Geminique tulit Chironis in antrum. *i. duplici corpore, humano et equino. Hinc vocatur* Semifer Stat. Silu. 2, 1, 89. *Et* Ouid. Met. 2, 633. *Phillyrides vocatur a matre* Virgil. Georg. 3, 550. *In caelo eſt* Sagittarius ſ. Centaurus, *de quo* Hygin. Poët. Aſtron. 2, 38 Pietate et diligentia effecit, vt inter aſtra numeraretur. Apud hunc Hercules cum diverteretur, et ſimul cum Chirone ſedens ſagittas conſideraret, fertur vna earum decidiſſe ſupra pedem Chironis, et ita eum interfeciſſe. Alii autem dicunt, Centaurum miratum, quod tam breuibus ſagittis, tam magna corpora Centaurorum interfecerit, ipſum contendere arcum conatum : itaque ex eius manu ſagittam prolapſam in pedem eius incidiſſe : pro qua re Iuppiter eius miſertus inter ſidera eum conſtituit, *etc.*

CHIRONION. [χειρώνιον] *Herba.* Plin. 25, 4 ſ. 13 Tertium panaces Chironion cognominatur ab inuentore. Folium eius lapatho ſimile, maius tamen et hirſutius. flos aureus, radix parua. naſcitur in pinguibus locis. Ibid. cap. 6 ſ. 30 Centaurio curatus dicitur Chiron, quum Herculis excepti hoſpitio pertractanti arma ſagitta excidiſſet in pedem : quare aliqui Chironion vocant.

CHIRONIA *Genus vitis, a Chirone inuentae.* Plin. 25, 4 ſ. 16. *et* 23, 1 ſ. 17.

CHIRONOMVS, i. m. [χειρονόμος] *Qui manibus certa lege motis geſticulatur et ludit.* Iuuen. Sat. 6, 63 Chironomon Ledam molli ſaltante Bathyllo, Tuccia veſicae non imperat. *i. Ledam blanditias Ioui geſtu facientem.*

CHIRONOMIA, ae. f. [χειρονομία] *Ars recte vtendi manuum, totiusque adeo corporis motu.* Quinctil. 1, 11, 17 *vbi ſuaſit, vt futuri oratores etiam palaeſtricis operam dent, inter alia ait :* Cum praeſertim haec Chironomia, quae eſt, vt nomine ipſo declaratur, *lex geſtus*, et ab illis temporibus Heroicis orta ſit, et a ſummis Graeciae viris, atque ab ipſo etiam Socrate probata, a Platone quoque in numero ciuilium poſita virtutum, a Chryſippo in praeceptis de Liberorum educatione compoſitis non omiſſa, *etc. Sunt enim, et hic plura de illa* Chironomia, *et huc pertinet totum caput vndecimi libri tertium.*

CHIRONOMON, ŏntos, *totum Graecum Participium videtur* χειρονομέω, *geſticulor.* Iuuen. Sat. 5, 121 Saltantem ſpectas, et chironomonta volanti Cultello. *quod repetit* Sariſber. Policr. 1, 4 *Conf.* Sidon. Ep. 4, 7.

CHIROTHECA, ae. f. [χειροθήκη] *Manuum tegmen. Eius vſum priſcis ignotum fuiſſe, vult Caſaubonus in Athen. 12, 2. Hic poſuimus propter nomen.*

CHIROTHECATVS. Adi. Sariſb. 3, 3 Chirothecatus inceſſit.

CHIROTHECARIVS, i. m. Gloſſ. Qui chirothecas facit.

CHIROTONETON, *vid.* CHIROCINETA.

CHIRVRGVS, i. m. [χειρουργὸς] *Medicus vulnerarius, a manuum operatione ita vocatur.* Vtitur Scribon. 201. 208. 209. Plin. 7, 2 *appellat* Medicum vulnerum ; *et Romae legitur haec Inſcriptio* CHRESTAE. CONSERVAE. ET. CONIVGI. CELODVS. ANTINOVS. DRVSI. MEDICVS. CHIRVRGVS. *Et* Grut. p. 400, 7 MEDICVS CLINICVS CHIRVRGVS OCVLARIVS. Martial. 1, 31 Chirurgus fuerat nunc eſt veſpillo Diaulus. Celſus 7, 1 *poſt breue eius medicinae quae manu curat elogium et hiſtoriam*, Eſſe autem, *inquit*, Chirurgus debet adoleſcens, aut certe adoleſcentiae propior : manu ſtrenua, ſtabili, nec vnquam intremiſcente, eaque non minus ſiniſtra quam dextra promtus, acie oculorum acri claraque ; animo intrepidus, immiſericors, ſic vt ſanari velit eum, quem accepit, non vt clamore eius motus vel magis quam res deſiderat properet, vel minus, quam neceſſe eſt, ſecet : ſed perinde faciet omnia, ac ſi nullus ex vagitibus alterius affectus orieretur. *Caeterum fines chirurgi hos eo in loco facit.* Ipſe huic parti ea reliqui, in quibus vulnus facit medicus, non accipit ; et in quibus vulneribus vlceribusque plus profici manu quam medicamento, credo : tum quidquid ad oſſa pertinet.

CHIRVRGIA, ae. f. [χειρουργία] *Ratio manu curandi aegros. Metaph.* Cic. Att. 4, 3 Sed ego diaeta curari incipio, chirurgiae taedet. Scribon. Comp. 200 Neque chirurgia ſine diaetetica, neque haec ſine chirurgia perfici poſſunt. Veget. Mulom. 2, 13, 1 Chirurgia appellatur, quodcunque (ſ. quandocunque) ſecatur ferro, vel cauteriis vritur : quae cum ſit omnibus membris animalium, praecipue tamen capitis neceſſaria eſt medicina. *Cicero igitur l. c. vt et arma deteſtatur, blandiora malorum publicorum priuatorumque remedia requirit.*

CHIRVRGICE, es. f. [χειρουργική] *Pars illa medicinae, quae manu ſ. chirurgia curat.* Celſ. praef. Iisdem temporibus in tres partes medicina diducta eſt, vt vna eſſet quae victu, altera quae medicamentis, tertia quae manu mederetur. Primam διαιτητικὴν, ſecundam φαρμακευτικὴν, tertiam χειρουργικὴν Graeci nominauerunt.

CHIRVRGICVS, a, um. Adi. Hygin. Fab. 274 Chiron Centaurus, Saturni filius artem medicinam Chirurgicam ex herbis primus inſtituit.

## C H L

CHLAMYS, ȳdis. f. [χλαμὺς] *Proprie Veſtis militaris, quae et Paludamentum dicitur, auctore Nonio 14, 11. Itaque quod eſt* Tac. Ann. 12, 56 Aurata chlamys *qua Agrippinam in ludis Claudii vſam ait*, Plin. 13, 3 Paludamentum aureum textile — *vocatur. Vid. Ferrar. de Re Veſt.* 2, 3, 1. Plaut. Pſeud. 2, 4, 45 *Cum Sycophanta ornandus eſt militarem in modum*, Etiam opus eſt Chlamyde, et machaera, et petaſo. Virg. Aen. 8, 588 — Ipſe agmine Pallas In medio chlamyde et pictis conſpectus in armis. Macrobius in Somn. Scip. 2, 9 Veteres omnem habitabilem terram extentae chlamydi ſimilem eſſe dixerunt. *Praeceſſerat :* Quanto longior eſt tropicus circus Septentrionali circo, tanto Zona ( *temperata inter vtrumque circum incluſa* ) verticibus quam lateribus anguſtior eſt : quia ſummitas eius in arctum extremi cinguli breuitate contrahitur ; deductio autem laterum cum longitudine tropici ab vtraque parte diſtenditur. Denique Veteres *etc.* Chlamys veri luminis Trebell. Claud. 17 *interprete Salmaſ. p. 403 ſunt veri coloris, nempe purpurei.* Cic. pro Rabir. Poſth. 10 c. 10 L. vero Scipionis, qui bellum in Aſia geſſit, Antiochumque devicit, non ſolum cum chlamyde, ſed etiam cum crepidis in Capitolio ſtatuam videtis. *vt rem inſolitam memorat, et a Romanis moribus abhorrentem.* Aurata chlamys Virg. Aen. 5, 250. Id. ib. 11, 775 Tum croceam chlamydemque, ſinusque crepantes Carbaſeos fuluo nodum collegerat auro. Auct. ad Heren. 4, 60 *habitus citharoedi deſcribitur*, Optime veſtitus, palla inaurata indutus, cum chlamyde purpurea, coloribus variis intexta. Ouid. Met. 14, 393 *de Pico rege in auem mutato*, Purpureum chlamydis pennae traxere colorem, Fibula quod fuerat, veſtemque momorderat aurum, Pluma fit. *Chlamys igitur fibula conſtringebatur* ſub collo. Virg. Aen. 3, 484 Fert picturatas auri ſubtemine veſtes Et Phrygiam Aſcanio chlamydem. *acu pictam, quod Phrygium opus eſt.* Sidonia, Purpurea Virg. Aen. 4, 136. *Sic* Spartana, *Veſtis militaris ex purpura Laconica tincta* Iuuen. Sat. 8, 101. Circumdata limbo chlamys Virg. Aen. 4, 136, Ouid. Met. 2, 734 *de Mercurio placere cupiente*, Chlamydemque vt pendeat apte Collocat vt limbus, totumque appareat aurum ? *Breui enim chlamyde vtentem hunc deum inducit* Mart. Capella p. 3 Ac iam pubeſcentes genae ſeminudum eum incedere, chlamydeque indutum parva inuelatumque caetera humerorum cacumen obnubere *etc.* Vid.

CHLAMYDA. Diſſibulare, *i. Fibula ſua ſoluere* Stat. Theb. 6, 57. Indutus chlamydem Tyriam Ouid. Met. 5, 51. It tergo demiſſa Stat. Silu. 1, 1, 43. *ab humeris pendet : in deſcriptione ſtatuae equeſtris Coloſſeae.* Sinuatam implere frigore, *i. aëre adſpirante* Stat. Theb. 10, 139. Texere chlamydes Claud. de Chlamyde 8. Suam qui Vndantem chlamydem quaſſando facit Plaut. Epid. 3, 3, 54. Ad

Id. Perſ. 1, 3, 75. ¶ 2 Lamprid. Alex. Seu. 67 *Conſtantinum alloquens*, Tu, eos (Eunuchos) eo loci habes, vt nec chlamyde vti iuſſeris. *Honoratior itaque tum* chlamys *et militiae illuſtrioris vel proprie ita dictae, vel Palatinae inſigne. Rurſus* Imperatores Gratianus, Valentinianus et Theodoſius l. 1 C. Th. de habitu, quo vti oport. Sine exceptione temporis matutini, duntaxat intra moenia conſtitutus nullus Senatorum habitum ſibi vindicet militarem: ſed Chlamydis terrore depoſito, quieta colobiorum ac penularum induat veſtimenta. *Mox in Senatu et in Iudiciis* Togatos *eſſe iubent. Vid. Iac. Gothofr. ad leg. cit.* ¶ 3 Chlamys, *inter Puerilia veſtimenta numeratur ab* Vlpiano in l. veſtis. D. de auro et arg. leg. Puerilia ſunt, quae ad nullum alium vſum pertinent, niſi ad puerilem: veluti togae praetextae, aliculae, chlamydes, pallia quae filiis noſtris comparamus. *Conf.* Plaut. Merc. 5, 2, 71 *Etiam Ludicrus vel ſcenicus habitus eſt* Suet. Calig. c. 19. *et* Ner. c. 25. *it.* Horat. Epiſt. 1, 6, 40. *Veſtis quoque muliebris* Virg. Aen. 4, 137.

CHLAMY̆DA, ae. f. *Idem.* Apul. Met. 10 p. 253, 31 Adeſt luculentus puer, nudus, niſi quod ephebica chlamyda Siniſtrum tegebat humerum — quem caduceum et Virgula Mercurium indicabant. *Vid. quae ſub* Chlamydem Collocare *modo de Mercurio obſeruata ſunt. Idem* Apul. Met. 11 p. 269, 11 *in deſcriptione ſuae initiationis, de ſeque adeo*, Byſſina quidem ſed floride depicta veſte conſpicuus. Et humeris dependebat pone tergum, talorum tenus, pretioſa chlamyda. *Conf.* Non. 14, 12.

CHLAMYDĀTVS, a, um. Adi. [χλαμυδωτὸς] *Chlamydem indutus.* Cic. pro Rabir. Poſt. 27 c. 10 Videmus chlamydatum L. Syllam imperatorem, *de ſtatu eius, quod vt peregrinum, et a Romanis moribus alienum, profert.* Plaut. Rud. 2, 2, 9 Qui tres duceret chlamydatos cum Machaeriis. Pſeud. 4, 2, 8 Quis hic eſt homo chlamydatus. *Conf.* Id. Poen. 3, 3, 6 *et* 31. *Vel militaris, vel viatorius habitus eſt.*

CHLAMYDV̆LA, ae. f. Diminut. [χλαμύδιον] *Laudatur* Plaut. Poen. Tu ſume chlamydulam. *Sed ibi non reperitur: nec forte alias.*

CHLOE, es. f. [χλοὴ] *Herba viridis: Cereris Epitheton. Pauſan.* ¶ 2 *Nomen* puellae *apud* Hor. Carm. 3, 9, 9 Me nunc Threſſa Chloë regit, Dulces docta modos, et citharae ſciens.

CHLORION. *Auis.* Plin. 10, 29 Chlorion quoque qui totus eſt luteus, hieme non viſus circa ſolſtitia procedit. *Gaza* Vireonem *vertit.*

CHLORIS. [Χλωρὶς] *Filia Amphionis, Nelei vxor, cui peperit Neſtorem et alios filios. Vid.* Hygin. f. 10. *Add. Burm. Catal. Argonautarum ad Val. Flaccum in* Mopſo. *Noſtri praeſertim inſtituti eſt ea,* ¶ 2 *quae Dea florum ponitur: quae quum nympha eſſet non ignobilis, et Zephyro nuberet, quaſi dotis loco id muneris a marito accepit, vt florum omnium poteſtatem haberet. Narrat ipſa apud* Ouid. Faſt. 5, 195 Chloris eram, quae Flora vocor, corrupta Latino Nominis eſt noſtri litera Graeca ſono, *etc. Eſt enim locus longior. Vid.* FLORA.

CHLORITES. Gemma herbacei coloris, quam dicunt Magi inueniri in ſcyllae auis ventre Plin. 37, 10.

## C H O

CHOA. [χόα] *Nomen menſurae Graecum volunt eſſe; ſed illud eſt* CHVS. ¶ 2 *Quaeritur, quid ſibi velit* Choa *in illo* Quintil. 8, 6, 52 Aenigma vitium meo quidem iudicio, quo tamen oratores nonnunquam vtuntur: vt Caecilius, Quadratariam Clytaemneſtram: in triclinio Choam; in cubiculo Nolam. *De quadrantaria Clytaemneſtra ſ. l. pro* Choa *habent quidam libri* Coa. *Si quid omnino dicendum ſit, nondum poenitet caeteris interpretationibus praetuliſſe eam, quae eſt Alciati Parerg. iur. 2, 12 probataque Voſſio Inſtit. Orat.* ., 11, 1, 5 p. 206. *innui hoc aenigmate Clodiam procacem laſciuamque* in triclinio, *et ad* Coitum *vltro inuitantem ac pellicientem*, nolendo *deinde, vbi in cubiculum atque ad rem ventum eſſet, amatores cupidos vel luſiſſe, vel pecunia emunxiſſe. Aliam, quam ſolam huic praeferre poſſimus, damus in* NOLA.

CHOACVM, i. n. *Emplaſtrum ap.* Celſ. 5, 19, 2 *al.* Coacum *melius puto, cum reſpectu ad Coum Hippocratem.*

CHOASPES, is. m. *et* CHOASPE, es. f. [Χόασπις] *Medorum fluuius, ad fines Perſidis in Tigrim defluens, cuius aquae tam ſunt ſuaues, vt finitimi reges non alia aqua ad pocula vtantur.* Tibull. 4, 1, 140 Nec qua vel Nilus, vel regia lympha Choaſpis. Profluit: *Vbi laudat Brouckhuſius Barn. Briſſon. de Regno Perſar. 1 p. 59. et Franc. Fernand. de Cordoua Didaſcal. multipl. c. 31 vbi inuenitur, quidquid ex antiquitate huc congeri poteſt. In Deorum numero refert.* Choaſpem omnigenam Val. Flacc. 5, 584. *Add.* Curt. 5, 2, 9. 5, 3, 1.

CHOASPITES. *Gemma.* Plin. 37, 10 Choaſpites a flumine dicta eſt viridis, fulgoris aurei.

CHOATRAE. [χοάτραι] *Inter gentes quae circa Maeotim habitant*, Plinio *numerantur* 6, 7. Diri magico terrore Choatrae Valer. Argon. 6, 151.

CHOENIX, ĭcis. f. [χοῖνιξ] *Menſurae antiquum nomen apud Graecos, quo fruges metiebantur. Penultimam corripit auctoritate ipſius Homeri* Od. Τ, 27 *vbi Telemachus* Οὐ γὰρ ἀεργὸν ἀνέξομαι, ὅς κεν ἐμῆς γε Χοίνικος ἅπτηται, καὶ τηλόθεν εἰληλουθώς, *vbi negat, ſe paſſurum, vt otioſus ſit, ſuum qui* modium, *i. cibum, attingant. Hinc interpretantur contra deſidiam dictum Pythagorae, quo probibet* inſidere in Choenice, *otioſum ali. Vid. Barneſ. ad l. c. Eſt autem* Choenix *apud Graecos demenſum diurnum. Modus illius diuerſus indicatur ab antiquis. Vid. Eiſenſchm. de Pond. et Menſ. p. 81 ſq. Nobis ſuffecerit Latinos laudaſſe. Igitur* Rhemnius Fannius v. 67 Heminas recipit geminas ſextarius vnus, Qui quater aſſumtus fit Graio nomine Choenix. *At* Vet. Auct. de Menſur. *apud Goeſ. Agrimenſ.* p. 324 Choenix quinque ſextariis adimpletur, cui ſi ſextum addideris, fit Congius.

CHOENĬCA. *Idem. Vt,* Chlamys, Chlamyda *etc.* Pallad. Oct. 4, 5 Tribus cadis vnam floris menſuram, quam Syri Choenicam vocant, adiicies. *Cur* Syros *nominet, non exputo.* Id. Nou. 20, 1 Virides oliuas ſine oſſibus tundi et in olei metreta choenicas duas mitte. Paulus Feſti, Choenica menſurae genus.

CHOENICION. Diminut. *Modiolus eſt Latine, ferramentum medicinale.* Celſ. 8, 3 Exciditur vero os duobus modis. Si paruulum eſt, modiolo, quem χοινίκιον Graeci vocant; ſi ſpatioſum, terebris. *Vid.* MODIOLVS.

CHOERADES [χοιράδες] *ſunt definiente Humelbergio ad* Apul. de Herb. 2, 10 *qui eas memorat, Indurati adenes, in collo praecipue, in alis et inguinibus naſcentes, Latino vocabulo* Strumae *appellatae.* Choerades *autem dictae videntur ἀπὸ τῶν χοίρων, hoc eſt a ſuibus, qui hoc malo peculiariter infeſtantur, a quibus etiam* Scropharum *et* Scrophularum *nomen traxere. Vid.* Octau. Horat. 8, 9.

CHOERILVS. [Χοίριλος] *Poëta nobilis, non vt alii bonis verſibus, ſed ridiculis. Scripſit enim inepta carmina de Alexandri geſtis; vti tradunt Plutarchus in vita, et* Curt. 8, 5, 8. Horat. Epiſt. 2, 1, 232

Gratus Alexandro regi magno fuit ille
Choerilus, incultis qui verſibus et male natis
Rettulit acceptos, regale numiſma, Philippos.

*Add.* Art. Poët. 356 Choerilus ille, Quem bis terque bonum cum riſu miror.

CHOERILIVM metrum *ab hoc vel alio* Choerilo *dictum. Deſcribit v. g.* Marius Victorinus p. 2558 *ſq. qui exempla ponit*, Nunc age Pierios verſus Dea Calliope: *Item* Incipe Maenalios mecum mea Melpomene. *Sed* Plotius de metris p. 2633 octo *eius* Schemata *habet.*

CHOEROGRYLLVS, i. m. Vulg. Leuit. 11, 5 *quid ſit, diſputat Dilherr. Exerc. T. I. Diſp. p. 97. Vid. Bochart. Hieroz. 3, 33 p. 1008 ſq. qui hoc certe efficit, maioris muris genus eſſe.*

CHOICVS, *vid. ſub* CHVS.

CHOLAS, ae. *Smaragdi genus.* Plin. 37, 5 ſ. 18 Iuba eſt auctor, Smaragdum, quem Cholan vocant, in Arabia aedificiorum ornamentis includi.

CHOLĔRA, ae. [χολέρα] Commune ſtomachi atque inteſtinorum vitium videri poteſt. Nam ſimul et deiectio et vomitus eſt, praeterque haec inflatio eſt: inteſtina torquentur: bilis ſupra infraque erumpit, primum aquae ſimilis, deinde vt in ea recens caro lota eſſe videatur, interdum alba, nonnunquam nigra vel varia. Ergo eo nomine morbum hunc χολέραν Graeci nominarunt. Praeter ea vero quae ſupra comprehenſa ſunt, ſaepe etiam crura, manuſque contrahuntur, vrget ſitis, anima deficit: quibus concurrentibus, non mirum eſt ſi ſubito quis moritur. *Haec* Celſ. 4, 11. Noxia ſi penitus cholerûm ſaeuire venena Perſpicies Samon. 293. *i.* χολερῶν. *Sed quod in lemmate huius loci eſt,* Tuſſi et choleribus medendis, *illud non ab auctore eſſe, ſed a recentiori homine, apparet, qui poneret nominatiuum* Choler. *Sic Reineſ.* Celſ. 2, 13 Sed ſi acutus morbus eſt, ſicut in cholera, ſi febris eſt, vt inter horrores, aſperioribus medicamentis opus non eſt. *Et ibid.* At vomitus, vt in ſecunda quoque valetudine, *etc.* omnibus qui cholera laborant, omnibus etiam cum quadam hilaritate inſanientibus, et comitiali quoque morbo oppreſſis, neceſſarius eſt. Plin. 31, 6 Tormina quoque et choleram calida infuſa clyſteribus ſedat.

CHOLERĬCVS, a, um. Adi. [χολερικὸς] Plin. 20, 14 Mentaſtrum torminibus cholericis efficaciſſimum. *Add.* Id. 24, 13. Scribon. 256 Malagma alterum ſtomachum, aluum, inteſtina, ſoluta habentibus et cholericis prodeſt.

CHOLIAMBVS. [χωλίαμβος] Verſus claudicans, alias Scazon; qui in penultima Iambum, in vltima pro Iambo Spondeum habet; quales ſunt iſti Martial. 5, 29 Vt bene loquatur ſentiatque Mamercus Efficere nullis, Aule, moribus poſſis. *Vid.* Diomedes 3 p. 503.

CHO[illegible]OS, *vid.* CHOLAS. *Haec enim verior lectio.*

CHOMA, ătis. n. *Pl.* [χῶμα] Chomata, *ſunt Aggeres.* Vlp. D. de extraord. crimin. l. 10 In Aegypto qui chomata rumpit vel diſſoluit (hi ſunt aggeres, qui quidem ſolent aquam Niloticam continere) aeque plectitur extra ordinem *etc.*

CHONDRILLE, *ſiue* CHONDRILLON, *vid.* CONDRILLE.

CHONDRIS, [χονδρὶς] *quam* Pſeudodictamnum *nonnulli vocant, Herba eſt foliis dictamno ſimilibus*, ramulis minoribus, *ſed et* minoris effectus, *vt tradit* Plin. 25, 8 ſ. 54. *Add.* 26, 8.

CHORAGIVM, CHORAGVS, CHORALISTRIA, CHORAVLA, CHORAVLES, *vid.* CHORVS.

CHORDA, ae. f. [χορδὴ] *Filum ſ. funiculus ex ouium inteſtinis tortus. Certe primae* chordae *in lyra ſiue teſtudine Mercurii tales traduntur ab Homero Hymno in Mercurium 51* Ἑπτὰ δὲ συμφώνους ὀΐων ἐτανύσσατο χορδάς. *Et Graecis* χορδὴ *proprie inteſtinum eſt. Alio vocabulo dicitur* Fides, fidis. Cic. de Orat. 3, 214 c. 57 Nam voces vt chordae ſunt intentae, quae ad quemque tactum reſpondeant, acuta, grauis, cita, tarda, magna, parua. Querelae dulces chordarum Lucret. 4, 588. Soni chordarum Id. 4, 588. Iuuen. Sat. 15, 5 Dimidio Magicae reſonant vbi Memnone chordae. *De ſtatua Memnonis, quae ſolis orientis tacta radiis citharae ſonum edere putabatur.* Ouid. Amor. 2, 4, 27 Haec Querulas habili praetentat pollice chordas. Virg. in Ciri 178 Non arguta ſonant Tenui pſalteria chorda. Tinnulae Sen. Troad. 833. Tibull. 2, 5, 3 Nunc te Vocales impellere pollice chordas. Stat. Achil. 1, 187 de Chirone

Elicit extremo chelyn, et ſolantia curas
Fila mouet: leuiterque Expertas pollice chordas
Dat puero.

Impulſae Ouid. Met. 10, 145. Praetentare chordas, *eſt Chordarum conſonantiam explorare leui quodam prooemio priusquam carmen ſubiicias.* Ouid. Met. 5, 339 Surgit, et immiſſos edera collecta capillos, Calliope querulas praetentat pollice chordas. Idem Met. 10, 145 Vt ſatis impulſas tentavit pollice chordas. Oberrare eadem chorda Hor. A. P. 356 *non eſt cantilenam eandem repetere: ſed eundem errorem errare ſaepius: quod apparebit, toto loco illo inſpecto, qui talis eſt:*

Vt ſcriptor, ſi peccat idem librarius vsque,
Quamuis eſt monitus, venia caret, vt citharoedus
Ridetur, chorda, qui ſemper oberrat eadem:
Sic mihi, qui multum ceſſat fit Choerilus ille, *etc.*

*Prouerbii rationem in peccandi facilitatem habet illud quoque* Horat. in Arte Poët. 348 Nam neque chorda ſonum reddit, quem vult manus et mens, Poſcentique grauem perſaepe remittit acutum. Idem Carm. 4, 9, 4 Verba loquor ſocianda chordis. *i. facio carmen lyricum.* Ouid. Rem. Am. 336 Non didicit chordas tangere? poſce lyram. ¶ 2 Chorda, *funis.* Taleas chorda diſponere Columel. 5, 9. *Add.* Plaut. Moſt. 3, 2, 54 Chorda tibi tenditur, *i. malum tibi paratur, ſeu arcus neruum intelligamus, ſeu vincula.*

CHORDACISTAE, ae. m. Mart. Capell. 9 p. 313.

CHORDAPSOS. [χόρδαψος] Celſ. 4, 13 Diocles Caryſtius tenuioris inteſtini morbum χόρδαψον, plenioris εἰλεὸν nominauit. *Videtur etymon declarare velle* Veget. Mulom. 1, 41 Exoritur et alia cauſa doloris aſperior, quae Graece chordapſos appellatur, cum praecluſa inteſtina viſcerum vento fumoue ſe vrgente colligant, vsque eo, vt aquam, et cibum, et ſtercus animalia etiam interdum reuomere cogatur. *Add.* 1, 49. Chordapſos *itaque eſt cum* colligant, *et comprimunt ſe inteſtina, vt velut nodo facto nihil transmittant:* ἅπτεσθαι *enim* colligare *eſt, vnde* ἅμμα, *nodus.* Χορδὴν *inteſtinum ſignificare modo monuimus.*

CHORDVS, *ſeu* CORDVS, a, um. Adi. [ὀψίγονος] *Quod ſerius natum eſt. De orthographia ambigitur. Libri et monumenta ſine adſpiratione plerumquè ſcribunt. Ne damnari poſſit* chordus, *intercedit* Varro R. R. 2, 1, 19 Dicuntur agni chordi, qui poſt tempus naſcuntur, et remanſerunt in voluis intimis: vocant χορίον, a quo chordi appellati. *Licet enim ille luſus potius ſit, quam vera etymologia; tamen adſpiratam eſſe a* Varrone *primam literam, apparet. Caeterum idem* Varro 2, 2, 5 Chordi agni duo, *ait*, an numerantur pro vna oue. Plin. 8, 47 Cordos antiqui vocabant poſt id tempus (*quod modo definierat*) natos. *Ad* Homines *etiam pertinere, docet* Quinctil. 1, 4, 25 *vti* nomina ex caſu naſcentium *ducta ponit* Agrippa, Opiter, Cordus, Poſtumus. *Et ſunt aliquot familiae Romanae, in quibus* Cordi *cognomen obſeruamus, vt in* Caeſiis, Cremutiis, Iuliis, Iuniis. *Et forte* Cordia *etiam gens illud nomen a* Cordo *auctore habet.* ¶ 2 *Etiam ad ea, quae e terra naſcuntur, transferri obſeruatur.* Feſtus, Corda frumenta, quae ſero matureſcunt, vt foenum cordum. Plin. 18, 28 ſ. 67 Autumnale fenum, quod vocatur cordum. Fenum cordum eſt *ipſius* Caton. 5, 8. *et* Columel. 7, 3, 21. *Idem* Col. 12, 13, 2 *etiam* Olus cordum *dixit.*

CHOREAE, arum, *vid.* CHORVS.

CHOREVMA, *vid.* CHORVS.

CHOREVS. [χορεῖος] *Pes eſt duabus ſyllabis conſtans, priore longa, breui altera: qui et* Trochaeus *et* Chorius *dicitur.* Cic. in Orat. 212 c. 57 Dichoreus eſt, quum duo extremi chorei ſunt, id eſt, e ſingulis longis et breuibus. Ibid. Trochaeum autem, qui eſt eodem ſpatio, quo choreus, Cordacem appellat: quia contractio et breuitas dignitatem non habeat. *Conf.* Cic. de Orat. 3 c. 50. Quinctil. 9, 4, 82 *et* 136. Mart. Capell. 9 p. 334.


CHOREVSAE Inſulae, *vid.* CALAMINA.

CHORIAMBVS. [χορίαμβος] *Pes ex prima et vltima productis, duabus mediis breuibus: vt,* filiolis. *Dictus* choriambus, *quod ex* Choreo *et* Iambo *compoſitus ſit. Vid.* Diomed. 3 p. 478.

CHORIAMBĬCVS. Adi. *Vt,* Metrum choriambicum Diomed. 3. Sidon. Epiſt. 9, 13.

CHORION. [χορίον] *Membrana foetus, cui is inuolutus eſt.* Varro voluas intimas *ſic vocari putabat. Locum dedimus modo in* CHORDVS. ¶ 2 *Videtur etiam Architectorum vox eſſe* Chorium. Vitruu. 2, 9 Graeci alligant parietum alternis choriis coagmenta — Iſodomum dicitur, cum omnia Choria aequa craſſitudine fuerint ſtructa: Pſeudiſodomum, cum impares et inaequales ordines coriorum diriguntur. *Apparet aut poſteriori loco etiam* choriorum *ſcribendum eſſe, aut in praecedentibus* Coria *ſubſtituenda* Choriis. *Illud videbar mihi intelligere,* Choria *vel* Coria *eſſe parietes tenuiores, ſed firmos, qui intra ſe contineant materiem non ita firmam, quae craſſitiem muro praeſtet. Antiquae editiones* Coria *tantum agnoſcunt. Lectio, quam dedimus, eſt Laetiana ſ. Elzeuiriana.*

CHOROBATES, ae. [χωροβάτης] *Organum librandis aquis accommodatum.* Vitruu. 8, 6 Libratur autem dioptris aut libris aquariis, aut chorobate, ſed diligentius efficitur per chorobatem, quod dioptrae libraeque fallunt. Chorobates autem eſt regula longa circiter pedum viginti. ea habet ancones in capitibus extremis aequali modo perfectos, inque regulae capitibus ad normam coagmentatos: et inter regulam et ancones, a cardinibus compacta transuerſaria, quae habent lineas ad perpendiculum recte deſcriptas, pendentiaque ex regula perpendicula in ſingulis partibus ſingula, *etc.* Quae cum regula fuerit collocata, eaque (*Hoc* eaque *abeſſe ſalua ſententia poterat*) tangent aeque pariter lineas deſcriptionis, indicabunt libratam collationem. Sin autem ventus interpellauerit, et motionibus lineae non potuerint certam ſignificationem facere, tunc habeat in ſuperiore parte canalem longum pedes quinque, latum digitum, altum ſeſquidigitum, eoque aqua infundatur, et ſi aequaliter aqua canalis ſumma labra (*ſic leg. non* libra) tanget, ſcietur eſſe libratum. *Nomen habere videtur* chorobates *ab eo, quod cum illo* regionem tranſeunt *librantes, quaſi tu* permeatorem regionis *dicas. Si quis non ſatis intelligis Vitruuianam deſcriptionem, fac, vt delineationem inſpicias*




AB regula XX pedum
AD et BC Ancones
IL et KM Transuerſaria, et in his
efg lineae ad perpendiculum.
eh perpendicula, quae hic indicant non libratam collationem, ſed regulam inclinatam ad A.
canalis occupat ſpatium regulae eee.

CHOROCITHARISTAE, *et* CHORODIDASCALVS, *vid.* CHORVS.

CHOROEBVS, *vid.* COROEBVS.

CHOROGRAPHIA, ae. f. Vitruu. 8, 2 Capita fluminum chorographiis picta. *Sunt ergo quas nunc chartas Geographicas vocamus. Sed aliis hic eſt*

CHOROGRAPHVS, i. m. [χωρόγραφος] *Locorum deſcriptor.* Vitruu. *l. c.* 8, 2 Haec autem poſſunt eſſe capita fluminum: quae orbe terrarum chorographis picta, itemque ſcripta plurima, maximaque inueniuntur egreſſa ab Septentrione. *Neutrum male.*

CHOROMANDI, *Gens ſilueſtris.* Plin. 7, 2 Choromandarum gentem vocat Tauron, ſilueſtrem ſine voce, ſtridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis.

CHOROS, Herbae nomen Apul. de Herb. 6.

CHOROSTATES, *vid.* CHORVS.

CHORS, *vid.* COHORS.

CHORTINON, *Oleum dicitur,* quod fit in Aegypto e gramine herba Plin. 15, 7.

CHORVS, [χορὸς] *proprie Conuentus, et veluti corona, ſiue ſaltantium, ſiue canentium.* Apul. de Mundo p. 74, 3 Quod eſt in triremi gubernator, in curru rector, praecentor in choris — hoc eſt in mundo Deus. Columel. 12, 7, 4 Vbi chorus canentium non ad certos modos, neque numeris praeeuntis magiſtri conſenſit, atque concinuit, diſſonum quiddam ac tumultuoſum audientibus canere videtur: at vbi certis numeris ac pedibus velut facta conſpiratione conſenſit atque concinuit, ex eiuſmodi vocum concordia non ſolum ipſis canentibus amicum quiddam et dulce reſonat, verum etiam ſpectantes audientesque laetiſſima voluptate permulcentur. Virgil. Aen. 6, 517 Illa chorum ſimulans, euantes orgia circum Ducebat Phrygias. *Vbi* Seruius, Chorum ait Multitudinem in ſacra collectam. *Deſcriptionem chori virginum ponemus ex* Stat. Achill. 2, 146

Nec minus egreſſae thalamis Scyreides ibant
Oſtentare choros, promiſſaque ſacra —
Iamque mouent greſſus: thiaſisque Iſmenia buxus
Signa dedit, quater aera Rheae, quater Euia pulſant
Terga manu, variosque quater legere recurſus.
Tunc thyrſos pariterque leuant, pariterque reponunt.
Multiplicantque gradum, modo quo Curetes in actu
Quoque pii Samothraces eunt: nunc obuia verſae
Pectine Amazonio, modo quo citat orbe Lacaenas
Delia, plaudentesque ſuis intorquet Amyclis.
Tunc vero, tunc praecipue manifeſtus Achilles,
Nec ſeruare vices, nec iungere brachia curat.
Tunc molles greſſus, tunc aſpernatur amictus
Plus ſolito, rumpitque choros, et plurima turbat.
Soluuntur laudata cohors, repetuntque paterna
Limina.

*Poſuimus totam deſcriptionem, cum plena ſit verbis et formulis proprlis, et rem pinguentibus velut, non modo deſcribentibus.* Virgil Georg. 1, 346 Omnis quam chorus, et ſocii comitantur ouantes *Vbi* Seruius, Chorus, proprie eſt Coaeuorum cantus atque ſaltatio *Vid.* TRICHORIVM. Sueton. in Calig. 37 Fabricauit et de cedris liburnicas, *etc.* quibus diſcumbens de die inter choros ac ſymphonias litora Campaniae peragraret. ¶ 2 *Metaphor. alia quoque multitudinem notat, vt* Virgil. Aen. 5, 823. Senior Glauci chorus: Seruius, *i.* Dii marini. *Et interiecta Glauci hiſtoria,* Glauc Chorum, *ſenem* ideo dixit, aut, quod ipſe etiam ſenex fuerat, aut quod ſenes paene omnes dii finguntur marini, fortaſſis propter ſpumarum colorem. *Haec* Seruius. Riſit chorus omnis ab alto Aſtrorum Stat. Achill. 1, 643. *Add.* Tibull. 2, 1 *extr.* Cic. pro Muraen. 4 c. 24 Catilinam interea alacrem atque laetum, ſtipatum choro iuuentutis, vallatum iudicibus atque ſicariis, *etc.* Idem de Finib. 1, 2 c. 8 Tu quidem, *inquit,* totum Epicurum paene e philoſophorum choro ſuſtuliſti. Phoebi chorus, *Muſae dicuntur* Virgil. Ecl. 6, 66 Scriptorum chorus omnis amat nemus, et fugit vrbes Horat. Epiſt. 2, 2, 77. Virtutum chorus Cic. Off. 3, 116 c. 33 Id. Att. 14, 8 Ego vt poſtulas, Baiana negotia, chorumque illum, de quo ſcire vis quum perſpexero, tum ſcribam, ne quid ignores. *i. multitudinem Baiis voluptatis cauſa verſantium.* Africanus in l. quum eiuſdem. D. aedil. edict. Quum eiuſdem generis plures res ſimul veneant: velut comoedi, vel Chorus: (*intell.* Symphoniacorum, *vel* Hiſtrionum *v exercitatorum*) referre ait, in vniuerſos, an in ſingulos pretium conſtituatur: vt ſcilicet interdum vna, interdum plures venditiones contractae intelligantur. Virgil. Aen. 5, 581 Olli diſcurrere pares atque agmina terni Diductis ſoluere choris. Seruius, Acies *explicat.* ¶ 3 *Epitheta:* Horat. Carm. 3, 4, 25 *ad Muſ.* Veſtris Amicum fontibus et Choris Non me Philippis verſa acies retro, *etc.* Aequalis chorus Dryadum, *i. Aequalium* Virgil. Georg. 4, 460. Canorus Iuuen. 11, 163. Ouid. Faſt. 3, 764 Feminea thyrſo concitat ille choros. Idaei chori, *per antonomaſiam vocantur Galli Cybeles ſacerdotes* Virgil. Aen. 9, 112. Leues Nympharum cum Satyris chori Horat. Carm. 1, 1, 31. Plaudens Stat. Silu. 1, 2, 2[illegible] Plebeius Ouid. Faſt. 5, 352. Pierius Martial. 12, 3. Sacer Ouid. Faſt. 2, 156. Inter Hamadryadas iaculatricemque Dianam Calliſto Sacri pars fuit vna chori. Semiuiri, *dicuntur Galli ſacrifici Cybeles, caſtrati* Sil. 17, 20. Virgineus Ouid. de Arte Am. 3, 168. Votiui, *illorum, qui vota fecere, vel faciunt* Stat. Theb. 4, 209 Templa Votiuis implenda choris. ¶ 4 *Formulae:* Agitare choros Virgil. Georg. 4, 553. Celebrare Sen. Herc. Oet. 5, . . Horat. Carm. 4, 7, 6 Gratia cum Nymphis, geminisque ſororibus audet Ducere nuda choros. Virgil. Aen. 1, 503 Qualis in Eurotae ripis, aut per iuga Cynthi Exercet Diana choros. Horat. Carm. 2, 12, Quam nec Ferre pedem dedecuit choris. Virgil. Aen. 11, 737 At vbi curua choros indixit tibia Bacchi. Horat. Carm. 2, 5, 21 Quem ſi puellarum inſereres choro, Mire ſagaces falleret hoſpites. Inſtaurare, *de nouo incipere quotannis* Virgil. Aen. 4, 145. Laſciuus chorus, *petulanter ſalis* Sen. Agam. 6, . . Ouid. Met. 3, 80

Vndique dant ſaltus, multaque aſpergine rorant,
Emerguntque iterum, redeuntque ſub aequora rurſus,
Inque chori ludunt ſpeciem.

*i. Choreas natando imitantur, de Delphinis.* Oſtentare Stat. Achill. 2, 148. Horat. Carm. 4, 3, 15

Romae principis vrbium
Dignatur ſoboles inter amabiles
Vatum ponere me choros.

Rumpere choros Stat. Achill. 2, 163. *i. turbare.*

CHORĬCVS. *Choris aptus.* Firmic. 3, 14 Faciet etiam muſicos choricos, et qui muſicos modos faciant.

CHORAGIVM, i. n. [χορήγιον] Scenicum inſtrumentum, quo ſcena inſtruitur et apparatur: cuius praefectus dicitur Choragus. *Ita* Feſtus. Vitruu. 5, 9 Poſt ſcenam porticus ſunt conſtituendae, vt quum imbres repentini ludos interpellauerint, habeat populus, quo ſe recipiat ex theatro: Chorogiaque laxamentum habeant ad chorum parandum. Choragia, *pro Inſtrumento ludorum poſuit, ſimul et pro ipſis hominibus apparatum illum tractantibus et ſcenam eo ornantibus inſtruentibusque* Plin. 36, 15 ſ. 24, 7 Sed et reliquus apparatus tantus Attalica veſte, tabulis pictis, caeteroque choragio fuit, vt in Tuſculanam villa reportatis quae ſuperfluebant quotidiani vſus deliciis, incenſa villa ab iratis ſeruis, concremaretur ad HS millies. *De aedilitate M. Scauri* Valer. Max. 2, 4, 6 Argentatis choragiis adornauit ſcenam P. Lentulus Spinther. Plaut. Capt. Prol. 61 Iniquum eſt comico chorag[illegible] conari nos agere Tragoediam. Apul. Met. 2 p. 123, 25 Et cantatrices aniculae in ipſo momento choragii funebris, perpeti celeritate alienam ſepulturam anteuortunt, *i. inter ipſum apparatum funeris cadauer truncant, licet diligenter cuſtoditum.* Apul. Met. 4 p. 157, 35 *Pſyche,* Iam feralium nuptiarum miſerrimae virgini choragium ſtruitur. *Et* p. 158, 27 Choragio itaque perfecto *de tota pompa et* [illegible] *potius quam inſtrumento.* Id. Apol. p. 282, 1 Quid enim, ſi choragium Thymelicum poſſiderem, num ex eo argumentarere etiam, vti m[illegible]
co

conſueſſe tragoedi ſyrmate hiſtrionis, *etc.* *h. e. Inſtrumentum ſcenicum, et hiſtrionicum apparatum.* ¶ 2 *Hinc Metaph.* Auctor ad Herenn. 4, 63 c. 50 Vt — aliquod fragile falſae choragium gloriae comparetur. *i. aliquid apparetur, in quo gloriari, et iactare ſe inanis oſtentator poſſet.* ¶ 3 *Plane diuerſa ſignificatio eſt, qua vſum videmus* Vitruu. 10, 13 Hae regulae habent ferrea choragia fixa et iuncta cum pinnis, quarum pinnarum tactus motiones efficit regularum. *De Hydraulica machina ſermo eſt: quam ſi cum vulgatis hodie organis pneumaticis compares,* Choragia *reſpondebunt iis manubriis, quibus* regulae, *Regiſtra hodie, mouentur: apta ſane appellatione, cum eorum motu alius velut chorus tibiarum ſonorumque inducatur.*

CHORAGIARIVS, i. m. *Choragus.* Inſcript. Grut. p. 475, 2.

CHORĀGVS, i. m. [χορηγὸς] *Ad verbum eſt Dux chori. Sed ſic vocatur ſuppeditator inſtrumenti ludicri, et expenſarum.* Plaut. Perſ. 1, 3, 79 Sed πόθεν ornamenta? T. abs chorago ſumito. *Conf.* Id. Trin. 4, 2, 16 Ipſe ornamenta a chorago haec ſumſit ſuo periculo. Suet. in Auguſt. 70 *de coena Auguſti*, Quum primum iſtorum conduxit menſa choragum. *i. cum pro coena ludos quosdam ſcenicos egerunt, ad quos chorago opus eſſet.*

CHORAVLA, ae. *vel* CHORAVLES, is. m. [χοραύλης] *Qui in choro tibia canit.* Plin. 37, 1 f. 3 Iſmeniam choraulem gemmis multis fulgentibusque vti ſolitum. Martial. 5, 57 Fac diſcat citharoedus aut choraules. *Add.* Idem 9, 79. Sueton. Galb. c. 12. *et* Ner. c. 54. Choraules *quoque legunt apud* Petron. Fragm. p. 669. *Vid.* CERAVLA.

CHORALISTRIA, ae. f. [χοραλίστρια] *Pro ſaltatrice temere afficta vox* Propertio 4, 8, 39 Nilotes tibicen erat, choraliſtria Phillis. *Legendum enim* Crotaliſtria: *quod dedit ſine mentione alterius lectionis Brouckhuſius.*

CHOREA, ae. *penult. indifferente.* [χορεία] *Saltatio.* Virg. Aen. 6, 644 Pars pedibus plaudunt choreas, et carmina dicunt. Hor. Carm. 2, 19, 25 Quamquam choreis aptior et iocis *penult. prod.* Claud. de Bell. Gild. 448 Imploret citharas, cantatricesque choreas. *i. choros cantantium deſideret.* Duras choreas, *ruſticorum et plebis, vocat* Ouid. Faſt. 3, 537. *Nempe mollibus, i. mobilibus opponit, in quibus non blanda ac decora membrorum flexilitas, et velut ductilitas obſeruatur, ſed vi atque impetu geruntur omnia.* Feſtas duxere choreas Ouid. Met. 8, 581. Lepidae Mart. Capel. 9. Ludens chorea Virg. in Culice. Ludicrae Apul. 10. Molles Martial. de Spectac. 105. Nocturnae Propert. 3, 10, 23. Pernix Lucret. 2, 635. Ducere choreas Ouid. Met. 8, 581. Indulgere choreis Virg. 9, 615. Proles intenta choreis Colum. 10, 269. Plaudere pedibus choreas Virg. Aen. 6, 644. Varro *apud* Non. 6, 16 *vocem ad ſidera tranſtulit, quae certa lege et quaſi ad harmoniam moventur,*

Repente noctis circiter meridiem
Cum pictus aër feruidis late ignibus
Caeli choreas aſtricas oſtenderet.

*Eodem modo* Manil. 1, 69 Et quinque auerſo luctantia ſidera mundo Exercent varias naturae lege choreas.

CHOREVTES. [χορευτὴς] Petron. Fragm. p. 669 Manu puer loquaci choreutes. *Al.* Choraules.

CHOREVSAE inſulae Ludianorum *apud* Varron. R. R. 3, 17, 4. *declarantur ſupra in* CALAMINA.

CHOROCITHARISTAE, arum. m. [χοροκιθαρισταί] *Qui in choro citharizant:* Suet. in Domit. 4 Certabatur etiam et proſa oratione, Graece Latineque: ac praeter citharoedos chorocithariſtae quoque et pſilocithariſtae.

CHORICOMACHIA, *vid.* CORYCOMACHIA *ſub* CORYCVS.

## CHR

CHREMES, ētis. m. [Χρέμης] *Senis nomen apud Terentium per Antonomaſian pro quouis ſene, ponitur. Vt,* Hor. Epod. 1, 33 Quod aut auarus vt Chremes terra premam. Idem Arte Poët. 94 Iratusque Chremes tumido delitigat ore. Id. Serm. 1, 10, 40 Arguta meretrice potes, Dauoque Chremeta Eludente ſenem, *etc.*

CHRESIMON, i. m. *Nota critica,* ·X· *approbatis locis appoſita. Vid.* Caſſiodor. de Diuin. Lect. c. 9.

CHRESIS. [χρῆσις] *Vſus.* Vlpian. in l. ſi habitatio §. 1. D. de vſu et habit. Si habitatio legetur, an perinde ſit atque ſi vſus? quaeritur — Sed ſi χρῆσις ſit relicta, an vſus ſit, videndum. Et Papinianus — ait, vſum eſſe, non etiam fructum relictum: *i. habitare ei licet in domo, aliam mercedem a conductoribus accipere non licet.*

CHRESTOLOGVS, i. m. *Qui bene loquitur, ſed male facit.* Capitolin. de Pertinace c. 13.

CHRESTON. *Cichorium herba ab aliquibus vocatur.* Plin. 20, 8 Quod quidem propter ſingularem ſalubritatem aliqui chreſton appellant, alii pancratium.

CHRIA. [χρεία] *Dictum breue, concinnum, et opportunum, cum auctoris allegatione, ad verbum* Vſus, *a Rhetoribus vocatur* Quinctil. 1, 9, 4 Chriarum plura genera traduntur: vnum ſimile ſententiae, quod eſt poſitum in voce ſimplici, *Dixit ille*, aut *Dicere ſolebat*: alterum, quod eſt in reſpondendo, *Interrogatus ille*, vel, *Cum hoc ei dictum eſſet*, *reſpondit.* Tertium, huic non diſſimile, *cum quis* non dixiſſet, ſed *aliquid feciſſet.* Etiam in ipſis factis eſſe Chriam putant, vt *Crates cum indoctum puerum vidiſſet, paedagogum eius percuſſit*: et aliud paene par ei, quod tamen eodem nomine appellare non audent, ſed dicunt χρειῶδες, vt, *Milo, quem vitulum aſſueuerat ferre, taurum ferebat.* In his omnibus et declinatio per eosdem ducitur caſus, et tam factorum quam dictorum ratio eſt, *i. cauſae adferuntur.* Id. 2, 4, 26 Genus Chriae *vocat*, cum quaerere atque exſequi iuberent praeceptores, *Cur armata apud Lacedaemonios Venus?* et ita, *Quid crederetur Cupido puer, ac volucer, et ſagittis ac face armatus? Quod dixit Quintilianus*, declinationem in Chriis per eosdem caſus duci, *eius rei exemplum eſt* Diomed. 1 p. 289 Chriarum exercitatio in caſus ſic variatur. Nominatiuo caſu, numero ſingulari, Marcus Porcius Cato dixit, literarum radices amaras eſſe, fructus iucundiores. Genitiuo Caſu, M. Catonis dictum fertur — Datiuo Caſu, M. Catoni placuit dicere, *etc.* *Neque enim opus eſt, puerilia iſta perſequi.*

CHRISMA, ătis. n. [χρῖσμα] *Vnctio.* Tertull. de Baptiſ. 7 Chriſtus dicitur a Chriſmate, quod eſt vnctio. Iſid. 6, 19 Chriſma Graece, Latine vnctio nominatur: ex cuius nomine et Chriſtus dicitur, et homo poſt lauacrum ſanctificatur. Nam ſicut in baptiſmo peccatorum remiſſio datur, ita per vnctionem Sanctificatio ſpiritus adhibetur *etc.*

CHRISTVS, i. m. [χριστὸς] *Vnctus, quod idem notat Ebraeorum* משיח *ſ. Meſſias.* Plin. Epiſt. 10, 97 Adfirmabant, hanc fuiſſe ſummam vel culpae ſuae vel erroris, quod eſſent ſoliti ſtato die ante lucem conuenire, carmenque Chriſto, quaſi Deo, dicere ſecum inuicem. *De* Chreſto Suetonii Claud. 25 *diſputationes, non ſunt h. l. Sed illud,* Chreſti *nomen pro* Chriſto *familiare fuiſſe Ethnicis; quod* Tertull. Apol. 3 *iis obiicit. Locum damus in* CHRISTIANVS. Lactant. 4, 6 Chriſtus non proprium nomen eſt, ſed nuncupatio poteſtatis et regni. Sic enim Iudaei reges ſuos appellabant. Sed exponenda huius nominis ratio eſt propter ignorantium errorem, qui eum immutata litera *Chreſtum* ſolent dicere. Erat Iudaeis ante praeceptum, vt ſacrum conficerent vnguentum, quo perungi poſſent ii, qui vocabantur ad ſacerdotium vel ad regnum. — ob hanc rationem nos eum *Chriſtum* nuncupamus, id eſt *Vnctum*, qui Hebraice *Meſſias* dicitur *etc.*

CHRISTIANVS, i. [χριστιανὸς] *Velut factionis nomen, datum iis, qui ante* Diſcipuli *Chriſti vocabantur, Antiochiae, vt docemur* Actor. 11, 26. *Itaque de ſententia primorum auctorum criminis potius, quam honoris appellatio fuit. Tota edifici meretur* Epiſtola Plinii 10, 97 ad Traianum, *vnde pauciſſima delibabimus*, Cognitionibus de Chriſtianis interfui nunquam: ideo neſcio, quid et quatenus aut puniri ſoleat, aut quaeri. — Nomen ipſum, etiamſi flagitiis careat, an flagitia cohaerentia nomini puniantur *etc.* Traianus *reſpondet*, Conquirendi non ſunt: ſi deferantur et arguuntur, puniendi ſunt: ita tamen, vt qui negauerit, ſe Chriſtianum eſſe, idque re ipſa manifeſtum fecerit, id eſt, ſupplicando Diis noſtris, quamuis ſuſpectus in praeteritum fuerit, veniam ex poenitentia impetret. • *Quae conſtitutio neſcio an maiorem vim habeat demonſtrandae illorum Chriſtianorum innocentiae, quam omnes omnium apologiae.* Tertull. Apol. 3 Chriſtianus, quantum interpretatio eſt, de vnctione deducitur. Sed et cum perperam *Chreſtianus* pronunciatur a vobis, nam nec nominis eſt notitia penes vos, de ſuauitate vel benignitate compoſitum eſt. *Ab amici ſui Plinii moderatione et ſapientia multum abfuit* Tacitus, *cum iſta ſcriberet* An. 15, 44 Ergo abolendo rumori *(vrbis a ſe incenſae)* ſubdidit reos, et quaeſitiſſimis poenis affecit, quos, per flagitia inuiſos, vulgus Chriſtianos appellabat. Auctor nominis eius Chriſtus, qui Tiberio imperante per procuratorem Pontium Pilatum ſupplicio affectus erat. Repreſſaque in praeſens exitiabilis ſuperſtitio *etc.* *Add.* Sueton. Neron. 16. ¶ 2 Chriſtiana *eſt* Tertull. Apol. 50 Proxime ad lenonem damnando Chriſtianam potius quam ad leonem, confeſſi eſtis, labem pudicitiae apud nos atrociorem omni poena et omni morte reputari. ¶ 3 *Eſt nempe Adiectiuum.* Ambroſ. ad 1 Cor. 1. Tom. 5 f. 245 Praedicatio Chriſtiana non indiget pompa et cultu Sermonis. Hieron. de Opt. gen. interpr. ad Pammach. Epiſt. 101, 5 Vir omnium nobilium Chriſtianiſſime, et Chriſtianorum nobiliſſime. Ambroſ. Epiſt. 30 ad Valent. II. Imperator Chriſtianiſſime. *Sic et* Gratianum *appellat* Epiſt. 26 ¶ 4 Chriſtianus *pro Clerico ponitur interdum in reſcriptis principum, v. g.* l. 2 C. Th. de Poſtlimin. it. l. 50. et l. 123 ibid. de Decurionib. *quod notat Iac. Gothofr. ad* l. 11 de Piſtorib.

CHRISTIANE. Adu. *Vt Chriſtianum decet.* Auguſtin. Epiſt. 89 Domos ſuas et familias Chriſtiane regunt.

CHRISTIANISMVS, i. [χριστιανισμὸς] *Religio, profeſſio, conditio Chriſtianorum.* Tertull. adu. Marcion. 4, 33 Ioannes conſtitutus inter vetera et noua, ad quem defineret Iudaiſmus, et a quo inciperet Chriſtianiſmus. Id. 5, 4 Chriſtianiſmi generoſitatem, *opponit* Seruituti Iudaiſmi.

CHRISTIANIZO, āre. [χριστιανίζειν] *Pro Chriſtiano ſe gerere.* Tertull. 1, 21 Nullam Apoſtolici cenſus Eccleſiam inuenias, quae non in creatore Chriſtianizet, *i. Chriſtianam et veram ſententiam profiteatur.*

CHRISTIANITAS, ātis. *Idem quod* Chriſtianiſmus. L. 112 C. Th. de Decurion. In conſequenda Archieroſyna ille ſit potior, qui patriae plus praeſtiterit, nec tamen a templorum cultu Chriſtianitatis obſeruatione diſceſſerit. *Sic* l. 11 de Piſtorib. et Catabol. *Hac ſanctione generaliter* edicimus, nulli omnino ad Eccleſias ob declinanda piſtrina licentiam pandi. Quod ſi quis ingreſſus fuerit, amputato priuilegio Chriſtianitatis, ſciat ſe omni tempore ad conſortium piſtorum et poſſe et debere reuocari. ¶ 2 *Interdum ſolum* Clericatum *ſignificat, vt* L. 123 pr. C. Th. de Decurionibus, Chriſtianitatis obtentu curialium ſe conſortio ſepararunt, *quam de Clericis ſolis explicandam eſſe legem, Iac. Gothofredus oſtendit.*

CHRISTICOLA, ae. m. *Poëtica appellatio Chriſtiani, qua ſaepe vtitur* Prudentius, *v. g.* Cathem. 8 *extr.* Cibus obſecrantum Chriſticolarum.

CHRISTICOLVS, a, um. *Volunt eſſe apud* Venant. 2, 9 (al. 8) Et pia Chriſticoli ſemina ferret agri. *Sed al.* Chriſticolis agris.

CHRISTIGENVS, a, um. Prudent. Hamartig. 787 de Ruth, Chriſtigenam foecunda domum, Dauidica regna, Edidit, *i. familiam, vnde futurum erat, vt naſceretur Chriſtus.*

CHRISTIPOTENS. Adi. Prudent. adu. Symmach. 709 Chriſtipotens iuuenis *vocatur Honorius Imperator Chriſti potitus et Compos per fidem.*

CHROMĂTA. [χρώματα] *Praeter vulgatam ſignificationem, qua colores denotant, etiam accipiuntur pro* Ornamentis *et luminibus artium, qui et* Colores *a Latinis appellantur.* ¶ 2 *Apud Muſicos in primis ſedem fixit.* Vitruu. 5, 4 Genera modulationum ſunt tria. Primum, quod Graeci vocant Harmonian, ſecundum Chroma, tertium Diatonon. — Chroma ſubtili ſolertia ac crebritate modulorum ſuauiorem habet delectationem. Martian. Capella 9 p. 323 Chroma Semitoniis componitur. Sicut enim quod inter album et nigrum eſt, color dicitur; ita hoc Chroma quia inter vtrumque (Enarmonium et Diatonum) eſt, nominatur. *Vid. vtroque loco plura. Modulationem per Semitonia maiora et minora incedentem vocant hodierni artis Conſulti.*

CHROMATICVS, a, um. Adi. [χρωματικὸς] *A muſico* Chromate *dicitur.* Chromatice *aliquoties* Vitruu. 5, 5. Martian. 9 p. 315 Chromatice *(dieſis)* quod Chromaticum modulandi genus per ipſam finditur. *Et* p. 319 χρωματικὸς, quam nos vix forſan recte colorabilem memoramus *etc.* Macrob. in Somn. Scip. 2, 4 Melodiae muſicae genus Chromaticum infame mollitie. *Neſcio quid ſibi velit* Iſid. 10 in C. Chromaticus, quia non confunditur, neque colorem mutat. Graece enim χρῶμα color vocatur. *An impudentem, non erubeſcentem, deſcribit?*

CHROMATIARII. Dicuntur colorarii, vel qui toto die in arena ſunt, vel in ſole. Antiqui enim vngebant ſe, et in ſole erant, vt oleum corpus imbiberet *etc.* *Haec* Schol. Perſ. 4, 18.

CHROMBVS. ſ. *vt habet Harduinus*,

CHROMIS. Piſcis nidificans in aquis Plin. 32, 11. *ex Ouidio.*

CHROMIS. [Χρόμις] Herculis filius, *quem conſtat* equos habuiſſe Thracas, quos Hercules occiſo Diomede abduxerat humanis carnibus veſci conſuetos. *Haec* Lactant. *ad* Statium Theb. 6, 346 It Chromis Hippodamusque alter ſatus Hercule magno.

CHRONISSO, *vid.* CONISSO.

CHRONOS. [χρόνος] *Latine Tempus dicitur.* Cic. de Nat. Deor. 2, 64 Saturnum autem eum eſſe voluerunt, qui curſum et conuerſionem ſpatiorum ac temporum contineret: qui deus Graece idipſum nomen habet. κρόνος enim dicitur, qui eſt idem χρόνος, id eſt ſpatium temporis.

CHRONĬCA, orum. [χρονικὰ] *Dicuntur ea, quae de temporibus ſcribuntur.* Plin. 35, 9 Quod et ipſius Timagorae carmine vetuſto apparet, chronicorum errore non dubio. Chronicon Iſid. 6, 1.

CHRONĬCVS, a, um. Adi. [χρονικὸς] *Quaſi tu temporalem, vel de temporibus dicas.* Gell. 17, 21 Excerpebamus ex libris, qui chronici appellantur, qnibus temporibus floruiſſent Graeci ſimul atque Romani viri. *Add.* Id. 15, 16 *pr.* Chronici morbi, *vocantur Diuturni* Iſid. 4, 5. Vlcera Th. Priſcian.

CHRONOGRĂPHVS, i. m. Sidon. 8, 6 *qui temporum ſeriem, i.* chronica *ſcribit.*

CHRYSALLIS, ĭdis. [χρυσαλλὶς] *Sic vocantur inſecta quaedam, dum lanugine ſua inuoluta iacent.* Plin. 11, 32 ſ. 37 Multa inſecta et aliter naſcuntur, atque in primis ex rore. Inſidet hic raphani folio primo vere, et ſpiſſatus ſole in magnitudinem milii cogitur. Inde porrigitur vermiculus paruus, et triduo eruca: quae adiectis diebus accreſcit, immobilis, duro cortice; ad tactum tantum mouetur, araneo *(i. lanugini ſ. texto filamentoſo) accreta:* quam chryſallidem appellant. Rupto deinde cortice, volat papilio. *Et* c. 35 ſ. 41 *de tineis*, Si accreuere, faciunt chryſallidem.

CHRYSANTHĔMON. [χρυσάνθεμον] Quod alii Heliochryſum vocant, ramulos habet candidos, folia ſubalbida abrotono ſimilia: ad ſolis repercuſſum aureae lucis in orbem velut corymbis dependentibus, qui nunquam marceſcunt: qua de cauſa Deos coronant illo *etc.* *Haec* Plin. 21, 25 ſ. 96. Memorat etiam 26. 8 ſ. 55, 8.

CHRYSANTHIANI Certaminis *mentio* l. pen. ff. de Annuis legat. Cum erat pecunia, *i.* centum, reip. Sardianorum relicta per quadriennium certaminis Chryſanthiani: Diui Seuerus et Antoninus reſcripſerunt, videri perpetuam penſitationem reliquiſſe teſtatorem per quadriennium, non in primum quadriennium. *Dictum videtur a flore aureo certaminis praemio. Vnica ei lux e numis Caracallae et Tranquillinae Auguſtae apud Spon. Itiner.* 3 p. 188 *vbi* ΧΡΥΣΑΝΘΙΝΑ ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ *memorantur.*

CHRYSAS. *Fluuius Siciliae.* Cic. Verr. 4, 96 Chryſas, eſt amnis, qui per Aſſorinorum agros fluit: is apud illos habetur deus, et religione maxima colitur. Fanum eius eſt in agro propter ipſam viam, qua Aſſoro itur Ennam. in eo Chryſae eſt ſimulacrum praeclare factum e marmore *etc.*

CHRȲSE. [Χρυσῆ] *Ad verbum Aurea, Inſula extra oſtia Indi fabuloſa.* Plin. 6, 21 Extra oſtium Indi Chryſe, et Argyre fertiles metallis, vt credo. Nam quod aliqui tradidere, aureum, argenteumque iis ſolum eſſe, haud facile crediderim. *Habent ab auri Metallis plura loca hoc nomen.*

CHRYSĒIS. Chryſae *Apollinis ſacerdotis filia fuit*, Ouid. Rem. Amor. 73 Marte ſuo captam Chryſeida victor amabat.

CHRYSELECTRVM, i. n. [Χρυσήλεκτρον] *Succini ſ. electri ſpecies.* Plin. 37, 3 ſ. 12 Calliſtratus — differentiam nouam attulit appellando Chryſelectrum, quaſi coloris aurei, et matutino gratiſſimi adſpectus, rapaciſſimum ignium, et ſi iuxta fuerit cellerrime ardeſcens *etc.* *Et* c. 9 ſ. 43 Iam etiam expertes gemmarum vſu appellantur aliqui et chryſelectri, in colorem electri declinantes, matutino tantum adſpectu iucundi. *Locus obſcurus ſi non corruptus, quem Bochartus Hieroz.* 6, 16 p. 882 *intelligit, eo ſuccino auri vice vſos eſſe veteres, ad gemmas includendas.*

CHRYSENDĔTA, ōrum. n. [χρυσένδετα] *Vaſa auro vincta:* Martial. 2, 43 Immodici tibi flaua tegunt chryſendeta mulli. *Add.* 2, 53. 6, 94. 11, 30. 14, 97. *Turnebus, vaſa gemmata eſſe putat, quorum gemmae auro conſertae et contextae tenerentur. Plutarchus in Lucullo id ſatis, inquit, indicat,* ἐδωρεῖτο χρυσένδετον σμάραγδον τῶν πολυτιλῶν. Plinius *hoc genus vaſorum innuere videtur, quum initio libri* 33 *ſcribit*, Turba gemmarum potamus, et ſmaragdis teximus calices, ac temulentiae cauſa tenere Indiam iuuat, et aurum iam acceſſio eſt. *Sed et illud Maronis*, Georg. 2, 506 Vt gemma bibat, et ſarrano dormiat oſtro. *ad* Chryſendeta *referri poſſet, niſi veteres vaſa potoria e gemmis absque auro etiam habuiſſent. Haec ille. Sed non perſuadet,* Chryſendeta *neceſſario habuiſſe gemmas. In nomine certe nihil eſt, quod gemmam poſtulet: nam Plutarchus diſerte* Smaragdum *nominat* χρυσένδετον, *i. auro vinctum. Hanc analogiam ſecutus potius dicas* Chryſendeton *eſſe patinam ſ. lancem argenteam, aureo circulo vno vel pluribus vinctam. Sic etiam interpretatur Salmaſ. ad* Lamprid. Heliog. 6. *et aliis locis.*

CHRISĔVS. Adi. *Aureus.* Martial. 9, 96. Chalcea donanti chryſea qui dederas. ¶ 2 Chryſeos, *baſiliſci ſpecies.* Apul. de Herb. c. 128.

CHRYSIPPVS. [Χρύσιππος] *Philoſophus Aſianus, Stoicorum cum Zenone princeps. Hinc* Hor. Serm. 2, 3, 44 *Stoicos ita deſcribit,*

Quem mala ſtultitia, et quemcunque inſcitia veri
Caecum agit, inſanum Chryſippi porticus et grex
Autumat.

Cic. Acad. 4, 75 Sed quid eos colligam, quum habeam Chryſippum, qui fulcire putatur porticum Stoicorum? Aceruus Chryſippi *eſt* Sorites. *v. v.* ¶ 2 Chryſippus, *Pelopis filius, quem quum pater valde amaret, nouerca eius Hippodamia id indigne ferens, liberos ſuos Atreum et Thyeſtem impulit, qui illum interfecerunt: quam ob rem a Pelope pulſi, in exilio vitam degerunt, donec pater e viuis excederet. Vid.* Hygin. f. 85.

CHRYSIPPEA, ae. *Herba, cuius meminit* Plin. 26, 9 ſ. 59.

CHRYSĪTES. Gemma oſtreae Atticae aſſimulata Plin. 37, 10.

CHRYSĪTIS, is. *Genus Spumae argenti.* Plin. 33, 6 ſ. 35 Spumae argenti genera tria: optima, quam Chryſitin vocant, ſecunda quam argyritin — Chryſitis ex vena ipſa fit. ¶ 2 Eſt et herba. *Vid.* CHRYSOCOME.

CHRYSOASPIDES. [χρυσοάσπιδες] *Milites aureis clypeis ornati, quo nomine Alexander Seuerus imperator illos nuncupauit, ſicut Alexander Macedo* Argyroaſpidas *ab argenteis clypeis.* Auctor Lamprid. in Alexandro c. 50. Liu. 9, 40 Duo exercitus erant, *de Samnitibus loquitur:* Scuta alterius auro, alterius argento celauerant.

CHRYSOBERYLLVS. *Gemma.* Plin. 37, 5 Probatiſſimi ſunt ex iis, qui viriditatem puri maris imitantur. Proximi qui vocantur chryſoberylli, et ſunt paullo pallidiores, ſed in aureum colorem exeunte fulgore.

CHRYSOCALIS. [χρυσοκαλὶς] *A quibusdam vocatur herba, quae notiore nomine* Parthenium *appellatur.* Apul. de Herb. c. 23.

CHRYSOCANTHOS, i. m. *Species hederae.* Apul. de Herb. c. 119. *Videtur eadem, quae* Chryſocarpos.

CHYSOCARPVM. [χρυσόκαρπον] *Hederae genus, ab aureo acinorum colore ita appellatum.* Plin. 16, 34 ſ. 62. *et* 24, 10 ſ. 47 *vbi* baccas aurei coloris *ei tribuit.*

CHRYSOCEPHALOS, i. m. *Baſiliſci ſpecies, a capite aurei coloris.* Apul. de Herb. c. 128.

CHRYSOCOCCVS, a, um. *Aurea grana habens Flos* Apul. de Herb. c. 128.

CHRYSOCOLLA. [χρυσοκόλλα] *Quaſi Auri glutinum. Nominis rationem (nam phyſica diſputatio, quae hodie ſit et vocetur Chryſocolla, nihil ad nos) declarat* Plin. 33, 5 ſ. 29 Chryſocollam et aurifices ſibi vindicant agglutinando auro: et inde omnes *(Harduini probalis coniectura*, omnem) appellatam ſimiliter vtentes dicunt. Temperatur autem ea Cypria aerugine, et pueri impubis vrina, addito nitro *etc.* *Caeterum* chryſocolla humor eſt, *vt ait idem* Plinius 33, 5 ſ. 26 in aurariis puteis per venam auri defluens, craſſeſcente limo rigoribus hibernis vſque in duritiam pumicis. Laudatiorem eandem in aerariis metallis, et proximam in argentariis fieri compertum eſt. Inuenitur et in plumbariis, vilior etiam auraria. In omnibus autem iis metallis fit et cura, multum infra naturalem illam, immiſſis in venam aquis leuiter hieme tota, vſque in Iunium menſem, dein ſiccatis in Iunio et Iulio, vt plane intelligatur nihil aliud Chryſocolla, quam vena putris, *etc.* *Conf.* 33, 1 *l.* 2. Vitruu. 7, 5 Chryſocolla, oſtrum, Armenium, *pretioſa pigmenta.* Flor. 4, 12, 60 *de Hiſpania* Natura regionis aurifera, miniique et Chryſocollae, et aliorum colorum, ferax. Suet. in Calig. 18 Edidit et Circenſes plurimos: mane vſque ad veſperam, interiecta modo Africanarum venatione modo Troiae decurſione: quosdam autem praecipuos, minio et chryſocolla conſtrato circo. ¶ 2 Chryſocolla, *gemma eſt ap.* Plin 37, 10. *Vid.* AMPHITANE.

CHRYSOCŎME, es. *Herba.* Plin. 21, 8 Chryſocome, ſiue chryſitis, non habet Latinam appellationem. Palmi altitudine eſt, comantibus fulgore auri corymbis, radice nigra, ex auſtero dulci, in petroſis opacisque naſcens.

CHRYSOGRAPHVS, *et* CHRYSOGRAPHATVS, a, um Adi. Scuta chryſographata Trebell. Claud. c. 14. *auro picta.*

CHRYSOLACHANON. [χρυσολάχανον *Dioſcoridi*] *Quaſi t* olus aureum *dicas.* Plin. 27, 8 duo *facit* chryſolachani genera: vnum in pinetis naſcens, lactucae ſimile: alterum flore aureo, et foliis oleri

CHRȲSOLAMPIS. Gemma in Aethiopia naſcens, quae palli eſt coloris die, noctu ignei Plin. 37, 10. Solin. n. 655.

CHRYSOLECTRVM, *Vid.* CHRYSELECTRVM.

CHRYSOLITHVS. [χρυσόλιθος] *Ad verbum* Gemma aurea, *I ſpidis genus, de quo* Plin. 37, 9 Hyacinthos Aethiopia mittit et chr ſolithos aureo colore translucentes. Ouid. Met. 2, 109 *de curru S lis*, Per iuga chryſolithi, poſitaeque ex ordine gemmae. *Ad.* Prop. 2, 16, 44.

CHRYSOMELON, i. n. [χρυσόμηλον] Plin. 15, 11 *vbi de Cy doniis ſ. Cotoneis malis:* Chryſomela inciſuris diſtincta, colore *ad au* rum inclinato. *Hinc*

CHRYSOMELIANA. Colum. 5, 10, 19 *inter* Cydoniorum *genera tertium ponit; reliqua*, ſtruthia et muſtea.

CHRYSOS. *Piſcis genus, apud ſolum* Ouidium lectum, *teſte* Plin 32, 11. *Fortaſſis is eſt, quem* Auratam *Romani nunc appellant.*

CHRYSOPASTVS, i. m. *Genus Chryſolithi.* Solin. c. 30. *Salm*

CHRYSOPIS. *Gemma eſt* Plinio, quae aurum videtur eſſe, *ipſe ait* 37, 10 ſ. 56.

CHRYSOPHRYS, yos. *Piſcis.* Ouid. Hal. 110 *quo nomine a* reum ſupercilium *ei tribuitur.*

CHRYSOPRASIVS *et* CHRYSOPRĂSVS. *Gemma eſt, ex au et porraceo colore lumen miſtum trahens: num* πράσον *porrum ſignific* Pallidius Chryſoberyllo *genus ita appellat* Plin. 37, 5 ſ. 20. *Et* c. ſ. 73 Colos appellauit Cryſolithum aureus, chryſopraſum herbace *Et* c. 8 ſ. 32 *de Topazio*, Duo eius genera faciunt, praſoiden atq Chryſopteron, ſimilem Chryſopraſo. Eius enim tota ſimilitudo porri ſuccum dirigitur. Eſt autem ampliſſima gemmarum. Eade ſola nobilium limam ſentit *etc.* *Et* ſ. 34 *poſt* Viridantium *menti nem*, Praefertur his Chryſopraſius, porri ſuccum et ipſa referens, ſ haec paullum declinans a topazio in aurum.

CHRYSOPTĔROS. [χρυσόπτερος] *Gemma eſt* chryſopraſo *hau diſſimilis, de qua locum* Plin. 37, 8 ſ. 32 *modo dedimus in* CHRYSOPRASIVS.

CHRYSOS, i. m. *Aurum Iocoſe.* Plaut. Bacch. 2, 3, 6 Opus e Chryſo Chryſalo. ¶ 2 *Item*, Piſcis aurei coloris Plin 32, 11. ¶ 3 Chryſos metos, *herba*, Apul. de Herb. c. 9 *quam* Hederam nigram *vocat.*

CHRYSOTHALES. [χρυσοθαλὲς] *Quaſi tu dicas auro virente herba eſt, quam* Aïzoum, *it.* Semperuiuum, *it.* Iſoëtes, Erithales, Tr thales vocant, Plin. 25, 13 ſ. 102.

## C H V *et* C H Y

CHVS. [χῦς χοεὺς] *Genus menſurae humidorum apud Atticos R manum congium capiens, nempe ſex ſextarios, ſiue cotylas Atticas du decim.* Adde duos *(ſextarios ad quatuor, qui choenicem implent* Chus fit, vulgo qui congius idem Fann. de Ponder. et Menſ. v. 7 *Videtur* Chus *dictus eſſe* ἀπὸ τῦ χέειν, *quod eſt fundere. Vaſis gen quo aqua hauſta fundebatur.* ¶ 2 Chus [Χῦς] *etiam pu vis eſt ſ. terra. Hinc*

CHOICVS. [Χοικὸς] *Puluereus, terrenus, mortalium homin epitheton ex* 1 Cor. 15. *quo vtitur, v. g.* Tertull. adu. Valent. 2 De Anima 40. De Reſurr. 49.

CHVTRA. [χύτρα] *Idem ſignificat quod* Chytra, Y *in* V *conuer* Cato R. R. 157, 11 Vbi in chutra ferueſeceris id lotium, ſub ſella ſupponito pertuſam. *Vid.* infra CHYTRA. *Sic* Cluſter. *S neque hoc diſſimulandum*, Scutram *eſſe in MSS. et editis plerisque.*

CHYDAEVS, a, um. Adi. [χυδαῖοι] *Vilis, vulgaris. Vt*, Chydacae palmae *ſunt, quarum* modio in aquae congiis tribus macerato, *exprimitur vinum*, quo Parthi et Indi vtuntur, et Oriens totus, Plin. 14, 16 ſ. 19. *Rationem nominis reddit* Idem 13, 4 ſ. 9 Quos ex his Deorum honori dicamus, Chydaeos appellauit Iudaea, gens contumelia numinum inſignis. *Quod genus dactylorum videbant expeti Iudaei ad myſteria quaedam (forte propter expreſſam in ligno muliebris pudendi ſimilitudinem) illud ipſum nomine hoc infamabant: quae res ingenio Iudaico plane conuenit. Itaque defendit hanc lectionem etiam Spanh. de Vſu et praeſt. num. diſſ.* 6 p. 355.

CHYLVS, i. m. [χύλος] *Succus. Speciatim ille, qui e cibis emulſus ſanguini deinde infunditur. Vid. mox* CHYMVS. A chylo *eſt*

CHYLISMA Acaciae Scribon. 23. *i. ſuccus expreſſus.*

CHYMIA, CHYMICVS, *vid.* CHEMIA.

CHYMVS. [χυμος] *Apud Graecos quemuis ſuccum ſignificat. Medicorum enim vel veterum Graecorum, vel recentioris aetatis vſus nihil huc facit: niſi quod indicandus eſt verſus* Sereni Samon. 900 Praeterea chymum ſtomacho deſiccat iniquum. *Sed Borrich. de lingua Pharmacop. h. v.* Chylum *tuetur, quia is in ſtomacho*, Chymus *in vaſis aliis.*

CHYTRA, *et* CHYTRON. [χύτρα] *Latine* Olla *dicitur. Inde*

CHYTRŎPVS, ŏdis. *Olla pedes habens*, Vulgat. Leuit. 11, 35.

## C I B

CIBALE, CIBARIVM, CIBO, *vid.* CIBVS.

CIBILLA, ae. *Quid eſſet, doceat* Varro de L. L. 4, 25 p. 30, 9 Menſam eſcariam cibillam appellabant: ea erat quadrata, vt etiam nunc in caſtris eſt, a cibo dicta, poſtea rotunda facta. Feſtus *item* Cibillam *interpretatur* Menſae rotundae genus, *ſi tamen* Cillibam *corrupte legi putes pro* Cibillam. *Sed ibi praeferendum forte* Cilibanum. *vbi vid.*

CIBORIVM, i. n. [κιβώριον] *Poculi nomen Graecis et Latinis peregrinum. Vtitur eo* Hor. 2, 7, 21 Obliuioſo leuia Maſſico Ciboria exple. Vet. Schol. Cruq. Ciboria ſunt Alexandrina poma, quae habent ſimilia colocaſiis folia, in quorum ſimilitudinem facta pocula eodem modo appellantur. Ciboria etiam ſunt vaſa, in quibus nauigantes ſoliti ſunt ferre ſuos cibos. *Laborant viri docti in planta illa Aegyptia inuenienda, eoque poculo declarando. Inſpexi per hanc occaſionem praeter Horatianos interpretes, Hadr. Iun. Animaduerſ.* 1, 10. *Caſaub. ad Athen.* 11, 7. *Salmaſ. ad Solin.* p. 925. *Voſſ. in Etymol. h. v. Sed nihil certi. Conf.* COLOCASIA.

CIBORIA. Herba Apul. de Herb. c. 67. *Humelberg. de* Ciborio *interpretatur, et non eſſe generale nomen, vt pro* Cibaria *poſitum ſuſpicari queamus, ſatis contextus orationis indicat.*

CIBVS, i. m. [σιτίον, βρῶμα] *Quo aluntur animalia.* Cibum a Victu *ſic ſeparat* Donatus ad Ter. Andr. 1, 1, 48 *vt* Cibus *ſit*, qui etiam delicatis praebetur: Victus vero in paruis, aridisque alimoniis eſt conſtitutus. Feſtus, Cibus appellatur ex Graeco, quod illi peram, in qua cibum recondunt, κιβώτιον (*leg.* κίβισιν) appellant. Sen. de Tranquill. 1 Placet cibus, quem nec parent familiae, nec ſpectent: non ante multos paratus dies, nec multorum manibus miniſtratus: ſed parabilis facilisque, nihilque habens arceſſiti pretioſiue, vbilibet non defuturus, nec patrimonio grauis nec corpori, nec rediturus, qua intrauerat. Ciborum *ad valetudinem habitum perſequitur* Celſus 2, 18 *ſqq.* Ouid. Met. 15, 138 Vnde fames homini vetitorum tanta ciborum eſt? Iuuen. Sat. 10, 203 Non eadem vini atque cibi torpente palato Gaudia. Hora cibi, *i. edendi tempus* Ouid. ex Pont. 1, 10, 8. Hoſpes non multi cibi Cic. Fam. 9, 26. Maturus cibo Plin. 12, 27. Multitudo cibi Scribon. 122. Lucret. 5, 928 Nec frigore quod caperetur, Nec nouitate cibi, nec labi corporis vlla, *i. cibo inſolito laederetur.* Penuria cibi Lucret. 5, 1005. Satias Idem 5, 1390. Cic. de Nat. Deor. 2, 106 Iam vero operibus hominum, id eſt manibus, cibi etiam Varietas inuenitur et copia. Ciborum varietas apta Scribon. Compoſ. 104. Quinctil. 2, 4, 5 Ipſis doctoribus hoc eſſe curae velim, vt teneras adhuc mentes more nutricum mollius alant, et ſatiari velut quodam iucundioris Diſciplinae cibo lacteque patiantur. *Sic quaedam editt. veteres: alii ſimplic.* lacte. Ouid. de Rem. Amor. 138 Haec ſunt iucundi cauſa, cibusque Mali. Idem Met. 6, 480 Omnia pro ſtimulis, facibusque ciboque furoris Accipit. Auidus cibi Ter. Eun. 5, 4, 16. Contenti cibis nullo cogente creatis Ouid. Met. 1, 103. Idem Met. 4, 262 Perque nouem luces expers vndaeque cibique, Rore mero, lacrimisque ſuis ieiunia pauit. ¶ 2 *Epitheta.* Acres, Acuti, *vid. hh. ll.* Ter. Eun. 2, 2, 34 Viden' otium, et cibus quid faciat Alienus? *i. Ab alio datus, ſiue menſa aliena, qualis eſt Paraſitorum.* Anceps, *vid.* ANCEPS. Lucret. 1, 809 Scilicet niſi nos cibus Aridus, et tener humor Adiuuet, *etc. Per* Cibum Aridum, *Panem intelligi potiſſimum facile dederim. Sed poteſt etiam ex oppoſitorum ratione ſimpliciter intelligi Cibus et potus.* Cibus Conditius, *vid.* CONDO. Crudus, *v. h. v.* Claud. de Bell. Gildon. 72. Gaudetque *Maurus* diurnos Vt famulae, praebere cibos, *tanquam demenſum, quod ſeruis dabatur.* Dulcis Virg. Georg. 2, 216. Iuuenal. 14, 301

> Frigida ſufficient velantes inguina panni,
> Exiguusque cibus merſa rate, naufragus aſſem
> Dum rogat, *etc.*

Faciles Sen. Hippol. 4. *it.* de Tranqu. c. 1. Facillimus ad concoquendum Cic. de Fin. 2 c. 20. Ouid. Met. 15, 476 Nec celate cibis uncos Fallacibus hamos, *i. eſcis.* Frigidi et repoſiti faſtidium mouent. Quinctil. 2, 4, 29 Gr. ἕωλοι. Grauis Cic. de Nat. Deor. 2, 24. Horridi Sen. Epiſt. 5. Idonei conſeruandis viribus Quinctil. 2, 10. Illiberalis, *v. h. v.* Imperfectus, *indigeſtus* Iuuen. 3, 233. Inanes cibos *vocat* Claud. in Rufin. 1, 206 *Qui magis oculos quam ventrem paſcunt, luxus tantum et nimiae voluptatis cauſa comparati.* Indiſcretus, *v. h. v.* Ouid. ex Pont. 1, 10, 8 Et queror, Inuiſi quum venit hora cibi, *propter taedium vitae.* Lautus, Lenes, *v. hh. vv.* Ouid. Epiſt. 16, 226 Creſcit et inuito Lentus in ore cibus, *de moleſtia animi cibi appetentiam auferente.* Leues cibi, *i. pauci nutrimenti* Celſ. 3, 7. Meridianus Suet. Auguſt. 78. *Hic leuis erat et facilis, vt patet ex* Hor. Serm. 1, 6, 127 Pranſus non auide, quantum interpellet inani Ventre diem durare. Operoſus Plin. 15, 23. *de caſtaneis.* Opimus cibus Idem 22, 22. Parabilis Sen. de Tranq. c. 1. Perpetuus, *v. h. v.* Robuſtus Celſ. 2, 18. Plin. 11, 53 Homini cibus vtiliſſimus Simplex. Aceruatio ſaporum peſtifera, et condimenta pernicioſiora. Solidus . . Ouid. de Arte Am. 1, 94 Granifero Solitum dum vehit ore cibum. Summus, *Extremus* Plin. 20, 4. Cic. de Fin. 2, 64 c. 20 Vtebatur his exercitationibus, vt ad coenam et eſuriens et ſitiens veniret; eo cibo qui et Suauiſſimus eſſet, et idem faciſſimus ad concoquendum. Tetri Claud. ſext. Conſ. Hon. 241. Sen. Ep. 5. Vilis, *qui non magno conſtat* Hor. Serm. 2, 2, 15. Sen. Ep. 5. Vtilis aegro Ouid. Triſt. 3, 3, 9. ¶ 3 *Verborum formulae elementari ordine diſpoſitae.* Abdicare cibum aliquem, Abigere a cibo, Abſtinere cibo, et Cibo Abſtinere aegrum, *v. ſſ. ll.* Hor. Serm. 2, 3, 53 Deficient inopem venae te, ni cibus, atque Ingens Accedat ſtomacho fultura ruenti. *Sic* Non prodeſt cibus nec corpori Accedit, qui ſtatim ſumtus emittitur Sen. Epiſt. 2. Tantum cibi et potionis Adhibendum, vt reficiantur vires, non opprimantur Cic. de Senect. 36 c. 11. Adiicere cibo, *vid.* ADIICIO. Admitti in cibos, Admouere cibum, Aduſtus cibus, Afferre cibum ad os, *v. ſſ. ll.* Allicere beneuolentiam cibo Cic. pro Muraen. 74. Apponere aliquid cibis, *v. h. v.* Quinctil. 2, 16, 4 Cibos Aſpernemur: attulerunt ſaepe valetudinis cauſas, *i. morbi. Ironia eſt, qua diſputat, non eſſe continuo malum, ſi quid culpa vtentium nocuerit.* Aſſumere Lucret. 4, 1084. Cic. Fam. 16, 1 Sin autem poſtea quam cibum Cepiſti, videris tibi, poſſe me conſequi, tuum conſilium eſt. Ter. Eun. 2, 3, 76 Cibum nonnunquam Capies cum ea. Cibi exiguum Capere Scribon. 122. Capere alienis digitis Iuuen. Sat. 10, 229 *de eo, cui chiragra contudit articulos.* Capeſſere, *v. h. v.* Cic. de Nat. Deor. 2, 122 c. 47 Animalia cibum partim oris hiatu et dentibus ipſis Capeſſunt, partim vnguium tenacitate arripiunt, partim aduncitate roſtrorum: alia ſugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandunt *etc.* Carpere digitis Ouid. de Arte Am. 3, 755. Cic. de Nat. Deor. 2, 24 Cleanthes negat vllum eſſe cibum tam grauem, quin is nocte, et die Concoquatur. Conficere, *v. h. v.* Coquere Lucret. 5, 1001. Iuvenal. Sat. 13, 213 Interque molares Difficili Creſcente cibo. *Vid.* n. 2 Lentus cibus. Cibos aſſae carnis Dare Scribon. 133. 134. Ouid. de Arte Am. 2, 662 Sed quercus tecta cibumque Dabat. Ter. Eun. 2, 3, 23 Si qua eſt habilior paullo, pugilem eſſe aiunt, Deducunt cibum: Tametſi bona eſt natura, reddunt curatura iunceas. Ouid. in Ibin 524 Inuiſus pereas Deficiente cibo, *i. fame.* Quinctil. 3, 8 Vt enim ſi obſeſſi atque impares, et aqua ciboque Defecti de facienda ad hoſtem deditione deliberent, et dicatur, *etc.* Cic. de Fin. 1, 37 Vt enim quum cibo, potioneque fames ſitisque Depulſa eſt, ipſa detractio moleſtiae conſequutionem affert voluptatis: ſic in omni re, *etc.* Diditur cibus in venas Lucret. 2, 1124. *pro Diuiditur, i. Digeritur.* Cic. de Diuin. 2, 57 Democritus quidem optimis verbis cauſam explicat, cur ante lucem galli canant: Depulſo enim de pectore, et in omne corpus Diuiſo et Mitificato cibo, cantus edere, quiete ſatiatos. Ouid. Met. 8, 826 *de dormiente.*

> — Petit ille dapes ſub imagine ſomni:
> Oraque vana mouet, dentemque in dente fatigat:
> Exercetque cibo deluſum guttur inani.

Exprimere cibum mandendo ceu plenam ſpongiam aquai Lucret. 4, 622. Facere cibum, *pro Cibos parare laudatur* Plaut. Trucul. Ferre cibum liberis ſuis parentes prohibentur Cic. Verr. 5, 117. *i. afferre.* Fulcire cibis corpora, *i. Corroborare* Lucret. 2, 1146. Cic. de Diuin. 1, 62 Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba veſcerentur, quod Habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis, quaerentis vera, contrariam. Ineſcari cibo Petron. 140. Ingerere cibum aegroto, Ingurgitare ſe cibis, *vid. hh. vv.* Hor. Epod. 5, 39 Interminato quum ſemel fixae cibo Intabuiſſent pupulae, *i. interdicto cum minis.* Introferre alicui Cic. Verr. 5, 117. *in carcerem.* Iuuare cibo Iuuen. Sat. 3, 211. Lambere, *v. ſ. l.* Latrare cibos, *vid.* Latratus, *Partic.* in LATRO, latras. Ouid. de Arte Am. 1, 577 Et quemcunque cibum digitis Libauerit illa, Tu pete. Libare cibos ore Ouid. Amor. 1, 4, 34. Mandere Celſ. 4, 3. Mendicato cibo paſci Ouid. Triſt. 5, 8, 14. Miniſtrare Sen. Hippol. 4. Miniſtrare manibus Sen. de Tranq. c. 1. Minuere Celſ. 5, 29. Mitificare, Mitigare, *v. ſſ. ll.* Cibum flammae Mollire vapore Lucret. 5, 1001. Odorari Hor. Epod. 6, 10. Cic. de Diuin. 1, 60 c. 29 Nunc Onuſti cibo, et vino, perturbata et confuſa cernimus. Onuſti *idem eſt, quod* Onerati. Parare Sen. de Tranqu. c. 1. Paris languorem cibus imperfectus Iuuen. Sat. 3, 233. *i. Indigeſtus.* Partiuntur aues teneris infirmisque foetibus cibos ore ſuo collatos Quinctil. 2, 6, 7. Paſci cibo mendicato Ouid. Triſt. 5, 8, 14. Peragere cibo, Perficere, *v. ſſ. ll.* Nunc omnia vino et cibo Perturbata et confuſa cernimus Cic. de Diuin. 1 c. 29. Petere te cibum e flamma poſſe arbitror Ter. Eun. 3, 2, 38. *Ad dapes referendum videtur, quae pro inferiis in rogum mittebantur: vnde Catullus,* 53, 3 Vidiſtis ipſo carpere e rogo coenam: *quod quidem in illum Poëtam Muretus animaduertit, Donato non ſatis perſpectum. al.* Rapere de rogo. Praebere cibum de proprio corpore Lucret. 3, 1004. *de Tityo.* Praeguſtare Ouid. Am. 1, 4, 33. Prodeſſe Sen. Ep. 2. Cibis Prodeſſe languentibus Scribon. Ep. Proiicere Hor. Epod. 6, 10. Quaerere Lucret. 4, 847. Varr. de R. R. 2, 9 Ad quaerendum cibum fames ducit canes. Redire ad ſimilem cibum Celſ. 3, 7. Tac. Hiſt. 3, 22 At Vitellianus exercitus, cui acquieſcere Cremonae, et Recuperatis cibo ſomnoque viribus, confectum algore, *etc.* Refici cibo Petron. c. 111. Reperire Lucret. 5, 846. Replere ſe Petron. c. 111. Quinctil. 2, 4, 29 Neceſſe eſt iis quum eadem pluribus iudiciis dicunt, faſtidium vt moueant, vt Repoſiti et frigidi cibi. Secretus cibo, *ſeiunctus et ſemotus a cibo, qui non edit* Lucret. 1, 195. Sedet famem Sen. Ep. 8. Plaut. Rud. 1, 5, 25 Veneri cibo meo Seruio, *i. ea lege, non vt me alat ſacerdotium, ſed vt ipſa mihi ſuppeditem neceſſaria.* Sperne cibum vilem Hor. Serm. 2, 2, 14. Strangulauit auidum cibus Petron. c. 115. Lucret. 4, 865 Propterea capitur cibus, vt Suffulciat artus. Suggerere cibos alicui Stat. Theb. 9, 740. Sumere Plin. Epiſt. 3, 5. Suppeditat cibos terra Cic. de Legib. 2, 67. Lucret. 2, 1146 Omnia debet enim cibus Integrare nouando Et Fulcire cibus, cibus omnia Suſtentare. Praecluſae cibum fauces Tenere *dicuntur, quae non demittunt in aluum* Sen. Thyeſt. 781. Celſ. 3, 15 Poſtero die, quo cibo Vacat, et ab exercitatione, vnctioneque, aqua tantum contentus conquieſcat. Vincuntur cibi praecipue peruigilio Plin. 11, 3. *ad finem.* Vti cibis Claud. quart. Conſ. Hon. 341. Cibo Cic. de Fin. 2 c. 20. Plin. 18, 14 Maceratum calida aqua, homini in cibo eſt, *i. homo vtitur eo pro cibo.* Cic. de Fin. 5, 54 c. 19 Sed animi cultus ille erat ei quaſi quidam humanitatis cibus. *Per metaphoram.*

CIBĀLIS, e. [ἐδώδιμος] *Quod ad cibum pertinet.* Varro de R. R. 2, 11, 1 Eſt enim *lac* omnium rerum, quas cibali cauſa cupimus, liquentium maxime alibile, et id ouillum, inde caprinum. *Sic legebatur in antiquis editionibus: a Iuntis inde editum* cibi. Lactant. de Opific. Dei cap. 11. Duas eſſe per collum fiſtulas neceſſe eſt, cibalem ac ſpiritalem.

CIBICĪDA, ae. *Qui cibum caedit et abſumit, hoc eſt vorax.* Lucil. *apud* Non. 2, 148 Viginti domi, an triginta, vel centum cibicidas alas.

CIBO, āre. [σιτίζω] *Alere, ſiue nutrire.* Columel. 8, 10, 6 Atque ea genera, quae intra ſepta villae cibantur, fere perſequuti ſumus. Lucret. 1, 1092 A terris quoque cibatur.

CIBATVLVS, a, um. Suet. Tiber. 72 Erat ei oblectamento ſerpens draco, quem ex conſuetudine manu ſua cibaturus.

CIBANDVS, a, um. Columel. 8, 11, 15 Cibandis pullis vtiles locuſtae.

CIBARIA, orum. n. *pro Alimentis.* Cic. Att. 6, 3 Vnde, inquit, me iubes petere cibaria. Annua Cato R. R. c. 60. Duplicia Varr. L. L. 4, 16. Cibaria menſtrua Cic. Verr. 3, 73 c. 30. Inopia cibariorum Caeſ. Bell. Gall. 6, 9. *Conf.* ib. 8, 15. Cato de R. R. 60 Bubus cibaria, annua in iuga ſingula lupini modios *etc.* Ad hanc rem conficiendam imperauit cibaria cocta decem dierum Nep. 18, 8, 7. Ruſticorum cibaria adiuuare Colum. 12, 14. *i. in cibo ſumitur.* Congeſta Hor. Serm. 1, 1, 32. Cic. Att. 6, 3 Profecto reſpondi, *etc.* me non inſtituiſſe iis Dare cibaria, quorum opera non eſſem vſus. Detrahere militum cibaria Quinctil. 5, 13. Facta ſunt vberiora cibaria caritate Cic. Verr. 3, 216 c. 93. *i. cum caritas eſſet annonae tanto plus ſoluendum fuit magiſtratui prouinciali nomine cibariorum. Sic mox ſequitur apud Ciceronem*, Modo C. Sentium vidimus, hominem veteri illa ac ſingulari innocentia praeditum, propter caritatem frumenti, quae fuerat in Macedonia, permagnam ex cibariis pecuniam deportaſſe. *Videmus itaque* cibaria *haec magiſtratuum fuiſſe certum frumenti modum, quem praeſtare iuberentur prouinciales vel modio vel aeſtimatione facta in numo.* Cic. pro Roſc. Amer. 56 Anſeribus cibaria publice locantur, et canes aluntur in Capitolio, *etc.* Praebere alicui Cic. pro Roſc. Amer. 57 c. 20. Praeſtare ſeruo Sen. de Benef. 3, 21. Quaerere ex agris Varro de R. R. 2, 9. Cic. Verr. 2, 12 Quaeſtores liberaliter ex iſtius cibariis tractati non minus acres contra me fuerunt. ¶ 2 *Sed etiam ſingulari numero inuenitur* Cibarium Sen. de Benef. 3, 21 Eſt aliquid, quod dominus praeſtare ſeruo debet, vt cibarium, veſtiarium. ¶ 3 Cibarium Plinius 18, 9 *vocat farinam, poſt pollinem vel florem excuſſam, quam furfures ſequuntur:* Iuſtum eſt, *inquit*, e grano Campanae *(ſiliginis)* quam vocant caſtratam, e modio redire ſextarios quatuor ſiliginis, vel e gregali ſine caſtratura ſextarios quinque, praeterea floris ſemodium, et Cibarii, quod ſecundarium vocant, ſextarios quatuor, furfuris ſextarios totidem. *Et paullo poſt*, Si vero pollinem facere libeat, XVI pondo panis redeunt, et Cibarii tria, furfurum ſemodium. *Ex hoc* cibario *fit* panis cibarius. *Nempe*

CIBARIVS, a, um. Adi. [ἐδωδιμαῖος, τρώξιμος, ἐδώδιμος] *Quod pertinet ad cibum.* Plaut. Capt. 4, 3, 1 Mihi rem ſummam credidit cibariam. Non. 2, 188 *obſeruat*, Cibarium aut de pane ſordido dici, aut de alio indigno: *laudatque* Varron. ὄνος πρὸς λύραν, Tuus autem ipſe frater cibarius fuit Ariſtoxenus. *Sic* Oleum, Panis, Vinum cibarium *dicitur.* Macrob. Saturn. 2, 13. Sulla mortuo Lepidus Conſul legem tulit et ipſe cibariam. Cato enim Sumptuarias leges, Cibarias appellat. Oleum cibarium, *i. Vile, notae certe ſecundae* Colum. 12, 50, 22 coll. ſ. 18 *et* 21. Panis cibarius Cic. Tuſc. 5, 97 c. 34 *vilis, et tenuiorum cibus.* Saporem cibarium habent mella Columel. 12, 11, 2. *i. cibis conuenientem.* In cubiculo dormire mallem, ſcilicet potius Vinum meum cibarium, quam ego dominus cubarem Varro *apud* Nonium 2, 188. Plin. 14, 2 Horconia *vitis* in Campania, tantum Vilitatis cibariae, ſed vbertate praecipua. Idem 14, 3 Conſemina nigra, vino minime durante, Vua maxime: poſt XV dies, quam vlla alia metitur, fertilis, ſed cibaria.

CIBĀTVS, ûs. m. [τροφή] *Idem fere quod Cibus.* Varro de R. R. 2, 9 Cibatus canis propior hominis quam ouis; paſcitur enim e culina et oſſibus, non herbis, aut frondibus. Lucret. 1, 1093 Niſi a terris paullatim cuique cibatum Terra det. Aut alios hominum paſtus pecudumque cibatus Id. 6, 1125. Plaut. Mil. 2, 2, 67 Tibi muni viam qua Cibatus, commeatusque ad te, *etc.* Cibatus gratiſſimus Plin. 8, 10. Cibatu longiore ſuſtentare ſues Varr. de R. R. 2, 4. Idem de R. R. 1, 63 Far, quod in ſpicis condideris per meſſem, et ad vſus cibatus expedire velis, promendum hieme, *etc.* Obiicere cibatui triticum Varro de R. R. 3, 8. *de turturibus.* Pro cibatu niuem credunt eſſe Plin. 8, 55. Vt prius aliquid nobis cibatui proſpicerem Apul. Met. 1 p. 113.

CIBATIO, ōnis. f. Solin. 40 Solitae cibationi ſuperponunt.

CIBYRA, ae. [Κίβυρα Ptolemaeo] Oppidum Ciliciae, non procul a Maeandro fluuio. Plin. 5, 27.

CIBYRATES, *vel* CIBYRATA. Gentile. Cic. Verr. 4, 29 Eo quum venio, Praetor quieſcebat: fratres illi Cibyratae inambulabant.

CIBYRATĬCVS, a, um. *Etiam gentile.* Cic. Verr. 4, 47 Immittebantur illico Cibyratici illi canes, qui inueſtigabant, et perſcrutabantur omnia. Cic. Att. 5, 21 Cibyraticum forum. Tacit. Ann. 4, 13 Cibyratica ciuitas.

## C I C

CĬCĀDA, ae. f. [τέττιξ] *Inſectum illud aeſtatis comes, canorum ſeu ſtridulum malis, et ſaliens.* Plin. 11, 26 ſ. 32 Cicadarum duo genera: minores quae primae proueniunt, et nouiſſimae pereunt. Sunt autem mutae. Sequens eſt volatu rara. Quae canunt vocantur Achetae: et quae minores ex eis ſunt, Tettigoniae: ſed illae magis Canorae. Mares canunt in vtroque genere: feminae ſilent. Gentes veſcuntur iis ad Orientem, etiam Parthi opibus abundantibus: *etc. ſunt enim pluſcula.* Virg. in Culice 151 Argutis et cuncta fremunt ardore cicadis. Auenaria cicada, *vid.* AVENA. Virg. Georg. 3, 328 Et cantu Querulae rumpent arbuſta cicadae. Idem Ecl. 2. 13 Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis. *Auctor* Philomelae 35 Et cuculi cuculant, Fritinnit rauca cicada. Virg. Ecl. 5, 77 Dumque thymo Paſcentur apes, dum rore cicadae. Lucret. 4, 56 Cum veteres Ponunt tunicas aeſtate cicadae. Ouid. de Arte Am. 1, 271 Vere prius volucres taceant, aeſtate cicadae. *Cicadas Philoſtratus in Apollonii Tyanei vita, et Plato in Phaedro, a Muſis cantum habuiſſe ſcribunt, dicente ſic Socrate, Fertur autem, olim cicadas homines fuiſſe ante Muſas: natis deinde Muſis, cantuque monſtrato, illorum nonnullos voluptate cantus vſque adeo delinitos fuiſſe, vt canentes cibum potumque negligerent, imprudenterque perirent: ex quibus deinceps cicadarum genus ſit natum, cui Muſae hoc munus dederunt, vt alimonia non indigeat, ſed absque cibo potuque quamdiu vixerit cantet: poſtea vero ad Muſas proficiſcatur, quam quis hominum Muſam hic colat renuntiaturum. Ergo Terpſichorae renuntiantes, qui praecipue illam in choreis coetibusque celebrarint, eam ipſis propitiam reddunt, atque itidem aliis pro ſua cuique venerationis ſpecie. Meminit Caelius 17, 6.*

CĬCĀTRIX, īcis. f. [οὐλή, ὠτειλή, μώλωψ] *Signum et velut veſtigium, quod ex vulnere ſiue vlcere remanet.* Ter. Eun. 3, 2, 29 Neque pugnas narrat, neque cicatrices ſuas oſtentat. Cic. Philip. 7, 17 c. 6 Luculentam ipſe plagam accepit, vt docet cicatrix. Ouid. Amor. 3, 8, 19 Cerne cicatrices, veteris veſtigia pugnae. Aduerſas cicatrices oſtendere Cic. de Orat. 2, 124 c. 28. Corporea cicatrix, *vid.* CORPVS. Hor. Serm. 1, 5, 60 At illi foeda cicatrix Setoſam laeui frontem turpauerat oris. Cicatricem originis indicem in Vlixe invenit nutrix Petron. 105. Male firma, *i. nondum curata probe* Ouid. Rem. Amor. 623. Marcidae Plin. 23 in prooem. ſ. 4. *i. vulnera humida, nec bene coëuntia interpretatur Hard.* Iuuenal. Sat. 3, 151 Atque recens linum oſtendit non vna cicatrix: *ridicule de calceo poſt rupturam conſuto.* Numeroſa Claud. de Bell. Get. 482. Rufula et ſublurida Plaut. Amph. 4, 4, 63. *Sed eſt ſuppoſititia haec ſcena.* Amare naeuos ſuos et cicatrices Auſon. praef. ad Eid. 6. *i. errorem non agnoſcere.* Coit cicatrix Plaut. Amph. ſuppoſ. 4. Contrahere cicatrices, *vid.* CONTRAHO. Cicatricem ducit (medicamentum) Scribon. 240. (emplaſtrum) 242. Cicatricem ducit vlcerls (emplaſtrum) Scribon. 214. Cicatricem ducunt medicamenta 240. — vlcera 205. 206. 220. cogit cicatricem ducere vlcera 217. Ouid. ex Pont. 1, 3, 15 Tempore ducetur longo fortaſſe cicatrix. *Add.* Scribon. 173. 252. Cic. Verr. 5, 3 Ipſe arripuit M. Aquilium, conſtituitque in conſpectu omnium, tunicamque eius a pectore abſcidit: vt cicatrices Populus Rom. iudicesque adſpicerent aduerſo corpore exceptas Fallit cicatrix, *Non apparet* Plin. 26, 12. Indere cicatrices in ſcapulas alicuius, *vid.* INDO. Inducere cicatricem Celſ. 5, 26, 30 et 36. Cic. Tuſc. 3, 54 Nec ſi aliquot annis poſt, idem ille liber captiuus miſſus eſſet, vulneribus mederetur, ſed cicatricibus. Obducta *ex* Cic. de Lege Agr. 3, 4. *vid.* n. 2. Pati cicatricem nondum poſſunt frondes tenerae Quinctil. 2, 4, 11. Rediit in vulnus Ouid Rem. Amor. 623. Recipere Celſ. 4, 9. Refricare, Reſcindere *vid.* n. 2 *Ipſa certe Metaphora declarat proprietatem.* Scindere frontes cicatricibus Petron. 102. Soluta Scribon. 27. Quinctil. 2, 15, Cicatrices, quas is pro patria pectore aduerſo Suſcepiſſet. Idem 6, 1, 21 Periclitantem vero commendat dignitas, et ſtudia fortia, et ſuſceptae bello cicatrices, et nobilitas, et merita maiorum. Celſ. 7, 2 Ergo quum iam ad cicatricem vulnus Tendit, extentis iacere feminibus et cruribus oportet. Non venit vulnus ad cicatricem, in quo crebro medicamenta tentantur Sen. Epiſt. 2. Virg. Georg. 2, 37[9] Admorſo Signata in ſtirpe cicatrix. *Quae ſit* terrae cicatrix Plin. 1[7], 31 *extr. non facile eſt dicere. Verba ſunt*, Proſtratas *arbores* reſtitui plerumque, et quadam terrae cicatrice viueſcere, vulgare eſt ¶ 2 *Metaph.* Cicatrix *notat memoriam iniuriae ſ. laeſionis.* Petron. [9] Tantum omnem ſcabitudinem animo, tanquam, bonarum artium magiſter deleret ſine cicatrice. *Et* c. 91 Cicatrix non eſt in hoc pectore cum vulnus ingens fuerit. *Contra ea* Sen. de Ira 1, 16 In ſapien[tis] animo etiam cum vulnus ſanatum eſt, cicatrix manet: *generatim de[...] loquitur, quod affectuum ſemina, et veſtigia exſtirpari penitus non poſſun[t]* *Et* 113 Cicatricem recentem ne inter initia coëuntis gratiae reſcinderet. *Ipſe* Cic. de L. Agr. 3, 4 De quo ego conſulto neque ap[ud] vos ante feci mentionem, ne aut refricare obductam iam reip. cicatricem viderer *etc.*

CICATRICV̆LA, ae. f. [οὐλίδιον] Dimin. Celſ. 2, 10 Ideo que protinus brachium deligandum, habendumque ita eſt, donec va[…]lens cicatricula ſit, quae celerrime in vena confirmatur.

CICATRĪCO, āre. [οὐλόω] Cicatricem inducere, Feſtus. Paſ[…] *ſiue* Cael. Aurel. 4, 8 Vlcera cicatricantur. Sidon. Epiſt. 6, 7 Vt conſcientiae hiulca vulnera veſtro ſaltem cicatricentur oratu.

CICATRICATVS, a, um. Partic. Sidon. Epiſt. 6, 7 Cicatric[a]tum pectus precatu leuare ad veniam.

CICATRICŌSVS, a, um. Adi. [οὐλώδης] *Plenus cicatricibus.* Plaut. Amph. 1, 1, 290 Tergum cicatricoſum. Quinctil. 4, 1, 61 Turba[ta] memoria, vel continuandi verba facilitate deſtitui, nusquam turpi[us] quum vitioſum prooemium poſſit videri, vt cicatricoſa facies. *Sim[ili] translatione vtitur* 10, 4, 3 *de his, qui emendandi ſcripta ſua modum n[on] tenent*, Similes medicis etiam integra ſecantibus, Accidit itaque cicatricoſa ſint, et exſanguia, et peiora. Cicatricoſa *ſunt ſcripta, quibus ſuperſunt veſtigia emendationis, cum non ita bene cohaerea[nt]* Torua cruentaque et cicatricoſa Sen. de Ira 2, 35. *in irae proſopopoe[ia]* Cicatricoſa vitis Colum. de Arborib. 11. *et* de R. R. 4, 27.

CICCVM, *ſ.* CICVM, i. n. [Γρῦ, κόκκος Vet. Gloſſ. *it.* ῥοι[ᾶς] ὑμήν. Heſych. κικκὸς, διαχώρησις.] Membrana tenuis malorum pu[ni]corum, Feſtus. Varr. L. L. 6, 5 p. 805 Cicum dicebant membrana[m] tenuem, quae eſt in malo Punico diſcrimen, a quo etiam Plautus d[i]cit, Quod volet, denſum cicum non interduo. *Nempe vſurpatur pr[o]verbialiter hoc ſenſu, Inter iſta non pono diſcrimen tam* denſum, ta[m] *ſenſibile, quantum eſt illud pelliculoſum diſcrimen in malo Punico.* S[ic] *idem* Plaut. Rud. 2, 7, 22 Eluas tu, an exungare ciccum non inte[r]duim, *i. nihil intereſſe puto.*

CICER, ĕris. n. [ἐρέβινθος] *Leguminis genus.* Plin. 18, 12 ſ. [...] Ciceris natura eſt gigni cum ſalſilagine, ideo ſolum vrit. Nec n[iſi] madefactum pridie, ſeri debet. Differentiae plures magnitudine, [fi]gura, colore, ſapore. Eſt enim arietino capite ſimile, vnde ita a[p]pellatur, album nigrumque. Eſt et columbinum, quod alii Veneriu[m] vocant, candidum, rotundum, leue, arietino minus, quod relig[io] peruigiliis adhibet. *Add.* Colum. 2, 10, 20 *vbi* Arietinum *praeci[pue] commemoratur, libris quibusdam* Arietillum *habentibus, vt et* Petron. 35 *et* 39 *vbi* Arietillum *tuetur Heinſius: it.* Pallad. Mart. 4. Quinct. 2, 20, 3 Ματαιοτεχνίας *hoc exemplum ponit:* qualis illius fuit, qui grana ciceris ex ſpatio diſtante miſſa in acum continuo et ſine fruſtratio[ne] inſerebat: quem cum ſpectaſſet Alexander, donaſſe dicitur eiusdem [le]guminis modio: quod quidem praemium fuit illo opere digniſſimu[m] Madidum cicer Martial. 1, 42 *maceratum, vel coctum adeo.* Punic[um] Colum. 9, 1, 8. Hor. Serm. 2, 6, 84 *de mure ruſtico*, Neque ille [ſe]poſiti ciceris, nec longae inuidit auenae. Tepidum *frictum*, [...] Martial. 1, 104. Vernaculum, *i. indigena* Col. 9, 1, 8. Hor. Ser[m.] 1, 6, 115 Inde domum me Ad porri, et ciceris refero, laganique ca[ti]num. Ciceris et nucis emtor Hor. de Arte 249. *Hoc apparet, [ci]bum vilem fuiſſe. Add.* Petron. 14. ¶ 2 *Menſurae indic[an]dae ſeruit*, Ciceris amplitudine Scribon. 77. magnitudine 170.

CICĔRA, ae. f. [ὦχρος] *Genus pabuli apud* Colum. 2, 11, 1 [...] neque hominum cibo inutilis ibid. 12. Ciceram et cicercul[am] *iun[…]*

*iungit Id.* 2, 13, 4: *diſtinguit* Pallad. Mart. 6 quo ſordet et nigrior eſt *Cicera.*

CICERCV̆LA, ae. f. Dimin. [λάθυρος] *Quaſi Minutum cicer.* Plin. 18, 12 ſ. 32 Eſt et cicercula minuti ciceris, inaequalis anguloſi, veluti piſum. Columel. 2, 10, 19 Cicercula, quae piſo eſt ſimilis, menſe Ianuario aut Februario ſeri debet, laeto loco, caelo humido. *Add.* Id. 9, 1. Pallad. Ian. 5. *et* Febr. 4.

CICERCV̆LVM, i. n. *Genus Sinopidis.* Plin. 35, 6 Species ſinopidis tres, rubra, et minus rubens, et inter has media. Pretium optimae in libras 13 denarii. Vſus ad penicillum, aut ſi lignum colorare libeat. Eius, quae ex Africa venit, octoni aſſes, cicerculum appellant. *Opportune laudat Harduinus ex priuilegio antiquo, de Honorio IV Papa,* Cappam albam ſuper tunica et ſcapulari cicerculi coloris, *id eſt, ipſo interprete, griſeo bruni, qui ſcilicet* cicerculae *color eſt, vt colligas ex* Pallad. Mart. 6 Cicera diſtat a cicercula ſolo colore, quo ſordet et nigrior eſt.

CICERBITA, ae. f. *Sonchus.* Marc. Empir. c. 8 *contra dentium dolorem commendat. Vid. Reineſ. ad* Petron. Frag. p. 95.

CĬCĔRO, ōnis. [Κικέρων] *Cognomen in gente Claudia et Tullia, ſiue ab* habitu faciei *ductum, vt poſt Plutarchum* Priſcian. 2 p. 578: *ſiue a legumine, quod bene primus auctor nominis ſereret, vt vult* Plin. 18, 3 *vbi* Fabiorum, Lentulorumque *cognomina a ſimili origine arceſſit. Nobilitauit hoc cognomen* M. Tullius Cicero apud poſteros id conſequutus, vt Cicero iam non hominis nomen, ſed eloquentiae habeatur, *vt ait* Quinctil. 10, 1, 122 *qui addit*, Hunc igitur ſpectemus, hoc propoſitum nobis ſit exemplum. Ille ſe profeciſſe ſciat, cui Cicero valde placebit. *Apparet igitur, quid ſibi voluerint, qui* Celſum Medicorum, *aut* Chriſtianorum Lactantium Ciceronem *appellarunt. Quantitatis oſtendendae cauſa modo addimus* Iuuenal. 8, 243 Roma patrem patriae Ciceronem libera dixit.

CICERONIĀNVS. [Κικερωνιανὸς] *Quod eſt* Ciceronis, *vel ſimile ipſius dicto, facto, orationi etc.* Ciceronem: *vt*, Ciceroniana ſimplicitas, *qua fatetur, quos e Graecis ſequatur commendatura* Plin. in praefat. totius operis. Idem 31, 2 Oculis medentur aquae Ciceronianae: *quas idem deſcribit, et* Epigramma *in illas* Laureae Tullii *apponit.* Menſas Ciceronianas *pro lautis dixit* Tert. de An. 33.

CICEROMASTIX, ĭgis. m. Largii Licinii *cuiusdam* liber infando titulo, *vt inquit* Gellius 17, 1 *inſcriptus eſt, in quo contendit* Ciceronem parum integre, atque improprie et inconſiderate loquutum. *De iſtiusmodi reprehenſoribus etiam* Auct. Dialogi de Cauſis corruptae eloquentiae cap. 18. 19. 20. *Vid. Angel. Polit. Miſcell. cap.* 53.

CICERRVS, i. m. *Scurra, quem deſcribit* Hor. Serm. 1, 5, 51.

CICHORĒA, ae. f. *et* CICHOREVM *et* CICHORIVM, i. n. [κιχόριον] *Herba culinis etiam nota.* Hor. Carm. 1, 31, 15 Me paſcunt oliuae Me cichorea, leuesque maluae. Plin. 19, 8 ſ. 29 Intubi quoque non extra remedia ſunt. *Et paullo poſt*, Erraticum apud nos quidam ambugiam appellauere. In Aegypto Cichorium vocant, quod ſilueſtre ſit. *Conf.* 19, 8 ſ. 39. Virg. Georg. 1, 120 Et amaris intuba fibris, i. e. Cichorea, *vt* Seruius *interpretatur.*

CICI. [κίκι, ἢ κρότων] *Arbor ſ. frutex, de qua* Plin. 15, 7 *de oleis facticiis*, Proximum fit e Cici, arbore in Aegypto copioſa: alii crotonem, alii trixin, alii ſeſamon ſilueſtre appellant — altitudine oleae, caule ferulaceo, folio vitium, ſemine vuarum gracilium pallidarumque. Noſtri eam vicinum appellant, a ſimilitudine ſeminis. Coquitur id in aqua, innatansque oleum tollitur *etc. Et* 16, 23 ſ. 35 Crotoni, quem et cici diximus vocari. *Hinc*

CICINVM *oleum ibid. it.* 23, 4 ſ. 41. *vbi variae illius vtilitates.*

CICILENDRVM, i. n. *Aroma ficticium Coqui* Plaut. in Pſeud. 3, 2, 42.

CICIMANDRVM, i. n. *Itidem* ibidem 48.

CICINDĒLA, ae. f. [λαμπυρὶς] Genus muſcarum, quod noctu lucet, videlicet a Candela. Haec Feſtus. Plin. 18, 26 ſ. 66 *de miſſione.* Eſtque ſignum illius maturitatis, et horum ſationis commune, lucentes veſpere per arua cicindelae. Ita appellant ruſtici Stellantes volatus: Graeci vero Lampyridas, incredibili benignitate naturae. *Add.* 11, 28 ſ. 34.

CICINNIA, ae. [Θεὰ κιναίδων] Dea turpitudinis. Gloſſ. Lat. Gr.

CICŌNES, um. m. [Κίκονες] *Populi Thraciae ad Hebrum fluuium habitantes, de quibus* Ouid. Met. 15, 313 Flumen habent Cicones, quod potum ſaxea reddit Viſcera: quod tactis inducit marmora rebus. *Illius populi mulieres ab Orpheo ſpretas eam diſcerpſiſſe per Liberi ſacra ſimulata* Virgilius *oſtendit* Georg. 4, 520

Spretae Ciconum quo munere matres
Inter ſacra deûm nocturnaque orgia Bacchi
Diſcerptum latos iuuenem ſparſere per agros.

CĬCŌNIA, ae. f. [πέλαργος] *Ab albis nigrisque pennis.* Quaſi cicania Iſid. 12, 7. Praeneſtinis Conia eſt Ciconia Plaut. Truc. 3, 2, 23. Ciconia etiam grata, peregrina, hoſpita, Pietati cultrix, gracilipes, crotaliſtria, Auis exſul hiemis, titulus tepidi temporis P. Syr. *ap.* Petron. c. 55. Plin. 10, 23 ſ. 31 Ciconiae quonam e loco veniant, aut quo ſe conferant, incompertum adhuc eſt. E longinquo venire haud dubium, eodem quo grues modo: illas hiemis, has aeſtatis aduenas. — Nemo vidit agmen diſcedentium, cum diſceſſurum appareat: nec venire, ſed veniſſe cernimus. — Honos iis ſerpentium exitio tantus, vt in Theſſalia capitale fuerit occidiſſe, eademque legibus poena, quae in homicidam. — Ciconiae nidos eosdem repetunt: genetricum ſenectutem inuicem educant. Iuuen. 14, 74 Serpente ciconia pullos Nutrit, et inuenta per deuia rura lacerta: Illi eadem ſumtis quaerunt animalia pennis. *Vim educationis indicat* Ouid. Met. 6, 97 Sumtis quin candida pennis Ipſa ſibi plaudat crepitante ciconia roſtro. ¶ 2 Ciconia *geſtus ad irriſionem comparatus, cum manu in qualemcunque roſtri ciconiae ſimilitudinem formata tergum alterius velut tundendo e longinquo appetebant.* Perſ. Sat. 1, 58 O Iane a tergo quem nulla ciconia pinſit. *Bifrons enim eſt Ianus, et retro non minus videt, quam antrorſum.* Manum incuruare in ciconiam Hieron. praef. in Sophon. Ciconiarum deprehendes poſt te colla curuari Id. Epiſt. 4 ad Ruſticum Monach. ¶ 3 Ciconia *eſt Inſtrumentum, quo hauriunt aquas Hortulani et alii ex puteo.* Gloſſ. Vet. Tolleno, ſeu Ciconia. Iſid. 20, 15 Hoc inſtrumentum Hiſpani Ciconiam vocant, quod imitetur eiusdem nominis auem, leuantem ac deponentem roſtrum, dum clangit. *Nondum obſoleuit machinatio ſimplex et commoda conſtans arbore erecta, cui tranſuerſaria trabes ea libratione impoſita, vt cum ſuſpenſa ab vno capite ſitula plena eſt, tum demum aequis ponderibus faciliime e puteo aqua leuetur.* ¶ 4 Ciconia, *Genus menſurae apud* Columel. 3, 13, 11 Sed huic operi exigendo quaſi quandam machinam commenti maiores noſtri regulam fabricauerunt; in cuius latere virgula prominens ad eam altitudinem, qua deprimi ſulcum oportet, contingit ſummam ripae partem. Id genus menſurae ciconiam vocant ruſtici. *Non differre hanc machinam ſulcis explorandis excogitatam, a figura literae T, ſatis conſtat, et a nobis ad illum locum oſtenſum eſt.*

CICONĪNVS. Adi. *Vt*, Aduentus ciconinus Sidon. Epiſt. 2, 14.

CICVMA, ae. [κικυμὶς] Auis eſt noctua, teſte Feſto. Cael. 17, 11 Nycticoracem *interpretatur.* Iſid. Gl. Cecuma, Noctua.

CICVR, cicŭris. Adi. [τιθασσὸς] Quod a fero diſcretum eſt, *vt ait* Varro de L. L. 6, 5 p. 97, 37. *Nempe ſic proprie dicitur Animal ferum, ſed manſuefactum.* Cic. Tuſc. 5, 38 Earum ipſarum partim ſolinagas, partim congregatas, immanes alias, quasdam autem cicures, nonnullas abditas, terraque tectas. Idem de Nat. Deor. 2, 99 c. 39 Quae vero et quam varia genera beſtiarum, vel cicurum vel ferarum? Varro R. R. 3, 16, 19 Cicures apes feris *opponit*, Cicures *vocat*, quae in cultis locis paſcitant. Cicur ingenium, Manſuetum a quo Veturii quoque nobiles cognominati Cicurini Varro de L. L. 6, 3 p. 79, 38. Cicur ſus, ex apro et ſcropha domeſtica. Feſtus. ¶ 2 *Aliquando pro Sapiente ponitur, vt* Conſilium cicur *apud* Pacuu. *teſte* Feſto, *in voce* Incicur.

CICV̆RO, āre. [τιθασσεύω] Manſuefacere, *vt ait* Varro de L. L. 6, 5 p. 79, 35 *ex* Pacuuio *laudat*, Nulla res neque cicurare, neque mederi potis eſt, neque reficere.

CICVRĪNVS. *Cognomen Veturiae gentis, de quo modo laudatus eſt* Varro de L. L. 6, 5.

CICV̄TA, ae. f. [κώνειον] *Herba venenoſa.* Lucret. 5, 897 Quippe videre licet, pingueſcere ſaepe cicuta Barbigeras pecudes, homini quae eſt acre venenum. Plin. 25, 13 ſ. 95 Cicuta quoque venenum eſt, publica Athenienſium poena inuiſa, ad multa tamen vſus non omittendi. Semen habet noxium. Caulis autem et viridis eſtur a plerisque et in patinis. Leuis hic et geniculatus, vt calami nigricans, altior ſaepe binis cubitis, in cacuminibus ramoſus: folia coriandri tenuiora, graui odoratu: ſemen aniſo craſſius: radix concaua, nullius vſus *etc.* Sicut cicuta homini venenum eſt, ſic cicutae vinum Plin. 14, 5: *ex epiſtola, qua Androcydes Alexandrum e vini intemperantia reuocabat.* Plin. 23, 1 ſ. 23 Merum remedio eſt contra cicutas. Iuuenal. Sat. 7, 206 Hunc inopem vidiſtis Athenae, Nil praeter gelidas auſae conferre cicutas. *Gelidas, quod qui ea ratione necantur, incipiunt algere ab extremitatibus corporis.* Mala, *i. Noxia.* Hor. Serm. 2, 1, 56. Ouid. de Arte Am. 3, 465 Et dare miſta viro tritis aconita cicutis. Viridis Scribon. 247. *i. recens. Sed* Ouid. Met. 4, 504 Viridi verſata cicuta, *venena alia, i. baculo vel ſtirpe cicutae.* Accepta inter vincla Iuuen. 13, 186 *de Socrate, qui hauſto cicutae poculo interiit.* ¶ 2 Cicutam Horatius *pro Helleboro poſuit, vt antiqui interpretes exponunt illud* Epiſt. 2, 20, 53

Paupertas impulit audax
Vt verſus facerem. Sed, quod non deſit, habentem
Quae poterunt vnquam ſatis expurgare cicutae,
Ni melius dormire putem, quam ſcribere verſus?

*Lambinus* cicutae *mutari vult in* Sicuiae σίκυας, *i. cucurbitae ſ. cucurbitulae, quibus ad eliciendum prauum humorem vtuntur medici. Cuningamus* expugnare *legit, et* cicutae *retinet, quae nempe frigore ſuo bili feruidae, cerebrum et mentem adeo turbanti, reſiſtit: vt monet etiam Caſaub. ad* Perſ. 5, 145 Calido ſub pectore maſcula bilis Intumuit, quam non exſtinxerit vrna cicutae. *Illi* exſtinxerit *melius reſpondet* expugnare, *quam* expurgare. *Lathyridem, herbam catharticam intelligit Salmaſ. ad Solin. p.* 742. ¶ 3 Cicuta *etiam dicitur Canna, ex qua fiſtula contexeretur.* Lucret. 5, 1382 Et Zephyri caua per calamorum ſibila primum Agreſtes docuere cauas inflare cicutas. Spatium inter cannarum nodos *interpretatur* Seru. *ad h. l.* Virg. Ecl. 2, 36 Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis Fiſtula. *Hinc pro ipſa fiſtula quoque ponitur.* Calpurnius Ecl. 7, 12 Iuſſit et arguta iuuenes certare cicuta. Fragilis Virg. Ecl. 5, 85. *Iterum* Calpurnius Ecl. 4, 20 Leuibus quem ſaepe cicutis Ludere conantem vetuiſti fronte paterna. Mart. Capell. 9 p. 311 *de Luna Endymionem amante*, Paſtoralibus ardens Palmam dedit cicutis. ¶ 4 Cicuta, [Κικούτας] *Nomen ſ. cognomen potius, foeneratoris cuiusdam maxime auari.* Hor. Serm. 2, 3, 69 Adde Cicutae Nodoſi tabulas centum, mille adde catenas, *etc.*

CICVTICEN, cĭnis m. *Qui canit cicuta.* Alta cicuticines liquerunt Maenala Panes Sidon. Carm. 1, 15.

## C I D

CIDĂRIS, *vel etiam* CITĂRIS, is f. [κίδαρις, κίταρις] *Ornamentum capitis regum Orientis. Eadem quae alias* Tiaras *vocatur, ſed a* Diademate *diuerſa, licet cum eo interdum coniuncta.* Curt. 3, 3, 19 Cidarim Perſae regium capitis vocabant inſigne. Hoc caerulea faſcia albo diſtincta *(id ipſum eſt* diadema*)* circuibat. *Vid. ex Graecis fontibus illuſtratam* Cidarim *a Spanh. de Vſu et praeſt. num. Diſſ. 8 p. 470 ſq. vbi obſeruat inter alia, Pontificis etiam Ebraei pileum* κίδαριν *dictum a Gregorio Naz. Or. 5 p. 136. Origo vocis videtur Ebr.* כתר *corona.* Hieron. ad Fabiolam Tom. 4 f. 24, C. *de ſummo Pontifice*, Caput ſuum non diſcooperiet. Habet cidarim, et nomen dei portat in fronte. Diademate ornatus eſt regio. *Deinde* f. 25, C. *illam, quam* Cidarim *dixerat, ita deſcribit:* Quartum genus eſt veſtimenti rotundum pileolum, quale pictum in Vlyxeo conſpicimus, quaſi ſphaera media ſit diuiſa, et pars vna ponatur in capite. Hoc Graeci et noſtri tiaran, nonnulli galerum vocant, Hebraei מצנפת Miznepheth. Non habet acumen in ſummo, nec totum vſque ad comam caput tegit: ſed tertiam partem a fronte inopertam relinquit: atque ita in occipitio vitta conſtrictum eſt, *(hoc eſt diadema)* vt non facile labatur ex capite. Eſt autem byſſinum, et ſic fabre opertum linteolo, vt nulla acus veſtigia extrinſecus appareant. Cidaris munda *in ſacerdotali veſtitu etiam memoratur a* Tertull. adu. Iudaeos 14.

CIDARVM, *vel* CYDARVM. *Genus nauis,* Gellio 10, 25. *de qua nihil praeterea occurrit.*

## C I E

CIEO, cies, cĭtum, ciēre. [σεύω, κίνυμι] *item* cio, cis, ciui, cītum, cire, *idem ſunt, et mouere ſignificant. Sed in hoc differunt tantum, quod* Citum *a* Cieo *priorem corripit, hinc frequentatiua* Excito, Concito, Recito: Citum *a* Cio, *producit, vnde* Accitus, et Excitus, *penult. prod. Compoſita vtriusque ſemper ſunt quartae, vt* Accio, Concio, Excio. *Niſi quod inuenitur etiam* Accieo. Seru. *ad* Aen. 12, 104 Ciere proprie eſt Alteri aut dolorem aut lacrimas commouere. *Sed multo patere latius, et ad omnem motum corporum pariter atque animorum, pertinere, exempla docebunt, quae iam elementari ſerie ponimus.* Aequora

ciet Nereus imo fundo Virg. Aen. 2, 419. Lucret. 3, 292 Eſt et frigida multa comes formidinis Aura, Quae ciet horrorem in membris, et concitat artus. Cic. de Diuin. 1, 15. *de ranis*, Abſurdoque ſono fontes ſtagna cietis, *i. reſonare facitis.* Ad coitum feminas ciere Plin. 11, 37. Ad arma Sil. 7, 43. Acies Virg. Aen. 6, 829. Aluum Columel. 6, 5. Virg. Aen. 1, 545 Bella cient, primaque vetant conſiſtere terra. *Add.* Vell. 2, 54, 2. Belli ſimulacra ciere, *Bellum fingere, ſpeciem belli praebere* Virg. Aen. 5, 674. Idem 4, 122 *Iuno ait*, Tonitru Caelum omne ciebo. Cic. de Fin. 2, 94 c. 29. *ex veteri Poëta*, Cui viperino morſu venae viſcerum Veneno imbutae tetros Cruciatus cient. Dolorem (tonicum) e veſtigio Scribon. 194. Fletus Virg. Aen. 3, 344. Lucret. 5, 816 At nouitas mundi nec Frigora dura ciebat, Nec nimios Aeſtus, nec magnis viribus Auras. Virg. Georg. 3, 517 Extremosque ciet Gemitus. i. e. Vltimum gemuit, inquit Seruius. *De tauro moribundo loquitur.* Virg. Aen. 6, 468 Lenibat dictis animum, Lacrimasque ciebat, *i. mouere ſtudebat.* Menſes Plin. 21, 20. *i. ſanguinem menſtruum, de medicamento.* Cic. Tuſc. 1, 20 Sic ex corporis totius natura et figura, varios Motus cieri tanquam in cantu ſonos. Idem de Nat. Deor. 3, 27 Naturae iſta ſunt omnia cientis et agitantis Motibus et Mutationibus ſuis. Virg. Aen. 12, 104 Mugitus veluti quum prima in praelia taurus Terrificos ciet, atque iraſci in cornua tentat. Idem Georg. 1, 110 Illa cadens raucum per leuia Murmur Saxa ciet. Liu. 2, 19 Latinus dux nihil deterritus vulnere, Praelium ciet, *i. ſuos incitat.* Idem 1, 12 Principes vtrinque Pugnam ciebant. *Add.* 2, 47 *pr.* Singultus ore ciere Catull. 49. Virg. Aen. 6, 829 Heu quantum inter ſe bellum, — quantas Acies, Stragemque ciebunt. Sen. Oedip. 351 Infauſta magnos ſacra Terrores cient. Plaut. Amph. 1, 2, 14 Turbas vxori ciet Amphitruo. Virg. Aen. 6, 165 Aere ciere viros, Martemque accendere cantu, *Miſeri officium.* Vrinam Plin. 20, 5. *et* 26, 8. Vulgus aequoreum ciere Sen. Hippol. 957.

¶ 2 *Sed etiam reliquae formae ſatis commode ad mouendi ſignificationem referri poſſunt. Vt cum ponitur pro irritare* Plaut. Bacch. 3, 3, 11 Quid negotii hoc eſt, Piſtoclerum Lydus quod herum tam ciet? *Ita pro laceſſere eſt* Val. Flac. 7, 578 Iaſon errantem dextra ciet obuius ignem, *i. tauros igniuomos laceſſit et in ſe concitat. Etiam cum eſt* Nominare, *quod* Feſtus *obſeruat: nam qui nomine vocat aliquem, illum mouere vult, vt ſurgat, veniat* etc. *Hinc eſt illud frequentatiuum* Citare. Val. Flacc. 4, 548 Hic demum vittas, laurumque capeſſit, Numina nota ciens. *Paullo aliter idem* 3, 156 Ille manu contra telum tenet, vltima fruſtra Verba ciens, *vt ne* Gemitus, Lacrimas, Singultus. Idem Valer. 1, 751 Iam te in lucos pia turba ſilentum, Secretisque ciet volitans pater Aeolus aruis. *i. vocat.* Principes actoresque belli ciebat Tac. Hiſt. 3, 24, 2. *i. appellabat, hoc ipſo nempe illos incitans.* Nocturnos manes carminibus ciere Virg. Aen. 4, 490. Ouid. Faſt. 4, 484 Clamat, et alternis Nomen vtrumque ciet. Id. Met. 6, 662 Vipereasque ciet Stygia de valle ſorores. Tacit. Ann. 1, 21 Illi obniti trahentibus, prenſare circumſtantium genua, ciere modo Nomina ſingulorum. *i. ſingulos nomine proprio vocare.* Ad ferendam opem Nomine ciere aliquem Tac. Hiſt. 3, 10, 7. Zephyrus - - Iapygis cieri Nomine ſolet Apul. de Mundo p. 62. Deus quum ſit vnus, pluribus Nominibus cietur Ib. *fin.* p. 75. Stat. Theb. 6, 798 Iam vox ciet altera remos. Virg. Aen. 3, 68 Animamque ſepulcro Condimus, et magna ſupremum voce ciemus. Milites triumphum nomine cient Liu. 45, 38 *Talia etiam ſunt* Agmen ciere ab oris patriis Virg. Aen. 10, 198. *i. e patria ſua adducere.* Valer. Flac. 3, 562 Heu ſera cientem Auxilia. *Paſſiui exempla praeter ea, quae iam dedimus:* Cic. Tuſcul. 1, 54 Quod autem eſt animatum, id motu cietur interiore et ſuo. Id. de Nat. Deor. 2, 23 Nam omne quod eſt calidum et igneum, cietur et agitur motu ſuo. *Et* de Vniuerſ. 24 Eoque motu, cuius orbis ſemper in eodem erat, eodemque modo ciebatur, vndique eſt eos complexus.

¶ 3 Ciere *et* cire *vetuſtis etiam* ſeparare *ſignificabat* ſ. diuidere. Non. 4, 81 Citum, diuiſum vel ſeparatum *forte non male ponit, ſed non bene confirmat verbo* Oſcitare: *et* Virgiliano *illo* Aen. 8, 642 Citae Metium in diuerſa quadrigae Diſtulerant. *Interim vid. quae diſputantur in* ERCISCOR *et* ERCTVM citum. *Hinc etiam interpretandus aliquando videbatur* Val. Flacc. 7, 578 Errantem dextra ciet obuius ignem *h. e. manu diuidit. At nunc magis placent, quae modo diximus de h. l. Nec abſurdum fuerit huc referre* Aen. 4, 122 *vbi Iuno ait*, Tonitru caelum omne ciebo. *Hiſcere quidem caelum videtur et diuidi a fulmine. Sed neque hoc ſatis firmum.*

CIENS. Partic. [σεύων] *Praeter dicta* Liu. 5 Terrarumque vltimis oris bellum ciente. Virg. Aen. 9, 766 Martem cientes. Exaudita vox eſt nomine eum cientis Suet. Ner. c. 46. Codrus rixam ciens interemtus eſt Vell. 1, 2, 2.

CIENDA. διαιρεμένη e gloſſis *damus in* ERCTVM citum.

CITVS. Partic. [σεσευμένος] *Prouocatus, incitatus, commotus, vix diſtingui poteſt ab Adiectiuo* [ταχὺς, ὠκὺς] *Celer.* Cic. de Diuin. 1, 67 *ex Poëta*, Iamque mari magno claſſis cita Texitur. Virg. Aen. 4, 574 Soluite vela citi. *Et* 9, 37 Ferte citi ferrum, date tela, ſcandite muros. *Et* 12, 425 Arma citi properate viro. Cita aluus, Cornelio Celſo 2, 3 *eſt* Liquida aluus, *quae nimirum ſaepius ac celerius vrget, cui contraria eſt* Coacta aluus *eodem loco.* Axis citus Ouid. Met. 2, 75. Bigae citae, *Celeriter motae* Catul. 53, 26. Canes Ouid. Epiſt. 5, 20. Claſſis Hor. Carm. 1, 37, 24. Currus Sen. Hippol. 1074. Curſibus Idem Hippol. 395. Inceſſus citus, *et* Tardus *contraria* Salluſt. in Catil. c. 15. Mercurius citus dicitur, quod quum alia ſigna tarde ad ortus ſuos recurrant, Mercurius decimo octauo die in ortu ſuo inuenitur. Seruius *in illud* Virg. Aen. 1, 305 Volat ille per aëra magnum Remigio alarum, ac Libyae citus adſtitit oris. Mors Hor. Serm. 1, 1, 8. *qualis in praelio cadentium.* Mundus citus, *Cito motus, volutus* Sen. Hippol. 961. Nauis Ouid. Met. 15, 732. Idem Faſt. 2, 741 Inde cito paſſu petitur Lucretia. Pede cito labitur aetas Idem de Arte Am. 3, 65. Plaut. Aulul. 4, 1, 14 Citis Quadrigis citius properet perſequi. Virgilius Aen. 8, 642 At procul inde citae Metium in diuerſa quadrigae, Diſtulerant. Citas, Separatas, *et* diuiſas *interpretantur, quidam Grammatici, quos reprehendit* Turnebus 6, 24 *Sed vid. tamen in* ERCISCOR, Erctum Citum. Ratis Ouid. Epiſt. 21, 70 Virgil. Aen. 5, 610 Nulli viſa cito decurrit tramite virgo. Venator Hor. Carm. 1, 37, 18. Vox acuta, grauis, cita, tarda, magna, parva Cic. de Orat. 1, 204. Citus ad ſcribendum Plaut. Bacch. 4, 4, 86. *Comparat.* Plaut. Fragm. 2, 6 Nullam ego rem citiorem apud homines eſſe, quam famam reor. Afranius, Citior abiit ancilla, citiſſima omnium rediit. Aqua citior, *pro rapidiore apud Iuriſconſultos, in* l. 1 §. 1 D. de aqua plu. arc. Dies citior brumali ſidere Ouid. ex Pont. 2, 4, 25. Factum citiſſimum Quinctil. 6, 4, 14. *Acutiſſimum.* ¶ 2 Citus, *diuiſus in formula* Erctum citum *vbi vid. it.* CIEO n. 3 *Sub* Erctum Citum *damus etiam ſubſtantiuum* CITVS *e gloſſis.*

CITE. Adu. *eſt* Scribon. Comp. 198 *in quibusdam libris, quod probare ſe dicit Rhodius: quamuis* Cito *in ipſo contexto reliquit. Sic* Certe *et* Certo, Falſe *et* Falſo *etc.*

CITO. Adu. [ταχέως] *Celeriter.* Ter. Andr. 1, 5, 20 Abi cito. Idem Eun. 3, 3, 32 Cito hunc deduce ad militem. Sat cito, ſi ſat bene Cato *ap.* Hier. Ep. 26, 4 Cito ſcribendo non fit, vt bene ſcribatur: bene ſcribendo fit, vt cito Quinctil. 10, 3, 10. Pars beneficii eſt, quod petitur, ſi cito neges P. Syr. Cito et curſim aliquid agere Plaut. Poen. 3, 1, 64. Ter. Andr. 5, 4, 26 CH. Eius nomen? CR. nomen tam cito tibi? Nimis cito, *vid.* NIMIS. *Solum* Cito *pro* nimis Cito, *vt* ſero *pro* nimis ſero Pallad. 1, 6, 15. ¶ 2 Cito, *vt* τάχα, *quod* cito *eſt Graecis, etiam* Fortaſſe *valet.* Cicero in Bruto, 264 c. 76 Sed neque verbis aptiorem cito alium dixerim. *Iterum* 265 Quem tu non tam cito Rhetorem dixiſſes, quam vt Graeci dicunt πολιτικόν. *Sic* Antiqua homo virtute ac fide, Haud cito mali quid ortum ex hoc ſit publice Ter. Adelph. 3, 3 *extr.* *Compar.* Ter. Hec. 3, 3, 4 Citius me eduxi foras. Noto volucrique ſagitta citius Virg. Aen. 5, 242. Citius ſuprema die, *i. ante diem ſupremam* Hor. Carm. 1, 13, 20. Virg. Aen. 1, 146 Dicto citius tumida aequora placat. *Superl.* Citiſſime aſcias retundit Plin. 16, 40. Et Caeſ. Bell. Gall. 4, 33. Plin. 20, 9.

CITVLE. Adu. Apul. Met. 10 p. 191 *Colu. At Elmenh.* p. 25[illegible] Scitule. Protinus gradus citule referens.

CITĬPES, edis. Adi. Diomed. Gram. lib. 3 Curſus citipes.

CITO, āre. [καλῶ] *Eſt proprie Frequentatiuum ex* Cieo ſ. Cio *ſignificatque adeo origine ſua aut frequenter aut valde mouere. Sed quemadmodum* Ciere *vt obſeruamus* n. 2. *ſaepe ſignificat aliquem nomine ſuo compellare, et ita mouere ad ſurgendum, agendumue: ita in deriuato* Citare *haec velut primaria certe frequentior notio eſt. Ponemus ergo prima exempla, vbi nominare vel nominatim euocare ſignificat, et ſedem velut ac domicilium in conuentibus iudiciorum, ſenatus, populi, vbi* citantur, *qui nomine ſuo ad veniendum, dicendum, audiendum vocantur.* Plin. Epiſt. 9, 13, 18 Haec illi quo quisque ordine citabantur. *i. ad ſententiam dicendam nomine quisque ſuo vocabantur.* Ouid. Epiſt. 7, 101 Hinc ego me ſenſi noto quater ore citari. Victorem Olympiae citari Nep. praef. n. 5. *Conf.* Suet. Calig. c. 26. Citauere leges nefas Flor. 1, 3, 5. *i. in iudicium ſecundum leges ob ſororem interfectam vocatus eſt Horatius.* Citare per praeconem in curiam ad regem Liu. 1, 47. Citare Senatum in forum Idem 27, 24. Columel. 11, 1, 22 Itaque mancipia vincta, quae ſunt ergaſtuli, per nomina quotidie citare debebit: atque explorare, vt ſint compedibus diligenter innexa. Cic. Verr. 1, 19 Quo quidem die primum Iudices, citati in hunc reum con[illegible] ſediſtis. *Nam, vt teſtis eſt* Aſconius, et iudices, et reus, et teſtes per praeconem Praetorium citari ſolebant: *i. ad Praetoris tribunal ſiue ad iudicium vocari. Etiam* Edicto citari *aliquis dicitur* l. 15 §. D[illegible] vus ff. de iure fiſci. Plaut. Curc. 1, 3, 6 Vbi tu es, qui me libel[illegible] Venerio citaſti? ecce me ſiſto, ades contra. Citare in teſtimoniu[illegible] l. 30 ff. de teſtibus. Cic. pro Quint. 75 In hac re te, te inqua[illegible] teſtem, Naeui, citabo. *Add.* Id. Verr. 4 c. 59. Cic. Off. 1, Citeturque Salamis, clariſſimae teſtis victoriae. Idem Verr. 2, Citat reum, non reſpondet: citat accuſatorem, *etc.* citatus accuſat[illegible] M. Paſſilius, neſcio quo caſu non reſpondit, non affuit. Ad ſuu[illegible] munus citarier Catul. 59, 42. *de Hymenaeo inuocato.* Cic. Verr. 65 Quem is, vti Panormum venit, ad ſe vocari, et de tribunali citari iuſſit, concurſu magno frequentiaque conuentus. Citatum *pro* tribunali voce praeconis Suet. Tib. c. 11. Citare *pro indicare aut nominare, vt*, Citare auctores Liu. 4, . . Citare *ſimpliciter pronuntiare eſt, vel cantillare* Cic. de Orat. 1, 251 c. 59 Qui et annos complures ſedentes declamitant, et quotidie antequam pronuntient, vocem ſenſim cubantes excitant, eandemque quum egerunt, ſedentes ab acutiſſimo ſono vſque ad grauiſſimum ſonum recipiunt, et quaſi quodam modo colligunt. Hoc nos ſi facere velimus, ante condemnentur quorum cauſas receperimus, quam toties, quoties praeſcribitur, Pae[illegible] nem aut Minuritionem citarimus. Minuritionem *coniecit Turnebus p[illegible] recepto* Munionem. Hor. Serm. 1, 3, 7 Si collibuiſſet, ab ouo vsq[illegible] ad mala citaret, io Bacche, *i. verba* io Bacche *clamaret vel cantaret quam lectionem ſatis videtur tueri hic locus Ciceronis contra Bentleium qui ex coniectura ſubſtituit* iteraret. Cic. de Finib. 2, 18 Omn[illegible] Danai aut Mycenenſes, Attica pubes, reliquique Graeci, qui hoc ar[illegible] pacto citantur, *etc.* ¶ 2 *Sed, vt principio diximus,* Cita[illegible] *eſt vehementer vel frequenter ciere, i. mouere, vel vt ſe moueat aliq[illegible] efficere.* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 96 Protinusque equo citato, Lariſſa contendit. Liu. 1, 57, 8 Age ſane omnes citatis equis aduolant Roma[illegible] *Add.* Virg. Aen. 12, 373. Citare humorem illuc Celſ. 4, 6. *i. efficere, vt illuc humor confluat.* Citatur aluus Col. 7, 9, 9. Cita[illegible] pus Celſ. 5, 27. *mouere.* Citare vrinam, *cui* Tardare *opponitur* [illegible] 2, 19. Citare aliquem ad aliquid faciendum *laudatur* Plin. 11, 3[illegible] Gradum citare, *i. velocius ingredi* Claud. ſext. Conſ. Hon. 510. [illegible] frena citauit olores Stat. Silu. 1, 2, 142. *de Venere, i. propere illis frena induit.* Citare *apud ruſticae rei auctores dicitur planta, quidquid* [illegible] *ſe, celerius praeſertim exigit, et quaſi extrudit. Ita* Fructum citat vitis [illegible] duro loco Pall. Feb. 9, 6. Materiam, *i. palmitem* Col. de Arb. 10, Materiam ex arcu *de vite traducta* Idem 4, 15, 2. Radices Id. Ar[illegible] 7, 2. *et* 5, 5, 5. Virgam Col. 3, 6, 2. Citantur ſtirpes e duro Ide[illegible] 3, 10, 3. Idem 4, 24. 18 Propter quod palmes, quem mox in ge[illegible]minatione citauerit, imbecillis ac minus fructuoſus erit.

CITĀTVS, a, um. Partic. [ὁρμηθεὶς] *Quod tamen ab Adiectiuo nomi[illegible] vix diſtinguitur, vt de* Citus *diximus. Praeter ſuperiora* Citato vade[illegible] equo Liu. 30, . . Et 28, . . Citato gradu in hoſtem ducebat[illegible] Citatus ambulet millia paſſuum minime duum Scribon. 15. Li[illegible] 27, 50 Nero ea nocte, quae ſequuta eſt pugnam, citatiore quam in[illegible] venerat agmine, die ſexto ad ſtatiua ſua atque ad hoſtem peruen[illegible] Agmen citatiſſimum Liu. lib. 22, 6, 10. Amnis citatior imbrib[illegible] Idem 23, 19. Currus citatus, *Celeriter tractus* Sil. 8, 663. Cu[illegible] ſus Sen. Herc. fur. 178. Euro citatior Sil. 4, 6. Flumen Se[illegible] Herc. fur. 254. Sen. Med. 891 Effer citatum ſede Pelopea gradu[illegible] Gradu citato Idem Hippol. 989. Curt. 4, 16, 6. Lapſis citati[illegible] aſtris Stat. Theb. 1, 92. Propert. 1, 8, 23 Nec me deficiet nau[illegible] rogitare citatos, *i. ad me vocatos.* Paſſibus citatis Sen. Hippol. 10[illegible] Pede citato cupide Phrygium nemus tetigit, *i. Curſu aſſequutus eſt* C[illegible] tul. Epigr. 61, 2. Penna citatior Sil. 10, 11. Pulſus arteriarum citatus, aut tardus Plin. 11, 37. *vid.* PVLSVS. Rates citat[illegible] *Naues citae et agitatae* Sen. Hippol. 1048. Rhenus citatus fert[illegible]

Ca

Caeſ. Bell. Gall. 4, 10. Quinctil. 11, 3, 111 Roſcius citatior, Aeſopus grauior fuit, quod ille comoedias, hic tragoedias egit. Tripudiis citatis celerare vbi tibicen canit Catul. 61, 26. Turba mundi citati, *Qui incolunt caelum mobile* Sen. Herc. Oet. 1903. Res Deus noſtras Celeri citatas Turbine verſat Idem Thyeſt. 621. *Et* Troad. 729 Puer citatas nobilis turmas ages, *de luſu equeſtri Troico.* Vultus citatus ira, Commotus ira Sen. Med. 853.

CITĀTIM. Adu. [ ὡρμημένως ] *Celeriter.* Hirt. de Bell. Afr. 80 Ipſe cum expedita copia in eum locum citatim contendit. Cic. Att. 14, 20 Haec ſcripſi citatim. *Compar.* Quinctil. 11, 3, 112 Serui, ancillae, *etc.* citatius mouentur. *Superl.* Idem 1, 1, 37 Quam citatiſſime voluere verſus affectatae difficultatis, *i. celerrime pronuntiare.*

CITATIO, ōnis. f. Vox apud ICtos.

CITATORIVM, i. n. *Idem.* Impp. in Cod. l. 12 t. 22 l. 2 Omnia citatoria omnium cauſarum atque perſonarum licita ſunt.

## C I G *et* C I L

CIGNVS, i. m. Menſurae genus. Plin. Valer. 2, 30 Cignum dimidium commiſcebis. *Et* c. 31 Sic iniicies, vt habeat olei Cignos tres. Papias, Cignus menſurae genus, retinens ſcrupulos octo. *Haec* Barth. Aduerſ. 7, 8.

CILIBANTVM, i. n. [κιλλίβαντις Heſych.] *Si audimus* Varron. de L. L. 4, *26 pr.* p. 30, 38 Menſam vinariam rotundam nominabant (Cylibathum, *Sic edebatur; ſed Scal. et Sciopp. reponunt)* Cilibantum: vt etiam nunc in caſtris. *Locum huic ſimilem, ſed diuerſum tamen, vid. in* CIBILLA.

CILICIA. [Κιλικία] *Regio minoris Aſiae, Syriae proxima, Tauro monti ſubiecta, a qua nominatur.*

CILIX, ĭcis. Adi. [Κίλιξ] *Ciliciae indigena, ac tum de hominibus, tum de aliis rebus dicitur. Laudatur, v. g.* Crocus Cilix Lucret. 2, 416 Et quum ſcena croco Cilici perfuſa recens eſt. *Hi ſunt* Flores Cilicum Stat. Silu. 2, 1, 160. Meſſes Cilicum Idem 3, 3, 34. *intelligit Spicas nardi, amomum, et hoc genus alia. Piratica et latrociniis infames erant Cilices.* Cic. Verr. 4 c. 10 Phaſelis — non fuerat vrbs ante Cilicum atque praedonum — exeuntes e Cilicia praedones. Lucan. 3, 228 Itque Cilix iuſta iam non pirata carina. Lucan. 1, 336 Poſt Cilicasne vagos, *etc. i. poſt bellum piraticum.* Cic. de Diu. 1, 2 Cilicum et Piſidarum gens — volatibus auium cantibusque certiſſimis ſignis Declarari res futuras putant. *Add.* Tac. Hiſt. 2, 3. ¶ 2 Cilices *pro* Ciliciis *laudatur* Paullin. Epiſt. 7. *Sed in Edit. Pariſ.* 1685, *vbi eſt Epiſt.* 22 p. 117 *legitur* ciliciis.

CILICIENSIS, e. [Κιλικήσιος] Cic. Q. Frat. 2 Nam ſi te inferioribus vicinis tuis Cilicienſi, et Syriaco anteponis, valde magnum facis. Id. Fam. 13, 67 Cilicienſis prouincia.

CILISSA. *Femin. e* Cilix *formatum, vt* Threſſa *a Threx,* Phoeniſſa *a* Phoenix. [Κίλισσα] Ouid. in Ibin 200 Quotue ferat dicam terra Ciliſſa crocos. Spica Ciliſſa, *vid.* SPICA.

CILICISMVS, i. m. *Idiotiſmus Cilicum. D. Paullo tribuit* Hieron. ad Algaſiam, ep. 151 qu. 9. *Vid. Balth. Stolberg. Exercitationem de Ciliciſmis et Soloeciſmis.*

CILICIVM, i. n. [κιλίκιον] *Veſtis, quae ex hircorum, ſeu capellarum pilis fit, ſic dicta, quod vſus eius in Cilicia ortus ſit.* Varro de R. R. 2, 11, 12 Tondentur caprae, quod magnis villis ſunt in magna parte Phrygiae, vnde Cilicia, et caetera eius generis ferri ſolent. Sed quod primum ea tonſura in Cilicia ſit inſtituta, nomen id Cilicas adieciſſe dicunt. Cic. Verr. 1, 95 Quum iſte ciuitatibus frumentum, coria, cilicia, ſaccos imperaret. *Vbi* Aſconius, Cilicia, *inquit*, texta e pilis, in caſtrorum vſum atque nautarum. *Hinc* Vela cilicia *dicuntur* Vlpiano, Quae ideo parantur, ne aedificia vento vel pluuia laborent. l. 12 §. 12 D. de inſtr. vel inſtrum. *et* l. 17 §. 2 D. de action. empt. Seruius *in illud* Georg. 3, 311

Nec minus interea barbas, incanaque menta
Cinyphii tondent hirci, ſetasque comantes
Vſum in caſtrorum, et miſeris velamina nautis.

In vſum, *inquit*, caſtrorum ideo dixit, et quia de ciliciis poliuntur loricae, et teguntur tabulata turrium, ne iactis faſcibus ignis poſſit adhaerere. *Erat ea Aſcetarum Chriſtianorum veſtis :* Qui nuda humo, vno tantum cilicio ſuperiecto cubare conſueuerat Sulp. Seuer. Epiſt. 1. *Conſ.* Id. Ep. 3. Iactis in terram ciliciis conſedimus Id. de Virt. Monach. Orient. Dial. 1, 1 *pr.* Cilicium, cui inſederat, ad me propius admouit Id. ib. Veget. Mulom. 1, 42, 3 Ciliciis abſterges equum. Id. de Re mil. 4, 6 Deinde propugnacula duplicia, ſaga ciliciaque tenduntur, quae impetum excipiunt ſagittarum. Nec enim facile tranſeunt ſpicula, quod cedit et fluctuat. *Add.* CILICES n. 2.

CILICIOLVM, i. n. Dim. Stratis ciliciolis Hieron. Epitaph. Paullae ſ. Epiſt. 27 c. 7.

CILICĬNVS, a, um. Adi. [κιλίκινος] *Vt*, Tentoria cilicina, *quae ex cilicio ſunt* Solin. 33 (46). Saga Vulgat. Exod. 26, 7.

CILICIVS, a, um. Adi. *Vt*, Saccus Apocal. 6, 12. Tunica Hieron. in Vita Hilarion. *ſub fin.* Vela Cilicia *habuimus ex ICtis.* ¶ 2 *Sed plane alterius originis et ſignificationis ſunt* Cilicii Termini, ſic dicta a Cilicio Saturnino, centurione cohortis ſeptimae et viceſimae, qui terminationem fecit agri Albenſis. Frontin. de Colon. p. 120 Goeſ.

CILICIARIVS, i. m. *Qui cilicia facit aut vendit.* Gruter. Inſcript. p. 648 n. 6. RESPECTIO GRATIANO CILICIARIO CAVIOLA CONIVX P. C.

CILINDRVM, *vel* CICILENDRVM *potius commenticia herba fugacis coqui apud* Plaut. Pſeud. 3, 2, 42.

CILIVM. [ βλεφαρὶς ] Eſt Folliculus, quo oculus tegitur: vnde et Supercilium, *auctore* Feſto. Plin. 11, 37 Extremum ambitum genae ſuperioris antiqui cilium vocauere: vnde et ſupercilia. Ciliis alterna conniuens Apul. Met. 10 p. 247. *de aſino potum poſcente hoc ſigno.* Iſidor. 11, 1 Cilia ſunt tegmina, quibus cooperiuntur oculi et dicta cilia, quod celent oculos, tegantque tuta cuſtodia. Lactant. de Opific. Dei 10 *pr.* Vt Oculi munitiores eſſent ab iniuria, ciliorum tegminibus occuluit. Cilium *a cillendo, i. mouendo dictum videtur, vt* palpebra *a palpitando. Hinc*

CILIATVS, a, um. [ἐνόφρυς] Gloſſ. Gr. Lat.

CILIX, *vid.* CILICIA.

CILLA. [Κίλλα] *Vrbs prope Thebas, vbi* Cillaei *Apollinis templum eſt, vt habet Strabo lib.* 13. Ouid. Met. 13, 174 Cryſenque et Cillan Apollinis vrbes.

CILLEO, ēre. ſ. CILLO, ĕre. [κινέω] *Grammatici quidam volunt eſſe mouere.* Seru. *ad* Georg. 2, 389 *Oſcilla* dicta ſunt ab eo, quod in his *cillerentur*, id eſt, mouerentur ora: nam *cillere* eſt mouere: vnde et *furcillae* dictae ſunt, quibus frumenta *cillentur*. Iſid. 11, 1 p. 1095, 24 Alas quidam *Aſcillas* vocant, quod ex his brachia *cilluntur*, id eſt, mouentur, vnde et *oſcilla* dicta ab eo, quod *cillantur*, id eſt, moueantur ora. Nam *cillere* eſt mouere. *Ac propter nomina iſta confingi verbum* cillere *nihil opus erat. Sunt enim* Furca, furcula, furcilla; Os, oſculum, oſcillum; Ala, Axilla, *vt* Velum, vexillum; palus, paxillus; talus, taxillus. *Sed ſuccurrit etiam* Gloſſ. Philox. Cinnus, νεῦμα, *quod Voſſius in Etymol. legit* Cinus, *et inde* Cillum *deducit, vt* Villum *a* Vinum. Cinus *autem ait eſſe* κῖνος *a* κινέω, *vt a* μιμέω μῖμος. *Habet et aliam rationem. Vt a* ſorbeo *eſt* ſorbillo, *ita a* Cieo Cillo *vel* Cilleo. *Vel fortaſſis ipſi Graeci quoque pro* κινέω κίλλω *dixere, quam ſuſpicionem iniecit Heſychius, cum* κίλλυρος *exponit* σεισοπυγίς. *Fuerit itaque* κίλλων τὴν ἄραν. Cilia *quoque ipſa inde deriuari putat.* Motacilla *forte auis recentius quidem nomen, ſed tamen Latina moneta percuſſum, ab eadem origine eſt. Haec praeſidia adhuc verbi huius prolata ſunt, quibus tribuat quantum quisque voluerit. Mihi videntur Grammatici cogitaſſe de verbo antiquo* Cello, *vnde* Percellere, Procella. *Huius certe rationes ſatis perſpectae, et quam facile* e *et* i *in ſyllaba praeſertim compoſita pronuntiando confundantur, non opus eſt pluribus docere.*

CILLANVS, *vid. mox in* CILLVS.

CILLIBAE, Menſae rotundae. Feſtus. *Vid.* CILIBANTVM, CIBILLA.

CILLVS, i. *Hoc nomen Graecis ſignificare aſinum, dubitare nos non patitur Pollux, qui* Κίλλον, *inquit* 7, 56, τὸν ὄνον οἱ Δωριεῖς, καὶ κιλλακτῆρα τὸν ὀνηλάτην. *Etiam illud non poteſt negari, Dorum atque Aeolum linguam Latinae velut matrem eſſe. Et tamen de* Cillo, *an Latinis aſinus ſit non facile eſt confirmare. Eſt inter* Petroniana fragmenta *vnum nobile* Ed. Burm. p. 683 Iudaeus licet et porcinum nomen adoret Et cilli ſummas aduocet auriculas. *Sic ſuſpicabatur Pithoeus: nam libri habent* Coeli, *quod ſeruauit Burmannus. Reſpici nempe putabat Pithoeus ad* ὀνολατρείαν *Iudaeis paſſim obiectam. Iſaac. Voſſius ad Melam* 1, 8 p. 161 *ſeuere pronuntiat contra eos, qui de hac emendatione dubitent, et addit duo Ciceronis loca, quae non indicauit tamen. Sunt autem* Att. 5, 15 *vbi ſic emendat Boſius*, Clitellae boui ſunt impoſitae, Cillanae, non eſt noſtrum onus.

CILLANVS *inquiunt, eſt agaſo.* Cic. Att. 13, 51 *idem Boſius* Nec id fuit quod ſuſpicareris, vt me puderet tui, ne ridicule hemicillus, *i.* ἡμίονος *mulus. Verum enim vero vterque locus Ciceronis ita mendoſus, incertus quidem certe et obſcurus eſt, vt nihil inde effici quod firmum ſit, queat. Quare neque Graeuius eas ſuſpiciones recepit, non magis quam Burmannus. In fragmento Petronii eo magis caute verſandum, cum* Caelum invocare *ſit ſollemnis ac certa Iudaeorum conſuetudo. Quare* Caeli *et ſeruari voluit Barth.* 22, 4 *et multis illuſtrauit apud Burmannum Wybinga.*

CILNIVS, i. n. *Hetruſcae gentis nomen: e qua* C. Cilnius Maecenas. *Vid.* Drakenb. ad Sil. 7, 29 Ciſnius Arreti Tyrrhenis ortus in oris.

CILO, ōnis. m. *ſine aſpiratione.* [ φοξὸς Vet. Gl. ] Cui frons eſt eminentior, ac dextra, ſiniſtraque velut reciſa videtur, Feſtus. Chariſ. 1 p. 78 Cilones dicuntur, Quorum capita oblonga et compreſſa ſunt. *Add.* Flau. Caper p. 2249. ¶ 2 Cilones, impudici, parricidae, ſacrilegi Pſeudo-Cic. in Salluſt. c. 6. Cael. 21, 22 Cilones, *inquit, apud Ciceronem in Salluſtium, Cinaedi ſunt, ac turpiter ceuentes: quia* cillere *motitare* eſt. *Sic etiam Crinit. de Hon. diſc.* 7, 8. *Sed fluctuat lectio. Al.* Cillonum, *al.* Lenonum. ¶ 3 Cilo, *Flaminiorum cognomen. Vnde in numis argenteis,* C. FLAMINIVS CILO.

CILVNCVLVS, i. m. Arnob. 3 p. 108. *Al.* Silunculus. *Vid. Herald.* p. 135. *qui* cilunculos *probat.*

## C I M

CIM *nomen ſingularis plane naturae, de quo* Priſcian. 5 p. 644. *et* 688 *eſſe* Vnum proprium neutrum, nomen vici, vt dicit Celſus.

CIMA, *vid.* CYMA.

CIMACIA, *vid.* CYMATIA.

CIMBRI. [ Κίμβροι ] *Populi Germaniae ſeptentrionalis, de quibus* Plin. 4, 13. *et* 14. *et* Lucanus 1, 254. Feſtus *ait*, eos Lingua Gallica, Latrones vocari. Tacit. in Germ. 37, 1 Eundem Germaniae ſinum proximi Oceano Cimbri tenent, parua nunc ciuitas, ſed gloria ingens *etc.*

CIMBRĬCVS, a, um. Adi. [Κιμβρικὸς] Claud. de Bell. Get. 641 Illic Oceani ſtagnis excita ſupremis Cimbrica tempeſtas.

CIMBRICE. Adu. Quinctil. Declam. 3, 13 De Italiae poſſeſſione certatur, an nobis caput barbarus hoſtis excidat, an Cimbrice loquendum ſit.

CIMELIARCHA. [κειμηλιάρχης] *Cuſtos vaſorum, et aliarum rerum eccleſiae.* L. Iubemus C. de ſacroſan. eccleſ. et C. ea quae. *extr.* de offic. Archid.

CIMELIARCHIVM, i. n. L. ead. *Scribitur et* cimeliarchum, *locus vbi vaſa ſacra ſeruantur. Nempe* κειμήλιον *Graecis eſt, iam Homeri auctoritate, quidquid pretii et futuri vſus cauſa domi* κεῖται *repoſitum ſeruatur. Verba legis cit.* In cimeliarchio ſanctae Eccleſiae pecunias deponere.

CĪMEX, ĭcis. m. [κόρις] *Vermiculus odore foedus, humani ſanguinis appetens, lectos praeſertim infeſtans etc.* Catull. 21, 2 Furi, cui neque ſeruus eſt, neque arca, Nec cimex, neque araneus, neque ignis. Iſ. Voſſ. ad h. l. p. 58 *etiam in noto* Adriani *carmine legi vult* Cimices pati rotundos *pro vulgato* culices. *Et ſane* cimices rotundos *eſſe ſeu orbiculari corpore, cuius parua appendicula caput, notum eſt.* Martial. 9, 33 Nec toga, nec focus eſt, nec tritus cimice lectus. Olidus Eugenius Toletan. Carm. vlt. Cimices ore tangebat Petron. c. 98. Plin. 29, 4 Veluti cimicum animalis foediſſimi, et dictu quoque faſtidiendi natura, contra ſerpentium morſus, et praecipue aſpidum valere dicitur. ¶ 2 *Hoc nomine* Horatius *Poëtam quendam putidum vocauit*, Serm. 1, 10, 78 Men' moueat cimex Pantilius? aut crucier, quod Vellicet abſentem Demetrius?

CIMĬCO, āre. [ κορίζω ] Gloſſ. Gr. Lat. *cimicibus purgare lectos.*

CIMINIA Silua, CIMINIVS lacus, *vid.* CYMINIVS.

CIMMERII. [Κιμμέριοι] *Inquit* Feſtus Pompeius, dicuntur Populi, qui occupatas frigoribus terras incolunt, quales fuerunt inter Baias et Cumas in regione, in qua conuallis iugo ſatis eminenti circumdata eſt, quae neque matutino, neque veſpertino ſole contingitur. *Conſtat* Cimmerios *in Italia fuiſſe ad Baianum et Auernum ſinum, qui in ſubterraneis domiciliis habitantes, et per cuniculos commeare ſoliti, toto in illis die delituerunt, noctu tantum ad latrocinia egreſſi, quum*

*victum ex metallorum alioqui effoſſione, diuinationum mercede, et proventibus ab rege deſignatis quaererent, ex Ephoro ſcribit Strabo* lib. 5 p. 169. *Hic fere fundus fabularum de Cimmeriis Homericarum. Vid.* Seruius *ad* Aen. 6, 107. *De his* Tibull. 4, 1, 64. *in commemoratione rerum Vlixis*

Cimmeriorum etiam obſcuras acceſſit ad arces,
Quîs nunquam candente dies apparuit ortu,
Siue ſupra terras Phoebus ſeu curreret infra.

Plin. 3, 5 Iuxta Auernum Cimmerium oppidum quondam fuiſſe, *refert.* Ouid. Met. 11, 592 Prope Cimmerios *Somni Dei regiam collocat.* Cic. Acad. 4, 61 Et Cimmeriis quidem, quibus adſpectum ſolis, ſiue deus aliquis, ſiue natura ademerat, ſiue eius loci, quem incolebant ſitus: ignes tamen aderant, quorum illis vti lumine licebat. *Hinc* Cimmeriae tenebrae, prouerbium, pro Multa obſcuritate, et animi caligine. Feſtus. Lactant. 5, 3 O caecum pectus, o mentem Cimmeriis vt aiunt tenebris atriorem. ¶ 2 *Ab his diuerſi* Cimmerii *Aſiatae ad Boſporum Cimmerium de quibus Geographi.*

CIMMERIVS, a, um. Adi. Tibull. 3, 5, 24 Elyſios olim liceat cognoſcere campos, Lethaeamque ratem, Cimmerioſque lacus. ¶ 2 *Ad Aſiae regionem pertinent* Claud. in Eutrop. 1, 249 Extra Cimmerias Taurorum clauſtra paludes. Pontus Cimmerius Idem in pr. Conſ. Stilich. 1, 129. Gell. 17, 8 Mare Boſporicum, quod Cimmerium appellatur.

CIMOLVS, i. f. *Inſula vna Cycladum.* Ouid. Met. 7, 463 *memorat* Hinc humilem Myconen cretoſaque iura Cimoli. *Nempe ab hac inſula nomen habet*

CIMOLIA, [Κιμώλιος] Terra ſ. Creta, *cuius frequens mentio apud Medicos, v. g.* Celſ. 2 cap. vlt. Plin. 35, 16. Colum. 6, 17, 4 Creta cimolia ex aceto linere *iubet morſum Caeciliae.* *Add.* Veget. Mulom. 2, 29. 2, 32 *etc.* *Vid.* CRETA.

## C I N

CINAEDVS, i. m. [κίναιδος] Cinaedi *dicti ſunt apud veteres, Saltatores, vel Pantomimi: ἀπὸ τῶ κινεῖν τὸ σῶμα,* id eſt, a mouendo et agitando corpore. κινέω, moueo, agito. Plaut. Aulul. (3, 2, 8) Ita fuſtibus ſum mollior magis quam vllus Cinaedus. Idem Milit. (3, 1, 73) Tum ad ſaltandum, non cinaedus malacus aeque eſt. Lucil. Sat. 1 Stulte ſaltatum te inter veniſſe Cinaedos. *Haec* Non. 1, 15. *Vid.* CINAEDVLVS. ¶ 2 *Capitur etiam pro Scorto mari.* Scipio Afric. *ap.* Gell. 7, 12 Nam qui cotidie vnguentatus — eumne quisquam dubitet, quin idem fecerit, quod cinaedi facere ſolent. *Apparet itaque, primum ab illis mollibus ſaltatoribus Graeculis turpitudinem illam Romam introductam.* Iuuenal. 4, 106 Improbior (*impudentior*) Satiram ſcribente cinaedo *prouerbii formam habet.* Petron. c. 21, 23 *etc.* Calamiſtratus Plaut. Aſ. 3, 3, 37. Improbi cinaedi Catul. 55, 1. Iuuen. Sat. 2, 10 Inter Socraticos notiſſima foſſa cinaedos. Cinaedus mollior cuniculi capillo, vel anſeris medulla, vel imula molliceIla Catul. 23, 1. *Vtramque notionem iungit* Firmicus l. 6, . . . *ap. Scalig.* ad Manil. 5 p. 360 Cum effeminati corporis mollitie cinaedos efficient, et qui veterum fabularum exitus in ſcenis ſaepe ſaltantes imitentur. ¶ 3 Cinaedus *piſcis nomen, de quo* Plin. 32, 11 ſ. 53 Cinaedi ſoli piſcium lutei. *Vid.* CINAEDIAS.

CINAEDVS, a, um. Adi. *Impudens.* Martial. 6, 39 Quartus cinaeda fronte, *etc.* Catul. 16, 2 Aureli pathice et cinaede Furi. *Add.* Id. 25, 1. 30, 5. 58, 1 *Compar.* Cinaedior, *i. Mollior et foeda libidine inſignior.* Catul. 10, 24 Vt decuit cinaediorem.

CINAEDĬCVS, a, um. Adi. [κιναιδικὸς] *Saltatorius.* Plaut. Stich. 5, 5, 19 Lepidam et ſuauem cantationem aliquam occipito cinaedicam, *etc. ad Tibicinem, intelligitque proteruiorem libidinoſioremque, pruritusque excitantem.*

CINAEDŬLVS, i. m. Macrob. 2, 10 (*ex veteri diuiſione* 3, 14) Filias quoque virgines inter ſtudioſa (*vid. leg.* ſtudia ſua) numeraſſe ſaltandi meditationem, teſtis eſt Scipio Africanus Aemilianus, qui in oratione contra legem iudiciariam Tit. Gracchi ſic ait: Docentur praeſtigias inhoneſtas, cum cinaedulis, et ſambuca, pſalterioque eunt in ludum hiſtrionum. Diſcunt cantare, quae maiores noſtri ingenuis probro ducier voluerunt. Eunt, inquam, in ludum ſaltatorium inter cinaedos virgines puerique ingenui.

CINAEDIAS, ae. f. *Gemma* Cinaediae inueniuntur in cerebro piſcis eiusdem nominis Plin. 37, 10 ſ. 56. *ad* Cinaedum *piſcem reſpicit.* Idem 29, 6 ſ. 38 *memorat* lapillos, qui vocantur Cinaedia, *quaſi eſſet a nominat.* Cinaedium. *An legendum* Cinaediae?

CINAEDOLŎGVS, i. m. [κιναιδολόγος] *Impudice loquens. Graecum eſt* Athen. 14, 7. Varro *apud* Non. 1, 277 Conuocat Ptolemaeum cinaedologum. *Sic reſtituit verba Turneb. Aduerſ. 29, 19. et recepit Mercer. Conf. Scalig. in Fragm. Varr. p.* 15.

CINAMOMVM, *vid.* CINNAMOMVM.

CINĂRA, *vel* CYNARA, ae. f. *Scribitur et* CYNARVS, i. m. [κινάρα] *Carduus eſt altilis nunc vulgo notus, inter menſarum delicias plurimum expetitus.* Columel. 10, 230 Hiſpida ponatur cinara, quae dulcis Iaccho Potanti veniat, nec Phoebo grata canenti, *etc.* Idem 11, 3, 28 Cinarae ſobolem melius per Autumni aequinoctium diſponemus: ſemen commodius circa Calendas Martii ſeremus, eiusque plantam circa Calendas Nouembris deprimemus, et multo cinere ſtercorabimus. Id enim genus ſtercoris huic oleri videtur aptiſſimum. Plin. 8, 27 ſ. 41 Ceruus herba cinare venenatis pabulis reſiſtit. Solin. 19 (*al.* 31) *de ceruis* Herbam quoque, quam cinarem vocant, contra noxia edunt gramina. *Haecne ſit eadem quae* Cinara, *non confectum eſt. Vid.* SCOLYMOS.

CINASON, *vid.* CNASON,

CINCIA Iuno, *vid.* CINXIA *ſub* CINGO.

CINCIVS *Gentis Rom. nomen. Hinc*

CINCIA *Lex, de donis et muneribus a M. Cincio lata. Vid.* Cic. de Orat. 2, 286 c. 71. *ſuadente Fabio Maximo, quemadmodum Cato teſtatur apud eundem* Ciceronem de Sen. c. 4. *Ea cauebatur,* ne quis ob cauſam orandam donum munusue acciperet Tac. An. 11, 5 Vnde et Muneralis lex appellata eſt, auctore Feſto. *Meminit eius* Tacit. An. 15, 20. *et* Arnob. 2 p. 91.

CINCIA, Locus Romae, vbi Cinciorum monumentum fuit, Feſt.

CINCINNVS, i. m. [κίκιννος] Cincinni, *ſunt Crines intorti.* Cic. in Piſon. 25 c. 11 Erant illi comti capilli, et madentes cincinnorum fimbriae. Varro de R. R. 1, 31, 4 Capreolus eſt coliculus viteus intortus vt cincinnus. Plaut. Truc. 2, 2, 32 Iam ego iſtos fictos, compoſitos, criſpos, cincinnos tuos vnguentatos vſque ex cerebro euellam. Cincinnis ſemicanis et pendulis capillatus Apul. Met. 8 p. 212. *Metaph.* Cic. de Orat. 3, 98 c. 25 Atque eo citius in oratoris, aut in Poëtae cincinnis ac fuco offenditur.

CINCINNŬLVS, i. m. Dimin. Varro *apud* Nonium 6, 43 Ante aures modo ex ſubolibus paruulis Intorti dimittuntur ſex cincinnuli. *Vid. Scalig. ad Fragmenta* Varron. p. 130. *Al.* ſed cincinni. *Et ſic Mercer.*

CINCINNĀTVS, a, um. Adi. [Κομήτης, Εὐπλόκαμος Vet. Gl.] *Cui intorti ſunt capilli.* Cic. Poſt red. in Sen. 13 c. 5 Quo vultu cincinnatus ganeo non ſolum ciuium lacrymas, verum etiam patriae preces repudiauit? *Et* Conſul Cic. pro Sext. 26 c. 11. *vtroque loco opprobrium eſt. Vt videtur, etiam apud* Quinctil. 1, 5, 61 Pelia cincinnatus *a Caelio vocatur ſenex decrepitus, a Medea recoquendus, iuuenilem ſeu potius meretricium in modum cincinnis ornatus.* Moechus cincinnatus Plaut. Mil. 3, 3, 49. ¶ 2 *Cometa.* Cic. de Nat. Deor. 2, 14 c. 5 Tum ſtellis iis, quas Graeci cometas, noſtri cincinnatas vocant. *Sic poſt Victor. Grut. Gron. Alii legunt* Crinitas ¶ 3 Cincinnatus [Κιγκινᾶτος] *cognomen in gente Quinctia.* Cic. de Finib. 2, 12 Itaque vt maiores noſtri ab aratro abduxerunt Cincinnatum illum, vt Dictator eſſet, *etc.* Plin. 18, 3 Aranti quatuor ſua iugera in Vaticano, quae prata Quintia appellantur, Cincinnato viator attulit Dictaturam, et quidem (vt traditur) nudo, plenoque pulveris etiamnum ore. Cui viator, Vela corpus, inquit, vt proferam Senatus Populique Romani mandata. Valer. Max. 4, 4 Septem iugera agri poſſedit L. Quintius Cincinnatus. Ex his tria, quae pro amico ad aerarium obſignauerat, multae nomine amiſit. Poenam quoque pro filio Caeſone, quod ad cauſam dicendam non occurriſſet, huius agelli reditus ſoluit. et tamen ei quatuor iugera aranti non ſolum dignitas patrisfamiliae conſtitit, ſed etiam Dictatura delata eſt. *Hanc hiſtoriam pulchre narrat* Liu. 3, 26.

CINCINNATŬLVS, a, um. Dimin. *Vt,* Cincinnatuli pueri Hieron

CINCINNĀLIS. Herba Apul. de Herba cap. 51.

CINCTVS, CINCTVTVS, *vid.* CINGO.

CINERACEVS, CINEREVS, CINIFLONES, *vid.* CINIS

CINGO, cinxi, cinctum, ĕre. [ζωννύω, κυκλόω] *A veſtitu et armis, vt videtur, traductum, generatim eſt Circuire, Circumdare, circumponere.* Sueton. Caeſ. 45 Vſum eum lato clauo ad manum fimbriato, nec vt vnquam aliter, quam ſuper eum cingeretur. Egredientem in publicum cingere Tac. Hiſt. 1, 77, 4 Nam dextera cingitur am Virg. Aen. 9, 469. Ouid. Faſt. 5, 123 *de cornu Amaltheae,* Suſtul hoc Nymphe, cinxitque (*al.* cinctumque) decentibus (*al.* recentibus herbis, Et plenum pomis ad Iouis ora tulit. Ouid. ex Pont. 2, 8, 6 Vos ego complectar, Geticis ſi cingar ab Armis. Claud. in Gigant. 4 Cinguntur et ipſi Auxilio manes, *i. accingunt ſe armis, vt auxilio v niant.* Excubiis cingi Claud. de ſext. Conſ. Hon. 44. Idem in Ruf 2, 13 Premor hinc odiis, hinc Milite cingor. *Et* in praefat. 2 in Eutrop. 34 Cingeris hinc Odiis, inde receſſit amor. Cic. pro Lege Manil. 30 Teſtis eſt Sicilia, quam multis cinctam Periculis, non terro belli, ſed celeritate conſilii explicauit. Virg. Aen. 2, 520 Cingi tel *eſt accingere, armare ſe.* ¶ 2 *Formulae elementorum ordi poſitae.* Tibull. 2, 3, 41 Praeda feras Acies cinxit diſcordibus arm *i. ſpe praedae arma ſumunt homines.* Aethera nimbi cingunt Vi Aen. 5, 13. Curt. 4, 13, 30 Sed ne circumiri poſſet a multitudine, vl mum Agmen valida manu cinxerat. Ara coronis cingitur Oui Triſt. 3, 13, 15. Idem Faſt. 3, 254 De tenero cingite flore Capi Caſtra cingere vallo Liu. 7, 39. Comas diademate Claud. de ſe Conſ. Hon. 65. Comam lauro Hor. Carm. 3, 30, 16. Comas vit cingit Ouid. Triſt. 4, 4, 78. Cic. de Nat. Deor. 1, 26 Quid aute interius mente? cingatur igitur Corpore externo. *De mundo loquitu* Prop. 4, 1, 61 Ennius hirſutâ cingat ſua Dicta coronâ, *i. libros ſuos, ut citharoedi lyras.* Sen. Herc. fur. 940 Medium Diem cinxere tenebrae. Domos muris cingere, *Vrbem condere* Valer. Argon. 4, 102. Flumina ripis Ouid. Met. 1, 39. Claud. in ſext. Conſ. Stilich. 199 Seu celebre ludos: ſolio ſeu fultus eburno Cingas iure Forum, *etc.* Foſſas mu nimine Ouid. Met. 13, 212. Lucan. 1, 321 Iudicium inſolita trepidu cinxere corona, *i. gladiis armati circumſteterunt iudicium.* Ouid. Epi 10, 61 Omne Latus terrae cinxit mare. Idem ex Pont. 4, 9, 17 Du que Latus ſancti cinget tibi turba Senatus. *Et* Met. 6, 718 Mox pa ter pennae ritu coepere volucrum Cingere vtrumque Latus, *etc.* M dum obſidii cingere ſtationibus Tacit. Ann. 13, 41. *i. modo, ſeu per n dum, vel in modum obſidii.* Moenia flammis Virg. Aen. 10, 11 Muros milites rara cinxere corona, *i. pauci erant, qui defenderent m nia* Virg. Aen. 10, 122. Idem Aen. 1, 116 Illiditque vadis atque a gere cingit arenae Nauem, *i. adigit in Syrtes, vt inter arenas vtrinq aggeratas haereat.* Valer. Argon. 5, 567 Qualibus adſurgens Nox a rea cingitur aſtris. Numos cingere *v. p. p.* Siluas. Oppida foſſ cingebant Ouid. Met. 1, 97. Oppida muris cinguntur Idem ex Pon 3, 4, 105. Virg. Aen. 1, 402 Vt reduces illi ludunt ſtridentibus ali Et coetu cinxere Polum, *i. in gyrum volant gregatim.* Polos ſtell cingunt Ouid. Faſt. 6, 718. Portas aggere Stat. Theb. 2, 699. Po tus cingitur et concluditur vrbe Cic. Verr. 5, 95. Ruraque diu Cingat Hydaſpes Sen. Herc. Oet. 628. Saltus indagine Virg. Ae 4, 121. Saltus venatu Claud. de Bell. Gild. 356. Seges altis ſep bus cingenda Ouid. de Arte Am. 3, 562. Claud. in Eutrop. 2, 44 Turpe gemit quoties aliquis mucrone coruſco Armatur, cingitque S nus. Siluam cingere *ICtis proprium.* Alfenus in l. In lege locationis. D. Locati, In lege locationis ſcriptum erat, Redemtor Si vam ne caedito, neue cingito, neue deurito, neue quem caedere, ci gere, vrere ſinito. Quaerebatur, *etc.* *Quo in loco* Cingere *accipit pro* Deglabrare, *ſeu* corticem *detrahere.* Paullus in l. 5 Caedere Arbor. furtim caeſ. Cingere, *inquit,* eſt deglabrare. *Add.* l. 4 §. eod. *Nempe, quod ait Ruell. de Natur. ſtirp. 1, 7 Omnibus arbori mors eſt, cortex in orbem detractus: quamuis a ſubere et adrachne imp ne poſſit eximi. Recte* Cael. 21, 1 Cingi arborem *intelligi voluere an quiores, vbi quis nocumenti propoſito per ambitum delibraſſet cortice quo intermoreretur planta. Bynkersh. Obſſ. 4, 21 hinc emendat* l. 8 ff. Cornel. de falſis *et pro vulgato* Numos aureos tinxerit *legi vult* cinx rit, *i. circumciderit. Viderat idem Pareus Lex. Crit. h. v. p. 198. hoc, eſſe in Baſilicis περικόπτοντες.* Cingere *et* Tingere *alias etiam co fundi, monuit Drakenb. ad* Sil. 14, 6. *Caeterum alio ſenſu* Sen. Hippol Ite, vmbroſas cingite ſiluas, *nempe retibus et canibus.* Lucan. 9, 371

At impatiens virtus haerere Catonis
Audet in ignotas agmen committere gentes,
Armorum fidens, et terra cingere Syrtim.

Tempora floribus cingere Catul. 59, 6. Tempora lauro cingunt Ouid. Triſt. 4, 2, 51. Tempora cingere viridanti lauro Virg. Ae 5, 539. Tempora myrto Ouid. Amor. 1, 1, 29. Tempora ram cingere, Componere ſe ad ſpectandos ludos ex more Romano. Na feſt

feſtis ludis omnis aetas coronata ſpectabat. Seruius *ad* Virg. Aen. 5, 71 Ore fauete omnes, et cingite tempora ramis. Tibull. 2, 1, 4. *de Cerere*, Bacche veni, dulciſque tuis e cornibus vua Pendeat et ſpicis tempora cinge Ceres. Vrbem cingit Alduabis fluuius Caeſ. Bell. Gall. 1, 38. Vrbem cingere copiis et militibus Liu. 34, 38. Cic. de Nat. Deor. 3, 95 c. 40 Diligentiusque Vrbem religione, quam ipſis moenibus cingitis. Vrbem muris Ouid. Met. 4, 58. Virg. Aen. 5, 597 Longam muris quum cingeret Albam. Vrbem obſidione Idem Aen. 3, 52. Iuſtin. 9, 1, 2. Vrbem pinnis atque aggere cingere, *i. muro, in quo pinnae ſunt, et foſſa vrbem circumdare* Virg. Aen. 7, 159. Vrbem religione Cic. de Nat. Deor. 3, 95. Cingere puerum inſignibus fortunae principalis Tacit. Hiſt. 2, 59. ¶ 3 *Formulae aliae.* Aonium nemus Marte cingere Propert. 3, 2, 42. *ſignificat res bellicas verſibus proſequi.* Cingitur, certe expedit ſe Plaut. Amph. 1, 1, 152. *i. accingit ſe. Sic* Virg. Aen. 11, 188 Et cingor fulgentibus armis. Enſe latus cinxit Ouid. Faſt. 2, 783. *Et* ibidem 2, 13 Nec galea tegimur, nec acuto cingimur enſe. Ferrum cingere, *Accingere ſe enſe* Virg. Aen. 2, 511. Ferro latus Stat. Theb. 4, 41. Liu. 7, 10 Armant iuuenem aequales, pedeſtre ſcutum capit, Hiſpano cingitur Gladio. Valer. Argon. 6, 477 Cingitur arcanis Saturnia laeta Venenis. Flamma cingere, *Accendere, incendere* Virg. Aen. 1, 677. Sil. 3, 235 Veſtigia nuda: ſinusque Cingere inaſſuetum. Valer. Argon. 6, 68 Quique lacum cinxere Bycen, *i. circa eum habitant.* Claud. in prim. Conſ. Stilich. 2, 101. *de virtutibus*, Vnoque receptae Pectore diuerſos tecum cinguntur in vſus, *i. accinguntur, parant ſe.*

CINGENS, entis. Partic. [ζωννύων] Catul. Epigr. 62, 167 Nec patet egreſſus pelagi cingentibus vndis. Tempora cingens viridi pampino Hor. Carm. 3, 25, 20. Horae cingentes Solem *ſunt* Valer. Argon. 4, 92. Virg. Georg. 1, 28 Tempora myrto.

CINCTVS, a, um. Partic. [ζωσθεὶς] Cic. pro Flacc. 27 Equidem exiſtimo in eiusmodi regione atque prouincia, quae mari cincta, portibus diſtincta, inſulis circumdata eſſet. Alte cinctus puer Hor. Serm. 2, 8, 10. *i. Induſtrius, gnauus. Add.* Sen. Ep. 92 *extr.* Aequore humus cincta eſt Ouid. de Arte Am. 2, 469. Agminibus comitum cinctus Idem Triſt. 1, 5, 30. *i. Stipatus.* Armis fulgentibus cincti Virg. Aen. 11, 188. Caterua matrum cincta virgo Ouid. Met. 12, 216. *i. Comitata a Matronis.* Ouid. Triſt. 4, 7, 12 Credam prius ora Meduſae Gorgonis anguineis cincta fuiſſe comis. Cic. pro Milon. 1 Non enim corona conſeſſus veſter cinctus eſt, vt ſolebat, *de multitudine circumſtante iudicium.* Corona hoſtium cinctus Liu. 7, 27. Enſe latus cinctum Ouid. Amor. 3, 8, 14. Sen. Herc. fur. 695 Cincta ferro bella, *perſonas facit bella ferro armatas.* Flaminica veſte velata vocabatur Cincta, Feſtus. Sen. Thyeſt. 73 Igneo cinctus freto *apud inferos.* Gladio cinctus Hiſpanienſi Liu. 38, 21. Curt. 9, 7, 19. Hedera cincta anus Ouid. Faſt. 3, 767. Honore nauali caput cinctus, *i. nauali corona* Ouid. de Arte Am. 3, 392. Luminibus caput cinctum, *i. Oculis, de Argo* Idem Met. 1, 625. Mari cincta prouincia Cic. pro Flac. 27 c. 12. Multitudine immenſa cinctus Vellei. 2, 14, 1. Nubibus cinctum caput montis Virg. Aen. 4, 248. Vitiis cinctus Claud. de Bell. Gild. 163. Zona aurea muliebriter cinctus Curt. 3, 3, 19. Locus ab hoſte cinctus Ouid. Triſt. 5, 13, 21. Idem Met. 6, 59 Vtraque feſtinat, cinctaeque ad pectora veſtes, Brachia docta mouent, ſtudio fallente laborem, *i. alte ſuccinctae, ne veſtis impediret mouentes.* Cinctus, *pro Armato et milite* Marcellus in l. Titius D. de Teſtam. milit. Titius prius quam Tribunus legionis factus eſſet, teſtamentum fecit, et poſtea cinctus, manente eodem defunctus eſt. Quaero, *etc.* Paullus in l. Quod dicitur D. de Teſtam. milit. Miles teſtamentum fecerat, deinde non ignominiae cauſa miſſus, rurſus cinctus eſt in alia militia. Quaerebatur, *etc.*

CINCTVS, ûs. m. [διάζωμα] *Idem quod Cingulum.* Plin. 24, 10 Virgam qui in manu habeant, aut in cinctu, negantur intertriginem ſentire. *Nempe zonis, cingulis vel aſſutis ad ea marſupiis gerebant ſerabantque quidquid opus eſſet viatici. Vid.* ZONA. Varro de L. L. 4, 3 Cinctus et Cingulum a cingendo: alterum viris, alterum mulieribus attributum. *Sic certe* Plin. 28, 4 Partus accelerat vicinos, ex quo quaeque conceperit, ſi cinctu ſuo ſoluto feminam cinxerit, dein ſolerit, adiecta precatione, ſe vinxiſſe eandem et ſoluturum, atque abierit. Habebat cinctui balteum Apul. Flor. p. 346. Cinctus Gabinus Virg. Aen. 7, 612 Seruio *interpretante* eſt Toga ſic in tergum reiecta, vt vna eius lacinia a tergo reuocata hominem cingat. Hoc autem veſtimenti genere — vtebatur Conſul bella indicturus: ideo quia quum Gabii Campaniae ciuitas ſacris operaretur, bellum ſubito euenit: unde ciues cincti togis ſuis, ab aris ad bella profecti ſunt, et adepti victoriam, propter quod omen tali habitu ſemper vtebantur in bellis. Vnde hic ortus eſt mos. Schol. Lucani *ad* 1, 596. *non* ciues *Gabiorum nominat, ſed* ſacerdotes: *quod probabilius, cum* Gabinus *ille cinctus nimis inhabilis ſit pugnantibus.* Iſid. 19, 24 Cinctus Gabinus eſt, cum ita imponitur toga, vt togae lacinia, quae poſt ſecus reiicitur, attrahatur ad pectus, ita vt ex vtroque latere ex humeris picturae pendeant, vt ſacerdotes gentilium faciebant, aut cingebantur praetores. *Illud* picturae *corruptum videtur. Vid. Ferrar. de Re veſtiar.* 1, 14. Liu. 5, 46 C. Fabius Dorſo, Gabino cinctu, ſacra manibus gerens, *etc. Et* 8, 9 Pontifex *Decium deuouere ſe volentem* togam praetextam ſumere iuſſit, et velato capite manu ſubter togam ad mentum exſerta. *Et p. p.* Ipſe incinctus cinctu Gabino, armatus in equum inſiluit. *Et* 10, 7 Retuliſſe dicitur Decius parentis ſui ſpeciem, qualem eum multi, qui in concione erant, viderant, incinctum Gabino cultu ſuper telum ſtantem, quo habitu pro populo ac legionibus deuouiſſet. Prud. Periſt. 10, 1014 Cinctu Gabino ſericam fultus togam. *Illud* fultus *pulcre exprimit rationem huius* cinctus, *qui non ope cinguli alicuius aut Zonae, aut baltei fieret, ſed ipſius togae parte aut lacinia conſtricta et inuoluta, quale ad pallia laxiora, quae hodie in more ſunt, admittunt. Conf.* GABIVS *ſub* GABII. Gemmatus cinctus Claud. de ſext. Conſ. Hon. 1. Sonantes cinctus Stat. Theb. 6, 77. *i. balteum bullis diſtinctum.*

CINCTVM, i. n. [Vet. Gloſſ. Ζῶμα cinctum. Succinctum ὑπόζωμα.] Scribon. 163 Habere in cincto, *i. in cinctu, quod modo declarauimus.* Iſidor. 19, 33 Cincto iuuenes in exercitatione campeſtri verecunda velabant, vnde et Campeſtris dicebatur. ¶ 2 *Pro media parte corporis, qua cinguntur milites* Fulgent. Mythol. 3, 7 Mineruam oculis, Iunonem brachia, pectus Neptunum, Cinctum Martem, renes et inguina Venerem — *Deos obtinere.* ¶ 3 *Pro corona poni videtur ab* Albrico de Imag. Deor. 8 *vbi de Minerua*, cuius caput viride cinctum circum erat. *Ita nempe legendum putamus Semibarbari ſcriptoris locum, qui ita vulgo conſtituitur*, cuius caput viri deoinctum circum erat *etc.*

CINCTICŬLVS, i. m. Dimin. [ζώνιον, διαζωμάτιον] *Veſtis puerorum, vt* Cinctus, *virorum.* Plaut. Bacchid. 3, 3, 28 Cincticulo praecinctus in ſella apud magiſtrum aſſideres. *Vid. Turneb.* 2, 30, *qui bene monet*, cincticulum *hunc ſ.* cinctum *pro tunica antiquis illis fuiſſe. Vid.* CINCTVTVS.

CINCTŪRA, ae. f. *Idem ac Cinctus.* Suet. in Iul. 45 Etiam cultu notabilem ferunt: vſum enim lato clauo ad manum fimbriato, nec vt vnquam aliter quam ſuper eum cingeretur, et quidem fluxiore cinctura. *i. laxiore, et minime adſtricta. Et* Quinctil. 11, 3, 139 Pars eius prior mediis cruribus optime terminatur, poſterior eadem portione altius quam cinctura.

CINCTŪTVS, a, um. Adi. [περιεζωσμένος] Vt, Cinctutis non exaudita Cethegis, Horat. in Arte Poët. v. 50. *id eſt Veteres, quod cinctu ſ. campeſtri vterentur loco tunicae, quae ratio aetate Horatii exoleuerat, ſed diu ſeruatus fuerat in familia Cethegorum, qui eadem cauſa* Exſerti *dicuntur, de quo ſub* EXSERO. Ouid. Faſt. 5, 101 Semicaper coleris cinctutis Faune Lupercis.

CINCTOR, ōris. m. Gloſſ. Gr. Lat. ζώστης, Cinctor.

CINCTORIVS, a, um. *Paratus ad pugnam.* Plin. 7, 7 ſ. 5 Tu cuius ſemper cinctoria eſt mens. *Sed Harduinus legit* Tinctoria, *i. cruenta, ſanguinolenta. Vid. ſtatim* CINCTORIVM.

CINCTORIVM, i. n. *Cingulum, et pugio de cingulo pendens.* [Gloſſ. Vet. παραζώνιον, pugio, cinctorium.] Et Pompon. Mela 2, 1 *extr.* Mars omnium *(Scytharum)* Deus: ei pro ſimulacris enſes, et cinctoria dedicant. *Vid. Salmaſ. in Solin.* p. 133. *Voſſ. ad* Mel. l. c.

CINCTIA ſ. CINXIA. *Iunonis Epitheton.* Feſtus, Cinxiae Iunonis nomen ſanctum habebatur in nuptiis, quod initio ſolutio erat cinguli, quo noua nupta erat cincta. Arnob. 3 p. 115 Vnctionibus, inquit, ſupereſt Vnxia, Cingulorum Cinxia replicationi — niſi virginalia vincula iam feruentes diſſoluerent atque imminentes mariti — Dî nomina non haberent? Martian. Cap. 3 p. 37 *extr.* Cinctiam mortales puellae debent in nuptias conuocare, vt — cingulum, ponentes in thalamis non relinquas. Vet. Gloſſ. Cinxia γαμήλιος.

CINGŬLVS, i. m. *et* CINGŬLVM, i. n. [ζώνη] *Quo quis cingitur.* Cic. in Somn. Scip. 15 c. 6 Cernis autem terram eandem, quaſi quibusdam redimitam et circumdatam cingulis, e quibus duos maxime inter ſe diuerſos vides, *etc. De quinque zonis terrae loquitur.* Cingulo noua nupta praecingebatur: quod vir in lecto ſoluebat, factum ex lana ouis: quod ſicut illa in glomos ſublata, coniuncta inter ſe ſit: ſic vir ſuus ſecum cinctus, vinctusque eſſet. Hunc Herculaneo nodo vinctum vir ſoluit ominis gratia, vt ſic ipſe felix ſit in ſuſcipiendis liberis, vt fuit Hercules, qui LXX liberos reliquit. *Nempe vt obſeruat* Varro L. L. 4, 23 Cingula *etiam* mulierum ſunt. Val. Fl. 6, 472 *etiam de Ceſto Veneris dixit* Cingula. ¶ 2 Cingulum *militiae ſignum praeſertim honoratae.* Trebell. Pollio Gallien. Salon. 2 Quum cingula ſua plerique militantium, qui ad conuiuium *(imperatoris)* venerant, ponerent hora conuiuii, Saloninus puer, ſiue Gallienus his auratos conſtellatosque balteos rapuiſſe perhibetur; et cum eſſet difficile, in aula Palatina requirere quod periiſſet, ac taciti militaris viri detrimenta pertuliſſent, poſtea rogati ad conuiuium cincti accubuerunt. Quumque ab his quaereretur, cur non ſoluerent cingulum? reſpondiſſe dicuntur, Salonino deferimus. Atque hinc tractum morem, vt deinceps cum imperatore cincti diſcumberent. Sulpic. Seu. de Virtt. Martin. 2, 12 Miles quidam cingulum in eccleſia, monachum profeſſus abiecerat. Rufin. Hiſt. Eccl. 1, 32 *de Iuliano*, Militiae cingulum non dari niſi immolantibus iubet. Imp. Martian. l. 4 C. d. SS. Trinit. Igitur ſi Clericus erit — a conſortio clericorum remouebitur; ſi vero militia praeditus ſit, cingulo ſpoliabitur. Seru. Aen. 8, 724 Diſcinctos *interpretatur* inhabiles militiae. Nam omnes qui militant, cincti ſunt. Prud. Periſt. 1, 32 Milites, quos ad perenne cingulum Chriſtus vocat. *Sed etiam alia dignitas et velut togatae militiae* Cinguli *Symbolo declaratur, et* Non. 80 c. 1 *plane* Cingulum ἀρχὴ *vertitur. Sic* l. Omnes C. Vt dignitatum ordo ſeruetur, Omnes priuilegia dignitatum hoc ordine ſeruanda cognoſcant, vt primo loco habeantur hi, qui in actu poſiti illuſtres peregerint adminiſtrationes. Secundo veniant vacantes, qui praeſentes in comitatu illuſtris dignitatis Cingulum meruerint: Tertium vero ordinem eorum proſpicimus, quibus abſentibus Cingulum illuſtris mittitur dignitatis. Quartum honoratiorum, qui praeſentes a noſtro numine ſine Cingulo codicillos tantum honorariae dignitatis adepti ſunt. Quintum eorum, quibus abſentibus ſimiliter ſine Cingulo mittuntur illuſtris inſignia dignitatis. *Nempe* Sub Cingulo delata illuſtris dignitas *dicitur, quando iuſta et plena eſt, et reuera delata:* Citra Cingulum vero, *quando honoris tantum gratia, hoc eſt honoraria.* l. Omnes. C. de Metatis et epidem. Caeteris vero, quibus illuſtris dignitas ſub Cingulo, vel citra Cingulum pro ſolo honore delata eſt, excuſandarum aedium licentiam penitus denegamus. *Budaeus.* L. 3 C. de Domeſt. et protectoribus, Quinquennium autem ſi fuerit diuagatus, ipſo iam cingulo ſpoliandus eſt. *i. Dignitate et magiſtratu priuandus et deiiciendus, hoc eſt quod alibi legitur.* Diſcingere. *Budaeus. Frequens admodum eſt huius* Cinguli *in* Theodoſiano *pariter ac* Iuſtinianeo Codice *mentio. Sed ipſa res antiquiſſima, et Heroibus a Poëtis attributa. v. g.* Stat. Theb. 6, 225 *de rogi ſollemnibus*, Seu frena libet ſeu cingula flammis Mergere. Aurea bullis cingula Virg. Aen. 9, 360. Idem Aen. 12, 942 Et cum notis fulſerunt cingula bullis. Subnectere cingula Id. Aen. 1, 496. ¶ 3 Cingulum Florentinum *apud* Frontin. de Coloniis p. 133 *Goeſ. Rigaltius interpretatur territorium. Sic in Germania* Circulum *ſaepe poni, notum eſt. Ne de* Zonis *Geographorum dicamus.* ¶ 4 Cingulos *veteres* appellabant homines, qui in his locis, vbi cingi ſolet, ſatis ſunt tenues, Feſtus.

CINGVLA, ae. f. *Idem. Animalibus tantum tribui vult* Seruius *ad* Aen. 9, 359, *cuius ipſa verba repetit* Iſid. 20, 16. *Et ſane* Ouid. Rem. Am. 236 Adſpicis, vt prenſos vrant iuga prima iuuencos? Vt noua velocem cingula laedat equum? Calpurn. Eccl. 6, 41 A dorſo quae totam circuit aluum Alternat vitreas lateralis cingula bullas, *de cerua manſueta. Sed tamen* Ouid. Art. 3, 444 Nec coma vos fallat liquida nitidiſſima nardo, Nec breuis in rugas cingula preſſa ſuas: *de viris cultum formamque profeſſis. Quae ſi vera eſt lectio, variatur enim,* rugas *intelligo tunicae, quas facit et continet* cingula: breuis *eadem, vt oſtendat gracilem et ſubſtrictum, quos ſibi aptiores credunt ſcilicet puellae. Nusquam praeterea obſeruata adhuc eſt* Cingula *hominum. Fuiſſe autem primitus Adiectiuum nomen* Cingulus, a, um, *triplex illa terminatio ſatis indicat.*

CINGVLVM, i. n. [Κίγγυλον] *Ciuitas Piceni: vnde* muli Cingulani

gulani *optimi veniunt. De* Cingulanis *meminit* Plin. 3, 5. Caeſ. Bell.
Gall. 1, 15. Drakenb. ad Sil. 10, 34.

CINGILLVS, i. m. Στρόφιον, ζώνιον Gloſſ. Vet.

CINGILLVM, i. n. Galbino ſuccincta cingillo Petron. c. 67.
Vet. Gl. Cingillum ζωνάριον.

CINIPS, *plur.* CINIPHES. m. *Vermiculus permoleſtus, culici
ſimilis. Apud Septuaginta* σκνῖπες *ſcribitur.* Seuerus Sulpicius *in Hiſto-
ria de Pharaone et plagis eius* 1, 14, 4 Donec ſuperductis ciniphibus ter-
ra oppleta eſt, Chaldaeis fatentibus maieſtate diuina iſta fieri. *Et*
Iſidor. 12, 8 Ciniphes muſcae minutiſſimae ſunt, ſed aculeis permole-
ſtae, quibus tertia plaga ſuperbus populus Aegyptiorum caeſus eſt.

CINIS, ĕris. c. [τέφρα, σποδιὰ σποδὸς] *Puluis, in quem mate-
ria vſta redigitur. Maſculinum eſſe, non dubitatur. Sed etiam Femini-
no genere protulit* Catull. 68, 90 Troia, virûm et virtutum omnium
acerba cinis. Caluus *apud* Chariſ. 1 p. 78 Cum iam fulua cinis fu-
ero. *Item*, Forſitan hoc etiam gaudeat ipſa cinis. *Sic etiam* Lucret.
4, 924 Cinere vt multa latet obrutus ignis. *Add.* Auſon. Parent.
27, 3. Seren. Samon. 379 *ibique Keuchen. et Burm.* Scribonius *etiam
ſic vtitur, quod oſtendit Lexicon Rhodii, v. g.* c. 232 Ex ſarmentis ci-
nis cribrata, adſperſa. *Et* 245 De filice facta cinis. *Vid. mox in Epi-
thetis* Lixiua. *Obſeruat denique* Non. 3, 51. *Iam perſequamur vſum
ordinarium, quo maſculinum eſt.* Virg. Aen. 2, 431 Iliaci cineres et
flamma extrema meorum Teſtor in occaſu veſtro, *etc.* Idem ibid.
4, 633 Namque ſuam patriam antiquam cinis Ater habebat. Hor.
Epod. 17, 34 Donec cinis Iniurioſis Aridus ventis ferar. Sil. 17,
396 Videre Eoi monſtrum admirabile Seres, Lanigeros cinere Auſo-
nio caneſcere lucos. Candidiſſimus Scribon. 122. Ouid. Faſt. 3,
547 Arſerat exſtructis in ſua fata rogis: Compoſitusque Cinis, tu-
mulique in marmore carmen. Doloſum cinerem *vocat Horatius,
qui prunas contegit, quem qui tangunt, cinerem merum et frigidum iam
eſſe rati, manus comburere ſolent.* Carm. 2, 1, 7

Periculoſae plenum opus aleae
Tractas: et incedis per ignes
Suppoſitos cineri doloſo.

*Deterret Aſinium Pollionem a ſcribenda hiſtoria belli ciuilis.* Feruidus
Sen. Troad. 101. Cinis Foliorum lentiſci Scrib. 71 Ouid. Epiſt.
19, 94 Flammaque non fiat Frigidus illa cinis. Stat. Theb. 3, 184
Veteris cum regia Cadmi Fulmineum in cinerem monitis Iunonis ini-
quae conſedit, *Semele a Ioue amatore fulminata.* Immundus Virgil.
Georg. 1, 84. Lixiuus cinis Plin. 36, 27 *(Puxidem)* habentem ci-
nerem Lixiuam Scribon. 230. *Interdum eſt ipſum Lixiuium liquidum,
vt* Scribonius, Hoc teritur ex cinere lixiua, donec leue factum habeat
mellis ſpiſſitudinem Comp. 216. *Iterum*, Haec terere oportet ex cinere
lixiua, ex caprifico, vel ſarmentis, donec leuia paſſi habeant tempe-
ramentum c. 228. *Sic* Cum cinere lixiui diutius terere Scribon. 229.
Cinere lixiua lauari 232. Teruntur ex cinere lixiua, qua culinarii
vtuntur, donec habeat mellis liquidi temperamentum 230. *Huc etiam
refero illud* Catonis *apud* Chariſ. p. 78 Inungitant cinere capillum mu-
lieres, vt rutilus eſſet crinis. Miſerandus patriae cinis Auctor ad
Herenn. 4, 13. Virgil. Aen. 10, 59 Non ſatius cineres patriae inſe-
diſſe ſupremos? Tepentes Stat. Silu. 3, 3, 37. Tepidus Ouid.
Met. 8, 641. Aufert aura cineres Lucan. 8, 790. Candet in igne
cinis Ouid. de Arte Am. 2, 440. Collapſi, *quum ſubſidunt, et ignis
eſt extinctus* Virgil. Aen. 6, 226 Poſtquam Collapſi cineres, et flamma
quieuit. Dimouere cinerem foco Ouid. Met. 8, 641. Diripitur
ventis Tibull. 1, 6, 54. Ouid. Met. 14, 577 Congerie e media tum
primum cognita praepes Subuolat, et cineres plauſis Euerberat alis,
*de Ardea.* Sen. Troad. 8 An has ruinas vrbis in cinerem datas hic
excitabit? Idem Phoen. 113 In cineres dabo hoc quidquid in me
viuit. Hauſit cineres Hectoris Hecuba, *i. de tumulo abſtulit* Ouid.
Met. 13, 426. Stat. Theb. 12, 82 Et impulſas cineri Miſcere Myce-
nas. Inſidere cineres patriae Virgil. Aen. 10, 59. *i. ruinas habitare.*
Latet obrutus cinere ignis Lucret. 4, 924. Plaut. Mil. 4, 2, 10 Hu-
ius ſermo haud cinerem Quaeritat, PA. Quo argumento? PY. Quia
enim loquitur laute et minime ſordide. *Nempe vaſa quaedam etiam
cinere fricantur purgandi et nitidandi cauſa.* Arnob. 7 p. 238 Laua-
tio, *inquit*, Deûm matris eſt hodie. Sordeſcunt enim diui, et ad
ſordes eluendas lauantibus aquis opus et adiuncta antiqua (*f.* antiquae,
*vt coniecit Stewech.*) cineris frictione. Redigi in cinerem candidiſ-
ſimum Scribon. 122. Ad cinerem redactum cornu Idem 60. 70.
Ouid. ex Ponto 4, 16, 48 Ergo ſubmotum patria proſcindere, liuor,
deſine, neu cineres ſparge cruente meos. *Qui in exilio eſt, velut mor-
tuus eſt: hunc, qui perſequitur, cineres inimici videtur ſpargere, diſſi-
pareque velle.* Virgil. Aen. 5, 742 Haec memorans cinerem et ſopi-
tos ſuſcitat ignis, *de buſto patris Anchiſae, recenti, quod curabat Ae-
neas.* Vertere omnia in fumum et cinerem Horat. Epiſt. 1, 15, 39
*dicitur prodigus et heluo.* Ouid. Triſt. 5, 12, 68 Sic vtinam, quae
nil metuentem tale magiſtrum Perdidit, in cineres ars mea verſa
foret. ¶ 2° *Ponitur* Cinis, *pro Manibus, et reliquiis fu-
nerum, vel memoria adeo.* Cic. Verr. 3, 113 Homo importuniſſime,
cur tantam iniuriam P. Annio mortuo feciſti? cur hunc dolorem ci-
neri eius, atque oſſibus inuſſiſti, vt liberis eius bona patria, volun-
tate patris, iure, legibus tradita eriperes, et cui tibi eſſet commodum,
condonares? Perſ. Sat. 1, 36 Nunc non cinis ille Poëtae Felix?
Virgil. Aen. 10, 828 Teque parentum Manibus et cineri (ſi qua eſt
ea cura) remitto. Idem Aen. 5, 55 Nunc vltro ad cineres ipſius et
Oſſa parentis Adſumus. Martial. 11, 51 Iam prope Deſertos cine-
res, et ſancta Maronis Nomina, *etc.* Ouid. Faſt. 5, 425 Iam ta-
men Extincto cineri ſua dona ferebant, Compoſitique nepos buſta
piabat aui. Virgil. Aen. 6, 213 Cineri Ingrato ſuprema ferebant,
*qui gratias agere et referre non poteſt.* Seruius *exponit* Triſti. Ma-
ternus Ouid. Met. 13, 699. Horat. Carm. 2, 8, 9 Expedit matris ci-
neres Opertos fallere, *i. per illos peierare.* Idem in Arte Poët. 471

Nec ſatis apparet, cur verſus factitet, vtrum
Minxerit in patrios cineres, an triſte bidental
Mouerit inceſtus.

Patrios cineres vocat Sepulcrum patris, Acron. Sepultus Ouid. Met.
13, 615. Triſtes Sen. Troad. 5. Dummodo abſoluar cinis Phaed.
3, 10, 4. *i. poſt mortem.* Cic. Philipp. 13, 22 Videte, quid Antonius
ſe gauiſum dicat: Dediſſe poenas ſceleratum Trebonium cineri,
atque oſſibus clariſſimi viri. Nutricem cinis ater habebat Virgil.
Aen. 4, 633. Non aliter cineres mando iacere meos Martial. 1, 89.
Cic. Verr. 1, 113 c. 44 Cur hunc dolorem cineri eius, atque oſſibus
Inuſſiſti? Virgil. Aen. 3, 303 Libabat cineri Andromache, manes-
que vocabat Hectoreum ad tumulum. Mittere munera cineri ali-
cuius; *Honore proſequi funus illius, In honorem mortui aliquid facere*
Virgil. Aen. 4, 623. Cic. pro Quint. 97 c. 31 Obſecrauit per fratris
ſui mortui cinerem. Idem Verr. 5, 129 Non ex litibus aeſtimati
tuis pecuniam domum, ſed ex tua calamitate cineri, atque oſſibus filii
ſui ſolatium vult Reportare. Senec. Troad. 4 Tumuloque donum
detur, et cineres Riget. Soluere honorem cineri Valer. Argon. 3,
357. Martial. 1, 1 *de ſe gloriatur,*

Cui, lector ſtudioſe, quod dediſti
Viuenti decus atque ſentienti,
Rari poſt cineres habent Poëtae.

Ouid. ex Pont. 4, 16, 3 Famaque poſt cineres maior venit. Virgil.
Aen. 5, 81 Saluete recepti Necquidquam cineres, animaeque, vm-
braeque paternae, *i.* Salue pater de Troia fruſtra liberate, *vt* Ser-
vius *exponit.* Martial. 12, 52 Cuius et ipſe tui Flagrat amore cinis.
Virgil. Aen. 4, 552 Non ſeruata fides cineri promiſſa Sichaeo. *Haec
omnia e ritu cremandi cadauera, et ſeruandi cineres originem habere,
vix admoneri opus eſt.* Agrippina aſcendit claſſem cum cineribus
Germanici Tacit. Ann. 2, 75, 1. *Illud adhuc obſeruamus, quod ad*
Ouid. Epiſt. 1, 24 Verſa eſt in cinerem ſoſpite Troia viro, *monent
Heinſius ac Burmannus*, Cinerem *interdum plus ſignificare, quam* Cine-
res, *nempe totum corpus, totam vrbem, quae nunc vnus* cinis *eſt: cum*
cineres *ad partes referatur. Eadem de* Caede, *atque de* Coma *aliisque
notari poſſunt.*

CINISCVLVS, i. m. Dimin. Prudent. Cathem. 10, 141

Non, ſi carioſa vetuſtas
Diſſoluerit oſſa fauillis,
Fueritque ciniſculus arens,
Minimi menſura pugilli.

CINERACEVS, a, um. Adi. *Cineris colorem referens.* Plin.
33, 6 Terra eſt alia rufa, alia cineracea. Idem 25, 13 Foliis cori-
andri cineracei coloris, flore purpureo. *Conf.* 17, 7.

CINEREVS, a, um. *Aliud* Adi. [τεφροειδὴς] *Eiusdem ſignifi-
cationis.* Plin. *de vite* 14, 3 Contra damnantur etiam viſu cinere[a]
et rabuſcula, et aſiniſca, minus tamen caudam vulpium imitata alo-
pecis. Columel. 2, 2, 16 Cinerei coloris terra. Cinereo ſuper
inungere Scribon. 26. Cinereo ex aqua inungere 37. *i. collyrio ſpo-
diaco: cui affine collyrium tephrion. Rhod.*

CINERARIVS, i. m. [δοῦλος ἑταίρας, Vet. Gloſſ.] *Idem, qu[i]
Ciniflo, ita dictus, quia acus et veruta flando calefaciebat, quibus ma-
tronae capillos criſpabant.* Varro de L. L. 4, 29 Qui calamiſtros cal[e]-
factos in cinere miniſtrabat, a cinere Cinerarius eſt appellatus.
Catull. 59 (62) 138 Nunc tuum cinerarius Tondet os. Senec. d[e]
Conſt. Sap. c. 14 Quidam ſe a cinerario impulſos, moleſte ferunt,
contumeliam vocant oſtiarii difficultatem, nomenclatoris ſuperbiam,
cubicularii ſupercilium. Tertull. ad Vxor. 2, 8 Cinerarios peregri-
nae proceritatis *expetitos lautioribus feminis, indicat.* ¶
*Alii* Cinerarii, *de quibus* Hieron. Epiſt. 53 ad Riparium aduerſ. Vi[gi]-
lant. Ais Vigilantium os foetidum rurſus aperire, et putorem ſpu[r]-
ciſſimum contra ſanctorum Martyrum proferre reliquias, et nos, q[ui]
eas ſuſpicimus, appellare Cinerarios et idololatras, qui mortuoru[m]
hominum oſſa veneremur.

CINERARIVM, i. n. *Sepulcrum, cineris mortuorum condi-
rium.* Inſcriptio vetus apud Gruter. p. 850, 10 FRATRI OPTI-
MO ET PIISSIMO CINERARIVM FECIT. *Add.* i[bid.]
p. 418, 11 *et* p. 663, 3. *Item* Inſcriptio Romae, CINERA-
RIVM. GEMELLI. III. AELI. MARCI. ET. PHI-
LIPPI. *Spon. Miſc. Erud. Antiq. ſect. 9 p. 290.*

CINERARIVS, a, um. Adi. Vet. Auct. de limit. *apud* Goe-
ſium p. 296 Fines ſepulturarios, ſiue cinerarios ſic intelligis —
Iuxta ſepulturam ſunt buxus, ſunt etiam cineres.

CINERITIVS, a, um. Adi. *Cineri ſimilis.* Varro R. R. 1, 9, 7 Te[rra]
non cineritia, neue vehementer denſa.

CINEROSVS, a, um. *Idem. Vt*, Apul. 7 *ſub fin.* p. 199 *ex[…]
de anu lamentante*, Trahens ambabus manibus ciueroſam canitiem.

CINERESCO, ĕre. Tertull. Apol. cap. 40 *de pomis Sodomiti[cae]
regionis:* Si qua illic arborum poma conantur oculis tenus; caeter[um]
contacta cinereſcunt.

CINEFACIO, ĕre. [τεφρόω] *In cinerem redigo.* Lucret. 3, 9[…]
At nos horrifico cinefactum te prope buſto Inſatiabiliter deflebim[us]

CINIFLO, ōnis. m. [Ἐμπλέκτης, γυναικῶν κοσμητὴς, Vet. Glo[ſſ.]]
*A Cinere* dicti Ciniflones et Cinerarii eadem ſignificatione apud ve[te]-
res dicebantur, ab officio calamiſtrorum, qui acus et verula flando [in]
cinere calefaciebant, quibus matronae crines criſpabant. Cuius [rei]
et Virgil. (Aen. 12, 100) meminit inquiens, Vibratos calido ferr[o]
*Hactenus* Vet. Schol. *ad illud* Horat. Serm. 1, 2, 98 Cuſtodes, lecti[cae,]
ciniflones, paraſitae. *Etiam* Plaut. Aul. 3, 5, 35 *edebatur* Ciniflon[es]
patagiarii. *Sed a Grutero eſt* Caupones. *Caeterum* ciniflones *prop[ter]
dictos puto, quod, dum calefaciunt acus, cineres de prunis flatu abigu[nt]*

CINNA *cognomen tum aliarum gentium Romanarum, tum* Corneli[ae]
*e qua nobilis praeſertim* L. Cornelius Cinna, *qui cum Sulla et Mario re[m]
publ. vexauit. Elogium eius vid.* Vell. 2, 24 *extr. Hinc*

CINNĀNVS, a, um. *Vt*, Nepos 24, 2, 2 Diſſociatis ciui[um]
animis, cum alii Sullanis, alii Cinnanis fauerent partibus. Tumul[tus]
Cinnanus. *Idem ibid.*

CINNABĂRIS, is. f. [κιννάβαρις] *Color, ſ. pigmentum minio accedens.* Pl[in.]
33, 7 ſ. 38 *vbi de Minio*, Milton vocant Graeci minium: quidam cinnabar[i]
vnde natus error, Indico Cinnabaris nomine. Sic enim appellant illi [sa]-
niem draconis eliſi elephantorum morientium pondere, permiſto vtri[us]-
que animalis ſanguine, vt diximus. Neque alius eſt color, qui in pic[tu]-
ris proprie ſanguinem reddat. Illa cinnabaris antidotis medicamen[tis]-
que vtiliſſima eſt. At hercule Medici, quia cinnabarin vocant, [pro]
eo vtuntur hoc minio, quod venenum eſſe paullo mox docebim[us.]
Cinnabari veteres, quae etiam nunc vocant, monochromata pin[ge]-
bant. — Cinnabaris adulteratur ſanguine caprino, aut ſorbis tri[tis.]
*Illud*, vt diximus, *reſpicit ad 8, 12, vbi fabula de pugna draconum [et]
elephantorum. Veriora de Cinnabri aliunde petenda. Vid. quos lau[dat]
Harduin.*

CINNAMŌMVM, i. n. [κιννάμωμον] *Frutex odoratus, id[em]
qui* Cinnamum, *de quo locus claſſicus* Plin. 12, 19 ſ. 42 Cinnamomum et Ca[ſias]
fabuloſe narrauit antiquitas — auium nidis et priuatim Phoen[icis]
— ex inuiis rupibus arboribusque decuti. — Omnia falſa,
quidem cinnamomum, idemque cinnamum naſcitur in Aethiopia
Ipſe frutex duum cubitorum altitudine ampliſſimus, palmique m[ini]-
mus, IV digitis ſurculoſus, arido ſimilis. Cum viret non odora[tur,]
folio origani, ſiccitate gaudens, ſterilior imbre, caeduae naturae

gn

gnitur in planis quidem, ſed denſiſſimis in vepribus rubisque, diffi-cilis collectu. Metitur non niſi permiſerit Deus — Sarmenta haſta diuidit ſacerdos, Deoque partem ponit: reliquum mercator in maſſas condit — Praecipua bonitas virgultorum tenuiſſimis partibus, ad longitudinem palmi. — Viliſſimum, quod radicibus proximum, quoniam ibi minimum corticis, in quo ſumma gratiae. Qua de cauſa praeferuntur cacumina, vbi plurimus cortex. Ipſum vero lignum in faſtidio eſt, propter origani acrimoniam: Xylocinnamomum vocatur. — Quidam cinnami duo genera tradidere, Candidius Nigrius-que. — Certiſſima aeſtimatio, ne ſit ſcabrum, atque vt inter ſe tritum tarde frietur. Damnatur in primis Molle, aut cui labat cor-tex — Coronas ex cinnamo interraſili auro incluſas primus omnium in templis Capitolii atque Pacis dicauit Imperator Veſpaſianus Augu-ſtus. Radicem eius magni ponderis vidimus in Palatii templo — aureae paterae impoſitam: ex qua guttae editae annis omnibus in gra-na durabantur, donec id delubrum incendio conſumtum eſt. Plaut. Curcul. 1, 2, 6 *vetula ad vinum orationem dirigens*, Tu, mihi ſtacte, tu cinnamomum, tu roſa. *Prima ſylloba poſitione longa eſt. Tamen eſt verſus Dionyſii Periegetae 945* Ἦλθον φύλλα φέροντες ἀκηράσιων κινναμώμων. *Sed apud Dioſcoridem* κιννάμωμον, *credo perpetuo. Quid eſſet ve-terum* Cinnamomum, *copioſiſſime diſputauit Salmaſius ad Solinum plu-ribus locis.*

CINNAMOMĬNVS, a, um. Adi. *Vt*, Oleum cinnamominum Plin. 13, 1 *Harduin. Alii enim legunt* Cinnaminum. *Vid. etiam* Dioſc. 1, 74.

CINNAMŎLŎGVS, i. m. *Cinnama legens, auis Arabicae vel Indicae nomen.* Plin. 10, 33 In Arabia Cinnamologos auis appellatur: cinnami ſurculis nidificat. Solino 33 (46) Cinnamolgon *vocatur, qui forte ex* Plinio *emendandus eſt.*

CINNĂMVM, i. n. [κίνναμον] *Idem, quod* Cinnamomum. Martial. 4, 13 Tam bene rara ſuo miſcentur cinnama nardo. Plin. 10, 22 Adipem eorum in vaſe aereo cum cinnamo niue multa obrutum. Claudian. de Nupt. Hon. et Mar. 95 Hic caſiae matura ſeges, Panchae-aque ſurgunt Cinnama. Ouid. Met. 15, 399 Quaſſaque cum fulua ſubſtrauit cinnama myrrha. Idem Faſt. 3, 731 Cinnama tu primus, captiuaque tura, dediſti. Martial. 11, 55 Et quae de Stygio rapuiſti cinnama lecto, *etc. Nempe cum odoribus cremabantur cadauera diuitum. Conf.* Stat. Silu. 2, 6, 87.

CINNĂMEVS, a, um. Adi. *Vt*, Crines cinnamei Apul. Met. 5 p. 164. Auſon. Eidyll. 11, 17 Ales cinnameo radiatus tempora nido, *Phoenix.* Odor cinnameus Apul. Met. 8 p. 205.

CINNVS, i. m. Plurium commiſtio, *auctore* Nonio 1, 295, *qui laudat* Cic. in Orat. 21 c. 6 Eſt autem quidam interiectus inter hos medius et quaſi temperatus, nec acumine poſteriorum, nec fulmine utens ſuperiorum, vt cinnus amborum, neutro excellens, vtriusque particeps, vel vtriusque, ſi (verum quaerimus) expers. *Sic Nonio auctore emendauit Gruter. Alia exemplaria habent*, Vicinus amborum, neutro excellens. ¶ 2 Cinnus, *pro Capillo laudatur* Plaut. Truc. 2, 2, 32 Compoſitos, criſpos, cinnos tuos vnguentatos. *Non-nulli libri* Cincinnos *habent, etiam Gronou.* Vet. Gloſſ. Cinnus κρωβύλος. *Sed quid ſibi volunt alterae* Gloſſae Philox. Cinnus νεῦμα. *Eſt quidem notum Italorum* Cenno: *quod ab hoc ipſo* Cinno *ortum videtur.* ¶ 3 Cinnus *etiam*, Potionis genus *ex frumento coctae, vel, ſecundum* Nonium 1, 207 ex multis liquoribus confectum. Arnob. 5 p. 174 ſitienti *Cereri* adoris oggerit *Baubo* potionem cinnum, cyceonem, quam nuncupat Graecia.

CINVS, i. f. *Arbor ſilueſtris, grata apibus* Pallad. 1, 37, 2. *Sic quidam libri. Sed ignorabilis arbor* Cinus. Tinus MSS. *et primae editiones.* Pinus *emendat Pontedera.*

CINY̆PHVS, i. m. [Κίνυφος] *Libyes fluuius inter duas Syrtes et mare per Macas populos fluit, vt ait Herodotus.* Sil. 3, 275

Tum primum caſtris Phoenicum tendere ritu
Cinyphii didicere Macae, ſqualentia barba
Ora viris, humerosque tegunt velamina capri.

CINYPHIVS, a, um. Adi. [Κινύφιος] *Caprorum praeſertim epitheton, aut rerum e pilis caprinis factarum.* Virgil. Georg. 3, 312 Nec minus interea barbas, incanaque menta Cinyphii tondent hirci. Martial. 14, 140 Vdones Cilicii: Non hos lana dedit, ſed olentis bar-ba mariti: Cinyphio poterit planta latere ſinu. Plantam *pedis intel-lige.* Idem 7, 94 Barba, Qualem forcipibus metit ſupinis Tonſor Cinyphio Cilix marito. *Et* 8, 51 Stat caper — Hunc nec Ciny-phius tonſor violauerit. *Etiam Africanum, ſ. Afrum ſimpliciter ſigni-ficat, vt* Ouid. Met. 7, 272 Cyniphius chelydrus. Sidon. Carm. 2, 24 Cinyphia ſub Syrte, *i. in deſertis Aegypti apud oraculum Hammo-nis.* Humus Cinyphia Ouid. Ibide 222 *Africa.* Cinyphiae ſege-tis citius numerabis ariſtas Idem ex Ponto 2, 7, 25. *Speciatim Cyniphii agri fertilitas iam laudata Herodoto 4, 198.*

CINXIA Iuno. *Vid. ſub* CINGO.

CINYPS, *vid.* CINIPS.

CINY̆RAS, ae. m. [Κινύρας] *Rex Cypri, qui cum Myrrha, filia ſua, nutricis aſtutia, ignarus concubuit, a quo, et* CINYREIA *dicitur ipſa.* Ouid. Met. 10, 369 At virgo Cinyreia peruigil igne carpitur indomito. *Habes ibi totam fabulam.*

## C I O *et* C I P

CIO, cis, ciui, citum. *Vid.* CIEO.

CIPPVS, i. m. [Vet. Gloſſ. κορμὸς, *quod* truncum *alias notat*] *Quid ſit, ſatis aperte declarat* Caeſ. Bell. Gall. 7, 73 Itaque truncis ar-borum, aut admodum firmis ramis abſciſis, atque horum dolabratis, atque praeacutis cacuminibus, perpetuae foſſae quinos pedes altae du-cebantur. Huc illi ſtipites demiſſi, et ab imo reuincti, ne reuelli poſſent, ab ramis eminebant. Quini erant ordines coniuncti inter ſe atque implicati, quo qui intrauerant, ſe ipſi acutiſſimis vallis indue-bant: hos Cippos appellabant. ¶ 2 *Tales* Cippi *ſepul-crorum terminos ſignabant. Hinc* Horat. Serm. 1, 8, 12 Mille pedes in fronte trecentos cippus in agrum Hic dabat. *In Cippo, nempe eius-que parte polita ille modus praefinitus erat.* Sic. Flaccus de condit. agror. p. 4 Inſpiciendum erit et illud, quoniam ſepulcra in extremis finibus facere ſoliti ſunt, et Cippos ponere; ne aliquando cippus pro termino errorem faciat. Nam in locis ſaxuoſis et ſterilibus, etiam in mediis poſſeſſionibus ſepulcra faciunt. Simplicius *et ipſe agrimenſor apud Goeſ.* p. 88 Si ſuperior pars tantum dolata eſt, et inferior ſubulis impolita derelicta, Cippus nominandus eſt monumentalis. Perſ. Sat. 1, 37 Nunc non cinis ille Poëtae Felix? nunc leuior cippus non imprimit oſſa? *Nonne* cippi *ipſi minus graues ſiunt, minus vrguent, terram leuem ſinunt, quod optabile eſt, tali Poëtae?* ¶ 3 *Nempe etiam lapidei poſſunt eſſe* cippi: *et generatim pro terminis po-nuntur.* Vet. Gloſſae: Cippus, ἔνορος λίθινος, *i. Terminus lapideus. Ita nempe emendauit, neſcio quis. Nam legitur* ἐνεὸς, *non* ἔνορος. *(De* ἐνεῷ *vid. Dion. Voſſ. ad* Caeſ. Bell. Ciu. 7, 73) *Al.* Gl. Cippus στήλη, ἀνδρίας. Valerius Probus de notis: CIPP. Cippus, *i.* Terminus. *Et* Vet. Inſcript. TERMINAVIT RIPAM R. R. PROXI-MO CIPPO. Et alia Inſcript. EX S. C. TERMINAVIT. R. R. PROXIM. CIP. PED. CLXI. *vbi non videtur ad ſepul-cra pertinere. Neque ſolos ſepulcrorum* cippos *intelligit, puto* Luci-lius *apud* Feſtum *voce* Quartarius: Porro homines nequam malus, vt Quartariu' cippos Colligere omnes: *i. crebro offendunt ad terminos*, Stulti dum vitant vitia, in contraria currunt. *Talium* cipporum *mentio in antiqua* Inſcript. *apud Dion. Voſſium l. c.* ID QVOD INTRA CIPPOS AD CAMPVM VERSVS SOLI EST. A CAES. AVGVST. REDEMTVM PRIVATO PVBLI-CAVIT. Cippus *eſt quoque Vinculi lignei genus, quo pedes conſtringeban-tur.* Vet. Gloſſ. Cippus ποδοκάκη. Gell. 16, 7 Cippus *inter vſurpata licenter a* Laberio *ponitur. Sed nimis incerta eſt lectio.*

## C I R

CIRCA. [περὶ] *Praepoſitio, quae accuſatiuo caſui iungitur, vici-niam loci et temporis ſignificat. Locum, vt* Quinctil. 6, 3, 39 Taber-nae autem erant circa forum. Cic. L. Agr. 1, 20 Vrbes circa Ca-puam. Effugere in thermis, et circa balnea non eſt Menogenem Martial. 12, 84. Quinctil. 1 Pr. 20 Circa ima ſubſiſtere. Horat. Carm. 1, 25, 16 Quum tibi flagrans amor, et libido Saeuiet circa ie-cur vlceroſum. Scribon. 205 Vlcera, quae callos eminentes circa ſe habent. Hor. Serm. 2, 6, 34 Aliena negotia centum Per caput, et circa ſaliunt latus. Virgil. Georg. 3, 146 Eſt lucos Silari circa, ilicibusque virentem Plurimus Alburnum volitans, cui nomen aſilo, *etc.* ¶ 2 *Ad tempus refertur* Apul. Met. 1 p. 107, 15 Circa tertiam vigiliam connitueo. Circa diem ſeptimum Scribon. 227. Non amplius, quam circa eum menſem viſuntur Plin. 9, 18. Horat. Carm. 4, 1, 6 Deſine dulcium

Mater ſaeua Cupidinum
Circa luſtra decem flectere mollibus
Iam durum imperiis.

Columel. 5, 6 Circa vernum aequinoctium. Liu. 42, 57 Circa eandem horam. Curt. 5, 3, 7 Circa ortum lucis. *Huc refer*, Circa Demetrium Quinct. 2, 4, 4. *i. aetate illa. Sic* 2, 17, 7 Circa Tiſiam et Coraca. *Et* 12, 10, 6 Floruit circa Philippum. Vell. 1, 17, 1 In Accio cir-caque eum Romana Tragoedia eſt. ¶ 3 *Ad perſonas etiam reſpicit, vt* Circa patrem Quinct. 7, 2. Virg. Georg. 4, 75 Et circa regem, atque ipſa ad praetoria denſae Miſcentur. *De apibus. Sic familiaritatem, mini-ſterium, aut quamcunque neceſſitudinem indicat.* Nep. 18, 10, 4 Non paſſi ſunt, qui circa erant. Liu. 1, 41 Tarquinium moribundum, cum qui circa erant, excepiſſent. Idem 22, 30 In admirationem et ipſum *Dictatorem*, et omnes, qui circa erant, conuerterunt. Sueton. Domit. 9 Omnes circa ſe liberaliſſime proſecutus. *Plura Caſaub. ad* Sueton. Caeſ. 27. *et Brouckh. ad* Tib. 1, 3, 87. *Add.* Curt. 3, 1, 17 Circa regem erat, et Phrygum turba et Macedonum. *Et* 4, 10, 25 Qui circa reginam erant. Cic. Verr. 1, 126 c. 48 Multa ſibi opus eſſe, multa canibus ſuis, quos circa ſe haberet. ¶ 4 Circa *interdum motum vna denotare videtur.* Liu. 1, 9 Ex conſilio patrum Romulus legatos circa vicinas gentes miſit, *i. ad omnes, qui* circa *erant. Vid. deinde* CIRCVM. *Sic* 4, 23 Legatis circa duodecim populos miſſis. *Et* 26, 13 Minabantur, circa domos eorum ituros ſe, et in publicum omnes vi extracturos eſſe. *Et* 28, 26 Cuſtodes circa omnes portas miſſi, ne quis vrbe egrederetur. ¶ 5 *Cum nomini-bus quantitatem ſignificantibus indicat, eam quantitatem non accurate definiri. V. g.* Sueton. Claudian. 6 Qui tamen moriens, et in ter-tiis heredibus eum ex parte tertia nuncupatum, legato etiam circa ſe-ſtertium vicies proſequutus. Circa ſingulas heminas Celſ. 7, 15. *Et* 4, 19 Panis circa ſelibram. Circa quingentos Romanorum cecide-runt Liu. 27, 24. Oppida ea fuere circa ſeptuaginta Idem 45, 34. Petron. 97 Puer annorum circa ſexdecim. *Sed haec etiam ad Aduer-bium referri poſſunt.* ¶ 6 *Saepe illud notat, quod* Obiectum *vocant Scholae, nec ſine magna varietate, quam exempla declarabunt.* Quinct. 7, 2, 6 Quaeritur quantitas et qualitas circa modum, ſpeciem, numerum. Idem 1 Pr. 4 Nullam ingenii ſperantes gratiam circa res, etiamſi neceſſarias, *etc. Et* 8 Pr. 5 Circa quae ſi is, qui inſti-tuetur, non repugnauerit. *Et* ibid. 15 Praecipue circa partis huius praecepta elaborauit. *Sunt multa talia apud Fabium.* Plin. Epiſt. 3, 9, 14 Circa Hiſpanum et Probum multum ſudoris: *et p. a.* Circa Claſſicum breuis et expeditus labor. Idem 8, 16 Varia circa haec opinio. Animus meus perſpectus circa curam valetudinis tuae Cic. Fam. 9, 15. Circa deos et religiones negligentior Suet. Tib. c. 69. Publica circa bonas artes ſocordia Tacit. Ann. 11, 15, 2. *Conf.* Burm. ad Quinct. Decl. 1, 17 p. 37. Huius (trifolii acuti) frutex duorum pedum interdum, aut etiam amplior conſpicitur, et odorem grauem emittit: quorum nihil circa pratenſe trifolium inuenitur Scrib. 163. Hor. Carm. 2, 5, 5 Circa virentes eſt animus tuae Campos iuuencae.

CIRCA. Adu. [πέριξ] Cic. Att. 4, 10 Noſtram ambulationem, et Laconicum, eaque, quae circa ſint, velim, quum poteris, inuiſas. Liu. 9, . . Nam et circa omnia defecerant, vnde ſubuehi commea-tus poterat. Idem 42, 64 Raptim Romanos circa ex agris demeſſum frumentum conuehere. *Et mox*, Demeſſis circa ſegetibus. *Quod Graeco modo dictum videri poteſt, vt etiam* 1, 4 Venando peragrare circa ſal-tus, τὰς πέριξ ὕλας. Curt. 4, 12, 20 Caligo, quam circa humidi effu-derant montes. Tacit. Ann. 2, 11, 4 Carioualda labitur, et multi nobilium circa. Ouid. Met. 3, 411 Gramen erat circa. Circa, qua tumor ex inflammatione eſt, imponenda cataplaſmata Celſ. 5, 28. Simplic. Agrimenſ. *apud* Goeſ. p. 89 Qualitas *(agrorum)* in has ſpecies diuiditur, vt extremitatibus concludentibus aut quadrata ſit, aut circa flexa *(i. rotunda)* aut coneata *(ſ.* cuneata) aut triangularis, *etc.* ¶ 2 Circa *etiam* Ante *ſignificare videtur.* Liu. 21, 43 Dextra laeua-que duo maria claudunt, nullam ne ad effugium nauem habentibus. Circa Padus amnis, maior ac violentior Rhodano, ab tergo Alpes vrgent.

CIRCVM, *vid. deinde ſuo loco.*

CIRCVM. *Praepoſitio deinde in ordine, quem elementa illi aſſignant, ponetur, ne a compoſitis ſuis disiungatur.*

CIRCAEA, ae. f. [κιρκαία] *Herba eſt* Strychno ſatiuo ſimilis, flo-re nigro et puſillo, paruo ſemine, vt milii, naſcente in quibusdam corniculis, radice ſemipedali triplici ferme aut quadruplici; alba, odorata, guſtus calidi. *Haec* Plin. 27, 8 ſ. 38.

CIRCANEA, ae. f. Auis dicitur, quae volando circuitum facit, Feſt. *Videtur ergo Epitheton rapacium, quarum is mos eſt.*

CIRCATOR, *vid.* CIRCVITOR.

CIRCE. [Κίρκη] *Vt docet etiam* Cic. de Nat. Deor. 3, 48 Solis filia, e Perſeide Oceani filia. Plaut. Epid. 4, 2, 34 Circam, Solis filiam *vocat Senex puellam, cuius de patre et matre non conſtabat. Sol non Circes tantum, ſed omnium rerum, quas calor fouet pater videtur. Veneficiis illam nobilitauit Homerus, qui bonam partem libri X Odyſſeae ea impleuit. Collocat illam in promontorio Latii, quod ex eius nomine Circeium vocatur: vbi homines ad ſe venientes carminibus et veneficiis mutabat in varias beſtias.* Virg. Aen. 7, 20 Quos hominum ex facie Dea ſaeua potentibus herbis Induerat Circe, in vultus ac terga ferarum. Virg. Ecl. 8, 70 Carminibus Circe ſocios mutauit Vlyſſis. Ouid. Met. 14, 10 *ſqq. Circe tentato fruſtra Glauces Scyllam quam ille praeferebat in monſtrum horrendum mutat.* Cic. Offic. 1, 113 c. 31 Quam multa paſſus eſt Vlyſſes in illo errore diuturno, quum et mulieribus (ſi Circe et Calypſo mulieres appellandae ſunt) inſeruiret. *Quod ethicum eſt in hac fabula, pulchre exponit* Hor. Epiſt. 1, 2, 23 *de Vlyſſe*

Sirenum voces, et Circes pocula noſti:
Quae ſi cum ſociis ſtultus, cupidusque bibiſſet,
Sub domina meretrice fuiſſet turpis et excors:
Vixiſſet canis immundus, vel amica luto ſus.

*Interim Vlyſſes tamen cum Circe rem habuit, quae peperit ex illo Telegonum,* Seru. *ad* Aen. 2, 43: *itemque Latinum* Id. *ad* Aen. 1, 277. Ouid. Met. 4, 205 Nec tenet Aeaeae genitrix pulcherrima Circes. Aeaeam *vocat ab* Aea *Colchorum vrbe, Matrem e Cicerone diximus Perſeida.* Callida Claud. in Ruff. 1, 153. Titania, *Titanis aut Solis filia* Valer. Argon. 7, 347. Vitrea Hor. Carm. 1, 17, 20. *quod etiam marina Dea eſt, certe mater ipſius Oceani filia.* Virg. Aen. 7, 191

Picus aequum domitor: quem capta cupidine coniux
Aurea percuſſum virga, verſumque venenis
Fecit auem Circe, ſparſitque coloribus alas.

Circae fraudes Prop. 3, 10, 27. Ouid. Met. 14, 247 — Moneo fuge litora Circes. Seru. *ad* Aen. 12, 164 Circen multi etiam Maricam vocant. Plin. 25, 2 Certe quid non repleuere fabulis Colchis Medea, aliaeque in primis Itala Circe, Diis etiam adſcripta? Vnde arbitror natum, vt Aeſchylus, e vetuſtiſſimis in Poëtica, refertam Italiam herbarum potentia proderet, multique Circeios, vbi habitauit illa, magno argumento etiamnum durante, in Marſis a filio eius orta gente, quos eſſe domitores ſerpentium, conſtat. *Adiiciamus adhuc luſum* Ciceronis Diu. in Verr. 57 c. 17 Repente ex homine, tanquam aliquo Circes poculo factus eſt Verres. *i. Verres ad ingenium ſuum, quod nomen indicat, rediit.* ¶ 2 Circea praelia *legebant alias* Veget. Mulom. 4, 6, 2 *id eſt* Circenſia. *Sed oſtendimus legendum* Praeliis, circo, ſellis.

CIRCAEVS, a, um. Adi. [Κιρκαῖος] *Locorum epitheton praeſertim, quae Circe inhabitauit. Vid.* CIRCEIVM. Virg. Aen. 7, 10 Proxima Circaeae raduntur litora terrae. Agri Circaei Valer. Argon. 7, 544. Campi Idem ibid. 5, 327. Gramen Circaeum, *Herba venenata* Propert. 2, 1, 53. Iugum tractus Campaniae Seru. *ad* Aen. 7, 799. Litus Circaeum Ouid. Met. 14, 248. Moenia Hor. Epod. 1, 30. *et* Ouid. Met. 14, 253. Mons Seru. *ad* Aen. 7, 10. Praelia, *i. ludi Circenſes* Veg. Mulom. 4, 6, 2. Tellus Ouid. Met. 15, 718.

CIRCAEVM, i. n. *Herba, quae et* Mandragora Plin. 25, 13 ſ. 94.

CIRCAEVM, *vel* CIRCEIVM, i. n. [Κιρκαῖον] *Promontorium Campaniae, et in eo oppidum eiusdem nominis, quod etiam* CIRCEII *vocatur,* Circes domus aliquando, *vt ait* Mela 2, 4. Cic. Att. 15, 10 Statim mittam vel Antium vel Circeios. *Hinc*

CIRCEIENSES, um. m. [Κιρκαιήσιοι] *Qui Circeium inhabitant.* Cic. de Nat. Deor. 3, 48 c. 19 Circen quoque coloni noſtri Circeienſes religioſae colunt. Liu. 6, 17 Colonis Circeienſibus triſtiora reſponſa reddita.

CIRCELLVS, Dim. *ex* CIRCVLVS, *it.* CIRCENSIS, *vid. ſub* CIRCVS.

CIRCĔRVS, *corrupta lectio pro* CERCVRVS *v. v.*

CIRCES, ĭtis. m. *Idem quod Circus vel Circulus,* Feſtus, Circites, Circuli ex aere facti. *Non tantum vero ex aere, ſed quiuis circuli ſic videntur dicti.* Sidon. Carm. 22, 222 Vmbrat multicauus ſpatioſo circite fornix.

CIRCITIS *inter Olearum genera* Columel. 5, 8, 3. *Sed mel.* Cercites.

CIRCĬNVS, i. m. [διαβήτης] *Inſtrumentum, cuius altero pede fixo, altero conuerſo circuli deſignantur.* Plin. 2, 25 Omnia autem haec conſtant ratione circini ſemper indubitata. Vitruu. 10, 9 Fit axis ad tornum aut circinum fabricatus. *Id.* Vitr. 3, 1 Namque ſi homo collocatus fuerit ſupinus, circinique collocatum centrum in vmbilico eius, circumagendo rotundationem, vtrarumque manuum et pedum digiti linea tangentur. *Monet ibi Philander, vtriusque* circini, *tum* recti, *i. rectorum crurum, tum* valgi *ſ. crurum introrſus flexorum effigies exſtare in antiquis monumentis. Et quid diſertius eſt deſcriptione* Ouid. Met. 8, 247 *de Perdice Daedali diſcipulo, circini inuentore,*

Primus et ex vno duo brachia ferrea nodo
Vinxit, vt, aequali ſpatio diſtantibus illis,
Altera pars ſtaret, pars altera duceret orbem.

CIRCĬNO, āre. [γυρόω] *Circino circulum facere, vel rotundum facere.* Plin. 11, 24 *de Araneo,* Texere a medio incipit, circinato orbe ſubtegmina adnectens. Plin. 17, 12 Arbores, quae in orbem ramos circinant. Plin. 16, 38 Caetera menſarum genera fiſſis arboribus circinantur in pulpam. *i. non ſecantur ſectionibus horizonti parallelis, quo facto ſtatim orbes fierent e truncis, cylindrarum formam habentibus: ſed ex fiſſis ſ. ſectis verticali ſectione tabulis* circinantur, in pulpam *mediam, i. molliſſimam partem altero crure circini ſ. centro impoſito.* Veget. Mulom. 1, 12, 2 Circines locum acuto cuprino. *Metaph.* Ouid. Met. 2, 723 Inclinat curſus, et easdem circinat auras. *De Mercurio.*

CIRCINĀTVS, a, um. Part. *Vt,* Rotunditas circinata Plin. 17, 12. Folia circinata Plin. 16, 24. Tympanum circinatum Idem 18, 34.

CIRCINATIO, ōnis. f. *Circulus, Orbis.* Vitruu. 3, 3 Ducatur ex eo centro rotunda circinatio. Id. 1, 1 Diuiſa in circinatione Diateſſaron *etc.* *Ponitur etiam pro* Circuitione: Vitruu. 9, 6 Propter eam circinationem morantur (Mercurius et Venus) in ſpatiis ſignorum.

CIRCĬTER. [περίπου, ὡς] *Praepoſitio alteri* Circa *cognata, vnde producta eſt, quae accuſatiuo caſui iungitur. Et ad tempus numerumque refertur: interdum ad locum quoque. Viciniam ſignificat: vnde ſubſtitui illi interdum poteſt. Refertur ergo* Ad, non multo ſecus, prope, fere. *Ad tempus* Cic. Att. 2, 4 Nos circiter Calendas aut in Formiano erimus, aut in Pompeiano. Caeſ. Bell. Gall. 1, 50 Circiter meridiem. Dies circiter XV iter fecerunt Id. ib. 1, 15. Octauam circiter horam Hor. Epiſt. 1, 7, 47. Cic. Att. 2, 4 Nos circiter Kal. in Formiano erimus. Varr. de R. R. 2, 11, 7 Circiter meſſem hordeaceam. *Add.* 3, 8, 3. *Ad numerum* Caeſ. Bell. Gall. 1, 15 Ita dies circiter XV iter fecerunt. Plaut. Mil. 2, 3, 79 Nam illic noſter eſt fortaſſe circiter triennium. *Ad locum* Plaut. Ciſt. 4, 2, 8 Loca haec circiter excidit mihi.

CIRCITER. Adu. Cic. Att. 2, 17 Verum haec in Arpinati ad ſextum circiter Idus Maias, non defleamus *etc.* Circitér pars quarta Sall. Cat. c. 56. Pulli circiter ſesquimenſe natu Varr. R. R. 3, 10, 7 Curati circiter duobus menſibus fiunt pingues Id. ib. *Add.* Caeſ. Bell. G. 3, 32. Varr. L. L. 5, 5. Aur. Vict. Caeſ. in Tacito c. 36.

CIRCITO *et* CIRCO, āre. *Circumire.* Vet. Gloſſ. Circitat et circat, κυκλεύει. *it.* Circito περινοστῶ. *Reſtitutum in primis hoc verbum* Prop. 4, 9, 35 Fontis egens erro, circoque ſonantia lymphis. *i. circumeo, quaero.* Seru. *ad* Aen. 10, 885 Ter circum adſtantem laeuos equitauit in orbis: Secundum artem militiae: nam eques ſtans facillime ſuperatur a pedite. In laeuam autem partem ideo circabat, vt Aeneae dextram partem circumueniret, quae vtique nuda erat. *Hinc eſt* circumcircare *de quo ſ. l. Hinc*

CIRCATOR, *de quo mox dicemus in*

CIRCITOR, *ſub* CIRCVITOR, *in* CIRCVMEO.

CIRCITVS, ûs. m. *et* CIRCITVRA, ae. f. *in* Vet. Gloſſ. *explicantur Graece* περιοδεία, *ſiue* περιοδία.

CIRCITORIVS, a, um. L. 2 C. Th. de filiis milit. apparet Cum circitoria dignitate militare.

CIRCIVS, *ſ.* CERCIVS, i. m. [Κίρκιος, Κερκίας] *Venti nomen, de quo* Fauorinus *apud* Gell. 2, 22 Noſtri Galli ventum ex ſu[a] terra flantem, quem ſaeuiſſimum patiuntur, Circium appellant, a tur[-]bine, opinor, eius ac vertigine. (*κίρκος et κρίκος annulum, circulu[m] notant*) *Deinde adiicit ex ſua perſona* Gellius, Sed quod ait ventum qui ex terra Gallia flaret, *Circium* appellari, M. Cato tertio libro ori[-]ginum eum ventum *Cercium* dicit, non *Circium.* Nam quum d[e] Hiſpanis ſcriberet, qui citra Hiberum colunt, verba haec poſuit Sunt in his regionibus ferrariae, argenti fodinae pulcherrimae, mon[s] ex ſale mero magnus: quantum demas, tantum accreſcit. Ventu[s] Cercius quum loquare buccam implet: armatum hominem, plau[-]ſtrum oneratum percellit. *Quae contra hunc locum Fauorini diſputa[t] Salmaſ. ad Solin.* p. 887, b. *ea refellit Iſ. Voſſius ad* Mel. 2, 5 p. 475 ſ[.] Sen. Quaeſt. Nat. 5, 17 Infeſtat — Galliam Circius: cui aedifici[a] quaſſanti tamen incolae gratias agunt, tanquam ſalubritatem caeli ſi[bi] debeant ei. Diuus certe Auguſtus templum illi, cum in Gallia mor[a-]retur, et vouit et fecit. Plin. 2, 47 ſ. 46 Item in Narbonenſi pr[o-]uincia clariſſimus ventorum eſt Circius, nec vllo violentia inferio[r,] Oſtiam plerumque recta Liguſtico mari perferens (*ergo ab occiden[te] ſpirat*) Idem non modo in reliquis partibus caeli ignotus eſt, ſed [ne] Viennam quidem eiusdem prouinciae vrbem attingens. Paucis an[te] limitibus iugi modici occurſu tantus ille ventorum coërcetur. I[d.] 17, 2 *extr.* In Narbonenſi prouincia atque Liguria et parte Etruri[ae] contra Circium ſerere imperitia exiſtimatur, eundemque obliquum a[c-]cipere prouidentia. Is namque aeſtates ibi temperat, ſed tanta ple[-]rumque violentia, vt auferat tecta. *Meminit et* Vitruu. 1, 6 [et] ad latus Cauri *collocat.*

CIRCO, *vid.* CIRCITO.

CIRCOS, i. m. [Κίρκος] *Accipitris quoddam genus, claudum al[-]tero pede.* Plin. 10, 8. *Sed Hard. corruptelam accuſat, et* Aegithum *reponit.* ¶ 2 Circos, Gemma accipitri ſimilis Plin. 37, 1[0] ſ. 56. *Sic nempe emendat Hard. Al.* piris.

CIRCVITOR, CIRCVITIO, CIRCVITVS, *vi[d.]* CIRCVMEO.

CIRCVLATOR, CIRCVLO, CIRCVLVS, *vid.* CIRCVS.

CIRCVM. *Praepoſitio accuſatiuo caſui ſeruiens, tam in appoſition[e] quam in compoſitione,* περὶ *Graecam praepoſitionem ſignificat, et a* Cir[ca] *vix niſi ſono differens, ad cuius etiam claſſes exempla quae hic ponimu[s] facile erit accommodare.* Ter. Heaut. 2, 3, 50 Capillus paſſus, pro[-]lixus, circum caput reiectus negligenter. Cic. pro Quint. 25 Tu[m] Naeuius ipſe pueros circum amicos dimittit. *Vid.* Circum Inſula Tribus. Nunc omnes vrbes, quae circum Capuam ſunt, a colon[is] occupabuntur Cic. Agr. 1 c. 7. Virg. Aen. 5, 250 Victori Chlamy[-]dem auratam, quam plurima circum Purpura — cucurrit. *i. qu[ae] limbum purpureum habet.* Virg. Aen. 1, 60 *de Ventis,* Illi indignan[-]tes magno cum murmure montis Circum Clauſtra fremunt. Virg. Aen. 6, 166 *de Miſeno,* Hectoris hic magni fuerat comes, Hector[em] circum Et lituo pugnas inſignis obibat, et haſta. Liu. 42, 45 Ind[e] legatio in Aſiam circum Inſulas miſſa. Circum Litora Virg. Aen. [3,] 75. Maria omnia circum errare Id. ib. 1, 36. Virg. Georg. 4, 188 Fit ſonitus: muſſantque Oras et Limina circum. Cato R. R. 21, 4 Armillas facito, quas circum orbem indas. Turba ſtans ci[r-]cum Te, *i. Circumſtans te* Hor. Serm. 1, 3, 135. Virg. Ecl. 8, 1[2] Atque hanc ſine Tempora circum Inter victrices hederam tibi ſerp[e-]re lauros. Allegoricôs dicit. Debet etiam carmen meum florer[e] inter tuos plures triumphos. *Haec* Seruius. Cic. Verr. . Cu[r-]ſare iſte homo potens, cum filio blando et gratioſo circum tribu[s.] Circum *etiam eodem modo, quo* Circa, *adhibetur de Amicis et Famil[i-]aribus.* Cic. Att. 9, 9 Nec ſine cauſa et eos, qui circum illum ſun[t,] times. Ter. Eunuch. 3, 5, 33 Paucae, quae circum illam eſſe[nt,] manent, nouiciae.

CIRCVM. Adu. Virg. Aen. 4, 416 Anna vides toto properari l[i-]tore circum. *Sic* Ter conatus ibi Collo dare brachia circu[m] Virg. Aen. 2, 792. *Et* Omnem, quae — humida circum Cal[i-]gat, nubem, eripiam. Vir. Aen. 2, 606. Idem Virg. Aen. 7, 10[4] Sed Circum late volitans iam fama per vrbes Auſonias tulerat. Sta[t.] Achill. 1, 56 Tyrrhenique gregis Circumque Infraque rotantu[r] Varro R. R. 3, 14, 1 Locus, quem circum totum aqua claudas. Vir[g.] Georg. 4, 193 Sed circum tutae ſub moenibus vrbis aquantur. S[ic] Circum ſupraque Stat. Theb. 9, 114. Virg. Aen. 1, 121 Aſt illa[m] ter fluctus ibidem Torquet agens circum, et rapidus vorat aequo[-]re vortex. Virg. Ecl. 3, 45 Et molli circum eſt anſas amplex[us] acantho. *Vid.* CIRCVMAMPLECTOR. Virg. Aen. 3, 230 Rup[e] Arboribus clauſa circum atque horrentibus vmbris. Quae circu[m] eſſent, opera tueri ſe poſſe conſiſi ſunt Caeſ. B. G. 2, 10. Taci[t.] Ann

Ann. 4, 74 Itaque quanquam diuerſis ſuper rebus conſulerentur, aram Clementiae, aram Amicitiae, effigiesque circum Caeſaris, ac Seiani cenſuere. Circum, *int. circum vel iuxta aram.* Virg. Ecl. 9, 40 Varios hic flumina circum Fundit humus flores. *Pro* Circiter *poſitum videtur* Varr. R. R. 3, 10, 4 Faciendum haras quadratas circum binos pedes et ſemipedem.

CIRCVMCIRCA, compoſitum ex duabus praepoſitionibus, quod ſignificat ἀμφὶ, περί. Seru. Sulp. *apud* Cic. Fam. 4, 5 Ex Aſia rediens, quum ab Aegina Megaram verſus nauigarem, coepi regiones circumcirca proſpicere. *i. Ab omni parte.* Apul. Met. 11 p. 258, 24 Palla nigerrima — quae circumcirca remeans, et ſub dextrum latus ad humerum laeuum recurrens *etc.* *Compoſita quaedam ex* Circum *laudantur, praeſertim in quibus alia mox praepoſitio ſequitur, in quibus haec vox ſeparatim potius aduerbii ſignificatu accipienda videtur; quaeque ea ſolum cauſa hic ponuntur, ne quis fruſtra ea requirat aut culpa omiſſa opinetur.* *Talia ſunt* Circumaddo, Circumaggero, Circumamplector, Circumareo *etc.*

CIRCVMADDO, ĕre. Cato R. R. 114, 2 Duas partes terrae circumaddito. *Al.* Circumdato.

CIRCVMADNITOR, niti. *Laudatur* Moranti frumentum defuit nullo circumadnitente Salluſt. Fragm. c. 27. *Sed rectius ſeparatur, ή circum, et aduerbium habetur.* *Vid.* Cort. *ad h. l.* p. 986.

CIRCVMADSTO, āre. Spectaculo intentos, aut qui circumadſtabant, praeceps trahit, atque operit Tac. Ann. 4, 62, 4. *Sed hic etiam multo melius ſeparatur* Circum. *Vid.* CIRCVMAMPLECTOR.

CIRCVMAGGĔRO, āre. [περιχωννύω] *i. in circuitu aggerare.* Columel. 5, 12, 3 Stercoratam terram circumaggerato. *Sed hic etiam al. diuidunt, al.* circa aggerato.

CIRCVMAGGERATVS, a, um. Radices fimo circumaggeratae Plin. 19, 5 ſ. 23.

CIRCVMĂGO, ēgi, actum, ĕre. [περιάγω, περιάγομαι] *In circulum ago, certe in diuerſam partem.* Liu. 1, 24 Prius paene quam Romulus, quique cum eo equites erant, circumagerent frenis equos, terga vertunt. Flor. 3, 21, 6 Sed impatiens iniuriae ſtatim Sulla Legiones circumegit. Nil opus eſt te circumagi Hor. Sat. 1, 9, 18. *Verba deprecantis alterius comitatum ſibi oblatum.* Liu. 4, 28 Dictator autem parte alia ſubſidia, et ſecundam aciem adortus, circumagenti Se ad diſſonos tumultus, ac ſubitos clamores hoſti, *etc.* Annus circumactus eſt Liu. 6, 37. Id. 9, 18 Ante tempus, comitiorum cauſa reuocati ſunt: in ipſo conatu rerum circumegit ſe Annus. *Adfertur etiam* Curt. . . . Nec vulneratum et fere ſeminecem circumagere deſtiterunt. ¶ 2 *Metaphor.* Suet. Caeſ. 70 Sed vna voce, qua Quirites eos pro militibus appellarat, tam facile circumegit et flexit, vt ei milites eſſe confeſtim reſponderint. *Et* Sen. Controu. 2 Ad haec noua et diuerſa imperia ſubito me circumagi poſſe putas. ¶ 3 *Ex ritu antiquo* Circumagere, *eſt Liberare, manumittere.* Seneca Ep. 8 Philoſophiae ſeruias oportet, vt tibi contingat vera libertas. Nam qui ſe illi ſubiecit, ſtatim circumagitur: iam Philoſophiae ſeruire libertas eſt. Circumagebantur *nempe olim ſerui, i. vertebantur a lictore, quum vindicta apud praetorem manumitterentur.* Perſ. Sat. 5, 76 Heu ſteriles veri, quibus vna Quiritem Vertigo facit, *i. ille circumactus.*

CIRCVMACTVS, a, um. *Vt,* Anno circumacto Liu. 6, 1. Tempore circumacto Liu. 27, 30. Plin. 28, 4 ſ. 12 Fulmine percuſſo circumactum in vulnus hominem loqui protinus, conſtat. Id. 15, 34 Racemi in orbem circumacti, *i. rotundi.*

CIRCVMACTVS, ûs. m. *Vt,* Plin. 28, 9 Ad faciliorem circumactum rotarum. *Vid.* 5, 22. 8, 31. Apul. Florid. 2 p. 348, 33 *de Pſittaco,* Ceruicula eius velut aurea torqui pari fulgoris circumactu cingitur et coronatur. Circumactus fulgoris *eſt circulus fulgens.*

CIRCVMACTIO, ōnis. f. *Idem.* Gell. 17, 20 Enthymema breuibus et rotundis numeris cum quadam aequabili circumactione deuinctum. *Ponitur pro Verſatione apud* Vitruu. 9, 9. Mart. Capell. p. 299 Iupiter XII annis longitudinem propriae circumactionis excurrit.

CIRCVMAMBŬLO, āre. [περίειμι] *In circuitu ambulare.* Paulus in l. poſſideri, in princip. D. de acquir. poſſ. Vt qui fundum poſſideri velit, omnes glebas circumambulet.

CIRCVMAMICTVS, a, um. Petron. 100 Ego quaſi ſomno quodam turbulento circumamictus. *Durior metaphora non placet Criticis.* *Cuperus coniicit* circumactus: *quid ſi* Circumictus? παραπλὴξ, περισχηφθείς. *Proprie* Vulg. Interpr. Apoc. 4, 4 Circumamicti veſtimentis albis XXIV ſeniores.

CIRCVMAMPLECTOR, cti. Lato quam circumamplectitur auro balteus Virg. Aen. 5, 312. *ſed ſeparatim legendum eſſe circum, indicat eliſio.* *Sic* Ecl. 3, 45 Et molli circum eſt anſas amplexus acantho. Manil. 1, 312 Has inter fuſus, circumque amplexus vtramque *(Vrſam)* Diuidit — anguis. *Apud Virgilium l. c. hodie fere legitur* circumplectitur. *Sed antiquiſſimi apud Pierium habent* circum amplectitur.

CIRCVMAPERIO, īre. Celſ. 6, 19 Vbi ſcabri vngues ſunt, circumaperiri debent.

CIRCVMAREO, ēre. Circumarentia loca Ammian. 20, 14. *Sed vide in Gronou. c. 6 extr. qui eſt ipſe hic locus, editum,* Aquarum penuria Cunctis circum arentibus locis.

CIRCVMĂRO, āre. [περιαρόω] Plin. 18, 3 Quantum quis vno die plurimum circumarauiſſet. *Et* Liu. 2, 10 Agri quantum vno die circumarauit.

CIRCVMASPĬCIO, exi, ectum, ĕre. [περιβλέπω] Plin. 8, 33 Nec pupillae motu, ſed totius oculi verſatione circumaſpicit. *Al.* Circumſpicit.

CIRCVMCAESVRA, ae. f. *Forma, figura, circumſcriptio, quae Graecis περικοπὴ vocatur.* Lucret. 4, 651 Extima membrorum circumcaeſura coërcet. *Et* 3, 220 Extima membrorum circumcaeſura tamen ſe Incolumem praeſtat. Arnob. lib. 3 p. 107 Et quod indignius multo eſt, Deos terrenorum corporum circumcaeſura finitis.

CIRCVMCALCO, *vid.* CIRCVMCVLCO.

CIRCVMCELLIONES, *Conuicium in quoſdam Donatiſtas, qui circum cellas monachorum vagarentur nimirum, ad eos corrumpendos.* Auguſtin. Epiſt. 48 Circumcellionum immaniſſimos greges *appellat.* *Et* Epiſt. 68 Clerici et circumcelliones veſtri noui generis et inauditae crudelitatis perſecutione in nos ſaeuiunt. *Conf.* de Haereſ. 69. Epiſt. 2. *It.* l. 52 C. Th. de Haeret. *et* Iſid. 8, 5. *Genus impudens hominum, qui ſancti zeli obtentu omnia turbarent.* *Sunt iidem* Circuitores *dicti, v. v. ſub* CIRCVMEO.

CIRCVMCĪDO, di, ſum, ĕre. [περικόπτω, περιτέμνω] *h. e. Circum vel Per circuitum incidere et amputare.* Columel. 3, . . Eiusdem ſpatii corticem circumcidito. Varro de R. R. 1, 54, 3 Quum deſiit vinum fluere, quidam circumcidunt extrema. Lucret. 3, 412 Dummodo ne totum corrumpas luminis orbem, Sed circumcidas aciem, ſolamque relinquas. *Aciem vocat Pupulam oculi.* Plin. 16, 40 ſ. 74 Circumciſas quoque ad medullam alii non inutiliter relinquunt, vt omnis humor ſtantibus defluat. *Loquitur de arboribus caedendis.* Vitem circumcidere Plin. 17, 15. Cic. Fin. 5, 39 c. 14 Quae ſit ſcientia atque ars agricolarum, quae circumcidat, amputet, erigat *etc.* ¶ 2 *Metaphor.* Celſ. 4, *vlt.* Deinde delectationis cauſa quantum iuuat ambulare circumciſa omni negotioſa cogitatione vel actione. *i. auocato animo a cogitatione negotii.* Stipendia circumcidere Liu. . . . Plin. Epiſt. 10, 52 *de ſumtibus non neceſſariis,* Haec ego in poſterum circumcidenda exiſtimaui. Tac. 19, 6 Agricolam *laudat de* circumciſis, quae in quaeſtum reperta *fuerant.* Celſ. 4, 20 Circumcidendum vinum eſt in totum annum. *Idem* Celſ. 6, 9 In dentium autem dolore, qui ipſe quoque magnis tormentis annumerari poteſt, vinum ex toto circumcidendum eſt. *i. Vinum omnino non eſt bibendum.* Cic. de Orat. 1, 65 Sin cuipiam nimis infinitum videtur, quod ita propoſui, quacumque de re, licet hinc quantum cuique videbitur, circumcidat atque amputet: tamen illud tenebo, *etc.* Cic. Acad. 4, 138 c. 45 Teſtatur ſaepe Chryſyppus, tres ſolas eſſe ſententias, quae defendi poſſint de finibus bonorum: circumcidit et amputat multitudinem. ¶ 3 *De ſacro et Eccleſiaſtica ſenſu exempla proferre vix attinet.* *Vid.* Int. Vulgat. Gen. 17. *Sed etiam* Tac. Hiſt. 5, 5, 4 Circumcidere genitalia inſtituere *Iudaei,* vt diuerſitate noſcantur. Transgreſſi in morem eorum *(Proſelyti)* idem vſurpant.

CIRCVMCĪSVS, a, um. Partic. [περικοπεὶς] Col. 12, 36 Muſtum tortiuum eſt, quod poſt primam preſſuram vinaceorum circumciſo pede exprimitur. Circumciſa atque diremta ab omni aditu planities Cic. Verr. 4, 107 c. 48. Plin. 14, 19 Quod circumciſis vinaceis profluxerit. ¶ 2 *Metaphorice:* Plin. Epiſt. 3, 7, 11 Quid tam circumciſum, tam breue, quam vita hominis longiſſima. Id. 2, 12, 1 Λειτούργιον illud, neſcio an ſatis, circumciſum tamen et adraſum eſt. *Sic nunc placet incidere et explicare, Officium illud ſi non vsquequaque, aliquantum tamen ſeuere adminiſtratum.* Cic. de Fin. 1, 44 c. 13 Vt ſapiens ſolum, amputata, circumciſaque inanitate, et errore, naturae finibus contentus ſine aegritudine poſſit et ſine metu viuere. Quinct. 4, 2, 42 Circumciſa expoſitio. Id. 8, 5, 27 *De ſententiis,* Cum illa rotunda et vndique circumciſa inſiſtere inuicem nequeant. Orationes circumciſae et breues Plin. Epiſt. 1, 20. Liu. 32, . . . Sumtus, quos in cultum Praetorum ſocii facere ſoliti erant circumciſi, aut ſublati.

CIRCVMCIDANEVS. Adi. [περικοπτικὸς] *Vt,* Cato R. R. 23, 4 Tortiuum muſtum circumcidaneum ſuo cuique dolio diuidito, additoque pariter. *Vid. locus* Columel. 12, 36 *quem damus in* CIRCVMCISVS.

CIRCVMCĪSICIVS, a, um. Adi. *Idem.* Varro de R. R. 1, 54, 3 Quum deſiit ſub prelo fluere, quidam circumcidunt extrema, et rurſus premunt: et rurſus, quum expreſſum, circumciſicium appellant: ac ſeorſum quod expreſſum eſt ſeruant, quod reſipit ferrum. *Legitur et* Circumciſitum; *aliis placet* Circumciſiuum, *vt* Tortiuo *ſimile ſit vbi vid. ſub* TORQVEO.

CIRCVMCĪSE. Adu. [ἀποτόμως] Suet. de Clar. Rhet. 6 Tum ne vſquequaque ſcholaſticus exiſtimaretur, circumciſe ac ſordide, et tantummodo triuialibus verbis egit, verum rarius. *i. abiectis verborum ornamentis, et quaſi amputatis de ſermone.* Dicere breuiter et circumciſe Macrob. Saturn. 5, 1.

CIRCVMCISIO, ōnis. f. [περιτομὴ, περικοπὴ] *Sacramentum Iudaicum.* Lactant. 4, 17, 1 Sed irae, atque inuidiae ſuae alias cauſas praeferebant, — quod circumciſionem vacuefaceret. *i. Superuacaneam, poſt ſuum, Meſſiae, aduentum pronunciaret. Multa ibi de hac re. Inter alia* ſ. 14 Nam illa carnis circumciſio caret vtique ratione, quia, ſi Deus id vellet, ſi a principio formaſſet hominem, vt praeputium non haberet. Sed huius ſecundae circumciſionis figura erat, ſignificans nudandum eſſe pectus, id eſt aperto et ſimplici corde oportere nos viuere: quoniam pars illa corporis quae circumciditur, habet quandam ſimilitudinem cordis, et eſt pudenda *etc.*

CIRCVMCISŪRA, ae. f. [περικοπὴ] Plin. 16, 40 ſ. 79 *de arboribus,* Stantesque a circumciſura ſiccatae fideliores. *i. poſtquam circumciſae fuerint, eo modo, quem ex* ſ. 74 *indicamus in* CIRCVMCIDO.

CIRCVMCISORIVM, i. n. Inſtrumentum chirurgicum Veget. Mulom. 1, 26, 2.

CIRCVMCINGO, inxi, inctum, ĕre. [περιζωννύω] *Circumdare.* Sil. 10, 2 Ceu fera, quae telis circumcingentibus vltro Aſſilit in ferrum, et per vulnera colligit hoſtem.

CIRCVMCIRCA. [πέριξ] *Vid. ſub* CIRCVM.

CIRCVMCIRCO, āre. *Circumire peruagari.* Ammian. Marc. 31, 2 p. 673 *Gron. de Alanis,* Gladium — vt Martem regionum, quas circumcircant, praeſulem, verecundius colunt.

CIRCVMCLAMO, āre. Seſtias ora Helleſpontiacis circumclamata procellis Sidon. Carm. 2, 506.

CIRCVMCLAVDO, CIRCVMCLVDO, ſi, ſum, ĕre. [περικλείω] *Vndique claudere.* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 30 Cuius aduentu cognito Pompeius, ne duobus circumclauderetur exercitibus, ex eo loco diſceſſit. Plin. 18, 35 Si nubes Solem circumcludent. Caeſ. Bell. Gall. 6, 78 Haec ſtudioſe acquiſita ab labris argento circumcludunt, atque in ampliſſimis epulis pro poculis vtuntur.

CIRCVMCLŪSVS, a, um. [περίκλειστος, περικλεισθεὶς] Cic. in Catil. 2, 14 Nunc ſi L. Catilina conſiliis, laboribus, periculis meis circumcluſus *etc.* *Et* Catil. 1, 7 Num infitiari potes, te illo ipſo die meis praeſidiis, mea diligentia circumcluſum. *Vid.* Suet. Tib. 20.

CIRCVMCŎLO, ui, ultum, ĕre. [περιοικέω] Liu. 31, 41 Is timor omnes, qui circumcolunt Boeben paludem, relictis vrbibus montes coëgit petere. Id. 5, 33 Veneti ſinum circumcolunt maris *Adriatici.*

CIRCVMCOLENS, entis. Partic. [περιοικῶν] Vlpian. in l. 1 D. de fluminib. Flumen a riuo magnitudine diſcernendum eſt, aut exiſtimatione circumcolentium.

CIRCVMCŎLA, ae. c. *Qui circumcolit.* Tertull. adu. Gnoſtic. 3 Reſeruatis gentium circumcolarum viribus.

CIRCVMCOLATVS, ûs. m. *Habitatio.* Tertulliani *ipſum quoque eſſe dicitur.*

CIRCVMCORDIALIS, e. Calor circumcordialis Tertull. de Anima c. 43. *Et* Sanguis circumcordialis Ibid. c. 15.

CIRCVMCVLCO, CIRCVMCALCO, āre. [περικατακατέω] Columel. 5, 6, 21 Si minus terra ſubacta, operiamus, et circumculcemus ipſum ſeminis codicem. *Alia exemplaria habent* Circumcalcemus. *Et* 5, 6, 8 Ac diligenter circumculcari. *Al.* circum calcari *diuiſim.* Sic. Flacc. p. 6 *Goeſ.* Adiectis etiam quibusdam Saxorum fragminibus, circumcalcabant *terminos*, quo firmius ſtarent.

CIRCVMCVRRO, ĕre. [περιτρέχω] Eaeque corſae cum aſtragalis circumcurrant Vitr. 4, 6.

CIRCVMCVRRENS, entis. Partic. Quinctil. 1, 10, 40 Linea circumcurrens, *i. Peripheria circuli.* *Et* 2, 21, 7 Hanc autem quam nos materiam vocamus, i. e. res ſubiectas, quidam modo infinitam, modo non propriam Rhetorices eſſe dixerunt, eamque artem circumcurrentem vocauerunt, quod in omni materia diceret.

CIRCVMCVRSIO, ōnis. f. Apul. Met. 9 p. 222, 41 Vngulas multiiuga circumcurſione in enorme veſtigium porrecti, *de aſinis piſtoriis.*

CIRCVMCVRSO, āre. [περιτρέχομαι] Lecticula circumcurſare Cic. Fam. 7, 1 *al.* concurſare. Plaut. Rud. 1, 4, 4 Omnia iam circumcurſaui, atque in latebris omnibus perreptaui quaerere conſeruam. Hac illac circumcurſa, inueniendum eſt tamen argentum Ter. Heaut. 3, 2, 1. Lucret. 4, 402

Atria verſari, et circumcurſare columnae
Vsque adeo fit vti pueris videantur, vbi
Ipſi deſierunt verti, vix vt iam credere poſſint
Non ſupra ſe ſe ruere omnia tecta minari.

Lactant. 6, 12, 12 *Ex perſona Ciceronis*, Tu mihi per omnes portas circumcurſes, vt — aduenientes — domum tuam inuites.

CIRCVMCVRSANS, antis. Partic. Catull. 69, 132 Circumcurſans huc illuc ſaepe Cupido.

CIRCVMDENSATVS, a, um. Cui iugera multa nitentis Vincti ſepes circumdenſata coërcet Iuuen. 3, 713.

CIRCVMCOMPLEXVS, a, um. Iuuenc. 4, 81 Ales vti molli ſolita eſt ſub corpore pullos Obiice pennarum circumcomplexa fouere. *Sed vtrumque forte melius diuiditur.*

CIRCVMDO, ĕdi, ātum, are. [περιλαμβάνω, περιτίθημι, περιβάλλω] *Late patentis ſignificationis, ablatiuo poſt accuſatiuum plerumque iungitur.* Cic. Fam. 15, 4 Vallo et foſſa circumdedi *oppidum.* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 9 Octauius quinis caſtris oppidum circumdedit. *Nec tamen altera ratio cum datiuo rei, cui aliquid accedit, et Accuſatiuo eius, quam addimus, plane inaudita eſt.* Columel. 5, 6, 22 Ipſosque coles in modum coronae contortos arbori circumdari. Cic. pro Quint. 36 Si extra hos cancellos egredi conabor, quos mihi ipſe circumdedi. Virgil. Aen. 2, 510 Arma — deſueta — Circumdat necquidquam humeris, et inutile ferrum *Neſtor.* Curt. 9, 7, 15 Lectis circumdederat Atilaea. Cic. Catil. 4, 8 Horribiles cuſtodias circumdat coniuratis. Scribon. 206 Circumdatum ventri Emplaſtrum. Liu. 3, 28 Exercitum omnem longo agmine circumdat hoſtium caſtris. Tacit. Hiſt. 4, 11, 4 Famam inanem principatus alicui circumdare, *i. principem illum, ſed vano conatu, et qui ipſi perniciem afferat, vocare.* Cic. Tuſc. 5, 59 c. 20 Cum foſſam latam cubiculari lecto circumdediſſet. Idem Piſon. 93 c. 38 Milites domum — obſidere coeperunt, et, cum latere hominem putarent, Ignes circumdederunt. Virgil. Ecl. 8, 74 Terna tibi haec primum triplici diuerſa colore Licia circumdo. Scribon. 95 Medicamentum denti circumdatum. Celſ. 6, 9 Reſina dentibus circumdata. Scribon. 188 Sinapi pedibus cruribusque circumdatum. Ouid. Met. 1, 631 Circumdare Vincula collo. Liu. . . . Ac neſcio, an maiora Vincula maioresque neceſſitates nobis fortuna, quam captiuis veſtris circumdederit. *Sed, quam diximus, altera non minus frequens ratio eſt.* Cic. de Orat. 1, 264 Tu autem exiguis quibusdam Finibus totum oratoris munus circumdediſti. *Laudatur* Iuſtin. . . Inſidiarum fraude circumdedit. *Forte eſt* 1, 8, 9 Pari inſidiarum fraude circumuenit. Cic. pro L. Flacc. 27 Equìdem exiſtimo in eiusmodi regione, atque prouincia, quae mari cincta, portubus diſtincta, Inſulis circumdata eſſet, *etc.* Moenibus circumdatus eſt portus Nep. 2, 6, 1. Virgil. Georg. 4, 497 Iamque vale, feror ingenti circumdata Nube. Obſidione arcta circumdatus Lucan. 6, 108. Propert. 3, 14, 29 At noſtra ingenti vadit circumdata Turba. Vlnis circumdare aliquem, *Amplexari* Stat. Silu. 5, 3, 266. ¶ 2 *Accuſatiui rerum, quas circumdant aliae. V. g.* Agmen foſſa Lucan. 4, 29. Alumen linteolo circumdatum Scribon. 55. Cic. de Vniverſ. 16 Animum autem, vt in eius medio collocauit, ita per totum tetendit: deinde eum circumdedit corpore. Arces Roma ſeptem muro circumdat, *i. ſeptem arces intra moenia continet.* Virgil. Aen. 6, 783 Septemque vna ſibi muro circumdabit arces. Idem Aen. 1, 597 Quale manus addunt ebori decus, aur vbi flauo Argentum cariusue lapis circumdatur auro. Cic. de Diuin. 2, 134 c. 65 Fodit: inuenit auri aliquantum, idque circumdatum argento. Colla catenis circumdata Sil. 6, 505. Comitem lateri Lucan. ad Piſon. 110. Cic. de Vniuerſ. 15 Omni autem totam Figuram mundi leuitate circumdedit. Ouid. Met. 3, 666 Frontem circumdatus vuis. Celſ. 4, 6 Circumdare Latus lana ſulphurata. Virgil. Aen. 9, 153 Luce palam certum eſt Igni circumdare Muros. Ignibus circumdare Ouid. in Ibin 633. Saltus canibus Virgil. Georg. 1, 140 Prodeſt et ipſa Scilla argilla circumdata, et furno cocta Scribon. 76. Virgil. Georg. 3, 487 Lanea dum niuea circumdatur inſula Vitta. *Vitta diadematis genus, quo alligantur dependentes inſulae.* Vrbem flammis circumdare Idem Aen. 10, 74.

CIRCVMDĂTVS, a, um. Partic. [περιβληθεὶς] *Vt*, Amiculo circumdatus Nep. 14, 3, 2. Horat. Serm. 1, 2, 92 Ad talos ſtola demiſſa, et circumdata palla Plurima, *etc.* Pellis tauri circumdata Virgil. Aen. 10, 483. Virtus circumdata Sil. 15, 370. *i. viri fortes inſidiis clauſi.* Scribon. 122 Olla fictili componuntur, operculoque ſuperpoſito ex argilla vndique circumdata, fornace vruntur. *Rhod. legi iubet* et argilla. *Alioquin poſſimus intelligere* operculum ex argilla. Curt. 3, 2, 2 Circumdato vallo, quod decem millium armatorum multitudinem caperet. Armis circumdatus, *Armatus* Virg. Aen. 9, 462.

CIRCVMDANDVS, a, um. Partic. [περιβλητέος] Celſ. 8, 10 Quinto die idem faciendum: ferulaeque circumdandae.

CIRCVMDOLEO, ēre. Cael. Aurel. Acut. 2, 14, 92 Spiratio circumdolens et frequens. *i. vndique ab omni parte dolens.*

CIRCVMDŎLO, āre. [περιπελεκέω] Plin. 16, 32 Sed maxime mirum, Antandri platanus etiam circumdolatis lateribus reſtibilis ſponte facta, *i. denuo virere coepit.*

CIRCVMDVCO, xi, ctum, ĕre. [περιάγω] *In orbem, vel in aliam partem ducere.* Plaut. Mil. 2, 2, 66 Aliquos mitte, circumduce exercitum. Victorem exercitum Liu. 8, 13. *i. huc illud ducere.* Plin. 22, 25 ſ. 65 Nouem granis *hordei*, ſi furunculum quis circumducat, ſingulis ter, manu ſiniſtra, et omnia in ignem iniiciat, confeſtim ſanari aiunt. Cic. Philipp. 2, 102 Caſilinum Coloniam deduxiſti, quo erat paucis annis ante deducta: vt vexillum videres, et Aratrum circumduceres. Sueton. Aug. 87 Nec ab extrema parte verſuum abundantes Litteras in alterum transfert, ſed ibidem ſtatim ſubiicit, circumducitque. *Sed* Quinctil. 1, 5, 23 Syllaba apice circumducta, *i. circumflexa.* *De periodis* Idem 9, 4, 124 Circumducere ſenſum longiore ambitu. *Cum duobus accuſatiuis* Plaut. Moſtell. 3, 2, 157 Eho iſtum puer circumduce hasce aedes et conclauia. ¶ 2 Circumducere, *pro Abolere, delere, cancellare, et ſic irritum facere.* Paullus D. de re iudic. in l. acta 45 Acta apud ſe habita, ſi partes conſentiant, et iudex hoc permiſerit, poteſt iubere ea die circumduci, niſi vel negotium, vel lis terminata eſt. Vlpianus de iudiciis in l. Et poſt edictum 73 §. 1 Quod ſi is, qui edictum peremtorium impetravit, abſit die cognitionis, is vero aduerſus quem impetratum eſt adſit, tunc circumducendum erit edictum peremtorium. Vlpian. in l. diui fratres 27 §. 1 D. de liberali cauſa, Recte atque ordine iudicei puto facturos, ſi hanc formam fuerint conſequuti, vt, vbi deeſt is, qui in ſeruitutem petit, electionem aduerſario deferant, vtrum malit Cognitionem circumduci: an audita cauſa ſententiam proferri. ¶ 3 Circumducere aliquem, Fallere, *vt* Circumuenire, Circumſcribere. Plaut. Pſeud. 1, 5, 16 Te velle amantem argento circumducere. Idem Bacch. 5, 2, 64 Auro. Idem Pſeud. 1, 5, 115 Tibicinam illam circumducam lepide lenonem *Graeciſmus, i. quantum ad tibicinam.* E[t] 2, 2, 39 Quaſi tu dicas, me te velle argento circumducere. *Et* Aſin 1, 1, 84 Qua me, qua vxorem — potes, circumduce, aufer.

CIRCVMDVCTVS, a, um. Partic. [περιαχθεὶς] Plaut. Poen 5, 2, 16 Numnam it a balineis, circumductus pallio? *i. inuolutus, ſpoliatum interpretatur Pareus.* Aetas orbes habet circumductos maiores minoribus. Eſt aliquis, qui omnes complectatur et cingat; hi[c] pertinet a natali ad diem extremum Sen. Ep. 12. Circumductus vndique telis, *i. circumdatus* Curt. 4, 6, 26. *Sed variat nimis lectio* ¶ 2 Circumductum, *ſubſt.* Periodus eſt, vel ambitus, vel circumductum, vel continuatio, vel concluſio Quinctil. 9, 4, 22.

CIRCVMDVCTIO. [περιαγωγὴ] Sphaerae circumductio, *i. peripheria* Hygin. Aſtron. 1, 2 *et* 3. Vitruu. 8 vlt. *appellat* Circumductiones, cum non recto itinere, ſed per *ambages quasdam aqua ducitur* Quinct. 11, 3, 39 Circumductio vna, *de periodo.* *Sic* 9, 4, 118. ¶ Circumductio, *pro Amplificatione ponitur* a Quinctil. 9, 4 p. 86[6] ¶ 3 Circumductio, [ἀπάτη] *Deceptio.* Plaut. Capt. Caterua ſ. Gre[x] 3 Nec pueri ſuppoſitio, nec argenti circumductio.

CIRCVMDVCTVS, ûs. m. *Peripheria, ſiue Ambitus figura* Quinctil. 1, 10, 43 Eodem circumductu.

CIRCVMDVCTOR, ōris. m. Tertull. aduerſ. Valent. 10 Hor[um] etiam Metagogea, id eſt Circumductorem vocari.

CIRCVMEO, *vel* CIRCVEO, īui, ĭtum, īre. [περιπορεύομαι, περίειμι] Caeſ. Bell. Gall. 7, 87 Equitum ſe partem ſequi, partem circumire exteriores muniriones iubet. Liu. 1, 9 Sed ipſe Romul[us] circuibat docebatque. Cic. Att. 14, 21 Antonium veteranos circuire, vt acta Caeſaris ſancirent, *i. rogare ſingulos, vt* Ambire. Oui[d.] Amor. 3, 2, 69 Me miſerum, metam ſpatioſo circuit orbe. St[at.] Silu. 4, 4, 26 Inde ſonus geminas mihi circuit aures. Propert. 4, 26 Cuius non hederae circuiere Caput, *de Poëta, quos coronari ſolitos nouimus.* Cic. Fam. 10, 30 Itaque quum equites noſtrum *Cornu* circuire vellent, recipere me coepi. Idem Philipp. 13, 20 c. 9 Qui ſe totius belli Fluctibus circumiri, quam illum aut egredi, aut progredi maluit. Circumire omnia copioſa loquacitate Quinctil. 8, 1[,] 17. Ouid. Met. 8, 748 Manibus nexis ex ordine trunci Circuit[um] modum. Munitiones circumire Caeſ. Bell. Gall. 7, 87, 3. Mu[ro] lateritio vrbem circumire Meſſāl. Coruin. p. 18. Cic. pro Caeci[na] 94 ſ. 32 Caecina cum circuiret Praedia. Vigilias, *vid. h. v.* Pla[ut.] Aſin. 3, 3, 152 Illac per hortum circuit clam. *Paſſiue.* Nep. Dat. His locis caſtra ponit, vt neque circuiri multitudine aduerſarioru[m] poſſet. *Caeterum exempla ex optimis quibusque editionibus deprom[pta] oſtendunt*, M *frequentius omitti. Audiamus Grammaticos*, Caſſiod. Orthograph. 2294 *Circum* praepoſitio ſequentibus vocalibus M litera in enuntiatione amittit, in ſcriptura ſeruat. Sed et cum I et V voc[a]les loco conſonantium poſitae ſequuntur, et ſcribitur et pronuntiatu[r], vt *circumuenit, circumiacet.* Beda Orthogr. p. 2331 *Circum* praepoſit[io] quibusdam locis M amittit, vt *Circuire;* in quibusdam ſeruat, vt *Circumuenit.* ¶ 2 Circumire *eſt decipere volentis* Plaut. Pſeu[d.] 3, 2, 109 Nam eum circumire in hunc diem, vt me, ſi poſſet, mulie[r] interuorteret. *Et* circumitur, *qui decipitur, vt* circumueniri *dicuntur, qui falluntur.* Ter. Phorm. 4, 3, 9 Facinus indignum, Chreme[s] ſic circumiri. *Add.* Seru. *ad* Aen. 11, 767. *It.* Martial. 8, 59.

CIRCVMIENS, untis. Partic. Ouid. ex Pont. 1, 2, 20 H[ostis] eques inſtructus perterrita moenia luſtrat More lupi clauſas circ[um] euntis oues.

CIRCVEVNDVS, a, um. Part. Ouid. Art. 3, 396 Metaque feruen[ti] Circuenda rota.

CIRCVĬTVS. Adi. [περιχθεὶς] *Circumductus.* Sen. Med. [9]5 Orbem circuitis cornibus alligat Phoebe. *Deſcriptio plenilunii.* Circuita cornua, *quae circuiere et acumine vtroque coniuncto nunc plenam lunam faciunt.* *Sed paſſiue* Caeſ. Bell. Gall. 3, 25 Equites circuitis hoſtium Caſtris, Craſſo renuntiauerunt, *etc.* Cic. Fragm. pro Corne[l.] 1 Circuitis Roſtris eiicerentur lapidibus homines. Templis circuit[is] Sueton. Neron. 19. Triclinio circuito Idem Claud. 8.

CIRCVĬTVS, *vel* CIRCVMITVS, ûs. m. [περίοδος, περιδρομὴ, περιβολὴ] Cic. de Nat. Deor. 2, 50 Circuitus enim Solis orbium quinque diebus LX, et CCC, quarta fere diei parte addita, conuerſionem conficiunt annuam. Circumitus Siciliae totius Sen. E[p.] 79 pr. *i. peregrinatio per illam.* Explere circuitum eius (*fiſtulae calami ſcriptorii*) Scribon. 47. *circumuoluere aliquid.* Celſ. 3, 5 S[c.] tertianarum quartanarumque, quarum et certus circuitus eſt, et fin[is] integer eſt, et quia liberaliter quieta tempora ſunt, expeditior rat[io] eſt. *De iisdem* Idem 3, 2 Interdum etiam longiore circuitu quaeda[m] redeunt: ſed id raro euenit. Circuitum certum habens febris Scri[bon.] 95. Circuitibus febrium vexari ſine horrore Ibid. Cic. de Vniuer[ſ.] 28 Nox igitur et dies ad hunc modum, et ob has generata cauſa vnum circuitum orbis efficit, ſapientiſſimum atque optimum. Ide[m] in Orat. 204 In quo quaeſitum eſt, in totone circuitu illo oration[is] que

quem Graeci *περίοδον*, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehenſionem, aut continuationem, aut circumſcriptionem dicimus: an in principiis ſolum, an in extremis, an in vtraque parte numerus tenendus ſit. Verborum circuitus, conglutinatioque Cic. in Orat. 78. Verborum circuitus breuior aut longior Idem de Orat. 3, 189. *Et* 3, 296 c. 51 Itaque illi veteres, ſicut hodie etiam nonnullos videmus, quum circuitum, et quaſi orbem verborum conficere non poſſent, *etc.* Curt. 4, 16, 7 Sed maiore et ob id tutiore circumitu Tigrin ſuperat. *i. anfractu, ambagibus.* Naturalis circuitu ſummam cum fatalem tibi confecerint humeri Cic. de Somn. Scip. 3. Pererrare omnem circuitum Virgil. Aen. 11, 767. Petere gloriam circumitu Curt. 9, 3, 14. Peruenire circuitu ad aliquid Quinctil. 5, 7, 16. *In primis* Circuitus *ſaepe Peripherian ſignificat, ſeu circumſcriptionem figurae.* Quinctil. 1, 10, 40 Nam plurimum refert, cuius ſit formae ille circuitus: reprehenſique a Geometris ſunt hiſtorici, qui magnitudines inſularum ſatis ſignificari nauigationis ambitu crediderunt. — Iugeri — qui ſit circuitus, et quantum campi claudat, colligere expeditum. Circumductum *etiam vocat, et* Lineam circumcurrentem.

CIRCVMITIO, *vel* CIRCVITIO, ōnis. f. [*περιτροπὴ*] *Circumeundi vel actus vel munus.* Liu. 3, 6 Circuitio ac cura Aedilium plebis erat, ad eos ſumma rerum ac maieſtas Conſularis imperii venerat. Circumitione fluminis vallatum munimentum Ammian. 24. Apenninus pertingit circuitionibus contra fretum Vitruu. 2, 10. Ter. Andr. 1, 2, 31 Ita aperte ipſam rem modo loquutus, nihil circuitione vſus es. *i. ambagibus. Guietus* Circitione *legi vult, et* Circeo, *verbum ponit, vnde ſit* Circui, Circitus, Circitio, Circito, Circitor, *et* Circitura. *Sed aliunde iſta non probat, quam ex Gloſſariis, quorum non ſatis tuta fides eſt.* Auct. ad Herenn. 4, 43 Circuitio eſt oratio rem ſimplicem aſſumta circumſcribens eloquutione. Quid opus eſt circuitione et anfractu Cic. de Diuin. 2 c. 61. Idem de Diu. 2 c. 17 *de Epicuro*, Hic circumitione quadam Deos tollens.

CIRCVĬTOR, *ſ.* CIRCVMITOR, *ſ.* CIRCITOR, *interdum etiam* CIRCATOR, ōris. m. [*περίπολοι*, Vet. Gloſſ.] *generatim notat eos, qui quacunque de cauſa circumeunt. In ſpecie ſic dicuntur humiles quidam mercatores,* [*κάπηλοι*] Vlpian. l. 5 ff. de Inſtit. act. §. 4 Sed etiam eos Inſtitores dicendos placuit, quibus veſtiarii, vel lintearii dant veſtem circumferendam, vel diſtrahendam, quas vulgo Circitores (*al.* Circuitores) appellamus. *Sumitur igitur eodem modo, vt apud Ebraeos* סחר *quod et* circuire *ſignificat, et mercaturam exercere. Neque Graecorum ἔμπορος aliud ſignificat. Hoc nomine itaque comprehendi poſſunt, quicunque negotiationis, aut operae humilis cauſa, regiones, vrbes, villas, domos, obeunt.* ¶ 2 *Honoratiores ſunt, qui in gradu quodam militiae conſtituti, vigilias* circumeunt, *vid.* VIGILIAS circumire. *De his* Vegetius 3, 8 Idoneos et probatiſſimos Tribuni eligunt, qui vigilias circumeant, vt renuntient, ſi emerſerit culpa, quos circuitores appellant. Nunc militiae factus eſt gradus, et circitores vocantur. *Vnus Cod. habet* CIRCATORES. *De his* Circitoribus *agitur* l. 2 C. Theod. de filiis militar. apparitor. Quod ſi quis duos equos habeat, vel vnum idoneum, et ſeruum vnum, cum CIRCITORIA militet dignitate, et binas annonas accipiat, qui gradus ponebatur aliis poſt laborem. Tertull. ad Pammach. Tom. 2 p. 115 *Francof.* Finge aliquem Tribuniciae poteſtatis ſuo vitio regradatum, per ſingula militiae equeſtris officia ad Tironis vocabulum deuolutum: num quid ex Tribuno ſtatim fiet Tiro? Non: ſed ante Primicerius, deinde Senator, Ducenarius, Biarchus, Circitor, Eques, deinde Tiro. *Horum* Circitorum *frequens mentio* l. 2 C. de offic. Praef. Praet. Afr. *Erant ad horum imitationem etiam in Palatina militia* Circitores, *de quibus* l. 3 C. Theod. de Agentibus in rebus, *vbi illos illuſtrat Gothofredus. Ad horum aliquem pertinere videtur* Vet. Inſcr. *apud Reineſ.* 20, 324 Locus Oportuni Circitoris, Coniugisque eius Albinae, *etc.* ¶ 3 *Sed etiam, qui in priuatorum praediis vigilias obirent* Circuitores *dicti videntur.* Petron. 53 Iam nomina villicorum et repudiata a Circumitore liberta, in balneatoris contubernio deprehenſa. *Hic* Circumitor Cuſtos fundi *fuiſſe videtur, quod nomen eſt* l. 92 ff. de Leg. 3. *Huc referendum illud*, Quid mihi tecum, circitor moleſte Priapei. n. 16 p. 20 *cuſtos horti, ſecundum Sciopp.* ¶ 4 In Africa ſunt, qui Circuitores dicuntur, hi circumeunt terras, et quos inueniunt in via, cogunt eos, vt interficiantur ab illis: dicentes ſe deſiderare pati martyrium, et ſub cauſa hac multi latrocinantur interdum. Quidam autem ex his velut biothanati moriuntur, ſeſe dantes ad praecipitium, diuerſumque ſubeunt, calamitatis interitum. *Sunt iidem* CIRCVMCELLIONES *dicti, v. v.*

CIRCVMEQVĬTO, āre. [*περιϊππεύω*] Liu. 10, 34 Nequam occultam in fraudem incautus rueret, duas turmas ſociorum Latini nominis circumequitare moenia, atque explorare omnia iubet.

CIRCVMERRO, āre. [*περιπλανᾶσθαι*] Apul. de Mundo p. 71, 1 Quae Saturnus ſublimior triginta ſpatiis annorum circumerrat.

CIRCVMFĔRO, fers, tŭli, lātum, ferre. [*περιφέρω*] Cic. Verr. 2, 104 Quaeſo codicem circumfer, oſtende: *ad vnum poſt alterum fer.* *Sic* Inſpiciendi cauſa circumferre aliquid Idem pro Corn. Balbo 11. Virgil. Aen. 12, 558 Huc atque huc Acies circumtulit, *i. oculos.* Flor. 3, 12 *pr.* Romanus populus orbe toto Arma circumtulit. Quinctil. 2, 15 Haec opinio originem ab Iſocrate (ſi tamen eſt vera Ars quae circumfertur eius eſt) duxit, *i. liber de Arte rhetorica, cui nomen Iſocratis praeſcriptum eſt.* Tacit. Ann. 13, 37 Et exemplo hoſtium circumferre Bellum coactus. Curt. 9, 5, 1 Iamque laeuam, qua Clypeum ad ictus circumferebat laſſauerat, *i. ictibus hinc inde venientibus opponebat.* Sueton. Domit. 10 Concionesque regum ac ducum ex Tito Liuio circumferre, *Crimen, quaſi affectantis imperium.* Lumina circumferre Sil. 17, 518. Liu. 21, . . Quocunque circumtuli Oculos, plena omnia video animorum et roboris. Sil. . . , 263 Spectandis vrbis tectis templisque ſerenos Laetus circumfert oculos et ſingula diſcit. Ouid. Met. 6, 169 Vtque Oculos circumtulit alta ſuperbos. Circumfert Oſcula dextrae Patriae Valer. Argon. . . , 123. *Sed locus ſuſpectus.* Sueton. in Caeſ. 46 In expeditionibus teſſellata et ſectilia Pauimenta circumtuliſſe. Liu. . . . Hae Quelae domos primum nobilium circumlatae, celebrataeque ſermonibus. *Laudatur etiam* Plaut. Merc. 4, 5, 16 Gradus grandit, emittit oculos, circumfert ſe, obſtipat verticem: *Sed non videntur eſſe Plauti.* Tac. Ann. 2, 52 Mazippa leui cum copia incendia, et caedes, et Terrorem circumferret. Circumfert tacitos, tanquam ſua Brachia, Vultus Ouid. Met. 3, 241. ¶ 2 Circumferre, *pro purgare, luſtrare, propterea, quod qui luſtrant, eum, quem luſtrant, ſaepe aliquid circumferentes, circumeunt: vnde et* luſtrare, circuire *eſt. Inde et περιαγνίζειν apud Graecos, et περιμάζειν, et περιμακτρίαι dicuntur.* Plaut. Amph. 2, 2, 144 Quin tu iſthanc iubes pro cerrita circumferri. Virg. Aen. 6, 229 Idem ter ſocios pura circumtulit vnda. *Vbi* Seruius, Circumtulit, Purgauit. Antiquum verbum eſt. Plautus (2, 42 Frag.) *Pro laruato te circumferam. i. e.* Purgabo. Nam luſtratio a circumlatione dicta eſt, vel taedae, vel victimae in quibusdam, vel ſulfuris. Iuvenalis. (Sat. 2, 158) Cuperent luſtrari, ſi qua darentur Sulfura cum taedis, aut ſi foret humida laurus. *Haec* Seruius. Non. 4, 20 Circumferre eſt proprie luſtrare. Lucil. Tum farto omnia ſunt circumlata. *Sic Gothofr. Sed Mercer.* Tum facto omnia ſunt (*ſ.* ſum) circumlatus. *Vid.* CIRCVMLATVS Plin. 29, 4. ¶ 3 *Formulae aliae:* Plin. Epiſt. 3, 11 Inde etiam meum meritum, vt vera, ita ſupra meritum Praedicatione circumfert. Idem Epiſt. 3, 16 Quum interim illud quidem ingens Fama, haec nulla circumfert. Cic. de Orat. 3, 76 c. 46 Incolumitatis ac ſalutis omnium cauſa videmus hunc ſtatum eſſe huius totius mundi atque naturae, rotundum, vt caelum, terraque vt media ſit, eaque ſua vi nutuque teneatur: Sol, vt circumferatur, vt accedat ad brumale ſignum, et inde ſenſim adſcendat in diuerſam partem, *etc.* Curt. 5, 12, 2 Nec mirari hominem mercede conductum omnia habere vaenalia, ſine pignore, ſine lare, terrarum orbis exulem, ancipitem hoſtem, ad nutum licentium circumferri. Colum. 8, 16, 3 Et iam cum auorum memoria circumfertur Philippi factum atque dictum.

CIRCVMFERENS, entis. Liu. 2, 10 Circumferens inde truces minaciter oculos ad proceres. Spolia circumferens Curt. 10, 2, 27.

CIRCVMFERENTIA, ae. f. *Linea circuli, comprehendens circulum.* Linea vsque ad circumferentias ducta Mart. Capell. 8 p. 276. Sedilium circumferentia Apul. Florid. 4 *pr. ſ.* p. 359, 4 *Elm. rotunda amplitudo, formae Amphitheatralis.*

CIRCVMLATICIVS, a, um. *Quod circumferri poteſt, aut circumfertur.* Sidon. Epiſt. 2, 2 Quendam viuum et circumlaticium carcerem corpulentia facit.

CIRCVMLATIO, ōnis. f. *Vt*, Arcae circumlatio apud Hierichuntem Tertull. adu. Marc. 4, 12.

CIRCVMLĀTOR, ōris. m. Tertull. aduerſ. Marc. 1, 19 Vt oſtendam, Chriſtum Ieſum non alterius Dei circumlatorem. *Add.* ibid. cap. 21.

CIRCVMLĀTVS. Partic. [*περικομισθεὶς*] Plin. 29, 4 ſ. 26 Ter ſit circumlatus domui viuus, veſpertilio amuletum eſt. *Add.* ſ. 32. Circumlata et deducta oratio, *i. periodica.* Quinct. 4, 1, 60. Flor. 4, 1, 4 Circumlatum pateris ſanguinem *bibunt coniurati.* Mart. 3, 17 Circumlata diu menſis ſcriblita ſecundis.

CIRCVMFIGO, ĕre. [*περιπήσσω*, Gloſſ. Lat. Gr.] Cuneis ſalignis circumfigi oportet hanc Cato R. R. c. 20. Duo ſceleſti circumfiguntur Chriſto Tertull. adu. Marc. 4, 42.

CIRCVMFINGO, ĕre. Qui illis peccatricem circumfinxerit carnem Tertull. de Anima c. 23.

CIRCVMFINIO, īre. December ſollemnem circumfiniebat annum Solin. c. 3.

CIRCVMFLAGRO, āre. Quaque per immenſum circumflagrantibus aſtris Circulus obliquo late iacet aſtriger orbe Auien. in Arat. Virgine.

CIRCVMFIRMO, āre. [*περιερείδειν*] Columel. 4, 17, 7 Nam vbi magna vis et incurſus eſt pluuiarum, procellarumque, vbi frequentibus aquis vitis labefactatur, vbi praecipitibus cliuis, velut pendens plurima praeſidia deſiderat, ibi quaſi quadrato circumfirmanda eſt agmine.

CIRCVMFLECTO, xi, xum, ĕre. [*περικάμπτω*] Virg. Aen. 5, 131 Conſtituit ſignum nautis pater, vnde reuerti Scirent, et longos vbi circumflectere curſus. *Vbi* Seruius, Bene vno ſermone, et profectionem complexus eſt et reuerſionem.

CIRCVMFLEXVS, a, um. Adi. [*περικαμπεὶς*] *Vt*, Claud. ſext. Conſ. Hon. 391 Spectandos iterum nulli celebrantia ludos Circumflexa rapit centenus ſaecula conſul. *Et* Prudent. Apoth. v. 203 Hos omnes quamuis anceps labyrinthus et error Circumflexus agat.

CIRCVMFLEXVS, ûs. m. [*περίκαμψις*] Plin. 8, 11 Vt et ipſos circumflexu facili ambiant. *Sed* Harduin. Circumplexu. *Legitur tamen etiam in Edit. Harduin.* 6, 34 Caeli circumflexus; *et* 2, 1 Mundi circumflexus.

CIRCVMFLEXIO, ōnis. f. *Idem.* Macrob. Somn. Scip. 1, 12 *pr.* Zodiacum ita lacteus circulus obliquae circumflexionis occurſu ambiendo complectitur.

CIRCVMFLO, āre. [*περιπνέω*] *Vndique flare, et ab omni parte.* Cic. Ver. 3, 98 c. 41 Sic eſt hic ordo, quaſi propoſitus atque editus in altum, vt ab omnibus ventis inuidiae circumflari poſſe videatur. Circumflantibus Auſtris Stat. Theb. 11, 42. Ventis Alc. Auit. Ep. 31 ad Fauſt. et Symm.

CIRCVMFLVO, xi, xum, ĕre. [*περιῤῥέω*] Plin. 5, 29 *de Caria.* Nunc eam circumfluunt Maeander et Orſinus. Pompon. in l. ergo D. de acquir. rer. domin. Tribus modis inſula in flumine fit: Vno modo, quum Agrum, qui aluei non fuit, Amnis circumfluit. Altero modo, quum locum, qui aluei eſſet, ſiccum relinquit, et circumfluere coepit, *etc.* Claudian. in ſec. Conſ. Stil. 328 Inſolitus frontem circumfluit ignis, *i. erubeſcit.* Robora circumfluunt dracones Lucan. 3, 421. *i. circumreptant.* *Etiam Paſſiue* Macrob. Somn. Scip. 2, 9 *pr.* Non vno, ſed gemino Oceani ambitu terrae corpus omne circumflui. *Add.* Lactant. 2, 10. ¶ 2 Circumfluere, *per translationem. Laudatur* Plinius . . Poſtquam variae vndique gentes circumfluxere. *Neutrius Plinii Indices habent.* Varro de R. R. 2, 9, 2 Circumfluxere lupum muli. Idem 3, 13, 3 Vbi tanta circumfluxit nos ceruorum, aprorum, et caeterarum quadrupedum multitudo. *Sic* Circumfluere, [*εὐπορεῖν*] *Abundare.* Cic. in Parad. 1 Quippe quum viderem homines his rebus circumfluentes, ea tamen deſiderare maxime, quibus abundarent. Curt. 10, 2, 22 Secundis rebus, quae circumfluunt, vos inſanire coepiſtis, obliti ſtatus eius, quem beneficio exuiſtis meo. Circumfluere omnifariam, *vid.* OMNIFARIAM. Cic. de Amicit. 52 Quis eſt, pro deûm fidem atque hominum, qui velit, vt neque diligat quemquam, nec ipſe ab vllo diligatur, circumfluere omnibus Copiis, atque in omnium abundantia viuere? Idem Verr. 3, 9 c. 4 Iſtum rebus omnibus vndique ereptis impune eludentem circumfluere atque abundare? Curt. 8, 8, 12 Inſatiabilis autem auaritiae eſt, adhuc implere velle, quod iam circumfluit. *Vid. ſtatim* CIRCVMFLVENS.

CIRCVMFLVENS, entis. Partic. [*περιῤῥέων*] *Vt*, Cic. pro Muraen. 39 c. 24 *de Catilina*, Circumfluente colonorum Aretinorum et Feſu-

Feſulanorum exercitu. Cic. Att. 2, 21 Itaque ille amicus noſter inſolens infamiae, ſemper in laude verſatus, circumfluens Gloria, deformatus corpore, fractus animo, quo ſe conferat neſcit. Id. de Clar. Orat. 203 Incitata et volubilis, nec ea redundans tamen, nec circumfluens oratio. Cic. Parad. c. 2 Rebus his circumfluentibus, ea tamen deſiderare maxime, quibus abundarent.

CIRCVMFLVVS, a, um. Adi. [περιῤῥέων] Plin. 3, 66 Tellus medio ambitu praecincta circumfluo mari. Ouid. Met. 15, 739 Scinditur in geminas partes circumfluus amnis. Idem Met. 1, 30 *de Oceano, qui terram ambit*, Circumfluus Humor Vltima poſſedit ſolidumque coërcuit orbem. Inſula circumflua, *ſignificatione paſſiua, quam aqua circumfluit* Ouid. Met. 15, 624. *Sic Metaphorice* Claudian. Conſ. Prob. 40

Virtutibus ille
Fortunam domuit, nunquamque leuantibus alte
Intumuit rebus: ſed mens circumflua luxu
Nouerat intactum vitio ſeruare vigorem.

Circumflua, *i. vndique circumdata.* *Et proprie* Vrbs circumflua ponto Valer. Flacc. 5, 442.

CIRCVMFŎDIO, ōdi, oſſum, ĕre. [περισκάπτω] *Apud ruſticos idem fere, quod ablaqueare.* Plin. 17, 18 Circumfodi autem omnibus annis a ſolſtitio duum cubitorum ſcrobe bipedali altitudine. Id. 7, 19 Ratio arbores circumfodiendi. Platanos circumfodere Sen. Epiſt. 12. Cato de R. R. 161, 4 Sic circumfodito, vt facile euellere poſſis. Columel. 5, 9, 12 *quarta coniugatione*, Oliuetum debet bidentibus alte circumfodiri. *Sed* Pallad. Mart. 10, 19 Circumfodi amat meſpilus.

CIRCVMFOSSOR, ōris. m. [περισκαπτὴρ] Plin. 17, 24 ſ. 37, 6 Aut circumfoſſor iniurioſo ictu verberauit.

CIRCVMFOSSVRA, ae. f. [περισκαφὴ] Plin. 17, 26 ſ. 39 Cupreſſus aſpernatur circumfoſſuram.

CIRCVMFORANEVS, a, um. [ἀγοραῖος] *Qui circa forum, aut fora adeo, ſpatiatur venditans aliquid, aut emens, aut ſciſcitans, aut tempus inaniter terens.* Cic. pro Cluent. 40 c. 14 Tum repente Anconitanum quendam L. Clodium pharmacopolam circumforaneum, qui caſu tum Latium veniſſet, aggreditur. Pharmacopola circumforaneus, *qui fora multa multorum oppidorum circuit, et pharmaca venditat.* *Sic* Sueton. Vitell. 10 Circumforaneus laniſta, *qui in foris verſatur et diſcurrit, vt gladiatores vel emat, vel munerariis vendat.* Aes circumforaneum, *pro Foeneraticio.* *Vid.* AES, aeris. Domus circumforanea Apul. Met. 4 p. 148, 29 *taberna mobilis et ambulatoria facilis ad circumferendum.* Hoſtiae circumforaneae, *quae eſſet diſputatur* Apul. Met. 3 p. 130, 5 Tandem pererratis plateis omnibus, et in modum eorum, qui luſtralibus piamentis minas portentorum hoſtiis circumforaneis expiant, circumductus angulatim, forum eiusque tribunal aſtituor. *Guther. de iure Man.* 2, 7 Circumferraneas hoſtias *dictas putat, quae* circumferrentur, *in ambaruali, vel luſtrali ſacro.* Medici circumforanei. l. 6 §. 1 D. de excuſ. tut. Grammatici, ſophiſtae, rhetores, medici, qui περιοδευταὶ, *h. e. Circumforanei,* vocantur, vt a reliquis muneribus, ſic a tutela et cura vacationem habent. *Hoc* circumforanei *eſt ab Anton. Auguſtino, ad h. l. qui illud a* Cicerone *l. c. accepiſſe ait, ad Modeſtinum* p. 388. Mendicabulum circumforaneum Apul. Met. 9 p. 218, 41 Diuinis exuuiis onuſtus cum crotalis, et cymbalis circumforaneum mendicabulum producor ad viam. Neſcio, quem de triuio, de compitis, de plateis circumforaneum Monachum rumigerulum concionari aduerſum me Hieron. Ep. 51 ad Domnion.

CIRCVMFŎRO, āre. *Inde*

CIRCVMFORĀTVS, a, um. Plin. 17, 27 Stipite ab ima parte circumforato.

CIRCVMFOSSOR, CIRCVMFOSSVRA, *vid.* CIRCVMFODIO.

CIRCVMFRACTVS, a, um. *Vt,* Colles circumfracti Ammian. 29, 4. *i. abrupti.* Idem 22, 8 Immobiles turbine circumfracto.

CIRCVMFRAGIVM, i. n. Laudabatur ex Apul. Met. 9 p. 227, 35: *Sed ſic ibi meliores:* Tunc vxor egregia diras deuotiones in eum deprecata, et crurum ei fragium abominata. *Eſt itaque tmeſis ex* Crurifragio. *Al.* Circumfragium, *it.* Crucifragrium.

CIRCVMFRĔMO, ĕre. Quae *(fera)* circumfremit et vorare tentat Prudent. Hymn. 4, 79. Aues inanes nidos circumfremunt Sen. ad Marc. c. 7.

CIRCVMFRĔMENS, entis. Circumfrementium globi Ammian. 31, 43.

CIRCVMFVLCIO, īre. Nihil circumfulcit *(togam)* nihil circumſtringit Tertull. de Pall. c. 5. *Conf. Salmaſ. not. p. 115.*

CIRCVMFRĬCO, āre. [περιτρίβω] Cato 26 Priuas ſcopulas in dolia facito habeas illi rei, quîs labia doliorum circumfrices.

CIRCVMFVLGEO, ſi, ēre. [περισελαγίζω] Plin. 2, 37 Hominum quoque capita, veſpertinis horis magno praeſagio circumfulgent.

CIRCVMFVNDO, ūdi, ūſum, ĕre. [περιχέω] *Aeque late fere patet, quam verbum* Circumdare, *quod in primis etiam ex participio apparet.* Ouid. Faſt. 5, 582 Gens fuit et campis, et equis, et tuta ſagittis, Et circumfuſis inuia fluminibus. Corpora pruinis, aut niuibus circumfuſa Virg. Georg. 3, 368. Febris circumfuſa roſis Martial. 12, 17. Imber circumfuſus Claud. de Nilo 26. Nubes Virg. Aen. 1, 590. Spiritus nobis circumfuſus Quinct. 12, 11, 13. *i. aër.* Tempeſtas circumfundit terram Sil. 7, 723. Terra circumfuſa mari Atlantico, *h. e. quam circumfluit mare* Cic. in Somn. Scip. 15 c. 6. Lucret. 1, 40 Hunc tu diua tuo recubantem corpore ſancto Circumfuſa ſuper, *etc. i. complectens.* Plin. 28, 9 ſ. 33 Quum *(lac)* feruet, ne circumfundatur, *(i. redundet et ebulliat: Dioſc.* ὑπερζεῖν*)* praeſtat cyathus argenteus cum frigida aqua demiſſus. Cato 93 Olea ſi fructum non fert, ablaqueato: poſtea ſtramenta circumponito: poſtea amurcam cum aqua commiſceto aequas partes: deinde ad oleam circumfundito. Circumfundit aër craſſiſſimus terram Cic. de Nat. Deor. 2, 17 c. 6. *i. ambit et circumdat.* Ouid. Met. 1, 12 Nec circumfuſo pendebat in aëre tellus. Cic. de Vniuerſ. 16 c. 6 Neque erant Anima circumfuſa extrema mundi, vt reſpirationem requireret, *i. Aëre.* Armis denſis circumfundi Virg. Aen. 2, 383. Cic. Tuſc. 1, 45 Praecipue vero fruentur ea, qui tum etiam, quum has terras incolentes circumfuſi erant Caligine, tamen acie mentis diſpicere cupiebant. Concurſu hoſtium Nep. 12, 4, 2. Cic. pro Milon. 72 c. 26 Quod vero illo loco, atque in illis publicorum praeſidiorum Copiis circumfuſus ſedet. *Conf.* Vell. 2, 46. Corona circumfuſi chori Claud. in proem. ſext. Conſ. Hon. 16. Corona circumfundi, *Circumdari hominum multitudine* Sil. 7, 308. Plin. in Paneg. 23, 3 Neque enim ſtipatus ſatellitum manu, ſed circumfuſus vndique nunc Senatus, equeſtris ordinis Flore, *etc.* Frequentia circumfuſi omnis generis hominum Liu. 27, . . . *Et* Cic. Tuſc. 3, . . . . Quod ſe claſſe hoſtium circumfuſos viderent. Cic. de Fin. 3, 7 c. 2 Vide in bibliotheca ſedentem multis circumfuſum Stoicorum Libris. Cic. Acad 4, 47 Aduerſantur enim primum quod parum defigunt animos, et intendunt in ea, quae perſpicua ſunt, vt quanta ea Luce circumfuſa ſunt poſſint agnoſcere. Tenebris circumfuſus Stat. Theb. 10, 553 ¶ 2 *Nomina eorum, quae* circumfundi *dicuntur:* Quinctil. 2, 20, Nonnunquam vt in iudicio Miloniano, inter circumfuſa militum Arma dicendum eſt. Liu. 4, . . Caſtraque eo die aegre retenta poſtero die circumfuſis iam magna ex parte Hoſtibus, per auerſam por tam fuga turpi deſeruntur. Cic. Tuſc. 5, 86 Noſtris quidem acer biſſimis doloribus, variisque, et vndique circumfuſis Moleſtiis, ali nulla potuit inueniri leuatio. Virg. Aen. 2, 64 Vndique viſend ſtudio Troiana Iuuentus Circumfuſa ruit. Liu. 22, . . . Hae velut concionanti Minucio circumfundebatur Tribunorum, equitum que Romanorum Multitudo, *etc.* *Sic idem* . . . Et circumfuſ Conſuli Multitudo. *Et* . . . Conſul Multitudine circumfuſu Satelles circumfuſus Ouid. Met. 14, 354. *i. Satellites.* Turba cir cumfuſa duci Lucan. 5, 680. Incluſus *et* Circumfuſus *contraria re latiua* Liu. 23, . . . Non tantum eo iniquam, quod incluſi ad verſus circumfuſos, ſed etiam quod feſſi cum recentibus ac vegeti pugnabant. Cera, melle Nep. 17, 8, 7. Ouid. Met. 3, 180 *Nym phae* Circumfuſaeque Dianam Corporibus texere ſuis. Idem ibi 4, 360 Et nunc hac iuueni, nunc circumfunditur illac.

CIRCVMFVSIO, ōnis. f. Oceani Oroſ. 1, 2. *Dicitur eſſe etiam apud* Firmicum.

CIRCVMGARRIO, ire. Falſiloquiis circumgarrientibus C Mamert. de Statu An. 2, 9.

CIRCVMGĔLO, āre. *Firmum et ſolidum quid circumdare.* Ter tull. de Anima cap. 23 Quod genimina Dei, delegata ſibi mortalium g nitura, accepto initio animae immortali mortale ei circumgelauerit corpus. *Ex Platonis verbo* ξυνεκόλλων *Timaeo* p. 531 E.

CIRCVMGELĀTVS, a, um. Partic. [περιπηχθεὶς] Plin. 1 22 ſ. 40 Sed qui circumgelatus videri poſſit, tam triſtis adſpectu e *de cortice Adrachnes.*

CIRCVMGĔMO, ui, ĭtum, ĕre. [περιστενάζομαι] Hor. Epo 16, 51 Nec veſpertinus circumgemit vrſus ouile.

CIRCVMGESTO, āre. [περιβαστάζω] Cic. Q. Fratr. 1, 2 Na eam quoque epiſtolam T. Catienus circumgeſtabat. *Et* Apul. Met. p. 213, 37 Circumgeſtantibus Deam adambulabat. *de Iſiacis ſacerdotib*

CIRCVMGLŎBO, āre. [περισφαιρόω] *In globum colligere.* Pli 9, 47 Adeoque nihil non gignitur in mari, vt cauponarum etiam aeſ va animalia, pernici moleſta ſaltu, aut quae capillus maxime cel exiſtant: et circumglobata eſcae ſaepe extrahuntur. *i. Collecta circ eſcam. Pulices et pediculos intelligit.*

CIRCVMGREDIOR, greſſus ſum, ĕdi. [περιοδεύω] *Circum nire.* Tacit. Ann. 12, 28 Illi metu ne hinc Romanus, inde Cheruſ cum queis aeternum diſcordant, circumgrederentur, legatos in vrb et obſides miſere.

CIRCVMGREDIENS, tis. Part. *eſt* Ammian. 16, 33.

CIRCVMGRESSVS, ûs. m. Ammian. 22, 2 Ob rapidos c cumgreſſus aëris. *Et* c. 8 Palus ampliſſimi circumgreſſus. *i. Ambitu*

CIRCVMHABITO, *vnde*

CIRCVMHABITATOR, ōris. m. *Vicinus, accola. Gloſſ* Gr. Lat. περίοικοι, circumhabitatores.

CIRCVMHISCO, ere. Iamdudum me fateor haeſitare, circumhiſcere, tergiuerſari Arnob. 5 p. 176. *h. e. biante ore circumſpicere.*

CIRCVMHVMATVS, a, um. Ammian. 22, 12 Corpora circum humata ſtatuit inde transferri. *Diuidere praepoſitionem, et aduerbii ce decipere, melius videtur.*

CIRCVMIACEO, ēre. [περικατάκειμαι] Liu. 37, 54, 11 Na et Lycaonia, et Phrygia vtraque, et Piſidia omnis, et Cherſoneſi quaeque circumiacent Europae, in veſtra ſunt poteſtate. *i. partes E ropae proximae.*

CIRCVMIĬCIO, ēci, ectum, ĕre. [περιβάλλω] *A Iacio co poſitum: quod et* Circumiacio *dicitur* Liu. 38, 18 Poſtquam laeuo l tere nudato circumiacere haſtas in venientem ex transuerſo hoſtem c nati ſunt. Liu. 35, 4 Totius agminis ſarcinas in medium conii iuſſit, et triarios vallum circumiicere. Cic. de Vniuerſ. 23 Sic a mus a medio profectus extremitatem caeli a ſuprema regione rotun ambitu circumiecit, ſeſeque verſans, diuinitus ſempiternae, ſapienti que vitae induxit exordium.

CIRCVMIECTVS, a, um. Partic. [περικείμενος] *Circum p ſitus.* Cic. Diu. 2 c. 62 Anguis vectem circumiectus. *i. amplexus, ci cumuolutus.* Plin. 23, 1 Hoc quoque diſtat orbis medius, et miti plaga a circumiectis. Aedificia muris circumiecta Liu. 9, 28. I 31, 24 Cynoſarges *deſcribit*, Templum Herculis, gymnaſiumque, lucus erat circumiectus. *Conf.* Curt. 3, 1, 3. Multitudo circum iecta moenibus Caeſ. Bell. Gall. 2, 6.

CIRCVMIECTVS, ûs. m. [περιπλοκὴ] Cic. de Nat. Deor. 65 c. 25 Qui terram tenero circumiectu amplectitur, *de Aethere.* Circumiectu. Plin. 11, 51 ſ. 112 In theatrorum orcheſtris ſcobe a arena ſuperiecta deuoratur vox, et in rudi parietum circumiectu, d liis etiam inanibus. *Add.* Tertull. de Pall. c. 5.

CIRCVMIECTIO, ōnis. f. *Idem.* Arnobius 2 p. 73 *de an mabus:* Habitare iuſſae ſunt has partes, et humani corporis circumi ctione veſtiri.

CIRCVMINSPICIO *eſt* Prudent. Pſychom. 734. *Sed diuiſ ſcribitur melius.*

CIRCVMINVOLVO, ĕre. Vitruu. 10, 11 Singula puncta pra tereundo, et circuminuoluendo. *Melius videtur diuidi ipſum quoque*

CIRCVMLABOR, *vnde*

CIRCVMLABENS, entis. Proſpectumque dedit circumlabent Olympi Lucan. 6, 484.

CIRCVMLAMBO, ĕre. [περιλείχω] Plin. 11, 37 ſ. 65 Sed praedictis capillamenti tenuitate: caeteris ad circumlambenda o *De Lingua.*

CIRCVMLAQVEO, āre. Per ſenos circum vsque ſinus laque bis Grat. Cyneg. v. 29. *Vid. Burm.*

CIRCVMLATRO, āre. Si nos profana vel ſtulta quorunda ſaecularium verba circumlatrent Paullin. Nol. Epiſt. 1 (*al.* 6) n.

Circum

Circumlatrare hominem Sen. ad Marc. c. 22. *Add.* Lactant. 2, 8. Sidon. Epiſt. 4, 24. Auien. Perieg. v. 48. *Paſſ.* Domus, quae multis circumlatratur iniuriis Symmach. 8, 17.

CIRCVMLATRATVS, ûs. m. Nec talia quisquam In ſolum tantis circumlatrantibus audax Iuuenc. 4, 536.

CIRCVMLATVS, *vid.* CIRCVMFERO.

CIRCVMLAVO. Aegyptum Nilus circumlauit Hygin. Fab. 276. Dubium, an inſula ſit, quod euri atque auſtri ſuperiectis fluctibus circumlauit Salluſt. Hiſt. Fragm.

CIRCVMLIGO, āre. [περιδέω] Plin. 17, 11 Proderit totas caeſpite circumligari. Liu. 21, 8 Id ſicut in pilo quadratum ſtupa circumligabant, linebantque pice. Stat. Theb. 8, 676 Flammiger ales olori Imminet, et magna trepidum circumligat vmbra. *i. alis.* Stat. Achill. 1, 172 Exceptamque auidis circumligat vlnis. *i. amplectitur.* Cic. de Diuin. 2, 66 c. 31 De ipſo Roſcio poteſt illud quidem eſſe falſum, vt circumligatus fuerit angui.

CIRCVMLINIO, iniui, initum, īre. *Idem quod*

CIRCVMLINO, lēui, litum, ĕre. [περιχρίω] *Nimirum ad mollia et pinguia proprie pertinet, item ad pigmenta.* Quinctil. 8, 5, 26 Nec pictura, in qua nihil (*obſcuriori colore*) circumlitum eſt, eminet. Plin. 22, 24 ſ. 49 Ex aqua vulneribus his circumlinitur. *Et* 28, 11 ſ. 47 Lupi excrementis circumlini ſuffuſiones prodeſt. *Et* 21, 14 Circumlini alueos fimo bubulo vtiliſſimum. Plin. Epiſt. 6, 2, 2 Oculum modo dextrum modo ſiniſtrum circumlinebat, dextrum ſi a petitore, alterum ſi a poſſeſſore eſſet acturus: quod candidum ſplenium in hoc aut in illud ſupercilium transferebat. Colum. 12, 43, 1 Tum labello altero adoperito, et circumlinito luto paleato. *Et* 6, 17, 9 Circumliniendus erit oculus pice liquida cum oleo. *Per translationem* Quinctil. 12, 9, 8 At quidam etiam ſi forte ſuſceperint negotia paullulum ad dicendum tenuiora, extrinſecus adductis ea rebus circumliniunt: ac ſi defecerint alia, *etc.* *Sed quid ſit* Simplicem vocis naturam pleniore quodam ſono circumlinire Quinct. 1, 11, 6 *difficile dictu eſt, niſi quod ſumtum apparet a tibiis, quarum foramina ſi cera oblinantur, grauiorem et minus clarum ſonum edunt.* *Vid. quae ad l. disputamus.* *Opponuntur* Apertae tibiae 11, 3, 50.

CIRCVMLĬTVS, a, um. Partic. [περιχρισθεὶς] Plin. 29, 4 Sed et alios ad hunc ſeruant vſum in oleo aut luto circumlitos. Ouid. Met. 11, 136 Neue male optato maneat circumlitus auro, *etc.* *De Mi-da.* Cera circumlitus Cic. Tuſc. 1, 108 c. 45. Fuco corpora nulla circumlita Lucret. 2, 744. Melle circumlitis vaſis Plin. 21, 14. Muſco ſaxa circumlita Hor. Epiſt. 1, 10, 7.

CIRCVMLITIO, ōnis. f. [περίχρισις] Plin. 35, 11 Hic eſt Nicias, de quo dicebat Praxiteles interrogatus quae maxime opera ſua probarit in marmoribus, quibus Nicias manum admouiſſet: tantum circumlitioni eius tribuebat. *Vtitur et* Sen. Epiſt. 86. Oris circumlitiones Plin. 24, 7.

CIRCVMLOQVOR, i. [περιφράζω] Auſon. Epiſt. 16, 8 Sed dulcius circumloquar. Id. Epigr. 146 Cum maxime nunc proloquor circumloquentis ambitu.

CIRCVMLOQVVTIO, ōnis, *vid.* PERIPHRASIS.

CIRCVMLVCEO, ēre. Magnitudinis fraternae nimis circumlucentem fortunam exoſa defodit ſe et abdidit Sen. ad Marc. c. 2.

CIRCVMLVO, ui, ĕre. [περικλύζω] Liu. 25, 11 Quo in peninſulae modum pars maior circumluitur. *Et* Tacit. Hiſt. 4, 12, 3 Rhenus amnis tergum ac latera circumluit.

CIRCVMLVVIO, ōnis. f. [περικλυσμὸς] Cic. de Orat. 1, 173 c. 38 Gentilitatum, agnationum, alluuionum, circumluuionum, *etc.*

CIRCVMLVVIVM, i. n. Ius praediorum Feſtus. Iſidor. 14, 8 Locus quem aqua circumluit.

CIRCVMLVSTRO, āre. Sol et luna ſuo luſtrantes lumine circum Lucret. 5, 1436. *Per tmeſin, niſi malis* circum *eſſe Aduerbium.*

CIRCVMMEO, āre. Proh quantum circummeauit, a Pelasgis ad Lydos, *vid.* Tertull. de Pall. c. 1.

CIRCVMMETIOR, iri. *Paſſ.* Si duae columnae aeque craſſae ineis circummetientur Vitr. 4, 4.

CIRCVMMINGO, ĕre. Ille circumminxit veſtimenta ſua Petron. c. 62. Si circumminxero illum, neſciet, quo fugiat Id. c. 57.

CIRCVMMITTO, īſi, iſſum, ĕre. [περιπέμπω] *Per ambages, aut ad plures ordine mittere.* Liu. 4, 18 Veiens multitudine abundans, qui inter dimicationem caſtra Romana aggrederentur, poſt montes circummiſit. *Et* Caeſ. Bell. Gall. 7, 63 Legationes in omnes partes circummittuntur.

CIRCVMMISSVS, a, um. Partic. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 12 Quod oppidum Actius cohortibus introductis tenebat, delectumque toto Piceno circummiſſis Senatoribus habebat. Legationes circummiſſae Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 55. Praecones circummiſſi Id. Bell. Gall. 5, 51.

CIRCVMMOENIO, īre. *Vid.* CIRCVMMVNIO Vinclis cuſtodiisque circummoeniti fumus Plaut. Capt. 2, 2, 4.

CIRCVMMVLCEO, ēre. [περιθέλγω] Plin. 28, 3 Ex qua familia legatus Hexagon nomine, a Conſulibus Romae in dolium ſerpentium coniectus, experimenti cauſa, circummulcentibus linguis miraculum praebuit.

CIRCVMMVNIO, īre. [περιφράττω] Columel. de Arboribus, cap. 18 Prius quam pomarium conſtituas, quam magnum habere voles, circummunito maceria aut foſſa. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 18 Oppidum vallo caſtelliſque circummunire inſtituit. *Al.* circummoenire. Thapſum operibus circummuniuit Hirt. B. Afr. c. 80.

CIRCVMMVNĪTVS, a, um. Partic. [περιφραχθεὶς] Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 84 Nunc vero paene vt feminas circummunitos prohiberi aqua, prohiberi ingreſſu. Caſtellis circummuniti Caeſ. Bell. Gall. 2, 30. *Add.* Hirt. B. Hiſp. 34.

CIRCVMMVNITIO, ōnis. f. [περίφραξις] Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 19 Id ne fieri poſſet, obſidione, oppidique circummunitione fiebat.

CIRCVMMVRANVS, a, um. *Vt,* Ammian. 14, 14 Populus Romanus annis fere trecentis circummurana pertulit bella, *i. muris vicina ſ. moenibus ſuae vrbis.* *Conf.* 21, 25.

CIRCVMNASCOR, ĕris, ātus ſum, naſci. [περιγεννῶμαι] Plin. 5, 103 Lacus Sinnaus in Aſia, circumnaſcente abſinthio inficitur.

CIRCVMNAVĬGO, āre. [περιπλέω] Paterc. 2, 106, 3 Claſſis quae Oceani circumnauigauerat ſinus.

CIRCVMNECTO, xui, ĕre. [περιπλέκω] Lact. De Opif. Dei 14 An aliquis enarrare ſe putat poſſe, quid vtilitatis, quid effectus habeat tenuis membrana illa perlucens, qua circumnectitur aluus ac tegitur? Sen. Quaeſt. Nat. 1, 2 *pr.* Fulgor, qui ſidera circumnectit, *definitio Halonis ſ. Coronae.*

CIRCVMNEXVS, a, um. Ammian. 19, 7 Flammis coniectis vndique circumnexi elephanti.

CIRCVMNOTO, āre. Quaqua viſeres, colore vario circumnotatis inſignibat animalibus Apul. Met. 11 p. 269. *de veſtitu in ſacris Iſiacis.*

CIRCVMOBRVO, ui, ŭtum, ĕre. [περικαταχωννύω] Plin. 19, 5 ſ. 26 Confert alterna folia circumobruere. *Melius diuiditur.*

CIRCVMOFFIGO, ĕre. Cato de R. R. 48 Furcas circumoffigito. *Etiam hoc diuiſim ſcribendum.*

CIRCVMOPERIO, īre. Cato de R. R. 76 Pruna inſuper, et circumoperito. *Manifeſte* inſuper *et* circum *ſeparata Aduerbia ſunt.*

CIRCVMPADĀNVS, a, um. Adi. *Qui habitat circa Padum fluuium.* Liu. 21, 35 Conſiſtere iuſſis militibus Italiam oſtentat, ſubiectosque Alpinis montibus Circumpadanos campos. Plin. 14, 20 Liguriae maxime, Circumpadaniſque muſtis crapulae vtilitas *etc.* Lanae *vel* Oues Id. 8, 48.

CIRCVMPANGO, ēgi, actum, ĕre. [περιπήγνυμι] Plin. 17, 13 Ramis terra circumpactis. *At Harduin. ex MSS.* Circumfartis.

CIRCVMPĀVIO, īre. [περιπαίω, περιαράσσω] Plin. 12, 14 Alibi area circumpauita.

CIRCVMPECTVS, a, um. *i. Fraude circumuentus, a paciſcor. Exſtat ap.* Petron. c. 112 *vbi tamen al. leg.* circumſcriptus. *Vid. Burm. p. 521.* *Optimum putamus* Circumſpectus *ironice poſitum.*

CIRCVMPĒDES. [πρὸς τοῖς ποσὶ] *Iidem, qui et* A pedibus *dicuntur.* Cic. Verr. 1, 92 c. 36 Seruos artifices pupilli quum haberet domi, circumpedes autem homines formoſos et literatos, ſuos eſſe dicebat. *Gruterus autem diuiſe ſcribit, et poſt illum reliqui. Recte id quidem.*

CIRCVMPENDEO, *vnde* CIRCVMPENDENS. Aurea lectica, margaritis circumpendentibus, recubat Curt. 8, 9, 24 *de rege Indorum.*

CIRCVMPLAVDO, ĕre. Quaque ibis, manibus circumplaudēre tuorum Ouid. Triſt. 4, 2, 49.

CIRCVMPLECTOR, ĕris, exus ſum, ecti. [περιπτύσσω] Cic. de Vniuerſ. 21 c. 7 Vndique eſt eos circumplexus. Plin. 13, 10 Tam vaſtis arboribus, vt terni nequirent circumplecti. Caeſ. Bell. Gall. 7, 83, 2 Circumplecti locum opere. *Add.* Hiſp. 32, 3. Opes circumplexus ignis, *in balneis marmore incruſtatis* Stat. Silu. 1, 5, 44. Cic. Philipp. 13, 12 c. 5 An is non reddet, qui domini patrimonium circumplexus, quaſi theſaurum draco, Pompeii ſeruus, libertus Caeſaris, agri Lucani poſſeſſiones occupauit? ¶ 2 *Actiua forma* Cato de R. R. 21, 2 Foramina laminis circumplectito. *Et* Plaut. Aſin. 3, 3, 106 Meum collum circumplecte.

CIRCVMPLEXVS, a, um. Partic. [περιπτυχθεὶς] *Paſſiue acceptum.* Gellius 15, 1 In eo igitur libro ſcriptum inueni, *etc.* turrim ligneam defendendi gratia ſtructam, quum ex omni latere circumplexa igni foret, ardere non quiſſe, quod ab Archelao alumine oblita fuiſſet.

CIRCVMPLEXVS, ûs. m. [περίπτυξις] Plin. 10, 63 Lacertae, vt ea quae ſine pedibus ſunt, circumplexu Venerem nouere.

CIRCVMPLĬCO, āre. [περιπλέκω] *Circumnectere.* Cic. de Diuin. 1, 79 c. 36 Experrecta nutrix animaduertit puerum dormientem circumplicatum ſerpentis amplexu. Ibid. 49 c. 24 Tum viſam belluam vaſtam et immanem circumplicatam ſerpentibus. Cic. de Diuin. 2, 62 c. 28 Tum eſſet, inquit, oſtentum, ſi anguem vectis circumplicauiſſet. Barbam rigentem dum Iouis circumplicat Prud. Periſt. 10, 272.

CIRCVMPLVMBO, *eſt* Caton. R. R. 20, 2 Modiolos circumplumbato, caueto, ne laxi ſient. *Sed ſunt, qui diuidant.*

CIRCVMPŌNO, ſui, ſĭtum, ĕre. [περιτίθημι] Plin. 17, 28 Stramentis antea circumpoſitis. Ferulae fiſſae circumpoſitaeque oſſa in ſua ſede contineant Celſ. 8, 10. Hor. Serm. 2, 4, 74 Primus et inueni piper album cum ſale nigro Incretum, puris circumpoſuiſſe catillis.

CIRCVMPOSITIO, ōnis. f. Auguſt. Epiſt. 199 Auri circumpoſitio.

CIRCVMPORTICATIO, onis. f. L. 37 §. 1 D. de relig. et ſumt. fun. *ſed lectio dubia eſt, quam circum.*

CIRCVMPOTATIO, ōnis. f. [περίποσις] Cic. de Legib. 2, 60 c. 24 Haec praeterea ſunt in legibus de vnctura, quibus ſeruilis vnctura tollitur, omniſque circumpotatio, *cum ordine quodam omnes bibunt.*

CIRCVMPVLSO, āre. Lituis aures circumpulſantur acutis Stat. Theb. 6, 228.

CIRCVMPVRGO, āre. Si quis clauum *pedis* circumpurgat Celſ. 5, 28. Dens circumpurgandus et euellendus eſt Id. 7, 12. *Conf.* Ambroſ. Serm. 63 *pr.* de Grat. Bapt.

CIRCVMPVRPVRATVS, a, um. Mulieres, quae honeſtae ſunt et circumpurpuratae Vet. Interpr. Iren. 1, 9.

CIRCVMRĀDO, ſi, ſum, ĕre. [περιξέω] Plin. 17, 26 Veluti detractio ſanguinis circumraſi corticis. Columel. 4, 29, 14 Huius traducis ſi non eſt facultas, tum detractum viti quam recentiſſimum eligitur ſarmentum, et leuiter circumraſum, vt cortex tantum detrahatur, aptatur foramini. Celſ. 7, 12 Circumradi debet dens, vt gingiua ab eo reſoluatur.

CIRCVMRASIO, ōnis. f. Plin. 17, 26 Circumraſio corticis.

CIRCVMRĒTIO, īre. [περιδικτυόω] *Impedire et implicare reti.* Lucret. 5, 1151 Circumretit enim vis, atque iniuria quemque. *Add.* Sidon. Ep. 5, 13.

CIRCVMRETĪTVS, a, um. Partic. [περιδεδικτυωμένος] Cic. Verr. 5, 150 c. 58 Num ego tibi vllam ſalutem, vllum perfugium putem, quum te implicatum ſeueritate iudicum, circumretitum frequentia Populi Romani eſſe videam? Arnob. 4 p. 151 Hercules peſtiferi tegminis circumretitus indagine. Idem 5 p. 186 Martem et Venerem Vulcani eſſe circumretitos arte.

CIRCVMRIGVVS, a, um. Et circumriguo ſurgebant lilia prato Propert. 1, 20, 37. *Sic Brouckh. Quid.* circum irriguo.

CIRCVMRŌDO, ſi, ſum, ĕre. [περιβρώσκω] Plin. 32, 2 Polypum hamos appetere, brachiiſque complecti, non morſu, nec prius dimittere, quam eſcam circumroſerit. *Metaph.* Cic. Att. 4, 5 Quid? etiam (dudum enim circumrodo quod deuorandum eſt) ſubturpicula mihi videbatur eſſe παλινῳδία, *hoc eſt, inuitus dico, quod dicendum tamen eſt.* *Vereor enim, ne me reprehendas, qui hoc in Libro gratiae cauſa ea laudarim, quae antea vituperabam.* *Metaphora ab iis, qui* circum-

*circumrodunt, quod non libenter comedunt.* Horat. Epiſt. 1, 18, 82 Dente Theonino quum circumroditur. *Vid.* THEON.

CIRCVMRORO, āre. Puriſſime circumrorans abluit Apul. Met. 11 p. 268, 21.

CIRCVMRŎTO, āre. Apul. Met. 9 p. 222 Machinas ſimiles circumrotari vidi. Caeſ. German. Fragm. 3 p. 150 *Ed. Schwarz. de motu,* Caeli circumrotat orbem.

CIRCVMSALTANS, antis. Hoc circumſaltante choro Prudent. contra Symmach. 1, 135.

CIRCVMSARRIO, īre. Vitium radices circumſarrito Cato R. R. c. 114. *al.* Circumſecato.

CIRCVMSCALPO, pſi, ptum, ĕre. [περικολάπτω] Plin. 20, 5 Radice eius circumſcalpti dentes dolore liberantur.

CIRCVMSCARIFĬCO, āre. [περιξύω] Plin. 22, 23 Pedum clauos circumſcarificatos ferro, miſtum cerae extrahit. Idem 30, 3 Caninus dens ſiniſter maximus medetur dentium doloribus, circumſcarificato eo qui doleat: aut draconis os e ſpina: item enhydridis. Eſt autem ſerpens maſculus et albus. Huius maximo dente circumſcarificant. *Hard.* Circumſcarifare *in MSS. eſſe teſtatur.*

CIRCVMSCINDO, ĭdi, iſſum, ĕre. [περιαμύσσω] Liu. 2, 55 Quo ferocius clamitabat, eo infeſtius circumſcindere, et ſpoliare lictor, *veſtes.*

CIRCVMSCRĪBO, pſi, ptum, ĕre. [περιγράφω] *Varie adhibetur. Primo definire ſignificat, et lineis quibusdam includere ſ. finibus. Vt* Orbem circumſcribere Cic. de Fin. 5, 23 c. 8. *terminos conſtituere.* Plin. 22, 21 Et ſi terram ſurculo heliotropii circumſcribat aliquis, negant ſcorpionem egredi. *Sic* Cic. in Parad. 2 Exilium autem illis, quibus circumſcriptus eſt habitandi locus. *Sic de Parrhaſio* Quinct. 12, 10, 5 Ille ita circumſcripſit omnia, vt eum legumlatorem vocent, quia deorum atque heroum effigies, quales ab eo ſunt traditae, caeteri, tanquam ita neceſſe ſit, ſequuntur. Cic. Philipp. 6, 5 Ille ſe fluuio Rubicone CC mil. circumſcriptum eſſe patiatur. Idem ibid. 8, 23 c. 8 C. Pompilius apud maiores noſtros, quum ad Antiochum regem legatus miſſus eſſet, et verbis Senatus nuntiaſſet, vt ab Alexandria diſcederet, quam obſidebat: quum tempus ille differret, virgula ſtantem circumſcripſit, *etc.* Curriculum vitae exiguum circumſcripſit nobis natura immenſum gloriae Cicero pro C. Rabir. perduell. 30 c. *vlt.* Cic. de Orat. 1, 70 In hoc quidem certe prope idem, nullis vt terminis circumſcribat aut definiat ius ſuum. Definiri et circumſcribi genus poteſt Cic. pro Sext. 97. Circumſcribere Gulam et ventrem Sen. Ep. 108. *i. coërcere.* Laudes Sen. Conſol. ad Helu. *ſub fin. i.* parce transcurrere, ibid. Plin. 22, 2 Nunc propoſitum iſta conſectari non eſt: nec committemus, vt ſubiiciendo tutiora, Luxuriam vilitate circumſcribamus, *i. viliora et parabiliora luxuriae inſtrumenta oſtendamus, intra quae ſe contineat.* Cic. de Orat. 2, 67 Aſſumamus eam quoque partem, ſed ita, vt ſit circumſcripta modicis Regionibus. Cic. in Orat. 200 c. 61 Ante enim circumſcribitur mente Sententia, confeſtimque verba concurrunt, quae mens eadem, qua nihil eſt celerius, ſtatim dimittit *etc.* Quibus regionibus Spatium vitae circumſcriptum eſt Cic. pro Arch. 29. ¶ 2 Circumſcribere, *Decipere, Circumuenire. Vid.* Aſcon. ad Verr. 1, 43 c. 16. Quinctil. Decl. 343 p. 719. Plin. 7, 40 Vana mortalitas, et ad circumſcribendum ſeipſam ingenioſa, *etc.* Cic. Philipp. 14, 7 Aut eiiciunt vicinos, aut adoleſcentulos circumſcribunt. Pupillos circumſcribere Iuuen. Sat. 10, 222. Teſtamentum circumſcribere Plin. Epiſt. 8, 18. *i. ſub legis et iuris quadam ſpecie illud eludere.* Quinctil. Decl. 11, 5 Sic quoque circumſcribimur, niſi totidem ſunt. *i. decipimur a verbis legis. Et* Decl. 331 p. 675 Non poteſt omnino iſta circumſcribi Religio et ſeueritas iudicii, vt non poenam det pars vtra libet, *i. eludi exceptionibus.* Decl. 336 *pr.* Circumſcripſiſti Fratrem; nec difficile fuit, minorem. *Et* 340 p. 711 Circumſcribere Vectigalia Populi Rom. voluiſti, ſpecie praetextali imponere publicano voluiſti. *De eadem re* Decl. 341 *extr.* Tamen fallere nos volunt, tamen mille artibus circumſcribimur, *publicani loquuntur. Ipſe* Cic. pro Roſc. Com. 24 Dic nunc te ab Roſcio HS. IↃↃↃ circumſcriptum eſſe, qui tantas, et tam infinitas pecunias, non propter inertiam laboris, ſed propter magnificentiam liberalitatis repudiarit. Conſtitui vincere dolorem tuum, non circumſcribere Sen. ad Helu. c. 3. *i. artificio quodam eludere.* ¶ 3 Circumſcribere, *interdum ſignificat, ita circumuenire, includere, in arctum redigere et coërcere aliquem, vt non poſſit vel munere ſuo fungi, vel potentia vti.* Cic. Verr. 2, 149 Itaque vno genere opinor circumſcribere habetis in animo genus hoc aratorum, *i. reiicere et excludere a teſtimonio dicendo.* Idem Verr. 1, 43 c. 16 Quamobrem omni tempore Syllano ex accuſatione circumſcripto, legationem eius praeclaram cognoſcite, *i. Ablato, exemto.* Aſconius *interpretatur,* Sublato, circumducto, ac praetermiſſo. *Nempe lineis quibusdam circumſcribuntur, quae deleri volumus.* Cic. pro Milon. 88 c. 33 *pr.* Senatus, credo, Praetorem eum circumſcripſiſſet, *i. coercuiſſet, et vim illius impediiſſet, vt re vera non eſſet Praetor. Sic* Cic. Att. 7, 9 Si forte Tribunus plebis Senatum impediens, aut populum incitans notatus, aut Senatusconſulto circumſcriptus, aut ſublatus, aut expulſus ſit. *Sic* Pſeudo-Cic. ad Octau. Cur aut vt ingratum, ingratus, crudeliter, aut immemorem beneficii ſui ſcelerate circumſcribis Senatum? *i. Aufers ei auctoritatem ſtatuendi de ſumma Reipub. et quaſi Senatum e medio Reipub. tollis.* Idem Philipp. 13, 19 c. 9 Senatus in Capitolium, parata de circumſcribendo adoleſcente ſententia Conſularis, *h. e. coll.* Phil. 5, 23 c. 9 *vt hoſtis iudicatus omni poteſtate exueretur.* Praedicat crudelitatem in circumſcribendis Tribunis plebis Caeſ. B. C. 1, 32 *vbi vid. Hotomann.* Auct. ad Her. 4, 31 Demus operam Quirites, ne omnino patres conſcripti circumſcripti putentur, *i. in ordinem coacti, poteſtate ſua exuti.*

CIRCVMSCRIPTVS, a, um. Partic. *et* Adi. [περίγραπτος] Arguti, certique et circumſcripti verborum ambitus Cic. Orat. 38 c. 12. Idem ibid. 1, 52 c. 12 Nam ſi quis erit, qui hoc dicat, eſſe quasdam oratorum proprias ſententias, atque cauſas, et certarum rerum forenſibus cancellis circumſcriptam ſcientiam. Interrogationibus captioſis circumſcripti atque decepti Cic. Acad. 4, 46 c. 15 Minor XXV annis a creditore circumſcriptus L. 98 §. 2 ff. de ſolut. *et aliquoties in* Tit. ff. de Minoribus XXV annis. Miles circumſcriptus, dum reſidet Petron. c. 112. *Compar.* Plin. Epiſt. 1, 16 In concionibus idem qui in orationibus eſt, preſſior tantum, et circumſcriptior, et adductior. *De Pompeio Saturnino loquitur, qui in ſcribendo ſtudebat breuitati.*

CIRCVMSCRIPTE. Adu. [περιγεγραμμένως] Cic. in Orat. 221 c. 66 Sed quoniam non modo non frequenter, verum etiam raro in veris cauſis aut forenſibus circumſcripte numeroſeque dicendum eſt ſequi videtur, *etc. i. per periodos.* Complecti aliquid circumſcripte Cic. de Nat. Deor. 2, 147 c. 59. Depingere circumſcripte Lactant. 5, 9. *accurate.* Oſtendere Id. 3, 14.

CIRCVMSCRIPTOR, ōris. m. [περιγραφεὺς Vet. Gloſſ.] *Deceptor.* Cic. in Catil. 2, 7 Quis tota Italia veneficus, quis gladiator quis latro, quis ſicarius, quis parricida, quis teſtamentorum ſubiector, quis circumſcriptor, quis ganeo? Circumſcriptores dici ſolent, qui aliquid abſtulerunt, *per aſtutiam ſcilicet et fraudem* Sen. Controu. 6, 3. Iuuen. Sat. 15, 135 Pupillum ad iura vocantem, Circumſcriptorem. Coluber circumſcriptor Tertull. adu. Marc. 3, 6 *i. diabolus.*

CIRCVMSCRIPTIO, ōnis. f. [περιγραφὴ] *Vt,* Cic. Phil. 8, 23 c. 8 *Popillius Antiochum* virgula ſtantem circumſcripſit, dixitque ſe non ante renuntiaturum Senatui, niſi prius ſibi reſpondiſſet, quid facturus eſſet, quam ex illa circumſcriptione excederet. *Idem* Cic. Tuſc. 1, 45 Quum totam terram contueri licebit, eiusque cum ſitum, formam, circumſcriptionem, tum et habitabiles regiones, Circumſcriptionem, *i. ambitum.* Cic. de Nat. Deor. 1, 21 Sed fuit quaedam ab infinito tempore aeternitas, quam nulla circumſcriptio temporum metiebatur. ¶ 2 Verborum circumſcriptione quadam ipſa natura comprehendit, concluditque ſententiam Cic. de Clar. Orat. 3. c. 8. *i. periodis. Sic et* Orat. 204. Quinct. 9, 3, 1 Circumſcriptio non eſt figura: ſiue hoc nomine ſignificatur comprehenſa breuiter ſententia, ſiue finitio. ¶ 3 Circumſcriptio, *pro Deceptione et Fraude.* Paullus in l. haec actio. D. ſi menſor falſum modum dixerit Haec actio perpetua eſt: quia initium rei, non a circumſcriptione ſed a ſuſcepto negotio originem accipit. Cic. pro Flacc. 74 c. 3 Emtiones falſas, praediorum proſcriptiones cum mulierculis aperta circumſcriptione feciſti. Sen. Exc. Contr. 6, 3 Circumſcriptio ſemper crimen ſub ſpecie legis inuoluit. Quod apparet in illa legitimum eſt, quod latet, inſidioſum. Semper circumſcriptio per ius ad iniuriam venit *etc. Conf.* Quinctil. Decl. 301 *vbi* Diues accuſat pauperem circumſcriptionis. *Et* p. 582 *dicitur,* Vbi ergo circumſcriptio eſt? Quam quidem legem arbitror propter eos, maxime latam, qui circa forenſes inſidias aliquem ſcripto callidiore cepiſſent *Et* Decl. 343 *vbi* Circumſcriptionis accuſatur pater a paupere Cic. Off. 3, 61 Atque iſte dolus malus etiam legibus erat vindicatus vt tutela XII Tab. et circumſcriptio adoleſcentium lege Laetoria.

CIRCVMSĔCO, cui, ctum, āre. [περικόπτω] *Circumcidere* Cato R. R. 114, 1 Circumſecare radices. Columel. 6, 6, 4. Idem 7, 5, 13 Tuberculum cui ſubeſt verniculus, ferro quam cautiſſime circumſecari oportet. *Et* Sueton. Domit. 12 *de Iudaica circumciſione* Interfuiſſe me adoleſcentulum memini, cum inſpiceretur nonagenarius ſenex, an circumſectus eſſet. Serrula circumſecare fundum a marii Cic. pro Cluent. 180 c. 64.

CIRCVMSECTVS, a, um. Part. *Vt,* Aluta circumſecta, Scribo Largus Compoſ. 229.

CIRCVMSĔCVS. Adu. Apul. 5 p. 166, 23 Quique circumſec venantur, *i. in illa vicinia.*

CIRCVMSĔDEO, ēdi, eſſum, ēre, [περικαθέζομαι] *vel* CIRCVMSĬDEO. *Contra ſedere, circumdare, obſidere.* Florentes au corum turba circumſedet Sen. Ep. 9. Cic. Att. 9, 12 Popul. Roma exercitus Cn. Pompeium circumſidet, foſſa et vallo ſeptum tenet, fu prohibet. Liu. 9, 2 Vt idem omnibus ſermo conſtet legiones Samn tium in Apulia eſſe, Luceriam omnibus copiis circumſidere, nec pr cul abeſſe, quin vi capiant. Cic. Philipp. 15, 10 c. 4 Vt intellig non D. Brutum, quem vallo circumſedet, ſed ſeipſum obſideri. *Id* Verr. 1, 83 c. 33 Quem populum? qui te circumſedit: qui te vivum comburere conatus eſt? Curiam militibus circumſediſti Val. Max. 3, 8. *de Q. Scaeuola.* Oppidum circumſedere Liu. 23, 15. Cic. Philipp. 6, 3 Brutum oppugnet, Mutinam circumſedeat. Circumſederi, *paſſiuum.* Idem Att. 9, 18 Quod in his caſtris fuerunt, qu bus Pompeius circumſederetur? *Et* Att. 15, 9 Ita circumſedemu copiis omnibus. Cic. Verr. 1, 81 c. 32 Circumſeſſus es: a quibu a Lampſacenis, *etc. De ſubito tumultu in vrbe.* Idem pro Deiot. Itaque quum eſſet ei nuntiatum, Domitium naufragio periiſſe, te caſtello circumſederi, de Domitio dixit verſum Graecum, *etc.* Ne 18, 5, 4 In quo, *caſtello,* cum circumſederetur.

CIRCVMSĔDENS, entis. Part. Apul. Met. 3 p. 130 Inter tot mill populi circumſedentis. *Et* Sidon. Epiſt. 3, 13 Nares circumſedentiu infeſtare.

CIRCVMSESSVS, a, um. Partic. [περικαθεζόμενος] Ci Verr. 1, 79 c. 31 Intelligo, in qua ciuitate, non modo legatus Popu Romani circumſeſſus, non modo igni, ferro, manu, copiis oppugna tus, ſed aliqua ex parte violatus ſit, *etc.* Idem in Catil. 4, 3 c. Nec tamen ego ſum ille ferreus, qui fratris cariſſimi atque amantiſſ mi praeſentis moerore non mouear; horumque omnium lacrimis, quibus me circumſeſſum videtis. *Et* Philipp. 12, 24 c. 10 Veruntamen ſemel circumſeſſus lectis valentiſſimorum hominum Viribus cecid ſciens, vt honeſtiſſime ſurgere poſſem.

CIRCVMSESSIO, ōnis. f. [περικάθησις] *Paſſiue, de ea, qu quis circumſedetur.* Cic. Verr. 1, 83 c. 33 Te huius circumſeſſioni tuae cauſam, et culpam in alios transtuliſſe?

CIRCVMSĒPIO, ſepſi, ſeptum, īre. [περιφράττω] *Securitatis cauſa circumdare.* Liu. 1, 49 Conſcius deinde male quaerendi re gni ab ſe ipſo aduerſus ſe exemplum capi poſſe, armatis corpus ci cumſepſit. Pſeudo-Cic. ad Octau. Sed quoniam cohortibus armat circumſeptus Senatus. Paullus in l. poſſideri §. item feras beſti D. de acquir. poſſeſſ. Sed eos piſces, qui in ſtagno ſint, aut feras, qua in ſiluis circumſeptis euagantur, a nobis non poſſideri.

CIRCVMSĔRO, ēui, ātum, ĕre. [περιφυτεύω] Plin. 21, 12 genistas circumſeri aluearis gratiſſimum.

CIRCVMSĪDO, ĕre. [περικαθέζομαι] *Idem, quod Circumſede aut potius circumſedere incipio.* Liu. 9, 21 Fuſi in caſtra Samnites e tinctis nocte ignibus tacito agmine abeunt: et ſpe abiecta Satricula tuendae, Pliſtiam ipſi ſocios Romanorum, vt parem dolorem hoſti re derent, circumſidunt.

CIRCVMSIGNO, āre, [περισημειόω] Columel. de Arborib. 2 8. *et* 5, 11, 9 Ex qua arbore inſerere voles, in ea quaeſito nouellos et n tidos ramos. In his deinde obſeruato gemmam, quae bene apparebi certamque ſpem germinis habebit, eam duobus digitis quadratis ci cumſignato, vt medio gemma ſit.

CIRCVMSILIO, īre. Circumſilit agmine facto Morborum omn genus Iuuenal. 10, 218.

CIRCVMSILIENS, entis. Part. Paſſer circumſiliens modo huc modo illuc Catull. 3, 9.

CIRCVMSISTO, ſtĭti, ſtĭtum, ĕre. [ἀμφίστημι, ἀμφιβαίνω] *Ad vim et terrorem fere pertinet.* Centuriones armati circumſiſtunt Liu. 1, 28. Caeſ. Bell. Gall. 5, . . Impeditumque hoſtes circumſiſtunt. Quum ſingulas *(hoſtium naues)* binae aut ternae naues circumſiſterent Idem B. G. 3, 15. Ne ab omnibus ciuitatibus circumſiſteretur Idem ibid. 7, 43. *Add.* Apul. de Doctr. Plat. 2 p. 15. Cic. Verr. 5, 141 Haec quum maxime loqueretur, ſex lictores circumſiſtunt valentiſſimi, *etc.* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 20 Itaque vno omnes conſilio Domitium productum in publicum circumſiſtunt et cuſtodiunt. Virg. Ciri 80 *de Scylla*, Horribiles circum vidit ſibi ſiſtere formas *per Tmeſin.*

CIRCVMSISTENS, entis. Part. Caeſ. Bell. Ciu. 2, 42 Praefectus equitum cum paucis equitibus circumſiſtens.

CIRCVMSĬTVS, a, um. Part. *Circumiacens.* Ammian. 23, 26 Circumſitos populos ad ditionem gentilitatemque trahere nominis ſui.

CIRCVMSOCIVS, a, um. Adi. Nationes circumſociae Aurel. Vict. Epit. c. 41. *Melius diuiditur: i. Nationes ſociae, quae circa erant.*

CIRCVMSŎNO, āre. [περιηχέω] *Vndique ſonare.* Liu. 27, 18 Inde primo turbata eſt acies, dum ad circumſonantem vndique clamorem flectere cornua, et obuertere ordines volunt. Cic. Off. 3 c. 2 Conducere arbitror, talibus aures tuas vocibus vndique circumſonare, *i. frequentiſſime tibi haec inculcari, et te haec a praeceptoribus audire.* Liu. 3, 28 Edito imperio ſignum ſequutum eſt: iuſſa miles exſequitur clamor hoſtes circumſonat. Idem 39, 10 Eos deducere in locum, qui circumſonet vlulatibus cantuque ſymphoniae, *etc.* Vitruu. 5, 3 *extr.* Circumſonantes *loci, qui apud Graecos* nominantur περιηχοῦντες — in quibus circumuagando coacta vox ſe ſoluens in medio ſine extremis caſibus ſonans, ibi exſtinguitur, incerta verborum ſignificatione. Nereus circumſonat orbem, *i. aequor* Ouid. Met. 1, 187. Armis circumſonari Idem Triſt. 5, 3, 11. Ore circumſonari Idem Triſt. 3, 14.

CIRCVMSŎNVS, a, um. *Paſſiue* Stat. Theb. 7, 261 Dionaeisque auibus circumſona Thisbe, *vbi audiantur oracula ore columbarum reddita. Sed* Turba circumſona Ouid. Met. 4, 723. *i. circumſonans.*

CIRCVMSPECTO, *vid.* CIRCVMSPICIO.

CIRCVMSPERGO, ſi, ſum, ĕre. [περιπάσσω] Columel. 11, 3, 87 Et ſi ſunt parum fructuoſae, vel cacuminibus retorridae frondis, magnis arboribus quaternos modios ſtercoris caprini circumſpergere, *etc.* Aqua circumſpergi Plin. 8, 1. *Legitur etiam* Circumſpargo. Apic. 8, 8 Impenſum talem circumſparges.

CIRCVMSPĬCIO, exi, ectum, ĕre. [περιβλέπω, περισκοπέω, περισκέπτομαι] *Huc atque illuc oculos vertere, et circumferre.* Cic. pro Roſc. Com. Circumſpicit, aeſtuat. Ter. Andr. 2, 2, 21 Vbi te non inuenio, ibi adſcendo in quendam excelſum locum. Circumſpicio, nusquam, *ſc. te video.* Stat. Theb. 8, . . Circumſpicere fragorem. Cic. de Diuin. 2, 72 Illi autem, qui in auſpicium adhibetur, *etc.* nec ſuſpicit, nec circumſpicit: ſtatim reſpondet ſilentium eſſe videri. Ouid. Triſt. 5, 3, 51 Cum circumſpexerit omnes, dicat, *etc.* Plaut. Trin. 1, 2, 109 Circumſpice dum te, ne quis ſiet arbiter nobis: et quaeſo identidem circumſpice. ¶ 2 *Sed metaphorice conſiderare ſignificat.* Cic. in Parad. 4 Nunquamne homo amentiſſime, te circumſpicies? Nunquam nec quid facias, conſiderabis, nec quid loquare? Idem Acad. 4, . . Deinde quum dicant poſſe accidere ſapienti, vt quum omnia fecerit, diligentiſſimeque circumſpexerit, exiſtat aliquid, quod et veriſimile videatur. *Et* pro Quint. 96 c. 31 Omnia circumſpexit Quintius, omnia periclitatus eſt. Liu. 1, 30 Sabini haud parum memores, et ſuarum virium partem Romae a Tatio locatam, et Romanam rem nuper etiam adiectione populi Albani auctam, circumſpicere et ipſi externa Auxilia. Caſus alicuius Ouid. Triſt. 1, 1, 47. Membra Reipubl. Cic. Fam. 13. Omnes Reipubl. partes Idem pro Cluent. c. 53. *Et* in Catil. 4, 4 Quare P. C. incumbite ad ſalutem Reipubl. circumſpicite omnes Procellas, quae impendent. Animo circumſpicere Caeſ. Bell. Gall. 6, 5. Cic. pro Sulla 70 c. 25 Circumſpicite paulliſper Mentibus veſtris, vt alia omittamus, hoſce ipſos homines, qui huic affines ſceleri fuerunt. Ouid. Triſt. 1, 1, 87 Timida circumſpice Mente. Cic. in Orat. 69 Quid deceat circumſpicietur. Diligenter circumſpiciendum Idem Q. Fratr. 1, 1. *Et* Off. 1, 59 Haec igitur et talia circumſpicienda ſunt in omni officio, *etc.* Ter. Adelph. 4, 5, 55 Numquid circumſpexti, aut numquid tute proſpexti tibi. Permulta ſunt in omni oratione circumſpicienda Cic. de Orat. 2, 301. Idem pro Roſc. Com. 5 Vsque eone te diligis, et magnifice circumſpicis, *etc. Pingit, quaſi hominem arrogantem, et ceruices torquentem.*

CIRCVMSPICIENS, entis. Part. Salluſt. Bell. Iugurth. 93 Tentans omnia et circumſpiciens.

CIRCVMSPECTVS, a, um. Partic. [περιεσκεμμένος] Cic. Fam. 1, 9 Circumſpectis rebus omnibus rationibusque ſubductis, ſummam feci. Ouid. Faſt. 5, 539 Verba mouent iras non circumſpecta deorum, *i. non conſiderata. Et* Met. 5, 171 Cupiens alto dare vulnera collo Non circumſpectis exactum viribus enſem Fregit. ¶ 2 *Plerumque vero actiue ſumitur, vt* cautus, conſideratus *de eo, qui circumſpicere ſolet cauendi cauſa.* Columel. 1, 8 Nam illa ſollemnia ſunt omnibus circumſpectis, *etc.* Idem 7, 12 Maxime autem debent in cuſtodia vigilaces conſpici, nec erronei, ſed aſſidui, et circumſpecti magis, quam temerarii. Celſ. 3, 10 *ad finem, de curatione lentarum febrium*, Sed eſt circumſpecti quoque hominis, et nouare interdum, et augere morbum. Iudicium circumſpectum Quinctil. 10, 1. Princeps circumſpectiſſimus et prudentiſſimus Sueton. Tib. 21. *Comparat.* Si vero aliquis circumſpectior eſt Sen. Qu. N. 5, 1. Decreti circumſpectiſſima ſanctione opus Valer. Max. 1, 1, 20. ¶ 3 *Eſt etiam Spectabilis.* Ammian. 14, 6 Populi Romani nomen circumſpectum et verendum. *Et* Idem 18, 10 Genere, fama potentiaque circumſpectus. Ammian. 23, 6 p. 412 *Gron.* Seras vbertate regionum et amplitudine circumſpectos *vocat. Vid. etiam Scaliger. de cauſ. L. L. 7, 150.*

CIRCVMSPECTO, āre. [παπταίνω] Liu. 34, 39 Quanam ipſe inuaderet, circumſpectabat. *Conf.* Idem 25, 36. Ter. Eun. 3, 5, 54 Et ſimul alia circumſpecto. *Add.* Plaut. Pſeud. 4, 1, 8. *et* Trin. 4, 2, 1. Cic. de Nat. Deor. 2, 126 Iam vero illa etiam notiora, quanto opere cuſtodiant beſtiae, vt In paſtu circumſpectent, vt in cubilibus deliteſcant. Liu. 2, 10 Cunctati aliquamdiu ſunt, dum Alius alium, vt praelium incipiant, circumſpectant. Medicamina quaſſo imperio circumſpectant Sil. 15, 8. Cic. Tuſc. 1 c. 30 Itaque dubitans, circumſpectans, haeſitans, multa aduerſa reuerens, tanquam ratis in mari immenſo noſtra vehitur oratio. Liu. 3, 37 Circumſpectare tum Patriciorum vultus plebeii: et inde libertatis captare auram, *etc.*

CIRCVMSPECTANS, antis. Partic. [παπταίνων] Auctor ad Herenn. 4, 62 c. 49 Iſte quotidie per forum medium tanquam iubatus draco ſerpit, dentibus aduncis, adſpectu rabido, ſpiritu venenato, circumſpectans huc et illuc, ſi quem rapiat.

CIRCVMSPECTVS, ūs. m. [περίσκεψις] Cic. Philipp. 12, 26 c. 11 Facilis eſt circumſpectus, vnde exeam, quo progrediar: quid ad dextram, quid ad ſiniſtram ſit. Ouid. Triſt. 4, 6, 44 Corpore, ſed mens eſt aegro magis aegra, malique In circumſpectu ſtat ſine fine ſui. Plin. 11, 37 Ceruix flexilis ad circumſpectum, articulorum nodis iungitur.

CIRCVMSPICIENTIA, ae. f. [περισκοπή] *Idem.* Gell. 14, 2 Multa et anxia cura, et circumſpicientia indigens.

CIRCVMSPECTIŌ, ōnis. f. [περίσκεψις] *Idem.* Cic. Acad. 4, 35 c. 11 Sin ex circumſpectione aliqua et accurata conſideratione, quod viſum ſit, *etc.*

CIRCVMSPECTE. Adu. [περιεσκεμμένως] Quinct. 9, 2, 69 Hoc parcius et circumſpectius faciendum, *i. conſideratius, diligentius.* Circumſpecte compoſiteque indutus Gell. 1, 5. Donare circumſpecte Sen. de Benef. 3, 14.

CIRCVMSPECTĀTOR, ōris. m. [περισκεπτής] *Cuius femininum,*

CIRCVMSPECTĀTRIX, īcis. f. *Quae huc et illuc aſpicit, et ſingula conſiderat.* Plaut. Aulul. 1, 1, 2 Exi inquam, age exi, exeundum hercle tibi hinc eſt foras, circumſpectatrix, cum oculis emiſſitiis. Apul. Apol. p. 323, 10 Improba iuuenum circumſpectatrix. *Eidem mox*, Illices oculos *tribuit.*

CIRCVMSPIRACVLVM, i. n. Per magni circumſpiracula mundi Lucret. 6, 492. *Sed cum Creechio rectius diuiditur.*

CIRCVMSTAGNO, āre. Tertull. de Pudicit. 22 *pr.* Lacrimae circumſtagnant, *i. copioſe fluunt in conſpectu nouorum martyrum.*

CIRCVMSTĪPO, āre. [περιπυκνόω] Sil. 10, 453 Hannibal, et, magna circumſtipante caterua.

CIRCVMSTIPATVS, a, um. Part. *Vt*, Claud. 27, 595 Principis, et ducibus circumſtipata togatis Iure paludatae iam curia militat aulae.

CIRCVMSTO, ſtĭti, ſtĭtum, āre. [ἀμφίστημι, περίσταμαι] *Circumdare.* Cic. Att. 1, 16 Vt me circumſteterint, vt aperte iugula pro meo capite P. Clodio oſtentarint. Ciues circumſtant ſenatum Idem Cat. 1 c. 8. Aſſidentem conſpirati ſpecie officii circumſteterunt Suet. Caeſ. c. 82. Cic. in Catil. 1, 32 c. 13 Deſinant inſidiari domui ſuae Conſuli: circumſtare tribunal Praetoris vrbani: obſidere cum gladiis curiam. Idem Act. 1 in Verr. 52 c. 17 Circumſtant te ſummae Auctoritates: quae te obliuiſci laudis domeſticae non ſinant. *Et* Philipp. 10, 20 c. 10 Quum vero dies et noctes omnia nos circumſtent, non eſt noſtrum, nominisque Romani dubitare, eum ſpiritum, quem naturae quis debeat, patriae reddere.

CIRCVMSTANS, antis. Partic. [περιεστὼς] Liu. 21, 55 Tamen in tot circumſtantibus malis manſit aliquamdiu immota acies. Circumſtantes lectum Curt. 10, 5, 2. Regem Idem 5, 12, 9. Homines circumſtantes Quinctil. 4, 2, 22. Idem 10, 3, 30 Tot circumſtantibus indiciis. Res circumſtantes Auctor ad Herenn. 4, 68. *Et* c. 55 Demonſtratio eſt, cum ita res verbis exprimitur, vt geri negotium, et res ante oculos eſſe videatur. Id fieri poterit, ſi — a rebus conſequentibus, aut a circumſtantibus non recedemus. Quinctil. 5, 12, 4 Illa argumenta non oportet circumſtantibus obſcurare. Silvae circumſtantes Ouid. Met. 3, 441 Ad circumſtantes vertit ſua brachia ſiluas.

CIRCVMSTANTIA, ae. f. [περίστασις] Gell. 3, 7 Oſtendit exitium de loci importunitate, et hoſtium circumſtantia, *i. multitudine circumſtantium. Collectiue etiam ſumit idem* Gell. 14, 2 In his, quae exiſtere ſolent negotiorum ambagibus, et in ancipiti rationum diuerſarum circumſtantia, nihil quidquam nos libri iuuerunt. *Sic* Cui angelorum circumſtantia non ceſſat dicere SANCTVS, SANCTVS, SANCTVS Tertull. de Orat. c. 3. *Phyſici quam* circumſtantiam *dicant, doceat* Sen. Q. N. 2, 7 Sic corpora accipiunt *aquae*, vt ſemper in contrarium acceptis refluant, *(vrgeantque adeo et complexu arcto contineant illa corpora)* Hanc noſtri circumſtantiam, Graeci autem περίστασιν appellant, quae in aëre quoque, ſicut in aqua fit. Circumſtat enim *aër* omne corpus, a quo impellitur. *Denique collectiuum etiam eſt, cum ad actiones hominum refertur.* Quinct. 5, 10, 103 Praeſertim cum plurimae probationes in ipſo cauſarum complexu reperiantur, ita, vt ſint cum alia lite nulla communes — Hoc genus argumentorum ſane dicamus ex circumſtantia, quia περίστασιν dicere aliter non poſſumus, vel ex iis, quae cuiusque cauſae propria ſunt. Quinctiliani *igitur ſtilo et reliquorum* circumſtantia *eſt complexus earum, quas hodie vulgo* circumſtantias *vocare ſolent:* Res circumſtantes *ex* Auct. ad Herenn. *dixeris. Illius vulgaris intellectus non malus auctor* Boëthius de Differentiis topicis 4 *pr.* Theſis eſt ſine circumſtantiis quaeſtio. Rhetorica vero de quaeſtionibus circumſtantiarum multitudine incluſis tractat et diſſerit. Circumſtantiae vero ſunt, Quis, quid, vbi, quando, cur, quomodo, quibus adminiculis?

CIRCVMSTATIO, ōnis. f. [ἀμφίστασις] Gell. 7, 4 Ea circumſtatio militum, corona appellata ſit.

CIRCVMSTRĔPO, ui, ĭtum, ĕre. [περικτυπῶ] Seneca de Vita beata ad Gallionem 11 Non voco autem ſapientem, ſupra quem quidquam eſt, nedum voluptas. Atqui ab hac occupatus, quomodo reſiſtet labori ac periculo, egeſtati, et tot humanam vitam circumſtrepentibus minis? Certatim caeteri circumſtrepunt Tacit. Ann. 11, 31, 2. *Paſſiue* Idem Hiſt. 2, 44, 3 Legatus clamore ſeditioſorum ac fugacium circumſtrepitur.

CIRCVMSTREPĬTVS, a, um. Part. Apul. Apol. p. 322, 8 Feneſtrae canticis circumſtrepitae. Sidon. Epiſt. 7, 9 Aures incondito tumultu circumſtrepitae.

CIRCVMSTRIDENS, entis. Part. Circumſtridentium terror laruarum Ammian. 14, 11.

CIRCVMSTRINGO, ĕre. Qua in humerum adhaeret, nihil circumfulcit, nihil circumſtringit Tertull. de Pall. c. 5. Linteo circumſtringi Id. de Cor. Mil. c. 8.

CIRCVMSTRICTVS, a, um. Part. Habitus ceruicibus circumſtrictus Tertull. de Pall. c. 1.

CIRCVMSTRVO, xi, ctum, ĕre. [περικατασκευάζω] Plin. 11, 6

His deinde fores quoque latiores circumſtruunt. Circumſtruere vndique lapidibus Plin. 19, 8.

CIRCVMSTRVCTVS, a, um. Part. Colum. 9, 6, 4 Opere laterito circumſtructis aluis. *Conf.* Ib. 7, 2 Alnearia praeterquam a tergo circumſtructa. Suet. Domit. 4 Circumſtructo iuxta Tiberim lacu.

CIRCVMSVDO, āre. [περιιδρόω] Plin. 14, 1 Stipatae vinaccis circumſudantibus.

CIRCVMSVO, ui, ūtum, ĕre. [περιρράπτω] Plin. 4, 16 Vitilibusque nauigiis circumſutis corio aduehi. Idem 7, 56 *extr.* Etiam nunc in Britannico Oceano vitiles *(naues)* corio circumſutae fiunt. *Vid. etiam* Celſ. 8, 5.

CIRCVMSVRGO, ĕre. Circumſurgentibus iugis Tacit. Ann. 1, 64, 4. In media parte Circumſurgente quodam nodo Celſ. 7, 15.

CIRCVMTĔGO, xi, ctum, ĕre [περισκεπάζω] Plaut. Mil. 2, 2, 80 Meus herus eliphanti corio circumtectus, non ſuo eſt. *Al.* circumtextus, *aut* circumtentus. Caelum circumtegit omnia Lucret. 1, 1094.

CIRCVMTENEO, ēre. Dolores Circumtenebunt ſaeculum Vulg. 4 Eſdr. 16, 40.

CIRCVMTENTVS, a, um. Part. Circumtento linteolis vaſculo Cael. Aurel. 3, 17, 174.

CIRCVMTERGEO, ēre. Panno, oleo, vncto, tangito et Circumtergeto Cato R. R. c. 76. *al.* circumtergito.

CIRCVMTEXO, xui, xtum, ĕre. [περιυφαίνω] Virgil. Aen. 1, 649 Et circumtextum croceo velamen acantho.

CIRCVMTEXTVM, i. n. Amictus genus, quod purpuram circum habeat, Feſtus.

CIRCVMTEXTVRA, ae. f. Extima membrorum circumtextura coërcet Lucret. 4, 648. *Sed meliores* Circumcaeſura.

CIRCVMTINNIO, īre. Apes perterritas, quo voluerit, perducet circumtinniendo aere Varro R. R. 3, 16.

CIRCVMTOLLO, ĕre. Circumtollere exteriorem corticem C. Aurel. Acut. 3, 4.

CIRCVMTONDEO, di, ſum, ēre. [περικείρω] *Hinc*

CIRCVMTONSVS, a, um. Part. Sueton. in Auguſt. 45 Nam hiſtrionum licentiam adeo compeſcuit, vt Stephanionem togatarium, cui in puerilem habitum circumtonſam matronam miniſtraſſe compererat, per trina theatra virgis caeſum relegauerit. Varro *ap.* Non. 2, 847 Alii ita ſunt Circumtonſi et terti atque vnctuli, vt mangonis eſſe videantur ſerui. Oratio circumtonſa et fucata Senec. Epiſt. 115. Pinus circumtonſae Petron. 131.

CIRCVMTŎNO, ui, itum, āre. [περιβροντάω] Horat. Serm. 2, 3, 223 Quem cepit vitrea fama, Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruentis. *h. e. prae ardore belli inſanus et furioſus eſt, et, vt Graeci dicunt,* ἐμβρόντητος. *Nam tonitru homines de ſtatu mentis et prudentia deiiciuntur. Vid.* ATTONITVS. Saeuisque virum circumtonat armis Sil. 4, 254. Claud. in Rufin. 1, 274 Illiſa montem circumtonat vnda *torrens.* Strepitu circumtonare aliquem locum Sil. 6, 216.

CIRCVMTORQVEO, ēre. Prenſo loro retrorſum me Circumtorquet Apul. Met. 6 p. 186.

CIRCVMTRAHO, ĕre. Hoſtem mirandum in modum Circumtrahens Dict. Cret. 3, 15.

CIRCVMTRĔMO, ui, ĕre. [περιτρέμω] Lucret. 1, 1087 Atque ideo totum circumtremere aethera ſignis.

CIRCVMTREPIDO, āre. Artos circumtrepidare cauos Phaedr. 4, 5, 3. *Sed praeſtat diuidere.*

CIRCVMTVEOR, ēri. Apul. Flor. p. 341.

CIRCVMTVMVLATVS, a, um. Sed chaos et nigro ſquallentia pumice ſaxa Gaudent ferali Circumtumulata cupreſſu Petr. c. 120.

CIRCVMVĀDO, ſi, ſum, ĕre. [περιεισβάλλω] *Inuadendo circumdare: Vt,* Redeuntem canes circumuaſere noctu Plin. 9, 30. Liu. 9, 40 Is nouus additus terror, quum ex vtraque parte circumuaſiſſet aciem. *Et* Quum tantus vndique terror circumuaſiſſet Liu. 34, 38, 6. *Id.* Liu. . . . Repente anceps terror hinc muros aſcendentibus Romanis, illinc arce capta, barbaros circumuaſit. *Paſſiue.* Ammian. 20, 6 Circumuaditur ciuitas a quibusdam vehentibus ſcalas.

CIRCVMVAGOR, āri. Vitruu. 5, 8 Circumuagando vox coacta.

CIRCVMVĂGVS, a, um. [περιπλάνης] *Vt,* Oceanus circumuagus Hor. Epod. 16, 41. *i. vagans, et vage fluctuans circum omnem terram.* Aethereae moles circumuaga flammae Lucan. ad Piſon. v. 19 *Periphraſis eſt Solis. Add.* Prud. Pſychom. 814.

CIRCVMVALLO, āre. [περιβάλλω] *Vallo munire.* Caeſ. Bell. Gall. 7, 11 Oppidum oppugnare inſtituit, idque biduo circumuallauit. Cic. Att. 9, 12 Legebam tuas literas XIII Cal. quum mihi epiſtola affertur a Lepta, circumuallatum eſſe Pompeium. Non dubium eſt, quin caſtra circumuallaturi ſint Liu. 10, 35. Aciem denſo orbe circumuallare Sil. 7, 583. *Metaphor.* Ter. Adelph. 3, 2, 4 Tot res repente circumuallant, vnde emergi non poteſt. *Vbi* Donatus, Circumuallant ſe circa nos, et ſtipant ſe inuicem. nam circumuallamus nos et alios. tamen rara loquutio eſt. Et circumuallant dixit, velut inimica acies contra nos. et ideo addidit, Vnde emergi non poteſt. Quum impreſſio eſt hoſtium, ſic dicitur.

CIRCVMVALLĀTVS, a, um. Partic. [περιβεβλημένος] Liu. 3, 25 Luce prima iam circumuallati ab Dictatore erant, *etc.* Bellona circumuallata Senatu. Claud. Paneg. 7, . .

CIRCVMVĔHO, xi, ctum, ĕre. [περιάγω] Caeſ. Bell. Gall. 7, 45 Muliones circumuehi iubet. Claſſe circumuehi Liu. 8, 26.

CIRCVMVĔHENS, entis. Nepos 13, 2, 1 Praefectus circumvehens Peloponeſum.

CIRCVMVECTVS, a, um. Part. Plaut. Moſt. 4, 3, 3 In terras oraſque vltimas circumuectus. Equo circumuectus Liu. 3, 28. Montes circumuectus Idem 21, 60. Id. 22, 31 *pr.* Seruilius cum claſſe circumuectus Sardiniae et Corſicae oram. *Vid.* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 63.

CIRCVMVECTIO, ōnis. f. [περιαγωγή] Cic. Att. 2, 16 Illud tamen, quod ſcribit, animaduertas velim, de portorio circumuectionis. Idem de Vniuerſ. 26 c. 8 Vt terram Lunae curſus proxime ambiret: eique ſupra terram proxima Solis circumuectio eſſet.

CIRCVMVECTO, āre. Frequent. [περιάγω] Plaut. Rud. 4, 2, 28 Oppida circumuectabor, *ſubaudi, Per. Metaphor.* Virg. Georg. 3, 285 Singula dum capti circumuectamur amore. *Vbi* Seruius, Dum ſpeciatim ſingula deſcribimus.

CIRCVMVELO, āre. Aurato circumuelatur amictu Ouid. Met. 14, 263.

CIRCVMVENIO, ēni, entum, īre. [κυκλόω] *Circumdare, ſepire.* Salluſt. Iug. 76 Vallo, foſſaque moenia circumuenit. Idem Iug. 57 Pro loco et tempore paratis rebus, cuncta moenia exercitu circumuenit. *Sic* Caeſar *paſſim, v. g.* B. C. 2, 34 Relicti ab iis, qui vna procurrerant leuis armaturae, circumueniebantur atque interficiebantur ab noſtris. *Et* Omnes iam ſe ab equitatu circumueniri arbitrabantur Id. ibid. Multitudine circumuenire Nep. 18, 5, 3. ¶ 2 *Hinc* Circumuenire *eſt Opprimere vel factione et vi, vel fraude, quae in primis frequens ratio eſt, adeo vt* circumuenire *ſimpliciter ſignificet decipere.* Cic. Off. 2, 51 Eoque maior ſi quando accidit, vt ei ſubueniatur, qui potentis alicuius opibus circumueniri vrgerique videtur. Id. Verr. 1, 93 c. 37 Iam te non Siculi, non Oratores, vt dictitas, circumueniunt. *Et* Verr. 4, 17 c. 8 Quid te a Centuripina ciuitate ab Haleſina — circumueniri atque opprimi dicis? Ter. Phorm. 4, 3, 9 Tune dixeras huic? facinus indignum Chreme ſic circumueniri. *Sed meliores* circumiri. Vlp. in l. ſi fideiuſſor §. ſi quum debitor D. mandati, Debuit enim debitor notum facere fideiuſſori, iam ſe ſoluiſſe: ne forte creditor obrepat, et Ignorantiam eius circumueniat, et excutiat ei ſummam in quam fideiuſſit. Leges circumuenire *eſt In fraudem legum aliquid facere,* l. 123. in fin. Dig. de Legat. 1. Cic. pro Roſc. Com. 25 Itane vero, quem per arbitrum circumuenire non poſſes, cuius de ea re proprium non erat iudicium, nunc per iudicem condemnabis? Acerbum eſt ab aliquo circumueniri: acerbius a propinquo Cic. pro Quint. 95 c. 31. Idem de Clar. Orat. 260 c. 75 Siſenna defendens dixit, quaedam *Ruſii* ſpectabilia eſſe crimina. Tum C. Ruſius, Circumuenior, inquit, Iudices, niſi ſubuenitis. Siſenna, quid dicas neſcio, metuo inſidias. Dolo circumuenire Iuſtin. 27, 1, 7. Fraude inſidiarum circumuenire Idem 1, 8, 9. Cic. pro Cluent. 192 Mulierem quandam Larino Romam proficiſci cum magno comitatu et pecunia, quo facilius circumuenire iudicio capitis atque opprimere filium poſſet. Caeſ. Bell. Gall. 1, 42 Vereri ſe, ne per inſidias ab eo circumueniretur. ¶ 3 *Etiam de rebus inanimatis, certe ratione carentibus, accipitur.* Hor. A. P. 169 Multa ſenem circumueniunt incommoda. Virg. Aen. 6, 132 Cocytusque ſinu labens circumvenit atro. Tac. Ann. 2, 6 Rhenus vno alueo continuus, aut modicas inſulas circumueniens. *Sic* Zona circumuenienti praecingere aliquem Petron. c. 114. *Et* Valer. Argon. 1, 400 Vacua nam lapſus ab arbore paruum Ter quater ardenti tergo circumuenit anguis.

CIRCVMVENTVS, a, um. Partic. *Vt,* Cerua lupis circumventa Stat. Theb. 5, 165. Liu. 4, 33 Circumuentos et a fronte et ab tergo vrgere. Fabius a proximis militibus circumuentus interficitur Caeſ. B. C. 2, 35. Salluſt. Iug. 68 Peruenit in quandam planitiem locis paullo ſuperioribus circumuentam. Innocens pecunia circumventus Cic. pro Cluent. 79. *i. Oppreſſus et damnatus.* Salluſt. in Catil. 31 *extr.* At Catilina ex itinere plerisque conſularibus, praeterea optimo cuique literas mittit, ſe falſis criminibus circumuentum, quoniam factioni inimicorum reſiſtere nequiuerit, fortunae cedere. Hoſtili cuſtodia circumuentus Sen. Ep. 9. Inſidiis circumuentus Iuſtin. 1c 1, 7. *Conf.* Nep. 23, 4, 3. Iudicio iniquorum circumuentus *Socrates* Cic. Tuſc. 1, 98 c. 41. Morbo, exilio, atque inopia circumuentu Idem de Finib. 4, 62. Malo circumuenti Scribon. 186. Salluſt. Catil. 21 Petere Conſulatum C. Antonium, quem ſibi collegam fore ſperabat, hominem familiarem, et omnibus Neceſſitudinibus circumuentum, cum eo ſe Conſule initium agendi belli facturum. Pericu circumuentus Cic. anteq. iret in exil. 16. Ancipiti periculo Iuſtin. 26, 1, 10.

CIRCVMVENTIO, ōnis. f. *Deceptio.* l. 17. Dig. de Minorib. Allegatio circumuentionis aduerſarii. Circumuentiones Auguſt. de Ciu. Dei 22, 22.

CIRCVMVENTOR, ōris. m. *Deceptor.* Lamprid. in Alexandro 66 Amicos ſanctos et venerabiles habuit, non circumuentores ſui, non irriſores, *etc.*

CIRCVMVENTORIVS, a, um. Adi. Auguſtin. Confeſſ. 3, 3 Circumuentoria obſequia daemoniorum.

CIRCVMVERRO, *vnde* CIRCVMVERSVS, a, um. Focum purum circumuerſum quotidie habeat Cato R. R. c. 143. *Facciolatus pro aduerbio habet.*

CIRCVMVERTO, ĕre. [περιστρέφω] Plaut. Perſ. 3, 3, 37 C tius iam a foro argentarii abeunt, quam in curſu rotula circumuertitu Circumuertere aliquem argento Plaut. Pſeud. 1, 5, 127. *i. dolis auferre argentum. Proprie* Ouid. Met. 15, 522

Nec vires tamen has rabies ſuperaſſet equorum,
Ni rota perpetuum quae circumuertitur axem,
Stipitis occurſu fracta et disiecta fuiſſet.

Vt circumuerteres mancipium, aut ſi vna voce liberum eſſe iuſſeri Quinctil. Decl. 34, 2 *de ritu manumiſſionis, et quae dabimus in* VERTI *ſeruum, et* VERTIGO, *it.* CIRCVMAGO.

CICRVMVERSIO, ōnis. f. Quinct. 11, 3, 105 Circumuerſio manus

CIRCVMVERSOR, āri. [περιειλέομαι] Lucret. 6, 199 Nunc hinc, nunc illinc fremitus per nubila mittunt Quaerentesque viam circumuerſantur, *etc. De ventis. Add.* Id. 5, 521 Auien. Progr Arat. v. 204.

CIRCVMVESTIO, īre. [ἀμφικαλύπτω] Plin. 17, 23 Vernacul. putatio deiectis per ramos vitium crinibus circumueſtit arborem. Cic de Orat. 3, 158 c. 39 Vt ille, qui occultantem conſulto, ne id, quod ageretur, intelligi poſſet, duobus translatis verbis ſimilitudine ipſ indicat, Quandoquidem iſte circumueſtit dictis, ſepit ſedulo.

CIRCVMVINCIO, inxi, inctum, īre. [περιδέω] Plaut. Rud 3, 4, 27 Quaſi murteta iuncis, item ego vos virgis circumuinciam.

CIRCVMVINCTVS, a, um. Part. Auienus Perieg. v. 331.

CIRCVMVĪSO, ĕre. Frequent. [περισκέπτομαι] Plaut. Amph 5, 1, 58 Sed angues oculis omnibus circumuiſere.

CIRCVMVNDIQVE. Adu. Gell. 14, 2 Semper ſe circumundique diſtrahentibus cauſis feſtinantes amici. *Et* Simulacra ſunt ſita circum vndique inaurata Gell. 13, 23 *pr.* Stat. Theb. 2, 228.

CIRCVMVŎLO, āre. [περίπτημι] Iaculo circumuolat alit campum Sil. 17, 416. Iocus circumuolat Venerem Hor. Carm. 2, 34. Mors me atris circumuolat alis Idem Serm. 2, 1, 58. Nc atra caua circumuolat vmbra Virg. Aen. 6, 867.

CIRCVMVOLANS, antis. Part. Vellei. 2, 27, 2 Circumuolat ordines exercitus ſui Teleſinus.

CIRCVMVOLĀTVS, a, um. Partic. paſſiuum [περιπτηθείς Plin. 10, 32 Halcyonem videre rariſſimum eſt, nec niſi Vergiliaru occaſu, et circa ſolſtitia brumamue, naue aliquando circumuolat ſtatim in latebras abeuntem.

CIRCVMVOLĬTO, āre. Frequent. [περιίπταμαι] Virg. Geor 1, 37

1, 377 Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo. Limina potentiorum circumuolitare Columella in praefat. operis ſ. 9. Sil. 9, 421 Et iuxta ſagulo circumuolitare rubenti Lictorem.

CIRCVMVOLITABĬLIS, e. Adi. Mart. Capella 6 p. 191 Hanc *(tellurem)* tener, et vitreis circumuolitabilis auris Aër complectens imbrificabat aquis. *Actiue, qui circumuolitat.*

CIRCVMVOLVO, ĕre. [περιειλέω] Plin. 10, 62 Serpentes coëunt complexu, adeo circumuolutae ſibi, vt vna exiſtimari biceps poſſit. Idem 16, 44 ſ. 92 Eſt et in Syria herba, quae vocatur Cadytas, non tantum arboribus, ſed ipſis etiam ſpinis circumuoluens ſeſe. Virg. Aen. 3, 284 Interea magnum ſol circumuoluitur annum, *i. circumuoluit ſe per circulum ſuum.* Annum *enim circulum proprie eſſe, ſuo loco obſeruamus.*

CIRCVMVOLVTA fiſtula Scribon. 47.

CIRCVMVOLŪTOR, āri. [περικυλίνδομαι] Plin. 8, 17 Feram vero circumuolutari non dubie blandientem, ſeſe conflictantem moerore, qui etiam in panthera intelligi poſſet.

CIRCVS, i. m. [κρίκος, κύκλος] *Idem quod annulus primum ſignificaſſe videtur, vt enim* annus annulus, *ita* circus circulus. *Origo ex Graeco κρίκος per metatheſin literarum ſollemnem. Eſt igitur* Circus *primo, vt ait* Non. 1, 74 Omnis ambitus vel gyrus, cuius diminutiuum eſt circulus. Accius, Quot luna circos annuo in curſu inſtitit. Cic. Arat. 248

Vidiſti magnum candentem ſerpere circum.
Lacteus hic nimio fulgens candore notatur.
Hic non perpetuum detexens conficit orbem *etc.*

*Et* Somn. Scip. 7 c. 3 Splendidiſſimo candore inter Flammas circus elucens, quem vos, vt a Graiis accepiſtis, Orbem lacteum nuncupatis. Macrobius *ad h. l.* 1, 15 Orbis hic idem quod Circus, in Lactei appellatione ſignificat. ¶ 2 *Figura plana, rotunda, vt* orbis, *et* Circulus. Non. 5, 38 Inter Circum et Globum hoc intereſt. Circus eſt planities rotunda, vt circuitus *(forte* Circulus) Globus ſoliditas vndique verſum rotunda, vt eſt Sphaera et ſtaminum glomera. M. Tullius de Deorum natura 2 (47 c. 18) Quumque duae formae praeſtantiſſimae ſint, ex ſolidis globus: ſic enim σφαῖραν interpretari placet: ex planis autem circus *(editur hodie* Circulus *ſine mentione alterius lectionis)* aut orbis, qui κύκλος Graece dicitur *etc.* ¶ 3 *Hinc proprio velut nomine* Circus [Vet. Gl. ἱππόδρομος] *dictus eſt ſpatium Circularibus lineis incluſum, ludorum equeſtrium, curuliumque, itemque venationum ſpectaculis deſtinatum, ſedilibus, id eſt gradibus, circumdatum, et varie exornatum. Antiquitates et rationem totam* Circi *perſequitur* Caſſiod. Var. 3, 51. *Add.* Iſid. 18, 28. *Vterque indulget interpretationibus et Symbolis nihil ad nos pertinentibus. Multa de* Circo *obiter docet, cum ludos Circenſes deteſtatur* Tertull. de Spectac. 8 Circus Soli principaliter conſeruatur: cuius aedes medio ſpatio, et effigies de faſtigio aedis emicat — Qui ſpectaculum primum a Circa habent, Soli patri ſuo editum affirmant: ab ea et Circi appellationem argumentantur — Singula ornamenta Circi ſingula templa ſunt. Oua honori Caſtorum adſcribunt — Delphinos Neptuno vomunt columnae: Seſſias a ſementationibus, Meſſias a Meſſibus, Tutelinas a tutela fructuum, ſuſtinent. Ante has tres arae trinis Diis parent magnis, potentibus, valentibus. Eosdem Samothracas exiſtimant. Obeliſci enormitas – Soli proſtituta. — Frigebat daemonum Concilium ſine ſua Matre Magna; ea itaque illic praeſidet Euripo. Conſus — apud Metas ſub terra deliteſcit Murcias. Has quoque idolum fecit — *Sed haec Romae iam adultae: quin ſeneſcentis. Redeamus ad Origines.* Varro de L. L. 4, 32 p. 36, 38 Item Circus maximus dictus, quod circum ſpectaculis aedificatus, vbi ludi fiunt, et quod ibi circum metas, fertur pompa, et equi currunt. *Reliqua dabimus ex emendatione Scaligeri*, Itaque dicunt in Cornicularia *(comoedia)* milites ad vectim, quem circumeunt ludentes, Quid ceſſamus ludos facere, Circus noſter ecce adeſt. In circo primo vnde mittuntur equi, nunc dicuntur Carceres. Naeuius Oppidum appellat *etc.* Intimus Circus *(oppoſitus* primo, *vbi ſunt metae)* ad Murtium vocatus — quod ibi ſacellum etiam nunc Murtiae Veneris. Liu. 1, 35 *de Tarquinio Priſco* Ludos opulentius inſtructiusque, quam priores reges, *fecit.* Tum primum circo, qui nunc maximus dicitur, deſignatus locus eſt. Loca diuiſa patribus equitibusque vbi ſpectacula ſibi quisque facerent, Fori appellati. Spectauere furcis duodenos ab terra ſpectacula alta ſuſtinentibus pedes. Ludicrum fuit equi pugilesque ex Etruria maxime acciti. Sollemnes deinde annui manſere ludi, Romani Magnique varie appellati. *Reliquam hiſtoriam ex Liuio perſequi, alterius eſt operae. Itaque aliquot tantum loca ponemus, vnde de circo conſtare melius poſſit.* Ouid. Faſt. 4, 391 Circus erat pompa celeber, numeroque Deorum Primaque ventoſis palma petetur equis. Hi Cereris ludi *etc.* Plin. 8, 42 Nam in Circo ad currus iuncti equi non dubie intellectum adhortationis et gloriae fatentur. Gellius 5, 14 In Circo maximo venationis ampliſſimae pugna populo dabatur. Cic. de Legib. 2, 38 c. 15 Iam ludi publici, quoniam ſunt cauea, circoque diuiſi, ſint corporum certationes curſu, et pugilatione, luctatione, curriculisque equorum vsque ad certam victoriam circo conſtitutis (conſtitutae *coniic. Turnebus)* Cauea cantu, voce, ac fidibus et tibiis *etc. Itaque* Circum *et* theatrum *ſibi oppoſuit. Cum alluſione ad res Romanas canit* Virg. Aen. 5, 551 Ipſe omnem longo decedere circo. Infuſum populum et campos iubet eſſe patentes. *In circo plebeculae credulae et ſuperſtitioſae inſidiabantur, qui inde vocantur:* De circo aſtrologi Enn. *ap.* Cic. de Diu. 1 *extr. Vid. Anton. van Dale de Oraculis* p. 308. *In primis huc pertinet* Iuuen. 6, 587 *de ſuperſtitione mulierum,*

Plebeium poſitum eſt in circo et in aggere fatum,
Quae nudis longum oſtendit ceruicibus aurum,
Conſulit ante phalas delphinorumque columnas,
An ſaga vendenti nubat, caupone relicto?

Triuiales ex circo ludii Suet. Aug. c. 74. Ouid. Faſt. 5, 597 Sollemni ludos circo celebrate. Cic. Phil. 2, 110 c. 43 Neſcis heri quartum in circo diem ludorum Romanorum fuiſſe. Apertus circus, *i. Spatioſus* Ouid. Met. 12, 102. Apollinaris circus *e* Liu. 3, 63. *laudatur. Sed nomen* Circum *intruſit ibi Aldus. Vid. Gronou. Nec alia eius, puto, mentio.* Capax populi Ouid. de Arte Am. 1, 136. Martial. 10, 53 Ille ego ſum Scorpus clamoſi gloria circi, *i. auriga celeberrimus.* Hor. Serm. 1, 6, 113 Fallacem circum, veſpertinumque pererro Saepe forum. Fallacem *propter aſtrologos, et alios futurorum ſcientiam profeſſos, vel alioquin inſidiantes marſupiis.* Flaminius circus Cic. Att. 1, 14. *de hoc etiam* Varro L. L. 4, 32. Cic. poſt Red. in Sen. 12 c. 6 Cum vero in Circo Flaminio non a tribuno plebis conſul in concionem, ſed a latrone archipirata productus eſſet. *Apparet itaque, vt Theatra Graecorum, ſic Romanorum concionibus* Circum *interdum ſeruiiſſe. Sic* pro Planc. 55 c. 23 Num *ſuffragiorum emendorum cauſa* in Circo Flaminio deprehenſi. *Et* pro Sext. 33 c. 14 Iidem Conſules producti in Circo Flaminio in concionem — illa omnia — voce ac ſententia ſua comprobauerunt. *Etiam aliis populis Italiae hoc in more poſitum fuiſſe, indicat* Liu. 9, 42 Id aegre paſſi Hernici; concilium populorum omnium habentibus Anagninis in Circo, quem Maritimum vocant, — Populo Rom. bellum indixerunt. *Nobiliſſimus autem Romae* Circus Maximus, *de cuius Origine iam diximus ex* Liu. 1, 35. Foros *in* circo fecit *Tarquinius Superbus* ibid. 57. Carceres in Circo primum ſtatuti *memorantur* Liu. 8, 20. Veneris aedes prope circum Id. 10, 31. *Et* 33, 27 L. Stertinius fornicem in Circo maximo fecit, et ſigna *et* aurata impoſuit. *Et* 40, 2 Tempeſtas ſigna in Circo Maximo cum columnis, quibus ſuperſtabant, euertit. Circi Maximi *mentio etiam apud* Varron. 4, 32. Cic. Verr. 1, 154 c. 59 Quis a ſigno Vertumni in Circum Maximum venit, quin is vnoquoque gradu de auaritia tua commoneretur? quam tu viam thenſarum atque pompae eiusmodi exegiſti, *(ita iniuſte vicinos illos circa viam illam muniendam ornandam in magiſtratu tuo tractaſti)* vt tu ipſe illa ire non audeas *propter exſecrationes et inuidiam eorum, quos laeſiſti.* Rapidus Stat. Silu. 3, 5, 15. *propter equorum curſus.* Iuuen. Sat. 8, 59 Sic laudamus equum, facili cui plurima palma Feruet et exultat rauco victoria circo. Rauco, *propter clamorem fauentium et incitantium currentes illic aurigas, qui ad rauim, ſ. dum rauci fiant, clamant.* Cic. pro Muraen. 72 Vt locus et in circo, et in foro daretur amicis et tribulibus? *i. vnde ſpectarent.* Idem pro Muraen. 73 Quid ſtatuent in viros primarios, qui in circo totas tabernas tribulium cauſa compararunt? *Et* de Diu. 1, 55 c. 26 Seruus per circum cum virgis caederetur, ductus eſt. Mos beſtiis omnium gentium circum complendi Liu. 44, 9. *Vid.* CARCERES. DELPHINI. META. OVA. PODIVM. SPINA. ¶ 4 Circus, *genus accipitris it. gemma. Vid.* CIRCOS.

CIRCENSIS, e. Adi. *Ad circum pertinens, vel quod in circo fiebat. Dubitari enim non poteſt, quin a* Circo *ductum ſit hoc nomen, ridiculusque eſt* Seruius *ad* Aen. 8, 636 Circenſes dicti, *inquiens*, vel a circuitu, vel quod vbi nunc metae ſunt, olim gladii ponebantur, quos circumibant, dicti inde Circenſes ab enſibus *etc. Verum eſt, non fuiſſe* Circum *eo tempore, de quo* Virgilius l. c. Non procul hinc Romam, et raptas ſine more Sabinas Conſeſſu caueae, magnis Circenſibus actis. *Sed nempe* Circenſes *prolepſi quadam vſus vocat ludos illos, qui progreſſu temporis debebant a* Circo Circenſes *vocari: quod Poëtae eo minus vitio verti poteſt, cum iam Tarquinius Priſcus, vt vidimus modo,* locum circo maximo deſignarit. Varro *apud* Gell. 3, 10 Curricula Ludorum Circenſium ſollemnia Septem eſſe. Liu. 44, 9 Ludicrum Circenſe *(teſtudo faſtigiata)* ad vſum belli verſum *vt fuerit, enarrat.* Idem 44, 18 Ludis Circenſibus P. Cornelii Scipionis — ſexaginta tres Africanas, et quadraginta vrſos et elephantos luſiſſe, notatum eſt. Cic. Verr. 4, 33 c. 15 Ludis Circenſibus — cum eſſent triclinia ſtrata, argentumque expoſitum in aedibus. Pompa Circenſis Sueton. Caeſ. 76. Deſcribitur ea Ouid. Am. 3, 2, 43 ſqq. *Add. viri docti ad Sueton. l. c.* Tomentum circenſe *vid. ſ. l.*

CIRCŬLVS, i. m. [κύκλος] *Diminut. ex* Circus, *cuius etiam primam ſignificationem habet. Nempe aut lineam notat aequis ſpatiis a puncto ſuo diſtantem, atque in ſe redeuntem, aut orbem tali linea concluſum. Quam cum* circo *conueniat, docet locus* Cic. de Nat. Deor. 2, 47 c. 18 Quumque duae formae praeſtantes ſint, ex ſolidis globus (ſic enim ſphaeram interpretari placet) ex planis autem circulus aut orbis, κύκλος Graece dicitur, *vbi* Non. 5, 38 *legit* circus, *vt modo obſeruabamus.* Frontin. Agrim. *apud Goeſ.* p. 34 Circulus eſt plana forma, ſub vna linea comprehenſa, ad quam ab vno ſigno *(i. puncto Gr.* σημεῖον*)* intra formam poſito omnes accedentes rectae lineae ſunt inter ſe pares. Hygin. de Limit. ibid. p. 172 Polum *(caelum)* quinque circulis diuidunt — Quinque circulis haec nomina aſſignant. ſummum, frigidiſſimae partis principium Septentrionalem appellant: ſecundum ab eo, Solſtitialem: ab hoc deinde, qui medium polum diuidit, Aequinoctialem: quod in eo Sol diei et noctis horas aequet. Ab hoc deinde, qui eſt Aequinoctiali proximus, brumalem appellant: nam et Solſtitialis eſt ordinatus. Septentrionali deinde ſeſcontrarium (*ſ.* Subcontrarium) Auſtralem appellant. Circulus autem zodiacus, cuius fines Sol negatur excedere, ex circulo Solſtitiali ad Brumalem per diagonum oſtenditur, ita vt ex vtraque parte Meridianum (*i.* Aequinoctialem) circulum medium ſecet. Per hunc Sol ire fertur, et orbem terrarum vinginti et quatuor horis circumire. *Conſ.* Hygin. Aſtron. Poët. 1, 6 ſq. *et* 4, 1 ſqq. Circulus ad Boream fulgentem ſuſtinet arcton Manil. 1, 564. Quid eſt quod arctum circulum Sol iam recurrens deſerit Prud. Cath. 11 *pr. Signat tempus a bruma proximum. Conſ.* Varr. L. L. 8, 18. Lacteus circulus, *vid.* LAC. Signifer Vitr. 6, 1. *i. Zodiacus.* Circulos ſuos orbesque conficiunt celeritate mirabili ſtellae Cic. de Somn. Scip. 6 c. 3. *Ab his Aſtronomorum* Circulis *ad temporum in ſua initia recurrentium velut* orbes, annulos, annos *nomen hoc translatum eſt.* Sen. Epiſt. 12 Eſt deinde ipſe Annus, in ſe omnia continens tempora, quorum multiplicatione vita componitur. Menſis arctiore praecingitur circulo: anguſtiſſimum habet dies gyrum. ¶ 2 *Cum in* circulum *ſtare ſoleant colloquendi cauſa homines, quod haec forma commodiſſima ſit, qua plures vnus videre et cum his agere poſſit: hinc* Circulus *pro aliquot hominibus forte conuenientibus et confabulantibus poni ſolet.* Cic. de Fin. 5, 56 c. 20 Quin etiam inertiſſimos homines videmus, quum non habeant ingenuas ex doctrina oblectationes, circulos aliquos, aut ſemicirculos (ſeſſiunculos *al.*) conſectari. Gell. 15, 9 Circulos iuuenum eruditiorum *memorat.* Liu. 44, 22 In omnibus circulis, atque etiam (ſi diis placet) in conuiuiis ſunt, qui exercitus in Macedoniam ducant. Cic. Att. 2, 18 Attamen in oppreſſione, ſermo in circulis duntaxat, et in conuiuiis eſt liberior quam fuit: vincere incipit ſermonem dolor, ſed ita, vt omnia ſint pleniſſima deſperationis. Cato *apud* Quinctil. 6, 3, 10 *in deſcriptione hominis vrbani*, Sermones, circulos, conuiuia, conciones *coniungit, in quibus, ille commode dicat. Id.* Quinctil. 2, 12, 10 Circulus pullatus *multitudo hominum infimi generis. Et* 12, 10, 74 Ducit animos naturali voluptate vox omnis: neque aliunde illi per fora atque aggerem circuli? Cic. de Orat. 1, 159 c. 34 Si quemcumque patremfamilias arripuiſſetis ex aliquo circulo, eadem vobis percontantibus reſpondiſſet. Cic. de Orat. 1, 174 Tu mihi quum in circulo decipiare aduerſarii ſtipulatiuncula, *etc.* Quum in circulum veniſſet, in quo aut de rep. diſputaretur, aut de philoſophia ſermo haberetur Nep. 15, 3, 3. Quum frequentis populi circulo conſeptus

coronae circumſtantium fata enodaret Apul. Mileſ. 2 p. 120. *Etiam de maiori numero* Cic. Q. Frat. 3, 4 Cato is direptis tabellis de circulo ſe ſubduxit: *de conuentu iudicum.* ¶ 3 *Etiam res aliae circulari forma praeditae* circuli *appellatione veniunt.* *Sic* Virg. Aen. 5, 559 Flexilis obtorti per collum it circulus auri. *i. collare.* *Sed et* circulos *appenſos auribus, conſtat ex* Ezechiele 16, 12 Dedi circulos auribus tuis. *Item naribus,* Iob. 40, 21 Numquid pones circulum in naribus eius? vbi D. Hieron. ait, inter caetera ornamenta mulierum ſolere aureos annulos in os ex fronte pendere, et imminere naribus. Circulus, *opus piſtorium a figura dictum, vid.* Varr. L. L. 4, 22 Dulcia et circuli et quaecunque voluptas puerilis Vopiſc. Tac. c. 6. Plin. 14, 21 Circulis vaſa cingere. *Et* 16, 18 ſ. 30 *de* betulla, Circulis flexibilis, item corbium coſtis. *Sic* ¶ 4 Circlus *per ſyncopen, pro* Circulo. Virg. Georg. 3, 166 Ac primum laxos tenui de vimine circlos Ceruici ſubnecte. *Tales ſunt* circuli e ſarmentis Plin. 29, 4 ſ. 25.

CIRCELLVS, i. m. Dimin. *genus farciminis* Apic. 2, 5 Circelli iſiciati. Reples inteſtinum impenſa iſicii, et circellum facies rotundum, fumas *etc.*

CIRCVLO, āre. [κυκλόω] *Circumdare.* Columel. 11, 3, 54 *de Cappare,* Iſque *locus* debebit ante circulari foſſula, quae repleatur lapidibus et calce. *Sic primae editt. Alii codices habent* Circumdari. Digitos Apul. Flor. p. 330, 28. Annuli orbiculum Id. Florid. 2 p. 346, 21 ¶ 2 Circulari, *circulum facere, in circulo conſiſtere cum aliis.* Cic. de Clar. Orat. 200 c. 54 Videt oſcitantem iudicem, colloquentem cum altero, nonnunquam etiam circulantem, mittentem ad horas, quaeſitorem vt dimittat rogantem: intelligit, oratorem in ea cauſa non adeſſe. Circulantem, *i. In circulo caput conferentem, quod indicium eſt auditoris oratori non auſcultantis, nec animum orationi aduertentis.* *Budaeus.* *Nec aliter,* *Victor. V. L.* 8, 13. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 64 Totis vero caſtris milites circulari, et dolere, hoſtem ex manibus dimitti, *i. in circulos colligi, rumorum accipiendorum et ferendorum cauſa.* *Sic* Circulor, [ὀχλαγωγῶ Vet. Gloſſ.] Comitium facio Id. *Nempe* ¶ 3 *Eſt et Vagari oſtentandi artificii et quaeſtus faciendi cauſa: vt* agyrtae *et alii huius generis homines facere ſolent, ideoque* Circulatores *appellantur.* Sen. Epiſt. 40 Vis dicendi rapida atque abundans, aptior eſt circulanti, quam agenti rem ſeriam. *Vid. etiam* Idem Epiſt. 88. *et* 52. *Nempe in* circulis *oſtentant ſe tales.* Petron. 47 Sicut in circulis mos eſt, portenta aliqua facturos.

CIRCVLĀRIS, e. Adi. *Circuli formam habens,* *Vt* Saresb. 8, 2 Ambitus circularis. Flexus circulares Mart. Capella 6 p. 190. *Conſ.* 8 p. 274.

CIRCVLĀTVS, a, um. Part. *Legitur* Pondus circulatum Petron. 67 *Sed melius videtur* Circulatim approbari pondus, *h. e. apud omnes circum circa conuiuas.*

CIRCVLATIO, ōnis. f. *Ambitus, circulandi actus.* Vitruu. 9, 4 Mercurii ſtella ita peruolitat, vt trecenteſimo et ſexageſimo die per ſignorum ſpatia currens perueniat ad id ſignum, ex quo priore circulatione coepit facere curſum.

CIRCVLĀTOR, ōris. m. [ὀχλαγωγεὺς, ὀχλαγωγὸς, ἀγύρτης Vet. Gloſſ.] *Secundum* Paullum Iuriſc. l. vlt. D. extraord. crim. Qui ſerpentes circumſert ac proponit. Circulatores *igitur generatim ſunt, qui circulos ſectantur aut faciunt, circulos nempe hominum circumſtantium.* Celſ. 5, 27 Ideoque colubra ipſa tuto eſtur, ictus eius occidit: et ſi ſtupente ea (quod per quaedam medicamenta circulatores faciunt) in os digitum quis indidit, neque percuſſus eſt, nulla in ea ſaliua noxa eſt. Sen. Epiſt. 29 *de Philoſophis* in adulterio, in popina, in aula — Circulatores, qui philoſophiam honeſtius neglexiſſent, quam vendunt. Id. de Benef. 6, 11 *Puer* ad quaerendum et arceſſendum *aliquem miſſus* apud proximum circulatorem reſedit, et dum vagus atque erro vernaculis congregatur et ludit tranſeuntem, quem non quaeſierat inuenit. *Vtitur etiam* Petron. 68. Cic. Fam. 10, 32 Beſtiis vero ciues Romanos, in his circulatorem quendam auctionum notiſſimum hominem Hiſpali, quia deformis erat, obiecit. *Videtur eſſe, qui auctionum cauſa circulos facit vel obit. Sed variat lectio.* Apul. Met. 1 *in pr.* Circulatorem aſpexi equeſtrem ſpatham praeacutam mucrone infeſto deuoraſſe. Medici, qui περιοδευταὶ, id eſt circulatores vocantur l. 6 §. 1 D. de excuſat. *vbi honeſta appellatio eſt, niſi legendum* circitores *aut* circuitores.

CIRCVLĀTRIX, īcis. f. [ἀγυρτὶς] Martial. 10, 31 Et foeda linguae probra circulatricis, *in circulis nugas agentis.* *Add.* Phallicus Poëta Carm. 18. *vbi* Telethuſa Circulatrix *eſt ſcortum circumforaneum, ſaltationibus obſcoenis inuitans et irritans viros.*

CIRCVLATORIVS, a, um. Adi. [ἀγυρτικὸς] *Quod circulatorem decet aut iuuat.* Quinctilianus 10, 1, 8 Nobis copia cum iudicio paranda eſt, vim orandi, non circulatoriam voluptatem ſpectantibus. *Sic primum editum: poſt inuentum* Volubilitatem. Quinctil. 2, 4, 15 Extemporalis garrulitas, nec expectata cogitatio, et vix ſurgendi mora, circulatoriae vero iactationis eſt. Praeſtigiis circulatoriis ludere Tertull. Apolog. 23.

CIRCVLĀTIM. Adu. [κύκλῳ] Suet. Caeſ. 84 In ſummo publico luctu externarum gentium multitudo circulatim ſuo quaeque more lamentata eſt. *Vid.* CIRCVLATVS *ex Petronio.*

CIRIS, is. f. [Κεῖρις] *Dicitur Scylla, Niſi regis filia, mutata in auem* cirim, *quam* Alaudam *male quidam dicebant,* Egrettam ſ. Agrettam, Ardeae *cognatam vocant Scaligeri.* *Vid. poëma elegans et eruditum* Ciris, *quod Virgilio a plerisque doctis adſcribitur, cuius clauſula eſt,*

Sic inter ſeſe triſtes Haliaeetus (*quondam Niſus*) iras
Et Ciris memori ſeruant ad ſaecula fato.
Quacunque illa leuem fugiens ſecat aethera pennis,
Ecce inimicus atrox magno ſtridore per auras
Inſequitur Niſus, qua ſe fert Niſus ad auras,
Illa leuem fugiens raptim ſecat aethera pennis. *Vid.* SCYLLA.

CIRNEA, *vid.* CYRNEA.

CIRRHA, *non* CYRRHA, *vt quidam ſcribunt* [Κίῤῥα] *Vrbs Phocidis.* Plin. 4, 3 Vltra (*Locros*) Cirrhaei Phocidis campi, oppidum Cirrha. *Vicina ergo Delphis, et pro his, id eſt pro ſede Apollinis, a Poetis ſolet poni.* *Hinc* Mart. 1, 77 Quid tibi cum Cirrha? quid cum Permeſſidos vnda. *i. cum Phoebo et illius artibus poëticis.* Iuuen. 7, 64 Dominis Cirrhae Nyſaeque feruntur Pectora veſtra, *i. a Phoebo et Baccho.* Stat. Theb. 3, 474 Non Cirrha Deum promiſerit antro Certius, *i. Oraculum Delphica illa ſpecu fundi ſolitum certius iactat diuinandi facultatem.* *Add.* Sidon. Carm. 22, 137.

CIRRHAEVS, a, um. Adi. Cirrhaeos Phocidis campos *modo vidimus e* Plin. 4, 3. *In primis eſt Apollinis Epitheton.* Iuuenal. 13, 79 Cirrhaei ſpicula vatis *ſunt tela Apollinis* Lucan. 1, 64 Cirrhaea ſecreta mouentem Deum *vocat Apollinem.* Claudian. Gigantom. 35 Te Delphica laurus Stringat Porphyrion, Cirrhaeaque templa teneto: *Terra filio ſuo promittit locum et dignitatem Apollinis.* *Iterum* Lucan. 5, 95 Totius pars magna Iouis (*Stoice, animae mundi*) Cirrhaea per antra Exit, *i. per ſpecum Delphicam.* Stat. Theb. 3, 106 Cirrhaea virgo *Pythia eſt.*



CIRRVS, i. m. [βόστρυχος] *Crinis longior puerorum et adoleſcentulorum.* Varro Catone vel de Liberis educandis *apud* Non. 2, 196 Itaque Ambraciae primum capillum puerilem demtum: item cirros ad Apollinem ponere ſolent. Cirri Germanorum Tertull. de Virgin. Vel. 10. Iuuen. 13, 165 Madido torquentem cornua cirro *Germanum inter ea ponit, quae nemo miretur, i. interpretante Salmaſio, comam in nodum colligentem, quem* madidum *vocari ait, quod crebro eum lauarent Saponibus. Conſ. idem Salmaſ. de Coma* p. 339. *Hinc equis paſſim* Cirros *tribuit* Vegetius, *vt* 4, 2, 1, *vbi de* frontis *et* ceruicis cirris. *Sed etiam* 1, 56, 34 Cirri in articulis pedum, naturale ornamentum, non reſecandi. *Et* 4, 1, 2 Cirri tibiales *etc.* ¶ 2 Cirri, *etiam aliarum rerum ab illa ſimilitudine dicuntur, v. g. Polyporum capillamenta.* [πλεκτάναι] Plin. 25, 7 ſ. 33 Graeci plantagini ſimilem eſſe dixerunt, caule quadrato, folliculis cum ſemine inter ſe implexis, veluti in polyporum cirris. Idem 9, 28 ſ. 45 Sepiae et loligini — cirri, quibus venantur. Martial. 7, 19 Et Oſtreorum rapere liuidos cirros. Plin. 26, 7 ſ. 20 Ephedram *herbam* cirris numeroſam *dicit*, qui ſint iunci geniculati. *Add.* 26, 8 ſ. 37. *it.* 27, 4 ſ. 9 *de Androſace herba.* ¶ 3 Cirri *in capite auium, quales picus Martius et alauda et galeritat.* Plin. 11, 37 Et fulicarum generi dedit cirros: pico quoque Martio, et grui Balearicae. ¶ 4 Cirri *ſunt etiam Fimbriae, quae veſtibus praetexuntur.* Phaedr. 2, 5, 12 Tunica cirris dependentibus. *Vid. Salmaſ. in* Capitol. Pertinac. c. 8 p. 549 *Hack. Vid.* BIGERRA.

CIRRĀTVS, a, um. Adi. [βοστρυχωτὸς] *Capillatus.* Martial. 9, 30 Nec matutini cirrata caterua magiſtri. *Add.* Perſ. Sat. 1, 29 Ten' cirratorum centum dictata fuiſſe Pro nihilo pendas? *i. carmina tua centum adoleſcentulis dictata, qua ratione velut claſſicus factus es.* Cirratae Veſtes Capitol. in Pertinace c. 8.

CIRRIGER, a, um. Adi. *Idem.* Germani Claudian. . . . *Vid.* Iuuen. 13, 165 *quem laudamus in* CIRRVS.

CIRSION, i. n. Cauliculus eſt tener duum cubitorum, triangulo ſimilis, foliis ſpinoſis circumdatus. Spinae molles ſunt. Folia bouis linguae ſimilia, minora, ſubcandida, et in cacumine capitula purpurea, quae ſoluuntur in lanugines. Hanc herbam, radicemque eius adalligatam, dolores varicum ſanare tradunt. *Haec* Plin. 27, 8 ſ. 39.

CIRSOCELE, es. f. [κιρσοκήλη] Ramex, *qui* integris tunicis (*ſcroti*) innaſcitur, cum venae intumeſcunt. *Haec et plura, et ipſum Graecum nomen, habet* Celſus 7, 18.

## C I S

CIS. [ἐπὶ τάδε, ἐντὸς] *Praepoſitio, quae interiorem et propiorem partem ſ. faciem rei, quae pro termino aſſumitur, notat, ac ſaepe proinde montium et fluminum nominibus iungitur. Contrarium illi eſt* Trans *et* vltra: *idem ſignificat* Citra. Liu. 4, 17 Hic enim primus cis Anienem cum rege Veientium ſecundo praelio conflixit. Cic. Att. 7, 2 Quoad hoſtis cis Euphraten fuit. Cis paucos dies Plaut. Truc. 2, 3, 27. *i. intra paucos dies.* Cis hercle paucas tempeſtates Tranio augebis ruri numerum, *i. Propediem.* Plaut. Moſt. 1, 1, 17. *Quod* Non. 2, 180 Cis *ait* poſitum pro vltra, *illud falſum eſſe puto, nec attendiſſe ſatis Grammaticum ad perſonas loquentes. Laudat vero* Salluſt. Cis Rhenum atque intra mare noſtrum et Oceanum, niſi qua paludibus inuia fuit, perdomita. Varro lib. 20. Rhetor. Eo die cis Tiberim redeundum eſt. *Nempe hoc cum reſpectu ad Romam dicitur.* Cis Taurum Cic. Fam. 3, 8. *Paullo ante,* Trans Taurum *dixerat.* *Add.* Liu. 8, 14. *et* 38, 38. *Sed quod affertur* Plaut. Merc. prol. 76 Atque ea ſeſe cis vectatum vndique: *nihil eſt certi. Fluctuat nimis lectio.* Cis, citra, citimus facit, *inquit* Feſtus. *De quibus vide infra ſuo ordine.*

CISALPINVS, a, um. Adi. *Vt,* Ciſalpina Gallia *reſpectu Romae dicitur pars Italiae Alpibus ſubiecta, et a Gallorum occupata coloniis, quae ab vſu togae,* Togata Gallia dicitur. Cic. pro Lege Manil. 35 Inde quum ſe in Italiam recepiſſet, duabus Hiſpaniis et Gallia Ciſalpina praeſidiis ac nauibus confirmata, *etc.* *Sic memorat* Liu. 27, 38 Gallos Ciſalpinos, Liguresque.

CISIBILITES, Vinum dulce in Galatia naſcens, muſti ſaporem referens *apud* Plin. 14, 9 ſ. 11. *Sed Hard. emendauit* Scybelites.

CISIVM, i. n. [δίτροχον Vet. Gloſſ.] Genus vehiculi biroti, *inquit* Nonius 2, 139. Cic. Philipp. 2, 77 c. 31 Inde ciſio celeriter ad vrbem aduectus domum venit capite inuoluto. *Conſ.* pro S. Roſc. c. 7. Auſon. Epiſt. 8, 7 Vel ciſio triiugi, ſi placet, inſilias. Feſtus Plexemum Capſum in ciſio capſamue *fuiſſe docet.* Virgil. Catal. in Parodia Catull.

Sabinus ille, quem videtis, hoſpites
Ait fuiſſe Mulio celerrimus:
Neque vllius volantis impetum ciſI
Nequiſſe praeterire, ſiue Mantuam
Opus foret volare, ſiue Brixiam.

*Apparet vndique, ad celeritatem comparatum fuiſſe, vnde etiam Scheffer. de Re vehic.* 2, 18 *quaſi* Citium *dictum arbitratur.* Sen. Epiſt. 72 Quaedam ſunt, quae poſſis et in ciſio ſcribere: *Opponit* longiori in eodem loco morae. *Itaque emendatione non videtur opus eſſe: quam etiam tentat Schefferus l. c. qui caeteroquin diligenter egit de ciſio. Inter machinas notiſſimas* Ciſia *refert* Vitruu. 10, 1 *extr.*

CISIARIVS, i. m. *Qui ciſium agit.* Vlpian. l. Item quaeritur, in principio D. Locat. Si ciſiarius, id eſt carrucarius, dum caeteros tranſire contendit, ciſium euertit, et ſeruum quaſſauit, vel occidit, puto ex locato in eum eſſe actionem.

CISMARINVS, a, um. Saresb. Ep. 176 Ciſmarini et transmarini.

CISMONTĀNVS, a, um. Adi. Plin. 3, 12 Quibus iunguntur Auſinates ciſmontani.

CISORIVM, i. n. *Vt,* Oſſis ciſorium Veget. 2, 22, 1 *Inſtrumentum, quo os caedi poteſt.*

CISPELLO, uli, ultum, ĕre. *Citra pellere.* Plaut. Amph. 3, 4, 17 Inde optime ciſpellam virum, Ciſpellam, *i. Aſpellam, repellam, non ſinam vltra progredi, reiiciam.*

CISPIVS, i. m. [Κίσπιος] Mons eſt in Vrbe, Exquiliae regionis, de nomine cuiusdam dictus. Feſtus. *Add.* Gell. 15, 1. Varro de L. L. 4, 8 p. 15, 22 Eſquiliae duo montes habiti, quod pars Ciſpius mons ſuo antiquo nomine etiam nunc in ſacris appellatur — Ciſpius mons ſepticepſos apud aedem Iunonis Lucinae, vbi aedituus habere ſolet.

CISRHENĀNVS, a, um. Adi. Caeſ. Bell. Gall. 6, 2 Neruios, Aduaticos, ac Menapios, adiunctis Ciſrhenanis omnibus Germanis, eſſe in armis.

CISSANTHĔMVS, i. f. [κισσάνθεμος] *Epithcton generis* Cyclamini *apud* Plin. 25, 9 ſ. 68. *quaſi tu dicas* floris hederacei, *quod etiam deſcriptio indicat*, geniculatis caulibus, circa arbores ſe voluens, acinis hederae, ſed mollibus, flore candido *etc.*

CISSARON, i. n. *Eadem herba* Apul. de Herb. 17 *qui* 98 hederam nigram *appellat.*

CISSEVS, i. m. [Κισσεὺς] *Rex Thraciae, pater Hecubae vxoris Priami a quo,*

CISSEIS, ĭdis. f. [Κισσηὶς] *Ipſa Hecuba.* Virg. Aen. 7, 320 Ciſſeis praegnans ignes enixa iugales. *Add.* 10, 705.

CISSION, i. n. *Hedera nigra.* Apul. c. 98.

CISSOS, i. m. [κίσσος] Hedera *Graecis vocatur, qui Geopon.* 11, 30 *fabulantur Ciſſum Liberi patris amaſium, in hanc herbam conuerſum ei nomen feciſſe.* Plin. 16, 34 ſ. 62. *ſpeciei nomen videtur facere:* Eſt et rigens edera, quae ſine adminiculo ſtat, ſola omnium generum ob id vocata Ciſſos. E diuerſo non niſi humi repens chamaeciſſos.

CISSITIS, ĭdis. f. Gemma Plin. 37, 11 ſ. 73 Ciſſitis in candido perlucet ederae foliis, quae totam tenent.

CISSYBIVM, *non* CISSYMBIVM, i. n. [Κισσύβιον] *Poculi genus Graeci, de quo* Macrob. Sat. 5, 21 Ciſſybii autem, vt de Homero taceam, qui hoc poculum Cyclopi ab Vlyſſe datum memorat, multi faciunt mentionem: voluntque nonnulli proprie Ciſſybium ligneum eſſe poculum ex edera, id eſt, κισσȣ̃ etc. *Eſt enim plane Graeca res: de qua etiam Caſaub. ad Athenaeum* 11, 7.

CISTA, ae. f. [κίϛη, κιϛὶς] *Genus vaſis viminei.* Columel. 12, 54, 2 Si multum liquoris fuerit, muriam duram adiicito, et ita eluito, et poſtea in quadratam ciſtam vimineam, quae neque ſpiſſe, ſolide tamen et craſſis viminibus contexta ſit, rapa componito. *Sic* Vitilibus ciſtis condi Plin. 15, 17. Id. 16, 11 ſ. 77. *de fico, ſalice, tilia, betulla* — Omnes ad ciſtas *vtiles*, quaeque flexili crate conſtant. Ouid. Met. 2, 554 Clauſerat Actaeo texta de vimine ciſta. Cic. Verr. 3, 197 c. 85 Quaternos HS. quos mihi Senatus decreuit, et ex aerario dedit, ego habebo, et in ciſtam transferam ex fiſco, *ex publico in priuatum. Huc pertinet* Effracta ciſta Hor. Epiſt. 1, 17, 54. Iuuen. Sat. 3, 206 Namque vetus Graecos ſeruabat ciſta libellos. *Ad ſacra praeſertim myſteria, et ſymbola Deorum aſſeruanda et circumferenda adhibebatur, vt* Catull. 63, 259. *de ſacris Bacchicis*, Pars obſcura cauis celebrabant orgia ciſtis, Orgia, quae fruſtra cupiunt audire profani. *De iisdem* Tib. 1, 8, 48 Et leuis occultis conſcia ciſta ſacris. Leuis *ob id ipſum, quod vitilis, ſ. viminea. Itaque capitibus impoſitae portabantur etiam a virginibus delicatis, Canephoris.* Plenas tacita formidine ciſtas *vocat* Val. Flacc. 2, 267. Apul. Met. 6 pr. *Pſyche Cererem obſecrat* per tacita ſacra ciſtarum. Idem Met. 11 p. 262, 18 Ferebatur ciſta ſecretorum capax penitus celans operta magnificae religionis. Ciſta *in iudiciis erat, in quam tabulae ponebantur in ferendis ſuffragiis*, Aſconius in Diuinationem Ciceronis 24 c. 7 In Diuinatione, et in aliis cauſis maioribus vniuerſi iudices in ciſtam tabulas ſimul coniiciebant ſuas, eaſque inſculptas literas habentes A. abſolutionis C. condemnationis *etc. Et p. p.* Conſtituere tabulas in Ciſta ponere ſignificat magis quam decernere. Ciſtae ſuffragiorum in comitiis Plin. 33, 2 ſ. 7. Ciſtas deiicere Auct. ad Herenn. 1, 22 c. 12.

CISTVLA, ae. f. Dimin. [κιϛίον] Martial. 4, 46 Parcae ciſtula non capax oliuae, *i. ciſtula non magna, in qua paucae oliuae.* Plaut. Amph. 1, 1, 264 Patera in ciſtula obſignata eſt ſigno Amphitruonis. *Conf.* Rud. 2, 3, 58. Apul. Met. 9 p. 236, 40 Hortulanus derepit in quandam ciſtulam, et ſupergeſto deliteſcit orificio.

CISTELLA, ae. f. [κιϛίδιον] *Diminut.* a Ciſtula *Diminutiuo.* Ter. Eun. 4, 6, 15 Ciſtellam Pythia domo effer cum monumentis. Ciſtella *talis, in qua Crepundia ineſſent, quibus puella agnoſceretur, nomen dedit fabulae* Plauti, *quae* CISTELLARIA *inde vocatur. Vid.* Act. 3 v. 7. Ciſtellam ſuffragiorum Auct. ad Heren. 1, 21 c. 12. *poſuit, pro Vaſe, quo ſuffragia populi in creandis magiſtratibus legibusque ferendis colligebantur, quam* Ciſtam *dici, modo oſtendimus.*

CISTELLVLA, ae. f. *Idem.* Plaut. Rud. 2, 3, 60 Vbinam ea fuit ciſtellula? AM. Concluſit ipſe in vidulum. *Add.* 4, 4, 34.

CISTELLĀTRIX, ĭcis. f. [κιϛοφόρος] Plaut. Trin. 2, 1, 22 Nox datur, ducitur familia tota, — cantrices, ciſtellatrices, nuntii, renuntii, raptores panis et peni. *Significare videtur Ancillam ciſtophoron, quae caniſtrum fert herae. Budaeus.*

CISTARTIVM, i. n. [κιϛάρτιον] *Panarium.* Vulg. Interpr. 1 Sam. 9, 7 Panis defecit in ciſtartiis noſtris. *Sed Ed. Sixti V.* Sarciis. *v. v.*

CISTĬFER, ĕri. m. [κιϛοφόρος] *Qui ſacrorum myſticorum ciſtis incluſorum arcana fert, vt in Cybelae myſteriis, Bacchi orgiis, et caeteris id genus.* Martial. 5, 17 Nupſiſti Gellia ciſtifero. *alii* Ciſtigero. *Hoc quidem apparet viliſſimae conditionis hominem intelligi.*

CISTERNA, ae. f. [δεξαμενὴ, ἐνδοχεῖον] *Locus in terra excauatus, in quo colligitur aqua pluuia.* Feſtus, Ciſterna dicta eſt quod eſt Cis, id eſt infra terram. Ciſternae ſeruandis imbribus Tac. Hiſt. 5, 12, 1. Vlpianus in l. 1 D. de fonte, Ciſternae autem imbribus concipiuntur. Idem in l. 21 Vulgaris. §. 5 Sed ſi de naui. D. de Furtis, Et quid ſi ciſterna vini ſit, quid dicet? aut aquae ciſterna? Ciſterna vini *eſt, quae* Lacus *alias vocatur, cauum in cella, quo vinum excipitur. Vid.* LACVS, *et Cuiac. Obſſ.* 10, 9. *Caeterum* Varro R. R. 1, 11, 2 Si omnino aqua non eſt viua, ciſternae faciundae ſub tectis, et lacus ſub dio, ex altero loco vt homines, ex altero vt pecus vti poſſit. *Ea poſitio fuit Rauennae, de qua* Martial. 3, 56 Sit ciſterna mihi quam vinea malo Rauennae, Cum poſſim multo vendere pluris aquam. *Quomodo et conſtruendae ſint,* ciſternae, *et vbi vitium fecerint, ſarciendae, docet* Pallad. 1, 17. *Add.* Plin. 36, 23 ſ. 52. Id. 31, 3 ſ. 21 Miratur ciſternarum aquas a quibusdam medicis probari.

CISTERNĪNVS, a, um. Adi. [δεξαμενινὸς] *Vt*, Columel. 12, 43, 6 Tota deinde vaſa in aqua fontana vel ciſternina ponderibus impoſitis mergi.

CISTHVS, i. m. [κισθὸς] *Arbuſcula.* Plin. 24, 10 ſ. 48 Graeci vicino *(ciſſo ſ. ederae)* vocabulo ciſthon appellant fruticem maiorem thymo, foliis ocimi. Duo genera, Flos maſculo roſaceus, feminae albus.

CISTIBĔRIS, is. m. *Qui cis Tiberim eſt.* Pompon. l. 2 §. 33 de Orig. Iur. Magiſtratus, quos Ciſtiberes diximus.

CISTOPHŎRVS, i. m. [κιϛοφόρος] *Proprie qui ciſtam geſtat. Eſt et Numi Aſiatici ſpecies, ſic appellati, quod in eo ciſtae eiusmodi myſticae cuſae eſſent: quod genus adhuc exſtat, tetradrachmi ſ. quatuor citer denariorum: quidquid ſit de loco Feſti. Nempe* Feſtus, Euboicum talentum numo Graeco ſeptem millium et quingentorum ciſtophorûm eſt, noſtro quatuor millium denariûm. Cic. Att. 11, 1 Ego in ciſtophoro in Aſia habeo ad H-S bis et vicies. Huius pecuniae permutatione fidem noſtram facile tuebere. Idem ibid. 1, 6 Scripſi ad Quaeſtores vrbanos de Q. fratris negotio. vide quid narrent, ecquae ſpes ſit denarii, an ciſtophoro Pompeiano iaceamus. *Quod Q. Ciceroni Aſiam regenti a Populo Romano in ſumtum dabatur, id ſibi ille denario, i. Romana pecunia, non ciſtophoro, qui numus erat Aſiaticus, curari volebat. Vide igitur, inquit Cicero, ecquae ſpes ſit denarii, an ciſtophoro contenti eſſe debeamus.* Pompeianum *appellat, quod in Aſia magnam pecuniam Pompeius in ciſtophoro habebat, quaeſitam quo tempore in iis regionibus contra Mithridatem bellum geſſit, e qua pecunia Quaeſtores numerari Quinto volebant, tantumdem ipſi poſtea Pompeio Romae denario numeraturi.* Turnebus Adu. 3, 5 *et* 21. Cic. pro Domo 52 c. 20 Sed quid ſi eidem negotium dediſſes, vt in Aſia ciſtophorum flagitaret? *Meminit etiam* Liu. 37, 46 *et* 39, 7. *in triumphis Aſiaticis. Et paſſim exſtant praeferentes ſerpentem ex ciſta erumpentem. De hoc numo exſtat diſſertatio Alex. Xau. Panelii, recenſita in Actis Erudit. Lipſ.* 1736.

## C I T

CITA, *vid.* CYTA, CYTAEI, CYTAEIS.

CITATVS, *vid.* CITO, citas *ſub* CIEO.

CITER *vid. poſt* CITRA.

CITERIA, ae. f. [κιτήρια] Appellatur Effigies quaedam arguta et loquax (*quî* loquax? *Puto eſſe ab interpolatore*) ridiculi gratia, quae in pompa vehi ſolita ſit. Cato in M. Caelium, Quid ego cum illo diſſertem amplius, quem ego denique credo in pompa vectitatum ire ludis pro citeria, atque cum ſpectatoribus ſermocinaturum? Feſtus. *Neque quisquam praeterea, quod obſeruatum ſit. Sed tamen vid. etiam* MANDVCVS *it.* PETREIA.

CITERIOR, *vid. poſt* CITRA *ſub* CITER.

CITHAERON, ōnis. m. [Κιθαιρὼν] *Mons Libero ſacer, de quo* Seruius *ad* Aen. 10, 192 Parnaſſus mons eſt Theſſaliae iuxta Boeotiam, qui in duo finditur iuga, Cithaeronem Liberi, et Heliconem Apollinis et Muſarum. Hunc Lactant. 1, 22, 15 Quia ſuper ipſo frequenter Orpheus citharae cantu perſonaret, Cithaeronem appellatum, *ſcribit.* Ouid. Met. 2, 223 Dindymaque, et Mycale, natusque ad ſacra Cithaeron. *Ibi enim ſancte colebatur Bacchus.* Seruius *monet* eſſe partem montis Parnaſſi refertam animalibus, *ad illud* Virg. Georg. 3, 43. *vbi venatorem* Vocat ingenti clamore Cithaeron, *etc. Sic* Sen. Oedip. 931 Ipſe tu ſcelerum *(Agaues et Bacchantium)* capax ſacer Cithaeron, vel feras in me tuis Emitte ſiluis: mitte vel rabidos canes. Nunc redde Agauen *(quae Penthea filium ibi lacerare incepit.)* Feſtus Cithaeron Ouid. Met. 3, 702. *Bacchantibus.* Nocturnus, *Nocte celebratus* Virg. Aen. 4, 303. Noxius Cithaeron dictus a Sen. Phoeniſſ. 256. *et* Infelix Val. Fl. 5, 81. *aut propter turpitudinem celebrantium illic orgia Baccharum, aut propter Penthea ibidem dilaniatum. Scribit ſine diphthongo, correpta penultima* Auſon. in Grypho ternarii numeri, v. 32 Sed Citheron totiens ternas ex aere ſacrauit, *int. Muſas.*

CITHĂRA, ae. f. [κιθάρα] *Inſtrumentum muſicum, cuius nomen hodiernae quoque linguae Europae retinent* Quitarre; *differentia a* Lyra *et* Chelye *ſ. teſtudine, non eſt facilis dictu. Agit de ea Scaliger ad* Manil. 5, 318. *et ex eo Voſſius in Etymol. Sed vereor, ne ingenio magis ſummi viri, quam teſtimoniis idoneis nitatur. Diuerſa tamen inſtrumenta facit* Sidonius in praefatione Panegyrici Anthemii Conſulis 6 Arcas *(Mercurius)* et Arcitenens *(Apollo)* fidibus ſtrepuere ſonoris, Doctior hic citharae pulſibus, ille lyrae. *Nempe* Apollinis cithara *eſt*, Mercurii *inuentum* Lyra, *quam ideo* fraternam *reſpectu* Apollinis *vocat* Hor. Od. 1, 21, 12. *Sic* Virg. Aen. 12, 394 Cui *(Iapygi)* Ipſe ſuas artes, ſua munera laetus Apollo, Augurium, citharamque dabat, celeresque ſagittas. Idem Aen. 6, 120. *de Orpheo* Thrëicia fretus cithara, fidibusque canoris, potuit manes arceſſere coniugis. Melpomene cui liquidam pater Vocem cum cithara dedit Hor. Od. 1, 24, 3. Quinctil. 1, 10, 3 Citharae ſonos nominibus ac ſpatiis diſtinguere. Id. 12, 10, 68 Muſici, cum in cithara quinque conſtituerunt ſonos, plurima deinde varietate complent ſpatia illa neruorum, atque iis, quos interpoſuerunt, inſerunt alios, vt pauci illi tranſitus multos gradus habeant. Strepitus citharae Hor. Epiſt. 1, 2, 31. Imbellis cithara Idem Carm. 1, 15, 15. Quinctil. 2, 8 *extr.* Sicut Cithara, ita oratio perfecta non eſt, niſi ab imo ad ſummum omnibus intenta neruis conſentiat. Reboant laqueata templa citharis Lucret. 2, 28. Suſcitare cithara tacentem Muſam Hor. Carm. 2, 10, 18. Cithara *et* Lyra *eodem vſurpantur ſignificatu.* Ouid. Faſt. 2, 104. *ſideris Lyrae deſcribens occaſum, ſimul et Arionis fabulam,* Ille metu pauidus, Mortem non deprecor, inquit: Sed liceat ſumta pauca referre lyra. *Paullo poſt* 115 Ille ſedet, citharamque tenet, pretiumque vehendi Cantat, et aequoreas carmine mulcet aquas. Iſidor. 3, 21 Forma citharae initio ſimilis fuiſſe traditur pectori humano — Nam pectus Dorica lingua κιθάρα vocatur. Paullatim autem plures eius ſpecies exſtiterunt, vt pſalteria, lyrae, barbita, phoenices, et pectides, et quae dicuntur Indicae *etc.* — Eſt autem ſimilitudo citharae barbaricae in modum Δ literae. — Cithara concauitatem ligni inferius habet. *Vid. de forma* Citharae, *quae dicemus in* CITHAROEDICVS: *quibus conſentiunt numi Apollinem referentes, qualis v. g. apud Beyer. n.* 12 *p.* 21.

CITHAROEDVS, i. m. [κιθαρῳδὸς] *Qui cithara ludit, et ſua ſimul voce accinit.* Quinctil. 1, 12, 3 An vero citharoedi non ſimul et memoriae, et ſono vocis, et pluribus flexibus ſeruiunt, cum interim alios neruos dextra percutiunt, alios laeua trahunt, continent, probant: ne pes quidem otioſus certam legem temporum ſeruat, et haec pariter omnia? *Hinc intelligitur illud* Cic. pro Muraen. c. 13 Vt aiunt in Graecis artificibus eos aüloedos eſſe, *(quae vocem ſuam tibiae ab alio inflatae iungunt)* qui citharoedi *(ob difficultatem commemoratam modo)* fieri non potuerunt: Sic nos videmus, qui oratores *(quod multo eſt difficilius)* euadere non potuerunt, eos ad iuris ſtudium *(facilius, ſed idem inferius)* deuenire. *Huc pertinere etiam puto illud* Varron. R. R. 2, 1, 3 Non omnes qui habent Citharam ſunt Citharoedi: *poſſunt nimirum* Cithariſtae *ſ.* Pſilocithariſtae *eſſe, qui ſolam citharam tractant, non ipſi accinunt.* Quinct. 4, 1, 2 Ὄιμη cantus eſt, et citharoedi pauca illa, quae ante quam legitimum certamen inchoënt, emerendi fauoris gratia canunt, Prooemium cògnominauerunt. Martial. 5, 57 Artes diſcere vult pecunioſas? Fac diſcat citharoedus aut choraules *eſſe.* Nero *apud* Sueton. 21 Nomen ſuum in albo profitentium citharoedorum iuſſit adſcribi. *Sunt ibi plura.* Cic. Tuſc. 5, 116 At vocem ci-

tharoedi non audiunt. Hor. in Arte Poët. 355 Citharoedus Ridetur, chorda qui ſemper oberrat eadem: *non qui eandem ſemper pulſat, ſed qui in eadem tangenda ſemper errat.*

CITHARICEN *fictum docendi cauſa nomen a* Varrone L. L. 7, 33 p. 96, 20 Cum a tibiis et canendo tibicen dicitur, quaerunt — cur non a cithara — citharicen.

CITHAROEDA, ae. f. *In veteri* Inſcript. *apud* Gruter. f. 654 n. 2. CLAVDIAE CITHAROEDAE CONIVGI OPTIMAE *etc.*

CITHAROEDĬCVS, a, um. Adi. [κιθαρῳδικὸς] *Vt*, Suet. in Neron. 25 Statuas ſuas citharoedico habitu *poni iuſſit: quem habitum, cum diſerta ipſius* Citharae *figura, (quae ab his, quae* Lyrae *eſſe dicuntur, nihil aut parum diſtat:) ex numis proferunt Torrentius et Patinus.* Ars citharoedica Plin. 9, 8. *et* Sueton. Neron. 40. Status citharoedicus Apul. Florid. p. 351.

CITHARISTA, ae. m. [κιθαριστὴς] *Qui citharam tantum pulſat, non etiam accinit, inquit Budaeus.* Cic. Verr. 1, 53 At etiam illum Aſpendium citharistam, de quo ſaepe audiſtis id quod eſt Graecis hominibus in prouerbio, quem omnia intus canere dicebant, ſuſtulit. *Vid.* CANERE intus.

CITHARISTRIA, ae. f. [κιθαρίστρια] *Quae cithara canit.* Ter. Phorm. 1, 2, 32 Continuo quandam nactus eſt puellulam citharistriam. Ibid. v. 59 *eandem vocat* Fidicinam, Ille qui illam amabat fidicinam. Ergo indifferenter, *inquit* Donatus.

CITHARIZO, āre. [κιθαρίζω] *Cithara canere.* Nep. 15, 2, 1 Nam et citharizare, et cantare ad chordarum ſonum doctus eſt a Dionyſio. *Metuo, ne ſit recentius verbum, Nepoti, vt alia, temere, inculcatum.*

CITHARVS *piſcis* e rhomborum genere peſſimus Plin. 32, 11 ſ. 53.

CITICVLA, ae. f. *Ab* Iſid. 4, 11. *inter inſtrumenta* medicorum *refertur.* Citicula eſt, in qua circumducta collyria reſoluuntur. Erit enim lenis. Nam aſpera frangi potius quam reſolui collyrium facit.

CITIMVS, *vid.* CITRA.

CITO, āre. CITATIM, CITATVS, CITO, adu. *vid.* CIEO.

CITOCACIVM, i. n. *Chamelaea herba.* Apul. de Herb. c. 111.

CITONIA *mala, eadem quae* alias cotonea. Theod. Med. de Diaeta c. 15. *Eſt a barbarie ſaeculi, vel librarii adeo, pro* Cydonia.

CITORVS, *vid.* CYTORVS.

CITRA. [ἐπὶ τάδε] *Praepoſitio faciem aut latus rei pro termino ſumtae, quod nobis propius eſt, indicans, accuſatiuo caſui ſeruiens: cui opponitur* Vltra; *a* Cis *deriuatur, cuius ſignificationem habet.* Caeſ. Bell. Gall. 6, 31 Qui ſunt citra Rhenum. Cic. Fam. 16, 2 Is locus eſt citra Leucadem ſtadia CXX. Id. Att. 16, 7 Citra flumen educere exercitum. Cic. Philipp. 6, 5 c. 3 Quum veniſſem Veliam, Brutus audivit. erat enim cum ſuis nauibus apud Haletem fluuium citra Veliam millia paſſuum III. pedibus ad me ſtatim. Citra mare natus Horat. Serm. 1, 10, 47. Idem Serm. 1, 1, 107 Sunt certi denique fines, Quos vltra citraque nequit conſiſtere rectum. ¶ 2 *Ad tempus relatum* Ante *ſignificat: vt nempe alias temporum et locorum vocabula permutantur.* Colum. 2, 8, 3 Citra Calendas. Gell. 12, 13 *obſeruat vſu loquentium* nihil ferme intereſſe *inter* ante, intra et citra Calendas. Ouid. Met. 8, 365 Forſitan et Pylius citra Troiana periſſet Tempora. *Et* Met. 10, 84 Citraque iuuentam Aetatis breue ver, et primos carpere flores. Quinctil. Decl. 12, 9 Aut citra rogos, aut ad rogos pugna eſt, *i. antequam ad rogos ventum eſt. Sic* Decl. 246 Vt ſtetur citra mortem. ¶ 3 *Ad aliarum quoque rerum modum ac terminos refertur, ad quos nondum peruentum eſſe indicat, vt* Intra. Ouid. Met. 10, 601 Nec virtus citra Genus eſt, *i. minor genere, non ſatis claritati illius reſpondens.* Celſ. 1, 2 Exercitationis plerumque finis eſſe debet ſudor, aut certe laſſitudo, quae citra Fatigationem ſit, *i. non ad fatigationem vſque progrediatur.* Cic. Orat. 58 Ipſa natura quaſi modularetur hominum orationem, in omni verbo poſuit acutam vocem *(accentum)* nec vna plus, nec a poſtrema Syllaba citra tertiam. *Quamquam hic fere commodius per* ante *interpreteris, et ad n. 2 referas. Tertia a fine ſyllaba, ſiue Antepenultima terminus eſt,* citra *quem, i. ante quam ad eum pronuntiando peruenias, non licet vocem acuere.* Colum. 7, 6, 5 Creat abortus *capris* glans, cum citra ſatietatem data eſt. Itaque niſi poteſt affatim praeberi, non eſt gregi permittenda. *Et* 9, 13, 2 Nil alioquin citra ſatietatem *(ſi ſumatur)* tali nocente cibo. *Sic* Ouid. Tr. 5, 8, 23 Vel quia peccaui citra ſcelus, *progreſſus vltra terminos honeſtatis quidem, ſed non ad ſcelus vſque.* Quinctil. 7, 2, 23 Siue inuicem accuſant, ſiue crimen reus citra accuſationem in aduerſarium vertit, *i. vt non ad accuſationem iuſtam progrediatur, cuius illa recriminatio initium videri poteſt. Hic* Citra *poteſt etiam reddi* ſine; *et a talibus videtur gradus factus ad hoc, vt* ¶ 4 Citra *pro* Sine *poſitum ſit.* Columel. 2, 2, 20 Sed citra hoc experimentum multa ſunt, quae et dulcem terram, et frumentis habilem ſignificent, vt iuncus et calamus. Quinctil. 12, 10, 9 Phidias — artifex — in ebore longe citra Aemulum. Citra Auctoritatem Senatus populique Suet. Caeſ. 28. Hermogenianus in l. Adminiſtrantes. D. de Excuſat. tutor. Adminiſtrantes res principum, ex indulgentia eorum, licet citra Codicillos, a tutela itemque a cura tempore adminiſtrationis delata excuſantur. Citra Commoda emeritorum praemiorum exauctorare legiones Suet. Auguſt. 24. Quinctil. 8, 5, 3 Eſt autem haec vox (Sententia) vniuerſalis, quae etiam citra Complexum cauſae poſſit eſſe laudabilis. *Sic* Citra Complexum rerum perſonarumque 2, 1, 9. *Add.* 2, 4, 36. Quinctil. 3, 8, 20 Nam et illic cauſa deliberandi eſt, quod bellum Galli minitentur: eſſe tamen quaeſtio poteſt, dedendine fuerint citra hanc Denuntiationem, quia contra fas, quum Legati miſſi eſſent, praelium inierint: Regemque, ad quem mandata acceperant, trucidauerint. *Sic* Citra Diſtinctionem 8, 4, 8. Citra Docentem 2, 16, 13. Bibali citra Faſtidium nominentur Plin. 3, 3, ſ. 47. Suet. Aug. 66 Nam quamuis minime appeteret hereditates, *etc.* neque dolore diſſimulato, ſi parcius aut citra Honorem verborum: neque gaudio, ſi grate pieque quis proſecutus fuiſſet. Citra Iactum pulueris Plin. 35, 21. Citra Inuidiam Idem 7, 29. Citra Mandatum aliquid facere Vlpian. l. Idemque et §. Idem Labeo ait. D. Mandat. vel contr. Quinctil. 1, 4, 4 Tum nec citra Muſicen Grammatice poteſt eſſe perfecta, quum ei de metris rhythmisque dicendum ſit. Citra Morſum exanimat Plin. 8, 38. Ad dentium dolorem quamuis plurimi dicant forcipes remedium eſſe, multa tamen citra hanc Neceſſitatem ſcio profuiſſe Scribon. 53. Citra Operam ruſtici Colum. 11, 3, 55. Citra Perniciem Plin. 11, 49. Quinctil. 7, 2, 13 Interim autem ex re quaeritur, veneficium fuerit, an cruditas: quum ex ipſa aliqua, citra Perſonam quoque argumenta ducuntur. Citra Purpuram Quinct. 12, 10, 75. *i. ſi non comparetur purpurae.* Citra Reprehenſionem Quinct. 1, 5, 64. Citra Scientiam Colum. 1, 1. Quinct. 1, 10, 33. Citra Solem luceat Id. 12, 10, 26. *i. ſole non praeſente.* Citra Sudorem vngi Celſ. 1, 6. Citra Virtutem Quinct. 12, 2, 1. Citra Voluntatem domini Idem 7, 3, 27. *Cognatum eſt illud* Sueton. in Auguſt. 43 Solebat etiam citra ſpectaculorum dies, ſi quando quid inuſitatum dignumque cognitu adeuctum eſſet, id extra ordinem quolibet loco publicare.

CITRA. Adu. *Eadem ſignificatione, ſed ſine caſu.* Liu. 10, 25 Paucis citra millibus lignatores ei cum praeſidio occurrunt. Tela hoſtium citra cadebant Tac. H. 3, 23, 3. *i. citeriore ſpatio.* Plin. 17, 22 Quoniam et ſic coërcetur impetus materiae, denſioresque citra pampini exultant. ¶ 2 Citra, *etiam pro Minus q. d. intra terminos.* Ouid. ex Pont. 1, 7, 55 Culta quidem (fateor) citra quam debuit illa eſt, *de modeſtia in cibo,* Deſine citra Quam capies paullo, *i. noli tantum edere, quantum capit venter.* Ouid. ſ. Albinou. ad Liu. 50 Nec vires erraſſe tuas Campoque Foroque. Quamque libet citra conſtituiſſe domum, *i. familiam tuam maxime et quantum eius fieri potuit,* citra Campum *et* Forum, conſtituiſſe, *i. a republica abſtinuiſſe. Sed haec ſententia facilius et planius exiret, ſi liceret legere* Quaque licet, citra continuiſſe domum. *Nam quod volunt viri docti* domum *in* modum *mutare, nihil neceſſe eſſe puto. Add.* Ouid. de Arte Am. 3, 757.

CITER, *vetuſtiſſimos ſcripſiſſe inuenimus.* Cato *apud* Priſcian. p. 599. Citer ager alligatus ad ſacra erit. *Hinc*

CITERIOR, us. *Compar.* Gallia citerior Cic. de Prou. conſ. c. 15. Cic. Att. 12, 37 Hirtius ad me ſcripſit Sex. Pompeium Corduba exiſſe et fugiſſe in Hiſpaniam citeriorem. *Add.* Nep. 24, 2, 1. Val. Max. 8, 7 *extr.* 10 Citerioris Aetatis metas — Chryſippi viuacitas flexit *i. breuioris, non ita longe a nobis remotae, et vltra terminos progreſſa.* Valer. Max. 8, 15, 1 Superiori Africano Conſulatus citerior legitimo tempore datus eſt. *Sic nempe* Citra *pro* Ante *poni obſeruauimus.* Caius in l. Si ſeruus. §. Quum mihi aut Titio. D. de verb. obligat. Tempora vero diuerſa deſignari poſſe, veluti, Mihi Calendis Ianuariis, aut Titio Calend. Febr. immo etiam citeriorem Diem in Titii perſonam conferri poſſe. Citeriorem *dixit, pro Breuiore et proximiore* Budaeus. Vltio delicto citerior Valer. Max. 6, 3, 11. *i. Prior.* Id. 3, 8 *extr.* 1 Pro tribunali cum res gereretur, — dum aliud forte citerioris curae negotium tractatur, Blaſſius vultu diſſimulante et voce ſubmiſſa mouere Daſium coepit *etc.* Citerioris curae, *quod propius pertineret ad Annibalem, ac proinde praeuerteret iudicio.* Audiebamus nondum citeriora Cic. Fam. 2, 12. *i. recentiora nobis, et huic diei propiora. Sic* Vt ad haec citeriora veniam et notiora nobis Cic. de Leg. 3 c. 2. Idem Tuſc. 5, 71 Quanta rurſus animi tranquillitate humana et citeriora conſiderat? *quae propius a nobis abſunt.*

CITIMVS, a, um. Superl. *Quae nobis proxima ſunt.* Qua citimus limes diſpeſcit turbida puris Fulgentius in Aſtronomicis *ap.* P*thoeum.* Plin. 6, 34 Citima Perſidis, *i. nobis proxima.* Cic. de Vniverſit. 22 Eamque quae erat eiusdem, detorſit a latere in dextram partem: hanc autem citimam, a mediana linea direxit ad laeuam ſed principatum dedit ſuperiori. Cic. in Somn. Scip. 8 c. 3 Ex quibus erat ea minima quae vltima caelo, citima terris, luce lucebat aliena, *i. proxima.*

CITIME. Adu. Priſcian. 15 p. 1016 Citra, citerius, citime.

CITRAGO. *Eadem quae* MELISSOPHYLLVM.

CITRĀTVS, a, um. *Vt*, Ager citratus et vltratus, *i.* citra et vltra *limitem ſitus, ſibi opponuntur.* Agrar. Ed. Goeſ. p. 298 ſq.

CITRO. *Simplex non reperitur. vid.* VLTRO.

CITRIA, ae. f. *Arbor.* Iſidor. 17, 7 *de* Medica arbore, Hanc Graeci κεδρόμηλον, Latini citriam vocant, quod pomum eius ac folia cedri odorem referant. — Haec arbor omni paene tempore plena eſt pomis, quae in ea partim acerba, partim matura, partim adhuc in flore ſunt poſita. *Eſt itaque* Citrus.

CITRIVM, i. n. *et plur.* Citria *apud* Apic. 1, 21 *et* 4, 3. *de Cucurbitarum genere intelligit Liſterus.*

CITRIVS *pro* Citro *arbore eſt* Pallad. Iul. 3, 2. *Sed al.* Citreum.

CITRVS, i. f. [κύτρον, κύτριον] *Duorum generum arbor commemoratur. Primo ea, quae alias* Medica *vocatur, it.* Malus Aſſyria, *de qua* Plin. 12, 3 ſ. 7 Folium eius eſt vnedonis, intercurrentibus ſpinis. Pomum ipſum alias non manditur, odore praecellit foliorum quoque, qui tranſit in veſtes vna conditus, arcetque animalium noxia. Arbor ipſa omnibus horis *(anni, vere, aeſtate, autumno, hieme)* pomifera eſt, aliis cadentibus, aliis matureſcentibus, aliis vero ſubnaſcentibus. Tentauere gentes transferre — Sed niſi apud Medos, et in Perſide naſci noluit *etc. Hic* Citrum *non vocat. Sed* 15, 14 De Citreis, *inquit,* cum ſua arbore diximus. Medica autem Graeci vocant patriae nomine. Palladii *aetate primum ad Italos translata videtur, qui* Mart. 10, 11 ſq. *de eius cultu praecipiat: et vt intelligamus, eſſe hanc* Medicam ſ. Aſſyriam malum, ſ. 16 *ait,* Aſſerit Martialis, apud Aſſyrios pomis hanc arborem non carere: quod ego in Sardinia, territorio Neapolitano in fundis meis comperi — per gradus quosdam ſibi ſemper poma ſuccedere, cum maturis ſe acerba ſubſtituant, acerborum vero aetatem florentia conſequantur, orbem quendam continuae fecunditatis ſibi miniſtrante natura. Feruntur acres medullas mutare dulcibus *etc. Haec igitur arbor, haec poma, quae* Heſperidum *nomine etiam celebrata eleganti opere perſecutus eſt Io. Bapt. Ferrarius. Haec eſt, ſi Lacerdae et doctiſſimis quibusque harum rerum credimus, de qua* Virg. Georg. 2, 126

Media fert triſtes ſuccos, tardumque ſaporem
Felicis mali, quo non praeſentius vllum,
Pocula ſi quando ſaeuae infecere nouercae,
Miſcueruntque herbas, et non innoxia verba;
Auxilium venit, ac membris agit atra venena.
Ipſa ingens arbor, faciemque ſimillima lauro,
Et ſi non alium late iactaret odorem
Laurus erat. Folia haud vllis labentia ventis:
Flos adprima tenax. Animas et olentia Medi
Ora fouent illo, et ſenibus medicantur anhelis.

Seruius ad h. l. *Felicis mali,* ſecundum eos, qui dicunt Citrum, fecundum: nam haec arbor, id eſt citri, omni paene tempore plena eſt pomis, quae in ea partim matura, partim acerba, partim adhuc in flore ſunt poſita. *Et paullo ante,* Hanc plerique citrum volunt; quod negat Apuleius, in libris, quos de arboribus ſcripſit, et docet, longe aliud genus arboris eſſe. *Nempe haec arbor non ſatis ante Palladii aetatem innotuerat. Si qua ſit auctoritas* Apuleii, *opponi ei poteſt non minor certe* Oppii *apud* Macrob. Sat. 2, 15, *qui* Citream malum *intelligit. Sed vid. Lacerda.* ¶ 2 Citrus *arbor alia, cuius lignum ad menſas expetebatur.* Plin. 13, 15 ſ. 29 *de Atlante Monte* Confines ei Mauri

Mauri, quibus plurima arbor Citri, et menſarum inſania, quas feminae viris contra margaritas regerunt. Citri *et MSS. et ratio poſtulat:* Cedri *male quosdam libros inuaſerat.* Lucan. 9, 426

Tantum Mauruſia genti
Robora diuitiae, quarum non nouerat vſum
Sed citri contenta comis viuebat, et vmbra.
In nemus ignotum noſtrae venere ſecures,
Extremoque epulas menſasque petimus ab orbe.

*Vid.* CITRVM *et* CITREVS.

CITRVM, i. n. [ϑύον] *Lignum* Citri *Africanae, de qua* n. 2. Cato *apud* Feſtum *Voce* Pauimenta Poenica, Dicere poſſum, quibus villae atque aedes aedificatae, atque expolitae maximo opere, Citro atque ebore, atque pauimentis Poenicis ſtent. Varro R. R. 3, 2, 4 *luxum remouens a villa ſua*, Nuncubi hic vides citrum aut aurum? Vell. 2, 56, 2 Gallici triumphi *(quem Caeſar egit)* apparatus ex Citro. Plin. 16, 43 ſ. 84 Quae in laminas ſecantur, quorumque operimento veſtiatur alia materies, praecipua ſunt citrum, terebinthus *etc. Radices praeſertim expetitas, apparet ex eod.* Plin. 16, 28 ſ. 73. *et* 13, 15 ſ. 29. Martial. 12, 67 *in pretioſa ſupellectili*, Et Mauruſiaci pondera rara citri. *Sic* 10, 80 Maculoſae pocula myrrhae *et* nobilius citrum iungit. *Et* 10, 98 Citrum vetus, Indicosque dentes.

CITRETVM, i. n. *Seminarium arborum* Citri, *Medicae nempe*, Pallad. Febr. 24 *extr.* Citreta tegumentis defenduntur a frigore.

CITREVS, *interdum* CITRIVS, a, um. *Ad vtramque arborum, de quibus diximus, refertur. De* malis Citreis Plin. 15, 28 ſ. 33 Quae odorata, non eadem in guſtu tenera: quia non ſunt pariter odor et ſapor. Quamobrem citreis odor acerrimus, ſapor aſperrimus. Idem 23, 6 ſ. 56 Citrea contra venenum in vino bibuntur, vel ipſa, vel ſemen. Faciunt oris ſuaultatem *etc. Pro ipſa arbore* Citreum *videtur dixiſſe* 17, 10 ſ. 11 Citrea *ſeruntur* grano et propagine. *Sic* Pallad. Mart. 10, 15 Citreum iuuari creditur, ſi cucurbitae vicinis locis ſerantur. *Videtur Graecanica ratio eſſe, qui* δένδρον *intelligunt. Sic etiam* Pallad. Iul. 3, 2 Hoc tempore — inſeri citreum poteſt *antiqui libri: poſteriores* Citrius. *Etiam* Scribon. 158 Mala citria *pro* Citreis *leguntur, Gr.* κύτριος. *Sed* Malus citrea Macrob. Sat. 2, 15 *ex* Oppio de ſilueſtribus arboribus, *e quo etiam* Citreum malum *memorat, i. pomum. De hoc* Pallad. Mart. 10, 18 Citreum et in arbore poteſt per totum annum propemodum cuſtodiri. Idem de Inſit. 109 Nec non et citrei patiuntur mutua rami Pignora, quae grauido cortice morus alit. ¶ 2 *De arbore Atlantica ſ. Maura nihil nobilius, quam* Menſae citreae. Cic. Verr. 4, 37 c. 17 Tu maximam et pulcherrimam menſam citream a Q. Lutadio — abſtuliſti. Lucan. 10, 144 Sectos Atlantide ſilua orbes vocat, *quos* dentibus *elephantorum* niueis impoſuerint. *Locus claſſicus de illa luxurie, magnitudinibus et pretiis illarum menſarum* Plin. 13, 15 ſ. 29. Petron. 119 Ecce Afris eruta terris Ponitur, ac maculis imitatur vilibus aurum Citrea menſa. *Vox* eruta *ad hoc reſpicit, quod ante obſeruauimus radices expetitas citri.* Martial. 14, 89 *lemma*, Menſa Citrea: Accipe felices, Atlantica munera, ſiluas: Aurea qui dederit dona, minora dabit. Paullus ICtus . 21 §. 3 ff. de action. emti. Veluti ſi menſas quaſi citreas emit, quae non ſunt. Tertull. de pallio *ſub fin.* p. 55 *Salm.* Adigo cauterem ambitioni, qua M. Tullius quingentis millibus numûm Orbem citri emit, qua bis tantum Aſinius Gallus pro menſa eiusdem Mauritaniae numerat. Hem quantis facultatibus aeſtimauere ligneas maculas. *Etiam* Lecti citrei *ſunt* Perſ. 1, 53 Non quidquid denique lectis ſcribitur in citreis, *i. ab hominibus beatis et luxurioſis.* Oleum citreum *quod* Plin. 23, 4 ſ. 45 Eosdem effectus habet, quos myrteum, et cupreſſinum *videtur ob hanc ipſam ſocietatem ad hanc potius, quam ad ſuperiorem arborem pertinere.*

CITRĬNVS, a, um. *Aliud* Adi. [κιτροειδής] Plin. 19, 5 *de cucumere*, In Italia virides, et quamminimi, in prouinciis quammaximi et citrini aut nigri, *i. Citri ſiue auri colorem habentes.*

CITRŌSVS, a, um. Adi. [κιτρώδης] Veſtis citroſa, a ſimilitudine citri appellata eſt. *Haec* Feſtus. *Sed* Macrob. Saturn. 3, 19 Homerus, qui Citreum ϑύον appellat, oſtendit eſſe odoratum pomum — Et quod ait Oppius, inter veſtem poni citreum, idem ſignificat Homerus, cum dicit εἵματα — θυώδεα — Hinc et Naeuius Poëta in bello Punico ait Citroſam veſtem. *Vereor ne* Homeri ϑύον *ſit potius* Citrus Atlantica. Iſid. 19, 22 Citroſa *veſtis*, quaſi concriſpa ad ſimilitudinem citri. Naeuius, Pulchram ex auro veſtemque citroſam. *Certe haec melius conueniunt et rei, et temporibus Naeuii, quam illa odorata. Quanquam* ϑύον *Homericum etiam odoratum eſt, ſed lignum. Conf.* Ὀδ. ε, 264 *vbi ſunt illa* εἵματα θυώδεα, *cum eiusdem libri v.* 60.

## C I V

CIVIS, is. c. [πολίτης, ἀστός] *Eiusdem rei publicae particeps.* Iſidor. 9, 4 *ſi non etymon, quod voluit, certe definitionem non malam dedit,* Ciues vocati, quod in vnum coëuntes viuant, vt vita communis et ornatior fiat et tutior. *Communis generis eſſe diximus. Nam* Ter. Andr. 4, 5, 41 Iam ſuſurrari audio, Ciuem Atticam eſſe hanc. *Et* 5, , 14 Illam hinc ciuem eſſe aiunt. *Sic* Ciuis Romana Cic. pro Balbo 5 c. 24. Halicarnaſſia Nep. 2, 1, 2. Plaut. Rud. 3, 4, 37 Obſecro defende ciues tuas ſenex. Cic. Offic. 3, 47 Nam eſſe pro ciue, qui ciuis non ſit, rectum eſt non licere. *Ablatiuo* Ciui *vtitur* Cic. pro Sext. 29 c. 12 Quod auſus eſſet pro ciui pro bene merito ciui — deprecari. *Sic hodie editur. Habent tamen quidam* ciue. *Et* pro Balbo 3 c. 19 Vt ex nobiliſſimo ciui ſanctiſſimum hoſpitem. Ciuis meus, Ciuis tuus *dicitur, qui mihi reip. aut patriae ſocietate coniunctus eſt, quem barbari vocant conciuem et compatriotam.* Cic. de Fin. 1, 10 Deeo profecto, quantumcunque poſſum, in eo quoque elaborare, vt ſint opera, ſtudio, labore meo, doctiores ciues mei. Idem Catil. 1, 7 c. 7 Serui me hercle mei ſi me iſto pacto metuerent, vt te metuunt omnes ciues tui, *etc. Add.* pro Mil. c. 34. Noſtri ciues Cic. de Diuin. 2, 6. Curt. 8, 14, 46 Simplicius tamen famam aeſtimabat in hoſte, quam in ciue. Cic. Verr. 4, 77 Apud Segeſtanos repertum eſſe Iudices, ſcitote neminem, neque liberum, neque ſeruum, neque ciuem, neque peregrinum, qui illud ſignum auderet attingere, Idem Verr. 4, 74 Colebatur a ciuibus, ab omnibus aduenis viſebatur. *Et* Verr. 3, 161 Clamabat ille miſer, ſe ciuem eſſe Romanum, municipem Coſanum. Cic. de Legib. 1, 61 c. 23 Cum animus — quid diuinum, aeternumque ſit, viderit: ipſumque ea moderantem, et regentem paene prehenderit, ſeſeque non vnis circumdatum moenibus popularem alicuius definiti loci, ſed ciuem totius mundi, quaſi vnius vrbis, agnouerit. *De hac ſapientis ciuitate Stoici apud* Cic. Acad. 4, 176 Poſtremo ſolum ciuem, ſolum Liberum: inſipientes omnes peregrinos, exules, ſeruos, furioſos. *Sed* Cic. Cat. 1, 18 c. 11 Nunquam in hac vrbe ii, qui a republica defecerant, ciuium iura tenuerunt. Cic. pro Rabir. Poſth. 53 Neque ego, cui omnium ciuium Libertas cariſſima fuiſſet, meam proieciſſem. Idem in Catil. 1, 29 c. 12 Certe verendum mihi non erat, ne quid hoc Parricida ciuium interfecto, inuidiae mihi in poſteritatem redundaret. ¶ 2 *Epitheta:* Clari ciues Quinctil. 5, 11. Cic. Catil. 1, 29 Etenim ſi ſummi viri et clariſſimi ciues, Saturnini, et Gracchorum, et Flacci, et ſuperiorum complurium ſanguine non modo ſe contaminarunt, *etc.* Idem pro Milon. 37 Seruorum et egentium ciuium, et facinoroſorum armis meos ciues meis conſiliis, periculisque ſeruatos, pro me obiici nolui. Infimus ciuis, *vid. ſub* INFERVS. Inſitus vrbi, *vid. ſub* INSERO. Perditus Cic. in Catil. 2, 12. Potentiorum ciuium ſuperba limina Horat. Epod. 2, 8. Martial. 12, 53 Numi quum tibi ſint, opesque tantae, Quantas ciuis habet Paterne Rarus, *etc. i. pauci ciues.* CIVIS ROMANVS SVM, *formula ſollemnis eorum, qui ſupplicium ſic deprecarentur.* Cic. Verr. 5, 147 c. 57 Ceruices in carcere frangebantur indigniſſime ciuium Romanorum, vt iam illa vox et imploratio, CIVIS ROMANVS SVM, quae ſaepe multis in vltimis terris opem inter barbaros et ſalutem tulit, ea mortem illis acerbiorem et ſupplicium maturius ferret. *Add.* 162 c. 62 Caedebatur virgis — ciuis Rom. cum interea nullus gemitus, nulla vox alia illius miſeri, inter dolorem crepitumque plagarum audiebatur, niſi haec, CIVIS ROM. SVM. Hac commemoratione *etc. Add.* Quinctil. 4, 2, 113. Seditioſi ciues Cic. Acad. 4, 13. Virg. Aen. 12, 583 Exoritur Trepidos inter diſcordia ciues. ¶ 3 *Verborum formulae:* Aſciſcere ciuem Cic. pro Corn. Balb. 30. *it.* pro Arch. c. 2. Egit Romana ſuos diſcordia ciues, *Bellum Romae inteſtinum fuit.* Propert. 1, 22, 5. Cic. in Catil. 1, 33 Tum tu Iuppiter, *etc.* hunc et huius ſocios a tuis aris, caeterisque templis a tectis vrbis ac moenibus, a vita, fortunisque ciuium omnium Arcebis. Idem Verr. 5, 146 Quum is, qui ſe ciuem Romanum eſſe Clamaret, in crucem ageretur. Continere ciues eadem aequitate, *vid.* CONTINEO. Dare ciuem populis Sil. 8, 409. Virg. Aen. 5, 631 Quis prohibet muros iacere, et Dare ciuibus vrbem? Defendere ciuem a periculo, *vid.* DEFENDO. Inferre famem ciuibus Cic. Att. 9, 12. Negligere ſalutem ciuium Idem in Catil. 1, 28. *Et* in Catil. 2, 2 Quod vero non cruentum mucronem, vt voluit, extulit: quod viuis nobis egreſſus eſt: quod ei ferrum de manibus extorſimus: quod incolumes ciues, quod ſtantem vrbem Reliquit, *etc.* Tenere iura ciuium Cic. in Catil. 1, 28, Tradere vias optimarum artium ciuibus Id. de Diuin. 2, 1. Terent. Andr. 5, 1, 14 Illam Hinc ciuem eſſe aiunt.

CIVĬTAS, ātis. f. [πόλις] *A Ciuibus appellata eſt, quaſi Ciuium multitudo.* Cic. Verr. 3, 56 Huic homini Iudices, honeſtiſſimae ciuitatis honeſtiſſimo, *etc.* Nulla eſt ciuitas, quae non improbos ciues aliquando, et imperitam multitudinem ſemper habeat Liu. 43, 23. *Nempe* Ciuitas *proprie incolis, in vnam ſocietatem iunctis, aeſtimatur: non aedificiis,* Cic. *apud* Nonium 5, 27 Coniunctionem tectorum, oppidum, vel vrbem appellauerunt, delubris diſtinctam ſpatiisque communibus. Omnis ergo populus, qui eſt talis coetus multitudinis, qualem expoſui, ciuitas eſt, omnisque ciuitas eſt conſtitutio populi. *Quid ſit* Ciuitas, *etiam ſuccincte et eleganter deſcribit* Cic. de Somn. Scip. 4 Nihil enim eſt illi principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius, quam conſilia, coetusque hominum iure ſociati, quae ciuitates appellantur. Idem pro Sext. 91 Tum conuenticula hominum, quae poſtea ciuitates nominatae ſunt. *Tamen* Ciuitas, *interdum pro Vrbe, aut oppido ponitur.* Liu. 29, 38 Eadem aeſtate in Brutiis — Conſentia, et Pandoſia, et ignobiles aliae ciuitates voluntate in deditionem venerunt. *Apertius etiam,* Vt ciuitates eorum ſolo aequaret Lactant. 4, 21, 2. *Conf.* n. 2 Humilis. Verrius Flaccus *apud* Gellium 18, 7 Ciuitas et pro loco, et pro oppido, et pro iure quoque omnium, et pro hominum multitudine dicitur. *Pro adminiſtratione reipublicae poni videtur ab* Auct. ad Her. 4, 25 c. 18 Qui priuatus intolerabili ſuperbia fuerit, eum commodum et ſui cognoſcentem videre in ciuitate quis ſperet? *Sed editur* poteſtate. *Sed redimus ad ordinariam ſignificationem.* Cic. Acad. 4, 137 Denique ſcripta Lycurgi, Solonis, XII tabulas noſtras non eſſe leges, ne vrbes denique aut ciuitates, niſi quae eſſent ſapientium. Idem pro Muraen. 47 Grauiter homines honeſti, atque in ſuis ciuitatibus et municipiis gratioſi tulerunt. *Et* de Legib. 2, 5 Ego mehercule et illi et omnibus municipibus duas eſſe cenſeo patrias: vnam naturae, alteram ciuitatis. Cic. de Clar. Orat. 332 Etſi curſum ingenii tui Brute premit haec importuna clades ciuitatis. Idem pro Domo 87 c. 33 Quod ſi et illis, qui expulſi ſunt inique — reducti, non decretis Italiae, non deſiderio ciuitatis; inimicorum iniuria probro non fuit, *etc.* Diſſimilitudo enim ciuitatum varietatem iuris habeat neceſſe eſt Cic. pro Corn. Balb. 31. Idem pro Corn. Balb. 30 Itaque in Graecis ciuitatibus videmus, Athenis Rhodios, Lacedaemonios, caeteros vndique adſcribi, multarumque eſſe eosdem homines ciuitatum. Ius ciuitatis honore digniſſimum Id. pro Corn. Balb. 42. Quinctil. 2, 4, 33 Legum laus et vituperatio — conſuetudine et iure Ciuitatium differt. *Sed libri antiqui* ciuitatum. *Quae varietas etiam obſeruatur* 2, 16, 4 Qui turbauerint ciuitatium ſtatus vel euerterint. *Sic editur hodie. Sed editio Ienſon. et MS. Gothan.* Ciuitatum. *Vid. n.* 2 Clariſſimarum. *Sed* Cic. pro Balbo 44 c. 19 Quos diligentiſſimos in exquirendis conditionibus ciuitatum atque cauſis eſſe arbitrabamur. *Et* de Orat. 1, 46 c. 11 Oratorem repelli a gubernaculis ciuitatum. *Rurſus* Ciuitatium Plin. Epiſt. 10, 115 *et* 116. Cic. Verr. 5, 166 Si tibi ignoto apud ignotos, apud barbaros, apud homines in extremis atque vltimis gentibus poſitos, nobile et illuſtre apud omnes nomen tuae ciuitatis profuiſſet: *etc. Et paullo ante,* Apud te nomen ciuitatis ne tantum quidem valuiſſe, vt dilationem aliquam crucis, *etc.* Nomen ciuitatis implorare et vſurpare Cic. Verr. 5, 162. Salus ciuitatis nititur in aliquo Cic. de Somn. Scip. 3. Vires et mores ciuitatis Quinctil. 3, 8. Cic. pro Corn. Balb. 50 Heracienſium legionem, ex ea ciuitate, quacum — foedus Pyrrhi ictum putatur. Idem Verr. 3, 56 Huic homini Iudices, honeſtae ciuitatis honeſtiſſimo, non modo frumenti ſcitote, *etc.* ¶ 2 *Epitheta:* Cic. de Fin. 1, . . . Neque enim ciuitas in ſeditione poteſt eſſe beata. Bellicoſa ciuitas, *vid.* BELLVM. Quinct. 1, 2. 2 Si, a quibus Clariſſimarum Ciuitatium mores ſunt inſtituti. Commendatior ciuitas ſtudio, cura et diligentia alicuius Cic. pro Corn. Balb. 43 c. 18. Idem Verr. 5, 53 Hoc Netinorum Foederata ciuitas publice dicit. Graues Id. Verr. 5, 134 c. 51. *i. fide dignae.* Cic. pro Flacc. 64 Num honeſtior eſt ciuitas Pergamena, quam Smyrnae?

Sen. Thyeſt. 455 Non vertici alti montis impoſitam domum Et eminentem ciuitas Humilis tremit. Humilis *ſimul ad ſitum vrbis reſpicit, quae monti ſubiacet.* Immunes ciuitates et liberae, *vid.* IMMVNIS. Lauta, *vid.* LAVTVS. Libera Cic. Philipp. 1, 4. Locuples copiis, Maledica, *v. ſſ. ll.* Cic. pro Corn. Balb. 34 Neque enim eſt meum, contra ius optime Meritae ciuitatis, contra opinionem vetuſtatis, contra auctoritatem Senatus dicere. Bene morata et bene conſtituta Cic. pro Mil. c. 34. Bene Moratae ciuitates Cic. de Orat. 1, 85. Hannibal *apud* Liu. 30, 30 Quodcunque egerimus, ratum id ciuitates Noſtrae habiturae ſunt. Noſtrae, *i. vnde quisque noſtrum: quam quisque noſtrum patriam habet aut domum. Conf.* Scholiaſt. Iuuen. 1, 51. *Grot. ad Matth.* 11, 1. Prudentiſſima ciuitas Quinctil. 5, 11. Idem 5, 11 Vt corpora noſtra ſine mente, ita ciuitas Sine lege, ſuis partibus, vt neruis ac ſanguine, et membris vti non poteſt. ¶ 3 *Formulae verborum:* Abſtrahere ciuitatem a ſeruitio, Adminiſtrare, *vid. his verbis.* Cic. Offic. 1, 88 Et tamen ita probanda eſt manſuetudo atque clementia, vt adhibeatur Reipub. cauſa ſeueritas, ſine qua adminiſtrari ciuitas non poteſt. Adoriri, *vid.* ADORIOR. Cic. pro Corn. Balb. 31 Romulus foedere Sabino docuit etiam hoſtibus recipiendis Augeri hanc ciuitatem oportere. Conciliare ciuitatem, *vid.* CONCILIO. Conferre ſtudia et beneficia in ciuitatem Idem pro Corn. Balb. 43. Coniuncta officiis ciuitas, *vid.* CONIVNGO. *Et* pro Arch. 6 Hunc Heraclienſem multis ciuitatibus expetitum, in hac autem legibus Conſtitutum, de noſtra ciuitate eiiciemus? Continere ciuitatem in officio, *vid.* CONTINEO. Contacta ciuitas rabie, *vid.* CONTINGO. Cic. in Somn. Scip. 3 In te vnum atque in tuum nomen ſe tota Conuertet ciuitas. Eiicere aliquem e ciuitate Idem pro Domo 88. *Et* Verr. 6, 76 Vniuerſam ſe funditus illam Euerſurum eſſe ciuitatem minabatur. Exſecrata Phocaeorum ciuitas Horat. Epod. 16, 17. Cic. pro Domo 101 In ea poſſim intueri domum meam Euerſam non ab inimico meo, ſed ab hoſte communi, et ab eodem Exſtructam, et poſitam in oculis ciuitatis. Ferre ſuffragium non de ciuis, ſed ciuitatis ſalute Idem pro Domo 90. Inducere in ciuitatem rem pernicioſiſſimam Id. Offic. 1. Inſtituere ciuitates Cic. de Orat. 1, 86. Quinctil. 1, 6, 44 Velli, frangere comam in gradus, et in balneis perpotare, quamlibet haec Inuaſerint ciuitatem, non erit conſuetudo, quia nihil horum caret reprehenſione. Munita iure ciuitas, et libertas Cic. pro Domo 77. Caeſ. Bell. Gall. 5, 1 Niſi id fecerint, ſeſe bello ciuitatem Perſecuturum demonſtrat. Cic. pro Domo 80 Tum igitur maiores noſtri populares non fuerunt: qui de ciuitate et libertate ea iura Sanxerunt. Suſpenſa ac ſolicita Idem pro Domo 96. ¶ 4 *Frequentiſſime* Ciuitas *dicitur Ius ciuium. Hoc ius florentiſſima republica et ſub Caeſaribus aliquamdiu tres gradus habuit: Summo et maximo ipſa proprie Romana Quiritium Ciuitas tribuebatur: proximum erat* Latinitas: *vltimum minimumque* Italiae *ius. Vid. Sigon. de Antiq. Iure Rom. Ciu. pr. Onuſr. Panuin. Comm. 3 de Rep. Roman. et Spanhem. in Orbe Romano, quo opere tum gradus illos ciuitatis Rom. accurate explicauit, tum quomodo paullatim cum pluribus communicata ſit ciuitas, donec Antonini Caracallae conſtitutione omnes in orbe Rom. Ciues Rom. effecti ſunt.* Cic. Verr. 5, 162 Commemoratione ciuitatis omnia verbera Depulſurum, cruciatumque a corpore deiecturum arbitrabatur. *Vid. n.* 2 Ciuis Romanus. Cic. pro Balbo 31 Nunquam eſt intermiſſa a maioribus noſtris largitio et communicatio ciuitatis. Idem pro Domo 98 Id autem vt eſſet faciendum, non Ademtione ciuitatis, ſed tecti, et aquae, et ignis interdictione faciebant. Adimere ciuitatem, *v. h. v.* Cic. pro Corn. Balb. 30 Vidi egomet nonnullos imperitos homines noſtros ciues Athenis in numero iudicum atque Areopagitarum, certa tribu, certo numero, quum ignorarent ſi illam ciuitatem eſſent adepti, hanc ſe perdidiſſe, niſi poſtliminio recuperaſſent. Amittere ciuitatem Cic. pro Caecin. 100. Aſciſcere in ciuitatem, Adſcribere ciuitati et in ciuitatem, *v. hh. vv.* Cic. pro Arch. 10 Quid eſt, quod de eius ciuitate dubitetis, praeſertim quum aliis quoque ciuitatibus fuerit Adſcriptus? Conſequi ciuitatem beneficio Populi Rom. Id. pro Corn. Balb. 31. Cic. pro Corn. Balb. 55 Ante ciuitatem Velienſibus Datam, de ſenatus ſententia, *etc.* Idem pro Corn. Balb. 28 Non eſſe huius ciuitatis ciuis, qui ſe alii ciuitati Dicarit, poteſt. *Et* ſ. 30 Peritus vero noſtri moris ac iuris nemo vnquam, qui hanc ciuitatem retinere vellet, in aliam ſe ciuitatem Dicauit. Cic. pro Corn. Balb. 30 Ex qua nobis interdictum ſit, vt neque adſciſcere ciuem, aut ciuitate Donare poſſimus. Idem pro Domo 79 L. Sulla victor Republ. recuperata comitiis centuriatis ciuitatem Eripere non potuit. *Hinc* Cic. pro Domo 81 At tu etiam Ereptor ciuitatis, legem de iniuriis publicis tuliſti. Idem de Legib. 2, 5 Ita quum ortu Tuſculanus eſſet, ciuitatem Romam Habuit. *De Catone.* Impertiri ciuitatem gratuito alicui Cic. pro Arch. 10. In Largienda ciuitate parcus Cic. pro Balbo 5. Id. pro Corn. Balb. 31 Ne quis inuitus ciuitate Mutetur, neue in ciuitate maneat inuitus. *Et* ibid. 31 Quibus ex ciuitatibus nec coacti eſſent ciuitatem Mutare, ſi qui noluiſſent. Recipere in ciuitatem Cic. pro Corn. Balb. 31. *Et* pro Arch. 22. Retinere ciuitatem Cic. pro Corn. Balb. 43. *vid. modo* Dicare. Cic. pro Ligar. 33 Aut tres Ligarii in ciuitate Retinendi ſunt, aut tres ex ciuitate exterminandi. Suſcipere in ciuitatem Idem de Legib. 2, 5. Tribuere ciuitatem Id. pro Corn. Balb. 37. ¶ 5 *Illud ex his, quae in ipſo principio ſuperioris numeri diximus, apparet,* Ciuitatis *nomine non vnius tantum vrbis incolas contineri, ſed plurium etiam foedere quodam iunctarum. Sic* Caeſ. Bell. Gall. 1, 12 Omnis ciuitas Heluetiae in quatuor pagos diuiſa eſt. *Et mox:* Pars ciuitatis Heluetiae inſignem calamitatem Populo Romano intulerat. Brigantum ciuitas Tacit. Agric. 17, 2. Hermundurorum ciuitas Idem Germ. 41, 1. Vbiorum ciuitas Idem Ann. 1, 37, 3.

CIVITATŬLA, ae. f. Dimin. Sen. de morte Claudii p. 852 Hic quaeſtu ſe ſuſtinebat, vendere ciuitatulas ſolebat, *i. iura exiguae ciuitatis.* Et Apul. Met. 10 p. 238 Ad quandam ciuitatulam peruenimus.

CIVĪLIS, e. [πολιτικὸς] *Quod ad ciues pertinet, diuerſa quidem ratione, quam ipſa Subſtantiua definiunt.* Cic. Diuin. Verr. 18 Nam ciuibus quum ſunt ereptae pecuniae, ciuili fere Actione, et priuato iure repetuntur. Ciuilis actio, *qua ciuis vnus aut plures, ſed ſuo, non populi nomine, alterum vel ciuem, vel peregrinum, perſequuntur: qua ratione* ciuile *idem fere quod priuatum ſignificat. Sic* Ius Ciuile *interdum accipi, oſtendemus.* Gell. 12, 1 *ad finem,* Magnam fere partem non naturalis ille Amor eſt, ſed ciuilis et opinabilis, *i. inter ciues inſtitutus. vid.* Dies. Animus Suet. Caeſ. 75 *et* Claud. 1 *aequale ius ciuium obſeruans, ſe et alios ciues eſſe, cogitans. Sic* Imperium. Arma ciuilia, *quae ciues inferunt ciuibus* Claud. in pr. Conſ. Stil. 2, 85. *Sic* Cic. Att. 7, 13 Genus Belli quod ſit vides. ita ciuile eſt, vt non ex ciuium diſſenſione, ſed ex vnius perditi ciuis audacia natum ſit. Lucan. 1, 1 Bella per Aemathios plus quam ciuilia campos, Iusque datum ſceleri canimus, *non inter ciues tantum, ſed inter coniunctiſſimos.* Belli ciuilis aeſtus Hor. Epiſt. 2, 2, 47. Buſta ciuilia Propert. 2, 1, 27 *vocat Campos Philippicos, in quibus et occiſa ſunt, et ſepulta Romanorum multa millia, bello ciuili inter Caeſarem et Pompeium.* Calamitas ciuilis Cic. pro Caecin. 18 c. 7 *ex bello ciuili orta.* Cic. de Orat. 1, 49 c. 11 Plato de rebus a ciuilibus Controuerſiis remotiſſimis diuinitus eſt locutus, *i. quae in ciuitate, aut de rebus ciuium, qua publicis qua priuatis aguntur.* Cruor ciuilis Cic. pro Planc. 26 c. 10 *quem ciues fundere volunt. Sic enim leg. pro* Errore. Curae ciuiles, *i. cura de ciuibus, aut quae ciuem decent* Hor. Carm. 3, 8, 17. Dies Plin. 2, 77. *a ciuibus finitus, vt* Amor. Diſſidium Claud. de Bell. Gild. 241 *vid.* Bellum, Error *vid.* Cruor. Hor. Carm. 4, 15, 18 Cuſtode rerum Caeſare, non Furor Ciuilis, aut vis eximet otium, *i. bellum ciuile aut ſeditio.* Imperium ciuile et iuſtum ad voluntatem cruentam conuerſum Ammian. 14 pr. *i. quale in ciues exercetur, non in ſeruos. Sic* Ingreſſus orationis ciuilis, et humanus Quinctil. 3, 8, 59. Iura ciuilia Hor. Serm. 1, 9, 39. Ius ciuile *interdum* naturali *opponitur, vt* Amor, Dies. Cic. pro Sext. c. 42 Nondum neque naturali, neque ciuili iure deſcripto. *Hoc modo* Publicum *etiam* ius *complectitur. Sed interdum publico opponitur* Cic. Verr. 1 c. 42 Cornelia *Lex* teſtamentaria, numaria, caeterae complures, in quibus non ius nouum aliquod populo conſtituitur, ſed ſancitur, vt, quod ſemper malum facinus fuerit, eius quaeſtio ad populum pertineat *(quo ipſo publici iuris pars fiunt)* ex certo tempore. De iure vero ciuili, ſi quis noui quid inſtituerit, is omnia, quae ante acta ſunt, rata eſſe non patitur? *Eſt igitur, vt modo de* Actione *dicebamus,* ius ciuile, *quo agunt ciues priuato et ſuo nomine, non populi.* Cic. pro Caecin. c. 2 Vt in hac cauſa non de improbitate *(i. vi, cuius publicum eſt iudicium)* Aebutii, ſed de iure ciuili iudicium fieri videretur. *Pulchre haec Erneſtus in Claui Ciceron. Add. infra* IVS ciuile. Lex ciuilis ac publica Cic. pro Caecin. 74 c. 26 *quae ciues omnes obligat.* Mars ciuilis, *Bellum inter ciues* Ouid. Epiſt. 6, 35. *de Cadmeis fratribus.* Cic. Off. 1, 148 Nec quenquam hoc errore duci oportet, vt ſi quid Socrates aut Ariſtippus contra Morem conſuetudinemque ciuilem fecerint, *etc.* Nefas ciuile Stat. Silu. 1, 80 *Bellum ciuile.* Odia Claud. de Bell. Get. 565. *i. bella. Sed* Cic. pro Milon. c. 13. *quo ciuis ciuem ſalua erga remp. pietate, quatenus per leges licet, quia malum ciuem putat, perſequitur.* Officia Quinctil. 2, 4, 27 *et al.* Oratio ciuilis Cic. Orat. 30 c. 9, *quae in foro apud ciues, de rebus ciuium vel ciuitatis habetur:* Ipſae illae conciones *Thucydidis* ita multa habent obſcuras abditasque ſententias, vix vt intelligantur, quod eſ in oratione ciuili vitium vel maximum. Debeo pro ciuili Part *(quantum ciuis poteſt)* remp. velle ſaluam, Matius Cic. Fam. 11, 28 Cic. Philipp. 7, 8 Itaque ille ego, qui ſemper auctor pacis fui: cuiqu Pax praeſertim ciuilis, *(ciuium inter ſe)* quanquam omnibus boni mihi tamen in primis, fuit optabilis. Virg. Aen. 6, 772 Atque vi brata gerunt ciuili tempora Quercu, *i. corona Ciuica. Vid. mox* CIVICVS. Cic. de Orat. 3, 59 c. 16 Cum a Re ciuili et a negotiis anin quodam iudicio abhorrerent, *i. a re omni publica, et ſingulorum c vium cauſis.* Sanguis Lucret. 3, 70. *i. Bella ciuilia, ſiue Ciuium i terfectiones.* Quinctil. 2, 15, 33 Rhetoricen autem quidam eandem c vilitatem eſſe iudicauerunt. Cicero Scientiae ciuilis partem vocat ciuilis autem ſcientia idem quod ſapientia eſt. *Nempe* Cic. de Orat. 3, 123 c. 31 Ciuilem ſcientiam vocat, *quidquid ſcire debet is, qui vel ciuibus ſingulis, vel toti ciuitati oratione ſua prodeſſe vult.* Rerum ciuilium cognitionem vocat ibid. 1, 60 c. 14. *Et* de Inuent. 1, 6 c. 5 Ciuilis quaedam ratio eſt, — Eius quaedam magna et ampla pars eſt artificioſa eloquentia. Nam neque cum iis ſentimus, qui ciuilem Scientiam eloquentia non putant indigere, et ab iis, qui eam putan omnem rhetoris vi et artificio contineri. Quare hanc oratoriam fa cultatem in eo genere ponemus, vt eam ciuilis ſcientiae partem eſ dicamus. *Vid.* CIVILITAS *ex* Quinctiliano. Sermone noto ciuiliqu et proprio vti Suet. Gramm. 10 *extr. i. inter ciues ſuos vſitato.* Stra ges Claud. ſext. Conſ. Hon. 118. Cic. pro Font. 16 c. 8 Si inimico te ſti credi non oportuit, inimicior Marcello Craſſus, et Fimbriae Scau rus ex ciuilibus Studiis, atque obtrectatione domeſtica, quam hui Galli? Ciuilia Studia *ſunt partium in repub. diuerſarum. Sed* Eutro 8, 10, 10 Seuerus praeter bellicam gloriam etiam ciuilibus ſtudiis cla rus fuit, *v. g. eloquentia, prudentia legum etc.* Verba ciuilia, *apu ICtos vocantur verba legatorum, inſtitutionum, ſubſtitutionum, qua etiam* Directa *dicuntur; vt contra fideicommiſſorum* precaria, inflexa obliqua. *In illis nempe ſimpliciter et directe indicat teſtator pro iur ſuo, quod vt ciuis habet, quid fieri velit: in his rogat, et ab amico pre cibus impetrare ſtudet. Haec pluribus declarat Cuiac. Obſ.* 1, 25. *No modo vnum alterumque exemplum ponemus.* Papin. l. 7 D. de vulg et pup. Verbis ciuilibus ſubſtitutionem poſt quartum decimum annum aetatis fruſtra fieri conuenit. Vlpian. inſtit. T. 25 Fideicommiſſum eſt, quod non ciuilibus verbis, ſed precatiue relinquitur, hoc eſt non his formulis, quae ad haeredum inſtitutionem accommodatae ſunt ſed precationis. Vir ille vere ciuilis et publicarum priuatarumque rerum adminiſtrationi accommodatus, qui regere conſiliis vrbes, fundare legibus, emendare iudiciis poſſit, non alius eſt profecto, quam Orator Quinctil. Prooem. 10. Vis ciuilis et feſtucaria a Gellio 20, 10 *extr.* verae ac ſolidae *opponitur, bellum iudiciale armis.* Hor Epiſt. 1, 1, 16 Nunc agilis fio, et merſor ciuilibus vndis, *i. remp. ca peſſo, et turbis illius inuoluor.* Suet. in Tiber. 26 Verum liberatu metu, ciuilem ſe admodum inter initia, ac paullo minus quam priua tum Egit, *i. parum abfuit, quo minus priuatum ageret.* Tac. Hiſt 4, 3 Ciuilia de ſe loqui *inter laudes Veſpaſiani. Contra* Tac. Ann. 12, 6 Tanquam ducta in matrimonium Vipſania — plus quam ci vilia agitaret, *i. ea moliretur, vnde illum amplius quid, quam ciuem, eſſ velle appareret. Quod* Calpurn. Decl. 6 Plus quam ciuilia cupere *dixi Sic etiam Compar.* Ciuilior, Ouid. Triſt. 4, 4, 13 Ipſe pater patriae quid enim ciuilius illo? *etc.* In colloquiis etiam humillimorum ciu liſſimus fuit Spart. in Adr. c. 20. Aequiſſimum ſe et ciuiliſſimum praebuit Eutrop. 8, 1. *in quibus omnibus ad moderationem et ſeruanda aequalitatem ciuium refertur.*

CIVILĪTAS, ātis. f. *Animus ciuilis ac moderatus alienae par ter ac ſuae ciuitatis memor, ſ. alios aeque ac ſe ciuem eſſe cogitans.* Sue in Auguſt. c. 51 Clementiae et ciuilitatis eius multa et magna document fuerunt. Idem in Claud. 35 Primis imperii diebus, quanquam (vt d ximus) iactator ciuilitatis, neque conuiuia inire auſus eſt, niſi, *et Apud poſteriores in vitio eſſe coepit.* Lamprid. Alex. 20 Cum et mate

et vxor nimiam illi ciuilitatem obiicerent, et ſaepe dicerent, Mollio-rem tibi poteſtatem et contemtibiliorem imperii feciſti, ille reſpondit, Sed firmiorem et diuturniorem. ¶ 2 *Quam vero vulgo, ciuilitatem morum vocant, i. venuſtam quandam et vrbanam humanitatem: eius auctoritas deſideratur.* ¶ 3 Ciuilitatem *appellauit* Quinctilianus, *quam Graeci* πολιτικὴν, *rationem ciuitatis democraticae regendae. Sic* 2, 15, 25 Ciuilitatis particulae ſimulacrum *quidam vocant rhetoricen.* Ibid. 33 Rhetoricen quidam eamdem ciuilitatem eſſe iudicauerunt: Cicero ſcientiae ciuilis partem vocat. Ciuilis autem ſcientia idem quod ſapientia eſt. *Et* 2, 17, 14 Ariſtoteles — non artem ſolum rhetoricen fatetur, ſed ei particulam ciuilitatis, ſicut dialecticis, aſſignat.

CIVILĬTER. Adu. [πολιτικῶς] *Ciuili ratione.* Vir ciuiliter eruditus Gell. prooem. *i. vt poſſit ciuitatem regere. Sed interdum ſignificat ex inſtituto iuris ciuilis.* Iabolenus in l. quum haeredes §. item quaero D. de acquir. poſſeſſ. Si vinxeris liberum hominem, eum te poſſidere non puto. Quod quum ita ſe habeat, multominus a te per illum res eius poſſidebuntur. neque enim rerum natura recipit, vt per eum aliquid poſſidere poſſimus, quem ciuiliter in mea poteſtate non habeo. *Rurſus* Iuuen. Sat. 5, 112 Solum Poſcimus, vt coenes ciuiliter, *i. tanquam ciuis cum ciuibus; non tibi ſit panis lautus, et caeteris conuiuis vulgaris, tibi vinum, aliis vappa.* Magis pie quam ciuiliter, *i. vt decet ciuem* Liu. 38, 56. Non ciuiliter tantum, ſed etiam familiariter Sen. contr. 4 praef. Cic. Off. 1, 38 Vt enim quum ciuiliter contendimus, aliter ſi eſt inimicus, aliter ſi competitor: cum altero certamen honoris ac dignitatis eſt: cum altero capitis et famae. Ciuiliter, *i. legibus ciuitatis conſeruatis, ſiue armis.* Exercet memores plus quam ciuiliter iras Ouid. Met. 12, 583. *i. vehementius, quam ciuem decuit.* Nec vero ille ciuilius *etc.* Plin. paneg. c. 39. Ciuiliſſime vixit Eutrop. 7. 5.

CIVĪCVS, a, um. Adi. [ἀστικός] *Idem fere, quod ciuilis.* Cic. pro Planc. 72 At id etiam gregarii milites faciunt inuiti, vt coronam dent ciuicam, et ſe ab aliquo ſeruatos eſſe fateantur. Plin. 16, 4 *de arboribus glandiferi generis,* Hinc ciuicae coronae, militum virtutis inſigne clariſſimum: iampridem vero et clementiae Imperatorum, poſtquam ciuilium bellorum profano meritum coepit videri ciuem non occidere. Cedunt iis murales vallareſque, et aureae, quamquam pretio antecedentes. Cedunt et roſtratae, quamuis in duobus maxime ad hoc aeui celebres, M. Varrone e piraticis bellis, dante Magno Pompeio: item M. Agrippa, tribuente Caeſare e Siculis, quae et ipſa piratica fuere. Dedit (roſtratam) coronam Auguſtus Agrippae. Sed ciuicam a genere humano accepit ipſe. *(hinc quem ea corona in numis, cui inſcriptum,* OB CIVIS SERVATOS) — Ciuica iligna primo fuit, poſtea magis placuit ex eſculo Ioui ſacra. Variatumque et cum quercu eſt, ac data vbique quae fuerat, cuſtodito tantum honore glandis. Additae leges arctae — Ciuem ſeruare, hoſtem occidere: vtque eum locum, in quo ſit actum, hoſtis obtineret eo die. Vt ſeruatus fateatur: alias teſtes nihil proſunt. Vt ciuis fuerit — Accepta licet vti perpetuo. Ludos ineunti ſemper aſſurgi etiam a Senatu, in more eſt. Sedendi ius in proximo Senatui. Vacatio munerum omnium ipſi, patrique, et auo paterno *etc.* Quinctil. 6, 3, 79 Diuus Auguſtus cum ei Galli torquem aureum centum pondo dediſſent, et Dolabella — tentans loci euentum dixiſſet, Imperator, torque *(quod alias inter facillima et prima Dona militaria)* me dona: Malo te, inquit, ciuica donare, *difficillima et glorioſiſſima omnium.* Ciuicam coronam ciuis, ſalutis ſuae cauſa, ſeruatus in praelio dabat, quae erat iligna, frondem habens perennem, *Haec* Feſtus. Gell. 5, 6 Ciuica corona appellatur, quam ciuis ciui, a quo ſeruatus eſt in praelio, teſtem vitae ſalutiſque perceptae dat. Ea fit e fronde querna: quoniam cibus victuſque antiquiſſimus querceus capi ſolitus ſit. Fit etiam ex ilice: quod genus ſuperiori proximum eſt. Ouid. Faſt. 1, 22. *de eloquentia in foro,* Ciuica pro trepidis quum tulit arma reis. Idem ex Pont. 1, 2, 126 Clauſit et aeterna ciuica bella ſera, *i. Ciuilia, ſiue inteſtina, vt* Furor ciuicus Flor. 4, 2, 75. Hor. Epiſt. 1, 3, 23 Seu ciuica iura Reſpondere paras, *i. ciuilia.* Motus Hor. Carm. 2, 1, 1. *ſeditio, bellum.* Quercus, *vid.* Seru. *in* Virg. Aen. 6, 772. Corona ciuica. Rabies Hor. Carm. 3, 24, 26. *vt* Rabies *bellum.*

CIVICO, āre. *Ciuitate donare.* Gloſſ. Iſid. *vid. Barth. Adu.* 26, 15.

## C L *et* C L A

CL f. cl *confundi ſolent cum* d *in MSS. Burm. ad* Calpurn. Ecl. 1, 55. Cort. *ad* Sall. Cat. 26, 4. *et* Iug. 22, 1 *etc.*

CLABV̄LA, *vel vt quaedam habent exemplaria,* CLAVOLA, ciſſio lignorum vel praeſegmina, *auctore* Nonino 4, 473 *Laudat* Varro. de R. R. 1, 40, 4 Demum in oleagineis ſeminibus arbores viendum, vt ſi de tenero ramo ex vtraque parte aequabiliter praecidium, quas alii clabulas, *(editur hodie* Clauolas *Demin. a* Claui*)* alii taleas appellant, ac faciunt circiter pedales. *Hinc*

CLABVLARE *intell. plauſtrum ſ. carrum, vndique clabulis confixum contextum, et capſum ex clabulis factum habens, ad res, quae imponentur retinendas, ne defluerent. Haec et plura Salmaſ. ad* Capitol. Anton. Iuni c. 12. *Habetur hoc nomen* l. 2 C. Theod. de Curioſis, Habens nimis copiam rhedae flagitet mulas duas; aut rhedam vſurpet, cui irotum, vel veredum poſtulare vel clabulare permiſſum eſt. *Vid. omnino Scheffer. de Re vehic.* l. 2 c. 28 *et* 29. *Conf.* ANGARIA. *Eſt, vt* [illegible]*nuimus, proprie nomen Adiectiuum.*

CLABVLĀRIS, e. Adi. *Vt,* Curſus clabularis, *qui militibus concedebatur, quoties ex aliis in alia loca celeriter transferri eos oporteret, vt* ſt in l. 22 Cod. de curſu publico. *Nonnulli ſcribunt* Clauularis, *vt* [illegible]mmian. 20, 4. *vid. Valeſ.*

CLADES, is. f. [ἧττα, λύμη, πῆμα] *Volunt eſſe proprie ramorum* τῶν κλάδων] *amputationem. Illud certum, ſtragem, ruinam, caedem, notari.* Plin. 16, 32 A quo deinde tempore maieſtas Populi Rom. reſurrexit, quae ante vaſtata cladibus fuerat. Ouid. Triſt. 5, 4, 3 *de exilio ſibi indicto,* Quumque alii fugerent ſubitae contagia cladis. Nec vellent ictae limen adire domus: *quaſi ſermo eſſet de domo fulmine percuſſa, cuius ruina metueretur. De eadem re* id. ex Ponto 2, 3, 65 Vt tamen audita eſt noſtrae tibi cladis origo. [illegible]l. 1, 40 In regna Latini Turbine mox ſaeuo venientum haud [illegible]ſcia cladum. Liu. 2, 13 Mucium dimiſſum, cui poſtea Scaeuolae a clade dextrae manus *(quam combuſſerat)* cognomentum inditum, *etc. Metonym.* Virg. Aen. 6, 842 Duo fulmina belli Scipiadas, cladem Libyae, *i. auctores cladis, victores exercituum. Sic* Porcius Latro Decl. in Catil. 33 *de Catilina,* Vigent enim in illa clade diuerſiſſimae pariter, continentia et libido. Ouid. Met. 14, 485 At Acmon Feruidus ingenio, tum vero et cladibus aſper, *quas perpeſſus erat.* ¶ 2 *Epitheta;* Aſpera clades Sen. Hippol. 993. Paterc. 2, 112, 4 Paene exitiabilem omnibus cladem intulit. Funeſta Sen. Thyeſt. 189. Cic. de Clar. Orat. 332 Curſum ingenii tui Brute premit haec Importuna clades ciuitatis. Miſeranda Sen. Med. 207. Peruicax Idem Oed. 17. Claud. in Eutrop. 1, 412 Ecce Repens iſdem clades a partibus exit, Terroriſque minus ſed plus habitura pudoris, Eutropius Conſul. Saeua Sen. Herc. fur. 1166. Subita Ouid. Triſt. 5, 4, 33. Triſtis Hor. Carm. 3, 3, 62. ¶ 3 *Verborum formulae:* Liu. 3, 26 Nam quum haud procul ab hoſte caſtra poſuiſſet, nulla magna clade accepta caſtris ſe pauidus tenebat. Item Curt. 4, 12, 15. Afferre magnam cladem populo Cic. de Nat. Deor. 2, 8 c. 3. Contrahere cladem Liu. 25, 19. Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 197 Acies vtinam veſana gigantum Hanc dederit cladem. Sil. 16, 671.

Ne vero fabricate moras, ſed currere fortem
Hanc finite, ad veterum Delenda opprobria cladum
Quam mihi ſeruauere dei.

Hor. Carm. 3, 6, 19 Hoc fonte deriuata clades In patriam populoſque Fluxit. Claud. in Ruff. 2, 25 Laxauitque viam bellis, et ne qua maneret Immunis regio, cladem Diuiſit in orbem. Lucret. 5, 49 Quidue ſuperbia, ſpurcitia, ac petulantia, quantas Efficiunt clades? Ouid. Met. 7, 561 Inque ipſos ſaeua medentes Erumpit clades, obſuntque auctoribus artes. Cladem, *Peſtem et contagia vocat.* Lucan. 8, 703 *de Fortuna,* Cladeſque omnis exegit in vno ſalua die, quibus immunes tot praeſtitit annos: *pro longa felicitate cumulatum infortunium dedit.* Facere cladem Salluſt. in Iugurth. 59. Importat clades diſcordia ciuilis, *vid.* IMPORTO. Importare cladem periculi Lucret. 3, 825. Inferre cladem Liu. 29, 3. Leuare Ouid. Met. 2, 281. Metuere Idem Met. 5, 358. Metuenda clades Claud. in Eutrop. 2, 304. Minari Lucan. 3, 36. Sen. Med. 207 Quamuis enim ſint clade miſeranda Obruta. Idem Troad. 989 Nunc victa, nunc captiua, nunc cunctis mihi Obſeſſa videor cladibus. Clades Oppreſſit remp. Sall. Cat. 39, 4. Ouid. Met. 9, 176 Cladibus, exclamat, Saturnia paſcere noſtris, Paſcere, et hanc peſtem ſpecta crudelis ab alto. Propert. 3, 3, 9 Craſſos cladeſque Piate! *ad milites vt vlciſcantur cladem a Parthis acceptam, qua Craſſus quoque periit.* Reddere cladem Liu. de Bell. Pun. . . Repetita clades Claud. de Bell. Get. 284. Virg. Aen. 12, 556 Iret vt ad muros, vrbique aduerteret agmen Ocius, et ſubita Turbaret clade Latinos.

CLADECVLA, ae. f. Dimin. Cathol.

CLAEON, *Fons in Phrygia.* Plin. 31, 2 ſ. 16 Theophraſtus *ait,* Marſyae fontem in Phrygia ad Celaenarum oppidum ſaxa egerere. Non procul ab eo duo ſunt fontes, Claeon, et Gelon ab effectu Graecorum nominum dicti. *Nempe* παρὰ τὸ κλαίειν καὶ γελᾶν, *quae verba flere et ridere ſignificant.*

CLAM. [κρύφα, λάθρα] *Iterdum Aduerbium, interdum Praepoſitio Accuſatiuo et Ablatiuo caſui ſeruiens, ſignificat Occulte. Videtur ex Graeco* κλέμμα *deſcendere et* furtim *ſignificare, vid.* CLEPO. *Certe magis hoc probabile, quam illud* Feſti, Clam, a Clauibus dictum, quod his, quae celare volumus, claudimus. Seruius in Donat. p. 1798 *Putſch.* Clam praepoſitio, quam Donatus inter Ablatiuas poſuit, ſcire debemus, quod indifferenter pro arbitrio dicentis et Ablatiuo iungitur et Accuſatiuo. Dicimus enim *clam patre,* et *clam patrem.* Plaut. Amph. prol. v. 107 Is amare occoepit Alcumenam clam virum. *Sic Gron. Al.* Viro. *Frequentiſſima ſunt apud Comicos* me *et* te τῷ clam *iuncta, in quibus diſcerni caſus non poteſt. v. g.* Ter. Andr. 1, 5, 52 Nec clam te eſt. Plaut. Rud. 1, 2, 45 Neque poteſt clam me eſſe, ſi qui ſacrificant. Ter. Heaut. 1, 1, 46 Haec clam me omnia, *i. Nihil ſciebam de his omnibus.* Paullo clam iis eam vidi Cic. Att. 15, 1. *Vitioſa lectio: incertiſſima quidem.* Clam, *accuſatiuo iunctum.* Plaut. Caſin. 2, 8, 32 Bona multa faciam clam meam hanc vxorem. Plaut. Caſin. prol. 51 Nunc ſibi vterque contra legiones parat, pater, filiuſque clam alter alterum. Ter. Hec. 4, 4, 35 Non me clam Haberet, quae celaſſe intelligo. *Vbi* Donatus; i. e. Non tacuiſſet, partumque celaſſet. Pſeudo-Cic. in Salluſt. 15 Timens ne facinora eius clam vos Eſſent. ¶ 2 *De Aduerbio* Clam Priſcian. 14 p. 988 Clam, magis Aduerbium eſt, quum nec localem habeat aliquam ſignificationem, quam plerumque Praepoſitiones poſſident: et qualitatem demonſtret, quae in Aduerbiis inueniri ſolet: et diminuatur, quod nulla praepoſitio habet, vt *Clanculum:* et poſſit etiam abſque caſu proferri, vt, *Bona aperte facit, mala autem clam:* et quod apud Graecos abſque vlla dubitatione Aduerbium eſt. Nihil mirum tamen, quod praeponatur caſui, quum multa aduerbia, et maxime localia, et apud Graecos, et apud nos ſoleant caſibus praeponi: quorum pleraque noſtri Praepoſitiones eſſe dixerunt. Et cum eo clam ſubduxti te mihi? Ter. Eun. 4, 7, 25. Id. Andr. 2, 6, 13 Amauit, tum id clam. Caeſ. Bell. Gall. 4, 30 Ac ſuos clam ex agris deducere coeperunt. Plaut. Poen. 3, 3, 49 At enim clam furtim hic eſſe vult, ne qui ſciant. Cic. Verr. 4, 23 Per iſtos, quae volebat, in nauem clam imponenda, occulte exportanda curabat. Clam facere *id dicimur,* Quod eo inſciente facimus, quem id prohibiturum eſſe ſuſpicabamur, *vt patet ex* l. 3 §. vlt. D. quod vi, aut clam. *Sic* Clam, *Ex inſidiis.* Virg. Aen. 1, 354 Clam ferro incautos ſuperat. Cic. pro Roſc. Amer. 23 Multa palam domum ſuam auferebat: plura clam de medio remouebat. Neque ceſſauit inſidias ſtruere clam, palam Suet. Domit. 2. Ter. Adel. 1, 1, 46 Si ſperat fore clam, rurſum ad ingenium redit. *i.* Si ſperat non reſcitum iri. Plaut. Mil. 3, 3, 9 Quam ſane magni referat, mihi clam eſt.

CLANCV̄LVM. Dimin. [κρυφῆ] *Aduerbialiter* Ter. Eun. 3, 5, 41 Veniſſe clanculum per impluuium. Plaut. Poen. 4, 2, 91 Vale, et haec cura, clanculum vt ſint dicta, *i. Ne quis reſciſcat. Praepoſitionis more* Ter. Adel. 1, 1, 27 Poſtremo alii clanculum patres quae faciunt, *etc.*

CLANCV̄LO. Adu. [λάθρα Gloſſ. Cyrill.] *Idem.* Macrob. Saturn. 5, 18 *de Virgilio,* Fuit hic Poëta vt ſcrupuloſe et anxie, ita diſſimulanter et clanculo doctus. *Saepe vſus eſt* Apul. in Met. Per furtum clanculo auſertur Auguſt. Epiſt. 54.

CLANCVLARIVS, a, um. Adi. [κρύφιος] *Vt,* Poëta clancularius, *qui ſuppreſſo nomine ſuo, dicta quaedam et foeda probra ſcribit: quae mauult alterius videri.* Martial. 10, 3 Vatiniorum proxeneta fractorum, Poëta quidam clancularius ſpargit.

CLANDESTĪNVS, a, um. Adi. [κρυφαῖος] *Occultus.* Plaut. Amph. 1, 2, 28 Et clandeſtina vt celetur ſuſpicio. Colloquia clandeſtina cum hoſtibus Cic. de Seneċt. 40 c. 12. Conſilia clandeſtina Caeſ. Bell.

Bell. Gall. 7, 1. Cic. in Orat. c. 66. Liu. 4, 36 Quum patres clandeſtina denuntiatione reuocati ad diem certam eſſent. Foedus Idem 3, 36. Sil. 7, 267 Ceu clandeſtino traheretur foedere bellum. Cic. Off. 2, 81 c. 23 Aratus Sicyonius — clandeſtino Introitu vrbe eſt potitus. Motus Lucret. 2, 127. Scelus Cic. pro Sulla 33.

CLANDESTINO. Adu. [κρυφίως] *i.* Abſcondite, *vt ait* Nonius 1, 176. Plaut. Milit. 4, 1, 10 Nam hoc negotii clandeſtino vt agerem, mandatur mihi. Lucil. lib. 26 At enim dicis clandeſtino tibi quod commiſſum foret, Neu mutines quidquam, neu myſteria ecferres foras.

CLAMOR, *Archaice* CLAMOS, ōris. m. [κραυγὴ, βοὴ] *Vox elatior, a κλάω vel κλάζω dicta, quibus etiam κράζω cognatum eſt.* Plin. Epiſt. 9, 13, 4 Ac primis quidem diebus redditae libertatis pro ſe quisque inimicos ſuos, duntaxat minores, incondito turbidoque clamore poſtulauerant ſimul et oppreſſerant. Gruum clamor Lucret. 4, 183. Hor. Carm. 3, 29, 38 *in deſcriptione tempeſtatis*, Fluminis — nunc lapides adeſos, Stirpesque raptas, et pecus, et domos, Voluentis vna non ſine montium Clamore vicinaeque ſiluae, *i. ſono, ſtrepitu.* ¶ 2 *Saepe plauſum et acclamationes laudantium ſignificat.* Cic. de Orat. 1, 152 c. 33 Haec ſunt, quae clamores et admirationes in bonis oratoribus efficiunt. *Et* ad Q. Fr. 3, 1, 3 Quod ad Pomponiam *(vxorem tuam)* Scribas velim, cum aliquo exibimus, eat nobiſcum, puerumque ducat. Clamores efficiam, ſi eum mecum habuero otioſum *(vid. leg.* otioſus) Nam Romae reſpirandi non eſt locus: *promittit ſe inſtituere velle fratris ſui et Pomponiae filium, vt laudetur.* Quinctil. 4, 2, 37 Quae virtus negligitur a plurimis, qui ad clamorem diſpoſitae vel etiam forte circumfuſae multitudinis compoſiti *etc. Sic* Clamorem mereri 12, 9, 8. Plin. Epiſt. 4, 5, 1 Aeſchinem aiunt petentibus Rhodiis legiſſe orationem ſuam, deinde Demoſthenis, ſummis vtramque clamoribus. *Et* 4, 19, 3 Diſponit, qui nuntient ſibi, quem aſſenſum, quos clamores excitarim. Quinctil. 12, 6, 4 Quae cum ſex et viginti annos natus ſummis audientium clamoribus dixerit. ¶ 3 *Epitheta elementorum ordine diſpoſita:* Abſonus clamor, *vid.* ABSONVS. Cic. de Orat. 3, 225 Deinde eſt quiddam contentionis extremum, quod tamen inferius eſt, quam Acutiſſimus clamor, quo te fiſtula progredi non ſinet, et tamen ab ipſa contentione reuocabit. Ouid. Faſt. 3, 221 Et quaſi ſentirent, Blando clamore nepotes *(Sabinorum cum Romanis pugnantium)* Tendebant ad auos brachia parua ſuos. Caecus, *Confuſus, qualis eſt multorum ſimul clamantium in tumultu* Valer. Argon. 2, 461. Ciuilis clamor, *a ciuibus ſublatus* Liu. 3, 28. Clarus, Concionalis, *v. ſſ. ll.* Dirus Sil. 7, 326. Diſſonus Stat. Theb. 6, 625. Diſſoni clamores Liu. 4, 28. Ferox, *vid.* n. 4 Prouocare clamore. Ferus Stat. Theb. 6, 130. Feſti clamores *vid.* n. 4 Perſonare feſtis clamoribus. Sen. Troad. 678 Ceſſatis? et vos Flebilis clamor mouet, furorque caſſus feminae. Femineus Sil. 15, 471. Horrendus Virg. Aen. 2, 222. Horrido clamore complere caelum Sen. Herc. Oet. 798. Virg. Aen. 3, 672 Clamorem Immenſum tollit, quo pontus et omnes Intremuere vndae. Plin. Epiſt. 2, 14, 10 Audiit ex proximo Immodicum, inſolitumque clamorem. Hor. Carm. 1, 27, 7 Impium *vocat* Clamorem *eorum, qui inter pocula rixantur et tumultuantur.* Clamor Index alacritatis Curt. 8, 11, 8. *Vid. ibi Freinsh.* Infeſtus, *Minitans caedem et exitium.* Valer. Argon. 8, 325 Inque imum pariter mare protinus omnes Infeſto clamore ruant. Ingens Idem Aen. 12, 268. Inſolitus Stat. Theb. 1, 431. Ouid. Met. 4, 28 Quacunque ingrederis, clamor Iuuenilis, et vna Femineae voces, *etc.* Virg. Aen. 3, 524 Laeto ſocii clamore ſalutant. Longus Stat. Theb. 5, 552. Valer. Argon. 1, 646 Quoties mox rapta videbo Vela Notis, plenasque Malis clamoribus vndas, *i. miſerorum extrema excipientium.* Moeſti clamores Ouid. Met. 8, 447. *al.* Vlulatus. Nauticus Virg. Aen. 3, 128. Nefandus Valer. Argon. 4, 516. Nouus clamor accidit Liu. 4, . . . Sil. 13, 148 Imperitans violenter equo, poſtquam auribus hoſtis Vicinum ſeſe videt ac clamore Propinquo. Rapidis clamoribus vrbem exagitat Stat. Theb. 5, 96. Repens clamor quatit caſtra Sil. 3, 221. Secundo clamore exit primus locus Hippocoontis, *de ſorte, quam clamore laudant homines* Virg. Aen. 5, 491. Ouid. Triſt. 3, 3, 43 Nec mandata dabo? nec cum clamore Supremo Labentes oculos condet amica manus? Teneri Plin. Epiſt. 2, 14 *qui iudicarent adoleſcentulos.* Varius, *i. Confuſus.* Claud. in Epithal. Pallad. et Ser. 21. ¶ 4 *Formulae verborum* Actus clamoribus magnis Virg. Aen. 2, 128. *i. Excitatus, impulſus.* Adiicere clamorem, Affligi clamore *v. ſſ. ll.* Circumſonat hoſtes clamor Liu. 3, 28. Conſonat clamor, *vid.* CONSONO. Virg. Aen. 3, 566 Ter ſcopuli clamorem inter caua ſaxa Dedere. Datus ad aſtra clamor Sil. 6. . . Edere clamorem maiorem cum admiratione Cic. de Diuin. 2, 50 c. 23. Liu. 4, 27 Clamor ſubito ortus — vigiles — ex ſomno Exciuit. Erumpere ſubito clamore Virg. Aen. 11, 609. Cic. Verr. 5, 94 c. 36 Excipitur ab omnibus eiusmodi clamore, vt ei Lamſaceni periculi ſimilitudo verſaretur ante oculos. Excipere teneris clamoribus Plin. Epiſt. 2, 14. *Sed* Virg. Aen. 9, 54 Clamorem excipiunt ſocii, fremituque ſequuntur. Exoritur clamorque virûm, clangorque tubarum Idem Aen. 2, 313. Fatiſcere clamore Stat. Silu. 5, 5, 21. Ferit aurea ſidera clamor Virg. Aen. 2, 488. Ferre clamorem ad litora Idem Georg. 1, 362. Liu. 3, 44 Pauida puella ſtupente, ad clamorem nutricis fidem Quiritium implorantis Fit concurſus. Verr. 5, 92 Quum Praetor quaereretur, et conſtaret, ei neminem nuntiaſſe, Fit ad domum eius cum clamore concurſus atque impetus. Virg. Aen. 6, 175 Ergo omnes magno circum clamore Fremebant. Fremendus Stat. Theb. 12, 752. Furit vndique Idem Theb. 6, 625. Iactari clamore conuicioque, *vid.* IACIO. Virg. Georg. 4, 460 At chorus aequalis Dryadum clamore ſupremos Implerunt montes. Implere magnis clamoribus aliquem hominum conſeſſum Idem Aen. 5, 340. Inceptus clamor fruſtratur hiantes, Id. Aen. 6, 493. *i. non poſſunt clamare.* Virg. Aen. 10, 895 Clamore incendunt caelum, Troësque Latinique, *i. aëra quaſi calefaciunt. Incaleſcunt enim, quae vehementer et cum attritu mouentur. Sic* Incendit clamore nemus Stat. Theb. 5, 553. Ingeminat clamor Virg. Aen. 5, 227. Inſequi clamore ac minis, *vid.* INSEQVOR. *Sed* Virg. Aen. 1, 91 Inſequitur clamorque virûm, ſtridorque rudentum. Integratus Stat. Theb. 6, 42. It ad alta atria Virg. Aen. 4, 665. Laceſſere ſidera Clamore Sil. 17, 387. Lenire clamorem impium Hor. Carm. 1, 27, 7. *i. deſinere rixari.* Virg. Aen. 4, 410 Proſpiceres arce ex ſumma, totumque videres Miſceri ante oculos tantis clamoribus aequor. Miſſus ad ſidera vulgi Stat. Theb. 12, 521. Obſtrepi clamore, Oritur clamor, *v. ſſ. ll.* Cic. Verr. 4, 94 Interea ex clamore fama tota vrbe Percrebruit, expugnari deos patrios. Perfertur, *vid.* PERFERO. Peruenit ad aures Virg. Aen. 9, 395. Plin. Epiſt. 2, 17 Quum reliqua pars tecti licentia dierum, feſtisque clamoribus Perſonat. *De Saturnalibus loquitur.* Virg. Aen. 1, 523 Cunctis nam lecti nauibus ibant Orantes veniam, et templum clamore Petebant, *i. cum clamore turbae comitantis, quam nouitas rei concitauerat.* Ouid. Met. 1, 207 Subſtitit, ac Preſſus clamor grauitate regentis, Iuppiter hoc iterum ſermone ſilentia rupit. Premere clamore ad retia ceruum Virg. Georg. 3, 43. *Et* Aen. 1, 328 Aut ſpumantis apri curſum clamore Prementem. Profari magno clamore Sil. 11, 211. Cic. pro Flacco 15 c. 6 Sic ſunt expreſſa iſta praeclara pſephiſmata, — porrigenda manu [χειροτονεῖν] Profundendoque clamore multitudinis concitatae. Profuſus ſermo cum clamore Lucret. 4, 543. Prouocare hoſtem feroci clamore, et noua praelia poſcere Sil. 17, 521. Redintegratus Liu. 4, 28. Reſonat Chaos moeſto clamore Sen. Herc. fur. 1108. Reſonat clamoribus aether Virg. Aen. 5, 228. Reſultant accenſae clamore fores Stat. Theb. 6, 43. Virg. Aen. 5, 15[illegible] — pulſati colles clamore Reſultant, *i. clamore repercutiunt.* Reuocare aliquem cum clamore Idem Aen. 5, 167. Valer. Argon. 3, 5[illegible] Illicet ad regem clamor Ruit. Virg. Aen. 3, 524 Italiam laeto ſocii clamore Salutant. Significari clamore illo non aduentum modo Liu. 3, 28. Sonant clamore viri Ouid. Met. 11, 495. Sopor clamore ſolutus Idem Met. 3, 630. Liu. 3, 62 Poſtquam ingenti alacritate clamor eſt Sublatus. Sublatus ad aethera clamor Virg. Aen. 2, 338. Subſiſtit clamor Ouid. Met. 1, 207. Liu. 3, 28 Tollere omnes clamorem iubet. Clamore Sublato, ante ſe quemque ducere foſſam *etc.* Cic. Verr. 4, 94 c. 43 Clamor a vigilibus, fanique cuſtodibus Tollitur. Tollitur in caelum Virg. Aen. 11, 745. Tonuere feris clamoribus aſtra Sil. 16, 95. Virg. Aen. 2, 58 Ecce manus iuuenem interea poſt terga reuinctum Paſtores magno ad regem clamore Trahebant. Idem Aen. 4, 303 Orgia, nocturnusque Vocat clamore Cithaeron. Vocare clamoribus hoſtem, *Prouocare* Id. Georg. 4, 76. Vocari clamore ad locum aliquem Virg. Aen. 2. 437. Clamore, Bellico ſcilicet. Seruius.

CLAMO, āre. [κράζω, βοάω,] *A κλάω ductum*, et *eſt Vociferar*[i] Ter. Adel. 1, 2, 11 Clamant omnes indigniſſime factum eſſe. Ci[c.] Att. 5, 21 Id clamare omnes qui aderant, nihil impudentius, *etc.* E[t] quum clamarem, quo nunc ſe proripit ille Virg. Eccl. 3, 19. *Nemp[e] in his* Clamare, *pro* Dicere *accipitur.* Cic. Verr. 1, 144 Quum tut[o]res HS. LXXX millibus id opus, ad illius hominis iniquiſſimi arb[i]trium ſe effecturos eſſe clamarent. *Sed nonnunquam* Clamare *et* D[i]cere *opponuntur.* Cic. Diuinat. in Caec. 48 c. 15 Quid in dicend[o] poſſit nunquam ſatis attendi; in clamando quidem video illum e[ſſe] bene robuſtum atque exercitatum. *Metaph.* Sil. 4, 526 Spumea ſaxo[s] clamat conuallibus vnda. Idem 9, 517 Clamante procella. Aliqu[id] clamare, *Alta voce proferre* Sil. . . . Ouid. Epiſt. Sabin. 2, [illegible] Multum clamauit vterque, Poſcunt carbaſa venti. Cic. de Fin. 58 ſ. 18 Clamat Epicurus, is quem vos nimis voluptatibus eſſe de[di]tum dicitis, non poſſe iucunde viui, niſi ſapienter, honeſte, iuſteq[ue] viuatur. Clamabat porro ipſe Quintius, ſeſe idcirco nolle ſatisda[re] Cic. pro Quint. 31. *i. teſtabatur publice.* Idem pro Muraen. 78 c. Tum me pacis, otii, concordiae, libertatis, ſalutis, vitae deniq[ue] omnium veſtrum cauſa facere clamo, atque teſtor. Ter. Andr. 2, 11 Sed poſtquam egreſſa eſt, illis quae ſunt intus, clamat de v[ia] Ouid. Amor. 2, 6, 48 Clamauit moriens lingua, Corinna vale. Pla[ut.] Bacch. 2, 3, 51 Cum mihi ipſum nomen eius Archidemidis clamare demturum eſſe ſi quid crederem, *i. aperte ſignificaret.* Cic. de *Fin.* 4, 9 Senſus enim cuiusque et natura rerum atque ipſa Veritas clamabat quodammodo non poſſe adduci, ut, *etc.* Idem de Fin. 2, 6[illegible] *de M. Regulo*, Clamat Virtus beatiorem fuiſſe quam potantem in roſ[a] Thorium. *Metaph.* Catul. 6, 7 Nam te non viduas iacere noct[es] Nequidquam tacitum cubile clamat. Ter. Adel. 3, 3, 26 Mihi qu[i]dem non placent: et clamo ſaepe. Conteſtans deos hominesqu[e] clamare coepit Cic. Verr. 4, 67. Idem Verr. 5, 17 c. 7 Quum m[a]xime, hoc vt dico, de pecunia clamaret, in vincula coniectus e[ſt] *Et* Verr. 5, 12 Quum Is, qui ſe Ciuem Romanum eſſe clamaret, in cr[u]cem ageretur. Catul. 65, 14 Ad me omnes clamant, ianua culpa t[ua] eſt. Ouid. Rem. Amor. 597 Perfide Demophoon ſurdas Clamab[at] ad vndas, *i. fruſtra in litore dicebat.* ¶ 2 Clamare aliqu[em] *actiue, pro Vocare. Vnde*, Clamaris ab eo inſanus Cic. *ap.* Auguſti[n.] contra Acad. 3. Clamatus conuiua Martial. 1, 50. Plaut. Aſin. 3, 10 Ita haec morata eſt ianua, extemplo ianitorem clamat. Vir[g.] Ecl. 6, 44 Hylam nautae clamant. Clamare aquas Propert. 4, 9, [illegible] Per vices clamare modo hoc, modo illud nomen Ouid. Faſt. 4, 4[illegible] Virg. Aen. 4, 674 Per medios ruit, ac morientem nomine clama[t]. Nomen alicuius extremo puluere clamare, *eſt Conclamare, et mort[uo] extremum vale dicere* Propert. 1, 17, 23. Praecone publico ſilentiu[m] clamante Apul. Met. 3 p. 130.

CLAMANS. Partic. [κράζων] *Vt*, Ouid. Met. 8, 229 Ora p[a]trium clamantia nomen.

CLAMĀTVS, a, um. Partic. Paſſiu. [κεκραγμένος] Ouid. Met. 2, 4[illegible] Adſpicit hanc, viſamque vocat, clamata refugit. Clamata palm[a] theatris Id. Faſt. 5, 189. Stat. Theb. 9, 434 Ille ego clamatus ſac[ris] vlulatibus amnis. Martial. 1, 50 Conuiua clamatus prope. *i. e vicini*

CLAMATVS, ûs. m. Sed neque clamatu eſt neque pulſu mobi[le] corpus Paullin. Natal. Fel. 3 v. 279.

CLAMĬTO, āre. Frequent. [κράζομαι] Ter. Andr. 4, 6, Clamitent me ſycophantam hereditatem perſequi. Cic. Tuſc. 2, [illegible] Nam quum ex renibus laboraret, ipſo in eiulatu clamitabat, falſa e[ſſe] quae antea de dolore ſenſiſſet ipſe. Ter. Andr. 1, 1, 117 Venit Chr[e]mes poſtridie ad me clamitans, indignum facinus comperiſſe ſe. *In actiue.* Plaut. Pſeud. 5, 1, 30 Clamitant me, vt reueniam. Cic. Diuin. 2, 84 c. 40 Quidam in portu caricas Cauno aduectas vende[ns] Cauneas clamitabat. Saepe clamitare Ter. Adel. 1, 1, 35. C[ic.] pro Roſc. Com. 20 c. 7 Nonne ipſum caput, et ſupercilia illa penit[us] abraſa, olere malitiam et clamitare calliditatem videntur? *Nempe vt* Fateri *etiam res ratione, vel ſenſu adeo carentes dicuntur illud, qu[od] habitu quodam externo indicant. Imperſ. paſſiu.* Liv. 1, 9 Thalaſ[ſio] ferri clamitatum.

CLAMITANS. Partic. [κραζόμενος] Liu. 3, 13 Haec Volſc[o] clamitante, adeo concitati homines ſunt, vt, *etc.*

CLAMĀTOR, ōris. m. [κραστὴς] *Qui clamat.* Cic. de Orat. 78 c. 21 Quare Coracem iſtum veſtrum patiamur nos quidem pull[os] ſuos excludere in nido, qui euolent clamatores odioſi ac mole[ſti] *Alludit ad* Coracem, *Rhetorices inuentorem, vt quidam volunt, quod [no]men, cum* Coruum *ſignificet, rhetores ex tali diſciplina progreſſi* pul[li] et cl[amatores]

:t clamatores vocantur. Cic. Brut. 182 c. 49 Ego tamen ita de vno- quoque dicam, vt intelligi poſſit, quem exiſtimem clamatorem, quem oratorem fuiſſe. Gell. 19, 9 Clamator tantum et facundia rabida iurgio- ſaque. *Sed* Martial. 12, 26 Nec venit ablatis clamator verna lacernis, *etc.*

CLAMATORIVS, a, um. Adi. [κραυγικὸς] *Vt*, Clamatoria auis, quae alias Cliuia a Labeone Prohibitoria dicitur Plin. 10, 14. Clamato- rium genus *laudatur* Cic. Q. Frat. 3, 3. *Sed mel.* declamatorium.

CLAMITATIO, ōnis. f. Plaut. Moſtell. 1, 1, 6 Quid tibi, ma- lum hic ante aedes clamitatio eſt?

CLAMŌSVS, a, um. Adi. [κραυγώδης] *Clamore obſtrepens, Vocifera- tor, etiam locus, vbi frequenter et multum clamatur.* Martial. 5, 85 Cla- moſo reuocatur a magiſtro. Auct. *ad* Heren. 3, 23 c. 13 Continua- tio, eſt orationis enuntiandae Acceleratio clamoſa. Quinctil. 5, 13, 2 Indirecta fere, atque vt ſic dixerim, clamoſa actio: *ſed, vt monuimus ad eum locum, legendum videtur* Dumoſa. Idem 6, 4, 15 Ne turbi- dus et clamoſus tantum ſit Altercator, et quales fere ſunt, qui literas neſciunt. Iuuen. Sat. 9, 144 Securum iubeant clamoſo inſiſtere circo. Forum clamoſum Sen. Herc. fur. 172. Martial. 11, 99 Nec ſuperba clamoſi Lictoris abiget virga, *etc.* Suburra clamoſa Martial. 12, 18. Theatrum clamoſum Stat. Silu. 3, 5, 16. Vrbs Id. Silu. 4, 4, 18. *ad tu- multum ſignificandum, cui quies ruſtica opponitur.*

CLAMOSE. Adu. Quinctil. 11, 3, 45 Vitemus igitur illam, quae Graece μονοτονία vocatur, vna quidem ſpiritus ac ſoni intentio, non ſolum ne dicamus omnia clamoſe, quod inſanum eſt: aut intra lo- quendi modum, quod motu caret: aut, *etc.*

CLANCVLO, CLANCVLVM, CLANDESTINVS, *vid.* CLAM.

CLANGO, nxi, ĕre. [κλάγγω] *Verbum ex ſono ipſo fictum, quem, velut fractum, i. tremulum, et crebrum ſignificare videtur.* Au- ctor Philomelae 28 Dum clangunt aquilae; vultur pulpare probatur. Accius *apud* Non. 6, 86 Simul et circum magna ſonantibus Excita ſaxis Saeua ſonando Crepitu clangente cachinnant. *Illud apparet, tempeſta- tem deſcribi.* Flacc. Argon. 3, 349 Ter inhorruit aether Luctifi- cum clangente tuba. *Verbum rarum.*

CLANGOR, ōris. m. [κλαγγὴ σάλπιγγος Vet. Gloſſ. ἦχος σάλ- πιγγος Id.] *Auium quarundam crepitus et frequenter Sonus tubae.* Virg. Aen. 2, 313 Exoritur clamorque virûm, clangorque tubarum. Liu. , 39 Aquila magno clangore volitans. Cic. ex Aeſchylo Tuſc. 1, 25 . 10 *de aquila*, Tum iecore opimo farta et ſatiata affatim Clangorem undit vaſtum *etc.* Sueton. Domit. 6 Statuam Aquila circumplexa ennis, clamores laetiſſimos edidit. Columel. 8, 13 Nam clangore rodit inſidiantem. *De anſere.* Plin. 18, 35 Et Fulicae matutino clan- ore. Claud. de Phoen. 45 Hic ſedet, et ſolem Blando clangore alutat. Stat. Theb. 5, 13 *de Gruibus* Illae clangore Fugaci *(ſimul celeriter volantes)* Vmbra fretis aruisque volant. *De iisdem* Theb. 2, 517 Tunc Hilari clangore ſonant. Luctifici clangores tubae Stat. Theb. 10, 546. Raucus Sil. 16, 94. Saeuus Valer. Argon. 4, 579. Cic. de Diuin. 2, 63 c. 30 Quos *pullos* cum *aquila* conſumeret octo, Nona ſuper tremulo genitrix clangore vocabat. Poëta Aſtron. de efectu lunae *ap.* Pithoeum p. 523

Vincibilemque petit clangorem Quippe per aethram
Qua citimus limes diſpeſcit turbida puris
Inuiolata meat.

Vincibilis clangor, *Vlulatus eſt et ſtrepitus tumultusque hominum labo- ranti lunae aduerſus veneficia opitulantium, ſuſurrosque magicos ſuperan- tium, vt recte* Turnebus Adu. 3, 19. Dare clangorem Sil. 4, 118 *e Aquila.* Raucus ſtridenti murmure clangor increpuit Idem 16, 94. *e procella.* Mugire per aethera tubae clangor *dicitur* Virg. Aen. 526. *De auibus* Idem Aen. 3, 226 Et magnis quatiunt clango- ribus alas.

CLANIVS. [Κλάνις] *Fluuius Campaniae iuxta Acerras vrbem.* Virg. Georg. 2, 225 Et vacuis Clanius non aequus Acerris. Seruius, Acerrae ciuitas eſt Campaniae, haud longe a Neapoli: . quam Clanius praeterfluit fluuius, cuius frequens inundatio eam exhaurit. Vnde ait *Vacuis, i.* Infrequentibus.

CLAREO, CLARIFICO, CLARIGO, CLARITAS, *vid.* CLARVS.

CLARVS ſ. CLAROS. [Κλάρος] *Colophoniorum oppidum, a quo* CLARIVS Apollo dictus eſt, Seruius *in illud* Virg. Aen. 3, 360 Qui tripodas, Clarii lauros, qui ſidera ſentis. Plin. 2, 103 Colo- phone, in Apollinis Clarii ſpecu lacuna eſt, cuius potu mira reddun- tur oracula, bibentium breuiore vita. Plin. 5, 29 ſ. 31 *poſt Colo- phonem*, Inde Apollinis Clarii fanum. Tac. An. 2, 54 Germanicus appellit Colophona, vt Clarii Apollinis oraculo vteretur. Non femina illic, vt apud Delphos, ſed certis e familiis, et ferme Mileto accitus ſacerdos, numerum modo conſultantium et nomina audit: tum in ſpe- cum degreſſus, hauſta fontis arcani aqua, ignarus plerumque litera- rum et carminum, edit reſponſa verſibus compoſitis ſuper rebus, quas quis mente concepit. *Sed* Id. An. 12, 22 Interrogatum Apollinis Clarii ſimulacrum ſuper nuptiis Imperatoris. Macrob. Sat. 1, 18 Va- ticinatum apud Clarium aqua potata effantur oracula. Clarius deus, Apollo Valer. Argon. 3, 299. Ouid. Met. 1, 515 *Apollo ait*, Mihi Delphica tellus Et Claros, et Tenedos, Pataraeaque regia ſeruit.

CLARVS, a, um. Adi. [λαμπρὸς, φαιδρὸς, φανὸς, ὀνομαστὸς, περίφαν- ς] *Proprie dicitur Lucidus.* *Scal. de Poët.* 4, 1 Clarus, *inquit in celebritatibus nata vox, cum victores per praeconem* calabantur, *exemta cali*, Clarus *pro* Calarus. *Vnde et verbum Horatianum*, Clarabit pu- lem. *Neſcio quam feliciter. Certe ad lucem et ſplendorem proprie pertinere hoc nomen videtur. Sic Apum rex* rutilis clarus ſquamis Virg. Georg. 4, 93. Aquilo clarus Idem Georg. 1, 460. *i.* Serenificus: m eſt et nubilus; ſicut fere omnes venti. Seruius. Colore claro lendere Lucret. 5, 1257. Dea clara mundi obſcuri, *Luna praefecta cti* Sen. Hippol. 309. Dies clarus Hor. in Carm. ſaecul. 23. Dies ara Virg. Aen. 5, 43. Incendia clara dant lucem Idem Aen. 2, 569. apides clari Hor. Carm. 4, 13, 14. *intelligit Gemmas.* *Sed al.* Cari. c. in Somn. Scip. 2 Oſtendebat autem Carthaginem de excelſo, et eno ſtellarum, illuſtri, et claro quodam Loco. Lucerna clara or. Serm. 2, 7, 48. Lumina oculorum clara Lucret. 4, 825. Cic. o Sull. 40 Vos denique in tantis tenebris erroris et inſcientiae cla- ſſimum Lumen praetuliſtis menti meae. Virg. Georg. 1, 5 Vos ô ariſſima mundi Lumina, labentem caelo quae ducitis annum. *Sol Luna.* Refulgere in Luce clara homo dicitur, qui eſt nimiae pul- ritudinis, cui nec lucis claritas derogat, qualem dicit Aeneam Idem en. 1, 592 Reſtitit Aeneas, claraque in luce refulſit. *Haec fere* Ser- ius. Marmor, *i. ſplendidum* Sen. Herc. Oet. 794. Olympus Id. en. 4, 268. Pater omnipotens clarus intonuit ab alto caelo, *i.* In renitate Virg. Aen. 7, 141 Seruius. Cic. in Arato 4 Et prope conſpicies paruum ſub pectore claro Andromedae ſignum. Clarum pectus, *Quod in eo ſtellae ſitae ſint.* Hor. Od. 3, 1, 38 Purpurarum ſidere clarior vſus. *Nam epitheton proprie ad Purpuram referri, non eſt dubium. Sic* Lucr. 2, 50 Nec clarum veſtis Splendorem pur- pureai. Virg. Aen. 3, 519 Dat clarum e puppi Signum, *i. vt etiam* Seruius *interpretatur*, Faculam eleuauit, *vt* Flammas cum regia pup- pis Extulerat. Quinctil. 5, 12 In rebus vero apertis argumentari tam ſit ſtultum, quam in clariſſimum Solem mortale lumen inferre. Cic. in Arato 179 Et tenues Stellae perhibentur nomine Aquari. Hic aliae volitant paruo cum lumine clarae. Sidus clarum, *i. Lucidum* Sen. Hippol. 410. Hor. Od. 4, 8, 31 Clarum Tyndaridae ſidus. *Conf.* Hor. Od. 3, 1, 38 Purpurarum ſidere clarior vſus. Tedae clarae coruſcis fulgoribus Lucret. 5, 296. Vitrum clarum, *i. Pellucidum* Ouid. Met. 4, 355. ¶ 2 Clara *dicuntur ea, quae omni dubita- tione carent, et ita manifeſta atque Certa ſunt, vt ea, quae in luce et ſolis radiis poſita ſunt.* Cic. Verr. 5, 99 Res erat clara, neque ſolum argu- mentis, ſed etiam certis teſtibus illius audacia tenebatur. Id. Verr. 2, . . Vt in re tam clara, tam teſtata. *Et* Verr. 3, 61 Clara res eſt, quam dicturus ſum, tota Sicilia celeberrima atque notiſſima. *Et* pro Roſc. Com. 8 c. 3 Ego quae clara ſunt conſuetudine, diutius dicere non debeo. *Huc refero etiam* Cic Att. 6, 9 *pr.* Admiratus ſum, vt vidi obſignatam epiſtolam, breuitatem eius; vt aperui, rurſus σύγχυσιν literularum, quae ſolent tuae compoſitiſſimae et clariſſimae eſſe, *i. facillimae ad legendum.* Cic. in Catil. 1, 6 c. 3 Luce ſunt clariora nobis tua Conſilia omnia. Idem de Fin. 1, 71 c. vlt. Si ea, quae dixi, Sole ipſo illuſtriora et clariora ſunt. Quod eſt luce cla- rius Id. Tuſc. 1, 116. ¶ 3 *Sed etiam ad ſonum refertur vehementer ferientem aures et penetrabilem.* *Vt*, Clara lamenta Sen. Hippol. 12. Clamor clarus Plaut. Poen. 5, 3, 27. Latratus clari Ouid. Met. 13, 806. Idem Met. 4, 138 Percutit indignos claro Plan- gore lacertos. Plaut. Aſin. Grex 6 Reinur impetrari poſſe, ſi Plau- ſum ſic clarum datis. *Sic* Signum clarum dare Plaut. Caſin. prol. 3. *i. Plaudere.* *Aliud* Clarum Signum *v. n.* 1. Quinctil. 8, 3, 16 Vt Syllabae e literis melius ſonantibus clariores ſunt: ita verba e ſyllabis magis vocalia. Lucret. 4, 571 Obſignans formam verbis, clarum- que Sonorem. Tuba clara, *Alte ſonans* Virg. Aen. 5, 139. Cic. pro Caecin. 22 Seruumque ſuum nomine Antiochum ad ſe vocauit, et clara Voce imperauit, vt eum, *etc.* Voce clara dicere Idem pro Cluent. c. 48. Clariore Caeſ. B. G. 5, 30. Voce clariſſima dicere Cic. pro Sulla. . . Voce clariſſima profiteri Idem Tuſc. 5, 119. ¶ 4 Clarus, [ἐπίσημος, γνώριμος] *Pro Inſigni atque excellenti acci- pitur, et eo, qui veluti fulgore quodam famae reſplendet, vt nempe etiam* Lumen, Lux, Illuſtris, *et ſimilia nomina, quae ad oculos proprie per- tinent.* Cic. de Fin. 1, . . . Claris et fortibus viris commemo- randis. Hor. Epiſt. 1, 7, 46 Strenuus et fortis, cauſisque Philip- pus agendis Clarus. Decore clarus Ouid. Met. 12, 189. Vir no- bilis et clarus ex doctrina Cic. pro Rabir. Poſth. 23. Forma clariſ- ſimus, *ob formam* Ouid. Met. 4, 793. Genere et factis clarus, Liu. 9, . . Cic. de Orat. 2, 155 c. 37 Certe non tulit vllos haec ciuitas aut gloria clariores, aut auctoritate grauiores, aut humanitate poli- tiores P. Africano, C. Laelio, L. Furio. Plin. Epiſt. 2, 13, 4 Is erit Voconius Rom. pater ei In equeſtri gradu clarus, clarior vitricus, immo pater alius. Idem Epiſt. 1, 10 Socer Pompeius Iulianus, cum caetera vita, tum vel hoc vno magnus et clarus quod ipſe prouinciae princeps — generum non honoribus principem ſed ſapientia, elegit. Nobilitate ſua clara domus Ouid. Epiſt. 17, 52. Origine Idem Epiſt. 19, 147. Virg. Aen. 1, 554 Troianoque a ſanguine clarus Aceſtes. Sapientia clarus Socrates Plin. 7, 19. In ea ſcientia clariſſimi Idem 36, 5. Scientia medicinae clariſſimus Hippocrates Id. 11, 7. ¶ 5 *Subſtantiua, quibus hoc Epitheton adiicitur:* Achilles clarus, *vid.* ſ. l. Adoleſcens clariſſimus Cic. Verr. 2, . . Auctor generis clariſſimus Ouid. ex Pont. 2, 9, 19. Plin. Epiſt. 7, 33, 8 Vereor, Clariſſimi Con- ſules, ne mihi *etc. vid. mox* Viri Clariſſimi. Domus multae et cla- rae lugubres Liu. 3, . . Dux clarus Hor. Carm. 3, 1, 47. Exem- pla Cic. de Diuin. 2, 8. Pacta Claud. ſext. Conſ. Hon. 435. Ge- nere claro tumens Sen. Octau. 496. Gloria Ouid. ex Pont. 3, 2, 36. Honor Lucret. 3, 76. Lucifer albo clarus equo Ouid. Met. 15, 189. Lumen clarum extollere e tenebris Lucret. 3, 1. Mortes clarae pro patria oppetitae Cic. Tuſc. 1, 116. Plaut. Rud. 4, 2, 28 Vbi Nobili- tas mea erit clara. Nomen Ouid. Met. 11, 285. Opus clarius nullum extat Idem de Arte Am. 3, 338. *de Aeneide Virgilii.* Patre claro natus Hor. Serm. 1, 6, 58. Patre clariſſimo natus, auo, ma- ioribus Cic. in Catil. 1, 4. Idem pro Sext. 6 Duxit vxorem patre viuo optimi et calamitoſiſſimi viri filiam, L. Scipionis. clara in hoc P. Sextii Pietas extitit, et omnibus grata, quod, *etc.* Profeſſores ſa- pientiae clariſſimi Celſ. 1 praef. Progenies Virg. Aen. 5, 564. Pro- les Lucan. 10, 86. Propago Lucret. 1, 423. Pugna clara et com- memorabilis Plaut. Pſeud. 1, 5, 111. Tacit. Ann. 15, 48 Is Calpur- nio genere ortus, ac multas inſignesque familias paterna nobilitate complexus, claro apud vulgum Rumore erat, per virtutem aut ſpecies virtutibus ſimiles. Sanguine claro genitus Sen. Octau. 496. Sena- tus Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 19. *Nempe* Clarus *aut* Clariſſimus *florente rep. Summae dignitatis appellatio, qua etiam laus boni ciuis con- tineretur. Hinc ſtomachatur* Cicero *hoc nomen Caeſari poſt mortem tri- butum pro concione ab Antonio* Att. 14, 11 Cum equidem concionem lego, de tanto viro, de Clariſſimo ciui, ferre non queo. *Et* 15, 20 Ego, quo die audiui illum tyrannum in Concione clariſſimum Virum appellari, ſubdiffidere coepi *etc.* *Sic* de Orat. 1, 198 c. 45 Ampliſſi- mus quisque et Clariſſimus Vir. *Et* pro L. Manilio 51 c. 17 At enim Vir clariſſimus, amantiſſimus reip. veſtris beneficiis ampliſſimis affe- ctus *(Praetura, Conſulatu, Imperiis)* Q. Catulus; itemque ſummis ornamentis honoris, fortunae, virtutis, ingenii, praeditus, Q. Hortenſius, ab hac ratione diſſentiunt — Sed in hac cauſa tametſi cognoſcitis auctoritates contrarias fortiſſimorum Virorum et Clariſſi- morum *etc.* *Et* pro Sext. 143 c. 68 Quare imitemur noſtros Brutos, Camillos, Ahalas, Decios, Curios, Fabricios, Maximos, Scipiones, Lentulos, Aemilios, innumerabiles alios — *Deinde* 144 c. 69 Sed me repente de fortiſſimorum et clariſſimorum ciuium dignitate *etc.* *Manſit hic etiam ſub Imperatoribus Senatoriae dignitatis titulus.* Con- ſules Clariſſimos *iam vidimus ex* Plin. Epiſt. 7, 33, 8. Lamprid. de Alexandro Seuero 21 Praefectis Praetorio ſuis ſenatoriam addidit di- gnitatem, vt viri clariſſimi et eſſent, et dicerentur. *Quin etiam mu- lieribus communicatus titulus.* Vlpian. l. 8 ff. de Senator. Feminae nuptae clariſſimis perſonis, clariſſimarum perſonarum appellatione continentur. Clariſſimarum feminarum nomine Senatorum filiae, niſi

quae viros clariſſimos ſortitae ſunt, non habentur. Feminis enim dignitatem clariſſimam mariti tribuunt: parentes vero, donec plebeiis nuptiis fuerint copulatae. Tamdiu igitur clariſſima femina erit, quam diu Senatori nupta eſt vel Clariſſimo, aut ſeparata ab eo alii inferioris dignitatis non nupſit: *Add.* l. 12 eod. Id. l. 100 ff. de Verb. Obl. Specioſas perſonas accipere debemus Clariſſimas vtriusque ſexus; item earum, quae *(licet earum mariti non ſint ſenatores)* ornamentis Senatoriis vtuntur. Lamprid. Heliog. 4 Solus omnium Imperatorum fuit, ſub quo mulier, quaſi clariſſima, loco viri Senatum ingreſſa eſt. *Vid. Caſaub. ad h. l. Salmaſ. ad* Vopiſci Aurel. 18. *Spanh. de Vſu num. diſſ.* 11 p. 269. *et* CLARISSIMATVS. Iſid. 9, 4 Primi ordines Senatorum dicuntur Illuſtres, ſecundi Spectabiles, tertii Clariſſimi. Iam inferius quartum aliquod genus non eſt. *Omnes igitur Senatores* Clariſſimi. Vir omnium, qui vnquam fuerunt, aut ſunt, aut etiam erunt, inter optimos clariſſime, inter clariſſimos optime, inter vtrosque doctiſſime Apul. Flor. p. 355. *Sed etiam poſitiuo gradu ſummi honoris et virtutis nomen eſt.* Cic. de Senect. 22 c. 7 Manent ingenia ſenibus, modo permaneat ſtudium et induſtria: nec ea ſolum in claris, et honoratis viris, ſed in vita etiam priuata et quieta. Idem de Amic. 102 c. vlt. Virtutem enim amaui illius viri, quae extincta non eſt, nec mihi ſoli verſatur ante oculos, qui illam ſemper in manibus habui: ſed etiam poſteris erit clara et inſignis. Vir ex doctrina nobilis et clarus Id. pro Rabir. Poſth. 23 c. 9. Viri praepotentes et clari Cic. pro Rabir. Poſth. 44 c. 16. Hor. Epiſt. 2, 1, 250 Nec magis expreſſi voltus per aënea ſigna, Quam per vatis opus mores animique virorum Clarorum apparent. Virg. Aen. 8, 48 Aſcanius clari condet cognominis Albam. *Compar.* Clarior, [λαμπρότερος] Senec. Hippol. 743 Pulchrior tanto tua forma lucet, Clarior quanto micat orbe pleno — Phoebe. Plin. Epiſt. 3, 16, 1 Alia clariora, alia maiora. Martial. 12, 11 Cuius Pimpleo lyra clarior exit ab antro? *De* Clariſſimis, *vid. modo* Clarus Senatus.

CLARE. Adu. [λαμπρῶς, σαφῶς] *Vt*, Plaut. Rud. 2, 6, 52 Quia pol clare crepito dentibus. Cic. Att. 2, 20 Varietas in re nulla ſit: aperteque loquantur, et iam clare gemant. Loqui clare Plin. Epiſt. 2, 18, 2. Clare et certum loqui Hor. Serm. 2, 6, 27. Clare oculis videre Plaut. Mil. 3, 1, 36. Ter. Andr. 4, 5, 15 Vnde eſt? Dic clare. *Excitat ancillam, vt alta voce dicat, puerum eſſe Pamphili, quo exaudiat ſocer. Sic* Clare recitare Plaut. Perſ. 4, 3, 30. Nihil clarius, nihil nobilius illo Cic. de Diuin. 2, . . Nil indole clarius illa Stat. Theb. 2, 631. Cic. Fam. 8, 14 Et quo propius ea contentio quam fieri neceſſe eſt, accedit, eo clarius id periculum Apparet. Lucret. 1, 920 Nunc age quod ſupereſt, cognoſce, et clarius audi. Exſplendeſcere Nep. 25, 1, 3. Indicare clarius aliquid Hor. Carm. 4, 8, 19. Nitere clarius aſtris Stat. Silu. 4, 1, 4. Clariſſime audire Plin. 10, 70. Clariſſime genitus Idem Epiſt. 2, 18, 2. Lucens Vitruu. 9, 4.

CLARISSIMATVS, *Sequiori aeuo dicebatur dignitas eorum, qui* Clariſſimi *appellabantur.* Ammian. 21, 31 Nec ſub eo dux quisquam cum clariſſimatu prouectus eſt. *Add.* l. 8 *et* 10 C. Th. de domeſt. et protector. *it.* l. 74 l. 180. *et* 183 de Decurion. *Ponamus modo verba* l. 74 In his, qui ex curiis ad Senatus conſortia peruenerunt, haec forma ſeruetur, vt, ſi perfunctus quispiam muneribus, et filii ſubole nixus fuerit, quem Senatorio necdum indepto honore ſuſcepit, filium ſuum curiae functionibus tradat, ipſe optata Clariſſimatus dignitate potiatur.

CLARISŎNVS, a, um. Adi. [λαμπρόφωνος] Catul. 65, 320 Clariſonas imo fudiſſe e pectore voces. Cic. in Arat. 280 Hunc a clariſonis auris Aquilonis ad Auſtrum, Condens.

CLARĬTAS, ātis. f. [λαμπρότης, σαφήνεια] *Luciditas. Vt*, Plin. 2, 8 Claritatis tantae eſt Veſper. *(i. Stella Veneris)* vt vnius huius ſtellae radiis vmbrae reddantur. Claritas oculorum Plin. 18, 11. *et* 20, 10 Emicantque fontes Oraxi oculorum claritati. *Et* 5, 1 Claritas viſus. Sonitus Vitr. 5, 3. Claritas vocis Cic. Acad. 1, 19 c. 5. Claritas [εὔκλεια] *Excellentia et dignitas.* Cic. Fam. 13, 68 Quae quanquam ex multis pro tua claritate audiam, *etc.* Quinctil. 3, 9 Quae reſponſis vel auguriis futuram claritatem promiſerunt. Summum ad gradum quum claritatis veneris, Conſiſtes aegre, et citius, quam adſcendas, decides Laber. *ap.* Gell. 17, 14. *et* Macrob. Sat. 2, 7. Generis claritas Plin. Ep. 4, 9. Ingeniorum claritatibus principatum naturae obtinens Plin. Maior 37, 13. Cic. Off. 1, 70 Facilior et tutior et minus aliis grauis aut moleſta, vita eſt otioſorum: fructuoſior autem hominum generi, et ad claritatem amplitudinemque aptior, eorum, qui ſe ad Rempub. et ad res magnas gerendas accommodauerunt. Plin. 14, 14 Nondum tamen iſta genera in claritate Erant. *De vinis.* Quinctil. 5, 11, 5 Ita hominum, non qui claritate naſcendi, ſed qui virtute maxime excellet. Plin. Epiſt. 2, 14 *de cauſis centumuiralibus*, Raro incidit, vel Perſonarum claritate, vel negotii magnitudine inſignis. Cic. de Diuin. 2, 66 Miror deos immortales hiſtrioni futuro claritatem Oſtendiſſe, nullam oſtendiſſe Africano. Vir claritate praeſtans Nep. 18, 3, 3.

CLARITV̄DO, ĭnis. f. [λαμπρότης] *Nobilitas, fama.* Salluſt. in Iugurth. 2 Quum praeſertim tam multae, variaeque ſint artes animi, quibus ſumma claritudo paratur. *Sic* in tantam claritudinem perueniret Id. ib. c. 8. Tacit. Ann. 16, 17 Idem Annaeum Lucanum genuerat, grande adiumentum claritudinis. Idem Ann. 15, 35 Iisdem quippe illis diebus Torquatus Syllanus mori adigitur, quia ſuper Iuniae familiae claritudinem diuum Auguſtum atauum ferebat. *Conf.* Vell. 1, 17, 1. Nominis Claritudo Tac. Ann. 15, 71, 6. Id. Ann. 15, 65 Traderetur que imperium Senecae, quaſi inſonti, claritudine virtutum ad ſummum faſtigium delecto. Quidquid vnquam claritudine eminuit Vell. 2, 130, 1. Tacit. Ann. 15, 52 Caeterum timore occulto ne L. Syllanus eximia nobilitate diſciplinaque C. Caſſii, apud quem educatus erat, ad omnem claritudinem ſublatus, imperium inuaderet. Idem Ann. 15, 63 Sit huius tam fortis exitus conſtantia penes vtrosque par, claritudinis plus in tuo fine. Gell. 7, 5 Hiſtrio in terra Graecia fuit fama celebri, qui geſtu et vocis claritudine et venuſtate caeteris anteſtabat.

CLARĒDO, inis. f. Iſidor. Gloſſ.

CLĀROR, ōris. m. Plaut. Moſt. 3, 1, 112. *in comica laudatione domus, vocat eam* Clarorem merum, *i. lucem, claritatem meram.*

CLARO, āre. [σαφηνίζω] *Clarum oſtendere vel reddere.* Cic. de Diuin. 1, 21 *ex ſuo libro de conſulatu*, Iuppiter excelſa clarabat ſceptra columna. *h. e. Clara et conſpicua faciebat.* Iter longae clarauit limite flammae, *i. ſignauit linea lucida viam, qua in caelum abibat.* Stat. Theb. 5, 286. Labor clarat pugilem Hor. Carm. 4, 3, 3. *i.* Notum omnibus facit. Acron. Multa nobis clarandum eſt Lucret. 4, 778. *i. Aperienda et declaranda.* *Add.* Id. 3, 35. Obſcura clarare Apul. de Deo Socr. p. 51.

CLAREO, ui, ēre. [εὐδοκιμέω, φαίνομαι] *Clarum, i. nobilem et inſignem atque illuſtrem eſſe* Ennius *apud* Cic. Off. 1, 84. *et* de Sen. 10 c. 4 Ergo poſtque magisque viri nunc gloria claret. Suet. in Neron. *pr.* Ex gente Domitia duae familiae claruerunt. Ennius Telamone *ap.* Non. 2, 127 Nam ita mihi Telamonis patris Atque facie proaui Iouis gratia ea eſt, Atque hoc lumen candidum claret mihi Nonius. Turpilius Pedio ibid. Cuius aduentu inſula hodie claret Cypros. Cic. in Arat. *pro* lucet *vſurpare ſolet de ſtellis, vt* 39 Propterea quod ad aeſtatis primordia clarent, *i. Initio aeſtatis apparent* *Et* 166 Non potuit nobis nota clarere figura. *Et* 5 Andromeda ſignum, Deltoton dicere Graii Quod ſoliti, ſimili quia forma littera claret. Claret, pro Clarum eſt Lucret. 6, 935 Quod in primo quoque carmine claret. Quo euentu Germaniae bella tractauimus ſatis claret Tac. Hiſt. 4, 73, 4. Claud. de quart. Conſ. Hon. 192 Ventura, poteſtas Claruit Aſcanio, ſubita cum luce comarum Innocuus flagraret apex, *i. aperta fuit, patuit.*

CLARESCO, ĕre. [παραφαίνομαι] *Generatim clarum fieri. Interdum planum fieri, perſuaderi.* Quinctil. 6, 4, 9 Neque tantum ho ipſis monitoribus clareſcit, *non ſatis hoc intelligunt, non clare ipſi perſuaſum eſt.* Aliud ex alio clareſcit Lucret. 1, 1108. *Magis proprie* clareſcit Dies Sen. Herc. fur. 123. *Ad nobilitatem refertur* Stat. Silu. 3, 3, 120 Obſcurumque latus clareſcere vidit Connubio gauil domus, *i. familiam paternam.* Quinctil. 8, 5, 19 Sententia fit pu cherrima, cum aliqua comparatione clareſcit. Idem 3, 8, 61 Cu verba rebus *(magnis)* aptentur, ipſo materiae nitore clareſcunt. Vir Aen. 2, 302 Clareſcunt ſonitus, armorumque ingruit horror. Quinc 1, 11, 7 Tibiae praecluſis, quibus clareſcunt foraminibus recto mod exitu grauiorem ſpiritum reddunt. Tacit. Ann. 15, 37 Poſtqua tenebrae incedebant, quantum iuxta nemoris, et circumiecta tec conſonare cantu, et luminibus clareſcere. Plauſu clareſcere vul Claud. de Conſ. Mal. v. 3 *i. Vulgi laudibus celebrari.*

CLARIFĬCO, āre. [λαμπρύνω] *Clarum reddere.* Plin. 20, Alterum eſt nigrius, quod capitis vitia purgat, viſum clarificat. *I naſturtio. Sed in MSS. Compurgat. vid. Harduin. Elmenh. Ind. Ap v.* Claricantes *laudat* Laurent. Presbyterum Nouarum de poenit. Cl rificare *pro purgare.* Lactant. 3, 8 Nomen ſuum grandi aliquo f cinore clarificaret. Sedul. Carm. 5, 9 Vox reſonans venit per nubil clarificaui, Clarificabo iterum.

CLARIFICATIO, ōnis. f. *Vox Eccleſiae* Cyprian. Ep. 77 c. (Oxon. Epiſt. 76) et Auguſtin. octog. trium Qu. 62.

CLARIFĬCVS, a, um. Adi. Catul. Carm. 65, 125 Clarificas in fudiſſe e pectore voces.

CLARIVĬDVS, a, um. Adi. Marcell. Emp. 18 Clariuidi ſenſu

CLARICO (ſ. CLARISCO,) āre, *idem quod* Clarere *putat Fundus vero non ſatis certus* Apul. de Mundo p. 63, 40 Tum quia ig pernicitate ſui clariſcantes dicto citius noſtrae viſioni conuibra *Sic Elmenh. Et tamen monet Elmenh. in MSS. eſſe* Claricantes: *in q busdam Editt.* coruſcantes, *in Baſil.* 2 Clariſcantes.

CLARICĬTO, āre. *Aduocare, inuitare*, Lucret. 5, 945 M tibus e magnis decurſus aquaï, Claricitat late ſitientia ſaecla feram *Sic editur e coniectura Boyſii cui fauet edit.* 1486. Claritati a te. *l Lambin.*

CLARĬCO, āre. [ἐπαγγέλλομαι] *Bellum indicere: verbum Romanum morem pertinens, quem declarat* Seruius *in illud* Virg. Aen. 52 Et iaculum intorquens emittit in auras, Principium pugnae *Ho* de Romana ſollemnitate tractum eſt. Quum enim volebant bellum in dicere, Pater patratus, hoc eſt princeps Fetialium proficiſcebatur hoſtium fines: et praefatus quaedam ſollemnia, clara voce dicebat, bellum indicere propter certas cauſas, Aut quia ſocios laeſerant, quia nec abrepta animalia, nec obnoxios reddiderant. Et haec Cla gatio dicebatur a Claritate vocis. Poſt quam clarigationem haſta eorum fines immiſſa, indicabatur iam pugnae principium *etc.* Id *ad* Aen. 10, 14 Clarigatio, *inquit*, dicta eſt a Clara voce, qua vteba Pater patratus. Plin. 22, 2 Ac ſemper et legati, quum ad hoſtes, rigatumque mitterentur, id eſt res raptas clare repetitum, vnus vti Verbenarius vocabatur. *Secundum haec itaque* Clarigare *eſt res cl voce repetere.*

CLARIGATIO, ōnis. f. [ἐπάγγελσις] *Eſt ſollemnis expoſtula vt vidimus, et ipſa belli denuntiatio.* Quinctil. 7, 3, 13 *ait verbum* obſcurius et ignotius. Liu. 1, 32 *res ipſa et ritus, ſed ſine hoc mine, deſcribitur.* ¶ 2 Clarigatio, [ἀνδρολη\u03c8ία, ἐνεχυ σμὸς Vet. Gloſſ. ἐνεχυριασία, ὁμηρία Idem.] *Accipitur pro exactione maria, quae reip. edicto conceditur, ad impetrandum ius reip. aut vi candam iniuriam.* Liu. 8, 14 In Veliternos veteres ciues Roman quod toties rebellaſſent, grauiter ſaeuitum, et muri deiecti, et Se tus inde abductus, iuſſique trans Tiberim habitare, vt eius, qui Tiberim deprehenſus eſſet, vſque ad mille pondo clarigatio eſſ nec prius quam aere perſoluto, is qui cepiſſet, extra vincula capt haberet. *Poſſis* Clarigationis *nomen adhibere ad eas, quae hodie* Rep faliae *vocantur.*

CLASSIS, is. f. [στόλος, ναυτικὸν] *Nauium multitudo ſolle ſignificatione et propria. Sed res altius repetenda. Dicta primum mae* Claſis, *κλᾶσις pro κλῆσις* Vocatio, *ex verbo καλεῖν, quod ipſi* lare *vocabant. Vid. Dionyſ. Halic. Antiquitt.* 4 p. 222, 44. *et* Quin 1, 6, 33. *Eſt igitur* Claſſis *duplicato ſibilo, vt alias quoque factum, catio, ſ. multitudo vocata ad comitia, aut ad bellum: cumque vna p populi poſt alteram calaretur ſ. vocaretur; hinc pars quoque populi, q vna vocatione vocaretur,* Claſſis *dicta eſt. Eſt igitur in vniuerſum* C ſis *multitudo vocata vel conuocata.* ¶ 2 *Haeſit vero hoc men in primis, et velut eminenter, multitudini nauium et nautarum bellum collectae, vt innuimus, de qua proinde primum videamus.* *audiendus eſt* Seruius, *qui ad* Aen. 1, 43 Claſſis *nomen arceſſit τῶν κάλων,* a lignis: *quod repetit, et abſurdiore etiam deriuatione get ad* Aen. 6, 1 Sic fatur lacrimans, claſſique immittit habe Claſſi, *inquit*, Nauibus ſuis, aut ſuae naui, quae claſſis dicitur: quod fiat de fuſtibus: Calas enim dicebant maiores noſtri, Fuſtes (*vid.* CALA.) Inde ergo claſſem dictam dicunt. Alii hinc claſ dictam volunt, quod apud maiores noſtros ſtipendium terreſtri p lio miles pedeſter dabat: equites vero dabant in nauali certam nam adhuc pauper fuerat populus. Exinde iam quod ab equitibus batur ſtipendium, tractum eſt vt diceretur claſſis. Proprie enim ſes equitum dicimus. *In his ſatis corruptis illud vltimum reſpici ea quae* n. 4. *de* Claſſibus Pop. Rom. *dicentur.* *Conf.* Liu. 24, 11.

te

*terum* Claſſem *de vna naui dictam colligunt etiam ex* Virg. Aen. 3, 61 Dare Claſſibus auſtros. *Item ex* Cic. de Fin. 2, 112 Cum tantis claſſibus, tantisque equeſtribus et pedeſtribus copiis, Helleſponto iuncto, Athone perfoſſo maria ambulauiſſet. *Sed hinc quidem non ſequitur. Neque ex* Cic. pro Lege Manil. 9 Qui poſteaquam maximas aedificaſſet, ornaſſetque claſſes. *Sed* Virg. Aen. 6, 334 Lyciae ductorem claſſis Orontem. Vbi Seruius, Apertum eſt exemplum, Claſſem dici etiam Vnam nauem, legimus enim (Aen. 1, 117) Vnam, quae Lycios fidumque vehebat Orontem. Imperator ſ. Induperator claſſis Lucret. 5, 1226. *De vna naui etiam* Hor. Od. 3, 11, 48 Me vel extremos Numidarum in agros Claſſe releget. *Etiam* Paullinus ad Cytherium 43 *et* 78 claſſem *de vna naui dixit, quod ſeries orationis indicat. Sed nempe ordinaria et frequentiſſima ſignificatio eſt, vt multitudinem nauium notet* Caeſ. Bell. Gall. 3, 14 Neque ſatis Bruto, qui claſſi praeerat, neque tribunis militum centurionibusque, quibus ſingulae erant naues attributae *etc.* Sen. Troad. 813 Arripite propere claſſis Argolicae Moram, *i. Aſtyanactem, qui moratur claſſem, quam diu non eſt praecipitatus et interemtus.* Retinacula claſſis ſoluere Ouid. Met. 8, 102. Claſſe viriſque potens Idem Epiſt. 13, 59. Liu. 24, 40 Is expoſitis in terram militibus, nauibusque Oricum retro, vnde venerat ad Caeteram claſſem remiſſis, *etc.* Funeſta Stat. Achil. 1, 428 *Graecorum contra Troiam euntium.* Glorioſiſſimae Carthagrinienſium claſſes Cic. Verr. 5, 99. Inops et infirma, *vid.* INFIRMVS. Lunata, *i. Sic ordinata, vt inflexa in modum lunae videatur* Lucan. 3, 528. Modica, *vid.* MODVS. Ouid. Met. 13, 627 Profugaque per aequora claſſe Fertur ab Antandro. Liu. 24, 11 Tum primum (Anno Vrbis 538) eſt factum, vt claſſis Romana ſociis naualibus priuata impenſa palatis compleretur. Ouid. Met. 13, 352 Nec tu, quum ſocia clypeum pro claſſe tenebas, Solus eras. Socia, *i. Sociorum.* Volucri freta claſſe pererrat Ouid. Met. 7, 460. ¶ 3 *Formulae:* Aduectus claſſe Virg. Aen. 8, 79. Aedificare et ornare claſſes Nep. 2, 2, 1. Cic. Verr. 5 c. 51. Agere claſſes in mare Sen. Herc. fur. 182. Agere claſſem Euris rapidis Sil. 8, 111. Sen. Troad. 1043 Lacrimasque noſtras ſparget huc illuc Agitata claſſis. Amittere claſſem Virg. Aen. 5, 794. Appellere claſſem Cic. Verr. 5, 48. Aptare Virg. Aen. 4, 289. Aptare velis Idem Aen. 3, 472. Arcet Neptunus terra receptus claſſes Aquilonibus Hor. in Arte Poët. 64. *i. portus defendit naues.* Armare claſſem, *Inſtruere* Virg. Aen. 4, 299. Cadit in claſſem omne nemus, *i. ad parandam claſſem omnes caeduntur arbores* Lucan. 1, 306. Cic. Verr. 5, 136 Haec vna nauis ex claſſe noſtra non Capta eſt. Capta et incenſa claſſis Idem Verr. 5, 136. *Et paullo ante* 135 Tu a ciuitatibus pecunias claſſis nomine coëgiſti. Comparare claſſem Cic. pro Flac. 31 c. 14. Conſcendere Virg. Aen. 10, 155. Currit iter tutum aequore claſſis Idem Aen. 5, 862. *i. tuto et ſine periculo nauigatur.* Dare claſſibus Auſtros, Id. Aen. 3, 61 *quod Hypallagen vocant, cum potius* Claſſes *dentur ſ. permittantur ventis. Sed tamen etiam velis paſſis, vt accipere ventum poſſint, dantur ſ. immittuntur venti claſſibus.* Hor. Serm. 2, 3, 191 Dî tibi dent capta claſſem deducere Troia. Deducere armatas claſſes Virg. Georg. 1, 255. Cic. in Orat. 153 Duellium eum qui Poenos claſſe Deuicit, Bellium nominauerunt. Disiecta toto aequore claſſis Virg. Aen. 1, 255. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 5 Eiusque rei cauſa omni in ora maritima claſſem Diſpoſuerat. Cic. pro L. Flacc. 32 c. 14 Bipartito claſſem Diſtributam fuiſſe, vt vna pars ſuper Epheſum, altera infra Epheſum nauigaret. Ducere in ſaxa Sen. Agam. 570. Cic. Verr. 5, 90 Claſſem pulcherrimam Populi Romani in litus Expulſam et Eiectam, quum primum aduesperaſceret, *etc.* Explere quinquaginta nauium Liu. 21, 51. Ferunt ipſa aequora claſſem, *vt non opus ſit gubernatoris attentione* Virg. Aen. 5, 843. *Sic* Ferunt ſua flamina claſſem, Proſpera ſcilicet, et a puppi venientia, vt inquit Seruius Virg. Aen. 5, 832. Fertur cita gurgite Id. Aen. 5, 33. Formidatus claſſe Aethiops *magna et proinde formidabili claſſe inſtructus*, Hor. Carm. 3, 6, 15. Cic. pro Flacc. 31 Eo ipſo tempore, quo tu ipſe negas claſſem Habendam fuiſſe, complures a praedonibus eſſe captos. Impellere remige Ouid. Epiſt. 3, 153. Inceſtare funere, *de ipſo, qui mortuus eſt* Virg. Aen. 6, 150. Inferre claſſes Oceano Lucan. 10, 36. Sen. Thyeſt. 182 Fremere iam totus tuis debebat armis orbis, et geminum mare Innatare claſſis. *Sed. Gronou.* Vtrinque claſſes agere. Cic. Verr. 5, 132 c. 51 Quapropter ſi mihi reſpondere voles, haec dicito, claſſem Inſtructam atque Ornatam fuiſſe. Liu. 23, 26 Claſſemque et ipſe Inſtrui, Pararique iubet. Ouid. Epiſt. 7, 175 Laniataque claſſis Poſtulat exiguas ſemirefacta moras. Virg. Aen. 4, 582 Litora deſeruere, Latet ſub claſſibus aequor. Latet ob ingentem nauium numerum, qui aequor totum contegit. Legit ancoras claſſis, *Soluit e portu* Sen. Troad. 759. Virg. Aen. 1, 521 Quae fortuna viris, claſſem quo litore Linquunt. Mergere Stat. Achil. 1, 20. Moliri claſſem, *Apparare naues* Virg. Aen. 3, 5 Quin etiam hiberno Moliris ſidere claſſem. Cic. pro Flacc. 32 Reliquum eſt, vt quaeratur, vtrum noſtra iſta claſſis curſu et remis, an ſumtu tantum et literis Nauigarit. *Et* Hac claſſe M. Craſſus vir ampliſſimus, ab Hoemo in Aſiam, his nauibus Flaccus ex Aſia in Macedoniam Nauigauit Ornare claſſem Cic. Verr. 5, 132. Virg. Aen. 3, 157 Nos tumidum ſub te Permenſi claſſibus aequor. Idem Aen. 4, 157 Troia per vndoſum Peteretur claſſibus aequor. Sen. Thyeſt. 459 Non claſſibus Piſcamur, et retro mare iacta fugamus mole, *de magna potentia.* Praeeſſe claſſi Cic. Verr. 5, 130 c. 50. Procedit claſſis aequatis velis Virg. Aen. 4, 587. Prodere claſſem praedonibus Cic. Verr. 5, 136. Proficiſci claſſe Nep. 1, 1, 4. Propellit claſſem Auſter cedentibus velis Lucan. 3, 1. Cic. Verr. 5, 76 Poſtea quam paullum Prouecta claſſis eſt, et Pachynum quinto die denique appulſa eſt, *etc.* Quaſſatam ventis claſſem ſubducere Virg. Aen. 1, 551. Idem Aen. 1, 587 Omnia tuta vides, claſſem, ſociosque Receptos. *Et* Aen. 4, 375 Amiſſam claſſem, ſociosque a morte Reduci. Virg. Aen. 1, 394 Namque tibi reduces ſocios, claſſemque Relatam Nuntio, et in tutum verſis Aquilonibus actam. Religare claſſem ab aggere ripae Idem Aen. 7, 106. Stat. Achil. 2, 362 Aeetes ferroque et claſſe Secutus Semideos, *i. perſecutus Argonautas.* Virg. Aen. 117 Tertia lux claſſem Cretaeis Siſtet in oris. Soluere de litore Stat. Achil. 1, 80. Virg. Aen. 6, 697 Stant ſale Tyrrheno claſſes. Subducere, In terram Trahere: Deducere autem, In mare mittere *ad* Virg. Aen. 1, 555 Seruius. Tegere claſſibus freta Sen. Octau. 43. Virg. Aen. 5, 1 Interea medium Aeneas iam claſſe Tenebat Certus iter. Transmiſſae trans aequora claſſes Virg. Aen. 3, 403. Idem Aen. 1, 378 Raptos ex hoſte penates Claſſe Veho mecum. Veniens ad litora Virg. Aen. 3, 651. ¶ 4 *Sed, quod diximus, generalius nomen* Claſſis *eſt, et euocatam multitudinem ſignificat.* Feſtus *in* Procincta Claſſis, Vetuſtius fuit multitudinem hominum, quam nauium Claſſem appellari. Idem Claſſis procincta, exercitus inſtructus. *Et* Claſſes clypeatas antiqui dixerunt, quos nunc exercitus vocamus. *Sic* Fabius Pictor *apud* Gell. 10, 15 Claſſem procinctam extra pomoerium, *quam* videre Flaminem Dialem religio eſt; *interpretatur* exercitum armatum. Virg. Aen. 3, 602 Scio me Danais e claſſibus vnum, Seruius, Claſſis dicitur etiam multitudo equitum. Idem Aen. 2, 30 Claſſibus hic locus: hic acie certare ſolebant. Seruius, Magis ad equites referre debemus. *Et ad* Aen. 7, 716 *Hortinae Claſſes* Equites, vnde et eorum tubas claſſica dicimus, et partes populi *claſſes* vocamus. *Non cogitaſſe videtur hac de re* Liuius, *cum iſta ſcriberet* 4, 34 Claſſibus quoque ad Fidenas pugnatum cum Veientibus, quidam annales retulere: rem aeque difficilem atque incredibilem, nec nunc lato ſatis ad hoc amne, et tum aliquanto, vt a veteribus accepimus, arctiore. Niſi in traiectu forte fluminis prohibendo aliquarum nauium concurſum in maius, vt fit, celebrantes naualis victoriae vanum titulum appetiuere. *Scrupulum itaque ei exemit Tan. Faber Epiſt.* 1, 47. *De alia quoque multitudine, ſicut* exercitum, *ita* claſſem *dici, oſtendit* Apul. Met. 6 p. 177, 23 Tunc formicula — conuocat corrogatque cunctam formicarum accolarum claſſem. ¶ 5 *Hinc* Claſſes *illae nomen habent quinque, in quas pro cenſus modo Populum Roman. deſcripſit Seruius Tullius, quam nimirum totam bellicam diſtributionem fuiſſe, ſatis docet* Liuius 1, 43. *et Dionyſ. Halic.* 4 p. 222 ſq. *Ille ſic finit narrationem*, Ita pedeſtri exercitu ornato diſtributoque, equitum — ſcripſit centurias. *Sed addit, quomodo haec ipſa diſtributio ad Comitiorum, ferendorumque in iis ſuffragiorum, rationem reuocata ſit,* vt neque excluſus quisquam ſuffragio videretur, et vis omnis penes primores ciuitatis eſſet. *Breuiter, quod plures populi centuriae iuberent, illud totus iubere populus cenſebatur. Iam in vna claſſe ditiſſimorum centuriae plures erant, quam in toto populo reliquo: vt adeo ſi prima claſſis conſentiret, iam maiori centuriarum numero confecto, nec vocaretur ſecunda claſſis; ad ſequentes autem vix vnquam deſcenderetur.* Cic. Philipp. 2, 82 Ecce Dolabellae comitiorum dies. ſortitio praerogatiuae: quieſcit. renuntiantur: tacet. Prima claſſis vocatur, renuntiatur. deinde, vt aſſolet, ſuffragia. tum ſecunda claſſis vocatur, *etc.* Gell. 7, 13 Claſſici dicebantur non omnes, qui in claſſibus erant, ſed Primae tantum claſſis homines, qui C et XXV millibus aeris, ampliusue cenſi erant. Infra claſſem autem appellabantur ſecundae claſſis caeterarumque omnium claſſium, qui minore ſumma aeris — cenſebantur. *Ex hac diuiſione* Quintae claſſis homines *dicebantur Infimi et pauperiores, nullius auctoritatis.* Cic. Acad. 4, 73 de Democrito, Qui mihi cum illo collati, quintae claſſis videntur. Tributim, et centuriatim deſcriptis ordinibus, claſſibus, aetatibus, *etc.* Idem pro Flacc. 15. *Etiam ſcholarum ſunt* Claſſes. Quinctil. 1, 2, 23 Non inutilem ſcio ſeruatum eſſe a Praeceptoribus meis morem, qui cum pueros in claſſes diſtribuerant, ordinem dicendi ſecundum vires ingenii dabant: et ita ſuperiore loco quisque declamabat, vt praecedere profectu videbatur. Huius rei iudicia praebebantur, ea nobis ingens palmae contentio: ducere vero claſſem *(i. principem ſuae claſſis eſſe)* multo pulcherrimum. Idem 10, 5, 21 Frequens turba diſcipulorum, et conſuetudo claſſium certis diebus audiendarum. *De operis ruſticis* Columel. 1, 9, 7 Claſſes etiam non maiores, quam denum hominum faciundae, quas decurias appellauerunt antiqui, et maxime probauerunt, quod is numeri modus in opere commodiſſime cuſtodiretur, nec praeeuntis monitoris diligentiam multitudo confunderet. Itaque, ſi latior eſt ager, in regiones deducendae ſunt eae claſſes.

CLASSICVLA, ae. f. Dimin. [στόλιον] Cic. Att. 16, 2 Caſſius cum claſſicula ſua venerat.

CLASSĬCVM, i. n. [σάλπισμα] *Proprie Adiectiuum, quod ſtatim conſiderabitur, intell.* ſignum. *Eſt enim Sonus tubarum, et ipſa tuba.* Virg. Aen. 7, 637 Claſſica namque ſonant. *Vbi* Seruius, Claſſicum dicimus, et ipſam tubam et ſonum. Claſſicum autem eſt flexibilis tuba. Aſcon. Ped. *ad illud* Cic. Diuin. in Caec. 55 c. 17 Symphoniacos ſeruos, quibus ſe in claſſe vti velle dicebat, *iſta ſcribit:* Quia hic *in claſſe* dicit, poſſumus intelligere, ad hoc Symphoniacos capi ſolere, vt in claſſe pugnantibus claſſicum canant, vnde ipſi tubae claſſis nomen eſt poſitum Claſſicum. Liu. 5, 47 Vocatis claſſico ad concilium militibus. Quinctilianus, in Milite Mariano ſ. Decl. 3, 7 Ad primum ſtatim obſcoenae libidinis ſermonem, non aliter, quam ſi in hoſtem claſſicum ceciniſſet, gladium illum, quem a te pro pudicitia noſtrarum coniugum acceperat, per pectus infandi corruptoris exegit. Vegetius 2, 22 Claſſicum item appellatur, quod buccinatores per cornu dicunt. Hoc inſigne videtur imperii: quia claſſicum canitur imperatore praeſente, vel quum in militem capitaliter animaduertitur: quia hoc ex imperialibus legibus fieri neceſſe eſt. Ciuilia claſſica Claud. in Rufin. 2, 117. Tibull. 1, 1, 4 Martia, cui ſomnos claſſica pulſa fugent. Lucan. 2, 597 Verba ducis nullo partes clamore ſequuntur: Nec matura petunt promiſſae claſſica pugnae. *Nempe* matura, *i. tempeſtiua maxime* claſſica *ſunt, cum expetuntur a militibus.* Liu. 5, 47 Haud multo poſt dictator aduenit: claſſicoque extemplo ad concionem Aduocauit. *Add.* 7, 36. 8, 7. Caeſ. Bell. Ciu. 3, 82 Pompeius paucis poſt diebus in Theſſaliam peruenit, *etc.* ſuum cum Scipione honorem partitur, claſſicumque apud eum Cani, et alterum illi iubet praetorium tendi. *Eſt ſcilicet, quod* Veget. 2, 22 *modo docuit*, Claſſicum inſigne imperii. *Add.* Liu. 27, 47. Lucan. 1, 238 Stridor lituûm, clangorque tubarum Non pia concinuit cum rauco claſſica cornu. Horat. Epod. 2, 5 Neque excitatur claſſico miles truci. Sueton. in Caeſ. 32 Et ingenti ſpiritu claſſicum Exorſus pertendit ad alteram ripam. Facere ſilentium claſſico Liu. 2, 45. Propert. 3, 2, 41 Nil tibi ſit rauco Praetoria claſſica cornu Flare. *i. canere. Cur* Praetoria *vocet, vidimus ex* Veget. 2, 22. *et* Caeſ. B. Ciu. 3, 82. *Vt* Flare Propertius, *ſic* Virg. Georg. 2, 539 Necdum etiam audierant Inflari claſſica: necdum Impoſitos duris crepitare incudibus enſes. Apul. Met. 5 p. 164, 24 Iam ſumſit arma, et aciem direxit, et claſſicum Perſonauit. Iam Silet murmur graue claſſicorum Sen. Thyeſt. 574.

CLASSĬCVS, a, um. Adi. [στολικὸς] *Quod eſt claſſis, vel ad claſſem pertinet, pro diuerſa* Claſſis *ſignificatione.* Propert. 2, 1, 28 Et canerem Siculae claſſica bella fugae: *i. bellum nauale, cuius pars clades et fuga ad Siciliam. Sic* Certamen Vell. Paterc. 2, 85. *Idem* Paterc. 2, 81 Inſigne Coronae claſſicae, quo nemo vnquam Romanorum donatus erat, hoc bello Agrippa ſingulari virtute meruit. Lucan. ad Piſon. 129 Nec ſemper in armis Bellica turba manet, nec tota Claſſicus Horror Nocte dieque gemit. *Sic laudatur a Budaeo* Liu. 26, 48 Sociis C. Laelius Claſſicis, legionariis M. Sempronius Tuditanus aderat. *Sed a B. Rhenano inde editur* Sociis C. Laelius, praefectus claſſis, *etc.* ¶ 2 *Hinc* Claſſici, *velut Subſtantiue, qui in nauibus remis incumbebant* apud

*apud* Curtium 4, 3, 18 Tandem remis pertinacius euerberatum mare, veluti eripientibus nauigia claſſicis, ceſſit, appulſaque ſunt litori lacerata pleraque. ¶ 3 Claſſici *etiam* tubicines *quidam.* Varro de L. L. 4, 16 p. 24, 24 Claſſicos a claſſe, qui item cornu canunt, vt tum, cum Claſſes comitiis ad comitatum (*leg.* comitiatum) vocant. *Vid. mox* CLASSICINES. ¶ 4 *Hinc* Claſſici *auctore* Gell. 7, 13 dicebantur non omnes, qui in claſſibus erant, ſed primae tantum claſſis homines, qui centum et viginti quinque millibus aeris, ampliusue cenſi erant. *Hinc venuſte idem* Gell. 19, 8 Quaerite, an quadrigam et harenas dixerit e cohorte illa duntaxat antiquiore, vel oratorum aliquis, vel Poëtarum, id eſt Claſſicus aſſiduusque aliquis ſcriptor, non proletarius. *Adiunctae* Aſſidui *et* Proletarii *appellationes ad hanc* Claſſicorum, *i. primae Claſſis ciuium appellationem reſpici, ſatis declarant.* *Sic* Claſſici teſtes dicebantur, Qui ſignandis teſtamentis adhibebantur, Feſtus. *Quod Scaliger interpretatur ciues Roman. qui in vna claſſium V cenſerentur: Alii primae claſſis homines, quaſi primae auctoritatis et idoneos veritatis ſponſores.*

CLASSIARIVS, i. m. *Qui in claſſe pugnat.* Caeſ. Bell. Ciu. 3, 100 Itemque per equites diſpoſitos aqua prohibere claſſiarios inſtituit. Sueton. in Galb. 12 Nam quum claſſiarios, quos Nero ex remigibus, iuſtos milites fecerat, redire ad priſtinum ſtatum cogeret, *etc.* Primores claſſiariorum Tac. Ann. 15, 51. Regii Nep. 1, 7, 3. *Add.* Tac. Ann. 4, 27, 3. ¶ 2 Claſſiarius, *pro Diligenti laudatur ex* Apuleio, Et laudum eius claſſiarius atque aſſiduus praeco. *Sed neque haec verba, neque horum ſimilia, oſtendunt Indices. Si quis haec ita iunxit, forte* Claſſicarium *voluit. Etenim*

CLASSICARII, *σαλπιϛαὶ*, Vet. Gloſſ. *a Claſſico haud dubie.*

CLASSICĬNES. Varro de L. L. 4, 16 p. 24, 24 Et claſſicines a claſſe, qui tum cornu vtuntur, quum claſſes comitiis ad comitatum vocant. *Sic volebat Turn. Sed Scal. et Sciopp.* Claſſicos, *v. v. n. 3.*

CLATHRI, *ſ.* CLATRI, *ſine adſpiratione:* Clathrum *enim et* Clathra *nondum inuenimus: et* Caper de verbis dubiis p. 2248 Clatri hi, non haec Clatra. Clathri *igitur ſ.* Clatri, *vt eſt in Gl.* Καγόνες, οἱ ἐν θύραισιν ὀβελίσκοι. *Sunt nempe Ligna, quibus transuerſis aliquid munimus, ſepimusue, vt feneſtras. A Graecis dicitur κλᾶθρον, quaſi* Clauſura *ab eo, quod eſt κλάω, Claudo.* Cato R. R. 4, 1 *imperat* Bonas praeſepis, Faliſcas, clatratas, Clatros intereſſe oportet pede. Hor. in Arte Poët. 473 Ac velut vrſus, Obiectos caueae valuit, ſi frangere Clathros. Vet. Schol. Clathri ſunt robuſti poſtes et rotundi, repagula, quibus obfirmatur cauea. Columel. 8, 17, 10 Spiſſi deinde clathri marginibus infiguntur, qui ſuper aquam ſemper emineant, etiam quum maris æſtus intumuerit. *Haec forte ſola loca indubia. Sed amabat Nic. Heinſius hoc nomen. Itaque tentabat illud dare* Sil. 1, 569 Saucia dum caſtris clauſa eſt fera, *de Annibale. Malebat, inquam Heinſius* clathris. Idem Claud. de Laud. Stil. 3, 272 Retibus et clathris dilata morte tenendae ducendaeque ferae: *vbi tamen illi fauent quidam MSS. contra alteram lectionem* clauſtris. *Sed in* Conſ. Hon. 6, 638 *potior haud dubie lectio*, Perpetuisque immoto cardine clauſtris Ianus bella premens. *Sic* Propert. 4, 5, 72 *dedit Brouckh.* Et canis in noſtros nimis experrecta dolores, Quum fallenda meo pollice clauſtra forent. Clathra *Beroaldi tanto minus probanda, quod negat, vt vidimus, Caper*, Clathra *dici.* *Etiam* Lucan. 4, 237 *tentauit Heinſius* in carcere clathri. *Sed vid. Burmann. qui etiam* 10, 545 *deſerto Heinſio legit, cum Cortio et Oudendorpio*, ſic fremit in paruis fera nobilis abdita clauſtris.

CLATRO, āre. [*κλειθρόω*] *Clathris claudere.* Columel. 9, 1, 4 Satis eſt autem vacerras inter pedes octonos defigere, ſeriſque transverſis ita clatrare, ne ſpatiorum laxitas, quae foraminibus interuenit, pecudi praebeat fugam. *Hinc*

CLATRATVS, a, um. Part. Plaut. Mil. 2, 4, 26 Nam certo, neque ſolarium apud nos eſt, neque hortus vllus, neque feneſtra, niſi clatrata. Catonis Praeſepis clatratas R. R. 4, 1 *dedimus in* CLATRI.

CLAVA, ae. f. [*κορύνη, ῥόπαλος*] *Fuſtis teres, ex vna parte capitatus, ad claui ſimilitudinem: certe craſſior et coni forma, vt ſunt naturaliter rami, qua trunco adhaereſcunt. Vid. n. 2. Quin* Ramos *etiam pro* Clauis *poſuit* Stat. Theb. 11, 48. Feſtus: Claua, Teli genus, qua Hercules vtebatur. *Conf.* Iſidor. 18, 7. Cic. Verr. 4, 94 Qui primo quum obſiſtere ac defendere conarentur, male multati clavis ac fuſtibus repelluntur. I dum, Turbalio, curriculo affer duas clauas Plaut. Rud. 3, 5, 19. Pondus clauae, *pro Claua grauis* Sen. Herc. Oet. 787. Domitrix ferarum claua Herculis Ouid. Epiſt. 9, 117. Grauis Sen. Herc. fur. 1024. Irraſa, *Rudis, impolita* Sil. 8, 586 *Nempe qualis in ſua arbore enata eſt.* Trinodis Ouid. Faſt. 1, 575. Conſectari aliquem magno pondere clauae Lucret. 5, 966 Domare hoſtem claua Ouid. ex Pont. 4, 10, 79. Extorquere clauam Herculi Macrob. Sat. 5, 3. Inſtruere manum claua Ouid. Epiſt. 9, 117. *Geſtamen eorum* claua *apud Poëtas, quibus inſignes et Herculeas vires tribuunt. Sic de* Therone Sil. 2, 155

Atque illi non haſta manu, non vertice caſſis,
Sed, fiſus latis humeris, et mole iuuentae,
Agmina vaſtabat claua, nihil indigus enſis.

Virgil. Aen. 10, 318 Ciſſea durum, Immanemque Gyan, ſternentes agmina claua, *etc. Eſt tamen* ¶ 2 Claua, *Militaris etiam exercitationis genus, de quo* Vegetius 1, 11 Antiqui — clavas ligneas duplicis aeque ponderis pro gladiis tironibus dabant: eoque modo non tantum mane, ſed etiam poſt meridiem exercebantur ad palos. *Iterum*, Contra illum palum, tanquam contra aduerſarium, tiro cum crate illa aut claua, velut cum gladio ſe exercebat et ſcuto. *Meminit et* Cic. de Senect. 58 c. 16. ¶ 3 Claua, *ramus ab arbore praeciſus ad inſitionem.* Pallad. Mart. 10, 11 Citri arbor quatuor modis ſeritur, ſemine, ramo, talea, claua — Claua ſeri commodius eſt, quae ſit manubrii craſſitudine, longitudine cubitali, ex vtraque parte leuigata, nodis et aculeis reciſis, ſed integra ſummitate gemmarum, per quas ſpes futuri germinis intumeſcat — Talea et gracilior et breuior eſſe poteſt; quae ſimiliter, vt claua mergetur. Sed talea palmis duobus ſuperſit: claua omnis obruitur. *Hinc firmantur, quae de claua, qua pugnatur, dicta ſunt.*

CLAVVLA, *ſ.* CLAVOLA, ae. f. Dimin. Alii clauolas, alii taleas appellant Varr. R. R. 1, 40, 4. *Vid.* CLABVLA.

CLAVVLARIS: *vt quidam pro* clabularis *legunt apud* Ammian. *Vid.* CLABVLARIS.

CLAVĀTOR, ōris. m. [*κορυνήτης*] Qui claua vtitur, *inquit* Feſtus. Plaut. Merc. 5, 2, 11 Egomet mihi comes, clauator, eques, agaſo, armiger. *Add.* Rud. 3, 5, 25.

CLAVĬGER, ĕra, ĕrum. Adi. [*κορυνηφόρος*] *Qui clauam fert.* Ouid. Met. 15, 284 Illic lauere Bimembres Vulnera, clauigeri, quae fecerat Herculis arcus. *Add.* Faſt. 1, 544. *Heinſ. et Drakenb. ad* Sil. 3, 14 *vbi* Clauigerum Numen *Hercules eſt.* Proles clauigera Vulcani Ouid. Met. 7, 437. *Geryonen intelligit.*

CLAVARIVS, *vid.* CLAVVS.

CLAVATVS, *vid.* CLAVVS.

CLAVDIA, *Gens antiquiſſimarum et nobiliſſimarum vna, minorum tamen gentium, i. poſt reges exactos demum allecta. Ponamus modo origines e* Liu. 2, 16 Atta Clauſus *Sabinus*, cui poſtea Appio Claudio fuit Romae nomen, — ab Regillo magna clientium comitatus manu Romam transfugit. His ciuitas data agerque trans Anienem. Vetus Claudia tribus, additis poſtea nouis tribulibus, qui ex eo venerant, agro appellata. Appius inter patres lectus, haud ita multo poſt in principum dignationem peruenit. *Late fuſa haec gens cognominibus Regillenſium, Pulchrorum, Neronum, i. tot familiis. Plebeia autem fuit gens* Claudia Marcellorum. Claudios *ipſos recenſere alterius inſtituti eſt.*

CLAVDIANVS, a, um. Adi. *A* Claudio, *vel* Claudiis *tractum nomen. V. g.* Claudiana tonitrua appellabantur, quia Claudius Pulcher inſtituit, vt ludis poſt ſcenam coniectus lapidum ita fieret, vt veri tonitrus ſimilitudinem imitaretur. Nam ante leues admodum et parui ſonitus fiebant, cum claui et lapides in labrum aeneum coniicerentur. *Haec* Feſtus. Claudianum Senatusconſultum, *memoratur* de mulieribus, quae ſe ſeruis iunxerunt, *de quo* Vlpian. inſtitut. tit. 11. *et* Paul. Sentent. 4, 10. *Alterum* de quaeſtione familiae, in rubr. de Senatusc. Silan. et Claud. *Aliud item* de nuptiis quinquagenariorum, *de quo* Vlp. in inſtit. tit. 16.

CLAVDO, ſi, ſum, ĕre. [*κλείω, κατακλείω*] *A* Claui *dictum videtur, quam nempe ad occludendum etiam adhibitam, ſuo loco oſtendimus. Sed ordinarie ſignificat* Includere, *vt ait* Nonius 4, 80. Virg. Georg. 3, 214 Aut intus clauſos ſatura ad praeſepia ſeruant. Plin. 10, 22 Domosque ipſi ſuas claudunt aut reſerant. Claudere et Claui ex Graeco [*κλεὶς, κληῒς, Aeol. κλαῒς*] deſcendunt, cuius rei tutelam penes Portumnum eſſe putabant, qui clauim manu tenere fingebatur et deus putabatur eſſe portarum, Feſtus. Lucan. 1, 515 Quum preſſus ab hoſte Clauditur Externis miles Romanus in oris, *i. continetur.* Cic. Verr. 5, 57 Nihil tam clauſum Ad exitus, nihil tam ſeptum vndique, nihil tam tutum ad cuſtodias nec fieri, nec cogitari poteſt, *et* Tac. Ann. 15, 62 Clauſo corpore aduerſus vim veneni. Cic. pro Lege Manil. 21 Patefactumque noſtris legionibus eſſe Pontum, qui ante Populo Romano ex omni aditu Clauſus eſſet. Ouid. Met. 13, 40 Longus in anguſtum, qua clauditur Helleſpontus. Idem Met. 1, 26 Protinus Aeoliis aquilonem claudit in antris. In arca clauſus Hor. Serm. 2, 7, 59. In tectis Ouid. Met. 3, 698. *Sed ſine praepoſitione* Idem ex Pont. 1, 6, 37 Carcere dicuntur clauſi ſperare ſalutem. Carcere et vinclis Valer. Argon. 1, 602. Muris clauſa iuuentus Lucan. 3, 446. Virg. Aen. 10, 377 Ecce maris magna claudit nos obice pontus, *i. arcet.* Pelago clauſus, *i. mari impeditus, ne poſſit vlterius progredi* Ouid. Met. 8, 885. Terra marique clauſus Hirt. Bell. Afr. 93. Tenebris et carcere caeco Virg. Aen. 6, 734. ¶ 2 *Nomina rerum, quae claudi dicuntur.* Cic. Philipp. 1, 25 c. 10 Forum ſepietur: omnes claudentur Aditus. Aditus ad vulnera claudere Stat. Theb. 6, 752 *cauere ſibi ab ictibus.* Aduerſarios locorum anguſtiis Nep. 14, 8, 4. *Add.* 15, 7, 1. *et* 22, 2, 4. Animam dolore clauſit Lucan. 8, 59. *i. prae dolore exanimis cecidit.* Animae clauſae tenebris, et carcere caeco, *i. incluſae corporibus* Virg. Aen. 6, 734. Apes innumeras claudit Valer. Flacc. 1, 395. *i. diues apum eſt.* *Alia* enim ſit tanquam clauſa, ſic nihil perfertur de oppreſſo Dolabella Cic. Fam. 12, 9. Catul. 66 (68) 67 Is clauſum lato patefecit limite Campum. Curſus Martial. 12, 57. Domus mille clauſere ferae Ouid. Met. 8, 629. Virg. Aen. 3, 213 — Phineia poſtquam Clauſa Domus. Cic. pro Quint. 93 c. 30 Non habere Domum clauſam pudori et ſanctimoniae, patentem atque adeo expoſitam cupiditati et voluptatibus. Domus clauſa contra cupiditatem et audaciam alicuius Idem Verr. 5, 38. Enſis clauſus et frigidus *Reconditus* Lucan. 5, 24. Cic. Att. 9, 18 Claudere mihi videtur maritimos Exitus. Feneſtrae pars adaperta, pars clauſa Ouid. Amor. 1, 5, 3. Valer. Argon. 338 Nox dabit ipſa fidem clauſae, quum murmura Flammae Hoſpitis et incuſſae ſonitum mirabere maſſae: *de caminis fabrilibus.* Fores cubiculi claudere Cic. Tuſc. 5, 59. Liu. 27, 18 Ad id fore altitudines, quas cepiſſent hoſtibus, vt per praecipitia et praerupta ſalientes fugerent: eam quoque ſe illis Fugam clauſurum. Fugam cuſtodia claudit Ouid. Met. 6, 572. Hoedos ſaturos claudere Idem Faſt. 3, 879. Tibull. 1, 2, 6 Clauditur et dura Ianua firma ſera. Sil. 17, 356 Tempus componere gentem, Ad finem ventum, et claudenda eſt Ianua belli. Iter alicui claudere Ouid. Met. 8, 543. Mart. 11, 92 Sed mors vocis Iter properauit claudere blandae, *etc.* Idem 10, 63 Clauſerunt omnes Lumina noſtra manus. *In epitaphio ſic loquitur mater de liberis ſibi ſuperſtitibus.* Lumina noctem in aeternam clauduntur, *vbi quis moritur* Virg. Aen. 10, 746. Cic. Q. Fratr. 2, 5 Tuas mirifice literas exſpecto, atque adhuc clauſum Mare fuiſſe ſcio: ſed quosdam veniſſe tamen dicebant, *etc.* Virg. Aen. 10, 2 Non clauſa tegunt iam Moenia Teucros, *hoſte nempe iam intra moenia ipſis inſultante.* Lucan. 5, 280 Atque Oculos morti clauſuram quaerere dextram, Morti, *i. iam iam morituro, vel morienti.* Olympus clauſus, *dicitur* Quum eſt nox. Nam dicunt Poëtae caelum per noctem claudi, et aperiri per diem, Seru. *ad illud* Virg. Aen. 1, 374 Ante diem clauſo componet Veſper Olympo. Ora loquentis clauſerunt aquae Ouid. de Arte Am. 2, 92. Orbis terrarum claudi iis dicitur, *qui hoſpitiis omnibus prohibentur* Virg. Aen. 1, 237 Quid Troes potuere, quibus tot funera paſſis Cunctus ob Italiam terrarum clauditur Orbis? Ore in clauſo tenere linguam, *Silere* Catul. 53 (55) 1 Idem 59, 231 Claudite Oſtia virgines, Luſimus ſatis. Patria clauſa eſt miſero Ouid. ex Pont. 4, 8, 85. Pecus claudere textis cratibus Hor. Epod. 2, 45. Virg. Aen. 3, 642 Nam qualis quantusque cauo Polyphemus in antro Lanigeras claudit Pecudes. Sil. 11, 228 Non illum fuga, non clauſi occuluere Penates. Portae clauſae Ouid. Met. 3, 385. Virg. Aen. 1, 298

Dirae ferro et compagibus arctis
Claudentur belli Portae, *quod idem paullo ante dixit,*
Aſpera tum poſitis miteſcent ſaecula bellis.

Cic. de Natur. Deor. 2, 142 Palpebraeque, quae ſunt tegmenta oculorum, molliſſimae tactu, ne laederent aciem, aptiſſime factae, et ad claudendas Pupulas, ne quid incideret, et ad aperiendas. Virg. Aen. 6, 139 Hunc tegit omnis Lucus: et obſcuris claudunt conualibus

libus vmbrae. Idem Ecl. 3, 111 Claudite iam Riuos pueri, ſat prata biberunt. Rura gelu claudit hiems Virg. Georg. 2, 317. Martial. 11, 99 Nec vindicabit Sella ſaepius clauſa, *de lectica ſ. ſella geſtatoria.* Sepulcrum Ouid. Met. 15, 389. Spatham capulo vix eburneo claudere Spartian. Adr. 10. *Hinc* Clauſula, *pro Capulo, v. n. 3.* Taberna Horat. Serm. 1, 3, 131. Tecta claudere, *i. domum* Ouid. Met. 5, 287. Thalamos clauſit nox atra Sil. 15, 545. Tranſitum claudere *exercitui*, cum inſideret anguſtos ſaltus Liu. 27, 46. Vas bene clauſum Scrib. 269. Liu. 29, 2 Equitibus Hiſpanorum Viam immittendi equos clauſerunt. Vias incendia claudunt Stat. Theb. 2, 6. Sen. Phoen. 246 Videram nondum diem Vterique nondum ſolueram clauſi (*Gron.* cluſi) moras, *i. nondum natus eram.* Sil. 5, 121 An Coruine ſedet, clauſum ſe Conſul inerti Vt teneat Vallo? Virg. Georg. 3, 352 Illic clauſa tenent ſtabulis Armenta. ¶ 3 Claudere, *eſt finire.* Claudere Coenam *dicitur cibus, qui ſumitur in fine coenae.* Martial. 13, 14 Claudere, quae Coenas lactuca ſolebat auorum, Dic mihi, cur noſtras inchoat illa dapes? *Conf.* Sen. Ep. 114. Opus aliquod claudere, *i. Finire* Ouid. Faſt. 3, 384. Bella claudere, *i. Perficere* Stat. Theb. 11, 58. Aetas claudit octauum luſtrum, *i. iam annum quadrageſimum agit* Horat. Carm. 2, 4, 24. Agmen Caeſ. B. G. 1, 25. Curt. 3, 3, 21. *Vltimum eſſe, vt* Cogere. *Sic* Aciem claudere *eſt* Sil. 7, 590. Animam laqueo claudere Ouid. Met. 7, 604. *Magis proprie,* Animae via laqueo clauſa Idem in Ibin 550. Epiſtolam paruo mandato, *i. Exiguum aliquid mandare in fine literarum* Ouid. Epiſt. 13, 165. Ius noſtrum exhauſto clauditur anno Lucan. 5, 44. *i. Poteſtas noſtra et magiſtratus anno abſoluto iam finitur.* Labores claudere ingentis belli, pro *Finem belli facere* Sil. 15, 655. ¶ 4 *Formulae aliae:* Numeris ſententias claudere Cic. in Orat. 229 c. 68. *i. intra illos velut fines inſcribere.* *Sic* Pedibus ſenis claudere aliquid, *i. Hexametris aliquid deſcribere* Horat. Serm. 1, 10, 59. *De numero oratorio etiam dicitur,* Species orationis clauſa et terminata Cic. in Orat. 198 c. 58. *Et iterum* Verba claudere pedibus, *ſignificat Verſus facere* Horat. Serm. 2, 1, 28. Claudere ſanguinem, *eſt comprimere et cohibere, ne effluat.* Plin. 26, 13 Sideritis tantam vim habet, vt quamuis recentis gladiatoris vulneri illigata, ſanguinem claudat. *Etiam alias eſt Prohibere, vt* Propert. 4, 10, 44 Quod ſi Iunoni ſacrum faceretis amarae, Non clauſiſſet aquas ipſa nouerca ſuas. Flatus claudere alicui, *ſignificat Iactantiam alicuius coërcere.* Sil. 17, 120 Sed iam claudebat Flatus, nec plura ſinebat Atropos, *etc.* Propert. 3, 9, 11 *de Medea,* Cuſtodiſque feros clauſit ſerpentis Hiatus. Letalis Hiems clauſit illi reſpiramina Ouid. Met. 2, 828. *Hiemem vocat ingentem horrorem, quo corpora omni ſubducto calore in ſaxa mutabantur.* Varro de R. R. 3, 14 Nam et ſub dio idoneus eſt ſumendus Locus coclearis, quem totum circum aqua claudas. Aquae cauſae Riparum margine Ouid. Faſt. 2, 422. Speluncis lacus clauſi, *de habitatione nympharum* Virg. Georg. 4, 364. Sen. Oed. 504 Oceanus clauſum dum fluctibus ambit Orbem. Cic. Off. 2, 55 c. 15 Nec ita claudenda eſt res familiaris, vt illam benignitas non poſſit aperire: nec ita reſeranda, vt pateat omnibus. Ter. Andr. 3, 3, 41 Nolo tibi vllum commodum in me claudier. *Bentl.* Intercludier *hic et* Ter. Eun. 1, 2, 84 Nuncubi meam Benignitatem in te ſenſiſti claudier? Cic. Verr. 5, 95 Non enim portu illud oppidum clauditur, ſed vrbe portus ipſe cingitur et concluditur. Tibul. 1, 4, 49 Nec velit inſidiis altas, ſi claudere Valles, Dum placeas, *etc.* Muros obſidione Lucan. 3, 42. Obſidione, operibus claudere Vrbem Nep. 1, 7, 2. *et* 15, 8, 5. *Sic* Stat. Theb. 2, 553 Vt clauſas indagine profert In medium lux prima feras. Virgil. Ecl. 6, 56 Claudite nymphae, Dictaeae nymphae, nemorum iam claudite ſaltus. Idem Aen. 3, 230 Arboribus clauſi circum atque horrentibus vmbris Inſtruimus menſas. Cic. Verr. 3, 63 Re quidem vera nemo in Sicilia dubitat, quin eo ſit occluſus, quod habere clauſa non potuerit conſilia. Pauor clauſus, *Diſſimulatus* Sil. 10, 378. Cic. Fam. 4, 13 Nam et amplectar eius familiariſſimos, qui me admodum diligunt, multumque mecum ſunt: et ipſius conſuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clauſit, inſinuabo. Idem Tuſc. 4, 2 c. 1 Quis eſt enim, qui putet, *etc.* noſtrorum hominum ad eorum doctiſſimas voces aures clauſas fuiſſe? Claudendae ſunt aures malis vocibus, et quidem primis Sen. Ep. 123. ¶ 5 Claudere, *claudicare, deficere.* Beatam vitam, etiamſi ex aliqua parte clauderet, tamen ex multo maiore parte obtinere nomen ſuum Cic. Tuſc. 5 c. 8. Idem Orat. 170 c. 51 *Grut. ex MSS.* Quid eſt, cur claudere aut inſiſtere orationem malint. *Al.* claudicare. *Eadem varietas eſt* Bruto 214 c. 59. Neque enim ignorantia res claudit Sall. Fragm. Hiſt. 3 Orat. Licinii n. 25. Sed ſi memoria Rebus vetuſtis claudit, veniet Ludius Ediſſertator harum, quas teneo minus Auſon. Ludo ſeptem Sap. prol. *extr.* At ſi *explicuit* diceret, imperfecto et debili numero verborum ſonus clauderet Gell. 1, 7. Niſi tertia ſyllaba de Hannibalis nomine flexa ponatur, numerus clauſurus eſt Idem 4, 7. Si aliter dixeris, ſentias ſuauitatem vocis claudere Gell. 13, 20. Quod vtinam mihi pro amplitudine auditorii prolixa oratio ſuppeteret, ac non hic maxime clauderet, vbi me facundiſſimum cuperem Apul. Flor. p. 359. *Conf. Gronou. ad* Liu. 22, 39. Donat. ad Ter. Eun. 1, 2, 84. *it. Commentatores ad cc. ll. auctorum.* *Add.* CLAVDEO.

CLVDO, inuenitur pro Claudo; etiam extra compoſitionem. *Vid. ſuo loco.*

CLAVSVS, a, um. Partic. [κλεισθεὶς] *Saepe adfuit.* Aliud clauſum in pectore, aliud promtum lingua habere Salluſt. Cat. c. 10. Virg. Aen. 1, 141 Clauſo ventorum carcere regnet. Clauſus a Poenis in anguſtiis Aurel. Vict. Viris Illuſt. 39, 1. Cic. Verr. 5, 38 Statuerunt nihil tam clauſum, neque tam reconditum poſſe habere, quod non cuius cupiditati apertiſſimum, promptiſſimumque eſſet. Clauſum in lectica cadauer Aurel. Vict. Caeſ. 38, 8. Clauſus *in legibus nullo latius patet.* Vlpian. l. 3 ff. §. de SCto Silaniano, Subuenitur ei, qui eo tempore, quo dominus dominaue occiſus eſt, clauſi ita fuerunt ſine dolo malo, vt erumpere ſuccurrendi cauſa — non potuerint. — Clauſos accipere debemus, et ſi ſint vincti: ſi tamen ita vincti, vt omnino erumpere vincula, et auxilio eſſe non potuerint.

CLAVSVRVS, a, um. Partic. [κλείσων] Ouid. Met. 14, 784 Sola Veneris portae cecidiſſe repagula ſenſit, Et clauſura fuit, niſi quod, *etc.*

CLAVSVM, i. n. [κλεῖθρον] *Pro Tecto, vel in genere pro eo, in quo aliquid includitur.* Columel. 7, 6, 5 Sed numerum generis huius maiorem, quam centum capitum ſub vno clauſo non expedit habere. *Add.* 12, 1 *vbi* tectum *vocatur.* Virgil. Georg. 4, 303 Sic poſitum in clauſo linquunt, *etc.* Lucret. 1, 356 Inter ſepta meant voces, et clauſa domorum Tranſuolitant. *Add.* 4, 613.

CLAVSTRVM, i. n. [κλεῖθρον] *Clauſura, ſiue in quo aliquid clauditur.* Itaque tum feram, vectes, et inſtrumenta adeo claudendi ſignificat, tum ipſum cauum, in quo quid clauſum eſt, et per metaphoram pro omni tutela, firmamento, et cuſtodia ponitur. Horat. Epiſt. 2, 1, 255 Clauſtraque cuſtodem pacis cohibentia Ianum, *i. pacem toto imperio ſtabilitam.* *Sic* Martial. 10, 28 Ferrea perpetua clauſtra tuere ſera, *Ianum alloquitur.* Ianuae clauſtra pandere Catul. 59, 76. Cic. Verr. 5, 84 c. 32 *de Inſula parte Syracuſarum,* Qui noſtros exercitus ſaepe excluſerant, iis clauſtra loci committenda non exiſtimauit. *Vid. mox* Regionis. Idem de Lege Agrar. 2, 86 c. 32 Corinthi veſtigium vix relictum eſt. Erat enim poſita in anguſtiis atque in faucibus Graeciae, ſic, vt terra clauſtra Locorum teneret. Virgil. Aen. 3, 411 Anguſti rareſcunt clauſtra Pelori; *vbi* Seru. Quia venientibus de Ionio ad Calabriam propter curuaturam litorum clauſae videntur anguſtiae, quae paullatim propinquantibus aperiri videntur. Ibid. 1, 60 *de ventis Aeolo ſubiectis,* Illi indignantes magno cum murmure montis circum clauſtra fremunt. Portarum ingentia clauſtra Virgil. Aen. 7, 184 *in atrio regiae ſuſpenſa, monumentum victoriae.* Plin. Epiſt. 2, 14, 4 nunc refractis pudoris et reuerentiae clauſtris omnia patent omnibus. Regionis, *i. anguſti acceſſus, ſiue,* (*vt Curtius vocat 3, 4*) Anguſtiae adituum, quae regionem aperiunt. Liu. 9, 32 Iam omnes Hetruriae populi, praeter Aretinos, ad arma ierant, ab oppugnando Sutrio, quae vrbs ſocia Romanis velut clauſtra Hetruriae erat, ingens orſi bellum. *Vulgo* Clauem regni *dicimus.* Inexpugnabilia clauſtra fauces Epiri Idem 32, 21. Caſpiarum *Portarum* Tacit. Hiſt. 1, 6, 4. Viarum Lucret. 4, 616. Arcta clauſtra portarum naturae *occultae ad intelligendum rationes rerum naturalium* Idem 1, 71. Daedalea, *Labyrinthus a Daedalo extructus* Sen. Hippol. 1171. Duriſſima clauſtra congeſtis ſcopulis Claud. Conſ. Prob. 106. Ferrea, *Vectes et repagula ferrea* Sen. Thyeſt. 564. Nocturna clauſtra cadunt muris Valer. Argon. 3, 53 *quibus noctu clauduntur.* Virgil. Aen. 2, 259 *de equo Troiano,*

Incluſos vtero Danaos et Pinea furtim
Laxat clauſtra Sinon: illos patefactus ad auras
Reddit equus.

Confringere naturae clauſtra Lucret. 1, 71 *ſignificat Naturae ſecreta reuelare.* Cic. pro Flacc. 30 c. 13 Omnes ſinus, promontoria, litora, inſulas, vrbes maritimas clauſtris imperii noſtri contineri, *in poteſtate noſtra eſſe propter portus munitos, claſſes, etc.* Id. de Lege Agrar. 1, 1 Nos caput patrimonii publici, pulcherrimam Populi Rom. poſſeſſionem, *etc.* ſub ſigno clauſtriſque Reipublicae poſitum vectigal, ſeruare non potuiſſe. *Et* pro Muraen. 17 Quum vero ego tanto interuallo clauſtra iſta nobilitatis Refregiſſem, vt aditus ad Conſulatum poſthac, *etc.* *Sic* Refracta pudoris ac reuerentiae clauſtra *vidimus ex* Plin. Ep. 2, 14, 4. Relaxare Ouid. Amor. 1, 6, 17 *eſt aperire ianuam.* Reſerare Sil. 7, 334. Lucret. 2, 450 Et duri robora ferri, Aeraque, quae clauſtris Reſtantia vociferantur, *de ſtridore portarum, cardinum.* Cic. Verr. 4, 52 c. 23 Effringi multorum fores, Reuelli caſtra. Rumpere obſtantia Horat. Epiſt. 1, 14, 9. Virgil. Aen. 9, 758. Tenere aliquem intra clauſtra Horat. Carm. 3, 11, 44. *Conf.*

CLATHRI, *quocum Clauſtra permutare ſolebat Heinſius.*

CLOSTRVM, *etiam vetuſte ſcribitur, quod vid. ſuo loco.*

CLAVSTRARIVS, *qui claues et caetera, quae ad claudenda oſtia pertinent, facit.* Clauſtrarius artifex Lampr. in Heliog. c. 12.

CLAVSTRITĪMVS, *vel, vt plerumque ſcribitur,*

CLAVSTRITŪMVS, i. m. Liuius (*Andronicus*) *ſic* dixit, qui clauſtris ianuae praeeſſet, eadem ſcilicet figura, qua Aeditimum dici videbat, qui aedibus praeeſt Gellius 12, 10.

CLAVSVLA, ae. f. [πέρας, ἀνάπαυσις] *Id, quod claudit, ſiue alicuius rei concluſio.* Plin. 11, 45 ſ. 101 Vngues clauſulae neruorum ſummae exiſtimantur omnibus his, quibus et digiti. *de morte.* *Ipſe* Cic. Att. 6, 3 Clauſula eſt difficilis in tradenda prouincia. Idem pro Cael. 65 c. 27 Mimi ergo eſt iam exitus, non fabulae, in quo cum clauſula non inuenitur, fugit aliquis e manibus: deinde ſcabilla concrepant, aulaeum tollitur. *Ad hanc* clauſulam *reſpicit* Sen. Ep. 77 *extr.* Quomodo fabula ſic vita: non quam diu, ſed quam bene acta ſit, refert. Nihil ad rem pertinet, quo loco deſinas. Quocunque voles, deſine: tantum bonam clauſulam impone. Sueton. Auguſt. 99 Amicos admiſſos percunctatus, Ecquid iis videretur mimum vitae commode tranſegiſſe, adiecit et clauſulam, Εἰ δὲ πᾶν ἔχει καλῶς, τῷ παιγνίῳ Δότε κρότον, καὶ πάντες ὑμεῖς μετὰ χαρᾶς κτυπήσατε. ¶ 2 *Frequens eſt hoc in rhetorica ſchola nomen.* Cic. de Orat. 3, 192 c. 50 Clauſulas autem diligentius etiam ſeruandas eſſe arbitror, quam ſuperiora: quod in his maxime perfectio atque abſolutio iudicatur. — In oratione prima pauci cernunt, poſtrema plerique: quae quoniam apparent, et intelliguntur, varianda ſunt, ne aut animorum iudiciis repudientur, aut aurium ſatietate. *Conf.* Quinctil. 9, 4, 61 ſqq. Claudae atque pendentes clauſulae Idem 9, 4, 70 *de numero loquitur, et vltimis in fine ſententiae pedibus, quomodo etiam* firmiſſimam *vocat.* *Sed* Cic. de Orat. 2, 240 Quum eſſet cum eo Tarracinae de amicula rixatus: falſa, attamen a te ipſo ficta tota narratio: Addidiſti clauſulam, tota Tarracina, *etc.* *Hic* Clauſula *eſt, pars narrationis extrema.* *Sed finis periodi,* Clauſula numeroſe et iucunde cadens Idem in Orat. 215 c. 64. *Sic* Interpunctae clauſulae in orationibus Cic. de Orat. 3, 171. *Et* Clauſulas atque interpuncta verborum, animae interclusio atque anguſtiae ſpiritus attulerunt Idem de Orat. 3, 179. *Sic* Quinctil. 2, 2, 12 ad omnem clauſulam *ſignificat in fine cuiuſque ſententiae, quoties reſpirat, qui dicit.* Clauſula, quam Graeci κολοφῶνα vocant, a breui concluſione eſt appellata, Feſtus. *Scal. pro* κολοφῶνα *putat leg.* κῶλον. *Hoc quidem ſatis intelligitur, non tantum pro Membro, ſed etiam pro toto verborum ambitu, qui vna clauditur ſententia* clauſulam *poni.* Quinctil. 8, 5, 13 Vocatur aliquid et clauſula, quae ſi eſt, quod Concluſionem dicimus, et recte, et quibusdam in partibus neceſſaria eſt. *Vid. leg.* Vocatur *epiphonema* aliquando et clauſula. *Sic* Cic. Philipp. 13, 47 c. 21 *poſtquam ſingula epiſtolae, quam Antonius ad Hirtium et Caeſarem miſerat, coram Patribus Conſcriptis explicaſſet, et ſola concluſio ſupereſſet, ſubdidit,* Veniamus aliquando ad clauſulam, *etc.* *Ita et* Apul. Apol. p. 326, 41. *Sic* Clauſula orationis Cic. de Orat. 3 c. 44. Operis peracti clauſula Columel. in Perorat. lib. de R. R. Imponere clauſulam diſputationi Idem 3, 19, 3. *Sic* Quinctil. 11, 3, 181 Huius quoque loci clauſula ſit eadem neceſſe eſt, quae caeterorum eſt, regnare maxime modum: *ſequuntur deinde pluſcula in hanc rem, vt appareat, clauſulam eſſe concluſionem etiam pluribus membris aut periodis adeo conſtantem.* ¶ 3 Clauſula edicti, *pro Parte edicti poſita videtur, non ſimpliciter vltima,* Cic. Verr. 3, 35 c. 14 Illa vero praeclara eſt clauſula edicti, quod omnium controuerſiarum, *etc.*

Vlpian. in l. Sed et ſi. §. Haec clauſula. D. ex quibus cauſis maiores, Haec clauſula ad eos pertinet, quos more maiorum ſine fraude in ius vocare non licet, *etc.* *Idem* Vlpian. in l. Sed et ſi. D. Ex quibus cauſis maiores, Aduerſus relegatum reſtitutionem faciendam ex Generali clauſula Pomponius ait. *Sic* Paullus l. 9 *pr.* ff. de Edendo, Praetor per hanc clauſulam interuenit. *Sic et alias ICti.* ¶ 4 *Peculiariter pro* capulo *ponitur* Apul. Florid. 2 p. 346, 27 *vbi Hippias praedicat*, ſe fabricatum ſibimet — ſtrigileculam, recta faſtigiatione clauſulae, flexa tubulatione ligulae, vt et ipſa in manu capulo moraretur, et ſudor ex ea riuulo laberetur. *Aperte reſpondet* clauſula capulo. *Hinc vtitur hoc loco Salmaſius ad* Spartian. Adr. 10 Capulo vix eburneo ſpatham clauderet.

CLAVSŪRA, ae. f. *Caſtrum*, *munimentum.* *Vid.* CLVSVRA.

CLAVDVS, [χωλὸς, κυλλὸς] Qui altero pede infirmus ac debilis eſt. Plaut. Aulul. 1, 1, 34 Quaſi claudus ſutor domi ſedet totos dies. Cic. in Piſon. 69 c. 28 Iſte claudus (quomodo aiunt) pilam, retinere quod acceperat, *de Piſone dogma Epicureum de voluptate mordicus tenente.* Carmina Clauda, *Elegias ſuas vacat* Ouid. Triſt. 3, 1, 11 Clauda quod alterno ſubſidant carmina verſu, Vel pedis hoc ratio, vel via longa facit. Cic. de Nat. Deor. 1, 84 c. 30 Claudum igitur habemus Deum, quoniam de Vulcano ſic accepimus. Fides clauda, *i. non recta, non firma, ſed veluti qui* claudi *ſunt modo in has, modo in illas inclinans partes* Sil. 13, 33. Naues claudae mutilaeque Liu. 37, 24. Nauem claudam, *pulchre deſcribit* Lucr. 4, 438

At maris ignaris in potu clauda videntur
Nauigia, apluſtris fractis, obnitier vndis.
Nam quaecunque ſupra rorem ſalis edita pars eſt
Remorum recta eſt; et recta ſuperne guberna:
Quae demerſa liquore obeunt, refracta videntur
Omnia conuerti, ſurſumque ſupina reuerti:
Et reflexa prope in ſummo fluitare liquore.

Pars vulnere clauda, *de ſerpente* Virg. Aen. 5, 278. Pes claudus Poenae Hor. Carm. 3, 2, 32. Pede altero claudus Nepos 17, 8.

CLAVDĬCO, āre. [σκάζω, χωλαίνω, μετοκλάζω] *Altero tantum pede recto incedere, vel, Alterum pedem infirmum et inſtabilem aut curtum habere ac vacillare.* Melius eſt, inceſſu regem quam imperio regnum claudicare Iuſtin. 6, 2, 6. *de Ageſilao.* Genu percuſſo claudicat Ouid. Faſt. 3, 758. Niſus pennarum inanis claudicat Lucret. 6, 834. *de auibus transuolare conantibus Auernum.* Cic. de Orat. 2, 249 c. 61 Quod Sp. Caruilio grauiter claudicanti ex vulnere ob remp. accepto, et ob eam cauſam verecundanti in publicum prodire, mater dixit, *Quin prodis, mi Spuri? Quotieſcunque gradum facies, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem;* praeclarum et graue eſt. Quod Caluino Glaucia claudicanti, *vbi eſt vetus illud, non claudicas? at hic clodicat.* (*Pearce* claudicat) hoc ridiculum eſt, et vtrumque ex eo, quod in claudicatione animaduerti potuit eſt ductum. ¶ 2 Claudicare, *per metaphoram.* Liu. 22, 39 Si altera parte claudicet Reſpublica, malis conſiliis idem ac bonis iuris et poteſtatis erit. *Si alter Conſulum non ſit vir bonus.* Cic. Tuſc. 5, 22 Item beatam vitam etiam ſi ex aliqua parte claudicaret, tamen ex multo maiore parte obtinere nomen ſuum. Cic. de Clar. Orat. 21 c. 59 In quacunque enim vna plane claudicaret, orator eſſe non poſſet. *Libri quidam* clauderet. Cic. de Clar. Orat. 227 c. 63 Actio paullum cum vitio vocis tum etiam ineptiis claudicabat, *i. non reſpondebat bonis reliquis.* Cic. de Finib. 1, 69 c. 20 Qui verentur, ne ſi amicitiam propter noſtram voluptatem expetendam putemus, tota amicitia quaſi claudicare videatur. Columel. 4, 2, 1 Non in vno, ſed in pluribus pedamentis fructus claudicat. *i. non reſpondet ſpei agricolae.* Lucret. 3, 454 *de aetate confectis*, Claudicat ingenium, delirat linguaque, mensque. Cic. de Orat. 3, 196 c. 51 Verum vt in verſu vulgus, ſi eſt peccatum, videt: ſic ſi quid in noſtra oratione claudicat, ſentit. *h. e. ſi numerus non incedit recte et decore.* Cic. in Orat. 170 c. 51 Sin probae res, lecta verba, quid eſt cur claudicare (*Grut.* claudere) aut inſiſtere orationem malint, quam cum ſententia pariter excurrere? Quinctil. 11, 3, 43 Prima eſt obſeruatio recte pronuntiandi aequalitas, ne ſermo ſubſultet imparibus ſpatiis, ac ſonis, miſcens longa breuibus, grauia acutis, elata ſubmiſſis; et inaequalitate horum omnium ſicut pedum, claudicet. Cic. de Nat. Deor. 1, 198 Sed et ille reprehenſus a multis eſt, nec vos exitum reperitis: totaque res vacillat et claudicat. *Imitatus hunc locum videri poteſt* Scribon. 200 Quamuis ex magna parte ad diaeticos pertinentes compoſitiones iam exhibuerimus, tamen quaſi claudicat et vacillat hic liber, niſi eas quoque compoſitiones, quae ad chirurgos pertinent, poſuerimus. Cic. Off. 1, 119 c. 33 Tum in tota vita conſtituenda multo eſt maior rei cura adhibenda, vt conſtare in vitae perpetuitate poſſimus nobismetipſis, nec in vllo officio claudicare.

CLAVDICANS. Partic. [σκάζων] Claudicanti boui remedium Col. 6, 12. *lemma.* Cic. Orat. 173 c. 51 Nihil inconditum, nihil curtum, nihil claudicans, nihil redundans.

CLAVDICATIO, ōnis. f. [χωλότης] Columel. 6, 12, 1 Sanguis demiſſus in pedes, claudicationem affert. Cic. de Nat. Deor. 1, 84 c. 30 In quo ſtante atque veſtito, leuiter apparet claudicatio non deformis. Val. Max. 8, 11 Diſſimulata claudicatio ſub veſte.

CLAVDĬTAS, ātis. f. [χωλότης] *Idem.* Plin. 28, 4 Clauditates, oculorumue orbitatem, ac ſimiles caſus dextris aſſignare partibus. Clauditatem affert haec res Plin. 8, 43. Clauditatem demiſiſtis Apul. Flor. 3 p. 354.

CLAVDĪGO, ĭnis. f. *Idem.* Veget. 1, 26, 1 Claudiginem longi temporis, fecit remorata baſis.

CLAVDASTER, tri. m. ἀρνησίχωλος Gloſſ. Gr. Lat. *aliquantum claudus, ſed vt adhuc diſſimulari poſſit.*

CLAVDEO, ēre. Caecil. *apud* Priſcian. 10 p. 889 *med.* An vbi vos ſitis, ibi conſilium claudeat. *Conf.* CLAVDO *n. 5.*

CLAVICVLA, CLAVICVLATIM, *et* CLAVICVLVS, *vid.* CLAVVS.

CLAVIGER, *vid.* CLAVA, *et* CLAVIS.

CLAVIS, is. f. [κλεὶς] *Inſtrumentum quo oſtia, arculae, et id genus clauſtra reſerantur et aperiuntur. Etymon dedimus in* CLAVDO. *Accuſatiuum facit* Clauem *et* Clauim. Plaut. Moſt. 2, 1, 78 Clauim mihi harunce aedium Laconicam, iam iube efferri intus. Haſce ego aedis occludam hinc foris. *Et* v. 78 Clauim cedo atque abi hinc intro, atque occlude oſtium, Et ego hinc occludam. Mart. 11, 33 *in paupertate deſcribenda*, Nec ſera, nec clauis, nec canis atque calix. Cato de R. R. 13, 1 Seriam vinariam vnam, clauem torcularii vnam. *Sed a Victorio eſt* Clauam. Adultera Ouid. de Arte Am. 3, 643 Nomine cum doceat quid agamus adultera clauis. *Nempe adulteriis et furtis amatoriis ſeruit ſecundaria id genus et fraudulenter imitata clauis, quae alias dicitur* Adulterina, *v. g.* Sall. Iug. 12. Aptare fores clauibus, *vid.* APTO. Liu. 27, 24 C. Terentius, vt Aretium cum legione venit, claues portarum quum magiſtratus popoſciſſet, negantibus iis comparere, ipſe alias claues omnibus portis impoſuit. Senſit clauim ianua Tibul. 2, 4, 31. *i. claudi coepit.* Clauim *inquam, etiam tuetur Brouckh. ex* Chariſio. *Sed* Iuuen. 15, 158 Vna portarum clau[…] teneri, *i. vnam vrbem ſecuritatis cauſa habitare.* Hor. Carm. 2, 14, 2[…] Abſumet haeres Caecuba dignior Seruata centum clauibus. Varr[o] de R. R. 1, 22, 6 Quae non poſſunt eſſe ſub claui, quem maxime fa[…]cere, vt ſint in conſpectu oportet. Cic. pro Domo 25 c. 10 Scilice[t] tu helluoni ſpurciſſimo, *etc.* Sext. Clodio, *etc.* omne frumentum priuatum et publicum, omnes prouincias frumentarias, omnes manc[i]pes, omnes horreorum claues lege tua Tradidiſti. Vxori claue[s] dare, et adimere, *mos inſtitutumque Romanorum, de quo* Feſtus, Cla[…]vim, *inquit*, conſuetudo erat mulieribus donare, ob ſignificanda[m] partus facilitatem. *Sed potius ad traditam vxori rei familiaris curam pertinuit. Quas enim initio matrimonii dabant claues, eas diuortio fact[o] adimere ſolebant: quod ſignificat* Cicero Philipp. 2, 69 c. 28 Miman illam ſuam ſuas res ſibi habere iuſſit ex duodecim tabulis: claue[s] ademit: exegit. Quam porro ſpectatus ciuis, quam probatus, cu[…]ius ex omni vita nihil eſt honeſtius, quam quod cum mima fecit di[…]vortium! *Probat hanc lectionem* Non. 4, 152. Victor. Var[r.] Lect. 2, 2. Muret. Varr. Lect. 5, 8. ¶ 2 Clauis, *vect[is].* Clauem obduxi Plaut. Caſ. 5, 2, 7. *al. abduxi.* Et reſerat clau[…] quae praeuidet, oſtia claui Auctor Moreti v. 15. *Vid. Scalig. h. l.* […] *160. it. ad* Plaut. *l. c.* *Nempe fluctuat lectio circa verbum* clauſa; […] clauſam clauem *interpretatur tandem Scaliger, vectem, quo intus claud[i]tur et obſeratur ianua.* *Sed optimum videtur cum Salmaſio ad Solin.* […] *656 legere*, Caſulae qua praeuidet. *Interim manet*, clauem *eſſe* […] *iam vectem ſ. peſſulum.* Tib. 1, 7, 40 Quid tenera tibi coniug[e] opus, tua ſi bona neſcis ſeruare? Ah fruſtra clauis ineſt foribu[s]. *De* Claui, *cui Aratus et ex eo* Germanicus 195 *atque* Auienus 4[…] Signum Caſſiopeae *comparant*, *vid. Salmaſ. ad* Solin. p. 651 *ſqq.* *vbi* […] *tota antiquarum clauium ratione longa diſputatio eſt.* ¶ 3 Cl[a]vis adunca trochi Prop. 3, 12, 6 *eſt anulus cum manubrio, cui inſert[…] pes trochi habena circumagitur, quam deinde vertiginem poſtquam cla[…] exſiluit continuat.*

CLAVĪCV̆LA, ae. f. Dimin. German. Caeſar in Arato 1[…] Qualis ferratos obicit clauicula dentes. ¶ 2 *Item Capre[o]lus in vite*, Cic. de Senect. 52 c. 15 Vitis quidem, quae natura cadu[ca] eſt, et niſi fulta ſit, fertur ad terram: eadem vt ſe erigat, clauic[u]lis ſuis, quaſi manibus quidquid eſt nacta, complectitur. *Add.* I[…] de N. D. 2 c. 47. Plin. 23 *prooem.* Clauiculae ipſae quibus repu[…] vites, tritae et ex aqua potae ſiſtunt vomitionum conſuetudinem.

CLAVICVLĀTIM. Adu. *Vt*, Conchae clauiculatim vndat[ae] *h. e. intortae et criſpatae ad ſimilitudinem clauicularum vitis.* Plin. 9, ſ. 52 Firmioris iam teſtae murices, et concharum genera: in qui[b…] ludentis naturae varietas. *Paullo poſt*, Iam diſtinctione virgula crinita, criſpa, pectinatim, clauiculatim, imbricatim vndata. […] *codices legunt* Cuniculatim *aut* Canaliculatim. Cuniculat[…] *probat Harduinus.*

CLAVICVLARIVS, i. m. Firmic. 3, 6 Erunt aut cornicu[la]rii, aut commentarienſes, quibus damnatorum cura committatur, […] clauicularii, vel carcerum cuſtodes, et quibus publicarum catenar[um] cura credatur. ¶ 2 Clauicularii, Clauicarii, Clauida[…] (*ſic enim variant libri*) *recenſentur etiam in* breui artificum ſubdito l[…] C. de excuſat. artificum. *Videntur igitur Clauium fa[bri]carum artifices.*

CLAVĬGER, ĕra, ĕrum. [κλειδοῦχος] *Qui clauem fert.* Sic vocatur Ianus ab Ouid. Faſt. 1, 228. quia clauem gerebat, vt paullo ante dixerat.

CLAVŎLA *eſt ex* CLAVA, *vbi vid. it.* CLABVLA.

CLAVSTRARIVS, CLAVSTRITIMVS, CLAVSTRV[…] CLAVSVLA, *vid.* CLAVDO.

CLAVSVS, *poſtea* Claudius *dictus*, Sabinorum dux, *qui* poſt e[…]ctos reges, cum quinque millibus clientum et amicorum Romam […]nit, et ſuſceptus habitandam partem vrbis accepit, ex quo Claudia tribus eſt et familia nominata, *vt ait Seruius ad illud* Aen. 7, 706

Ecce Sabinorum priſco de ſanguine magnum.
Agmen agens Clauſus, magnique ipſe agminis inſtar,
Claudia nunc a quo diffunditur et tribus et gens.

*Vid. paullo ante* CLAVDIA gens.

CLAVVS, i. m. [ἧλος, γόμφος] *A Claudendo dictus vid[eri] poteſt: ad id enim figitur vt claudat, ſiue contineat aliquid.* Cato R. 21, 3 Supra imbrices extrinſecus cupam pertundito, qua clauus e[…] qui orbem cludat. *Et* 18, 9 Subſcudes iligneas adindito. Eas, v[…] confixeris, clauis corneis occludito. Clauus *igitur ad* claudendu[m] *factus.* Plin. 16, 10 Si in ipſam arborem clauus aereus adigat[ur] Caeſ. Bell. Gall. 3, 13 Tranſtra ex pedalibus in altitudinem trabib[us] confixa clauis ferreis, digiti pollicis craſſitudine. Adamantini, v[id.] ADAMAS. Capitatus, *vid.* CAPITATVS, *et mox* CLAVVL[VS] Cuprinus vel ferreus amygdalorum radicibus imprimitur Pallad. [Ia]n. 15, 18. Clauum Cyprii aeris acutum dimittere in iugulum teſt[…]nis Scribon. 16. *Metaphora Comica:* Plaut. Aſin. 1, 3, 4 Fixus h[ic] apud nos eſt animus tuus clauo cupidinis. *Grauiter* Hor. Carm. [3,] 24, 7 Si figit adamantinos ſummis verticibus dira neceſſitas clau[os.] Clauus annalis appellabatur, qui figebatur in parietibus ſacrarum ae[di]um per annos ſingulos, vt per eos numerus colligeretur annorum. *Haec* Feſtus. Liu. 7, 3 Repetitum ex ſeniorum memoria dicitur, [pe]ſtilentiam quondam clauo ab dictatore fixo ſedatam. Ea religio adductus Senatus dictatorem claui figendi cauſa dici iuſſit. — Lex vetuſta eſt priſcis literis verbisque ſcripta, vt qui Praetor ma[xi]mus ſit, Idibus Septembris clauum pangat. Fixus fuit dextro la[te]ri aedis Iouis Optimi maximi, ea ex parte, qua Mineruae templum […] Eum clauum, quia rarae per ea tempora literae erant, notam num[eri] annorum fuiſſe ferunt: eoque Mineruae templo dicatam (*ſ.* dicta[m]) legem, quia numerus Mineruae inuentum ſit. Volſiniis quoque c[la]vos indices numeri annorum, fixos in templo Nortiae Etruſcae de[ae] comparere, diligens talium monimentorum auctor Cincius affirm[at.] — A Conſulibus poſtea ad dictatores, quia maius imperium er[at,] ſollemni claui figendi translatum eſt. Intermiſſo deinde more, dig[na] etiam per ſe viſa eſt res, propter quam dictator crearetur. *Et* 8[…] Memoria ex annalibus repetita in ſeceſſionibus quondam plebis clau[um] ab dictatore fixum, alienatasque diſcordia mentes hominum eo piac[ulo] co[…]

compotes ſui feciſſe, dictatorem claui figendi cauſa ereari placuit. Creatus — qui fixo clauo magiſtratu ſe abdicarunt. *Meminit etiam 9, 28.* *Huc reſpicit illud* Ex hoc die clauum anni mouebis Cic. Att. 5, 15 *pr.* Claui caligares, *a caligis militaribus quibus ſuffigebantur.* Plin. 9, 18 In quibus piſcis omnibus annis Vergiliarum ortu exiſtunt, ſquamis conſpicui crebris atque praeacutis, clauorum caligarium effigie: nec amplius quam eirca eum menſem viſuntur. Caligarii Id. 34, 14. *Vid.* CALIGARIS. Clauus trabalis Hor. Od. 1, 35, 18. *Neceſſitati in manus dat.* Cic. Verr. 5, 52 c. 21 Vt hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clauo figeret. *i. Vt perpetua et indelebilis beneficii memoria eſſet.* *Sunt autem* Claui trabales *Grandes, quibus trabes configuntur.* Metus ille vos habet, ne veluti trabalibus clauis affixi corporibus haereatis Arnob. 2 p. 51. Cic. Tuſc. 4, 75 c. 35 Etiam nouo quodam a more veterem amorem, tanquam clauo clauum eiiciendum putant. Liu. 28, 20 Clauos per modica interualla figentes velut gradus *faciunt rupem arduam ſcan[illegible]tes.*

¶ 2 Clauus, [πηδάλιον] *Gubernaculum nauis.* Cic. de Seneci. 17 Ille autem clauum tenens, quietus ſedeat in puppi. Stat. Theb. 10, 177 Non ſecus amiſſo medium quum praeſide puppis Fregit iter, ſubit ad vidui moderamina claui, *i. a gubernatore ſuo relicti.* Puppis clauo paret Claud. in Eutrop. 1, 425. Regere clauum et miniſtrare velis Virg. Aen. 10, 218. Claud. in Seren. 202 Ceu flumine molli, Tranquilliſque fretis clauum ſibi quisque regendum Vindicat. Virg. Aen. 5, 177 — clauumque ad litora torquet. Seruius *hic* fuſtem gubernaculi *vocat, quae videtur origo appellationis eſſe.* *Metaphor.* Clauum *pro ratione* viuendi poſuit Hor. Serm. 2, 7, 10 Vixit inaequalis, clauum vt mutaret in horas. *i. gubernacula nunc huc nunc illuc dirigeret. Sed aliam quoque interpretationem damus* n. 6. *Certius huc pertinet illud* Arnob. 3 p. 106 Clauum abieciſſe deos, *i. curam et gubernationem rerum humanarum.* Cic. pro Sext. 20 c. 9 Quis enim clauum tanti imperii tenere, et gubernacula Reip. tractare in maximo curſu, *etc.* Dum clauum rectum teneam, *i. dum meo fungar officio. Significat non imputandum euentum parum proſperum artifici, modo is praeſtiterit quod artis eſt.* Quinctil. 2, 17, 24 Nam et gubernator vult ſalua naue in portum peruenire: et ſi tamen tempeſtate fuerit abreptus, non ideo minus erit gubernator, dicetque notum illud, Dum clauum rectum teneam! *Tractum a gubernatore Rhodio, cuius in periculo a procella ea vox fertur; quam ita extulit* Seneca Ep. 85 Neptune nunquam hanc nauem niſi rectam (*intell.* ſubmerges) *Reliqua dedimus ad* Quinct. *l. c.* *et huc etiam* Ennianum fragmentum *retulimus,* Vt clauum rectum teneam, nauimque gubernem, *vt legitur in antiquis libris* Iſid. 19, 2.

¶ 3 Clauus, *Genus tabernaculi calloſi a figura dictum* Ad paronychias farina eius vtuntur, cum vino ad clauos vel verrucas Plin. 21, 20. Id. 22, 23 Claui pedum, qui vulgo morticini appellantur. Plin. Epiſt. 3, 7, 2 Erat illi natus inſanabilis clauus. Celſ. 5, 28 tit. De Acrochordone, *etc.* Clauum autem ideo dictum putant, quia in ſuperficie dilatatur, in carne vero reſtringitur. Vlp. l. Qui clauum. D. de Aedil. edict. Qui clauum habet, morboſus eſt. Col. 6, 14, 6 *de bubus*, Clauorum, qui fere ceruicem infeſtant, minor moleſtia eſt: nam facile operanti lucerna inſtillatur. *De eadem re* Veget. Mulom. 3, 4, 26. *Qui* 2, 60, 2 *etiam de equorum dorſo*, Quod ſi, *inquit*, clauum fecerit: *vt appareat eſſe ex attritu.* Colum. 7, 5, 11 Claui quoque dupliciter infeſtant ouem, ſiue cum ſubluuies atque intertrigo in ipſo diſcrimine vngulae naſcitur, ſeu cum idem locus tuberculum habet, cuius media fere parte canino ſimilis exſtat pilus, eique ſubeſt vermiculus.

¶ 4 Clauum *etiam patiuntur arbores.* Plin. 17, 24 ſ. 37 Olea praeter vermiculationem, quam aeque ac ficus ſentit, clauum etiam patitur, ſiue fungum placet dici, vel patellam. Haec eſt ſolis exuſtio.

¶ 5 *Etiam* Fit in fauis quibusdam, qui vocatur clauus, amarae duritia cerae, quum fetum inde non eduxere — Hic eſt abortus apium Plin. 11, 16 *al.* clerus.

¶ 6 Clauus *ad partem vel acceſſionem veſtimentorum deſignandam pertinet.* Non. 14, 19 Patagium aureus clauus, qui pretioſis veſtibus immitti ſolet. *Habet itaque nomen, quod ſecundum longitudinem veſti inſeritur; atque ſeparatim etiam eſſe poteſt, quod docet* Vlpian. l. 19 ff. §. 5 de Auro, arg. mundo, Quemadmodum claui aurei et purpurae pars ſunt veſtimentorum. Idem Pomponius libris epiſtolarum. Etſi non ſunt claui veſtimentis conſuti, tamen veſte legata contineri. *Idem* Vlpian. l. 23 eod. §. 1 Veſtimentorum ſunt — et quae his acceſſionis vice cedunt: quae ſunt inſtitae (*ſic recte viri docti, pro* inſitae) picturae, clauique, qui veſtibus inſuuntur. Plin. 8, 48 ſ. 73 Tunica lati claui in modum gauſapae texi, nunc primum incipit. *Hic videtur ſolidus et intextus tunicae clauus eſſe.* Quinct. 8, 5, 28 Vt afferent lumen clauus et purpurae loco inſertae, (*al.* clauus purpurae loco inſertus) ita certe neminem deceat inter texta pluribus notis veſtis. Claui *purpurei in tunicis diſtinguunt Romanos ordines, ſuntque vel* lati *vel* anguſti. Varro *ap.* Non. 14, 1 Quam iſtorum, quorum vitreae togae oſtendunt tunicae clauos. *Idem* Varro de L. L. 8, 47 p. 117, 24 Nam ſi quis tunicam in vſu ita conſuit, vt altera plagula ſit anguſteis claueis altera lateis (*Sic omnes praeter Sciopp. qui habet* anguſti claui — lati) vtraque pars in ſuo genere caret analogia. *Nempe* latus clauus *ſummae nobilitatis inſigne iam antiquiſſima aetate fuit.* Plin. 9, 39 ſ. 63 Purpurae vſum Romae ſemper fuiſſe video, ſed Romulo in trabea. Nam toga praetexta, et latiore clauo Tullum Hoſtilium e regibus primum vſum Etruſcis deuictis, ſatis conſtat. Liu. 30, 17 Munera quae legati *Romani* ferrent regi *Maſiniſſae*, ſagula duo cum fibulis aureis ſingulis, et lato clauo tunicis. *Interim promiſcuus aliquando fuit illius vſus.* Plin. 33, 1 ſ. 7 Anuli diſtinxere alterum ordinem a plebe, vt ſemel ceperant eſſe celebres; ſicut tunica ab anulis (*i. equitibus, qui non minus quam Senatores anulos haberent*) Senatum tantum: quamquam et hoc ſero: vulgoque purpura latiore tunicae vſos inuenimus etiam praecones. *Sed florente republica et ſub Caeſaribus* Latus clauus *Senatoriae dignitatis, certe tribuniciae indicium: ſic tamen, vt eo vterentur etiam, qui ad eam dignitatem adſpirarent, et ſe proximos illi putarent. Sic* Ouid. Triſt. 4, 10, 28 *de virili toga a ſe ſumta* Liberior, *inquit*, fratri ſumta mihique toga eſt: Induiturque humeros cum lato purpura clauo. *Sic* Sueton. Aug. 95 Sumenti virilem togam tunica lati claui reſuta ex vtraque parte, ad pedes decidit. Fuerunt, qui interpretarentur non aliud ſignificare, quam vt is ordo, cuius inſigne id eſſet, quandoque ei ſubiiceretur. *Redeamus ad Naſonem. Is de ſe, vbi ambitione poſita in equeſtri ordine ſubſiſtere decreuit*, v. 35 Curia reſtabat: claui menſura coacta eſt, *i. pro lato clauo anguſtum ſumſi:* Maius erat noſtris viribus illud onus. *Contra* Hor. Sat. 1, 6, 25 Quo tibi, Tilli, Sumere depoſitum clauum, fierique Tribuno? *Et mox* v. 27 Nam vt quisque inſanus nigris medium impediit crus Pellibus, et latum demiſit pectore clauum. Hor. Sat. 1, 5, 36 *ridet in magiſtratu Coloniae*, Praetextam et latum clauum. Liu. 9, 7 *in ſummo luctu*, Lati claui (*Senatorum*) annuli aurei (*equitum*) poſiti. Quinct. 11, 3, 138 Cui lati claui ius non erit, ita cingatur, — vt purpurae recte deſcendant, leuis cura eſt. Notatur interim negligentia. Latum habentium clauum modus eſt, vt ſit paullum cinctis ſubmiſſior. *Nempe, quod hic docet Fabius, lati claui tunica non cingebatur, cingebatur anguſti. Hinc vt ſingulare obſeruat de Caeſare* Sueton. 45 Etiam cultu notabilem ferunt. Vſum enim lato clauo (*ita nempe loquuntur, pro* tunica lati claui, *vnde Graecis* latus clauus *eſt* χιτὼν πλατύσημος) ad manus fimbriato, nec vt vnquam aliter, quam ſuper eum cingeretur, et quidem fluxiore cinctura. Vnde emanaſſe Sullae dictum optimates ſaepius admonentis, vt male praecinctum puerum cauerent. *Hic locus non minus quam ſuperiores quidam docent*, latum clauum *etiam ſpei cauſa ſumtum dignitatis Senatoriae. Non igitur introduxit hoc, ſed firmauit* Auguſtus, *de quo* Sueton. 38 Liberis Senatorum, quo celerius reip. aſſueſcerent, protinus virilem togam, latum clauum induere, et curiae intereſſe permiſit. *Caeterum huc etiam pertinet* Sueton. Veſpaſ. 2 Sumta toga virili latum clauum, quamquam fratre adepto, diu auerſatus eſt: nec vt tandem appeteret compelli, niſi a matre, potuit. Ea demum extudit magis conuicio, quam precibus vel auctoritate, dum eum identidem per contumeliam anteambulonem fratris appellat. *Huc pertinet* Stat. Silu. 3, 2, 124 Notus adhuc tantum Maioris munere claui. Id. Silu. 5, 2, 29 Tunicam potentem appellat. Tertull. de Pall. 4 Latiorem Purpuram. *Summi igitur in republica ordinis inſigne* latus clauus. *Hinc* Tiberius *apud* Sueton. 35 Senatori latum clauum ademit *poenae cauſa*, cum cognouiſſet, ſub Kalendis Iulii demigraſſe in hortos, quo vilius poſt diem aedes in vrbe conduceret. *Nec obſtat* Sueton. Aug. 73 *cum dicit, hunc imperatorem vſum* clauo nec lato nec anguſto. *Nempe lati etiam claui modus haud vnus, quibusdam, quo ſplendidiores viderentur illum dilatantibus, aliis vel ob ſordes, vel modeſtiae cauſa contrahentibus: mediocritatem ſectatus Auguſtus, vt in eo, quod* togis neque reſtrictis neque fuſis *eidem vſus eſſe dicitur.* Plin. Epiſt. 2, 9, 2 Ego Sexto latum clauum a Caeſare noſtro, ego Quaeſturam impetraui. Id. 8, 23 Latum clauum in domo mea induerat, ſuffragio meo adiutus in petendis honoribus fuerat: *cum virili toga, puto: qua de re modo dictum. Sumebatur etiam be[illegible]eficio imperatoris.* Sueton. Claud. 24 Latum clauum, quamuis initio affirmaſſet, non lecturum ſe Senatorem, niſi ciuis Romani abnepotem, etiam libertini filio tribuit: ſed ſub conditione, ſi prius ab equite Rom. adoptatus eſſet. Gaius l. 42 ff. de donat. inter virum et vx. Nuper ex indulgentia principis Antonini recepta eſt alia cauſa donationis, quam dicimus honoris cauſa, vt ecce, ſi vxor viro laticlauii (*forte melius* lati claui) petendi gratia donet, vel vt equeſtris ordinis fiat, vel ludorum gratia. *Repetit* Vlpian. Inſtitut. 7, 1 Vt is ab imperatore lato clauo, vel equo publico, ſimiliue honore honoretur. Sidon. Apoll. 1, 9 Aeque gratum mihi, ac ſi, me concionante, — non modo lati claui, ſed tribulium quoque fragor concitaretur, *i. plauſus Senatus et populi.* *Vid.* LATICLAVVS *et* LATICLAVIVS *ſub* LATVS. *Etiam ſacerdotum fuiſſe* Latum clauum, *docet* Sil. 3, 27 Sacrificam lato veſtem diſtinguere clauo. *Sed eſt* latus clauus *etiam* mapparum. Martial. 4, 46 Et lato variata mappa clauo. *Sic* Laticlauiam mappam Petronii *damus ſ. l. et mox* Clauata cocco mantilia. *Huc adhuc referendus eſt locus* Ammian. Marcell. 16, 8 Veterator quidam ad lautum conuiuium rogatus et mundum — cum vidiſſet linteorum toralium par, duos clauos ita latiſſimos, vt ſibi viciſſim arte miniſtrantium cohaererent, menſamque operimentis paribus tectam *etc.* *Iam ad* clauum tunicae *redimus.* Anguſtus clauus *reliquorum equitum fuit.* Vell. 2, 88, 2 Maecenas non minus Agrippa Caeſari carus, ſed minus honoratus: quippe vixit anguſto clauo contentus paene. *Hinc* Ouid. Triſt. 4, 10, 35 Claui menſura coacta eſt. Stat. Silu. 4, 5, 42 Arctum lumen purpurae vocat. Id. Silu. 5, 2, 17 Non ſanguine cretus Turmali, trabeaque Remi, nec paupere clauo, *i. anguſto.*

CLAVV̆LVS, i. m. Dimin. Imbrices medias clauulis figito Cato R. R. 1, 21, 3. Varro de R. R. 2, 9, 15 Ne vulnerentur a beſtiis imponuntur iis collaria, quae vocantur maelium, id eſt cingulum circum collum ex corio firmo, cum clauulis capitatis, *etc.*

CLAVELLVS, i. m. *Idem.* Marcell. c. 33.

CLAVARIVS. ἡλοκόπος Vet. Gloſſ.

CLAVARIVM, i. n. *Videtur munus ſ. donatiuum militibus datum ad clauos caligares, eo certe obtentu.* Tacit. Hiſt. 3, 50 Seditioſae militum voces terrebant, clauarium (donatiui nomen eſt) flagitantium. *Eſt itaque ſimile* Calceario, Congiario, Vaſario.

CLAVO, āre. ἡλοκοπῶ Vet. Gloſſ.

CLAVĀTVS. Adi. Clauata dicuntur vel Veſtimenta clauis intexta, vel Calceamenta clauis confixa. *Haec* Feſtus. Lampridius in Alexandro c. 37 Conuiuium neque opimum, neque nimis parcum, ſed nitoris ſummi fuit: ita tamen, vt pura mantilia mitterentur ſaepius cocco clauata, aurata vero nunquam. *De* calceis *ſ.* ſoccis Iſid. 19 *extr.* Clauati, eo quod minutis clauis, id eſt acutis, ſola calcis vinciantur. *Sic vetus edit. De Veſtibus*, Vopiſ. Tac. 11 Auro clauatis veſtibus interdixit. *Nempe melius diuiditur, quam vt compoſitum ponitur. Diuiſim etiam editur* Vop. Bonoſo 15 Tunicam auro clauatam.

CLAXENDIX, ĭcis. f. Significat Concham, qua ſignum tegitur. Plaut. in Vidularia Appoſita eſt claxendix, at ego ſigni dicam quid ſit. *Haec* Priſcian. 5 p. 655.

CLAZOMĔNE. [Κλαζόμεναι] *Vrbs Ioniae Aſiaticae.* Plin. 5, 29. Hor. Serm. 1, 7, 4 Perſius hic permagna negotia diues habebat Clazomenis.

¶ 2 Auſon. Epigr. 131 Et teris incluſas pumice Clazomenas. *Verſus eſt obſcoenus ille quidem, ſed perdifficilis, in quo lepos ineſt, quod et Clazomenae vrbem ſignificat, et Clazomenii quoque obſcoeni habebantur: ſed et nates pathici ſic appellat, quod frangantur inceſta et nefanda Venere. Nam* κλάζεσθαι *eſt frangi et diuidi. Turnebus.*

CLAZOMENIVS. Adi. *Populus ex vrbe Clazomenis oriundus Plin. 2, 58.*

## C L E

CLEANTHES, [Κλεάνθης] *Philoſophus Stoicus, cuius* lucerna *in accuratae et ſubtilis diligentiae prouerbium abiit. Accuſatiuum plur. ex prima Declinatione formauit* Iuuen. Sat. 2, 7 Et iubet archetypos pluteum ſeruare Cleanthas, *etc. niſi malis eſſe per Syncopen ex* κλεάνθεας.

CLEANTHEVS, a, um. Adi. Perſ. Sat. 5, 63 Cultor enim Iuuenum; purgatas inſeris aures Fruge Cleanthea.

CLEMA. [κλῆμα] Plinio *inter nomenclaturas* polygoni herbae *commemoratur* 27, 12.

CLEMATIS, idis. f. [κληματὶς] *Herbarum quarundam nomen.* Plin. 24, 15 ſ. 88 Centunculum vocant noſtri, foliis ad ſimilitudinem capitis penularum, iacentem in aruis, Graeci Clematidem — ſ. 89 Sed Graeci Clematidas et alias habent, vnam, quam aliqui echiten vocant, alii laginem, nonnulli tenuem ſcammoniam. Ramos habet bipedales, folioſos, non diſſimiles Scammoniae, niſi quod nigriora minoraque ſunt folia. Inuenitur in vineis aruisque. Eſtur vt olus, cum oleo ac ſale: aluum ciet. — ſ. 90 Eſt et alia Clematis, Aegyptia cognomine, quae ab aliis daphnoides, ab aliis polygonoides vocatur folio lauri, longa tenuisque, aduerſus ſerpentes, ac priuatim aſpidas, ex aceto pota efficax. Aegyptus hanc maxime gignit.

CLEMATITIS, itidis. f. *Herbae genus.* Plin. 25, 8 ſ. 54 *inter* Ariſtolochiae *genera. Add.* Apul. de Herb. c. 19.

CLEMENS, entis. Adi. [ἐπιεικὴς, φιλάνθρωπος, πρᾶος Vet. Gloſſ.] Qui non iraſcitur, qui colit mentem ſuam, nec eam vexat iraſcendo. *Sic* Donat. *ad illud* Ter. Adel. 5, 4, 10 Clemens, placidus, nulli laedere os, arridere omnibus. *Addit*, Clemens eſt circa recte agentes, placidus etiam circa delinquentes: *quod certe quantum ad prius non vsque quaque verum eſſe videbimus, cum* clemens *vel maxime parcat peccantibus. Conf.* CLEMENTIA. , Aditu clemens, *quem omnibus familiariter conuenire licet* Claud. de Sext. Conſ. Hon. 550. Cic. de Fin. 2, 12 c. 4 Etſi ſatis clemens ſum in Diſputando, tamen interdum ſoleo ſubiraſci. Cic. Att. 7, 7 Nec in Caede principum clementiorem hunc fore, quam Cinna fuerit. Tac. Ann. 2, 57, 2 Conuenere, firmato vultu, Piſo aduerſus metum, Germanicus ne minari crederetur: et erat, vt retuli, clementior. Cic. pro Roſc. Amer. 85 c. 30 Ego, quamquam praeeſt huic quaeſtioni vir et contra audaciam fortiſſimus, et ab innocentia clementiſſimus: tamen facile me paterer, *etc.* Ab innocentia, *i. erga innocentes. Iam Subſtantiua videamus, quibus vel proprie, vel metaphorice* clemens *iungitur.* Curt. 5, 3 *de Phaſi*, Accipiunt deinde eum campi, quos clementiore Alueo praeterit. Ouid. Met. 9, 116 Nec dubitat, nec qua ſit clementiſſimus Amnis, Quaerit. Animo clementi ignoſcere Plaut. Milit. 4, 6, 37. Clementius Genus columbarum Agreſtibus *oppon.* Varr. R. R. 3, 7, 2. Aures clementes Claud. 6. Auſter clementior vela vocat Stat. Theb. 5, 468. Caſtigatio clemens Cic. Offic. 1, 137. Cliuulus Apul. Met. 4 p. 144. Dies clementior Col. 11, 2, 2. Flamine clementi pulſae vndae, *Miti aura* Catul. 62, 272. Inſula ratibus clemens, *i. quae portum habet applicandis nauibus commodum* Claud. de Bell. Gild. 511. Iudices clementes et miſericordes Cic pro Planc. 31. Mare clemens Gell. 2, 21. Plagae clementiores Pallad. Febr. 12 *pr. opponuntur* Septentrioni. Salluſt. in Iugurth. 22 Legati in Africam maturantes veniunt, eo magis quod Romae dum proficiſci parant, de praelio facto et oppugnatione Cirthae audiebatur: ſed is Rumor clemens erat, *i. non nimis aſpera nuntiabat.* Ter. Andr. 1, 1, 9 Vt ſemper tibi apud me iuſta et clemens fuerit Seruitus, ſcis. Sidus Claud. in Epithal. Pallad. 120. Ter. Adel. 1, 1, 17 Ego hanc clementem Vitam vrbanam atque otium ſecutus ſum. Primo clementior aeuo Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 51.

CLEMENTIA, ae. f. [ἀνεξικακία, ἐπιείκεια] *Illius eſt, qui non iraſcitur, nec ſeuere nimis punit. De hac* Seneca *peculiari opere, cuius liber primus, et alterius principium exſtat. Inter alia* 1, 2 *pr. Clementia* niſi poſt crimen ſuperuacua eſt, et ſola haec virtus inter innocentes ceſſat. Id. 2, 3 Clementia eſt temperantia animi in poteſtate vlciſcendi: vel lenitas ſuperioris aduerſus inferiorem in conſtituendis poenis. — Incitatio ad lenitatem in poena exigenda — Moderatio aliquid ex merita poena remittens. Id. c. 4 Quid ergo opponitur Clementiae? Crudelitas, quae nihil aliud eſt, quam atrocitas animi in exigendis poenis. Clementia *eſt in titulis principum.* Sextus Rufus Breuiarium ad Valentem Imp. *ita incipit*, Breuem fieri clementia tua praecepit. Clementiae veſtrae iudicia *ad vnum* Valentinianum Symm. 10, 24. *et* 10, 29 *pr. ad* Theodoſium. *it.* 31 *et* 33 *etc.* Scio, et multos et Clementiam tuam quaeſtionem mouere poſſe Spartian. Get. *pr.* Quia verum ſuggerendum eſt Clementiae tuae ac Pietati, lecta referabo Lamprid. Seuer. c. 65. Cic. de Inuent. 2, 162 c. 54 Clementia, eſt per quam animi temere in odium alicuius inuectionis concitati comitate retinentur. *Pro* inuectionis *vel* inuectione *legendum videtur, vel cum Lambino* inferioris: *cui fauet Seneca modo laudatus.* Ter. Adelph. 5, 4, 7 Facilitate nihil homini eſſe melius neque clementia. Non quidquam eſt, quod Imperatorem melius, commendat gentibus, quam clementia *ap.* Lamprid. Commodo *ſub fin.* Cic. Att. 14, 19 M. Antonius ad me tantum de Clodio reſcripſit, meam lenitatem et clementiam, ſibi eſſe gratam. Cic. Verr. 7, 114 Illam clementiam, manſuetudinemque noſtri imperii in tantam crudelitatem, inhumanitatemque eſſe conuerſam? Cic. pro Deiot. *extr.* Quorum alterum optare, illorum crudelitatis eſt: alterum conſeruare, clementiae tuae. Clementia in crudelitatem conuerſa, *vid.* CONVERTO. Cic. pro Deiot. 40 c. 14 Multa ſunt clementiae tuae monimenta; ſed maxime illorum incolumitates, quibus ſalutem dediſti. Magnum timoris remedium clementia eſt Sen. Octau. 442. Aeſtatis clementia Plin. Epiſt. 5, 6. Anni naſcentis Col. 11, 3, 9. Diei Col. 9, 13, 4. Ducis clementia Ouid. Triſt. 3, 5, 39. Caeli Lucan. 8, 366. Hiemis Columel. 5, 5, 6. In ſupplices Plin. 8, 16. Plena omnia clementiae, manſuetudinis, humanitatis Cic. Q. Fratr. 1, 1. Admirabilis clementia Cic. pro Ligar. 6. Clementia non Diſſoluta Plin. Pan. 80, 1. Fecunda placidi clementia Nili Stat. Theb. 3, 527. Hilaris clementia Martial. 12, 6. Mitis Stat. Theb. 12, 482. Cic. Att. 10, 4 Ipſum autem non voluntate, aut natura non eſſe crudelem, ſed quod putaret, popularem eſſe clementiam: quod ſi populi ſtudium amiſiſſet, crudelem fore. Confugere ad clementiam alicuius Cic. pro Ligar. 30. Tacit. Ann. 15, 35 Quum damnatio inſtaret, brachiorum venas Torquatus intercidit, ſecutaque Neronis oratio ex more, quamuis ſontem et defenſioni merito diffiſum, victurum tamen, ſi clementiam iudicis expectaſſet. Impedire clementiam alicuius Cic. pro Ligar. 15. Referre acceptum aliquid clementiae alicuius Cic. pro Deiot. 38 c. 13 *extr.* Magna eſt in illo clementia Ouid. Triſt. 4, 4, 53. Violare Nep. 7, 10. Vti clementia Cic. Att. 14, 25. Clementiam Deam *ſic deſcribit* Claud. in primum Conſul. Stil. 2, 6

Principio magni cuſtos Clementia mundi,
Quae Iouis incoluit Zonam, quae temperat aethram
Frigoris et flammae mediam, quae maxima natu
Caelicolûm, (nam prima Chaos Clementia ſoluit
Congeriem miſerata rudem, vultuque ſereno
Diſcuſſis tenebris in lucem ſaecula fudit.)
Haec Dea pro templis, et thure carentibus aris
Te fruitur, poſuitque ſuas hoc pectore ſedes *etc.*

*Sunt enim pluſculi verſus lectu digniſſimi.* Idem de Conſ. Manl. 197 Nonne vides, vt noſtra ſoror Clementia triſtes Obtundat gladios. *Iuſtitia loquitur.*

CLEMENTER. Adu. [ἐπιεικῶς] *Sine ira, moderate. Ironice* Cic. Verr. 4, 86 Leuiter hominem, clementerque accepit. *Sic* Apul. Met. 9 p. 191, 25 *Pric.* pugnisque malas eius clementer obtundens. Clementer admotis conſolationibus mens acquieſcit Plin. Epiſt. 5, 16 *extr.* Clementer agere cum aliquo Vlpian. in l. Item ſi cum exceptione. §. 1 D. quod met. cauſ. , Plaut. Merc. 5, 2, 111 Sequere ſis. C. ſequor. B. clementer quaeſo, calces deteris. *Sic* Stich. 4, 1, 26 *ad vrgentem ac dicentem*, Hodiene exoneramus nauem, frater? PA. Clementer volo. Noſmet potius oneramus voluptatibus. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 27 Sed quoniam neque mihi libere loquendi, neque vobis clementer audiendi, neque omnino iudicandi, paucorum furore et audacia facta eſt poteſtas. Tum caudam more adulantium canum clementer et blande mouet Gell. 5, 14. Clementer et moderate ius dicere Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 20. Plaut. Epid. 2, 2, 21 Recipiam anhelitum. AP. Clementer requieſce, *i. placide et commodo tuo.* Scribere clementiſſime de aliquo Gell. 1, 18. Clementer tractare liberos Plin. Epiſt. 8 *vlt.* Caeſar victoria ciuili clementiſſime vſus eſt Sen. de Ira 2, 23. *Et translate ad res inanimatas*, Colles clementer aſſurgentes Tacit. Ann. 13, 38. *Vid. et Drakenb. ad* Sil. 1, 274. Clementer editum montis iugum Tac. Germ. 1, 4. Tum montibus arduis, ſi qua clementer adiri poterant Id. Ann. 12, 3, 33. Si qua iuga Apennini clementius adirentur Tacit. Hiſt. 3, 52. *i. facile et ſine magno labore.* Non deſiit aſſidue tremere Campania clementius quidem, ſed ingenti damno Sen. Qu. N. 6, 30. Dixi quo pacto id fieri poſſit clementiſſime Plaut. Mil. 4, 3, 5.

CLEOBIS. [Κλέωβις] Cic. Tuſc. 1, 113 c. 47 Primum Argiae ſacerdotis (Cydippen *vocat* Stobaeus Serm. 119) Cleobis et Biton filii praedicantur. Nota fabula eſt. Quum enim illam ad ſollemne et ſtatutum ſacrificium curru vehi ius eſſet, ſatis longe ab oppido ad fanum, morarenturque iumenta: tunc iuuenes ii, quos modo nominaui, veſte poſita, corpora oleo perunxerunt, ad iugum acceſſerunt. Ita ſacerdos aduecta in fanum, quum currus eſſet ductus a filiis, precata a dea dicitur, vt illis praemium daret pro pietate, quod maximum homini dari poſſit a Deo. Poſt epulatos cum matre adoleſcentes ſomno ſe dediſſe; mane inuentos eſſe mortuos.

CLEOBVLVS. [Κλεόβουλος] *Euagorae filius Lyndius, vnus e ſeptem Graeciae ſapientibus, cui ſententia tribuitur* Ἄριστον μέτρον, optimus modus *etiam ab* Auſonio in ludo v. 16 *ſq.*

CLEOMBRŎTVS. [Κλεόμβροτος] *Adoleſcens Ambraciota, cum* quum nihil accidiſſet aduerſi, e muro ſe in mare abiecit, lecto Platonis libro, *de Animorum immortalitate* Cic. Tuſc. 1, 84. *Haec notanda, quod Eo alludit* Ouid. in Ibin 493 Vel de praecipiti venias in tartara ſaxo Vt qui Socraticum de nece legit opus. Epigramma, *a quod* Cicero *l. c. prouocat*, Callimachi, *exſtat* n. 24.

CLEONAE, ārum. [Κλεωναὶ] *et* CLEONE *ſingulari numero oppidum in via ſitum, quae Argo Corinthum ducit:* Ouid. Met. 6, 417 Orchomenoſque ferax, et nobilis aere Corinthos, Meſſeneque ferox Patraeque, humileſque Cleonae.

CLEONAEVS, a, um. Adi. [Κλεωναῖος] *Vt*, Sil. 3, 34

In foribus labor Alcidae Lernaea reciſis
Anguibus hydra iacet, nexuque eliſa leonis
Ora Cleonaei patulo celantur hiatu.

Hiatu Cleonaeo tempora cluſus Alcides Valer. Argon. 1, 34. *i. pelle leonis Cleonaei ita indutus, vt rictus ipſi eſſet pro galea.* Sidus Cleonaeum, *i. Sidus Leonis* Stat. Silu. 4, 4, 28.

CLEONICION. [κλεονίκιον] *Herba eadem cum* Clinopodio, *teſte* Plin. 24, 15.

CLEOPATRA. [Κλεοπάτρα] *Aegyti regina, quae Iulium Caeſarem amoribus ſuis irretiuerat, et Antonium perdidit. Hic modo verſum ponimus* Lucan. 9, 1071 Fratrique tuum pro munere tali Miſiſſem Cleopatra, caput.

CLEOPATRĀNVS. Adi. Treb. Pollio Claud. 1 Stirps Cleopatrana.

CLEPO, pſi, ptum, ĕre. *Eſt Furari a* κλέπτω. Plaut. Pſeud. 1, 2, 6 Vbi data occaſio eſt, rape, clepe, tene, harpaga. Liu. 22, 10 *in formula, qua ver ſacrum vouetur*, Si quis clepſit, ne populo ſcelus eſto, neue cui cleptum erit. Non. 1, 72 ex Accio, Eaque hac cauſa, vt ne quis noſtra auribus verba cleperet. Ex Pacuuio, Sermonem hic noſtrum ex occulto clepit. *Ex* Cic. de Rep. 4 Non modo vt Spartae, rapere vbi pueri et clepere diſcunt. Varro de L. L. 6, 5 p. 80, 20 Clepere, *i.* Corripere: quorum origo a clam, vt ſit dictum clapere, et ex E A commutato, vt multa, eſt factum clepere. Poteſt et a Graeco dictum κλέπτειν. Cic. Tuſc. 2, 23 c. 10 Eum Prometheus doctus clepſiſſe dolo, poenaſque Ioui fato expendiſſe ſupremo. Turnebus 2, 8 *ſic legit*, Eum dictus Prometheus clepſe dolo, poenaſque Ioui expendiſſe ſupremo. Doctus *enim cum* expendiſſe *non bene cohaeret. Fato vero, additum eſt. Haec ille.* Cic. de Nat. Deor. 3, 68 c. 27 Agnum inter pecudes aurea clarum coma Quondam Thyeſtam clepere auſum eſſe e regia. *Ex veteri Poëta. Sic* ex veteri formula repetitum videtur Cic. de Legib. 2, 22 c. 9 Sacrum, Sacroque commendatum qui clepſerit, rapſeritque, parricida eſto. *Cum reſpectu ad hanc formulam* Prud. Pſychom. 562 Quod rapere et clepere eſt, auideque abſcondere parta, Natorum curam dulci ſub nomine iactet. ¶ 2 *Eſt et* Occultare, tegere, *quod reſpiciens Varro l. c. ait, ductum eſſe a* Clam. *Sed* κλέπτειν *pariter ac* Furari *hanc occultandi ipſa quoque notionem habere, ſatis conſtat, vt adeo hac quidem cauſa ad* clam *confugiendum non fuerit. Quin ipſum* clam *e Graeco fonte nominis* κλέμμα, furtum, *fluxiſſe, videri poteſt.* Sen. Med. 156 Leuis eſt dolor, qui capere conſilium poteſt, et clepere ſe. Id. Herc. Fur. 799 *de Hercule contra Cerberum conſiſtente*, Soluit a laeua (*qua gerere ſolet pellem leonis Cleonaei*) feros Tunc ipſe rictus, ac Cleonaeum caput Opponit, ac ſe tegmine ingenti clepit. Qui capere conſilium poteſt, et clepere ſeſe.

CLEPO, ōnis. m. [κλώψ] *Reineſ. ad* Petron. c. 58 Cleponem *exiſtimat vocari Mercurium. Sed varia eſt Lectio. al.* Occuponem, *quod probat Burm.*

CLEPTA, ae. m. [κλέπτης] *Fur.* Plaut. Truc. 1, 2, 9 Dum illi agunt quod agunt, ſunt caeteri cleptae, *i. furantur.*

CLEPSY-

CLEPSYDRA, ae. f. [κλεψύδρα] *Vas vitreum, graciliter fiſtulatum, quod temporis menſuram in iudiciis praeſertim praeſtaret. Nempe in fundo erat foramen quod aquam guttatim emitteret, et ita per aquae diminutionem tempus metiretur. Conſimilia ſunt hoc tempore clepſydris vaſcula illa vſitatiſſima, quae in medio inſtar duorum turbinum coarctantur: ex quibus puluiſculum per foramen minutum ſenſim delabitur ex parte ſuperiore in inferiorem, atque ita legitimum horae tempus metitur. Nomen eſt ab* ὕδωρ *aqua, quae* κλέπτεται, *furtim ſe ſubducit, etc. Periphraſis elegans eſt* Apul. Met. 3 p. 130, 19 Accuſator quidam ſenior exſurgit; et ad dicendi ſpatium vaſculo quodam in vicem coli graciliter fiſtulato, ac per hoc guttatim defluo, infuſa aqua populum ſic adorat. Cic. de Orat. 3, 136 c. 34 At hunc non declamator aliquis ad clepſydram latrare docuerat: ſed *etc.* Martial. 6, 35 Septem clepſydras magna tibi voce petenti Arbiter inuitus Caeciliane dedit. *Add.* 8, 7. *Non omnes eiusdem fuerunt, magnitudinis, ſic enim* Plin. Epiſt. 2, 11, 14 Dixi horis paene quinque. Nam decem clepſydris quas ſpatioſiſſimas acceperam, ſunt additae quatuor. *Quo minus ex h. l. certi quid conſtitui poſſit de modo* clepſydrarum, *obſtat non tantum varietas lectionis in numeris; ſed illud, quod horae ipſae aeſtate longiores ſunt, contractiores hieme. Conferamus interim* Plin. Epiſt. 4, 9, 9 Egeram horis tribus et dimidia: ſupererat ſeſquihora. Nam cum ex lege accuſator ſex horas, nouem reus accepiſſet; ita diuiſerat tempus reus inter me, et eum, qui dicturus poſt erat, vt ego quinque horis, ille reliquis vteretur. Id. 6, 2, 5 *queritur*, poſtquam obiit Regulus, increbuit paſſim et inualuit conſuetudo binas vel ſingulas clepſydras, interdum et dimidias et dandi et petendi. *Conf. ſequ. Neſcio an huc faciat* Dial. de cauſ. corr. eloq. 38 Eloquentiam tamen illud forum magis exercebat, in quo nemo intra pauciſſimas horas perorare cogebatur, et liberae comperendinationes erant, et modum dicendi ſibi quisque ſumebat, et numerus neque dierum, neque Patronorum finiebatur. Primus tertio Conſulatu Cn. Pompeius adſtrinxit, impoſuitque velut frenos eloquentiae *etc. Conf. loca* Apuleii, *quae damus in* AQVA n. 4 Supereſt. *Sed alius etiam* clepſydrarum *vſus v. g.* Martian. Cap. 8 p. 290 Luna minor eſt orbe ſuo ſexcenties, quod clepſydris intelligi poteſt. *Modum deinde deſcribit. Etiam in caſtris vtebantur.* Veget. 3, 8 Ideo in quatuor partes ad clepſydram ſunt diuiſae vigiliae. Clepſydrae *fuerunt etiam, de quibus* Caeſ. B. G. 5, 13 Certis ex aqua menſuris breuiores eſſe noctes quam in continente, videbamus.

CLERVS, i. m. [κλῆρος] *Eſt Vermiculus aluearibus noxius. Vid. Ariſtoteles de Animalib. 9, 40 Morbo examina valentiora potiſſimum infeſtantur clero: ſic enim vocant vermiculos, qui in pauimento naſcuntur, e quibus creſcentibus velut aranea alueo toti obducitur, et faui carie pereunt.* Plin. 11, 19 *pr.* Sunt et operis morbi, quum fauos explent. *(i. minuunt, exhauriunt: Sic Hard. qui tamen non damnat alteram lectionem* non explent) cleron vocant. *Quae ſane cum Ariſtotelis vermiculo non conueniunt: et corruptionis Speciem praebent. Morbum Plinianum* φαγέδαιναν *appellari ait, et diſerte deſcribit* Col. 9, 13, 10. *Vid.* PHAGEDAENA. *Etiam 11, 16 extr. Legunt quidam*, Fit in fauis quibusdam, qui vocatur clerus amarae duritiae cerae, cum fetum, inde non eduxere morbo, aut ignauia, aut infecunditate naturali. Hic eſt abortus apum. *Sed ex quibusdam MSS. Hard.* clauus. Alii ex coniectura ſclerus, σκληρὸς, *durus.* ¶ 2 Clerus *collegium, vel corpus eorum inter Chriſtianos, qui ſe totos ſacris obeundis conſecrari voluerunt. Ac in ipſa quidem Scriptura S.* 1 Petr. 5, 3 Cleri *videntur dicti omnes Chriſtiani, quaſi partes hereditatis Domini. Sed mature diſtingui ab* eccleſia clerus *coepit. v. g.* Cyprian. Epiſt. 15 Ante manum ab Epiſcopo et Clero in poenitentiam impoſitam. *Et paullo ante*, Cum perſecutione finita conuenire in vnum cum Clero et recolligi coeperimus. Ibid. De hoc et ad Clerum et ad plebem literas feci. Id. Epiſt. 55 Quod etiam Romam ad Clerum tunc adhuc ſine Epiſcopo agentem — ſcripſi. *Sic* Tertull. de Monog. 12 Adeo, inquiunt, permiſit Apoſtolus iterare connubium, vt ſolos, qui ſunt in Clero Monogamiae iugo adſtrinxerit. — Vnde enim Epiſcopi et Clerus, nonne de omnibus? Si non omnes Monogamiae tenentur, vnde Monogamis in Clerum? An ordo aliquis ſeorſum debet inſtitui, de quo allectio fiat in Clerum? Sed cum extollimur et inflamur aduerſus Clerum, tunc vnum omnes ſumus, tunc omnes ſacerdotes, quia ſacerdotes nos Deo et Patri fecit: quum ad peraequationem diſciplinae ſacerdotalis prouocamur, deponimus infulas, et impares ſumus. *Add.* Prud. Periſt. 7, 78. Iſid. 7, 12. *Reliqua de* Cleri *ſignificationibus non ſunt huius loci, et videri poſſunt apud Cangium.*

CLERICVS, i. m. *Qui eſt de Clero. ſ. pars Cleri.* Cypr. Epiſt. 55 Cornelius factus eſt Epiſcopus, de Dei et Chriſti eius iudicio, et de Clericorum paene omnium teſtimonio, de plebis quae tum affuit ſuffragio *etc.* Symmachi Ep. 9, 16 Clerici ne quid maculet rigorem. Hieron. ad Nepot. Propterea vocantur clerici, vel quia de ſorte domini ſunt, vel quia ipſe Dominus ſors, id eſt pars clericorum eſt.

CLERICĀLIS, e. Adi. Sidon. Epiſt. 6, 7. *et* 7, 2.

CLERICĀTVS, ûs. m. *Munus clerici.* Hieron. Ep. 3 ſ. Epitaph. Nepotiani; *it.* Ep. 4 ad Ruſtic. *et* 101 de opt. Gen. Interpr. c. 5.

CLEROPEPLVM, i. n. *Id quod corrupte liripipium vocatur. Vid. Becmann. Origg. v. Nauſea.*

## C L I

CLIBANVS, i. m. [κλίβανος Vet. Gloſſ.] *Sic deſcribitur ab* Hieronymo in Orat. Hierem. Clibanus eſt coquendis panibus aenei vaſculi educta rotunditas, quae ſub vrentibus flammis ardet intrinſecus. *Formam illius aliquo modo etiam deſcribit* Col. 5, 10, 4. *et* de Arbor. 9, 2 Sed ſcrobis clibano ſimilis fiat, cuius imum ſummo patentius ſit, vt laxius radices vagentur *etc.* Id. 12, 15, 4 Oblita vaſa *fici* clibano vel furno torrefaciunt. *Hactenus itaque* clibanus *portatilis videri poteſt: et eſt neceſſario* Petron. 35 Circumferebat Aegyptius puer clibano argenteo panem. *Conf.* TESTVM. *Nec refugiunt eam notionem* Plin. 19, 1 Cortices quoque decuſſi clibanis et furnis praebent vſum. *Sic* 20, 9 ſ. 39 *de Scilla*, Coquitur in olla, quae coniicitur in clibanum aut furnum: *cum certe a* furno *immobili diſtingui videatur. An etiam ſic* Sulp. Seu. de Virtut. Monach. 1, 18 Caſu clibanus propter ardebat, qui multo igne ſuccenſus coquendis panibus parabatur. Exundabat abruptis flamma fornacibus, et intra camini illius concaua totis habenis regnabat incendium. *Sed vix ac ne vix quidem ille, de quo* Celſ. 3, 21 Euocandus eſt ſudor, non per exercitationem tantum, ſed etiam in arena calida, vel in Laconico, vel clibano, ſimilibusque aliis. *Videtur hic teſtudinem balnei notare, quam circumfluens ignis vehementer calefaciat. Hinc* Tertull. adu. Marc. 4, 30 Clibanus vel furnus Gehennae, *quod ex Graeco fonte* Matth. 6, 30. Luc. 12, 28 *aſſumtum videtur.*

CLIBANARIVS, i. m. [ὁλοσίδηροι Vet. Gloſſ.] *Ita apud Perſas vocabantur Cataphractarii, ſeu equites vndique armis muniti.* Lampr. in Alex. Seu. 56 Cataphractarios, quos illi Clibanarios vocant; decem millia in bello interemimus. *Non eſt puto Perſica vox* Clibananarius, *vti nec* Clibanus. *Sed ſua quacunque voce Perſae vſi ſunt, quae Latine vel Graece ſic verti poſſet: vſi autem ſunt ob ſimilitudinem. Vid.* THORACOMACHVS. Eutrop. 6, 9 Ipſum regem *(Tigranem Lucullus)* cum ſexcentis millibus clibanariorum — ita vicit. Ammian. 16, 10 p. 142 *Gron.* Cataphracti equites, quos clibanarios dictitant Perſae, thoracum muniti tegminibus, et limbis ferreis cincti, vt Praxitelis manu polita crederes ſimulacra, non viros: quos laminarum circuli tenues apti corporis flexibus ambiebant, per omnia membra deducti, vt quocunque artus neceſſitas commouiſſet, veſtitus congrueret iunctura cohaerenter aptata. *Eſt etiam elegans deſcriptio Heliodori Aethiop.* 9 p. 431 *ſq. Pertinuere etiam ad ICtorum curam* clibanarii *propter mentionem illorum factam* l. 1 C. de annonis ciu. et pane gradili, *itemque* l. 10 C. Theod. eodem titulo, *vbi copioſe ex his ipſis fontibus Iac. Gothofredus.* Nazar. Paneg. Conſtantini ſ. 9, 22 Operimento ferri equi atque homines pariter obſepti, *(reſpicit ad* cataphracti *etymon)* Clibanariis in exercitu nomen eſt, ſuperne omnibus tectis equorum pectoribus demiſſa lorica, et *(ſ.* quae) crurum tenus pendens ſine impedimento greſſus a noxa vulneris vindicabat. *Finiamus in* Gloſſis Nomicis Κλιβανάριοι, ὁλοσίδηροι. κλίβανα γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τὰ σιδηρᾶ καλύμματα καλοῦσιν, ἀντὶ τοῦ καλύβινα. *Quidquid ſit de hac etymologia, ſimilitudo inter* clibanum *ſ. furnum portatilem, vt modo deſcriptus eſt, et inter* Cataphractam *ſatis videtur aperta. Interim Burtonos inter* λείψανα *veteris linguae Perſicae retulit, et illuſtrauit hac occaſione Seelenius. Caeterum mentio* Clibanariorum *etiam eſt* Eutrop. 6, 9. *et* Ruf. Breuiar. 15 *et* 24.

CLIBANITIVS, a, um. Adi. Panis clibanitius *apud* Iſidor. 20, 2 in teſta coctus: *eſt itaque is, qui* clibanites *Graecis dicitur.* Teſta *idem quod* Teſtum.

CLIDIVM, i. n. [κλειδίον] *Thynni iugulus eſt, qui praecipue in recenti hoc piſce commendatur.* Plin. 9, 15 ſ. 18 Thynni membratim caeſi, ceruice et abdomine commendantur, atque clidio, recenti duntaxat, et tum quoque graui ructu: caetera parte plenis pulpamentis ſale aſſeruantur.

CLIDVCHVS, i. m. [κλειδοῦχος] *Graecis Clauigerum ſignificat,* ἀπὸ τῆς κλειδὸς, *a Claue.* Plin. 34, 8 Fecit et quadrigas, bigasque et cliduchon eximia forma.

CLIENS, entis. c. [πελάτης, θεραπευτὴς] *Qui habet patronum, quem colit: ſiue ab hoc ipſo verbo corruptum ſit nomen, ſ. a* κλείω *celebro. Originem et iura Clientum et patronorum explicat Dion. Halic.* l. 2 p. 84 *ſq. Communis generis diximus auctore* Chariſio p. 77. Precibus deſcende clientis et audi Sulpicia Sat. v. 11 *ad Calliopen. Caeterum late patet nomen, vt ipſum nempe patroni, vt interdum eum ſimpliciter notet, qui ſe ad maioris amici fidem et patrocinium contulerit, interdum eum, qui iudicio ſit ab alio defenſus, licet alioqui non minor.* Cic. Phil. 2, 107 c. 41 Vexauit Puteolanos, quod C. Caſſium, quod Brutos patronos adoptaſſent: magno quidem iudicio, ſtudio, beniuolentia, caritate, non, vt te, vt Baſilum, vi et armis, et alios veſtri ſimiles, quos clientes nemo habere velit, non modo eſſe illorum cliens. Cic. in Diuin. 66 c. 21 Clariſſimi viri noſtrae ciuitatis temporibus optimis hoc ſibi ampliſſimum pulcherrimumque ducebant, ab hoſpitibus clientibusque ſuis, ab exteris nationibus, quae in amicitiam Pop. Romani ditionemque eſſent, iniurias propulſare, eorumque fortunas defendere. M. Catonem illum ſapientem, clariſſimum virum et prudentiſſimum, cum multis graues inimicitias geſſiſſe accepimus, propter Hiſpanorum apud quos Conſul fuerat, iniurias *etc. Etiam antiquis Sabinis hoc inſtitutum tribuitur a* Sueton. Tib. 1 Patricia gens Claudia — ex Regillis — Romam recens conditam cum magna clientum manu commigrauit. *Sic ipſe etiam* Liu. 2, 16 Atta Clauſus — magna clientium comitatus manu, Romam transfugit. *Caeterum* Gell. 5, 13 Conſtabat, ex moribus Populi Rom. primum iuxta parentes locum tenere pupillos debere — ſecundum eos proximum locum clientes habere, qui ſe ſe itidem in fidem patrociniumque noſtrum dediderunt: tum in tertio loco eſſe hoſpites; poſtea eſſe cognatos affinesque. *Videnda etiam ſunt reliqua.* Iuuenum nobilium cliens Hor. Carm. 4, 12, 15 *Virgilius Neronum Auguſti priuignorum.* Negotia longa clientum diiudicata lite relinquere Hor. Carm. 3, 5, 53. Beſſus cum clientum manu, qui non mutauerant fidem Curt. 7, 4, 21. Plaut. Men. 4, 2, 4 Clientes ſibi omnes volunt eſſe multos. Caeſ. Bell. Gall. 1, 4 Et omnes clientes, obaeratosque ſuos, quorum magnum numerum habebat, eodem conduxit. *Videntur hi* Clientes *ex eo genere eſſe, qui* Deuoti *vel* Soldurii *alias vocantur, de quibus 3, 22.* Cic. pro Sext. Roſc. 19 Mallius Glaucia, quem iam antea nominaui, tuus cliens et familiaris. Ouid. de Arte Am. 1, 88 Qui modo patronus, iam cupit eſſe cliens. *Inter crimina, quae apud inferos grauiter puniuntur eſt* Fraus innexa clienti Virg. Aen. 6, 609 *Id* Seruius *exponens*, Ex lege, *inquit*, duodecim Tabularum venit, in quibus ſcriptum eſt, Patronus ſi clienti fraudem fecerit, ſacer eſto. Si enim Clientes, quaſi colentes ſunt, Patroni, quaſi patres, tantundem eſt clientem, quantum filium fallere. Deiectus cliens, *i. Humilis, Contemtus* Claud. tert. Conſ. Hon. 67. Queruli Stat. Silu. 4, 4, 42. Deuotus alicui Iuuen. Sat. 9, 72. Fiſcus cliens *Quaeſtoris* Auſon. Parent. 14.

CLIENTVLVS, i. m. Ne clientulorum loco numerarentur Dial. de Oratorib. c. 36.

CLIENTA, ae. f. [θεραπὶς] *Etſi* Cliens *communis eſt generis, legitur tamen* Clienta, *vt obſeruat* Chariſius 1 p. 77 *qui praeter* Afranium, *laudat etiam* Hor. Carm. 2, 18, 7 Nec Laconicas mihi Trahunt honeſtae purpuras clientae. Plaut. Mil. 3, 1, 191 Habeo eccillam clientam meam meretricem adoleſcentulam. Id. Rud. 4, 1, 2 Iam clientas repperi. Auſon. Parent. 24 *de Paullino*, Nam Correcturae tibi Tarraco Hibera tribunal Praebuit, affectans eſſe clienta tibi.

CLIENTVLA, ae. f. Plebeia quaedam clientula Verris Aſcon. in de Praet. Vrb. p. 102.

CLIENTĒLA, ae. f. [πελατεία] *Status aut conditio Clientis, item Clientum multitudo.* Cic. Att. 14, 12 Scis quam diligam Siculos, et quam illam clientelam honeſtam iudicem. Pro clientelis hoſpitiisque prouincialibus Cic. Cat. 4 c. 11. *Add.* Tac. Ann. 3, 55. *et* 13, 37. Hirt. B. Afr. c. 22. Iuſtin. 8, 4, 8. Salluſt. Iugurth.

Iugurth. 85. Ter. Eun. 5, 9, 9 Thais patri ſe commendauit in clientelam et fidem. Cic. pro Roſc. Amer. 106 c. 37 Nam, quum multos veteres a maioribus Roſcii patronos hoſpitesque haberent, omnes eos colere atque obſeruare deſtiterunt, ac ſe in Chryſogoni fidem ac clientelam contulerunt. Sueton. Auguſt. 17 Bononienſibus publice, quod in Antoniorum clientela antiquitus erant, gratiam fecit coniurandi cum tota Italia pro partibus ſuis, *i. non adegit illos, vt cum reliqua Italia pro ſe coniurerent.* Cic. Fam. 13, 64 Quare ſi te fautore vſus erit, ſicuti profecto et vtetur, et vſus eſt, ampliſſimas clientelas acceptas a maioribus confirmare poterit, et beneficiis ſuis obligare.

CLIMA, ătis. n. [κλίμα] *Ad verbum* inclinatio *eſt, vel* declinatio, *nempe caeli, et in eo Zodiaci praeſertim, ad certas plagas terrae: iſaeque deinde plagae, regiones, et quaſi Zonae* climata *vocantur.* Vitruu. 1, 1 Architectum diſciplinam medicorum nouiſſe oportet, propter inclinationes caeli, quae Graeci κλίματα dicunt, et aëres locorum, qui ſunt ſalubres aut peſtilentes. Gell. 14, 1 Procedat haec ſane diſciplina, ſed ſub ea modo inclinatione caeli, ſub qua tunc Chaldaei fuerunt. Columel. 3, 1, 3 *de Vite,* Omni paene regione et omni declinatione mundi, niſi tamen glaciali vel praeferuida *(Zona frigida et torrida)* curae mortalium reſpondet. *Nomen ipſum eſt etiam* Apul. Triſmeg. p. 98, 23 Impoſſibile eſt vnamquamque formam alteri ſimillimam naſci, horarum et climatum diſtantibus punctis, *etc. Speciatim* climata *apud Geographos ſunt Zonae inter duos parallelos Aequatori circulos comprehenſae: adeo, vt in eodem* climate, *qui ſunt,* — *ii eadem dierum ac noctium incrementa ac decrementa habeant. De Graecis, qui accuratiores, vid. Cellar. Geogr. ant. 1, 5. Ex Latinis* Firmicus 2, 13 Oriuntur autem ſigna XII variis temporibus ac diebus et ſecundum climata: vnde quae ſigna, in quibus climatis, et quo tempore oriantur, hac ratione monſtramus. In climate primo, hoc eſt Aethiopiae, *etc. memorat enim* climata Babylonis, Alexandriae, Athenarum, Vrbis *(Romae) quas vocat* aureas regiones, Helleſponti, Septentrionis. Mart. Capella 8 p. 290 *Graecorum more* Clima Diameroës (διὰ Μερόης) Diarhodon ſ. Diarhodon (διὰ Ῥόδȣ) Diaboryſthenis. Vet. Gl. Κλίμα, regio, pagus, tractus. *Add.* Epiſt. ad Rom. 15, 23. ¶ 2 *Apud Agrimenſores, teſte* Columel. 5, 1, 5 eſt modus agri quoquo verſus pedum LX. ¶ 3 Veget. Mulom. 1, 42, 3 *plane abuſus eſt,* Quatuor digitis ſub vmbilico veretrum verſus, medio climate ventris, ſagittam iniicies.

CLIMACIS, ĭdis. f. [κλιμακὶς] Vitruuius 10, 17 *in deſcriptione baliſtae,* Climacides ſcapi longitudo foraminum tredecim. *Climacis ea eſt, quae in catapulta vocatur σύριγξ, id eſt canalis, nam in baliſtis nomen mutat, propter amplitudinem et latitudinem, et κλιμακὶς, id eſt ſcalula vocatur. Cteſibius auctor Graecus, γίνεται δὲ ἡ κλιμακὶς ȣ̈τως. διάπηγμα κατασκευάζεται ἐκ τεσσάρων κανόνων συνεστηκὸς, ἐπὶ δὲ τὸ μέσον ἔχον κατὰ τὸ πλάτος ἄλλȣς κανόνας πεπηγότας ἐπὶ τῶν κατὰ τὸ μῆκος κανόνων, ἵνα ᾖ τὸ γινόμενον κλιμακίς.* Turneb. 2, 5.

CLIMACVLAE, *Telorum quoddam genus apud* Gell. 10, 25. *Sed editur* Clunaculae, *vbi vid.*

CLIMATIAS, ae. m. *Terrae motus ſpecies.* Ammian. 17, 7 Climatiae, qui limes ruentes et obliqui, vrbes, aedificia, monteſque complanent.

CLIMAX, acis. f. [κλίμαξ] *Scalae, Gradus apud Graecos. Eſt et figura rhetorica, quae dicitur Gradatio, vt* Ouid. Faſt. 3, 21 Viderat hanc, viſamque cupit, potiturque cupita. Aquila Rom. de Fig. ſent. p. 21 Climax, quod Graeci vocant, aſcenſus nominatur a nobis. Malo enim aſcenſum, quam ſcalam, aut gradiculos, vt quidam, dicere. Eſt autem figura perquam decora et a Demoſthene commendata, in qua poſtremum quodque verbum in priore membro, aut parte aliqua elocutionis poſitum in inferiorem rurſus aſſumtum iniicitur, atque ita velut gradibus quibusdam conuertitur oratio: ad hunc modum: ponam enim ipſum Demoſthenicum verſum, *Et non haec dixi quidem, non autem ſcripſi: nec ſcripſi quidem, non autem profectus ſum ad legationem: nec, profectus quidem, non perſuaſi autem Thebanis.* Hic animaduertis, quanto elatius iſta ſint, quam ſi ſimpliciter enuntiaſſet, *Et dixi haec, et ſcripſi, et in legationem profectus ſum, et perſuaſi Thebanis, etc. Habet enim exempla plura* Aquila. *Conf.* Quinct. 9, 3, 54 ſqq. Mart. Capell. 5 p. 176.

CLIMACTER, ēris. m. [κλιμακτὴρ] *Gradus eſt ad verbum, et a Latinis adhibetur pro* Gradu, *et velut* Epocha *quadam aetatis humanae, in quantum tempus vnum altero periculoſius eſſe putatur. Audiamus primo* Gell. 10, 3 Pericula quoque vitae fortunarumque hominum, quos climacteras Chaldaei appellant, grauiſſimos quosque fieri affirmat *Varro* ſeptenarios. *Et* 15, 7 Obſeruatum in multa hominum memoria, expertumque eſt in ſenioribus pleriſque omnibus, ſexageſimum tertium vitae annum cum periculo et clade aliqua venire, aut corporis morbique grauioris, aut vitae interitus, aut animi aegritudinis. Propterea, qui rerum verborumque iſtiusmodi ſtudio tenentur, eum aetatis annum appellant κλιμακτηρικόν. *Nempe κατ᾽ ἐξοχὴν. Nam alios quoque* climactericos *haberi, ſuperior locus declarat. Subiicit deinde* Gellius epiſtolam Auguſti ad Caium nepotem ſuum. Aue, mi Cai, meus ocellus iucundiſſimus, quem ſemper medius fidius deſidero, quum a me abes. Sed praecipue diebus talibus, qualis eſt hodiernus, oculi mei requirunt meum Caium: quem, vbicunque et hoc die fuiſti, ſpero letum, et bene valentem celebraſſe quartum et ſexageſimum natalem meum: nam, vt vides, κλιμακτῆρα communem ſeniorum omnium, tertium et ſexageſimum annum euaſimus. Plin. 7, 49 Schola Aeſculapii ſtata vitae ſpatia a ſtellis accipi dicit, ſed quantum plurimum tribuat, incertum eſt. Rara autem eſſe dicunt longiora tempora, quandoquidem momentis horarum inſignibus, lunae dierum, vt ſeptem atque IX (quae nocte ac die obſeruantur) ingens turba naſcatur, ſcanſili annorum lege occidua, quam climacteras appellant, non fere ita genitis LIIII *(ita Harduin. ex MSS. al.* LXIIII*)* annum excedentibus. *Conf.* Iul. Firmic. Math. 4, 14. *quem damus in* ANDROCLAS.

CLIMACTERĬCVS, a, um. Adi. [κλιμακτηρικὸς] *Vt,* Climactericus annus Cenſorin. c. 14. Gell. 15, 7 *modo dedimus in* CLIMACTER. *Caeterum non ſimplex tantum fuit illa ſuperſtitio, ſeptenariis aut nouenariis annorum alligata: Quod copioſe oſtendit Salmaſius in diatribis, de annis climactericis, et antiqua Aſtrologia* L. 13. 1648. 8. *in quo demonſtravit, non* annos *modo eſſe* climactericos, *i. periculoſos, ſed menſes, dies, horas, etiam: idque totum ex Horoſcopo ſ. genethliaco themate deriuatum. Ponemus, quo iſtud declaretur vnum locum* Plin. Epiſt. 2, 20 Verania Piſonis grauiter iacebat — Ad hanc Regulus venit — proximus toro ſedit: quo die, qua hora, nata eſſet, interrogauit. Vbi audiuit, componit vultum, intendit oculos, mouet labra, agitat digitos, computat — Habes, *inquit,* climactericum tempus, ſed euades, *etc. Quid opus erat* intendere oculos, labra mouere, *etc. immo, quid opus erat Reguli doctrina, ſi* climactericus annus, *ſ.* ſcanſilis *eſt, quemcunque VII aut IX, aut vterque numerus metitur?*

CLINAMEN, *vid.* CLINO.

CLINE. [κλίνη] *Latine* Lectus, *vel* Lectica *dicitur, vnde* Hexaclinos, *Torus diſcubitorius, qui ſex capiebat, de quo loco ſuo. Hinc etiam* Triclinium *dicitur. Et* Clinice *et* Clinici.

CLINGO, ĕre, *pro* Cingere, a Graeco κλείειν dici, manifeſtum eſt, Feſtus. *Sed pro* cingere *legendum eſſe* cludere, *Scaliger, ipſum vero verbum κλείω monuit.*

CLINĬCE, es. f. [κλινικὴ] *Medicina, quae victu et pharmaci corporibus aegrotorum, quorum lectis aſſident medici, i. κλίναις, medetur* Plin. 29, 1 *de Hippocrate,* Is, quum fuiſſet mos, liberatos morbis ſcribere in templo eius dei, quid auxiliatum eſſet, vt poſtea ſimilitudo proficeret, exſcripſiſſe ea traditur, atque (vt Varro apud nos credit) iam templo cremato, inſtituiſſe medicinam hanc, quae Clinice vocatur. Idem 30, 11 ſ. 30 In Quartanis Medicina Clinice propemodum nihil pollet. ¶ 2 *Medicae mulieris appellatio videtur apud Gruter.* p. 635, 10 IVLIAE QVINTIANAE CLINICI FIL. KARISSIM. *etc.*

CLĪNĬCVS, i. m. [κλινικὸς] *Medicus, ab inuiſendis aegrotorum lectis, quaſi Lecticularius.* Martial. 1, 31 Chirurgus fuerat, nunc eſt veſpillo Diaulus. Coepit, quo poterat, clinicus eſſe modo. Veſpillo *eſt, qui corpora effert ad ſepulcrum. Quoniam autem* lectus *tam cadauerum eſt, quam aegrotantium, (vt oſtendimus in* LECTVS funebris *non inepte dicitur* Clinicus, *qui effert cadauera.* Clinici medici *erant in maiore pretio, quam* chirurgi. *Iocatur itaque Martialis in Diaulum qui non aliter* clinicus *eſſe potuit e* chirurgo, *quam ſi* veſpillo *fieret carebat enim doctrina* clinici medici. *Hinc* Aeſculapius *medicorum princeps* Clinicus Deus *vocatur* Prudent. Apoth. v. 205. Inſcript. vetus *apud Gruter.* p. 400 n. 7 P. DECIMIVS P. L. EROS MERVLA MEDICVS CLINICVS CHIRVRGVS OCVLARIVS. Martial. 4, 9 Sotae filia Clinici. Id. 9, 98 Clinicus Herodes trullam ſubduxerat aegro. *Et* 3, 92 *mortuorum medicum qui condiret cadauera,* Clinicum *vocare videtur.* Sternatur a Coricl clinico lectus, ex emendatione Scalig. Lect. Auſ. 2, 4 p. 98. ¶ Clinicum *etiam dici volunt, qui ita affectus eſt, vt ſurgere e lecto non poſſit, et de cuius ſalute nulla amplius ſpes eſt.* Plin. 25, 5 ſ. 24 Medetur ita morbis comitialibus, vt diximus, vertigini, melancholicis — Stomachicis, ſpaſticis, clinicis, *etc. Sed Harduin. ex MSS.* Spaſticis cynicis, *qui* Spaſmo cynico *laborant. Et ſane generalior eiuſmodi notio, qualis eſt* clinicorum, *huc vix conuenit; et ignotior vox* Cynicis *dedit occaſionem mutandi. Certiora pro hoc intellectu* Clinicorum *teſtimonia ſunt* Hieron. Epit. Paullae ad Euſtoch. T. 1 f. 81, Quis clinicorum non eius facultatibus ſuſtentatus eſt? Quos curioſiſſime tota vrbe perquirens damnum putabat, ſi quisquam debilis et eſuriens cibo ſuſtentaretur alterius. *Caeterum Eraſmus ita legendum vult pro* Clericorum *vel* Clunicorum. *Caeterum haec appellatio peperit alia qua* ¶ 3 Clinici *Cypriani aetate dicebantur,* qui *dil. baptiſmo* in infirmitate et languore — aqua ſalutari non loti ſint, ſed perfuſi *tantum ſ. adſperſi, de his conſultus* Cyprianus *reſpondet* Ep. 69 *in meliorem ſententiam. Inter alia ait* p. 186 Porro autem, qui quidem eos ſalutari aqua et fide legitima Chriſti gratiam conſecutos non Chriſtianos, ſed Clinicos vocant, non inuenio, vnde hoc nomen aſſumant, niſi forte, qui plura et ſecretiora legerunt apud Hippocratem vel Soranum, κλινικȣ̀ς iſtos deprehenderunt. Ego enim, qui Clinicum de Euangelio noui, ſcio paralytico illi, et debili, per *longa* aetatis curricula in lecto iacenti, nihil infirmitatem ſuam obfuiſſe, *etc.* *Et in fine* Epiſtolae, Et tantus honos habeatur haereticis, vt inde venientes non interrogentur, vtrumne loti ſint an perfuſi; vtrumne Clinici ſint, an peripatetici? *Sunt igitur verbo* Clinici *ob infirmitatem non baptizati proprie, i. immerſi, ſed adſperſi et perfuſi, quo ſenſu hoc omnes prope Chriſtiani ſunt Clinici, niſi quod infirmitatis excuſatio abeſt. Exſtat de* Clinicis *diſſ. Io. Andr. Boſii.*

CLINO, āre. [κλίνω] *Verbum Graecum, quod* Inclino *ſignificat, non eſt in vſu frequenti, ſed tantum eius compoſita.* Acclino, Declino, Inclino, Reclino. *Habet tamen* Lucret. 2, 243 Quare etiam atque etiam paullum clinare neceſſe eſt Corpora. *Sed ibi quoque a Lambino demum ex MS. reſtitutum, cum vulgatum eſſet* inclinare. Clinamen *tanto minus loco mouendum erat, cum* clinamen *in eadem re dixerit Lucretius. Sic etiam* Petron. 127 *editur,* Talis humus Venerem molli clinauit in herbas: *quamquam ibi quoque variatur.*

CLINĀTVS, a, um. Cic. Arat. *in Pegaſo* v. 52 Clinata eſt vngula. *Add.* Id. ib. v. 86. *it.* 259.

CLINĂMEN, ĭnis. n. [ἔκκλισις] Lucret. 2, 292 *De inclinatione elementorum et primorum corporum,* Id facit exiguum clinamen principiorum.

CLINOPĂLE, es. f. [κλινοπάλη] *Palaeſtra lecti.* Sueton. Domit. 22 Libidinis nimiae aſſiduitatem concubitus, velut exercitationis genus, clinopalen vocabat.

CLINOPODION, i. n. *Herba, apud* Dioſcor. 3, 90. Plin. 24, 15.

CLIO, ûs. [Κλειὼ] *Vna ex Muſis, a gloria et celebritate rerum geſtarum quas canit, nomen habet, a verbo Graeco κλείω, quod eſt laudo. Vel a nomine Graeco κλέος, quod eſt gloria, fama. Sed ex eodem vtrumque fonte eſt, antiquo verbo κλέω, voco, appello. Conf.* Fulgent. Mythol. 1, 14. Ouid. de Arte Am. 1, 27 Non mihi ſunt viſae Clio, Cliûsque ſorores.

CLIPEVS, *vel* CLVPEVS *ſcribi debebat. Verum refertur vulgo ad* CLYPEVS, *vbi et nos damus.*

CLITELLAE, arum. [σάγμα] *Sellae doſſuariae, quae iumentis imponuntur, ad accipienda vehendaque commodius onera.* Feſtus, Quibus ſarcinae colligatae mulis portantur. Clitellis aptior mulus Catull. 6, 37, 11. *i. oneribus dorſo portandis. Metaphor.* Plaut. Moſtel. 2, 91 Vehit clitellas *egregie illi impoſitum eſt, vt imprudens fraudes meas adiuuet. Vid.* CLITELLARII. Hor. Serm. 1, 5, 47 Hinc muli Capuae clitellas tempore ponunt. Idem Epiſt. 1, 13, 7 Abiicito potius, quam quo perferre iuberis Clitellas ferus impingas. *h. mandatum tibi negotium.* Clitellae boui ſunt impoſitae: plane non eſt noſtrum onus Cic. Att. 5, 15. *i. prouincia haec mihi non conuenit non magis, quam boui clitellae.* Ammian. 16, 5 *nomine* veteris proverbii *totam ῥῆσιν a nobis laudatam propoſuit.* ¶ 2 Clitellae, Locus Romae, propter ſimilitudinem clitellarum: et in via Flaminia

minia loca quaedam deuexa ſubinde et accliua. Feſtus. *Scalig. de Graeco* *κανθήλιον idem notat.* ¶ 3 Eſt etiam Tormenti genus eodem nomine appellatum. Feſtus.

CLITELLARIVS, i. m. [*σαγματοφόρος*] *Qui clitellatus fert onera, vt*, Columel. 2, 22, 3 Muli clitellarii. Cato 10, 1 Aſinos inſtratos, clitellarios, qui ſtercus vectent, tres. Plaut. Moſtel. 3, 2, 94 Ego homines habeo clitellarios: magni ſunt oneris, quidquid imponas vehunt. Cic. Topic. 36 c. 8 Poſtliminio redeunt haec, homo, nauis, mulus clitellarius, equus, equa, quae frena accipere ſolet.

CLITERNIA. [Κλίτερνον] *Italiae oppidum eſt*, ad montem Garganum Pomponio Melae 2, 4.

CLITERNĪNI, Populi, in ora Aequiculanorum, Plin. 3, 12 *de* Coleis Cliterninis *vid. ſ. l.*

CLITORIS, is. f. [Κλιτόριον, Κλείτωρ *Ptolemaeo*] *ſiue* CLITORIVM, i. n. *Vrbs Arcadiae, apud quam ſpelunca eſt, ex qua profluit aqua, quam ſi quis biberit, protinus ſit abſtemius.* Ouid. Met. 15, 322 Clitorio quicunque ſitim de fonte leuarit, *etc.* *Vid.* Plin. 32, 2 *de* lacu Clitorio *tractantem.* ¶ 2 Clitoris, [*κλειτορὶς*] *Pars pudendi muliebris, quam Pollux* 2, 174 *σκαῖρον σαρκίον caruncùlam palpitantem vocat, it. νύμφην, μύρτον, ἐπιδερρίν. Ponendum hic fuit, ob* Coleos Cliterninos Ciceronis.

CLITVMNVS, i. m. [Κλίτουμνος] Fluuius eſt in Meuania, quae pars eſt Vmbriae partis Tuſciae: de quo fluuio, vt dicit Plinius in hiſtoria naturali, animalia, quae potauerint, albos foetus creant. *Haec* Seruius *in illud* Virgilii Georg. 2, 146

Hinc albi Clitumne greges, et maxima Taurus
Victima, ſaepe tuo perfuſi flumine ſacro
Romanos ad templa deûm duxere triumphos.

*Si ita, vt Maſuiciana quoque editio prae ſe fert, Seruius: firmatur inde lectio vulgata quondam* Plin. 2, 103 In Faliſco Clitumni amnis aqua potata candidos boues facit, *Pro quo alii, vt Elzeu. et Harduin.* In Faliſco omnis aqua potata candidos boues facit, *quod et MSS. probant, et quod* Clitumnum *in Vmbria, ponunt Geographi*, Faliſcos *vero in Hetruria eſſe dicunt. Deſcriptio* Clitumni fontis et fluuii *eſt* Plin. Epiſt. 8, 8. *Conf. Brouckh. ad* Propert. 2, 15, 25. Stat. Silu. 4, 12 Aut praeſtent niueos Clitumna noualia tauros. Silius 4, 547. *et* 8, 451. Claudian. in Conſ. Hon. 6, 506 *etc. alborum a* Clitumno *boum meminere.* Vib. Sequeſter p. 30 Clitumnus Vmbriae, vbi Iupiter eodem nomine eſt.

CLIVVS, i. m. *et* CLIVVM, i. n. [*γεώλοφον*] *Eſt faſtigium et aſcenſus collis, vel ipſe adeo collis.* Cic. Att. 2, 1 Quem ego in cliuo Capitolino te ſignifero ac principe collocaram. Nonius 3, 28 Cliuum neutro genere, Cato in Tribunis militum, Loca ardua et cliua depreſſa. Ouid. Epiſt. 18, 122 *Leander de fluctibus Helleſponti, quem tranatabat*, Hoc quoque, ſi credis, ad te via prona videtur: A te cliuum redeo, cliuus inertis aquae. Menſae cliuum teſta ſuſtulit Id. Met. 8, 662. *i. ſubiecta pedi inaequalitatem abſtulit.* Tabulae cliuus Ouid. de Nuce 77. *i. tabula ita poſita, vt cliuum repraeſentet.* Arduus in valles Idem Faſt. 1, 264. Martial. 12, 32 Migrare cliuum credees Aricinum. Sil. 4, 605 Per aſpera Duro Nititur ad laudem virtus interrita cliuo. *Contra* Virgil. Ecl. 9, 8 Qua ſe ſubducere colles incipiunt, Mollique iugum ſubducere cliuo, *i. facili deſcenſione.* Principio cliui veſter anhelat equus Ouid. Rem. Am. 394. *Vid. Drackenborch. ad* Sil. 6, 120. Deſcendere per cliuum Ouid. Faſt. 1, 263. Paullus in l. ſeruitutes. §. ſi domo mea. D. de ſeruit. vrban. praedior. vel gradus, vel cliuos propius ianuam meam iure facere poſſum. *Metaphor.* Ouid. Epiſt. 20, 41 Mille doli reſtant, cliuo ſudamus in vno. *i. in eadem difficultate ſuperanda occupati ſumus.*

CLIVIVS, a, um. Adi. *Difficilis, arduus; vt*, Cliuia auſpicia, Quae aliquid, *inquit* Feſtus, fieri prohibebant. nam et omnia difficilia et ardua, nominabantur Cliuia. vnde et Cliui, loca ardua. Plin. 10, 14 Cliuiam quoque auem ab antiquis nominatam animaduerto ignorari. Quidam clamatoriam dicunt, Labeo prohibitoriam. Et apud Nigidium ſubis appellatur auis, quae aquilarum oua frangat. Cliuia *dedit Harduin. ex MSS. vt Iſ. Voſſius iam monuit ad Catull.* p. 62 *pro vulgato* Cliuina. *Idem Voſſius apud* Catullum 23, 5 *legit*, Cum cliuias Malea aues oſtendit oſcitantes. *Et* Stat. Silu. 4, 3, 59 *pro vulgata* Lechiae niſi vetarent, *cum in MS. ſit* cleuiae, cliuiae: *quod ſententiam parit oppido concinnam.*

CLIVVLVS, i. m. Dimin. [*γεωλοφία*] Columel. 6, 37, 10 Duos parietes aduerſo cliuulo inaedificatos habet. Clementi tranſmiſſo cliuulo Apul. Met. 4 p. 144.

CLIVŌSVS, a, um. Adi. [*λοφώδης*] *Vt*, Cliuoſus locus. Columel. de Arborib. 4, 3 Curandum autem eſt, vt locis aridis et cliuoſis altius ſtirpes deponantur, quam ſi humidis et planis. Virgil. Georg. 2, 212 Nam ieiuna quidem cliuoſi glarea ruris, *etc.* Virgil. Georg. 1, 108 Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis vndam Elicit. Cliuoſa Ida Ouid. Amor. 1, 14, 11. Olympum cliuoſum ſcandit Phoebus Idem Faſt. 3, 415. Lucret. 4, 958 Et cliuoſior inter ſe, ac diſtractior intus. *al.* rectius Diuiſior.

CLIVĪNA, ae. f. *Auis, legitur a quibusdam* Plin. 10, 14. *Vid.* CLIVIVS.

## C L O

CLOĀCA, ae. f. [*ἐκδοχεῖον, δεξαμενή*] *Locus cauus, per quem colluuies quaedam fluit.* A cluendo, *i.* purgando dictae *auctore* Feſto. Marius Victorin. 1 p. 2469 *extr.* Non eſt *cloca*, vt putatis, ſed *cluaca*, quaſi *conluaca. Vid.* CLVO. Cic. pro Caec. 36 c. 13 Qui de foſſis, de cloacis, de minimis aquarum, itinerumque controuerſiis interdicit. Idem pro Planc. 95 c. 40 Me arcem facere ex cloaca, lapidemque e ſepulcro venerari pro deo. Plin. Epiſt. 10, 41 *extr. enumerantur* miniſteria, quae non longe a poena ſunt. Solent enim eiusmodi ad balineum, ad purgationes cloacarum, item munitiones viarum et vicorum dari. *Sic* Cloacarum redemtor *apud* Plin. 36, 2 Satisdari ſibi damni infecti coëgit, cum in Palatium extraherentur *columnae marmoris. Scilicet metuebat, ne a nimio pondere fatiſcerent illi cloacarum ſub publico ductarum fornices.* Comes riparum et aluei Tiberis et cloacarum *memoratur in* Not. Dign. Imp. ſ. 37. Horat. Serm. 2, 3, 242 Illud idem in rapidum flumen iaceretue cloacam. *De* Cloacis publicis *Romae, quas ſtruxit Tarquinius, receptaculo omnium purgamentorum vrbis, opere praeclaro et vtiliſſimo, vid.* Liu. 1, 56 *pr. et* 5, 55 *extr.* Caſſiod. Epiſt. 3, 30: *et* 8, 29. *Audiamus pauca* Plinii 36, 15 ſ. 24, 2 Cloacas *vocat* operum omnium dictu maximum, ſuffoſſis montibus, atque vrbe penſili, ſubterque nauigata. A M. Agrippa — per meatus corriuati ſeptem amnes, curſuque praecipiti torrentium modo rapere atque auferre omnia coacti, inſuper mole imbrium concitati, vada ac latera quatiunt: aliquando Tiberis retro infuſi recipiunt fluctus, pugnantque diuerſi aquarum impetus intus, et tamen obnixa firmitas reſiſtit. Trahuntur moles internae tantae, non ſuccumbentibus cauſis (*Reineſ. Var. Lect.* 2, 7 p. 175 Cauis) operis: pulſant ruinae ſponte praecipites: quatitur ſolum terrae motibus. Durant tamen a Tarquinio Priſco annis DCC prope inexpugnabiles — Amplitudinem cauis eam feciſſe proditur, vt vehem feni large onuſtam transmitteret. *De his* Cic. pro Sext. 77 c. 35 Meminiſtis corporibus ciuium Tiberim compleri cloacas referciri, *etc.* ¶ 2 Cloacam *translatiue, pro Ventre anus edacis et bibacis dixit* Plaut. in Curc. 1, 2, 29 Propere prolue cloacam, *cum alluſione ad etymon.*

CLOACVLA, ae. f. Dimin. Lamprid. Heliog. c. 17.

CLOACALIS, e. Adi. *Vt*, Cloacale flumen, dixit Cato, pro Cloacarum omnium colluuie, Feſtus. Foetulentia Sidon. Epiſt. 3, 13.

CLOACĀRE, Inquinare: vnde Cloacae, Feſtus. *Non ſatis accurate, cum verbum potius a nomine ductum videatur.*

CLOACARIVM, i. n. *Pecunia purgandis cloacis attributa.* Vlpian. l. 27 §. 3 D. de vſufr. Si quid cloacarii nomine debeatur, vel ſi quid ob formam aquaeductus, *etc.* Idem l. 39 §. 4 de leg. et fideicomm. lib. 30 Haeres cogitur legati praedii ſoluere vectigal praeteritum, vel tributum, vel ſalarium, vel cloacarium, vel pro aquae forma.

CLOĀCĪNA, Dea, *eadem, quae* CLVACINA, *huc referenda tanto magis, quod et etymon commune habet, et ad* cloacas *a Chriſtianis ſcriptoribus refertur. Audiamus primo* Plin. 15, 29 ſ. 36 *de myrto*, Quippe ita traditur, myrtea verbena Romanos Sabinosque, quum propter raptas virgines dimicare voluiſſent, depoſitis armis purgatos in eo loco, qui nunc ſigna Veneris Cluacinae habet. Cluere enim antiqui purgare dicebant. *Mox* ſ. 37 Cluacinam *myrtum ab hac* Venere *vocat. Secundum haec* Venus *quidem hic culta propter reſtitutam concordiam inter affines Romanos et Sabinos*, Cluacina *ob luſtrationem et purgationem a ſanguine, vel fuſo, vel fundendo. In foro fuiſſe docet etiam* Liu. 3, 48 *vbi Virginius* ſeducit filiam ac nutricem prope Cloacinae ad tabernas, quibus nunc nouis eſt nomen. Cloacina *ſcribitur: vt et* Plaut. Curc. 4, 1, 10 Qui periurum conuenire vult hominem, mitto in comitium: Qui mendacem et glorioſum, apud Cloacinae ſacrum. *Ad quem locum reſpexiſſe videtur* Tertull. de Pall. 4 *in gloriae cupiditatem Empedoclis inuehens*, Quod ſi iam tunc locorum Diogenes de Dolio latraret — omnino totum Empedoclem in adyta Cloacinarum detuliſſet. (*Nempe* Cloacinas *facit ſingulas ſingularum latrinarum praeſides*) vt qui ſe caelitem delirarat, ſorores prius ſuas, dehinc homines Deus ſalutaret. Sorores, ſtercoreas *nempe, quod glorioſorum epitheton apud eundem* Plaut. Mil. 2, 1, 11. *Idem* Tertull. *non multo poſt l. c. de antiſtite* Veneris Cloacinae *loqui putatur, cum ait*, Et cum latrinarum antiſtes ſericum ventilat, et immundiorem loco ceruicem monilibus conſolatur, *etc.* *Videntur haec ad inuidiam faciendam dicta potius, quam quo conſtet reuera latrinis praefectam ab ipſis gentilibus* Cloacinam. *Neque hiſtoriam narrari puto a* Lactantio 1, 20, 11 Cloacinae ſimulacrum in cloaca maxima repertum Tatius conſecrauit, et quia, cuius eſſet effigies ignorabat, ex loco illi nomen impoſuit. *De Tatio Sabinorum rege, collega aliquamdiu Romuli, ſermonem eſſe apparet. Quae tum fuerit* cloaca maxima *nouae vrbis, non liquet. Et videtur potius audiendus Plinius. Interim* Minucius Felix *etiam* 25, 8 *dixerat*, Cloacinam Tatius et inuenit et coluit. *Caeterum* Cloacina *etiam eſt in numis gentis* Muſſidiae, *de quibus Spanh. diſſert.* 10 p. 191. *Niſi quis videre malit deliria Harduini ad Plin. l. c. de communi* Cloacae *et* Cluacinae *etymo* CLVEO, *vel* CLVO, *v. d. ſ. l.*

CLODICO. *Veteres dixerunt pro* CLAVDICARE, *vbi vid.*

CLODIOS *ſe dici ſollemni mutatione literarum maluere quidam* CLAVDII, *v. v. Sic*

CLODO, ĕre. [*κλείω*] *pro* Claudo, *ſed vt ſimul intelligatur oculos.* Plin. 18, 33 ſ. 76 *extr.* Ne contra ſeptentrionem paueris. Clodunt ita, lippiuntue ab afflatu, et aluo cita pereunt. *Eſt itaque* clodere *nictare, oculos ſemicluſos certe habere, quod ad ventum aſperum faciunt animalia.* Claudios, *ſ.* Clodios *inde dictos, non abſurda coniectura eſt.*

CLONOS, *Herbae nomen apud* Apul. c. 8 *quam* Sceleratam, Batrachion, *et multis aliis nominibus appellat.*

CLOPPVS, i. m. *χωλός*, Gloſſ. Gr. Lat. Cloppo ſubſidio currat Ciceroni *tribuit Popma* Att. 12, 3 *extr. Sed al. aliter legunt. Nec certi quid admittit corrupta breuitas.*

CLOSTELLVM, *vid. poſt* CLOSTRVM.

CLOSTER. [Κλωστήρ] Filius Arachnes, qui fuſos inuenit in lanificio, *vt refert* Plin. 7, 56. *Nomen fictum a κλώθω, neo, vnde et Parca* Clotho *nomen habet.*

CLOSTRVM, i. n. [*κλεῖθρον*] *Idem, quod* Clauſtrum. Cato 13, 3 Trullas ligneas duas, claues cum cloſtris. Idem 135, 2 Cloſtra Romae *optima fieri docet.* Sen. de Benef. 7, 21 Pythagoricus per cloſtrum *ſutoriae tabernae*, qua ſe commiſſura laxauerat, quatuor denarios in tabernam inſeruit ac miſit. Cloſtrum *eſt locus ſerae, vel ipſa adeo ianua. Sed quod ex* Plin. 10, 33 ſ. 49 Cloſtrum *laudatur in aggere Nili, quem hirundines faciunt, ſine dubio* roſtrum *eſt. Etiam* Claud. de Rapt. Proſ. 1, 239 *habent MSS. quidam* Ferrati poſtes, immenſaque nectit Cloſtra chalybs. *Vid.* CLAVSTRVM.

CLOSTELLVM, i. n. Per Cloſtellum aliquid rimari Petron. c. 140 *per foramen, quo clauis immittitur.*

CLOSTRARIVS, i. m. Κλειδοποιός, Vet. Gloſſ.

CLOTHO. [Κλωθώ] *Vna trium Parcarum, dicta ἀπὸ τοῦ κλώθειν a nendo, quae neat et e colo ducat, atque in fuſum glomeret, fata hominum. Vid.* PARCAE. Ferrea Clotho Stat. Theb. 3, 556. Ouid. Faſt. 6, 757 *de* Hippolyto *iam* Virbio *in lucem reuocato*, At Clymenus, Clothoque dolent, haec fila reneri, *etc.* Id. Ibide 243 Dixerat, at Clotho iuſſit promiſſa valere Neuit et infecta ſtamina pulla manu. ¶ 2 *Altera perhibetur* Clotho *Nerei filia, dea maris, de qua* Virg. Aen. 9, 101 *vbi de nauibus illius ait Iupiter.*

Mortalem eripiam formam, magnique iubebo
Aequoris eſſe deas: qualis Nereïa Clotho
Et Galatea ſecant ſpumantem pectore pontum.

*Sed hic et* Val. Flacc. 1, 134 Doto *legendum.*

## C L V

CLVACINA, *vel* CLOACINA, *vbi vid. ſub* CLOACA.

CLVCIDATVM, antiquis Dulce et ſuaue dicebatur. Feſtus. *Et ita legit Scaliger in* Varron. de L. L. 6, 6 *pro* Claudacus.

CLVDO, ſi, ſum, ĕre. [*κλείω*] *Indifferenter poſitum pro* Claudere.

dere. Cic. de Natur. Deor. 2, 100 c. 39 Ipſum autem mare ſic terram appetens litoribus cludit. Cludenda cicatrix Scribon. 42. *Quem locum referens Rhodius in Lexic. Scribon. pluribus antiquorum librorum locis hanc rationem ſcribendi confirmat.* Martial. 11, 92 Sed mors vocis iter properauit cludere blandae. Sen. Phoen. 148 Noxias lapſo vias cludes? *i. praecipitia.* Columel. 12, 44, 2 Deinde ſparteis reſtibus arborem cludunt, ne aut coruis aut cornicibus aliisue auibus pomum laceretur. Quinctil. 9, 4, 26 Cludere ſenſum verbo. *Sic ſaepe: Axem cludere nox dicitur, quemadmodum eundem aperire dies* Sen. Herc. Oet. 1441. *Sunt plura id genus in hoc etiam ſcriptore.* Auro cludere Plin. 33, 1 Idem eodem loco, Cludi venena in annulis, ſub gemmis ab antiquis ſolere dixit. *Sic ſaepe:* Bella Stat. Theb. 11, 59. *Conf.* Idem 2, 306. Callide minaci cludi Stat. Theb. 4, 204. Libellos cludere Iuuen. Sat. 7, 26. *Add. Drakenborch. ad* Sil. 6, 451. ¶ 2 *Pro* Claudicare Auſon. Sapientt. prol. 32 Sed ſi memoria Rebus vetuſtis cludit, *i. labat, non ſatis firma eſt.*

CLVSVS, a, um. Partic. [*κλεισθεὶς*] Ipſe (Pacchius Antiochus) cluſus componebat (medicamentum) nec vlli ſuorum committebat Scribon. 97. Valer. Flacc. Argon. 1, 34 Cleonaeo iam tempora cluſus hiatu Alcides, *i. habens tempora circumdata pelle hiantis leonis Cleonaei. Add.* ib. v. 239 Quod ſibi iam cluſos inuenit in ignibus Argos. Martial. 12, 31 Quaeque natat cluſis anguilla domeſtica lymphis. Horreis cluſis Vlpian. l. 1 §. 21 D. depoſiti. Labella cluſa Martial. 12, 55. Cluſi in pyxide lepores marini Scrib. 80.

CLVSARIS, e. Adi. Hygin. *Goeſ.* p. 181 ſq. Latera cluſaria, *et* anguli cluſares, *qui* cludunt *et finiunt agrum.*

CLVSARIVS, a, um. Adi. Ib. p. 156 *et* 183 *eodem ſenſu.*

CLVSOR, ōris. m. *Qui cludit, ſ. includit.* Cluſor ſtatarius nemora circumuenis Sidon. Epiſt. 8, 6.

CLVSĬLIS, e. Adi. [*κλείσιμος*] *Quod claudi poteſt et aperiri.* Plin. 9, 37 Ineſt iis eſca, cluſiles mordacesque conchae, ceu mitulos videmus.

CLVDO, *vel* CLVDEN, ĭnis. n. *Gladius, quo ſcenici vtebantur, ſi quando in ſcena caedes ſimulanda eſſet; ita forte fabricatus, vt, dum penetrare in corpus videtur, redeat in manubrium, ex eoque elateris ope ſtatim vi ceſſante reſiliat. Talem certe intelligere fas eſt.* Apul. Apol. p. 324, 4 Quas cum ſaltas (Philomelam, Medeam, Clytaemneſtram) tanta mollitia animi, tanta formido ferri eſt, ſine cludine ſaltas. *Sed variat lectio. Sunt, qui* cladio, *i.* gladio *habent.*

CLVEO, ēre, *vel* CLVO, ĕre. [*κλύομαι, δοκέω*] *Nominari, perhiberi, putari.* Plaut. Trin. 2, 4, 95 Ita ſis, vt nomen cluet. Idem Epid. 2, 2, 5 Senati qui columen cluent. Idem Poen. 5, 4, 20 Vt volupe eſt homini mea ſoror, ſi quod agit, cluet victoria! *i. ſi vincere putatur in eo, quod agit, et praeſtare aliis.* Lucretius 1, 120 Coronam Per gentes Italas hominum, quae clara clueret. *Et* 1, 450 Nam quaecunque cluent, aut his coniuncta duabus Rebus ea inuenies: aut horum euenta videbis, *i. quae dicuntur, quae nominari poſſunt, ſuntque adeo in rerum natura.* Idem 3, 208 Res Vtilis inuenietur, et opportuna cluebit. *Nempe, vt in Ebraeorum et Graecorum lingua, ita hic etiam per Synecdochen, ſ. Metonymiam malis,* cluere, videri, audire, dici, *ponitur pro antecedente et cauſa illorum,* pro eſſe. *Sic id.* Lucret. 1, 632 Corpora, Quae nondum clueant vllo tentata periclo, *nihil aliud dicit, quam quae nondum ſint tentata. Si enim non ſint, neque dicentur, etc.* *Sic* 1, 481 Nec ratione cluere eadem, qua conſtat inane: *non eſſe idem, nec proinde etiam habere praedicata.* Idem 4, 50 Quo iis cunque cluet de corpore fuſa vagari, *i. dicitur vagari, vagatur. Et* 2, 524 Primordia rerum — Infinita cluere, *i. eſſe. Et* 2, 351 Nec minus atque homines inter ſe nota cluere. *Denique* 2, 790 Ex albis quoniam non alba creantur, Nec quae nigra cluent de nigris. *Poſteriores obſoleſcere paſſi ſunt hoc verbum. Vtitur tamen* Auſonius, *v. g.* in Ludo Sap. 17 Magnae ſed auctor, qua clueo, ſententiae. *Al.* cluo. *Significat certe, celebris ſum.* Idem Epiſt. 16, 21 Nam conſul aeternum cluet, *vbi Futurum tertiae coniugationis eſſe apparet.* Non. 2, 147 *farmam* cluebat, *celebris erat, ex Lucilio et Ennio profert. Sed etiam Paſſ. ex* Pacuuio, ſed haec cluentur hoſpitum infideliſſimi, *et ex* Varrone, Muſarum Pompilius clueor. *Sic etiam* Plaut. Pſeud. 4, 1, 12 Te ni contemnam, Stratioticus homo, qui cluear, *i. audiam, praedicer.* ¶ 2 Cluo *antiquiſſimis idem fuiſſe videtur, quod* luo, lauo, purgo. *Teſtimonia Feſti et Plinii dedimus in* CLOACA *et* CLOACINA. *Vt igitur ab hoc ipſo themate κλύω eſt κλύζω, quod eluendi vim habet, vnde* Clyſter *et* Cataclyſmus *ſunt: ſic in Latino* Cluo *factum arbitror. Quin Latinum* laus, laudo *ipſum quoque ex hoc fante fluxiſſe, mihi veriſimile eſt: nec magis miror omiſſam conſonantem ante* L, *quam in τλῶ, vnde fuit* Lo, latus ſum: *in* ſtlatus, *pro* latus: *in* ſtlis, *pro* lis. *Denique in* clauis, clamo *Hiſpana conſuetudo primam diſſimulat non minus, quam in* planus, planatus, *etc.*

CLVTVS, a, um. *Habet Participii formam, a* Cluo, *et reſpondet Graeco κλυτός.* Feſtus, Clutum Graeci κλυτὸν dicunt, vnde accepta praepoſitione fit Inclutus. IN enim ſaepe augendi cauſa adiicimus, vt *inuocauit, inclamauit. Inde poteſt eſſe* Clutior, *vt monemus in* CLVIS.

CLVIS, e. *Videtur antiquum Adiectiuum fuiſſe, quod celebrem ſignificaret. Docet hoc nomen* Praecluis, *de quo ſ. l. Docet idem ex* Gloſſis Arabico-Latinis *et aliunde, Cangius.* Iſid. Gl. *Comparatiuum habet* Cluior, nobilior: *pro qua forte legendum* Cluior. Barth. Adu. 26, 15 Cluidior, *vel* Cluior *conicit. Quid ſi* Clutior *a* Clutus, *quod modo vidimus.*

CLVMAE, ārum. f. Follicula hordei, Feſtus. *Sed vid.* GLVMA.

CLVNACLVM, i. n. Culter ſanguinarius, *(Scal. coniic.* ſagiuarius) quod ad clunes dependeat, vel quia clunes hoſtiarum diuidat. *Auctor* Feſtus. *Nonnulli perperam legunt* Cluuadum. *In Gellio* 10, 25 *legitur* Clunaculae *inter telorum vocabula. Sic Gronou. Sed al.* Climaculae. Vet. Gloſſ. Clunaculum pugio, dictum, quod ad clunes religetur.

CLVNAS, a Clunibus tritis ſimias dictas exiſtimant, Feſtus. *Conf.* CLVRA.

CLVNIS, is. m. [*πυγή*] *Saepius in plurali* CLVNES, ium. m. *et* f. *Nates, ſiue Natium tumor. De genere diſputatum eſſe, apparet ex* Soſip. 1 p. 78. Tam maſculini quam feminini generis vſurpavit auctoritas *apud* Priſcian. 5 p. 652. *Add.* Non. 3, 43. Iuuen. Sat. 11, 164 Ad terram tremulo deſcendunt clune puellae. Pulchrae Hor. Sat. 1, 2, 89 *de equis.* Plaut. Fragm. 1, 2 *ex* Non. 3, 43 Quaſi lupus ab armis valeo: clunes deſertos gero. Iuuen. Sat. 2, 21 De virtute locuti clunem Agitant, *addit* Schol. ad patiendum ſtuprum. Conſulere clunibus ſuis Apul. Met. 8 p. 208. Deſiliunt in clunes extremas Plin. 8, 8 Fluctuare clunibus criſpatis Arnob. 7 p. 239. Martial. 11, 101 Quae clune nudo radat, *de puella, nimium exili, ſubtilique, vt ipſe loquitur.*

CLVNICVLVS, i. m. Dimin. [*πυγίον*] Gell. 15, 8 Caetera rum auium atque altilium, niſi tantum apponatur, vt a cluniculis inferiore parte, ſaturi fiant, conuiuium putant inopia ſordere. *Qui ſi inferiore parte gloſſa eſt? Caeterum huc pertinet* Mart. 3, 67 Cereu immodicis turtur te clunibus implet.

CLVNVS, a, um. Adi. *Quaſi Clunatus; vt,* Clunae ſimiae, qua a clunibus tritis ſic dictas *exiſtimat* Feſtus, *vt vidimus.*

CLVNARIVS, a, um. *Aliud* Adi. Petron. 59 Lanx clunaria. *Sed nem eam interpretatur: coniecturarum affatim.*

CLVNĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. *Vt,* Dorſifera et clunifera mula: i Epitaph. mulae P. Craſſi. *Vid.* Ferret. Muſ. Lapid. p. 344.

CLVO, *vid.* CLVEO.

CLVPEA. Piſciculus, qui venam quandam thynni in faucibu mira cupidine appetens, ipſum thynnum morſu exanimat Plin. 9, ſ. 17. *Add.* Enn. in Apul. Apol. p. 299. *Vid. not. it. in* Edit. Heſſe pag. 155.

CLVRA, *ſ.* CLVRIA, ae. f. *Simia.* Clura, *πίθηκος,* Vet. C Cluria, *κερκοπίθηκος* Id. *Quod ſi recte iſtuc Gloſſator, non bene cluram κολόραν, cauda truncatam interpretatur: ſiquidem caudata ſimia e cercopithecus.*

CLVRINVS, a, um. Adi. Tu vero Clurinum pecus Plaut. Truc. 2, 14. *Add.* Arnob. 3 p. 110.

CLVSIVS *dictus eſt Ianus, quod pace templi eius portae clauderentu* Ouid. Faſt. 1, 130 *loquitur Ianus,* Nomina ridebis, modo namqu Patulcius idem, Et modo ſacrifico Cluſius ore vocor. *Ex hoc lo hauſiſſe videtur* Seru. *ad* Aen. 7, 610. Macrob. Sat. 1, 9 Cluſiu *vocatur bis, et* Patulcio *opponitur. Vnde apud Ouidium quoque* Cluſ ius *reponere volebat Heinſius; vt* Veſuius *pro* Veſuuio. *Sunt etiam q* Clauſius *legunt apud Macrobium.* ¶ 2 Cluſii Daemone *vid.* DVSII.

CLVSIVM. [*Κλύσιον*] *Oppidum eſt mediterraneum in Tuſcia, quo ſepultus eſt Porſena. Vid.* Plin. 36, 13. *Hinc*

CLVSĪNVS, a, um. Adi. [*Κλύσινος*] *Vt,* Cluſinum vulgus Sil. 8, 48 Far Cluſinum, candoris nitidi Columel. 2, 6, 3. Horat. Epiſt. 14, 9 Qui caput, et ſtomachum ſupponere fontibus audent Cluſin Gabioſque petunt, et frigida rura. Orae Cluſinae Virgil. Aen. 655. Pecus Cluſinum Plaut. Truc. 2, 2, 14 *in quo iocus eſt ab v Cluſio, vbi non admodum egregia erant fortaſſe pecora, et ex ambiguit a cludendo: clauduntur enim meretriculae, quae clam habentur, et peco morbida. Non deſunt, qui* Clurinum *legant, alii* Larinum, *alii* Acl rinum, *id eſt felinum* pecus, *a felium turpitudine: etiam quidam* Lu num, *id eſt coriaceum. Ex* Turnebo. *Sed* Clurinum *rectum: de q ſub* CLVRA. Vuae Cluſinae Plin. 14, 3.

CLVSTER, *pro eo, qui Graeca litera* CLYSTER *eſt,* aliquot *optimi codices* Celſi *et* Scribonii, *v. g. apud hunc* Comp. 109. 179. *etc. apud illum* 2, 17. 3, 21. *Vid. Io. Rhod. ad* Scrib. 179.

CLVSVIVS, *vid.* CLVSIVS.

CLVSVS, *vid.* CLVDO.

CLVSTVMINA Tribus, *vid.* TRIBVS.

CLVSVRIAE, *ſ.* CLVSVRAE, arum. f. *Appellantur ab* Im *Cuſtodiae limitum, et, vt Suidas interpretatur, ὀχυρώματα τῶν διεξό* L. 2 §. in Sardiniae. C. de off. praef. praet. Afr. L. 4 C. de of mag. off. *et* l. vlt. C. de off. mag. milit. *In quibusdam legitur* Cl ſurarum. *Vid. Cuiac. Obſ.* 3, 24 *qui etiam laudat* Caſſiod. Varr. 2, *quae inſcripta eſt* Vniuerſis Gothis et Romanis, et his, qui portul vel cluſuris (*al.* clauſuris) praeſunt. *Add. Pithoe. ſubſec. lect.* 1, 14

## C L Y

CLYBATIS, idis. f. Herba perdicalis Apul. de Herb. *Dioſc.* 4, 37.

CLYMĔNE. [*Κλυμένη*] *Oceani et Thetyos filia, teſte Heſiodo Theogonia.* Virgil. Georg. 4, 345 Inter quas Clymene curam n rabat inanem. *Fuit mater Phaëthontis. Vid.* Ouid. Met. 1, 765. H

CLYMENĒIS, idis. Patronym. [*Κλυμενηΐς*] Clymeneïdes, *cantur Sorores Phaëthontis.* Auctor ad Liu. 111 Sic fleuit Clymen ſic et Clymeneïdes altae, *etc.* Altas *vocat, quia in populos arbo mutatae fuerunt. Verum Heinſ. alte legit, aduerbiumque ad proxim verſum refert.*

CLYMENĒVS, a, um. Adi. [*Κλυμένειος*] *Vt,* Stat. Silu. 1, 2,

Queritur iam Seras auaros
Auguſtum ſpoliare nemus. Clymeneaque deeſſe
Germina, nec virides ſatis illacrimare ſorores.

*i. populos, e quibus ſtillare putabatur electrum, quae ſunt lacrimae ſo rum Phaëthontis.*

CLYMENEĬVS, a, um. Adi. [*Κλυμενήϊος*] *Vt,* Proles Clymeneïa, *i.* Ph *thon* Ouid. Met. 2, 19.

CLYMENOS. [*Κλύμενος*] *Plutonis cognomentum eſt, apud* Ou Faſt. 6, 757 At Clymenos Clothoque dolent, haec fila reneri, fieri regni iura minora ſui. *Reſtituit et ex Graecis illuſtrauit* Heinſ. *ad h. l.* ¶ 2 Clymenus, Arcadiae rex, Cae filius Hygin. f. 206. ¶ 3 Clymenus a rege herba ap lata eſt, ederae foliis, ramoſa, caule inani, articulis praecincta, od graui, et ſemine ederae, ſiluestribus et montuoſis naſcens. — Gra plantagini ſimilem eſſe dixerunt, caule quadrato, cauliculis cum mine inter ſeſe implexis, velut in polyporum cirris. *Haec* Pl 25, 7 ſ. 33.

CLYPEA, [*Κλυπέα*] *vid.* CLVPEA.

CLYPEVM, *et* CLYPEVS, i. n. *et* m. [*ἀσπὶς*] *Scutum, in eo imago. Melius per Latinas literas* CLIPEVS *vel* CLVPE *ſcribitur. Audiamus* Chariſium l. 1 p. 59 Clipeus maſculino gen in ſignificatione ſcuti ponitur, vt Labienus ait; neutro autem ge imaginem ſignificat. Sed Aſinius — maſculine dixit *Clipeus p textae imaginis poſitus.* Et Liuius in ſignificatione ſcuti neutral ſaepius. Et Pomponius, *Clipeum in medio fixum eſt.* Quare Plin dubii ſermonis ſecundo in diſtincto genere dici ait, ſed litera diffe vt pugnatorium per i *clipeum* dicamus, quod eſt a *clepere,* id eſt lare (*ſic ſcrib. non* caelare: *nam* clepere *eſt* celare, occultare) dictu imaginem vero per u *clupeum,* a *cluendo.* Sed haec differentia m diſplicet, propter communionem i et u literarum. Nam et *maxim* dicimus et *maxumus,* et *optimus,* et *optumus,* nec tamen illa differ tia ſecernimus. *Haec Chariſius. Et videtur ipſe retractaſſe ſuam ſ tentiam* Plinius 35, 3 ſ. 4 Scutis, qualibus apud Troiam pugnatum continebantur imagines; vnde et (*imagines*) nomen habuere clip rum, non vt peruerſa grammaticorum ſubtilitas voluit, a cluen Or

Origo plena virtutis, faciem reddi in ſcuto cuiusque, qui fuerit vſus illo. Certe captis eis talem Asdrubalis inuenit Marcius Scipionum in Hiſpania vltor, isque clipeus ſupra fores Capitolinae aedis vsque ad incendium primum fuit, *etc.* *Illud ergo ſatis conſtat, eandem eſſe vocem, quae* ſcutum, *et quae* imaginem in ſcuto *ſignificet. Eam porro per* u *in prima ſyllaba ſcribi ab* Ennio, *oſtendit Heſſel. p. 95 et 308. Interim tamen illa ſcriptura per* y *ſatis antiqua ipſa quoque, quod* Servius *indicat* ad Aen. 2, 389 *vbi* Clypeos *explicat* ſcuta maiora, quibus latemus, *ἀπὸ τῦ καλύπτειν τὸ σῶμα.* *Idem tamen* ad Aen. 7, 686 *ἀπὸ τῦ κλέπτειν* celare, *deriuat. Interim in libris recentiore aetate editis paria fere iura habent* clypeus *et* clipeus : *illud etiam frequentius inuenias :* clipeum *Heinſius Poëtis reddidit. De genere illud generatim dici poteſt,* clypeum *neutro genere rarius altero, nec tamen inuſitatum. Iam auctoritates ponamus.* Ennius *ap.* Varr. de L. L. 6, 5 p. 80, 10 He he ipſe clypeus cecidit. *Sed vix Graeca vocali vſus Ennius.* Virg. Aen. 7, 686 Nec clipei, curruſue ſonant. *Vbi* Seruius : Clypei, Scuta maiora : dicti ab eo, quod celent corpus, id eſt *ἀπὸ τῦ κλέπτειν.* Idem Seruius *ad* Virg. Aen. 9, 370 Clypei, peditum ſunt : Scuta, equitum. Virg. Aen. 2, 671 Ardentes clipeos atque ora micantia cerno. *Scribit et* Virgil. Clypeum *in neutro. Sic* Aen. 9, 709 Clypeum ſuper intonat ingens. *Sed* Clypeum *hic poteſt eſſe Accuſatiuus. Caeterum neutro etiam genere dici, monet Seruius.* Liu. 35, 10 Clypea inaurata. Idem 34, 52 Clypea de columnis demſit. *Add.* Idem 35, 41 *extr. et* 40, 51. *Conf.* Non. 3, 41. Hygin. fab. 273 Illi clypeus aureus, vel vt Grammatici loquuntur, clypeum aureum Trebell. Poll. Claud. c. 3. Clypeus *rotundus erat, vt Virgilio auctore intelligi poteſt, qui praegrandem Cyclopi oculum tribuit* Aen. 3, 637 Argolici clypei, aut Phoebeae lampadis inſtar. Scutum *formae oblongae, maiusque* clypeo. *Itaque, vt* Liu. 1, 43 ſcutum *ait* pro clypeo ſecundae claſſi datum, *nempe, quod ſine lorica eſſent, vt ſcutum et clypei et loricae loco eſſet, et totum corpus protegeret.* Virg. Aen. 8, 662 Scutis protecti corpora longis. *Hinc et θυρεὸν Graeci vocant, quod referat ſimilitudinem forium, quae longiores, quam latiores ſolent eſſe.* Liu. 8, 8 Clypeis antea Romanis vſi ſunt *Latini*, deinde poſt, quam facti ſunt ſtipendiarii, ſcuta pro clypeis fecere. *Et* 9, 19 Arma illis *(Macedonibus)* clypeus ſariſſaeque : Romano ſcutum, maius corpori tegumentum, et pilum, *etc.* Liu. 9, 40 *de Samnitium armatura*, Forma erat ſcuti, ſummum latius, qua pectus atque humeri teguntur, faſtigio aequali, ad imum cuneatior, mobilitatis cauſa. *Conf.* Iſidor. 8, 12, *et ex Polybio atque aliunde accurate iſta firmantem Lipſ. de Mil. Rom. 3, 2.* ¶ 2 *Epitheta:* Aeratus clypeus Sil. 15, 758. Aereus Virgil. Aen. 12, 541. Aere cauo, *i. aeris caui* Idem Aen. 3, 286. Ardentes clypei, *Micantes, fulgentes* Virg. Aen. 2, 734. *De meteoro huius nominis, vid. n. 6.* Decritus Sil. 10, 398. Fulgens auro Ouid. Met. 8, 27. Stat. Silu. 5, 2, 131 Qui tibi tam tenero permiſit plaudere collo Nubigenas clypeos, intactaque caedibus arma. Nubigenae clypei *ſunt ancilia caelitus delapſa, et velut genita e nubibus. Sic pulchre Heinſius.* Paſſus praelia Ouid. Met. 13, 118. Cic. de Finib. 2, 97 Simul atque ipſe graui vulnere exanimari videret ſe, vt primum diſpexit, quaeſiuit Saluusne eſſet clypeus. *De Epaminonda.* Septemplex *Aiacis Telamonii* clypeus *ſeptem coriis boum tectus* Ouid. Amor. 1, 7, 7. *et* Met. 13, 2. Virgilius *ſimilem Turno tribuit* Aen. 12, 925. Clypei Aes repercuſſum Ouid. Met. 3, 782. Caelamina Idem Met. 13, 291. Curuamen clypei Ouid. Met. 12, 95. Decorum clypei inſigne Virgil. Aen. 2, 392. Moles Ouid. Met. 13, 75. Clypei ſub Orbe tegi Virgil. Aen. 2, 227. Vmbo clypei ſummus, *Media pars extans* Idem Aen. 2, 546. ¶ 3 *Formulae Verborum :* Accendere clypeum uro, *i. Tegere auro ſplendidiſſimo inſtar ignis ardentis* Sil. 15, 681. Ouid. Met. 5, 188 Clypeo quoque flumina ſeptem Argento partim partim caelauerat auro. Cauare clypeum alicuius, *i. Perforare* Stat. Theb. , 126. Efferre clypeum ſiniſtra Virgil. Aen. 10, 261. Excipere ictus clypeo Ouid. Met. 12, 375. Exuere alicui clypeum Idem Epiſt. 3, 147. Ferendo clypeo manus apta Ouid. de Arte Am. 1, 693. lagrare ſidereo clypeo, *Fulgentem clypeum geſtare* Virgil. Aen. 12, 167. ixos qua repulſi ſubmittunt clypeos curuato pondere teli Sil. 5, 215. *tantum telorum excipiunt clypeis, vt ob pondus vix iam ſuſtinere poſſint.* nſertare ſiniſtram clypeo Virgil. Aen. 2, 671. Latere poſt clypeum Ouid. Met. 13, 79. Obiicere clypeos ad tela Virgil. Aen. 2, 443. Opponere clypeum Ouid. Met. 13, 75. Clypeum Mineruae intus pinit Panaenus Plin. 35, 8 ſ. 34. Martial. 9, 57 Loricam, clypeumque ibi, galeamque remitto : Tutus vt inuadat praelia, nudus eat. Subigare ſiniſtrae Virg. Aen. 11, 10. Sumere Ouid. Met. 8, 27. Sumere ſero poſt vulnera Idem Triſt. 1, 3, 35. Tundere ſudibus Idem aſt. 4, 209. Veſtire clypeos caeſis iuuencis, *i. Coriis iuuencorum ontegere* Stat. Achil. 1, 417. ¶ 4 Clypei *dictae quoque ſunt imagines ad clypeorum ſimilitudinem efformatae.* Liu. 25, 39 Praeam ingentem partam : in ea fuiſſe clypeum argenteum, pondo cenum triginta octo, cum imagine Barcini Annibalis. *Locum* Chariſii 1 . 59 *et* Plinii 35, 3 *ſub ingreſſum ſtatim protulimus. Apud hunc etiam ta ſunt :* Suorum clypeos in ſacro vel publico priuatim dicare primus inſtituit, vt reperio, Appius Claudius — Poſuit enim in Bellonae aede maiores ſuos, placuitque in excelſo ſpectari, et titulos honorum legi. Decora res, vtique ſi liberorum paruulis imaginibus eu nidum aliquem ſobolis pariter oſtendat : quales clypeos nemo non audens fauensque aſpicit. Tacit. Ann. 2, 83 *vbi de honoribus Germanici defuncti,* Cum cenſeretur clypeus auro et magnitudine inſignis, nter auctores eloquentiae, adſeuerauit Tiberius, ſolitum paremque ceteris dicaturum. Neque enim eloquentiam fortuna diſcerni ; et tis illuſtre, ſi veteres inter ſcriptores haberetur. *Vidd. Vrſin. et ipſ. ad h. l.* Sueton. Cal. 17 Decretus eſt ei clypeus aureus, quem notannis collegio ſacerdotum certo die in Capitolium ferrent. *Et* omit. 23 Senatus — ſcalas inferri clypeosque et imagines eius oram detrahi, et ibidem ſolo affligi iubet. *Plura, ſequioris praeſerm aeui, etiam ad hh. ll. viri docti.* ¶ 5 Clypeus *tranſte de quauis tutela praeſidioque.* Subnixus Stilicone tuo, quem fratrius ipſe Diſcedens clypeum defenſoremque dediſti Claud. Conſ. Hon. , 432. His ſola pericli Turris erat clypeusque trucem porrectus hoſtem Idem in Rufin. 1, 264. Obuius ibat Fretus amicorum lypeo Phocas in vita Virg. ¶ 6 *Metaphor. pro Solis orbe :* ſe Dei clypeus, terra cum tollitur ima, Mane rubet terraque ibet, quum conditur ima Ouid. Met. 15, 192. *Quin pro toto caeli uo ſ. fornice* Ennius *apud* Varron. de L. L. 4, 3 p. 9, 14 In altiſono eli clupeo. Cauum enim, *addit Varro*, clupeum. *Sic* Vitruuius 10 *extr. in* Laconici *deſcriptione* Ex eoque *(hemiſphaerio)* clypeum neum catenis pendeat, per cuius reductiones et demiſſiones perficiatur ſudationis temperatura. *Hoc interim ex his etiam deſcriptionibus apparet,* clypeum *fuiſſe rotundum.* Plin. 2, 34 Clypeus ardens ab occaſu ad ortum ſcintillans tranſcurrit, *de meteoro.* Orbis clypei ſimilis *dicitur* Obſeq. 105. *Add.* Sen. Quaeſt. Nat. 1, 1. *et* 7, 20. *Denique* Clypeum antiqui ob rotunditatem etiam Corium bouis appellarunt, in quo foedus Gabiorum cum Romanis fuerat deſcriptum. Feſtus. Clypeum Mineruae, *αἰγίδα πολιέχυ* dictitabat Vitellius patinam *ingentem, de cuius* dedicatione Sueton. c. 13.

CLYPEOLVM, i. n. Clypeola aerea Hygin. fab. 139.

CLYPEO, *vel* CLVPEO, āre. Tanquam clypeo munire. *Verbum antiquum.* Pacuu. Hermiona, Currum liquit, chlamyde contorta aſtu clupeat brachium. *Auctor* Nonius 2, 145. *Laudat etiam* Varro L. L. 4, 1 p. 7, 3.

CLYPEĀTVS. [*ἀσπιστὴρ*] *Clypeo munitus.* Plaut. Curc. 3, 1, 54 Clypeatus elephantum, vbi machaera diffiicit. *Sic* Agmina clypeata Sil. 8, 436. *Et* Virg. Aen. 7, 793. In proris clypeatos locauerat Curt. 7, 9, 2. Clypeatum incedere Claud. Conſ. Hon. 4, 522 Clypeata imago, *quae fuerit, oſtendit* Macrob. Sat. 2, 3 *de M. Cicerone,* Nec Q. Ciceroni fratri circa ſimilem mordacitatem pepercit. Nam cum in ea prouincia, quam ille rexerat, vidiſſet clypeatam imaginem eius ingentibus lineamentis, vsque ad pectus ex more pictam, (erat autem Quintus ipſe ſtaturae paruae) ait, Frater meus dimidius maior eſt, quam totus. *Vid.* CLYPEVS n. 4.

CLYPEIDOS, *Speciem habens clypei, apud* Plin. 37, 12 Figura clypeidos et rotunda. *Harduin.* Cycloides, *vbi vid.*

CLYSMVS, i. m. *Purgatio, lotio, lauamen, clyſter.* Acri clyſmo aluum ducere, trahere Scrib. 155. 194. 197. *Vid.* EVDIAETON, ex Feſto.

CLYSTER, ēris. m. [*κλυστὴρ*] *Medicamentum, quod per inferiorem partem, purgandi gratia, in ventrem immittitur, ἀπὸ τῦ κλύζειν, quod eſt abluere.* Per clyſterem immitti Scribon. 112. Per clyſterem aluum ducere 158. Clyſtere acri aluum ducere 179. Clyſtere iniicere chamelaeam 200. Plin. 32, 5 ſ. 17 Corpora clyſteribus exinanita. Idem 24, 9 ſ. 40 Quidam marina aqua macerare malunt, et infundere clyſtere. *De geniſta.* Plin. 20, 2 Vrinam mouet in vino dulci, et in renum dolore clyſteribus ſimul cum cumino infunditur. Idem, Cucurbita infuſa clyſteribus inteſtinorum omnium vitiis medetur. Vlpianus l. 9 item ſi obſtetrix. D. ad leg. Aquil. Si quis per vim, vel per ſuaſum alicubi medicamentum infudit, vel ore, vel clyſtere, *etc.* Purgare clyſtere et vomitu Sueton. in Neron. c. 20. *Add.* Plin. 25, 5. Macer. 1, 12, 14. Oricularius clyſter, *vid. h. v.*

CLYSTERIVM. *Idem.* Clyſterio immitti per anum Scribon. 114. Per clyſteria chaldam immittere Id. Comp. 118. *Conf.* CLYSMVS.

CLYSTERIO, āre. Clyſteriabis ex aqua calida et oleo Veget. 1, 42.

CLYSTERIZO, āre. Phlebotomare et clyſterizare Cael. Aurel. 2, 38.

CLYTAEMNESTRA. [*Κλυταιμνήστρα*] *Tyndari filia ex Leda, vxorque Agamemnonis, et mater Oreſtis : quae quum Agamemnonem ab Aegiſtho adultero interfici curaſſet, interfecta eſt et ipſa ab Oreſte filio.* Ouid. Amor. 1, 7, 9 Et vindex in matre, patris malus vltor Oreſtes. Caelius *apud* Quinctil. 8, 6, 53 Quadrantariam Clytaemneſtram *dixit* Clodiam : Clytaemneſtram *quidem propter ſuſpicionem interfecti mariti Metelli :* Quadrantariam, *cui minuto aere poſſet ſatisfieri. Vid.* QVADRANTARIA *et* AGAMEMNON.

CLYTIA, *vel* CLYTIE. [*Κλυτίη*] *Puella ab Apolline adamata quondam : ſed quia concubitum Apollinis cum Leucothoë, Orchamo patri Leucothoës prodidiſſet, paterque iratus viuam defodi natam iuſſiſſet : iratus Apollo a conuerſatione Clyties in poſterum ſe continuit. Illa vero dolore ob id nimio conſumta, dum cibo potuque ſibi temperat, et perpetuo reſpicit ad orientem et occidentem Appolinem, in Heliotropium herbam mutata fuit. Fabula eſt apud* Ouid. Met. 4, 206 Quaeque tuos Clytie, quamuis deſpecta, petebat Concubitus, *etc.*

CLYTVS, i. m. *Vnus ex Centauris.* Ouid. Met. 5, 87. Flacc. 1, 146. *Significat celebrem, vt* Clutus, *de quo ſub* CLVO.

## C N A *et* C N E

CNASON, *eſt* Acus, qua mulieres caput ſcalpunt, Feſtus. *Ortum nomen videtur a κνάω, κνήθω.* Aeol. *κνάθω, ſcalpo. Feſtus ponit Accuſat. plur.* Cnaſonas. *Hinc ortum quorundam monſtrum* Cuaſones.

CNECINVS, a, um. Adi. Oleum Plin. 15, 7. *Sed Harduin.* CNEDINVM, *a κνίδη, vrtica. Conf.* CNICVS, *ex* Plin. 21, 15.

CNEORON. [*κνέωρον*] *Frutex coronarius.* Hyginus Caſiam interpretatur *apud* Plin. 21, 9 ſ. 29. *Vid. mox* CNESTRON.

CNEPHOSVM, antiqui dicebant Tenebricoſum. Graeci enim *κνέφας* appellant obſcurum. Feſtus.

CNESTRON, i. n. *Herba.* Plin. 13, 21 ſ. 35 Fruticem Thymelaeam alii pyros achnen, alii cneſtron, alii cneoron, *vocant.*

## C N I *et* C N O

CNICOS, *vel* CNICVS, *it.* CNECVS, i. [*κνῖκος*] *Herba, quam* Scribon. 135 *commendat inter mollientia :* Semina Cneci, *ſ.* Gneci *inter coagula* Columel. 7, 8, 1. Plin. 21, 15 ſ. 53 *Aegyptii* maxime celebrant Cnicum Italiae ignotam, ipſis autem oleo non cibo gratam. Differentia prima ſilueſtris et ſatiuae. Silueſtrium duae ſpecies : vna mitior eſt, ſimili caule, tamen rigido : itaque et colu antiquae mulieres vtebantur ex illis, quare quidam atractylida vocant. Semen eius candidum et grande, amarum. Altera hirſutior, toroſiore caule, et qui paene humi ſerpat, minutiore ſemine. *Inter ſpinoſas plantas numerat* 21, 16 ſ. 56.

CNIDE, es. f. *Vrtica, piſcis.* Plin. 32, 11 ſ. 53.

CNIDOS, i. *Herbae nomen volunt* Plin. 21, 16 ſ. 56. *Sed* Cnicos *ibi meliores.* It. 13, 21 *pr. Sed ibi eſt* Granum Gnidium. *De* Cocco Cnidio, *vid. ſtatim ſub* CNIDOS.

CNIDOS, *vel* GNIDOS, *Vrbs Cariae, vbi Venus colebatur, et promontorium.* Horat. Carm. 1, 30, 1 O Venus, regina Cnidi Paphique. *Vid.* Plin. 36, 5.

CNIDIVS, a, um. Adi. Cnidia Venus Cic. Diu. 1, 23. *et* Verr. 4, 135. Cnidia Cypris Auſon. Epigr. 57, 1. Cnidius Coccus Apul. de Herb. 109 *vocatur* Carduus Siluaticus. *Et* c. 111 Lathyris, *ſ.* Chamelaea, *quo loco* Gnidius *ſcribitur.*

CNISSA, ae. [*κνίσσα*] *Nidor.* Gloſſ. Vet. *Habet* Arnob. 7 p. 212 Niſi forte hoſtiarum deus animas deuorat, aut ex aris ardentibus nidorem conſectatur et fumos, paſciturque de cniſſis, quas euomunt ardentia

ardentia viſcera, adhuc ſuda de ſanguine, et prioribus humecta de ſuccis.

CNOSSVS, *vid.* GNOSOS.

CNODAX, acis. *Sic legendum pro* Chodaces Vitruu. 10, 6 *in deſcriptione machinae Cteſiphontis. Philander ita deſcribit, ſunt ferreae rotundae, parte exteriore ſubſcudiculae, in extremis ſcaporum vel axium capitulis implumbatae adactaeue, per quas in armillis ſcapi aut axes verſantur.*

## C O A

CO, COA Veſtis, *vid.* COOS. In triclinio Coa, in cubiculo Nola Quinctil. 8, 6, 53 *Aenigma iam illa aetate obſcurum. Iam placet inter ſententias interpretum ea, quam poſui infra ſub voce* NOLA.

COACCEDO, ſſi, ſſum, ere. [συνεπιτίθεμαι] *Simul accedere, addi.* Plaut. Curc. 2, 3, 65 Quia de illo emi virginem triginta minis, veſtem, aurum: *et* decem pro iis coaccedunt minae, *i. ſimul dedi.*

COACERBO, are. Lactantio 5, 1, 7 *tribuit e MSS. Thomaſius, et vult idem eſſe, quod exacerbo. Verba ſunt,* Et quum corrigere ſe non poſſint, errores ſuos inſuper crudelibus factis coacerbant. *Sed apparet, recte reliquos edere* coaceruant, *cumulant.* V *et* B *frequentiſſime confundi, ſatis conſtat.*

COACERVO, are. [σωρεύω, συσσωρεύω] *Cumulare, congerere, addere.* Cic. de Lege Agr. 2, 66 Habes tantam pecuniam, qua hoſce omnes agros, et caeteros horum ſimiles non modo emere, verum etiam coaceruare poſſis, *i. aceruis pecuniae implere.* Ibid. 71 c. 27 Ante pecuniae coguntur et coaceruantur, quam gleba vna ematur. Iabolenus in l. ita vt. D. mandati, Ita, vt omnes Summas, maiores et minores coaceruet, *etc.* Cic. Verr. 4, 64 c. 24 Et ne forte hominem exiſtimetis hanc tantam vim emblematum ſine cauſa coaceruare voluiſſe, *etc.* *Vid.* COACERBO.

COACERVATVS, a, um. Partic. [σωρευθεὶς] Cic. in Partit. 40 Veriſimilia autem partim ſingula mouent ſuo pondere, partim etiam, ſi videntur eſſe exigua per ſe multum, tamen quum ſunt coaceruata, proficiunt. Caeſ. Bell. Gall. 2, 27 His deiectis et coaceruatis Cadaueribus, *etc.* Luctus coaceruati Ouid. Met. 8, 485. Multitudo ciuium indigniſſimo loco coaceruata Cic. Verr. 5, 148 c. 57 *de ciuibus in lautumias coniectis.* Idem de Lege Agr. 1, 14 c. 5 Videtis conſtitutam et coaceruatam Pecuniam.

COACERVATIM. Adu. Apul. Florid. 2 p. 347 Non ſigillatim ac diſcretim, ſed cunctim et coaceruatim offerre. *Conf.* Cael. Aurel. Tard. 4, 3.

COACERVATIO, onis. f. [σώρευσις] Cic. in Partit. 122 c. 35 Atque haec quidem vtrique maxime in peroratione facienda: alteri frequentatione argumentorum, et coaceruatione vniuerſa. *Vtitur etiam* Quinctil. 9, 3, 53. Caius in l. Si idem cum eodem. D. de iuriſdict. omnium iudic. Si idem cum eodem pluribus actionibus agat, quarum ſingularum quantitas intra iuriſdictionem iudicantis ſit, coaceruatio vero omnium excedat modum iuriſdictionis eius: apud eum agi poſſe Sabino, et Caſſio, et Proculo placuit.

COACESCO, ui, ere. [ὀξύνομαι] *Acidum fieri.* Cic. de Senect. 65 c. 18 Vt enim non omne vinum, ſic non omnis aetas vetuſtate coaceſcit. Celſ. 4, 5 Sed ſi coacuit intus cibus, aut computruit, *etc.* *Vid.* Pompon. l. 85 D. de legat. 3.

COACTILIS, COACTILIARIVS, COACTO, COACTVRA, COACTOR, COACTVS, *etc.* *Vid.* COGO.

COADDO, ere. [συμπροστίθημι] *Simul addere.* Cato R. R. 40, 2 Sumito tibi ſurculum durum, eum peracuito, ſalicem Graecam diſcindito, argillam vel cretam coaddito, *etc.* Haec vna bene condepſito. *Et* Plaut. Caſ. 3, 1, 4 Coaddito ad compendium, *i. reliquis addito: praeceſſerant enim alia, de quibus nihil dici vult.*

COADIICIO, eci, ere. *Simul adiicere ſeu addere.* Columel. 12, 21, 2 Quum id muſtum pariter cum defruto deferbuerit, purgatur, et ita coadiicitur in binas vrnas ligula cumulata, vel menſura ſemunciae bene plenae ſalis cocti et triti.

COADIVTO, are. *In barbaris numeratur a Voſſ.* de Vit. L. L. 4, 4 p. 692.

COADIVTOR, oris. m. Quoniam nobis ſemper affuiſtis in fide veraces, in armis ſtrenui coadiutores Inſcr. Grut. *vid. Borrich.* p. 62.

COADOLESCO, ere. Tertull. de Anima 16 *et* 19.

COADORO, are. *Paſſ.* Ambroſ. de Spir. S. 3, 12. Chriſtus ſolus eſt coadorandus. Iuſtinian. l. 6 §. 2 C. de ſumma Trinit.

COADVNO, are. [συνενόω] *In vnum cogere.* S. Aur. Vict. de Viris illuſtribus c. 1 Ipſi coadunatis paſtoribus, ciuitatem condiderunt. *Sed* Arntz. adunatis *ex MSS.* Brachium ſtatuae coadunare, *i. mutilatam reficere.* Vlpianus in l. 7 tigni appellatione. §. 2 idem et D. ad exhibendum. *Add.* l. 9 §. 1 D. de Pactis. Dict. Cret. 4, 13. *et* Vulg. Ioël. 2, 16.

COADVNATIM. Adu. *apud* Oroſium *eſſe dicitur.*

COAEDIFICO, are. [συνοικοδομέω] *Arcte aedificare.* Cic. Att. 13, 33 Sermo a Capitone de Vrbe augenda, a ponte Muluio Tiberim duci ſecundum montes Vaticanos, campum Martium coaedificari, illum autem campum Vaticanum fieri quaſi Martium campum, *id eſt, ſublato illo alueo, ad reliquas partes vrbis aedificiis continentibus adiungi.*

COAEDIFICATVS, a, um. Partic. *Vt,* Loci coaedificati Cic. Partit. 36 c. 10.

COAEGRESCO, ere. Corpus animae afflictae coaegreſcit Tertull. de Anima c. 5 *al.* cohaereſcit. *vid. not. Iun.*

COAEQVVS, a, um. Adi. [συμπάρισος] *pro Aequus.* Plin. 6, 28 ſ. 32 *de Arabibus, quidam MSS.* Mirumque dictu, ex innumeris populis pars coaequa in commerciis aut latrociniis degit. *Sed legitur in emendatioribus codicibus* Aequa.

COAEQVO, are. [συμπαρισόω] *Idem quod Aequare.* Coaequare aream Cato R. R. 91. Cylindro Id. 129. Crate inducta Col. 2, 18, 4. Sulcum Id. 11, 3, 18. Paſtinatum Id. 3, 16, 1. *Idem* Columel. 3, 13, 2 Duabusque gemmis ſupra terram eminere paſſi, repoſita humo caetera coaequant. Pallad. 1, 13, 2 Arena et calce coaequare *Cameras.* Gratiam coaequari omnium difficile eſt Pſeudo-Salluſt. de Rep. Ord. 2, 11, 3. Leges coaequare, *i.* Ius aequabile omnibus ſtatuere. Liu. 13, 36 Maiorum merita in Rempub. domi militiaeque commemorabat: ſuum ingenium infelix erga plebem Romanam ſtudium coaequandarum legum cauſa cum maxima offenſione, *etc.* Montes coaequare Salluſt. Catil. 20, 11. Omnia coaequaſti ad tuas iniurias et libidines Cic. Verr. 3, 95 c. 41.

COAEQVATVS, a, um. *Vt,* Coaequati dignitate, pecunia, virtute anteire alius alium properabit. Pſeudo-Salluſt. de Rep. Ord. 2, 16, 2.

COAEQVALIS, e. [πάρισος] *Idem quod Aequalis.* Columel. 8, 14, 8 Atque vbi ſe paullum confirmauit, in gregem coaequalium compellitur, et hordeo alitur. *De anſeribus.* Petron. 136 Coaequale natalium ſuorum ſinciput. Iuſtin. 23, 4, 9 In ludo inter coaequales diſcens. *Conf.* Inſcript. *apud* Fabrett. p. 417. *Vorſt. ad* Sulp. Seu. 1, 26, 6. *Sed quod* Manil. 3, 260 (Bentl. 314) *laudatur* Vna coaequali luſtratur linea Phoebo, *rectius editum eſt,* Vna quod aequali *etc.*

COAEQVALITAS, atis. f. *Vt,* Honoris coaequalitas Modeſt. ICt. D. lib. 27 t. 1 leg. 8 *pr.*

COAESTIMO, are. *Simul aeſtimare.* Celſ. l. 67 §. 1 D. de furt. Furti actione hoc coaeſtimabitur.

COAETANEVS, a, um. Adi. [ἧλιξ, ὁμῆλιξ, ἡλικιώτης] *Eiuſdem aetatis.* Pſeudo-Porcius Latro in declamatione in Catilinam c. 2 Marco ſiquidem Catoni, aut Scipioni coaetaneo ſuo. *Vid. Borrich. Cogitat. in Voſſ. p. 62.* Amicum illum, coaetaneum, contubernalem, fratrem denique, ciere Apul. Mileſ. 8 p. 204. Angeli coaetanei Tertull. adu. Valent. 16. Hae res coaetaneae Apoſtolorum Idem de Praeſcript. 35. *Add.* Id. adu. Hermog. 6.

COAETANEO, are. *Eiuſdem eſſe aetatis.* Tertull. de Reſurr. Carn. 45 Coaetaneant natu.

COAETERNVS, a, um. Adi. Tertull. adu. Hermog. 11 Non aeternum alii coaeterno inferius deputetur. Hieron. ad Damaſ Epiſt. 57 Sufficiat nobis dicere vnam ſubſtantiam, tres perſonas ſubſiſtentes, perfectas, aequales, coaeternas.

COAEVVS, a, um. Adi. [ὁμῆλιξ] *Eiuſdem aeui. Laudatur* Cic. in Vatin. 31 c. 13 Hunc tu morem ignorabas? nunquam epulum videras nunquam puer aut adoleſcens inter coaeuos fueras? *Sed ex MSS. vir Docti legunt,* Inter coquos. Prudent. Cath. de Epiphania 12, 13 Inter coaeui ſanguinis Fluenta ſolus integer.

COAGGERO, are. Columel. 8, 6, 1 *de ouis diu ſeruandis,* Dein de eluunt, atque ita paleis aut furfuribus obruunt. Nonnulli ſolida, multi etiam freſa faba coaggerant: alii ſalibus integris adoperiunt *Eodem ſenſu dixit* obruunt, coaggerant, adoperiunt.

COAGGERATVS, a, um. Part. *Vt,* Lapides coaggerati Seru. a Virg. Aen. 5, 273.

COAGITO, are. [συνελαύνω] *Simul agitare.* Apic. 2, 1 Teſſellas coagitabis. *Add.* Id. 4, 3. Apul. de Mundo p. 61, 16 Quo modis aër nubium coitionibus cogitur: *quidam MSS.* coagitatu *apud Elmenh.*

COAGITATVS, a, um. Part. Marcell. Emp. cap. 8.

COAGITATIO, onis. f. [συνελασία] Cic. de Nat. Deor. 2 138 c. 55 Nam quae ſpiritu in pulmones anima ducitur, ea caleſcit pr mum ab ipſo ſpiritu, deinde coagitatione pulmonum. *Ita legit B daeus et vetera quaedam exemplaria.* Contagione *hodie editur.*

COAGMENTO, are. [συναρμόζω, συνάπτω] *Coniungere.* Vit 8, 7 p. 170 Vt tubulus nouiſſimus in lapide coagmentetur — et pr mus ad eundem modum coagmentetur. Cic. de Senect. 72 c. Sed viuendi eſt finis optimus, cum integra mente, caeteriſque ſen bus, opus ipſa ſuum eadem quae coagmentauit, natura diſſoluit. C Philipp. 7, 21 Docebo ne coagmentari quidem poſſe Pacem. Id. Clar. Orat. 98 Ipſa verba compone et quaſi coagmenta. Verba v bis quaſi coagmentare Cic. in Orat. 77 c. 23. *Add.* Quinct. 12, 10, 77

COAGMENTATVS, a, um. Partic. [συναφθεὶς] Quinctil. 6, 63 *de verbis,* Non enim recidere ea, nec polire poſſumus, quo c agmentata ſe magis iungant. Cic. de Fin. 3, 74 Quid enim aut i natura, qua nihil eſt aptius, nihil deſcriptius: aut in operibus manu factis tam compoſitum tamque compactum et coagmentatum inueniri poteſt? Neue aſper verborum concurſus, neue hiulcus ſit, ſed quodammodo coagmentatus et laeuis Cic. de Orat. 3 c. 43. Idem Tuſc. 1, 71 c. 29 In animi autem cognitione dubitare non poſſum (niſi plane in phyſicis plumbei ſumus) quin nihil ſit animus admiſtu nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duple Habitus gemmis coagmentatus Curt. 4, 7, 23.

COAGMENTVM, i. n. [συναφή] Coniunctio. Non. 1, 2 Coagmenta dicta ſunt coniunctiones artae et compares, a cogendo, eſt ſtringendo, vnde *coagulum* dicitur. Plaut. Moſt. 3, 2, 142 Vide coagmenta in foribus? TH. Video. TR. Specta, quam arc dormiunt. TH. Dormiunt? TR. Illud quidem, vt conniue volui dicere. *Proprium igitur de coagmentis verbum cum apta et arc ſunt, conniuere, in quo errare ſe ſimulat ſcurra.* Cato R. R. 18, Laudantur coagmenta Punicana. Coagmentorum compoſitio Vi 7, 1. Camerae coagmentum Idem 5, 10. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, Palma per eos dies in tecto inter coagmenta lapidum ex pauimento, *Add.* Ammian. 20, 14. Val. Max. 1, 6, 12. Gell. 17, 9 Litera ſingulariae, ſine coagmentis ſyllabarum. Tubulorum coagmen calce viua ex oleo ſubacta ſunt illinenda Vitruu. 8, 7.

COAGMENTATIO, onis. f. [συνάφεια] *Idem.* Vitruu. 2, p. 34 Vlmus et fraxinus — in commiſſuris et in coagmentationib ab lentitudine firmas recipiunt catenationes. Cic. de Vniuerſ. Omnis enim coagmentatio corporis vel caloris, vel frigoris, vel a qua impulſione vehementi labefactatur et frangitur. Cic. de N Deor. 2, 119 c. 46 Quae copulatio rerum, et quaſi conſentiens ad mu di incolumitatem coagmentatio naturae. Non diſſolubilis Id. ib. 1 c.

COAGMENTARIVS, i. m. Gloſſ. Gr. Lat. ἁρμολόγος, Coagme tarius. *Videtur eſſe artifex, qui coagmentat, compingit.*

COAGVLVM, i. n. [πητύα] *Ea pars viſcerum, qua ad denſa dum lac vtimur.* Plin. 8, 32 ſ. 50 *de hinnulo,* Contra morſus vero pra cipuum remedium ex coagulo hinnuli in vtero occiſi. Agnini hinnuli, leporis ſ. leporinum, porci ſ. porcinum Scribon. 197. *non tantum eſt ex inteſtinis animalium.* Varro R. R. 2, 11, 4 *vbi de c ſeo,* In lactis duos congios addunt coagulum magnitudine oleae, coëat, quod melius leporinum et haedinum, quam agninum. A pro coagulo addunt de fici ramo lac, et acetum, aſpergunt item al aliquot rebus, quod Graeci appellant alii ὀπόν, alii δάκρυον. Pl 7, 23 ſ. 63 Fici ſuccus lacteus aceti naturam habet. Itaque coagu modo lac contrahit. Pallad. Maio 9, 1 Hoc menſe caſeum coagu bimus ſincero lacte coagulis vel agni vel haedi, vel pellicula, qu ſolet pullorum ventribus adhaerere, vel agreſtis cardui floribus, lacte ficulneo. Calpurn. 3, 69 Nullo tremuere coagula lac Ouid. Faſt. 4, 545 Liquefacta coagula lacte. *i. caſeus. Dum enim diluit coagulum, ipſum ab eo ſpiſſatur.* Tibull. 2, 3, 17 Et miſce nouo docuiſſe coagula lacte. *Sed a Scaligero et Brouckhuſio cum aliis.* Ouid. Met. 13, 830 Lac mihi ſemper adeſt niueum:

nde bibenda Seruatur, partem liquefacta coagula durant. Gall. ſleg. 5, 37 Non ſic lac tenerum permixta coagula reddunt. *Add.* Plin. 11, 41. 28, 10. *et* 30, 13 *etc.* ¶ 2 *De ſemine humano ſurpat* Gell. 3, 16 Conceptum in vtero coagulum. *Conf.* Tertull. e Carne Chriſt. 4. Vulg. Iob. 10, 12. ¶ 3 Coagu- lum *etiam metaphorice vocatur quidquid coniungit.* Gell. 12, 1 Vinculum illud, coagulumque animi atque amoris, quo parentes cum filiis atura conſociat, interſcindunt (*hoc ad* vinculum) aut certe quidem iluunt (*ad* coagulum) deteruntque. Et P. Syrus in Mimis: Amicitiae coagulum vnicum eſt fides. Ammian. 29, 2 Palladius ille omnium aerumnarum coagulum. Hoc continet coagulum conuiuia Varro *ap.* Non. 1, 115. ¶ 4 Coagula *apud* Veget. Mulom. 1, 4, 1. *et* 45, 1. *et* Coagulare 4, 10, 3 *inteſtinum* colon, *vel principium ius, quod* caecum *dicitur, ſignificare videtur. Vid. Lexicon ruſticum.*

COAGVLO, āre. [πήσσω, πηγνύω] *Conſtringere, denſare: cuius paſſiuum eſt* Coagulor. Plin. 12, 25 Summa probatio eſt, vt lac coagulet. Pallad. Maio 9, 1 Hoc menſe caſeum coagulabimus. Plin. 20, 23 Tantaque vis ei eſt, vt aquae infuſa, coagulare eam dicatur. *De cannabe.* Vulg. Iobi 10, 12 Nonne ſicut lac mulſiſti me, et ſicut caſeum coagulaſti. *Intranſitiue.* Quum vero coagulauerit, repones Th. Priſcian. 1, 21.

COAGVLATVS, a, um. Part. Plin. 16, 11 Pix coagulata. *Et* Tertull. de Carne Chriſt. 4 Homo in vtero coagulatus.

COAGVLATIO, ōnis. f. [πῆξις] Plin. 28, 10 Nam id quoque venenum eſt in prima lactis coagulatione. Idem 23, 118 Contra meconium, lactis coagulationem, *etc.*

COALEO, COALESCO, ui, ĕre. [συμφύομαι] *Cohaerere, concreſcere.* Lucret. 6, 1066 Saxa vides primum ſola coaleſcere calce. Grandis ilex coaluerat inter ſaxa Sall. Iug. 93. Plin. 4, 2 f. 4 Vt niſi pinguiſſimo ſolo coalere non poſſit. *Sic quidem libri: ſed al.* Coaleſcere. *Hard.* Colere non profit. *Nondum itaque ſatis probata eſt forma illa* Coaleo. *Altera frequentior forma, v. g.* Coaleſcit gramen Col. 2, 18, 5. Sarmentum depreſſum Id. 3, 18, 6. Semen Col. 3, 5, 2. Surculus Varro 1, 41, 2. Triticum Col. 2, 6, 4. *Quibus omnibus locis felix germinantium prouentus indicatur, qui in eo inſt, ſi telluri matri* coaleſcunt, *i. concreſcunt, inhaereſcuntque firmiter, quod cum ſit, etiam* Comprehendere *plantae, item* Conualeſcere *dicuntur. Sic* Colum. de Arb. 27, 3 Sic interpoſito triennio coaleſcit finis oliuae, *de inſitione.* Gaius l. 9 ff. pr. de acquir. rer. domin. Qua ratione autem plantae, quae terra coaleſcunt, ſolo cedunt: eadem ratione frumenta quoque, quae ſata ſunt, ſolo cedere intelliguntur. Vlpian. l. 9 §. 2 ff. de damno infecto, Alfenus quoque ſcribit, ſi ex fundo tuo cruſta (*terrae*) lapſa ſit in meum fundum — ita demum vindicari poſſe — ſi non coaluerit, neque vnitatem cum terra mea fecerit. Nec arbor poteſt vindicari a te, quae translata in agrum meum cum terra mea coaluit *etc.* Plin. 9, 51 f. 76 ſcus f. belone vnus piſcium dehiſcente propter multitudinem vtero arit. A partu coaleſcit vulnus. ¶ 2 *Metaphor.* Quintil. 1, 5, 65 Voces compoſitae — e duobus quaſi corporibus coaleſcunt, vt *maleficus.* *Et* 1, 7, 26 Quia ſubiecta ſibi vocalis in vnum ſonum coaleſcere et confundi nequiret. Gell. 7, 7 Quod Affatim non eſſent duae partes orationis, ſed vtraque pars in vnam vocem coaluiſſet. Quinct. 2, 9, 3 Sicut hominis ortus ex vtroque gignentium confertur, et fruſtra ſparſeris ſemina, niſi illa praemollitus foverit ſulcus: ita eloquentia coaleſcere nequit, niſi ſociata tradentis accipientiſque concordia. Liu. 1, 8 Vocataque ad concilium multitudine, quae coaleſcere in populi vnius corpus nulla re, praeterquam legibus, poterat. *Et* 1, 11 Ita rem coaleſcere concordia poſſe. *Sic* Liu. 23, 35 Concordia coaluerant omnium animi. Hi, incredibile memoratu eſt, quam facile coaluerint Salluſt. Catilin. 6. *Add.* COOLESCO.

COALESCENS, tis. Partic. Liu. 1, 2 Populi in dies magis coaleſcentes. Vell. 2, 90, 1 Membra reip. coaleſcentia. Id. 2, 48, 5 coaleſcentis conditiones pacis. Gell. 17, 9 *de Scytale Lacedaemoniorum*, Reſolutio lori literas truncas atque mutilas reddebat, membraque earum et apices in partes diuerſiſſimas Spargebat — Literae per ambitum eundem ſurculi coaleſcentes rurſum coibant.

COALĬTVS, a, um. Partic. [συγκαγεγέθεις] Gell. 12, 1 Cuius corpore, cuiusque ex ſanguine concretus homo et coalitus ſit. Tacit. Ann. 14, 1 Vetuſtate imperii coalita audacia. Tacit. Ann. 4, 26 Coalitam libertate irreuerentiam eo prorupiſſe frementibus. Libertas coalita Tacit. Hiſt. 4, 55. *Quae metaphora vbique confirmatum robuſtum notat.*

COALITVS, ûs. m. Arnob. 4 p. 150 Quod penitus oportebat humani generis coalitu tolli, *ne coaleſcat, i. increbreſcat, confirmetur inter homines.* Coolitum *legi vult Lambinus ad* Lucret. 6, 1066. *vbi etiam* coolescere *probat.*

COALLVO, ĕre. *Si eſt Verbum, ſignificat per alluuionem aliquid augere. Laudatur* Pompon. l. 30 §. 2 ff. de acquir. rer. domin. Paulatim coalluendo, locum eminentem ſupra alueum fecit, et eum alluendo auxit *flumen. Sed Goth.* Colluendo legit.

COAMĬCVS, i. m. [ὁμόφιλος] Cic. de Amicit. 99 c. 26 Hic me ante omnes coamicos ſtultos ſenes Verſaris, atque luſeris lautiſſime: *ex veteri comoedia. Sic MSS. omnes Guilelmii. Sed praeualuit altera lectio, quam et ipſam boni codices habent,* Comicos.

COANGVSTO, āre. [συστενόω] Varro de R. R. 3, 16, 15 *de alveis apum*, Sed ita vti quum parum ſit qua compleant, eas coanguſtent: ne in vaſto loco et inani deſpondeant animum. *Vid.* Exiguior, *i.* EXIGVVS. Vlpian. in l. ſed addes. §. ſi inquilinus. D. locat. Si inquilinus arcam aeratam in aedes intulerit, et aedium Aditum coanguſtauerit dominus: verius eſt ex conducto eum teneri, et ad exhibendum actione, ſiue ſcit, ſiue ignorauerit. Cic. de Legib. 3, 32 c. 14 Atque haec lex dilatata in ordinem cunctum coanguſtari etiam poteſt. Propter pontem coanguſtabantur A. B. Hiſp. c. 5. *Paſſiu.* Celſ. 7, 27 *ad finem*, Quod ſi fiſtulae metus ex his cauſis quas propoſui, ſubeſſe videbitur, quo facilius claudatur ea, vel certe coanguſtetur, in anum quoque danda plumbea fiſtula eſt.

COANGVSTATVS, a, um. Part. *Vndique anguſtus.* Feſt. Conauditum, Coauditum ſicut coanguſtatum dicitur. *Quid. leg.* Conagulatum.

COAPTO, āre. *Apte coniungere, parare, accommodare.* Prudent. Pſychom. v. 559 Huius ſe ſpecie mendax Bellona coaptat. Hieron. Epiſt. 116 Maxime LXX interpretum conſuetudini me coaptaui. Mart. Capell. 1 p. 3 *ad matrimonii vinculum et coniunctionem refertur*, Sophiam — non placuit coaptari *coniugem Mercurio.*

COAPTATIO, ōnis. f. *Apta coniunctio.* Auguſt. Ciu. Dei 22, 24 Coaptatio, quae ἁρμονία Graece dicitur. Idem de Trinit. 4, 2 Hanc coaptationem dicere volui, quam Graeci ἁρμονίαν vocant.

COAPTVS, a, um. *Superl.* Mart. Capella 2 p. 35 Niſi haec, quibus plenum pectus geris, coaptiſſima egeſtione vomueris. *al.* Coactiſſima.

COARCTO, *vel* COARTO, āre. [συνοχωρέω, συστενοχωρέω] *Adſtringere, coniungere.* Plin. Epiſt. 1, 20, 8 Ne dubitare poſſimus, quae per plures dies, vt neceſſe erat, latius dixerit, poſtea reciſa ac repurgata in vnum librum, grandem quidem, vnum tamen, coartaſſe. Liu. 28, 5 Anguſtae fauces coarctant iter. Foenum in ſtruem Colum. 2, 19. Cic. de Orat. 1, 163 c. 35 Sed tu hoc nobis da Scaeuola et perfice, vt Craſſus haec, quae coarctauit, et peranguſte referſit in oratione ſua, dilatet nobis atque explicet. *i. paucis verbis perſtrinxit.* Ouid. Faſt. 5, 546 Cedere feſtinant, noxque coarctat iter. Petron. 58 Vulnus araneis oleo madentibus coarctat. ¶ 2 *Ponitur etiam pro* Cogere. Paull. l. 57 pr. de contrah. emt. Coartandus eſt emtor venditionem adimplere.

COARCTATVS, a, um. Part. *Vt,* Cic. Att. 2, 10 Cneius noſter quid conſilii ceperit, capiatue neſcio: adhuc in oppidis coarctatus.

COARCTE. Adu. *Compar. Laudatur* Gell. 9, 2 Si interpretari coarctius velis. *Vulgo legitur* Coactius.

COARCTATIO, *vel* COARTATIO, ōnis. f. [στενοχώρησις] Liu. 27, 46 Coarctatio plurium in anguſto tendentium facilior futura erat, quod Claudianus exercitus nihil ferme praeter arma ſecum in expeditionem tulerat. *Et* Hirt. Bell. Alex. c. 74 Caeſar ridebat inanem oſtentationem et eo loco militum coarctationem. Vitruu. 9, 9 Laxatio et Coartatio opponuntur.

COAREO, ēre, *vel* COARESCO, ĕre. Vitruu. 7, 11 Ab ignis vehementia conferueſcendo cum coaruerint.

COARGVO, ui, ūtum, ĕre. [κατελέγχω] *Redarguere, reprehendere, peccatum alicuius oſtendere et prodere.* Cic. de Inuent. 2, 137 Aut aliis quoque conſtitutionibus factum coarguetur. Cic. pro Muraen. 9 Fuga laboris, Deſidiam; repudiatio ſupplicum, ſuperbiam; amicorum neglectio, improbitatem coarguit. Coarguere, et conuincere. Cic. Verr. 4, 104 c. 47 Omnibus in rebus coarguitur a me, Conuincitur a teſtibus. Res coarguitur certioribus argumentis Auct. ad Heren. 2 c. 5. Cic. Verr. 5, 152 Meum crimen Auaritiae nimiae te coarguit. Id. Att. 9, 4 Quieſcamus, ne noſtram Culpam coarguamus. Criminibus coargui Cic. Verr. 4, 104 c. 47. Id. Acad. 1, 13 c. 4 Errorem eorum, qui ita putarunt coarguit. Cic. pro Cluent. 41 Digito legata deleuit: et quum id multis locis feciſſet, poſt mortem eius, ne lituris coargui poſſet, teſtamentum in alias tabulas transſcriptum ſignis adulterinis obſignauit. Cic. pro Ligar. 16 c. 5 Hominis non eſſet, in tanto diſcrimine et periculo ciuis, refellere et coarguere noſtrum Mendacium, *etc.* Cic. Verr. 4, 104 c. 47 Omnibus in rebus coarguitur a me, conuincitur a teſtibus, vrgetur confeſſione ſua, manifeſtis in maleficiis tenetur, et manet etiam, ac tacitus facta mecum ſua recognoſcit. Perfidiam coarguere Cic. Fam. 3, 8. Idem Verr. 5, . . Reus quum tot teſtibus coarguare, potes de damnatione dubitare? Plin. 11, 37 Certe extat oratio Vitellii, qua reum Piſonem eius Sceleris coarguit. Cic. de Lege Agr. 1, 17 Atque haec a me ſuſpicionibus et coniectura coarguuntur. Pſeudo-Cic. Anteq. iret in exil. 15 Sed quid ego plura de illorum aut in me maledictis, aut in vos ſcelerate loquar factis? quorum cognita improbitas, me tacente coarguitur turpitudine vitae, *etc.* Graecus teſtis Vinci, refelli, coargui putant eſſe turpiſſimum: ad id ſe parat: nihil aliud curat Cic. pro Flacc. 11 c. 5. Id. pro Milon. 37 Reliquum eſt, vt iam illum natura ipſius, conſuetudoque defendat, hunc autem haec eadem coarguant.

COARMIO, ōnis. m. Delicatus coarmio merenti fecit Inſcript. *ap. Reineſ. Ep. 44 ad Daum. p. 125. i. qui iisdem armis vtitur.*

COARO, āre. Qui coarat vulpi, fulcos variare neceſſe eſt Sariſb. Ep. 192.

COARTICVLO, āre. Arnob. aduerſ. Gent. 1 p. 31 Permittant vni ex populo, in officium ſermonis dandi, ora coarticulare mutorum. *i. facere, vt muti loquantur articulate.*

COASPERNOR, āri. Dep. *Legebant quidam* Tacit. Hiſt. 1, 5, 4 Laudata olim et militari fama celebrata ſeueritas eius, angebat coaſpernantes veterem diſciplinam. *Sed recte tuetur Gronou.* adſpernantes.

COASSO, āre. [σανιδόω] *Contabulare ſignificat,* Aſſis *enim tabula eſt.* Vitruu. 7, 1 Cum coaſſatum fuerit. *Legitur et* Coaxo.

COASSATIO, *ſ.* COAXATIO, ōnis. f. [σανίδωσις] *Contabulatio.* Plin. 36, 25 Neceſſarium binas per diuerſum coaſſationes ſubſterni. Coaſſatio transuerſa ſternatur Vitr. 7, 1.

COASSŎLET. Imperſ. *Idem quod* Aſſolet. *Sic legebat Acidal.* Plaut. Epid. 1, 1, 5 Quod coaſſolet. *ſcil. Fieri. At alii aliter legunt: Gronou.* eo aſſolet.

COAVDITVS. Feſt. Conauditum, Coauditum, ſicut conanguſtatum dicitur.

COAVGEO, ēre. *Hinc*

COAVCTIO, ōnis. f. Cic. Verr. 3, 189 c. 81 Ex coauctione annonae atque aeſtimationis.

COAVGMENTO, āre. *Inde*

COAVGMENTATIO, ōnis. f. *Prouocatur ad* Cic. de Nat. Deor. 2, 119 Quae copulatio rerum, et quaſi conſentiens ad mundi incolumitatem, coaugmentatio naturae, quem non commouet, hunc horum nihil vnquam reputauiſſe certo ſcio. *Sed in emendatioribus codicibus legitur.* Coagmentatio, *vid.* COAGMENTO.

COAVGMENTATVS, a, um. Part. *Vt,* Conſtructio coaugmentata *legitur* Mart. Capell. 5 p. 167. *Alii autem legunt* Coagmentata.

COAXO, āre. *Idem quod* Coaſſare. *Eſt enim* Axis *idem, qui* Aſſis. ¶ 2 Coaxare, [κοαξᾶν] *Etiam dicuntur ranae, quum vocem emittunt, quam probe effingit Ariſtophanes in ea comoedia, quae inſcribitur Ranae,* βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοάξ. Suet. Aug. 94 Atqui ex eo negantur ibi ranae coaxare. Et Auct. Philomelae v. 64 Garrula limoſis rana coaxat aquis. *Vid. etiam* Spartian. in Ant. Geta 5.

COAXATIO *eſt* COASSATIO.

## C O B

COBIO, ōnis. m. *Piſcis.* Plin. 32, 11 f. 53 Chalcis, Cobio, Callarias, aſellorum generis.

COBION, i. n. *Tithymali ſpecies eſt apud* Plin. 26, 8 f. 45 Septimum (Tithymali genus) dendroides cognominant, alii Cobion, alii Eptophyllon *etc.*

COCĂLVS, i. m. [Κώκαλος] *Siciliae rex, ad quem Daedalus ex Creta aufugit: inſequente Minoë Cretenſium rege, quem tandem a Cocali filiabus interfectum eſſe refert poſt alios Silius, cuius locum damus in* COCALIDES. Ouid. Met. 8, 261

Ianique fatigatum tellus Aetnaea tenebat
Daedalon, et ſumtis pro ſupplice Cocalus armis
Miris babebatur.

COCALĬDES, um. f. pl. *Filiae Cocali* Sil. 14, 42 Poſtquam perpetuas iudex conceſſit ad vmbras, Cocalidum inſidiis, *etc. Vid.* ibi Interpr.

COCANĬCVS, i. m. *Siciliae lacus: ex quo* ſalem Cocanicum *nominant.* Plin. 31, 7 Adulteratur Siculo, quem Cocanicum appellavimus, nec non et Cyprio maxime ſimili.

COCCĒTVM, *vid.* COCETVM.

COCCEVS, COCCINATVS, COCCINVS, *vid.* COCCVM.

COCCVM, i. n. *forte etiam* COCCVS, i. m. [κόκκος βαφικὴ] *Nobile illud granum, quo efficitur ille laudatus color* coccineus, *acutiſſime rubens ſ. puniceus, ex purpura etiam exſplendeſcens, ſed exſplendeſcens ſ. radians tantum e violaceo.* Plin. 9, 38 ſ. 62 Buccinum *(purpurae genus)* per ſe damnatur, quoniam fucum remittit. Pelagio admodum alligatur, nimiaeque eius nigritiae dat auſteritatem illam nitoremque, qui quaeritur, cocci. Plin. 16, 8 ſ. 12 Omnes *roboris* dotes ilex ſolo prouocat cocco. Granum hoc, primoque ceu ſcabies fruticis, paruae aquifoliae ilicis: cuſculium vocant: penſionem alteram tributi pauperibus Hiſpaniae donat. Gignitur et in Galatia *etc.* Id. 9, 41 ſ. 65 Coccum Galatiae rubens granum aut circa Emeritam Luſitaniae in maxima laude eſt. *Ex* Galatici *nomine corruptum paullatim eſſe nomen* Scarlati, Eſcarlat, Scharlach, *probabilis coniectura eſt I. F. Gronouii ad* Plin. 22, 2 ſ. 3 Atque vt ſileamus Galatiae, Africae, Luſitaniae granis coccum Imperatoriis dicatum paludamentis *etc.* Idem 24, 4 Coccum ilicis vulneribus recentibus ex aceto imponitur. — Eſt autem genus ex eo in Attica fere et Aſia naſcens celerrime in vermiculum ſe mutans, quod ideo ſcolecion vocant improbantque. Martial. 3, 2 *de libro*, Et cocco rubeat ſuperbus index, *nempe rubris literis ſcriptus.* Idem 5, 24 Non niſi vel cocco madida vel murice tincta veſte nites. *Et* 10, 76 Pullo Maeuius alget in cucullo, Cocco mulio fulget incitatus. *F. leg.* Incitati, *v. v.* Rubro cocco tincta veſtis Hor. Serm. 2, 6, 102. Coccum *diuerſum a* Purpura, *clare intelligitur* ex l. 70 ſi cui lana §. 13 D. de legat. 3. Purpurae autem appellatione omnis generis purpuram contineri puto: ſed coccum non continebitur *etc. Vbi ſimul hoc diſcimus*, Coccum *dictum eſſe pro tela aut lana certe cocco tincta.* Lucan. 10, 125 Pars auro plumata nitet, pars ignea cocco. Sil. 17, 396 At contra ardenti radiabat Scipio cocco. ¶ 2 Plin. 27, 9 ſ. 46 Cocco Gnidio color cocci, magnitudo grano piperis maior, vis ardens. Itaque in pane deuoratur, ne adurat, cum gulam tranſit. Huic vis praeſentanea contra cicutam. Celſ. 5, 5 *inter purgantia eſt* Coccum Gnidium. Scribonius Largus Cocci Gnidii *mentionem facit in* compoſitione 134 ad Hydropicos. Plin. 13, 21 ſ. 35 Granum Gnidium *appellat*, quod aliqui linum vocant: fruticem vero, *in quo naſcitur* thymelaeam, alii chamelaeam *etc.*

COCCEVS, a, um. Adi. *Cocco tinctus.* Lamprid. Alex. 42 Balneari veſte ad Palatium reuertens, hoc ſolum imperatorium habens, quod lacernam cocceam accipiebat. *Ita MSS. et probat Salmaſius: qui etiam apud* Vet. Interpr. Lamentat. Ier. 4, 5 *reſtituendum putat*, qui nutriebantur in cocceis, amplexati ſunt ſtercora: *pro eo, quod editur*, in croceis.

COCCINĔVS, a, um. Adi. [κόκκινος] *Idem.* Coccinei acini Plin. 21, 31. Lacernae coccineae *eſt* lemma Martial. 14, 131. Si Veneto Praſinoue faues, qui coccina ſumis.

COCCĬNVS, a, um. Adi. [κόκκινος] *Idem.* Coccinas Martial. 4, 28 *abſolute poſuit, pro veſtibus eius coloris. Idem genere neutro* 2, 16 Si fuerit ſanus, coccina quid facient? Idem 2, 39 Coccina famoſae donas, et ianthina moechae. *Add.* 14, 131.

COCCINĀTVS, a, um. Adi. [κοκκινωτὸς] *Coccina veſte indutus.* Martial. 5, 36 Clamat coccinatus Euclides. Puerulus coccinatus Suet. Domit. 4. Martial. 1, 97 Qui coccinatos non putat viros eſſe, *ſed effeminatos nimirum.*

COCCOGNIDIVM *coniunctim quidam ſcribunt, pro* Coccum Gnidium *v. v.*

COCCYX, ўgis. m. [κόκκυξ] *Auis eſt, de qua* Plin. 10, 9 ſ. 11 Coccyx ex accipitre videtur fieri tempore anni figuram mutans, quoniam tunc non apparent reliqui, niſi perquam paucis diebus: ipſe quoque modico tempore aeſtatis viſus non cernitur poſtea. Eſt autem neque aduncis vnguibus ſolus accipitrum, nec capite ſimilis illis, neque alio quam colore; ac victu columbi potius. Quin et ſumitur ab accipitre, ſi quando vna apparuere, ſola omnium auis a ſuo genere interemta. Mutat autem et vocem: procedit vere, occultatur Caniculae ortu, ſemperque parit in alienis nidis, maxime palumbium — Cauſa ſubiiciendi pullos putatur, quod ſciat ſe inuiſam cunctis auibus *etc. Eſt nimirum eadem auis, quam Latini* Cuculum *vocant, v. v.*

COCETVM *ſ.* CVCETVM, i. n. [κυκεὼν] Cocetum genus edulii ex melle et papauere factum, Feſtus. *Videtur autem in* edulii *nomine error ſubeſſe, et* potionis *potius fuiſſe ponendum. Apparet hoc ex* Tertull. adu. Valent. 12 *qui iungit plura* ex omnium, *vt ait*, deflora‑tione conſtructa, Graculum Aeſopi, Pandoram Heſiodi, Acci Patinam, Neſtoris Cocetum, Miſcellaneam Ptolemaei: *reſpicitque adeo haud dubie ad* Iliad. Λ, 623 ſqq. *vbi* Cyceonem *parans Hecamede Neſtoris captiua, interit poculo Pramnii vini caprillum caſeum, et farinam inſpergit.* Tucetum *forte obuerſatum eſt ei, quiſquis* edulii *hic mentionem fecit. Nam* potus *certe manſit apud Homerum*, κυκεὼν, *neque aliter, puto, Graeci alii.*

COCHLACAE *vel* COCLACAE dicuntur Lapides ex flumine rotundi ad cochlearum ſimilitudinem. Feſtus.

COCHLEA *ſ.* COCLEA, ae. f. [κοχλίας, κόχλος, φερέοικος] *Proprie videtur eſſe Teſta limacis: licet plerumque pro Ipſo limace, qui teſtam habet, accipiatur.* Plin. 8, 39 ſ. 59 *dixerat de ſerpentibus*, Omnia ſeceſſus tempore veneno orba dormiunt. Simili modo et cochleae. Illae quidem iterum et aeſtatibus, adhaerentes maxime ſaxis; aut etiam iniuria reſupinatae auulſaeque, non tamen exeuntes. In Balearibus vero inſulis cauaticae appellatae, non prorepunt e cauis terrae, neque herba viuunt, ſed vuae modo inter ſe cohaerent. Eſt et aliud genus minus vulgare adhaerente operculo eiuſdem teſtae ſe operiens: obrutae terra ſemper hae, et circa maritimas tantum Alpes quondam effoſſae, coepere iam erui et in Veliterno. Omnium tamen laudatiſſimae in Aſtypalaea inſula. Id. 30, 6 ſ. 15 Praecipue vero cochlearum cibus ſtomacho *medetur.* In aqua eas ſubferuefieri intacto corpo[…] earum oportet, mox et in pruna torreri, nihilo addito, atque ita vino garoque ſumi, praecipue Africanas — Virus tamen earu[…] grauitatem halitus facit. Proſunt et ſanguinem exſcreantibus dem[…] teſta tritae in aquae potu. Laudatiſſimae autem ſunt Africanae, et […] his Solitanae: Aſtypalaicae et Siculae modicae — Balearicae — Caprearum — Fluuiatiles et albae — Silueſtres — Marinae — quae Aceratae (ἀκήρατοι, *integrae, ſincerae*) vocantur, latae, mul[…] fariam naſcentes *etc.* Cic. de Diuin. 2, 133 c. 64 Vt ſi quis medic[…] aegroto imperet, vt ſumat, Terrigenam, herbigradam, domiporta[…] ſanguine caſſam potius, quam hominum more cochleam dicere. […] Cocleis *(ita ſemper fere apud Varronem ſcribitur)* alendis *agit* Var[…] R. R. 3, 14 int. *vnde quaedam excerpemus:* Ipſae exgruminantes (S[…] *ſpicor*, ex ſe ruminantes) ad propolam vitam diu producunt — I[…] que coquus has viuas an mortuas coquat, plerumque neſcit. Gene[…] coclearum ſunt plura, vt minutae, albulae, — Nam et valde a[…] plae ſunt, — ita vt in eas LXXX quadrantes coniici poſſint. F[…] *mat hoc* Plin. 9, 56 ſ. 82 *vbi* Cochlearum viuaria *memorat* — vt c[…] chleae quoque altiles ganeam implerent: cuius artis gloria in eam m[…] gnitudinem perducta ſit, vt octoginta quadrantes caperent ſingularu[…] calyces. Auctor eſt M. Varro. A. ad Her. 4, 62 c. 49 Iſte, qui ta[…] quam cochlea abſcondens retentat ſeſe tacitus, quo ſit tutus, comed[…] tur cum domo ſua, et aufertur. Plaut. Poen. 3, 1, 29 Viciſtis c[…] chleam tarditudine. Cochleae germanae Veget. Mulom. 1, 56, […] Cochlea Africana Scribon. 122. Viuae caro 46. Seren. Samon. 6[…] Dictamnum bibit, et cochleae manduntur edules. Recreabis […] Afra potorem cochlea Hor. Sat. 2, 4, 59. Teſtae vacuae cochl[…] rum Pallad. 1, 35, 8. Curuarum domus vda cochlearum Stat. Sil[…] 4, 9, 33. Plaut. Capt. 1, 1, 13 Quaſi cum caletur, cochleae in occul[…] latent, Suo ſibi ſucco viuunt, ros ſi non cadit: Item Paraſiti […] ¶ 2 Cochleae *nomen ob ſimilitudinem ad plura genera machinatio[…] transfertur. v. g.* Celſ. 8, 10 *vbi de fractis alligandis* Fere vero faſc[…] ſex opus eſt. Prima breuiſſima adhibenda, quae circa fracturam […] voluta ſurſum verſum feratur, et quaſi in cochleam ſerpat. *Sic* C[…] lum. 8, 17, 2 *in piſcina eſſe vult* Specus — alios ſimplices et rec[…] — alios in cochleam retortos, *i. cochleae inſtar tortuoſos. Speciat[…]* ¶ 3 Cochlea *vocatur preli pars illa ſulca ſpirali cochleae inſtar ex[…] vata, in quam aptus et conueniens ſtriis lacunis ſuis axis preli, vectiſ[…] traiectis attollitur deprimiturue. Talium* cochlearum *mentio* Vitru[…] 6, 9 *vbi* Torcular cochleis torquetur. *Sic* Pallad. Mart. 10, 10 […] cochlea exprimis, *i. prelo, torculari. Et* Oct. 19, 2 Cochleae ſupp[…] ſita ſporta comprimitur. *Add.* Plin. 18, 31 ſ. 74. ¶ 4 C[…] chlea quae magnam copiam extollit aquae *deſcribitur* Vitruu. 10, […] *in qua fieri iubet* inuolutos canales, et iuſtam cochleae naturalemq[…] imitationem. *Hac cochlea etiam exhauriri aquam iubet 5 extr.* […] *De ſcalis* Vulg. Int. 3 Reg. 6, 8 Per cochleam aſcendebant in medi[…] coenaculum, et e medio in tertium. ¶ 6 Cochlea, *eſt iam Oſtii verſatilis genus.* Varro R. R. 3, 5, 3 Oſtium habere hum[…] et anguſtum, et potiſſimum eius generis, quod cochleam appellant, ſolet eſſe in cauea, in qua tauri pugnare ſolent. *Vid. not.*

COCHLEARIVM, i. n. [κοχλιοτροφεῖον] *Locus, quo alun[…] cochleae.* Varro de R. R. 3, 14, 1 Nam et idoneus ſub dio ſumen[…] locus cochleariis, quem circum totum aqua claudas, ne quas ibi […] fueris ad partum, non liberos earum, ſed ipſas quaeras. *Et* 3, 12 Praeterea in eodem conſepto fere habere ſolent coclearia, atque […] vearia, atque etiam dolia, vbi habeant concluſos glires. ¶ *Inſtrumentum notum, ad liquida haurienda, quod* Cochleare *alias vo[…] tur, et menſurae etiam rationem habet apud* medicos. Plin. 20, 21 ſ. […] Cum addito mellis ſextario rurſus decocto ad ſextarios duos ſi cochlea[…] rii menſura in die ſorbeatur in aquae cyatho. *Sed hoc potuit* […] *fuiſſe* Cochleari menſura, *adiectiue, de quo ſtatim. Certiora ſunt* Scr[…] bon. 94 Per Cochlearium deuorare. *Et* 96 Cochleario dare. It. miſcere, *et* 122 mouere liquorem, *et* 76 ſumere, *et* 96 terere. 76 Cochleariorum trium menſura.

COCHLEĀRE, *vel* COCHLĔAR, is. n. [κοχλιάριον] […] *ſtrumentum quod* Martial. 14, 121 *ſic deſcribit*, Sum cochleis habil[…] ſed nec minus vtilis ouis, Numquid ſcis, potius cur cochleare voce[…] Columel. 12, 21, 3 Idque quum eſt aridum factum, molitur, et ex molito poſt ſalituram muſti cochlear cumulatum, vel ſimile genus […] culi eius, quae eſt quarta pars cyathi, adiicitur in binas vrnas. *Qu[…] quid ſit de lectione, illud aliunde etiam conſtat*, Cochlear *ſ.* ligulam […] quartam partem cyathi. *vid.* Ligula *ſub* LINGVA. *Alias* Cochlea[…] *menſuras et proportiones vid. apud* Q. Fannium de Ponder. 78 ſq[…] Seren. Sam. 1022 Sed cochlear plenum guſtu tibi ſufficit vno. *Et* 10[…] Cui tu terna dabis guſtu cochlearia in vno. ¶ 2 Cochle[…] *eſt etiam Patina, in qua cochleae apponuntur, poſtea ad alios cibos tran[…] fertur. Vid. Salmaſ. ad* Treb. Poll. l. 130. Edit. Pariſ.

COCHLEĀRIS, e. Adi. Plin. 21, 27 ſ. 99 Tuſa hydropicis datur […] aqua cochleari menſura. *Niſi forte ſcriptum ſit* Cochleari, *pro* Cochlear[…]

COCLEĀTVS, a, um. Adi. *Vt*, Pompon. *apud* Nonium 2, 2[…] Vbi inſilui in cochleatum eculeum, ibi tolutim tortor: *Videtur* Equ[…] leum, *in quo torquentur, laſciuia comica deſignare.*

COCHLEATIM. Adu. Sidon. Epiſt. 4, 15 Agger cochleatim fr[…] ctus, *via circa praeruptos montes per anfractus ſpirales munita.*

COCHLIS *ſ.* COCLIS, ĭdis. f. *Significat, quae cochleae aliqua[…] ſimilitudinem habent. In gemmarum tractatu* Plin. 37, 12 ſ. 74 Cochl[…] des quoque nunc vulgatiſſimae fiunt verius quam naſcuntur — art[…] ficum ingenio varie diſtribui in venas ductusque macularum — quondamque tantae magnitudinis fecere, vt equis regum in orien[…] frontalia, atque pro phaleris penſilia facerent. *Etiam* Treb. Pollio[…] *reſtituit Salmaſius* in Zenobia p. 532 *Hack.* Media etiam *fimbria* coc[…] de, *(ſic MS. pro* Cyclade) veluti fibula muliebri adſtricta: *vt ad* Coclis ſ. Cochlis *gemma fuerit pro fibula, quae fimbriam mediam adſtri[…] geret.* ¶ 2 *Pro ſcalarum genere, vt* Cochlea n. 5 *accip[…] tur.* P. Victor Reg. 8 Forum Traiani cum templo, et equo aene[…] et columna cochlide, quae eſt alta pedes centum viginti octo, habe[…] que intus gradus centum octoginta quinque, feneſtellas quadragin[…] quinque. *Et* Reg. 9 Templum Diui Antonini, cum cochlide co[…] lumna *etc.*

COCLETA *ſ.* COCHLETA *apud* Sueton. Iul. Caeſ. 39 *legit* […] MSS. *quibusdam Boxhornius, et huc accommodat locum* Feſti, Cocle[…] ager, in quo frutices exiſtunt in modum cochlearum. *Sed vid.* C[…] DETA, *quae certior lectio eſt.*

COCIO, ōnis. m. *quis eſſet, diſputatur ad illud* Plauti Aſin. 1, 3, Vetus eſt, nihili cocio eſt. Feſtus, Cociones (*al.* Coctiones) dicti v[…] dent[…]

dentur a cunctatione: quod in emendis vendendisque mercibus tarde perueniant ad iuſti pretii finem. *Gronouius poſt Muret.* V. L. 9, 11 *dicit*, Cocionem *vel* Cotionem *pro* Cautione *poſitam eſſe*, *vt* Copo *pro* Caupo. *vid. ipſum*, *et Salmaſ. de Vſuris* p. 345. Gloſſ. Vet. μεταπράτης, Cocio. *It.* Cocio μεταβόλος. *vid.* et Gell. 16, 6. *et Scalig. in Feſt. voce* Arilator, *et Rutgerſ. V. L.* 2, 19. Porphyr. ad Hor. Sat. 2, 3, 25 Cognomen Mercurialem *ita explicat*, Lucroſum, qui cocio (*al.* Coctio) appellatur: omnes enim Cociones lucro ſtudent.

COCIŎNOR, āri. *Cunctari in emendo.* Quinctil. Decl. 12, 21 p. 263 Vendidit quantum voluit, quanti voluit — fortaſſe diu cocionatus eſt. *Vid.* Salmaſ. de Vſur. p. 345 ſq.

COCIONATVRA, ae. f. Gloſſ. Gr. Lat. μετάπρασις Cocionatura.

COCIATOR, ōris. m. *Idem ac* Cocio. Gloſſ. Vet. μεταβόλος, Dardanarius, cociator, arilator, cocio. *Al.* Gl. Cociatria (*Scal.* Cociatrina *malit*) μεταβλητική.

COCISTRO, *vid. ſub* COQVO.

COCLES, ĭtis. m. [μονόφθαλμος] *Ab antiquis dicebatur, qui vnum tantum oculum habebat.* Plaut. Curc. 3, 22 Vnocule ſalue. C. quaeſo, derideſne me? LY. de Coclitum proſapia te eſſe arbitror: nam hi ſunt vnoculi. Arimaſpos *nempe intelligit*, *gentem vnoculam: vel quod probabilius videtur*, Cyclopes, *a quo nomine* Cocles *corruptum eſſe, vix dubium eſt: quod monuit Scaliger ad* Varron. de L. L. 6, 3 *extr.* Ab oculo cocles, vt ocles dictus, qui vnum haberet oculum. Plin. 11, 37 Qui altero lumine orbi naſcerentur, Coclites vocantur. *Haeſit hoc cognomen Horatio illi, qui Porſena rege vt docet* Liu. 2, 10 *per Sublicium pontem tranſire in vrbem Ianiculo capto conante, ſolus Hoſtium impetum ſuſtinuit, donec a tergo pons a ſociis frangeretur: quo fracto, cum armis in Tiberim deſiliit, et illaeſus ad ſuos transnauit. Narrat etiam* Valer. Max. 3, 2, 1. Virg. Aen. 8, 650 Illum indignanti ſimilem, ſimilemque minanti Aſpiceres, pontem auderet quod vellere Cocles. Cic. de Legib. 2, 10 c. 4 Nec quia nusquam erat ſcriptum, vt contra omnes hoſtium copias in ponte vnus aſſiſteret, a tergoque pontem interſcindi iuberet, idcirco minus Coclitem illam rem geſſiſſe tantam, fortitudinis lege atque imperio putabimus. *Add.* Off. 1, 61 c. 18.

COCOLOBIS, *ſ.* COCOLVBIS, is. f. *Hiſpanis vuae genus eſt, quam Dyrrhachini* Baſilicam minorem *vocant.* Plin. 14, 2. Columel. 3, 2, 19.

COCTA, COCTIBILIS, COCTILIS, COCTIVVS, COQVVS. *vid.* COQVO.

COCTILIA, *vid. ſub* COQVO, *it.* COACTILIA.

COCTANA, *vid.* COTONA.

COCTVRA, COCTVS, COCVLVM *et* COCVS, *vid.* COQVO.

COCȲTVS, i. m. Fluuius inferorum, dictus ἀπὸ τοῦ κωκύειν, id eſt lugere. Nam Homerus ſic poſuit. Eſt autem locus vicinus Acheronti. *Haec* Seruius *ad illud* Virg. Aen. 6, 132 Tenent media omnia ſiluae, Cocytusque ſinu labens circumuenit atro. Cic. Tuſc. 1, 10 Dic quaeſo, num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus, tranſuectio Acherontis, *etc.* Ater Cocytus errans languido flumine Hor. Carm. 2, 14, 18. Inamoenus Stat. Theb. 1, 89. Sen. Herc. fur. 870 Palus inertis foeda Cocyti iacet. Idem Herc. Oet. 963 Non me rigentis ſtagna Cocyti tenent. *Sed Gron. e MS.* Gementis. Seuerus Cocyti amnis Virg. Georg. 3, 38. Acheron omnem Cocyto eructat arenam Idem Aen. 6, 297 Seruius, Acheronta vult quaſi e imo naſci Tartaro; huius aeſtuaria Stygem creare; de Styge autem naſci Cocyton. Et haec eſt Mythologia. Nam Phyſiologia hoc habet: Quia qui caret gaudio ſine dubio triſtis eſt. Triſtitia autem vicina luctui eſt, qui procreatur ex morte: vnde haec eſſe apud inferos eſſe dicit. Limus cocyti niger et deformis arundo Virg. Georg. 4, 479. Stagna alta Cocyti Idem Aen. 6, 323. Cic. de Nat. Deor. 3, 43 Ergo etiam Orcus frater eorum deus, et illi, qui fluere apud inferos dicuntur, Acheron, Cocytus, Pyriphlegethon, tum Charon, tum Cerberus dii putandi.

COCYTIVS, a, um. Adi. *Vt*, Claud. in Ruf. 2, 471 Dextra Cocytia findit Aequora.

COCYTIA, orum. n. pl. [Κωκύτια] Sacra erant, quae fiebant in honorem Proſerpinae, quam Pluto rapuit. *Auctor* Porphyrio *in illud* Hor. in Epod. 17, 56 Inultus vt tu riſeris Cocytia. *Sed legendum, quod optimi quique libri habent*, Cotyttia, COTYTTO, *v. v.*

## C O D

CODA, ae. f. [οὐρά] Codam veteres dicebant pro Cauda. Varro. *Sed* vt canis ſine coda. *Haec* Nonius 2, 125. Retro creſcit vt coda vituli Petron. c. 44. In modum codarum equinarum Feſt. *voce* Codeta. *Add.* Apul. de Herb. c. 92 n. 10. Parei Lex. Crit. *etiam ita legi ait in MSS.* Feſti *voce* October: *et* Cic. Verr. 2, 191 c. 78 *vbi* Cauda *nunc editur. Nos quoque* Coda *edidimus* Varr. R. R. 2, 7, 5.

CODETA, ae. f. *Auctore* Feſto, Ager trans Tyberim, quod in eo virgulta naſcerentur equinis caudis ſimilia. Suet. Caeſ. 39 In minore Codeta defoſſo lacu. *Ex hoc autem loco conicimus, et* maiorem *et* minorem Codetam *fuiſſe. Tuentur hanc lectionem etiam* Turneb. Aduerſ. 24, 14. *et* Aug. Villoinar. in Titium 10, 12.

CODEX, ĭcis. m. [κόρμος] *Idem qui Caudex, truncus arboris.* Columel. 4, 8, 2 *de ablaqueatione*, Recedere ab ipſo Codice inſtar vnius digiti ſpatio conueniet, atque ita radiculas praecidere. *Et* ſ. 4 Nec enim celeriter radiculae inueterato iam codice enaſcuntur. Ouid. Met. 6, 433 Codice qui miſſo, quem vix iuga bina mouerent Iuncta, Phocleniden a ſummo vertice fregit. *Truncus itaque ingens eſt Codex. Sic ponitur* Codex robuſtus, *pro Supplicii genere apud* Plaut. Poen. 5, 3, 34 *nempe Ligneus ſtipes, quem alligati ſerui, qui deliquerant, trahebant, cuique inſidebant vincti, De hoc* Propert. 4, 7, 44 Codicis immundi vincula ſentit anus. *Et* Iuuen. Sat. 2, 57 Horrida quale facit reſidens in codice pellex. *Significat, a matre familias ancillam pellicem male tractari, et in vinculis habitam lanificio perpetuo fatigari.* Vet. Schol. ad h. l. Magno odio habetur apud vxorem ea, quae domino miſcetur. Ergo hanc inſequens grauioribus poenis domina catena vinctam infigit codici, atque ita iubet facere penſa. Codex, [βίβλος] *etiam dicitur Liber. Antiqui enim in tabulis ſcribebant; et* Plurium tabularum contextus, Caudex *ſ. Codex* dicebatur antiquis, *vt in* CAVDEX *monuimus ex* Sen. de Breuit. vitae 13. *Eſt igitur* Codex *in hoc a volumine diuerſus, quod eſt maſſa vel corpus tabularum plurium ſibi inuicem impoſitarum, quales ligneae caeteroquin vel eboreae, vel membranaceae, aut papyraceae eſſe poſſunt. Eſtque adeo* Codicis *forma, quae hodiernorum librorum; cum* Volumen *habeat chartas chartis attextas in longitudinem, quae deinde in vnum rotulum ſ. Cylindrum voluuntur. Haec* *perſequitur Salmaſ. de Modo Vſur.* p. 404 ſqq. Cic. Verr. 1, 119 c. 46 Itaque L. Piſo multos codices impleuit earum rerum, in quibus ita interceſſit, quod iſte aliter atque vt edixerat, decreuiſſet. Idem Verr. 1, 92 c. 36 Deinde in codicis extrema cera nomen infimum in flagitioſa litura fecit. *Vbi* Aſcon. In extrema cera eſt, perinde ac In vltima tabula, vltima parte tabulae. *Apparet* Codicis *vnius plures eſſe* Ceras *ſ. tabulas Ceratas. Vt autem hic, ita alias ſaepe*, Codex *de* tabulis Accepti et Expenſi *dicitur. Exempla plura ſuppeditat* Ciceronis pro Roſcio Comoedo oratio. *E. g. ſtatim principio*, Egone talem virum corrumpere potui, vt mea cauſa falſum in Codicem referret? *Et* ſ. 4 Non refert parua nomina in Codices? — Quomodo H-S CCCIↃↃↃ in Codice accepti et impenſi non ſunt? eſſene quemquam tanta audacia praeditum, qui quod nomen referre in tabulas timeat, id petere audeat? Quod In Codicem iniuratus referre noluit, id iurare in litem non dubitet? *Et* 5 c. 2 Non habere ſe hoc nomen in Codice accepti et expenſi relatum, confitetur: ſed in Aduerſariis patere contendit. — Suum Codicem teſtis loco recitare arrogantiae eſt: ſuarum perſcriptionum et liturarum Aduerſaria proferre, non amentia eſt? Quod ſi eandem vim, diligentiam, auctoritatemque habent Aduerſaria, quam tabulae; quid attinet Codicem inſtituere, conſcribere, ordinem conſeruare, memoriae tradere literarum vetuſtatem? — Tamen in Codicem acceptum et expenſum referri debuit. *Conf.* ADVERSARIA. *De actis quibusdam Praetoris* Cic. in Verr. 2, 157 c. 61 Ignoſci tibi oportere, quod Falſum codicem protuleris: — referendo in tabulas et priuatas et publicas, quod geſtum non eſſet, tollendo quod eſſet, curando ne litura appareat, interpolando. *Idem* codex *vocatur* Interlitus Cic. pro Cluent. 91 c. 33. *Sed etiam de teſtamento* Iuuen. Sat. 10, 236 Codice ſaeuo Haeredes vetas eſſe ſuos: *etc. i. Teſtamento inofficioſo: quo pater liberos ſuos omittit. Vid.* CODICILLVS n. 2. Legere Codicem ſuum *vel* Recitare *crimen* Cornelii Trib. pl. *a quo illum defendit* Cicero *vid.* Aſcon. ad Fragm. *illius* Orat. Cic. in Vatin. 5 c. 2. Quinctil. 4, 4, 8. *Caeterum hinc vſque repetendum videtur, quod* Legum *collectiones* Codices *dici coepere. Vid.* Iuſtiniani de codice ſuo conſtitutiones. Obſignare Cic. Verr. 1, 149 c. 57 *de rationum codice.* Recognoſcere Idem in Vatin. 5 c. 2. Referre in codicem Id. pro Sull. 44. *De varia materia Codicum* Vlpian. l. 52 pr. de Legat. 3 Librorum appellatione continentur omnia volumina, ſiue in charta, ſiue in membrana ſint — Quod ſi in Codicibus ſint Membraneis, vel Chartaceis, vel etiam Eboreis, vel alterius materiae, vel in ceratis Codicillis *etc.*

CODICILLVS, i. m. Dimin. [βιβλάριον] *Paruum codicem ſignificat.* Codicilli *vero numero plurali fere ſemper efferuntur:* Semper, *ſi audias* Gaium l. 148 de V. S. *Sed ſingulari tamen vtuntur* Impp. l. 7 C. Th. de bonis maternis: *et* l. 40 eod. de haeret. *Primo de genere epiſtolarum adhibetur, tumultuario, feſtinato, et inter praeſentes.* Cic. Fam. 6, 18 Simul accepi a Seleuco tuas literas, ſtatim quaeſiui a Balbo per codicillos, quid eſſet in lege? Reſcripſit *etc. Add.* Sulpic. ad Cic. 4, 12. *Etiam ex Codicillis per librarios deſcriptae literae mittuntur.* Cic. Fam. 9, 26 Accubueram hora nona, cum ad te harum exemplum in Codicillis exaraui. ¶ 2 *Sollemni apud ICtos ſignificatione* Codicilli *ſunt vltima voluntas minus ſolemniter declarata eorum, qui vel plane inteſtati ſunt, vel teſtamento ſuo addere aliquid vel demere volunt. Originem enarrat ipſe* Imperator Inſtit. 2, 25. *Nomen ortum inde, quod epiſtolae ad heredem formam fere haberent, cum non conſtituere heredem liceret codicillis, ſed* legare *tantum, aut* fidei *heredis aliquid committere. Vid. ICti.* Tit. de Iure Codicillorum ff. 29, 7. *Nos illud modo notamus,* Codicem *de teſtamento dictum obſeruauimus* a Iuuenale 10, 236. *De* Auguſti teſtamento Suet. Duobus codicibus partim ipſius, partim libertorum manuſcriptum *fuiſſe. Nempe duo exempla erant, alterum Auguſti ſcriptum manu, alterum librariorum.* Cic. Q. Frat. 2, 11 *pr.* Epiſtolam hanc conuicio efflagitarunt codicilli tui. Sen. Epiſt. 55 *extr.* Video te, mi Lucili, quum maxime audio: adeo tecum ſum, vt dubitem, an incipiam non epiſtolas, ſed codicillos tibi ſcribere. *Recte igitur P. Manutius,* Codicilli *tabellae ceratae erant, in quibus aliquid ſtilo aut breuiter aut feſtinanter ſcriptum fuerat. Itaque commodiſſime iis veteres vtebantur, quum ſcribere in codicillis poſſent vel in coena, vel in curia, vel in via, vel vbicumque libuiſſet: charta autem non item, in qua ſcribere ſine atramento et calamo non poterant. Neque vnquam in codicillis quidquam eſſe ſcriptum reperietur, niſi quum aut breuiter aut raptim ſcribendum eſſet. Quare* Literae *erant, quae in charta ſcriptae fuerant;* Codicilli, *Tabulae ceratae, in quibus aliquid breuitatis vel feſtinationis cauſa exarabatur. Add. Lipſ. Inſtit. Epiſt.* c. 2. *Sunt igitur* Codicilli *iidem, qui* pugillares: *quod reliqua oſtendent:* Hic ſententias noſtras in codicillos et omnia verba referebat Cic. Phil 8 c. 10 *tumultuaria igitur ſcriptione. Sic* Cic. Att. 4, 8 Codicillorum faſti *videtur priuata ſcriptio, qua quis in codicillis ſcribit, qui repulſam tulerint, quos futuros ſuſpicetur magiſtratus e. i. g. a.* Sueton. Calig. 55 Equiti Romano tumultuanti per centurionem denuntiauit, abiret ſine mora Hoſtiam, perferretque ad Ptolemaeum regem in Mauritaniam codicillos ſuos: quorum exemplum erat, Ei, quem iſtuc miſi, neque boni quidquam, neque mali feceris. *Hic videntur extemporales tabellae intelligi. Verum* Codicilli *dicti ſunt etiam operoſiores principum literae, ac diplomata adeo, quibus imperarent aliquid, vel conferrent officia.* Sueton. Cal. 18 Senatori miſit Codicillos, quibus Praetorem eum extra ordinem deſignabat. *Et iam* Tib. 22 Agrippam tribunus militum cuſtos appoſitus occidit, lectis codicillis, quibus vt id faceret iubebatur. Quos codicillos dubium fuit, Auguſtusne moriens reliquiſſet — an nomine Auguſti Liuia — dictaſſet. *Et* Tib. 42 Quorum alteri Syriam prouinciam, alteri praefecturam vrbis confeſtim detulit, Codicillis quoque (*quibus deferebat ea munera*) iucundiſſimos et omnium horarum amicos profeſſus. Id. Suet. Claud. c. 29 Suppoſitos, aut etiam palam immutatos datorum officiorum codicillos. Hermogenianus in l. adminiſtrantes. D. de excuſationib. tutor. Adminiſtrantes res principum, ex indulgentia eorum, licet citra codicillos, a tutela itemque a cura tempore adminiſtrationis delata excuſantur. *Sic* Inſignia codicillorum auferre, *pro Munere publico, honore, et dignitate priuare* Conſtantius et Iulianus imperator in l. iudices, C. de dignitatibus.

CODICILLĀRIS, e. Adi. [βιβλάριχος] *Vt*, Poteſtas codicillaris Lampridio Alex. Seuer. 49 *ea, quae beneficio principis et diplomate regio obtinetur. Sic* l. iudices, de dignitatibus, Codicillorum inſignia *vocantur.*

CODIAMINON, i. n. *Legebatur* Plin. 21, 11 ſ. 38 Herba eſt bis quotannis florens, vere et autumno, aeſtates hiemesque fugiens. *Sed Harduin.* Cyclaminum.

CODICARIAE. [κόρμινοι] *Naues dictae ſunt, quae et* Caudicariae,

riae, *quod e* Codicibus *ſ.* Caudicibus, *factae eſſent.* Varro de Vita Pop. Rom. *apud* Non. 13, 12 Quod antiqui plures tabulas coniunctas codices dicebant, a quo in Tiberi naues codicarias appellamus. Salluſt. Hiſt. 4 *ibidem*, Et quanquam ad id naues codicariae occulto per hiemem fabricatae aderant. *Vid.* CAVDEX n. 2.

CODICARII, *vid.* CAVDICARII.

CODICVLA, ae. f. *Pro* Caudicula, *vel* Caudula Apic. 7, 1.

CODRVS, i. m. [Κόδρος] Athenienſium dux fuit, qui orto bello inter Laconas et Athenienſes, quum reſpondiſſet oraculum, illos poſſe vincere, quorum dux periiſſet: habitu humili profectus eſt ad hoſtium vicina tentoria, et illic iurgio eos in ſuam caedem inſtigauit, et a nullo cognitus fecit locum oraculo. *Haec* Seruius *explicans illud* Virg. Eccl. 5, 11 Incipe Mopſe prior, ſi quos aut Phyllidis ignes, Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri. *Scaliger in Animadu. Euſeb. dicit, Virgilium non reſpexiſſe ad* Codrum *Athenienſium regem, ſed ad quendam paſtorem eiusdem nominis.* Cic. Tuſc. 1, 116 c. 48 Conſeruator ciuitatis Codrus. Idem de Fin. 5, 62 c. 22 Codrus ſe in medios immiſit hoſtes veſte famulari, quod oraculum erat datum, ſi rex interfectus eſſet, victrices Athenas fore. Codrus pro patria non timidus mori Hor. Carm. 3, 9, 2. *Vid.* etiam Vellei. 1, 2. Iuſtin. 2, 6, 19. *et* Valer. Max. 5, 6, 1 *extr.* ¶ 2 Codro pauperior *proverbium, ſi audimus Eraſmum, qui laudat verſum ſub Iuuenalis nomine,* Tota domus Codri rheda componitur vna. *Sed* Iuuenalis 3, 10 *de amico ſuo Vmbricio*, Sed dum tota domus rheda componitur vna. *Potius laudare debebat eiusdem* Iuuen. 3, 208

Nil habuit Codrus: quis enim negat? et tamen illud
Perdidit infelix totum nihil: vltimus autem
Aerumnae cumulus, quod nudum et fruſtra rogantem
Nemo cibo, nemo hoſpitio, tectoque iuuabit.

*Add.* Mart. 3, 15. ¶ 3 *Et boni Poëtae nomen* Virg. Ecl. 7, 22. *et mali* Iuuen. 1, 2 Vexatus toties rauci Theſeide Codri.

## C O E

COELE SYRIA, ae. f. [Κοίλη Συρία] *i. Syria caua, inter Libanum et Antilibanum velut excauata.* Plin. 5, 12 ſ. 13 Syria — pluribus diſtincta nominibus. Namque Palaeſtina vocabatur, qua contingit Arabas, et Iudaea, et Coele, dein Phoenice *etc.*

COELEBS, COELIBATVS, *vid.* CAELEBS *ſupra.*

COËLEMENTĀTVS, a, um. *Monſtroſum verbum Valentinianorum vt videtur*, Tertull. adu. Valent. 23 Subeſt enim Demiurgus in hebdomade ſua, magis diabolus, in iſto nobiſcum communi mundo coëlementato et concorporificato *etc. ex Graeco arbitror* συστοιχειωθέντι *et* συσσωματωθέντι.

COELESTVS, *vid.* CAELESTVS.

COELIACVS, i. m. [κοιλιακὸς] *Quaſi tu* ventralem *ſ.* ventricularem *dicas, intell.* morbum. Celſ. 4, 12 In ipſius vero ventriculi porta conſiſtit is, qui et longus eſſe conſueuit: κοιλιακὸς a Graecis nominatur. Sub hoc venter indureſcit, dolorque eius eſt. Aluus nihil reddit, ac ne ſpiritum quidem tranſmittit. Extremae partes frigeſcunt. Difficulter ſpiritus redditur *etc.* Coeliacus, *etiam dicitur is, qui coeliaco morbo laborat*, Coeliaci, qui ſubito vniuerſa (et multa) deiiciunt Scribon. 95. 111. *Exempla creberrima ſunt apud* Plin. *vt* 23, 1 Decoctum eorum veteres dyſentericos et coeliacos iuuat. *De nucleis acinorum. Conf.* Id. 20, 14. Cael. Aurel. Tard. 4, 3.

COELIVS. Mons dictus eſt, *auctore* Feſto, a Coele quodam ex Hetruria, eo quod in eo domicilium habuit. *Alii aliter. Vid.* CAELIVS.

COELVM, *vid.* CAELVM.

COËMENDATVS, a, um. *Vna vel mutuo emendatus.* Arnob. 2 p. 56 Inops vita — dum imitatur, experitur, et tentat, dum labitur, reformat, immutat, ex aſſidua reprehenſione paruas et concinnauit ſcientiolas artium, et ad vnum exitum temporibus plurimis Coëmendata perduxit. *Forte leg.* Coëmendatas.

COEMENTVM, *vid.* CAEMENTVM.

COEMETERIVM, i. n. [κοιμητήριον] *Proprie Cubiculum dormitorium: apud Chriſtianos locus, vbi mortuorum corpora conduntur, ad indicandam ſpem reſurrectionis. Vid. Coqueius ad* Auguſt. de Ciu. Dei, 1, 13. *Vtitur* Hieron. Catal. Script. Eccleſ. in Ignatio. ſ. c. 16.

COËMO, ēmi, emtum, ĕre. [συνωνέομαι] *Emere plura ſignificat, vel Simul emere.* Ter. Adel. 2, 2, 18 Coëmiſſe, hinc quae illuc veheres multa. Cic. Fam. 15, 19 Omnia bona coëmit. Idem Verr. 4, 133 c. 59 Quae tum non modo non vendebant, verum etiam coëmebant. Coëmere frumentum Quinctil. 11, 1, 80. ¶ 2 Coëmere *pro mercede conducere poſitum volunt a* Sueton. Veſpaſ. 18 Praeſtantes Poëtas, nec non et artifices coëmit: item coloſſi refectorem inſigni congiario magnaque mercede donauit. *Si certa eſſet lectio, poſſit aliquis putare, de ſeruis ſermonem eſſe. Sed fluctuat ea, et blanditur, quod ſummis viris placuit* artifices Coae Veneris, *quod cum his quae ſequuntur cohaertat.*

COEMTVS, a, um. Part. *Vt*, Hor. Serm. 2, 3, 245 Luſcinias ſoliti impenſo prandere coëmtas. Vlpian. in l. annonam D. de extraord. criminibus, Praeterea debebis cuſtodire, ne Dardanarii vllius mercis ſint: ne aut ab iis, qui coëmtas merces ſupprimunt, *etc.* annona oneretur. Suet. Neron. 5 Perfidiae vero tantae, vt non modo argentarios pretiis rerum coëmtarum, ſed, *etc.*

COËMTIO, ōnis. f. [συνώνησις] *De matrimonii Romani genere in primis dicitur.* Cic. de Orat. 1, 237 c. 56 Nam neque illud eſt mirandum, qui quibus verbis coëmtio fiat, neſciat, eundem eius mulieris quae coëmtionem fecerit, cauſam poſſe defendere. *Eſt autem res ſic ſatis inuoluta de illa* coëmtione, *quam copioſe et feliciter explicaſſe videtur Chriſt. Vlric. Grupen libro de Vxore Romana, et illud confeciſſe, primo* Conuentionem in manum *eſſe conuentionem vxoris non in matrimonium tantum, ſed ſimul in mariti poteſtatem, tanquam filiae in patris: conueniſſe autem mulieres in manum viri tribus modis*, confarreatione, coëmtione, vſu. *Nobis ſatis fuerit loca bonorum auctorum, in quibus* coëmtionis *mentio fit, indicaſſe.* Cic. pro Flacc. 84 c. 34 In manum, inquit, conuenerat? Nunc audio. Sed quaero, Vſu, an coëmtione. Vſu non potuit — coëmtione? Omnibus ergo auctoribus. Boëthius in Topic. Cicer. comment. 2 Tribus modis vxor habebatur, vſu, farre, coëmtione. ſed confarreatio ſolis Pontificibus conueniebat. Quae autem in manum per coëmtionem conuenerant, hae matresfamilias vocabantur: quae vero vſu, vel farreatione, minime. Coëmtio vero certis ſollemnitatibus peragebatur, et ſeſe in coëmendo viciſſim interrogabant. Vir ita, an mulier ſibi materfamilias eſſe vellet? illa reſpondebat, Velle. Item mulier interrogabat, an vir ſibi paterfamilias eſſe vellet? ille reſpondebat, Velle. Itaque mulier viri conueniebat in manum, et vocabantur hae nuptiae, per coëmtionem: et erat mulier mater familias viro, loco filiae. *Haec Boëthius.* Cic. pro Muraen. 27 c. 12 *ICtos deridens*, Quia in alicuius libris id nomen invenerant, putarunt omnes mulieres quae coëmtionem facerent, Caias vocari, *i. Nuptias per coëmtionem.* Virg. Georg. 1, 31 Teque ſibi generum Tethys emat omnibus vndis, Quem in locum ſic ait Seruius: Ad antiquum morem retulit, quo ſe maritus et vxor inuicem emebant. *Sed illam mutuam emtionem rationibus Romanis aduerſari, ſolamque mulierem emtam, volentem quidem, a marito, oſtendit laudatus Grupenius, qui omnino videndus eſt ab his, qui plus quam verbi rationem quaerunt.* ¶ 2 Coëmtio *alius generis eſt, de qu*[...] Cic. pro Muraen. 27 c. 12 Sacra interire illi (*maiores noſtri*) noluerunt, horum (*ICtorum*) ingenio ſenes ad coëmtiones faciendas, interimendorum ſacrorum cauſa reperti ſunt. *Quae, caſtigatis ſummorum virorum erroribus recte ita explicat* Gron. de Pecun. Vet. 4, 7. *Heres, qu*[...] *onere ſacrorum hereditati adiunctorum liberari cupiebat, hereditatem to*[...] *tam imaginaria venditione, adhibitis mancipationis legitimae ſollemni*[...]*bus, tradebat ſeni ad hoc delecto, qui rem ita a ſe numo ſeſtertio em*[...]*tam libere et titulo emtionis a ſe quantulocunque tempore poſſeſſam, v*[...] *dominus fiduciarius, iam ſtipulatu intercedente reddebat heredi: qu*[...] *facto ille ſe iam non vt hereditatem poſſidere exſtimabat bona illa, quibu*[...] *oneroſa ſacra adiecta erat, ſed vt rem aliunde ſuam, de qua liberrim*[...] *iam conſtituere poſſet. Sic interemta coëmtione ſacra: Sic erat lauta*[...] Sine Sacris hereditas.

COËMTIONALIS, e. Adi. [συμπεπραμένος] *Quod cum aliis emen*[...]*dum offertur, quia per ſe ob vilitatem pretium non inuenit.* Plaut Bacchid. 4, 9, 52 Nunc Priamo noſtro ſi quis eſt emtor, coëmtionalem ſenem Vendam ego, venalem quem habeo *etc.* Curius ad Cic. Fam 7, 29 Sum Χρήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici noſtri. Ergo fructus e[...] tuus, mancipium illius, quod quidem ſi inter ſenes coëmtionales venale proſcripſerit, egerit non multum. *Illuſtrauit hanc notionem a* [...] *prolatam Gronou. de Pec. Vet.* 4, 8 *ex* Plin. 34, 3 ſ. 6 Acceſſio talis candelabri (*i. coëmtionalis candelabro*) fuit Theonis iuſſu praeconis Cl[...]ſippus fullo, gibber, et alio praeterea foedus aſpectu, emente id Geganiа HS quinquaginta millibus, eademque oſtentante conuiuio em[...]tum, ludibrii cauſa nudatus, atque impudentia libidinis (*quod in*[...] probius natus, egregie mutoniatus *eſſet*) receptus in torum, mo[...] (*in*) teſtamentum, praediues numinum vice illud candelabrum co[...]luit, et hanc Corinthiis (*vaſis ex aere Corinthio, quale erat illud can*[...]*delabrum*) fabulam adiecit, vindicatis tamen moribus nobili ſepulcro per quod aeterna ſuper terras Geganiae dedecoris memoria durare[...] *Hic igitur* Cleſippus *fuit* coëmtionalis candelabro, *quod diximus*, n[...] *minus quam* coëmtionalis domui *apud Appian. Ciu.* 4 p. 603 ὁ θυρωρ[...] τῇ οἰκίᾳ συμπεπραμένος.

COËMTOR, ōris. m. *Vt*, Teſtium coëmtor Apul. Apol. p. 32[...] Iuuen. Sat. 14, 293 Frumenti dominus clamat, piperisque coëmto[...] *Alii legunt* Coëmti.

COENA, ae. f. [δεῖπνον, δόρπος] Et *in plurali* Coenae, aru[...] *Cibus a pluribus vna ſumtus, cibus communis,* κοινὴ *quod Plutarcho p*[...]*cuit Sympoſ.* 8, 6. Plinius *iunior eo alludere etiam videtur* Epiſt. 2, 7[...] Eadem omnibus pono. Ad coenam enim, non ad notam inui[...] *Caeterum, veſpertinum cibum ſignificare coepit* Coena, *a quo tempore* [...]*ſperi tantum vna cibum capere ſoliti ſunt Romani. Non ſemper hunc* [...]*rem obtinuiſſe docet locus* Feſti, *quem ita reliquit* Paullus, Scenſas S[...]bini cenas dicebant. Quae autem nunc prandia ſunt, cenas habeban[...] et pro cenis Veſpernas appellabant. *Nempe antiqui illi, monente* [...]*triculo, cibum capiebant, communem etiam et cum amicis, meridie: cumque ſobrietatem commendaret ipſa paupertas, ea res nihil habuit in*[...] *commodi. Poſt luxuria creſcente, prouiſum certe, ne illa coenarum pr*[...]*ductio negotiis nimium afficeret. Electa veſpera, adeo quidem vt* de di[...] Coenare *et* tempeſtiua conuiuia *crimen haberent cenſorium. Hinc* Coe[...] *veſpertinum cibum notat. Si etymologiam ſupra laudatam, vel Voſſi*[...]*nam a* θοίνη *probes, prior ſyllaba per* OE *ſcribenda ſine dubio. Sed lapidibus et* E *et* AE *etiam repertum eſt. Illa* Scenſa Feſti, *vel* Ceſ[...] *quam Scaliger reponere cupiebat,* E *ſuadent. Iam ponemus auctoritat*[...] Quid ego prandia, coenas commemorem Cic. Verr. 1, 49 c. 19. Ma[...]tial. 13, 14 Claudere quae coenas lactuca ſolebat auorum. *In coe*[...]*rum conuiuiis lautiſſimis ſecunda fercula, ipſumque velut ſolidum corp*[...] *coenae,* Coena, *proprie antiquis dicebatur.* Macrob. Sat. 2, 9 *ex a*[...]*tiquiore libro, quem vocat* Indicem quartum Metelli, Coena haec fu[...] Ante coenam echinos, oſtreas crudas quantum vellent, pelorida[...] ſphondylos, turdum, aſparagos; ſubtus gallinam altilem, patina[...] oſtrearum, peloridum, balanos nigros, balanos albos: iterum ſpho[...]dylos, glycomaridas, vrticas, ficedulas, lumbos, capragines, apri[...]gnos, altilia ex farina inuoluta, ficedulas, murices, et purpura[...] *Haec igitur omnia* ante coenam. *Nam ſubiicit*, In Coena, ſumina, ſi[...]ciput aprugnum, patinam piſcium, patinam ſuminis, anates, que[...]quedulas elixas, lepores, altilia aſſa, amylum, panes Picentes. *Ha*[...] *tanto magis hic poſuimus, quia continent* Coenam Pontificis Metell[...] Pontificum *vero* Coenae *in prouerbio ſunt.* Hor. Serm. 2, 6, 65 [...] noctes, coenaeque deûm, quibus ipſe, meique Ante larem propr[...]ium veſcor. Lautorum coenae, *vid.* LAVTVS. Pontificum coenae, *Sumtuoſae dicuntur et opiparae, vt* Hor. Carm. 2, 14, 28

Abſumet heres Caecuba dignior
Seruata centum clauibus: et mero
Tinget pauimentum ſuperbo
Pontificum potiore coenis.

*Poſuimus modo Coenam Pontificis Metelli ex Macrobio.* Caput coenae *i. ferculum praecipuum* Cic. Tuſc. 5, 98 Vbi quum tyrannus caenauiſſet Dionyſius, negauit ſe iure illo nigro, quod coenae caput erat delectatum, *vid.* CAPVT n. 11. *Eodem intellectu* Gell. 17, 8 Ei[...] coenae fundus, et fundamentum omne erat in olla vna lentis Aegyptiae, et cucurbitae ibi minutim caeſae. Veſpaſianus *apud* Sueton. Egit, *cum priuatus eſſet, Caligulae* gratias apud ampliſſimum ordinem quod ſe honore coenae dignatus eſſet: *vt alias pro magiſtratu dato ag*[...]*bant gratias.* Id. Suetonius de Vitellio *notat* c. 13 Epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat in ientacula, et prandi[...] et coenas, comiſſationesque. Impenſis coenarum ſuffragia pleb[...] venari Hor. Epiſt. 1, 19, 38. Magiſter coenarum Martial. 12, 4[...] Ordo Petron. c. 92. Pater coenae, *Conuiuator, hoſpes* Hor. Serm. 2, 8, 7. Mortuus iam coenae paratus Apul. Flor. 3 p. 362, 27. *inte*[...] ferali, *quam ad menſam relatam a tumulo mox dicit.* ¶ 2 *Ep*[...]*theta:* Abundantiſſima coena Suet. Neron. 42. Adiicialis [...]

Aditial

Aditialis coena. *Vid. ſub* ADEO. Coena aduenticia, *qua peregre aduenienſ excipitur* Suet. Vitell. c. 13 Famoſiſſima ſuper caeteras fuit coena ci data aduenticia a fratre. *Vid. ibi Torrent. et* Coena viatica. Ambulans, *vid.* AMBVLO. Antelucanae, *vid.* ANTELVCANVS. Aſpera, *vid.* ASPER. Coena Auguralis *non minus lauta, quam Pontificum:* Cic. Fam. 7, 26 In eas (*herbas conditas*) cum incidiſſem in coena Augurali, *etc.* Augures, ſacerdotium ineuntes, collegis coenam dabant lautam. Varr. 3, 6, 6 Primus hos (*pauones*) Q. Hortenſius Augurali aditiali coena poſuiſſe dicitur. *Alterutrum nomen omittunt fere MSS.* Breuis Hor. Epiſt. 1, 14, 35. Centenariae, *vid.* CENTENARIVS. Plaut. Men. 1, 1, 25 Cereales coenas dat, ita menſas exſtruit. Cereales coenas, *inquit Turnebus, appellari ſuſpicor Opimas, et lautas, et multis ferculis oneratas, quod Cerealibus populariter ſolerent genio indulgere: id quod e Marone* (Georg. 1, 338.) *intelligi poteſt, ſic ſcribente,* In primis venerare deos, atque annua magnae Sacra refer Cereri, *etc. Etiam Gron.* Cerealem *abundantem interpretatur.* Suet. Claud. c. 21 Velut ad ſubitam Condictamque coenulam inuitare ſe populum. Condicta coena, *vbi vltro ſe obtulerunt conuiuae. Vid.* CONDICO. Cynica coena Petron. 14. *i. Eorum, qui miſere viuebant.* Coena dubia Ter. Phorm. 2, 1. 28. *Vid.* DVBIVS. Ebria Plaut. Caſin. 3, 6, 18. *i. madida, percocta.* Lautiſſima, *vid.* LAVTVS. Magna Hor. Serm. 2, 6, 104. Mundae coenae paruo ſub lare pauperum Hor. Carm. 3, 29, 15. Nitida et frugi Plin. Epiſt. 3, 1. Suet. Calig. 24 Alii tradunt, adhibitum Coenae Nuptiali mandaſſe ad Piſonem, contra accumbentem, *etc. vid.* etiam Apul. Met. 6 p. 195. Opima, *vid.* OPIMVS. Opipara *et* Pontificalis *laudantur ex* Varrone. Plaut. Trin. 2, 4, 69 Appoſita ſit coena, quam Popularem vocant, Si illi congeſtae ſint epulae a clientibus: *poſterior verſus priorem declarare videtur.* Hor. Epiſt. 1, 5, 27 Et niſi coena Prior, potiorque puella Sabinum Detinet, aſſumam. Prior, *Melior et lautior, vel tantum tempore prior, ad quam prius quis vocatus eſt.* Martial. 11, 53 Quae nec Stella ſolet Rara niſi ponere coena, *etc.* Recta coena, *iuſta, et ſollemnis, atque adeo lauta, opipara:* Suet. Auguſt. c. 74 Conuiuabatur aſſidue, nec vnquam niſi Recta. Id. Veſp. c. 19 Conuiuabatur aſſidue, et ſaepius Recta: *vtroque loco* Coena *intelligitur. Proprie quidem* Recta coena *Sportulae oppoſita erat. Liberaliores enim diuites ciuilioresque ſalutatoribus ſuis legitimum conuiuium exhibebant, ſordidi autem et maligniores,* rectae coenae *loco* ſportulam *tantum praebebant.* Suet. in Domit. c. 7 Multa etiam in communi rerum vſu nouauit, ſportulas publicas ſuſtulit, reuocata coenarum Rectarum conſuetudine. *Mutauit igitur Neronis inſtitutum, a quo, vt ait* Sueton. c. 16 Publicae coenae ad Sportulas redactae. Promiſſa eſt nobis ſportula, Recta data eſt Martial. 8, 50. *i. minus promiſſum, plus datum.* Suet. Tiber. c. 34 Sollemnibus ipſe coenis pridiana ſaepe ac ſemeſa opſonia appoſuit. Philargyrius *ad* Virg. Ecl. 5, 74 *dicit,* tria genera eſſe coenarum, Sollemne, viaticum, aduenticium et geniale, *etc.* Subita coena Sen. Thyeſt. 800. Suet. Claud. c. 21 Subita et condicta iunguntur. Tempeſtiua, *vid. ſub* TEMPVS. Terreſtris, *quae ex oleribus tantum apparatur terra natis, nulla carne adhibita.* Plaut. Capt. 1, 2, 86. *vbi tamen inuitatus ad* Terreſtrem coenam *cauillatur,* ſus terreſtris beſtia eſt. Thyeſtea. Plaut. Rud. 2, 6, 25 Sceleſtiorem coenam coenaui tuam, Quam quae Thyeſtae quondam antepoſita eſt et Tereo: *quibus nempe filii epulandi ſunt appoſiti.* Viatica coena, *i. Aduenticia.* Plaut. Bacch. 1, 1, 61 Ego ſorori meae coenam hodie dare volo viaticam. *Veterum hic mos erat, vt peregre redeuntes conuiuio exciperent amici. Idem* (Bacch. 1, 6, 7) Saluos, *inquit,* quum peregre aduenis, coena detur. *De epiſtola Martialis* (12 praef.) *dixit,* Vt familiariſſimas mihi aures tuas exciperem aduentoria. *Haec Turneb.* 30, 26. ¶ 3 *Praepoſitiones.* Ad coenam aliquem adducere Cic. Tuſc. 5, 91 c. 32. *Sed* Brut. Abduxit. *Vt* Ter. Eun. 3, 1, 17 Me conuiuam ſolum abducebat ſibi. *Et* Heaut. 1, 2, 9 Abduxi ad coenam. Cic. Fam. 10, 24 Te ad coenas itare deſiiſſe, moleſte fero. Ad coenam inuitare, ad coenam mittere, *vid. ſſ. ll.* A coena redire Cic. pro Cael. 20. Idem Fam. 10, 24 Vides, vt te philoſophando reuocare coner ad coenas? Ad coenam venire Id. Q. Frat. 3, 1. Ad coenam vocare aliquem Id. Att. 6, 1. In coenam, In coenas ſingulas, *vid.* IN. Cic. Fam. 9, 20 Tamen in ea coena cocus meus praeter ius feruens nihil potuit imitari. Inter coenam, *vid.* INTER. Inter coenam ludere Suet. in Auguſt. c. 71. Poſt coenam vomere Cic. pro Deiot. 21. Super coenam cantare Suet. in Neron. c. 22. Idem in Domit. 21 Prandebatque ad ſatietatem, vt non temere ſuper coenam praeter Matianum malum et modicam in ampulla potiunculam ſumeret. *Non reſpectabat igitur conſuetum coenae tempus, ſed prandio ſatisfaciebat fami, etc.* Suet. in Veſp. c. 22 Et ſuper coenam autem, et ſemper alias comiſſimus, multa ioco tranſigebat. ¶ 4 *Verba:* Accipere aliquem coena Gell. 17, 8. Suet. in Claud. c. 32 Adhibebat omni coenae et liberos ſuos cum pueris puellulisque nobilibus. Anteponere coenam *pro* Apponere *vidimus modo n.* 3 *in* Thyeſtea. Apparare, *v. h. v.* Apponere Ter. Phorm. 2, 1, 28. Capere e rogo Catul. 57, 3. Claudere coenas *dicitur cibus, qui in coena poſtremus apponitur, vt lactuca ſolebat apud veteres, teſte Martial. Vid.* CLAVDO. Coenare, *vid.* n. 3 Thyeſtea. Condicere coenam; et Ad coenam, *denuntiare, ſe conuiuam venturum alteri.* Suet. Tib. c. 42 Seſtio Gallo coenam ea lege condixit, ne quid ex conſuetudine immutaret aut demeret. *Vid.* CONDICO. Condire coenam ſuauitate Plaut. Pſeud. 3, 2, 91. Idem Capt. 3, 1, 34 Vt mihi coenas decem meo arbitratu Dent, quum cara annona ſit. Dare comitatis exquiſitiſſimae coenam alicui Suet. in Othon. c. 3. Dignari aliquem coenae honore Suet. Veſp. c. 2. Ducere coenam, *i. Deducere, perficere, tranſigere* Hor. in Arte Poët. 376

Vt gratas inter menſas Symphonia diſcors
Et craſſum vnguentum, et Sardo cum melle papauer
Offendunt, poterat Duci quia coena ſine iſtis.

Explicare ordinem coenae Petron. c. 92. Facere coenam Cic. Fam. 116. Imperare, Indicere, Inſtruere oleribus, Largiri, *v. ſſ. ll.* Miniſtratur coena tribus (*a tribus*) pueris Hor. Serm. 1, 6, 116. Obire, Parare, *v. ſſ. ll.* Suet. Auguſt. c. 74 Coenam ternis ferculis, aut, cum abundantiſſime, ſenis Praebebat, vt non nimio ſumtu, ita ſumma comitate. Producere iucunde Hor. Serm. 1, 5, 70. Cic. Fam. 9, 16 Nec tamen eas coenas Quaero, vt magnae reliquiae fiant: quod erit, magnificum ſit et lautum. ¶ 5 *Pro coenatione Triclinio* Plin. 12 ſ. 5 *de ingenti platano,* aliud exemplum Caii principis in Veliterno rure mirati vnius tabulata, laxiſque ramorum trabibus ſcamna patula, et in ea epulati, quum ipſe pars eſſet vmbrae, quindecim conuiuarum ac miniſterii capace triclinio, quam coenam appellauit ille nidum.

COENVLA, ae. f. Dimin. [δειπνίδιον] Cic. Tuſc. 5, 91 Quid vos heſterna, inquit, coenula, non intellexiſtis me pecunia non egere? Martial. 5, 79 Parua eſt coenula, quis poteſt negare? Ad coenulam inuitare aliquem Suet. in Claud. 21. Cic. Fam. 9, 24 Deinde etiam vereor (licet enim verum dicere) ne, neſcio quid illud quod ſolebas, dediſcas, et obliuiſcare coenulas facere.

COENO, āui, et ātus ſum, ātum, āre. [δειπνέω] *Cibum communem aut veſpertinum ſumere.* Cic. Q. Frat. 2, 8 Eo die coenaui apud Craſſipedem. Apparatius coenare Plin. Epiſt. 1, 15. Apud aliquem Cic. Fam. 1, 2, 8. *Add.* Nep. 23, 12, 1. *Sed* Hor. Epiſt. 1, 7, 70 Si coenas hodie mecum. Martial. 11, 35 Coenabit belle, non habitabit Aper. Bene coenare Hor. Epiſt. 1, 6, 46 *et* Catul. 13, 1. Cic. Tuſc. 5, 97 Socratem ferunt, quum vsque ad veſperum contentius ambularet, quaeſitumque eſſet ex eo, quare id faceret, reſpondiſſe, ſe, quo Melius coenaret, opſonare ambulando famem. Ciuiliter, *vid.* CIVILITER. Foris coenare Martial. 12, 19. Libenter, *vid. ſub* LIBET. Simul Cic. de Inuent. 2, 14. Idem in Vatin. 30 Cedo, quis vnquam coenauit Atratus? Coenare cum aliquo Hor. Epiſt. 1, 7, 70. Cic. in Vatin. 31 Quis in funere familiari coenauit cum toga pulla? Odorem *culinae* coenat Iupiter Plaut. Pſeud. 3, 2, 53. In triclinio Cic. Att. 13, 50. ¶ 2 *Accuſatiui verbo huic adiuncti:* Alienum coenare Plaut. Perſ. 4, 3, 4. Aprum coenare Hor. Serm. 2, 3, 234 *Sic apud* Senecam de Prouidentia, . . . Coenare herbas. Aues Hor. Sat. 2, 8, 27. Martial. 12, 17 Coenat boletos, oſtrea, ſumen, aprum. Olla inſulſo coenanda Glyconi Perſ. 5, 9. Olus Hor. Epiſt. 2, 2, 168. Patinas coenabat omaſi vilis, et agninae Idem Epiſt. 1, 15, 34. *Alii legunt,* Tabulas omaſi, *i. paropſides, more Graecorum, qui πίνακας vocant.* Pulmenta Hor. Epiſt. 1, 18, 48. Sexcenti coenant a te, Iuſtine, vocati Lucis ad officium, quae tibi prima fuit. Martial. 11, 66. ¶ 3 *Figurata ſunt,* Plaut. Aſin. 5, 2, 86 Ecaſtor coenabis hodie, vt dignum eſt, magnum malum. *Item cum dicitur* Coenare *pro coena exhibere* Suet. Auguſt. 70 Dum noua diuorum coenat adulteria. Et ſic Tertul. Apol. 39 Non tam coenam coenare quam diſciplinam. *Imperſon.* Vt coenaretur Suet. Tib. c. 42. Coenatum eſt apud Vitellios Liu. 2, 4. *Conf.* Nep. 25, 14, 1.

COENANS, antis. Partic. [δειπνῶν] Cic. Att. 15, 27 Aduentabat autem βδέλυσσα coenantibus nobis. Idem Fam. 16, 21. *et* Att. 9, 8. Vna coenantes Hor. Serm. 2, 8, 18.

COENĀTVS, a, um. Partic. Depon. [δεδειπνηκώς] *Qui coenauit, coenam ſumſit.* Vt pranſus, vt potus, vt lotus, id eſt Confecta coena, *inquit* Nonius 2, 195. Cic. Att. 2, 16 Coenato mihi, et iam dormitanti pridie Calend. Maias epiſtola eſt illa reddita. Idem pro Deiot. 20 Quid igitur cauſae excogitari poteſt, cur te lautum voluerit, coenatum noluerit occidere? *Et* Hor. Serm. 1, 10, 60 Amet ſcripſiſſe ducentos Ante cibum verſus; totidem coenatus, *etc.* ¶ 2 *Aliter* Plaut. Trucul. 2, 2, 24 Mauelim — noctem in ſtramentis pernoctare perpetem, Quam tuas centum coenatas noctes mihi dono dari: *mulierem ruſticus, qui ita et epulas illius et concubitum contemnit:* coenatae noctes, *i. coena et Veneris vſu traductae.*

COENATVRIO, īre. *Cupere coenare.* Martial. 11, 78 Coenaturit Vacerra, non cacaturit.

COENĪTO, āre. *Frequenter coenare.* Cic. Fam. 9, 7 Itaque non deſino apud iſtos, qui nunc dominantur, coenitare. Varronis *locum damus in* COENACVLVM. In publico coenitare Suet. Neron. 27. Plin. 33, 11 Inuenimus legatos Carthaginienſium dixiſſe, Nullos hominum benignius inter ſe viuere, quam Romanos. Eodem enim argento apud omnes coenitauiſſe ipſos. Cic. Fam. 7, 16 Ego ſi foris coenitarem, Cn. Octauio familiari tuo non defuiſſem. Valer. Max. 2, 1, 2 Feminae cum viris cubantibus ſedentes coenitabant. Suet. Auguſt. 76 Vel ante initium, vel poſt dimiſſum conuiuium ſolus coenitabat, quum pleno conuiuio nihil tangeret.

COENACVLVM, i. n. [ἀνώγεων] *Locus ad coenandum in ſuperiori domus parte.* Feſtus Caenacula (*per ae ibi ſcribitur, et hoc ordine collocatur*) dicuntur, ad quae ſcalis aſcenditur. Varro de L. L. 4, 33 p. 39, 7 Vbi coenabant, coenaculum vocitabant — Poſtquam in ſuperiore parte coenitare coeperunt, ſuperioris domus vniuerſa, coenacula dicta. Liu. 39, 14 Conſul rogat ſocrum, vt aliquam partem aedium vacuam faceret, quo Hiſpala immigraret: coenaculum ſuper aedes datum eſt, ſcalis ferentibus in publicum obſeratis, aditu in aedes verſo. Vitruu. 2, 8 p. 31 In ea autem maieſtate vrbis et ciuium infinita frequentia, innumerabiles habitationes opus fuit explicare. Ergo quum recipere non poſſet area plana tantam multitudinem ad habitandum in vrbe, ad auxilium altitudinis aedificiorum res ipſa coëgit deuenire. Itaque pilis lapideis, ſtructuris teſtaceis, parietibus caementiciis altitudines exſtructae contignationibus crebris coaxatae, et coenaculorum ſummas vtilitates perficiunt, et deſpectationes. Ergo Menianis et contignationibus variis alto ſpatio multiplicatis, Populus Romanus egregias habet ſine impeditione habitationes. Cic. de L. Agrar. 2, 96 c. 35 *in comparatione Romae et Capuae,* Romam in montibus poſitam et conuallibus, coenaculis ſublatam atque ſuſpenſam — prae ſua Capua planiſſimo in loco explicata — irridebunt, atque contemnent. Macrob. Sat. 1, 6 Puer de coenaculo pompam ſuperne deſpicit. Apul. Met. 9 p. 236, 39 Meque (*loquitur de ſe cum aſinus eſſet*) per ſcalas complicitis pedibus in ſuperius coenaculum attracto *etc.* Sueton. Auguſt. 45 Ipſe Circenſes ex amicorum fere libertorumque coenaculis ſpectabat. Coenacula *illa incolebant tenuiores et inquilini.* Iuuen. Sat. 10, 18 Lateranorum obſidet aedes Tota cohors, rarus venit in coenacula miles. *i. Ad inquilinos et pauperes, qui in conducto, ſub tegulis habitant.* Hor. Epiſt. 1, 1, 90 Quid pauper? viden' vt mutet coenacula *etc. i. de vno conducto migret in aliud.* Sueton. Vitell. 7 Satis conſtat exituro viaticum defuiſſe, tanta egeſtate rei familiaris, vt vxore et liberis, quos Romae relinquebat, meritorio coenaculo abditis, domum in reliquam partem anni ablocaret. *Sic Actor Plautinus* Amph. 3, 1, 3 In ſuperiore qui habito coenaculo *et* caelum *ſic indicaſſe videtur, vt* Ennius Caenacula maxima caeli, *et ſuam, actoris, paupertatem. Saepe de hoc genere* Coenaculorum *ICti. v. g.* Vlp. in l. Si vero. §. Sed et ſi quis coenaculariam exercens. D. de his qui deiecer. vel effuder. Quod ſi ex mediano caenaculi quid deiectum ſit, verius eſt omnes teneri. Idem in l. Saccularii. D. de Extraordinariis criminibus, Item qui diaetarii appellantur, hoc eſt ii, qui in aliena coenacula ſe dirigunt furandi animo, plus quam fures puniendi ſunt. *Sic* l. 11 §. 5 ff. de pignor. act. In eam duntaxat Summam inuecta mea et illata tenebuntur, in quam coenaculum conduxi. Per coenacula domum diuidere Vlpian. in l. Si cuius rei. §. Item ſi domus D. de vſufructu et quemad.

quemad. Diuiſo coenaculo habitare Vlpian. in l. Si vero. D. de his qui deiecer. vel effuder. ¶ 2 *Iam indicauimus* caeli caenacula *Enniana. Seruauit ea* Tertull. adu. Valentin. 7 Primus omnium Ennius Poëta Romanus *Coenacula maxima caeli* ſimpliciter pronunciauit, de lati (*an* alti?) ſitus nomine; vel quia Iouem illic epulantem legerat apud Homerum. *Sed ponamus etiam reliqua, quia his, quae de* coenaculo *diximus, pulchre conueniunt.* Sed haeretici quantas ſupernitates ſupernitatum, et quantas ſublimitates ſublimitatum in habitaculum Dei ſui cuiusque ſuſpenderint, extulerint, expanderint, mirum eſt. Etiam creatori noſtro Enniana coenacula in aedicularum diſpoſita ſunt forma, aliis atque aliis pergulis ſuperſtructis, et vnicuique Deo per totidem *ſcalas* diſtributis, quot haereſes fuerint. *Meritorium* factus eſt mundus. Inſulam Feliculam credas: (*Videtur notae vel Carthagine vel Romae domus nomen*) tanta tabulata caelorum. Illic enim Valentinianorum Deus ad ſummas tegulas habitat *etc.*

COENATIO, ōnis. f. [δειπνοτήριον] *Locus ad coenandum, ſed non in alto, vt* Coenaculum. *Erat autem fere potentiorum.* Iuuenal. 7, 183 Parte alia longis Numidarum fulta columnis Surgat, et algentem rapiat coenatio ſolem, *i. hibernum, cui obiecta eſſe debet, et oppoſita.* Columel. 1, 6, 2 Vrbana pars villae rurſus in hiberna et aeſtiua ſic digeratur, vt ſpectent hiemalis temporis cubicula brumalem orientem; coenationes, aequinoctialem occidentem. Rurſus aeſtiua cubicula ſpectent meridiem aquinoctialem: ſed coenationes eiusdem temporis proſpectent hibernum orientem. Senec. Epiſt. 115 Porticum aliquam, vel capacem populi coenationem ferunt. Capitolin. Pertin. 11 Ingreſſus porticus palatii vsque ad locum, qui appellatur Sicilia et Iouis coenatio. Suet. in Neron. 31 Coenationes laqueatae tabulis eburneis verſatilibus, vt flores ex fiſtulis, et vnguenta deſuper ſpargerentur. Plin. Epiſt. 2, 17, 10 Deinde vel cubiculum grande, vel modica coenatio, *etc.* Senec. Epiſt. 90 Non enim tectae coenationi epulum recepturae parabantur. *Pro* epulum, populum *ſuſpicatur Lipſius, cum* Capacem populi coenationem *aliás, vt vidimus, dixerit.*

COENATIVNCŬLA, ae. f. Dimin. [δειπνοτηρίδιον] Plin. Epiſt. 4, 30 Fons oritur in monte, per ſaxa decurrit, excipitur coenatiuncula manufacta: ibi paullum retentus in Larium lacum decidit.

COENACVLARIVS, i. m. [ἀνωγεώνιος] *Qui coenaculum conduxit.* Vlp. l. 11 §. 5 D. de pign. act. Videtur autem tacite et cum domino aedium hoc conueniſſe, vt non pactio coenacularii proficiat domino, ſed ſua propria. Et Gloſſ. Gr. Lat. σταθμοῦχος ὁ τὰ ἐνοίκια τῆς οἰκίας συνάγων, Coenacularius. *Vbi proinde ſeruum aut actorem adeo notat, qui mercedem coenaculorum, i. habitationum in ſuprema contignatione exigit. Vid.* Coenacularia.

COENACVLARIA, ae. f. [ἀνωγεωνία] Coenaculariam facere *ſiue* exercere *dicebatur, qui domus totas conductas per ſingula coenacula inquilinis locabat, vt inde quaeſtum faceret pluris in ſummam locando.* Vlpian. in l. Si vero. §. ſed et ſi quis. D. de his, qui deiecerunt vel effuderunt, Si quis coenaculariam exercens modicum ſibi hoſpitium retinuerit, reſiduum locauerit pluribus, omnes tenebuntur quaſi in hoc coenaculo habitantes, vnde eiectum effuſumue eſt.

COENATOR, ōris. m. Gloſſ. Gr. Lat. δειπνητής, Coenator.

COENATORIVS, a, um. Adi. *Vt*, Fames coenatoria Sidon. Epiſt. 2, 9 Veſtis coenatoria Capitol. Maxim. 4. *Etiam*

COENATORIVM, i. n. *Pro* Veſte coenatoria, *in qua diſcumbere in conuiuiis ſolebant, quae et alio nomine* Triclinaris toga *dicebatur.* Martial. 10, 87 Pugnorum reus ebriaeque noctis Coenatoria mittat aduocato. Petronius Arbiter 21 Coenatoria (*in balneo ſunt, de quibus ſermo eſt*) repetimus, et in proximam cellam ducti ſumus, in qua tres lecti ſtrati erant. *Vid. Erhard. ad h. l. inprimisque P. Faber Semeſt. 1, 15 p. 88. Vox ipſa neſcio an aliunde prolata ſit, niſi quod eſt etiam* Lemma Mart. 14, 135. *Et* Pompon. l. 33 de Auro Arg. leg. Q. Mucius ait, ſcire ſe quendam Senatorem muliebribus coenatoriis vti ſolitum.

COENATĬCVS, a, um. Adi. [δείπνειος] *Ad coenam pertinens.* Plaut. Capt. 3, 1, 36 Nunc ibo ad portum hinc, eſt illic mihi vna ſpes coenatica.

COENOBIVM, i. n. [κοινόβιον] *Locus vbi communi ſtudio ac ſumtu et cibo etc. vita ducitur. Hinc*

COENOBITA, ae. c. *Qui in coenobio viuit.* Hieron. Epiſt. 22 ad Euſtoch. de cuſtod. Virginitat. 15 Tria ſunt in Aegypto genera monachorum. Primum Coenobitae, quod illi Sauſes gentili lingua vocant; nos in communi viuentes, poſſumus appellare, *etc. Deinde* Veniamus ad eos, qui plures ſunt, et in commune, id eſt, quos vocari Coenobitas diximus. Prima apud eos confederatio eſt obedire maioribus, et quidquid iuſſerint facere *etc. Eſt enim longior deſcriptio.*

COENVRIO ſ. COENATVRIO, onis. m. Paraſitus, *tribuunt, Gebhardus atque Pareus* Caelio *apud* Quinctil. 4, 2, 124 *vbi editur*, Semiſomno ſopore inter manus Centurionum concubinarumque iactabatur.

COENVM, ĭ. n. [βόρβορος] *Lutum dicitur.* Plin. 14, 22 Ad haec pertinent peregrinae exercitationes, et volutatio in coeno. *Vid.* HAPHE. Cic. Tuſc. 4, 51 c. 24 Sic ſe dicere omnes ſtultos inſanire, vt male olere omne coenum. Hor. Serm. 2, 7, 27 Et haeres Nequidquam coeno cupiens euellere plantam. Odor coeni grauis Virg. Georg. 4, 49. Curt. 4, 3, 25 Clypeos vero aeneos multo igne torrebant, quos repletos feruida arena, coenoque decocto, e muris ſubito deuoluebant. Coenum cloacarum Col. 2, 15, 6. Stat. Theb. 9, 502 Huc vndae coëunt, et Ineluctabile coenum. Claud. in Eutrop. 2, 443 Per vada reptabat coeno ſubnixa tenaci. Flor. 3, 17, 6 Extat vox Druſi, Nihil ſe ad largitionem vlli reliquiſſe, niſi ſi quis aut coenum diuidere vellet, aut caelum. Oblitus coeno Cic. Att. 2, 21. *Metaphor.* Lucret. 3, 77 Illum aſpectari, claroque incedere honore, Ipſi ſe in tenebris volui, coenoque queruntur, *i. contemtos eſſe.* Cic. pro Domo 47 c. 18 O coenum, ô portentum, ô ſcelus! *i. humilitatem et ignauiam.* Idem pro Sext. 10 Habeo quem opponam labi illi, atque coeno. Liu. 10, 15 Orare, vt ex coeno plebeio conſulatum extraheret.

COENOSVS, a, um. Adi. [βορβορώδης] *Plenus coeno.* Pecus P. Chryſolog. ſermon. 1. Columel. 7, 10 Nec vlla re magis gaudet, quam riuis, atque coenoſo lacu volutari, *de ſue.* Coenoſum verſare ſolum Prud. adu. Symm. 1, 640. *Compar.* Liquor coenoſior Solin. 62 (49 *Salm.*)

COENOSITAS, ātis. f. Fulgentius in Virgilian. continentia p. 156 ed. Munk. In temporales gurgitis coenoſitates morumque faeculentias tranſit.

COENVLENTVS, a, um. Adi. *Coeno conſperſus.* Tertull. de Pallio 4 Pedes coenulenti.



COĔO, īui *et* ii, ītum, īre. [σύνειμι, συνήκω, συγγίνομαι, συνέρχομαι] *Simul ire, conuenire: Latiſſime patet, corporumque et animorum coniunctionem notat.* Ter. Eun. 3, 4, 1 Heri aliquot adoleſcentuli coiimus in Pireaeo, In hunc diem vt de Symbolis eſſemus, *i. conſenſimus, pacti ſumus. Sic* Liu. 4, 7 Patricii — coiere et interregem creauere. *Sic* 4, 43 *et alias de ea re. Et de inanimis, atomis.* Lucret. 3, 396 Concurſare, coire, et diſſultare viciſſim. Plin. 11, 28 Cornua praelonga, biſulcis dentata forcipibus, in cacumine quum libuit ad morſum coëuntibus. Ad locum ſolitum Ouid. Met. 4, 83. In aliquem locum Cic. Att. 7, 3. Sen. de Benef. 2, 29 Et quum quaedam nec coire quidem in idem natura patiatur. Virg. Aen. 10, 410 Non aliter ſocium virtus coit omnis in vnum. *Vbi* Seruius, Vnanimiter omnes fortiter faciunt. Lucan. 8, 494 Virtus et ſumma poteſtas Non coëant. Liu. 6, 3 Neque ſe conglobandi, coëundique in vnum, aut arma capiendi datur ſpatium. *Pro praepoſitione Datiuus eſt* Hor. A. P. 12 Sed non vt placidis coëant immitia, non vt Serpentes auibus geminentur, tigribus agni. *Additur etiam Praepoſitio inter.* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 75 Reliqui coëunt inter ſe, et repentino periculo exterriti, ſiniſtras ſagis inuoluunt, gladiosque diſtringunt. Virg. Aen. 11, 860

Dixit, et aurata volucrem Threïſſa ſagittam
Deprompſit pharetra, cornuque infenſa tetendit,
Et duxit longe, donec curuata coirent
Inter ſe capita.

Ouid. Faſt. 3, 53 *de Sileno*, Millia crabronum coëunt, et vertice nudo Spicula defigunt, oraque prima notant. Ouid. Met. 7, 180

Tres aberant noctes, vt cornua tota coirent,
Efficerentque orbem. Poſtquam pleniſſima fulſit
Ac ſolida terras ſpectauit lumine luna.

Par pari coëat, iungaturque Hor. Epiſt. 1, 5, 25. Celſ. 2, 8 Siue in magno abſceſſu multum puris coit, *etc.* Regna bina cum populis coiſſe, *i. ex regnis duobus vnum eſſe factum* Ouid. Faſt. 6, 94. Sanguis coit gelidus formidine Virg. Aen. 3, 30. Terra coit frigore Lucret. 6, 845. Vndae coëunt Stat. Theb. 9, 502. *i. confluunt in locum excauatum.* Propert. 3, 15, 8 Vix, memini, nobis verba coire decem, *i. inter nos permutari.* ¶ 2 *Formae aliae de rebus inanimis.* Celſ. 2, 10 At arteria inciſa, neque coit, neque ſaneſcit Plaut. Amph. in ſuppoſ. Signo eodem apparet probe, vt primum coiui cicatrix ruſula. Facies in monſtrum coit, *In monſtri ſpeciem componitur* Sen. Hippol. 1046. Hor. Epiſt. 1, 3, 32 Gratia nequidquam coit, et reſcinditur? Ouid. ex Pont. 4, 9, 85 Mentiar, an coëat duratus frigore Pontus. Propert. 3, 2, 6 Saxa Cithaeronis Thebas agitata per artem, Sponte ſua in muri membra coiſſe ferunt. Structura coit in modum carinae Curt. 7, 3, 9. *de tuguriis barbarorum* Quinctil. 1, 4, 11 Vocalibus natura eſt in ſe coëundi, *quod illo loco interpretamur, ita ſe inuicem iungendi et ſe accommodandi, vt altera naturam ſuam amittat, et conſonans fiat, vt in* coniicio, vulgus *etc.* Vulnera coëunt Ouid. ex Pont. 1, 3, 87. Vulnera coëuntia rumper Idem Triſt. 4, 4, 41. *De coctis ad ignem.* Plin. 35, 15 Spiſſantur haec vtraque, et in denſitatem coëunt. *Sic* Coquere, donec ſ. dum coiant ſ. coëat Scribon. 210. 213-215. 217. 219. Pati coire 221 *de rebu. ex quibus emplaſtra parantur.* Colum. 12, 20, 4 Coëunt defrutum c lac. *Sic* Varr. R. R. 2, 11, 4 Coire lac *dicitur, i. coagulari.* ¶ *Ad conſenſum refertur in iſtis:* Cic. Att. 1, 14 Duo enim ſoli dicuntu petituri. Caeſar cum eo coire per Arrium cogitat: et Bibulus cu hoc ſe putat per C. Piſonem poſſe coniungi. Reſpondit, ſe nequ cum quoquam de ea collocuturum, neque coiturum Nep. 25, 8, 4 Plurimae factiones titulo collegii noui ad nullius non facinoris ſocietatem coierunt Suet. Aug. c. 32. Cum hoc coire auſus es? Cic. poſt red. in Senat. 15. Calliſtratus in l. Semper. §. Diuus quoque Pius. D. de Iure immunitatis, Quibusdam collegiis vel corporibus quibu artificii ſui cauſa ius coëundi lege permiſſum eſt, immunitas tribui tur, *etc.* Duodecim adoleſcentuli coierunt ex iis, qui exſilio erar multati Nep. 16, 2, 3. *i. conſpirauerunt.* Curt. 8, 1, 9 Principes Mac donum cum primoribus ſuae gentis connubio coire pateretur. Vir Aen. 11, 292 Coëant in foedera dextrae Qua datur. Paullus in Titia. D. de verborum obligat. Titia, quae ex alio filium hab bat, in Matrimonium coit Caio Seio habenti filiam. Curt. 9, 1, 2 Nuptiis coëunt, non genere ac nobilitate coniunctis, ſed *etc. In pr mis frequens eſt elliptica formula* Societatem coire, *pro pleniore* in S cietatem. Cic. pro Roſc. Amer. 96 Nullamque Societatem nequ ſceleris, neque praemii cum homine vllo coieras. Idem Philipp. : 24 c. 10 Vtinam Cn. Pompei, cum C. Caeſare Societatem aut nu quam coiſſes, aut nunquam diremiſſes. Societatem voluntaria cum aliquo Cic. pro Quint. 76. Vlpian. l. Cum duobus §. qui ſocietatem D. pro Socio, Si qui Societatem ad emendum coieri deinde res alterius dolo, vel culpa emta non ſit: pro ſocio eſſe actionem conſtat. Societatem coire ad obligationem innocentium Mar tian. in l. 1. in princ. D. ad l. Cornel. de falſ. Cic. pro Roſc. Amer 87 c. 31 Auaritiam praeſers, qui Societatem coieris de municipiis co gnatique fortunis cum alieniſſimo. Celſ. in l. Si coita ſit D. pr Socio, Si coita ſit Societas, ex iis partibus, quas Titius arbitratu fuerit, ſi Titius antequam arbitraretur deceſſerit, nihil agitur. Societatem coire in rem certam emendam, aut conducendam Paullus i l. actione. §. Si in rem. D. pro Socio. Societatem in tempus coir Paullus in l. actione. §. Item qui ſocietatem. D. pro Socio. Pomponin l. Si ſocietatem. D. pro Socio, Si Societatem mecum coieri ea conditione, vt partes ſocietatis conſtitueres, ad boni viri arbitr tum ea res redigenda eſt. Cic. pro C. Rabir. perduel. reo 22 A cum Mario, Scauro, Catulo, Metello, Scaeuola, cum bonis deniqu omnibus coire non modo ſalutis, verum etiam periculi Societatem Paullus in l. Ea vero D. pro Socio, Quum ſpecialiter omnium bon rum Societas coita eſt, tunc et haereditas, *etc.* Societatem lucr quaeſtus, et compendii coire Paullus in l. Duo ſocietatem §. Duo co liberti. D. pro Socio. Vlpian. in l. Si ſocietatem. D. pro Soci Si Societatem vniuerſarum fortunarum coierunt, id eſt earum quoqu rerum, quae poſtea cuique acquirentur, haereditatem cuiuis eorum d latam in commune redigendam. Cic. Fam. 5, 19 Quia commun catio conſilii tali tempore, quaſi quaedam admonitio videtur eſſe o ficii, vel potius efflagitatio ad coëundam Societatem vel pericu vel laboris. Modeſtinus in l. Societatem D. pro Socio, Societate coire et re, et verbis, et per nuntium poſſe nos, dubium non e Paullus in l. 1 D. pro Socio, In Societate omnium bonorum omnes r quae coëuntium ſunt, continuo communicantur. ¶ 4 Coi *dicuntur, vt* Congredi, concurrere, committi, *milites, cum pugna incipiun*

*incipiunt.* Stat. Theb. 16, 408 Haec pugnae facies: coëunt ſine more, ſine arte. Agmina coëunt Valer. Argon. 8, 430. Rates coëunt Idem Argon. 8, 284. Coëunt in praelia Id. Argon. 5, 635. Pro niuea coiere in cornua vacca Nemeſ. Ecl. 4, 34. *de tauris.* Mutuaque armati coëunt in vulnera fratres Manil. 4, 83. Lucan. 2, 225 Multumque coitur Humani generis maiore in praelia damno. ¶ 5 *De Venereo congreſſu:* [βινεῖν, ὀπύειν] Plin. 10, 53 Quaedam omni tempore coëunt, vt gallinae. Colum. 6, 27, 3 *de Equis,* Tam feminis quam admiſſariis deſiderantibus coëundi fiat poteſtas. *Et* 4 Flagrent ardore coëundi feminae. *Et* 10 Nonnunquam ignobilis quoque vulgaris *aſellus* elicit *equae generoſae* cupiditatem coëundi. Ouid. Faſt. 3, 193 Cum pare quaeque ſuo coëunt volucresque feraeque, Atque aliquam, de qua procreet, anguis habet. Id. Her. 4, 129 Nec quia priuigno videar coitura nouerca, Terruerint animos nomina vana tuos. Ouid. Met. 10, 394 Coëuntque animalia nullo Caetera delectu. Idem Met. 9, 732 Vrit oues aries: ſequitur ſua femina ceruum. Sic et aues coëunt. *Et* de Arte Am. 2, 615 In medio, paſſimque coit pecus; hoc quoque viſo Auertit vultus ſaepe puella ſuos. Curt. 5, 1, 37 Liberos, coniugesque cum hoſpitibus ſtupro coire, modo, *etc.* Toro coire Ouid. de Arte Am. 1, 564. *ſubauditur praepoſitio.* Furtim coire Idem Rem. Amor. 33. ¶ 6 *Interdum* Coire [συνίστασθαι] *Verbum criminoſum eſt.* Cic. pro Cluent. 144 Qui Tribunus militum legionibus quatuor primis, quiue Quaeſtor, Trib. Plebis (et deinceps omnes magiſtratus enumerantur) quiue in Senatu ſententiam dixit, dixerit: qui eorum coit, coierit, conuenit, conuenerit, quo quis iudicio publico condemnaretur, *etc.* Plin. Epiſt. 5, 14 Recitauit libellum diſertum et grauem, quo queſtus eſt venire aduocationes, venire etiam praeuaricationes, in lites coiri, et gloriae loco poni ex ſpoliis ciuium magnos et ſtatos reditus. Cic. pro Domo 47 Collegia medius fidius Tribunorum plebis tota reperientur hoc iure firmato, quae coëant de hominum locupletiſſimorum bonis, praeda praeſertim populari et ſpe largitionis oblata.

COIENS, untis. Part. [συνελθών, μενος] Sil. 1, 52 Teque vadi dubium coëuntibus Aufide ripis. Sen. Troad. 199 *de vmbra Achillis poſt vaticinium redeunte ad inferos.* Repetensque Ditem merſus ingentem ſpecum coëunte terra iunxit, *i. hiatum coniungente ſe terra clauſit. Add.* Iuſtin. 4, 1, 16.

COITVRVS, a, um. Partic. Ouid. Her. 4, 129 Nec quia priuigno videar coitura nouerca.

COĬTVS, a, um. *Vt,* Honeſtae rei ſocietas coita Vlpian. l. 57. ff. pro Socio. *Conf.* ibid. l. 32. et 33.

COIBĬLIS, e. *Si verbum eſt, ſignificat, quod facile coit et apte iungi poteſt.* Gell. 17, 19 Celeri admodum et coibili oratione, vocumque filo tereti et candido, fabulam ſcripſit Herodotus ſuper fidicine illo Arione. *Sed* Cohibili *hodie editur, v. v. Eius compoſitum* Incoibilis, *vide ſuo loco.*

COIBILĬTER, *vid.* COHIBILITER.

COITIO, ōnis. f. [σύστασις] *Actus coëundi.* Cic. de Aruſp. Reſp. 55 Veruntamen nocturnis vigiliis et coitione hominum, iuſtitium illud conceptum ac meditatum eſt. Paullus in l. Nulla D. pro ſocio, Nulla ſocietatis in aeternum coitio eſt. Coitio, *pro actione arcana et factioſa.* Dubitabitis, quin coitio facta ſit Cic. pro Planc. c. 22. Idem Q. Frat. 3, 1 Quod ſcribis, te audiſſe in candidatorum Conſularium coitione me interfuiſſe, id falſum eſt. Eiusmodi enim pactiones in ea coitione factae, quas poſtea Memmius patefecit, vt nemo bonus intereſſe debuerit: et ſimul mihi committendum non fuit, vt his coitionibus intereſſem, quibus Meſſala excluderetur. *Et* Liu. 3, 65 Quum per coitiones potentiorum iniuria fieret. *Conf.* Idem 3, 35. *et* 4, 13. *Vid. Sigon. et Gronou.* Vidi te quoque coitionem aduerſum me et coniurationem eorum pro tua ſapientia ſuſpicatum Apul. Apol. p. 313. *Pro pugna* Ter. Phorm. 2, 1, 32 Senex adeſt, vide quid agas: prima coitio eſt acerrima. *Coitus Venereus.* Solin. cap. 49 (62) *de camelis feminis,* Ad bellum feminae praeparantur, inventumque eſt, vt deſiderium eis coitionis quadam caſtratione exſecaretur.

COĬTVS, ûs. m. [συνουσία, συνάφεια, μῖξις, ὀχεία] *Vſitatiſſime de Venere dicitur.* Plin. 10, 52 Coitus auibus duobus modis, *etc.* Monſtrifer coitus Stat. Theb. 10, 790. Nefandi coitus Sen. Hippol. 160. Coitus appetentia pecori vt moueatur Colum. 6, 24, 3. Ad coitus feminarum reuocantur tauri Idem 6, 23, 3. Gell. 19, 2 Hippocrates autem diuina vir ſcientia de coitu Venerio ita exiſtimabat: partem eſſe quandam morbi teterrimi, quem noſtri comitialem dixere. namque ipſius verba haec traduntur, τὴν συνουσίαν ἄναι μικρὰν ἐπιληψίαν. *Sed tamen etiam de aliis vſurpatur.* Celſ. 5, 18 Poteſt vero ea compoſitio etiam ad parotidas, phymata, ſtrumam, omnemque coitum humoris emolliendum. Quinctil. 9, 4, 59 Coitus Syllabarum. Coitus Lunae, *cum radiis ſolis inuoluta quaſi deliteſcit.* Plin. 2, 9 Morata in ſolis coitu biduo. *Et* c. 13 Solis defectum non niſi nouiſſima primaue fieri luna, quod vocant coitum. *Vid.* COETVS.

COITV̄RVS, a, um. Partic. [συνουσιάσων] Ouid. Epiſt. 4, 129 Nec quia priuigno videar coitura nouerca.

COEPIO. [ἄρχομαι, ἐπιβάλλομαι, ἐνίσταμαι] *Verbum, quo veteres vtebantur pro Incipio.* Lubido extemplo coepere eſt conuiuium Plaut. Perſ. 1, 3, 41. Idem Men. 5, 57 Neque ego inſanio, neque pugnas, neque lites coepio. *Et* Truc. 2, 1, 23 Vbi nihil habeat, alium quaeſtum coepiat. Terent. Adel. 3, 3, 44 Prius olfeciſſem, quam ille quidquam coeperet, *Quo in loco multi legunt Coeperit. At diſerte* Priſcian. 10 p. 879 *docet, legendum* Coeperet, *Id quod exigit ſenſus:* i. *Inciperet.* Feſtus, Coepiam futurum tempus ab eo quod eſt Caepi. Cato, Coepiam ſeditioſa verba loqui. Inuenitur quoque apud maiores et infinitiui modi coepere. *Sed haec deinde obſoleta. Manſerunt in vſu tantum Praeteritum* Coepi, Coeperam, Coepiſſem, Coepero, Coepiſſe, Coeptum. Cic. de Nat. Deor. 2, 7 c. 2 Priſtinis orbati muneribus haec ſtudia renouare coepimus. Salluſt. in Catil. Sed ea tempeſtate coepere ſe quisque magis extollere. Incipe, dimidium facti eſt coepiſſe: ſuperſit Dimidium; rurſum hoc incipe, et efficies Auſon. Epigr. 82. Melius coepiſſi quam deſinis Ouid. Epiſt. 9, 23. Propert. 4, 4, 74 Vrbi feſtus erat, dixere Palilia Patres: Hic primus coepit moenibus eſſe dies. *i. Eo die primum coeperunt aedificari moenia.* Celſ. Praef. A conſilio tamen coeperunt. Quinctil. 10, 1, 46 Rite coepturi ab Homero videmur. Ennius *apud* Cic. de Fato 5 c. 15 Neue inde nauis inchoandae exordium Coepiſſet. Martial. 11, 103 Portentum eſt, quoties coepit imago loqui. Lingua coepit eſſe in quaeſtu Quinctil. 1 prooem. 13. Odium coepit glandis Lucret. 5, 1415. Obſidium coepit Tacit. Ann. 4, 49. Sil. 15, 419

Forte dies priſcum Tyriis ſollemnis honorem
Rettulerat, quo primum orſi Carthaginis altae
Fundamenta, nouam coepere mapalibus vrbem.

¶ 2 *Sollemnis maxime conſtructio cum infinito, quo in genere Ciceronis ſunt iſta,* Coepi agere, cogitare, diligere, eſſe Romae, intendere, nauigare, poſſe ingredi, ſapere, ſpem habere, velle *etc.* Abundare coepit Cic. Att. 1, 2. Idem in Catil. 2, 10 Res eos iampridem, fides Deficere nuper coepit. Si quae rapinae fieri coeperint Id. Fam. 14, 18, 2. Cic. pro C. Rabir. Poſth. 5 Nihil autem erat illo blandius, nihil hoc benignius: vt magis poeniteret coepiſſe, quam liceret deſiſtere. Simulac progredi coepero Idem Fam. 3, 5, 11. Recipere ſe coepit in aliquem locum Id. Fam. 10, 15. Reſpondere impudenter coepit Cic. in Catil. 3, 12 c. 5. Ruere coepit Idem Att. 7, 20. Sentire coepi me nocentem eſſe Ouid. Amor. 1, 7, 59. Tractare atque agere cauſas coepit Cic. de Orat. 1, 170. Coepi *cum verbo inchoatiuo* Virg. Georg. 3, 237 Fluctus vt in medio coepit quum albeſcere ponto. *Et* 504 Sin in proceſſu coepit crudeſcere morbus. *Etiam alias fere abundat.* Pauſanias orare coepit Nep. 4, 4, 6. Coepi facere Petron. *i. feci: vid. Erhard. ad c. 6 p. 29 ſq. edit.* Burm. *Add. Graeu. ad* Cic. Fam. 10, 16. ¶ 3 Coepit, *pro Incepit loqui.* Virg. Aen. 1, 525 Maximus Ilioneus placido ſic pectore coepit. ¶ 4 Coeptus ſum, *pro Coepi.* Cic. de Clar. Orat. 26 Primumque etiam monimentis et literis oratio eſt coepta mandari. *Et* 301 Hortenſius igitur quum admodum adoleſcens orſus eſſet in foro dicere, celeriter ad maiores cauſas adhiberi coeptus eſt. Et Liu. 21, 8 Vineae coeptae agi. *Et mox* Oppidani — multimoda arte diſtineri coepti ſunt. Idem 21, 23 Exercitus coeptus eſt traduci. Nepos 13, 3, 1 Coepti ſunt premi. Coepta eſt deſiderari diligentia eius Id. 15, 7, 1. Armis diſceptari coeptum eſt Cic. Fam. 4, 4, 6 Tac. Ann. 12. 16 Expugnatio coepta patrataque.

COEPTVRVS, a, um. [ἀρξόμενος] Part. fut. Quinctil. 10, 1, 46 Rite coepturi ab Homero videmur.

COEPTVS, a, um. Partic. [κατάρχθεὶς] Virg. Aen. 2, 162 Coepti fiducia belli Palladis auxiliis ſemper ſtetit. Amicitiae coeptae perenne foedus Stat. Silu. 4, 6, 22. Amor coeptus Ouid. Epiſt. 17, 189. Carmina coepta tuis iuſſis Virg. Ecl. 8, 12. Dies coeptus Tacit. Ann. 4, 25. Facinus coeptum perage Sen. Med. 1014. Iter coeptum peragere Ouid. Faſt. 1, 188. Limite coepto tendere Stat. Silu. 5, 1, 186. Opus coeptum perficere Ouid. Faſt. 4, 16. Idem Epiſt. Sabin. 1, 54 Et coeptum reuocas pallida ſemper opus, *i. denuo incipis.* Ora coeptis tranſitum verbis negant Sen. Hippol. 602. ¶ 2 *Deponentis inſtar interdum ponitur.* Virg. Aen. 6, 256 Sub pedibus mugire ſolum, et iuga coepta moueri Siluarum. Cic. de Orat. 1, 168 Vt ſi ille infitiator probaſſet iudici ante petitam eſſe pecuniam, quam eſſet coepta deberi. ¶ 3 *Neutro genere plurali ſaepe ſubſtantiue ponitur, pro conatu, conſiliis, negotiisque adeo inſtitutis ſ. inceptis.* Ouid. Met. 1, 2 Dî coeptis (nam vos mutaſtis et illas) Aſpirate meis. Audax coeptum Virg. Georg. 1, 40. Sil. 11, 202 Audita aſperitate viri, coeptoque feroci. Virg. Aen. 4, 642. At trepida, et coeptis immanibus Effera Dido. Seruius: Furiata ſaeuis cogitationibus. Ingentia Idem Aen. 9, 296. Inuida nox coeptis Ouid. Met. 9, 485. Socius coeptorum Iuſtin. 1, 7, 1. Fremitus Vanique inſania coepti Valer. Argon. 2, 525. Adeſſe coeptis alicuius dicitur Deus Ouid. Faſt. 6, 652. Annuere coeptis alicuius Virg. Georg. 1, 40. Aſpirare coeptis alicuius Ouid. Met. 1, 2. Idem Met. 9, 615 Vincetur, repetendus erit, ne Taedia coepti Vlla mei capiam, dum ſpiritus iſte manebit. Bene coepta male cedunt Vell. 2, 14. Stat. Theb. 10, 237 Nec deeſt coeptis, *i. non deſinit. Contra* Manus vltima coepto Defuit Ouid. Triſt. 2, 556. *Vid. mox* Impoſita eſt. Deficere coeptis Valer. Argon. 2, 597. Deſiſtere coepto Sen. Phoeniſſ. 103. Ouid. ex Pont. 3, 1, 139 Si quid aget maius, differ tua coepta. Exſequi Sen. Hippol. 596. Ouid. Met. 9, 618 Nam primum (ſi facta mihi reuocare liceret) Non coepiſſe fuit: coepta expugnare, ſecundum eſt. Fauere coeptis Sen. Hippol. 412. Impoſita eſt manus vltima coepto Ouid. Met. 8, 200. *vid. paullo ante* Defuit. Ire miniſtrum haud ſegnem coeptis, *diligenter coepta peragere* Sil. 7, 346. Stat. Theb. 12, 642

Terrarum leges, et mundi foedera mecum
Defenſura manus, dignas inſumite mentes
Coeptis.

Maturare coepta, *vid. ſub* MATVRVS. Occulere coepta, *Celare deliberationem* Sen. Thyeſt. 333. Suet. Neron. c. 34 Reliquum temporis cum magna trepidatione vigilauit, opperiens coeptorum exitum. Pertexere dictis coeptum, *i. inſtitutam orationem abſoluere* Lucret. 1, 419. Sil. 16, 632 Anguſtae prohibent nunc talia coepta Res Italiae. Valer. Argon. 3, 503 Coepta refer: paullumque nefas et foedera necte. Virg. Aen. 8, 15 Quid ſtruat his coeptis. Ouid. ex Pont. 2, 7, 84 Coepta tene quaeſo, nec in aequore deſere nauem.

COEPTVS, ûs. m. [κατάρχη] *Idem. Laudatur, falſo puto,* Gell. 2 vlt. Nos vero, vt coeptus noſter eſt. *Certius eſt* Cic. de Finib. 4, 41 c. 15 Atque ipſa inſtitutio hominis, ſi loqueretur, haec diceret, primos ſuos quaſi coeptus appetendi fuiſſe, vt ſe conſeruaret in ea natura, in qua ortus eſſet.

COEPTO, āre. [ἄρχομαι] *Idem quod Incipere.* Ter. Eun. 5, 7, 1 Quid coeptas Thraſo? Animal coeptat ea, quae naturae apta ſentit, appetere Cic. de Fin. 5 c. 9. Cic. in Arato 131 Sicut quum coeptant tutos conſtringere portus, Obuertunt nauem magno cum pondere nautae. Lucret. 1, 268 Ne qua forte tamen coeptes diffidere dictis. Arma coeptare Tacit. Ann. 12, 32, 3. Id. Tacit. Hiſt. 2, 41, 2 Incertum fuit, inſidias, an proditionem, vel aliquod honeſtum conſilium coeptauerint. Rebellionem Tacit. Ann. 3, 40. Seditionem Idem Ann. 1, 38. *Intranſitiue* Plin. 36, 25 ſ. 64 Lithoſtrata coeptauere iam ſub Sulla paruulis certe cruſtis, *etc. Sed. Hard.* Acceptauere *ex MSS.*

COEPTANS. Partic. [ἀρχόμενος] Sil. 15, 696

Hasdrubal et coeptantem Atabum raptare peremto
Gemmiferi ſpolium cultus, auroque rigentes
Exuuias, iaculum a tergo perlibrat ad oſſa.

Altiora coeptantem Ammian. 16, 6. *Intranſitiue* Nox coeptans Idem 20, 8. Olympiade VII. coeptante Solin. c. 2.

COEPTATVS, a, um. Part. Tacit. Hiſt. 4, 44, 2 Patres libertatem coeptatam omiſere.

COËPISCOPVS, i. m. *Quaſi tu Collegam epiſcopatus dicas.* Sidon. Epiſt. 4, 25 Conſilio cum coëpiſcopis communicato. *Conf.* Hieron. ad Lucif. cap. 9. *et* l. 7 §. 7 C. de ſumma Trin.

COËPVLONVS, i. m. Plaut. Perſ. 1, 3, 20 O mi Iupiter terreſtris, te coëpulonus compellat tuus. *Alludit ad collegium* Epulonum Iouis, *de quo ſ. l.*

COËQVITO, āre. [συνιππεύω] *Simul equitare.* Liu. 37, 18 Coëquitauerant autem ſex millia equitum. *Sed Gronou.* Cum equitatu: erant autem ſex millia equitum.

COËRCEO, ui, itum, ēre. [εἴργω, συνείργω, ἀναχαιτίζω, περισφίγγω] *Ex* Con *et* Arceo *compoſitum; vndique* arcere, *i. arctare et continere, atque adeo obſtare et impedire.* Cic. de Senect. 52 Quam ſerpentem multiplici lapſu et erratico, ferro amputans coërcet ars agricolarum, ne ſilueſcat ſarmentis, *de vite.* *Quod imitatur* Quinctil. 9, 4, 5 Cur vitem coërcemus manu? Pomponius in l. 22 Si vſusfructus D. de aqua pluu. arcend. §. 1 Non aliter reſtituiſſe rem videtur is, qui opus fecit, quam ſi Aquam coërceat, *i. arceat, quod ipſe titulus ſatis docet: eſt autem* arcere *intra ſuos fines et alueos continere, ne euagata noceat.* Cic in Topic. 39 Genus eſt, Aqua pluuia nocens: eius generis formae, loci vitio, et manu nocens: quarum altera iubetur ab arbitrio coërceri, altera non iubetur. *Hinc* Cic. de Cl. Orat. 316 c. 91 *de ſua dicendi ratione*, Is (*Molo*) dedit operam, vt nimis redundantes nos, et ſuperfluentes iuuenili quadam dicendi impunitate, et licentia reprimeret, et quaſi extra ripas diffluentes coërceret. Quinctil. 12, 1, 20 *de eadem re et homine*, Et ſe ipſe multa ex illa iuuenili abundantia coërcuiſſe teſtatur. *Sic* Horat. A. P. 293 Carmen reprehendite, quod non Multa dies et multa litura coërcuit. Celſ. 5, 19 Exeſt etiam vehementer corpus, atque oſſa quoque reſoluit et ſupercreſcentem Carnem coërcet. Id quod habet, *etc.* Celſ. 7, 7 Poſt haec educenda acus recta eſt: imponendumque eſt lana molli exceptum oui album, et ſupra quod inflammationem coërceat atque ita deuinciendum. Hor. in Epod. 9, 35 Vel quod fluentem Nauſeam coërceat Metire nobis Caecubum. Sacrum coërcere Cato R. R. 139, 1 *eſt idem, quod* Lucum collucare. *Salmaſ. malit* coinquere, *v. v.* Coërcere *verbum huic rei aptum.* *Vid.* Arbores coërcere n. 2. Liu. 2, 23 Iam prope erat, vt ne Conſulum quidem maieſtas coërceret iras hominum. Brutus *ad* Cic. 16 *ſub fin.* Ego vero is ſum, qui non modo non ſupplicem, ſed etiam coërceam poſtulantes, vt ſibi ſupplicetur. Cic. Att. 1, 18 In qua ego nactus (vt mihi videbar) locum reſecandae libidinis et coërcendae iuuentutis. Pompon. l. 2 §. 16 de Or. Iur. Solum relictum eſt *Conſulibus*, vt coërcere poſſent, et in vincula publica duci iuberent: *proprie verbo vtitur nam ipſum* carcerem *a* coërcendo ſ. coarcendo *dictum, alias ex Varrone obſeruamus.* *Sic* Plin. 10, 50 Ex eo coepimus carcere coërcere animalia, quibus natura caelum aſſignauerat. Caius l. 3 ff. de acquir. rer. dominio Cuſtodia noſtra feras et volucres coërcere. Calliſtratus l. ſuccurritur ff. Ex quibus cauſis maiores, Quod non ſolum ad eum pertinet, qui publica cuſtodia coërcetur, ſed ad eum quoque, qui a latronibus vi oppreſſus vinculis coërceatur. Cic. Philipp. 11, 4 A progreſſu coërcuit, a reditu refrenauit, *etc.* *Hodie legunt* Arcuit. Idem de Finib. 1, 2 Qui autem, ſi maxime hoc placeat, moderatius id volunt fieri, difficilem quandam temperantiam poſtulant in eo, quod ſemel iam miſſum (*mel.* admiſſum) coërceri reprimique non poteſt. ¶ 2 *Subſtantiua quaedam ordine elementorum diſpoſita:* Animantes Extima membrorum circum caeſura coërcet Lucr. 4, 651. Animos coërcere, *Moderari impetus animi* Sen. Hippol. 256. Arbores coërcere Vlpian. in l. 1 D. de arbor. caed. Ouid. Met. 1, 477 Vitta coërcebat poſitos ſine lege capillos. *Sic* Hor. Carm. 2, 19, 19 Nodo coërcere crines. Lucret. 6, 954 Vndique quae circum Corpus lorica coërcet. Cupiditates Cic. de Orat. 1, 194. Defectionem coërcere Curt. 7, 6, 15. Impetum aquarum coërcere Idem 8, 13, 9. Improbitatem Cic. Verr. 3, 204. Suet. Domit. 8 Inceſta Veſtalium virginum varie ac ſeuere coërcuit. Incurſiones coërcere Suet. Aug. 21 Interpellatorem Cic. in Orat. . . *metuo vt recte.* Iram promtam Stat. Theb. 11, 667. Cic. Off. 2, 24 c. 7 Sed iis, qui vi Oppreſſos imperio coërcent, ſit ſane adhibenda ſaeuitia. Obſidentes coërcere Vellei. 2, 125, 4. Ora coërcere frenis Ouid. Met. 5, 643. Cic. de Fin. 2, 3 Cum enim fertur, quaſi torrens, Oratio, quamuis multa cuiusmodi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nuſquam orationem rapidam coërceas. Poſtrema coërcent Tyrrhidae iuuenes Virg. Aen. 9, 28. *i. agmen claudunt.* Iam ſi Pudor, ſi modeſtia, ſi pudicitia, ſi vno verbo temperantia, poenae aut infamiae metu coërcebuntur, non ſanctitate ſua ſe tuebuntur Cic. Fin. 2, 73 c. 22 *vbi* coërcebuntur *eſt quaſi ſepimento munimentoue circumdabuntur.* Se coërcent modica Sen. Hippol. 213. *i. homines mediocri fortuna moderate ſe gerunt, imperant cupiditatibus.* Terras coërceat omnes Caeſar Ouid. ex Pont. 3, 3, 61. Temeritatem Cic. Tuſc. 2, 47. Quinctil. 9, 2, 76 Hic vero tegere nos iudex quae ſcimus, et Verba vi quadam veritatis erumpentia credat coërcere. *Alio plane intellectu* Ouid. ex Ponto 4, 8, 73 Nam modo bella geris, numeris modo Verba coërces, *i. includis, adſtringis.* Veſtem coërcuit fibula Ouid. Met. 2, 413. ¶ 3 *Adiicitur interdum illud per quod, vel quo, aliquid coërcetur.* Vt Cic. de Nat. Deor. 2, 58 c. 22 Ipſius vero mundi, qui omnia Complexu ſuo coërcet et continet. Idem Tuſc. 5, 21 Appius noſter turmas aliquot equitum dederat huic Scaptio, per quas Salaminios coërceret. Armis hoſtem coërcere Ouid. Faſt. 1, 715. Dextra coërcet fures Hor. Serm. 1, 8, 4. Suet. in Neron. c. 4 Vt neceſſe fuerit Auguſto clam fruſtra monitum Edicto coërcere. Celſ. 3, 18 *de inſaniente*, Fame, vinculis, plagis coërcendus eſt. Surgentia in altum oleae cacumina Ferro coërcebo Quinctil. 8, 3, 10. Hor. Serm. 1, 3, 134

Vellunt tibi barbam
Laſciui pueri, quos tu niſi fuſte coërces,
Vrgeris turba circum te ſtante.

Manibus procacitatem alicuius Nep. 20, 5, 2. Modis omnibus ſocios coërcere Salluſt. Catil. 30. Morte, exilio, vinculis, damno aliquos Cic. Off. 3, 23 c. 5. Numeris coërcere verba *modo vidimus* n. 2. Poena metalli coërcendus eſt, Vlpian. in l. Sacrilegii. D. ad legem Iuliam peculat. Cic. de Orat. 3, 4 Hic quum homini et vehementi et diſerto, et in primis forti ad reſiſtendum Philippo, quaſi quaſdam verborum faces admouiſſet, non tulit ille, et grauiter exarſit, Pignoribusque ablatis Craſſum inſtituit coërcere. Praeceptis aliquem coërcere Tacit. Hiſt. 4, 8. Ouid. Tr. 2, 531 Inuida me Spatio natura coërcuit arcto. Cic. in Catil. 1, 3 Vt viri fortes acrioribus Suppliciis ciuem pernicioſum, quam acerbiſſimum hoſtem coërcerent. *Sic* Idem de Legib. 3, 6 Magiſtratus nec obedientem et nocuum ciuem multa, vinculis, verberibusque coërcento. Suppliciis delicta Hor. Serm. 1, 3, 79. Verbere torto terga equorum coërcere Sen. Hippol. 1077. Voce coërcere Suet. Aug. 42.

COËRCENS, entis. Part. *Vt,* Animus vitae clauſtra coërcens Lucret. 3, 396. Cic. de Nat. Deor. 2, 101 c. 40 Reſtat vltimus et a domiciliis noſtris altiſſimus, omnia cingens et coërcens caeli complexus. Si maligna purgatio eſt, ſubiicienda ſunt coëuntia coërcentia Celſ. 4, 20, 1. *ſc. medicamenta, i. adſtringentia, ſ. contrahentia. Sed Morgagn. Ep. II. et III in Celſ. in MStis, poſt lacunam aliquot paginarum, reperit. Certe nihil ex h. l. probari poteſt.*

COËRCĬTVS, a, um. Partic. [συνειργμένος] Plin. 12, 1 Produnt Alpibus coërcitas, et tum inexſuperabili munimento Gallias hanc primum, *etc. i. Gallos Alpibus diſcluſos ab Italia.* Multa animaduerſa ſeuere et coërcita Suet. Neron. c. 16. Ouid. Epiſt. 14, 3 Clauſa domo teneor, grauibusque coërcita vinclis.

COËRCITIO, f. *vt ſcriptum nonnunquam inuenitur* COËRCTIO, *vel* COERTIO, ōnis. f. [σύναξις] *Imperium et auctoritas coërcendi, puniendique adeo.* Paullus in l. fin. D. de Officio eius, cui mandata eſt iurisdictio, Mandata iurisdictione priuato, etiam imperium, quod non eſt merum, videtur mandari: quia iurisdictio ſine modica coërtione nulla eſt. *Liber Florentinus hic et al.* Coërcitio *teſte Torrentio ad* Suet. Aug. c. 45 *vbi eadem varietas.* Coërtionem popinarum aedilibus ademit Idem Claud. c. 38 *et hic al.* coërcitionem. Interpellantis coërtio Quinctil. 9, 2, 2. coërcitio *meliores.* Celſ. 3, 18 Ex his autem, eos, qui intra verba deſipiunt, aut leuiter etiam manu peccant, onerare aſperioribus coërtionibus ſuperuacuum eſt. *Etiam hic editur nunc* coërcitionibus. *Ac ſimilis fere eſt ratio reliquorum, quae laudabimus.* Liuius 4, 53 Pronuntiaueruntque ex collegii ſententia, C. Valerio COS. ſe damnum, aliamque coërcitionem, aduerſus interceſſionem collegae delectus cauſa detrectantibus militiam inhibenti, auxilio futuros eſſe. Delictorum coërcitio l. 131 Dig. de V. S. Errantium coërcitio Senec. de Ira 15. Interpellantis Quinctil. 9, 2, 2. *al.* coërtio. Morum coërcitio l. 15 §. 1 Dig. de ſolut. Matrim. Seruorum coërcitio Sen. de Breu. Vit. 3. Capitalis coërcitio l. 200 Dig. de Verb. ſignificat. Pecuniaria l. 2 Dig. de publ. iudiciis.

COËRCITOR, ōris. m. *Cuſtos, qui obſeruat.* Eutrop. 7, 13 Diligens coërcitor diſciplinae militaris.

COËRO, āre. *Verbum vetus, pro* Curare. Verba XII tab. *apud* Cic. de Legg. 3, 10 c. 4 Aſt ſi quid erit, quod extra magiſtratus coëratore vſus ſit: qui coëret, populus creato, eique ius coërandi dato *Et* Gell. 15. 11 Praetor animaduerteret coëraretque.

COERATOR, ōris. m. *modo dedimus ex* Cic. de Legib. 3, 10.

COËRRO, āre. [ἀποπλανάομαι] *Pro vna oberrare.* Paul. in l. §. 3 D. de off. Praefect. vigil. Sciendum eſt, inquit, Praefectum vigilum per totam noctem vigilare debere, et coërrare calciatum, cum hamis et dolabris. *Nonnulli et pro* Coërrare, Coërare *legendum ſuſpicantur, pro* Curare: *quomodo a* Muniendo *dicuntur vrbium* Moenia *a* Poena Punio, *a* Poenus Punicus.

COERVLEVS, *vid.* CAERVLEVS.

COETVS, ûs. m. [χορὸς, ὅμιλος] *Conuentus et congregatio qua* Coitus *a* Coëo. Cic. de Senect. 85 c. vlt. O praeclarum diem, quum ad illud diuinum animorum concilium coetumque proficiſcar, *et* Comitum dulces coetus Catul. 44, 9. Deorum Stat. Theb. 11, 45 Coetus ſcholarum Quinctil. 2, 9, 2. Pſeudo-Cic. in Salluſt. 18 Ei enim partis erat exemplar Salluſtius: quo tanquam in imam voraginem, coetus omnium vitiorum exceſſerat. Femineis coetibus extat *i. inter feminas eminet* Claud. in Conſ. Prob. et Olyb. 199. Stat. Theb. 8, 11

Necdum illum aut trunca luſtrauerat obuia taxo
Eumenis, aut furuo Proſerpina poſte notarat
Coetibus adſumtum functis. *i. mortuis.*

Virg. Aen. 5, 107 Finitimi laeto complerant litora coetu. Claud. in Gigant. 3. Omnia Monſtrifero complebat tartara coetu. *Al.* Foetu *quod Heinſius probat.* Sanctus Claud. in pr. Conſ. Stil. 2, 299. Sociati coetus hominum Cic. Somn. Scip. 4. Sollemnis Cic. Verr. 5, 185. Stat. Theb. 10, 583 Tireſian alii lacrimis et Supplice coetu Orant. Virginei Idem Achil. 1, 208. Viriles Ouid. Met. 3, 40 Vulgares, *i. turba vulgi* Hor. Carm. 3, 2, 23. Adducere meretricem in coetum matronarum Cic. de Fin. 2, 11 c. 4. Agitare coetus *vid.* AGITO. Accedere coetus Valer. Argon. 3, 413. Celebrare hominum coetus, *vid.* CELEBRO. Cingunt polum aues coetu Virg. Aen. 1, 398. Colere coetus ciuium Sen. Hippol. 482. Cic. de Orat. 3, 62 Valde autem eſt abſurdum ei concionem, aut Senatum aut vllum coetum hominum Committere, qui nemo illorum, qui ad- ſint, ſanus, nemo ciuis, nemo liber eſſe videatur. Idem in Catil. 1, 10 Haec ego omnia, vixdum etiam coetu veſtro Dimiſſo, comperi: domum meam maioribus praeſidiis muniui, atque firmaui. Liu. 1, 18 Quem (Pythagoram) in vltima Italiae ora circa Metapontum et iuuenum aemulantium ſtudia coetus Habuiſſe conſtat, *i. Scholam.* Cic. Verr. 5, 185 c. vlt. Venire in congregationes et conuentus. Idem in Catil. 1, 6 Si neque nox tenebris Obſcurare coetus nefarios, nec priuata domus parietibus continere vocem coniurationis tuae poteſt, *etc.* Proferre aliquid in coetu concilioque Cic. de Fin. 2, 77. Soluto coetu diſcedunt Ouid. Met. 13, 898. Cic. de Orat. 2, 33 Ne qua fort. dicendi pars, quoniam ita voluiſtis, in hoc tali coetu, atque in tam accurato ſermone praeterita eſſe videatur. ¶ 2 *Ex notione* verbi Coëo Coetum *vocat* Lucretius *Connexionem et copulam membrorum, cum humoribus, et ſpiritibus, omnibusque, ex quibus humanum corpus compactum et conſtitutum eſt: vt* 2, 1001 Nec ſic interimit mors res, vt materiai Corpora conſiciat: ſed coetum diſſupat ollis. *Et* 863 Nil tamen hoc ad nos, qui coetu concilioque Corporis atque animae conſiſtimus vniter apti. *Et* 5, 429 *elementorum quoque coniunctionem*, Coetum *vocat*, Omne genus motus, et coetus experiundo, *et* *Sic Coniunctiones ſtellarum*, Coetus *appellat* Gell. 14, 1 Nam ſi Principes Chaldaei, qui in patentibus campis colebant, ſtellarum motus vias, et diſceſſiones, et coetus intuentes, quod ex iis efficeretur, obſeruauerunt. *Pro coitu venereo* Arnob. 5 p. 187 Eſto in Iouis et Cereris coetu irrigatio ſit ſignificata telluris. *Sic ibid.* p. 162. Coetus *etiam ponitur pro Congreſſu et coitione pugnantium.* Plaut. Amph. 2, 25 Primo coetu vicimus. Coetus *de Conuiuio* Virg. Aen. 1, 739 vos ô coetum Tyrii celebrate fauentes. *Vbi* Seruius; Coetum, modo Conuiuium. Coetus *de factioſis congregationibus.* Coetibus sacrificiis conſpirationem ciuitatum ſancire Tac. Agric. 27, 3. *Conf. Torrent. ad* Suet. Caeſ. c. 17. *Herald. in* Tertull. Apolog. c. 3

COEVS, i. m. [Κοῖος] *Nomen Gigantis, quem pariter et Iapetum Typhoeum quinta luna natos eſſe dicit* Virgilius, *quo tempore vetat ſumere vllius operis initium* Georg. 1, 278

Tu

Tum partu terra neſando
Coeumque, Iapetumque creat, ſaeuumque Typhoea,
Et coniuratos caelum reſcindere fratres.

COËXEMPLVM, i. n. Coëxemplo ſuo aliquem ad mortem animare Sariſb. 8, 19.

COËXERCITĀTVS, a, um. [συγγεγυμνασμένος] *Vna exercitatus.* Quinctil. 2, 17, 41 Artem conſtare ex praeceptionibus (*mel.* perceptionibus) conſentientibus et coëxercitatis ad finem vtilem vitae.

COËXSVLTO, āre. Paullin. Epiſt. 18.

COËXVL, ulis. *Socius exilii.* Ego et coëxules experimur Sariſb. Ep. 205.

COËXVLO, āre. Coëxulare fidelibus Sariſb. Ep. 174.

## C O G

COGGYGRIA, ae. f. Arbor eſt Adrachnae non abſimilis, fructum, lanugine, quam Pappum vocant, amittens: quod nulli alii arbori euenit Plin. 13, 22. *Harduinus legit* Coccygia.

COGĬTO, āre. [ἐννοέω, διανοοῦμαι, ἐνθυμοῦμαι, ἐπινοέω, Cogitat, σκέπτεται, λογίζεται, ἐνθυμεῖται, μεριμνᾷ, βουλεύεται Vet. Gloſſ.] *Eſt mente vna agitare.* Cogitare a cogendo dictum: mens plura in vnum cogit, vnde deligere poſſit Varr. L. L. 5, 6 p. 52, 36. Plaut. Mil. 2, 2, 46 Quemadmodum adſtitit ſeuera fronte curas cogitans. Cic. Tuſc. 5, 111 c. 38 Loquor enim de docto homine, et erudito, cui Viuere eſt cogitare. Inter Cogitare et Deliberare hoc intereſt; Cogitare, eſt Dubitare: Deliberare, Confirmare. Haec Nonius 5, 28 *Et interdum ſane qui* cogitare *ſe dicit, nondum conſtitutum ſibi certi quidquam fatetur. Sed non eſt perpetua haec differentia. Nam* Deliberare *ſaepe dicitur, qui conſilium petit: et* Cogitat de profectione, *qui proficiſci iam ante conſtituit.* Labor cogitandi Cic. de Clar. Orat. Animus cogitat res diſſimiles Lucret. 4, 788. Mens cogitat id ipſum Idem 4, 781. Cic. pro Milon. 56 c. 21 Nihil de eius extremis comitibus cogitauit. Acutiſſime Cic. Off. 1, . . . Commode Ter. Heaut. prol. v. 14. Dies et noctes aliquid reputare et cogitare. Cic. pro Deiot. 38. *Conf.* Id. pro Marc. c. 7. Multum et diu, *vid.* MVLTVS. Cic. Fam. 4, 5 Coepi egomet Mecum ſic cogitare, *etc.* Cogites haec tecum, Tu illos, *etc.* Ter. Adel. 5, 3, 22. Cogitare in animo Idem Adel. 1, 1, 7. Hoc tu facito cum animo cogites Id. ibid. 3, 4, 55. Cic. de Lege Agr. 2, 62 Vos tamen id poteſtis cum animis veſtris cogitare. Plin. Epiſt. 9, 36 Cogito ſi quid in manibus, cogito ad verbum, ſcribenti emendantique ſimilis, nunc plura, nunc pauciora. Quinctil. 10, 7, 25 Eſt illa exercitatio cogitandi, totasque materias vel ſilentio, dum tamen quaſi dicat intra ſe ipſum, perſequendi *etc.* Ad verbum cogitat, *qui* quaſi dicit intra ſe ipſum. Terent. Phorm. 1, 5, 10 Ita ſum irritatus, animum vt nequeam ad cogitandum inſtituere. Cic. pro Font. 12 Nae multo veſtrae maiores Grauioresque partes ſunt ad cogitandum, quam ad dicendum meae. Sumere ſpatium vel tempus ad cogitandum Cic. de Orat. 1, . . . Nec aequum, anne iniquum imperet, cogitabit Plaut. Amph. 1, 1, 19. Cogita etiam atque etiam Ter. Eunuch. 1, 1, 11. Quanto magis, magisque cogito Idem Eun. 3, 3, 1. Cernunt, cogitant, ſentiunt omnia certiora animi Cic. de Diuin. 2, . . . Terent. Eun. 4, 2, 3 Dum rus eo, coepi egomet mecum inter vias, ita vt fit, vbi quid in animo eſt moleſtiae, aliam rem ex alia cogitare. Nulla ſpecies cogitari poteſt, niſi impulſu imaginum *ex Democriti ſententia* Cic. de Diuin. 2, 137 c. 67. de Fin. 1, 21 Imagines, quae idola nominant, quorum incurſione non ſolum videamus, ſed etiam cogitemus Quid Sui ciues Cogitent, ſentiant, opinentur, expectent Cic. de Orat. 1, 223 c. 51.

¶ 2 *Conſtructiones diuerſae:* Cogitare ad aliquid *non recte probatur ex* Ter. Andr. 1, 2, 11 Vt ne eſſet ſpatium cogitandi ad diſturbandas nuptias. *Neque enim iungendae ſunt* cogitandi ad nuptias: *ſed* ſpatium cogitandi, *et rurſus* ſpatium ad diſturbandas nuptias. *Sed frequenter ſequitur Praepoſitio* De, *Vt* Ter. Eun. 1, 2, 114 Me expectes, de me cogites. Toto animo de aliquo Cic. Fam. 1, 7. Idem de Amicit. *pr.* Saepiſſime igitur mihi de amicitia cogitanti, *etc.* Id. de Diuin. 2, 140 Maximaeque reliquiae rerum earum mouentur in animis et agitantur, de quibus Vigilantes aut cogitauimus aut egimus. Cic. de Orat. 2, 102 Vt quidquid de ſua re cogitarit in medium proferat. Idem Att. 13, 12 De Scapulanis hortis toto pectore cogitemus: dies adeſt, *i. dies auctionis, quo Scapulani horti venibunt.* Nullum tempus agendi et cogitandi de re aliqua praetermittitur Id. Fam. 1, 5. De aliquo et ornamentis eius et commodis cogitare Cic. Fam. 1, 7. Spe, atque animo de ſe, et gloria ſua cogitare Idem pro Rabir. 29. *Et* de Diuin. 2, 140 Tibi autem de me cum ſolicitudine cogitanti ſubito ſum viſus emerſus e flumine. Suet. in Claud. c. 31 Excepto ſtomachi dolore, quo ſe correptum etiam de conſciſcenda Morte cogitaſſe dixit. Nihil vnquam nec de ſua, nec de communi ſalute cogitans Cic. pro Marc. c. 7. De pernicie alicuius Idem pro Flacc. . . De periculo ſuo cogitare Curt. 6, 8, 5. Cic. Att. 7, 14 Tu ipſe cum Sexto ſcire velim quid cogites de exeundo, de totaque re quid exiſtimes. Si quid amice de Romanis cogitabis Nep. 23, 2, 6. *Eodem ſenſu* In *poſuit* Antonius ad Cic. Att. 14, 13. Sed mehercule ſi humaniter, et ſapienter et amabiliter in me cogitare vis, facilem te profecto praebebis, *etc.* *Cum Accuſatiuo*, Curas cogitans *vidimus ex* Plauti Mil. 2, 2, 46. Cic. Fam. 15, 16 Sed ſi inſulam Britanniam coepero cogitare, eius εἴδωλον mihi aduolabit ad pectus. Curt. 6, 11, 37 Demetrium et ſeipſum id Facinus cogitaſſe confeſſus eſt. Hor. Epiſt. 2, 1, 122 Non Fraudem ſocio, puero non cogitat vllam Pupillo. *Ita veteres editiones; ſed rectius legitur hodie* Pueroue incogitat vllam. Cic. de Orat. 1, 75 Quando enim me iſta curaſſe aut cogitaſſe arbitramini, non ſemper irriſiſſe potius. Proſcriptiones et dictaturas Cic. in Catil. 2, 20. P. Syrus, Vnus dies Poenam affert, plures cogitant, *i. diu praeparatur quaſi poena, quae vno impetu erumpit.* *Sic* Quid cogitet humidus Auſter Sol tibi ſigna dabit, *i. in quam partem ſe flectat, vtrum ad pluuiam, an ad ſerenitatem* Virg. Georg. 1, 462. Cic. de Legib. 2, 2 Nihil enim his in locis niſi ſaxa et montes cogitabam. Suſpendium cogitare Martial. 1, 116.

¶ 3 *Aliae formulae:* Cogito in Tuſculanum Cic. Att. 2, 8 *intell. ire ſ. proficiſci.* *Et* Ibid. 16, 2 In Pompeianum cogitabam, inde Aculanum. *Paullo ante dixerat ſine praepoſitione*, Sed quoniam Euro villa extrudimus, Brunduſium cogito. *Conf.* Id. Fam. 7, 4. *Simili, ſed maiore ellipſi.* Cic. Att. 9, 1 Hinc vero vulgo vadunt, etiam M. Lepidus, quocum diem conterere ſolebam, cras cogitabat, *int. vadere.* Tu de tuo itinere quid et quando cogites, velim me certiorem facias Cic. Att. 10, 5 *extr.* *Adverbia:* Cogitare male Plin. 18, 5. Callide Nep. 14, 8, 4. Cic. de Senect. 18 Carthagini male iamdiu cogitanti bellum multo ante denuntio. Incondite aliquid, *vid.* INCONDITVS. Libidinoſe Cic. Off. 1, 14. In cogitando, moerore angor Plaut. Stich. 1, 1, 54. Cogitatum eſt mihi quid loquar Idem Merc. 2, 3, 10. Acer et acutus homo in cogitando Cic. de Orat. 2, . . . Alicuius vultum, obtutumque oculorum in cogitando noſſe Idem de Orat. 3, 17. Idem Off. 1, 24 c. 8 Cum is, qui nocere alteri cogitat, timet, ne, niſi id fecerit, ipſe aliquo afficiatur incommodo. Non fumum ex fulgore, ſed ex fumo dare lucem cogitat Hor. Art. Poët. 143.

COGITANS, antis. Partic. [ἐννοῶν] *Vt*, Cogitanti non aſſiſtit Praeceptor Quinctil. 1, 2, 12. Nihil vidi tam ἀνηθοποίητον, tam neſcio quid cogitans Cic. Att. 10, 10 *extr.*

COGITĀTVS, a, um. Partic. [ἐννενοημένος] Suet. Tiber. c. 19. Tormentis expreſſa confeſſio eſt cogitati facinoris. *Add.* Cic. pro Mil. c. 12. Idem pro Milon. 32 c. 17 Speraſſet ſe poſſe rempublicam eludere in illis ſuis cogitatis Furoribus. Suet. in Calig. c. 12 Quum ſint quidam auctores, ipſum poſtea, et ſi non de perfecto, at certe de cogitato quondam Parricidio profeſſum. Plus negotii facit res cognita quam cogitata Iuſtin. 21, 4, 4. Cic. de Senect. 38 Adſum amicis, venio in Senatum frequens, vltroque affero res multum et diu cogitatas, easque tueor animi non corporis viribus. Scelus meditatum et cogitatum Idem Philipp. 2, 85 c. 34. Bene cogitata reſpiciet deus Sen. Thyeſt. 490.

COGITATVM, i. n. [διανενοημένον] Quo neque acutius vllius imperatoris cogitatum legimus Nep. 14, 6, 8. *Conf.* Id. 4, 3, 1. Ter. Phorm. 1, 5, 53. Cic. de Lege Agr. 1 *pr.* Vtrum cogitata ſapientum, an optata furioſorum videntur. Cogitata mentis praeclare eloqui Cic. de Clar. Orat. c. 72. Ex caeteris dictis, factis, cogitatisque Sext. Naeuii, quiuis poteſt intelligere Cic. pro Quint. 90. Perficere cogitata Idem pro Deiot. 17. Interdum male facta quam optime cogitata probantur magis Vell. 2, 13, 4.

COGITATVS, ûs. m. Sen. Epiſt. 11 O felicem illum, qui non adſpectus tantum, ſed etiam cogitatus emendat. *Conf.* Tertull. de Idolol. c. 23. de Virg. Veland. c. 15. *et* de Reſurr. c. 15. *Et* Pet. Bleſenſis Epiſt. 35. Cogitatus tuos et inchoatae conuerſationis euentum illius committe arbitrio. Cogitatu opus eſt ingenii Vitr. . . . *Conf.* Vulgat. Eccleſiaſtic. 9, 23 *et alibi.*

COGITATIO, ōnis. f. [ἔννοια, ἐνθύμησις, ἐπιλογισμὸς] Feſtus, Cogitatio dicta velut Coagitatio; i. longa eiusdem rei agitatio in eadem mora conſilii explicandi. Vitruu. 1, 2 Cogitatio eſt cura ſtudii plena et induſtriae vigilantiaeque effectus propoſiti cum voluptate. Plin. 11, 37 Magna cogitatio obcaecat. Vellei. 2, 73, 1 Hic adoleſcens erat ſtudiis rudis, ſermone barbarus, impetu ſtrenuus, manu promtus, cogitatione celer, *etc.* Cic. Verr. 2, 134 Nam ipſum Verrem tantum ſemper auaritia hiante atque imminenti fuiſſe, ingenio et cogitatione nulla, *etc.* Idem Tuſc. 5, 111 c. 38 Sapientis enim cogitatio non ferme ad inueſtigandum adhibet oculos aduocatos, *in laude vel conſolatione certe caecitatis.* *Et* Off. 1, 9 Omnis autem cogitatio motusque animi, aut in conſiliis capiendis, *etc.* Transuolans ſubito animum cogitatio Plin. 7, 12. Motus cogitationis celeriter agitatus, *per ſe ipſe delectat* Cic. in Orat. 134. Idem Att. 15, 25 Haec me ſpecies cogitatioque perturbat. Acerrima atque attentiſſima cogitatio Id. de Orat. 3, 17. Fortuita Quinct. 10, 3, 29. Impotentiſſimae cogitationes cupiditatum Idem 12, 1, 6. Inani cogitatione percutere aliquem Cic. pro Milon. 80. Inquieta cogitatio Celſ. Praef. 1. Peterem veniam errato L. Caecilii ex intimis veſtris cogitationibus atque ex humanitate communi Cic. pro Sull. 64 c. 23. *i. in petenda venia ad animos veſtros et conſcientiam prouocarem, et ſenſum illum humanitatis.* Cic. pro Milon. 79 c. 29 Fingite animis: Liberae enim ſunt cogitationes, et, quae volunt, ſic intuentur, vt ea cernimus, quae videmus. Fingite igitur cogitatione imaginem huius conditionis meae *etc.* Tacit. Ann. 15, 54 Atque ipſe moeſtus, et magnae cogitationis manifeſtus erat: quamuis laetitiam vagis ſermonibus ſimularet. Molliſſimae, *vid.* MOLLIS. Suet. Calig. c. 48 Vixque a tam Praecipiti cogitatione reuocatus inhiberi nullo modo potuit. Prouiſa et formata cogitatio ſemper noſtram vocem *(in dicendo)* excipiat Quinctil. 10, 7, 8. Proponere ſibi exercitationem in Quotidianis cogitationibus Cic. de Orat. 1, 154 c. 34. *i. commentationibus, exercitatione dicendi, de qua mox dabimus locum* Quinct. 10, 6, 1. Tacita Cic. Off. 3, 4. Tacitae cogitationes iudicum Quinct. 6, 1, 44. Tacitas cogitationes extimeſcit Cic. pro Ligar. Vigilantes cogitationes inſunt in animis Idem de Diuin. 2, 139. Quinctil. 10, 6, 1 Proxima ſtilo cogitatio eſt, quae et ipſa vires ab hoc accipit, et eſt inter ſcribendi laborem extemporalemque fortunam media quaedam, et neſcio an vſus frequentiſſimi. — Haec paucis admodum horis magnas etiam cauſas complectitur. Haec quoties intermiſſus eſt ſomnus, ipſis noctis tenebris adiuuatur. Haec inter medios rerum actus inuenit aliquid vacui, nec otium patitur. Neque vero rerum ordinem modo intra ſe ipſa diſponit, ſed verba etiam copulat, totamque ita contexit orationem, vt ei nihil praeter manum deſit, *etc.* *Sunt enim pluſcula lectu digniſſima.*

¶ 2 *Formulae verborum:* Cic. de Amicit. 31 Nihil enim altum, nihil magnificum, ac diuinum ſuſpicere poſſunt, qui ſuas omnes cogitationes Abiecerunt in rem tam humilem tamque contemtam. Cic. Off. 3, 4 Nos autem, qui non tantum roboris habemus, vt cogitatione tacita a ſolitudine Abſtrahamur, ad hanc ſcribendi operam omne ſtudium curamque conuertimus. Accipere cogitationes alicuius, *participem fieri cogitationum aut conſiliorum ipſius* Catul. 35, 5. Quinctil. 1, 12, 11 Porro vt frequenter experti ſumus, minus Afficit ſenſus fatigatio, quam cogitatio. Auertere cogitationem a miſeriis, *et* in cogitationem belli regem, *vid.* AVERTO. Cic. Fam. 4, 5 Etiam tu ab hiſce rebus animum ad cogitationem tuam Auoca. Cadere in cogitationem, *vid.* CADO. Colligere cogitatione et cogitationem, *vid.* COLLIGO. Complecti cogitatione abſentem Cic. Fam. 3, 11. Comprehendere aliquid animis, et cogitatione Idem pro Flacc. 66. Comprehendere rationem ſenſu, aut cogitatione Id. de Orat. 3, . . . Comprehendere et intelligere, cogitatione Cic. Tuſc. 1, 50. Conferre omnes curas cogitationesque in rem aliquam Idem Off. 2, 2 c. 1. Conquirere aliquid cogitatione Id. de Orat. 2, 131. Conſequi nihil cogitatione Cic. de Senect. Idem Off. 1, 17 Agitatio mentis, quae nunquam acquieſcit, poteſt nos in ſtudiis cogitationis etiam ſine opera noſtra Continere. Conuellere cogitationem Id. Fam. 5, 13. Conuertere ſe animo, et cogitatione aliquo Cic. de Orat. 1, 6. Conuulſa cogitatio, *vid.* CONVELLO. Deducere ad cogitationem *v. h. v.* Cic. ad Caeſ. Att. 6, 11 De gratia et de ope quid ſignificares, mecum

ipſe quaerebam: ſpe tamen Deducebar ad eam cogitationem, vt te pro tua admirabili et ſingulari ſapientia, *etc.* Defixum eſſe in cogitatione Cic. de Orat. 3, 17. Idem Acad. 4, 48 Deinde quum mens moueatur ipſa per ſeſe, vt et ea declarant, quae cogitatione Depingimus, *etc.* *Sic* Depingit cogitatione quiduis mens noſtra Cic. de Nat. Deor. 1, 39. Vellei. 1, 10, 2 Sic cogitationem regiam Romana Disiecit conſtantia. Excitare memoriam ad timoris praeteriti cogitationem Cic. pro Sext. 11. Curt. 7, 8, 4 Vt facile periculi, quod horrebant, cogitationem praeſentia eius excuteret. Quinctil. 5, 10, 125 Cogitationem ſcribentium non Exigunt literae Syllabaeque, *i. ſcribimus literas etiam non cogitantes de ſingulis.* Idem 2, 4, 15 Extemporalis garrulitas, nec expectata cogitatio, et vix ſurgendi mora, circulatoriae vere iactationis eſt. Explicare cogitationes Cic. Att. 10, 6. Facere ſummam cogitationum Idem Fam. 1, 9. Fallere ſpem cogitationum et conſiliorum Id. de Orat. 1, . . Fatigari cogitatione ſuſcepti muneris Quinctil. in prooem. libri 4, 7. Fingere aliquid cogitatione Cic. pro Milon. 79. Idem de Nat. Deor. 3, 47 Et ſi dea eſt, dii omnes illi, qui commemorabuntur à te, Honos, Fides, Mens, Concordia: ergo etiam Spes, Moneta, omniaque, quae cogitatione nobismetipſis poſſumus Fingere. Cic. Parad. 1 Quaero enim a vobis, num vllam cogitationem Habuiſſe videantur hi, qui hanc Rempub. tam praeclare fundatam nobis reliquerunt, aut auri, aut argenti ad auaritiam: aut, *etc.* Immorari honeſtis cogitationibus, *vid.* IMMOROR. Impertiri aliquid temporis alicui cogitationi Cic. ad Caeſ. Att. 9, 11. Inducere animum in ſpem, cogitationemque meliorem Idem de Amicit. 59. Iniicere cogitationem alicui, *vid.* INIICIO. Cic. Att. 7, 3 Quid ſi iſta nobis cogitatio de triumpho Iniecta non eſſet, quam tu quoque approbas, *etc.* Inſerere cogitationem luctibus Quinctil. 6 *pr.* 14. Inſidet alicui cogitatio, Intendere cogitationes, Interuenit maiori minor cogitatio Labefactata et conuulſa cogitatio. *vid. ſſ. ll.* Minuere corporum ſuorum robora inquieta cogitatione Celſ. 1 praef. Quinctil. 1, 1, 28 Tardior ſtilus cogitationem moratur. Patitur nemo cogitationis poenam Vlpian. in l. Cogitationis. D. de Poenis. Percipere cogitatione aliquid Cic. de Nat. Deor. 1, 106. Percurrere multa animo, et cogitatione Idem de Orat. 1, 218. Ponere tempus in cogitatione Id. de Orat. 3, 17. Redit cogitatio Quinct. 1, 7, 33. Cic. Tuſc. 4, 29 Sed in animo tantummodo cogitatione poſſumus morbum ab aegrotatione ſeiungere. Suſcipere curam et cogitationem Balbus ad Cic. Att. 8, 15. Idem Att. 14, 23 Quaeris vt ſuſcipiam cogitationem, quidnam iſtis agendum putem. Id. pro Flacc. 66 De ſpe bonorum omnium (ſi qua reliqua eſt etiam nunc) quae fortium ciuium mentes cogitationesque ſuſtentet. Cic. Fam. 1, 2 Vt mihi viderer animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere. Idem de Nat. Deor. 1, 105 c. 38 Nam ſi tantummodo ad cogitationem *Dii* Valent, nec vllam habent ſoliditatem, nec eminentiam: quid intereſt, vtrum de Hippocentauro an de Deo cogitemus? Auct. ad Heren. 3, 32 Vt adſpectus, ita cogitatio minus Valet, ſiue nimis procul amoueris, ſiue vehementer prope admoueris id, quod oportet videri. Cic. Fam. 4, 5 An illius vicem credo doles, quoties in eam cogitationem neceſſe eſt et tu Veneris, et nos ſaepe incidimus, *etc.* Verſari in aliqua cogitatione, ac cura Cic. de Orat. 2, 186. Verſari in auditione et cogitatione Idem de Orat. 2, 131. Cogitatio in vero exquirendo maxime verſatur Id. Off. 1, 12. Verſantur in animo meo multae et graues cogitationes Cic. de Lege Agr. 2, 5. Vertitur cogitatio in ſe ipſa: eloquentia complectitur eos, quibuscum communitate iuncti ſumus Idem Off. 1, 156 c. 44. Vincit commentatio et cogitatio ſubitam et fortuitam orationem Id. de Orat. 1, 150 c. 33. Liu. 9, 17 Tamen tanti regis ac ducis mentio, quibus ſaepe tacitis cogitationibus Volutauit animum, eas euocat in medium. Vti cogitatione ad res quam optimas Cic. Off. 1, . . ¶ 3 Cogitationes *ſunt inuenta ſubtiliter excogitata.* Vitruu. 2 praef. Dinocrates Architectus cogitationibus et ſolertia fretus — *Alexandrum ita alloquitur*, Dinocrates Architectus Macedo, qui ad te cogitationes et formas afferre dignas tua claritate.

COGITATIVNCVLA, ae. f. Parua cogitatio. Cathol.

COGITABĬLIS, e. Adi. [ἐννοητὸς] Sen. Epiſt. 58 Quod eſt, nec viſu, nec tactu, nec vllo ſenſu comprehenditur, Cogitabile eſt. Quod generaliter eſt, tanquam homo generalis, ſub oculos non venit, ſed ſpecialis venit vt Cicero et Cato *etc.* *Et* Apul. Apol. p. 315, 4 Paucis cogitabilis, nemini effabilis, *ſcil. Deus.*

COGITABVNDVS, a, um. Gell. 2, 1 Stare ſolitus Socrates dicitur ore atque oculis eundem in locum directis cogitabundus, tanquam quodam ſeceſſu mentis atque animi facto a corpore.

COGITAMEN, ĭnis. n. *Idem quod Cogitatio.* Tertull. de Trin. 6 Neceſſaria haec membra hominibus fuerunt, non Deo, quia inefficax hominis conſilium fuiſſet, niſi cogitamen corpus impleſſet.

COGITAMENTVM, i. n. *Idem.* Gloſſ. Lat. Gr. Cogitamentum, ἐνθύμημα. *Vid.* etiam Vulg. Interpr. 4 Eſdr. 7, 22.

COGITĀTE. Adu. [ἐννενοημένως] *Poſt cogitationem, cum cogitatione, Praemeditate.* Plaut. Poen. 5, 4, 51 Vt pudice verba fecit, cogitate et commode. Meditari cogitate Plaut. Mil. 3, 3, 69. Cic. pro Arch. 18 c. 8 Quae vero accurate cogitateque Scripſiſſet, ea ſic vidi probari, *etc.* *Contr.* ex tempore. Plaut. Trin. 2, 2, 46 Minus qui caute et cogitate ſuam rem Tractauit pater.

COGITATO. Adu. [διανενοημένως] *Idem.* Cic. Off. 1, 27 c. 8 Sed in omni iuſtitia permultum intereſt, vtrum perturbatione aliqua animi, quae plerumque breuis eſt et ad tempus, an conſulto et cogitato fiat iniuria. *Sic antiquae editt. ſed Grut. et poſteriores ex* MSS. Cogitata iniuria.

COGITATORIVM, i. n. *Quaſi dicas Inſtrumentum aut Receptaculum cogitationum.* Tertull. de Reſurr. 15 Animae cogitatorium. *Conf.* etiam de Spectac. 2. *et* de Anima 14.

COGITATIM. Pro Cogitate, Feſtus.

COGNĀTVS, a, um. Adi. [συγγενὴς, συγγενικὸς, συμφυὴς] *Quaſi Vna natus, ex eadem ſtirpe natus, eodem modo vel exemplari natus aut factus.* Plin. 11, 37 Ea cauſa eſt vt pleraeque alitum e manibus hominum oculos potiſſimum appetant, quod effigiem ſuam in iis cernentes, velut ad cognata ſua deſideria tendunt, *i. ſibi proxima, et ſuae naturae quodam modo ſimilia.* Cognatum caelum telluri Ouid. Met. 1, 81. *i. vna natum in chao.* Acies cognatas *vocat* Lucanus *a principio* libri primi, Acies Caeſaris et Pompeii, *id eſt ſoceri et generi, quaſi Cognotorum acies: Sed etiam, quod vtrinque Romani, eiusdem gentis et nationis homines.* Ouid. Faſt. 3, 425. *de Caeſare Pontifice, cui Veſta in primis curanda eſt* Ortus ab Aenea tangit cognata ſacerdos Numina; cognatum, Veſta, tuere caput. Cineres Catul. 66, 98. *i. Cognatorum.* Ouid. Met. 2, 663 In equum, cognataque corpora vertor *ait Ocyroë, Centauri filia.* Stat. Achill. 1, 92 Cognatis vtére fretis, *ad Thetida dicitur Nerei, marini dei filiam.* Moenia Ouid. Met. 15, 451. *i. cognati populi.* Res calci cognata, gypſum eſt Plin. 36, 24. Virg. Aen. 12, 29 Victus amore tui, cognato ſanguine victus, *i. propter cognationem.* Terrae Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 144 *Sic Italiam et Siciliam vocat, vt quae olim coniunctae fuerint.* Vires, *i. Cognatorum* Claud. in ſext. Conſ. Hon. 220. Vocabula cognata rebus Hor. Serm. 2, 3, 280. i. Conuenientia. Vrbes, *quae incoluntur a ciuibus eiusdem nationis* Virg. Aen. 3, 502. Nihil eſt tam cognatum mentibus noſtris, quam numeri atque voces Cic. de Orat. 3, 197 c. 51. ¶ 2 *Speciatim apud ICtos* Cognati appellantur, quaſi Vna communiterue nati, vel Ab eodem orti progenitiue Modeſtin. l. 4 §. 1 D. de grad. et affin. Sil. 11, 178 Capys, magno cognatus Iulo, *aliquot intercedentibus generationibus.* Ter. Eun. 2, 3, 34 Patris cognatum, atque aequalem Archidemidem. Donatus in Ter. Vxoris cognati, ſunt Affines mariti. Ter. Andr. 5, 4, 23 Is mihi cognatus fuit. Affines atque cognati alicuius Cic. Poſt. red. ad Quir. 6 c. 3. Amici, et cognati alicuius Idem pro Caecin. 15. Propinqui atque cognati optime conuenientes Id. pro Roſc. Amer. 96 c. 34. Cognatorum negligentia Ter. Andr. 1, 1, 44. Vlp. in l. 1 D. Vnde cognati, Cognati autem appellati ſunt quaſi ex vno nati: aut, vt Labeo ait, quaſi commune naſcendi initium habuerint. *Nimirum* Inter Agnatos et Cognatos hoc intereſt, quod in agnatis et cognati continentur: in cognatis non vtique agnati. verbi gratia, Frater patris, id eſt patruus, et agnatus et cognatus eſt. matris autem frater, id eſt auunculus, cognatus eſt: agnatus non eſt, Modeſtinus l. 5 inter agnatos D. Vnde legitimi. Gradatim admittuntur cognati ad bonorum poſſeſſionem Vlp. in l. 1 D. Vnde cognati. ¶ 3 *Pro affinibus videtur poſuiſſe aetas ſequior:* COGNATVS DVLCISSIMVS SORORIO AMANTISSIMO Inſcript. Fabrett. 222 P. VEDIO DIOGENI FRATRI, VIDIAE FELICVLAE COGNATAE Inſcript. *ap. Boiſſard* T. 2 p. 137.

COGNATIO, ōnis. f. [συγγένεια] *Conditio et ius cognatorum.* Cic. Verr. 5, 176 c. 68 Nulla tibi Quinte cum iſto cognatio eſt, nulla neceſſitudo. *Dehortatur Hortenſium a defendendo Verre, cum eius rei nullam probabilem excuſationem habeat.* Idem de Fin. 5, 65 c. 23 Coniunctio inter homines hominum — et ipſa caritas generis humani, quae nata a primo ſatu, quo a procreatoribus nati diliguntur et tota domus coniugio et ſtirpe coniungitur, ſerpit ſenſim foras cognationibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitiis, poſt vicinitatibus, tum ciuibus, et iis, qui publice ſocii atque amici ſunt: deinde totius complexu gentis humanae. Ampliſſima cognatione, et plurimis amicitiis vir Cic. Verr. 2 c. 43. Multis officiis *Segeſtanorum* vſurpata et comprobata cognatione *cum Romanis* Idem Verr. 5, 125 c. 47. Materna cognatio Tranſalpini generis Id. poſt red. in Senat. 14 Patruelis cognatione, amore germanus Cic. de Fin. 5, 1. Propinqu Idem pro Ligar. 8. Propinqua cognatione coniunctus Suet. in Neron. 3. *Add.* Nep. praef. n. 7. *Apud ICtos* Cognationem facit e iam adoptio Vlp. in l. 1 §. Cognationem D. Vnde cognati. Cap tis diminutione perimuntur cognationes, quae per adoptionem acquſitae ſunt Iulian. in l. Capitis D. Vnde cognati. Cic. Att. 12, 4 Multis verbis agere mecum per cognationem, quae mihi ſecum eſſet, *etc.* vt ſe defenderem. Attingere aliquem cognatione Cic. Verr. 2, 2 c. 10. Commemorare gratiam, amicitiam, cognationemque Idem Verr. 2, 64 c. 26. Coniunctum eſſe cognatione cum aliquo Id. Verr. 4, 72 c. 33. Cognatio *pro* cognatis Cic. pro Cluent. 16 Tulit hoc commune dedecus familiae, cognationis, nominis. *Eodem modo* Quinctil. 4, 1 Quare in primis exiſtimetur veniſſe ad agendum ductus officio vel cognationis vel amicitiae. Retinere iura cognationis Vlpian. l. 1 §. Cognationem D. Vnde cognati. ¶ 2 *Se non minus, quam de nomine* Cognatus *obſeruauimus, late patet* cognatio. Cic. de Diuin. 2, 33 c. 14 Cum rerum natura quam cognationem habent *genera diuinationum commemorata?* — Vt enim iam . ali qua in natura rerum cognatio; *(hic ponit exempla pluſcula eius qua vulgo Sympathian vocant)* Sexcenta licet eiusmodi proferri, vt diſtantium rerum cognatio naturalis appareat. Quinctil. 1, 10, 36 Illa ver linearis ratio — habet maiorem quandam aliam cum arte oratori cognationem. Cic. Orat. 186 c. 56 Numerus non habebat aliquam neceſſitudinem, aut cognationem cum oratione. Idem pro Sulla 5 Cincius nunquam ſibi cognationem cum praediis eſſe exiſtimauit ſui *i. praedia ſua nunquam ſic amauit, quin a ſe, ſi quando opus eſſet, alienaret.* Iungi cognatione naturali cum re aliqua Cic. de Diuin. 2, 14 Deorum cognationem agnoſcere Idem de Nat. Deor. 1, 92. Deorum cognatione tenetur animus Id. de Diuin. 1, 64. Cic. pro Arch. . Omnes artes, quae ad humanitatem pertinent, — quaſi cognatione quadam inter ſe continentur. Idem Verr. 4, 81 Quae cognatio ſtudiorum et artium propemodum non minus eſt coniuncta, quam iſta qua vos delectamini, generis et nominis. *Et* Acad. 4, 115 Age, reſtitero Peripateticis, qui ſibi cum oratoribus cognationem eſſe, qu claros viros a ſe inſtructos dicant Rempub. ſaepe rexiſſe?

COGNITIO, COGNITOR, COGNOBILIS, *vid.* COGNOSCO.

COGNŌMEN, ĭnis. n. [ἐπίκλησις, ἐπωνυμία, φερώνυμον] *Nomen alteri nomini gentis aut familiae adiunctum, quod fere ab euentu aliquo imponitur alicui, ab eoque ad poſteros transmittitur.* Cic. de Finib. 1, 23 Neque quum Torquatum, qui hoc primus cognomen inueneri. aut torquem illum hoſti detraxiſſe, *etc.* *Cognomen neceſſitas primum excogitauit, (quum praenomen et nomen non ſatis eſſe viderentur ad homines diſtinguendos) poſt vſus et commoditas cuſtodiuit et propagauit.* *Qui vero* Agnomen *aliud eſſe a* Cognomine *tradiderunt, ii mihi ſat quod ſentiunt non probant. Ex eorum vero numero grammatici veteres exiſtunt, qui* Cognomina *appellant ea, quae tertio loco, quae vero praeterea adiiciuntur, ea omnia* Agnomina *nuncupant, vt* Africanum *et* Aſiaticum. *Eiusmodi vero opinio facile locupletiſſimi auctoris Ciceronis verbis refellitur: apud quem animaduertere poſſumus, ea omnia* Cognomina *dici, quae etiam quarto loco ponuntur. Sic enim ait* pro Muraen. Quam laudem ille Africa oppreſſa, cognomine ipſo prae ſe ferebat eandem hic ſibi ex Aſia cognomen aſſumſit. *Et* in Somnio c. 2 Erique Cognomen id tibi per te partum, quod nunc habes a me hereditarium. *Idem* Sapientem *et* Diuitem Cognomine *vocati illud in M. Porcio Catone* de Senectute 5; *hoc in M. Licinio Craſſo* Offic. 2, 5 *quorum vtrumque tamen alii cognomini quarto loco ſubiunctum erat. Haec ex Sigonio de Nomin. Rom.* Cic. Att. 2, 13 Quanto in odio noſter amicus *(Pompeius)* Magnus? Cuius cognomen vna cum Craſſi Diuitis cognomin

gnomine conſeneſcit, *i. Neque* Magnus *amplius putatur Pompeius, neque Craſſus* Diues. Ouid. Faſt. 1, 606 Nec gradus eſt Fabios ſupra cognominis vllus: Illa domus meritis Maxima dicta ſuis. Heres cognominis Ouid. Faſt. 1, 615 *de Auguſto. Sunt et aliarum rerum cognomina.* Virg. Aen. 8, 48 Aſcanius clari condet cognominis Albam, *vbi ad ſuem reſpicitur, cuius nomen vrbi tributum.* Albam *cognomen ſuis, nomen vrbis.* Extraneo cognomine aliquid demonſtrare Auct. ad Heren. 4, 42. Hor. Epiſt. 2, 2, 101

Diſcedo Alcaeus puncto illius: ille meo quis?
Quis, niſi Callimachus? Si plus adpoſcere viſus,
Fit Mimnermus, et optiuo Cognomine creſcit.

Hor. Epiſt. 1, 13, 8 Clitellas ferus impingas, Aſinaeque paternum Cognomen vertas in riſum, *etc.* Priſcum Claud. in Eutrop. 2, 243. Priſca cognomina locorum Propert. 4, 1, 69. Accipere cognomen Plin. 33, 10. Liu. 1, 10 Cognomenque addidit deo, Iuppiter Feretri, inquit, haec tibi, *etc.* Sil. 1, 155 Auriferi Tagus aſcito cognomine fontis. Collocare cognomen pro certo nomine Auct. ad Heren. 4, 42. Plin. 12, 13 Cinnamono proxima gentilitas erat, ni prius Arabiae diuitias indicari conueniret, cauſasque quae cognomen illi felicis ac beatae dedere. Hor. Serm. 1, 3, 58 Probus quis Nobiſcum viuit; multum demiſſus homo ille: Tardo ac cognomen pingui damus, *i.* probus *qui eſt, eum* demiſſum, tardum, pinguem *dicimus.* Flor. 1, 7, 1 Poſtremus omnium fuit regum Tarquinius, cui cognomen Superbo ex moribus datum. Deligere cognomen ex imaginibus Cic. pro Cluent. 72 c. 26. *i. viri alicuius honoribus functi, quibus adiunctum eſt ius imaginis.* Virg. Aen. 3, 163 Eſt locus, Heſperiam Graii cognomine dicunt. Idem Aen. 3, 334 Chaonios cognomine campos, Chaoniamque omnem Troiano a Chaone dixit. *Et* Aen. 3, 702 Immaniſque Gela fluuii cognomine dicta. Nomen autem quum dicimus, cognomen quoque, et agnomen intelligatur oportet Cic. de Inuent. 2, 28. *Verba* et agnomen *meliores omittunt.* Habere ſapientis cognomen Idem de Amicit. 6. Hor. Serm. 2, 3, 26 Vnde frequentia Mercuriale Impoſuere mihi cognomen compita. Inuenit cognomen torque detracta Manlius Cic. Off. 3, 112 c. 31. Manet cognomen alicui, *vid.* MANEO. Vellei. 2, 5, 1 Gallaeci cognomen meruit. Partum cognomen hereditarium erit Cic. de Somn. Scip. 2. Prae ſe ferre laudem ipſo cognomine Idem pro Muraen. 31. Alteri Capitoni cognomen eſt Id. pro Roſc. Amer. 17. Sumere cognomen ex aliqua re Cic. Philipp. 6, 11. Trahere ex contumelia Id. Philipp. 3, 16. Vti cognomine generis Id. pro Cluent. 72. Cognomen, *pro Epitheto.* Suet. in Calig. c. 22 Compluribus cognominibus aſſumtis: nam et Pius, et Caſtrorum filius, et Pater exercituum, et Optimus maximus Caeſar vocabatur. Cognomen etiam herbae additum Plin. 25, 9.

COGNOMĬNIS, e. Adi. [ὁμώνυμος] Feſtus: Cognomines, Qui eiusdem ſunt nominis. Plaut. Bacch. 1, 1, 5 Quid agunt germanae duae meretrices cognomines. Plin. 6, 2 Quo loco Henetos adiicit Nepos Cornelius, a quibus in Italia ortos cognomines eorum Venetos credi poſtulat. Virg. Aen. 6, 363 Gaudet cognomine terra. *Vbi* Seruius: Facit hic et haec Cognominis: quod autem communi genere in E miſit ablatiuum, metri neceſſitas fecit. Suet. Vitell. c. 2 Quatuor filios cognomines, ac tantum praenominibus diſtinctos, reliquit. *Et* Othon. c. 1 Duos tulit filios L. Titianum, et minorem Marcum cognominem ſibi. *Vtroque loco non ad nomen* Vitellius, Saluius; *ſed ad cognomen, hic forte* Nepos, *ibi* Otho, *reſpici, res ipſa monet, et Torrentius. Itaque poteſt non de nihilo eſſe, quod* Feſtum *ita etiam laudari video,* Cognomines, qui eiusdem ſunt Cognominis. *Verum id quidem eſſe, liquet.*

COGNOMENTVM, i. n. [ἐπώνυμον] *Idem.* Plaut. Mil. 4, 2, 47 Pulcher ſalue. PY. meum cognomentum commemorauit. Cic. de Fin. 2, 15 c. 5 Si aut de induſtria facias, vt Heraclitus cognomento qui σκοτεινὸς perhibetur, *etc.* C. Caſſinius, cognomento Scola Id. pro Mil. c. 17. Tacit. Ann. 15, 74 Menſisque Aprilis Neronis cognomentum acciperet. Idem Ann. 12, 26, 1 Augetur Agrippina cognomento Auguſtae. *Add.* ib. c. 55, 1.

COGNOMĬNO, āre. [ἐπονομάζω] *Cognomine notare.* Plin. 21, 3 Suario cognominabatur, propter ſimilitudinem Suarii cuiusdam negotiatoris. Idem 29, 1 Alia factio ab experimentis ſe cognominans Empiricen, coepit in Sicilia.

COGNOMINĀTVS, a, um. Partic. [ἐπονομαστὸς] Cic. Partit. 53 c. 15 Verba ponenda ſunt, quae vim habeant illuſtrandi, nec ab vſu ſint abhorrentia, grauia, plena, ſonantia, iuncta, facta, cognominata, non vulgata, ſuperlata, in primisque translata. *Sed non ſatis certa lectio eſt, qui malit coagmentata.* Plin. 33, 10 Poſtea diuites cognominati, dummodo notum ſit, eum, qui primus acceperit hoc cognomen, decoxiſſe creditoribus ſuis, *de Craſſo.*

COGNOMINATIO, ōnis. f. Afran. *apud* Nonium 2, 144 Genus cognominationis.

COGNOSCO, ōui, ĭtum, ĕre. [γινώσκω, γνωρίζω, διαγινώσκω, ἐπιγινώσκω] Cognoſcere *dicimur proprie adhuc ignota, vt agnoſcere, quae olim cognita recognoſcimus. Sed neque hoc perpetuum, nec illud* Donati *ad* Ter. Hec. 1, 2, 87 Cognoſcere eſt Diligenter et attente conſiderare. Ter. Andr. 3, 4, 7 Tandem cognoſti qui ſiem. Caeſ. Bell. Gall. 5, 7 Nihilo tamen ſecius omnia eius conſilia cognoſceret. Cic. pro Quint. 3 Temporis vix ſatis habui, vt rem tantam, tot controuerſiis implicatam, poſſem cognoſcere. Ouid. Met. 3, 96 Vox ſubito audita eſt, neque erat cognoſcere promtum Vnde, ſed audita eſt, *etc. Idem fere quod legere* Nep. Pauſ. 4 Vincula epiſtolae laxauit, ſignoque detracto cognouit, ſi pertuliſſet, ſibi eſſe pereundum. *It.* Lyſ. 4 Teſtimonii loco librum a Pharnabazo datum tradidit. Hunc, ſubmoto Lyſandro cum ephori cognoſſent, ipſi legendum dedere. *It.* Con. 4 Itaque quae volebat, huic ſcripta tradidit, quibus cognitis *etc. Et* Datame 5 Talibus ille literis cognitis. Facile cognoſcere Lucret. 2, 142. Memoriter, et Penitus, *vid. hh. ll.* Lucret. 5, 880 Id licet hinc quamuis hebeti cognoſcere corde. Animus cognoſcit haec Lucret. 2, 839. Cic. de Orat. 1, 159 c. 34 Perdiſcendum ius ciuile, cognoſcendae leges, percipienda omnis antiquitas, *etc.* Idem de Orat. 1, 222 c. 51 Nihil certum ſciri, nihil plane cognoſci et percipi. Studium cognoſcendae, percipiendaeque virtutis Id. de Orat. 1, 204 c. 47. Experiendo magis quam diſcendo cognoſcere Cic. Fam. 1, 7. Perſpicere et cognoſcere rerum naturam Idem Off. 1, 154 c. 43. ¶ 2 Cognoſcere, *ſaepe dicuntur iudices, cum de facto quaerunt: ſed interdum ita late patet verbi vſus, totam vt iurisdictionem complecti videatur. De ipſo ſane Imperatore* Sueton. Neron. c. 15 In cognoſcendo morem eum tenuit, *et deinde totum iuris dicendi ordinem explicat. Idem* Aug. c. 93 Cum poſtea Romae pro tribunali de priuilegio ſacerdotum Atticae Cereris cognoſceret. *Idem* Suet. in Claud. c. 33 Cognoſcens in Auguſti foro, tactus nidore prandii, quod in maxima Matris aede Saliis apparabatur, deſerto tribunali, conſcendit ad ſacerdotes, *etc. Magis proprie* Cic. Att. 16, 17 Lege et ſenatusconſulto permiſſum erat, vt de actis Caeſaris cognoſcerent, ſtatuerent, iudicarent. *Sed plane nihil ad iudicialem rationem pertinet* Caeſ. Bell. Gall. 7, 1 In Italiam ad conuentus agendos proficiſcitur. Ibi cognoſcit de Clodii caede, *i. audit, comperit. At iudiciale eſt* Cic. Verr. 2, 19 Se de hereditate velle cognoſcere, quae eius filio a propinquo homine Apollodoro Laphirone veniſſet. *Conf.* Verr. 1, 27. Sen. Med. 194 *argute*, Si iudicas, cognoſce: ſi regnas, iube. Vlpian. l. Et poſt Edictum D. de Iudiciis, Non vtique iudex, qui de iudicato cognoſcit, debet de Praetoris ſententia cognoſcere. Calliſtratus l. Si de vi D. de Iudiciis, De vi et proprietate rei cognoſcere. Vlpian. l. In peremtorio D. de Iudiciis, In peremtorio autem comminatur is, qui edictum edit, etiam abſente diuerſa parte cogniturum ſe et pronuntiaturum. ¶ 3 *Formulae aliae, vbi ſimpliciter diſcere, explorare, et notitiam alicuius rei conſequi, notat.* Cic. Att. 5, 21 Habes conſilia noſtra, nunc cognoſce de Bruto. *Et* Fam. 4, 4 De Marcelli collegae tui ſalute paullo ante, quam tu, cognouimus. Cic. Fam. 2, 10 Certiſſima putabo, quae ex te cognoro. *Conf.* Id. ibid. Ep. 8. De toto ſtatu rerum communium ex aliquo cognoſcere Cic. Fam. 1, 8. *Sic* Virg. Aen. 2, 10 Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros Et breuiter Troiae ſupremum audire laborem. Idem Georg. 3, 490 Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas, *int. naturales. Sed de iudiciis* Cic. de Orat. 2, 99 c. 24 Quascunque cauſas erit acturus, vt eas diligenter penitusque cognoſcat: *loquitur de Patrono, qui* cognoſcit cauſas, *cum diſcit, i. audit e litigatore. Aliter* Idem Att. 11, 7 Prohiberique omnes Italia, niſi quorum ipſe cauſam cognouiſſet, *tanquam iudex ſupremus. Sic* Cic. Off. 2, 82 Adhibuit ſibi in conſilium quindecim principes, cum quibus cauſas cognouit, et eorum, qui aliena tenebant, et eorum, qui ſua amiſerant. Conditionem ſocietatis diligenter cognoſcere Idem pro Roſc. Com. . . Virg. Georg. 1, 177 Poſſum multa tibi veterum praecepta referre, Ni refugis, tenuesque piget cognoſcere curas. Ius ciuile domi cognouerat Cic. de Clar. Orat. 98. Rationem Idem Att. 5, 4. Ritum ſacri cognoſcere Ouid. Faſt. 6, 511. Caeſ. Bell. Gall. 1, 21 Qualis natura montis, et qualis in circuitu aſcenſus; qui cognoſcerent miſit. Cic. Fam. 14, 5 Cognoui enim ex multorum amicorum literis, quas, *etc.* Idem Fam 1, 5 Hic quae agantur, quaeque acta ſint, ea te et literis multorum et nuntiis cognoſcere arbitror. Cic. Hortenſ. *ap.* Non. 4, 109 Vnde autem facilius, quam ex annalium monumentis aut bellicae res aut omnis reip. diſciplina cognoſcitur. Id. Fam. 5, 12 Vt et caeteri viuentibus nobis ex literis tuis nos cognoſcant. Caeſ. B. Ciu. 3, 18 Ab iis Caeſar haec dicta *(Pompeii)* cognouit, qui ſermoni interfuerunt. Aliquid ex re, ex factis alicuius, decretisque cognoſcere Cic. Verr. 5, 9. Tacit. Ann. 12, 24 Quod vbi clamore cognitum, *etc.* Cic. Off. 2, 46 Facillime autem et in optimam partem cognoſcuntur adoleſcentes, qai ſe ad claros et ſapientes viros bene conſulentes Reipub. contulerunt. Idem de Senect. *ap.* Non. 4, 109 Neque vero quos ipſe cognoui, ſed illos etiam, de quibus et audiui et legi, et ipſe conſcripſi. *Et* Verr. 1 c. 5 Cum eum Syracuſis amplius centum ciues Rom. cognoſcerent, *i. ſcirent, dicerentque, eum eſſe, quem ſe dicat.* Artem cognoſcere Cic. de Or. 2, 177 c. 41. *eſt ſentire, artem eſſe adhibitam, quam diſſimulare eſt artificis.* ¶ 4 Cognoſcere, *pro Agnoſcere.* Ter. Eun. 5, 2. 8 Ita miſerrimus fui fugitando, ne quis me cognoſceret. Ouid. Met. 2, 137 Sed poſtquam remorata ſuos cognouit amores, *i. agnouit amatorem.* Humanitatem alicuius, *quod gratulatus ſit*, cognoſcere. Cic. Fam. 1, 7 Vice ſermonis cognoſcere aliquem Ouid. Triſt. 4, 4, 79. *h. e. ex ſermone.* Tellus cognoſcit alumnos Stat. Theb. 4, 638. Vlpian. l. 56 de V. S. Cognoſcere Inſtrumenta eſt relegere et recognoſcere. Virg. Ecl. 4, 60 Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem. Cic. Cat. 3, 10 Signum cognoſcere. Ouid. Met. 12, 251 Et oſſa Non cognoſcendo confuſa reliquit in ore. ¶ 5 *Etiam* Virum cognouiſſe *dicitur, quae cum viro rem habuit.* Ouid. Epiſt. 6, 133 Turpiter illa virum cognouit adultera virgo. *Nota eſt ſcriptorum ſacrorum conſuetudo in hoc verbo. Vid.* COGNITVS n. 2. ¶ 6 Cognoſcere, *Experiri.* Cic. Fam. 13, 21 Hominem prudentem et officioſum cognoſces, et dignum, qui a te diligatur. Fidem hominum cognovi non ita magna mercede Idem Fam. 1, 9. *i. quam parum fideles eſſent.* Virum optimum gratiſſimumque cognoſcere aliquem Id. Fam. 13, 20. Virg. Eclog. 1, 42 Nec tam praeſentes alibi cognoſcere diuos. *Vid.* Praeſens *ſub* PRAESVM. Res humanas contemnentem, et optime contra fortunam paratum armatumque cognoſcere aliquem Cic. Fam. 5, 13. Perangusto freto diuiſa, ſeruitutis, ac libertatis iura cognoſcere Idem Verr. 5, 169. ¶ 7 Cognoſcite, *pro Attente audite* Cic. Verr. 2, 26 Quantam poteſtatem habuerit, videtis: quas res geſſerit, cognoſcite.

COGNOSCENS, tis. Part. *Separatim poni meretur, vel ob locum* A. ad Her. 4, 25 c. 18 Qui priuatus intolerabili ſuperbia fuerit, eum commodum et ſui cognoſcentem videre in poteſtate quis ſperet!

COGNOSCENTER. Adu. *Vt*, Tertull. adu. Marc. 4, 22 Manifeſta te mihi, vt cognoſcenter te videam.

COGNOSCENTIA, ae. f. *Apud* Mar. Victorin. adu. Arium. 1, . .

COGNITVM, COGNITV. Supin. Feſtus, Cognitu facilia eadem ratione dicitur, qua Dictu facilia, et Perſpectu, et Factu facilia. Val. Max. 5, 7, 1 Cognitu iucundius.

COGNĬTVS, a, um. Partic. [ἐγνωσμένος] *Vt*, Plin. 12, 4 Qui Padum amnem vidiſſet, neminem ad id tempus Aſiae Graeciaeque aut ſibi cognitum. Armis cognitus, *Bello exploratus* Valer. 5, . . *Sic* Valer. Fl. 1. 789 Mihi conciliis, mihi cognita bellis Nomina. Nomine cognitus tantum Plin. 12, 21. In multis iudiciis cauſisque cognitus Cic. de Clar. Orat. 18. In promtu cognita Lucret. 2, 867. Ouid. Triſt. 3, 5, 9 Idque recens praeſtas, nec longo cognitus vſu. Acta coniugis cognita Vulcano, *de Adulterio Veneris* Ouid. de Arte Am. 2, 574. Virg. Aen. 1, 627 Tempore iam ex illo Caſus mihi cognitus vrbis, *i. auditus.* Cauſa liquido cognita Ouid. Faſt. 5, 2. Cauſa cognita excuſationem accipere Vlpian. in l. licet. D. de arbitris. Cauſa cognita iudicium dare Paulus in l. ſed et ſi. §. ſed et ſi dies. D. de iudiciis. Cauſa cognita aeſtimare Scaeuola in l. tutor. D. de minorib. Cauſa cognita probare Marcel. in l. de aetate. D. de minorib. Cauſ. cognita ſtatuere Vlpian. in l. 1 §. ſed et ſi agant. D. de iudic. Enſis bene cognitus Sil. 17, 395. Error cognitus Prop. 3, 15, 35. Cic. de Clar. Orat. 147 Qui ſummos honores Homo per ſe cognitus, ſine vlla commendatione maiorum, eſt adeptus. Ouid. ex Pont. 4, 12, 20 Teque canam quacunque nota, tibi carmina mittam

Paene mihi puero cognite paene puer. Cognita habere Remedia Scribon. 163. Res indicio alicuius cognita Ouid. de Arte Am. 2, 574. Res perſpecta et cognita Cic. Fam. 1, 7. Res penitus perſpectae planeque cognitae Idem de Orat. 1, 92. Virtus cognita Tibul. 4, 1, 1. Vitium cognitum Scribon. 18. *i. morbus.* *Saepe etiam ſine ſubſtantiuo ponitur, vt* Liu. 37, 13 Ibi ex agreſtibus cognito, hoſtium naues ad Aethaliam ſtare. Et Quinctil. Decl. 16 Cognito, quod filius haberetur a tyranno. *Adde* Tacit. 1, 46. *et* 14, 34. ¶ 2 Cognitus *etiam de Re Venerea dicitur* Tacit. Hiſt. 4, 44 Octauius Pontiam Poſtumiam ſtupro cognitam, et nuptias ſuas abnuentem, impotens amoris interfecerat. *Et* Stat. Achill. 2, 228 Tacito iam cognita furto Deidamia mihi. Catull. 59, 147 Scimus haec tibi, quae licent Sola cognita. ¶ 3 *Compar.* [γνωϛότερος] Ouid. Triſt. 4, 6, 28 Nec tam nota mihi, quam ſunt mala noſtra fuerunt: Sed magis haec, quo ſunt cognitiora, grauant. *Et* Met. 14, 14 Quanta ſit herbarum, Titani, potentia, nulli Quam mihi cognitius. *Superl.* [γνωϛότατος] Catul. 4, 14 Tibi haec fuiſſe et eſſe cognitiſſima Ait Phaſelus.

COGNITIO, ōnis. f. [γνῶσις, γνώρισις, ἐπίγνωσις] Cic. Acad. 1, 15 c. 4 Caeleſtia autem vel procul eſſe a noſtra cognitione cenſeret, *de Socrate.* Idem de Natur. Deor. 2, 140 Quae primum eos humo excitatos, celſos et erectos conſtituit, vt deorum cognitionem caelum intuentes capere poſſent. *Et* Off. 1, 157 c. 44 Niſi ea virtus, quae conſtat ex — ſocietate generis humani, attingat cognitionem rerum: ſoliuaga cognitio et ieiuna videatur. Cic. Off. 153 c. 43 Naturae manca cognitio contemplatioque quodammodo atque inchoata ſit, ſi nulla actio rerum conſequatur. Poëtarum gratior paruis eſt cognitio Quinctil. 1, 1, 36. Rerum occultarum neceſſaria cognitio, aut admirabilium ad beate viuendum Cic. Off. 1, 13 c. 4. Attingit cognitio naturam humanam Idem Off. 1, 18 c. 6. *i. conuenit illi.* Multa cognitio rerum inde venit Quinct. 2, 4, 20. In rerum cognitione verſari Cic. Off. 1, 18. Idem in Orat. c. 35. *Et* de Fin. 5, 34 Vis mirabilis rationis, et cognitionis, et ſcientiae — eſt in mente. Cic. Off. 1, 157 c. 44 Studium cognitionis vincit conſociatio hominum atque ſocietas. *Plural.* Cic. de Fin. 3, 17 c. 5 Rerum cognitiones, vel ſi haec verba aut minus placent, aut minus intelliguntur, καταλήψεις appellemus licet; eas igitur ipſas propter ſe aſciſcendas arbitramur — tum quod conſtent ex cognitionibus. *Sic* Cic. de Natur. Deor. 1 c. 17 Innatae cognitiones deorum. ¶ 2 *Iudiciorum et iurisdictionis verbum eſt, vt cognoſcere.* Quinct. 3, 6, 69 Summa maior praetoria cognitione, *i. maior, quam vt praetor de ea cognoſcere poſſit: eundum ergo ad conſules.* Vlpian. l. Heredibus D. de dolo, In cauſae cognitione verſari. *Ipſe* Cic. Att. 16, 18 Lex earum rerum, quas Caeſar ſtatuiſſet, decreuiſſet, egiſſet, conſulibus cognitionem dedit. *Deinde* Plancus ipſe pro ingenio et prudentia ſua non ſit dubitaturus, quin decretum Conſulum, quorum lege et Senatusconſulto cognitio et iudicium fuit, conſeruet. *Et* — Praeſertim quum hoc genere cognitionum labefactato, acta Caeſaris in dubium ventura videantur. Vlpian. l. ſi quis §. Merito D. de dolo, Inſerere cauſae cognitionem. Idem l. Et poſt edictum D. de iudiciis, Quod ſi is, qui edictum peremtorium impetrauit, abſit die cognitionis. *Caeterum* cognitio *non temere de quolibet iudicio dicitur, ſed de extraordinaria quaeſtione Senatus, maiorum magiſtratuum, aut principis adeo.* *Vid.* Sueton. Claudian. c. 15 Negantem cognitionis rem, ſed ordinarii iuris eſſe, agere cauſam confeſtim apud ſe coëgit. *Conf.* Idem Tib. c. 31. Claud. c. 12. Neron. c. 15. *et add. Salmaſ. de modo vſur. p. 111 ſq.* *Sic* Plin. Ep. 6, 31 *de Traiano,* Fuerunt variae cognitiones, et quae virtutes iudicis per plures ſpecies experirentur. *Et ipſe de ſe Proconſule* 10, 77 Nam haec quoque ſpecies incidit in cognitionem meam. *Et* 10, 97 Cognitionibus de Chriſtianis interfui nunquam. *Apud ipſum* Cic. Bruto 87 c. 32 Dies cognitionis *de magna quaeſtione ex SCto conſulibus decreta.* *Et* Verr. 2, 60 c. 25 Ne quod nouum iudicium, ne qua ipſius cognitio — inſtitueretur. *Add.* Agrar. 2 c. 21 *et* 22 *vbi* Decemuiris Agrorum cognitio *tribuitur.* Symmach. 10, 51 (*al.* 58) Pronunciaui, cognitionem ſacri eſſe iudicii. Imago cognitionis Tacit. Ann. 3, 17. *i. Species, non vera et ſeuera quaeſtio.* ¶ 3 *Formulae, vbi* cognitio *intelligentiam et notitiam ſignificat:* Accipere cognitionem, Adducere in cognitionem, Amplexari cognitionem, *vid. his verbis.* Capere cognitionem Deorum Cic. de Natur. Deor. 2, 140. Collocare ſe totum in cognitione et ſcientia Idem Off. 1, 158 c. 44. Continetur officium aliquod cognitione et ſcientia Cic. Off. 1, 13. Creſcit quotidie rerum cognitio Quinctil. 12, 11, 17. Ducuntur ex cognitione officia Cic. Off. 1, 153. Habere cognitionem faciliorem Idem de Fin. 5, 34 c. 12. Dignum cognitione Cic. Off. 1, 20. Cognitionem prudentiamque ſequitur conſiderata actio Idem Off. 1, 150.

COGNITOR, ōris. m. [γνώϛης, γνωϛὴρ, διαιτητὴς] *Qui cognoſcit: ſed vix aliter, quam in iudicio, idque ipſum diuerſa ratione. Ac primo idem eſt, qui* Notor, *h. e. qui docet, ac teſtatur, ſe noſſe aliquem, eumque eſſe illum ipſum hominem, quem ſe eſſe dicat. Accedit etiam illud, quod qui defendere alterum iudicio vult, cauſam illius* cognoſcere, *i. diſcere debet neceſſario: quo reſpectu* Cic. Verr. 1, 13 c. 5 Ciuem Rom. qui cognitores honeſtos daret, ſublatum eſſe in crucem, *vbi* Aſconius, Hoc genus defenſoris in iure cognitor dicitur, maxime cum de alicuius ſtatu agitur. *Eſt itaque valde affinis* Aſſertori: *quod vidit* Donat. *ad* Ter. Eun. 4, 7, 35 Principio eam eſſe dico liberam, ciuem Atticam, meam ſororem: In tria diuiſit officium defenſionis ſuae, in *Adſertoris*, principio dico, eam eſſe liberam; in *Cognitoris*, ciuem Atticam; in *Fratris*, meam ſororem. *Neque impedit, puto, quidquam, quo minus ſaepius vtrumque officium in eundem hominem conueniret, vt qui* cognitor, *i. teſtis ſtatus alterius eſſet, idem eſſet patronus, i.* Adſertor: *cum in aliis cauſis his quaſi gradibus* cognitores *aſcenderint. Idem* Cic. Verr. 5, 167 c. 65. Homines tenues, obſcuro loco nati, nauigant: adeunt ad ea loca, quae nunquam antea viderunt, vbi neque noti eſſe iis, quo (*i. ad quos*) venerunt, neque ſemper cum cognitoribus eſſe poſſunt. — Vt qui neque tibi notus eſſet, neque cognitorem locupletem daret, quamuis ciuis Roman. eſſet, in crucem tolleretur. ¶ 2 *Cum* Cognitor, *qualem modo deſcripſimus, ſit idem defenſor eius, cuius eſt* Cognitor: *etiam pro defenſore, patrono, auctore* Cognitor *ponitur:* Cic. Catil. 4, 9 c. 5 *Caeſarem* auctorem et cognitorem ſententiae *vocat, qui eam vt veram atque ſuam* cognoſcat, *i. agnoſcat.* *Et* de Aruſp. Reſp. 45 c. 21 Grauitas ampliſſimorum ordinum, conſenſio bonorum omnium, totus denique ciuitatis ſtatus — petebatur, cum in me, cognitorem harum omnium rerum illa flamma illorum temporum coniiciebatur. Cic. Diuin. in Caec. 1, 11 c. 4 Me defenſorem calamitatum ſuarum, me vltorem iniuriarum, me cognitorem iuris ſui, me actorem cauſae totius eſſe voluerunt. *Vbi* Aſconius, qui defendit alterum in iudicio, aut patronus dicitur, ſi orator eſt; aut aduocatus, ſi aut ius ſuggerit, aut praeſentiam ſuam commodat amico; aut procurator, ſi negotium ſuſcipit; aut Cognitor, ſi praeſentis cauſam nouit, et ſic tuetur, vt ſuam. Ergo cognitorem Cicero appellauit familiariſſimum defenſorem. *Quibus conueniunt, quae* Feſtus *ait*, Cognitor eſt, qui litem alterius ſuſcipit coram ab eo, cui datus eſt. Procurator autem abſentis nomine actor fit. Auct. ad Heren. 2, 20 c. 13 Ex aequo et bono ius — vt maior annis LX, et cui morbus cauſa eſt, Cognitorem det. Cic. pro Roſc. Com. 53 c. 18 *pr.* Quid intereſt inter eum, qui per ſe litigat, et qui cognitor eſt datus? Qui per ſe litem conteſtatur, ſibi ſoli petit: alteri nemo poteſt, niſi qui cognitor eſt factus. Itane vero? cognitor ſi fuiſſet tuus, quod viciſſet iudicio, ferres tuum. ſuo nomine petiit, quod abſtulit, ſibi, non tibi exegit. Quod ſi quisquam petere poteſt alteri, qui cognitor non eſt factus: quaero, quid tu — in eam litem cognitor Roſcii ſis factus — Quod ſi ad Roſcium nihil perueniret, quod tu a Flauio abſtuliſſes, niſi te in ſuam litem dediſſet cognitorem: ad te peruenire nihil debet, quod Roſcius pro ſua parte exegit, quoniam tuus cognitor non eſt factus. *Sic* ibid. 32 c. 11 *Roſcium alloquitur Fannius*, In hanc rem me cognitorem dediſti: lite conteſtata — tu ſine me cum Flauio decidiſti. In Verr. 2, 106 c. 43 Cognitorem adſcribit *Praetor Verres* Sthenio — Inuenire neminem Siculum potuit, qui pro ſe cognitor fieret? — Cui Siculo, cum is reus fieret, ciuis Romanus cognitor factus vnquam? *Sunt ibi plura.* Idem pro Caecin. 14 c. 5 *Aebucio tribuit* perſonam mulierum aſſentatoris, cognitoris viduarum, defenſoris nimium litigioſi, *etc.* *Nempe* ¶ 3 *non bene ſemper audiunt* Cognitores. Cic. Verr. 3, 78 c. 34 Muliercularum teterrimarum improbiſſimi cognitores *dicuntur, qui nomine quidem ſuo poſtulabant, et petebant in iudicio; ſed quod re vera non tam ipſis adiudicaturus erat praetor, quam mulierculis.* *Sic* 3, 137 c. 60 Apronius Verris cognitor *vocatur, qui tanquam pro ſe et ſuo nomine petebat, quod re ipſa ad Verrem peruenturum erat.* Cognitorem *Aebucio, quem modo diximus, ſimilem graphice deſcribit* Hor. Sat. 2, 5, 27 ſq.

Magna minorue foro, ſi res certabitur olim;
Viuet vter locuples ſine natis, improbus, vltro
Qui meliorem audax vocet in ius, illius eſto
Defenſor — Ire domum atque
Pelliculam curare iube: ſi cognitor, *etc.*

*Nec melior ille, de quo* Manil. 5, 318 ſq. *vt dedit Bentleius,*

Non illo coram digitos quaeſiuerit haſta,
Defueritue bonis ſector, poenamue lucretur
Noxius, aut patriam fraudarit debitor aeris:
Cognitor eſt vrbis.

*Hunc* Fiſcalem *dixit poſterior aetas. Hunc locum Manilii iam multi verbis tractarat Gronou. de Pec. vet. 4, 3 cui vera* cognitoris *notio debi*tur prolata. Nec oblitus eſt laudare* Liu. 39, 5 Ne ſuas quidem ſimul tates pro magiſtratu exercere boni exempli eſſe: alienarum vero [illegible] multatum tribunum plebis cognitorem fieri, turpe et indignum coll[illegible] gii eius poteſtate, *etc.* *Vid. mox* COGNITVRA. ¶ *Cum* cognoſcere *ſine dubio ſit iudicum; non abſurdum eſt putare,* C[illegible] nitores *dictos etiam eſſe iudices. Et videtur iam Micyllo ita poſuiſ[illegible]* Ouid. Am. 1, 12, 23 *vbi maledicens tabellis, ſ. pugillaribus,* Aptius ha[illegible] capiant vadimonia garrula cerae, Quas aliquis duro cognitor or[illegible] legat. *Sed neque inter libros, neque inter interpretes ſatis conuenit.*

COGNITVRA, ae. f. *Procuratio, ſiue Munus, quo quis fungitur, quum in foro eſt cognitor.* Suet. in Vitell. c. 2 *in quo de eius mai[illegible]ribus diſſerit:* Cuius filius ſectionibus et cognituris vberius compen[illegible]dium nactus. *i.* dum cognitor eſt vrbis, *vt ex Manilio modo vidimus ſ. cauſam publicam et fiſci ipſe tanquam ſuam ſuſcipit, et in partem praed[illegible] ſaepe iniuſtae venit: per delationem et accuſationem fit* cognitor, *pra[illegible]mium eius rei* Sector *accipit. Haec virorum doctiſſimorum ſententia i[illegible] loco etiam varietate lectionis vexato.*

COGNITIONALIS, is. m. *Officii genus, vt Rationalis.* Sym[illegible]mach. Epiſt. 10, 62 *extr.* (*al.* 55) *vbi commodiſſime videtur intellig[illegible] miniſter, cui iniunctum eſt in acta referre, et aſſeruare memorias cogn[illegible]tionum, ſ. pericula, quo munere nunc funguntur, qui* Actuarii *vocantu[illegible]* *Verba ſunt,* Cum huius rei nullum exſtare exemplum Cognitional[illegible] ſuggereret, *nempe auocatae cauſae a cognitione Praefecti vrbis ad com[illegible]tem rei priuatae.*

COGNITIONALITER. Adu. *Cum cauſae cognitione.* *Vid.* l. C. de quaeſt. *it.* l. 12 C. de reuocat. donat.

COGNOSCIBILIS, e. Adi. *Hinc*

COGNOSCIBILITER. Adu. Vulg. Interpr. Sap. 13, 5 A ma[illegible]gnitudine enim ſpeciei et creaturae cognoſcibiliter poterit creator ho[illegible]rum videri. Gr. ἀναλόγως, *quod non aſſecutus eſt.*

COGNOBĬLIS, e. Adi. [εὔγνωϛοι] *Qui cognoſci poteſt.* Gell 20, 5 His ſolis cognobiles fuerunt, *ex Graeco ξυνετὸς, de libris Acroatic[illegible] Ariſtotelis.* *Et* Onomaſt. Vet. *Comparat.* Cato ſexta Origine Itaque ego, *inquit*, cognobiliorem cognitionem eſſe arbitror, *apu[illegible]* Gell. 20, 5 *extr.*

COGO, ēgi, actum, ĕre. [συνάγω] *E* Con *et* Ago *compoſitum ſignificat In vnum colligere, ſed fere, vt conatus quidam maior et vi[illegible] intelligatur, ſiue proprie ſumatur, ſiue metaphorice.* Ter. Heaut. 1, 94 Quaſi talenta ad quindecim coëgi. In vnum aliquid coger[illegible] Quinctil. 1, 5. Nodo comas coëgit Sen. Hippol. 402. Hor. Carm. 3, 9, 18 Quid ſi priſca redit Venus, Diductosque iugo cogit aheneo *i. diſcordes reducit in gratiam perpetuam.* Diſperſa cogere Cic. d[illegible] Orat. 1, 191. Idem de Orat. 2, 142 Pollicitus ſe Ius ciuile, quo nunc diffuſum et diſſipatum eſt, in certa genera coacturum, et a[illegible] artem facile redacturum. Lucret. 6, 734 Ad altos denique mont[illegible] Contruſae Nubes coguntur, vique premuntur. Oues cogere intr[illegible] Plaut. Bacch. 5, 2, 15. Virg. Ecl. 3, 98 Cogite oues, pueri. Idem Ecl. 3, 20 Tityre coge Pecus. Pecudes cogere ſtabulis Virg. Ec[illegible] 6, 89. Idem Georg. 4, 420 Eſt ſpecus ingens — quo plurim[illegible] vento cogitur — vnda. *Et* Aen. 7, 509 Quadrifidam quercu[illegible] Cuneis, vt forte coactis Scindebant. Lucan. ad Piſon. 59 Seu iuu[illegible] adſtrictas in nodum cogere Voces, Et dare ſubtili viuacia verba c[illegible]tenae, *etc. i. ſyllogiſmos et ſophiſmata nectere.* *Sic* Cogere Agmen Ci[illegible] Att. 15, 13. Sen. Ep. 12 *eſt vltimum agminis eſſe, vt claudere.* Aci[illegible] in praelia Virg. Aen. 9, 463. Vndique auxilia Idem Aen. 8, 7. S[illegible] Cohortes Luceriam coëgi ſub Cic. Att. 8, 12 Cn. Magnus ad Dom[illegible] Cohortes coëgerat viginti ex finitimis regionibus Caeſ. Bell. Ciuil.

15. Copias cogere in vnum locum Idem Bell. Gall. 2, 5. *et* 6, 9. Exercitum cogere in vnum locum Cic. Fam. 15, 4. Quinctil. 7, 2, 19 De vno enim reo Conſilium cogitur. Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 12 Poſtea ſe a Marcello ad me miſſum eſſe, qui haec nuntiaret, et rogaret, vti cogerem medicos. Coëgi, et eo veſtigio eo ſum profectus. *Sic* Sueton. Veſp. c. 18 *quidam legunt* Poëtas praeſtantes et artifices coëgit. *Vulg.* Coëmit. Milites cogere Caeſ. Bell. Gall. 5, 39. Multitudinem hominum cogere, armare, inſtruere Cic. pro Caecin. 59 Socios ad locum aliquem Virg. Aen. 4, 289. Propert. 4, 1, 13 Buccina cogebat priſcos ad verba Quirites. Cic. de Fin. 3, 7 c. 2 Dum Senatus cogeretur nihil operae Reipubl. detrahens. *Conf.* Idem Fam. 5, 2. Cogere pecuniam a ciuitatibus ſtatuarum nomine Cic. Verr. 2, 149 c. 57. Pecuniam cogere ex decumis imperatorum Idem pro Rabir. Poſth. 30. *Vid.* COACTOR. Aurum cogere in vſus humanos Horat. Carm. 3, 3, 51. Stipem Cic. de Legib. 2, 22. Stipendium Idem Verr. 1, 70. Sen. de Ira 1, 7 Optimum quidam putant, temperare iram, non tollere, eoque detracto, quod exundat, ad ſalutarem modum cogere. Paullus l. in fraudem. D. de iur. fiſc. Eius bona, qui ſibi mortem conſciuit, non ante ad fiſcum coguntur, quam prius conſtiterit, cuius criminis gratia manus ſibi intulerit. Ouid. Epiſt. Sabin. 3, 73 Et magnos, video, cogit mihi rapta Tumultus, Armataeque petunt Pergama mille rates. Cogit, *i. concitat; occaſionem certe illis praebet.* Vites cogendae in ſulcum, *i.* in ordinem componendae, aut certe arandae Virgil. Georg. 2, 62. Seruius. Cogere in ordinem, *rei militaris formula videtur; milites enim a ſuis ducibus* in ordinem ire, *et* ordines ſeruare *coguntur: vnde alii, qui contra ius ſuam libertatem minui indicare volunt*, in ordinem ſe cogi *queruntur.* *Sic* Liu. 3, 51 Decemviri queruntur, ſe a patribus in ordinem cogi. *Et* 25, 3 Fuluius Conſul Tribunis, Nonne videtis, *inquit*, in ordinem vos coactos eſſe, et rem ad ſeditionem ſpectare. *Et* c. 4 Poſtumius Pyrgenſis *accuſatur*, Tribunos in ordinem coëgiſſe. *Sed* Liu. 3, 35 Appius *ipſe* in ordinem ſe cogit, *i. contra ingenium ſuum et morem blanditur, ſubmittit ſe populo, etc.* Plin. Epiſt. 1, 23 Conſulis, an exiſtimem te in tribunatu cauſas agere decere? Plurimum refert, quid eſſe Tribunatum putes: Inanem vmbram, et ſine honore nomen: an poteſtatem ſacroſanctam, et quam in ordinem cogi, vt a nullo, ita ne a ſe quidem deceat? Idem Epiſt. 2, 6 *frugalitatem ſuam oſtendere volens, et in victu parſimoniam*, Liberti mei non idem, quod ego, bibunt, ſed idem ego, quod liberti: et mehercule ſi gulae temperes, non eſt oneroſum, quo vtaris ipſe, communicare cum pluribus. Illa ergo reprimenda, illa quaſi in ordinem redigenda eſt, ſi ſumtibus parcas. *Hinc videtur nata altera ſignificatio, qua*

¶ 2 Cogere, [ἀναγκάζειν, βιάζεσθαι, ἀγγαρεύειν] *eſt neceſſitatem adferre agendi, et vel vi et imperio, manibusque adeo, vel certe firma alia ratione aliquem ad agendum, vel intermittendum aliquid mouere.* Cic. Offic. 3 c. 13 Num te emere coëgit, qui ne hortatus quidem eſt? *Sic de effectibus naturalibus medicamentorum ſaepe* Scribonius, *vt*, Cogere cadere haemorrhoides Scrib. 227. Coire vulnus 121. Deuorare 70. Cicatricem ducere vlcera 106. 217. Exululare 194. Ter. Adelph. 3, 4, 44 Quod vos ius cogit, id voluntate impetret. Virg. Aen. 2, 56 Quid non mortalia pectora cogis, Auri ſacra fames? *Et* Mori me denique cogis Virg. Ecl. 2, 7. Audaces cogimur eſſe metu Ouid. Triſt. 1, 3, 106. Si es coget Cic. Fam. 1, 5. Acerbe cogi Idem Philipp. 1, 11. Conicio aliquorum cogi Cic. Q. Fratr. 1, 14. Idem Verr. 5, 87 c. 33 Nautae fame coacti radices palmarum agreſtium — colligebant, t his miſeri perditique alebantur. Cogi aliquid ab tribuno conſues poſſunt Liu. 4, 26. *Conf. Gronou. ib. it. Grot. ad* Luc. 14, 23. Cogere equum verbere Claudian. ſext. Conſ. Hon. 226. *Sic* Sil. 16, 384 Fumantes verbere cogi Aſſiduo violenter equos. Cic. de Legib. 2, 4 Non omnia vi ac minis cogere. Ter. Hec. 2, 2, 26 Vi coepi ogere, vt rediret.

¶ 3 *Sed non ſemper eſſe vehemens l verbum, certe etiam dici, vbi proprie coactio locum non habet, haec ſtendunt:* Lucillus *ap.* Varron. L. L. 4, 10 p. 18, 19 Vis eſt vita, ides, quae nos facere omnia cogit. Horat. Epiſt. 1, 9, 2 Nam me ogat, et prece cogit. Cic. Fam. 5, 6 Plurimumque in eo negotium abui, vt Q. Fufium — cogerem potius mihi credere, quam tuis iteris. Idem de Amicit. 26 c. 8 *de perſuaſionibus*, Vim quidem hoc eſt afferre. Quid enim refert, qua me ratione cogatis? cogitis erte. Studiis enim generorum praeſertim in re bona, cum difficile eſt, tum ne aequum quidem, obſiſtere. Ouid. Art. 2, 367 *ad Menelaum*, Cogis adulterium dando tempusque locumque. Quo niſi conſilio eſt vſa puella tuo. *Sed nempe in his iocoſum quiddam et feſtiuum ſt ab ipſa Hyperbole.*

¶ 4 *Formulae cum Praepoſitionibus:* Ad arma cogere aliquem Ouid. Amor. 3, 15, 9. Ad gaudia cogi dem de Arte Am. 2, 419. Ad lacrimas Plaut. Bacch. 4, 9, 57. Ad praelia cogi ſe, deos teſtatur Virgil. Aen. 12, 581. Plaut. Perſ. , 2, 9 Quem pol ego vt non In cruciatum, atque in compedes cogam. Cic. pro Rabir. 6 Nunc quoniam T. Labiene, diligentiae meae temporis anguſtiis obſtitiſti, meque, ex comparato et conſtituto ſpatio defenſionis, In ſemihorae curriculum coëgiſti. In curſum verberibus Plin. 8, 43. In lacrimas cogi Ouid. in Ibin 206. In portum navim coëgit vis ventorum inuitis nautis Cic. de Inuent. 2, 98 c. 32. Cic. Philipp. 1, 11 Quid tandem erat cauſae, cur in Senatum heſterno die tam acerbe ſolus cogerer? Valer. Argon. 7, 239 Cernis, vt infelix thalamos ego cogar in illos, *i. nubere cogar, cui nolim.* Horat. Serm. 1, 4, 141

Multa Poëtarum veniat manus, auxilioque
Sit mihi: nam multo plures ſumus: ac veluti, te,
Iudaei cogemus in hanc concedere turbam.

*Vidfull ſtudium Iudaeorum in tuendis patrum doctrinis, et tuenda vi atque armis religione.* Horat. Carm. 2, 3, 25 *de moriendi et eundi ad inferos neceſſitate*, Omnes eodem cogimur. In tenues cogi lares, *Anguſtam habere rem familiarem ad paupertatem redigi* Propert. 4, 1, 128.

¶ 5 *Formulae, in quibus acceſſum partium ad ſe inuicem ſignificat.* Plin. 19 prooem. *de lini natura*, Denique tam paruo ſemine naſci, quod orbem terrarum, vltro citroque portet, tam gracili auena, tam non alte a terrâ tolli: neque id viribus ſuis necti, ſed paſſum tuſumque, et in mollitiem lanae coactum. Apes bis grauidos cogunt foetus, *i. mella colligunt et ſtipant* Virgil. Georg. 4, 231. Verba cogere in pedes, *Componere verſus* Ouid. Triſt. 3, 7, 10. Coguntur carnes, *Conglutinantur, cohaereſcunt* Plin. 27, 10. Virgil. Georg. 4, 36 Nam frigore mella Cogit hiems, eademque calor liquefecta remittit. Cogit, σφιγγοῖ coagulat, *quod verbum inde ortum diximus.* In nubem cogitur aër Virg. Aen. 5, 20. In nubes cogitur aër concretus Cic. de Natur. Deor. 2, 101. *Sic* Cogere *eſt, quod vulgus pharmacopolarum dicit*, *Dare corpus medicamento, i. efficere, vt cohaereant partes in emplaſtro* Celſ. 5, 18 Quibus adiicitur vnguenti irini, quantum ſatis eſt ad ea mollienda atque cogenda. Cogere medicamenta in paſtillos Scrib. 110, 149. Plin. 23, 7 ſ. 64 *de lacte caprifici*, Exceptum id, coactumque in duritiam, ſuauitatem carnibus affert. Plin. 11, 32 Multa autem inſecta et aliter naſcuntur, atque in primis ex rore. Inſidet hic raphani folio, primo vere, et ſpiſſatus ſole in magnitudinem milii cogitur. Inde porrigitur vermiculus paruus, et triduo mox eruca.

¶ 6 Cogere, *pro Concludere et conuincere in ratiociniis, et diſputationibus.* Cic. de Natur. Deor. 3, 33 c. 13 Innumerabilia ſunt, ex quibus effici cogique poſſit, nihil eſſe, quod ſenſum habeat, quin id intereat. Id. de Inuen. 1, 87 c. 47 Aliud, quam cogebatur, illatum eſt. *Et* de Fato c. 5 Qui autem ex eo cogi putat, ne vt ſedeamus quidem, aut ambulemus, voluntatis eſſe; is non videt, quae quamque rem res conſequatur. *Et* c. 16 Ratio ipſa coget, et ex aeternitate quaedam eſſe vera, et ea non eſſe nexa cauſis aeternis, et a fati neceſſitate eſſe libera. *Sic* Lucan. ad Piſon. 59

Seu iuuat adſtrictas in nodum cogere voces,
Et dare ſubtili viuacia verba catenae
Vim Laërtiadae, breuitatem vincis Atridae.

COGENS, entis. Partic. [ἀναγκάζων] *Vt*, *Arbores* Aliae, nullis hominum cogentibus, ipſae ſponte ſua veniunt Virgil. Georg. 2, 10. *Conf.* Idem Aen. 12, 423. Deus cogens et vetans Cic. de Legib. 2, 8. Re cogente profectus eſt Ouid. Epiſt. 17, 155.

COACTVS, a, um. Partic. [συναχθεὶς] *Vt*, Coactae naues Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 34. Copiae in vnum locum coactae Cic. Att. 8, 19. Exercitus in vnum locum coactus Idem Fam. 15, 4. Pecunia coacta ad agros emendos Cic. de Lege Agr. . . . Idem pro Caec. 59 Certe cogit is, qui congregat homines et conuocat. Coacti ſunt ii, qui ab aliquo ſunt vnum in locum congregati. Coacti armatique homines Idem ibid. c. 9. Coactus [ἀναγκασθεὶς] *et* Sponte, *contraria.* Sen. Troad. 573 Coacta dices, ſponte quod fari abnuis. Coacti frequentius reiicere Scribon. 194. Auſpicium coactum et expreſſum Cic. de Diuin. 2, 73. Lacrimis oculi maduere coactis Ouid. Met. 6, 628. Lacrimae coactae, *Vi expreſſae* Virgil. Aen. 2, 196 *legit Seruius; at Pierius aliique malunt ſcribi hoc in loco*, Lacrimis coacti. Oculi diſcunt lacrimare coacti Ouid. Amor. 1, 8, 83. Sen. Troad. 871 Ad auctorem redit Sceleris coacti culpa. Thalamus coactus, *i. Venus violenta, et vitium per vim oblatum virgini* Stat. Theb. 5, 463. Vertice coacto humum attingens pinus, *i. inflexo* Sen. Hippol. 1223. Quinct. 6, 3, 104 Vrbanitas eſt Virtus quaedam in breue dictum coacta. Multa arte coactum ebur Valer. Argon. 2, 464. *i. laboratum et ſcalptum.* Fabris publice coactis, operisque imperatis exaedificare aliquid Cic. Verr. 5, 47. Gladii coacti Lucan. 3, 323. *i. armati.* Lanae per ſe coactae veſtem faciunt Plin. 8, 48. Operis publice coactis aedificare nauem Cic. Verr. 2, 13. Coacta alui, *Excrementa apud Celſum ſunt, quae Hippocrates lib. 2 Prognoſt.* συνεστηκότα *dicit, id eſt, vt enarrat Galenus,* μὴ ὑγρὰ τελέως, ὡς δύνασθαι διαῤῥεῖν, ἀλλὰ μέχρι τοῦ μένειν συνεστηκότα, *id eſt non multum liquida, vt diffluere poſſint, ſed quatenus conſiſtentiae manent.* *Verba* Celſi 2, 8 Aluus in hac valetudine ea tuta eſt, quae quotidie coacta, eaque conuenientia his, quae aſſumuntur, reddit. Lactis maſſa coacti Ouid. Met. 8, 666 *Periphraſis Caſei.* *Sic* Scribon. 111 *de medicamenti partibus*, Omnibus in vnum bene coactis. Coacta fatis nata fert vterum grauem Sen. Agamemn. 33. Propert. 3, 24, 11 Haec ego non ferro, non igne coactus, et ipſa Naufragus Aegaea verba fatebor aqua. Inopia Ter. Andr. 1, 1, 44. Ira Sen. Octau. 2. Legibus Ter. Andr. 4, 5, 41. Metu praeſenti Sen. Octau. 724. Neceſſitate Caeſ. Bell. Gall. 8, 43. Nep. 2, 8, 6. Pauore Caeſ. Bell. Gall. 8, 13. Lucret. 3, 68 Dum falſo terrore coacti Effugiſſe volunt longe, longeque remôſſe. Tempore atque officio coactus ad accuſandum traducerer Cic. Diuin. in Caec. 4. Vi Ter. Phorm. 1, 4, 37. Vi et neceſſario ſumus in portum coacti Cic. de Inuent. 2, 98. Idem pro Domo 93 Et quoniam hoc reprehendis, quod ſolere me dicas de me ipſo glorioſius praedicare: quis vnquam audiuit, quum ego de me niſi coactus ac neceſſario dicerem? Vi morbi coactus concidit Lucret. 3, 485. Regio ſub arma coacta Virg. Aen. 7, 43.

¶ 2 *Speciatim* Coacta *dicuntur Cilicia, quorum vſus in bello ad tegendas turres.* Caeſ. Bell. Ciu. 3, 44 Atque omnes fere milites, aut ex coactis, aut ex centonibus, aut ex coriis tunicas, aut tegmenta fecerant. *Vid.* COACTILIA.

COACTE. Aduerb. Tertull. de Baptiſmo 12 Alii plane ſatis coacte iniiciunt. *Comparat.* Gell. 10, 11 Cum ſignificandum eſt, coactius quid et feſtinatius factum. *Conf.* 19, 2. *Et* Tertull. de Anima cap. 42 Multo coactius Seneca, poſt mortem, ait, omnia finiuntur.

COACTIM. Aduerb. Sidon. Epiſt. 9, 16 Raptim coactimque exſcribere.

COACTVS, ûs. m. [ἀνάγκασμα] Cic. Verr. 2, 74 c. 29 Eum quoque oſtendam, ſi quando ſit datus, coactu iſtius, quod non ſenſerit iudicaſſe. *Add.* Idem ad Brut. Ep. 17. *et* Verr. 5, 75 c. 29 Coactu atque efflagitatu meo. Lucret. 2, 273 Nec ſimile eſt, vt quom impulſi procedimus ictu Viribus alterius magnis, magnoque coactu. *Et* Caeſ. Bell. Gall. 5, 27 Neque voluntate ſua, ſed coactu ciuitatis.

COACTVRA, ae. f. [συναγωγὴ] Columel. 12, 50, 3 Vt ſeparetur, et ſeorſum reponatur vniuſcuiusque diei coactura, *h. e.* Quantum oliuarum vnoquoque die collegeris, ſiue congregaueris.

COACTILIS, e. Adi. [πιλωτὸς, Vet. Gloſſ.] *Ex ea notione verbi ducitur, qua* Lanam coactam *dici, et ſimpliciter* coacta, *obſeruauimus. Fundus huius nominis, praeter laudatum Gloſſarium, eſt ſolus adhuc* Vlpianus, *apud quem* l. 25 D. de auro et arg. leg. Ariſto etiam coactilia veſti cedere ait, *i. coacta vel conciliata e lana aut aliis villis in denſitatem mollem: qualia hodie pileis adhibere moris eſt.* *Nam* Coctilia Trebellii Pollionis *huc non pertinent, quae explicamus ſub* COQVO.

COACTILIARIVS, i. *Videtur, qui* coacta *vel* coactilia *conficit.* Vet. Inſcript. *Grut.* p. 648, 4 *quam exhibet etiam Rhod. ad Scribon.* p. 306 Lariſcus Lanarius Coactiliarius. Coactores *etiam vocari, mox videbimus.*

COACTILICIA, *vel* COACTILIARIA taberna vero, *quam quidam tribuunt* Capitolino, Coctilicia *eſt, de qua ſub* COQVO.

COACTIO, ōnis. f. [ἀγγαρία, εἴσπραξις] *Vt*, Cauſae in breue coactio Aſcon. in Verr. p. 76. Sueton. in Veſp. c. 1 Vbi deinde venia et miſſione impetrata, coactiones argentarias factitauit, *i.* Coactor *fuit v. v.* *Sunt etiam, qui* Plaut. Aſin. 1, 3, 52 *legunt*, Nihili coactio eſt, *i. fruſtra exigitur pecunia. Sed melius eſt* Cocio, *v. v.*

¶ 2

*Eſt etiam morbi nomen in animalibus ideo* ſic appellati, quod ab iniuria, vel labore, vel ex coactione contingat Veget. Mulom. 1, 37. 38. 43.

COACTOR, ōris. m. [εἰσπράκτωρ] Coactores *olim in auctionibus dicebantur, quaſi Quaeſtores quidam, qui ab his, quibus ſingulae res in auctione attributae fuerant, pretium exigebant, quaſi collectores, quia pecunias cogebant, id eſt colligebant.* Scaeuola in l. 40 §. 5 de ſtat. liberor. Argentarius coactor quum paene totam fortunam in nominibus haberet, ſeruis actoribus libertatem ita dedit. Horat. Serm. 1, 6, 87

Nec timuit ſibi, ne vitio quis verteret, olim
Si praeco paruas, aut vt fuit ipſe, coactor
Mercedes ſequerer.

*Vbi* Vet. Schol. *inter alia*, Coactor, qui exigit numos a circumforaneis. *Aliter*, Coactores dicuntur Argentarii in auctionibus, quia pecunias cogant, qui et Collectarii nominantur. Sueton. in Vita *patrem* Horatii exactionum coactorem vocat. *De his quoque* Cic. pro Cluent. 180 c. 64 Quidam ex amicis Saſſiae recordatus eſt, ſe nuper in auctione quadam vidiſſe in rebus minutis aduncam ex omni parte, dentatam et tortuoſam venire ſerrulam, qua illud potuiſſe ita circumſecari videretur: ne multa, perquiritur a coactoribus, inuenitur ea ſerrula ad Stratonem perueniſſe. Cic. pro Rabir. Poſt. 30 c. 11 Ait, dum Gabinio pecuniam Poſtumus cogeret ex decumis Imperatorum, pecuniam ſibi coëgiſſe. Non intelligo, hoc quale ſit: vtrum acceſſionem decumae, vt noſtri coactores facere ſolent centeſima (*i.* in centeſima, *vel leg. cum Grut.* centeſimae) fecerit. Coactores *itaque vulgares illi vltra id, quod deberetur etiam centeſimam partem ſummae, quae deberetur, praemium ſibi et mercedem exigebant.* Sen. Epiſt. 82 Poſt naufragium maria tentantur, foeneratorem a foro non fugat coactor. Cato 150, 2 Menſe decimo ab coactore deleget, *int. pecuniam ſoluendam.* ¶ 2 *Ponitur etiam* Coactor *pro Impulſore.* Sen. Epiſt. 53 (52) Quibus non duce tantum opus eſt, ſed adiutore, et (vt ita dicam) coactore. *Sed* Agminis coactores Tacit. Hiſt. 2, 68 *ex verbo ſatis intelliguntur.* Lanarius coactor, *in* Vet. Inſcript. *apud Io. Rhod. ad* Scribon. Larg. p. 306. *Eſt ea etiam Grut.* p. 648, 3. *Vid.* COACTILIARIVS.

COACTO, āre. Frequent. [ἀναγκάζομαι] *Vehementer cogere.* Lucret. 6, 1159

Singultusque frequens noctem perſaepe, diemque
Corripere aſſidue neruos, et membra coactans,
Diſſoluebat eos defeſſos ante fatigans. *Et* 6, 1120
Qua graditur conturbat, et immutare coactat.

## C O H

COHABITO, āre. [συνοικέω] Hoſtes Romae cohabitare coërcuit Meſſ. Coruin. p. 15. Romae cohabitandos deſtinat Ib. p. 17.

COHABITANS, antis. Auguſtin. Ep. 12 ad Hieron.

COHABITANTIA, ae. f. [συνοικία] Simulare matrimonii cohabitantiam Adelh. de Virg. 20.

COHABITATIO, ōnis. f. Auguſtin. Ep. 137 *ſub fin.* Cohabitatio Paulli Apoſtoli, *i. qui cum illo, et domi illius habitarent.*

COHABITATOR, ōris. m. [συνοίκος, ὁ ἅμα οἰκῶν, Gloſſ. Lat. Gr.] *Add.* Caſſiod. 3, 48. Auguſtin. Serm. 1 fer. 2 Pentec.

COHAEREO, ſi, ſum, ēre. [συνάπτομαι, συμφύομαι, συνέχομαι] *Eiusdem fere ſignificationis, cuius eſt* Adhaereo. Cic. Acad. 1, 24 Neque enim materiam ipſam cohaerere potuiſſe, ſi nulla vi contineretur: neque vim ſine aliqua materia. Acies cohaerent Curt. 3, 11, 5 *de pugna commiſſa.* Prorae cohaerent Idem 4, 3, 14. Cic. de Legib. 1, 24 c. 8 Cumque alia quibus cohaerent homines, e mortali genere ſumſerint, *i. quibus conſtant, compoſiti ſunt.* Ouid. Amor. 1, 4, 9 Nec mihi ſilua domus, nec equo mea membra cohaerent *deſcriptio Hippocentauri.* Muris hoſtium turris cohaerebat Curt. 4, 4, 11. Ad cohaerendum omnia duo tertium aliquid requirunt, et quaſi nodum vinculumque deſiderant Cic. de Vniuerſo 11 c. 4. Apte cohaeret mundus Idem de Vniu. 13 c. 5. Ter. Andr. 2, 2, 23 Hem paullulum opſonî. ipſus triſtis. de improuiſo nuptiae. non cohaerent, *i. non conueniunt, vtrumque verum eſſe non videtur.* Cic. pro Cael. 15 c. 7 Sed vix diſerti adoleſcentis cohaerebat oratio, *i. ſibi conſtabat.* Congruere et cohaerere vehementer cum cauſa Idem de Inuent. 1, 19 c. 14. *Et* de Finib. 5, 79 Non quaero iam, verumne ſit illud: dico, ea, quae dicat, praeclare inter ſe cohaerere. Cic. pro Caec. 52 c. 18 Sermo hercle et familiaris et quotidianus non cohaerebit, ſi verba inter nos aucupabimur, *i. continuari non poterit, vt non repugnantia interdum et abſurda dici videantur, etc.* Aptiſſime cohaerent inter ſe Cic. in Orat. 149 c. 44 Tempore cohaerere inter ſe Curt. 5, 1, 2. Plin. Epiſt. 7, 7 Eſt mihi periucundum, quod viri optimi — adeo cohaeſiſtis, vt inuicem vos obligari putetis: *i. adeo coniuncti ſtudiis et voluntatibus eſtis.* Quinctil. 11, 85 Cohaeret ſtatus ciuitatis Sullae legibus, *i. leges illae ſunt velut vinculum ciuitatis.*

COHAERENS, entis. Partic. Cic. de Orat. 2, 325 c. 80 Cohaerens cum omni corpore membrum eſſe videatur. Idem Off. 3, 11 c. 3 Qui primum haec natura cohaerentia, opinione diſtraxiſſent. Iuga velut ſerie cohaerentia Curt. 7, 3, 21. Cic. de Orat. 3 c. 43 Cohaerens oratio *opponitur* hiulcae. Quinctil. 10, 6, 6 Cohaerens male cogitatio. Nationes commercio linguae, moribus cohaerentes, *i. coniunctae* Curt. 6, 3, 8. Natura cohaerens et continuata cum ſuis partibus Cic. Acad. 1, 28. *Compar.* Gell. 1, 18 Aptius et cohaerentius putare.

COHAERESCO, ĕre. [συνέχομαι] Cic. de Natur. Deor. 1, 54 c. 20 Quae interiecto inani cohaereſcunt, tamen inter ſe, *etc. De atomis. Et* de Fin. 1, 17 Atomos ita ferri, vt concurſionibus inter ſe cohaereſcant.

COHAERENTIA, ae. f. [συναφὴ] *Coniunctio, et quaſi coagmentatio.* Cic. de Natur. Deor. 2, 155 c. 62 Iam vero circuitus Solis et Lunae, reliquorumque ſiderum, quanquam etiam ad mundi cohaerentiam pertinent, tamen et ſpectaculum hominibus praebent. Diverſorum inter ſe finium mortis et vitae cohaerentia Gell. 6, 13. Regionum cohaerentia Macrob. Saturn. 5, 15. *Paullo poſt vocat* Continentiam. Gell. 15, 3 Cum quibus verbis Praepoſitio iſta neque cohaerentia vocis, neque ſignificatione ſententiae conuenit.

COHAERENTER. Adu. Florus 2, 17, 5 In Hiſpania prope ducentos per annos dimicatum eſt, a primis Scipionibus in primum Caeſarem Auguſtum, non continue, nec cohaerenter, ſed prout laceſſierant.

COHAESVS, a, um. *Idem ac Cohaerens.* Gell. 15, 16 In naturam rediit, ſtricta denuo, et cohaeſa, *de arbore, quam diuellerat Milo.*

COHAERARIVS, *quod vulgo legebatur in* Cic. de Leg. 3 c. 4 *a Gronau. eliminatum eſt, et coërator reſtitutum.*

COHAERES, *ſ.* COHERES, ēdis. [συγκληρονόμος] *Qui ſimul heres inſtitutus eſt.* Plin. Epiſt. 7, 6, 8 Libertos eius eosdemque coheredes ſuos falſi, et veneficii reos detulerat ad principem. Quinct. 5, 14, 16 Aut heres non es — aut habes coheredes. Omnibus, quibus hereditas venerit coheredem praetorem eſſe oportere Cic. Verr. 3 c. 48. Confeciſſem cum coheredibus Idem Fam. 7, 2. Multis coheres Horat. Serm. 2, 5, 54. Senior coheredum Idem Serm. 2, 5, 107. Coheres *etiam dicitur* Fideicommiſſarius, *vt patet* ex l. 36 §. final. *iuncta* leg. 91 §. itidem final. ff. de Legat. 3.

COHĬBEO, ui, ĭtum, ēre. [ἐπέχω, κατέχω, συνείργω] *Idem fere, quod contineo, coërceo,* habeo *ita, ne diſcedere, aut diſſipari poſſit, aut euagari adeo.* Cic. de Senect. 51 *de terra*, Primum id (ſemen) occoecatum cohibet, ex quo occatio, quae hoc efficit, nominata eſt. Auro cohibere lacertos Ouid. Epiſt. 9, 59. *i. armillis aureis.* Nodo cohibere crinem Horat. Carm. 3, 14, 22. Cic. de Fato 19 c. 9 Sed intereſt inter cauſas fortuito antegreſſas, et inter cauſas cohibentes in ſe efficientiam naturalem, *i. continentes, verbo, inter cauſas libere, et proinde contingenter agentes, et agentes phyſice et neceſſitate ſuae naturae.* In ſe ſidera cohibent nitorem Lucret. 2, 1030. Virgil. Aen. 3, 424 At Scyllam caecis cohibet ſpelunca latebris. *i. continet, claudit.* In antris venti cohibentur Ouid. Met. 15, 346. Curt. 6, 2, 11 Oxidates erat nobilis Perſes, qui a Dario capitali ſupplicio deſtinatus cohibebatur in vinculis. Huic liberato Satrapeam Mediae attribuit. Plaut. Mil. 3, 1, 1 Cohibete intra limen etiam vos parumper Pleuſides. Ter. Heaut. 5, 1, 46 Non te cohibes? non te reſpicis? Visne tu te Serui, cohibere Seru. Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 5. Aſſenſionem cohibere a rebus incertis Cic. de Natur. Deor. 1, 1. Fugam Sil. 15, 745 Furorem alicuius Cic. Philipp. 5, 37. Gaudia Propert. 2, 25, 30 Cic. pro Marcell. 8 c. 3 Verum animum vincere, Iracundiam cohibere victoriam temperare, *etc.* Iras Virgil. Aen. 12, 314. Libidines effrenatas a coniugibus Cic. pro Milon. 77 c. 28. Manum alicu Stat. Theb. 6, 812. Motus animi turbatos Cic. Off. 2, 28. Temeritatem cohibere et continere ab omni lapſu Idem Acad. 1, 44 *Et* pro Lege Manil. 66 c. 23 Quare etiam, ſi quem habetis, qui co latis ſignis exercitus regios ſuperare poſſe videatur, tamen niſi er idem, qui ſe a pecuniis ſociorum, qui ab eorum coniugibus ac liberis, qui ab auro, gazaque regia, manus, oculos, animum cohibere poſſit, non erit idoneus. ¶ 2 *Formulae peculiare ſunt aliquot in hoc verbo notandae.* Cic. pro Cael. 11 Nobis quider olim annus erat vnus ad cohibendum brachium toga conſtitutus: vt exercitatione ludoque campeſtri tunicati vteremur: eademqu erat, ſi ſtatim mereri ſtipendia ceperamus, caſtrenſis ratio atque militaris. *Senſus eſt, Eo anno, quo ſumta virilis toga fuerat, mod ſtiam etiamnum et pudorem ab adoleſcentibus poſtulatum fuiſſe aeque, quum in puerili erant praetexta. Quod ſi tum magiſtris liberati, et ſu tanquam tutelae facti, viſi eſſent eo anno proteruiores, aut petulantior de eorum pudicitia male exiſtimatum fuiſſe. Qui enim brachium, vel pr fert, vel exſerit, minus eſſe modeſtus et verecundus videtur, quam qui t* ga *brachium cohibet et continet. Et Aeſchines contra Timarchum* (p. 17 B.) *priſcorum oratorum pudorem et modeſtiam laudans, eos ait perora manus intra pallium continentes.* (*Conf.* Quinctil. 12, 10, 21.) *Eod etiam illo anno nefas eis erat, corpus in campo Martio nudare, ne corpor nudatione impudenti amatorem quaerere velle viderentur. Quin et* Se vius *ait*, Ciceronem ſcripſiſſe anno ſtipendii primo ſolitos eſſe dari cu ſtodes adoleſcentibus militaturis, qua ex conſuetudine Maron*em di* xiſſe, Aen. 5, 546 Cuſtodem ad ſeſe comitemque impubis Iuli Epytidem vocat, *etc. Haec Turnebus.* Cohibere pari ſeueritate fiſcum atque aerarium Plin. in Paneg. 36, 3. *i. cauere, ne praeter ius et ratio nem creſcat priuatorum diſpendio. Laudat enim Traiani continentiam* Plaut. Merc. prol. 64 Neque deſidiae in otio operam dediſſe, neq poteſtatem ſibi fuiſſe, adeo arcte cohibitum ſe eſſe a patre. Cohibe pugnare leges, *i. prohibent* Cic. pro Roſc. Amer. 28. *Sed hodie re legitur* Prohibebant. Cohibeſſim, *pro* Cohibuerim, *antiquum: cu modi ſunt illa apud* Plautum, Seruaſſim, Supplicaſſis, Negaſſim, Pr hibeſſis, *etc. pro* Seruauerim, Supplicaueris, Negauerim, Prohibu ris, *etc.* Lucret. 3, 445 Corpore, qui noſtro rarus magis am col beſſit? *Comparat animam hominis cum liquore,* Quem cohib nequit conquaſſatum ex aliqua re vas, *nempe corpus:* Aëre, quî cr das poſſe hanc cohiberier vllo?

COHIBENS, entis. Partic. *Vt*, Cohibens ventos carcere Oui Met. 14, 224. Clauſtra cohibentia Horat. Epiſt. 2, 1, 255 Clauſtr que cuſtodem pacis cohibentia Ianum. Delia cohibens ceruos arc Idem Carm. 4, 6, 34.

COHIBENTIA, ae. f. Gloſſ. Lat. Gr. Cohibentia, ῥᾳθ μία, συνοχή.

COHIBITVS, a, um. *Vt*, Subtile dicendi genus et co hibitum Gell. 7, 14. *i. caſtigatum, in quo nihil redundat.* Aquil nes cohibiti iugis montium Curt. 8, 9, 12. Macedones intra caſtr cohibiti Idem 10, 3, 6. *Compar.* Auſon. Gratiar. Action. 27, 2 Cui inceſſus modeſtior, habitudo cohibitior.

COHIBITIO, ōnis. f. [ἐποχὴ] Cic. Verr. 3, 37 c. 14 Sic de portandi dies praeſtituta tollere cogebat ex area: cohibitio tollendi niſi pactus eſſet, vim adhibebat pactioni, non voluntatem. *Gruter* Prohibitio. Vitioſa eſt in peccatis irae ſuae cohibitio Lactant. de I Dei. c. 19. Haec cohibitio ſui glorioſa eſt Ib.

COHIBILIS, e. Adi. *Ad breuitatem concinnam, et intra ſu ſe modum continentem, referri videtur.* Gell. 16, 19 Celeri et coh bili oratione, vocumque filo tereti et candido fabulam ſcripſit Her dotus. Gloſſ. Lat. Gr. Cohibilis, facilis, εὐχερής. *Quid.* Coibili *de quo ſub* COËO.

COHIBILITER. Adu. *Idem.* Apul. *extr.* Florid. Fabulam i pauca cogamus, quantum poteſt fieri cohibiliter. *Compar.* Ide Apol. p. 297, 36 Cohibilius eadem Graece et Latine adnitar conſcr bere. *Vtroque loco quidam adſpirationem omittunt, vt ſit a* COËO.

COHIRCINATIO, ōnis. f. *Quaſi hircinae laſciuiae ſocietas legit a quibusdam in* Apul. Apol. *vbi ſic ex MSS. Elmenh.* p. 322, 33 Qu tamen omnia — omnimodis collurcinationibus dilapidauit.

COHONESTO, āre. [σεμνύνω, καλλύνω, τιμάω] *Idem, qu* Honeſtare: *niſi aliquid ornatus, et incrementi adferre dicamus ipſa compoſitionem.* Plin. 22, 13 Defluuia capitis ſemine illito cohoneſta *i. caput caluum a morbo capillis ornari.* Pſeudo-Cic. anteq. iret exil. 30 Tantum a vobis illud Equites Romani peto et rogo, vt que ſaepenumero veſtra laude cohoneſtaſtis, *etc.* Exequias alicuius c honeſta

honeſtare Cic. pro Quint. 50 c. 15. Tacit. Ann. 3, 76 Caeteriſque ſollemnibus Funus cohoneſtaretur. Cic. Verr. 2, 68 An quorum auctoritate ſtatuas cohoneſtare tuas conatus es, eorum ego dignitate accuſationem meam comprobare non potero? Liu. 38, 47 Ex decem legatis, ſi diis placet, quod conſilium diſpenſandae cohoneſtandaeque Victoriae Imperatoribus maiores dederunt noſtri, aduerſarios habeo.

COHŎNŌRO, āre. Feſtus de Coronis: Coronae dicuntur, quod cohonorent eos, quibus imponuntur.

COHORREO, ui, ēre. [συμφρίττω] *vel* COHORRESCO, ĕre. *Magno horrore undique, ſ. toto corpore affici.* Suet. in Tiber. 21 Dii me perdant, niſi cohorreſcit corpus meum, *h. e. niſi totus horreo.* Cic. in Somn. Scip. 2 c. 1 Quem, vt agnoui, equidem cohorrui, *de viſo nocturno.* Idem Att. 7, 1 Cohorruiſſe autem me, quod tuae literae de legionibus Caeſaris afferrent. *Et* de Orat. 3, 6 Ex quo quum cohorruiſſet, cum febri domum rediit, dieque ſeptimo eſt lateris dolore conſumtus, *i. poſt ſudorem quum refrixiſſet.*

COHORS, CORS, CHORS, tis. f. *Eiusdem originis nomen, et ſignificationis primitiuae. Sed poſteriores formae contractae a ruſticis, vt videtur, in re potiſſimum ruſtica ſedem retinuere. Nempe* Cohors, *a* cohercendo, *ſ.* coërcendo *dicta (alias etymologias improbabiles puto, quas videre licet apud Voſſium, a* cooriendo, *vel a Gr.* χόρτος*) notat locum in praedio ruſtico tectis villae circumdatum et alias conſeptum.* Non. 2, 112 Cortes ſunt villarum intra maceriem ſpatia. Varro de R. R. 1, 13, 3 Cohortes (*al.* Chortes) in fundo magno duae aptiores. Vna vt interius compluuium habeat lacum, vbi aqua ſaliat — Boues enim ex aruo reducti aeſtate hic bibunt, hic perfunduntur; nec minus e pabulo dum redierunt anſeres, ſues, porci. In Chorte (*primae editt.* cohorte) exteriore lacum eſſe oportet — Cohors (*al.* chors) exterior crebro operta ſtramentis ac palea, occulcata pedibus pecudum, fit miniſtra fundo. *Paullo ante dixerat,* Faciendum etiam plauſtris, ac caetero inſtrumento omni, quibus caelum pluuium inimicum, in cohorte, vt ſatis magna ſint tecta. Haec enim, ſi intra clauſum in conſepto, *etc. Hinc* Cohortis colluuies Columel. 2, 15, 8. Cohors clauſa macerie pro ouibus Idem 7, 3, 8. *His parantur etiam mobiles, de quibus* Varr. 2, 2, 9 Portant ſecum crates aut retia, quibus cohortes in ſolitudine faciant. *Quid ſi ab hac notione primum militaris illa tracta eſt, de qua mox videbimus.* Cohors, per quam vagantur gallinae Columel. 8, 3, 8. *Hinc* Cortis aues *gallinae ſunt* Martial. 7, 53. 11, 53. 13, 45. *Sed* 3, 58 Vagatur omnis turba ſordidae cortis, Argutus anſer, gemmeique pauones, *etc. In his neceſſario diſſyllabum eſt: et ſine adſpiratione ſcribunt, quos inſpexi, omnes. Nec variatur, puto,* Cic. de Orat. 2, 263 c. 65 Villam (*ornatam*) in Tiburte habes, cortem (*ſordidam*) in Palatio, *quod contra conueniebat. Sed* Ouid. Faſt. 4, 704 *de vulpe,* Abſtulerat multas illa cohortis aues. Vitruu. 6, 9 Chortes magnitudinesque earum ad pecorum numerum, atque quot iuga boum opus fuerit ibi verſari, ita finiantur. In chorte culina, quam calidiſſimo loco deſignetur: coniuncta autem habeat bubilia, *etc. Barbara aetate* Curtem *dicere coepere, vnde hodierna* Corte *et* Cour *nata ſunt.* ¶ 2 *A* cohortibus *illis mobilibus* Varro 2, 2, 9 *etiam militum vna tendentium et vallum ſibi vel conſeptum quoties opus erat habentium, ortum puto, vt in re militari* Cohors *ſit certus numerus militum, vnum velut corpus conſtituentium; quo nomine tum in externa militia vtuntur, tum in Romana. De hac prius, vbi hoc monuerimus militiae illud nomen non minus, quam illud ruſticum, vnde ortum eſt, interdum contracte ſcribi. Exemplorum ſatis ſuppeditabit Index Gruterianus, v. g. p. 838, 8 eſt* CHORT. XII VRB. BENEF. TRIBVNI. *Sic apud Donium* Cl. 6, 49. *Iam de Cohorte Romana. Non ſatis conuenit de illius ratione. Lipſius de Mil. Rom. 2, 5* Cohortem *fecit decimam partem Romanae Legionis (v.* LEGIO*) ipſamque velut paruam legionem, eodem ſcilicet modo pro portione diuiſam, quae conſtaret manipulo vno Haſtatorum, vno Principum, et vno Triariorum, adiunctis Velitibus: ita, vt pro magnitudine Legionum maiores minoresue eſſent cohortes. Hanc Lipſii doctrinam, quantum ad veterem militiam ante Marium, falſitatis poſtulabat Salmaſius de Mil. Rom. c. 2 Sed eo argumento, quod indicet nimis illum feſtinaſſe, nec aſſecutum eſſe mentem Lipſii, cum cohortes fingat ex meris* Haſtatis, Principibus, Triariis, *conſtantes. Itaque refutatus eſt ab H. R. Schelio ad* Hygin. c. 15 *de cohortibus legionis antiquae. Hae nempe* cohortes legionariae *quarum auctoritates mox laudamus inter Epitheta. Nunc audiamus* Varronem de L. L. 4, 16 p. 23, 29 *qui quidquid ſit de etymologiis, certe rationem militiae antiquae ignorare non potuit. Hic igitur poſt* Exercitus *et* Legionis *etyma,* Cohors, quod vt in villa ex pluribus tectis coniungitur, ac quiddam fit vnum, ſic haec ex manipulis copulatur cohors. *Non bene igitur Salmaſius* manipulos *intelligi vult, quoties Ante-Marianis temporibus* cohortium *Romanarum fit mentio. Cum vero* Legionis *pars ſit* cohors, *illud intelligitur, pedites tantum eo nomine ſignificari: habentque adeo* cohortes *Romanae eam fere rationem, quam hodie, quae* Batalliones *dicuntur. Hinc* Cic. pro Marc. 7 c. 2 Nihil tibi cohors nihil turma decerpit, *i. neque pedites, neque equites.* Idem Fam. 15, 2 Cum rex a me equitatum, cohorteſque de exercitu meo poſtularet. *Et* Att. 6, 2 Habeatis turmas: (*Has* equitum *eſſe, notum*) Cur potius, quam cohortes? *Non obſtant his* Equeſtres militiae *Suetonii, de quibus in* EQVESTRIS. *Sed circa Traiani tamen tempora mutatum, ſtatim obſeruabimus n. 4* Equeſtris. *Caeterum iam indicauimus multo latius patere nomen.* ¶ 3 *In primis notandum, interdum de auxiliis accipi, et ſic* Legionibus *opponi* cohortes, *vt* Flor. 3, 21, 18 Octo legiones *et* quingentae cohortes. Tacit. Hiſt. 2, 89, 2 *poſt militiam Rom.* Quatuor et triginta cohortes, vt nomina gentium aut ſpecies armorum forent diſcretae. Vell. 2, 112, 5 Fugata regiorum (*Rhoemetalcis, qui ſocius Rom. erat*) equeſtris acies, fugatae aliae, conuerſae cohortes ſunt: apud ſigna quoque legionum trepidatum. *Tales etiam ſunt, quarum p. p.* praefecti *nominantur; cum Romanae cohortis nulli fuerint.* ¶ 4 *Reliqua de* cohorte *militari iam more noſtro perſequemur. Subſtantiua:* Tac. Hiſt. 5, 18, 2 Pellebantur ſociarum cohortium Acies, cum legiones pugnam excipiunt. Caſtra cohortium, alarumque inuadere, *itemque* Praeſidia cohortium, alarum, legionum inuadere Idem Hiſt. 5, 20. Praefecti cohortium Vell. 2, 112 *de ſociis ſermonem eſſe iam indicauimus.* Robora claſſium, alarum, cohortium Tac. Hiſt. 2, 76 *de auxiliis. Adiectiua, ſ. Epitheta:* Alaria cohors Caeſ. Bell. Ciu. 1, 73. *i. auxiliorum.* Armigera Sil. 10, 97. Alaris Liu. 10, 41. Auxiliaria Caeſ. Bell. Ciu. 1, 63. Hirt. B. Alex. c. 62. Bellatrix Stat. Theb. 6, 262. Cetrata Liu. 31, 36. Denſae cohortes, *vid.* DENSVS. Equeſtris ſextae cohortis Centurio *memoratur* Plin. Epiſt. 10, 107 ſq. *et* Gruter. Inſcript. p. 14, 9 COH. IIII AQ. EQ. *quod* p. 534, 4 *plenius* *dicitur,* PRAEF. COH. I AQVITANOR. EQVIT. *Nempe mutatum eſſe aliquid debet ex veteri ratione, vt* Cohortes *etiam* Equites *ſuos ſibi adiunctos haberent. Oſtendit hoc, et* Equitatas *etiam id genus* Cohortes *militari nomine appellatas, demonſtrat H. R. Schelius ad Hygin. p. 86 ſq. ex ipſo Hygino, tum ex Inſcriptionibus et Ammiano Marcellino.* Impia Gigantum Horat. Carm. 2, 19, 22. Impura Cic. Verr. 4, 115 c. 52. Inhonora Stat. Theb. 10, 8. Innumerae Idem Theb. 5, 21. Legionariae Caeſ. B. C. 1, 73. Vell. 2, 5, 2. Montana cohors Cappadocum Lucan. 7, 215. Numeroſa Sil. 1?, 192. Pilata, *vid.* Pilatus, *in* PILVM. Praetoria Cic. Cat. 1, 24 c. 11. Tacit. Ann. 1, 7, 5. *Et ſaepe in Lapidibus, in quibus vſque ad XII inueniuntur.* Prima Curt. 6, 7, 17. Procerae ſtabant Celtarum ſigna cohortes Sil. 15, 718. Quadringenariae octo cohortes, *Hernicorum copiae* Liu. 7, 7. *Ita* 10, 40 Viginti cohortes Samnitium, Quadringenariae fere erant, *etc.* Regia Curt. 9, 10, 26. Sociae Tacit. Hiſt. 5, 1, 4. Voluntariorum *in lapidd. vsque ad XXXII.* Vrbanae, *vel* Vrbis *occurrunt in lapp. vsque ad XIV. Multa alia cohortium nomina. V. g.* Auguſta, Ciuium Roman. Claſſica, *ſ.* Claſſis, Ingenuorum, Sagittariorum, Singulariorum, Statorum, Vigilum, Voluptuaria Campanorum, *itemque* Africa, Alpinorum, Aquitanorum, Aſturum, Baetorum, Boſforianorum, Bracarum in Britannia, Dacum, Delmatarum, Gallorum, Hadriana, Italica, Ligurum, Luſitanica, Macedonica, Raitorum, Thracum, *etc. in lapidibus inueniuntur, quae e Grutero, Donioque, et aliis facile eſt adferre: aliaque ex Liuio, Tacitoque addere, ſed hic non neceſſarium.* ¶ 5 *Verborum:* Caeſa Tacit. Hiſt. 3, 47. Expedire cohortes Idem Hiſt. 3, 2. Corrumpere Cic. Verr. 3, . . Deducere cohortes ex praeſidiis, *vid.* DEDVCO. Dare cohortem in praeſidium Tac. Hiſt. 4, 35. Educere Caeſ. Bell. Gall. 2, . . Exarmare Tacit. Hiſt. 2, 76. Virg. Georg. 2, 279 Vt ſaepe ingenti bello quum longa cohortes Explicuit legio: et campo ſtetit agmen aperto. Firmare Tacit. Ann. 11, 31. Inducere cohortes in praelium, *vid.* INDVCO. ¶ 6 *Sed etiam* Cohors *vocatur Congregatio quorumcunque hominum.* Suet. in Neron. c. 5 Quod quantum potare iubebatur, recuſarat, dimiſſus e cohorte amicorum, nihilo modeſtius vixit. *Add.* Curt. 6, 2, 11. Hor. Epiſt. 1, 3, 6 Quid ſtudioſa cohors operum ſtruit? *i. literarum ſtudioſi in comitatu Tiberii.* Famula cohors, *i. famularum* Stat. Theb. 11, 292. Innuptae cohortes, *i. virginum* Stat. Theb. 12, 531. Nobilium Curt. 8, 6, 7. *et* 10, 7, 16. *Speciatim vero* Cohors, *pro Comitatu et ſatellitio, et familia magiſtratus, qui ibat in prouinciam. Vnde,* Cohors Praetoria, *quae Conſuli aut Praetori in prouincia praeſto ſemper erat, quaſique latus eius cingebat.* Cic. Q. Fratr. 1, 1 Quos vero aut ex domeſticis coniunctionibus, aut ex neceſſariis apparitionibus tecum eſſe voluiſti, qui quaſi ex cohorte Praetoris appellari ſolent: horum non modo facta, ſed etiam dicta omnia praeſtanda nobis ſunt. Cic. Verr. 4, 115 c. 52 Cohortem impuram *Verris vocat.* Cic. in Catil. 2, 24 c. 11 O bellum magnopere pertimeſcendum, quum hanc ſit habiturus Catilina ſcortatorum cohortem Praetoriam. *cum reſpectu ad militares illas* Praetorias *ſ.* Praetorianas *cohortes.* Laborioſa cohors Vlyſſei Hor. Epod. 16, 60. Catull. 61, 25 Vbi ſueuit illa diuae volitare Vaga cohors. Stat. Achill. 2, 166 Soluuntur laudata Cohors, *i. virgines chorum agentes finita ſaltatione ſacra diſcedunt.* ¶ 7 Cohors *ad res inanimatas etiam transfertur. Vt,* Febrium noua cohors terris incubuit Hor. Carm. 1, 3, 30.

COHORTICŬLA, ae. f. Dimin. Cic. Fam. 8, 6 Bibulus in Amano neſcio quid cohorticularum amiſit.

COHORTĀLIS, *ſ.* CHORTALIS, e. Adi. *a* Cohorte *villae. Vt,* Cohortales aues, *quae in cohorte domi aluntur.* Columel. 1 prooem. 27 Et vt a pecoribus recedam, quorum in parte, auium cohortalium, et apium cura poſita eſt, quis *etc.* Stabula cohortalium auium Id. 8, 1, 3. *Add.* 6, 27, 4. Gallina cohortalis Col. 8, 2, 2. Officina cohortalis [ὀρνιθών] Columel. 8, 3, 1 *et* 8. Pullus cohortalis Celſ. 2, 28. Ratio cohortalis Columel. 8, 2, 6. ¶ 2 *A* cohorte Praetoria *nomen habent* Cohortales, *de quibus eſt* titulus *tum in* Theodoſiano Codice, *tum in* Iuſtinianeo. *Hic ſatis eſt monuiſſe, initio ita dictos Officiales Praefecti Praetotio, poſtea autem Rectorum Prouinciarum Officiales. Reliqua dabit Iac. Gothofredus Paratitlo et Comment. ad* C. Theod. 8, 4 *vnde apparet, et* Cohortales, *ſimpliciter dici, et* Cohortales apparitores, *et* Cohortalem militiam, *et*

COHORTALINOS, *et* Cohortalinam militiam, *et* Cohortalina officia, *quae omnia legum auctoritatibus ibi firmata reperies.*

COHORTOR, āri. [παρεγγυάω] *Simul aut vehementer hortari.* Cic. de Nat. Deor. 2, 148 *de eloquentia,* Deinde hac cohortamur, hac perſuademus. Cic. de Orat. 1, 258 Illud vero fuit horribile, quod mehercule vereor, ne maiorem vim ad deterrendum habuerit, quam ad cohortandum. Cohortari ad pacem Cic. Att. 15, 1. Ad ſtudium ſummae laudis aliquem cohortari Cic. Fam. 2, 4. Ad ſtudium virtutis Id. Acad. 1 c. 4. Ad virtutem cohortari quis poteſt ardentius? Cic. de Orat. 2, 35 c. 9. Suet. in Galba c. 10 Niſi cohortantibus inuicem, ne occaſionem omitterent. ¶ 2 Cohorto, *Actiue, Antiquum.* Quadrigarius apud Nonium 7, 35 Et dicerent caſtra facta eſſe, atque hos cohortarent, vti maturarent.

COHORTANDVS, a, um. Partic. Cic. de Orat. 1, 30 Non ſibi cohortandum Sulpicium et Cottam, ſed magis vtrumque collaudandum videri.

COHORTATVS, a, um. Paſſ. Cato *apud* Gell. 15, 13 Exercitum ſuum pranſum, paratum, cohortatum eduxit.

COHORTATIO, ōnis. [παρεγγυή] Iudicum cohortatio ad honeſte iudicandum Cic. pro Cluent. 138. Inanis et ſine cauſa ſuſcepta cohortatio Id. Fam. 1, 7. Incredibiliter me commouet tua cohortatio Cic. Att. 16, 13. Concitatum eſſe cohortatione alicuius ad aliquid Cic. de Orat. 1, 204. Excitari cohortationibus Id. Brut. 14.

COHORTATIVNCVLA, ae. f. Dimin. Ambroſius Epiſt. 84 *pr.* Neque cohortatiunculas meas adhibere praeſumerem.

COHIVVM. Calyx roſae adhuc conniuens et clauſus. *Verba ſunt antiqui lexici,* Cohiuum, κάλυξ ῥόδα μεμυκώς. *Scribitur et* Coniuum, *a* Conniuendo *vt reor. Turnebus.*

COHOSPES, ĭtis. m. *apud* Paullinum *eſſe dicitur.*

COHVM, i. n. Lorum, quo temo buris cum iugo colligatur, a Cohibendo dictum. *Haec* Feſtus. ¶ 2 Cohum etiam Poëtae Caelum dixerunt, *teſte eodem* Feſto, a Chao, ex quo putabant caelum eſſe formatum. *Scal. ad h. l. e veteri membrana laudat verſum* Ennii, Pilam vix Sol mediam: complere cohum terroribu' caeli.

COHVMĪDO, āre. *Madefacere.* Apul. Met. 8 p. 205, 14 Cohumidare genas lacrimis.

COIBILIS, *vid.* COËO, *et* COHIBILIS *ſub* COHIBEO.

COILLVM *ſ.* COILVM *videtur eſſe* κοῖλον, *cauum, i. penetrale domus, vbi Lares coluntur.* Tertull. de Spectac. 5 Nunc ara conſo in circo defoſſa eſt, cum inſcriptione huiuſmodi, CONSVS CONSILIO, MARS DVELLO, LARES COILLO POTENTES. *Sic Rigaltius, qui ab hoc* Coilo *deriuat* coilinus, incoilinus, inquilinus. *Salmaſius* Colio *vid.* COLIVM.

COIMBĬBO, ĕre. *Tranſlate.* Arnob. 5 p. 178 Qui ſub ſpecie cultionis plus in eos ingeratis maledictionum et criminum, quam ſi aperte hoc facere confeſſis maledictionibus coimbibiſſetis.

COINFANTIO, āre. Vetus Interpr. Irenaei 4, 75 Coinfantiatum eſt homini verbum Dei. *i. Verbum Dei homo factus eſt.*

COINQVĪNO, āre. [μολύνω] *Vehementer, aut totum pollucre ſ. Inquinare.* Columel. 7. 5, 6 Ne totam progeniem coinquinet (morbus): et quidem celeriter, quum alia pecora, tum praecipue oues contagione vexentur. *Metaphor.* Cic. de Nat. Deor. 3, 68 c. 27 Periculum matres coinquinari regias. Contaminari ſtirpem, admiſceri genus: *ex veteri Poëta, de adulterio.* Crimine ſtupri ſe coinquinaverat, ob id a patre interfecta Valer. Maxim. 6, 1, 6. ¶ 2 Conquino *et dici et ſcribi vult* Victorinus de Orthograph. p. 2467.

COINQVINATVS, a, um. Partic. Coinquinatus ſtercore Colum. 8, 5, 19. *Add.* 8, 7, 2. *Metaphor.* Prudentius hymno ante Somn. v. 53 Qui coinquinatum Vitiis cor impiauit. *Compar.* Arnob. 7 p. 222 Quid eſſe his poteſt coinquinatius?

COINQVIO, *vel* COINQVO, ĕre. *Verbum antiquum et in Religionibus vſurpatum, quod non minus atque ſimplex* Inquio (*vnde* Inquino) *laedere, contaminare, atque polluere ſignificauit, dicique conſueuit tum de profana ſilua, tum de luco, quam ſilueſcentes nimium rami amputabantur, atque ita contactu ferri arbores violabantur. Fundus praecipuus verbi eſt* Vet. Inſcr. Fratr. Arual. *quam poſt alios repraeſentauimus ſub* Caton. de R. R. p. 127 *vbi fratres* IMMOLAVerunt, QVOD AB ICTV FVLMINIS ARBORES LVCI SACRI Deae Diae ADTACTAE ARDVERINT, EARVMQ. ARBORVM ADOLEFACTARVM ET COINQVENDARVM (cauſa), ET (*ſ.* quod) IN EO LOCO ALIAE SINT REPOSITAE etc. *Nempe lucum attingere alias nefas; ſed ſacrum factum hic eſt, vt liceret arbores caelitus accenſas caedendo purgare, et vbi opes alias ſubſtituere, quod ſine ferro fieri non poteſt, quo alias profanatur lucus. Qui totas inſcriptiones illas legerit, facile, hanc ſententiam eſſe nobis aſſentietur. Idem verbum etiam, licet aliquantum deformatum eſt in alia* Inſcr. Aruali, *quam dedit Phil. a Turre ſub Mon. Vet. Antii* p. 390 ISDEM COS XIIII K IVN IN LVCO DEAE DIAE Q LICINIVS NEPOS MAG AD ARAM IMMOLAVIT PORCILIAS PIACVLARES II LVCI COINCHVENDI ET OPERIS FACIENDI. *Potuit fuiſſe in monumento* COINQVIENDI, *et fuiſſe vix dubito. Certe firmatur hinc notio verbi, quam declarauit copioſe Salmaſ. ad Solin.* p. 412. *qui etiam reſtitui vult hoc verbum* Catoni R. R. 139, 1 Lucum conlucare Romano more ſic oportet. Porco piaculo facito. Sic verba concipito: Si Deus ſi Dea es, quoium illud ſacrum eſt, vti tibi ius ſiet porco piaculo facere illiusce ſacri *coërcendi* ergo. *Pro* coërcendi, *quod gloſſam putat, legi vult* coinquendi. *Laudat* Feſtum Coinquere coërcere: *ex memoria puto. Nam eſt ibi verbum multo ad hanc rem aptius* Coinquere, Deputare. *Sed nempe non ad h. l. reſpexit Salmaſius, verum ad alterum, qui vulgo legitur* Conquirere coërcere: *vbi tamen e vet. Codice etiam* Coinquere *laudat Daccrius. Laudat porro Salmaſius locum* Trebaſii *ap.* Seru. *ad* Aen. 11, 316 Luci, qui ſunt in agris, qui neuicio capti ſunt, hos lucos eadem cerimonia moreque coinqui haberique oportet, quo caeteros lucos, qui in antiquo agro ſunt. *Sic, inquam, Salmaſius. In Maſuiciana habetur pro* nouicio, concilio, *et pro* coinqui, conquiri. *Et ſic quoque dederat G. Fabricius. Inter haec duo verba fluctuatur etiam in* Feſti Fragm. 66 in Scribonianum, *vbi de* Scribonio, cui negotium datum a Senatu fuerat, vt conquireret (*Scal. in marg. ſ.* coinqueret) ſacella attacta. *Similem medicinam tentabat Gutherius* Liu. 25, 7 *vbi creari iubentur* Triumuiri — ſacris conquirendis, *quem quidem locum recte tuetur Gronouius, et meliori iure emendat* Alfenum l. 29 ff. Locati, In lege locationis ſcriptum erat, Redemtor ſilvam ne caedito, ne coinquito, ne deurito, neue quem coinquere, caedere, vrere ſinito. *Et* Paullum l. 5 ff. Arborum furtim caeſarum, Caedere non ſolum eſt ſuccidere, ſed etiam ferire caedendi cauſa: coinquere eſt deglabrare. *Vtroque loco editum eſt* cingere *vel* ſtringere. *Forte iam tum Paulli aetate, ignorabile id verbum fuit. Quid ſi ipſum* Inquio, *caedere ſignificauit? idque ad ſermonem relatum eſt, vt etiam* caedere ſermones *dicimus? Vid. h. v.*

COITVS, *vid.* COEO.

## C O L

COLAEPIVM, COLEPIVM, COLIPHIVM, (*quorum primum editur, altera duo ſuſpicantur viri docti*) *videtur eſſe pulpa ſ. caro ſuilla. Locus eſt* Petron. 70 *in laude coqui*, Volucris, de bulba (vulva) faciet piſcem, de lardo palumbum, de perna turturem, de colaepio gallinam. *Vt* vulua, lardum, perna *in ſue ſunt; ſic videtur eſſe* Colaepium. *Pro* Colepio *eſt Suidas in* Κώληπα, *quod explicat*, τὸ ὀπίσω τῆς γονατίου μέρος. ἡ κόξα. *Conf.* COLIPHIVM.

COLĂPHVS, i. m. [κόνδυλος Vet. Gloſſ. κόλαφος] *Latine dicitur* Alapa. *Ridicula comminatio* Plaut. Rud. 4, 3, 68 Verbum adde etiam vnum, iam in cerebro colaphos abſtrudam tuo. *Minatur ſe ita percuſſurum, vt manus tota immergatur in cerebro.* Ter. Adel. 2, 2, 37 Colaphis tuber eſt totum caput. Dare Spart. in Hadr. c. 21. Defigere aliquem colaphis in terram Plaut. Perſ. 2, 4, 22. Ducere colaphum alicui Quinctil. 6, 3, 83 Icit colaphum Plaut. Perſ. 5, 2, 65, Incutere, Infligere, *vid. hh. vv.* Ter. Adel. 2, 1, 46 Homini miſero plus quingentos colaphos infregit mihi. Percutere quem colaphis Sen. de Conſt. c. 14. Perpeti colaphos potis Paraſitus Plaut. Capt. 1, 1, 20.

COLAPHĪZO, āre. [κολαφίζω] *Colaphum infligo Graecum verbum, quod apud Latinos extra ſacras literas haud temere reperias. v. g.* Tertull. adu. Marc. 5, 12. Id. de Fuga in Perſec. c. 2. Vulgat. 2 Cor. 12, 7.

COLATVS, *vid.* COLO, colas.

COLAX, ācis. m. [κόλαξ] *Latine Aſſentator dicitur.* Ter. Eun. Prol. 30 Colax Menandri eſt: in ea eſt paraſitus Colax.

COLAXES, is. m. [Κολάξης] *Iouis filius, cuius meminit* Valer. Flacc. Argon. 6, 48

Proxima Biſaltae regio, ductorque Colaxes
Sanguis et ipſe deûm, Scythicis quem Iupiter oris
Progenuit, viridem Myracen Tibiſenaque iuxta
Oſtia, ſemifero, dignum ſi credere, captus
Corpore, nec nymphae geminos exhorruit angues.

COLCHI, ōrum. m. [Κόλχοι] *Populi, qui ad Phaſim fluuium incolunt, dicti a* Colcho *Phaſidis filio.* Val. Argon. 1, 331 Tu quoque Phryxaeos remo Paeantie Colchos Bis Lemnum viſure petis. Saeui Colchi Valer. Argon. 3, 698. Truces Valer. Argon. 1, 743. Auratus aries Colchorum Cic. in Orat. 163. *a quo vellus aureum.* Val. Flacc. 1, 66 Qua iuſſos ſic tandem quaerere Colchos Arte queat: *vbi pro ipſa quoque regione, vt ſolent talia, ponitur. Sic* Ouid. Epiſt. 12, 23 Iuſſus inexpertam Colchos aduertere puppim. Colchus *Adiectiuum mox ſeorſum conſiderabimus.*

COLCHIS, ĭdis. f. [Κολχὶς] *Regio Colchorum.* Val. Flacc. 1, 52 Vel pendere poenas Colchida iam *etc. i.* Colchos *conſueta metonymia. Pro forma*

COLCHOS, i. f. *Laudatur quidem* Hor. Epod. 5, 21 Herbaſque, quas et Colchos, atque Iberia Mittit venenorum ferax. *Sed optimi quique* Quas Iolcos et Iberia. *Neque aliam auctoritatem reperiebam. Nam* Ouid. Epiſt. 12, 23 *modo dedimus in* COLCHI. ¶ 2 *Eſt et Patronymicum, et velut proprium nomen Medeae.* Hor. Epod. 16, 58 Neque impudica Colchis intulit pedem. Prop. 3, 9, 9 Colchis flagrantes adamantina ſub iuga tauros Egit, et armigera praelia ſeuit humo. Iuuen. Sat. 6, 640 Credamus tragicis quidquid de Colchide torua Dicitur. Turbida Colchis Valer. Argon. 8, 323. ¶ 3 Gens Colchis, *Gens Colchorum* Valer. Argon. 5, 418. *Eſt itaque* Colchis *nomen Adiectiuum generis feminini etc. Vt*

COLCHVS, a, um. Adi. [Κόλχος] Hor. in Arte Poët. 118 Colchus an Aſſyrius: Thebis nutritus, an Argis. Ouid. Faſt. 3, 876 Peruenit in Colchas aurea lana domos. Phaſis Colchus Sen. Hippol. 907. Martial. 12, 57 Cum ſecta Colcho lana vapulat rhombo, *i. magico, propter celebrata Medeae veneficia.*

COLCHĬCVS, a, um. Adi. [Κολχικὸς] *Vt*, Venena Colchica Hor. Carm. 2, 13, 8. *per Antonomaſian de veneno quouis.* ¶ 2 Colchicum *Subſt. venenatae herbae nomen videtur* Plin. 28, 9 ſ. 33 *Lac bubulum prodeſt*, Priuatim his, qui Colchicon biberint, aut cicutam *etc.*

COLCHIĂCVS, a, um. *Aliud* Adi. [Κολχιακὸς] Propert. 2, 1, 54 Seu mihi Circaeo pereundum eſt gramine, ſiue Colchis Colchiacis vrat ahena focis.

COLES, *vel* COLIS, *vid.* CAVLIS n. 4.

COLEVS, i. m. [ὄρχις] Teſtis *alias dicitur, ſiue* Teſticulus, Cic. Fam. 9, 22 Teſtes, verbum honeſtiſſimum in iudicio, alio loco non nimis: at honeſti, colei Lanuuini, Cliternini, non honeſti. *Nempe videtur prima origine* coleus *idem, qui* culleus, *vel* culeus, *ſaccus e corio. Lanuuii officina* culleorum *bona ac celebris: itaque* culei *ſ.* colei Lanuuini honeſti. Cliterninos *ſi quis diceret, quia ibi talis officina non eſt*, non honeſti *viderentur: ſed ſuſpicionem obſcoenitatis tanto magis ea res haberet, quod alludi videretur ad* Clitorida, *partem prurientem mulierum. Haec Gronouii de loco difficili ſententia.* Coleorum *nomine pro teſticulis vtuntur ſcriptores obſcoeni* Priap. 13. 28. 24. Petron. 44 Si coleos haberemus. *i. ſi viri eſſemus.*

COLEATVS, a, um. Adi. *Vt*, Coleata cuſpis, *apud* Nonium *a* Pomponio *dici videtur pars illa, qua viri ſunt, nec honeſte poteſt nominari.* Conſpicio, *inquit*, coleatam cuſpidem. *Turneb. Aduerſ.* 6, 9 *neſcio quam accurate: vt et* Equus coleatus *ibid.* 17, 12.

COLIAS, ae. m. *Piſcis.* Plin. 32, 11 ſ. 53 Colias ſiue Parianus, ſiue Sexitanus a patria Baetica, lacertarum minimi. Martial. 7, 77 Lacertum Sexitanum *vocat.*

COLICVLVS, *vid.* COLIS.

COLICVS, *vid.* COLON.

COLINA, *vid.* CVLINA.

COLIPHIVM *ſ.* COLLIPHIVM, *eſſe cibum Athletarum, ſatis conſtat.* Iuuenal. 2, 53 Luctantur paucae, comedunt coliphia paucae. Martial. 7, 66 *in deſcriptione Philaenidis nimis maſculae inter alia,*

Et putri lutulenta de palaeſtra
Vncti verbere vapulat magiſtri.
Nec coenat prius, aut recumbit ante,
Quam ſeptem vomuit meros deunces,
Ad quos fas ſibi tunc putat reuerti,
Cum coliphia ſexdecim comedit.
Poſt haec omnia cum libidinatur *etc.*

*Hoc igitur certum videtur*, coliphia *eſſe cibum athleticum. Iam quod genus fuerit, panificium ne, an caro, quaeritur.* Vet. Schol. Iuuenalis *l. c. hariolatur ita:* Pulmentum, ſiue membrum virile: aut potius Athletarum cibum dicit. *Recentiores fere panis genus intelligunt. Fauere illis videtur* Plautus Perſa 1, 3, 12 Collyrae facite vt madeant, et colliphia. Ne mihi incocta detis. Collyras *enim panificium eſſe, ne dubitari poſſit, vſus Graecorum facit, apud quos* κολλυρίδας *ſic accipi, conſtat. Sed audiamus tamen etiam Salmaſium ad Tertull. de Pallio* p. 262 *vbi in explicanda Xerophagia veterum, Nam, inquit, pedes bubulos, et ſuilla acrocolia edebant.* κωλήπια *Graeci et* κωλῆνας *vocant. Latini* Colephia, *vt* τρόπαιον Trophaeum. κώληψ, κώληπος, *vnde diminutiue* κωλήπιον, *Latine* colepium *vel* colephium. — *Optimae noſtrae* Gloſſae *nondum editae* Colophium κωλῆν· *lege* Colephium. Gl. Iſidori pulpedinem, colaphium, *legendum* Colephium, *hoc eſt* κωλήπιον *etc. Vid. paullo ante dicta in* COLAEPIVM.

COLIS, *vid.* CAVLIS.

COLICVLVS, *vid.* CAVLICVLVS.

CONLABASCO *et ſimilia qui ſcribunt, non cogitant, eſſe hanc Analogiam vt Graeci ita et Romani Sermonis, vt N in talibus tranſeat in ſequentem liquidam. Nos itaque compoſita ex* Con *verborum ab* L *incipientium hic recenſemus.*

COLLĂBASCO, ĕre. [καταφέρομαι, ὑποφέρομαι] *a Verbo* Labo, as, *ruinam minitari. Metaphor.* Plaut. Stich. 4, 1, 17 Si labant res laſſae, itidem amici collabaſcunt. *Laudatur etiam* Lucret. 3, 600 Conquaſſatur enim tum mens, animaeque poteſtas Omnis: et haec ipſo cum corpore collabaſcunt. *Cumque antepenultima breuis ſit, vult Giſanius, ipſo verſu claudicante exprimi rem infirmam et ruinae proximam. Alii* Collabeſcunt *legi volunt, et deriuari a* Labor, *quod penultimam producit. Sed recepta a viris doctis Lambiniana lectio* Collabeſiunt. *Nempe*

COLLABEFĪO, ĕri. [καταλύομαι] *Conuelli ſolutis compagibus* Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 6 Illae adeo grauiter incitatae conflixerunt, vt vehementiſſime vtraeque ex concurſu laborarent: altera vero perfracto

rostro

roſtro tota collabeſieret. *Locum* Lucretii *modo dedimus in* COLLABASCO.

COLLABEFACTVS, a, um. Part. *Metaphor.* C. Nepos 3, 1, 2 A Themiſtocle collabefactus, exilio multatus eſt.

COLLABEFACTO, āre. [λυμαίνομαι] *Vehementer et vndique Labefactare.* Ouid. Faſt. 1, 566 Et vaſtum motu collabefactat onus.

COLLABEFACTATVS, a, um. Part. Lucret. 1, 492 Collabefactatus rigor auri ſoluitur aeſtu.

COLLABELLO, āre. *Labra labris adiungo.* Laber. *apud* Nonium 2, 168 Peranna, collabella oſculum. *h. e. Iunctis labris oſculare.*

COLLĀBOR, ābi. [κατολισθαίνω] *Labi totum omnibus ſuis partibus, vel ſimul cum aliquo labi.* Ouid. Met. 6, 295 Haec fruſtra fugiens collabitur. Ceruix eius ita icta eſt, vt collaberetur Curt. 7, 6, 22. Faſtigium domus collabitur Suet. in Caeſ. c. 81. Collabi ruina Liu. 29, 18. Stat. Achill. 1, 195 — Saxo collābitur ingens Centaurus. *h. e. dormiturus procumbit ſuper ſaxum.*

COLLAPSVS, a, um. Partic. Inter manus collapſus exſtinguitur Curt. 8, 2, 39. *Add.* 4, 10, 19. Celſ. 7, 26 *pr.* Res vero interdum cogit emoliri manu vrinam, quum illa non redditur, aut quia ſenectute iter eius collapſum eſt. Virg. Aen. 8, 584 *de patre dum filio valedicit deliquium animi patiente*, Famuli collapſum in tecta ferebant. *Sic* Aen. 4, 391 Collapſa membra, *Didus in altercatione cum Aenea.* Dolore ſubito collapſa Ouid. Met. 7, 826. *Sed* Virg. Aen. 4, 664 Illam media inter talia ferro
Collapſam aſpiciunt comites, enſemque cruore
Spumantem, ſparſaſque manus.

Aedes vetuſtate collapſae Suet. Auguſt. c. 30. Artus collapſos excipit Ouid. Met. 10, 186. Ceruix collapſa Virg. Aen. 9, 434. Cineres collapſi dicuntur, *quum eſt omnino exſtinctus ignis* Virg. Aen. 6, 226 Poſtquam collapſi cineres, et flamma quieuit. Virg. Georg. 3, 485 *de peſtilentia* Rurſus abundabat fluidus liquor: omniaque in ſe Oſſa minutatim morbo collapſa trahebat. Ruina collapſa Sil. 7, 727.

COLLAPSIO, ōnis. f. Firmic. de Error. Profan. Relig. 41 Cadentium culminum funeſta collapſio.

COLLABORO, *vel* CONLABORO, āre. Tertull. de Poenit. 10 Ad remedium collaborare. Vulg. Interpr. 2 Tim. 1, 8 Collabora Euangelio ſecundum virtutem Dei.

COLLABORANS, antis. Part. Vulg. Interpr. Phil. 1, 27 Collaborantes fidei Euangelii.

COLLACERO, āre. *Hinc*

COLLACERATVS, a, um. Part. Tacit. Hiſt. 3, 73, 9 Confoſſum collaceratumque corpus.

COLLACRĪMO, āre. [ἐπιδακρύω] *Vehementer vel cum alio Lacrimare.* Cic. in Somn. Scip. 1 Ad quem, vt veni, complexus me ſenex collacrimauit. Nonnunquam collacrimabat Ter. Andr. 1, 1, 82. *i. vna cum lugentibus lugebat.* Cic. pro Sext. 123 c. 58 Et quoniam huc me prouexit oratio, hiſtrio caſum meum toties collacrimauit.

COLLACRIMATIO, ōnis. f. [ἐπιδάκρυσις] Cic. de Orat. 2, 190 c. 45 Signa doloris tui verbis, ſententiis, voce, vultus, collacrimatione denique oſtendens.

COLLACTANEVS, i. m. [ὁμογάλακτος Gloſſ. Cyrill.] *Qui eandem mammam ſuxit, et eodem lacte nutritus eſt.* L. 13 D. de manum. vindict. §. iuſtae autem. Inſtit. Quibus ex cauſis manumit. l. 30 §. Titia D. de adim. legat. *quae et eum Graece σύντροφον vocat*, vt et Theophil. in d. §. iuſtae. Int. Vulg. Actor. 13, 1 Herodis collactaneus, σύντροφος. *Vid.* Auguſtin. Confeſſ. 1, 7. Hieron. ad Furiam, Nec formoſulus collactaneus, nec candidulus et rubicundulus affecla.

COLLACTANEA, ae. f. Ambroſ. Epiſt. 34 ad Virgines ſacras: Emerentiana, quae fuerat collactanea eius, *etc.* *Et* Venant. Fortunati Carm. 6, 7 Nulla puella choro neque collactanea ludat.

COLLACTEVS, a, um. Adi. [συγγάλακτος] *Idem. Laudatur* Iuuen. Sat. 6, 306 Quid dicat notae collactea mammae. *Sed iam editur*, Collacia Maurae. Martianus Capell. 1, 1 Sed quod ſororis eius collactea et indiſcreto amica foedere videretur. *Habet etiam* lib. 2 *pr.* Chariſius 1, 62 Conlactaneus dici debet, nam collacteus nemo dicit. *Nempe nemo veterum forte. Neſcio quam ſolidum ſit diſcrimen, quod aſſignat* Caper p. 2242 Collactaneus eſt eisdem mammis educatus: collacteus quia (*ſ.* qui) vno eodemque lacte creatus eſt.

COLLACTEVS, i. m. *Idem quod Collactaneus.* Gruter. Inſcr. p. 661. *et* Spon. Miſc. p. 228. Hygin. Fab. 224 Croton collactius Muſarum.

COLLACTIA, ae. f. Gruter. Inſcript. 661, 2 COLLACTIAE. BENE. MERENTI. FECIT.

COLLAETOR, *vel* CONLAETOR, āri. *Cum aliis laetari.* Tertull. de Idololatr. 14 Conuiuamus cum omnibus; conlaetemur ex communione naturae, non ſuperſtitionis.

COLLAEVO, *vid.* COLLEVO.

COLLĀRE, is. n. [περιδέραιον] *Vinculi genus, quo collum adſtringitur.* Lucil. lib. 9 *apud* Non. 1, 162 Cum manicis, catulo, collarique, vt fugitiuum Deportem. Varro de R. R. 2, 9, 15 Ne vulnerentur a beſtiis, imponuntur his collaria, *etc.* ¶ 2 Collare *apud* Apic. 7, 5 *Humelbergius interpretatur ceruicem, et eius collique carnem:* Elixum vero collare, ſi voles, ſine conditura aſſas, et ſuccum calidum perfundis. *Nempe Adiectiuum eſt*, fruſtum collare.

COLLARIA, ae. f. *Ferrum, quo conſtringuntur colla malefactorum.* Plaut. Capt. 2, 2, *extr.* Hoc quidem haud moleſtu'ſt iam, quod collus collaria caret.

COLLARIS, e. Adi. *Vt*, Inſula collaris Petron. 56 *Si feliciter coniecit Burmannus. Nam legitur* Offla colaris.

COLLATERALES Venti Cathol. *qui ex vicinis plagis paralleli veniunt.*

COLLATERO, āre. Mart. Capell. 3 p. 56 C Vocales vtrinque collaterat, *i. et ante ſe et poſt ſe Vocalem admittit. Sic de* B *dixit*, Omnibus vocalibus vtrinque connectitur. *De* D, Vtrinque Vocales tenet.

COLLATIA, ae. f. [Κολλατία] Oppidum iuxta Romam, eo quod ibi opes aliarum ciuitatum fuerint collatae: a qua porta Romae Collatina dicta eſt. Feſtus.

COLLATINVS, a, um. Adi. *Vt*, Arces Collatinae Virg. Aen. 6, 774. Ouid. Faſt. 2, 787 Hoſtis, vt hoſpes, init penetralia Collatina. *i. Domus Collatini, mariti Lucretiae.*

COLLATINA, ae. f. Dea, quae collibus praeeſt Auguſt. Ciu. Dei 4, 8. *Malunt quidam* Collinam.

COLLATIO, COLLATITIVS, COLLATIVVS, COLLATOR, COLLATVS, *vid.* CONFERO.

COLLĀTO, āre. [συμπλατύνω] *Latum et amplum facere. Vnde*

COLLATATVS, a, um. Partic. Cic. in Orat. 187 c. 56 Quod ſi et anguſta quaedam atque conciſa, et alia eſt collatata et diffuſa oratio, neceſſe eſt id non literarum accidere natura, ſed interuallorum longorum et breuium varietate. Anguſta, et conciſa oratio, *quae minutos habet numeros, et remiſſos: quales ſunt iambi et trochaei; vt* pro Milone c. 10 Milo quum in Senatu fuiſſet eo die quoad Senatus dimiſſus eſt, domum venit, calceos et veſtimenta mutauit: paulliſper dum ſe vxor, vt fit, comparat, commoratus eſt. *Quem locum vehementer admiratur* Quinctil. 4, 2, 57 *Omnes fere iambi ſunt, et trochaei. quin ab iambo incipit, et duobus iambis deſinit. Nullus autem numerus aut pes iambo demiſſior et anguſtior eſt.* Collatata et diffuſa oratio *grandiores et ſubliniores numeros habet: quales ſunt ſpondaei, Cretici, Ionici, Paeones, Epitriti. vt* pro Milone: Quas ille praeceps amentia, caeſis proſtratiſque ſanctiſſimis lucis, ſubſtructionibus, inſanis molibus oppreſſerat. *Incipit enim a Spondaeo, et deſinit in Ionicum a maiori. Poſtea ſubiungit:* Veſtrae tum arae, veſtrae religiones viguerunt. *vbi etiam initio ſpondaeus eſt, in fine Ionicus a minori. Sequitur:* Veſtra vis valuit, quam ille omni ſcelere polluerat. *vbi primo loco Creticus eſt, poſtremo Paeon primus. Natura igitur ſyllabarum et pedum, efficit orationem aliam anguſtam, aliam collatatam.*

COLLATRO, āre. *Vehementer et ex omni parte allatrare.* Sen. de Vita beata 17 Si quis ex his, qui Philoſophiam collatrant, quod ſolent dixerit *etc.*

COLLAVDO, āre. [συνεπαινέω] *Aliquando plus eſt, quam laudo.* Ter. Eun. 5, 9, 60 Et collaudaui ſecundum facta et virtutes tuas. Cic. Q. Fratr. 2, 5 Orationem meam collaudauit ſatis multis verbis. Cic. Verr. 5, 161 Agit hominibus gratias, et eorum erga ſe beneuolentiam diligentiamque collaudauit. Clementiam alicuius per literas collaudare Cic. Att. 9, 16. Factum alicuius collaudare Cic. Philipp. 5, 28. Memoriam Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 2. Ab omnibus collaudari Cic. Fam. 1, 7. Non cohortandus, ſed magis collaudandus Cic. de Orat. 1, 30.

COLLAVDATVS, a, um. Partic. Stat. Theb. 6, 490 Victuſque et collaudatus abiſſet. *Et* Curt. 7, 5, 38 Alexander multum collaudato Spitamene conuerſus ad Beſſum, *etc.* Suet. Caeſ. c. 16 Accitumque in curiam, et ampliſſimis verbis collaudatum, *etc.*

COLLAVDATIO, ōnis. f. Cic. de Inuent. 2, 125 Primum ſcriptoris collaudatione, et loco communi, nihil eos, qui iudicent, niſi id, quod ſcriptum ſit, ſpectare oportere. *Et* Auctor ad Herenn. 2, 13 c. 9 Scriptoris collaudatione.

COLLAVDATOR, ōris. m. Auguſtin. Confeſſ. 4, 14 *extr.* Nullo collaudatore mirabor.

COLLAVDABILIS, e. Prudent. Hamartig. v. 694 Nec bonus eſt, nec collaudabilis ille.

COLLAXO, āre. *Vndique laxare.* Lucr. 6, 231 Quia nimirum facile omnia circum Collaxat, rareque facit lateramina vaſis. Cael. Aurel. Acut. 3, 3, 20 Vaporatio collaxat tumentia. *Add. id.* Tard. 2, 1, 20.

COLLECTA, ae. COLLECTANEA, orum. *Vid.* COLLIGO.

COLLECTARIVS, i. m. [ἀργυραμοιβός] *Argentarius campſor, et pro argento nummos praebens.* Vet. Schol. Horat. Collectarios *pro* Coactoribus argentariorum *accipit* Impp. l. 16 C. Si certum petatur, Quiſquis iudici foenebrem pecuniam mutuauerit, ſi in prouincia fuerit verſatus, quaſi emtor legum atque prouinciae: vel ſi quis collectarius, honoris pretium dederit ambienti, exilii poena vna cum ipſo iudice plectetur: *i. Si quis argentarius crediderit pecuniam ei, quem ſciebat ambire honorem, et eum hac pecunia emturum. Haec* Alciat. Diſpunct. 4, 22. Cuiusdam collectarii filius Auguſtin. de C. D. 22, 8. Collectariorum corpus *ſiue collegium Romae erat.* Symmach. 10, 42 (49) Vendendis ſolidis, quos plerumque publicus vſus expoſcit, collectariorum corpus obnoxium eſt, quibus arca vinaria ſtatutum pretium ſubminiſtrat. Nouella Theod. et Valentiniani de pretio ſolidi, Ne vnquam intra ſeptem millia nummorum Solidus diſtrahatur, emtus a Collectario ſeptem millibus ducentis.

COLLĒGA, ae. m. [συνάρχων, σύνδικος] Collegae, *inquit* Varro de Lingua Latina 5 p. 57, 26 *dicuntur* Qui vna lecti *ſunt.* Vlpianus l. 173 D. de verborum ſignificationibus, Collegarum appellatione hi continentur, qui ſunt eiusdem poteſtatis. *Sipontinus*, Collegae *ſunt in legatione aut magiſtratu ſocii.* Plin. 19, 8 Inuenio muſtum rutatum populo datum a Cornelio Cethego, in Conſulatu collega Quint. Flaminini, comitiis peractis. Cic. Verr. 2, 109 Qui ſe non Timarchidis, ſed ipſius Verris collegam et ſocium eſſe dicebat. Regni colleg a Cic. Philipp. 2, 85. Metrodorus Epicuri collega ſapientiae Cic. N. D. 1, 113 c. 40. In cenſura collegae Cic. de Amicit. 39 c. 11. In Praetura collega Cic. Off. 1, 144 c. 40. Collegae *vocantur* Conſules *tum alias frequentiſſime, tum* Liu. 10, 22 et 24. Abrogare poteſtatem collegae Cic. de Legib. 3, 24. Diſcrepare iudicia inter collegas Cic. pro Cluent. 121. Facere collegam in quodam munere Cic. de Clar. Orat. . . Frangere libidinem leuitatemque collegae vultu Cic. pro Sext. 19. Habere collegam in quodam munere Cic. Off. 1, 144. Id. Verr. 2, 108 Is eſt C. Clodius, qui in Sicilia ſequeſter iſtius, interpres, confector negotiorum, prope collega Timarchidi Numerabatur. Timeret Cenſoris mores etiam collega Iuuen. Sat. 11, 92. *Aliquoties* Collegae *nomen de Tribuno pl. adhibetur in* Fragm. Or. Cic. pro C. Cornelio, Nec vehementius, oſtendere ſe laturum inuito collega, quam ipſi collegae magiſtratum derogare, nec criminoſius, tribus ad legem accipiendam, quam ad collegam reddendum priuatim intro vocare: quae vir fortis, huius collega, A. Gabinius in re optima fecit omnia: nec — paſſus eſt, plus vnius collegae ſui, quam vniuerſae ciuitatis vocem valere et voluntatem. Sidon. Apoll. 6, 1 Collegam Lupi Papae vocat *Apoſtolum Petrum.*

COLLEGATVS, ūs. m. *Hoc vocabulum* Rutil. 1, 15 *reſtitui vult Graeu. vbi de* COSS. Ordinis imperio Collegarumque fruuntur. *Legi iubet Graeuius* Collegatuque. *i. ſunt collegae Senatorum. Sed Burmannus mallit* Ordinis ingenio Collegarumque fruuntur. *Nondum itaque ſatis auctoritatis illud nomen habet.*

COLLEGATARIVS, i. m. *Cum alio legatarius.* Vlpian. in l. plane D. de legat. 1 Si duobus ſit legatum, quorum alter heres inſtitutus ſit: a ſemetipſo ei legatum inutiliter videtur. ideoque quod ei a ſe legatum eſt, ad collegatarium pertinebit.

CŎLLEGIVM, i. n. [συνέδριον, σύλλογος] *Proprie ſignificat Societatem collegarum.* Tres numero collegium tacere exiſtimat Neratius Priſcus: et hoc magis ſequendum *affirmat* Marcellus ICtus l. 85 ff. de V. S. *quod intelligendum videtur in ea ſpecie, vbi numerus* Collegarum *alias*

*alias maior ad paucitatem redactus eſt. Nam alias* Collegae *etiam dicuntur duo* Conſules *paſſim, et de* Conſulibus Liuius 10, 22 Scire ſe nihil concordi collegio firmius ad remp. tuendum eſſe. *Et mox* c. 24 tria collegia *vocat tres duorum conſulum vices.* Cic. Verr. 4, 108 Tum ex ampliſſimo collegio Decemuirali, *etc.* Gell. 11, 3 Aliter enim dici videbam, Pontifices pro collegio decreuiſſe. *i. ex auctoritate et ſententia collegii. Caeterum late admodum patet* collegii *appellatio.* Gaius ICtus l. 1 ff. *pr.* quod cuiuscunque vniuerſitatis. Neque ſocietas, neque collegium, neque huiusmodi corpus paſſim omnibus haberi conceditur — Item Collegia Romae certa ſunt, quorum corpus Senatus conſultis atque conſtitutionibus principalibus confirmatum eſt, veluti piſtorum, et quorundam aliorum, et nauiculariorum, qui et in prouinciis ſunt *etc. Eſt etiam* titulus ff. de collegiis et corporibus, *quo in primis leges contra* illicita collegia *et* ἑταιρίας *latae continentur. Frequens etiam* Collegiorum *mentio in Marmoribus, quorum catalogum bene longum ſuppeditat, v. g. Indicis Gruteriani a Scaligero confecti cap. 9 v. g.* Aeneatorum, Aurificum, Bracteariorum, Centonariorum, Dendrophororum, Fabrûm *varii generis*, Nauiculariorum, Piſtorum, Structorum, Suariorum, Tibicinum *etc. Quam antiqua res ſit, talia collegia declarat* Plin. 34, 1 Sed et alia vetuſtas aequalem vrbi auctoritatem eius *(aeris)* declarat, *a* rege Numa collegio tertio aerariorum fabrûm inſtituto. Septimum collegium figulorum *idem* Numa inſtituit *teſte* Plinio 35, 12 ſ. 46. *Plutarchus in Numa p. 71 memorat factam ab eo* διανομὴν κατὰ τὰς τέχνας, αὐλητῶν, χρυσοχόων, τεκτόνων, βαφέων, σκυτοτόμων, σαυτοδεψῶν, χαλκέων, κεραμέων, *vbi adeo* figuli *ſunt octaui. De Seruio Tullio* Flor. 1, 6 Ab hoc Populus Rom. relatus in cenſum, digeſtus in claſſes, curiis atque collegiis diſtributus. *In his collegiis cum humillimis, etiam ſeruis, locus eſſet, ea paullatim vel intermiſſa vel SCtis abrogata. Sed reſtituere ea conatum Clodium docet* Cic. in Piſon. c. 4 Collegia non ea ſolum, quae Senatus ſuſtulerat, reſtituta, ſed innumera quaedam ex omni fece vrbis ac ſeruitiorum conſtituta. *Et* poſt Red. in Sen. c. 13 Seruos ſimulatione collegiorum nominatim eſſe conſcriptos. *Add.* pro Sext. c. 15 *et* 25, *quaeque ad priorem locum copioſe diſputauit Manutius. Ad humilem plebem etiam pertinet illud* Cic. pro Domo c. 28 Nullum eſt in hac vrbe collegium, nulli pagani aut montani, quoniam plebei quoque vrbanae maiores noſtri conuenticula et quaſi conſilia *(mel.* Concilia) quaedam eſſe voluerunt, qui non ampliſſime de — mea — dignitate decreuerint. *Add.* in Vatin. c. 3. *Quam ſuſpecta bono etiam Imperatori, Traiano fuerint* Collegia, *apparet ex eo, quod Plinio interroganti reſpondit. Nempe* Plin. Epiſt. 10, 42 *ad cauenda incendia Nicomediae ita conſulit,* Tu, Domine, diſpice, an inſtituendum putes Collegium fabrorum, duntaxat hominum CL; ego attendam, ne quis niſi faber recipiatur, neue iure conceſſo in aliud vtatur. Non erit difficile cuſtodire tam paucos. *Reſpondet Imperator* Tibi quidem ſecundum exempla complurium in mentem venit, poſſe collegium Fabrorum apud Nicomedienſes conſtitui. – Sed meminerimus, prouinciam iſtam, et praecipue eas ciuitates, ab eiusmodi factionibus eſſe vexatas. Quodcunque nomen ex quacunque cauſa dederimus iis, qui in idem contracti fuerint, hetaeriae quamuis breues fient.

¶ 2 *Iam* Collegia *quaedam tum magiſtratuum atque ſacerdotum, tum aliorum ex auctoribus claſſicis producemus.* Ambubaiarum collegia Horat. Serm. 1, 2, 1 *per ironiam dicuntur, de conuentibus hominum nequam. Vid.* AMBVBAIA. Augurum collegium *in magnae neceſſitudinis loco ponebatur.* Cic. Fam. 3, 10 Quid illa tandem popularia? — Ampliſſimi ſacerdotii Collegium? in quo non mòdo amicitiam violari apud maiores noſtros fas non erat, ſed ne cooptari quidem ſacerdotem licebat, qui cuiquam ex Collegio eſſet inimicus. Capitolinorum collegium, *vid.* Capitolinus, *in* CAPITOLIVM. Flauialium collegium Suet. Domit. 4. *Sacerdotum ſ. flaminum gentis Flauiae.* Fabrorum Plin. Epiſt. 10, 42. *ad reſtinguenda incendia.* Mercurialium collegium Cic. ad Q. Fr. 2, 5. Plin. 10, 17 Auxiliatur accipiter, collegio quodam naturae, bellumque partitur, *i. ſocietate naturali.* Valer. Max. 3, 7, 11 Is, Iulio Caeſari, ampliſſimo ac florentiſſimo viro, in collegium Poëtarum venienti nunquam aſſurrexit. Pontificum collegium docere Cic. pro Domo 33. Liu. 30, 2 Editi a Collegio Pontificum Dii, quibus ſacrificaretur. Praetorum Cic. Off. 3, 80. Quaeſtorum collegium Suet. Claud. 24. Sacerdotum Cic. de Clar. Orat. 127. Sacerdotii ampliſſimi collegium Id. Fam. 3, 10. *de Auguratu.* Tribunorum plebis Cic. pro Domo 47. Apud collegium Tribunorum plebis cauſam alicuius agere Cic. Verr. 2, 100. Viatorum Gell. 12, 3. *Et* VIATORI COLLEGII MAGNI *lapis poſitus* Grut. p. 627, 10. Sodales eiusdem collegii Caius in l. vlt. D. de Collegiis et illicitis corporibus. Cic. de Legib. 3, 24 c. 10 Quod eſt tam deſperatum collegium, in quo nemo e decem ſana mente ſit. *de Tribunis pl.* Illicita collegia arcentur Senatusconſulto Martianus in l. 1 D. de Collegiis et illicitis corporibus. *Et in ipſo pr.* Mandatis principalibus praecipitur Praeſidibus prouinciarum, ne patiantur eſſe collegia ſodalicia, *i.* ἑταιρικά. Adhibere collegium, *vid.* ADHIBEO. Celebrare Martianus in l. Collegia. D. de Collegiis et illicitis corporibus. Coire collegium Martian. in l. Collegia. D. de Collegiis et illicitis corporibus. Liu. 5, 50 Ludi Capitolini fierent — Collegiumque ad eam rem Dictator conſtitueret ex iis, qui in Capitolio atque arce habitarent. Condidimus Collegium, *de eadem re* Liu. 5, 52. Cooptare in collegium Cic. in Orat. c. 33 *extr.* Deferre ad collegium Cic. Philipp. 2, 87 c. 33. Diſſoluere collegia Suet. in Auguſt. cap. 32. Martian. in l. Collegia. D. de Colleg. et illicit. corpor. Suet. Caeſ. c. 42 Cuncta collegia praeter antiquitus conſtituta, diſtraxit. Inſtituere Liu. 2, 27. Plin. Ep. 10, 42. Vſurpare collegium illicitum Vlpian. in l. Quisquis illicitum. D. de Colleg. et illicitis corporibus.

¶ 3 *Metaphor.* Plin. 10, 17 Auxiliatur accipiter collegio quodam naturae, *i. ſocietate naturali.*

Nam quod requieſcere corpus
Vacuum ſine mente videmus,
Spatium breue reſtat, vt alti
Repetat collegia ſenſus Prud. Cath. 10, 33. *i. animi conſortium.*

COLLEGIALIS, e. Adi. *Vt*, Fides collegialis Gruter. Inſcript. p. 322 n. 4 FIDEIQVE. VESTRAE. COLLEGIALI. COMMITTO.

COLLEGIARIVS, a, um. Adi. *Vt*, Collegiarii miniſtri ludorum Tertull. de Spectac. cap. 11 *nempe qui Collegio inſtituto illos curant.*

COLLEGIATVS. *Qui pars eſt collegii, collega.* Gruter. Inſcript. p. 860 n. 13 AVR. VIVI. QVI. VIXIT. ANN. XLV. COLLEGIATI. EIVS. AMICO. KARISSIMO. PRO. MERITIS. FECERVNT. *Conf.* l. vn. C. de Collegiatis; *et int. tit.* Cod. Theod. 14, 7. *vbi in Paratitlo et Commentario, quae ſciuntur omnia dedit Iac. Gothofredus. Conf.* Iſid. 9, 4. Voſſius de Vit. L. L. 3, 26.

COLLĒMA, atis. n. [κόλλημα] Mart. Capella 3 p. 49 *extr.* Niloticae fruticis collemata, *i. Conglutinamenta, chartae e papyro periphraſis.*

COLLENIO, īre. *Apud* Hyginum *eſſe dicitur. - Sed non habet Index Schefferianus.*

COLLEPROSVS, a, um. Adi. Sidon. Epiſt. 6, 1 Colleproſi mei te propoſita conditione conſtringam, vt aiam tibi, Si vis potes me mundare. *Eſt itaque extenuandi formula, qua ſe leproſi illius velut collegam facit.*

COLLETICVS, a, um. Adi. [κολλητικὸς] *Vt*, Colletica medicamenta *dicuntur, quae adglutinant; ſicut* Symphytica, *quae conſolidant;* et Epulotica, *quae cicatricem inducunt. Vid. Cael. Rhod.* 3, 14 *Reſtituimus hoc nomen*, Vegetio Mulom. 1, 46, 3 Curabis clyſteriis collecticiis, vt foramina illa ſanentur. *Nempe ſine dubio legendum* Colleticis, *cuius gloſſa ſunt verba*, id eſt, quae glutinent.

COLLĒTIS, is. f. Herba verbenacea Apul. de Herb. 3.

COLLEVO, āre. *Dubiae ſignificationis, et deriuationis adeo verbum. Vtitur* Plin. 23, 1 ſ. 18 *vbi de muſto*, Prodeſt renibus iecinori, et interaneis, veſicae colleuat enim ea. *Volunt quidam eſſe* ἐπικουφίζειν, *et grauitati ac morbo opponi: ſed Harduino magis placet eſſe* ἐπιλεαίνειν, *lubricare, ſcribitque* collaeuare: *quod nihil opus videtur, cum* λεῖος *levis, longo E ſine diphthongo recte ſcribatur. Harduinus idem verbum* Plinio *tribuit* 17, 22 ſ. 35, 19 Quam leuiſſima cicatrice acie ſalcis exacta, plagaque colleuata. *Fuerit itaque* colleuare plagam, *vbi de putandis vitibus vel arboribus ſermo eſt, idem quod* Alleuare. Sen. Epiſt. 64 Hoc *(medicamento)* aſperitas oculorum conleuatur: hoc palpebrarum craſſitudo tenuatur. *Hic ſine dubio aſperitati opponitur.*

COLLIBERTVS, *vel* CONLIBERTVS, i. m. [συναπελεύθερος] *Qui ab eodem patrono libertate donatus eſt.* Plaut. Poenul. 4, 2, 8[illegible] Quin hercle collibertus meus faxo eris, ſi dî volent. Inter collibertos matrem et filium, pietatis ratio ſecundum naturam eſſe ſalua debe[t] Vlpian. in l. 1 D. de Obſequiis a liberis et libertis parentibus et patronis praeſtandis. *Add.* l. 11 §. 7 ff. de iniur. et fam. lib. Petron. c. 38

COLLIBERTA, *vel* CONLIBERTA, ae. f. PATRONAE BENEMERENTI FECERVNT ET COLLIBERTI ET COLLIBERTABVS POSTERISQ. Inſcript. Reineſ. p. 869. *Add.* Grut. Inſcript. p. 968 n. 9.

COLLĬBET, *vel* COLLVBET, collibuit, collibitum eſt, ēre *Idem quod Libere, et placere.* Ter. Eun. 5, 9 (8) 26 Si quid collibuit noui te. *intell. quam ſis efficax.* Pſeudo - Cic. in Sall. 17 Nihil no[n] aequum ac verum duxerit, quod ipſi facere Collibuiſſet. *Et* Pſeudo Salluſt. in Cic. 2 An non ita a pueritia vixiſti, vt nihil flagitioſu[m] corpori tuo putares, quod alteri collibuiſſet? *Conf.* Plaut. Moſt. 3, 137. Horat. Sat. 1, 3, 6 Si collibuiſſet, ab ouo Vsque ad ma[la] *etc.* Cic. Fam. 15, 16 Vt ſimul ac mihi collibitum ſit de te cogitar[e] illud occurrat. *Add.* Id. de Nat. Deor. 1 c. 38.

COLLIBENTIA, *et* COLLVBESCENTIA, ae. f. Confe[n]ſus Cathol.

COLLĪBRO, āre. *Dimetiri, medii puncti inueniendi cauſa.* Cat. R. R. 19, 2 Inter arbores medium quod erit, id ad mediam collibrato, vbi porculum figere oportebit, vt in medio prelum recte ſitum ſi[t].

COLLICA, *vid.* COLLIGA.

COLLICIAE, *vel* COLLIQVIAE, arum. f. Maiores *ſulci, in quos aqua velut* colliciatur, *et ibi collecta in foſſas deriuetur: eſt itaque medium quid inter ſulcum et inter foſſam. Et quia neque profundae ſunt, neque valde decliues; non tam trahunt aut cogunt aquam, quam* colliciunt blande *et eliciunt, vnde et* Elices *ſimili ruſticorum metaphora vocantur.* Columel. 2, 8, 3 Sed quamuis tempeſtiue ſementis confecta erit, cauebitur tamen, vt patentes liras, crebrosque ſulcos aquarios, quos nonnulli elices vocant, faciamus, et omnem humorem in colliquias *(ſic ſcribitur ibi e veteri pronuntiatione)* atque inde extra ſegetes deriuemus. Plin. 18, 19 ſ. 49, 2 In vſu eſt et collicias interponere, ſi ita locus poſcat, ampliore ſulco, quae in foſſas aquam educant. *Etymologiam, quam dedimus, firmat* Feſtus *in* Elices Inlices, *vid.* ELIX *et* ILLEX, *vbi etiam declarantur.* ¶ Colliciae *in tectis, ab ruſticis hiſce denominatae.*

COLLICVLVS, *vid.* COLLIS.

COLLĪDO, ſi, ſum, ĕre. [συγκρούω, συμβάλλω] *Simul percutere, eoque ipſo laedere, et frangere.* Cic. de Nat. Deor. 3, 31 Humor ita mollis eſt, vt facile premi collidique poſſit. Aurum colliditur, vt fiat anulus Ouid. de Arte Am. 3, 221. Dentes colliduntur Senec. Epiſt. 11. Leges colliduntur, *i. pugnant inter ſe, vt vna ſeruari non poſſint* Quinctil. 7, 7, 10. Id. 7, 7, 2 Omnibus autem manifeſtum eſt, nunquam eſſe legem legi contrariam iure ipſo — ſed eas caſu collidi et euentu. Literae binae colliduntur Quinct. 9, 4, 37. Sil. 7, 565 Iamque intermixta ſonabant Claſſica, concurſusque viros colliſerat acer. Stat. Theb. 6, 435 Nec vnquam Ambitioſa pios collidit gloria fratres. Nauigia inter ſe collidunt Curt. 4, 3, 1[illegible] Quinctil. 2, 12, 10 Iam collidere manus, terrae pedem incutere, pectus, femur, frontem caedere, multum ad pullatum circulum facit Quinct. 5, 7, 33 Saepe inter ſe collidi ſolent inde teſtatio hinc teſte[s] Lucret. 1, 523 Nam neque conlidi ſine inani poſſe videtu[r] Quidquam *etc.*

COLLĪSVS, a, um. Part. [συγκρουσθεὶς] Sil. 3, 698 Alta ſonor[e] Colliſis trabibus voluuntur murmura luco. Capita duo reipublicae inter ſe colliſa Vellei. 2, 52, 2. Graecia colliſa duello Barbariae Hor. Epiſt. 1, 2, 7. Vlpian. l. 27 Quintus, §. 3 Cui aurum. D. de aur. et arg. legat. Cui aurum vel argentum factum legatum eſt, [ſi] fractum et colliſum ſit, non continetur — ſed infecto.

COLLĪSVS, ûs. m. [συγκρουσμὸς] Plin. 9, 35 Ceu ſono quoqu[e] et colliſu ipſo margaritarum.

COLLISIO, ōnis. f. [σύγκρουσις] *Vehemens laeſio.* Iuſtin. 11, 12, Nunciatur vxorem ex colliſione abiecti partus deceſſiſſe.

COLLIGAS, *apud* Plin. 31, 10 ſ. 46, 3 *Hermolaus legit, et MSS quidam apud Hard. qui totum locum ſic dedit,* Proxima aetas medicorum Aphronitrum tradidit in Aſia colligi, in ſpeluncis, molibus deſtillans. Specus eos Colycas vocant: dein ſiccant ſole. Colli[cas] *verum putat Harduinus,* κόλλικας, *quae vox panem rotundum not[at] a rotunda forma molium ſaxearum, vnde ſuccus nitroſus ille manet.*

COLLĬGO, āre. [συνδέω, συνδεσμεύω] *Simul ligare.* Plin. 19, Colligare in faſciculos manuales. Ter. Eun. 5, 5, 13 Colligauit pr[i]mu[m]

mum eum miſeris modis Cic. pro Rabir. Perduel. 13 c. 4. I lictor, colliga manus. *Sed etiam metaphorice ponitur v. g.* Sententias verbis colligare Cic. in Orat. 168. Vnum interiectum medium, et ſeipſum, et ea, quibus eſt interpoſitum, colligat Cic. de Vniuerſ. 13. Id. Fam. 9, 17 Quid faciat tamen non habet, ita ſe cum multis colligauit, *i. coniunxit, et irretiuit adeo.* Cic. Philipp. 11, 26 c. 11 Ni Brutum colligaſſemus in Graecia, *i. ibi rem gerere et continere ſe decreviſſemus.* Colligere vno libro omnia Cic. in Orat. 120. *i. Complecti.* Cic. Off. 1, 16 Quae quatuor quanquam inter ſe colligata atque implicata ſunt: tamen ex ſingulis certa officiorum genera naſcuntur. Cic. de Nat. Deor. 1, 9 Eſt enim admirabilis quaedam continuatio, ſeriesque rerum, vt alia ex alia nexa, et omnes inter ſe aptae, colligataeque videantur. Cic. Philipp. 11, 4 Impetumque furentis, atque omnia diuexare et diripere cupientis, vitae ſuae periculo colligauit, a progreſſu arcuit, a reditu refrenauit. Plin. 35, 15 Sanguinem ſiſtit, vulnera colligat, glutinat neruos.

COLLIGATIO, ōnis. f. [σύνδεσμος] Cic. de Diuin. 1, 127 Quin colligationem cauſarum omnium perſpiciat animo. *Et* de Fato c. 14 Si omnia antecedentibus cauſis fiunt, omnia naturali colligatione conſerte contexteque fiunt. Cic. de Off. 1, 53 c. 17 Arctior vero colligatio eſt ſocietatis propinquorum. Ex colligationibus ſumere interualla Cic. de Vniuerſ. 21.

COLLIGATVS, a, um. Partic. [συνδεδεμένος] *Vt*, Vinculis colligati ſumus, quum gignimur Cic. de Vniuerſ. 35 c. 11. Omne colligatum ſolui poteſt Cic. de Vniuerſ. 35 c. 11.

COLLĬGO, ēgi, ectum, ĕre. [συλλέγω, συνεǫανίζω, δǫέπομαι] In vnum redigere, vt ait Nonius 4, 101. Carpere paſſim et colligere vndique Cic. de Orat. 1, 191 c. 42. *de his, quae ad iuris ciuilis ſcientiam pertinent.* In vnum locum colligere Cic. de Petit. Conſul. 45. *Quam late pateat, exemplis elementari, vt ſolemus, ordine diſpoſitis, indicabimus.* Varr. de R. R. 3, 16 Colligendum eas in vas aliquod, et reponendum in tecto loco, ac tepido, *de Apibus.* Arma nauis colligere, *i.* Vela contrahere, non penitus deponere, *vt inquit* Seruius *ad illud* Virg. Aen. 5, 15 Colligere Arma iubet, validisque incumbere remis. Capillos colligere in nodum Ouid. Met. 3, 170. Plures Compoſitiones ad ſingula quaeque vitia colligere Scribon. Epiſt. *fin.* Crimina Maieſtatis in arena Plin. Pan. 33, 4. Ouid. Met. 2, 398 Colligit amentes, et adhuc terrore pauentes Phoebus Equos. Exercitum ex ſenibus deſperatis Cic. in Catil. 2, 5 c. 3. Follem lapſum colligere de puluere et referre Martial. 12, 84. *de eo, qui pila ludentibus miniſtrando adulatur.* Fontes colliguntur anguſtis fiſtulis Quinctil. 5, 14. Fructus Hor. Epiſt. 1, 12, 1. Sil. 7, 694 Quamquam tardatos turbata fronte Latinos Collegiſſe Gradum videt, *i. ad fugam ſe comparaſſe, ac fugere adeo:* Collegiſſe, *i. retro tuliſſe, vt* Tacit. Ann. 2, 21 Cum ingens multitudo, arctis locis, praelongas haſtas non protenderet, non Colligeret, *etc.* Haſtam colligere, *eſt Reducere, quam ante protenderas, vt hoſtem ferires.* Hoſtem colligere, *In anguſtum cogere* Sil. 10, 3. Humorem frontis Martial. 12, 84. *i. ſudorem abſtergere.* *Sed* Cic. de Nat. Deor. 2, 101 c. 39 Humorem aër colligens terram auget imbribus. Plin. Epiſt. 2, 1, 5 Librum elapſum conſequi et colligere, *vid.* Follem colligere. Medicamenta colligi *dicuntur, cum humore quodam adiecto in vnum rediguntur.* Scribon. 95 Melle colligitur medicamentum. Id. 137 Adiicitur mellis quod ſatis eſt ad colligenda. Id. 138 Haec trita ſucco lactucae colliguntur. *Et* 152 Aqua colliguntur, fiunt paſtilli. *Et* 129 Haec omnia colliguntur ſcilla: fiunt globuli. Milites colligere, *i. cogere.* Cic. Verr. 5, 133 Hoſpes Cleomenes hoc dicit, ſeſe in terram eſſe egreſſum: vti Pachyno, e terreſtri praeſidio Milites colligeret, quos in nauibus collocaret. Naufragium reip. ac ſalutem communem reficere Cic. pro Sext. 15 c. 6. Miles in moenia colligit ſeſe, *Milites ſe recipiunt in vrbem* Sil. 10, 390. *Vid.* Colligere Gradum, Haſtam. Numerum ingentem perditorum hominum colligere Cic. in Catil. 2, 8. *De Patina* Iuuen. Sat. 4, 132 Quae tenui muro ſpatioſum colligat Orbem. Plin. 12, 5 Colligere orbe LX paſſus *dicuntur rami vnius ficus arboris.* Plebem colligere *eſt concitare, et facere, vt conueniant homines. Sic adhibetur in* titulo C. Theod. 9, 33 de his, qui plebem audent contra publicam colligere diſciplinam, *et* C. Iuſt. 9, 30 de ſeditioſis, et de his, qui plebem contra remp. audent colligere. Graeci *interpretantur* ὀχλαγωγὴν ποιεῖν. *Add.* Concilii Vaſenſ. Can. 9. *Affinis ratio eſt illius* Cic. de Fin. 2, 12 c. 4 Itaque vt maiores noſtri ab aratro abduxerunt Cincinnatum illum, vt dictator eſſet: ſic vos de Pelasgis omnibus colligitis bonos illos quidem viros, ſed non pereruditos. Pluuiam nox colligit Virg. Ecl. 9, 63 *phyſice dictum, cum nocturno frigore contrahi et condenſari in pluuiam videantur vapores.* Anſaque compreſſos colligit arta Pedes Tibull. 1, 9, 14. *i. conſtringit, angit. vid. Brouckh.* Stipem a tyrannis Liu. 38, 45. Cic. de Orat. 2, 86 Clamare contra quam deceat, et quam poſſis, eſt hominis ſtultitiae ſuae quam plurimos Teſtes domeſtico praeconio colligentis. Vaſa, *vid.* VAS, vaſis. Veſtigia Pythagoreorum Cic. Tuſc. 4, 3. *Ad* Veſtes *etiam refertur:* Plaut. Capt. 4, 2, 9 Collecto quidem eſt pallio, quidnam aucturus eſt? Martial. 7, 32 Collige Cinna togam, calceus ecce perit. Cic. de Orat. 1, 251 Vocem ab acutiſſimo ſono vsque ad grauiſſimum ſonum recipere, et quaſi quodam modo colligere.

¶ 2 *Ad computationem et numeros ſaepe refertur.* Plin. 13, 13 Ad quos a regno Numae colliguntur anni DXXXV. *Add.* Tac. Germ. 37, 4. Cic. de Clar. Orat. 268 Putarem te (inquit) ambitioſum eſſe ſi (vt dixiſti) ii quos iamdiu colligis, viuerent, *i. enumeras.* Argumenta cauſarum Cic. de Orat. 2, 160. Plaut. Trin. 3, 3, 62 Sexcentae ad eam rem poſſunt colligi: illum quem habuit, perdidit, *etc.* Dicta aliquorum facete Cic. Off. 1, 104. Idem Verr. 4, 38 c. 17 Sed quid ego iſtius mediocres Iniurias colligo? Id. de Fin. 1, 34 c. 10 Quos (Torquatos) tu paullo ante Memoriter — collegiſti, *i. enumeraſti.* Cic. Verr. 5, 31 Nihil eſt, quod caeterorum res minus commode geſtas proferas: nihil eſt, quod multorum Naufragia fortunae colligas. Cic. de Legib. 3, 23 Nam iſto quidem modo Conſulatus vituperabilis eſt, ſi Conſulum, quos enumerare nolo, Peccata collegeris. Cic. Fam. 9, 1 Me quidem cum Rationes, quas collegeras, tum auctoritas tua a nimio moerore deterruit. Plaut. Amph. 4, 2 ſuppoſ. 25 Neſcio quid ſecum ſolus: puto Rationes colligit: quid memoret, hinc excipiam. Plin. in Paneg. 75, 1 Sed quid Singula conſector et colligo? quaſi vero aut oratione complecti, aut memoria conſequi poſſim. Cic. Tuſc. 4, 80 Quum multa in conuentu Vitia collegiſſet in eum Zopyrus, *etc.* deriſus eſt a caeteris.

¶ 3 *Hinc colligere ad aliam quoque quamcunque rationem et argumentationem ex ſignis, cauſis, etc. refertur.* Plin. 11, 37 ſ. 67 Eandem eſſe et naturam, quam cerebro colligunt, quoniam praetenui eius membrana modo inciſa ſtatim exſpiretur, *de medulla ſpinae.* Acute colligere Cic. de Orat. 1 c. 57. Apertiſſime colligit Cicero Quinctil. in prooem. 1, 13. Bene colligit haec pueris et mulierculis eſſe grata Cic. Off. 2, 57. Memoriter colligere, *vid.* MEMOR. Mendoſe colligis, *vid.* MENDA. Idem Fam. 5, 2 Poſtea vero, quam profectus es, velim recordere, quae ego de te in Senatu egerim: quae in concionibus dixerim, quas ad te literas miſerim: quae quum Omnia collegeris, tu ipſe velim iudices. Cic. de Inuent. 1, . . Quare hoc in genere, vt commodius quid euenturum ſit, ante Animo colligi poſſit, quid, *etc.* Id. de Inuent. 1, 34 Quum et noſtrae Reipublicae detrimenta Conſidero, et maximarum ciuitatum veteres animo colligo calamitates. Coniectura aliquid colligere Quinctil. 1, 2. Cic. de Fin. 3, 45 Ita cogitatione et ratione collegit, vt ſtatueret in eo collocatum ſummum illud hominis per ſe laudandum et expetendum bonum. Ouid. Epiſt. 11, 88 Quid mihi tunc animi credis germane fuiſſe? Nam potes Ex animo colligere ipſe tuo. Idem Am. 2, 6, 61 Colligor ex ipſo dominae placuiſſe ſepulcro. Ex lenitate ducis aliquid colligere Vellei. 2, 86, 2. Ex oratione aliquid colligere Suet. Tiber. 67. Ex re aliqua Cic. Att. 2, 23.

¶ 4 *Conciliare et parare ſibi quacunque ratione ſignificat, vt* Cic. de Amicit. 62 Nec mediocre telum ad res gerendas exiſtimare oportet Beneuolentiam ciuium, quam blanditiis et aſſentationibus colligere turpe eſt. Beneuolentiam ab auditorum perſona colligere Auct. ad Herenn. 1, 8. Beneuolentiae colligendae artificio vincere Cic. Q. Fratr. 1, 2. Beneuolentiam aliquorum conciliare et colligere Idem Fam. 9, 16. *Et* Att. 8, 9 Metuo, ne omnis haec Clementia ad vnam illam crudelitatem colligatur, *i. ne clementiam affectet in aliis, vt hic crudelis eſſe poſſit.* Exiſtimationem colligere et famam vigiliis et ſudoribus Cic. Diuin. in Caec. 72 c. 22. Fauorem colligere Suet. Claud. 12. Frigus colligere, *i. contrahere* Horat. Epiſt. 1, 1, 13. Gaudia Propert. 2, 11, 9. *i. percipere.* Gratiam colligere ex aliquo labore, *vid.* GRATIA. Ignes blandos colligere, *Amore incaleſcere* Valer. Flacc. Arg. 2, 354. Laudes omnium Cic. ad Q. Fratr. 1, 1. Luna reuertentes ignis colligit, *Renaſcitur ac fit noua* Virg. Georg. 1, 427. Inimicos colligere Cic. Att. 16, . . Idem Verr. 5, 19 Si quid vindicatum ſeuere eſt, vt ex eo crudelitatis inuidiam colligam, *i. contraham mihi, ſubeam.* Hor. in Arte Poët. 158

> Reddere, qui voces iam ſcit puer, et pede certo
> Signat humum, geſtit paribus colludere, et Iram
> Colligit, ac ponit temere, et mutatur in horas.

Iras colligere Valer. Argon. 7, 335. Cic. Brut. 214 Memoriam nullam antiquitatis collegerat. Rabiem os colligit Ouid. Met. 1, 234 *de Lycaone in lupum mutato.* Sanguinem vitioſum colligere Cic. de Clar. Orat. 28?. Virg. Georg. 3, 327 Inde vbi quarta Sitim caeli collegerit hora, *etc.* Ventus rumorum et concionum colligere, *vid.* VENTVS. Liu. 29, 30 Ratus agendo ac moliendo Vires quoque ad agendum aliquid collecturum. *Sic* Vires ſibi colligere vſu Ouid. de Arte Am. 2, 339. *i. acquirere: quale eſt illud* Virgilii *de fama* Aen. 4, 175 — viresque acquirit eundo. Vſum colligere patiendi Ouid. Amor. 1, 8, 75.

¶ 5 Colligere animum, mentem, ſeque *adeo dicuntur, qui a quacunque perturbatione ad conſtantiam et quietem mentis redeunt.* Liu. 3, 60 Retulere primo pedem hoſtes: deinde quum animos collegiſſent, et vndique duces victis ne ceſſuri eſſent, increparent, reſtituitur pugna. Animus colligit, et recreat ſe Cic. Tuſc. 1, 58. Plin. Epiſt. 11, 13 Vtcunque tamen Animum cogitationemque collegi. Mentem colligere cum vultu, *i. mentem et vultum ad hilaritatem componere* Ouid. Amor. 1, 14, 55. Mentem colligere ab aeſtu Idem Met. 14, 352. Aeſtus *hoc loco Amorem ſignificat.* Cic. de Diuin. 1, 57 Eum primo perterritum ſomnio ſurrexiſſe: dein quum Se collegiſſet, idque viſum pro nihilo habendum eſſe duxiſſet, recubuiſſe. Se colligere et confirmare Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 14. Se colligendi ſui cauſa in locum aliquem conferre Cic. de Orat. 1, 24. Idem Tuſc. 4, 78 c. 36 Quid eſt autem ſeipſum colligere, niſi diſſipatas animi partes rurſum in ſuum locum cogere? Se ad aciem colligere Hirt. de Bell. Afr. 70. Se ex ſomno colligere Lucret. 3, 938. *i. ad plenam vigiliam redire.* Caeſ. Bell. Ciu. 3, 65 Noſtros firmauit, vt Se ex maximo timore colligerent, *i. nihil amplius timerent.* *Sed alia etiam, et phyſica ratione* Colligere ſe, *eſt Contrahere ſe, vt* Virg. Georg. 2, 154 Neque tanto Squameus in ſpiram tractu ſe colligit anguis. Idem Aen. 12, 491 Subſtitit Aeneas, et ſe collegit in arma, Poplite ſubſidens, *i.* Ita ſe texit, vt nulla parte poſſet feriri. Seruius. *Conf. Burmann. ad* Quinct. Decl. 2, 11 p. 48. Se colligere in tenues vmbras Propert. 3, 7, 29. *Laus Maecenatis, non extollentis ſe, vt late vmbram ſpargat, ſed contrahentis, quo facto et vmbra minuitur. Redimus ad formulas, vbi receptum velut a perturbatione ſignificat.* Vbi ſe collegit Sen. Ep. 11. Me ipſe collegi, id veritus Cic. Fam. 9, 2. Me collegi, verens, ne quid mihi ille iratus, tibi noceret Idem Att. 15, 21. Te colligas virumque praebeas Cic. Att. 5, 18. Ipſi ſe collegerunt admiratione integritatis meae Idem Att. 7, 3. *i. ad meliores cogitationes redierunt. Receptum a pugna et diſperſione indicat.* Cic. pro Lege Manil. 24 Mithridates autem et ſuam manum iam confirmarat: et eorum, qui ſe ex eius regno collegerant, et magnis aduenticiis multorum regum et nationum copiis iuuabatur.

COLLECTVS, a, um. Partic. [συλλελεγμένος] Cic. Att. 8, . . Ab vtriusque mancipiis ex omni genere collectis. Collecta in alitis paruae figuram *Furia* Virgil. Aen. 12, 862. *i. mutans ſe et contrahens.* Aquis collectis multiplicantur flumina Ouid. Rem. Amor. 98. Idem Met. 8, 319 Crinis erat ſimplex nodum collectus in vnum. *Et figura Graeca* Met. 5, 338 Immiſſos hedera collecta capillos. *Conf.* Sinus collecta. Exercitus collectus ex ſenibus deſperatis, ex agreſti luxuria, ex ruſticis decoctoribus Cic. in Catil. 2, 5. Famam collectam conſeruare Idem Diuin. in Caec. 71 c. 22. Vellei. 2, 91, 3 Collecto in aedilitate Fauore populi. Flamma collecta Ouid. Amor. 3, 6, 41 *de amore.* Flores collecti Idem Met. 5, 399. Ignes collecti Sil. 17, 93. *i. inualeſcentes. Alii legunt* Coniecti Virg. Georg. 3, 85 *de Equo*, Collectumque premens voluit ſub naribus ignem, *i.* Flatu indicat magnanimitatem ſuam, Seruius. Horat. Epiſt. 1, 15, 15 Collectosne bibant imbres, *(de ciſterna)* puteosne perennes Iugis aquae. Miles collectus, *Milites collecti* Sil. 7, 309. Stat. Silu. 2, 1, 43 Caſtigatae collecta Modeſtia frontis, *i. parua et anguſta frons.* Nubes ex alto collectae, ab Aquilone, qui de alto, id eſt, a Septentrione flat. *Sic ad illud* Virgil. Georg. 1, 324 Et foedam glomerant tempeſtatem imbribus atris Collectae ex alto nubes, Seruius. Numeris col-

lecta P. Chryſolog. Serm. 155. Obliuia collecta damnis, *i. coniuncta damnis* Ouid. Faſt. 5, 311. *Al. leg.* Collata. *Burmann. dedit* Correcta. Pecunia collecta Horat. Epiſt. 1, 10, 47. Pubes exilio collecta miſerabile vulgus Virgil. Aen. 2, 798. Puluis collectus turbine Hor. Serm. 1, 4, 31. Rabies collecta fatigat edendi ex longo Virg. Aen. 9, 63. Res collectae, arceſſitae, et comportatae Cic. de Orat. 3, 92. Virgil. Georg. 3, 235 Poſt vbi collectum Robur, viresque receptae. Sanguis collectus, *i. collectae vires et robur* Stat. Theb. 6, 680. Virg. Aen. 1, 324 Nuda genu, nodoque Sinus collecta fluentes. *Vid.* Collecta capillos. Sorde collecta dolentes auriculae Horat. Epiſt. 1, 2, 53. Viatica collecta multis aerumnis Idem Epiſt. 2, 2, 26. Vires collectae Claudian. Conſ. Hon. 4, 78. Apul. Apol. p. 247 Tanto beatior, quanto collectior, *i. ad tenuitatem contractus, totus ex ſe aptus. Sic* Corpora collectiora, *i. contractiora* Calpurn. Flacc. Decl. 2 p. 795. *edit. Burmann. Vid. etiam* Tertull. de Monogam. cap. 14. ¶ 2 *Subſtantiue* Plin. 11, 37 ſ. 60 Cornea et acuta volucribus roſtra. Eadem rapto viuentibus adunca: collecto, recta, collecto, *i. ſeminibus et ſimili cibo, quem* colligere *ſatis eſt, nihil opus rapere.*

COLLECTE. Adu. Non. 2, 727 Rotunde poſitum eleganter, concinne, vel collecte. *Indicat igitur breuitatem aptam.*

COLLECTIO, ōnis. f. [συλλογή] Cic. pro L. Manil. 22 c. 9 Medeam — praedicant in fuga fratris ſui membra — diſſipaviſſe, vt eorum collectio diſperſa — celeritatem perſequendi retardaret. *Eſt itaque* collectio diſperſa *ea, quae e locis diuerſis facienda eſt.* ¶ 2 Collectio, *intellige vitioſae materiae in corpore animali, quod Graeci* Apoſtema *dicunt.* Parotidas initia habentes diſcutit (emplaſtrum) ſuppuratas iungit, ſi quis emiſſarium collectionis apto loco, id eſt infra ſinum, vbi collectio eſt, fecerit, quod ὑπόχυσιν Graeci dicunt Scribon. 206. *Vid. Rhod. Lexic. Scrib.* Plin. 20, 8 In cibo ſumtum, et illitum, collectiones, ſuccusque decocti ventrem ſolvit. *Et* 22, 22 Illinitur et ſedis collectionibus. *Add.* 27, 8. Sen. Epiſt. 68 In pectore tuo collectio et vomica eſt. ¶ 3 *Conciliatio et acquiſitio eſt.* Sen. Epiſt. 75 Non faciat collectio amici ſapientiorem, nec detractio ſtultiorem. ¶ 4 *Eſt etiam* Collectio, *pro Illatione in argumentis.* Sen. Epiſt. 86 Huic collectioni Peripateticorum quidam reſpondent. *Et* Quinctil. 2, 9 p. 797 Collectio, qui apud illum eſt συλλογισμός. ¶ 5 *Eadem, quae* ἀνακεφαλαίωσις, *ſ. breuis dictorum repetitio videtur.* Cic. Bruto 302 *de Hortenſio,* Attuleratque — partitiones, quibus de rebus dicturus eſſet, et collectiones, memor et quae eſſent dicta contra, et quae ipſe dixiſſet.

COLLECTOR, *vel* CONLECTOR, ōris. m. *Qui ſimul legit.* Auguſtin. Confeſſ. 1, 17 Mihi recitanti acclamabatur prae multis coaetaneis et conlectoribus meis. ¶ 2 *Item* Coniector. Vet. Gloſſ. Collector, ὀρνιθοκρίθης, *ſ.* ὀρνιθοκριτής.

COLLECTRIX, īcis. f. Plaut. in Milit. 3, 1, 99 Praecantatrici, collectrici, ariolae, atque haruſpicae. Collectricem *interpretantur eam, quae religionis cauſa ſtipem colligit. Sunt tamen potiores, qui legunt,* Precatrici, coniectrici, *etc.*

COLLECTO, āre. Gloſſ. Cyril. Collecto, συλλέγω.

COLLECTVS, ûs. m. *Vt,* Lucret. 4, 416 At collectus aquae digitum non altior vnum. *Sed quod e* Seueri Aetna 293 Collectus aquae *laudatur, non confectum eſt. Poteſt enim* collectus ſpiritus pellere *dici* opes aquae. *Certiora ſunt* Frontini et Aggeni agrimenſorum *apud Goeſ.* p. 43 *et* 62. Auri et argenti collectus Tertull. de Anima cap. 37.

COLLECTA, ae. f. [συμβολή] Quae ex pluribus locis in vnum lecta eſt, *inquit* Varr. de L. L. 5, 7 p. 57, 28. *Intelligitur nempe pecunia a pluribus collata et collecta praeſertim ad epulas. Eſt itaque* ἔρανος. Cic. de Orat. 2, 233 c. 57 Ego vero, *inquit ille,* quoniam collectam a conuiua Craſſe exigis, non committam, vt ſi defugerim, tibi cauſam aliquam dem recuſandi. *Senſus eſt: Quemadmodum ii, qui conuiuas, non accipiunt gratis, exigunt ab eis collectam: ſic tu ne me gratis conuiuam habeas, exigis pro collecta diſputationem.* Turneb. 3, 6 *laudat etiam* Auſon. Epiſt. 9, 46 Aut Paraſitorum collectas Plautinorum. *Sed multo melior eſt recepta lectio* collegia. *Paraſiti ſunt* ἀσύμβολοι.

COLLECTANEVS, a, um. Adi. [συλλεκτικός] *Quod paſſim colligitur, vt,* Dicta collectanea Sueton. Caeſ. c. 56. Collectanea, ῥαψῳδία Onomaſt. Vet. *Vid. Barth. Adu.* 25, 12. Liber collectaneorum Gell. 4, 14. Aes collectaneum, *h. e. miſtum, et ex diuerſo vſu conflatum.* Plin. 34, 9 ſ. 20 Maſſa proflatur in primis, mox in proflatum additur tertia portio aeris collectanei, hoc eſt ex vſu coëmti.

COLLECTACVLVM, i. n. *Vbi quid colligitur, vt* Collectacula aquae Innocent. de literis caſarum p. 230 *ed. Goeſ. Et* in Fragment. de Limitibus p. 237 Collectaculum vallium, *i. Riuus.*

COLLECTARIVS, *vid. ſupra ordine ſuo.*

COLLECTIM. Adu. Claud. Mamert. 3, 14 Collectim ſtrictimque, et veluti punctatim ſub mentis oculo redegi.

COLLECTICIVS, a, um. Adi. [συλλεκτικός] Cic. Fam. 7, 3 Signa tirone et collecticio exercitu cum robuſtiſſimis legionibus contulit. Ignis collecticius Sen. Quaeſt. Nat. 7, 23. Humor collecticius eidem Qu. Nat. 3, 7 *qui*

COLLECTĪVVS, a, um. Adi. [συλλέγων] *Quod colligit, i. argumentatur.* Quinctil. 7, 1, 60 Ratiocinatiua atque collectiua quaeſtio orietur. *Sic* Status collectiuus, *quem* ratiocinatiuum *et* συλλογισμὸν *appellat* Quinctil. 3, 6, 45. *Sed* Humor collectiuus Senec. Qu. Nat. 3, 7 Collecticius *eſt.*

COLLIMITO, āre; *et* COLLIMĬTOR, āri. Solin. cap. 25 Gelonis Agathyrſi collimitantur. *Vid.* Ammian. 31, 5. *Conf.* An. de Limit. Goeſ. p. 249.

COLLIMITĀTVS, a, um. Adi. Solin. cap. 35 Ipſa Phrygia Troadi ſuperiecta eſt, Aquilonia parte Galatiae collimitata.

COLLIMINIVM, *ſ.* COLLIMITIVM, i. n. Coitio limitum. Solin. c. 62 (49) Hoc eſt colliminium, in quo limes Perſicus Scythis iungitur. *Et* Ammian. 26, 16 Collimitia Thraciarum. *Vid. etiam* 15, 6. *et* 31, 26.

COLLIMITANEVS, a, um. Adi. Solin. cap. 40 Collimitanea Galatiae Phrygia.

COLLĪMO, āre. [στοχάζομαι] *A limis oculis deductum volunt, et ſignificare idem, quod ad ſcopum dirigere, vel etiam ſcopum ferire. Sed legendum* collineo, *vbi vid.*

COLLINEO, āre. [στοχάζομαι, κατασοχῶ] *Pro quo ſaepe libri* Collimare. Cic. de Finib. 3, 22 c. 6 Vt enim ſi cui propoſitum ſit collineare haſtam aliquo, aut ſagittam, ſicut, *etc. Sic libri optimi.* Idem de Diuin. 2, 121 c. 59 Quis eſt enim, qui totum diem iaculans non aliquando collineet? Gell. 9, 1 At ſi in editiora mittas, et ad percutiendum ſuperne aliquid manum et oculos collinees, quo motus a te datus tulerit, eo telum ibit, quod ieceris. Vet. Gl. Collineo, κατασοχῶ.

COLLINEATVS, a, um. Partic. Apul. Flor. 23 Collineato pro fronte ſitu, *etc. Et* Met. 9 *extr.* Collineatis oculis ad vmbram meam.

COLLINITVS, a, um. *Quaſi a* Collinio. Columel. 6, 17 *extr.* Semina melle collinita. *Sed fluctuat lectio, et legendum videtur* circumlita. *Vid.* LINO.

COLLĬNO, īni, īui *et* ēui, ĭtum, ĕre. [καταχρίω, συναλείφω] *Vndique linere.* Plaut. Moſt. 1, 3, 133 Pulchrum ornatum turpes mores coeno collinunt. *Add.* Idem Poen. 1, 2, 93. Crines puluere collinere Horat. Carm. 1, 15, 20.

COLLĬTVS, a, um. Part. Prudent. Cathem. 5, 15 Quin et fila fauis ſcirpea floreis Preſſo melle prius collita fingimus.

COLLĪNVS, *vid.* COLLIS.

COLLIPHIVM, *vid.* COLIPHIVM.

COLLIQVESCO, ĕre. [συντήκομαι] *Vna liqueſcere.* Columel. 12, 22, 2 Vsque eo, dum ea, quae addideris, in pice colliqueſcant. *Praet. Perf.* Colliqui, *vel* Collicui: *quaſi a* Colliqueo Varro *apud* Non. 4, 275 L. Scipio cum aurum factum haberet in ciſta viminea, fulmine ita eſt ictus (*ſorte* icta) vt ciſta eſſet integra, aurum colliquiſſet. *Et,* Quod aes, aut quid aliud eius generis feruefactum colliquiſſet, et in forma eſſet infuſum.

COLLIQVEFACIO, *et* COLLIQVEFIO, [συντήκω] *paſſ. vnde*

COLLIQVEFACTVS, a, um. Partic. Cic. pro Cluent. 173 c. 62 In pane datum venenum faciliusne potuit, quam in poculo? latentius potuit additum in aliqua parte panis, quam ſi totum colliquefactum in potione eſſet?

COLLIQVIAE, *vid.* COLLICIAE.

COLLIS, is. m. [βουνός, λόφος] *Terra aliquantum eleuata; Poëtae pro monte iuſto etiam ponunt.* Varro de L. L. 4, 4 p. 11, 8 *poſtquam de* campo *dixiſſet,* Poſtea quam proxima ſuperiora loca colere coeperunt, a colendo colles appellarunt. Caeſ. Bell. Gall. 2, 8, 3 Collis paullum ex planicie editus — atque ex vtraque parte lateris deiectus, et in fronte leniter faſtigatus, paullatim ad planiciem redibat Cic. pro Cluent. 161 c. 59 Quum quaedam in collibus (vt ſolet) controuerſia paſtorum eſſet orta. *Sed cum de paſtoribus ſermo ſit, ſuſpicor legendum,* in callibus. Idem Verr. 3, 47 Quos ego campos antea, collesque nitidiſſimos, viridiſſimosque vidiſſem. Abruptus collis. Sidonius. Accliuis molliter Caeſ. Bell. Gall. 7, 19. Anguſtus Claudian. in Epiſt. ad Hadrian. 36. Aperti Virgil. Georg. 2, 112. Aprici Idem Ecl. 9, 49. Arduus Tacit. Ann. 2, 80. Aſſurgens molliter Columel. 2, 2 in ipſo paene initio. Cani niue Sen. Hippol. 7. Caui Virg. Aen. 8, 598. Celſus Idem Aen. 8, 604. Curu Id. Aen. 5, 287. Deiectus collis, *modo habuimus ex* Caeſ. Bell. Gall. 2, 8, 3. *Sic* 2, 22, 1 Deiectusque collis et neceſſitate temporis. Deruptus Tac. Ann. 2, 80. Dumoſi, *vid.* DVMOSVS. Editi Gell. 13, . . Paullum ex planicie Editus Caeſ. Bell. G. 2, 8. Foecundi Ouid. Met. 14, 347. Frondoſus Sil. 15, 475. Herbiferi Ouid. Met. 14, 9. Incurui Stat. Theb. 6, 25. Latebroſi Sil. 5, 192. Virg. Georg. 2, 179 Difficiles primum terrae collesque Maligni, *i. parum fertiles, qui non liberaliter, ſed parce* n*mis reſpondent.* Montani Plin. 6, 20. Nemoroſus. Sidon. Nitid et virides, *vid. ſub* NITEO. Obſcuri Virg. Aen. 3, 522. Patul Idem in Culice 46. Pulſati Virg. Aen. 5, 150. Rupti Sen. Hipp. 1057. *i. abrupti vel praerupti.* Salebroſi Sidon. . . Scopuloſi Sil. 7, 274. Spatioſi Lucan. 6, 106. Supini Virgil. Georg. 3, 555. Tumuloſi Marcell. Viridis Lucret. 2, 322. Vmbroſus Ouid. de Arte Am. 2, 421. Heliconii collis cultor, *a Catullo dicitur* Hymen *Vraniae muſae, ſ. Heliconis deae filius* Epigr. 59, 1. Aſcendere collem Virg. Aen. 1, 423. Diſſepit colles aër, atque aëra montes Lucr. 1, 998. *i. finit,* ὁρίζει. Virgil. Aen. 7, 798 Litus arant, rutulosque Exercent vomere colles. Ouid. Met. 14, 846 Nec mora, Romuleos cum virgine Thaumantaea Ingreditur colles. Inſidere ſumma collium Tacit. Agric. 37. Redit ad planiciem collis Caeſ. B. G. 2, 8, 3 Prohiberi collibus Quinctil. 2, 13. Scandere colles Sen. Hippol. Virgil. Ecl. 9, 7 Certe equidem audieram, qua ſe Subducere colles Incipiunt, mollique iugum demittere cliuo. Martial. 12, 18 Aut collem dominae Teris Dianae, *i. frequentas.*

COLLICVLVS, i. m. Diminut. [μικρὸς βουνός, Onomaſt. Vet. Apul. Flor. 1 *pr.* Colliculus ſepimine conſecratus.

COLLICELLVS, i. m. *Idem.* Auct. Agrar. Goeſ. p. 245 Arc in collicello circa viam. *Add.* p. 272.

COLLĪNVS, a, um. Adi. [βουνώδης] *Vt,* Collina vinea, *quae in colle plantata eſt.* Columel. 12, 21, 1 Eius defruti ſextarius in duas vrnas muſti adiicitur, ſi muſtum ex vineis collinis eſt: ſed ſi ex campeſtribus, *etc.* Idem 1, 5, 3 Tertia putealis, vel collina, vel quae non infima valle reperitur. Dea, *vid.* COLLATINA. Frumentum valentius eſt collinum, quam campeſtre Celſ. 2, 18. Collinum Genus agrorum Varr. R. R. 1, 6, 2. Herbae collinae Propert. 4, 5, 11. Porta Collina *Romae memorata* Cic. de Leg. 2, 58 Noſtis extra portam Collinam aedem Honoris. Turris *eſt* Claudian. de B. Gild. 86. Tribus, *vid. ſ. l.* Vina collina Columel. 12, 21, 4. *Conſ.* Idem 3, 2, 6. Varr. 1, 6, 5.

COLLISIO, COLLISVS, *vid.* COLLIDO.

COLLIVESCO, Cathol.

COLLO, āre. *Conferre.* Regibus hinc aes grande ſolent collare quotannis, Annua quaeſtores, qui vectigalia curant B. Mantuan. Trop. Gonzag. 4, 592 *laudante* Daum. de Cauſ. amiſſ. rad. Lat. c. 9. *Nempe reuocauit vir doctus antiquum verbum* Lare, *cuius Participium* Latus in *vſu eſt, et ad verbum* Fero *refertur.*

COLLŎCO, āre. [τίθεμαι, καθίζω, τάττω] *Ponere, locum aſſignare cum aliis.* Cic. Verr. 5, 87 Vbi iſte per eos dies tabernaculi poſitis caſtra luxuriae collocarat. Chlamydemque, vt pendeat apte collocat Ouid. Met. 2, 733. Suo quidque loco collocare Cic. de Orat 1, 161 c. 35. In aciem mediam collocare Caeſ. Bell. Ciu. 3, . Cic. in Catil. 3, 26 c. 11 In animis ego veſtris omnes triumphos meos — condi et collocari volo. In arborem me collocaui Plaut. Aul. 4, 8, 6. In auribus acutarum grauiumque vocum iudicium ipſa natura collocauit Cic. in Orat. 173. In campo Martio tabernaculum collocauit Idem in Piſon. 61. Catul. de baiulis lecticae 10, 2

At mihi nullus erat nec hic neque illic,
Fractum qui veteris pedem grabati
In collo ſibi collocare poſſet.

In cubili collocare Cic. Tuſc. 2, 39. In hac cuſtodia tanquam in ſpecula collocati ſumus Idem Philipp. 7, 19. In lecto Ter. Eun. 3, 5, 45. Tacit. Ann. 6, 27 De cuius moderatione ac ſapientia in prioribus libris ſatis collocaui, *i. expoſui, in loco dixi. Sed ſuſpectum Mureto verbum haud immerito.* Cic. pro Planc. 97 Huius ego et parentis eius prudentiſſimi atque optimi ſenis et vtriusque filiorum manibus in naui tuta ac fideli collocatus. In pectore multa collocare, *pro varia cogitare* Plaut. Perſ. 1, 1, 8. In ſoporem aliquem collocare, ioco dixit Plaut. Amph. 1, 1, 148. *pro plagis male mulctatos, et ictibus ſopitos, propeque exanimatos ſternere.* *Sic* Martial. 5, 66 Collocat haſta ſues, *i. ſternit, conficit.* In ſolitudine collocare Cic. de Amicit. 89. In tabernam collocauit vaſa Plaut. Men. 5, 6, 28. In thalamo Ouid. Met. 2, 526. In tuto Cic. de Aruſp. Reſp. 53 c. 25. Idem Cat. 4, 12 c. 6 Vt Allobrogum gentem in Veſtigiis huius vrbis, atque in cinere deflagrati imperii collocarent. *Add. n. 4.* ¶ 2 *Subſtantiua:* Cic. Off. 2, 78 Itaque vulgo loquuntur, ſe in Beneficiis collocandis mores hominum, non fortunam ſequi. Idem Off. 2, 70 Quamobrem melius apud bonos, quam apud fortunatos Beneficium collocari puto. *Add.* pro Caecin. c. 5. Claſſem collocare Sueton. Auguſt. 49. Cohortes collocare Idem Claudian. 25. Corpus collocare Sueton. Auguſt. 100. *i. in veſtibulo exponere funus. Vid.* Lipſ. ad l. c. Dotem in aliquo fundo collocare, *i. Aſſignare* Cic. pro Caecin. 11 c. 4. Exercitum in prouinciam collocare Sall. Iugurth. 65. Famam in tuto collocare Quinctil. 12, 11 p. 1108. Gloria et quaerenda et collocanda ratione eſt Cic. Off. 2, 32. Martial. 1, 114 Male collocare ſi bonas voles Horas, Et inuidebis otio tuo lector. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, . . . Noctu Inſidias collocavit. Cic. pro Milon. 18 c. 10 Roma ſubito ipſe profectus pridie eſt, vt ante ſuum fundum (quod re intellectum eſt) Miloni Inſidias collocaret. Cic. Fam. 12, 23 Erat profectus obuiam Legionibus Macedonicis quatuor, quas ſibi conciliare pecunia cogitabat, easque ad vrbem adducere, et in ceruicibus noſtris collocare. Legionem in aliquo loco Caeſ. B. G. 3, 1 *et paſſim.* Patrimonium in ſalutem Reipublicae collocare Cic. Philipp. 3, 3. Id. pro Caecin. 15 Praeſertim quum Pecunia ex partitione deberetur, nusquam eam poſſe melius collocari. Pecuniam in praediis Cic. pro Caecin. 15. Notavit aliquos, quod Pecunias leuioribus vſuris mutuati grauiore foenore collocaſſet Suet. Aug. c. 39. Cic. Off. 2 *extr.* Sed de toto hoc genere, de quaerenda, de collocanda pecunia, commodius a quibusdam optimis viris ad medium Ianum ſedentibus, quam ab vllis philoſophis vlla in ſchola diſputatur. Traianus Plin. Epiſt. 10, 63 Non aliud remedium diſpicio, quam vt quantitas vſurarum minuatur, quo facilius Pecuniae publicae collocentur. *Sic paſſim ICti v. g.* l. 13 §. 1 l. 16 *et* l. 58 §. pen. ff. de Adminiſtr. tut. *et* Paullus Sent. 2, 3. Pecunias collocare in emtiones praediorum Gaius in l. mandatum inter §. 2 D. mandat. vel contr. Praeſidium Caeſ. Bell. Gall. 1, 38. In Praeſidiis Reipubl. aliquem collocare Cic. de Clar. Orat. 222. Praeſidium ſuum in capite atque ceruicibus populi collocare Cic. de Lege Agr. 2, 74. Pretia ac munera bene apud aliquem collocare Cic. Verr. 5, 56. Catull. 59, 188 Vos vnis ſenibus bonae Cognitae bene feminae, Collocate puellulam. *Muretus hic, Pronubarum officium eſt nouam nuptam in lecto collocare.* Donatus *quoque ad illum* Terentii *locum* Eun. 3, 5, 44 Deinde illam in Lecto illac collocant. Vide, inquit, in aliquid deeſt legitimis nuptiis. Nam et ipſum verbum *Collocant* proprium eſt, et adſcribitur Pronubis. *Hinc videntur ortae formulae, vbi puellae Collocari dicuntur, cum nubunt, de quibus ſtatim.* Rem militarem collocare Cic. Fam. 2, 13. Hirt. Bell. Alex. 29 Quorum impetum adeo pertimuerunt hoſtes, vt in fuga Spem ſalutis collocarent. Spem dignitatis ſuae in aliquibus collocare Cic. de Orat. 1, 25. Spem praeſentis Maleficii in incerto reliqui temporis euentu collocaes? Cic. pro Quint. 83 c. 26. Spem in alicuius eloquentia aut gratia collocare Cic. A. 1 in Verr. 9. Statuam Quinct. 7 Pr. 2. Statum ciuitatis collocare Cic. ad Brut. 15. Id. Q. Fratr. 1, 1, 10 Aut qui regerent, omne ſuum Studium in doctrina ac ſapientia collocaſſent. Cic. pro Cael. 48 Si qua non nupta mulier domum ſuam patefecerit omnium cupiditati, palamque ſe in meretricia Vita collocarit, *etc.* Se totum in cognitione et Scientia collocare Cic. Off. 1, 158. Idem Tuſc. 5, 66 Totos ſe in optimo vitae ſtatu exquirendo collocarent. Se in otium collocare Plaut. Merc. 3, 2, 7. Verba opportune, proprieque, aut ſecus Quinct. 10, 2, 13. *Add.* 10, 1, 14. ¶ 3 *Sedem peculiarem habet hoc verbum in re matrimoniorum. Vid. modo dicta in* Puellam collocare. Cic. Bruto 98 Nam et cum Sergio Galba, cuius Caio filio filiam ſuam collocauerat, affinitate ſeſe deuinxerat. Quo factum eſt, vt filiae de communi aerario dotibus datis collocarentur Nep. 3, 3, 3. *Add.* Id. 15, 3, 5. *et* 25, 19, 4. Suet. Caeſ. c. 21. *et* Claud. c. 27. Caeſ. Bell. Gall. 1, 18 Atque huius potentiae cauſa, matrem in Biturigibus homini illic nobiliſſimo ac potentiſſimo collocaſſe, ipſum ex Heluetiis vxorem habere, ſororem ex matre, et propinquas ſuas nuptum in alias ciuitates collocaſſe. *Vid. ſub* NVBO. Cic. de Diuin. 1, 104 c. 46 Quum vellet ſororis ſuae filiam in matrimonium collocare. Plaut. Trin. 1, 2, 122 Habeo dotem vnde dem, vt eam in ſe dignam conditionem collocem. Columel. 4, 3 Minorem deinde filiam nuptui collocaſſe in dimidia parte reliqui agri. ¶ 4 *Reliquas formulas hic velut in lance ſatura ponemus, eas praeſertim, quae habent* In *adiunctam.* Collocare familiam ſuam in poſſeſſione praediorum alicuius Cic. pro Flacco 72 c. 30. In ſuis agris et ſedibus collocare aliquid Cic. Verr. 3, 6. Sedes et domicilium collocare Idem ibid. 2, 6. In conſpectu aliquid collocare Quinctil. 7, 1, 4. Cic. Tuſc. 2, 64 Omnia enim benefacta in luce ſe collocari volunt. Id. de Clar. Orat. 261 Itaque cum ad hanc elegantiam verborum Latinorum (quae *etc.*) adiungit illa oratoria ornamenta dicendi, tum videtur tanquam tabulas bene pictas collocare in bono lumine. Celſ. 7, 7 Poſt haec in aduerſo ſedili collocandus eſt, loco lucido, lumine aduerſo. Collocata bene eſt res noſtra iſthoc matrimonio Plaut. Moſt. 3, 3, 12. Cic. Acad. 4, 6 Neque quidquam aliud videndum eſt nobis, quos Pop. Rom. hoc in Gradu collocauit, niſi, *etc.* In ampliſſimo conſilio, et in altiſſimo gradu dignitatis collocari Cic. Poſt redit. in Senat. 2. In ampliſſimo ſtatu fortuna te collocauit Auctor ad Heren. 4, 24. In ſedibus ſuis aliquem collocare, *i. reſtituere* Cic. pro Domo 100. Idem Q. Fratr. 1, 1 In quibus virtutes conſecratas, et in deorum numero collocatas vides, *i. pro deo habitas.* Herculem hominum fama beneficiorum memor in concilio caeleſtium collocauit Cic. Off. 3, 25. Idoneis in locis et contra ſuſpicionem periculi aliquos collocare Id. de Lege Agr. 2, 79. In eo loco eſſe, in quo honores populi collocauerunt Cic. pro Domo 82. In regno maiorum ſuorum aliquem collocare Cic. de Orat. 3, 124. Idem Parad. 3, 2 Violatur is, qui procreauit, is qui aluit, is qui erudiuit, is qui in ſede ac domo atque in Repub. collocauit. Subſellio ſecundo ſuper ſe collocare aliquem Suet. in Auguſt. c. 43 *Quaedam exemplaria legunt* Supra ſe. Liu. 2, 33 Extulit eum plebs ſextantibus collocatis in capita, *Sed recte Gron.* collatis.

COLLOCATVS, a, um. Part. Cic. de Orat. 1, 192 Poſita ante oculos, collocata in vſu quotidiano c. 43. Cic. Verr. 5, 37 c. 14 Vt haec ipſa aedilitas, non quia neceſſe fuit alicui candidato data, ſed quia ſic oportuerit, recte collocata, et iudicio populi in loco poſita eſſe videatur. Collocata verba habent ornatum, ſi aliquid concinnitatis efficiunt, quod verbis mutatis non maneat Cic. Orat. c. 24. *Et c.* 29 Nam et ſingulorum verborum et collocatorum lumina attigimus. *Sunt ergo* collocata *vna locata et ita diſpoſita, vt loco ipſo ſe mutuo iuvent.* Corpus collocatum *dixerunt veteres, pro Condito ac ſepulto.* Gruter. Inſcript. p. 309 n. 7. CLOELIAE CLAVDIANAE. V. V. MAX. COLLOCATA. XII. KAL. APRIL. Suet. Domit. 22 Non multo poſt alii collocatam, *i. Nuptui datam.* Pecunias magnas collocatas habere in prouincia Cic. pro L. Manil. c. 7. Praeſidia collocata Salluſt. Catil. 46. Cic. de Orat. 1, 161 c. 35 Tabulis et ſignis propalam collocatis.

COLLOCATIO, ōnis. f. [σύνθεσις] *Conſtitutio, coordinatio etc.* Collocatio ſiderum Cic. de Vniuerſ. 26. Filiae collocatio Idem pro Cluent. 190 c. 56. Moenium collocationes Vitr. 5, 3. Quinctil. 9, 4, 58 Collocatio verba iam probata et electa, et velut aſſignata ſibi debet connectere. *Add.* 1, 10, 22. *it.* 9, 4, 130. *Eſt etiam* rerum collocatio, *quam* diſpoſitionem *alias dicunt* Quinctil. 3, 3, 8. *et* 8 Pr. 6. *Etiam* Cic. de Orat. 2 c. 42. *extr.* Ordo et collocatio argumentorum. *Sed fere tamen ad verba refertur, vt* Cic. de Orat. 3, 165 Sequitur continuatio verborum, quae duas res maxime, collocationem primum, deinde modum quendam formamque deſiderat. Collocationis eſt componere et ſtruere verba ſic, vt neue aſper eorum concurſus, neue hiulcus ſit, ſed quodammodo coagmentatus et leuis Cic. de Orat. 3, 169. Diſſoluere collocationem compoſiti oratoris bene ſtructam permutatione verborum Idem in Orat. 232. Perpolire collocatione et tractu orationis Id. de Orat. 2, 54.

COLLOCVPLĒTO, āre. [πλουτίζω] *Locupletare vndique.* Ter. Heaut. 2, 3, 16 Dum ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci collocupletaſti te Antiphila. *Metaph.* Auctor ad Heren. 2, 28 c. 18 Exornatio eſt, qua vtimur rei honeſtandae et collocupletandae cauſa, confirmata argumentatione.

COLLŎQVOR, qui. [συνομιλέω, ἐντυγχάνω] *Simul vel inuicem atque alternis loqui.* Ter. Eun. 2, 3, 75 Videbit, colloquetur, aderit vna in vnis aedibus. Cic. de Orat. 1, 32 c. 8 Hoc vno praeſtamus vel maxime feris, quod colloquimur inter nos, et quod exprimere dicendo ſenſa poſſumus. Plaut. Merc. 4, 5 ſuppoſ. 30 Nulli colloquor libentius. Plaut. Mil. 4, 2, 17 Quid ergo hanc dubitas colloqui? Cic. Tuſc. 1, 4 Vt vero colloqui cum Orpheo, Muſaeo, Homero liceat, quanti tandem aeſtimatis? Dii cum dormientibus colloquuntur Idem de Diuin. 1, 64. Cum ipſa Repub. Id. Fam. 1, 9. Cic. Att. 6, 1 Quam ſaepiſſime mecum per literas colloquare. Plaut. Amph. 1, 1, 69 Extra turbam ordinum colloquuntur ſimul. Colloquuntur inter ſe Hirt. Bell. Afr. 56. Inter ſe multum colloqui de Rep. Cic. de Orat. 1, 26. Per internuntios colloqui Nep. 7, 5, 3.

COLLOQVENS, entis. Partic. *Vt*, Sed et inter ſe colloquentibus ſimiles eſſe conſpectos Curt. 8, 4, 14. Facies colloquentium Idem 8, 13, 24. Voces colloquentium Id. 7, 1, 24.

COLLOQVVTIO f. COLLOCVTIO, ōnis. f. [συνομιλία] Cic. Tuſc. 1, 5 Nec vero id colloquutio hominum aut conſenſus efficit. Sermones et colloquutiones Idem Fam. 1, 9 *c. not. Manut.* Blandiſſimae cum aliquo collocutiones Idem Phil. 2 c. 2. Familiariſſimae colloquutiones cum aliquo Cic. Philipp. 11, 5. Venire cum aliquo in colloquutionem Auctor *ad* Heren. 2, 25.

COLLOQVVTOR f. COLLOCVTOR, ōris. m. Tertull. adu. Praxeam 5 Colloquutorem pateris ſermonem. Et Auguſtin. Confeſſ. 9, 6 Ex perſona colloquutoris mei.

COLLOQVIVM, i. n. [ἔντευξις, ὁμιλία] *Idem quod* Colloquutio. Liu. 1, 23 Prius quam dimicent, opus eſſe colloquio. Varro de L. L. 5, 7 Colloquium, quum conueniunt in vnum locum loquendi gratia. Amicorum abſentium colloquia, epiſtolae Cic. Philipp. 2, 7. Plin. 10, 49 ſ. 70 Democritus nominat aues, quarum confuſo ſanguine ſerpens gignatur, quem quisquis ederit, intellecturus ſit alitum colloquia. Captiuorum colloquia Curt. 5, 6, 16. Perſonarum colloquia ſuauem faciunt narrationem Cic. in Partit. 32. *Repetit ex Cicerone* Quinctil. 4, 2, 107. Rerum colloquia leuiorum Cic. Acad. 4, 6. Tempus colloquii, *i. Occaſio et opportunitas* Ouid. de Arte Am. 1, 607. Idem Epiſt. 21, 18 Nunc timor accedit, ne quis niſi conſcia nutrix, Colloq ii nobis ſentiat eſſe vices. Colloquium cum aliquo pro re nata non incommodum Cic. Att. 14, 6. Clandeſtina colloquia cum hoſtibus Idem de Senect. 40. Petitum colloquium Suet. Aug. 27. Simulatum colloquium Flor. 2, 2, 11. Solantia Stat. Theb. 5, 83. Ouid. Faſt. 3, 344 *ad Ianum Iupiter*, O vir colloquio non abigende deûm. En quibus adſum colloquiis? Valer. Argon. 3, 293. Carere in ſolitudine omnium colloquio Cic. Att. 12, 15. Amputare longa colloquia Sen. Med. 530. Contrahere ad colloquium linguas diſcordes et feras Plin. 3, 5. *de Italia et Romanis.* Euocare ad colloquium Caeſ. Bell. Ciu. 1, 3. Facere colloquium Cic. Fam. 10, 23. Frui colloquio aliquorum Virg. Aen. 7, 91. Frui ſperato colloquio Ouid. ex Pont. 1, 4, 54. Fugere colloquium Idem Rem. Amor. 587. Immiſcere colloquiis, *vid.* IMMISCEO. Interrumpere, *vid. h. v.* Petere colloquium Ouid. Met. 13, 552. Serere colloquia cum aliquo, *vid.* SERO, ſeui. Venire in alicuius congreſſum colloquiumque Cic. Philipp. 12, 26. *Add.* 9 c. 1. Cic. Philipp. 12, 27 Memini colloquia et cum acerrimis hoſtibus, et cum grauiſſime diſſentientibus ciuibus.

COLLVCEO, ēre. [συναυγάζω] *Simul lucere. Olim tertiae coniugationis fuiſſe probat Heinſ. ad* Prud. Vincent. v. 10. Plin. 10, 47 Quarum plumae ignium modo colluceant noctibus. Acies tota collucet flammis Liu. 38, 6. Agri collucent floribus Ouid. Faſt. 5, 363. Caſtra collucent fulgore ignis Curt. 3, 3, 3. Caelum omnibus collucet Cic. de Vniu. c. 9. Faces collucent Virg. Aen. 4, 567. Ignes collucent Idem Aen. 9, 166. Lampades vndique collucent Ouid. Epiſt. 14, 25. Mare collucet a ſole Cic. Acad. 4, 105. Omnia collucent luminibus Liu. 24, 21. Polus collucet ignibus Stat. Silu. 1, 6, 89. Cic. de Nat. Deor. 2, 40 Nam Solis calor et candor illuſtrior

ſtrior eſt quam vllius ignis, quippe qui immenſo mundo tam longe, lateque colluceat. Templum Iouis collucet atque illuſtratur candelabri fulgore Cic. Verr. 4, 71. Vrbs collucere flammis *alicuius dicitur, quae longo ordine flammarum in funere alicuius magni viri lucet vndique.* In honorem enim *potentiſſimorum hominum, praeſertim* regum, cum facibus *per vrbem* a populo procedebatur, *quemadmodum vult* Seruius *in illud* Virg. Aen. 5, 4 Moenia reſpiciens, quae iam infelicis Eliſae Collucent flammis. *Quod tamen melius forte refertur ad rogum, quo cremata eſt. Pro ſplendere, nitere eſt* Cic. Verr. 3, 58 c. 22 Vidi collucere omnia furtis tuis, praeda prouinciarum, ſpoliis ſociorum atque amicorum.

COLLVCENS, entis. Partic. Virg. Aen. 10, 539 Totus collucens veſte atque inſignibus armis. Faces collucentes Curt. 3, 8, 22.

COLLVCERNATIO, ōnis. f. Claud. Mamert. de Statu Anim. 2, 9 Stipem ſuam variis collucernationibus dilapidare, *i. Comiſſationibus et ſpectaculis nocturnis. Sed puto legendum eſſe* collurcinationibus: *quod doctiſſimo Birrio etiam in mentem veniſſe, animaduerto. Et videtur Mamertinus ob oculos habuiſſe locum Apuleii quem laudamus in* COLLVRCINATIO.

COLLV̄CO, āre. [κλωνοτομέω] *Ramos lumini officientes amputare.* Feſtus *interpretatur,* Succiſa arbore locum luce implere. Sublucare vero, Ramos earum ſupputare, et velut Subtus lucem mittere. 139 Lucum collucare (conlucare.) *Haec in* ſublucare. *In* Conlucare *ſic,* Conlucare dicebant, cum profanae ſiluae rami deciderentur, officientes lumini. Cato R. R. 139 Lucum conlucare Romano more ſic oportet. Porco piaculo facito *etc. De hac re* Plin. 17, 28 ſ. 47 Cato arbores religioſas lucosque praecidi permiſit, ſacrificio prius facto. Colum. 2, 22, 3 Non permittitur feriis arborem collucare. *Vid.* SVBLVCO.

COLLVCATIO, ōnis. f. [κλωνοτομία] *Varronis eſſe dicitur.*

COLLVCTOR, āri. [συμπαλαίω] *Simul luctari.* Plin. 27, 2. Cum eo ſolo colluctatur, velut pari intus inuento. Colum. 1, 3, 9 Poenos dixiſſe conuenit, Imbecilliorem agrum, quam agricolam eſſe debere: quoniam, cum ſit colluctandum cum eo, ſi fundus praeualeat, allidi dominum.

COLLVCTATIO, ōnis. f. [συμπάλαισμα] Columel. 6, 2, 4 Ne in colluctatione alter alteri noceat, *de buculis.* Ipſa colluctatione animam agens Sen. Qu. Nat. 3, 18. *de mullo piſce.* In colluctatione occidere aliquem Vlpian. in l. qua actione. D. ad legem Aquiliam. Operari colluctationibus Veneris Apul. Met. 9 p. 219, 12. *Add.* 2 p. 122, 22. Quinctil. 11, 3 p. 1009 Eſt quibusdam concurſus oris, et cum verbis ſuis colluctatio.

COLLVCTĀTOR, ōris. m. Lactant. de Opif. Dei 1 Nam et ille colluctator et aduerſarius noſter ſcis quam ſit aſtutus.

COLLVD̄O, ſi, ſum, ĕre. [συμπαίζω] *Simul ludere,* Virg. Georg. 1, 369 Saepe leuem paleam, et frondes volitare caducas, Aut ſumma nantes in aqua colludere plumas. Seruius *explicat* Moueri. *Proprie* Horat. A. P. 159 Paribus colludere. Colludere *cum aliquo eſt diſſimulanter illius fraudem adiuuare.* Cic. Verr. 2, 58 c. 24 Niſi tecum colluſiſſet, et tuae potius exiſtimationi ſeruiſſet, quam ſuae. *Sic* Colludere [συναποκρίνεσθαι] *apud Iuriſconſultos dicuntur inter ſe litigatores, quum actor et reus litem ſimulant, et ab altero cauſa proditur.* Vlpian. in l. et eleganter. §. ſi dolo malo procurator. D. de dolo malo.

COLLVDIVM, i. n. *pro Colluſione.* in l. ſi quis. C. de bon. proſcript. *Proprie* Solinus 22 Apud Iaſſum vrbem Babyloniae puerum delphinus adamauit, quem dum poſt aſſueta colludia recedentem impatientius ſequitur, arenis inuectus haeſit. Et Ammian. 18, 9 Per colludia.

COLLVSIO, ōnis. f. [συναπόκρισις] *Fraus eorum, qui colludunt, i. ſimulata lite aliis imponunt.* Cic. Verr. 3, 53 c. 13 Quum vero verbo iudicium ſit in edicto, re quidem vera tuorum comitum hominum nequiſſimorum colluſio cum Decumanis ſociis tuis, atque adeo procuratoribus: tamen audes illius iudicii mentionem facere? Per colluſionem Sen. Controu. 31 *ſub fin.* Detegere colluſionem Vlpian. in l. adoptiuum. §. patronum. D. de in ius vocand. Facere quidquam per colluſionem Caius in l. 1 D. de colluſione detegenda. Retractare colluſionem alicuius Vlp. in l. colluſionem D. de colluſ. detegend. Praetextu colluſionis ſententiam retractare permittitur Hermogenianus in l. ſententiam. D. de colluſ. deteg.

COLLVSIVM, i. n. *Idem.* Vlpian. in l. ſi procuratorem §. ſed et ſi per colluſium D. mandat. vel contr. Sed et ſi per colluſium procuratoris abſolutus ſit aduerſarius, mandati eum teneri. *Sic Florentina lectio. Alii* Colluſionem *legunt.*

COLLVSOR, ōris. m. [συμπαίκτωρ] *Qui cum alio ludit.* Plin. Epiſt. 9, 33 Delphinum geſtatorem colluſoremque puerorum in terram quoque extrahi ſolitum, *etc.* Cic. Philipp. 2, 101 c. 39 Hunc tu compranſoribus tuis et colluſoribus diuidebas. Idem Philipp. 5, 13 Homo praeterea feſtiuus, vt ei cum M. Curio confeſſore eodem et colluſore facillime poſſit conuenire. *Et* Philipp. 2, 56 Lenticulam de alea condemnatum, colluſorem ſuum, reſtituit. Colluſor [συναποκριτής] *apud Iuriſperitos.* Si rapinam fecerint inter ſe colluſores, vi bonorum raptorum non denegabitur actio Vlpian. in l. 1 §. ſi rapinam. D. de aleae luſu et aleatoribus.

COLLVSORIE [συναποκριτῶς] *Adu.* Vlpian. in l. ſi ſeruus plurium D. de leg. 1 Si hereditatis iudex contra heredem pronuntiauerit non agentem cauſam, vel colluſorie agentem, nihil hoc nocebit legatariis. Litigare colluſorie Idem in l. ſi ſeruus plurium §. ſi quis D. de leg. 1.

COLLVGEO, *vel* CONLVGEO, ēre. *Vna lugere.* Cael. Aurel. Tard. 2, 5, 88 Laceſſiti collugent, ingemunt. Et Ambroſ. ad Virgin. lapſam princ. Qui eccleſiae gaudio congaudetis, et triſtitiae conlugetis.

COLLVM, i. n. [τράχηλος, αὐχήν, δέρη] *Pars corporis inter caput et ventrem ſuperiorem interiecta.* Plin. 11, 37 ſ. 67 Ex cartilagine et carne arteria *(aſpera)* gula neruo et carne conſtat. Ceruix nulli, niſi quibus vtraque haec: caeteris collum, quibus tantum gula. *Vid.* CERVIX. Columel. 8, 2, 10 Iubae deinde variae, vel ex auro flauae per colla ceruicesque in humeros diffuſae, *de gallis gallinaceis.* Ouid. Met. 2, 672 Creſcit et oris Et colli ſpatium: *de Ocyrhoë in equam mutata.* Aureolum collum, *vid.* AVRVM. Caerula ſerpentis Virg. Aen. 2, 381. Caerulea tauri Sen. Hippol. 1036. *in deſcriptione monſtri marini.* Candida Ouid. Amor. 1, 5, 10. Ceromaticum, *vid.* CEROMA. Crinita Stat. Theb. 6, 418 *de equis.* Eburnea Ouid. Met. 3, 422. Martial. 11, 85 *ad Antiochum tonſorem,* Collaque puluerea nudet Equina iuba. Hirſutum, *vid. paullo poſt,* Spirans opobalſama, *etc.* Feracia colla ſerpentis reſecare Sen. Herc. fur. 529. *de Hydra Lernaea.* Inſignia frenis Ouid. Met. 4, 24. Lactea Sil. 16, 520. Lactea colla auro innectuntur Virg. Aen. 8, 660. Hor. Epod. 2, 64 Videre feſſos vomerem inuerſum boues Collo trahentes languido. Laſſo papauera collo demittunt caput Virg. Aen. 9, 436. Claud. de Mul. Gall. 6 Et pateant duro libera colla iugo. Libera colla ſeruitio aſſueſcere Virg. Georg. 3, 167. *de iuuencis.* Ouid. Amor. 1, 8, 98 Factaque laſciuis liuida colla notis. Lubrica draconis Idem Met. 4, 598. Molli collo eſſeda ferre dicitur equus domitus Virg. Georg. 3, 204. Niueum Idem in Ciri. . . . Iugum famulare ſubit Nobili collo, *dicitur de Viro nobili redacto in ſeruitutem* Sen. Troad. 747. Pendulum ab arbore collum Zona elidere Hor. Carm. 3, 27, 60. Procerum et tenue Cic. de Clar. Orat. 313 c. 91. Martial. 9, 58 Non ruptae Recutita colla mulae. Saucia dente colla Idem 11, 71. Sibila ſerpentis colla Virg. Georg. 3, 421. Splendida Sen. Hippol. 800. Superba colla excuſſis iubis Claud. Epigr. 20, 10. *de equo Honorii.* Ouid. Met. 10, 113 Pendebant Tereti gemmata monilia collo. Tetra monſtri Sen. Herc. fur. 62. *Sed Gron.* Terna. Trepidum Idem Herc. Oet. 12. Trigemina Cerberi Id. Agam. 14. *Al.* Tergemina.

¶ 2 *Verborum formulae:* Ouid. Met. 10, 268 Acclinataque colla Mollibus in plumis tanquam ſenſura reponit. Idem Met. 6, 625 Vt tamen acceſſit natus, matrique ſalutem Attulit, et paruis adduxit colla lacertis. Amplecti colla alicuius Sil. 15, 361. Stat. Theb. 4, 827 Rabidi quum colla minantia monſtri Angeret, et tumidos animam anguſtaret in artus. Aptare vincula collo Ouid. Met. 18, 381. Captare colla lacertis Idem Epiſt. 8, 93. Cingere colla lacertis Id. de Arte Am. 2, 457. Circumdare brachia collo, *Amplecti collum* Virg. Aen. 6, 700. Circumdata colla catenis Sil. 6, 505. Comere colla genasque Stat. Silu. 1, 2, 110. Committere alicui collum ſuum, *vid.* COMMITTO. Complecti colla lacertis Ouid. Met. 10, 407. Coniicere in collum, *vid.* CONIICIO. Coniecta vincula collo Ouid. Triſt. 4, 1, 83. Contrahere collum, *vid.* CONTRAHO. Coronat pluma collum Lucret. 2, 801. Dare colla lacertis Stat. Achil. 2, 270. Propert. 2, 10, 15 India quin, Auguſte, tuo dat colla triumpho, *i. iugum ſubit et catenas.* Stat. Theb. 6, 850 Collaque demerſere humeris, *i. elatis humeris, iter illos velut occultarunt, et in tutum perduxere. De luctantibus enim ſermo eſt.* Ducere iuga collo Ouid. de Arte Am. 3, 810. Ducta per vias colla regum Hor. Carm. 2, 12, 12. *de Triumpho.* Elidere colla lacertis Sen Herc. Oet. 1235. Hor. Serm. 2, 7, 92 Eripe turpi Colla iugo *i. Relinque ſeruitutem.* Fluunt capilli per colla moeſta Sen. Troad 85. *i. Moeſtae mulieres paſſis capillis incedunt.* Virg. Aen. 10, 83[illegible] Ipſe aeger anhelans Colla fouet, fuſus propexam in pectore barbam Suſtinens ſcilicet, *vt inquit* Seruius, ſe arboris trunco. Frenat[illegible] Ouid. Met. 7, 220. Fumantia colla equorum ſoluere Virg. Geor[illegible] 2, 542. Gerere colla vincta catenis Sen. Herc. fur. 1106. Ho[illegible]rent Cerbero colla colubris Virg. Aen. 6, 419. Ouid. Met. 3, 72[illegible] Viſis vlulauit Agaue, Collaque iactauit, crinemque per aëra moui[illegible] Implicare laqueis Idem Epiſt. 2, 192. Infixa collo mariti, *i. Tenaciſſime inhaerens* Id. Met. 11, 386 *de Halcyone et Ceyce. Al.* Infuſa. I[illegible]flata colla tumeſcunt Ouid. Met. 6, 377 *de Lyciis in ranas mutati[illegible]* Iniicere collo brachia Idem Met. 3, 389. Innectere colla lacertis I[illegible] Met. 11, 240. Inſerere collum in laqueum Cic. Verr. 4, 37 c. 1[illegible] Inſerere colla laqueis, *Strangulare* Sen. Theb. 148. Intendere vi[illegible]cula ſtupea collo, *Alligare collo funem* Virg. Aen. 2, 236 *de equo Troiano.* Sen. Hippol. 368 Nunc vt ſoluto labitur moriens gradu: e[illegible] vix Labente ſuſtinet collo caput. Laedere collum Hor. Carm. 3, 27, 60. *Sed melius* Elidere. Languentia colla leuare Lucan. 3, 737. Liuentia colla catenis Ouid. ad Liu. 273. Luctantia colla equi Idem Epiſt. 4, 79. Stat. Theb. 2, 632 Laeua Marcentia colla ſuſtentans *etc.* Mulcenda colla praebere Ouid. Met. 10, 118. *de ceruo.* N[illegible]ctere draconem collo, *pati illum repere circa collum* Martial. 7, 8[illegible] Ouid. de Rem. Amor. 17 Cur aliquis laqueo collum Nodatus amat[illegible] A trabe ſublimi triſte pependit onus? Plaut. Curc. 5, 3, 15 Collu[illegible] Obſtringe, abduce iſtum in malam crucem. Ouid. Met. 5, 52 O[illegible]nabant aurata monilia collum. Pendere collo complexuque alicui[illegible] Virg. Aen. 1, 719. Idem Aen. 9, 331 Ferroque ſecat pendentia coll[illegible] *languentia a ſomno.* Percutere colla ſecuri Ouid. Met. 15, 126. Pe[illegible]fundunt colla iactae comae Sen. Hippol. 394. Permulcere ma[illegible] collum Idem Herc. fur. 807. Petere collum amplexu Quinct. 4,[illegible] Ouid. de Arte Am. 1, 630 Quadrupedes inter rapidi certamina curſu[illegible] Depexaeque iubae, Plauſaque colla iuuant. Porrigere collum lo[illegible]ge a pectore Ouid. Met. 2, 375. Praebere colla iugo Stat. Achil. 280. Praebere colla nectenda lacertis Ouid. Epiſt. 2, 141. Ci[illegible] Verr. 3, 76 Solere aiunt barbaros reges Perſarum ac Syrorum, plur[illegible] vxores habere: his autem vxoribus ciuitates attribuere hoc mod[illegible] Haec ciuitas mulieri redimiculum Praebeat, haec in collum, haec i[illegible] crines, *h. e. pecuniam, vnde ſibi emat colli monilia.* Ouid. Met. 7, 2[illegible] Haud patiens oneris collum Preſſiſtis aratro. Reflectere mollia co[illegible]la, *i. domita, domitorum ſcilicet equorum* Virg. Aen. 11, 622. R[illegible] ſoluta colla, *h. e. Languida* Stat. Theb. 10, 144. Retorquere coll[illegible] equi, *i. freno reflectere* Ouid. Epiſt. 4, 79. *Al.* Recuruare. Ide[illegible] Met. 12, 249 Veluti qui candida tauri Rumpere ſacrifica molitur col[illegible] ſecuri. Sedit medius collo Herculeo polus Sen. Herc. fur. 72. *i. C[illegible] vix Herculis tulit caelum.* Secare colla Cic. de Petit. Conſ. 8 c.[illegible] Signatum nullo iugo iuuencae collum Sen. Agam. 355. Spirant op[illegible] balſama hirſuto collo Iuuen. Sat. 2, 41. Claud. de Raptu Proſer[illegible] 2, 25 *de Gorgone,* Tantum Stridentia colla Gorgonis obtectu pall[illegible] fulgentis obumbrat. Subdere colla iugo Stat. Theb. 1, 175. Su[illegible]dere colla vinculis Veneris, *Libidini ſeruire* Tibull. 1, 2, 94. Su[illegible]iecta colla tropaeis ferre Sen. Troad. 151, *i. Catenatum in triumph[illegible] duci.* Claud. in Eutrop. 1, 173 Vidit ſub pedibus leges, ſubiect[illegible]que colla Nobilium. Subigere colla boum Columel. 2, 3, 2 *ma[illegible] prehenſa mulcere, tractare, premere.* Summittere colla, *Permitt[illegible] ferienti* Sen. Hippol. 500. Summittere colla iugis Claud. in Eutr[illegible] 1, 42. Ouid. Amor. 3, 10, 13 *de Cerere,* Prima iugis tauros Supp[illegible]nere colla coëgit. Suſpendere aliquid collo Virg. Aen. 11, 11. S[illegible]ſtinere auaritiae alterius poenam collo et ceruicibus Cic. Verr. 5, 1[illegible] Tenere colla lacertis Ouid. Met. 2, 100. Timent boues aratr[illegible] collo Virg. Ecl. 6, 50. Tollere aliquem in collum Plaut. Bacch. 6, 42. Liu. 4, 53 Hoc decreto conſul armatus, quum paucis [illegible]pellantibus tribunum, collum Torſiſſet *ad quem locum Turnebus* A[illegible] 28, 34 *dicit, eſſe Genus poenae et coërcitionis.* Sen. Hippol. 34 Et [illegible] gna[illegible]

gnaces tendant Creſſae fortia trito vincula collo. *De canibus Cretenſibus.* Turgentia colla alicuius diripere enſe Sil. 15, 729. Velant iubae colla Ouid. Met. 10, 699. ¶ 3 Colla, *abuſiue de montibus dicuntur, Partes illae, quae infra ſummum verticem et ſupra medium montis iugum, quod dorſum etiam appellant, apparent.* Stat. Theb. 9, 643 Iamque fere medium Parnaſſi frondea praeter Colla tenebat iter. Collum lagenae Phaedr. 1, 26, 10.

COLLVS, i. m. *Antiq. Idem quod Collum.* Plaut. Capt. 2, 2, 107 Collus collaria caret. *Et* 4, 3, 2 Iam vt ego collos praetruncabo tergoribus. *Pluſcula huius generis ſeruauit* Non. 3, 64. ¶ 2 Tormenti genus eſt etiam e corio, Feſtus. *Sed ſuſpicatur Scaliger, non* collum *hic intelligi, ſed* culleum, *parricidarum ſupplicium.*

COLLARE, COLLARIS, *v. ſ. l.*

COLLV̆LVM, i. n. *Dimin.* Cathol.

COLLVMĬNO, āre. *Vt colluſtrare, luce perfundere.* Apuleius de Deo Socrat. p. 45, 39 Seruius Tullius flamma colluminetur a capite. *Paullo poſt id exponens*, Seruio inflammare verticem, nec exurere. Prudent. adu. Symmach. 2, 830 Solis radius colluminat omnes Diffuſo ſplendore locos.

COLLVO, ui, ūtum, ĕre. [συμπλύνω, καταπλύνω] *Lauare: ſed fere ad os, et ea, quae in ore ſunt, pertinet.* Plin. 20, 6 Dentium dolorem tribus capitibus in aceto tritis imminuit, vel ſi decocta aqua colluantur, addaturque ipſum in caua dentium. *Conf.* Id. 24, 7. Os colluere aqua calida Scribon. 54. Radice herbae quinquefoliae incoctae in vino *etc.* 53. Aqua oleaſtri decocti aut corticis mali granati 62. Tamen etiam Cato R. R. 88 Amphoram defricato, colluitoque puram impleto aqua pura. *Add.* Cato 100 *et* l. 30 §. 2 D. de acquir. rer. dom.

COLLVTVS, a, um. Partic. Plin. 20, 13 Sic et collutis dentibus prodeſt.

COLLVTIO, ōnis. f. Cael. Aurel. Acut. 2, 6, 28 Vtemur oris collutione. Cum dolor (dentium) vrgebit, varie ſedandus eſt partim collutione quorundam Scribon. 53.

COLLVRA, *vid.* COLLYRA.

COLLVRCINATIO, ōnis. f. *Idem quod Heluatio.* Apul. Apol. p. 322, 33 Quae omnia in paucis annis hic degulator ſtudioſe in ventrem condidit, et omnimodis collurcinationibus dilapidauit. *Vid.* COLLVCERNATIO.

COLLVSTRO, āre. [περισκέπτομαι] *Circumſpicere.* Virg. Aen. 3, 651 Omnia colluſtrans, hanc primum in litore claſſem Conſpexi venientem. *Conf.* Tac. Ann. 2, 45, 4. Colluſtrare oculis Cic. Tuſc. 5, 65 c. 23. ¶ 2 Colluſtrare lumine [καταλάμπειν, λαμπρύνειν] *pro Illuſtrare et clarum lumine reddere.* Cic. de Nat. Deor. 2, 92 c. 36 Ex aethere igitur innumerabiles flammae ſiderum exiſtunt: quorum eſt princeps Sol, omnia clariſſima luce colluſtrans. Luna ſolis lumine colluſtrari putatur Cic. de Diuin. 2, 91 c. 43. Vias colluſtrare Ouid. Faſt. 5, 102. *Sed varia eſt lectio.*

COLLVSTRĀTVS, a, um. Partic. [λαμπρυνθεὶς] *Illuſtratus.* Cic. in Orat. 36 c. 11 In picturis alios horrida, inculta, abdita, et opaca: contra alios nitida, laeta, colluſtrata delectat.

COLLVSTRVM, *vid.* COLLOSTRVM.

COLLVTV̆LO, āre. [πηλόω] *Veteres pro Dedecorare vſurparunt.* Plaut. Trin. 3, 2, 66 Haec famigeratio te honeſtet, me collutulet.

COLLVTVS, *vid.* COLLVO.

COLLVVIES, ēi. f. [χλίδος] *Labes, aut immunditia, quae ex confluxu rerum immundarum contrahitur.* Plin. 24, 19 Medetur et ſuibus haec effoſſa ſine ferro, et addita in colluuiem poturis, vel ex lacte et vino. Colluuies *eſt itaque humor turbidus, in culina collectus, quem potandum praebent ſuibus. Vid.* COLLVVIARIS. Fermentata colluuies Columel. 1, 5, 6. *de palude.* Stercorata colluuies chortis, balineorumque Idem 1, 6, 24. Colluuies chortis et aedificii Id. 2, 15, 8. Turbida colluuies nigro limo Lucan. 4, 311. *Metaphor.* Ab omni colluuie peregrini ac ſeruilis ſanguinis incorruptum ſeruare populum Suet. Auguſt. 40. Cic. Att. 9, 12 Et te in certamine vinci cum illo facilius patiaris, quam cum hoc in ea, quae perſpicitur, futura colluuie regnare, *i. ſceleratorum turba, qui ad Caeſarem confluxerant.* Tacit. Hiſt. 5, 12 Magna colluuie, et caeterarum vrbium clade aucti. Iuſtin. 2, 6 Neque paſſim collecta populi colluuies originem vrbi dedit. Tacit. Hiſt. 2, 16 In multa colluuie rerum maioribus flagitiis permixtos.

COLLVVIARIA, orum. n. [ὀχετοί] *Dicta volunt cum Beroaldo in ductibus aquarum, per quae colluuies et immunditiae iactantur. Fundus eſt* Vitruu. 8, 7 p. 170 Etiam in ventre colluuiaria ſunt facienda, per quae vis ſpiritus relaxetur. *Sed* Columnaria *meliores, vel* Columbaria: *Vtroque autem nomine intelligunt aeſtuaria quaedam et ſpiramenta.*

COLLVVIO, ōnis. f. [χλίδος] *Idem quod Colluuies. Accipitur fere per translationem.* Cic. de Senect. 85 c. vlt. O praeclarum diem, quum ad illud diuinum animorum concilium, coetumque proficiſcar, quumque ex hac turba et colluuione diſcedam! Cic. in Vatin. 23 Deinde ſanctiſſimas leges Aeliam et Fuſiam dico, quae in Gracchorum ferocitate, et in audacia Saturnini, et in colluuione Druſi, et in contentione Sulpicii, et in cruore Cinnano, et inter Sullana arma vixerunt. Ille nefarius ex omnium ſcelerum colluuione natus Cic. pro Sext. 15. Liu. 4, 2 Colluuionem gentium, perturbationem auſpiciorum publicorum priuatorumque afferre. Hominum colluuio Curt. 10, 2, 6. Liu. 3, 9 Necui in colluuione rerum contumeliae maieſtatem ſuam offerrent. In quem ſpurcitiae ſe omnes ſentinarum colluuionibus deriuant Arnob. 5 p. 172. Ne tanta quaſi colluuione turbatus ibi *(in hiſtoria ſcribenda)* faciam, quod hic *(in orationibus componendis)* debeo Plin. Epiſt. 5, 8.

COLLVVIARIS, e. Adi. [χλιδοφάγος] Porcus colluuiaris dicitur, qui cibo permiſto et colluuione nutritur, Feſtus. *al.* Colluuialis.

COLLVXO, āre. *Apud* Veget. Mulom. 3, 4, 44. *leg. cenſet Geſner. pro vulgari* conuxet.

COLLY̆BVS, *ſ.* COLLVBVS, i. m. [κόλλυβος] *Genus numi, apud Graecos, cui bos incuſus, ſi credimus, et quid ni credamus? Heſychio. Numus certe exiguus eſt Ariſtoph. Pace v. 1199. Deinde illud quod Trapezitae ſ. menſario, qui* κολλυβιστὴς *ſ.* Collybiſta *inde vocatur, pro permutatione datur. Vt ſi argentea moneta, aurea mutetur, aut genera quaedam pecuniae abrogata et antiquata, aut quouis modo repudiabilia in vna prouincia, alio quo genere permutanda ſint, rato, receptoque et promulgato in ea prouincia. Hinc ipſa quoque permutatio* Collybus *Polluce teſte, vocatur.* Cic. Att. 12, 6 *pr.* De Caelio *(numulario)* vide quaeſo, ne qua lacuna ſit in auro *(ne ſubdolum ſubaeratum quid in iis numis aureis, quos ab eo recipiam pro aliis)* Ego iſta non noui *(itaque falli poſſum facile)* Sed certe in Collubo eſt detrimenti ſatis *etc.* Idem Cic. Verr. 3, 181 c. 78 Ex omni pecunia quam aratoribus ſoluere debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebant. Primum pro ſpectatione et collybo. deinde pro neſcio quo cerario. Haec omnia Iudices, non rerum certarum, ſed furtorum improbiſſimorum ſunt vocabula. Nam collybus eſſe qui poteſt, quum vtantur omnes vno genere numorum? Sueton. Aug. c. 4 Caſſius Parmenſis quadam epiſtola non tantum vt piſtoris, ſed etiam vt numularii nepotem, ſic taxat Auguſtum, Materna tibi farina ex crudiſſimo Ariciae piſtrino: hanc finxit manibus collybo decoloratis *(adhaereſcunt enim liuidae quaedam ſordes manibus eorum, qui tractant pecuniam)* Nerulonenſis menſarius.

COLLYBISTES, *et* COLLYBISTA, ae. m. [κολλυβιστὴς] *Numularius, qui dictam modo rei numariae negotiationem exercet: qui et trapezita eſt.* S. Hieron. ad Matth. 21, 12 Excogitarunt *Sacerdotes* et aliam technam, vt pro numulariis colybiſtas facerent: cuius verbi proprietatem Latina lingua non exprimit. Colyba dicuntur apud eos, quae nos appellamus tragemata, vel vilia munuſcula, *v. g.* frixi ciceris, vuarumque paſſarum, et poma diuerſi generis. *(vid. Schol. Ariſtoph. Plut. v. 768.)* Igitur, quia vſuras accipere non poterant Colybiſtae, qui pecuniam foenerati erant, pro vſuris accipiebant varias ſpecies, vt quod in numo non licebat, in his rebus exigerent, quae numis coëmuntur *etc. Poteſt vera eſſe hiſtoria. De etymologia alia vidimus. Vno* l *ſcribitur apud Hieronymum edit. Froben. Sed Graeci, quod obſeruem, ſemper* κόλλυβος et κόλλυβα *etiam.* Numularios *habet et antiquus interpres apud Hieronymum, et Vulgatus hodie.*

COLLȲRA, ae. f. [κολλύρα] *Genus panis*, Polluci Plaut. Perſ. 1, 3, 12 Collyrae facite vt madeant. Collyrae, *inquit hic Turnebus, Paruuli panes mundi ſunt, ſed et genus fictorum farinaceorum, quae vt lagana, interdum in ſartagine frigantur, interdum cocta per ſe edantur, interdum ex iure comedantur, vt tabellas paniceas in ſorbitiuncula plerumque eſitamus. Hinc* ¶ 2 Collyra ſ. Collura *in capitis feminei ornamentis memoratur* Tertulliano de Cultu Fem. 2, 7 Ad menſuram neminem ſibi adiicere poſſe pronuntiatum eſt. Vos vero adiicitis ad pondus, Colluras quasdam vel ſcutorum vmbilicos ceruicibus adſtruendo. Si non pudet enormitatis, pudeat inquinamenti, ne exuvias alieni capitis, forſan immundi — capiti ſupparetis. *Debet igitur fuiſſe ornatus ex capillamento alieno capiti mulierum a tergo ſ. in occipite appoſitus, a forma forte panis, quacum etiam* ſcuti vmbilicus *conuenit, ita dictus.* Collura *autem editur a Rigaltio et Priorio. Al.* Collyridas, *de quo ſtatim.*

COLLYRĬCVS, a, um. Adi. Plaut. Perſ. 1, 3, 15 Tum niſi cremore craſſo eſt ius collyricum. *Et* v. 17 Quaſi iuream eſſe ius decet collyricum. *Vid. ſub* IVS, IVREVS.

COLLYRIS, idis. f. *Eadem quae* Collyra. Tertullian. de Cultu Femin. 2, 7 Vos plane adiicitis ad pondus, collyridas quasdam. *Quem in locum Rhenanus*, Collyris *a* Collyra *per diminutionem deductum, paruus panis eſt de farina puriore. Quidam Frixam farinam eſſe putant. Haec ille. Sed editur nunc* colluras, *de quo modo dictum.* Collyridas *habet* Auguſtin. de Geneſi ad lit. 8, 5. Vulg. Leuit. 7, 12 Collyridas olei admiſtione conſperſas. *Sic* 8, 26. *Sed* 2 Reg. 13, 6 κολλυρίδας *ſeptuaginta interpretum* Vulgatus *reddidit* ſorbitiunculas. *Contra* 2 Reg. 6, 19 Singulis collyridam panis vnam, *quaſi a Nominat.* Collyrida. *Videntur omnino* Collyrae *et* Collyrides *maſſae farinaceae fuiſſe, ad hoc factae, vt affuſo iuſculo madeant, et tanto iucundius deſcendant. Hoc etiam notionem* Collyrii *iuuat et ab ea viciſſim firmatur. Nempe* ¶ 2 Collyris etiam herba, alias Malua erratica. Apul. de Herbis c. 40.

COLLȲRIVM, i. n. [κολλύριον] *Forma diminuta e* collyra, *eſt maſſa medicamentoſa e rebus ſiccis, tritis, adiectis gummatis, et aqua coacta, quae in formam* Collyrae *eduli ſimilem ficta, vel tota atque ſolida in caua corporis vel naturalia, vt anum, vel praeternaturalia, vt fiſtulas, demittitur: vel liquore affuſo liquefacta affectae parti inungitur, imponiturue. Eſſe igitur ſolidum quid* Collyrium, *oſtendit v. g.* Celſus 5, 28 *vbi* Collyrium fieri debet altera parte tenuius, altera paullo plenius: idque ea parte, qua tenuius eſt, antecedente demitti oportet in fiſtulam. *Sic mox ex* papaueris lacrima, gummi, cadmia, atramento ſutorio aqua coactis collyrium fit. *Et* 7, 4 *extr.* Si intus aliqua (fiſtula ani) procedet, quo ferrum tuto peruenire non poterit, collyrium demittendum erit. *Sunt ergo* Collyria, *quae alias Medicis* Glandes, Turundae, Globuli. *Etiam in animalium medicina, v. g.* Col. 6, 6, 5 Collyria immittuntur aluo *bouis ex* cepis cum vino decoctis. *Et* 6, 30, 8 Collyria ſubiiciuntur *(equo)* quae ventrem mouent. *Et* 6, 30, 4 Collyrium vrinam ducens. *Sic* Collyrium ad oui magnitudinem Veget. 1, 62, 2. *Et mox* Prono animali in inteſtinum quinque — collyria inſerere curabis. *Haec collyria ita fiunt*, Mel coctum cum tertia parte ſalis triti cogis in pilulas. *Vid. de hoc genere Rhodius ad* Scribon. Comp. 142 p. 215. Scribonii *ipſius vnum tantum locum ponimus* Comp. 113 Acaciae — tunduntur, teruntur, cribrantur ex ſucco cauliculorum rubi, vel ex vino Signino Collyrii tritura, *i. eo modo, quo teruntur ſpecies ad collyria. Add. Salmaſ. ad Solin.* p. 182 *et* 936. ¶ 2 *Propriam fere ſedem habent* Collyria *in oculorum morbis, vbi intelliguntur* paſtilli *quidam, in vſu denuo terendi et liquandi, vt illis inungi oculi poſſint. Hoc genus plurima enarrant Medici, v. g.* Celſus 6, 6. Scribon. 19. 20. Plin. 26, 12. *it.* 27, 9. Hor. Serm. 1, 5, 30 Hic oculis ego nigra meis collyria lippus Illinere. Alanus Parabol. 3, 12 Lippo, non luſco collyria nigra medentur. ¶ 3 *Architectonicum etiam vocabulum eſt, ſi recte ſe habet locus* Sidon. Apoll. Epiſt. 22 Ab ortu lacum porticus intuetur, magis rotundatis fulta collyriis, quam columnis inuidioſa monubilibus. *Sic Sauaro edidit, et tuetur ex* Vet. hiſtoria quatuor coronatorum, Et coeperunt artifices quadratarii incidere lapidem ad collyrium columnae. *Interpretatur Cylindria et Semicolumnas. Nempe* Turundae *forma cogitanda hic eſt, teres, ſed non parallela, vt Cylindrus etc. Vid. tamen* COLVRIA.

COLLYRIŎLVM, i. n. Dimin. Macer. 4, 12 Vel collyriolum ſi ſupponatur in anum.

CŌLO, āre. [ἠθέω] *Pauxillatim liquorem aliquem, ſtillatimque per aliquod vas vel linteolum exprimere.* Colatur liquor Scribon. 134. Colantur *(liquorem intelligit ex pluribus medicamentoſis rebus coquendo paratum)* per linteum 271. Columel. 12, 11, 1 Expreſſa deinde aqua coletur, et in vas plumbeum defuſa decoquatur. Idem 9, 16, 1 Colatur cera per ſtramenta defuſa. Pallad. Febr. 27 Colabis ſporta palmea. Veget. 1, 56, 19 Diligentiſſime colabis ad colum. *Ad cribrum etiam referri patet ex* Colum. 7, 8, 7 Colatum cribro thymum. *Quin generatim purgare eſt.* Non illi norunt aruum colere, vel aurum colare Apul.

re Apul. Flor. p. 343, 20. Manil. 5, 193 Et colare vagos inductis retibus amnes. *Venuſte autem eos, qui in amnibus piſcantur, retiaque tendunt piſcibus, ait* Colare retibus amnes, *quod per raras retium maculas et plagas, tanquam colatus fluuius, transmittatur et transfluat. Quaedam editiones exhibent* Caelare, *ſed Turnebus et Bentleius* Colare *tuentur.*

COLATVS, a, um. Part. *Vt*, Mel colatum Plin. 13, 2. *Pro puro liquido* Tertull. de Anima c. 48 Certiora et colatiora ſomniari affirmant ſub extimis noctibus. Nitor colatus Beryllorum Idem de Anima c. 9. Serenitas Tertull. *v. Gron. Obſeru. 2, 7 p. 266.*

COLATORIVS, a, um. Adi. Equi colatorii Vegetio Mul. 4, 6, 7 *memorati* quos Graeci σακκιςὰς vel σακκιςικὰς vocant. *vid.* GVTTONARIVS. Funes Veget. Rei Mil. 5, 15. *i. chalatorii, vbi vid. ſub* CHALO.

COLATVRA, ae. f. *Humor colatus.* Cael. Aurel. Tard. 5, 3 Colaturae liquidae colorem fingere.

COLAMENTVM, i. n. *Idem.* Conſtant. Afer. 7, 1 Vrina et ſanguis colamentum ſit caeterorum humorum.

COLVM. *vid. ſ. l.*

CŎLO, ui, cultum, ĕre. [θεραπεύω] *Verbum latiſſimae ſignificationis et vſus, vt vix verbum alterius linguae inuenias, quod illi reſpondeat. Nempe* Colere *eſt rem, aut alium hominem, aut deum adeo, ita tractare, vt aliquid inde vtilitatis, commodi, honoris, fructus denique cuiuscunque, ad te perueniat, ſiue id quaeras, ſiue minus. Igitur prout res aut perſona eſt, quae* coli *dicitur, colere eſt honorare, arare, plantare, habitare, curare. Primam tamen et propriam ſedem habuiſſe videtur in agris, a quo etiam* Coloni *dicti ſunt, de qua ratione deinde n. 3 dicemus. Commodius enim eſt, ab ea ſignificatione incipere, cum honorem Deorum vel hominum obſeruationem curamque notat, qua ratione aduerbia ſibi adiuncta habere ſolet. v. g.* Salluſt. Iug. 58 Neque milites arcte colam, me opulenter, *i. tenuiter et parce tractabo milites, meo genio laute indulgebo.* Cic. Fam. 3, 25 Beneficiis meis ornatus me coluit diligentiſſime. Ter. Adel. 3, 2, 53 Et nos coluit maxime. Caeſ. Bell. Gall. 6, 16 Deum maxime Mercurium colunt. Mirifice aliquem et colere, et amare Cic. Att. 16, 16. Suauiſſime, diligentiſſimeque colere aliquem Idem Att. 10, 7. *Et* de Nat. Deor. 3, 45 c. 18 Achillem Aſtypalenſes inſulani ſanctiſſimum colunt, *Lambin.* ſanctiſſime. Cic. de Legib. 3, 5 c. 2 Nec vero ſolum, vt obtemperent obediantque magiſtratibus, ſed etiam, vt eos colant, diligantque, praeſcribimus. *Sic etiam iunguntur haec verba*, Non ſolum colent inter ſe ac diligent, ſed etiam verebuntur Cic. de Amicit. 82 c. 22. Idem Att. 2, 19 Hic Caecilium colimus, et obſeruamus diligenter. Obſeruari et coli ſimulatione amicitiae cauſa temporis Cic. de Amicit. 26 c. 8. Coluntur *tyranni* ſimulatione amicitiae duntaxat ad tempus Idem de Amicit. c. 15. Obſeruare, colere, et diligere Id. Fam. 13, 78. Cic. Fam. 5, 8 Neque mehercule vnquam mihi tui aut colendi aut ornandi voluntas defuit. Idem de Lege Agr. 2, 95 c. 35 Maiores noſtros dico, Quirites, non eos in deorum immortalium numero venerandos a nobis et colendos putatis? Ouid. Met. 6, 171 Quis furor auditos, inquit, praeponere viſis Caeleſtes? aut cur colitur Latona per aras? Aris colebantur dii, puluinaribus, flamine Plin. in Paneg. 11, 3. Liu. 40, 57 Id vt facere poſſet, regionum principes Donis coluerat. Honoribus diuinis colere Curt. 4, 7, 28. Literis ab aliquo coli Nep. 25, 20, 4. Stat. Silu. 1, 4, 36 Sperne coli tenuiore Lyra. Memoria abſentem colere Cic. Fam. 15, 21. Obſeruantia ſumma colere aliquem Idem Fam. 4, 4. Officiis et probitate aliquem colere Ouid. ex Pont. 3, 1, 76. Pietate hilari coli Idem ex Pont. 2, 1, 9. Pietate Deum Id. ex Pont. 4, 15, 24. Religione ſumma colere Cic. de Aruſp. Reſp. 28. Ouid. Amor. 3, 10, 16 *de Cerere*, Hanc quisquam lacrimis laetari credat amantum? Et bene tormentis, Secubituque coli? *Ad caſtum Cereris reſpicit, cuius rei veſtigia etiam in ſacris.* Tacit. Ann. 1, 10 Nihil deorum honoribus relictum, quum ſe Templis, et effigie numinum per Flamines et Sacerdotes coli vellet, *de Liuia.* Ouid. Met. 15, 818. Vt deus accedat caelo, Templisque colatur. Stat. Silu. 3, 1, 3 *ad Herculem*, Quod coleris maiore Tholo, nec litora pauper Nuda tenens, tectumque vagis habitabile nautis. Tholo *templum totum intelligitur.* Martial. 9, 66 Ante colebatis Votis, et Sanguine largo Maiorem Alciden, *etc.* Caerimonias magna cura ſepulcrorum colere Cic. Tuſc. 1, 27. Ouid. Faſt. 6, 179 Caeſa ſue Feſta colebant. Focos ſanctos virginitate colunt Idem Faſt. 4, 296 *de virginibus Veſtalibus.* Nos *meretrices* amatores colunt Ter. Heaut. 2, 4, 9. Poſt patris mortem Libertinam aulicam gratioſam, quo efficacius coleret, etiam diligere ſimulauit Suet. Oth. c. 2. Virg. Aen. 4, 421 Solam non perfidus ille Te colere. *vid.* Seru. *ad* Ecl. 3, 61 *et* Aen. 1, 20. *Hic Iuno dicitur Carthaginem* Poſthabita coluiſſe Samo: *illic* Iupiter terras colere. *Sed poteſt vtrumque habitare eſſe, de quo* n. 4. Nomen Poëtarum et Muſarum delubra Cic. pro Arch. 27. Virg. Georg. 1, 30 Ac tua nautae Numina ſola colant. Numina pietate perpetua Ouid. ex Pont. 4, 15, 24. Idem ex Ponto 1, 9, 35 Nam tua non alio coluit Penetralia Ritu, Terrarum dominos quam colis ipſe Deos. Sacra Muſarum Id. ex Pont. 4, 2, 49. Templa Ouid. Met. 11, 578. Templum miro honore Virg. Aen. 5, 458. Viros doctiſſimos colere Cic. Fam. 4, 1. In aede ſacra coli Ouid. Met. 14, 316. Cic. de Clar. Orat. 1 Et inauguratum ab eodem, ex quo augurum inſtitutis in parentis eum loco colere debebam. Idem Phil. 2, 99 Omnibus eum contumeliis oneraſti, quem patris loco, ſi vlla pietas in te eſſet, colere debebas.

¶ 2 *Cum igitur* Colere *ſit honorare; honor autem membris haberi videatur ornatu; hinc* Colere *eſt Ornare.* Tibul. 1, 8, 9 Quid tibi nunc molles prodeſt coluiſſe capillos? Tu quoque dum coleris Ouid. Art. Am. 3, 225. Curt. 8, 9, 21 Brachia quoque et lacertos auro colunt. Ouid. de Arte Am. 3, 107 Corpora ſi veteres non ſic coluere puellae. Ah pereant artes et mollia iura colendi Tibull. 1, 9, 67. Sulpicia eſt tibi culta tuis, Mars magnae, Calendis Id. 4, 2, 1. Veſtalem pontifex max. coli ſancte potius quam ſcite iuſſit Liu. 4, 44.

¶ 3 *Princeps et antiquiſſima ſignificatio videtur fuiſſe, qua dicitur* Colere agrum, terram, *etc.* [ἀσκεῖν τὸν ἀγρὸν, γεωργεῖν] Cic. Tuſc. 2, 13 c. 5 Nam vt agri non omnes frugiferi ſunt, qui coluntur. Cic. pro Roſc. Am. 50 c. 18 Praeeſſe agro colendo — Suos enim agros ſtudioſe colebant — In agris colendis aliquantum operae temporisque conſumſerunt. Agrum arare aut colere Cic. de Lege Agr. 2, 66. Ouid. Amor. 1, 13, 15 Prima bidente vides oneratos Arua colentes. Martial. 12, 18 Hic pigri colimus labore dulci Botrodum, *etc.* Ouid. Met. 15, 134 *de iuuenco victima*,

Siſtitur ante aras, auditque ignara precantem,
Imponique ſuae videt inter cornua fronti,
Quas coluit Fruges.

Fundum colendum in plures annos locare Iulian. in l. qui fundum. D. locat. Glebam Ouid. ex Pont. 1, 8, 50. *i. minimum agellum.* Virg. Georg. 4, 118 Forſitan et pingues Hortos quae cura colendi Ornaret, canerem. Ouid. Met. 14, 624 Qua nulla Latinas inter Hamadryadas coluit ſolertius Hortos, Nec fuit arborei ſtudioſior altera foetus. Praedia ſtudioſe Cic. pro Roſc. Amer. 49 c. 17. Virg. Georg. 2, 413 Laudato ingentia Rura: Exiguum colito. Cic. de Finib. 4, 38 Quae ad colendam Vitem attinebant. *Add.* Id. Oecon. *apud* Macrob. 2, 16. Colum. 2, 2. Virg. Georg. 2, 36 Fructus feros mollite colendo.

¶ 4 *Quem agrum colebant priſci illi, eundem et habitabant. Hinc etiam* Vrbem colere *eſt Habitare.* Cic. Fam. 2, 12 Vrbem, mi Rufe, cole. *Quamquam hic praeſertim ad homines vrbanos officiis colendos poteſt reſpici. Res interim aliunde certa.* Sic, Colere domum Plaut. Aulul. prol. 4. Regiones colere Acheronticas Idem Bacch. 2, 2, 21. Cic. Verr. 4, 119 Coliturque ea pars et habitatur frequentiſſime, *de Syracuſis.* Hunccine hic hominem pati colere iuuentutem Atticam Plaut. Pſeud. 1, 2, 68 *q. d. patiturne iuuentus Attica, vt hic homo hic Athenis habitet.* Sauromatae vltra Boryſthenem colunt Gell. 9, 4. Primus iſtic perhibetur Milo, qui extra vrbem totam et pomoerium colit Apul. Met. 1 p. 111. *Conf. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 642 ed. ſec. Sic Poëtae etiam:* Hanc circum variae gentes hominum atque ferarum Aëriaeque colunt volucres Manil. 1, 235. Ouid. Met. 2, 679 Nec ſi reſcindere poſſes Tunc aderas: Elim, Meſſeniaque arua colebas. Pallas, quas condidit, arces Ipſa colat Virg. Aen. 2, 61. Id. Aen. 5, 735

— Non me impia namque
Tartara habent, triſtesque vmbrae: ſed amoena piorum
Concilia, Elyſiumque colo.

Propert. 3, 5, 19 Me iuuat in prima coluiſſe Helicona iuuenta, Muſarumque choris implicuiſſe manus: *verbo, Poëticae operam dare.* Reliquias dulces ſuorum colere, *Habitare in patria, in qua maiores occubuerunt.* Virg. Aen. 4, 343 Vrbem Troianam primum dulcesque meorum Relliquias colerem, et Priami tecta alta manerent. Ripam Rheni Tac. Germ. 28, 7 *et* 8. Ouid. Met. 11, 146 Ille peroſus opes, Siluasque et rura colebat. *i. inhabitabat.* Qui has nobiſcum terras colunt Cic. de Nat. Deor. 2 c. 66.

¶ 5 *Sunt aliae multae formulae, in quibus* Colere *eſt voluptatis, vel cuiuscunque fructus cauſa tractare aliquid, exercere, et operam ei dare.* Plaut. Stich. 5, 2, 22 Peregrina omnia relinque, Athenas nunc colamus, *i. felicis in vrbem reditus memores hilariter agitemus conuiuium.* Colere aequum et bonum Plaut. Men. 4, 2, 10. Cic. de Legib. 1, 16 Cuius muneris colendi Efficiendique cauſa nati et in lucem editi ſumus, *de ſociali vita.* Idem Off. 1, 4 In eoque colendo ſita vitae eſt honeſtas omnis, et in Negligendo turpitudo. *De officio.* Aeuum colere, *i. Aetatem agere.* Lucret. 5, 1144 Nam genus humanum defeſſum vi colere Aeuum, Ex inimicitiis languebat. Amicitiam Cic. Off. 1, 5 c. 2. *Add.* Auct. ad Her. 3 c. 3. Amicitias fructibus, et emolumentis, et vtilitatibus colere Cic. de Finib. 2, 83 c. 26. Amicitia veritate, fide ſocietas, pietate propinquitas colitur Idem pro Quint. 26. Tibull. 2, 4, 52 Illius eſt nobis lege colendus Amor. Propert. 3, 13, 48 Aurum omnes victa iam pietate colunt. Conciliationem communem et conſociationem generis humani colere, tueri, ſeruare Cic. Off. 1, 149 c. 41. Diligentia praecipue colenda eſt nobis Idem de Orat. 2, 148. Diſciplinam Id. de Clar. Orat. 117. Cic. de Inuent. 1, 3 Age vero, vrbibus conſtitutis, vt Fidem colere, et iuſtitiam retinere diſcerent. Fidem, rectumque colere Ouid. Met. 1, 90. Curt. 10, 3, 9 Fortitudinem non magis quam fidem colitis. Genus orationis aequabile et temperatum colendum Cic. Off. 1, 3. Hoſpitia, clientelae, cognationes, affinitates, caſte colendae Auct. ad Heren. 3, 4. Ius religioſe colere Auct. ad Heren. 3, 4. Liu. 27, 17 Animum iampridem ibi eſſe, vbi Ius et fas crederet coli. Iuſtitiam et liberalitatem Cic. Off. 1, 5 c. 2. Leges ſequi et colere Idem in Parad. 5. Martem colere, *Studio belli deditum eſſe* Sil. 8, 464. Cic. de Finib. 2, 101 Itemque omnibus menſibus, XX die Lunae dent ad eorum epulas, qui vna ſecum philoſophati ſint, vt et ſui et Metrodori memoria colatur. Memoriam veſtri beneficii colam beneuolentia ſempiterna Cic. poſt Red. 24. Militiam Ouid. Faſt. 2, 518. Plin. in Paneg. 1 Qui Mos cui potius quam conſuli? aut quando magis vſurpandus colendusque eſt? Plaut. Caſin. 5, 4, 1 Vbi tu es, qui colere mores Maſſilienſes poſtulas? *i. ſeueros, honeſtos.* Mart. 9, 12 Nobis non licet eſſe tam diſertis, Qui Muſas colimus ſeueriores, *i. Latine ſcribimus, quae durior lingua eſt comparata Graecae.* Naturam excellentem atque praeſtantem pie ſancteque colere Cic. de Nat. Deor. 1, 56. Officium ſuum Plaut. Stich. 1, 1, 35. Ouid. de Arte Am. 2, 121 Nec leuis ingenuas Pectus coluiſſe per artes Cura ſit, et linguas edidiciſſe duas. Plaut. Aſin. 3, 1, 6 Hoccine eſt Pietatem colere, imperium matris minuere? Ter. Hec. 3, 4, 33 Quod potero faciam: tamen vt Pietatem colam: nam me parenti potius quam amori obſequi oportet. *Apparet*, Pietatem colere, *eſſe Parentibus obſequi.* Suet. Caeſ. c. 30 *referuntur Euripidei verſiculi*, Nam ſi violandum eſt ius, regnandi gratia Violandum eſt, aliis rebus Pietatem colas. Cic. Verr. 3, 95 Pudorem et pudicitiam qui colit, poteſt animo aequo iſtius quotidiana adulteria, *etc.* videre? *i. qui pudicus eſt.* Quaeſtum ſuum Plaut. Poen. 5, 2, 137. Cic. pro Font. 21 Qui etiam ſi quando aliquo metu adducti deos placandos eſſe arbitrantur, *etc.* vt ne Religionem quidem colere poſſint, niſi eam ipſam prius ſcelere violarint. Religionem et fidem Idem pro Flacc. c. 4. Religionem teſtimoniorum nunquam colunt *Graeci* Id. pro Flacc. 9. *i. nunquam ſunt veraces in teſtimoniis reddendis.* Aurel. Victor de Viris Illuſtr. 19 Vt hac iniuria plebs, agros, non ſeditiones coleret. Colere Sacra literarum Quinctil. 10, 1, 92. Seruitutem apud aliquem colere Plaut. Poen. 4, 2, 7. Societates atque amicitias ſtudioſe colere Auctor ad Heren. 3, 4. Cic. de Finib. 5 c. 19 Atque hoc loco qui propter animi voluptatem dicunt coli ea ſtudia, quae dixi, non intelligunt, *etc.* Ad percipiendam colendamque virtutem literis adiuuari Idem pro Arch. 16. Vitam colere, [διάγειν τὴν ζωὴν] *Viuere* Plaut. Rud. 1, 5, 25 Vix colo vitam. Vſque dum ille vitam illam colet inopem Ter. Heaut. 1, 1, 82. Auctor ad Heren. 4, 21 c. 14 Qui nihil habet in vita iucundius vita, is cum virtute Vitam non poteſt colere. Cic. Att. 13, 11 Poſthac enim poterimus commodius colere inter nos in Tuſculano, *i. viuere coniunctim.* Victum colere Idem Att. 12, 27.

COLENS, entis. Partic. *Vt*, Cic. pro Planc. 103 c. 33 Qui ſancti, qui religionum colentes, niſi qui meritam diis immortalibus gratiam iuſtis honoribus et memori mente perſoluunt? Homines arua colentes Ouid. Amor. 1, 13, 5. Deae Helicona colentes Idem Met. 5, 663. Nymphae vndas colentes Id. Amor. 1, 13, 15. Populi ſacra colentes

colentes Ouid. Met. 15, 679. Idalium colens Venus Catull. 62, 17.

COLENDVS, a, um. Part. Agrum colendum habere Ter. Phorm. 2, 2, 17. Nihil admodum ſuper vite aut arbore colenda ſcire Gell. 19, 12.

CVLTVS, a, um. Partic. Cultus veſte candida ſacerdos, *i. Ornatus* Plin. 16, 44. Cultus adulter *plus quam oportet ornatus* Ouid. Tr. 2, 499. Cic. pro Roſc. Com. 33 c. 12 Tum erat ager incultus ſine tecto, nunc eſt cultiſſimus cum optima villa. Ager nulla ex parte cultus Idem pro Roſc. Com. 33. Animus cultus Id. Tuſc. 2, 33. *Conf.* ib. c. 5. Carmina Ouid. Art. Am. 3, 341. Dea culta virginibus miniſtris Ouid. Faſt. 6, 283. Fides culta Valer. Argon. 1, 838. Filia cultior Martial. 10, 98. Idem 12, 18 Focus excipit ſuperba Vicini ſtrue cultus iliceti, *i. in quo luculentus ignis.* Ingenia cultiora Curt. 7, 8, 11. Lacertum armilla aurea cultum Petron. c. 32. Materia et culta et ſilueſtris Cic. de Nat. Deor. 2 c. 60 *de ligno.* Milites culti Suet. Caeſ. 67. *Poëtae laus eſt cultum dici. v. g.* Ouid. Am. 1, 15, 28 Diſcentur numeri, culte Tibulle, tui. *Eodem elogio illum Mactat* Am. 3, 9, 66. Praedia Claud. in Ruff. 1, 188. Res ruſtica bene culta et fructuoſa Cic. pro Quinct. c. 3. Segetes Claud. Paneg. 4, . . Thalami ebore culti Ouid. Met. 2, 737. Veſtes Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 321. Culta *ſubſtant. pro locis, vel agris cultis.* Ouid. Faſt. 1, 683 Graues cultis aues. *Vid. Heinſ. ad* Ouid. Epiſt. 5, 59. Horat. Epiſt. 1, 12, 13 Miramur, ſi Democriti pecus edit agellos Cultaque, dum peregre eſt animus. Ouid. Faſt. 4, 922 Neue noce cultis. *Robiginem deam alloquitur.* Virg. Georg. 4, 372 Pinguia culta. *Add.* Claud. in Seren. 70. *Comparatiuus:* Ad cultiora ventum eſt Curt. 6, 4, 20. Nec vnquam factum eſt, quoties eum vidimus loquentemque audiuimus, quin rediremus fere cultiores doctioresque Gell. 19, 8. *Conf.* Liu. 10, 4. *Superlat.* Rus cultiſſimum Colum. 1 princ. Sermone cultiſſimus Aur. Vict. Epit. in Valentin. c. 45.

CVLTE. Adu. *Vt,* Culte dicentes Quinctil. 8, 3, 7. *Compar.* Sen. Suaſ. 4 Nemo videtur dixiſſe cultius. Incubare cultius ſtrato lectulo Valer. Max. 2, 6, 8. Iuſtin. 3, 3 Nec quenquam cultius quam alterum progredi permiſit.

CVLTVS, ûs. m. [ἐργασία, γεωργία, etc. σχῆμα καὶ εἶδος σχήματος Gloſſ. Vet.] *Aeque late patet ac verbum* Colo Cic. Off. 1, 158 Ob easque cauſas ſtudeat parare ea, quae ſuppeditent et ad cultum et ad victum, *i. habitationem, et veſtem, et famulos etc. Veſtiendi tamen rationem ſpeciatim notat.* Habitus feminae duplicem ſpeciem circumfert, cultum et ornatum: cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant; ornatum, quem immundum muliebrem conuenit dici. Ille in auro et argento et gemmis et veſtibus deputatur: iſte in cura capilli et cutis earum partium corporis, qua oculos trahant Tertull. de Hab. Mul. c. 23. Agricolarum cultus elaborat Cic. de Lege Agr. 2, 66. Agrorum cultus Plin. 15, 1. Agrorum cultu aratores defeſſi Cic. de Lege Agr. 2, 87. Accuratus cultus, *vid.* ACCVRATVS. Agreſtis Stat. Theb. 6, 56. Quinctil. 8 Pr. 20 Cultus Conceſſus atque Magnificus addit hominibus, vt Graeco verſu teſtatum eſt, auctoritatem: at Muliebris et Luxurioſus, non corpus exornat, ſed detegit mentem. Claud. in Conſ. Prob. et Olyb. 85 Nam neque caeſariem Crinali ſtringere cultu, Colla nec ornatu patitur mollire retorto. Inſignes pinguiſſima coma et Excellentiſſimo cultu pueri Suet. Ner. c. 20. Externus Tac. Ann. 11, 16, 7. Cleopatra maximos cultus induta Flor. 4, 11, 3. Claud. tert. Conſ. Hon. 304 Gemmatoſque humi[l]em diſpergere Perſida cultus. Valer. Argon. 5, 570 Interea laeto patitur conuiuia cultu. Modicus cultu, *vid.* MODVS. Molliſſimus, *vid.* MOLLIS. Mundior iuſto Liu. 8, 15. Paſtoralis Vell. , 2, 3. Preſſus et velut applicitus rei cultus Quinctil. 4, 2, 117. Purpurei cultus Stat. Theb. 6, 81. Claud. Epigr. 23, 7 *equum alloquens,* Accipe Regales cultus, et crine ſuperbus Erecto virides ſpumis perfunde ſmaragdos. Simplex Claud. in Ruff. 1, 217. Martial. 1, 40 Si Tyrios ſumpſi cultus, vnxiue capillos, Exclamas, nunquam fecerat iſta pater. Tyrius cultus *eſt purpura.* ❡ 2 *Verborum formulae:* Affectare cultum effuſiorem in verbis Quinctil. 3, 8. Eniteſcet clarius hic noſter cultus Idem 2, 5. Cic. de Inuent. 2, 161 Pietas per quam ſanguine coniunctis, patriaeque beneuolis officium et diligens Tribuitur cultus. Idem de Finib. 4, 36 c. 14 Omne officium munusque ſapientiae in hominis cultu eſt occupatum, *i. vt meliorem reddat.* Erudiri artibus, quibus ingenia ad magnae fortunae cultum excitantur Liu. 1, 39. Cic. de Nat. Deor. 2, 158 *de ouibus,* Quae quidem, neque ali, neque ſuſtentari, neque vllum fructum edere ex ſe ſine cultu hominum et curatione potuiſſent. Omnis cultus et curatio corporis erit eadem adhibenda deo, quae adhibetur homini Cic. de Nat. Deor. 1, 96. Idem de Finib. 5, 53 c. 19 Quos cura liberatos, nullum neceſſarium vitae cultum, aut paratum requirentes, *de incolis beatarum inſularum.* Delectant etiam magnifici apparatus, vitaeque cultus cum elegantia et copia Cic. Off. 1, 25. Deprecator Suet. Aug. c. 65. Gens Dura atque aſpera cultu Virg. Aen. , 730. Gens Chalybum, duris Patiens, cui cultus in aruis Valer. Flacc. 4, 611. Humanus ciuiliſque Cic. de Orat. 1, 33. Patrius cultus habituſque locorum Virg. Georg. 1, 52 *de agris.* Abeſſe longiſſime a cultu et humanitate Caeſ. Bell. Gall. 1, 1. *Add.* 1, 31. Nep. , 11, 4. Deſiſtere a cultu victuque beſtiarum Cic. Off. 2, 15. Educare aliquem cultu humili Liu. 1, 39. Tacit. Ann. 2, 24 Mileſque nullo illic hominum cultu, fame abſumtus. *Significat inſulas illas cultoribus, habitatoribuſque vacuas fuiſſe.* Cultu vacantes regiones propter vim frigoris aut caloris Cic. Tuſc. 1, 45. Idem de Finib. 5, 54 Et animi cultus erat ei quaſi quidam humanitatis cibus. Cultus deorum, *Adoratio.* [σέβασμα] Cic. Tuſc. 1, 64 Haec nos primum ad illorum cultum, deinde ad ius hominum erudiuit, *etc. de philoſophia.* Religio deorum cultu pio continetur Cic. de Nat. Deor. 2, 7. Cultu honore dignari Idem de Inuent. 2, 161. Cultu ſui Tac. Ann. 2, 58. *honore ſibi habito.*

CVLTIO, ônis. f. [γεώργησις] *Idem.* Cic. Verr. 3, 226 c. 97 Quid eſt enim Sicilia, ſi ei agri cultionem ſuſtuleris? Agri cultione ſe oblectare Cic. de Senect. 56 c. 16. Amplitudinis et honoris tu atque officio cultionis Arnob. 4 p. 146. *Conf.* Non. 8, 40.

CVLTOR, ôris. m. [γεωργός] *Vt,* Agri et pecoris magis quam belli cultor exercitus Salluſt. Iug. 54, 3. Liu. 4, 25 Famem cultoris agrorum timentes. Vineae cultor Cic. de Finib. 5, 40. Vitis Idem de Finib. 5 c. 14. Collis Heliconii cultor, *Inhabitator* Catull. , 1. Cic. de Nat. Deor. 2, 99 Quid iam de hominum genere dicam, qui quaſi cultores terrae conſtituti non patiuntur eam nec immanitate beluarum efferari, *etc.* Hor. Carm. 1, 34, 1 Parcus deorum cultor. Perſ. 5, 63 Cultor enim es Iuuenum, *i. animos illorum doctrina colis vt agrum.* Cultor Latii Thybris Grat. Cyneg. 38 *qui fecundum reddit.* Martial. 5, 5 Sexte Palatinae cultor facunde Mineruae. Cultorque feri Tyrinthius Orbis Grat. Cyneg. 69 *qui monſtra et feros homines ſuſtulit, vt qui agrum colit, ſentes et malas herbas exſtirpat.* Cic. Off. 1, 109 c. 30 Sunt his alii multum diſpares, ſimplices, et aperti, qui nihil ex occulto, nihil ex inſidiis agendum putant, veritatis cultores, fraudis inimici. *De amatore* Petron. 127 Ne faſtidias hominem peregrinum inter cultores admittere. *Nempe modeſte loquitur amator. Nam alioquin* Cultor *minus eſt.* Ouid. Art. Am. 1, 722 Qui fuerat cultor factus amator erat.

CVLTRIX, îcis. f. [θεραπευτίς] Cic. de Finib. 5, 39 c. 14 Ex quo non eſt alienum, vt animantibus, ſic illis et apta quaedam ad naturam aptare, (*Lamb.* putare) et aliena, earumque augendarum et alendarum quandam cultricem eſſe, quae ſit ſcientia, atque ars agricolarum *etc.* Nemorum cultrix Latonia Virgo Virg. Aen. 11, 557 *quae ibi habitat et venatur.* Catull. 65 (*al.* 63) 300 Vnigenamque ſimul cultricem montibus Idri *relinquit Iupiter, i. Mineruam.* Nemoris cultrix ſus Phaedrus 2, 4, 3. Cultrix Deorum Lactant. de Mort. perſec. 11.

CVLTVRA, ae. f. [ἐργασία] *Idem quod Cultus.* Varro R. R. 1, 18, 7 Biuium nobis ad culturam dedit natura, experientiam et imitationem. Cic. Verr. 3, 119 Deinde quum audierit eas res, quibus fundi fructus et cultura continentur, amotas et venditas, *etc.* Agri natura perboni, et diligentia culturaque meliores Cic. pro Flacc. 71. Agros deſertos a plebe atque a cultura hominum liberorum eſſe non oportere Idem de Lege Agr. 2, 83. Ager quamuis fertilis, ſine cultura fructuoſus eſſe non poteſt Id. Tuſc. 2, 13 c. 5. Nihil fert ager, niſi multa cultura et magno labore quaeſitum Cic. de Lege Agr. 2, 64. Fundi cultura Paul. in l. ſi in lege. §. ſi domus. D. locat. Cic. de Finib. 4, 38 Vt ſi cultura vitium, cuius hoc munus eſt, vt efficiat, *etc.* Intempeſtiua Caius in l. ſi merces. §. conductor. D. locat. Adhibere culturam Cic. de Finib. 5, 39. Pallad. 1, 6. Auſpicari culturarum officia Colum. 11, 2. Excitantur cultura noua ſarmenta Cic. de Orat. 2, 88. *Sed etiam extra agrum locum habet.* Hor. Epiſt. 1, 18, 86 Dulcis inexpertis cultura potentis amici, Expertus metuit. *i. Obſeruantia, famulatus, cultus.* Idem Epiſt. 1, 1, 40 Nemo adeo ferus eſt, vt non miteſcere poſſit, Si modo culturae patientem commodet aurem. Lactant. 5, 7 Dei vnici pia et religioſa cultura.

COLIGO, înis. f. *Domus, habitaculum.* Arnob. 2 p. 91 In penetralibus coliginis perpetuos fouetis focos. *Sic editum* Lugd. Bat. 1651 *cum alias eſſet* in penetralibus Veſtae ignis. *Scilicet Salmaſio obtemperatum, qui iam ad* Tertull. de Pallio p. 430 *monuerat, totidem literis eſſe in optimo MS. et* Coliginem *a* colendo *dictam habitationem. Conf. Exerc. Plin. p. 642.*

COLIVM, i. n. *Idem.* Tertull. de Spectac. 5 Lares colio potentes. *i. Lares domeſtici. Sic nempe Salmaſ. in Solin. p. 641 ſeq. legi vult pro* Coillo, *de quo ſ. l. in* COILLVM. Colium *eſſe formatum* a colo *vt* diſcidium *a* diſcindo, *ab* obſequor obſequium. *Fuerint igitur ſecundum haec* Lares colio *potentes, familiares ac domeſtici.*

COLÔNVS, i. m. [γεωργός] *Agrorum cultor dicitur atque adeo prima et generali notione eſt idem, qui agricola, qua ratione paſſim Poëtae praeſertim vtuntur, v. g.* Ouid. Met. 1, 272 *in deſcriptione eluuionis,* Sternuntur ſegetes, et deplorata coloni Vota iacent. Faſt. 2, 515 Non habuit tellus doctos antiqua colonos. Metam. 15, 373 Res obſeruata colonis, *i. his qui ruri habitant etc. Ipſe etiam* Varro *ſic accepit* de L. L. 4, 4 p. 9, 21 Colonis locus communis, qui prope oppidum relinquitur, Territorium, quod maxime teritur. *Sic ſumitur pleriſque locis, quos dabimus n.* 3. *Sic* Cato R. R. Pr. 2 Virum bonum cum laudabant, ita laudabant, Bonum agricolam, bonumque colonum. Varro R. R. 2 Pr. 5 Alia ratio ac ſcientia coloni alia paſtoris. Coloni, vt ea, quae in agricultura naſcantur e terra, fructum faciant. ❡ 2 *Proprie tamen* Colonus *eſt agri alieni conductor, quem ea lege illi locauit dominus, vt pecuniam, vel fructus, aut certa menſura, aut pro parte ſ. portione certa pendat. Vid.* PARTIARIVS. Cic. pro Caecin. 94 Qui colonus habuit conductum de Ceſennia fundum. *Colonos eſſe conductores fundorum alienorum, docet etiam* Plin. Epiſt. 10, 24 Agrorum — locatio — adeo non poteſt differri, vt proximam putationem nouus colonus facere debeat. *Itaque vocat illos etiam latius patente verbo* Mancipes 3, 19, 7. *Conf.* l. 36 ff. Locati conducti. Colonus *quid a* Villico *differat, docet* Columel. 1, 7, 1 Praecipua cura domini requiritur, cum in caeteris rebus, tum maxime in hominibus. Atque hi vel coloni, vel ſerui ſunt ſoluti, aut vincti. *Hinc apparet, colonum non eſſe ſeruum. Deinde ſequitur,* Comiter agat cum colonis, facilemque ſe praebeat, et auarius opus exigat quam penſiones. *Paullo poſt,* Vbi ſedulo colitur ager, plerumque compendium, nunquam detrimentum affert, eoque remiſſionem (*penſionis*) colonus petere non audet. Sed nec dominus in vnaquaque re cui colonum obligauerit, tenax eſſe iuris ſui debet, ſicut in diebus pecuniarum (*vulgo dicunt, in terminis ſolutionum,*) vt lignis et caeteris paruis penſionibus, quarum cura maiorem moleſtiam quam impenſam ruſticis affert. *Aliquot poſt verſibus:* Ita certe mea fert opinio, rem malam eſſe frequentem locationem fundi: peiorem tamen vrbanum colonum, qui per familiam mauult agrum, quam per ſe colere. Saſerna dicebat ab eiuſmodi homine fere pro mercede litem reddi. Propter quod operam dandam eſſe, vt et ruſticos et eoſdem aſſiduos colonos retineamus, quum aut nobismetipſis non licuerit, aut per domeſticos colere non expedierit. *Paullo poſt:* Nunquam non ex agro plus ſua cuique cura reddidit, quam coloni: nunquam non etiam villici: niſi ſi maxima vel negligentia ſerui, vel rapacitas interuenit. Quae vtraque peccata plerumque vitio domini vel committi, vel foueri, nihil dubium eſt: quum liceat aut cauere, ne talis praeficiatur negotio: aut iam praepoſitus, vt ſubmoueatur curare. In longinquis tamen fundis, in quos non eſt facilis excurſus patris familias, quum omne genus agri tolerabilius ſit ſub liberis colonis, quam ſub villicis ſeruis habere, tum praecipue frumentarium, *etc.* talis generis praedium, ſi (vt dixi) domini praeſentia cariturum eſt, cenſeo locandum. *Hoc in* Columellae, *loco igitur* Colonus *eſt Homo liber, interdum vrbanus, interdum ruſticus, cui dominus certa aliqua mercede ſeu penſione fundum elocat ſuum:* Villicus *autem eſt Homo ſeruus, villae praefectus ab ſuo domino, qui et ipſe praedia cum fide colat, et a conſeruis colenda curet, fructuum omnium rationem domino redditurus.* Colonum catenarum, *ioco dixit* Plaut. Aſin. 2, 2, 32 *pro eo, qui vinctus detinetur carceribus: itaque fere malim ad alteram, de qua ſtatim agemus, coloni ſignificationem referre. Nec iuuat* Paull. in l. ſi in lege. §. ſi domus. D. locat. Poteſt dominus, ſi deſeruerit habitationem, vel fundi culturam colonus, vel inquilinus, cum eis

ſtatim agere. *Hic enim* inquilinus *ad* habitationem, *ad* culturam colonus *pertinet.* ¶ 3 *Epitheta, quae iam dabimus, fere pertinent ad id genus, quod primum commemorauimus, nempe ad agricolas vniuerſim.* Auidus Virg. Aen. 1, 3 *ſi eſt Virgilii ille paruus prologus.* Optimus, parciſſimus, modeſtiſſimus, frugaliſſimus Cic. de Orat. 2, 287 c. 71. Errantes Sen. Hippol. 289. Fortes Virg. Georg. 3, 288. Inopes Hor. Carm. 2, 14, 12. Ouid. Met. 11, 33 Dura Lacertoſi fodiebant arua coloni. Operoſus Idem de Nuce 57. Pauper ruris Hor. Carm. 1, 35, 6. Partiarius *v. h. v.* Martial. 12, 59 Te Piloſus Hircoſo premit oſculo colonus. Veteres migrate coloni, *i. poſſeſſores, domini* Virg. Ecl. 9, 4. *Sed iſtae ad conductores formulae pertinent:* A colono rationes accipere Cic. pro Caecin. 94. Vlpianus in l. 15 ex conducto. §. 4 Papinianus D. locat. Si vno anno remiſſionem quis colono dederit, deinde ſequentibus annis contigerit vbertas, nihil obeſſe domino remiſſionem: ſed integram penſionem etiam eius anni quo remiſerit, exigendam. *Sic* Modicum damnum aequo animo ferre debet colonus, cui immodicum lucrum non auſertur Caius in l. 25 ſi merces. §. 6 vis maior. D. locat. Habet conductum de aliquo fundum colonus Cic. pro Caecin. 94. *Caeterum Conſtantiniano aeuo etiam ſeruilis conditionis* colonos *fuiſſe eos certe, qui* adſcripticii *vocantur, ſati docent leges complures* Codicis libro 11 tit. 47 ad 52. *Sed hi non ſunt huius loci. Omnia dedit de illis Iac. Gothofredus copioſiſſimo Paratitlo ad* C. Theod. tit. de fugitiuis Colonis *etc. qui eſt* 5, 9. *Ab hoc interim genere poteſt ortum eſſe, quod ignauiae quandam exprobrationem habent iſta* Claudian. in Eutrop. 2, 205 Quem detinet aequi Gloria, conceſſoque cupit *(mauult)* vixiſſe colonus *(precarium fundum habens)* Quam dominus rapto. ¶ 4 Coloni [ἄποικοι, οἰκήτορες] *etiam dicebantur Ciues Romani ad aliquam vrbem habitandam aſſignatumque ei agrum colendum miſſi: qui non propriis, ſed Pop. Rom. legibus viuebant.* Cic. de Nat. Deor. 3, 48 Quanquam Circen quoque coloni noſtri Circeienſes religioſe colunt. Coloni Latini *an* Coloniae Latinae *fluctuat enim lectio* Cic. Brut. 170 c. 46. Adſcribere colonos nouos Idem Philip. 2, 102. Aſſignare agros colonis Id. de Lege Agr. 1, 17. Collocare colonos in aliqua ciuitate Cic. de Lege Agr. 1, 18 c. 6. Dare colonis agrum Idem ibid. 2, 75. Deducere colonos in colonias alicuius regionis Cic. de Lege Agr. 2, 75. Diuidere agrum colonis Idem de Lege Agr. 1, 20 c. 7. Mittere Nep. 1, 1, 1. Paterc. 1, 14, 6. A colonis vrbes occupatae per Decemuiros Cic. de Lege Agr. 1, 20 c. 7. Scribi quinque millia colonorum Capuam iubet Cic. de Lege Agr. 2, 76 c. 28. Coloni *ſuos ſibi patronos habebant in vrbe.* Cic. pro Sulla 60 c. 21 Omnis Pompeianorum colonorumque diſſenſio delata ad patronos eſt — deinde ita a patronis res cognita eſt *etc.*

COLONA, ae. f. *Ruſtica.* Ouid. Faſt. 4, 692 Rus breue cum duro parca colona viro. *Add.* Faſt. 2, 642. *it.* 3, 445. *et* Nuc. 72. L. 54 §. fin. ff. Locati, Paullus reſpondit, ſeruum, qui aeſtimatus colonae adſcriptus eſt, ad periculum colonae pertinebit, et ideo aeſtimationem huius defuncti ab herede colonae praeſtari debere. *Eſt igitur mulier, quae agrum colendum conduxit.*

COLŌNUS, a, um. Adi. [οἰκήσιμος] Cic. Philipp. 5, 53 c. 19 Vtique C. Panſa, A. Hircius Conſules, alter amboue cognoſcerent, qui ager colonus eſſet, quo milites veterani deducti eſſent, *etc. Sed editur a Faërno inde,* his coloniis.

COLONIA, ae. f. [ἀποικία] Coloniae *dicebantur minores vrbes, ad quas habitandas ex maioribus vrbibus, quaſi quaedam examina populorum mittebantur.* Cic. Off. 1, 54 In alias domos tanquam in colonias exeunt. Idem de Lege Agr. 2, 73 c. 27 Hoc in genere, ſicut in caeteris Reipublicae partibus, eſt operae pretium diligentiam maiorum recordari, qui colonias ſic idoneis in locis contra ſuſpicionem periculi collocarunt, vt non oppida Italiae, ſed propugnacula imperii eſſe viderentur. Et pro Font. 3 *de Gallia prouincia loquens,* Eſt in eadem prouincia Narbo Martius, colonia noſtrorum ciuium, ſpecula Pop. Rom. ac propugnaculum iſtis ipſis nationibus oppoſitum et obiectum. *Idem* Philip. 2, 102 c. 40 Deduxiſti coloniam Caſilinum, quo Caeſar ante deduxerat. Conſuluiſti me per literas de Capua tu quidem: ſed idem de Caſilino reſpondiſſem, poſſeſne vbi colonia eſſet, eo coloniam nouam iure deducere. Negaui in eam coloniam, quae eſſet auſpicato deducta, dum eſſet incolumis, coloniam nouam iure deduci: colonos nouos adſcribi poſſe, reſcripſi. Tu autem inſolentia elatus, omni auſpiciorum iure turbato, Caſilinum coloniam deduxiſti, quo erat paucis annis ante deducta, vt vexillum videres, et aratrum circumduceres *etc.* Gell. 16, 13 Municipia *et* Coloniae *quid differant, docetur, et expoſita* municipiorum *ratione, ſubiicitur,* Sed Coloniarum alia neceſſitudo eſt: non enim veniunt extrinſecus in ciuitatem, nec ſuis radicibus nituntur: ſed ex ciuitate quaſi propagatae ſunt; et iura inſtitutaque omnia Populi Rom. non ſui arbitrii habent. Quae tamen conditio, cum ſit magis obnoxia et minus libera; potior tamen et praeſtabilior exiſtimatur propter amplitudinem maieſtatemque Populi Rom. cuius iſtae coloniae quaſi effigies paruae ſimulacraque eſſe quaedam videntur: et ſimul quia obſcura obliterataque ſunt municipiorum iura, quibus vti iam per innotitiam non queunt. *Originem et rationem Coloniarum plerorumque Romanarum indicat.* Hyginus de Limitibus p. 159 *Goeſ.* Finitis bellorum operibus, augendae Reip. cauſa, illuſtres Romanorum viri vrbes conſtituerunt, quas aut victoribus Populi Romani ciuibus, aut emeritis militibus aſſignauerunt, et ab agrorum nouae dedicatione culturae colonias appellauerunt. Victoribus autem aſſignatae coloniae iis, qui temporis cauſa arma acceperant. Non enim tantum militum incremento Reſp. Populi Romani habuit. Erat tunc praemium terra, et pro emerito habebatur. Multis legionibus contigit bellum feliciter tranſigere, et ad laborioſam agriculturae requiem primo tirocinii gradu peruenire. Nam cum ſignis, et aquila, et primis ordinibus, ac tribunis deducebantur. modus agri pro portione officii dabatur. *Iam de antiquitatibus et hiſtoria* Coloniarum *diſputare huius loci non eſt. Pertinet huc bona pars eorum libellorum et fragmentorum, quae titulo* Rei agrariae auctores legesque variae *vltimum edita et varie illuſtrata ſunt a Wil. Goeſio Amſterd. 1674, 4to, qui iuſtam eius rei tractationem titulo* Antiquitatum agrariarum *complexus eſt.* Colonias *ipſas* Romanas, *quae nouis vrbibus ſaepe immutandis earum appellationibus, occaſionem dedere hiſtoriae ordine enumerat On. Panuinius in Imperio Rom. ſ. de Rep. Rom. libro 3. Car. Sigonius de Iure prouinciarum c. 10 et de Antiquo iure Italiae 2, 2: qui et Catalogum dedit ad Liu. 27, 9 (al. 11) Coloniarum, quae ad illum diem, i. ad A. V. C. 532 deductae fuerant. Multa obſeruauit et illuſtrauit Ez. Spanhemius, tum in Orbe Romano paſſim, tum de Vſu et praeſt. numiſm. diſſ. 3: vt alios taceamus. Neque enim hoc agimus, qui illud modo adhuc monemus,* Colonias Romanas *potiori quidem iure fuiſſe quam Latinas, ſed ne ipſas quidem aliud ius ciuitatis Romanae quam priuatum habuiſſe, ſuffragii quidem iure et capiendi honoris caruiſſe, in quo potior fuit municipiorum conditio, vid. Spanh. Orb. Rom. 1, 9. Magiſtratum tamen in colonia geſtum ciuitatis ius tribuiſſe, aliunde conſtat. Caeterum non multum deceſſit colonis hoc iure amiſſo, quippe cum plerumque tales ſcriberentur, qui propter inopiam in vltima claſſe ciuium Romanorum eſſent, qui proinde nec vnquam exercere ius ſuffragii, nec adſpirare ad honores, ob cenſus inopiam, poſſent. Quod diximus nomina inde facta oppidis, exemplo ſint* Colonia Agrippina, *vulgo nota; tum apud* Plin. 3, 1 Corduba, colonia Patriciae cognomine, *et mox* Hiſpalis colonia cognomine Romulenſis — Aſta, quae Regia dicitur — Aſido, quae Caeſariana *etc.* ¶ 2 *Iam formulas more noſtro proponemus.* Ciuium colonia Cic. pro Font. 3. *Nempe* ciuium Rom. *licet poſtquam deducti eſſent, publicum ius ciuitatis, vti modo dictum, non habuerint.* Cic. Philipp. 2, 102 c. 40 Florentis Coloniae territorium minuere. Immunes colonias aliquot *memorat in Hiſpania* Plin. 3, 1. *ergo aliae tributum pendunt.* Commutare, *vid.* COMMVTO. Complere coloniis regionem aliquam Cic. de Lege Agr. 1, 17. Condere colonias Paterc. 1, 15 *pr. Et* Vet. Inſcript. Gruter. p. 6, 3 AVSPICIIS TRAIANI AVGVSTI CONDITA COLONIA. Conſtituere colonias in aliqua vrbe Cic. de Lege Agr. 1, 16 c. 5 *extr.* Id. ibid. Deducentur, inquit, coloniae. quo? quorum hominum? in quae loca? *Conf.* Id. de Cl. Orat. c. 20. Vell. 1, 14. *et* 15. Deducere colonias nouas, veteres renouare Cic. de Lege Agr. 2, 34. *Conf.* 1, 17. Diſponere colonias Suet. Tiber. c. 38. Diſtribuere colonias Idem Caeſ. c. 42. Imponere coloniam in agro Liu. 8, 23. Imprimere municipia, praefecturas, et colonias veſtigiis flagitiorum Cic. Philip. 2, 58. Idem de Diuin. 1, 102 Itemque in luſtranda colonia ab eo, qui eam deduceret, *etc.* Mittere in aliquam regionem Id. de Diuin. 1, 3 c. 1. Obire, *vid.* OBEO. Cic. de Lege Agr. 1, 16 c. 5 Totam Italiam inermem tradituros exiſtimaſti, quam praeſidiis confirmaretis, coloniis occuparetis, omnibus vinclis deuinctam et conſtrictam teneretis. Occupare municipia et colonias ſuis colonis Idem de Lege Agr. 2, 86. Peragrare veteranorum colonias Id. Philipp. 2, 100. Proficiſci in colonias Cic. pro Caecin. 98 c. 33. Tenere libertatem populi praeſidiis et coloniis interclusam Idem de Lege Agr. 2, 74. ¶ 3 Colonia, *interdum agricolationis locum aratoriſque officinam et domicilium ſignificat.* Paull. in l. 54 quaero §. 2 Paullus reſpondit D. locat. Seruus, qui aeſtimatus colonae adſcriptus eſt, ad periculum coloni pertinebit. *Sed Gothofr. vtrobique legit* Colonae. *Certius eſt, quod* Idem in l. 24 ſi in lege. §. 4 colonus D. locat. Nam et qui expulſus a conductione, in aliam ſe coloniam contulit, non ſuffecturus duabus, neque, *etc. Eſt igitur* Colonia *etiam, quantum villico ſubiicitur.* Columel. 11, 1, 23 Villicus non vrbem, non vllas nundinas, niſi vendendae aut emendae rei neceſſariae cauſa, frequentauerit, Neque enim coloniae ſuae terminos egredi debet, nec abſentia ſua familiae ceſſandi aut delinquendi ſpatium dare. ¶ 4 *Sed* Colonia, *per Comicam metaphoram, pro loco vbi quis habitat.* Plaut Epid. 3, 2, 7 Sed ego hinc migrare ceſſo, vt importem in colonian hunc, hunc auſpicio meo commeatum?

COLONĬCUS, a, um. [ἀποικικός] *Vt, Colonicae leges formul. contractus, quam colono praeſcribimus.* Varr. de R. R. 1, 2, 17 Atqu etiam leges colonicas tollis, in quibus ſcribimus, Colonus in agro ſu culario ne capra natum paſcat. Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 19 Cohorte duas, quae colonicae appellabantur, quum eo caſu veniſſent, tuend oppidi cauſa apud ſe retinuit. Suet. in Auguſt. c. 46 Excogitat genere ſuffragiorum, quae de magiſtratibus vrbicis Decuriones colonici in ſua quiſque colonia ferrent, *etc.* Colonica *ouis quae ſit, diſcimus ex* Plin. 8, 47 ſ. 72 *extr.* Ouium ſumma genera duo, tectum, et colonicum: illud mollius, hoc in paſcuo delicatius, quippe cum tectum rubis veſcatur. Columella tectis, Graecis, Tarentinis ouibus, hirtas *opponit* 7, 4, 4. *Verbo* Colonicae *oues ſunt vulgares, non de genere illo delicato, quibus vt lana tenerior fieret, et minus carperetur pelles iniiciebant alienas. Mentionem habet etiam* Plin. 26, 10 ſ. 62 d *Orchide herba,* Superioris radix in lacte ouis colonicae data, neruos inten dit. Colonica *domus, villa, pergula,* Auſon. Epiſt. 4, 5 Vilis arundinei cohibet quem pergula tectis, Et tingit piceo lacrimoſa colonica fumo.

COLONARIVS, a, um. *Colonicae conditionis.* Sidon. Epiſ 5, 19 Plebeiam potius incipiat habere perſonam, quam colonarian ¶ 2 *Sed* Colonarii *et* Colonarium, *quae ex Cicerone et Caeſare prof runtur, ſunt* Columnarii *et* Columnarium. *v. v.*

COLONĀTUS, ūs. m. *Status et conditio Coloni.* Arcad. et H nor. l. 2 Cod. Theod. de his, qui conditionem propr. reliqu. Col natus quaeſtionem mouere.

COLOBATHRARIVS, i. m. Non. 2, 361 Grallatores ſunt c lobathrarii. Ita legit Voſſ. Etym. p. 239 *auctoritate Artemidor apud quem* κωλόβαθρον gralla *eſt. Alii legunt* Calobatarii.

COLOBĬCUS, i. m. Firmic. 3, 14 Morientur autem aut ſpathic aut apoplectici, aut colobici. Spathicos (*melius* Spaſticos) *interpr teris Contractos, vel Conuulſos:* Colobicos, *Mutilos.* κολοβὸς *eni dicitur mutilus, minutus. Ex eodem fonte eſt*

COLOBIVM, i. n. [κολόβιον, ὁ κολοβιῶν] *Tunica truncata ma nicis, (*κολοβὸς *truncus eſt, ſ. mutilus) quas vel nullas habet, vel bre viſſimas. Res antiqua, nomen recentius.* Seru. *ad* Aen. 9, 616 *vbi Tro ianis obiicitur,* Et tunicae manicas, et habent redimicula mitrae Tunicae veſtrae habent manicas, quod etiam Cicero vituperat, di cens *manicatis et talaribus tunicis* (Catil. 2, 22) Nam colobiis vt bantur antiqui, quae dicta ſunt ἀπὸ τῦ κολοβῦ. *Talia et* Iſid. 19, *aliique Semiueteres laudati Gothofredo ad* l. 1 C. Th. De habitu quo v oportet intra vrbem. *vbi ſic* Impp. Gratianus *et Collegae,* Nullus Sena tor habitum ſibi vindicet militarem; ſed quieta Coloborum (*ſic lib. pro conſuetiore* Colobiorum) ac penularum induat veſtimenta. C *igitur Senatorum ſit veſtis, non mirum eſt, quod* vet. Schol. Hor. Sa 1, 5, 36 Latus clauus, *inquit,* Colobion Graece, dicebatur veſtis, qu ad pectus magiſtratum extendebatur in formam lati claui. *Add.* Sa *maſ. ad Vopiſcum p.* 862. *Hack.* Vet. Gloſſ. Colobium Subicula.

COLOCASIA, ae. f. [κολοκασία] *Faba Aegyptia,* Pallad. Feb 24, 14 Hoc menſe colocaſiae bulbos ponemus. Amant humidum l cum, pinguem, maxime irriguum. Frondere prope ſemper poſſu ſi tanquam citreta tegumentis defendantur a frigore. De hac Pli 21, 15 ſ. 51 In Aegypto nobiliſſima eſt Colocaſia, quam Cyamon (ſ bam) aliqui vocant. Hanc e Nilo metunt, caule cum coctus eſt a neoſo in mandendo, thyrſo autem, qui inter folia emicat ſpectabi foliis latiſſimis, ſi arboreis comparentur, ad ſimilitudinem eorum, qu perſonata in noſtris amnibus vocamus. Adeoque Nili ſui dotibus ga dei

dent, vt implexis colocaſiae foliis in variam ſpeciem vaſorum potare gratiſſimum habeant.

COLOCASIVM, i. n. *Res eadem.* Virg. Ecl. 4, 20 Miſtaque ridenti colocaſia fundet acantho. Martial. 8, 33 *de Phiala, nimis tenui,* Lenta minus gracili creſcunt colocaſia filo. *Ducitur enim dentibus tanquam lana. Inde idem* 13, 57 Niliacum ridebis olus, lanasque ſequaces Improba cum morſu fila manuque trahes. *Vid. quae de* arancoſo caule colocaſiae *modo dicta ſunt ex Plinio.*

COLOCYNTHIS, idis. f. [κολοκυνθὶς] *Genus cucurbitae.* Κολόκυντα, cucurbita Vet. Gloſſ. Plin. 20, 3 Colocynthis vocatur alia, ipſa plena, ſed minor quam ſatiua. *De cucurbita ſilueſtri loquitur.* Pallad. 1, 35, 9 *in remediis contra mures*, Et agreſtis cucumeris et colocynthidis ſuffuſio ſic nocebit. Veget. Mulom. 1, 17, 7 Semen cucurbitae Aegyptiacae, (*i.* coloquintidem) quantum acetabulum capiet, frangis. *Gloſſa forte eſt, ſatis tamen antiqua.*

COLON, *vel* COLVM, i. n. [κῶλον] *Eſt craſſius inteſtinum inter coecum et rectum medium, plures cellulas atque cauernas a valuis quibusdam effectas habens etc.* Gell. 17, 11 Aluum *vocat*, Ac deinde (inquit) aridiora ex iis recrementa in aluum conuenire, quod Graece κῶλον dicitur. *Add.* Id. 12, 5 Doloribus cruciatibusque alui, quod Graeci κῶλον dicunt *etc.* Celſ. 1, 8 Et ſi laxius inteſtinum dolere conſueuit, quod κῶλον nominant, *etc.* Coli dolor Scribon. Larg. *ſaepe.* Colon inflatum Idem 106. Coli inflatio 119. 173. 263. Coli tormenta Plin. 22, 22. Coli vitium efficaciſſime ſanatur aue galerita aſſa in cibo ſumta Idem 20, 7. *Add.* Id. 26, 1. *et locis quam plurimis.* Colo infeſtari 122. *i.* dolore colico. *Ipſe nempe etiam morbus ſ. dolor* Coli, *hoc nomine appellari videtur* Plinio *quoque* 26, 1 ſ. 6 Id ipſum mirabile, alios (*morbos*) deſinere in nobis, alios durare: ſicuti colum. Tiberii Caeſaris principatu irrepſit id malum. Nec quisquam id prior Imperatore ipſo ſenſit. *Sunt tamen qui* κωλικὸν *hic ſcribere malint.* Marcell. Empir. 29 Colo, et omnibus inteſtinorum doloribus — ſubuenit auis galerita. Seren. Sammon. 579 Quum colus, inuiſum morbi genus, intima carpit, *corrupto et genere et quantitate, i. modulo prioris ſyllabae.* ¶ 2 Colon, *eſt etiam Membrum orationis, pars periodi interdum, interdum ipſam ſententiam abſoluens*, commate *ſiue* inciſo *maior.* Membrum *non modo appellat* Mart. Capella 5 p. 173. *Sed ipſe quoque* Cic. de Clar. Orat. 162 c. 44 Comprehenſio, et ambitus ille verborum (ſi ſic periodum appellari placet) erat apud illum contractus et breuis, et in membra quaedam, quae κῶλα Graeci vocant, diſpertiebat orationem libentius. Id. Orat. 211 c. 62 Illa, quae neſcio cur cum Graeci κόμματα et κῶλα nominent, nos non recte inciſa et membra nominemus? *vid.* COMMA.

COLĬCVS, a, um. Adi. [κωλικὸς Galen.] *Vt*, Colicus dolor, *Qui in colo, inteſtino generari ſolet. Inde etiam* Colicum hominem *dicimus.* Plin. 20, 4 Praxagoras et ilioſis dandos cenſet, Pliſtonicus et colicis. Paſſio colica Iſidor. 4, 7. *Sic*

COLICON, Medicamentum *ad dolorem* inteſtini plenioris Celſ. 4, 14.

COLĬCE, es. f. *Idem. Nempe* Compoſitio *aut tale nomen intelligitur*, Κωλικὴ ἀντίδοτος. Scribon. Largus 120 Caſſii medici colice bona. Idem 121 Colice mirifica Iulii Baſſi tollit inflammationes coli. Sumitur etiam pro Dolore colico.

COLONOS. [Κολωνὸς] *Agger fuit, ſiue locus editus, non procul ab Athenis, in quem Oedipus Thebis exulans dicitur commigraſſe: vnde Sophocles Tragoediam de Oedipi calamitatibus conſcriptam*, Oedipum Coloneum *appellauit.*

COLONEVS, i. m. Oedipus Coloneus, *vt modo dictum, Tragoediae nomen dedit*, Cic. de Fin. 5, 5 Tum Quintus, Eſt plane Piſo vt dicis, inquit. Nam meipſum huc modo venientem conuertebat ad ſeſe Coloneus ille locus, cuius incola Sophocles ob oculos verſabatur, quem ſcis quam admirer, quamque eo delecter. Me quidem ad altiorem memoriam Oedipodis huc venientis, et illo molliſſimo carmine, quaenam eſſent ipſa haec loca requirentis, ſpecies quaedam commouit.

COLONVS, COLONIAE, COLONARIVS, COLONATVS, COLONICVS, *vid.* COLO.

COLŎPHON, ōnis. [Κολοφὼν] *Ioniae vrbs clariſſima, quae equeſtribus tantum excelluit, vt vbicunque difficulter bella componi poterant, Colophonii equitatus auxiliis dirimerentur. Vnde natum prouerbium*, Κολοφῶνα ἐπέθηκε, *id eſt, Colophonem addidit, quum ſumma operi manus imponitur.* Hor. Epiſt. 1, 11, 3 Smyrna quid et Colophon, maiora, minorane fama?

COLOPHONII, orum. m. pl. [Κολοφώνιοι] *Populi Colophonem vrbem habitantes.* Cic. pro Arch. 19 Homerum Colophonii ciuem, eſſe dicunt ſuum. ¶ 2 Colophonia reſina *nobilis, v. g.* Scribon. 206. Plin. 14, 20. Scammonium Colophonium *laudatur* Plin. 26, 8 ſ. 38.

COLOPHONIACVS, a, um. Adi. Vetus Poëta in Ciri v. 65 Quae Colophoniaco Scyllae dicuntur Homero.

CŎLOR, ōris. m. [χρῶμα, χροιὰ, χρὼς] *Lux a rebus reflexa ad oculum, a* Colo, colis, *inquit Sipontinus, deductum: quia* coloribus *faciem, veſtes, domos, ac reliqua omnia ornamus. A* calore *ducit* Iſidor. 19, 17. *Illud forte tolerabilius, neutrum ſatis firmum.* Ter. Eun. 2, 3, 25 Color verus, corpus ſolidum, et ſucci plenum: *laus puellae:* verus *fuco opponitur.* Colos *ab antiquis dicebatur, vt* Arbos, Honos *etc. Vid. quae ſub ipſo elemento* S *de illa alternatione literarum* R *et* S *dicuntur.* Plin. 12, 19 Colos triplex. *de Caſia. Add.* Id. 13, 15. 16, 40. 35, 6 *et* 11. 37, 5. *etc.* Salluſt. Cat. 15 *extr. et ibi Cortius.* Lucret. 6, 207 Flammeus eſt plerumque colos et ſplendidus ollis. *De nubibus.* Quem ego hominem nullius coloris noui Plaut. Pſeud. 4, 7, 99. *i. plane non noui*, Albus an ater ſit, *vt alias loquuntur.* Barbae aureus color Ouid. Met. 12, 656. Croci color Lucret. 6, 1186. Lucis ignotae color, *i. Splendor* Sen. Agam. 862. *Vid.* n. 2 Elegantioris. *it.* n. 3 Splendere. *De* Colore, *in quantum ad picturam pertinet*, Plin. 35, 5 *et* 6. *v. g.* Sunt autem colores auſteri et floridi. Vtrumque natura aut mixtura euenit. Floridi ſunt, quos dominus pingenti praeſtat, minium, Armenium, cinnabari, chryſocolla, Indicum, purpuraſſum. Caeteri auſteri. Ex omnibus alii naſcuntur, alii fiunt. Naſcuntur Sinopis, rubrica, Paraetonium, Melinum, Eretria, auripigmentum. Caeteri finguntur, primumque, quos in metallis diximus; praeterea e vilioribus ochra, ceruſſa vſta, ſandaracha, ſandix, ſyricum, atramentum, *quae ſingula deinde ſuo more perſequitur.* ¶ 2 *Epitheta varia* coloris: Aduſtior color, *vid. ſub* ADVRO. Albus color praecipue decorus deo eſt, tum in caeteris tum maxime in textili Cic. de Legib. 2, 45. Albidus, *vid. paullo poſt* Preſſus. Amethyſtinus, Ardentiſſimus, Aridus, Ater, Aureus, Auſterus, Blandus, Bonus, Buxeus, *vid. ſuis locis.* Caeruleus, *vid. paullo poſt* Preſſus. Candens, Candidus, Cereus, Cervinus, Cinereus, Citrinus, Coloſſinus, Coracinus, Corneus, Crocinus, Cymatilis, *vid. ſuis locis.* Virg. Georg. 3, 82 *de equis*, Honeſti Spadices, glaucique color deterrimus albis Et giluo. Dilutus Plin. 37, 5. Diuerſi mille nitent colores Ouid. Met. 6, 65. *de Iride.* Egregius integra valetudo Cic. de Fin. 2, 64 c. 20. Elegantioris coloris gratia Plin. 15, 8. Ouid. Triſt. 3, 1, 55 Aſpicis Exſangui chartam pallere colore. *Magis proprie* Salluſt. de Catil. 15 *extr.* Color ei exſanguis, foedi oculi. Flammeus Plin. 35, 6. Floridi Idem 35, 6. Fucatus Hor. Epod. 12, 10. Fuſcus Ouid. Amor. 2, 4, 40. Herbidus, Igneſcens, Igneus *vid. ſſ. ll.* Coloris Incerti emplaſtrum Scribon. 214. Langueſcens, Languidus, Lentus, Liquidus, Luridus, Luteus, *vid. ſſ. ll.* Coloris Mali et velut Plumbei Scribon. 161. *Conf.* c. 144. *vid.* Plumbeus. Marmoreus Lucret. 2, 774. Melior, *vid.* BONVS. Melleus Plin. 36, 8. Memnonius color, *Niger* Ouid. ex Ponto 3, 96. Si dubitem faueas quin his o Maxime dictis, Memnonio cycnos eſſe colore putem. Mentitus color Quinctil. 12, 10, 76. Miſti Celſ. 2, 8. Murrhinus, *vid.* MVRRHA. Muſtellinus Ter. Eun. 4, 4, 22. *i. Foedus: a Muſtella, vt opinor, piſce, cuius pellis foedi coloris eſt et inhoneſti. Turneb.* Natiuus, *vid. h. v. ſub* NASCOR. Niueus Hor. Carm. 2, 4, 3. Nubilus, Obſoletus, Olorinus, Omnigenus, *vid. ſſ. ll.* Phoeniceus Lucret. 2, 829. Quaſi Plumbeus Scribon. 183. Veluti Plumbeus 186. *vid. modo* Mali. Plin. Epiſt. 8, 20 Color caerulo albidior, viridior, et Preſſior, *De lacu Vadimonis, i. denſior, ſaturior.* Pulcher Lucret. 4, 1027. Puniceus Idem 5, 939. Purpureus quondam color ora reliquit Virg. Aen. 11, 819. Sanguinolentus Ouid. Amor. 1, 12, 12. Satur, *Abundans, largus* Virg. Georg. 4, 335. *Opponitur* Diluto, Albido. Similis morti Sen. Hippol. 586. *vid.* n. 3 Obduco. Spumeus Plin. 37, 2. Sulphureus Martial. 12, 48. Surdus Plin. 37, 5 ſ. 18. *i. hebes, obſcurus. Et* ibid. ſ. 20 *de beryllis*, Hebeſcunt, ni color ſurdus repercuſſu angulorum exciteтur. Suauis Cic. Tuſc. 5, 46. Tener Plin. 35, 6 ſ. 28. Tetri colores foeda ſpecie Lucret. 2, 421. Theſſalicus Lucret. 2, 500. Turpes Idem 2, 421. Tyrius color, *i. Purpureus* Hor. Epiſt. 1, 6, 18. Plin. 20, 5 Ad Validum quoque colorem profici hoc cibo. Idem 14, 2 *de vuis*, Inſignes iam colore inter purpureas nigrasque medio heluolae, ſaepius Varianti, et ob id varianae a quibusdam appellatae. Hor. Epod. 17, 21 Verecundum colorem *eleganter pro Rubore dixit.* Verni Valer. Argon. 6, 492. Viridis Ouid. Met. 10, 136. Viuus Martial. 12, 64. *i. naturalis ouium.* ¶ 3 *Formulae aliae.* Colores qui aciem compungunt, *i. qui oculos offendunt, qualis eſt color albus lucidior* Lucret. 2, 420. Colores qui lacrymare cogunt Idem 2, 420. *Intelligit Colores nitidiores, qui intuentibus oculis lacrymas eliciunt. Contra ea,* Colores qui oculos paſcunt Lucret. 2, 419. Virg. Aen. 5, 609 Illa viam celerans per mille coloribus arcum Nulli viſa cito decurrit tramite virgo. Conſpicuus colore albo, *vid.* CONSPICVVS. Nitidus non ſuo colore Quinctil. 2, 5, 2. Accipere colorem, *vid.* ACCIPIO. Amittere colorem Ouid. Met. 9, 321. Aufert nox rebus colorem Virg. Aen. 6, 272. Contacta colore croci ſputa *al.* contincta Lucret. 6, 1186. Virg. Ecl. 9, 49 Aſtrum, quo ſegetes gauderent frugibus, et quo Duceret apricis in collibus vua colorem. Quinctil. 1, 1, 5 Nec lanarum colores, quibus ſimplex ille candor mutatus eſt, elui poſſunt. Errant varii colores in vultu Virg. *de Sole* Georg. 1, 452. Lucret. 2, 827 Vt cernere poſſis Euaneſcere paullatim, ſtinguique colorem. Excidit color alicui Ouid. Met. 2, 601. *i. expalleſcit. vid. mox* Perdere colorem. Excitatur color ſurdus repercuſſu angulorum *de gemmis politis* Plin. 37, 5 ſ. 20. *Sic* 35, 5 ſ. 11 Differentia colorum alterna vice ſeſe Excitante. Ouid. Triſt. 2, 487 Compoſita eſt aliis Fucandi cura coloris. Illinere Cic. de Orat. 3 c. 52. Imbutus colorem aliquem, *i. tinctus aliquo colore* Lucr. 2, 500. Incurſat color alter colori, *vid.* INCVRRO. Inducere colorem picturae Plin. 35, 10. Venuſtatis non fuco illitus, ſed ſanguine diffuſus Inſidere debet color Cic. de Orat. 3, 199 c. 52. Virg. Ecl. 4, 42 Nec varios diſcet Mentiri lana colores. Nam quod tingitur, mentitur alienum colorem, *vt inquit* Seruius. Migrare in alium colorem, *i. accipere alium colorem* Lucret. 2, 774. Mutare colorem, *vid.* MVTO. Virg. Ecl. 8, 77 Necte tribus nodis ternos Amarylli colores, *i. tria licia diuerſorum Colorum.* Obduxit ora ſimilis morti color Sen. Hippol. 586. Plaut. Mil. 2, 2, 30 Paret artem et diſciplinam: Obtineat colorem, *i. Non mutet, non erubeſcat.* Lucret. 6, 722 Inter nigra virûm Percocto ſaecla colore. *Periphraſis Aethiopum.* Ouid. Met. 3, 100 Ille diu pauidus pariter cum voce colorem Perdiderat, *i. Expalluerat. Vid.* Excidit. Rubent prata nouis coloribus Virg. Georg. 4, 306. Spargere coloribus aliquid, *Varie tingere* Idem Aen. 7, 191. Splendere claro colore Lucret. 5, 1257. *de metallis, vid.* n. 2 Elegantioris. *Huc alludens* Horat. Carm. 2, 2, 1 Nullus argento color eſt auaris Abdito terris, niſi moderato Splendeat vſu, *q. d. non eſt pulchra pecunia, niſi in modico vſu.* Coquitur (emplaſtrum) donec colorem rufum Sumat Scribon. 213. ¶ 4 *Interdum* color *ad illas mutationes refertur, quae in vultu hominis vel valetudinis, vel conſcientiae indicia habent.* Cic. Off. 1, 130 c. 36 Formae dignitas Coloris bonitate tuenda eſt; Color exercitationibus corporis. Virg. Ecl. 2, 17 O formoſe puer, nimium ne crede colori. Scribon. 125 Corrumpitur propter vitia dictarum partium (*iecinoris, lienis, renum*) Color corporis, pallidusque conſpicitur. *Hinc Metaphor.* Cic. Att. 4. 16 Amiſimus omnem non modo ſuccum et ſanguinem, ſed etiam colorem et ſpeciem priſtinam ciuitatis. *Simili metaphora* Cic. Bruto 162 In his omnibus ineſt quidam ſine vllo fuco veritatis color, non fucatus nitor. Veritatis color *opponi poteſt* colori *et* Speciei, *de qua modo ad* Att. 4, 16. *Vid.* n. 2 Egregius, Malus, Validus. Horat. Epod. 17, 21 Fugit iuuentas, et verecundus color Reliquit, *i. rubor, vigoris non minus quam pudoris index.* Cic. de Aruſp. Reſp. 2 Sed vecors repente ſine ſuo vultu, ſine colore, ſine voce, conſiſtit. Id. pro Cluent. 54 c. 19 Oculi omnium iudicum non in Scamandrum, ſed in Oppianicum coniiciebantur. Timor eius, perturbatio, ſuſpenſus incertusque vultus, crebra Coloris mutatio, quae erant antea ſuſpicioſa, haec aperta et manifeſta faciebant. Id. Bruto 87 Exiſſe in aedes eo colore, et iis oculis, vt egiſſe cauſam, non commentatum putares. *Vid.* MVTARE colores. ¶ 5 Color *pulchritudo eſt, cuius nempe bona pars colore illo florido abſoluatur, de quo audiuimus* Virg. Ecl. 2, 17 O formoſe puer nimium ne crede colori. Horat. Carm. 4, 13, 17 Quo fugit Venus? heu! quo color? heu! decens quo motus? *Sic* Cic. Bruto 298 Intelliges nihil illius lineamentis, niſi eorum pigmentorum, quae inuenta nondum erant, florem et colorem defuiſſe. Quinctil. 10, 1, 116 *de Caſſio Seuero.*

Qui ſi caeteris virtutibus colorem et grauitatem orationis adieciſſet. *Talis eſt* Vrbanitatis color Cic. Bruto 170. ¶ 6 *Tenor etiam, et conſtans quidam habitus, aut ſtatus adeo, aliquantum durans* coloris *nomine venit. Huc potius, quam ad* Colorem *proprie dictum, quamquam ad hunc quoque reſpexiſſe videtur* Virg. Georg. 2, 177 Nunc locus aruorum ingeniis, quae robora cuique, Quis color, et quae ſit rebus natura ferendis. Quinctil. 6, 3, 110 Singulis dictis totus orationis color *opponitur. Sic* 11, 1, 58 Nec hoc paucis modo verbis, ſed toto colore actionis *(oſtendat)* vt id eum non dicere modo, ſed etiam vere dicere appareat. *Et* 8, 3, 52 Peior hac eſt ὁμοιολογία, quae nulla varietatis gratia leuat taedium, atque eſt tota coloris vnius. Hor. Art. Poët. 236 Tragicus color *eſt forma et habitus Tragici carminis.* Cic. de Orat. 3, 96 c. 25 Ornatur oratio genere primum, et quaſi colore quodam, et ſucco ſuo. Nam vt grauis, vt ſuauis, vt erudita ſit *etc.* non eſt ſingulorum articulorum; in toto haec ſpectantur corpore. Id. de Orat. 3, 199 c. 52 Sed ſi habitum orationis etiam et quaſi colorem aliquem requiritis, eſt et plena quaedam, ſed tamen teres, et tenuis, non ſine neruis ac viribus: et ea, quae particeps vtriusque generis quadam mediocritate laudatur. His tribus figuris inſidere quidam venuſtatis non fuco illitus ſed ſanguine diffuſus debet color. *Sic etiam* vitae color *dicitur, i. tenor et habitus ſibi conformis.* Horat. Epiſt. 1, 17, 23 Omnis Ariſtippum decuit color, et ſtatus, et res. Id. Sat. 2, 1, 60 Diues, inops, Romae, ſeu fors ita iuſſerit, exul, Quisquis erit vitae color, *i. genus, ratio, ſtatus. Sic* Stat. Silu. 2 *pr.* Meliorem *ſuum vocat* in omni vitae colore terſiſſimum. Sen. Ep. 108 Nouimus quosdam, qui multis apud philoſophum annis perſederint, et ne colorem quidem duxerint: *i. quamquam enim reſpicere videtur ad eos, qui in ſole fuerunt: tamen intelligit re vera habitum quendam et tenorem, qui etiam in oculos incidat,* Ariam ſ. Air *vocant Galli. Etiam genera et velut claſſes ingeniorum diſtinguens* Seneca Epiſt. 52 Praeter haec inuenies aliud genus hominum — quibus non duce tantum opus ſit, ſed — coactore. Hic tertius color eſt. *Et* Epiſt. 75 Tertium illud genus — bene nobiſcum agetur, ſi in hunc admittimur numerum. Magna felicitate — ſecundus occupatur gradus: ſed nec hic quidem contemnendus eſt color tertius. ¶ 7 *Apud Rhetoras primo diuerſi habitus et formae orationis* Colores *ſunt, v. g.* Quinctil. 6, 5, 5 Conſilii eſt videre, — qui ſit Ordo vtiliſſimus? tum omnes colores: aſpere an leniter, an etiam ſubmiſſe loqui expediat? *De eadem re* 7, 1, 40 At quomodo inueniemus illas occultiores quaeſtiones? Scilicet, quomodo ſententias, verba, figuras, colores: cura, ingenio, exercitatione. *Et* 11, 1, 49 Non perdant haec omnia neceſſarium periclitanti ſolicitudinis colorem, petendumque etiam innocentibus miſericordiae auxilium. *Et* 2, 12, 10 In pronuntiando ſuum cuique eorum, quae dicet, colori accommodare actum *(i. actionem)* ſciat. *Et* 9, 4, 17 Perdidiſſet enim gratiam, quae in eo maxima eſt ſimplicis atque inaffectati coloris. Hor. Art. 87 Deſcriptas ſeruare vices, operumque colores. Cur ego ſi nequeo ignoroque Poëta ſalutor? *Nempe vt ſtatim addit* Verſibus exponi tragicis res Comica non vult. ¶ 8 *Etiam pro argumento laudis* Cic. ad Qu. Fr. 2, 15 *pr.* Modo mihi date Britanniam, quam pingam coloribus tuis, penicillo meo, *i. te ſuppeditante materiem, ego omnia exornabo.* Id. ad Att. 2, 21 *de Pompeio* vt Apelles ſi Venerem, aut ſi Protogenes Ialyſum illum ſuum coeno oblitum videret, magnum, credo, acciperet dolorem: ſic ego hunc omnibus a me pictum et politum artis coloribus *(in oratione v. g. pro lege Manilia)* ſubito deformatum non ſine magno dolore vidi. ¶ 9 *Denique Rhetores* Colorem *vocant, quidquid in oratione arte quadam fingitur, vt res dictu turpes narratione aliquantum deflexae, vel auerſae, aut velo quaſi inuolutae, minus turpes videantur.* Quinctil. 4, 2, 88 Sunt quaedam et falſae expoſitiones — Id interim ad ſolam verecundiam pertinet, vnde etiam mihi videtur dici Color — Curandum, ne qua inter ſe pugnent — in ſchola etiam *(declamatoria)* ne color extra themata quaeratur. — ſ. 94 Somniorum et ſuperſtitionum colores *(vbi quis fingit ſe ſomnio, vel religione quadam inductum aliquid feciſſe)* ipſa iam facilitate auctoritatem perdiderunt; *quia nimis facile eſt, et vel ſtupidiſſimo promtum, tale quid excogitare.* Non eſt autem ſatis in narratione vti coloribus, niſi per totam actionem conſentiant — ſ. 100 Ne illud quidem ignorare oportet, quaedam eſſe, quae colorem non recipiant, ſed tamen defendenda ſunt *etc. Sunt enim ibi plura tanquam loco claſſico. Et forte ad hunc ipſum locum reſpicit illud* Iuuenal. 6, 280 Dic aliquem, ſodes, dic, Quinctiliane, colorem. *Pulchre* Quinctil. 11, 1, 81 Quod ſi nulla contigerit excuſatio, ſola colorem habet poenitentia, *i. turpitudinem tegit, certe minuit.* Idem 3, 8, 44 Dandus illis deformibus color, idque etiam apud malos. Nec enim eſt quisquam tam malus, vt malus videri velit. Sic Catilina apud Salluſtium loquitur, vt rem ſceleratam non malitia, ſed indignatione videatur audere *etc. Et* 7, 1, 53 Illud quoque coloris loco ruſticus dicit, patris fuiſſe tale conſilium, ne vniuerſam domum periculo ſubiiceret. *Add.* 12, 1, 33. *Et* 12, 8, 6 Nunc conſilium et colores adiiciunt *(imperiti litigatores)* et aliqua peiora veris. *In* Declamationibus *frequentiſſima eius rei mentio v. g.* 12, 21. 16, 1 *extr. it.* Decl. 363. *Hinc lux* Lucano 9, 207

Olim vera fides Sulla Marioque receptis
Libertatis obît: Pompeio rebus ademto,
Nunc et ficta perit. Non iam regnare pudebit,
Nec color imperii, nec frons erit vlla Senatus.

*Id eſt, non quaeret Caeſar et ſucceſſores* Colorem, *i. probabilem obtentum et cauſam imperii retinendi.*

COLŎRO, āre. [χρωννύω, χρωματίζω] *Colorem inducere.* Felix Eois lex funeris vna maritis, Quos aurora ſuis rubra colorat equis Prop. 3, 12, 15. Cic. de Nat. Deor. 1, 110 c. 39 Indiuidua corpora — etiam ſi eſſent — formare, figurare, colorare, animare, non poſſent. Colorare (medicamentum, malagma, vnguentum, *etc.*) rubrica vel atramento Scribon. 228. 230. 259. Sole colorari Sen. Ep. 108. Cic. in Orat. 42 c. 13 Ipſa ſe poſtea colorat et roborat, *metaph. de Eloquentia, vt de fructu. Sic* Sen. Epiſt. 72 (71) Animum non colorauit, ſed infecit. Valer. Max. 8, 2, 2 Libidinoſam liberalitatem debiti nomine colorando: *ex ſignificatione* Coloris rhetorici *de quo* n. 9. Cic. de Orat. 2, 60 c. 14 Fatebor aliquid tamen: vt quum in ſole ambulem, etiam ſi ob aliam cauſam ambulem, fieri natura tamen vt colorer: ſic quum iſtos libros ad Miſenum (nam Romae vix licet) ſtudioſius legerim, ſentio orationem meam illorum cantu quaſi colorari.

COLORATVS, a, um. Part. Cic. de Nat. Deor. 3, 51 c. 20 *de Arcu ſ. Iride*, Cuius ſi diuina natura eſt, quid facies nubibus, Arcus enim ipſe ex nubibus efficitur quodammodo coloratus. Caelum coloratum Ouid. Amor. 2, 5, 35. Comae Cereris coloratae Idem Amor. 3, 10, 12. *i. fruges flauae.* Indi colorati Virg. Georg. 4, 293. Cic. de Clar. Orat. 170 c. 46 Quod non eſt eorum vrbanitate quadam quaſi colorata Oratio. Seres colorati Ouid. Amor. 1, 14, 6. Vuae coloratae et perlucidae Columel. 11, 2. Vultus Silurum *Britannicae gentis, i. picti* Tac. Agric. 11, 3. Sen. Epiſt. 16 Quae ſcribis, vnde veniant, ſcio. non ſunt ficta, nec colorata, *i. fucata. Sed aliter idem* Sen. de Vita beata c. 7 Virtutem reperies puluerulentam, coloratam, calloſas habentem manus, quaſi ſole deformatam. *Compar.* Plin. 16, 12 ſ. 23 *de pice*, Quidam arbitrantur in montuoſis copia praeſtantiorem fieri ac coloratiorem. *Al.* Colore. *Ad valetudinis colorem pertinet,* Si plenior aliquis et ſpecioſior et coloratior factus eſt Celſ. 2, 2. Coloratiora hominum, vt ex via, corpora Frontin. Strat. 1, 2 *extr.*

COLORATE. Adu. Quinctil. Decl. 285 Colorate adfert iſte tale patrocinium, *i. colore vſus ſ. obtentu.*

COLORATOR, ōris. m. Lat. Gr. Gloſſ. Colorator, ςιλβωτὴς et ἰνδικοπλάςης. *Vid.* Salmaſ. ad Vopiſc. 3 p. 710 *Hack. Nimirum* Indicoplaſtes *eſt, qui Indico colore parietes linit. Et* Gell. 7, 9 Laberius in Coloratore.

COLORIVS, *et* COLOREVS, a, um. Adi. *Vt*, Coloriae veſtes, *quae* verſicoloribus *opponuntur a* Paullo l. 32 Pediculis §. 7 Titia D. de auro, argento, mundo, *etc.* legat. *quod aduerſum videtur Salmaſio, qui* Vopiſc. Aurel. 46 Idem conceſſit, vt blatteas matronae tunicas haberent, et caeteras veſtes, cum antea coloreas habuiſſent. *interpretatur, quae acu vel pectine pluribus intextae eſſent coloribus. Sunt et* Lodices purpureae et coloreae Auguſti *in illius* Teſtamento *apud* Charif. 1 p. 80.

COLORINVS, a, um. *apud* Cyprianum *eſſe dicitur.*

COLORABILIS, e. Adi. Mart. Capellae 9. *tribuitur, quo libro de* Chromatico genere *cantus illum tractare video: nomen Latinum,* Chromatico *reſpondens, nondum obſeruaui.*

COLORIFICVS, a, um. Adi. *Colorem inducens.* Virg. *vel* Auctor Iridis, v. 5 Cumque colorifico nimbos fulgore repleuit Apparet varii radiis diſtincta coloris.

COLOSSINVS, a, um. Adi. *Vt*, Coloſſinus color [Κολοσσίνον χρῶμα] *qui a Coloſſis, Troadis vrbe, nomen accepit, vbi lana tingebatur, florem referens cyclamini, inter candorem fulgens et purpuram. Vid. Thyleſium in lib. de Coloribus, cui fauet quod* Cyclamino *tribuitur.* Flos coloſſinus *a* Plinio 21, 9 ſ. 27. *vbi vid. Hard.*

COLOSSVS, i. m. [κολοσσὸς] *Quid ſignificet, declarat* Plin. 34, 7 ſ. 18 Moles quippe excogitatas videmus ſtatuarum, quas coloſſos (*Hard.* Coloſſeas) vocant, turribus pares. Feſtus, Coloſſus a Caleto *(vitioſe ſic editur, dubium quomodo emendandum)* artifice, a quo deformatus eſt, dictus. Plin. 34, 7 ſ. 18 Solis coloſſus Rhodi — ſeptuaginta cubitorum altitudinis fuit — Iacens quoque miraculo eſt. Pauci pollicem eius amplectuntur. Maiores ſunt digiti, quam pleraeque ſtatuae. Vaſti ſpecus hiant defractis membris. Spectantur intus magnae molis ſaxa, quorum pondere ſtabiliuerat conſtituens — Sunt alii minores in hac eadem vrbe coloſſi centum numero, ſed vbicunque ſinguli fuiſſent nobilitaturi locum. — Zenodotus — *Neronis* ſimulacrum, coloſſum, fecit, C X pedum longitudine, qui dicatus ſolis venerationi eſt, damnatis ſceleribus illius principis Mirabamur in officina non modo ex argilla ſimilitudinem inſignem; verum et ex paruis admodum ſurculis quod primum operis inſtar fuit. *Conf.* Sueton. Neron. c. 31. *et* Veſpaſ. c. 18. Hieron. in Habac. 3. *Idem eſt, de quo* Mart. Spect. 2, 1 Hic vbi ſiderius propius videt aſtra Coloſſus. Martial. 8, 44 Aedemque Martis, et coloſſon Auguſti. *Enormes* Coloſſi Stat. Silu. 1, 3, 51. *Propter nimiam magnitudinem.*

COLOSSĒVS, a, um. Adi. [κολόσσειος] *In modum ſiue formam coloſſi.* Plin. 34, 8 Fecit et quadrigas, bigasque, et Cliduchon eximia forma: et Virtutem et Graeciam, vtrasque coloſſeas. *Sic et* 34, 7 ſ. 18 *habere Harduinum, vbi al.* Coloſſos, *modo diximus.* Coloſſeum ſe pingi iuſſit Plin. 35, 7. *de Nerone.* Statua coloſſea Suet. Veſp. c. 23.

COLOSSĬCVS, a, um. Adi. [κολοσσικὸς] *Idem.* Plin. 34, 8 Item duo ſigna, quae Catulus in eadem aede poſuit, palliata: et alterum coloſſicon nudum. *Eſt et comparatiuus Graecus* Vitruu. 10, 4 Sin autem coloſſicotera amplitudinibus et ponderibus onera in operibus fuerint, non erit ſucculae committendum.

COLOSTRVM, i. n. *vel* COLOSTRA, *aut* COLVSTRA ae. f. [τὸ πρῶτον γάλα] *Dicitur a* coaleſcendo, *vt putat Voſſius, Lac primum poſt partum.* Ex primo lacte ſemper a partu coloſtra fiunt, quae, niſi admiſceatur aqua, in pumicis modum coëunt duritia Plin. 11, 41. *de Bubus.* Id. 28, 9 *pr.* Vtiliſſimum cuique *lac* maternum. Concipere nutrices exitioſum eſt. Hi ſunt enim infantes, qui coloſtrati appellantur, denſato lacte in caſei ſpeciem. Eſt autem Coloſtra, Prima a partu ſpongioſa denſitas lactis. Colum. 7, 3, 17 Agnus — debet vberibus admoveri — Sed prius quam hoc fiat, exiguum emulgendum eſt, quod paſtores coloſtram vocant; ea niſi aliquatenus emittitur, nocet agno. *Iisdem fere verbis ea reperit* Pallad. Nou. 13, 1. *Hinc refellitur* Seruius *ad* Virg. Ecl. 2, 22. *negans feminini generis eſſe poſſe. Locus* Non. 2, 117 *nimis vel corruptus vel obſcurus eſt. Certe ſcribitur ibi* Coluſtra. *In deliciis cibi fuiſſe quoddam* Coloſtrum, *apparet ex* Martial. 13, 38 *vbi inter* xenia *ponitur* Coloſtrum *hoc epigrammate*, Surripuit paſtor quae nondum ſtantibus haedis De primo matrum lacte coloſtra damus. *Hinc in blanditiis amatoriis vtitur* Plaut. Poen. 1, 2, 154 Meum mel, meum cor, mea coloſtra. *Add.* ib. v. 177.

COLOSTRĀTVS, a, um. Adi. [τροφαλιδὸς] *Vt*, Coloſtrati infantes, Qui coloſtrum biberunt Plin. 28, 9.

COLOSTRATIO, ōnis. f. [τροφαλισμὸς] Malum illud, quod infantibus atque adeo animalibus ex nimia coloſtri potatione euenire ſolet. Plin. 11, 41 ſ. 96 Aſinae praegnantes continuo lacteſcunt. Pullis earum, vbi pingue pabulum, biduo a partu maternum lac guſtaſſe letale eſt. Genus mali vocatur coloſtratio.

COLOTOS, i. *vel* COLOTES, ae. m. [κωλωτής] *Lacertae genus eſt, de quo* Plin. 29, 9 ſ. 28 *poſt* Stellionis *mentionem*, Hunc Graeci Coloten vocant, et Aſcalaboten, et Galeoten. In Italia non naſcitur. Eſt enim hic plenus lentigine, ſtridoris acerbi, et veſcitur: quae omnia a noſtris ſtellionibus aliena ſunt. *Add.* Idem 9, 29 ſ. 46 *vbi* Colotis et lacertis caudas renaſci, haud falſum *eſſe tradit.*

COLV̆BER, bri. m. [ὄφις] *Serpens, qui in aqua viuit.* Plin. 32, 5 ſ. 19 Auxiliatur *(contra venena)* etiam efficacius coluber *(Hard.* colubra) in aqua viuens: huius adipem et fel habentes qui crocodilos venentur, mire adiuuari dicunt! nihil contra bellua audente. Tecto aſſuetus ſuccedere coluber Virg. Georg. 3, 418. Ouid. Epiſt. 2, 119 Breuibus torquata colubris Alecto, *i. paruis. Alias* Longis

inuiſa

inuiſa colubris auis, *i. Ciconia* Virg. Georg. 2, 320. Ouid. Met. 15, 715 Niueiſque frequens Sinueſſa colubris. Nouus nitidusque iuuenta, poſitis exuuiis Virg. Aen. 2, 471 ſqq. Virides Hor. Carm. 1, 17, 8. Crinita colubris Meduſa Ouid. Met. 6, 119. *vt modo* Torquata Alecto. Paſtus mala gramina Virg. Aen. 2, 471. Vallata venenatis colubris hydra Lucret. 5, 27. Villoſa colubris guttura Ouid. Met. 10, 21. *De Meduſa.*

COLVBRA, ae. f. Nonius 3, 69 ex Lucilio 20, 9 Vt Marſus colubras Diſrumpit cantu. Arnob. 4 p. 141 Colubrarum affabilium geſtator Mercurius, *de Caduceo. Sed de Furiis* Ouid. in Ibin 227 Pectoraque vnxerunt Erebeae felle Colubrae. Colubras *habet etiam* Id. Met. 4, 784. Caecae colubrae, *h. e. Lumbrici ventris.* Columella in Hortulo 231 Spargantur caecis naſturtia dira colubris, Indomito male ſana cibo, quas educat aluus. Vos anguilla manet longae cognata colubrae Iuuenal. 5, 103. Colubra in aqua viuens Plin. 32, 5 ſ. 19. Variae Horat. Sat. 1, 8, 42. Vtque ſalire ſolet mutilatae cauda colubrae Ouid. Met. 6, 559.

COLVBERCVLVS, i. m. Cathol.

COLVBRĬFER, a, um. Adi. [ὀφιφόρος] *Vt,* Colubriferum monſtrum Ouid. Met. 5, 241. *Caput Meduſae. Cuius et eſt* Collum colubriferum Lucan. 9, 672.

COLVBRINVS, a, um. Adi. Plaut. Truc. 4, 3, 6 Quanquam vos colubrino ingenio ambae eſtis, *i. vafro, aſtuto.*

COLVBRINA, ae. f. *Herba eadem, quae* Dracontea, *vel* Bryonia, *vel* Vitis alba Apul. de Herb. c. 14.

COLVBRIMODVS, a, um. Adi. *In modum colubrorum tortus et flexus.* Corippus praefatione: Illa colubrimodis Auarum gens dura capillis.

COLVBROSVS, a, um. Adi. Tertull. adu. Valent. 4 Actu colubroſo. *i. detorto, curuo.*

COLVBRARIA, ae. f. *Inſula maris Mediterranei, a multitudine ſerpentium, quibus abundat, cognominata.* Plin. 3, 5 ſ. 11 Ebuſi terra ſerpentes fugat, Colubrariae parit. Ideo infeſta omnibus, niſi Ebuſitanam terram inferentibus. Graeci Ophiuſam dixere. *Nunc etiam vulgo dicitur La Dragonnera.*

COLVM, i. n. [ἠθμός] *Vas ad colandum aptum, Coni inuerſi figura, vt patulo ore accipere humorem poſſit, quem acuminato fundo ſtillantem transmittat. Docet hoc deſcriptio clepſydrae,* Apul. Met. 3 *pr.* ſ. p. 130, 20 Ad dicendi ſpatium vaſculo quodam in vicem coli graciliter fiſtulato, ac per hoc guttatim defluo, infuſa aqua *etc.* Virg. Georg. 2, 242 Colaque prelorum fumoſis deripe tectis. Per colum transmitti Scribon. 156. *Et* Comp. *extr.* Colantur per linteum, vel ex iunco factum de induſtria colum. Cola vitilia ſunt Caton. 11, 2. Iuncea et ſpartea Colum. 12, 19, 4. *Add.* 11, 2, 70. Niuarium colum, *Vas, quo veteres iniecta niue vinum colabant, id eſt transmittebant, partim vt alſius biberent, partim etiam vt liquidius.* Pompon. l. 21 *pr.* D. de auro et arg. In argento potorio etiam id, quod ad praeparationem bibendi comparatum eſt, veluti colum niuarium et vrceoli. Martial. de Colo niuario 14, 103 Setinos moneo noſtra niue frange trientes Pauperiore mero tingere lina potes. *Et* de Sacco niuario, 14, 104 Attenuare niues norunt et lintea noſtra Frigidior colo non ſalit vnda tuo. ¶ 2 Cola, *etiam in Inſtrumento ſunt piſcatorio.* Auſon. Epiſt. 4, 54 Et iacula, et fundas, et vilica nomina lini, Colaque et inſutos terrenis vermibus hamos. *Vid. ſupra* COLO, as. ¶ 3 Colum eſt etiam Tormenti genus, quod fit ex corio, *vt ſcribit* Feſtus *ſecundum libros neſcio quos. A Scaligero inde editur* Collus *pro quo ipſe repoſuit, doctis plaudentibus,* Culleus, *et ad parricidarum ſupplicium retulit.*

COLVMBVS, i. m. *et* COLVMBA, ae. f. [περιστερά] *Auis omnibus nota. Fere magis feminino genere vtuntur auctores.* Virg. Aen. 2, 516 Praecipites atra ceu tempeſtate columbae. Varro de R. R. 3, 7, 1 At in villam vltro inuolant columbae — Duo genera earum in περιστεροτροφείῳ eſſe ſolent: vnum agreſte, vt alii dicunt ſaxatile, quod habetur in turribus ac columinibus villae, a quo appellatae columbae: quae propter timorem naturalem, ſumma loca in tectis captant. Quo fit, vt agreſtes maxime ſequantur turres, in quas ex agro euolant ſuapte ſponte, ac remeant. Alterum genus illud columbarum eſt clementius, quod cibo domeſtico contentum, intra limina ianuae ſolet paſci. Hoc genus maxime eſt colore albo. Illud alterum agreſte ſine albo, vario. *Conf.* Plin. 10, 34. Columbas Veneri ſacras *fuiſſe, apud Syros praeſertim, oſtendent, quos laudat Burm. ad* Petron. 85 p. 418. *et Selden. de Diis Syris* 2, 3. *Barth. ad* Stat. Silu. 1, 2, 102, *et quos citat Brouckh. ad illud* Tibul. 1, 8, 18 Alba Palaeſtino ſancta columba Syro. Baſium tam longum, quam ſunt Nuptiae columbarum Martial. 12, 66. Coniugii fidem non violant columbae Plin. 10, 34. Par columbarum Ouid. Met. 13, 833. Blanda columba Idem Amor. 2, 6, 56. Columel. 8, 8, 1 Columbos cellares pinguiſſimos facere hac ratione contingit. Chaoniae, *vid.* CHAONIA. Cythereiades Ouid. Met. 15, 386. *vocantur, quod in tutela Veneris eſſe creditae ſunt. Sic* Dioneae, *i. Dionae vel Veneri ſacrae* Stat. Silu. 3, 5, 80. Geminae Virg. Aen. 6, 190. Imbelles columbae non progenerant aquilam Hor. Carm. 4, 4, 32. Molles Idem Carm. 1, 37, 18. Pauidae Valer. Argon. 8, 32. Placida Ouid. Met. 7, 369. Plaudens alis Virg. Aen. 5, 213. Praecipites, *Feſtinae* Idem Aen. 2, 516. Ouid. Met. 2, 537 Nam fuit haec quondam niueis argentea pennis Ales, vt aequaret totas ſine labe columbas, *de coruo.* Sublimis in nube, *Alte volans* Virg. Aen. 11, 722. Torquata columba, *vid.* in TORQVES. Annuimus pariter vetuli notique columbi Hor. Epiſt. 1, 10, 5. Volucris Virg. Aen. 5, 488. Plumae verſicolores columbis a natura ad ornatum datae Cic. de Finib. 3, 18 c. 5. Farcire columbos Columel. 8, 8, 1. Columbi vt ſaginentur Idem 8, 8, 1.

COLVMBARIVS, i. m. [περιστεροκόμος] *Qui columbas curat.* Varr. de R. R. 3, 7, 7 Quos (*accipitres*) columbarii interficere ſolent, duabus virgis viſcatis defixis in terram, inter ſe curuatis, quum inter eas poſuerint obligatum animal, quod item petere ſoleant accipitres, qui ita decipiuntur, quum ſe obleuerunt viſco.

COLVMBARIVM, i. n. [περιστερεών] *Locus eſt proprie vbi habitat par columbarum: nam multa* columbaria *efficiunt* Periſtereona Varro de R. R. 3, 7, 11 Axius, Si poſſem emere, *inquit,* περιστερεῶνα factum, quemadmodum in aedibus quum habere vellem, emi fictilia columbaria, iam iiſſem emtum et miſiſſem ad villam. Quaſi vero inquit Pica, non in vrbe quoque ſint multi. An tibi columbaria, qui in tegulis habent, non videntur habere περιστερεῶνας? *Et in deſcriptione* περιστερεῶνος 3, 7, 4 Singulis paribus columbaria ſint rotunda, in ordinem crebra. Ordines quamplurimi poſſunt a terra vsque ad cameram. Columbaria ſingula eſſe oportet, vt os habeant, quo introire et exire poſſint, intus ternorum palmorum ex omnibus partibus. *Add.* 4, 8, 2. Columel. 8, 8, 3. *Pro toto tamen Periſtereone poni videtur* Eidem 2, 15, 1. *et* Pall. 1, 24. ¶ 2 *Apud fabros* Columbaria, Iſidorus 19, 2 *vocat* Loca illa concaua, in ſummis nauium lateribus, per quae eminent remi. *Sic* Vitr. 4, 2 interualla inter denticulos et triglyphos columbaria appellat. Columbaria *ſunt etiam foramina, per quae aqua ad axem delata, in tympani verſatione egreditur.* Vitruu. 10, 9 Secundum axem columbaria fiunt, excauata in ſingulis ſpatiis. — Hauriendo aquam per aperturas, quae ſunt in frontibus tympani, reddit eam per columbaria ſecundum axem. *Spiramenta etiam quaedam in aquaeductibus ſunt, qui* Columbaria *dici velint* Vitr. 8, 7. *Sed vid.* COLLVVIARIVM. *Add. mox* COLVMBAR. ¶ 3 *Sunt etiam Repoſitoria, ſ. aediculae ſepulcrorum, in quibus ollae reponebantur, totaque adeo ſepulcra. Vid. Fabret. Inſcript.* p. 9 ſeq. *et Spon. Miſcell. Antiq. Erud.* §. 9 p. 287. *in primis autem Gorius, in* Monumento ſ. columbario Libertorum et Seruorum Liuiae Aug. et Caeſarum, *quem libri ſui titulum illuſtrat praeſertim p.* 52 *ſq. magis autem hoc apparet, ſi ipſam monumenti delineationem inſpicias, vbi binis quibusque ollis cinerariis vnum cauum, vnum* columbarium *attributum eſt, totum vero monumentum pulcherrimum* περιστερεῶνα, *i.* columbarium *maius, exhibet.*

COLVMBĀRIS, e. Adi. [περιστερινός] *Adfertur ex* Columel. 8, 8, 6 Caeterum cibos iuxta parietem conueniet ſpargi: quoniam fere partes hae columbari carent ſtercore. *Sic primae editt. Alii* Columbarii, *vt referatur ad* partes. *Sic* Columbarium *fuerit hic etiam totus Periſtereon.*

COLVMBAR, āris. n. *Genus vinculi eſt apud* Plaut. Rud. 3, 6, 50 Illic in columbam credo leno vortitur: nam in columbari collum haud multo poſt erit. *Vid. Turneb. Aduerſ.* 26, 2. *Salmaſ. de modo Vſur.* p. 813. *pulchre declarat hoc genus ex Heſychio,* πεντεσύριγγον ξύλον, πέντε ὀπὰς ἔχων, τέσσαρας μὲν εἰς ἃς οἱ πόδες καὶ αἱ χεῖρες διείροντο, μίαν δὲ δι' ἧς ὁ τράχηλος, *qui eſt ipſe* neruus, *per cuius quinque velut* columbaria, *duae manus, duo pedes, collumque transmittuntur. Et ſane* Vitruuius *etiam* 4, 2 ὀπὰς *Graecorum reddit* columbaria.

COLVMBĪNVS, a, um. Adi. [περιστερινός] Varr. de R. R. 3, 7, 9 Qui ſolent ſaginare pullos columbinos, quo pluris vendant, ſecludunt eos, quum iam pluma ſunt tecti. Ouum columbinum Hor. Serm. 2, 4, 56. Pulli columbini Cic. Fam. 9, 18. Colum. 3, 7. Saxum Pallad. 1, 10, 3. Iſid. 19, 10 a colore auis nuncupatum *ait.* Stercus columbinum maxime probatur Columel. 2, 15. Plin. 35, 6. Terra columbina Idem 17, 7. *et ipſa a colore dicta videtur.* Venenum columbinum, *vnde dictum ſit, docet* Sueton. Calig. 55 Columbo victori, leuiter tamen ſaucio, venenum in plagam addidit, quod ex eo Columbinum appellauit. Sic certe inter alia venena ſcriptum ab eo repertum eſt.

COLVMBINACEVS, a, um. Adi. *Idem.* Cael. Aurel. Acut. 2, 18 Pullus gallinaceus, vel columbinaceus.

COLVMBOR, āri. *Columbarum more oſcula pangere.* Maecenas *apud* Senec. Epiſt. 114 Quid ſi quis feminae — labris columbatur.

COLVMBATIM. Adu. *Columbarum more.* Mattius *apud* Gell. 20, 8 Columbatimque labra conferens labris. *Voſſius legit* Columbulatim *Inſtit. Orat.* 4 p. 21. Da columbatim mitia baſia *Auctor Lyrici, quod Corn. Galli nomine circumfertur.*

COLVMBVLVS, i. m. Dimin. [περιστερίδιον] Plin. Epiſt. 9, 25 Tu paſſerculis et columbulis noſtris inter aquilas veſtras dabis pennas, *de carminibus amatoriis.* Catull. 27, 9 Vt albulus columbulus Dioneus. *Alii legunt,* Vt albulus columbus, aut Adoneus.

COLVMELLA, COLVMELLARIS, COLVMELLVS, *vid.* COLVMNA.

COLVMEN, ĭnis. n. *Quod vel idem eſt, vel vicinum ſane culmini, vbi vid. proprie architectorum nomen eſt, quod apud* Vitruu. 4, 2 *ſic interpretatur Barbarus, Eſt proprie trabs illa, quae per longum in ſummitate culminis ponitur, a quo tanquam nata producuntur omnia tecti ligamenta, quemadmodum a ſpina piſcium maiori reliquae omnes proficiſcuntur. Verba* Vitruuii l. c. Columen in ſummo faſtigio culminis, vnde et columnae dicuntur. *Pulchre hanc* Columinis *deſcriptionem, quam etiam firmant viri docti ad* Vitruu. 4, 7 *illuſtrat* Rutil. Itin. 1, 347 *quamquam verſus cauſa* Culmen *quam* columen *dicere maluit.* Paruula ſubiectis (*mel.* ſubrectis) facimus tentoria remis, Transuerſus ſubito (*extemporali*) culmine contus erat. *Remi ad modum Graeci* Λ *verſus ſe inclinati bini, et in ſummo ſe aliquantum decuſſantes continentur conto ſ. longurione, inſtar columinis per longitudinem tecti procurrentis, et innigentis fulcientisque cantherios. Eſt igitur* Columen *ſumma pars tecti. Sic* Genus columbarum *memorat* Varro de R. R. 3, 7, 1 Quod habetur in turribus ac columinibus villae, a quo appellatae columbae. Sen. Thyeſt. 54 Ornetur altum columen, et lauro fores Laetae vireſcant. ¶ 2 *Sed aliarum etiam rerum ſummas partes notat* Columen, *Non modo* maceriae *columen tribuit* Cato 15, 1. *Sed v. g. de ipſo Caelo* Cicero in Carmine de ſuo Conſulatu, *quod ipſe laudat* de Diuin. 1, 18 c. 11 *de meteoro* Phoebi fax triſtis nuntia belli, Quae magnum ad columen flammato ardore volabat *etc. Noſtri Aſtronomi dicerent, ad Zenith. Sic* Columina, *appellat Arbores* Catullus. *Sic enim de* Berecynthia 62, 71 Ego vitam agam ſub altis Phrygiae columinibus, *i. ſub altis Idae arboribus, quam Turnebi interpretationem contra Scaligerum, qui montium vertices intelligi volebat, defendit Iſ. Voſſius.* ¶ 3 *Metaph. pro eo, quod rem quamcunque ſuſtinet, continet, tuetur etc.* Cic. pro Flacc. 41 At iſtud columen actionis tuae Mithridates, poſteaquam biduum retentus teſtis a nobis, *etc.* Amicorum alicuius columen Cic. Philipp. 13, 26. *i. primarius et praecipuus.* Aſiae columen, *Troia* Sen. Troad. 6. Val. Flacc. 1, 117 Hunc quoque nec Socium noſtrae columenue carinae Eſſe velim, *i. vectorem et defenſorem nauis noſtrae.* Ter. Phorm. 2, 1, 57 Bone cuſtos ſalue, columen noſtrae familiae. *Vbi* Donatus, *Columen, culmen; an columen, columna? vnde Columellae apud veteres, dicti Serui maiores domus.* Lucil. 22 *Seruu' neque infidus domino, neque inutili' cuiquam, Lucili columella, hic ſitu' Metrophanes.* Tubero, *Hinc in milleſimum annum eorum columine ciuitas continebitur.* Horat. contra (Carm. 1, 35, 13) pro Columine Columnam, *Iniurioſo ne pede proruas ſtantem columnam.* Ennius decimo, *Regni verſatum ſummamue columnam.* Columen vero familiae, Suſtentatio, vel decus. Vnde columnae dictae. *Hactenus Donatus.* Cic. Verr. 3, 176 c. 76 Timarchides autem columen familiae veſtrae, premit fauces defenſionis tuae, *i. illam velut ſtrangulat et opprimit, vt reſpirare non poſſit.* Columel. 3, 4 Id enim quaſi caput et columen inpenſarum, quoniam in eo conſiſtit, melius an ſegnius terrae mandauerit pater familias pecuniam. Macedoniae ſidus ac columen Curt. 9, 6, 8.

Partium columen Abdageſes Tacit. Ann. 6, 37. Patriae Sen. Troad. 123 *de Hectore.* Reipublicae columen Cic. pro Sext. 19 c. 8. Rerum mearum columen Hor. Carm. 2, 17, 4 ad *Maecenatem. Ironice* Plaut. Caſin. 3, 2, 6 Sed eccum egreditur Senati columen, praeſidium populi. Theſſaliae columen Peleum *vocat* Catull. 62, 26. Exciſum columen Cic. de Diuin. 1, 20. Columen Euerſum occidit Pollentis Aſiae Sen. Troad. *pr. Apud* Sil. 15, 385 *Marcello interfecto exclamat Hannibal*, Iacet Auſonii columen regni.

COLVMIS, e. [σῶος] *Sanus. Laudatur* Plaut. Trin. 3, 3, 15 Neque ita vt ſit data, columem te ſiſtere illi, et detraxiſſe autument. *Sermo eſt de dote, fidei amici commiſſa, ob quam ille facile male audire poſſet. Et ſane primae editt. et ipſi MSS.* columem *ſ.* columen *hic legunt:* Incolumem *videtur eſſe a Lambini coniectura. Firmat* Iſid. Gloſſ. Colume, ſanum: Columes, ſaluos. *Ab hoc* Incolumis, *aucta ſignificatione, vt* Canus, Incanus, Infractus, Inuinctus, Inmuto *etc.*

COLVMNA, ae. [στήλη, στῦλος] *Trabs, quae* columen *ſuſtinet, a quo etiam dictam monet* Vitruu. 4, 2 *et* Feſtus. *Recte ibi Philander: Nam proprie* Columnae *ſunt arrectariae, quae* columen, *ſummum faſtigium percurrens tignum, ſuſtinent* etc. *Deinde vero, vt fit, latiſſime extenſum nomen fulcra omnia, ornatiora praeſertim, et libere ſtantia ſignificat. Magna pars architecturae* columnarum *partibus, rationibus, dimenſionibusque et proportionibus nititur, quam exponit* Vitr. libris 3 et 4 *et ad eum viri docti. Quam late pateat nomen, inde etiam apparet, quod* Columnae *quaedam nihil ſuſtinent, niſi forte ſtatuam, aut globum, aut ex eo genere aliquid. Talia ſunt magnifica illa opera* Traiani *et* Antonini, *quae bonam partem ſuperſunt hodie, totis Voluminibus deſcriptae a viris doctiſſimis. Tales antiquiores illae*, Roſtrata, *itemque* Maenia. *Monſtroſae autem paene illae, quae* Herculis *dicuntur, de quibus ſolum audiamus* Melam 1, 5 Deinde eſt mons praealtus, ei, quem ex aduerſo Hiſpania attollit, obiectus. Hunc Abylam, illum Calpen vocant, Columnas Herculis vtrumque. Addit fama nominis fabulam, Herculem ipſum iunctos olim perpetuo iugo diremiſſe colles, atque ita excluſum antea mole montium Oceanum ad quae nunc inundat admiſſum. *Sed haec analogia quadam* columnarum *nomen habent.* ¶ 2 *Iam perſequamur* Columnas *proprie dictas, quae* templorum, porticuum, domuum *tecta ſuſtinent.* Varro de R. R. 3, 5, 11 *in deſcriptione Ornithonis*, In lateribus dextra et ſiniſtra porticus ſunt primoribus columnis lapideis intermediis arbuſculis humilibus ordinatae, cum a ſumma macerie ad Epiſtylium tecta porticus ſit rete cannabina, et ab Epiſtylio ad Stylobaten. — Intra tholi columnas exteriores lapideas et totidem interiores ex abiete tenues locus eſt — Subter columnarum ſtylobaten eſt lapis *etc. Nempe* columna *nititur* Stylobate, *ſuſtinet* Epiſtylium *etc.* Albanae columnae Quinctil. 5, 13, 40 *ex Albano monte caeſae, viles, exiguae, quippe* Clitellis apportatae. Martial. 12, 50 Et tua centenis ſtat porticus alta columnis. Immanes columnas rupibus excidere Virg. Aen. 1, 432. Marmoreae Cic. pro Domo 62. Maenia, *v. h. v.* Nobiles variis maculis columnae Sen. Thyeſt. 647 *e marmore vario.* Purpureae Claud. in Ruff. 2, 135. Ouid. Faſt. 3, 529 Pars vbi pro Rigidis calamos ſtatuere columnis Deſuper extentas impoſuere togas. Roſtrata columna, *roſtris nauium affixis ornata, qualis fuit non modo antiqua illa* Duillii, *de qua* Plin. 34, 5 *quamque peculiari libello illuſtrauit Ciacconius, atque inde repetierunt Graeuius, Begerus et Duckerus ad* Flor. 2, 2. *Sed aliorum etiam, vt Auguſti in numis adhuc conſpicua, vt Galbae, de qua* Sueton. *extr.* Senatus, vt primum licitum fuit, ſtatuam ei decreuerat, roſtratae columnae ſuperſtantem in parte fori, qua trucidatus eſt. Sublimes Ouid. Met. 2, 1. Suet. Caeſ. c. 85 Solidam columnam prope viginti pedum lapidis Numidici in foro ſtatuit *plebs Rom.* ſcripſitque PARENTI PATRIAE. Truncae Iouis ſimulacra columnae Valer. Flacc. Argon. 6, 91. Vaſtis innixa columnis templa Ouid. ex Pont. 3, 2, 49. Columnis tectum ſublime Virg. Aen. 7, 170. *De* columnis *pluſculas formulas ſuppeditare poteſt* Cic. Verr. 1, 133 c. 51 ſqq. *nempe* Ad perpendiculum exigere — Nullam eſſe columnam, quae ad perpendiculum eſſe poſſit. n. 145 c. 55 Omnes illae columnae, quas dealbatas videtis, machina appoſita nulla impenſa deiectae, eisdemque lapidibus repoſitae ſunt. — In illis columnis dico eſſe, quae a tuo redemtore commotae non ſint: dico eſſe, ex qua tantum tectorium vetus delitum ſit, et nouum inductum. n. 147 c. 56 Vtrum exiſtimatis minus operis eſſe vnam columnam efficere ab integro nouam, nullo lapide rediuiuo, an quatuor illas reponere — Oſtendam in aedibus priuatis — Columnas ſingulas ad impluuium, HS quadragenis millibus non minus magnas locatas. Cic. Q. Frat. 3, 1, 1 Columnas neque rectas neque e regione Diphilus collocarat. Eas ſcilicet demolietur: aliquando perpendiculo et linea diſcet vti. Effulta columnis atria Claud. in Ruff. 2, 135. Exſecrata columna Cic. Philipp. 1, 5 c. 2 *de illa, quam Caeſari poſitam a plebe modo e* Sueton. Caeſ. c. 85 *memorauimus.* Inaurata extrinſecus, *vid.* INAVRO. Incurrere in columnas Cic. in Orat. 224 c. 67 *amentis eſſe dicitur, et habet vim prouerbii.* Inſculptum in columna, *vid.* INSCVLPO. Occultare ſe circa columnas Vlpian. in l. Eum qui circa. D. De priuil. cred. Politae Cic. Q. Frat. 3, 1. Reciſae Hor. Carm. 2, 18, 4. Columnae et templa et porticus Suſtinent Cic. de Orat. 3 c. 46. Tollere columnam Idem Att. 14, 15. ¶ 3 *Vt* Columen *ſic* Columnae *etiam dicuntur illi, in quibus ſpes noſtrae praeſidiumque poſitum eſt.* Hor. Carm. 1, 35, 13 *de Caeſare Auguſto ad Fortunam*, Iniurioſo ne pede proruas Stantem columnam. ¶ 4 *Etiam Satyrice ponitur* Columna, *pro membro virili* Martial. 11, 52 Tanta eſt quae Titio columna pendet, Quantam Lampſaciae colunt puellae.

COLVMNELLA, *vel quod melius* COLVMELLA, ae. f. Dimin. [στυλίδιον] Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 10 Duae primum trabes in ſolo aeque longae, diſtantes inter ſe pedes quatuor collocantur, inque eis columnellae pedum in altitudinem quinque defiguntur, *etc. Sic Scal. ex libris. Sed alia exemplaria habent* Columellae. *Sic* Cato. R. R. 20 *et ſqq.* columnella *legit Meurſius ex MSS. ſed alii* Columella. *Et ſane* Columellam *dici tanto minus mirum, cum ipſum nomen* Columna litera N exemta *lectum doceat* Quinctil. 1, 7, 29. Cic. de Legib. 2, 66 c. 26 Nam ſuper terrae tumulum noluit quid ſtatui, niſi columellam tribus cubitis ne altiorem, aut menſam, aut labellum, *de Demetrio Phalereo. Ad ſepulcrum etiam, et quidem Archimedis, pertinet* Cic. Tuſc. 5, 65 c. 23 Animaduerti columellam non multum e dumis eminentem, in qua erat Sphaerae figura et Cylindri. ¶ 2 Columellam apud veteres *dictos* ſeruos maiores, *ex* Donato ad Ter. Phorm. 2, 1, 57 *docuimus in* COLVMEN n. 3. *Carmen alterum Lucilii ibi laudatum, ſeruauit etiam* Martial. 11, 91 Luceili columella hic ſitu' Metrophanes.

COLVMELLARIS, e. Adi. [κυνόδους] *Dentium epitheton in equis.* Varro R. R. 2, 7, 2 Incipientes quartum agere annum — et incipiunt naſci quos vocant columellares. Plin. 11, 27 Aetas veterinorum dentibus indicatur. Equo ſunt numero quadraginta. Amittit triceſimo menſe primores vtrinque binos; ſequenti anno totidem proximos; tum ſubeunt dicti columellares. *Hos eſſe, qui* Canini *alias vocantur, collatione Graecorum Latinorumque oſtendit Rigalt. ad Artemid. p. 15. qui etiam*

COLVMELLI, orum, *laudat ex* Iſidoro, *eodem ſenſu. Locus eſt* Orig. 11, 1 *vbi poſt deſcriptionem* Caninorum dentium *addit*, Hos vulgus pro longitudine et rotunditate columellos vocant. *Sic legendum, licet tum vetus editio 1489 tum Gothofrediana* Columellos *habeat.*

COLVMNĀTVS, a, um. Adi. [ἐστυλωμένος] *Columnis ſuſtentatus.* Varro de R. R. 3, 5, 12 Inter eas piſcinas tantummodo acceſſus ſemita in tholum, qui eſt vltra rotundus columnatus, vt eſt in aede Catuli, ſi pro parietibus feceris columnas. Os columnatum Plaut. Mil. 2, 2, 56. *i. brachio tanquam columna ſubniſum. Nempe ita nugatur ſcurra,*

Ecce autem aedificat, columnam mento ſuffulſit ſuo.
Apage, non placet profecto mihi illa inaedificatio.
Nam os columnatum Poëtae eſſe inaudiui barbaro.
Quoi bini cuſtodes ſemper totis horis accubant.

COLVMNARIS, e. Adi. Lux Prud. Hamart. 476 *quae Iſraëlitas in deſerto duxit.*

COLVMNARIVS, a, um. *Proprie Adiectiuum eſt, ſed vix aliter, quam ſubſtantiue poſitum hodie inuenitur. Nempe*

COLVMNARII, *Quorum* Caelius ad Cic. Fam. 8, 9 *extr. mentionem facit, ſunt homines viles et contemti, a* columna Maenia *ita dicti, ad quam obaeratorum cauſae agebantur. Vid.* MAENIA columna. *Qui* Colonarii *legunt certatim reiiciuntur a viris doctis ad l. c. Nic. Loënſ. Epiphyll. 8, 19 interpretatur* Columnarii *exactores. Nempe*

COLVMNARIVM *Tributum eſt impoſitum lege, vt videtur, Iulia ſumtuaria in columnas domuum, quae recens aedificarentur, reprimendi luxus in aedificando cauſa. De hoc* Cic. Att. 13, 6 pr. De aquaeductu probe feciſti. Columnarium vide an nullum debeamus. Quamquam mihi videor audiſſe a Camillo, commutatam eſſe legem. *Obtentam hanc legem eſſe ad prouinciales vexandos ſimile certe ab iis quoque exactum tributum eſſe docet* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 32 Interim acerbiſſime imperatae pecuniae tota prouincia exigebantur. Multa praeterea generatim ad auaritiam excogitabantur Columnaria, oſtiaria, frumentum, milites, remiges, arma, tormenta, vecturae imperabantur. ¶ 2 *Sed* Columnarium, *quod laudat Barth. Barrientus Annot. 5 ex* l. 21 ff. de Auro Arg. mundo, *et interpretatur vas columnae ſimilitudinem habens, in optimis quibusque libris eſt* Colum niuarium. *Vid.* COLVM. ¶ 3 Columnarium *etiam ſunt qui tribuant Vitruuio, vid.* COLLVVIARIVM.

COLVMNATIO, ōnis. f. [στύλωσις] *Columnarum exſtructio.* Apul. Florid. p. 359 Quid igitur ſupereſt ad ſtatuae meae honorem pauimenti marmoratio? proſcenii contabulatio? ſcenae columnatio?

COLVMNĬFER, ĕra, ĕrum. Adi. Prudent. Periſteph. 3, 52 Si habuit generoſa patrum Turba columniferum radium, *de columna duce Iſraëlis in deſerto.*

COLVRI, orum. Macrob. in Somn. Scip. 1, 15 Praeter hos *circulos* alii duo ſunt coluri, quibus nomen dedit imperfecta conuerſio Ambientes enim ſeptentrionalem verticem, atque inde in diuerſa *(verſus meridiem)* diffuſi, et ſe in ſummo *(in ipſo polo arctico)* interſecant *(ad angulos rectos)* et quinque parallelos in quaternas partes aequaliter diuidunt, Zodiacum ita interſecantes, vt vnus eorum *(colurus aequinoctiorum)* per arietem et libram, alter *(Solſtitiorum)* per cancrum atque capricornum meando decurrat. Sed ad auſtralem verticem *(polum antarcticum)* non peruenire creduntur, *i. ibi non obſeruantur, aut ad dimetiendas illas caeli partes, quippe nobis nunquam conſpicuas, adhibentur, ob quam cauſam etiam* κόλουροι, *i. truncati cauda ſ. extrema ſui parte vocantur.* ¶ 2 Coluri *verſus ſunt apud Grammaticos, qui in fine deficiunt. v. g.* Plotius de metris p. 2645 *Putſch.* Tetrametrum trochaicum colurum brachy catalectum fit hoc modo, cum ſeptem pedes ſoli trochaici metri ponuntur, cum debeant poni octo.

COLŪRIA, orum. n. [κολούρια] *Semicolumnia eſſe* debent *ab vna parte in acumen deſinentia.* Sidon. Epiſt. 2, 2 Porticus rotundatis fulta coluriis. *Itemque* Medicamenta rotunda et oblonga. *Vid.* Salmaſ. in Solin. p. 182 *et* 649. *Sed vtrumque explicamus in* COLLYRIA.

COLVRNVS, a, um. Adi. [κρανεινὸς, vel λεπτοκαρυϊνὸς] *Ex corno factum.* Feſtus, Colurna haſtilia, ex corno arbore facta. Seruius *autem* a Corylo *deducere mauult in* Virg. Georg. 2, 396 Pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis. Quia ſicut etiam caper vitibus eſt inimicus, ita eis nocet et corylus. Vnde et ait ſupra, Neue inter vites corylum ſere. *Priori tamen rationi fauet* Vet. Gloſſ. Κρανία, δένδρον, Colurnum, cornus.

CŎLVS, i. f. *vel* COLVS, ûs. [ἠλακάτη] *Inſtrumentum muliebre, quod penſa continet, a quo fuſo fila ducuntur.* Inde factum, vt nubentes virgines comitaretur colus comta et fuſus cum ſtamine Plin. 9, 43. Ouid. Met. 4, 229 Et colus et fuſus digitis cecidere remiſſis. Cic. de Orat. 2, 277 c. 68 Cum Q. Opimius Conſularis, qui adoleſcentulus male audiſſet, feſtiuo homini Egilio, qui videretur mollior, nec eſſet, dixiſſet, Quid tu, Egilia mea, quando ad me venis cum tua colu et lana? Non pol, inquit, audeo. Nam me ad famoſas vetuit mater accedere. Colus *maſculino genere legitur apud* Catull. in Argon. ſ. 63, 311 *de Parca*,

Laeua colum molli lana retinebat amictum,
Dextera tum leuiter deducens fila ſupinis
Formabat digitis: tum prono in pollice torquens
Libratum tereti verſabat turbine fuſum.

Amictum *agnoſcit etiam Voſſius. Sed* amictam *merito praetulere alii, cum diſerte nimis ſolis femininis adſcribat* Priſcian. 5 p. 654. *et* 6, 718 ſq. *Sic* Propert. 4, 9, 48 Lyda colu *dedit Brouckhuſius, et* Tib. 1, 3, 86 Deducat plena ſtamina longa colo? *qui ad Propertii l. c. liticulam, quam Reineſius et Daumius Epiſtolis amoebaeis 47 et 48, itemque Paſſeratius ad* Propert. 4, 1, 74 *tractauerant, ſecundum Priſcianum diremit. Nempe* Propert. 4, 9, 48 *verba ſunt Herculis*, Idem ego Sidonia feci ſeruilia palla Officia, et Lydo penſa diurna colu. Colo vitam tolerare tenuique Minerua Virg. Aen. 8, 409. *Sic* Palladia colus Sen. Herc. Oet. 563. *Et* Ouid. Faſt. 3, 818 Pallade placata lanam mollite puellae, Diſcite iam plenas exonerare colos. Claud. Conſ. Hon. 4, 594 *de filis auri et argenti*, Quae tantum digitis potuit mollire rigorem Ambitioſa colus? Non reuocabiles Parcarum coli Sen. Herc. fur. 559

Scueti

Seuera colus Parcarum Claud. in Apon. 87. *De Parcis etiam* Stat. Theb. 6, 380 Potior meritis tamen ille, ſed huius Extrema iam fila colo, datur ordo ſenectae Admeto, ſerumque mori *etc.* Colu *eſſe apud* Statium *ait* Seru. ad Aen. 8, 409. Sen. Herc. Oet. 1084 Conſumtas iterum Deae Supplent Eurydices colos. Id. Oed. 985 Decreta colus ſuae ſeruat Lacheſis. Stat. Silu. 3, 1, 172 *Hercules Pallio promittit*, Parcarum fila tenebo, Extendamque colos, *i. vitam tibi prorogabo.* Rumpit Atropos ſupremas colus, *Vitam ſoluit* Valer. Argon. 6, 645. ¶ 2 Colus *pro morbo colico.* Quum colus, inuiſum morbi genus, intima carpit Seren. Sammon. 579. *corrupta et terminatione ac genere, et modulo prioris Syllabae. Colon enim certe debebat dicere.*

COLVTHEA *an* COLVTHIA, orum. n. pl. *Quae ſint apud* Plautum Perſ. 1, 3, 7 *videndum eſt*, Commiſce mulſum, ſtruthea, colutheaque appara, Bene vt in ſcutris concaleant, et calamum iniice. *Sic. Gron. qui accipit fructum arboris* Colutea ſ. κολυτέα *apud Theophr. de plantis 3, 17, quod tanto magis conuenire putat, cum etiam* ſtruthea *ſint pomi genus, mala nempe cydonia. Verum ſilueſtris eſt* Colutea *Theophraſti, fructum habens ſiliquaceum, quo oues pingueſcunt.* Caelius 30, 18 *coniicit* Collubia, *a* labendo, *i. cibi delicias*; *it.* Coluthra, *quod genus ficuum eſſe vult. Salmaſius emendari vult locum, et legi* ſtrutheaque lutea *(i. lutei ſ. flaui coloris)* appara. *Sed* ¶ 2 Muricum generis ſunt, quae vocant Graeci coluthia, alia corythia, turbinata aeque, ſed minora multo, efficaciora etiam, et oris halitum cuſtodientia. *Haec* Plin. 32, 7 ſ. 27. *qui etiam* 32, 11 ſ. 53 Coluthia ſ. Corythia, *inter marina animalia refert.*

COLYCAE, arum. f. Specus in quibus aphronitrum inuenitur, *teſte* Plin. 31, 10 ſ. 46, 3. *Conf.* COLLIGA.

COLYMBĀDES, um. f. [κολυμβάδες] *Dicebantur Oliuae, quae contundebantur, frangebantur, vel acuta arundine inſecabantur, et muria atque herbarum viridium condiebantur ſapore, ἀπὸ τοῦ κολυμβᾶν, quod eſt innatare, vel vrinare adeo: ſunt ergo Colymbades quaſi natatrices aut vrinatrices adeo.* Columel. 12, 47, 8 Quidam vnam partem muriae et duas aceti miſcent, eoque iure oliuas poſeas colymbadas faciunt: quibus ſi per ſe quis vti velit, ſatis iucundas experietur, quamuis et hae, quum exeunt de muria, conditurам qualemcunque recipere poſſunt. Idem 48, 5 Maturam oliuam, in ſtrictura *(ſic leg.)* factam colymbadem, de muria tollito, ſpongia tergito *etc. Nominat etiam* Plin. 23, 3 ſ. 36. *Et recte reſtituit* Apicio 7, 9 *Humelbergius pro* Columbaribus oliuis.

COLYMBVS, i. m. [κόλυμβος] *Piſcina, natatio.* Lamprid. Elagab. c. 23 Marinae aquae colymbos exhibuit, *etc.* Et Prudent. Paſſ. Petri et Paul. ſ. Periſt. 12, 36 *Fons* pretioſa ruit per marmora, Donec virenti fluctuet colymbo. Iſid. Gloſſ. Colymbus, Locus *(leg.* Lacus) vbi veſtes mundantur.

## C O M

COMA, ae. f. [κόμη, ἔθειρα] Capillus *prolixior in primis et cultior, vt mulierum iuuenumque: Caeſaries magis virorum eſt.* Seru. *ad* Aen. 5, 556 Omnibus in morem tonſa coma preſſa corona eſt, Proprie comae ſunt capilli non caeſi. Feſtus, Comtus, id eſt, ornatus a Graeco deſcendit, apud quos κοσμεῖν dicitur comere, et κόσμιος, quod apud nos comis: et comae dicuntur capilli cum aliqua cura compoſiti. *Conf.* Iſid. Orig. 11, 1 *quem emendat ex MS. Salmaſ. de Caeſarie virorum et mulierum coma* p. 552. Comae ſunt proprie non caeſi capilli, et eſt Graecus ſermo. Nam comas Graeci *(Salm. addit* κομμώσεις*)* a ſecando nominant, vnde et κείρειν tondere dicunt, vnde et cirri vocantur. *Quidquid ſit de Grammaticorum tricis etymologicis, vſus, quem ſtatim oſtendemus, declarat, verum eſſe quod diximus, nec tamen ſine exceptione prolixiorem in primis et cultiorem capillum iuuenum mulierumque* comam *eſſe. Hoc etiam exempla oſtendent, quod de* Caede *et* Cinere *obſeruamus aliiſque.* Comam *ſingulari numero plus nonnunquam dicere, cum vniverſitatem velut quandam notet, cum* Comae *pars eſſe videantur. Pleonaſmus eſt in illo* Firmici 1 vlt. Quid iam de comarum crinibus dicam? Suggeſtum comae Stat. Silu. 1, 2, 114. *i. comae in gradus ſtructae, de quibus qui egerint, magno numero hic laudat Barthius.* Martial. 2, 66 Vnus de toto peccauerat orbe comarum Annulus, incerta non bene fixus acu *etc.* Eumenidum comae, *Serpentes, quos pro crinibus habent Furiae* Valer. Argon. 3, 54. Achilleae Martial. 12, 83. *Nempe a comis etiam Achilles ab Homero laudatur.* Ambroſiaeque comae diuinum vertice odorem ſpirauere Virg. Aen. 1, 407 *de Venere.* Anguineae Ouid. Triſt. 4, 7, 12. Aureae Catull. 59, 99. Breuior Sen. Hippol. 803. Calamiſtrata Cic. pro Sext. c. 8. Cana coma Neptunii iuuenis, *i. Cycni filii Neptuni, cuius coma verſa eſt in plumas* Sen. Troad. 183. Criſpa Sil. 16, 120. Ouid. Amor. 1, 5, 10 Candida diuidua colla tegente coma, *i. vtrinque dependente.* Martial. 12, 23 Dentibus atque comis (nec te pudet) vteris emtis, *i. ficticio capillamento.* Sen. Herc. fur. 12 Fera coma hinc exterret Orion deos, *i. Crinibus minantibus tempeſtatem. Nam Orion tres ſtellas habet in capite, horribili nitentes fulgore. Sic legebant et explicabant. Sed Gronou. ex MS.* Ferro minaci hinc *etc.* Flaua *in laude pulchritudinis* Hor. Carm. 1, 5, 4. Valer. Argon. 8, 237. Flauentes, *i. Flauae* Ouid. Ep. 5, 122. Flexilis Valer. Argon. 5, 588. Formoſae pereunt comae Ouid. Amor. 1, 14, 31. Hirſutae Idem de Arte Am. 1, 108. Hirtae Sen. Herc. fur. 789. Horrentes Idem Herc. fur. 468. *Et* Hippol. 803 Te frons hirta decet, te breuior coma, nulla lege iacens, *verbo incomta.* Cic. Tuſc. 3, 62 c. 26 Accianum *de Agamemnone verſum laudat,* Scindens dolore identidem intonſam comam. *Sed* Sen. Hippol. 774 Et tu thyrſigera Liber ab India Intonſa iuuenis perpetuum coma. Crinis tractus et lacerae comae Sen. Hippol. 731. Leuis coma pectine Ouid. Met. 12, 409. Stat. Silu. 5, 3, 183 Lanea cui Phrygii eſt coma flaminis. *Phrygio inſtituto, quod ab Aenea, e Troia allatum dicunt Poëtae, Flamines Rom. caput laneis vittis velant.* Libera nodo, *Reſoluta* Sen. Troad. 100. Longae Ouid. Amor. 1, 1, 20. Cic. poſt red. in Senat. 13 c. 6. *in effeminati et ebrii conſulis deſcriptione*, Vini, ſomni, ſtupri plenus, madenti *(ab vnguentis)* coma, compoſito capillo. Moeſtae ſqualore Claud. de Bell. Gild. 408. Mollis Sen. Agam. 712. Natiua, *i. Non fucata, aut Non aliunde comparata.* Ouid. Amor. 1, 14, 56. Odoratae Idem de Arte Am. 2, 734. Pinguiſſima Suet. Ner. 20. *non tam ad vnguenta, quam ad denſitatem comarum referri videtur, vid. mox* Spiſſa. Promiſſae, et rutilatae Liu. 38, 17. *de Gallis.* Recta, *Erecta* Sen. Hippol. 833. Reſupinae Stat. Theb. 10, 545. *retrorſum pexae.* Rigidae Sen. Hippol. 777. Rutilatae, *vid. paullo ante* Promiſſae. Saucia coma Niſi, *i. cirro illo fatali truncata* Stat. Silu. 3, 4, 84. Toruae coma Sibila frontis, *i. Sibilans, ſpirans, agitata vento* Valer. Argon. 3, 50. *de Pane eiusque corona pinea.* Sparſa Sil. 8, 140. Spiſſa nitidus coma Hor. Carm. 3, 19, 25. Sen. Hippol. 246 Per has ſenectae ſplendidas ſupplex comas, *etc.* Squalens Stat. Theb. 3, 135. Squalida Sen. Troad. 450. Ouid. Epiſt. 10, 16 Vtque erat a ſomno Turbida, rupta coma eſt. ¶ 2 *Verba ac Participia;* Abſciſſae Virg. Aen. 4, 590. Alere, *v. ſ. l.* Arrectae horrore Virg. Aen. 12, 868. *et* 4, 280. Ouid. de Arte Am. 3, 146. Illa ſit Aſtrictis impedienda comis. Attollere comas, *Arrigere* Sen. Herc. fur. 789. Auferunt dumi comas Sen. Hippol. 1094. Cinctum eſſe comis Ouid. Triſt. 4, 7, 12. Cogere nodo comas, *conſtringere* Sen. Hippol. 399. Compoſitae Ouid. Epiſt. 12, 156. Comere comas Idem Epiſt. 21, 88. Comere comas acu Quinctil. 2, 5, 12. Comtae Virg. Aen. 6, 48. Componere Comas Quinctil. 11, 3, 148. *dedecet oratorem.* Culta Valer. Argon. 5, 591. Stat. Silu. 5, 1, 136 Hactenus alma chelys: tempus nunc ponere frondes Phoebe tuas, moeſtaque comam damnare cupreſſo. *h. e. meo capiti coronam e cupreſſa, arbore funeſta, imponere, i. Priſcillae mortem carmine funebri deplorare.* Decidunt comae Hor. Carm. 4, 10, 3. Defluxere comae tactae medicamine Ouid. Met. 6, 141. Deprimere comas horrentes, *Incultos crines pectere* Sen. Troad. 884. Diffundere comas Virg. Aen. 1, 319. Dilaniata inornatas comas Ouid. Amor. 3, 9, 52. Diriguere comae Idem Epiſt. 5, 122. Diſiecta comas femina, *i. Diſiectis comis* Id. Epiſt. 12, 63. *vid.* Reſtituere. Effuſae Ouid. Amor. 1, 9, 38. Erexit comas horror Idem Epiſt. 16, 67. Exornare comas Sen. Herc. fur. 912. Expedire comas, *i. reſoluere, explicare* Stat. Silu. 3, 4, 89. Exuere comam vittis Idem Theb. 11, 460. Fingere comas, *vid. paullo poſt*, Soluere comas. Formare in gradum Suet. Ner. c. 57. *ad pudendum illius habitum refertur.* Frangere comam in gradus Quinctil. 1, 6, 44. Iactae temere comae colla perfundunt, *i. ſine ordine ſparſae* Sen. Hippol. 394. Implicare comam manu, *i. Capere crinibus* Virg. Aen. 2, 552. Implicare comas fertis, *Circumdare* Tibul. 4, 7, 32. Inuolitant humeris comae Hor. Carm. 4, 10, 3. Sil. 16, 120 Criſpamque Inuoluere viſa eſt Mitis flamma comam: *prodigium claritatis.* Stat. Silu. 3, 4, 10 *de Phoebo*, Forſan et ipſe comae nunquam Labentis honorem Proferet, *i. quae nunquam neque tondetur, neque ſenio defluit.* Lacerare Sen. Octau. c. 329. Lambit flamma innoxia comas Virg. Aen. 2, 684. Laniare Lucan. 2, 39. Laniata comas Ouid. Met. 4, 139. Nectere comam myrto Idem Amor. 1, 2, 23. *Corona myrtea. Et* Epiſt. 19, 134 Nondum nexis angue Meduſa comis. Neglecta Ouid. de Arte Am. 3, 353. Nigrantes Senec. Herc. fur. 689. Nodare comas Claud. in Ruff. 1, 119. Nutrire comas Valer. Argon. 6, 664. Obnubere comas, *i. Velare comas* Virg. Aen. 11, 77. Ornare comas fuco Tibul. 1, 8, 11. Pectere Ouid. Epiſt. 13, 39. Idem Met. 2, 733 Permulcetque comas, chlamydemque vt pendeat apte Collocat. *De Mercurio placere ſtudente.* Virg. Aen. 5, 556 Omnibus in morem tonſa coma preſſa corona: *ſimpliciter puto Coronam hic iam eſſe tonſurae formam, qua* preſſa eſt coma, *vt falce premitur vitis.* Ouid. Amor. 1, 7, 68 Pone recompoſitas in ſtatione comas. Sen. Herc. fur. 853 Ephebi nondum poſitis comis. Premunt vittae comam Sen. Hippol. 651. Stat. Theb. 3, 129 Hae preſſant in tabe comas, *i. applicant comas ſuas cruentis ſuorum cadaveribus.* Prominet coma in vultus Ouid. Met. 13, 845. *de Polyphemo.* Radiante coma ſurgit Titan Sen. Octau. 3. Raptari comis Ouid. Met. 12, 223. Rapta *eſt* coma, *vid.* Rupta. Recompoſitae, *vid.* Ponere comas. Reddita comis ſua cura Valer. Argon. 8, 238. Religare Hor. Carm. 1, 5, 4. Renodare, *i. in nodum colligere* Hor. Epod. 11, 42. Sit coma, ſit docta barba Refecta manu Ouid. Art. Am. 1, 518. Reſtituere comam diſiectam Sen. de Breuit. vit. 12. Rigent comae terrore Ouid. Met. 3, 100. Idem Epiſt. 10, 16 Vtque erat a ſomno turbida Rupta coma eſt. *Hoc praeferunt Heinſ. et Burm. Sic* Ouid. Epiſt. 3, 15 At lacrimas ſine fine dedi, rupique capillos. *Sed* Am. 1, 7, 49 Raptis a fronte capillis. *Nempe, vt vult Burmannus ad* Epiſt. 10, 16 Rumpuntur *crines in luctu planctu, etc.* rapiuntur *in rixa, vel ab Senectute. Vid.* Art. Am. 3, 161. *et* 570. Sciſſa coma, *ſignificat habitum feminae moerentis* Virgil. Aen. 9, 478. Sen. Hippol. 370 Attolli iubet iterumque poni corpus: et ſolui comas, rurſusque fingi. Sparguntur comae per caput Ouid. de Arte Am. 3, 76. Virgil. Aen. 2, 774 Obſtupui, Steteruntque comae, et vox faucibus haeſit. Stringere comas vittis Idem Georg. 2, 368. Subſtringere ligatas comas auro Lucan. 3, 281. *i. aureo nodo colligare* Trahere alicui comam Virgil. Aen. 1, 477. Turbatae Quinctil. 11, 3, 148. Quis eſt iſtorum, qui non malit Rempubl. Turbari, quam comam ſuam? Sen. de Breu. Vit. 12. Variare comas poſitu Ouid. Met. 2, 412. *i. varie diſponendo.* Velatae comae Virgil. Aen. 3, 405 *vbi Seruius comas vittatas exponit.* Vincti comas fronde Hor. Epiſt. 2, 1, 110. *Poëticae ſuauitatis amantes iuuabunt duo de* Coma *carmina alterum* Catulli de Coma Berenices, n. 65: Statii *alterum* Silu. 3, 4 Coma Flauii Earini. *Add.* Elogium Comarum *muliebrium* Apul. Met. 2 p. 118 ſq. ¶ 3 Comas, *pro flagello e comis, vel ſetis plexo poſuit* Martial. 2, 66 Et cecidit ſaeuis icta Plecuſa comis. *Sic e membrana Thuanea Voſſius ad Catull.* p. 224, *non ſectis, vt editur.* Saeuas comas *igitur dixit Poëta flagellum: deſcribitque ſupplicium Plecuſae, vt* Iuuenal. 6, 492, *vbi* Taurea punit Continuo flexi crimen facinusque capilli. *Animalium quidem comam etiam eſſe, docet, v. g.* Colum. 7, 3, 7 Variam et canam comam ouium improbabis. ¶ 4 Coma, *per metaphoram etiam de Arboribus, fruticibus, arundinibus, atque etiam herbis dicitur. Vid. Barth. ad* Nemeſ. ecl. 4, 23. Plin. 12, 25 Folium balſami proximum rutae perpetua coma. Virgil. Georg. 4, 137 Ille comam mollis iam tum tondebat acanthi. Arborum comae Horat. Carm. 4, 7, 2. Ouid. Nuc. 34 *Arbor* ſterilis ſola conſpicienda coma. Idem Amor. 2, 16, 36 Frigidaque Arboreas mulceat aura comas. Nemorum Horat. Carm. 1, 21, 5. Papauereae, *i. flores* Ouid. Faſt. 4, 438. Populeae Idem Amor. 1, 7, 54. *De his* Tibull. 1, 4, 28 Quam cito purpureos deperdit terra colores, Quam cito formoſas Populus alba comas. Sacra lauri coma Virgil. Aen. 7, 60. Bruma decuſſit comas arborum Sen. Herc. Oet. 383. Poſuit arbor comas, *nudata eſt foliis* Virgil. Aen. 12, 209. Sen. Herc. Oet. 1577

Vere dum flores venient tepenti,
Et comam ſiluis hiemes recident,
Vel comam ſiluis reuocabit aeſtas,
Pomaque auctumno fugiente cedent.

Ouid. Met. 10, 103 Succincta comas, hirſutaque vertice pinus. *Indicat truncum ramis nudum.* Columel. 10, 277 Telluris comae *ſunt floris.*

*flores.* Tonſa comas arbos Ouid. Met. 11, 47. Tremefacta coma arboris concuſſae Virgil. Aen. 2, 629. ¶ 5 *De igne.*

Vtrumne clarus ignis et viridis ſtetit,
Rectusque purum verticem caelo tulit,
Et ſummam in auras fuſus explicuit comam? Sen. Oed. 309.

*Sic etiam* Crinis : *et* Πυρὸς ἀμφήκης βόστρυχος *apud* Aeſchylum Prom.

COMVLA, ae. f. Dimin. Petron. 58 Curabo longe tibi ſit comula iſta beſſalis. *Add.* Commodian. Inſtr. 60, 11.

COMO, āre. [κομάω] *Verbum rariſſimi vſus, incognitum certe* Seruio *ad* Aen. 3, 468; *quemadmodum participium illius* comans *ſatis frequentis. Solus, qui adhuc obſeruatus ſit, locus eſt* Tertull. de Pall. c. 3 Nam et de mari vellera, quo muſcoſae lanoſitatis plautiores conchae comant. *Loquitur de* pinnis, *quae* marinum vellus τὸ πιννικὸν, *ſ.* πίννινον ἔριον *praebent. Ad plurale nomen* vellera *infert relatiuum* quo, *Syneſi non inſolita.* Conchae plautiores, *i. latiores, maiores* comant *vellere illo, illis filamentis, etc. Haec Salmaſii ſententia p. 220. Ita editum quoque a Priorio. Al.* lautiores. *Nec non bene procedit ſententia, ſi ſeruemus lectionem, vt ante Salmaſium fuit,* Nam et de mari vellera, quae *(i. ſecundum quae, vel quibus)* muſcoſae lanoſitatis lautiores *(delicatiores)* conchae comant. *Quin nec abſurdi nobis videntur, qui* comant *ad verbum* comere *referunt, et accuſandi caſu accipiunt* lautiores, *hoc modo,* Sunt etiam vellera de mari, *quippe* quae conchae muſcoſae lanoſitatis comant *ornentque homines* lautiores. *Sic* Seruio *ſua conſtiterit veritas, qui participium* comans *verbo carere dixit, vt oſtendimus.*

COMANS, antis. Partic. [κομῶν] *Qui longiorem comam habet.* Plin. 10, 63 Equae comantes gloria ſuperbiunt. Gell. 3, 9 Equum fuiſſe dicunt flaua et comanti iuba. Equorum colla comantia, *i. iubae* Virgil. Aen. 12, 86. Crines comantes Sil. 16, 60. Criſtae galeae comantes Virgil. Aen. 3, 468. Idem Aen. 2, 391

Sic fatus, deinde comantem
Androgeï Galeam, clypeique inſigne decorum
Induitur.

*Vbi* Seruius, Comantem, aut criſtatam: quia de caudis animalium habebant criſtas. *vt*, Criſtaque hirſutus equina. Aut comas habentem : vt Statius (Theb. 7, 369) In terga comantes Non ego Abantiadas. Humus comans, *i. graminea, ſiue herboſa.* Stat. Theb. 5, 502 Ille gaues oculos, languentiaque ora comanti Mergit humo. Iugum ſiluae comans, *frondes et folia arborum dicuntur* Valer. Argon. 3, 403. Narciſſus ſera comans, *i. ſero flores habens* Virgil. Georg. 4, 122 Nec ſera comantem Narciſſum, aut flexi tacuiſſem vimen acanthi, Seruius. Ore comanti ruere ſupra quidpiam, *i. facie comis tecta dum inclinatur* Valer. Argon. 3, 136. Pectora comantia, *piloſa* Idem Argon. 5, 594. Pellis villis comans Valer. Argon. 8, 122. Setae hircorum comantes Virg. Georg. 3, 312. Ouid. Met. 15, 749 In ſidus vertere nouum, Stellamque comantem. Siluae comantes Val. Arg. 1, 429. Tori ceruicis leonis comantes Virg. Aen. 12, 6. Aſtro comantes, *Caſtor et Pollux, ex quorum fronte plurimus manat fulgor, et fit alluſio ad aſtra Geminos. Nempe* Valer. Argon. 5, 367 Aſtroque comantes Tyndaridas, ipſe egregio ſupereminet ore.

COMĀTVS. Partic. [τριχοκόμος] *Eiusdem ſignificationis.* Plin. 4, 17 *pr.* Gallia omnis, Comata. Vnde vno nomine appellata, in tria populorum genera diuiditur, amnibus maxime diſtincta. A Scalde ad Sequanam, Belgica : ab eo ad Garumnam, Celtica, eademque Lugdunenſis. Inde ad Pyrenaei montis excurſum, Aquitania, Aremorica ante dicta. *Nempe* Comata *vocatur Tranſalpina omnis, ſ. vlterior Gallia, vt* Citerior, *quod ciuitatem obtinuiſſet,* Togata. Cic. Philipp. 8, 27 Galliam Togatam remitto, Comatam poſtulo. Martial. 1, 73 Caluus quum fueris, eris comatus. *Add.* Idem 10, 83. *et* 12, 99. *De exſectis* Comatis Flacci Argon. 7, 636. *Vid.* COMANI. Silua comata Catul. 4, 11.

COMATVLVS, a, um. Adi. Dimin. Hieron. Epiſt. 10, ad Furiam de viduitate ſeruanda, Comatulos, comtos, atque laſciuos domus tuae tecta non videant.

COMATORIVS, a, um. Adi. *Vt,* Acus comatoria Petron. 21 *quae ad comas ornandas adhibetur,* crinalis *alias, vel* diſcriminalis *dicta.*

COMŌSVS, a, um. Adi. [τριχώδης] *Idem, quod Comatus.* Phoebus comoſus Hercules lacertoſus Phallic. 36, 2. Plin. 16, 6 Hemeris vocatur, breuior et in orbem comoſa. Idem 26, 8 Comoſiſſimum ex omnibus maxime cauliculis.

COMAGĒNE, *ſ.* COMMAGENE, es. f. *Aſiae regio eſt ſupra Ciliciam in ortum ſita trans Amanum montem.* ¶ 2 *Hinc* Commagene herba. Plin. 29, 3 ſ. 13 Debemus honorem et Commagenorum clariſſimae rei. Fit ex adipe anſerum : — ad hoc in Commagene Syriae parte, cum cinnamo, caſia, pipere albo, herba, quae Commagene vocatur, obrutis niue vaſis — vnguentumque pariter ac medicamentum eſt, *etc. Orthographia in Latinis libris fluctuat inter vnam* M *et duas: ſed apud Graecos ſemper geminatur.*

COMAGENVS, *ſiue* COMMAGENVS, a, um. Adi. Iuuen. Sat. 6, 548

Spondet amatorem tenerum, vel diuitis orbi
Teſtamentum ingens, calidae pulmone columbae
Tractato, Armenius, vel Comagenus aruſpex.

Rex Antiochus Comagenus Cic. Fam. 15, 1.

COMAGENVM, i. n. *Medicamentum, vel Vnguentum, quod* κομμαγηνὸν *vocat Galenus modo deſcripſimus ex* Plinio. *Add.* 10, 22.

CŎMĀNA, orum. n. pl. *Vrbs Cappadociae memorata, v. g.* Plinio 6, 3. *Vid. mox* COMANI.

COMANI. [Κομανοὶ] *Ad hos referebant illud* Valer. Argon. 7, 636 Exſectos lacerat Bellona Comanos : *explicabantque ex* Strabonis 12 p. 369 *pr. In Antitauro conualles ſunt profundae et anguſtae, in quibus ſita ſunt* Comana *ciuitas, et Bellonae fanum, quod illi* Comana *vocant. Ea ciuitas clariſſima eſt, maximamque numine afflatorum, et ſacrorum ſeruorum multitudinem habet. Sunt plura in eo libro, de ſacrorum illorum origine, de Rege, Pontifice et Republ. Comanorum. Sed quae ad Valerium non pertinent magnopere, cum meliores ibi habeant non* Comanos, *ſed* Comatos. *Nempe Galli illi exſecti Bellonarii, de quibus ſ. l. iidem etiam, vt ſolent caſtrati, comati ſunt.*

COMANENSES, *Homines Comanae ciuitatis.* Modeſt. l. Si duas §. Hoc amplius D. de excuſ. tut. Nam Comanenſes ſophiſtae, aut alii, ſi Neocaeſareae doceant, aut curent, non habent apud Comanenſes immunitatem : et hoc ita a diuis Seuero et Antonino conſtitutum eſt.

COMARCHVS, i. m. [κώμαρχος] *Vici Magiſter, vel Praefectus.* Plaut. Curc. 2, 3, 7.

COMASSOR, *vid.* COMISSOR.

COMATVS, *vid.* COMA.

COMBE, *Aſopi filia fuit,* Chalcidis *cognomento, cui aeneae armaturae inuentionem acceptam referunt. De qua diſputant viri docti ad* Ouid. Met. 7, 383 Adiacet his Pleuron, in qua trepidantibus alis Ophias effugit nautarum vulnera Combe.

COMBENNIO, īre. [συμβαστάζω] Gloſſ. Gr. Lat.

COMBENNONES, dicti ſunt, In eadem benna ſedentes. Benna autem lingua Gallica eſt Vehiculi genus. Feſtus in Benna.

COMBĬBO, bibi, bibitum, ĕre. [συμπίνω] *Fere metaphoricum eſt de humoribus penetrantibus in corpora.* Plin. 17, 11 Vt ſolem, pluviasque combibant. Columel. 12, 10, 2 Quae quum ius combiberit, ſimili miſtura vas ſuppleatur, *de Cepa. Ita* Combibit oleum teſta Idem 12, 10, 17. Muſtum Caſibus Idem 12, 42. Combibunt vuae muſtum, ſeque implent Colum. 12, 39, 1. Combibat metreta amurcam Cato R. R. 100. Ara cruorem combiberat Ouid. Met. 13, 410. Idem Epiſt. 11, 54 Contineo gemitus, elapſaque verba rependo, Et cogor Lacrimas combibere ipſa meas. Sen. Ep. 49 Video Lacrimas combibentem, et affectibus tuis, inter ipſam coërcitionem exeuntibus, non ſatis reſiſtentem. Sil. 11, 403 Combibat illapſos ductor per viſcera Luxus. Venenum Hor. Carm. 1, 37, 28. *Per translationem nouam* Cic. de Fin. 3, 9 c. 2 Video equidem, inquam, ſed tamen infici debet his artibus. quas ſi, dum eſt tener, combiberit, ad maiora veniet paratior. *Conf.* Sen. Ep. 71. *Caſaubon. ad* Perſ. p. 224. Ouid. Met. 5, 455

Loquentem
Cum liquido miſta perfudit diua polenta.
Combibit os maculas.

*Facies maculoſa facta eſt, deſcendente, et inhaerente polenta.* Oportet minime quater quinquieſue ex interuallo inungere, deinde quum combiberint oculi ad ſingulas inunctiones Scribon. 20. Medico medicamentum — imprimente, donec combibant *(haemorrhoides* externae) totum enim in ea eſt, vt ab omni parte ſaturentur Scribon. 227.

COMBIBOR. Paſſ. Ouid. Met. 15, 275 Sic modo combibitur, tecto modo gurgite lapſus, Redditur Argolicis ingens Eraſinus in aruis.

COMBĬBO, ōnis. m. [συμπότης] *Compotor.* Non. ex Lucil. 1, 174 Quandoquidem reperi magnis combibonum ex copiis. Cic. Fam. 9, 25 In his controuerſiis, quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis.

COMBĪNO, āre. [Ζευγίζω, Gloſſ. Gr. Lat. Combinat, ζευγνύει, συνάπτει, Gloſſ. Lat. Gr.] *Plures vel plura ita componere, vt* bina ſint, *id eſt* duo *ſimul coniuncta.* Auguſt. Confeſſ. 8, 6 Forte combinati ſpatiabantur. Sidon. Epiſt. 9, 8 Obſequia combinans numeris aequata non meritis.

COMBINĀTVS, *apud* Diomed. Grammat.

COMBINATIO, ōnis. f. [Ζεῦξις κατὰ δύο, Gloſſ. Gr. Lat.] *Binorum coniunctio dicitur. Hinc* Combinatio *etiam figura appellatur quam Graeci* Epizeuxin *vocant, quum in oratione eadem dictio ſine medio duplicatur, vt* Virgil. Aen. 9, 427 Me, me : adſum, qui feci *Sipontinus.*

COMBRĒTVM, i. n. *Genus herbae.* Plin. 21, 6 ſ. 16 Simillimum ei *(baccari)* combretum appellatur, foliorum exilitate vsque in fila extenuata, et procerius, quam baccar.

COMBVLLIO, īre. *Vna ebullire.* Diutius combulliant, quoad ſpiſſitudo inducatur Apic. 8, 8, 10.

COMBVRO, ſſi, ſtum, ĕre. [συγκαίω, πυρπολέω] *Vna, vel totum vro.* Cic. Fam. 4, 12 Ibique eum combuſſimus, *de Marcello mortuo.* Annales comburere Idem de Diuin. 1, 33 c. 17. In foro combuſtus, laudatusque miſerabiliter Cic. Att. 14, 10. *De ſupplicio.* Cic. ad Q. Fratr. 1, 2 *ante med.* Te curaturum, vt fumo, *(i. lento et fumoſo igni)* combureretur — Deinde rogas Fabium, vt et patrem et filium viuos comburat, ſi poſſit : ſin minus, ad te mittat, vti iudicio comburantur. Impete magno comburere aliquid Lucret. 6 152. Subſellia comburere Cic. pro Roſc. Amer. c. 32. Viuus combuſtus eſt Id. Tuſc. 2 c. 22. Comburere, *per translationem.* Plaut Milit. 3, 2, 22 Nam mihi nimius calor comburebat gutturem, *i. vehementer exſiccabat. Et* Men. 1, 2, 43 Clam vxorem vbi ſepulcrum habeamus, et hunc comburamus diem, *i. luculenta hilaritate conſumamus.*

COMBVRENS, entis. Part. Lucret. 6, 152 Turbine ventorum comburens impete magno.

COMBVSTVS, a, um. Part. *Vt,* Caeſar etiam in foro combuſtus Cic. Att. 14, 10. *Add.* Caeſ. B. Ciu. 3, 101. Bell. Hiſp. c. 20. Prop. 2, 30, 29. Celſ. 5, 8. Emplaſtrum ad combuſtum Scrib. 221. Ad combuſta 219. 220.

COMBVSTIO, ōnis. f. Firmic. 4, 12 Vitia vero faciet ex igni et ferro, id eſt praeciſiones et combuſtiones. Apic. 4, 4 Ne fundum attingat, et combuſtionem ſentiat.

COMBVSTVRA, ae. f. *Idem.* Apic. 5, 5 Propter combuſturam. *Add.* 4, 4. Macer. 1, 26 Et combuſturis praeclare ſubuenit ignis.

COME, es, *vel* ae. f. [κόμη] *Herba a figura ſic appellata.* Plin. 26, 13 ſ. 117 Eſt et tragopogon, quem alii comen vocant, caule paruo, foliis croci, radice longa, dulci, ſuper caulem calyce lato nigro. Naſcitur in aſperis ſine vſu. Tragopogonis *etiam*, foliis croco ſimillimis mentio lib. 21, 15 ſ. 52.

COMĔDO, comes, comeſt : *vel* comedis, comēdi, comēſum, *vel* comeſtum, comedĕre, *vel* comeſſe. [ἐσθίω, φάγω, βρώσκω] *Edendo conſumere.* Plaut. Moſt. 3, 1, 32 Tam facile vinces, quam pirum vulpes comeſt. Comedit, quod fuit, quod non fuit Plaut. Trin. 2, 2 78. *i. per luxuriam et epulas abſumſit.* Comedere aliquem, *eſt bona ipſius conſumere.* Sine modo venire ſaluum, quem abſentem comes Plaut. Moſt. 1, 1, 11. Hoſtesne an ciues comedis parui pendere Plaut. Trin. 1, 2, 65. *Add.* Varr. *apud* Non. 4, 328. Bona alicuius Cic. pro Sext. c. 51. *Add.* Horat. Epiſt. 1, 15, 40. Ter. Eun. 5, 9, 57 Hunc comedendum et deridendum vobis propino. *Sic* Cic. Att. 1, 16 Putat enim ſuos numos vos comediſſe. Patrimonium comedere Idem pro Sext. 110. Poſtquam comedit Rem, poſt rationem putat Plaut. Trin. 2, 4, 14. Comeſſe ducenties aut trecenties *dicitur* mentula Catull. 29, 15. Cic. Philipp. 11, 37 c. 14 Comites vero Antonii qui poſtquam beneficia Caeſaris comederunt, Conſulem deſignatum obſederunt, *h. e. ea, quae Caeſar donauerat, per luxuriam conſumſerunt. Add. mox* COMESVS. Comedere oculis, *cupide adſpicere* Martial. 9 59 Inſpexit molles pueros, oculisque comedit, *etc.* Comeſſe ſi dicitur

*dicitur homo triſtis, iratus, idemque cogitabundus* Plaut. Truc. 2, 7, 36 Quis nam illic homo eſt, Qui ipſus ſe comeſt, triſtis, oculis malis? Animo hercle ſuo homo eſt miſer, quisquis eſt. *Sed* Catull. 29, 15 Eone nomine — fuiſti in vltima occidentis inſula, Vt iſta voſtra diffututa mentuta Ducenties comeſſet, aut trecenties, *i. per luxuriam diſſiparet.* Comeſſe, *pro Comedere etiam* Cic. pro Flacc. 91 c. 36 Quaſi bona comeſſe Romae non liceret. Catull. 23, 4 Quorum dentes, vel ſilicem comeſſe poſſunt. Cic. de Natur. Deor. 2 c. 25 Ex ſe enim natos comeſſe fingitur ſolitus Saturnus. Comeſt, *pro Comedit.* Varro Marcopoli, Piſces vt ſaepe minutos magnus comeſt Nonius 2, 98. *Sunt ibi plura veterum exempla.* Comedim, *pro Comedam veteres dixerunt.* Cic. Fam. 9, 20 Cura, ſi me amas, vt valeas: ne ego te iacente, bona tua comedim. Pomponius in Proſtibulo, Ego quaero, quod edim Nonius 9, 18. *Sunt ibi plura. Conf.* Plaut. Trin. 1, 2, 65.

COMĒSVS, *vel* COMESTVS. Partic. [βεβρωμένος] *Vt*, Quid factum eſt eo? *(ſc. argento)* Comeſum, epotum Plaut. Trin. 2, 4, 5. Venenum celerius, potuit comeſtum, quam epotum in venas permanare Cic. pro Cluent. 173 c. 62. *Sic laudat* Priſcian. 10 p. 892 *et ſic edunt meliores. Alioquin vtramque formam, quam poſuimus*, agnoſcit Priſcianus *l. c.* Diomed. 1 p. 382 ambigi *ait* de praeterito: comeſtus an comeſus *dicatur. Sed* Didius, *inquit*, ait de Salluſtio, Comeſto patrimonio. *Reſpicit, puto, locum in* declam. Pſeudo-Cic. in Salluſt. 31 c. 7 Modo patrimonio non comeſo, ſed deuorato. *Pergit:* Valgius autem, de Translatione, Comeſa patina. *Caeterum* comedere *ac* deuorare *eodem modo oppoſuit* Cic. 11, 21 Segutium negligamus, qui res nouas quaerit, non quo veterem comederit, nullam enim habuit; ſed hanc ipſam recentem deuorauit.

COMĒSVS, ûs. m. Iſid. 20, 1 Ab eſu et comeſu menſae factum dicitur vocabulum.

COMESVRVS, a, um. Partic. *Eſt* Plauti Pſeud. 4, 7, 25.

COMEDENDVS, a, um. Partic. [βρωθησόμενος] *Locum* Ter. Eun. 5, 9, 57 *modo laudauimus.* Horat. Epiſt. 1, 7, 19 Vt libet, haec porcis hodie comedenda relinques.

COMESTŪRA, ae. f. [ἐδωδή] Cato de R. R. 157 Sed quae vocatur σελινοειδής, haec ſeptem habet bona in comeſtura. *De braſſica loquitur. Sic ediderunt Iuntae, ſed alii* commiſtura, *ſ.* commixtura.

COMĔDO, ōnis. m. [φάγος] Qui bona ſua conſumit, *inquit* Feſtus, Varro *apud* Non. 2, 189 Putat fore hoc, quod hic comedonibus venit vſu, quibus nota voluptate cum edunt, duntaxat gula gaudet. Lucil. in ſecundo *apud* Non. 1, 34 Viuite lurcones, comedones, viuite ventres.

COMĔDVS, i. m. Comedum, Bona ſua conſumentem, antiqui dixerunt, Feſtus.

COMĒSOR, ōris. m. Tertull. adu. Marc. 1, 1.

COMESTOR, ōris. m. Vulg. Interpr. Sap. 12, 5. Καταφαγὰς, Gloſſ. Lat. Gr.

COMESTIBĬLIS, e. Adi. *Vt*, Vuae comeſtibiles, τρώξιμοι, Vet. Interpr. l. 205 ff. de V. S.

COMESSOR, COMESSATIO, *etc. Vid.* COMISSOR *in ſuo loco. Sed nomen*

COMESSATIO, ōnis. *A comedendo, i. vna edendo certe poſterior et ſemibarbara aetas deriuaſſe videtur: adeo conſtanter elemento* e *ſcribunt. Sic etiam*

COMESSALIA *ſumuntur* Can. Non oportet 2 diſt. 44 Non oportet miniſtros altaris, vel quoslibet clericos, aut etiam Laicos Chriſtianos ex ſymbolis (quae vulgus comeſſalia appellat) conuiuia celebrare. *Cuiuscunque aetatis ſit illa parentheſis* Comeſſalia *gloſſa eſt* conuiuiorum ex Symbolis. *Obſeruauerat hoc Rameſ. Pentecont. c. 11 extr.*

COMĔS, itis. c. [ἀκόλουθος, συνακόλουθος, συνοδοιπόρος, συνοπαδὸς, πομπὸς] *Qui cum aliquo eſt, aut it, ſ. iter facit.* Plaut. Epid. 5, 1, 25 Age, age, abſolue me — ne comites morer. *Iam ponamus, quorum comites memorantur praeterea:* Plin. 12, 1 ſ. 5 Mucianus *memoriae prodidit* epulatum ſe intra *arboris ſpecum* cum duodeuiceſimo comite. Belli comes Stat. Theb. 6, 814. Deliciarum multarum comes eſt extrema ſaltatio Cic. pro Muraen. 13. Martial. 12, 25 Exilii comitem quaeris? agellus eat. Fatorum comites, *ſuos Penates vocat Aeneas* Virgil. Aen. 2, 294. Frigida aura comes Formidinis Lucret. 3, 291. Fortunae Ouid. ex Pont. 1, 9, 16. Liu. 1, 3 Haud nihil ambigam, hiccine fuerit Aſcanius, an maior, quam hic, Creuſa matre Ilio incolumi natus, comesque inde paternae fugae, *etc.* Fugae parentum vsquequaque comes Tiberius Sueton. in Tiber. c. 6. Fugae comites habere liberos liceat Sen. Med. 541. Vell. 2, 53, 2. Lucret. 3, 1050 *de Poëtis*, Adde Heliconiadum comites, quorum vnus Homerus Sceptra potitus. Socius atque comes tum Honoris, tum etiam calamitatis Cic. pro Sul. 66 c. 23. Sen. Hippol. 1108 Qui modo paterni clarus Imperii comes, et certus heres ſiderum fulſit modo. Infelices Vlyſſis Virgil. Aen. 3, 913. Itinerum, nauigationum, laborum, et periculorum omnium meorum tempore miſerrimo comes et ſocius Cic. Fam. 13, 71. Laborum comites Ouid. Met. 8, 565. Lancis *maximae* comites *dicuntur* Lances *aliae minores* Plin. 33, 11 ſ. 52. *Locum damus in* LANX. Laudis patriae comites, *filii, ad quos laudis etiam pars peruenit.* Sen. Herc. fur. 1122. Mortis comites et funeris atri Lucret. 2, 580 *ſic vocat Ploratus et fletus.* Operis Ouid. Met. 3, 129. Oratoris omnes artes, comites ac miniſtras eſſe Cic. de Orat. 1, 75. Pacis comes otiique ſocia eſt Eloquentia Idem Brut. c. 12. Pauoris comes Exanimatio Cic. Tuſc. 4, 19. Periculorum Idem Fam. 13, 71. Secretorum dulcis comes Grammatica Quinct. 1, 4. Cic. Att. 5, 11 *legunt quidam* Marcellus ſedendi comes. *Hoc ſenſu, Marcellus, qui et ipſe Vrbis otium amat. Vtrique enim gratius erat in Vrbe ſedere, quum in prouinciam ire neuter voluerit. Sed fluctuat lectio.* Horat. Carm. 4, 12, 1 Iam Veris comites, quae mare temperant, Impellunt animae lintea Thraciae, *i. venti e Thracia ſpirantes.* Viae comes audacis *Icarus reſpectu Daedali* Sen. Oedip. 908. Virginitatis comites, *Ignis Veſtae veſtales* habet. Ouid. Faſt. 6, 294. ¶ 2 *Qui* comites *dicantur, declarabunt etiam iſta:* Angor aſſidue comes malis Lucret. 6, 1157. Diſcordia comes regni ſociis Stat. Theb. 1, 130. Hor. Epiſt. 2, 2, 187 Scit Genius, natale comes, qui temperat aſtrum. Libido dira fortunae comes Sen. Hippol. 206. Ploratus mortis comites et funeris atri Lucret. 2, 580. Poena comes premit culpam, *i. poena culpam tam ſtricte ſequitur, vt etiam premat praecedentem, eique, vt canis ferae, immineat* Horat. Carm. 4, 5, 24. Cateruae comitum Lucret. 2, 628. Manus comitum, *i. cohors comitum* Stat. Silu. 5, 3, 262. Pars vna comitum Ouid. Met. 2, 426. Princeps comitum Idem Met. 2, 160. Strepitus comitum Virg. Aen. 6, 866. Turba comitum Sen. Herc. Oet. 584. Aſſiduus comes Sen. Hippol. 1077. Atra comes cura Horat. Serm. 2, 7, 115. Idem Serm. 2, 5, 17 Nec tamen illi Tu comes Exterior, ſi poſtulet, ire recuſes, *i.* Siniſterior, in ſiniſtra parte poſitus, *vt explicat* Porphyr. *Eleganter in hunc locum Turnebus 14, 24. itemque Lipſ. Elect. 2, 2. Illud quidem ſatis apparet*, exteriorem *eſſe minus honoratum, ampliorem* interiorem: *etiam illud*, Latus tegere *eſſe* exteriorem ire, *quod in primis locus Horatii modo laudatus declarat. De* interiore *loco* Ouid. Faſt. 5, 67 *de ſene honorato*, Et medius iuuenum, non indignantibus ipſis, Ibat, et interior, ſi comes vnus erat. *Quid ſi orta eſt haec ratio inde, quod honoratiori conceditur ad murum ire, latus alterum, nudum, tegit comes?* Facundus comes in via pro vehiculo eſt P. Syrus. Fidus Tibull. 1, 5, 63. Gratiſſimus comitum Ouid. Met. 14, 221. Impiger Stat. Silu. 3, 2, 91. Martial. 12, 38 Vxori, qui ſaepe tuae comes Improbus haeret, *i. impudens, laſciuus.* Virg. Aen. 2, 796 Atque hic ingentem comitum affluxiſſe Nouorum Inuenio, admirans numerum. Ouid. Epiſt. 18, 60 Luna fere tremulum praebebat lumen eunti, vt comes in noſtras Officioſa vias. ¶ 3 *Verborum formulae:* Horat. Carm. 1, 35, 22 Te ſpes, et albo rara fides colit Velata panno, nec comitem Abnegat, *i. non recuſat te comitari. Vid. mox* Negare comitem. Addere ſeſe comitem alicui Virgil. Aen. 6, 777. Hos comites ei fortuna Aggregauit Vell. 2, 53, 1. Adiungere ſe comitem fugae, *vid.* ADIVNGO. Circumdare lateri comitem Lucan. ad Piſon. 110. Complecti aliquem comitem in caſus omnes Virg. Aen. 9, 277. Deſtituere comitem Ouid. Met. 8, 175 *al.* Deſerere. Horat. Carm. 3, 11, 13 Tu potes tigres, comitesque ſiluas Ducere. *Mercurium alloquitur.* Educere comites aliquo Idem Serm. 2, 3, 12. Haeret comes, *vid. n. 2* Improbus comes. Virgil. Aen. 6, 447 His Laodamia It comes. Idem Aen. 2, 86 Illi me comitem, et conſanguinitate propinquum Pauper in arma pater primis huc Miſit ab annis. Negare comitem, *i. nolle comitatum ire, vt paullo ante* Abnegare. Ouid. de Arte Am. 127 Si qua repugnarat nimium, comitemque negarat, Sublatam cupido vir tulit ipſe ſinu. Mirificum ſe comitem praebere Cic. Fam. 1, 9. Praebere ſe comitem furoris alterius Idem de Amicit. 17. Quaerere comitem, *vid. paullo ante* Exilii comes. Sequentes terga comites Ouid. Met. 3, 22. Secuti ſunt comites virginem Ter. Eun. 2, 3, 54. Virg. Aen. 4, 677 Comitemne ſororem Spreuiſti moriens, *noluiſti ſororem tecum mori?* Venire alicui comitem Ouid. Epiſt. 13, 163. ¶ 4 *Vſus adhuc diuerſus nominis huius notandus eſt. Pro ſodali, aut amico poſitum volunt in illo* Catull. 55, 15

Tanto te in faſtu negas amice?
Dic nobis, vbi ſis futurus, ede
Audacter, comiti licenter ede.

*Sed meliores*, Audacter committe, crede. Comes, *relatum ad* Ducem Cic. pro Marcell. 11 *vbi de rebus geſtis Caeſaris*, Huius autem rei idem es dux et comes. Ipſi caſus, euentusque rerum, non duces, ſed comites conſiliorum *Pompeii fuerunt* Cic. pro Corn. Balbo 9 c. 4. *quaſi fortunam in poteſtate habuerit.* Idem de Amic. 96 c. 25 *de Scipione*, Quanta illa fuit grauitas? Quanta in oratione maieſtas? vt facile ducem Populi Romani non comitem diceres. *Laudatur etiam* Cic. . . . Neque enim princeps tunc ad ſalutem eſſe potuiſſem, ſi eſſe alii comites noluiſſent. Comitem Platonis ſe profitetur Cicero in libris de Republica, *i. ſectatorem.* Plin. in praefat. 9. Sen. Phoen. 53 Nemo me comitem tibi eripiet vnquam. Plaut. Pſeud. 1, 1, 15 Nam tu me antehac, ſupremum habuiſti comitem conſiliis tuis. ¶ 5 Comites *peculiari notione dicti Paedagogi et Educatores, quibus ſcilicet diſcedere ab alumnis non liceret, quos ipſa etiam praeſentia ſua cuſtodire iuſſi eſſent. Sic* Virg. Aen. 5, 545 Cuſtodem comitemque impubis Iuli Epitidem *vocat. Conf.* Aen. 2, 86. Stat. Silu. 5, 2, 60 Haec iterent Comites praecepta, ſenesque paterni. Sueton. Aug. c. 98 Thraſyllum Tiberii comitem *memorat. Et* Tib. c. 12 M. Lollii Comitis et rectoris Caii Caeſaris *mentionem facit. Et de* Claudio c. 35 Remiſit, ne cuius (Praetextati) comiti aut librario calamariae, aut graphiariae thecae admirentur. L. 15 ff. §. 15 de iniuriis, Si matronali habitu femina fuerit, et quis eam appellauit, vel ei comitem abduxit, iniuriarum tenetur. Comitem accipere debemus eum, qui comitetur et ſequatur, et (vt ait Labeo) ſiue liberum, ſiue ſeruum, ſiue maſculum, ſiue feminam. Et ita comitem Labeo definit, qui frequentandi cuiusque cauſa, vt ſequeretur deſtinatus, in publico priuatoue, abductus fuerit. Inter comites vtique et pedagogi erunt. *Huc pertinet* Ter. Eun. 3, 2, 54 Comites ſecuti ſcilicet ſunt virginem? C. Verum: paraſitus cum ancilla. ¶ 6 *Sollemnis etiam illa ratio, quod* Comites *Magiſtratuum Prouincialium, Imperatorumque adeo erant Legati, Praefecti, Quaeſtores, Scribae, quosque alios illi, vel ſplendoris et maieſtatis, vel cuiuscunque vtilitatis cauſa ſecum ducebant.* Cic. Verr. 2, 69 Nego tibi ipſi vllum nummum eſſe numeratum: ſed quum ob tua decreta, ob imperata, ob iudicata pecuniae dabantur, non erat quaerendum, cuius manu numerarentur, ſed cuius iniuria cogerentur. Comites illi tui dilecti, manus erant tuae: praefecti, ſcribae, medici, accenſi, aruſpices, praecones, manus tuae erant. Comites *illos in duas velut claſſes diſtribuit* Cic. Q. Fratr. 1, 1, 3 *extr.* Atque inter hos, eos, quos tibi comites et adiutores negotiorum publicorum dedit ipſa Reſpublica, duntaxat finibus his praeſtabis, quos ante praeſcripſi. Quos vero aut ex domeſticis conuictionibus, aut ex neceſſariis apparitionibus tecum eſſe voluiſti, qui quaſi ex cohorte Praetoris appellari ſolent, horum non modo facta, ſed etiam dicta omnia praeſtanda nobis ſunt. *Ad poſterius genus, priuatorum, pertinet illud*, Celſo — comiti ſcribaeque Neronis Horat. Ep. 1, 8, 1 *vbi vid. Torrent.* Comites *et* Seruos *diſtinguit* Sueton. Caeſ. c. 4. ¶ 7 *Ab his prouincialium magiſtratuum comitibus ortum videtur, vt procedente tempore, et ab aetate inde Conſtantinorum* Comes *generale nomen omnium fere munerum, praefecturarum, curationum fieret. Apparet hoc, ſi quis vel* antiquam *illam* Notitiam dignitatum Imperii Rom. *vel illam, qua Iac. Gothofredus Theodoſianum Codicem illuſtrauit, velit percurrere. De praecipuis ſunt peculiares tituli in vtroque Codice, vt* de Comitibus Conſiſtorianis, de Comitibus et Tribunis ſcholarum, de Comitibus rei militaris, de Comitibus et Archiatris ſacri Palatii, de Comitibus qui prouincias regunt, de Comitibus artium diuerſarum. *Memorantur praeterea* Comites Aegypti, limitis Aegyptii, rei militaris per Aegyptum, Aerarii vtriusque, Africae, *et aliarum prouinciarum atque vrbium, porro* Arcadiani, Archiatrorum, Auri ad reſponſum, Cataphractarii, Clibanarii, Commerciorum, Sacri Cubiculi, Dioeceſeos Aſianae, Diſpoſitionum, Domeſticorum, Diuinae Domus, Domorum, Equitum, Formarum, Honoriani, Iuniores, Largitionum per omnes dioeceſes, Largitionum Italicianarum, Largitionum priuatarum,

tarum, Largitionum ſacrarum, Limitis Aegyptiaci, Limitum, Litoris Saxonici per Britannias, Metallorum per Illyricum, Militaris rei, Militiae vtriusque, Minores, Numerorum, Officiorum, Orientis, Priuatarum rerum Domus diuinae, Portus, Prouinciarum, Rationalis ſummarum Aegypti, Remunerationum priuatarum et ſacrarum, Rheni, Riparum et Aluei Tiberis et Cloacarum, Sagittarii, Seniores, Sacri Stabuli, Theodoſiani, Theſaurorum, Titulorum Largitionalium per Africam, Tractus Argentoratenſis, Vacantes, Veſtiarii, ſacrae Veſtis. *Hi ex ſolis, quas diximus, notitiis excerpti, ex Inſcriptionibus, et aliis monumentis ſemi-antiquis facile augeri poſſunt. Sed cum noſtri inſtituti non ſint, antiquitatum et hiſtoriae collectoribus eos relinquimus: hoc modo obſeruato,* Comites *illos a Conſtantino M. in* tres ordines, primum, ſecundum ac tertium tributos, *principes autem omnium videri* Conſiſtorianos. *Vid. Iac. Gothofr. ad* Tit. C. Th. de Comitibus et Tribunis Scholarum. *Omnes autem* Comites *in hoc conueniunt, et ab hoc nomen habent, quod vel ſocii ſunt laborum principis, vel ipſum quocumque modo adiuuant, aut quos honoris cauſa princeps pro talibus vult haberi. Vid. mox* COMITIVA. ¶ 8 Comites Palatii Lateranenſis, *et alii Germanicarum gentium, quorum hereditariae factae ſunt dignitates, plane infra aetatem illam deſcendunt, cuius ſcriptoribus declarandis hic labor noſter deſtinatus eſt.*

COMITIVA, *eſt* Comitis, *qualem* n. 7 *deſcripſimus dignitas, cuius frequens mentio in legibus* Codicis Th. *quae* de Comitibus *agunt. Sic* Caſſiod. Var. 6, 7 *eſt* Formula Comitiuae ſacrarum largitionum; 6, 8 Formula Comitiuae priuatarum (*intell.* Largitionum) 6, 9. Formula Comitiuae patrimonii; 6, 12 Formula Comitiuae primi ordinis vacantis *etc. Videtur autem natura ſua adiectiuum nomen eſſe, quod docet* Veget. 2, 9 Praefectus legionis, habens comitiuam primi ordinis dignitatem.

COMĬTOR, āri. Dep. [συνακολουθέω, παραπέμπομαι, παρομαρτέω, παρακολουθῶ] *Proprie eſt minorum maiores ſequentium, antecedentium, aut latus eorum claudentium.* Suet. de Claris Gram. 23 Rhemmius Palaemon Vicentinus mulieris verna, primo, vt ferunt, textrinum, deinde herilem filium dum comitatur in ſcholas, literas didicit. Fuga aliquem comitari Virg. Aen. 4, 543. Sil. 3, 180 Fer greſſus agiles mecum, et comitare vocantem. Currum comitari Suet. in Tiber. c. 6. Plin. 11, 18 Funerantiumque more comitantur exſequias, *De apibus.* Funus Nep. 25, 22, 4. *proprie.* Virg. Aen. 11, 51 *et* 61. Mortuum honore comitari, *Facere ei funus* Virg. Aen. 11, 52. Honores ſuperbia comitatur Claud. de Conſ. Mall. Theod. 243. Virg. Aen. 6, 112 Ille meum comitatus Iter, maria omnia mecum *etc.* Oues comitantur (*ſc. paſtorem*) Virg. Aen. 3, 660. An eſt aliquid per ſe ipſum flagitioſum, etiamſi nulla comitetur infamia Cic. de Fin. 2 c. 19. Comitari, *cum Datiuo.* Id. Tuſc. 5, 100 c. 35 Caeteraque quae comitantur huic vitae, in qua ſapiens nemo efficitur vnquam. Si comitaſſet patri Accius *ap.* Non. 2, 125. *Nempe eſt etiam*

COMĬTO, āre. [ἀκολουθέω] *Actiuum, licet minus frequens.* Ouid. ex Pont. 2, 2, 83 Quem pia nobiſcum proles comitauit euntem. *Et* 2, 3, 43 Pirithoum Theſeus Stygias comitauit ad vndas. Propert. 2, 6, 15 Quod mea ſi tenerae comitarent caſtra puellae, *etc.* Ouid. Met. 8, 692 Ac noſtros comitate gradus. Ouid. Met. 14, 259 Noſtraque adulantes comitant veſtigia. *Hinc paſſiue* Ouid. Triſt. 3, 7, 47 Ingenio tamen ipſe meo comitorque fruorque. Iuſtin. 30, 2, 4 Iam ſalutantur, iam comitantur.

COMITANS, antis. Partic. [παρομαρτῶν] *Vt,* Nullo latus comitante Sen. Hippol. 424. Comitantibus omnibus bonis Nep. 25, 22, 4. *Conf.* Curt. 5, 3, 18. *et* 6, 5, 11. Martial. 11, 52 Hic nullo comitante nec moleſto, Thermis grandibus, et ſuis lauatur. *Sic* Nupſi non comitante deo Prop. 4, 3, 16. Non aequo ordine comitantes Sil. 4, 31. Turba comitantum Ouid. Amor. 1, 7, 37. Id. Faſt. 3, 865 Nimbis comitantibus deſilit *caelo Nephele.* Armis Teucrûm comitantibus, *i. auxilio* Virg. Aen. 4, 48.

COMITANTIA, ae. f. *e* Iul. Firmico *laudatur.*

COMITĀTVS, a, um. Part. Paſſ. [παρηκολουθημένος] Cic. in Catil. 2, 4 c. 2 Illud etiam moleſte fero, quod ex vrbe parum comitatus exierit. Ipſe vno graditur comitatus Achate Virg. Aen. 1, 316. *Conf.* ib. 2, 580. Dolore comitatus Tibull. 3, 2, 13. Pecudes foetae comitatae paruis gregibus Sen. Hippol. 1. Lacrimis comitata ſororum, *i. lacrimantibus ſororibus* Stat. Achill. 2, 309 *de Thetide.* Militibus et armis comitatus Ouid. Amor. 1, 6, 33. Ipſe licet muſis venias comitatus, Homere Ouid. de Arte Am. 2, 279. *Compar.* Cic. Tuſc. 5, 113 c. 39 Aſclepiadem ferunt philoſophum, quum quidam quaereret, quid ei caecitas attuliſſet, reſpondiſſe, Puero vt vno eſſet comitatior. Plin. 10, 37 Eſt enim ars illis inter ſe blandiri, et corrumpere alias, furtoque comitatiores reverti. *De columbis loquitur. Add.* Apul. Apol. 1 p. 288, 29 Hercules — neque vna pelle veſtitior fuit, neque vno baculo comitatior. ¶ 2 *Tamen etiam actiue accipitur, vt* Stat. Theb. 8, 590 Bellum comitata Deiphile.

COMITĀTVS, ûs. m. [συνοδία] *Dicitur multitudo comitum.* Cic. Fam. 6, 19 Eius Falernum mihi ſemper idoneum viſum eſt diuerſorio: ſi modo tecti ſatis eſt ad comitatum noſtrum recipiendum. Literae erant in illo comitatu Cic. Catil. 3 c. 3. *i. quidam comitum habebant literas.* Societas atque comitatus praedonis improbiſſimi Cic. Verr. 5, 54. Aſſiduus comitatus Quinctil. 1, 2. Hecates comitatus, *Proſerpinae famuli* Valer. Argon. 6, 113. Magno comitatu venire Virg. Aen. 4, 214. Sen. Ep. 7. Muliebris et delicatus ancillarum puerorumque comitatus Cic. pro Milon. 28. Semiuir comitatus, *i. Virorum effeminatorum. Iarbas de Aenea.* Virg. Aen. 4, 215. Cic. Att. 8, 3 Accedit illud, ſi maneo, et illum comitatum optimorum et clariſſimorum ciuium deſero: cadendum eſt in vnius poteſtatem. Cic. de Finib. 2, 111 c. 34 Quid tanto concurſu honeſtiſſimorum ſtudiorum, tanto virtutum comitatu, opus eſt, ſi ea nullum ad aliam rem, niſi ad voluptatem conquiruntur? *Conf.* Id. Parad. c. 2. Abſtrahere aliquem ex comitatu ampliſſimorum virorum Cic. pro Sulla 9. Cum magno comitatu ingredi Cic. Catil. 3 c. 2. Plin. 17, 23 ſ. 35, 26 *de traducibus,* Inter ſe obuii miſcentur, alliganturque vna conciliati, virgultorum comitatu obiter rigorati qua deficiant. Caeſari comitatus, *dicuntur manus collecta hominum belli tempore vna iter facientium: vid.* B. C. 2, 48. 51. 54. *Ad principis aulam pertinet* Auſon. Epiſt. 17 Expertus es fidem meam mentis atque dictorum, dum in comitatu degimus ambo, aeui diſpares. Tacit. Hiſt. 2, 65 Cluuius comitatu principis adiectus, *i. in aulam aſſumtus.* Sacer Symmach. Epiſt. 9, 8. *et* 10, 39. *Add.* Sidon. Epiſt. 1, 11.

COMITATENSIS, e. Adi. *Militiae genus ſub Imperatoribus poſt Conſtantinum M. inferius honore* Palatinis, *ſed honoratius* Ripenſibus. *A* Comitatu *principis videntur dicti* Comitatenſes. *Vid. Iac. Gothofr. ad* l. 18 C. Th. de re milit. *vbi* Numerorum ac legionum Comitatenſium *mentio eſt. Add.* l. 13 C. de re milit. Ennod. 8, 16 *gratulatur* Barbarae, Quod ad Comitatenſes excubias dignitas adepta vos euocet. Id. 4, 33 Viros Comitatenſis exercitii per linguae ferias exclamare (*ſilentio ſuo ſignificare*) quid reſpuant. Comitatenſes Equites, Legiones, Vexillationes *ſunt in* Notit. Dignitatum Imperii. Comitatenſis fabrica Ammian. 18, 4 *ſunt artes et machinationes calumniatorum aulicorum.*

COMITABĬLIS, e. Adi. Paullinus Nolanus Auſon. Carm. 10, 291 Ipſe obit atque illi ſuus eſt comitabilis error. *i. comitatur illum.*

COMESSOR, *vid.* COMISSOR.

COMETES, is. m. *Pater Aſterionis, qui vnus ex Argonautis fuit:* Valer. Argon. 1, 356

Celer Aſterion quem matre carentem
Clenaeus gemino fouit pater amne Cometes:
Segnior Apidani vires vbi ſentit Enipeus.

Clenaeus *autem* Cometes *dicitur, quod* Clenaeum *promontorium ſit Theſſaliae, in qua regione ſunt* Apidanus *et* Enipeus. *Vid.* Ouid. Met. 10, 284. ¶ 2 Cometas *adulter Aegialeae, vid.* CYLLABARVS.

COMĒTES, *vel* COMĒTA, ae. m. [κομήτης] *Eſt Stella crinita. Audiamus de his* Plinium 2, 25 ſ. 22 Cometas Graeci vocant, noſtri crinitas, horrentes crine ſanguineo, et comarum modo in vertice hiſpidas. *Eorum deinde formas enarrat* Pogonias, Acontias, Xiphias, Diſceas, Pithias, Ceratias, Lampadias, Hippeas, *de quibus ſ. l. Addit,* Fit et candidus Cometes, argenteo crine ita refulgens, vt vix contueri liceat, ſpecieque humana Dei effigiem in ſe oſtendens. Fiunt et hirti, villorum ſpecie et iuba aliqua circumdati. Semel adhuc iubae effigies mutata in haſtam eſt — Breuiſſimum, quo cernerentur ſpatium ſeptem dierum annotatum eſt; longiſſimum centum octaginta. *Ita enim legendum, reſtituta voce* centum, *quam immerito Harduinus expungit.* Apul. de mundo p. 64, 26 Statiua lux eſt, quam ſterigmon illi (*Graeci*) vocant, ſine curſu iugi, ſed prolixa lux, ſtellaeque fluor, et ignitus liquor, qui cum latius quatitur, Cometes vocatur. Manil. 1, 811 *ſq. habet theoriam velut cometarum, cuius initium damus ex emendatione Bentleii,*

Sunt etenim raris orti natalibus ignes
Aëra per liquidum, natosque perire cometas
Protenus, et raptim ſubitas candeſcere flammas,
Rāra per ingentes viderunt ſaecula motus *etc.*

Seneca *totum librum* ſeptimum Quaeſtionum naturalium Cometis *impendit, et in eam deſinit ſententiam, eſſe ſidera, perpetua, quorum ratos circuitus poſtera forte aetas declaratura ſit.* c. 26 Erit qui demonſtret aliquando, in quibus cometae partibus errent, cur tam ſeducti a caeteris eant, quanti qualesque ſint *etc.* Cic. de Nat. Deor. 2, 14 c. 5 Tum facibus viſis caeleſtibus, tum ſtellis his, quas Graeci cometas noſtri cincinnatas vocant: quae nuper bello Octauiano magnarum fuerunt calamitatum praenuntiae. *Conf.* Seru. *ad* Aen. 10, 272. Sidera cometarum Ammian. 25, 32 *et* 30, 21. Belli mala ſigna cometes Tibull. 2, 5, 71. Diri cometae Virg. Georg. 1, 488. Valer. Argon. 6, 608 — Iratoque vocati A Ioue fatales ad regna iniuſti cometae. Lucan. 1, 529 Crinemque timendi Sideris, et terris mutantem regna cometen. Claud. Eidyll. 5, 4 Vnde rubeſcentes ferali crine cometae? Sanguinei lugubre rubent Virg. Aen. 10, 272 Tremuli claro ardore Cic. de Diuin. 1, 20. Triſtis Claud. de Conſ. Mall. Theod. 112.

COMICVS, *vid.* COMOEDIA.

COMINI. [Κομῖνοι] *Populi fuerunt Italiae in tractu Aequicolarum.* Plin. 3, 12. *Hinc*

COMINIA, *Genus oliuae, apud* Plin. 15, 3.

COMĬNVS, *vel* COMMINVS, *quod defendit* Cort. *ad* Sall. Cat. 60, 3. Adu. [ἐγγύθεν, συστάδην] *Ita prope, vt* manus conſeri *poſſint. eſt enim e* Con *et* manus, *eiusque contrarium* Eminus. Ouid. Met. 3, 119 Rigido de fratribus vnum Comminus enſe ferit, iaculo cadit eminus ipſe. Cic. de Sen. c. 6 Nec enim excurſione, nec ſaltu, nec eminus haſtis, aut comminus gladiis vteretur. *Et Metaph.* de Diuin. 2, 26 Sed haec fuerit nobis tanquam leuis armaturae prima orationis excurſio: nunc comminus agamus, experiamurque, ſi poſſimus cornua commouere diſputationis tuae. Apul. 5 p. 164 *pr.* Videsne quantum tibi periculum velitatur fortuna eminus? ac — mox cominus congredietur. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 58 Itaque dum locus cominus pugnandi daretur. *Audaci metaphora* Plin. 5, 9 Verum ſol per eos dies cominus facto, extrahi ardoris vi et ſuſpenſum abundare ac ne deuoretur abſcondi, *de Nilo. Sic* Omnium gentium bon. Romae cominus iudicari Plin. 11, 42. *i. copiam eſſe ex proximo videndi* Pugnare comminus cum hoſte Cic. pro Corn. Balb. 23 c. 9. Suet. Caeſ. c. 67 L. Caſſium partis aduerſae cum decem roſtratis nauibus obvium ſibi neque refugit, et cominus tendens, vltro ad deditionem hortatus, ſupplicem ad ſe recepit. Accedere cominus ad aliquem Cic. Att. 2, 2. Pomponius in l. Si quaſi. D. de Pignorat. action. S quaſi recepturus a debitore tuo cominus pecuniam, reddidiſti e pignus, *i. ſtatim, de manu in manum. Statim etiam eſt* Virg. Georg. 1 104 Quid dicam iacto qui ſemine cominus arua Inſequitur? *q. d manu non retracta.* Graue cominus aeſtuat aër ſordidus Stat. Theb 12, 248. *i. ex proximo odorem exhalat.* Lateque et cominus Catul Argon. 109 *Sed meliores* Late quaecumuis obuia frangens, *de querca cadente. Compar.* Cominius accedere ad congreſſum *laudatur e* Tertull. de Carne Chr. 71. *Metuo vt recte.*

COMIS, e. Adi. [φιλόφρων, εὐπροσήγορος, εὐτράπελος] *Benignus homo, et facilis, qui alii non grauate reſpondet, et humanitatem illam tralaticiam hilaris exercet.* Κόσμιος Vet. Gloſſ. Comes, benigni, faciles, ſuaues homines Cic. pro Balb. c. 16. *Id.* Cic. de Finib. 2, 8 Quaſi quis illum neget et bonum virum, et comem, et humanum fuiſſe. Quinctil. 6, 2, 18 Haec omnia (*ἤθη oratoris*) bonum et comem virum poſcunt. Comis et humanus erga aliquem Cic. de Senect. 59. Comis, vrbanus, et liber Hor. Serm. 1, 4, 90. Amica comis et blanda Ouid. de Arte Am. 2, 177. Ouid. Faſt. 3, 6§. Conueniunt partes hae tibi comis anus. Ingenium come Tacit Ann. 5, 1. Ouid. de Arte Am. 3, 510 Comibus eſt oculis alliciendus amor. Sermo et congreſſus comis Tacit. Ann. 15, 48. Parum comis Plin. 35, 4 *extr. dicitur Tiberius, i. ſubruſticus, neque elegantiarum ſtudioſus.* Comis, *pro Indulgenti* Liu. . . . Nunc patres comes, et ſenes facile de alieno imperio ſpreto gratiam facere. *Budaeus* Comis *de Prodigo* Plaut. Trin. 1, 1, 24. In vxorem comis Hor. Ep. 2, 2, 13 *Compar.* [φιλοφρονέστερος] Cic. pro Muraen. 66 c. 31 Quis vero C. Laelio comior? quis iucundior eodem ex ſtudio iſto? *Superl.* Semper alias comiſſimi

mus Suet. Veſp. c. 22. *vbi tamen al. aliter leg.* Senex comiſſimus Apul. Met. 11 p. 268 (Pric. 255) Comiſſimis affatur ſermonibus Id. 10 p. 247 (224 Pric.)

COMISSOR, *vid. poſt deriuata e* Comis.

COMĬTAS, ātis. f. [φιλοφροσύνη, εὐπροσηγορία] *Benignitas, facilitas.* Cic. de Finib. 5, 65 Iuſtitiae ſunt adiunctae pietas, liberalitas, benignitas, comitas, quaeque ſunt generis eiusdem. Comitas et affabilitas ſermonis Cic. Off. 2, 48. Comitate quadam curandi prouinciam tenuit Tac. Agric. 16, 4. Cic. de Orat. 2, 343 Sunt enim aliae virtutes, quae videntur in moribus hominum et quadam comitate ac beneficentia poſitae. Cic. de Amicit. 68 Et ad omnem comitatem facilitatemque procliuior. Cic. Att. 6, 6 Mulieres quidem valde intelligo delectari obſequio et comitate adoleſcentis. Seueritatem comitatemque miſcere, ne illa in triſtitiam, haec in petulantiam procedat Plin. Epiſt. 8, 21, 1. Nepos 25, 15, 1 Comitas eius non ſine ſeueritate erat. Cic. in Orat. 34 Quid enim tam diſtans, quam a ſeueritate comitas? Id. in Brut. 148 Summa non vitae ſolum atque naturae, ſed orationis etiam comitas. Verborum comitas Cic. de Orat. 2, 182. *inter modos homines ſibi conciliandi.* Suet. Othon. c. 3 Omnium autem conſiliorum ſecretorumque particeps, die quam Nero necandae matri deſtinauerat, ad auertendas ſuſpiciones coenam vtrique exquiſitiſſimae comitatis dedit. *Sic* Remiſſiſſimo ad otium et omnem comitatem animo Suet. Aug. c. 98. *Et* c. 53 Tanta comitate adeuntium deſideria excipiens, vt quendam ioco corripuerit, quod ſic ſibi libellum porrigere dubitaret, quaſi elephanto ſtipem. *Et* c. 74 Coenam ternis ferculis, aut quum abunde, ſenis praebebat, vt non nimio ſumtu, ita ſumma comitate. Erat in illo viro comitate grauitas condita Cic. de Senect. 19. Summa grauitas cum ſingulari comitate coniuncta Cic. Q. Fratr. 1, 1. Aſpergere grauitati comitatem, *vid.* ASPERGO. Conciliare ſibi homines inuitandi comitate Liu. 1, 34. Conciliat animos comitas affabilitasque ſermonis Cic. Off. 2, 48. Diſſoluta comitas et auſteritas triſtis, *exceſſus ſunt virtutum doctoris* Quinctil. 2, 2, 5. Habere nullam comitatem ſermonis Cic. Off. 1, 109. Liu. 5, 3 Ne nos comitate et munificentia noſtra prouocemus plebem. *Et* c. 7 Victam eſſe comitatem benignitatemque Senatus.

COMĬTER. Adu. [φιλοφρόνως] Hilare ac libenter, *inquit* Varro de L. L. 6, 5 p. 79 *explicans illud* Ennii, Si voles aduertere animum, comiter monſtrabitur. Accipere aliquem comiter Plaut. Amph. 4, 2 ſuppoſ. 18. Adiuuare comiter Ter. Phorm. 3, 3, 4. Adminiſtrata comiter prouincia Tacit. Hiſt. 1, 13. Conuiuium comiter celebrare Liu. 1, 22. Comiter et benigniter aliquem compellare Liu. 2, 44. Salutare benigne, comiter appellare vnumquemque Cic. Philipp. 13, 4. Comiter alterius populi maieſtatem conſeruare Procul. in l. 7 D. de captiu. et poſtlim. ſic interpretatur. Hoc enim adiicitur, vt intelligatur alterum populum ſuperiorem eſſe, non vt intelligatur alterum non eſſe liberum. *Quod idem* Cicero pro Corn. Balb. 36 c. 16 *demonſtrat.* Primum verbi genus hoc conſeruandi, quo magis in legibus, quam in foederibus vti ſolemus, imperantis eſt, non precantis. Deinde quum alterius populi maieſtas conſeruari iubetur, de altero ſiletur, certe ille populus in ſuperiori conditione cauſaque ponitur, cuius maieſtas foederis ſanctione defenditur. In quo erat accuſatoris interpretatio indigna reſponſione, qui ita dicebat, COMITER eſſe COMMVNITER. Quaſi vero priſcum aliquod aut inſolitum verbum interpretaretur. Comes, benigni, faciles, ſuaues homines eſſe dicuntur, qui erranti comiter monſtrant viam, benigne non grauate. COMMVNITER quidem certe non conuenit. Excipi comiter Ouid. Faſt. 2, 788. Factum a vobis comiter Plaut. Poen. 3, 6, 10. In conuiuio iucunde ac comiter eſſe Cic. pro Deiot. c. 7. Plin. 17, 1 de Craſſo Domitium alloquente, Vtrumne igitur ego ſum, inquit, quaeſo Domiti, exemplo grauis et ab ipſa mea cenſura notandus, qui in domo, quae mihi hereditate obuenit, comiter habitem: an tu, qui ſex arbores *etc.* Solari comiter aliquem Cic. Att. 3, 15. *Superl.* Plaut. Mil. 3, 3, 66 AC. Datne a ſe mulier operam? PA. lepidiſſime et comiſſime.

COMISSOR, āri. [κωμάζω] *Quod non ſatis emendate* COMESSOR *aut* COMASSOR *quidam ſcribunt, ſignificat hilariter et laſciue adeo poſt coenam compotare et voluptati ex ſodalibus, aut amaſiis etiam, indulgere, idque fere ita intelligitur, vt foris fiat, vel in publico, vel vti tranſeatur in aliam domum.* Liu. 40, 7 *poſt conuiuii et benignae ibi inuitationis mentionem,* Demetrius, quin comiſſatum, inquit, ad fratrem imus. — *ille* ianuam obſerari iubet — et comiſſatores, tanquam ad caedem ſuam venientes, aditu ianuae arcet. Plaut. Moſt. 1, 4, 5 Nunc comiſſatum ibo ad Philolachen. Suet. Domit. c. 21 Conuiuabatur non vltra ſolis occaſum, nec vt poſtea comiſſaretur. Ter. Eun. 3, 1, 51 Phaedriam intromittamus comiſſatum. Hor. Carm. 4, 1, 9 *Venerem alloquens*, Tempeſtiuius in domo Paulli — comiſſabere Maximi. *Indicat ſine Cerere et Baccho eam frigere, De etymo audiamus adhuc* Feſtum, Comiſſatio a vicis, quos Graeci κωμας dicunt, appellatur. In his enim habitabant prius, quam oppida conderentur, quibus in locis alii alios conuictus cauſa inuitabant. *Plura de verbi origine vid. apud Caſaub. de Sat. 1, 4. et Voſſ. Etymolog. Add. Burmannus ad* Petron. 65 p. 324. *Breuiter eſt ipſum Graecum κωμάζειν, quod ab illorum κῶμος eſſe, nemo dubitat. Neque tamen ideo recte legitur* Comaſſor: *eſt enim vt a πατριάζω* patriſſo.

COMISSANS, antis. Suet. Calig. c. 32 In conſpectu prandentis vel comiſſantis. Quinctil. 11, 3, 57 Modulatio ſcenica, et nonnunquam ebriorum aut comiſſantium licentiae ſimilis.

COMISSATIO, ōnis. f. *Compotatio a coena.* Varr. L. L. 6, 5 Inde *(a nomine κῶμος)* Latine comiſſatio dicta. Feſti *locum modo dedimus in* COMISSOR. Suet. Veſpaſ. c. 7 ad mediam noctem comiſſationes cum aliis extendere. Idem Vitell. c. 13 Epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat, in ientacula, prandia, coenas, et comiſſationes. Cic. in Catil. 2, 10 c. 5 Quod ſi in vino et alea comiſſationes ſolum et ſcorta quaererent, eſſent illi quidem deſperandi, ſed tamen eſſent ferendi. *Legitur hic et* Comeſſatores. *Sed male* Libidines, amores, adulteria, conuiuia, comiſſationes, cantus, ſymphoniae Cic. pro Cael. 35 c. 15. Turpe conuiuium, amor, comiſſatio, libido, ſumtus Cic. pro Muraen. 13. Nolo ſimile eſſe aut maius quam res poſtulet, *Tempeſtas comiſſationis*, aut minus, *Comiſſatio tempeſtatis* Cic. de Orat. 3, 162 c. 41. Albana comiſſatio Martial. 12, 48.

COMISSĀTOR, ōris. m. [κωμαστής] *Qui comiſſatum venit.* Ter. Adel. 5, 2, 8 *de patre ſuperueniente filio potanti,* Edepol comiſſatorem haud ſane commodum. *Sic* Comiſſatores tanquam ad caedem ſuam venientes aditu ianuae arcet Liu. 40, 7. Atque oluere Lares comiſſatore Lyaeo Martial. 9, 62. *Conf.* Apul. de Mundo p. 74. Id. Apol. p. 322. Gell. 4, 14. Sen. Conſol. ad Helu. 10. *it.* Epiſt. 122. Caius in l. Si quid D. de Aedilit. edict. Et is ex diuerſo leuis, proteruus, deſidioſus, ſomniculoſus, piger, tardus, comiſſator inveniatur. Quinctil. 3, 6, 26 In peſtilentia comiſſator, *vt exemplum laudatur, vbi tempus ad quaeſtionem facit.* Petron. 65 Comiſſator Habinnas intrat — ebrius — oneratus aliquot coronis, vnguento per frontem in oculos fluente. Alia ſubſelliorum ratio, alia lectorum: non idem iudicum comiſſatorumque conſpectus Cic. pro Cael. 67. Id. Att. 1, 16 Vt noſtri iſti comiſſatores coniurationis barbatuli iuuenes illum in ſermonibus Cn. Ciceronem appellent. Comiſſatores *dixit, reliquos et ſeros coniuratos, vt qui velut poſt coenam comiſſatum veniant.*

COMISSABVNDVS, a, um. [κωμαστώδης] *Similis comiſſanti.* Liu. 9, 17 Temulento agmine comiſſabundus inceſſit. Plin. 21, 3 Athenis comiſſabundi iuuenes ante meridiem conuentus ſapientum frequentabant, *i. coronati, ebrii, petulantes.* *Conf.* Curt. 5, 7, 10. *et* 9, 10, 26.

COMISSALIA, *vid.* COMESSALIA.

COMISSALITER. Adu. Cantare comiſſaliter Sidon. Epiſt. 1, 5. *i. velut in comiſſatione.*

COMITASSET, *veteribus pro* Cubuiſſet, *teſte* Nonio 2, 125 Accius Erigona, Tum autem Aegiſthus ſi me eſſe eodem lecto comitaſſet patri. *Mercer. pro* cubuiſſet *habet* mouiſſet. *Monet vir ille doctiſſimus, quibusdam placuiſſe, pro* lecto, leto: *ſed ne ſic quidem aliquid, puto, extricatur. Quod coniicit Mercerus,* ſimul eodem lecto cubitaret *facile eſſet: ſed non apparet, cur huc relatum ſit a Nonio. Ingenioſe doctiſſ. Birrius,* combitaſſe, *pro* cumbitaſſe *a* cumbo, *vt* cubito *a* cubo.

COMITIVM, i. n. *Ad verbum quilibet hominum coetus, dicitur enim a Coëundo.* Ὀχλαγώγιον Vet. Gloſſ. Ὀχλαγωγῶ, comitium facio, circulor Id. *Erat vero* Comitium *locus in Foro iuxta curiam, vbi diſceptabantur cauſae, et comitia, quae inde dicta ſunt, habebantur.* Comitium ab eo, quod coibant eo comitiis curiatis et litium cauſa Varro de L. L. 4, 32 p. 37, 17. Feſtus, Comitiales dies appellabant, cum in comitio conueniebant, qui locus a coëundo, id eſt, ſimul veniendo dictus eſt. Liu. 1, 36 *locum ita ſignat:* Statua Accii poſita capite velato, quo in loco res acta eſt, in comitio, in gradibus ipſis, ad laeuam curiae fuit. *Conf.* Cic. de Diuin. 1, 32 *vbi* Cotem in comitium allatam, *refert.* Cic. pro Sext. 75 c. 35 Cum forum, comitium, curiam — occupaſſent — Sextius — pulſus e roſtris in comitio iacuit. Liu. 27, 36 Eo anno primum, ex quo Annibal in Italiam veniſſet, Comitium tectum eſſe, memoriae proditum eſt. Cic. Verr. 1, 49 c. 19. *et* 3, 9 c. 4 Ornatum ſignis tabulisque vt forum *ita et* comitium, *diſcimus.* *Add.* 1, 58 c. 22. Cic. Att. 4, 3 Metellus poſtulat, vt ſibi poſtero die in foro obnuntietur: nihil eſſe, quod in campum nocte veniretur, ſe hora prima in comitio fore. Liu. 24, 20 Perfugae virgis in comitio caeſi omnes, ac de ſaxo deiecti. *Hinc intelligimus* Comitium et virgas pati Plin. Epiſt. 4, 11. *i. poena affici: conf. Buchner.* Gell. 4, 5 Statua Romae in comitio poſita Horatii Coclitis fortiſſimi viri de caelo tacta eſt. Aſconius in Verrin. 1, 58 c. 22 Comitium locus propter Senatum, quo coire equitibus et Populo Romano licet. Liu. 6, 15 Dictator ſella in comitio poſita viatorem ad M. Manlium miſit. *Iudicii haec breuis et velut extemporalis forma. Sic* Comitium Subſelliis opponit Cic. in Brut. 288 Quare ſi anguſte et exiliter dicere eſt Atticorum, ſint ſane Attici, ſed in comitium veniant, ad ſtantem iudicem dicant. Subſellia grandiorem et pleniorem vocem deſiderant. Stantem, *quod in ſubſelliis iudices ſederent, in Comitio ſtarent. Atticos igitur hoſce in comitium mittit, quod cauſas minores, quae ibi agebantur, et in quibus vehementi dicendi genere opus non erat, dicere poſſent, non item maiores in tribunali et ſubſelliis:* In comitio *igitur* de plano *iudicabant, cuius iudicii forma etiam eſt ſeruata a* Macrobio Sat. 2, 12 Vbi *ex oratione* C. Titii *viri* aetatis Lucilianae *iſta refert,* Ludunt alea — vbi horae decem ſunt, iubent puerum vocari, vt (in) comitium eat, percunctatum, quid in foro geſtum ſit, qui ſuaſerint, qui diſſuaſerint, quot tribus iuſſerint, quot vetuerint. Inde ad comitium vadunt, ne litem ſuam faciant. — Veniunt in comitium triſtes, iubent dicere. Quorum negotium eſt, dicunt. Iudex teſtes poſcit, ipſus it minctum. Vbi redit, ait ſe omnia audiuiſſe: tabulas poſcit, literas inſpicit. Vix prae vino ſuſtinet palpebras. Eunt in conſilium *etc.* *Ab hoc* Comitio *dicta ſunt*

¶ 2 Comitia Populi Rom. [ἀρχαιρεσία] *id eſt conventus legitimi vel eligendorum magiſtratuum, vel iudiciorum publicorum, vel quarumcunque legum ferendarum cauſa, conuocati. Antiquiſſima videntur* Calata, *de quibus vid. ſub* CALO: *tum* curiata, *in quibus per* curias, *et* centuriata *vbi per* centurias, tributa *denique quando per* tribus *ſuas conuocatus deſcriptusque populus ſuffragia ferret, ea quidem vbique lege ac conditione, vt quod pluribus vnius* curiae, centuriae, tribus, *ciuibus placuiſſet, illud tota* curia, centuria, tribus, *probare cenſeretur, quod autem plures* curiae, centuriae, tribus *vellent, illud totus iuſſiſſe populus putaretur, atque adeo Lex eſſet. Vid. ſub* CVRIA, CENTVRIA, TRIBVS. *Neque vero huius loci eſt totam Comitiorum rationem declarare, quod totis libris a Car. Sigonio, Nic. Gruchio aliisque factum eſt: neque caret ea doctrina vllum Romanarum antiquitatum compendium. Noſtrum eſt loca veterum indicare, quibus non vſus tantum verbi, ſed res etiam ipſa declaretur. Ac primo quidem* Comitia *in* comitio *eſſe habita, docere poteſt* Varro R. R. 1, 2, 9 *vbi de C. Licinio,* Tribunus pl. cum eſſet poſt reges exactos annis CCCLXV primus populum ad leges accipiendas in ſeptem iugera forenſia e Comitio in forum eduxit. *Hoc ita interpretatur (monente Pighio Annal. ad A. 608.)* Cic. Lael. c. 25 Inſtituit in forum verſus agere cum populo. *Capacius forum Comitio, auctam tot annis multitudinem melius cepit. Hinc* forenſia iugera, *primum in foro data. Poſtea e foro etiam nimis anguſto tranſlata in Campum Martium Comitia ſatis conſtat, vid.* CAMPVS n. 6. *Locus nobiliſſimus de comitiis eſt* Cic. Agrar. 2, 26 c. 11 Maiores de ſingulis magiſtratibus bis vos ſententiam ferre voluerunt. Nam cum centuriata lex cenſoribus ferebatur, *(quos tributis Comitiis ante electos putamus)* curiata caeteris patriciis magiſtratibus, *(per centuriata comitia ante electis)* tum iterum de iisdem iudicabatur, vt eſſet reprehendendi poteſtas, ſi populum beneficii ſui poeniteret. Nunc quia prima illa tenetis *(centuriata et tributa, vt in vtrisque plebeiorum etiam ratio haberi poſſit)* Curiata tantum auſpiciorum cauſa *(vt vetus caerimonia)* remanſerunt. *Sed interdum etiam binis centuriatis de eodem Candidato iudicatum oſtendit* Cic. pro Plancio 49 c. 20 Sed cur ego ſic ago? Quaſi non comitiis iam ſuperioribus ſit Plancius deſignatus aedilis.

lis. Quae comitia primum coepit habere Conſul — Vocatae tribus, latum, ſuffragium, deſcriptae, renunciatae. Longe plurimum valuit Plancius. An tandem vna Centuria praerogatiua tantum habet auctoritatis, vt nemo vnquam prior eam tulerit, quin renuntiatus ſit: tu aut his ipſis Comitiis Conſularibus, aut certe in illum annum aedilem Plancium factum miraris, — Cuius in honore non vnius tribus pars, ſed comitia tota comitiis fuerint praerogatiua. *Obſeruemus hic non illud tantum de binis comitiis, ſed hoc quoque: aucta Populi Rom. magnitudine in tantum, vt iam vna tribus non minus forte multos ciues contineret, quam Seruio Tullio regnante tota habebat resp., immutatum eſſe Comitiorum Centuriatorum rationem, et cum tributis velut mixtam hoc modo, vt tributim quidem vocaretur populus, ſed in vnaquaque tribu non viritim ſuffragia ferrentur, quae propria tributorum comitiorum ratio eſt: verum in centurias ſuas et claſſes a Seruio inſtitutas diſcedens tribus ſic ferret centuriata ſuffragia. Quod igitur pluribus centuriis vnius tribus probaretur, illud totius illius tribus erat ſuffragium etc. Haec obſeruatio, neſcio an alias ſatis diſerte propoſita, pluribus locis, in quibus et centuriarum et tribuum in iisdem Comitiis mentio fit, lucem accendit. Caeterum* Cic. pro Domo 38 c. 14 *docet* Auctores centuriatorum et curiatorum Comitiorum *eſſe non potuiſſe niſi patricios. Nempe* auctor Comitiorum *eſt, qui ea habet, i. vt nunc loquuntur, dirigit, iisque praeſidet.* ¶ 3 *Iam Epitheta et Formulas perſequamur.* Aedilicia comitia Varr. de R. R. 3, 2, 1. *quibus Aediles creantur: de quorum ratione et exitu agitur* 3, 5, 18 *vbi pluſcula annotauimus.* Calata, *vid.* CALO. Centuriata, *vid. ſub* CENTVM. Conſulum comitia Cic. Quint. Fratr. 2, 2 *quibus Conſules creantur. Eadem* Conſularia, Cic. pro Muraen. 38 Imperatores enim comitiis Conſularibus, non verborum interpretes deliguntur. Curiata Gell. 15, 27. Liu. 5, 52. *vid. ſub* CVRIA. Gratuita Cic. Att. 4, 15. *in quibus largitio aut alius ambitus non intercedit.* Gratuita *tum* Comitia *futura putabantur ob hanc cauſam:* Tribunicii candidati iurarunt, ſe arbitrio Catonis petituros. Apud eum HS. quingena (16666⅔ *imperiales, ſ.* 12500 *vnciales*) depoſuerunt; vt qui a Catone damnatus eſſet, id perderet, et competitoribus tribueretur. Imperii: *defenditur a Sciopp. Animadu. p. 10.* Arnobius 2 p. 91 Numquid magiſtratus per populum creatis? Militaria, Vrbana, Communia quae ſunt Comitia ſcitis? *Appellat* comitia centuriata, Militaria, *quod populus more militari centuriatus ſit:* Vrbana, curiata: *Curiae enim erant vrbani populi.* Communia, tributa, *quod ex totius Populi tribubus fierent: erantque non propria tantum vrbani Populi, ſed etiam ruſtici et ſuburbani. Sic Turnebus 13, 14.* Pontificia *videntur ea, de quibus* Gell. 15, 27 quae pro collegio Pontificum habentur, aut Regis (*ſacrorum*) aut Flaminum inaugurandorum cauſa. Comitia Pontificis maximi *ſunt, quibus tributis Pontifex maximus creabatur.* Cic. in Rull. 2, 18 *vbi docet iis dimidiam modo partem tribuum, nempe tribus XVII, cum eſſent omnes XXXV, ſuffragia tuliſſe.* Proconſularia Liu. 8, 23. *et* 10, 24. *Non quo nomine hoc vtatur: ſed quod narrat, diſſenſione de ea re in Senatu orta, Populo et Comitiis permiſſum, vt decernerent, quis Proconſul eſſet.* Quaeſtoria *vid. mox* Auſpicari. Recentibus comitiis in Senatum introducti haruſpices Cic. de Diuin. 1, 33. Comitia creando Regi Liu. 1, 35. Sacerdotum comitia Cic. ad Brut. 5. *quibus eliguntur.* Tribunicia Cic. Att. 1, 1. Tribunos militares *etiam comitiis quosdam electos, docet* Salluſt. Bell. Iugurth. 63. *Vid.* COMITIATVS. Tributa, curiata, centuriata comitia Cic. de Lege Agr. 2, 6. Id. de Legg. 3 c. 19. Gell. 13, 14. *et* 15, 27. *Vid. ſub his ipſis nominibus; et Suffragia quomodo ferri ſolerent, in* SVFFRAGOR. Cic. de Legib. 3 c. 19 Praeterea neque tributa capitis comitia rata eſſe poſſent. *i.* tributa comitia, *quibus de capite ciuis ageretur. Haec enim Centuriata eſſe debere, ibi praecipitur.* Tributa *memorat* Idem de Lege Agr. 2, 27. Cic. de Lege Agr. 2, 30 Sint igitur Decemuiri neque veris comitiis, hoc eſt Populi ſuffragiis, neque illis ad ſpeciem atque ad vſurpationem vetuſtatis per XXX lictores auſpiciorum cauſa adumbratis conſtituti: *deſcribit illa* Curiata. ¶ 4 *Formulae Verborum:* Abſtinere comitiis, *vid.* ABSTINEO. Confecta Comitia Cic. Fam. 10, 26. Datus alicui magiſtratus nullis comitiis Cic. de Lege Agr. 2, 4. Differre comitia Id. Att. 1, 1. *Idem videtur* Ducere Comitia Cic. Att. 4, 15. Liu. 3, 37 Exſpectabant, quam mox Conſulibus creandis comitia Edicerentur. Cic. Att. 4, 15 Si Facta erunt comitia. Cic. de Legib. 3, 45 Quod comitia illa eſſent armis Geſta ſeruilibus. Habere Cic. pro Planc. 49. Habere Comitia conſulibus rogandis Cic. de Diu. 1, 35 c. 17. De reo habere comitia Quaeſtores, Tribuni ſe paſſuros negant Liu. 3, 24. Cic. de Diuin. 2, 44 Ioue tonante, fulgurante, comitia Populi habere nefas. *Idem a Graecis obſeruatum videtur: nam apud eos pluuia et tonitrua comitia dirimebant. Ariſtophanes,* διοσημί' ἐστί, καὶ ῥανὶς βέβληκέ με. *Turnebus.* Gell. 15, 27 Is, qui non vniuerſum populum, ſed partem aliquam adeſſe iubet, non comitia, ſed concilium indicere iubet. Cic. de Petit. Conſul. 44 Video nulla eſſe comitia tam inquinata largitione, quibus non gratis aliquae centuriae renuntient ſuos maxime neceſſarios Obire, *vid.* OBEO. Cic. poſt red. in Senat. 10 Legem Tribunus plebis tulit, ne auſpiciis obtemperaretur: ne obnuntiare concilio aut comitiis, ne legi intercedere liceret. Obnuntiationibus comitiorum quotidie ſinguli dies tolluntur, magna voluntate bonorum omnium Cic. Q. Fratr. 3, 3. Peragere, *vid.* PERAGO. Perſcribere tota comitia Cic. Att. 4, 15. *i. literis enarrare.* Protendimus, *vel, vt alii legunt*, Protrudimus comitia in menſem Ianuarium Cic. Fam. 10, 26. *Al.* Producimus. *Sed* Protrudimus *Grut.* Athletae comitiorum Varr. R. R. 3, 5, 18. *qui pro ſuis candidatis decertant.* Rogator comitiorum iuſtus Cic. de Diuin. 1, 33.

COMITIĀLIS, e. Adi. [ἀρχαιρεσιακὸς] *a Comitio et Comitiis dicitur. Nempe* Dies comitiales, *qui comitiis habendis dicati erant:* quibus cum populo agi licebat, *vt ait* Macrobius Sat. 1, 16, *quibusque adeo Pop. Rom. conuenire ſolebat ad ſuffragium ferendum.* Cic. Q. Fratr. 1, 2 Conſequuti ſunt dies comitiales, per quos Senatus haberi non poterat. *Conf.* Id. ib. 2, 13. Varr. L. L. 5, 4 p. 50, 3. Liu. 3, 11. Dies comitiales appellabant, Quum in comitio conueniebant. Feſtus. Homines comitiales Plaut. Poen. 3, 2, 7. *qui velut habitant in Comitia, parati ad teſtimonia etc. quos opponit* nefaſtis, *qui nihil loquantur.* Cic. Verr. 2, 140 c. 52 Dies is erat legitimus comitiis habendis, *etc.* Herodotus, quum Roma reuertitur, dies, vt ipſe putabat, quindecim ante comitia, offendit eum menſem comitialem, comitiis abhinc iam triginta habitis. *Sermo eſt de caerimonia apud Siculos.* Morbus comitialis, (*Graecis* ἐπιληψία, *vulgo Caducus, alias Sacer, et Morbus Herculeus*) *Dictus quod* comitia *vitiare diceretur: interrumpebantur enim comitia, quo die aliquis concidiſſet.* Seren. Sammon. c. 57 v. 1015

Eſt ſubiti ſpecies morbi, cui nomen ab illo eſt,
Quod fieri nobis ſuffragia iuſta recuſant.
Saepe etenim membris atro languore caducis,
Concilium populi labes horrenda diremit.

*Laudatur, neſcio vnde,* Cato, Quod comitia prohibere ſolet, nec id quidem mihi vitium fuit. Comitiali morbo correptus Scribon. 6. 99. Comitiali vitio corripi Sen. de Ira 3, 10. Plin. 10, 23 Coturnicibus veratri ſemen gratiſſimus cibus: quam ob cauſam eas damnauere menſae, ſimulque comitialem propter morbum deſpui ſuetum, quem ſolae animalium ſentiunt praeter hominem. *Add.* Id. 20, 6. Celſ. 2, 8. *et qui claſſicus eſt* 3, 23. *it.* 4, 20. Apul. Apol. p. 306 *aliquoties, conf.* p. 302. Homo comitialis, *qui eo morbo laborat* Plin. 20, 5. *et locis prope infinitis.*

COMITIALĬTER. Adu. Plin. 22, 21 ſ. 29 Si id comitialiter accidat. *i. in morbo epileptico.*

COMITIARIVS, a, um. Adi. [ἀρχαιρεσιακὸς] Comitiaria ſtatio *explicabatur, quae in modum comitiorum celebraretur.* Liu. 23, 16 In hac comitiaria iam duorum exercituum ſtatione, principes Nolanorum nuntiant Marcello, nocturna colloquia inter plebem et Poenos fieri. *Sic antiquae editt. Sigonius monet in veteri libro legi,* In hac continua duorum, *etc.* Gronou. *probat* Cotidiana, *i.* quotidiana.

COMITIO, āre. Varro de L. L. 5, 4 Dies qui vocatur ſic (interciſus) Quando rex ſacrificulus comitiauit fas dictus ab eo, quod eo die Rex ſacrificulus dicat ad comitium, Ad quod tempus eſt nefas ab eo fas. *Videtur ergo* comitiare *ſignificare in* comitio *proponere, et edicare.* Iſid. Gl. Comitare (*ſ.* Comitiare) loqui in conuentu, eundo, redeundo, ambulando.

COMITIATVS, a, um. Partic. [ἀρχαιρεσίαστος] *Suffragio populi in comitiis electus.* Cic. Att. 4, 15 Ex comitiatis puto fore vt ducantur Tribunitii. *In emendatioribus tamen codicibus ſic legitur.* Sed comitia puto fore vt ducantur. Tribunitii candidati iurarunt. *Primae tamen lectioni ſuffragari videtur* Aſconius ad Pro. in Verrem 30 c. 10 Tribunorum militarium duo ſunt genera. Primum eorum, qui Rufuli dicuntur. Hi in exercitu creari ſolent. Alii ſunt Comitiati, qui Romae comitiis deſignantur.

COMITIATVS, ûs. m. [ἀρχαιρεσιασμὸς] Cic. de Legib. 3, 44 c. 19 Tum leges praeclariſſimae de XII Tabulis tralatae duae, quarum altera priuilegia tollit: altera de capite ciuis rogari, niſi maximo comitiatu vetat. *Add.* ib. 11 c. 4. *Caeterum* Maximum Comitiatum Centuriata comitia *ipſe interpretatur* Cicero pro Sextio c. 30. Gell. 13, 14 M. Meſſala augur in libro primo de Auſpiciis, ita de minoribus magiſtratibus ſcribit: Conſul ab omnibus magiſtratibus et comitiatum et concionem auocare poteſt. Praetor et comitiatum et concionem vsquequaque auocare poteſt, niſi a Conſule. Minores magiſtratus nusquam nec comitiatum nec concionem auocare poſſunt. Ea re, qui eorum primus vocat ad comitiatum, is recte agit. *Haec* Gellius. *Porro* Comitiatum auocare, *eſt Impedire, ne habeantur comitia.* Cic. de Legib. 2, 31 c. 12 Quid enim maius eſt, ſi de iure quaerimus, quam poſſe a ſummis imperiis et ſummis poteſtatibus comitiatus et concilia vel inſtituta dimittere, vel habita reſcindere? Cic. de Legg. 3, 27 c. 12 Magiſtratibus dantur auſpicia, vt multos inutiles comitiatus probabiles impedirent morae. Saepe enim populi impetum iniuſtum auſpiciis Dii immortales repreſſerunt.

COMITO, *et* COMITOR, *vid.* COMES.

COMMA, ătis. n. [κόμμα] *Latine dicitur* Inciſum, *quae pars eſt periodi.* Cic. Orat. 211 c. 62 Quae neſcio cur, cum Graeci κόμματα et κῶλα nominent, nos non recte inciſa et membra dicamus. *vid.* COLON. *it.* Inciſum, *in* INCĪDO. *Vid. plura apud* Diomed. 2 p. 461 *ſq.* Componitur et ſtruitur omnis pedeſtris oratio verbis, commatibus, colis, periodis — Fit ex coniunctione verborum comma, ex commatibus colon, ex colis periodos. Comma eſt ſenſus non expleto numero concluſus. *Hic nempe* comma *non iam vt pars coli et periodi adeo conſideratur; ſed in quantum intra breuem numerum Syllabarum, quo alias* comma *conſtat, ſenſus abſoluitur.* Tale eſt enim, quo Cicero vtitur, Domus tibi deerat? At habebas. Pecunia ſuperabat? At egebas. Fit autem etiam ex ſingulis verbis inciſum, vt, diximus teſtes dare voluimus. Inciſum eſt, Diximus. *Sunt ibi plura* ¶ 2 *Ad verſuum etiam ſcanſionem, quam vocamus, adhibent hoc nomen, vbi idem quod* Caeſura *ſignificat.* Beda de metris p. 1269 *Putſch* Vbi poſt duos pedes ſupereſt Syllaba, Comma dicitur. *Sic et* Marius Victorin. p. 2498. *Interdum* cola *et* commata *indifferenter pro partibus integrorum verſuum dicunt, vt* Marius Victorin. p. 2519. *Accuratius autem* Atilius Fortunatianus p. 2689 Colon eſt pars ſiue partes verſus, pedibus integris impletae, vt *Defeciſſe videt* ſua: Comma pars verſus ſiue partes imperfectae, vt, *Arma virumque cano:* habet enim duos integros pedes et dimidium. Et Colon dictum quaſi a Corpore abſciſſum integrum membrum: Comma vero quaſi trunca pars membri a corpore amputata. Priſcian. in XII verſus Aeneid. pr. p. 1215 *de verſu*, Arma virumque cano, Troiae qui primus ab oris *dicit*, Diuiditur in caeſuras per cola quidem (*in integras voces*) in nouem (*tot enim ſunt voces*) per commata vero in duas, Semiquinariam, et Semiſeptenariam. ¶ 3 Commata *volunt eſſe etiam incilia ſ. foſſas in agris, et prouocant ad* Vlpian. l. 10 ff. de extraord. Crimin. *Sed ſic ibi Gothofredus, et recte:* In Aegypto qui Chomata rumpit vel diſſoluit: hi ſunt aggeres *etc. Pertinet igitur ad* CHOMA.

COMMATĬCVS, a, um. Adi. *Breuis, Orationis epitheton, quam ſic indicamus non periodis decurrentem, ſed paruis et paucarum Syllabarum ſententiis conſtantem.* Hoſeas commaticus eſt, et quaſi per ſententias loquens Hieron. Prol. in 16 Prophet. Hymnus commaticus Sidon. 4, 3.

COMMACERO, āre. *Subigere.* Piſtillo lilia praeſtat Commacerare graui Strabo Gall. de Lilio: *vbi perperam ſecunda corripitur. Add.* Marc. Empir. c. 36.

COMMACESCO, cere. *Contabeſcere.* Noſter antiquus riualis domo iturus in curiam commaceſcebat Varro ap. Non. 2, 525.

COMMACV̆LO, āre. [καταστιλόω, καταρυπόω] *Maculare totum vel vndique* Virg. Ecl. 8, 48 Saeuus amor docuit gnatorum ſanguine matres Commaculare manus. *i. caede polluere: ad Medeam reſpicit.* Cic. pro Cael. 16 c. 7 Nunquam enim Caelius tam amens fuiſſet, vt ſi ſe iſto infinito ambitu commaculaſſet, ambitus alterum accuſaret.

COMMĂDEO, ēre. [διαίνομαι] *Totum vndique madere.* Cato 156 Coquito vſque dum ea commadebit bene, aquam defundito. *Nempe etiam ſimplex* Madere *de cibis dicitur, cum aqua et igni molliti ſunt.*

COMMAGENE, *vid.* COMAGENE.

COMMALAXO, āre. Eſt *Subigere, leuigare, mollire.* Varro ap. Non.

Non. 2, 103 Nec dolorem adiaphoron eſſe quod philoſophia commalaxarem eam partem, *etc.* Exercere et maturefacere *explicat Nonius.*

COMMALLEŎLO, āre. *a Malleus; et ſignificat, in aes incīdo. Si audimus Rigaltium.* Hyginus de Limit. p. 195 Quicunque modus limitem excedet, commalliolari debet, et ſic in aere incidi. *Apparet trgo diuerſum eſſe.*

COMMANDO, ĕre. *Aliquanto plus quam Mandere.* Ser. Sammon. p. 22 *Keuch.* Mane nouo myrti frondes commandere prodeſt.

COMMANDV̄CO, āre. [διαμασσάω] *i. Dentibus molere et in ore tenere. Cicero* Mandere *dicit.* Commanducare herbam Scribon. 55. Semen Plin. 27, 4. Vuam paſſam Scribon. 9. Quidam commanducantes acinos exſpuunt cortices Plin. 24, 4. Valer. 3, 3 ext. 4 Protinusque dentibus abſciſſam, et commanducatam linguam in eum exſpuit. ¶ 2 Commanducatur, *Deponens* Lucil. lib. 4 *pro Comedit vel Deuorat.* Aſſequitur nec opinantem, in caput inſilit, ipſum commanducatur totum complexa. Idem lib. 25 Villicum Ariſtocratem mediaſtinum, atque bubulcum Commanducatus corrupit, ad incita adegit. Nonius 7, 89.

COMMANDVCĀTVS, a, um. Part. Paſſ. [διαμεμασσημένος] Plin. 22, 22 Soncho oris graueolentia commanducato corrigitur. *Add.* 24, 4. Portulaca commanducata Scribon. 53.

COMMANDVCANDVS paſtillus Scribon. 165.

COMMANDVCĀTVS, ûs. m. [διαμάσσησις] Plin. 24, 4 Vlcera commanducatu impoſituque efficaciſſime ſanari. *Sed In emendatioribus codicibus legitur,* Commanducato impoſitoque.

COMMANDVCATIO, ōnis. *Idem.* Commanducatione quorundam ſedare dolorem dentium Scribon. 53. — oliuarum reficere 104.

COMMĂNEO, ēre. *Simul manere.* Macrob. Saturn. 6, 8 Referunt enim non ad eos, qui adueniunt, ſed ad illos, qui in domo commanent. *Et* Aug. de Ciu. Dei 22, 8.

COMMANIPV̆LO, ōnis. m. [ὁμολόχος] *Miles eiusdem manipuli, apud* Spartianum in Nigro c. 10.

COMMANIPV̆LVS, i. m. *Idem.* Vetus Inſcriptio *apud Gruter.* p. 46 n. 10 REGRESSI CVM COMMANIPVLIS LIBENTES VOTVM SOLVERVNT. *Add.* ib. p. 532 n. 1 *et contractum* p. 551 n. 4.

COMMANIPVLĀRIS, is. m. *Idem ac Commilito.* Tacit. Hiſt. 4, 46 Prenſare commanipularium pectora. Inſcriptio *apud Gruter.* 521 n. 9 C. IVLIVS PROCVLVS COMMANIPVLARIS. *Add.* p. 555 n. 7.

COMMANIPVLATIO, ōnis. f. Spartian. in Nigro 10 Vt in commanipulatione nemo focum faceret. *i. in coniunctione manipulorum vna cibum capientium.*

COMMARGĬNO, āre. *Pro Margine munire.* Ammian. Marcell. 31, 2 In Commarginandis pontibus effigiati ſtipites dolantur incomte: *in loricis illis pontium, quibus vtrinque muniuntur, intra vrbes praeſertim, eorum margines, pro columellis ponuntur ſtatuae informes etc.*

COMMARĪTVS, i. m. [συνακοίτης] Plaut. Caſ. 4, 2, 18 Meus ſocer, compar, commaritus villicus. *Libidinoſus ſenex de ſeruo, cuius ſponſae adhinniebat.*

COMMARTYR, y̆ris. m. *Socius Martyrii.* Commartyres ſuos videre Tertull. de Anima c. 55.

COMMASCV̆LO, āre. *Maſculum ſ. virilem facere et praeſtare.* Macrob. Saturn. 7, 11 Commaſcula frontem, et ſequeſtrata verecundia quam in te facies rubore indicat, confer nobiſcum libere quod occurrerit, *h. e. aude virilem oſtendere frontem.* Apul. Mileſ. 2 p. 124, 32 Animum meum commaſculo.

COMMASTICO, āre. *Commando, vel Commanduco.* Aegilopas curat; ſi quis commaſticet illam Macer 2, 15. Commaſticatae frondes Id. 4, 8.

COMMĀTER, tris. f. *Vid.* COMPATER.

COMMATRŌNA, ae. f. Tertull. ad Vxor. 2, 8 Diues commatrona nomine inflata.

COMMEATVS, *vid.* COMMEO.

COMMEDĬTOR, āri. [φροντίζω, μελετάω] *Diligenter meditari.* Auct. ad Heren. 3, 31 c. 18 Quare placet et ex ordine locos comparare, et locos quos aſſumſerimus, egregie commeditari oportebit, vt perpetuo nobis haerere poſſint. Lucr. 6, 111 *de Carbaſo,* Et fragiles ſonitus chartarum commeditatur, *i. imitatur, ſonum edit ſimilem ſono chartarum ruptarum crepitanti.*

COMMEIO, meiere. κατουρῶ Gloſſ. Gr. Lat.

COMMELĔTO, āre. *Idem quod* Commeditor. Hygin. Fab. 165 *de Marſya, cum inueniſſet tibias Mineruae,* quibus aſſidue commeletando, ſonum ſuauiorem in dies faciebat.

COMMEMBRATVS, a, um. Adi. *E membris pluribus compoſitus.* Commembrata in corpore compago Paullin. Nolan. Epiſt. 44 (31) c. 4.

COMMEMĬNI. [μέμνημαι] *Simul memini, vel plane et cum tota circumſtantia memini: quo plura enim de eadem re nobis vna occurrunt et obuerſantur, tanto fortior eſt memoria.* Quem hominem probe noſſe et commeminiſſe ſe aiebat Cic. de Orat. 1 c. 53. Idem Tuſc. 1, 13 Ego autem non commemini, ante quam ſum natus, me miſerum. Plaut. Poen. 5, 2, 25 Ecquid commeminiſti.

COMMEMŎRO, āre. [ἀπομνημονεύω] *Commonefacere, in memoriam reducere, vel etiam memoriae aliorum commendare narrando, ſcribendo, etc.* Ter. Phorm. 4, 5, 3 Et quamobrem dem commemorabo. Cic. Acad. 4, 70 Tum et illa dixit Antiochus, quae heri Catulus commemorauit a patre ſuo dicta Philoni. Nihil ex meis eſt temporibus, quod minus mea celebratione commemoratum ſit Cic. pro Planc. c. 40. Monimenta clementiae commemorantur in regibus Cic. pro Deiot. 40. Id. pro Font. 27 Non meliore fortuna ad probra nunc audienda Fonteius, quam illi, de quibus antea commemoraui, fuiſſet: De memoria alicuius commemorare Cic. de Orat. 3, 75 c. 26. De virtute alicuius Id. ad Q. Fratr. 1, 1, 13. Cic. de Senect. 38 c. 11 Pythagoreorum more, exercendae memoriae gratia, quid quoque die dixerim, audiuerim, egerim, commemoro veſperi. Pompon. in l. in vendendo D. de contrah. emt. et vend. Si quum ſeruitus venditis praediis deberetur, nec commemorauerit venditor, ſed ſciens reticuerit, *etc.* Beneficia meminiſſe debet is, in quem collata ſunt: non commemorare, qui contulit Cic. de Amic. 74 c. 20. Damna commemorare Stat. Theb. 9, 194. Pericula exhauſta commemorare Ouid. Met. 12, 162. Praelia ſua commemorare Id. ibid. 9, 4. Cic. Verr. 5, 72 Quid vero illa Segeſtanorum non ſolum literis tradita, neque commemorata verbis: ſed multis officiis illorum vſurpata et comprobata cognatio? Repetam commemorare, *i. Denuo commemorabo, et iterum dicam* Lucret. 6, 936 Nunc omnes repetam quam raro corpore ſint res Commemorare. Sed quid ego a primo digreſſus carmine plura Commemorem? *Oratio tranſitioni ad narrationis finem apta* Catul. 63, 117. Cic. pro Quint. 8 Nam quid hoc iniquius aut indignius, C. Aquili, dici aut commemorari poteſt? Lucret. 1, 401 Multaque praeterea tibi poſſum commemorando Argumenta fidem dictis contradere noſtris.

COMMEMORANDVS, a, um. Part. Cic. Act. 1 in Verr. 42 c. 14 O commemoranda iudicia, *etc.* Cic. Fam. 1, 9 Huc acceſſit commemoranda quaedam et diuina Caeſaris in me fratremque meum liberalitas.

COMMEMORATIO, ōnis. f. [ἀπομνημόνευσις] *Actus commemorandi.* Ter. Andr. 1, 1, 16 Nam iſthaec commemoratio, quaſi exprobratio eſt immemoris beneficii. Antiquitatis commemoratio Cic. in Orat. 120. Pecuniarum commemoratio in chirographo facta Scaeuola in l. vlt. D. de probat. Quinct. 11, 1, 18 *de Cicerone,* Vt eorum, quae egerat in conſulatu, frequens commemoratio poſſit videri non gloriae magis quam defenſioni data. Popularis commemoratio Quinctil. 4, 3. Non cum vitae tempore eſſe dimittendam commemorationem nominis noſtri Cic. pro Arch. 29. In aſſidua commemoratione omnibus eſſe Cic. Verr. 3, 101 c. 39 *Opponitur ei quod dicitur,* In obliuione iacere.

COMMEMORABĬLIS, e. Adi. [ἀπομνημονευτέος] *Dignus qui commemoretur.* Plaut. Pſeud. 1, 5, 111 Dabo aliam pugnam claram et commemorabilem. Cic. de Nat. Deor. 2, 31 Multaque alia in aliis locis commemorabilia proferre poſſum. Vir optimus et commemorabili pietate ac virtute praeditus Cic. pro Marcell. 10 c. 4.

COMMEMORAMENTVM, i. n. *Idem quod Commemoratio, veteribus.* Caecil. Plocio, Pudebat, credo, commemoramentum ſtupri Nonius 2, 115.

COMMEMORĀTVS, ûs. m. *Idem.* Apul. Flor. 1 Commemoratu meo.

COMMEMORĀTOR, ōris. m. Tertull. adu. Marc. 4, 26.

COMMEMORATORIVM, i. n. *Inuentarium.* Ambroſ. de Off. 25 Sit nobis vita maiorum diſciplinae ſpeculum, non calliditatis commemoratorium. *Conf. Barth. Aduerſ.* 35, 22.

COMMENDO, āre. [συνίστημι, συστατέω] *Diligenter et totum mando, ac velut in manum do. Hinc* Vlpian. de verb. ſignific. l. 186 Commendare nihil aliud eſt, quam deponere. *Add.* Papinian. l. Lucius 24 D. Depoſiti vel contra. *Sic poſitum putant* Phaedr. 1, 17, 2 Calumniator ab oue cum peteret canis Quem commendaſſe panem ſe contenderet. *Sed praefert Burmann.* commodaſſe. Iuſtin. 35, 2, 1 Demetrius duos filios apud Gnidium hoſpitem, ſuum cum magno auri pondere commendauerat, vt belli periculis eximerentur. Auguſtin. Dulcil. 5, 18 Veni ad partes eius, vbi commendaui affectiones proximi mei, *i. depoſui.* ¶ 2 *Sed etiam vbi propria traditio et depoſitum adeo locum non habet, tamen* commendari *dicitur, quod fidei alterius ac diligentiae curaeque committitur, ſicut* Cic. Fam. 7, 5 Commendans *Trebatium,* Totum denique hominem tibi ita trado de manu, vt aiunt, in manum tuam iſtam et victoria et fide praeſtantem. Commendare *eſt* de manu *ſua* in manum *amici* tradere. Cic. Philipp. 11, 21 Harum rerum omnium decertatio Conſulibus optimis et fortiſſimis commiſſa et commendata. Idem pro Domo 142 Omne vobis erga meam dignitatem, ſtudium, et iudicium non modo commiſſum, verum etiam commendatum eſſe arbitrabantur. Commendare et concredere Cic. pro Roſc. Amer. 113. Rem et famam ſuam commendare et concredere alicui Idem pro Quint. 98. Se totum commendare atque tradere alicui Cic. Fam. 2, 5. Quam diligentiſſime commendare Idem Fam. 2, 16. Intime commendare aliquem Cic. Q. Fratr. 1, 2. Idem Fam. 1, 3 Commendo tibi eius omnia negotia, liberos, procuratores. Amores meos ac me tibi commendo Catull. 15, 1. Habenas rerum commendare alicui Claud. Conſ. Hon. 3, 83. Liberos ſuos teſtamento alteri commendare Cic. de Fin. 3, 16. Ipſe omnibus rebus diligentiſſime conſtitutis, liberis ſuis L. Caeſari commendatis ferrum in cubiculum tulit, atque ita ſe traiecit Hirt. B. Afric. c. 88. Sen. Epiſt. 27 *extr.* Bona Mens nec commendatur, nec emitur. *Sed recte poſt Lipſium Gronou.* commodatur. Negotia — ita commendo, vt maiore ſtudio, magisue ex animo commendare non poſſim Cic. Fam. 12, 26. Opes fortunasque ſuas alicui commendare Idem pro Quint. 98. Hi de ſua ſalute deſperantes, aut ſuam mortem miſerabantur, aut Parentes ſuos commendabant Caeſ. B. C. 2, 41 *extr. Vid.* COMMENDANDVS. Salutem alicuius alicui commendare Cic. in Parad. Ter. Eun. 5, 8, 9 Thais patri ſe commendauit in clientelam et fidem. *Hoc more et inſtituto Athenienſium, apud quos, qui ciues non erant, ſed inquilini, patronum aliquem ſibi optabant, quod* προστάτην νέμειν *dicebant. Qui autem patronum non habebat, in ius eo nomine vocabatur, appellabaturque illud iudicium,* ἀπροστασίου δίκη. *Turnebus.* Cic. Fam. 7, 29 Quare, Cicero mi, perſeuera conſtanter nos conſeruare, et Sulpicii ſucceſſori nos de meliore nota commenda. Curae alicuius commendare aliquem Ouid. Faſt. 3, 776. Pontificum Auctoritati, Fidei, Prudentiae, ſacra religionesque et priuatas et publicas, maiores commendabant Cic. de Aruſp. Reſp. 14. Ego me tuae commendo et committo Fidei Ter. Eun. 5, 2, 47. Fidei alterius aliquem commendare Cic. Fam. 15, 2. Idem pro Muraen. *pr.* Idem Conſul eum veſtrae Fidei commendat, qui antea Diis immortalibus commendauit. Fidei, virtuti, felicitati alicuius Galliam commendare Cic. de Prouinc. Conſul. 35. Fidei tuae totum me commendo Idem Att. 3, 20. Fugae ſe commendare Hirt. de Bell. Afr. 5. Gloriae ſempiternae aliquem commendare Cic. Fam. 5, 12 *ſcribenda illius hiſtoria. Sic* Immortalitati commendatur hiſtoria voce oratoris Idem de Orat. 2, 36. Nomen ſuum immortalitati Cic. Fam. 10, 12. Iudicio omnium commendari ab aliquo Idem Fam. 12, 13. *Et* Fam. 11, 10 Satis me multa ſcripſiſſe, quae literis commendari poſſint, arbitror, *i. ſcribi, quaſi literae ſint nuntii aut tabellarii. Sic* Monumentis alicuius petere res ſuas, quam celerrime commendari Cic. Fam. 5, 12. Monumentis multis ad omnem memoriam commendari Idem Philipp. 9, 10. *Et* de Fin. 3, 9 Quare attendo te ſtudioſe, et quaecunque rebus his, de quibus hic ſermo eſt, nomina imponis, memoriae commendo, *i. ediſco, et repetendo familiaria mihi reddo.* Tutelae aliorum filios ſuos commendare Cic. de Orat. 1, 228. ¶ 3 *Hinc* commendare *eſt amabilem et carum, iucundumue reddere, ſiue laudando, ſiue quacunque ratione alia.* Cic. Off. 2, 47 c. 13 P. Rutilii adoleſcentiam ad opinionem, et innocentiae, et iuris ſcientiae P. Mucii commendauit domus. Idem Verr. 5, 180 Qui quum ſe virtute, non genere Populo Romano commendari putaret. Nulla re vna magis

orator commendatur, quam verborum ſplendore et copia Cic. de Clar. Orat. 216 c. 59. Eloquentiam vox maxime commendat Idem de Orat. 1, 252 c. 59. Faciem commendat cura Ouid. de Medicam. faciei 1. Plin. 12, 3 Haec eſt autem cuius grana Parthorum proceres incoquere diximus eſculentis, commendandi halitus gratia, *h. e. ad optimum et odoratum halitum conciliandum et faciendum.* Iuſtitiam tuam prouincialibus multa humanitate commendas, *i. amabilem reddis* Plin. Epiſt. 9, 5 *pr.* Hor. Epiſt. 1, 15, 19

Generoſum et lene requiro,
Quod curas abigat, quod cum ſpe diuite manet
In venas animumque meum, quod verba miniſtret,
Quod me Lucanae iuuenem commendet amicae.

Inter omnia, quae vino accidunt, et illud eſt maximum, quod vires praeſtat in Venerem. Hoc eſt ergo, quod dixit, Quod iuuenem commendet amicae: *i. e.* Fortem et amabilem amicae reddat, vt iuuenem. Porphyr. Cic. de Orat. 2, 9 c. 2 Vt duos ſummos viros iis, qui neutrum illorum viderint, — viuorum et praeſentium, memoria teſte commendemus. Martial. 7, 79 Sed ſi parua tui munuſcula quaeris amici Commendare, *etc.* Si me non veterum commendant magna parentum Nomina Ouid. Am. 1, 3, 7. Nitorem commendare oleum amygdalinum dicitur Plin. 23, 4. Qualem commendes, etiam atque etiam adſpice Horat. Epiſt. 1, 18, 76. Reos maxime commendat placida, ſummiſſa, et lenis oratio Cic. de Orat. 1, 183. Plin. 13, 19 *de loto arbore*, Fruticoſior haec fructuque magis rubens, cuius nucleus non ſimul manditur, iucundus per ſe, atque ſuauior e vino: quin et vina ſucco ſuo commendans, *i. faciens, vt vina pluris fiant.*

COMMENDĀTVS, a, um. Part. Cic. pro Roſc. Amer. 113 Cui fama mortui, fortunae viui commendatae ſunt, atque concreditae. *Depoſitum ſignificat in* lege XII tabularum. Sacrum ſacroue commendatum, qui clepſerit, rapſeritque, parricida eſto Cic. de Legib. 2, 22. Pignus dicunt, quod pro mutuo aere ſuſceptum eſt: commendatum autem et depoſitum, quod cuſtodiae cauſa alicui commiſſum Ambroſ. in l. de Tobia c. 20. Cic. pro Cluent. 34 Spem illam, quam in aluo commendatam a viro continebat, victa auaritia ſceleri Oppianici vendidit, *de abortu procurato futuri heredis.* Dono aliquo deorum et munere commendati nobis Poëtae videntur Idem pro Arch. 18. *Et* pro Domo 142 c. 52 *alloquitur iudices*, Omne vobis erga meam dignitatem ſtudium, et iudicium non modo commiſſum, verum etiam commendatum. Lucret. 5, 859 Multaque ſunt, nobis ex vtilitate ſua, quae Commendata manent tutelae tradita noſtrae. Ouid. ex Pont. 3, 4, 71 Sint igitur veſtro mea commendata fauore Carmina. Honore literarum commendatus Plin. 35, 18. Cic. de Fin. 4, 34 Omne animal ipſum Sibi commendatum, vt ſe et ſaluum in ſuo genere incolumeque vellet. Idem Fam. 12, 12 Meam dignitatem commendatam habeas rogo. Trebon. ad Cic. Fam. 12, 16 Matrem meosque tibi commendatos habe. Dignitatem meam tibi commendatam habeas Caſſius Cic. Fam. 12, 12. *Comparat.* Cic. pro Corn. Balbo 43 c. 19 Quis eſt enim noſtrum, cui non illa ciuitas ſit huius ſtudio, cura, diligentia, commendatior? Memoriae hominum ſempiternae commendatiores Idem Philipp. 2, 32 c. 13. Plin. 25, 10 Similiter eam quam eupleam vocant: traduntque ea perunctos commendatioris eſſe famae. *Superlat.* Omnibus rebus commendatiſſimos aliquos habere Cic. Fam. 12, 26.

COMMENDANDVS, a, um. Partic. Cic. Offic. 3, 45 c. 10 Cum — is, qui morti addictus eſſet, paucos ſibi dies commendandorum ſuorum cauſa poſtulauiſſet, *quos nempe amicis tanquam depoſitum diligenter ſeruandum concredere vellet.*

COMMENDATIO, ōnis. f. [σύστασις] Cic. Fam. 1, 3 Noſtra, caeterorumque amicorum commendatione gratiſſimus in prouincia fuit. Caput commendationis Idem Fam. 12, 25. Ad caeteros contemti hominis commendatio non defuit Cic. Att. 8, 4. Idem Fam. 13, 32 Vereor, ne quia complures tibi praecipue commendo, Exaequare videar ambitione quadam commendationes meas. Intelligere commendationem maximo vſui eſſe ſibi Cic. Fam. 12, 28. Idem Fam. 1, 7 Magna eſt hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis, magna memoria Conſulatus tui, *i. commendat te, et amabilem reddit liberalitas.* Cic. pro Cael. 6 c. 3 Meus hic forenſis labor vitaeque ratio dimanauit ad exiſtimationem hominum paullo latius commendatione *(i. laude)* ac iudicio meorum *(clientum quos defendi).* Honoris petitio et commendatio Idem Fam. 6, 2. Huius ſi vita, ſi mores, ſi vultus denique, non omnem ingenii commendationem euerteret Cic. de Clar. Orat. 238. Liberalitatis commendatio Idem Fam. 1, 7. Oculorum commendatione animis tradi Cic. de Orat. 2, 357 c. 87. Accurata, Breuis, *vid. his locis.* Vulgaris Idem Fam. 1, 3. *Et* Tuſc. 5, 103 Vide, ne plus commendatio in vulgus, et haec, quae expetitur gloria, moleſtiae habeat, quam voluptatis. Oratio probitatis commendatione, boni viri ſpeciem debet tueri Cic. de Orat. 2, 211. Homo per ſe cognitus nulla commendatione maiorum Id. in Catil. 1, 28. Ad gloriam commendatio prima eſt adoleſcenti, ſi qua ex bellicis rebus comparari poteſt Cic. Off. 2, 45 c. 13. Prima commendatio, quae a natura noſtri facta eſt, nobis incerta et obſcura eſt Id. de Fin. 5, 41 c. 15. Prima commendatio proficiſcitur a modeſtia, tum pietate in parentes, tum in ſuos beneuolentia Cic. Off. 2, 46 c. 13. Idem de Fin. 2, 35 Epicurus autem, quum in prima commendatione voluptatem dixiſſet, *etc.* *Et paullo poſt*, Vt voluptatem illam Ariſtippi in prima commendatione poneret, *i. in primis laudaret, in prima claſſe bonorum poneret.* A prima commendatione naturae rationem ducere Cic. de Fin. 5, 46 c. 17. Arceſſita commendatio, *vid.* ARCESSO. Comparare commendationem ex bellicis rebus Idem Off. 2, 45 c. 13. Ducere commendationem ineuntis aetatis ab impietate et ſcelere Cic. pro Deiot. 2. Egere gratiarum actione magis, quam commendatione Id. Fam. 12, 25. Euertere commendationem Cic. in Brut. 238. Habere commendationem Id. Fam. 7, 19. Renouare commendationem Cic. Fam. 7, 19. Idem pro Planc. 31 c. 13 Ipſo nomine patrio valeret apud clementes iudices et miſericordes, valeret, inquam, communi ſenſu omnium, et dulciſſima commendatione naturae. Obrepere ad honores errore hominum, commendatione fumoſarum imaginum Cic. in Piſon. 1.

COMMENDĀTOR, ōris. m. [συστάτης] *Qui commendat aliquem alteri, vel laudat.* Neque enim cuiquam tam clarum ſtatim ingenium eſt, vt poſſit emergere, niſi illi materia, occaſio, fautor, etiam commendatorque contingat Plin. Ep. 6, 23 *fin.* *Vtuntur etiam* Symmach. Epiſt. 1, 40. *Et* Vopiſc. in Prob. c. 2.

COMMENDĀTRIX, īcis. f. [συστάτρια] Cic. de Legib. 1, 58 c. 22 Sed profecto ita ſe res habet, vt quoniam vitiorum emendatricem legem eſſe oportet, commendatricemque virtutum, ab ea viuendi doctrina ducatur. Plin. Epiſt. 8, 20, 2 Quae ſi tuliſſet — Africa — miraculorum ferax commendatrixque terra.

COMMENDATICIVS, a, um. Adi. [συστατικὸς] *Vt*, Commendaticiae literae, *in quibus aliquis commendatur* Cic. Verr. 4, 148 c. 66 Quod vbi intellexi, multum apud illum recentes nuntios, multum tabulas non commendaticias, ſed tributarias valuiſſe: admonitu, *etc.* Idem Fam. 5, 5 *pr.* Et ſi ſtatueram, nullas ad te literas mittere, niſi commendaticias, non quo eas intelligerem, ſatis apud te valere, *etc.* Literas commendaticias alicui mittere Labeo in l. vltima. D. de acquir. rer. dom.

COMMENDABĬLIS, e. Adi. [αἰνετέος] *Dignum quod commendetur, laudetur.* Colum. 5, 6 Sed vt denſum arbuſtum commendabile fructu et decore eſt, ſic vbi, *etc.* Liu. 42, 5 Nullo commendabilis merito. Valer. Max. 9, 1, 2 Cantu commendabiles auiculae. Quae commendabilia apud Africanum erant Liu. 37, 7. Commendabiliorem iniuria patientiam facit Nazar. Paneg. Conſtant. c. 12. *Conf.* Treb. Poll. de Trig. Tyrann. c. 16. Saluian. de Auarit. 1 p. 8.

COMMENDATORIVS, a, um. Adi. Sidon. Epiſt. 9, 10 Quem literis non commendatoriis minus, quam refuſoriis iam placatus inſinuo.

COMMENSVS, *vid.* COMMETIOR.

COMMENTACVLVM, *vid.* COMMOTACVLVM.

COMMENTICIVS, COMMENTOR, COMMENTVM, *vid.* COMMINISCOR.

COMMENTIOR, īri. *Vna mentiri.* Lignum a me toto oppido quaeſitum, non piguit vos commentiri Apul. Apol. p. 314. *ſic et Priſc. p. 71.*

COMMEO, āre. [μεταβαίνω] *Ex* Con *et* Meo, meas, *compoſitum, eſt Animo redeundi abire, abire et redire,* frequenter ire, *etc.* Colum. 1, 3 Multum conferre agris iter commodum: primum, quod eſt maximum, ipſam praeſentiam domini: qui libentius commeaturus ſit, ſi vexationem viae non reformidet. Ter. Hec. 1, 2, 100 Rus abdidit ſe: huc raro in vrbem commeat. *Vbi* Donatus, Commeare, eſt Abeſſe inde, vbi te eſſe oporteat. Commeare *dicuntur aues, anniuerſario aduentu diſceſſuque notae.* Plin. 10, 23 Simili anſeres quoque et olores ratione commeant. Tacit. Ann. 1, 46, 3 An Auguſtum feſſa aetate toties in Germanias commeare potuiſſe? Caeſ. Bell. Gall. 7, 36 Vt tuto ab repentino hoſtium incurſu etiam ſinguli commeare poſſent. Ab ortu ad occaſum commeat ſol Cic. de Nat. Deor. 2, 49. Idem Verr. 5, 45 Te illam nauem parare, quae praedam ex Sicilia deportaret, et quae ad ea furta, quae reliquiſſes, commearet. Vlpian. l. 1 §. ſumma D. de his, qui deiecerunt vel effud. Caeterum, ſi aliquando vulgus in illa via non commeabat. Omnes vndique cum mercibus atque oneribus Delum commeabant Cic. pro Lege Manil. 55 c. 18. Plin. Epiſt. 2, 7 Erit ergo pergratum mihi, hanc effigiem ſubinde intueri, ſubinde reſpicere, ſub hac conſiſtere, praeter hanc commeare. Plaut. Capt. 1, 2, 82 Nam meus ſcrupuloſam victus commeat viam, *i. aſperrimus eſt victus meus. Itaque reſpondet alter*, Cum calceatis dentibus veniam tamen. L. 27 ff. de L. Com. de falſis, Qui falſo diplomate vias commeauit, grauiſſime puniendus. Vltro citroque commeare Liu. 25, 30. Commeare *abſolute ponitur, pro excurrere ſalutandi vel animi cauſa*, l. 20 §. 5 ff. de inſtructo et inſtrum. leg. Idem quaeſiit — an ea mancipia, quae ſine cuiusquam auctoritate ſponte ſua ad parentes et notos ſibi homines in fundos legatos tranſiere, legato cedant? Reſpondit, non legatos eos, qui forte veluti commeantes tranſiſſent. ¶ 2 *Adhibetur etiam de non-perſonis earumque mutationibus.* Cic. de Natur. Deor. 3, 31 c. 12 Cum terra in aquam ſe vertit, et cum ex aqua oritur aër, et cum ex aëre aether, cumque eadem viciſſim retro commeant. Idem Att. 8, 9 Crebro enim illius literae ab aliis ad nos commeant. *Ad alios miſſae, ab his ipſis ad nos mittuntur.* Cic. pro Cael. 38 Quae haberet palam decretum ſemper aliquem, cuius in hortos, domum, Baïas, iure ſuo Libidines omnium commearent. Tacit. Ann. 2, 28 Caeſar iudicium haud aſpernatus, congreſſus abnuit. poſſe enim eodem Flacco internuntio Sermones commeare. *Paſſiu.* Commeari Vlp. in l. 1 D. de his, qui deiec. vel effud. §. 1 Publice enim vtile eſt, ſine metu et periculo per itinera commeari.

COMMEANS, āntis. Partic. Planetae hisdem ſolis rationibus commeantes Mart. Capell. 8 p. 287. Pallad. 3, 39, 1 Commeans et remeans examen. Cic. de Natur. Deor. 1, 37 c. 11 Pythagoras, qui cenſuit, *Deum* animum eſſe per naturam rerum omnium intentum et commeantem, ex quo noſtri animi carperentur, *etc.*

COMMEĀTVS, ûs. m. *Primo eſt tranſitus, ſ. locus apertus, qui dat facultatem tranſeundi.* Plaut. Stich. 3, 1, 44 Eſt etiam hic aliud oſtium, aliud poſticum — Ea ibo opſonatum, eadem referam opſonium per hortum: vtroque commeatus continet, *i. continens eſt, cohaeret.* *Sic* Mil. 2, 5, 58 Nimis beat, quod commeatus transtinet trans parietem, *i. pertinet, vel continet.* Ibid. 2, 1, 65 In eo conclaui ego perfodi parietem, Qua commeatus eſſet hinc huic mulieri. *Et* in Argum. Medium parietem perfodit ſeruus, commeatus clanculum Qua foret amantum. Pallad. 1, 3 Fauces commeatum liquidae vocis exercent, *i. vocem transmittunt.* ¶ 2 Commeatus *eſt, vt ait* Donatus ad Ter. Hec. 1, 2, 100 Ex aliqua commoratione temporalis abſceſſus. *Anguſtius, vt tamen multis locis melius conueniat, interpreteris cum Valla Facultatem ad tempus a militia, ab alioue miniſterio recedendi, quam praebet militi imperator, praepoſitusue inferiori, eundique quo velit ad praeſcriptum diem reuerſuro.* *Sic* Liu. 23, 18 Magna pars ſine commeatibus dilabebatur. Feſtus, Commeatus dari dicitur, *i.* Tempus, quo ire et redire quis poſſit. *De hoc* Commeatu militari *eſt* Titulus Cod. Theod. 7, 12. *et* Iuſtin. 12, 43. *Nos iam formulas perſequemur.* Accipere commeatum, *vid.* ACCIPIO. Martian. in l. 4 D. de poenis, Nemo poteſt commeatum remeatumue dare exuli, niſi imperator ex aliqua cauſa. Commeatus *reditus temporarius eſt*, Remeatus *poſt quem non abeatur.* Liu. 3, 46 Scribit collegis Appius, ne Virginio dent commeatum. Ex commeatu redire Sen. de Ira 1, 16. A commeatu repetentes caſtra Sueton. Tib. c. 12. Vlpian. in l. 22 §. 6 D. ad municipal. Senatores, *inquit*, qui liberum commeatum, id eſt vbicunque velint morandi arbitrium, impetrauerunt, domicilium in vrbe retinent. Petere commeatum Plin. Epiſt. 10, 9. Commeatum acquieſcendi a continuatione laborum petiit Vell. 2, 99, 2. *Nempe quaeuis venia diſcedendi, vel ceſſandi a munere* Commeatus *eſt.* Sine interuallo, ſine commeatu Sen. Qu. Natur. 3 *ſub fin.* Longum mihi commeatum dederat mala valetudo

Sen. Ep. 54. Vellei. 2, 99 *de Tiberio*, Diſſimulata cauſa conſilii ſui, commeatum a ſocero petiuit. *Ita et* Cic. Att. 13, 41 Niſi quid a te commeatus, *i.* niſi per te mihi licet diutius abeſſe. *Conf.* Sueton. Tib. c. 10 *et* 31. Id. Calig. c. 29. Id. Claud. c. 20 *et* 23. *Lipſ. ad* Tac. Annal. 12 p. 364. Sumere Liu. 3, 46. Venire ad diem commeatus Auct. ad Herenn. 1, 24. ¶ 3 Commeatus *eſt etiam*, *plurium nauium appulſus.* [κατάπλυς] Caeſ. Bell. Gall. 23 Duobus commeatibus exercitum reportare conſtituit. *Et* Hirt. B. Afr. 8 Rabirium Poſtumum in Siciliam ad ſecundum commeatum arceſſendum mittit. *Vid.* CATAPLVS. Sueton. Neron. c. 20 Captus modulatis Alexandrinorum laudationibus, qui de nouo commeatu Neapolim confluxerant. *Etiam de alia multitudine vna proficiſcentium* Commeatus *dicitur. Sic* Salluſt. Iugurth. 47, 2 Frequentiam negotiatorum et commeatuum *memorat.* Tacit. Ann. 14, 33 Londinum — copia negotiatorum et commeatuum maxime celebre. *Sic* Apul. Met. 8 p. 209, 18 *de canibus in iter facientium multitudinem concitatis*, Per omnem noſtrum commeatum morſibus ambulare. ¶ 4 Commeatus, *in vtroque numero*, σιτηρέσιον, Vet. Gloſſ. *pro aduectis, aduehendisque Cibariis ad alimoniam Reipubl. aut exercitus, aut alicuius multitudinis ſumitur, interdum etiam priuati hominis.* Cic. pro Lege Manil. 53 c. 17 Commeatu et priuato et publico prohibebamur. Alternis commeatibus orientem occidentemque connectit *Traianus* Plin. Pan. c. 32. Cic. Verr. 5, 61 Te igitur auctore et interprete, ne foro quidem et commeatu Mamertini Popul. Romanum iuuare debuerunt. Abundare commeatu Caeſ. Bell. Ciu. 3, 50. Abunde commeatus Salluſt. Cat. 58, 9. Intercludere hoſtes commeatibus Caeſ. Bell. Gall. 3, 23. Commeatu et frumento Id. ibid. 1, 48. Intercludere inimicis commeatum Sueton. Auguſt. 16. Plaut. Mil. 2, 2, 68. Locare commeatum Salluſt. in Iugurth. . . Mittere commeatum Hirt. Bell. Afr. 8. Parare commeatum, *ſ. vt alii* Portare commeatum Salluſt. in Iugurth. 46, 5. Proficiſci in commeatum argentarium Plaut. Pſeud. 1, 5, 9. *iocoſe.* Recipere commeatum Caeſ. de B. Ciu. 1, 19. Reſeruare commeatus ad obſidionem vrbis Id. B. Ciu. 1, 36. Subminiſtrare commeatus copiam Hirt. Bell. Alex. 35. Subvehere commeatum Liu. 3, 23.

COMMEĀTOR, ōris. m. Apul. Met. 11 p. 262 Ille ſuperûm commeator et inferûm. *Add.* Id. Apol. p. 315, 22. *Vid.* Claudian. de Rapt. Proſerp. 1, 89 *de Mercurio.*

COMMEABILIS, e. Adi. Arnobius lib. 2 p. 84 Venae fiſtulatae et commeabiles. Quidquid reciprocos halitus auris commeabilibus ducit Id. 7 p. 223. *Itaque et de eo, quod* commeat, *et de eo, per quod* commeatus *eſt, accipitur.*

COMMEATALIS, e. Adi. Commeatalis miles *dicitur, qui in ſtipendii partem accipit alimenta ex commeatu, id eſt ex alimento publico.* Iuſt. de Off. praef. praet. Afric. l. 2 §. 9 Nullum audeant duces, vel tribuni, commeatalem de ipſis dimittere, ne dum ſibi lucrum ſtudent conficere, incuſtoditas noſtras relinquant prouincias. *Et infra*, Non de commeatalibus militum, aut de eorum ſtipendiis lucrum facere. *Goth.* Commeatis, *quaſi* COMMEATA, orum, *ſint annonae militares.*

COMMERCOR, āri. [ἐμπορεύομαι] *Multas res ſimul mercari.* Plaut. Capt. prol. 27 Pater captiuos commercatur alios, tantum ſtudens, vt natum recuperet. *Vid.* ibid. 1, 1, 32.

COMMERCATVS. Partic. paſſ. Afran. *ap.* Non. 1, 117 Commercatis conquiſite edulibus.

COMMERCĀTOR, ōris. m. συνέμπορος, Gloſſ. Gr. Lat.

COMMERCIARIVS, i. m. συνωνέτης, Gloſſ. Gr. Lat.

COMMERCIVM, i. n. [συνάλλαγμα, ἀλλαγή.] *Commeandi et commercandi, vel quaecunque negotia communiter exercendi conſuetudo, aut facultas.* Plin. Paneg. 29 Diuerſasque gentes ita commercio miſcuit, vt, *etc.* Dandi et accipiendi beneficii commercium Valer. Max. 5, 3 *extr.* 3. Vlpian. inſtit. tit. 19 Commercium, *inquit*, eſt Emendi vendendique inuicem ius. Honorum commercia Claudian. in prim. Conſ. Stil. 2, 115. Strenarum Sueton. Tib. c. 34. Stupri Id. Calig. c. 36. Virg. Aen. 10, 532 Belli commercia Turnus Suſtulit iſta prior, *i. rationem illam condonandi vitam, et recipiendi a victo pretii. Sunt igitur* belli commercia *illa ſocietatis iura, quae etiam inter hoſtes manent atque exercentur. Sic* Tac. Hiſt. 3, 81 Sabini caede, diremta belli commercia. Commercio ſermonis feras linguas contrahere ad colloquia Plin. 3, 5. Stat. Achill. 1, 404 Hoc foedus Phrygium, haec geminae commercia terrae, *i. Graeciae et Aſiae amicitia, et ius inter principes hoſpitii.* Claudian. de Raptu Proſerp. 1, 90 Qui fas per limen vtrumque Solus habes, geminoque Facis commercia mundo, *de Mercurio. Eſt autem* Commercium, *Libera commeandi facultas, ab iis, qui merces vltro citroque conuehunt, appellata. Parrhaſius.* Mihi commercium illius rei cum illo non eſt Cic. Verr. 4 c. 59. Habere rei commercium Vlpian. in l. 34 multum intereſt D. de verb. oblig. *i. facultatem eius rei poſſidendae, vendendae, etc.* Commercium in eo agro nemini eſt Cic. Verr. 3 c. 40. In agro Segeſtano Panormitanis commercium eſt Id. Verr. 3, 93. *Metaph.* Brut. ad Cic. 16 Hic ipſe puer *(qui poſt Auguſtus)* quanti aeſtimet (ſi ſit commercio locus) poſſe nobis auctoribus tantum, *etc. i. ſi paciſci et velut emere noſtrum conſenſum, noſtram auctoritatem poſſet. Sic* Cic. Verr. 2, 124 c. 50 *de loco Senatorio, quem vendiderat Verres*, Vt iſte intelligeret ei ſe locum vendidiſſe, cui ne commercium quidem eſſe oporteret, *i. qui nullo modo ſenator eſſe poſſet, ſi etiam alioqui fas eſſet, eum honorem pretio vendi.* Miſcere commercio diuerſas gentes, *vid.* MISCEO. Plin. 33, 1 Vtinamque poſſet e vita in totum abdicari aurum, *etc.* quantum feliciore aeuo, quum res ipſae permutabantur inter ſe, ſicut et Troianis temporibus factitatum Homero credi conuenit. Ita enim, vt opinor, commercia victus gratia inuenta. alios coriis boum, alios ferro captiuisque rebus emtitaſſe tradit, *etc. Vſus et conſuetudo, vel Societas cum indicatur hoc nomine, tum fere praepoſitioni* Cum *iungitur.* Cic. de Senect. 42 c. 12 Nec habet vllum cum virtute commercium. Id. Tuſc. 5, 66 c. 23 Qui modo cum muſis, id eſt cum humanitate, et cum doctrina habeat aliquod commercium. Non habet commercium cum virtute voluptas Cic. de Senect. 42. Exercere commercia linguae Ouid. Triſt. 5, 11, 61. Perdere linguae commercia, *i. vſum* Id. Triſt. 5, 8, 9. Commercium libidinis habere cum aliqua Valer. Max. 8, 2, 2. Tum inter lepidum Caeſaremque et Antonium commercia epiſtolarum Vell. 2, 65, 2. ¶ 2 *Pro Annona, vel Commeatu* vſus eſt Plin. 26, 4 ſ. 9 Romani duces primam ſemper in bellis commerciorum habuere curam. *Et* Iul. Frontinus de Stratagem. 2, 5, 14 Certior factus hoſtem inopem commercio laborare. ¶ 3 *Pro pretio.* Vel quae digna queunt animae commercia poni Iuuenc. 3, 310.

COMMĔREO, ui, ēre. [ἀξιοῦμαι, διαπράττομαι] Neut. *et* COMMEREOR, meritus ſum, ēri. Depon. *Idem, quod* Mereor, *ſed in malam partem.* Donat. *ad* Ter. Adelph. 2, 1, 47 Promeruit, adiuuit, profuit, cui contrarium eſt, commeruit. *Et ad illud* Hec. 3, 5, 36 quae nunquam quidquam erga me commerita eſt, pater, quod nollem; et ſaepe quod vellem, meritam ſcio: Mereri bona dicimus, commereri mala, id eſt, delinquere, peccare. *Vere, quod obſeruatum ſit, de* Commercor; *non item de* Mereor. Cic. de Orat. 1, 232 c. 54 Interrogabatur reus, quam quaſi aeſtimationem commeruiſſe ſe maxime confiteretur. Ter. Hec. 4, 2, 4 Vt nunquam ſciens commerui merito, vt caperet illa odium mei. Ter. Andr. 1, 1, 112 Quid feci? quid commerui, aut peccaui pater? Id. Phorm. 1, 4, 29 Arbitrabitur commeruiſſe culpam. *Vbi* Donatus: Commeruiſſe, Commiſiſſe. Plaut. Trin. 1, 1, 4 Nam ego amicum hodie meum non caſtigabo pro commerita noxia. *Sic* Fateor me peccauiſſe, et me culpam commeritum ſcio Plaut. Aul. 4, 10, 8. *Et* Merc. 4, 6, 12 Vt illae exiguntur, quae in ſe culpam commerent. Ter. Hec. 4, 4, 9 Ah nullam de his rebus Culpam commeruit tua. Aliquid mali in ſe commereri Plaut. Epid. 1, 1, 59. *i. facere.* Ouid. Triſt. 2, 63 An ſemel eſt poenam commeruiſſe parum?

COMMERĬTVS, a, um. Paſſ. Plaut. Trin. 1, 1, 4 Amicum concaſtigabo pro commerita noxia.

COMMETIOR, menſus ſum, īre. [μετρέω] *Metiri accurate et vbique.* Plaut. Moſt. 3, 3, 8 Omnes porticus commenſi ſumus. Col. 5, 1, 2 Quum de commetiendis agris rationem M. Trebellius noſter a me requireret. Cic. de Vniuerſ. 29 c. 9 Caeterorum autem ſiderum ambitus ignorantes homines praeter admodum paucos, neque nomen appellant, neque inter ſe numero commetiuntur. *Ad proportionem et commenſum magis reſpicit* Cic. de Inuent. 39 c. 26 Nam ſaepe oportet commetiri cum tempore negotium, et videre potueritne, aut magnitudo negotii, aut multitudo rerum in eo tranſigi tempore. *Nempe*

COMMENSVS, ûs. m. [συμμετρία] *Symmetriam ſignificat, i. reſpondentes ſibi partium menſuras.* Vitruu. 3, 1 Reliqua quoque membra ſuos habent commenſus proportionis, quibus etiam antiqui pictores et ſtatuarii nobiles vſi, magnas et infinitas laudes ſunt aſſequuti: ſimiliter vero ſacrarum aedium membra ad vniuerſam totius magnitudinis ſummam ex partibus ſingulis conuenientiſſimum debent habere commenſuum reſponſum. *Add.* Id. 1, 3. *et* l. 6 prooem. *extr.*

COMMĒTO, āre. *Verbum obſoletum, pro* Commeare. Nouius Bubulco cerdone, Quum ad lupam noſtram tam multi crebro commetant lupi. Afranius Virgine, Quo tu commetas? vbi confixus deſides? *Haec* Nonius 2, 163. Nam meus ſcrupoſam victus commetat viam Plaut. Capt. 1, 2, 82. *Sic legit Bentleius ex Codice vetuſtiſſimo.* Commeto *enim eſt vox frequentatiua, a* Commeo; *vt* iactito, *a* iacto. *Al.* Commeat.

COMMI, COMMIS, *vid.* CVMMI.

COMMINGO, ĕre. *Vrina ſua polluere.* Horat. Serm. 1, 3, 90 Comminxit lectum potus.

COMMINCTVS, *et* COMMICTVS. Partic. Catull. 100, 10 (*al.* 97) Tanquam commictae ſpurca ſaliua lupae. *Alii hic legunt* Commiſtae. Plaut. Perſ. 3, 3, 3 Coenum commictum; *Conuicium eſt lenonium.*

COMMICTILIS, e. Adi. *Infimi contemtus nomen.* Pomponius Praecone poſteriore, Si ſciam, quid velis, quaſi ſerui comici commictilis Nonius 2, 109.

COMMĬGRO, āre. [μετοικίζω, μεταβάλλω] *Migrare cum tota ſua re familiari.* Ter. Adelph. 4, 5, 15 Neque enim diu huc commigrarunt. Plin. 35, 11 Captoque rege Perſeo Athenas commigrauit. Plaut. Trin. 4, 3, 77 Is habitatum huc commigrauit. Cic. Q. Fratr. 2, 3 Sed vt ſpero paucis menſibus poſt Calend. Quinctiles in tuam *(domum)* commigrabis. Romam commigrauit Liu. 1, 34.

COMMIGRATIO, ōnis. f. Sen. Conſol. ad Helu. 6 Aliunde alio commigratio eſt; loquitur de motu Stellarum.

COMMĪLES, ĭtis. m. [συστρατιώτης] *Commilito.* Caeſ. Bell. Ciu. 2, 29 Commilitesque nonnulli grauiores ſermones militum vulgo durius accipiebant. *Al.* Commilitones: *et vehementer fluctuat lectio.* Plin. 37, 2 Reipublicae datum mille talentûm: Legatis et Quaeſtoribus, qui oras maris defendiſſent, H-S. bina millia: commilitibus ſingulis quinquaginta. *Sic etiam Elzeuir. Sed Hard.* militibus, *e MSS.* Pacat. Paneg. Theod. ſ. 12, 32, 2 *vbi Cellarius dedit*, Poſtremo populis barbarorum — commilitonum munus indulges: *Gruterus habet* Commilitum.

COMMILĬTO, ōnis. m. [συστρατιώτης] *Qui ſimul militat, Socius militiae. Dux autem in bello, non* commilitones, *ſed* milites *ſuos appellat: licet Caeſar, et alii appellauerint interdum* Commilitones, *comparandae beneuolentiae gratia.* Sueton. Caeſ. 67 Nec milites ſuos pro concione, ſed blandiore nomine commilitones appellabat, tanquam et ipſe vnus eſſet ex numero militum. *Conf.* Id. Aug. c. 25. Quinct. 6, 3 p. 561 *Burm.* Liu. 3, 50 Supinas deinde tendens manus, commilitones appellans orabat. *Add.* Valer. Max. 3, 2 *extr.* Cic. pro Deiot. 28 c. 10 Hic vero adoleſcens, qui meus in Cilicia miles, in Graecia commilito fuit. Aliquem belli commilitonem habere Vell. 2, 59, 4.

COMMILĬTO, āre. [συστρατεύομαι] Gloſſ. Gr. Lat.

COMMILITIVM, i. n. [συστρατεία] *Ipſa belli ſocietas.* Plin. Epiſt. 10, 26 Parciorem me in laudando facit, quod ſpero tibi et integritatem eius, et probitatem, et induſtriam, non ſolum ex eius honoribus, quos in vrbe ſub oculis tuis geſſit, verum etiam ex commilitio eſſe notiſſimam, *i. ex eo tempore, quo tuus commilito fuit.* Et commilitii ſacra tuenda putas Ouid. ex Pont. 2, 5, 72. Iura amicitiae a commilitio ſtudiorum eisdem magiſtris inchoata honeſte Apul. Flor. 3 p. 356, 1. *Aldus edidit*, ac commilitiae. Tacit. Ann. 1, 60 Chauci quum auxilia pollicerentur, in commilitium adſciti ſunt. Vti commilitio alicuius Quinct. 5, 10, 111. *i. auxiliis.*

COMMINISCOR, commentus ſum, iſci. [ἐνθυμοῦμαι, μηχανῶμαι] *Excogitare.* Dictum a Con et Mente, quum finguntur in mente, quae non ſunt, *inquit* Varro de L. L. 5 p. 53, 5. Ter. Heaut. 4, 6, 8 Huiusmodi mihi res ſemper comminiſcere. Cic. de Finib. 4, 43 Ille enim occurrentia neſcio, quae comminiſcebatur. Liu. 37, 5 Nihil aduerſus tale machinationis genus parare, aut comminiſci oppidani conabantur. Confingere et comminiſci Auctor ad Herenn. 2, 10. Comminiſci falſa Scribon. Epiſt. Comminiſcuntur de eo Id. Ep. *i. mentiuntur.* Plaut. Capt. prol. 48 Itaque hi commenti de ſua ſententia, vt in ſeruitute hic ad ſuum maneat patrem. Ad com-

comminiſcendum ingenioſius Auctor ad Herenn. 2 c. 7. Monogrammos deos et nihil agentes commentus eſt Epicurus Cic. de Natur. Deor. 2, 59.

COMMENTVS. Partic. paſſ. [συμπλασθεὶς] Sacra commenta Ouid. Met. 3, 558. *i. ficta.* Id. Met. 6, 565 Dat gemitus fictos, commentaque Funera narrat. *In bonam partem* Apul. Florid. p. 363, 9 Ego et alias crateras Athenis bibi, Poëticae commentam *(i. fabulis abundantem)* Geometricae limpidam, *etc.* Commentus, *pro* Commonitus *dictum putat* Nonius 2, 152 *a* Plauto Amph. 3, 3, 24 Fac iam Amphitryonem aduenientem ab aedibus, vt abigas quouis pacto; fac commentus ſies. *Sed melius Lambinus, Fac callide excogitaueris.*

COMMENTVM, i. n. [πλάσμα] *Fictio.* Ter. Andr. 1, 3, 20 Atqui ipſis commentum placet. Retegere commenta alicuius Ouid. Met. 13, 38. Opinionum commenta delet dies Cic. de Natur. Deor. 2, 5. ¶ 2 Quinctil. 5, 10, 1 Enthymema, quod nos commentum ſane, aut commentationem interpretamur, quia aliter non poſſumus, Graeco melius vſuri, *etc. Et* 9, 2, 107 Viſellius ἐνθύμημα commentum vocat.

COMMENTICIVS, a, um. Adi. [πλασματώδης, πλαστὸς] *Idem, quod Ficticius.* Cic. de Orat. 1, 230 Vt ſi in illa commenticia Platonis ciuitate res ageretur. De commenticiis rebus inaudita ac noua, quae aliquis obiicit, diluere Id. pro Roſc. Amer. 82 c. 29. Crimen commenticium confirmare Cic. pro Roſc. Amer. 42 c. 15. Dii commenticii et ficti Id. de Natur. Deor. 2, 70 c. 28. Fabula ficta et commenticia Cic. Off. 3, 39 c. 9. Sententiae futiles commenticiaeque Id. de Natur. Deor. 1, 18. Commenticium *ſignificat etiam in bonam partem, Nouum et recens excogitatum, hoc eſt, non translaticium, non aliunde ſumtum.* Sueton. in Claud. 21 Spectacula quoque complura magnificaque edidit, non vſitata modo, ac ſolitis locis, ſed etiam commenticia, et ex antiquitate repetita. Cic. de Finib. 5, 90 Haec igitur, quum ego tot nominibus a Stoicis appellata, partim Nouis et commenticiis, vt iſta producta et reducta, *etc.* Paullus in l. ſi poena D. de poenis, Si poena alicui irrogatur, receptum eſt commenticio Iure, ne ad heredem tranſeat.

COMMENTOR, ōris. [ἐφευρετὴς] *Qui aliquid commentus eſt, excogitauit, inuenit. De* Baccho Ouid. Faſt. 3, 785 Luce ſua ludos vuae commentor habebat, *i. Inuentor.*

COMMENTOR, āri. [συμπλάττω, μελετάω, πραγματεύομαι] *Frequentat. a Comminiſcor.* Plaut. Caſin. 2, 3, 25 Vt cito commentatus eſt! *i. mendacium excogitauit. Sed Lamb.* commentus eſt. Plaut. Poen. prol. 1 Achillem Ariſtarchi mihi commentari lubet. *Sed Muretus,* imitari. *Certiora ſunt iſta* Ciceronis, *qui pro cogitare, tractare, diſputare ponere ſolet. V. g.* Att. 4, 36 Veruntamen idipſum mecum in his locis commentor, vt iſta improbem. Id. de Finib. 5, 42 Cupiunt commentari aliquid et diſcere. Futuras mecum commentabar miſerias Cic. Tuſc. 3 c. 14. Id. de Finib. 5, 75 Satisne vobis videor pro meo iure in veſtris auribus commentatus? Itaque videas barbato roſtro illum commentari, et vnumquodque verbum ſtatera auraria ponderare Varr. in Fragm. p. 166 ed. Durdr. *et apud* Non. 6, 41. *Al.* commentare. Commentari et meditari de aliqua re Cic. Philipp. 3, 36. Hortenſio memoria fuit tanta, vt, quae ſecum commentatus eſſet, ea ſine ſcripto verbis eisdem redderet, quibus cogitaſſet Id. de Clar. Orat. c. 88. Plures dies in villa commentari Cic. Fam. 12, 2. Commentandi cauſa atque inter ſe colloquendi congregantur in templo Magi Id. de Diuin. 1, 90 c. 41. Multos annos aliquid commentari Cic. Fam. 7, 1. Inter ſe commentari, qua ratione traducendum ſit eis tempus Id. Fam. 4, 6. Id. de Orat. 3, 86 c. 23 Magiſter hic Samnitium ſumma iam ſenectute eſt, et quotidie commentatur, *de Gladiatore.* Quinctil. 11, 3, 160 Crebro digitorum labiorumque motu commentari. Cum aliquo quotidie declamitantem commentari Cic. de Clar. Orat. 310. Cum ſeruis literatis, omnibus excluſis, commentari Id. de Clar. Orat. 87. *Et* Philipp. 12, 13 Quorum alter commentatus eſt Mimos, alter egit Tragoediam. Cic. de Clar. Orat. 87 Quum eſſet ei nuntiatum, tempus eſſe, exiſſe in aedes eo colore, et iis oculis, vt egiſſe cauſam, non commentatum putares, *h. e. in publico oraſſe, non domi meditatum.* Orationem in aliquem commentari Id. pro Roſc. Amer. 82. Plin. 18, 25 Id eo ipſo anno quum commentaremur haec, notatum eſt, prouentum eorum ter repetito frigore extinctum. Θέσεις meas commentari non deſino Cic. Att. 9, 11. ¶ 2 *Etiam actiuum* Commento *eſt* Plaut. Men. 5, 7, 30 *vbi ſic cum optimis Gronou.* Nimis autem bene ora commentaui, *i. plagis ſugillaui, et velut conſcripſi.*

COMMENTATVS, a, um. Part. paſſ. [μεμελετημένος] Q. Cic. Fam. 16, 26 Iſque diu, et multis lucubrationibus commentata oratione, vide vt probare poſſit, te non peccaſſe. Id. in Brut. 301 c. 88 Vt ſua et commentata, et ſcripta, et nullo referente omnia aduerſariorum dicta meminiſſet, *i. cogitata.*

COMMENTATIO, ōnis. f. [μελέτη, πραγματεία] *Meditatio atque exercitatio.* Plin. 18, 25 Et Soſigenes ipſe trinis commentationibus non ceſſauit addubitare ipſe ſemet corrigendo. Cic. Tuſc. 3, 34 Nihil eſt enim, quod tam obtundat eleuetque aegritudinem, quam, *etc.* meditatio conditionis humanae, quam vitae lex, commentatioque parendi. Multa commentatione atque meditatione paratos atque expeditos locos habere Id. de Orat. 2, 118. *Et* de Orat. 1, 150 Nam ſi ſubitam et fortuitam orationem commentatio et cogitatio facile vincit, hanc ipſam profecto aſſidua ac diligens ſcriptura ſuperabit. Cauſarum commentatio Cic. Fam. 9, 20. Id. Tuſc. 1, 74 Tota enim philoſophorum vita, vt ait idem, commentatio mortis eſt, *μελέτη apud Platonem, i. exercitatio et comparatio.* Incluſa commentatio in veritatis lucem proferenda eſt Cic. de Orat. 1, 157. Plin. 6, 17 Seneca etiam apud nos, tentata Indiae commentatione, ſexaginta amnes eius prodidit, *i. diſputatione de India.* Id. Plin. 28, 2 f. 5 Seruii Sulpicii commentatio eſt, quamobrem menſa linquenda non ſit, *i. diſputatio.* Accuratae et meditatae commentationes Cic. de Orat. 1, 257 c. 60. Quotidianis commentationibus ſeſe exercere Id. de Clar. Orat. 249. In exercitationibus et commentationibus multum operae ponere Cic. de Clar. Orat. 105. In luſtris et in vino commentatio Id. Fam. 12, 2. Gell. praef. p. 3 *de opere ſuo,* Sed quoniam longinquis — noctibus — commentationes haſce ludere ac facere exorſi ſumus.

COMMENTĀTOR, ōris. m. *Inuentor.* Apul. Apol. p. 321, 36 Omnium falſorum commentator.

COMMENTARIVS, i. m. *vel* COMMENTARIVM, i. n. [ὑπόμνημα, ἀπομνημόνευμα] *Hoc nomine vocatur, quidquid ſolius memoriae cauſa ſcribimus, aut ſcriptum videri volumus, vbi proinde ars omnis, omnia ornamenta abſunt: ſed id ſolum agitur, vt commentarium intuentes reminiſci poſſint, quae commeminiſſe opus eſt: quo nomine ergo omnia acta priuata et publica, rationes, materia et velut ſilua dicendorum aut ſcribendorum, ſ. oratoria ea ſit, ſiue hiſtorica, et quidquid denique, vel nos, vel alios meminiſſe volumus, vel ſcientiae, vel agendi cauſa, comprehenduntur. Itaque modeſtiae cauſa* Iulius Caeſar *libros de bellis ſuis* Commentarios *inſcripſit, de quibus* Cic. Bruto 262 c. 75 Commentarios quosdam ſcripſit rerum ſuarum, valde quidem probandos. Nudi enim ſunt, recti, et venuſti, omni ornatu orationis tanquam veſte, detracto. Sed dum voluit alios habere parata, vnde ſumerent, *(materiam velut hiſtoriae)* qui vellent ſcribere hiſtoriam, ineptis gratum fortaſſe fecit, qui volunt (*mel.* velint) illa calamiſtris inurere: ſanos quidem homines a ſcribendo deterruit. *Vid. mox* Conficere commentarios. Sueton. in Tiber. c. 61 Commentario quem de vita ſua ſummatim breuiterque compoſuit, auſus eſt ſcribere, Seianum ſe puniſſe, quod comperiſſet furere aduerſus liberos Germanici filii ſui. Plin. Epiſt. 6, 22 Corrupto enim ſcribae ſeruo, interceperat commentarios, intercideratque, ac per ſummum nefas vtebatur aduerſus amicum crimine ſuo. Cic. Fam. 8, 11 Quam quisque ſententiam dixerit, in commentario eſt rerum vrbanarum: e quo tu quae digna ſunt, ſelige. Actorum commentaria corrumpere Vell. 2, 60, 4. SINGVLA QVAE SCIEBAT VOLVMINE POTIVS QVAM TITVLO SCRIBI POTVERVNT NAM COMMENTARIOS ARTIS SVAE QVOS RELIQVIT PRIMVS FECIT Inſcript. Fabrett. p. 88. Auctorum commentarii exſtant Plin. 37, 12 ſ. 75. Diurni commentarii Sueton. Auguſt. c. 64. Commentarius Eumenis de apparatibus belli Liu. 42, 6. Pontificum Cic. de Clar. Orat. 55. Quinctil. 8, 2, 12. Liu. 4, 3. Cic. Verr. 5, 53 Audite decretum mercenarii Praetoris ex eius commentario. Quinctil. 2, 11, 7 Commentarii Puerorum, in quos, quae aliis declamantibus laudata ſunt, regerunt. In Rhetorum commentariis conſeneſcere Quinctil. 3, 8, 67. Cic. de Clar. Orat. 164 Ipſa illa cenſoria contra Cn. Domitium collegam non eſt oratio, ſed quaſi capita rerum et orationis commentarium paullo plenius. Id. Fam. 5, 12 Si enim ſuſcipis cauſam, *(rogauit, vt hiſtoriam ſui conſulatus ſcribat)* conficiam commentarios rerum omnium: ſin autem differs me in tempus aliud, coram tecum loquar. *Has vulgo* Memorias *et* Memoriale *vocant. Horum* Commentariorum *mentionem facit etiam* Att. 1, 16 *et* 17. *it.* 2, 1. Cic. de Orat. 2, 224 Vbi ſunt ii fundi Brute, quos tibi pater publicis commentariis conſignatos reliquit? Facere commentarios breuiores Quinctil. 3, 8. Sine commentario nunquam dixit, nec hoc commentario contentus erat, in quo nudae res ponuntur Sen. Contr. 3 prooem. *Sic* Quinctil. 4, 1, 69 Cicero pro Scauro ambitus reo, quae cauſa eſt in Commentariis, *quos nempe ante actionem commentandi cauſa ſcripſit. De hoc genere* Quinctil. 10, 7, 30 Quod feciſſe M. Tullium commentariis ipſius apparet. Sed feruntur aliorum quoque, et inventi forte, vt eos dicturus quisque compoſuerat, et in libros digeſti — Sed hi commentarii ita ſunt exacti, vt ab ipſo mihi in memoriam poſteritatis eſſe videantur compoſiti. Nam Ciceronis ad praeſens modo tempus aptatos libertus Tiro contraxit, quos non ideo excuſo, quia non probem, ſed vt magis ſint admirabiles. In hoc genere prorſus recipio hanc breuem annotationem, libellosque, qui vel manu teneantur, et ad quas interim reſpicere fas ſit. Cic. ad Octau. Antonius vir animi maximi, *etc.* publicam dilapidabat pecuniam, aerarium exhauriebat, minuebat vectigalia, donabat ciuitates, ex commentario *(Caeſaris)* dictaturam gerebat, leges imponebat, *etc.* Inuenire aliquid in commentariis antiquis Id. de Clar. Orat. 72. Lege commentarios Ariſtotelicos Id. de Finib. 3, 10. Quaerere aliquid ex commentariis Cic. pro Sull. 45. Recitare commentarium Id. Verr. 5, 53. Liu. 1, 32 Omnia ea ex commentariis regis *Numae* pontificem maximum in album relata proponere in publico iubet. Traianus ad Plin. Ep. 10, 106 Dediſſe me ius trium liberorum Suetonio Tranquillo ea conditione, qua aſſueui, referri in commentarios meos iuſſi. Referre manu ſua in commentarium *aliquid* Cic. Att. 7, 3. Referre diſputationem *alicuius* in commentarium Id. Tuſc. 3, 54. Modeſtinus in l. abeſſe D. ex quibus cauſis maiores, Abeſſe Reipublicae cauſa dicitur, et is, qui ab vrbe profectus eſt, *etc.* pertinet et ad Tribunos militum, et praefectos, et comites Legatorum, qui ad aerarium delati, aut in commentarium principis relati ſunt. *Senſus eſt, Tribunos, Praefectosque militum, eorumque omnium comites, non aliter Reipubl. cauſa abeſſe cenſeri, quam ſi in acta aerarii, quae publica ſunt, aut priuatum commentarium principis nomina illorum relata ſint.* Regerere aliquid in commentarios Quinctil. 2, 11, 7. Rerum ſuarum commentarios relinquere Sueton. Caeſ. 56. Reperire aliquid in commentariis alicuius Cic. Philipp. 1, 2. Turpe eſſe ſeni ex commentario Sapere, experientia enim multa docet Sen. Ep. 33. Plin. Epiſt. 7, 18 Quaerente minaciter Metio Caro, An rogaſſet? reſpondit, Rogaui. An commentarios ſcripturo dediſſet? Dedi. Scribere commentarios rerum ſuarum Cic. de Clar. Orat. 261. Id. pro Sulla 45 c. 16 Tamne amens eram, vt cum literae poſteritatis cauſa repertae ſint, quae ſubſidio obliuioni eſſe poſſent; ego recentem putarem memoriam cuncti Senatus commentario meo poſſe ſuperari? Tangere locum aliquem breviter in commentariis Cic. Off. 3, 8. Voluere commentarios alicuius Liu. 1, 31. Id. 39, 47 Quaeri iuſſit ab eo, ecquem de iis rebus a patre commentarium accepiſſet? Ex annalium monumentis, atque ex regum commentariis conquirere aliquid Cic. pro Rabir. perduel. 15. Gell. 2, 6 Grammatici, qui Commentaria in Virgilium compoſuerunt. *Et* 14, 3 Dictorum atque factorum Socratis commentarios compoſuit Xenophon, *i.* Ἀπομνημονεύματα. Antonius *ſub* Cic. Att. 14, 14 Quod ſi duriorem te eius miſerae et afflictae fortunae praebes, non contendam ego aduerſus te: quanquam videor debere tueri commentarium Caeſaris, *i. quae ille agenda ſuis iniunxerat, vel iniuncturus erat, commentariis poſt mortem repertis.* A Commentariis, *officii Palatini nomen,* Grut. p. 89, 9 FELICI AVG. LIB. A COMMENT. XX. *i.* a Commentariis viceſimae hereditatum. *Add.* p. 590, 9. *et* 599, 1. *Sic* a Commentariis beneficiorum p. 577, 1. — Equorum p. 592, 5. — Prouinciae Belgicae p. 1111, 11. — Vehiculorum p. 592, 4. — Fiſci Aſiatici Reineſ. 9, 31. *Hos noſtra aetas Secretarios, Scribas, Actuarios, etc. vocat.*

COMMENTARIŎLVM, i. n. Dimin. [ὑπομνημάτιον] Eisdem de rebus ſemper quaſi dictata decantare, neque a commentariolis ſuis diſcedere Cic. de Fin. 4 c. 4. Id. Philipp. 1, 16 An in commentariolis et chirographis et libellis ſe vno auctore prolatis, ac ne prolatis quidem, ſed tantummodo dictis, acta Caeſaris firma erunt? quae ille

in

in aes incidit, in quo populi iuſſa, perpetuasque leges eſſe voluit, pro nihilo habebuntur? Perfectum omni ratione commentariolum Cic. de Petit. Conſ. 45. Profitentium commentariolis aliquid vulgatum eſſe Quinctil. 1, 5, 7.

COMMENTARIENSIS, is. m. *Qui Commentarios curat, a* Commentariis, *vt modo vidimus.* Aſconius in Cic. Verr. 1, 71 c. 28 Accenſus nomen eſt ordinis, et promotionis in militia, vt nunc dicitur Princeps vel Commentarienſis aut Cornicularius. Haec enim nomina de Legionaria militia ſumta ſunt. *Vid. de* literatis militibus *eorumque muneribus* Veget. 2, 19. *Pro Tabulario ſiue Actuario, qui publicas literas perſcribit atque aſſeruat.* Paullus in l. 45 §. 6 D. de iur. fiſc. Quoties apud fiſcum agitur, actorum poteſtas poſtulanda eſt, vt merito iis vti liceat: eaque manu commentarienſis adnotanda ſunt. *Sed* ¶ 2 *peculiari notione ponitur* Commentarienſis, *pro Cuſtode ac praefecto carceris, qui vinctorum nomina in* commentario, *id eſt libello perſcribat.* Erunt commentarienſes, quibus damnatorum cura committatur Iul. Firmic. Aſtrol. 3, 6. Impp. l. 4 C. de cuſtod. reor. Ad commentarienſem receptarum perſonarum cuſtodia obſeruatioque pertineat: nec putet, *etc.*

COMMINISTRO, āre. [ὑπουργέω, ὑπηρετῶ] *Idem, quod Miniſtrare, laudatur* Plin. 28, 8 ſ. 26 *de Hyaena,* Super omnia eſt, quod extremam fiſtulam inteſtini contra ducum ac poteſtatum iniquitates comminiſtrant, et ad ſucceſſus petitionum, iudiciorumque ac litium euentus, ſi omnino tantum aliquis ſecum habeat. *Sed emendatiores codices legunt* Commonſtrant. *Vid. Harduin.*

COMMĬNOR, āri. [ἀπειλέω] *Valde minari.* Sueton. Caeſ. c. 62 Vt aquilifer moranti ſe cuſpide ſit comminatus. Liu. 10, 39 Comminando magis, quam inferendo pugnam dies abſumebatur.

COMMINO, āre. *Conducere, Cogere, a* Mino, as. Apul. Mileſ. 7 p. 192, 29 Gregatim pecus comminantes. *Sed*

COMMINATVS, a, um. Partic. paſſ. *a* Comminor. Apul. Met. 6 p. 184, 12 Comminatae mihi mortis.

COMMINATIO, ōnis. f. [ἀπείλησις] *Actus comminandi.* Plin. 8, 45 Sed tota comminatio prioribus in pedibus ſtat, ira gliſcente alternos replicans, ſpargensque in altum arenam, et ſolus animalium eo ſtimulo ardeſcens. *De Tauris.* Fabius circumagi ad nutus comminationesque Hannibalis flagitioſum ducebat Liu. 26, 8. Cic. de Orat. 3, 204 c. 54 Orationis autem ipſius tanquam armorum eſt, vel ad vſum comminatio et quaſi petitio, vel ad venuſtatem ipſa tractatio. Sueton. Tiber. 37 Reges comminationibus magis quam vi repreſſit.

COMMINĀTOR, ōris. m. Tertull. adu. Gnoſt. c. 9 Ignium comminator.

COMMINATĪVVS, a, um. Adi. Idem aduerſ. Marc. 2, 25 Non dubitatiuum, ſed comminatiuum exprimens ſenſum.

COMMINABVNDVS, a, um. Adi. Idem adu. Marc. 4, 15 Inuehitur comminabundus.

COMMINVO, ui, ūtum, ĕre. [συντρίβω, μειόω] *Minuere, et confringere totum.* Plin. 20, 4 Satiui vero decocti mane poti ad ternos cyathos, comminuunt et eiiciunt calculos. Annulus comminutus Cic. Verr. 4 c. 25. *Add.* Stat. Silu. 1, 6, 73. Cic. in Piſon. 93 Illi autem ſtatuam iſtius perſimilem, quam ſtare celeberrimo in loco voluerat, ne ſuauiſſimi hominis memoria moreretur, deturbant, affligunt, comminuunt, diſſipant. Id. Off. 2, 40 c. 11 Opes habuit et multo maiores Viriatus Luſitanus, *etc.* quem C. Laelius, is, qui ſapiens vſurpatur, Praetor fregit et comminuit, ferocitatemque eius ita repreſſit, vt facile bellum reliquis traderet. Auaritia, comminuit atque violat officium Cic. pro Quint. 26 c. 6. Horat. Serm. 1, 1, 43 *Auarus interrogatus,*

> Quid iuuat immenſum te argenti Pondus, et auri
> Furtim defoſſa timidum deponere terra? *Reſpondet,*
> Quod ſi comminuas, vilem redigatur ad aſſem.

*Hoc dicit, ſi ſubinde aliquid decerpas et auferas, tandem ad aſſem, nihilumque adeo redigetur.* Vires ingenii comminuere Ouid. ex Pont. 3, 3, 34. Lacrimis comminui, *i. Frangi, flecti, mitigari* Id. Epiſt. 3, 134. Comminuti re familiari Cic. Att. 4, 3. Comminutae opes et depreſſae Id. Verr. 5 c. 37.

COMMINVENDVS, a, um. Partic. [συντριπτέος] Ouid. de Medicam. fac. 72 Vtraque ſex habeat aequo diſcrimine libras, Vtraque da nigris comminuenda molis.

COMMINVTIM. Adu. Apic. 4, 4 Comminutim conciſa.

COMMINVS, *vid.* COMINVS.

COMMISCEO, miſcui, miſtum et mixtum, ēre. [συγκεράννυμι, συμμίγνυμι] *Bene miſcere, Permiſcere.* Plaut. Perſ. 1, 3, 7 Commiſce mulſum; ſtruthea coluteaque appara. Inde ſumitur cyathus, et in duobus roſae commiſcetur Scribon. 1. In vnum commiſcere Id. 56. 160. Aqua pluuiali commiſcentur Id. 32. — caeteris 265. 38. Cic. de Natur. Deor. 2, 128 Deinde partes corporis et ad procreandum, et ad concipiendum aptiſſimae, et in mare, et in femina commiſcendorum corporum mirae libidines. Plaut. Rud. 2, 6, 3 Nam ſi quis cum illo quid rei commiſcuit, *i. ſi quid negotio eſt alteri cum eo.* Cic. de Amicit. 81 Homo et ſe ipſe diligit, et alterum anquirit, cuius animum ita cum ſuo commiſceat, vt efficiat paene vnum ex duobus. Plaut. Mil. 2, 5, 68 Ego abeo, ne quid tecum conſilii commiſceam. Ius accuſatoris cum iure teſtimonii commiſcere Auctor ad Herenn. 4, 47. Populo commiſceri Sen. Epiſt. 7. Nunquam temeritas cum ſapientia commiſcetur Cic. pro Marc. c. 2.

COMMISTVS, *et* COMMIXTVS, a, um. Partic. [συμμιχθεὶς] *Legitur vtroque modo, ſed plerumque* Commixtus. Commixta fauilla Virg. Aen. 9, 76. Id. Aen. 3, 632 Saniem eructans, ac fruſta cruento Per ſomnum commixta mero. *Et* Aen. 6, 762 Primus ad auras Aetherias Italo commixtus ſanguine ſurget Siluius. *Sic* Georg. 4, 500 Dixit, et ex oculis ſubito, ceu Fumus in auras commixtus tenues, fugit diuerſa. *Et* Georg. 2, 327 Aether Magnus alit magno commixtus corpore foetus. Lucret. 6, 321 At tepefacta tamen veniat commiſta calore, *Vis venti.* Id. 6, 1157 Gemitu commiſta querela.

COMMIXTIM. Adu. Vox apud ICtos, *vt* l. 2 §. 9 ff. de Excuſ.

COMMIXTIO, ōnis. f. [χύμα] Gloſſ. Vet. et Firmicus.

COMMIXTŪRA, ae. f. Cato de R. R. 157, 1 *vbi ita puto legendum,* Sic quae vocantur ſeptem bona in commixturam, natura omnia haec habet braſſica.

COMMISCVVS, a, um. Adi. [κοινὸς] Gloſſ. Gr. Lat.

COMMISCIBĬLIS, e. Adi. Tertull. de Anima 12.

COMMISERESCO, ĕre. [κατοικτείρω] *Vehementer miſereſcere.* Ter. Hec. 1, 2, 54 Ibi demum ita aegre tulit, vt ipſam Bacchidem ſi adeſſet, credo ibi eius commiſereſceret. Ennius Hectoris Lytris, Seruos et veſtrum imperium, et fidem Myrmidonum vigiles commiſereſcite Nonius 7, 37.

COMMISEREOR, ēri. *Vehementer miſertri.* Gell. 7, 5 Commiſereaturque interitum eius, qui per vim exſtinctus exiſtimatur. *Sic Gronou. Al.* Commiſeretur. *Et imperſon.* Gell. 16, 19 Nautas precum illius harum commiſeritum eſſe illatenus.

COMMISĔROR, āri. [κατελεέω] *Miſericordiam mouere, lamentari.* Cic. Verr. 1, 46 Quid quum commiſerari, conqueri, et ex illius inuidia deonerare aliquid, et in te traiicere coeperit? Commiſerari fortunam alicuius Nep. 17, 5, 2. *Conf.* Gell. 7, 5 *quem modo protulimus.*

COMMISERANS. Partic. [κατοικτείρων] Gell. 5, 14 Ad eandem ſpecum venit hic leo debili vno et cruento pede, gemitus edens, et murmura dolorem cruciatumque vulneris commiſerantia, *i. conquerentia, lamentantia.*

COMMISERANDVS, a, um. Partic. Auctor ad Herenn. 4 c. 55 *extr.* Haec exornatio plurimum poteſt in amplificanda et commiſeranda re.

COMMISĔRO, ōnis. m. Tertull. adu. Marc. 4, 36 Haeretici commiſerones. Συνταλαίπωρος, *i.* commiſero Id. ib. c. 9. *Eſt igitur, qui cum aliis miſer eſt, ſocius malorum.*

COMMISERATIO, ōnis. f. [κατοίκτειρσις] Cic. de Orat. 2, 125 c. 28 Quid de Qu. Regis commiſeratione dicam? *i. de facultate illius mouendi et excitandi miſericordiam. Add.* 3, 219 c. 58. Commiſerationem breuem eſſe oportet: nihil enim lacrima citius areſcit Auctor ad Herenn. 2 *extr.*

COMMISSVM, COMMISSIO, COMMISSVRA, COMMISSVS, *vid.* COMMITTO.

COMMITĬGO, āre. [κατηπιάω, καταπραΰνω] *Mitigare vndique.* Commitigare ſandalio caput alicuius Ter. Eun. 5, 8, 4 *Vbi* Donatus, Commitigari, eſt Tundendo deprimi atque deponi, *in quo falli puto Grammaticum.* Commitigare *eſt mollire, mitem reddere, quod fit etiam mulcendo et blande fouendo: ſed adiunctum* ſandalio *indicat, ſcurram optare, vt caput militi ſandalii ictibus tuber ac molle fiat.*

COMMITTO, īſi, iſſum, ĕre. [συνάπτω, ἐπιτρέπω, πιστεύω, πλημμελέω] *Proprie* eſt inſimul mittere aut coniungere. Nunc eo vtimur et pro facere, aut pro incipere. Feſtus. *Nempe primo coniungere notat quouis modo, et hinc tradere etiam atque permittere fidei alterius: tum concitare et facere, vt in pugnam concurrant alii: porro, violatis conditionibus facere, vt lex valeat, et cum violatore ſuo congrediatur. Quae iam exemplis declarabuntur. Ad coniunctionis igitur et vnionis genera diuerſa refertur. V. g.* Plin. Ep. 10, 41 Sed incertum, vtrum ad colligendum humorem circumiacentium agrorum, an ad committendum flumini lacum, *i Coniungendum.* Catull. 60, (61) 17 Quare nunc Animos ſaltem committite veſtros. *Si vera ſit lectio (Nam melior altera videtur,* conuertite*) fuerit, coniungite ad excogitandum conſilium.* Ceruix committitur per vitalia vincula primo artu Valer. Argon. 4, 310. Furta committere latebris, *i. abſcondere* Stat. Achil. 2, 322. Gemmas committere mero, *pro Merum committere gemmis, i. gemmatis poculis. Hypallage eſt apud* Stat. Theb. 1, 149 Nec curas mero committere gemmas, Atque aurum violare cibis. Curt. 3, 1, 13 Quae terra niſi tenue diſcrimen obiiceret, maria, quae nunc diuidit, committeret. Sen. Med. 35 ſq. Gemino Corinthus litori opponens moras cremata flammis maria committet duo. Curt. 4, 2, 16 Iacienda moles erat, quae vrbem continenti committeret. *Et* 7, 7, 14 Quae tam longo interuallo natura videtur diremiſſe, vna victoria ſubito committere. Noctes duas committere, *i. coniungere, excluſo die* Ouid. Amor. 1, 13, 46. *De Iouis trinoctio quo Herculem genuit.* Eo facto, teſticulus intus reponendus eſt, oraeque ſcroti ſuturis inter ſe committendae, *i. coniungendae* Celſ. 7, 19. Suturae capitis in vnguem committuntur Id. 8, 1. *Vid.* VNGVIS. Columel. 2, 8 Sed ſi ſeri ſunt imbres, quamuis ſitienti ſolo, recte ſemen committitur. Sulcis committere ſemina Virgil. Georg. 1, 223. Terrae ſemina committere Tibull. 1, 7, 31. Stirpes committere ramis Lucret. 5, 1364 *de inſitione.* Horat. Serm. 2, 4, 25 Quoniam vacuis committere venis Non niſi lene decet, *ſubauditur* Vinum. Vitem tenui committere ſulco Virg. Georg. 2, 289. Cic. pro Roſc. Amer. 64 c. 23 Quod poterat ſane eſſe ſuſpicioſum neutrum ſenſiſſe? auſum autem eſſe quemquam ſe in id conclaue committere eo potiſſimum tempore, *etc.* Tecto ſe committere Ouid. ex Ponto 2, 2, 37. Cic. Att. 15, 11 Sed auctor non ſum, vt te vrbi committas. *In his omnibus* committere *eſt coniungere, licet in quibusdam etiam notio altera obtinere poſſit, qua* ¶ 2 Committere *eſt tradere,* [ἐπιτρέπειν, πιστεύειν] Donatus ad Andr. 3, 5, 3 Seruone fortunas meas me commiſiſſe futili? Committimus, quae cum magno periculo volumus eſſe ſeruata. Ter. Andr. 1, 5, 61 Bona noſtra haec tibi committo, et tuae mando fidei. Cic. Off. 2, 33 Itaque his ſalutem noſtram, his fortunas, his liberos rectiſſime committi arbitramur. Committere et commendare, *vid.* COMMENDO. Cic. Fam. 3, 10 Quid mihi ille non commiſit? quid non mecum communicauit? Idem pro Domo 1 Vt omnis Reipubl. dignitas, omnium ciuium ſalus, vita, libertas, arae, foci, dii penates, bona, fortunae, domicilia: veſtrae ſapientiae, fidei, poteſtatique comiſſa creditaque eſſe videantur. *Add.* Id. ad Q. Fratr. 1, 1 c. 9. Committere et credere honorem alicui Cic. Verr. 5, 35. Imaginem ſuam committere pingendam Scribon. Ep. . . Recte committere aliquid alicui Cic. Fam. 1, 9. *i. tuto.* Alendum aliquem committere alicui Ouid. Met. 13, 431. Regendum aliquem committere alicui Idem de Art. Am. 3, 527. Arbitrio alicuius aliquid committere Horat. Serm. 2, 5, 105. *Al.* Permittere. Ter. prol. Hec. 53 Studium ſuum, et ſe in veſtram commiſit fidem. Plaut. Rud. 3, 2, 11 More antiquo in tutelam ſuum commiſerunt caput. Ter. Eun. 5, 2, 47 Ego me tuae commendo et committo fidei. Ingeniis coniecturaeque aliquorum aliquid committere Cic. pro Roſc. Amer. 123. Populo ſe committere Cic. pro Domo 49. Poteſtati alicuius Rempublicam et arma populi committere Cic. pro Milon. 61 c. 23. Id. pro Milon. 68 c. 25 Omnes tibi reip. partes aegras et labantes, vt eas his armis ſanares et confirmares eſſe commiſſas. *Et* 70 c. 26 Cum Senatus ei commiſerit, vt videret, ne quid reſp. detrimenti caperet. Publicis praeſidiis et armis ſe committere Cic. pro Milon. . . Cauſam alicui Cic. de Orat. 1, 174. Conſilia ſua alicui Cic. Verr. 3, 6. Curas ſuas auribus alterius Sen. Hippol. 608. Delictum hominum fortunae iudicio Cic. pro Cluent. 129. Epiſtolam alicui Cic. Att. 1, 10. Exiſtimationem ac ſpem reliquae vitae

vitae alicui Cic. pro Quint. 98. Quibus tantum facinus committere auderent Caeſ. B. G. 3, 60. Filiam cui Ter. Heaut. 4, 3, 36. *i. vxorem dare.* Habenas committere, *Permittere regendi poteſtatem* Sen. Medea 33. Honores committere alicui Claud. in Laudib. Seren. 194. Incommoda ſua legibus et iudiciis Cic. Verr. 1, 82. *h. e. Iudicium de incommodis ſecundum leges expectare.* Cic. Att. 1, 10 Ita neque Achaicis hominibus, neque Epiroticis paullo liberiores literas committere audeo. Magiſtratibus aliquibus committere Cic. pro Planc. 61. Ouid. Epiſt. 15, 131 Oſcula cognoſco, quae tu committere linguae, Aptaque conſueras accipere, apta dare. Rem magnam difficilemque alicui Cic. Fam. 13, 5. Rem et vitam alicui Hor. Serm. 2, 7, 67. Sen. de Benef. 2, 35 His ipſis, quos vocamus inſanos, Suffragium et iurisdictionem committimus. Verba committere caecis modis, *aenigma facere* Sen. Phoen. 132. Sen. Herc. Oet. 149 Commiſitque vices Lucifer Heſpero, et ſoles vetuit Delia tardior. Caput committere tonſori Hor. in Arte Poët. 301. Cic. Tuſc. 5, 58 Quin etiam ne tonſori collum committeret, tondere filias ſuas docuit. Crus commiſit laqueo volucris Ouid. Met. 11, 74. Literis committere aliquid Cic. Att. 4, 1. Amores ſuos tabellis Ouid. Amor. 1, 12, 21. Ter. Andr. 1, 5, 6 Quid Chremes, qui denegarat ſe commiſſurum mihi gnatam ſuam vxorem? id mutat, quia me immutatum videt. Rem in caſum ancipitis euentus Liu. 4, 27. Id. 8, 32 Quum me incertis auſpiciis profectum ab domo ſcirem, vtrum mihi turbatis religionibus Reſpub. in diſcrimen committenda fuerit? Cic. Acad. 4, 68 Ita enim finitima ſunt falſa veris, eaque quae percipi poſſunt (ſi modo ea ſunt quaedam: iam enim videbimus) vt tamen in praecipitem locum non debeat ſe ſapiens committere. Liu. 23, 11 Dictatorem quia ſe in aciem nunquam commiſerit, ſummum haberi imperatorem. *Laudatur etiam* Liu. 7, . . Ibi quia res trahi ſegnitia Graecorum non committentium ſe in aciem videbantur, Dictatorem, *etc.* Cic. Verr. 4, 26 In Populi Romani quidem conſpectum quo ore vos commiſiſtis? Idem Att. 8, 17 Ne duae legiones ſine Picentinis cohortibus in conſpectum Caeſaris committerentur. Cic. Q. Fratr. 3, 2 Quum Gabinius quacunque veniebat; triumphum ſe poſtulare dixiſſet, ſubitoque bonus Imperator noctu in vrbem plane inuaſiſſet, in Senatum ſe non committebat. Auſis magnis ſe committere Claud. in Eutrop. 2, 548. Fortunae Cic. Att. 9, 4. Celſ. 6, 18 Praecipueque vlcus multa aqua calidum fouendum eſt, velandumque, neque frigori committendum. Cic. Verr. 4, 91 Hiemi fluctibusque ſeſe committere maluit, quam non iſtam communem Siculorum tempeſtatem, calamitatemque vitare. Nihil committas, niſi quod committere etiam Inimico poſſis Sen. Epiſt. 3. Itineri ſe committere, *vid. paullo poſt*, Viis hiſce, *etc.* Iudicio infirmo committi Cic. Att. 1, 13. Celſ. 1, 2 Si quis interdiu ſe implebit: poſt cibum neque frigori, neque aeſtui, neque Labori ſe debet committere. *Sic* Committere Labori equum Col. 6, 29, 4. Mari aliquem committere Lucan. 5, 691. Mucronibus ſtrictis committi Ouid. Faſt. 3, 231. *i. obiici, exponi.* Nauigationi ſe committere Cic. Fam. 16, 6. Ouid. Met. 13, 342 Cur audet Vlyſſes Ire per excubias, et ſe committere Nocti? Cic. Att. 1, 13 Sed non committendae eiusmodi Periculo, vt aut interire, aut aperiri aut intercipi poſſint, *De literis.* Periculo mortis, aut ſeruitutis ſe committere Cicero pro Lege Manil. 31. Ponti ſeſe committere Virg. Georg. 3, 78. Ponto ſe committere, *i. Mari* Cic. in Arat. . . Pugnae Ouid. Met. 14, 362. Pelago ratem committere Hor. Carm. 1, 3, 11. Rixae ſe committere Lucan. ad Piſon. 187. Portibus committere ſe non audebant Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 60. Celſ. 1, 2 Habitare vero aedificio lucido perflatum aeſtiuum, hibernum ſolem habente, cauere meridianum ſolem, matutinum et veſpertinum frigus, itemque auras fluminum atque ſtagnorum, minimeque nubilo caelo Soli aperienti ſe committere. Cic. Verr. 5, 137 Negat, ſe de exiſtimatione ſua cuiquam, niſi Suis commiſſurum. Saepe flauerant Venti, quibus neceſſario committendum exiſtimabat Caeſ. B. C. 3, 25. Vento Ouid. Faſt. 3, 579. Virg. Aen. 10, 68 Num linquere caſtra Hortati ſumus? aut Vitam committere ventis? Ventis vnda ſe commiſit Ouid. Met. 11, 512. *al.* Admiſit. Viis hiſce ego me committam, qui *etc.* ire non ſum auſus? Cic. Philipp. 12, 24. Ibid. *paullo poſt*, Poſſumne igitur ſatis videri cautus, ſatis prouidus, ſi me huic itineri tam infeſto, tamque periculoſo commiſero? Eunucho Bromium Committere noli, Iuuen. 6, 378 *explicat facere Eunuchum, vt* Aſino tradere *apud* Catullum, *aſinum piſtrinarium aliquem facere. Sed de* Aſino *vid. h. v.* n. 4. Iuuenalem *ita intelligam cum Lubino, Noli puerum, quem tuae tantum libidini ſeruas, illi Eunucho committere, nimis virilis, nimis draucus eſt. Voſſ. ad* Catulli l. c. p. 326 *ab Eunuchis alios quoque caſtratos obſeruat (v. g.* Martial. 3, 91) *et vult hoc dicere Poëtam, noli caſtrandum Gallo cuiquam aut Eunucho dare Bromium. Lubini opinio ſeriei orationis magis conuenit.* ¶ 3 Committere *eſt concitare, atque in ſe inuicem incitare atque immittere vel homines vel beſtias, qui cum* committuntur *et iam pugnare incipiunt*, bellum, certamen, praelium, pugna committi *dicitur. Quin* Committere, *abſolute pro praelium committere* Eutrop. 4, 5, 4. 5, 4, 3. 9, 15, 7. *Qua ratione etiam* l. 1 §. 11 ff. Si quadrupes committere *ſimpliciter dicuntur*, arietes et boues. *i. pugnare.* Suet. de Clar. Gram. 17 Ad exercitanda diſcentium ingenia aequales inter ſe committere ſolebat. Suet. in Calig. c. 56 Nec ceſſauit ex eo criminari alterum alteri, atque inter ſe omnes committere. Fratres committere odiis Claud. in Eutrop. 1, 282. Primo tempore commiſſum bellum, profligatum ſecundo, tertio vero confectum eſt Flor. 2, 15. Liu. 21, 40 Sed ita forſitan decuit cum foederum ruptore duce, deos ipſos ſine humana ope committere, *(incipere)* ac profligare bellum: nos autem qui ſecundum deos violati ſumus, commiſſum ac profligatum conficere. Certamen Liu. 23, . . Varro *ap.* Non. 4, 46 Dominus maturo ouo Coenam Committit. *i. incipit.* Diſcrimen omne committunt Quinctil. 6, 4, 17. *i. cauſam totam in diſcrimen committunt vel adducunt.* Cic. pro Roſc. Amer. 11 Longo interuallo iudicium inter ſicarios hoc primum committitur. Virg. Aen. 12, 60 Deſiſte manum committere Teucris. *i. Bellum inferre, vt manum conſerere.* Praelium committunt Tubicines, Cornicinesque et buccinatores Veget. 2, 7. *Sed* Caeſ. Bell. Gall. 2, 19 Equites noſtri cum funditoribus ſagittariisque flumen transgreſſi, cum hoſtium equitatu praelium commiſerunt. Praelia committere Valer. Argon. 6, 31. Praelia committere verſu Ouid. in Ibin 43. Pugnam Sil. 8, 619. Rixam Liu. 5, 25. Colum. 9, 15, 4. Cic. Q. Fratr. 3, 4 Haec ſcripſi ad VIII Cal. Nouemb. quo die Ludi committebantur. Sueton. in Claud. 21 Circenſes etiam frequenter in Vaticano commiſit, *etc.* Liu. 2, 36 Mane ſeruum



quidam paterfamiliae nondum commiſſo ſpectaculo ſub furca caeſum, medio egerat circo: coepti inde ludi, velut ea res nihil ad religionem pertinuiſſet. Committit Vates et comparat, inde Maronem, Atque alia in parte in trutina ſuſpendit Homerum Iuuenal. 6, 439. *Dicitur enim quoque de Poëtis et oratoribus aliisque: vid. Torrent. ad* Suet. Aug. c. 89. *Adeoque ingenii opera ipſa committi dicuntur.* Hiſtoriam in adoleſcentia ſcribere aggreſſus eſt: et quum primum frequenti auditorio commiſiſſet, aegre perlegit Suet. Claud. c. 41. Diu ne modico quidem auditorio quidquam committere eſt auſus, mox magna frequentia magnoque ſucceſſu bis ac ter auditus eſt Auctor vitae Iuvenalis Suetonio adiunctus. *Sed haec etiam ad* n. 2 *referri poſſunt, quia certaminis nulla mentio. Melius huc conuenit* Prop. 2, 2, 31 Et ſua quum antiquae committit Scripta Corinnae, Carminaque aequaeuis non putat eſſe ſuis. ¶ 4 Committere *etiam ad aliarum rerum et actuum initia pertinet, in primis in delictis, itemque in ſponſionibus ac multis.* Committitur *enim* crimen, *cum iam crimen eſſe incipit;* Committitur Sponſio *aut* multa, *cum incipit deberi;* Committitur pecus inſcriptum, *cum reip. adiudicatur. Eſt ergo generatim* Committere aliquid [πλημμελεῖν] *peccare, male agere.* Cic. Diu. in Caec. 5 Ego etiam quae tu ſine Verre commiſiſti, Verri crimini daturus ſum. Virg. Aen. 1, 235 Quid meus Aeneas in te committere tantum, Quid Troës potuere? Non timent qui nihil commiſerunt Cic. pro Milon. 63 c. 23. Non impulſione, verum ratiocinatione aliquid committere Cic. de Inuent. 2, 20 c. 6. Id quod ne committi poſſit Cic. de Legg. 2 c. 8 *vbi Dauiſ. mallet* in quod. Cic. pro Cluent. 92 c. 34 Sed ille idcirco his legibus condemnatus eſt, quod contra aliam legem commiſerat. Committere multa nefarie in deos, et homines Cic. Verr. 1, 6. Quaedam reprehendebant, in quae et ipſi committebant Tertull. de praeſcript. c. 24. Commiſſum in religiones Arnob. 4 p. 148. Adulterium Quinctil. 7, 2, 11. 7, 3, 1. Caedem Ouid. Epiſt. 14, 59. Committitur Cautio l. 114 §. 4 ff. de Legat. 1 *cum exiſtit id, de quo cautum erat. Sic* Clauſula ſtipulationis committitur l. 15 ff. de procurat. Cic. Fam. 16, 12 Graues ſolent offenſiones eſſe ex grauibus morbis, ſi quae culpa commiſſa eſt. Delictum Caeſ. Bell. Gall. 7, 4. Hanc Deuotionem conuictam et commiſſam putabo Cic. pro Domo c. 5, 7. *Vid.* DEVOTIO. Malum Facinus in ſe Salluſt. de Rep. Ord. 2, 6, 2. Facinus Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 60. Flagitium Cic. de Clar. Orat. 229. Fraudem Hor. Carm. 1, 28, 31. Hereditas palaeſtrae commiſſa eſt Cic. Verr. 2, 36 c. 14. *i. debetur et adiudicanda eſt palaeſtritis, quia heres non fecit, quod teſtamento iuſſus erat, vt ſtatuas in palaeſtra poneret.* Plaut. Men. 5, 2, 21 Nec pol filia vnquam patrem arceſſit ad ſe, Niſi aut quid commiſi aut Iurgii eſt cauſa. Varro R. R. 2, 1, 116 Greges ad publicanum profitentur, ne ſi inſcriptum pecus pauerint, Lege cenſoria committant. *vid.* COMMISVS. *Aliter* Vlpian. l. 4 §. 2 de L. commiſſoria, Statim atque commiſſa Lex eſt, *i. conditio legis impleta.* Dies committendi, *i. quo committitur* l. 38 ff. de Minor. Maleficium Cic. pro Roſc. Amer. 62. Multam committere, *facere propter quod multae ſoluendae ſis obnoxius* Cic. pro Cluent. 103 c. 37. *Vid.* MVLTA, ae. Nefandum aliquid Ouid. Met. 9, 625. Nefarias res Cic. Philipp. 6, 2. Quinctil. 4, 7, 20 An commiſſa ſit Poena? *i. an id factum, quod puniri debeat.* Poenam Compromiſſi committere l. 37 ff. de recept. qui arbitr. Poenam Edicti l. vlt. ff. quod quisq. iur. *Sed et* Committere in poenam l. 23 §. 1 ff. de recept. qui arbitr. Praedia committuntur in publicum — *it.* ex compromiſſo Paullus l. delector meus ff. de Negot. geſt. Scelus magnum Cic. pro Sul. 6. Stipulatio commiſſa eſt, *i. exiſtit iam conditio eius* l. 1 §. 6 ff. de Verb. Obl. *et al. Sic* l. 63 eod. Vtra prius conditio exſtitiſſet, Stipulatio committetur, et amplius committi non poteſt. Sed enim cum ex duabus disiunctiuis conditionibus altera defecerit, neceſſe eſt, vt ea, quae exſtiterit, ſtipulationem committat. *Etiam illa frequens formula,* Non committere vt, vel quamobrem. Cic. Off. 1, 81 Nec committere vt aliquando dicendum ſit Non putaram. Idem Off. 3, 6 c. 1 Neue committas, vt cum omnia ſuppeditata ſint a nobis, tute tibi defuiſſe videare. Brut. ad Cic. Fam. 11, 20 Se non eſſe commiſſurum, vt tolli poſſit. *Laudatur etiam e* Cic. . . . . Conſiderare debes nihil tibi eſſe committendum, quamobrem eorum quos laudas, te non ſimillimum praebeas. Non committam poſthac, vt me accuſare de epiſtolarum negligentia poſſis Cic. Att. 1, 6. *Add.* ib. Ep. 20. Quia commiſi, vt me defraudes, ad eam rem affectas viam Plaut. Men. 4, 3, 12. Non committam, vt ſi defugerim, tibi cauſam aliquam dem recuſandi Cic. de Orat. 2, 233. Id. Phil. 8, 15 c. 5 Ego nolo quemquam ciuem committere, vt morte multandus ſit, tu etiam ſi commiſerit, conſeruandum putas. Non committunt ſcamna facere Col. 2, 4, 3. Cic. Fam. 3, 9 Nam profecto non eſt meum, qui in ſcribendo (vt ſoles admirari) tantum induſtriae ponam, committere, vt in ſcribendo negligens fuiſſe videar: praeſertim, *etc.* Cic. Att. 8, 15 Quod cum ita eſſet, nec mihi, nec fratri meo, nec cuiquam amicorum placuit committere, vt temeritas noſtra non ſolum nobis, ſed etiam Reipub. noceret. Non putaui eum eſſe commiſſurum, vt Cic. Att. 8, 3. Id eſt ſordidum ad famam, committere vt accuſator nominere Cic. Off. 2, 50. Brut. ad Cic. Fam. 11, 20 Haec quum audiſſem, et iam in itinere eſſem, committendum non putaui, prius vt Alpes transgrederer, quam quid iſthic ageretur, ſcirem. Vereor committere vt, *etc.* Cic. de Legib. 1, 37. Alicuius conſilio commiſſum eſſe vt, *etc.* Cic. Att. 1, 13.

COMMISSVS. Partic. [πιστευθεὶς etc.] Cic. pro Font. 30 Atque ita vt commiſſus ſit fidei, permiſſus poteſtati. Bella commiſſa alicui Cic. pro Domo 18. Id. pro Domo 145 c. 57 Hanc ego deuotionem capitis mei, quum ero in ſedes meas reſtitutus, tum denique conuictam eſſe et commiſſam putabo. *Vid.* DEVOTIO. Propert. 1, 10, 12 Sed quoniam non es veritus concredere nobis, Accipe commiſſae munera laetitiae. *i. mecum communicatae.* Virg. Aen. 5, 113 Et tuba commiſſos medio canit aggere Ludos. Virg. Aen. 6, 569 Diſtulit in ſeram commiſſa Piacula mortem. Pugna non mediocri certamine nec parua dimicatione commiſſa Cic. pro Muraen. 34. Ouid. Met. 12, 68 Commiſſaque Praelia magno Stant Danais. *i. initium belli Troiani. De Proteſilai morte ſermo eſt.* Res inter ſe commiſſae Quinctil. 7, 1. Vt tutela, ſic procuratio Reipublicae, ad eorum vtilitatem qui commiſſi ſunt, non ad eorum, quibus commiſſa eſt, gerenda eſt Cic. Off. 1, 85. Catull. 99, 1 Si quidquam tacito commiſſum eſt fido ab amico, Cuius ſit penitus nota fides animi. Commiſſumque teges et vino tortus et ira Hor. Epiſt. 1, 18, 38. Haec tu ſecreta et paucis commiſſa putabas Iuuenal. 10, 337. Commiſſus, *Coniunctus et coagmentatus* Virg. Aen. 3, 428 Piſtrix Delphinum caudas

das vtero commiſſa luporum. Dextera commiſſa dextrae Ouid. Epiſt. 2, 31. Domus plumbo Iuu. 14, 310 *de dolio Diogenis.* Nocte commiſſa, *Gemina* Sen. Herc. Oet. 1697. *Add.* Ouid. Am. 1, 13, 46. Diſpoſitio digeſtas res atque inter ſe commiſſas deuincit Quinctil. 7, 1. Soluere commiſſas acies, *Dirimere praelium* Propert. 4, 4, 59. Commiſſum, *quod quis perdit ex lege quam violauit.* Quod quis profeſſus non eſt apud publicanos, pro commiſſo tenetur Quinct. Decl. 341 *pr. Hoc* Decl. 359 *explicatur*, Quod quis profeſſus non eſt perdat. Paullus in l. Cotem D. de publican. et vectig. Dominus nauis ſi illicite aliquid in naue vel ipſe, vel vectores impoſuerint: nauis quoque fiſco vindicatur. Quod ſi abſente domino id a magiſtro vel gubernatore, aut proreta, nautaue aliquo factum ſit: ipſi quidem capite puniuntur commiſſis mercibus, nauis autem domino reſtituitur. Cic. Verr. 3, 27 c. 9 Calumniatores ex ſinu ſuo appoſuit, qui illam hereditatem Veneri Erycinae commiſſam eſſe dicerent. Iulian. in l. 1 §. vlt. D. de ſtipul. ſeruor. Sed in ſecunda obligatione Maeuio commiſſa, Titius exceptione debiti ſubmouebitur. *Vid.* COMMITTO n. 4. *Sic* Grat. 374 *et* 455. Ira commiſſa *videtur promerita.*

COMMITTENDVS, a, um. Partic. Cic. Att. 10, 2 Fortunae ſunt committenda omnia, ſine ſpe conamur vlla. *Sic* Brut. ad Cic. Fam. 11, 20 Non commitendum putaui, *etc.*

COMMISSVM, i. n. [πλημμέλημα] *Delictum itemque aliquid fidei noſtrae commiſſum.* Cic. pro Sulla 72 c. 26 Ecquod huius factum, aut commiſſum, non dicam audacius, ſed quod, *etc.* Sacrum commiſſum, quod neque expiari poterit, impie commiſſum eſt Cic. de Legib. 2, 22 c. 9. *Intelligit tale commiſſum, quod a prudente commiſſum eſt contra ſacra et religiones, quod genus expiari poſſe negant. Vid. Turneb. ad h. l.* Turpe Hor. Carm. 3, 27, 39. Enuntiare commiſſa, *Alterius ſecreta nobiſcum communicata reuelare* Cic. Tuſc. 2, 2. Fateri commiſſa Stat. Silu. 5, 5. Virg. Aen. 1, 136 Poſt mihi non ſimili poena commiſſa Luetis. Seruius, Hic ſermo a pecunia deſcendit: antiquorum enim omnes poenae, pecuniariae fuerunt. Negare Claud. in pr. Conſ. Stil. 256. *h. e.* Rem noſtrae fidei creditam. Plorare Hor. Carm. 3, 27, 39. Prodere commiſſa Hor. Serm. 1, 3, 95. *Secreta reuelare.* Punire Sil. 13, 368. Tacere Hor. Serm. 1, 4, 84. Tegere, *i. Tacere ſibi credita* Hor. in Arte Poët. 84. *Speciatim* Commiſſa dicuntur, *inquit* Aſconius, Quae contra voluntatem teſtatoris facta aut non facta ab herede, multa aliqua poenaque plectuntur, *ad illud* Cic. Verr. 2 c. 9 Si commiſſum quid eſſet, multa erat Veneri. In commiſſum veniunt ea, quae quis profeſſus non eſt Quinct. Decl. 341. *i. committuntur, ac vel publico cedunt, vel cui lex aſſignat. Sic* In commiſſum cadere, In commiſſi cauſam incidere Martian. l. interdum, 16 D. de publicanis et vectigal. Interdum nec vendendus eſt ſeruus, qui in commiſſum ceciderit: ſed pro eo aeſtimatio a domino danda eſt. Diui enim Seuerus et Antoninus reſcripſerunt: quum is ſeruus, qui actum domini geſſiſſe diceretur, in commiſſum cecidiſſet, venire non debuiſſe, ſed pro eo viri boni arbitratu aeſtimationem oportuiſſe dari. §. 1 Iidem etiam eadem epiſtola reſcripſerunt, ſi quis improfeſſus ſeruus fuerit, et probetur in commiſſum cecidiſſe, et aut vxorem domini corrupiſſe dicatur, aut aliud quid grauius admiſiſſe, vt cognoſcat procurator: et ſi in his cauſis compertus ſit, aeſtimetur, et ad poenam domino tradatur. §. 2 Iidem diui Seuerus et Antoninus reſcripſerunt: mancipiis commiſſis, res peculiares non eſſe in eadem cauſa: niſi hoc, quod proprio nomine in cauſam commiſſi incidit. §. 3 Quoties quis mancipia inuecta profeſſus non fuerit, ſiue venalia, ſiue vſualia: poena commiſſi eſt. Ibid. §. 4 Serui qui in fuga ſunt, in commiſſum non cadunt, quum ſine voluntate domini fines egreſſi ſunt. *Paullo poſt* §. 10 Diui quoque fratres reſcripſerunt: quum quidam non per fraudem, ſed per errorem in cauſam commiſſi incidiſſent, vt duplo vectigali contenti publicani ſeruos reſtituerent. §. 12 Si quis profeſſus apud publicanum fuerit, non tamen vectigal ſoluerit, hoc concedente publicano, vt ſolent facere: diui Seuerus et Antoninus reſcripſerunt, res in commiſſum non cadere. Quum enim (inquiunt) profeſſiones recitantur, commiſſum ceſſat: quum poterit ſatisfieri fiſco ex bonis publicanorum, vel fideiuſſorum. Calliſtr. l. 1 ff. de iure fiſci Aduerſus leges commiſſum factum eſſe. *Et* l. 2 C. de Vectigal. Commiſſum, quod ante quinquennium factum dicitur. Suet. Calig. c. 41 Cum per ignorantiam ſcripturae multa commiſſa fierent. Vlpian. l. 14 ff. de Publicanis et Vectig. Commiſſa vectigalium nomine etiam ad heredem transmittuntur. Nam quod commiſſum eſt, ſtatim deſinit eius eſſe, qui crimen contraxit, dominiumque rei vectigali *(i. reipublicae, vel ei, cuius eſt vectigal)* acquiritur. Eapropter commiſſi perſecutio, ſicut aduerſus quemlibet poſſeſſorem, ſic et aduerſus heredem competit. Paullus l. 11 Cotem §. 4 D. de publicanis et vectigal. Eam rem quae commiſſo vindicata eſt, dominus emere non prohibetur, vel per ſe, vel per ſuos, vel per alios, quibus hoc mandauerit. Commiſſo, *i. ob commiſſum, vel tanquam commiſſa.* Papinian. l. 7 Imperatores D. de publicanis et vectigal. Item reſcripſerunt, pupillo remittere ſe poenam commiſſi, ſi intra diem triceſimum vectigal intuliſſet.

COMMISSIŌ, ōnis. f. [συμβολή] *Committendi actus, in primis cum de certaminibus ſermo eſt, vid.* COMMITTO n. 3. Suet. Aug. c. 89 Componi tamen aliquid de ſe, niſi et ſerio, et a praeſtantiſſimis, offendebatur: admonebatque Praetores, ne paterentur nomen ſuum commiſſionibus obſoleſieri. *Sic* Commiſſiones meras componere Caligula *apud* Sueton. c. 53. *de ſcriptis Senecae, tanquam ad oſtentationem commiſſionum comparatis.* Cic. Att. 16, 5 *pr.* Rumoris neſcio quid afflauerat, commiſſione Graecorum *(intell.* Ludorum) frequentiam non fuiſſe. Cic. Att. 15, 26 Equidem illos celebrari et eſſe quam gratiſſimos mirabiliter cupio, idque ita futurum eſſe confido: et tecum ago, vt iam ab ipſa commiſſione ad me, quemadmodum accipiantur hi ludi, deinde omnino reliquorum dies ſingulos proſequare. *i. Ab ipſo principio ludorum.* Sueton. Aug. c. 43 Commiſſione ludorum, quibus theatrum Marcelli dedicabat. Arnob. 4 p. 148 Piaculi dicitur contracta eſſe commiſſio. *i. piaculum commiſſum.*

COMMISSOR, ōris. m. συμβαλλομάχος Gloſſ. Gr. Lat.

COMMISSORIVS, a, um. Adi. [πλημμελητικός] Lex commiſſoria, *de qua eſt* Titulus ff. 18, 3 *eſt conditio contractui emtionis venditionis a venditore adiecta*, vt niſi intra certum diem *(ſic* Vlpian. l. 4 tituli laudati) pretium ſit exſolutum, inemtus fieret *fundus verbi gratia.* Ibid. §. 2 Eleganter Papinianus — ſtatim atque commiſſa lex eſt, ſtatuere venditorem debere, vtrum commiſſoriam *(actionem)* velit exercere, an potius pretium petere: nec poſſe, ſi commiſſoriam elegit, poſtea variare. §. 3 In commiſſoriam etiam hoc ſolet conuenire, vt ſi venditor eundem fundum venderet, quanto minoris vendiderit, id a priore emtore exigat. Paullus l. 38 D. de minoribus XXV annis, Aemilius Larianus ab Ouinio fundum Puteolanum lege commiſſoria emerat, data parte pecuniae, ita, vt ſi intra duos menſes ab emtione reliqui pretii partem dimidiam non ſoluiſſet, inemtus eſſet: item ſi intra alios duos menſes reliquum pretium non numeraſſet, ſimiliter eſſet inemtus.

COMMISSVRA, ae. f. [συναφή] *Iunctura et compages eorum, quae committuntur.* Cic. de Vniuerſ. 21 Deinde in orbem torſit, vt et ipſae ſecum, et inter ſe ex commiſſura, quae e regione eſſet, iungerentur. Molles digitorum commiſſurae Cic. de Nat. Deor. 2, 150. Oſſa ſubiecta corpori mirabiles commiſſuras habent Cic. N. D. 2 c. 55. Commiſſurae dentium Scribon. 184. 196. Lapidum Sen. Qu. Nat. 2, 6. Cato R. R. 135, 4 *de fune*, In commiſſura abibunt pedes III. *i. dum committitur et alligatur.* Col. 3, 17, 4 Per ipſam commiſſuram, qua naſcitur materia noua, *de vite.* Commiſſura verborum Quinctil. 9, 4, 37 *et* 90. Commiſſurae hiantes, vt in opere male iuncto Quinctil. 12, 9, 17. Idem 7, 10, 16. Non modo vt ſint ordine collocati *ſenſus*, elaborandum eſt, ſed vt inter ſe iuncti, atque ita cohaerentes, ne commiſſura pelluceat: corpus ſit, non membra.

COMMISSVRĀLIS, e. Adi. Veget. de Re Vet. 2, 13, 4 Solet in locis oſſuoſis et commiſſuralibus fiſtula fieri. *Add.* 2, 51.

COMMISSARIVS, i. m. *Apud ICtos in compoſito, quod vid.* FIDEICOMMISSARIVS. *Sed pro Quaeſitore, vel Iudice delegato generatimque eo, cui aliquid gerendum, vel diiudicandum committitur, merito improbat Voſſius de L. L. 3, 6.*

COMMOBĬLIS, *vid.* COMMOVEO.

COMMODE, COMMODITAS, COMMODITO, COMMODO, COMMODVLE, *vid. mox ſub* COMMODVM.

COMMODVLATIO, ōnis. f. [ἁρμονία] *Concentus, conſenſus.* Proportio eſt ratae partis membrorum in omni opere totius commodulatio Vitr. 3, 1 *pr.*

COMMŎDVM, i. n. [ὠφέλεια, εὐχρήστημα] *Quod fit cum Modo, qui nobis placeat, ipſaque adeo Vtilitas, et emolumentum.* Cic. pro Muraen. 47 c. 23 Morbi excuſationi poena addita eſt: voluntas offenſa multorum, quibus aut contra valetudinis commodum laborandum eſt, aut incommodo morbi etiam caeteri vitae fructus relinquendi. Vitae commoda Lucret. 3, 2. Tacit. Ann. 1, 22 Quem miſſum ad vos a Germanico exercitu de communibus commodis, *vt ageret, ſcilicet.* Horat. Epiſt. 2, 2, 3 In Publica commoda peccem, Si longo ſermone morer tua tempora Caeſar. Cic. Fam. 3, 10 Quid mihi tandem erat vtilius, quid commodis meis aptius? quam *etc.* Accedit illud in commodum, *vid.* ACCEDO. Adimere Horat. Art. Poët. 176. Capere commodum e re aliqua Ter. Eun. 3, 5, 25. Capere nihil commodi Catull. 59, 63. Carere commodis, *vid.* CAREO. Ter. Andr. 4, 1, 4 Tanta vecordia innata cuiquam, vt ſiet, vt malis gaudeat alienis, atque ex incommodis alterius ſua comparet, vt commoda? Conſequi omnia commoda ex re quadam Scribon. Ep. . Conſulere commodis Cic. Q. Fratr. 1, 1. Ouid. Amor. 1, 2, 38 His tu militibus ſuperas hominesque deosque, Haec tibi ſi Demas commoda, nudus eris. Suum cuique incommodum ferendum eſt potius, quam de alterius commodis Detrahendum Cic. Off. 3 c. 6. Id. Att. 12, 27 Homo nequam, qui tuum commodum non Exſpectarit, quum ob eam vnum cauſam miſſus eſſet. Multa Ferunt anni venientes commoda ſecum Multa recedentes adimunt Horat. in Arte Poët. 175. Differ, Habent paruae commoda magna morae Ouid. Faſt. 3, 394. Cic. . . Vt ne minima quidem re vlla Bruti commodum vllum impediamus. Inhibere commoda alicuius Ouid. Amor. 3, 10, 4. Inſeruire ſuis commodis, *vid.* INSERVIO. Labefactare atque oppugnare commoda alicuius, *vid. ſub* LABES. Limare commoda alicuius, *i. detrahere commodis alicuius, aut inuidere* Hor. Epiſt. 1, 14, 37. Metiri commodis, *vid.* METIOR. Natus ſuis commodis, *vid.* NASCOR. Non licet ſui commodi cauſa nocere alteri Cic. Offic. 3, 23. Officere commodis alicuius, *vid.* OFFICIO. Cic. de Inu. 1, 1 Qui vero ita ſeſe armat eloquentia, vt non oppugnare commoda patriae, ſed pro his pugnare poſſit, *etc.* Praetermittere commoda Cic. ad Q. Frat. . . . Referre amicitiam ad illius commoda, quem diligimus Idem de Nat. Deor. 2, 123. Seruire commodis vtilitatique alicuius Id. Q. Frat. 1, 1, 8. Commoda, *in re militari dicebantur, vel Munera, vel Praemia, vel Agri denique, qui dabantur militibus.* Turn. 5, 5 *ad illud* Ouid. de Arte Am. 1, 131 Romule militibus ſciſti dare commoda ſolus: Haec mihi ſi dederis commoda, miles ero. *Ludit in raptu Sabinarum. Caeterum* Commodum *etiam erat* Praeda, *qua* onuſti domum redibant milites, Liu. 2, 25. *Item* Ager captiuus, *qui militibus diuidi ſolebat.* Idem 2, 41. *it.* Stipendium, *vid.* STIPENDIVM. *Denique Priuilegia omnia, quibus vterentur milites; quale illud apud* Liu. 2, 24 Ne quis militis, dum in caſtris eſſet, bona venderet, aut liberos, ſiue nepotes moraretur. Sueton. Cal. c. 44 Commoda emeritae militiae ad ſex millium ſummam reſcidit. Immodeſte miſſionem poſtulantes citra commoda emeritorum praemiorum exauctorauit Id. Aug. c. 24. Tribunatus Cic. Fam. 7, 8. Id. Fam. 4, 2 *extr.* Quod commodo tuo fiat, *i. facile, et ſine moleſtia: quae clauſula fere ſemper, veluti per parentheſin, profertur et includitur.* Cic. Fam. 1, 1 Sed ex illo S. C. quod te referente factum eſt, tibi decernit vt regem reducas, quod commodo Reipubl. facere poſſis. *i. quatenus vtile reip. eſſe cenſes.* Etiam ſi ſpatium ad dicendum noſtro commodo vacuosque dies habuiſſemus Cic. Act. 1 in Verr. *extr.* Et velim aliquando, quum erit tuum commodum, Lentulum puerum viſas Id. Att. 12, 28 *extr.* Te in Tuſculanum venturum quod vtinam! iterum vtinam! tuo tamen commodo Id. ib. 13, 48 *pr.* Per commodum *pluribus illuſtrat Gronou. ad* Liu. 30, 29.

COMMODVLVM, i. n. *paruum commodum.* Arnob. 1 p. 7 Euenta haec omnia, quae fiunt et accidunt mole ſub hac mundi, commodulis non noſtris, ſed ipſius pendenda ſunt rationibus ordinibusque naturae. Commodulis noſtris, *i. Commodis, quae nobis magna videri poſſunt, ſed nihil ſunt comparatione ſalutis huius vniuerſi.*

COMMŎDVS, a, um. Adi. [πρόσφορος, ἐπιτήδειος, δεξιός, λυσιτελής] *Quod* cum modo *eſt, iuſto nimirum et apto: cum de homine dicitur, moderatum, obſequentem, facilem, humanum notat; cum de rebus, vel menſuram iuſtam et quantitatem, is enim eſt modus, vel opportunitatem, conuenientiam, aptitudinem, etc. quod exemplis iam declarabitur.* Qui priuatus intolerabili ſuperbia fuerit, eum commodum et ſui cognoſcentem videre in ciuitate quis poteſt A. ad Her. 4 c. 18. Cic. pro Muraen. 66 Nemo Catone proauo tuo commodior, comior, moderatior fuit ad omnem rationem humanitatis. *Sic* Idem Verr. 3, 23 Aliis inhuma-

humanus ac barbarus, iſti vni commodus et diſertus videretur. Plaut. Moſt. 1, 3, 98 *interroganti Philematio*, Suo quique loco viden' capillus ſatis compoſitus eſt commode? *reſpondet Scapha*, Vbi tu commoda es, capillum commodum eſſe credito. Plaut. Mil. 3, 1, 47 Cauillator facetus, vel commodus conuiua item ero. *Add.* Poen. 3, 3 *pr.* Cyathi commodi, *i. qui iuſtum habent modum* Hor. Carm. 3, 19, 14. Exilium commodius Ouid. ex Pont. 2, 8, 72. *i. minus durum.* Ter. Andr. 5, 2, 3 Ego commodiorem Hominem, aduentum, tempus non vidi. Literae commodae Cic. Q. Frat. 3, 1. Locus commodior Ouid. ex Pont. 3, 3, 64. Minae argenti viginti commodae, *i. iuſti ponderis* Plaut. Aſin. 3, 3, 135. *Add.* Merc. 2, 3, 101. Pſeud. 4, 7, 130. *Sic* Rud. 5, 2, 31 Talentum argenti magnum commodum inerat in crumena, *i. iuſtum, cui nihil deeſt, neque ſupereſt.* Integrum, totum *interpretatur* Non. 4, 85. *Ita ſub* Notit. Dignit. Imp. *Titulus eſt Labb.* p. 168. Commodae auctoritatis variae priſcorum monetae, *quarum nempe typos exhibent antiqua exemplaria. Wower. ad* Minuc. Fel. 22, 9 *Explicat integro margine, itemque ἰκνευμένας, quod nempe perueniant ad iuſtum pondus: verbo, quod* modum *ſuum, quam quantitatem hodie vocant, habent.* Cic. de Amic. 54 Eos, qui antea commodis fuerunt Moribus, imperio, poteſtate, proſperis rebus, immutari. Mulier commoda, et faceta meretrix Ter. Heaut. 3, 2, 10. Ratio belli commodiſſima Caeſ. B. C. 3, 85. Seges commoda Baccho Virg. Georg. 4, 129. Vrbanas res commodiorem in Statum perueniſſe Caeſ. B. G. 7, 6. Statura commoda Plaut. Aſin. 2, 3, 21. Propert. 2, 27, 4 Quae ſit Stella homini commoda, quaeque mala. Si commodius anni Tempus eſſet Cic. Att. 9, 3. Valetudo commoda Celſ. 8, 1. Quinctil. 6, 3, 77 Cum vellet videri commodioris Valetudinis factus. *Sic* Plin. Epiſt. 3, 16, 4 Viuere filium, atque etiam commodiorem eſſe, ſimulabat, *i. melius ſe habere.* Veſtis commoda ad curſum Ouid. Faſt. 2, 288. Hor. Carm. 4, 8, 1 Donarem pateras, grataque commodus, Cenſorine, meis aera ſodalibus. *i. in eo me commodum praeberem, et in eo commodus eſſem, quod donarem pateras meis ſodalibus.* Cic. de Orat. 3, 87 Quum eſt commodum, cantat. Aſconius in Cic. Verr. 2, c. 13 Aut eum iudicem, quem commodum erat, *etc.* Vetuſte poſuit, *inquit*, pro Eo, quem volebat. Ter. Adel. 1, 2, 58 Amat? dabitur a me argentum, dum erit commodum, *i. Quamdiu libuerit mihi.* Cic. Verr. 3, 165 Poſtremo ſi cui ciuitati ſoluit, tantum detraxit, quantum commodum fuit. Idem de Diuin. 1, 111 c. 50 Oſtenderet etiam philoſophum, ſi ei commodum eſſet, pecuniam facere poſſe. Ter. Phorm. 5, 9 (8,) 37 Exſequias Chremeti quibus commodum ire, hem tempus eſt. *Nempe verbum venuſtae humanitatis eſt,* Si commodum eſt, *ſimile illis* Ter. Eun. 3, 2, 29 Vbi moleſtum non erit, vbi tu voles, vbi tempus erit. *Sic ibid.* v. 11 Vbi vis, *et mox,* Pace quod fiat tua. Commodius eſſe, et commodiſſimum eſſe aliquid agere Cic. Att. 13, 16. *Conf.* Id. 1, 20. Ter. Phorm. 1, 2, 81 Quae mater, quî cognata tibi ſit, omnia haec confingam: quod erit mihi bonum atque commodum. *Vbi* Donatus: εὐφημία, Quod mihi, inquit, fauſtum ac felix erit: hoc eſt confingere atque mentiri. *Non, puto, recte. Dicit, ſe apte et appoſite ad rem ſuam confingere velle omnia. Comparatiui et Superlatiui exempla praeter ſuperiora haec ſunto:* Cic. Q. Frat. 1, 1 Atque in hoc genere multo te eſſe iam commodiorem mitioremque nuntiant. Cic. Att. 13, 16 Nihil poteſt fieri nec commodius nec aptius, quam vt ſcribis. Commodiſſimum viſum eſt Caeſ. B. G. 2, 47.

COMMŎDVM. Adu. [εὐκαίρως] *Opportune. Ironice* Plaut. Merc. 1, 2, 106 Si iſtac ibis, commodum obuiam venies patri. *Metuebat enim filius occurrere. Quidam huc referunt* Plaut. Rud. 5, 2, 31 Talentum argenti commodum magnum inerat in crumena. *Sed vid.* COM..ODAE Minae. Commodum; ipſo eodemque tempore, Eodem tempore, quo hoc agebatur, Donatus *ad illud* Ter. Eun. 2, 3, 51 Quum huc reſpicio ad virginem, illa ſeſe interea commodum huc aduerterat. Plaut. Milit. 3, 1, 155 Si certum eſt tibi, commodum opſona, nec magno ſumtu: mihi quod vis ſat eſt. *Al.* Commodulum, *et ipſe Gron.* Commodum *ſequente* QVVM, *ſignificat Vix, vel Tantum.* Cic. Att. 10, 18, (16) Commodum ad te dederam literas de pluribus rebus, quum ad me bene mane Dionyſius fuit. Commodum diſceſſeras heri, quum Trebatius venit Idem Att. 13, 9. *Add.* ib. Epiſt. 19 *pr.* Commodum quieueram, et repente ianuae reſerantur Apul. Met. 1 p. 107, 15. *Et* p. 108, 21 Commodum limen euaſerant, et fores ad priſtinum ſtatum reſurgunt. Commodum Tantum quod Ter. Phorm. 4, 3, 9 G. Tune dixeras huic? facinus indignum Chreme, ſic circumiri? D. Id cum hoc agebam commodum. Donatus.

COMMODVLVM. Adu. Plaut. Mil. 3, 1, 155 Commodulum opſona, ne magno ſumtu: mihi quod vis ſat eſt. *Sic Gron. al.* Commodum.

COMMODE. Adu. [ὀρθῶς, προσφόρως] *Bene, Apte, conuenienter, Cum modo.* Adminiſtrare commode Remp. Cic. Fam. 11, 10. *Conf.* Caeſ. B. G. 6, 19. Idem de Fin. 2, 73 Nos commodius agimus: non enim ſolum Torquatus dixit, quod ſentiret, ſed etiam cur. Agi poteſt per eum commodiſſime Cic. Fam. 12, 30. Audire minus commode, *vid.* AVDIO. Id. Verr. Act. 1, 5 Verum hoc adhuc percommode cadit, quod cum incredibili eius audacia ſingularis ſtultitia coniuncta eſt. Cic. Fam. 11, 13 Et ille, cui mandaui, ſatis ſcite et commode tempus ad te Cepit adeundi. Ter. prol. Heaut. 14 Quantum ille potuit Cogitare commode. Idem Hec. 1, 2, 32 Nunquam Dices tam commode, vt tergum meum tuam in fidem committam. *i. tam blande et apte ad perſuadendum.* Cic. Acad. 1, 14 Quid eſt enim quod malim, quam ex Antiocho iampridem audita recordari, et ſimul videre, ſatisne ea commode dici poſſent Latine? Diſputare commodius Id. Off. 2 c. 25. *Et* de Fin. 1, 63 In Dialectica autem veſtra nullam vim exiſtimat eſſe, nec ad melius viuendum, nec ad commodius Diſſerendum. Facis commode Cic. Att. 8, 7. Facere verba Nep. 2, 5, 1. Ad lumbricos ſatis commode Facit et ſantonica herba Scribon. 141. Cic. Verr. 5, 44 Nullam tibi obiicio fortunam: nihil eſt quod caeterorum res minus commode Geſtas proferas. Quem pro dignitate ne Laudare quidem quisquam ſatis commode poſſet Cic. pro S. Roſc. c. 12. Ter. Heaut. 3, 2, 48 Nunquam commodius vnquam herum audiui Loqui. *i. mitius.* Paſcuntur armenta commodiſſime in nemoribus Varr. R. R. 2, 5. Saltare commode Nep. praef. Plin. Epiſt. 1, 9 Neminem ipſe reprehendo, niſi vnum me, quum parum commode Scribo. Scripta commode oratio Cic. de Orat. 1, 231. Plin. Epiſt. 2, 15 Me praedia materna parum commode Tractant, delectant tamen vt materna. *i. parum fructus et commodi reddunt.* Explorat, quo commodiſſime itinere vallem Tranſire poſſit Caeſ. B. G. 5, 47. Plaut. Poen. 5, 4, 51 Vt pudice Verba fecit, cogitate et commode. *Add.* Nep. 2, 5, 1. *Compar.* Cic. Att. 13, 11 Poſthac enim poterimus commodius colere inter nos in Tuſculano. Elimare aliquid commodius Quinctil. 2, 7, 5.

COMMODV̆LE. Adu. Dimin. a Commode. Plaut. Rud. 2, 5, 11 Commodule melius, tandem vero ſerio. Pro opibus noſtris ſatis commodule Id. Stich. 5, 4, 8. Fortuita quaedam commodule proueniunt Arnob. 2 p. 55.

COMMODO. Adu. *Aliud, aut forte Ablatiuus ex Subſtantiuo* Commodum. Plaut. Mil. 4, 4, 61 Ecce autem commodo aperitur foris. *Laudatur etiam* Trin. 2, 3, 9 *Sed ibi Gron.* Commode. It. Trin. 5, 1, 2 *Sed ibi Gron.* Ita Commoda, quae cupio, eueniunt. Sen. Epiſt. 70 ſub fin. Cumque commodo mori non licuiſſet, nec ad arbitrium ſuum inſtrumenta mortis eligere. Ex commodo *dixit* Col. 6, 2, 14. *et* 12, 19, 3.

COMMODITER *adfertur ex* Inſcript. ſpur. *apud Gruterum.*

COMMODĬTAS, ātis. f. [ἐπιτηδειότης] *Interdum Aptitudinem quandam conuenientiamque ſignificat et opportunitatem, interdum idem ſimpliciter, quod commodum, vtilitas, emolumentum: cum homini tribuitur, facilitas, indulgentia.* Cic. de Fin. 4, 29 Sed non ſunt in eo genere tantae commoditates corporis, tamque productae temporibus, tamque multae. Commoditatis omnes articulos ſcio Plaut. Men. 1, 2, 31. Auct. *ad* Herenn. 1, 1 Non enim parum habet in ſe fructus, copia dicendi et commoditas orationis. Vitae commoditas iucunditasque Cic. Off. 1, 9. Commoditas proſperitasque vitae Idem de Nat. Deor. 3, 86. In occaſione commoditas ad faciendum idonea Id. de Inuent. 2, 40. Ter. Andr. 3, 3, 37 At ſi corrigitur, quot commoditates, vide. Cic. de Nat. Deor. 3, 86 c. 36 Atque hoc quidem omnes mortales ſic habent, Externas commoditates, vineta, ſegetes, oliueta, vbertatem frugum, et fructuum, omnem denique commoditatem proſperitatemque vitae a diis ſe habere. Ter. Adel. 4, 5, 76 Itaque adeo magnam mihi iniecit ſua commoditate curam, *i. ſua facilitate erga me, et manſuetudine. Verba ſunt Aeſchini de Micione, patre indulgentiſſimo. Add.* Poëta *ap.* Cic. de Nat. Deor. 3, 73 c. 29. Membrorum commoditas, *i. Concinnitas* Suet. Aug. c. 79. In eo laedendo ſe aliquam conſecuturos commoditatem ſperabant Nep. 25, 9, 2. Creare alicui commoditatem, *vid.* CREO, creas. Ouid. Epiſt. 16, 310 Vt te nec mea vox, nec te meus incitet ardor, Cogimur ipſius commoditate frui: *mariti te negligentis. Paris ad Helenam. Cui illa reſpondet* 17, 176 Simplicis vtamur commoditate viri. Ter. Ad. 4, 5, 76 Commoditas patris *laudatur a filio.*

COMMŎDO, āre. [συνωφελῶ] *Commode facere, Commodum aut Beneficium alicui impertire.* Cic. Fam. 13, 49 Omnes tibi commendo Cyprios, ſed magis Paphios: quibus tu quaecunque commodaris, erunt mihi gratiſſima. Publice commodare Cic. Verr. 4, 20 c. 9. *i. reipublicae vtilem eſſe.* Omnibus rebus, quod ſine moleſtia tua facere poſſis, his commodes Id. Fam. 13, 36 (35). Quantum tua fides dignitasque patietur, iis commodes omnibus in rebus Id. Fam. 13, 33 (32). *Et* Offic. 1, 51 c. 16 Quidquid ſine detrimento poſſit commodari, id tribuatur vel ignoto. Cic. de Fin. 2, 117 Nec enim ſi tuam ob cauſam cuiquam commodes, beneficium illud habendum eſt, ſed foeneratio: nec gratia deberi videtur ei, qui ſuam ob cauſam commodauerit. Id. de Orat. 2, 207 Inuidetur enim commodis hominum ipſorum, Studiis autem eorum caeteris commodandi fauetur. *Et* Fam. 2, 16 Quod ſcribis ad me de drachmis CCCIↃↃↃ, nihil eſt, quod in iſto genere cuiquam poſſim commodare. Perquam commodatus ſtomacho ſuccus *Caucalis* Plin. 22, 22 ſ. 40. *i. Admodum vtilis et commodus. Sed Harduin.* Commendatus. Commodare ſe, [ἐφαρμόζειν] *pro Accommodare.* Columel. 4, 22, 5 Quoniam fere plurimarum ſtirpium natura ſic ſe commodat, vt iuxta cicatricem nouellis frondibus repullulaſcant. Omnibus in rebus ei te commodes, quoad fides tua dignitasque patitur Cic. Fam. 13, 53. Commodare trapetum Cat. R. R. 35, 7 *eſt accommodare, inſtruere.* ¶ 2 Commodare *ſpeciatim* [κιχρᾶναι] *eſt Alicuius rei vſum ad tempus concedere.* Cic. Verr. 4, 6 Vt illis benignis vſus eſt ad commodandum, ſic ipſe diligens fuit ad reportandum. *Proprie* commodamus veſtes, libros, vaſa, equos, *et ſimilia, quae eadem redduntur:* Mutuo autem damus *ea, pro quibus alia redduntur eiusdem generis, vt* numos, frumentum, vinum, oleum, *et fere caetera, quae pondere, numero vel menſura dari ſolent. Sic paſſim Iuriſconſulti, v. g.* Paullus l. 2 ff. de reb. credit. *Sed illud non eſt perpetuum. Caue autem huc referas* Cic. pro Cael. 32 c. 13 *et aliis locis, vbi* commodaſſe aurum Clodia Caelio *dicitur. Fuere certe in eo auro* Ornamenta Veneris ſpoliatricis, *vt apparet* n. 52 c. 21. *quae ille potuit accepiſſe, vt pignori daret. Nec melius laudatur.* Plaut. Aſin. 3, 3, 135 Quid ego aliud exoptem amplius, niſi illud, cuius inopia eſt Viginti argenti commodes minas. *Nam optimi quique cum Gronouio* Commodas minas *iungunt, vt Adiectiuum et Subſtantiuum. Neque huc referre auſim* Plaut. Perſ. 2, 5, 19 Creditur, commodabo. *Non enim propriis verbis de pecunia ibi agitur, ſed* Commodabo *ſignificat, faciam quod vis, et gratificabor tibi de bubus. Sed ter ita poſitum* l. vn. C. Th. Quod iuſſu, *quae Honorii eſt, quam circa hanc ῥῆσιν ter emendauit Tribonianus, cum eam referret in* Cod. Iuſt. 4, 26. *Inter ea, quae Gothofredus attulit probandae vel excuſandae certe huic rationi, firmiſſima forte ſunt* Corn. Fronton. de Differ. Lat. Serm. p. 1330 Gothofr. Commodat mutuam pecuniam, accommodat aptat. *Et* Sidon. Apoll. 4, 24 Vt commodata ſumma ſoluatur. *Nec videtur certiora aut firmiora dediſſe Salm. Disqu. de Mutuo p. 380. Cum alterius rationis, ſollemnis illius, quam diximus, innumera exempla vel in ſolo* Titulo ff. Commodati *exſtent. Sic* Gaius l. 1 §. 3 ff. de obligatt. et action. Is quoque, cui rem aliquam commodamus, re nobis obligatur. Sed is de ea ipſa re, quam acceperat, reſtituenda tenetur. *Huc etiam pertinet* l. 4 Commodati *eiusdem* Gaii, Saepe etiam ad hoc commodantur pecuniae, vt dicis gratia numerationis loco intercedant. *Ipſum illud* dicis gratia *oſtendit, non* mutuo dari, *ſed* commodari *ad breuem vſum has pecunias, mox ipſa ſpecie recipiendas.* Inter Commodatum et Vtendum datum, Labeo quidem ait tantum intereſſe, quantum inter Genus et Speciem. Commodari enim rem mobilem, non etiam ſoli: Vtendum dari, etiam ſoli. ſed (vt apparet) proprie commodata res dicitur et quae ſoli eſt, idque et Caſſius exiſtimat. Viuianus amplius etiam Habitationem commodare poſſe ait. Haec Vlp. l. 1 D. Commodati. Commodare poſſumus et alienam rem quam poſſidemus, tametſi ſcientes alienam poſſideamus. Paullus in l. 15 Commodare D. Commodati. ¶ 3 *Iam formulas ponemus Metaphoricas.* Aurem commodare alicui Ouid. Triſt. 5, 12, 53. *i. audire aliquem.* Aurem patientem commodare culturae Hor. Epiſt. 1, 1, 40. Diplomata Plin. Epiſt. 10, 121. Iras commodare alicui Stat. Theb. 4, 75. Loquelam commodare, *ioco dixit* Plaut. in Ciſtel. 4, 2, 75

*pro*

*pro Loqui.* Manum alicui Vell. 2, 70, 4. Operam commodare ſuam alicui, *pro Iuuare opera* Plaut. Rud. 2, 4, 22 Cur tu operam grauare mihi, quam ciuis ciui commodat? Scelera commodare, *Alicuius cauſa ſcelus admittere* Sen. Med. 907. Veniam paruis peccatis commodare, magnis ſeueritatem Tacit. Agric. 19. In ſenatu candidato Vocem et manum Sen. Ep. 8. *quo de conſ.* Id. de Tranqu. c. 9. Plin. Epiſt. 3, 20. *Lipſ. ad* Sen. Ep. c. l.

COMMODATVS, a, um. Part. Aſcon. in Cic. Verr. de Praet. Vrb. 58 c. 22 Signis ac tabulis pictis, partim ab amicis, partim e Graecia commodatis, vtebantur. Nihil ſuum indicat, ſed vt commodatis vtitur Sen. Ep. 120. Cic. pro Marc. 19 c. 6 Tantus eſt ſplendor in laude vera — vt haec a virtute donata *(tamquam firma poſſeſſio)* caetera a fortuna commodata eſſe videantur *(ad tempus, vt poſſint repeti.)* ¶ 2 Commodatum *Subſt. frequens ICtis v. g. toto* Titulo ff. 13, 6 Commodati vel contra.

COMMODATARIVS, i. m. *Cui aliquid commodatum eſt. Vid.* §. 2 Inſt. quib. mod. contr. oblig.

COMMODĀTOR, ōris. m. Vlp. in l. Eum qui §. Si filiusfamilias D. de furt. Tamen commodator poterit furti agere. *et alibi.*

COMMODATIO, ōnis. f. Apul. Aſclep. p. 402. *Sed quod laudatur.* Cognitio et commodatio orationis in principio Cic. de Orat. 2 c. 78 *nihil eſt.* Commendatio *et in libris eſt, et a ſententia poſcitur.*

COMMODĬTO, āre. Frequent. Catul. 10, 26 Quaeſo, inquit, mihi mi Catulle paullum Iſtos commodita. *Sed alii legunt,* Commoda nam: *et tuetur Voſſius.*

COMMODIĀNVS, a, um. Adi. *Cibi*, conchiclae, *epitheton a Commodo Imp.* Apic. 5, 4.

COMMOENIO, īre. *Communire* Gell. 17, 11 Ore ipſo arteriae commoenito.

COMMOERERO, ēre. *Laudant*, Vultum tuum videor vīdere commoeruiſſe Plaut. Epid. 1, 1, 59. *Sed recte Gron.* Ita vultum tuum video. Videre commeruiſſe — in te aliquid mali.

COMMOLIOR, ītus ſum, īri. [μηχανῶμαι] *Moliri magno conatu quaſi vndique adhibitis machinis.* Poëta *apud* Cic. de Nat. Deor. 3, 73 c. 29 Nec quem dolum ad eum, aut machinam commoliar, Scio quidquam. *Vid.* Gell. 3, 19. *et* Lucret. 6, 241.

COMMOLLIO, īre. Marcell. c. 8.

COMMŎLO, ui, ĭtum, ĕre. [συναλέω] *Mola comminuere.* Colum. 12, 50 Cauendum eſt itaque, ne ex ea fiat oleum cibarium, quod vno modo vitari poterit, ſi protinus illata de agro bacca, commolita et expreſſa erit. Grana minutiſſime Colum. 12, 28.

COMMOLITVS, a, um. Bacca commolita et expreſſa Colum. 12, 50.

COMMŎNEO, ui, ĭtum, ēre. [ὑπομιμνήσκω] *Monere pluribus vel diligenter.* Ter. Andr. 4, 6 (5) 17 Aliorum me exempla commonent. Amice aliquid commonere Quinctil. 6, 1, 50. Plaut. Rud. 3, 4, 37 Quum ego hanc video, mearum abſens miſeriarum commones. Plaud. Pſeud. 1, 2, 17 Verum ita vos eſtis perditi, negligentes, ingenio improbo, officium voſtrum vt vos malo cogatis commonerier, *i. de officio veſtro commoneri.* Cic. Verr. 1, 154 Quis a ſigno Vertumni in circum maximum venit, quin is in vnoquoque gradu de auaritia tua commoneretur? Ter. Andr. 1, 5, 45 Vt neque me conſuetudo, neque amor, neque pudor commoueat, neque commoneat vt ſeruem fidem? Commonere memoriam Quinctil. 11, 2, 28. Commoneo tamen, ne quis, qui valere et ſeneſcere volet, quotidianum hoc habeat Celſ. 1, 3. *de vomitu.* Cic. Verr. 4, 57 Hoc modo me commonuit Piſonis annulus. Commoneri offenſatione Quinct. 11, 3, 130.

COMMONĬTVS, a, um. Partic. [ὑπομνησθεὶς] Liu. 34, 51 Commonitosque in quo ſtatu rerum accepiſſet eos, et in quo relinqueret, dimiſit. Sen. Herc. Oet. 1062 Qui per Taenareas fores: manes commonitos adit moerentem feriens chelyn. *de Orpheo, qui manes dulcedine citharae mouiſſe traditur. Sed Gron. ex MSS.* cum tacitos. *Certius illud* Plaut. Trin. 4, 3, 43 Hoc quî in mentem venerit mihi, reipſa modo commonitus ſum.

COMMONITIO, ōnis. f. [ὑπόμνησις] Quinctil. 4, 2, 5 Non inutilis erit in extrema parte commonitio, *i. Recapitulatio. Add.* 4, 4, 9.

COMMONĬTOR, ōris. m. Symmach. Epiſt. 7, 105.

COMMONITORIVS, a, um. Adi. *Vnde*

COMMONITORIVM, i. n. [ὑπομνηστικὸν] *Idem fere quod* Commentarium ſ. Commentarius, *libellus aut ſcriptum, quod* Commouere *nos debet agendorum.* Vincentius Lirin. *ita finit* prooemium *libri ſui, qui hoc nomen praefert,* Scribant ii laute et accurate, qui ad hoc munus vel ingenii fiducia, vel officii ratione ducuntur. Me vero ſublevandae recordationis, vel potius obliuionis meae gratia, Commonitorium mihimet paraſſe ſuffecerit, quod tamen paullatim, recolendo quae didici, emendare et implere quotidie, Domino praeſtante, conabor. Sidon. 8, 9 *Carmen, quod formam habet epiſtolae ad Thaliam, ſic inſcribit,* Dilectae nimis et peculiari Phoebus Commonitorium Thaliae, *intell. hoc mittit. Plures libellos ad h. l. laudauit Sauaro, quibus id nominis praeſcriptum eſt, in quibus nobile in primis eſt illud* Orientii. Suidas Κομμονητήριον [mel. κομμονιτώριον] ἐπιςολὴ προστακτικὴ ἀποςελλομένη εἰς χώρας. *Sic* et Gl. Nomicae. *Nimirum vt* Commentarius, *ſic* Commonitorium *eſt, quae hodie* Inſtructio *vocari vulgo ſolet. Ita* Arcad. l. 27 C. Th. de erogat. milit. annonae Commonitorium reparare curent, *iubentur Protectores vel Domeſtici in prouincias miſſi.* Formula *talis* Commonitorii *eſt* Caſſiod. Var. 7, 22. *Sic* Ammian. Marc. 28, 1 Commonitorium cum Auguſti literis tradit. Symmach. 5, 21 Secundum Commonitorium, quo ſummatim muneri praeparanda reſcripſi. *Et* 5, 22 Non graueris commonitorium ſtrictim ſignatum percurrere. *Sic* Honorius et Theod. l. 10 C. Th. de Curioſis, Curioſi transmittantur, commonitoriis competentibus atque mandatis inſtructi. *Sed aliud genus eſt, de quo* iidem Imperatt. l. 2 C. Th. Si certum petatur de ſuffragiis *(quae eſt eadem* l. vn. C. de Suffragio) *nempe libellus priuati, quo negotium aliquod alii commendatur. Vocatur autem ibi* Commonitorium de ſuffragio, *vt legendum oſtendit Iac. Gothofr. De tali* Ammian. Marcell. 28, 1 Commonitorium repertum eſt, manu ſcriptum Hymetii *(ad Amantium Aruſpicem)* vt obſecrata ritu ſacrorum ſollemnium numina erga ſe Imperatores delinirent. *Add.* l. vlt. C. Th. de Accuſationib.

COMMONEFĂCIO, ēci, actum, ĕre. [ἀναμιμνήσκω] *Idem quod Commonere.* Cic. Fam. 5, 3 Vt is vos doceret et commonefaceret. *Add.* ib. 13, 72. Vitr. 2, 1. Plaut. Stich. 1, 2, 6. Gellius . . . Nunc vtilitatis publicae commonefacit. Amicitiae veteris aliquem commonefacere Auctor ad Heren. 4, 33. Commonefacere *rem aliquam, pro Commemorare* Cic. Verr. 4, 144 c. 64 Vt omnes intelligere poſſent, non laudationem, ſed potius irriſionem eſſe illam, quae commonefaceret iſtius turpem calamitoſamque Praeturam.

COMMONEFĪO, ĕri. Paſſ. [ἀναμιμνήσκομαι] Cic. Verr. 5, 111 c. 43 Quin tui ſceleris et crudelitatis ex illa oratione commonefiat.

COMMONSTRO, āre. [δείκνυμι] *Plus aliquanto quam Monſtrare.* Ter. Heaut. 5, 4, 4 Parentes meos vt commonſtres mihi. Cic. de Orat. 2, 162 c. 41 Si aurum cui, quod eſſet multifariam defoſſum, commonſtrare vellem. Leges fatales ac neceſſarias commonſtrare Idem de Vniuerſ. 37. Viam commonſtrare Id. de Orat. 1, 203.

COMMORDEO, ēre. [δάκνω] *Mordere vehementer.* Plin. 24, 11 Nomen accepit, quod a cane commorſos rabiem ſentire non patitur. *Vtitur et* Sen. de Vit. beat. 21. Idem Controu. 29.

COMMORIOR, ĕris, mortuus ſum, mŏri. [συναποθνήσκω] *Simul mori.* Plin. 27, 2 Mirumque, exitialia per ſe ambo quum fuerint duo venena, in homine commoriuntur, vt homo ſuperſit. Id. 8, 11 *de Dracone et Elephanto,* Commoritur ea dimicatio, victusque corruens complexum elidit pondere. Quinctil. Decl. 305 Duos pauperes dives — dimicare inter ſe — coëgit: commortui ſunt, *i. mutuis vulneribus interfecti.* Vlp. in l. Quum hic ſtatus §. Si ambo D. de Donat. inter virum et vxorem, Rectiſſime (inquit) dicetur vtrasque donationes valere, ſi forte inuicem donationibus factis ſimul deceſſerint: quia neuter alteri ſuperuixerit, licet de commorientibus oratio non ſenſerit.

COMMORIENS, entis. Partic. Plin. 10, 21 *de gallorum pugna,* Nec finis ſaepe commorientibus. Ter. prol. Adel. 7 Synapothneſcontes Diphili comoedia eſt, eam Commorientes Plautus fecit fabulam. *Nempe haec eſt illa nobilis eorum amicitia, qui facto foedere ſibi mutuo promittunt, neutrum fore alteri ſuperſtitem: ad quam alludit etiam* Hor. Carm. 2, 17. *Tales* Soldurii, *v. v.*

COMMORTVVS, a, um. Partic. Tertull. de Reſur. Carn. c. 47. *it.* adu. Gnoſt. c. 13.

COMMŎRO, āre. *Tardare.* Plin. 19, 6 *ad finem,* Statimque quae deuorauere aues, ſtupentes manu capiuntur: et ſi paullum commoravere ſopitae. *Sic etiam Elzeu. Sed varia eſt huiusce loci lectio.* MSS. *exhibent* Commouere, *quod Harduinus exhibet, ſed ſuſpicatur* Commorentur.

COMMŎROR, āri. [διατρίβω, συνδιατρίβω, χρονίζω] *Simul morari.* Cic. de Seneſt. 84 c. vlt. Et ex hac vita ita diſcedo, tanquam ex hoſpitio, non tanquam e domo: commorandi enim natura diuerſorium nobis, non habitandi dedit. Idem ad Brut. 18 At illa retulit, quaeſiuitque quidnam mihi videretur, arceſſeremusne te, atque id tibi conducere putaremus, an tardare et commorari te melius eſſet. *Et* pro Milon. 28 Paulliſper, dum ſe vxor (vt fit) comparat, commoratus eſt. Triduum illud, quod ego Epheſi commoratus ſum Cic. Fam. 3, 5. Commorari ad aliquem locum Idem Verr. 5, . . . Commorari apud aliquem Id. pro Lege Manil. 13. Nos apud Alyziam, ex quo loco tibi literas ante dederamus, commorati ſumus Cic. Fam. 16, 5. Circum aliquem locum commorari Idem Att. 8, 19. *Et* pro Roſc. Com. 48 Ipſa mihi veritas manum iniecit, et paulliſper conſiſtere et commorari cogit. Cic. pro Cluent. 37 c. 19 Quum ego pluribus verbis in eo commoratus eſſem, Scamandro factas iniurias eſſe per Diogenem. *i. quum diutius de hac re diſputarem, et multis verbis contenderem.* Idem Fam. 6, 10 Nam et conſilium tuum, vel caſus potius in armis ciuilibus commorandi, ſemper mihi magno dolori fuit. Commorari, habitare, et haerere in re aliqua Id. de Orat. 2, 292. Cic. in Orat. 137 Vt verſet ſaepe multis modis eandem et vnam rem, et haereat in eadem commoreturque ſententia. In vita miſera commorari Idem Q. Frat. 1, 3. ¶ 2 *Dici etiam vt* Morari *ſic* Commorari aliquem, *oſtendit illud.* Plaut. Pſeud. 4, 7, 31 Me nunc commoror, cum has fores non ferio.

COMMORANS, antis. Part. Cael. Aur. Acut. 2, 29, 157 A commorantibus inquirere, *i. ſignis vna praeſentibus morbi.*

COMMORATIO, ōnis. f. [διατριβὴ] *Mora, actio commorandi.* Cic. Fam. 6, 19 Nam et villa et amoenitas illa, commorationis eſt, non diuerſorii. Vrbana commoratio Idem Fam. 9, 15. *Et* Q. Frat. 3, 1 Quod multos dies epiſtolam in manibus habui, propter commorationem tabellariorum, ideo, *etc.* Commoratio vna in re permultum mouet Cic. de Orat. 3, 202 c. 53. *Nempe* Commoratio, *figura eſt Rhetorum.* Auctor ad Heren. 4, 58 Commoratio eſt, quum in loco firmiſſimo, quo tota cauſa continetur, manetur diutius, et eodem ſaepius reditur.

COMMORTĀLIS, e. Adi. [συνθνητὸς] *Totus mortalis.* Colum. 3, 20, 4 Sed interdum (quod ait diuinus auctor Plato) rei nos pulchritudo trahit, vel ea conſectandi, quae propter infirmitatem commortalis naturae conſequi nequeamus.

COMMŌSIS. [κόμμωσις] *Primum mellificii fundamentum, ex tenaci et viſcoſa conſtans materia: ita dictum a Graeco nomine* κόμμι, *quod nos* gummi *dicimus.* Plin. 11, 7 Prima fundamenta commoſin vocant periti. Heſych. κόμμωσις ὁ τῦ σώματος ὡραϊσμὸς, καὶ ὑπὸ τῶν μελισσουργῶν ἡ τῦ σμήνυς διάχρισις.

COMMOTICA ars, medicamenta Commotica:

COMMOTRIA, ornatrix, ſimpliciter Graeca ſunt, κομμωτικὸς, κομμώτρια. *Nam quae ex* Feſto *proferuntur* Comotriae Veſtae; *eae, credo, nusquam ſunt.*

COMMŎVEO, ōui, ōtum, ēre. [διακινέω] *Simul ſ. totum movere.* Cic. Verr. 5, 96 Poſteaquam inanem locum offenderunt, et Praetorem commouiſſe ex eo loco caſtra ſenſerunt. Corpus commouere Lucret. 3, 147. Oculos Cic. Verr. 2, 83 c. 34. Theatrum Quinctil. 6, 1, 52. Auis commouet alas Virg. Aen. 5, 217. Commouere ſedibus ſuis, fauos Columel. 9, 13, 12. Cic. Att. 2, 1 Si quies dabitur, ab Amalthea te non commouebo, *non poſtulabo vti diſcedas.* *Sic* Id. Fam. 5, 20 Etſi commodi mei cauſa commouere me noluiſti *(i. petere, vt te conuentum veniam)* tamen ita exiſtimes velim, me antelaturum fuiſſe, ſi ad me miſiſſes, voluntatem tuam commodo meo. Nec me Theſſalonica commoui Id. Att. 3, 13. Tacit. Ann. 6, 17 Hinc inopia rei numariae, commoto ſimul omnium aere alieno, *cum omnes repoſcerent, quod ſibi debebatur, nemo mutuo daret.* Cic. de Diuin. 2, 26 Nunc cominus agamus, experiamurque ſi poſſimus cornua commouere diſputationis tuae. *Alludit ad aciei bellicae cornua.* *Sic* Cic. de Or. 2 c. 51 Si conuellere adoriamur ea, quae commoueri non poſſunt. Conuellere *plus eſt.* *Et* Catil. 1, 7 Num inficiari potes, te illo ipſo die meis praeſidiis, mea diligentia circumcluſum, commouere te contra Rempublicam non potuiſſe? Cic. Fam. 16, 18 Parhedrum excita, vt hortum ipſe conducat: ſic olitorem ipſum commouebis, *excitabis ad conducendum.* Liu. 30, . . . Poſteaquam nihil commouebant, *i, nihil proficiebant verbis.* Poſtquam per-

cunctantem commouerat Tacit. Ann. 6, 21. Cic. de Orat. 2, 186 c. 44 Facilius eſt enim currentem (vt aiunt) incitare, quam commouere languentem. Idem Att. 1, 4 Crebras expectationes nobis tui commoues. Iudices Id. de Orat. 2, 189. Diſcendi aut ſcribendi ſtudium commouere Cic. de Nat. Deor. 1, 8 c. 4. Petronius 27 Et quia conſiderantium haeſerant vultus, quidquid a ſpectaculo vacabat, commouebat obiter (*al.* valgiter) labra, et me tanquam furtiuis ſubinde oſculis verberabat. Commouere *int. ad admirationem, amoris initium.* Ter. Phorm. 1, 2, 51 Virgo ipſa facie egregia: quid verbis opus eſt? commorat omnes nos, *pro*, Commouerat. In aliqua commoueri Id. Eun. 3, 5, 19. *i. amore capi. Nempe ad omnes fere affectus pertinet. De amore iterum ſ. libidine potius*, Ter. Andr. 1, 1, 67 Neque commouetur animus in ea re tamen, *etc. De ſubito terrore et moleſtia ex nuntio improuiſo.* Cic. Fam. 3, 10 Etſi grauiter primo nuntio commotus ſum. *De metu* Idem pro Rabir. 38 Nihil me clamor iſte commouet, ſed conſolatur. *De ſuſpicione* Id. pro Arch. c. 5 Vnius hominis litura ſe commotum. *De admiratione et dubitatione erudita* Cic. Att. 6, 2 *pr.* Animus vehementer commouetur Idem de Inuent. 1, . . Animus ſe commouet Lucret. 4, 884. Commoueri perleuiter, *i. aegrotare* Cic. ad Q. Fr. 2, 6. Accendi aut commoueri re aliqua Idem de Orat. 1, 114. Plin. 2, 41 *de Aequinoctio et bruma*, Afflantur alii ſidere, alii commouentur, ſtatis temporibus, aluo, neruis, capite, mente. Cic. Verr. 4, 110 c. 50 Cum ego ipſe in Commemoratione eorum, non ſolum animo commouear, verum etiam corpore perhorreſcam. Conqueſtione commoueri Idem de Inuent. 1, 106. Deſiderio ſuorum commoueri Id. pro Lege Manil. 23. Honore magno alicuius Valer. Argon. 4, 76. Miſeriis ac periculis alicuius Cic. pro Font. 36 c. 16. Idem Tuſc. 4, 18 Nemo enim parricidae aut proditoris ſupplicio Miſericordia commouetur. Auctor ad Heren. 4, 52 Duae res ſunt, quae poſſunt homines ad turpe compendium commouere, inopia, atque auaritia. Prora fretum commouet, *quum linquitur portus* Valer. Argon. 5, 71. Cic. Verr. 4, 42 Sed magnum et acerbum dolorem commouent, mulierculis praeſertim. Cic. Att. 2, 7 Acueram me ad exagitandam hanc eius legationem, quam ſi ille contemnit, et ſi (vt ſcribis) Bilem id commouet, et latoribus, et auſpicibus legis Curiatae, ſpectaculum egregium. Bilem commouet, *i. iram et moleſtiam creat.* Aeſtus belli Lucret. 5, 1434. Arma Sil. 8, 405. Cic. Fam. 9, 13 Quod Bellum commotum a Scapula, ita poſtea confirmatum eſt a Pompeio, vt nulla, *etc.* Indignationem Auctor ad Heren. 4, . . Cic. de Orat. 1, 114 c. 25 Nam et animi atque Ingenii celeres quidam motus eſſe debent — Praeclare enim ſe res habet, ſi haec accendi aut commoueri arte poſſunt: inſeri quidem et donari ab arte non poſſunt omnia. Idem Verr. 1, 15 Hic etiam priore actione Qu. Hortenſius pupillum Iunium veniſſe praetextatum in veſtrum conſpectum, et teſtes ſecum, patruo teſtimonium dicente, queſtus eſt: et me populariter agere, atque Inuidiam commouere, quod puerum producerem, clamitauit, *i. odium conciliare aduerſario.* Memoriam alicuius rei Id. de Orat. 2, 20 c. 5. *i. inſtaurare.* Miſerationem Quinctil. 6, 1, 46. 10, 1, 64. Miſericordiam, inuidiam, iracundiam Cic. de Orat. 2, 195. Noua quaedam *in philoſophia, i. nouare* Idem Ac. 4 c. 6. Numum, *vid.* NVMVS. Odium in aliquem Cic. de Inuen. 1, 103. Sacra, *vid. mox in* COMMOTVS. Cic. pro Cluent. 180 Furto poſtridie cognito, omnis ſuſpicio in eos ſeruos, qui non comparebant, commouebatur. Tumultum aut bellum Idem Verr. 5, 20. *Ponamus adhuc praeterita quaedam contracta.* Cic. pro Planc. 60 An ſi vnquam in me vitae cupiditas fuiſſet, ego menſe Decembri mei Conſulatus omnium parricidarum Tela commoſſem. Cic. Fam. 8, 15 Qui tantas Turbas commorit. Commorunt aequora venti Lucret. 2, 765.

COMMŌTVS, a, um. Partic. [*διακινηθεὶς*] *Vt*, Cic. Verr. 1, 145 c. 55 In columnis dico eſſe, quae a tuo redemtore commotae non ſint. Commota acies, *vid.* ACIES. Cic. de Fin. 4, 53 c. 19 Et ais, ſi vna litera commota ſit, fore, tota vt labet diſciplina. Vtrum igitur tibi literam videor an totas paginas commouere. *etc.* Puluere commoto Sil. 4, 94. Sacris commotis Virg. Aen. 4, 301 *ſ. Signis Dei, ſ. cymbalis, quibus in furorem concitantur Thyades. Huc alludit* Plaut. Pſeud. 1, 1, 107. *Omen dixerat rei bene gerendae*, Supercilium ſalit! *Addit*, Scis tu quidem, hercle, mea ſi commoui ſacra Quo pacto et quantas ſoleam turbellas dare. *Sic* Sen. Med. 786 *in ſacrificio magico ait Medea*, Tripodes agnoſco meos Fauente commotos Dea, *Hecate, puto, quae motu inſtrumenti magici praeſentiam ſuam declarat. De moliminibus nouis in rep.* Cic. Att. 16, 15 Haec, quae commota ſunt, quorſum euadant. Commotus, *Perturbatus de affectibus* Ter. Phorm. 1, 4, 6 Quidnam ille commotus venit? Grauiter commotus, *Iratus* Virg. Aen. 1, 126. Ingenio commotus Tac. Ann. 6, 45 *extr. i. qui facile iraſcitur.* Precibus Stat. Theb. 9, 510. Promiſſis ditibus Sil. 3, 512. Vultu Quinctil. 6, 1, 38. Ira commota Ouid. Met. 6, 549. Mens commota metu Lucret. 3, 153. *Pro inſana* Hor. Sat. 2, 3, 278. *Sic* Plin. 20, 12 ſ. 12 *de naſturtio*, Commotas mentes ſedat ex aceto ſumtum. *Et* 36, 21 ſ. 40 *de lapide Samio*, Vertigines ſedat, mentes commotas reſtituit. *Et ſimpliciter* Commotus *pro inſano* Hor. Sat. 2, 209. *coll. ib. v.* 213. Pectoris commoti ignis Claud. in Ruff. 1, 181. *pro Ira.* Commotum reddere, *vid.* REDDO. Animus commotior Cic. de Diuin. 1, 113 c. 37. Idem de Clar. Orat. 129 C. Fimbria temporibus iiſdem fere, ſed longius aetate prouectus, habitus eſt ſane (vt ita dicam) luculentus Patronus, aſper, maledicus, genere toto paullo feruidior atque commotior. Conſilium commotius ad omnia turbanda Liu. 6, 14.

COMMOTO, are. Frequent. Aſſidue Octau. Hor. 1. 8.

COMMOBĬLIS, e. Adi. Cael. Aur. Acut. 2, 9, 48 Lux commobilis corporis, *i. quae facile commouet corpus.*

COMMOTIO, ōnis. f. [*κίνησις, σάλος*] *Vt*, Commotio animi Cic. Tuſc. 3, 8 c. 4. Commotiones Lactant. 6, 15, 9. *et* 7, 10, 2. Commotionem quidam accipi volunt, Temporarium animi motum, ſicut Iram, pauorem Quinctil. 5, 10, 29 *Haec a* Cicerone de Inuent. 1 c. 25 *vocatur* Affectio, *ſicque definitur*, Affectio eſt animi aut corporis ex tempore aliqua de cauſa commutatio, vt laetitia, cupiditas, metus, moleſtia, morbus, debilitas. *Quidam et hic legunt* Commotio.

COMMOTIVNCVLA, ae. f. Dimin. Cic. Att. 12, 11 Atticae hilaritatem libenter audio. commotiunculis *συμπάσχω*. Commotiunculis *idem ſignificauit, quod* Epiſt. 10, 17 Valetudinem tuam iam confirmatam eſſe et a vetere morbo, et a nouis tentationibus, gaudeo. *Nam* tentationes *et* commotiunculae *non morbi ſunt, ſed morborum initia.*

COMMOTACVLVM *vox ex antiquis editionibus reſtituta Scaligeri opera* Feſto; *vbi ſic vulgo legitur*, Commentacula virgae, quas flamines portant pergentes ad ſacrificium, vt a ſe homines amoueant. *Et* Commentaculum genus virgulae, qua in ſacrificiis vtebantur. *Videtur ipſe indicare Feſtus, a* commouendo *dictum* Commotaculum.

COMMOTIAE nymphae ad lacum Cutilienſem, a commotu, quod ibi inſula in aqua commouetur. *Haec* Varro de L. L. 4, 10 p. 20, 10. *Conf.* CHOREVSA.

COMMVLCEO, ēre. [*καταθέλγω*] Tiro *libertus Ciceronis in quadam* epiſtola ad Axium *familiarem patroni ſui, apud* Gell. 7, 3 In principiis autem, *inquit*, patroni, qui pro reis dicunt, conciliare ſibi et complacare iudices debent: ſenſusque eorum expectatione cauſae ſuſpenſos rigentesque honorificis verecundisque ſententiis commulcere, non iniuriis atque imperioſis comminationibus confricare. Aures Arnob. 1 p. 35. *Add.* Id. 7 p. 233.

COMMVLCO, āre. Multimodis ſe commulcare ictibus Apul. Met. 8 p. 214, 30.

COMMVLGEO, xi, ēre. Et commiſcendo quum ſemen forte virile Femina commulxit ſubita vi corripuitque Lucret. 4, 1203. *Al. aliter.*

COMMVNDO, āre. Vaſa dulci aqua eluenda ſunt et commundanda Colum. 12, 18, 3.

COMMVNDATVS, a, um. Part. Ornata, non tamen commundata Vlpian. l. 25 §. 10 D. de auro, arg. *etc.* Petron. 47 Commundatis ad Symphoniam menſis. Iul. Obſ. 115 Gregem matronarum — commundatum ſupplicationibus habitis.

COMMVNICEPS, ipis. m. Inſcript. *ap.* Conſt. Landum in Numiſm. p. 18.

COMMVNICO, COMMVNIO, onis, *vid.* COMMVNIS.

COMMVNIO, īui, ītum, īre. [*ὀχυρόω*] *Circum munire.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 8 Praeſidia diſponit, caſtella communit, quo facilius, ſi ſe inuito tranſire conarentur, prohibere poſſit. Loca caſtellis idonea Nep. 1, 2, 1. Communire aulae auctoritatem, *per translationem* Cic. Fam. 15, 4. *Conf.* Nep. 7, 7.

COMMVNĪTVS, a, um. Partic. [*ὠχυρωμένος*] Cic. pro Caecin. 74 Quae quum omnia tua iure mancipii ſint, ea poſſisne retinere, ſi parum ſit communitum ius, *etc.* Communita cauſa Roſcii firmiſſimis et ſanctiſſimis teſtimoniis Idem pro Roſc. Com. 43 c. 15. Copiae armis communitae Flor. 3, 19, 11.

COMMVNITIO, ōnis. f. Cic. de Orat. 2, 320 c. 79 Aditus ad cauſam et communitio, *de exordio. Sed Grut.* Munitio. *Plura praeſidia pro* Communitio *laudat Pearce.* Totam communitionem diſſipare Vitr. 10, 19.

COMMVNIS, e. Adi. [*κοινὸς*] *Quod omnium eſt, quaſi eſſet ex* Con *et* munus: *ac duobus modis accipitur: vno modo* Commune *appellamus, quod eſt duorum, aut plurium; vt*, Paries communis, communis domus: *atque harum rerum communium cauſa competit* actio communi diuidundo: *a quarum ſimilitudine dicimus* Martem communem, mortem communem. *Altero modo* Communia *dicimus, quae a nemine ſunt occupata, neque poſſeſſa, et poſſunt fieri occupantis, vt* Aqua profluens, aër, litus maris, *et caetera id genus: quarum rerum cauſa non datur actio communi diuidundo apud Iuriſconſultos.* Commune *autem opponitur* Proprio: *vt* Cic. pro Sull. 9 Tempus agendi fuit mihi magis proprium, quam caeteris: doloris vero et periculi fuit illa cauſa communis. Lucan. 1, 85 Facta tribus dominis communis Roma. Cic. de Finib. 3, 3 c. 1 Cuius vſus vulgaris, communisque non ſit. Idem de Orat. 1, 48 Aliud eſt enim, eſſe artificem cuiusdam generis atque artis: aliud in communi vita et vulgari hominum conſuetudine, non hebetem nec rudem. *Hic* communis vita *eſt, quam* quotidianam *dicere ſolemus.* Aequabilitas communis iuris Cic. de Orat. 2, 209. Amicitiae communes, *i. Vulgares.* Idem Off. 3, 45 c. 10. *Sed* Amicorum omnia ſunt communia Id. Off. 1 c. 16. Communia ſunt amicorum inter ſe omnia Ter. Adelph. 5, 3, 18. Amicus ſimplex et communis, et conſentiens, et qui rebus iiſdem mouetur Cic. de Amicit. 66. Amicus communis, *i. idem duorum aut plurium.* Ter. Heaut. 5, 1, 39 Quemquam Animo tam communi eſſe et leni putas? *Sic MSS.* Comi *eſt a Criticis Faërno praeſertim et Bentl. vid.* Homo Communis. Proculus in l. Societatem mecum. D. pro ſocio. Animo ac voluntate communi aliquid defendere Cic. de Prou. Conſ. 20. Aura communis dicitur, *Quod omnes illa ex aequo fruamur.* Ouid. Met. 7, 127. Auram communem haurire Quinctil. 6 prooem. 12. Beneuolens communis meus et tuus, *i. amicus* Plaut. Trin. 5, 2, 24. Bonum commune Lucret. 5, 956. Ouid. Tr. 4, 4, 16 Res eſt publica Caeſar, Et de communi pars quoque noſtra Bono eſt. Calamitas vtriusque noſtrum communis Cic. Fam. 14, 3. Cauſae forenſes atque communes Cic. de Orat. 1, 213 c. 49. Ciuitas communis deorum atque hominum, *Mundus vniuerſus* Idem de Legib. 1, 23. Conditio communis Hor. Epiſt. 2, 1, 152. Conſuetudo communis loquendi Quinctil. 11, 1, 12. *it.* 12, 1, 19. Crimen commune Cic. in Orat. . . Diuidundo communi, *Iuriſconſultis iudicium eſt, quod inter eos redditur, qui rem quam alia atque ex haereditaria cauſa communem habent, diuidi, ſimulque quod alterum alteri ex bono et aequo praeſtare oportet, dari fieri poſtulant.* l. 2. *et* 3 D. Comm. diuid. *Hotomanus.* Dolor communis Cic. de Prouinc. Conſ. 2. Emolumentum et damnum commune Vlp. in l. Cum duobus. §. cum duo. D. pro ſocio. Eruditione communi imbutus Aper Dial. de Orat. 2, 4. *i. ἐγκυκλίῳ παιδείᾳ, qua ad humanitatem omnes liberalius educandi inſtituuntur.* Exordium commune, *quod ad plures cauſas applicari poteſt, vitioſum proinde* Cic. de Or. 2, 319 c. 78. Fama atque ſermo communis Idem Verr. 2, . . Id. pro Flacco 13. Filia Quinctil. 3, 11. Fortuna nobis cum propinquis communis plerumque Cic. Off. 1, 58. Per communes Fugas *obteſtatur Medeam Iaſon ap.* Sen. Med. 1002. Gaudia communia Ouid. Epiſt. 15, 317. Hereditas communis Paul. in l. Ea vero. §. De illo quaeritur. D. Pro ſocio. Communis Homo, *idem fere qui* comis, *vnde ſaepe confunduntur a librariis et criticis.* Cic. de Sen. c. 17 Communem atque humanum erga Lyſandrum fuiſſe Cyrum: *quam lectionem tuetur Graeuius.* Suet. Claud. c. 21 Neque vllo ſpectaculi genere communior aut remiſſior erat. *Et* Veſpaſ. c. 22 Super coenam autem et ſemper alias communiſſimus, multa ioco tranſigebat. Seru. *ad* Aen. 8, 275 Communemque vocate Deum, humanum, beneficum, *φιλάνθρωπον*, vnde et communes homines dicimus. Cic. Fam. 4, 9 Eum magis communem cenſemus in victoria futurum fuiſſe, quam incertis rebus fuiſſet. *Etiam hic lectionem hanc tuetur Graeuius contra eos, qui* comem *reponere volunt.* Nep. Att. 3 Hic autem ſic ſe gerebat, vt communis infimis, par principibus videretur. *Vid.* Animus communis ex Ter. Heaut. 5, 1, 39. *Add. Heinſ. et Burm. ad illud* Ouid. Tr. 4, 4, 13 Ipſe pater patriae (quid enim ciuilius illo?) *vbi MSS. quidam* Communius *eodem ſenſu, pari elegantia. Gron. Obſ.* 2, 12

Hoſtis et praedo communis omnium Cic. Verr. 4, 21. Humanitas Idem pro Flacc. 24. Quinctil. 2, 16, 19 Nonne pulchrum vel hoc ipſum eſt, ex communi intellectu, verbisque, quibus vtuntur omnes, *etc. Add.* 5, 10, 18. Intelligentia Cic. de Orat. 1, 249. *vid.* Senſus communis. Iudicatum commune eſt, quod omnes vulgo probarunt et ſecuti ſunt Idem de Inuent. 1, 40. Iudicium commune, intelligentiaque popularis Id. in Orat. 117. Ius Cic. de Orat. 2, 209. Iura communia regni Lucan. 10, 93. Laus communis cum aliquo Cic. Verr. 3, 18. Lecti communes Cato 10, 5. *Sed omittit Victor.* Legem omnium communem leuiter adornabit Quinctil. 7, 2. Cic. de Orat. 2, 72 Ludus eſt homini non hebeti, neque inexercitato, neque communium literarum et politioris humanitatis experti. Locos communes dicere Quinctil. 2, 1, 9. *Add.* 11. Loca communia, *i. publica* Cic: Verr. 2, 112 c. 46. *Pro lupanari* Sen. Contr. 1, 2 *bis.* Lucrum et impendium commune Vlp. in l. Si ſocietatem. D. Pro ſocio. Cic. pro Quint. 74 Vt per ſe afflictum atque euerſum propinquum non modo honeſte partis bonis, verum etiam communi Luce priuaret. Mare commune omnibus Plaut. Rud. 4, 3, 36. Cic. Fam. 6, 4 Nam quum omnis belli Mars communis, et quum ſemper incerti exitus praeliorum ſint. Mens Idem de Orat. 3, 113. Id. de Or. 3, 115 c. 29 Cum quaeritur, quid in communi Mente quaſi impreſſum ſit, *i. in omnium animis.* Mimos communes Cic. Fam. 7, 1. *dixit Vulgares, viles.* A communi More verborum diſcedere Idem in Orat. . . Mortem omni aetati eſſe communem Id. de Senect. 67 c. 19. Morte communi obiit Auguſtus, *i. naturali* Eutrop. 7, 5. Mundus Cic. de Finib. 3, 3. Natus communis, *i. Vtriusque coniugis* Virg. Aen. 2, 789. Idem Georg. 4, 153 Solae communes Natos, conſortia tecta Vrbis habent, *De apibus: vbi* Seruius: Plato in libris quos περὶ πολιτείας ſcripſit, dicit amori Reipublicae eſſe nihil praeponendum. Omnes praeterea et vxores et liberos ita nos tanquam communes habere debere, vt caritas ſit, non libido confuſa. Quod praeceptum dicit nullum praeter apes ſeruare potuiſſe. Nomine communi comparare aliquid Vlp. in l. quum duobus. §. quidam ſagariam. D. pro ſocio. Nota veri non communis, ſed propria Cic. Ac. 4, 33 c. 11. Odium commune orbis terrae Idem Agr. 1, . . Odium alicui cum populo commune Sen. Herc. fur. 6. Cic. Off. 2 c. 10 Cum ad Opinionem communem omnis accommodatur oratio. *Hoc vocat* de Or. 1 c. 23 Vulgarem popularemque ſenſum. Opinio imbecilla et cum falſo incognitoque communis Cic. Acad. 1, 41 c. 11. Pactum commune Papinian. l. ſi ſocius. D. pro ſocio. Pericula, quae mihi ſunt communia cum caeteris fortius feram Cic. Att. 11, 1. Periculum commune Vlp. in l. plane. D. pro ſocio. Periculum commune propulſare Tacit. in Vita Agric. 12. Periculum vnum et commune ambobus Virg. Aen. 2, 709. Pernicies communis adoleſcentium, *leno* Ter. Adel. 2, 1, 34. Peſtis communis Cic. de Orat. 1, 2. Pignus commune Ouid. Met. 5, 523. *Sic vocat Proſerpinam Iupiter ad Cererem loquens, quoniam amborum erat filia.* Populus communis, *qui principum coniunctione in vnum coit* Virg. Aen. 4, 102. Praecepta omnium communia et contrita Cic. de Orat. 1, 137 c. 31. *Et* Fam. 1, 9 Scripſi tres libros de Oratore, qui abhorrent a communibus Praeceptis. Id. in Verr. 1 c. 46 Nequitia eius in ore vulgi, atque in communibus Prouerbiis. Cic. de Finib. 5, 66 Omnibus enim artibus volumus attributam eſſe eam, quae communis appellatur Prudentia. Res communis, *i. Negotium commune* Hor. Serm. 2, 6, 36. Res communis *apud Iurisconſultos*, eſt vel cum ſocietate, vel ſine ſocietate. Cum ſocietate, veluti inter eos, qui eandem rem emerunt: Sine ſocietate, veluti inter eos, quibus eadem res teſtamento legata eſt. Gaius l. 2 D. comm. diuid. Salus communis Cic. Poſt. redit. *ad* Quir. Saluti communi deeſſe Lucret. 1, 44. Salutatio communis Cic. Piſon. c. 38. *qua promiſcue ad omnes vtimur.* Scelera coniuncta atque communia alicui cum aliquo Idem pro Sext. 29. Senſus communis Id. de Orat. 2 c. 16. Quinctil. 1, 2, 20 *etc.* Senſu communi carere Hor. Serm. 1, 3, 66. Magnum eſt Sepulcra habere communia Cic. Off. 1 c. 17. Hor. Serm. 1, 8, 10 Hoc miſerae plebi ſtabat commune Sepulcrum. *Ad hunc locum ſic Turnebus: Quum olim, qui locupletes erant, in ſuis fundis aliquid loci ſepulturae ſeponerent, et priuata haberent ibi ſepulcra ſibi familiaeque ſuae aut heredibus, plebs, quae agris fundisque carebat, in loco aliquo communi ſepulturae deſtinato humabatur; ſepulcrumque* commune *vocabatur, vbi ſepeliebatur. Hinc etiam* Catullus 66, 89 *fata fratris ſui deplorans, apud Troiam mortui et conditi, vbi tot quondam heroës belli Troiani tempore ex Aſia et Europa occubuerant et compoſiti fuerant.* Troia *inquit*, nefas commune Sepulcrum Europae Aſiaeque. *Et* Lucretius 5, 260 *de Terra*, Omniparens, eadem rerum commune Sepulcrum. Sepultura communi caruiſſe deiectum in Tiberim Eutrop. 7, 12. *de Vitellio.* Sententia de communi aliquid conſtituere Cic. Off. 3, 80. Sermo communis Quinctil. 11, 3, 87. Spiritus communis viuis Cic. in Orat. 107. Statione communi locum aliquem tenere Virg. Aen. 9, 183. Stipulationes communes *Iureconſultis ſunt, veluti* Rem ſaluam fore pupillo. Pompon. l. ſtipulationum D. de verb. oblig. et Vlpian. in l. veſtis D. de aur. et arg. Communes, *inquit* ſunt ſtipulationes, quae fiunt iudicio ſiſtendi cauſa. Studia communia Ouid. Triſt. 3, 7, 11. Superos communes vocare Valer. Argon. 4, 218. Supplicium improbis et probis commune legis ac iudicii Cic. in Piſon. 99. Temporum communium graues caſus Cic. de Orat. 1, 2. Tempus commune, *eſt quod accidit* omnibus eodem fere tempore, vt meſſis, vindemia, *etc.* Cic. de Inuent. 1, 40. Terror communis Sen. Troad. 435. Torus communis Idem Med. 1002. Verba communia, *i. Soluta, nec pedibus vincta.* Claud. Epigr. 81, 3 *de deſcriptione portus Zarinenſis*, Sed Verba negant communia Muſae: Carmina ſola loquor: ſic me meus implet Apollo. Veſtigia principis communia et confuſa Plin. Pan. 24, 5. *laus Traiani, qui pedibus incederet, non veheretur.* Veſtimenta communia *Iureconſultis ſunt*, quibus promiſcue vtitur mulier cum viro. Vlpian. l. magis puto D. de reb. eor. qui ſub tut. Vincla communia *Complexus amantium* Lucr. 4, 1188. Cic. Acad. 4, 33 c. 11 Nec poteſt is, cui eſt Viſio veri falſique communis, vllum habere iudicium, aut vllam omnino veritatis notam. Idem Off. 1, 7 Quia magis ad inſtitutionem Vitae communis ſpectare videntur. Vita, victusque communis Cic. Off. 1, 58. Amici quos nouit Vita communis, *i. qui vitae conſuetudine noti ſunt*, qui ante oculos ſunt, quos videmus Cic. de Amic. 38 c. 11. Vita in communi et vulgari hominum conſuetudine nec hebetem nec rudem eſſe Idem de Orat. 1, 48. Vitae communis ignarus Id. Phil. 2 c. 4. Vita et vſus communis Cic. de Amicit. 18. Vitium commune Ouid. ex Ponto 2, 3, 22. Vitium commune et peruagatum Cic. de Orat. 2, 10. Voluptas communis, *ex re Venerea* Lucr. 1, 1202. Vſus communis aquarum Ouid. Met. 6, 349. Vſus rerum omnium cunctis communis Sen. Octau. c. 403. Vſus omnium artium vulgaris communisque non eſt Cic. de Fin. 3, 3. Vſum ad communem hominum omnes res natura genuit Idem Off. 1, 22 c. 16. *Et* Off. 3, 52 Vt vtilitas tua, communis vtilitas ſit. Ibid. 1, 52 Semper aliquid ad communem vtilitatem adferendum.

¶ 2 *Varie conſtruitur. Praeter ea, quae obiter iam obſeruata ſunt, notentur iſta.* Cic. de Legg. 2 c. 23 Haec locupletibus fere cum plebe communia. Sall. Catil. *pr.* Alterum *(animus)* nobis cum DIS, alterum *(corpus)* cum belluis commune eſt. Cic. de Am. 25 Quorum domus fuit et militia communis. Ter. Adelph. 5, 3, 18 Communia eſſe amicorum inter ſe omnia. Cic. de Legg. 1 c. 7 Quibus haec ſunt inter nos communia. Commune nihil poteſt eſſe apud eos, qui omnia voluptate ſua metiuntur Cic. Fam. 7, 12. Commune eſt cum ſupradictis Plin. 2, 8. Vtrique parti commune Quinctil. 4, 1.

¶ 3 Commune, *ſubſtantiue pro Vniuerſitate, vt* Commune Aſiae, *i. Aſianorum vniuerſitas, quae ab vno Proconſule regebatur.* l. tria onera 2 D. de excuſ. tut. Quod ex epiſtola Antonini Pii apparet, quae Communi quidem Aſiae ſcripta eſt, ſed vniuerſo terrarum orbi conuenit. Commune Siciliae, *i. reſp. Siculorum* Cic. Verr. 2 c. 46. 63 *et* 69. *Sic* Commune Milyadum Verr. 1 c. 38. Idem pro L. Manil. 46 c. 16 *pro eo, quod editur*, Quod Cretenſium legati — ad Cn. Pompeium in vltimas prope terras venerunt, *Guilielmius e MS. legi volebat*, Quod a communi Cretenſium legati. *Ratio appellationis a Graecis petita, qui ita* τὸ κοινὸν *ſaepe dicunt. Etiam in numis, de quo Spanh. Diſſ.* 13 p. 615. Symmachus 4, 46 Legationem illis Campanorum prouincialium commune mandauit. *Etiam alias* Commune *eſt* res publica. Hor. Carm. 1, 15, 4 Priuatus illis cenſus erat breuis, Commune magnum. *Huc pertinet formula frequens* In commune. Plaut. Aſin. 2, 2, 20 Metuo in commune, ne quam fraudem frauſus ſiet. In commune conferre Cic. pro Quint. 12. Id. de Inu. 2 c. 3. In commune congredi Tacit. Hiſt. 2, 54. Quae non partim, ſed in commune conducunt Pacat. Paneg. Theod. c. 21. In commune conſulere Tacit. Ann. 12, 5. In commune aliquid derogare Idem Ann. 15, 27. In commune omnes metu militiae mutandae exterrebantur Id. Hiſt. 1, 25, 3. In commune iubes ſi quid cenſesque tenendum, Primus cuſſa ſubi Claud. quart. Conſ. Hon. 296. *Add. Parei Lex. Crit. p.* 233. In commune dicere de pluribus rebus Plin. 17, 1. In commune emere Vlp. in l. vt in conductionibus. D. pro ſocio. In commune aliquid profuturum Quinctil. 6, 1. In commune redigere aliquid Vlp. in l. ſi ſocietatem D. pro ſocio. Caetera in communi ſita ſunt Tacit. Hiſt. 4, 74. Aeris, auri, argentique venae in commune fluxere Flor. 2, 16, 7. *i. confuſe.* In commune vocare honores, *vid.* IN. *Etiam plur.* Cic. Off. 1, 20 Vtendum communibus pro communibus, priuatis et ſuis. Ouid. Met. 13, 273 Modo ne communia ſolus Occupet. Hor. Epiſt. 1, 20, 4 *ad librum ſuum* Paucis oſtendi gemis, et communia laudas, *i. publicum eſſe, in publico verſari.*

COMMVNĬTER. Adu. [κοινῶς] *Eiusdem ſignificationis. Interdum enim ſimul a pluribus, interdum vulgo aliquid fieri indicat, interdum idem eſt quod vniuerſim, promiſcue etc.* Cic. de Senect. 2 Tu occurrebas, dignus eo munere, quo vterque noſtrûm communiter vteretur. Communiter *et* Separatim, *oppoſita* Cic. Fam. 15, 2. Id. Off. 2, 36 Admirantur igitur communiter illi quidem omnia, quae magna et praeter opinionem ſuam animaduertunt. Suet. Tiber. 21 Vt Prouincias communiter cum Auguſto adminiſtraret. Cic. Off. 3 c. 4 Id quod communiter appellamus honeſtum. Apti communiter ad virtutes Id. de Fin. 4, 4. Promiſcue et communiter ſtultis ac ſapientibus ab natura datum aurium iudicium Cic. pro Font. 12. Idem Fam. 13, 13 Alia epiſtola communiter tibi commendaui legatos Arpinatium. Conſcripſerunt communiter edictum cum poena atque iudicio Cic. Off. 3, 80. Conſolari communiter Id. Att. 3, 15. Paullus in l. militis D. de teſtamento milit. Legata autem teſtamento data communiter debentur. Liu. 29, 17 Neque ego exſequi poſſum, nec vobis operae eſt audire ſingula, quae paſſi ſumus. Communiter omnia complectar. Dianae Epheſiae templum communiter a ciuitatibus Aſiae factum Liu. 10, 45. Id. 1, 10 Tres populi communiter bellum parant. Cic. pro Roſc. Amer. 108 c. 37 Iſte Roſcius omnia cum Chryſogono communiter poſſidet. Idem Att. 11, 5 Equidem ex tuis literis intellexi, et iis, quas communiter cum aliis ſcripſiſti, et iis, quas tuo nomine, *etc.* Vendere communiter cum aliquo aliquid Pompon. in l. ſi Titius. D. pro ſocio. Vrit ira vtrumque communiter Hor. Epiſt. 1, 2, 13 *vnum aeque ac alterum.* Idem Epod. 16, 15 Communiter, aut melior pars Quaeritis. Lactant. 5, 12, 3 Quoniam communiter cum Deorum cultoribus loquimur, *cum vniuerſis, diuerſi ingenii.*

COMMVNĬTVS. *Aliud* Adu. Varro Rer. diuin. Etenim vt deos colere debet communitus ciuitas, ſic ſingulae familiae debemus. *Ex* Nonio 11, 6.

COMMVNĬTAS, ātis. f. [κοινότης] *Communio.* Communitas vitae et victus Cic. Fam. 9, 24. Sit inter eos omnium rerum, conſiliorum, et voluntatum ſine vlla exceptione communitas Id. de Amic. c. 17. Conſociatio hominum atque communitas Cic. Off. 1, 157. Hominis communitas et ſocietas Idem de Fin. 3, 67. Cum hominibus eſt communitas et ſocietas Id. Off. 1, 45. Hominum ſocietas inter ipſos, et vitae quaſi communitas continetur ratione Cic. Off. 1, 20. Vitae communitas et ſocietas Idem Off. 1, 45. Communitas ciuilis Id. de Fin. 3, 66. Cic. Philipp. 6, 3 c. 2 Quae vobis poteſt cum hoc gladiatore conditionis, aequitatis, legationis eſſe communitas? Cum deo communitas homini Cic. de Nat. Deor. 1, 117. Cum falſo in eo ſi erit communitas Idem Acad. 4, 4. *Et* Fam. 11, 28 Nullam communitatem cum improbis eſſe poſſe. Magna eſt etiam illa communitas, quae conficitur ex beneficiis vltro citroque datis, acceptisque Cic. Off. 1, 56. Maxime apta naturae communitas Idem Off. 1, 13. Ex communitate ducuntur officia aptiora naturae Id. Off. 1, 152. Ad naturalem communitatem nati ſumus Cic. de Fin. 3, 65. Seruanda communitas omnium rerum Idem Off. 1, 51.

COMMVNIO, ōnis. f. [κοινότης] *Aliud* Denom. Cic. pro Corn. Balbo 29 Ita mihi maxime communionem beneficiorum, praemiorum, ciuitatis continere videtur. Idem de Legib. 1, 23 c. 7 Inter quos porro eſt communio legis, inter eos communio iuris eſt. Literarum et vocum communione homines inter ſe iunxit philoſophia Cic. Tuſc. 5, 5. Idem pro Roſc. Amer. 63 Magna enim vis humanitatis: multum valet communio ſanguinis. Suet. in Auguſt. c. 74 Ad communionem ſermonis tacentes, vel ſubmiſſim fabulantes prouocabat. In communionem tuorum bonorum bona ac fortunas meas contuli Cic.

pro Milon. 101 c. 36. Paull. in l. Ea vero D. pro ſocio, Quum ſpecialiter omnium bonorum ſocietas coita eſt, *etc.* aut quaqua ratione acquiſitum; communioni Acquiretur. Impediri communione viſorum Cic. Acad. 4, 44. Vlp. in l. vt ſit. D. pro ſocio, Communiter autem res agi poteſt etiam citra ſocietatem, vt puta quum non affectione ſocietatis incidimus in communionem. Manere in priſtina communione Cic. de Orat. 3, 69.

COMMVNĬCO, āre. [κοινόω, ἀνακοινονέω] *Commune facere, impertire.* Cic. pro Roſc. Amer. 116 Propterea quod auxilium ſibi ſe putat adiunxiſſe, qui cum altero rem communicauit. Idem de Amicit. 72 Quod faciendum imitandumque eſt nobis, vt ſi quam praeſtantiam virtutis, fortunae, ingenii, conſecuti ſunt, impertiant eam ſuis, communicentque cum proximis. Partiri et communicare Cic. de Amicit. 72. Ouid. Met. 13, 239 At ſua Tydides mecum communicat acta, *i. me fatetur ſocium.* Deſinant Cauſam ſuam cum Chryſogono communicare: deſinant, ſi ille laeſus ſit, de ſe detractum arbitrari Cic. pro Roſc. Amer. 140 c. 48. Liu. 23, 5 Ciuitatem noſtram magnae parti veſtrûm dedimus, communicauimusque vobiſcum. Commodum communicare Paullus in l. actione §. diximus D. pro ſocio. Cura doloris tui non cura illis communicabitur, ſed ad te ipſum proprie referetur Cic. Fam. 5, 16. Furtum communicare cum aliquo, *Partiri* Idem Diu. in Caec. 33. Gloriam victoriae cum aliquo communicare Id. Verr. 5, 5. Gloriam facti alterius cum laude ſua communicare Cic. Fam. 12, 2. Honores ſiue magiſtratus communicare cum plebeiis Aur. Vict. de Viris illuſtr. 33. *i. ex plebe creare magiſtratus.* Caeſ. Bell. Gall. 6, 13 *de iis, quibus interdictum eſt ſacrificiis a Druidibus*, Neque iis petentibus ius redditur, neque Honos vllus communicatur. *Nolim tamen inde colligere, dici recte*, Communicare alicui honorem: *licet propter breuitatem hic omiſſum ſit* cum iis. *Laudatur quidem etiam* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 18 Vibullius adhibito Libone — quibus communicare de maximis rebus Pompeius conſueverat, de mandatis Caeſaris agere inſtituit. *Sed Io. Fr. Gronou. Obſ. 2, 6 Cellariusque et Dauiſ. ex perpetuo vſu aureae aetatis et veſtigiis MS.* quibuscum communicare. *Sed recentiores non refugerunt Datiuum. Vid. ſtatim* Iudicia communicare. Cic. Fam. 15, 21 Nam vt illa omittam, quae ciuitate teſte feciſti, quum mecum Inimicitias communicauiſti, quum me concionibus tuis defendiſti. Aſconius in Orat. contra Piſon. c. 39 *pr.* Legem iudiciariam tulit Aurelius Cotta Praetor, qua communicata ſunt Iudicia Senatui, et equitibus Romanis, et Tribunis aerariis. Plin. 11, 30 Et formicae, vt apes communicantes Laborem, *inter ſe diuidentes.* Cic. Verr. 5, 125 Vobiſcum Africanus hoſtium ſpolia et praemia Laudis communicauit. Non partiendae inuidiae, ſed communicandae laudis cauſa loqui Idem pro Sull. 10. Cum ſua laude communicare aliquid Id. Acad. 4, 3. *i. laudis ſuae aliquid admiſcere.* Curt. 6, 5, 30 Haud dubitauit (Thaleſtris) fateri, ad communicandos cum rege Liberos ſe veniſſe, *i. ſuſcipiendos ex illo.* Suet. in Auguſt. c. 75 Per ſingulos lectos licitatio fieret, et ſeu Iactura, ſeu Lucrum, communicaretur. Plaut. Milit. 1, 1, 51. Communicabo te ſemper Menſa mea. Suet. Domit. c. 7 Quaedam ex maximis Officiis inter libertinos militesque communicauit. Cic. de Amicit. 24 Itaque ſi quando aliquid officium extitit amici in Periculis aut adeundis, aut communicandis, quis eſt qui id non maximis efferat laudibus? Prouinciam hanc mecum communica, *pro Adiuua me* Plaut. Trin. 1, 2, 153. ¶ 2 *Conſtructionis diuerſa ratio eſt. De forma* communicare alicui, *modo vidimus in* Communicare Honores *et* Iudicia. Ad participandum alium ab alio, communicandumque inter omnes iuſti natura facti ſunt Cic. de Legib. 1, 33. Idem Att. 11, 20 Quod ad te ſcripſeram, vt cum Camillo communicares: de eo Camillus mihi ſcripſit, te cum eo loquutum. Id. Att. 1, 18 *pr.* Nihil mihi nunc ſcito tam deeſſe, quam hominem eum, quocum omnia, quae me cura aliqua afficiunt, vna communicem: *ipſum Atticum intelligit.* Benigniſſime communicare aliquid Cum aliquo Cic. Verr. 1, 33 c. 11. Iudicia cum equeſtri ordine communicare Idem pro Cluent. 130. *Et* Fam. 1, 7 Etenim Pompeium, qui mecum ſaepiſſime non ſolum a me prouocatus; ſed etiam ſua ſponte De te communicare ſolet, ſcis temporibus illis non ſaepe in Senatu fuiſſe. De officio vtriusque noſtrum communicare Cic. Fam. 4, 1. Idem Fam. 15, 14 Tum vt quibus De rebus vellemus, tu tuis, ego meis Inter nos communicaremus. *Et* Fam. 11, 27 Multa praetereo, quae temporibus illis Inter nos familiariſſime dicta, ſcripta, communicata ſunt. Multa de re aliqua Inter ſe communicare Cic. pro Quint. 15 c. 4. Communicari, *actiue* Liu. 4, 24 Nec aduerſarum rerum quaerere ſocios, cum quibus ſpem integram communicati non ſint. *Sed Iac. Gronou. legit* Communicati non ſirint. *Vulgatum tuetur* Graeu. ad Att. 2, 17. Praemia virtutis et officii non oportere cum improbis communicari, aut in mediocribus hominibus peruulgari Cic. de Inuent. 2, 144. *Sed hic paſſiue.* ¶ 3 Pro *profanare* [κοινῦν] Tertull. de Spectac. c. 17 Cur quae ore prolata communicant hominem, ea per oculos et aures admiſſa non videantur hominem communicare? *Vid. tamen Bynkershoek. Opuſc. Tom. 2 p. 212.*

COMMVNICANS, tis. Part. *Vt*, Res aduerſas communicans amicitia leuiores facit Cic. de Amicit. 22 c. 6.

COMMVNICATVS, a, um. Part. Liu. 22, 27 Sibi communicatum cum illo, ſed non ademtum imperium eſſe. Liu. 8, 25 Charilaus et Nymphius principes ciuitatis, communicato inter ſe conſilio, partes ad rem agendam diuiſere. *Vid.* Curt. 6, 7, 21.

COMMVNICATVS, ûs. m. Apul. de Deo Socrat. p. 44 Nullo inter ſe propinquo communicatu naturae.

COMMVNICATIO, ōnis. f. [κοινωνία, ἀνακοίνωσις] Cic. Att. 1, 17 Quin mihi nunc te abſente non ſolum conſilium, quo tu excellis, ſed etiam ſermonis communicatio, quae mihi ſuauiſſima tecum ſolet eſſe, maxime deeſt. Cic. pro Corn. Balb. 31 Nunquam eſt intermiſſa a maioribus noſtris largitio et communicatio ciuitatis. Plin. 24, 14 His ſubtexemus ea, quae Graeci communicatione nominum in ambiguo fecere, anne arborum eſſent, *i. quod iisdem nominibus vocabantur.* Sermonis ſuauiſſima communicatio Cic. Att. 1, 14. Vtilitatum ſocietas et communicatio Idem de Fin. 5, 65. Communicatio, *eſt figura, Graece* ἀνακοίνωσις, *de qua* Cic. de Orat. 3, 202 c. 53 Communicatio, eſt quaſi cum iis ipſis, apud quos dicas, deliberatio. vt ſunt haec, Quid ſuadetis? *etc.* Vos interrogo, quid tandem fieri oportuit? *et ſimilia. Vid.* Voſſ. Inſtit. Orat. 3 p. 366. Quinctil. 9, 2, 20 *ſic finit*, Cum aut ipſos aduerſarios conſulimus, — aut cum iudicibus quaſi deliberamus, quod eſt frequentiſſimum — Sed non nunquam communicantes aliquid inexſpectatum ſubiungimus *etc. Eſt ille velut claſſicus locus.*



COMMVNICĀTOR, ōris. m. Arnob. 4 *ſub fine*, Familiares communicatores mei. *Eſt etiam Particeps communionis eccleſiaſticae, Excommunicato oppoſitus*, Tertull. de Pudicit. 22 Alii ad metalla confugiunt, et inde communicatores reuertuntur. *Quamquam h. l. etiam plus ſignificare videtur, nempe qui aliis quoque pacem et communionem iure Martyrii impertiri poſſint.*

COMMVNICARIVS. Feſtus, Pandicularis dicebatur dies, idem et communicarius, in quo omnibus diis communiter ſacrificabatur.

COMMVRMV̆RO, āre. [μορμύρω] Vna murmurare. Plin. 10, 23 Pythonos comen vocant in Aſia patentibus campis, vbi congregatae inter ſe commurmurant. Compreſſit lacrimas — inferias in tempore dignas Miſſurum fratri, Clauſo commurmurat ore Sil. 15, 824 *de irato Annibale poſt caedem fratris Hamilcaris.*

COMMVRMVROR, āri. Dep. [μορμυρίζω] *Idem.* Cic. in Piſon. 61 c. 25 Ita enim rationes ſunt perſcriptae ſcite et literate, vt ſcriba ad aerarium quia eas retulit, perſcriptis rationibus ſecum ipſe caput ſiniſtra manu perfricans, commurmuratus ſit; Ratio quidem hercle apparet, argentum οἴχεται. *Murmurans ſcriba dicit verſiculum, quem clare pronunciare non audet.*

COMMVRMVRATIO, ōnis. f. Gell. 11, 7 Commurmuratio fieri coepta eſt a plerisque.

COMMV̄TO, āre. [συμμεταβάλλω] Permutare. *Simul mutare.* Cic. Verr. 3, 104 Vt non modo eorum agris vectigal nouum nullum imponerent, ſed ne legem quidem venditionis decumarum, neue vendundis aut tempus aut locum commutarent. Commutare et corrigere Cic. de Inuent. 1, 102. Ex veris in falſa commutare Idem de Fato 17. Scriptis, aſſiduitate orationis, et praeceptis commutare aliquem, vt Cic. Att. 16, 3. Animum commutare Lucret. 3, 514. Animos commutare et omni ratione flectere Cic. de Orat. 2, 211. Captiuos commutare Idem Off. 1, 39. Plaut. Aulul. 3, 6, 40 Vt me deponat vino, eam affectat viam: poſt hoc quod habeo vt commutet coloniam, *i. Ea mihi auferantur et deportentur in domum aliam.* Colorem commutauit hoc caput Plaut. Moſt. 1, 3, 44. Compendium leue maxima fraude commutarunt Auctor ad Heren. 2, 29. Conſilium commutare Caeſ. Bell. Gall. 1, 23. Cic. pro Cluent. 129 Ciuem ſine ignominia quenquam, qui ad perniciem innocentis fidem ſuam et religionem pecunia commutarit, *i. vendiderit.* Frons, vultus, et ſermo petitoris ad eorum, quoscunque conuenerit, ſenſum et voluntatem commutandus eſt Cic. de Petit. Conſul. 32. Cic. pro Sext. 37 c. 16 Denique videbatur ea conditione tam fortis fuiſſe, vt cum patriae caritate, conſtantiae gloriam commutaret, *i. vt pro patria relicta gloriam aſſequeretur.* Inuidiam poſſeſſionis pecunia commutare Cic. de Lege Agr. 2, 14. Iura omnia, et omnium conſuetudinem cum vituperatione ſine quaeſtu commutare Cic. Verr. 3, 51. Vbi ſatietas fieri coepit, commuto Locum Ter. Eun. 5, 5, 3. Locum Lucret. 3, 1072. Loricam cum aliquo Iuſtin. 3, 1, 8. Varr. de R. R. 2, 40 Semen vetus tantum valet in quibusdam rebus, vt Naturam commutet. Nomen Plaut. Amph. 1, 1, 149. Niſi oculos orationemque aliam commutas tibi Plaut. Mil. 2, 3, 56. Rempublicam Cic. in Catil. 3, 25. Idem Att. 16, 7 Lectis vero tuis literis, admiratus equidem ſum, te tam vehementer Sententiam commutaſſe. Signa earum rerum quas ceperunt, commutant fures Cic. de Fin. 5, 74. Nunquam hodie tecum commutabit pater vnum Verbum Ter. Andr. 2, 4, 7. Vt eſt ille bonus vir, tria non commutabitis Verba inter vos Id. Phorm. 4, 3, 33. *De altercatione et diſſenſu verbis ſignificato quocunque.* Plaut. Capt. prol. 37 Itaque inter ſe commutant Veſtem et nomina. Viam Lucret. 2, 129. Seru. Sulp. *ad* Cic. Fam. 4, 5 Hiſce temporibus non peſſime cum iis eſſe actum, quibus ſine dolore licitum eſſe mortem cum vita commutare. Vitam priorem commutare nouis rebus Lucret. 5, 1105. Plaut. Trin. 1, 2, 21 Vin' commutemus *Vxores*, tuam ego ducam, et tu meam? Cic. Att. 14, 23 Conſilia temporum ſunt, quae in horas commutari vides. *Sic*, Commutari tempore Idem Off. 1, 31. *Idem paullo ante dixit*, Incidunt tempora, cum ea, quae maxime videntur digna eſſe iuſto homine, eoque quem virum bonum dicimus, commutantur, fiuntque contraria. Plin. Epiſt. 7, 19 Librum tuum legi, et quam diligentiſſime potui, annotaui, quae commutanda, quae eximenda arbitrarer. Verbum proprium proprio ornandi cauſa commutare Cic. de Orat. 3, 167 c. 42 *Opponitur translationi.* Salluſt. in oratione ad Caeſarem, de Repub. ordinanda 2, 5, 3 Nam quid ego de te dicam, cuius contumeliam homines ignauiſſimi Vita ſua commutare volunt? ſcilicet neque illis tantae voluptati eſt (tametſi inſperantibus accidit) dominatio, quanto moerore dignitas tua: *i. mori cupiant ea conditione, vt tu contumelia afficiare.* Animo commutari Cic. de Fin. 4, 7. Iudicio commutari non poteſt res, quae ſemel ſit iudicata Idem de Inuent. 1, 102.

COMMVTĀTVS, a, um. Partic. *Vt*, Commutata ſententia Cic. Acad. 4, . . Genere vitae commutato Idem Off. 1, . . Ratio commutata Id. Fam. 3, 5. Nepos 10, 4, 5 Vitae ſtatum commutatum ferre non potuit. Tempore commutato Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 27.

COMMVTATE. Adu. Eandem rem dicemus non eodem modo, ſed commutate ad Her. 4 c. 42.

COMMVTĀTVS, ûs. m. *Commutatio ſeu alteratio.* Lucret. 1, 795 Quapropter quoniam quae paullo diximus ante, In commutatum veniunt, *i. Commutantur. Loquitur de elementis.*

COMMVTATIO, ōnis. f. [μεταβολή] Caeſ. Bell. Gall. 5, 1 Propter crebras commutationes aeſtuum. Annuae commutationes, non modo quadam ex neceſſitate ſemper eodem modo fiunt: verum ad vtilitates quoque rerum omnium ſunt accommodatae Cic. de Diuin. 1, 59. Ciuiles commutationes Idem Fam. 5, 12. Dominorum commutationes reformido Id. Att. 12, 36. Morum aut ſtudiorum commutatio Cic. de Amicit. 79 c. 21. Horum aduentu tanta commutatio rerum eſt facta, vt *etc.* Caeſ. Bell. Gall. 2, 27. Proſperas res conſecuta eſt ſubita commutatio Nep. 10, 6, 1. *Add.* Idem 7, 5, 5. Tempeſtatum conuerſiones commutationesque caeli fiunt acceſſu ſtellarum et receſſu Cic. de Diuin. 2, 89. Idem Tuſc. 1, 68 Viciſſitudines dierum atque noctium, commutationesque temporum quadripartitas, ad maturitatem frugum et temperationem corporum aptas, *etc.* Vitae commutatio Cic. Tuſc. 1, . . Voluntatis Idem Att. 1, 14. Voluntatum et animorum Caeſ. Bell. Gall. 1, 16. Ex vero in falſum fit commutatio Cic. de Fato 17. Commutatio, *eſt Rhetorum figura* Ἀντιμεταβολή *dicta aliis.* Auctor ad Heren. 4, 40 c. 39 Commutatio eſt, quum duae ſententiae inter ſe diſcrepantes ex traiectione ita efferuntur, vt a priore poſterior contraria priori proficiſcatur, hoc modo: Eſſe oportet vt viuas, non viuere vt edas.

COMMVTABĪLIS, e. Adi. [μεταβλητικὸς] *Quod facile mutatur.* Cic. de Amicit. 94 c. 25 Nam quum amicitiae vis ſit in eo, vt vnus quaſi animus fiat ex pluribus: qui fieri poterit, ſi ne in vno quidem quoque vnus animus erit, idemque ſemper, ſed varius, commutabilis, multiplex? Cera commutabilis Cic. de Nat. Deor. 3, 30. Idem de Inuent. 1, 3 Exordium commutabile eſt, quod ab aduerſario poteſt leuiter mutatum ex contraria parte dici. *Ἀντιςρέφον Graecis. Et* in Parad. 1 In quo equidem continentiſſimorum hominum maiorum noſtrorum ſaepe requiro prudentiam, qui haec imbecilla et commutabilia pecuniae membra, verbo bona putauerunt appellanda, quum re ac factis longe aliter iudicauiſſent. *Quae mutantur facile, et mutant dominos.* Si commutabilis eſſet Natura argenti et aeris Cic. de Nat. Deor. 1, 130. Ratio varia et commutabilis vitae Idem pro Milon. 70 c. 26. Reſpublica infirma, miſera, et commutabilis Id. Att. 1, 12.

COMO, āre. *Vid.* COMA.

CŌMO, comſi, comtum, *vel* compſi, comptum, ĕre. [κοσμέω] *Componere, ornare, Crines praeſertim.* Ter. Heaut. 2, 2, 10 Dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt. Aurato pectine comere aliquem Sil. 13, 122. Capillos comere Idem 7, 447. Ouid. Amor. 2, 8, 1 Ponendis in mille modos perfecta capillis, Comere ſed ſolas digna, Cypaſſi, Deas. Caput comere arte Tibul. 1, 8, 15. Plaut. Mil. 3, 1, 199 Capite compto, crines, vittasque habeat. Colla genasque comere Stat. Silu. 1, 2, 110. Comas comere Ouid. Faſt. 2, 560. Comas inuſtas acu comere Quinctil. 2, 5, 12. Corpora muliebriter Idem 8 Pr. 19. Criſtas comere Stat. Theb. 3, 424. Equos comit auriga Idem Theb. 4, 43. Se comere alicui Tibul. 4, 6, 3. Viri comti Ouid. de Medicam. faciei 24. Sint procul a nobis iuuenes vt femina comti, Fine coli modico forma virilis amat Idem Her. 4, 75. Vellera quae lautiores comant Tertull. de Pall. 3. *Vid. in* Como, as *ſub* COMA. Vultum comere Stat. Theb. 6, 269. Munera, quibus noua nupta comatur Tac. Germ. 18, 3. Auſon. Epigr. 1, 3 Come ſerenatam duplici diademate frontem. *Iterum*, Eidyl. 4, 59 Tu quoque, qui Latium lecto ſermone Terenti Comis, et adſtricto percurris pulpita ſocco. *Inde* Comtum *opus, de Libro bene ornato*, Tibull. 3, 1, 14.

COMENS, entis. Partic. Martial. 12, 83 (84) Exiguos ſecto comentem dente capillos Dicet Achilleas diſpoſuiſſe comas.

COMPTVS, *vel* COMTVS, a, um. Partic. [κεκοσμημένος] *Ornatus, compoſitus.* Comtum in gradus atque anulos caput Quinct. 12, 10, 47. Virg. Aen. 10, 832 Sanguine turpantem comptos de more capillos. Feſtus, Comptus, i. Ornatus: a Graeco deſcendit, apud quos κοσμεῖν dicitur comere, et κόσμιος, quod apud nos comis, et comae dicuntur capilli cum aliqua cura compoſiti. Natura Lucr. 1, 948. Capilli Cic. in Piſon. c. 11. Comae Tibull. 4, 2, 10. Praecincti pueri comtique Hor. Sat. 2, 8, 70. Lucan. 10, 83 Simulatum comta dolorem *Cleopatra dicitur. Nempe dolor ille ſimulatus pro comtu et ornatu erat, quo mouere ſtudebat Caeſarem. Compar.* Tacit. Hiſt. 1, 19 Comtior ſermo. Auguſt. de Quant. Anim. c. 33 Animam mundiſſimam reddere et comptiſſimam.

COMPTE, *vel* COMTE. Adu. Gell. 7, 3 Nimis compte atque modulate res acta eſt. Diſſerere Sen. Epiſt. 75. Dicere comtius Gell. 7, 3.

COMPTVS, ûs. m. [κόσμημα] *Vt*, Virginei comptus Lucret. 1, 88. *i. Cultus puellares, quibus virgunculae comi conſueuerunt.* Feſtus, Conitum *leg.* Comtum Afranius pro ornatu et excultu poſuit.

COMOEDIA, ae. f. [κωμῳδία] *Poëma, in quo humiles fere perſonae inducuntur, et amores, virginumque raptus, ſeruorum fraudes, et ſimilia deſcribuntur.* Feſtus, Comoedias conſtat appellari ex eo, quod initio in vicis iuuenes cantare ſoliti eſſent conuenientes, *et dicta eſt ἀπὸ τῆς κώμης, id eſt a vico; et ᾠδὴ, cantilena: Duplex apud Graecos fuit genus, vetus et noua comoedia: Veteris ingens fuit licentia inuehendi in mores hominum, et res et perſonas veras introduxit*, Hor. Serm. 1, 4, 4

Si quis erat dignus deſcribi, quod malus aut fur
Quod moechus foret, aut ſicarius, aut alioqui,
Famoſus multa cum libertate notabant.

*Noua, cuius generis ſunt Latinae omnes, quae exſtant, fictas tantum perſonas introduxit; minus quidem libertatis habuit, plus elegantiae. De Orīgine Comoediae apud Romanos, vid.* Liu. 7, 2. *Vid. libellus antiquus* de Tragoedia et Comoedia, cum Donato in Terentium edi ſolitus. Quinctil. 10, 1 *pluribus locis huius capitis praeſ.* ſ. 99 ſqq. Comoedia imitatio vitae, ſpeculum conſuetudinis, imago veritatis Cic. *ap.* Donat. in vita Ter. *Add.* Id. pro S. Roſc. c. 16. Actores comoediarum Quinctil. 5, 8, 51. Motoria comoedia, et ſtataria, *vid.* STATARIA. Priſca Hor. Serm. 1, 4, 2. Cic. Off. 1, 104 Quo genere iocandi, eleganti, vrbano, ingenioſo, faceto, Plautus noſter, et antiqua comoedia referta eſt. Quinct. 10, 1, 65 Antiqua comoedia ſinceram illam ſermonis Attici gratiam prope ſola retinet *etc.* Vetus Horat. in Arte Poët. 281. Agere comoediam Ter. Heaut. prol. v. 5. Partim earum ſum exactus, partim vix ſteti Idem Hec. prol. v. 15. Dare comoediam Suet. Vit. Terent. 16. Docere comoediam Idem Claud. c. 11. *i. agere.* Hyperboli improbitatem veteres Atticorum comoediae notauerunt Cic. de Clar. Orat. 224 c. 62. In comoediis placere Id. in Orat. 109 c. 31. Symmach. Epiſt. 10, 2 Magnis negotiis itidem vt magnis comoediis edecumati apponuntur actores.

COMOEDVS, i. m. [κωμῳδὸς] *Qui repraeſentat comoedias, ſiue Comoediarum actor.* Quinctil. 1, 11, 1 Dandum aliquid *(temporis et operae a candidato eloquentiae)* Comoedo quoque, dum eatenus, qua pronuntiandi ſcientiam futurus orator deſiderat. *Et* 12 Debet etiam docere Comoedus, quomodo narrandum, qua ſit auctoritate ſuadendum, qua concitatione conſurgat ira, qui flexus deceat miſerationem *etc. Add.* 6, 2, 35. 11, 3, 91 *et* 181. Fieri comoedum ex peſſimo hiſtrione Cic. pro Roſc. Com. 30. *Conf.* Id. in Orat. 109 c. 31.

COMOEDVS, a, um. Adi. Iuuen. Sat. 3, 100 Natio comoeda eſt.

COMĬCVS, a, um. Adi. [κωμικὸς] *Vt*, Comicus verſus Plin. 14, 14. Actores comici Quinctil. 2, 10, 13. Cic. pro Roſc. Com. 18 Nemo enim illum ex trunco corporis ſpectabat, ſed ex artificio comico aeſtimabat. *De Roſcio.* Hor. Serm. 2, 5, 91 Dauus ſis comicus, atque Stes capite obſtipo, multum ſimilis metuenti. *Nempe* Dauus *perſona ſeruilis etiam apud* Terentium. Geſtus comicus Quinctil. 11, 3, 125. Mos Idem 1, 8, 3. Poëta comicus, *Comoediarum auctor* Cic. in Orat. 67 c. 20. Hor. in Arte Poët. 89 Verſibus exponi Tragicis res Comica non vult. Senes comici Plaut. Moſt. 5, 2, 30. *qui in comoediis inducuntur.* Cic. de Senect. 36 Nam quos ait Caecilius comicos ſtultos ſenes, hos ſignificat credulos, obliuioſos. *quo loco quidam codices habent* Comicus. *ſed* Comicos *Accuſatiuo caſu legendum eſſe, oſtendit locus ipſe Caecilii, qui integer ponitur a* Cicerone in Laelio 99 c. 26 Quid autem turpius, quam illudi? quod ne accidat, magis cauendum eſt? vt in Epiclero, Hodie me ante omnes comicos ſtultos ſenes Verſaris, atque luſeris lautiſſime. *Quod enim illic a quibusdam* Coamicos *legitur, manifeſto corruptum eſt. nec enim verbum illud Latinum eſt: neque ſenſus eius, ſi in conſuetudine fuiſſet, illic quadrat. Porro* Comicos *dici recte ait Victorius, quales a Comicis in fabulis inducuntur:* ſtultos *vero, quia fingi etiam poſſunt ſapientes. In comoediis autem ſaepe ita ſtolidi finguntur, vt exemplum ſtultitiae ſint: quales eſt* Nicobulus *ille* Plautinus *in* Bacchidibus. *Conf. qui haec probat et illuſtrat* Gron. Obſ. Eccl. c. 2. Teſtis comicus *hic enim eſt κωμικὸς μάρτυς* Cic. Fam. 2, 13. *de* Phania, *quo nomine perſona a Menandro ſaepe inducitur. Vid.* TESTIS. *Sic* Serui Comici *ab ipſo* Plauto *ridentur* Capt. 4, 1, 11 Eodem pacto vt Comici ſerui ſolent, Coniiciam in collum pallium. *Sic* Moecha Comica Thais Propert. 5, 4, 44. *Hinc recte interpretatur Gron. Obſ. ad Eccleſ.* c. 2 *illud* Tertull. de Anima 50 Quod hoc Menandri *(haeretici)* Balneum *(baptiſmo ſubſtitutum)* Comicum credo, *i. ficticium, et Menandro Poëta comico dignum.* Verba Plaut. 4, 6, 19. *Abſolute etiam* Comicus *dicitur, fabularum actor* Plaut. Poen. 3, 2, 4 Quin edepol condoctior ſum, quam Tragoedi aut Comici. *Sic et* Perſ. 4, 2, 4. *Pro Poëtis* Quinct. 10, 1, 72. 1, 7, 22. 12, 2, 22. *ubi* veteres *adiicitur. Ipſe* Cic. in Orat. 184 c. 55. Hor. Sat. 2, 5, 91.

COMĬCE. Adu. Cic. de Orat. 3, 27 c. 8 Quis vnquam res praeter hunc tragicas paene comice, triſtes remiſſe, ſeueras hilare, forenſes ſcenica prope venuſtate tractauit? Et Sen. Epiſt. 100 Sit aliquod oratorie acre, tragice grande, comice exile.

COMOEDICVS, a, um. Adi. Apul. Florid. 3 p. 353 Hiſce laudibus diu in arte comoedica nobilis.

COMOEDĬCE. [κωμῳδῶς] Adu. a Comoedo, inquit Feſtus. Plaut. Mil. 2, 2, 58 Euge, euge, euſcheme hercle aſtitit, et dulice et comoedice.

COMOEDIOGRAPHVS, i. m. [κομῳδιογράφος] *Dicitur eſſe* Cic. apud Victorinum et Probum, Gramm. *Sed Index certe Putſchianus non habet.*

COMOPOLIS, is. f. [κωμόπολις] Locus maior quam vicus, κώμη et minor quam vrbs, πόλις. Marc. Emp. lib. 1.

COMOSIS, *vid.* COMMOSIS.

COMOSVS, *vid.* COMA.

COMPACTVS, COMPACTIO, COMPACTĪLIS, *etc. vid.* COMPINGO.

COMPAEDAGOGIVS, i. m. Inſcript. *ap.* Spon. Miſc. p. 228. *et* Fabrett. p. 361.

COMPAEDAGOGITA, ae. m. Inſcript. Fabrett. c. l. *Videtur vtrumque nomen ad aulicum illud* Paedagogium, *et* Paedagogianos *pertinere.*

COMPĀGO, ĭnis. f. *et* COMPĀGES, is. f. [ἀλληλεχχία] *h. e. Coniunctio, compoſitio, commiſſura, confixio: dicitur ab antiquo* Pago, Pango, *vnde corruptum eſt* Compingo. Seruius, *Ambages* et *Compages* antiqui tantum dicebant. Poſteritas admiſit, vt etiam *Compago* dicatur: ſed non quia varius eſſe poteſt Nominatiuus, debet etiam declinatio mutari, quemadmodum nec in iſtis nominibus *arbor arbos, vomer vomis:* nam et *arboris* et *vomeris* tantum facit. Ergo *compages compagis:* quoniam *compago* vſurpatum eſt, compaginis enim nemo penitus dicit. *Hactenus* Seruius *in illud* Aen. 1, 293 Compagibus arctis Claudentur belli portae. Ouid. *tamen* Met. 1, 711. *de Syringe*, Atque ita diſparibus calamis compagine cerae Inter ſe iunctis, nomen tenuiſſe puellae. *Sic* Celſus 4, 7 A compagine corporis ad viſcera tranſeundum eſt. Manil. 1, 717 Raraque labent compagine rimae. *Et* 723 Aëriam in nebulam craſſa compagine verſus. *Add.* v. 838. *Tacemus, quod inferioris aeui ſcriptores hac declinatione vtuntur, v. g.* Aug. Ciu. Dei 16, 2 *extr.* Cic. de Senect. 77 c. 21 Nam dum ſumus in his incluſi compagibus corporis, munere quodam neceſſitatis et graui opere perfungimur. Ouid. Met. 3, 30 Efficiens humilem lapidum compagibus arcum. Virg. Aen. 1, 293 Compagibus artis Claudentur belli portae. Diſcuſſa compages *pontis* Lucan. 2, 487. Duraque deum compage tenebant Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 171. *de rupibus.* Ferrea compago laterum Stat. Theb. 7, 43. *domum Martis deſcribens.* Humana compages Lucan. 5, 119. *corpus.* Virg. Aen. 1, 122 Laxis laterum compagibus omnes Accipiunt inimicum imbrem, *de nauibus.* Solida Lucan. 9, 467. Soluta Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 115. Validis haerere compagibus Veneris Lucret. 4, 1107. *de canibus.* Reuulſae compages Sen. Thyeſt. 1013. Rupta compage ſonuit tellus Sen. Oed. 580. *Et* Hinc et hinc compagibus ruptis vterque debuit frangi polus Sen. Herc. Oet. 1135. *Et* ibid. 1228 Oſſa compagibus ruptis Diſcuſſa. Soluere compagem muri Lucan. 3, 491.

COMPĀGVS, i. m. *Calceamenti genus barbaricum, interciſum ſiue ſuperiori parte perforatum.* Trebell. Pollio in vita Gallien. 16 Caligas gemmatas annexuit, quum compagos reticulos appellaret. *Vid. Caſaub. et Salmaſ.*

COMPAGĬNO, āre. *Coniungo, copulo, a nomine* Compages, *ſiue* Compago. Scriptores Rei Agrar. Goeſii p. 346 Compaginantes agrī limitesue. Paullinus Epiſt. 12 (nou. ed. Pariſ. Epiſt. 32 n. 10.) Hac igitur ratione perſuaſus, baſilicas noſtras tuis, ſicut et operis tempore, et voti genere coniuncta ſunt, ita et literis compaginari curauit. Zeno Veronenſ. Serm. de Praecepto, Attende tibi, . . . Talis namque natura ipſa verbi Spiritu compaginante formata eſt. *Add.* et Prudent. in Romano v. 890. Auguſt. Confeſſ. 13, 30.

COMPAGINANS, tis. Partic. Tiberius in lege de ſepulcris *ap. Goeſ. Agrar.* p. 346 Vt extremus a (*ſ.* aut) compaginantibus agris limitibusue ſuis monumenta ſepulcraue ſacrarentur. Compaginantes agri *ſunt cantermini, qui* paginas *ſuas, i. centurias iungunt.*

COMPAGINĀTVS, à, um. Part. *Vt*, Ammian. 28, 2 Compaginatae formae e roboribus coniectaeque in alueum. *Et* 21, 2 Axiculis orbis erat compaginatus. Membra compaginata Auguſt. Serm. 1 feria 3 Pentecoſt.

COMPAGINATĬO, ōnis. f. [Gloſſ. Vet. ἁρμογὴ] Iunctura, compages, compaginatio.

COMPAGĬNA, ae. f. *Idem.* M. Baro de Caſis Literarum p. 239 *Goeſii*, Colligo ab omni compagina literarum *etc. Et* Innocent. p. 245. *it.* 246 Omnis compagina literarum, *etc. Certe Goeſius in Ind. compaginationem et coniunctionem interpretatur. Vid.* PAGINA n. 2.

COMPAR, àris. Adi. [πάρισος, σύζυγος] *Idem ſignificat quod Par.* Liu. 1, 9 Id enim demum compar connubium fore. Idem 28, 42 Quam compar conſilium tuum parentis tui conſilio ſit, reputa.

Liu. 8, 10 Decii corpus ne eo die inueniretur, nox quaerentes oppreſſit: poſtero die inuentum inter maximam hoſtium ſtragem, coopertum telis: funusque compar morti celebrante collega, factum. Mars compar Liu. 36, 44. Modus compar, *i. par et aequalis menſura* Celſ. 4, 5. Natura viri compar vxori Lucret. 4, 1248. *i. Conueniens. Conſtruitur cum Genitiuo* Gell. 6, 11 Quia tantiſper ſimilis et compar eorum fias. Compar, *exornatio Rhetorica* [πάρισον] Auct. ad Heren. 4, 28 Compar appellatur, quod habet in ſe membra orationis, quae conſtant ex pari numero ſyllabarum. Compar, *pro Socio ſeu Coniuge* Plaut. Caſin. 4, 2, 18 Meus ſocerus (*mel.* ſocienus) compar, commaritus villicus, *i. Sodalis vel aequalis. De ſocio cuiusue rei* Plaut. Pſeud. 4, 3, 9. Plin. 8, 23 Coniugia ferme vagantur: nec niſi cum compare, vita eſt, *de ſerpentibus.* Hor. Carm. 2, 5, 2 *de puella immaturae aetatis ſub imagine vitulae:*

Nondum ſubacta ferre iugum valet
Ceruice, nondum munia comparis
Aequare: nec tauri ruentis
In Venerem tolerare pondus.

*Vid.* etiam Gruter. Inſcript. p. 793 n. 9.

COMPARATIVVS, *vid.* COMPARO.

COMPARĬLIS, e. Adi. *Idem quod Compar.* Auſon. Eclog. 2, 38 Neſcit compariles laterum formare figuras.

COMPARCO, ſi, ſum, ĕre. [φείδομαι] *Idem quod Parcendo ſ. parſimonia colligere et velut corradere.* Ter. Phorm. 1, 1, 9 Quod ille vnciatim vix de demenſo ſuo ſuum defrudans genium, comparſit miſer, *etc.* Pacatus Paneg. 32, 5 Quam numero artaret annonam, comparcendo laxabat.

COMPĀREO, ui, ēre. [φαίνομαι] *Idem quod Apparere.* Plaut. Aul. 4, 4, 2 Qui modo nusquam comparebas, nunc quum compares, peris. Cic. Verr. 5, 147 Quaerite nunc veſtigia prius, quibus exitus illorum ex illo loco compareant. Serui, qui non comparebant Cic. pro Cluent. c. 64. Ouid. ad Liu. 407 Lucifer in toto nulli comparuit orbe. In multitudine bonorum comparere Cic. pro Rabir. perduel. 23. Cic. Att. 12, 2 Hic rumores, Murcum periiſſe naufragio — Pompeium non comparere. Nec auctor nec Cauſa terroris non comparuit Liu. 8, 37. Papinian. in l. vlt. D. de his, qui not. infam. Si quis in bello ceciderit: etſi corpus eius non compareat, lugebitur. Inchoata a natura comparent Cic. pro Sull. 73. In libris multa diligentia comparet Nep. 24, 3, 4. Liu. 6, 1 In primis foedera ac leges (erant autem eae duodecim Tabulae, et quaedam regiae leges) conquiri quae comparerent, iuſſerunt. Cic. Off. 3, 15 Quum autem aliquid actum eſt, in quo media Officia compareant, id cumulate videtur eſſe perfectum. Oratio haec in turba nouorum voluminum vix comparet Cic. de Clar. Orat. 112. Ornamenta orationis comparent Idem in Orat. 234. Scintilla nulla comparet incendii Id. anteq. iret in exil. 14 c. 5. Signa et dona comparere omnia Cic. Verr. 1, 132. Signa teſtium non comparent Vlpian. in l. Quum tabulae. D. de bon. poſſeſſ. ſecund. tab. Plaut. Amph. 2, 1, 82 Et memor ſum, et diligens, vt quae imperes, compareant, *i. fiant.* Idem Trin. 2, 4, 10 Poſtquam comedit rem, poſt rationem putat. L. nequaquam argenti ratio comparet tamen. Liu. 25, 40 Viſebantur enim excellentia eius generis ornamenta a Marcello conſecrata, quorum exigua pars comparet. Idem Decad. 32, 10 Iis, quorum agros vrbesque populatus eſſet, redderet res, quae comparerent: caeterorum aequo arbitrio aeſtimatio fieret.

COMPĂRO, āre. [συσκευάζομαι, παρασκευάζω] *Parare plura ad vnum finem, et quacunque ratione efficere.* Cic. Verr. 1, 65 Magnifice et ornate (vt erat in primis inter ſuos copioſus) comparat conuiuium. Accuſatorem alicui comparare Idem pro Cluent. 191. *Et* pro Roſc. Amer. 30 Crimen incredibile confingunt: teſtes in hunc et accuſatores huiusce pecunia comparant. Cic. Att. 2, 17 Nunquam huc veniſſent, niſi ad alias res peſtiferas aditus ſibi compararent. Idem Philipp. 3, 1 Quum bellum nefarium contra aras, et focos, contra vitam fortunasque noſtras ab homine profligato ac perdito non comparari, ſed geri iam viderem. Canis pecuarius comparatur ad rixam, ad pugnam, ad curſum Columel. 7, 12, 8. Copias contra aliquem comparare Cic. in Orat. 123. Idem Att. 8, 17 Alter in Siciliam cum ea copia, quam Capuae et circum Capuam comparaſtis, *etc.* Conuiuium Id. Verr. 1, 65 c. 26. *Conſ. Brouckhuſ. ad* Tib. 1, 11, 42. Domicilium Liu. 1, 34. Idem 23, 35 Vbi id parum proceſſit, dolum ad capiendos eos comparant. Dolum alicui comparare et confingere Plaut. Capt. prol. 47. Exercitum Cic. Philipp. 3, 14. *it.* ib. 5 c. 13. Quinctil. 3, 2, 2 Niſi quis dicit etiam gladium fabricatum ab eo prius, qui ferrum in tutelam ſui, quam qui in perniciem alterius compararit. Annus hibernus Iouis Imbres niuesque comparat Hor. Epod. 2, 30. *i. Hiems colligit et accumulat*, etc. Cic. pro Cluent. 47 Itaque tum ſic ſtatuit, per C. Fabritium Inſidias Auito comparare. Laudationes per vim et metum a ciuitatibus homini alieno comparare Cic. Verr. 4, 147. Ludos magna pecunia Idem Q. Frat. 3, 9. Plaut. Caſin. 2, 8, 69 Quin ego illis hodie comparem magnum malum. Periculum alicui Cic. pro Flacc. 96. Spatium defenſionis comparare et conſtituere Idem pro Rabir. perduel. 6. Tumultus domeſticos et inteſtinos comparare Auct. ad Heren. 4, 8. Comparare, *cum infinitiuo* Ouid. Triſt. 2, 267 Igne quid vtilius? ſi quis tamen vrere tecta Comparat, audaces inſtruit igne manus. Ad arbitrium ſuum aliquid comparare Cic. Fam. 7, 1. Ad delectationem comparatum Id. in Orat. 208. Delectationis cauſa comparatum Id. in Orat. 37. Graviſſimus auctor ad inſtituendam, fideliſſimus ſocius ad comparandam, fortiſſimus adiutor ad rem perficiendam fuit Cic. pro Domo 30. In oſtentationem comparare declamationem Quinctil. 2, 10, 10. *Sic* In auxilium et ornamentum comparari 5, 8, 2. Comparare ſe Ter. Eun. 1, 1, 2 An potius ita me comparem non perpeti meretricum contumelias? Cic. de Nat. Deor. . . . Ego me ita comparaui. Idem Q. Frat. 1, 1 Sed te illud admoneo, vt te ante compares, quotidieque mediterc reſiſtendum eſſe iracundiae. Dum ſe vxor, vt fit, comparat, paulliſper commoratus eſt Cic. pro Milon. 28. Se Ad reſpondendum comparare Cic. de Nat. Deor. 3, 19. Se Ad iter comparare Liu. 28, . . . Comparare ſibi Remedium Ad vim tempeſtatum, *vid.* REMEDIVM. Comparare Subſidia Ad omnes caſus Caeſ. Bell. Gall. 4, 31. Comparare vultum ſuum E vultu alterius Plaut. Amph. 3, 3, 5. Ter. Andr. 4, 1, 4 Atque Ex incommodis alterius ſua comparent vt commoda? *in eo ſe felices putent, ſi alii ſint miſeri.* Amicitias comparare ratio monet Cic. de Fin. 1, 65. Amicitiae comparantur, vt commune commodum mutuis officiis gubernetur Idem pro Roſc. Amer. 12. Argentum comparare Plaut. Aſin. 2, 1, 2. Artes optimas comparare Cic. de Fin. 2, 111. Auctoritatem ſibi comparare re aliqua bene geſta Caeſ. Bell. Gall. 5, 53. Cic. Fam. 15, 4 Quum interea ſuperioribus diebus ex Senatusconſulto, et euocatorum firmam manum, et equitatum ſane idoneum, et populorum liberorum, regumque et ſociorum auxilia voluntaria comparauiſſem. Delectationes ſibi comparare ad arbitrium ſuum Cic. Fam. 7, 1. Cic. pro Quint. 4 Nam quo minus ingenio poſſum, ſubſidio mihi diligentiam comparaui. Cic. in Piſon. 71 c. 29 Qui ſi fuiſſet in Diſcipulo comparando meliore fortuna. Gloriam ex bellicis rebus Cic. Off. 2, 45 c. 13. Homines comparare aere ad aliquid Catull. 10, 15. Laudes artibus comparantur Cic. Fam. 2, 4. Praedam improbiſſime comparare, *vid.* IMPROBVS. Rationem optimam viuendi comparare Cic. Tuſc. 5, 36. Res nobis ad beate viuendum comparat ſapientia Idem de Fin. 1, 65. Subſidium aliquod ab adoleſcentia ſibi comparare Id. de Orat. 1, 199. Siluam rerum ac ſententiarum comparare Cic. de Orat. 3, 101. Virtutem induſtria comparat alicu[illegible] Auct. ad Heren. 4, 28. Cic. de Fin. 1, 42 Sapientia nunc expetitur, quod eſt tanquam artifex conquirendae et comparandae voluptatis. ❡ 2 *Interdum ſine ſubſtantiuo ponitur v. g.* Cic. Fam. 16, 11 Omnino ex hac quoque parte diligentiſſime comparatur. *Sic* Tempore ad comparandum dato Nep. 8, 2, 2. *Et* Liu. 38, 12 Domum ad comparandum mittit. *Vid. ibi Gronou.* ❡ 3 Comparare *ſpeciatim ſaepe eſt emere.* [ἀντικαταλλάττεσθαι] Ter. Eun. 2, 3, 63 Si ſcias quod donum huic dono contra comparet. *Vbi* Donatus, Comparet pro Emat, aut comparandum putet. Cato de R. R. 1 Praedium quum comparare cogitabis. *Sic ante Victorium edebatur: ille reſtituit* parare. Suet. Caeſ. c. 47 Gemmas, toreumata, ſigna, tabulas operis antiqui ſemper animoſiſſime comparaſſe. Idem in Calig. c. 27 Quum ad ſaginam ferarum muneri praeparatarum carius pecudes compararentur, *etc.* Frumentum comparare Liu. 2, 9. Suet. Calig. c. 22 Magiſteria ſacerdotii ditiſſimus quisque et ambitione et licitatione maxima vicibus comparabant. Ex alterius pecunia aliquid comparare Vlpian. in l. Procuratoris. §. plane. D. de tribut. act. Vlpian. l. Si procuratorem §. Si tutores D. Mandat. Nam et ſi non mandaſſent, tenerentur tutelae, cur ſeruum pupillo neceſſarium non comparauerunt. *Quidam expungunt priorem negationem, vid. locum.* ❡ 4 Comparare [συγκρίνειν, παραβάλλειν] *Aſſimilare, conferre, quod qui faciunt bina ſolent componere; et ita* paria *facere.* Plin. 12, 14 Rufum tus exit, nec comparandum priori. Conferre pugnantia, comparare contraria Cic. in Orat. 38 c. 12. Liu. 1, 5 Forte et Numitori, quum in cuſtodia Remum haberet, audiſſetque geminos eſſe fratres, comparando eorum aetatem, *etc.* Ter. Eun. 4, 4, 14 Ne comparandus hic quidem ad illum eſt. Quis comparari tibi non reformidet Plin. Paneg. c. 44 Alterum alteri comparare Cic. de Amicit. 9. Idem Verr. 4, 12 Conferte Verrem, non vt hominem cum homine comparetis, ne qu[a] tali viro mortuo fiat iniuria: ſed vt pacem bello, leges cum vi *etc.* Factum vnius cum alterius facto comparare Cic. Fam. 3, 6. *Ad[d]* Nep. 11, 1, 1. Hominem cum homine, et tempus cum tempore, [et] rem cum re comparare Cic. pro Domo 130 c. 51. Oratio longi[or] cum magnitudine vtilitatis comparetur Idem Off. 2, 20. Equi fortis et victoris ſenectuti comparat ſuam Id. de Sen. c. 5. *i. ſimilem eſ[ſe] dicit.* Perſonam cum perſona comparare Quinctil. 7, 3. Cic. O[ff.] 1, 11 c. 4 Homo per rationem conſequentia cernit, ſimilitudines comparat. Si pondera aut effectus (collyriorum) comparare voles Scr[i]bon. 38. Se comparare alicui Ouid. Met. 13, 338. Quinctil. 1, 2, [1] Neceſſe eſt ſibi nimium tribuat, qui ſe nemini comparat. Solitudinem cum ſolitudine Cic. Off. 3, 1. Vir nullo modo cum caeteris comparandus Idem Philipp. 2, 117. Aequalitate comparantur *multa* Id. in Topic. 71. Numero comparare Cic. in Topic. 68. Specie comparare Idem in Topic. 68. Comparari cum aliquo Catull. 41, 7. Quis huic deo compararier auſit? Idem 59, 65. *de Hymenaeo.* Inter ſe aliqua comparare Cic. Off. 1, 11. *it.* ib. c. 43. Argument[a] vtriusque partis inter ſe comparare. Quinctil. 7, 3. Cic. in Orat. 9[...] Et niſi coram erit comparatus ille, fortior per ſe hic quem dico probabitur. *Senſus eſt: Mediocres oratores certe magni videntur, niſi cum illis ampliſſimis comparentur. Hoc enim efficit comparatio, vt quae maiora et meliora ſunt, ſtatim appareant: et ex collatione certiſſimum iudicium naſcitur.* ❡ 5 *Eſt etiam* Comparare *conſtituere, decernere* Cic. pro Domo 77 c. 29 Ius a maioribus noſtris ita comparatum eſt, vt ciuis Rom. libertatem nemo poſſit inuitus amittere. Auct. ad Heren. 4, 24 c. 16 Bene maiores noſtri hoc comparauerunt, vt neminem regem, quem armis cepiſſent, vita priuarent. *In primis vero vſitatum eſt illud:* Comparatum eſt ita, [οὕτω πέφυκε] *i. Conſtitutum vel a natura factum, vel conſuetudine receptum.* Ter. Phorm. 1, 1, [...] Quam inique comparatum eſt, hi qui minus habent, vt ſemper aliquid addant diuitioribus? Ter. Adelph. 2, 2, 4 Nunquam vidi iniquius certationem comparatam, quam hodie inter nos fuit. Ego vapulando, ille verberando vſque ambo defeſſi ſumus. *Sed poteſt hi[c] etiam ad gladiatorum Comparationem reſpici, de qua ſtatim* n. 6. Iniquiſſime comparatum eſt quod, *etc.* Cic. pro Cluent. 57. Idem a[d] Brut. 12 Sed hoc praeclare legibus comparatum eſt, vt caritas liberorum amiciores parentes Reipub. redderet. *Et* pro Roſc. Amer. 1[...] Itaque more maiorum comparatum eſt, vt in minimis rebus homine[s] ampliſſimi teſtimonium de ſua re non dicerent. Si ita natura comparatum eſſet Cic. de Diuin. 2 c. 59. *al.* paratum. Natura ita comparatum, vt, *etc.* Liu. 3, . . . Natura hominum ita comparat[a] eſt, vt, *etc.* Ter. Heaut. 3, 1, 97. Ratio ita comparata eſt vitae naturaeque noſtrae, vt alia aetas oriatur ex alia Cic. de Amicit. 10[...] Comparare inter ſe, *pro Conſtituere* Liu. 25, 20 Cum Tribunis ple[bis] actum, vt compararent inter ſe, qui duo cum legatis irent. Idem 24, 10 Decretumque omnium primum, vt Conſules ſortirentur compararentue inter ſe, vter Cenſoribus creandis comitia haberet, prius quam ad exercitum proficiſceretur. *Sic recte Gronou. non* compararentque. *Differunt haec duo* ſortiri, *i. ſorte decidere, et* comparare *i. collatis inter ſe ſententiis et voluntatibus mutuo cognitis conſtituere. Vid. Briſſon. de Form. 2* §. 166 p. 246. Tandem ita comparatum e[ſt] *inter tribunos,* vt Liu. 4, 46. *Vid.* COMPARATIO n. 4. ❡ Comparare *eſt etiam vox Gladiatoribus propria, et idem quod Componere ſignificat.* Suet. Calig. c. 35 Hunc e ſpectaculis detractum, repente et i[n] arenam deductum, Thraci, et mox hoplomacho comparauit. *vbi To[r]rent.* Comparare, *Committere, contendere, et componere. Vid. etia[m] Lipſ. Sat. 2, 19.* Cum Aeſernino Samnite Pacidianus comparandu[s] viderer Cic. ad Qu. Frat. 3, 4 *coll.* Lucil. *ap.* Non. 4, 62. *Nempe i[n] talibus* Comparare *eſt coniungere, vt* par *fiat vel* paria. *Huc etiam refe[r] illud* Plauti Aſin. 3, 3, 78 *vbi petens oſculum libidinoſum ait,* Prehen[de] auricul[...]

auriculis, compara labella cum labellis, *vt paria fiant bina.* ¶ 7 *Et quia inter* paria *proportio quaedam intercedere debet atque* Analogia: *hinc* Cic. Timaeo c. 5 Ita contigit, vt inter ignem et terram aquam Deus animamque poneret, eaque inter ſe compararet, et proportione coniungeret. *Conf.* princ. cap. *quod ita legendum putamus*, Quando enim trium vel numerorum vel figurarum, vel quorumcunque generum contingit, vt quod medium ſit, vt ei (*vulg.* vti, *quod ortum ex* vtei *pro* vt ei) primum proportione, ita id poſtremo comparetur, viciſſimque vt extremum cum medio, ſic medium cum primo conferatur; id quod medium eſt tum primum ſit tum poſtremum; poſtrema vero et prima media fiunt *etc.* *Vid.* COMPARATIO n. 2.

COMPARĀTVS, a, um. Part. *Vt*, Beſtiae comparatae Suet. Caeſ. 75. Liu. 30, 28 Erexerunt omnium animos Scipio et Annibal, velut ad ſupremum comparati duces, *i. Compoſiti, ex ſignificatione verbi vltima.* Familia gladiatorum comparata, *i. Coëmta* Suet. Caeſ. c. 10. Curt. c. 6, 2, 4 Hinc ſaepius comparatae in eius caput inſidiae, *i. Paratae. et Sic* Supellex comparata Curt. 5, 6, 3. Nullius vnquam conſilium non modo antelatum, ſed ne comparatum quidem eſt Nep. 20, 3, 6. Venenum compáratum Suet. Tiber. 49.

COMPARĀTVS, ûs. m. Vitruu. 7 praefat. *fin.* Amplo modulorum comparatu architectari.

COMPARATIO, ōnis. f. [παρασκευὴ] *Actio comparandi, item Apparatus: vt*, Comparatio noui belli Cic. pro Lege Manil. 9 c. 4. Initium et comparatio nouae amicitiae Sen. Ep. 9. Cic. Q. Frat. 1, 2 Pompeius omnia pollicetur, et Caeſar: quibus ita credo, vt nihil mea comparatione diminuam. Comparatione diſciplinaque dicendi in patronorum numerum peruenire Cic. de Clar. Orat. 263. *Paullo ante* Apparatum *dixit.* Comparatio, *Acquiſitio. vt*, Comparatio voluptatis Cic. de Finib. 2, . . Ἀγορασία Vet. Gloſſ. Idem pro Muraen. 44 Non placet mihi inquiſitio candidati praenuntia repulſae: non teſtium potius, quam ſuffragatorum comparatio. Diuitiarum anxia comparatio Valer. Max. 4, 4, 5. Comparatio criminis *quid ſit, declarat* Cic. de Inuent. 1, 15 c. 11 Comparatio eſt, quum aliud aliquod factum rectum, aut vtile contenditur, quod vt fieret, illud, quod arguitur, dicitur eſſe commiſſum. *Sed* Criminis comparatio inuenta et adornata ab aliquo Cic. pro Cluent. 191 c. 67. *i. accuſatio conficta.* ¶ 2 Quae Graece ἀναλογία, Latine — comparatio proportione dici poteſt Cic. Timaeo c. 4 *extr.* *Et* c. 5 Ab iis rebus numero quatuor mundi eſt corpus effectum, ea conſtructum comparatione, qua dixi. *Sic Victor. al.* proportione, *quae gloſſa videtur.* *Et* c. 7 Habebat numerus eandem proportionem comparationemque. *Hinc etiam ad diſtantiarum ſ. interuallorum proportionem refertur.* Cic. de Nat. Deor. 2, 51 c. 20 Annus magnus tum efficitur, cum Solis et Lunae — ad eandem inter ſe comparationem, confectis omnium ſpatiis eſt facta conuerſio. Colum. 2, 2, 3 Recurrendum eſt ad qualitatum inter ſe diſſidentium quaſi quaſdam coniunctiones, quas Graeci συζυγίας ἐναντιοτήτων, nos diſcordantium comparationes tolerabiliter dixerimus. *Etiam hic ad proportionem et analogiam res redit.* *Vid.* COMPARO n. 7. ¶ 3 *Sed collatio etiam, vt appareat quid maius minusue ſit, inſtituta* Comparatio *eſt. v. g.* Magnitudo non habet certum modum, comparatio eam aut tollit aut deprimit Sen. Epiſt. 43. Plin. Epiſt. 7, 30 Sed quum lego, ex comparatione ſentio, quam male ſcribam. Cic. Off. 1, 52 Poteſt incidere ſaepe contentio et comparatio de duobus honeſtis, vtrum honeſtius. *Sic* Deterioris comparatio Tacit. Ann. 1, 10. Meliorum comparatio Curt. 3, 11, 20. Orationis alicuius comparatio cum ſcriptis alienis Cic. de Orat. 1, 217. Parium comparatio nec elationem habet, nec ſubmiſſionem: eſt enim aequalis Idem in Topic. 71 c. 18. Similium comparatio Quinctil. 1, 6, 4 ſq. *Sic* 2, 4, 21 Exercitatio comparationis, vter melior, vterue deterior? Vtilitatum comparationes Cic. Off. 2, 88. Difficiles ad iudicandum comparatione res Idem Fam. 10, 5. In comparatione vis rerum cernitur Id. Topic. 80 c. 18. Ducere comparationem vna via Quinct. 7, 3. Diſſerere de comparatione aliquarum rerum Cic. Off. 1, 10. ¶ 4 Comparatio, *Conſtitutio* Liu. 6, 30 Manliis Volſci prouincia ſine ſorte, ſine comparatione extra ordinem data eſt. *Vid.* COMPARO n. 5.

COMPARATE. Adu. [συγκριτικῶς] Cic. in Topic. 84 c. 22 Quum autem quaeritur quale quid ſit, aut ſimpliciter quaeritur, aut comparate, *etc. i. cum comparatione, relatiue, reſpectiue.*

COMPARĀTOR, ōris. m. Lege 1. C. de praed. decurion. Oppreſſus potentia comparatoris. *Et* Gloſſ. Vet. Comparator, συνωνήτης.

COMPARĀTRIX, īcis. f. Zeno Veron. Iuſtitia immortalitatis comparatrix.

COMPARABĬLIS, e. Adi. [συγκριτικὸς] *Quod comparari poteſt.* Cic. de Inuent. 1, 49 Comparabile autem eſt, quod in rebus diuerſis ſimilem aliquam rationem continet. Cic. de Inuent. 1, 42 c. 28 Simile autem ex ſpecie comparabili, comparabile autem ex conferenda atque aſſimilanda natura iudicatur. Liu. 39, 52 Trium clariſſimorum ſuae cuiusque gentis virorum non magis tempore congruente comparabilis mors videtur eſſe, quam quod nemo eorum ſatis dignum ſplendore vitae exitum habuit. *Sic* Species comparabilis Cic. de Inuent. 1, 42.

COMPARATICIVS, a, um. Adi. Aurum comparaticium, *in vtroque* Codice *Tit.* de Militari veſte. Th. l. 3 et Iuſt. l. 2 *vocatur, quod ad compenſandas ſ. adaerandas ſpecies, quae alioquin debentur, datur, vt hic pro veſte militari, quae auro hoc* comparatur *ſ. emitur.* Antiſtatus comparaticius Angelorum Tertull. adu. Valent. c. 13 *inter aeonas Valentinianorum quid ſibi velit, viderint, quibus otium eſt.*

COMPARATĪVVS, a, um. Adi. [συγκριτικὸς] *Ex ea ſignificatione verbi, qua conferre inter ſe et componere ſignificat, vt, vtrum maius vtrum minus ſit, appareat.* Quinctil. 5, 10, 86 Appoſita vel comparatiua dicuntur, quae maiora ex minoribus, minora ex maioribus, paria ex paribus probant: *de argumentis.* *Hinc nempe nomen habet etiam* Comparatiuus *gradus nominum apud Grammaticos.* *Vid. v. g.* Chariſ. 2 p. 130 ſq. *Huc reſpicit etiam* Quinctil. 9, 3, 19 Vtimur vulgo et comparatiuis pro abſolutis: vt quum ſe quis infirmiorem eſſe dixerit. Duo inter ſe comparatiua committimus, — potius boni omnes ſerius a me, quam quisquam crudelius factum eſſe dicat. Genus cauſae comparatiuum Quinctil. 3, 6, 74. 3, 10, 3. 7, 4, 12. Iudicatio comparatiua, *Vox rhetorum* Cic. de Inuent. 2, 76 c. 24 *et* 25. Forma in comparatiuo Ib. Vocabulum comparatiuum Gell. 5, 21.

COMPARATIVE. Adu. Gell. 5, 21 Compluries cum dicimus, non comparatiue dicimus.

COMPARTICEPS, ĭpis. Vulg. Interp. Epheſ. 3, 6 συμμέτοχος.

COMPASCO, āui, aſtum, ĕre. [συννέμομαι] *Proprie dicitur de Gregibus*, Varro R. R. 2 pr. 5 Pabulum in fundo compaſcere, quam vendere, plerumque magis expedit. *Et* 1, 2, 18 *ante Victorium legebatur*, Ne capras compaſcat. *dum ſimul paſcunt.* Plin. 9, 54 ſ. 79 Nondum Britannica ſeruiebant litora, quum Orata Lucrina nobilitabat: poſtea viſum tanti in extrema Italia petere Brunduſium oſtreas: ac ne lis eſſet inter duos ſapores, nuper excogitatum, famem longae aduectionis a Brunduſio, compaſcere in Lucrino. Compaſcere famem *non eſt compeſcere, ſedare famem: ſed famelicas vna paſcere, quod apparet ex* 32, 6 ſ. 21 Sic Brundiſiana *oſtrea* in Auerno compaſta, et ſuum retinere ſuccum, et a Lucrino adoptare creduntur. Paſſ. Varro de R. R. 1, 53 Meſſe facta, ſpicilegium venire oportet, aut domi legere ſtipulam: aut ſi ſunt ſpicae rarae, et operae carae, compaſci, *i. paſcendo abſumi.* Scaeuola in l. Teſtatrix §. Plures D. Si ſeruitus vendicetur, Plures ex municipibus, qui diuerſa praedia poſſidebant, ſaltum communem, vt Ius compaſcendi haberent, mercati ſunt, *i. vna paſcendi.*

COMPASTVS, a, um. Plin. 32, 6 ſ. 21. *vt vidimus*, Brundiſiana in Auerno compaſta.

COMPASTOR, ōris. m. [συννομεὺς Gloſſ. Gr. Lat.] Hygin. Fab. 187 Alter compaſtor.

COMPASCVVS, a, um. Adi. [συννόμος] *Vt*, Compaſcuus ager, Relictus ad paſcendum communiter vicinis, *inquit* Feſtus. Cic. in Topic. 12 c. 3 Si compaſcuus ager eſt, ius eſt compaſcere. Ius compaſcuum, *pro Compaſcendi.* Scaeuola in l. Teſtatrix §. finali. D. Si ſeruitus vendicetur, Item quaero, an quum pars illorum propriorum fundorum legato ad aliquem tranſmiſſa ſit, aliquid iuris ſecum huius compaſcui traxerit.

COMPASSIO, COMPASSIBILIS, *etc. vid.* COMPATIOR.

COMPASTICVS, a, um. Adi. *Iactabundus ap.* Plaut. Truc. 5, 1, 50 *legit Lauremberg. Antiqu. p. 96. al.* Campas dicis, *v. v.*

COMPĂTIOR, paſſus ſum, pati. [συμπάσχω] *Vna pati.* Tertull. adu. Praxeam c. 29 Nec compaſſus eſt pater filio. *Et mox:* Quid eſt compati, quam cum alio pati. ¶ 2 *Item pro eo, quod antiqui dicunt, Caſu alicuius affici, miſericordia moueri.* Hieron. Epiſt. 87. et in Eſa. c. 15.

COMPATIENS, entis. Part. Cael. Aurel. Acut. 2, 16, 98 Tuſſicula fit compatientibus quibusdam partibus. *Vid. etiam* Idem Tard. 5, 3, 58.

COMPASSVS, a, um. Parr. Alcimus Auitus 3 *extr.* ad Chriſtum, Ceu tibi compaſſo miſerans ſuccurre latroni.

COMPASSIO, ōnis. f. [συμπάθεια] Tertull. de Reſurr. Carn. c. 40. Quod pro compaſſione promittitur, *etc.*

COMPASSIBILIS, e. Adi. Tertull. adu. Praxeam c. 29 Pater ſi compaſſibilis, vtique paſſibilis, *etc.*

COMPATRIŌTA, ae. m. *Ciuis, Conterraneus.* Gloſſ. Gr. Lat. συμπολίτης, Compatriota. Dare ducem compatriotis Sariſb. 4, 11.

COMPATRŌNVS, i. m. Vlpian. in l. 1 D. Si quid in fraud. patr. Aduerſus compatronum, qui contra tabulas bonorum poſſeſſionem omiſit, Fauiana non competit: ſi non plus ſit in eo, quod donatum eſt, quam pars debita patrono. Quare ſi mortis cauſa ei donatum ſit, partem faciet compatrono, quemadmodum legatarius patronus facit.

COMPAVESCO, ĕre. *Vt*, Animo compaueſcere Macrob. Saturn. 1, 6. *Conf.* Gell. 1, 23.

COMPAVĬDVS, *ſ. potius* COMPAVITVS, a, um. *Laudatur* Apul. Met. 7 p. 197, 24 Miſera illa compauida atque dirupta. *Alii* compauita, *quod rectius, et probatum Elmenhorſtio, i. conculcata.*

COMPECCO, āre. Cael. Aurel. Acut. 2, 12, 84 His etiam compeccauit Themiſon. *Conf.* Tard. 3, 1, 12.

COMPECTORATVS, a, um. Adi. *Qui pectori alterius ſuum pectus applicuit.* Apul. in Pſeudepigraphis Petron. p. 228 Membra molli lectulo compectorata adhaerent Veneris glutino.

COMPECTVS, a, um. *Idem quod* Compactus Plaut. Pſeud. 1, 5, 129 Sic ſi ſumus compecti, ſiue conſilium vnquam iniuimus De iſtac re.

COMPEDES, COMPEDIO, COMPEDITVS, *vid.* COMPES.

COMPELLO, āre. [κοινολογοῦμαι, ἐντυγχάνω] *Alloqui.* Cic. poſt redit. in Senat. 11 Neque ſolum id dixit, ſed quos ei commodum fuit, compellauit. Cic. Att. 13, 23 Quare da te in ſermonem, et perſeca, et confice, excita, compella, loquere, vt te cum illo Scaeua loqui putes. Blande compellare virum Plaut. Poen. 3, 3, 72. Magnifice compellare aliquem, *vid. ſub* MAGNVS. Cic. pro Domo 65 Nominatim alii compellabantur, alii citabantur, alii relegabantur. *Add.* A. ad Her. 1 c. 14. Vltro verbis amicis Virg. Aen. 2, 372. *Add.* Id. ib. v. 280. Catull. 62, 24 Heroës ſaluete, deûm genus, ô bona mater, Vos ego ſaepe meo, vos Carmine compellabo. Dictis aliquem Ouid. Met. 12, 585. Honore multo aliquem, *i. Honorifice* Virg. Aen. 3, 474. Lege compellare aliquem, *i. in ius vocare, lege agere contra illum* Cic. Fam. 8, 12 Quibus quum parum procederet, vt vlla Lege mihi ponerent accuſatorem, compellari ea lege me voluerunt, qua dicere non poterant. Liu. 10, 28 Patrem P. Decium Nomine compellans, Quid vltra moror? Idem 23, 47 Tauream nomine compellauit, congredique vbi vellet, iuſſit. Ouid. Met. 3, 146 Cum iuuenis placido per deuia luſtra vagantes Participes operum compellat Hyantius ore. Quaeſtu aliquem Valer. Argon. 2, 402 Voce Virg. Aen. 5, 161. Hor. Sat. 1, 7, 31. Vocibus notis aliquem compellare, *i.* (*ait* Seruius) Amicabilibus Virg. Aen. 6, 499. ¶ 2 *Saepe habet aſperum quiddam, et accuſatorium. v. g.* Hoc crimine ab inimicis compellabatur Nep. 7, 4, 1. Quin eum fratricidam impiumque deteſtans compellaret Id. 20, 1, 5. *Sic* Cic. Att. 2, 2 Sed heus tu, ecquid vides Calend. venire? Antonium non venire? Iudices cogi? Nam ita ad me mittunt, Nigidium minari in concione, ſe iudicem, qui non affuerit, compellaturum. Cic. Philipp. 3, 17 Idem etiam Q. Ciceronem, fratris mei filium, compellat edicto: nec ſentit amens commendationem eſſe compellationem ſuam. Compellat, *i. nominat in iis, quos vult infamare.* Suet. Caeſ. c. 17 In carcerem coniecit Nouium Quaeſtorem, eo quod compellari apud ſe maiorem poteſtatem paſſus eſſet, *i. deferri, accuſari, vt Caſaubonus interpretatur.* *Ad turpitudinem quoque pertinet* Valer. Max. 6, 1. *de C. Mario*, A milite iure caeſum pronuntiauit, quia eum de ſtupro compellare auſus erat. *Sic* Non ſatis digne ab aliquo compellari Gell. 19, 1.

COMPELLATIO, ōnis. f. Cic. Fam. 12, 25 Itaque crebras vel potius quotidianas compellationes meas non tulit, ſeque in vrbem recepit inuitus, *i. Obiurgationes et conuicia.* Gell. 1, 5 Maledictis compellationibusque probroſis iactatus eſt.

COMPELLO, pŭli, pulſum, ĕre. [συνάγω, κατέργω, βιάζομαι, συνελαύνω, συνωθέω] Proprie eſt in vnum locum, vel diuerſa, vel di-

verſorum animalia cogere, *inquit* Seruius *ad* Virg. Ecl. 7, 2 Compulerantque greges Corydon et Thyrſis in vnum. *Sic* Diſpellere *et* Compellere, *contraria.* Plaut. Aſin. 3, 3, 148 Qui hoſce amores noſtros diſpulſos compulit. *Etiam* Compellere *et* Expellere, *contraria.* Cic. in Piſon. 16 Me domo mea expuliſtis, Cn. Pompeium domum ſuam compuliſtis. Cic. pro Milon. 88 c. 27 Qui pluribus caedibus in foro factis, ſingulari virtute et gloria ciuem domum vi et armis compulit. Cic. Inuent. 1, 2 Qui diſperſos homines in agris, et in tectis ſilueſtribus abditos, ratione quadam compulit in vnum locum, et congregauit. Celſ. 3, 18 Aſclepiades ea ſuperuacua eſſe dixit, quoniam in lethargum ſaepe compellerent. *Ait*, decoctos papaueris cortices *creare lethargum*, ſi ex ea aqua ſubinde ſpongia os et caput foueantur. Plaut. Poen. 3, 3, 35 Hic hodie incedit venator domum, canes compellunt in plagas lepide Lycum. In ſuam ſedem compellere Celſ. 8, 1 *quod vulgus chirurgorum dicit, Reponere in ſuum locum, de luxatis.* Gregem compellere viridi hibiſco Virg. Ecl. 2, 30. *i.* Ad hibiſcum, Seruius. Varro R. R. 2, 2, 18 Compellendum agnos in gregem ouium. ¶ 2 Compellere, *Cogere, vim facere ſ. proprie, ſ. perſuaſionibus, blanditiis, minis etc.* Plaut. Bacch. 4, 4, 4 Compuli, et perpuli, mihi omnia vt crederet. Ad Bellum nos compulit regni cupido Ouid. Met. 5, 219. Curt. 9, 1, 19 Vt is quoque barbaros ad Deditionem compelleret, Ad Defectionem compellere Idem 10, 1, 45. Ad Laqueum compellere aliquem Plin. 36, 5. Ad Mortem tyrannum Quinctil. 7, 3, 7. Ad Rapinas agmina compulimus Lucan. 7, 99. Ad Rudem compellere, *apud* Pſeudo-Ciceronem Epiſt. ad Octauium fin. *eſt Rudis et miſſionis ſpe gladiatores congregare, vt compelli pecus dicitur quod congregatur: rude autem donati ferro dimicare non coguntur. Significat igitur, Octauium promiſſa rude, exercitum e gladiatoribus Iulianis coëgiſſe: ac intellexit veteranos, quos e coloniis euacauit Auguſtus, quod eorum aliqui gladiatores fortaſſe fuiſſent: aut etiam ad contemtum et probrum gladiatores appellauit, et ad rudem et praemia conueniſſe intelligit. Turnebus.* Cic. Acad. 4, 112 c. 35 Quum ſit enim campus, in quo exſultare poſſit oratio, cur eam tantas in anguſtias, et Stoicorum dumeta compellimus? In fauces artas terram compellere, *i. Comprimere, dicitur mare* Curt. 3, 1, 13. Liu. 25, 29 Mercenariorum quoque militum auxilia in eundem compulere metum. In mortem aliquem compellere Quinctil. 7, 3, 10. Columel. 11, 1, 11 Quae probabilis ratio — in ſocordiam compelli, quia deſponderis ſapientiam? Iniuriis compelli Cic. Fam. 1, 9. Ouid. Epiſt. 7, 94 Illa dies nocuit, qua nos decliue ſub antrum Caeruleus ſubitis compulit imber aquis. Idem Faſt. 3, 860 Compulerant regem iuſſa nefanda pati. Iuſtin. 1, 6 Quos fugiebant fugere compellunt. Caſſiod. Ep. 12, 10 Prudens ſe ipſe compellit, minus cautus eſt, qui vrgetur ab altero.

COMPVLSVS, a, um. Partic. [συνωθισμένος] Cic. pro Marcell. 13 Omnes enim, qui ad illa arma fato ſumus neſcio quo Reipub. miſero funeſtoque compulſi. Rabie compulſus Curt. 8, 8, 2. Ventis compulſus Virg. Aen. 1, 579.

COMPVLSVS, ús. m. Apul. Met. 8 p. 203 Incendio feritatis ardeſcens dentium compulſu, *etc.*

COMPVLSIO, ōnis. f. Caſſiod. Ep. 12, 10 Quid egit totius anni ſuſcepta compulſio? *i. admonitio debitorum. Vid.* COMPVLSOR.

COMPVLSOR, ōris. m. [Ἐπείκτης Gloſſ. Gr. Lat.] *Vt*, Bouis compulſor Pallad. 7, 2, 3 *bubulcus.* ¶ 2 Compulſor *etiam erat, qui fiſcalia debita exigebat.* l. 9 C. de Exactionibus: Compulſor plane non mittatur, niſi poſt diem, quo ſolui debuit, et hoc amplius menſem alterum. ab eo tempore elapſo compulſor mittatur, qui non tantum reliqua fiſcalia, ſed et pro modo culpae multam a praeſide et officio eius, et a canonico exigat. *Add.* Caſſiod. Ep. 1, 2. Ennod. Ep. 7, 10 *c. not. Sirm.* Ammian. 22, 8 Si compulſori quidquam dederit, vt leuari debito poſſit. *Vid. ibi Valeſ. Omnia dedit Gothofr. ad* l. 34 C. Th. de Anno et Tributis.

COMPVLSO, āre. Frequent. *Vt*, Ore improbo compulſat et morſicat Apul. Met. 7 p. 197. Regna compulſare Tertull. Apol. c. 20.

COMPVLSATIO, ōnis. f. Tertull. Apol. 21 Compulſatio inter nos et illos eſt. *Vid.* Fulgent. Mythol. praef. *extr. vbi bis ponitur.*

COMPVLSAMENTVM, i. n. Fulgent. Mythol. 3, 6 *de Pſyche*, Sororum compulſamento percita, *i. ſuaſionibus, hortatibus.*

COMPVLSORIĀLIS, e. Adi. *Vt*, Literae compulſoriales apud ICtos.

COMPELLVCĬDVS, a, um. Adi. *Affertur ex* Plaut. Perſ. 1, 3, 16 Nihil eſt macrum, nihil e nigro compellucidum. *At Gron. leg.* epicrocum, pellucidum.

COMPENDIVM, i. n. [ἐπιτομή, σύνοψις, συντομία] *Appellamus, quod parſimonia quadam ſeruamus: ſicut e contrario* Diſpendium, *quod vel incuria, vel negligentia, vel immoderatione diſpendimus. Budaeus.* Varro L. L. 4, 36 ſ. *libro extremo*, Diſpendium ideo, quod in diſpendendo ſolet minus fieri: Compendium, quod cum compenditur vna ſit. *Igitur* compendium *appellatur, vbi pauciore ſumtu, opera, tempore, aliquid peragi intelligitur: ac deinde ipſum etiam lucrum, quo non tantum nihil decedere ſignificatur, ſed etiam aliquid accedere. Origo forte inde, quod quae vna et magnis ponderibus appenduntur, et velant,* compenduntur, *abſoluuntur minori opera, tempore, adeoque cum lucro.* Magno ligni compendio percoquant Plin. 23, 7. Idem 17, 22 Subtilitas parſimoniae compendia inuenit, quum vinea in paſtinato ſeritur, obiter ſeminarium faciendi. Cic. pro Flacc. 7 Is eſt reus auaritiae, qui in vberrima re turpe compendium effugit. *Conf.* Tibull. 1, 3, 39. Calpurn. Ecl. 5, 36. Cic. Verr. 2, 6 c. 3 Illa partim mercibus ſuppeditandis cum quaeſtu, compendioque dimittit. *Et* 3 c. 46 In illis rapinis in quaeſtu ſunt compendioque verſati. Suet. Vitell. c. 2 Cuius filius ſectionibus et cognituris vberius compendium nactus, *etc.* Vt inſtitores eius rei compendii cauſa faciunt Scribon. 22. *i. lucri.* Seruire ſuo priuato compendio Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 32. Plin. 5, 5 Compendium Viae quatridui deprehenſum eſt. *Sic* Marius mira ſtatim velocitate occupatis compendiis praeuenit hoſtem Flor. 3, 3, 7. Plin. 17, 23 Pampinari ea non eſt moris: et hoc compendium operae eſt. Quinctil. 1, 1, 24 Diſcendi breuia compendia monſtrare. *Sed* Syllabis nullum compendium eſt. Id. Quinct. 1, 1, 29. *i. nulla breuis eſt ratio diſcendarum ſyllabarum, vt intelligat puer, quae cum quibus literae iungantur: Subdit enim,* Perdiſcendae omnes. Temporis compendium ſequi Colum. 4, 22, 5. Vitae timidae compendia Stat. Theb. 2, 658. Durum, arduumque compendium Quinctil. 4, 2, 46. Addere vel ponere aliquid ad compendium, *vid.* ADDO. Conferre verba ad compendium Plaut. Mil. 3, 1, 186. Quam potero compendio dicam Cenſorin. c. 5. Ductus compendio iter deſerit Quinctil. 2, 13. *ſub fin.* Curam hanc facere compendii potes Plaut. Poen. 1, 2, 128. Idem Capt. 5, 2, 12 Satis facundus: ſed fieri dictis compendium volo. Faciam iam compendii verba multa tibi Plaut. Bacch. 2, 2, 6. *i. Condonabo tibi ſalutationis ambages.* Idem Rud. 1, 2, 90 Si ad ſaxum quod capeſſit, ea deorſum cadit, errationis fecerit compendium. Plaut. Pſeud. 2, 2, 11 Quisquis es, compendium, ego te facere pultandi volo. Morari aliquem compendio Quinctil. 1, 4, 22. Africanus in l. Videlicet D. Ex quibus cauſis maiores, Videlicet ne cui officium publicum vel damno vel compendio ſit. Auſonius Symmacho Epiſt. 17. *non procul a fine*, Haec ad literas tuas reſponſa ſint; caetera quae noſcere habes, compendii faciam. *Alii legunt* Compendifaciam. *Nempe volunt*

COMPENDIFACIO, ĕre. [κερδαίνω] *Verbum etiam apud* Plaut. Perſ. 4, 3, 2. Cui homini DI propitii ſunt, aliquid obiiciunt lucri: Nam ego hodie compendifeci duos panes in dies. *Et* Moſt. 1, 1, 57 Orationis operam compendifacito. *Sed ſeparatim alii, quod forte melius. Sic* Compendifieri, *paſſ.* Plaut. Aſin. 2, 2, 41 *vbi plane ſic Gronouius,* Verbis velitationem fieri compendi volo.

COMPENDIŌSVS, a, um. Adi. [λυσιτελής] *Vtilis.* Colum. 1, 4, 5 Quod et per partes nonnunquam damnoſum eſt, in ſumma tamen fit compendioſum. Mortis citae compendioſus exitus Prudent. in Laurentio 335.

COMPENDIOSE. Adu. *Compar.* Sidon. 7, 10 Compendioſius intimare.

COMPENDIALĬTER. *Idem.* Vet. Interpr. Irenaei 3, 11 Compendialiter et ſimpliciter.

COMPENDIARIVS, a, um. Adi. [σύντομος] *Breuis.* Cic. Off. 2, 43 Quanquam praeclare Socrates hanc viam ad gloriam proximam, et quaſi compendiariam dicebat eſſe, ſi quis ita ageret, vt qualis haberi vellet, talis eſſet. *Conf.* Val. Max. 7, 2 *extr.* 1. Compendiariam, *abſolute, pro* Compendiaria ratione *ſeu* via *dixit* Seneca, Epiſt. 27 Hanc compendiariam excogitauit. *Et* Epiſt. 119 *pr.* Ad maximas te diuitias compendiariâ ducam. *Sic etiam* Inuenire compendiariam magnae artis Petron. 2.

COMPENDIARIO. Adu. [συντόμως] *Vel ſubintellecto ſubſtantiuo* Itinere. Sen. Epiſt. 73 Te in caelum compendiario voco.

COMPENDIATVS, a, um. Adi. Tertull. adu. Marc. 4, 1 Compendiatum eſt nouum teſtamentum. Sermo compendiatus Idem ibid. 9.

COMPENSO, āre. [ἀνταμείβομαι, ἀνταλλάσσομαι] *Vna pendendo et ab vtroque brachio librae ſuſpendendo aequare, ac proinde retribuere.* Cic. pro Muraen. 71 Atque haec a nobis petunt omnia: neque vlla re alia, quae a nobis conſequuntur, niſi opera ſua compenſari putant poſſe, *i. aequari, atque adeo remunerari.* Bona compenſare vitiis Hor. Serm. 1, 3, 70. Cic. Verr. 5, 33 c. 13 Multa eius in ſtipendiis Damna proferentur, quae ab ipſo aetatis fructu diſſoluta et compenſata ſunt. Valer. Max. 1, 1 *extr. de Dionyſio tyranno*, Lento enim gradu ad vindictam ſui diuina procedit ira, tarditatemque ſupplici Grauitate compenſat. Paucitatem pedum Grauitatis ſuae tarditate compenſat Cic. in Orat. 216. Idem Att. 7, 17 O perditum latronem, vix vllo otio compenſandam hanc Reipub. turpitudinem. Vitium compenſare vel facultate, vel copia Id. in Orat. 21. Vitia ſenectutis diligentia Id. de Sen. c. 11. Cic. in Piſon. 75 Sed ſit offenſu primo, nonne compenſabit cum vno verſiculo tot mea volumina laudum ſuarum? Laetitia compenſabatur cum ſummis doloribus Cic. d Fin. 2, 96 c. 30. Labores gloria Idem de Orat. 3 c. 4. *Et* d Fin. 2, 98 Rationes tuas te video compenſare cum iſtis doloribus, non memoriam corpore perceptarum voluptatum. Voluptatem cum maximis curis et laboribus compenſare Cic. de Fin. 5, 48 c. 18. *Tot* amiſſis te compenſauimus vnum Ouid. Heroid. 3, 51. Vlpian. *in l.* Eleganter §. Si poſt rem D. de Condict. indeb. Retineri tamen atque compenſari in cauſam iudicati, quod ob talem tranſactionem ſolutum eſt, poteſt, *i. computari, imputari.* Iulianus in l. Ex hoc edicto §. Sed etſi ſtipulator D. De eo, per quem factum erit, Si et ſtipulator dolo promiſſoris, et promiſſor dolo ſtipulatoris impeditus fuerit, quo minus ad iudicium veniret; neutri eorum Praetor ſuccurrere debebit, ab vtraque parte dolo compenſando. ¶ 2 *Cum reſpectu ad* compendium viae Seneca Hippol. 84 Hac hac pergam, qu via longum compenſat iter, *i. per iter magis compendiarium.*

COMPENSATVS, a, um. Part. *Vt*, Labores compenſati glori Cic. de Orat. 3, 14 c. 4. Idem Verr. 5, 33 c. 13 Damna in ſtipendii ab iſto diſſoluta, et compenſata aetatis fructu.

COMPENSATO. Adu. Alias verſura compenſato redit Tertull de Pall. c. 2. *Sed Salmaſ.* p. 161 compenſati.

COMPENSATIO, ōnis. f. [ἀνταλλαγή] *Secundum* Modeſtinum l. prima D. de compenſationibus, *eſt* Debiti et crediti inter ſ contributio. Cic. Tuſc. 5, 95 Itaque hac vſurum compenſatione ſapientem, vt voluptatem fugiat. Quae ſunt incommoda in vita ſapientes commodorum compenſatione leniunt Idem de Nat. Deor. c. 9 *extr.*

COMPENSA, ae. f. *Idem.* Ruricius *apud Barth. in Aduerſ.* 12 14 Scripturarum compenſa.

COMPENSATĪVVS, a, um. *Vt*, Qualitas compenſatiua Victorin. Rhet. 1.

˚ COMPEREGRINVS, i. m. Sidon. Ep. 7, 17.

COMPERENDĬNO, āre. [ἀναβάλλομαι] *In perendinum differre cauſam vel reum. Cum autem* perendinum *ſit dies a craſtino proximus, id eſt ipſe ab hodierno tertius; tamen* comperendinandi *verbo vtebantur etiam in longiori interpoſita inter illud ſecundum iudicium mora Apparet hoc ex* Cic. Verr. 1, 7 His criminibus — ſic oppreſſus eſt vt his ludorum diebus (*quos XV fuiſſe conſtat ex* A. 1 in Verr. c. 10 interpoſitis, nemo iſtum comperendinatum, ſed condemnatum iudicaret. Cic. Act. 1 in Verr. 34 c. 11 Tua ratio eſt, vt ſecundum binos ludos mihi reſpondere incipias: mea, vt ante primos ludos comperendinem, *i.* Aſconio *interprete*, me et te dixiſſe profitens, comperendinationis faciam iudicibus poteſtatem. *Totum hoc non melius intelligetur, quam ſi quis accuſationis Verrinae rationem conſideret. Prima actione Cicero, breuiter commemorauit crimina, teſtes dedit, effecit, v omnes viderent, abſolui Verrem non poſſe. Hic debebat reſpondere pr Verre Hortenſius; ſed maluit auctor eſſe Verri, vt ſponte in exilium abiret.* Nec quid amplius (*ſic* Aſconius *ad finem* Act. 1.) in iudicio geſtum eſt, niſi quod Tullius, metuens ne tantum negotium paene tacitum praeteriret, finxit Verrem comperendinationi praeſto fuiſſe, vt bi defenſus (*ſemel ſtatim poſt actionem priorem, iterum initio actionis ſecundae*) accuſaretur iterum. *Et* ad initium Actionis ſecundae libr primi, Fingit, *inquit*, Cicero, adeſſe in iudicio Verrem comperendinatum, et reſpondere citatum, et defendi. — Ergo cum prima actione accuſatus ſit ac defenſus Verres, nunc velut defenſus iterum (*ſi* enim

enim mos erat) in altera actione accuſatur ad vltimum rurſus oratione perpetua. *Repetit hoc de ordine agendi ad* Verr. 1, 26 c. 9 Simul accuſator dixerit, reſpondet prima actione defenſor; et rurſum comperendinato iudicio. Dicit prior defenſor, et defenſionem tanquam duplicem in medio poſitam obruit vltimus accuſator. *His ita conſtitutis facile erit, quid* Ampliare *et* comperendinare *diſtent, intelligere. Nempe* comperendinatio *ex lege eſt, et ordinem praeſcribit agendi.* Ampliant *iudices ſua ſponte, cum nondum ſatis ſibi liquere ſignificant:* Comperendinatio *locum habet in re manifeſta* etc. *Vid.* AMPLIARE n. 2. ¶ 2 Comperendinare ſermonem Petr. Chryſol. hom. 149 *eſt, differre in aliam occaſionem.*

COMPERENDINATVS *ergo dicitur ille, qui ad ſecundam illam actionem cauſae, quae iam ſemel vtrinque dicta eſt, adeſſe iuſſus eſt.* Cic. Verr. 4, 33 c. 15 Videte hominis amentiam. Poſtea quam eſt comperendinatus, quum iam pro damnato, mortuoque eſſet, ludis Circenſibus mane apud Siſennam virum primarium quum eſſent triclinia ſtrata, argentumque expoſitum, et contemplari vnumquodque otioſe, et conſiderare coepit. Mirari ſtultitiam alii, *etc.* alii amentiam. Cui comperendinato quum tam multi teſtes dixiſſent, quidquam illorum veniret in mentem? Cic. Verr. 1, 26 c. 9 Verum vt opinor Glaucia primus tulit, vt comperendinaretur reus.

COMPERENDINATIO, ōnis. f. [ἀναβολή, ὑπερημερία] *Eſt* Mutua denuntiatio (*inquit* Aſconius *ad* Verr. 1, 26 c. 9) in perendinum diem. Gell. 14, 2 Atque in rerum quidem diſſiſſionibus comperendinationibusque, et aliis quibusdam legitimis in rebus ex ipſa lege Iulia, et ex Sabini Maſurii, et ex quorundam aliorum Iuriſperitorum commentariis commoniti et adminiculati ſumus. *Haec Gellius.* Leges tot horas, tot dies, tot comperendinationes largiuntur Plin. Epiſt. 6, 2. Intra comperendinationem Sen. Ep. 97.

COMPERENDINATVS, ûs. m. [ἀναβολήσις] Cic. Verr. 1, 26 c. 9 Adimo enim comperendinatum, quod habet lex moleſtiſſimum, bis vt cauſa dicatur. *Vbi* Aſconius, Comperendinatum, *inquit*, pro Comperendinatione poſuit.

COMPERENDĬNVS, a, um. Adi. [κύριαι ἡμέραι] *Vt,* Dies comperendini, quibus vadimonium iuberi licet, Macrob. Saturn. 1, 16.

COMPĔRIO, ĕri, ertum, ire. [καταλαμβάνω, πληροφορέομαι, φωράω] *A* Pario *vel* Perio *obſoleto compoſitum; ſignificat Inuenire, deprehendere.* Ter. Andr. 1, 1, 63 Item alio die quaerebam: comperiebam nihil ad Pamphilum, *etc.* Horam ſuam genitalem comperire Tacit. Ann. 6, 21. Ter. Eun. 5, 1, 9 Quid ais venefica? P. atqui certo comperi. Reperire aliquid certi et comperire Cic. Acad. 4, 6. Idem de Clar. Orat. 276 Quum indicia mortis ſe comperire manifeſto et manu tenere diceret. *Videtur Cicero hoc verbo ſaepius vſus eſſe in negotio Catilinario, cum comperiſſe diceret ſe, quae aliis non vſque quaque certa viderentur, certe non ſatis probata. Huc reſpicit ipſe* Att. 1, 14 Clodius miſeras conciones habebat, in quibus — me tantum comperiſſe omnia, criminabatur. *Et* Fam. 5, 5 ad Antonium, *qui collega ipſius fuerat* Ex multis audiui. Nam comperiſſe me non audeo dicere, ne forte id ipſum verbum ponam, quod abs te aiunt falſo in me ſolere conferri. *Nempe Antonius etiam Collega dicebat, ſibi nihil de Catilinaria cauſa imputandum,* ſolum Ciceronem comperiſſe omnia: *ſibi voluiſſe credi, re non legitime quaeſita. Eodem reſpicit* Pſeudo-Sall. in Cic. 3 c. 2 Ex coniuratis alios morte, alios pecunia condemnabas: cum tibi alius Tuſculanum, alius Pompeianam villam exaedificabat, alius domum emebat. Qui vero nihil poterat, is erat calumniae proximus: is aut domum tuam oppugnatum venerat, aut inſidias ſenatui fecerat: denique de eo tibi compertum erat. Ter. Andr. 1, 3, 6 Primum iam de amore hoc comperit, *i. Certum habet Chremes, a Pamphilo amari Glycerium.* Idem Heaut. 1, 1, 69 Vbi comperi ex iis, qui ei fuere conſcii. Comperire per aliquem Caeſ. Bell. Gall. 4, 19. Comperire certis indiciis rem non eſſe vanam Liu. 24, . . Cic. pro Cluent. 192 Nihil ſe teſtibus, nihil tabulis, nihil graui aliquo argumento comperiſſe, nihil denique cauſa cognita ſtatuiſſe dicent. Catul. 64, 2 *de Conone Aſtronomo,* Omnia qui magni diſpexit lumina mundi, Qui ſtellarum ortus comperit atque obitus. Afferre compertum, *vid.* AFFERO. Non bene compertum eſt Lucan. 2, 322. Cic. pro Cluent. 127 c. 45 Nam vt illud afferant, nihil eſt quod de his duobus habuerint compertum, de caeteris comperiſſe. Id. pro Font. 19 c. 9 Quum ea dicimus iurati, quae comperta Habemus, quae ipſi vidimus. Liu. 29, 21 Solutaque militiae diſciplina, Comperta oculis perferrent, *i. quae ipſi vidiſſent.* Compertum, id maxime radicibus prodeſſe Plin. 12, 1. ¶ 2 *Et* Comperior, *iri. dep.* Salluſt. in Iugurth. 108 Sed ego comperior, Bocchum magis Punica fide, quam ob ea, quae praedicabat, ſimul Romanos et Numidam ſpe pacis detinuiſſe. *Quae lectio hodie quoque obtinet hic et 45 licet MSS. varient. Firmat* Priſcian. 8 p. 797 *extr.* Diomed. 1 p. 373 *Comperior et Comperio* differunt. Nam Comperior ex mea opinione colligo, et compertum habeo, pro explorato didici: quod verbum deficit in Futuro et Imperatiuo. *Comperio* eſt ab alio cognoſco.

COMPERTVS, a, um. Partic. [φωραθείς] Suet. Tiber. c. 35 Equiti Romano iuriſiurandi gratiam fecit, vt vxorem in ſtupro generi compertam dimitteret, quam ſe nunquam repudiaturum ante iurauerat, *i. deprehenſam.* Manifeſto compertum atque deprehenſum facinus, *vid.* MANIFESTVS. Cic. pro Cluent. 131 Nihil ipſos habuiſſe cogniti, nihil comperti. Comperta habere ex vſu Scribon. 106. Fine comperto Auguſti, *i. cognita morte Auguſti* Tacit. Ann. 2, 39. Iniuria comperta Stat. Achill. 2, 238. Vtilitas comperta Ouid. Faſt. 1, 273. *al.* Percepta, *etiam Burm.* Tacit. Ann. 1, 3, 6 Nam ſenem Auguſtum deuinxerat adeo, *etc.* rudem ſane bonarum artium, et robore corporis ſtolide ferocem, nullius tamen Flagitii compertum, *i. quem tamen aliquod flagitium admiſiſſe, non conſtabat, nec compertum erat.* Liu. 22, 57 Tum quod duae Veſtales eo anno Opimia atque Floronia Stupri compertae. Suet. Aug. c. 67 Proculum ex acceptiſſimis libertis mori coëgit, compertum adulterare matronas. Comperto, *abſolute, i. quum compertum eſſet.* Tacit. Ann. 4, 63 Neque dum comperto, quos illa vis perculiſſet. *Conſ.* ib. 1, 66, 2. Liu. 31, 39 Satis comperto Erduaeam petituros Romanos. *Add.* Liu. 33, 5. Iabolenus in l. Pantonius §. Pro herede D. de acquirenda hereditate. Pro herede geſſiſſe filium placuit, qui moriens, comperto matrem ſuam inteſtatam deceſſiſſe, *etc.* Nuntiare comperta Tacit. Ann. 2, 12.

COMPERTE. Adu. Gell. 1, 22 Exquiſite et comperte Iulius Paullus dicebat. *Compar.* Idem 1, 11 Qui hoc compertius memoriae tradiderunt.

COMPERNIS, is. m. et f. [γονύκροτος] Dicitur, *auctore* Pompeio Feſto, Homo qui eſt genubus plus iuſto coniunctis. *Verius, certe magis appoſite ad etymon, quam* Nonius 1, 103 Compernes dicuntur longis pedibus. Lucil. Sat. 17 Compernem, aut varam fuiſſe Amphitryonis ἄκοιτιν, *etc.* Plaut. Fragm. 124 Aut varum, aut valgum, aut compernem, aut paetum. *Add.* Id. Mil. Glor. 3, 1, 128.

COMPERPETVVS, a, um. Adi. Prudent. Apoth. v. 271 Et comperpetuum retro patris, et patre natum.

COMPERCE, pro Compeſce dixerunt antiqui. Feſtus. Plaut. Poen. 1, 2, 137 Comperce me attrectare. *Dacer. ad Feſtum ſic etiam vult legi* Plaut. Bacch. 3, 3, 59 *vbi editur,* Caue malum, et compeſce in illum dicere iniuſte. *Nempe etiam* Paſcito linguam *dicebant pro* Parcito linguae *apud eundem* Feſtum.

COMPES, ēdis. f. [πέδη, ποδοκάκη] *Inſtrumentum, quo pedes vinciri atque impediri ſolent.* Plaut. Capt. 3, 5, 64 Vbi ponderoſas, craſſas capiat compedes. Ibid. 5, 4, 30. Ter. Phorm. 1, 5, 19 Molendum vſque in piſtrino, vapulandum, habendae compedes. *Catenae ferreae ſunt, Compedes ligneae videntur Turnebo apud* Plaut. Men. 1, 1, 9 Tum compediti ianuam lima proterunt. *Non enim id de ianua vel ergaſtuli, vel carceris, vt quiſpiam prima ſpecie putaret, dicit, ſed de compedum clauſtro, vt inde pedes eximant. Illic quoque clauus erat, quo claudebantur, quem dicit lapide interdum excuti. Turnebus ſic: ſed Salmaſ.* Anum lima praeterunt, *i.* Anulum ſ. Annulum. *Certe nihil de ligno Plautus. Metaph.* Cic. Tuſc. 1, 75 Nam qui in compedibus corporis ſemper fuerunt, etiam quum ſoluti ſunt, tardius ingrediuntur. Curt. 5, 12 *extr.* Ne tamen honos regi non haberetur, aureis compedibus Darium vinciunt. *Add.* Iuſtin. 11, 15, 1. *et* 5, 11, 4. *Metaphorice etiam* Aureae compedes *Splendida moleſtia dici poteſt, vid. Adag. Eraſmi.* Craſſae compedes, *vid.* CRASSVS. Martial. 9, 58 Nec crus compede lubricum decenni. Dura compede peruſtus crura Hor. Epod. 4, 4. Exſoluta compede Saturnus, *i. liber et vacuus omnibus curis* Stat. Silu. 1, 6, 4. *Per* Saturnum, *intelligit Feſta Saturnalia.* Grata vinctum compede tenet *puella adoleſcentem* Hor. Carm. 4, 11, 24. Magna Iuuenal. 11, 80. Niuali compede vinctus Hebrus, *i. Aſtrictus glacie* Hor. Epiſt. 1, 3, 3. Fures priuatorum furtorum in neruo atque in compedibus aetatem agunt, fures publici in agro atque in purpura Cato *ap.* Gell. 11, 18. Demtis compedibus Iuſtin. 1, 6 *extr.* Ea quaſi compede cohibentur feri mores Colum. 8, 2 *extr.* *Vid. Ryck. ad* Tac. Ann. 12, 47, 4. Xerxes Neptuno quoque compedes minitans Val. Max. 3, 23, 3. Valida compede vinctus Tibul. 2, 6, 25. Impingere compedes alicui, *vid.* IMPINGO. Hor. Epiſt. 1, 16, 77 In manicis, et Compedibus ſaeuo te ſub cuſtode tenebo. Ex compedibus atque ergaſtulo Cic. pro Rabir. 20 c. 7. *Neſcio quam bene* Non. 1, 113 Compedes, *ait* non a Pedibus dictae, ſed ab Impedimento. *Nam ipſum quoque impedimentum a pedibus eſſe, non eſt dubium. Sed exempla illius ponamus.* Varro Prometheo 1 Ego infelix non queam vim propulſare, atque inimicum orco immittere: nequidquam ſaepe aeratas manus compedes conor reſellere. *Ad* manus *itaque retuliſſe* Compedes *Varro videtur Nonio. Sed quid ſi Varro dedit* manu? *quid ſi improprie et ἀκύρως locutus eſt? Idem* Varro *ap.* Non. Corpori aerinas compedes impoſitas video. Cic. Att. 8, 3 p. 762 Age iam has Compedes, faſces inquam hos laureatos ecferre ex Italia, quam moleſtum eſt? Ecferre, *vetuſta eſt orthographia, pro* Efferre. Compedes *Metaph. pro Impedimentis.* Compedes, *etiam Geſtamina muliebria.* Plin. 33, 12 ſ. 54 Argentum ſuccedit ex re aliquando et auro, luxu feminarum plebis, compedes ſibi ex eo facientium, quas induere aureas mos triſtior vetat. ¶ 2 *Maſculino genere* Lactant. de Mort. Perſ. 21, 3 Si morte digni viderentur, cruces ſtabant: ſin minus, compedes parati. *Quod non bene fulciri ex Cypriano, oſtendit Bunemannus: ipſe protulit ex* Vulgato Int. Thren. 3, 7 Aggrauauit compedem meum, *quod antiquiſſimae et emendatae recentiores editiones agnoſcunt.*

COMPĒDA, ae. f. Idem quod Compes. Varr. *apud* Nonium. 1, 113. *et* 6, 20 Linea compeda.

COMPĔDIO, ĭui, ītum, īre. [πεδάω] *Pedes ligare, et vincire.* Varro Flaxtabulis, Domo exeo intro, et pedes corrigiis compedio *ap.* Non. 1, 113. *Et* Auguſtin. Epiſt. 39 Timeo, te rebus mortalibus pernicioſiſſime compediri.

COMPEDĪTVS, a, um. Partic. [πεδήτης] Compediti ſerui *ſunt apud* Plautum, *v. g.* Capt. 5, 1, 24 In lapidicinas compeditum condidi. Cato 56 Compeditis per hiemem panis pondo IIII. Senec. de Tranq. Anim. 10 Cogita, compeditos primo aegre ferre onera et impedimenta crurum. *Conſ.* Hieron. Ep. ad Chromat. Criminum compediti, *i. Serui peccatorum* Pet. Chryſologus Serm. 5.

COMPESCO, ui, ĕre. [συνέλλω, συνείργω] Eſt, *inquit* Feſtus, Vna paſcere, et in vno loco ac velut in eodem paſcuo continere. *Eſt itaque generatim* Compeſcere, *Coërcere, quaſi intra paſcua continere,* nec vagari permittere. *Cui opponitur* Diſpeſco, *Gregem diduco.* Plin. 14, 20 E diuerſo crapula compeſci feritatem nimiam, *de vino.* Crapula *picis genus.* Ira leonum compeſcitur tempore Ouid. Triſt. 4, 6, 5. Aliquem auro compeſcere, *muneribus ab inſtituto auertere* Valer. Argon. 1, 338. Ouid. Epiſt. 20, 8 Nec me compedibus, nec me compeſce catenis. Aliquem poenis compeſcere Hor. Serm. 1, 8, 31. Animum compeſcere catena Idem Epiſt. 1, 2, 63. Virg. Georg. 3, 468 *de ouibus aegrotantibus,* Continuo culpam ferro compeſce, priusquam Dira per incautum ſerpant contagia vulgus. Curas Ouid. Rem. Amor. 69. Dauma Stat. Silu. 3, 3, 41. Dextram impiam Sen. Herc. fur. 519. Tibul. 1, 2, 1 Adde merum, vinoque nouos compeſce Dolores. Equum celerem arcto freno Idem 4, 1, 91. Sen. Hippol. 515 Excuſſa ſiluis poma compeſcunt famem. Faſtus Veneris Propert. 3, 17, 3. Flammam mero compeſcere, *i. ebrietate Venerem exſtinguere* Ouid. Epiſt. 16, 229. Flammas amoris, nefasque Sen. Hippol. 165. Fluctus compeſcere *dicitur* Neptunus, *et* dii marini Ouid. Triſt. 1, 2, 87. Fluuium ripis compeſcere Sil. 3, 599. Frondes vere nouo compeſcere, *Remorari, retardare* Valer. Argon. 6, 306. Fugam alicuius Claud. de Bell. Get. 315. Furores Ouid. Triſt. 5, 6, 45. *al.* Timores. Gaudia compeſcere lacrimis Claud. in Eutrop. 2, 144. *al.* Compenſare *in quibus Heinſ.* Gemitus Stat. Theb. 12, 361. Ignes compeſcuit igne Iuppiter, *i. incendium fulmine ſedauit* Ouid. Met. 2, 313. Incendia Plin. Epiſt. 10, 33. Labellum digito compeſce, Iuuen. Sat. 1, 160. Lucum compeſcere, eſt Lucum ſuis finibus cohibere. Feſtus. Luxuriantia compeſcere *de carmine ſcribendo* Hor. Epiſt. 2, 2, 122. Mentem, *i. coërcere cupiditatem* Idem Carm. 1, 16, 22. Minas Sil. 4, 125. Mores rabidos Ouid. de Arte Am. 3, 501. Officium timor compeſcit, *i. timor in cauſa eſt, quo minus libere fungar meo officio* Idem Triſt. 3, 4, 65. *Et* de Arte Am. 2, 97 Non potuit Minos hominis compeſcere Pennas, *de Dae-*

*de Daedalo.* Populos compeſcere tumentes non imperio magis quam ratione Plin. in Paneg. 80, 3. Querelas Lucret. 3, 967. Ramos fluentes Virg. Georg. 2, 370. *de putatione.* *Conf.* Col. 5, 6, 11. Riſum Hor. Serm. 2, 8, 63. Sitim compeſcere vnda Ouid. Met. 4, 102. Triſtitiam Idem Met. 9, 396. Verba Sen. Med. 174. *et* Troad. 349. Columel. 4, 17, 5 Sed putatoris officium eſt, pedali fere ſpatio circa iugum, Vitem compeſcere. Idem 4, 21, 2 Vitis compeſcitur fructu, *quo plus fructus fert, tanto minora habet incrementa.* Lucan. 1, 370 Oceani tumidas remo compeſcuit Vndas. Voces Sen. Herc. Oet. 1427. Vocem Quinctil. 11, 3, 169. Compeſce in illum iniuſte dicere Plaut. Bacch. 3, 3, 59. *Dacer. coniicit* Comperce, *v. v.* *Medici etiam vtuntur hoc verbo de impediendis incrementis quibuscunque, vt* Quidquid reprimere et ſiccare oportet, optime compeſcit *(paſtillus)* Scribon. 90. carnem eminentem 240. 42. Vlcera 42. Vlcus luxurians 239.

COMPETENTER, *vid. mox poſt* COMPETO.

COMPĔTO, īui, ītum, ĕre. [*μετίημι*] *Eſt Simul petere: vel, vt auctor eſt* Nonius 4, 110 Honorem, vel coniugium, vel quiduis aliud aduerſus aliquem petere. Vict. de Viris Illuſtr. c. 59 Et vnam ſpecioſam duobus competentibus pater puellae conditionem tulit. ¶ 2 Competere *eſt conuenire, congruere, ex ea notione verbi ſimplicis, qua iacere, ferire, tangere ſignificat.* *Hoc forte etiam voluit* Non. 4, 110 Competere par eſſe, vel ſimile: inde et in aeſtimatione rerum, Hoc illi competit, dicimus. *Plerisque locis ſubſtituas illi* Conuenit. *v. g.* Sueton. Othon. c. 12 Tanto Othonis animo nequaquam corpus aut habitus competiit. Si villae ſitus ita competit, non eſt dubitandum Columel. 9, 5, 1. Tacit. Hiſt. 2, 50 Initium finemque miraculi cum Othonis exitu competiſſe. Suet. in Caeſ. 40 Faſtos correxit, iampridem vitio pontificum per intercalandi licentiam adeo turbatos, vt neque meſſium feriae aeſtate, neque vindemiarum autumno competerent. Sen. Epiſt. 76 (75) Non quaerit aeger medicum eloquentem, ſed ſanantem. ſi tamen ita competit, vt idem ille, qui ſanare poteſt, compte de iis, quae facienda ſunt, diſſerat, boni conſulet. Columel. 4, 19, 3 At ſi cuncta competunt voto, iuſta eſt altitudo vineae pedum quinque. Paullus in l. Vſufructuario D. de Vſufructu et quemadmodum quis vtat. Vſufructuario non ſolum legis Aquiliae actio competere poteſt: ſed et ſerui corrupti, *etc.* Columel. 2, 2, 9 At vbi ſolutior humus eſt, aliquae fiunt patentes *foſſae*, quaedam etiam occaecantur: ita vt in patentes ora hiantia caecarum competant. Vlpianus l. ſi remunerandi. §. vltim. D. mandat. vel contr. Sin vero non hoc actum eſt, vtilis ei potius actio Competat, *etc.* Competit in eum actio Quinctil. 3, 6, 11. Idem 4, 1, 17 Aſſumere in cauſas mores *iudicum*, qua competent, aut mitigare qua repugnabunt, oportebit. Repetitio competit, Pomponius in l. Si poenae. D. de condict. indebiti. Plin. 2, 18 Praeterquam vbi recti angulorum Competunt ictus. Scaeuola in l. Qui habebat. §. Scripti teſtamento. D. de Manumiſſis teſtamento, Quaero an libertates in teſtamento datae competierunt. Reſpondit, ſi teſtator fraudandi conſilium non habuiſſet, competere libertates, *i. conuenire his, quibus datae ſunt, ac deberi.* Suet. in Auguſt. c. 31 Adiurauit ſi cuiusquam neptium ſuarum competeret aetas, oblaturum ſe fuiſſe. ¶ 3 Competere, *Valere, et quaſi compotem eſſe.* Salluſt. *apud* Non. 4, 110 Si vero quaſi formidine attonitus, neque animo, neque auribus, aut lingua competeret. *Et* Tacit. Ann. 3, 46 Inconditique ac militiae neſcii oppidani, neque oculis, neque auribus ſatis competebant. *Item* Hiſt. 3, 73 Dux ſegnis et veluti captus animi, non lingua, non auribus competere. *Sed quod laudatur* Apul. Met. 11 p. 267 Competere voti, *i. compotem facere, illud* compotire *eſt, v. v.*

COMPETENS, entis. Part. *Vt*, Iudex competens, *i. conueniens ad quem res pertinet.* Vlpian. in l. Quum quaedam puella D. de Iuriſdictione omnium iudicum, Quum quaedam puella apud competentem iudicem litem ſuſceperit, *etc.* Tribunal competens Vlpian. in l. Sed et hae. §. Non ſolum. D. de Procuratoribus. Quid competentius, quid prouidentia tua dignius Anon. Panegyr. ſ. Epithal. Max. et Conſt. c. 7. ¶ 2 Competentes *in eccleſia veteri dicebantur, qui ſecundo inter Chriſtianos gradu cenſerentur, ita appellati*, quod ſacramentum baptismi ſimul peterent, *vt* Auguſt. Serm. 116 *tradit. V. Voſſ. de tribus Symbolis* p. 16. *Conf.* Iſidor. 7, 14.

COMPETITIO, ōnis. f. Sidon. Epiſt. 2, 9 Inter aleatoriarum vocum competitiones.

COMPETĪTOR, ōris. m. [*μετίων*] Competitores *dicuntur, qui in magiſtratibus, officiis, et honoribus petendis concurrunt.* Cum competitore certamen honoris et dignitatis eſt Cic. Off. 1 c. 12. Idem Att. 1, 1 Competitores qui certi eſſe videbantur, Galba et Antonius, et Q. Cornificius. *Add.* 2, 1. *et* de Cl. Orat. c. 30. *Et* Off. 1, 8 Vt cum ciuiliter contendimus, aliter ſi eſt inimicus, aliter ſi eſt competitor.

COMPETĪTRIX, īcis. f. [*μετίεσα*] Cic. pro Muraen. 40 c. 19 Nam nos quoque habuimus ſcenam competitricem.

COMPETENTIA, ae. f. [*ἀναλογία*] *Pro Conuenientia, proportione.* Gell. 1, 1 Comprehenſa autem menſura Herculani pedis, ſecundum debitam membrorum omnium competentiam modificatus eſt. *Et* Idem 14. 1 Si tam paruum atque rapidum eſt momentum temporis, in quo homo naſcens fatum accipit, vt in eodem illo puncto, ſub eodem circulo caeli plures ſimul ad eandem competentiam naſci non queant. *Eſt igitur eadem, quae* Comparatio *v. v.*

COMPETENTER. Adu. [*ἀναλόγως*] *Proportione, atque ob id ipſum iuſte.* Vlpian. in l. Si quum dotem D. Solut. matrim. Quatenus filio et patri competenter conſulatur. Paullus in l. 16 D. de teſtib. Qui falſa vel varia teſtimonia dixerunt, vel vtrique parti prodiderunt, a iudicibus competenter puniantur. Vlp. l. ſi quum dotem. §. necnon. D. ſol. matrim. Et filiae et patri competenter conſulatur. Digne et competenter Dei voluntati parens Apul. Aſclep. p. 83. Plecti Prud. Romano 118. Vlciſci Symmach. Ep. 9, 128. Competentius diſſerere Hieron. adu. Heluid. c. 2. *Superl.* Apul. Apol. p. 316 Competentiſſime videor vſus Platone.

COMPĪLO, āre. [*συλάω, περισυλάω*] *A* Pilo, *quod et ipſum eſſe furari, ac depraedari adeo ſ. l. oſtendimus.* Plaut. Aſin. 2, 2, 6 Illic homo aedes compilauit. *Et* Men. 4, 1, 2 Vbi vir compilet clanculum, quidquid domi eſt. Cic. de Nat. Deor. 1, 87 Tot millia latrocinantur morte propoſita: alii omnia, quae poſſunt, fana compilant. *Add.* Idem de Orat. 2, 268. Hor. Serm. 1, 1, 78 Formidare malos fures, incendia, ſeruos, Ne te compilent fugientes. Domum alicuius Apul. Apol. p. 334. Oſtiatim compilare, *vid.* OSTIVM. Publica ſacra compilare Paullus in l. ſacrilegi. D. ad legem Iuliam pecul. Rempubl. compilare, aerarium exhaurire Cic. in Vatin. 5. Cic. pro Muraen. 25 Inuentus eſt ſcriba quidam Cn. Flauius, qui cornicum oculos confixerit, et ſingulis diebus ediſcendos faſtos populo propoſuerit, et ab ipſis cautis Iuriſconſultis eorum ſapientiam compilarit. Scrinia alicuius compilare Hor. Serm. 1, 1, 120. *quod nunc plagium literarium vocare ſolent.*

COMPILĀTVS, a, um. Part. [*σεσυλημένος*] Qui furtum paſſus eſt, *inquit* Nonius 1, 42. *Et ſic* Leg. 33 ff. de negot. geſt. Heres viri defuncti vxorem compilatae Hereditatis poſtulare non debet.

COMPILATIO, ōnis. f. Cic. Fam. 2, 8 *pr.* Quid? tu me hoc tibi mandaſſe exiſtimas, vt mihi gladiatorum compoſitiones, vt vadimonia dilata et Chreſti compilationem mitteres?

COMPILĀTOR, ōris. m. *Spoliator.* Gloſſ. Gr. Lat. *συλητὴς*, compilator. *Conf.* Iſidor. 10 lit. C.

COMPINGO, ēgi, actum, ĕre. [*συνάπτω, συμπήγνυμι*] *Pangendo atque adeo vi quadam et firmiter coniungere.* Cic. de Vniuerſ. 24 c. 8 Alteraque natura adiuncta materia temperatione trium partium proportione compacta ſe ipſe conuerſans, quum materiam mutabilem arripuiſſet. Idem de Fin. 3, 74 Quid enim aut in natura, qua nihil eſt aptius, nihil deſcriptius, aut in operibus manufactis tam compoſitum, tamque compactum et coagmentatum inueniri poteſt? Columel. 6, 19, 1 Roboreis axibus Compingitur ſolum, *ſternitur, affixis et firmatis axibus ſ. tabulis.* *Eſt itaque etiam Compellere, detrudere.* Plaut. Men. 5, 5, 39 Et ob eam rem te in carcerem eſſe compactum ſcio. *Add.* Amph. 1, 1, 3. Vict. Vir. Illuſt. 1 Amulius ipſam in vincula compegit. *Sic*, Compingere in nauem Plaut. Milit. 2, 1, 34. In anguſtum locum Idem Rud. 4, 4, 103. Cic. de Orat. 1, 46 c. 11 Tanquam in aliquod piſtrinum Detrudi et compingi videbam. Idem Att. 8, 8 Picenum amiſerat culpa, in Apuliam ſe compegerat, ibat in Graeciam. Compingere in oculos Plaut. Men. 4, 3, 17. *accurate aſſeruare, vbi nemo quaerit.*

COMPINGENS, ntis. Part. Ego eram compingens cum ipſo Tertull. adu. Hermog. c. 18.

COMPACTVS, a, um. Partic. [*συμπεπηγμένος*] *Vt*, Virg. Ecl. 2, 36 Diſparibus ſeptem compacta cicutis Fiſtula, *vbi* Seruius, Coniuncta, vt Turrim compactis trabibus quam eduxerat ipſe, *qui eſt* Aen. 12, 674. Mart. 12, 73 Caſa male compacta. *Plerumque adiectiue ponitur ad breuem quandam firmitatem ſignificandam, et velut denſitatem, et eſt corporum animalium et humanorum epitheton.* Lucret. 5, 917 Membra compacta. *Sic* Sueton. Veſpaſ. 20 Statura fuit quadrata, compactis firmisque membris. Compacta crura bouum *poſtulat* Varro R. R. 2, 5, 8. *niſi eo translata ſunt a quibusdam ex* Colum. 6, 1, 3. *et* 6, 37, 6. Compacti boues Hetruſci Idem 6, 1, 2. Compacta et toroſa ceruix Pall. Mart. 11, 2. Plin. Epiſt. 7, 24 Vsque ad nouiſſimam valetudinem viridis, atque etiam vltra matronalem modum compacto corpore et rubuſto.

COMPACTVM, i. n. *Pro pacto, conuento vel compromiſſo.* Suet. in Iul. c. 20 Productusque pro Roſtris auctores ex compacto nominare. Compactum, Structam collato in vnum conſilio machinationem ſignificat, l. 3 C. de execut. rei iudic. Liu. 5, 11 Vt multo veriſimilius ſit compacto eam rem, et communi fraude Patritiorum actam. *Conf* Plaut. Capt. 3, 1, 27. *Sic* Sciui extemplo de compacto rem geri Idem Capt. 3, 1, 23. *Verum hoc ex* Compaciſcor *eſt, verbo inuſitato.*

COMPACTIO, ōnis. f. [*σύμπηξις*] *Firmitas ex partibus ſibi prope admotis, et bene iunctis.* Cic. de Fin. 5, 33 c. 11 Videamus ea, quae terra gignit, corticibus et radicibus valida ſeruari: quod contingit animalibus ſenſuum diſtributione, et quadam compactione membrorum. *Et* Vitruu. 2, 7 Spiſſis compactionibus ſolidatus.

COMPICTIO, ōnis. f. *Idem.* Claud. Mamert. 1, 9 Quae oſſium coitio, quae compictio? *Vid. Barth. et Schott. ad loc. cit.*

COMPACTVRA, ae. f. *Idem.* Vitruu. 4, 7 Compactura habet laxationem.

COMPACTĬLIS, e. Adi. [*συμπηκτὸς*] *Idem fere quod compactum.* Plin. 11, 18 Optimae apes breues, variaeque, et in rotunditatem compactiles. Leonum duo genera, compactile et breue, criſpioribus iubis Id. 8, 16. Trabes compactiles Vitruu. 4, 7. *appellat, Subſcudibus compactas.* *Et* 10, 20 Compactiles poſtes.

COMPACTICIVS, a, um. Adi. Tertull. adu. Valent. 31 Statim excipit compacticius ille Soter.

COMPACTIVVS, a, um. Adi. *i. Turgidus, oppletus*, et Venter compactiuus *apud* Feſtum *ſubſtituendus* Conlatiuo, *ſi audimus Barth. Aduerſ.* 41, 8.

COMPINGVESCO, ĕre. In ſolidam ſubſtantiam carnis compingueſcere Tertull. de Anima c. 25.

COMPĬTVM, i. n. [*σύνοδος*] *Idem quod Quadriuium.* Virg. Georg. 2, 382 Praemiaque ingentes pagos, et compita circum. *Vbi* Seruius, Compita, id eſt per quadriuia, quae compita appellantur, ab eo quod multae viae in vnam confluunt; id eſt competunt. *Conf.* Iſidor. 15, 2 *et* 16. *Vlit. ad* Grat. 483.

COMPITVS, i. m. *Apud* Varronem de Scenicis originibus 3 Vbi compitus erat aliquis. Caecilius Tyche, Vbi adiicientem compitum. *Haec* Nonius 3, 38. Liu. 27, 4 Aues ad compitum Anagninum ad lucum Dianae nidos in arboribus feciſſe. Frequentia compita, *i. referta frequenti populo* Horat. Serm. 2, 3, 26. Pertuſa compita, *i. vndique patentia et peruia* Perſ. 4, 28. Vet. Schol. Compita ſunt loca in quadriuiis, quaſi turres, (*vide* IANVS) vbi ſacrificia finita agricultura ruſtici celebrabant. Merito *pertuſa*, quia per omnes quatuor partes pateant, *etc.* *Caſaubonus ait eadem eſſe* Ramoſa compita, *Multas vias, ceu ramos, habentia* Perſ. Sat. 5, 35 Quumque iter ambiguum eſt, et vitae neſcius error Diducit trepidas ramoſa in compita mentes, *i. quum ignorantia modi viuendi, quae eſt in adoleſcentia, diducit mentes adoleſcentum anxias et incertas, quod genus vitae ingredi debeant, in varias deliberationes.* *Sic* Peruia compita Calpurn. Ecl. 4, 126. Secta compita in ternas vias Ouid. Faſt. 1, 142. *Conf.* Idem Amor. 3, 1, 18. Cic. de Lege Agrar. 1, 7 c. 3 Vt in atriis Auctionariis potius, quam in triuiis, aut in compitis auctionentur. Currere circum compita Horat. Serm. 2, 3, 281. Velare compita verbenis Propert. 4, 3, 57. Compita *non tantum in vrbe fuerunt, verum etiam in lucis, vbi colebantur dii.* Gratius 483 Idcirco aëriis molimur compita lucis. *Vbi vid. Vlit. et Burmann.* *Sed et in agris, quod* Cic. de Legib. 2, 19 *ſignificauit, quum ſcripſit*, Lucos in agris habento, et Larum ſedes. Larum *enim ſedes eſt in compitis.* Ouid. Faſt. 5, 140 Compita grata deo, *de Lare.* *Add.* Brouckhuſ. ad Tib. 1, 11, 51. Ouid. Faſt. 2, 615 Qui compita ſeruant, et vigilant noſtra ſemper in vrbe, Lares.

COMPITĀLIS, e. Adi. Sueton. Auguſt. c. 31 Compitales Lares ornare

ornare bis anno inſtituit vernis floribus et aeſtiuis. *Neque enim aedibus tantum ac focis, ſed viis publicis etiam praeeſſe credebantur. Vnde* Plaut. Merc. 5, 2, 24 Inuoco vos Lares viales, vt me bene iuuetis.

COMPITALIA, orum. n. Feſta, quae in compitis peragebantur, *inquit* Feſtus, *qui in* Conceptiuis feriis, quae incertis diebus ſeruabantur quotannis, Compitalicias *etiam nominat.* Verba Praetoris, quibus more maiorum ferias concipere ſolet, quae appellantur Compitalia *haec referunt* Gell. 10, 24. *et* Macrob. Sat. 1, 4 *extr.* DIE. NONI. POPVLO. ROMANO. QVIRITIBVS. COMPITALIA. ERVNT. QVANDO. CONCEPTA. FVERINT. N. *i. dies nefaſtus.* Varro de L. L. 5, 3 p. 49, 11 De ſtatutis diebus dixi, nunc de annalibus dicam. Compitalia dies attributus laribus, vt alibi: ideo vbi viae competunt, tum in compiteis ſacrificatur. Quotannis is dies concipitur. Gloſſ. Philox. Compitalia, *θεῶν ἀγυιαίων ἑορταὶ αἱ γινόμεναι ἐν ταῖς τριόδοις ὑπὸ τῶν προσηκόντων τοῖς νεκροῖς. Conf. Dion. Halic. 4, 14.* Catalecta p. 87 Neque in culinam et vncta Compitalia, Dapesque ducis ſordidas. *Vid.* CVLINA, n. 2. Cato R. R. 5, 5 *in lege villici*, Rem diuinam niſi compitalibus in compito, aut in foco, ne faciat. *Nempe ruſticorum ſunt feriae. Vid.* Cic. Att. 7, 7 *quem laudamus in* Compitalicius dies. Calpurn. Ecl. 4, 125. *Sed* vrbem *memorat* Macrob. Sat. 1, 7 *cuius locum damus mox in* Compitalicii ludi. *Diem huius ſacri fuiſſe incertum, iam indicauimus. Interim in* Vet. Kal. *apud Gruter. p. 133 ad* VI Non. Maii *adſcriptum* COMP. Compitalia *interpretantur viri docti: quae forte fuerint illa ruralia. Nam caeteroquin* Chariſ. 1 p. 20 *extr.* Neutra ſemper pluralia, haec arma, haec compitalia, id eſt, vbi eos, qui peregre moriuntur, colunt. Parentarium dicitur.

COMPITALICIVS, a, um. Adi. *Vt*, Cic. Att. 7, 7 Ego, quoniam IIII Non. Ianuar. compitalicius dies eſt, nolo eo die in Albanum venire, ne moleſtus ſim familiae, *quae nempe epulari ſolebat.* Cic. Att. 2, 3 Sed hoc ambulationibus compitaliciis reſeruemus. Idem in Piſon. 8 c. 4 Cuius fuit initium ludi compitalicii, *etc. Sic etiam vocat* Plin. 36, 27. Macrobius Saturn. 1, 7 Compitalibus — cum ludi per vrbem in compitis agebantur, reſtituti ſcilicet a Tarquinio Superbo Laribus ac Maniae, ex reſponſo Apollinis, quo praeceptum eſt, vt pro capitibus capitibus ſupplicaretur. idque aliquamdiu obſeruatum, vt pro familiarium ſoſpitate, pueri mactarentur Maniae deae, matri Larum, quod ſacrificii genus Iun. Brutus COS. aliter conſtituit celebrandum. Nam capitibus allii et papaueris ſupplicari iuſſit, vt reſponſo Apollinis ſatisfieret de nomine capitum, remoto ſcilicet ſcelere infauſtae ſacrificationis: factumque eſt, vt effigies Maniae ſuſpenſae pro ſingulorum foribus, periculum ſi quando immineret familiis, expiarent, ludosque ipſos ex viis compitorum, in quibus agitabantur, Compitalia appellitauerunt. *Hactenus Macrobius. De ſimili ſubſtitutione hoſtiarum vid.* Ouid. Faſt. 3, 339 ſq.

COMPITALICIA, orum. n. Cic. in Piſon. 8 c. 4 Tu, quum in Calendas Ianuarias compitaliciorum dies incidiſſent, Sext. Claudium, *etc. plura habet ille locus ad rationem feſti percipiendam: quaedam et* Aſconius.

COMPLĂCEO, ui, ĭtum, ēre. [*ἀρέσκω, εὐδοκέω*] *Vndique bene vel vehementer placere.* Ter. Andr. 4, 1, 22 Poſtquam me amare dixi, complacita eſt tibi. Complacitum eſt Plaut. Amph. prol. 106. Hoc Deo complacitum eſt Idem Rud. 1, 3, 3. Conſilium complacitum eſt et acceptum Gell. 18, 3. *Eſt etiam pluribus vna placere, ex compacto et conuentione placere et approbari.* Idem 17, 9 Quaenam vero (*littera*) ante iis complacebat.

COMPLACĬTVS, a, um. Part. *Vt*, Apul. Met. 4, 157 Quamuis gentibus totis complacitam odiſſe formoſitatem. Pratum complacitum Nemeſian. Cyneg. v. 12.

COMPLĀCO, āre. [*ἐξιλάσκω*] *Idem, quod vna, vel plures, vel totum placare.* Tiro *apud* Gell. lib. 7, 3 In principiis autem, *inquit*, patroni, qui pro reis dicunt, conciliare ſibi et complacare iudices debent.

COMPLĀNO, āre. [*ὁμαλύνω*] *Planare vndique.* Cato R. R. 151 Id bene tabula, aut manibus, aut pedibus complanato. Domum complanare, *pro Deſtruere, et ſolo aequare.* Cic. pro Domo 101 c. 38 Sp. Melii regnum appetentis domus eſt complanata. Hirt. de B. Alex. 63 Poſtulat, vti munitiones deiicerentur, — prope iam conſtituta opera cum complanarent. Locum complanare Vlpianus in l. Apud Trebatium. D. de aqua pluu. arcend. *Metaphor.* Multa accident dura et aſpera, ſed quae molliat et complanet ipſe Sen. de Prou. c. 5.

COMPLANĀTVS, a, um. Adi. *Vt*, Complanata foſſuris montium iuga Sueton. Calig. c. 37. *Et* Caeſ. c. 44 Repleto et complanato lacu.

COMPLANATIO, ōnis. f. *Vt*, Sub exiguo oneris tumulo et complanatione exſpirare. *Laudatur* Sen. Natur. Quaeſt. 8, 1. *Sed parum accurate.*

COMPLANATŌR, ōris. m. Apul. Apol. p. 277 *Elmenh.* Pulviſculus complanator tumidulae gingiuulae.

COMPLANTO, āre. Vet. Gloſſ. Complanto, *φυτεύω, καταφυτεύω.*

COMPLANTĀTVS, a, um. Part. Ambroſ. Epiſt. 42 *ſub fin.* Complantatus virtutibus. *vid.* et Vulg. Interpres ad Roman. 6, 5 *σύμφυτος.*

COMPLANTATIO, ōnis. f. Vet. Gloſſ. *Καταφύτευσις.*

COMPLATONICVS, i. m. *Platonis* ſectator. Sid. Epiſt. 4, 11 A Collegio Complatonicorum ſolo habitu ac fide diſſociabatur.

COMPLAVDO, ſi, ſum, ĕre. [*ἐπικροτέω*] *Plauſu certatim comprobare.* Cic. de Amicit. 24 c. 7 Stantes complaudebant in re ficta, *h. e. fauebant, ſpectatores in theatro. Sed Grut.* Plaudebant.

COMPLECTOR, ĕris, exus ſum, ecti. [*συμπλέκομαι, ἀμφικαλύπτω, περιέχω*] *Simul vel totum brachiis, vel alia quauis re includere.* Ter. Andr. 1, 1, 106 Accurrit: mediam mulierem complectitur. Floribus et vmbra dulci eum complectitur amaracus Virgil. Aen. 1, 698. Dextram complecti alicuius Id. Aen. 8, 558. Effigiem in auro complecti Ouid. Triſt. 1, 6, 7. Gremio aliquid complecti Virg. Aen. 5, 31. Hoſtem hoſtis complectitur Lucan. 3, 694. *i. complexu forti tenet.* Membra alicuius lacertis complecti Ouid. Met. 10, 407. Omnes omnium caritates patria vna complexa eſt Cic. Off. 1, 57. Lucan. 4, 189 Nunc ades aeterno complectens omnia nexu, O rerum miſtique ſalus, Concordia, mundi. Pedes alicuius Lucan. 10, 89. Puellam arctius Cic. de Diu. 1, 103. Quidquid vitis ſuis clauiculis eſt nacta, complectitur Idem de Senect. 52 c. 15. Sinu complecti Colum. 8, 17. Somnus complexus eſt me, *vid.* SOMNVS. Stellas vi ſua complectitur natura aetheris Cic. de Natur. Deor. 2, 5. Curt. 5, 1, 26 Totius operis ambitus CCCLXVIII ſtadia complectitur, *i. e. comprehendit, continet.* Nos inter nos ſumus complexi Cic. de Diuin. 1, 103. ¶ 2 *Metaphoricae formulae:* Animo complecti. [*περιβάλλειν τῷ νῷ, περιέχειν τῷ νῷ*] Cic. de Senect. 15 Etenim, quum complector animo, quatuor cauſas reperio, *etc. Add.* Idem Fam. 5, 17. Animo rei magnitudinem complecti Cic. de Orat. 1, 19. *Sic et* Quinctil. 10, 6, 3 *et* 6. Carmine aliquid complecti Idem 3, 1, 4. Cic. Tuſc. 1, 50 Certe et deum ipſum, et diuinum animum corpore liberatum, Cogitatione complecti non poſſumus. Cogitatione et mente Idem in Orat. c. 2. *Et* Fam. 3, 11 Complexus igitur ſum Cogitatione te abſentem. Honeſto complectimur iuſtum, pium, religioſum, et ſimilia Quinctil. 2, 4, 38. Tacit. Ann. 2, 82 Neque ob aliud interceptos *Germanicum et Druſum,* quam quia Populum Rom. aequo Iure complecti reddita libertate agitauerint, *i. omnibus idem ius veteremque ciuium aequalitatem tribuere.* Cic. de Diuin. 2, 146 c. 71 Quomodo igitur haec infinita et ſemper noua, aut Memoria complecti, aut obſeruando notare poſſumus? Mente aliquid Idem de Fin. 2, 112. Numero quodam ſententiam Cic. de Orat. 3, 173 *de numero oratorio.* Obſidione munimentisque Vell. 2, 51. Cic. ad Quir. poſt. red. 6 Nam quum in ipſo beneficio veſtro tanta magnitudo eſt, vt eam complecti Oratione non poſſim. Verbo vno omnia Idem de Fin. 5, 26. Verbis complectitur, quod vult, *i. facundus eſt, quod vult enuntiat* Cic. de Fin. 1, 15. Verbis ſententiam aliquam Quinctil. 3, 6. Sen. Octau. 478 Sic ille patriae primus Auguſtus parens Complexus Aſtra eſt, colitur et templis deus, *i. in ſidera relatus, conſecratus.* Plin. in Paneg. 95 Vos proxime deſtinationem Conſulatus mei his acclamationibus approbauiſtis, vt intelligam etiam atque etiam enitendum mihi, vt hunc Conſenſum veſtrum complectar, et teneam, et in dies augeam: *i. mihi applicem, eo me dignum oſtendam.* Facultatem Cic. Fam. 10, 20. *i. vti ea.* Iuſtum, pium, religioſum complectimur honeſto, *i. appellamus honeſtum* Quinct. 2, 4, 38. Preces complecti, *i. Preces concipere, ſiue precari* Ouid. Met. 10, 483. *Sed editur*, Sed tales exorſa preces. Cic. pro Planc. 102 c. 42 Quid enim poſſum aliud, niſi flere, niſi moerere, niſi Te cum mea ſalute complecti, *i. teſtari, te ita cum mea ſalute coniunctum, vt, niſi te ſaluo, ſaluus ego eſſe non poſſim.* Viros ampliſſimos ad ſuum ſcelus complecti Cic. in Piſon. 75 c. 31. *i. ſocios ſui ſceleris mentiri.* Id. Tuſc. 1, 5 c. 3 At contra oratorem celeriter complexi ſumus: nec eum, *etc. i. ſtudia eloquentiae amauimus.* Omnem rerum memoriam breviter et perdiligenter complecti Cic. de Clar. Orat. 14. ¶ 3 Complecti aliquem, *eſt Amare, tueri, defendere, et officiis proſequi.* Cic. Fam. 2, 5 De ipſo T. Annio tantum tibi polliceor, te maioris animi, grauitatis, conſtantiae, beneuolentiaeque erga te, ſi complecti hominem volueris, habiturum eſſe neminem. Amicitia concordi quadam et caritate ſe complectitur mundus Cic. Tim. 13. Amore complecti aliquem Claud. in Laud. Seren. 132. Beneficio aliquem Cic. pro Planc. 82. Beneuolentia aliquem complecti Idem Fam. 6, 14. *Et* pro Marc. c. 3. Liu. 7, 40 Coruinus omnes Caritate ciues, praecipue milites, et ante alios ſuum exercitum complexus. Comitate aliquem Cic. Fam. 7, 5. Familiaritate arcta complecti Plin. Epiſt. 3, 11. Studiis omnibus, laboribus, vitae periculis complecti aliquem Cic. in Piſon. 74. Ex literis alicuius complecti aliquem Idem Fam. 12, 5. Da te homini, complectetur, crede mihi Cic. Fam. 2, 8. Artes ingenuas bona fide complecti Ouid. ex Pont. 1, 6, 9. Bonitatem inuſitatam complecti et augere Cic. pro Rabir. Poſt. . . Philoſophiam complecti Idem de Clar. Orat. 322. Complectamur ſenectutem et amemus Sen. Ep. t. Vitam beatam complecti Cic. de Fin. 3, 45.

COMPLECTO, ĕre. *Actiue apud veteres.* Pomponius Fullonibus, Quin ergo, quando conuenit, complectite. Mi frater ſalue, ô ſoror ſalue mea. Nonius 7, 39. *Et* Vitruu. 10, 6 Scapos quatuor complectit et compegit. *Sed monet Philander, eſſe Codd. qui habeant* complexus eſt.

COMPLECTOR. *Paſſiue etiam legitur.* Scaeuola in l. Si ſic ſtipulatus ſim D. de Verborum obligationibus, Nam ſicut et ipſius, et heredis caput, ita ipſius vis, vel ſaepius facta complectitur, vt condemnetur quanti intereſt. *Et* Cic. *apud* Priſc. p. 793. Cupio eum tam inuidioſa fortuna complecti. Nihil habendum in eo genere, quo vita beata complectitur Id. Tuſc. 5 c. 14.

COMPLECTENS, entis. Partic. [*περιβάλλων*] Cic. Acad. 4, 118 c. 36 Perficies, vt ego iſta innumerabilia complectens, nusquam labar, nihil opiner? *Et* Catull. 65, 307 Corpus complectens vndique veſtis. *Add.* Ouid. Triſt. 1, 3, 70.

COMPLEXVS, a, um. Partic. paſſ. [*περιβεβλημένος*] Cic. pro Roſc. Amer. 37 c. 13 Quo vno maleficio ſcelera omnia complexa eſſe videantur. *Sed* Propert. 1, 10, 5 Cum te complexa morientem, Galle, puella vidimus, *Ambiguum eſt, et ἐπαμφοτερίζον. Sic* Virg. Aen. 5, 766 Inter ſe complexi. *Et* Lucret. 2, 153 Corpuſcula complexa meant inter ſe. *Sic* Complexus cum Alcmena cubat Plaut. Amph. 1, 1, 134. Senec. Natur. Quaeſt. 1, 1 Videbimus, an certus rerum ordo ducatur, et alia aliis ita complexa (*i. implicita*) ſint, vt, quod antecedit, ſequentium ſit vel cauſa vel ſignum. ¶ 2 *Frequentius tamen actiua ſignificatione ponitur. V. g.* Cic. Att. 16, 5 Eumque laudans — complexus oſculatusque dimiſerit. Maritum complexa, telo incubuit Ouid. Met. 12, 428. *De Cybele matre deorum* Virg. Aen. 6, 786 Laeta deûm partu centum complexa Nepotes. Puerum gremio complexa fouebat Stat. Silu. 2, 1, 121. *Conf.* ib. 1, 1 *pr.* Sol, qui flammiferis Mundum complexus habenis Claud. de Conſ. Olybr. et Probi *pr.* Tu quoque legiferis Mundum complexa triumphis Rutil. Itin. 1, 77 *de Roma.* Oceanus quidquid tegit vagis complexus vndis Sen. Hippol. 1162. Plin. 18, 29 *pr.* Vergiliae — ſemeſtri ſpatio Intra ſe meſſes vindemiasque, et omnium maturitatem complexae.

COMPLEXVS, ûs. m. [*περιβολή*] *Complectendi actus, vel ſtatus.* Cic. pro Font. 36 c. 17 Num etiam de matris hunc complexu lectiſſimae miſerrimaeque feminae vobis inſpectantibus auellet atque abſtrahet? Complexus et oſculatio Id. pro Cael. 49. Complexus ac ſinus Cic. in Catil. 2, 22 c. 10. Iſte vero ſit in ſinu ſemper et complexu meo Idem Fam. 14, 4. *Et* Phil. 11, 5 Collocutiones familiariſſimae, complexusque ſummae beneuolentiae. Arcti complexus Lucan. 8, 723. Auidus complexus Lucret. 2, 1065. Femineus complexus Martial. 11, 79. Auſon. in Centone nuptiali Eidyl. 13 Ille vbi complexu Molli fouet. Martian. Capell. . . Donec Nexili complexu circumuentos ſtrangularet. *Sermo videtur de Venere et Marte a Vulcano deprehenſis.* O qui complexus et gaudia Horat. Sat. 1, 5, 43.

Tenax Ouid. Met. 4, 377. Villoſi complexus vrſi Stat. Theb. 6, 866. ¶ 2 *Formulae verborum :* Abripere a complexu, vel ex complexu, Abſtrahere de complexu, Accipere complexum, *vid. his verbis.* Ambire aliquem complexibus Ouid. Met. 12, 328. Arcere hominem complexibus alicuius Virg. Aen. 5, 742. Auellere et abſtrahere filium a complexu matris Cic. pro Font. 36 c. 17. Auulſum eſſe complexu alicuius Virg. Aen. 4, 616. Coërcet et continet omnia complexu ſuo mundus Cic. de Natur. Deor. 2, 58. Currere ad complexum et oſculum alicuius Idem Att. 12, 1. Dare complexus alicui Ouid. Met. 10, 388. Dimittere e complexu aliquem Cic. Q. Fratr. 1, 3. Diſtrahere aliquem a complexu ſuorum Id. pro Domo 98 c. 37. Fouere artus alicuius complexu Claud. de Bello Gildon. 229. Stat. Theb. 10, 458 Laetiſque ſuos complexibus Implent. Implicari in complexum alicuius Catull. 59, 108. Iungi Venereo complexu Cic. de Diuin. 2, 143. Luctari complexu Plin. 9, 30. Pendere alicuius complexu colloque Virg. Aen. 1, 719. Recipere ſinu complexuque aliquem Cic. Philipp. 3, 9. Reddere experitos complexus Sen. Thyeſt. 508. Retinere vi et complexu aliquem Cic. pro Planc. 100. Tenere complexu aliquem Virg. Aen. 8, 583. Tepefacere vapore et complexu aliquid Cic. de Senect. 51. Trucidare in complexu liberorum et coniugum aliquos Id. pro Flacco 95. Venire in ſinum et complexum alicuius Cic. Philipp. 2, 60 c. 25. ¶ 3 Complexus *abſolute pro Venereo coitu.* Pueros, vel virgines liberari poſt complexum et deuirginationem Scribon. 18. *de comitiali morbo.* ¶ 4 Complexus *ſaepe apud Fabium, pro Comprehenſione et circumſtantia, vt* 2, 1, 9 Citra complexum rerum perſonarumque, quibus controverſiae continentur. It. 5, 10, 103 Plurimae probationes in ipſo cauſarum complexu reperiuntur. Cic. de Fin. 5, 65 Serpit ſenſim foras cognationibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitiis, poſt, vicinitatibus cum ciuibus, et iis, qui publice ſocii atque amici ſunt, deinde totius complexu gentis humanae.

COMPLEXIO, ōnis. f. [σύμπλεξις, συμπλοκὴ] *Idem, quod* Complexus. *V. g. pro Ambitu ſententiae et periodo.* Cic. in Orat. 85 Nec aceruatim multa frequentans, vna complexione deuinciet. Longiſſima eſt igitur complexio verborum, quae volui vno ſpiritu poteſt Cic. de Orat. 3, 179. Complexiones, copulationes, et adhaetiones Id. de Fin. 1, 19. Breuis complexio totius negotii Cic. de Inuent. 1, 67 c. 26. *Add.* Tuſc. 5 c. 10. ¶ 2 Oratoriam complexionem *ſic definit* Cic. de Inuent. 1, 45 Complexio eſt, in qua vtrum conceſſeris, reprehenditur, ad hunc modum : Si improbus eſt, cur vteris ? ſin probus, cur accuſas ? *Eſt igitur id, quod* Dilemma *vocatur alias. Sed et generatim* Complexionem *vocant* Cicero *et* Quinctilianus *Concluſionem in argumento.* Quinct. 5, 14, 5 Epichirematos quatuor et quinque, ſex etiam factae ſunt partes a quibusdam. Cicero (de Inuent. 1, 67 c. 37) quinque maxime defendit, vt ſit propoſitio, deinde ratio eius, tum aſſumtio et eius probatio, quinta complexio. Conficitur complexio ex propoſitione et aſſumtione Cic. de Inuent. 1, 63. Id. de Inuent. 1, 87 Hic quum conceſſeris propoſitionem et aſſumtionem, complexio eſt infirmanda. ¶ 3 Vitium διαιρέσει contrarium, quod συναίρεσιν et συναλοιφὴν Graeci vocant, nos Complexionem dicimus Quinct. 1, 5, 18. ¶ 4 Complexio, *pro corporis habitu et temperamento.* Firmico 5, 9 In Tauro ſi Luna fuerit inuenta, quicunque ſic eam habuerint, erunt tranquilli, quieti, alacres, bonae complexionis, et qui a populo maxime diligantur.

COMPLEXIM. Adu. Plaut. Poen. 3, 3, 84 Complexim contrectare mulierem.

COMPLEXO, āre. *Idem, quod* Complector, Corippus 1, 114 Portum, quem geminae complexant brachia ripae.

COMPLEXĀTVS, a, um. Part. Apul. Met. 10 p. 249 Artiſſime complexatum me totum prorſus recepit.

COMPLEXĪVVS, a, um. Adi. *Copulatiuus.* Gell. 10, 29 Particula Atque non tantum complexiua, ſed vim habet pluſculam.

COMPLEO, ēui, ētum, ēre. [ἀναπληρόω, συμπληρόω, συναναπλήθω] *Totum implere.* Caeſ. Bell. Gall. 5, 39 Caſtra oppugnant, foſſam complent. Orbem complet gloria Ouid. Met. 12, 618. Complere ad medium, *et* vsque in ſummum Columel. de Arbor. 4, 5. *Accuſatiui quidam, quibus iungitur hoc verbum.* Cic. in Somn. Scip. c. 5 Quis hic inquam, quis eſt, qui complet Aures meas tantus et tam dulcis ſonus ? Aequora fremitu complere Propert. 2, 16, 37. Aquam complere Pallad. Oct. 14, 2 *eſt aqua hauſta vaſa complere.* Atria vlulatibus Ouid. Met. 5, 153. Atria complentur turba Idem Met. 5, 2. Auras vlulatibus Ouid. Faſt. 6, 513. Aures ſermonibus Claudian. Conſ. Prob. et Olyb. 31. Caelum horrido clamore Sen. Herc. Oet. 798. Cornua Lunae ſe lumine complent Virg. Aen. 3, 645. *Vbi* Seruius, Ideo ſe cornua Lunae complent, quia ſuum non habet lumen, ſed accipit a Sole. Forum plangore et lamentatione Cic. in Orat. 131. Hominem complere bona ſpe Caeſ. Bell. Ciu. 2, 4. Horrea meſſibus Lucan. 3, 66. Litora complentur bello, *Ad litora committitur praelium* Valer. Argon. 8, 138. Litora laeto complerant coetu Virg. Aen. 5, 107. Locum complere *dicitur, quae locum occupat ingens multitudo* Id. Aen. 3, 71. Locum magno agmine complere Virg. Aen. 6, 712. Loca late milite complent, *i. militibus* Id. Aen. 2, 495. Locum querelis Lucret. 2, 358. Loca vagitu Id. 5, 227. Moenia ingenti clamore Virg. Aen. 9, 39. *Mulieres* compleri *dicuntur, cum concipiunt vtero.* Lucret. 4, 1270 Conſuerunt ſcorta moveri, Ne complerentur. Mundum omnem ſol ſua luce complet Cic. de Natur. Deor. 2, 119. Nemus voce Horat. Epod. 6, 9. Liu. 5, 21 Clamor omnia variis — vocibus — complet. Sedilia Claud. in Eutrop. 1, 470. Sedilia flatu Horat. in Arte Poët. 205. *i. inflatione, et ſono tibiarum.* Sidera, et manes, et vndas ſcelere compleui meo Sen. Hippol. 1211. Spatium antri vox complet Lucan. 5, 154. Terras larga luce Sol complet Cic. de Nat. Deor. 2, 49. *Et* Luſtrat et complet ſua luce cuncta Sol Id. de Somn. Scip. 10 c. 4. Terrae renouatione ſtirpium complentur Cic. de Natur. Deor. 2, 127 c. 51 *de ſeminibus.* ¶ 2 *Ablatiui :* Se cibo Cic. de Nat. D. 2 c. 49. Caede omnia Salluſt. Iugurth. c. 92. Coronis et floribus aliquem complere Cic. Verr. 4, 107. Clamoribus omnia Lucret. 4, 1011. Commodis corporis vitam beatam compleri putant Cic. de Finib. 3, 43. Voluptate animus completur Cic. Acad. 4, 125. Compleuit annos centum, *i. vixit* Id. de Senect. 13 c. 5. Complere atque ad exitum perducere aliquid Cic. de Inuent. 2, 169. Fletu complere omnia Caeſ. Bell. Gall. 5, 33. Sol omnia luſtrat et complet ſua luce Cic. Somn. Scip. c. 4. Odore corporis complere omnia, *it.* vini atque vnguenti Id. Verr. 3, 31. Spe aliquem Caeſ. B. C. 2, 4. ¶ 3 *Formae alias :* Cic. de Senect. 46 Quae quidem in Sabinis perſequi ſoleo, Conuiuiumque vicinorum quotidie compleo. Ouid. Triſt. 4, 10, 77 Et iam complerat genitor ſua fata, *i. mortuus fuerat.* Orbem Sol compleuit Tibull. 2, 4, 18. *i. abſoluit annum.* Orbis annuus exactis completur menſibus Virg. Aen. 5, 46. Cic. Att. 13, 34 Etenim haec decantata erat fabula, ſed complere Paginam volui. Id. Verr. 3, 116 c. 49 Vt hac ipſa ratione ſummam mei Promiſſi compleam, *i. praeſtem, quod promiſi.* Saeculum complere vitae, *i. centum annos aetatis ſuae peragere* Ouid. Met. 15, 395 *de Phoenice aue.* Summam Cic. pro Flacc. 32. Ouid. Met. 3, 312 Maternaque Tempora complet. *Bacchus in femore Iouis.* Ouid. Met. 11, 311

Vt ſua maturus compleuit Tempora venter,
Alipedis de ſtirpe dei verſuta propago
Naſcitur Autolycus.

Tempora ſua compleuiſſe, *i. mortuum eſſe* Ouid. Met. 15, 816. Tempora debita Parcae complerant Virgil. Aen. 9, 108. Claudian. de Bell. Get. 143

Vnus in hoc Stilico diuerſis artibus hoſte
Tres potuit complere duces, fregitque furentem
Cunctando, vicitque manu, victumque relegat.

Complere, *i. ipſe ſolus referre. Sed alii legunt* Superare duces. Veg. 1, 17, 3 Mortuorum foetidiſſimo odore ſana iumenta complentur et pereunt. *Sic libri quidam. Al.* Corrumpuntur. *Sed* Impleri *etiam ad contagium referri, ſuo loco docemus.* ¶ 4 *Graeco more etiam cum Genitiuo conſtruitur loco Ablatiui. V. g.* Plaut. Men. 5, 5, 3 Paraſitus, qui me compleuit flagitii et formidinis. Plaut. Amph. 1, 2, 9 Erroris ambo ego illos et dementiae complebo, atque omnem Amphitruonis familiam. *Praeteriti contracti exemplum eſt* Compleſſe Lucret. 4, 171. *it.* 6, 251.

COMPLENS, entis. Part. Complens iuramentum Vulg. Geneſ. 26, 3. *i. implens.*

COMPLĒTVS, a, um. Partic. [συμπεπληρωμένος] Cic. Acad. 4, 125 Tune aut inane quidquam putes eſſe, quum ita completa et conferta ſint omnia, *etc.* Ambitus perfectus completusque verborum Id. in Orat. 168. Caelum humano genere completum Cic. Tuſc. 1, 28. Domus completa, *pro Plena* Id. Att. 1, 18. Legio completa per maniplos Sil. 8, 119. Decem millia armatorum completa Nep. 1, 5. Mundus multitudine conſentientium completus Cic. de Diuin. 2, 119 c. 58. Rerum humanarum ſorte completa Curt. 10, 6, 6. His rebus completis, *i. perfectis* Caeſ. B. Ciu. 3, 46.

COMPLETE. Adu. *Compar.* Gell. 1, 7 Illud enim ſic compoſitum iucundius ad aurem completiusque, *etc. Alii legunt* Complexiusque.

COMPLETIO, ōnis. f. Feſtus : Igitur pro completionis ſignificatione valet. *Sed videtur legendum* Complexionis, *i. Concluſionis, vel Syllogiſmi adeo.* Prophetiae completio Auguſt. Epiſt. 161.

COMPLĒTOR, ōris. m. *Qui complet.* Iuuencus in Matth. 12 Legum completor Ieſus.

COMPLETORIVM, i. n. *Officium erat eccleſiaſticum, quod diurna officia complebat, nempe preces dicendae ſub noctis initium.* *Hinc* Completorii hora, *apud* Auguſtinum : *et in Hymno antiquo de Paſſione Dominica.*

COMPLEMENTVM, i. n. [ἀναπλήρωσις] *Illud, quod complendi et perficiendi cauſa additur.* Cic. in Orat. 230 c. 69 Inculcata reperias inania quaedam verba, quaſi complementa numerorum. *Comparat nempe cum fabrorum opere, qui inter maiora ſaxa inferciunt lapides minores explendi aequandique* operis *cauſa.* Accuſationum omnium complementum maieſtatis crimen Tac. Ann. 3, 38 *quod valeret nempe ſemper, et aliis criminibus pondus adderet.*

COMPLEX, *vid.* COMPLICO.

COMPLEXIO, COMPLEXVS, *vid.* COMPLECTOR.

COMPLĬCO, ui *et* āui, ĭtum *et* ātum, āre. [συμπλέκω] *Flexu et plicando longum aliquid ad minora ſpatia redigere.* Plaut. Rud. 4, 3, 1 Dum hanc tibi rudentem, quam trahis complico. Cic. Att. 12, 1 Quum complicarem hanc epiſtolam, noctuabundus, *etc.* *Conf.* Id. ad Q. Fratr. 3, 1, 5.

COMPLICĀTVS, *et* COMPLICITVS, a, um. Part. Cic. Off. 3, 76 c. 19 Si quis voluerit animi ſui complicatam notionem euoluere, *i. rem obſcuram diligenter cogitando liquidiorem et clariorem reddere.* Pedes compliciti Apul. Met. 9 p. 236.

COMPLEX, ĭcis. Iſidor. Orig. 10 lit. C. Complex, qui vno peccato vel crimine, alteri eſt applicatus ad malum. Criminis complices exſtiterunt, qui non detexerunt facta raptoris Caſſiod. 5, 39. Caeteris complicibus oppreſſis Sidon. Ep. 8, 11. Sectae impiae complices Prudent. in Romano v. 822. *Vid. etiam* Id. Hamart. 614. *et* Arnob. 3 p. 123.

COMPLŌDO, ſi, ſum, ĕre. [συγκροτέω] *Aduerſas manus inuicem collidere : quod fieri pluribus de cauſis ſolet : vel ad teſtificandum more feminarum dolorem : vel prae gaudio, vel per ſubitam admirationem, vel, ſi quae ſunt aliae cauſae. Haec Valla* 4, 9. Quinctil. 11, 3, 123 Complodere manus, ſcenicum eſt, et pectus caedere. Petron. 18 Comploſis manibus in riſum effuſa eſt. *Sed* 137 At illa comploſis, manibus, ſcelerate, *inquit*, etiam loqueris ? *Et* 20 Comploſit manus riſu meo prodita, *ridens ipſa nimirum. De riſu etiam* 24 Comploſit illa tenerius manus. *De miſeratione* 34 Comploſit Trimalchio manus.

COMPLODENS, ntis. Part. Apuleius 9 p. 235, 33 Hortulanus ille miſeratus, ſuosque caſus grauiter ingemiſcens — vacuasque manus complodens.

COMPLOSVS, a, um. Part. *Vt, praeter dicta*, Comploſae ſaepius manus Sen. de Ira 1, 1.

COMPLŌRO, āre. [κατακλαίω, ὀλοφύρομαι] *Simul plorare.* Liu. 5, 39 Complorati omnes pariter viui, mortuique, totam prope vrbem lamentis impleuerunt. Comploratum publice eſt Flor. 2, 15, 8. Fortunam complorare Quinctil. Decl. 16. Cic. pro Domo 98 c. 37 Videre praetextatos inimicos nondum morte complorata arbitria petentes funeris. Penates complorare Ouid. Triſt. 1, 595.

COMPLORĀTVS, ûs. m. [ὀλοφυρμὸς] *Vt*, Comploratu iuſto proſequi mortuos Liu. 25, 26. Comploratus familiarum coërcere Liu. 22, 55.

COMPLORATIO, ōnis. f. [ὀλόφυρσις] *Lamentatio.* Liu. 26, 29 Comploratio eorum, flebileſque voces. Fletus et comploratio ſui patriaeque fregere virum Id. 2, 2, 4. Lamentabilis comploratio, *vid.* LAMENTOR. Mulierum comploratio Liu. 3, 47. Comploratio orta Id. 1, 41. Iuſtin. 11, 9 Inuicem ſe amplexae velut ſtatim moriturae, complorationem ediderunt.

COMPLVO, *vid.* COMPLVVIVM.

COMPLVRES, *et* Complura, *vel* Compluria; *caret ſingulari*, [πλείονες, συχνοί] *De hoc pariter et ſimplici* Plures *agit* Gell. 5, 21 *atque oſtendit* Compluria *etiam dixiſſe idoneos auctores: itemque* abſolutum eſſe, ſiue ſimplex (*nos* poſitiuum *vulgo vocamus*) non comparatiuum. *Et ſane* Complures *vix comparandi notione dictum reperies.* Liu. 43, 15 Anguem iubatum a compluribus viſum eſſe. Caeſ. Bell. Gall. 8, 48 Quod vbi accidit, complures hoſtium magno noſtrorum impetu pulſi vulnerantur. Cic. Verr. 2, 47 Dicebant ſcyphorum paria complura, hydrias argenteas. Complures Graecis inſtitutionibus eruditi Id. de Nat. Deor. 1, 8. Complures alii Hor. Serm. 1, 10, 87. Conſules complures in perturbatione Reipubl. Cic. Fam. 10, 6. Dies complures cum aliquo verſari Id. Fam. 2, 8. Ambiguorum complura Genera ſunt Cic. de Orat. 2 c. 26. *Add.* Nep. 13, 4, 2. Tonſores ſimul complures Sueton. Aug. 78. Vulcani complures Cic. de Nat. Deor. 3, 55. Ter. Phorm. 4, 3, 6 Noua hic compluria. *Vbi* Donatus, Secundum regulam loquutus eſt Terentius. nam *hoc Complure*, et *haec Compluria* dicitur. Sic veteres, quod noſtri demta ſyllaba *Complura* dicunt. *Sic* Cato Originum ſecundo, *Fana hoc loco Compluria.* Cic. in Protagora, *Confirmandi genera Compluria.* Credo, quia veteres hoc Plure, non hoc Plus dicebant. Sed tamen ego quidem me ſuſtinui, multa minui, multa ſuſtuli, complura ne poſui quidem Cic. Fam. 6, 7.

COMPLVSCVLI, ae, a. Adi. Ter. Hec. 1, 2, 102 Dies compluſculos bene conueniebat ſane inter eas. Verba compluſcula Gell. 7, 11.

COMPLVSCVLE. Adu. Gell. 17, 2 Veteres ita *compluſcule* dixerunt.

COMPLVRIES. Adu. [πλεονάκις] Plaut. Perſ. 4, 3, 65 Metuo hercle vero: ſenſi ego iam compluries. Quae compluries in coetibus populi acta dictaque erant Gell. 7, 3. Cato, Contumelias mihi dixiſti compluries. *Alii legunt* Compluriens. *Vid.* Gell. 5, 21. Non. 2, 143.

COMPLVRIMVS, a, um. Adi. Gell. 11, 1 Buceraque in ea terra gigni paſcique ſolita ſint complurima.

COMPLVRIMVM, *vid.* CVMPLVRIMVM.

COMPLVVIVM, i. n. [σύῤῥοια, σύῤῥαξ] Eſt, *inquit* Feſtus, Quo de diuerſis tectis aqua pluuialis confluit in eundem locum. Varr. de L. L. 4, 33 Cauum aedium dictum, qui locus tectus intra parietem relinquebatur patulus, qui eſſet ad commune omnium vſum. In hoc locus ſi nullus relictus erat, ſub diuo qui eſſet, dicebatur teſtudo a teſtudinis ſimilitudine, vt eſt in praetorio in caſtris. Si relictum erat in medio, vt lucem caperet, deorſum, quo impluebat, Impluuium dictum: et ſurſum, qua compluebat, compluuium: vtrumque a pluuia. *Conf.* IMPLVVIVM. Vitruuio *etiam* 6, 3 Compluvium *eſt ea pars tecti in cauaedio, quae pluuiam deiicit:* cum iisdem rationibus trabes et compluuia collocantur. *Loquitur de excurrente parte tecti, et aſſeribus longius proiectis. Sed proxime ante* Aſſeribus ſtillicidiorum in medium compluuium deiectus. *Mox* Quod compluvia eorum erecta non obſtant luminibus tricliniorum. Varro R. R. 1, 13, 3 Vt interius compluuium habeat lacum, vbi aqua ſaliat, qui intra ſtylobatas (*baſes columnarum, quae circumſtant compluuium*) cum venit, ſit ſemipiſcina. Sueton. in Auguſt. c. 92 Qua enatam inter iuncturas lapidum ante domum ſuam palmam, in compluuium deorum penatium tranſtulit. *Per metaphoram etiam vineis tribuitur* Compluvium. *Vid.* Columel. 4, 24, 14. *et* 26, 3. *et mox* COMPLVVIATVS.

COMPLVVIĀTVS, a, um. Adi. *In ſpeciem compluuii formatus, relictis circa quatuor velut parietes ſpatiis quadrangulis. Vt,* Compluuiata vinea Plin. 17, 21. Compluuiata iugatio copioſior vino eſt, Varr. de R. R. 1, 8, 2.

COMPLVO, ĕre. Auguſt. de Geneſi contra Manich. 1, 23 Aquae, quibus Noë compluebatur. *Hinc*

COMPLVTVS, a, um. Partic. Solinus 10, (*al.* 15) *de gruibus*, Quum trans medium alueum aduentaſſe ſe ſciunt, ſcrupulorum ſarcino pedes liberant: ita nautae prodiderunt, compluti ſaepe ex illo caſu imbre ſaxatili. Pallad. Oct. 9 *Lemma eſt*, Si compluta eſt vua.

COMPONDĔRO, āre. Apul. in Triſmegiſto p. 89 Pari lance componderans.

COMPŌNO, ſui, ſitum, nĕre. [συντίθημι, σκευάζω, ἀρτίζω, περιστέλλω] *Conſtituere, ſimul ponere, ordine collocare.* Ter. Hec. 4, 3, 5 I ergo intro, et compone, quae ſimul tecum ferantur. Diligenter componebat rem, *i. conferebat inter ſe ſingula, vti verum eliceret, ac deinde coordinabat* Cic. de Clar. Orat. 227. Aciem componere, *vid.* ACIES. Aciem per cuneos Tacit. Germ. 6. Amomum manipulatim leniter componitur, *vid. ſub* LENIS. Antidotum ex variis et inter ſe contrariis effectibus componere Quinctil. 1, 10, 6 Argumenta ſingula cum ſingulis componere Quinctil. 7, 3. Cauſas cognoſcere et componere Cic. in Orat. 143. *i. conferre inter ſe, et coordinare ſingulas partes.* *Sic* Cauſam conſiderare componereque Id. de Clar. Orat. 87. Capillos componere et delibuere Id. pro Roſc. Am. 135. Claſſiarios in numeros legionis Tac. Hiſt. 1, 87. Comas componere Ouid. Rem. Amor. 679. Quinctil. 11, 3, 148. Crines componere Virg. Georg. 4, 417. Exercitum pugnae Tac. Ann. 13, 40. *i. comparare et inſtruere ad pugnam.* Cic. Att. 15, 26 Ego Itinera ſic compoſueram, vt Nonis Quinctil. Puteolis eſſem, *i. ordinaueram.* Labra labellis compono Lucil. *apud* Non. 4, 68. *Vid.* COMPARO. Vlpian. in l. Si ſeruus. §. ſi ex ploſtro. D. ad Legem Aquil. Aquilia ploſtrarium teneri placet, ſi male compoſuerit lapides, et ideo lapſi ſint. Latus ſuum alicui componere, *pro Concumbere cum viro* Prop. 2, 2, 64. Lucil. *apud* Non. 4, 68 Tum latus componit lateri, et cum pectore pectus. Leges componere Lucret. 4, 963. *i. ſcribere, ferre.* Ligna Gell. 5, 3. Virg. Aen. 8, 486 Componens manibusque manus, atque oribus ora, *de Mezentio viuos homines alligante cadaveribus.* Manus alicui componere, *i. manus cum aliquo conſerere et congredi* Sil. 6, 246. Membra defeſſa componere Virg. Georg. 4, 438. *ſomni cauſa.* Mores Ouid. de Arte Am. 3, 370. *ad decus et venuſtatem.* Oculos componere, *Claudere ſomno* Valer. Argon. 7, 247. Tu mea compones, et dices, Oſſa Properti Haec tua ſunt Propert. 2, 24, 35. *Hinc* Componere *interdum ſimpliciter pro ſepultura dicitur* Horat. Sat. 1, 9, 28 Haud mihi quiſquam, Omnes compoſui. *Add.* Tacit. Hiſt. 1, 47, 3. *Caeterum ad oſſa et cineres proprie referri, oſtendit* Brouckh. *ad* Tib. 3, 2, 26 Sic ego componi verſus in oſſa velim, *i. combuſtus, vbi nihil praeter oſſa ſupererit.* Catull. 67, 98 Quem nunc tam longe nec inter nota ſepulcra Nec prope cognatos compoſitum cineres, *etc.* Ouid. Faſt. 5, 426 Iam tamen extincto cineri ſua dona ferebant, Compoſitique nepos buſta piabat aui. Valer. Flacc. 7, 208 Illum ego, qui diris cinis vltimus haeſerit aruis, Oſſaque quis tauri ſaeuusque pepercerit ignis Componam, ſedemque dabo. *Add.* Compoſitus cinis Ouid. Faſt. 3, 547. *Et* Componi tumulo eodem Met. 4, 157. *Videtur tamen etiam ad lectum funebrem et apparatum priorem referri.* Ouid. Met. 9, 503 Peream, precor, ante, toroque Mortua Componar, poſitaeque det oſcula frater. Tac. Agric. 45 Paucioribus tamen lacrimis compoſitus es, et nouiſſima in luce deſiderauere aliquid oculi tui. Puluinar Ouid. de Arte Am. 1, 160. Salluſt. in Epiſt. Mithridatis ad Arſacem, Ego non validiſſimus praebeo exemplum, quo rectius tua componas, *i. ordines.* *Sic* Rempublicam componere et conſtituere, [συντάττειν, κατακοσμεῖν] Cic. de Legib. 3, 42. Virg. Georg. 4, 189 *de ſomno apum*, Poſt vbi iam thalamis ſe compoſuere: ſiletur In noctem. *Sed de accubitu ad menſam* Virgil. Aen. 1, 702 Aulaeis iam ſe regina ſuperbis Aurea compoſuit ſponda, mediamque locauit. Se componere alicui, *i. cum illo congredi* Sil. 17. Se componere in villa Plin. Epiſt. 5, 18, 1. *ad vitam priuatam redire.* Signa componere Cic. Att. 4, 9. *de ſtatuis ordinandis.* Templa fratribus Deis fratres de gente Deorum compoſuere Ouid. Faſt. 1, 707. Togam Horat. Serm. 2, 3, 77. Quinct. 11, 3, 156. Vitem componere in brachia Columel. 5, 5. Ouid. Met. 13, 767 *de Polyphemo*, Iam libet hirſutam tibi falce recidere barbam, Et ſpectare feros in aqua, et componere vultus. Ouid. Faſt. 5, 30 *de Maieſtate dea*, Conſedere ſimul Pudor et Metus, omne videres Numen ad hanc vultus compoſuiſſe ſuos. *Al.* Cultus. Vultum ad ſpeculum componere in terrorem Sueton. Calig. c. 50. Componere *de condiendis fructibus.* Colum. 12, 47, 7 Eadem conditura poſſet etiam oliua regia componi vel orchita. *Sic* 12, 54, 3 Napi quoque — eodem iure quo rapa condiri poſſunt: ſed curandum, vt haec — dum ſunt tenera componantur. *Add.* 12, 9, 3. 12, 10, 2. 12, 13, 2. *Add.* COMPOSITVS *et* COMPOSITIO. *Iam Conſtructiones diuerſas obſeruabimus.* Ad exemplum ſe componere Quinctil. 2, 6. Ad eorum, quos probant, imitationem ſe componere Id. 2, 8. Ad imitationem veritatis ſe componere Quinctil. 5, 12. Ad reuerentiam Senatus componi, *de ſimulatione* Plin. Paneg. 76, 5. *Ponitur et cum Ablatiuo, omiſſa Praepoſitione* In: *vt* Olla noua componere herbam Scribon. 60. Olla fictili componere cerui cornua 122. Toro, *it.* Tumulo componere *vidimus modo ſub* Oſſa. ¶ 2 Componere, [συναλλάττειν, καταρτίζειν] *eſt ad aequalitatem, et velut aequilibrium redigere, quod cum de bello, controuerſiis, curis, fluctibus, litibus dicitur, poteſt etiam per ſedare explicari, vt,* Componere bellum Aſin. Cic. Fam. 10, 33. *Et* Virg. Aen. 12, 109. Controuerſias Caeſ. Bell. Ciu. 3, 109. Id. Aen. 4, 341 Me ſi fata meis paterentur ducere vitam Auſpiciis, et ſponte mea componere Curas. Diem parem Libra componit, *i. aequalem facit nocti: quando enim Sol eſt in Libra, fit aequinoctium Autumnale* Sen. Hippol. 839. *Sed* Cum Virgil. Aen. 1, 378 Diem componit veſper, *illud ex Sepeliendi potius notione interpretandum, de qua n. 1. ſub* Oſſa. *Denique* Plin. Epiſt. 2, 17, 2 Compoſitus dies *eſt ordinatus bene, et in officia ſua iam tributus, vt deinde liceat, quod ſupereſt curae corporis impendere.* Diſcordias componere aduerſus aliquem Tacit. Hiſt. 4, 50. Fluctus motos componere Virg. Aen. 1, 139. Idem Ecl. 3, 108 Non, noſtrum inter vos tantas componere lites. Tacit. Ann. 15, 2 Videbarque contra vetera fratrum odia et certamina, familiae noſtrae Penates rite compoſuiſſe. Horat. Serm. 1, 1, 102 — Pergis pugnantia ſecum Frontibus adverſis componere, *h. e. ad concordiam reducere.* Verba ratione componere et finire Cic. in Orat. 164. Componere et perficere callide aliquid Id. de Diuin. 2, 110. Ter. Phorm. 4, 3, 17 Cur non inquam, Phormio vides, inter vos ſic haec potius cum bona, vt componantur gratia, quam cum mala? Amicos auerſos componere, *i. iratos ad concordiam redigere* Horat. Serm. 1, 5, 29. Lucilius Baſſus cum expedito equite ad componendam Campaniam mittitur Tacit. Hiſt. 4, 3, 1. *i. pacandam.* Sil. 17, 356 Tempus componere Gentem, Ad finem ventum, et claudenda eſt ianua belli. Plaut. Merc. 5, 2, 112 Pacem componi volo meo patri cum matre. *Idem ergo eſt* Bellum, *ſiue* Diſcordiam componere, *et* componere pacem: *diuerſa tantum relatio.* *Sic* Componere Tumultum Lucan. 1, 298. *Etiam abſolute ſine ſubſtantiuo* Plin. Epiſt. 5, 1 Coheredes mei componere et tranſigere cupiebant, non diffidentia cauſae, ſed metu temporum, *i. conuenire ſine ſtrepitu iudicii.* Caeſ. Bell. Ciu. 3, 42 Pompeio ſummam eſſe ac fuiſſe ſemper voluntatem, vt componeretur, atque de armis diſcederetur. Plaut. Curc. 5, 3, 23 Si poſſum hoc inter vos Sententia componere. Compone hoc de argento, de reliquo videro Cic. Verr. 4, 36 c. 16. *i. dic, quomodo conueniat illud, quod dico de argento: redige in concordiam cum his, quae negari nullo modo poſſunt.* Cic. Off. 1, 131 Cauere debemus, ne in perturbationem prius incidamus, quam animos noſtros ratio componat. *Sic* Prima (*moralis philoſophia*) componit animum Sen. Ep. 89. *Et* Qui rationi ceſſit, in perpetuum componitur Id. ad Helu. c. 16. Animum componere ad aliquos caſus Valer. Argon. 1, 321. Celſ. 3, 18 Prodeſt ad id, atque etiam ad Mentem ipſam componendam crocinum vnguentum, cum irino in caput datum, *de phreneticis.* Quo pacto morem animi tui componas Cato Diſt. praef. ¶ 3 Componere, [συμβάλλειν] *Comparare.* Virgil. Ecl. 1, 24 Sic paruis componere magna ſolebam. Accius *apud* Non. 3, 64 Quid eſt, cur componere auſis mihi te, aut me tibi? Diuinis humana licet componere Auſon. Ecl. 1, 10. *In primis* Componi *dicuntur* Gladiatores, *i. comparari, cum aequalibus fere viribus pugnare inuicem iubentur.* Cic. de Opt. gen. Orat. 17 c. 6 A me autem — gladiatorum par nobiliſſimum inducitur. Aeſchines, tanquam Aeſerninus (vt ait Lucilius) non *ſpurcus homo*, ſed doctus et acer, *Cum Pacidiano hic componitur, optimu' longe Poſt homines natos.* Nihil enim illo oratore arbitror cogitari poſſe diuinius. *Demoſthenem indicat.* *Caeterum plenius locum Lucilii laudat* Non. 4, 64. *Hinc* Lucan. 3, 195 Cum ventis pelagique furentibus vndis compoſuit mortale genus. Quinct. 2, 17, 33 Saepe gladiatores ſub eodem magiſtro eruditi, inter ſe componuntur. *Et mox*, Si quis caſus duos inter ſe bonos viros compoſuerit. Ecce par Deo dignum, vir fortis cum mala fortuna compoſitus Sen. de Prou. c. 2. *Sic* Sil. 10, 70. *et* 16, 615. Cauſam ſuam cum cauſa aduerſarii componere Quinctil. 7, 2 p. 602. Par pugnat vti non Compoſitus melius cum Bitho Bacchius Horat. Sat. 1, 7, 19. Auſon. Eidyl. 12, 102 Quis Myrmilloni componitur? aequimanus Thrax. Tac. Ann. 15, 51, 5 Accita quidem Epicharis, et cum indice compoſita (*confrontare hodie dicit vulgus*) nullis teſtibus innixum facile confutauit. *Hinc* Salluſt. Iugurth. 48 Iugurtha vbi Metelli dicta cum factis compoſuit. ¶ 4 *Singularia ſunt iſta*: Salluſt. *apud* Non. 4, 68 Suſpectusque fuit, incertum vero, an per negligentiam ſocietatem praedarum cum latronibus compoſuiſſet. *Et eiusdem* Salluſtii in

Fragm. l. 1 p. 936 *Cort.* Quin lenones et vinarii laniique, quorum praeterea vulgus in dies vſum habet, pretio compoſiti, *i. comparati, emti.* Cic. pro Deiot. 17 c. 6 Locus erat quidam, in quo erant ea compoſita, quibus rex te munerare *(ironice)* conſtituerat. Huc te e balneo priusquam accumberes ducere volebat. Ibi enim erant armati, qui te interficerent, in eo ipſo loco collocati. ¶ 5 *Frequentiſſima ratio eſt, qua* Componere, [συγγράφειν, συντάσσεσθαι] *coniunctione plurium aliquid efficere, et in primis de operibus ingenii adhibetur, vt,* Componere hiſtoriam Plin. Epiſt. 7, 16. Condere et componere Hor. Epiſt. 1, 1, 12. Deſcribere et componere iura et iuſſa populorum Cic. de Legib. 1, 17. Inuenire et componere res Id. de Clar. Orat. 238. Aliquid de ratione dicendi componere Quinct. in prooem. Actiones Cic. Att. 6, 1 *de Cn. Flauio.* Amores, *eſt carmina amatoria ſcribere apud* Ouid. Triſt. 2, 361 Denique compoſui teneros non ſolus amores. Argumentum Cic. Att. 15, 4. Artem Quinctil. 3, 1, 11. *it.* 12, 11, 4. Artes Cic. de Clar. Orat. 48. Artificium de iure ciuili Id. de Orat. 2, 224. Bellum Troicum Vell. 1, 5, 3. Cantus, *i. incantationes* Tibull. 1, 2, 55. Carmina Horat. Serm. 2, 1, 63. Carmina ad lyram Quinctil. 1, 10. Ouid. Triſt. 5, 12, 60 Nec tamen, vt fatear verum tibi, noſtra teneri A componendo carmine Muſa poteſt, *h. e. cohiberi.* Ouid. Amor. 2, 1, 10 Compoſuit Caſus iſte Poëta meos? Commentarium Cic. Att. 1, 16. Edictum Id. Fam. 3, 11. Elegos Ouid. Amor. 3, 15, 3. Exemplum literarum Cic. de Lege Agr. 2, 52. Exordium nimium apparatis verbis componere Auctor ad Herenn. 1, 12. Formulam diſciplinae quandam certam componere Cic. Acad. 1, 17. Formas iudiciorum et ſtipulationum componere Id. de Legib. 1, 14. Interdictum aliquorum cauſa componere Cic. pro Caecin. 60. Laudes alicuius Tibul. 4, 1, 35. Librum ex alienis orationibus Cic. Diuin. in Caec. 1, 47. Libros Id. Fam. 16, 20. Liu. 27, 28 Ne quibus literis crederent nomine Marcelli compoſitis. Opus ad aliquorum vtilitatem Quinctil. 3, 6. Orationem ad aliorum iudicia Id. 5, 14. Ordinem rei gerendae Liu. 29, 6. Ordinem inſidiis compoſuerant, vt Tacit. Ann. 15, 52, 2. Poëmata Cic. ad Q. Fratr. 3, 1. Rationes familiares Tacit. Ann. 6, 26. Res geſtas Horat. Epiſt. 2, 1, 251. Tempora Iliaca Vell. 1, 3, 2. Cic. Att. 15, 15 Teſtimonium compoſui, quod quum voles obſignabis. Quaedam exemplaria legunt Teſtamentum. Ouid. Met. 9, 520 Et meditata manu componit verba trementi. Verba ad religionem deorum immortalium componere Cic. pro Domo 123. Verba componere et coagmentare Id. de Clar. Orat. 98 *non eſt ſimpliciter ſcribere, ſed artificioſe contexere verba, vt numerus oratorius exiſtat. Sic* Verba componere et conſtruere Cic. de Orat. 3, 169. Verſus Horat. Serm. 1, 4, 8. Componere *etiam ſimpliciter eſt* orationem *numeroſam facere : vt,* Viam componendi facile efficiet exercitatus ſtilus Cic. in Orat. 150. *Sed etiam alia* componi *dicuntur, vt indicauimus, quae ex pluribus partibus conſtant, et ordinem quendam habent : Sic* Virg. Aen. 3, 387 Quam tuta poſſis vrbem componere terra, *i. aedificare.* Componere fallacias, *pro Meditari et comminiſci* Plaut. Poen. 3, 5, 29. *Sic,* Componere mendacia Idem Amph. 1, 1, 210. Tibul. *de Sene amatore,* 1, 5, 49 Et ſibi Blanditias tremula componere voce, *verſus amatorios cantillare.* Inſidias alicui Tibul. 1, 7, 4. Non bene mendaci Riſus componitur ore Id. 3, 7, 3. *i. fingitur.*

COMPONENS, entis. Partic. Vetuſtas in maius componens Sall. Fragm. c. 32. Componens manibusque manus atque oribus ora Virg. Aen. 8, 486.

COMPOSĬTVS, a, um. Partic. [συντεθειμένος, συνηρτημένος] Propert. 1, 20, 22 Mollia compoſita litora fronde tegit. Compoſitis credula cauſis Suſpicio Auſon. Epiſt. 24, 7. *i. fictis.* Ad moeſtitiam compoſitus Tacit. Ann. 13, 20. *i. moeſtitiam prae ſe ferens.* Liu. 26, 19 Sed arte quoque quadam ab iuuenta in oſtentationem compoſitus. In rationem annorum compoſitus Quinctil. 3, 8, 54. Tacit. Ann. 3, 44 Tanto impenſius In ſecuritatem compoſitus, neque loco, neque vultu mutato, ſed, vt ſolitum, per illos dies egit. Compoſitus et velut eluctantium verborum Tacit. Ann. 3, 31, 3. *i. vulgo affectatus.* Exercitus ex gentibus variis Salluſt. Iugurth. 18. Compoſitum, compactum et coagmentatum Cic. de Finib. 3, 74. Compoſiti acie, *vid.* ACIES. Genus hominum compoſitum ex corpore et anima Salluſt. Iugurth. c. 2. Numero compoſiti in turmas Virg. Aen. 11, 599. *Vbi* Seruius, Numero exponit, Rationabiliter: Vnde, inquit, et *Saepenumero* dicimus, id eſt, frequenter et rationabiliter. Hinc eſt, *tum vero in numerum, i.* In rationem et rhythmum. Somno compoſitus Ouid. Amor. 1, 4, 53. Aceruo compoſito deſpicere dites et famem Tibul. 1, 1, 91. Nil videtur mundius, Nec magis compoſitum quidquam, nec magis elegans Ter. Eun. 5, 5, (4) 13. Aetas compoſita, *i. matura et quieta* Tacit. Ann. 12, 32. Affectus mites, atque compoſiti Quinctil. 6, 2, 9. *it.* 11, 3, 65. Agger tumuli compoſitus Virg. Aen. 7, 6. Agmen compoſitum ad iter magis quam pugnam Liu. 37, 2. *Et* 24, 35 Atque agmine ad omnes caſus compoſito ibat. Ouid. Epiſt. 13, 136 Blandaque compoſitas aura ſecundet Aquas, *i. tranquillas.* Arma Horat. Carm. 4, 14, 52. Auctores ſeditionis Tacit. Hiſt. 4, 14, 3. *i. conſtituti, ſubornati.* Auſpicia ad vtilitatem Reipublicae Cic. de Legib. 3, 32. Buſtum Lucan. 8, 748. Ipſe compoſito et delibuto Capillo per forum volitat Cic. pro S. Roſc. c. 46. Cauſae, *i. fictae, calumniae* Auſon. Epiſt. 24, 7. *Vid.* Dicta. Ouid. Faſt. 3, 547 Compoſitusque Cinis, tumulique in marmore carmen. Comae Id. Epiſt. 12, 156. Controuerſiae ex hiſtoriis Quinct. 3, 8. Crines Virgil. Georg. 4, 417. *i. comti.* Dicta compoſita, *mendacia* Acc. *ap.* Non. 4, 68. Diſcrimen compoſitum Ouid. de Arte Am. 2, 303. *capillorum, intellige.* Emplaſtrum compoſitum Scribon. 214. Gradibus compoſitis, *Paſſibus moderatis eundo* Virg. Georg. 3, 192. Hora compoſita, *pro Condicta, conſtituta* Hor. Carm. 1, 9, 20. Leges Virg. Aen. 12, 315. *i. conſtitutae.* Lucil. *apud* Cic. de Orat. 3 c. 43 Quam lepide Lexeis compoſtae, vt teſſerulae, omnes Arte, pauimento, atque emblemate vermiculato. Locus Graeca comitate et prouinciali parſimonia miſtus ac bene compoſitus Tacit. Agric. 4, 4. Mare Ouid. Met. 8, 857. Medicamenta Scribon. 68, 85. Ex pluribus compoſita medicamenta Ep. fin. Primum argumentum compoſitae Mentis exiſtima poſſe conſiſtere, et ſecum morari Sen. Ep. 2. Soli qui ſapientiae Poſt florem lepidum nec ſtabilem gradum Aetatis, ſenium dicat Mentis compoſitae: qualis ab arduis Ad ſe verſa laboribus Veſtric. Spurinna Od. 1. Nomen quaſi terrori compoſitum Vercingentorix Florus. Oliuae muria compoſitae Pall. Nou. 22, 5. Compoſitis hac conditura oliuis Colum. 12, 47, 2. Oratio compoſita, ornata, et artificio quodam et expolitione diſtincta Cic. de Orat. 1, 50. *Etiam* orator Id. Orat. c. 70, 232. Vellei. 2, 76, 3 Sed Pax contra Brunduſium compoſita, *i.* Conciliata. Poëma craſſe et illepide compoſitum Horat. Epiſt. 2, 1, 77. Pudor palam compoſitus Tacit. Ann. 4, 1, 5. *i. modeſtus.* Respublica compoſita, *i. quieta* Id. Ann. 4, 1, 1. Torus bene compoſitus, *i. coniugium pacificum* Ouid. Faſt. 3, 484. Ouid. Rem. Am. 351 Tu quoque compoſitis ſua quum linit ora Venenis, Ad dominae vultus, nec pudor obſtet, eas. Verba compoſita, *i. culta et ornata* Sall. in Iugurth. c. 85 Non ſunt compoſita mea verba: parui id facio: ipſa ſe virtus ſatis oſtendit. *Vid.* Lexis. Vox compoſita Sen. de Clement. 2, . . Vultus compoſitus Tacit. Ann. 1, 7. *i. fictus ad modeſtiam.* Plin. Epiſt. 3, 16 *placidus, triſtitiam diſſimulans.* Quinctil. 2, 8 p. 158 Alius hiſtoriae magis idoneus, alius compoſitus ad carmen. Vates in adulationem compoſitus Curt. 4, 7, 26. Liu. 2, 37 Prius quam committerentur ludi, Tullus (vt domi compoſitum cum Marcio fuerat) ad Conſules venit. Compoſita *intell.* medicamenta *aut* collyria Scribon. 38. Compoſtus, *per ſyncopen* Virg. Aen. 1, 253 Nunc placida compoſtus pace quieſcit, *de viuo adbuc Antenore. Comparat.* Liu. 28, 22 Acrior impetu atque animis, quam compoſitior vllo ordine pugna fuit. Omnia erunt compoſitiora Quinct. 1 Prooem. 8. Cic. Act. 1 in Verr. 32 c. 11 Et ex accuſatione perficiam, vt nemo vnquam poſt hominum memoriam paratior, vigilantior, compoſitior ad iudicium videatur. *Superlat.* Cic. Att. 6, 9 *pr.* Admiratus ſum, vt vidi obſignatam epiſtolam, breuitatem eius: vt aperui, rurſus σύγχυσιν literularum, quae ſolent tuae compoſitiſſimae et clariſſimae eſſe. σύγχυσιν, *i. Confuſionem, turbationem.* Compoſitiſſimae, *h. e. Belliſſime conſtructae. nunc autem ſcripſiſti vacillantibus literulis, manu a morbo minus firma. Non igitur de Epiſtola loquitur, ſed de Characteribus.*

COMPOSITO. [κατὰ συνθήκην, ἀπὸ συνθήματος] *Ablatiuus vice aduerbii.* Perfugas mala fide compoſitoque feciſſe Nep. 14, 6, 6. Ter. Phorm. 5, 1, 29 Compoſito factum eſt, quomodo hanc amans habere poſſet ſine dote. Veterum loquutionem *eſſe* Donatus *admonet.* Compoſito rumpit vocem, et ſic ore profatur Virg. Aen. 2, 159. De compoſito Apul. Apol. p. 273. Ex compoſito, Idem. *Laudatur* Plin. . . Nihil non ex compoſito fecimus, pactum ſeruauimus. *Vid.* EX *praepoſ. et* Liu. 1, 9. 5, 14. *et* 24, 14. Tacit. Hiſt. 4, 66, 3.

COMPOSITE. Adu. *Ordinate.* Cic. de Orat. 1, 48 Sin oratoris nihil vis eſſe niſi compoſite, ornate, copioſe eloqui. Agere aliquid compoſitius, quam feſtinantius Tacit. Ann. 15, 3. Columel. 6, 2, 5 Sin autem placidi et quieti boues erunt, vel eodem die, quo alligaueris, ante licebit producere, et docere per mille paſſus compoſite et ſine pauore ambulare. Dicere compoſite et apte ſine ſententiis, inſania eſt Cic. in Orat. 236 c. vlt. Indutus compoſite Gell. 1, 5. *i. decore.*

COMPOSĬTOR, ōris. m. [συγγραφεύς] Cic. in Orat. 61 c. 19 Non enim inuentor, aut compoſitor, aut actor, haec complexus eſt omnia: ſed et Graece ab eloquendo rhetor, et Latine eloquens dictus eſt. Ouid. Triſt. 2, 356 Plus ſibi permiſit compoſitore ſuo. *i. auctore: de libris ſermo eſt.* Compoſitor morum iuris legumque ſacerdos Coripp. de Laud. Iuſtin. 1 *pr.*

COMPOSITIO, ōnis. f. [σύνθεσις] *Vt,* Compoſitio vnguentorum. Plin. 20, 24 Sed diſceſſuri ab hortenſibus rebus, vnam compoſitionem ex his clariſſimam ſubtexemus. *Sic ſaepe Plinius.* Si Vnguentorum compoſitiones, conditiones ciborum, corporum lenocinia Cic. de Nat. Deor. 2, 146 c. 58. Remediorum ſalutarium Sen. de Benef. 4, 28. Compoſitio, *pro Conditura.* Columel. 12, 47, 7 Eſt et illa probata compoſitio, vt quum muria dura Pauſea alba maturuerit, omne ius defundatur, et immiſtis duabus partibus defruti, *cum* aceti vna, repleatur amphora. Eadem conditura poſſet etiam regia componi. *Sic* Compoſitiones rerum autumnalium Colum. 12, 44, 1. Gleucini olei compoſitio Col. 12, 51, 1. *Add.* 12, 20, 6. Compoſitio, *abſolute pro medicamento quouis compoſito* Scribon. *paſſim. Conf. Rhod. Lex. Scribon.* Ordo, compoſitio rerum aptis et accommodatis locis Cic. Off. 1, 142. Modeſtia compoſitionis Quinctil. 4, 1, 55 *et* Decor. 9, 4, 45. *et alias cum ſimpliciter ponitur, ad oratoriam illam orationis conformationem et conſtructionem verborum pertinent, vnde numerus exiſtit, de qua plurima Fabius 9, 4 integro, ac* Cic. *tum alias, tum* Orat. 147 c. 43 *ſqq. copioſiſſime : quam diſputationem ita concludit* 22 c. 68 Hanc igitur compoſitionem ſiue perfectionem, ſiue numerum vocari placet, adhibere neceſſe eſt *etc. Breuiter complexus omnia videtur* Auct. ad Her. 4, 18 c. 12 Compoſitio eſt verborum conſtructio, quae facit omnes partes orationis aequabiliter perpolitas. Ea conſeruabitur, ſi fugiemus crebras vocalium concurſiones, quae vaſtam atque hiantem orationem reddunt — Et ſi vitabimus eiusdem literae nimiam aſſiduitatem — Et ſi eiusdem verbi aſſiduitatem nimiam fugiemus — Et ſi non vtemur continenter ſimiliter cadentibus verbis — Et ſi verborum traiectionem vitabimus, niſi quae erit concinna — Item fugere oportet longam verborum continuationem *etc.* Quinctil. 9, 4, 22 In omni compoſitione tria ſunt neceſſaria, ordo, iunctura, numerus. *Sed totum illud caput huc pertinet. Vid. mox* Compoſitio Verborum *etc. Sed et aliam quamuis ordinatam conſtitutionem ſignificat.* Diſciplinae compoſitio Cic. de Finib. 3, 74. Id. de Legib. 2, 55 Totaque huius iuris compoſitio pontificalis magnam religionem caerimoniamque declarat. Magiſtratuum Cic. de Legib. 3, 12. Membrorum compoſitio, conformatio lineamentorum, figura, ſpecies humana Cic. de Nat. Deor. 1, 47 c. 18. Sermonis Quinctil. 1, 5, 36. *de Soloeciſmo.* Sonorum varia compoſitio harmonias efficit plures Cic. Tuſc. 1, 41. Cic. Orat. 181 c. 54 *Quaeritur,* Quod dicitur in oratione numeroſum, id vtrum numero ſolum efficiatur, an etiam vel compoſitione quadam vel genere verborum: an eſt ſuum cuiusque, vt numerus interuallis, compoſitio vocibus, genus ipſum verborum quaſi quaedam forma et lumen orationis appareat: ſitque omnium fons compoſitio, ex eaque et numerus efficiatur *etc.* Compoſitio tota ſeruit grauitati vocum aut ſuauitati. Cic. de Orat. 2, 58 c. 14 Et rerum copia et ſententiarum varietate abundantiſſimus, et ipſa compoſitione verborum non impolitus. Verbis vti ad aptam compoſitionem et condecentiam Cic. de Orat. 3, 98. Diſſimulata compoſitio iucundiſſima Quinctil. 4, 2, 118. Dura, Aſpera, Effeminata, Eneruis Quinct. 4, 9, 142. Lenis, quadrata, virilis Quinct. 2, 5, 9. Oratoria Quinct. 1, 8, 13. *Locus claſſicus eſt 9, 4 vt diximus.* Peccatur compoſitione Quinctil. 1, 5, 35. Supina, Tarda Quinct. 9, 4, 137. *Eſt etiam* Compoſitio, *Diſcordiarum pacificatio* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 32 Legatos ad Pompeium de compoſitione mitti oportere. De compoſitione agere Caeſ. B. C. 1, 26. *Add* ib. c. 32. *it.* 3, 15. Pacis, concordiae, compoſitionis auctor eſſe non

non deſtiti Cic. Philipp. 2, 24 c. 10. *Conf.* Id. Att. 9, 13. Cic. pro Roſc. Amer. 33 Quos *(ciues ſuos)* quia per compoſitionem ſeruare volebat, ipſe ab his interemtus eſt. *De Scaeuola.* Cic. Fam. 2, 8 *pr.* Quid? tu me hoc tibi mandaſſe exiſtimas: vt mihi gladiatorum compoſitiones, vt vadimonia dilata, et Chreſti compilationem mitteres, *etc.* *Vid. Manut. not.*

COMPOSITŪRA, *vel detractione literae I*, COMPOSTVRA, ae. f. [σύνθεσις] *Compoſitio.* Cato 22, 3 Trapetus emtus eſt in Sueſſano numis quadringentis, et olei P. L. compoſturae numis ſexaginta, vectura boum. Oculorum compoſiturae Lucret. 4, 329. Aſinius Capito *apud* Gell. 5, 20 Soloeciſmus eſt impar et inconueniens compoſitura partium orationis.

COMPOSITICIVS, a, um. Adi. *Quod componi poteſt, aut compoſitione conſtat.* Tertull. de Anima c. 9 Diſſolubile omne compoſiticium et ſtructile.

COMPOSITIVVS, a, um. Adi. Mart. Capell. 9 p. 320 Spiſſum dicitur trium ſonorum Compoſitiua quaedam qualitas.

COMPORTIONALIS, e. Adi. Terminos, qui intra poſſeſſionum fines inueniuntur, comportionales appellauit antiquitas Aggen. Vrb. p. 52 *Goeſ.* Comportionalium ſigna Anonymus ib. p. 254. *Eſt itaque* Comportionale, *quod ad portionem alicui aſſignatam pertinet.*

COMPORTO, āre. [συγκομίζω] *Simul portare, vel eodem plura portare: vt,* Comportare aquam in arcem Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 12. Cic. in Piſon. 23 Quum ſeruorum delectus haberetur in foro, arma in templo Caſtoris luce et palam comportarentur. Frumentum comportare ex agris in loca tuta Cic. Att. 5, 18. Frumentum comportare in aceruum Hirt. Bell. Afr. 69. Hor. Serm. 2, 3, 104 Si quis emat citharas, emtas comportet in vnum: Nec ſtudio citharae, nec muſae deditus vlli.

COMPORTATVS, a, um. Adi. *Vt,* Rebus comportatis bene vti Hor. Epiſt. 1, 2, 50 Res exquiſitae, vndique et collectae, arceſſitae, comportatae Cic. de Orat. 3, 90 c. 24.

COMPORTATIO, ōnis. f. Vitruu. 1, 5 *pr.* Cum per portus marinae ſubuectiones habuerint ad moenia comportationes expeditas.

COMPOS, ŏtis. c. [ἐπιτυχὴς, ἐγκρατὴς, ἐπίβολος] *Compos aliquis dicitur earum rerum, quas habet in poteſtate, et fere in bonam partem accipitur: tamen et in malam.* Plaut. Epid. 4, 1, 32 Cedo manum, accipe aerumnarum et miſeriarum compotem. Naeuius Danaë, *ap.* Non. 6, 46 Eam nunc eſſe inuentam probri compotem ſcis. *Et* Accius *apud eund.* 12, 14 Cur me miſeram irridet, magnis Compotem et multis malis. Ter. Adel. 3, 2, 12 Me miſerum, vix ſum compos animi, ita ardeo iracundia. *Vbi* Donatus; Compos animi, *i.* Competentis animi, vel animi ſani. cui contrarium eſt Impos animi. Alii Compotem animi, Compoſitum animo intelligunt. *Sed rectius poſterior pars nominis vtriusque ex antiquo* Potis *contracta ſumitur, quod Genitiuus, et* Poſſum *i.* Potis ſum *ſatis declarant.* Cic. Att. 9, 4 Non ſum, inquam, mihi crede, mentis compos. Mentis vix compos Ouid. Met. 8, 35. Celſ. 5, 26, 13. *in ſignis vuluae percuſſae,* Quaedam obmuteſcunt, quaedam mente labuntur, quaedam ſui compotes neruorum oculorumque dolore vrgeri ſe confitentur, *etc.* Compos et particeps animus ſempiternarum rerum Cic. de Vniuerſ. 24. Plin. Epiſt. 10, 3, 6 Rogo te, vt me exoptatiſſimae mihi gratulationis compotem facias. Plaut. Amph. 2, 2, 13 Sed hoc me beat, quod perduelles vicit, et domum Laudis compos reuenit. Libertatis Plaut. Capt. Prol. 41. Liu. 1, 32 Tum patriae compotem me nunquam ſinas eſſe. *Imprecatio Legati res repetentis.* Si me aliquando veſtri et patriae compotem fortuna fecerit Cic. Att. 7, 15. Regni Sil. 8, 72. Rationis et conſilii Cic. de Nat. Deor. 2, 36. Id. Acad. 4, 146 Scientiam talem eſſe dicebat, cuius compotem, niſi ſapientem eſſe neminem. Valer. Max. 1, 1, 1 Imperatores compotes victoriarum. Virtutum Cic. de Finib. 5, 7. Voti compotem facere aliquem Sen. Hippol. 710. *Sed* Votum compos *mox videbimus.* Liu. 7, 40 Eius me compotem voti vos facere poteſtis. Vrbis compotem facere Cic. pro Sext. 146. Compos, *Ablatiuo iunctum* Salluſt. Fragm. c. 32 Neque animo, aut lingua ſatis compos. *De amente Septimio.* Magnis compotem et multis malis *ex Accio ſupra vidimus.* Liu. 4, 40 In ſuos quaeque ſimul, corpore atque animo vix prae gaudio compotes, effuſae. Liu. 3, 60 Praedaque ingenti compotem exercitum reducunt. *Aliter* Cic. de Orat. 1, 210 Quarum qui eſſent animo et ſententia compotes, eos eſſe imperatores dicerem. *Singulare eſt illud* Sen. Agam. 365 Tibi grandaeui, laſſique ſenes compote voto reddunt grates, *pro* Voti compotes.

COMPOSCO, ĕre. *Vnde* COMPOSCENS Mart. Capella 5 p. 136.

COMPOSITIO, *vid.* COMPONO.

COMPŎTENS, entis. *Vocatur* Diana *in Numis et Inſcriptionibus v. g.* Gruter. p. 41, 2.

COMPOTIO, īre. *Compotem facere.* Plaut. Rud. 4, 2, 6 Piſcatu nouo me vberi compotiuit. Voti aliquem compotire Apul. Met. 11 p. 267, 34. *Vid.* Coluii not. ad Apul. p. 158. Id. Apul. Florid. *extr.* Praedae, quam ore geſtabat, inductricem compotiuit.

COMPOTIOR, īri. Plaut. Rud. 1, 3, 22 Hic ſolis locis compotita ſum. *Et* Tertull. adu. Valent. 11 Non viſu nec auditu eius compotiri fas eſt.

COMPŌTO, āre. [συμπίνω] *Simul potare. Hinc*

COMPOTATIO, ōnis. f. [συμπόσιον] *Conuiuium.* Cic. de Senect. 45 c. 13 *extr.* Conuiuium nominarunt melius quam Graeci, qui hoc idem tum compotationem, tum concoenationem vocant.

COMPŌTOR, ōris. m. [συμπότης] Cic. Philipp. 2, 42 c. 17 Tum vero adhibes ioci cauſa magiſtrum ſuffragio tuo, et compotorum tuorum rhetorem. *Vid. etiam* in Piſon. 65 c. 27.

COMPŌTRIX, īcis. f. [συμπότρια] Ter. Andr. 1, 4, 5 Quia compotrix eius eſt. *Et Adiectiue,* Sidon. Epiſt. 2, 9 Famularum turba compotrix.

COMPRAECĪDO, *(penult. longâ)* ĕre. Hae duae lineae altera alteram compraecident Hygin. de Limit. p. 177. *i. ſecabunt, vt fere Geometrae.*

COMPRAES, aedis. [συνέγγυος] Eiusdem rei populo ſponſor. Feſtus.

COMPRAETENDO, ĕre. Hygin. de Caſtramet. *ap.* Rutgerſ. Var. Lect. 1, 11 p. 50. *Sed corruptum putat Schelius, quem vid. p. 7. Certe neque ſatis firma hinc auctoritas verbo, neque certa ſignificatio.*

COMPRANDEO, ēre. Saresb. Epiſt. 264.

COMPRANSOR, ōris. m. [συναριστῶν] *Qui ſimul prandet.* Cic. Philipp. 2, 101 c. 39 Hunc tu agrum compranſoribus tuis et colluſoribus diuidebas.

COMPRĔCOR, āri. [εὔχομαι] *Deos plures, vel toto animo, facultatibus coniunctis, precari.* Ter. Adel. 4, 5, 65 Abi domum ac deos comprecare, vt vxorem arceſſas: abi. *Add.* ib. v. 70. Catull. 62 (65) 191 Caeleſtûmque fidem poſtrema comprecer hora, *h. e. Deorum auxilium.*

COMPRECATIO, ōnis. f. [εὐχὴ] Liu. 39, 15 Nulli vnquam concioni Quirites, tam non ſolum apta, ſed etiam neceſſaria haec ſollemnis deorum comprecatio fuit, quae vos admoneret, *etc.* Gell. 13, 21 Comprecationes deorum immortalium, quae ritu Romano fiunt, expoſitae ſunt in libris ſacerdotum Populi Romani, *etc.*

COMPREHENDO, *ſiue* COMPRENDO, di, ſum, ĕre. [συλλαμβάνω] *Totum, vel ſimul capere.* Ter. Eun. 5, 1, 20 Comprehendi iube quantum poteſt. *Conf.* Nep. 4, 4, 3. *et* 4, 5, 1. Manu comprehendere Cic. in Orat. 100. Modio nuces Varro R. R. 1, 7, 3. Comprehendere breui Cic. de Orat. 1, 4. Generaliter aliquid comprehendere Quinctil. 4, 1. Firme grauiterque comprehendere Cic. de Fin. 2, 20. Comprenditur ignibus agger Ouid. Met. 9, 234. Comprendere crinibus ignem Virg. Aen. 7, 73 Hypallage eſt, Quum ignis crines comprehendat, Seruius. Cic. in Catil. 2, 3 Quod tam capitalem hoſtem non comprehenderim potius quam emiſerim. Comprehendere aliquem in fuga Caeſ. Bell. Gall. 5, 21. Fures Catull. 60, 35. Hoſtem Cic. Catil. 2, 3. Ouem hieme Col. 7, 3, 15. *i. ſtabulo continere.* Dentem forfex comprehendit Celſ. 7, 12. Portum Quinct. Decl. 12, 25 p. 267. Comprehendere, *de compoſitione medicamentorum, i. in vnum redigere.* Haec (ſimplicia) omnia — diligenter melle — comprehendantur Scribon. 70. Vbi omnium vnitas mortario facta eſt, melle — medicamentum comprehenditur 88. Recipere debent tantum mellis, quantum ſatis erit ad comprehendenda et continenda ea 106. *Add.* 227. *Add.* Veget. Mulom. 4, 27, 1. ¶ 2 Comprehendere *dicuntur* plantae, *quae terrae haerent, viuuntque, adeo et conualeſcunt. V. g.* Brumae temporibus aliquando inſita vitis comprehendit Colum. 4, 29. Tarde Id. 11, 3. Celerius 3, 5, 1. Male 5, 6, 18. *Plene loquitur* Vlpian. l. 3 D. arb. furt caeſ. Quod ſi quis ex ſeminario, id eſt ſtirpitus arborem tranſtulerit: eam quamuis nondum comprehenderit terram, arborem tamen videri. *Ex hac forte plantarum ſimilitudine tractum eſt, quod* ¶ 3 Comprehendere, *pro Concipere* Celſ. 5, 21 *fin.* Si non comprehendit *mulier*, adeps leonina ex roſa mollienda eſt *ex ſententia I. B. Morgagni Epiſt.* in Celſ. p. 19. ¶ 4 *Metaphorice:* Comprehendere, *Simul enarrare ſ. referre.* Nullo vero quidquam poſt eos, qui ſupra comprehenſi ſunt, agitante Celſ. 1 praef. Comprehendere numero aliquid Virg. Georg. 2, 104. Numerum virorum comprendere Ouid. Triſt. 5, 11, 19. *Sic* Comprendere *eſt dicendo conſequi.* Virg. Aen. 6, 626

Non mihi ſi linguae centum ſint, oraque centum,
Ferrea vox, omnes ſcelerum comprendere formas,
Omnia poenarum percurrere nomina poſſem.

Dictis comprendere aliquid Ouid. Met. 13, 160. Oratione Cic. Verr. 4, 57. Id. Att. 13, 22 Quia verbis luculentioribus et pluribus rem eandem comprehenderat. Diuerſis verbis idem comprehendere Quinctil. 7, 4. Sueton. in Vita Plin. Bella omnia, quae vnquam cum Germanis geſta ſunt, viginti voluminibus comprehendit. ¶ 5 *Alia Metaphora ponitur* Comprehendere, *pro intelligere vel ſcire.* Cic. Acad. 4, 18 Nos enim defendimus, etiam inſipientem multa comprehendere. Comprehendere et percipere Cic. Acad. 4, 23. Columel. 6, 24 Certis ſignis comprehendere licet, quem ſexum generauerit. Animo comprehendere intelligentiam alicuius rei Cic. de Nat. Deor. 3, 64. Experimentis repetitis comprehendere Pallad. Ian. 13, 8. Celſ. 1 prooem. Quod ſi contemplationem rerum naturae, quam temere ſibi medici vendicant, ſatis comprehendiſſet, etiam illud ſciſſet. *i. ſi didiciſſet, quae ad phyſicen pertinent.* Memoriam rei alicuius comprehendere Cic. de Clar. Orat. 19. Animo celeriter comprehendere Cic. de Orat. 2, 136 c. 31. Id. Tuſc. 1, 50 Niſi quod nequeunt, qualis animus ſit vacans corpore, intelligere, et Cogitatione comprehendere. Cogitatione et animis comprehendere Cic. pro Flacc. 66 c. 28. Id. Tuſc. 5, 121 c. 41 Sed quoniam mane eſt eundum, has quinque dierum diſputationes memoria comprehendamus. Mente comprehendere Cic. de Nat. Deor. 3, 21 c. 8 *extr.* Mentibus comprehendere aliquam opinionem Cic. pro Cluent. 47. Viſu comprehendere aliquid Sil. 3, 408. Adulterium alicuius comprehendere, *i. deprehendere* Cic. pro Milon. 13. ¶ 6 *Ad officia et amorem refertur, vt* Complecti. Officiis aliquem per ſe et per alios comprehendere Cic. pro Planc. 30. Amicitia multos comprehendere, tueri obſequio Cic. pro Cael. 13 c. 6. Id. Fam. 13, 16 Sed vt redeam ad id, vnde coepi, vehementer mihi gratum feceris, ſi hunc adoleſcentem humanitate tua, quae eſt ſingularis, comprehenderis.

COMPREHENSVS, *ſ.* COMPRENSVS, a, um. Partic. [συνειλημμένος] *Vt,* Comprehenſam in animo habere ſententiam Cic. Acad. 4, 22. Epiſtolae comprehenſae, *i. interceptae* Iuſtin. 20, 5. Virg. Aen. 6, 701 Ter fruſtra comprenſa manus effugit imago, *i. prenſata, appetita.* *Add.* Nep. 16, 5, 2. Varro de R. R. 1, 9 *de terra*, In ea enim et lapis, et arena, et caetera eius generis ſunt in nominando comprehenſa. *i. appellatione terrae ea comprehenduntur.* Captum et comprehenſum aliquem tenere Cic. in Catil. 3, 16 c. 7. Linguam forcipe comprenſam abſtulit Ouid. Met. 6, 556. Res penitus perſpectae planeque cognitae, atque ab opinionis arbitrio ſeiunctae, ſcientiaque comprehenſae Cic. de Orat. 1, 108. In animo et memoria ſibi diſtributum atque comprehenſum aliquid habere Cic. de Petit. Conſ. 24. Cognitum comprehenſumque animo habere Cic. de Nat. Deor. 2 c. 2. Animo firme conceptum atque comprehenſum Cic. de Finib. 2, 6. Id. Acad. 4, 21 Animo iam haec tenemus comprehenſa, non ſenſibus. Cic. Acad. 1, 40 Quod autem erat comprehenſum, id ipſum ſenſum appellabat: et ſi ita erat comprehenſum, vt conuelli ratione non poſſet, ſcientiam. Cic. de Finib. 2, 20 Breuiter comprehenſis grauiſſimis ſententiis quaſi oracula ediidiſſe ſapientiae dicitur. Cic. pro Roſc. Com. 15 Perinde ac ſi in hanc formulam omnia iudicia legitima, omnia arbitria honoraria, omnia officia domeſtica concluſa et comprehenſa ſint. Comprehenſa planta Pallad. Oct. 11, 5. *quam comprehendit terra, ipſa terram.*

COMPREHENSIBĬLIS, e. Adi. [καταληπτὸς] *Quod comprehendi poteſt.* Cic. Acad. 1, 40 c. 11 Id autem viſum, quum ipſum per ſe cerneretur, comprehenſibile. *Sed Pareus Lex. Crit.* p. 240 Comprehendibile *ibi legendum dicit, et ita MS.* Sen. Quaeſt. Nat. 6, 24 Vtrum ſpiritus intret per pertenuia foramina, nec oculis comprehenſibilia. *Conf.* Macrob. Somn. Scip. 1, 2. *et* Arnob. 1 p. 37.

COMPREHENSIO, ōnis. f. [κατάληψις] *Comprehendendi actus,*

it. id, quod comprehenditur. Latior comprehenſio Quinctil. 2, 5, 14. *Praecepta artis generalia.* Comprehenſio facta ſenſibus Cic. Acad. 1, 42. Perceptio et comprehenſio Cic. Acad. 4, 101. Certae ſententiae comprehenſio Quinct. 5, 10, 5. Cogitationes comprehenſionesque rerum Cic. de Finib. 3, 49 c. 15. Verborum comprehenſio, *eſt Periodus.* Cic. in Orat. 149 c. 44 Collocabuntur igitur verba, aut vt inter ſe quam aptiſſime cohaereant extrema cum primis, eaque ſint quam ſuauiſſimis vocibus: aut vt forma ipſa concinnitasque verborum conficiat orbem ſuum: aut vt comprehenſio numeroſe et apte cadat. Quinct. 9, 4, 124 Periodo plurima nomina dat Cicero, ambitum, circuitum, comprehenſionem, continuationem, circumſcriptionem. Comprehenſio et ambitus ille verborum (ſi ſic periodum appellari placet) *etc.* Cic. de Clar. Orat. 162. Comprehenſione diſſentire Quinct. 7, 3, 12 *dici videntur illa, quae non aeque late patent, cum latius vnum ſit, alterum anguſtius.* Cic. Philipp. 2, 18 c. 8 Nam quum comprehenſio fontium, mea: animaduerſio, Senatus fuerit, *etc. i. ſtudium illos manifeſtandi, et deprehendendi, atque conuincendi.* Cic. Acad. 1, 40 Sed quum acceptum iam et approbatum eſſet, comprehenſionem appellabat: ſimilem iis rebus, quae manu prenderentur, ex quo etiam nomen hoc duxerat. Deuincire comprehenſione verba, *i. periodis* Cic. de Clar. Orat. 140. *Legitur* Compreſſione *in quibusdam codicibus: quod ortum videtur ex* Comprenſione. *Vid. mox* COMPRESSIO.

COMPREHENSO, āre. Frequent. Claud. Quadrig. *apud* Priſcian. p. 797 Comprehenſare ſuos quisque, ſeruare, amplexare.

COMPRESBYTER, eri. m. Auguſtin. Ep. 228.

COMPRESSIO, COMPRESSVS, *vid.* COMPRIMO.

COMPRĪMIS. *Idem volunt eſſe quod Imprimis. v. g.* Cic. pro Quint. 24 L. Albius vir bonus, et comprimis honeſtus. *Sed melius diuiditur* Cum primis. *v. v. ſub* CVM.

COMPRĬMO, eſſi, eſſum, ĕre. [συμπιέζω, συνέχω, ἐφίστημι, κατασέλλω, συστέλλω] *Simul premere, vndique vel vehementer premere, premendo cohibere.* Plaut. Pſeud. 3, 1, 21 Comprimere dentes videor poſſe aliquo modo, *quod faciunt, qui in dolore ſe cohibent, ne proclament.* Plaut. Rud. 4, 4, 29 Comprime hunc ſis, ſi tuus eſt, *i. cohibe, compeſce.* Auctoritate adulta aliquem comprimere Tacit. Ann. 1, 46. Celſ. 6, 18 In hoc autem caſu neque acribus cibis vtendum, neque aſperis, neque aluum comprimentibus. Arenam ſaxo compreſſit Lucan. 8, 790. *de tumultuario tumulo Pompeii.* Dorſum animalis comprimere manibus Columel. 2, 3, 1. *inter bubulci officia bubus diſiunctis.* Plin. 12, 11 Eſt et alia ſimilis, folioſior tamen, roſeique floris, quem noctu comprimens, aperire incipit ſolis exortu, *intus cohibens et recondens.* Virg. Aen. 6, 389 Iam iſtinc et comprime greſſum. *h. e. Gradum ſiſte.* Linguam comprimere alicui Plaut. Amph. 1, 1, 192. *coërcere, ne loquatur.* Manu compreſſum aliquid exprimere Lucret. 6, 866. Oculos *morientium* comprimere *officium proximorum eſt.* Ouid. Epiſt. 1, 102 DI precor hoc iubeant, vt euntibus ordine fatis, Ille *Telemachus, filius noſter,* meos Oculos comprimat, ille tuos. Pinna morſu comprimit conchas Cic. de Nat. Deor. 2, 123. Celſ. 4, 5 *ad finem,* Id enim plus quam vinum ad comprimendum ſtomachum poteſt, *h. e. ad ſupprimendum vomitum. Et contra* idem praefat. Si compreſſerit aliquem morbus, aut fuderit, *int. quoad aeuum. Sic de aliis morbis: v. g.* Ad initia vetuſtaue comprimenda et emendanda bene facit ad calculoſos - ſcolopendrion Scribon. 150. ¶ 2 *Metaphoricae formulae, clementari ordine poſitae.* Comprimere Audaciam alicuius Cic. Fam. 15, 4. Ter. Phorm. 5, 6, 28 Acceſſi, aſtiti: Animam compreſſi: aurem admoui. *i. anhelitum continui.* Conatus et furores Cic. Off. 2 c. 17. Cic. in Piſon. 59 c. 25 Meditare quibus verbis incenſam illius Cupiditatem comprimas atque reſtinguas. Liu. 26, *extr.* Carthaginenſium duces primo ex induſtria Famam captae Carthaginis compreſſerunt. Ferocitatem alicuius Cic. in Vatin. 2. Fletus Ouid. f. Albinou. ad Liu. 467. Fluctus inſanos irarum Sil. 8, 32. Frumentum Cic. Att. 5, 21. *ne venale ſit, et vt vendatur deinde carius. Vid. mox* Compreſſa Annona. Iram Stat. Theb. 6, 399. Laetitiam exultantem Cic. in Topic. 86. Lacrimas Sil. 15, 822. Ter. Heaut. 3, 3, 29 Poſthac comprimito manus. *i. contineto, ne mulierem attingas. Hinc* Liu. 7, 13 Cur veteranus dux fortiſſimus bello Compreſſis (quod aiunt) Manibus ſedeas? *Pro eodem* Lucan. 2, 292 Manus compreſſas tenere dicit. Murmura comprimere voce manuque, *eſt, Silentium indicere* Ouid. Met. 1, 206. Plauſum Cic. pro Deiot. 34. Praeſidium Tacit. Ann. 3, 43. Rabiem caeli marisque Virg. Aen. 5, 802. Seditionem Liu. 2, 23. Curt. 7, 2, 31. Plaut. Caſin. 2, 3, 32 Ohe iam ſatis vxor eſt, comprime te: nimium tinnis. Comprime, *ſubaud.* Te, Plaut. Truc. 2, 2, 6 At volo ſcire, quid debetur hic noſtrae domi A. comprime. Id. Rud. 5, 3, 46 Non tacebo vnquam alio pacto, niſi talento comprimor. Tela manu, *i. noli iaculari* Stat. Theb. 11, 33. Timorem Cic. pro Domo 140. Tumultum Tacit. Hiſt. 4, 16. Plaut. Pſeud. 1, 4, 16 Sed comprimenda eſt mihi vox atque oratio. Ouid. Amor. 1, 11, 22 Comprimat ordinibus verſus, oculosque moretur Margine in extremo litera raſa meos. *i. epiſtola ſit verboſa et ideo anguſtis interſtitiis occupatis ipſis marginibus.* Terra quae comprimitur duobus fretis Sen. Hippol. 1024, *Iſthmos.* Cic. Att. 3, 12 Scripſi equidem olim ei iratus, quod ille prior ſcripſerat: ſed ita compreſſeram, vt nunquam emanaturam putarem. Delicta Id. Att. 10, 4. ¶ 3 Comprimere, *mulierem, de coitu Venereo* Liu. 1, 4 Compreſſa Veſtalis, quum geminum partum ediſiſſet, *etc. Conf.* Ter. Hec. 5, 3, 30 Homo ſe fatetur vi in via neſcio quam compreſſiſſe. *Hinc* Plaut. Amphit. 1, 1, 192 Ego tibi iſtam hodie ſceleſtam comprimam linguam. SO. haud potes: bene pudiceque aſſeruatur. *Similes nugae ſpurcidicae ſunt* Rudente 4, 4, 29 *ſq.* Truc. 2, 2, 6 *ſqq. Huc pertinet illud* Fullonem compreſſi, *quod damus in* FVLLO. *Vid.* COMPRESSVS *Subſt.* Colum. 8, 11, 5 *de pauone mare,* Si vnam alteramque foetam ſaepius compreſſit, vix dum concepta in aluo vitiat oua, nec ad partum ſinit perduci.

COMPRIMENS, ntis. Part. Vides turbam comprimentem te Vulg. Marc. 5, 31.

COMPRESSVS, a, um. Partic. [συνεςαλμένος] *Vt,* Compreſſus atque illiſus Cic. de Aruſp. Reſp. 55. Annonam compreſſam Liu. 38, 35. *eleganter vocat, quum pretium per coëmtionem retentionemque eſſet intentum auctumque.* Et duodecim, *inquit,* clypea aerata ab Aedilibus curulibus, P. Claudio, et P. Sulpicio Galba ſunt poſita ex pecunia, qua frumentarios ob annonam compreſſam damnarunt *Conf.* COMPRIMERE frumentum n. 2. *et ſtatim* Frumentum compreſſum. Certamina compreſſa Virg. Georg. 4, 87. Caeſaries compreſſa manu Lucan. 8, 681. Frumentum clauſum et compreſſum poſſidere Cic. Verr. 3, 179 c. 77 *vt modo* Annona. Frumentum tenere compreſſum Cic. pro Domo 14 c. 6. Impetus compreſſus Virg. Aen. 2, 73. Labris compreſſis agitare ſecum aliquid Hor. Serm. 1, 4, 138. Manus in pugnum Quinctil. 2, 20, 7. Id. 11, 3, 104 Compreſſam etiam manum in ſignum poenitentiae vel irae pectori admouemus. Manibus compreſſis ſedere Liu. 7, 13. *eſt Otioſe ſedere.* Nares Lucret. 6, 1191. *inter ſigna inſtantis mortis.* Natibus compreſſis Iouem ſalutat Martial. 12, 78. *vt peditum cohibeat.* Naturam vitioſam, edomitam et compreſſam eſſe doctrina Cic. de Fato 10. Quinct. 11, 3, 76 Oculos opertos Compreſſosue in dicendo quis niſi plane rudis aut ſtultus habeat? Columel. 6, 9 Signa febricitantis, manantes lacrimae, grauatum caput, Oculi compreſſi, fluidum ſaliuis os. Cic. pro Domo 63 c. 24 Omnemque impetum diſcordiarum, omnem diu collectam vim improborum, quae inueterata compreſſo Odio atque tacito iam erumpebat in actum. Palma compreſſa aut porrecta ferire Plaut. Caſin. 2, 6, 63. Seditio Tacit. Ann. 1, 69. Virgo Plaut. Truc. Arg. v. 9. Voluptates incluſae, compreſſae et conſtrictae Cic. pro Cael. 75. Phaedrus 4, 1, 5 Mus eſcam putans Adſiluit et compreſſus occubuit neci. *Sed* Comprenſus *lego cum Heinſio. Compar.* Celſ. 2, 11 Compreſſioris oris. *i. anguſtioris. Add.* Plin. 17, 11. *et* 16, 10.

COMPRESSVS, ûs. m. [μίξις] Ter. Adel. 3, 4, 29 Virgo ex eo compreſſu grauida facta eſt. Macrob. Saturn. 5, 19 Nympha Thalia compreſſu Iouis grauida. Plaut. Epid. 4, 1, 15. Truc. 2, 6, 18.

COMPRESSE. Adu. [συνεςαλμένως] *Anguſte, arcte.* Cic. de Fin. 2, 17 c. 6 Rhetoricam palmae, Dialecticam pugno ſimilem eſſe dicebat, quod latius loquerentur Rhetores, Dialectici autem compreſſius. Quaerit compreſſius violentiusque Macr. Sat. 1, 6.

COMPRESSIO, ōnis. f. [σύςαλσις] Cic. de Clar. Orat. 29 c. 7 *de Alcibiade et Critia,* Grandes erant verbis, crebri ſententiis, compreſſione rerum breues, et ob eam ipſam cauſam interdum ſubobſcuri. *h. e. dum res quasdam, quae dici poſſent, comprimunt, et omittunt. Suſpicari poſſis etiam* Comprenſione, *i.* Comprehenſione. *Proprie* Vitruu. 7, 8 *extr.* Cum in pannum infunditur et manibus premitur, aurum compreſſione coactum infra purum inuenitur. Compreſſione muſculorum incitatur ſanguinis eruptio Scribon. 84. *Idem atque* Compreſſus, *coitus ſcil.* Tertull. adu. Marc. 4, 34 Qui ex compreſſione matrimonium fecerat. Compreſſiones arctae amantum Plaut. Pſeud. 1, 1, 64.

COMPRESSIVNCVLA, ae. f. *Laudatur* Plautus Pſeud. 1, 1, 66 *Sed ibi editur* Papillarum horridularum oppreſſiunculae.

COMPRESSOR, ōris. m. *Stuprator.* Plaut. Argum. Aul. 1, 7.

COMPRESSO, āre. Frequent. Tertull. adu. Gnoſtic. 3 Manus erat ſuper illos in mala, et compreſſati ſunt valde.

COMPRIVIGNI, quorum vnus nouercae filius alteram vitrici filiam aut ex contrario vxorem ducit Iuſtinian. Inſtit. 1, 10.

COMPRŎBO, āre. [ἐπιδοκιμάζω, συνδοκιμάζω] *Vndique aut valde probare.* Caeſ. Bell. Gall. 5, 56 Comprobat hominis conſilium fortuna Cic. Verr. 2, . . . Eorum ego dignitate accuſationem necam comprobare non potero? Laudare et vehementiſſime comprobare aliquid Cic. pro Lege Manil. 69 c. 24. Cic. *ſub* Att. 16, 10 *in tertia* ad Plancum, Non dicam comprobes, ſed ſtudioſe libenterque comprobes. Cic. pro Domo 15 Erant qui deos immortales (id quod ego ſentio) numine ſuo, reditum meum dicerent comprobaſſe. Auctoritatem decreti alicuius comprobare Cic. Philipp. 14, . . Fama comprobat Catul. 59, 62. Factum alicuius Liu. 24, . . . Legem Liu. 34, 3. Plaut. Poen. 1, 2, 94 Lepidi mores turpem ornatum facile factis comprobant. Ter. Andr. 5, 1, 5 Vt beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes. Sententia ſua aliquid Cic. pro Corn. Balb. 42. Liu. 38, 47 Tribuni plebis antea ſolebant triumphum poſtulantibus aduerſari, P. C. quibus ego gratiam habeo, quod ſeu mihi, ſeu magnitudini rerum geſtarum hoc dederunt, vt non ſolum ſilentio comprobarent honorem meum: ſed referre etiam, ſi opus eſſe videretur, parati eſſent, *etc.* Remque hanc totam (Sacerdotis) Teſtimonio comprobari Cic. Verr. 2, 119 c. 48. Cic. de Fin. 1, 65 Neque vero hoc oratione ſolum, ſed multo magis vita et moribus comprobauit. Cic. de Diuin. 1, 46 c. 23 Quod matris omnium immanis filii crudelitas comprobauit. *De Phalaridis matre.*

COMPROBATVS, a, um. Partic. *Vt,* Senatus decretis comprobatum Vell. 2, 62, 4. *Add.* Nep. 23, 3, 1. Perceleri interitu alicuius comprobatum venenum Cic. pro Cael. 58 c. 24.

COMPROBĀTOR, ōris. m. [δοκιμαςής] Cic. de Inuent. 1 c. 28 Deinde eius facti qui ſunt principes et inuentores, qui denique auctoritatis eius et inuentionis comprobatores atque aemuli.

COMPROBATIO, ōnis. f. [δοκιμή] Cic. de Fin. 5, 62 c. 22 Quis eſt tam diſſimilis homini, qui non moueatur et offenſione turpitudinis, et comprobatione honeſtatis?

COMPROMITTO, īſi, iſſum, ĕre. [ἐπιτρέπω] *Litem ad boni viri arbitrium deferre, in quo te acquieſcere velle declares.* Cic. Q. Frat. 2, 14 Tribunicii candidati compromiſerunt (H-S. quingenis in ſingulos apud M. Catonem depoſitis) petere eius arbitratu, vt qui contra feciſſet, ab eo condemnaretur.

COMPROMISSVM, i. n. [ἐπιτροπή] *Dicitur facultas ipſa arbitro data: tractum ab eo, quod vterque litigans ſimul promittat, ſe arbitri ſententiae pariturum.* Cic. Fam. 12, 30 Sed a magiſtris quum contenderem de proferendo die, probarunt mihi ſeſe, quo minus id facerent, compromiſſo et iureiurando impediri, *de auctione et eius magiſtris.* Cic. pro Roſc. Com. 12 c. 4 Quae quum ita ſint, quaero abs te, quid ita de hac pecunia, de his ipſis H-S. IↃↃ de tuarum tabularum fide, compromiſſum feceris, arbitrum ſumſeris. Cic. Verr. 2, 66 c. 27 Iſte poenis compromiſſisque interpoſitis H-S. CCC extorquenda curauit: quodque iudicium ſecundum Heraclium de compromiſſis factum erat, quod ciuis Centuripinus inter duos ciues iudicaſſet, id irritum iuſſit eſſe. Ex compromiſſo ad arbitrum ire Proculus in l. ſocietatem. D. pro ſocio. Compromiſſum plenum *apud Iuriſconſultos appellatur,* Quod de rebus controuerſis compoſitum eſt: nam ad omnes controuerſias pertinet l. 21 §. 6 D. de recept. arbit. *Hotom.*

COMPROMISSARIVS, i. m. [ἐπίτροπος] *Iudex, arbiter qui ſumitur ex compromiſſo.* Calliſtratus in l. quum lege Iulia. D. de recept. arbit. Nemini licere minorem viginti annis compromiſſarium iudicem eligere.

COMPROMONTORIVM, i. n. Frontin. de re Agrar.

COMPVRGO, āre. Naſturtium viſum compurgat Plin. 20, 13.

COMPROVINCIALIS, is. m. Non primi comprouincialium, ſed vltimi Sidon. Ep. 7, 7.

COMPTVS, *vid.* COMO, is.

COMPVGNO, āre. [ἀντιμάχομαι] *Contendere, vna pugnare. Vt*, Gell. 14, 5 Eaque inter eos contentio quum longius duceretur, non arbitratus ego operae pretium eſſe, eadem haec iſta diutius audire, clamantes compugnanteſque illos reliqui. Congredientes, compugnanteſque philoſophus et dolor Gell. 12, 5. Veg. Mulom. 1, 13 *extr.* Vt amaritudinem morbi herbarum amaritudo compugnans poſſit expellere. *i. vndique oppugnans.*

COMPVLSO, COMPVLSATIO, COMPVLSAMENTVM, COMPVLSORIALIS, *vid.* COMPELLO.

COMPVNGO, ĕre. [καταννύττω, κατασίζω] *Simul vel ſaepe, vel vehementer* pungere. Columel. 8, 14 Cauendumque, ne aut aculeis vrticae compungatur. Phaedr. 3, 6, 3 Muſca ad mulam, Vide, ne dolone collum compungam tibi. Aciem oculorum compungere *dicuntur colores clariores, qui velut aes perpolitum, fulgorem quendam remittunt, offendentem oculos.* Lucret. 2, 420 Et qui compungunt oculos, lacrimareque cogunt. *Et* 2, 432 Denique iam calidos Ignes, gelidamque pruinam, Diſſimili dentata modo compungere ſenſus Corporis. *Metaphor.* Cic. de Orat. 2, 158 c. 38 Et ad extremum ipſi ſe compungunt ſuis acuminibus, et multa quaerendo reperiunt, non modo ea, quae iam non poſſint ipſi diſſoluere, ſed etiam, *etc. de Stoicis.*

COMPVNCTVS, a, um. Partic. *Vt*, Cic. Off. 2, 25 c. 7 Barbarum et eum quidem, vt ſcriptum eſt, compunctum notis Threiciis, diſtricto gladio iubebat anteire. *i. ſtigmate notatum apud Thracas ſuos. Nam mox ipſe vocat* ſtigmatian.

COMPVNCTIO, ōnis. f. [νυγμὸς] Plin. 21, 19 Haec potio, mulieres ex abortu purgat: laterum compunctiones tollit, et veſicae calculos.

COMPVNCTORIVS, a, um. Adi. *Vt*, Compunctorius ſermo Sidon. Epiſt. 6, 6.

COMPVTO, āre. [λογίζομαι, συμψηφίζω, ψηφίζω, συλλογίζω] *Dimiſſa illa caedendi, amputandi ſignificatione ad ſolam mentem refertur, atque exiſtimare ſiue iudicare ſignificat.* Plaut. Merc. 3, 2, 12 Illum computat vxor domum obduxiſſe ſibi ſcortum. Plin. 9, 35 Computet nunc aliquis ex altera parte, quantum Curius aut Fabricius in triumphis tulerint, imaginetur eorum fercula. *Inprimis autem ad numeros et rationem ducendam pertinet. V. g.* Cum ſomno valetudinem computamus Plin. praef. p. 4, 4 *Hard. i. non plus ſomno impendimus temporis, quam ad tuendam valetudinem neceſſe eſt.* Plin. 18, 6 Si computetur impendium operae. Cic. Philipp. 2, 94 Compellarat hoſpitem praeſens, computarat, pecuniam imperarat. Ouid. ex Pont. 2, 3, 18 At reditus iam quiſque ſuos amat, et ſibi quid ſit Vtile, ſollicitis computat articulis. *Al.* Supputat. Deliciares tegulae quae erunt, pro binis integris computabuntur Cato 14, 4. *Sed al.* putabuntur. Plin. 34, 8 ſ. 19, 29 *inter ſtatuas*, Eubolidis digitis computans. Plaut. Mil. 2, 2, 49 Dextera digitis rationem computat feriens femur. Rationem operis Col. 5, 1, 3. Seneca de Benef. 3, 16 Numquid iam vlla repudio erubeſcit, poſtquam illuſtres quaedam ac nobiliſſimae feminae non Conſulum numero, ſed maritorum annos ſuos computant. Facies tua computat annos Iuuen. Sat. 6, 198. *h. e. oſtendit, quam ſis vetula. Alludit puto ad morem digitis numerandi, vt 10, 249* Felix nimirum, qui tot per ſaecula mortem Diſtulit, atque ſuos iam dextra computat annos. *Nempe numeros ad centum computabant variis digitorum manus ſiniſtrae geſtibus. A centum vero computationem transferebant in dextram. Vide* Bedam *apud Caelium 23, 12. et diſertius libellum Nic. Smyrnaei* περὶ δακτυλικοῦ μέτρου *cum Beda collatum a Poſſino in Spicil. Euangel. quod recudendum curauit Fabricius.* Quotusquiſque vxoris optimae mortem timet, vt non computet Sen. de Benef. 4. *Item* Nemo ad humanum ſanguinem, propter ipſum venit aut admodum pauci: plures computant, quam oderunt Id. Ep. 14. *Haec dicta eo ſenſu, vt illud* Ouid. Met. 1, 148 Filius ante diem patrios inquirit in annos.

COMPVTATVS, a, um. Part. In literis computatum Auct. Rei Agr. p. 246. ¶ 2 Computatis caeteris ramulis, *i. vna amputatis habet MS. Lipſienſis apud* Colum. de Arb. 27, 2. *Sed reliqui* amputatis.

COMPVTATIO, ōnis. f. [λογισμὸς, συλλογισμὸς] Plin. 17, 22 Operarum iſta computatio eſt. Plin. 9, 35 Magnificam alias coenam, ne dies periret, ſed quotidianam Antonio appoſuit, irridenti, computationemque expoſtulanti. Quid ſunt iſtae tabulae? quid computationes, et venale tempus Sen. de Benef. 7, 10. *De vſuris proportione temporis ſoluendis.* Plin. 6, 33 Vniuerſam menſuram quae venit in computationem, *etc.* Computatio Romana Plin. 2, 108. Sordida Sen. de Benef. 4, 11.

COMPVTATOR, ōris. m. [συμψηφιστὴς Vet. Gloſſ.] Sen. Ep. 87 Diligentiſſimi computatores. *Add.* Claud. Mamert. de St. Anim. 2, 9. P. Chryſolog. Serm. 157.

COMPVTABĪLIS, e. Adi. [λογιστὸς] *Quod computari poteſt et numerari.* Plin. 19, 8 ſ. 41, 2 *de caulium genere*, Tritianum hoc genus vocatur, bis computabili impendio, taedioque.

COMPŬTVS, i. m. *Computatio.* Firmic. 1, 2 Animus ipſe huius ſcientiae rationem, ipſe computos tradidit. Ibid. *ſub finem capitis*, Vides, vt primos diſcentes computos, digitos tarda agitatione deflectant? Colligere Auct. Rei agrar. p. 236. 239. 246. *vbi neutrius gen. eſſe videtur.* Conſequi Firm. 3, 15. Exercere Id. 3, 12.

COMPVTRESCO, ĕre. [κατασήπομαι] *Vna putreſco, et proprie locum habet, quum variae res mutuo contactu putreſcunt ſimul.* Plin. 13, 13 Propterea arbitrarier eos non computruiſſe. Columel. 5, 10, 7 Quoniam mutuo contactu aut computreſcent, aut vermibus interibunt. Artus computreſcunt Lucret. 3, 344.

COMVM, i. [Κῶμον] *Ciuitas Galliae Ciſalpinae, iuxta Larium lacum*, Nouum Comum *plerumque dicta.* Catull. 35, 2 Veronam veniat, Noui relinquens Comi Moenia, Lariumque litus. *Plinii iunioris patria, etc.*

COMVS, i. m. [Κῶμος] *Deus, comiſſationum nocturnarumque ſaltationum praeſes, a quo ipſum* Comiſſandi *verbum deducunt. Certe perſonam, Deumque adeo, fecit Philoſtratus Imag. 1, 2.*

## C O N

CON *non minus quam* CO *et* COM *in compoſitis pro* CVM *adhibetur, vbi vid.*

CONAMENTVM, CONATVM, CONATVS, *vid.* CONOR.

CONAVDITVS. Feſt. Conauditum, coauditum, ſicut CONANGVSTATVM dicitur.

CONCĂCO, āre. [συγχέζω] Sen. in Ludo de morte Claudii 4 Vltima eius vox, cum maiorem ſonitum emiſiſſet illa parte, qua facilius loquebatur, Vae me! puto, concacaui me. *Conf. ib. p. a.* Phaedr. 4, 17, 11 Totam timentes concacarunt regiam.

CONCAEDES, Tacitus *vocat Caeſas magna copia arbores.* Ann. 1, 50, 2 Romanus agmine propero ſiluam Caeſiam limitemque a Tiberio coeptum ſcindit, caſtra in limite locat, frontem ac tergum vallo, latera concaedibus munitus. Veget. de R. Milit. 3, 22 Multi cum ab hoſte diſcedunt, ſi per ſiluas ituri ſint, praemittunt qui anguſta vel abrupta occupent loca, ne ibidem patiantur inſidias. Et rurſus poſt ſe praeciſis arboribus vias claudunt, quas concaedes vocant, vt adverſariis facultatem adimant perſequendi. *Conf.* Ammian. 16, 25. *et* 17, 20. *Stewech. ad Veget. Valeſ. ad Ammian. et Rhodig. Antiq. Lect. 5, 14.*

CONCAGATVM catillum, *apud* Petron. 66 *vexauit omnes Interpretes:* Concacatum *coniicit Burmannus: et ſit ſane, dum quis quid melius.*

CONCALEFĂCIO, *vel expuncto* E, CONCALFACIO, ēci, actum, ĕre. [θερμαίνω, θέρω] Cic. de Orat. 2, 316 c. 78 Et ait idem, quum brachium concalefecerit, tum ſe ſolere pugnare. *h. e. quum frequenti agitatione calorem et agilitatem brachio excitarit.* Non. 2, 182 *laudato hoc loco ſubiicit iſta:* Cic. ad Panſam lib. 3 Nos Ventidianis rumoribus calficimur. *Sic certe Mercer. Al.* Concalefecimus.

CONCALEFĪO. [θερμαίνομαι] Varr. de R. R. 3, 9, 11 Curator oportet circumeat diebus interpoſitis aliquot, ac vertere oua, vt aequabiliter concalefiant. Concalefaciuntur Vitr. 4, 7.

CONCALEFACTVS, a, um. Partic. [θερμανθεὶς] Cic. Tuſc. 1, 41 c. 18 Illam vero funditus eiiciamus indiuiduorum corporum levium et rotundorum concurſationem fortuitam, quam tamen Democritus concalefactam et ſpirabilem, id eſt animalem eſſe voluit. Concalefacta aqua Scribon. 84. — ſpongia ib.

CONCALEFACTORIVS, a, um. Adi. [θερμαντικὸς] Plin. 31, 20 Vis ei concalfactoria. *h. e. Excalfaciens, et nata calorem excitare.*

CONCALEO, *vel potius* CONCALESCO, lui, lēre *vel* leſcĕre. [θέρομαι] *Totus vel vndique, caleo vel caleſco.* Plaut. Amph. 1, 3, 15 Prius abis, quam lectûs, vbi cubuiſti, concaluit locus. Varro R. R. 3, 16, 38 Apes — ponendae in ſole. Quae enim ſic concaluerunt, reſtituunt ſe. Col. 2, 19, 1 Foenum ſaepe cum concaluit, ignem creat et incendium. Plin. 18, 30 ſ. 73 In tritico creſcunt animalia, quoniam ſpiſſitate ſua concaleſcit, et furfure craſſo veſtitur. Vitruu. 6, 9 Ita enim frumenta non poterunt cito concaleſcere, ſed afflatu refrigerata diu ſeruantur. Prudent. Periſt. 1, 52 Concaleſcunt pectora. Id. Hamartig. 190 Viderat argillam, ſimulacrum et ſtructile flatu Concaluiſſe Dei. *i. animalem calorem accepiſſe.* Terent. Heaut. 2, 3, 108 Syre, Syre, inquam. Heus, heus, Syre. SY. Concaluit! Quid vis? Cic. Tuſc. 1, 42 c. 18 *extr.* Calidior eſt enim, vel potius ardentior animus, quam eſt hic aër, quem modo dixi craſſum atque concretum: quod ex eo ſciri poteſt, quia corpora noſtra terreno principiorum genere confecta, ardore animi concaleſcunt.

CONCALLEO, *vel* CONCALLESCO, ui, ĕre. [τυλλόομαι] *Idem quod Callere, vndique obductum eſſe callis.* Cic. de Nat. Deor. 3, 25 c. 10 Verſutos eos appello, quorum celeriter mens verſatur: callidos autem, quorum tanquam manus opere, ſic animus vſu concalluit. *Et* Att. 4, 16 *med.* Locus ille animi noſtri, ſtomachus vbi habitabat olim, concalluit.

CONCAMĔRO, āre. [καμαρόω, ὀροφόω] *Camera tegere et claudere, vt confornicare. Vid.* Plin. 34, 14 *de magnete lapide. Vid.* CAMERA. Idem 11, 24 Specus ipſa qua concameratur architectura. Vitruuius 3, 3 Interualla aut concameranda, aut ſolidanda fiſtucationibus.

CONCAMERĀTVS, a, um. Part. Suet. Aug. c. 90 In abditum et concameratum locum ſe recipere. Plin. 14, 1 ſ. 3 Vuae penſili concameratae nodo. *i. a camera ſuſpenſae.*

CONCAMERATIO, ōnis. f. [καμάρωσις] *Budaeus:* Concamerationes *ſunt, quae arcuato opere conſtant.* Vitruu. 6, 11 *pr.* Aedificia quae plano pede inſtituuntur, ſi fundamenta eorum facta fuerint, ita, vt in prioribus libris de muro et theatris a nobis eſt expoſitum, ad vetuſtatem ea erunt ſine dubitatione firma. Sin autem hypogea concamerationeſque inſtituentur, fundationes eorum fieri debent craſſiores, quam quae in ſuperioribus aedificiis ſtructurae ſunt futurae. Nec concamerationes recipit Vitr. 2, 4. *Add.* Id. 5, 10. Plin. 11, 10 *de apibus*, Struunt orſae a concameratione aluei.

CONCANA. [Κάγκανα] *Ciuitas eſt mediterranea Cantabrorum in Tarraconenſi Hiſpania. Ptolem. lib. 2. Huius incolae*

CONCANI. Hor. Carm. 3, 4, 34 Et laetum equino ſanguine Concanum. *De his Vet. Schol. accipit illud* Virg. Georg. 3, 463 Et lac concretum cum ſanguine potat equino. Sil. 3, 361 Cornipedis fuſa ſatiaris, Concane, vena.

CONCĂPES, ĭtis. Adi. *Quaſi Caput ad caput.* Lex XII Tabb. *apud* Feſtum *voce* Tignum: Tignum iunctum aedibus vineaeque concapes ne ſoluito; *ſignificat Tignum, quod ad aedes pariter et vineam ſuſtentandam defixum, vel cum capite vitis alioquin commiſſum eſt, vt ſine alterutrius damno ſolui non poſſit. Multa Scal. ad h. l. quae probat Voſſ. Etymol. in* Anceps, *quod antiquis fuiſſe* Ancapes, *Scaliger monuerat et* Praecapes, *et plura alia.*

CONCAPTĪVVS. [Gloſſ. Gr. Lat. συναιχμάλωτος] Vulg. Interpr. Tob. 1, 4. Hieron. Ep. 199.

CONCARNO, āre. Cum quid extraneum extraneo agglutinatur, ita concarnatur et conuiſceratur Tertull. de Carne Chr. c. 20. *i. in vnam carnem coit.* Veget. Mulom. 2, 22, 3 Si os non potuerit Concarnari. *Et mox intranſit.* Donec concarnet.

CONCARNATIO, ōnis. f. Tertull. de Monog. c. 9.

CONCASTĪGO, āre. [ἐπανορθόω] *Multis verbis caſtigare.* Plaut. Trin. 1, 1, 4 Nam ego amicum hodie meum concaſtigabo pro commerita noxia. *Et* Bacch. 3, 3, 94 Cura et concaſtiga hominem probe.

CONCĂTĒNO, as. *Catenis colligo. Metaph.* Concatenantur ſibi epiſtolae noſtrae Ambroſ. Ep. 23 *pr. Etiam* Lactant. 3, 17, 25 Hamata igitur eſſe oportet, vt poſſint inuicem concatenari. *De elementis.*

CONCATENĀTVS, a, um. Part. Min. Fel. 17, 2 Elementa cohaerentia, connexa, concatenata.

CONCATENATIO, ōnis. f. Temporum concatenationes Tertull. Apol. c. 19 Mentis Cael. Aurel. Chron. 3, 2, 15. *i. conſtrictio.*

CONCATERVATVS, a, um. Adi. *In cateruas denſas redactus* *et*

*et conſtipatus.* Concateruatis manipulis, vt fixi nec mucronem exſerere, nec manus reducere quiſquam poſſet Ammian. 31, 36. *Conf.* Id. 29, 5.

CONCĂVVS, a, um. Adi. [ κοῖλος ] *Totus Cauus.* Cic. de Nat. Deor. 2, 98 c. 39 Adde huc ſpeluncarum concauas altitudines, ſaxorum aſperitates. Ouid. Met. 4, 30 Impulſaque tympana palmis, Concauaque aera ſonant. *i. tintinnabula.* Ouid. Triſt. 1, 10, 20 Inque modum tumuli concaua *(paullo ante inſtar vallis)* ſurgit aqua. Brachia Cancri Ouid. Met. 15, 369. Cymbala Lucret. 2, 619. Dentes Plin. 11, 37. Folia Plin. 16, 24. Genae Sen. Herc. fur. 767. *Charontis.* Cic. de Fato 10 Stupidum eſſe Socratem dixit et bardum, *Zopyrus*, quod iugula concaua non haberet. Poſitionis concauae campus Columel. 2, 17. Puppis Ouid. de Arte Am. 1, 402. Ouid. in Ibin 483 Concaua robora equi *Troiani. Sed Burm.* Caua. Saxa Virg. Aen. 5, 677. *i. ſpeluncae.* Vela concaua *dicuntur, quum vento intenduntur et ſinum faciunt.* Ouid. Epiſt. 6, 66 Ventus concaua vela tenet. Vlcus Scribon. 238. Vulnus Scribon. 210. *Simpliciter* Concaua, *pro foſſis dixit* Claud. de tert. Conſ. Honor. 47 Aſcenſu vincere montem, Planiciem curſu, valles, et concaua ſaltu. Concaua terrae Lactant. 7, 26.

CONCĂVO, āre. [κοιλόω] *Cauare vndique, vt aliquid ſpatii includatur.* Ouid. Met. 2, 195 Eſt locus in geminos vbi brachia concauat arcus Scorpius.

CONCAVĀTVS, a, um. Partic. Columel. 8, 5, 11 Ita factis concauatis nidis, ne — euoluta decidant oua.

CONCĒDO, ſſi, ſſum, ĕre. [παραχωρέω, ὑφίεμαι, προσέρχομαι, ἀπέρχομαι] *Augere videtur aliquanto vim verbi ſimplicis Cedere, hoc eſt dare locum.* Plaut. Amph. 1, 1, 120 Concedit nox die. *i. diei. Sic* Ouid. Met. 6, 719 Tempus puerile iuuentae Conceſſit. *i. adoleſcentia excepit pueritiam.* Virg. Aen. 10, 215 Iamque dies caelo conceſſerat, *etc. i. deceſſerat caelo.* Terent. Hec. 4, 2, 21 Hic video me eſſe inviſam immerito: tempus eſt concedere. Virg. Ecl. 10, 63 Ipſae rurſum concedite ſiluae. *Saepe itaque nihil aliud quam abire ſignificat, et locum ſuum mutare.* Concedere aliquo Cic. de Diuin. 2, 45. Ter. Heaut. 1, 1, 122 Hinc a me quiſnam egreditur? Huc conceſſero. Plaut. Epid. 5, 2, 16 Num Ab oculis conceſſi tuis? Idem Perſa 1, 1, 51 At pol ego Abs te conceſſero. Plaut. Moſt. 2, 1, 82 Concedam A foribus Huc. Ter. Heaut. 3, 3, 11 At certe concedas Aliquo Ab eorum ore aliquantiſper. Cic. in Catil. 1, 17 Ab eorum oculis aliquo concederes. Plaut. Aul. 4, 5, 6 Tantiſper hic ego ad ianuam conceſſero. Ter. Andr. 4, 5, 12 Aoncede Ad dexteram. Virg. Aen. 10, 820 Vita per auras Conceſſit moeſta Ad manes, corpuſque reliquit. Tacit. Ann. 13, 56 Sola Anſibariorum gens Retro ad Vſipios, et Tubantes conceſſit. Ter. Hec. 4, 4, 57 Pollicita eſt ea ſe conceſſuram Ex aedibus. Concede Hinc A foribus paullulum Iſtorſum ſodes Ter. Phorm. 5, 1, 14. Id. Eun. 1, 2, 126 Concedam hinc Intro: atque expectabo dum venit. Idem Heaut. 3, 1, 90 Concede hinc Domum, ne nos inter nos congruere ſentiant. Ter. Eun. 1, 2, 102 Ego impetrare nequeo hoc abs te, Biduum ſaltem vt concedas ſolum?' Aur. Vict. de Viris Illuſtr. 49 Inde In voluntarium exilium conceſſit, vbi reliquam egit aetatem. Liu. 21, 21 Annibal Sagunto capto, Carthaginem nouam in hiberna conceſſerat. Id. 22, 22 Ni hiems, quae Romanos quoque et Carthaginienſes concedere in tecta coëgit, interueniſſet. Liu. 4, 22 Quae quum agerentur, hoſtes in loca altiora conceſſere. In altum contruſus conceſſit Lucret. 4, 916. In ius, ditionemque alicuius concedere Liu. 29, 31. Id. 29, 29 Gens Maſſyliorum omnis, in ditionem imperiumque Mezetuli conceſſit. Idem 28, 7 Viſo ſtatim hoſte, prope in voluntariam deditionem conceſſiſſent. Liu. 32, 23 Is quoque, vt pro omnibus portis diſpoſita vidit praeſidia, nec facile erumpentium impetus ſuſtineri poſſe, in Attalici ſententiam conceſſit. Hor. Serm. 1, 4, 143 Veluti Iudaei te cogamus in hanc concedere turbam. ¶ 2 *Varias formulas gignit, in quibus Mori ſignificat. Vt* Plin. Paneg. c. 11 In principe enim qui electo ſucceſſore fato conceſſit, vna itemque certiſſima diuinitatis fides eſt bonus ſucceſſor. *Conf.* Tac. Ann. 2, 71, 3. Fatis magnis concedere Valer. Argon. 1, 554. Superis conceſſit ab oris, *Mortem obiit* Virg. Aen. 2, 91. Tacit. Ann. 14, 51 Conceſſitque vita Burrus, incertum valetudine, an veneno. *Et* Ann. 13, 45 Fine anni Poppaeus Sabinus conceſſit vita. *Add.* Id. 12, 39, 5. *Inde* Concedere, *abſolute.* Tacit. Ann. 4, 38, 4 Vt quandocumque conceſſero, cum laude et bonis recordationibus facta atque famam nominis mei proſequantur. *Conf.* Idem 13, 30, 4. ¶ 3 *Saepe habet notionem permittendi, ſubmittendi, certe indulgendi, vt non noſtra ſed alterius cauſa relinquere locum vel propoſitum noſtrum videamur: poniturque vel intranſitiue, quae propria ratio eſt, vel cum Accuſatiuo rei, quam aliis cedendo relinquimus et permittimus.* Cic. Fam. 1, 9 Collegi ipſe me, et cum ipſa quaſi Republ. ſum colloquutus, vt mihi tam multa pro ſe perpeſſo atque perfuncto concederet, vt officium meum, memoremque in bene meritos animum, fidemque fratris mei praeſtarem. Conſules neque concedebant, neque valde repugnabant Idem 1, 2. Virgil. Aen. 7, 305 Conceſſit in iras Ipſe deûm antiquam genitor Calydona Dianae, *h. e. iratae Dianae permiſit, vt Calydona vexaret, vlciſcereturque iniuriam ab Oeneo rege Calydoniorum ſibi factam.* Cic. Verr. 1, 32 Vos quaeſo date hoc, et concedite pudori meo. Idem Verr. 3, 109 Quum videres, ſi ſine tuo maximo quaeſtu fierent, cum tanto periculo tuo fieri paterere atque concederes? Tribuere et concedere alicui multa Cic. de Orat. 1, 57. Recte aliquid concedere, *i. merito* Horat. in Arte Poët. 369. Quinctil. 12, 10, 43 Vtatur iis quoque adiutoriis, quae ab eadem ſunt nobis conceſſa natura. Catul. 62, 27 Theſſaliae columen Peleu, cui Iuppiter ipſe, Ipſe ſuos diuûm genitor conceſſit Amores, *i. Thetin.* Animam alicui Ouid. Met. 5, 222. Dolorem atque inimicitias ſuas Reipubl. *i. in illius gratiam non vlciſci* Cic. de Prouinc. Conſ. 44. Falſum alicui Lucr. 3, 539 *de diſputatione ad hominem.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 16 Conſuêſſe enim deos immortales, quo grauius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro ſcelere eorum vlciſci velint, his ſecundiores interdum res, et diuturniorem Impunitatem concedere. Propert. 3, 7, 59 Hoc mihi Maecenas laudis concedis, et a te eſt, Quod ferar in partes ipſe fuiſſe tuas. Libertatem Caeſ. Bell. Gall. 4, 15. Libertatem alicui in aliqua re Cic. pro Planc. 33. Ludum pueris Hor. Epiſt. 2, 2, 142. Materiam alicui ad aliquid faciendum Tacit. Ann. 1, 35. Nauigia concedere mari Columel. in praef. 4. *i. nauigare. Sed plerique* Concredere, *et rectius.* Partem octauam pretii Plin. Epiſt. 8, 2. Ouid. Amor. 2, 14, 43 Dî faciles, peccaſſe ſemel concedite tuto, Et ſatis eſt: poenam culpa ſecunda ferat. Tempus ad aliquam rem Cic. pro Arch. 13. Veniam alicui Stat. Silu. 5, 3, 264. Victoriam Tac. Ann. 5, 18. Hirt. Bell. Afric. 31 Saepe a ſe fugatis — et conceſſam Vitam, et ignota peccata. Ter. Adelph. 2, 2, 9 Si nunc de tuo iure conceſſiſſes paullulum. *Conf.* Cic. Off. 2 c. 18. Id. Verr. 2, 108 Concedo, forſitan aliquis aliquando eiuſmodi quippiam fecerit. Cic. pro Roſc. Amer. 93 Verum concedo tibi, vt ea praetereas, quae quum taces, nulla eſſe concedis. Id. pro Planc. 73 Sic mecum ſemper egiſti, te mihi Remittere atque concedere, vt omne ſtudium meum in Cn. Plancii honorem conſumerem. Cic. Acad. 4, 72 Nos autem ea dicimus nobis videri, quae voſmetipſi nobiliſſimis philoſophis placuiſſe conceditis. Concedere amicis quidquid velint Id. de Amicit. 8. *Add.* ib. c. 11. Cic. pro Roſc. Amer. 3 Deinde quod caeterorum neque dictum obſcurum poteſt eſſe propter nobilitatem et amplitudinem: neque temere dicto concedi propter aetatem et prudentiam. Ter. Hec. 3, 5, 27 Sed quando ſeſe indignam deputat matri meae, cui concedat, cuiuſque mores toleret ſua modeſtia Virgil. Ecl. 2, 57 Nec ſi muneribus certes, concedet Iolas. Nempe Ditior, *vt ait* Seru. Nunquam hodie concedes mihi Ter. Phorm. 5, 3, 22. Cedent arma togae, concedat laurea linguae Cic. Off. 1 c. 22. Ictibus ſaxorum concedere Tacit. Hiſt. 3, 29. Magnitudini medicinae doloris magnitudo concedit Cic. Tuſc. 4, 63. Obſidioni concedere Tac. Ann. 13, 40. Solio concedere, *pro Aſſurgere, honoris gratia* Sil. 3, 628. Veris concedere Horat. Serm. 2, 3, 305. Cic. de Fin. 3 *pr.* Voluptatem quidem, Brute, ſi ipſa per ſe loquatur, nec tam pertinaces habeat patronos, conceſſuram arbitror conuictam ſuperiore libro dignitati. Id. pro Roſc. Amer. 118 c. 40 Quid tandem quaeſo, Iudices, num aut ille laniſta omnino iam a gladiis receſſiſſe videtur? aut is diſcipulus magiſtro tantulum de arte concedere? De gloria alicui concedere Tacit. Hiſt. 3, 64. Cic. pro Deiot. 28 Quos concurſus facere ſolebat? quam ſe iactare? quam ſe oſtentare? quam Nemini in illa cauſa ſtudio et cupiditate concedere? Nemini concedo, qui maiorem ex pernicie et peſte Reipubl. moleſtiam traxerit Id. Fam. 4, 3. *i. maxima omnium moleſtia afficior.* Audaciae petulantiaeque alicuius nihil concedere Cic. pro Caecin. 103. Idem Q. Fratr. 3, 1 Non enim concedo tibi, plus vt illum ames, quam ego ipſe amo. Concedere alicui primas in dicendo partes Cic. Diuin. in Caec. 49. Idem pro Quint. 93 Non comparat ſe tecum gratia P. Quintius, Sex. Naeui, non opibus, non facultate contendit; omnes tuas artes, quibus tu magnus es, tibi concedit. Cic. pro Marcell. init. M. Marcellum Senatui Populoque Roman. conceſſiſti, *ideo ei ignouiſti, quod pro illo deprecarentur Senatus P. Q. R. Sic* Nep. 25, 7, 3 Attici quies tantopere Caeſari fuit grata, vt huic non ſolum moleſtus non fuerit, ſed et ſororis, et Q. Ciceronis filium ex Pompeii caſtris conceſſerit. Tacit. Ann. 2, 55, 2 Offenſus vrbi propria quoque ira, quia Theophilum quendam Areo iudicio falſi damnatum precibus ſuis non concederent. Cic. Verr. 1, 38 Bona quaedam proſcriptorum in agro Beneuentano diripienda conceſſit. Idem de Amicit. 50 Concedatur profecto verum eſſe, vt bonos boni diligant. Conceditur enim ſimiles eſſe, quo contentus eſſe potueras Cic. Acad. 4, 55. Non conceſſum, *Non licuit, etc.* Sil. 11, 259. Quod facere conceſſum eſt Gell. 13, 24 *extr.* Duillio conceſſum eſt Aurel. Victor de Vir. Illuſtr. cap. 38.

CONCĒDENS, ntis. Partic. [ὑφιέμενος] Cic. Fam. 10, 3 Nunc me amantiſſimum tui, nemini concedentem, qui tibi vetuſtate neceſſitudinis potior poſſit eſſe, ſi audies, *etc.* Principatum non concedens Nep. 10, 6, 3. *Add.* Caeſ. B. G. 7, 15. *et* B. C. 3, 60.

CONCESSVS, a, um. Partic. [δεδομένος] Plin. 12, 25 Omnibus odoribus praefertur balſamum, vni terrae Iudaeae conceſſum. Quinctil. 3, 6 Sunt enim quaedam non laudabilia natura, ſed iure conceſſa, *licita, ſed non honeſta.* In accuſatores aliquid conceſſum eſt Quinct. 5, 13. *Add.* 6, 3, 28. 8, 6, 55. Legibus conceſſum Lucr. 5, 1148. Natura Quinctil. 2, 20, 6 Munere diuûm conceſſum aliquid Virgil. Georg. 1, 238. Amor conceſſus Ouid. ad Liu. 305. Furta Idem de Arte Am. 1, 33. Martial. 11, 58 Omnia quum tibi ſint dono conceſſa deorum. Praeda militibus conceſſa Caeſ. B. G. 6, 3. Res Cic. de Diuin. 2, 103 *et* 104. Quinctil. 12, 10, 41 Species conceſſa hominibus. Venus, Amor licitus Hor. Serm. 1, 4, 113. Lucan. 2, 446 Conceſſa putet ire via, ciuemque videri, *prouerbii vim habet.* ¶ 2 *Subſtantiue* Cic. pro Cael. 28 c. 20 Sed abhorret non modo ab huius ſaeculi licentia, verum etiam a maiorum conſuetudine atque conceſſis, *i. permiſſionibus vel conſtitutionibus.* Amare conceſſa Ouid. Met. 9, 453. Petere conceſſa, *i. quae concedi poſſint* Virgil. Aen. 5, 798.

CONCESSV. *Permiſſu.* Cic. de Vniuerſ. 44 Neque datum eſt mortalium generi deorum conceſſu atque munere, neque dabitur. Datur conceſſu omnium huic aliquis ludus aetati Id. pro Cael. c. 12. Cic. Fam. 4, 6 Magnae eſt tamen deliberationis, quae ratio ſit ineunda nobis non agendi aliquid, ſed illius conceſſu et beneficio quieſcendi. *Add.* Cic. Brut. c. 21. Apul. Met. 6 p. 182.

CONCESSIO, ōnis. f. [δόσις] Cic. Att. 3, 24 Nam ſi Tribuni plebis nobis ſuccenſent, quae poteſt ſpes eſſe? ac videntur iure ſuccenſere, quum et expertes conſilii fuerint, qui cauſam noſtram ſuſceperant; et noſtra conceſſione omnem vim ſui iuris amiſerint. Id. Fam. 10, 8 Conceſſiones praemiorum. Varro R. R. 1, 17, 7 Studioſiores ad opus fieri *ſeruos* — conceſſione, vt peculiare aliquid in fundo poſcere liceat. Peregrini amoris conceſſio Petron. c. 91. *Conf. ibi Burm. p. 441.*

CONCESSO, āre. Frequent. [παυομαι] *Idem, quod Ceſſare, et ab opere vacare.* Plaut. Poen. 1, 2, 10 Poſtquam aurora eſt, nunquam conceſſauimus lauari, aut fricari, aut ornari. *Add.* Id. Aſin. 2, 2, 24. Tertull. de Monog. c. 7.

CONCESSATIO, ōnis. f. [παῦσις] Columel. 11, 1, 16 Nam vt in itinere conficiendo ſaepe dimidio maturius peruenit is, qui gnauiter ſine vllis conceſſationibus permeabit, quam is, qui, *etc.*

CONCESSĪVVS, a, um. Adi. *Vt,* Conceſſiuus modus: *de quo ſic* Seruius *in illud* Virg. Aen. 10, 33 Neque illos Iuueris auxilio: Conceſſiuus eſt iſte modus ſecundum Probum: namque in Artibus *(Grammaticis)* non inuenitur. Fit autem quoties taedio contentionis, quaſi videmur concedere, quod tamen nolumus fieri: nam id agit hoc loco Venus, vt Iuppiter magis praeſtet auxilium. *Huiusmodi igitur fuerit illud* Ter. Andr. 5, 3, 21 Viceris.

CONCELĔBRO, āre. [συνεπιφημίζω, συνεπιφοιτάω] *Vna et ſolemniter celebrare, ſ. frequentare.* Carmina concelebrare cantu Lucr. 5, 1380 *de hominibus.* Conuiuia concelebrare Cic. de Petit. Conſul. 14. Dapes concelebrare Ouid. Faſt. 4, 354. Liu. 8, 7 *extr.* Quantum

tum

tum militaribus ſtudiis Funus vllum concelebrari poteſt, *i. honorari, decorari.* Loca aquarum concelebrare circum ripas funteſque Lucr. 2, 345. *i. frequentare.* Ludos geniumque choreis Tibull. 1, 8, 49. Plin. 34, 2 Antiquiſſima aeris gloria Deliaco fuit, Mercatus in Delo concelebrante toto orbe. Liu. 1, 9 Indici deinde finitimis Spectaculum iubet: quantoque apparatu tum ſciebant, aut poterant, concelebrabant. Cic. de Inuent. 1, 4 Quare mihi videntur poſtea caetera Studia recta atque honeſta per otium concelebrata ab optimis enituiſſe. Terras Lucret. 1, 4 *ad Venerem, i. foecundare, et per hoc frequentare.* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 72 Per orbem terrarum, fama ac literis Victoriam eius diei concelebrant. Plateam Hymenaeo Plaut. Caſ. 4, 3, 2. Concelebrare, Diffamare *eſſe ait* Non. 4, 105 *et laudat* Lucil. lib. 30 Multis indu locis ſermonibus concelebrarunt.

CONCELLITA, ae. *Cohabitans in eadem cella.* Concellitam alicuius eſſe Sidon. Ep. 8, 14.

CONCERMINO, āre. *Concerpere, verbum, quod reſtitutum it, an affingit Popma* Varroni R. R. 3, 16, 32 *vbi ſic legit*, Si fures aluos habeat, quem (*pro* quos) concerminarint *apes.* *Sed nimis ibi incerta omnia.*

CONCĒLO, āre. [συγκρύπτω] *Idem, quod diligenter Celare.* Gell. 15, 2 Quos aliquis pudor reuerens concelaret. Id. 11, 9 Non id poſtea concelauit, quin gloriae quoque hoc ſibi aſſignauit.

CONCENTVRIO, āre. [συγκατατάττομαι] *Colligere in Centurias militares, quod eſt etiam* Centuriare. Plautus Pſeud. 1, 5, 159 Concenturio in corde ſycophantias. Idem Trin. 4, 2, 160 Epiſtola illa concenturiat mihi metum in corde. Non. 1, 36 *deriuat* a Centuriis, quae ad ſuffragia conueniebant, *quod ſatis aptum ad luſum Plauti: ſed aliunde nobis certe incognitum.*

CONCENTVS, ūs, *vid.* CONCINO.

CONCEPTACVLVM, CONCEPTIO, CONCEPTIVAE Feriae, CONCEPTARE, CONCEPTVS, *vid.* CONCIPIO.

CONCERNO, crēui, crētum, ĕre. [συνθεωρῶ, Vet. Gloſſ.] *Idem aiunt, quod Cerno, laudantque* Cic. de Petit. Conſ. 16 c. 5 Quod ſi ſatis grati homines eſſent, haec tibi omnia parata eſſe debebant, ſicut parata eſſe concerno. *Sic editiones pleraeque ante Grut. Sed ab eo legitur ex auctoritate Exempl.* Confido. ¶ 2 Concerno, *i. Cribro, cerno, ſeu purgo.* Auguſtin. Confeſſ. 5, 10 Talem naturam eius naſci non poſſe de Maria virgine arbitrabar, niſi carni concerneretur. ¶ 3 Concernere, *pro Attinere, eſt extremi barbariſmi. Vid. Cellar. Cur. Poſter. p. 350. et Voſſ. de Vit. L. L. 4, 4.*

CONCERPO, pſi, ptum, ĕre. [διασπαράσσω] *Auget vim verbi, et Carpo idem quod Diſcerpere ſignificat, et dilacerare.* Liu. 38, 55 Librumque rationis eius, quum Lucium fratrem afferre iuſſiſſet, inſpectante Senatu ſuis ipſum manibus concerpſiſſet, indignatum, *etc.* Cic. Att. 10, 14 (12) Tu tamen eas epiſtolas, quibus aſperius de eo ſcripſi, aliquando concerpito. *Metaphorice, vt Lacerare, ad maledicta et verborum contumelias refertur.* Cic. Fam. 8, 6 Quod tibi ſupra ſcripſi, Curionem valde frigere: iam calet. nam feruentiſſime concerpitur.

CONCERPTVS, a, um. Partic. [διεσπαραγμένος]. *Vt*, Concerpta linteola Plin. 28, 15. *Et* 21, 3. *Add.* 29, 4. 31, 9.

CONCERTO, āre. [συναγωνίζομαι] *Simul certare et contendere.* Pſeudo-Cic. antequam iret in exil. Nunc igitur ſi lingua eſt concertandum, innocentiae virtute fretus ſupero. Columel. 8, 15 Vt ſine impedimento, quum apricitate diei geſtiunt aues, nandi velocitate concertent. Concertare cum inimico, Confligere cum hoſte Cic. pro Lege Manil. 28. Idem de Natur. Deor. 3, 4 Ex eo igitur et Liſyto eſt is Hercules, quem concertaſſe cum Apolline de tripode accepimus. Ter. Adelph. 2, 2, 2 Quid iſtuc Sannio eſt, quod te audio neſcio quid concertaſſe cum hero? Cic. Att. 3, 12 Sed quia nunquam accidit, vt cum eo verbo vno concertarim.

CONCERTATVS, a, um. Partic. [συνηγωνισμένος] Cic. in Partit. 99 c. 28 Quae etiam ſi antequam res in iudicium venit, aut concertata, aut diiudicata, aut confecta non ſunt: tamen, *etc.*

CONCERTATIO, ōnis. f. [ἀγώνισις] Plin. 20, 18 Qua de cauſa magna concertatio exſtitit. Cic. de Diuin. 1, 62 Namque Carneades concertationis Studio, modo ait hoc, modo illud. Idem pro Sext. 77 Caedem vero tantam, tantos aceruos corporum exſtructos, niſi forte illo Cinnano atque Octauiano die, quis vnquam in foro vidit? qua ex concertatione Animorum? Sententiarum, nullo idem cenſente Plin. 29, 1. Cic. in Partit. 81 Diſputandi prudentiam imitatur concertatio captatioque Verborum. *Loquitur de vitiis, quae aſſimulatione quadam et vicinitate virtutem aemulentur, eiusque perſonam induant. Caeterum hic* Concertationem *appellat*, τὴν ἐριστικήν. *Duo enim genera Sophiſtarum fuerunt olim, vnum ſimile oratoribus, qualis Gorgias Leontinus fuit: alterum ſimile Dialecticorum, eorum, qui* Eriſtici *vocabantur, vnde* ἐριστικοὶ λόγοι *apud Ariſtotelem, a quibus Eriſticis Dialectica profecta videtur, ſi Laërtio credimus. In hos et alteros quoque Iſocrates in libello contra Sophiſtas. Turnebus. De his pulchre* Cic. de Orat. 1, 194 c. 43 Non infinitis concertationumque plenis diſputationibus, ſed auctoritate nutuque legum domitas habere libidines. *Sic* Concertatio in diſputando pertinax Idem de Fin. 1, 27 c. 8. Ter. Adelph. 2, 2, 4 Nunquam vidi iniquius Concertationem comparatam, quam quae hodie inter nos fuit: ego vapulando, ille verberando, vsque ambo defeſſi ſumus.

CONCERTĀTOR, ōris. m. Tacit. Ann. 14, 29, 3 Paullinus ſcientia militiae et rumore populi Corbulonis concertator.

CONCERTATORIVS, a, um. Adi. [ἀγωνιστικὸς] Cic. de Clar. Orat. 286 c. 83 Thucydides enim rerum geſtarum pronuntiator ſincerus, et grandis etiam fuit: hoc forenſe concertatorium iudiciale non tractauit genus.

CONCERTATĪVVS, a, um. Adi. *vbi mutuum et velut reciprocum certamen eſt.* Quinctil. 7, 2, 9 Mutua accuſatio, quam Graeci ἀντικατηγορίαν vocant, noſtri quidam concertatiuam.

CONCESSIO, CONCESSO, CONCESSVS, *vid.* CONCEDO.

CONCHA, ae. f. [κόγχη] *Genus piſcis teſta contectum.* Plin. 9, 33 ſ. 52 Firmioris iam teſtae murices, et concharum genera, in quibus magna ludentis naturae varietas: tot colorum differentiae, tot figurae, planis, concauis, longis, lunatis, in orbem circumactis, dimidio orbe caeſis, in dorſum elatis, leuibus, rugatis, denticulatis, ſtriatis: vertice muricatim intorto, margine in mucronem emiſſo, foris effuſo, intus replicato: iam diſtinctione virgulata, crinita, criſpa, cuniculatim, pectinatim diuiſa, imbricatim vndata, cancellatim reticulata: in obliquum, in rectum expanſa: denſata, porrecta, ſinuata: breui nodo ligatis, toto latere connexis, ad plauſum apertis, ad buccinum recuruis. Nauigant ex his Veneriae, praebenteſque concauam ſui partem et aurae opponentes, per ſumma aequorum velificant. Saliunt pectines, et extra volitant, ſeque et ipſi carinant. *Deinde* c. 35 *ad conchas refert* Purpuras, Conchylia, Margaritas. — Origo atque genitura conchae *margaritarum*, eſt haud multum oſtrearum conchis differens — pandentes ſe quadam oſcitatione — partumque concharum eſſe margaritas. *Deinde* ſ. 55 Concha ipſa cum manum videt, comprimit ſeſe — manumque ſi praeueniat, acie ſua abſcindit. — Concharum examina *nominat ſicut apum, etc.* *De purpura* Lucret. 2, 500 Meliboeaque fulgens Purpura Theſſalico concharum tincta colore. Erycina concha, *dicta ab epitheto Veneris, ea, e qua margaritae veniunt, quod dicitur Venus e concha marina prodiiſſe* Propert. 3, 11, 6 Et venit e rubro concha Erycina ſalo. *Etiam* Piſcatores *apud* Plaut. 2, 1, 16 Venerem *inuocant, vt ea ſibi* concharum *piſcatum adiutet.* Inda Propert. 1, 8, 39. Marinae Ouid. Met. 15, 264. Patula, *vid. h. v.* Plaguſiae conchae, *nominantur a* Plauto Rud. 2, 1, 8 *quo nomine eas venire exiſtimo, quae cruſtam tegumenti latam patulamque habent, quaſi* πλακόεσσαι *dicantur. Nam a* πλακοῦς *deducitur, quo nomine quum ſit mons Ciliciae, idem tamen etiam mons* Placuſius *vocatur. Sic Turnebus.* Placuſias *etiam probat Salmaſius, et a latitudine, qualis eſt placentarum*, τῶν πλακούντων, *dictas putat.* Claud. Conſ. Hon. 3, 209 Vobis rubra dabunt pretioſas aequora conchas. *Nempe e mari rubro, ſ. Erythraeo veniunt margaritae.* Tenues Ouid. Amor. 2, 11, 13. Venereae conchae, *mentio etiam* Plin. 32, 11 Venereae, vua, Xiphiae: *vbi* Vrenas *inaudito verbo et nihili ſcribitur ab aliis. Sed, vt poſuimus, ex MSS. Harduinus.* Seneca Epiſt. 15 Venereae, ſpondylique, et oſtrea catenus circumciſa, qua eduntur. Viles Hor. Serm. 2, 4, 28. Complere ſe conchis Cic. de Natur. Deor. 2, 124 *de Platalea aui.* Idem de Orat. 2, 22 c. 6 Ita ſolet narrare Scaevola, conchas eos et vmbilicos ad Caietam et ad Laurentum legere conſueſſe. Sueton. Calig. c. 46 Poſtremo, quaſi perpetraturus bellum, directa acie in litore Oceani, ac balliſtis machiniſque diſpoſitis, nemine gnaro aut opinante quidnam coepturus eſſet, repente, vt conchas legerent, et ſinus replerent; imperauit. *Add.* Aurel. Victor in Calig. Piſciculi parui in concham hiantem innatant Cic. de Natur. Deor. 2, 23. ¶ 2 *Teſtae ipſae duriores*, Conchae *dicuntur, quales ſunt cochlearum.* Columel. 10, 325 Implicitus conchae limax, hirſutaque campe. Ouid. Faſt. 6, 174 Oſtreaque in conchis tuta fuere ſuis. Salis concha, *i. quae ſal continet* Hor. Serm. 1, 3, 14. *ſeu* concha *proprie dicta fuerit, ſeu vas* ad *eam ſimilitudinem elaboratum. Sic idem* Horat. Carm. 2, 7, 23 Funde Capacibus Vnguenta de conchis. Detritis conchis leuior Ouid. Met. 13, 792. Pinna duabus grandibus patula conchis Cic. de Natur. Deor. 2, 23. Virgil. Georg. 2, 348 Aut lapidem bibulum, aut ſqualentes infode conchas. *Vbi* Seruius, Cochleae propter admittenda ſpiramina infodiuntur. Squalentes *autem proprie, i. ſquamoſae.* Conchae, *inter Inſtrumenta pictorum numerantur a* Martiano Iuriſconſulto in l. item pictoris D. de fundo inſtructo et inſtrum. leg. Pictoris inſtrumento legato, cerae, colores, ſimiliaque horum legato cedunt, item peniculi, et cauteria, et conchae. *Sane pictores hodieque ſuos colores in conchis macerant.* ¶ 3 Concha, *Vaſis genus concauum, ac ſuperius patulum, a* conchae *ſimilitudine.* Cato de R. R. 13 In cellam oleariam haec opus ſunt. Dolia olearia opercula, labra olearia XIIII, conchas maiores duas, et minores duas. *Sic* Concha oleum tollere Cato de R. R. c. 66. Conchae ferreae, quibus depletur oleum Columel. 12, 50. Iuuen. 6, 304 Quum bibitur concha, quum iam vertigine tectum Ambulat. Plin. 33, 8 *de hydrargyro*, Fit autem duobus modis, aereis mortariis, piſtilliſque trito minio ex aceto, aut patinis fictilibus impoſitum ferrea concha, calyce coopertum, argilla ſuperillita. *Sic vas pretioſum fuiſſe debet, quod celebrat ſub titulo* Concha Serenae Claudianus epigr. 5 *in qua illa* ora lauerit. *Sed pro tuba poni* concham, *non puto: verum* Triton, *pro tuba concham turbinatam inflare fingitur* Virg. Aen. 10, 209. *it.* Lucan. 9, 349. *Hinc* Miſenus *apud* Virg. Aen. 6, 171 *aemulans et prouocans* Tritona, caua perſonat aethera concha. ¶ 4 Concha caerula, *pro Caelo.* Varro de L. L. 6. Id eſt, vt ait Naeuius, Hemiſphaerium, vbi concha caerula ſeptum ſtat. *Hic eleganter Concaua caeli conuexitas, more conchae concamerata et curuata intelligitur. Sic Turnebus. Sed aliter Scal. p. 66, 35. Cum Turnebo facit etiam Scioppius.* ¶ 5 *Apud* Plaut. Rud. 3, 3, 42 *ad Venerem deprecans pro puellis*, Te ex concha natam eſſe autumant: caue tu harum conchas ſpernas. *Nempe partem, qua mulieres ſunt, ita vocat. Et ſunt plures concharum ſpecies in curioſorum loculamentis, quae eam ſimilitudinem referant.*

CONCHVLA, ae. f. Conſtat vagas litoribus conchulas et vmbilicos lectitaſſe Valer. Maxim. 8, 8, 1. Et generat pelagi conchula diuitias Dracont. 2, 68. *Add.* Apul. Apol. 1 p. 296. Conchula marina Scribon. 104.

CONCHITA, ae. m. *Piſcator concharum.* Plaut. Rud. 2, 2, 5 Saluete fures maritimi, conchitae atque hamiotae. *Tales* Conchylileguli.

CONCHĀTVS, a, um. Adi. *In morem conchae curuatus.* Plin. 10, 20 *de pauone*, Simul vmbrae quosdam repercuſſus caeteris, qui in opaco clarius micant, conchata quaerit cauda.

CONCHIS, is. f. [κόγχις] *Fabae genus, ſiue cibus ex faba.* Iuuen. Sat. 3, 293 Cuius conche tumes? quis tecum ſectile porrum Sutor, et elixi veruecis labra comedit? *Sipontinus dicit eſſe Fabam cum cortice ſuo elixam, ad differentiam Fabae freſſae, quae ſine cortice coquitur, a ſimilitudine videlicet concharum, quod confracto cortice, velut implicita conchis ſuis caruncula, videatur.* Martial. 13, 7 Si ſpumet rubra conchis tibi pallida teſta, Lautorum coenis ſaepe negare potes. Conchis inuncta Idem 7, 77.

CONCHICLA, ae. f. *pro* Conchicula, *i.* Conchis *certo modo condita et parata, vt* Apiciana farſilis Apic. 5, 4, *et alia genera.*

CONCHICLATVS, a, um. Adi. Pullus vel porcellus Apic. c. l. *cum* conchicula *apparatus.*

CONCHYLIVM, i. n. [κογχύλιον] *Latine* Murex *dicitur; piſcis genus ex concharum genere, vt docet* Plin. 9, 35 *et* 36. Cic. in Piſon. 67 Exſtructa menſa non conchyliis aut piſcibus, ſed multa carne ſubrancida. Conchylia cruda atque decocta Scribon. 191. *Eſt autem* Conchylium, *nonnunquam nomen generale ad omnes conchas, et habet ſpeciem diminutiui nominis, quo delicias et praeſtantiam indicarunt forte primi auctores. Sic* Horat. Serm. 2, 4, 30 Lubrica conchylia *ſunt conchae edules.* Plin. 8, 57 Conchylia coenis ademerunt cenſoriae leges. Id. 9, 36 Lingua purpurae longitudine digitali, qua paſcitur, perforando reliqua conchylia: tanta duritia aculeo eſt. ¶ 2

*In primis tamen* Conchylia *cum* Purpuris *iunguntur in quantum color inde efficitur.* Plin. 9, 35 ſ. 60 Conchylia et purpuras omnis hora atterit, *i.* tinctas inde veſtes. *Deinde* Qua propter excuſata ſit, et purpurae inſania. Sed vnde conchyliis pretia? queis virus graue in fuco, color auſterus in glauco, et iraſcenti ſimilis mari. *Et mox* c. 36 ſ. 61 Concharum ad purpuras et conchylia (eadem enim eſt materia, ſed diſtat temperamento) duo ſunt genera: Buccinum, minor concha — Alterum purpura vocatur. *Cum deinde purpurae parandae rationem docuit* c. 39 ſ. 64 In conchyliata, *inquit*, veſte caetera eadem, ſine buccino, praeterque ius temperatur aqua, et pro indiviſo (*aequis portionibus*) humani potus excremento: dimidia et medicamina adduntur. Sic gignitur laudatus ille pallor ſaturitate fraudata, tantoque dilutior, quanto magis vellera eſuriunt. *Conf. Turn. Adu.* 5, 9. Plin. 21, 8 ſ. 22 Tertius *color* eſt, qui proprie conchylii intelligitur, multis modis. Vnus in heliotropio, et in aliquo ex his plerumque ſaturatior: alius in malua, ad purpuram inclinans: alius in viola ſerotina, conchyliorum vegetiſſimus. Lanarum conchylia, quis in priſtinum candorem reuocet Sen. Ep. 7. Quinctil. 1, 2, 6 Nondum prima verba exprimit, et iam coccum intelligit: iam conchylium poſcit: *de pueris nimis molliter educatis.* Catull. Argon. ſ. 63, 49 Puluinar, quod — Tincta tegit roſeo conchylI purpura fuco. Purpura *ergo eſt* roſeus fucus conchylii. Lucret. 6, 1072 Purpureusque colos ConchylI mergitur vna corpore cum lanae, dirimi qui non queat vsquam. Seren. Sammon. 1109 Purpureo triti cineres de vellere proſunt, Quod fuerit vero conchylI ſanguine tinctum. *In his tribus locis* Conchylium *eſt murex, ſ. concha, e qua ſit purpura. Vid. de toto hoc argumento Salmaſ. ad* Tertull. de Pallio *p. 184 ſqq.*

CONCHYLIATVS, a, um. Adi. [κογχυλιωτὸς] *Murice tinctus.* Plin. 9, 39 In conchyliata veſte caetera eadem, *etc. Nam totum locum modo dedimus.* Cic. Philipp. 2, 67 c. 27 Conchyliatis Cn. Pompeii periſtromatis ſeruorum in cellis lectos ſtratos videres. Supellex Sidon. Epiſt. 1, 2. Tapetia Plaut. Pſeud. 1, 2, 14. *Vid. tamen* CONCILIO.

CONCHYLIS, is. f. *Color purpureus, vt volunt; At quae loca producuntur, ſunt Genitiui contracti* τοῦ Conchylium: *vt* Lucret. 6, 1072. Catull. Argonaut. ſ. 63, 49. Seren. Carm. 44. *Loca damus in* Conchylium.

CONCHYLILEGVLVS, i. m. L. 15 C. t. 7 de Murileg.

CONCHYTA, *vid.* CONCHITA, *ſub* CONCHA.

CONCĪDO, idi, iſum, ĕre. [συγκόπτω] *Ex Caedo, ſignificat Minutatim caedere.* Columel. 12, 8 Conciſique ſectiui porri, quantum videtur adiicito. Idem 12, 22 Haec minute concidito, et admiſceto pici nemeturicae. Concidere in fruſta Scribon. 255. In minimas partes 264. — particulas 136. Celſ. 5, 27 Deinde quidquid aridum eſt, et intentione quadam proximum quoque locum male habet, vsque ad ſanum corpus concidere. Virgis concidere, *i. vehementer caedere* Cic. Verr. 1, 122. *Metaphor.* Decretis aliquem concidere Idem Philipp. 5, 28. *i. laedere.* Cic. de Natur. Deor. 1, 94 Metrodori ſodalis ſui fratrem Timocratem, quia neſcio quid in philoſophia diſſentiret, totis voluminibus conciderit. Auctoritatem Senatus Cic. Att. 1, 13. *h. e. Conuellere, labefactare. Item* de Orat. 3, 4 c. 1. Cic. de Diuin. 1 c. 35 Itaque tribus hic horis conciſus exercitus, atque ipſe interfectus. Aduerſariorum multa millia concidit Nep. 14, 8, 3. Celeriter ſunt conciſi Id. 14, 6, 7. *Add.* 10, 10, 1. Ingenia his concidi et comminui credo Quinct. 1, 7, 33. Magnos ſcrobibus concidere montes Virg. Georg. 2, 260. Cic. pro Flacc. 73 Neruos quos concidit, reſtituere non poteſt. Nucleum dentibus concidere Plinii *eſſe dicitur. Negant Indices.* Sententias concidere et delumbare Cic. in Orat. 231. *de numeris minutis. i. nimis ſubtili ſtudio numeri oratorii loquitur. Add.* Quinct. 11, 3, 53. *Sic* Rationem dicendi per tam minutas rerum particulas concidere, ſimplicius inſtituenti non eſt neceſſe Quinct. 3, 11, 22. Idem 1 prooem. 24 Nam plerumque nudae illae artes, nimiae ſubtilitatis affectatione frangunt, atque concidunt quidquid eſt in oratione generoſius, et omnem ſuccum ingenii bibunt, et oſſa detegunt. *Comico ioco* Plaut. Epid. 3, 4, 52 Iſtic homo articulatim te concidit tuus ſeruus. *i. decepit gnauiter.*

CONCĪSVS, a, um. Partic. [συγκεκομμένος] Cic. Philipp. 11, 11 Nondum erat veſtris tam grauiſſimis, tamque multis iudiciis, ignominiiſque conciſus. Anguſtis et conciſis diſputationibus illigari Cic. de Orat. 2, 61. *Hic abruptam breuitatem ſignificat.* Quinct. 12, 1, 7 Nihil tam variis affectibus conciſum atque laceratum, quam mala mens. Diſtincte conciſa breuitas Cic. de Orat. 3, 200. Ouid. Faſt. 2, 647 Ligna ſenex minuit, conciſaque conſtruit arte. Oratio conciſa dialecticea Quinctil. 2, 20, 7. *it.* 2, 21, 13. *Add.* 8, 5, 27. Sententiae conciſae Cic. de Clar. Orat. 66 c. 17. *Comparat.* Conciſior vox tubae Vulg. Ioſ. 6, 5. *i. abruptior, fragorem aſſimilans.*

CONCISE. Adu. [συγκεκομμένως] Quinctil. 12, 2, 11 Quamquam ea non eſt tam minute ac conciſe in orationibus vtendum, quam in diſputationibus. *De arte diſſerendi loquitur.*

CONCISVRA. [διακοπή] Sen. Epiſt. 101 Deſit ſane varietas marmorum, et conciſura aquarum e cuniculis interfluentium.

CONCISIO, ōnis. f. Conciſio verborum Cic. de Partit. 19 c. 6.

CONCISOR, ōris. m. Creſc. Coripp. 4, 22.

CONCISORIVM ferramentum, *ad vngulas equorum* Veget. Mulom. 1, 56, 31.

CONCĬDO, idi, āſum, ĕre. [καταπίπτω] *Ex Cado, ſimul vel totum, vehementerque adeo cadere.* Cic. Somn. Scip. 20 Vel concidat omne caelum, omniſque natura conſiſtat neceſſe eſt. Grauiter concidere Lucret. 6, 758. Virg. Aen. 5, 448 Ipſe grauis grauiterque ad terram pondere vaſto Concidit. Tibull. 1, 2, 64 Concidit ad magicos hoſtia pulla Deos. *i. immolata DIs eſt.* Concidere ex animi terrore Lucret. 3, 158. Propert. 1, 3, 6 Aſſiduis Edonis (*mulier Threſſa*) feſſa choreis Qualis in herboſo concidit Appidano. In humo concidit ſanguinolentus Ouid. Faſt. 6, 602. *de Seruio Tullio.* In ipſo ſolo concidit pronus Virg. Aen. 5, 333. Liu. 24, 8 Magis nullius intereſt, quam tua T. Octacili, non imponi ceruicibus tuis onus, ſub quo concidas. Repente concidere Stat. Theb. 6, 184. Repente equus concidit Cic. de Diuin. 2, 77. Columel. 8, 7, 1 Solae capellae, quamuis opimae, atque hilares, ſubito concidunt, *de peſtilentia, et interitu ſine praecedenti languore. Sic de ſubito mortis genere dicitur.* Arcu concidere Claud. in Eutrop. 1, 332. Armis Valer. Argon. 4, 123. Ictu fulminis Lucret. 3, 487. *Sed* Ouid. Epiſt. 21, 215 Concidimus macie: color eſt ſine ſanguine, *etc. hoc tamen indicat maciem illam celeriter et praeter naturam a moerore et curis inductam eſſe.* Iuuencae ictae conciderant Ouid. Met. 10, 272. Cic. Tuſc. 3, 1 Conſtabat eos, qui concidentem vulneribus Cn. Pompeium vidiſſent, quum, *etc.* In praelio Cic. Tuſc. 1, 89. Corpus concidit magna ruina Lucret. 3, 584. ¶ 2 *Metaphor.* Cic. Tuſc. 3, 40 Quod ſi cui, vt ait idem, ſimul animus cum re concidit, a grauibus illis antiquis philoſophis petenda medicina eſt, non ab his voluptariis. Mens debilitata metu concidit Cic. pro Domo 15. Vita concidit, *i. perit* Lucret. 4, 511. Caeſ. Bell. Gall. 8, 19 Hoſtes concidunt animis, atque itineribus diuerſis fugam quaerunt nequidquam. Cic. Philipp. 3, 24 Allato nuntio de legione quarta, mente concidit. Cic. in Piſon. 88 Quid debilitatio atque abiectio animi tui. Macedonia prouincia nuntiata, quum tu non ſolum quod tibi ſuccederetur, ſed quod Gabinio non ſuccederetur, exſanguis et mortuus concidiſti? Cic. Att. 3, 10 Ecquis vnquam ex tam amplo ſtatu, in tam bona cauſa, tantis facultatibus ingenii, conſilii, gratiae, tantis praeſidiis bonorum omnium concidit? *Add.* ib. 7, 25. Per ſe concidere Cic. Att. 10, 7. Cic. pro Lege Manil. 19 c. 7 Ruere illa non poſſunt, vt haec non eodem labefactata motu concidant. Lapſi conciderunt Ouid. Met. 5, 77. Artes forenſes et actiones publicae concidunt Cic. in Orat. 148. Id. Acad. 4, 146 Sed quomodo tu, ſi nihil comprehendi poſſet, artificia concidere dicebas: neque id mihi dabas, *etc.* Senatus auctoritas concidit Cic. Att. 1, 16. Auxilium concidit Ouid. ex Pont. 4, 6, 14. Bellum concidit morte illius Tacit. Hiſt. 2, 57. Caelum concidere dicitur Cic. Somn. Scip. 20. *De immutatione totius rerum naturae.* Cic. pro Roſc. Com. 17 c. 6 Nonne vt ignis in aquam coniectus continuo reſtinguitur et refrigeratur, ſic referuens falſum Crimen in puriſſimam et caſtiſſimam vitam collatum, ſtatim concidit et exſtinguitur? Sen. Herc. Oet. 221 Tibi cuncta domus concidit vni, dum me genitor negat Alcidae. Cic. pro Lege Manil. 19 c. 7 Nam tum quum in Aſia res magnas permulti amiſerunt, ſcimus Romae ſolutione impedita fidem concidiſſe. Ouid. Met. 15, 422

Sic tempora verti
Cernimus, atque alias aſſumere robora gentes:
Concidere has.

Cic. Verr. 2, 3 Neque enim tam facile opes Carthaginis tantae concidiſſent, niſi illud, *etc.* Troia concidit Ouid. Triſt. 2, 317. *Sic* Auct. ad Her. 4, 13 Vrbs acerbiſſimo conflagrata incendio concidat. Venti concidunt, *i. quieſcunt ſubito* Hor. Carm. 1, 12, 30. Venas concidere Celſus *dixiſſe videtur, vt verbum* ξυμπίπτειν, *et* ξυμπτωσίας, *vocem Hippocrati familiarem, qua (vt enarrat Galenus)* τὴν κένωσιν *ſignificat, exprimeret. Nam* συμπίπτειν *vel* ξυμπίπτειν *eſt, ſi verbum e verbo exprimas,* Concidere: *et, vt annotat Budaeus,* συνιζάνειν, *id eſt conſidere et conſtringi. Inanitae enim venae conſidunt et adſtringuntur.*

CONCIEO, iui, itum, ēre. [συγκινέω, συγκαλέω] *vel* CONCIO, iui, itum, ire. *Commouere, Conuocare.* Liu. 1, 8 Deinde ne vana vrbis magnitudo eſſet, acciendae multitudinis cauſa, vetere conſilio condentium vrbes, qui obſcuram atque humilem conciendo ad ſe multitudinem, natam e terra ſibi prolem ementiebantur. Ter. Hec. 3, 1, 33 Fortaſſe vnum aliquod verbum inter eas iram hanc conciuerit. Liu. 1, 59 Elatum domo Lucretiae corpus in forum deferunt, concientque miraculo (vt fit) rei nouae, atque indignitate homines. Valer. Argon. 6, 35 Quanto Scythiam molimine Perſes Concierit. Lucret. 6, 826 Quippe etenim primo quaſi quendam conciet aeſtum. Hoſtes Plaut. Merc. 5, 2, 36. Idem Aſin. 4, 2, 15 Tu ergo face, vt illi turbas, lites concias. Liu. 4, 48 Quum ex compoſito relatum ad Senatum eſſet de ſeditione, quam Maecilius Metiliusque largitione peſſimi exempli concirent, *etc.* Plaut. Amph. 1, 2, 14 Actutum vxori turbas conciet, atque inſimulabit eam probri.

CONCIENS, ntis. Part. Vell. 2, 74, 2 Conciens ad arma eos. ¶ 2 *Idem quod* Inciens. Apul. de Mundo p. 67, 38 Videas — terram — aquarum agminibus concientem, parientem atque educantem. *Quid.* Concipientem, *quod ex Gloſſa eſſe videtur. Scal. et Vulcan. emendant* Incientem. *Sed quidni idem ſignificare poſſint* Inciens *et* Conciens, *nempe grauidam, ſ. praegnantem.*

CONCITVS, a, um. Part. [ὡρμημένος] *Si a* Concieo, *penultimam corripit; ſi a* Concio, *producit.* Quinctil. 11, 1 Vt fraude aliquorum concita credatur. Cic. pro Caecin. 14 c. 5 Quam perſonam iam ex quotidiana cognoſcitis vita, Recuperatores, mulierum aſſentatoris, cognitoris viduarum, defenſoris nimium litigioſi, conciti ad rixam, inepti ac ſtulti inter viros, *etc.* hanc perſonam imponite Ebutio. Valer. Argon. 1, 191 Quis tibi Phryxe dolor, rapido quum concitus aeſtu Reſpiceres, *etc.* Ira Stat. Theb. 12, 589. Immani concitus Ira Virg. Aen. 9, 695. Ouid. Met. 6, 158 Diuino concita motu. Multa vi Virg. Aen. 11, 744. Ouid. Epiſt. 2, 38 Concita qui ventis aequora mulcet, auos. Amnis imbribus Ouid. Met. 3, 79. *Haec penultima correpta, ſecundae coniugationis. At ex quarta* Valer. Argon. 5, 576 Ipſe autem tantis concita furoribus arma Expetit Aeſonides. *Rurſus ſecundae iſta:* Ouid. Triſt. 2, 388 Concitus a laeſo fecit amore dolor. *Sic* Ouid. Met. 7, 154 Verbaque ter dixit — quae concita flumina ſiſtunt. Freta Virg. Aen. 3, 889. Sil. 11, 281 Quum iuuenem ſaeuis horrendum concitus armis Inuadit globus. *Sed* Lucan. 5, 597 Inde ruunt toto concita pericula mundo. Puppis concita rapida aqua Ouid. Amor. 2, 4, 8. Virg. Aen. 12, 921 Murali concita nunquam Tormento ſic ſaxa fremunt. Hor. Carm. 3, 15, 10 Pulſo Thyas vti Concita tympano. Veterani per largitionem conciti Tacit. Ann. 1, 10. Lucret. 2, 239 Omnia quapropter debent per inane quietum Aeque ponderibus non aequis concita ferri.

CONCITOR, ōris. m. [ὁρμητής] *Qui conciet, commouet, vt,* Belli concitores Tacit. Ann. 4, 28. Concitor vulgi Liu. 45, 10. *Et,* Concitorem belli, *dixit* Idem 37, 45 *vt locum ex MSS. reſtituit Gronouius. Add.* Id. 23, 41. Tac. H. 1, 68 *extr.*

CONCĬTO. Adu. *Cito vel Concitate. Laudatur* Apul. Flor. p. 363, 37 Tum cum eo equo per viam concito peruolant. *Sed poteſt cum equo iungi voluiſſe Apuleius.*

CONCĪTV. Mamert. Geneth. Maxim. ſ. 2, 9, 3 Quid ſimili concitu eques, aut veliuola nauis? (*i. concitatione, celeritate*) Diuinus quidam impetus fuit, quo repente in eundem locum ab vtroque ſolis aduerſo fine veniſtis.

CONCĬTO, āre. Frequent. [παροξύνω, παρορμῶ] *Valde commouere.* Cic. Acad. 4, 144 Quo enim ſpectat illud, quum artificia tolli quereris a nobis, niſi vt opifices concitentur? *Nempe contra nos.* Cic. Verr. 5, 21 c. 8 Nullam Inuidiam in te ne ex illis quidem rebus concitabo, cum eſſet — adeundi ad illum poteſtatem nunquam eſſe factam. In hoſtem ſe concitare Liu. 8, 39. Fuga ſe in aliquem locum concitare Valer. Argon. 7, 175. In arma concitare aliquem Ouid.

Ouid. Faſt. 3, 797. In curſum Col. 6, 5, 1. In iram Quinct. 6, 2. Clamore concitare aliquem Ouid. Faſt. 2, 850. Idem Met. 14, 238 Fugientibus inſtat, et agmen Concitat Antiphates. Auis concitat alas Valer. Argon. 6, 264. Aquas concitat Eurus Ouid. Epiſt. 7, 42. Arma aliquibus concitat. Propert. 3, 19, 8 Dulcia quam nobis concitet arma Venus. Aura frigida concitat artus Lucret. 3, 292. Propert. 3, 15, 45 Fabula nulla tuas de nobis concitet aures. Caeſ. Bell. Gall. 8, 22 Infirma manu plebis bellum concitare et gerere. Liu. 35, 12 Ita per totum ſimul orbem terrarum Aetoli Romanis concitabant bellum. Boues concitant tabani Varr. R. R. 2, 5, 14. Diſcordiam Cic. pro Muraen. 59 c. 39. Equi in diuerſum iter concitati Liu. 1, 28. Equum in hoſtes Virg. Aen. 11, 742. Liu. 2, 6 Concitat calcaribus Equum, atque in ipſum infeſtus Conſulem dirigit. Cic. Fam. 2, 1 Sic ad nos confirmatus reuertare, vt quam expectationem tui concitaſti, hanc ſuſtinere ac tueri poſſis. Feras concitare, *Agitare feras, venari* Ouid. Faſt. 2, 286. Flammas Sen. Hippol. 291. Celſ. 1, 2 Quae res maxime Grauedines Deſtillationesque concitat. Cic. Philipp. 2, 17 Tanta enim res eſt, vt Inuidiam iſtam, quam tu in me vis concitare, cum laude non comparem. Inuidiam alicui Id. Verr. 5 c. 8. Miſericordiam populi Cic. de Orat. 1, 227 c. 53. Celſ. 2, 13 At vomitus vt in ſecunda quoque valetudine ſaepe neceſſarius eſt, ſic etiam in his morbis, quos bilis concitauit. Motum animis hominum Cic. Off. 1, 131. Nationes et ſeruitia Cic. Fam. 11, 33. Odium in aliquem, *vid.* ODIVM. Offenſionem grauem in aliquam rem Cic. de Inuent. 1, 109. Celſ. 6, 6 Medicamenta vero intus quidem leuia danda ſunt, ne quid acrioris pituitae concitent. Populum in arma Ouid. Faſt. 3, 797. Pluvias concitat Auſter Ouid. Faſt. 2, 72. Riſum Cic. de Orat. 2, 255 c. 58. Seditionem ac diſcordiam Cic. pro Muraen. c. 39. Seditionibus familiam Col. 1, 8, 18. Somnum concitare herba *dicitur* Plin. 20, 18. Vrinam Plin. 20, 4. Ouid. Epiſt. 16, 340 Nec tu rapta time, ne nos fera bella ſequantur, Concitet aut vires Graecia tota ſuas, *i. Graeci omnes bellum contra nos ſuſcipiant.* *Paſſiu.* Animi motu concitari Cic. de Orat. 2, 191. Animi perturbantur et concitantur re aliqua Cic. in Orat. 128. Diuino inſtinctu concitatur animus a corpore abſtractus Cic. de Diuin. 1, 66. Quinctil. 9, 4, 9 Quare mihi compoſitione velut Amentis quibusdam Neruisue intendi et concitari ſententiae videntur.

CONCITĀTVS, a, um. Part. [παρορμηθεὶς] *Vt,* Concitatus ardore animus Cic. de Finib. 2, . . Admirabili quodam ad philoſophiam ſtudio concitatus Cic. de Clar. Orat. 306 c. 89. In rabiem concitatus Obſequ. c. 114. Cohortatione alicuius concitatum eſſe ad ſtudium cognoſcendae percipiendaeque virtutis Cic. de Orat. 1, 204. Calcaribus concitatus equus Liu. 8, 39. Equo vehi Nep. 14, 4, 5. Erroribus concitatis animum hilarare Catul. 61, 18. Impetu animi quodam concitatum eſſe Cic. pro Muraen. 65 c. 31. Ratis remige et vento concitata Sen. Thyeſt. 438. Scriptor Quinct. 10, 1, 90. Orator Id. 10, 1, 118. Terrore et metu concitatus Cic. pro Lege Manil. . . . Multitudo Nep. 3, 1, 3. Mundus concitatus, *Mobiles orbes caeli* Sen. Agam. 8, 27. *Compar.* Concitatius dicendi genus Quinctil. 8, 3, 14. Adhuc concitatior Callicles Quinct. 2, 15, 28. Concitatior curſus, *i. Celerior* Liu. 35, 29. Caeli conuerſio concitatior Cic. Somn. Sc. c. 5. *Superl.* Concitatiſſimi equi Liu. 35, 5. Motus corporis concitatiſſimus Quinct. 2, 11, 4.

CONCITĀTE. Adu. Columel. 6, 6, 4 Concitate agitur pecus. Quinct. 10, 2, 23 Dicere concitate. Quis dubitat, alia lenius, alia concitatius eſſe dicenda Id. 9, 4, 130. Concitatius inferre ſigna Ammian. 25, 1. *et* Frontin. 2, 1, 9. Ad mortem concitatiſſime properant Lactant. 6, 1, 9. *Conf.* Id. 5, 1, 9. Quum ventus, quaecunque in hoſtem iaciebantur, concitatiſſime raperet Auguſt. de C. D. 5, 26.

CONCITĀTOR, ōris. m. [παρορμητὴρ] *Qui commouet.* Caeſ. Bell. Gall. 8, 21 Quod Corbeus auctor belli, concitator multitudinis eſſet interfectus. Concitator turbae Liu. 25, 4. Stimulator et concitator Seditionis Cic. pro Dom. c. 5. Tabernariorum concitator Cic. pro Domo 13. *Add.* Sen. de Ira 3, 2.

CONCITĀTRIX, īcis. f. [παρορμήτρια] *Vt,* Concitatrix vis Plin. 26, 10. *Et* 19, 8.

CONCITATIO, ōnis. f. [παρόρμησις] *Commotio. Vt,* Concitatio multitudinis Cic. pro Cluent. . . . Animi concitatio Cic. de Diuin. 1, 34. Animi vehementiores concitationes Cic. Q. Fratr. 1, 1, 13. Mentis concitatio Cic. de Diuin. 12, 27. Plebis contra patres concitatione et ſeditione nuntiata Cic. de Clar. Orat. 56. Crebrae continuis diebus ex concurſu multitudinis concitationes fiebant Caeſ. B. G. 3, 106. Adiuuandam concitationem docendo an exiſtimauit Iſocrates? Quinctil. 2, 8, 11. Modulatione collocationis et vocis, concitationem iudicum petere Quinct. 1, 10, 25.

CONCITĀTVS, ūs. m. Sidon. Carm. 23, 366.

CONCITAMENTVM, i. n. Sen. de Ira 3, 9.

CONCILICIATVS, a, um. Adi. *Cilicio indutus.* Tertull. de Pudic. c. 13 *vbi* Conciliciatum et concineratum *publice poenitentem et pacem Eccleſiae petentem vocat.*

CONCILIVM, i. n. [συνέδριον, σύλλογος, σύνοδος] *Conuentus populi, et multitudo populorum diuerſorum in vnum locum conſulendi gratia congregata. Deriuatur autem non a* Conſilio, *ſiue a* Conſenſu; *ſed a* Concalando, *hoc eſt,* Conuocando: *quod omnes in vnum locum conuocentur.* Virg. Aen. 10, 2 Conciliumque vocat diuûm pater atque hominum rex. *Pro Comitiis centuriatis* Concilium *dixiſſe videtur* Liu. 6, 20 *in iudicio Manlii* In campo Martio centuriatim populus citatur. *(Haec ergo ſunt* Centuriata comitia*) Cum ibi damnari non poſſet,* In Petelinum lucum extra portam Flumentanam, vnde conſpectus in Capitolium non eſſet, Concilium populi indictum eſt. Ibi crimen valuit. *Caeterum* Laelius Felix *apud* Gell. 15, 27 Is, qui non vniuerſum populum, ſed partem aliquam adeſſe iubet, non comitia, ſed Concilium edicere iubet. *Eſt itaque* Comitiorum *ſignificatio aliquantum reſtrictior, et ad ſollemnes Populi Rom. conuentus pertinet.* Comitiis *omnibus* Concilii *nomen conuenit; non contra. Sic* Concilium populi datur a magiſtratibus Liu. 3, 71. *de Comitiis tributis.* ¶ 2 Concilium *nempe apud bonos ſcriptores, quarumlibet rerum ac perſonarum Congregationem ac coetum ſignificat: vt* Lucret. 1, 185 Concilium genitale, *eſt Congregatio corporum primorum ad gignendum valens.* *Sic* 2, 109 Multaque praeterea magnum per inane vagantur. Conciliis rerum, quae ſunt reiecta, *i. quae non poſſunt cohaerere ad aliquid generandum.* *Et* 2, 918 Coetum et Concilium *et* Veneris res *ſynonymice ponit.* *Et* 3, 806 Quam mortale, quod eſt immortali atque peremni Iunctum in concilio ſaeuas tolerare procellas. *Et* 1, 485 Corpora ſunt porro partim primordia rerum, Partim concilio, quae conſtant principiorum, *i. partim elementa, ſimplicia proinde, partim compoſita.* *Et* 2, 563

Nunquam in concilium, vt poſſint compulſa coire,
Nec remorari in concilio, nec creſcere adaucta,
Quorum vtrumque palam fieri, manifeſta docet res,
Et res progigni, et genitas procreſcere poſſe.

*Eſt igitur* coire in concilium *gigni, coaleſcere ex ſimplicibus.* Tertull. de Pall. c. 4 Concilium nominis *eſt origo et ratio compoſitionis. Vid. Salmaſ. ad h. l. p. 279 ſq. itemque p. 96 vbi* Luminis concilium *purpurei coloris conciliamentum interpretatur.* Scholiaſtes Iuuen. 1, 116 Ciconia ex concilio roſtri ſonitum facit. *De coitu genitali* Arnob. 2 p. 54. Edunt per vteros foetus, et corporalibus conciliis procreant, (ſc. brutae animantes) et nos corporum coniugationibus naſcimur. ¶ 3 *Iam formulas ponemus, in quibus plerisque coetum naturarum intelligentium ſignificat. Sic* Concilium deorum, Concilium ducum Cic. Tuſc. 1, 72. *Et* Plin. 28, 6. Cic. de Fin. 2, 11 Quid enim neceſſe eſt tanquam meretricem in matronarum coetum, ſic voluptatem in virtutum concilium adducere? Concilia coetusque hominum iure ſociati, ciuitates appellantur Cic. de Somn. Scip. 4. In coetu concilioque proferre opiniones Idem de Fin. 2, 77. *Et* pro Domo 74 c. 28 Plebei quoque vrbanae maiores noſtri conuenticula, et quaſi Concilia quaedam eſſe voluerunt. *Al.* Conſilia. Animarum concilia Stat. Theb. 3, 146 *de inferis.* Cyclopum horrendum concilium Virgil. Aen. 3, 679. Ferarum Ouid. Met. 10, 144. Iouis, *i. Deorum, qui circa Iouem ſunt* Horat. Carm. 3, 25, 6. Muſarum nobile Stat. Theb. 6, 355. Patrum ſanctum Horat. Carm. 4, 5, 4. *de Senatu Romano.* Piorum amoena Virg. Aen. 5, 735. *in campis Elyſiis.* Infauſtum Stat. Theb. 3, 178 *mulierum, quae interfectos bello maritos et propinquos ad rogum adſtantes flebant.* Inuiolabile concilium pharetratarum *virginum, i. caſtum, inuiolatum* Claudian. in ſec. Conſ. Stil. 242. Coactum, *vid. ſub* COGO. Adducere in concilium Cic. de Fin. 2, 11 c. 4. Adhibere in concilia publica Liu. 1, 54. Caeſ. Bell. G. 1, 40. Admittere in concilium Salluſt. in Cic. 3. Cogere concilia Virg. Aen. 5, 735. Conſtituere diem Concilio Caeſ. Bell. Gall. 1, 30. Conuocare concilium, *vid.* CONVOCO. Dimittere concilia vel inſtituta, vel habita reſcindere Cic. de Legib. 2, 31 c. 12. *Add.* Liu. 2, 56 *extr.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 31 Eo concilio dimiſſo. *Sed* c. 33 *malim,* Hac oratione habita conſilium dimiſit. Quaſi Deſcendiſſet ex deorum concilio Cic. de Natur. Deor. 1, 18. *Add.* Salluſt. in Cic. 3. Fugere concilia conuentusque Caeſ. Bell. Ciu. 1, 19. Cic. de Inuent. 2, 52 c. 17 Hunc pater ſuus concilium plebis Habentem de templo deduxit. Virg. Georg. 1, 25 Inque adeo, quem mox quae ſint Habitura deorum Concilia, incertum eſt, *etc. in quam claſſem, in quod genus deorum referendus ſit.* Indicere concilium totius Galliae in certum diem Caeſ. Bell. G. 1, 30. Peragere, *vid.* PERAGO. Proficiſci in diuinum animorum concilium coetumque Cic. de Senect. 85 c. vlt. *extr.* Secludere e concilio Idem Tuſc. 1, 72. Ouid. Met. 1, 166 Ingentes animo, dignas Ioue concipit iras: Conciliumque Vocat: tenuit mora nulla vocatos. In concilium deorum Vocari Cic. de Diuin. 1, 49. *Vulgo quoque* Concilia *vocantur noti illi conuentus eccleſiaſtici, alias ſynodi. V. g.* Iuſtinian. l. 4 C. §. 4 Sancta quatuor Concilia. ¶ 4 *Pro dioeceſi, vt* Conuentus: Mandauit Andreae et Theodoro, epiſcopis concilii ſui, Liberatus Breuiar. c. 4. *Vid. Calixt. Appar. p. 120 ſeqq.* ¶ 5 Concilium, *flos apud* Plin. 22, 22 ſ. 39 Iaſione olus ſilueſtre habetur, in terra repens, cum lacte multo. Florem fert candidum, concilium vocant. Et huius commendatio ad ſtimulandos coitus *(Hinc forte nomen* Concilii*)* Cruda ex aceto in cibo ſumta mulieribus lactis vbertatem praeſtat, *etc.* ¶ 6 Concilium *et* Conſilium *ſaepe commiſcentur a Librariis. Itaque huc referunt quidam formulas,* Mittere in Conſilium iudices, Dimittere Conſilium, *etc. Vid.* CONSILIVM.

CONCILIABVLVM, i. n. Diminut. [συνέδριον] Liu. 7, 15 Qui nundinas et conciliabula obire ſolent. Per conciliabula et coetus ſeditioſa diſſerebant Tac. Ann. 3, 40, 4 *vbi obſeruat Gronouius, non ſimpliciter ad contemtum aut turpitudinem pertinere, vt neque* Concilium *ſemper honeſtum eſt.* In lege Mamilia *apud Goeſ. p.* 339 Quae colonia hac lege deducta, quodue municipium, praefectura, forum, conciliabulum conſtitutum erit — Idque magiſtratus, qui in ea colonia, municipio, praefectura, foro, conciliabulo, iure dicundo praeerit, facito, vt fiat. Frontin. de Limit. agror. p. 41 Hoc conciliabulum fuiſſe fertur, et poſtea in municipii ius relatum. Aggen. Comment. in Frontin. p. 60 Sunt autem loca publica, vti coloniarum, vbi prius fuere conciliabula, et poſtea ſunt in municipii ius relata. *Videntur hic eſſe* conciliabula *loca publica, pluribus vicinis oppidis et populis communia, quae deinde vna ſibi colonia, vel municipium vindicauit. Talia puto, de quibus* Liu. 40, 37 Decemuiri ſupplicationes in biduum valetudinis cauſa in vrbe, et per omnia fora conciliabulaque edixerunt. Iul. Paul. Sent. 4, 6, 2 Teſtamenta in municipiis, coloniis, oppidis, praefectura, vico, caſtello, conciliabulo facta, in foro, vel baſilica — recitari debebunt. Gell. 1, 7 *citat* orationem C. Gracchi, cuius titulus eſt, de Q. Popilio circum conciliabula. Vet. Onomaſt. Conciliabulum συνέδριον, et Gl. Cyrilli ὄψις πόλεως, conciliabulum. Feſtus Conciliabulum dicitur locus, vbi in concilium conuenitur. Iſidor. 15, 2 Pagi ſunt apta aedificiis loca inter agros habitantibus. Haec et conciliabula dicta, a conuentu et ſocietate multorum in vnum. Prudent. Apoth. 710 Immemoresque cibi, vicos, caſtella, macellum, Oppida, mercatus, et conciliabula, et vrbes Reſpuerant. *Haec itaque propria et honeſta verbi ſignificatio. Sed abutitur, vt ſolet,* Plautus Bacch. 1, 1, 47 Quid ſi apud te eueniat de ſubito prandium, aut potatio forte, aut coena, vt ſolet fieri in iſtis conciliabulis? *de domo meretricia.* Idem Trin. 2, 2, 33 Ne penetrarem me vsquam, vbi eſſet damni conciliabulum, *vbi damnum mihi poſſet conciliari.*

CONCILIO, āre. [συνάπτω, συναλλάττω, διαλλάττω, προξενέω] *Coniungere quouis modo, in primis de rebus animatis, in quantum eae ad vtilitatem, et rationes noſtras quocunque modo adiunguntur. V. g.* Cic. de Fin. 3, 16 c. 5 Placet his, quorum ratio mihi probatur, ſimul atque natum ſit animal, ipſum ſibi conciliari et commendari ad ſe conſeruandum, et ad ſuum ſtatum, et ad ea, quae conſeruantia ſunt eius ſtatus, diligenda. Conciliat et coniungit inter ſe homines ratio et oratio Cic. Off. 1, 50 c. 16. Idem de Amicit. 100 c. 27 Virtus, virtus, inquam, et conciliat Amicitias, et conſeruat. Animos hominum conciliare, et ad vſus ſuos adiungere, proprium virtutis eſt Cic. Off. 2, 17. Plaut. Mil. 3, 1, 203 A tua mihi vxore dicant dela-

delatum et datum *(anulum)* vt ſe ad eum conciliarem. *Eſt igitur lenoniae turpitudinis verbum. Sic* Sueton. Caeſ. 50, 4 Exiſtimabatur Seruilia etiam filiam ſuam Tertiam Caeſari conciliare. *Sed* Plaut. Trin. 2, 2, 105 Tute ad eum adeas, tute concilies, tute poſcas, *ad honeſtas nuptias pertinet. De nequitiis* Petron. 127 Feminam ornatam — concilio tibi, o iuuenis, ſororem. *Vid.* CONCILIATRIX. *Sed honeſtum eſt* Caeſ. B. G. 5, 4 Eos ſingulatim Cingentorigi conciliauit. Conciliari mihi eum cupio Nep. 2, 10, 1. Parentibus et diis immortalibus, et patriae nos primum natura conciliat Cic. de Aruſp. Reſp. 57. Auro conciliatur amor Propert. 3, 12, 50. Cic. Fam. 12, 23 Profectus obuiam legionibus Macedonicis quatuor, quas ſibi conciliare pecunia cogitabat. Idem Acad. 4, 131 Honeſte autem viuere fruentem rebus his, quas primas homini natura conciliet, et vetus Academia cenſuit, *etc. Et* pro Roſc. Amer. 63 Quum etiam feras inter ſeſe, partus atque educatio et natura ipſa conciliet. Amorem ſibi conciliare ab aliquibus Cic. pro Arch. 17 c. 8. Ouid. Epiſt. 6, 94 Male quaeritur herbis, Moribus et forma conciliandus amor. Animum alicuius conciliare ſibi Liu. 1, 35. Par aetas animos conciliare ſolet C. Gallus Eleg. 2, 54. Animos coniugum conciliat partus Sen. Herc. Oet. 407. Animos iudicum ſibi conciliare Quinctil. 4, 1. Plaut. Trin. 2, 4, 42 Meus gnatus me ad te miſit, inter ſe atque tuos affinitatem vt conciliarem. Arma ſibi Virg. Aen. 10, 151, *i. ſocios armatos.* Artes ſuas dictis, *eſt Verbis alicui commendare artem ſuam, aut opus aliquod artis ſuae* Ouid. Triſt. 3, 11, 42. Auctoritatem rei alicui Plin. 33, 1. Cic. Fam. 4, 13 Tum omnibus amicis careo, quorum Beniuolentiam nobis conciliarat per me quondam te ſocio defenſa Reſpublica. Idem de Orat. 2, 200 Populi Beniuolentiam mihi conciliaram. Caritatem ſibi Id. de Fin. 1, 5. Caeſ. Bell. Gall. 7, 7 Interim Lucterius Cadurcus in Rutenos miſſus eam ciuitatem Aruernis conciliat. Idem Bell. Ciuil. 3, 55 Nonnullas vrbes per vim expugnauit, reliquas ciuitates circummiſſis legationibus, amicitia Caeſaris conciliare ſtudebat. Cic. Fam. 3, 10 Ego autem citius cum eo, qui tuas inimicitias ſuſcepiſſet, veterem coniunctionem diremiſſem, quam nouam conciliaſſem. Dominam alicui conciliauit amor Martial. 12, 52. Fidem in dicendo conciliat amplificatio Cic. in Partit. 5. Fidem alicuius conciliare famae Ouid. Triſt. 4, 5, 14. Certe ego, ſi ſineres, titulum tibi reddere vellem, Et raram famae conciliare fidem. Gloriam conciliat magnitudo negotii, gratiam aequitatis largitio Cic. pro Muraen. 41 c. 20. Gratiam conciliante ancilla Petron. 112. Plaut. Capt. 1, 2, 28 Si vllo pacto ille Huc conciliari poteſt, *i. reduci.* Gratiam ſibi conciliare per rem aliquam Cic. pro Lege Manil. 79. Incommoda alicui Lucret. 3, 877. Inuidiam alicui Vell. 2, 56. Laudem maiorem Quinctil. 2, 7. Miſeros magis fortuna conciliat ſuis. Sen. Phoen. 386. Philippus Olympiada vxorem ducit conciliante nuptias Ariſba Iuſtin. 7, 6, 10. Plaut. Trin. 4, 2, 14 Eo conductor melius de me nugas conciliauerit, *i. nugatoriam ſuam rem melius mea opera perficiet.* Plin. 28, 8 Inteſtina et fimum eorum, quum id animal nullo cibo viuat, cum ſimiarum vrina, illita ianuae inimicorum, Odium omnium hominum his conciliare. Opem potentium Cic. ad Octau. Otium regioni Nep. 20, 3, 2. Ter. Heaut. 5, 5, 2 Exeo ergo vt Pacem conciliem. Pacem ab aliquo, *illum placare* Plaut. Moſt. 5, 2, 6. Pacem inter ciues Cic. Fam. 10, 27. Idem Verr. 2, 141 Non mihi praetermittendum videtur, ne illud quidem genus pecuniae conciliatae, quam tu a ciuitatibus ſtatuarum nomine coëgiſti. *Et* 142 Quare et iſte HS. CXX millia vno genere conciliarit et ceperit. Plin. 14, 18 Thaſios duo genera vini facere proditur, vnum quo Somnus concilietur, alterum vero quo fugetur. Toros Stat. Silu. 3, 5, 70. *i. nuptias, Veneris opus.* Vires conciliare *flumen flumini dicitur, in quod influit* Idem Theb. 9, 450. Cic. Att. 1, 1 Ad eorum voluntatem mihi conciliandam, maximo te mihi vſui fore video. Voluntas eorum, quibus probari volumus, concilianda Idem in Orat. 162. Virg. Aen. 1, 79 Tu mihi quodcunque hoc Regni, tu Sceptra Iouemque Concilias. *Verba Aeoli ad Iunonem. Vbi* Seruius, Hyſteron proteron in ſenſu eſt. Non enim Iupiter conciliatur Aeolo, ſed Aeolus Ioui, quaſi ſuperiori conciliatur. Conciliantur autem noui, Reconciliantur antiqui. *Sed Seruianae obſeruationi contrarium etiam eſt illud:* Hoſtia caeleſtes conciliaſſet heros Catull. 69, 77. Hor. in Arte Poët. 196 *de choro,* Ille bonis faueatque, et concilietur amice. Concilia eum huc Plaut. Capt. 3, 1, 33. *i. vt huc veniat, et nobiſcum moretur, effice.* Surſum conciliari Lucret. 6, 889. *ſignificat in altum conuenire, de corpuſculis leuibus ex aqua emergentibus.* ¶ 2 Conciliare *eſſe emere docet* Donatus *ad illud* Terent. Eun. 4, 4, 2 Fugitiue, prodi, male conciliate: magno emte ſignificat. Nam omnis conuentio conciliatio nominatur. *Vtitur eodem conuicio etiam* Plaut. Pſeud. 1, 2, 1. *Et* Epid. 3, 4, 36 MI. Eſtne mihi emta haec? PE. Iſtis legibus habeas licet. MI. Conciliauiſti pulchre, *i. vendidiſti.* ¶ 3 *Verbum* Conciliare *non minus, quam* Concilium *nomen, ad corporum coniunctionem pertinet.* Lucret. 6, 889 Praeterea diſperſa foras erumpere cogit Vis per aquam ſubito, ſurſumque ea conciliari, *i. leuiora corpora per aquam diſperſa truduntur in altum, ibique coniunguntur.* Seren. Sammon. 755 Gramen hyoſcyami cerae ſeuoque vetuſto Concilia: *quod 720 dixerat,* Vis et hyoſcyamum cerae ſeuoque iugatum Nectere? Conciliare *et* Nectere *et* Iugare *nihil aliud ſunt, quam iungere et miſcere. Speciatim autem ad Fullones pertinet, cum lanam cogunt, et ea, quae a* cogendo coactilia *vocantur, efficiunt.* Varro de L. L. 5 p. 53 *pr.* A cogitatione Concilium, vnde Conſilium, quod vt veſtimentum apud ſullonem cum cogitur, Conſiliari dicitur. *Miſcet aperte* Varro Conſilium, Concilium, Conſiliari, Conciliari: *ſiue totum hoc eſt a librariis, quorum conſuetudinem iam notauimus: ſiue ipſe* Varro *more ſuo in ſimilitudine luſit. Voſſius pater in Etymol. et filius ad* Catull. p. 195 ſq. *in quantum eſt fullonium verbum, a* ſaltu illo fullonio *quem vocat* Sen. Epiſt. 15 *atque adeo a* conſiliando *deriuant, quod a* conſiliendo *non aliter differt, quam* conſiliari, *i. conſilium dare a* conſulendo. *Iſ. Voſſius l. c. etiam* conſiliata tapetia *in* Plauto Pſeud. 1, 2, 14 *fuiſſe olim putat, vbi* conchyliata *nunc leguntur: vt et* Sticho 2, 2, 54 *vbi* conſuta *eduntur,* conchyliata *reſtituit Gronouius. Equidem non dubito, fullonium quoque eſſe verbum illud ipſum, quod adhuc explicauimus. Vtrum vero a* ciliis, *id eſt pilis, ducatur, et ab iisdem ſint quoque* Cilicia, *quod vult Scaliger ad* Varr. l. c. *tanto minus auſim affirmare, quod illius ſignificationis nondum exemplum allatum eſt. Rurſus duriuſculum eſt dicere totum hoc verbum a* ſaliendo *deriuari, atque per* S *ſcribendum eſſe. Dedimus quidem exempla ita, vt in emendatiſſimis quibusque libris expreſſa ſunt.*

CONCILIANS, ntis. Part. *Praeter allata* Ouid. Rem. Am. 524 En etiam partes conciliantis ago.

CONCILIĀTVS, a, um. Partic. [συνηλλαγμένος] Plin. 17, 23 *de ratione arbuſtorum loquens,* Inter ſe obuii miſcentur, alliganturque vna conciliati, virgultorum comitatu obiter rigorati qua deficiant. Mulier conciliata viro Catull. 67, 130. *De* ſeruo male conciliato *dictum modo* n. 2. Quinctil. 4, 2, 24 Ad rem accipiendam iudicem fieri conciliatiorem, dociliorem et intentiorem. Eſt nobis conciliatiſſimus ob vitae integritatem Symmach. Ep. 9, 36.

CONCILIĀTVS, ûs. m. [σύμφυσις] *Commiſtio.* Lucret. 2, 934 Non fieri partum, niſi concilio ante coacto, Nec quidquam commutari ſine conciliatu, *i. ſine congregatione et coagmento ſeminis.* Id. 2, 99 Et quaecunque magis condenſo conciliatu Exiguis interuallis connexa reſultant. *Add.* 1, 575. *Et* Paruo conciliatu corpora, *i. rara* 2, 133.

CONCILIĀTOR, ōris. m. [συναλλακτής, διαλλακτής] *Interpres conciliationis.* Amicitiae Suet. Aug. c. 48. Nuptiarum Nep. 25, 12, 2. Proditionis Liu. 27, 15 *extr.* Varr. de R. R. 2, 4, 8 Verres octo menſium incipit ſalire: permanet, vt id recte facere poſſit, ad primum. deinde it retro, quoad perueniat ad lanium. hic enim conciliator ſuillae carnis datus populo.

CONCILIĀTRIX, īcis. f. [προξενήτρια Vet. Gloſſ.] Ea dicitur, *inquit* Feſtus, quae viris conciliat vxores, et vxoribus viros. Cic. de Nat. Deor. 1, 78 c. 27 Non vides quam blanda conciliatrix, et quam ſui ſit, lena ipſa natura? *Sic* Viduam eſſe cenſui, itaque ancilla, conciliatrix quae erat, dicebat mihi Plaut. Mil. 5, 17. Conciliatrix amicitiae, virtutis opinio Cic. de Amicit. 37 c. 11. Oratio conciliatrix eſt humanae maxime ſocietatis Idem de Legib. 1, 27 c. 9.

CONCILIATRICŬLA, ae. f. Dimin. Cic. pro Sext. 21 c. 9 Erat enim hominum opinioni, nobilitate ipſa blanda conciliatricula commendatus.

CONCILIATIO, ōnis. f. [συναλλαγή, οἰκείωσις] Cic. Acad. 4, 141 Honeſtum autem quod ducatur a conciliatione naturae. *Sic* Communem totius generis hominum conciliationem et conſociationem colere, tueri, ſeruare debemus Idem Off. 1 c. 41. *Et* de Nat. Deor. 2, 78 Inter ſeque quaſi ciuili conciliatione et ſocietate coniunctos. Cic. pro Cluent. 84 c. 31 At enim pecuniam Staleno dedit Oppianicus, non ad corrumpendum iudicium, ſed ad conciliationem gratiae. Id. de Fin. 3, 21 Prima eſt enim conciliatio hominis ad ea, quae ſunt ſecundum naturam, *i. Coniunctio.*

CONCILIATŪRA, ae. f. *Pro Conciliatione.* Sen. Epiſt. 97 Quum Clodius iisdem vitiis gratioſus quibus nocens, conciliaturas exerceret in ipſa cauſae dictione, *i. iudicibus ſuis, vt ſe ſtupri reum abſoluerent, promitteret fructum libidinis. Nempe reſpicit ad illud, quod ait* Cic. Att. 1, 16 *med.* Etiam noctes certarum mulierum, atque adoleſcentulorum nobilium introductiones non nullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt.

CONCINERATVS, a, um. Adi. Tertull. de Pudic. c. 13 *de habitu poenitentium, i. cum aliis cinere conſperſus.*

CONCINNIS, e. Adi. Apul. Met. 5 p. 167, 20 Lucernam concinnem.

CONCINNVS, a, um. Adi. [εὔθετος, ἐμμελής, ἐνσυνθετός, εὔρυθμος] *Compoſitus et ornatus; ex* Con, *et* Cinnus *compoſitum,* quod eſt genus potionis ex multis liquoribus confectum, *auctore* Nonio 1, 207. *Quidquid igitur ex compoſitione ſpecioſum aut aptum eſt,* concinnum *vocatur* Plautus Perſ. 4, 3, 77 Sat edepol concinna facie. Plin. 16, 34 Parva ſunt et anguloſa, concinnioraque. Samus concinna Hor. Epiſt. 1, 11 *pr.* Amicis concinnus Hor. Serm. 1, 3, 50. *i. aptus, accommodatus.* Concinnae acutaeque ſententiae Cic. de Clar. Orat. 271 c. 95. Aptus et concinnus ad rem reditus Idem de Orat. 3, 201. *Et* de Fin. 5, 13 c. 5 Concinnus deinde et elegans huius *diſcipulus* Ariſto Plin. 35, 10 Annumeratur his et Nicophanes elegans et concinnus, ita vt vetuſta opera pingeret propter aeternitatem rerum. Lepida et concinna cito ſatietate afficiunt aurium ſenſum faſtidioſiſſimum Auct. ad Heren. 4, 32. Venuſtae et concinnae ſententiae Cic. de Clar. Orat. 325. Idem in Piſon. 22 Hic autem non tam concinnus Helluo, nec tam muſicus iacebat in ſuo Graecorum foetore, atque vino. Oratio concinna, diſtincta, ornata, feſtiua Id. de Orat. 3, 98. Sermo concinnus vtraque lingua Hor. Serm. 1, 10, 23. *i. apte permiſtus.* Tectorium Cic. Q. Frat. 3, 1. Verſus Hor. Epiſt. 2, 1, 74. Ad perſuadendum concinnus, perſectus et politus homo Cic. in Piſon. 59 Concinnus in breuitate reſpondendi Nep. 15, 5, 1. *Compar.* [ἐμμελέστερος] Cic. in Orat. 21 c. 6 Alii in eadem ieiunitate concinniores id eſt faceti, florentes etiam et leuiter ornati. Venus concinnior Lucret. 4, 1271.

CONCINNE. Adu. [ἐμμελῶς] *Compoſite, eleganter. Vt,* Concinne veſtitus Plaut. Epid. 2, 2, 38. Concinne dicere vel ſcribere Cic. de Orat. 2, . . Concinne diſtribuere rem aliquam Idem de Orat. 2, 81 c. 19. *Et* pro Roſc. Com. 49 Hunc poſteaquam ſalutavit, rogare coepit, blande et Concinne ſcilicet, Mentire, *etc.* Neque ille concinnius eloquetur Auſon. Grat. Act. c. 8.

CONCINNĬTAS, ātis. f. [ἐμμέλεια, εὐρυθμία] *Ornatus, elegantia, ea praeſertim, quae ex temperatione et permiſtione.* Cic. de Clar. Orat. 286 At quid eſt tam fractum, tam minutum, tam in ipſa, quam tamen conſequitur, concinnitate puerile? Ornata ſententiarum concinnitas Idem de Clar. Orat. 325 c. 95. Verborum concinnitas Id. in Orat. 149 c. 44. *Et* Orat. 83 c. 25 Illam autem concinnitatem, quae verborum collocationem illuminat his luminibus, quae Graeci, quaſi aliquos geſtus orationis, σχήματα appellant. Aliquid concinnitatis efficere Cic. in Orat. 81. *Et in plurali* Concinnitates *dixit* Gellius 2, 26. *ex Fauorini verbis.*

CONCINNĬTER. Adu. Gell. 18, 2.

CONCINNITŪDO, ĭnis. f. [ἐμμέλεια] *Concinnitas.* Cic. de Inuent. 1, 25 c. 18 Splendoris et feſtiuitatis et concinnitudinis minimum in ſe continere debet.

CONCINNO, āre. [εὐθετέω, συντίθημι, σκευάζω] Apte componere, inquit Feſtus. Plaut. Aſin. 1, 3, 64 Auceps quando concinnauit aream, effundit cibum, *h. e. aptauit, compoſuit, fecit.* Cadauer aegre concinnatum terrae dare Apul. Met. 7 p. 199. Ingenium Sen. Ep. 7. Lutum concinnare, *Praeparare et ſubigere ad domum inſtaurandam* Plaut. Rud. 1, 2, 8. Palla probe lepideque concinnata Idem Men. 3, 2, 2. Concinnare ſtruices patinarias Id. Men. 1, 1, 26. Trapetum Cato 135, 7. Veſtem Plaut. Men. 5, 1, 33 Viam Idem Stich. 2, 1, 13. Vinum Plin. 14, 20. *admiſtis rebus quibusdam condire et medicari. Vid.* Cato R. R. 114, 2. 115, 2. *Add* Plin. 14, 16 f. 19, 5. Vultum Petron. c. 113. Concinnare etiam pellem dixit Plin. . . Concinnare, Facere, *auctore* Nonio 1, 207. Plaut. Amph. 2, 2, 69 Nulla res tam delirantes homines concinnat cito. Me inſanum verbis concinnat ſuis Id. Capt. 3, 4, 69. Plaut. Trin. 3, 2, 5[illegible] Nunquam

Nunquam erit alienis grauis, qui ſuis ſe Concinnat leuem, *i. facit, exhibet.* Plaut. Amph. 1, 3, 31 Lacrumantem ex abitu Concinnas tu tuam vxorem, *h. e. lacrimari facis ob diſceſſum tuum.* Munuſculum alicui concinnare Trebon. Cic. Fam. 12, 16. *i. parare et ornare de libro.* Concinnare *cum concinere confundit* Non. 1, 207. *quod etiam faciunt qui huc retulere* Cic. Fin. 5, 83 Vides vt haec concinnant? *i. conſentiant.*

CONCINNĀTOR, ōris. m. [συσκευαστής] *Vt*, Vlp. in l. Nec quidquam. D. de Officio Proconſulis, Circa aduocatos patientem eſſe Proconſulem oportet, ſed cum ingenio, ne contemtibilis eſſe videatur: nec adeo diſſimulare, ſi quos cauſarum concinnatores, vel redemtores deprehendat, *i. qui effingant cauſas.* Criminum Sidon. Ep. 3, 13. Deformitatum concinnatores atque inuentores Poëtae Arnob. 4 p. 149. Concinnatorem capillorum dixit Columel. 1 praefat. 5.

CONCINNATORIVS, a, um. Adi. *Vt*, Vaſa concinnatoria l. 6 Dig. de penu legata. *Sed fluctuat lectio inter* cocinatoria, coquinaria, cocitatoria.

CONCINNATICIVS, a, um. Adi. [εὐάρμοστος] *Quod breuiter collectum et apte diſpoſitum eſt.* Apuleius Met. 2 p. 119 Nam Milonis boni concinnaticiam menſulam rogatus accubueram.

CONCINNANTIA, ae. f. *Idem.* Sidon. Epiſt. 8, 4.

CONCINNATVRA, ae. f. *Idem.* Κόλλησις. Vet. Gloſſ. Cyrill.

CONCINNATIO, ōnis. f. [Συσκευή Vet. Gloſſ.] Cato 106 Aquae marinae concinnatio. *Modo non ſit ex lemmate.*

CONCĬNO, cinui, centum, ĕre. [συνᾴδω, ὁμολογέω] *Simul canere, vel certe totis et coniunctis viribus canere.* Cic. Tuſc. 1, 106 c. 44 Haec quum preſſis et flebilibus modis, qui totis theatris moeſtitiam inferant, concinuntur, *etc.* Ad fores alicuius concinere Ouid. Faſt. 4, 110. *Sed etiam de vno* Ouid. Epiſt. 7, 2 Sic vbi fata vocant vdis abiectus in herbis Ad vada Maeandri Concinit albus olor. *Sed* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 100 Neque fruſtra antiquitus inſtitutum eſt, vt ſigna vndique concinerent, clamoremque vniuerſi tollerent, *etc.* Liu. 9, 32 Concinuntque tubae, et ſigna inferuntur. Ouid. Amor. 3, 9, 24 Aelinon in ſiluis idem pater, Aelinon altis Dicitur inuita concinuiſſe Lyra. Ouid. de Arte Am. 1, 508 Iſta iube faciant, quorum Cybeleia mater Concinitur Phrygiis exululata modis. Ore pio concinere Stat. Silu. 5, 3, 202. Catul. 59, 1203 Ite, concinite in modum O Hymen, *etc.* Voce tinnula carmina concinere Idem 59, 12. Claſſica concinere rauco cornu Lucan. 1, 238. Hor. Carm. 4, 2, 41 Concines laetosque dies, et vrbis Publicum ludum. Tibul. 2, 5, 88 At madidus Baccho ſua Feſta Parilia paſtor Concinet. Idem 2, 5, 10 Victori laudes concinuiſſe Ioui. Omina Triſtia non albae concinuiſtis aues Ouid. Amor. 3, 12, 2. Hor. Carm. 4, 2, 33 Concines maiore poëta Plectro Caeſarem. *i. laudabis et celebrabis.* Laetis fauoribus omni concinitur vulgo Stat. Theb. 10, 781. Concinere, *inquit* Feſtus, Conuenire eſt. *Recte.* Cic. de Fin. 5, 83 Vides vt haec concinant. Idem de Nat. Deor. 1, 16 c. 7 Antiocho enim Stoici cum Peripateticis re concinere videntur, verbis diſcrepare. Quum et ipſe tanto noſtri ſemper amore flagrauerit, vt in ludicris et ſeriis pari mecum voluntate concineret Min. Felix 1, 3.

CONCENTVS, ūs. m. [συνῳδία, συμφωνία] Virg. Georg. 1, 422 Hinc ille auium concentus in agris. Cic. in Somn. Scip. 11 Qui acuta cum grauibus temperans, aequabiliter concentus efficit. Concentus ſignorum *(in caſtris)* Quinct. 9, 4, 11. Rauci concentus Stat. Theb. 6, 227. Vehementior Quinctil. 1, 10, 14. Maior et melior actionum quam ſonorum concentus eſt Cic. Off. 1 c. 14 *extr.* Seruare concentum Idem de Fin. 4, 75. Omnium doctrinarum quaſi conſenſus concentusque Id. de Orat. 3 c. 6. Concentus et conſenſus Cic. de Diuin. 2, 34. Volucres aëra mulcent concentibus Ouid. Faſt. 1, 155. Concentus auium Quinctil. 5, 9, 16. Hor. Epiſt. 1, 14, 31 Nunc age, quid noſtrum concentum diuidat, audi, *i. Nunc dicam tibi, quid obſtet, quo minus mecum tibi conueniat.* Plin. 12, 19 ſ. 42 Tot generum aurae ſpirante concentu, *de odoribus permiſtis.* Idem Paneg. 46 Neque enim a te minore Concentu, vt tolleres pantomimos, quam a patre tuo, vt reſtitueret, exactum eſt. *De acclamatione publica, de qua* c. 2 Populus quidem Rom. dilectum Principum ſeruat, quantoque paullo ante concentu formoſum alium, hunc fortiſſimum perſonat. *Paullo aliter* c. 4 Principi noſtro quanta concordia, quantusque concentus omnium laudum, omnisque gloriae contigit?

CONCENTOR, ōris. m. *In* Decretis Canonicis *dicitur is, qui conſonat et concinit canenti; ſicut* Succentor, *qui voce ſubſequens canendo reſpondet:* Praecentor, *qui vocem praemittit in cantu.*

CONCENTIO, ōnis. f. [συμφώνησις] Cic. pro Sext. 118 c. 55 Nam quum ageretur Togata, Simulans, vt opinor, caterua tota, clariſſima concentione in ore impuri hominis imminens concionata eſt. Diuina mens mundanas varietates ad inſtar vnius concentionis releuat Apul. de Mundo p. 20.

CONCINENTIA, ae. f. *Idem.* Macrob. in Somn. Scip. 1, 5 Sed et ad ipſam caeli harmoniam, id eſt concinentiam, hunc numerum magis aptum eſſe non dubium eſt. *Add.* ib. c. 2 *extr. et* c. 3 *pr.* Sub oris concinentia Mart. Capella l. 3. Omnium modorum concinentiam perſonabat Id. l. 9.

CONCIO, is. *vid.* CONCIEO.

CONCIO, ōnis. f. *A Conciendo, i. conuocando dicta,* [ἐκκλησία, ἀγορά, δημηγορία, ῥήτρα] *Populi multitudo congregata vel ex magiſtratus iuſſu, vel ſponte, ad audiendum oratorem: cuius etiam oratio vt et locus, vnde dicit, vocatur* concio. *Docet nempe* Gell. 18, 7 *ex* Verrio Flacco, Concionem tria ſignificare, locum ſuggeſtumque vnde verba fierent; item ſignificare coetum populi aſſiſtentis; item orationem ipſam, quae ad populum diceretur. Sicut M. Tullius in oratione quae inſcripta eſt *contra Concionem Q. Metelli, Aſcendi,* inquit, *in concionem, concurſus eſt populi factus.* Sicut idem M. Tullius in oratore (c. 50) ait, *Conciones ſaepe exclamare vidi, cum apte verba cecidiſſent, etc.* Concionis Metelli, *i. orationis mentio etiam* Quinctil. 9, 3, 50. Feſtus, Concio, Conuentus, dicta quaſi conuocatio. Concio ſignificat conuentum, non tamen alium, quam eum, qui a magiſtratu, vel a ſacerdote publico per praeconem conuocatur. Cic. de Amicit. 95 c. 25 Concio quae ex imperitiſſimis conſtat, tamen, *etc.* Palam pro concione Suet. Veſp. c. 7. *de multitudine temere congregata.* Concio, et conuentus ciuium Cic. Verr. 4, 110. Principum conciones, *i. orationes ad populum habitae,* celeberrimae, et gratiſſimae Idem in Piſon. 34. Orba ab optimatibus concio Id. pro Flacco 54. Aduocare concionem Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 32. Aſcendere in concionem Liu. 2, 7. *h. e. in locum ſuggeſtumque, vnde verba fiunt ad populum: vt exponit Gell. cuius locum modo dedimus. Sic* Cic. de Fin. 2, 74 c. 22 Cum magiſtratum inieris, et in concionem aſcenderis; eſt enim tibi edicendum, quae ſis obſeruaturus in iure dicendo, *etc.* Auocare concionem, *vid.* AVOCO. Conuocare ad, vel in concionem Apul. Met. 6 p. 182. Suet. in Calig. c. 24 Nec vnquam poſtea, ne pro concione quidem populi, aut apud milites, niſi per nomen Druſillae deierauit. Produci in concionem Cic. poſt redit. in Senat. 12. Summouere concionem Idem pro Flacc. 15. *Et* Acad. 4, 144 Quid me igitur Luculle in inuidiam, et tanquam in concionem vocas? Vocata concione virtutem militum laudibus cumulat Tacit. Hiſt. 2, 57. Clamor concionis Cic. de Fin. 2, 74. Fremitus Concionum Quinctil. 10, 4, 30. Cic. de Opt. gen. Orat. 191 Eaque donatio fieret in theatro populo conuocato: qui locus non eſt concionis legitimae. Nep. 20, 5, 3 Concio populi *de Corinthiorum* ἐκκλησίᾳ. ¶ 2 Conciones *etiam de ſingulis ad concionem venientibus dici, oſtendit locus* Petron. 14 Conciones, quae ad clamorem confluxerant. *Et* c. 15 Neſcio quis ex concionibus, caluus, tuberoſiſſimae frontis, *etc.* *Et mox* Ridere acumen non minus concionum quam Calumniantium coepimus. *De hac ſignificatione forte accipiendus eſt* Feſtus, Concionem antiqui maſculino genere poſuere. ¶ 3 Concio, [δημηγορία] *Oratio.* Cic. Fam. 9, 14 Legi concionem tuam: nihil illa ſapientius. Funebres conciones Quinctil. 11, 3, 153. Horribilis concio Antonii, Dolabellae praeclara Cic. Att. 14, 20. Intermortuae conciones, *vid.* INTERMORIOR. Libertate immoderata ac licentia concionum Cic. pro Flacc. c. 7. Quinctil. 5, 13, 39 Preſſerat enim turbulentis concionibus Cluentium, Quintius. Argumentum ſententiamque concionis audite Cic. de Aruſp. Reſp. 7. Concionem habere, eſt *(inquit* Gell. 13, 14) Verba facere ad populum ſine vlla rogatione. Plaut. Men. 3, 1, 7 Vt illum dî omnes perduint, qui primus commentus eſt concionem habere, quae homines occupatos occupat. De aliquo Cic. pro Sext. c. 50. De aliqua re Idem in Piſ. c. 15. Poteſtate concionis habendae priuare aliquem Id. Fam. 5, 2.

CONCIVNCŬLA, ae. f. Dimin. [δημηγορίδιον] Cic. Att. 2, 16 Quae mihi videtur vna conciuncula clamore pediſequorum noſtrorum eſſe peritura.

CONCIŌNOR, āri. [ἐκκλησιάζω, δημηγορέω, ἀγοράομαι] *Idem ſignificat quod Concionem habere.* Cic. Tuſc. 1, 117 Quae quum ita ſint, magna tamen eloquentia eſt vtendum, atque ita velut ſuperiore e loco concionandum. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 7 Quibus rebus cognitis, Caeſar apud milites concionatur. Cic. Fam. 12, 22 At etiam de te concionatur? nec impune: nam ſentiet quos laceſſierit. De religionibus ſacris, et caerimoniis eſt concionatus Idem de Aruſp. Reſp. 8 c. 5. Ex turri alta concionari Id. Tuſc. 5, 59 c. 20. Concionari, *pro Vaticinari vſus eſt* Lactantius 4, 18, 19.

CONCIONANS, ntis. Partic. [δημηγορῶν] Plin. 34, 8 Fecit et concionantem manu elata. *Conf.* Quinctil. 1, 10. Gell. 1, 11. Tac. H. 1, 31. Val. Max. 1, 6, 2.

CONCIONĀTOR, ōris. m. [ἐκκλησιαστής, δημηγόρος] *Qui concionatur. Non raro in deteriorem partem accipitur, et eum denotat, qui multitudinem contra optimates incitat.* Cic. in Catil. 4, 9 c. 5 Intellectum eſt quid interſit inter leuitatem concionatorum, et animum vere popularem. *In bonam tamen etiam partem accipi poſſe, et verbi, et nominis* Concio *media ſignificatio ſuadent.*

CONCIONABVLVM, i. n. *Locus conuentuum.* Innocentius in Decretis.

CONCIONABVNDVS, a, um. Adi. *Qui concionatur.* Liu. 3, 47 Haec propalam concionabundus, in dies magis augebat iras hominum. *Add.* Id. 21, 43. *it.* 40, 27.

CONCIONĀLIS, e. Adi. [δημηγορικός] *Vt*, Concionalis ſenex Liu. 3 vlt. *ſectator concionum, ſubroſtranus,* ἀγοραῖος, *habet aliquid contemtus.* Cic. Q. Frat. 2, 9 Sed eodem die vehementer actum de agro Campano clamore Senatus prope concionali, *i. incondito, qualis eſt concionum.* Hirudo concionalis, *vid.* HIRVDO. Concionale genus cauſarum, *quod et* Deliberatiuum *dicitur.* Quinctil. 9, 4, 130 Iudiciale et concionale, vt materia varium eſt, ſic etiam collocatione verborum. *Conf.* 3, 4, 1 *et* 9.

CONCIONARIVS, a, um. Adi. [ἀγοραστικός] Cic. Q. Frat. 3, 3 Vehementer eſſe prouidendum, ne opprimatur concionario illo populo a ſe prope alienato. Oratio Ammian. 27, 4. Gell. 1, 11 Ecce autem pro tibicina Laconica, tibiae quoque illius Concionariae in mentem venit, *etc. de fiſtula illa Gracchi. Sic recte quid.* Concionatoriae.

CONCIPĪLO, āre. [συναρπάζω] *Dictum a* Naeuio, pro Corripere, et inuolare: Feſtus *docet.* Plaut. Truc. 2, 7, 61 Quem ego offatim iam iam concipilabo? *Dictum monet Scaliger pro* Compilare, *vt reciprocus,* reciperare, incitegere, *pro* reprocus, reparare, integere.

CONCĬPIO, ĕpi, eptum, ĕre. [συλλαμβάνω, κυέω] *Ex* Capio; *ſimul capere, totum, vel intra ſe capere. Sic* Concipere mulieres *dicuntur, quum genitale ſemen in earum vterum recipitur, et moueri ibi atque augeſcere incipit.* Cic. pro Cluent. 33 c. 12 Vxorem ſuam interrogauit, eſſetne praegnans. Quae cum ſe eſſe reſpondiſſet, ab ea petiuit, vt —— diligentiam adhiberet, vt id, quod conceperat, ſeruaret, vt ſaluum parere poſſet. *Et ſine Caſu* Idem de Diuin. 2, 49 Vtrum igitur cum concepit mula, an cum peperit, oſtentum eſt? Lucret. 1, 5 *ad Venerem,* Per te quoniam genus omne animantum Concipitur. Varro R. R. 2, 7, 17 Concipiunt macrae melius. *Saepe* Plinius, *v. g.* 10, 33 Perdices concipiunt ſuperuolantium afflatu. Idem 9, 51 Ita fit, vt ſola piſcium et animal pariant, et oua concipiant. *Et* 16, 25 ſ. 42 Vites concipiunt. *Sed late patet vſus verbi, quod formulae indicabunt.* Concipere Animo Cic. de Legg. 1 c. 22. Tacit. Ann. 2, 54 Fraude aut vi raptum Agrippam ferre ad exercitus Germanicos, non ſeruili Animo concepit. Paterc. 2, 117 Varus Quinctilius quum exercitui, qui erat in Germania, praeeſſet, concepit eſſe homines, qui nihil praeter vocem membraque haberent hominum, *i. putauit; errorem Vari accuſat.* Alicuius rei imaginem animo concipere Quinctil. 2, 20, 4. Id Animis concipere non poſſunt Curt. 3, 2, 12. Auribus cupiditatem concipere Cic. Verr. 4, 101. *pulchra ſimilitudo, quaſi de foetu loqueretur: ſic noſter Paullus de peccato. Vid. mox* Dedecus, Flagitium, Fraudes, Periculum, Scelus concipere. Ingenio concipere aliquid Ouid. Rem. Amor. 360. Quod ita iuratum eſt, vt Mens conciperet fieri oportere, id ſeruandum eſt Cic. Off. 3 c. 29. *i. cogitaret.* Ouid. Met. 2, 640 Ergo vbi vaticinos concepit Mente furores. Aërem buccina concipit Idem Met. 1, 337. Aethera concipere mente Id. Met. 1, 777. Ouid. Met. 10, 249 Sculpſit ebur, formamque dedit, qua femina naſci Nulla poteſt: operisque ſui concepit Amorem. Amaritudinem, *i. amareſcere* Columel. 12, 9, 5. Aquas concipit Iris Ouid.

Ouid. Met. 1, 271. *Credebatur enim arcus caeleſtis aquas elicere e terra et ad ſuperiora trahere.* Aura concipitur in *pulmonibus* Quinctil. 11, 3, 16. Bella cum aliquibus Sil. 13, 745. Celſ. 5, 6 Donec omnis Calor, qui conceptus eſt, finiatur. Cupidinem bibendi Col. 7, 3, 20. Virg. Aen. 11, 519 Ducis et tu concipe Curam. Dedecus Cic. Off. 1, 123. Dolorem a ſe ipſo Idem de Nat. Deor. 3, 98. *Et* de Nat. Deor. 1, 66 c. 24 Flagitia concipere animo *eſt Sententias abſurdas et pudendas recipere. Sed ad facta turpia pertinet* Concipere. Flagitium cum aliquo Cic. pro Sull. 16. Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 14 Hunc ſic diſtulit ventus, vti vno tempore agger, plutei, teſtudo, turris, tormentaque Flammam conciperent, *i. inflammarentur.* Virg. Aen. 12, 13 Aut tu bella cie, conceptumque excute Foedus . Id. ib. v. 158. Cic. Tuſc. 1, 72 Nam qui ſe humanis vitiis contaminaſſent, et ſe totos libidinibus dedidiſſent, quibus caecati velut domeſticis vitiis atque flagitiis ſe inquinaſſent, vel in Repub. violanda Fraudes inexpiabiles concepiſſent, iis demum quoddam iter eſſe ſeclusum a concilio deorum. Virg. Aen. 4, 474 Ergo vbi concepit Furias euicta dolore, *etc.* Furorem Sil. 5, 182. Furores mente, *Furiis agi* Ouid. Met. 2, 640. Habitus in pronuntiando concipere *dicuntur* comoediarum actores, *oratores* in dicendo Quinctil. 3, 8, 51. Lucret. 6, 880 Stupa iacit flammas concepto protinus Igne. Imbres limumque concipiunt vineae Col. de Arb. 10, 3. Irarum ſaeuos ignes Valer. Argon. 1, 748. Imperium concipere *eſt ex deſtinato ſuſcipere, ſi audimus Rhenanum in Caſtigat. in* Tacit. Hiſt. 2, 3. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 16 Prodit Libo, atque excuſat Bibulum, quod is iracundia ſumma erat, Inimicitiasque habebat etiam priuatas cum Caeſare ex aedilitate et praetura conceptas. Intelligentias adumbratas animo menteque concipere Cic. de Legib. 1, 59. Iras ingentes animo Ouid. Met. 1, 166. Iram acerbiorem intimo odio et corde Cic. Tuſc. 4, 21 c. 9. Iusiurandum verbis Idem Off. 3, 108 c. 32. Iusiurandum concipere, *quid ſit, ex verbis* Taciti *intelligere poſſumus* Hiſt. 4, 40 *de delatoribus,* Signo vltionis in accuſatores dato, petit a Caeſare *(Domitiano)* Iunius Mauricus, vt commentariorum principalium poteſtatem Senatui faceret, per quos noſceret, quem quisque accuſandum popoſciſſet. Conſulendum tali ſuper re Principem reſpondit, *(i. Veſpaſianum patrem.)* Senatus, inchoantibus primoribus, Iusiurandum concepit, quo certatim omnes magiſtratus, caeteri vt ſententiam rogabantur, Deos teſtes aduocabant, nihil ope ſua factum, quo cuiusquam ſalus laederetur, neque ſe praemium aut honorem ex calamitate ciuium cepiſſe: trepidis, et verba iurisiurandi per varias artes mutantibus, queis flagitii conſcientia inerat. *Idem* Hiſt. 4, 31 Auxilia e Gallia hortantibus praefectis ſtatim a Vitellio deſciſcunt, vetus miles cunctabatur. Sed adigente Hordeonio Flacco dixit ſacramentum, non vultu neque animo ſatis affirmans. Et quum caetera Iurisiurandi verba conciperent, Veſpaſiani nomen haeſitantes, aut leui murmure, et plerumque ſilentio transmittebant. Conciperent, *id eſt exprimerent, et integram ſacramenti formulam pronuntiarent: vt illi, qui aſſeueranter iurant conſcientiae fiducia. Hinc eſt illud* Verbis conceptis *de quo mox. Eadem ratione* Vlp. l. 1 in fine D. de appellat. Libelli qui dantur appellatorii ita ſunt concipiendi, vt habeant ſcriptum, et a quo dati ſint, hoc eſt, qui appellet, et aduerſus quem, et a qua ſententia. *Sic* Vadimonium, Preces, Vota. Lucem diei concipere *dicitur* locus *quicunque a Sole illuminatur* Lucret. . . . Cic. pro Roſc. Amer. 66 *de paterno maternoque ſanguine*, Ex quo ſi qua Macula concepta eſt, non modo elui non poteſt, verum vsque eo permanat ad animum, vt ſummus furor atque amentia conſequatur. Plaut. Amph. 1, 1, 145 Igitur magis maiorem in modum in ſeſe concipiet Metum. Intra pectora Ouid. Faſt. 1, 485. Columel. 7, 5, 14 Sed is Morbus aetate plerumque concipitur. Cic. Tuſc. 1, 96 c. 40 Cum iam praecordiis conceptam Mortem contineret, *i. venenum hauſiſſet.* Nefas aliquod Mente Ouid. Met. 10, 352. Noxam Columel. 12, 3, 7. Nuces modio Varro R. R. 1, 7, 3. Odium in bonos Cic. ad Quirit. poſt red. 1. Columel. 9, 14, 12 Notior eſt iſta vetus agricolis concepta opinio. Cic. pro Muraen. 84 Hoc quod conceptum Reſpub. Periculum parturit, conſilio diſcutiam et comprimam. Preces Sen. Herc. fur. 926. Radices concipere *dicitur* arbor, *quum agit radices* Vlp. in l. Vitem §. 1 D. Arborum furtim caeſarum. Saporem ſalis Pall. Oct. 10, 1. Cic. pro C. Rabir. 26 Quodnam concepi tantum Scelus! aut quod in me tantum facinus admiſi Iudices? *Add.* Id. Catil. 1 c. 4. Cic. Verr. 1, 9 Ac non ſic ſtatuerit, non iſtum maius in ſeſe Scelus concepiſſe, *etc. i. grauius peccaſſe.* Semina concipit terra Idem de Nat. Deor. 2, 26. Sitim Ouid. Met. 5, 446. *Al.* Colligere. *Non malum eſſe* concipere, *oſtendit, quod ex Columella dedimus*, Concipere cupidinem bibendi. Idem Met. 6, 555 Iugulum Philomela parabat, Spemque ſuae mortis viſo conceperat enſe. Columel. 3, 9, 5 Spem futurarum victoriarum concipiunt ſacrorum certaminum ſtudioſi, propagata ſobole generoſi armenti. Liu. 4, 15 In ea *(vrbe)* Sp. Melius Spem regni conceperat. Spem de aliquo concipere Plin. Epiſt. 1, 10. Liuius 33, 33 Hoc ſpe concipere, audacis animi fuiſſe: ad effectum adducere virtutis et fortunae ingentis. Plin. 18, 7 ſ. 10, 4 Frumenta quaedam in tertio genu Spicam incipiunt concipere. Liu. 3, 5 Difficile ad fidem eſt, in tam antiqua re quot pugnauerint ceciderintue, exacto affirmare numero. Audet tamen Antias Valerius concipere Summas, *etc.* Summa de aliquo concipere, *i. ſperare* Quinctil. 6 *pr.* 2. Superſtitioſa concipiunt animi imbecilli Cic. de Diuin. 2, 81. Teporem, *i. tepeſcere* Pall. 1, 22. Ouid. ex Pont. 2, 7, 16 Pectore concipio nil niſi Triſte meo. Cic. Q. Frat. 2, 14 Trebatium quod ad ſe miſerim, perſalſe et humaniter etiam gratias mihi agit. negat enim, in tanta multitudine eorum, qui vna eſſent, quenquam fuiſſe, qui Vadimonium concipere poſſet, *i. qui vadimonii formulam dictare poſſet.* Plin. 16, 31 Platani plurimum Ventorum concipiunt propter denſitatem ramorum. *Sic* Quinctil. 11, 3, 17 Ventum veſte. Verba concipere, *eſt verba et formulam vel praeire et praeſcribere, vel exprimere et ſequi. v. g.* Cato R. R. 139. *et* 141, 4 Sic Verba concipito, *et deinde ponit formulam precum.* Liu. 7, 5 Super lectum ſtans ferro intento, niſi in quae ipſe concepiſſet, Verba iuraret, ſe patris eius accuſandi cauſa concilium plebis nunquam habiturum, *etc.* Ouid. Met. 10, 290 Tum vero Paphius pleniſſima concipit heros Verba, quibus Veneri grates agit. Iurisiurandi Verba Tac. H. 4, 31, 3. Verbis conceptis iurare, *i. dictatis a deferente iusiurandum, et ex arbitrio adiurantis, ſ. adigentis ad iusiurandum, pernotatis.* Verbis conceptis deierare auſim Cornelia ap. Nep. in Fragm. 12, 3. Iurat Eumulphus Verbis conceptiſſimis Petron. c. 113. Plaut. Pſeud. 1, 3, 119 Iuraſtin' te illam nulli venditurum, niſi mihi? BAL. fateor. CAL. nempe conceptis Verbis. BAL. etiam conſultis quoque. *i. non modo dictatis a te verbis, ſed etiam cogitatis, animaduerſis, praemeditatis. Haec Budaeus. Conf.* Cic. Nat. D. 1 c. 24. Idem pro Cluent. 134 Dixit ſe ſcire illum Verbis conceptis peieraſſe. *Eadem* Valer. Max. 4, 1, 10 *de Africano poſteriore.* Vires concipere *de vitibus reſectis.* Plin. 17, 22 *pr.* Virg. Georg. 1, 87 Siue inde occultas Vires et pabula terrae Pinguia concipiunt. *De agris.* Virus noxium concipiunt flores Plin. 21, 13 ſ. 44. Cic. de Legib. 3, 32 Quo pernicioſius de Repub. merentur vitioſi principes, quod non ſolum Vitia concipiunt, ſed ea infundunt in ciuitatem. Voces alicuius mente concipere Ouid. Faſt. 1, 102. *al.* Percipere. Voluptatem concipere et comprehendere animo Cic. de Fin. 2, 6. Vota Ouid. Met. 7, 584. Concipitur, *paſſiue dixit vt vidimus* Lucret. 1, 5 Per te quoniam genus omne animantum Concipitur, *etc.* *Et* Curt. 3, 6, 11 Medicamentum Venis concipitur. Pars animae concipitur cordis parte quadam, quam ventriculum cordis appellant Cic. de Nat. Deor. 2, 138. Quinctil. 11, 3, 25 Concipitur affectus ex rebus ipſis.

CONCIPIENS, ntis. Partic. [συλλαμβάνων] *Vt*, Concipiens et comprehendens natura Cic. de Nat. Deor. 2, 81. Spiritus plura iuſto concipiens Quinctil. 2, 4, 4.

CONCEPTVS, a, um. Partic. [συνειλημμένος, κυηθείς] *Vt*, Concepta aeſtu peſtis Columel. 7, 5. Conceptum aliquid ac meditatum Cic. de Aruſp. Reſp. 55. Concepta e leone Plin. 8, 16. Cic. pro Cluent. 31 c. 11 Quod erat ex fratre conceptum. Ex virginis furtiuo ſtupro conceptus Sen. Troad. 342. Ouid. Faſt. 2, 183 Iam tria luſtra puer furto conceptus agebat, *i. ſtupro. Sic* Crimen conceptum *eſt conceptus foetus ex impio et nefario concubitu.* Ouid. Met. 10, 470 *de Cinyra*, Semina fert vtero, conceptaque crimina portat. *Verum* Conceptum Furtum *in iure* dicitur, Quum apud aliquem teſtibus praeſentibus, furtiua res quaeſita et inuenta ſit. Nam in eum propria actio conſtituta eſt, quamuis fur non ſit quae appellatur, concepti Imperator §. 4 Inſt. de oblig. quae ex delict. *Add.* Paullus Sent. 2, 31. Infans male conceptus, *i. non ex legitimo viro* Ouid. Met. 10, 503. *Etiam, vt ipſum verbum ad formulas, et ſollemnia verba refertur. Vt* Papin. in l. Quaeſitum eſt D. de Sepulcro violato, Dixi eum recte ea actione experiri, quae in bonum et aequum concepta eſt: *id eſt qua actione qui experitur, ita intendere petitionem poteſt, vt non vltra petat, quam quod praeſtari et aequum et bonum eſt, Budaeus.* Dulcedinem alicuius conceptam animo incluſam continere Pſeudo-Cic. antequam iret in exilium. Exiſtimatio publice concepta Col. *pr.* 20. Feriae Varr. de L. L. 5, 3. *i. praeſcriptae.* Foedus conceptum excutere Virg. Aen. 12, 158. *i.* Placitum animo foedus praedeſtinatumque vt fiat, Seruius. Furor conceptus Sen. Hippol. 343. Furor biennio ante conceptus erupit in meo conſulatu Cic. pro Sull. c. 24. Furor ex maleficiis conceptus Idem Verr. 5. Lyaeum conceptum ferens Maenas Senec. Herc. Oet. 244. Numen conceptum virgineo pectore Lucan. 5, 97. *i. diuinus et fatidicus ſpiritus ingreſſus Pythiae virginis pectus.* Semen conceptum Cic. de Diuin. 2, 68. Torrens imbribus Col. 1, 4, 10. Turpitudo atque infamia aliquot iam per annos huic ordini concepta Idem Act. 1 in Verr. 49. Verbis conceptis, *vid.* concipio Verba. *Subſtant.* Ne praegnanti — medicamentum, quo conceptum excutitur, detur Scribon. Epiſt.

CONCEPTVS, ûs. m. [κύημα] *Pro foetu.* Plin. 20, 22 Non edendum grauidis, niſi mortuo conceptu, quippe etiam impoſitum eiicit. *De Siſymbrio loquitur.* Conceptus, [κύησις] *Actus concipiendi.* Cic. de Diuin. 1, 93 c. 42 Quaedam etiam ex hominum pecudumue conceptu et ſatu, *intell.* inuſitata oriebantur. Idem de Vniverſ. 35 Oceanum Salaciamque caeli ſatu terraeque conceptu generatos editosque memoremus. *Sed latius patet, vt verbum:* Flagrante triclinio ex conceptu camini Suet. Vitell. c. 8. *i. quod caminus ignem conceperat.* Conceptus aquarum inertium vaſti Sen. Qu. Nat. 5, 15. Firmic. 5, 12 Mars homines faciet ſuperbos, audaces, ſaeuos, iracundos, et qui omnes animi ſui conceptus ſtudeant at finem vsque deducere, *i. cogitata conſilia.*

CONCEPTIO, ōnis. f. [σύλληψις] *Idem.* Plin. 22, 22 Chryſippus et conceptionibus eam putat conferre multum. *De caucalide herba.* Contra naturam conceptio Cic. de Diuin. 2, 49 c. 22. Terra caeleſtium Imbrium conceptionibus inſeminatur Vitr. praef. l. 8. Paul. in l. actio negotiorum D. de Negotiis geſtis, In extraordinariis iudiciis vbi conceptio Formularum non obſeruatur, haec ſubtilitas ſuperuacua eſt. *Sic* Pompon. in l. 5 §. D. de verb. oblig. Stipulatio autem eſt verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturum facturumue ſe quod interrogatus eſt, reſponderit. *Quin* Conceptio, *abſolute, idem quod Formula.* Cic. de Inuent. 2, 58 c. 19 In iure exceptiones poſtulantur, et quodammodo agendi poteſtas datur, et omnis conceptio priuatorum iudiciorum conſtituitur Paul. l. 3 D. de accuſat. Libellorum inſcriptionis conceptio talis eſt. Conceptio, *apud* Vitruuium 9, 4 *Comprehenſio eſt, et complexio, vt quum ab eo mundus definitur*, Omnium naturae rerum conceptio ſumma. *Mundus enim ſua amplitudine rerum ſummam complectitur, continet, arcet.* Turnebus.

CONCEPTIONALE fatum futuri germinis ſubminiſtrat Iupiter Tireſiae, id eſt quaſi praeſcientiam Fulg. Mythol. 2, 10. *Haec quidem optima videtur lectio. Sed variatur.*

CONCEPTOR, ōris. m. *Vt*, Peccati conceptor Arat. in Act. Apoſt. c. 16.

CONCEPTACŬLVM, i. n. [συλληπτήριον] *Vbi quid concipitur.* Vena eſt conceptaculum ſanguinis Gell. 18, 10. Conceptacula ſpiritus in corporibus Macrob. Sat. 7, 12. Nulla latet pars mentis iners, quae corporis vllo Intercepta ſinu per conceptacula ſeſe Degeneri languore tegat Prud. Pſychom. 742. Plin. 11, 37 Superbia aliubi conceptaculum, ſed hic ſedem habet. *i. in ſuperciliis.* Damnata pars mundi ipſisque prorſus aquilonis conceptaculis rigentiſſima Solin. 15. *(al. 25.)*

CONCEPTĒLA, ae. f. *Idem.* Frontinus de Aquaeduct. Conceptelas *vocat Aquarum conceptacula, ſi fides quibusdam editionibus. Sed ex MSS. reſtituit Polenus* Art. 22 *pr.* Conceptacula, id eſt piſcinas.

CONCEPTĪVVS, a, um. Adi. Conceptiuae feriae feſta dicebantur, quae incertis diebus ſeruabantur quotannis, vt Sementinae et Compitalitiae Feſtus. Macrob. Sat. 1, 16. *cum indicauit*, Feriarum genera quatuor, *de quibus ſ. l.* Conceptiuae, *inquit*, ſunt, quae quotannis a magiſtratibus, vel a ſacerdotibus concipiuntur, in dies certos vel incertos, vt ſunt Latinae, Sementinae, Paganalia, Compitalia. Varro de L. L. 5, 3 *extr.* p. 49 *de Compitalibus*, Quotannis is dies concipitur. Similiter Latinae feriae dies conceptiuus dictus. — Feriae conceptiuae, quae non ſunt annales. *Conf.* Varr. de L. L. 5, 3.

CONCEPTO, āre. Frequent. Arnobius 4 p. 141 aduerſus gentes, His in lucem prodeunt generationibus dii veſtri, quibus aſini, porci,

porci, canes: quibus immunda haec omnis conceptatur et gignitur terrenarum proluuies beſtiarum? Maiora conceptantes Ammian. 31, 26.

CONCISVS, CONCISE, *vid.* CONCIDO.

CONCITO, āre. *vid.* CONCIEO, concies.

CONCIVIS, is. Exactum, conciuium locum primum appellatum, deinde dictum fundum Frontin. de Limit. p. 310. *Add.* Hieron. Epiſt. 2, 25. Tertull. contra Marc. 5, 17. *A. Borrich. Vindic. p. 31.*

CONCLĀMO, āre. [καταβοάω] *Simul clamare, vel ad plures clamare, vt praecones ſolent.* Plaut. Merc. prol. 51 Conclamare tota vrbe et praedicere. *Al.* Conclamitare. Idem Men. 5, 9, 92 Ergo nunc iam vis conclamari auctionem fieri. Conclamant omnes, occaſionem negotii bene gerendi amittendam non eſſe Caeſ. Bell. Gall. 3, 18. Conclamantibus omnibus, imperaret quod vellet Id. B. C. 3, 6. Cic. Philipp. 6, 2 Quum vos vniuerſi vna mente atque voce, iterum a me conſeruatam eſſe Remp. conclamaſtis. Conclamant ſocii laetum Paeana ſecuti Virg. Aen. 10, 738. Idem Aen. 2, 233 Ducendum ad ſedes ſimulacrum, orandaque diuae Numina conclamant. Cum indecora exultatione conclamant Quinctil. 2, 2, 12 *de plauſu in ſcholis.* Conclamate iterum altiore voce Catull. 42, 18. Conclamare ad arma Liu. 3, 50 *et* 6, 28. Socios Ouid. Met. 13, 73. Vaſa militari more conclamari iubet Caeſar B. Ciu. 1, 66 *nempe caſtrorum mouendorum cauſa. Quod ſimpliciter* Conclamare *dicit* ibid. c. 67. *it.* 3, 75. Vaſa, *i. ſarcinas colligendas.* Victoriam Caeſ. Bell. Gall. 1, 37. *Pro vehementer clamare* Idem Bell. Gall. 1, 47 Quos quum apud ſe in caſtris Ariouiſtus conſpexiſſet, exercitu ſuo praeſente, conclamauit, quid ad ſe venirent? *Al.* clamauit *contra MSS.* Virg. Aen. 3, 523 Italiam primus conclamat Achates: Seruius, valde aut ſaepius clamat. Idem Aen. 6, 259 Procul hinc, procul eſte profani. *In quibus tamen locis omnibus intelligi etiam illud poteſt, quod diximus, clamari ad plures.* Planctu conclamat vterque Iſthmos Stat. Theb. 6, 13. ¶ 2 *Formula ſollemnis:* Conclamatum eſt! Ter. Eun. 2, 3, 54 Deſine, iam conclamatum eſt. *Vbi* Donatus, Conclamatum eſt, Tranſactum ac finitum. *vt*, Conclamata corpora, quae nihil reliqui iam habent ad vitae officia. Lucan. 2, 23 Corpora nondum Conclamata iacent. Aut Conclamatum, Satis deploratum, ſatiſque vociferatum eſt: quia dixerat, O infortunatum ſenem, ſi et hic amare coeperit. Tanquam dicat, Iam occiſum patrem, tandem ſcimus, iamque deflemus. *Haec* Donat. Seruius *autem exponens illud* Aen. 6, 218 Pars calidos latices, *etc.* Plinius, *inquit*, in naturali hiſtoria dicit hanc eſſe cauſam, vt mortui et calida abluantur, et per interualla conclamentur: quod ſolet plerumque vitalis ſpiritus excluſus putari, et homines fallere. Denique refert quendam ſuperpoſitum pyrae, adhibitis ignibus erectum eſſe, nec potuiſſe liberari. Vnde et ſeruabantur cadauera octo diebus, et calida abluebantur: et poſt vltimam conclamationem comburebantur, vnde traxit Terentius, Deſine, iam conclamatum eſt. Haec Seruius. *Caeterum* Plin. 7, 52 *exempla habet reuiuiſcentium in rogo, originem ritus ibi non indicat. Et videtur a natura ipſa tractus, vnde in antiquiſſima etiam hiſtoria illius mentio. v. g. etiam de abſentibus, qui in praelio interfecti putarentur*, Quum ex moeſtis paullo ante domibus, quae conclamauerant ſuos, procurreretur in vias Liu. 4, 40. Poſt conclamata imperatoris ſuprema corpuſque curatum ad ſepulturam, vt miſſum Conſtantinopolim inter diuorum reliquias humaretur Ammian. l. 30 *ſub fin.*

CONCLAMATVS, a, um. Part. Herba conclamati frigoris Macrob. 7, 7, 5. *i. extremi.* Conclamatiſſimae declamationes Sidon. Ep. 8, 3. *i. celebratiſſimae.* Conclamatiſſimus fontium Id. 2, 2. Conclamatiſſimus primipilaris Id. 6, 2. *i. laudatiſſimus.*

CONCLAMATIO, ōnis. *f.* [καταβόησις] *Multorum clamor.* Curio vniuerſi exercitus conclamatione imperator appellatur Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 26. Lacrimis et conclamationibus dolorem teſtari Tacit. Ann. 3, 2, 3. Sen. de Clementia 1, 12 Et quum ille in vicino ad aedem Bellonae ſedens, exaudiſſet conclamationem tot millium ſub gladio pereuntium, *etc.* Lamenta, conclamationes Tacit. Hiſt. 4, 1, 5. *Add.* Sen. Ep. 17.

CONCLAMĪTO, āre. Frequent. [καταβοάομαι] Plaut. Merc. prol. 51 Conclamitare tota vrbe, et praedicare. *Al.* Conclamare.

CONCLAVDO, ſi, ſum, ĕre. [συγκλείω] *Simul claudere, quod frequentius dicitur* Concludo, *de quo mox: hic tamen ponendum propter* Colum. 3, 12, 2 *vbi editur*, Eademque velut conclauſa et coarctata ſemina comprimere atque ſtrangulare.

CONCLĀVE, is, n. *vel* CONCLAVIS, is. f. [ταμεῖον, δωμάτιον, οἰκίσκος] eſt, *inquit* Donatus *ad* Ter. Eun. 3, 5, 35. Separatior locus in interioribus tectis: vel quod intra eum loca multa et cubicula clauſa ſint adhaerentia triclinio. Ter. Heaut. 5, 1, 29 Eſt mihi vltimis conclaue in aedibus quoddam retro. *Sic* Cic. de Diuin. 1, 26 Conclaue illud, vbi erat manſurus, ſi ire perrexiſſet, proxima nocte corruit. Committere ſe in conclaue, *vid.* COMMITTO. Conclaui Cicero *pro Triclinio vſus eſt, licet eo vocabulo alias vtatur* Verr. 4, 58 Nam vt in ſingula conclauia, quae iſte non modo Romae, ſed omnibus in villis habet, tricenos lectos optime ſtratos cum caeteris ornamentis conuiuii quaereret, nimium multa comparare videretur. Conclaue *de triclinio dixit etiam* Hor. Serm. 2, 6, 113. Neratius in l. Quod conclaue D. de Damno infecto, Quod conclaue binarum aedium dominus ex aliis aedibus in aliarum aedium vſum convertit, non ſolum ſi contignatio, qua id ſuſtinebitur, orietur ex parte earum aedium, in quarum vſum conuerſum erit; earum fiet: ſed etiamſi tranſuerſa contignatio tota in aliarum aedium parietibus ſedebit. *Nota, iungenda eſſe verba*, Binarum aedium dominus. Colum. 12, 2, 2 Conclaue excelſiſſimum pretioſiſſima vaſa et veſtem deſiderat. Inferior porticus et eius conclauia fiunt recte Cic. Q. Frat. 3, 4. Aues conclauibus ſeptae Colum. 8, 1, 3. Conclauia, dicuntur Loca, quae vna claue clauduntur, Feſtus. Οἶκος ὑπὸ μίαν κλεῖδα, Conclavis Gloſſ. Gr. Lat. *Malim ſimpliciter a concludendo dici, quod claui vna vel pluribus undique claudi poteſt, vt a porticu, veſtibulo, et locis aliis apertis diſtinguatur: vnde et* Gloſſ. συνοίκια conclauia.

CONCLAVO, āre. συγκλῶ Gloſſ. Gr. Lat.

CONCLAVĀTVS, a, um. Part. Conclauatae dicebantur, quae ſub eadem erant claue. Feſtus. *Sed Scal. conicit leg.* Conclauia.

CONCLAVIVM, i. n. [μυχός] *Idem quod conclaue* Plaut. Aul. 3, 2, 24 Et conclauium mihi peruium facitis? *Conf. eiusd.* Moſt. 3, 2, 158. Vitruuius 6, 5 *dixit* Conclauiorum altitudines.

CONCLVDO, ſi, ſum, ĕre. [συγκλείω, συγκατακλείω, κατακλείω, συμφράττω, συνείργω, συμπεραίνω] *Simul claudere, vel undique.* Auras concludere follibus Hor. Serm. 1, 4, 19. Plaut. Curc. 3, 80 Quia enim in cauea ſi forent concluſi. Idem Rud. 2, 3, 61 Ibidem in naui concluſit ipſe. *Metaph.* Intelligentiam in animo, animum concluſit in corpore deus Cic. de Vniuerſ. 8 c. 3. Ter. Adel. 4, 2, 13 Nam me iam in cellam aliquam cum illa concludam. Plaut. Caſin. 1, 44 Concludĕre in feneſtram firmiter. *Iterum Metaph.* In paruum quendam et anguſtum locum concludere ius ciuile Cic. de Legib. 1, 17. Concludere aliquo Ter. Eun. 4, 3, 24. Idem Andr. 2, 3, 12 Vt ab illa excludar, huc *cum hac virgine* concludar. *Legitur et* Hac concludar. *Et* Eun. 5, 8, 7 An fortunam collaudem, quae gubernatrix fuit, quae tot res, tantas, tam opportune in vnum concluſit diem? Concludere aliquem in anguſtiſſimam formulam ſponſionis Cic. pro Roſc. Com. 15. Orator concluditur in ea, quae ſunt in vſu ciuitatum vulgari ac forenſi Idem de Orat. 1, 160. Cingitur atque concluditur ipſe portus vrbe Id. Verr. 5, 95. Sulco concludere locum tecto Virg. Aen. 1, 429. *i.* ad tectum, Seruius. Domo aliquem concludere Sen. Hippol. 122. Concludere, *pro Obturare* Valer. Argon. 1, 480. ¶ 2 *Ad orationem et diſputationem varie etiam refertur. Finire eſt* Cic. de Amicit. 29 Quamobrem ad illam primam redeamus, eamque ipſam concludamus aliquando. *Sic* Verborum deſcriptus ordo alias alia terminatione concluditur Cic. in Orat. 200. Concludere atque perorare Idem de Orat. 2, 307. *Et* Verr. 4, 115 Vt aliquando totam huius generis orationem concludam ac definiam. *Videtur melius* finiam *aut* definam. *Complecti et comprehendere eſt* Cic. de Finib. 4, 19 Et duo nobis opera pro vno relinquunt, vt alia ſumamus, alia appetamus, potius quam vno fine omnia concludant. *Praeſertim vero* Concludimus, Argumentationem Cic. in Orat. 122. *it.* de Inuent. 1, 40. Argumentum ratione Idem in Orat. 137. *Ad finem ſ. extremum pertinet in illo*, Concluſurum me eſſe crimen decumarum dixeram Cic. Verr. 5, 163. *Sic* Idem Att. 9, 10 Concludis epiſtolam quandam hoc modo. Extremum concluditur Id. Att. 11, . . Perorationem Cic. in Orat. 122. Sententiam circumſcriptione quadam comprehendere ac concludere Idem de Clar. Orat. 34. Sententias explere atque concludere Id. in Orat. 130. Verſum concludere, *eſt verſum perficere ſuis numeris et pedibus, nulla etiam adhibita elegantia.* Hor. Serm. 1, 4, 40 Neque enim concludere verſum Dixeris eſſe ſatis. *Simpliciter argumentari* Deinde concludebas, ſummum malum eſſe dolorem, ſummum bonum voluptatem Cic. de Fin. 2 c. 19. *Paſſiue* Cic. pro Caecin. 35 Ea tametſi verbis interdicti non concluditur: tamen ſententia iuris atque auctoritate retinetur. Concluditur, *i. comprehenditur.* Laus aequitatis, integritatis, facilitatis, ad extremum ludorum voluptate concluditur Cic. pro Muraen. 41. *i. laudi illi accedit cumulus.*

CONCLVSVS, a, um. Partic. [συγκεκλεισμένος] *Vt*, Concluſa aqua Cic. de Nat. Deor. 2, 20 c. 7. Lucret. 4, 934 *legebatur*, Proptereaque fere res omnes, aut Corio ſunt, Aut cute concluſae, *etc. Hunc autem mendoſiſſimum eſſe locum notat Lambinus: et Lectio in hodiernis editionibus ſic reſtituitur*, Aut etiam conchis, aut callo, aut cortice tectae. Locus concluſus Lucret. 4, 460. Hor. Sat. 1, 4, 76. Concluſior Hygin. Poët. Aſtron. 4, 14. Circumſcriptio Cic. in Partit. 19. Mare Caeſ. Bell. Gall. 3, 9. *i. mediterraneum.* Anguſtia concluſae orationis Cic. de Nat. Deor. 2 c. 7. Concluſum et comprehenſum, *vid.* COMPREHENSVM. Cic. de Orat. 1, 187 Omnia fere quae ſunt concluſa nunc artibus, diſperſa et diſſipata quondam fuerunt. Idem Verr. 2, 82 Inuenietis id facinus natum a cupiditate, auctum per ſtuprum, crudelitate perfectum atque concluſum.

CONCLVSE. Adu. [συγκεκλεισμένως] Cic. in Orat. 177 c. 53 Quum, vt fit, fortuito ſaepe aliquid concluſe, apteque dicerent. *h. e. rotundam et numeroſam periodon funderent.*

CONCLVSIO, ōnis. f. [συμπέρασμα, ἐπίλογος] *Eadem varietate, qua verbum concludo adhibetur. Proprie, vt* Peſtilentia conflictari ex diutina concluſione et mutatione victus Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 22. *Conf.* Nep. 18, 5, 7. Vocis moderatio, et verborum concluſio, *i. apta comprehenſio et complexio* Cic. de Orat. 3, 179. Concluſio eſt exitus et determinatio totius orationis Idem de Inuent. 1 c. 52. *Et* Q. Frat. 1, 1 Vt tanquam Poëtae boni, et actores induſtrii ſolent, ſic tu in extrema parte et concluſione muneris ac negotii, diligentiſſimus ſis. *Saepe pro argumentatione ponitur. v. g.* Cic. Acad. 4, 67. Idem de Diuin. 2 c. 49 *extr.* Concluſio autem rationis ea probanda eſt, in qua ex rebus non dubiis id, quod dubitatur, efficitur. Idem c. 51 *extr.* Iacet igitur tota concluſio, *i. argumentatio.* Acutae concluſiones Quinctil. 2, 20. Certae et crebrae Idem 5, 14. Subtilis, et ad morem Dialecticorum formata Id. 7, 4. Nulla concluſio eſt aſſumtione non conceſſa Cic. de Finib. 2, . . Vna concluſione finiri Quinctil. 3, 3.

CONCLVSIVNCVLA, ae. f. Dimin. Cic. Acad. 4, 75 c. 24. Contortulae quaedam ac minutae Stoicorum concluſiunculae Cic. Tuſc. 2, 42 c. 18.

CONCLVSVS, ūs. m. Cael. Aurel. Tard. 1, 4.

CONCLVSVRA, ae. f. Vitruu. 6, 11.

CONCOENA, ae. m. *Qui vna cum alio coenat. Hoc nomen reddi vult Voſſ. Etymol. voce Coena* Lucilio *apud* Feſt. in Tapulla. Vet. Gloſſ. σύνδειπνος Conuiua, Concena.

CONCOENATIO, ōnis. f. *Sic* σύνδειπνον *interpretatur* Cic. Fam. 9, 24. *it.* de Senect. c. 13 *extr.*

CONCOEPTO, āre. Macrobio *aſſignatur.*

CONCOCTIO, *vid.* CONCOQVO.

CONCŎLOR, ōris. Adi. [ὁμόχροος] *Eiusdem coloris: vt*, Concolor cicatrix Plin. 28, 9. Cum foetu concolor albo Virg. Aen. 8, 82. Flos de ſanguine concolor ortus Ouid. Met. 10, 735. *de Adonide.* Et populus feſto concolor ipſe ſuo eſt Ouid. Faſt. 1, 80. *Conf.* Plin. 10, 29. Concolor lanae lingua Colum. 7, 3, 1.

CONCOLŌRVS, a, um. Adi. Mart. Capell. l. 6.

CONCOLŌRO, āre. Tertull. de Pudic. c. 8.

CONCOMĬTOR, āri. Quinctiliani *eſſe dicitur.*

CONCOMITATVS. Partic. Plaut. Milit. 4, 3, 10 Quibus concomitata recte deueniat domum.

CONCOPVLO, āre. *Idem, quod ſimplex Copulare.* Lucret. 6, 1075 Denique res auro argentum concopulat vna, *etc. Chryſocollam intelligit.*

CONCŎQVO, coxi, coctum, ĕre. [συμπέπτω, πέπτω] Varro de R. R. 2, 10, 7 Vel ad focum afferre ligna, ac cibum concoquere. *Sic Iuntae: Sed ante illos* Conquaerere *edebatur. Victor.* Coquere. *Non tam Culinae verbum eſt, quam medicorum, ubi de vi ventriculi agunt.* Cic. de Nat. Deor. 2, 124 Eademque haec auis ſcribitur conchis ſe ſolere complere, easque quum ſtomachi calore concoxerit, euomere. Catull. 21, 8 Bene nam valetis omnes Pulchre concoquitis. Ad concoquen-

coquendum facillimus cibus Cic. de Finib. 2, 64 c. 20. Mutari et concoqui vt poſſit quod aluus recipit, arcet id et continet Idem de Nat. Deor. 2, 136. *Metaphor. pro pati, et probare adeo* Cic. Fam. 9, 4 Nunc vide, vtra te κρίσις magis delectet, χρυσιππεία ne, an haec, quam noſter Diodorus non concoquebat. Liu. 4, 15 Vt quem Senatorem concoquere ciuitas vix poſſet, regem ferret. *Sed etiam probe conſiderare ſignificat, et velut in ſuccum et ſanguinem vertere.* Quum multa percurreris, vnum excerpe, quod concoquas Sen. Ep. 2. *Sic* Diu deliberare et concoquere vtrum, *etc.* Cic. pro Roſc. Com. 45 c. 15. Idem Q. Frat. 3, 9 ſ. *extr.* De epiſtola Vatinii riſi: ſed me ab eo ita obſeruari ſcio, vt eius iſta odia non ſorbeam ſolum, ſed etiam concoquam, *i. placide accipiam, et nihil iis offendar. Ad tolerandi notionem pertinet illud,* Tres plagas Spartana nobilitate concoxi Petron. c. 105.

CONCOCTVS, a, um. Partic. [πεπεμμένος] Lucret. 2, 852 Miſtos in corpore odores, Concoctosque, ſuo contactos perdere viro, *i. virulentia et malo odore.* Odores concoctos, *i. vnguenta odorata cum oleo cocta.* Concoctus, *pro* Cocto Celſ. 3, 22. Marrubium ex melle concoctum: *ſed editur* Marrubii (ſuccus) ſi cum melle ſit incoctus.

CONCOCTIO, ōnis. f. [πέψις, πέπανσις] *Actus ventriculi.* Si concoctio non fuerit inſecuta Solin. c. 40. Concoctionibus confert Plin. 20, 5. Idem 11, 37 Aues quoque geminos ſinus habent quaedam, vnum quo merguntur recentia, vt guttur: alterum, in quem ex eo dimittunt concoctione maturata.

CONCORS, ordis. Adi. [ὁμογνώμων, ὁμόφρων, ὁμόνης, ὁμονοητικός] *Qui cordis vnius, i, mentis, ſiue animi eſt.* Plaut. Aulul. 3, 5, 7 Et multo fiat ciuitas concordior. Cic. Tuſc. 1, 11 Aliis cor ipſum animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordesque dicuntur. Amicitia et caritate concordi ſe complecti Cic. de Vniuerſ. 13. Animae concordes Virg. Aen. 6, 827. *Metaphorice* Plin. 5, 9 Nec ante Nilus, quam ſe totum Aquis concordibus rurſus iunxit. Auſis concordibus Sil. 5, 214. Fata Perſ. 5, 49. Duo concordes anima moriemur in vna Ouid. Met. 3, 479. Plin. 7, 12 Diuerſarum quidem gentium natales tam concordi Figura reperiri, ſuper omnem eſſe taxationem, *de pueris ſimillimis.* Fronte aequata et concordi currere freno Sil. 16, 381. Frena iugo concordia ferre, *de equis* Virg. Aen. 3, 542. Fratres concordiſſimi Cic. pro Ligar. 5 c. 2. Fuga concors Sil. 16, 69. Idem 4, 99 Ambobus velox virtus geminusque cupido Laudis, et ad pugnas Martemque inſania concors. Menſae Lucan. 4, 197. *ad quas concordes accumbunt.* Miles, *i. milites concordes* Sil. 8, 8. Virg. Ecl. 4, 47 Talia ſaecla ſuis dixerunt currite fuſis, Concordes ſtabili fatorum numine Parcae. Nam et quod vna dixerit, duae ſequuntur: et fixa ſunt ſtatuta fatorum. Hor. (Carm. Saecul. 26) Quod ſemel dictum, ſtabiliſque rerum Terminus ſeruet. Seruius. Pars caetera concors et ſine lite Ouid. ex Pont. 3, 2, 88. Pax Idem Met. 1, 25. * Praeſidiis concordibus cingere aliquem Claud. in pr. Conſ. Stil. 2, 209. Sil. 13, 650 Succedunt Simulacra virûm concordia, patris Vnanimique ſimul patrui, *i. aequalia. De Scipionibus.* Sibi concors *dicitur, qui bene ſibi conſtat* Sen. de Vita beata 1. Sonus concors Ouid. Met. 5, 664. Status moderatus et concors ciuitatis Cic. de Legib. 3, 28 c. 12. Torus concors Propert. 4, 5, 6.

CONCORDIA, ae. f. [ὁμόνοια, ὁμοφροσύνη, ἁρμονία] *Senſus et vox communis, a cordibus congruentibus dicitur: contrarium* diſcordia Salluſt. Iug. 10 Concordia paruae res creſcunt, diſcordia maximae dilabuntur. Multum ſe huic ſententiae debere, dicebat M. Agrippa *ap.* Sen. Epiſt. 94. Cic. Verr. 3, 23 Tantamque habebat morum ſimilitudo coniunctionem atque concordiam, vt, *etc.* Concordia et conſpiratio omnium ordinum ad defendendam libertatem facta Cic. Fam. 12, 15. Pax et concordia extraneis gignetur Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 9. Reconciliatio concordiae Cic. in Catil. 3, 25. Flendi concordia Ouid. ad Liu. 201. Idem Met. 13, 875 Iſta Vltima ſit faciem Veneri concordia veſtrae. Concordia communis ſanguinis vinculo conſtricta Valer. Max. 4, 6 *vbi de Iulia. Loquitur de concordia inter Pompeium et Caeſarem, ob Iuliam Caeſaris filiam, quae Pompeio nupſerat.* Diſcors concordia *dicitur rerum, quae quum inter ſe diuerſae ſint, tamen commiſtae vnum quoddam corpus conficiunt, dum vna alterius vires temperat et coërcet.* Ouid. Met. 1, 433 Vapor humidus omnes Res creat, et diſcors concordia foetibus apta eſt. Hor. Epiſt. 1, 12, 19 Quid velit et poſſit rerum concordia diſcors. *Vterque Poëta loquitur de illa naturali pugna et ἐναντιοτροπῇ, qua conſeruari rerum naturam Heraclitus et alii ſtatuebant. Sed in genere morum* Diſcordem concordiam *vocat* Lucanus 1, 98 Simulatam amicitiam, Caeſaris et Pompeii. Paruis diues concordia rebus Sil. 9, 408. Felix Propert. 3, 6, 41. Concordia inuicta, diſcordia exitio fuit Oroſ. 5, 8. Mitis Ouid. Faſt. 3, 881. Sociata neruorum concordia Quinctil. 5, 10. *Sic* Concordia *pro ſymphonia* Petron. c. 127. Sociata tradentis, accipientiſque concordia Quinctil. 2, 9. Numarius interpres pacis et concordiae Cic. pro Cluent. 100. Alicui concordia coniunctiſſimum eſſe Idem pro Cluent. 152. Adducere rem ad concordiam Id. Att. 7, 3. Confirmare concordiam cum aliquo Cic. Philipp. 13, 2. Conglutinare concordiam Idem Att. 1, 14. Conſtituere concordiam Id. Att. 8, 15. Reducere in priſtinam concordiam aliquos perfidia hominum diſtractos Balb. Cic. Att. 8, 15. ¶ 2 Concordia *Dea apud Romanos, cuius* aedem C. Flauius, Cn. filius dedicauit in area Vulcani, ſumma inuidia nobilium Liu. 9, 46. *Locus claſſicus* Cic. pro Domo 131 c. 51 *vbi inter alia,* Caſſius — praeſcribere ſe arbitrabatur, vt ſine ſtudiis diſſenſionis ſententiae dicerentur, ſi ſedem ipſam ac templum publici conſilii religione Concordiae deuinxiſſet. *De* Concordiae *die feſto et templo, vide comment.* Ouid. Faſt. 1, 639. Cic. Philipp. 2, 19 Quum in hac cella Concordiae (ô dii immortales) in quo me Conſule ſalutares ſententiae dictae ſunt, *etc. Add.* Liu. 22, 33 *etc.*

CONCORDIALIS, e. Adi. Firmic. 6, 32 Concordialibus vinculis copulentur.

CONCORDĬTAS, ātis. f. [ἀρθμός] pro Concordia, Pacuuius. Concorditatem, hoſpitio adiunctam, perpetem Comitatem conſeruetis Non. 2, 151.

CONCORDĬTER. Adu. [ὁμονοϊκῶς] Dulces concorditer exigit annos Ouid. Met. 7, 752. Cum Iulia primo concorditer et amore mutuo vixit Suet. Tib. c. 7. Cic. pro Rabir. 14 Et tibi acerbior patrui mors eſt, quem nunquam vidiſti, quam illi eius fratris, quicum concordiſſime vixerat. Congruere concorditer inter ſe Plaut. Curc. 2, 2, 14. Bellum vtinam conſideratius concordiusque gerant Liu. 4, 45. Vetus Inſcript. *apud* Gruter. p. 612 n. 1. C. B. M. CVM QVA CONCORDISSIME VIXIT ANN. XXII.

CONCORDIS, e. Adi. *pro* Concors, Caecil. *ap.* Priſcian. 6 p. 726 *extr.*

CONCORDIVM, i. n. *pro* Concordia. *Vt,* Venale concordium Papinian. l. 27 ff. de Pact. Dot.

CONCORDO, āre. [συμφρονέω, ὁμογνωμονέω, ἀρθμέω] Conuenire. Ter. Phorm. 2, 2, 58 Si concordabis cum illa, habebis quae tuam ſenectutem oblectet. Sanitas animi dicitur, quum eius iudicia opinioneſque concordant Cic. Tuſc. 4, 30 c. 13. Concordant carmina neruis Ouid. Met. 1, 518. Et ſenſit varios, quamuis diuerſa ſonarent, Concordare modos Id. Met. 10, 146. Concordet ſermo cum vita Sen. Ep. 75. Bene concordatum matrimonium dirimere Papinianus in l. Miles §. Licet D. Ad legem Iul. de adult.

CONCORDATIO, ōnis. f. Vulg. Sirac. 22, 22 *et* 27, 21.

CONCORDABILIS, e. Adi. Non voces omnes cum aliis iunctae concordabiles in cantu reddunt effectus Cenſorin. c. 10.

CONCORPŎRO, āre. [συσσωματόω] *Simul corporare, et ex pluribus miſtis vnum facere.* Plin. 22, 24 Semper mulſum ex vetere vino vtiliſſimum, facillimeque cum melle concorporatur. Idem 27, 12 Eademque vitiligines concorporat. *Add.* Ammian. 15, 11 *extr.*

CONCORPORATVS, a, um. Part. Concorporatus rurſus eccleſiae Tertull. de Pudic. c. 15. Hi ſcopuli ſtetere concorporati Amm. 22, 8.

CONCORPORATIO, ōnis. f. Tertull. de Bapt. c. 8. *it.* adu. Marc. 4, 4.

CONCORPORALIS, e. Adi. Vulgat. Epheſ. 5, 6. *It. ſubſtantiu.* Ne vno quidem caedibus concorporalium ſupereſſe permiſſo Ammian. 28, 28. *Conf.* Id. 21, 22.

CONCORPORIFICATVS, a, um. Part. Tertull. adu. Valent. c. 23.

CONCRASSO, āre. Concraſſare liquida C. Aurelian. Tard. 4, 3.

CONCRATICIVS, *vid.* CRATICIVS.

CONCREBRESCO, ĕre. Cum leuis alterno Zephyrus concrebuit Euro Virg. in Ciri v. 25.

CONCRĒDO, credidi, creditum, ĕre. [παρακατατίθεμαι] *Totum Credere, i. ſeruandum dare, et fidei alicuius tradere.* Plaut. Aul. prol. 6 Sed mihi auus huius obſecrans concredidit theſaurum auri. Concreduo, *per* V *inter* D *et* O, *dixere veteres.* Idem Aul. 3, 6, 49 Ne tu in me mutaſſis nomen, ſi hoc concreduo. *Et* Caſ. 2, 8, 43 Ei ego amorem omnem meum concredui. Concredere mari nauigia, *vid.* CONCEDO. Concredere aliquid taciturnitati alterius Plaut. Trin. 1, 2, 102. Ventis aliquid concredere Catul. 62, 213. Nugas alicui ſuas concredere Hor. Serm. 2, 6, 43. Concredere vites teneriores calido ſolo Columel. 3, 1. Concredere aliquem in cuſtodiam alterius Plaut. Merc. 2, 1, 9. Cic. pro Quint. 62 c. 20 Cui tu et rem et famam tuam commendare proficiſcens et concredere ſolebas.

CONCREDITVS, a, um. Part. Fortunae cui commendatur et concreditae Cic. pro S. Roſ. c. 39. *Add.* Plaut. Poen. 4, 2, 104 Hoc nocte conſulendum, quod modo concreditum eſt.

CONCRĔMO, āre. [συγκαίω] *Cremare totum* Plin. 12, 18 Periti rerum aſſeuerant, non ferre tantum Arabiam annuo foetu, quantum Nero princeps nouiſſimo pompae ſuae die concremauit. Concremare igni Liu. 6, 33. *Conf.* Id. 3, 53 *extr.* Funebres Rogos vna face Sen. Hippol. 1216. Vrbs concremetur Idem Phoeniſſ. 346.

CONCREMATVS, a, um. Part. Vrbes Sen. Ep. 9.

CONCREMATIO, ōnis. f. Fulgent. Myth. 1.

CONCREO, āre. Quod ex niue cryſtallus concreatur Gell. 19, 5 *in lemmate, ſi ſit modo Gellii. Nam in ipſo illo capite* concreſcere *et* concretus *dixit.* Vulg. Int. Sirac. 1, 16 Timor domini cum fidelibus in vulua concreatus eſt.

CONCRĔPO, crepui, crepĭtum, āre. [ἐπικτυπέω] Con *auget, teſte Donato, etiam hic verbi* Crepo *ſignificationem.* Ter. Hec. 4, 1, 6 Sed oſtium concrepuit. Arma concrepant, *per tranſlationem* Liu. 6, . . Cymbala Thebano concrepuere deo Propert. 3, 18, 6 *i. Baccho.* Cic. pro Cael. 65 c. 27 Mimi eſt exitus — fugit aliquis e manibus; deinde ſcabilla concrepant, aulaeum tollitur. Idem de Lege Agr. 2, 81 Qui ſimul ac Decemuiri concrepuerint, armati in ciues, et expediti ad caedem eſſe poſſint, *i. ſignum dederint leuiſſimum.* Concrepuit digitis Plaut. Milit. 2, 2, 51. *de meditabundo.* Cic. Off. 3, 71 c. 19 Itaque ſi vir bonus habeat hanc vim, vt ſi digitis concrepuerit, poſſit in locupletum teſtamenta irrepere: hac vi non vtatur *Aliquot poſt verbis velut ſe explicans, ait,* At ſi dares hanc vim M Craſſo, vt digitorum percuſſione heres poſſet ſcriptus eſſe, qui re vera non eſſet heres. Concrepare digitos *dixit* Petron. 27. Liu. 28, 29 Exercitus, qui corona concionem circumdederat, gladiis ad ſcuta concrepuit. Manus aeriferae *bacchantium* concrepuere Ouid. Faſt. 3, 740. *Actiue* Idem Faſt. 5, 441 Rurſus aquam tangit, Temeſaeaque concrepat aera.

CONCREPATIO, ōnis. f. Arnob. adu. gent. 2 p. 73.

CONCREPARIVS, a, um. Adi. Plaut. Bacch. ſuppoſ. prol. v. 3 Ore concrepario frequenter fremunt.

CONCREPITO, āre. Prudent. Periſt. 11, 56.

CONCRESCO, crēui, crētum, ĕre. [ἐπισυνδίδωμι, πήγνυμαι, συμπήγνυμαι] *Simul creſcere, it. creſcendo coniungi et conglutinari, ita tamen, vt creſcendi notione omiſſa ſolius ſaepe coniunctionis ratio habeatur. Vt* Cic. de Nat. Deor. 2, 26 c. 10 Quae neque conglaciaret frigoribus, neque niue, pruinaque concreſceret. Liu. 21, 36 Vt pleraque velut pedica capta inhaererent, indurata et alta concreta glacie, *de iumentis.* Cic. de Vniuerſ. c. 14 Has ipſas eſſe omnium cauſas, quae vim habeant refrigerandi, calefaciendi, concreſcendi, liquendi. *Sed editur* Concretionis et liquoris. Cinis in foco concreſcit Plin. 18 c. vlt. Concreſcunt ſubitae currenti in flumine cruſtae Virg. Georg. 3, 360. *i.* Aquae congelaſcunt fluentes, Seruius. *De frigida Scythiae regione.* Idem Georg. 1, 392 Teſta quum ardente viderent Scintillare oleum, et putres concreſcere fungos. Nam (vt dicit Plinius) quum aër humidus eſſe coeperit, fauilla quae cum fumo ſolet egredi, prohibita aëris craſſitate in lucernis reſidet, et quaſdam velut fungorum imitatur imagines. Seruius. Ouid. Met. 9, 220 Vtque ferunt imbres gelidis concreſcere ventis, Inde niues fieri, *i. in vnum cogi, et denſari.* Mare concreſcit glacie Ouid. Triſt. 3, 12, 29. Nubes concreſcunt in alto Lucret. 4, 137. Virg. Ecl. 6, 35 Vt his exordia primis Omnia, et ipſe tener mundi concreuerit orbis, i. Collectus et informatus ſit, Seruius. Claud. ſext. Conſ. Hon. 77 Hic tibi concreta radice tenacius haeſit. *Metaph. de puero Romam traducto.* Illud funeſtum animal ex nefariis ſtupris, ex ciuili cruore, ex omnium ſcelerum importunitate et flagitiorum impunitate concretum Cic. in Piſon. 21. Virg. Aen. 12, 905 Genua labant, gelidus concreuit frigore ſanguis: *de Turno, i. Coagulatus eſt et congelatus: Hyperbole* Terra concreſcit frigore Lucret. 6, 845. Concreſſe, *pro* Concreuiſſe Ouid. Met. 6, 416.

CONCRĒTVS, a, um. Partic. [συμπεπηγὼς, συμπεπηγμένος] Cic. Tuſc. 1, 42 Craſſus hic et concretus aër. Aër concretus in nubem cogitur Cic. de Nat. Deor. 2, 102. Idem 2, 42 Etenim licet videre acutiora ingenia, et ad intelligendum aptiora eorum, qui terras incolant eas, in quibus aër ſit purus ac tenuis, quam illorum, qui vtantur craſſo caelo atque concreto. *Sic* Caelum pingue et concretum Cic. de Diuin. 1, 130. Corpora terrena concretaque Idem Tuſc. 1, 47. Corpus concretum ex elementis Id. de Nat. Deor. 3, 30. Ouid. ex Ponto 2, 11, 10 Grande voco meritum lacrimas, quibus ora rigabas, Cum mea concreto ſicca dolore forent. Dolor concretus, *quo ita obſtupeſcimus, vt nec gemitum edere, nec lacrimas emittere queamus, tanquam horrore nimio congelatas et concretas.* Cic. de Diuin. 1, 18 Quum claram ſpeciem concreto lumine Luna Abdidit, *etc. i. contracto. Sic* Propert. 4, 9, 15 Minus et ipſe ſuos breuiter concretus in artus, Iactabat truncas ad caua buxa manus. Vis ex terrena mortalique natura et caduca concreta Cic. Tuſc. 1, 61. Virg. Aen. 6, 738. *de contagio animorum a corporibus*, Multa diu concreta modis inoleſcere miris. Plin. 17, 21 Quum concreti ademere tranſitum, *de fluuiis congelatis.* Gell. 12, 1 *Nihil intereſſe putat*, cuius in corpore, cuiusque ex ſanguine concretus homo et coalitus ſit? Martial. 4, 3 Concretas pigro frigore ridet Aquas. Barba concreta ſanguine Ouid. Met. 14, 201. Crines ſanguine concreti Virg. Aen. 2, 277. Frigora Idem Georg. 2, 376. *vt* pallida mors, *quae faciunt concreſcere.* Labes concreta, Affixa et inhaerens Id. Aen. 8, 746 Seruius. Lac concretum cum ſanguine equino Virg. Georg. 3, 463. Tac. Germ. 23, 2 *pro Caſeo ponitur.* Nix Lucret. 3, 20. Sanguis Plin. 30, 13. Semen concretius Lucret. 4, 1237. Squalore diutino concreta facies Quinctil. Declam. 8, 8 p. 173. Burm. Zonae glacie concretae Virg. Georg. 1, 236. *de Septentrionali et Brumali parallelis.* Concretum et Reſolutum, *contraria* Claud. de Cryſtallo 7, 8. Cic. de Nat. Deor. 1, 75 c. 27 Quae nil concreti habeat, nil ſolidi, nil expreſſi. Idem Tuſc. 1, 60 c. 25 Terrane tibi, aut hoc nebuloſo et caliginoſo caelo aut ſata aut concreta videtur tanta vis memoriae. Concretum et corporeum Cic. de Vniuerſ. 23. Orta, generata, concreta Idem Tuſc. 5, 69. Nihil eſt animis admiſtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex Cic. Tuſc. 1, 71 c. 27 pr. Sentoſarum purgans concreta viarum Paullin. Carm. 6, 310. *i. vias ſentibus impeditas.*

CONCRETVS, ûs. m. [σύμπηξις] *Idem quod Concretio.* Plin. 12, 16 In plenum autem probatio eſt minutis glebis, nec rotundis, in concretu albicantis ſucci.

CONCRETIO, ōnis. f. [σύμπηξις] *Coniunctio, coalitus.* Cic. de Nat. Deor. 1, 71 c. 25 Idem facit in natura deorum, dum indiuiduorum corporum concretionem fugit. Cic. Tuſc. 1, 66 c. 27 Mens ſegregata ab omni concretione mortali. *Conf.* Lactant. 1, 5. Firmic. 1, 3 Quidquid vitii ex praua concretione corpus habuerat. Concretio ſororum ſubſtantiarum Tertull. de Anima c. 52.

CONCREMENTVM, i. n. Apul. Apol. p. 306, 6 In corpore concrementa varii fellis et turbidi ſpiritus, et pinguis humoris, noviſſima aegritudinum incitamenta ſunt. *Eſt ſimile nomen* Incremento, Decremento.

CONCRESCENTIA, ae. f. Vitruu. 8, 3 Diſſipant, quae ex aquarum ſubſidentia in corporibus et concreſcentia offenderunt.

CONCRETĪVVS, a, um. Adi. Firmic.

CONCRIMĬNOR, āri. [διαβάλλω] *Criminari valde, conquiſitis velut criminibus.* Plaut. Mil. 2, 2, 87 Vt ſi illic concriminatus ſiet aduerſus militem meus conſeruus.

CONCRIMINATIO, ōnis. f. Vox ICt. in Dig. *eſſe dicitur.*

CONCRISPO, āre. Vitruu. 8, 1 Humores ſe concriſpantes, et in aëra ſurgentes, *i. vndarum inſtar flexi atque criſpis crinibus ſimiles vapores.* Capillamento concriſpati cincinni Vitruu. 4, 1. *Sed* Ammian. 16, 29 Tela concriſpans *eſt celeriter vibrans.*

CONCRVCIOR, āri. [τιμωρέομαι] *Vndique, vehementer,* Cruciari Lucret. 3, 149

Et quaſi quum caput, aut oculus tentante dolore
Laeditur in nobis: non omni concruciamur
Corpore, *i. non omnibus ſimul affligimur membris.*

CONCRVCIABILIS, e. Hygini *eſſe dicitur.*

CONCRVCIARIVS, a, um. Firmico *tribuitur.*

CONCRVCIFIGO, ĕre. Sidon. Epiſt. 6, 1.

CONCRVSTO, āre. Ammian. 17, 7 Soliditates concruſtatae. *Et* Meatus gelidis frigoribus concruſtati Idem 30, 6.

CONCV̆BO, āre. *et* CONCVMBO, cubui, cubĭtum, cumbĕre. [συνευνάω] *Simul cubare, Coire.* Ter. Hec. 3, 3, 33 Nam aiunt tecum poſt duobus concubuiſſe eam menſibus. Cic. de Fato 30 c. 13 Quia ita fatum ſit et concubiturum cum vxore Laium. *Add.* Sen. Contr. 4, 21. Ouid. de Arte Am. 3, 522 Credere vix poſſum, niſi cogat credere partus, Vos ego cum veſtris concubuiſſe viris. Tibull. 1, 8, 35 At Venus inuenit puero concumbere furtim: *Al.* Succumbere. Viro Ouid. Met. 10, 338.

CONCVBITIO, ōnis. f. Hygin. Aſtron. 2, 12. *i. concubitus.*

CONCVBĬTOR, ōris. m. [συγκοιμητὴς Vet. Gloſſ.] Tertull. de Pudic. Saluian. l. 7 p. 251. Vulg. 1 Corinth. 6, 10.

CONCVBĬTVS, ûs. m. [συνουσία, μῖξις] *Coitus.* Plin. 10, 63 Caeteris animalibus ſtati per tempora anni concubitus, homini omnibus horis dierum noctiumque. Nefandi concubitus Sen. Agam. 30. Noui, *Horrendi et inuſitati* Idem Hippol. 170. Vagus concubitus, *i. meretricius* Hor. in Arte Poët. 398. Vetitus Ouid. Met. 10, 353. Concubitus neque nimis concupiſcendus, neque nimis pertimeſcendus Celſ. 1, 1. Fugere concubitus Ouid. Met. 14, 668. Virg. Georg. 4, 198 Quod nec concubitu indulgent, nec corpora ſegnes In Venerem ſoluunt. *de apibus.* Pati concubitus Ouid. de Arte Am. 3, 666. Petere Ouid. Met. 4, 207. Pollutus tragico concubitu Iuuen. Sat. 2, 30. Turpes pecudum concubitus ſequi Virg. Ecl. 6, 50. Voluptas ſolicitat concubitus Virg. Georg. 3, 130. ¶ 2 *Apud* Tertull. Scorpiace pr. Concubitus *non videtur pertinere ad Venerem, ſed ſimpliciter notare commorationem in corpore medicamenti.* Medicina, *inquit*, cum ferro et poculo occurrit *ſcorpiorum noxae.* Nam et praebibunt quidam, *(ſumunt antidoton)* feſtinando tutelam; ſed concubitus exhaurit et denuo ſitiunt, *i. commoratio in corpore vim illam diſſipat, vt denuo bibenda ſit antidotos. Ita* de Reſurr. carnis 16 Gladium latrociniis ebrium quis non a domo tota, nedum a cubiculo, nedum a capitis ſui officio *(vt ad ceruical ſuſpendat)* relegarit, praeſumens ſcilicet, nihil aliud ſe quam illudia animarum ſomniaturum, vrgentium et inquietantium ſanguinis ſui concubinum, *i. ſimpliciter eum qui gladio, quo interfectae ſunt, accubet.*

CONCVBĪNVS, i. m. [παιδικὰ] *Puer ad libidinem vſurpari ſolitus.* Quinctil. 1, 2, 8 Noſtras amicas, noſtros concubinos vident. Catull. 59, 130

Neu nuces pueris neget
Deſertum domini audiens
Concubinus amorem.

*Recurrit ibi ſaepius. Conf.* Seru. *ad* Virg. Ecl. 8, 30. Ganymedes, qui Iouis concubinus fuit Feſt. in Catamitus. Concubinus procax Plin. 8, 45. *Sed tamen dicuntur etiam* Pellicum ſuarum concubini Curt. 10, 2, 27. *Add.* Tac. Ann. 13, 21, 5. *Vid.* CONCVBITVS n. 2.

CONCVBĪNA, ae. f. [ὁμευνέτις] *Dicebatur ea, quam quis non mariti animo, ſed concubitus tantum cauſa, ſine ſtupri tamen crimine, flagitioue domi habebat, arg.* l. 4 D. de adult. *it.* Tit. D. de Concubinis, *et* l. 144 de Verb. Signif. Cic. de Orat. 1, 183 c. 40. *talem ponit ſpeciem.* Quid, quod vſu, memoria patrum, venit, vt paterfamilias, qui ex Hiſpania Romam veniſſet, cum vxorem praegnantem in prouincia reliquiſſet, Romaeque alteram duxiſſet, neque nuncium priori remiſiſſet, mortuusque eſſet inteſtato, et ex vtraque filius natus eſſet — *quaeſitum* de puero, qui ex poſteriore natus erat, et de eius matre; quae, ſi iudicaretur, certis quibusdam verbis, non novis nuptiis, fieri cum ſuperiore diuortium, in concubinae locum duceretur, *i. pellicis. Sic accipitur, nempe pro pellice apud* Spartian. in Aelio Vero c. 5. *Sed apud* Meſſalam Coru. de Auguſti progenie *ſimpliciter legitimae coniugi opponitur*, vt Heſiona ſoror, quae a Telamone turpi ſeruitio concubina tori tenebatur, in matrimonium duceretur, vel ſaltim reſtitueretur.

CONCVBINVLA, ae. f. Cathol.

CONCVBINĀTVS, ûs. m. [συνεστιασμὸς] Plaut. Poen. prol. 102 Illam minorem in concubinatum ſibi vult emere miles quidam. In concubinatum dare ſororem Plaut. Trin. 2, 2, 64. *Vid.* Suet. Neron. c. 28. *it.* Calig. c. 24.

CONCVBATVS, ûs. m. *Concubinatus.* L. 3 ff. de Concubin. *Sed Haloander* Concubinatum *et hic repoſuit.*

CONCVBINALIS, e. Adi. Sidon. Epiſt. 9, 6 *extr.*

CONCVBIVM, i. n. [μεσονύκτιον] *Sic tempus dixerunt veteres, quo omnes fere cubarent. Alii* Intempeſtam noctem vocant: *alii* Silentium. Plaut. Trinum. 4, 2, 44 Si ante lucem ire occipias a meo primo nomine, concubium ſit noctis, prius quam ad poſtremum perueneris. ¶ 2 Gellius *pro* Concubitu *poſuit* 9, 10 Venerandum illud concubii pudici ſecretum. *Eſt autem proprie Adiectiuum nomen,*

CONCVBIVS, a, um. Adi. Tacit. Ann. 1, 39. *it.* Liu. 25, 9 *et ſaepius apud* Valerium Max. *Noctem profundam ſignificat.* Plin. 29, 6 Alii excoquunt ipſum, et nocte concubia in plumbeum vas condunt. Cic. de Diuin. 1, 57 c. 27 Qui vt coenati quieſcerent, concubia nocte viſum eſſe in ſomniis ei, qui erat in hoſpitio, *etc.*

CONCVBITĀLIS, e. Adi. *Ad concubitum pertinens.* Tertull. ad Nation. 2, 11. Conſeuius Deus, qui conſationibus concubitalibus praeſit.

CONCVDO, ĕre. Firmic.

CONCVLCO, āre. [συμπατέω] *Idem quod* Calcare, *niſi quod* CON *auget.* Cic. Att. 8, 11 Conculcari, inquam, miſeram Italiam videbis proxima aeſtate ab vtriusque mancipiis ex omni genere collectis, *i. vaſtari, deſtrui.* Pedibus conculcare aliquem Ouid. Met. 12, 374. *Metaph.* A pediſequis conculcari Cic. pro Domo c. 42. Proterere et conculcare aliquem Idem pro Flacc. 53.

CONCVLCATVS, a, um. Part. Vulgata Eſai. 18, 2. *et* Luc. 8, 5.

CONCVLCATIO, ōnis. f. [πάτησις] Plin. 8, 18 Obturbata conculcatione prius aqua, aliter potu non gaudent.

CONCVLCĀTVS, ûs. m. *Idem.* Tertull. de Reſurr. c. 22.

CONCVLPO, āre. ICt. in Dig.

CONCVMV̆LO, āre. a Cumulus. *Vnde*

CONCVMVLATVS. Partic. Tertull. de Vel. Virg. c. 7.

CONCVMVLATIO, ōnis. f. Firmicus.

CONCVMBO, *vid.* CONCVBO.

CONCVPIO *fuiſſe verbum veteribus non incognitum, docet non modo verbum ſimplex, et Praeteritum* Concupiui *etc. ſed etiam*

CONCVPIENS, ntis. Partic. Ennius *ap.* Cic. de Diuin. 1, 107 c. 48 Itaque Romulus augur, vt apud Ennium eſt, cum fratre item augure, Curantes magna cum cura, concupientes Regni, dant operam ſimul auſpicio. *Sed obſoleuit hoc cum Verbo ſuo praeſentis temporis Participium, et in locum illius venit.*

CONCVPISCO, cupiui, cupĭtum, cupiſcere. [ἐπιθυμέω] *Valde cupere.* Cic. de Fin. 4, 7 Vt ſi quis obmuteſcere concupierit, nihil aliud legere debeat. Plin. Epiſt. 3, 2 Quamuis enim iſta non appetat: tam grate tamen excipit, quam ſi concupiſcat. Mortem concupiſcere Cic. de Diuin. 1, 51 c. 24. Vt quisquam domum aut villam concupiuerat Sall. Cat. 51. Quid concupiſcas, tu videris: quod concupiueris, certe habebis Cic. Philipp. 5, 33. Res magnas et magnopere expetendas concupiuerunt Idem in Orat. 4. Non pecuniam, non opes violentas, ſed caritatem ciuium et gloriam concupiſſe Idem Philipp. 1, 29 c. 12. Nihil tam efficere concupiſcebat, quam quod poſſe effici negaretur Suet. in Calig. c. 37. In matrimonium ducere illam concupiuit Cic. pro Cluent. 26. Hor. Epod. 3, 19 At ſi quid vnquam tale concupiueris Iocoſe Maecenas, *etc.* Cic. pro Quint. 69 Sicut tu ſemper ſumme concupiſti. *Paſſ.* Plin. 11, 6 Id ſe facturas conſciae, quod concupiſci poſſit.

CONCVPISCENDVS, a, um. Partic. Celſ. 1, 1. Cic. Fam. 15, 6 Honos non nimis concupiſcendus.

CONCVPĬTVS. Partic. *Vt*, Pecunia concupita Cic. Tuſc. 4, 24 c. 11. Idem Tuſc. 4, 13 c. 6 Laetitia, vt adepta iam aliquid Concupitum, efferatur, et geſtiat.

CONCVPĪTOR, ōris. m. Firmic. 8, 22 *in fine*, Viceſima nona pars Cancri, ſi in horoſcopo fuerit inuenta, homines faciet illiberales, et fures, et rerum alienarum concupitores.

CONCVPISCENTIA, ae. f. [ἐπιθυμία] *Eſt bonarum aeque ac malarum rerum appetitio.* Tertull. de Anima, Concupiſcentia oculis arbitris vtitur. *Paullo poſt*, Proprie naturalis concupiſcentia vnica eſt alimentorum ſolummodo, quam Deus in primordio contulit *Add.* Id. de Reſurr. Carn. c. 45. *Legunt etiam apud* Curt. 8, 6, 18. *nonnulla exemplaria: ſed lectio vix recepta eruditis.*

CONCVPISCENTĪVVS. Adi. Tertul. de anima c. 16.

CONCVPISCIBILIS, e. Adi. Hieron. Quaeſt. Ebr. in Paralip. 1, 1. *et* Ambroſ. Epiſt. 11 ad Iren.

CONCVRO, āre. [ἐπιμέλομαι] *Simul curare.* Plaut. Bacchid. 1, 2, 23 Pro dignitate opſonii haec concuret coquus.

CONCVRĀTOR, ōris. m. [συνεπιμελητής] *Qui ſimul cum alio curam adminiſtrat.* l. 19 D. de adminiſt. tut. l. 3 §. quaeri poteſt. D. de ſuſp. tut. *Eadem ratione vt* Contutor, Conreus, et Confideiuſſor *dicuntur.*

CONCVRRO, concurri, concurſum, ĕre. [συντρέχω] *Simul currere, confluere.* Cic. Verr. 2, 50 Tantus in curia clamor factus eſt, vt populus concurreret. Vndique concurrere Lucan. 3, 331. Tota Italia concurret Cic. Q. Frat. 1, 2 *fin.* Ter. Eun. 2, 2, 25 Concurrunt laeti mî obuiam cupedinarii. Concurreret domum tuam tota ciuitas Cic. Verr. 1, 80. Idem pro Quint. 53 c. 16 Aut ad eorum aliquem, qui conſuluntur, concurriſſes? *Credimus Graeuio, ſic eſſe in libris optimis non* cucurriſſes: *et putamus, ita poſitum a Cicerone, vt indicaret domum ICti a multis frequentatam. Sed quod addit, vnum hominem dici* concurrere, *qui modo hunc modo illum adit et compellat, ſiue ambiendi, ſiue conſulendi, ſiue alius negotii cauſa; illud neque de hoc verbo, neque de altero* Concurſare *probatum dediſſe nobis videtur.* Ad aliquem merito concurritur Quinctil. 1, 2, 16. *de applauſu doctoris.* Concurrere ad arma Caeſ. Bell. Gall. 5, 38. Ad auxilium Lucr. 3, 663. ¶ 2 Concurrere *dicuntur milites, quum irruunt in hoſtem.* Cic. Fam. 10, 30 Antonius in aciem ſuas copias de vico produxit, et ſine mora concurrit. Liu. 26, 39 Raro tantis animis iuſtae concurrerunt claſſes. *Sic in tumultu quouis clamatum videtur* Concurrite! Val. Max. 4, 1, 12 Concurrite, concurrite, ciues! Moenia vrbis noſtrae euerſa ſunt. *Vox Metelli interfecto Scipione Africano, inimico ſuo.* Cic. Tuſc. 1, 55 c. 23 Licet concurrant omnes plebeii philoſophi, non modo nihil vnquam tam eleganter explicabunt, ſed ne hoc ipſum quidem, quam ſubtiliter concluſum ſit, intelligent. Virg. Aen. 1, 497 Audetque viris concurrere virgo. Concurrere animis quantis confligere par eſt Sil. 16, 540. Frontibus aduerſis concurrere Lucret. 6, 116. *de nubibus.* Forti concurrere campo, *Fortiter in campo pugnare* Propert. 4, 11, 35. Bello concurrere alicui Virg. Aen. 10, 8. *i.* Contra aliquem bella ſuſcipere, Seruius. Martial. 9, 72 Quum gener atque ſocer diris concurreret armis, *etc.* Ferro Stat. Theb. 6, 908. Furtis Valer. Argon. 2, 661. *de praelio et ſtratagematis.* Hoſti Ouid. Met. 12, 596. Monſtris, *i. inire certamen cum monſtris* Valer. Argon. 3, 512. Imparibus fatis Virg. Aen. 12, 149. Signis aduerſis Tibul. 4, 1, 99. Telis paribus inter ſeſe concurrere Virg. Georg. 1, 489. Praelia concurrunt Lucan. 1, 40. Salluſt. Catil. 60 Maximo clamore cum infeſtis ſignis concurrunt. Cum aliquo acie Vell. 2, 70. Cum dolore Sen. Conſ. ad Helu. c. 2. Nudas concurrere armatis Ouid. de Arte Am. 3, 5. Sudibus inter ſe in modum iuſtae pugnae concurrerunt Liu. l. 26 *ſub fin.* In ſua funera concurrere, *Cum fortiſſimis et crudeliſſimis hoſtibus congredi* Valer. Flac. Argon. 6, 242. Sidera concurrunt ſideribus Lucan. 1, 75. Venti concurrunt in meſſem Plin. 18, 35. Virg. Georg. 1, 318.

Omnia ventorum concurrere praelia vidi,
Quae grauidam late ſegetem ab radicibus imis
Sublime expulſam eruerent.

*Hinc Symplegades illae ſ.* Cyaneae inſulae ponto concurrere *dicuntur* Valer. Argon. 1, 59. Credas montes concurrere montibus altos Virg. Aen. 8, 692. Orbis Europae atque Aſiae concurrit Idem Aen. 7, 224. Cic. Fin. 5, 28 c. 10 Etſi quî poteſt intelligi aut cogitari, eſſe aliquod animal quod ſe oderit? Res enim concurrent contrariae. *Scholaſtici dicunt, eſſe contradictionem in adiecto.* ¶ 3 Labra *item* Os concurrere *dicitur, cum dubitatione, pudore, aut alio mentis aeſtu turbatus ſanguis mouet praeter voluntatem muſculos oris in primis et labiorum, tum et vultus reliqui.* Sen. de Ira 3, 15 *de Harpago poſt coenam miſeram interrogato*, quomodo exceptus eſſet? Non defuerunt miſero verba, non os concurrit. Apud regem, inquit, omnis coena iucunda eſt. Id. de Benef. 2, 1 Quum homini probo ad rogandum os concurrat, et ſuffundatur rubor. *Et* Epiſt. 11 Labra concurrunt, lingua titubat, dentes colliduntur. Quinctil. 11, 3, 121 Cum ore concurrente rixari *(reprimere ſtudere illa aeſtus ſigna)* ſi memoria fefellerit, aut cogitatio non ſuffragetur. *Hic apud eundem* Fabium 10, 7, 8 *legendum putamus*, Sed os ipſum coit atque concurrit, *vel*, ſed ipſum os quoque concurrit. *Vid.* CONCVRSVS oris, *it.* CONCVRSANS. ¶ 4 *Sed* concurrere *etiam dicuntur, quae non pugnant, ſed conueniunt, congruuntque, et conſpirant.* Ter. Heaut. 2, 2, 3 Concurrunt multae opiniones, quae mihi animum exaugeant. Cic. Att. 16, 3 Nomina non concurrunt, *i. dies nominum, quae mihi obligata ſunt, non conueniunt cum diebus eorum, quae ego feci: non eo tempore ſoluetur mihi pecunia, quo ſoluere ego debeo.* Cic. de Diuin. 2, 141 An tu cenſes, vllam anum tam deliram futuram fuiſſe, vt ſomniis crederet, niſi iſta caſu non nunquam forte temere concurrerent. Prop. 3, 7, 17 Eſt quibus Eleae concurrit palma quadrigae, *i. contingit, quaſi comitata illos et vna currens.* Cic. in Orat. 154 *Cum nobis* non dicitur, ſed *nobiſcum:* quia ſi ita diceretur, obſcenius concurrerent literae. *Sane quum profers* cum nobis, *auditur hic Ablatiuus* cunno, *velut a Nominatiuo* cunnus, *quam vocem conſtat obſcenam eſſe. Sic* Verba extrema cum conſequentibus primis ita iungere, vt neue aſpere concurrant, neue vaſtius diducantur Cic. de Orat. 3, 170. Idem Att. 1, 20 Et raptim in eam ſententiam pedarii concurrerunt. *Grut.* Cucurrerunt. *ICtorum praeſertim quaedam formulae notabiles:* Vlpianus in l. Quid ergo ſi maiorem D. de leg. 1 Quid ergo ſi maiorem quantitatem a ſubſtituto reliquit? quod excedit, hoc erit quod a ſubſtituto relictum eſt: quod vero concurrit cum ſumma ſuperioribus tabulis inſcripta, inde debebitur. Idem l. 1 D. de vſuf. adcreſ. Quum itaque primus non inueniet alterum eum, qui ſibi concurrat, ſolus vtetur in totum: nec refert coniunctim an ſeparatim relinquatur. Qui ſibi concurrat, *i. vna ſecum vtatur fruatur.* Papinian. in l. Filio qui D. de inofficioſo teſtamento, Filia quae non egit, aut quae egit, aut non obtinuit, in Hereditate legitima fratri non concurrit, *i. non venit in partem hereditatis.* Vlpian. in l. Idemque §. Si tibi D. Qui potiores in Pignore habeantur, Si tibi quae habiturus ſum obligauerim, et Titio ſpecialiter fundum, ſi in dominium meum peruenerit, mox dominium eius acquiſiero: putat Marcellus concurrere vtrumque creditorem in pignore. Idem ibid. Si duorum pupillorum nummis res fuerit comparata: ambo in Pignus concurrent pro his portionibus, quae in rei pretium fuerint expenſae. *Sic* per plures emtores mancipium concurrerit Paullus in l. Si quis D. de contrah. emt. *Sed etiam Medicorum eſt:* Celſ. 2, 12 Si in ſtomachum quaedam bilioſa Concurrunt. Idem 3, 10 At ſi in praecordiis inflammatio et dolor eſt, primo ſuperimponenda ſunt cataplaſmata reprimentia, ne, ſi calidiora fuerint, plus eo materiae Concurrat. Celſ. 7, 2 Et vt alias ſcripſi, vel auertenda, concurrens eo materia, vel digerenda, *etc.* ¶ 5 Concurritur, *imperſ. vt*, Concurritur vndique ad commune incendium reſtinguendum Cic. Philipp. 10, 21 c. 10. Concurritur ad aliquem merito *iam dictum e* Quinctil. 1, 2, 16. Concurritur, *pro Committitur praelium* Hor. Serm. 1, 1, 7 Militia eſt potior. quid enim? concurritur, horae Momento aut cita mors venit, aut victoria laeta. In Capitolium concurſum eſt Suet. Cal. c. 6. In armis Liu. 26, 51. *Sed melius editur*, decurſum eſt.

CONCVRRENS, entis. Partic. [συντρέχων] *Vt*, Concurrentes cautes Ouid. Amor. 2, 11, 3. *Symplegades illae ſ. Cyaneae.* Concurrens quantitas In l. Cum alter. D. De compenſat.

CONCVRSVS, ûs. m. [συνδρομή] *Verbi ſignificationem ſequitur.* Cic. ad Brut. 3 Concurſus eſt ad me factus. *Antiochus* mihi videtur non potuiſſe ſuſtinere concurſum omnium philoſophorum, *i. communem in ſe impetum* Idem Acad. 4, 70 c. 22. Ingens concurſus Virg. Aen. 9, 454. Ex agris concurſus fiunt Cic. Att. 5, 16. Artium quinque maximarum concurſus, *i. coniunctio* Idem de Clar. Orat. 25. Calamitatum concurſu labefactata cogitatio Id. Fam. 5, 13. Gratantum concurſus Tacit. Ann. 6, 50. Cic. pro Domo 142 Italiae magnificentiſſimus ille motus municipiorumque concurſus. Idem Fam. 7, 34 Quamquam venis, vt ipſe intelligis, in maximarum quaſi concurſum occupationum. Oris Concurſus *quis ſit oſtenſum modo in* CONCVRRO. Quinctil. 11, 3, 56 Concurſus oris et cum verbis ſuis colluctatio. Studiorum honeſtiſſimorum Cic. de Fin. 2, 110. Verborum aſperi, diſiuncti et biantes concurſus Idem in Partit. 21. Verborum aſper et hiulcus concurſus Id. de Orat. 3, 169. *Huic opponitur* Coagmentatus et laeuis. *Sic* Ne extremorum verborum cum inſequentibus primis concurſus, aut hiulcas voces efficiat, aut aſperas Cic. in Orat. 150. Subiti concurſus Ouid. Met. 14, 544. Cic. Verr. 4, 52 Quem concurſum in oppido factum putatis? Clamor, concurſusque maxima cum laude alicuius fiunt Idem Att. 1, 13. ¶ 2 Concurſus, *de conflictu bellico.* Acerrimo concurſu pugnare Nep. 18, 4, 1. Barbarorum vno concurſu maximam vim proſtrauit Id. 5, 2, 3. Conflictio et concurſus Cic. Partit. 104. ¶ 3 *Apud ICtos ad communionem quandam et participationem refertur.* Vlpian. l. 1 D. de vſuf. adcreſ. Iulian. Si duobus heredibus inſtitutis, deducto vſufructu proprietas legatur, ius adcreſcendi heredes non habere. nam videri vſumfructum conſtitutum, non per concurſum diuiſum. Concurſu partes fieri *Iuriſconſultis dicuntur in legatis, quum teſtator duobus pluribusue legatariis rem eandem ita legauit, vt iis non diſtincte ac ſeparatim partes certas attribueret, ſed potius rem ſolidam relinquere videretur.* l. coniunctim D. de legat. 3. Verum quum vtrinque vterque ad rei, puta fundi, alicuius poſſeſſionem acquirendam accedit, vbi ad medium peruenerunt et concurrerunt, quo in loco obuii inter ſe facti ſunt, ibi partis quiſque ſuae fines conſtituunt. *Hi* legatarii re coniuncti *dicuntur* l. triplici D. de verb. ſignif. *Hotomanus.*

CONCVRSIO, ōnis. f. [συνδρομή] *Idem.* Cic. de Fin. 1, 17 c. 6 *de atomis, Eas* ita ferri, vt concurſionibus inter ſe cohaereſcant. Fortuitarum rerum concurſio Idem in Topic. 76 c. 19. Fortuita concurſio corpuſculorum Id. Acad. 1, 6. Vocum crebra concurſio Cic. in Orat. 151. *i. Vocalium concurſus, qui biantem reddit orationem* Crebrae vocalium concurſiones A. ad Her. 4 c. 12. In eadem verba impetus et concurſio, et adiunctio, et progreſſio Cic. de Orat. 3, 104.

CONCVRSO, āre. Frequent. *Vt*, Concurſare villas, prouinciam Cic. Verr. 7, 79. Huc illuc caſu et temere concurſare Idem de Nat. Deor. 2, 115. *de atomis.* Concurſare nunc hinc, nunc illinc Lucret. 2, 214. Concurſare circum tabernas Cic. in Catil. 4, 17 c. 8. Omnes omnium domos concurſare Idem pro Muraen. 44 c. 21. Et Fam. 7, 1 Vt noſtras villas obire, et mecum ſimul lecticula concurſare poſſis. Lectos mortalium, et grabatos, deos concurſare vtrum probabilius Cic. de Diuin. 2, 129 c. 63. *Malint quidam* circumcurſare. *Sed ſimilis eſt locus, quem modo laudauimus pro Muraen. Sic* Verr. 5, 29 c. 12 Cum vero aeſtas ſumma eſſe iam coeperat, quod tempus omnes ſemper praetores in itineribus conſumere conſueuerunt, quod tum putant obeundam maxime eſſe prouinciam — tum, inquam cum concurſant caeteri Praetores, *nempe nunc his nunc aliis hominibus, loci ſe repraeſentant. Et* 80 c. 51 Aeſtate ſumma, quo tempore caeteri praetores obire prouinciam, et concurſare conſueuerunt: *quod proinde non temere mutandum eſt in* circumcurſare, *aut vtroque loco mutandum eſt. Add.* CONCVRSATIO. Concurſare vltro citroque Hirt. Bell. Afr. 82. Lucret. 3, 396 Concurſare, coire, et diſſultare viciſſim. *Sic* 2, 215 Abrupti nubibus ignes Concurſant: *vbi etiam* conculſant *quidam veteres.*

CONCVRSANS, ntis. Partic. Sen. de Benef. 7, 14 Hic benigniſſimus, qui cum te viderit concurſantem et ſolicitum et anxium, dicat, Mitte hanc de pectore curam. Plin. 37, 9 ſ. 51 Habere intus concurſantem ſtellam, de ceraunia gemma, *i. micantem, vibrantem velut radios. Compara quae in* CONCVRRO n. 3 *de* labris et ore concurrentibus *dicta ſunt, quem motum celerem muſculorum Germanica lingua cum fulgure comparat.*

CONCVRSĀTOR, ōris. m. *Veles, leuis miles, laceſſere praelium quam ſuſtinere aptior.* Liu. 31, 35 Ita nec eques regius equiti par erat, inſuetus ad ſtabilem pugnam, nec pedes concurſator. Concurſator et leuis hoſtis Idem 27, 18.

CONCVRSATIO, ōnis. f. Cic. de Lege Agr. 2, 94 c. 34 Quae concurſatio percontantium, quid praetor edixiſſet? Exagitatae mentis concurſatio Sen. Ep. 3. Perturbationum concurſatio Idem Philipp. 11, 17. Concurſatio ſomniorum Idem de Diuin. 2, 146. *Et* Fam. 1, 1 Libonis et Hypſei, non obſcura concurſatio et contentio, omniumque Pompeii familiarium ſtudium, in eam opinionem rem adduxerunt, *etc.* Liu. 35, 49 Vtinam ſubiicere oculis veſtris poſſem concurſationem regis magni a Demetriade, nunc Lamiam in concilium Aetolorum, nunc Chalcidem. *Vt* Concurſare *magiſtratuum opus eſt prouinciam obeuntium, ſic etiam* Concurſatio *accipitur.* Cic. de Leg Agrar. 1, 8 c. 3 Iam illa omnibus in prouinciis, regnis, liberis populis, quam acerba, quam formidoloſa, quam quaeſtuoſa concurſatio decemuiralis futura ſit, non videtis?

CONCVRSATORIVS. Adi. Ammian. 16, 14 Pugna concurſatoria, *qualis* eſt concurſatorum.

CONCVRVO, āre. *Curuum facere.* Macrob. Saturn. 2, 7 *ex* Laberio, Cur cum vigebam membris praeuiridantibus — Non flexibilem me concuruaſti *(o fortuna)* vt carperes.

CONCVSSVS, *vid.* CONCVTIO.

CONCVTIO, ſſi, ſſum, ĕre. [συσσείω, διασείω, ἀνασείω, κατασείω, συγκλονέω] *Ex* Con *et* Quatio; *Commouere, agitare.* Ter. Eun. 5, 5, 42 At quem deum? qui templa caeli ſummo ſonitu concutit. Nec Sthenoboea minus quam Creſſa excanduit, et ſe Concuſſere ambae Iuuenal. 10, 27. Arcu aliquem concutere. Propert. 1, 7, 15. Arces concutit balliſta Ouid. Met. 11, 509. Arma concutere Ouid. Met. 1, 143. *et* 12, 468. Aures Caeſaris 'concuſſit fragor Lucan. 6, 163. Ouid. Met. 1, 179 *de Ioue*, Terrificam capitis concuſſit terque quaterque Caeſariem. Idem Met. 2, 49 *Phoebus* Terque quaterque Concutiens illuſtre Caput *dolorem et poenitentiam ſignificat.* Celſ. 3, 21 Concutiendumque multa geſtatione corpus eſt, atque vbi inductae vulneribus cicatrices ſunt, *etc.* Equos acres concutere Virg. Aen. 8, 3. Hoc ad equites pertinet, inquit Seruius. Idem Aen. 6, 101 *Metaphor. de Sibylla* Ea frena furenti Concutit, et ſtimulos ſub pectore vertit Apollo. Freta Boreas concutit Ouid. Met. 6, 691. Haſtam concutere Sil. 10, . . Virg. Aen. 5, 146 Nec ſic immiſſis aurigae vndantia lora Concuſſere iugis. Manus cauae concutiuntur Sen. Qu. Nat. 2, 28. Valer. Flac. Argon. 6, 476 Quascunque libet nunc concute mentes. Idem Flac. Argon. 6, 6 Monſtrum irreuocabile belli Concutiens *introducitur Mars, id eſt, haſtam ſuam, belli ſignum.* Orbem nutu concutit Iuppiter Ouid. Met. 2, 849. Oſſa metus concutit Idem Epiſt. 3, 82. Pectora planctu concutere Stat. Silu. 5, 1, 179. Plebem grandine concutit hiems Stat. Silu. 1, 6, 24. Sall. Cat. 22 Quod factum primo Populares coniurationis concuſſerat. Cic. Philipp. 2, 109 c. 42 Leges Caeſaris, easque praeclaras, vt Rempub. concutere poſſit, euertit. Se concuſſit non leuiter Numidia Flor. 3, 1. *i. commouit, tumultuata eſt.* Serena caeli concutere ſonitu dicitur deus Lucret. 2, 1100. Tumultu bellorum ingenti concutitur Roma Idem 1, 304. Tela concutere Ouid. Met. 12, 79. Vrbem luctu concutit fortuna Virg. Aen. 12, 594.

CONCVTIENS, ntis. Partic. [διασείων] *Vt*, Concutientes ſe corui Plin. 18, 35. Magnoque tremore Omnia concutiens Ouid. Met. 2 p. 276. *Add.* Id. 12, 79. Sceptra concutiens, *Obtinens regnum* Sen. Herc. fur. 331. Singultu concutiente ora ſonant Ouid. Amor. 3, 9, 12.

CONCVSSVS, a, um. Partic. [διάσειστος] *Vt*, Furit mugitibus aether Concuſſus Virg. Georg. 3, 151. Animus concuſſus caſu amici Idem Aen. 5, 869. *i.* Propter ruinam amici, Seruius. Animi concuſſi fletu Id. Aen. 9, 498. Carina concuſſa Ouid. ex Pont. 2, 3, 59. Pater caſu concuſſus acerbo Virg. Aen. 5, 700. Cautes Idem Aen. 5, 205. *vbi de naui cautibus illiſa loquitur.* Coma concuſſa dicta probare viſa *eſt Lucretia iam mortua* Ouid. Faſt. 2, 846. Corpus concuſſum vulnere Stat. Silu. 3, 4, 70. Lucan. 1, 182 Et concuſſa fides, et multis vtile bellum, *de obaeratis, qui ſoluendo non erant. Vbi* concuſſa fides *rebellionem ſignificat, quod vult Gron. ad* Sen. Oed. 685. *nondum obſeruaui.* Fores concuſſae patuere Ouid. Met. 2, 768. Globus vndarum concuſſus inhorruit Sen. Hippol. 1031. Humo concuſſa ſaxum moliri Valer. Argon. 6, 650. Virg. Georg. 4, 81 Nec de concuſſa tantum pluit Ilice glandis. Cic. pro Milon. 79 Concuſſa hominum Licentia et cupiditatibus fractis, *etc.* Mens concuſſa metu Virg. Aen. 12, 468. Mater mentem concuſſa Hor. Sat. 2, 3, 295. Mons concuſſus ſpargit niues Propert. 3, 13, 53. Martial. 11, 42 Cedentes oneri ramos ſiluamque fluentem Vicit, concuſſus ipſe ſequutus opes, *dum quercum concutit, fractis ramis decidit.* Ora concuſſa riſu Lucret. 1, 918. Pectus concuſſa crebris verberibus *mater* Lucan. 2, 335. Virg. Georg. 1, 159 Concuſſaque famem in ſiluis ſolabere Quercu, *i. Glandibus.* Remo concuſſo ratem tollere Valer. Argon. 1, 340. Tonitru concuſſa tremunt omnia Lucret. 6, 120. Agmine virorum concuſſa tellus Sil. 8, 355. Motu concuſſa Terra Liu. 3, 10. Vndas concuſſas exaſperare Ouid. Amor. 2, 11, 27. *de remigio.* Virg. Aen. 4, 666 Concuſſam bacchatur fama per Vrbem. *Compar.* Aliquanto concuſſior Pallas Mart. Capella 4 p. 96. *i. commotior, ſubirata.*

CONCVSSIO, ōnis. f. *Eſt crimen, quum quis ab eo, quem iudicii magiſtratusue terrore affecit, eius periculi deuitandi cauſa pecuniam extorquet. Nam* Concuſſum metu *dicimus, pro Perculſum et perturbatum. Et* Cic. Tuſc. 4, 19 Terror definitur, Metus concutiens. *Eſt in* Pandectis 47, 13 Titulus de Concuſſione. Vlp. l. 1 D. de calumniat. Neque enim transactionibus licitis eſt interdictum, ſed ſordidis concuſſionibus. Tertull. Apol. 7 Tot hoſtes *diſciplinae Chriſtianae*, quot extranei — ex aemulatione Iudaei, ex concuſſione milites: *quia ſperant nempe, ſe obiiciendo crimine Chriſtianiſmi extorquere poſſe pecuniam.* Id. ad Scap. 4 Pudens etiam miſſum ad ſe Chriſtianum, in elogio concuſſione eius intellecta, dimiſit.

CONCVSSVRA, ae. f. *pro Concuſſione vtitur* Tertull. de Fuga in perſequutione c. 13 *pr.*

CONCVSSOR, ōris. m. Tertull. de Fuga in perſequutione c. 12 Quid enim dicet ille concuſſor? Da mihi pecuniam. Certe ne eum tradat. *Et* c. 13 Non tamen dixit traditorem, aut perſecutorem, aut concuſſorem. *Et paullo poſt*, Dum ſcias veriſimile non eſſe, vt Concuſſores noſtri in amicitiam redacti per Mammonam recipiant tunc nos in tabernacula aeterna. *Add.* Ambroſ. Serm. 66.

CONCVSSVS, ūs. m. [σεισμός] *Commotio.* Plin. 35, 16 Coquitur in calicibus crebro concuſſu. Magno concuſſu Lucret. 6, 546.

CONCVSSIBĬLIS, e. Adi. Tertull. adu. Marc. 1, 25.

CONCVSSO, āre. Lucret. 3, 396 *laudatur. Sed recte hodie* Curſare *legunt. Vid. ſuo loco. Sic et* 2, 215.

CONDALIVM. Annuli genus, *teſte* Feſto in Condulus. *Eſt nempe a* κόνδυλος, *vt* Calix *a* κύλιξ. Plaut. Trinum. 4, 3, 7 Sat in thermopolio condalium es oblitus. *Add.* ib. v. 15.

CONDĔCET, condecebat, condecuit, condecēre. [πρέπει] *Decet vehementer.* Plaut. Pſeud. 4, 1, 24 Sed vide an ornatus hic me ſatis condecet? *Add.* Id. Amph. 2, 2, 90.

CONDECENS, entis. In loco condecenti Ammian. 16 p. 131. Familiaris habitus condecentior Auſon. Grat. Act. 64.

CONDECENTIA, ae. f. [τὸ πρέπον, εὐπρέπεια] Cic. de Orat. 3, 198 c. 52 Sic verbis quidem ad aptam compoſitionem et condecentiam: ſententiis vero ad grauitatem orationis vtatur. *Eſt ergo venuſtas et gratia quaedam ex decori obſeruatione.*

CONDECENTER. Adu. [πρεπόντως] Gell. 16, 12 Commode haec quidem omnia, et condecenter. *al.* conducenter.

CONDECŌRO, āre, [ἐπικοσμέω] *Idem quod Exornare, et expolire.* Plin. 35, 10 Dignis digna loca picturis condecorauit. Ter. in prol. Hec. 37 Vobis datur poteſtas condecorandi ludos ſcenicos.

CONDECORVS, *vnde*

CONDECORE. Adu. [εὐπρεπῶς] Gell. 14, 4 Condigne mehercule, et condecore Chryſippus, *etc.* depinxit.

CONDEFLETVS, a, um. Condefleta iacebit materies Prudent. Hamart. v. 944 *al.* Conclamata.

CONDELECTOR, āri. Condelector lege dei, συνήδομαι Vulg. Rom. 7, 22. *Add.* Fulgent. Epiſt. 4 ad Prob. de Orat.

CONDELIQVESCO, ĕre. *Vna liqueſcere.* Vti reſina condeliqueſcat Cato R. R. 2, 3. *Al.* Deliqueſcat.

CONDEMNO, āre. [καταγινώσκω, κατακρίνω, καταδικάζω, καταδικαιέω] *Proprie locum habet cum plures Damnant aliquem. Neque tamen id perpetuum eſt. Caeterum non minus quam ſimplex non iudiciorum modo eſt, ſed priuatae etiam ſententiae ſ. opinionis verbum. Conſtructionis diuerſae exempla:* Cic. Fam. 8, 1 Tamen in hoc te deprecor, ne meum hoc officium arrogantiae condemnes. Idem Fam. 14, 14 Et ſceleris condemnat generum ſuum. Iniuriarum condemnatus Id. Verr. 2, 21 c. 8. Sponſionis condemnari Cic. pro Caecin. 91. *Huic oppoſitur* Vincere ſponſione. Idem Fam. 2, 1 Quare ſi iniquus es in me iudex, condemnabo eodem ego te crimine. *Et* Philip. 2, 50 c. 23 Licinium Lenticulum de alea condemnatum, colluſorem ſuum, reſtituit. Cic. Verr. 5, 114 Sed de latronum, hoc eſt de comitum ſuorum ſententia condemnat omnes. Ex criminibus condemnare Suet. Calig. c. 38. Condemnare *dicitur* accuſator reum, *cum, vt is condemnetur a iudicibus, efficit.* Suet. in Tiber. Caeſ. c. 8 Fannium Caepionem, qui cum Varrone Muraena in Auguſtum conſpirauerat, reum maieſtatis apud iudices fecit, et condemnauit. Vlpian. in l. 2 D. de adminiſt. tutor. Si tutor condemnauit, ſiue ipſe condemnatus eſt, pupillo et in pupillum potius actio iudicati datur. *Ipſe* Cic. pro Roſc. Com. 25 c. 9 Quem per arbitrum circumuenire non poſſes, cuius de ea re proprium erat iudicium, hunc per iudicem condemnabis, cuius de ea re nullum eſt arbitrium? *Argutum eſt illud* Cic. Verr. 2, 22 Hunc hominem Veneri abſoluit, ſibi condemnat, *i. ſibi dare cogit.* Condemnare ex reliquo, *i. in reliquam pecuniam.* Paullus in l. 1 D. arbor. furtim caeſ. *Vbi in quibusdam exemplaribus legitur ſine praepoſitione.* Vlpian. in l. illud ſciendum D. de aedilit. edict. Illud ſciendum eſt: ſi emtor venditori haec non praeſtet, quae deſiderantur in hac actione: non poſſe ei venditorem condemnari. Si autem emtori venditor iſta non praeſtet: condemnatur ei. Arbitrium pro ſocio condemnari *ſolent, qui mala fide ſocietatem gerunt* Cic. pro Quint. 13. Vlpian. in l. iudex D. de re iudicat. Et hoc iure vtimur: vt iudex qui ſemel vel pluris, vel minoris condemnauit, amplius corrigere ſententiam ſuam non poſſit. ¶ 2 Damnare et Condemnare, pro Liberare poſitum eſt, *ſi audimus* Non. 4, 111. *Laudatur ab eo* Titinnius Veliterna, Fortaſſe votum fuiſſe quo die liber foret: nunc eius voti condemnatus eſt, immolauit hoſtiam. *Sed errat. Potius dicitur* Condemnatus voti, *qui obligatus eſt ad ſoluendum, quod ſub conditione vouerat.*

CONDEMNATVS, a, um. Partic. [κατάκριτος] *Vt*, Furti condemnatus Vlpian. in l. furti D. de his, qui notant. infam. Cic. de Nat. Deor. 2, 73 Caeteris cauſa incognita condemnatis. Mandati condemnatus Vlpian. in l. furti. §. mandati D. de his, qui notant. infam. Pecuniae publicae eſt condemnatus Cic. pro Flacco 43. Vlp. in l. Furti §. ſi quis D. de his, qui notant. infam. Si quis alieno nomine condemnatus fuerit, non laborat infamia. Scaeuola in l. Titius Seiae D. qui potior. in pig. habeant. Titius Seiae ob ſummam, qua ex tutela ei condemnatus erat, *etc.* Nefariorum ſcelerum condemnatus Cic. Fam. 6, 6. Condemnatus certam pecuniam l. 5 ff. Quando ex fact. tut. *Add.* l. 45 ff. de fideiuſſor.

CONDEMNĀTOR, ōris. m. [κατακριτής] *Pro Accuſatore, qui reum peregit, apud* Tacit. Ann. 4, 66 *vbi* Domitium Afrum *vocat* condemnatorem Claudiae Pulchrae: *quum ante retuliſſet, fuiſſe ab eo accuſatam.* Delicti Tertull. adu. Marc. 2, 9.

CONDEMNATRIX, icis. Sariſber. Ep. 188.

CONDEMNATIO, ōnis. f. Vlpian. in l. penult. D. ſi ex noxali cauſa agatur. Aliter de ſeruo ſupplicio et verberibus de iniuria ſatisfit: aliter de libero vindicta ſumitur, vel condemnatio pecuniaria. *Sic* A abſolutionis, C condemnationis litera Aſcon. in Diu. Verr. 24 c. 7.

CONDEMNABILIS, e. Adi. Et noſtrae ſtudium non condemnabile Muſae Pallad. de Inſit. v. 11.

CONDENSO, āre. [πυκνόω] *Denſum facere, cogere, ſpiſſare.* Columel. 7, 8, 4 Torrido ſale contingitur, rurſusque ponderibus condenſatur: Condenſant ſe radices herbarum Colum. 2, 18, 6. Condenſant ſe in vnum locum oues Varro de R. R. 2, 3, 9. Hirt. B. Afric. 13 Aciem condenſauerant.

CONDENSATIO, ōnis. f. [συνάφεια Vet. Gloſſ.] Cael. Aurel. Acut. 3, 18, 187.

CONDENSEO, ēre. [πυκνοῦμαι] *Etiam ſignificat Denſum facere.* Lucret. 1, 392

Quod ſi forte aliquis, quum corpora diſſiluere,
Tum putat id fieri, quia ſe condenſeat aër,
Errat, *etc.*

CONDENSVS, a, um. Adi. [πυκνός] *Valde denſus. Vt*, Acies condenſa Liu. 26, 5. Omnibus haerent condenſae foliis Sil. 13, 600. *de auibus.* Columbae condenſae Virg. Aen. 2, 517. Corpus condenſum Lucret. 6, 101. Oliuetum crebris arboribus condenſum Hirt. B. Afr. 50. Turma condenſa Idem B. Afric. 14. Vallis condenſa arboribus Liu. 25, 39. *Subſtantiue* Plin. 12, 73 Inſidunt in eadem Africa Pardi condenſa arborum: occultatique earum ramis, in praetereuntia deſiliunt, atque e volucrum ſede graſſantur.

CONDENSĬTAS, ātis. f. Apul. de Mundo *eſſe dicitur. Negat Index Floridi.*

CONDEPSO, ĕre. Commiſcere, a Graeco tractum. Pomponius Nuptiis, Partem inſipui, concluſi, condepſui. *Haec* Nonius 1, 181. Cato 76, 2 Poſtea farinae lib. 11 conſpergito, condepſitoque. *Add.* ib. 40, 2 Haec vna bene condepſito.

CONDESCENDO, *vnde*

CONDESCENSIO, ōnis. f. Debemus imitari Ieſu Chriſti condeſcenſionem ſeu demiſſionem Iuſtinian. l. 6 C. de S. Trinit. συγκατάβασιν.

CONDESERTOR, ōris. m. Tertull. de Carne Chriſti c. 1 Condiſcipulus et condeſertor eius.

CONDĪCO, xi, ctum, ĕre. [τάττω, συντάττω, ἐπαγγέλλομαι] *Proprie eſt duorum aut plurium inuicem denuntiantium aliquid, et ſic conſtituentium.* Iuſtinian. § Appellamus Inſt. de actionibus, Condicere eſt denuntiare priſca lingua. Idem 15, 2 Hi per epiſtolas inuicem ſe confirmantes, locum, tempusque coëundi condicunt, bellum communibus viribus inſtruunt. Plaut. Men. 1, 2, 15 Ad coenam aliquo condicam

dicam foras. Tacitus de Germ. 11 Sic conſtituunt, ſic condicunt, *vt non dierum, ſed noctium numerum computent. Non condicunt aut conſtituunt in tertium diem, ſed in tertiam noctem. Domicilium quaſi habet hoc verbum in* Coena; *quam* condicit, *qui prior ſe coenatum venturum ad alterum denuntiat.* Suet. in Tiber. c. 42 Sextio Claudio coenam ea lege condixit, ne quid ex conſuetudine immutaret, aut demeret. Coenam condixit, *i. ſe cum illo coenaturum denuntiauit.* Suet. in Claud. c. 21 Extraordinarium munus gladiatorium exhibuit breue, dierumque paucorum, quodque appellare coepit ſportulam: quia primum daturum ſe dixerat, velut ad ſubitam condictamque coenulam inuitare ſe populum. Plaut. Stich. 3, 1, 37 Atque id ne vos miremini, homines ſeruolos potare, amare, atque ad coenam condicere: licet haec Athenis nobis. Idem Stich. 3, 1, 28 Eo condixi in ſymbolam ad coenam, ad eius conſeruum Sangarinum Syrum, *i. denuntiaui me eo venturum, et coenaturum de ſymbola.* Cic. Fam. 1, 9 Craſſus paene a meis laribus in prouinciam eſt profectus. Nam quum mihi condixiſſet, coenauit apud me in mei generi Craſſipedis hortis, *i. quum denuntiaſſet, ſe velle coenare domi meae. Recte igitur* Feſtus, Condicere eſt dicendo denuntiare. *Ipſa tamen haec exempla non minus, quam verbi compoſitio, oſtendunt, mutuum aliquid intelligi, et conſenſum eius, cui condicitur. Vid. Gron. Obſ. 1, 1* p. 18. *Sic etiam* Iuſtin. 3, 7, 14 Pacem in annos quinquaginta fecere, quam non niſi ſex annis ſeruarunt. Nam inducias, quas proprio nomine condixerant, ex ſociorum perſona rumpebant. Arnob. 4 p. 140 Vſu, farre, coëmtione genialis lectuli ſacramenta condicunt. Plin. in praefat. Quum hanc operam condicerem, non eras in hoc albo, *i. quum hoc opus ſuſcepi, non prouidebam te futurum eius iudicem.* Pompon. l. 66 ff. de contr. emt. In vendendo fundo quaedam, etſi non condicantur, praeſtanda ſunt, *i. etſi de iis non conſtitutum aut conuentum ſit. Huc etiam refert Iac. Gronouius locum* Liu. 1, 32 Confeſtim rex ex his ferme verbis Patres conſulebat, Quarum rerum, litium, cauſarum condixit Paterpatratus Pop. Rom. Quiritium Patripatrato priſcorum Latinorum. *Nempe contendit, non ad Clarigationem pertinere haec verba, ſed ad foedus olim percuſſum, contra ſententiam Turnebi, et H. Grotii, primo quod Paterpatratus quantum conſtat, non ad bellum indicendum, ſed ad foedus pangendum crearetur, deinde quod vox ea non niſi de duobus in vnam rem aut locum conuenientibus, dicatur. Alii formulam referunt, vt diximus ad clarigationem ſiue repetendas res. Nam certe* ¶ 2 Condicere *ICtis eſſe repetere, dubitationem non habet, quod inde videtur ortum, quod qui alterum in ius vocat, de re ille diem illi dicit, alter contra, vadibus quoque datis, ſe adfuturum promittit. Vt igitur, qui* coenam condicit, *denunciat alteri, ſe venturum, ille ſe paratum fore ſignificat: ita qui* condicit pecuniam *etc. Eodem modo fere verbum* conuenire *adhibetur: niſi quod hoc ad perſonam pertinet,* condicimus *proprie res, quas iudicio repetimus. Exemplorum affatim libri iuris praebent, v. g.* l. 11 de reb. creditis §. 1 Si tibi dedero decem, ſic vt nouem debeas? Proculus ait, et recte, non amplius te ipſo iure debere, quam nouem. Sed ſi dedero (decem) vt vndecim debeas: putat Proculus, amplius quam decem condici non poſſe. *Et* §. 2 Si fugitiuus ſeruus numos tibi crediderit: an condicere tibi dominus poſſit, quaeritur — Quid ergo? vindicari numi poſſunt, ſi exſtant? aut ſi dolo malo deſinant poſſideri, ad exhibendum agi. Quod ſine dolo malo conſumſiſti, condici tibi poterunt. *Et* §. 12 ibid. Si is, qui ſeruo crediderat, furere coeperit, deinde ſeruus in rem domini id verterit: conduci furioſi nomine poſſe. *Et* l. 13 eod. §. 1 Si alienos numos tibi mutuo dedi, non ante mihi teneris, quam eos conſumſeris. Quod ſi per partes eos conſumſeris: an per partes tibi condicam, quaerit *Papinianus. Et* §. 2 Si communes tibi numos credidero centum, poſſe me quinquaginta condicere *etc. Sic in* titulis de Condictione repetere *et* condicere *ſaepe pro ſynonymis ponuntur. Non recte huc refertur* Gell. 6, 2. *Nam ſic legendus cum Gronouiis ex MSS.* Peccata quoque hominum et delicta non ſuccenſenda, neque inducenda ſunt ipſis voluntatibusque eorum, ſed neceſſitati *etc. pro quibus quidam legebant* ſubſiſtenda neque condicenda.

CONDICTVS, a, um. Partic. [ἐπηγγελμένος] Suet. Claud. c. 21 Velut ad ſubitam, condictamque coenulam inuitaret populum. Plaut. Curcul. 1, 1, 5 Si ſtatus condictus cum hoſte intercedit dies, tamen, *etc.* Gell. 16, 4 *ex veteri formula,* Status condictusue dies cum hoſte. Idem 20, 1 Quoniam pactum atque condictum cum rege Populi Rom. perfide ruperat. Feſtus, Condictum eſt, quod in communi eſt dictum.

CONDICTIO, ōnis. f. [ἐπαγγελία] *eſt* Eius rei, qua de agitur, in diem certum denuntiatio, *auctore* Feſto. Seruius *ad illud* Aen. 3, 117 Tertia lux claſſem Cretaeis ſiſtet in oris, Hoc quidem iuxta ſpeciem auguralem poſitum tradunt, quae appellatur Condictio, id eſt, denuntiatio, cum denunciatur, vt ante diem tertium quis ad inaugurandum adſit. Iuſtin. §. 15 de Actionibus, Appellamus autem in rem quidem actiones vindicationes; in perſonam vero actiones, quibus dare aut facere oportere contenditur. *Ponamus iam definitiones condictionum Hotomani.* Condictio cauſa dati, cauſa non ſequuta *(ſic enim legendum ait, non, vt eſt in libris,* Data) *eſt Actio in perſonam, per quam, qui aliquid certam ob cauſam dedit, niſi cauſa ſequuta ſit, id eſt, reuera atque in effectu conſtet, id repetit,* l. 1 D. 12, 5. et toto tract. de condict. cauſ. dat. *etc.* Condictio certi, *eſt Actio ei competens, qui ſibi certi aliquid dari fieriue ſtipulatus eſt: vt patet ex* tit. Inſt. de verb. oblig. in princ. et l. 24 D. ſi cert. pet. Condictio dati ob turpem vel iniuſtam cauſam, *eſt Actio in perſonam, per quam, qui turpi iniuſtaue de cauſa quid dedit, ſiquidem in accipiente ſolo turpitudo fuit, repetit.* l. 1 et *toto tract.* lib. 12, 5 D. de condict. ob turp. Condictio ex lege, *quae et* Condictitia ex lege *nominatur, generaliter Omnis perſonalis actio dicitur, quae ex obligatione naſcitur, quam noua quaedam lex introduxit, quae, quo genere actionis agendum eſſet, non cauit. De hac eſt* lex vn. ff. lib. 13, 2. Condictio ex ſcriptura, *eſt Actio in perſonam, per quam is, qui ſe pecuniam alicui debere ſcripſit, ſiue ea numerata ſit, ſiue non ſit, ſoluere cogitur, dum tamen, ſi data non ſit pecunia, poſt biennium actio intendatur. Nam antea non numeratae pecuniae exceptione excluditur, vti docet* Imperat. tit. de liter. oblig. et l. 14 C. de non numerat. pecun. Condictio indebiti, *per quam id, quod per errorem non debitum ſoluimus, reddi nobis poſtulamus, vti docet* Imper. §. 1 quib. mod. re contrah. oblig. *Et eſt de ea* Tit. D. 12, 6. Condictio triticiaria, *eſt Actio in perſonam, per quam res omnes, excepta pecunia numerata, condicuntur, ſiue ſint mobiles, ſiue immobiles. Vid.* Tit. lib. 13, 3 D. de condict. tritic. *Haec Hotom. Eſt et* D. 12, 7 Condictio ſine cauſa, ſi quis ſine cauſa promiſit, qua ipſam obligationem condicit, *i. repetit. Et* D. 13, 1 Condictio furtiua, *qua res furto ablata repetitur.*

CONDICTICIVS, a, um. Adi. [ἐπαγγελτικὸς] *Vt,* Actio condicticia, *qua aliquid condicimus et repetimus: quae alias* Condictio *vocatur.* Vlp. in l. ſi duo §. idem Iulianus D. de iureiurando, Idem Iulianus ſcribit, eum, qui iurauit, furtum ſe non feciſſe, videri de toto iuraſſe, atque ideo neque furti, neque condicticia tenetur: quia condicticia, inquit, ſolus fur tenetur.

CONDICTO, āre. Firmici *eſſe dicitur.*

CONDIGNVS, a, um. Adi. [ἄξιος] *Valde dignus.* Plaut. Amph. 1, 3, 39 Ecaſtor condignum donum, qualis eſt, qui donum dedit. M. immo ſic condignum donum, qualis eſt, cui dono datum eſt. Pulchrum facinus, Graecarumque facundiarum magniloquentia condignum Gell. 3, 7. *Conf.* Arnob. 1 p. 15.

CONDIGNE. Adu. [ἀξίως] Plaut. Caſin. 4, 1, 14 Condigne autem nimis lepide huc conducti coqui. *Add.* Id. Aul. 3, 4, 6. Capt. 1, 2, 22. Poen. 2, 17. Condigne et condecore Gell. 14, 4. Recte atque condigne locutum eſſe Idem 1, 6.

CONDIO, īui *vel* ii, ītum, īre. [ἀρτύω, ἡδύνω, ταριχεύω] *Sapidum facere, ſaporem addere cibis. Videtur a* Condere *ſola coniugatione differre, cum idem ſit, quod componere.* Plaut. Pſeud. 3, 2, 21 Non ego item coenam condio, vt alii coqui. Cic. Fam. 7, 26 Herbas omnes ita condiunt. Herbae *quando et quomodo* condiri debeant, *vid.* Colum. 12, 7, 1. 12, 13, 7. *De* pomis Id. 12, 10. Condire vnam amphoram vno cyatho Pall. Oct. 14, 7. Cibos condire guloſius, *vid.* Guloſe, in GVLA. Labore in venatu, ſudore, curſu, fame, ſiti condiebant epulas Lacedaemonii Cic. Tuſc. 5, 91 c. 34. Idem Tuſc. 1, 88 c. 45 Condiunt Aegyptii mortuos, et domi ſeruant. Oleae albae quemadmodum condiantur Cato 117. Condire, *per tranſlationem* Cic. Att. 12, 40 Hilaritatem illam, qua hanc triſtitiam temporum condiebamus, in perpetuum amiſi. Ambiguitate condire carmen Quinctil. 6, 3, 96. Aſperitas contentionis oratoris ipſius humanitate conditur Cic. de Orat. 2, 212. Verborum gratia extrinſecus condienda eſt Quinctil. 11, 10, 38. *Sed. vid. not.* Idem 5, 14, 35 Quo quid natura magis aſperum, hoc pluribus condiendum eſt voluptatibus. Cic. pro Cluent. 72 c. 26 Quique ea vitia, quae a natura habebat, etiam ſtudio atque artificio quodam malitiae condiuiſſet.

CONDĪTVS, a, um. Partic. [ἡδυντος] *Vt,* Plaut. Pſeud. 3, 2, 22 Condita prata *ridicula vocat herbas varias condimentis edules factas hominibus: de coquis, qui* Boues homines faciunt. Cic. de Orat. 2, 227 c. 56 Nec enim concio maior vnquam fuit, neç apud populum gravior oratio, quam huius contra collegam in Cenſura nuper, neque lepore et feſtiuitate conditior. Ius male conditum Hor. Serm. 2, 8, 96. Sale conditus, et facetiis Cic. Off. 1, 133. Comitate condita grauitas Cic. de Senect. 10 c. 4. Oratio nimium condita Quinct. 11, 3, 182. Colum. 12, 20, 7 Conditus Sapor vini emtores fugat. Bene coctus et conditus ſermo Cic. Att. 13, 50. Nemo vnquam vrbanitate, nemo lepore, nemo ſuauitate conditior Cic. de Clar. Orat. 177 c. 48. *Add* ib. c. 29. Facit conditiora haec aucupium et venatio Cic. de Senect 56 c. 16. *de copiis ruſticis ſermo eſt.* Conditum *Subſt. eſt mulſi quoddam genus.* Cael. Chron. 5, 1 Probat conditum bibendum, quod plerique Latini mulſum vocant. *Sic* Pallad. Febr. 32 Conditum abſinthiatum, roſatum, violatum, *memorat. Talia multa apud* Apicium *v. g.* 1, 1 Conditum paradoxum, *et* 1, 2 Melizomum *facere docet: i vtroque* mel *et* vinum *eſt, h. e. mulſum. Vid. editio Liſteriana et Mo gagnus Epiſt. 2 earum, quae ſcriptoribus rei ruſt. a nobis adiectae ſunt* §. 1 et 20 p. 1228 *ſq. Etiam Graeci iuniores* κονδῖτον *appellant.*

CONDITIO, ōnis. f. [ἄρτυσις] *Vt,* Cic. de Nat. Deor. 2, 14 c. 58 Perſpicuum eſt enim, quo compoſitiones vnguentorum, quo ciborum conditiones, quo corporum lenocinia proceſſerint. Ius iucundum magis conditione eſt Varr. de L. L. 4, 22. Amurcae conditio Varr. R. R. 1, 61. Vini conditiones Columel. 12, 51.

CONDĪTVS, ûs. m. [ἄρτυσις] Columel. 2, 22, 4 Vuas itemque oliuas conditui legere licet.

CONDĪTOR, ōris. m. [ἡδυντὴρ, ὀψαρτυτὴς] Cic. Poſt redit. in Sen. 14 c. 6 Hi ſunt conditores inſtructoresque conuiuii, iidem expendunt atque aeſtimant voluptates. Totius negotii conditor Id. pro Cluent. c. 26.

CONDIMENTVM, i. n. [ἄρτυμα, παρόψημα] *Quod ad condiendos cibos adhibetur.* Plaut. Caſin. 2, 3, 3 Coquos equidem nimis de miror, qui tot vtuntur condimentis: eos eo condimento vno no vtier, quod praeſtat omnibus. Id. Pſeud. 3, 2, 31 *in malos coquos c quus inter alia ſic declamat,* Cum condiunt, non condimentis condiunt ſed ſtrigibus. *Hunc interrogat* BA. Quid tu, diuinis condimenti vtere? Qui prorogare vitam poſſis hominibus, Qui ea culpes condimenta? *Vid. totus locus.* Viridium condimentorum faſciculi Colum. 12, 8, 1. Cic. de Fin. 2, 90 c. 28 Audio dicentem, Cibi condimentum eſſe famem: potionis, ſitim. Cic. Off. 3, 120 Nam vt tribuamus aliquid voluptati, condimenti fortaſſe nonnihil, vtilitatis cert nihil habebit. Cic. Q. Fratr. 1, 1 Haec illius ſeueritas acerba videretur, niſi multis condimentis humanitatis condiretur. Condimentum amicitiae, ſuauitas morum et ſermonum Cic. de Amicit. 68 c. 1 Sapientiae, aetas condimentum eſt, ſapiens aetati cibus eſt Plaut. Trinum. 2, 2, 82. Facetiae, omnium ſermonum condimenta Cic. de Orat. 2, 171 c. 67. Animus aequus optimum eſt aerumnae condimentum Plaut. Rud. 2, 3, 71.

CONDIMENTARIVS, a, um. Adi. [ἀρτυματικὸς] *Vt,* Plin 19, 8 Haec apud nos habet vocabulum et aliud, ſatureia dicta, in condimentario genere. *Subſt. qui condit, condimentis adiiciendis ſaporem eſculentis aut poculentis conciliat. Metaph.* Doleo Platonem omnium haereticorum condimentarium factum Tertull. de Anima c. 23.

CONDITANEVS, a, um. *Aliud* Adi. [ἀρτυσιμὸς] *Auctore* Nonio 2, 194 eſt Quod condi, vel condiri recte poteſt. Varro de R. R. 1, 24 In agro craſſo et calido oleam conditaneam, radium maiorem, *etc.* Oſtreae Apic. 9 c. 6. Piſces Id. l. 9 *fin.*

CONDITARIVS, a, um. Adi. *Vt,* Coquina conditaria Auguſt. Ciu. Dei 22, 8.

CONDITICIVS, a, um. Adi. Cibaria conditicia Columel. 8, 8, 2. *Melius ad* Condo *refertur.*

CONDITIVVS, a, um. Adi. *Quod condiri poteſt, vel conditum eſt* Conditiua mala Cato R. R. 7, 3. Pira Varro R. R. 1, 59, 1. Olea Cato 6, 1. *Add.* Macrob. Sat. 2, 15 *et* 16. Conditiuis cibis ſuſtinere pecus Col. 7, 9, 9. *Etiam horum quaedam ad* Condo *potius pertinere videntur.*

CONDITVRA, ae. f. [σκευασία] *Idem quod Conditio, ſiue ratio condiendi.* Columel. 12, 4, 4 Vaſa autem fictilia vel vitrea, plura potius, quam ampla, et eorum alia recte picata, nonnulla tamen pura prout conditio conditurae exegerit. Hac conditura compoſitae oliua

Id

Id. 12, 47, 2. Recipere condituram Id. 12, 47, 5. Sen. de Ira 3, 15 Liberos illi epulandos appoſuit, et ſubinde interrogauit, an placeret conditura. Id. Ep. 69 Inuentae ſunt mille conditurae, quibus auiditas excitaretur.

CONDISCO, didĭci, ĕre. [συμμανθάνω] *Totum diſcere.* Plaut. Pſeud. 4, 1, 35 Ego iſtuc aliis dare condidici, mihi obtrudere non potes palpum. Plin. Epiſt. 7, 20 Paullatim lucem ferre condiſco, *i. Conſueſco.* Ouid. Epiſt. 4, 25 Ars fit, vbi a teneris crimen condiſcitur annis. Horat. Carm. 3, 2, 3

Anguſtam, amici, pauperiem pati
Robuſtus acri militia puer
Condiſcat.

¶ 2 *Vna diſcere, condiſcipulum eſſe* [συμφοιτᾶν] Apul. Flor. p. 362, 7 Quendam ex his, qui mihi Athenis condidicere.

CONDISCENS, ntis. Part. [συμμανθάνων] Plin. 21, 5 Ac veluti rudimentum naturae lilia facere condiſcentis.

CONDISCIPVLVS, i. m. [συμμαθητής] *Qui cum alio diſcit.* Cic. Tuſc. 1, 41 c. 18 Dicaearchum vero cum Ariſtoxeno aequali et condiſcipulo ſuo, doctos ſane homines omittamus. Generoſi Nep. 25, 1, 3.

CONDISCIPVLA, ae. f. [συμμαθήτρια] Martial. 10, 35 Hac condiſcipula vel hac magiſtra Eſſes doctior, et pudica Sappho.

CONDISCIPVLATVS, ûs. m. [συμμαθητεία] Iuſtinus 12, ... um profuere et Calliſthenis philoſophi preces, condiſcipulatu Ariſtotelem familiaris illi. *De Alexandro. Vſus eſt et* Cornelius Nepos in vita Attici 25, 5, 3.

CONDISCIPLINATVS, ûs. m. Auguſtin. Ep. 34 ad Paullin.

CONDITIO, CONDITIVVS, CONDITOR, CONDITVRA, *vid.* CONDIO.

CONDO, condĭdi, condĭtum, ĕre. [ἀποκρύπτω, ταμιεύω, ἀποτίθημι] *Componere, aliis rebus circumdare, quibus velut claudatur. v. g.* Sorices et ipſos hieme condi, auctor eſt Nigidius, ſicut glires Plin. 8, 57. *Condi, i. coniungere ſe et ſic occultare.* Plaut. Trucul. 3, 1, 9 Condo in crumenam. Virg. Aen. 2, 401 Et nota conduntur in aluo. *Equi Troiani.* Plin. 7, 2 Si libeat credere, vt ſub vna ficu turmae condantur equitum. Seponere et condere Cic. de Diuin. 2, 112. Arca condere aliquid Cic. de Diuin. 2, 86. Aquis ſe condere Val. Flacc. Argon. 2, 320. Propert. 3, 16, 25 Ille licet ferro cautus ſe condat et aere, Mors tamen incluſum protrahit inde caput: *de lorica et galea.* Humo condere Ouid. ex Pont. 1, 5, 34. Lacu fluuius ſe condidit alto Virg. Aen. 8, 66. Mente aliquid conditum tenere Virg. Aen. 3, 388. In humo condi Ouid. ex Pont. 3, 1, 6. Plagis Acherontis condere, *Imprecatio eſt et exſecratio, qua Phaedra Theſeum deuouet apud* Senec. Hippol. 1200. Condere, *Imperatiuo, conde, merge te.* Portu ſe condidit alto Virg. Aen. 5, 243. In ſepulcro condere aliquem Cic. de Legib. 2, 56 c. 22. Cera circumlitos condere Cic. Tuſc. 1 c. 45. *i. ſepelire.* Manes, *vid.* Manes. *Vid. Barth. ad* Stat. Theb. 10, 427. Virg. Aen. 3, 67 Animamque ſepulcro Condimus. *Turnebus e veterum opinione Poëta dixit, qui ſepulcrum mortuorum domicilium credebant, et* portum corporis *appellabant.* Cic. Tuſc. 1, 107 Neque ſepulcrum quo recipiat, habeat portum corporis, Vbi remiſſa vita corpus requieſcat a malis. *Haec Turn.* Tonantis ſinu condi Sen. Herc. Fur. 1010. Quam multa in ſiluis auium ſe millia condunt Virg. Georg. 4, 473. Rupta condi tellure premique Valer. Argon. 7, 298. Plin. 7, 54 Ipſum cremare, apud Romanos non fuit veteris inſtituti: terra condebantur. Terrae oſſa condere Virg. Aen. 5, 48. In piſtrinum condere aliquem Plaut. Pſeud. 1, 5, 120. In cuſtodiam captiuos condere Liu. 31, *Item,* In carcerem, vel carcere Idem 26, 16. In viſceribus et medullis condidit bonum omne Metrodorus Cic. Tuſc. 5, 27. *Summum bonum in voluptate poſuit.* In cunabula ſe condunt apes Virg. Georg. 4, 473. In vndas ſe condit Sol Virg. Georg. 1, 438. *occidit.* In animum aliquid condere Sen. Epiſt. 7. Furto iocoſo aliquid condere Hor. Carm. 1, 10, 8. Virg. Aen. 6, 271 Eſt iter in ſiluis vbi caelum condidit vmbra Iuppiter, et rebus nox abſtulit atra colorem. Virg. Aen. 4, 177 *de Fama,* Ingrediturque ſolo, et caput inter nubila condit. Hoc, *inquit* Seruius, vult oſtendere, nec humili eam fortunae parcere, nec ſuperiori. *Sed ad ingentem magnitudinem et proceritatem refertur illud,* Caput Orion inter nubila condit Virg. Aen. 10, 767. Cibos condunt formicae Plin. 11, 30. Id. 26, 17 Corpora defunctorum condita in eo, abſumi conſtat intra quadrageſimum diem, exceptis dentibus. Corpus condere ſepulcro Ouid. Met. 8, 234. Corpus monumento *dicitur eſſe apud* Plinium. Diem obductis pennis Stymphalides condunt Sen. Herc. Fur. 243. Diem vota condiderant, *i. Conſumſerant diem votis et precibus* Stat. Theb. 10, 54. Virg. Georg. 1, 458 At ſi quum referetque diem condetque relatum, Lucidus orbis erit, *i. Sol in* ortu et occaſu. Hoc ad futurae ſerenitatis pertinet ſignum. *Sic* Seruius. Plin. Paneg. c. 80 Cum tibi dies omnis ſumma cum vtilitate noſtra, cum tua laude condatur. Hor. Od. 4, 5, 29 Condit quisque diem collibus in ſuis. *Iterum* Plin. Epiſt. 9, 36, 4 Ita variis ſermonibus veſpera extenditur, et quamquam longiſſimus dies cito conditur. *Vid. mox* Condere Soles. Digitos condere in lumina alicuius, *eſt Oculos illi eruere* Ouid. Met. 13, 561. *Vid.* Enſem, Ferrum, Stimulos condere. Enſem in alicuius ore aduerſo condere Virg. Aen. 9, 348. *Sic* Ferrum condere ſub aduerſo pectore Virg. Aen. 12, 950. Ficus in orcas *idem fere quod* Condire Col. 12, 15, 2. Foeniculum et lentiſcum ſeorſum condat in acetum. Fructus condere, *et* Promere, *contraria* Varro de R. R. 1, 62 Quod nemo fructus condit, niſi vt promat. Fructus in cados Plin. 13, 4. Fructus condere et reponere, hominum non pecudum eſt Cic. de Nat. Deor. 2, 157 c. 62. *Hinc* Condere *ſimpliciter* Col. 1 *pr.* 19 Condere Largius *int. fruges et fructus.* Frumentum conditum *dicitur, quod in horreis repoſitum eſt* Hor. Epiſt. 2, 1, 140. Iram condere Tacit. Ann. 2, 28. *i. occultare.* Medicamentum vitro Scribon. 145. Luſtrum condere *ea ratione dicitur, vt* diem condere, *i. finire id, quod ſollemni ritu fiebat* Cic. de Orat. 2, 268 c. 66. Mentem condunt obliuia Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 166. Conditur Muſtum in dolium, vt habeamus vinum Varro R. R. 1, 65, 1. Virg. Aen. 3, 237 Tectusque per herbam Diſponunt enſes, et ſcuta latentia condunt. *i.* Diſponunt et tectos faciunt. Sic et ſcuta condendo latere faciunt. Seruius. Semina arroſa condunt formicae Plin. 11, 30. Virg. Ecl. 9, 52 Saepe ego longos Cantando puerum memini me condere ſoles. *i.* Aeſtiuos dies finire, et vsque ad occaſum ducere. Seruius. Stimulos alicui condere in pectore, *i. Inſtigare aliquem* Ouid. Met. 1, 726. Tibul. 1, 10, 49 Pax aluit vites, et ſuccos condidit vuae. Vindemias Colum. 1 *pr.* 19. Vocem condere auribus Ouid. Epiſt. 20, 98. Vultus condere Sol dicitur Ouid. Faſt. 2, 786. Vultus condit Luna Valer. Argon. 7, 393. ¶ 2 Condere, [κτίζειν, δημιουργεῖν] *Aedificare, conſtruere, quaſi ſimul dare ponere, ſtatuere: et hic generatim efficere aliquid, eiusque auctorem eſſe.* Cic. de Diuin. 2, 84 Nempe eo Romulus regiones direxit tum, quum vrbem condidit. Virg. Ecl. 2, 61 Pallas quas condidit Arces, Ipſa colat. Colonias Vell. 1, 15. *Hinc* Examina apes condunt Corticibusque cauis, vitioſaeque ilicis alueo, *in quae loca velut colonias deducunt* Virg. Georg. 2, 452. Id. Aen. 10, 34

Sin tot reſponſa ſequuti
Quae ſuperi maneſque dabant, cur nunc tua quisquam
Flectere iuſſa poteſt? aut cur noua condere fata?

Gentem Virg. Aen. 1, 37. *facere vt gens eſſet, quae aliquando Romana diceretur.* Imperium Flor. 4, 12, 66. Somniorum primus Intelligentiam condidit Iuſtin. 36, 2, 7. *de Ioſepho.* Iura condere Ouid. Rem. Amor. 465. Plaut. Rud. 5, 3, 18 Iusiurandum rei ſeruandae, non perdendae conditum eſt. Mauortia moenia condere, *Ciuitatem fortium virorum* Virg. Aen. 1, 280. Muros Lucan. ad Piſon. 79. Sil. 4, 37 Iuuat ire periclis Ad decus, et dextra memorandum condere nomen. *i. Gloriam comparare.* Cic. pro Domo 96 Remque publicam condere vnius diſceſſu, quam interitu occidere malui. Virg. Aen. 6, 792 Auguſtus Caeſar, diuûm genus, aurea condet Saecula, *i. efficiet, eorum auctor erit.* Saecula multa condere viuendo, *eſt viuere multa ſaecula* Lucret. 3, 1103. *ex ea notione, qua condere* Dies *aut* Soles *dicitur.* Vrbem nouam Virg. Aen. 1, 526. *Conf.* Liu. 3, 3. Vell. 1, 2, 6. ¶ 3 Condere, [συντάσσεσθαι] *Componere, ſcribere, de literatis operibus. Vt,* Condere carmen Liu. 27, 37. Hor. in Arte Poët. 436. Quinctil. 3, 1, 19 Romanorum primus condidit aliqua in hac materia M. Cato: *de libris rhetoricis.* Numeris aliquid condere, *eſt Carmine aliquid conſcribere* Ouid. Faſt. 6, 24. Virg. Ecl. 6, 6 Namque ſuper tibi erunt qui dicere laudes, Vare, tuas cupiant, et triſtia condere Bella. Carmen condere Cic. Tuſc. 4, 41. Tullus Hoſtilius militarem diſciplinam artemque bellandi condidit Flor. 1, 3, 1. *Nec enim haec ſine literis commode intelliguntur.* Hiſtoriam Plin. 12, 4. Laudes alicuius Idem 22, 13. Cic. Att. 1, 16. Omen Propert. 2, 28, 38. Poëma Cic. Att. 1, 16 *extr.* Praecepta medendi Plin. 26, 2. Praelia condere, *deſcribere* Stat. Theb. 1, 8. Lucilius, qui primus condidit Stili naſum, *i. ſatyram, irriſorium poëma, ſcripſit. Vere itaque* Feſtus, Plin. praef. Condere, proprie eſt In vnum, et in interiorem locum dare ad cuſtodiam faciliorem: quod verbum nunc ſignificat conſcribere, nunc facere, nunc componere et inſtruere.

CONDENS, entis. Partic. [ἀποκρύπτων] *Vt,* Nubila condentia caelum tenebris Claud. in Nilo 2.

CONDĬTVS, a, um. Partic. [ἀποκείμενος, ἀπόθετος] *Verbi ſui ſignificatione.* Plaut. Pſeud. 4, 1, 31 Teneo, omnia in pectore condita ſunt. In alta caligine condita diſcors dea Sen. Herc. fur. 92. Antro conditus Ouid. Met. 3, 31. Catul. Argon. 231 Memori tibi condita Corde Haec vigeant mandata, nec vlla oblitteret aetas. Cic. pro Muraen. 49 Vultus erat ipſius plenus furoris, oculi ſceleris, ſermo arrogantiae: ſic vt ei iam exploratus, et Domi conditus Conſulatus videretur. Tumulo conditus Valer. Argon. 5, 198. Enſis Horat. Epod. 7, 2 *ſubaudiendum Vagina. Vid. Burm. ad* Quinct. 8 prooem. p. 661. Iurgia ſub tacita condita laetitia Propert. 2, 6, 32. Literae conditae in aerario ſanctiore Cic. Verr. 4, 115. Tibul. 1, 1, 42 Non ego diuitias patrum, fructusque requiro, Quos tulit antiquo condita meſſis auo. Praecordia condita aperit Liber Hor. Serm. 1, 4, 89. Telum patenti iugulo conditum imprimere Sen. Oedip. 1037. Vinum Hor. Od. 1, 20, 3. Virgil. Ecl. 10, 50 — Chalcidico, quae ſunt mihi condita verſu Carmina. Propert. 4, 1, 72 Non ſunt a dextro condita Fila colo, *i. res eſt difficilis contextu.* Locus a Diomede conditus Horat. Sat. 1, 5, 92. Aliquid conditum mandare vetuſtati Cic. de Natur. Deor. 2, 151 c. 60. *Ruſticorum vox, quam pulchre declarat* Cic. Bruto 16 c. 4 Nec enim ex nouis, vt agricolae ſolent, fructibus eſt, vnde tibi reddam, quod accepi. Sic omnis foetus repreſſus, exuſtusque flos ſiti veteris vbertatis exaruit: nec ex conditis, qui iacent in tenebris, et ad quos omnis nobis aditus obſtructus eſt. Seremus igitur aliquid, *etc.* Idem Verr. 2, 5 c. 2 Itaque ad omnes res Sicilia prouincia ſemper vſi ſumus, vt quidquid ex ſeſe poſſet efferre, id non apud eos naſci, ſed domi noſtrae conditum putaremus. Conditum aliquid ſeruare Virg. Ecl. 3, 43. Paullus ICtus l. 97 de Legg. 3 Quae in condito habuerat paterfamiliae, frumenti, vini et caeterarum rerum — diuerſam autem cauſam eſſe eorum, quae in condito eſſent. — Pone in condito centies aureorum eſſe, quae in vſum ſumi ſolerent. *Sic* Ex conditis Veget. Mulom. 4, 11, 1. *i. quae ad vſum repoſita ſunt.* Militaria condita, *i. annona* Spartian. in Adr. 11. *vbi vid. Caſaubonus et Salmaſ. Conf.* Iſidor. 16, 15.

CONDĪTVS, ûs. m. Apul. p. 289. Cenſorin. c. 4.

CONDITVRA, ae. f. *Structura, ratio conficiendi.* Petron. 51 Conditura vitrorum.

CONDĬTOR, ōris. m. [κτίστης, δημιουργὸς ἀρχηγός] *Qui aliquid componit, rei alicuius auctor. Vt,* Conditor legum Plaut. Epid. 3, 4, 86 Aeui redeuntis conditor Chriſtus Claudian. in Paſchal. 1. Argumenti alicuius conditor Ouid. Triſt. 5, 1, 10. Artis alicuius conditor Idem ex Pont. 2, 11, 2. Imperii Flor. 1, 1, 1. *Add.* Plin. Paneg. c. 1. Diſciplinae conditor militaris Idem Epiſt. 10, 29. Hiſtoriae alicuius conditor Ouid. Triſt. 2, 416. *Et* Rerum conditor Thucydides vocatur a Plin. 7, 30. Conditor conſeruatorque Romani nominis Octauius Vell. 2, 60. Profeſſionis conditor Scribon. Ep. Sectae Peripateticae conditor Ariſtoteles Columel. 9, 3. Vrbis Flor. 1, 1, 1.

CONDITRIX, īcis. f. Macrob. Somn. Scip. 1, 11 Luna mortalium corporum, et auctor, et conditrix. Athenarum conditrix Minerua Eumen. de reſtaur. Schol. c. 9. Paupertas ciuitatum conditrix Apul. Apol. p. 285. *Conf.* Philarg. ad Virg. Ecl. 1, 20.

CONDITORIVS, a, um. Adi. [ἀπόκρυφος] Quinctil. Decl. 8 Non quidem licuit mihi in illud cubiculum conditorium tuae mortis irrumpere. Niſi accipias per appoſitionem, vt ſit Subſtantiuum, ſignificetque Arcanum receptaculum; quod magis placet.

CONDITORIVM, i. n. [θήκη] *i. e. Sepulcrum.* Muralium tormentorum conditorium Ammian. 18, 22. Plin. Epiſt. 6, 10 ad Albinum, Tam parata obliuio mortuorum, vt ipſi nobis debeamus conditoria exſtruere, omniaque heredum officia praeſumere. Idem 7, 16. Petron. 111 In conditorium etiam proſecuta eſt defunctum. Sueton. Auguſt. c. 18 Per idem tempus conditorium, et corpus magni Alexandri

andri cum prolatum e penetrali ſubiecifſet oculis. *Conf.* Suet. Calig. c. 52. Quinctil. decl. 8 *extr.* Non quidem licuit mihi in illud cubiculum, conditorium tuae mortis, irrumpere, *i. cubiculum, quod idem ſepulcrum.*

CONDITICIVS, a, um. Adi. [ἀποθετικὸς] *Quod conditur et ſeruatur.* Colum. 8, 8, 2 Duobus tamen aut tribus menſibus acceptant conditicia cibaria, caeteris ſeipſas paſcunt ſeminibus agreſtibus.

CONDITĪVVS, a, um. Adi. [ἀποθετὸς] *Fructuum appellatio, qui condi poſſunt, i. ſeruari vltra maturitatem. Vid. ſub* CONDIO.

CONDITĪVVM, i. n. *pro Sepulcro, ſ. Conditorio.* Sen. Epiſt. 82 Multum intereſt inter otium et conditiuum. *Add* Id. Ep. 60.

CONDVS, i. m. *Qui condit; vt,* Promus, *qui promit conditicia.* Plaut. Pſeud. 2, 2, 14 Condus promus, procurator peni.

CONDITIO, ōnis. f. [κατάςασις, τύχη] *Eſt Diſpoſitio quaedam ac ratio fortunarum, temporum, rerum, tota circumſtantia, et quidquid rem vel perſonam, meliorem deteriorem, feliciorem infeliciorem facit, quae* cum *re vel perſona* dantur, *ponuntur, ſunt, ſine quibus res aut non eſt, aut non poteſt obtineri. Ita late patet notio iſta, vt non poſſit, niſi ex magno numero exemplorum accurate cognoſci.* Cic. Tuſc. 3, 34 Nihil eſt enim, quod tam obtundat, eleuetque aegritudinem, quam perpetua in omni vita cogitatio, nihil eſſe, quod accidere non p. ſſit, quam meditatio conditionis humanae. Paterc. 2, 104 Neque illi ſpectaculo, quo fruitus ſum, ſimile conditio mortalis recipere videtur mihi. Idem 2, 2 Conditio mortalis quantas virtutes recipit. Fortuna atque conditio Cic. in Catil. 4, 1. Idem pro Milon. 79 c. 29 Fingite cogitatione imaginem huius conditionis meae: ſi poſſim efficere, vt Milonem abſoluatis; ſed ita ſi Clodius reuixerit. Multi laquei legum et conditionum propoſiti Cic. pro Cluent. 150 c. 55. Infimi generis hominum conditio atque fortuna Idem pro Milon. 9. Cic. de Lege Agr. 1, 17 Paucas tribus non certa conditione Iuris, ſed ſortis beneficio fortuito ad vſurpandam libertatem vocare. Legum, iudiciorum, temporum ea conditio impendet Idem Fam. 5, 18. Loci alicuius conditio Ouid. ex Pont. 2, 5, 16. Quinctil. 1, 5 Euenit, vt Metri quoque conditio mutet accentum. Mortis ademta conditio, *vid.* ADIMO. Naſcendi incerta conditio Cic. in Catil. 3, 2. Perſonarum conditio Quinctil. 3, 10. Columel. 11, 12 Pro conditione regionis et caeli, terra vel proſcinditur, vel iteratur. Seruiendi conditio Cic. Fam. 16, 7. Idem in Catil. 4, 16 Seruus eſt nemo, qui modo tolerabili conditione ſit Seruitutis, qui non, *etc.* Seruitutis non communi conditione vti Cic. pro Cael. 57. Sortis conditio Ouid. Triſt. 3, 14, 52. Temporum conditione aliquid mutari Quinctil. 4, 1. Cic. pro Marcell. 12 Nam quum ipſius Victoriae conditione iure omnes victi occidiſſemus, clementiae tuae iudicio conſeruati ſumus. Vitae Idem Off. 3, 85 c. 21 Cum eius vitae ea conditio ſit, vt qui illam eripuerit, in maxima et gratia futurus ſit et gloria. Idem Philipp. 14, 33 Pro mortali conditione Vitae, immortalitatem eſtis conſequuti. Vitae easdem conditiones non perferre Cic. pro Cluent. 150 c. 55. Vitae aliquam conditionem ſequi Idem pro Rabir. Poſt. 16. Viuendi conditio Horat. Serm. 2, 8, 65. *Huc et iſta pertinent:* Cic. pro Rabir. Poſt. 15 Prouidete, ne duriorem vobis conditionem Statuatis, ordinique veſtro, quam ferre poſſit. Idem pro Planc. 11 Eſt enim conditio liberorum populorum, praecipueque huius principis populi, et omnium gentium domini atque victoris, poſſe ſuffragiis vel dare, vel detrahere, quod velit cuique. Cic. pro Rabir. Poſt. 33 Iſta conditio Eſt teſtium, vt quibus creditum non ſit negantibus, iisdem credatur dicentibus. Idem Fam. 8, 9 Galliae, quae habent interceſſorem, in eandem conditionem, quam caeterae prouinciae Vocantur. ¶ 2 *Iam Epitheta quaedam videamus:* Attalicae conditiones, *vid.* ATTALVS. Bona conditio, *vid. mox* Optima. Communis Horat. Epiſt. 2, 1, 152. Dulcis Id. Epiſt. 1, 1, 51. Duriores legum conditiones Cic. pro Cluent. 150 c. 55. Foeda Hor. Carm. 3, 5, 14. Humana Cic. Tuſc. 1, 15. Infima conditio et fortuna ſeruorum Id. Off. 1, 41. Vis et fortunae conditio Infima aliquorum Cic. pro Corn. Balb. 24. Iniqua, *vid.* INIQVVS. Inſidioſiſſima, *vid.* INSIDEO. Optima conditione praedia Cic. de L. Agr. 3, 7 c. 2. *i. optimo iure. Sic* Optima conditione in redimendo *eſt, qui primum et proximum redimendi ius habet* Cic. Verr. 1 c. 54. *Et* Verr. 2 c. 59 Optima conditione locare *reſpectu redemtoris, i. minimo pretio. Sic* ad Q. Fratr. 2, 3 Bona conditio, *de emendi occaſione.* Triſtis Claudian. Conſ. Hon. 4, 615. Cic. pro Cluent. 94 Tamen illi iudices ſtatuerunt, iniqua conditione reum cauſam dicere, quum aduerſario eius, ad ius accuſationis ſumma vis poteſtatis accederet. Idem ibid. Accuſante Tribunopleb. conditione aequa diſceptari poſſe non putauerunt. Meliore iure, meliore in cauſa, commodiore conditione eſſe Cic. de Lege Agr. 2, 9. Meliore conditione eſt ſenex, quam adoleſcens, quum id, quod ille ſperat, hic conſequutus eſt Idem de Senect. 68. Longe alia conditione eſſe ac caeteri Vatin. ad Cic. Fam. 5, 10. In ſuperiori conditione cauſaque poſitum eſſe Idem pro Corn. Balb. 36. Conuellere conditionem amicitiae, *vid.* CONVELLO. Excutere conditionem alicuius, *i. expendere et conſiderare penitus* Ouid. Triſt. 3, 14, 52. Facere diſparem conditionem Cic. de Prouinc. Conſ. 16. Generari mortali conditione Idem de Vniuerſ. 36. Cic. pro Marcell. 8 Sed ea tamen viciſti, quae et naturam, et conditionem, vt vinci poſſent, Habebant. Inſtituere legem iniquam et miſeram conditionem periculis hominum Idem pro Muraen. 60. Mutare conditionem Quinct. 1, 5, 26. *Et* Mutari conditione temporum Idem 11, 3, 137. *it.* 12, 1, 41. Naſci eadem conditione Cic. de Diuin. 2, 93. Nati ſumus ea conditione, vt nihil, quod homini accidere poſſit, recuſare debeamus Idem Att. 15, 1. Qua nati ſumus conditione viuamus Cic. Fam. 5, 16. Immortalium conditionem poſtulare Idem Off. 3, . . Prouidere conditioni ciuium contra periculoſiſſimas hominum potentias Cic. pro Cael. 22. ¶ 3 *In primis in electionibus quibuscunque et pactionibus,* Conditio *locum habet, i. circumſtantia, definitio, determinatio. Hinc multa de* conditionibus ICti, *quorum formulas diſces ex* Titulo Pandectarum (35, 1) de conditionibus et demonſtrationibus, *etc. V. g.* Vlpian. l. 3 Obtinuit, impoſſibiles conditiones teſtamento adſcriptas pro nullis habendas. *Et* l. 34 §. 1 Inter demonſtrationem et conditionem hoc intereſt, quod demonſtratio plerumque factam rem oſtendit, conditio futuram. Ter. Heaut. 2, 3, 85 Harum duarum conditionum nunc vtram malis, vide. Commodiſſima conditione negotium conficere Cic. Fam. 13, 14. Ea conditione dare aliquid Idem Fam. 6, 7. Pacem fecit inter eos his conditionibus Nep. 8, 3, 1. Cic. pro Arch. 25 Iubere ei praemium tribui ſub ea conditione, ne quid poſtea ſcriberet. *Conf.* Plin. Epiſt. 4, 13. Valde bona conditio, ſi fuerit, fortaſſe non omittam Cic. Q. Fratr. 2, 6. Cauſarum conditio Quinctil. 4, 2, 25. Controuerſiae conditio Idem 4, 1, 26. Pacis conditio cum aliquo Cic. Philipp. 4, 11. Id. Phil. 6, 3 Quae vobis poteſt cum hoc gladiatore conditionis, aequitatis, legationis, eſſe communitas? Pacis conditiones poſtulare, recipere, rumpere Vell. 2, 48, 5. Donat. in Ter. Andr. 1, 1, 52 Conditio eſt pactio certam legem in ſe continens. *Non ſatis accurate:* conditio *eſt potius lex et determinatio, circumſtantiaque, ſub qua aliquid eligitur.* Praeſentis diſcriminis Quinct. 2, 13. Petitionum Idem 3, 10. Nulla conditione Cic. pro Corn. Balb. 23. Accedere ad conditionem et pactionem, *pro Conſentire, vid.* ACCEDO. Accipere conditionem Cic. Fam. 16, 12. *Vid. mox* Ferre. Accipere ea conditione Cic. Tuſc. 1, 93. Adducere aliquem ad aliquam conditionem Balbus Ciceroni Att. 8, 15. Adſtringere aliquem ſuis conditionibus Cic. pro Quint. 19. Vlpian. l. 3 ff. de Iureiur. Ait praetor, ſi is, cum quo agetur, conditione delata, iurauerit. Audire conditionem, et audita conditio Ouid. Epiſt. 21, 132. Capere conditionem, et In conditionem, *vid.* CAPIO. Cic. in Catil. 4, 1 Mihi quidem, ſi haec conditio Conſulatus Data eſt, vt, *etc. i. ſi hac lege et conditione conſulatus mihi mandatus eſt.* Defendere ſe alicuius rei conditione Cic. de Lege Agr. 1, 56. Depaciſci ad conditionem alterius Idem Verr. 3, 60 c. 25. Deſcendere alterutram ad conditionem Cael. ad Cic. Fam. 8, 8. Ferre conditiones, *eſt victoris et ſuperioris:* Accipere *conditiones, victi.* Cic. Fam. 16, 12 Feruntur omnino conditiones ab illo. *Add.* Idem Att. 7, 15 *pr.* Ferre conditiones, leges imponere Cic. Philipp. 7, 21. Fugere a ſuis conditionibus Idem Fam. 16, 12. Hirt. Bell. Alex. 65 Conditionibus Impoſitis prouinciae tuendae ac defendendae, hoſtes perſequutus eſt. Manere in conditione Cic. Att. 7, 15. Manet conditio Idem Fam. 2, 6. Offerre conditionem pacis, *apud* Liuium. 2, 13. *Sed alii* Ferre. Omittere conditionem Cic. Q. Fratr. 2, 2. Onerare conditionibus Idem Verr. 3. Perducere aliquem ad ſuas conditiones Cic. pro Quint. 27 c. 6. Producere aliquem conditionibus Idem pro Quint. 10. *Et* pro L. Manil. 67 c. 23 Quibus iacturis, quibus conditionibus homines in prouincias Proficiſcantur: *i. quantum vel dent vel promittant illis, qui prouincias ipſis decernunt.* Proponere conditionem ſupplicii alicui Cic. pro Cluent. 129. Recipere iniquam conditionem Quinctil. 5, 6. Liu. . . Aliquot expeditione vna populos aut vi ſubegit, aut conditionibus in ſocietatem accepit. Repudiare aequiſſimam conditionem Cic. pro Quint. 26. Reſpuere conditionem aliquam Idem pro Cael. 14. *Et* Fam. 16, 12 Sin ille ſuis conditionibus Stare noluerit, bellum paratum eſt. *Add.* Idem Att. 7, 15 *pr.* Fugere a conditionibus, *ſuperiori contrarium ibidem eſſe diximus.* Venire ad conditiones Cic. Verr. 3 c. 62 *facere, quod alter vult.* Idem Att. 9, 15 Si mihi veniam quam peto, dederit, vtar illius conditione: ſin minus, impetrabo aliquid a me ipſo. *Verbum ex formula diuortiorum, vt videtur, petitum.* Caius in l. 2 D. de diuort. et repud. In ſponſalibus quoque diſcutiendis placuit renuntiationem interuenire oportere: in qua re haec verba probata ſunt, CONDITIONE TVA NON VTOR. *Nempe* ¶ 4 *ad nuptias contrahendas ſpeciatim hoc nomen refertur, vt non tantum pro legibus, quibus eae contrahuntur, ſed pro toto illo negotio poſitum videatur. V. g.* Narraui amicis multis conſilium meum De conditione hac. Euclionis filiam Laudant Plaut. Aul. 3, 5, 1. Vxoriae conditionis contentio Cic. de Amic. 34 c. 10. *Vid. Commentat.* Nullius conditionis non habuit poteſtatem Nep. Att. c. 12, 1. Ter. Phorm. 4, 1, 13 Hanc conditionem ſi cui tulero extraneo, *i. offeram illi in matrimonium hanc puellam.* Cic. Philipp. 2 c. 38 Filiam eius, ſororem tuam, eieciſti, alia conditione quaeſita, et ante perſpecta. Remanſit in coelibatu, neque ſollicitari vlla conditione amplius potuit Sueton. Galba c. 5. Circumſpicere conditiones Idem Auguſt. c. 63. Tractare de conditionibus Sueton. Claud. c. 26. Sen. de Benef. 1, 9 Ruſticus, inurbanus, ac mali moris, et inter matronas abominanda conditio eſt, ſi quis coniugem in ſella proſtare vetuit. Arnob. 4 p. 140 Vxores enim DI habent, et in coniugialia federa conditionibus veniunt ante quaeſitis. *Conf.* Plaut. Trin. 1, 2, 22. Quinctil. Declam. 255 f. *ibique Burmann. p. 472. Dicitur etiam de re meretricia.* Habes hortos ad Tiberim, ac diligenter eo loco praeparaſti, quo omnis iuuentus natandi cauſa venit. Hinc licet conditiones quotidie legas Cic. pro Cael. c. 15. Antonius *Caeſari poſt Auguſto* obiecit conditiones quaeſitas per amicos Sueton. Auguſt. c. 69. *Ad* coenam *transtulit iocoſe* Martial. 11, 52 Coenabis belle, Iuli Cerealis, apud me: Conditio melior, ſi tibi nulla, veni. *Etiam* Plautus *in tali inuitatione* Capt. 1, 2, 77 Quae mihi atque amicis placeat conditio magis. ¶ 5 Conditionem *pro Creatura ſaepe vſurpauit* Tertull. de Corona militis, *et alias. V. g.* Dei conditio eſt tus et merum Tertull. de Hab. mul. c. 8. *i. opus conditum, ſ. factum.*

CONDITIONĀLIS, e. Adi. *Quod ex conditione pendet. Vt,* Pars conditionalis Martianus in l. quum heres. D. de acquir. hered. Venditio l. 4 *pr.* D. de in diem addict. Comminatio Tertull. adu. Iud. c. 13. Datio l. 9 D. de adim. legat. Conditionales creditores dicuntur hi, Quibus nondum competit actio, eſt autem competitura: vel qui ſpem habent, vt competat, *nempe ſi conditio quaedam eueniat* Vlp. in l. 54 D. de verb. ſignif.

CONDITIONALĬTER. Adu. In Inſtitutionibus, titulo de legatis §. longe magis, Sed ſi conditionaliter enuntiata fuerit cauſa, aliud iuris eſt, *etc.* Paullus in l. qui ſtipulator. D. de verb. obligat. *Add.* Gaius l. 17 §. 3 de Condit. et Demonſtr.

CONDITIONABĬLIS, e. Adi. Tertull. adu. Gnoſt. c. 11.

CONDIVIDO, ĕre. C. Aurel. Tard. 1, 4.

*A* CONDO, āre, *formatum videtur*

• CONDATOR, ōris. m. Condatoribus, συντελεςαῖς, Gloſſ. Lat. Gr. *Sed* Gl. Gr. Lat. συντελεςὴς Tributarius. *Videtur itaque* Condator *etiam ille eſſe, qui* cum *aliis* dat *et* confert *tributum.*

CONDŎCEO, ui, ctum, ēre. [συμπαιδεύω] *Plane et accurate docere.* Hirt. Bell. Afr. 19 Equo frenato vti condocuerat.

CONDOCTVS, a, um. Partic. Plaut. Poen. 3, 2, 3 Fac modo, vt condocta tibi ſint dicta ad hanc fallaciam. M. quin edepol condoctior ſum, quam tragoedi aut comici. *Sic in vtroque verſu* Condoctum *legit Turnebus, non* Conductum. Condocti *autem* comici *ſunt, qui fabulam, quam acturi ſunt, vna fideliter edidicerunt, geſtumque agere ſciunt. Oportet enim hiſtriones peritos eſſe, et fabulam, quam acturi ſunt, ſimul edidiciſſe, antequam in proſcenium prodeant, quo niſi fallor reſpexit. Haec ille.*

CONDOCEFACIO, ēci, actum, ĕre. [διδάσκω] *Inſtruere, docere.*

*docere.* Cic. Tuſc. 5, 87 c. 31 Nemo eſt enim, qui eorum bonorum, animum putet eſſe iudicem, eumque condoceſaciat, vt ea, quae bona, malaue videantur, poſſit contemnere. Condocefacere elephantos Hirt. B. Afr. 27. Tirones Idem ib. 71. Beluae domitae et condocefactae Cic. de N. D. 2 c. 64.

CONDŎLEO, ui, ēre. [συνάχθομαι, λυπέομαι] *Idem, quod vndique, vel vehementer dolere: nam* Condolere, *pro eo, quod Graecis eſt* συναλγεῖν, *aut* συμπάσχειν, *non eſt Latinum.* Cic. de Orat. 3, 6 Namque tum latus ei dicenti condoluiſſe, ſudoremque multum conſequutum eſſe audiebamus. Tibul. 1, 6, 36 Et ſimulat ſubito condoluiſſe Caput. Condoluit caput de vento Plaut. Truc. 2, 8, 2. Corpus condoluit tentatum frigore Horat. Serm. 1, 1, 80. Si pes condoluit, ſi dens, ferre non poſſumus Cic. Tuſc. 2, 52 c. 22.

CONDOLESCO, ēre. [καταλγύνομαι] Condolere *incipere.* Cic. Acad. 1, 37 c. 10 Quumque perturbationem animi illi ex homine non tollerent, naturaque et condoleſcere, et concupiſcere, et extimeſcere, et efferri laetitia dicerent. *Sic* Vlcera ad leuem tactum, deinde etiam ad ſuſpicionem tactus condoleſcunt Sen. de Ira 3, 10.

CONDOMINOR, āri. Liuio *adſcribitur.*

CONDOMO, āre. *Totum et plane domare.* Veteresque nugas condomare ac frangere Prudent. Hymn. Ieiun. v. 98.

CONDŌNO, āre. [δωρέομαι, χαρίζομαι] *Idem, quod donare ſignificat, cum quodam incremento ſignificationis: interdum et remittere, non exigere, quod debetur.* Plaut. Men. 4, 2, 94 Ego illam non condonaui, ſed ſic vtendam dedi. Dare et condonare Cic. pro Planc. 75 c. 31. Idem Fam. 13, 75 Vt eius filios, qui in tua poteſtate ſunt, mihi potiſſimum condones. Plaut. Amph. 1, 3, 38 Nunc tibi hanc pateram condono. Idem Perſ. 5, 2, 36 Ne tibi hoc ſcipione malum magnum dem. P. te condono, *i. remitto tibi hunc laborem pulſandi me, quem compendifacere potes.* Ter. Phorm. 5, 8, 54 Argentum, quod habes, condonamus te. Cic. Off. 2, 78 Aut pecunias creditas debitoribus condonandas putant. Aliis adimuntur, aliis condonantur pecuniae Ibid. c. 22. Crimen Cic. pro Mil. c. 2. Salluſt. Catil. 52 Haud facile alterius libidini malefacta condonabam. Caeſar tanti apud ſe gratiam eius eſſe oſtendit, vt et Reipubl. iniuriam, et ſuum dolorem eius voluntati ac precibus condonet Caeſ. Bell. Gall. 1, 20. Praeterea ſe Diuitiaco fratri condonare dicit Ibid. Remittere alicui et condonare animaduerſionem et ſupplicium, quo vſurus erat in ipſum Vatin. Cic. Fam. 5, 10. Ter. in prol. Eun. 17 Habeo alia multa, quae nunc condonabitur. *Quidam hic legunt* Condonabuntur. *Sed nihil opus eſt: Graeca figura vtitur Terentius.*

CONDONĀTVS, a, um. Partic. [συγγνωσμένος] Cic. Fam. 5, 18 Cum vnum ſit iudicium ex tam multis, quod reprehendatur, vt quod — potentiae alicuius condonatum exiſtimetur, *i. in gratiam potentis alicuius factum.* Condonatus, *pro eo, cui parcitum eſt.* Vict. de Viris Illuſtr. 4 Qui apud Duumuiros condemnatus, ad populum prouocauit: vbi patris lacrimis condonatus, ab eo expiandi gratia ſub Tigillum miſſus, *i. patri lacrimanti. De Horatio loquitur, qui ſororem occiderat.*

CONDONATIO, ōnis. f. [συγγνώμη] Cic. Act. 1 in Verr. 12 c. 4 Cuius praetura vrbana aedium ſacrarum fuit, publicorumque operum depopulatio: ſimul in iure dicendo bonorum, poſſeſſionumque contra omnium inſtituta addictio, et condonatio.

CONDORMIO, īui, ītum, īre. [συγκαθεύδω] *Simul domire.* Plaut. Moſt. 2, 2, 55 Abimus omnes cubitum: condormiuimus. *Verum hinc nondum ſatis probatur vſus praeſentis in IO. Sed* Hygin. Fab. 125 Cum Vlyſſes condormiret, ſocii inuolarunt pecus.

CONDORMISCO, ēre. *Idem.* Plaut. Rud. 2, 7, 13 Obſecro hoſpes, da mihi aliquid loci, vbi condormiſcam parum. S. iſtuc vbi vbi vis, condormiſce: nemo prohibet, publicum eſt.

CONDORMITIO, ōnis. f. Firmic.

CONDOTĀLIS, e. In Cod.

CONDOTO, āre. Ibid.

CONDOTATVS, a, um. In Digeſt.

CONDRILLE, es. f. *ſiue* CONDRILLON, i. n. *Herba, de qua* Plin. 22, 22 ſ. 45 Condrillon, ſiue Condrille folia habet intubi, circumroſis ſimilia, caulem minus pedali, ſucco madentem amaro, radice fabae ſimili, aliquando numeroſa. Habet proximam terrae maſtichen tuberculo fabae, quae appoſita feminarum menſes trahere dicitur, *etc. Eadem Dioſc.* 2, 161. *Add.* Plin. 21, 15. *Scribunt quidam* Chondrillon *male. Eſt enim* χονδρίλλη *ſine adſpiratione.*

CONDRIS, *vid.* CHONDRIS.

CONDVCO, xi, ctum, ēre. [ἐπάγω, συνάγω] *Simul docere, cogere, congregare.* Cic. de Inuent. 2, 3 Tunc Crotoniatae, publico de conſilio virgines in vnum locum conduxerunt: et pictori, quas vellet, eligendi poteſtatem dederunt. Cohortes diſperſas in vna caſtra conducere Tacit. Ann. 4, 2. Copias diſperſas conducere Idem Hiſt. 4, 71. In vnum locum Copias omnes Caeſ. Bell. Ciu. 3, 13. Exercitus in vnum conducere Tacit. Ann. 4, 47. *Hinc ad inanimata transfertur.* Pallad. 1, 16 Conducere ciſternis aquam tectorum. Lac conducere, *pro coagulare* Col. 7, 8, 1 Lac plerumque cogi debet agni aut hoedi coagulo, quamuis poſſit et agreſtis cardui flore conduci, et feminibus cneci. Ouid. Met. 1, 572 — Peneus ab imo

Effuſus Pindo, ſpumoſis voluitur vndis,
Deiectuque graui tenues agitantia fumos,
Nubila conducit, *i. conglomerat, conglobat, cogit, congregat.* Deiectu graui, *i. rapido et praecipiti aquarum curſu, vnde reſiliunt ſpumae et guttulae.* Partes conducere in vnum, *i. contrahere in vnum corpus* Lucr. 1, 398. Ouid. Met. 4, 375

Nam mixta duorum
Corpora iunguntur, faciesque inducitur illis
Vna, velut ſi quis conducat cortice ramos,
Creſcendo iungi, pariterque adoleſcere cernat.

*Al. et Burmann.* Conducta. Valer. Argon. 1, 480 Vel pice vel molli conducere vulnera cerâ, *i. Contrahere. Vid. Heinſ. in l. et ad* Ouid. Met. 4, 375. *et Giſan. Ind. Lucret.* in Conducere. ¶ 2 *Cum ad operas quasdam, vt aedificandi, vt meſſis, vt militandi plures adhiberi ſoleant, qui conducuntur, et quidem intercedente pretio, hinc conducere non tantum eſt homines dato pretio mouere, vt opus noſtrum faciant, ſed generatim aliquid ſibi rei, perſonae, commodi, vel pretio, vel opera intercedente comparare: Qua quidem ratione reſpondet illi verbum* Locare. *Nempe* Locare *eſt vtendum, fruendum, faciendum, aliquid dare;* Conducere *eſt vtendum, fruendum, faciendum aliquid accipere. Ponit et firmat hanc differentiam Cuiac. Obſſ. 2, 28. quam ſatis exempla iam producenda quantum ad verbum* conducere *oſtendent.* Plaut. Aul. 2, 4, 1 Poſtquam opſonauit herus, et conduxit coquos. *Add.* Pſeud. 3, 2, 9 ſqq. *Hi ergo coqui ſuam* locant operam. Auerſione conducere, vel Per auerſionem, *vid.* AVERSIO. Aliquem ad caedem faciendam conducere Cic. de Prouinc. Conſ. 9 c. 4. Aedes conducere Suet. Tiber. c. 35. Domum Cic. Q. Fratr. 2, 3. Idem Att. 12, . . Si Romae eſſet, domumque conduceret. *Add.* pro Cael. c. 7. Cic. Fam. 16, 18 Paredrum excita, vt Hortum ipſe conducat: ſic olitorem ipſe commouebis. Martial. 11, 83 Conductum repetens, nocte iubente, Larem. Locum alicui in proximo conducere Cic. Fam. 16, 21. Nauigium conducere Horat. Epiſt. 1, 1, 18. Plaut. Rud. prol. 57 Nauis clanculum conducitur. Mercede diurna conductus, *periphraſis pro Mercenario* Horat. Serm. 2, 7, 18. Mercede conducere Cic. Off. 2, . . Vectigalia de integro locarentur, et vt omnibus redimendi et conducendi promiſcue ius eſſet Liu. 43, 16. Conducere vno nummo, donationis inſtar inducit, *ait* Vlp. l. Si quis. D. locat. *Eſt nempe imaginaria tantum conductio: quale quid etiam fit in mancipationibus.* Conducere, [ἐργολαβεῖν, ἐξωνεῖσθαι] *etiam dicitur is, qui pretium accipit pro re aliqua facienda: quod* Redimere *etiam dicitur.* Vlpian. in l. Si quis domum. D. Locat. Si quis vitulos paſcendos, vel farciendum quid, poliendumue conduxit, culpam eum praeſtare debere. Idem eodem titul. l. Item quaeritur, Si quis ſeruum docendum conduxerit, eumque peregre duxerit, *etc. Nempe* conducere, *vt monuimus, eſt faciendum accipere. De colonis frequenter vſurpatur. V. g.* Caius in l. Si merces §. Vis maior D. Locati, Apparet autem de eo nos colono dicere, qui ad pecuniam numeratam conduxit. Alioquin partiarius colonus, quaſi ſocietatis iure, et damnum, et lucrum cum domino fundi partitur. Cic. Att. 1, 17 *Equites Aſiani, qui de Cenſoribus conduxerunt, (publica vectigalia)* queſti in Senatu, ſe cupiditate prolapſos, nimium magno conduxiſſe: vt induceretur locatio, poſtulauerunt. *Simile eſt illud eiusdem* Cic. Fam. 5, 6 Ego de Craſſo domum emi. *Sic* Idem de Diu. 2 c. 21 Redemtor, qui columnam illam de Cotta — conduxerat faciendam. *Petulanter maritus* Plautinus Aſin. 5, 2, 36 Egon'? vt non domi vxori meae ſubripiam in deliciis pallam quam habet, atque ad te deferam, Non edepol conduci poſſum vita vxoris annua: *i. etſi mereri poſſem hoc magnum commodum, vt intra annum moriatur vxor mea, tamen neque hac mercede* conduci *poſſum, vt non, etc.* ¶ 3 Conducere, *pro emere poni ait* Non. 4, 104, *et adfert* Plaut. Aul. 3, 6, 31 Caedendum conduxi ego illum *(agnum). Sed nihil opus recedere a ſollemni ſignificatu. Nam apud eundem* Capt. 4, 2, 39 Lanii locant caedundos agnos, *i. dant. Ergo hic etiam* Megadorus conduxit caedundum, *i. accepit a lanio. Sic Gronou. Quod quidem ex parte intelligo, vt Lanii ſuos homines habuerint, ſuas operas, quibus mactandos darent pro pretio agnos: at Megadorus certe talis non eſt, qui hanc operam conduxerit. Igitur malim credere Nonio.* ¶ 4 Conducit, [συμφέρει, συμβάλλεται] *in tertiis perſonis, pro Vtile eſt.* Columel. 1, . . Nam id minime conducit agricolae. Cic. de Republ. 1 *apud* Non. 4, 104 Facillimam autem in ea Republ. eſſe poſſe concordiam, in qua idem conducat omnibus. Ea maxime conducunt, quae ſunt rectiſſima Cic. Fam. 5, 19. Homini infanti aut impotenti iniuſte facta conducunt Idem de Finib. 1, 52. Laudi tuae hoc conducit Cic. Fam. 13, 48. Horat. Arte Poët. 195 Neu quid medios intercinat actus, Quod non propoſito conducat, *i. ad illud pertineat, idque iuuet.* Rationibus noſtris conducit id fieri Cic. Att. 1, 1. Rationibus Reipubl. hoc conducit Idem Fam. 1, 9. Saluti tuae conducere, et non aliena eſſe a dignitate Cic. Fam. 4, 7. Ad ventris victum haec conducunt Plaut. Capt. 4, 3, 6. Idem Ciſtel. 3, 4 Vt illud, quod tuam In rem bene conducat, conſulam.

CONDVCTVS, a, um. Partic. *pro diuerſitate verbi ſignificat. V. g.* Plaut. Aul. 3, 2, 34 Nummo ſum conductus. Conductus ſum coctum Idem Aul. 3, 3, 9. Auxilia regum in vnum conducta Tacit. Ann. 15, 26. *i. congregata.* In vnum conducti, *i. coacti et congregati* Idem Ann. 2, 52. Bella conducta, *dicuntur Bella militum mercenariorum* Sil. 5, 196. Cic. Philipp. 1, 22 Quis enim aut accuſator tam amens reperietur, qui reo condemnato obiici ſe Multitudini conductae velit? Mercede diurna conductus Horat. Sat. 2, 7, 18. Qui conducti plorant in funere Idem A. P. 431. Nauis conducta Ter. Adelph. 2, 2, 17. Agellus, ad nendum lana: *vid. Brouckhuſ. ad* Tibull. 1, 7, 85. Nummis conductis omnia coëmere, *i. coactis et corraſis a patre* Horat. Serm. 1, 2, 9. Plaut. Aul. 3, 3, 7 Abi: opera huc conducta eſt veſtra, non oratio. Cic. pro Sext. 38 c. 17 Erat autem mihi contentio non cum victore exercitu, ſed cum Operis conductis, *de infimi generis hominibus, qui vocem et clamores ſuos venderent* tumultuantibus. Telae conductae Tibul. 1, 5, 87. Tellure conducta ferere, *de paupere* Virgil. Aen. 12, 520. Teſtes conducti Ouid. Amor. 1, 10, 37. Torus conductus Idem Amor. 1, 10, 44. Conducta dicta ad fallaciam Plaut. Poen. 3, 2, 3. *Al.* Condocta. *Subſtant.* Habere aliquid conducti Cic. pro Cluent. 175 c. 62. *Et* Sen. de Benef. 7, 5 Nec conductum meum, quanquam ſis dominus, intrabis. Adcurrere in conductum Petron. 9.

CONDVCTILIS, e. Adi. Firmici *eſſe dicitur.*

CONDVCTIM. Adu. *Apud* Capitolinum.

CONDVCTOR, ōris. m. *Qui aliquid faciendum, vtendum, fruendum, accipit, etſi idem pecuniam accipiat.* Cic. Q. Fratr. 3, 1 Tum is mihi reſpondit, ſeipſum eius operis H-S. XVI, conductorem fuiſſe. Cato 14 Conductor vero lapidem, calcem, arenam, aquam, paleasque parabit. Donare mercedes habitationum conductoribus Caeſ. Bell. Ciu. 3, 21. *Saepe illo vtuntur ICti Tit. D.* Locati. *Add.* Vitr. 1, 1. Valer. Max. 8, 12, 1 *extr.*

CONDVCTRIX, īcis. f. *Vid.* Cod. 5, 12 l. 18. *et* 4, 65 l. 24.

CONDVCTIO, ōnis. f. [μίσθωσις] *Conducendi actus.* Cic. pro Caecin. 94 c. 32 Qui colonus habuit conductum de Ceſennia fundum, quum idem ex eadem conductione fuerit in fundo. *Add.* Liu. 43, 16. Cic. de Inuent. 1, 74 c. 40 Quare in longis argumentationibus, ex conductionibus, aut ex contrario complecti oportet, *etc.* Conductionem *vocat, quam Graeci* συναγωγήν. *Eſt etiam Morbi ſpecies, quam Graeci* σπασμόν *vocant. vt,* Conductio praecordiorum membrorum, neruorum Cael. Aurel. Acut. 2, 3, 16. *et* 3, 18, 177.

CONDVCTVS, ûs. m. *Contractio.* Cael. Aur. Acut. 2, 15 Conductu ſuperciliorum.

CONDVCENTER. Adu. Gell. 16, 12 Commode haec ſane omnia et conducenter. *Al.* condecenter.

CONDVCIBĬLIS, e. Adi. [συμφέρον] *i. Vtile.* Sententia Apul. Met. p. 7 Plaut. Epid. 2, 2, 71 Reperiamus aliquid callidi, conducibilis conſilii. Vtrum fuerit conducibilius Auct. ad Heren. 2 c. 14. *Add.* Sidon. Ep. 6, 1. Vtile et conducibile Auctor ad Herenn. 2, 35.

CONDVCTICIVS, a, um. Adi. [μιϑωτὸς] *Quod conductum eſt. Vt,* Fidicina conducticia Plaut. Epid. 2, 3, 8. Ne Domum quidem habuit conducticiam Porc. in Vita Terent. *ap.* Suet. Exercitus Nep. 11, 2, 4. *et* 12, 1, 2. Varro de R. R. 1, 17 Omnes agri coluntur hominibus ſeruis, aut liberis, aut vtriſque. Liberis: aut quum ipſi colunt, vt plerique pauperculi cum ſua progenie, aut mercenariis et conducticiis liberorum operis, res maiores, *etc.*

CONDVLCO, āre. *Idem ac Dulcare.* Vulg. Interpr. Sirac. 27, 26.

CONDV̆LVS, i. m. *Annulus, teſte* Feſto. *Ita dictus, vt videtur,* ἀπὸ τῶν κονδύλων, *hoc eſt a digitorum articulis aut nodis, ſiue quod annulis digiti exornari ſoleant, ſiue quod in digitis annuli, veluti nodi quidam emineant. Priſci etiam* Vngulum *vocauerunt, et* Symbolum, *teſte* Plin. 33, 1.

CONDVPLĬCO, āre. [ἐπιδιπλασιάζω] *Quaſi ſimul duplicare, et duplicem facere.* Cic. de Diuin. 1, 24 Tenebrae conduplicantur. Hoc conduplicant, vt ſit mane et veſperi Varr. R. R. 2, 4, 15. *de cibo porcarum foetarum.* Ter. Phorm. 3, 2, 31 Idem hoc tibi quod bene promeritus fueris, conduplicauerit. Diuitias conduplicare Lucret. 3, 71. *Add.* 1, 712.

CONDVPLICATIO, ōnis. f. [ἐπιδιπλασιασμὸς] Plaut. Poen. 5, 5, 18 Quid hoc eſt conduplicationis? quae haec congeminatio? Conduplicatio, *Figura Rhetorum.* Auct. ad Herenn. 4, 38 c. 28 Conduplicatio eſt, cum ratione amplificationis, aut commiſerationis, eiusdem vnius, aut plurium verborum iteratio.

CONDV̄RO, āre. *Durum reddere.* Lucret. 6, 968 Humor aquae porro ferrum condurat ab igni, *i. poſt ignem, ſi ignitum ferrum in aqua immittatur;* At coria, et carnem mollit durata calore.

CONDVRDVM, i. n. Herba *eſt* ſolſtitialis, flore rubro, quae e collo ſuſpenſa comprimere dicitur ſtrumas. *Vid.* Plin. 26, 5 ſ. 14.

CONDVS, *vid.* CONDO.

CONDYLŌMA, ătis. n. [κονδύλωμα] *Tuberculum, quod ex inflammatione praeſertim circum ſedem, anumque conſiſtit.* Plin. 21, 20 Sedis rimas et condylomata, omniaque in corpore excreſcentia ſanat. *Conf.* Idem 23, 8. 32, 9. 34, 15. Scrib. 224. 225. Celſ. 6, 18. *et* 7, 30. Apul. de Herb. c. 45 *et* 87.

CONDYLOMATICVS, a, um. *Nodoſus, puſtuloſus. Vt,* Paſſio condylomatica. Cathol.

CONDY̆LVS, i. m. [κόνδυλος] *Iunctura et nodus articulorum in digitis, eminens, ſtricta in pugnum palma.* Complicati in condylos digiti Martian. Capell. 1 p. 21. *Sed* Martial. 5, 79 Parui tibia Condyli *nomen proprium tibicinis videtur.*

CONDYLIATVS, a, um. Adi. *Nodo conſtrictus; vt,* Lana condyliata Plin. Valer. *ap. Barth. Adu.* 36, 3.

CONE. *Inſula ad oſtium Iſtri.* Lucan. 3, 200 Et barbara Cone Sarmaticas vbi perdit aquas, *etc.*

CONFABRĬCOR, āri. Dep. Gell. 3, 19 Superſtitioſe, et moleſte atque odioſe confabricatus commolitusque eſt originem vocabuli.

CONFABREFACIO, ĕre. *Idem, apud* ICtos in Digeſt.

CONFABRILIS, e. Adi. *Apud* Firmicum.

CONFABV̆LO, āre, [συμμυϑολογέω] *et* CONFABVLOR, āri. *De illo laudatur* Plaut. Moſt. Hiſce hodie hanc confabulabunt fabulam. *Vſitatius eſt* Confabulari, Plaut. Ciſtel. 4, 2, 77 Saluam eccam: ſed ego rem meam magnam tecum confabulari volo, ſociam te mihi opto ad meam ſalutem. *Add.* Idem Merc. 1, 2, 70. *et* 3, 3, 10.

CONTABVLATIO, ōnis. f. *Colloquium.* Symmach. Epiſt. 9, 89 Saepius ad me commeant (epiſtolae) et confabulationem praeſentis imitentur. Totos dies in huius confabulatione conſumis Hier. ad Gaudent. Ep. 12 *med.* Corrumpunt mores bonos — Peſſimae confabulationes Idem Epiſt. 2 ad Nepotian. Prauae confabulationes Tertull. ad Vxor. 2, 3.

CONFABVLĀTVS, ûs. m. *Idem.* Sidon. Epiſt. 9, 11 *extr.* Hos eloquii tui claritas, artifice confabulatu, dum compellat.

CONFACIO, ĕre. Feſtus: Confecerunt, Vna fecerunt. Obſoletum. *Etiam* Lucr. 2, 903 Confaciunt *legi vult Voſſius, pro conficiunt, i. concludunt.*

CONFAMVLOR, āri. Macrob. Sat. 1, 17 Hylen naturamque ſignificant confamulantes.

CONFARCIO, *vid.* CONFERCIO.

CONFARREO, āre. [συνελϑεῖν κατὰ νόμους ἱερὰς] *Verbum, quo ſacra et ritus nuptiarum indicantur, quos deſcribimus ſtatim in* CONFARREATIO. *Hinc* Tacit. Ann. 4, 16 Patricios confarreatis parentibus genitos, tres ſimul nominari, (de legendo flamine diali *ſermo eſt*) ex quis vnus legeretur, vetuſto more; neque adeſſe, vt olim eam copiam omiſſa confarreandi adſuetudine, aut inter paucos retenta. Apuleius Met. 10 p. 252, 40 *de ſe aſino, ſuisque cum damnata muliere nuptiis,* Talis mulieris publicitus matrimonium confarreaturus — exſpectatam diem muneris.

CONFARREATVS, a, um. Part. Confarreatis parentibus genitos *modo vidimus ex* Tacit. Ann. 4, 16 *ad quem locum etiam* Apuleio *tribuit Mercerus* Met. 5 p. 170, 31 Ego vero ſororem tuam, et nomen quo tu cenſeris, iam mihi confeſtim arra atque his nuptiis coniugabo: confarreatis nuptiis legit. Vet. Gloſſ. Confarreatus συμβιώσεως χάριν ζευχϑάς. Gloſſ. Iſid. Confarreatus conſociatus.

CONFARREATIO, ōnis. *Ritus a Romulo inſtitutus, quo tanquam ſacro et religioſo vinculo ad perpetuam vitae ſocietatem iungebantur coniuges, vt vxor filiae loco eſſet marito, in eiusque adeo poteſtate, et heres bonorum vel ſola, ſi improlis deceſſiſſet, vel cum liberis. Vid. Dion. Halic. 2 p. 95.* Seruius *Danielis in excerptis Pithoei apud Lipſ. ad* Tacit. Ann. 4, 16 Tribus modis apud veteres nuptiae fiebant — Farre, cum per Pontificem Maximum et Dialem Flaminem per fruges et molam ſalſam coniungebantur, vnde confarreatio appellatur, ex quibus patrimi et matrimi naſcebantur. *Haec et plura ad* Georg. 1, 31. *Et* ad Aen. 4, 104 Quid eſt enim aliud *permittere dextrae,* quam in manum conuenire? quae conuentio eo ritu perficitur, vt aqua et igni adhibitis, duobus maximis elementis, natura coniuncta habeatur: quae res ad farreatas nuptias pertinet, quibus Flaminem et Flaminicam iure Pontificio in matrimonium neceſſe eſt conuenire. *Et paullo poſt, (quae non inuenio in Maſuiciana)* Mos fuit Flamini et Flaminicae, vt per Farreationem in nuptias conuenirent, ſellas duas iugatas ouili pelle ſuperiniecta poni eius ouis, quae hoſtia fuiſſet, et ibi nubentes velatis capitibus in confarreatione Flamen et Flaminica reſiderent. Confarreationes autem tonitru dirimit. Plin. 18, 3 Quin et in ſacris nihil religioſius confarreationis vinculo erat: nouaeque nuptae farreum praeferrebant. Iſid. Gloſſ. Confarreatio, Conſacrorum communicatio: *al. melius* ſacrorum. *Vid. Grupen. de Vxore Rom. c. 4. Et quae dicentur in* DIFFARREATIO *et* FAR.



CONFATĀLIS, e. Adi. [συνειμαρμένος] *Quod eadem fati neceſſitate tenetur.* Cic. de Fato 30 c. 13 At ſi ita fatum ſit, Naſcetur Oedipus Laio: non poterit dici, ſiue fuerit Laius cum muliere, ſiue non fuerit (copulata enim res eſt, et confatalis: ſic enim appellat) quia ita fatum ſit, et concubiturum cum vxore Laium, et ex ea Oedipum procreaturum, *etc. Sunt enim ibi plura.*

CONFECTVS, *vid.* CONFICIO.

CONFERCIO, ſi, tum, īre. [συναϑροίζω, συσρέφω] *Ex* Con *et* Farcio *compoſitum, ſignificat denſare.* Varro de R. R. 3, 16, 35 *de apibus,* Quo facto non modo deſiſtunt pugna, ſed etiam conferciunt ſe lingentes. Plin. 12, 15 Myrrham paſſim a vulgo coëmtam in folles conferciunt. Lucret. 6, 157 Ventus enim quum confercit franguntur in vnum Concreti montes nimborum, et grandine miſti. *Legunt quidam* Conuertit. *Sed* confercit *optimi quique.*

CONFERTVS, a, um. Partic. [ἀϑρόος] Caeſ. Bell. Gall. 5, 16 Neque a tanta multitudine coniecta tela conferti vitare poterant. Virgil. Aen. 1, 347 Quos vbi confertos audere in praelia vidi, *etc.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 17 Vt nunquam conferti, ſed rari, magnisque interuallis praeliarentur. Acies conferta, *vid.* ACIES. Virgil. Georg. 3, 369 Confertoque Agmine cerui Torpent, *etc. i.* Agmine coniuncto: Cerui enim congregatione gratulantur. Seruius. Sil. 4, 158 Spiſſaeque ruunt conferta per Arma Vndae Boiorum. Legio conferta maniplis Sil. 7, 390. Liber confertus voluptatibus Cic. Tuſc. 3, 43 c. 19. *i. refertus, plenus.* Vita conferta voluptatum omnium varietate Cic. de Finib. 2 c. 20 Color egregius, integra valetudo, ſumma gratia, vita denique conferta voluptatum omnium varietate. Vita otioſa plena et conferta voluptatibus Cic. pro Sext. 23. Idem in Catil. 2 c. 5 Vino languidi, conferti cibo, ſertis redimiti, vnguentis obliti *Emendatiora exemplaria legunt* Confecti. *Compar.* Liu. 9, 27 Praeterquam quod confertiores ſteterant. *Conf.* Idem 39, 31. *Superlat.* Liu. 2, 12 In confertiſſima turba prope regium tribunal conſtitit. *Add.* Ibid. c. 55. Hoſtes confertiſſimi Salluſt. Catil. c. 60.

CONFERTE. Ammian. 31, 15.

CONFERTIM. Adu. [ἀϑρόως] Liu. 28, 2 Quum confertim Romani, vt ſolent, denſatis excepiſſent ſcutis. *Sed Gronou.* Conferti. Idem 21, 8 Quo acrius et confertim magis vtrinque pugnabatur. Confertim et pugnant et cedunt Id. 31, 43. Aliquoties confertius reſiſtentes Ammian. 24, 7.

CONFERMENTO, āre. Donec totum confermentetur Tertull. adu. Valent. c. 31.

CONFĔRO, fers, tŭli, lātum, ferre. [συμφέρω, προσανατίϑημαι, συγχορηγέω, συμβάλλομαι, συντείνω, ἀποτίω, ἐκτείνω] *Simul ferre, eundem in locum ferre.* Plaut. Capt. 4, 2, 15 Neu quis in hac platea negotii conferat quidquam ſui. Columel. 1, 6, 7 Sitque vtrique proximum horreum, quo conferatur ruſticum inſtrumentum. *Sic* bona conferre *eſt ea in vnam ſummam et maſſam colligere, quae deinde in ſuas portiones diuidatur. De hac agitur* Tit. C. de collat. bonor. et D. eod. tit. Hic titulus, *inquit* Vlpian. *pr.* manifeſtam habet aequitatem. Quum enim Praetor ad bonorum poſſeſſionem contra tabulas emancipatos admittat participesque faciat cum his, qui ſunt in poteſtate, bonorum paternorum, conſequens eſſe credit, vt ſua quoque bona in medium conferant, qui appetant paterna. Cic. pro Quint. c. 3 Conferre in commune. Plaut. Moſt. 5, 2, 39 Nos dabimus, nos conferemus noſtro ſumtu, non tuo. Plin. Epiſt. 6, 32 Et tanquam parens alter puellae noſtrae confero quinquaginta millia numûm. *Hic* Conferre, *eſt Portionem ſuam cum altero dare, contribuere.* Συνεισφέρω, collationem facio, confero, Vet. Gloſſ. *Quo ſenſu etiam* ICti conferre *abſolute dicunt, quidquid ſit, quod plures dant. Vid.* Tit. ff. de collat. bonorum. *Etiam de pluribus, quae vnus dat. V. g.* Cic. pro Lege Manil. 48 Hoc breuiſſimum dicam, neminem vnquam tam impudentem fuiſſe, qui a diis immortalibus tot et tantas res tacitus auderet optare, quot et quantas dii immortales ad Cn. Pompeium contulerunt. Cic. pro Sulla c. 14 Vos me ab omnibus cogitationibus ad ſalutem Reipubl. contuliſtis, *quod idem fere eſt ac* conuertiſtis, *quod Graeuius ſubſtitutum ibat.* Cic. pro Marcello c. 8 Dii ſpem ſalutis ad clementiam victoris et ſapientiam contulerunt. Id. Att. 13, 12 Rem ad me eſſe collatam, *i. delatam ad arbitrium meum.* Plaut. Rud. 2, 3, 8 Melius ominare, AM. verum omnes ſapientes decet conferre, et fabulari *Nempe in ſermone ſuam velut partem confert vnusquisque.* Cic. Fam. 1, 9 Quantum literis, quantum ſtudiis, veteribus noſtris delectationibus conſequi poterimus, id omne ad arbitrium tuum, qui haec ſemper amaſti, libentiſſime conferemus: *uti* Dare alicui *dicimur, quidquid in gratiam et ad voluntatem illius facimus.* Plin. Epiſt. 7, 6 Vt enim non ſint tales, quales a me praedicantur, ego tamen beatus, quod mihi videntur. Igitur ad alios hanc ſiniſtram diligentiam conferant, *in aliis rebus moroſe diiudicandis et exigendis hanc ſcrupuloſam diligentiam impendant.* Cic. Att. 6, 1 *fin.* (*al.* 2 *pr.*) Iam enim ſciemus de rebus vrbanis, de prouinciis, quae omnia in menſem Martium ſunt collata, *i. ſtatutum, vt illo menſe de iis agatur.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 40 Itaque ſe, quod in longiorem diem collaturus eſſet, repraeſentaturum. Cic. Fam. 11, 13 In poſterum diem iter ſuum contulit. *Locus* Vlpian. l. 9 de Sponſalibus *nimis obſcurus, aut forte mendoſus eſt:* Quaeſitum eſt apud Iulianum an ſponſalia ſint ante duodecimum annum ſi fuerint nuptiae collatae. Conferre *cum aliquo, pro Certare; id eſt, ſe et vires ſuas cum alterius conferre viribus.* Ouid. Met. 10, 603 Quid facilem titulum ſuperando quaeris inertes? Mecum confer, ait. Conferre, *pro Mutare.* Idem Met. 4, 278

Vulgatos taceo, dixit, paſtoris amores
Daphnidis Idaei, quem Nymphae pellicis ira
Contulit in ſaxum.

*Sed MSS. quidam* Tranſtulit. *Eſt certe* Contulit *rariſſimum: ſic tamen* Plaut. Amph. 1, 2, 16 Tum meus pater Eam ſeditionem in tranquillum conferet. Ouid. Met. 12, 145 Corpus deus aequoris albam Contulit in volucrem. Cic. Off. 3, 82 c. 20 Quid enim intereſt, vtrum ex homine ſe quis conferat in beluam, an hominis figura immanitatem gerat beluae? ¶ 2 *Sed quam late pateat, intelligetur propoſitis ſubſtantiuis, quibus iungitur.* Aes conferre Ouid. Faſt. 4, 351. *i. pecuniam, ſtipem.* Falſo conferre aliquid in aliquem Cic. Fam. 5, 5 *crimini dare.* Plaut. Curc. 1, 1, 28 Ita tuum conferto amorem ſemper, ſi ſapis, ne id, quod ames, populus ſi ſciat, tibi ſit probro, *i. ſic ama.* Amorem conferre alicui Propert. 2, 24, 49. Brouckh. 2, 19, 33. *Sed* Amorem *non eſt a Poëta: et locus dubius eſt, quem ita legi vult Heinſ.* Noli nobilibus, noli te offerre beatis. *Interim tamen ita intelligam Poëtam* Noli *te ac tuas ſuauitates* conferre, *dare, impendere*

*dere*, nobilibus *et* beatis. Amplitudinem margaritarum conferre, *i. explorare* Suet. Caeſ. 47. Ter. Heaut. 2, 4, 10 Haec (*forma*) vbi immutata eſt, illi ſuum animum alio conferunt, *i. alias amant.* Animum ad fodiendos puteos Hirt. de Bell. Alex. 4. Argumentum in pauciſſima verba conferre, *i. paucis complecti* Plaut. Men. prolog. 6. Beneuolentiam erga aliquem conferre Cic. Fam. 10, 5. Benignitatis plurimum in aliquem conferre Idem Off. 1, 50. Capita, *pro conſultare occulte, ne praeſentes audiant, de re aliqua.* Conſules velut deliberabundi Capita conferunt: diu colloquuntur Liu. 2, 45. Cic. Verr. 3, 31 c. 12 Conferrent viri boni Capita: de comiſſatione loquerentur inter ſe, ac de mulierculis. Caſtra caſtris, *pro e regione caſtra metari* Idem de Diuin. 2, 114. *Et* Att. 12, 30 Equidem magis miror, quod quum in filium Cauſam conferret, quae mihi non iniuſta videtur, *etc. i. reiiceret, illum in cauſa eſſe diceret.* Cauſam in tempus conferre Cic. de Orat. 3 c. 61 *in cauſa dicenda ſe accommodare ad temporis rationes.* Cauſas conferre, et quid in quamque ſententiam dici poſſit, expromere Idem de Diuin. 2, 151. Virgil. Aen. 10, 147 Illi inter ſeſe duri Certamina belli Contulerant, *i. pugnauerant.* Lucret. 4, 841 At contra conferre manu Certamina pugnae, Ante fuit multo, quam lucida tela volarent, *i. prior fuit conſuetudo manibus nudis concertare, quam enſe aut telis.* Quinctil. 2, 6 Aues cernimus, quae teneris, infirmisque foetibus Cibos ore ſuo collatos partiuntur. Cic. Philipp. 2, 38 An ille quemquam plus dilexit? cum vllo aut ſermones, aut Conſilia contulit ſaepius? *Add.* Ter. Heaut. 3, 1, 64. Conſilium omne, ſtudium, officium, operam, laborem, diligentiam, ad amplitudinem alicuius conferre, *adhibere, impendere* Cic. Fam. 10, 1. Idem Off. 1, 120 Qui ergo ad naturae ſuae non vitioſae genus, Conſilium viuendi omne contulerit, is conſtantiam teneat. Cic. Att. 12, 41 Omnes tuas Conſolationes vnam hanc in rem velim conferas. Plin. Paneg. 61, 4 Si vnius tertium Conſulatum eundem in annum, in quem tuum contuliſſes. Quinctil. 1, 8 Multum autem veteres etiam Latini conferunt, quamquam plerique plus ingenio, quam arte valuerunt, in primis Copiam verborum. Crimen in aliquem Cic. de Orat. 2, 182. *Vid.* Culpam, Verbum, Vitium conferre. Crimen falſum in puriſſimam et caſtiſſimam vitam alicuius conferre Idem pro Roſc. Com. 20. Ter. Eun. 2, 2, 95 Si certum eſt facere, facias: verum ne poſt conferas Culpam in me. Cic. Att. 9, 2 Solet, quum ſe purgat, in me conferre omnem illorum temporum Culpam. Idem Off. 2, 2 Ego autem quam diu Reſpublica per eos gerebatur, quibus ſe ipſa commiſerat, omnes meas Curas, Cogitationesque in eam conferebam, *impendebam.* Curas ad dignitatem alicuius Cic. Fam. 10, 12. Denarios ſingulos in medium in ſingulos talos conferre Sueton. in Auguſt. 71. Dicta in aliquem Cic. Fam. 7, 38. *i. illi tribuere, quaſi ab ipſo profecta.* Papinianus in l. Quum ſoluendae D. de Diſtract. pign. Quum ſoluendae pecuniae Dies pacto confertur: conueniſſe videtur, ne prius vendendi pignoris poteſtas exerceatur. Diligentiam in valetudinem alicuius conferre Cic. Fam. 16, 6. Idem Att. 4, 15 Hanc ego de Republica, quam inſtitui Diſputationem, in Africani perſonam, et Phili, et Paeti, et Manlii, contuli, *i. eos colloquentes introduxi.* Diſputationem in carmen conferre, *pro Carmine componere* Columel. 9, 16 *extr.* Plaut. Men. 1, 2, 20 Quid Dona ceſſant mihi conferre omnes gratulantes, quia pugnaui fortiter? Ter. Adelph. 1, 2, 14 Denique ſi conferendum Exemplum eſt, non fratrem videt rei dare operam, ruri eſſe parcum ac ſobrium? Idem Eun. 3, 1, 60 Metuet ſemper quem ipſa nunc capit Fructum, ne quando iratus tu alio conferas. Virg. Aen. 6, 488 Iuuat vſque morari, Et conferre Gradum, et veniendi diſcere cauſas, *i. prope accedere. Sic* Plaut. Men. 3, 3, 30 Propera Menaechme fer pedem, confer Gradum. *Sic* Gradum conferre cum hoſte, *eſt illum inuadere, vt pedem conferre infeſtis armis.* Liu. 7, 33 Primus omnium Conſul inuadit hoſtem, et cum quo forte contulit Gradum, obtruncat. Quinctil. 1, 10 Senex repoſcenti filium patri, velut rationem Impendiorum, quae in educationem contulerat, opponens, *etc.* Cic. Fam. 16, 13 Ingenium tuum, quod ego maximi facio, confer ad te mihi, tibique conſeruandum. Iniurias conferre, *ſibi inuicem narrare, vt ſumma inde conflat* Tac. Vit. Agr. 15. Omnia intima cum quo Cael. ad Cic. Fam. 8, 15 *de communicatione conſiliorum.* Inuenta plurium in vnum conferre Quinctil. 3, 1. Cic. Att. 3, 3 Illo quum peruenire non liceret, ſtatim Iter Brunduſium verſus contuli ante diem rogationis. Lites conferre, *Rixari cum aliquo* Horat. Serm. 1, 5, 54. Maledicta in aliquem Cic. Att. 11, 8. Manum cum aliquo conferre Virg. Aen. 12, 678. *i. pugnare, vt* gradum, pedem. Cic. pro Font. 2 Partim qui cum ipſo M. Fonteio, ferrum ac Manus contulerunt. Propert. 2, 3, 25 Haec tibi contulerant caeleſtia Munera diui. Nouiſſima cum primis Pſeudo-Cic. ad Octau. *i. coniungere.* Tibul. 1, 1, 21 *de Venere loquens*, Illa viro coram Nutus conferre loquaces. *ſubaudi,* Docet. Cic. de Amic. 74 Odioſum ſane genus hominum Officia exprobrantium: quae meminiſſe debet is, in quem collata ſunt; non commemorare, qui contulit. Officia conferre in eos, quos ſperamus nobis profuturos, non dubitamus Cic. Off. 1, 48. Quidquid in eum iudicii officiique contuleris, id ita me accipere, vt in me ipſum putem contuliſſe Idem Fam. 10, 1. Orationem ad miſericordiam conferre Cic. pro Lig. *pr. non defendere, ſed deprecari.* Ortus hominum confertur ex vtroque gignentium Quinctil. 2, 9 *extr.* Cic. Fam. 4, 3 Omnem meam curam atque Operam ad philoſophiam contuliſſe. Plurimum Operae, ſtudii, diligentiae, laboris, ad conficiendum reditum alicuius conferre Idem Att. 4, 1. *Et* pro Ligar. *pr.* Omiſſa controuerſia, omnis Oratio ad miſericordiam tuam conferenda eſt. Celſ. 6, 6 Ingentibus vero, et variis caſibus oculi noſtri patent, qui quum magnam Partem ad vitae ſimul et vſum, et dulcedinem conferant, ſumma cura tuendi ſunt. Pacem conferre, *vid.* PAX. Permulta in aliquem, quae ab eo nunquam dicta ſunt, conferre Cic. pro Planc. 35. *i. illi tribuere, imputare.* Effici poſſe arbitrati ſunt, ſi et principes illius ordinis Pecunias contuliſſent Nep. 25, 8, 3. Plin. Epiſt. 10, 23 Deinde quam ipſi erogare in oleum ſoliti, parati ſunt in opus balinei conferre, *ſubaudi* Pecuniam. Cic. Off. 3, 93 Niſi forte eam Pecuniam in Reipubl. magnum aliquod tempus contulerit, *i. reſeruarit.* Plaut. Merc. 5, 2, 41 O Charine, contra pariter fer gradum, et confer Pedem, *i. accede propius.* Cic. pro Planc. 48 Non poſſum magis Pedem conferre, (vt aiunt) aut propius accedere. quid taces? quid diſſimulas? quid tergiuerſaris? *Nempe* Pedem conferre *dicuntur Oratores, quum argumenta aduerſariorum confutare aggrediuntur.* Quinct. 5, 13, 11 Tam moleſta ſunt, vt Pedem conferre cum ſingulis non expediat. Allegoriam *vocat hanc formulam in cauſis cum vſurpatur,* 8, 6, 51. Columel. 1, 5 Quae niſi vi maiore ventorum inſpirantium ſubmouentur, pecudibus hominibusque conferunt Peſtem. Caeſ. Bell. Ciu. 3, 25 Ibi aduentum expectare Pompeii, eoque omnem belli Rationem conferre, inſtituit. Cic. Att. 5, 21 Quid opus eſt, inquam, potius quam Rationes conferatis? Omnes Rationes et copias ſuas aliquo Idem pro L. Man. c. 7. Rem in pauca Plaut. Poen. 5, 4, 54 *breuiter dicere.* Res Romanas in hiſtoria conferre, *vid.* HISTORIA. Sarcinas conferre in medium Curt. 6, 6, 14. Se conferre *mox ſeparatim videbimus.* Seria conferre cum aliquo Ouid. ex Pont. 2, 4, 9. Plaut. Amph. 1, 2, 16 Eam Seditionem in tranquillum conferet meus pater. Idem Amph. 2, 2, 156 Conferas Sermonem nec ioco, nec ſerio, *i. colloquaris.* Cic. de Inuent. 2 c. 4 Cum hoc, vt fere fit, in via Sermonem contulit. Plaut. Curc. 2, 3, 11 Conſtant, conferunt Sermones inter ſe tanquam drapetae. *Omiſſo etiam hoc nomine* Cic. Att. 1, 20 Coram inter nos conferemus. *Et* de Fin. 2, 4 c. 2 Quaerimus finem bonorum: poſſumusne ſcire, hoc quale ſit, niſi contulerimus inter nos, cum finem bonorum dixerimus, quid finis, quid etiam ſit ipſum bonum? *Et* de Diu. 2 c. 12 An haec inter ſe haruſpices Etruſci, Elii, Aegyptii, Poeni contulerunt? At id — ne fingi quidem poteſt: alios enim alio more videmus exta interpretari, nec eſſe vnam omnium diſciplinam. Liuius 1, 33 Aliquoties Latinus exercitus cominus cum Romanis Signa contulerat, *i. congreſſi fuerant Latini cum Romanis.* Confert Signa in laeuum cornu Idem 7, 15. Cic. Att. 7, 5 Reliquum eſt iocari, ſi hic ſignat: nam ego is ſum, qui illi concedi putem vtilius eſſe, quod poſtulat, quam Signa conferri, id eſt litigare. Stipendium ſtudio alterius Columel. 1, 1, 10. Cic. Q. Fratr. 2, 14 Quare facis tu quidem fraterne, quod me hortaris, ſed me hercule currentem nunc quidem, vt omnia mea Studia in iſtum vnum conferam. Studium omne atque omne ingenium conferre ad alicuius gloriam laudemque celebrandam Cic. pro Arch. 19. Plurimum Studii ad aliquid Idem Fam. 10, 1. *Et* Off. 1, 22 Deſerunt enim vitae ſocietatem, et nihil conferunt in eam Studii, nihil operae, nihil facultatum. Studia inter ſe Quinctil. 4 prooem. Supplicia ad tuum non ad Populi Romani tempus conferas? Cic. Verr. 5 c. 30 *punies, cum tibi placebit.* Idem pro Roſc. Amer. Audio praeterea non hanc Suſpicionem nunc primum in Capitonem conferri. Tempus in aleam, ſtupra, luxum Plin. Pan. 82, 9. Ad rem aliquam. Cic. pro Lege Manil. 9 Mithridates autem omne reliquum Tempus non ad obliuionem veteris belli, ſed ad comparationem noui contulit. Caeſ. Bell. C. 2, 34 Qui ſuum Timorem in rei frumentariae ſimulationem, anguſtiasque itineris conferrent, *i. timori ſuo eas res obtenderent.* Liu. 4, 60 Poſtremo indicto iam tributo, edixerunt etiam Tribuni auxilio ſe futuros, ſi quis in militare ſtipendium Tributum non contuliſſet. Tributa ex cenſu quotannis conferre Cic. Verr. 2, 137. *h. e. pro rata portione cenſus et diuitiarum.* Ter. Eun. 4, 6, 4 Vſque adeo ego illius ferre poſſum ineptias, et magnifica Verba, verba dum ſint: verum enim ſi ad Rem conferentur, vapulabit, *i. ſi efficere velit, quod dicit, verbis fidem ſi factis facere conetur.* Cic. Fam. 5, 5 Nam comperiſſe me non audeo dicere: ne forte id ipſum Verbum ponam, quod abs te aiunt falſo in me ſolere conferri, *vid.* COMPERIO. Liu. 27, 39 Vt vterque Conſulum hoſtem in ſua prouincia contineret, neque coniungi, aut conferre in vnum Vires pateretur. Cic. de Senect. 14 Sua enim Vitia inſipientes, et ſuam Culpam in ſenectutem conferunt. *Vid.* Crimen conferre. Cic. pro Quint. 11 Quum ei natura nihil melius quam vocem dediſſet, pater nihil praeter libertatem reliquiſſet, Vocem in quaeſtum contulit. *i. Voce quaeſtum fecit.* Voluntatem in aliquem Cic. Fam. 13, 18.

¶ 3 Conferre ſe *ita ſaepe dicitur, vt ſeorſum poni mereatur.* Conferre ſe totum ad amicitiam alicuius Cic. Fam. 11, 29. *Conf.* Id. de Clar. Orat. c. 81. Cic. de Amicit. c. 1 Quo mortuo me ad Pontificem Scaeuolam contuli. Id. Phil. 4, 5 Qui ſe ad Senatus Auctoritatem, ad Libertatem veſtram, ad vniuerſam Remp. contulerunt. Ad auctoritatem alicuius Cic. Acad. 4, 9. Ad curam aliquam ſe conferre Cic. Att. 7, 1. *Legitur* Conuertere, *in quibuſdam exemplaribus.* Ad Inueſtigationem naturae Cic. Acad. 1, 34. Cic. de Amicit. 86 De amicitia, omnes ad vnum idem ſentiunt, et hi, qui ad Rempublicam ſe contulerunt, et hi, qui rerum cognitione doctrinaque delectantur. *i. Reipubl. adminiſtrationem ſuſceperunt.* Suet. de Clar. Gram. 24 M. Valerius Probus Berrytius, diu Centuriatum petiit, donec taedio ad ſtudia ſe contulit. Cic. de Finibus 2, . . Praeſtantiſſimis ingeniis homines ſe ad philoſophiae ſtudium contulerunt. *Et* de Fin. 5, c. 20 Totos ſe ad ſtudia doctrinae conferunt. Ad virtutum ſtudium ſe conferre Cic. pro Arch. . . . Ad ſtudium literarum Id. ib. c. 7. Ad ſtudium ſcribendi ib. c. 3. Ad umbram arboris ſe conferre, *pro Ire* Ouid. Met. 4, 116. *Al.* Secum ferre. In amicitiam et fidem alicuius Cic. Fam. 7, 17. Id. pro Roſc. Amer. 106 Omnes eos colere atque obſeruare deſtiterunt, ac ſe in Chryſogoni fidem et clientelam contulerunt. Cic. Fam. 13, 10 Deinde quod mature ſe contulit in ſocietatem publicanorum. Cic. Phil. 12, 7 c. 3 Qui ſe totos et animis et corporibus in ſalutem reip. contulerunt. Cic. de Amicit. 37 Itaque hac amentia quaeſtione noua perterritus, in Aſiam profugit, ad hoſtes ſe contulit, poenas Reip. graues, iuſtasque perſoluit. *i. Profectus eſt, iuit.* Cic. pro Caecin. 22 Eodem tempore ſe in fugam contulerunt vna amici. Plaut. Bacch. 3, 1, 7 Quae vt aſpexi, me continuo contuli protinus in pedes. Romam ſe contulit Cic. pro Flacco c. 21. Se retro conferre Claudian. de quart. Conſ. Hon. 399. Celſ. 2, 12 Si in ſtomachum quaedam bilioſa concurrunt, vel etiam pituita eo ſe, humorue aliquis aquae ſimilis confert.

¶ 4 Conferre. [συμβάλλειν] *Comparare.* Cic. Verr. 4, 121 Tu dignior Verres quam Callidius? qui, vt non conferam vitam atque aeſtimationem tuam cum illius (neque enim eſt conferenda) hoc ipſum conferam, quo tu te ſuperiorem fingis. Alii ne minima quidem ex parte conferendi aliis Cic. Off. 1, 76. Illa quae natura non literis aſſecuti ſunt Romani, neque cum Graecia, neque vlla cum gente ſunt conferenda Cic. Tuſc. 5, 2. Ingenia ingeniis Sen. Contr. 33 *ſub f.* Se laudibus alterius Phaedr. 4, 23, 3. Vt cum maximis minima conferam Cic. de opt. gen. Orat. c. 6. Id. Verr. 4, 121 Sed vt pacem cum bello, leges cum vi, forum et iuriſdictionem cum ferro et armis, et aduentum et comitatum cum exercitu et victoria conferatis. Faciem conferre duarum et Mores Ouid. Met. 7, 696. Praeſentia praeteritis Lucret. 2, 1166. Se conferre nominibus magnis, *i. cum viris magnis* Ouid. ex Pont. 1, 1, 25. Plin. 8, 6, 2 Conferant ſe — Africani, Achaici, Numantini — Marii Sullae, Pompeii — infra Pallantis laudes iacebunt. Vitam alicuius cum alterius vita Cic. pro Sulla 72. Vitam inter ſe vtriusque Id. pro Roſc. Com. c.

7. *Hinc* Conferre, *quod vulgo dicimus Collationare.* Cic. Verr. 2, 131 Tabulas in foro ſumma hominum frequentia exſcribo : adhibentur in exſcribendo de conuentu viri primarii : literae, lituraeque omnes aſſimulatae, expreſſae, de tabulis in libros transferuntur. haec omnia ſumma cura et diligentia recognita, et collata, et ab hominibus honeſtiſſimis obſignata ſunt. *Paullo poſt*, Explicate deſcriptionem, imaginemque tabularum. Confert, [συμφέρει] *in tertiis perſonis, pro Conducit, vel prodeſt, et vtile eſt.* Cic. Acad. 1, 15 Caeleſtia autem vel procul eſſe a naturae cognitione conferet : vel ſi maxime cognita eſſent, nihil tamen ad bene viuendum conferre. *Sed optimi quique libri plane omittunt.* Quinct. 1, 8, 7 Comoedia plurimum conferre ad eloquentiam poteſt. Confert hoc parum cauſae Id. 8, 3, 5. *Et* 10, 1, 95 *de Varrone*, Plus tamen ſcientiae collaturus quam eloquentiae. *Et* 1, 8, 8 Multum etiam veteres Latini conferunt, in primis copiae verborum. *Et* 2, 5, 9 Multum haec pietas confert ſtudio.

COLLĀTVS, *et* CONLATVS, a, um. Partic. [μετηγμένος] *Vt*, Collata omnium vota in vnius ſalutem Plin. in Paneg. 23. E fontibus collatae aquae flumen emittunt Curt. 7, 11, 3. Anima a Deo conlata Tertull. adu. Gent. c. 2. Arma vndique collata Lucan. 5, 722. Caſtris collatis Sil. 4, 56. Color collatus roſeo eoo, *i. comparatus* Propert. 3, 23, 7. Curſibus collatis, *Commiſſa acie* Valer. Argon. 6, 270. Dextra collata mouere praelia Ouid. Faſt. 1, 569. Marte collato interimere aliquem, aut leto dare, *i. cominus interficere* Ouid. Met. 12, 379. Pecunia ad alicuius honores collata Cic. pro Flac. 59. Collato pede in eodem veſtigio ſtabant Curt. 3, 11. *de pugnantibus. Sic* Liu. 26, . . Collato pede praeliari. Puella leuibus collata figuris, *i. aliis comparata non egregia forma* Propert. 1, 4, 9. *Idem* 1, 5, 7 Non eſt illa vagis ſimilis collata puellis. Viribus collatis Plin. Epiſt. 8, 14. Cum Democrito Cleanthes et Chryſippus collati, quintae claſſis videntur Cic. Acad. 4, 73 c. 23. Dolere aliquem ſibi collatum Propert. 2, 2, 89.

COLLĀTVS, ûs. m. [συμβολή] Hirt. de Bell. Hiſpan. c. 31 In collatu pari erant conditione. Alicuius collatu plura didiciſſe Cenſorin.

COLLATIO, *et* CONLATIO, ōnis. f. [εἰσφορά] *Ex vi verbi primo ad tributa pertinet.* Plin. in Paneg. c. 41 Nam mihi cogitanti eundem te collationes remiſiſſe, donatiuum reddidiſſe, congiarium obtuliſſe, *etc.* Liu. 4, 60 Patres bene coeptam rem perſeueranter tueri : conferre ipſi primi : et quia nondum argentum ſignatum erat, aes graue plauſtris quidam ad aerarium conuehentes, ſpecioſam etiam collationem faciebant. Sueton. Cal. c. 42 Collationes in alimoniam atque dotem filiae recipit. *Et* Aug. . . Collationes factae in reſtitutionem Palatinae domus. Id. Ner. c. 44 Collationem omnem recuſant plerique. *Et* Tit. c. 7 Ne conceſſas quidem et ſolitas collationes recepit : *quibus locis velut* ξένιον *eſt et voluntarium tributum. Deinde vero alias quoque verbi notiones ſequitur.* Exercitus, caſtra, agmina, ſignorum collationes, *etc.* Cic. de Orat. 1, 210. Collatio, *Comparatio.* Plaut. Milit. 3, 3, 67 Vbi facta erit collatio noſtrarum malitiarum, *etc.* Plin. 37, 99 Optimae vero ſunt quae in collatione, aurum albicare quadam argenti facie cogunt. Cic. de Inuent. 1, 49 Collatio, eſt oratio rem cum re ex ſimilitudine conferens.

COLLĀTOR, oris. m. *qui confert.* Plautus Curc. 4, 1, 13 Symbolorum collatores apud forum piſcarium. Collator et diſputator Auguſtin. Ep. 147.

COLLATICIVS, a, um. Adi. [εἰσφορικός] *Quod collatione colligitur.* Ex aere collaticio Tertull. adu. Valent. c. 12. Sen. in Conſolat. ad Marciam c. 20 Collaticiis et ad dominum redituris inſtrumentis ſcena adornata eſt. *Sic* Quinctil. Decl. 6 p. 83 Collaticiam *vocat* ſepulturam, *quae a pluribus confertur.* Stips collaticia, *dicitur* Ammiano Marcellino, *qua paſſim erogata victitant inopes.* Apul. Met. 8 p. 213, 36 Collaticia ſtipe paratus.

COLLATIVVS, a, um. Adi. *Idem quod* Collaticius ; *quod a pluribus collatum eſt : vt*, Collatiuum ſacrificium quod ex collatione offertur, Feſtus. Collatiuum ventrem *vocat* Plaut. Curc. 2, 1, 16 Magnum et turgidum, eo quod in eum omnia edulia conferantur. *Sic* Feſtus. Collatiuum *etiam neutro genere dici volunt, eadem forma qua* Donatiuum, *pro Pecunia, quam Populus Principi vel Reipublicae confert.* Fauor collatiuus Macrob. Somn. Scip. 1, 6.

COLLATORIVS, a, um. Adi. *Vt*, Funes collatorii Veget. de re Milit. 4, 46. *Sed melius* Chalatorii, *v. v.*

CONFERRVMĪNO, āre. [συνάπτω] *Ferrumine coniungere* Plin. 27, 8, 45.

CONFERTVS, *vid.* CONFERCIO.

CONFERVA, ae. f. *Quid ſit declarat* Plin. 27, 8 *his verbis*, Peculiaris eſt Alpinis fluminibus conferua, appellata a conferruminando, ſpongia aquarum dulcium verius, quam muſcus aut herba, villoſae denſitatis atque fiſtuloſae. Curatum ea ſcio omnibus fere oſſibus confractis, prolapſum ab arbore alta putatorem, circumdata vniuerſo corpori, aquam ſuam inſpergentibus, quoties inareſceret, *etc. Ratio appellationis petenda a verbo, quod iam ſtatim explicamus.*

CONFERVEO, ēre, *vel quod vſitatius*, CONFERVESCO, ĕre. *commune praeteritum habent* conferbui, *ſignificantque primo quidem vehementer incaleſcere, vt* Pallad. 1, 35, 13 Vrina bubula et amurca aequaliter miſta conferueant, et vbi refrixerint *etc. Metaph.* Horat. Sat. 1, 2, 71 *in ridicula penis proſopopoeia*, Mea cum conferbuit ira. ¶ 2 *Ad illam corporum quorundam rationem exprimendam adhibetur, cum ab ipſa coniunctione, velut calci affuſa aqua, vel incaleſcunt, vel eo certe motu inteſtino concitantur, qui accuratiorem permiſtionem, partium cohaeſionem, mutationemue ſimilem efficiat. Exempla rem oſtendent.* Columel. 12, 23, 2 Et tunc demum praedictae picis ſextans et ſemuncia in ſextarios quinque et ſexaginta adiicitur, et rutabulo ligneo permiſcetur, nec poſtea tangitur, dum conferueſcat : *de muſto ſermo eſt, et illo motu turbido inteſtino, quo purgari ſolet, eademque intime admiſceri vis medicamentoſa.* Plin. 18, 30 ſ. 73 Granum ſi tegulis ſubiaceat conferueſcere, *i. non calidum modo fieri, ſed molliri, dilatari, germina agere ſibi inuicem implicanda, vt pro granis ſeparatis habeas molem e fibrillis et folliculis coalitam etc.* Vitruu. 5, 3 Aër concluſus verſando conferueſcit. Id. 7, 11 Ita aes et ea arena ab ignis vehementia conferueſcendo cum coaruerint, inter ſe dando et accipiendo ſudores, a proprietatibus diſcedunt. Id. 2, 6 *de puluere Puteolano*, Calida humoris ieiunitas aqua repente ſatiata communibus corporibus latenti calore conferueſcit, et vehementer efficit ea coire, celeriterque vna ſoliditatis percipere virtutem. *Itaque puto, qua relinquendum qua reſtituendum eſſe* Celſo *verbum hoc, vbi de oſſibus fractis medici cura conglutinandis velut et ferruminandis atque ſolidandis ſermo eſt. Sunt autem illa loca* 8, 7 *fin.* Niſi duae partes eius temporis, intra quod quaeque oſſa conferuent, tranſierint. *Sic Almel. Al.* conferuntur. Id. 8, 10, 1 *fin.* Donec duae partes eius temporis, quo os quodque conferuet, compleantur. *Male al.* quod os quodque conſeruet. *Et* 8, 10, 7 *fin.* Si quando vero oſſa non conferbuerunt : *in quo conſentiunt certe plures. Mox* Solent tamen interdum diuerſa inter ſe oſſa conferuere. *Sic etiam Ald. Steph. et MS. apud Conſtant. qui tamen dedit* cohaerere. *Mox* Nonnunquam quidem recte oſſa conferbuerunt, ſuperincreuit vero nimius callus. *Hic* coeperunt, *et* cohaeſerunt *alii. Vid. de varietate illa Morgag. Epiſt. 3 in Celſ. p. 58. de re ipſa vero Diſſ. Io. Henr. Schulze, qui oſtendit etiam e diſciplina Platonis* ἀναζύμωσιν *et* πρόσφυσιν *eſſe Synonyma. Et ſane qui* Vitruuii *locum de puluere Puteolano, et reliqua modo prolata cogitauerit, ille deprehendet, commodiſſimum huic rei illud verbum eſſe. Neque praeterimus eiusdem viri docti ſententiam, qua l. c.* §. 24

CONFRVTVS, ûs. *legit apud eundem* Celſum. *Locus eſt in* praefatione operis *ante med.* Longeque optime feciſſe Herophilum et Eraſiſtratum, qui nocentes homines — viuos inciderint, conſiderarintque etiam ſpiritu remanente — poſituram, colorem, figuram, magnitudinem, ordinem, duritiem, mollitiem, leuorem, *contactum :* proceſſus deinde ſingulorum *etc. Sic primum editi. Conſtantinus* Contractum *in MS. inuenit, et hic ſuſpicatus eſt* confractum, *i. aſperitatem, vt in nomine* Confragoſus. *Schulzius, vbi dixi*, Confrutum *ſuſpicatur, i. coalitum, et cohaeſionem, et* σύμφυσιν, *qua partes ſibi immiſſae* conferbuerunt. *Interim negari non poteſt* contactum *etiam ſatis bonum eſſe. Vid. Facciol. et Morgag. ad Celſ. Epiſt. 3 p. 49 ſq. Hoc addo* Confrutum *a* Conferueo *vel* Conferueſco *deriuari, vt a* Deferueſco Defrutum.

CONFERVEFACIO, ĕre. Lucret. 6, 352 *de Fulmine.*

Diſſoluit porro facile aes, aurumque repente
Conferuefacit, e paruis quia facta minute
Corporibus vis eſt, *etc.*

CONFESSIO, CONFESSOR, CONFESSVS, *vid.* CONFITEOR.

CONFESTIM. Adu. [παραχρῆμα, αὐτίκα, εὐθέως Vet. Gloſſ.] *i. e veſtigio, mox, continuo.* Confeſtim, vt competenti feſtinatione Siſenna XIII Mileſ. *Confeſtim ſecuta eſt.* Confeſtim pro continuo et ſine interuallo, ſed iugi feſtinationis ſtudio pergentis. Salluſt. *Fecit vt nuntiis confeſtim lugubribus*, vbi Statilius Maximus, ordine, inquit, et ſine intermiſſione. *Haec Chariſ. l. 2 p. 176 extr. Putſch.* Cic. Att. 4, . . Haec ego ad te : tu ſi quid noui (nam quotidie aliquid expecto) confeſtim ad me. Cic. de Inuent. 1, 42 Quae factum aliquod ſimiliter confeſtim aut ex interuallo ſolent conſequi. *Add.* 2, 42. Cic. Philipp. 5, 31 c. 12 Rem adminiſtrandam arbitror ſine vlla mora, et confeſtim gerendam cenſeo. Caeſ. B. G. 5, 18 Caeſar praemiſſo equitatu confeſtim legiones ſubſequi iuſſit. Sueton. Aug. c. 1[...] Auguſtus confeſtim, vt Apollonia rediit, Brutum Caſſiumque legibu[s] aggredi, reosque caedis abſentes deferre ſtatuit.

CONFIBVLA, ae. f. [περόνη] Cato R. R. 12 Fibulas quadra[...]ginta, vectes quadraginta, confibulas ligneas, queis arbores compr[...]mat, ſi dehiſcent, et cuneos ſex. Confibulae *autem ſunt, interpre[te] Turnebo, tanquam duplices fibulae, quae ſi quando quid hiet et aperiatu[r] ad conſtringendum vtrinque et comprimendum adhibentur, interpoſitis [...] interculcatis etiam cuneis, quos Cato deſiderat ſex.*

CONFIBVLO, āre. Nouatian. de Trinit. 18 In ſemetipſo con[...]cordiam confibulare.

CONFIBVLATIO, ōnis. f. Nouatian. de Trinit. 19 *Mutui* foederis confibulatione ſociatum.

CONFĬCIO, ēci, ectum, ĕre. [συμπράττω, διαπράττομαι, πε[...]] *Totum facere, vt nihil faciendum ſuperſit, quod vel in perfectione atque effectione negotii intelligitur, atque adeo in bonam partem : vel in de[...]ſtructione et interfectione veluti, et partem proinde diuerſam. Saepe ſim[...]pliciter ponitur, intellecto rem ſ. negotium. V. g.* Cum Apella Chi[o] confice de columnis Cic. Att. 12, 19. Cic. Fam. 5, 11 De Dionyſi[o] ſi me amas confice : quamcunque ei fidem dederis, praeſtabo. Ci[c.] de Inuent. 1, 73 Hoc ſi forte non natura modo, ſed exercitatione co[n]ficitur, verum etiam artificio quodam comparatur. *i. [...]citur.* S[ic] Magna cura, multa opera, et labore conficere aliquid C[ic.] Att. 16, 1[...] Verbis aliquem conficere, *pro refutare dixit* Plaut. Pſeu[d.] 1, 5, 49 *m[e]taphora a beſtiis vel hominibus, qui conficiuntur, cum e[...] ſe non amplius commouere poſſint.* Vi manuque conficere aliquid Cic. Off. 1, 76. Amanter diligenterque conficere aliquid Cic. Att. 2, 4 Plin. . . . . Nucem dentibus conficere, ac plagae imponere. *h. [e.] mandendo conterere, et comminuere.* Me paene confecit Cic. pro Mil. c. 14. *de ſica Clodii. Nempe recte* Donatus in Eun. Terentii 5, 4, Proprie, *inquit*, hoc verbum conuenit gladiatoribus iis, qui grauiſſimis vulneribus occubuerunt. *Sic* Cicero (Catil. 2, 24 c. 11) Gladiatori illi confecto et ſaucio. Idem Verr. 5, 13 Plagis confectum di[...]co a lictoribus tuis ciuem Roman. ante oculos tuos co[...] iſſe. Vi[...]rium ad conficiendas feras tantarum fuit, vt elephantum conto tranſfigeret Lamprid. Commod. c. 13. *Conf.* Suet. Ner. c. 29. Ignes conficiunt ſiluas, *i. conſumunt* Lucret. 1, 905. Pauor attonitos confecerat hoſtes Lucan. 6, 131. Conficere, *abſolute, pro Occidere* Tacit. Ann. 1, 6 Quem ignarum inermumque aegre confecit. *Vid. etiam* Ann. 4, 7, 3. *Hinc etiam vt* Occidere, Enecare *et ſimilia ponitur pro grauare, opprimere, et vehementer afficere.* Plin. Epiſt. 8, 16 Confecerunt me infirmitates meorum. Cic. Att. 3, 8 Itaque quum meus me moeror quotidianus lacerat, et conficit, tum vero haec addita cura vix mihi vitam reliquam facit. Quos in foro, quos in ambitione, quos in Repub. quos in amicorum negotiis res ipſa ante confecit *i. oppreſſit*, quam poſſemus, *etc.* Cic. de Orat. 1, 79. Id. de Inuent. 2, 11 Quod tamen excurſionibus et latrociniis infeſtam prouinciam redderent, confectatus eſt et confecit, *i. interfecit. Sed* Ter. Eun. 5, 4, 6 Virginem quam amabat, eam confeci ſine moleſtia. *i. perfeci, vt eam in poteſtate haberet. Sic* Bibliothecam, Exercitum, Hortos, Reditum. Angore confici, *vid.* ANGOR. Curis confici Cic. Fam. 4, 23. *et* de Fin. 1, 59. Deſiderio alicuius incendi et confici Cic. in Orat. 33. Dolore et pudore confici Cic. Fam. 14, 3. Id. Att. 3, 5. Doloribus ſummis Cic. de Fin. 5, . . Fame Cic. Off. 3, 2[...] c. 6. Frigore Id. ib. 3, 29 c. 6. Id. Fam. 10, 17 Ego eum non ſolum hortatus ſum : verum etiam coëgi iſto proficiſci, quod et illi valetudine magis conficere ſe, quam me iuuare poſſet in caſtris. Solicitudo me conficit Cic. Att. 11, . . Vetuſtas omnia conficit et conſumit Cic. pro Marcell. 11. ¶ 2 *Magis patebit vſu verbi, ſi Subſtantiua, quibus iungitur, recenſeamus.* Conficere ambu[...]lationem

lationem pomeridianam in aliquo loco Cic. de Fin. 5, 1. *h. e. deambulare.* Id. pro Cluent. 74 In conſilium erant ituri iudices triginta et duo, ſententiis decem et ſex abſolutio confici poterat. Aequinoctium *vid. mox* Dies. Aequor ſpatiis immenſum conficere, *de equis currui iunctis* Virg. Georg. 2, 541. Annos aliquot Cic. Tuſc. 1, 92. Annos prope centum confecit Cic. in Orat. 176 c. 52. *h. e. expleuit, vixit.* Annulum, pallium, ſuccos conficere Cic. de Orat. 3, 125. Ter. Phorm. 5, 5, 11 Ne quum hic non videant me, conficere credant Argentum ſuum. Bellum Plin. 16, 36. Vatin. ad Cic. Fam. 5, 10 Nam ſi hoc expectandum eſt, dum totum bellum conficiam. Cic. Att. 1, 5 Et velim cogites (id quod mihi pollicitus es) quemadmodum Bibliothecam nobis conficere poſſis, *i. procurare.* Cibi exiguum, quod facile conficiatur, ne crudus ſumat medicamentum Scribon. 122. Cibos, *i. concoquere, et quod vulgo dicunt digerere.* Plin. 11, 37 Poſtea arteria et ſtomachus denticulatus callo in modum rubi ad conficiendos cibos. Cibos *etiam* conficere, *pro mandere, vel ſubigere* Liu. 2, 32. Cibos conficere, *pro ad eſum praeparare.* Columel. 12, 3 Poſt quae ad cibum conficiendum vaſa conſtituebantur : inde quae ad lauationem. *Paullo poſt*, Quae ad cibaria coquenda et conficienda pertinent. Cic. Att. 5, 15 Hinc Scyrum, deinde Delum, vtroque citius quam vellemus, Curſum confecimus. Curſum vitae, et curriculum viuendi Cic. Tuſc. 3 c. 1. Curſus annuos Sol conficit Cic. de Nat. Deor. 1, 88. Plaut. Trin. 3, 3, 78 Longo ſermone vtimur, Diem conficimus. Cic. de Fin. 3, . . Quum extremum vitae diem morte confecerit. *Sic* Conficitur Aequinoctium Colum. 2, 18, 2. Bruma *ibid. et* 9, 14, 12. Meſſis Colum. 11, 2, 54. Sidus Plin. 2, 42. Sen. Qu. Nat. 3, 29 Illic, *in Cancro*, Solſtitium, hic, *in Capricorno*, Bruma conficitur. *vid.* CONFECTVM Aequinoctium. Eſcas, *dicuntur* dentes intimi Cic. de N. D. 2, 137. Cic. Att. 8, 11 Reges barbaros incitare, gentes feras armatas in Italiam adducere, Exercitus conficere maximos. *Conf. Gronou. ad* Liu. 29, 35. Exercitum difficili Reipub. tempore conficere Cic. pro Lege Manil. 61. Facinus Cic. pro Roſc. Amer. 76 c. 28. Id. de Clar. Orat. 259 Catullus erat ille quidem minime indoctus : ſed tamen ſuauitas vocis, et lenis appellatio literarum bene loquendi Famam confecerat. *h. e. ei pepererat, acquiſierat.* Ter. Phorm. 5, 2, 5 Dum aliquid Flagitii conficiat. Caeſ. Bell. Gall. 5, 18 Ac paullo ſupra hanc memoriam ſerui et clientes, quos ab iis dilectos eſſe conſtabat, iuſtis Funeribus confecti cremabantur. Hortos mihi conficias neceſſe eſt Cic. Att. 12, 37 *med. i. procures emendos.* Caeſ. Bell. Gall. 4, 4 Atque hoc omni Itinere vna nocte equitatu confectos, inſcios, *etc.* Itinere ex ſententia confecto Cic. Att. 4, 14. Cic. Fam. 2, 12 Quoniam Iuriſdictionem confeceram, ciuitates locupletaram. Legationem et mandata conficere Cic. pro Planc. 28. Librum, *pro ſcribere et componere dici colligas e* Cic. de Senect. 1 Mihi quidem ita iucunda fuit huius libri confectio. Cato R. R. 16 Calcarius perficit et coquit, et ex fornace calcem eximit, et ex Ligna conficit ad fornacem. Ter. Heaut. 5, 3, 1 Profecto niſi caues tu homo, aliquid gnato conficies Mali. Cic. Phil. 9, 6 At ille properans, feſtinanſque, Mandata noſtra conficere cupiens, *etc.* Mandata alicuius digerere, perſequi, conficere Cic. Q. Frat. 2, 13. Motus animorum, *i. efficere, affectus mouere* Cic. de Orat. 2, 324 c. 79. Harum quum confeciſſet magnam Multitudinem Nep. 23, 10. Munus annuum Cic. Fam. 2, 11. Munus ſuſceptum Cic. de Orat. 2, 11. Caeſ. Bell. Gall. 3, 15 Quae quidem res ad conficiendum Negotium maxime fuit opportuna. Negotium per aliquem conficere Cic. Att. 1, 3. *Add.* ib. 1, 16. Negotium ex ſententia conficere Cic. Fam. 10, 17. Ter. Phorm. 1, 5, 28 Bonas me abſente hic confeciſtis Nuptias. Caeſ. Bell. Ciu. 3, 103 Sed qui ab eo miſſi erant, confecto legationis Officio, liberius cum militibus regis colloqui coeperunt. Opus conficere Plaut. Capt. 3, 5, 67. Cic. pro Sext. 110 Cuius ille ordinis nomen retinet, Ornamenta confecit. *i. conſumſit et dilapidauit pecuniam, qua tueri dignitatem equeſtrem debebat. Sic ſtatim habebimus* Conficere Patrimonium, *it.* Rem. Cic. Att. 5, 13 Et eo facilius : quod in noſtra prouincia confectae ſunt Pactiones. Partem perpolire ac conficere orationis Cic. de Orat. 2, 121. Id. pro Flacc. 90 Quam non amicus ſuis ciuibus, qui Patrimonium ſatis lautum, quod hic nobiſcum conficere potuit, Graecorum conuiuiis maluit diſſipare ? *Vid. modo* Ornamenta conficere. Cic. pro Flacc. 29 Pacem maritimam ſumma virtute atque incredibili celeritate confecit. Ter. Heaut. 5, 2, 45 Namque adoleſcens quam minima in ſpe ſitus erit, tam faciſſime patris Pacem in leges conficiet ſuas. Cic. Fam. 9, 18 Pauones plures iam confeci, quam tu pullos columbinos. *i. edi in conuiuiis.* Peculium grande Plaut. Merc. Prol. 95. *i. comparare ſibi. Sic* Cic. Verr. 1, 138 Negat illa poſſe hominem exorari : permagnam eum dicere ex illa re Pecuniam confici poſſe. Plaut. Merc. 2, 3, 81 Ea molet, conficiet Penſum, pinſetur flagro. Plaut. Perſ. 2, 4, 1 Penſum meum quod datum eſt, confeci : nunc propero domum. *Sic*, Conficere opus Idem Capt. 3, 5, 67. Cic. Att. 4, 15 In campo Martio ſepta tributis comitiis marmorea ſumus et tecta facturi, eaque cingemus excelſa Porticu, vt mille paſſuum conficiatur. *i. efficiatur.* Prandium Plaut. Men. 3, 2, 4. Profeſſionem conficere, *eſt Profiteri rem ſuam eſſe, et edere numerum eius vel modum, vel aeſtimationem apud magiſtratum, vt in cenſu, quod vicaria etiam alterius opera fieri interdum, auctoritatem dum praeſtaret, poterat.* Cic. Fam. 16, 23 Tu vero confice Profeſſionem ſi potes, *etc. Turnebus.* Rationes Cic. Att. 6, 7. *Sic* Tabulas. Reditum alicui, *pro impetrare et efficere, vt redire illi liceat.* Cic. Fam. 9, 13 Reditum ſi me tantum amas, quantum certe amas, hominibus confice. *Vid. et* Suet. Caeſ. c. 5. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 72 Caeſar in eam ſpem venerat, ſe ſine pugna et ſine vulnere ſuorum, Rem conficere poſſe. Cic. poſt Redit. in Senat. 10 Qui quum ſuam Rem non minus ſtrenue quam poſtea publicam confeciſſet, egeſtatem et luxuriam domeſtico lenocinio ſuſtentauit. *i. conſumſiſſet. Vid.* Ornamenta. Cic. Fam. 13, 12 Quibus et Sacra conficere, et ſarta tecta aedium ſacrarum locorumque communium, tueri poſſint. *de vectigalibus.* Cic. de Orat. 1, . . . Caeſ. Bell. Ciu. 1, 8 Is reliquo Sermone confecto, cuius rei cauſa venerat, habere ſe a Pompeio ad eum priuati officii mandata demonſtrat. Cum tempeſtatibus Sidus confici intelligimus Plin. 2, 42. *i. curſum conficere ſ. finire, vid.* Diem conficere. Exclamatio eſt, quae conficit Significationem doloris Auct. ad Heren. 4, 23. Ter. Andr. 4, 1, 26 Quantasque hic ſuis conſiliis mihi confecit Solicitudines. Spatia eadem conficere Cic. de Nat. Deor. 1, 88. Id. de Fin. 5 *pr.* Itaque ad tempus ad Piſonem omnes : inde vario ſermone ſex illa a Dipylo Stadia confecimus. *i. perambulauimus.* Cic. Verr. 1, 60 Audimus aliquem Tabulas nunquam confeciſſe, quae eſt opinio hominum de Antonio falſa. *Sic* Rationes conficere. Tempus annuum Cic. Att. 15, 15. Plaut. Mil. 3, 1, 93 Conficiantur Tunicae mihi hibernae bonae. Columel. 12, 3 Nihil enim nocebit, ſi ſibi atque actoribus, et aliis in honore ſeruilis Veſtis domi confecta fuerit, quo minus patris familias rationes onerentur. Viam longam Cic. de Senect. 6. Celeritate incredibili longiſſimas Vias conficere Suet. in Caeſ. 57. Cic. de Diuin. 2, 117 Quae vetuſtas eſt, quae Vim diuinam conficere poſſit ? *h. e. Omnino perdere, et in nihilum redigere, atque conſumere. De oraculo Delphico, vbi iam deſierant reſponſa dari.* Virginem *et ſimilia, i. procurare dedimus* n. 1. Vulnus acerbum Virg. Aen. 11, 824. Cum aliquo conficere, *pro tranſigere* Cic. Fam. 7, 2. Cum aliquo de re aliqua conficere Cic. Att. 12, 19. Confici *dicitur*, *vt* effici, *complexio ſyllogiſmi.* Cic. de Inu. 1, 72 c. 40 Cum id perſpicuum ſit, quod conficiatur ex ratiocinatione. — Aut ita, vt ex contrario ſententia conficiatur — Aut ita, vt id ſolum, quod conficitur, inferatur. — Aut vt id, quod eam rem, quae conficitur, ſequatur neceſſe eſt. Si peperit, cum viro concubuit. Peperit autem. Conficitur hoc : concubuit igitur cum viro. *Hinc* Cic. in Topic. 29 Nondum eſt ſatis : adde, nec ea aut legata teſtamento, aut poſſeſſione retenta confectum eſt. *i. oſtenſum, et extra dubitationem poſitum eſt.* Confexim *pro* Confecerim Plaut. Truc. 4, 4, 39.

CONFICIENS, entis. Partic. [διεργαζόμενος, διαπονούμενος] *cuius Superlatiuo gradu lepide vtitur* Cic. pro Flacc. 44 c. 19 *pr.* Cum ciuitate mihi res eſt acerrima, et conficientiſſima literarum, in qua nummus moueri nullus poteſt ſine quinque Praetoribus, tribus Quaeſtoribus, quatuor menſariis, qui apud illos a populo creantur. Conficientes cauſae et Efficientes, *pro iiſdem* Cic. in Partit. 94 c. 26. Id. de Fin. 5, 81 Sed haec quum corporis bona ſint, eorum conficientia certe in bonis numerabis, amicos, liberos, propinquos, diuitias, honores, opes.

CONFECTVS, a, um. Partic. [κατειργασμένος, καταπεπονημένος] Cic. Off. 2, 2 Nec me angoribus dedi, quibus eſſem confectus. Confectus caede, *Interfectus* Sen. Herc. fur. 1160. Cic. de Aruſp. Reſp. 2 Haud poteſt grauioribus a me verbis vulnerari, quam eſt ſtatim in facto ipſo a grauiſſimo viro P. Seruilio confectus ac trucidatus. Confectis aeſtiuis Cic. Fam. 3, 9. Aeuo confectus Virg. Aen. 11, 85. Cibo Cic. in Catil. 2, 10. Calore et ſpiritu cocta et confecta quae in aluo ſunt, in reliquum corpus diuiduntur Cic. de Nat. Deor. 2, 137. Corpore et animo confecta mulier Cic. Fam. 14, 4. Cruciatu confectus maximorum dolorum Cic. Att. 11, 11. Cura confectus Ter. Andr. 2, 1, 5. Dolore aſſiduo confectus Catul. 65, 1. Dolore animi Cic. pro Muraen. 86. Fame, frigore, inopia rerum omnium Cic. in Catil. 1, 26. Flammis confecta Valer. Argon. 6, 384. Laboribus, concurſationibusque confectum grauiter ſe habere Cic. Fam. 10, 17. Moerore confectae virgines Curt. 3, 11, 25. Squalore ſordidus, confectus Morbo, lacrimis ac moerore perditus Cic. pro Muraen. 86. Senecta Ouid. Met. 6, 37. Summa ſenectute Cic. in Piſon. 84 c. 34. Senio Claud. de Bell. Gild. 446. Cic. Philipp. 2, 6 Quum omnes impuritates pudica in domo ſuſciperes Vino luſtriſque confectus. Vino, ganeis, lenociniis, adulteriiſque Cic. pro Sext. 138. Vulneribus Cic. poſt Redit. ad Quir. 5. ¶ 2 *Subſtantiua rerum, quae* confectae *dicuntur.* Aequinoctium confectum Colum. 11, 2, 35 *et* 55. 11, 3, 51. *Sic* Bruma, Sidus confecta *dicuntur ipſo illo die, in quem incidunt. Sic* Latinae confectae. Aetas confecta annis Columel. 1, 8. Artus confecti languent Lucret. 3, 960. Bellum affectum, et paene confectum Cic. de Prouinc. Conſul. 19 c. 8. Bella conſilio togatorum ſuſcepta ſaepe et confecta Cic. Off. 1, 79. Brumae confectae dies Plin. 36, 10 ſ. 15. Col. 8, 5, 1. 11, 3, 5 *et* 51. Cibus confectus coactuſque in iecore, per venam cauam ad cor perlabitur Cic. de Nat. Deor. 2, 138. Ciuitas ab aliquo confecta, *i. euerſa* Cic. de Aruſp. Reſp. 42. Ciuitas confecta ſenio eſt Cic. pro Milon. 20. *i. moerore.* Curſus confecti Virg. Aen. 5, 362. Duella Hor. Epiſt. 2, 1, 254. Fata Stat. Theb. 9, 139. Forma confecta macie Virg. Aen. 3, 590. Lucan. 1, 550 Oſtendens confectas flamma Latinas. *Vbi* Vet. Interpr. Latinas ferias perditas oſtendebat flamma, quae ſe extis impoſitis diuidebat. *Sed aut error eſt, aut leg.* peractas. *Vid. etiam* 5, 402. *et Gronou. Obſeru.* 4, 25. Eadem ratio, quum eſt in hominis mente confirmata et confecta, Lex eſt Cic. de Legib. 1, 18. Catul. 66, 149 Hoc tibi quod potui confectum carmine munus, Pro multis aliis redditur officiis. Nomen confectum relinque, *i. negotium de pecunia quam debeo* Cic. Att. 5, 6. Pectora magno confecta labore Tibul. 1, 7, 39. Res confecta eſt Cic. Att. 8, 4. *i. actum eſt de Italia.* Sidus Plin. 16, 23 ſ. 36. *i. quod ad metam peruenit : de Solſtitio enim ſermo eſt.* Cic. pro Lege Manil. 26 Partem militum, qui iam ſtipendiis confectis erant, dimiſit. *i. emeritis, qui fecerant omnia ſtipendia.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 29 In caſtris Heluetiorum Tabulae repertae ſunt literis Graecis confectae. Victoria Cic. Philipp. 14, 1 *Paullo ante dixit*, Victoriam, quae parta eſt.

CONFECTIO, ōnis. f. [ἀπόπραξις, διάπραξις] *Conficiendi actus.* Cic. pro Flacc. 10 Nec tabulae creditoris proferuntur, nec tributi confectio vlla recitatur. Annalium confectio Cic. de Orat. 2, 52. Belli confectio Cic. Philipp. 14, 1. Eſcarum confectio a lingua adiuuari videtur Cic. de Nat. Deor. 2 c. 54. *i. Ciborum comminutio.* Olei Pallad. 12, 5. Confectio, *Medicamentorum compoſitio.* Gell. 17, 16 *de Mithridate rege*, Solitumque earum ſanguinem miſcere medicamentis, quae digerendis venenis valent : eumque ſanguinem vel potentiſſimum eſſe in ea confectione.

CONFECTOR, ōris. m. [λυμαντὴρ, διαπράκτωρ] *Qui conficit, valetue ad conficiendum.* Cic. de Nat. Deor. 2, 41 c. 15 Atque hic noſter ignis, quem vſus vitae requirit, confector eſt et conſumtor omnium : idemque quodcunque inuaſit, cuncta diſturbat ac diſſipat. Aeris confectores *Spon. Miſcell. Erud. Antiq.* p. 221 *qui in fodinis et officinis illud praeparant.* Belli confector Cic. Fam. 10, 20. Tac. Ann. 14, 39. Coriorum confector Firmic. 3, 9 *et* 12. Ferarum confectores, *i. Occiſores* Suet. Aug. 43. *et* Ner. c. 12. Confector, ἀναιρέτης Vet. Gloſſ. Confectores, καταβόλοι Id. Negotiorum confector Cic. Verr. 2, 108.

CONFECTVARIVS, i. m. *Idem ac* Confector ferae. *Ita vocari* confectuarios *in veteri Inſcriptione obſeruat Scalig. ad* Manil. 4 p. 286.

CONFECTRIX, īcis. f. Lactant. 7, 11, 5 *ex Cicerone :* Confectrix omnium rerum vetuſtas. *i. quae conficit et conſumit. Sed bene obſeruat Bunemannus, non verba, ſed ſententiam Ciceronis hic laudari, reſpicique ad* pro Marc. c. 4 Nihil eſt opere et manu factum, quod non conficiat et conſumat vetuſtas : *quae verba ipſe quoque laudat* Lact. 6, 11, 25.

*Caeterum ex priori loco Lactantii aſſumta videtur* in *Conſolationem Tullio ſuppoſitam c. 24.*

CONFECTORIVM, i. n. Gloſſ. Gr. Lat. χοιροσφαγεῖον, Confectorium. *Vid.* Voſſ. Rhet. 2 p. 237.

CONFECTVRA, ae. f. [σκευασία] *Confectio.* Plin. 13, 12 *de Chartarum generibus*, Proximum amphitheatricae datum fuerat a confecturae loco. *i. vbi conficitur.* Mellis confectura Columel. 9, 14.

CONFICTIO, CONFICTVS, *vid.* CONFINGO.

CONFIDEIVSSOR, ōris. m. *Qui cum alio fideiubet.* Modeſtinus l. vt fideiuſſor D. de fideiuſſ. et mandat. Vt fideiuſſor aduerſus confideiuſſorem ſuum agat, actio danda non eſt; ideoque ſi ex duobus fideiuſſoribus eiusdem quantitatis, alter electus a creditore totum exſoluerit, nec ei ceſſae ſint actiones: alter nec a creditore, nec a confideiuſſore recte conuenietur.

CONFĪDO, iſus ſum, ĕre. [πέποιθα, θαῤῥέω] *Significat exiſtimare, et firmiter credere, tum de Praeterito, tum de Praeſenti, tum de Futuro. Habet etiam Praeteritum Actiuae terminationis* Confidi. Liu. 44, 13 Nec tum moenia modo, ſed agros etiam confiderunt ſe a populationibus tueri poſſe. *Amat Praepoſitionem De, vt*, Quum de conſuetudine ciuitatis vel prouinciae confidere quis videtur Vlpian. in l. quum de conſuetudine D. de legibus. *Diximus ad omnia tempora referri hoc verbum. De Futuro.* Cic. Fam. 11, 8 Ita enim ſperant atque confidunt, vt antea rege, ſic hoc tempore regno te Rempubl. liberaturum. *De Praeſenti.* Cic. Off. 3, 3 Quamquam a Cratippo noſtro, principe huius memoriae philoſophorum, haec te aſſidue audire atque accipere confido. *De Praeterito.* Cic. Verr. 5, 176 Ego mei iam rationem officii confido eſſe omnibus iniquiſſimis meis perſolutam. *Tria tempora iungit* Cic. de Fin. 3, 25 Atque iſte vir altus et excellens magno animo vere fortis confidere ſibi debet, et ſuae vitae, et actae et conſequenti. De ſalute confidere Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 5. In illorum multitudine confidere Hirt. de Bell. Afric. c. 19. Liu. 2, 45 *Veientes et Etruſci Romanis pugnam detrectantibus obiiciunt,* Simulationem inteſtinae diſcordiae remedium timoris inuentum: et conſules magis non confidere, quam non credere ſuis militibus. Non confidere *non habere fiduciam in illorum fortitudine, ſed ſcire illos ignavos eſſe:* non credere, *non putare, illos ſerio pugnam depoſcere. De ſententia hoſtium, Conſules credunt illi quidem ſuos milites ſerio velle pugnare; ſed non confidunt illorum virtuti.* Ouid. Epiſt. 17, 173 De facie metuit, vitae confidit, et illum Securum probitas, forma timere facit. Plaut. Pſeud. 4, 7, 107 Num confidit? ſycophanta hic nequam eſt, nugis meditatur male. *Gron.* Non confidit. Nihil nimio oportet confidere Cic. Tuſc. 1, 78 c. 31. Timide confidere alicui, ὀξύμωρον Ouid. de Arte Am. 2, 143. Mihi ipſe confido Cic. de Amicit. 17. Sibi confidere Id. pro Flacc. 5 c. 2. Arcae alicuius confidere Cic. Att. 1, 9. Bono fragili confidere Sen. Hippol. 774. Bonis ſuis Cic. Tuſc. 5, 40. Cauſae Id. de Fin. 1, 1. Cauſae ſuae ferocius Cic. Att. 8, 9. Conſtantiae alicuius parum Id. ib. 16, 16. Figurae ſuae, *i. pulchritudini* Ouid. Met. 10, 69. Formae ſuae Lucan. 10, 82. Optimatibus nihil Cic. Att. 9, 4. Virg. Aen. 1, 456 Hic primum Aeneas ſperare ſalutem Auſus, et afflictis melius confidere rebus. Valer. Argon. 6, 625 *ex perſona Iouis*, Heu mihi ſi durae natum ſubducere forti Molior, atque meis auſim confidere regnis. Nemo confidat nimium ſecundis, Nemo deſperet meliora lapſis Sen. Thyeſt. 615. Virtuti Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 24. Virtuti conſtantiaeque alicuius Cic. Philipp. 5, 1. *Cum Ablatiuo.* Affinitate alicuius confidere Caeſ. B. C. 3, 83. Cic. Tuſc. 5, 8 Cuius ingenium et eloquentiam quum admiratus eſſet Leon, quaeſiuiſſe ex eo, qua maxima arte confideret. Cic. Q. Fratr. 1, 2 Sperent ſuperiores fore nos, confidant animo, vt in hac Republ. ne caſum quidem vllum pertimeſcat. Hirt. de B. Afr. 1 Tamen non deterrebantur, animo et ſpe confidebant. Firmitate corporis et fortunae ſtabilitate confidere Cic. Tuſc. 5, 40 c. 14. Voluntate aliquorum Cic. Att. 8, 19. Confidere, *cum Verbo. Vt*, Confido fore, vt alio genere literarum vtamur Cic. Att. 16 *penult. Sic* Confido, rem, vt volumus, eſſe Cic. Att. 6, 7. Plin. Epiſt. 2, 5, 7 Ac ſicut veremur, ne quibusdam pars aliqua ſecundum ſuam cuiusque naturam non probetur; ita videmur poſſe confidere, vt vniuerſitatem omnibus varietas ipſa commendet. *Rarum adeo loquendi genus, vt librario imputent viri docti, qui fore vel* futurum eſſe *omiſerit.*

CONFĪDENS, entis. *Partic. et* Nomen. [θάρσυνος, θαῤῥαλέος] *Audax, nihil timens: tam in bonam, quam in malam partem accipitur. In bonam:* Plaut. Merc. 5, 2, 14 Cupido quantus es? nam quemuis confidentem facile tuis factis facis: eundem ex confidente actutum diffidentem denuo. Idem Capt. 3, 5, 8 Decet innocentem ſeruom atque innoxium Confidentem eſſe, ſuum apud herum potiſſimum. *In malam:* Ter. Phorm. 1, 2, 73 Homo confidens, qui (illum dii omnes perduint) D. quid is fecit? G. hoc conſilium, quod dicam, dedit. *Vbi* Donatus, Hic Confidens pro Improbo, audace et temerario poſuit. *Vt*, O ingentem confidentiam! Plaut. Amph. Prol. 11 Qui me alter eſt audacior homo? aut qui confidentior? Sueton. Domit. c. 12 Minime ciuilis animi, confidens etiam, et cum verbis tum rebus immodicus. Homo durus, confidens, tumidus, amari ſermonis Hor. Serm. 1, 7, 7. Nequam eſt homo ille atque confidens Cic. Philipp. 7, 4. Confidens, Conſtans, *inquit* Donatus *ad* Ter. Andr. 5, 2, 14 Neſcio quis ſenex modo venit: ellum confidens, catus. Cic. Tuſc. 3, 14 c. 7 Qui fortis eſt, idem fidens, quoniam confidens mala conſuetudine loquendi in vitio ponitur, ductum verbum a confidendo, quod laudis eſt. Qui autem eſt confidens, is profecto non extimeſcit, *etc. Comparat.* Quod eſt nimium confidentius Gell. 10, 26. *Superlat.* Virg. Georg. 4, 445 Nam quis te iuuenum confidentiſſime, noſtras Iuſſit adire domos? *h. e.* audaciſſime. Gallum confidentiſſimum fudit alitis propugnatione Valerius Ammian. 24, 11. Mendacium confidentiſſimum Apul. Apol. p. 318.

CONFIDENTER. Aduerb. [θαῤῥαλέως] *Medide et ipſum ſignificationis.* Plaut. Capt. 3, 5, 6 At vt confidenter mihi contra adſtitit. Spurce, ſuperbe, perfidioſe, crudeliter, confidenter, malitioſe, flagitioſe factum Auct. ad Heren. 1, 8 c. 5. Facere confidenter Plaut. Mil. 2, 5, 55. Ter. Heaut. 5, 3, 6 In qua re nunc tam confidenter reſtas ſtulta? *Sed in bonam etiam partem* Plaut. Amph. 3, 1, 207 Quae non deliquit, decet audacem eſſe, confidenter pro ſe et proterue loqui. *Compar.* Cic. pro Cael. 44 c. 19 Dicam enim iam confidentius de ſtudiis eius honeſtis, quoniam audeo quaedam, fretus veſtra ſapientia, libere confiteri. Cic. de Orat. 2, 28 c. 7 Eo quidem loquar confidentius, quod Catulus auditor acceſſit. *Ironice. Superl.* Reſiſtere confidentiſſime Auct. ad Herenn. 2, 8 c. 5.

CONFIDENTIA, ae. f. [θάῤῥος, θάρσος] *Fiducia, audacia* Plaut. Mil. 2, 2, 74 Tute vnus ſi hoc recipere ad te dicis, confidentia eſt nos inimicos profligare poſſe, *i. confidere licet.* Cic. de Rep. *apud* Non. 4, 71 Duas ſibi res, quo minus in vulgus et in foro dicere, confidentiam et vocem, defuiſſe. Quae maxime confidentiam attulerunt hominibus Cael. Cic. Fam. 8, 8. *i. bonam ſpem.* Nec vlla eſt confidentia iam meo in corde Plaut. Amph. 5, 1, 3. Amittere confidentiam, *vid.* AMITTO. Habere confidentiam in ventre Plaut. Capt. 4, 2, 32. Confidentia, ſaepius in malam, Fiducia in bonam partem accipitur, *auctore Donato.* Ter. Eun. 5, 1, 23 Vide amabo ſi non quum aſpicias, os impudens videtur. T. non eſt P. tum quae eius confidentia eſt? *Add.* Donat. in Andr. 5, 3. Cic. pro Caecin. 2 Quaſi vero aut in iudicio poſſit idem improbitas, quod in v[...] confidentia. Gradere atque atrocem coërcere confidentiam Pacuu. *ap.* Non. 4, 71. Cic. Philipp. 2, 104 c. 40 Iam intelliges aliam cauſam eſſe haſtae Caeſaris, aliam confidentiae et temeritatis tuae. Vide quo vultu, qua confidentia dicat Cic. pro Flacc. 10. Scapularum confidentia, *de ſeruo peccante, quia plagas facile patitur* Plaut. Aſin. 3, 2, 3.

CONFIDENTILOQVIVS, a, um. Adi. [θαρσυνολόγος] *Dictio a Plauto forte conficta* Trin. 1, 2, 164 Nihil eſt profecto ſtultius neque ſtolidius, neque mendaciloquius, neque argutum magis, neque confidentiloquius, neque periurius, quam, *etc.*

CONFĪSVS, a, um. Partic. [πιθαῤῥηκώς] *Vt*, Ruſticus confiſus plenis agris Tibull. 2, 1, 21. Curt. 4, 10, 16 Satis confiſus Graecorum erga ſe beneuolentiae et fidei. O nimium Caelo et pelago confiſe ſereno Virg. Aen. 5, 870. Copia et facultate cauſae confiſus Cic. pro Roſc. Com. 2. Flore primaeuae iuuentae Sil. 16, 406. Remis minutis Propert. 1, 11, 9. Vrbe Cic. Fam. 12, 14. Tibull. 1, 9, 45 Tum miſer interii ſtulte confiſus amari.

CONFISIO, ōnis. f. [θάῤῥη] Cic. Tuſc. 4, 80 c. 37 Et ſi fidentia, id eſt firma animi confiſio, ſcientia quaedam eſt, et opinio grauis, non temere aſſentiens.

CONFĪGO, xi, xum, ĕre. [συμπήγνυμι, καθηλόω] *Figere pluribus locis, figendo coniungere etc. Vt*, Configere tabulam aculeis Columel. 7, 3. Cic. Acad. 4, 89 Quid apud Euripidem Hercules, quum vt Euryſthei filios ita ſuos configebat ſagittis, quum, *etc.* Oculos cornicum configere Cic. pro Muraen. 25. Configere tabulas inter ſeſe Cato 21, 3. Cic. Philipp. 7, 5 c. 2 Hunc ipſum mihi hominem familiariſſimum, niſi talis Conſul eſſet, vt omnes vigilias, curas, cogitationes in Reipubl. ſalute configeret, Conſulem non putarem.

CONFIXVS, a, um. Partic. [σύμπηκτος] *Confoſſus, vt*, Confixus cuſpide Lucan. 3, 621. Confixi ceciderunt Nep. 14, 9, 5. Pereunt confixi a ſociis Virg. Aen. 2, 429. Sagittis confixus Sen. Herc. Oet. 903. Caprae confixae ſagittis Cic. de Natur. Deor. 2 c. 5[...] *Metaphor.* Idem Philipp. 12, 18 c. 7 Meminerant eius ſententiis confixum Antonium, L. Caeſarem fortem quidem illum, et conſtantem Senatorem. Senatusconſultis Cic. de Aruſp. Reſp. 8. Telis Ouid. ex Pont. 2, 7, 15. Lucilius *apud* Cic. de Orat. 2 c. 62 Quid Decius Nuculam, an confixum vis facere? *inquit. Exemplum ioci ex ambiguo.* Virg. Aen. 3, 45 *de Polydoro*, Hic confixum ferrea texit Telorum ſeges, et iaculis increuit acutis. ¶ 2 *Pro* Confixus Confictus *eſt* Veget. Mulom. 2, 11, 4.

CONFIXILIS, e. Adi. Apul. Mileſ. 4 p. 148 Confixilis machina *i. Pegma. Vid. Lipſ. de Amphith. c. 22.*

CONFIGVLO, āre. *Idem ac Fingere; vnde*

CONFIGVLATVS, a, um. Partic. *Legitur in* ſacro Syllabo Paullini Aquileienſis: Configulata ſummi artificis manu terra.

CONFIGVRO, āre. [σχηματοποιοῦμαι] Columel. 4, 20, 1 Ne prauitas ſtatuminum ad ſimilitudinem ſui vitem configuret. *Sic* Macrob. Sat. 5, 11.

CONFIGVRATVS, a, um. Part. Lactant. 7, 4 Homo ex rebus diuerſis ac repugnantibus configuratus. Simulacra configurata Idem 1, 17.

CONFIGVRATE. Aduerb. Apuleii *eſſe dicitur; forte barbarii illius.*

CONFIGVRATIO, ōnis. f. Tertull. de Pudicit. 8 Chriſtiani admittitur ad configurationem minoris.

CONFINDO, ĕre. Tibull. 4, 1, 173 Et ferro tellus, pontus confinditur aere, *i. nauigando et arando finditur vbique et ſulcatur.*

CONFINGO, inxi, ictum, ĕre. [συμπλάττω] *Compoſitio non nihil addit vehementiae hic etiam verbo ſimplici, quemadmodum in pleriſque aliis.* Plin. 10, 33 Hirundines eadem materia nidos confingunt. Idem 11, 5 Apes fauos confingunt et ceras, *i. formant, vel componunt. Significat etiam Comminiſci et excogitare, vt*, Confingere rationes Columel. 1, 8, 4. Ter. Phorm. 1, 2, 81 Omnia haec confingam, quod erit mihi bonum atque commodum. Confingere et comminiſci aliquid Auctor ad Her. 2, 10. Cic. Verr. 2, 90 Concedes non hoc Crimen nos in te confingere. Plaut. Capt. prol. 35 Hice autem inter ſeſe confinxerunt dolum. Inſidias confingit ſibi ab eo paratas Iuſtin. 32, 2. Rumorem Auctor ad Her. 2, 10. Cic. pro Rege Deiot. 16 Id vos et a viro optimo, et ab homine minime ſtulto, cogitatum eſſe confingitis.

CONFICTVS, a, um. Partic. [συμπεπλασμένος] *Vt*, Confictae lacrimae Ter. Andr. 3, 3, 26. ¶ 2 Confictus *pro* Confixus, *vid. h. v. ſub* CONFIGO.

CONFICTIO, ōnis. f. Cic. pro Roſc. Amer. 35 c. 13 Criminis confictionem Erucius ſuſcepit.

CONFICTICIVS, a, um. *et*

CONFICTILIS, e. Adi. *Idem. apud* Firmicum.

CONFICTOR, ōris. m. Paullinus Nolan. Epiſt. 21 (24) n. 4 Manichaeus veri creatoris negator, et falſi confictor.

CONFICTRIX, īcis. f. *apud* Mart. Capell.

CONFICTITO, āre. Frequent. Naeuius *apud* Varr. L. L. 6, 6 p. 82, 34.

CONFINIS, e. Adi. [ὅμορος, σύνορος] *Qui eodem loco finitur, qui habet fines communes.* Liu. 4, 49 Excurſiones inde in confinem agrum Labicanum factae erunt. Plin. 12, 20 Tarum inuehitur per Nabataeos, Troglodytasque confines. Caput confine collo Ouid. Met. 1, 718. Fundis confinibus Varro R. R. 1, 16, 1. Oris confinibus Valer. Argon. 2, 633. Vitia virtutibus confinia Senec. Epiſt. 120. Auctor ad Heren. 4, 17 Qui in mediocre genus orationis profecti ſunt, ſi peruenire eo non potuerunt, errantes perueniunt ad confine genus eius generis, quod appellamus fluctuans et diſſolutum.

Con-

Confinis Aethiopiae eſt Plin. 8, 10. Gens confinis Cappadociae Nep. 14, 4, 1. Latrones amni confines Ammian. 30, 22. Confinis, *per tranſlationem, prope Idem eſt ac ſimilis.* Quinctil. 6, 3, 88 Ei confine eſt quod dicitur per ſuſpicionem. *Sic* 8, 3, 89 *et ſaepe alias.* Confines *et* Vicini *differunt: nam* Confines *dicuntur*, quorum praedia linea tantum diſtincta ſunt: *vel*, quorum vnius finis, alterius etiam finis eſt. Vicini *vero*, quorum praedia parietibus diſterminata ſunt. Itaque Confinium in ruſticis, Vicinitas in vrbanis praediis ponitur, *vti docet* Paull. l. 4 in fin. D. fin. regund. Hotom. Si quis in vendendo praedio confinem celauerit l. 35 §. 8 ff. de contr. emt. Confines ſuos ſedibus agriſque pellere Lactant. 5, 2.

CONFINE, is. n. [μεθόριον] *Linea, in qua fines concurrunt.* Valer. Argon. 6, 374 Heu pudor: inde Lycen ferit ad confine papillae, Inde Thoën. In confinibus hoſtis arcendus eſt Sen. de Ira 1, 8.

CONFINIVM, i. n. [μεθόριον] *Idem. Metaph.* Columel. 3, 5, 2 Mediocritas in lectione loci maxime probatur: quoniam in confinio boni malique poſita eſt. *Sed proprie* Plin. 6, 9 Confinium Caſpii maris. *Pro his, qui communes fines habent, ſ.* confinibus. Cic. Off. 2, 63 Conuenit autem cum in dando munificum eſſe, tum in exigendo non acerbum: in omnique re contrahenda, vendendo, emendo, conducendo, locando, vicinitatibus et confiniis aequum et facilem, multa multis de iure ſuo cedentem. Artis confinium et falſi *apud* Tac. Ann. 4, 58. *pro ſimilitudine vel affinitate.* Propter confinium frigoris et caloris morbis abundat auctumnus Iſidor. Orig. 5, 35. Loci *alicuius* ad confinia Valer. Argon. 8, 180. Apul. Met. 2 p. 122 Ad confinia lucis vſque peruigiles erimus. *Et* Ouid. Met. 4, 399

Iamque dies exactus erat tempuſque ſubibat,
Quod tu nec tenebras, nec poſſes dicere lucem;
Sed cum luce tamen dubiae confinia noctis.

Mortis confinia Apul. Met. 11 p. 268. Terrae alicuius confinia, *i. loca adiacentia* Lucan. 3, 275. Vlpian. in l. 2 D. finium regundorum, Neque enim multum intereſt, arbores quis in confinio, an aedificium ponat. *Sic* Prope confinium arbor poſita, ſi etiam in vicinum fundum radices egerit, communis eſt Caius in l. adeo §. vlt. D. de acquir. rer. domin. *Conf.* Ib. l. 2. *it.* Sic. Flacc. de Condit. Agror. p. 6. *Metaph.* Paterc. 2, 124 In quam arcto ſalutis exitiique fuerimus confinio, mihi tam feſtinanti exprimere non vacat. Virtutes vitiorum confinio laeduntur Plin. Paneg. 4.

CONFINITIMVS, a, um. Adi. *Confinis.* Gell. 1, 2 Officia virtutum confinitima.

CONFĪO, ĕri. [διαπράττομαι] *Idem quod Confici.* Caeſ. Bell. Gall. 7, 58 Poſtquam id difficilius confieri animaduertit. Balbus et Oppius Ciceroni ſub Att. 9, 8 Te hortari deſineremus, vt velles rebus intereſſe: quo facilius, et maiore cum dignitate per te, qui vtrique es coniunctus, res tota confieret. Vt res ſine ſanguine confieret Ib. ſub 8, 15. Res confit vtroque modo Lucret. 4, 292. Quo ſumma pacta mercedis Gallis confieret Liu. 5, 50.

CONFORE. [συντελεσθήσεσθαι] *Idem ſignificat.* Ter. Andr. 1, 1, 140 Reſtat Chremes, qui mihi exorandus eſt: et ſpero confore. *Vbi* Donatus, Confore, ab eo quod eſt Confit, *i.* Perficitur: futurum tempus infinitiui modi Confore facit, *i.* Perfectum iri. *Sic* Adelph. (5, 8, 23) Verum quid ego dicam? hoc confit quod volo. Confieri, *i.* Perfici. Vnde Confectum negotium dicitur, vel confecta res, Quae ad plenum perficitur. Virg. Aen. 4, 116 — nunc qua ratione quod inſtat Confieri poſſit paucis (aduerte) docebo. *Haec* Donatus. Multa experiendo confieri, quae ſegnibus ardua videantur Tac. Ann. 15, 59. *Huc etiam referamus* CONFVTVRVS. Plaut. Mil. 3, 3, 66 Confido confuturum.

CONFIRMO, āre. [βεβαιόω, κατασκευάζω, στηρίζω, δυναμόω, κραταιόω] *Firmum ab omni parte facere.* Cic. pro Lege Manil. c. 9 Mithridates autem et ſuam manum iam confirmarat, *etc.* Cic. Q. Frat. 1, 3 Erige te et confirma, ſi quae ſubeunda dimicatio erit. Cic. Att. 1, 11 Ego recreaui afflictos animos bonorum, vnumquemque confirmans et excitans. Cic. Fam. 1, 8 Verumtamen ipſe me confirmo ad eius voluntatem, a quo honeſte diſſentire non poſſum. *Sed praeferendum videtur* conformo. Celſ. 2, 10 Ideoque protinus brachium deligandum, habendumque ita eſt, donec valens cicatricula ſit, quae celerrime in vena confirmatur. Celſ. 4, 4 Neque vomitum huius afferre periculum etiam quum repetit, ſi ante confirmare et implere corpus licuit. Dentes Scribon. 57. 59. 60. Educare et confirmare Cic. de Orat. 2, 236. Celſ. 4, 19 Neque enim vlla res magis inteſtina confirmat. Celſ. 8, 10 Tum paxillus remouendus, vulnus ſanandum eſt, cicatrix inducta fouenda frigida aqua eſt, *etc.* et magis etiam hic quieſcendum donec Membrum confirmetur. Milites conſolatur et confirmat Caeſ. Bell. G. 5, 50. Neruos Scribon. 160. Omnem partem 256. Stomachum 104. 107. Confirmare ſe *dicuntur, qui ex morbo conualuerunt.* Cic. Fam. 16, 2 Cura igitur te, et confirma: et quum commode poteris, *etc.* ad nos veni. *Add.* ib. Ep. 13. Cic. Fam. 16, 1 Mihi placebat, ſi firmior eſſes, vt te Leucadem deportaret, vt ibi te Plane confirmares. *Simile eſt illud* Cic. de Finib. 5, 43 c. 22 In his vero Aetatibus, quae iam confirmatae ſunt, quis eſt, *etc.* *Itemque* Cic. Att. 10, 17 Valetudinem tuam iam confirmatam eſſe, et a vetere morbo, et a nouis tentationibus gaudeo. *Et* Nondum ſatis confirmatus ad ſcribendum Cic. Fam. 9, 11. *Etiam* Confirmant ſe, *qui animum ſumunt excuſſo timore.* Cic. Verr. 5, 94 Confirmant ipſi ſe, quum is etiam, tum ſemiſomnis ſtuperet. Confirmare ſe ad omnia Cic. in quadam oratione. Idem Fam. 11, 9 Plancum quoque confirmetis oro, quem ſpero pulſo Antonio, Reipubl. non defuturum. Aliquem dictis confirmare Claudian. de Bell. Gild. 424. Amicitiam et pacem cum aliquo Caeſ. Bell. G. 1, 3. Plaut. Aul. 2, 8, 1 Volui Animum tandem confirmare meum. Animum alicuius ſapientiſſimi et amiciſſimi hominis auctoritate confirmare Cic. Fam. 6, 6. Caeſ. Bell. Gall. 1, 33 Caeſar Gallorum Animos verbis confirmauit. Ordinem labantem (*Senatum ſententiae incertum*) confirmare Sueton. Caeſ. 14. ¶ 2 Confirmare, *aſſeuerare, corroborare, affirmare.* Cic. Acad. 4, 23 Maxime vero virtutum cognitio confirmat, percipi et comprehendi multa poſſe. Idem de Amicit. 10 c. 3 Nemo vnquam erit, et, vt confirmare poſſum, nemo certe fuit. Confirmare, ſeſe neque legatos miſſuros, neque vllam conditionem pacis accepturos Caeſ. Bell. Gall. 2, 15. Cic. Att. 16, 5 Hoc quum mihi non modo confirmaſſet, ſed etiam perſuaſiſſet, egit mecum accurate, *etc.* Confirmo tibi Idem Fam. 3, 14. *et* 13, 16. Confirmare et comprobare decretum Cic. Cupiennio, Att. 16, 16. Idem de Diuin. 2, 38 Tu quidem non hoſtiarum caſum confirmas fortium ſimilitudine, ſed infirmas fortes collatione hoſtiarum. Promittere atque confirmare Cic. Fam. 3, 10. Promiſi et prope confirmaui Idem Fam. 12, 7. *Sic* Fam. 6, 3 Alterum confirmare non eſt ex cauſa atque fortuna eius, cui omnia deſunt. Cic. de Orat. 1, 90 Et id, quod intenderemus confirmare, et id, quod contra diceretur, refellere. Idem de Orat. 2, 80 Noſtra confirmare argumentis ac rationibus, deinde contraria refutare. Confirmare et ſancire Cic. Philipp. 10, 1. Auſim confirmare, *i. affirmare* Lucret. 2, 178. Otii cauſa confirmare Cic. Capitoni Att. 16, 16 *de actis Caeſaris.* Aliquid confirmare de re aliqua Idem pro Arch. 14. De reditu alicuius Cic. Fam. 6, 6. Ex rationibus aliquid Lucret. 2, 179. Sine vlla dubitatione aliquid Cic. de Clar. Orat. 25. Auctoritatibus cauſam Aliquam confirmare Idem pro Lege Manil. 71. Rationibus exquiſitis confirmare aliquid Cic. de Finib. 1, 30. Rationibus et argumentis Ibid. c. 9. Ratione omni vobis confirmare poſſum Cic. de Lege Agr. 2, 14. Idem Verr. 5, 101 Haec autem iſtius Vituperatio atque infamia confirmabatur eorum ſermone. Cic. pro Domo 47 c. 18 Quod factum non eſt, vt ſit factum, ferri ad populum, aut verbis vllis ſanciri, aut Suffragiis confirmari poteſt? Idem pro Roſc. Amer. 42 Ille quomodo commenticium Crimen confirmaret, non inueniebat. Diuinationem Cic. de Diuin. 1, 71. Facinus obiectum Iuſtin. 32, 2. *Sed al.* admittit, *quod recte recepit etiam Burm.* Plin. 37, 1 Confirmat hanc eandem Opinionem edictum Alexandri Magni, quo vetuit, *etc.* Cic. Philipp. 1, 2 Pax denique per eum, et per liberos cum praeſtantiſſimis ciuitatibus confirmata eſt. Idem Verr. 5, 19 Vt quam minimum dem illis temporis ad meditandum confirmandumque Periurium. Religionem metu poenae Cic. de Legib. 2, 29. Spem temporis reliqui Idem Diu. in Caec. 18. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 14 Gladiatoreſque, quos ibi Caeſar in ludo habebat, in forum productos, Lentulus libertati confirmat, atque iis equos attribuit. Cic. Verr. 2, 23 Quorum omnium teſtimoniis de hac Dionis pecunia confirmatum eſt.

CONFIRMĀTVS, a, um. Partic. [κεκραταιωμένος] *Vt*, Confirmata acies, *vid.* ACIES. Corpus confirmatum Cic. Fam. 16, 3. Idem pro Quint. 77 Diffidebam mehercule C. Aquili, ſatis animo certo et confirmato me poſſe in hac cauſa conſiſtere. Conſilio (*i. prudentia*) nondum confirmato, ſed ineunte aetate curam aliquam ſuſcipere Cic. Verr. 3, 3. Incommodum in aliquo confirmatum Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 16. Cic. de Amicit. 76 Omnino amicitiae corroboratis iam confirmatiſque et ingeniis, et aetatibus iudicandae ſunt. Ratio confirmata Idem Acad. 4. *Et* Fam. 1, 8 Difficile eſt ſenſum in Republica, praeſertim tectum et confirmatum deponere. *Compar.* Confirmatiorem efficere exercitum Caeſ. B. C. 3, 84.

CONFIRMATE. Adu. Auct. ad Herenn. 4, 16 c. 11 Nec poteſt confirmate, neque viriliter ſeſe expedire.

CONFIRMĀTOR, ōris. m. [βεβαιωτής] *Qui confirmat aliquid.* Cic. pro Cluent. 72 c. 26 Vnus et alter dies interceſſerat, quum res parum certa videbatur: ſequeſter et confirmator pecuniae deſiderabatur. Erroris confirmator Tertull. adu. Marc. 4, 36. *Conf.* Id. de Ieiun. c. 10. Lactant. 1, 2 Cuius ſententiae auctor eſt Democritus: confirmator Epicurus.

CONFIRMATRIX, īcis. f. Tertull. de Corona Mil. 4 Conſuetudo confirmatrix.

CONFIRMATIVE. Adu. *Cum affirmatione.* Tertull. adu. Marc. 4, 41 Confirmatiue reſpondere.

CONFIRMATIO, ōnis. f. [κατασκευή, βεβαίωσις] Cic. de Finib. 5, 15 Inuenta vitae via eſt confirmatioque omnium officiorum. *Al.* Conformatio, *quod praetulerim.* Teſtimonium et grauior confirmatio Cic. de Inuent. 1, 48. Gallos ad hoc conſilium hortabatur perfugae confirmatio Caeſ. Bell. G. 3, 18. Animi Cic. Fam. 6, 6. Non eget confirmatione virtus Idem Fam. 6, 3. *Apud Rhetores, v. g.* Cic. de Inuent. 1, 34 c. 24 Confirmatio eſt, per quam argumentando noſtrae cauſae fidem et auctoritatem et firmamentum adiungit oratio.

CONFIRMĬTAS, ātis. f. [κραταίωσις] *Eadem fere, quae confidentia, qua quis confirmat, et aſſeuerat, quae dicit.* Plaut. Milit. 2, 2, 34 Os habet, linguam, perfidiam, malitiam atque audaciam, confidentiam, confirmitatem, fraudulentiam.

CONFISCO, āre. [δημοσιεύω] *In fiſcum, id eſt in pecuniam principis redigere. Vid.* FISCVS. Sueton. in Calig. c. 16 Multis incendiorum damna ſuppleuit, ac ſi quibus regna reſtituit, adiecit et fructum omnem vectigaliorum et redituum medii temporis, vt Antiocho Commageno H-S. millies confiſcatum. Confiſcari bona *dicuntur*, quae in fiſcum coguntur. l. vlt. §. pen. D. de bon. eor. l. 3 de re milit. lib. 12 C. Sueton. Domit. c. 12 Confiſcabantur alieniſſimae Hereditates, vel exiſtente vno, qui diceret audiſſe ſe ex defuncto, quum viueret, Heredem ſibi Caeſarem eſſe. Confiſcare, *etiam ad Homines relatum, non ſolum ad Rem.* Sueton. Calig. c. 41 Et quondam proximo colluſori, demandata vice ſua, progreſſus in atrium domus, quum praetereuntes duos equites Roman. locupletes ſine mora corripi, confiſcarique iuſſiſſet, exultans rediit, glorianſque, nunquam ſe proſperiore alea vſum. *Add.* Suet. Tib. c. 49 Galliarum — principes confiſcatos. *Sic* in Aug. c. 15. Si tutor fuerit confiſcatus, adverſus fiſcum actio datur pupillo l. 9 §. pen. ff. de tut. et ration. ¶ 2 Sueton. Auguſt. c. 101 Legionariis trecenos numos: quam ſummam repraeſentari iuſſit. Nam et confiſcatam ſemper, repoſitamque habuerat, *i. in fiſcis et ſacculis repoſitam et aſſeruatam. Hinc* Felices itaque pauperes, qui animam totam in confiſcato habent Tertull. de Fuga c. 12.

CONFISCATIO, ōnis. f. Flor. 3, 9, 3 Socii viuique regis confiſcatio. Vet. Gloſſ. Δήμευσις.

CONFISCATOR, ōris. m. Vet. Gloſſ. Confiſcator, ταμιοῦχος. *Secundum hoc itaque fuerit quaeſtor, ſ. curator fiſci.*

CONFISIO, CONFISVS, *vid.* CONFIDO.

CONFITEOR, feſſus ſum, ēri. [ὁμολογέω, ὁμολογέομαι, ἐξομολογέομαι, σύμφημι] *Fateri velut cum altero interrogante et exquirente.* Donatus, Indicat is, qui de ſe volens aliquid, et de aliis etiam prodit: ſed confitetur, qui de ſe tantum, et inuitus *ad* Ter. Heaut. 5, 3, 13 Egone confitear meum non eſſe filium, qui ſit meus? Idem Phorm. 5, 9, 46 Ignoſce, orat, confitetur, purgat, quid vis amplius? Lac potum et gelatum odore ſpirationis, ſi non confitebitur, qui laborat, cognoſcetur Scribon. 197. Confiteri, *profiteri ſignificat, ſi ſic ſcripſit* Sueton. in Auguſt. c. 4 Decedens prouincia, priuſquam confiteri ſe Conſulatus candidatum poſſet, morte obiit repentina. *Sed ex Vrſini libro reſtitutum eſt* profiteri, *nec aliud boni ſcriptoris prolatum exemplum, vbi non illa Donati obſeruatio locum habeat. Vid. tamen mox* Reli-

Religionum. Cic. pro Caecin. 24 c. 9 Ita libenter confitetur, vt non ſolum fateri, ſed etiam profiteri videatur. Aperte atque ingenue confiteri aliquid Idem Fam. 5, 2. Quaeſtione adhibita Cic. de Diuin. 1, . . Silentio confiteri malam eſſe cauſam Quinctil. 4, 2, 66. Tacendo loqui, non infitiando confiteri videtur Cic. pro Sext. 40. Adulterium confiteri Pſeudo-Cic. in Salluſt. 15. Deos eſſe confitendum eſt Cic. de Natur. Deor. 1, 44 c. 17. Deuinctum me eſſe tuis officiis, confiteor non ſolum, ſed etiam gaudeo Idem Fam. 1, 9. Iram vultu Ouid. Met. 6, 35 *vbi apparet, non ad conſilium indicandi pertinere, ſed ad ſignum, vnde vel inuitis nobis aliquid intelligitur.* *Sic* Confiteri Motum animi ſui lacrimis Quinctil. 6, 1, 23. *Vid.* Timorem. *Vtramque rationem miſcuit* Plin. Epiſt. 3, 14 *vbi* Largius vocibus excitatus et recreatus loci frigore, ſublatis oculis agitatoque corpore, viuere ſe (et iam tutum erat) confitetur. Peccatum ſuum, quod celari poſſet, vir ſapiens confiteri mauult Cic. de Natur. Deor. 2, 11 c. 4. Idem de Legib. 2, 29 c. 12 Confitendarum Religionum facultatem afferunt ſacerdotes. *Sic boni quique libri, quae ſi vera eſt lectio, habemus exemplum, vbi pro verbo* profiteri *ponitur. Sed al.* conferendarum, *it.* conficiendarum. Timorem pallore Ouid. Triſt. 1, 3, 113. Verum Idem de Rem. Amor. 318. De criminibus obiectis non confiteri Cic. pro Domo 93. Idem pro Roſc. Amer. 119 Res porro abs te eiusmodi poſtulabatur, vt nihil intereſſet, vtrum eam rem recuſares, an De maleficio confiterere. Cic. Verr. Act. 1, 3 Equidem, Vt de me confitear Iudices, quum multae mihi a C. Verre inſidiae terra marique factae ſint, *etc.* Idem in Partit. 127 Minime eſſe concedendum, vt is, qui De re confiteatur, verbi ſe interpretatione defendat. De veneno confiteri Cic. pro Cluent. 183. Summam videbantur mihi infirmitatem de ſe confiteri Quinctil. 2, 4, 28. *De inanimatis etiam dicitur, cum aliquo ſe indicio produnt.* His contraria (*ſigna*) noxium caeli illius ſpiritum confitentur Pallad. 1, 3. *Add.* Idem Iun. 7, 6. Plin. 27, 2 Torpeſcunt ſcorpiones aconiti tactu, ſtupentque pallentes, et vinci ſe confitentur. *Ita etiam* Fateri. Apul. Met. 2 p. 115, 13 Aurum in genis et in tunicis — matronam profecto confitebatur, *i. indicabat.*

CONFĬTENS, entis. Partic. [ὁμολογῶν] *Vt,* Audire confitentem Cic. de Finib. 2, 21.

CONFESSVS, a, um. Partic. [ὁμολογούμενος] *Actiue.* Varro de L. L. 5, 7 p. 55, 2 Falſi et Confeſſi, qui fati id, quod ab his quaeſitum. Hique indicio Volturcii conuicti confeſſique ſint Salluſt. Cat. 52, 36. Amorem confeſſus Ouid. Met. 14, 703. Virgil. Aen. 2, 591 Confeſſa deam *Venus ſe videndam praebuit Aeneae,* qualisque videri Caelicolis et quanta ſolet. Ouid. Met. 3, 1 Iamque Deus, poſita fallacis imagine tauri Se confeſſus erat. *Sic* Fictio apparens magis, quam confeſſa Quinctil. 9, 2, 46. *i. ita manifeſta, vt fruſtra diſſimuletur, diſſimuletur tamen. Nempe ab illa reciproca ſignificatione, qua notat eum, qui de ſe confeſſus eſt, facilis tranſitus eſt ad paſſiuam, vt ſit illud, de quo aliquis faſſus eſt.* Petron. 41 Puer ſpecioſus, vitibus hederisque redimitus, modo Bromium, interdum Lyaeum, Euiumque confeſſus, calathiſco vuas circumtulit. Ouid. Met. 5, 215 Atque ita ſupplex Confeſſasque Manus, obliquaque brachia tendens, *i. quae ſuo geſtu velut confitebantur, Phineum a Perſeo victum.* Ornatus confeſſus Quinctil. 8, 3, 13. Propoſitio confeſſa Idem 5, 14, 13. Confeſſa res, *clara, manifeſta, et de qua nulla eſt controuerſia.* Plin. 10, 49 De confeſſis diſſeruiſſe praeſtiterit. Res confeſſa et manifeſta Cic. Verr. 3, 130 c. 56. Ouid. ex Pont. 2, 2, 56 Non eſt confeſſi cauſa tuenda Rei. Rubor confeſſus ſecreta Claudian. in Nupt. Hon. 9. Signa confeſſa et non dubia Colum. 2, 2, 14. Attingam confeſſa de iisdem breuiter atque capitulatim Plin. 2, 12. Probare confeſſa Quinctil. 5, 14, 13. Idem 3, 5, 3 Quibus contineatur omnis ratio dicendi: niſi forte laudare, quae conſtet eſſe honeſta, et vituperare, quae Ex confeſſo ſint turpia, non eſt oratoris officium, *i. quae omnium confeſſione conſtet eſſe turpia.* Plin. 17, 22 Pampinatio verna In confeſſo eſt, ab Idibus Maiis, *etc.* fieri intra dies X. Parentum in confeſſo merita ſunt Sen. de Benef. 3, 11. *Conf.* Dial. de Orator. c. 25, 2. *et* c. 27, 2. Plin. Epiſt. 10, 85 *extr.* Quum alioqui magna ſit exſpectatio: vt neceſſe ſit in ea re, quae et In confeſſum venit, et exemplis defenditur, deliberare, *i. quam omnes fatentur ſic ſe habere.* Gell. 20, 1 *non procul a fine,* Confeſſis igitur aeris ac debiti iudicatis, triginta dies ſunt dati conquirendae pecuniae cauſa. Confeſſus *Iuriſconſulto etiam videtur,* qui monitus tacet, l. de aetate §. nihil intereſt. §. qui tacuit. D. de interrog. action.

CONFESSOR, ōris. m. *Sic illi Chriſtiani honoris cauſa vocabantur, qui veritatem diuinam profiterentur etiam in tormentis; quod ſi mors accederet,* Martyres *vocabantur.* Tertull. de Corona Mil. 2. Idem adu. Marc. 4, 28. adu. Gnoſt. c. 11. adu. Praxean c. 26. Lactant. de Mort. Perſec. 35 Cum caeteris confeſſoribus cuſtodia liberatus. *Add.* Sidon. Ep. 4, 18. 7, 1 *et* 17.

CONFESSORIVS, a, um. Adi. *Eſt apud Iuriſconſultos* Confeſſoria Actio *eius,* qui ſeruitutem ſibi competere contendit l. 2 D. ſi ſeruit. vindic. *Item* Vlp. l. 25 D. §. 1 ad L. Aquil. Si procurator, aut tutor, aut curator, aut quiuis alius confitetur, abſentem vulneraſſe: confeſſoria in eos vtilis actio danda eſt, *i. ipſa illa confeſſione nitens, in ſimplum.*

CONFESSIO, ōnis. f. [ὁμολογία, ἐξομολόγησις] *Actus confitendi.* Cic. Verr. 5, 101 Vbi hoc videt illorum confeſſionem, teſtificationem ſuam, tabellas ſibi nullo adiumento futuras, init conſilium. Firmic. 1, 3 Vis ergo aliud proferamus exemplum, vt vel ſic ad confeſſionis anguſtias coarcteris? Vultus ac vocis confeſſio Quinctil. 6, 3, 9. Periculoſa, *vid. h. v.* Verecundior eſt confeſſio, quam expoſitio Quinct. 4, 2, 8. Sit erranti medicina, confeſſio Cic. Epiſt. ad Octau. Confeſſione illius aeui, optimus ac ſine aemulo agricola Cato Plin. 14, 4. Adducere ad ignorationis confeſſionem aliquem Cic. Acad. 1, 43. Arguere aliquem ſua confeſſione Tacit. Ann. 1, 12. Comprobare errati ſui confeſſione auctoritatem alicuius rei Cic. de Diuin. 1, 33. Conuictum eſſe confeſſione aliquorum Idem poſt redit. ad Quir. 1. Deferre confeſſiones alicuius rei ad iudices Cic. pro Sext. 14. Elabi ex confeſſione inſcitiae ſuae Quinctil. 2, 11. Exigere culpae confeſſionem Idem 4, 2. Exprimere confeſſionem facinoris tormentis Sueton. Tiber. c. 19. Cruciatu Idem Galb. c. 10. Habere indubitatas confeſſiones Plin. 22, 23. Imitatur taciturnitas confeſſionem Cic. de Inuent. 1, 53 c. 32. Indui ſua confeſſione, *vid.* INDVO. Mouere lacrimas nonnunquam ſolet ipſa confeſſio Quinct. 4, 2. Patefactum eſſe indiciis et confeſſionibus ſuis Cic. in Catil. 3, 15. Premere confeſſionem, et partiendo multiplicare Quinct. 7, 2. Suſcipi in confeſſione facti iuris tamen defenſionem poſſe Cic. pro Milon. 15. Idem Verr. 4, 104 c. 47 Omnibus in rebus coarguitur a me, conuincitur a teſtibus, Vrgetur confeſſione ſua, manifeſtis in maleficiis tenetur. *Plur. etiam* Quinctil. 4, 2, 69 In his quoque confeſſionibus eſt aliquid. Cael. ad Cic. Fam. 8, 8 Quid ſi nefarias patris confeſſiones audiſſes.

CONFIXVS, *vid.* CONFIGO.

CONFLACCESCO, ĕre. *Flacceſco totus.* Gell. 2, 30 Simul ac ventus poſuit, ſternuntur et conflacceſcunt.

CONFLABELLO, āre. Tertull.

CONFLATVS, *etc. Vid.* CONFLO.

CONFLĀGES, dicuntur Loca, in quae diuerſi confluunt (*Dac. malit* conflant) venti. Feſtus. *Alii leg.* Confluges, *v. v. it.* CONFRAGES.

CONFLAGELLO, āre. ICt. in Dig.

CONFLAGITO, āre. *Tribuitur* Plinio Maiori. *Negat Index Harduini.*

CONFLĂGRO, āre. [φλέγομαι] *Ardere.* Vict. de Vir. Illuſtr. 4 Fulmine ictus cum regia conflagrauit. Ardore flammae Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 1. Flammis conflagare Liu. 30, 7. Terrae conflagrant Cic. de Natur. Deor. 2, 92. Conflagrare amoris flamma Cic. Verr. 5 c. 35. Idem Verr. 1, 41 Nam qua inuidia C. Iunius conflagrarit, ea, niſi prouidiſſes, tibi ipſi tum pereundum fuiſſet. *Et* in Catil. 1, 20 c. 11 An quum bello vaſtabitur Italia, vexabuntur vrbes, tecta ardebunt, tum te non exiſtimas inuidiae incendio conflagraturum? Iupiter Semelem conflagrauit Hygin. fab. 179. *i. incendio fulminis ſui necauit. Paſſiue etiam* Vet. Schol. Horat. ad Epod. 5, 63 Veſtem pellici ſuae datam vna cum ipſa et tota domo conflagrari fecit.

CONFLAGRATVS, a, um. Partic. paſſ. [πεφλεγμένος] Auct. ad Herenn. 4, 13 c. 8 Vrbs acerbiſſimo concidat incendio conflagrata. Naues incendio conflagratae Vitr. *ſub fin. operis.* Regiones Phaëthontis ruina conflagratae perierunt Apul. de Mundo p. 73.

CONFLAGRATIO, ōnis. f. Sen. Quaeſt. Nat. 3, 29 Beroſus adeo quidem id affirmat, vt conflagrationi atque diluuio tempus aſſignet. *Conf.* ib. c. 28. Interire conflagratione Lactant. 2, 9.

CONFLAMMO, āre. Apulei *eſſe dicitur. Negat Index Floridi.*

CONFLECTO, xi, xum, ĕre. [συγκάμπτω] *A quo*

CONFLEXVS, a, um. Partic. Plin. 2, 44 Montium vero flexus, crebrique vertices, et conflexa cubito, aut confracta in humeros iuga.

CONFLECTIO, ōnis. f. ICt. in Cod.

CONFLEXILIS, e. Adi. *Apud* Firmicum.

CONFLICTO, āre, *vid.* CONFLIGO.

CONFLIGO, xi, ctum, ĕre. [συμβάλλω, συνάπτω, συμπίπτω, συῤῥάπτω] *Dimicare, ſimul pugnare, praelio congredi.* Salluſt. Catil. 57 Optimum factu ratus, in tali re fortunam belli tentare, ſtatuit cum Antonio quam primum confligere. Caeſ. Bell. Gall. 7, 32 Fore vti pars cum ciuitatis parte confligat. *Sic* Confligere paucis nauibus aduerſus claſſem Nep. 23, 8, 4. Confligere manu cum hoſte Cic. Off. 1, 81 c. 23. Cum apro Erymanthio conflixit Hercules Id. Tuſc. 4, 49. Acie confligere Liu. 26, . . Armis Cic. in Piſon. 20 c. 9. Pro ſalute contra ſceleratiſſimam conſpirationem hoſtium Idem Fam. 11, 13. Agmina confligunt collatis ſignis Claudian. Epigr. 45, 27. Virgil. Aen. 2, 416 Aduerſi rapto ceu quondam turbine Venti Confligunt. Confligunt Leges et colliduntur, *vid.* COLLIDO. Cic. in Catil. 2, 25 c. 11 Si his rebus omiſſis, Cauſas ipſas, quae inter ſe confligunt, contendere velimus. Ad confligendum veniunt Poeni Lucret. 3, 854. Idem 4, 1210 Semina quum Veneris ſtimulis excita per artus Obuia conflixit conſpirans mutuus ardor. Cic. pro Caecin. 8 Potuiſti enim leuiori actione confligere, *de illo bello iudiciali, quod gerunt Actor et Reus.* Idem de Fin. 4, 3 Vniuerſa enim illorum Ratione cum tota veſtra confligendum puto. Confligere de re aliqua Auct. ad Herenn. 1, 16. Ira magna confligitur, *imperſ.* Claud. in Eutrop. 2, 358.

CONFLICTO, āre; [συνταράσσομαι, συγκρούω] *et* CONFLICTOR, āri. Frequentatiuum. Ter. Phorm. 3, 2, 20 Nec cum huiusmodi vnquam vſus venit, vt conflictares malo. *Et* Andr. 1, 1, 66 Nam qui cum ingeniis conflictatur eiusmodi, *vbi notam ad pugnam refertur, quam ad frequentem conſuetudinem et vſum hominum vitioſorum, contra quorum contagionem velut pugnandum eſt, ſi corrumpi nolis.* Tacit. Ann. 6, 48 Plura per ſcelera Rempublicam conflictauiſſet. Cic. de Aruſp. Reſp. 42 Cum his conflictari, et pro ſalute patriae quotidie dimicare, erat omnino illis, qui tum Rempublicam gubernabant, moleſtum. *Et omiſſa Praepoſitione,* Incommodis homines magnis et multis conflictantur, propter immenſam pecuniae cupiditatem Auctor ad Herenn. 2, 37. Cic. pro Quint. 44 Hoc quo pertinet? *etc.* vt honeſtiore Iudicio conflictere? *Sic* Fam. 9, 25 Noli pati litigare fratres, et Iudiciis turpibus conflictari. Cic. de Legib. 1, 32 Qui canem et felem vt deos colunt, non eadem Superſtitione, qua ceterae gentes conflictantur. Idem Verr. 3, 69 Iniquiſſimis Verbis, improbiſſimis recuperatoribus conflictari malebant, quam quidquam cum iſto ſua voluntate decidere. Annona graui conflictari Hirt. B. Afr. 24. Celſ. 2, 7 Quibus diu color ſine morbo regio malus eſt, hi vel capitis Doloribus conflictantur, vel terram edunt. Cic. Fam. 6, 13 Diutius velle videtur eos habere ſolicitos, a quibus ſe putat diuturnioribus eſſe Moleſtiis conflictatum. Plin. 29, 3 Namque anſer coruusque ab aeſtate in Autumnum Morbo conflictari dicuntur. Celſ. 3, 7 Si quis autem in huiusmodi febre leuiter tuſſit, is neque vehementi Siti conflictatur, *etc.* Valetudine iniqua conflictari Plin. Ep. 1, 12. *Conf.* Nep. 10, 2, 4. *et* 20.

CONFLICTATVS, a, um. Partic. [συγκεκρουσμένος] *Vt,* Conflictatus graui morbo Plin. 23, 1. Sueton. in Claud. 2 Variis et tenacibus morbis conflictatus eſt. Hieme conflictatae ſaeuiſſima volucres Plin. 18, 25. Difficultatibus conflictatus Liu. 40, 22. Fortuna florentiſſima illi, nos duriore conflictati videmur Cic. Att. 10, 4. Tacit. in Vita Agric. 22 Quamquam conflictatum ſaeuis Tempeſtatibus exercitum, laceſſere non auſi. Cum aduerſa fortuna conflictatus Nepos 16, 5, 1.

CONFLICTATIO, ōnis. f. [σύγκρουσις] Eſt (vt ait Donatus) Tactus corporum inuicem, et colliſio. Totius exercitus conflictatione oppugnatus ſerpens inuſitatae immanitatis Gell. 6, 3. *al.* Conflictione. Duorum exercituum Idem 15, 18 *extr.* Conflictationes Quinct. 7, 1, 18.

CONFLICTATRIX, īcis. f. Tertull. adu. Marc. 2, 14 Aegyptus hoſpitis populi conflictatrix.

CONFLICTIO, ōnis. f. [σύῤῥαξις] *A* Confligo, *non a* Conflicto.

flicto. Conflictio duorum inter ſe corporum Quinct. 3, 6, 6. Cic. in Partit. 104 c. 29 Ex rationis autem et ex firmamenti conflictione, et quaſi concurſu, quaeſtio exoritur quaedam, quam diſceptationem voco. Primus ille ſtatus, et quaſi conflictio cum aduerſario Cic. in Partit. 102 c. 29. Idem de Inuent. 1, 18 Conſtitutio eſt prima conflictio Cauſarum, ex depulſione intentionis profecta: hoc modo, feciſti: non feci, aut iure feci. Quinct. 3, 6, 4 Statum quidam dixerunt primam cauſarum conflictionem, quos recte ſenſiſſe, parum elocutos puto. Non eſt enim ſtatus prima conflictio — Quid ſi enim dicat quis, Sonus eſt duorum inter ſe corporum conflictio, erret, vt opinor: non enim ſonus eſt conflictio, ſed ex conflictione. Rerum contrariarum et diſſimilium et inter ſe pugnantium conflictio Cic. in Partit. 55 c. 16.

CONFLICTVS, ûs. m. [σύγκρουσμος] *Idem.* Conflictus corporum Cic. pro Caecin. 42. Lapidum conflictu atque tritu elici ignem videmus Idem de Natur. Deor. 2, 25 c. 9. *Et* de Diuin. 2, 44 Si autem Nubium conflictu ardor expreſſus ſe emiſerit, id eſſe fulmen. Fatalis incommodi conflictu vrgeri Gell. 6, 2.

CONFLIGO, āre. Contendere. Pacuu.

CONFLIGATVS, a, um. Partic. Frontin. in Stratagem. 2, 3, 5 Ne ea parte ante cum hoſte confligeret, quam cornibus confligatis medios vndique circumueniſſet. *Sic MSS. et editi. Et ſimile eſt* profligare.

CONFLIGIVM, i. n. *Idem, quod* Conflictus. Solinus 14 (9) Nam in latebroſis rupium cauaminibus, quae fluctuum confligiis tunc adeſa ſunt, reduuiae conchyliorum reſederunt, et alia multa.

CONFLO, āre. [χωνεύω] *Simul flare, flando vel ignem excitare, vel liquefacere, fundere, formare metalla, qua in re follium magna opera eſt: vnde deinde ad alia transfertur.* Plin. 35, 11 Philiſcus officinam pinxit pictoris, ignem conflante puero. Sen. Theb. ſ. Phoeniſſ. 344 Templis deos obruite, maculatos Lares conflate, *etc. i. Statuas deorum fundite.* Coronam auream conflare Suet. Galb. c. 12. *Sic* Marcellus in l. ſi duo D. depoſ. Quod ſi Lancem conflauerint, aut conflari ab aliquo paſſi fuerint, *etc.* Suet. Auguſt. c. 52 Argenteas Statuas olim ſibi poſitas conflauit omnes, ex quibus aureas cortinas Apollini Palatino dedicauit. Vaſa aurea aſſiduiſſimi vſus Idem Auguſto c. 71. *Sed ad ea etiam refertur, quae non funduntur, ſed ducuntur malleo.* Virg. Georg. 1, 508 Et curuae rigidum falces conflantur in enſem. ¶ 2 *Varie ponitur* Conflare, *per translationem. vt,* Conflare Aes alienum, *i. Contrahere debitum.* Salluſtius Bell. Catil. 14, 2 Quique alienum Aes grande conflauerat, quo flagitium aut facinus redimeret. Cic. Fam. 5, 2 Qui vrbem incendere, magiſtratus ac Senatum trucidare, Bellum maximum conflare voluiſſent. Bellum natum, conflatum, ſuſceptum opera alicuius eſt Idem Philipp. 2, 70. Diſcordiam conflare Flor. 1, 24, 1. Paterc. 2, 74, 2 Ad arma conciens, magnum Exercitum conflauerat. Ter. Eun. 5, 2, 35 Saepe ex huiuſmodi re quapiam et ex malo principio, magna Familiaritas conflata eſt. Cic. in Catil. 1, 23 c. 9 Quamobrem, vt ſaepe iam dixi, proficiſcere: ac ſi mihi inimico, vt praedicas, tuo conflare vis Inuidiam, recta perge in exilium. Idem pro Cluent. 9 Faciamque, vt intelligatis in tota illa cauſa, quid res ipſa tulerit, quid error affinxerit, quid Inuidia conflarit. Liu. 3, 36 *de Decemuiris,* Iudicia domi conflabant, pronuntiabant in foro. Cic. pro Cluent. 18 Nihil Mali timuit, quod non totum a matre eſſet conflatum et perfectum. Idem pro Roſc. Com. 48 Vnde hoc totum ductum et conflatum Mendacium eſt. *Et* Verr. 2, 135 Quod cuique Negotii conflari volebat, nullo labore faciebat, *i. quam moleſtiam, periculum etc.* Lucret. 4, 927 Sed quibus haec rebus Nouitas conflatur, *etc.* Numos in vſum belli Quinctil. 9, 2, 92. Cic. pro Sext. 66 Quae ratio aut auferendae, aut conflandae Pecuniae reperiebatur? Idem pro P. Sulla 13 Qui vobiſcum in conſilio fuerunt, qui vobiſcum illa cognorunt, quibus ipſis Periculum tum conflari putabatur, qui Antronio non affuerunt, *etc.* Lucret. 3, 70 Sanguine ciuili Rem conflant, Diuitiasque Conduplicant auidi. Cic. pro Cluent. 99 Maxime eius opera quum Quaeſtor eſſet, in exercitu Seditionem eſſe conflatam. Idem de Aruſp. Reſp. 42 Nefarias cum multis ſceleris Pactiones, Societateſque conflauit. Suſpicionem Auctor ad Heren. 2, 8.

CONFLANS, antis. Partic. Plin. 35, 11 Philiſcus officinam pinxit pictoris, ignem puero conflante.

CONFLATVS, a, um. Partic. *Vt,* Cic. pro Caelio 12 c. 5 Neque ego fuiſſe vnquam tale monſtrum in terris vllum puto, ex contrariis diuerſiſque inter ſe pugnantibus naturae ſtudiis, cupiditatibuſque conflatum. *De Catilina loquitur.* Idem de Nat. Deorum 2, 100 Ipſum autem mare ſic terram appetens litoribus cludit, vt vna ex duabus naturis conflata videatur. Bellum Vell. 2, 55, 2. Conſenſus aliquorum conſpirans et paene conflatus Cic. pro Ligar. 35. Idem in Partit. 121 A reo autem querela conflati Criminis, collectarum ſuſpicionum, et accuſatoris inſidiae, et item commune periculum proferetur. Egeſtas conflata rei familiaris Flor. 4, 4, 1. Cic. pro Sulla 33 Quum Exercitus perditorum ciuium clandeſtino ſcelere conflatus, crudeliſſimum ac luctuoſiſſimum exitium patriae comparaſſet. Lucret. 1, 474

Nunquam Tyndaridis formae conflatus amore
Ignis Alexandri Phrygio ſub pectore gliſcens
Clara accendiſſet ſaeui certamina belli.

Cic. pro Roſc. Amer. 1 Omnes enim hi, quos videtis adeſſe in hac cauſa, Iniuriam nouo ſcelere conflatam putant oportere defendi. Idem in Catil. 1, 25 c. 10 Nactus es ex perditis, atque ab omni non modo fortuna, verum etiam ſpe derelictis, conflatam improborum Manum. Paterc. 2, 4, 6 Seu fatalem, vt plures, ſeu conflatam Inſidiis, vt aliqui prodidere memoriae, Mortem obiit, *etc.* Tempeſtas conflata ventis Stat. Theb. 9, 524. *vbi v. Barth.* Quinctil. 3, 7, 23 Siue odio conflatos Teſtes, ſiue inuidia, ſiue gratia, ſiue pecunia videri volumus. Cic. pro Sulla 15 c. 5 Ille ambitus iudicium tollere, ac diſturbare primum conflato voluit gladiatorum ac fugitiuorum Tumultu.

CONFLATIM. Adu. In Gloſſ. Iſidor. *exponitur* Copulatim, contexto.

CONFLATĬLIS, e. Adi. *Conflando factus.* Prudent. in Romano v. 239

Fabri deorum, vel parentes numinum;
Qui ſi caminis inſtitiſſent ſegnius,
Non eſſet vllus Iupiter conflatilis.

Hieron. Epiſt. 130 Sculptile atque conflatile, *Conf.* Vulg. Exod. 32, 4. *et* Deut. 11, 12.

CONFLATIO, ōnis. f. [χώνευσις] *Quae et* Conflatura. Sen. Nat. Quaeſt. 3, 29 Et illa, quae in conflatione noſtris placent, huc transferenda puto. *Alii legunt* Conflagratione. *Et agit ſane de Exuſtione mundi Stoica, quae tamen non inepte* Conflatio *etiam dici videtur. Certius eſt illud* Tertull. de Fuga in Perſecut. 3 Fidei vſtio et conflatio adminiſtratur ex Dei voluntate.

CONFLĀTOR, ōris. m. Vet. Gloſſ. Conflator, χωνευτής.

CONFLATORIVM, i. n. *Fornax, in qua aes conflatur.* Vulg. Interpr. Prou. 27, 21 Et Gloſſ. Fornax, conflatorium, χωνευτήριον.

CONFLATŪRA, ae. f. [χώνευσις] *Ratio et ars conflandi* Plin. 7, 56 Argentum inuenit Erichthonius Athenienſis: vt alii, Aeacus: Auri metalla et conflaturam Cadmus Phoenix ad Pangaeum montem. Firmicus 6, 31 Qui pecunias publicas, conflaturarum adulterinis artificiis imitentur.

CONFLŌREO, ēre. *Vna florere.* Auguſtin. Confeſſion. 4, 4 *pr.* Comparaueram amicum ſocietate ſtudiorum nimis carum, coaeuum mihi et conflorentem flore adoleſcentiae.

CONFLŪO, xi, xum, ēre. [συῤῥέω, συμβάλλω] *Simul fluere, ſ. adfluere.* Plin. 13, 22 Et in ipſa excauant radice, quo ſuccus confluat. Cic. Verr. 4, 117 Portus habet prope in aedificatione adſpectuque vrbis incluſos, qui quum diuerſos inter ſe aditus habeant, in exitu coniunguntur et confluunt: *in Deſcriptione Syracuſarum.* Pontus confluit in orbem curuum Tibul. 4, 1, 20. Vndae confluunt Lucret. 1, 375. Confluere, *per translationem, pro* Conuenire. Cic. de Clar. Orat. 258 Confluxerunt enim et Athenas, et in hanc vrbem multi inquinate loquentes ex diuerſis locis. Confluebat ad eum magnus numerus Caeſ. Bell. Gall. 7, 44. Cic. Tuſc. 2, 6 Quod accidet etiam noſtris, ſi ad haec ſtudia plures confluxerint. Cauſae ad nos pleraeque confluunt Idem pro Planc. 84. Plaut. Aſin. 2, 2, 48 Vt nos dicamur duo omnium digniſſimi eſſe, quo cruciatus confluant. Cic. de Inuent. 1, 5 Hinc ad ipſos, qui eam adepti ſunt, laus, honor, dignitas confluit. Pſeudo-Cic. in Salluſt. 16 Niſi forte in ea te caſtra conieciſti, quo omnis ſentina Reip. confluxerat. Solertia licet huc confluat ex toto orbe Ouid. Met. 9, 740. Nepos 7, 6, 1 Tanta fuit omnium expectatio viſendi Alcibiadis, vt ad eius triremem vulgus conflueret, *etc. Add.* Vell. 2, 72, 5. Curt. 10, 4, 15.

CONFLVENS, entis. Partic. [συῤῥέων] Cic. Fam. 10, 24 Cum exercitu meo ab confluente Rhodano caſtra moui. Auxilia confluentia Vellei. 2, 55, 2. Suet. Caeſ. c. 16 Multitudinem quoque biduo poſt ſponte et vltro confluentem compeſcuit. Turba confluentium Vell. 2, 80, 4.

CONFLVENS, entis. m. [ὁμόῤῥοια, σύῤῥους] *Subſtant. eſt Alueus, in quem duo flumina conueniunt.* Plin. 6, 26 Caetero circuitu in ſolitudinem rediit, exhauſta vicinitate Seleuciae ob id conditae a Nicatore intra nonageſimum lapidem, in confluente Euphratis foſſa perducti atque Tigris. *Conf.* Id. 3, 26. *Vid.* Caeſ. Bell. Gall. 4, 15. *et* Tacit. Hiſt. 2, 41. *Etiam Plurali numero.* Plin. 6, 27 Eſt etiamnum oppidum Meſopotamiae in ripa Tigris circa Confluentes, quod vocant Digham. Suet. Calig. 8 In Treueris, vico Ambiatino, ſupra Confluentes, *Moſellae, vbi hodie vrbs Cognominis.*

CONFLVENTIA, ae. f. Macrob. Saturn. 7, 4 Haec eſt ergo triplex cauſa vel podagrae, vel cuiuslibet ex confluentia morbi, multitudo humoris, fortitudo membri a ſe repellentis, et recipientis infirmitas. *Sic Pontanus e libris. Vulgo* ex confluentia *ommittunt.*

CONFLVCTVO, āre. Apul. Met. 11 p. 258 Palla ad vltimas oras nodulis fimbriarum decoriter confluctuabat.

CONFLVCTVOR, āri. [κυμαίνομαι] *Imperſonaliter.* Sen. Medea 940 Haud aliter metu confluctuatur: ira pietatem fugat, iramque pietas. *Alii, et ipſe Gronou.* Meum cor fluctuatur.

CONFLŪGES, Loca ſunt, in quae riui diuerſi confluunt. Liuius Andromeda, Confluges, vbi conuentu campum totum inhumigant. *Haec* Nonius 1, 311. *Conf.* CONFLAGES *et* CONFRAGES.

CONFLVGIVM, i. n. *Idem. Salmaſius* Solino *reſtituit* c. 9 Rupium cauamina, quae fluctuum conflugiis nunc adeſa ſunt. *Vulgo legitur* Confligiis. *Vid. Salmaſ. ad h. l.* p. 109.

CONFLVMINEVS, a, um. Apul. *Qui eodem vtitur flumine.* Apul.

CONFLVVIVM, i. n. *Idem.* Seuerus in Aetn. 325 Donec confluuio reuolutis aeſtibus amnis Exſilit, *etc.* Varr. *apud* Non. 15, 10 Sed quae neceſſitas te iubet aquam effundere domi tuae? Si vaſa habes pertuſa, plumbum non habes? (*quo vinciri dolia rimoſa, docet* Cato R. R. 39, 1) Ad quam rem nobis eſt confluuium? ad quam rem vrnarium? *Videtur igitur hic* confluuium *quaſi quaedam ſentina domus eſſe, quo effuſa confluunt emiſſarium.*

CONFLVVS, a, um. Prudent. Cathemer. 5, 76 Vnda reuoluitur In ſemet reuolans gurgite confluo.

CONFLVXIO, ōnis. f. Liu.

CONFOCILLATIO, ōnis. f. *apud* Firmicum.

CONFODICO, āre. Apul.

CONFŎDIO, ōdi, oſſum, ĕre. [διορύττω] *Fodere crebro et vndique.* Plin. 17, 20 Confodi iubent menſe Aprili, *de vinea.* Cato 129 Confodiatur minute terra, et amurca bene conſpergatur. *Sic etiam* Col. 4, 5 Trigeſimo quoque die vineta nouella confodere. Varro R. R. 1, 18, 2 Satis eſſe ad iugera VIII hominem vnum: ea debere eum confodere diebus XLV. Hortum confodere Plaut. Aul. 2, 2, 66. ¶ 2 *Ad caedem, per plura in primis vulnera, ſignificandam adhibetur.* Tribus et viginti plagis confoſſus eſt Suet. Caeſ. c. 82. Idem Auguſto c. 91 Lecticaque eius, quaſi ibi cubans remanſiſſet, concurſu hoſtium confoſſa atque lacerata eſt. Hoſtes confodiunt tela Valer. Argon. 6, 418. Iugulum alicuius Lucan. 3, 744. Liu. 24, 7 Vt quum in praetereuntem ſine armatis regem impetus fieret, confoderetur aliquot prius vulneribus, quam ſuccurri poſſet.

CONFOSSVS, a, um. Part. [διαπεπαρμένος] Cic. pro Sulla 33 c. 11 Quinque hominibus comprehenſis atque confoſſis, *de Catilinae coniuratis agit.* Virg. Aen. 9, 444 Tum ſuper exanimem ſeſe proiecit amicum Confoſſus, *etc.* Equus vulneribus confoſſus Curt. 8, 14, 34. *Add.* 5, 13, 25. Haſtis confoſſus Curt. 3, 11, 11. Iaculis confoſſus Idem 9, 5, 17. Iudiciis confoſſos praedamnatoſque, *metaphorice dixit* Liu. 5, 11. *Compar.* Plaut. Bacch. 4, 8, 48 Te faciam confoſſiorem ſoricina nenia, *i. magis confoſſum, quam cum ſorex in muſcipula deprehenſus confoditur. Vid. Salmaſ. in loc. et Iul. Scal. Poetic.* 1, 50.

CONFOSSIO, ōnis. f. *apud* Hieron.

CONFOSSOR, ōris. m. *apud* Tertullianum.

CONFOEDERO, āre. Prudent. in Laurent. 437 Confoederentur omnia.

omnia. *Et* Tertull. Apol. c. 2 Coetus antelucani ad canendum Chriſto et Deo, et ad confoederandam diſciplinam. *Froben.* Ad conferendam. Gunther. Ligur. 10, 29 Aſt aliis magnae confoederat arma Cremonae.

CONFOEDERATVS, a, um. Part. *Vt*, Sabinae impiis nuptiis confoederatae Oroſius 2, 4.

CONFOEDERATIO, ōnis. f. Hieron. de Cuſtod. Virgin. Ep. 22, 15 Prima apud eos confoederatio eſt, obedire maioribus.

CONFOEDVSTI, apud veteres dicebantur, Foedere coniuncti, Feſtus. *Voſſ. Etym.* p. 219. *recte hanc lectionem tuetur contra Scaligerum, qui emendat* Confiduſti. *Eſt enim vt* Venus Venuſtus, Onus Onuſtus: *Sic* Foedus Foeduſtus.

CONFOEDO, āre. *Idem quod Foedare vehementer.* Apul. Met. 7, 231 Faciem atque oculos eius confoedaſſem.

CONFOEDATVS, a, um. In fragm. Poët.

CONFOEDATIO, ōnis. f. *apud* Pacuuium.

CONFOETEO, ēre; *vel* CONFOETESCO, ĕre. *Male olere.* Obſeq. de Prodigiis c. 115 Sub ſimulacro Deae Cubile canis confoetuerat. *Sed Scheff. putat legendum*, confoetae erat, *vel* cum foetu erat.

CONFOETVS, a, um. [συνϑοκὰς] *Vt*, Confoeta ſus dicebatur, quae cum omni foetu adhibebatur ad ſacrificium. Feſtus.

CONFOETO, āre. *Idem ac Foetare. apud* Firmic.

CONFOETVRA, ae. f. *apud eundem.*

CONFOMO, āre. *apud* Catull. *legi velit Salmaſ. ad* Solin. p. 127. *Iſ. autem Voſſ.* p. 346 fomitata: *nempe ſic*, Quercus arida ruſtica fomitata ſecuri. *Vid.* DEFOMITATVS, *et* FOMITO *ſub* FOMES *ex* FOVEO.

CONFORE, *vid.* CONFIO.

CONFŎRIO. [μινϑόω] *A* Foriis *dicitur; et ſignificat ſtercore liquido foedare, quod* Plautus Concacare *dicit.* Pomponius *apud* Non. 2, 352 Conforiſti me Diomedes. *Salmaſ.* Conforaſti *legendum cenſet. Vid. eius Exercit. Plin.* p. 385.

CONFORMIS, e. Adi. [σύνμορφος] *Quod eſt eiusdem formae*, Onomaſt. Vet. conforme, σύμμορφον. *Et* Sidon. Epiſt. 4, 12 Naufragioſo pelago conformis motus animorum. *Vid.* Vulg. Interpr. Rom. 8, 29.

CONFORMĀLIS, e. Adi. *Idem.* Tertull. de Reſurr. Carn. c. 47 Corpus noſtrae humilitatis conformale corpori gloriae. *Conf.* Idem adu. Marc. 5, 20.

CONFORMO, āre. [διασχηματίζω, διαμορφόω] *Totum formare, ad exemplum formare.* Gell. 3, 16 Hippocrates in eo libro, de quo ſupra ſcripſi, Cum et numero dierum, quibus conceptum in vtero coagulum conformatur. Columel. 8, 5, 10 Diebus, quibus animantur oua, in ſpeciem volucrum conformantur. Genuit et conformauit nos natura ad maiora Cic. de Fin. 1, 23. Idem Fam. 1, 8 Veruntamen ipſe me conformo ad eius voluntatem: a quo honeſte diſſentire non poſſum. *Quidam legunt* Confirmo. Animum et mentem meam ipſa cogitatione hominum excellentium conformabam Id. pro Arch. 14 c. 6 *extr.* Conſilium tuum nonnulla in re forſitan conformare et leuiter emendare poſſum Cic. pro Muraen. 60 c. 29. Imaginem rei totius primo loco conformare Auctor. ad Heren. 3, 35 De arte memoriae. Cic. de Fin. 4, 5 c. 2 Quarum quum vna ſit, qua Mores conformari putantur. *Legitur et* Confirmari. Idem de Orat. 1, 17 Et ipſa oratio conformanda eſt non ſolum electione, ſed etiam conſtructione verborum. Quinctil. 11, 3, 45 Conformanda vox eſt, ne ab oratione diſcordet. Conformare, *pro Aſſeuerare* l. teſtium D. de teſtibus. *Sed leg.* confirmare.

CONFORMATIO, ōnis. f. [διαμόρφωσις, σχηματοποιΐα] *Forma, conſtitutio.* Cic. Tuſc. 1, 20 Quaſi vero intelligant, qualis ſit in ipſo corpore quae conformatio, quae magnitudo, qui locus. Conformatio, imago, et figura Idem de Orat. 2, 357. Conformatio quaedam et figura totius oris et corporis Id. de Orat. 1, 114 c. 25. Animi conformatio Cic. de Nat. Deor. 1, 105 c. 38. *de cogitatione.* Continentiae et temperantiae conformatio et moderatio Idem Off. 3, 96. Compoſitio membrorum, et conformatio Lineamentorum Id. de Nat. Deor. 1, 47 c. 18. Animantis figura, conformatioque Membrorum tantam naturae ſolertiam ſignificat Cic. de Nat. Deor. 2, 85. Sententiarum ornamenta et conformationes Idem de Clar. Orat. 140. *ſunt, quae ipſe alias* Formas, lumina, ſchemata *vocat. Vid. ſuis locis. Sic* Verborum et ſententiarum conformatio Id. de Orat. 3, 199. Ipſa collocatio conformatioque verborum perficitur in ſcribendo, non poëtico, ſed quodam oratorio numero Cic. de Orat. 1, 151 c. 33. Ipſius Theatri conformatio ſic eſt facienda Vitr. 5, 6. Vocis conformatio ac varietas Cic. de Orat. 1, 18. ¶ 2 Priſciano in Praeexercitamentis Rhetorices p. 1340 Conformatio, quam Graeci προσωποποιΐαν nominant, eſt quando alicui rei contra naturam datur perſona loquendi, vt Cicero patriae et Reipubl. in Inuectiuis dat verba. Eſt praeterea Simulacri fictio, quam Graeci εἰδωλοποιΐαν: quando mortuis verba dantur. quod facit Cicero pro Caelio, verba dans Appio Caeco contra Clodiam. *Sed ſic iam* Auctor ad Heren. 4, 66 Conformatio, eſt quum aliqua, quae non adeſt, perſona confingitur, quaſi adſit, aut quum res muta aut informis, fit eloquens et formata, et ei oratio attribuitur ad dignitatem accommodata, aut actio quaedam.

CONFORMĀTVS, a, um. Partic. [διεσχηματισμένος] *Vt*, Effigies conformata caminis Siculis Stat. Silu. 1, 1, 3. Mundus a natura conformatus Cic. de Nat. Deor. 3, 26 c. 10. Idem pro Arch. 1 Quod ſi haec vox huius hortatu praeceptisque conformata, nonnullis aliquando ſaluti fuit, *etc.*

CONFORMATOR, ōris. m. Apul. in Triſmegiſto p. 80 Dominus et omnium conformator, quem recte Deum dicimus.

CONFORNĬCO, āre. [καμαρόω, ὀροφόω] *In fornicem formare. Vtitur* Vitruu. 5, 5.

CONFORTO, āre. *Fortem facere, roborare.* Cyprian. Epiſt. 62 (60) Religio inſtigare nos debet et confortare ad fratrum membra redimenda. *Et* Lactant. 4, 15, 13 Confortamini manus reſolutae. Confortat ſtomachum Macer. Carm. 71 de Zedoaria.

CONFORTANS, antis. Part. Vulg. Interpr. Ezech. 3, 14. *et* Luc. 22, 43.

CONFORTATVS, a, um. Vulg. Gen. 48, 2. *et* Iob. 21, 7.

CONFŎVEO, ōui, ōtum, ēre. [περιϑάλπω] *Simul fouere.* Cato c. 5 Circum oleas autumnitate ablaqueato, et ſtercore addito, confoueto. *Alii legunt*, Stercus addito: confoueto *plane omittunt.* Apul. 8 p. 204 Paene collapſa membra lauacro, ciboque confouere. *Vid. etiam* Hieron. adu. Rufin. 3, 8.

CONFŎTVS, a, um. Part. Proſper Aquitan. de Prouid. Dei v. 679 Amplexu paterno confotus. *Vid.* Vulg. Interpr. Ieſ. 59, 5.

CONFRACEO, ēre. *ſ.* CONFRACESCO, ĕre. Confracuit *legit Scalig. ap.* Varr. R. R. 1, 13, 4 *vbi al.* conflacuit. *Nos poſt Commelinum dedimus*, Id (ſterquilinium) cum flacuit. *Vid. ſimplicia* FLACEO *et* FRACEO.

CONFRAGES, f. Loca, in quae venti vndique currunt, et ſaxa frangunt Iſidor. 14, 8.

CONFRAGOSVS, CONFRAGVS, *vid.* CONFRINGO.

CONFRĔMO, ui, ĭtum, ĕre. [φριμάσσω] *Vna vel vndique fremo. Vt*, Agmina confremunt Stat. Silu. 1, 6, 73. Caelum confremit Sil. 16, 398. Omnes confremuere Ouid. Met. 1, 199.

CONFREQVENTO, āre. Vet. Inſcript. *apud Spon. Miſcell. Erudit. Antiq.* p. 54 LOCVM CONFREQVENTARE. Et. p. 161 NATALE (feſtum) CONFREQVENTETIS. *Vid.* Prudent. Periſt. hymn. 1, 8.

CONFRĬCO, ui, ctum, āre. [ψώχω] *Valde fricare.* Plaut. Aſin. 3, 3, 80 Atqui pol hodie non feres, ni genua confricantur: *geſtus humiliter adulantis.* Columel. 2, 3 Boues quum ab opere disiunxerit, ſubſtrictos confricet, manibusque comprimat dorſum, et pellem reuellat. Faciem ſibi confricare Suet. Claud. c. 8. Veg. Mulom. 2, 20, 1 Si confricauerit animal oculum, *i. laeſerit attritu.* Os confricari ſale conueniet Colum. 7, 10, 3. Orchites ſale confricato Cato 7, 5 *al.* confriato. Senſus alicuius iniuriis confricare, *i. exaſperare, perſtringere* Gell. 7, 3.

CONFRICĀTVS, a, um. Part. Plin. 29, 2 Dentibus confricatis. Orchites ſale confricatae Varro de R. R. 1, 60.

CONFRICATIO, ōnis. f. *Frictio, fricatio. Metaphor.* Auguſtin. Confeſſ. 4, 8 Fabulae et mendacii adulterina confricatione corrumpebatur mens noſtra.

CONFRICAMENTVM, i. n. *Idem.* Cael. Aurel. 2, 4 Confricamentis vti.

CONFRIGEO, ēre. *apud* Firmic.

CONFRICTIO, ōnis. f. Firmic.

CONFRIGO, ĕre. *Verbum, quod Catoni reſtituendum putamus* R. R. 81 *Locum damus in* HIRNEA.

CONFRIGEFIO, ĕri. *apud* Celſum *eſſe dicitur.*

CONFRIGERO, āre. *apud* Apul.

CONFRINGO, ēgi, actum, ĕre. [συῤῥήγνυμι] *Totum, vel magna vi frangere.* Plaut. Capt. 4, 4, 8 Aulas, calicesque omnes confregit. Clauſtra confringere Lucret. 1, 71. Celſus 7, 12 Ac ſi exeſus eſt ante, id foramen vel lineamento vel bene accommodato plumbo replendum eſt, ne ſub forfice confringatur. *De dentis euulſione loquitur.* Digitos confringere Cic. pro Flac. 73 c. 30. Fores Plaut. Moſt. 2, 2. 25. Sen. Herc. fur. 272 Ac ſaeua iuſta ſceptra confregit manu, *i. vi vſurpauit regnum.* Teſſeram confringere hoſpitalem apud aliquem. *Vid.* TESSERA. Turres confringere Lucan. 6, 123. Plaut. Stich. 4, 2, 49 Dum paraſitus mihi fratrique fuiſti, rem confregimus. *Add.* Id. Trin. 1, 2, 71. *i. diſſipare, decoquere. Sic* Hor. Sat. 2, 3, 18 Poſtquam omnis res mea Ianum ad medium fracta eſt. Cic. Verr. 1, 13 Confringat iſte ſane vi ſua conſilia Senatoria, quaeſtiones omnium perrumpat. Praeturam Idem pro Milon. 35 *Sed mel.* Conſtringere.

CONFRACTVS, a, um. Partic. [συνεῤῥηγμένος] *Vt*, Confracta nauis eſt illis, *Naufragium fecerunt* Plaut. Rud. 1, 2, 64.

CONFRACTVS, ûs. m. Celſ. 1 praef. p. 7 Conſiderare duritiem, mollitiem, laeuorem, confractum. *Alii* contractum; *plures* contactum, *quod probatur Facciolato ap. Morgagn. in Epiſt. 3 in* Celſ. *Vid.* CONFRVTVS *ſub* CONFERVEO.

CONFRACTIO, ōnis. f. *et*

CONFRACTVRA, ae. f. *Idem.* In Digeſt. *et* Vulg. Interpr. Pſal. 105, 23. Ieſ. 24, 19.

CONFRAGŌSVS, a, um. Adi. [ἀπότομος] *Quod diſruptum et inaequalitate terreni aſperum eſt.* Ager confragoſus Varro R. R. 1, 18, 4. 1, 20, 5. Columel. 2, 2, 8 Incultum igitur locum conſideremus, ſiccus an humidus, nemoroſus arboribus, an lapidibus confragoſus. Loca confragoſa et obſita virgultis Liu. 28, 2. Confragoſa atque aſpera Idem 32, 4. *Met.* Argumenta velut horrida et confragoſa Quinctil. 5, 8, 1. Verſus confragoſi Idem 1, 1, 37. *Add.* 8, 5, 29. Euecti confragoſis, atque aſperis, tota pandere poſſumus vela Quinctil. 6, 1, 52. Confragoſa ad faſtigium dignitatis Via eſt Sen. Epiſt. 84. *Proprie* Via confragoſa *eſt* Veg. Mulom. 2, 53, 1. Plaut. Ciſt. 2, 3, 70 Teneo iſtuc ſatis: ſed ego illud quaero confragoſum, quomodo prior poſterior ſit: poſterior ſit prior? *i. difficile, inexplicabile.*

CONFRĂGVS, a, um. Adi. [ἀδιόδευτος] *Idem.* Lucan. 6, 126 Et confraga denſis Arboribus dumeta tegunt. *i. aſpera et inacceſſa: ſpinis obſitae rupes.*

CONFRIO, āre. Sale confriato Cato R. R. 7, 5 *in MS. Politiani: al.* Confricato.

CONFRIXO, āre. *Idem quod vna fringere.* Octau. Hor. 1, 6 Cum oleo confrixentur.

CONFRVCTVS, ûs. m. in Fragment. Poët.

CONFRVMENTALIS, *ſic redditur* σύσσιτος Interp. Dig. lib. 47, 24, 4. *in lege Solonis.*

CONFVGIO, ūgi, ugĭtum, ĕre. [καταφεύγω] *Fugiendo ſe aliquo conferre, vt ſemper non ſola fuga, ſed illud etiam, quo quis fugit, ſ. locus ſ. perſona ſit, indicetur.* Cic. Verr. 2, . . Quid te futurum eſt? quo confugies? vbi nitere? Quo confugerem habebam, vbi conquieſcerem Idem Fam. 4, 6. In agros confugere Id. Att. 3, 15. Confugere in arcem Cic. Tuſc. 1, 85. Idem pro Quint. 10 Quum tot, tantisque difficultatibus affectus atque afflictus, in tuam C. Aquili fidem, veritatem, miſericordiamque P. Quintius confugerit. In naues Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 9. Liu. 1, 2 Inde Turnus Rutulique diffiſi rebus ſuis, ad florentes Hetruſcorum opes, Mezentiumque regem eorum confugiunt. Ad te confugio et ſupplex tua numina poſco Virg. Aen. 1, 666. Ad aliquem virtute praeſtantem Cic. Off. 2, 41. Idem pro Caecin. 100 c 34 Cum homines vincula, neces, ignominiasque vitant, quae ſunt legibus conſtitutae, confugiunt, quaſi ad Aram, in exſilium. Ad Artes Ouid. Faſt. 1, 571. Cic. Diu. in Verr. 11 c. 4 Ad meam Fidem, quam habent ſpectatam iam, et diu cognitam, confugiunt: auxilium ſibi per me a vobis atque a Populo Romano legibus petunt. Ad Miſericordiam alicuius Idem pro Lig. c. 10. Ad Opem iudicum afflicti iniuriis ſupplices inferioresque confugiunt Id. pro Font. 23 c. 11. Ad Opem aeger confugit medicam Ouid. ex Pont. 3, 4, 8. Ad Rempublicam Cic. Fam. 4, 6. Ad Statuam confugere Vlp. in l. ſi dominus D. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. *Nempe ſtatuae Principum ius quoddam aſyli habebant.*

*habebant.* Ad vota preceſque Plin. Epiſt. 10, 51. Peruſiam confugere coëgit Suet. Aug. c. 14. *Metaph.* Ter. Heaut. 4, 5, 45 Id nunc reddendum eſt illi: neque tu ſcilicet eo nunc confugies, Quid mea? num mihi datum eſt? *i. non erit, quod excuſationis cauſa haec dicas,* Quid mea? Confugitur *Imperſ.* Lactant. 2, 11, 9.

CONFVGA, ae. f. [καταφεύγων] *Qui ad aſylum confugit.* l. praeſenti C. de his, qui ad eccleſ. confug. l. ſi qua C. de epiſc. et cleric.

CONFVGELA, ae. f. Feſtus, Confugelam antiqui Confugium dicebant.

CONFVGIVM, i. n. [καταφυγή] *Locus vel perſona, quo confugitur.* Ouid. Triſt. 4, 5, 6 Qui veritus non es portus aperire fideles Fulmine percuſſae confugiumque rati. Confugium et portus Ouid. Triſt. 5, 6, 2. Commune confugium aegris animantibus Stat. Theb. 12, 504.

CONFVGO, āre. in Fragm. Poët.

CONFVGATIO, ōnis. f. *Apud* Firmicum.

CONFVLCIO, ſi, tum, īre. [ἐρείδω] *Vndique Fulcire: vnde,*

CONFVLTVS. Partic. *Vt,* Lucret. 2, 97 Partim interuallis magnis confulta reſultant πυκνωθέντα. *Sic Faber. Melius Creech,* Conflicta: *compacta vel commiſſa, colliſa. Alii legunt* Conſulta, *a Conſiliendo.*

CONFVLCIMENTVM, i. n. *apud* Firmicum.

CONFVLGEO, ſi, ēre. [σελαγίζω] *Vndique fulgere.* Plaut. Amph. 5, 1, 44 Totae aedes confulgebant tuae, quaſi eſſent aureae. *Add.* ib. v. 15.

CONFVLGVRO, āre. *Apud* Firmicum.

CONFVLMINATVS, a, um. *Apud eundem.*

CONFVMO, āre. *Apud eundem.*

CONFVNDO, fūdi, fuſum, ĕre. [συγχέω, συγχύνω, συνταράττω] *Plura in eundem locum Fundere, et ſic perturbare, commiſcere. Proprie* Plaut. Moſt. 1, 3, 120 Quaſi quum vna multa iura confundit coquus. *Metaph.* Heſternae confundor imagine noctis Ouid. Heroid. 19, 193. *i. perturbor.* Veritus ſum, ne vos feſtis diebus confunderem, ſi in memoriam grauiſſimi luctus reduxiſſem Plin. Ep. 3, 20. Dolore confundere aliquem Plin. Epiſt. 5, 5. Moerore confundi Liu. 35, 15. Idem 34, 9 Nunc in corpus vnum confuſi omnes, Hiſpanis prius, poſtremo et Graecis in ciuitatem Romanam aſcitis. Cic. de Vniu. 41 Cum igne ſe confundit ignis. In vnum ſonum coaleſcere, et confundi Quinctil. 1, 7, 26. Confundere ſermones in vnum Liu. 7, . . Idem 45, 42 *pr.* Haec tanto dicta animo magis confudere audientium Animos, quam ſi miſerabiliter orbitatem ſuam deflendo locutus eſſet. *De miſericordia ſermonem eſſe, apparet.* Foedus Virg. Aen. 12, 290. *i. perturbare caerimoniam foederis* Sil. 3, 663 Has obſeruatis valles enauimus aſtris: Namque dies confundit Iter, *etc. Aſtra accuratius viam per mare oſtendunt, quam ſol.* Ius omne Lucan. 1, 667. Lacrimas cum lacrimis Ouid. Epiſt. 2, 95. Particulas ſimiles inter ſe Cic. Acad. 4, 118. Praelia confundit Thyoneus, *i. Bacchus,* cum Marte Hor. Carm. 1, 17, 23. *quando ex ebrietate oriuntur rixae, quae Martis opus, non Bacchi.* Sacra profanis Claud. Paneg. 4 Conſ. Honor. 239. Senſus animi Lucret. 2, 945. *i. turbare.* Venerem cum multo vino, *i. libidinem cum ebrietate* Ouid. Triſt. 2, 363. Vera confundere falſis Cic. Acad. 4, 61 c. 19. Verba confunduntur Lucret. 4, 562. *Proprie iterum* Columel. 12, 28 Si vinum in vetuſtatem ſeruare voles, in cado duarum vrnarum, quam optimi vini ſextarium, aut faecis generoſae recentis ſextarios tres addito: aut ſi vaſa recentia, ex quibus vinum exemtum ſit, habebis, in ea confundito. ¶ 2 Confundi, *ſpeciatim pro erubeſcere vſus eſt* Cyprianus de Lapſis, Chriſtus in praeceptis ſuis dicit, Qui confuſus me fuerit, confundet illum Filius hominis. Et Chriſtianum ſe putat, qui Chriſtianus eſſe aut confunditur, aut veretur? Quomodo poteſt eſſe cum Chriſto, qui ad Chriſtum pertinere, aut erubeſcit, aut metuit? Quid me corripis conſcientia, quid me confundis Laurent. Novarienſ. Homil. de Poenit. *Et ita paſſim Patres, itemque Vulgata.*

CONFVSVS, a, um. Partic. [αἰσχυνθεὶς, συγχυθεὶς] *Perturbatus.* Liu. 6, 34 Confuſam eam ex recenti morſu animi, quum pater forte vidiſſet, percontatus, Satin' ſaluae? Confuſus Liu. 30, 15, 2 *de Maſiniſſa ob repetitam a Scipione Sophonisbam perturbato.* Confuſus ille et conſilii egens Petron. c. 101. Confuſus et attonitus Id. c. 136. *Conf. Drakenborch. ad* Sil. 11, 101. Animo confuſus Liu. 6, 6. Colligit et ipſe Animum confuſum tantae cogitatione rei Idem 35, 35, 18. Fletu confuſus gaudia Stat. Silu. 5, 3, 217. *Add.* Petron. c. 105. Confuſa triſti proximae noctis metu Viſuque, nutrix, mente turbata ferror Defecta ſenſu Sen. Octau. v. 711. Moerore confuſus Liu. 35, 15. Pudore Ouid. Epiſt. 21, 111. *It.* Triſt. 3, 1, 81. Suet. Caeſ. c. 7 Confuſum ſomnio proximae noctis coniectores ad ampliſſimam ſpem incitauerunt. Turba querelarum confuſus adoleſcens repente obticuit Iuſtinus 32, 2. Caſtra confuſa tumultu Lucan. 7, 127. Licentia Claud. in Eutrop. 1, 499. Merum confuſum ſectis inferbuit herbis, *i. mixtum* Horat. Serm. 2, 4, 67. Olympus, *Caelum nubilum* Stat. Theb. 5, 421. Pectora Valer. Argon. 1, 79. Seneca Hippol. 172 Miſcere thalamos patris et gnati apparas, vteroque prolem capere confuſam impio? Rebus confuſis opem tribuere Claud. de Bell. Get. 432. Roſa confuſa rubore Columel. 10, 261. Strages Virg. Aen. 6, 504. Turba Ouid. Faſt. 1, 113. Verba Idem Met. 2, 666. Voluptas iam confuſa, *i. turbata et iam ceſſans* Ouid. Epiſt. 15, 49. Vox Lucret. 4, 566. Vultus confuſus, *i. perturbatus* Ouid. Triſt. 3, 5, 11. Lucan. 3 *extr.* Cernere perturbata et confuſa Cic. de Diuin. 1, 60. Inire confuſum ſuffragium Liu. 26, 18. *Compar.* [αἰσχυντερος] *vt,* Confuſior pauor Plin. 7 *ſub finem* prooemii. Facies confuſior Tacit. Ann. 4, 63. *Superl.* Suet. Aug. c. 44 Spectandi confuſiſſimum morem correxit.

CONFVSVRVS, a, um. Partic. [συγχύσων] Ouid. Met. 6, 585 Sed faſque, nefaſque Confuſura ruit: poenaeque in imagine tota eſt.

CONFVSIO, ōnis. f. [σύγχυσις] *Vt,* Confuſio omnium rerum Cic. de Fin. 2, . . Religionum confuſio Idem de Legib. 2, 23 c. 10. Temporum Id. Off. 2, 65. Virtutum coniunctio confuſioque a philoſophis ratione quadam diſtinguitur Cic. de Fin. 5, 67. Vitae perturbatio et magna confuſio Idem de Nat. Deor. 1, 3 c. 2. Confuſio, *pro Animi perturbatione.* Plin. Epiſt. 1, 22 *in fine. Et* Tacit. Hiſt. 3, 38 Cauſam confuſionis quaerenti, non ſe proprio metu, nec ſui anxium, preces lacrimaſque attuliſſe. Oris crebra confuſio Idem Hiſt. 4, 40. *vid. etiam* Plin. Paneg. 86, 3. *et* Vell. 2, 124. Tam erat ſancta de eius gloria exſultatio, quam pia de morte confuſio Sulpic. Seuer. Epiſt. 3 ad Baſſulam.

CONFVSCO, āre. Quinctil. . . .

CONFVSE. Adu. [συγκεχυμένως] Plin. 34, 2 Quondam aes confuſe auro argentoque miſcebatur. Cic. de Inuent. 1, 49 In praeſentia tantummodo numeros et modos et partes argumentandi confuſe et permiſte diſperſimus, poſt deſcripte et electe. Agere confuſe Cic. de Nat. Deor. 3, 19. Loqui confuſe Idem de Fin. 2, 27 c. 9. Confuſe vniuerſis mancipiis conſtitutum pretium, *Cui opponitur, quod mox ſequitur:* Singulorum mancipiorum conſtituto pretio Pomponius in l. ſi plura D. de aedilit. edict. *Compar.* Cic. Philipp. 8, 1 Confuſius heſterno die eſt acta res.

CONFVSIM. [χύδην] *Aliud* Adu. *Idem.* Plin. 18, 16 Vnum de ea et cytiſo volumen Amphilochus fecit confuſim. *Al.* confuſum.

CONFVSANEVS, a, um. Adi. *Confuſus.* Gellius praefat. Miſcellam et quaſi confuſaneam doctrinam conquiſiuerant.

CONFVSĬLIS, e. Adi. *Idem. apud* Apul. *forte herbarium illum nam index Floridi negat.*

CONFVNĔRO, āre. *Vna ſepelire* Iuuenc. 4, 97 Eius vt aduentus terrae confuneret orbem. *Vid.* Barth. Aduerſ. 13, 19.

CONFVNGOR, gi. ICt. in Dig.

CONFVRO, ĕre. Saresb. in Epiſt. Quae capiti confurebant membra cointereunt.

CONFVTO, āre. [ἀνασκευάζω] *Refutare, Refellere: quod vnde tractum ſit, mox videbimus.* Plaut. Truc. 2, 3, 28 Ego iſtos, qui nunc me culpant, confutauero. Ter. Phorm. 3, 1, 13 Quid is fecit? G. confutauit verbis admodum iratum patrem. Idem Heaut. 5, 1, 76 Hic, ita vt liberos eſt aequum, dictis confutabitur. Cic. de Diuin. 1, 8 Etenim ipſe Cotta ſic diſputat, vt Stoicorum magis argumenta confutet, quam hominum deleat religionem. Audaciam alicuius Cic. in Partit. 134 c. 38. Idem Tuſc. 5, 88 Ordiamur ab eo, ſi placet, quem mollem, quem voluptarium dicimus. Quid, is tibi mortemne videtur, an dolorem timere, qui eum diem, quo moritur, beatum appellat, maximiſque doloribus affectus, eos ipſos inuentorum ſuorum memoria et recordatione confutat? *i. retundit. Sic* Ne quid in conſulendo aduerſi eueniat, quod noſtras ſecundas res confutet Cic. *apud* Gell. 7, 3. Quae longe longeque meum confutabat obtutum, palla nigerrima, ſplendeſcens atro nitore Apul. Met. 11 p. 258, 23. *Sed proprie* ¶ 2 Confutare eſt Confundere, vel committere. Varr. Manio, Harum aedium ſumma atria confutabant architectones. Titinnius Setina, Coquus magnum ahenum, quando feruit, paulla confutat trua. *Haec* Nonius 2, 142. *et* 4, 47. *Hunc verſum citat Scalig. ad Feſtum, voce* Refutare; *probatque propriam huius vocis ſignificationem deductam eſſe ab ollis, quae cum ſeruentes paullo plus exuberant, ſolent futo, vaſe ad hoc apto, quod truam dixit Titinnius, inuerſa aqua compeſci; quod dicitur* Futare *et* confutare ollam: *Hinc ad alia transfertur.*

CONFVTATIO, ōnis. f. [ἀνασκευή] *In oratione, eſt* Contrariorum locorum diſſolutio Auctor ad Heren. 1 c. 3.

CONFVTATVS, a, um. Part. Ammian. 26, 3 Venefici nocuiſſe quibuſdam aperte confutati. *Add.* 17, 9.

CONFVTATOR, ōris. m. Hieronymus Catalog. Scriptor. eccleſiaſt. in Bardeſane: Primum Valentini ſectator, deinde confutator, nouam haereſin condidit.

CONFVTVO, ĕre. *Auget et hoc ſignificationem ſimplicis.* Catull. Carm. 38, 5 Quidquid eſt puellarum Confutuere.

CONFVTVRVS, *vid.* CONFIO.

CONGARRIO, īre. Saresb. 5, 6 Inter congarrientes perſtrepere.

CONGAVDEO, ēre. [συγχαίρω] *Simul gaudere, gratulari.* Tertull. adu. Gnoſt. c. 13 Congaudeo omnibus vobis, perinde et vos gaudete et congaudete mihi. *Conf.* adu. Pſych. c. 13. Cyprian. Epiſt. 50. *Et* Ambroſ. ad Virg. Lapſ. pr.

CONGAVDENS, entis. Part. Paullin. Petrocor. 2, 665.

CONGEDVS, i. m. *Amnis eſt Celtiberorum, erumpens circa Bilbilim, qui per agri planitiem fluens, exiguum lacum efficit, tepentibus aquis.* Martial. 1, 50, 9 Tepidum natabis lene Congedi vadum, Molleſque nympharum lacus.

CONGELĬDVS, a, um. Adi. [ψυχρὸς] *Pro* Egelido *legunt libri quidam* Celſ. 4, 24 At ſi tumor eſt, foueri quidem debet aqua congelida. *Sed hodie editur,* Egelida: Calida *Conſtantinus. Si probamus, quod nolim equidem,* Congelidam, *ea erit, quae ab ipſo Celſo capite eodem* Egelida *nuncupatur, hoc eſt Tepida.*

CONGĔLO, āre. [συμπήγνυμαι, πήγνυμαι] *Totum Gelare et facere concreſcere. Et vix praeterquam in tertiis perſonis reperitur.* Plin. 18, 28 Infinitum quantum illo tempore cadentes pruinas congelat. Columel. 7, 8, 6 Ipſos quidam virides conterunt nucleos, et lacti permiſcent, atque ita congelant, *i. coagulant.* In lapidem rictus ſerpentis apertos Congelat, et patulos, vt erant, indurat hiatus Ouid. Met. 11, 61. Idem ad Liu. 113 Congelat interdum lacrimas, duratque tenetque. Latices Iſter *(ſcil. Fluuius)* congelat ſuos Ouid. Triſt. 3, 10, 30. Pectora nautis Congelat hiberni vultus Ionis Valer. Argon. 3, 578. *i. perterret eos tempeſtas apparens.* Martial. 14, 147 Quid prodeſt, ſi te congelat vxor anus? *Intranſitiue* Cic. Fam. 2, 12 (13) Gaudebam ſane, et congelaſſe noſtrum amicum laetabar otio, *h. e. obtorpuiſſe.* Congelat ſe adeps Scribon. 271. Ouid. Met. 6, 306 Ipſa quoque interius cum duro lingua palato Congelat, et venae deſiſtunt poſſe moueri. Congelat, *i. frigida et dura fit. De Niobe in marmor conuerſa loquitur. Paſſiue* Columel. 1, 6 Oleum quod minus prouenit, ſi congelatur, fraceſcet. *Et* 12, 50, 12 Congelabitur frigoribus oleum. Congelatur, *i. refrigeratur* Pallad. Mart. 15, 1.

CONGELATVS, a, um. Part. Martial. 11, 99 Nec congelati gutta proderit naſi. *Adde* Vitruu. 8, 3. *Et* Columel. 3, 12, 1 Congelatae radices.

CONGELATIO, ōnis. f. [σύμπηξις] Plin. 31, 3 Minui certe liquorem omnem congelatione deprehenditur. Brumae congelationes Colum. 4, 8, 2.

CONGELASCO, ĕre. *Idem quod Congelari* Macrob. Saturn. 7, 12 Cur vina aut nunquam, aut rarenter congelaſcant. *Conf.* Gell. 17, 8.

CONGEMĬNO, āre. [διπλασιάζω] *Idem quod Geminare.* Virg. Aen. 11, 698

Tum validam perque arma viro, perque oſſa ſecurim,
Altior inſurgens, oranti et multa precanti
Congeminat. *i. bis eum ſecuri percutit.*

*Intranſit. pro geminum fieri* Plaut. Amph. 2, 2, 154 Tu peperiſti Amphitruonem, ego alium peperi Soſiam: nunc ſi pateram patera peperit, omnes congeminauimus. *Sed actiuum eſt* Crebros enſibus ictus congeminant Virg. Aen. 12, 713. Congeminat Sonitus rapti violentia caeli *de ſono ex attritu orbium caeleſtium* Sil. 3, 196. Vocem per aures congeminare Valer. Argon. 2, 201.

CONGEMINANS, antis. Partic. [ διπλασιάζων ] Valer. Argon. 6, 379.

CONGEMINATVS, a, um. Part. Apul. de Dogm. Plat. p. 6, 20 Numeris et modis confici congeminatis ſubſtantiam mentis.

CONGEMINATIO, ōnis. f. Plaut. Poen. 5, 5, 18 Quid hoc eſt conduplicationis? quae haec congeminatio?

CONGEMMATVS, a, um. Adi. *Idem quod vndique Gemmatus, apud* Tertull.

CONGĔMO, ui, ĭtum, ĕre. [ στενάζω ] *Vna et ſimul gemere, et dolere.* Cic. pro Muraen. 51 c. 25 Congemuit Senatus frequens, neque tamen ſatis ſeuere pro rei indignitate decreuit. Lucret. 3, 947 Quid tibi tantopere eſt mortalis, quod nimis aegris Luctibus indulges? quid mortem congemis, et fles? Poſitum feretro congemuere Valer. Argon. 5, 12. *Metaph.* Virg. Aen. 2, 631 Vulneribus donec paullatim euicta, ſupremum Congemuit. *De orno arbore loquitur.*

CONGEMISCO, ĕre. *Idem.* Auguſtin. Confeſſ. 6, 7 *pr.* Congemiſcebamus in iis, qui ſimul amice viuebamus.

CONGEMISCENS, entis. Tertull. de Spectac. c. 30 Reges imis tenebris congemiſcentes.

CONGENĔRO, āre. [ συγγεννάω ] Adiungere, aſſociare. Accius Fidicinis, Quam vehat grato tibi congenerat gentium, aut generum affinitas. Ennius, Quem mihi congenerat affinitas. Nonius 2, 121 *Sed multa eſt hic lectionis varietas, et multiplex forte corruptela.*

CONGENERATVS, a, um. *Vt,* Porculi congenerati *eadem fetura editi* Varr. R. R. 2, 4, 19. Senium parentis congeneratum Columel. 7, 3, 15.

CONGĔNER, ĕris. Adi. [ ὁμόγονος ] *Eiusdem generis, vt Degener.* Plin. 15, 24 Aliud corpus eſt terreſtribus fragis, aliud congeneri eorum vnedoni.

CONGĔNER, ĕri. m. *Generi in affinitate ſocius.* Congeneri, *duo pluresque generi, reſpectu vnius ſoceri.* Symmach. Epiſt. 8, 40 Supremis congeneri intereſſe. Gloſſ. Cyrilli, Congener, σύγγαμβρος.

CONGENĬTVS, a, um. Partic. [ ὁμογενὴς ] *Velut a* Congigno. Plin. 11, 39 Pili congeniti non deſinunt. Congenita vaſtitas roborum Idem 16, 2. Congenita et ingenita conſcientia Tertull. de Teſtim. An. c. 5.

CONGENTĪLIS, is. m. Gloſſ. Gr. Lat. ὁμόεθνος, Congentilis.

CONGENVCLO, CONGENICVLO, *vel* CONGENVLO, āre. [ γονατίζω ] Genu replicato cadere. Siſenna lib. 3. Hiſt. Multi plagis aduerſis icti et congenulati Romanis praecipitatis, ipſi ſupra voluti in caput. Caecil. Annal. l. 6 Ipſe regis ferit pectus aduerſum: congenuclat percuſſus, deiicit dominum. Nonius 2, 156 *et* 1, 283.

CONGENVO, āre. *Genua coniungere.* Nonius 7, 49 *ex emendatione Scaligeri ad* Varr. de L. L. p. 140 ſq. Suauies pro ſuauiere. Pomponius Munda, — Nonius Gaſtrone, Mammas teneas, pedes extollas, congenues, ſauies. *Addit Scaliger,* Congenues *dixit, genua iungas, quod obſcenum eſt.*

CONGER, *Piſcis. vid.* CONGRVS.

CONGERMANESCO, ĕre. Coaleſcere, coniungi vel conſociari. Quadrigarius Annal. Facite exempla eorum, vt vos cum illis congermaneſcere ſciatur Nonius 2, 167. In parilitatem amoris congermaneſcebat mecum Apul. Met. 2 p. 119, 14.

CONGERMANVS, a, um. Adi. Cum his vna remp. coniuncti et congermani tenuere Varr. l. 3 Human. Rer. *apud* Non. 2, 167. *Al.* congerminati, *quod probat Salmaſ. ad Solin.* p. 22 a E. *Vid. mox* CONGERMINASCO.

CONGERMINASCO, ĕre, *vel* CONGERMINO, āre. [ συμπεφυκέναι ] *Coaleſcere eſſe ait Salmaſ. ad Solin.* p. 22, a E *et huc laudat locum* Quadrigarii *apud* Nonium, *quem damus* in CONGERMANESCO. *Idem Salmaſ.* p. 677, a A *apud* Varron. R. R. 3, 16, 32 *ſic legit e veſtigiis veteris ſcripturae,* Eximendorum fauorum ſignum ſumunt ex ipſis: ſi pluris alius (*leg.* aluus) habeat, vel congerminarint, coniecturam capiunt. *Si faui* congerminarint, *id eſt, ſi coniuncti, ac συμπεφυκότες exſtiterint, non rari ac diſſipati. Haec ille. Et eſt* congerminauerint *in primis editionibus.* Gell. 20, 8 Cepe reuireſcit et congerminat luna decedente.

CONGĔRO, ſſi, ſtum, ĕre. [ συμφορέω, συναθροίζω ] *Congregare, accumulare.* Rape, congere, aufer, poſſide, relinquendum eſt Martial. 8, 44. Simul omnia congerere Cic. Fam. 16, 14. Idem pro Lege Manil. 22 Maximam vim auri atque argenti, pulcherrimarumque rerum, quas et a maioribus acceperat, et ipſe bello ſuperiore ex tota Aſia direptas, in ſuum regnum congeſſerat, *etc.* In caput alicuius ſaxa Sen. Oedip. 871. Ter. Eun. 2, 3, 17 Quum in cellulam ad te patris penum omne congerebam. Cic. de Clar. Orat. 332 Vt te eripias ex ea, quam ego congeſſi in hunc ſermonem, turba patronorum. In vnum omnia congerantur, vt idem oculis et auribus captus ſit *etc.* Cic. Tuſc. 5, 117 c. 40. Liu. 3, 38 Haud ignari quanta inuidiae immineret tempeſtas: omnes vaſtati agri, periculorumque imminentium cauſas in ſe congeſturos, *i. culpam reiecturos.* Crimen in aliquem Cic. pro Milon. 65 c. 24. Maledicta in aliquem Idem Philipp. 3, 15 c. 6. *Et* pro Rege Deiot. 12 In quem quum dii atque homines omnia ornamenta congeſſiſſent, tum tu ipſe plurima et maxima. Sen. de Clement. 1, . . Ambitioſae maieſtati quidquid potuimus titulorum congeſſimus. Phaedr. 3, 20, 11 Plagae congeruntur mortuo. Ictus crebros alicui Valer. Argon. 4, 306. Amnes vaſtos tellus huc (*in Pontum Euxinum*) congerit Idem Argon. 4, 717. Virg. Aen. 6, 178 Aramque ſepulcri Congerere arboribus, caeloque educere certant: *de rogo.* Diuitias auro Tibull. 1, 1, 1. Funus alicui congerere, ac tumulum ſtruere Senec. Medea 997. Honores ſupremos alicui congerere Valer. Argon. 6, 630. Laticem in vas pertuſum Lucret. 3, 1022. Oſcula Ouid. Epiſt. 18, 113. Siluas, *i. magnam vim lignorum* Sen. Herc. fur. 506. Tela Cic. Fam. 16, 14. Iabolenus in l. qui domum D. locati, Terram in eam aream amplius, quam fundamenta caementicia locatoris erant, congeſſit. Viaticum alicui Cic. pro Planc. 26. Ne plus aequo quid in amicitia congeratur, non verendum eſt Idem de Amicit. 58. Congerere, *Nidum facere* Virg. Eccl. 3, 69 Namque notaui Ipſe locum, aëriae quo congeſſere palumbes. *Aues enim ad nidum conſtruendum feſtucas, herbas, floccos, aliaque congerunt.* Seren. Sammon. 1030 Aut lapis ex nido, vaga quem congeſſit hirundo.

CONGESTVS, a, um. Partic. [ συμπεφορημένος ] *Vt,* Pindo congeſtus Athos. Sen. Herc. Oet. 1153. Artus temere congeſti, *Sine ordine disiecta membra* Sen. Hippol. 1248. Cibaria congeſta Hor. Serm. 1, 1, 32. Culmen tugurii congeſtum caeſpite Virg. Eccl. 1, 69. Donis congeſtis vndique creſcunt opes Sil. 13, 87. *Add.* Virg. Aen. 6, 224. Funera congeſta aceruatim honori cadauerum Plin. 12, 18. Grana tritici in os pueri Midae congeſta a formicis Cic. de Diuin. 2, 66. Liu. 39, 50 Adeo humanis omnibus congeſtis (*in mortuum*) Honoribus vt ne diuinis quidem abſtineretur. Montes, *i. comportati* Ouid. Met. 1, 153. Monumenta opibus alicuius Tibull. 1, 7, 59. Nemore congeſto ſtructum aggerem aceruare Sen. Herc. fur. 1216. Opes Ouid. Faſt. 4, 618. Oppida congeſta manu praeruptis ſaxis Virg. Georg. 2, 156. Oratio diſſoluta atque ex diuerſis congeſta Quinctil. 2, 11. Pondus auri Ouid. Epiſt. 17, 224. Puluis Propert. 4, 10, 31. Hor. Serm. 1, 1, 70 Congeſtis vndique Saccis Indormis inhians, *etc.* Ouid. Met. 8, 113 Nec te Noſter amor mouit, nec quod Spes omnis in vnum Te mea congeſta eſt. Turba Sen. Thyeſt. 9. *Compar.* Auſon. Moſell. v. 133 Gobio, non maior geminis ſine pollice palmis, Praepinguis teres, ouipara congeſtior aluo, *i. craſſior, plenior.*

CONGERIES, ēi. f. [ σωρεία, συναθροισμὸς ] *Id quod congeſtum eſt.* Plin. 10, 43 *de coruo, qui congeſſerat lapides in ſitulam, vt biberet commodius.* Ita, *inquit,* deſcendere pauentem expreſſiſſe tali congerie, quantum poturo ſufficeret. Bonorum congeries Claud. Paneg. 8, . . Fului Metalli vaſta congeries Claud. in Ruf. 2, 134. Pulueris Lucan. 9, 487. *it.* 8, 868. Siluae Ouid. Met. 9, 235. Rudis Claud. in pr. Conſ. Stil. 2, 10. *i. Chaos.* Ouid. Met. 1, 7 *vocat* rudem indigeſtamque molem. Saeua congeries, *Strages.* Valer. Argon. 6, 511 Inter equos ſaeuam miſero luſtramine verſant Congeriem. *Rhetorum quoque eſt* Congeries. Quinctil. 8, 4, 3 Quatuor maxime generibus conſtare video amplificationem, incremento, comparatione, ratiocinatione, congerie. *Et* ſ. 26 Poteſt adſcribi amplificationi congeries quoque verborum ac ſententiarum idem ſignificantium. *Et* 27 In συναθροισμῷ plurium rerum eſt congeries, hic vnius multiplicatio.

CONGESTVS, ûs. m. [ συνάθροισις ] Cic. de Diuin. 2, 68 c. 32 Herbam autem aſperam credo (*exſtitiſſe in ſtatua Lyſandri*) auium congeſtu, non humano ſatu, *i. e ſemine, quod aues congeſſerunt.* Columel. 9, 14, 14 Congeſtu culmorum et frondium ſupertegemus. Arenae congeſtus Lucret. 6, 724. Copiarum congeſtu vaſtabantur coloniae et municipia, *i. multitudine* Tacit. Hiſt. 2, 87. Quinctil. 10, 7 p. 954 Miles congeſtu ſignorum excitatur, *i. ſecundum Burm. Circumſtantibus ſignis circa orantem ducem.* Id. 7 Prooem. 1 Cumulus atque congeſtus.

CONGESTIO, ōnis. f. Beneficio congeſtionis accumulant Palladius 4, 1. Stercorum congeſtio Idem 1, 33. Iabolenus in l. qui domum D. locati, Quia non ipſa congeſtio, ſed humor ex ea congeſtione poſtea damno fuerit. *Sic* Macrob. Saturn. 5, 15 *ſub finem, et* Vitruu. 10, 20 *pr.*

CONGESTE. Adu. *Stricte, breuiter.* Capitolin. in Marco Phil. c. 19 *extr.* Et quidem haec breuiter et congeſte.

CONGESTIM. Adu. *Idem.* Apul. Apol. p. 462 Iacere congeſtim.

CONGESTICIVS, a, um. Adi. [ συγκομιστὸς ] *Quod congeſtum eſt.* Columel. 2, 10, 18 Non deterius tamen etiam pinguibus arenis, vel congeſticia humo proueniunt. *Et* 2, 16, 5 Congeſticia materia. Vitruu. 3, 3 Si autem non ſolidus inuenietur, ſed locus erit congeſticius, *etc.* Terra congeſticia Pall. Sept. 7 *et* Oct. 11, 2.

CONGERO, ōnis. m. Congerones, qui aliena ad ſe congregant, vnde apud Romanos Gerones Brutiani dicti Fulgent. 51. *Sic etiam legit Plaut.* Truc. 1, 2, 6 *Scaliger, pro* Congerrones.

CONGERRO, ōnis. *vel* CONGERRA, ae. m. [ συμφλύαρος, συνόμιλος ] *Cum quo familiariter verſamur, et facete confabulamur.* Plaut. Moſt. 3, 3, 27 Nunc ego me illac per poſticum ad congerrones conferam. Senatum congerronum conuoco Ibid. *quaſi ſimul garrientes.* Plaut. Trin. 1, 2, 6 Vt ſimitu adueniunt ad ſcorta congerrones. *Scaliger praefert* Congerones, *de quo modo dictum.* Feſtus in Sodalis, *vt expletus eſt ab Vrſino, Eosdem quod coëant* crebro congerrae vocari *a Graeco* vocabulo, quod eſt γέῤῥα.

CONGIVS, i. m. [ χόα ] *Menſurae liquidorum genus eſt, ſex ſextarios continens.* Plin. 14, 9 Diſtat a mulſo, quod ſit e muſto, cum quinque congiis auſteri muſti. Idem 14, 16 Libram et quadrantem in congios duos muſti macerant. Liu. 25, 2 *de Scipionis largitate aedilicia,* Congii olei in ſingulos vicos dati. *Capacitatem eius ſ. modum ſic declarat* Rhemnius 68 ſq.

Heminas recipit geminas ſextarius vnus,
Qui quater aſſumtus fit Graio nomine choenix.
Adde duos, chus fit, vulgo qui eſt congius idem,
A quo Sextari nomen feciſſe priores
Crediderim, quod eos capiat ſex congius vnus.

CONGIĀLIS, e. Adi. [ χοαῖος ] *Quod congium capit.* Plaut. Aul. 4, 2, 15 Mulſi congialem plenam faciam tibi fideliam. Situli congiales Vitruu. 9, 9.

CONGIARIVS, a, um. Adi. [ χοαῖος ] *Idem eſſe quibusdam videtur.* Plin. 14, 14 *de Lucullo,* Ipſe quum rediit ex Aſia, millia cadûm congiariûm diuiſit amplius centum. *Sed videbimus ſtatim in* CONGIARIVM. *Harduin.* In congiarium diuiſit.

CONGIARIVM, i. n. [ ἐπίδοσις, διάδοσις, *it.* ἐπίδοσις ἐπὶ τῶν νομῶν, δωρεὰ Vet. Gloſſ. ] *Liberalitatis ac muneris nomen eius praeſertim, quo liquida* congio *diuiderentur, licet deinde ad omne aliud munus principum virorum, etiam priuatim et ſingulis datum adhibitum ſit. Firmat, quod de congio diximus* Liu. 25, 2 Aedilicia largitio *Scipionis* haec fuit: ludi Romani pro temporis illius copiis magnifice facti — et congii olei in vicos ſingulos dati. Plin. 14, 14 Lucullus cum rediit ex Aſia (*vini Graeci*) millia cadûm in Congiarium diuiſit amplius centum. *Sic Harduin. Dalech. coniicit* conpiario. *Plerique editi* congiariorum. *Quidquid ſit de lectione, hoc quoque proprie fuit* Congiarium. Liu. 37, 57 *de Acilio Glabrione, cenſurae candidato,* In hunc maxime, quod multa congiaria habuerat, quibus magnam partem hominum obligarat, fauor populi ſe inclinabat. *Porro* Congiarium *populo vrbano dabatur, militi* Donatiuum. Sueton. Neron. c. 8 Deductus in forum tiro populo congiarium, militi Donatiuum propoſuit. *Add.* Plin. Paneg. 25. Capitol. Anton. Pio 8. *Tamen* Curt. 6, 2, 10 Sex et viginti millia talentûm proxima praeda redacta erant, e quîs duodecim millia in congiarium militum abſumta ſunt. *Quin ipſe* Cic. Att. 16, 8 Legiones Macedonicae congiarium ab Antonio accipere noluerunt. Quingenos *autem* denarios, *vt ex principio epiſtolae apparet, dabat veteranis Antonius. Manet interim ordinarie* Congiarium *eſſe liberalitatem principis viri in multitudinem. De* congiarii *huius, Imperatorii praeſertim, ſ. Auguſtorum in numis memoria, totaque re adeo, vid. Spanh. Diſſ.* 13 p. 529 ſq. Sen. de Benef. 4, 28 Rex honores dignis dat, congiarium et indignis. Idem Epiſt. 73 Ex congiario tantum

ferunt

ferunt homines, quantum in capita promiſſum eſt. Suet. Auguſt. c. 41 Congiaria frequenter populo dedit, ſed diuerſae fere ſummae, modo quadringenos, modo tricenos, nonnunquam ducenos, quinquagenosque numos. Lenire multitudinem imperitam congiariis Cic. Philipp. 2, 116 c. 45. *Sed, vt diximus,* Congiarium *eſt etiam Donum, quod princeps priuatim dat alicui.* Plancus magno congiario donatus a Caeſare Cic. Fam. 8, 3. *Add.* Att. 10, 7 *fin.* Suet. de Clar. Rhet. c. 27 Nec eo minus, immo vel magis ob hoc Antonio gratus: a quo mox Conſule ingens etiam congiarium accepit. Idem Caeſ. c. 27 Vberrimum congiarium. *Sed et in* Veſpaſ. c. 18 Coloſſi refectorem, inſigni congiario, magnaque mercede donauit, *i. munere Imperatorio. Add.* Id. de Clar. Rhet. c. 3. Quinctil. 6, 3, 52 In Metalepſim quoque cadit ratio dictorum, vt Fabius Maximus incuſans Auguſti congiariorum, quae amicis dabantur, exiguitatem, heminaria eſſe dixit. Sen. de Benef. 2, 16 *ad Alexandrum M.* Liceat ſane iſtud tibi — vt Congiaria tua vrbes ſint. Idem Epiſt. 29 Obiiciet philoſophis congiaria, amicas, gulam. Id. Conſol. ad Helu. 10 *de Apicio,* Cum tot congiaria principum — ſingulis comiſſationibus exſorpſiſſet. *Et* Conſ. ad Marc. 22 Seianus patrem tuum clienti ſuo Satrio Secundo congiarium dedit, *i. in illius gratiam perdidit. Et* de Tranq. An. 6 *reprehendit eos,* qui fercula pro congiariis numerant, *i. magnis beneficiis et muneribus, quae imputare poſſint. Et* de Breuit. vitae 8 Annua congiaria homines clariſſimi accipiunt, ex his aut laborem, aut operam, aut diligentiam ſuam locant. ¶ 2 Congiaria *in cauponariae tabernae inſtrumento memorantur* l. 13 Tabernae D. de Inſtr. et Inſtr. leg. *cum* ſextariis. *Sunt ergo vaſa* congium *capientia.*

CONGLACIO, āre. [συμπήγνυμαι] *In glaciem conuerti.* Cic. de Nat. Deor. 2, 26 c. 10 Atque aquae etiam admiſtum eſſe calorem, primum ipſe liquor aquae declarat effuſae, quae neque conglaciaret frigoribus, neque niue pruinaque concreſceret. *In quibusdam exemplaribus legitur,* Neque conglaciaretur. *Metaph.* Cael. ad Cic. Fam. 8, 6 Curioni noſtro Tribunatus conglaciat, *i. friget, prorſus nihil agit Curio, tanquam Tribunus.*

CONGLACIĀTVS, a, um. Partic. Plin. 2, 6 Grandinem conglaciato imbre gigni.

CONGLEBO, *vnde*

CONGLEBATVS, a, um. Part. *Vt,* Terra humore denſo conglebata et puluere Prudent. praef. Hamart. v. 53.

CONGLISCO, ĕre. *Concreſcere de flamma, certe igni.* Plaut. Trin. 3, 2, 52 Ne ſcintillam quidem relinques, genus qui congliſcat tuum, *i. ne minimam bonae famae particulam. Vid. de toto loco Gron. Obſ. 4, 3.*

CONGLŎBO, āre. [συναθροίζω] *In globum colligere.* Liu. 8, 11 Qui Latinorum pugnae ſuperfuerant multis itineribus diſſipati, quum ſe in vnum conglobaſſent, Veſcia vrbs eius receptaculum fuit. Mare conglobatur vndique Cic. de Nat. Deor. 2, 116 c. 45. Liu. 22, 5 Sors conglobabat, et animus ſuus cuique ante aut poſt pugnandi ordinem dabat. *Subaudi,* Milites. *Add.* Lactant. de Opif. D. c. 5.

CONGLOBĀTVS, a, um. Partic. [συναθροισθεὶς] Conglobatum corpus in pilae modum Plin. 9, 46. Aſtra Cic. de Nat. Deor. 2 c. 46. Lucret. 2, 153 Nec ſingillatim corpuſcula quaeque vapores, Sed complexa meant inter ſe conque globata, *i.* Conglobata. *De atomis loquitur.* Definitiones conglobatae Cic. in Partit. 55 c. 16 *inter rationes amplificandi ponuntur, i. frequentes, crebrae.* Figura conglobata *Deus, idemque mundus Xenophanis* Cic. Acad. 4, 118 c. 37. Salluſt. Orat. 1 de Repub. ord. Non orbis terrarum, neque cunctae gentes conglobatae, mouere aut contundere queunt hoc imperium. Pars extrema, et conglobata inter ſe concionis Tacit. Ann. 1, 35. Sanguinem conglobatum diſcutere Plin. 23, 1. Terra vndique in ſeſe nutibus ſuis conglobata Cic. de Nat. Deor. 2, 98 c. 39.

CONGLOBATIO, ōnis. f. [συνάθροισις] Sen. Nat. Quaeſt. 1, 15 Multa conglobatione ignium indigens, quum ingens eorum orbis matutini amplitudine Solis interdum exuberet, *de meteoris quibusdam, a cometis?* Nubis conglobatio Idem 5, 13. Tacit. de Morib. Germ. 7, 3 Non caſus aut Fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit, ſed familiae et propinquitates.

CONGLOBĀTIM. Adu. *Apud* Liu. 25, 15. *Sed Gronou. ita,* Proditores conglobati cum popularium agmen patentibus portis acceßiſſent *etc.*

CONGLOMĔRO, āre. [συνελίττω, συσπείρω] *A* Glomus, ĕris, *Inuoluere, ſuperaddere.* Enn. Thyeſte *apud* Non. 2, 166. Heus mea fortuna, vt omnia in me conglomeras mala! *vid.* GLOMERO.

CONGLOMEROR, āri. Paſſiu. Lucret. 3, 211 Quam tenui conſtet textura, quamque loco ſe Contineat paruo, ſi poſſit conglomerari.

CONGLOMERĀTVS, a, um. Part. Celſ. 7, 10 Venae intortae conglomerataeque.

CONGLOMERATIO, ōnis. f. Cod. 12 t. 19 l. 13 Vetita conglomeratio, *i. conciliabulum, congregatio etc.*

CONGLORIFICO, āre. [συνδοξάζω] Tertull. de Reſurr. Carn. c. 40 Compatimur, vti et conglorificemur, *etc.*

CONGLVTĬNO, āre. [συγκολλάω] *Glutino, coniungo, et ferrumino, et ſaepe metaphorice pro firma quaque coniunctione ponitur.* Cic. de Orat. 1, 188 Quae rem diſſolutam diuulſamque conglutinaret, et ratione quadam coniungeret. Cic. de Amic. 32 c. 9 Nam ſi vtilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata diſſolueret. *Et* de Sen. 72 c. 20 Hominem eadem optime, quae conglutinauit, natura diſſoluit. Amicitias conglutinare teſtimoniis Cic. Att. 7, 8. Amores meretricios nuptiis Ter. Andr. 5, 4, 10. Dolos conglutinare Plaut. Bacch. 4, 4, 42. Voluntates conglutinantur conſuetudine Cic. Fam. 11, 27. Vulnus conglutinant folia vitium Plin. 23 in prooem. *it.* c. 5 ſ. 52. Ex libidine, crudelitate, petulantia, audacia conglutinatus Cic. Philipp. 3, 28 c. 11 Quid eſt in Antonio praeter libidinem, crudelitatem, petulantiam, audaciam? ex his tot conglutinatus eſt.

CONGLVTINĀTVS, a, um. Part. Cic. Att. 1, 17 Tueor, vt poſſum, illam a me conglutinatam concordiam. *vid.* Apul. Met. 9 p. 225, 4, *de Myrmece feminam cuſtodire iuſſo,* Adfixus atque conglutinatus, extremas manu prehendens lacinias.

CONGLVTINATIO, ōnis. f. [συγκόλλησις] *Vt,* Circuitus Conglutinatioque verborum, *i. compoſitio* Cic. in Orat. 78 c. 23. *Et* de Seneſt. 72 c. 20 Omnis conglutinatio recens aegre, inueterata facile diuellitur.

CONGLVTINŌSVS, a, um. Adi. *Vt,* Humoris pars conglutinoſa fit in praecordiis Veget. Mulom. 1, 40, 2.

CONGRADVS, a, um. *vid. poſt* CONGREDIOR.

CONGRAECO, *vel* CONGRAECOR, āri. [οἰνοφλυγῶ, κωμάζω] *Compotationibus indulgere.* Plaut. Bacch. 4, 4, 91 Quodque in luſtris comedam et congraecem, pater. *Tractum eſt ex more Graecorum, qui compotationibus ac deliciis plus aequo indulgent. Vnde* et Pergraecari.

CONGRASSOR, āri. *Apud* Auguſtinum.

CONGRASSĀTOR, ōris. m. *Apud* Firmic.

CONGRATVLOR, āri. [συγχαίρω, συνήδομαι] *Vna gaudere alterius bono* Cic. pro Sext. 20 Mihi denique homines praecipue congratulabantur. *Adde* pro Planc. 66 c. 27. *et* pro Marcell. 19 c. 6. Congratulantes *eſt* Plaut. Men. 1, 2, 20.

CONGRATVLATIO, ōnis. f. [συνευφρασία] Cic. ad Brut. 5 Sed tamen omnium ordinum conſenſus, gratiarum actio, congratulatioque me commouet.

CONGRATVLĀTOR, ōris. m. *Apud* Auguſtin.

CONGRĂVO, āre. *Apud* Hieron.

CONGREDIOR, greſſus ſum, ĕdi. [συνέρχομαι, σύνειμι] *Accedere ad ſe inuicem, et conuenire.* Varro, Omnesque in vnam domum congreſſi ſimul diſcubuere. Ipſi ſunt congreſſi Nep. 14, 11, 6 *ſc. ad colloquendum. Conf.* Plaut. Curc. 2, 1, 19. Moſt. 3, 2, 97. Perſ. 1, 1, 15. Acie congredi, *vid.* ACIES. Actutum congredere Ter. Phorm. 5, 6, 12. *i. accede, vt tecum loqui poſſim.* Cic. in Piſon. 59 Mitte ad eum libellum: ſed iam ſi ipſe coram congredi poteris, meditare, quibus verbis incenſam illius cupiditatem comprimas atque reſtinguas. In aliquo loco Cic. Fam. 6, 1. *Sic* Filius tuus a me abeſt: in Macedonia congrediemur Brut. ad Cic. Ep. 6. Plaut. Amph. 4, 2 Suppoſ. 2, 35 Hominem ne congrediamur quaeſo, prius quam ſtomachum dexerit, *i. alloquamur. Sed neſcio quam bene.* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 40 Congreſſae pabulatoribus legiones *videntur vna egreſſae caſtris pabulatorum tuendorum cauſa. Sed pugnae initium notat.* Cic. pro Sulla 47 c. 16 Nondum ſtatuo te virium ſatis habere, vt ego tecum luctari et congredi debeam. Criminibus cum aliquo Cic. pro Muraen. 67. Virg. Aen. 12, 233 Vix hoſtem, alterni ſi congrediamur, habemus, *i. altero tanto plures ſumus.* Plaut. Pſeud. 2, 1, 6 Vt vbicunque cum hoſtibus congrediar. *Add.* Nep. 23, 1, 2. Cic. de Nat. Deor. 2, 1 Nae ego incautus, qui cum Academico, et eodem rhetore congredi conatus ſum. Idem pro Ligar. 9 c. 3 Contra ipſum Caeſarem eſt congreſſus armatus.

CONGREDIO. *Legitur apud antiquos, teſte* Nonio 7, 42 Plaut. Epid. Quid ſi adeam? haud ſcio an congredias, ſi haec ea eſt.

CONGREDIENS, entis. Partic. [συνερχόμενος] *Cui* Digrediens *opponitur.* Cic. de Nat. Deor. 2, 103 c. 40 Sed tum congrediens cum ſole, tum digrediens, *de Luna. Et* Gell. 15, 6 Aiax cum Hectore congrediens.

CONGRESSVS, a, um. Partic. [συνεληλυθὼς] Congreſſi iungunt dextras Virg. Aen. 8, 467. Per noctem congreſſi Id. 2, 397. *Ad pugnandi ſignificationem pertinet, vt,* Status eſt, in quo primum inſiſtit defenſio congreſſa ad repugnandum Cic. in Topic. 93. Virg. Aen. 12, 465 Nec pede congreſſos, nec equo, nec tela ferentes Inſequitur. Idem Aen. 1, 475 Infelix puer, atque impar congreſſus Achilli. *Vbi* Seruius, Congredior tibi antiqui dicebant, ſicut Pugno tibi, Dimico tibi. Hodie dicimus, Congredior tecum, Dimico tecum. In commune congreſſi quisque ſibi conſuluere Tacit. Hiſt. 2, 54. In praelia congreſſi Virg. Aen. 11, 631.

CONGRESSVS, ûs. m. [συνέλευσις] *Congreſſio.* Cic. de Amicit. 67 c. 23 Vt congreſſus hominum fugiat atque oderit. *De praelio* Idem de Orat. 2, 317 Ante congreſſum multa fiunt, quae non ad vulnus, ſed ad ſpeciem valere videantur. *Sed* Quum ſe a congreſſu, qui non ſolum hominibus, ſed multis quoque animalibus naturalis eſt, ſegregarit Quinctil. 1, 2 p. 30 *Burm.* Materiae congreſſus, *i. coniunctio* Lucret. 5, 68. Quaſi vero Virorum clarorum tacitos congreſſus eſſe oporteat, aut ludicros ſermones Cic. Acad. 4, 6. Idem Fam. 6, 4 Non enim dubito, quin magnae tibi leuationi ſolitus ſit eſſe quotidianus congreſſus, et ſermo *etc.* Optare congreſſum Cic. Att. 8, . . Placantur adſpectu congreſſuque aliquorum inter ſe omnia Idem Att. 1, 14. *de iratis in concordiam reducendis.* Petere congreſſus alicuius, *Conuenire aliquem* Virg. Aen. 5, 733. Pollui congreſſu feminarum Plin. 12, 14. *de Venere.* Cic. Att. 1, 17 Mihi vero vt inuideant piſcinarii noſtri, aut ſcribam ad te alias, aut in congreſſum noſtrum reſeruabo. Venire in congreſſum et colloquium alicuius Cic. Att. 1, 26. Congreſſus, *Conflictus ſeu praelium.* Salluſt. Iug. 74 Congreſſu primo fugare hoſtem. In primo congreſſu ceciderunt Caeſ. Bell. Ciu. 1, 46. Salluſt. Iug. c. 59 Ni pedites cum equitibus permixti magnam cladem in congreſſu facerent. Iniquo congreſſu aliquem ſubire, *i. aggredi* Valer. Argon. 6, 322. Vno congreſſu tres mittere neci Virg. Aen. 12, 514.

CONGRESSIO, ōnis. f. [συμβολὴ] *Idem.* Cic. Philipp. 2, 46 Eumque a tua non modo familiaritate, ſed etiam congreſſione patrio iure et poteſtate prohiberet. *Conf.* Id. pro Cluent. c. 14. Cic. Off. 1, 132 c. 37 Sermo in circulis, diſputationibus, congreſſionibus familiarium verſetur. *Ponitur etiam pro Conflictu, vt,* Prima congreſſione funduntur Iuſtin. 6, 4. Belli congreſſio Id. 15, 1, 6. Certaminis naualis congreſſio Id. 4, 5. *Add.* 2, 12, 8. Praelii congreſſio Iuſtin. 4, 12. *Add.* 27, 3, 2.

CONGRESSOR, ōris. m. Ambroſ. Epiſt. 4 ad Irenaeum *ſub fin.* Bonus congreſſor non aemulatur.

CONGRĂDVS, a, um. Adi. Auienus Phaenom. Arat. 1241 Labenti congrada ſoli: i. Eiusdem gradus et loci.

CONGRĔGO, āre. [ἀγείρω, συναγείρω, ἀθροίζω, συνάγω, ἀλίζω] *In vnum gregem cogere, vel colligere.* Ab ortu naturae congregari Cic. de Nat. Deor. 2, 123. Apum examina non fingendorum fauorum cauſa congregantur Idem Off. 1, 157 c. 44. Plin. 10, 73 Cum plauſu congregari feros ad cibum in quibusdam viuariis, conſuetudine ſpectetur. Cic. pro Quint. 52 Qui cum te aut voluntas congregaſſet, aut fortuna coniunxiſſet. Plin. Epiſt. 8, 14, 14 Exigebam ergo, vt, qui capitali ſupplicio afficiendos putabant, diſcederent a relegante, nec interim contra abſoluentes, mox diſſenſuri, congregarentur, *i. connumerarentur, vt tanquam non abſoluentes maiorem numerum ſuffragiorum conficiant.* Cum aequalibus libenter ſe congregant homines Cic. de Finib. 5, 42 c. 15. Cum aliquo ſe et caeteris alicubi Idem pro Rabir. 21. Cum leonibus vulpes Martial. 10, 100. In locum vnum congregare Cic. in Catil. 1, . . *Add.* Id. de Orat. 1 c. 8. In vnum locum ciues ſe ad curiam congregabant Cic. Philipp. 14, 15. Idem in Vatin. 25 Hominem ad conſeruandam Rempublic. natum, in idem Vectii iudicium, atque in eundem hunc numerum congregaſti. Diſſipatos homines congregare, et ad vitae ſocietatem conuocare Cic. Tuſc. 1, 62. Multitudinem fugitiuorum ac latronum

num in vnum locum congregare Cic. in Parad. 4. Turbam ignotorum deorum Id. de Nat. Deor. 1, 39. Virus Sen. Herc. Oet. 565. *Sed Gronou.* Nunc congeratur virus, vt veſtis bibat Herculea peſtem.

CONGREGĀTVS, a, um., Partic. [*συνηθροισμένος*] *Vt*, Multitudo hominum ex ſeruis conductis congregata Cic. pro Domo 89. Homines natura congregati adhibent agendi cogitandique ſolertiam Cic. Off. 1, 157 c. 44. Nix ex aqua congregata Idem. Acad. 4, 100. *Et* pro Domo 67 Ex quo iudicare poteſtis, quanta vis illa fuerit oriens et congregata, quum haec Cn. Pompeium terruerit iam diſtracta et extincta.

CONGREGATIM. Adu. *Idem quod Gregatim.* Prudent. Hymno Ieiunant. 143 Curſant per ampla congregatim moenia.

CONGREGATIO, ōnis. f. [*συνάθροισις*] Cic. de Finib. 4, 4 c. 2 Natosque eſſe ad congregationem hominum. *Add.* 3 c. 20.

CONGREGĀTOR, ōris. m. Arnob. 6 p. 199 *de ſtatuis Deorum,* Phidias ſciebat, aurum fuiſſe, lapides, atque oſſa informia diſparata, confuſaque, ſeque horum omnium congregatorem atque vinctorem.

CONGREGABĬLIS, e. Adi. [*συναθροιστὸς*] Quod facile congregari poteſt. Cic. Off. 1, 157 c. 44 Atque vt apum examina non fingendorum fauorum cauſa congregantur, ſed quum congregabilia natura ſint, fingunt fauos: ſic homines, *etc.*

CONGREGIS, e. *vel* CONGREX. Adi. [*συνάγελος*] *Dicitur Gregi additus, commiſtusque.* Apul. Met. 7 p. 194 Namque me congregem paſtor egregius aliquando permiſit. *Vid.* Solin. c. 2 *et* Tertull. de Poenit. c. 11. Quem congrege nexu Pax et Roma tenent Prud. adu. Symm. 2, 634.

CONGRVŌ, ĕre. [*ἀράω, ἁρμόττω, ἁρμόζω, ἐναρμόζω, συμπίπτω, ἐπιβάλλω, ἐφαρμόττω*] *Conuenire:* dictum, *vt ait* Feſtus, a Gruibus, quae non ſe ſegregant, ſiue quum volant, ſiue quum paſcuntur. Solinus 15 *de gruibus*, Concors cura omnium pro fatigatis, adeo, vt ſi quae defecerint, congruant vniuerſae, laſſaſque ſuſtollant, vſque dum vires otio recuperentur. *Conf. inprimis* Sarisber. de Nugis Curial. 1, 13. Suet. de Clar. Gramm. c. 7 Quod equidem non temere crediderim, quum temporum ratio vix congruat. In me plane Dii poteſtatem ſuam Omnem oſtendere, cui tam ſubito tot congruerint commoda Ter. Eun. 5, 9 *init.* Cic. de Legib. 1, 38 Siue Ariſtotelem et Theophraſtum cum illis congruentes re, genere docendi paullum differentes, ſecuti ſunt. Diffidere et Congruere, *contraria* Cic. de Legib. 1, 54. Congruere et conuenire decretis alicuius Idem de Finib. 2, 99. Congruere ſententiae deorum Nep. 6, 3, 5. Vlp. in l. Idemque et §. Si procurator D. Mandat. Quia bonae fidei hoc congruit, ne de alieno lucrum ſentiat. Congruit mulier mulieri magis Ter. Phorm. 4, 5, 14. *i. apta, accommodata, iucunda, certe tolerabilis eſt.* Congruunt extrema primis Plin. in Paneg. 65. Cic. Fam. 9, 24 Volo enim te ſcire mi Paete, initium mihi ſuſpicionis et cautionis et diligentiae fuiſſe literas tuas: quibus literis congruentes fuerunt aliae poſtea multorum. Cic. pro Marcell. 16 Noſtri enim ſenſus, vt in pace ſemper, ſic tum etiam in bello congruebant, *i. iidem erant.* Aptum et congruens noſtris ſtudiis Cic. Fam. 7, 23. Plin. 11, 37 Murium iecuſculis, fibrae ad numerum lunae in menſe congruere dicuntur. Liu. 1, 5 *de Fauſtulo*, Expoſitos iuſſu regis infantes ſciebat, et tempus, quo ipſe eos ſuſtuliſſet, ad ipſum congruere, *i. competere.* Cic. Verr. 2, 129 Quod ſuos dies menſesque congruere volunt cum ſolis lunaeque ratione. Cum Cauſa vehementer congruere et cohaerere Cic. de Inuent. 1, 19. Idem de Aruſp. Reſp. 29 Quod eam partem legis tuae, quae congruebat cum Iudicio Senatus, vt ipſe rex eſſet, non repudiauit. Cum Literis tuis congruit eius ſermo Cic. Att. 2, 8. Idem de Amicit. 27 c. 8 Deinde quum ſimilis ſenſus extitit amoris, ſi aliquem nacti ſumus, cuius cum moribus et natura congruamus, quod, *etc.* Cum Motu caeli ſidera caelo inhaerentia congruunt Cic. Tuſc. 5, 69 c. 24. Cum ſcriptis congruunt dicta Liu. 23, 38. Cum virtute congruere ſemper Cic. Off. 3, 13. Plaut. Milit. 4, 3, 23 Nam cum illa ſane congruit ſermo tibi. *Al.* Congruus. Cic. de Finib. 2, 45 Eademque ratio facit hominem hominum appetentem, cumque his Natura et ſermone et vſu congruentem. Re congruere cum aliquo Cic. de Legib. 1, 54. Liu. 29, 6 Principio ab Numidis facto, et Brutiis non ſocietate magis Punica, quam ſuopte ingenio congruentibus in eum morem. In vnum congruunt ſententiae Liu. 25, 32. Summa congruit Vlp. in l. 1 §. ſi ſtipulanti D. de verb. oblig. Ter. Heaut. 3, 1, 91 Concede hinc domum, ne nos inter nos congruere ſentiant. Initia inter ſe et exitus congruant Sen. Ep. 9. Multae cauſae conueniſſe vnum in locum, atque inter ſe congruere videntur Cic. pro Roſc. Amer. 62. Ea inter ſe congruunt, e quibus conſtamus Idem Tuſc. 4, 30. Congruunt concorditer inter ſe Plaut. Curc. 2, 2, 14. *de diis.* Haec inter ſe congruere non poſſent, vt, *etc.* Cic. de Finib. 3, 19. Tacit. Hiſt. 1, 7, 1 Forte congruerit, vt Clodii Macri et Fontei Capitonis caedes nuntiarentur. Ann. 12, 6, 3 Congruere artes honeſtas, *i. ſimul in Agrippina inueniri.*

CONGRVENS, entis. Partic. [*ἐναρμόζων*] Plin. in Paneg. c. 91 Ita caritas mutua, ita congruens tenor vitae. *Add.* ib. c. 38. Aptum et congruens Cic. de Orat. 3, 50. Actio vocis, vultus, et geſtus, congruens et apta Idem in Partit. 54. Actiones virtutibus congruentes Id. de Finib. 5, 58. Homo congruens hominibus natura, ſermone et vſu Cic. de Finib. 2, 45. Multitudo nullo modo inter ſe Sall. de Ord. Rep. 2 c. 13. Oratio verbis diſcrepans, ſententiis congruens Cic. de Legib. 1, 30. Pro congruentibus ſumere tam vehementer repugnantia Idem Acad. 4, 44. *Compar.* Lactant. 4, 26, 13 Quid congruentius Deo. *Superl.* Vox congruentiſſima Apul. Apol. p. 320. *Vid.* etiam Tertull. de Reſurr. Carn. c. 14. Auguſtin. Conff. l. 8 *ſub fin.*

CONGRVENTIA, ae. f. [*ἐφαρμογὴ, ὁμολογία*] *Conuenientia, ſimilitudo.* Morum congruentia Suet. in Othon. c. 2. Plin. Epiſt. 5, 2, 11 Etenim ſi auulſum ſtatuae caput inſpiceres, non tu quidem ex illo poſſes congruentiam aequalitatemque deprehendere, *etc. i. proportionem, an cum caeteris membris conueniret.* Partium Auguſtin. de Cic. Diu. 22, 20. Pronunciandi congruentia Apul. Apol. p. 283.

CONGRVENTER. Adu. [*ὁμολόγως, ἐναρμόστως*] Cic. de Orat. 3, 34 c. 10 Quinam igitur dicendi modus eſt melior (nam de actione poſt videro) quam vt Latine, vt plane, vt ornate, vt ad id quodcumque agetur, apte congruenterque dicamus? Congruenter naturae conuenienterque viuere Idem de Fin. 3 c. 7. Congruenter reſpondere Vlp. in l. 1 §. vlt. D. de verb. oblig. Congruentius, in l. Congruentius. C. de patr. poteſtat. *Conf.* Min. Felix c. 40. Auguſtin. Ep. 19 c. 2. Congruentiſſime Tertull. de Pudic. c. 8 *extr.* Auguſtin. Retract. 1, 7.

CONGRVVS, a, um. Adi. [*ἁρμόδιος*] *Vt*, Congrua tempora Claud. in Rufin. 1, 315. Plaut. Milit. 4, 3, 23 Nam cum illa ſane congruus ſermo tibi. Pallad. 1, 12 *pr.* Studendum eſt in agreſti fabrica, vt — partes temporibus diuiſis — congruis partibus offeramus, id eſt aeſtiuas ſeptentrioni, hibernas meridiano, vernas et autumnales orienti. Id. Oct. 14, 6 Congruus modus, *i. quantum ſatis eſt.* Apul. de Hab. Doct. Plat. p. 610, 4 *Delph.* Neceſſitudinum et liberorum amor naturae congruus eſt.

CONGRVE. Adu. *Idem.* Mart. Capell. 6 p. 195. Si congrue videtur aſſertum. *Add.* Symmach. Ep. 10, 72.

CONGRVITAS, ātis. f. Symmach. Epiſt. 9, 42 Perſonarum aequatio, et honeſtate, et poſſibilitate congruitas.

CONGRVS, *vel* CONGER, gri. [*κόγγρος*] *Genus piſcis, de quo* Plin. 9, 62 Mugil et lupus mutuo odio flagrant: conger et muraena, caudas inter ſe praerodentes. *Add.* Plin. ib. c. 16 ſ. 24 *vbi in iis refertur* conger, *qui hieme latent.* Ter. Adel. 3, 3, 23 Congrum, iſtum maximum in aqua ſinito ludere Tantiſper. Vbi ego rediero, exoſſabitur.

CONGY̆LIS, *vid.* GONGYLIS.

CONGYRO, āre. Vulg. Iudith. 13, 16 Congyrauerunt circa eam vniuerſi, *i. circa illam confluxit multitudo, quae illam circumdaret.*

CONIA, ae. f. Plaut. Truc. 3, 2, 23 Vt Praeneſtinis Conia eſt ciconia.

CONIBRICA, *ſeu potius* CONIMBRICA, Luſitaniae oppidum, *vt auctor eſt* Plin. 4, 21 *in deſcriptione Luſitaniae.* *MSS. al.* Cinumbriga. *Vid. Harduin.*

CONIECTARIVS, CONIECTO, CONIECTOR, CONIECTVRA, *vid.* CONIICIO.

CONĬFER, *et* CONIGER, *vid.* CONVS.

CONIĬCIO, ēci, ectum, ĕre. [*ἐμβάλλω, καταβάλλω*] *Simul iacere ſignificat, vel ita iacere, vt concluſus aliquis ſit, vel accurate, et velut ad ſcopum iacere eumque ferire.* Cic. pro Domo 67 Quam facile Cn. Pompeium foro, curiaque priuarit, Domumque coniecerit, vidiſtis. Flabra coniiciunt nubila in alias partes Lucret. 6, 731. Plaut. Epid. 2, 2, 10 Orna te Epidice, et Palliolum tuum in collum coniice Pila viribus contorta coniicere in aliquem Hirt. Bell. Afr. 70. Sarcinas in medium coniicere Liu. 31, 27. Saxa in medium coniicer Virg. Georg. 4, 26. Succum in vaſa Plin. 19, . . Liu. 2, 1 Clamore ſubito vndique in vnum hoſtem Tela coniiciunt. *Add* Caeſ. Bell. Gall. 2, 27. Telum ſine ictu coniecit Virg. Aen. 2, 545 Plaut. Merc. 5, 3 ſuppoſ. 5 *de Senectute*, Quoniam haec tibi non abſtulit modo, ſed in Amorem coniecit fortius. ¶ 2 *Iam elementorum ordine ponamus ea, in quae coniici aliquid dicitur.* Cic. pr Milon. 6 Subito arrepti, in quaeſtionem tamen ſeparantur a caeteri et in Arcas coniiciuntur. In Catenas, in Carcerem, in Vincul Liu. 29, 9 *et* 19 *et* 21. Cic. de Nat. Deor. 2, . . Verr. 5, 17 c. 7 *et* Tuſc. 1, 96. In Caſtra Cic. Fam. 9, 20. Cic. pro Sext. 9 Idemque C. Marcellum, cum is non ſolum Capuam veniſſet, verum etia ſe, quaſi armorum ſtudio, in maximam Familiam conieciſſet, *et Gladiatorum, quos auctorare, contra Romam volebat.* Cic. pro Cae 63 c. 26 Atque illo repentino hominum impetu ſe in Fugam conie ciſſe. Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 26 Tota auxilia regis impedita atque pe turbata, quod nullo ordine, et ſine timore iter fecerant, in Fugam coniecerunt. *Add.* ib. 3, 6. Caeſ. B. G. 2, 23 Ac reſiſtentes hoſte redintegrato praelio in Fugam coniecerunt. In Ignem ſe coniicere Plau Rud. 3, 4, 64. In Intimum domus Cic. pro Cael. 62. Ter. Heaut. 2, 36 Continuo hic ſe coniecit Intro: ego conſequor. Id. Heaut. 2, 3, Syre mi, obſecro, ne me in Laetitiam fruſtra coniicias. Cic. de Diuin. 2, 46 Sed te mirificam in Latebram conieciſti. Idem in Catil. 2, 1 Sine dubio perdidimus hominem, magnificeque vicimus, quum illum ex occultis inſidiis in apertum Latrocinium coniecimus. Ter. Hec. 1, 2, 57 Perii, quid ego egi? in quod me conieci Malum? Liu. 39, 25 Itaque ergo in tantum Metum omnes Theſſalos coniectos, vt, *etc.* Plaut. Poen. prol. 69 Coniicitur ipſe in Morbum ex aegri tudine. In Noctem ſe coniicere Cic. pro Milon. 49. Ter. Andr 3, 5, 14 Qui me hodie ex tranquilliſſima re conieciſti in Nuptia Cic. in Piſon. 94 Nulli coniicientur in illum Ordinem, nulli eximer tur. Ter. Phorm. 1, 4, 13 Aliquid conuaſaſſem, atque hinc me coi iicerem protinus in Pedes. In Perturbationes Cic. Fam. 12, 1. Ide Fam. 12, 25 Quem ego ructantem et nauſeantem conieci in Caeſaris Oct viani Plagas, *i. retia, inſidias. De Antonio.* In Plauſtrum Cic. de D vin. 1, 57. Cic. Att. 5, 16 Appius in vltimam Prouinciam ſe coni cit, *etc.* Plaut. Trin. 3, 2, 96 In Saginam herus ſe coniecit meu Plaut. Perſ. 5, 2, 18 Quomodo me hodie verſauiſti? vt me in Tricas co iecisti? Liu. 34, 28 In Terrorem ac Tumultum coniecerunt, nihil tal expectantes. In Turbam ſe Cic. Philipp. 6, 10. In Vincula Idem Ver 5, 17. ¶ 3 *Formulae aliae, fere Metaphoricae:* Coniicere Oculos i aliquem Cic. pro Cluent. 54. Tac. Hiſt. 1, 7, 1. Coniiciebantur omn um Oculi in eum Cic. Off. 2, 60. *Et* Verr. 2, 118 O praeclar coniectum a vulgo in illam prouinciam Omen communis famae atqu ſermonis, quum ex nomine iſtius, quid in prouincia facturus eſſe ridiculi homines augurabantur. Cic. Off. 2, 60 Et Phalereus De metrius, qui Periclem principem Graeciae vituperat, quod tanta Pecuniam in praeclara illa Propylaea coniecerit. Querelas abſen Tibul. 1, 9, 54. Cic. Verr. 2, 127 Iubet ille ſibi legem legi: rec tatur: in qua ſcriptum erat, vt quot eſſent renuntiati, tot in hydria Sortes coniicerentur. Idem pro Caecin. 35 Verum in his cauſis, no verba veniunt in iudicium, ſed ea res, cuius cauſa Verba haec in in terdictum coniecta ſunt. Vocem illam in diſputando coniecit Cn Pompeius, Omnes oportere Senatui dicto audientes eſſe Id. Fam. 8, 4 *In primis ad imputationem refertur:* Caeſ. Bell. Alex. 49 In greger Locupletium ſimultatum cauſae tenues coniiciebantur, *i. locupletes ac cuſabantur paruis cauſis.* *Sed* Cauſam in locos coniicere Cic. pr Planc. 83. *eſt diuidere. Huc pertinet* Gell. 5, 10 Cum ad iudices cor iiciendae conſiſtendaeque cauſae gratia veniſſent. *Vid.* CONIECTIO Liu. 3, 24 Nec his temporibus, in quae teſtis crimen conieciſſet. Cae Bell. Gall. 4, 12 Tunc facto praelio remiſerunt, et in petenda pac eius rei culpam in multitudinem coniecerunt. Cic. de Aruſp. Reſ 45 Haec enim certe petebantur, quum in me, cognitorem harur omnium rerum, illa Flamma illorum temporum coniiciebatur. Ex cepi, et pro patria ſolus exarſi; ſic tamen, vt vos iiſdem ignibus ci cumſepti, me primum ictum pro vobis et fumantem videretis. *No igitur de ſolo crimine et inuidia ſermo eſt; ſed de exilio, etc.* Male dicta in alicuius vitam Cic. pro Planc. 30. In faſciculum ſuas l teras Id. Att. 2, . . In Epiſtolam libellum Cic. Att. 9, 13 *ext.* Idem Att. 16, 6 Itaque iam in Tuſculano, qui non meminiſſem n abuſu

abuſum iſto prooemio, conieci id in eum librum, quem tibi miſi. In eandem epiſtolam plura praeterea conieci Cic. Att. 7, 16 *pr.* Id. in Parad. 1 Ego autem illa ipſa, quae vix in gymnaſiis, et in otio Stoici probant, ludens conieci in communes locos. In verſum ſe mente ac voluntate coniicere Cic. de Orat. 3, 192. *h. e. Ad verſus faciendos animum intendere. Ad corpora, et res materiales pertinent,* In nouo vaſe coniici Scribon. 271. In Vaſe fictili 73. In cacabo 220. *Sed* In cacabum 82. 271. In quo *(vino)* lapathi radices coniici debebunt 57. Sub ſcalas tabernae librariae ſe conicere Cic. Philipp. 2, 21. Virg. Aen. 6, 222

Membra toro defleta reponunt
Purpureasque ſuper veſtes, velamina nota,
Coniiciunt.

Ouid. Met. 7, 244 Cultrosque in vellera gutturis atri Coniicit et patulas perſundit ſanguine foſſas. Idem Met. 15, 735 Ictaque coniectos incalfacit hoſtia Cultros. *Et* 13, 476 Coniecto rupit praecordia Ferro. *Et* Met. 7, 338 Sanieni coniecto emittite Ferro. *Vid.* CONIECTVS, a, um. Coniicere muſtum in vaſa *pro infundere* Columel. 12, 19, 6. ¶ 4 *A ſcopo feriendo traductum coniicere* [συμβάλλειν, στοχάζεσθαι] *ſignificat probabili argumento aliquid colligere.* Ter. Heaut. 1, 1, 11 Annos ſexaginta natus es, aut plus eo, vt coniicio. Somnium alicui Plaut. Curc. 2, 2, 3. *i. interpretari.* Bene qui coniiciet, vatem hunc perhibebo optimum Cic. de Diuin. 2 c. 5. Aliud alio tempore Idem Q. Frat. 3, 1. De ſe coniicere Id. de Orat. 3, 48. Ex oraculo acute arguteque coniicere Cic. de Clar. Orat. 53 c. 14.

CONICIO, *cum* I *ſimplici.* Virg. Aen. 9, 411 Dixerat, et toto connixus corpore ſerrum Conicit. *Vbi* Seruius, *Conicit,* pro *Coicit.* Nam *Coicit* antiquum eſt. *Sic obſeruat Brouckhuſ. ad* Tib. 1, 9, 54 *ibi in veteribus libris eſſe,* Vel miſer abſenti moeſtas quam ſaepe querelas Conicit *vno tantum i, cum alterum in omnibus huius verbi compoſitis extrudere ſoleant antiqui. Sed* Laberius *apud* Gell. 16, 7 *etiam Conſonantem praepoſitionis omittit, dicens,* COICIOR in fullonicam. *Etiam in* Catone de re ruſtica *pro* Coniicio *fere ſemper* Coicio *habet Codex Mediceus. Conſ. ſimilia de* Abiicio *et* Reiicio *ſuis locis.*

CONIECTVS, a, um. Partic. [ἐμβεβλημένος] Coniectis ignibus Cic. Att. 4, 3. In cuſtodiam, vincula Sen. Ep. 9. In nuptias Ter. Andr. 4, 1, 44. Totaque vagatur Vrbe furens, qualis coniecta cerua ſagitta Virg. Aen. 4, 60. Ferrum in guttura coniectum Ouid. Met. 3, 90. *Vid.* CONIICIO n. 3 *extr. Et* Virg. Aen. 9, 698 Antiphaten — coniecto ſternit iaculo. Cic. de Amicit. 9 Sed exiſtimare debes, omnium oculos in te eſſe coniectos: vnum te ſapientem et exiſtimant et appellant. Oratio improbe in clariſſimos viros coniecta Idem pro Sext. 40. Vincula coniecta collo Ouid. Triſt. 4, 1, 83. Non tam mirabilia, quam coniecta belle Cic. de Diuin. 2, 66 c. 31. *i. diuinata.* Male coniecta, maleque interpretata falſa ſunt, non rerum vitio, ſed interpretum inſcientia Idem de Diuin. 1, 118 c. 52.

CONIECTVS, ûs, m. [βολὴ, ῥιπὴ] *Coniiciendi actus.* Quinctil. 3, 6, 30 Coniectura dicitur a coniectu, id eſt, directione quadam rationis ad veritatem. Plin. 26, 4 Aethiopide herba amnes ac ſtagna ſiccari coniectu, tactu clauſa omnia aperiri. Lapidum et ſpiclorum coniectus Lucret. 3, 199. Lapidum coniectu fracta domus Cic. Att. 4, 3. Materiaï coniectus, *i. congreſſus, aceruus, coitus, ſeu coetus primorum corporum* Lucret. 5, 68. *Sed Hauerc.* Congreſſus, *alterius lectionis mentione omiſſa.* Cic. pro Planc. 21 Non enim tribum Tarentinam, de qua dicam alio loco, ſed dignitatem, ſed oculorum coniectum, ſed ſolidam et robuſtam et aſſiduam frequentiam praebuerunt. Plin. Pan. 17, 3 Nec modo Telorum tuorum, ſed etiam Oculorum Minarumque coniectum toto campo totoque exercitu oppoſito perhorreſcat. Oculorum coniectu aliquem vt ſurem deſtinare Curt. lib. 9, 7, 25. Oculorum coniectu motus animorum ſignificamus Cic. de Orat. 3, 220. Quum nondum ad teli coniectum veniſſet Liu. 28, 14. Telorum coniectu confoſſus eſt Nep. 16, 5, 4.

CONIICIENDVS, a, um. Partic. [ἐμβλητέος] Ouid. Triſt. 3, 11, 46 Adſpicis a dextra latus hoc adapertile tauri? Hac tibi quem perdis coniiciendus erit.

CONIECTO, āre. [στοχάζομαι, εἰκάζω, ὑποτοπάζω, τεκμαίρομαι, συμβάλλω] *E ſignificatione verbi* Coniicio, *quam n. 4 poſuimus, argumentis colligo.* Ter. Eun. 3, 4, 5 Neque ſcio quid dicam, aut quid coniectem. Vtrum ſit in re, coniectat Quinctil. 7, 3, 5. Plin. 2, 42 Denſitas earum, corpusque haud dubio coniectatur Argumento. Liu. 5, 21 Poſtea euentu rem coniectantibus viſum ad damnationem ipſius Camilli, captae deinde vrbis, *etc.* Valetudo ex eo coniectabatur Tac. Ann. 14, 51. Vultu offenſionem coniectare Idem Ann. 1, 12. Opiniones coniectare Liu. 29, . . Apul. de Deo Socr. p. 42, 14 Neque de Luna neque de Sole quisquam — facile coniectauerit, deos eſſe. ¶ 2 *Inuenias tamen etiam pro* Coniicere *in prima ſignificatione: vt,* In carcerem aliquem coniectare Gell. 7, 19.

CONIECTANTER. Adu. *apud* Tertullianum,

CONIECTATVS, a, um. Part. Apul. de Deo Socrat. p. 42, 39 Potentiae *Deorum* animis coniectatae, *etc. i. argumentis apud animum intellectae.*

CONIECTATIO, ōnis. f. [στοχασμὸς] Plin. 10, 75 Somni quaeſtio non obſcuram coniectationem habet.

CONIECTATORIVS, a, um. Adi. *Vt,* Coniectatoria argumenta Gell. 14, 3.

CONIECTANEA, orum. n. pl. *Scripta vel commentaria, in quae temere coniicitur, quidquid in mentem venit. Multos eſſe, qui libris ſuis hunc indicem fecerint, ait* Gell. Praeſat. *et* 6, 7 Alfenus in coniectaneorum libro ſecundo, *etc.*

CONIECTABVNDVS, a, um. Adi. Auguſtin.

CONIECTIO, ōnis. f. [βολὴ] *A Coniicio.* Cic. pro Caecin. 43 c. 15 Neque ictu cominus, neque coniectione telorum. Coniectio cauſae Paul. in l. 1 D. de reg. iur. Per regulam igitur breuis rerum narratio traditur, et, vt ait Sabinus, quaſi cauſae coniectio eſt. *Hoc quid ſit, declarat* Aſconius in Verr. 1, 9 Quum, *inquit,* in rem aliquam agerent litigatores, et poena ſe ſacramenti peterent, poſcebant iudicem, qui dabatur poſt trigeſimum diem, quo dato, deinde inter ſe in perendinum diem vt ad iudicium venirent, denuntiabant. Quo quum eſſet ventum, antequam cauſa ageretur, quaſi per indicem rem exponebant, quod ipſum dicebatur *cauſae coniectio.* quaſi cauſae ſuae in breue coactio. *Hinc illud apud* Gell. 5, 10 Et quum ad iudices coniiciendae conſiſtendaeque cauſae gratia veniſſet, et quae ſequuntur. ¶ 2 Somniorum coniectio, *pro Coniectura.* Cic. de Diuin. 2, 130 c. 63 Chryſippus ſomniorum coniectionem definit hoc modo, Eſſe vim cernentem, et explanantem quae a diis hominibus ſignificentur in ſomnis. *Paullo ante dixerat,* Si iam fieri poſſit coniectura vera ſomniorum. ¶ 3 Apul. Apol. p. 331, 39 *legebatur* Praeter haec ea conditione factam coniectionem, ſi nullis ex me ſuſceptis liberis vita demigraſſet, *etc. Sed Caſaub.* coniunctionem. *Elmenh. et ex parte Scipio Gent.* conuentionem. *Interim* Turn. 17, 15 coniectionem *ex h. l.* pactum *interpretatus fuerat.*

CONIECTOR, ōris. m. [ὀνειροπόλος] *Dicitur, vt ait* Feſtus, Interpres ſomniorum. *Eſt etiam is, quem vulgus Diuinatorem vocat.* Ὀνειροκρίτης, ſomni ſolutor, ſomniorum interpres Vet. Gloſſ. Ego Tireſiam coniectorem aduocabo et conſulam Plaut. Amph. 5, 1, 76. Id. Curc. 2, 1, 34 Coniectores a me conſilium petunt: Quod eis reſpondi, ea omnes ſtant ſententia. Quinctil. 3, 6, 30 Somniorum atque ominum interpretes, coniectores vocantur. Cic. de Diuin. 2, 134 c. 65 Defert ad coniectorem quidam, ſomniaſſe ſe ouum pendere ex faſcia lecti ſui cubicularis. Aruſpex, augur, coniector in genere diuinandi numerantur. Idem de Diuin. 1, 42. Vaticinationes et reſponſa ſacerdotum, aruſpicum, coniectorum Id. in Partit. 6. Coniector et interpres portentorum Cic. de Diuin. 2, 62.

CONIECTRIX, īcis. f. Plaut. Mil. 3, 1, 99 Coniectrici, hariolae atque aruſpicae.

CONIECTORIA, ae. f. ſcil. Ars. Sariſb. 2, 17 Coniectoriam exſequi.

CONIECTVRA, ae. f. [στοχασμὸς, εἰκασμὸς, συμβολὴ] *Coniectio ſiue Coniectatio, dicta* a Coniectu, id eſt directione quadam rationis ad veritatem, *vt ait Quinctil.* 3, 6, 30. Cic. Phil. 12, 23 c. 13 Nunc, quaeſo, attendite, num aberret a coniectura ſuſpicio periculi mei. Plin. 2, 11 Mundi extera indagare, nec intereſt hominum, nec capit humanae coniectura mentis. Cic pro Font. 13 In quo ea, quae dicuntur a teſtibus, coniectura et cogitatione traduntur. *Lambin.* Coniecturae et cogitationi. *Gal.* Coniectura et cogitatione trahuntur. *Vid. mox* Trahere coniectura. Futuri coniectura Ouid. Triſt. 1, 9, 51. Interpretum coniecturae magis ingenia eorum, quam vim conſenſumque naturae declarant Cic. de Diuin. 2, 33. Conſtant ex leuiſſimo et indoctiſſimo genere coniecturae Somniorum Idem de Diuin. 2, 129. Bona Id. Verr. 5, 63. Vera Cic. de Diuin. 2, 129. Idem Att. 14, 22 Cupio enim, antequam Romam venio, odorari diligentius quid futurum ſit: quanquam vereor, ne nihil coniectura aberrem. Accipere coniecturam Quinctil. 3, 6. Adhibere Cic. de Diuin. 2, . . Afferre, *vid.* AFFERO. Aſſequi aliquid Cic. Verr. 5, 64 c. 25. Idem Att. 2, 9 Etenim quantum coniectura Auguramur, ſi erit nebulo iſte cum iis dynaſtis in gratia. Capere Id. pro Roſc. Amer. 97. Coargui ſuſpicionibus et coniectura Cic. de Lege Agr. 1, 17. Quinctil. 1, 2 Quantum animi mei coniectura Colligere poſſum. Cic. Fam. 12, 19 Quantum copiarum haberes, cum ipſe coniectura Conſequi poteram, tum ex tuis literis cognoui. Idem Fam. 9, 2 Quanquam quo me Ducat coniectura, habeo. Ad quod ante coniectura aliqua Ducti eſſent Celſ. 1 praef. Ducere coniecturam in varias partes, et nonnunquam etiam in contrarias Cic. de Diuin. 2, 147. Explicare coniectura aliquid Idem de Diuin. 1, 72. Ter. Andr. 3, 2, 32 Multa concurrunt ſimul, quî coniecturam hanc nunc Facio. Potin' coniecturam Facere, ſi narrem tibi, Hac nocte quod ego ſomniaui dormiens Plaut. Curc. 2, 1 *extr.* Coniectoris *ergo opus.* Coniecturam facere. Plin. Paneg. 20, 6 Praeterea futuri principes velint nolint, ſciant, tantum conſtat, propoſitisque duobus exemplis meminerint, perinde coniecturam de moribus ſuis homines eſſe Facturos, prout hoc vel illud elegerint. Facere de ſe coniecturam Cic. de Orat. 2, 299. Idem Fam. 7, 1 Omnino ſi quaeris, ludi apparatiſſimi, ſed non tui ſtomachi, coniecturam enim Facio de meo. Ter. Heaut. 2, 3, 25 Nam et vita eſt eadem, et animus te erga idem ac fuit, quantum ex ipſa re coniecturam Fecimus. Facere ex vultu coniecturam Cic. pro Muraen. 44. Inductus coniectura, *vid.* INDVCO. Informare aliquid coniectura Cic. de Nat. Deor. 1, 39. Iudicare aliquid Idem pro Flacc. 7. Mouere Quinctil. 3, 6. Niti in coniectura, *vid.* NITOR. Percipere coniectura aliqua Cic. pro Lege Manil. 26. Poſita in coniectura Idem Fam. 1, 5. *Et* de Diuin. 2, 129 Vt ſi iam fieré poſſit coniectura vera ſomniorum, tamen iſti, qui Profitentur, eam facere non poſſint. Proſpicere Cic. pro Domo 11 c. 5. Idem Att. 1. 1 Petitionis noſtrae, quam tibi ſummae curae eſſe ſcio, huiusmodi ratio eſt, quod adhuc coniectura Prouideri poſſit. Quaerere coniectura aliquid Id. in Orat. 126. Plaut. Trin. 4, 2, 76 Quod ad exemplum eſt, coniectura ſi Reperire poſſumus? Reuocare ad coniecturam aliqua interpretatione Cic. de Diuin. 2, 66. Scribere ad coniecturam alieni ſenſus, non ad iudicium ſuum, *vid.* AD. Cic. de Diuin. 2, 121 Iam ex inſanorum aut ebriorum viſis innumerabilia coniectura Trahi poſſunt, quae futura videantur. *Conſ.* Cic. pro Fonteio 13 *quem locum initio huius capitis laudamus.* Coniecturam *Rhetores accipiunt, pro eo ſtatu, quum facti eſt controuerſia: quoniam coniecturis cauſa confirmatur: hanc etiam* conſtitutionem coniecturalem *vocant. Vid.* Quinctil. 7, 2 *pr.* Ab argumentis, a coniectura, a ſignis cauſa traducitur Cic. pro Cael. 66.

CONIECTVRĀLIS, e. Adi. [στοχαστικὸς] *Quod coniectura colligitur. Vt* Coniecturales cauſae Quinctil. 2, 4, 26. 4, 2, 81 *cum quaeritur An? et quis fecerit? Add.* 7, 2 *integro it.* 3, 6. Artes coniecturales, *vbi coniectura res gerenda, non certa ſcientia, quae fine ſuo ſaepe carent, quod incertae ſunt et ſine ſtabili fundamento* Celſ. praefat. 1. Cauſae coniecturales verſantur in iudiciis Cic. in Topic. 50 c. 11 *extr.* Conſtitutio coniecturalis Idem de Inuent. 2, 14. Genus coniecturale Id. de Diuin. 2, 26. Status coniecturalis Auct. ad Heren. 2, 8. eſt, quum de facto controuerſia eſt. *Add.* Cic. Top. c. 25.

CONIECTVRALITER. Adu. *Idem.* Sidon. Epiſt. 8, 11 Coniecturaliter geſtum.

CONIECTARIVM, *vel vt Mercerus dedit,* CONIECTVRARIVM *apud* Non. 2, 175 efficax, perfectum. M. Tul. de Fin. bon. et mal. lib. 4 Illud vero minime coniecturarium, ſed in primis hebes illorum. *Reſpicit* ad 4, 50 c. 18 *vbi recte* conſectarium *legitur hodie, quod vid. ſub* CONSEQVOR.

CONIECTVRO, āre. [στοχάζομαι] *Laudant* Sen. Nat. Quaeſt. 7, 29 Nobis coniecturare tantum illa in occulto licet, nec cum certa inueniendi fiducia, nec ſine ſpe. *Sed Gronouius e Manuſcriptis legit,* Et coniectura ire in occulta tantum licet.

CONILA, ae. f. *ſiue* CONILE, es. [κονίλη] Apul. de Herb. 122 *eadem quae* Cunila, *vbi vid.*

CONIMBRICA, *vid.* CONIBRICA.

CONĪON, i. n. [κώνειον] *Graeco nomine appellatur Herba perniciosiſſima,*

*cioſiſſima, publica Athenienſium poena nobilitata, quam Latini* Cicutam *appellant.* Theod. Priſcian. de Diaeta c. 21.

CONISCO, āre. *Verbum, quod hodie legitur* Lucret. 2, 320 Et ſatiati agni ludunt, blandeque coniſcant, *i. arietant, vt interpretantur, vel cornibus, frontibus certe, ſe impetunt. Lambinus malit* coruſcant, ſ. coruſſant, κορύτlεσι vel κορύπlεσι. *Libri quidam* chroniſſant ſ. chroniſcant, *quod nihili eſt.* Quinctil. 8, 3, 2 *exemplum laudaturus, vbi* verborum humilitas vim rebus afferat, *e Cicerone laudat,* Caput opponis, cum eo coniſcans, *vbi item fluctuat aliquantum lectio, cum* coniſcans, toniſicans, corniſcans *aliqui habeant. Nobis ambigebat animus vtroque, loco inter Lambinianum* coruſſare, *et inter* coniſſare, *i.* κονίζειν, *puluerem excitare exſultando et luctando.*

CONISTERIVM. i. n. *Locus in palaeſtra, vbi puluere poſt vnctionem Athletae adſpergebantur, vt prehenſiones eſſent firmiores. Vtitur* Vitruu. 5, 11. *Vid. Mercurial. de Arte Gymnaſt. 1, 8.*

CONITI *et* ACONITI, *Aduerbia Graeca,* κονιτὶ *et* ἀκονιτὶ, *quibus ſic vtitur* Plin. 35, 11 ſ. 40, 32 Alcimachus pinxit Dioxippum, qui Pancratio Olympiae citra pulueris tactum (*ſic* Hard. iactum *al.*) quod vocant aconiti, vicit: coniti Nemeaea. Hor. Epiſt. 1, 1, 51 dulcis ſine puluere palmae. *Vid.* Impuluerea victoria *e* Gell. 5, 6. *It.* ACONITI.

CONITVM, i. n. Genus libaminis, quod farina conſperſa faciebant. Afranius pro Ornatu et excultu poſuit. Feſt. *Videtur leg.* Comtum.

CONIVCVNDOR, āri. Vulg. Interpr. Sirac. 37, 4.

CONIVGO, āre. [συζεύγω] *Quaſi ad vnum iugum alligare.* Cic. Off. 1, 58 c. 17 Eſtque ea iucundiſſima amicitia, quam ſimilitudo morum coniugauit.

CONIVGATVS, a, um. Part. Coniugata *apud Rethores* Ciceroni Topic. 12 c. 3 *dicuntur*, Quae ſunt ex verbis generis eiusdem. Eiusdem autem generis verba ſunt, quae orta ab vno varie commutantur: vt Sapiens, Sapienter, Sapientia. Haec verborum coniugatio, συζυγία dicitur, ex qua huiuscemodi eſt argumentum, Si compaſcuus ager eſt, ius eſt compaſcere. *Sed* Coniugatus, *Vxori iunctus* Auguſtin. Confeſſ. 6, 13 *pr.*

CONIVGĀTOR, ōris. m. [συζευκlὴς] *Vt*, Boni amoris coniugator, *de Hymene* Catull. 62, 45.

CONIVGATIO, ōnis. f. [συζυγία] *Opus vinitoris, cum ad idem iugum plures vites alligantur.* Cic. de Senect. 53 c. 15 Cuius quidem non vtilitas me ſolum, vt ante dixi, ſed etiam cultura et natura ipſa delectat adminiculorum ordines, capitum coniugatio, religatio, propagatio vitium. ¶ 2 Verborum coniugatio, συζυγία, *modo expoſita e Cicerone in* CONIVGATVS. Cic. Top. 12 c. 3. ¶ 3 Coniugatio *apud Grammaticos, eſt* Conſequens verborum declinatio. *Vt definit* Priſcian. 8 p. 836 *med. vel vt* Conſentius p. 2069 *pr.* Eſt collectio quaedam, quam Graeci συζυγίαν vocant, verborum ſimili declinatione currentium. Chariſ. 2 p. 145 *med.* Ordines verborum *appellat, et* omnia verba, *inquit*, quae eiusmodi ordinis erunt, ſimilem etiam declinationem habent *etc.* ¶ 4 *Apud Dialecticos* coniugatio *eſt propoſitionum illa conſtructio, e qua Syllogismus exiſtit.* Apul. de Syllog. ſ. de habit. Doctr. Plat. 3 p. 35 *Elm.* Nunc tradendum eſt, quibus Modis et coniugationibus fiant — Concluſiones *etc. recurrit enim ſaepiſſime.* ¶ 5 Coniugatio, *Coitus.* Solin. 39 *de vrſis coëuntibus:* Velut humanis coniugationibus copulantur. Pro quauis Coniunctione et copulatione poſuit Apul. lib. 3. Florid.

CONIVGA, ae. f. *Coniux.* Apul. Met. 6 p. 174, 33 Magni Iouis germana et coniuga, *i. Iuno.*

CONIVGVS, a, um. Adi. Plin. 8, 23 ſ. 35 *de aſpidibus*, Coniuga ferme vagantur, nec niſi cum compare vita eſt, *i. Coniugata et iuncta quaſi matrimonio. Sed Harduin. ex MSS. Reg. legit* Coniugia, *i. coniuges.*

CONIVGVLVS, a, um. Adi. *Vt*, Coniugulum myrtum *dixit* Cato 8, 2. *et* 133, 2. *Hinc* Plin. 15, 29 ſ. 37 Cato tria genera myrti prodidit: candidam, nigram, coniugulam, fortaſſis a coniugiis et illo Cluacinae genere. *Sunt, qui* Coniugalem *malint: quod non eſt probabile tribus locis corruptum: vti nec illud, duo tantum genera laudari a Catone* albam et nigram, *vtramque autem vocari ab eo* coniugalem: *licet* Col. 12, 38, 1 *duo tantum genera memoret. Magis audiam, qui* coniugulum *vel* coniugulam myrtum *dictam volunt ab eo, quod in pergulas et vmbracula pulchre coniugatur.*

CONIVGIVM, i. n. [συζυγία] *Societas viri et feminae, qui inde vocantur* Coniuges. Cic. de Fin. 4, 17 Primique ex omnibus philoſophis a natura tributum eſſe docuerunt, vt hi, qui procreati eſſent, a procreatoribus amarentur, et id, quod temporum ordine antiquius, vt coniugia virorum et vxorum, a natura coniuncta eſſe dicerent, qua ex ſtirpe orirentur amicitiae cognationum. Prima ſocietas in ipſo eſt coniugio Idem Off. 1, c. 17. Dos coniugii Ouid. Met. 14, 298. Sen. Agam. 80 Iura pudorque et coniugii ſacrata fides fugiunt aulas. Sponſor et obſes Coniugii Hymenaeus Ouid. Epiſt. 2, 34. Tempus, *i. dies nuptiarum* Idem Epiſt. 21, 45. Felix coniugio Id. ex Pont. 4, 11, 22. Rudis Ouid. Faſt. 4, 336. Cic. Att. 6, 8 Laetatus ſum etiam ſermone Piliae de coniugio Tulliae meae. Dira Valer. Argon. 2, 172. Fortunatum Ouid. Met. 2, 803. Liberale, *vid. h. v.* Maritale Colum. 12 Pro. 1. Sollemnia Tacit. Ann. 15, 37. Superbum Virg. Aen. 3, 475. Abruptum, *vid.* ABRVMPO. Adepta coniugium regium, *vid.* ADIPISCOR. Deſpondere ſibi coniugium alterius Sen. Troad. 59. *i. coniugem.* Differre Propert. 2, 9, 5. Fraudata coniugio ſponſa Ouid. Epiſt. 6, 163. Frui Idem Faſt. 5, 528. Petere Id. Met. 10, 413. Virg. Aen. 3, 296 Coniugio Aeacidae Pyrrhi, ſceptrisque Potitum, *i. vxore.* Idem Aen. 4, 431 Non iam coniugium antiquum quod Prodidit, oro, *i. deſeruit, de Aenea Didonem deſerente.* Promittere Ouid. Epiſt. 20, 139. Iuuen. Sat. 9, 80 Iam paene Solutum Coniugium in multis domibus ſeruauit adulter. Timere ſuo coniugio Sen. Hippol. 341. *i. coniugi. Sic* Ouid. Met. 11, 297 Culta mihi pax eſt, pacis mihi cura tuendae Coniugiique fuit, fratri fera bella placebant. Plin. 10, 12 Itaque paruis in vicis non plus bina Coniugia ſunt: circa Cranonem quidem Theſſaliae ſingula perpetuo: genitores ſoboli loco cedunt. Bina Coniugia *vocat Bina paria, duos mares, ac totidem feminas. Sic* Coniugia fere vagantur Plin. 8, 23 ſ. 35. *i. paria de ſerpentibus.* Coniugia admiſſariis ſubmittenda, *i. equae* Pall. Mart. 13, 1. Virg. Georg. 3, 275 Saepe ſine vllis Coniugiis vento grauidae. *De equabus ſine mare parientibus.*

CONIVGĀLIS, e. Adi. [σύζυγος] Dii coniugales, *qui coniugiis praeſunt, vt Iuno. Venus, Hymen* Sen. in Med. 1 *et* Thyeſte 1103. Auguſtin. de Ciu. Dei 4, 21 Deos nuptiales *vocat:* Quid neceſſe erat, *inquit*, nubentes commendare diis nuptialibus, vt bene coniugarentur? *Vid.* Plutarchus problemate 2. Auguſtin. de Ciuit. Dei 6, 9 Deos coniugales *his verbis recenſet.* Quum mas et femina coniunguntur, adhibetur deus Iugatinus: quum domum eſt deducenda, quae nubit, adhibetur deus Domiducus: vt in domo ſit, adhibetur deus Domitius: vt maneat cum viro, additur dea Manturna: Virginenſis dea, vt virgini zona ſoluatur: deus Subigus, vt viro ſubigatur: dea Prema, vt ſubacta ne ſe commoueat, comprimatur: Priapus, ſuper cuius immaniſſimum et turpiſſimum faſcinum ſedere noua nupta iubebatur: Venus, quae ob hoc etiam dicitur nuncupata, quod ſine eius vi femina virgo eſſe non deſinat: dea Partunda, quae parturienti et parienti adſit. Haec ex Auguſtino. Porro eſt et Hymeneus, qui et Hymen dicitur, nuptiarum deus habitus, ſicuti videre eſt apud Catullum: et apud Romanos Thalaſſus ſiue Thalaſſius, qui et Thalaſſio dicitur. Columel. 8, 2, 11 Coniugalem gregem protegunt galli, *i. coniugum ſ. gallinarum.*

CONIVGALITER. Adu. Auguſtin. Epiſt. 89 Pudice quamuis coniugaliter viuunt.

CONIVGIĀLIS, e. Adi. [σύζυγος] *Quod ad coniugium pertinet.* Ouid. Met. 5, 3

Fremitu regalia turbae
Atria complentur, nec coniugialia feſta
Qui canat, eſt clamor, ſed qui fera nuntiet arma.

Idem Met. 11, 743 Tunc quoque manſit amor, nec coniugiale ſolutum eſt Foedus in alitibus. *Et* Met. 6, 536 Nec mea virginitas, nec coniugialia iura.

CONIVX, ŭgis. c. [ὁμόζυγος, σύμβιος, σύζυγος, σύνζυγις Vet. Gl.] *Proprie* Coniuges, *vt ait* Feſtus, Eiusdem iugi pares: *deinde ſollemni intellectu, qui illum ab etymo tractum prope excluſit*, Coniux *eſt motrimonii ſocius, maritus aut vxor.* Priſcianus *per* N *ante* X *ſcribit: Veteres modo* Coniux, *modo* Coniunx, *detracto vel addito* N. Cic. Q. Frat. 3, 3 Fideliſſima coniunx. *De viro ap.* Ciceronem *numquam, at in* Inſcriptt. *frequenter inueniri notat Fabrett.* p. 298. *Saepe etiam* Seneca *et alii Poëtae, vid.* n. 2. Coniux interdum dicitur, non quae eſt, ſed quae fore ſperatur: Seruius *ad illud* Virg. Ecl. 8, 18 Coniugis indigno Niſae deceptus amore. Idem Aen. 9, 138 Ferro ſceleratam exſcindere gentem Coniuge praerepta. *Verba Turni.* Inuidioſe autem Sponſam, Coniugem vocat, *ait* Seruius. *De illicitis amoribus quoque apud Poëtas dici notat Brouckhuſ. ad* Tubull. 3, 2, 4. Amor perennis coniugis caſtae manet Sen. Octau. 192. Obſequium coniugis altae, *i. Iunonis.* Idem Octau. 214. Partus fere conciliat animos coniugum Id. Herc. Oet. 407. Expers coniugis Prud. Cathem. 11, 15. *i. viri.* Felix coniuge Ouid. Met. 9, 333. ¶ 2 *Epitheta vtriusque generis, maris et feminae.* Adultera coniux Ouid. Amor. 3, 4, 37. Antiquus Virg. Aen. 4, 458. *i.* aut Prior aut Charus. Seruius. Aurea Pici Idem Aen. 7, 189. *Circe, vid.* Seru. in loc. Boni Catul. 59, 233. Cariſſimus Ouid. Met. 11, 727. Cariſſima Stat. Silu. 3, 5, 110. Ouid. Epiſt. 7, 103 Venio tibi debita coniux. Digna rege Sen. Herc. Fur. 6. Dulcis Virg. Aen. 2, 777. Effrena Sen. Med. 2. Egregia Virg. Aen. 6, 523. Fida Hor. Epiſt. 2, 1, 142. Fidelis Ouid. in Ibin 354. Fidiſſimus Valer. Argon. 8, 419. Foecunda Hor. Serm. 2, 5, 31. Imperioſa Ouid. in Ibin 536. Infamis Sen. Med. 353. Irrequieta Sil. 3, 353. Iuſta coniux, *Legitima* Sen. Octau. 133. Legitima Ouid. Met. 10, 437. Lepidiſſima Catul. 76, 1. Leuis Sen. Herc. Oet. 4. Catullus Epigr. 21, 6 Eſt pulchre tibi cum tuo parente, Et cum coniuge lignea parentis, *etc.* Noua Sen. Octau. 6. Noui coniugis domina cupida Catul. 59, 32. Optata Stat. Silu. 2, 20. Orbatus coniux *dicitur, Cui mortua eſt vxor* Idem Silu. 5, 1, 20. Perfida coniux, atque impos ſui amore caeco Sen. Agam. 3. Pia Idem Troad. 6. Priſtinus Virg. Aen. 6, 473. *i. Prior, quod difficile inuenitur,* inquit Seruius. Nam de hoc ſermone quaerit et Probus, et alii. Pudica Hor. Carm. 3, 5, 25. Rariſſima Stat. Silu. 5, 1, 11. Regia, *Regina* Virg. Aen. 7, 56. Ruſtica Ouid. Epiſt. 1, 77. Sanctae coniugis torus Sen. Troad. 6. Sceleſtus Idem Octau. 5. Sui coniugis cruenta victrix Id. Agam. 947. Tenera Hor. Carm. 1, 1, 26. Virg. Ecl. 8, 66 Coniugis vt magicis ſanos auertere ſacris Experiar ſenſus. Sanos ſenſus Seruius *exponit* Non amantes: vnde contra Amantes, Inſanos vocamus. Captus alia coniuge Ouid. Epiſt. Sabin. 2, 3. Virg. Aen. 3, 317 Heu quis te caſus deiectam coniuge tanto Excipit? *i. marito ſpoliatam.* Idem Georg. 2, 326

Tum pater omnipotens foecundis imbribus aether
Coniugis in gremium laetae deſcendit, et omnes
Magnus alit magno commiſtus corpore foetus.

Dicit verno tempore eſſe pluuias, quibus foecundatur terra ac omnia naſcuntur, *vt exponit* Seruius. *Nempe Coniux Iouis eſt Tellus.* Iunxit ſibi coniugem genitam fratris Senec. Oct. 141. Amata Iuuen. Sat. 10, 242. Dotata Ouid. Rem. Amor. 565. Furens feſtinaque Valer. Argon. 2, 191. Inuiſa Sen. Octau. 470. Praetendere taedas coniugis, *Animum ad coniugium applicare* Virg. Aen. 4, 338. Viduata taedis coniux ardet Sen. Med. 581. ¶ 3 Coniux *an* Coniugis, *vnde illud contractum, proprie adiectiuum nomen videtur, ſignificatque eidem iugo alligatum.* Apul. 7 p. 189, 6 Me cum meo famulo meoque vectore illo equo factum conſeruum atque coniugem. Id. de Mundo p. 59, 14 Elementorum inter ſe mutui nexus arctis affinitatibus implicantur, et quinque coniuges copulae his ordinatae vicibus attinentur, vt adhaereant etiam grauioribus leuiora. Colum. 5, 6, 18 Si teneram vlmum maritaueris, nouam ſufferet: ſi vetuſtam vitem applicueris, coniugem necabit.

CONIVNGO, iunxi, iunctum, ĕre. [συζεύγνυμι, συνάπτω, συνοχόω] *Copulare, ad idem* iugum *duo aut plura alligare animalia: quod deinde latius ad nullum non copulationis et connexionis genus extenditur, ſiue propriae, vt in corporibus, ſiue impropriae et metaphoricae. Vt,* Coniungere boues feriis licet Cato 138. Virg. Ecl. 2, 32 Pan primus Calamos cera coniungere plures Inſtituit. Virg. Aen. 1, 518 Laetitiaque metuque auidi coniungere Dextras Ardebant. Dextram dextrae Ouid. Met. 8, 421. Manus alicuius Tibul. 1, 6, 60. Cic. de Prouinc. Conſ. 9 Galliae duae, quas hoc tempore vno imperio videmus eſſe coniunctas. Virg. Aen. 5, 712 Hunc cape conſiliis ſocium et coniunge volentem. Cic. pro Roſc. Com. 16 Socium fallere, qui Se in negotio coniunxit. Idem Fam. 5, 7 Illud non dubito, quin ſi te mea erga te ſtudia parum mihi adiunxerint, Reſpub. nos inter nos Conciliatura, coniuncturaque ſit. *Et* pro Cluent. 46 Quantam vim habeat ad coniungendas Amicitias ſtudiorum ac naturae ſimilitudo. Amor foedere coniungit amantes Catul. Argon. 62, 335. Amantes diuiſos Propert. 1, 10, 15. Amor princeps eſt ad Beneuolentiam coniun-

coniungendam Cic. de Amicit. 26. Commubia Sabinorum Romulus coniunxiſſe dicitur Cic. de Orat. 1 c. 9. Domum coniungere coniugio et ſtirpe Id. de Finib. 5, 65. Intima familiaritate coniunctus alicui Nep. 25, 12, 1. Feminam matrimonio ſibi coniungere Liu. 29, 29. Foedere aliquibus coniungi Virg. Aen. 10, 105. Hoſpitio et amicitia coniungi Cic. Q. Frat. 1, 1. Idem Philipp. 14, 29 Aequum eſt enim militum, talium praeſertim, Honorem coniungi. *i. eos ſimul honorari.* Nos ab ineunte aetate vſus, conſuetudo, ſtudiorum etiam honeſtiſſimorum ſocietas ac ſimilitudo coniunxit Id. Phil. 7 c. 2. ¶ 2 *Cum Datiuo* Cic. Fam. 15, 11 Cui me cum ſtudia communia, beneficia paterna, tuaque iam ante Coniunxerant: tum, *etc.* Caſtris ſe coniungere Claud. in Rufin. 1, 324. Aetas hunc mihi coniungit ſtudiis communibus Idem in praefat. Epithal. Pallad. 5. Homo alicui fidiſſima gratia coniunctus Cic. pro Milon. 76. Propinquitate atque natura alicui coniunctum eſſe Idem de Amicit. Eiusdem linguae ſocietate coniunctum alicui eſſe Id. de Orat. 3, 221. Non ſolum perpetua ſocietate atque amicitia, verum etiam cognatione alicui coniunctum eſſe Cic. Verr. 4, 72 c. 33. Coniuncta virtuti fortuna Idem de Seneɩ̄. 59. Philoſophia oratori coniuncta maxime Id. de Orat. 3, 61. *Pro Datiuo eſt Praepoſ.* ad Quinctil. 4, 1, 16 Coniungere laudem iudicis ad vtilitatem cauſae. ¶ 3 *Cum Praepoſitione* Cum. Coniuncta atque communia ſcelera alicui cum aliquo Cic. pro Sext. 29. Idem pro Font. 20 Cum his vos teſtibus veſtram religionem coniungetis? Somnos cum aliquo Catul. in Argon. ſ. 62, 331. Coniungere ſe cum aliquo dicitur ſponſa, *h. e. ei nubere* Ouid. Epiſt. 21, 247. Cic. in Vatin. 33 In quo certe tibi iam dicere non licebit, cum clariſſimis viris Cauſam tuam eſſe coniunctam. Coniungere imperii dedecus cum probro priuato Idem de Senect. 42. Coniuncta et ſociata cum altera Id. de Amicit. 85. Hominem eſſe coniunctum cum hominibus humana quadam ſocietate Cic. Acad. 1, 19. Idem . . . In quo non ſit coniunctum conſilium cum tuo, *i. ſi in aliquo diſſentimus.* Quinctil. 10, 3, 1 Coniungere iudicium ſuum cum auctoritate alterius. Coniuncta mihi cura de Repub. cum illo Cic. de Amicit. 15. Vita ruſtica maxime disiuncta a cupiditate, et cum officio coniuncta Idem pro Roſc. Amer. 39. *Et* Poſt red. in Sen. 4 Nunquam dubitaſtis meam ſalutem cum communi Salute coniungere. Cic. in Piſon. 20 Quem ego ciuem meo iudicio cum deorum immortalium laude coniungo. Idem de Clar. Orat. 317 Itaque cum Hortenſio mihi magis arbitrabar rem eſſe, quod et dicendi ardore eram propior, et aetate coniunctior. Vſu cum aliquo coniungi Id. de Amicit. 29. Coniuncta officiis cum Populo Romano ciuitas Cic. Verr. 2, . . ¶ 4 Coniungere *etiam de foederibus, et bellicis auxiliis dicitur.* Cic. pro Lege Manil. 26 c. 9 Quantum illud Bellum futurum putetis, quod coniungant Reges potentiſſimi. Martem coniungere et duplicare acies Sil. 15, 52. Caeſ. Bell. Gall. 3, 11 Ne ex his nationibus auxilia in Galliam mittantur, ac tantae Nationes coniungantur. Valer. Flacc. Argon. 6, 632 Nobis Argoa parabas Scilicet auxilia, et tantas coniungere vires.

CONIVNCTVS, a, um. Partic. [συνεζευγμένος] *Vt*, Homines beneuolentia coniuncti Cic. de Amicit. 84. Coniunctus cognatione propinqua Nep. Praef. 7. Coniunctiſſimus ſanguine Vell. 2, 41, 2. Intima familiaritate Nep. 25, 12, 1. Summa miſeria, ſummo dedecore coniuncta Cic. Philipp. 3, 35. Puella digno coniuncta viro Virg. Ecl. 8, 32. Cic. Verr. 4, 145 Poſtea decernitur, ac non varie, ſed prope coniunctis ſententiis, vt laudatio, quae C. Verri decreta eſſet, tolleretur, *i. omnibus ſententiis.* Tibi me profiteor — in quotidiana vita coniunctum cum iis artibus ſtudiisque, quae colimus. Cic. Fam. 3, 13 *Niſi tamen ad ſuperiora referendum, legendumque ſit,* coniunctum, tum iis artibus. Tempus coniunctum, hoc eſt inſequens Quinctil. 7, 2, 46. Vis dicendi egregia, ſumma feſtiuitate et venuſtate Cic. de Orat. 1, 243. Idem Act. 1 in Verr. 20 c. 4 Quae eſt enim tanta facultas et dicendi copia, quae iſtius Vitam tot vitiis, flagitiisque coniunctam aliqua ex parte defendere poſſit? Vitis vlmo coniuncta marito Catul. in Carm. nupt. ſ. 60, 54. Voluptas cum laude ad dignitatem coniuncta Quinctil. 8 Pr. *extr.* *Compar.* Cic. Fam. 10, 24 Sed primum quod ita meritos iudicabam: deinde quod ad omnes caſus coniunctiores Reipub. eſſe volebam, *i. magis amicos Reipub.* Vt noſmet ipſi inter nos coniunctiores ſimus Id. ad Anton. ſub Att. 14, 13. Coniunctior illo nemo mihi eſt Ouid. Met. 15, 599. *Superl.* Vir coniunctiſſimus atque amantiſſimus Cic. de Amicit. 2. Vrbs mihi coniunctiſſima Idem Phil. 1 c. 3. *Et* de Amicit. 39 c. 11 Tum etiam cum iis et inter ſe coniunctiſſimos fuiſſe, M. Curium et T. Coruncanium memoriae proditum eſt, *h. e. amiciſſimos.* Varro R. R. 1, 17, 5 Coniunctas (*coniuges, contubernales*) ſeruas ſi habeant ſerui, coniunctiores fiunt fundo. Cic. pro Domo 27 Quod enim par amicitiae Conſularis fuit vnquam in hac ciuitate coniunctius, quam fuimus inter nos ego et Cn. Pompeius? Idem pro Cluent. 152 c. 55 Equites ordini Senatorio dignitate proximos, Concordia coniunctiſſimos eſſe cupiunt. Coniuncti re *apud Iuriſconſ. videntur heredes, vel legatarii, vel vſufructuarii, quum ex re ipſa, non ex verbis teſtamenti apparet, eos iungi ad communicandum, partibus ex concurſu aeſtimandis.* L. coniunctum *et* l. re coniuncti D. de leg. 3 Coniuncti verbis, non etiam re, cenſentur ita, Titio et Seio aequis partibus fundum Titianum do, lego. Coniuncti re et verbis ſunt, quos et nominum et rei complexus iungit. vt, Lucio et Seio fundum Sempronianum do, lego. l. Triplici modo. D. de verb. ſignif. Coniunctum Gell. 16, 8. *dixit, quam hodie vocant enunciationem copulatiuam.*

CONIVNCTVS, ûs. m. Bigae, quadrigae a coniunctu dictae ſunt Varro L. L. 9, 2.

CONIVNCTE. Adu. [συνημμένως] Cic. de Orat. 2, 158 Et ſi coniuncte ſit elatum, et adiuncta ſint alia, iudicent rectene adiuncta ſint, et verane ſumma ſit vniuscuiusque rationis. Coniunctene malles cum caeteris rebus noſtra contexere Cic. Fam. 5, 12. Plin. Epiſt. 6, 8 Huius eſt haeres maximus noſter, quem et ipſe amo, ſed coniunctius tu. Viuere cum quo Nep. 25, 10, 3. Non vllo cum homine coniunctius vixi Cic. Fam. 6, 9. Coniunctiſſime verſati ſumus Idem de Clar. Orat. 13. Coniunctiſſime et amantiſſime cum aliquo viuere Id. de Amicit. 2 c. 1.

CONIVNCTIM, *ſimiliter* Adu. [συνεζευγμένως] Liu. 6. Caeſ. Bell. Gall. 6, 18 Huius omnis pecuniae coniunctim ratio habetur, fructusque ſeruantur. Cael. Cic. Fam. 8, 8 Quod coniunctim de ea re refertur a conſulibus. Coniunctim *et* Separatim, *oppoſita.* Paullus in l. Si pluribus D. de leg. 1. Vtitur et Celſus in l. Et proculo. D. de leg. 3.

CONIVNCTIO, ōnis. f. [σύζευξις, συναφή, σύναψις, σύνδεσμος, ἕνωσις] Plin. 15, 29 *de myrto,* Ideo tum electa, quoniam coniunctioni et huic arbori Venus praeeſt. Coniunctio, confuſioque virtutum, tamen a philoſophis ratione quadam diſtinguitur Cic. de Fin. 5, 67. Coniunctio et Disiunctio, *contraria* Idem Acad. 4, 97. Coniunctio *etiam eadem eſt, quae* connexio, *i.* axioma conditionatum. *Vid.* Cic. de Fato c. 8 *pr.* Hoc loco Chryſippus — ſperat Chaldaeos — non vſuros eſſe coniunctionibus, vt ita ſua percepta pronuntient, Si quis natus eſt oriente Canicula, is in mari non morietur *etc. et p. p.* Si Chaldaei ita loquentur, vt Negationes infinitarum coniunctionum potius, quam infinita connexa ponant, *etc.* Coniunctio, *pro mutua amicitia et concordia* Cic. Fam. 11, 15 Coniunctio tua cum collega, concordiaque veſtra, quae literis communibus clarata eſt. Amicitiae coniunctionisque neceſſitudo Idem de Amicit. 73 c. 20. Coniunctionis humanae ſocietas Id. de Finib. 5, 65. Affinitatis Cic. pro Cluent. 190 c. 67. Beniuolentiae Idem de Amicit. 23 c. 7. Sanguinis coniunctio et beniuolentia deuincit caritate homines Id. Off. 1, 54. Coniunctio et familiaritas Cic. Philipp. 14, 16. Idem Att. 2, 23 Pompeium a Caeſaris coniunctione Auocarem. Conciliare, *vid. h. v.* Cic. Fam. 5, 13 Aliquid de noſtra coniunctione imminutum eſſe oſtenderem. Dirimere coniunctionem Idem Fam. 3, 10. Perfringere coniunctionem Id. Catil. 4, 22. Cic. pro Domo 28 Hanc noſtram coniunctionem, hanc conſpirationem in Repub. bene gerenda, hanc iucundiſſimam vitae atque officiorum omnium ſocietatem; certi homines fictis ſermonibus et falſis criminibus diremerunt. Conuenientia et coniunctio naturae, quam vocant συμπάθειαν, quod cuique rei conueniat Idem de Diuin. 2, 142. *Et* Philipp. 13, 11 Hanc mihi diſpenſationem pro paterna neceſſitudine et coniunctione depoſco. Hominum inter homines coniunctio, et quaſi quaedam ſocietas et communicatio vtilitatum Cic. de Finib. 5, 65. Inoffenſa, atque indubitata literarum inter ſe coniunctio Quinctil. 1, 1, 31. Coniunctio *abſolute pro affinitate* Nep. 25, 19 Quod mihi de filia et Craſſipede gratularis, agnoſco humanitatem tuam, ſperoque et opto, nobis hanc coniunctionem voluptati fore Cic. Fam. 1, 7. *Add.* Tac. Ann. 4, 39, 3. *et* ib. c. 40, 7. Coniunctio *apud Grammaticos eſt pars Orationis, quae et* Conuinctio Cic. in Orat. 135 c. 39 Cum demtis coniunctionibus diſſolute plura dicuntur, *Aſyndeton.* Coniunctio *apud Rhetores forma dicendi quam declaramus* ex A. ad Her. 4, 37 c. 27. *in* ADIVNCTIO.

CONIVNCTIVVS, a, um. Adi. [συμπλεκτικὸς Gloſſ. Gr. Lat.] Tertull. adu. Hermog. c. 26. Mart. Capell. 3 p. 83. *et alii Grammatici* Coniunctiuum modum *in verbis memorant.*

CONIVNCTRIX, īcis. f. *Idem ac Coniunctiuus.* Auguſtin. de Trin. 11, 10 *pr.* Voluntas coniunctrix et ſeparatrix.

CONIVNCTO, āre. Frequent. Prudent. Pſych. v. 762.

CONIVŎLVS, a, um. Adi. Feſtus Coniuola occulta. In Gloſſ. Iſidori; Coniuoli, concordes, iuncti. *Sed* Gloſſ. Cohiuum et Coniuum *interpretatur* κάλυξ ῥόδυ μεμυκώς, *quaſi eſſet a* conniuendo.

CONIVRGO, āre. *Idem quod* Obiurgare. Oportet obſeruare, ne coniurgemur ab ipſis Interpr. Iren. 5, 17.

CONIV̄RO, āre. [συνόμνυμι, συνίσαμαι] *Simul iurare, et alterum alteri promittere fidem.* Virg. Aen. 8, 5 Simul omne tumultu Coniurat trepido Latium. *Vbi* Seruius: Nota, de re bona coniurationem dici poſſe. Nam coniuratio τῶν μέσων eſt. Sed plerumque in malam partem accipitur. Liu. 22, 38 Milites tunc, quod nunquam antea factum erat, iureiurando a tribunis militum adacti, iuſſu conſulum conuenturos, neque iniuſſu abituros. Nam ad eum diem nihil praeter Sacramentum fuerat, et — ſua voluntate ipſi inter ſe equites decuriati, centuriati pedites, coniurabant, ſeſe fugae atque formidinis ergo non abituros, *etc.* *Sic* Idem 45, 2 Vt Conſul, quos praeter milites ſociosque nauales coniuratos haberet, dimitteret. *Conf.* CONIVRATIO n. 2. *Hinc metaphor.* Alterius ſic Altera poſcit opem res, et coniurat amice Hor. Arte Poët. 410. *de* natura *et* arte. Plaut. Merc. 3, 1, 38 Inter nos coniurauimus, ego cum illo, et ille mecum. Scipio Afr. *ap.* Gell. 7, 11 *extr.* Age malitiam ſaltem defende, tu verbis conceptis coniuraſti ſciens, ſciente animo tuo. *Coniurant lingua et mens.* Coniurare etiam *eſt, in alicuius perniciem iurare.* Cic. Att. 2, 8 Coniuraſſe mallem, quam reſtitiſſe coniurationi. Acron in Horat. Carm. 1, 15, 7 Inter *Coniurare* et *Conſpirare* hoc intereſt, quod *Conſpirare* interdum bonorum eſt, *Coniurare* malorum. Coniurare de interficiendo aliquo Cic. pro Milon. 66 c. 24. In arma Lucan. 2, 48. In ruinas noſtras coniurauere ſorores Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 199. Cic. pro Sulla 70 c. 25 Catilina contra Rempubl. coniurauit. Caeſ. Bell. Gall. 2, 3 Neque ſe cum reliquis Belgis conſenſiſſe: neque contra Populum Rom. coniuraſſe. Contra Tonantem coniurant furiae Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 39.

CONIVRĀTVS, a, um. Partic. [συνομωσθεὶς] *Qui coniurauit, vt,* Agmina coniurata Ouid. Met. 5, 150. Arma coniurata mouentur Id. Met. 15, 763. Fratres coniurati caelum reſcindere Virg. Georg. 1, 280. Othum et Ephialtem dicit, *vt ait* Seruius, qui fuerunt filii Neptuni, et nouem digitis ſingulis creſcebant menſibus, qua freti altitudine caelum voluerunt euertere: ſed confixi ſunt ſagittis Apollinis et Dianae. Graecia coniurata rumpere nuptias Paridis Hor. Carm. 1, 15, 7. Iſter Virg. Georg. 2, 497. Socii coniurati Claud. in Eutrop. 2 praef. 15. Idem Conſ. Hon. 3, 98 O nimium dilecte Deo, cui — militat aether, Et coniurati veniunt ad claſſica venti. Coniurati, *vt milites ſui, de quibus vidimus locum* Liu. 22, 38. *Interdum coniungitur cum Genitiuo: vt,* Claud. in Rufin. 1, 319

Tunc proditor ille
Impius imperii, coniuratusque Getarum
Diſtulit inſtantes, eluſo principe, pugnas.

Coniurati, [συνωμόται] *Abſolute, pro Iis, qui inter ſe coniurauerant.* Cic. in Catil. 4, 20 c. 10 Ego quanta manus eſt coniuratorum, quam videtis eſſe permagnam, tantam me inimicorum multitudinem ſuſcepiſſe video. *Sic* pro Font. 11. *et ſaepe alias.*

CONIVRATIM. Adu. *Velut ex coniuratione* Plaut. Aſin. 2, 2, 52 Siquidem omnes coniuratim cruciamenta conſerant. *Sic* MS. *apud Pareum Lex. Crit. h. v. Sed alia exemplaria exhibent* Coniurati.

CONIVRAMENTVM, i. n. Auguſtin.

CONIVRATIO, ōnis. f. [συνωμοσία] *Societas contra remp. inita et firmata iure iurando.* Cic. de Diuin. 2, 49 Mirabile autem illud, quod eo ipſo tempore, quo fieret iudicium coniurationis in Senatu, ſignum Iouis biennio poſtquam erat locatum, in Capitolio collocabatur. Princeps coniurationis Idem Catil. 1 c. 11. Auctores coniurationis Vell. 2, 56. Caput coniurationis Curt. 6, 10, 6. Adulta coniuratio, *vid.* ADOLEO. Manifeſtus coniurationis Tacit. Ann. 15, 54. Liu. 39, 8 Conſulibus ambobus quaeſtio de Clandeſtinis coniu-

coniurationibus decreta eſt. Coepta ſimul, et aucta Tacit. Ann. 15, 48. Coepta, adulta, et reuicta Idem Ann. 15, 73. Impia Liu. 39, 16. Miſta inter patrem, filiumque coniurationis ſcientia fingitur Tacit. Ann. 16, 17. Nefanda in omne facinus ac libidinem Liu. 39, 18. Cic. Catil. 3, 17 Vt nullum in priuata domo factum vnquam ſit tam palam inuentum, quam haec tanta in Rempub. coniuratio manifeſto inuenta atque deprehenſa eſt. Idem Catil. 2, 6 c. 4 Vos omnes factam eſſe aperte coniurationem contra Rempub. videritis. Caeſ. B. G. 1, 2 *de Orgetorige*, Is — regni cupiditate inductus coniurationem nobilitatis fecit. Cic. Catil. 4, 6 Sed hanc tantam, tam exitioſam haberi coniurationem a ciuibus, nunquam putaui. Integer a coniuratione Tacit. Ann. 15, 52. Prodere coniurationem alicui Tacit. Ann. 16, 17. ¶ 2 *Eſt tamen etiam* Coniuratio *non nimis certe infamis.* Coniuratione vrbana eblanditae preces Plin. Paneg. 70, 9. *i. conſpiratione et conſenſione factionis candidato fauentis.* *Sic* Ter. Hec. 2, 1, 1 Quae haec coniuratio, Vt omnes mulieres eadem aeque ſtudeant nolintque omnia? *quin eſt* Coniuratio *honeſta* militum Rom. *de qua diximus in* CONIVRO *princ.* *De hac* Seru. *ad* Aen. 7, 614 Tria ſunt militiae genera, Sacramentum — Coniuratio, quae fit in tumultu, id eſt, Italico bello et Gallico, quando vicinum vrbis periculum ſingulos iurare non patitur. Euocatio *etc.*

CONIVX, *vid.* CONIVGO.

CONIZA, *vid.* CONYZA.

CONL. *vid.* COLL.

CONLIDO, *vid.* COLLIDO.

CONNĂTO, āre. [συνήχομαι] *Simul natare.* Connatat nobiſcum *laudatur ex* Plauto *per translationem pro Riualis eſt.*

CONNATIO, *vid.* CONNO.

CONNATATILIS, e. Firmic.

CONNASCOR, *vnde*

CONNATVS, a, um. Part. Tertull. adu. Valent. 9 Vitia in corpore connata.

CONNATĀLIS, e. Auguſtin.

CONNATALITIVM, i. n. Firmicus.

CONNECTO, xui, xum, ctĕre. [συμπλέκω, συνείρω] *Simul nectere, nexu ſ. vinculo coniungere.* Plin. 16, 40 Rates vero connecti quadraginta ſeſtertiis plerasque. Aliquid inexplicabili ſerie connectere Quinctil. 5, 14, 2. *de dialectica diſputandi ratione.* Id. 10, 3, 20 Dum eſt ſola connectendi ſermonis cupiditas, τὸ συνείρειν, *continuandae orationis, quidquid ſit de ſententia commoda.* *Sic* Idem 2, 11, 5 Nonnulli certa ſibi initia, prius quam ſenſum inuenerint, deſtinant, quibus aliquid diſerti ſubiungendum ſit: eaque clare ſecum diuque meditati, deſperata connectendi facultate deſerunt. Falces, ſcalasque connectere Tacit. Hiſt. 3, 27. Tempora lauro Valer. Argon. 4, 334. Claud. in Rufin. 1, 118 Illa vbi caeruleo veſtes connexuit angue Nodauitque adamante comas, *etc.* Cic. de Finib. 1, 67 c. 20 Amicitia cum voluptate connectitur. Idem in Piſon. 10 Perſequere connexos his funeribus dies, *i. proxime conſecutos,* Plin. 36, 15 Aufert animum, et a deſtinato itinere digredi cogit contemplatio tam prodigae mentis, aliamque connecti maiorem inſaniam. Idem 6, 15 Adiabenis connectuntur Cadurci quondam dicti, nunc Cordueni, praefluente Tigri. *Et* 2, 18 His cauſis connexo viſu et earum quae caelo continentur. Connecti *eſt per conditionalem Syllogismum iungi.* *Vid.* Cic. de Fato c. 7 *quem damus in* CONNEXVM.

CONNEXVS, a, um. Partic. [συμπεπλεγμένος] Cic. de Nat. Deor. 2, 97 c. 38 Qui omnia inter ſe connexa et apta viderit. Id. Partit. 137 Sic inter ſe ſunt pleraque connexa et apta. Amore magno connexus alicui Stat. Achill. 1, 174. Virg. Georg. 4, 257 Aut illae pedibus connexae ad limina pendent. *Vbi* Seruius: Hinc multi dictas apes volunt, quod ſe pedibus inuicem tenent: licet crebrior ſit illa opinio, quod ſine pedibus primo eſſe dicuntur. *vt* ibid. 310 Trunca pedum primo. Crines connexi Propert. 2, 5, 23. Nodi Ouid. Met. 12, 430. Rami Lucan. 3, 40. Res ſubtiliter connexae Lucret. 3, 741. *Compar.* Connexius, *vel, quod Giſanio placet,* connectius Lucr. 3, 557. *Sed editur* Coniunctius.

CONNEXVS, ûs. m. [συμπλοκή] Lucret. 2, 725 Differre neceſſe eſt Interualla, vias, connexus, pondera, plagas. Connexu corpus adhaeret Lucret. 3, 556. Habere varios connexus Id. 1, 626.

CONNEXVM, i. n. *Ita vocat* Cicero *Syllogismum conditionalem.* *V. g.* de Fato c. 7 Etenim ſi illud vere connectitur, Si oriente Canicula natus es, in mari non morieris, primumque quod inconnexo, Natus es Oriente Canicula, neceſſarium eſt; fit etiam quod conſequitur neceſſarium. *Add.* c. 8. Id. Acad. 4, 96 c. 30 Ipſa enim ratio connexi, quum conceſſeris ſuperius, cogit inferius concedere. vt, Si ſol lucet, dies eſt: At ſol lucet; dies igitur eſt. *Vid.* Gell. 16, 8 *vbi docet, quod συνημμένον ſit Graecis, hoc Latine* Connexum vel Adiunctum *vocari.*

CONNEXE. Adu. Mart. Capella l. 4 p. 117 Illa ſingulatim dici poſſunt, haec non niſi connexe dicuntur.

CONNEXIO, ōnis. f. [σύμπλεξις, συναφή] *Pro Concluſione,* Quinctil. 5, 14, 6. *Conf.* Auguſt. de Ciu. Dei 2, 31.

CONNEXĪVVS, a, um. Adi. [συμπλεκτικός] *Vt,* Connexiua coniunctio, *pro Copulatiua, apud* Gell. 10, 29.

CONNIDIFICO *et* CONNIDVLOR Auguſtini.

CONNITĔO, ēre. *et* CONNITIDO, āre. Fragm. Poët.

CONNIGRO, āre. Hieron.

CONNIGRICO, āre. Fragm. Poët.

CONNIGREFACIO, ĕre. Hieron.

CONNĪTOR, nixus *vel* niſus ſum, nīti. [παρβάομαι] *Simul vel Vehementer niti, et dare operam.* Cic. de Finib. 5, 42 Quum autem paullum firmitatis acceſſerit, et animo vtuntur, et ſenſibus, connituntur que, vt ſeſe erigant. Ad aliquem conuincendum conniti Tacit. Ann. 15, 66. Cornibus conniti Cic. de Diuin. 1, 44. *de ariete.* Connixus omnibus copiis Ancus aciem primam vicit Liu. 1, 33. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 46 Et ſi deiectis atque inferioribus locis conſtiterat, tamen in ſummum iugum virtute connititur. Cic. Off. 3, 6 c. 2 Quare quantum Conniti animo potes, quantum labore contendere, ſi diſcendi labor eſt, potius quam voluptas: tantum fac, vt efficias, *etc.* Vno animo conniti Liu. 9, 31. Virg. Ecl. 1, 15 *de partu caprae,* Hic inter denſas corylos modo namque gemellos Spem gregis, ah ſilice in nuda connixa reliquit. Dextra ſublata connixus Idem Aen. 5, 642. Vix humeris connixi ferebant Id. Aen. 5, 264. Virg. Aen. 10, 127 Fert ingens toto connixus corpore ſaxum. In haſtam Sil. 10, 252. Aduerſis haſtis connixi incurrunt Virg. Aen. 11, 613. Claud. de Bell. Gigant. 67 Hic iuga connixis Manibus Panchaea coruſcat. Valer. Flacc. Argon. 3, 197 Torſerat hic totis conniſus viribus haſtam.

CONNĪVEO, nīui *et* nixi, nictum, vēre. [μύω, καταμύω, νυστάζω] *It.* CONNIVO, *tertiae coniugat. apud* Priſcian. 9 p. 866. *Praeter.* Conniui ib. *et* connixi ib. *Sed* Apul. Met. 11 p. 258, 6 Necdum ſatis connipſeram: *Sic Elmenh.* *At* Pric. p. 239, 28 Conniueram. *Eſt autem* Conniuere *palpebras oculorum alternatim mouere, vt ſolent, qui aut lucem aut vigiliam adeo diutius ferre nequeunt.* Plin. 10, 3 Haliaeetus tantum implumes etiamnum pullos ſuos percutiens, ſubinde cogit aduerſos intueri ſolis radios: et ſi conniuentem, humectantemque animaduertit, praecipitat e nido velut adulterinum atque degenerem. Plaut. Men. 4, 3, 12 *Scioppius et Pareus legunt,* Quia conniſi, vt me defrudes, ad eam rem affectas viam. *Sed al. et Gron.* Commiſi. *Etiam* Amph. 2, 2, 106 *Palmerius vult,* Vt conniuit, ſomnium narrat tibi. *Sed al. et Gron.* Vt commeminit. *Certior eſt locus* Lucret. 5, 776 *vbi iucunda metaphora de eclipſi Solis et Lunae,* Quom quaſi conniuent, et aperto lumine rurſum Omnia conuiſunt clara loca candida luce. Cic. Tuſc. 1, 117 c. 49 Quid melius, quam in mediis vitae laboribus obdormiſcere, et ita conniuentem ſomno conſopiri ſempiterno? Oculi ſomno conniuentes Idem de N. D. 2, 143 c. 57. *Ad hanc ſimilitudinem* Gell. 17, 11 *de epiglotide dicit* conniuere *eam* viciſſim et reſurgere, eaque operiri et protegi trachiam arteriam, ne quid ex eſca et potu inter edendum et bibendum, incidat in illud animae reciprocantis iter. *Vid.* COAGMENTVM *ex Plauto.* Conniuere *in re aliqua, per translationem, eſt quaſi non videre quod videas, ſeu Viſum diſſimulare, oculos ad aliquid clauſos ſimulare, cum tamen videas, patienter ferre.* Cic. pro Cael. 59 c. 24 Proh dii immortales, cur interdum in hominum ſceleribus maximis aut conniuetis, *etc.* Ea ipſa concedo, quibusdam in rebus etiam conniueo Idem Phil. 1 c. 7. Virtus conniuet ſopita blandimentis Id. pro Cael. 41 c. 17 *extr.* Quinctil. 10, 3, 16 Sunt enim certa pleraque, et niſi conniueamus, in oculos incurrunt. Sil. 7, 462 *de Pallade bellica alias Dea,* Tum comta comam, pacemque ſerenis Conniuens oculis, ibat, *etc.* *Blanditur primum ſuauitate quadam haec lectio quarundam editionum, quaſi illud indicaretur, quod ἰλλώπτειν Graeci dicunt, quod eſt in blando quodam ſemibiantium oculorum coniectu. Sed neſcio an tales oculi* Sereni *dicantur ſatis commode, et, quod ſolum rem conficit libri optimi quique non* conniuens *habent, ſed* Condiſcens, *quod quam pulchre huic loco conueniat, oſtendit Heinſius.* Apuleius *de ſe aſino* 10 p. 334, 17 *Floridi* Ciliis alterna conniuens bibere flagitarem. Id. 4 p. 127, 14 *Flor.* Marceſcentes oculos dimiſit ad ſoporem. Iam commodum conniuerat *etc.*

CONNIVENS, entis. Partic. [νυστάζων] *Praeter dicta* Cic. pro Milon. 32 Quibus ſi non adiuuantibus, at conniuentibus certe ſperaſſet ſe poſſe Remp. eludere. Ad minima tonitrua et fulgura conniuens caput obuoluere ſolebat Sueton. Calig. c. 51. Colum. 10, 259 Conniuentes oculos violaria ſoluunt. Conniuentibus oculis credendum eſt, ſuis numis eum redemtum. Vlpian. l. 4 in princip. D. de Manumiſſ. *i. diſſimulanter.* Oculi ſomno conniuentes Cic. de Nat. Deor. 2, 143 c. 57 *Huius contrarium eſt* Inconniuens [ἀσκαρδάμυκτος;] *Apud* Gellium 2, 1, 2 *de Socrate* Inconniuens, immobilis in iisdem veſtigiis perſtabat.

CONNIVENTIA, ae. f. [νυσταγμός] *Eſt patientiam accommodantium, ac videre ſe diſſimulantium.* *Vt,* An conniuentia Ciceronis ipſius, parum compertum eſt Aſcon. in prooem. Verr. p. 65. Tribunos capitali affecit ſupplicio, quod per conniuentiam ſeditionem feciſſent exercitus Lamprid. Seuero c. 54. l. 1 C. de Fundis et ſaltibus rei dominicae, Quod ſi venalis procuratorum conniuentia, vt id deinceps tentetur, admiſerit, eos grauiſſimo iubemus ſupplicio ſubiacere. *Sic* l. Vſus aquae, C. de Fundis rei priuatae, et ſaltibus diuinae domus, Vſus aquae, quae fundorum noſtrorum vtilitatibus ſeruiebat, plurimorum dicitur vſurpatione ſublatus, idque procuratorum conniuentia vel diſſimulatione perfectum, vt agrorum fertilitas deſtituta, nullos fructus cultoribus praeſtet.

CONNIXVS, *vid.* CONNITOR.

CONNODO, āre. Proſp. Aquit. de Praedict. 1, 6.

CONNOTESCO, ĕre. Auguſtin.

CONNVBILO, āre. Firmic.

CONNVBO, pſi, ptum, ĕre. [ἐννοικέω] *Matrimonio iungi. Laudatur* Apul. Neſcientibusque parentibus, puellari aetate connupſeramus. *Sed nihil horum apud Apuleium eſt, quod doceat Index Floridi.*

CONNVBIVM, i. n. [συνοικέσιον, ἐπιγαμία] Ius legitimi matrimonii, *inquit* Seru. *ad* Aen. 1, 77. Cic. Off. 1, 54 Sequuntur connubia et affinitates, ex quibus etiam plures propinqui. Vlpian. autem tit. 5 Connubium, *inquit,* eſt Vxoris iure ducendae facultas. Cui connubii ius non eſt Cic. Top. c. 4 *at Gruter.* quicum connubium non eſt. Virg. Aen. 4, 316 Per connubia noſtra, per inceptos Hymenaeos. Fulſere ignes et conſcius aether Connubii Virg. Aen. 4, 168 *Vbi* Seruius, Varro dicit, Aqua et igni mariti vxores accipiebant. Vnde et hodie et faces praelucent, et aqua petita per feliciſſimum puerum vel aliquam puellam de puro fonte, intereſt nuptiis, de qua nubentibus ſolent pedes lauari. Particeps connubii Regina Iuno Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 24. Connubia patrum et plebis Liu. 4, 1 ſqq. Laeta connubia Catul. Argon. ſ. 62, 141. Par Idem in Carm. nupt. ſ. 60, 57. Promiſcua Liu. 4, 2. Virg. Aen. 1, 73 Connubio iungam ſtabili, *etc.* *De firmo certoque coniugio, nec diuortio fortaſſe vnquam dirimendo.* *Sic* Cic. Philipp. 2, 44 Curio te in matrimonio ſtabili ac certo locauit. *Turnebus ita apellaſſe veteres exiſtimat, velut quodam omine ſtabilitatem et firmitatem matrimonio augurantes, quum praeſertim nemo nuptias contrahat, niſi ſpe permanſionis et diuturnitatis.* Connubia cum finitimis Liu. 1, 9. Catul. in Carm. nupt. ſ. 60, 57 Quum par connubium maturo tempore adepta eſt Cara viro magis. Celebrare connubium Claud. de Magnet. 27. Concelebrare Liu. 1, 9. Coniungere Cic. de Orat. 1 c. 9. Deſponſa Catul. in Carm. nupt. ſ. 60, 27. Dirimere Liu. 4, . . His mea muneribus, genitor, connubia donas Ouid. Epiſt. 11, 99. Catul. in Carm. nupt. ſ. 60, 27 Qui deſponſa tua Firmes connubia flamma. Fugere Ouid. Met. 14, 69. Inire Idem Amor. 2, 7, 21. Virg. Aen. 1, 77 Deiopeiam Connubio iungam ſtabili, propriamque dicabo. Morari in connubio natae thalamoque Idem Aen. 7, 253. Connubiis, aruisque nouis operata iuuentus Id. Aen. 3, 136. *i. ait* Seruius, Perfecit ſacrificia propter connubia et nouas ſedes, quia apud veteres neque vxor duci, neque ager arari ſine ſacrificiis peractis poterat. Petere connubia alicuius Virg. Aen. 4, 534. Plin. 12, 19 Cinnamum naſcitur in Aethi-

Aethiopia Troglodytis connubio Permiſta. Virg. Aen. 4, 214 Connubia noſtra Reppulit. Sancire Claud. Epithal. Pallad. 129. Virg. Aen. 3, 319 Hectoris Andromache, Pyrrhi connubia ſeruas? *i. Pyrrhine vxor es, quae fueras Hectoris?* Idem Aen. 7, 96 Ne pete connubiis natam Sociare Latinis. Subire connubia barbara Claud. Bell. Gild. 191. *Nubere barbaris.* Vitare Sen. Hippol. 232. *i. Caelibem vitam agere.* *Obſeru.* Connubium, N V *ſyllabam natura longam habet, ab eo quod eſt* Nubere: vt Virg. Aen. 4. 214 Connubia noſtra Reppulit. *Sed metri cauſa corripuit, aut I ſequens conſonans eſſe voluit cum aliis* Idem Aen. 4, 126. *et* 1, 77 Connubio iungam ſtabili. *Vbi vid.* Seruius. *Add.* Id. 4, 535. *et* 9, 600.

CONNVBIALIS, e. Adi. [ἐπιγαμικὸς] *Vt*, Carmen connubiale, *Epithalamium* Claud. Conſ. Honor. 4, 649. Vincla connubialia Stat. Theb. 5, 112. Foedus Salu. de Gubern. 7 p. 244. Heu vbi pacta fides, vbi connubialia iura Ouid. Heroid. 6, 41. Vectigal Claud. Epiſt. ad Seren. v. 18.

CONNVBIALITER. Adi. Mart. Capella 6 p. 189 Cum ad Philologiae concilianda conſortia procum affatim connubialiter allegaret.

CONNVBIVS, a, um. Adi. Apul. Met. 9 p. 296, 11 *Flor.* Connubia lege ſociatas mulieres.

CONNŪDO, āre. [ἀπογυμνῶ] Plin. 28, 7 Iam primum abigi grandines turbineſque, contra fulgura ipſa in menſe connudata; ſic auerti violentiam caeli.

CONNVGOR, āri. Tertull.

CONNVGATOR, ōris. m. Auguſtin.

CONNVGATORIVS, a, um. Hieron.

CONNVMERO, āre. [συναριθμῶ Gloſſ. Lat. Gr.] Se quoque in exemplis connumerare ſolet Ouid. Triſt. 5, 4, 20 *al.* annumerare. Inter liberos connumerabitur Paul. Dig. l. 14 de ſtatu hom. *Conſ.* Vlpian. l. 43 §. 3 de ritu nuptiar. Vir profecto heroicis connumerandus ingeniis Ammian. 25, 11. *Conſ.* Arnob. l. 5 p. 187.

CONNVMERATVS, a, um. l. vnic. Cod. de profeſſ. in vrbe CP.

CONNVMERATIO, ōnis. f. Auguſtin.

CONNVO, ĕre. Plauti *eſſe dicitur.*

CONNVTRIO, īre. Columellae *adſcribitur.*

CONNVTRITVS, a, um. *Vt*, morbus Auguſtin.

CONNVTRICO, āre. Hieron.

CONOIDES, *vid.* CONVS.

CONON, ōnis. m. [Κόνων] *Dux Athenienſis, pueris notus ex Cornelio Nepote. Nobilitatis deſcriptio eſt.* Propert. 4, 1, 79 A proauo ducta Conone domus. *De hoc intellexiſſe* Virgilium *auctor eſt* Seruius Eclog. 3, 40 In medio duo ſigna, Conon: et quis fuit alter?

¶ 2 *Fuit et alter eiusdem nominis Mathematicus, quem* Catullus *in elegia* de coma Berenices ſ. 65 *ita deſcribit*, Omnia qui magni diſpexit lumina mundi, Qui ſtellarum ortus comperit atque obitus.

CONŌPAS. [Κωνώπας] Minimae ſtaturae nanus *fuit*, duorum pedum et palmi altitudine, quem Iulia, Auguſti neptis, in deliciis habuit. *Auctor* Plin. 7, 16.

CONOPĒVM, i. n. [κωνωπεῖον] *Tentorium ſeu velum, et papilio ille lineus, vel laneus, ſeu bombycinus, qui toro circumdatur ad arcendos culices, quo maxime vtuntur Alexandrini, quod ex Nilo* culices *conſluant, quos Graeci κώνωπας dicunt.* Varr. R. R. 2, 10, 8 *de mulieribus in Liburnia*, Quae oſtenderent, foetus noſtras, quae in conopeis iacent dies aliquot, eſſe eiuncidas et contemnendas. *Eſt itaque lectus delicatior.* Iuuen. Sat. 6, 80 Vt teſtudineo tibi Lentule conopeo, *etc.* Teſtudineo. *Nempe vt* lecti *dicuntur* eburnei: *quorum ſpondae ebore exornatae ſunt.* Vet. Schol. *ad h. l. interpretatur* linum tenuiſſimis maculis variatum, quia Latini Conopeum *culicare* dicunt. *Penultima pro ratione Diphthongi* ει, *quae alterutram vocalem amittere poteſt, interdum corripitur.* Hor. Epod. 9, 16 Interque ſigna turpe militaria Sol aſpicit conopeum. Propert. 3, 11, 45 Foedaque Tarpeio conopia tendere ſaxo.

CONOR, ātus ſum, āri. [πειρῶμαι, ἐπιχειρέω] *Eſt mouere ſe ad agendum. Itaque* leuius eſt quam Facere, *auctore* Donato. Eſt enim Niti, et dare operam, vt aliquid fiat. Ter. Andr. 1, 5, 35 Tum autem hoc timet, ne deſeras ſe. P. hem, egone iſtuc conari queam? Scio quid conere Idem Andr. 4, 2, 20. *Et* Andr. 4, 1, 52 Ego Pamphile hoc tibi pro ſeruitio debeo, conari manibus pedibus, noctesque et dies capitis periculum adire, dum proſim tibi. Qui prius cogitare quam conari conſueſſet Nep. 14, 7, 1. Quinctil. 2, 4, 10 Conantur nihil, dum omnia timent. Occulte aliquid conari Cic. pro Deiot. 18. Perdite aliquid Quinctil. 2, 12, 5. Aliquid per ſe conari, et quaerere Idem 2, 6. Fruſtra Virg. Aen. 9, 398. Conari aliquid fallaciae in re aliqua, quo fiat minus Ter. Andr. 1, 2, 26. Fugam ingenti molimine Ammian. 18, 5. Omnia conando docilis ſolertia vincit Manil. 1, 95. Magnum opus et arduum Cic. in Orat. 33. Spem aliquorum quam habent in aliqua re poſitam, vi extorquere conari Idem Verr. 1, 21. At ego obuiam conabar tibi *(ire)* Ter. Phorm. 1, 2, 2. Cic. de Orat. 2, 61 Poëtas omnino quaſi aliena quadam lingua loquutos non conor attingere. Agitare conati Celſ. 1 praef. Cum ſe e lectulo leuare conantur Scribon. 188. Ne fruſtra dehortando conemini Nep. Att. 21, 6.

CONANS, antis. Partic. Nep. 23, 3 Alpicos conantes prohibere tranſitu, concidit.

CONABĬLIS, e. Adi. Cael. Aurel. Acut. 3, 1.

CONĀTVS, ūs. m. [πεῖρα, ὁρμή, ἐπιχείρησις] *Principium agendi et motus, quo agere incipimus.* Cic. de Nat. Deor. 2, 122 Dedit autem eadem natura beluis et ſenſum et appetitum, vt altero conatum haberent ad naturales paſtus capeſſendos, altero ſecernerent peſtifera a ſalutaribus. Conatus aliquis ſupra vires, vel ponderis ſupra modum portatio Scribon. 101. Primus cuiusque operis conatus Quinctil. 2, 10. Conatus et apparatus alicuius gratus Cic. Fam. 10, 10. Generoſi conatus Quinctil. 2, 4. Impetus et conatus Cic. pro Sulla 76. Capti conatus fruſtra, *vid.* CAPIO. Comprimere Cic. Catil. 1 c. 5. Conatum longius petere *et* repetito ſpatio ſumere impetum Quinctil. 10, 3, 6. Cic. Catil. 2, 27 Cuius ego non modo factum, ſed inceptum vllum Conatumue contra patriam deprehendero. Malitia non habet tantas vires, quantos conatus Hieron. . . . Magno conatu ſtudioque agere aliquid Cic. pro Quint. 48 c. 14 Nudis conatibus haſtam vibrabat Sil. 13, 161. Obuiam ire malorum conatibus Pſeudo-Cic. antequam iret in exil. c. 4. Infringere conatus aduerſariorum, *vid.* INFRINGO. Obſtare conatibus alicuius Ouid. Rem. Amor. 683. Prohibere omnes alicuius motus, conatusque Cic. Catil. 2, 26. Idem de Clar. Orat. 42 Populi ingrati pulſus iniuria, ſe ad hoſtes contulit, conatumque iracundiae ſuae morte ſedauit. *De Coriolano.*

CONATIO, ōnis. f. Sen. Nat. Quaeſt. 2, 12 Conatio ſine ictu. *Add.* Plin. Valer. 2, 28.

CONATVM, i. n. *certe pl.* CONATA. *Idem.* Vell. Paterc. 2, 29 Cn. Pompeius XXIII annos natus, priuatis vt opibus, ita conſiliis magna auſus, magnificeque conata exſecutus, ad reſtituendam dignitatem patriae firmum contraxit exercitum. *Et* Quanto opere conata eius magiſtratus P. R. metu ſuo deſtituerit Vell. 2, 42 *pr.* Exſequi conata Accius *apud* Non. 3, 73. Obuiam ire conatis Liu. 42, 11. Patrare conata Lucret. 3, 386. Peragere Iuuen. Sat. 13, 210. Perficere Caeſ. Bell. Gall. 1, 3. Nep. 10, 8, 5. Suet. Galb. c. 17.

CONĀMEN, inis. n. [πεῖρα] *Idem.* Ouid. Faſt. 4, 325 Dixit, et exiguo funem conamine traxit. Alarum conamen perditur Lucret. 6, 325. Lucan. 4, 287 Dum dolor eſt ictusque recens, et mobile neruis Conamen calidus praebet cruor. *i. Agile, et motu facile.* Sil. lib. 5, 295 Et fragilis valido conamine ſoluitur enſis. Ouid. Met. 8, 366 Sumto poſita conamine ab haſta Arboris inſiliit, ſtabat quae proxima, ramis. Magno conamine aliquid agere Idem Met. 3, 60. Primae pugnae conamine contuſo, fractisque coeptis Sil. 1, 33. *Conſ.* l. f. C. de iuriſd. omn. iud. *Pro adminiculo poſitum videtur* Ouid. Met. 15, 224. Adiutis aliquo Conamine neruis, *de ſerperaſtris puerorum. Sic* Conamentum, *de quo ſtatim.*

CONAMENTVM, i. n. [ἐπιχείρημα] Plin. 19, 2 *de Sparto*, Ad reliquos vſus laborioſe euellitur, ocreatis cruribus, manibusque tectis manicis, conuolutum oſſeis ligneisue conamentis. *h. e. Adiumentis quibusdam et inſtrumentis.*

CONQVĀDRO, āre. [τετραγωνίζω] *In quadratam formam redigere.* Varro *apud* Non. 2, 481 Ladon, fluens ſub Sardibus flumen, tulit Aurum, later quod conquadrauit regius, *i. quod in lateres quadratos fuſum ſeruatumque eſt in theſauris regis. Add. et* 12, 9. Columel. 8, 3, 7 Ea pernicies vt euitetur, perticae dolantur in quadrum, ne teres leuitas earum ſuperſilientem volucrem non recipiat; conquadratae deinde foratis duobus aduerſis parietibus induuntur, ita, *etc.*

¶ 2 Conquadrare *non minus quam ſimplex* Quadrare *ad omnem conuenientiam et congruentiam refertur.* Sidon. Ep. 2, 2 Spatii parilitate conquadrat. *Et* 2, 4 Pari lance conquadrare. *Et* 3, 7 Dicta vero conquadrant.

CONQVAESTOR, *vid.* CONQVISITOR *ſub* CONQVIRO.

CONQVASSO, āre. Frequent. [κατασείω] *Quatiendo frangere.* Cato c. 52 Qualum incidito ex vna parte perpetuum. Si vero calix erit, conquaſſato: cum eo qualo, aut calice in ſcrobem ponito. Ciuitas conquaſſata Cic. in Vatin. c. 8. *i. perturbata.* Corpus conquaſſatum Lucret. 3, 442. Cic. pro Sext. 56 c. 26 Etiam exteras nationes illius anni furore conquaſſatas videbamus. Prouinciae conquaſſatae Seru. Sulpic. ad Cic. Fam. 4, 5. Cic. de Diuin. 1, 97 c. 43 Delata etiam ad Senatum labes agri Priuernatis, quum ad infinitam altitudinem terra deſediſſet, Apuliaque maximis terrae motibus Conquaſſata eſſet. Mens, et omnis poteſtas animae conquaſſatur Lucret. 3, 599. *i. debilitatur.*

CONQVASSATIO, ōnis. f. [κατάσεισμα] Cic. Tuſc. 4, 23 c. 13 Itaque illa duo, morbus et aegrotatio, ex totius valetudinis corporis conquaſſatione et perturbatione gignuntur.

CONQVATERNO, āre. *Quaternos vel quaterna iungere.* ζευγίζω κατὰ τέσσαρα Conquaterno Gloſſ. Gr. Lat.

CONQVĔROR, queſtus ſum, ĕri. [μέμφομαι] *Eiusdem eſt cum ſimplici ſuo ſignificationis, niſi quod illam augere videtur.* Cic. Verr. 5, 43 Tanta vis erat iniuriarum, vt homines quiduis perpeti, quam non de iſtius prauitate et iniuriis deplorare et conqueri mallent. Conqueri fortunam aduerſam, non lamentari decet Idem Tuſc. 2, 50 c. 21. Catul. Argon. ſ. 62, 164 Sed quid ego ignaris nequidquam conqueror auris Exſternata malo? Conqueritur tibi Sil. 8, 94. Liu. 1, 53 Sextus filius eius, qui minimus ex tribus erat, transfugit ex compoſito Gabios, patris in ſe ſaeuitiam Conquerens. Iniurias conqueſtus Idem 35, 12. Libidines, vim, contumelias alicuius Cic. Verr. 4, 111. Fallacia verba alicuius conqueri Tibul. 3, 7, 20. Conqueritur mecum mulier fortunas ſuas Plaut. Mil. 2, 1, 47. Multa conqueſtus, *etc.* Ouid. Met. 4, 243. Suet. in Auguſt. Tiberio quoque de eadem re, ſed violentius apud ſe per epiſtolam Conquerenti, ita reſcripſit. Cic. Fam. 5, 2 Satis habeas, nihil me etiam tecum de tui fratris iniuria conqueri. *Conſ.* Vulgat. 2 Macc. 4, 35. Cic. pro Sext. 3. Nihil ab eo praetermiſſum eſt, quod aut pro Repub. conquerendum fuit, aut pro reo diſputandum.

CONQVESTVS, ūs. m. [μέμψις] *Conquerendi actus.* Liu. 8, 7 Tum libero conqueſtu coortae voces ſunt.

CONQVESTIO, ōnis. f. [μέμψις] *Idem.* Cic. Q. Frat. 1, 1 c. 7 Vbi nullum auxilium, nulla conqueſtio. Conqueſtio de L. Caeſaris morte *ap.* Suet. Tib. c. 70. Piae conqueſtiones Mamertin. Geneth. 2. Plin. 10, 23 ſ. 33 Hinc volantium illa conqueſtio, labore expreſſa.

CONQVIESCO, quieui, quietum, ĕre. [ἡσυχάζω] *Totum quieſcere.* Cic. de Fin. 5, 55 Videmus igitur, vt conquieſcere ne infantes quidem poſſint. Idem pro Milon. 69 c. 25 Si denique Italia a delectu, vrbs Ab armis ſine Milonis clade nunquam eſſet conquietura. Plin. in Paneg. 53 Quare ego te Caeſar muneribus omnibus tuis, omnibus comparo, multis antepono, *etc.* nullum eſſe tempus, quo funeſtorum principum manes a poſterorum exſecrationibus Conquieſcant. *i. perpetuo poſteri eos exſecrabuntur.* Cic. pro Corn. Balb. 3 c. 1 Qui tantum potuit impertire huic ſtudio temporis, quantum ipſe a pueritia vsque ad hanc aetatem a continuis bellis et victoriis conquieuit. Idem in Orat. 107 ex Or. pro Roſc. 72 c. 26 Ita poſtremo eiiciuntur, vt ne ad ſaxa quidem mortui conquieſcant. *Et* Fam. 1, 1 Tanta enim eſt magnitudo tuorum erga me meritorum, vt quoniam tu, niſi perfecta re, de me non conquieſti, *i. propter me ſolicitus eſſe non deſiſti, donec confectum eſſet negotium meum.* Cic. Att. 1, 3 (5) Vno in loco conquieſcimus, quo fratrem quotidie expectamus. Sen. de Benef. 2, 2 Aeque ambitio non patitur quemquam in ea menſura honorum conquieſcere, qua quondam eius fuit impudens votum. Cic. Att. 1, 20 Ego autem quotidie magis, quod mihi de forenſi labore temporis datur, in his ſtudiis conquieſco. Idem de Amicit. 22 Principio cui poteſt eſſe vita vitalis, vt ait Ennius, qui non amici mutua beneuolentia conquieſcat? Aetas noſtra iam ingraueſcens in amore atque in adoleſcentia tua conquieſcat Id. Fam. 2, 1. Bella omnia iure gentium conquieſcunt hieme Cic. pro Rabir. Poſt. 44. Celſ. 6, 6, 34 Velandumque poſtea *(caput)* nec detegendum ante, quam ſudor et Calor domi conquieuerint. Idem 2, 8 Pus quacunque parte corporis erumpit, ſi eſt lene, album, et vnius coloris, ſine vllo metu eſt, et quo effuſo Febris protinus conquieuit, *etc.* Imbre conquieſcente

ſcente Liu. 24, 47. Celſ. 7, 19 Si ſub his inflammatio non conquieuerit, *etc.* Literae conquieſcent, niſi quid noui exſtiterit Cic. Att. 12, 38 (39). Nauigatio mercatorum conquieſcit Idem pro Lege Manil. 15. Celſ. 5, 26 Si parum ſic ſanguis conquieſcit, ſaepius linamenta mutanda ſunt, *i. ſtat, ſiſtitur baemorrbagia.*

CONQVILIĀTVS, a, um. *Pro Quiſquiliatus.* Plin. Valer. 1, 9 Conquiliata lana obturare. *Vid. Reineſ. Var. Lect.* 3, 4 *qui legit* Conculcata. *Venit etiam in mentem* conchyliata.

CONQVINISCO, conquexi, ĕre. [ὑποκύπτω] *A* Cunio, ire, *quod eſt apud* Feſtum Stercus facere. *Hoc autem* Inclinari *ſignificat auctore* Nonio 2, 118 *laudatque* Plaut. Ciſtel. 4, 1, 5 Faciundum 'ſt puerile officium, conquiniſcam ad ciſtellam. *Et* Pſeud. 3, 2, 75 Si conquiniſcet iſthic, ceueto ſimul. *Ad quem locum ſic Scaliger*, Conquinere, *decubare eſt, a quo* conquiniſco. *Eſt enim* Conquiniſcere, *Cernuum ſe inflectere, vel inclinare, vt faciunt exoneraturi ventrem,* Pomponius Attellanarius *ait:* In terra vt cubabat nuda, ad eam vt conquexi, *etc. Hoc etiam* Cernuare *dicebant; quanquam et hoc ἀντὶ τοῦ κοχλιάζειν accipiebant.*

CONQVINO, *vid.* COINQVINO.

CONQVĪRO, quiſīui, quiſītum, ĕre. [συζητέω] *Simul vel ex pluribus locis, certe diligenter quaerere et inueſtigare.* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 42 Item Lyſſo, Parthiniſque, et omnibus caſtellis, quod eſſet frumenti, conquiri iuſſit. Studioſe omnia conquirere Cic. Acad. 4 c. 27. Idem Fam. 12, 29 (30) Et incredibiles anguſtiae pecuniae publicae quae Conquiritur vndique, vt optime meritis militibus promiſſa ſoluantur. Terra marique conquirere aliquem Id. Fam. 5, 9. Cic. Verr. 4, 40 c. 19 Conquiri Diodorum tota prouincia iubet. *De his praeſertim adbibetur, quae publico ſtudio requiri et vindicari quaſi iubentur. Sic* Liu. 25, 7 *conſtitui iubentur* Triumuiri ſacris conquirendis, *quod recte tuetur Gronou. tum aliunde, tum ex* 40, 37 C. Seruilius Pontifex Maximus piacula irae Deum conquirere iuſſus. *Vid.* CONQVISITIO. Conquiſiuit quos potuit Nep. 20, 3, 1. Ad mortem conquiri Paterc. 2, 22, 4. *i. vt occidatur.* Ad voluptatem aliquid conquirere Cic. de Fin. 2, 110. Conquirere et comparare voluptates Idem de Fin. 1, 65. *Et* de Lege. Agr. 2, 96 Nedum iſti ab Rullo et Rulli ſimilibus Conquiſiti atque electi coloni, Capuae, in domicilio ſuperbiae atque in ſedibus luxuriae collocati. *Add.* Plin. 15, 29. Propert. 1, 2, 23 Non illis ſtudium vulgo conquirere amantes. Terrarum ac maris bona conquirentes Sen. de Vita B. c. 11. Cic. de Fin. 2, 102 Haec leuiora ponam, poëma, orationem, quum aut ſcribis, aut legis, quum omnium factorum, quum regionum conquiris Hiſtoriam. Opes conquirere meretricio quaeſtu Plin. 36, 12. Rationibus conquiſitis diſputare Cic. de Fin. 1, 31 c. 9. Carmina conquiſita et dulci reperta labore Lucret. 3, 420. Vitiis fictis conquiſitiſque deformatum eſſe Cic. de Aruſp. Reſp. 57. ¶ 2 *Quod* Conquirere coërcere *eſt apud* Feſtum, *Scaliger emendat* coinquere.

CONQVISĪTOR, ōris. m. *Qui conquirit ſ. inquirit, Quaeſitor;* Plaut. Amph. prol. 65 Vt conquiſitores ſinguli in ſubſellia eant per totam caueam ſpectatoribus: ſi cui fautores delegatos viderint, vt his in cauea pignus capiatur togae. *Conf. Buleng. de Theatr.* 1, 54. Cic. pro Milon. 68 Si Italiae delectus, vt nonnulli conquiſitores tui dictitant, ſi haec arma, *etc. Eos intelligit, quibus mandauerat Pompeius curam colligendi ac deſcribendi exercitus.* Liu. 21, 11 Qui duo populi delectus acerbitate conſternati, retentis conquiſitoribus, metum defectionis quum praebuiſſent, oppreſſi celeritate Annibalis, omiſerunt mota arma. *Eos vocat, qui delectui habendo conquirendiſque adeo militibus, erant praefecti.* Hirt. de Bell. Alex. c. 2 In omnes partes, per quas fines Aegyptii, regnumque pertinet, legatos, conquiſitoreſque, delectus habendi cauſa, miſerant. *Sic* Nec enim conquiſitores φαινοπροσωπεῖν audent, cum ille adſit Cic. Att. 7, 10. *Conf.* Ib. Epiſt. 21.

CONQVAESTOR, ōris. m. *Idem.* Varr. de L. L. 5, 8.

CONQVISĪTVS, a, um. Part. [ἐξηκριβωμένος] *Idem quod* Exquiſitus. *vt,* Menſae conquiſitiſſimis epulis exſtruebantur Cic. Tuſc. 5, 62.

CONQVISĪTE. Adu. [διηκριβωμένως] *Pro Docte et diligenter.* Gell. 3, 10 Haec Varro de numero ſeptenario ſcripſit admodum conquiſite. Auct. ad Herenn. 2 c. 31 Haec ſi vt conquiſite conſcripſimus, ita tu diligenter fueris conſequutus, *etc. Conf.* Non. 1, 117.

CONQVISITIO, ōnis. f. [συζήτησις] Cic. de Vniuerſ. 5 Difficillimum autem eſt in omni conquiſitione rationis exordium. Liu. 7, 3 Quum piaculorum magis conquiſitio animos, quam corpora morbi afficerent. *Add.* 25, 12. Tac. Agric. 8. Cic. de Prouinc. Conſ. 5 c. 2 Iam vero exercitus noſter ille ſuperbiſſimo delectu et duriſſima conquiſitione collectus omnis interiit. Conquiſitionem militum habere Liu. 23, 32.

CONRĀDO, *vid.* CORRADO.

CONRECVMBO, ĕre. In conuiuio conrecumbentes Tertull. adu. Gent. c. 4.

CONREGIO, ōnis. *Ab auguribus olim vocabatur Regio intra fines comprebenſa.* Varr. de L. L. 6, 2 Intra ea conregione, conſpicione, cortumione, vtique ea rectiſſime ſenſi. *Quid. libri* Conrecione, *quae ſollemnis confuſio eſt.* Conregione, pro E regione dixerunt veteres. Feſtus.

CONREGNO, āre. Tertull. adu. Gnoſt. c. 13. *et* Hieron. in Dan. c. 9. Sulp. Seuer. 2, 33. Sedul. l. 3 *(al. 4) extr.*

CONRESVSCITATVS, a, um. Conreſuſcitatus in eo per fidem Tertull. de Reſurr. Carn. c. 23.

CONRESVPINATVS, *vel* CORRESVPINATVS, a, um. Conreſupinata interna Tertull. de Anima c. 48.

CONREVS, i. m. [συνένοχος] *Qui cum alio in ius vocatus eſt.* Vlpian. in l. Liberationem §. Nunc de effectu D. de liber. legat. Si cum alio ſim debitor, puta duo rei fuimus promittendi, et mihi ſoli teſtator conſultum voluit: agendo conſequar, non vt accepto liberer, ne etiam conreus meus liberetur contra teſtatoris voluntatem: ſed pacto liberabor.

CONRĪDEO, *vel* CORRIDEO, ĕre. Rideo *vna vel vndique.* Lucret. 4, 81

Et quanto circum mage ſunt incluſa theatri
Moenia, tam magis haec intus perfuſa lepore
Omnia conrident conrepta luce diei.

*i. Omnia ſimul renident, vel bilaritatem eiusmodi prae ſe ferunt, vt ridere videantur.* Lambinus. Colloqui et corridere Auguſtin. *Conf.* 4, 8.

CONRVSPOR, *vel* CORRVSPOR, āri. Conquirere. Conruſpare tua conſilia in pectore Plaut. *apud* Feſt.

CONSABVRRO, āre. *Idem ac* Saburro. Auguſtin.

CONSACERDOS, ōtis. m. Symmach. Ep. 10, 74. Cyprian. Epiſt. 1, 1.

CONSALANEVS, i. m. *Quaſi eodem ſale victitans.* Hieron.

CONSALVTO, āre. [ἀσπάζομαι] *Vna, alta voce ſalutare.* Liu. 3, 28 Dictatorem eum legati gratulantes conſalutant. Cic. de Orat. 2, 13 c. 3 Qui quum inter ſe, vt ipſorum vſus ferebat, amiciſſime conſalutaſſent, *etc. Add.* Sidon. Ep. 2, 2.

CONSALVTATIO, ōnis. f. [ἀσπασμὸς] *Salutatio plurium, vel mutua.* Cic. Att. 2, 18 Hinc plauſus maximi, conſalutatio forenſis perhonorifica. Conſalutatio exercituum Tacit. Ann. 15, 16, 4. *Add.* Id. Hiſt. 4, 72, 6.

CONSANGVINEVS, i. m. [ὁμογενὴς, ὅμαιμων, συγγενὴς] *Qui ſanguine coniunctus eſt cum altero.* Plaut. Poen. 3, 1, 70 Meis conſanguineis nolo te iniuſte loqui. Cic. Att. 2, 23 Sed βοώπιδος noſtrae conſanguineus non mediocres terrores iacit atque denuntiat. Parentes, liberi, coniuges, conſanguinei Cic. de Inuent. 1, 103. *Vid.* ib. c. 24 *et* c. 54. Arietes conſanguinei, apud Cic. de Diuin. 1, 44 *ex antiquo Poeta.* Arma conſanguinea Claud. de Bell. Gild. 286. Sopor conſanguineus leti Virg. Aen. 6, 278. Res ruſtica conſanguinea ſapientiae eſt Colum. prooem. 1, 4. Thalami conſanguinei Claud. de tert. Conſ. Hon. 154. Turba Ouid. Epiſt. 14, 121. Conſanguinei, *dicuntur Fratres ex eodem patre nati*, Ἀδελφὸς ὁμοπάτριος Vet. Gloſſ. Germanus conſanguineus. Imperator §. 1 Inſtit. De legitima agnatorum ſucceſſione. Itaque ex eodem patre nati fratres, agnati ſibi ſunt, qui et conſanguinei vocantur: nec requiritur, an etiam eandem matrem habuerint. *Vid. Cuiac. Obſ.* 11, 26.

CONSANGVINĬTAS, ātis. f. [συγγένεια] *Ipſa ſanguinis coniunctio.* Liu. 7, 19 Ceritem populum miſericordia conſanguinitatis Tarquinienſibus adiunctum fama ferebat. Propinquus conſanguinitate alicui Virg. Aen. 2, 8.

CONSĀNO, āre. [ἰάομαι, ὑγιόω] Columel. 4, 24, 22 Quo plerumque fit, vt quod praecidi debeat, praefringatur, et ſic vitis laniata, ſcabrataque putreſcat humoribus, nec plagae conſanentur. Idem 4, 29, 3 Conſanat cicatricem ſurculus. Conſanare, *pro Conſaneſcere.* Vlp. in l. Idem. D. de aedil. edict. Idem Offilius ait, ſi homini digitus ſit abſciſſus, membriue quid laceratum, quamuis conſanauerit; ſi tamen ob eam rem eo minus vti poſſit, non videri ſanum eſſe. *Sed al.* conſanuerit. *Nempe ponunt*

CONSANESCO, *vel* CONSANASCO, ui, ĕre. *Sanum fieri.* Colum. 8, 2, 3 Conſaneſcunt vlcera. *Et* 4, 27, 3 Conſaneſcit celeriter. Cic. Fam. 4, 6 Nunc autem hoc tam graui vulnere, etiam illa, quae conſanuiſſe videbantur, recrudeſcunt. Celſ. 7, 12, 4 *de lingua,* Et plerique quidem vbi conſanuerunt, loquuntur.

CONSARCĬNO, āre. [συσκευάζω, συσπείρω] *A ſarcina dictum, quae ex pluribus rebus colligatis conſtat. Significat itaque ea coniungere, quae non bene cobaereant.* Gell. 13, 23 In quo verſu non oportet alterum videri verbum, idem quod ſuperius ſignificans, ſupplendi numeri cauſa extrinſecus additum et conſarcinatum. Eſt enim hoc inane admodum et futile. Crimina Ammian. 14, 5. Falſitates Idem 15, 10. Inſidias conſarcinare Id. 14, 8. Mendacia Ammian. 15, 10. Pelles Idem 31, 2 *quod cum ſarciendo potius conuenit*, συῤῥάπτειν.

CONSARCINĀTOR, ōris. m. *Vt,* Litium conſarcinator Ammian.

CONSARRIO, īre. [σκαλεύω] *Sarrire diligenter* Columel. 11, 3, 46 Deinde ſulci omnes conſarriendi. Cat. de R. R. 48, 1 Conſarrire porcas.

CONSĂTVS, a, um. Part. *Id eſt* Conſitus *et inde denſus confertus, conſertus.* Somnus eſt ſegregatio conſati ſpiritus Tertull. de Anima c. 43. *i. obruti. Conf.* Id. de Reſurr. c. 16 *et* de Pudic. c. 17. *A* conſero, eui, atum *deriuari, ſuadet*

CONSATIO, ōnis. f. Tertull. ad Nat. 2 c. 11 Conſeuius Deus, qui conſationibus concubitalibus praeſit.

CONSATELLITIVM, i. n. ICt. in Dig.

CONSATIATVS, a, um. ICt. in Dig.

CONSATVRO, āre. Firmic.

CONSCATVRIO, īre. Fragm. Poët.

CONSCATVRĪGO, ĭnis. f. Tertulliani *eſſe dicunt.*

CONSAVCIO, āre. [τραυματίζω] *Valde vel pluribus vulneribus ſauciare.* Suet. Neron. c. 26 Praetoris caput conſauciauit. *Paſſiu.* Auct. ad Heren. 4, 27 c. 19 In hoc autem crebro et celeri vulnere corpus conſauciari videtur.

CONSAVCIĀTVS. Partic. Suet. Aug. c. 20 Vtrumque brachium ruina pontis conſauciatum.

CONSAVCIATIO, ōnis. f. ICt. in Dig.

CONSCELĔRO, āre. [καταμιαίνω] *Scelere polluere.* Liu. 40, 8 Agite conſcelerate aures paternas, decernite criminibus, mox ferro decreturi. Domum conſcelerare Catull. 68, 24 *de inceſto patris in filia.* Oculos conſcelerare *dicitur, qui nefarium facinus aliquod perpetrari videt, quod vel auertere poterat et inbibere, vel a quo ipſe auerti, et ſubducere ſe.* Ouid. Met. 7, 34 Cur non et ſpecto pereuntem, oculoſque videndo Conſcelero? cur non tauros exhortor in illum?

CONSCELERĀTVS, a, um. Partic. [μιανθεὶς] Liu. 2, 37 Proficiſcentibus deinde indignatio oborta, ſe vt conſceleratos, contaminatoſque, ab ludis abactos eſſe. Mens conſcelerata Liu. 8, 18. Nomen nobile conſceleratum impudicitiae dare Pſeudo-Cic. Octau. Pirata conſceleratus Cic. Act. 1 in Verr. 90. Vis conſcelerata Cic. Catil. 2 c. 9 *et* pro Domo c. 28. Vultus nefarius et conſceleratus Cic. pro Cluent. c. 10. A filiis conſceleratiſſimis furiae domeſticae et aſſiduae poenas parentum dies nocteſque repetunt Cic. pro Roſc. Amer. 67 c. 24.

CONSCENDO, di, ſum, ĕre. [ἐπιβαίνω, ἀναβαίνω] *Auget et velut complet ſimplex* Scando. *Ac de nauigantibus dicitur frequentiſſime. Vnde et abſolute aliquando ponitur, v. g.* Cic. Q. Frat. 2, 2 Tu, ſi ita expedit, velim bona et certa tempeſtate conſcendas, ad meque venias. Liu. . . . Conſcendunt alacres copiae, *ſubaud.* Nauim. *Conf.* Cic. ad Q. Frat. 2, 6. Vell. 2, 107. Ouid. Triſt. 1, 2, 41. Virg. Aen. 1, 385 Bis denis Phrygium conſcendi nauibus aequor. Aethera Stat. Silu. 3, 1, 6. Valer. Argon. 2, 444 Et Sol aethereas medius conſcenderat Arces. Claſſem Virg. Aen. 10, 155. Culmen ſummum Sil. 3, 510. Currum Ouid. Triſt. 3, 8, 1. Propert. 2, 18, 13. Equum Liu. 29, 2. Curt. 10, 8, 4. In equum Ouid. Met. 6, 222. Moenia Sil. 3, 510. Montes Catul. Argon. ſ. 62, 126. Cic. Acad. 4, 148 Quid enim conſcendens Nauem ſapiens, num, *etc.* Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 4 Non minore animo ac fiducia, quam ante dimicauerant, Naues conſcendunt. *Add.* Id. ib. 3, 6. Nep. 23, 8, 6. Cic. Fam. 3, 10.

*Et cum*

*Et cum Praepoſ.* Cic. Fam. 14, 7 Nauim ſpero nos valde bonam habere: in eam ſimul atque conſcendi, haec ſcripſi. Conſcendens ab hortis Cluuianis in Phaſelum Cic. Att. 14, 16. Puppim Ouid. Faſt. 2, 95. Scopulum Virg. Aen. 1, 180. Tecta domus Seneca Med. 973. Tribunal Claud. in pr. Conſ. Stil. 2, 267.

CONSCENSVS, a, um. Part. Conſcenſa Naue Iuſt. 31, 4, 4. Nauibus Id. 12, 10, 2. *et* 23, 2, 2.

CONSCENSIO, ōnis. f. [*ἐπίβασις*] Cic. de Diuin. 1, 68 c. 32 Eumque dixiſſe remigem quendam ex quinqueremi Rhodiorum vaticinatum, madefactum iri minus XXX diebus Graeciam ſanguine, rapinas Dyrrhachii, et conſcenſionem in naues cum fuga.

CONSCIENTIA, *vid.* CONSCIVS.

CONSCINDO, ſcĭdi, ſciſſum, ĕre. [*διατέμνω, διασχίζω*] *In multas partes ſcindere.* Ter. Eun. 4, 3, 4 Veſtem omnem miſere diſcidit, tum ipſam capillo conſcidit. Curae conſcindunt hominem ſolicitum Lucret. 5, 46. Cic. Fam. 7, 18 *extr.* Epiſtolam tuam — conſcidi innocentem. Nihil enim habebat, quod non vel in concione recte legi poſſet. Conſcindere ſibilis, *per translationem, pro Exſibilare et explodere.* Cic. Att. 2, 19 Nam gladiatoribus qua dominus, qua aduocati, ſibilis conſciſſi. Conſcindere aliquem, *pro Criminari, et alicui conuitiari* Cic. Att. 8, 16 Is me ab optimatibus ait conſcindi.

CONSCISSVS, a, um. Part. [*διεσχισμένος*] *Vt*, Conſciſſa pallula Plaut. Trucul. 1, 1, 32. Epiſtola conſciſſa Cic. Fam. 7, 26. Nubibus conſciſſis orbem Luna protulit Stat. Theb. 12, 310. Pugnis et calcibus conſciſſus Cic. Verr. 3, 56. *Quaedam exemplaria legunt* Conciſus. *Sic* Plebs Romana pecoris modo conſciſſa Sall. de Rep. Ord. 1, 4 *f.* conciſa. Veſtis conſciſſa Ter. Eun. 5, 1, 4.

CONSCISSIO, ōnis. f. Auguſtin. de Morib. eccl. cathol. c. 34.

CONSCISSVRA, ae. f. [*διαῤῥωγή*] *Ipſa ruptio.* Plin. 34, 8 Dein quum pretio periiſſet gratia artis, detractum eſt aurum, pretioſiorque talis exiſtimatur, etiam cicatricibus operis atque conſciſſuris, in quibus aurum haeſerat, remanentibus. *Harduin.* Conſciſuris *legit.*

CONSCIO, ſcīui, ſcītum, īre. [*συνίημι, σύνοιδα*] *Vna ſcire, vel intra ſe et apud animum ſuum ſcire.* Hor. Epiſt. 1, 1, 60 Hic murus aheneus eſto Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa. Conſciens Chriſtus, quid eſſet Tertull. de Carne Chr. c. 3.

CONSCISCO, ſcīui, ſcītum, ĕre. [*ψηφίζομαι, προσάγομαι, ἐπισπῶμαι*] *Statuere apud ſe, et decernere; vt* Sciſcere, *unde* Scitum *dictum.* Liu. 1, 32 Quod Senatus Populi Romani Quiritium cenſuit, conſenſit, conſciuit, vt bellum cum priſcis Latinis fieret, *etc.* Tuſci fere omnes conſciuerant bellum Liu. 10, 18 pr. Cic. de Legib. 3, 10 Creatio magiſtratuum, iudicia populi, iuſſa, vetita quum ſuffragio conſciſcentur, optimatibus nota, plebi libera ſunto. Liu. 29, 36 Poſtea conſcientia ſibimet Exilium conſciſcentes, quum abſentes damnati eſſent, corporibus ſubtractis, *etc.* Cic. Fam. 16, 11 Neque incolumis Caeſare viuo fui, niſi poſtquam illud conſciui Facinus. *Conf.* Id. Ep. ad Brut. 16.- Liu. 5, 53 Deſereremus penates noſtros, Exiliumque ac Fugam nobis ex eo loco conſciſceremus. *Add.* Tacit. Hiſt. 3, 9, 3. Cic. Fam. 7, 3 Aut capiendus tanquam exilio locus, aut conſciſcenda mors voluntaria. Idem de Nat. Deor. 2, 8 Iunius necem ſibi ipſe conſciuit. Cic. Verr. 3, 129 c. 56 Factum, vt homines propter iniurias licentiamque decumanorum mortem ſibi ipſi conſciuerint. Veneno mortem ſibi conſciſcere Cic. de Clar. Orat. 43 c. 11. *Laudauit etiam Stephanus* Col. 7, 6, 6 Diligensque paſtor quotidie ſtabulum conuerrit, nec patitur ſtercus aut humorem conſciſcere, lutumue fieri: *vt adeo* ſtabulum conſciſcere *dicatur* humorem, *i. aſſumere, colligere, continere. Sed legitur ſine varietate, quam obſeruauerim*, conſiſtere.

CONSCĪTVS, a, um. Part. Paſſiu. [*διεγνωσμένος, συμψηφισθείς*] Plin. 36, 15 Paſſim conſcita nece Quiritibus taedium fugientibus. Liu. 9, 26 Mors haud dubie ab ipſis conſcita iudicio ſubtraxit.

CONSCISCENDVS, a, um. Part. [*καταψηφιστέος*] Cic. Fam. 7, 3 Aut capiendus tanquam exilio locus, aut conſciſcenda mors voluntaria. Liu. 39, 19 Ne mortis conſciſcendae locum haberet.

CONSCIVS, a, um. Adi. [*συνειδὼς, συνεπιστάμενος*] *Modo is dicitur, qui cum aliis ſcit, modo qui intra ſe et cum animo ſuo ſcit: poſteriori ratione* Ouid. Triſt. 5, 5, 18 Nec fore perpetuam ſperat ſibi numinis iram, Conſcius in culpa non ſcelus eſſe ſua. *Priori notione transfertur etiam ad inanimata.* Sen. Hippol. 107 Iactare tacitis conſcias ſacris faces, *i. quae adhibentur ſacris. Sic* Valer. Argon. 3, 584

Tali ſe concitat ardens
In iuga ſenta fuga: pauet omnis, conſcia late
Silua, pauent montes.

Plaut. Merc. 2, 2, 46 Quum amico homini, tuique conſcio, ita ſucceſeas miſere. *(non recte laudatus eſt locus)* Cic. Philipp. 14, 16 Itaque P. Apuleius Tribunus plebis, meorum omnium conſiliorum periculorumque iam inde a conſulatu meo teſtis, conſcius et adiutor. *Iam elementari ordine perſequemur ſubſtantiua nomina, quibus iungitur.* Virg. Aen. 4, 167 Fulſere ignes, et conſcius Aether Connubii. Ouid. Epiſt. 4, 52 Me tacitam conſcius vrit Amor, *i. cuius ſola mihi conſcia ſum.* Animus Lucret. 4, 1129. Cic. Off. 3, 73 Cum ſibi nullius conſcii eſſent Culpae. Commiſſi Ouid. Amor. 2, 2, 27. Curarum *coniugalium* interpres et conſcia Iuno Virg. Aen. 4, 608. Facti Idem Aen. 11, 812. Facinori alicui Cic. pro Cluent. 59 c. 20. Facinoris ſibi Ter. Phorm. 1, 3, 4. Fibra conſcia deorum, *Extiſpicium, diuinatio, quae fit inſpectis animalium caeſorum inteſtinis.* Tibull. 1, 8, 3 Nec mihi ſunt ſortes, nec conſcia Fibra deorum Praecinit euentus, nec mihi cantus auis. Futuri mundo conſcius Lucan. 5, 90. Ignis Stat. Theb. 6, 547. Mihi conſcius Cic. Fam. 11, 28. Idem Tuſc. 2 c. 4. Scribon. 38. Mens ſibi conſcia recti Virg. Aen. 1, 604. Ouid. Faſt. 4, 311 Conſcia mens recti famae mendacia riſit. Mentis conſciae pauor Sen. Hippol. 162. Manus Ouid. Met. 8, 530. Numina Virg. Aen. 2, 141. Pectus ſcelerum omnium conſcium Sen. Phoen. 216. Peccati Ouid. Amor. 2, 7, 11. Valer. Argon. 8, 401 Quanquam iura deûm, ſacri ſibi conſcia pacti Relligio, dulcisque mouent praecordia taedae. Catull. 64 *extr.* Huic manat triſti conſcius ore Rubor, *i. conſcientiae index et proditor. Vid.* Vultus. Signa conſcia alicuius rei Ouid. Amor. 2, 1, 8. Serui conſcii Cic. pro Cael. 52. Studiorum et officiorum maxime conſcius Cic. Fam. 5, 5, Temeritati et mendacio alicuius conſcium eſſe Idem Verr. 4, 124. Templa Stat. Theb. 8, 206. *in quibus aliquid peractum eſt.* Tibull. 1, 9, (Br. 10) 41 Verbis ne quisquam conſcius eſſet. Vultus conſcii, *vt* Rubor Sen. Herc. fur. 692. *Sic* Vox conſcia Martial. 11, 62. Plaut. Truc. 1, 1, 40 Quos quum celamus, ſic facimus conſcios. Idem Ciſt. 2, 3, 46 ME. Me indicauit, et ſuas ad meas miſerias addet. PH. fac me conſciam. Cic. Att. 2, 24 Se audiſſe a Curione, his de rebus conſcium eſſe Piſonem generum meum, *etc. Quae interpunctio non eſt mutanda.* Tacit. Ann. 15, 66 Accenſis iudicibus ad prodendum ſenem Rufium, quem eumdem conſcium conquiſitoremque non tolerabant. *Hic* Conſcius *eſt particeps conſilii.* Affueram veſtris conſcius in lacrimis Propert. 1, 10 *pr.* Cic. Att. 1, 15 Qui mihi et in publica re ſocius, et in priuatis omnibus conſcius, et omnium eorum ſermonum et conſiliorum particeps. Ouid. Met. 3, 290 Quoque magis credas, Stygii quoque conſcia ſunto Numina torrentis. *Tale eſt illud* 2, 46 Promiſſi teſtis adeſto Diis iuranda palus.

CONSCIOLVS, a, um. Adi. Dimin. Catull. 68, 41 Saepe illam audiui furtiua voce loquentem Solam conſciolis haec ſua flagitia.

CONSCIENTIA, ae. f. [*συνείδησις*] *Vel ſcientia communis cum alio, vel certa apud animum noſtrum noſtrorum factorum ſcientia: poſterior ratio frequentior.* Cic. pro Milon. 63 c. 23 Magna vis eſt conſcientiae Iudices, et magna in vtramque partem: vt neque timeant qui nihil commiſerint, et poenam ſemper ante oculos verſari putent, qui peccarint. Cic. de Senect. 9 c. 3 Conſcientia bene actae vitae, multorumque benefactorum recordatio iucundiſſima eſt. Animae a primordio conſcientia dei dos eſt Tertull. adu. Marc. 1, 7. Animi conſcientiam non curat *callide improbus* Cic. de Fin. 2, 54. Animi conſcientia ſuſpicari de aliquo Idem Att. 13, . . . *Et* pro Roſc. Amer. 67 c. 24 Suum quemque ſcelus agitat, amentiaque afficit: ſuae malae cogitationes, conſcientiaeque animi terrent, *i. mala facinora, quorum ſibi conſcius eſt.* Cic. de Clar. Orat. 250 c. 71 Laudandus eſt, qui hoc tempore ipſo quum liceat, in hoc communi noſtro, et quaſi fatali malo conſoletur ſe, cum conſcientia optimae mentis, tum etiam vſurpatione et renouatione doctrinae. Conſiliorum meorum conſcientia me conſolatur Cic. Fam. 4, 3. Conſcientia rectae voluntatis maxima conſolatio eſt rerum incommodarum Cic. Fam. 6, 4. Idem Att. 12, 28 Mea mihi conſcientia pluris eſt, quam omnium ſermo. Maleficiorum conſcientiae ſtimulant Id. in Parad. 2. Officii ſui conſcientia frui Cic. Fam. 3, 7. Peccatorum ex conſcientia timor exoritur Idem Parad. 5. Sceleris conſcientia, auaritiaeque ſuae Id. Verr. 3, . . Scelerum ſuorum conſcientia opprimi Cic. in Piſon. 39. Iuſtin. 1, 7, 15 Non contentus *Candaules* tacita voluptatum ſuarum conſcientia. Angore conſcientiae, fraudisque cruciatu agitant et inſectantur furiae ſcelerum homines Cic. de Legib. 1, 40. Fide conſcientiae non commoueri Idem pro Roſc. Com. 46. Fortunae amiſſae conſcientiam retinere Flor. 2, 12, 10. Labes conſcientiae in animo habere Cic. Off. 3, 85. Pondus conſcientiae graue eſſet ſine vlla virtutis et vitiorum diuina ratione Idem de Nat. Deor. 3, 85. Conſcientia mille teſtes Quinctil. 5, 11, 41. *Nonnunquam abſolute de mala conſcientia dicitur: vid. Schulting. ad* Quinctil. Decl. 1 p. 19 *Burm. Sic* Auct. ad Heren. 2, 8 Accuſator dicet, ſi poterit, adverſarium, quum ad eum ventum ſit, erubuiſſe, expalluiſſe, titubaſſe, inconſtanter loquutum eſſe, concidiſſe, pollicitum eſſe aliquid: quae ſigna conſcientiae ſunt. Conſcientia bona. Plin. Epiſt. 10, 12 Quae bonam conſcientiam ciuium tuorum ad vſum indulgentiae tuae prouocat et attollit. Infelix, *i. calamitates, quarum nobis ſumus conſcii* Quinctil. 6 prooem. 10. Praeclara conſcientia ſuſtentor Cic. Att. 4, 10. Recta Idem Att. 13, 20. ¶ 2 *Formae Verborum:* Abolere conſcientiam humani generis, Adhibere, Adiuuare conſcientiam omnium, Afferre, Ardere conſcientia *vid. ſſ. ll.* Arguere Tacit. Hiſt. 3, 10. Comprimere conſcientiam animi nihil eſt negotii Cic. de Fin. 2, 54. Conuictus Cic. in Catil. 2, 13. Debilitatus atque abiectus conſcientia, repente conticuit Idem in Catil. 3, 10. Diſcedere a recta conſcientia transuerſum vnguem non oportet in omni vita Id. Att. 13, 20. Sen. de Benef. 2, 25 Verba ceſſent licet, ſi quemadmodum debemus affecti ſumus, conſcientia eminebit in vultu. Curt. 6, 8, 12 Nicomachum religione quoque deûm adſtrictum conſcientiam ſuam exonerare properaſſe. *Non tantum dicere, quorum conſcius eſſet; ſed etiam facere, quod ſuadet iudicium illud internum.* Habere conſcientiam conditionis ſuae Plin. Epiſt. 10, 30. Haerere ex conſcientia infirmitatis ſuae Quinctil. 1, 2. Impeditur et opprimitur mens conſcientia Cic. in Piſon. 43. Impelli conſcientia ad fatendum Quinctil. 5, 13. Vell. 2, 91 Merſus omni ſcelerum flagitiorumque conſcientia. Cic. Fam. 5, 7 Nulla re tam laetari ſoleo, quam officiorum meorum conſcientia. Idem Fam. 10, 4 Metior Fidelitatem ex mea conſcientia. ¶ 3 Conſcientia *pro ſcientia cum aliis communicata, vel communi ſcientia etc.* Cic. pro Cluent. 56 c. 20 An etiam conſilia conſcientiasque eiusmodi facinorum ſupplicio dignas iudicarent. Tacit. Hiſt. 1, 25 Facinoris in conſcientiam adſcitus. Suet. Cal. 56 Duo conſilium communicauerunt, perfeceruntque non ſine conſcientia potentiſſimorum libertorum. Cic. Verr. 5, 182 Non modo eos perſequi, ad quos maxime culpa corrumpendi iudicii, ſed etiam illos, ad quos conſcientiae contagio pertinebit. Curt. 7, 1, 31 Quod igitur conſcientiae affertur indicium? Cic. pro Cael. 23 c. 10 Non modo a facto, verum etiam a conſcientiae ſuſpicione abfuit. Tacit. Hiſt. 1, 28 Praebuit plerisque ſuſpicionem conſcientiae. *Sunt ibi plura.* Cic. pro Flacco 38 Vociferarer, et quantum maxime poſſem contenderem, teſtarer publicanos, excitarem negotiatores, veſtram etiam conſcientiam implorarem: *ad id prouocarem, quod vos ſcitis.* Firmic. 4, 1 Qui cum effractoribus vel furibus conſcientiam iungant, vel qui certe ipſi fures ſint aut effractores. Cic. de Fin. 2, 28 c. 9 Interdum in magnis verſatur anguſtiis *Epicurus*, vt hominum conſcientia remota, nihil tam turpe ſit, quod voluptatis cauſa non videatur eſſe facturus. Simulata conſcientia adeant, *ſimulantis, ſe conſcios eius rei eſſe* Tacit. Ann. 2, 40. Idem 15, 60 Nec tribuno obiiciens eandem conſcientiam. Cic. in Catil. 1, 1 Conſtrictam iam horum omnium conſcientia teneri coniurationem tuam non vides? Idem de Fin. 1, 51 c. 16 Quod ſi qui ſatis ſibi contra conſcientiam hominum opibus ſepti et muniti videntur, deorum tamen horrent. Tacit. Ann. 13, 12 Aſſumtis in conſcientiam Othone et Senecione. Marcellus in l. Mariti lenocinium §. quod ait D. ad legem Iuliam de adulteriis, Plectitur et qui pretium pro comperto ſtupro acceperit: nec intereſt vtrum maritus ſit, qui acceperit, an alius quilibet. quicunque enim ob conſcientiam ſtupri acceperit aliquid, poena erit plectendus.

CONSCORTOR, āri. Auguſtin.

CONSCORTATOR, ōris. m. Idem

CONSCREOR, āri. Plaut. Perſ. 2, 5, 7 Magnifice conſcreabor *eſt inter iactabundi et glorioſuli hominis geſtus, vt id, quod praeceſſit,* Subnixis alis me inferam, atque amicibor *(veſtem mihi circumponam)* glorioſe.

CONSCRIBILLO, āre. [συγγράφω] *Pro Conſcribere veteres dixerunt: at plerumque cum contemtum innuere vellent.* Varr. Columna Herculis, περὶ δόξης, Itaque eas in ceram conſcribillauit Herculis Athlis. Idem Marcipore, Aſtrologi non ſunt, qui conſcribillarunt pingentes caelum Nonius 2, 108. Catull. 25, 11 Ne laneum latuſculum, nateſque mollicellas Illuſa turpiter tibi flagella conſcribillent, *i. inſcribant vibicibus.* *Conſ.* Parei Lex. Crit. p. 267. Taubm. *ad* Plaut. Men. p. 750.

CONSCRIBO, pſi, ptum, ĕre. [συγγράφω] *Scribere ſignificat, ſ. componere.* Cic. Q. Frat. 1, 2 Literas ad te parum fraterne conſcripſeram. *Legitur in vetuſto exemplari* Scripſeram. Cic. Att. 11, 20 De Antonio quoque Balbus ad me cum Oppio conſcripſit. *Add.* 12, 19. De viris conſcribere, audire, legere Cic. de Senect. 83. De lingua Latina aliqua conſcribere Id. Att. 13, . . . Epiſtolam de aliqua re alicui Id. Att. 13, 50. De ratione dicendi Auctor ad Heren. 1, 1. Cic. Att. 4, 1 Legem COSS. conſcripſerunt, qua Pompeio per quinquennium omnis poteſtas rei frumentariae toto orbe terrarum daretur. Librum Cic. de Clar. Orat. 132. Milites, *vel* latrones, *h. e. Cogere conducere, et in numeros ac ſcriptum redigere.* Plaut. Milit. 1, 1, 76 Nam rex Seleucus me opere orauit maximo, vt ſibi latrones cogerem et conſcriberem. Cic. Fam. 12, 15 His literis ſcriptis milites circiter XXX, quos Dolabella ex Aſia conſcripſerat, e Syria fugientes, in Pamphyliam venerunt. Plin. 28, 2 Etiam Parietes incendiorum deprecationibus conſcribuntur. Quaeſtionem fictam Cic. pro Cluent. 191. Plaut. Aſin. 4, 1, 1 Agedum iſtum oſtende, quem conſcripſiſti Syngraphum. Teſtamenta mortuorum Cic. de Aruſp. Reſp. 42. Volumen Cic. pro Roſc. Amer. 100 c. 35. Veteranos celeriter conſcribere *nempe milites* Cic. Fam. 10, 28. *Sic* Cic. poſt redit. ad Quir. 13 Ego quum homines in Tribunali Aurelio palam conſcribi centuriarique vidiſſem, *etc.* *Et* pro Sext. 34 Quum vicatim homines conſcriberentur, decuriarentur, ad vim, ad manus, ad caedem, ad direptionem incitarentur. Cic. pro Planc. 45 Haec doce, haec profer, huc incumbe Laterenſis, decuriaſſe Plancium, conſcripſiſſe, ſequeſtrem fuiſſe, pronuntiaſſe, diviſiſſe; *de ambitu et corruptione tribuum ſermo eſt.*

CONSCRIPTVS, a, um. Part. [συγγεγραμμένος] *Vt,* Conſcriptae literae Plaut. Pſeud. 1, 1, 26. Conſcriptum hoc lacrimis mittis Epiſtolium Catul. 67, 2. Cic. pro Cluent. 186 Tu periculum capitis, tu indicium ſceleris, tu fortunas alterius literis conſcriptas in iudicium afferas? Liber de eo Nep. 10, 3, 2. In libris vitae conſcriptus Tertull. de Cor. mil. c. 13. Menſa conſcripta vino Ouid. Amor. 2, 5, 17. Tela conſcripta imagine quadam Stat. Silu. 3, 1, 117. Conſcripti milites Caeſ. Bell. Ciu. 3. *It.* ib. 1, 2. ¶ 2 Conſcripti, [προσεγγεγραμμένοι, ἔγγραπτοι] *inquit* Feſtus, dicebantur, Qui ex equeſtri ordine patribus adſcribebantur, vt numerus Senatorum expleretur. Liu. 2, 1 Deinde quo plus virium in Senatu frequentia etiam ordinis faceret, caedibus regis diminutum patrum numerum, primoribus equeſtris gradus electis, ad trecentorum ſummam expleuit. Traditumque inde fertur, vt in Senatum vocarentur qui Patres, quique Conſcripti eſſent: conſcriptos videlicet in nouum Senatum appellabant lectos. Feſtus *iterum,* Qui patres, qui conſcripti vocati ſunt in curiam, quo tempore regibus vrbe expulſis P. Valerius Conſul propter inopiam patriciorum ex plebe adlegit in numerum Senatorum centum et ſexaginta et quatuor, vt expleret numerum Senatorum trecentorum: et duo genera appellata ſunt. *Conſ.* ADLECTI: *it.* Tacit. Ann. 11, 26 Paucis iam reliquis familiarum, quas Romulus maiorum, et L. Brutus minorum gentium appellauerant, *etc.* *Inualuit tamen mos, vt ſine copula* Patres Conſcripti *appellaretur Senatus, v. g.* Nep. 23, 12, 2. *Sic* Cic. Philipp. 13, 28. *item* proſt red. in Senatu *pr. etc.* *Quin* Officium conſcripti, *eſt Senatoris* Hor. in Arte Poët. 314.

CONSCRIPTVM, i. n. *Vt,* Virorum veterum conſcripta Ouid. Triſt. 5, 3, 55.

CONSCRIPTIO, ōnis. f. [συγγραφή] Cic. pro Cluent. 191 c. 67 Eiusdem amentiae falſae conſcriptiones quaeſtionum, ex eodem furore etiam illa conſcelerata exſectio linguae. De libri conſcriptione meditans Sid. Ep. 7, 18. Si qua ſunt literis conſcriptionibusque mandata Arnob. 1 p. 34. Conſcriptionibus memoriae tradere Vitr. praef. 7. *Add.* Id. praef. 5.

CONSCRIPTOR, ōris. m. Quinct. Declam. 277 Conditor conſcriptorque legis. *Conſ.* Arnob. 1 p. 33 *et* 34.

CONSCRVTOR, āri. Firmic.

CONSCVLPTVS, a, um. Partic. Tertull.

CONSCVLPTILIS, e. Adi. Auguſtin.

CONSCVLPTOR, ōris. m. Hieron.

CONSCVLPTVRA, ae. f. Idem.

CONSĔCO, ſecui, ſectum, āre. [διαπρίω] *Totum in partes ſecare.* Plin. 36, 26 ſ. 66 Acies tanta eſt quacunque, vt citra vllum ſenſum ad oſſa conſecet quidquid afflauerit corporis: *de vitro candente.* Ouid. Triſt. 3, 9, 34 Inde Tomos dictus locus hic, quia fertur in illo Membra ſoror fratris conſecuiſſe ſui, *Medea Abſyrti.* Conſecare minutatim Varr. de R. R. 3, 10, 6. Conſecare in tenues membranas Plin. 30, 4.

CONSECTVS, a, um. Part. Braſſica Cato R. R. c. 157. Conſecto arboris trunco Plin. 17, 10.

CONSECTIO, ōnis. f. [διάπρισις] *Vt,* Cic. de Natur. Deor. 2, 151 c. 60 Arborum autem conſectione, omnique materia et culta, et ſilueſtri, partim ad calfaciendum corpus igni adhibito, et ad mitigandum cibum vtimur, *etc.*

CONSĔCRO, āre. [καθιερόω, ἐκθειάζω] *Eiusdem ſignificationis ac Sacro, quod eſt Deo dico, et ſacrum facio.* Vict. de Viris Illuſtr. 1 Spolia optima Ioui Feretrio in Capitolio conſecrauit. Cic. Tuſc. 2, 5 Quaſi addicti et conſecrati certis quibusdam deſtinatiſque ſententiis. Hor. Carm. 4, 8, 27

Ereptum Stygiis fluctibus Aeacum
Virtus, et fauor, et lingua potentium
Vatum diuitibus conſecrat inſulis.

Conſecrare et publice dedicare Cic. de Natur. Deor. 2, 78. Dare, donare, dicare, conſecrare Ioui Opt. Max. Idem Verr. 4, 67. Nomine alicuius dei aut deae aliquid conſecrare Cic. de Natur. Deor. 2, 66 c. 26. Idem pro Domo 128 c. 55 Conſecrabantur aedes, non priuatorum domicilia, ſed quae ſacrae nominantur: conſecrabantur agri, non ita vt noſtra praedia, ſi quis vellet, ſed vt Imperator agros de hoſtibus captos conſecraret: ſtatuebantur arae, quae religionem afferrent, ipſo ſi loco eſſent conſecratae. Ars curandi tuendique corporis, atque eius vtilitas, deorum immortalium inuentioni conſecrata Cic. Tuſc. 3, 1. *i. adſcripta.* Belluam nullam niſi ob aliquam vtilitatem, quam ex ea caperent, conſecrauerunt, qui irridentur, Aegyptii Cic. de Natur. Deor. 1, 102 c. 36. *h. e. in numerum deorum retuliſſe, et pro numinibus coluiſſe.* *Et mox,* Belluas conſecrarunt barbari propter beneficium. Bona Metelli C. Atinius conſecrauit foculo poſito in roſtris, adhibitoque tibicine Cic. pro Domo 123 c. 47. *Conſ.* c. 48 *et vid. Marmor antiquum, quod explicat Schwarzius in diſſert. de Deteſtatione ſacrorum.* *Poenae cauſa illud fere fiebat, quo pertinet etiam* Cic. de L. Agr. 2 c. 19 Veterem Karthaginem P. Africanus non propter religionem ſedium illarum ac vetuſtatis, de conſilii ſententia conſecrauit; ſed vt ipſe locus eorum, qui cum hac vrbe de imperio certarunt, veſtigia calamitatis oſtenderet. Delubra conſecrare alicui deo, aut deae Cic. de Natur. Deor. 3, 95 c. 36. Domum Cereri Idem de Aruſp. Reſp. 9. *Et* pro Domo 125. Cic. pro Arch. 27 Iam vero ille, qui cum Aetolis Ennio comite bellauit Fuluius, non dubitauit Martis manubias Muſis conſecrare. Simulacra Idem de Natur. Deor. 3, 61 c. 24. Caeſ. Bell. Ciu. 3, 105 Item Trallibus in templo Victoriae, vbi Caeſari Statuam conſecrauerant. Conſecrare diuinis manibus Scribon. Ep. Cic. Att. 12, 20 Sed ineunda nobis ratio eſt, quemadmodum in omni mutatione dominorum, qui innumerabiles fieri poſſunt in infinita poſteritate (ſi modo extabunt) illud quaſi conſecratum, remanere poſſit. Auguſte ſancteque aliquem conſecrare Cic. de Natur. Deor. 2, 62. *i. in deorum numerum referre.* *Sic* Ex hominum genere aliquos Idem de Legg. 2, 27. *Et* Cic. Att. 12, 19 Ego quantum his temporibus tam eruditis fieri poterit, profecto illam conſecrabo omni genere monimentorum ab omnium ingeniis ſcriptorum et Graecorum et Latinorum, *de filiae ſuae vita et morte celebranda.* Ad immortalitatem, et religionem, et memoriam carmina conſecrare Cic. pro Milon. 81. Idem Q. Fratr. 1, 1, 15 Quum ampliſſimis monimentis conſecrare voluiſſes memoriam nominis tui, *i. perpetuam reddere, et velut aeternam.* Virorum fortium memoriam honore deorum immortalium conſecrare Cic. de Natur. Deor. 3, 50. *Rurſus* Idem de Legg. 2, 5 Pro patria mori, ei nos totos dedere, et in ea noſtra omnia ponere, et quaſi conſecrare debemus. Liu. praefatione *operis,* Et ſi cui populo licere oportet conſecrare origines ſuas, et ad deos referre auctores, *etc.* Virtutes alicuius conſecrare, et in numero deorum collocare Cic. Q. Fratr. 1, 1. Vocabula Idem de Natur. Deor. 2, 61. Memoria et literis magnitudinem ingenii alicuius Cic. Tuſc. 5, 11. Idem de Aruſp. Reſp. 7 Atque hoc ſi moderetur et cogitet, ſi contentus ſit his ſceleribus, quae commiſit, iam ſe eſſe conſecratum Miloni, *i. deſtinatum, vt ipſius armis vis Clodii infringatur.* *Deuouere ſignificat in illo:* Te Appi Claudi, tuumque caput ſanguine hoc conſecro Liu. 3, 48. Iurauit, expreſſit, explanauitque verba, quibus caput ſuum domum ſuam, ſi ſcienter fefelliſſet, deorum irae conſecraret Plin. Paneg. c. 64. Campus Conſularibus auſpiciis conſecratus Cic. Catil. 4, 2. Delubra ſanctiſſimis religionibus conſecrata, Idem Verr. (Prooem. Act. 2) 14 c. 5. Honorem hominis deorum religione conſecratum non violare Cic. Verr. 2, 51 c. 21. Locus conſecratus, *cui opponitur* Locus profanus Idem in Partit. 36 c. 10. Mens, fides, virtus, concordia inſtituto maiorum conſecratae Cic. de Natur. Deor. 2, 78. *i. templis et ſtatuis cultae tanquam deae.* *Sic* Conſecrare, *eſt in numerum deorum referre* Plin. Paneg. c. 10. Viri, qui ad immortalitatis et religionem et memoriam conſecrantur Cic. pro Mil. c. 29. *i. quod p. a. dixerat,* quibus deorum honores tribuuntur. Opinio in aliquo conſecrata Idem pro Sext. 143. Sollemnis comitiorum precatio Conſularibus auſpiciis conſecrata Cic. pro Muraen. 1. Idem Tuſc. 1, 32 Vetera iam iſta, et religione omnium conſecrata. Tempeſtates ritibus Populi Rom. conſecratae Cic. de Natur. Deor. 3, 51. ¶ 2 Conſecrabor, *pro* Conſecrabo *veteribus.* Plaut. Perſ. 2, 5, 7 Sed quis hic anſatus ambulat magnifice conſecrabor. *Auctor* Non. 7, 92. *Sed error eſt: legendum enim, vt apud Plautum recte editur,* Conſcreabor, *et exprimitur ratio inflatorum et iactabundorum.*

CONSECRANS, antis. Part. Vulgata Ezech. 16, 11.

CONSECRATIO, ōnis. f. [καθιέρωσις] *Conſecrandi caerimonia.* Cic. pro Domo 106 Quae tua fuit conſecratio? Idem pro Domo 125 c. 48 Sin iſta conſecratio legitima eſt, quid eſt, quod profanum in tuis bonis eſſe poſſit? An conſecratio nullum habet ius, dedicatio eſt religioſa? Item ἀποθέωσις, *ſiue* Deificatio *Imperatorum, vt interpretatur* Tertull. Apol. 11 *Cum mortui Imperatores certa ſollemnitate ac caerimonia in Deorum numerum referebantur; vnde* DIVI *cognominati fuerunt, quod primum C. Iulio Caeſari contigit.* *Vid.* Seru. *ad* Aen. 5, 45. *Et hinc* Conſecratio, *pro Inauguratione aliquando vſurpatur: vt patet ex* Veteri Lapide *Romae:*

D. D. N. N. VALENTE. V. ET.
VALENTINIANO. IVNIORE. PRIMVM.
AVG. CONS. VI. ID. APRIL.
AVRR. VICTOR. AVGENTIVS. V. C.
P. P. FILIO. SVO. AEMILIANO. CORYFONI.
OLYMPIO. C. P. ANNO. TRICESIMO
CONSECRATIONIS. SVAE.

CONSECRĀTOR, ōris. m. Hieron. Ep. 83 ad Ocean. c. 4. Tertull. de Pud. c. 21. Firmic. 4, 7.

CONSECRATRIX, īcis. f. Tertull. adu. Gnoſt. c. 3.

CONSECRANEVS, a, um. Adi. [συμμύστης, Vet. Gloſſ.] *Eorundem ſacrorum particeps.* Tertull. Apol. 16 Conſecraneus noſter. *Vocabulum in caſtris repertum, qualia ſunt* Conterraneus, commilitaneus, militaneus, ſuffaraneus, limitaneus. Iulius Capitolinus *in concione* Maximini Caeſaris c. 14 Commilitones, *inquit,* ſacrati, immo vero conſecranei. *Vt nempe etiam,* Nullam ciuitatem aeque militaneam eſſe dixit.

CONSECTANEVS, CONSECTARIVM, CONSECTOR, *vid.* CONSEQVOR.

CONSECTIO, *vid.* CONSECO.

CONSECVTIO, CONSECVTVS, *vid.* CONSEQVOR.

CONSEDO, ōnis, *vid.* CONSIDEO.

CONSEDO, āre. *Plane ſedere.* Maximos tumultus maturiſſime diſieci atque conſedaui Cato *ap.* Chariſ. 2 p. 184.

CONSEDATVS, a, um. Partic. ICt. in Dig.

CONSEDATIO, ōnis. f. Iid. ib.

CONSEDATOR, ōris. m. Iid. in Cod.

CONSELLAE, arum. plur. *i. Geminae ſellae.* Conſellas quoque praeualidis in funibus aptas Lucil. *ap.* Non. 4, 3.

CONSEMINEVS, a, um. Adi. [ὁμόσπορος] *Vt,* Conſemineae vineae, *in quibus multa et varia ſemina vitium confuſa ſunt, nec propriis generibus diſtincta.* Columel. 3, 217 Idque in vineis non conſe-

mineis obſeruari difficile eſt. Colum. 11, 2, 83 Siluam ſi quis barbaricam, id eſt conſemineam velit facere, recte conſeret glandibus et caeteris ſeminibus.

CONSEMINĀLIS, e. Adi. [ὁμόσπορος] *Idem.* Columel. 12, 45, 6 Propter quod etiam conſeminalium vinearum non tam eſt firmum vinum, quam ſi per ſe ſincerum amineum, vel apianum, aut etiam ſecinum condideris. Conſeminales, *quae ex variis ſurculorum et plantarum generibus conſitae ſunt, nempe acidas, acerbas, dulces vuas ferentibus.*

CONSEMPITERNVS, a, um. Adiect. Fulgent. contra Arrian. *extr.*

CONSENESCO, conſenui, ēre. [γηράσκω] *Senem fieri.* Plaut. Capt. 1, 2, 31 Maceſco, conſeneſco, et tabeſco miſer. Cic. Tuſc. 2, 5 Atque oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad ſummum, vt iam (quod natura fert in omnibus fere rebus) conſeneſcat, breuique ad nihilum ventura videatur. Cum cognomine conſeneſcere Cic. Att. 2, 13. Propert. 3, 7, 36 Ventorum eſt quodcunque paras, haud vlla Carina Conſenuit, fallit portus et ipſe fidem. Nemus conſenuit Claud. Epigr. 2, 16. In armis conſeneſcere Horat. Carm. 3, 5, 8. Donec rabies et impetus conſeneſceret Flor. 3, 3, 5. *i. mitigaretur.* In commentariis Rhetorum Quinct. 3, 8, 67. In exilio Liu. 35, . . Ignobili ſeruitute Eutrop. 9, 6. In patria conſenuiſſe placuit Ouid. Triſt. 4, 8, 12. Conſeneſcere ſub armis Liu. 32, . . ¶ 2 *Metaph. Debilitari, languidum, imbecillem fieri.* Conſeneſcere moerore et lacrimis Cic. pro Cluent. 13 c. 5. Conſenuerunt vires atque defecerunt Idem de Senect. 29 c. 9. Nullo aduerſario conſeneſcere Cic. Att. 2, 23. *h. e. populi gratiam amittere, et in inuidiam adduci nemine tamen eos oppugnante. Ad languorem, vitiumque adeo pertinent etiam iſta:* Varro R. R. 3, 7, 6 Conſeneſcunt incluſae columbae. *Et* 3, 9, 8 Conſeneſcunt oua incubata, *i. vitiantur, vt nihil inde excludatur.* Columel. 4, 22, 8 Conſenuit vitis vitio ſoli. *Et* 7, 5, 3 Conducit pecudes *aegrotas* mediocriter exercere, nec pati veterno conſeneſcere atque exſtingui. Quinct. 9, 4, 112 Vt oratio, quae ferri debet ac fluere, dimetiendis pedibus ac perpendendis ſyllabis conſeneſcat. *Add. Cort. ad illud* Salluſt. Cat. 20, 10 Nobis viget aetas, animus valet; contra illis annis atque diuitiis omnia conſenuerunt.

CONSENTES, Dii, *qui, vt* Auguſtin. 4, 23 de Ciuit. Dei *ſcribit*, in conſilium Iouis adhiberi *putabantur. De his* Varro R. R. 1, 1, 4 Inuocabo — XII deos Conſentes, non tamen eos vrbanos, quorum imagines auratae ad forum ſtant, ſex mares et feminae totidem. Sed illos XII deos, qui maxime agricolarum duces ſunt: *quos deinde recenſet. Hos* Ennius *apud* Apulei. de Deo Socr. p. 42. *et* Martian. Capell. 1 p. 15 *his duobus verſibus complexus eſt*, Iuno, Veſta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo. *Horum vnicuique ſignorum caeleſtium vnum aſſignat* Manil. 2, 439 *ſqq.* Arnob. 3 p. 123 *de Penatibus diſputans inter alia*, Varro, *inquit*, qui ſunt introrſus atque in intimis penetralibus, deos eſſe cenſet, quos loquimur, nec eorum numerum, nec nomina ſciri. Hos conſentes et complices Etruſci aiunt, et nominant, quod vna oriantur et occidant vna, ſex mares et totidem feminas nominibus ignotis et miſerationis parciſſimae: ſed eos ſummi Iouis conſiliarios ac principes exiſtimari. *Apud* Mart. Capellam l. c. *vocantur* Senatores deorum, qui Penates ferebantur Tonantis ipſius — *it.* Collegae Iouis biſſeni. Dii Conſentes p. 16. Senec. Quaeſt. Natur. 2, 41 Etruſci fulmina dicunt a Ioue mitti, et tres illi manubias dant — Secundam *manubiam* mittit quidem Iupiter, ſed ex conſilii ſenteotia. Duodecim enim deos aduocat, *etc. De declinatione huius nominis Genitiuo plurali* Varro de L. L. 7, 38 p. 98, 12 Item quaerunt, ſi ſit analogia, cur appellant omnes aedem Deum Conſentum, et non Deorum Conſentium? *De etymologia, a* conſenſu *quidam, quaſi* conſentientes *dici volunt: alii a* conſendo, *quod* conſulere *ſignificet, a quo forte etiam nomen* Conſus, *et* Conſulo, *et* Conſilium *deriuari potuit. Nec abſurdum forte eſt* Conſentes *dici, vt* Praeſentes *vel* Abſentes. *Ponamus adhuc vnam alteramque mentionem ex inſcriptionibus.* Gruter. p. 3, 2 I. O. M. (Ioui Optimo Maximo) CETERISQVE DIS CONSENTIBVS. *Et* p. 3, 3 I. O. M. DIS DEABVSQVE PVB. CONSENTIBVS. *Et apud Gudium* p. 14, 10 CERERI FRVGIFERAE, *et* LIBERO PATRI CONSENTI SACRVM. *Ibidemque* p. 35, 8 MERCVRIO CONSENTI SACRVM. *Vid. Georg. d' Arnaud de DIS παρέδροις* c. 6, 7.

CONSENTIA ſacra, quae ex multorum conſenſu ſunt ſtatuta, Feſtus *explicat. Neſcio quam bene.*

CONSENTIVM, *dictum videtur concilium* Deûm Conſentum. Vet. Inſcr. Gruter. p. 3, 1 CONSENTIO DEORVM MARIANA SOZOMENE.

CONSENTIO, ſi, ſum, tire. [ὁμονοέω, συμφωνέω, σύμφημι] *Vna vel idem ſentire.* Cic. Verr. 5, 38 Seruos, quos ipſe cum conſilio belli faciendi cauſa conſenſiſſe iudicauit, eos ſine conſilii ſententia, ſua ſponte, omni ſupplicio liberauit. *Hic ad coniurationem refertur, vt* Fam. 6, 18 Quod conſenſiſſet cum Hiſpanis quibuſdam. Cic. de Finib. 3, 10 Ratio enim noſtra conſentit, oratio pugnat. Omnes honeſtates ciuitatis, omnes aetates, omnes ordines vna conſentiunt Idem pro Sext. 109 c. 51. *Et* Philipp. 1, 21 Omnes enim iam ciues de Reipubl. ſalute Vna et mente et voce conſentiunt. *Add.* 4 c. 3. Vno ore omnes de vtilitate amicitiae conſentiunt Cic. de Amic. 88 c. 23. Idem Off. 1, 5 Hic ſi ſibi ipſe conſentiat, et non interdum naturae bonitate vincatur, neque amicitiam colere poſſit. Cic. pro Cluent. 60 Tamen in Oppianico ſibi conſtare, et ſuperioribus conſentire Iudiciis debuerunt. Naturae conſentire, finis bonorum eſt Stoicis Idem de Finib. 2, . . Nuptiis l. 10 ff. de Sponſal. *i. in nuptias.* Perſonis, temporibus, locis, quae narrantur, conſentiunt Cic. Partit. 52. Principiis conſentiant exitus Idem Fam. 11, 5. Senatus conſenſit bellum, *pro ſciuit* Liu. 8, 6. Studiis alicuius conſentire Horat. Epiſt. 1, 19, 65. Cic. Att. 5, 18 Expedito ad mutandum locum paruo exercitu, ſed, vt ſpero, ad beneuolentiam erga nos conſentiente. Idem Acad. 4, 52 c. 17 *ex Poëta*, Sed mihi neutiquam cor conſentit, cum oculorum adſpectu. Cum voluntate alicuius mentes atque ſententiae aliquorum conſentiunt Cic. pro Muraen. 1. Caeſ. Bell. Ciu. 1, 19 Quum vultus Domitii cum Oratione non conſentiret. Cic. Acad. 4, 131 c. 42 Poſt Epicurus, cuius eſt diſciplina nunc notior, nec tamen cum Cyrenaicis de ipſa voluptate conſentiens. Cic. de Vniuerſ. 6 Tota dilucide et plane exornata oratio ſibi conſtet, et ex omni parte ſecum ipſa conſentiat, *etc.* Idem de Amic. 88 Vna eſt enim amicitia in rebus humanis, de cuius vtilitate omnes vno ore conſentiunt. De laudibus alicuius omnium fama conſentit Cic. de Senect. 61 c. 17. Eis, quae de Fabio Caninioque acta ſcribis, valde conſentiunt Cic. Att. 7, 3. Idem de Fin. 2, 117 c. 35 *cum poſuiſſet elogium*, Vno ore cui plurimae conſentiunt gentes, populi primarium fuiſſe virum, *addit*, Idne conſenſiſſe de Calatino plurimas gentes arbitramur, primarium populi fuiſſe, quod praeſtantiſſimus fuiſſet in conficiendis voluptatibus? *De eadem re* Cic. de Senect. 62 c. 17 Quanta in Attilio Calatino? in quem illud elogium vnicum, plurimae conſentiunt gentes, Populi primarium fuiſſe virum. Idem Off. 1, 5 Et delectat hoc ipſo, quod inter ſe omnes partes cum quodam lepore conſentiunt. *Add.* ib. c. 28. Cic. de Finib. 1, 65 At vero Epicurus vna in domo, et ea quidem anguſta, quam magnos, quantaque amoris conſpiratione conſentientes tenuit amicorum greges? Horat. Carm. 2, 17, 22 Vtrumque noſtrum incredibili modo conſentit aſtrum. Vet. Schol. Horoſcopos ſuos ſimiles eſſe, et inter ſe aſſerit conuenire. Cic. de Lege Agr. 1, 15 Si conſenſerint poſſeſſores non vendere, quid futurum eſt? *Imperat.* Cic. Att. 16, 14 Conſenti in hac cura, vbi ſum, vt me expediam. *Paſſiu.* De prioribus conſentitur Tac. Ann. 1, 13, 3. Quinct. 9, 1, 17 Inter plurimos, quod ſciam, conſenſum eſt, duas eſſe eius partes.

CONSENTIENS, entis. Partic. [ὁμονοῶν] Aduerſus conſentientes, nec regem quemquam ſatis validum, nec tyrannum fore Liu. 34, 49. Cic. de Diu. 2, 119 Animorum conſentientium multitudine completum eſſe mundum. Auctoritate hominum conſentiente contenti ſimus Idem de Diu. 1, 84. Ciuitas in retinenda libertate conſentiens Cic. Fam. 15, 6. *Item* ad Brutum Ep. 15 *Metaphor.* Conſentiente capite *ſcilicet cum ſtomacho aegro* Scribon. 104. *i. Similiter affecto.* Coagmentatio naturae ad incolumitatem mundi conſentiens Cic. de Natur. Deor. 2, 119. Cognatio rerum conſentiens, conſpirans, continuata Idem de Natur. Deor. 2, 19. Conſilium vitae conſentiens et paene conſpirans Cic. Tuſc. 5, 72. Coniunctum aliquid et conſentiens habent ſtellae Idem de Diu. 2, 89. *Et* de Senect. 61 c. 17 Iure igitur grauis, cuius de laudibus omnium eſſet Fama conſentiens. Motus cum verbis ſententiiſque conſentiens Cic. de Clar. Orat. 141. Senſibus tam mihi conſentientibus nemo eſt in terris Idem Att. 4, 16. Vita conſentiens virtutibuſque reſpondens Cic. de Finib. 5, . .

CONSENSVS, a, um. Partic. paſſ. [ὁμολογηθείς] Gell. 15, 26 Syllogiſmus eſt oratio, in qua conſenſis quibuſdam et conſeſſis, aliud quid, quam quae conceſſa ſunt, per ea, quae conceſſa ſunt, neceſſario conficitur.

CONSENSVS, ûs. m. [ὁμόνοια] Cic. de Natur. Deor. 3, 28 Itaque illa mihi placebat oratio de conuenientia conſenſuque naturae. Claud. de Bell. Gild. 301 Diſſenſus acerbus, Et grauior conſenſus erat. Cic. de Diu. 2, 34 Qua ex coniunctione naturae, et quaſi concentu, atque conſenſu, quam συμπάθειαν Graeci appellant, *etc.* Plin. 14, 6 Sed de quibus conſenſus aeui iudicauerint, haec ſunt. Contrahentium conſenſus Paul. in l. obligatio mandati. D. mandat. vel contr. Doctrinarum mirus quidam omnium quaſi conſenſus concentuſque Cic. de Orat. 3, 21. Mortalium conſenſus in eo Plin. 2, 2. Omnium conſenſus, naturae vox eſt Cic. Tuſc. 1, 5. Ordinum diuulſus conſenſus Idem de Aruſp. Reſp. 60. Omnium ordinum conſenſus, gratiarum actio, gratulatioque Cic. Fam. 3, 3. *Conſ.* Idem ad Brut. Ep. 3. Signantium conſenſu ſe tueri Quinct. 5, 7. Virtutum conſpiratio conſenſuſque Cic. de Finib. 2, 66. Magnus inter aliquos Idem Philipp. 4, 12. Vlp. l. 4 D. de ſponſal. Sufficit Nudus conſenſus ad conſtituenda ſponſalia. Pius Sen. Octau. 485. Omnium conſenſu ad eum defertur imperium Caeſ. Bell. Gall. 7, 4. Vno conſenſu iuncta et continens natura Cic. de Diu. 2, 33. Defendi conſenſu Quinct. 1, 5, 13. Complecti alterius conſenſum, *vid.* COMPLECTOR. Meruit omnium conſenſum Quinct. 5, 1. Quorum conſenſu praeerat Nep. 10, 6, 3. Vertere in conſenſum Tacit. de Germ. Morib. 31. Conſenſus, *pro* Sympathia, *vid.* SYMPATHIA.

CONSENSIO, ōnis. f. [σύμφρασις, συμφωνία, ὁμολογία] *Idem.* Cic. de Reditu ſuo ad Quir. 18 Tanta conſenſione Italiae. Idem Fam. 1, 9 Populi vero Rom. totiuſque Italiae mira conſenſio. Ciuitatum aperta conſenſio Tacit. Ann. 3, 43. Omnium gentium conſenſio in omni re lex naturae putanda eſt Cic. Tuſc. 1 c. 13. Magiſtratus conſenſio de aliquibus Idem poſt redit. in Senat. 38. *Et* de Orat. 3, 53 Omnia haec, quae ſupra et ſubter, vnum eſſe, et vna vi atque vna conſenſione Naturae conſtricta eſſe veteres dixerunt. Vniverſorum nec voluntatis, nec ſermonis conſenſionem maiorem vnquam fuiſſe Cic. Att. 2, . Voluntatum, ſtudiorum, ſententiarum ſumma conſenſio Idem de Amicit. 15 c. 4. *Et* Verr. 5, 9 Quid igitur? nulline motus in Sicilia ſeruorum Verre Praetore? nullaene conſenſiones Factae eſſe dicuntur? Cic. de Nat. Deor. 1, 44 Quum enim non inſtituto aliquo, aut more, aut lege ſit opinio conſtituta, maneatque ad vnum omnium Firma conſenſio, intelligi neceſſe eſt, eſſe deos. Sceleratae conſenſionis aliquorum fides, quo eruperit, vides Cic. Att. 10, 4. *Add.* Nep. 7, 3, 3. *et* 25, 8, 4.

CONSENTANEVS, a, um. Adiect. [εὔλογος] *Conueniens.* Cic. de Finib. 5 c. 21 Itaque omnis honos, omnis admiratio, omne ſtudium ad virtutem, et ad eas actiones, quae virtuti ſunt conſentaneae, refertur. Actiones conſentaneas motibus voluntariis, conatibus, et appetitionibus mundi adhibet natura Cic. de Natur. Deor. 2, 58. Argumenta conſentanea et diſſentanea Idem in Partit. 7. Diuiſio conſentanea Quinctil. 6, 3, 103. Genus literarum his temporibus conſentaneum Cic. Fam. 4, 13. Leges dare conſentaneas Idem de Legib. 2, 23. Quae ſententia vtilitati rerum conſentanea eſt Vlp. l. ſi remunerandi, in fine. D. mandat. vel contr. Cic. Off. 1, 6 Hae diſciplinae igitur, ſi ſibi conſentaneae velint eſſe, de officio nihil queant dicere. Paterc. lib. 2 c. 63, 2 Sub Antonii ingreſſum in caſtra, Iuuencius Laterenſis, Vir vita ac morte conſentaneus, quum acerrime ſuaſiſſet Lepido, ne ſe cum Antonio hoſte iudicato iungeret, irritus conſilii, gladio ſe ipſe transfixit. Excellentiae hominis conſentaneum, in eo, quo natura eius a reliquis animantibus differt, id decorum eſt Cic. Off. 1, 96. Maieſtati deorum obſcura ſomnia minime conſentanea ſunt Idem de Diu. 2, 134. Naturae conſentaneum Cic. Off. 1, 68 c. 27. Tempori et perſonae aptum eſſe conſentaneumque Idem in Orat. 74. *Definitio eſt verbi* Decere. Vitae ſanctiſſime actae mors conſentanea Cic. Philipp. 9, 15 c. 7. Cum re aliqua conſentaneum Cic. Fam. 3, 6. Conſentaneum cuique et conſequens quid ſit, perſpicere Idem Off. 2, 18. *Et* de Finib. 3, 48 Sed quum certe ſuperiora firma ac vera ſint, his autem ea conſentanea: ne de eorum quidem eſt veritate dubitandum. Ex conſentaneis, et praecurrentibus, et repugnantibus argumenta ducuntur Cic. de Orat. 2, 170. Idem de Natur. Deor. 2, 42 Quare quum in aethere aſtra gignantur, conſentaneum eſt in his ſenſum ineſſe et intelligentiam, *i. vero*

*vero ſimile, εἰκός. Nempe ipſum verum in mutuo conſenſu et conuenientia ineſſe, docet philoſophia.* Non id ſpectandum eſt, quid dicat, ſed quid conſentaneum ſit ei dicere Cic. Offic. 3, 118. *quid reliquis illius dictis, ſententiis, dogmatibus conſentiat.* Non eſt conſentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate: nec qui inuictum ſe a labore praeſtiterit, vinci a voluptate Idem Offic. 1, 68 cap. 20.

CONSENTANEE. Adu. Narrare conſentanee Hieron. adu. Rufin. 3, 1 *extr.* Cum natura conſentanee viuere Lactant. 3, 28.

CONSEPELIO, *vnde*

CONSEPVLTVS, a, um. Part. [συνταφείς] Recordare tirocinii tui diem, quo Chriſto in baptiſmate conſepultus, in ſacramenti verba iuraſti Hieron. Ep. 1 ad Heliodor. *Conf.* Tertull. de Pudic. c. 17. *et* de Reſurr. Carn. c. 23 *et* 47.

CONSEPIO, ſepſi, ſeptum, ire. [συμφράττω] *Vndique ſepire. Vnde*

CONSEPTVS, a, um. Partic. Cic. de Senect. 59 c. 16 Caeteris in rebus comem erga Lyſandrum atque humanum fuiſſe, et ei quendam conſeptum agrum et diligenter conſitum oſtendiſſe.

CONSEPTVM, i. n. Subſt. [φράγμα, περίφραγμα] Columel. 1, 4, 7 Diffuſiora enim conſepta, non ſolum pluris aedificabimus, ſed etiam impenſis maioribus tuebimur. *Conf.* 1, 6, 1. 6, 23, 1. 8, 17, 1. Tecta intra clauſum in conſepto Varr. R. R. 1, 13, 2. Conſeptum etiam fori dixit Quinctil. 12, 2, 23. *pro Cancellis.* Conſeptum caveae Apul. Met. 3 p. 130. Corpus animam conſepto ſuo obſtruit Tertull. de Anima c. 53.

CONSEPTVS, ûs. m. Vt quum conſeptu viridis conſederis horti Strabo Gall. *in fine.*

CONSEPTO, are. Eligitur ſacer lucus, in quo conſeptant animalia diuerſiſſimi generis Solin. c. 32.

CONSEQVENTER, CONSEQVIAE, *vid. in* CONSEQVOR.

CONSEQVOR, ſequutus ſum, ſequi. [συνέπομαι, συνακολουθέω] *Cominus ſequi, ſequi dum attingas, adſequi.* Caeſ. Bell. Gall. 8, 27 Conſequuntur equites noſtri, vt erat praeceptum. Legati ſunt conſequuti Nep. 2, 7, 2. Continuo hic ſe coniecit intro, ego conſequor Ter. Heaut. 2, 3, 36. Maiores conſequi non poſſe Cic. de Clar. Orat. 228. Rem res conſequitur Cic. de Fato 9. Res cauſam plerumque conſequitur Cic. de Diuin. 1, . . . Plaut. Amph. 3, 1, 20 Mercurium iuſſi me continuo conſequi. Plaut. Rud. 4, 3, 11 Eloquere, quid id eſt? T. vide nuſpiam conſequitur prope. Conſequi *Datiuo iunctum habent editt. vett.* Plaut. Amph. 2, 2, 5 Ita dîs placitum, voluptati vt moeror comes conſequatur. *Sed Grut. et Gron.* voluptatem. Cic. de Clar. Orat. 61 Hunc igitur Cethegum conſequutus eſt Aetate Cato: qui annis IX poſt eum fuit COS. Cic. de N. D. 1, 41 c. 15 Quem Diogenes Babylonius conſequens, in eo libro *etc.* Plaut. Rud. 1, 4, 21 Conſequamur Gradu vocem, vbi es? P. Ecce me, adi contra. ¶ 2 *Pro Aſſequi aliquem ſeu ſequendo ad eum peruenire.* Cic. Att. 3, 4 Quamobrem te oro, des operam, vt me ſtatim conſequare. Idem in Catil. 2, 6 c. 4 Aurelia profectus eſt: ſi accelerare volent, ad veſperum conſequentur. Curſu feras conſequi Sen. Hippol. 110. *quanquam hoc etiam ad perſecutionem ſolam referri poteſt.* Cic. Att. 8, 17 Non eſt nobis committendum, vt ad has XIIII cohortes, quas dubio animo habeo, hoſtis accedere, aut in itinere me conſequi poſſit. *Add.* ib. Ep. 12. Plin. Ep. 7, 15 Ille me in Tribunatu liberorum iure praeceſſit, ego illum in Praetura ſum conſequutus. Pedibus aliquem Ouid. Met. 9, 126. Aliquem certamine Virg. Aen. 5, 493. ¶ 3 Conſequi, [ἐκβαίνειν] *Euenire et ſuccedere.* Ter. Heaut. 1, 2, 34 Verum vbi animus ſemel ſe cupiditate deuinxit mala, neceſſe eſt Clitipho conſilia conſequi conſimilia. Cic. pro Muraen. 85 Si haec elapſa de manibus noſtris in eum annum, qui conſequitur, redundarint. Conſequi videtur, vt doceamus, *etc.* Auctor ad Heren. 2, 27. Proximo, altero, tertio, denique reliquis conſequutis diebus Cic. Philipp. 1, 32. Quicumque caſus conſequutus eſſet Cic. Phil. 1 c. 15. Dolores magni conſequuntur eos, qui ratione voluptatem ſequi neſciunt Cic. de Finib. 1, 48. Libertatem pax conſequebatur Cic. Philipp. 1, 32. Mors conſequuta eſt matrem ex aegritudine Ter. Phorm. 5, 1, 23. Cic. de Fin. 3, 64 Natura conſequitur, vt communem vtilitatem noſtrae anteponamus. Cic. de Orat. 1, 180 Haec quum Craſſus dixiſſet, Silentium eſt conſequutum. Cic. Fam. 1, 5 Tamen afficior ſummo dolore, eiusmodi tempora poſt tuam profectionem conſequuta eſſe. In tabulam magni riſus conſequebantur Cic. Q. Frat. 2, 5. Idem Fam. 5, 2 Mediocris quidem eſt riſus conſequutus, non in te, ſed magis in errorem meum. ¶ 4 *Multas parit formulas, vbi ſignificat, τυγχάνειν, ad finem ſuum peruenire, efficere, quod tibi propoſueras. Sic* Non. 4, 59 Conſequi, Exprimere, definire. Cic. ad Caeſar. Extrema vero nec quanta, nec qualia ſunt, verbis conſequi poſſum. Cic. Act. 1 in Verr. 48 Habeo autem certam viam atque rationem, qua omnes illorum conatus inueſtigare et conſequi poſſim, *vbi ad venatorios canes alluditur.* Rebus ab ipſis Conſequitur ſenſus, transactum quidquid in aeuo Lucr. 1, 461. *i. aſſequitur, percipit.* Animo aliquid conſequi Cic. de Vniuerſ. 6. Id. Q. Frat. 2, 7 Quantum autem Coniectura conſequebar, id erat huiusmodi, vt magis optandum, quam ſperandum putarem. Cic. pro Lege Manil. 2 Certe et ſi quid etiam dicendo conſequi poſſum, iis oſtendam potiſſimum, qui ei quoque rei fructum ſuo iudicio tribuendum eſſe cenſuerunt. Dictis omnia Ouid. Met. 15, 419. Cic. Pr. Act. in Verr. 1, 39 Cauſam diligentia conſequi et memoria complecti. Intellectu, *vid. ſub* INTELLIGO. Idem Verr. 4, 57 Nullo modo poſſum omnia iſtius facta aut memoria conſequi, aut oratione complecti. Nutu aliquid conſequi ab aliquo Cic. Fam. 13, 1. Studio aliquid Quinctil. 1, 1. Eſſes omnia ſi minus re, at verbis legitimis conſequutus Cic. pro Domo c. 50. Id. Fam. 1, 2 Quod ad popularem rationem attinet, hoc videmur eſſe conſequuti, vt ne quid agi cum populo, aut ſaluis auſpiciis, aut ſaluis legibus, aut denique ſine vi poſſit. Quinctil. 7, 3 Ex poena minus incommodi conſequuturus, quam ex, *etc.* Cic. Off. 1, 59 c. 18 Videndum erit, quid quisque vel ſine nobis aut poſſit conſequi, aut non poſſit. Cic. Fam. 1, 7 Omnia, quae ne per populum quidem ſine ſeditione ſe aſſequi arbitrabantur, per ſenatum conſequuti ſunt. Commodum exercitatione corporis laborioſa Cic. de Finib. 1, 35. Dignitatem et gloriam Cic. Fam. 1, 5. Famam Id. ib. 2, 10. Plin. Epiſt. 9, 6 Plerique autem dum verentur, ne gratiae potentium nimium impertire videantur, ſiniſteritatis atque etiam malignitatis Famam conſequuntur. Fructum ampliſſimum Cic. pro Lege Manil. 2. Vlp. in l. Idemque et §. ſi ex fundo D. mandat. vel cont. Si ex fundo, quem mihi emit, procurator fructus conſequutus eſt, hos quoque officio iudicis praeſtare eum oportet. Gloriam omni cura et induſtria Cic. Fam. 1, 7. *i. perſequi.* Cic. Off, 2, 79 Atque in hac pernicie Reipubl. ne illam quidem conſequuntur, quam putant, gratiam. Cic. Off. 2, 45 Conſequebare magnam laudem a ſummo viro. Laudem ſapientiae et eloquentiae ſine ſummo ſtudio, et labore et doctrina conſequi Cic. de Orat. 2, 363 c. 89. Id. pro Planc. 60 Honorum populi finis eſt Conſulatus, quem Magiſtratum iam octingenti fere conſequuti ſunt. Magnitudinem, multitudinemque beneficiorum alicuius enumerare, aut conſequi non poſſe Cic. Poſt redit. ad Quir. 4. Gratia non modo referenda, ſed ne cogitanda quidem, nullam partem tuorum meritorum conſequi poſſum Cic. Fam. 1, 8. Opes quam maximas conſequi Cic. Off. 1, 86. Potentiam Id. ib. 3, 82. Praemium aliquod ſtudio Ouid. Triſt. 5, 7, 68. Praeſtantiam virtutis, ingenii, fortunae Cic. de Amicit. 72. Id. pro Lege Manil. 34 Quis enim vnquam aut obeundi negotii, aut conſequendi Quaeſtus ſtudio, tam breui tempore, *etc.* Scientiam conſequutum eſſe Cic. pro Domo 117. Certum eſt, veſtram conſequi Sententiam Plaut. Aſ. 2, 1, 13. *i. exſequi.* Studium alicuius erga ſe, alterius commendatione conſequi Cic. Fam. 13, 13. Magnum ſcientiae Titulum ex vſu conſequi Scribon. Ep. . . Victoriam glorioſam ex Reip. cauſa conſequutus Cic. pro Cael. 18. Quinctil. 8, 2, 19 Quidam emutatis in perverſum dictis, de figuris idem Vitium conſequuntur. Voluptates Cic. de Finib. 1, 33. Vſuras Vlpian. in l. Idemque et §. ſi procurator D. mandat. vel contra. Cic. Off. 1, 121 Fit autem interdum, vt nonnulli omiſſa imitatione maiorum, ſuum quoddam inſtitutum conſequantur. *i. ſequantur, perſequantur.* Cic. de Legib. 2, 18 Eum Morem igitur, cum breuitate (ſi potuero) conſequar. Non eſſet vllam partem iſtius Nequitiae fugitiuorum inſolentia conſequuta Cic. Verr. 3 c. 26. Id. ad Heren. 2, 50 c. 31 Haec ſi, vt conquiſite conſcripſimus, ita tu diligenter fueris conſequutus. *i. perdidiceris, perceperis, quod Graece παρακολουθεῖν dici ſolet. Ad perceptionem enim referri ex eo patet, quia mox ſubiicit.* Tuaque perceptione laetabere: tu ſcientior eris praeceptorum artificio *etc.* ¶ 5 *Paſſiue.* Quae vix ab hominibus conſequi poſſunt Orbil. *ap.* Priſcian. 8 p. 791. *Conf. Manut. ad* Cic. de Pet. Conſ. *pr.*

CONSEQVENS, ntis. Partic. [συνακολουθῶν] Cic. de Senect. 19 Sed memoriam illius viri excipient omnes anni conſequentes. Spe eriguntur conſequentis ac poſteri temporis Cic. de Finib. 1, 50 c. 20. *Et* de Orat. 2, 325 Connexum ſit principium conſequenti orationi. Rerum conſequentium ſignificationem quaerere Cic. de Diuin. 2, 44 c. 19. Conſequens *apud* Cic. in Partit. 18 c. 6 *pro eo, quod bene cohaeret, vt argumentum inde confieri poſſit.* Vt in ſimplicibus verbis, quod non eſt Latinum: ſic in coniunctis, quod non eſt conſequens, vituperandum eſt. Vlp. in l. huic ſcripturae D. ad Legem Aquiliam, Huic ſcripturae conſequens eſt dicere, vt ſi ante, *etc.* Hoc probato conſequens eſt, *etc.* Cic. Tuſc. 5, 18. Quoniam ſcriptum eſt a te de optimo Reip. ſtatu, conſequens eſſe videtur, vt ſcribas tu idem de legibus Cic. de Legib. 1, 15 c. 5. Id. Off. 1, 11 Homo autem, qui rationis eſt particeps, per quam conſequentia cernit. Cic. de Finib. 3, 48 c. 15 Quum certe ſuperiora firma ac vera ſint, his autem ea conſentanea et conſequentia: ne de eorum quidem eſt veritate dubitandum. Quid conſentaneum cuique, quid conſequens, ex quo quaeque gignantur Cic. Off. 2 c. 5. Conſequentia dico ἀκόλουθα Quinct. 5, 10. Conſequentia et repugnantia vident philoſophi acuti Cic. de Diuin. 2, 150. Contrariorum contraria ſunt conſequentia Cic. Tuſc. 5, 50. Argumenta ex conſequentibus Cic. in Partit. 7. Declarantibus conſequentia ſignis futura praeſentit homo Cic. de Divin. 1, 127. Reprehendere conſequentia, quum prima conceſſeris, placere non ſolet Cic. Tuſc. 5, 24. Quum conſequens aliquod falſum ſit, illud, cuius id conſequens ſit, non poſſe eſſe verum Cic. de Finib. 4, 68. *Comparat.* Quid conſequentius, quam vt ipſe ſit caritas, qui dicitur, et deus et ex deo Auguſtin. de Trin. 15, 19.

CONSEQVENTER. Adu. [συνακολούθως] Vlpian. in l. ſed et ſi quid. §. vlt. D. de vſufructu et quemadmodum quis vtatur et fruatur, Quibus conſequenter fructuarius quidem acquirere fundo ſeruitutem non poteſt, retinere autem poteſt. Conſequenter dicemus Vlpian. in l. Idemque et §. ſi procurator D. mandat. vel contr. *Conf.* Apuleii *locum in* OBSEQVENTER.

CONSEQVENTIA, ae. f. [συνέπεια, ἀκολουθία Vet. Gloſſ.] Cic. de Diuin. 128 c. 56 Qui curſum rerum euentorumque conſequentiam diuturnitate pertractata notarunt, *etc.* Per conſequentiam ſignificatio fit, quum res, quae ſequuntur aliquam rem, dicuntur, ex quibus tota res relinquitur in ſuſpicione Auctor ad Herenn. 4, 6. Ad conſequentiam pertinet Paullus in l. Paullus reſpondit D. de re iudicat. Ad conſequentias aliquid producere Paullus in l. quod vero D. de Leg. Per conſequentias contingit, vt debitum ſubeat Vlpian. in l. 1 de auct. et conſenſ. tut. Per conſequentias negotium alicui geri Vlp. l. quod dicimus D. de auctor. et conſenſ. tut. et curat. Per conſequentiam Vlp. l. moris, poſt principium. D. de poenis.

CONSEQVVTIO, ônis. f. [σύνεπεια] *A verbo* Conſequor. Cic. de Finib. 1, 37 c. 11 Vt enim quum cibo et potione fames, ſitisque depulſa eſt, ipſa detractio moleſtiae conſequutionem affert voluptatis: ſic in omni re doloris amotio, ſucceſſionem efficit voluptatis. Idem in Partit. 18 c. 6 Conſequutionem verborum, *pro bene ordinato contexto, et collocatione poſuit.* Simplex concluſio ex neceſſaria conſequutione conficitur Cic. de Inuent. 1, 45 c. 29. Reſurrectionis conſequutio Tertull. de Reſ. Carn. c. 52.

CONSEQVVTVS, a, um. Part. Paſſ. *pro Impetratus.* Varro, Veſtales inceſti compertas anſa petuntur incognita, conſequuta negliguntur. Ex Priſciano lib. 8 p. 792. Reliquis conſequutis diebus Cic. Phil. 1 c. 13. Reliquos equites conſequuti noſtri interfecerunt Caeſ. Bell. Gall. 3, 53.

CONSEQVVTOR, ôris. m. *Epitheton Martis apud Ferret. Muſ. Lap. p. 19.*

CONSEQVIA, ôrum. *ſ.* CONSEQVIAE, arum. f. *plur. Sequelae, a Conſequendo: ſicut ab* Exſequendo, Exſequiae. Apul. 10 p. 247 Nouiſſimis trahebantur conſequiis, *de vehiculis in vltimo agmine.* Extrema conſequia Apul. 5 p. 169. *Conf. Pric. p. 281. qui monet,* Conſequa *dediſſe Gruterum. Vid. mox* CONSEQVENS. *Vtrum vero illud* conſequia *ſit pluralis neutrius, an ſingularis feminini, ex loco Apuleii conſtitui non poteſt: ſed illud apparet, appendicem, et vltimum in comitatu ſignificari.*

CONSEQVVS, a, um. Adi. *Idem quod Conſequens, vt* Lucret. 5, 679 Conſequa natura eſt iam rerum ex ordine certo. *Sed Gron. e MS.* Con-

Conſequiae quoque rerum ſunt ex ordine certo. *Contra* conſequa *tribuitur Apuleio, vbi al.* Conſequia, *de quo modo dictum.* Sidon. Apoll. 7, 14 Conſequa paginae parte. *i. proxime ſequente.*

CONSECTOR, āri. Frequentat. [διώκω] *Studioſe conſequor, eadem varietate ſignificationis.* Plaut. Pſeud. 4, 7, 137 Angiporto hoc certum eſt conſectarier, *pro* Conſectari. Caeſ. Bell. Gall. 5, 56 Redeuntes equites, quos poſſunt, conſectantur, atque occidunt. Cic. Att. 2, 18 Fuſium clamoribus et conuiciis et ſibilis conſectantur. Id. ib. 13, 23 Ne exiſtimes, eos, qui non debita conſectari ſoleant, quod debetur remiſſuros. Amare, conſectari et adipiſci qui velit dolorem, neque quisquam eſt Cic. de Finib. 1, 32. Hoſtes conſectari et conficere Cic. de Inuent. 2, 111 c. 37. Id. Off. 1, 86 c. 25 Tradetque ſe totum Reipubl. neque opes aut potentiam conſectabitur. *i.* Non ſtudebit opibus quaerendis. Riuulos, *vid.* RIVVLVS. Silueſtria ſaecla ferarum, *i. feros* Lucret. 5, 965. Cic. Off. 2, 53 Praeclare in epiſtola quadam Alexandrum filium Philippus accuſat, quod largitione beneuolentiam Macedonum conſectetur. Plin. Epiſt. 5, 6 Vides vt Aratus minutiſſima etiam ſidera conſectetur, et colligat? modum tamen ſeruat. Plin. Paneg. 75 Sed quid ſingula conſector, et colligo? quaſi vero aut oratione complecti, aut memoria conſequi poſſim. Ac ne plura, quae ſunt paene innumerabilia, conſecter, comprehendam breui Cic. de Orat. 1, 34. Plin. Paneg. 44 Eadem iſta, quibus alios artibus aſſequutos vident, conſectantur. Imitando conſectari aliquid Cic. de Orat. 2, 90. Puerile quiddam in hiſtoria Cic. de Legib. 1, 7. Vbertatem orationis Cic. de Finib. 3, 19. Verba tam vere conſectari, quam rem Cic. pro Caecin. 54. Vitium aliquod de induſtria Cic. de Orat. 3, 38. Vmbras falſae gloriae Cic. in Piſon. 57 c. 24. Ter. Eun. 2, 2, 18 Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt, nec ſunt; hos conſector, hiſce ego, *etc.* ¶ 2 Conſectari, *paſſiue*, Laberius, Vxorem tuam, et meam nouercam a populo lapidibus conſectari video. *Ex* Priſciano lib. 8 p. 793, 2.

CONSECTATVS, a, um. Partic. Hoſtes equitatus conſectatus Caeſ. Bell. G. 3, 26. Naues ſingulas noſtri conſectati expugnauerunt Id. 3, 15.

CONSECTATIO, ōnis. f. [δίωξις] Plin. 14, 16 Manifeſtum eſt ſuperuacuam generum conſectationem in numerum. Cic. in Orat. 165 In huius concinnitatis conſectatione Gorgiam fuiſſe principem accepimus.

CONSECTATOR, ōris. *Vnde*

CONSECTĀTRIX, īcis. f. Cic. Off. 3, 118 c. 33 Eſt enim temperantia, libidinum inimica: libidines autem, conſectatrices voluptatis.

CONSECTANEVS, a, um. Adi. [ἀκόλουθος] *Qui alios aſſectatur.* Sidon. Apoll. 7, 14 Qualiter ſtudiorum tuorum conſectaneus fiam conſequa paginae parte referabitur. Tertull. Apol. 83 Sane et qui crucis nos religioſos putat, conſectaneus noſter erit. Vet. Gloſſ. Conſectaneus eiusdem ſectae. *Sic* Sidon. Epiſt. 3, 6 Conſectanei veſtri Plotini dogmatibus inhaerentes. *Sic vtitur etiam* 1, 1. *et* 7, 9. *Sic* Arnob. 5 p. 214 Conſectaneum eſt credere nunquam deos iraſci.

CONSECTARIVS, a, um. Adi. [συνεπόμενος] *Conſequens, quod legitima concluſione infertur.* Cic. de Finib. 4, 50 c. 18 Illud vero minime conſectarium, ſed in primis hebes illorum, gloriatione dignam eſſe beatam vitam, quod non poſſit ſine honeſtate contingere, vt iure quisquam glorietur. ¶ 2 *Subſtantiue* Cic. de Finib. 3, 26 c. 8 Sed conſectaria me Stoicorum breuia et acuta delectant. Concluduntur igitur eorum argumenta ſic: Quod eſt bonum, omne laudabile eſt: quod autem laudabile eſt, omne honeſtum eſt: bonum igitur quod eſt, honeſtum eſt.

CONSERĒNO, āre. Conſerenat *Imperſ. dictum volebant, pro eo quod eſt, vndique ſerenum ſit caelum: et laudabant* Liu. 39, 46 Tempeſtas cum magnis procellis coorta, coëgit pleroſque tabernacula ſtatuere in foro. eadem paullo poſt, quum vndique conſerenaſſet, ſublata. *At Gronouius ex MSS. repoſuit* Diſſerenaſſet.

CONSERMŌNOR, āri. *Cum aliquo loqui.* Q. Claudius *apud* Gell. 17, 2 Cum his conſermonabatur. *Vid.* SERMONOR.

CONSERMOCĬNOR, āri. *Idem.* Nigidius *apud* Gell. 10, 4 Quibus conſermocinamur.

CONSĒRO, sēui *et* ſerui, sĭtum, ĕre. [φυτεύω] *Plantare ſiue ſeminare.* Virg. Ecl. 1, 73 En queis conſeuimus agros. Cic. de Nat. Deor. 2, 130 c. 52 Indus vero, qui eſt omnium fluminum maximus, non aqua ſolum agros laetificat et mitigat, ſed eos etiam conſerit. Conſerere agrum generibus pomorum, aut oleis Columel. 2, 2. *Et eodem* Celerius etiam ſi eodem tempore ſtercores, et lupino vel faba conſeras. Liu. 10, 24 Quam Arborem conſeruiſſet, ſub ea legere alium fructum, indignum eſſe. Sol lumine conſerit arua Lucret. 2, 211. *i. perfundit.* Baccho aliquem locum conſerere Virg. Georg. 2, 38. *Metaphor.* Cic. Tuſc. 1, 31 Ergo arbores ſeret diligens agricola, quarum adſpiciet baccam ipſe nunquam. Vir magnus leges, inſtituta, Remp. conſeret.

CONSERENTES Di *qui fuerint, docet* Arnob. adu. Gentes 4 p. 169 *pr.* Sed et Deos Conſerentes pari more ac diſſimulatione taceamus, quos cum caeteris ſcribit Flaccus in humani penis ſimilitudinem verſos obruiſſe ſe cineri, qui ſub ollula fuerat factus extorum: quem cum Tanaquil dimoueret Etruriae diſciplinarum perita, ſurrexiſſe ſe Deos, et neruis obduruiſſe diuinis. Corniculae (*vid.* leg. ex Dion. Halic. l. 4 *pr.* Corniculanae) inde imperauiſſe captiuae, vt intelligeret et agnoſceret, quid ſibi res vellent: Ocriſiam prudentiſſimam feminam diuos inſeruiſſe genitali, explicuiſſe motus certos. Tunc ſancta et ſeruentia numina vim vomuiſſe Lucilii, ac regem Seruium natum eſſe Romanum.

CONSĬTVS, a, um. Partic. [πεφυτευμένος] Pomus conſita Tibull. 2, 1, 43. Fundus olea et vite conſitus Gell. 19, 12. *Conf. Burm. ad* Quinct. Decl. 13, 3 p. 274. *Drakenborch. ad* Sil. 10 p. 533. *Metaph.* Caeca mentem caligine conſitus Catul. Argon. ſ. 62, 208. *Sic* Plaut. Men. 5, 2, 4 Nam pernicitas deſerit, conſitus ſum ſenectute.

CONSATVS, *vid. ſupra ſ. l.*

CONSITIO, ōnis. f. [φύτευσις, φυτέργημα] *Ipſe conſerendi actus.* Columel. 5, 3 Quod ſi inter quinos pedes conſitio fuerit, per longitudinem ordinis habebit ſemina XLIX. Nec conſitiones modo delectant, ſed etiam inſitiones, quibus nihil inuenit agricola ſolertius Cic. de Seneſt. 54 c. 15 *extr.* *Conf.* CONSATIO.

CONSITVRA, ae. f. [φυτεία] *Idem.* Cic. de Republ. Quae videlicet ille non ex agri conſitura, quam cernebat, ſed ex doctrinae indiciis interpretabatur. *Ex* Nonio 3, 30.

CONSĬTOR, ōris. m. [φυτευτὴς] Ouid. Met. 4, 14 Et cum Lenaeo genialis conſitor vuae.



CONSEVIVS Deus, qui conſationibus concubitalibus praeſit Tertull. ad Nat. 2 c. 11.

CONSIVA, ae. f. Opis *Epitheton.* *Vid.* OPS Dea.

CONSĔRO, ſerui, ſertum, ſerĕre. [συμπλέκω] *Coniungere, committere, ſibi inuicem permiſcere.* *Sic* praelium conſeritur, manus conſeruntur, *quum cominus pugnare, in ſe inuicem irruere, ſibique adeo permiſceri milites incipiunt.* Virg. Aen. 2, 398 Multaque per caecam congreſſi praelia noctem Conſerimus. Liu. 5, 36 Accenſis vtrinque animis, ad arma diſcurritur, et praelium conſeritur. Bella conſerere Valer. Argon. 3, 31. Belli artes haud ignotas inter ſeſe, ſed expertas primo Punico conſerebant bello Liu. 21, 1. Id. 35, 4 Boii diripi ſua impune, quam tuendo ea, conſerere Certamen malebant. Dextras Stat. Silu. 1, 6, 60. Diem nocti Ouid. Amor. 3, 6, 10. *i. Coniungere.* Femur femori Tibull. 1, 8, 26. Latus lateri Ouid. Epiſt. 2, 58. Manum conſerere, *plerumque ſignificat Pugnare.* Cic. pro Muraen. 20 Qua in legatione duxit exercitum, ſigna contulit, manum conſeruit, magnas copias hoſtium fudit. *Conf.* Nep. 14, 8, 4. *et* 17, 3, 6. Varr. L. L. 5, 7. Cic. Att. 7, 19 At illum ruere nuntiant, et iam iamque adeſſe, non vt manum conſerat (quicum enim?) ſed vt fugam intercludat. Cum his manum conſeruit, vtroſque profligauit Nep. 23, 4, 2. *Sed ad ciuilem quoque litigantium contentionem pertinet.* Gell. 20, 10 *interpretatur verſum*, Ennii, Non ex iure manum conſertum, ſed mage ferro Rem repetunt: Manum conſerere eſt, de qua re diſceptatur in re praeſenti, ſiue ager, ſiue quid aliud eſt, cum aduerſario ſimul manu prendere, et in ea re omnibus verbis vindicare. *Locum* Ennii *habet etiam* Cic. pro Muraen. c. 14. Marius ſocias Valer. Argon. 3, 30. Pugna conſeritur Valer. Argon. 6, 353. Liu. 32, 10 Et temperatum aegre eſt, quin miſſilibus, quia dirempti medio amne fuerant, Pugnam inter ſe conſererent. Plaut. Bacch. 4, 9, 43 Conflixi, atque hominem repuli, dein pugnam conſerui ſeni. Lucan. 5, 708 Latumque per aequor Vt terreſtre coit conſertis puppibus agmen. *Al.* Conſertis. Sermonem altercabilem Arnob. 5 p. 156. *Nempe a* ſerendo *ipſe* ſermo *dictus eſt.* Valer. Argon. 3, 122 Nec tela modis nec caſibus iſdem Conſeruere manus, longe et iacuere peremti. Valer. Argon. 6, 182 Illi vbi conſertis iunxere trementia telis Agmina, virque virum galeis adflauit adactis. Verba Stat. Silu. 2, 1, 5.

CONSERTVS, a, um. Partic. [συμπλεχθεὶς] Quinct. 5, 10 Vt ſunt tria tempora, ita ordo rerum tribus momentis conſertus eſt. *i. Contextus.* Liu. 7, 2 Ridicula intexta verſibus, et fabulis Atellanis conſerta, *de* Exodiis. Arua conſerta gentibus, *Culta et habitata* Valer. Argon. 2, 617. Bella conſerta bellis Lucan. 2, 442. Hoſtes conſerti Claud. Conſ. Mall. Theod. 195. *Al.* Conſerti. Tegmen conſertum ſpinis Virg. Aen. 3, 594.

CONSERTE. Adu. [συμπεπλεγμένως] Cic. de Fato 31 c. 14 Si omnia antecedentibus cauſis fiunt, omnia naturali colligatione conſerte contexteque fiunt.

CONSERTIO, ōnis. f. Ad ceruicum neceſſarias flexiones conſertionibus verticum atque oſſea ſubſtructione fulciri Arnob. 3 p. 107.

CONSERTOR, ōris. m. [συμπλικτὴς] *Legebatur* Plin. 33, 1 Quod ſi impedimentum potuit in ea aliquod intelligi etiam conſertoris vſu, argumentum eſt maius in laeua fuiſſe, qua ſcutum capitur. *Sed quis eſſet hic* Conſertor, *nemo temere dixerit.* *Hard. ex MSS.* etiam ſerioris vſus argumentum eſt *etc.*

CONSERRATVS, a, um. Adi. [πριονωτὸς] *A* Serra *deductum.* Plin. 11, 37 Sed ſpectatiſſimum inſigne gallinaceis, corpore conſerratum: nec carnem id eſſe, nec cartilaginem, nec callum iure dixeris, ſed peculiare Conſerratum, *i. in modum ſerrae factum.* *In emendatioribus codicibus legitur* Corporeum, ſerratum.

CONSERVIO, īre. *ICtorum eſſe dicitur in Digeſtis.*

CONSERVO, āre. [διασώζω, συντηρέω] *Vna, vel totum, vel penitus ſeruare.* Plin. 15, 30 Conſeruari alitem et ſobolem iuſſere Aruſpices. Conſeruare et retinere Reip. cauſa ius Augurum Cic. de Diuin. 2, 75. Cic. Verr. 4, 140 Vt quisque eis rebus tuendis conſeruandisque praefuerat, ita perſcriptum erat. Cic. de Finib. 5, . . Sed contra vtilitatem etiam conſeruatur fides. Incolumem conſeruare Cic. Fam. 9, 13. Iusiurandum conſeruare Cic. de Off. 3, 103. Cic. Att. 6, 1 Iis literis reſpondebo: ſic enim poſtulas: nec οἰκονομίαν inſtitutam, ſed ordinem conſeruabo tuum. Tempora conſeruare et notare Cic. in Orat. 120. Voluntatem priſtinam erga aliquem Cic. Fam. 5, 3. Voluntatem mortui Cic. Verr. 1, 124. Id. Fam. 11, 22 Peto a te maiorem in modum, vel humanitatis tuae, vel mea cauſa, vt eum auctoritate tua, quae plurimum valet, conſeruatum velis. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 14 Qui numini deorum conſecratum ſartum tectum ab omni periculo conſeruaui. Beneuolentiam Cic. Fam. 3, 7. Exiſtimationem alicui conſeruare Vlp. in l. quid ergo D. de his, qui not. infam. Lucret. 2, 708

Omnia quando
Seminibus certis certa genitrice creata
Conſeruare genus creſcentia poſſe videmus.

Indemnem per omnia conſeruare aliquem Paullus in l. diligenter D. mandat. vel contr. Cic. Fam. 11, 7 Caput autem eſt hoc, quod te diligentiſſime percipere et meminiſſe velim, vt ne in Libertate et ſalute Populi Romani conſeruanda, auctoritatem Senatus expectes. Maieſtatem Populi Romani comiter, *vid. ſub* COMIS. Cic. Fam. 4, 13 Tuorumque triſtiſſimo meo tempore meritorum erga me Memoriam conſeruabo. Cic. Philipp. 11, 28 Maximam eius et ſingularem laudem praetermitto. cuius enim praedicatio nondum omnibus grata eſt, hanc Memoriae potius, quam vocis teſtimonio conſeruemus. Cic. in Somn. Scip. 4 Sic habeto, Omnibus qui Patriam conſeruauerint, adiuuerint, auxerint, certum eſſe in caelo, ac definitum locum. Puerum pudice conſeruare alicui Catul. 19, 5. Ter. Heaut. 4, 1, 40 Iſtuc recte: conſeruaſti te atque illam. Plin. 11, 54 Quaedam exiguo guſtu famem ac ſitim ſedant, conſeruantque Vires. *i. Integras ſeruant.* Vulnus ſine dolore conſeruare Scribon. 207. Cic. Verr. 1, 124 An quod alterius patroni mortui Voluntatem conſeruabat? Ter. Adel. 5, 3, 27 Eandem illam rationem antiquam obtine: conſerua, quaere, parce. Cic. Off. 2, 87 c. 24 Res autem familiaris quaeri debet iis rebus, a quibus abeſt turpitudo: conſeruari autem diligentia et parſimonia, iisdem etiam rebus augeri. Cic. in Catil. 3, 25 c. 10 Ita me geſſi Quirites, vt Salui omnes conſeruaremini.

CONSERVANS, antis. Part. Vnum labendi conſeruans — tenorem Lucr. 5, 509. Cuſtos rerum ipſe mearum, Conſeruans aliis, quae periere mihi C. Gall. Eleg. 1, 187.

CONSERVANTIA, ae. f. *Laudatur* Arnob. 2 p. 75. *Sed eſt*

*Neutrum plur. partic.* Deus — perfecta omnia faciens, et integritatis ſuae conſeruantia manſiones. *Senſus eſt, Deus ita fecit omnia, vt conſeruent manentem et perpetuam integritatem ſuam.*

CONSERVĀTVS, a, um. Partic. [διασωθεὶς] Cic. Fam. 1, 9 Illud quidem certe noſtrum conſilium iure laudandum eſt, quod meos ciues, et a me conſeruatos, et me ſeruare cupientes, ſpoliatos ducibus, ſeruis armatis obiici noluerim. Legibus conſeruatis, *i. obſeruatis* Nep. 25, 6, 2. Salus populi conſeruata per aliquem Cic. poſt red. c. 7. Nomen aliquod retentum atque conſeruatum Cic. pro rege Deiot. 36 c. 13.

CONSERVABĬLIS, e. Adi. Tertull. adu. Marc. 2, 13 Bonum conſeruabile.

CONSERVĀTOR, ōris. m. [σωτὴρ] Cic. pro Sext. 97 c. . Optimatum principes, auctores et conſeruatores ciuitatis. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 10 Vtrum vt cuſtos accipiar, an vt proditor excludar? ſi vt conſeruator, veſtra erit ignominia: ſi vt oppugnator, praeciſa erunt omnia. Cic. pro Sext. 54 c. 24 Proh dii immortales Cuſtodes atque conſeruatores huius vrbis atque imperii. Auguſtus conſeruator Romani nominis Vell. 2, 60. Conſeruatorem et parentem vrbis *Ciceronem nonnulli dixerunt* Cic. Att. 9, 11. Patriae conſeruator Cic. de Aruſp. Reſpon. 58. Reip. conſeruator Cic. pro Domo 26. Conſeruatores dii, *paſſim memorantur in* Veteribus inſcriptionibus. *V. g.* IOVI O. M. SERVATORI, CONSERVATORI Inſcr. Grut. p. 18 n. 6.

CONSERVĀTRIX, īcis. f. [σώτειρα] Cic. de Fin. 5, 26 c. 9 Omnis natura vult eſſe conſeruatrix ſui, vt et ſalua ſit, et in genere conſeruetur ſuo. Conſeruatrix theſaurorum vltra femineum modum Treb. Poll. in Zenob. c. 30. *Titulus hic datur in* Inſcript. Fortunae *Reineſ.* p. 161. Coniugibus *ib.* p. 727 n. 18. *Grut.* p. 815 n. 5. *et* p. 1142 n. 2. *Sic* Vet. num. *apud Vaillant. Tom.* 1 p. 160 IVNO CŌSERVATRIX.

CONSERVATIO, ōnis. f. [συντήρησις] Cic. Off. 1, 131 Et ſi attentos animos ad decori conſeruationem tenebimus. Aequalitatis conſeruatio Cic. de Orat. 1, 188. Bonorum Quinctil. 5, 10. Fructuum perceptio et conſeruatio ſine hominum opera nulla eſſe potuiſſet Cic. Off. 2, 12 c. 3. Naturae conuenientia conſeruatioque Cic. Off. 1, 100 c. 28. Officiorum conſeruatio Cic. de Fin. 2, . . .

CONSERVVS, i. m. [σύνδουλος] *Qui cum alio eidem domino ſeruit.* Ter. Adel. 3, 3, 71 Conſeruis ad eundem iſtunc praecipio modum. Cic. Fam. 12, 3 O rem miſeram: dominum ferre non potuimus, conſeruo ſeruimus! Vlpian. in l. ſed ſi damnum, titulo De peculio, Plane ſi conſeruus dederit damnum, vel ſurripuerit, in peculium videbitur haberi, Princeps conſeruorum Cic. in Parad. . . Conſerui et diſcipuli Cic. Quint. Frat. 3, 1. Conſeruos Col. 7, 12, 5. *vocat homines reſpectu canum.*

CONSERVA, ae. f. [συνδούλη] Ter. Eun. 2, 3, 74 Summa forma ſemper conſeruam domi videbit. *Add.* ib. 5, 2, 19. Conſeruabus Scaeuola in l. praedia. §. 1 D. de fund. inſtruct. et inſtrum. legat.

CONSERVVĬLA, ae. f. Dimin. Sen. Controu. 21 p. 269.

CONSERVITIVM, i. n. [συνδουλεία] Plaut. Capt. 2, 1, 49 Perque conſeruitium commune, quod hoſtica euenit manu.

CONSESSVS, *vid.* CONSIDEO.

CONSEVIVS, *vid.* CONSERO, eui.

CONSĬDEO, sēdi, ſeſſum, ēre. [συγκαθέζομαι] *Simul ſedere, ſine motu.* Virg. Ecl. 3, 55 Dicite, quandoquidem in molli conſedimus herba. Cic. de Senect. 63 Qui legati quum eſſent, certo in loco conſederant. Cic. Att. 5, 14 In Amano tuto conſedimus, *etc.* Iudices conſederunt Cic. Att. 1, 16. Ouid. Met. 13, 1. *de iudicio.* Conſedere duces, et vulgi ſtante corona. *Add.* Suet. Cal. 38. Cic. Fam. 15, 4 Quum quinque cohortes ſine legato, ſine Tribuno militum, denique etiam ſine Centurione vllo apud Philomelum conſediſſent, reliquus exercitus eſſet in Lycaonia. In ara Nep. 4, 4, 4. *geſtus ſupplicis.* In arbore noſtra conſederunt apes Caius in l. naturalem. §. apium. D. de acquir. rer. dom. In pratulo conſidere Cic. de Clar. Orat. 24 c. 6. Eodem in ſpatio Cic. Acad. 4, 9. In vmbra Ouid. Met. 5, 336. Cic. Fam. 2, 15 Si quando erit ciuitas, erit profecto nobis locus. Sin autem non erit, in eaſdem ſolitudines tu ipſe (vt opinor) venies, in quibus nos conſediſſe audies. Virg. Ecl. 5, 3 Hic corylis miſtas inter conſedimus vlmos. Virg. Ecl. 7, 1 Forte ſub arguta conſederat ilice Daphnis. ¶ 2 *Translationes habet elegantes:* Conſedit in mente iuſtitia Cic. de Fin. 1, 50. Cic. Orat. 96 Hoc totum *genus orationis florens* e Sophiſtarum fontibus defluxit in forum, ſed ſpretum a ſubtilibus, repulſum a grauibus, in ea, de qua loquor mediocritate, conſedit. Cic. Att. 2, 4 Accommodatius enim nobis eſt ad liberam legationem tempus illud, quum et Quintus noſter, vt ſperamus, in otio conſederit. Cic. pro Muraen. 18 Sed Quaeſtura vtriusque propemodum pari momento ſortis fuit. habuit hic lege Titia prouinciam tacitam et quietam: tu illam, cui, quum Quaeſtores ſortiuntur, etiam acclamari ſolet, Hoſtienſem, non tam gratioſam et illuſtrem, quam negotioſam et moleſtam. Conſedit vtriusque nomen in Quaeſtura. Nullum enim vobis ſors campum dedit, in quo excurrere virtus cognoſcique poſſet. *Eſt et vox militaris.* Curt. 7, 7, 31 Ratus excipi poſſe, quem venturum ſciebat, conſedit occultus. Caeſ. Bell. Gall. 5, 9 Vbi ex captiuis cognouit, quo in loco hoſtium copiae conſediſſent. Quum Viridorix contra eum duum millium ſpatio conſediſſet Id. ib. 3, 17. *Denique de iis dicitur, qui in loco aliquo domicilia ponunt.* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 4 Dimiſſi a ſuperioribus imperatoribus in iis prouinciis conſederant. *Comparandum eſt verbum* CONSIDO, *quod damus poſt* CONSIDERO. *Nec enim ſemper, in praeteritis certe, facile diſtinguuntur.*

CONSEDO, ōnis. m. *A* Conſedendo; *vt* Aſſedo, *et* Aſſeſſor. C. Hemina Annal. l. 4 Nemo vicinus conſedo. *Haec* Nonius 1, 312. *Erit igitur vicinus, qui prope nos conſedit, i. domicilium poſuit.*

CONSESSOR, ōris. m. [σύνεδρος] *Qui vna cum alio ſedet, et in primis ad ludos refertur, qui a magna conſidentium multitudine ſpectarentur.* Liu. 34, 54 Cur diues pauperem conſeſſorem faſtidiret? Cic. Att. 2, 15 Praeclarum ſpectaculum mihi propono, modo te conſeſſore ſpectare liceat. *Sic* In ſpectaculo conſeſſoribus narrauit Val. Max. 1, 7, 8. Cic. pro Flacc. 24 Ne accuſatoris conſeſſoribus, conuiuis, contubernalibus, *etc.* ciuem ac ſupplicem veſtrum dederitis. Conſeſſor et colluſor, *vid.* COLLVSOR.

CONSESSVS, ûs. m. [συνεδρία, συνέδριον] *Non eſt* Conſeſſio, *ſed homines vno in loco conſidentes, inquit Valla* 4, 2. Cic. de Senect. 63 Quibus quum a cuncto conſeſſu plauſus eſſet multiplex datus, dixiſſe ex eis quendam, Athenienſes ſcire, quae recta eſſent, facere nolle. Frequentia et conſeſſus aliquorum Cic. pro Flacc. 41. Caueae conſeſſus Virg. Aen. 5, 340. Implere conſeſſum clamoribus Virg. Aen. 5, 341. Luſtrare in equis Virg. Aen. 5, 577. Conſpectu conſeſſuque iudicum commoueri Cic. Verr. 1, 19 c. 7. Id. pro Milon. 1 Non enim corona conſeſſus veſter cinctus eſt, vt ſolebat. Populus vinctus ipſo conſeſſu, conſtrictus ſpectaculis, impeditus turba et anguſtiis Cic. de Aruſp. Reſponſ. 22.

CONSESSIO, ōnis. f. M. Capella.

CONSĪDĔRO, āre. [σκέπτομαι, σκοπέω, ἐπισκοπέω, κατανοέω, λογίζομαι] A Siderum contemplatione videtur appellari, *inquit* Feſtus, et ſignificat Reputare, expendere. Cic. Fam. 10, 16 Ille ait conſiderare ſe velle. Contemplari vnumquodque otioſe, et conſiderare Cic. Verr. 4, 33. Id. in Parad. 4 Nunquam te circumſpicies, nunquam nec quid facias conſiderabis, nec quid loquare? Videre etiam atque etiam, et conſiderare quid agendum Cic. Verr. 5, 174 c. 68. Conſiderandum eſt, vt ſolum pingue ſit Columel. 2, 2. Coram conſiderare aliquid quale ſit Cic. Att. 7, 3. De aliquo et de ſe conſiderare aliqua Id. ibid. 7, 13. De aliquibus rebus cum aliquo Cic. Fam. 14, 14. Factum aliquorum ex iudicio alicuius Id. pro Roſc. Amer. 108. Ex ſe, et ex ſua natura ſimpliciter aliquid Cic. de Inuent. 1, 14. Caſus ſuos ſecum Id. Tuſc. 5 c. 1. Ter. Heaut. 2, 4, 5 Et quum egomet nunc mecum in animo vitam tuam conſidero. Conſiderate cum animis veſtris vosmetipſi Cic. Verr. 3, 29 c. 12. Suum quisque opus a vulgo conſiderari vult Id. Off. 1, 147.

CONSIDERĀTVS, a, um. Partic. [περιεσκεμμένος] *Vt*, Factum paullo minus conſideratum Cic. pro Sulla 72. Ratio bene conſiderata Cic. de Inuent. 2, 164 c. 54. Id. de Aruſp. Reſp. 3 Nihil feci iratus, nihil impotenti animo, nihil non diu conſideratum ac multo ante meditatum. Ratiocinatio autem, eſt diligens et conſiderata faciendi aliquid, aut non faciendi cogitatio Cic. de Inuent. 2, 18. Id. de Clar. Orat. 154 Balbi docti et eruditi hominis in vtraque re conſideratam tarditatem vicit. Viuendi via conſiderata et prouiſa Cic. in Parad. 5. ¶ 2 Conſideratus homo, *qui agenda conſiderat, vt* cautus, *qui cauere ſolet*, circumſpectus, *qui circumſpicere etc.* Cic. pro Caecin. 1 Verum et illud conſiderati hominis eſſe putauit. Cic. pro Quint. 11 C. Quintius fuit huius P. Quintii frater, ſane caeterarum rerum paterfamilias et prudens et attentus, vna in re paullo minus conſideratus, qui, *etc.* Conſideratus ac ſapiens Plin. Paneg. c. 44. *Compar.* Dare conſideratius conſilium Cic. Att. 9, 1. Caeſar tardior et conſideratior erat factus Hirt. B. Afric. c. 73. *Superl.* Cic. pro Font. 19 c. 9 Credo haec eadem Induciomarum in teſtimonio timuiſſe aut cogitaſſe, qui primum illud verbum conſideratiſſimum noſtrae conſuetudinis, Arbitror (quo nos etiam tunc vtimur, quum ea dicimus iurati, quae comperta habemus, quae ipſi vidimus) ex toto teſtimonio ſuo ſuſtulit, atque omnia ſe ſcire dixit.

CONSIDERATIO, ōnis. f. [σκέψις, ἐπινόησις, λογισμὸς] Cic. Acad. 4, 127 c. 41 Conſideratio contemplatioque naturae, eſt animorum ingeniorumque naturale quoddam quaſi pabulum. Circumſpectio et accurata conſideratio Cic. Acad. 4, 35 c. 11. Intendere conſiderationem, *vid.* INTENDO.

CÓNSIDERATOR, ōris. m. Gell. 11, 5 Quaeſitores et conſideratores, qui ſemper in conſiderando ſunt.

CONSIDERANTIA, ae. f. *Idem.* [περίσκεψις] Cic. Q. Fratr. 3, 9 Cuius in hoc vno conſiderantiam et ego ſuſtinebo, vt potero. Tarditate animi ſine conſiderantia irruentes Vitr. 6, 1.

CONSIDERANTER. Adu. Valer. 8, 1 Conſideranter et manſuete Populi Romani magiſtratus *(agebat.)* Cuneum inter corticem et lignum conſideranter deponimus Pallad. 3, 19 *pr.*

CONSIDERANTIVS. C. Fronto, *Grammaticus.*

CONSIDERATE, ius, iſſime. [περιεσκεμμένως] Cic. pro Quint. 51 Praetores, vt conſiderate fieret, comparauerunt. Cic. Fam. 12, 5 Hirtius nihil niſi conſiderate, vt mihi crebris literis ſignificat, acturus videbatur. Agere quod agas, conſiderate decet Cic. Off. 1 c. 27. Iudicio, conſiderate, conſtanterque delata beneficia Id. ibid. 1 c. 49. Conſideratius facere aliquid Caeſ. B. C. 3, 82. Conſideratius vtilitati ſuae conſulere Cic. Att. 9, 11.

CONSĪDO, sēdi, ſeſſum, ſidere. [ἐπικαθέζομαι, συνιζάνω] *Cum motu eſt, de loco ad locum, ac de iis dicitur, qui ad ſedendum ſe conferunt, ſedere et humiliorem locum petere, incipiunt. Comparandum eſt hoc verbum cum cognato* CONSIDEO, *cuius et propriam et metaphoricas ſignificationes imitatur. Proprie* Cic. de Legg. 2, 7 Conſidamus hic in vmbra. Columel. 7, 3, 26 Neque aut recubet, aut conſidat. Plin. 34, 10 Vſtum teritur mortario Thebaico, aqua pluuia lauatur, minore effectu: iterumque adiecta largiore teritur, et dum conſidat, relinquitur. Cic. de Prouinc. Conſ. 34 Alpibus Italiam munierat ante natura, non ſine aliquo diuino numine, *etc.* quae iam licet conſidant, nihil eſt enim vltra illam altitudinem montium vsque ad Oceanum, quod ſit Italiae pertimeſcendum. Conſidere luctu Virgilius Aen. 11, 350 *vrbem dicit, quod triſtes qui ſunt plerumque ſedent: et Graeci* καθίζειν κλαίοντα, *id eſt flentem ſedere, eodem fere modo dicere ſolent. Turnebus.* Liu. 30, 38 In Veliterno agro terra ingentibus cauernis conſedit, arboresque in profundum exhauſtae. Conſedit, *deſcendit, demerſa eſt.* Sil. 15, 528 Saturnum noſtris conſidere in oris Et regnare dedi, *ab exilio et fuga acquieſcere. Sic* Virg. Aen. 4, 39 Non venit in mentem quorum conſederis aruis? Aliquo loco conſidere Cic. Att. 5, 14. An Antii conſidam Cic. Att. 2, 6. Ardor animi conſedit Cic. de Clar. Orat. 93 c. 24. *i. Sedatus eſt.* Id. de Clar. Orat. 15 Homines quum inter ſe coniuncti, tum mihi ita cari, itaque iucundi, vt eorum adſpectu, omnis quae me angebat de Republ. cura, conſederit. *i. quieuerit, et ſedata ſit.* Furor alicuius Cic. Acad. 4, 87. Vbi ira conſedit Liu. 38, 17. Valer. Argon. 8, 166 Cur tanta mihi non prodita peſtis Vt gener Aeſonides noſtra conſideret aula? Argolicosque duces mediis conſidere Caſtris Iuſſit et arbitrium litis traiecit in omnes Ouid. Met. 12, 627. *de iudicibus.* Conſidere Cretae, *pro in Creta* Virg. Aen. 3, 162. In Labellis Platonis conſederunt apes Cic. de Diuin. 1, 78 c. 36. Perpetuis menſis conſidere Virg. Aen. 7, 176. *(i. inquit* Seruius), Longis menſis ad ordinem exaequatis ſedentium. Portu Virg. Aen. 3, 378. Regno Stat. Theb. 11, 152. Regnis cum aliquo Virg. Aen. 1, 576. Saxo Ouid. Met. 1, 679. Scamnis Id. Faſt. 6, 305. Sedibus Virg. Georg. 4, 65. In ſedibus Cic. de Orat. 1, 29. Solio medius conſedit auito Virg. Aen. 7, 169. Tectis bipatentibus conſidunt diui Virg. Aen. 10, 5. Terra, *i. regione aliqua* conſidere Virg. Aen. 4, 349. In theatro Cic. pro Flacco 16. Tranſtris conſidere Virg. Aen. 4, 573. Valer.

ler. Argon. 2, 442 Illi ſole nouo laeti, plenique deorum Conſidunt tranſtris. Conſidere in aliam partem dixit Sen. Epiſt. 118. *pro Deſcendere in diuerſam opinionem.* Regia tota conſedit in cinerem, *i. Conflagrauit* Stat. Theb. 3, 185. *Sic* Virg. Aen. 2, 624 Omne mihi viſum eſt conſidere in ignes Ilium. Ouid. Met. 13, 408 Ilion ardebat, neque adhuc conſederat ignis. Omnia autem talia ſenſum mouent, ſenſusque mouentia quae ſunt, eadem in Opinatione conſidunt, quae ortum habere gignique diximus Cic. de Vniuerſ. 4. Verborum coniunctio varie diſtincteque conſidat Cic. de Orat. 3, 289. *de clauſula Periodorum.* ¶ 2 Conſiditur. Imperſ. [ἐπικαθέζεται] Cic. de Orat. 3, 18 c. 5 Quum placuiſſet idem caeteris, in ſiluam venitur, et ibi magna cum audiendi expectatione conſiditur.

CONSIGNIFICATIO, ōnis. f. *Laudatur* Apul. . Ea furoris conſignificatione perterriti omnes. *Sed nihil tale habet Index Floridi.*

CONSIGNO, āre. [σφραγίζω, ἀποσημειοῦμαι] *Signo vel ſignis aliquid claudere, continere, ſancire, ſeruare, cuſtodire.* Plaut. Trin. 3, 3, 45 Epiſtolas duas, eas nos conſignemus, quaſi ſint a patre. Rerum inſitae et quaſi Conſignatae in animis notiones Cic. Tuſc. 1, 57 c. 24. Vlp. in l. Iulianus. §. idem Iulianus D. de actionib. emti, Si quum venditor ſciret fundum pluribus municipiis legata debere : in tabula quidem ſcripſerit vni municipio deberi : verum poſtea legem conſignauerit, *etc.* Suet. in Claud. 26 Quam quum comperiſſet ſuper caetera flagitia atque dedecora, C. Silio etiam nupſiſſe, dote inter auſpices conſignata, ſupplicio affecit. Dotem conſignare, *eſt modum dotis in tabulas referre, easque tabulas teſtibus, hic auſpicibus nuptiarum, obſignandas dare.* Tabulae maximae ſignis hominum nobilium conſignantur Cic. pro Quint. 25 c. 6. Id. Acad. 4, 2 c. 1 Itaque vt literis conſignamus, quae monumentis mandare volumus : ſic ille in animo res inſculptas habebat. Vim et crudelitatem priuilegii auctoritate honeſtiſſimorum hominum, et publicis literis conſignauit Pompeius Cic. poſt redit. in Senat. 29 c. 11. Senatus iudicia de aliquo publicis literis monimentisque conſignata Cic. pro Deiot. 37 c. 13. Id. de Legib. 3, 46 A librariis petimus, publicis literis conſignatam memoriam. Conſignata literis Quaeſtura Cic. Diu. in Caec. 28. Ratio aliquorum et publicis et priuatis literis conſignata Cic. Verr. 3, 109. Motus temporis conſignandus Cic. de Vniuerſ. 26. *de motu ſiderum.*

CONSIGNĀTVS, a, um. Partic. [ἐσφραγισμένος] *Vt,* Teſtata et conſignata monumentis antiquitas Cic. de Diuin. 1, 87. Id. pro Cluent. 139 Sed errat vehementer, ſi quis in orationibus noſtris, quas in iudiciis habuimus, auctoritates noſtras conſignatas ſe habere arbitratur. *i. ſententiam noſtram ita declaratam et ſancitam, vt ſolent teſtationes, teſtamenta, et inſtrumenta alia publica.* Fundi publicis commentariis conſignati Cic. de Orat. 2, 224. Laudatio alicuius conſignata creta Cic. pro Flacc. 37.

CONSIGNATIO, ōnis. f. [σφράγισις] *Veteribus erant* Conſignationes, *quas vocamus Documenta vel Chirographa.* Quinctil. 12, 8, 11 Promittit enim litigator omnia, teſtem populum, paratiſſimas conſignationes. *Vid.* Teſtatio, *in* TESTIS, *et Turneb. Aduerſ.* 2, 27.

CONSIGNANTER. Adu. *vnde Compar.* Conſignantius *apud* Gell. 1, 25 Graeci ſignificantius conſignantiusque dixerunt. *Idem* Gellius *a* CONSIGNATE *vſus eſt Superl.* 1, 15 Conſignantiſſime factus verſus Eupolidis. *i. ſignificantiſſime.*

CONSILEO, ui, ēre. *et* CONSILESCO, ĕre. [κατασιωπάω] Gell. 12, 1 Nam vbi infantis aliorſum dati facta ex oculis amolitio eſt, vigor ille maternae flagrantiae ſenſim ac paullatim reſtinguitur, omnisque impatientiſſimae ſolicitudinis ſtrepitus conſileſcit. Feſtus, Conſiluere Ennius pro conticuere poſuit.

CONSILIARIVS, *vid.* CONSILIVM.

CONSILĪGO, ĭnis. f. [κονσιλίγω] *Herbae genus, memoratum* Colum. 6, 5, 3 Praeſens etiam remedium *bubus* cognouimus radiculae, quam paſtores conſiliginem vocant. Ea in Marſis montibus plurima naſcitur, omnique pecori maxime eſt ſalutaris. Laeua manu effoditur *etc. ſunt enim pluſcula.* *Add.* 6, 14, 1. 7, 5, 14. 7, 10, 7. Plin. 25, 8 ſ. 48 Noſtra aetas meminit herbam in Marſis repertam. Naſcitur et Aequiculis circum vicum Nemeſiae, vocatur conſiligo. *Add.* 26, 7 ſ. 21. Conſiliginem *vocarunt, quod in campis inter ſiliginem triticumque ſaepius emicet.*

CONSĬLIO, ſilui, īre. [ἐπιπηδάω] *Dubiae auctoritatis verbum. Laudatur* Tacit. Ann. 3, 46 Paucae huius ipſius exercitus turmae profligauere Sequanos ; quanto pecunia dites, et voluptatibus opulentos, tanto magis imbelles Aeduos, euincite, et fugientibus conſilite, *i. cum illis currite, eosque aſſequuti conficite. Sed Gron. ex MSS.* Conſulite, *quod interpretatur per ſarcaſmum, interficite, vt* ſibi conſulere *deſperati dicuntur. Heinſius apud Ryckium vult eſſe, parcite. Sed huic euentus non reſpondet. Laudatur idem* Tac. Ann. 6, 36 Igitur Sinnaces, quem antea infenſum memoraui, patrem Abdagaſem, aliosque occultos conſilit, et tunc continuis cladibus promtiores ad defectionem trahit. *Verum hic ſine dubio praeferenda ratio Gronouiana* occultos conſilii. *Adhuc igitur nullius auctoritatis, certe maxime dubiae, verbum eſt.*

CONSILIVM, i. n. [βούλευμα, βουλή, συμβούλιον] *De etymologia huius nominis.* Feſtus: Conſilium vel a Conſulendo dicitur, vel quod in vnam ſententiam plurium mentes in vnum conſiliant et conueniant. Sed a Silentio credibilius dictum putatur, quo maxime inuenitur. *Omittit, quod maxime obuium eſt,* Conſilium *dici a* Conſulendo, *vt ab* exulando exilium. *Eſt autem vox latiſſimi vſus, qui tamen ad tria velut ſumma capita referri poteſt. Primo enim eſt, vt ait* Cic. de Inu. 2, 31 Aliquid faciendi vel non faciendi excogitata ratio : *ſiue in quantum illam ipſi ſequimur, ſiue in quantum eam impertimus aliis. Deinde eſt fons quaſi conſiliorum ſ. prudentia ipſa, et facultas illam rationem excogitandi. Denique homines, qui conſilia nobis impertiunt,* conſilium *vocantur. Prior et ſecunda ratio ita ſibi implexae et permiſtae ſunt, vt vix liceat vbique ſatis diſtinguere. Itaque promiſcue ponemus.* Cic. Philipp. 12, 6 Quod ſi eſt erratum, P. C. ſpe falſa atque fallaci, redeamus in viam : optimus eſt portus poenitenti, mutatio conſilii. Conſilium, Animus, Mens, *eadem ſunt* Lucret. 3, 95. Et quia conſilium non eſt, et lingua remiſſa Manil. 4, 889. *de brutis.* Cic. Fam. 11, 29 Magnum pondus acceſſit ad tollendam dubitationem, iudicium et conſilium tuum. Id. ibid. 5, 2 Quis eſſet, qui me in Conſulatu non caſu potius exiſtimaret, quam conſilio fortem fuiſſe ? Virg. Aen. 2, 656 Nam quod conſilium, aut quae iam fortuna dabatur ? Voluntas et conſilium Cic. Fam. 10, 10. Conſcientia conſiliorum meorum me conſolatur Cic. Fam. 4, 3. Gubernatio conſilii Id. de Inuent. 2, 164. Infirmitatem Conſilii, *mulieribus tribuit* Cic. pro Muraen. 12. Id. Att. 16, 7 Nemo doctus vnquam (multa autem de hoc genere ſcripta ſunt) mutationem conſilii, inconſtantiam dixit eſſe. Penuria, *vid. h. v.* Adiutor conſiliorum Cic. Fam. 10, . . Ambiguus conſilii Tacit. Hiſt. 4, 21. Auctor conſiliorum Cic. Att. 2, 26. Id. . . . . Quum etiam ipſe caſus, euentusque rerum, non duces, ſed comites conſiliorum fuerint, *etc.* Expers conſilii vis mole ruit ſua Horat. Carm. 3, 4, 65. *Nam* Viribus amplis Conſilium eſt maius Manil. 2, 527. Fortis conſilio Cic. Fam. 5, 2. Imbecilli conſilii mulier Id. pro Flacco . . . Improuidus conſilii Tacit. Hiſt. 3, 56. Inopes conſilii Ouid. Met. 9, 745. Miniſter conſiliorum Cic. Fam. 2, 7. Moderator Id. ibid. 1, 9. Opportunus conſiliis locus, an adverſus Quinctil. 5, 10, 37. Plenus conſilii Nep. 4, 1, 2. Maximi conſilii vir Nep. 14, 1, 1. Viridis conſilio Sil. 3, 255. Cic. Philipp. 7, 19 Turpe eſt ſummo conſilio orbis terrae, praeſertim in re tam perſpicua, conſilium intelligendi defuiſſe. *i. Senatui prudentiam.* Conſilia temporum ſunt, quae in horas commutari vides Cic. Att. 14, 20. ¶ 2 *Epitheta* Conſilii, *in quantum eſt excogitata ratio agendi.* Acre, *vid.* ACER. Cic. Att. 7, 9 Ita ſum perturbatus temeritate noſtri amentiſſimi conſilii. Arcanum Hor. Carm. 3, 21, 16. Bonum, *vid. h. v.* Liu. 35, 32 Conſilia Calida et audacia prima ſpecie laeta, tractatu dura, euentu triſtia ſunt. Callidum, Celere, Clandeſtinum, Clariora luce, *vid. hh. ll.* Cic. Verr. 3, 63 c. 25 Clauſa non potuit habere *(i. tacere, occultare.)* ſua conſilia de Verre. Cognitum Cic. Fam. 7, . . Compar, *vid. h. v.* Valer. Max. 7, 2 Scipio Africanus turpe eſſe aiebat in re militari dicere, Non putaram : videlicet quia explorato et Excuſſo conſilio, quae ferro aguntur, adminiſtrari oportere arbitrabatur ſumma ratione : inemendabilis enim eſt error, qui violentia Martis committitur. In rebus aſperis et tenui ſpe Fortiſſima quaeque conſilia tutiſſima ſunt Liu. 25, 38. Fidele Cic. de Lege Agr. 2, 5. Fidum atque prouidens Gell. 3, 7. Grandaeua Valer. Flacc. Argon. 7, 348. *i. ſenis ac proinde prudentis.* Immaturum Suet. Aug. c. 8. Incertum, Inconſultum, *vid. hh. vv.* Tacit. Ann. 15, 61 Quod erat ſaeuienti principi Intimum conſiliorum. Lene conſilium dare alicui Hor. Carm. 3, 4, 41. Horat. Epod. 11, 38 Vnde expedire non amicorum queant Libera conſilia, *i. a meticuloſa adulatione vacua.* Malum conſilium conſultori peſſimum eſt, *cuius verſiculi originem narrat* Gell. 4, 5. Liu. 4, 13 Quae res eum nec dum compoſitis maturisque ſatis conſiliis oppreſſit. Melius conſilium, Ordinaria conſilia, *vid. ſſ. ll.* Nouum Nepos 18, 8, 4. Particeps conſilii Cic. in Catil. 2, 14. Praeceps et immaturum Suet. Auguſt. c. 8. Praeceps conſiliis Cic. Philipp. 5, 37. Prudentiae et fidelitatis plena conſilia Idem Fam. 10, 4. Praeſentiſſimum Quinctil. 2, 13. Tacit. Hiſt. 2, 11 Quoniam Prima conſiliorum fruſtra ceciderant. Prudens Balbus et Oppius Ciceroni Att. 8, 9. Facile omnes, quum valemus, Recta conſilia aegrotis damus Ter. Andr. 2, 1, 9. Sapiens Ouid. Met. 13, 433. Temerario conſilio vti Paterc. 2, 120. Curt. 7, 4, 11 Natura mortalium hoc quoque nomine praua et ſiniſtra dici poteſt, quod in ſuo quisque negotio hebetior eſt, quam in alieno. Turbida facta ſunt conſilia eorum, qui ſibi ſuadent. Cic. in Catil. 3, 16 Erat ei conſilium ad facinus aptum : conſilio autem neque lingua, neque manus deerat. Idem Fam. 1, 7 Initio ſcripſi totius facti tui iudicium, non tam Ex conſilio tuo, quam ex euentu homines eſſe facturos. ¶ 3 *Formulae Verborum et Participiorum :* Abdita, *vid. h. v.* Cic. Att. 7, 24 A conſilio fugiendi, vt tu cenſes, Abſum. Abiicere conſilium, Idem Att. 5, 11. Abundare conſilio Cic. Fam. 10, 16. Acceptum ab vniuerſis, et complacitum eſt conſilium, quod dabat Gell. 18, 3. Accommodare, *vid. h. v.* Adducere ad conſilium Cic. Fam. 15, . Adeſſe alicui in conſilio Idem pro Quint. 79. Adhibe te in conſilium Cic. Fam. 2, 7. Adiuuare, *vid. ſ. l.* Adminiſtrare Quinct. 5, 14. Admiſceri ad, Admittere in, Admitti ad conſilium, *vid. hh. vv.* Cic. Att. 15, 1 Quid enim illi Afferre conſilii poſſum, quum ipſe egeam conſilio? Afferre in templum conſilium furti Quinct. 4, 2. Agere, *vid.* AGO. Agitare mala conſilia Sen. Epiſt. 10. Amittere, *vid.* AMITTO. Amouere conſilia caſſa Sen. Troad. 570. Amplecti, *vid. h. v.* Aperire conſilii fontes Cic. ad Brut. 10. Aſſentiri conſilio Idem Fam. 11, . . Aſſumere, *vid. h. v.* Cic. Fam. 2, 7 Ne te Auferant aliorum conſilia. Capere C. Nepos 18, 8, 4. *et* 4, 3, 3. Cic. Fam. 3, 3. *et* 9, 2. *et* 14, 12. Capere conſilium Idem Fam. 11, 29. Capere ex tempore Cic. Offic. 2, 33. Sibi Capere Caeſ. Bell. C. 1, 1. Sibi ſeparatim a reliquis Idem ib. c. 76. Cic. Verr. 2, 41 Capit conſilium de amicorum et propinquorum ſententia non adeſſe ad iudicium. Capere pernicioſa alicuius rei conſilia Idem pro Domo 114. Capeſſere, Captare, *vid. hh. ll.* Eſt omnino iniquum, ſed vſu receptum, quod honeſta conſilia, vel turpia, prout male, aut proſpere Cedunt, ita vel probantur, vel reprehenduntur Plin. Ep. 5, 21, 7. Clauſa habere conſilia, *vid.* CLAVDO. Commiſcere cum aliquo, Communicatum, *vid. hh. vv.* Commutare Cic. Att. 14, 20. Conferre Ter. Heaut. 3, 1, 64. Confirmare conſilium Cic. Fam. 2, 1. Confringere, Coniunctum, *vid. hh. ll.* Coniungere conſilium cum alterius conſilio Cic. Fam. 4, 2. Idem Att. 8, 11 Quod me magno animi motu perturbatum putas, ſum equidem : ſed non tam magno, quam tibi fortaſſe videor. Leuatur enim omnis cura, quum aut Conſiſtit conſilium, aut cogitando nihil explicatur. *Tum* conſiſtit conſilium, *quum cogitando aliquid, quod placeat, explicauimus, in quo manendum putemus.* Conſociare, Conſtituere, Conſultare, *vid. ſſ. ll.* Conſumere Ter. Andr. 1, 1, 132. Conuocare in animum conſilia, Coquere, Corrumpere, Credere alicui ſua conſilia, *vid. ſſ. ll.* Dare Ter. Andr. 2, 1, 9. Cic. Fam. 2, 7. Conſilium nobis resque locusque dabunt Ouid. Am. 1, 4, 54. Dare minus fidele alicui Cic. pro Cluent. 85. Dare ſecundum mores Quinctil. 3, 8. Dare aliquid loci rationi et conſilio Cic. pro Quint. 53. Deeſſe alicui Idem Fam. 6, . . Dictare conſilia mala voce blandiloqua Sen. Agam. 289. *i. dare.* Diſcrepare a Cic. Fam. 10, 4. Dominatur conſilium in toto corpore Lucr. 3, 139. *i. mens.* Edicere Gell. 15, 27. Egere, et Abundare conſilio, contraria Cic. Fam. 10, 16. Enuntiare Idem pro Roſc. Amer. 11. *Et* Fam. 16, 1 Si autem poſteaquam cibum cepiſti, videris tibi me poſſe conſequi, tuum conſilium Eſt. Cic. Fam. 14, 14 Veſtrum iam conſilium Eſt, non ſolum meum, quid ſit vobis faciendum. *Et* 3, 2 Quid in eo genere efficere poſſis, tui conſilii Eſt. Id arbitrium negauit Conon ſui conſilii Eſſe Nepos 9, 4, 2. Eſt veſtri conſilii *(prudentiae)* in poſterum, quam longiſſime prouidere Cic. Philipp. 7, 19 c. 7. Conſilium Eſt ita facere, *i. decreui* Plaut. Mil. 2, 3, 73. Cic. Att. 5, 5 Ibi enim Pomtinium ad eam diem, quam tu ſcripſiſti, exſpe-

exſpectare conſilium Eſt. Cic. Att. 15, 12 Sed quid aetati credendum ſit, quid nomini, quid hereditati, magni conſilii Eſt. Excluſa eſt ſpes pacis a conſilio publico Cic. de Clar. Orat. 329. *i. nulla ſpes eſt, pacem poſſe publico conſilio procurari.* Exſequi Ter. Phorm. 2, 4, 21. Exſpectantur in rebus magnis, memoriaque dignis conſilia primum, deinde acta, poſtea euentus Cic. de Orat. 2, 63. Expeditum Tacit. Hiſt. 2, 52. Expetere tuta Sen. Agam. 108. Explere Caeſ. Bell. Ciuil. . . Cic. Fam. 14, 12 Metuo, ne id conſilii ceperimus, quod non facile explicare poſſimus. *Add.* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 78 Ex propoſitis conſiliis duobus explicitius videbatur Ilerdam reverti — ibi ſe reliquum conſilium explicaturos confidebant. Expetere ſana conſilia Senec. Hippol. 180. Exponere Cic. Fam. 3, 5. Idem Fam. 4, 2 Quod meum conſilium Exquiris, id eſt tale, vt capere facilius ipſe poſſim, quam alteri dare. Extorquere Lepid. Cic. Fam. 10, 4. Facere aliquem certum ſui conſilii Ouid. Met. 11, 415. Facere conſilii copiam Cic. de Orat. 3, 131. De eius conſilio velle ſe facere Ter. Phorm. 3, 1, 17. Fracta et impulſa fatis Stat. Theb. 4, 3. Gerere aliquid conſilio Quinctil. 5, 14. Virgil. Aen. 9, 227 Conſilium ſummis regni de rebus Habebant, *i. conſultabant.* Cic. Att. 12, 50 Ipſe Romam venirem, vt vna eſſemus, ſi ſatis conſilium quadam de re Haberem. Quinctil. 7, 3 Scelera non Habere conſilium vulgo dicitur. Cic. Att. 7, 10 Ex ſermonibus eorum, quos conuenio, videtur hoc conſilium exitum Habiturum, *nempe quem volumus.* Id ipſum in conſilio eſt Habendum Quinct. 8, 2 p. 678 B. Impediri aedificationis tuae conſilium commendatione mea nolebam Cic. Fam. 13, 1. Impertire Idem Fam. 5, 2. Inclinare, *vid.* INCLINO. Indicare Cic. Fam. 10, 21. Inire Nepos 6, 3, 1. *et* 25, 22, 3. Inſperatum, Inſtruere, Intendere, *vid. ſſ. ll.* Intereſſe Cic. Fam. 9, 24. Interponere, *vid. h. v.* Cic. pro Quint. 34 Tibi inſtat Hortenſius, vt Eas in conſilium. Sen. Agam. 309 Secede mecum potius, vt rerum ſtatum, dubium ac minacem Iuncta conſilia explicent. Iuuare aliquem conſilio, *vid.* IVVO. Cic. Att. 8, 22 Scito Labare meum conſilium illud, quod ſatis iam fixum videbatur. Idem Philipp. 7, 38 Ego vero metuo, ſi hoc tempore conſilio Lapſi erimus. Manant conſilia, *vid.* MANO. Manere in conſilio Cic. Off. 1, 112. Minuere, *vid. h. v.* Miſcere cum aliquo Tac. Hiſt. 3, 3. Miſcere ſe conſiliis Stat. Theb. 12, 82. Mouere Val. Arg. 4, 480. Multata crudeliſſime a fortuna conſilia *Rabirii* Cic. pro Rabir. Poſt. 2. Muſſare Stat. Theb. 392. Mutare Nepos 18, 9, 6. Mutare itineris Cic. Att. 15, . . Mutuari, *vid. h. v.* Cic. Att. 15, 3 Antonii conſilia Narras turbulenta. Occultare, Occupare, *vid. ſſ. ll.* Occurrere Cic. Catil. 317. Omittere, *vid. h. v.* Parat conſilium viribus *Romulus apud* Liu. 1, 8 *hoc eſt, vt ipſe ſtatim interpretatur,* creat Senatores. Parere Virgil. Aen. 5, 728. Patent Cic. in Catil. 1, 1. Perferre, Perimere, *vid. hh. vv.* Petere Cic. Fam. 10, 16. Poenitet conſilii Idem Fam. 9, 5. Praeuenire, *antevenire* Cic. Offic. 3, 33. Idem . . Hoc plerumque facimus, vt conſilia euentis Ponderemus, *etc.* Cic. . . Nunc certe Promenda ſunt tibi conſilia, *etc.* Probare Idem Fam. 4, . . Quaerere Catul. Arg. 253. Referre in melius Virgil. Aen. 1, 281. Regere Quinctil. 1, 10. Cic. . . A ſuis et Reipubl. conſiliis Remouiſſet. Idem Fam. 1, 9 *pr.* Altius paullo rationem conſiliorum meorum Repetam. Reprehendere Cic. Att. 2, . . Repudiare Idem de Orat. 2, 3. Reuocare a conſilio Cic. Att. 3, 15. Liu. 35, 12 Agitandum aliquid, miſcendumque rati, ne cunctando Seneſcerent conſilia. Sequi Ter. Adelph. 3, 4, 54. Spectare debent ſempiternum tempus noſtra conſilia Cic. de Orat. 2, 169. Suſcipere Idem Off. 1, 112. Tegere vultu Virgil. Aen. 4, 477. Tenere obſtinatum alicuius rei Sen. Hippol. 854. Cic. Cn. Magno Proconſuli, *ſub* Att. 8, 15 Sed mihi non ſumo, vt meum conſilium Valere debuerit. Virgil. Aen. 1, 658 At Cytherea nouas artes, noua pectore Verſat Conſilia. Viget regnum conſiliis Idem Aen. 2, 88. Vti conſiliis Cic. Fam. 1, 9 *ſub fin.* *Saepe ponitur* Conſilium, *pro callido inuento, prudentia, arte,* Nepos 23, 11, 7. 2, 6, 5. 14, 6, 3. 18, 8, 4. *et* 9, 3. *et* 10, 1. Inuidorum conſilium Cic. Fam. 3, 10. *Etiam hic manet illa notio generalis, vt ſit excogitata ratio agendi: vt et in illis:* Cic. de Fin. 1, 72 Explicaui ſententiam meam, et eo quidem conſilio, tuum iudicium vt cognoſcerem. Liu. 35, 14 Sequutum tamen ſua ſponte eſt, velut conſilio petitum eſſet, vt vilior ob ea regi Annibal ſuſpectiorque eſſet. *Sic* Conſilio verſare dolos ingreſſus et aſtu Virg. Aen. 11, 704. Id. ib. 7, 216 Conſilio hanc omnes animiſque volentibus vrbem Afferimur. ¶ 4 *Vt alia Adiuncta pro Subiectis, ita ponitur* Conſilium, *pro Conſiliariis, nominatimque pro Aſſeſſoribus Praetoris, ſiue Iudicibus deſignatis.* Cic. pro Roſc. Amer. 8 Qui ex ciuitate in Senatum propter dignitatem, ex Senatu in hoc conſilium delecti eſtis propter ſeueritatem. Cum conſilio cauſam Mamertinorum cognoſcit, et de conſilii ſententia Mamertinis ſe frumentum non imperare pronuntiat Cic. Verr. 5 c. 21. Cognita conſilii voluntate Nepos 18, 12. Dimittere Cic. de Orat. 1 c. 26. Romulus centum patres inſtar habuit conſilii publici Vell. 1, 8, 6. Quae cum eſſem in conſilio meo cum rege locutus Cic. Fam. 15, 2. Numarios iudices cum ſuo quemque conſilio notaret Suet. Domit. c. 8. Ad conſilium retulit Nepos 18, 12, 1. Sibi conſtituit conſilia ſortiri ſemeſtria, cum quibus de negotiis ad frequentem Senatum referendis ante tractaret Suet. Auguſt. c. 35. *Conf. hic Bernegg.* *Add.* Cic. de Clar. Orat. c. 22. Nepos 19, 3, 4. Curt. *paſſim.* Cic. de Orat. 2, 333 Atque haec in Senatu minore apparatu agenda ſunt. Sapiens enim eſt conſilium, multiſque aliis dicendi relinquendus locus. Liu. 30, 16 Oratores — mittunt triginta ſeniorum principes. Id erat ſanctius apud illos conſilium, maximaque ad ipſum Senatum regendum vis. Cic. Att. 2, 10 Ait ſe de conſilii ſententia rem ad Senatum reieciſſe. Idem Verr. 2, 73 Dimittere atque ablegare conſilium. Conſilium cogere Quinctil. 7, 3. Cic. pro Quint. 34 Tibi inſtat Hortenſius, vt eas in conſilium, *i. vt iudices mittas in ſuffragia, ſ. ſententiam dicere iubeas.* Idem Fam. 7, 24 In conſilium iri neceſſe erat. *Et* Att. 10, 1 Venire in conſilium tyranni. Quinctil. 6, 1, 10 In epilogo eſt, qualem animum iudex in conſilium Ferat, *i. ad ſuffragia iam ferenda.* *Sic* Cael. ad Cic. Fam. 8, 8 Mittit in conſilium iudices, *i. iubet ſuffragia iam ferre.* Conſilium, cui cauſa manumittendi ſerui ab annis viginti minore, probanda eſt, conſtabat Romae quidem ex quinque Senatoribus, et quinque Equitibus Romanis: in prouincia vero viginti Recuperatoribus ciuibus Rom. Vlp. tit. 1 Inſt. Conſilium, *pro illo Coetu etiam ſaepius ſumitur, qui more maiorum imperatori rem militarem adminiſtranti ſolebat adeſſe.* Salluſt. in Bell. Iugurth. 62 *de Metello imperatore,* Ita more maiorum ex conſilii decreto per legatos Iugurthae imperat argenti pondo ducenta millia. *Iterum,* Igitur Rex vti conſtituerat, in caſtra venit, ac pauca praeſenti conſilio loquutus, *etc.* Conſilium, *pro Conſiliario vno:* Hortator pugnae conſiliumque fuit Ouid. Triſt. 4, 2, 32. ¶ 5 Conſilium *et* Concilium *ſaepe permutari a librariis notant Drakenborch. ad* Sil. 8, 71. *et Burmann. ad* Ouid. Met. 1, 167.

CONSILIOR, āri. Dep. [βουλεύω] *Conſilium habere, dare, petere, capere.* Cic. Att. 15, 9 Tu quid egeris tua cum triſti tum etiam difficili ad conſiliandum legatione, vehementer exſpecto: eſt enim inexplicabilis: *h. e. de qua ego tibi conſilium dare non facile poſſim.* Horat. Carm. 3, 3, 17 Gratum elocuta conſiliantibus Iunone diuis, *i. conſilium habentibus.* Idem in Arte Poët. 196 Ille bonis faueatque, et conſilietur amicis, *cum iis deliberet.* Tacit. Hiſt. 2, 53 Redire Bononiam rurſus conſiliaturi. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 19 Multumque cum ſuis conſiliandi cauſa ſecreto, praeter conſuetudinem colloquebatur. *Et* 1, 73 De reliquis rebus conſultabant — Haec conſiliantibus eis nunciatur, *etc.* Epit. Liu. 125 L. Antonius Conſul, M. Antonii frater, eadem Fuluia conſiliante, bellum Caeſari intulit, *i. ſuadente, inſtigante. His in locis magnus bonorum librorum conſenſus eſt, vt durum videatur corruptionis eos poſtulare. Sed quod laudatur praeterea* Macrob. Sat. 3, 12 *non aeque admiſerim. Recte enim editum videtur etiam a Gronouio,* Et ſic Iunonem conciliauit noſter Seruius. *Male etiam prouocatur ad* Ouid. Am. 1, 13, 42. *Bene enim Heinſius et Burmann.* Num me nupſiſti conciliante ſeni? *Pareus Lex. Crit. addit* Liu. 24, . . Iuſſi et duces ordinum praefectique auxiliorum ſimul conſiliari, *de quo iam non licet exiſtimare.* ¶ 2 *De fullonum opere an adhibeatur hoc verbum, vid.* CONCILIO, *quod ei rei proprium videtur: vbi etiam de* Conciliatis tapetiis.

CONSILIĀTOR, ōris. m. [βουλευτής] Plin. Epiſt. 4, 17 Ille in gerendis honoribus conſiliator et rector. Acceſſit conſiliator maleficus Phaedr. 2, 7. Apul. Met. 1 p. 107, 36 At hic bonus conſiliator Ariſtomenes, qui fugae huius auctor fuit. Vet. Gloſſ. Γνωμοδότης, Conſiliarius, Suaſor, Conſiliator.

CONSILIĀTRIX, īcis. f. Apul. Met. 5 p. 169 Sed illae quidem conſiliatrices egregiae tuae, tam pernicioſi magiſterii dabunt actutum mihi poenas.

CONSILIARIVS, i. m. [σύμβουλος] *Qui dat conſilium.* Cic. Fam. 1, 2 Perſpicio id, quod iam omnibus eſt apertum, totam rem iſtam iampridem a certis hominibus, non inuito rege ipſo, conſiliariiſque eius eſſe corruptam. *Et,* Tu me conſiliario fortaſſe non imperitiſſimo, fideli quidem et beneuolo vſus eſſes Idem ibid. 1, 9. Cic. de Legib. 3, 43 Eſt autem boni Auguris, meminiſſe maximis Reipubl. temporibus praeſto eſſe debere, Iouique Optimo Maximo ſe conſiliarium atque adminiſtrum datum. Idem Verr. 2, 42 Interea ſane perturbatus et ipſe, et eius Amici et conſiliarii moleſte ferre coeperunt. *Et* Att. 14, 9 Sed tamen ea ratio aedificandi initur, conſiliario quidem et auctore Veſtorio. Conſiliarius caedis Paterc. 2, 56. *i. qui caedem fieri conſuluit.*

CONSILIARIVS, a, um. Adi. [βουλευτικός] Plaut. Truc. 2, 1, 6 Magiſque adeo ei conſiliarius hic amicus eſt, quam auxiliarius. Idem Epid. 1, 2, 56 Iam Senatum conuocabo in corde conſiliarium. Anima conſiliaria Apul. Phil. Mor. p. 20.

CONSILIARIS, *pro* Conſiliario *defenditur Bynkershoek. Obſ. Iur. R. 1, 25 p. 103.*

CONSILIŌSVS, *a Catone dictum, teſte* Gell. 4, 9. Sid. Epiſt. 1, 1 Conſilioſiſſimum eſt. Conſilioſior Idem Ep. 7, 9. *Eſt autem* Conſilioſus *plenus conſilii.*

CONSVLO, ſului, ſultum, ĕre. [βουλεύομαι, συμβουλεύω, συμμητιάομαι, συμφράζομαι] *Habere, Capere, Dare aut Petere conſilium, pro varia conſtructione ſignificat.* Priuſquam incipias conſulto, et vbi conſulueris mature facto opus eſt Salluſt. Catil. *pr.* *Nempe ſine adiecto idem, quod Conſultare, vel deliberare, i. conſilium habere, eſt.* Caeſ. Bell. Gall. 7, 83 Bis magno cum detrimento repulſi Galli, quid agant, conſulunt. Ter. Adelph. 5, 9, 25 Age pater. M. poſt conſulam. Ad ſummam rerum libere conſulere Caeſ. Bell. Ciu. 3, 51. Ter. Heaut. 5, 2, 10 Vbi te vidi animo eſſe omiſſo, et ſuauia in praeſentia quae eſſent, prima habere, neque conſulere in longitudinem: cepi rationem, vt neque egeres, neque vt haec poſſes perdere, *i. non prouidere in poſterum, non capere conſilia profutura in poſterum.* Idem Andr. 3, 3, 16 Oro te in commune, vt conſulas, *conſilium capias, vtriſque nobis et communiter vtile.* Tacit. Ann. 12, 5, 4 *idem eſt, quod Reipublic. proſpicere.* Plin. 9, 13 Quod intermiſſum iamdiu morem in publicum conſulendi, ſuſceptis, *etc.* *Idem eſt* Conſulere in medium Lucan. 5, 46. Tac. Hiſt. 2, 53. Liu. 26, 12 Caeterum, quemaduodum nemo priuato conſilio ad hoſtem tranſibat, ita nihil ſalutare in medium conſulebatur, *i. in commune, vel in publicum.* In vnum Tac. Hiſt. 1, 68 *eadem ſententia.* Conſulere de aliquo *bene vel male, eſt conſilium capere, i. ſtatuere, decernere, et agere adeo:* Liu. 30, 43 De perfugis grauius, quam de fugitiuis conſultum. Cic. pro Sull. 63 Neque ego tantum fraterno amori dandum arbitror, vt quiſquam de ſalute ſuorum conſulat, communem relinquat, *i. ſuos ſeruare decernat.* Conſulere de ſe grauius Cic. Att. 10, 11. *i. noxium et exitioſum ſibi conſilium capere.* Idem Fam. 8, 16 Per fortunas tuas, Cicero, per liberos oro, obſecro, ne quid grauius de ſalute et incolumitate tua conſulas. Cic. Att. 7, 13 Aliter enim mihi de illis ac de me ipſo conſulendum eſt. Tac. Ann. 1, 24 Nullis ſatis certis mandatis, Ex re conſulturum. Liu. 3, 36 In humiliores crudeliter, libidinoſeque conſulebatur, *i. humiliores tractabantur.* *Add.* Idem 45, 8. Tac. Agr. 6, 13. Iuſtin. 1, 7, 10. Ter. Heaut. 3, 1, 28 Quia peſſime iſtuc in te atque in illum conſulis, ſi te tam leni et victo eſſe animo oſtenderis, *i. peſſimum conſilium ceperis.* Boni conſulere Plin. in prooem. libri 33 *eſt bonum iudicare, vt exponit* Quinctil. 1, 6, 32. *Add.* 6. Pr. 16. Boni conſulere aliquid Ouid. Triſt. 4, 1, 104. Id. ex Pont. 3, 8 *extr.* Vocem boni conſulere Sen. Ep. 9. Feſtus, Conſulas antiqui ponebant non tantum pro conſilium petas et perconteris, ſed etiam pro iudices et ſtatuas. Plaut. Perſ. 5, 2, 63 Certo illi homines mihi neſcio, quid mali conſulunt, quod faciant. *Hic non videntur iungendae voces* mali conſulunt: *ſed iſta ordinanda oratio:* Illi homines conſulunt, neſcio quid mali, quod mihi faciant, *i. deliberant de malo mihi inferendo. Sed* conſulere alicui *ſimpliciter etiam eſt* bene conſulere, *proſpicere ac prouidere.* Ter. Heaut. 4, 3, 37 Tu fortaſſe quid me fiat paruipendis, dum illi conſulas. Cic. Verr. 2, 43 Cui loco per deos immortales Iudices, conſulite, ac prouidete. Cic. Off. 1, 85 Qui autem parti ciuium conſulunt, partem negligunt, rem pernicioſiſſimam in ciuitatem inducunt, ſeditionem atque diſcordiam. Cic.

Cic. Att. 11, 14 Sed tamen aliquid conſuli et Proſpici poterit. Virg. Aen. 9, 322 Tu ne qua manus ſe attollere nobis A tergo poſſit, cuſtodi, et conſule Longe. Omnibus conſulere, mederi incommodis hominum, prouidere ſaluti Cic. Q. Fratr. 1, 17. Bene alicui Idem Cat. 4 c. 2 *pr.* Nepos 15, 10, 1. *et* 19, 2, 2. Tib. 2, 5, 44 Troia — ſibi dicet Vos bene tam longa conſuluiſſe via. Cic. de Amic. 50 Non eſt enim inhumana virtus, neque immunis, neque ſuperba, quae etiam populos vniuerſos tueri, eiſque optime conſulere ſoleat. Optime illi conſultum vult eſſe Ter. Phorm. 1, 3, 1. *Contra* Plaut. Aſin. 5, 2, 88 Dicebam, pater, ne matri conſuleres male. Commodis et vtilitati aliquorum conſulere, ſalutique ſeruire Cic. Q. Fratr. 1, 1, 19. Liu. 34, 49 Concordiae in ciuitatibus principes et ordines inter ſe, et in commune omnes ciuitates conſulerent. Dignitati alicuius Cic. Fam. 11, 29. Salluſt. Iugurth. c. 33. Cic. Verr. 3, 22 Hoc quum palam Decumani tota prouincia loquerentur, tuumque nomen in re tam turpi nefariaque interponerent, nihilne tibi venit in mentem Exiſtimationi tuae conſulere? Cic. de Fin. 3, 57 Sic futurae poſt mortem famae, tamen eſſe propter rem etiam detracto vſu conſulendum. Famae alicuius late, *vid. ſub* LATVS. Cic. pro Cael. 21 Sed veſtrae ſapientiae tamen eſt Iudices, *etc.* ideo vobis quoque vos cauſam putare eſſe iuſtam alieno Dolori potius, quam veſtrae Fidei conſulendi. Cic. Fam. 4, 9 Tuum eſt conſulere Temporibus, et Incolumitati, et Vitae, et Fortunis tuis. Infirmitati Plin. Epiſt. 20, 7. Irae Salluſt. Iugurth. c. 33. Labori alicuius Quinctil. 3, 1, 2. *curare, vt non nimis laborandum ſit.* Senec. Med. 443 Conſulere Natis malle quam thalamis reor. Otio poſteritatis conſulere et inimicitias vitare Cic. Fam. 2, 17. Paci ſemper eſt conſulendum Id. Off. 1, 85. Pudori Cic. de Fin. 2, 60. Rationibus alicuius proſpicere et conſulere Idem Fam. 7, 2. Regna Salluſt. Iugurth. c. 35. Saluti ſuae Caeſ. Bell. Gall. 5, 27. Subditis clementer Tacit. Ann. 14, 38, 4. Supremis ſuis, *h. e. ad finem vitae reſpicere* Idem Ann. 15, 64. Tempori conſulere, *i. habere rationem temporis* Cic. Fam. 4, 9.

¶ 2 Conſulere, *Accuſatiuo perſonae iunctum, ſignificat Petere conſilium, interrogare. Feſti verba huc etiam repetenda:* Conſulas antiqui ponebant non tantum pro conſilium petas et perconteris: ſed etiam pro iudices et ſtatuas. *In primis ad Iuris peritos refertur, qui abſolute* Conſulti *inde vocantur.* Cic. pro Muraen. 28 c. 13 *de Iuriſconſultis*, Itaque non modo beneficii collocandi ſpem, ſed etiam illud, quod aliquando fuit, LICET CONSVLERE? cum perdidiſtis. *Haec nempe fuit formula, qua Conſilium ICti petebant. Sed iam ea non amplius opus eſt, publicatis formulis, et introducta conſuetudine, qua diuerſis quoque partibus reſpondetis.* Horat. Serm. 2, 192 Ergo conſulere et mox reſpondere licebit? Liu. 39, 40 Idem in pace, ſi ius conſuleres peritiſſimus; ſi cauſa oranda, eloquentiſſimus. Cic. Fam. 7, 11 *ad Trebacium ICtum*, Conſuli quidem te a Caeſare ſcribis, ſed ego tibi ab illo conſuli mallem. Iam vos conſulo Iudices, quid mihi faciendum putetis Cic. Act. 1 in Verr. 32. Ego pro te hoc conſulo, quod tu conſulere oblitus es Idem pro Quint. 54. Mittere conſultum Nepos 2, 2, 6. Coniectorem Plaut. Amph. 5, 1, 75. *Sic de mathematicis* Sueton. Auguſt. c. 94 *extr. et* Calig. c. 57. Nec te id conſulo Cic. Att. 7, 20. Plaut. Men. 4, 3, 26 Ibo, et conſulam hanc rem amicos, quid faciendum cenſeant. Aliquem per literas Cic. Fam. 11, 29. Apollinem conſuluit de bello, *i. interrogauit, an deberet bellare* Vict. de Viris illuſtr. 35. *Conf.* Cic. de Legg. 2 c. 16. Nepos 1, 1, 2. Deos Ouid. Faſt. 2, 238. Deum conſulere auguriis Liu. 1, 20. Exta ſpirantia, *videre, quid ea portendant. Nam ex victimarum quoque extis augures futura diuinabant* Virgil. Aen. 4, 64. Lucos Idem Aen. 7, 83. *i. faunum in lucis conſulere.* Martial. 9, 60 Conſuluit Nares, an olerent aera Corinthon. Oracula Phoebi Ouid. Met. 3, 9. Idem de Arte Am. 3, 136 Quod quamque decebit, Eligat, et ſpeculum conſulat ante ſuum. Propert. 4, 5, 17 Conſuluitque ſtriges noſtro de ſanguine. Suet. Auguſt. c. 98 Interrogauit Thraſyllum, cuiusnam Poëtae putaret *eſſe verſum, quem protulerat:* quo haeſitante, ſubiecit alium — de hoc quoque conſuluit, *i. ſimpliciter interrogauit.*

CONSVLENS, entis. Partic. [συμβουλευόμενος] Cic. in Orat. 143 Eodem tempore et diſcentibus ſatisfacerent, et conſulentibus. Cicerone conſulente Sall. Cat. 48. *Conf.* Nep. 1, 1, 3.

CONSVLOR, conſuli. [συμβουλεύομαι] Cic. Verr. 1, 120 Quam inanes domus eorum omnium, qui de iure ciuili conſuli ſolent, *i. interrogari, a quibus conſilium petitur.* Feſtus, Rogatio eſt, *inquit,* quum populus conſulitur. *Recte.* Cic. de Legib. 3, 11 Qui agent, non plus quam de ſingulis rebus conſulunto. *Et* in Milon. 16 Nihil de eius morte populus conſultus, nulla quaeſtio decreta a Senatu eſt. *Sic* Quum ea, quae conſulebantur, ad exitum non peruenirent Cic. Fam. 10, 22. Conſuli res *dicitur, de qua ad Senatum relatum eſt, vt patet ex lege operis faciendi, quam vide in dictione* DVVMVIRATES. Senatus nihil conſulitur Pſeudo-Cic. ad Octau.

CONSVLTVS, a, um. Partic. [βουλευθεὶς] *Interrogatus, a quo conſilium petitum eſt.* Harioli conſulti Iuſtin. 1, 4, 3. Cic. pro Domo 72 Senatus quidem, cuius grauiſſimum eſt iudicium de iure legum, quotiescunque de me conſultus, *etc.* Idem pro Milon. 16 Nihil de eius morte populus conſultus. ¶ 2 *Dicitur etiam res ipſa* conſulta, *de qua conſultum eſt, vt,* Omnia et ſponte neque opera conſulta, ſed a militibus forte incenſa ſunt Gell. 6, 7. Cic. Att. 2, 16 Nondum videlicet literas meas legerat, quibus ad eum Re conſulta et explorata perſcripſeram non deberi. Idem in Catil. 2, 26 Mihi, vt vrbi ſine veſtro metu ac ſine vllo tumultu ſatis eſſet praeſidii, conſultum ac prouiſum eſt. Cic. de Orat. 1, 250 Quamquam ipſi omnia, quorum negotium eſt, conſulta ad nos et exquiſita deferunt. Ouid. Art. 1, 467 Sit tibi credibilis ſermo conſultaque verba, *i. prudenter cogitata. Sed praefert Heinſ. et Burmann.* conſueta. Vell. 2, 18, 5 Bene conſulta male cedunt. ¶ 3 *Significat ſcientem et peritum, a quo iure conſilium petas.* Illo ſaepe loco *(in foro)* capitur conſultus Amori, Quique aliis cauit, non cauet ipſe ſibi Ouid. A. A. 1, 83. Horat. Serm. 1, 1, 17 Eris tu, qui modo miles, Mercator: tu conſultus, modo ruſticus. *Conf.* Idem Epiſt. 2, 2, 87 *et* 159. *quibus omnibus locis* Conſultum Iuris *notat, quod expreſſit* de A. P. 369. *it.* Nepos 24, 3, 1. Liu. 10, 22 Callidos, ſolerteſque, iuris atque Eloquentiae conſultos. *Conf.* A. de Viris Illuſtr. in Aem. Scauro c. 72. Cic. Philipp. 9, 11 Neque enim ille magis Iuris conſultus, quam iuſtitiae fuit. Inſanientis ſapientiae conſultus Horat. Od. 1, 34, 2. Cic. pro Caec. 78 Ita iuſtus et bonus vir eſt, vt Natura non diſciplina conſultus eſſe videatur. Columel. 11, 1, 12 Veruntamen vt vniuerſae diſciplinae vix aliquem conſultum, ſic plurimos partium eius inuenias magiſtros, per quos efficere queas perfectum villicum. Vict. de Viris Illuſtr. 44 Eloquentia primus, iuris ſcientia conſultiſſimus, ingenio ſapientiſſimus fuit. Cic. de Clar. Orat. 148 c. 40 Nam vt paullo ante dixi, conſultorum alterum diſertiſſimum, diſertorum alterum conſultiſſimum fuiſſe. *Conf.* Gell. 1, 13. Conſultiores ſibimet videntur Deo Tertull. adu. Marc. 2, 2. Vir conſultiſſimus Liu. 1, 18 *pr.*

CONSVLTVM, i. n. [βούλημα] *Decretum, ſtatutum.* Ex conſulto factum Auct. ad Her. 2 c. 30. Horat. Epiſt. 1, 16, 41 Qui conſulta patrum, qui leges, iuraque ſeruat. Cic. de Legib. 2, 62 Factaque et conſulta fortium ac ſapientium ſempiternis monumentis prodere. Sil. 7, 35 Non cum Flaminio tibi res, nec feruida Gracchi In manibus conſulta. Petere Virg. Aen. 6, 151. *i. oraculum.* Sil. 4, 43 At non et rerum curas, conſultaque Belli Stare probat. Conſulta, quae dogmata Graece licet dici Apul. de dogm. Plat. 1 p. 3. Curſum illum temporis tranſuolantis quonam pacto aut conſulto aſſequi queant Gell. 14, 1. Senatus Conſultum, *vid. ſub* SENATVS.

CONSVLTVS, ûs. m. *Conſilium.* Liu. 3, 62 Conſultu Collegae. *Vbi vid. Gronou. it. ad* 25, 16 *pr. Idem legit* Plin. 3, 20 Vetere conſultu patrum. *Al.* conſulto.

CONSVLTE. Adu. [βεβουλευμένως] *Prudenter.* Plaut. Rud. 4, 7, 14 Decipitur auaritia ſua ille, qui conſulte, docte, atque aſtute cauet. Ferocius quam conſultius rem gerere Liu. 22, 24. Auidius quam conſultius Tac. Hiſt. 2, 24. Annonae conſultiſſime prouidit Capitol. Pertin. c. 7.

CONSVLTO. Aduerb. *aliud.* [ἐξεπίτηδες] *h. e. cum conſilio, et non temere.* Plaut. Poen. 3, 5, 43 Conſulto hoc factum eſt, mihi vt inſidiae fierent. *Pro eodem* Gellius *dixit,* Conſulta opera, 6, 17 Non ſponte, neque conſulta opera. Conſulto *et* Fortuito, *Contraria,* Cic. de Legib. 1, 25 Vt ea, quae gignuntur, donata conſulto nobis, non fortuito nata videantur. *Conf.* Caeſ. Bell. G. 5, 36. *et* 50 *et* 16. Horat. Sat. 1, 10, 14. Iuſtin. 1, 10, 21. *Eſt autem re vera* Conſulto *Ablatiuus, vt* Conſilio. Salluſt. Catil. 6 Nam et priusquam incipias, conſulto: et poſtquam conſulueris, mature facto opus eſt.

CONSVLTOR, ôris. m. [μητιστὴς] *Qui conſilium petit.* Conſultor vbi oſtia pulſat Horat. Sat. 1, 1, 10. Cic. pro Muraen. 22 Vigilas tu de nocte, vt conſultoribus tuis reſpondeas. ICti eſt cauere, ne ſui conſultores capiantur Ibid. c. 10 *extr.* Conſultor *etiam ille dicitur, qui dat conſilium.* Cupido atque ira conſultores peſſimi Sall. Iugurth. c. 64. Idem in Iugurth. Simul ab eo petiit, vt fautor, conſultorque ſibi adſit. Varro de R. R. 3, 2 Opinor, *inquam,* non ſolum quod dicitur, Malum conſilium conſultori eſſe peſſimum: ſed etiam bonum conſilium, et qui conſulit, et qui conſulitur, bonum habendum.

CONSVLTRIX, îcis. f. [προμηθὴς] Conſultrix et prouida vtilitatum opportunitatumque omnium natura Cic. de Natur. Deor. 2, 58 cap. 22.

CONSVLTORIVS, a, um; *vel* CONSVLTATORIVS. *Hoſtiarum generis epitheton.* Macrob. Sat. 3, 5 *pr.* Cum enim Trebatius libro primo de religionibus doceat, hoſtiarum genera eſſe duo, vnum in quo voluntas deûm per exta diſquiritur, alterum, in quo ſola anima deo ſacratur, vnde etiam haruſpices animales has hoſtias vocant — In his ipſis hoſtiis vel animalibus, vel conſultatoriis, *al.* conſultoriis, *etc. videndus enim totus locus eſt.*

CONSVLTO, âre. [βουλεύομαι] Frequent. *ex Conſulo, quod proprie tum dicitur, quum aut plures de re vel rebus deliberant, aut vnus ſecum de duabus aut pluribus deliberat rebus.* Caeſ. Bell. Gall. 5, 51 Omnes fere Galliae ciuitates de bello conſultabant. Liu. 1, 21 Ad haec conſultanda procurandaque, multitudine omni a vi et armis conuerſa, *etc.* Deliberare et conſultare de re aliqua Cic. Off. 3, 7 c. 2. De tempore futuro conſultans pars deliberatiua, quaerit etiam de praeterito Quinct. 3, 8, 5. Salluſt. Cat. 6 Delecti quibus corpus annis infirmum, ingenium ſapientia validum erat, Reipubl. conſultabant, *i. conſulebant, conſilio illam regebant.* Plaut. Aſin. 3, 1, 35 Meum caput contemples, ſi quidem ex re conſultas tua, *i. ſi recte tibi conſulis, tuae vtilitati ſeruis.* Conſultare conſilio Plaut. Truc. 5, 50. Idem Truc. 2, 1, 15 Blande alloqui, Male corde conſultare, bene loqui lingua. Aliquem conſultare Plaut. Milit. 4, 34. *i. conſilium ab eo petere.* Plin. in Paneg. 76 Vna erat in limine mora, conſultare Aues, reuererique numinum monitus: nemo perturbabatur, nemo ſubmouebatur. Auctor ad Her. 3, 2 Item Deliberationes partim ipſae propter ſe conſultandae ſunt: vt ſi deliberet Senatus, *etc. i. habendae, vt* dormire ſomnum, pugnare praelium. Sil. 6, 347 Conſultant mandare duci.

CONSVLTÂTOR, ôris. m. *Qui conſilium petit.* L. 2 Dig. de Orig. Iuris §. 35 Pomponius.

CONSVLTATORIVS, *vid.* CONSVLTORIVS.

CONSVLTATIO, ônis. f. [συμβουλή, συμβουλία] *Deliberatio.* Ter. Hec. 4, 4, 28 Nulla tibi Pamphile hic iam conſultatio eſt. Cic. Att. 8, 4 Ego nauem paraui: tuas literas tamen exſpecto, vt ſciam, quid reſpondeant conſultationi meae. Dilatandis conſultationibus Salluſt. Iugurth. c. 27. Cic. Off. 3, 50 Sapientem et bonum virum fingimus: de eius Deliberatione et conſultatione quaerimus. Quaeſtionem infinitam, quae Graece θέσις dicitur, Cicero *vocat* Conſultationem, *et a* Controuerſia *diſtinguit* in Partit. Rhetor. 4. Apud C. Caeſarem conſultatio de poena Theodoti ponitur Quinct. 3, 8, 55. Propoſita conſultatio Idem 3, 8.

CONSVL, ûlis. m. [ὕπατος] Maior magiſtratus erat Romae, Feſtus. Non. 1, 91 Conſulum et Praetorum proprietas, quod conſulant et praeeant populis, auctoritate Varronis oſtenditur de Vita Popul. Rom. lib. 2 Quod iidem dicebantur Conſules, et Praetores: quod praeirent populo, Praetores; quod conſulerent Senatui, Conſules. *Quid ſi legendum* Senatum? *Sic* Varro de L. L. 4, 14 Conſul, *inquit,* nominatus, quod conſuleret populum et Senatum. *niſi illinc potius,* vnde Accius ait in Bruto, qui recte conſulat, Conſul fiat. Quinct. 1, 6, 32 *dubitari poſſe dicit, an* a conſulendo ne *dicatur* Conſul, an a iudicando. Nam et hoc conſulere veteres vocauerunt. Vnde adhuc remanet illud, Rogat boni conſulas, *i.* bonum iudices. *Apud* Liu. 3, 9 Tribunus pleb. in conſulare imperium inuehens, nomine tantum minus inuidioſum *ait,* re ipſa prope atrocius, quam regium eſſe. Cic. in Piſon. 23 c. 10 Animo Conſulem eſſe oportet, conſilio, fide, grauitate, vigilantia, cura, toto denique munere Conſulatus, omni officio. *Veteres dixerunt* Coſul, *pro* Conſul, *vt* Coiux, *pro* Coniunx; *vnde breues iſtae Notae,* COS. *et* COSS. *quorum illo ſingularis numerus deſignatur, hoc pluralis.* Quinct. 1, 7, 29 *Conſules* exemta *n* litera legimus. *Sic optimi libri.* Aequius Conſul

ſul Sil. 13, 269. Capillatus Iuuen. Sat. 5, 30. *i. antiquus, ante morem tondendi capillos.* Imperioſus Cic. poſt red. in Senat. 11. Popularis Idem de Lege Agrar. 2, 3. Accipere de plebe Conſulem, *vid.* ACCIPIO. Agere Valer. Max. 2, 2, 4. Declarare aliquem Cic. de Lege Agr. 2, 4. Deſignatus in ciuitate Idem pro Muraen. 1 *et* 2. Dicere Conſules, *creare* Liu. 26, 22. Facti ſine repulſa Cic. de Lege Agr. 2, 3. Imponere populo, *vid.* IMPONO. Idem pro Muraen. 1 Illo die, quo auſpicato comitiis centuriatis L. Muraenam Conſulem Renuntiauit, *etc.* Relationi Conſulum iure tribuniciae poteſtatis intercedere Tacit. Ann. 1, 13. Siluae ſint Conſule dignae Virg. Ecl. 4, 3. Quinquies Conſul Cic. de Diu. 2, 77. Valer. Max. 2, 2, 4. Q. Maximo quintum Conſule Cic. in Brut. 77. *i. quintum Conſulatum gerente.* Sextum Conſul Marius Idem in Piſon. 10. Septimum Conſul Marius Cic. de Natur. Deor. 3, 81. Conſulem, *pro Anno Poëtae dicebant, quoniam ſingulis quibusque annis noui Conſules creabantur.* Anni a Conſule nomen habentes Lucan. 5, 441. *Add.* ib. v. 399. Ignoto conſule Idem 4, 379. *i. anno incerto.* Cum *vel* Sine die et conſule ICti. Inter magna bona multos conſules numerare Sen. Ep. 4. Vina tot conſulum regionumque Idem Ep. 114. Martial. 1, 16 Bis iam paene tibi Conſul triceſimus inſtat, Et numerat paucos vix tua vita dies. *Nempe vix imputandos vitae dies indicat, qui ſine voluptate tranſierint.* Horat. Od. 3, 21 *pr. Amphoram eo anno, quo ipſe natus erat, conditam, ita alloquitur,* O nata mecum Conſule Manlio, *etc.* Cic. in Brut. 286 Vt ſi quis Falerno vino delectetur, ſed eo, nec ita nouo, vt proximis Conſulibus natum velit: nec rurſus ita vetere, vt Opimium aut Anicium Conſulem, quaerat. Martial. 13, 111 De Sinueſſanis venerunt Maſſica prelis: Condita, quo quaeris Conſule? nullus erat. *i. cum nondum Conſules eſſent, diffuſum fuit. Oſtendit vetuſtatem.* Conſule Pompeio primum, — facto Conſule nunc iterum Catul. 111, 2. Te conſule Virg. Ecl. 4, 11. Sen. de Ira 3, 31 Dedit mihi Praeturam; ſed conſulatum ſperaueram. Dedit duodecim faſces; ſed non fecit Ordinarium Conſulem. A me numerari voluit annum; ſed deeſt mihi *(deſtituit me, non prouehit me)* ad ſacerdotium. *Nempe* Ordinarii Conſules. *qui Kalendis Ianuarii magiſtratum ineunt, et nomen dant anno: alii* Suffecti, *quod Auguſti, vt ad plures veniret honor, paucorum menſium Conſules faciebant.* Conſul λογοθεώρητος, *a Cicerone vocatur quidam* Caninius Reuilius, *vt refert* Macrobius Sat. 2, 3. *Hoc ſic explicat Turnebus: Verbo philoſophorum vſus eſt: qui* λογοθεώρητα *vocant ea, quae ratione et intelligentia comprehenduntur et percipiuntur, non ſub ſenſum cadunt, vt ab iisdem ponuntur* ἀρχαὶ λογοθεώρητοι, *principia rerum ſenſum fugientia, vt atomi et materia; ſed et ſapiens Stoicorum, qui nunquam fuit, nec futurus eſt,* λογοθεώρητος *dicitur, vt et* Caninius diei vnius Conſul, *quem propter breuitatem dieculae vnius, cogitare homines potius Conſulem fuiſſe, quam Conſulem videre potuerunt.*

CONSVLĀTVS, ûs. m. [ὑπατεία] *Officium, vel dignitas, vel tempus, quo Conſul in officio eſt.* Plin. 14, 15 Epulo vero in tertio Conſulatu ſuo Falernum. Multiplicati conſulatus eius Vell. 2, 12, 3. *Add.* Valer. Max. 5, 7, 1. *Conf. Bernegg. ad* Suet. Caeſ. c. 19. Honorum populi finis eſt Conſulatus, *i. ſummum, faſtigium* Cic. pro Planc. 60 c. 25. Suet. in Domit. 2 In ſex Conſulatibus, nonniſi vnum ordinarium geſſit. *Vid. quae de* Ordinario Conſule *modo diximus.* Abdicare ſe Conſulatu, *it.* Abire Conſulatu, *vid. hh. vv.* Adipiſci Cic. pro Muraen. 53. Capere, *vid.* CAPIO. Idem Poſt red. in Senat. 27 c. 11 Vt eaedem centuriae, quae me conſulem fecerant, conſulatum meum comprobarent, *i. acta conſulatus mei.* Communicare, Conferre, *vid. hh. vv.* Conſequi Cic. pro Muraen. 85. Idem pro Mur. 49 Vultus erat ipſius plenus furoris, oculi ſceleris, ſermo arrogantiae: ſic vt ei iam Exploratus et domi conditus Conſulatus videretur. *De Catilina.* Conſtituebant grandiorem aetatem ad Conſulatum, adoleſcentiae temeritatem verebantur Cic. Philipp. 5, 47. Gerere Idem de Lege Agr. 1, 25. Quinctil. 6, 1, 35 Perſuaſit enim nihil eſſe ad praeſentem rerum ſtatum vtilius, quam pridie Calendas Ianuarias Ingredi Conſulatum. Inire, Inuadere, *vid. ſſ. ll.* Obtinere Cic. pro Muraen. *pr.* Patet aditus ad Conſulatum non magis nobilitati, quam virtuti Idem pro Mur. 17. Quinque conſulatibus peractis Valer. Maxim. 5, 7, 1. Perfunctus conſulatu, *vid. h. v.* Petere Cic. pro Muraen. 7. Idem de Lege Agr. 2, 14 Non habet conſulatus ſuſceptum cum Tribunatu bellum. Suſtinere titulum Conſulatus Cic. in Piſon. 19.

CONSVLĀRIS, e. Adi. [ὑπατικὸς] *Qui Conſul fuit.* Cic. Philipp. 8, 14 Q. Metelli quatuor filii Conſulares. Egregios conſules habemus, ſed turpiſſimos conſulares Cic. Fam. 12, 4. Idem Philipp. 5, 48 Quid Macedo Alexander, quum ab ineunte aetate res maximas gerere coepiſſet, nonne in tertio et triceſimo anno mortem obiit? quae eſt aetas noſtris legibus decem annis minor, quam Conſularis. *Vid.* Annus meus, noſter, veſter, *etc. in* ANNVS. Auſpicia Conſularia, *quibus Conſul creatur* Cic. pro Muraen. *pr.* Cognitio Conſularis, *ſumma cognitio vocabatur apud* Quinct. 3, . *Budaeus.* Comitia Conſularia Cic. Att. 9, 9. Familia Idem pro Planc. 59. Suet. in Auguſt. c. 69 Obiecit ei Conſularem Feminam e triclinio viri coram in cubiculum adductam. Conſulares autem Feminas dicimus, Conſularium vxores l. 1 D. de Senatoribus. Imperium Cic. in Piſon. 38. Inſignia Vell. 2, 58, 3. Tacit. Ann. 13, 10, 1. *et* Hiſt. 4, 4, 3. Lictor Horat. Carm. 2, 16, 9. Libidini Conſulari reſtitit vis Tribunicia nonnunquam Cic. de Lege Agr. 2, 14. Loco Conſulari ſententiam dicere Idem Philipp. 1, 15. *Et* Philipp. 7, 15 Quanta enim erit illa Reipubl. turpitudo — dicere in hoc ordine ſententiam M. Antonium Conſulari loco. Cic. Philipp. 2, 13 Qui duo e Conſulari numero ſunt. Officium Idem pro Rabir. perd. reo 2 c. 1. Ornamenta Sueton. Claud. c. 5. Prouinciae Cic. pro Domo 24. Conſulare Vinum Martialis *aetate vocabant, quod libera adhuc Republ. conditum, non aliam aetatis notam, quam conſulum nomina habere poterat: cum poſtero tempore Caeſarum conſulatus tabellas occuparent. Hinc ludum intelligimus* 7, 78

Potaui modo conſulare vinum.
Quaeris quam vetus atque liberale?
Ipſo Conſule conditum; ſed ipſe,
Qui ponebat, erat, Seuere Conſul.

¶ 2 Conſularis, *pro rectore prouinciae, poſterioribus temporibus: vid. Gronou. Obſſ. Eccl. c. 21.*

CONSVLARĬTER. Adu. [ὑπατικῶς] Liu. 4, 10 Vita omnis Conſulariter acta, *i. vbi dignum erat Conſulari viro.*

CONSVLARĬTAS, ātis. f. *Munus Conſulis.* Theod. l. 6. Cod. tit. 19 Conſularitatis honore functus. *Vid. etiam Fabrett. Inſcript. p. 99 vbi eadem vox inuenitur.*

CONSIMĬLIS, e. Adi. [ὅμοιος] *Idem, quod* Similis, *cui contraria ſunt* Diſſimilis *atque* Abſimilis. Plaut. Amph. 1, 1, 287 Tam conſimilis eſt atque ego. Carmen conſimile Ouid. ex Pont. 3, 7, 3. Cauſa Lucret. 4, 234. Color Idem 2, 806. Ter. Eun. 3, 5, 38 Et quia conſimilem luſerat iam olim ille ludum. Ratio Lucret. 1, 842. *Genitiuo iunctum* Ter. Heaut. 2, 4, 13 Cuius mos maxime eſt conſimilis veſtrûm. Cic. de Orat. 1, 140 Cauſa aliqua poſita conſimili cauſarum earum, quae in forum deferuntur. *Et Datiuo,* Ter. Heaut. 2, 4, 2 Iſti formae, mores vt conſimiles forent. Cic. Phil. 2, 28 Quod quum rem geſſiſſet, conſimilem rebus iis, quas ipſe geſſeram, me potiſſimum, *etc.* Conſimilis moribus Ter. Heaut. 5, 3, 16. Neceſſe eſt, conſimilia conſequi conſimilia Idem Heaut. 1, 2, 35.

CONSIMILĬTER. Adu. Gell. 17, 9 Surculi deraſi atque ornati conſimiliter. *Add.* Id. 11, 5. Arnob. 1 p. 20. *et* 2 p. 52.

CONSIMILĬTAS, ātis. f. Auguſtin.

CONSIMILITV̄DO, ĭnis. f. ICt. in Cod.

CONSIMVLATIO, ōnis. f. Firmic.

CONSINGIS, Nicomedis Bithyniae regis vxor, quae a cane lacerata fertur, propter laſciuiorem cum marito iocum Plin. 8, 4.

CONSIPIO, ĕre. *Vndique ſapere, mentis compotem eſſe.* Non mentibus ſolum conſipere, ſed ne auribus quidem et oculis ſatis conſtare poterant Liu. 5, 42. Vereri ſe, ne patres de ſtatu mentis ſuae deturbati, non ſatis conſiperent Gell. 7, 3.

CONSIPTVM, *pro* Conſepto *vſurpauit* Ennius, *teſte* Feſto, Conſiptum clauis praefixum.

CONSISTO, conſtĭti, conſtĭtum, ſtĕre. [συνίσταμαι] *Proprie Vna ſtare, vel firmiter, vtroque pede, ſtare.* Nec vobiſcum quisquam in foro frugi conſiſtere audet Plaut. Curc. 4, 2, 16. Cic. Act. 1 in Verr. 19 Cum hoc conſiſtit, hunc amplexatur, hunc iubet ſine cura eſſe. Plaut. Aul. 3, 4, 15 Iam nunc non auſim praeterire quin conſiſtam et colloquar. Ter. Adelph. 2, 1, 2 Otioſe nunc iam illico hic conſiſte. *Vbi* Donatus, Conſiſtere, eſt Audacter et conſtanter ſtare. Cic. pro Roſc. Com. 48 Ipſa mihi veritas manum iniecit, et paullisper conſiſtere et commorari iuſſit. Tanta vi in Pompeii equites impetum fecerunt, vt eorum nemo conſiſteret Caeſ. Bell. C. 3, 93. *Add.* Idem Bell. G. 2, 17. Balbus *ſub* Cic. Att. 8, 15 Quum conſtiterit, et timere deſierit. *Eſt igitur pugnae verbum, quod de iis dicitur, qui non fugiunt, ſed firmo pede et ſtabili veſtigio hoſtem excipiunt. Hinc ad forenſem etiam cauſarum militiam refertur, de qua n. 3.* *Add.* Petron. 19. Cic. in Orat. 98 Minimeque in lubrico verſabitur, et ſi ſemel conſtiterit, nunquam cadet. Vires prohibent conſiſtere me, *i. ob virium imbecillitatem ſubſiſtere non poſſum* Ouid. Met. 7, 573. Naues — aduerſae noſtris conſtiterunt Caeſ. B. Gall. 3, 14. Obuia duci conſtitit turba Lucan. 3, 81. Conſtitit nusquam Cic. Fam. 11, 13 *de fugiente.* Plaut. Ciſt. 4, 2, 30 Iam hoc loco cum altero conſtitit. Conſtitit vix triduum Romae Cic. Verr. 1, 101. Ante oculos Ouid. Epiſt. 15, 161. Ante pedes alicuius Lucan. 2, 509. Ante vultus alicuius Ouid. Epiſt. 20, 75. Propius Idem de Arte Am. 3, 467. Contra Virgil. Aen. 12, 271. Caeſ. Bell. G. 2 c. 17. Ex diuerſo Quinctil. 4, 1. Caeſ. Bell. Gall. 4, 26 Noſtri ſimul In arido conſtiterunt. In acie Tacit. Ann. 2, 80. Sen. Med. 2, 8 Haec quum virgineo conſtitit In choro, Vnius facies praeminet omnibus. In medio conſpectu Virg. Aen. 2, 68. Ouid. Faſt. 1, 490 In Aonia conſtitit exul humo. Latio conſiſtere Teucros Virgil. Aen. 8, 10. *Vbi* Seruius, Conſiſtere, ſignificat Iam conditos eſſe, id eſt fundaſſe ciuitatem. Oris placidis Propert. 1, 20, 21. Pontibus crebris apes conſiſtunt Virg. Georg. 4, 27. Tectis Stat. Theb. 1, 124. Terra aliqua Virg. Aen. 1, 663. Terra prima conſiſtere Idem Aen. 1, 545. *i.* Litore. Seruius. Terra patria conſiſtere Virg. Aen. 10, 75. *In* thalamo Propert. 1, 15, 18. Super ripam Ouid. Met. 6, 373. *Alii hic legunt* Conſidere. Caeſ. Bell. Ciu. 3, 102 Ipſe Ad ancoram vna nocte conſtitit, *de nauigante.* Ad terga alicuius Ouid. Faſt. 5, 532. Lucret. 2, 584 Quod genere Ex vno conſiſtat principiorum, *i. conſtet.* *Et* 2, 696 Diſſimili inter ſe conſiſtere ſumma. In haſta conſiſtere, *eſt niti ac ſuſtentare ſe haſta.* Valer. Flacc. 8, 133 Rapta victor conſiſtit in haſta. Acies conſiſtit in agmen quadratum Tibull. 4, 1, 101. Vertice celſo aëriae Quercus conſiſtunt Virgil. Aen. 3, 679. Brutus ad Caſſium *ſub* Cic. Fam. 11, 1 Quia vbi conſiſtamus, non habemus. Ne conſiſtere poſſit in Italia Antonius dabo operam Brut. Cic. Fam. 11, 9. Vel concidat omne caelum omnisque natura conſiſtat oportet Cic. Tuſc. 1 c. 23. *i. deſinat moueri.* Sen. de Vita Beata, Ita quae ſpectantur, Ad quae conſiſtitur, quae alter alteri ſtupens monſtrat, foris nitent, intus miſera ſunt. Idem Herc. fur. 574 Ad cuius ſonitum conſtiterant ferae. *De Orpheo.* Beſtiae ſaepe immanes cantu flectuntur atque conſiſtunt Cic. pro Arch. 19 c. 8. Idem Fam. 7, 26 In eas quum incidiſſem, in coena augurali apud Lentulum, tanta me διάῤῥοια arripuit, vt hodie primum videar coepiſſe conſiſtere. *Manut.* videatur. *Sed videar optimi libri apud Gruterum: quod ſi admittas,* Conſiſtere *dicetur ipſe, qui profluuio ventris adhuc laborauit: de Manutii ſententia* διάῤῥοια *ſ. fluxus ventris* conſiſtit. *Sic ambigue* Cato 156, 4, *vbi de purganda aluo agitur,* Si amplius ibit, ſumito farinae minutae conchas duas, infriet in aquam, paullum bibat, conſiſtet. Celſ. 3, 2 *pr.* Videndus eſt etiam Morbus, an increſcat, an conſiſtat, an minuatur. Idem 6, 6 Vbi vero aliquis releuatus eſt, iamque Curſus pituitae conſiſtit, *etc.* *Sic* Conſiſtit Stomachus Celſ. 4, 5. *i. Tenet, nec amplius euomit. Morbi durationem etiam ſignificat, vt* Ad veſicae Dolorem, qui cum fluore conſiſtit Scribon. 90. Duritias cum dolore conſiſtentes leuat 102. Ad Epiphoras, quae cum tenui et acri lympha conſiſtunt 27. Ad frigidam Podagram, quae ſine tumore et rubore conſiſtit 160. Stomachi vitium, quod cum fluore conſiſtit 173. *Redimus ad alias formulas.* Varro de R. R. 1, 51 Vt ſi pluerit, aqua non conſiſtat. Frigore conſiſtere dicuntur fluuii Ouid. Triſt. 5, 10, 1 *cum glacie adſtricti et congelati ſunt.* Mare conſtitit vndis placidis, *de ſumma tranquillitate* Tibull. 4, 1, 126. Pontus conſiſtit glacie Ouid. Triſt. 3, 10, 37. Ixionii Vento rota conſtitit orbis Virgil. Georg. 4, 484. ¶ 2 *Metaphorice.* Cic. de Orat. 1, 182 Quam poſſumus reperire ex omnibus rebus ciuilibus Cauſam contentionemque maiorem, quam de ordine, de ciuitate, de libertate, de capite hominis Conſularis: praeſertim, quum haec non in crimine aliquo, quod ille poſſit infitiari, ſed in ciuili iure conſiſteret? *Sic* In hoc ſumma iudicii cauſaque tota conſiſtit Cic. pro Quint. 32 c. 9. Idem Philipp. 2, 53 Tibi certe confitendum eſt, Cauſam pernicioſiſſimi belli in perſona tua conſtitiſſe. Liu. 2, 13 Vtrinque conſtitit Fides: et Romani pignus pacis ex foedere reſtituerunt, et apud regem Hetruſcum non tuta ſolum, ſed etiam honorata

norata virtus fuit. *Sed hoc forte quidam malint a conſto deriuari. Dicitur enim* conſtat fides. Cic. pro Marcell. 23 c. 7 Doleoque, quum Respubl. immortalis eſſe debeat, eam in vnius mortalis anima conſiſtere. Caeſ. Bell. Gall. 3, 14 Omnis Gallicis nauibus Spes in velis armamentisque conſiſtebat. Idem Bell. Ciuil. 3, 14 Ita exiguo tempore magno caſu totius exercitus Salus conſtitit. *i. totus exercitus ſeruatus eſt.* Cic. pro Cluent. 79 Similis in Bulbo, in Gutta, in aliis nonnullis Suſpicio conſiſtebat, *i. conſtanter conueniebat.* Idem Fam. 11, 13 Sane quam ſum gauiſus, in hoc enim Victoriam puto conſiſtere. Rhetorica in actu Quinctil. 2, 18. Cic. de Orat. 3, 122 In hoc igitur tanto tamque immenſo campo, cum liceat oratori vagari libere, atque vbicunque conſtiterit, conſiſtere in ſuo. Idem 2, 200 In poſſeſſione iudicii ac defenſionis ſuae conſiſtere. Quinct. 1, 5, 7 Intra ea, quae profitentium commentariolis vulgata ſunt conſiſtere. Hor. Serm. 1, 1, 107 Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines, Quos vltra citraque nequit conſiſtere rectum. *velut examen in libra.* Cic. de Fin. 4, 3 Videsne igitur Zenonem tuum cum Ariſtone verbis conſiſtere, re diſſidere ? Id. Fam. 7, 17 Quod iam videris certa aliqua in ſententia conſtitiſſe. Piſonem nulla in re conſiſtere vnquam ſum paſſus Cic. Att. 1, 16. *i. eius conſilia interuerti.* Ira infracta conſtitit Ouid. Met. 6, 627. *vt non amplius fureret.* Mente non conſiſtere, *eſt, furore et vecordia percitum eſſe : qui enim furioſi ſunt, iactantur et agitantur, neque vel corpore vel animo conquieſcere poſſunt.* Cic. Verr. 1, 7 c. 3 Religiones — violatae — Conſiſtere eius animum ſine furore atque amentia non ſinunt. *Et* Philipp. 2, 68 Nec vero te vnquam neque vigilantem, neque in ſomnis credo mente poſſe conſiſtere. *Hinc et iocus ille* Plauti Poen. 1, 2, 133 AG. Sunt mihi intus aurei neſcio quod lymphatici. M. deferto ad me, faxo actutum conſtiterit lymphaticum. *Significat ſe numos habere, qui exire geſtiant, nec conſiſtere queant, ſed lymphatici ſint atque furioſi : ſeruus pollicetur medicinam, ſeque effecturum, vt ſi ad ſe deferantur lymphatici numi ; conſiſtant, quietique reddantur ſanato furore et lymphatico morbo.* Cic. pro Domo 139 Praeſertim quum iſte impurus, *etc.* ageret illam rem ita raptim et turbulente, vt neque mens, neque vox, neque lingua conſiſteret. Cic. Q. Frat. 2, 3 Et tantus clamor a noſtris (placuerat enim referre gratiam) vt neque mente, neque lingua, neque oratione conſiſteret. Cic. de Senect. 74 c. 20 Mortem igitur omnibus horis impendentem timens, quis tranquillo poſſit animo conſiſtere ? *Sic* Conſtitit conſilium Cic. Att. 8, 11. *Sed* Conſiſtere pectore nequit conſilium, *pro* In pectore Ter. Adel. 4, 4, 4. Quinct. Decl. 349 Sermone, Vt ne illud quidem adhuc inueniri potuerit, quae cauſa faceret dementiam, vbi Animus conſiſteret. *Sunt et aliae formulae metaphoricae vt* Plin. 14, 6 *de vinis*, Baeterrarum intra Gallias conſiſtit Auctoritas. *i. nobile eſt vinum illud, ſed apud Gallos tantum.* Plaut. Aſin. 3, 1, 17 Vbi quieſco, omnis familiae cauſa conſiſtit tibi, *nihil procedit recte in familia.* Legatum conſiſtit, *pro Valet* Africanus in l. ſeruum filii D. de leg. primo, Seruum filii ſui caſtrenſis peculii legare pater poteſt. Et ſi viuo patre mortuus ſit filius, et apud patrem peculium remanſit, conſiſtit legatum. *Sic de* Vſucapione Papinian. in l. denique D. ex quibus cauſis maiores, Placet interruptam poſſeſſionem poſtliminio non reſtitui : quia haec ſine poſſeſſione non conſtitit. *Sic* Obligationes, quae non propriis viribus conſiſtunt, neque officio iudicis, neque praetoris imperio confirmantur, Papinian. in l. obligationes D. de action. et obligat. Vſura conſiſtit, *quum non* procedit Cic. Att. 6, 1. ¶ 3 *Verbum* conſiſtere *a praeliis et pugnis translatum eſt ad bellum illud et contentionem fori. Videtur iam* Plautus *ita accepiſſe* Curc. 4, 2, 16 *vbi in lenones periuros dicitur :* Nec vobiſcum quisquam in foro frugi conſiſtere audet : Qui conſtitit, culpant eum *etc.* *Forte huc referas etiam* Cic. Orat. 30 Cauſidicus ſubtilis et elegans, et qui in forenſibus cauſis praeclare poſſit conſiſtere. *Certe ex talibus orta formula, quam illuſtramus.* Quinct. 7, 1, 49 Quaerendum ergo in hac ipſa lege, qua conſiſtimus, *i. qua oppugnor, de cuius vi diſputamus.* Quinct. 12, 3, 5 Si ad horam forte conſtiterit, *locus obſcurus, ſed in quo* conſiſtere *certe ad forenſem concertationem pertinet.* Id. Decl. 6, 9 Litigamus, conſiſtimus, in diuerſum abimus. Seneca de Ira 2, 7 Alius iudicia (*teſtamentum*) patris accuſat, quae mereri ſatius fuit : alius cum matre conſiſtit. *Iterum* Quinct. Decl. 318 Quantopere his poſt libertatem ſatisfecerim, videlicet hac contumelia, qua mecum conſiſtunt, aeque manifeſtum. *Et* Decl. 333 Vſum loquendi perdidiſſe maluerim, quam cum homine optime de me merito iam bis conſiſterem. Tertull. Apol. 4 *pr.* Iam de cauſa innocentiae conſiſtam, nec tantum refutabo, quae nobis obiiciuntur, ſed etiam in ipſos retorquebo. *Et* c. 46 *pr.* Conſtitimus aduerſus omnium criminum intentationem. Ibid. *Synonymice ponuntur,* Si de pudicitia prouocemus, ſi de probitate defendam, ſi de modeſtia certem, ſi de animi aequitate congrediar, ſi de fide comparem, ſi de ſimplicitate conſiſtam. *Sic apud ICtos* Conſiſtere cum aliquo in iudicio, *eſt Litigare.* Martianus in l. nullo modo D. ad l. Corn. de falſ. Nullo modo ſerui cum dominis conſiſtere poſſunt. Hermogenianus in l. Vix certis ex cauſis D. de iudiciis, Vix certis ex cauſis aduerſus dominos ſeruis conſiſtere permiſſum eſt. Martianus in l. grege §. et in ſuperficiariis D. de pignoribus, Et in ſuperficiariis legitime conſiſtere creditor poteſt aduerſus quemlibet poſſeſſorem. Vlpian. in l. Athletas §. item praeuaricator D. de his, qui not. infam. Nam qui praeuaricatur, ex vtraque parte conſiſtit, quin immo ex aduerſa. *i. Vtramque defendit.* *Etiam tranſitiue*, Cauſam conſiſtere Gell. 5, 10 Quum ad iudices coniiciendae conſiſtendaeque cauſae gratia veniſſent. *Nempe alias quoque actiuum eſt* Sall. Iug. 49, 5 Paullisper agmen conſtitit *Metellus, quod tuetur Cortius.* Caeſ. B. Ciu. 1, 41 Afranius copias educit, et in medio colle ſub caſtris conſtitit : *vbi non opus eſt mutatione in* conſtituit. Lucret. 6, 10

Nam quum vidit hic ad victum quae flagitat vſus
Omnia iam ferme mortalibus eſſe parata,
Et per quae poſſent tutam conſiſtere vitam, *etc.*

CONSISTENS, entis. Part. Neque ille conſiſtens in loco, ſed inambulans Cic. de Orat. 1 c. 61.

CONSISTORIUM, i. n. [βουλευτήριον] *Sequiori aetate dictus eſt locus, vbi circa principem conſiſtunt amici illius et Conſiliarii, ipſique adeo illi amici et comites.* Intra conſiſtorium regis M. Capell. l. 1. In illa ſede, vt ex more loquimur conſiſtorii Auſ. Grat. Act. 159 p. 727 Conſiſtoria quos habent tribunos Sidon. Carm. 23, 216. Admiſſus in conſiſtorium Ammian. 14, 22. Conſiſtorium ſolus ingreſſus intimum Id. 15, 8. ¶ 2 *Locus, in quo ſerui cubicularii conſiſtebant* Sidon. Epiſt. 2, 2 *Quin* Terra, *in qua ſc. conſiſtimus homines,* conſiſtorium appellatur Tertull. de Reſurr. c. 20. Conſiſtorium libidinum publicarum Id. ad Vx. c. 6. *i. lupanar.*

CONSISTORIANI comites *ſunt conſiliarii : vid. ICt. et Iac. Gothofr. Diſc. Hiſt. ad* L. Quisquis C. ad L. Iul. Maieſtatis p. 50 *et* 51. Deſpicientibus conſiſtorianis Ammian. 15, 5. *vbi vid. Valeſ.*

CONSTITIO, ōnis. f. Gell. 16, 5 In eo loco, qui dominum eius domus ſalutatum venerant, priusquam admitterentur, conſiſtebant : et neque in via ſtabant, neque intra aedes erant. Ab illa ergo grandis loci conſtitione, et quaſi quadam ſtabulatione, *Veſtibula* appellata ſunt, *etc.* *Apud* Macrobium 6, 8 *legitur* Conſiſtione : *ſed male.*

CONSITIO, CONSITURA, CONSITUS, *vid.* CONSERO.

CONSIVA, *vid.* OPS.

CONSOBRINUS, i. m. [ἀνεψιὸς] Conſobrini dicuntur, qui ex duabus ſororibus editi ſunt, quaſi Conſororini, de quibus exempla multa ſunt in antiquis auctoribus, et maxime in Afranio, et iuris vetuſtiſſimis ſcriptoribus. *Haec* Nonius 19, 9 *i. in ipſo fine opuſculi.* Cic. Fam. 2, 19 Nam quod ad me Curius conſobrinus tuus, vt ſcis, mihi maxime neceſſarius. Ter. Hec. 3, 5, 9 Cedo quid reliquit Phania conſobrinus noſter ? *Vbi* Donatus : Conſobrinus, quaſi Sororinus : Sobrini enim ſunt ex duabus ſororibus : Conſobrini ex fratre et ſorore, ac propinquitatis frequentatae Terentius monet. *Idem ſtatim poſt*, Quum de fratre natus eſt alter, et alter ex ſorore, Conſobrini : quum ex fratribus, Patrueles dicuntur. Cic. Off. 1, 54 Sequuntur fratrum coniunctiones, poſt conſobrinorum, ſobrinorumque, qui quum iam domo vna capi non poſſunt, in alienas domos, tanquam in colonias, exeunt. Conſobrini *a* Patruelibus *hoc differunt, quod* Conſobrini *proprie dicuntur ex auunculo aut matertera prognati :* Patrueles *vero ex patruo prognati :* Amitini *ex amita. Vnde* Cic. pro Ligar. 11 c. 4 Filium T. Brocchi, auunculi Ligarii, Conſobrinum *appellat.* *Sed haec differentia plerumque confunditur, ac generaliter* Conſobrini *pro quibuslibet fratrum aut ſororum liberis, ſicut apud Graecos* ἀνεψιοί, *vſurpantur.* Paullus in l. Iurisconſultus §. eodem gradu D. de gradibus, Eodem gradu ſunt et illi, qui vocantur fratres patrueles : item ſorores patrueles, amitini amitinae, conſobrini conſobrinae. Hi autem ſunt, qui ex fratribus vel ſororibus naſcuntur : quos quidam ita diſtinxerunt, vt eos quidem, qui ex fratribus nati ſunt, fratres patrueles : item eas, quae ex fratribus natae ſunt, ſorores patrueles : ex fratre autem et ſorore, amitinos amitinas : eos vero et eas, qui quaeue ex ſororibus nati nataeue ſunt, conſobrinos conſobrinas, quaſi conſororinos. Sed plerique hos omnes conſobrinos vocant, ſicuti Trebatius. *Haec Paullus.*

CONSOBRINA, ae. f. [ἀνεψιὰ] *Praeter dicta modo e Paullo ICto,* Cic. pro Quint. 16 c. 4 Quintii conſobrinam habet in matrimonio Naevius. *Adde* Nep. 25, 2.

CONSOCER, ĕri. m. [ὁμοπένθερος] Socer *vnius coniugum cum reſpectu ad* Socerum *alterius, ſ.* Conſoceri *dicuntur, quorum alter filium alterius filiae maritum dedit.* Vlpianus in l. cum hic ſtatus §. oratio non ſolum D. de donat. inter vir. et vxor. Donat ſocer nurui, vel contra, vel gener ſocero, vel ſocer genero, vel conſocer conſocero, qui copulatos matrimonio in poteſtate habent. *Add.* ib. l. 32 §. 20 *et* 21. Sueton. in Claud. c. 29 Appium Syllanum conſocerum ſuum crimine incerto, nec data defenſione, occidit.

CONSOCRUS, ûs. f. Auſon. Parental. 30 in titulo.

CONSOCIO, āre. [συναγελάζω] *Simul ſociare.* Plaut. Rud. 2, 6, 67 Vel conſociare mihi quidem tecum licet. *i. ſocium me tibi adiungere.* Liu. 8, 14 Sed quod taedio imperii Romani cum Gallis gente efferata arma quondam conſociaſſent. Conſociare conſilia cum aliquo. Liu. 28, 27 Patria quid de vobis meruerat, quam cum Mandonio et Indibili conſociando conſilia prodebatis ? *Conf.* Cic. p. Red. in Sen. c. 7. Cic. de Fin. 3, 71 Nec vero rectum eſt, cum amicis aut bene meritis conſociare, aut coniungere iniuriam. Liu. 8, 4 Atqui, ſi quando vnquam conſociandi imperii, vſurpandae libertatis tempus optaſtis, *etc.* Rem inter ſe conſociarent, *h. e. ſocietatem rei contraherent, et communicarent. Apud* Liuium, *teſte Budaeo.*

CONSOCIĀTUS, a, um. Part. Cic. in Parad. 6 Qui videt domi tuae pariter accuſatorum atque iudicum conſociatos greges, qui nocentes et pecunioſos reos, *etc.* Conſociatus vehementer cum Senatu Cic. Philipp. 4, 12. Nihil ſibi cum eo conſociatum, nihil foederatum hoſti cum hoſte Liu. 25, 18. Inter nos natura ad ciuilem communitatem coniuncti et conſociati ſumus Cic. de Fin. 3, 66 c. 20. Lege conſociati homines cum diis putandi ſumus Cic. de Legib. 1, 23 c. 7. Liu. 1, 45 Iam tum erat inclitum Dianae Epheſiae fanum : id communiter a ciuitatibus Aſiae factum fama ferebat. Quum conſenſum Deosque conſociatos laudaret mire Seruius *etc.* *Superl.* Cic. Fam. 3, 3 Velim tibi curae ſit, vt quae ſucceſſori coniunctiſſimo et amiciſſimo commodare poteſt is, qui prouinciam tradit, vt ea pro noſtra conſociatiſſima voluntate, cura ac diligentia tua complectare. *Sic Grut. ex MSS. Manutius,* Conſtantiſſima.

CONSOCIATIO, ōnis. f. *Coniunctio et ſocietas.* Cic. Off. 1, 100 Sequemurque et id, quod acutum et perſpicax natura eſt, et id, quod ad hominum conſociationem accommodatum eſt. Cic. Off. 1, 149 c. 41 *extr.* Communem totius generis hominum conciliationem et conſociationem colere, tueri, conſeruare debemus. Conſociatio hominum et communitas Cic. Off. 1, 157. Conſociatio gentis animum regis erexerat Liu. 40, 5. Siniſtra ſiderum conſociatio Firmic. 6, 12 *ſub finem.* Diſſoluere conſociationem humanam Cic. Off. 3, 26 c. 6. *Aliqua exemplaria legunt* Conſortionem.

CONSOCIĀTIM. Adu. Ammian. 15, 27.

CONSOCIUS, i. m. *Apud ICtos, vt* 10 C. t. 2 l. 3.

CONSOCIABĬLIS, e. Adi. Ambroſ. Epiſt. 1.

CONSOLĬDO, āre. [ὁλοκληρόω] *Redintegrare, et in vnum congerere, quod prius ruptum aut diuiſum fuerat.* στερεοποιῶ Gloſſ. Vet. Vlpian. De vſufruct. accreſc. l. idem Neratius, Nam amittente vſumfructum altero, cui erat legatus, magis iure accreſcendi ad alterum pertinet, quam redit ad proprietatem. Nec nouum. nam etſi duobus vſusfructus legetur, et apud alterum ſit conſolidatus, ius accreſcendi non perit : neque ei, apud quem conſolidatus eſt, neque ab eo : et ipſe, quibus modis amitteret ante conſolidationem, iisdem et nunc amittet. Parietem in vnam craſſitudinem conſolidare Vitruu. 2, 8. *ex caementis nempe et lapidibus apte inter ſe commiſſis. Vt non intelligamus parietem antea ruptum, ſed hoc, e pluribus partibus vnum ſolidum corpus congeſtum.*

CONSOLIDATUS, a, um. Partic. Cic. Fam. 5, 20 Rationes confectae et conſolidatae, *Cum expenſis reſpondent accepta.*

CONSOLIDATIO, ōnis. f. [ὁλοκλήρωσις] *Cuius propria ſignificatio*

*ficatio cognoſcitur ex* §. item finitur, de Vſufructu, in Inſtitutionibus ciuilibus, Item finitur vſusfructus, ſi domino proprietatis ab vſufructuario cedatur (nam cedendo extraneo nihil agitur) vel ex contrario, ſi vſufructuarius proprietatem rei acquiſierit. quae res conſolidatio appellatur. *In alia ſignificatione vſus eſt* Vlpianus in l. idem Neratius §. non ſolum D. de vſufruct. accreſc. Et ipſe, quibus modis amitteret ante conſolidationem, iisdem et nunc amitttet.

CONSOLIDATOR, ōris. m. Venant. Fortun. Carm. 1, 20.

CONSOLĬDVS, a, um. Adi. Arnob. 4 *fin.* p. 153 *Chriſtianos dicit*, Cum omnibus conſolidae germanitatis neceſſitudine copulatos. *i. fratrum et ſororum appellatione et affectu deuinctos.*

CONSŌLOR, āri. [*παρηγορέω, παραμυθέομαι, ψυχαγωγέω, παρακαλέω*] *Vehementer, et conquiſitis argumentis ſolari.* Cic. de Nat. Deor. 2, 48 Hac conſolamur afflictos. Neſcia gratentur conſolenturne parentem Ouid. Met. 1, 578. Conſolari aliquem, et omnem abſtergere dolorem Cic. Quint. Fratr. 2, 8. Amore fido alicuius ſeſe Catul. Argon. ſ. 62, 182. Conſcientia optimae mentis, tum etiam vſurpatione et renouatione doctrinae in malo ſe conſolari Cic. de Clar. Orat. 250. Exemplo alicuius ſe Id. de Prouinc. Conſ. 16. Solatio aliquo ſe ipſum Cic. de Amicit. 10. Solatio malo Id. Att. 4, 6. Spe bona poſteritatis aliquem Pſeudo-Cic. Octau. . . . Cic. pro Roſc. Com. 43 Inani et tenui ſpe te conſolaris. Verbis alterius aliquem Cic. Att. 5, 11. Per literas ſe Id. ib. 12, 15. De re aliqua Cic. Att. 1, 13. De morte alicuius aliquem Id. Tuſc. 3, 71. Conſolatur me haec res Cic. Fam. 4, 3. Animos ſpes conſolatur Cic. Verr. 1, 18. Gloria eſt, quae breuitatem vitae memoria poſteritatis conſolatur Cic. pro Milon. 98. *Cicero more ſuo rem ponit: quae facit, vt aliquis conſolandus ſit.* *Sic* Conſolari Deſiderium alicuius ſpe commodorum Cic. Fam. 7, 11. *Item* Gratulari magis virtuti debeo, quam conſolari Dolorem meum Cic. Fam. 4, 8. Idem ibid. 4, 6 Nec eum Dolorem, quem a Republ. capio, domus iam conſolari poteſt, nec domeſticum Reſpublica. Sen. de Ira 3, . . Non conſolabimur tam triſte Ergaſtulum. Homines in miſeriis ſola ſpes conſolari ſolet Cic. in Catil. 4, 8. Humilitatem Id. pro Quint. 57. Iacentem Ouid. ex Pont. 3, 3, 77. Incommodum conſolantur quotidianae damnationes inimicorum Cic. Quint. Fratr. 2, 7. Luctum Id. Fam. 4, 6. Otium inquirendo, ſcribendoque talia, conſolemur noſtrum Quinct. 2, 12, 12. Conſolando leuare dolorem Cic. Fam. 6, 4. In conſolando detrahere mali opinionem moerenti Id. Tuſc. 3, 76. Genera conſolandi omnia in vnam conſolationem coniicere Cic. Tuſc. 3, 76. Ad conſolandum minime accommodatus Id. Fam. 5, 16.

CONSŌLANS, antis. Part. [*παραμυθέμενος*] Cic. Tuſc. 3, 75 c. 31 Haec igitur officia ſunt conſolantium. Verba conſolantia Ouid. Met. 15, 491.

CONSŌLO, āre. [*παραμυθέω*] *Actiue.* Varro Oedipo Thyeſt. Per idem tempus Oedipus Athenas exul venire dicebatur, qui conſolaret Nonius 7, 50. *Paſſiue* Aſinius, Sed quum ob ea, quae ſperaueram, dolebam, conſolabar ob ea, quae timui Gell. 15, 13. *Sic etiam* Auguſtin. Confeſſ. 6, 1, 1.

CONSOLANDVS, a, um. Partic. paſſ. Plaut. Bacch. 4, 3, 12 Conſolandus hic mihi eſt. *Conf.* Cic. Fam. 5, 18.

CONSOLĀTVS, a, um. Partic. paſſ. Iuſtin. 22, 6, 4 Conſolatis militibus. *Conf.* Vulg. Act. 20, 12.

CONSOLABILIS, e. Adi. [*παρηγορητὸς*] Cic. Fam. 4, 3 Eſt omnino vix conſolabilis dolor, tanta eſt omnium rerum amiſſio. *Actiue.* Gell. 16, 19 Carmen conſolabile caſus ſui canere. Conſolabilior Ambroſ. Ep. 8, (61)

CONSOLATORIVS, a, um. Adi. [*παρηγορικὸς*] *Quod conſolatur.* Cic. Att. 13, 20 A Caeſare literas accepi conſolatorias.

CONSOLATORIE. Adu. Sidon. Ep. 6, 9.

CONSOLATIO, ōnis. f. [*παρηγορία, παραμυθία, παράκλησις*] *Conſolandi ratio vel actus.* Cic. Fam. 3, 2 In multis et variis moleſtiis, cogitationibusque meis haec vna conſolatio occurrebat, quod neque tibi amicior, quam ego ſum, quisquam poſſet ſuccedere. Ad haec omnia vna conſolatio eſt Cic. Att. 15, 1 *pr.* Idem Fam. 6, 4 Fateor, me communium malorum conſolationem nullam inuenire — Conſcientiam rectae voluntatis maximam conſolationem eſſe rerum incommodarum. — Quanto in dolore fuerim, meminiſti: in quo prima illa conſolatio eſt, vidiſſe me, *etc.* — Deinde, quod mihi ad conſolationem commune tecum eſt. Grata conſolatio Cic. Att. 1, 14. Peruulgata conſolatio eſt, vt homines nos eſſe meminerimus, ea lege natos, vt omnibus telis fortunae propoſita ſit vita noſtra: neque eſſe recuſandum, quo minus ea, qua nati ſumus, conditione viuamus, *etc.* Cic. Fam. 5, 13. Adhibere alicui literis Idem de Clar. Orat. 330. *Add.* Fam. 5, 16. Egere conſolatione Cic. Fam. 5, 16. Non eget conſolatione ſapiens Idem Tuſc. 3, 77. Habent nonnullam in ſe conſolationem poenae, quae virtute ſuſcipiuntur Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 22. Lenire ſe conſolatione Cic. Q. Fratr. 3, 5. Leuat dolorem conſolatio Idem Fam. 15, 16. *Et* de Diuin. 2, 3 Nam quid ego de conſolatione (*librum ſuum intelligit*) dicam! quae mihi quidem ipſi ſane aliquantum Medetur: caeteris item multum eam profuturam puto. Permulcere poſſet ſtultam ſenectutem praeterita aetas nulla conſolatione Cic. de Senect. 4. Suſtentat me vna Idem pro Milon. 101. Suſtentari Cic. de Clar. Orat. 330. Vincit omnem conſolationem dolor Cic. Att. 12, 15. Vti conſolatione aliqua Idem de Prouinc. Conſul. 15.

CONSOLĀMEN, ĭnis. n. *Idem.* Hieron. Epiſt. 62.

CONSOLĀTOR, ōris. m. [*παράκλητος, παρήγορος*] *Qui conſolatur.* Cic. Tuſc. 3, 73 Conſolatores ipſos confiteri, ſe miſeros, quum ad eos impetum ſuum fortuna conuerterit. Idem Fam. 6, 4 Me ipſum, conſolatorem tuum, — longinquitas temporis mitigauit. *Add.* Sen. ad Helu. c. 1.

CONSOMNIO, āre. [*ὀνειρώττω*] *Stulte et velut per ſomnium excogitare.* Plaut. Moſt. 3, 2, 71 Quid is conſomniauit? TR. ego dicam tibi.

CONSŎNO, āre. [*συμφωνέω, συνηχέω*] *Vna ſonare.* Plaut. Amph. 1, 1, 72 Poſtquam id actum eſt, tubae vtrinque canunt: contra conſonat terra, clamorem vtrinque efferunt. Liu. 36, 34 Itaque concurſu facto vndique in muros, manus pro ſe quisque tendentes conſonante Clamore nominatim Quintium orare, vt opem ferret ac ſeruaret. Virgil. Aen. 5, 148 Tum plauſu, fremituque virûm, ſtudiisque fauentum Conſonat omne Nemus. Ideo, *inquit* Seruius, Conſonat, propter Echo. Noſtrae enim vocis eſt aemula. ❡ 2 *Metaphor. Conſentire, Conuenire.* Sen. Epiſt. 31 Vt perfecta virtus ſit aequalitas ac tenor vitae, per omnia conſonans ſibi. Sibi conſonare in faciendis, ac non faciendis Quinctil. 2, 20. Conſonat moribus oratio Pſeudo-Cic. in Salluſt. 1. Vlpian. in l. ſi peculium legetur §. vlt. D. de pecul. leg. Attilicinus exiſtimauit legato non cedere: quod verum eſt: quia conſonat reſcripto.

CONSŎNANS. Adi. [*εὔηχος*] Vitruu. 5, 9 *extr.* Conſonantes loci, quos *Graeci* appellant *συνηχοῦντας* — in quibus ab imis auxiliata (*vox*) cum incremento ſcandens ingreditur ad aures diſcreta verborum claritate. *Probantur itaque loci* Conſonantes, *cum vitari iubeantur* Deſonantes, Reſonantes, Circumſonantes. Cic. in Partit. 17 c. 5 Atque etiam eſt haec diſtinctio in verbis, altera natura, tractatione altera. Natura: vt ſint alia conſonantiora, grauiora, *etc.* Vlpian. in l. iusiurandum et ad pecunias §. non ſemper D. de iureiur. Non ſemper autem conſonans eſt, per omnia referri iusiurandum quale defertur. Conſonantes literae *a Grammaticis dictae, quod non per ſe, ſed ſimul cum vocalibus ſonent.* *Vid.* Varr. *apud* Chariſ. 1 p. 56. Quinctil. 1, 5 Diu deinde obſeruatum, ne conſonantibus adſpiraretur, vt in Graecis et triumpis. Idem 1, 4, 11 Quaeret etiam, quomodo duabus demum vocalibus in ſeipſas coëundi natura ſit, quum conſonantium coëat nulla, niſi alterum frangat.

CONSONANTER. Aduerb. Vet. Interpres Irenaei 1, 3 Conſonanter aliquid praedicare. Vitruu. 6, 1 Conſonantiſſime ad harmoniam compoſita.

CONSONANTIA, ae. f. [*συμφωνία*] *Vocum concordia.* Recipiunt conſonantiam vocis citharoedi Vitruu. 5, 5. *Conf.* Hieron. de Manſionib. 16 *et* 22.

CONSŎNVS, a, um. Adi. [*σύμφωνος, εὔλογος*] *Vt*, Plangor conſonus Ouid. Met. 13, 610. Sil. 17, 448 Armorumque habitus noti, et vox conſona linguae. ❡ 2 *Conueniens, decens.* *Vt*, Credo Platonem vix putaſſe ſatis conſonum fore, ſi hominem id aetatis in tam longo ſermone diutius retinuiſſet Cic. Att. 4, 16.

CONSŎNE. Adu. Apul. Met. 1 p. 106.

CONSŌPIO, īui, ītum, īre. [*κατακοιμάω*] *Eſt ſomnum inducere.* Cic. Tuſc. 1, 92 c. 38 Num igitur eum curare cenſes, quum Luna laboret, a qua conſopitus putatur, vt eum dormientem oſcularetur? Quid melius, quam in mediis vitae laboribus obdormiſcere, et ita conniuentem ſomno conſopiri ſempiterno Cic. Tuſc. 1 c. 49. Lucret. 6, 791 Nocturnumque recens extinctum lumen, vbi acres Nidore offendit nares, conſopit ibidem.

CONSOPĪTVS, a, um. Partic. Cic. de Diu. 2 c. 66 Alexander ſomno conſopitus.

CONSORS, ortis. Adi. [*κοινωνὸς, ὁμότιμος*] Conſortes *dicuntur, eadem eſt; et cum* Sors *interdum Hereditatem, ſ. Patrimonium notet*, Conſortes *ſunt coheredes.* Cic. Verr. 3, 57 Soſtratus et Numenius, et Nymphodorus eiusdem ciuitatis, quum ex agris tres fratres conſortes profugiſſent, quod iis plus frumenti imperabatur, *etc.* *i. qui agrum hereditarium indiuiſum poſſident*, Vet. Gloſſ. *κοινόβιοι, σύγκληροι.* *Haec proprietas: ſed latius patet, et idem fere eſt, quod Particeps.* Plin. Epiſt. 8, 14 Inde honores petituri, aſſiſtebant curiae foribus, et conſilii publici ſpectatores ante quam conſortes erant. Generis conſortes, *i. conſanguinei et propinqui* Ouid. Epiſt. 3, 47. Claud. in Nupt. Hon. 277 O digno nectenda viro, tantique per orbem Conſors Imperii, iam te venerabitur Iſter. Cic. de Clar. Orat. 2 c. 1 Dolebamque quod non, vt plerique putabant, aduerſarium, aut obtrectatorem laudum mearum, ſed ſocium potius et conſortem glorioſi Laboris, amiſeram. Idem pro Flacc. 35 c. 15 Nam fratres quidem conſortes ſunt Mendicitatis, *cum reſpectu ad communem fratrum hereditatem.* *Sic* Vnius Dei parentis omnes, vt conſortes fidei, vt ſpei coheredes Minuc. Felix c. 31. *Add.* CONSORTALIS, *it.* Tertull. de Reſurr. carn. 10 Conſors et coheres animae caro. Operum Ouid. Faſt. 1, 675. Periculorum Plin. in Paneg. 60. Sen. Agam. v. 978. Studiorum Sen. Ep. 7. Conſortia Tecta Vrbis habent apes Virg. Georg. 4, 153. Cic. pro Mil. 103 Quid tibi Q. frater, qui nunc abes, conſorti mecum Temporum illorum? *int.* reſpondebo. Ouid. Met. 10, 246 Thalami conſorte carebat, *i. vxore.* Vitiorum Vell. 2, 74, 2. In lucris atque furtis Cic. Diu. Verr. 135 c. 66. Accire conſortem Sil. 8, 337. Propert. 1, 21, 1 Tu qui conſortem properas euadere caſum, *i. ſimilem.*

CONSORTIVM, i. n. [*κοινωνία*] *Societas.* Celſ. 7, 27 Cum eo ne ignoremus orto in veſica cancro, affici ſtomachum, cui cum veſica quoddam conſortium eſt, *i. quam Graeci dicunt, Sympathia.* Vlp. in l. cum duobus §. idem Papinianus D. pro ſocio, Si inter fratres voluntarium conſortium Initum fuerit, *etc.* Omnis vitae conſortium l. 1 D. de ritu nupt. Hermog. in *l.* amiſſae nauis D. ad legem Rhodiam de Iactu, Amiſſae nauis damnum collationis conſortio non Sarcitur per eos, qui merces ſuas naufragio liberauerunt.

CONSORTIO, ōnis. f. *Idem.* Liu. 6, 40 Quaenam iſta ſocietas? quaenam conſortio eſt? Cic. Off. 3, 26 c. 6 Diſſoluetur omnis humana conſortio. Valer. Maxim. 4, 6 de M. Plautio, Fati conſortione, *i. mortis.* *Simul enim mortui ſunt Plautius et Oreſtilla vxor.* Liu. 40, 8 Meliora quoque exempla parte altera poſui, ſociabilem conſortionem inter binos Lacedaemoniorum reges ſalutarem per multa ſaecula ipſis, patriaeque. Papinianus l. 96 §. 3 D. de ſolut. Nec in arbitrio eius electio erit, quum debitor pretium pignoris conſortioni ſubiecerit: *i. promiſcue vtrique debito pignus ſubiecerit.* Hotomanus.

CONSORTALIS, e. Adi. Lineae Frontin. de Col. in Sic. p. 111 *quae partes, ſ. portiones vnius ſortis, i. fundi hereditarii diuidunt.*

CONSPATIOR, āri. *Vna inambulare.* Video meretrices furtim conſpatiantes Petron. c. 7.

CONSPERGO, ſperſi, ſperſum, ĕre. [*καταπάσσω*] *Idem, quod totum ſpargere.* Plaut. Curcul. 1, 1, 80 Vbi vino has conſperſi fores. Idem Stich. 2, 2, 30 Age tu ocius pinge humum, conſperge ante aedes, *in apparatu epularum et conuiuii.* Tempora conſpergunt viridantes floribus herbas Lucret. 2, 33. Cic. pro Planc. 99 c. 41 O acerbam mihi Iudices, memoriam temporis illius, et loci: quum hic in me incidit, complexus eſt, conſperſitque lacrimis, nec loqui prae moerore potuit. Cic. Acad. 1, 8 c. 2 Et tamen in illis veteribus noſtris, quae Menippum quidem imitati non interpretati, quadam hilaritate conſperſimus. *Metaphora a ſale petita.* Aras ſanguine Lucret. 4, 1231. Conſpergi farina *dicitur, cum aqua affuſa in maſſam redigitur.* Colum. 12, 38, 2 Baccae myrti — conteruntur — tum exiguum muſti ſumitur — et tanquam farina conſpergitur, quidquid contuſum eſt. Poſt haec complures ex ea maſſulae fiunt. *Et* 6, 17, 7 Aqua mulſa triticeae farinae conſpergitur, et impo-

imponitur *oculis. De largiori affuſione etiam* 12, 39, 3 Vinum vetus conſpergito.

CONSPERSVS, a, um. Partic. [καταπεπασμένος] Cic. de Orat. 3, 94 c. 25 Vt porro conſperſa ſit quaſi verborum ſententiarumque floribus, id non debet eſſe fuſum aequaliter, *etc. De oratione.* Conſperſum ſtellis caput Tauri Cic. de Natur. Deor. 2, 112 c. 43. Sale conſperſa caro Columel. 12, 53, 3. *Et ex altera ſignificatione* Colum. 6, 17, 8 Conſperſa polenta mulſa aqua. *Et* 8, 7, 3 Conſperſa et ſubacta farina aqua. *Et* 6, 12, 4 Conſperſum aqua mulſa ſemen detritum.

CONSPERSIO, ōnis. f. Salis crebra conſperſio Pallad. Nou. 13, 3. *Sed* Tertull. adu. Valent. c. 31 Conſperſionis alucaria, *aluei, in quibus conſpergitur et ſubigitur farina. Sic* de Pudic. 13 *et* 18 Modicum fermentum totam conſperſionem deſipit, *ex* Vulg. Int. 1 Cor. 5, 7.

CONSPĬCIO, ſpexi, ſpectum, ĕre. [προσβλέπω, προσοράω, καθοράω] *Ex Specio, verbo antiquo, quod idem eſt ac videre. Praepoſitio auget, vt alias, ſignificationem.* Plaut. Amph. 2, 2, 122 Qui ipſus equidem nunc primum iſtanc tecum conſpicio ſimul. Lumine cupido aliquem conſpicere Catul. Argon. ſ. 62, 86. Imaginem parentis laureatam in ſua gratulatione Cic. pro Muraen. 88. Conſpicere ex monte Idem de Nat. Deor. 2, 161. *Et* pro Corn. Balb. 47 Exſiſtat ergo ille vir parumper cogitatione veſtra, quoniam re non poteſt, vt conſpiciatis eum Mentibus, quem Oculis non poteſtis. Plaut. Pſeud. 3, 1, 3 Nae illi, quantum ego nunc Corde conſpicio meo, malam rem magnam multasque aerumnas danunt. Cic. pro Caecin. 54 Actio eſt in actorem praeſentem his verbis, Quandoquidem te in iure conſpicio. Conſpicere, *pro Attendere, Conſiderare* Cic. pro Muraena 13 Non debes M. Cato arripere maledictum ex triuio, aut ex ſcurrarum aliquo conuicio, neque temere Conſulem Pop. Romani ſaltatorem vocare: ſed conſpicere, quibus praeterea vitiis affectum eſſe neceſſe ſit eum, cui vere illud obiici poſſit. Conſpicere ſibi, quae ſint in rem ſuam Plaut. Trinum. 3, 2, 10. Locum inſidiis conſpicere, *Obſeruare locum ad collocandum inſidias aptum* Virg. Aen. 9, 237. Conſpicere *etiam res inanimatae dicuntur eas, quibus expoſitae ſunt regiones* Cic. in Catil. 3, 20 *de ſimulacro Iouis*, Ac ſe ſperare dixerunt, ſi illud ſignum quod videtis, Solis ortum et forum curiamque conſpiceret, fore, vt ea conſilia, quae clam eſſent inita, *etc.* Catul. Argon. ſ. 62, 389 Conſpexit, terra centum procurrere currus.

CONSPICIENS, ntis. Partic. [προσβλέπων] Procul conſpiciens ad ſe ferentem Nep. 14, 4, 5. Cic. Att. 5, 18 Ciliciam prope conſpiciente, expedito ad mutandum locum, paruo exercitu, *etc.*

CONSPICIOR, ĭci. [προσορῶμαι] Plaut. Pſeud. 1, 5, 129 Si ſumus conſpecti. *Al.* Compecti. Arma virique conſpiciebantur Liu. 21, 4. Conſpici, *Apparere* Scribon. 125. 163. Bonis animi conſpici, *i. Virtute et ſcientia illuſtrem eſſe.* Ouid. Triſt. 1, 5, 34 Prima locum ſanctas Heroidas inter haberes, Prima bonis animi conſpicere re tui. Omni obſequio et pietate, quanta vix in filio conſpici poteſt Sen. ad Helu. c. 2. Supellex modica, non multa, vt in neutram partem conſpici poſſet Nep. 25, 13, 5. Cic. in Catil. 1, 17 c. 7 Carere me adſpectu ciuium, quam infeſtis oculis omnium conſpici, mallem. Idem in Piſon. 60 c. 25 Inania ſunt iſta mihi crede, delectamenta paene puerorum: captare plauſus, vehi per vrbem, conſpici velle.

CONSPECTVS, a, um. Partic. *et* Adiect. Quacunque incederet conſpectus elatusque Liu. 4, 13 *pr.* Chlamydi et pictis conſpectus in armis Virg. Aen. 8, 588. In oſtro Tyrio conſpectus Idem Georg. 3, 17. Tumulus maxime conſpectus Liu. 32, 5. *Quibus in locis non nudum Participium eſt, ſed vim Adiectiui in* LIS *vel* BILIS *obtinet, qui conſpici poteſt, dignus conſpectu, vt* Conſpiciendus *aut* Conſpicuus. *Sic et Compar.* Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe Crimen habet, quanto maior qui peccat, habetur Iuuenal. 8, 140. Liu. 6, 15 Sed quid ego vos de veſtro impendatis hortor? fortem aliquam ferte, de capite deducite quod vſuris pernumeratum eſt: iam nihilo mea turba, quam vllius conſpectior erit. Tacit. Hiſt. 4, 11 Iuſſu Mutiani cuſtodia militari cinctus, ne in ipſa vrbe conſpectior mors foret, ad quadrageſimum ab Vrbe lapidem via Appia fuſo per venas ſanguine extinguitur. Pars nulla conſpectior capillis Ouid. Met. 4, 795. *i. Pulchrior, et conſpici dignior.* Liu. 22, 40 Plebeium Conſulem ſua plebs proſequuta, Turba, quam dignitate conſpectior. Platano conſpectior alta Ouid. Met. 13, 794. *Vid. Burm. ad* Quinctil. 11, 3 p. 1029.

CONSPICIENDVS, a, um. Partic. [περίβλεπτος] Tibull. 1, 2, 72 Inſideat celeri conſpiciendus equo. Nemeſis donis conſpicienda meis Idem 2, 3, 56. Aurato conſpicienda ſinu Ouid. Faſt. 2, 310. Signa veteri conſpicienda metallo Valer. Argon. 1, 261.

Illum nec valido ſpumantia pocula Baccho
Solicitant, veteri nec conſpicienda metallo
Signa tenent.

CONSPECTVS, ûs. m. [πρόσοψις] *Actus aut facultas conſpiciendi, locus, in quo quis conſpici poteſt.* Virg. Aen. 1, 38 Vix e conſpectu Siculae telluris in altum Vela dabant laeti. Idem Aen. 1, 188 Nauim in conſpectu nullam. Cic. Fam. 1, 7 Tibi prope in conſpectu Aegyptus eſt. Adſpicere in conſpectu, *vid.* IN. Adſtare in conſpectu alicuius Cic. in Catil. 4, 3 c. 2. Idem Tuſc. 1, 50 Caſuruſne in conſpectum videatur animus, an tanta ſit eius tenuitas, vt fugiat aciem? Conſedimus omnes in conſpectu Cic. Acad. 1, 14. Conſiſtere in medio conſpectu Virg. Aen. 2, 67. Dare ſe alicui in conſpectum Cic. Verr. 5, 85. *et* Ennius *apud* Eundem de Diuin. 1, 41. *i. videndum ſe exhibere.* Euolare e conſpectu Id. Verr. 5, 87. Liu. 1, 18 *in Numae inauguratione*, Signum contra, quo longiſſime conſpectum oculi Ferebant, animo finiuit, *i. quo vſque proſpicere poterat.* Cic. Att. 7, 10 Subito conſilium cepi, vt antequam luceret, exirem, ne qui conſpectus fieret, aut ſermo, lictoribus praeſertim laureatis, *i. ne ſpectatum concurreret plebecula.* Frui conſpectu alicuius rei tranquillo animo et quieto Cic. pro Sulla 26 c. 9. Fugatus ex hominum conſpectu Lucret. 3, 49. Fugere aliquorum Cic. de Lege Agr. 2, 6. Ingredi in populi, *vid.* INGREDIOR. Virg. Aen. 6, 109 Ire ad conſpectum cari genitoris et ora Contingat. Locare aliquid in conſpectu aliquorum Cic. de Lege Agr. 1, 7. Mori in conſpectu legum, libertatisque Idem Verr. 5, 69. Ponere aliquid in conſpectu alicuius Id. de Fin. 5, 2. Poſita religio in conſpectu fundi villaeque Cic. de Legib. 2, 27. Priuare aliquem ſuorum conſuetudine, conſpectuque Idem pro Muraen. 89 c. 41. Plaut. Moſtel. 5, 2, 33 Is me adiit: nam illum prodire pudet in conſpectum tuum. Reddere conſpectum alicuius, *Reuocare ac reducere illum in conſpectum* Virg. Aen. 9, 262. Relinquere in conſpectu Cic. de Fin. 5, 63. Sequi aliquorum Cic. de Lege Agr. 2, 6. Stare cum gladiis in conſpectu Senatus Id. Philipp. 2, 8. Sum. *vt,* Quae Eſt in oppidi conſpectu Varr. de R. R. 1, 7. Procul a conſpectu alicuius rei Eſſe Cic. de Lege Agr. 2, 86. Venire in conſpectum alicuius Idem de Fin. 1, 24. Vell. 2, 63, 1. Nep. 9, 3, 3. *et* 14, 10, 2. Ter. Phorm. 2, 1, 1 Irane patris conſpectum Veritum hinc abiiſſe? Videre vno in conſpectu omnia Cic. de Clar. Orat. 15. Vitare alicuius conſpectum Quinct. 6, 3. Conſpectum [σύνοψιν] *vocat Excerpta breuia ex multis, et in ordinem digeſta* Gell. 17, 21 Vt conſpectum quendam aetatum antiquiſſimarum, *etc. Conſ.* Id. 19, 10.

CONSPICIO, ōnis. f. *Conſpectus. Nomen augurale.* Varro de L. L. l. 6, 2 p. 67, 8 Interea concretione, conſpicione, cortumione. *Haec ex carmine, quo templum capiebatur. Deinde explicat:* Contemplare et conſpicare idem eſſe apparet. Ideo dicere cum templum faciant augures, Conſpicione, qua oculorum conſpectum finiant: quod cum dicunt Conſpicionem, addunt Cortumionem *etc.*

CONSPECTOR, ōris. m. [Ἐπόπτης Vet. Gloſſ.] *Qui conſpicit.* Tertull. de Cultu Fem. 2, 13 Deus eſt conſpector cordis. *Add.* Idem de Orat. c. 13.

CONSPĬCVVS, a, um. Adi. [περίφανής] *Quod ab omnibus conſpicitur: vel, vt ait Valla 1, 30, Quod circumſpicitur. Vt* Conſpectus Martial. de Spectac. 2 Hic vbi conſpicui venerabilis amphitheatri Erigitur moles. Occultus *et* Conſpicuus, *contraria* Ouid. Triſt. 4, 10, 108. Idem Triſt. 2, 54 Per te praeſentem, conſpicuumque deum. Decus conſpicuum Id. ad Liu. 336. Ouid. de Arte Am. 3, 384 Viſite conſpicuis terna theatra Locis. Opus Idem Triſt. 5, 14, 84. Venuſtas Auct. ad Herenn. 3 c. 15. Hor. Carm. 3, 16, 19 Iure perhorrui Late conſpicuum tollere Verticem. Plin. 36, 12 Reliquae tres, quae orbem terrarum impleuere fama, ſane conſpicuae vndique adnauigantibus, ſitae ſunt in parte Africae, monte ſaxeo. *De Pyramidibus loquitur.* Columel. 7, 12 *de cane paſtoricio*, Ne ſi non ſit albo colore conſpicuus, pro lupo canem feriat. Armis conſpicuus longe fulgentibus Ouid. ex Pont. 4, 7, 31. Domo inſignis clara conſpicuusque Tibull. 3, 3, 4. Manu Tacit. Hiſt. 3, 17. Toris, *Lacertoſus et toroſus, qualem fuiſſe Herculem dicit* Valer. Argon. 1, 253. Conſpicuus fons in planitie Plin. 6, 27. Idem Epiſt. 7, 24 Ac primum conſpicuus forma, omnes ſermones malignorum et puer et iuvenis euaſit. Liu. 1, 34 Iam et Romanis conſpicuum eum nouitas diuitiaeque faciebant. Fide Ouid. Epiſt. 5, 139. Laude Plin. Ep. 3, 3. Conſpicuus magnitudine Lunenſis caſeus Idem 11, 42. *Add.* Ouid. Met. 8, 373. *et* Triſt. 4, 3, 82.

CONSPĬCO, āre. *Apud Antiquos legitur.* Varro de L. Lat. 6, 2. *Vnde*

CONSPICOR, āri. Paſſ. *Apud* Priſcian. 8 p. 792 Paupertas conſpicatur. *Sed frequentius eſt,*

CONSPĬCOR, āri. Depon. [προσοράω] *Idem quod Conſpicio.* Ter. Eun. 5, 8, 32 Cur ergo in his ego te conſpicor regionibus? Quin ego te in fundo conſpicer Ter. Heaut. 1, 1, 16. Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 22 Hunc conſpicatae naues, quae miſſu Bruti conſuetudine quotidiana ad portum excubabant, ſublatis anchoris ſequi coeperunt. Exſtructos tumulos conſpicari licet Caeſ. Bell. Gall. 6, 16. *Add.* ib. 5, 9. Nep. 18, 9, 5. Conſpicati ex oppido caedem Caeſ. Bell. Gall. 7, 88. Cerui alta conſpicatus cornua Phaedr. 2, 9, 25.

CONSPICABĬLIS, e. Adi. Sidon. Epiſt. 8, 4 Thermae conſpicabiles. Coram refulſit ore conſpicabili Prud. Rom. v. 633. *Conſ.* Ambroſ. de Filii Diuin. adu. Arian. c. 8.

CONSPICABVNDVS, a, um. Mart. Capel. 8 p. 270.

CONSPICILIVM, i. n. [περιοπή] *Auctore* Nonio 2, 116 *eſt* Vnde conſpicere poſſis. Plaut. Medico (Fragm. 105.) In conſpicilio adſeruabam, pallium obſeruabam. ¶ 2 Conſpicilium, *etiam dici volunt, quod adhibemus oculis, vt res maiores videantur: laudantque* Plautum, Vitrum cedo, neceſſe eſt conſpicilio vti. *Hoc autem quin ſpurium, certe corruptum ſit, vndecunque ſit, nullus dubito. Primus obſeruationis ſubleſtae auctor, quem norim, eſt Bernardus Saracenus ad* Plauti Ciſtell. 1, 1, 93 *de quo ſtatim videbimus.*

CONSPICILLVM, i. n. *Idem.* Plaut. Ciſtel. 1, 1, 93 Dum redeo domum, conſpicillo conſequutus eſt clanculum me vſque ad fores. *Alii flectunt* CONSPICILLO, ōnis. m. *vt ſit* Conſpicillo, *qui clam et ex occulto alium conſpicatur et obſeruat. Sic enim Alceſimarchus adoleſcens Plautinus Silenium puellam obſeruauit domum redeuntem. Sed nec diſſimulanda lectio quorundam MSS.* Dum redeo domum, Conſpicit: illo conſecutus *etc.*

CONSPĪRO, āre. [συμπνέω, συνίημι] *Simul ſpirare vel flare.* Virg. Aen. 7, 615 Aſſenſu conſpirant cornua rauco. *Plerumque metaphorice de coniunctis viribus, conſiliisue ad vnum effectum accipitur.* Proinde conſentite, conſpirate, maioremque animum ex meo ſumite Plin. Epiſt. 4, 13. Columel. 3, 13, 7 *de paſtinato*, Et caeleſtes admittat imbres: eosque alendis ſeminibus diſpenſet, ac ſuis omnibus partibus ad educandam prolem nouam conſpiret. Plaut. Merc. 4, 5 ſuppoſ. 28 Mirum ni ſenes vicini in vnum nidum conſpirauerint. Columel. 12 praef. 8 Nihil quod aut maritus, aut femina proprium eſſe iuris ſui diceret, ſed in commune conſpirabatur ab vtroque, vt cum forenſibus negotiis, matronalis ſedulitas induſtriae rationem parem faceret. *De conſenſu bonorum etiam* Cic. de Lege Agr. 2, 26 c. vlt. Conſpirate nobiſcum: conſentite cum bonis, communem Rempub. communi ſtudio atque amore defendite. Idem Fam. 10, 12 Mirabiliter enim Pop. Rom. vniuerſus, et omnium generum ordinumque conſenſus, ad liberandam Rempub. conſpirauit. Ad maieſtatem Populi Rom. defendendam Cic. Philipp. 3, 13. Idem de Nat. Deor. 3, 28 Itaque illa mihi placebat oratio de conuenientia conſenſuque naturae, quam quaſi continuatam conſpirare dicebas. *Sed in malam partem,* Quem quum Meſſalina et Narciſſus conſpiraſſent perdere Suet. Claud. c. 37. Conſpirare in deſtinatam mortem, *vel* in necem alicuius Iuſtin. 16, 5, 12. *et* 20, 3, 4. Conſpiratum eſt in eum a LX amplius Sueton. Caeſ. c. 82. ¶ 2 *A ſpira ductum, i. helice, conſpiro de ſerpentibus dicitur, cum in ſpiram ſ. ſpiralem lineam ſe conuoluunt.* Aur. Vict. V. Ill. 22 Anguis — ad nauem Romanorum perrexit, et ſe in Ogulnii tabernaculo conſpirauit.

CONSPIRANS, antis. Part. [συμπνέων] Cic. de Nat. Deor. 2, 19 Quid vero, tanta rerum conſentiens, conſpirans, continuata cognatio, *etc.* Conſpirans mutuus ardor Lucret. 4, 1209. Conſpirans et paene conflata conſenſus Cic. pro Ligar. 55.

CONSPIRATIO, ōnis. f. [σύστασις, συμπνοία] *Conſenſus tam in bonam, quam in malam partem accipitur. In malam.* Cic. Fam. 11, 14 Vt quam paratiſſimi ab exercitu, reliquisque rebus pro veſtra ſalute

lute contra ſceleratiſſimam conſpirationem hoſtium confligamus. *Sic* Certorum hominum contra dignitatem alicuius conſpiratio Cic. pro Deiot. 11. Conflata Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 14 c. 6. Quinct. 5, 7, 23 Et ſi deficietur numero pars diuerſa, paucitatem; ſi abundabit, conſpirationem; ſi humiles producet, vilitatem; ſi potentes, gratiam oportebit inceſſere. Conſpiratio *in bonam partem* Cic. pro Domo 28 Hanc noſtram coniunctionem, hanc conſpirationem in Republ. bene gerenda, hanc iucundiſſimam vitae atque officiorum omnium ſocietatem, certi homines fictis ſermonibus et falſis criminibus diremerunt. Bonorum virorum conſpiratio Cic. in Catil. 4, 22. Nimis potentes, non propter ſingularium ciuitatium opes, ſed propter conſpirationem vniuerſarum Iuſtin. 34, 1, 1. Concordia et conſpiratio omnium ordinum ad defendendam libertatem Cic. Fam. 10, 15. Cic. Off. 2, 16 Magnas vtilitates adipiſcimur conſpiratione hominum atque conſenſu. Idem de Fin. 5, 69 Qualis eſt igitur omnis quam dico conſpiratio, conſenſusque virtutum, tale eſt illud ipſum honeſtum. Amoris conſpiratione conſentire Cic. de Fin. 1, 65.

CONSPIRATVS, a, um. Part. *Qui conſpirauit.* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 46 Milites legionis nonae ſubito conſpirati pila coniecerunt. Suet. in Caeſ. c. 82 Aſſidentem conſpirati ſpecie officii circumſteterunt. *Add.* Id. Domit. c. 17. Sen. Epiſt. 84 Talem eſſe animum noſtrum volo, vt multae in illo artes ſint, multa praecepta multarum aetatum exempla, ſed omnia in vnum conſpirata. *Haec poſteriora repetiit* Macrob. Saturn. praef. Conſpiratus ſanguis Veget. Mulom. 2, 30, 1 *videtur eſſe ex arteria cum ſpiritu emiſſus. Sic enim putabant, Spiritus etiam conceptaculum eſſe arterias. Vid.* Cic. de Nat. Deor. 2 c. 55. Hinc conſpiratis factionum partibus Phaedr. 1, 3, 4.

CONSPIRĀTE. Adu. Iuſtin. 3, 5 Lacedaemonii eo conſpiratius ad arma concurrunt, *i. maiori conſenſu.*

CONSPIRĀTVS, ûs. m. [*σύμπνευσις*] *i. Conſenſus.* Gell. 1, 11 Sed enim Achaeos Homerus pugnam indipiſci ait, non fidicularum, tibiarumque concentu, ſed mentium animorumque conſpiratu tacito nitibundos.

CONSPISSO, āre. [*πυκνόω*] Plin. 35, 6 Adulteratur Romae creta cimolia, decocta, conſpiſſataque. Columel. 2, 18, 5 Prius quam conſpiſſatum, et herbis colligatum ſit ſolum. Idem 12, 43, 12 Conſpiſſata vinacea *dixit, i. conculcata.* Stercora conſpiſſata *laudantur e* Plin. Valer.

CONSPISSATIO, ōnis. f. Sordium Theod. Priſcian. 1, 8.

CONSPOLIVM, i. n. *Ab* Arnobio 7 p. 230 *inter* liborum genera *refertur.*

CONSPONDEO, di, ſum, ēre. [*συνεγγυῶμαι*] *Ab hoc verbo* CONSPONSOS veteres dicebant, fide mutua colligatos, *inquit* Feſtus. *Et* Varr. de L. L. 5, 7 Conſponſos *laudat ex* Naeuio. Factio conſponſa Apul. Met. 5 p. 165. Auſon. Epiſt. 10, 11 Te quoque ne pigeat conſponſi foederis.

CONSPONSOR, ōris. m. [*συνεγγυητής*] Conſponſores, *qui ſimul pro aliquo ſpoſponderunt.* Cic. Fam. 6, 19 De tuo negotio quod ſponſor es pro Pompeio, ſi Galba conſponſor tuus redierit. *Adde* Epiſt. ad Att. 12, 17. Conſponſor, Coniurator. Feſtus.

CONSPVMO, āre: *et* conſpumatus *in* Fragm. Poët.

CONSPVO, ui, ūtum, ĕre. [*καταπτύω*] *Sputo aliquem foedare:* Plaut. Curc. 4, 2, 17 Qui culpat eum, conſpuitur, vituperatur. Inflat ſe tanquam rana, et in ſinum ſuum conſpuit Petron. c. 74 *de homine φιλαύτῳ ſuperboque.* Me conſpui iubet Petron. 132. *De hoc contumeliae genere, vid. Barth. ad* Claud. Conſ. Hon. 4, 404. *et* Aduerſ. 23, 24. Conſpuit *pro Conſpergit, vſus eſt vetus aliquis Poëta, qui ab* Horatio *reprehenditur* Serm. 2, 5, 41 Furius hibernas cana niue conſpuit Alpes. *Vid.* Scholiaſten in loc. *Idem culpatur quoque a* Quinctiliano 8, 6, 17.

CONSPVENS, entis. Part. Vulgata Ieſ. 50, 6.

CONSPVTVS, a, um. Partic. *Dicitur eſſe* Plauti, Ab omnibus deriſus atque conſputus. Hieron. ad Domn. . . Quoties conſpuit, et conſputus abſceſſit.

CONSPV̄TO, āre. Frequent. [*καταπτύω*] Cic. Q. Frat. 2, 3 Hora fere nona, quaſi ſigno dato, Clodiani noſtros conſputare coeperunt. Maledictus et conſputatus Tertull. adu. Iud. c. vlt.

CONSPVRCO, āre. [*καταρυπόω*] *Commaculare.* Columel. 8, 3, 9 Nam ſuperſiliens auis proluuie ventris cibos et aquam conſpurcat. Sapore tetro conſpurcare omnia Lucret. 6, 21.

CONSPVRCATVS, a, um. Part. Tertull. de Idolol. c. 1.

CONSPVRCATIO, ōnis. f. Hieron.

CONSTABĬLIO, īui, ītum, īre. [*βεβαιόω, ϛηρίζω, ἀσφαλίζομαι*] *Stabile et firmum vndique facere.* Ter. Adel. 5, 1, 9 Dis quidem eſſes Demea, ac tuam rem conſtabiliſſes. Lucret. 2, 45 Feruere quum videas belli ſimulacra cientes, Subſidiis magnis Epicuri conſtabilitas. Mentem robuſtam Iuuenc. Hiſt. Euang. 2, 765.

CONSTABILIS, e. Firmic.

CONSTABV̆LO, āre. Columellae *tribuitur.*

CONSTABVLATIO, ōnis. f. Apuleio *adſcriptum: falſo, niſi fallit Index Floridi.*

CONSTABVLARIVS, i. m. Tertulliano *tribuitur a Spelmanno* p. 145.

CONSTAGNO, āre. *Congelare.* Glacies eſt, quae ex coitu aquae conſtagnat C. Fronto p. 1332 *Putſch.*

CONSTANS, CONSTANTIA, CONSTANTER, *vid.* CONSTO.

CONSTELLATVS, a, um. Aurati conſtellatique balthei Treb. Pollio Gallien. c. 2. *i. ſtellarum formis diſtincti.*

CONSTELLATIO, ōnis. f. *Stellarum numerus vna conſideratus, comparatio et reſpectus ſtellarum.* Ammian. Marcell. 29, 17 Cum ei obiectaretur, quamobrem conſtellationem Principis collegiſſet, fratrem ſuum fuiſſe Valentem monſtrare pollicitus. *Conf.* Capitolin. in Gord. c. 20. Sidon. Ep. 6, 11. Firmic. 1, 1 Haec vitia mala, Mercurii cum Marte perficit conſtellatio. Idem 4, 2 Iſtis calamitatis laqueis implicatur, qui ſub tali natus fuerit conſtellatione.

CONSTERNO, āre. [*ἐκπλήττω, καταπτήσσω, συϛέλλω*] *Terrere, ac terrore illo mentem quaſi proſternere, certe loco velut et gradu dimouere.* Liu. 6, 2 Itaque non aperuit ſolum incendio viam, ſed flammis in caſtra tendentibus, vapore etiam ac fumo, crepituque viridis materiae flagrantis ita conſternauit hoſtes, vt minor moles ſuperantibus vallum in caſtra Volſcorum Romanis fuerit, quam tranſcendentibus ſepem incendio abſumtam fuerat. Liu. 8, 27 Tumultuque etiam ſanos animos conſternante, decernitur, vt ſocietas cum Samnitibus renouaretur. Pauida et conſternata multitudo Liu. 3, 15. *Add.* 7, 42. Salluſt. . . . Qua victoria elati hoſtes noſtri territi atque animis conſternati diſceſſere. Animo conſternati homines inſueti laboris Caeſ. Bell. Gall. 7, 30. In fugam conſternari, *vid.* FVGA. Liu. 34, 3 *in* Catonis *oratione*, Volo tamen audire quid ſit, propter quod matronae conſternatae procurrant in publicum. *Tumultuabantur enim matronae pro abroganda Lege Oppia.* Cerua conſternata Sil. 13, 134. Cerua conſternata in fugam ſe proripit Gell. 15, 22. Elephanti Flor. 4, 2, 67. Equi conſternantur Ouid. Met. 2, 314. Equi conſternati Idem Faſt. 5, 310. Flor. 1, 7, 3. *et* 1, 18, 8. Salluſtius *ap.* Priſcian. 8 p. 830 Equi ſine rectoribus exterriti, aut faucii conſternantur. Timores conſternati Ouid. Met. 12, 60. ¶ 2 Conſternari, vetuſte, erigi, *ſi credimus* Nonio 4, 72 Pacuuius Duloreſte: Vnde exoritur? quo praeſidio fretus? auxiliis quibus? quo conſilio conſternatur? qua vi, cuius copiis?

CONSTERNATIO, ōnis. [*ἔκπληξις*] *Subitus terror et vehemens.* Liu. 37, 42 Auxilia enim ſubſidiaria, quae proxime locata erant, pauore et conſternatione quadrigarum territa, *etc.* Muliebris Idem 34, 2. Ille debilitatus vulnere, quod in ea conſternatione acceperat Curt. 8, 1, 24. ¶ 2 Conſternatio *dicitur a* Valerio 9, 7, 4 *pro Seditione vel tumultu*, Creditorum quoque conſternatio aduerſus Sempronii Aſellionis Praetoris Vrbani caput exarſit. *Conf.* Tacit. Ann. 1, 39, 4. *et* c. 63, 3. *it.* Hiſt. 1, 83, 7. *De ſtudio ac fauore attonito* Valer. Max. 9, 15, 4 In centumuirale iudicium adeo fauorabilis deſcendit, vt vix iuſtis et aequis ſententiis conſternatio populi vllum relinqueret locum. Conſternatio, *inquit* Feſtus, quae eſt Concitatio quaedam ſubita ex aliquo metu, a ſternutamento deducta eſt, quod eo toto concutimur corpore. *Minus nugatus eſſet, ſi dixiſſet*, ſternere, conſternare, ſternuere *eſſe eiusdem originis, et cognatae ſignificationis.*

CONSTERNO, ſtrāui, ſtrātum, ſternĕre. [*ϛρώννυμι*] *Totum ſternere, vel pluribus rebus iniectis aliquid tegere. Vt*, Virg. Aen. 4, 444 It ſtridor, et alte Conſternunt terram concuſſo ſtipite frondes. Campi conſternuntur milite Sil. 1, 125. Contabulationem conſternere lapidibus lutoque Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 9. Cubilia gallinarum paleis conſtrata Columel. 8, 5, 3. Filicibus vel culmis ſtabula conſtrata ſint Idem 7, 3, 8. Scrobes conſternere perticis ſalignis et lapide Plin. 17, 11. Cic. in Arat. 437 Ille graui moriens conſtrauit corpore terram. Terram conſternere tergo, *Supinum iacere* Virg. Aen. 12, 543. Cic. de Diuin. 1, 69 c. 32 Nam et ex horreis direptum, effuſumque frumentum, vias omnes, angiportusque conſtrauerat.

CONSTRĀTVS, a, um. Partic. [*ἐϛρωμένος*] *Praeter dicta* Cic. pro Sext. 85 c. 39 Forum corporibus ciuium Romanorum conſtratum caede nocturna. Conſtratae naues, *quae cataſtromata ſ. tabulata habebant, quas* Caeſar *Tectas ſaepe vocat.* Cic. Verr. 5, 103 c. 34 Poterone in eos eſſe vehemens, qui naues inanes non modo habuerunt, ſed etiam apertas? in eum diſſolutus, qui ſolus habuerit conſtratam nauem, et minus exinanitam? *Opponuntur* Apertae, *vt hinc intelligas*, conſtratarum *nomine non alias intelligi, quam* Tectas. *Sic* Hirt. de Bell. Alex. 17 Magnoque impetu quatuor ad eam conſtratae naues, et complures apertae contenderunt. *Conf.* Curt. 9, 10, 25.

CONSTRĀTVM, i. n. Petron. c. 100 Conſtratum nauis. Liu. 30, 10 Conſtrata pontium.

CONSTRĀTOR, ōris. m. Auſon. Eidyll. 12.

CONSTIMV̆LO, āre. Hieron. et Firmic.

CONSTIMVLĀTOR, ōris. m. Auguſt.

CONSTĪPO, āre. [*ϛύφω*] *Significat Condenſare.* Caeſ. Bell. Gall. 5, 43 Hic dies noſtris longe grauiſſimus fuit: ſed tamen hunc habuit euentum, vt eo die magnus numerus hoſtium vulneraretur atque interficeretur, vt ſe ſub ipſo vallo conſtipauerant, receſſumque primis vltimi non dabant. Cic. de Lege Agrar. 2, 79 c. 29 Sed ne conſtipari quidem tantum numerum hominum poſſe in agrum Campanum intelligetis.

CONSTIPATVS, a, um. Partic. *Metaph.* Inter conſtipata officia, *i. frequentia* Prud. Periſt. 11, 49.

CONSTIPATIO, ōnis. f. Ammian. 26, 6 Conſtipatio militum. Vopiſc. Aurel. c. 21.

CONSTITVO, ui, ūtum, ĕre. [*συντάσσω, καθίϛημι, διατάττω, τάττομαι, βουλεύομαι*] *Primo totum ſtatuere ſignificat, ſ. ponere, Collocare.* Caeſ. Bell. Gall. 2, 19 Intra ſiluam aciem ordinesque conſtituerant. *Metaph.* Conſtituitote vobis ante oculos huius etiam miſeri ſenectutem Cic. pro Cael. 79 c. 32. Hominem ante pedes Q. Manilii, qui tum erat Triumuir, conſtituunt Cic. pro Cluent. 38. Taurum ante aras Virg. Aen. 5, 237. Conſtituit in ordinem elephantes Hirt. de Bell. Afr. 27. Conſtituit horrea certis locis, vecturasque frumenti finitimis ciuitatibus deſcripſit Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 42. In locum alicuius aliquem Cic. Verr. 1, 77. In aliquo munere aliquem Idem de Petit. Conſ. 29 c. 9. *Et Omiſſa praepoſitione*, Cic. Fam. 15, 4 Maxima apud regem auctoritate gratiaque conſtitui. ¶ 2 Conſtituere, *firmam voluntatem notat, Statuere, proponere, decernere.* Ter. Phorm. 4, 3, 71 Nam illi mihi dotem iam conſtituerunt dare. Virg. Aen. 1, 309 Qui teneant (nam inculta videt) hominesne, feraene, Quaerere conſtituit. Quantum pecuniae quaeque ciuitas daret, Ariſtides delectus eſt, qui conſtitueret Nep. 3, 3, 1. Cic. de Diuin. 1, 82 Dii non ignorant ea, quae ab ipſis conſtituta et deſignata ſunt. Conſtituere ſibi aliquod genus aetatis degendae Cic. Off. 1, 117. Nec ſatis conſtituere poſſum quid, *etc.* Idem Acad. 4, . . Serius quam conſtituerat Id. Q. Frat. 3, 1. Cic. Off. 1, 9 Illud etiam ingenii magni eſt, praecipere cogitatione futura, et aliquanto ante conſtituere, quid accidere poſſit in vtramque partem, et quid agendum ſit, quum quid euenerit. Ex re et ex tempore aliquid Cic. Fam. 12, 19. De re aliqua aliquid Balbus Ciceroni Att. 9, 8. Communiter conſtituere de reditu alicuius Cic. ad Brut. 6. Idem pro Cluent. 83 Hoc poſtquam caeteri comprobarunt, ex omnium ſententia conſtitutum eſt, ſatis videri eſſe quaeſitum. *Et* Fam. 8, 5 Tametſi hac de re puto te conſtitutum, quid facturus eſſes, habere. Cic. Verr. 1, 42 Mihi enim properandum neceſſario eſt, vt omnia vobis, quae mihi conſtituta ſunt, poſſim exponere. *Sic* Conſtitutum eſt mihi, Cic. Att. 7, 7. *i. certo decreui.* Deinde ex ſenſilibus qui ſenſile poſſe creari conſtituunt Lucr. 2, 901. *i. tanquam certum ponunt.* Cic. de Finib. 5, 15 Hoc enim conſtituto in philoſophia, omnia ſunt conſtituta. Idem Fam. 2, 7 Quod quando, et quomodo, et per quos agendum ſit, tu Optime conſtitues. Sic conſtituunt, ſic condicunt Tac. Germ. 11, 3. Cic. de Orat. 1, 265 Sane vellem non conſtituiſſe in Tuſculanum me hodie venturum eſſe Laelio. Dixit, et conſtituit ſe venturum Ter. Eun. 1, 2, 125. Conſtitueram vt irem rus

Plaut.

Plaut. Pſeud. 1, 5, 136. Cic. de Finib. 5, 1 Conſtituimus inter nos, vt ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia. Hic vbi nocturnae Numa conſtituebat amicae Iuuenal. 2, 12. Ter. Hec. 1, 2, 121 Nam conſtitui cum quodam hoſpite me eſſe illum conuenturam, *de re meretricia. V. h. l. Donat. et conf.* Ter. Heaut. 4, 4, 4. *De conuiuio* Ter. Eun. 3, 4, 3 Dati annuli: locus, tempus conſtitutum eſt. Pactam et conſtitutam eſſe cum aliquo diem Cic. in Catil. 1, 34. Salluſt. Iugurth. 66 Deinde compoſitis inter ſe rebus, in diem conſtituunt: quod is feſtus, celebratusque per omnem Africam, ludum et laſciuiam magis quam formidinem oſtentabat. *Sed Cort.* diem, *qui alioqui hanc formulam ibi illuſtrat. Vid.* Auctionem conſtituere. Quinctil. 7, 10 Illa enim potentiſſima eſt, quaeque vere dicitur totius cauſae diſpoſitio, quae conſtitui, niſi velut in re praeſenti non poteſt. Traianus ad Plin. 10, 40 Quid oporteat fieri circa theatrum, quod inchoatum apud Nicenſes eſt, in re praeſenti optime deliberabis et conſtitues. ¶ 3 *Subſtantiua, quae adiiciuntur huic verbo:* Cic. Diuin. in Caec. 10 Vt in conſtituendo Accuſatore, quod ſequi poſſitis, habeatis. Idem in Partit. 99 Quare de conſtituendis Actionibus, accipiendis ſubeundisque iudiciis, de excipienda iniquitate actionis, *etc.* Cic. Off. 2, 41 Aequitate conſtituenda ſummos cum infimis pari iure retinebat. Liu. 5, 2 An eſt quisquam, qui dubitet nullis iniuriis veſtris, ſi quae forte aliquando fuerunt, vnquam aeque quam munere patrum in plebem, quum Aera militantibus conſtituta ſunt, Tribunos plebis offenſos ac concitatos eſſe. Cic. Verr. 3, 213 Deinde cur in vno genere ſolo frumenti iſta Aeſtimatio conſtituitur? Agmen conſtituere, *i. Siſtere* Liu. 27, 16. Cic. de Finib. 2, 78 Manebit ergo amicitia tamdiu, quamdiu ſequetur vtilitas: et ſi vtilitas Amicitiam conſtituet, tollet eadem. Amicitiam cum aliquo Cic. de Petit. Conſ. 22. Animus auditoris conſtituitur per exordium Auct. ad Heren. 1, 27. Auctionem Populi Rom. proſcriptam a tribuno pl. conſtitutam in menſem Ianuarium Cic. de Lege Agr. 1, 2. In te non minus Auxilii, quam in tuo collega mihi conſtitutum Cic. Fam. 5, 4. Ciuitas bene morata et bene conſtituta Idem de Clar. Orat. 7 c. 2. Conſtitutis Ciuitatibus leges, iudicia, iura, deſcribere Id. de Orat. 1, 33. Ciuitatem conſtituere Vitruu. 2 prooem. Cic. Act. 1 in Verr. 26 Reperio Iudices, haec ab iſtis Conſilia inita et conſtituta, vt quacunque opus eſſet ratione, res ita duceretur, vt, *etc.* Controuerſiam Cic. de Orat. 1, 143. Crucem ſibi Idem Q. Frat. 1, 2. Cupreſſos ferales Virg. Aen. 6, 217. Delectum rerum Cic. de Finib. 1, 33. Diem alicui Idem Att. 12, 2. Id. pro Caec. c. 11. Diem colloquio nuptiis, *aut alicui alii rei* Plaut. Trin. 2, 4, 180. Diem medium conſtituit Titan, *Meridies eſt* Sen. Hippol. 779. Cicero in Partitionibus 104 Ex rationis autem et ex firmamenti conflictione, et quaſi concurſu, quaeſtio exoritur quaedam, quam Diſceptationem voco: in qua, quid veniat in iudicium, et de quo diſceptetur, quaeri ſolet. Diſceptatio autem, quum eſt conſtituta, propoſitum eſſe debet oratori, quo omnes argumentationes repetitae ex inueniendis locis coniiciantur. Hirt. de Bell. Afr. 54 Egomet ipſe Documentum more militari conſtituam. Domos conſtituere, *i. Aedificare* Ouid. Triſt. 3, 9, 4. Fides rei non eſt conſtituenda in ſerui vnius quaeſtione Vlp. in l. 1 §. ad quaeſtionem D. de quaeſtionibus. Cic. Verr. 1, 5 Poſtremo vt eſſet hoc iudicatum, vt Finis aliquando iudiciariae controuerſiae conſtitueretur. Idem de Amicit. 56 Conſtituendi autem ſunt in amicitia Fines, et quaſi termini diligendi. *Et* Att. 1, 15 Sic ille annus duo Firmamenta Reipub. per me vnum conſtituta, euertit. Cic. Q. Frat. 1, 1 Et quidem de iſto genere Honorum, quid ſentirem, ſcripſi ad te ante. Semper eos putaui, ſi vulgares eſſent, viles; ſi temporis cauſa conſtituerentur, leues. Martial. 11, 74 Conſtituisque Horam, conſtituisque Locum. Imperium Flor. praef. n. 2. Inſcitia ineuntis aetatis ſenum conſtituenda et regenda prudentia eſt Cic. Off. 1, 122. Iudices de quaque re Idem pro Domo 33. Iudicium conſtituere in ſenſibus et in rerum notitiis Id. Acad. 4, 30. Cic. in Partit. 99 Atque etiam ante iudicium, de conſtituendo ipſo Iudicio *(i. actione)* ſolet eſſe contentio, quum aut ſitne actio illi qui agit, aut iamne ſit, aut num iam eſſe deſierit, aut illane lege, hisne verbis ſit actio, quaeritur: quae etiam, ſi antequam res in iudicium venit, aut concertata, aut diiudicata, aut confecta non ſunt: tamen ipſis iudiciis, permagnum ſaepe habent pondus. *Aliter* Quinctil. 3, 12 Rarum eſt autem, vt in foro Iudicia propter id ſolum conſtituantur: ſicut diuinationes, quae fiunt de accuſatore conſtituendo: et nonnunquam inter delatores, vter praemium meruerit. Cic. in Verr. 3, 154 Amici recuſare, ne quod nouum Iudicium, ne qua ipſius cognitio illo abſente, de exiſtimatione eius conſtitueretur. Iudicium conſtituere *in publicis duntaxat iudiciis dicitur Quaeſitor, qui iudicum reiectione vtrinque facta, certos conſtituit iudices, qui ſibi iurati in conſilio adſint, et ſecum cognoſcant. In priuatis vero iudiciis, quum Praetor vrbanus iudici aut recuperatoribus a litigatoribus acceptis, poteſtatem de cauſa cognoſcendi et litigandi facit.* Cic. pro Caecin. 7 Qui igitur conuenit, quae cauſa fuerit ad conſtituendum Iudicium, eandem moram eſſe ad iudicandum. *Hotomanus.* Iudicium de pecuniis repetundis conſtitutum Cic. Diu. in Caec. 10. Idem pro Caecin. 7 Cuius rei cauſa maxime iudicia conſtituta ſunt, id iam mala conſuetudine diſſolutum eſſe. *Et* Verr. 5, 140 c. 54 Seruilius et recuſare et deprecari, ne iniquis iudicibus, nullo aduerſario, Iudicium capitis in ſe conſtitueretur. Lucret. 5, 1143 Inde magiſtratum partim docuere creare, Iuraque conſtituere, vt vellent legibus vti. Ius conſtituere, *i. Statuere, et exemplum prodere iuris dicendi, vt ait Budaeus.* Cic. pro Caecin. 40 Videte per deos immortales quod Ius nobis, quam conditionem vobismetipſis, quam denique ciuitati Legem conſtituere velitis. Idem pro Caecin. 81 Quid eſt Piſo? placet tibi pugnare verbis? placet cauſam Iuris et aequitatis, et non noſtrae poſſeſſionis, ſed omnino poſſeſſionem omnium conſtituere in verbo? *Et* pro Caecin. 40 Huiusce rei vos ſtatuetis nullam eſſe actionem, nulli experiundi Ius conſtitutum? Conſtituere Legem ciuitati Cic. pro Caecin. 40 c. 14. *Conf. Burm. ad* Quinct. Decl. 258 p. 446. Litem Idem 7, 4. Petron. c. 108. Locum Martial. 11, 74. Locus, tempus conſtitutum eſt Ter. Eun. 3, 4, 3. Cic. pro Cluent. 94 Reum ſtatim fecit, vtque ei Locus primus conſtitueretur, propter cauſae coniunctionem, impetrauit. Maieſtatem, *v. h. v.* Cic. Verr. 1, 65 Quod vbi eſt Philodamo nuntiatum, tametſi non erat ignarus, quantum ſibi ac liberis ſuis iam tum Mali conſtitueretur, *etc.* Idem Att. 13, 11 Eſt aliud, poſteaquam ſum a te disiunctior, ſed fuit faciendum, vt et conſtituerem Mercedulas praediorum, et ne magnum onus obſeruantiae Bruto noſtro imponerem, *i. locarem certa penſione praediola.* Mercedem funeris actos ſepulturae Cic. Verr. 5, 133. Metam Virg. Aen. 5, 129. Modum rebus infinitis Cic. de Finib. 1, 2. Modum vitae aliquem ſibi conſtituere Idem pro Sull. 46. Moenia conſtituere, *Aedificare vrbem* Virg. Aen. 12, 194. Naues niſi in alto conſtitui non poterant Caeſ. Bell. Gall. 4, 24. Cic. Fam. 10, 3 Ego, Plance, Neceſſitudinem conſtitutam habui cum domo veſtra, ante aliquanto, quam tu natus eſſes. Nuptiae conſtitutae in hunc diem Ter. Andr. 1, 5, 34. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 15 Etiam ex Cingulo, quod Oppidum Labienus conſtituerat, ſuaque pecunia exaedificauerat, ad eum legati veniunt. Partes ſingulas cauſae in digitis conſtituere Cic. Diuin. in Caec. 45 *de artificioſa enumeratione, qua vti ſolebat Hortenſius.* Patronum alicui cauſae Idem pro Muraena 4. Pax tuta prouincia conſtituta Id. Q. Frat. 1, 1. Caeſ. Bell. Gall. 5, 1 Iis ad diem adductis, vt imperauerat, arbitros inter ciuitates dat, qui litem aeſtiment, Poenamque conſtituant. *Add.* Quinct. 7, 1, 57. Praeſidia conſtituere defenſionis ſuae in arce legis Cic. pro Cluent. 156. Pretium frumento Idem Verr. 3, 171. Procuratorem vel coram, vel per nuncium, vel per epiſtolam Vlpian. l. 1 §. 1 ff. de Procuratoribus. Cic. Verr 1, 44 Poſteaquam Cn. Dolabellae prouincia Cilicia conſtituta eſt. Idem pro Milon. 13 Hanc vero Quaeſtionem *(de crimine legibus vindicando)* etſi non eſt iniqua, nunquam tamen Senatus conſtituendam putauit: erant enim leges, erant quaeſtiones, vel de caede, vel de vi: nec tantum moerorem Senatui mors P. Clodii afferebat, vt noua Quaeſtio conſtitueretur. *Add.* Quinct. 4, 2, 10. Quaeſtus magnos atque vberes ſibi conſtituere ex quibusdam cauſis Cic. Verr. 2, 30. Reditum ex mari conſtituere, piſcinas faciendo Columel. 8, 16. Caeſ. Bell. Gall. 4, 21 Et cum his vna Comium, quem ipſe Atrebatibus ſuperatis Regem ibi conſtituerat, cuius et virtutem et conſilium probabat. Rem familiarem Cic. Philipp. 11, 4 c. 2. Idem Off. 3, 80 Vt res numaria de communi ſententia conſtitueretur. Nihil earum Rerum fore ratum, quas ipſe Athenis conſtituiſſet Nep. 7, 10, 1. Summa aequitate res conſtituit Idem 1, 2, 2. Sacra Cic. de Aruſp. Reſp. 13. Planc. Cic. Fam. 10, 4 Perſuade tibi te vnum eſſe, in quo ego colendo patriam mihi conſtituerim Sanctitatem. Non illa vobis conſtituiſſet Saturnalia Cic. Catil. 3 c. 7. *intell. diem, quo vrbem incenderet.* Se conſtituere, *i. in habitum praeliantis ſe componere* Gell. 9, 13. Seminaria Columel. de Arboribus c. 1. Spectaculum in foro acerbum Cic. Verr. 1, 76. Idem pro Lege Manil. 62 Tanta in eo Reip. bene gerendae Spes conſtituebatur, vt duorum Conſulum munus, vnius adoleſcentis virtuti committeretur. Stipendium militi Quinctil. 3, 8. Summam totius litis in re aliqua conſtituere Idem 7, 5. Supplicium in aliquem Cic. Verr. 5, 116. Tectum antiquitus conſtitutum plus ſalis habebat, quam ſumtus Nep. 25, 13, 2. Templum Ouid. Faſt. 1, 784. Tempus conſtitutum eſt Ter. Eun. 3, 4, 3. Tempus alicui rei Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 19. Cic. pro Cluent. 176 Pater, inquam, illius adoleſcentis, quem propter animi dolorem pertenuis ſuſpicio potuiſſet ex illo loco Teſtem in A. Cluentium conſtituere, is hunc ſuo teſtimonio ſubleuat. Idem Act. 1 in Verr. 55 Illud a me nouum Iudices, cognoſcetis, quod ita Teſtes conſtituam, vt crimen totum explicem, vbi id interrogando, *etc.* Vadimonium, *vid. h. v.* Cic. Att. 2, 16 Vectigal te nobis in monte Antelibano conſtituiſſe. Idem pro Roſc. Amer. 16 Poſteaquam Victoria conſtituta eſt, ab armisque receſſimus, quum, *etc.* Vrbem Ouid. Epiſt. 7, 119 *h. e. Condere.* Vellei. 1, 1, 1. *et* 1, 4, 3. Conſtituere *tandem apud Iuriſconſultos, eſt quod iam debetur, daturum facturumue ſe, vel pro ſemet ipſo, vel pro alio ſine ſtipulatione promittere.* l. 1 et paſſim D. de conſtit. pecun. *Graeci* κατατάξασθαι *dicunt. Hotomanus. Vid. etiam de hoc verbo Gronou. Obſ. 1, 1.*

CONSTITVENS, entis. Part. Vulg. Epheſ. 1, 20.

CONSTITVTVS, a, um. Part. [διατεταγμένος] *Vt*, Conſtituta in menſem Ianuarium auctio Cic. de Lege Agr. 1, 4. Intra dies conſtitutos Caius in l. Intra dies D. de re iudicat. Conſtitutus locus a iudicibus Cic. pro Cluent. 94. Conſtituta praeclariſſime Reſp. dilabitur Idem Off. 2, 73. Conſtitutus rerum omnium delectus Id. de Finib. 1, 33. Cic. in Catil. 16 Quid, quod omnes Conſulares, qui tibi perſaepe ad caedem conſtituti fuerunt, ſimul atque aſſediſti, partem iſtam ſubſelliorum nudam atque inanem reliquerunt? Idem de Legib. 2, 30 Sunt ad placandos Deos alii conſtituti, qui ſacris praeſint ſollemnibus; ad interpretanda alii praedicta vatum. Conſtitutum eſt per legem Caius in l. Intra dies. D. de re iudicat. Bene morata et conſtituta ciuitas Cic. de Cl. Orat. c. 2. Conſtituta diuinitus Res militaris Idem Tuſc. 4, 23. Conſtituta pax Id. Q. Frat. 1, 1, 8. De Conſtituta Pecunia eſt Titulus ff. 13, 5. Cic. Fam. 1, 9 Id ſcito, eſſe eiusmodi, vt frater meus vere exiſtimet, adiuncto iſto fundo, Patrimonium fore ſuum per te conſtitutum. Papin. l. Salarium D. Mandat. vel contr. Salarium procuratori conſtitutum, ſi extra ordinem peti coeperit, *etc.* Quinctil. 11, 3, 29 Iam confirmatae conſtitutaeque Vocis exercitatio. *Nam Conditionem etiam naturalem ſignificat, vt* Conſtitutum bene corpus, [εὔκρατον] Cic. Tuſc. 2, 17 c. 6 Metrodorus quidem eum perfecte putat beatum, cui corpus bene conſtitutum ſit, et exploratum ita ſemper fore. *Vel ciuilem, vt* Idem pro P. Sext. 97 Eſto igitur vt ii ſint, quam tu nationem appellaſti: et qui integri ſunt et ſani, et bene de rebus domeſticis conſtituti.

CONSTITVTVRVS, a, um. Partic. Cic. pro Domo 31 c. 12 Perinde quaſi — alio modo ſit conſtituturus, aut de religione Pontificum, aut de republica, quam eum aut cerimoniarum ius, aut ciuitatis ſalus coëgerit.

CONSTITVTVS, ûs. m. Feſt. Conſtitutus hominum, a Conſiſtentium multitudine appellatur. *Scaligero leg. vid.* Conſiſtentium multitudo: *laudatque* Varronem, Comitiales dicti, quod tum eſſet populi conſtitutus ad ſuffragium ferendum. *Locus eſt* de L. L. 5, 4 p. 50, 4 *vbi legitur* populus conſtitutus, *tacente Scaligero.*

CONSTITVTVM, i. n. *int. tempus et locum. Sed eſt velut Subſtantiuum.* Ad conſtitutum venire Cic pro Caec. c. 12. Idem pro Cael. 61 Conſtitutum factum eſſe cum ſeruis, *quam lectionem tuetur et illuſtrat Gronou.* Obſ. 1, 1. Cic. ibid. 20 Quum ſit his confitendum nunquam ſe, ne congreſſu quidem et conſtituto, coepiſſe de tantis iniuriis experiri. *Et* Att. 1, 1 Atque eo die cogitabam in Anagnino, poſtero autem die in Tuſculano: ibi vnum diem V Calend. Igitur ad conſtitutum. *Et eleganter tranſtulit,* Fam. 7, 4 Si quod conſtitutum habes cum podagra, fac in alium diem differas. Varr. de R. R. 2, 5 Quum alius eum ſalutaſſet, alius conuiuatus eſſet, qui tam ſero veniſſet ad conſtitutum. *Sic* Proripuit ſe poſtica parte palatii ad conſtitutum Suet. Oth. c. 6. Eurus ab oriente ſemper quaſi

ad conſtitutum Flor. 2, 6, 16. Naturam per conſtituta procedere Sen. Qu. Nat. 3, 16. Ex conſtituto arma capere Vell. 2, 110. *Pro Actis vel ſtatutis vt*, Conſtituta et acta alicuius tollere Cic. Att. 9, 1.

CONSTITVTIO, ōnis. f. [κρᾶσις, διάταξις] *Conditio, ſtatus etc.* Cic. de Finib. 4, 16 Itaque ab iis conſtitutio illa prima naturae, *de iis, quae* Prima naturae *vocantur.* Aeterna Curt. 5, 11, 10. Firma conſtitutio corporis Cic. Off. 3, 117 c. 33. Religionum Idem de Legib. 2, 23 c. 10. Conſtitutio in oratione Id. de Inuent. 1, 10 eſt prima conflictio cauſarum, ex depulſione intentionis profecta, hoc modo: Feciſti, non feci, aut iure feci. *Vid.* Quinctil. 4, 7, 5 *et* 6. ¶ 2 Conſtitutio *generali nomine dicitur Ius, quod a Principe conditur, hoc eſt* διάταξις, *vel* διατύπωσις. Vlpian. l. 1 §. 1 ff. De Conſtitutionibus Principum, Quodcumque imperator per epiſtolam et ſubſcriptionem ſtatuit, vel cognoſcens decreuit, vel de plano interlocutus eſt, vel edicto praecepit, legem eſſe conſtat. Haec ſunt, quas vulgo Conſtitutiones appellamus. *Sed agit de iis totus titulus.*

CONSTITVTOR, ōris. m. [διατακτὴρ] *Qui ſtatuit aliquid. vt*, Legis conſtitutor, Quinctil. 3, 6, 42 Inſcr. *apud* Gruter. p. 254 n. 4. CONSTITVTORI SACRI CERTAMINIS. Rerum omnium conſtitutor deus Lact. 3, 9. Conſtitutor moderatorque omnium Arnob. 3 p. 101.

CONSTITVTORIVS, a, um. Adi. [διατακτικὸς] *Vt, Actio conſtitutoria.* Paullus in l. Nec enim D. de conſtit. pecun. Nec enim quod creſcit peculium, aut decreſcit, pertinet ad conſtitutoriam actionem. *Nempe* Conſtitutoria actio, *ſiue* Conſtitutitia, *dicitur, quae in eum, qui ſe ſoluturum conſtituerit, datur, his fere verbis:* Si appareat Maeuium Titio pecuniam conſtituiſſe, eamque pecuniam, quum conſtituebatur, debitam fuiſſe, neque Maeuius aut ſoluat, aut faciat id, quod conſtituit: ac per actorem non ſteterit, quo minus fieret, quod conſtitutum eſt, tum Maeuius damnetur. *Ex* l. 16 D. de conſt. pecun. *Hotom.*

CONSTO, conſtĭti, conſtĭtum *et* conſtātum, āre. [τιμῶμαι] *Vna ſ. ſimul ſtare.* Plaut. Curc. 2, 3, 11 Conſtant, conferunt ſermones inter ſe. *Deinde, vt alias, praepoſitio vim verbi auget, vt* conſtare *ſit totum, omnibus partibus, ſemper, ſtare, nec proprio tantum ſenſu, ſed etiam metaphorico.* Cic. de Or. 3, 20 Nullum eſt genus rerum, quod aut auulſum a caeteris per ſe ipſum conſtare, aut, quo caetera ſi careant, vim ſuam atque aeternitatem conſeruare poſſint. Non conſtat ei color neque vultus Liu. 39, 34. *h. e. ſubinde mutatur et color et vultus.* Liu. 5, 42 Romani ex arce plenam hoſtium vrbem cernentes, vagosque per vias omnes curſus, quum alia atque alia parte noua aliqua clades oriretur, non mentibus ſolum conſipere, ſed ne auribus quidem atque oculis ſatis conſtare poterant, *i. ſatis certi eſſe, et ſibi conſcii, quid audirent viderentue: prae conſternatione non ſatis conſtanter ſciebant, quid eſſet, quod viderent.* Lingua non conſtat, *vid.* LINGVA. Celſ. 3, 19 Huic morbo praecipue contrarium eſt id genus, quod καρδιακὸν a Graecis nominatur, quamuis ſaepe ad eum phrenetici tranſeunt: ſiquidem mens in illis labat, in hoc conſtat. Cic. Tuſc. 4, 39 c. 17 Malum, quo aut oppreſſus iaceas, aut ne opprimare, mente vix conſtes. *Paullo aliter* Idem Tuſc. 1, 40 Et quidem ſi tibi conſtare vis, omnes quicumque nati ſunt eruntue, non ſolum miſeri, ſed etiam ſemper miſeri. Conſtare tibi, *i. conſtans permanere, ac tui eſſe ſimilis.* Hor. Epiſt. 1, 13, 16 Me conſtare mihi ſcis, et diſcedere triſtem, Quandocunque trahunt inuiſa negotia Romam. *h. e. ſemper eundem eſſe me noſti, et nunquam de praeſtantia ruris mutare ſententiam.* Cic. pro Cluent. 60 Quid ſi innocentes Fabricios condemnaſſent, tamen in Oppianico Sibi conſtare, et ſuperioribus conſentire iudiciis debuerunt. Idem Off. 1, 119 In tota vita conſtituenda multo eſt maior rei cura adhibenda, vt conſtare in vitae perpetuitate poſſimus nobiſmetipſis, nec in vllo officio claudicare. *Et* Fam. 1, 9 Qua in ſententia ſi Conſtare voluiſſent, ſuam auctoritatem ſimul cum ſalute mea recuperaſſent. Vt tota oratio ſibi conſtet, et vt ex omni parte ſecum ipſa conſentiat Cic. de Vniuerſ. 6 c. 3. Reliqui ſibi conſtiterunt, vt extrema cum initiis conuenirent Idem de Fin. 2, 35. *Conf.* Plin. 35, 8. Plin. 23, 1 Quin vt conſtarent ſententiae, quota portio tamen mortalium iis generibus poſſet vti? Cic. Att. 1, 11 Si modo tanti putatis id: quod ſi me audies, et ſi humanitati tuae conſtare voles, certe putabis, *etc. i. ſi non voles diſcedere ab humanitate.* Liu. . . . Fides Conſtitit Praetoris, *i. Praetor conuentis ſtetit, ait Budaeus. Sed* Arnob. aduerſus gentes 5 p. 161 Varro edocet, *etc.* cui dicto conſtat fides, *etc.* Cic. Att. 11, 12 Ne quid exiſtimes ab illo factum eſſe, quo minus mea in te officia conſtarent. *Add.* Id. Fam. 3, 4. Colum. 9, 9, 7 Si conſtet principibus Gratia, manet pax incruenta, *de apibus.* Cic. Fam. 7, 1 Modo conſtet tibi Fructus otii tui. Plin. Paneg. 60 Vis conſtare Reuerentiam magiſtratibus, legibus Auctoritatem, Modeſtiam poſtulantibus? adi, *intell.* magiſtratum. Lucan. ad Piſon. 108 Vita conſtat ſine crimine. Virg. Aen. 5, 748 Quae animo Sententia conſtet. Id. Aen. 3, 518 Poſtquam cuncta videt caelo conſtare ſereno, *i. durabilem ſerenitatem ſperari poſſe. In his omnibus* Conſtat *ſignificat* Conſtans eſt. *Sollemnior Participii ſignificatio et notior ad ipſum verbum declarandum commode poteſt adhiberi.* Iuuen. 6, 166 Quis ferat vxorem, cui conſtent omnia, *i. conſtanter adſint omnia bona.* ¶ 2 Conſtare, [τιμᾶσθαι] *Valere. Nempe etiam ſimplex* Stare *ad pretium et valorem refertur.* Plin. 33 *extr.* Et omnibus paene annis mutari, prout nauigationes conſtiterint, aut vt quisque mercatus ſit, *de* pretiis rerum, *quae mutantur, prout magno aut paruo* conſtitit nauigatio. Varro de R. R. 2, 1 Conſtat quadringentis milibus. Conſtat auro Plaut. Trucul. 2, 6, 57. Cic. pro Dom. 115 Quod mihi conſtat carius, quam ſi in foro emiſſem. Idem Verr. 5, 48 c. 19 Sit argumento, tibi gratis conſtare nauem. Magno Plin. Epiſt. 2, 6, 4. Cic. Att. 13, 29 Quam vt tantam faciamus, quantam in Tuſculano fecimus, prope dimidio minoris conſtabit iſto loco. Conſtabit paruo Pallad. Feb. 9, 12. Tanto nobis deliciae et feminae conſtant Plin. 12, 18. Columel. 9, 1, 6 Et quidquid denique viliſſime conſtiterit dare. ¶ 3 Conſtare, [συγκεῖσθαι, συντεθεῖσθαι] *Conſiſtere, Compoſitum eſſe et factum. De medicamentis compoſitis vtitur* Scribon. 122. 205. Cic. Acad. 4, 117 c. 36 Tantum de principiis rerum, e quibus omnia conſtant, videamus quem probet. Tela frangunt, boat Caelum fremitu virûm, ex ſpiritu atque anhelitu Nebula conſtat Plaut. Amph. 1, 1, 77. Ex fraude, fallaciis, mendaciis conſtare totus videtur Cic. pro Roſc. Com. 20 c. 7. Conſtat Ars ex praeceptionibus Quinctil. 2, 17, 4. Conſtat experimentis medicina Idem 2, 17. *Et* 11, 3, 182 Oratio actione conſtat. Conſtat prouincia Galliae ex his generibus hominum et ciuitatum Cic. pro Font. 2. Semina quae rerum primordiaque eſſe docemus, Vnde omnis rerum conſtet nunc ſumma creata Lucret. 1, 500. *Add.* Id. *p. p. et ſaepe alias.* Cic. de Amicit. 24 Agrigentinum quidem doctum quendam virum carminibus Graecis vaticinatum ferunt, quae in rerum natura, totoque mundo conſtarent, quaeque mouerentur, ea contrahere amicitiam, diſſipare diſcordiam: Conſtarent, *i. durarent.* Agri conſtant campis, vineis, ſiluis Plin. Epiſt. 3, 19, 5. *i. Sunt in agris, campi, etc.* Conſtare ex multis et magnis rebus Cic. de Inuent. 1, 6. Conſtant e principiis omnia Id. Acad. 4, 117 c. 36. Plin. Epiſt. 3, 13 Noſtrae tamen coenae vt apparatus et impendii, ſic temporis modus conſtet, *perpetuo adſit.* ¶ 3 Ratio conſtat *proprie loquendo, cum accepta et expenſa vna ſtare poſſunt, et inter ſe conueniunt. Deinde vero vtuntur hac formula* Plinius *et* ICti, *cum indicare volunt, conſilium aliquod aut actionem probari*, vt nempe probatur *quae* conſtat, ratio. *Frequens eſt apud* Plin. *vt* Epiſt. 1, 5 *ad fin.* Mihi et tentandi aliquid, et quieſcendi, illo auctore, ratio conſtabit. *i. Recte me aut tentare aliquid putabo, aut quieſcere.* Idem Epiſt. 1, 9 *pr.* Mirum eſt, quam ſingulis diebus in vrbe ratio aut conſtet, aut conſtare videatur. Obſequio meo, opto, vt exiſtimes conſtare Rationem, cum omnia facta dictaque mea probare ſanctiſſimis moribus tuis cupiam Plin. Epiſt. 10, 20. *fin.* Ea conditio eſt imperandi, vt non aliter ratio conſtet, quam ſi vni reddatur Tac. A. 1, 6, 7. *vid. Lipſ. h. l.* Vt otii mei apud te ratio conſtaret Iuſtin. praef. n. 5. Paullus in l. Ex cauſa D. de Re militari, Quod ſi ratio conſtiterit, neque deſertorem fuiſſe apparuerit, omnia ſtipendia circa temporis finem redduntur, *i. Quod ſi ille, qui deſertionis ſuſpectus eſt, rationem aliquam cauſamque iuſtam fuiſſe docuerit, quamobrem abeſſe ſibi contigerit.* Paullus l. 1 ff. de Obſeq. a liber. et libert. praeſt. Etiam militibus pietatis ratio in parentes conſtare debet. Vlp. l. 1 §. vlt. ff. de quaeſtionibus, Principi eum ſcribere oportet, ſi quando ei, qui nocens videbatur, poſtea ratio innocentiae conſtitit. Idem in l. ſi procuratorem §. Si ignorantes ff. Mandati, Sed et ſi teſtato conuenerunt debitorem, vt ſi ipſe putaret, appellaret: puto rationem eis conſtare, *i. eſſe abſoluendos.* Tranquill. in Neron. c. 30 Diuitiarum et pecuniae fructum non alium putabat, quam profuſionem: ſordidos, ac deparcos eſſe, quibus ratio impenſarum conſtaret: praelautos, vereque magnificos, qui abuterentur ac perderent. *h. e. quibus expenſarum pecuniarum modus, aut ſumma nota eſſet, et pro quo quidque eſſet erogatum, et ita quidem, vt expenſae non ſuperent reditus.* ¶ 4 Conſtat *intell. ſermo, rumor, oratio etc. cui non contradicitur.* Non. 4, 99 Conſtat, conuenit, manifeſtum eſt. M. Tul. ad Caeſarem iuniorem lib. 2 Quum conſtat, Caeſarem Lupercis id vectigal dediſſe: quî autem poterat id conſtare? *Et* Tuſc. lib. 1 Siue quod a grauioribus leuiora natura repellantur, quae quum conſtet. *Haec Nonius.* Cic. Verr. 4, 90 Cuius omnes vigilias in ſtupris conſtat, adulteriisque eſſe conſumtas. Liu. 30, 28 Inter haec ſimul ſpes, ſimul cura in dies creſcebat: nec ſatis certum conſtare apud animos poterat, vtrum gaudio dignius eſſet, *etc.* Liu. 27, 44 Neque ſatis conſtabat animis, tam audax iter COS. laudarent, vituperarentne. Cic. Verr. 3, 54 c. 21 Nympho antequam plane conſtitit, condemnatur. Plin. 11, 5 Non ſit de anima quaeſtio, conſtet et de ſanguine. Id de quo quaeritur, *et* Res de qua conſtat; *oppoſita ſunt* Cic. de Inuent. 2, 159. Conſtat de eius innocentia, *i. manifeſta eſt* Quinctil. 7, 2, 21. Cic. Verr. 1, 5 Conſtat inter omnes, poſt haec conſtituta iudicia, quibus nunc vtimur, nullum, *etc.* *Conf.* Idem Verr. 2 c. 16. Nep. 7, 1, 1. Cic. pro S. Roſ. 33 c. 12 Hominem longe audaciſſimum nuper habuimus in ciuitate, C. Fimbriam, et quod inter omnes conſtat, niſi qui ipſi quoque inſaniunt, inſaniſſimum. Quod adhuc - - inter omnes quaſi inſanabile conſtitit Scribon. 171. *(ſc. vitium ὑδροφοβίας.)* Perſpicuum eſt, conſtatque inter omnes Cic. de Nat. Deor. 3, 9 c. 4. Haec res non perſpicua eſt, neque conſtat inter omnes Idem *de* Inuent. 1, 65. Auctor ad Heren. 1, 16 Adhuc quae dicta ſunt arbitror mihi Conſtare cum caeteris ſcriptoribus. Calliſtratus l. 2 D. de SC. Silan. Diuus Marcus Commodus Piſoni reſcripſit in haec verba: Quum conſtiterit apud te, Piſo cariſſime, Iulium Donatum, poſteaquam — vulneratum eſſe. Vlpian. l. Haec autem §. 1 D. quibus ex cauſis in poſſeſſ. eat. Conſtare debet, liquereque Praetori. Conſtitit *pro* Conſtat *ex MSS. profert Pareus Lex. Crit. h. v.*

CONSTATVRVS, a, um. Part. *Vt*, Conſtaturus minimo impendio fructus Plin. 18, 5. Et Lucan. 2, 17 Ergo vbi concipiunt, quantis ſit cladibus vrbi Conſtatura fides ſuperûm, *etc.* *i. quanta clade ſua intellectura ſit, Deos et illorum portenta veracia eſſe. Add.* Martial. 10, 41.

CONSTANS, antis. Partic. [ἑνσταθὴς, ἐμμενὴς] Conſtantia inter ſe dicere Quinctil. 5, 4, 2. *quae non repugnant, ſimul ſtare, ſimul vera eſſe poſſunt.* Cic. Fam. 1, 7 Tantam vim habet, vt magis iratorum hominum ſtudium, quam conſtantis Senatus conſilium eſſe videatur. *Nempe ira, vt caeterae perturbationes, eſt breue quiddam, quod mox mutatur:* conſtans Senatus, *qui* mente conſtat. *Sic ab altera parte opponuntur* Conſtans, *i. ſeueritatis tenorem ſeruans, et* lenis, *i. placabilis.* Conſtans et lenis, vt res expoſtulat, eſto Cato Diſt. 1, 7. *Etiam* Lenis *et* Conſtans, *contraria.* Cic. de Amicit. 94 Quid interſit inter popularem, id eſt aſſentatorem et leuem ciuem: et inter conſtantem, ſeuerum et grauem. *Sic* Thraſea conſtantior ipſo Martial. 3, 54. *Denique* Mobilis *et* Conſtans, *contraria.* Cic. pro Roſc. Com. 49 Quem hominem? leuem? immo grauiſſimum: mobilem? immo conſtantiſſimum. Ratio vitae aequabilis, conſtans et moderata Idem pro Cluent. 64. Aſſenſio conſtans et firma Id. Acad. 1, 41. Animi fortis et conſtantis eſt, non perturbari in rebus aſperis Cic. Off. 1, 80 c. 23. Amici conſtantes et ſtabiles eligendi Idem de Amicit. 63 c. 17. Animus conſtans Ouid. Rem. Amor. 718. Animus conſtantior annis, *i. conſtantior et maturior atque adeo prudentior, quam pro aetate* Lucan. ad Piſon. 247. Curſus certos et conſtantes ſtellae habent Cic. de Nat. Deor. 3, 24. Defenſio conſtans, perpetua, fortis, inuicta ſalutis alicuius Idem poſt red. in Senat. 28. *Et* Q. Frat. 1, 1, 8 Conſtante fama atque omnium ſermone celebratum eſt. Propert. 1, 1, 3 Tum mihi conſtantis deiecit lumina faſtus. *i. pertinacis ſuperbiae, quam* elatorum oculorum *nomine etiam Salomon deſcribit.* Fides Ouid. ex Pont. 2, 4, 33. Fidei conſtans Tacit. Hiſt. 3, 57. Grauem, conſtantem, ſtabilem ſe in amicitia praeſtare Cic. de Amicit. 63. *Acute* Ouid. Triſt. 5, 8, 18. *de Fortuna*, Et tantum conſtans in leuitate ſua eſt. In rebus optimis conſtantiſſimus Cic. de Clar. Orat. 95. Liber et conſtans Plin. Ep. 6, 27. In vitiis conſtantior Hor. Serm. 2, 7, 18. Aduerſus metus Tac. H. 4, 5 *extr.* Ouid. Epiſt. 17, 199 Adde quod, vt cupias conſtans in amore manere, Non potes. Pretioſa odia et conſtantia magno Idem Heroid. 7, 47. Mente tenere aliquid Catul. Argon. ſ. 62, 238. Motus Lunae conſtantiſſimus Cic. de Diuin. 2, 17 c. 6. Pectore conſtanti corpus Sil. 11, 243. Pietate tueri aliquem Ouid. ex Pont. 4, 12, 41. Voce negare

aliquid

aliquid Ouid. Amor. 1, 4, 70. Voluntas conſtans in Remp. Cic. Philipp. 13, 13. Ad amicitias retinendas conſtantiſſimus Aur. Vict. Epit. c. 3.

CONSTANTIA, ae. f. [εὐστάθεια] *Aequabilis duratio rei cuiusque, ſpeciatim animi tenor ſibi ſimilis, ſed in bono.* Sen. de Ira 1, 16 Prauus, et cui placebat pro conſtantia rigor. Virtus *nempe* Conſtantia *eſt*, Rigor *vitium in exceſſu.* *Sic* Plin. Epiſt. 6 *vlt.* Tanto conſenſu rogabaris, vt negare non conſtans ſed durum videretur. Cic. Verr. 2, 52 Si ſoceri Scauri conſtantiam, vt ne quis te de vera et certa poſſit ſententia dimouere, *etc.* *Vid. inprimis* Suet. Caeſ. c. 62 *et* 63. Admirabili incredibilique conſtantia ſunt curſus ſtellarum Cic. de Nat. Deor. 3 c. 9. Admonendi conſtantia Tertull. de Pat. c. 1. Amicitiae conſtantia Ouid. ex Pont. 2, 3, 69. Animi Idem Met. 11, 293. Augurii Cic. de Diuin. 2, 82. Omnium Cauſarum in aliis ineſt conſtantia, in aliis non ineſt Id. Top. c. 16. Promiſſi conſtantia et fides mira Id. Att. 4, 16 (17). Cic. ad Brut. 16 Fortem et liberum animum, *etc.* ſine Conſtantia et aequabilitate nullum eſſe putaris. Vitellianus miles neque aſtu neque Conſtantia inter dubia indigebat Tac. H. 3, 73, 1. Comparantibus cunctis vigorem, conſtantiam, et expertum belli animum cum inertia et formidine eorum Tac. Agr. 41, 3. Conſtantia, grauitas, et perſeuerantia retinenda Cic. Phil. 7, 14. Conueniens et coniuncta Conſtantia quae eſt inter augures? Idem de Diuin. 2, 82. Conſtantia et firmitas animi Id. Att. 12, 37. Ex perpetuitate atque conſtantia ſpectandi philoſophi Cic. Tuſc. 5, 31. Notabilis Tacit. Hiſt. 3, 54. Perpetua conſtantia roborare grauitatem Cic. Off. 1, 112. Summa grauitate, ſummaque conſtantia homo Idem pro Sext. c. 41. Conſtantia et veritas dictorum conuentorumque, fides Id. Off. 1, 23. Robuſti animi eſt, magnaeque conſtantiae, acerba ita ferre, vt nihil a ſtatu naturae diſcedas, nihil a dignitate ſapientis Cic. Off. 1, 67. *Ad hoc genus* conſtantiae *pertinet* liber Senecae de Conſtantia ſapientis. Stabilitate et conſtantia, non ardore amoris, more adoleſcentulorum, beneuolentiam iudicemus Idem Off. 1, 47. Stabilitatis conſtantiaeque firmamentum in amicitia, fides Id. de Amicit. 65. Eximere conſtantiam, *pro Adimere.* Tacit. Ann. 1, 48. Perſeuerare in, *vid.* PERSEVERO. Seruare in omni re gerenda, conſilioque capiendo conſtantiam Cic. Off. 1, 115. Satis animi conſtantiaeque eſſe in aliquo Idem pro Lege Manil. 69. Rationi et conſtantiae nihil eſt tam contrarium, quam fortuna Id. de Diuin. 2, 18. *Plur.* Cic. Tuſc. 4 c. 6 *extr.* Conſtantiae tres, quatuor perturbationes.

CONSTANTER. Adu. [εὐσταθῶς] Cic. de Amicit. 6 Multaque eius et in Senatu, et in foro, vel prouiſa prudenter, vel acta conſtanter, vel reſponſa acute ferebantur. Caelum conſtantiſſime conficit viciſſitudines anniuerſarias Idem de N. D. 2 c. 38. Conſtanter iniquus Ouid. Triſt. 3, 2, 27. Aequaliter conſtanterque ingrediens oratio Cic. in Orat. 198. Deferre beneficia iudicio conſiderate conſtanterque Idem Off. 1, 49. Dicere conſtanter conuenienterque Id. Tuſc. 1, 26. Parum hoc, ſi non etiam proditorem ſecum habuit, nec conſtanter Denotauit Tertull. de Pat. c. 2. Exquirere conſtantiſſime quod dicatur Cic. Acad. 4, . . Et quo conſtantius caetera Exſequeretur Suet. Aug. c. 10. Facere conſtanter aliquid Cic. Att. 16, 5. Conſtanter et ſedate Ferre Idem Tuſc. 2, 58. Circenſibus ludis Troiam conſtantiſſime Luſit Suet. Ner. c. 7. *i. imperturbate.* Firmius et conſtantius in perſpicuis Manere Cic. Acad. 4, 39. Gerere ſe conſtanter et libere Idem Att. 4, 16. Ouid. Epiſt. 17, 167 Nam quo conſtantius ore Laudamur veſtro, iuſtius ille timet. *Manere* conſtanter *in* ſtatu ſuo Cic. de Vniuerſ. 40. Placebit conſtanter et perpetuo hoc conſilium Idem ad Brut. 16. Seruare conſtanter ſtudium aliquod Ouid. ex Pont. 1, 5, 41.

CONSTRATVS, *vid.* CONSTERNO.

CONSTRĔPO, ſtrepui, ſtrepĭtum, ĕre. [ψοφέω] *Cum aliis vel vehementer Strepere.* Gell. 4, 1 Atque omnium horum et teſtimoniis et exemplis conſtrepebat. Apul. Met. 11 p. 261, 34 *de pompa Iſidis,* Aereis et argenteis immo vero aureis etiam ſiſtris argutum tinnitum conſtrepentes.

CONSTRINGO, ſtrinxi, ſtrictum, ĕre. [ἐπισφίγγω] *Stringendo et premendo ſibi propius admouere, vt* Conſtringere artus Scribon. 104. Conſtringere ſarcinam Plaut. Trin. 3, 2, 93. Diſſoluere *et* Conſtringere, *contraria.* Cic. de Orat. 1, 188 Quae rem diſſolutam diuulſamque conglutinaret, et ratione quadam conſtringeret. Galeam conſtringere, *Capiti aptare* Valer. Argon. 3, 80. Manus conſtringere Plaut. Mil. 3, 1, 11. Quadrupedem conſtringere Ter. Andr. 5, 2, 14. Conſtringere catenis Cic. pro Sext. 16. Conſtringere laqueis Ibid. c. 41. Vinciri et conſtringi amicorum propinquorumque cuſtodiis Cic. Tuſc. 2, 48. Mentem conſtringere, *eſt coërcere affectus, et comprimere cupiditates* Lucan. 5, 256. Pectora Stat. Silu. 2, 1, 129. Zona expeditos conſtringit ſinus Sen. Hippol. 390. Idem Med. 716 Bruma — niuali cuncta conſtrinxit gelu. Cic. de Orat. 1, 202 Tum qui ſcelus fraudemque nocentis poſſit dicendo ſubiicere odio ciuium, Supplicioque conſtringere: idemque ingenii praeſidio innocentiam, iudiciorum poena liberare. Martial. 11, 57 Conſtringatque tuos purpura texta toros. Neceſſitate Conſtringi Cic. Tuſc. 2 c. 2. Idem de Fin. 1, 47 Victi et debilitati obiecta ſpecie voluptatis, tradunt ſe libidinibus Conſtringendos. Voluptas ſe conſtringendam virtuti tradat Cic. de Fin. 2, 62 c. 19. Scelus et fraudem nocentis ſupplicio conſtringere Idem de Orat. 1, 202.

CONSTRICTVS, a, um. Part. [συνεσφιγμένος] *Vt,* Ora conſtricta frenis Sen. Hippol. 1075. Belluam incluſam et conſtrictam dimittere Cic. Philipp. 7 c. 8 *extr.* Conſtrictum aliquem hoſtibus dare Idem poſt red. ad Quir. 13. Habere aliquem conſtrictum in ſuis vinculis Quinctil. 7, 4, 14. *de dialecticis captionibus.* Trahere conſtrictos Hor. Sat. 1, 6, 23. Tibull. 1, 8, 14 Anſaque conſtrictos colligat arcta pedes. *Al.* Compreſſos. Ira caeca conſtricti Valer. Argon. 6, 423. Apertis verbis conſtricta oratio Cic. de Clar. Orat. 34. Multis officiis implicatus et conſtrictus Idem Acad. 1 c. 3. Maiore venturi pauore conſtrictus Ammian. 31, 3. Conſtrictius folium Plin. 21, 10.

CONSTRICTE. Adu. Auguſtin. de Doctr. Chriſt. 1, 28.

CONSTRICTIO, ōnis. f. Macrob. Saturn. 7, 6. Nodo durae conſtrictionis angi Pallad. Mart. c. 1.

CONSTRICTO, āre. Frequent. Tertull. adu. Marc. 2, 16.

CONSTRICTĪVVS, a, um. Adi. Macer. de Mat. Med. 4, 16.

CONSTRVO, ſtruxi, ſtructum, ĕre. [συντάττω, συνίσαμαι, συναρμολογέω] *Simul ſtruere plura, et ita coniungere, aggerare, accumulare, coaceruare.* Cic. de Orat. 1, 162 Similiter nunc petes a Craſſo, vt eam copiam ornamentorum ſuorum, quam conſtructam vno in loco quaſi per tranſennam praetereuntes ſtrictim adſpeximus, in lucem proferat. Cic. Philipp. 2, 97 c. 38 Itaque tanti acerui nummorum apud iſtum conſtruuntur, vt iam appendantur, non numerentur pecuniae. Hor. Sat. 2, 3, 96 Diuitias qui conſtruxerit, ille Clarus erit, fortis, iuſtus *etc.* ¶ 2 Conſtruere, [κατασκευάζειν] *Aedificare, vt,* Conſtrui a deo atque aedificari mundum facit Plato Cic. de Nat. Deor. 1, 19 c. 8. Aggerem conſtruere Lucan. 2, 300. Cubilia ſibi, nidosque aues conſtruunt Cic. de Nat. Deor. 2, 129. Delubra Idem de Legib. 2, 19. Fauos Plin. 11, 6. Nauem et aedificium Cic. de Senect. 72 c. 20. Idem de Orat. 2, 23 c. 6 Volucres videmus procreationis atque vtilitatis ſuae cauſa fingere et conſtruere Nidos. Nidum ſibi conſtruit ore Ouid. 15, 397. *Met.* de Phoenice. Vias Lucan. 2, 673. *de ponte, quo Xerxes vrbi Seſto iunxit Abydon.* Vocabula rerum Cic. de Fin. 3, 3. *Sed* Grut. Conſtituantur.

CONSTRVCTVS, a, um. Part. [κατασκευαστὸς] *Vt,* Arces conſtructae Sil. 8, 145. Aceruus conſtructus Hor. Serm. 1, 1, 44. Corona totis floribus totisque conſtructa pomis Apul. Met. 11 p. 258. Cic. de Nat. Deor. 2, 134 Dentibus autem in ore conſtructis manditur, atque ab his extenuatur et molitur cibus. Domus conſtructior et apparatior Idem de Inuent. 1, 58. Inſtructior *al.* Menſae conſtructae dape multiplici Catul. Argon. ſ. 62, 304. Pecunia conſtructa et coaceruata Cic. de Lege Agr. 1, 14 c. 5. Multis magnificisque Rebus conſtructis ac reconditis Cic. de Or. 1, 161.

CONSTRVCTIO, ōnis. f. [σύνταξις, σύστασις] Traian. ad Plin. Epiſt. 10, 41, 2 Conſtructionem eius aggreſſi ſunt, *de Gymnaſio.* Cic. Acad. 4, 86 c. 27 Quanto artificio eſſet totam conſtructionem hominis fabricata natura, *de corporis illa machina. Inprimis de compoſitione artificioſa verborum adhibetur.* Cic. Orat. 150 c. 44 Nolo tam minuta (*artificioſe elaborata*) haec conſtructio appareat: ſed tamen ſtilus exercitatus efficiet facile hanc viam componendi. Cic. de Orat. 1, 17 c. 5 Et ipſa oratio conformanda, non ſolum electione, ſed etiam conſtructione verborum. Id. Orat. 11 c. 8 Grauis oratio eſt, quae conſtat ex verborum grauium leui (*al.* magna) et ornata conſtructione. Id. de Clar. Orat. 272 c. 78 Nempe Compoſitio eſt verborum conſtructio, quae facit omnes partes orationis aequabiliter perpolitas.

* CONSTVPEO, ēre. Iuuenc. 1, 179 Laetantes conſtupuerunt.

CONSTVPEFACIO *et* CONSTVPEFĪO, ĕri. Hieron. et Firmicus.

CONSTV̆PRO, āre. [μοιχεύω] *Auget vim ſimplicis* Stuprare vt, Conſtuprare matronas Liu. 29, 17. Cic. de Petit. Conſ. 8 Qui tantum habet audaciae, tantum nequitiae, tantum denique in libidine artis et efficacitatis, vt prope in parentum gremiis praetextatos liberos conſtuprarit. Matremfamilias Auct. ad Heren. 4, 12. *Add.* Lamprid. Comm. c. 1. *et* 7. Sorores Lamprid. Comm. c. 5.

CONSTVPRATVS, a, um. Part. Cic. Att. 1, 15 (18) Afflicta Reſp. eſt, emto, conſtupratoque iudicio. Emto, *quia iudices accepta pecunia Clodium nocentem abſoluerunt:* Conſtuprato, *quia noctes certarum mulierum, atque adoleſcentulorum nobilium introductiones, nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt, vt ipſemet Cicero teſtatur* Att. 1, 13. Quis immundis ſpiritibus operatus non conſpurcatus et conſtupratus incedit Tertull. de Idolol. c. 1.

CONSTVPRĀTOR, ōris. m. [μοιχευτὴς] Liu. 39, 15 Simillimi feminis mares ſtuprati, et conſtupratores.

CONSVĀDEO, ſi, ſum, ēre. [ἐγκελεύω] Plaut. Merc. 1, 2, 32 Sin ego ſaluti quod tibi eſſe cenſeo, id conſuadeo, *h. e. Vehementer ſuadeo.* *Sic* Aſin. 2, 1, 13. Pſeud. 2, 1, 71. Trin. 2, 4, 125. *De amantibus* Id. Trin. 3, 2, 46 Ille qui aſpellit, is compellit: ille qui conſuadet, vetat.

CONSVASIO, ōnis. f. ICti in Dig.

CONSVĀSOR, ōris. m. [ἐγκελευστὴς] Cic. pro Quint. 18 c. 5 *pr.* Haec omnia Quintius agebat auctore et conſuaſore Naeuio.

CONSVALIA, *vid.* CONSVS.

CONSVAVIO, *vel* CONSAVIO, āre. Apul. Met. 6 p. 182. *itemque*

CONSVAVIOR, *vel* CONSAVIOR, āri. Apul. Met. 2 p. 120. *de oſculis cupidis et frequentibus, quae* SVAVIA ſ. Sauia *dicuntur vbi vid.*

CONSVAVIATIO, ōnis. f. Tertull.

CONSVBSĪDO, ĕre. Tamen aliqua conſubſidunt, non obſtrepentia veritati, ſed perfectae inſtitutioni neceſſaria, *de ſcrupulis in animo reſidentibus* Min. Felix c. 40.

CONSVBSTANTIALIS, e. Adi. Auguſtin. de Trinit. 15, 27. *et* Epiſt. 178. *etc.* Tertull. adu. Hermog. c. 44.

CONSVBSTANTIVVS, a, um. Adi. Tertull. adu. Valent. c. 12. *et* 37.

CONSV̄DO, āre. [ἱδρόω] *Idem quod vehementer Sudare.* Plaut. Pſeud. 2, 2, 71 Iube ſis te operiri: beatus ſi conſudaueris. *Metaphor.* Columel. 12, 7 Et ſale conſperſa, biduo ſub vmbra, dum conſudant, reponuntur. *Add.* Cato R. R. c. 96.

CONSVDASCO, ĕre. [ἱδρόω] *Idem.* Columel. 12, 48, 2 Sicque triginta dies pati conſudaſcere, *de oliuis condiendis.*

CONSVEFĂCIO, fēci, ĕre. [συνεθίζω] *Vſu docere, cuius contrarium eſt* Deſuefacere. Ter. Adelph. 3, 3, 60 Nihil praetermitto, conſuefacio. *Add.* Id. ib. 1, 1, 29. *et* 49. Varro de R. R. 2, 9, 13 Conſue quoque faciunt, vt poſſint alligari primum leuibus numellis, *per Tmeſin.* *Paſſ.* Col. 8, 10, 1 Conſuefiunt feri per manſuetos, *i.* cicur.

CONSVEO, ēre. Priſcian. 10 p. 885 *Conſueſco, conſueui* vel *conſuetus ſum.* Chariſius tamen etiam *Conſueo* ponit. Propert. 1, 7, 5 Nos, vt conſuemus, noſtros agitamus amores. *Sed hoc rarum. Vſitatum*

CONSVESCO, ſuēui *et* ſuētus ſum, ſuētum, ĕre. [συνεθίζομαι] *Saepius agendo aliquid agendi facilitatem, quem habitum vocant, ſibi parare: vel ſimpliciter idem eſt, quod* ſolere: *vt* Cic. pro Quintio 87 c. 28 Quem ipſe procuratorem relinquere conſueſſet. Celſ. 6, 6, 8 Haec efficacia eſſe conſuerunt, *i. ſolent.* *Sed prior ratio fere ſollemnis.* Cic. de Orat. 1, 99 c. 22 Poteſt Antonius id facere, quod requiris, et conſueuit. Idem de Orat. 1, 261 c. 61 Verſus multos vno ſpiritu pronuntiare Conſueſcebat. *Et* Tuſc. 1, 75 Quare hoc commentemur, mihi crede, disiungamusque nos a corporibus, id eſt Conſueſcamus mori. Conſueſcere parere aliis Cic. de Inuent. 1 c. 2. Columel. 8, 15 Nam ſi modo captas aues, quae Conſueuere libero victu, cuſtodiae tradere velis, parere cunctantur in ſeruitute. Ter. Adelph. 4, 5, 32 Quid illi tandem creditis fore animi miſero, qui illi Conſueuit prius? *de Veneris commercio, vid. mox* n. 2. Adeo in teneris conſueſcere multum eſt! Virg. Georg. 2, 272. Conſueſcere dolori timore Plin. Epiſt. 8, 23, 8. Columel.

8, 13, 1 Nec magis humo, quam ſtagno conſueuerunt, *de Amphibiis, i. εἰώθασι, ſedes habent.* ¶ 2 Conſueſcere *cum muliere dicitur vir, vel mulier cum viro.* Ea me, clam ſe, cum mea ancilla ait conſuetum Caecil. *ap.* Gell. 2, 23. Pellex, quae iuncta conſuetaque cum eo eſſet, in cuius manu alia matrimonii cauſa foret Idem 4, 3. Ter. Hec. 4, 1, 40 Nam ſi is poſſet ab ea ſeſe de-repente auellere, quicum tot conſueſſet annos, non eum hominem ducerem. Donatus, Conſueſſet, proprie in ſtupro. Cic. Verr. 5, 30 c. 12 Huc omnes mulieres, quibuscum ipſe conſueuerat, conueniebant, *i.* Concubuerat. *Add.* Ter. Phorm. 5, 6, 34. Plaut. Ciſt. 1, 1, 88. Mulier, quae cum eo conſueuerat Nep. 7, 10, 6. ¶ 3 *Actiue etiam ponitur pro* Conſuefacere, *vt* Colum. de Arbor. 1, 5 Conſueſcere vitem humori. Idem 11, 1, 19 Conſueſcatque *(villicus)* ruſticos, circa larem domini — epulari. Lucret. 6, 396 An tum brachia conſueſcunt firmantque lacertos. *Quod cum non concoqueret Lambinus, dedit per tmeſin,* An con brachia ſuefaciunt *contra fidem librorum. Iterum* Columel. 6, 2, 9 Nam vbi plauſtro aut aratro iuuencum conſueſcimus, ex domitis bubus valentiſſimum, eundemque placidiſſimum cum indomito iungimus, qui et procurrentem retrahat, et cunctantem producat.

CONSVETVS, a, um. Part. [συνήθης] *Vt*, Conſuetus puer Plaut. Capt. 4, 2, 87. Conſueta petens e fluctibus antra Virg. Georg. 4, 429. Ter. Andr. 1, 1, 108 Tum illa, vt conſuetum facile Amorem cerneres, reiecit ſe in eum flens, quam familiariter. Fata Valer. Argon. 4, 449. Lectus Ouid. Triſt. 3, 3, 39. Pericula conſueta habere Sall. Iug. c. 85. Vigor Sil. 6, 271. *al.* Rigor. Conſuetus aleae, otiis, popinae, *etc.* Columel. 1, 8. *Superl.* Ouid. Met. 11, 637 Adiicit, et veſtes, et Conſuetiſſima quaeque Verba.

CONSVETE. Adu. Ammian. 23, 4.

CONSVETIO, ōnis. f. *Vox* Plauto *reſtituenda* Amph. 1, 2, 28 *legendumque, ſi Scioppium audimus,* Et clandeſtina vt celetur conſuetio, *pro vulgato* ſuſpicio: *cum* Donatus ad Ter. Ad. 4, 5, 32 *ſic laudet hunc verſiculum,* Et clandeſtina vt celetur conſuetudo, *quod tamen pediae legi aduerſum eſt: ſed ad veram ducit lectionem, quam ſubiicit etiam* Verrius Flaccus *apud* Feſtum, *cum ait,* Conſuetionem Plautus pro conſuetudine dixit.

CONSVETŪDO, ĭnis. f. [συνήθεια] *Facilitas agendi orta ex repetitis actibus; vel ipſa frequentia repetitorum actuum, ſiue unius eiuſdemque hominis: ſiue plerorumque.* Plaut. Merc. 5, 4, 41 Conſuetudine animus rurſus te huc inducet. Si conſuetudo ex eo, quod plures faciant, nomen accipiat Quinctil. 1, 6 *extr.* Conſuetudo eſt optima legum interpres Paul. in l. 37 ſi de interpretatione D. de legib. Vlpian. l. 34 eod. Cum de conſuetudine ciuitatis vel prouinciae confidere quis videtur, primum quidem illud explorandum arbitror, an etiam contradicto aliquando iudicio conſuetudo firmata ſit. Hermogen. l. 35 eod. Sed ea, quae longa conſuetudine comprobata ſunt, ac per annos plurimos obſeruata, velut tacita ciuium conuentione, non minus quam ea, quae ſcripta ſunt, iura ſeruantur. Immo, *inquit* Paullus l. 36 eod. magnae auctoritatis hoc ius habetur: quod in tantum probatum eſt, vt non fuerit neceſſe, ſcripto id comprehendere. Cic. de Inuent. 1, 67 Conſuetudinis ius eſſe putatur id, quod voluntate omnium ſine lege vetuſtas comprobarit. In ea autem iura ſunt quaedam ipſa iam certa propter vetuſtatem. Quo in genere et alia ſunt multa, et eorum multo maxima pars, quae Praetores edicere conſuerunt. Quaedam autem genera iuris iam certa conſuetudine facta ſunt: quod genus, pactum, par, iudicatum. Cic. Verr. 1, 69 Cuius conſuetudinis atque inſtituti patres maioresque noſtros non poenitebat. Idem pro Rabir. perd. reo 28 Adeone ignarus es Diſciplinae conſuetudiniſque noſtrae, vt haec neſcias? Conſuetudo exercitatioque, et intelligendi prudentiam acuit, et eloquendi celeritatem incitat Id. de Orat. 1, 90. Vetuſtatis et conſuetudinis vis maxima Cic. de Amicit. 70 c. 19. Conſuetudine et exercitatione adiuuari Idem de Orat. 2, 358. Ad Graecorum conſuetudinem diſputare Id. de Orat. 2, 13 c. 3. Ad exercitationem conſuetudinemque patiendi remedia comparare Cic. Tuſc. 5, 74. Contra morem conſuetudinemque ciuilem facere Idem Off. 1, 13. Si praeter conſuetudinem exſtiterit quod oritur, praeter naturam tamen non poteſt exiſtere Id. de Diuin. 1, 60. Cic. pro Arch. 32 Quae de cauſa pro mea conſuetudine breuiter ſimpliciterque dixi, Iudices, ea confido, *etc.* Secundum conſuetudinem praecedentium temporum Traian. Plin. Epiſt. 10, 82. Lucceius ad Cic. Fam. 5, 14 Et ad conuictum noſtrum redeas, et ad conſuetudinem. Supra conſuetudinem aliquid facere Celſ. 2, 2. Cic. Fam. 4, 13 Vnam enim partem et conſuetudinem earum Epiſtolarum, quibus ſecundis rebus vti ſolebamus, tempus eripuerat. Conſuetudine vitae ſermoniſque interpretari virtutem Idem de Amicit. 21. Conſuetudinem ſermonis vocabo conſenſum eruditorum: ſicut viuendi, conſenſum bonorum Quinctil. 1, 6 *extr.* Studiorum ſimilitudo, ſuauitas conſuetudinis, delectatio vitae atque victus, ſermonis ſocietas, literae interiores, vincula ſunt, quibus libentiſſime adſtringimur Cic. Fam. 3, 10. *Hic* Conſuetudo *ſpeciatim notat eam, quae vulgo* conuerſatio *vocatur de qua* n. 4. Victus alicuius conſuetudo Cic. Att. 12, 25. Scribon. 122. Cognoſcendi ratio, et ignoſcendi conſuetudo Cic. pro Roſc. Amer. 3. Conſuetudo eſt iſta doctorum, vt iis id ponatur, de quo diſputent *etc.* Idem de Amicit. 17. Conſuetudo peccandi Id. Verr. 2, 129. Conſuetudine patres faciunt, id quaſi nouum reprehendis? Cic. pro Roſc. Amer. 44 c. 17. Celſ. 4 *vlt.* Quod ſi iam Conſuetudo eius (morbi) facta eſt, poteſt quidem aliquis eſſe ſecurior his temporibus, quibus dolor ſe remiſit, *i. ſi ſtatis temporibus is morbus reuertitur.* Conſuetudine quaſi altera natura efficitur Cic. de Fin. 5, 74 c. 25. Fit ex his conſuetudo, deinde natura Quinctil. 1, 2. Officiis, vſu, conſuetudine coniunctiſſimus homo Cic. pro Sulla 57. ¶ 2 *Epitheta.* Aſſidua Quinctil. 1, 1. Barbara ac immanis conſuetudo hominum immolandorum Cic. pro Font. 21. Communi conſuetudine ſermonis abutimur, quum ita dicimus, velle aliquid quempiam, aut nolle ſine cauſa Cic. de Fato 24. Diuturna conſuetudo pro iure et lege in his, quae non ex ſcripto deſcendunt, obſeruari ſolet Vlpian. l. 33 ff. de legibus. Incondita conſuetudo dicendi, *vid.* INCONDITVS. Cic. in Orat. 161 Quod ſi Indocta conſuetudo tam eſt artifex ſuauitatis, quid ab ipſa tandem arte et doctrina poſtulari putamus? Interrupta, *vid.* INTERRVMPO. Inueterata conſuetudo pro lege non immerito cuſtoditur: et hoc eſt ius, quod dicitur moribus conſtitutum *etc.* Iulian. in l. 32 de quibus cauſis D. de legib. Lapſa, *vid.* LABOR. Libera peccandi, *vid.* LIBER. Longa Quinctil. 2, 5. Mala Hor. Serm. 1, 3, 36. Cic. de Legib. 1, 31 Tantam eſſe corruptelam Malae conſuetudinis, vt ab ea, tanquam igniculi extinguantur a natura dati, exorianturque et confirmentur vitia contraria. Mirifica alicuius Cic. de Orat. 1, . . Parua *vid. h. v.* Perpetua vitae Cic. pro Rabir. perd. reo 1. Quotidianae vitae conſuetudo Ter. Heaut. 2, 3, 42. Quotidiana conſuetudine augetur familiaritas Cic. Fam. 13, 20. Vetus conſuetudo fori et priſtinus mos iudiciorum Idem pro Milon. 1. *Et* in Brut. 78 Iam enim erat Vnctior quaedam ſplendidiorque conſuetudo loquendi, *i. Nitidior, elegantiorque. Hinc* de Orat. 1, 81 *ita ſcribit,* Nitidum quoddam genus eſt verborum, et laetum, ſed palaeſtrae magis et olei, quam huius ciuilis turbae ac fori, *h. e. ludicrae magis exercitationis, quam generis huius acrioris, quo nos vtimur in concilio et iudicio. Tranſlatio eſt a* Palaeſtris, *quas Poëtae* Vnctas *appellant.* Vulgaris Quinct. 2, 15. Vulgaris conſuetudo, et communis vita hominum Cic. de Orat. 1, 248. ¶ 3 *Formae Verborum:* Abhorrere a conſuetudine communis ſenſus Id. de Orat. 1, 12. Abſtrahere a conſuetudine, *vid.* ABSTRAHO. Accedere conſuetudinem ad neceſſitudinem, magni videbatur intereſſe Id. Fam. 2, 19. Adducere ad, *vel* in Caeſ. Bell. Gall. 4, 1. Adhibere, Adimere, Afferre, Alere, *vid. ſſ. ll.* Cic. pro M. Marcel. 2 Ergo mihi meae priſtinae vitae intercluſam conſuetudinem Aperuiſti. Aſciſcere conſuetudinem, *it.* Cadit in conſuetudinem, *vid. ſſ. ll.* Capere conſuetudinem exercitationemque Cic. Off. 1, 59 Id. Fam. 4, 13 Et in eius conſuetudinem, quem adhuc meus pudor mihi Clauſit, Inſinuabo, *de* vſu familiari. Conuertit ſubito a conſuetudine homines ſapientia Cic. de Inuent. 1, 3. Dat celeritatem Quinctil. 10, 3, 9. Deflexit maiorum conſuetudo de curriculo Cic. de Amicit. 40. Non eſt meae conſuetudinis, initio dicendi rationem reddere, qua de cauſa quemque defendam Idem pro Rabir. perd. reo 1. *Et* pro Milon. c. 19 Fuiſſe conſuetudinem illius perpetuam in vi inferenda, huius tantum in repellenda. Facit cito vires conſuetudo Quinctil. 12, 11, 17. Facit analogiam Idem 1, 6, 16. Cic. Fam. 13, 24 Atticus noſter maiorem etiam mihi cum Coſſinio conſuetudinem Fecit, *occaſionem praebuit, vt ſaepius cum illo eſſem.* Firmata conſuetudo iudicio contradicto Vlpian. in l. quum de conſuetudine D. de Legibus. Habere, *vid. mox* Tenere. Gignitur conſuetudo ex exercitatione Cic. de Orat. 2, 358 c. 87 *extr.* Imitari aliquorum conſuetudinem Idem Off. 1, 85. Increbruit conſuetudo, *vid.* INCREBRESCO. Inducere in conſuetudinem Cic. Q. Frat. 3, 3. Inſtituere conſuetudinem, Intermittere, *vid. hh. vv.* Introducere Cic. Verr. 3, 189. Idem Fam. 9, 1 Ignoſcunt mihi, et reuocant in conſuetudinem priſtinam. *De libris et ſtudiis.* Inualeſcit quotidie magis Quinctil. 2, 1. Cic. Q. Frat. 2, 13 Inſpiciam quid diſcat quam ſaepiſſime: et niſi ille contemnet, etiam magiſtrum me ei profitebor: cuius rei nonnullam conſuetudinem nactus ſum in hoc horum dierum otio. Patitur conſuetudo, *vid.* PATIOR. Progredi paullatim ad conſuetudinem Scribon. 104 *extr.* Cic. Verr. 1, 15 Ego meum ſtudium in Rempub. iam illo tempore oſtendi, quum longo interuallo veterem conſuetudinem Retuli. Repetita atque relata longo interuallo maiorum conſuetudo Idem Diuin. in Caec. 67. *Et* Att. 1, 13 Et poſtea prorſus ab inſtituta noſtra conſuetudine longe refugit. Lepidus ad Cic. Fam. 10, 35 Nam exercitus cunctus conſuetudinem ſuam in ciuibus obſeruandis, communique pace, ſeditione facta retinuit. Serpit ac prodit Idem Diuin. in Caec. 68. Seruare Id. Fam. 5, 9. Seruit conſuetudini Orthographia Quinctil. 1, 7. Cic. Philipp. 1, 27 Quo minus mihi inimiciſſimus ſit, non recuſabo, ſi conſuetudinem meam, quam ſemper in Republica habui, Tenuero. Tenuit Quinctil. 2, 1. Venire ad dicendum a conſuetudine ſcribendi Cic. de Orat. 1, 152. Vſurpari ab aliquibus, et in prouerbii conſuetudinem aliquid venire *dicitur* Idem Off. 2, 55. Venire ex vtilitatis ratione in conſuetudinem Id. de Inuent. 2, 65. Dialogo de Orat. c. 12 Niſi frequens ac aſſidua nobis contentio iam prope in conſuetudinem Vertiſſet. Vti conſuetudine Cic. Fam. 13, 23. ¶ 4 Conſuetudo, [συνουσία] *Conuerſatio, familiaritas.* Hic paruae conſuetudinis cauſa mortem huius tam fert familiariter Ter. Andr. 1, 1, 83. Idem Andr. 3, 3, 8 Spero conſuetudine et coniugio liberali deuinctum, Chreme. Cic. Fam. 2, 1 Ego te abfuiſſe tamdiu a nobis et dolui, quod carui fructu iucundiſſimae conſuetudinis: et laetor, quod, *etc.* Idem Fam. 2, 19 Magni videbatur intereſſe, ad eam neceſſitudinem, quam nobis ſors tribuiſſet, conſuetudinem quoque accedere. Amicitiae, conſuetudines, vicinitates Id. poſt redit. ad Quir. 3. Inductus conſuetudine et familiaritate Cic. pro Quint. 12. Conſuetudo et familiaritas Idem Fam. 10, 3. Hoſpitium non modo, verum etiam domeſticum vſum et conſuetudinem, cum aliquo eſſe Id. pro Roſc. Amer. 115. Congredi quotidiana conſuetudine cum aliquo, *vid.* CONGREDIOR. Deuincire domum aliquorum conſuetudine Cic. pro Arch. 32. Idem in Piſon. 68 Dedit ſe in conſuetudinem, ſic prorſus, vt vna viueret, nec fere ab iſto vnquam diſcederet. Immergere ſe penitus in conſuetudinem alicuius blanditiis et aſſentationibus Id. pro Cluent. 36. Cic. Fam. 6, 11 Etenim omnes Caeſaris familiares ſatis opportune habeo implicatos conſuetudine. Inſinuare in alicuius conſuetudinem Idem Fam. 4, 13. Iungere conſuetudines, amicitias, res, rationeſque cum aliquibus Id. pro Deiot. 27. ¶ 5 *De re amatoria.* Huic *(ſcorto)* conſuetudo iuxta vicinitatem cum Ebutio fuit Liu. 39, 9. Stupri Sall. Catil. c. 23. Stupri facere cum qua Suet. Calig. c. 24. Domini cum ancilla, dominae cum ſeruo Quinctil. 5, 11, 34. ¶ 6 *Pro lingua* Colum. 3, 2, 8 *et* 12 Pro. 7 Latinae conſuetudini tradidit Cicero Xenophontis Oeconomicum. Me dies ante deficiet, quam diuerſa miracula conſummem Sulp. Seuer. de Virt. Monach. Or. 1 c. 13 *extr.*

CONSVETVDINARIVS, a, um. Adi. [Συνήθης, φιλοσυνήθης Vet. Gloſſ.] Carnes Salu. de Gubern. D. 6 p. 219. Portitor Sidon. Ep. 7, 11. Vitae vſus Saluian. c. l. p. 221.

CONSVGILLO, āre. Firmicus.

CONSVL, CONSVLO, ĕre. *Vid.* CONSILIVM.

CONSVMMO, āre. *Gemino* M *ſcriptum,* [συντελέω, ἀποτελέω, περαίνω] *proprie eſt Summas colligere, et in vnam coaceruare.* Columel. de R. R. 3, 5, 4 Is numerus conſummat per totum iugerum ſeminum millia quatuor et viginti. Idem 3, 3, 10 Conſummant ſeptem cullei ſeſtertia duo millia et centum numos. *Add.* 5, 3, 4 Eodemque modo — conſummabis numerum ſeminum. *Hinc* ¶ 2 Conſummare, *eſt Abſoluere aut Perficere.* Si qua coepta ſunt, vt conſummentur, curare debet l. 7 §. 1 ff. de Offic. Proc. *Sic* Scribon. 200. *Conf. Rhodii Lex. Scribon.* Conſummatur profeſſio Scribon. Ep. Vna re conſummatur Animus, ſcientia bonorum ac malorum immutabili Sen. Ep. 88. Idem Epiſt. 32 Vitam conſummare. Conſummare atque explere Vitam Id. Ep. 12. *Et ſimpliciter in* Inſcript. *apud Fabrett.* p. 148

p. 148 QVI VIXIT BENE ET CONSVMMAVIT BENE. Sueton. Calig. c. 44 Conſummare dicuntur centuriones *cum legitimos annos et ſtipendia abſoluerunt, et iam ad primum pilum perueniunt. Sic* Frontin. Strateg. 4, 3, 12 Modus agri, quem conſummati milites accipiunt, *i. qui* conſummarunt, *abſolueruntque iuſtum numerum ſtipendiorum, eiusque rei praemium vacationem et agros accipiunt.* Plin. Epiſt. 10, 48 Cogor petere a te, non ſolum ob theatrum, verum etiam ob haec balinea mittas architectum diſpecturum, vtrum ſit vtilius, poſt ſumtum qui factus eſt, quoquo modo conſummare Opera vt inchoata ſunt: an quae videntur, *etc.* Librum conſummare Scribon. 245. Vota Id. Epiſt. Sacrum conſummare, *Peragere ſacrum* Sen. Herc. Fur. 1039.

CONSVMMĀTVS, a, um. Part. [τετελεσμένος] Huius ſummae tertiam partem ſtatuo CCC, eiusdem partem decumam XC, fiunt CCCXC: hoc ſexies ducendum eſt, quoniam ſex latera ſunt, quae conſummata efficiunt duo milia trecenteni et quadraginta Colum. 5, 2, 10. *Add.* 3, 3, 8. 3, 9, 6. ¶ 2 *Perfectus, abſolutus. Vt*, Plin. 14, 4 In noſtra aetate pauca exempla conſummatae huius artis fuere. Bella geſta et conſummata Cic. Philipp. 11, 17 c. 7. Eloquentia conſummata Quinct. 1 Prooem. 20. Conſummati Milites *modo explicati. Hinc* Conſummatus et iam foro clarus Idem 10, 5. Martial. 1, 9 Quod magni Thraſeae, conſummatique Catonis. Iuuenis conſummatiſſimus Plin. Epiſt. 2, 7. Praelia Lucan. 1, 337. Profeſſores Quinctil. 1, 9. Columel. 11, 1, 11 Nullus eſt conſummatae ſapientiae.

CONSVMMATIO, ōnis. f. [συντέλεια, τελείωσις] *Singularum partium collecta ſumma.* Hac conſummatione operum colligitur, poſſe agrum ducentorum iugerum ſubigi duobus iugis boum totidemque bubulcis et ſex mediaſtinis Colum. 2, 13. Pomponius in l. Si plura D. de Aedil. edicto, Quod ſi ſingulorum mancipiorum conſtituto pretio, vniuerſa tanti venierunt, quantum ex conſummatione ſingulorum fiebat, tunc cuiuscunque mancipii pretium, ſeu pluris, ſeu minoris id eſſet, ſequi debemus. *Sic* Peracto ambitu Europae reddenda conſummatio eſt, ne quid non in expedito ſit noſcere volentibus Plin. 4, 23. ¶ 2 *Item Perfectio.* Sen. de Breu. Vit. 1 Vita in maximarum rerum conſummationem large data. Plin. 8, 7 In conſummatione gladiatorum, *i. cum compleretur numerus annorum vel pugnarum, quo completo abſoluuntur, et a pugnandi neceſſitate liberantur.* ¶ 3 Conſummatio, *rhetorum ſchema.* Quinctil. 9, 2, 103 Cum plura argumenta ad vnum effectum deducuntur.

CONSVMMĀTOR, ōris. m. Cyprian. de Lapſis c. 5. *et* Tertull. adu. Marc. 4, 22.

CONSVMMABĬLIS, e. Adi. Sen. Epiſt. 92 Ratio in diis conſummata eſt, in nobis conſummabilis. Seu conſummabilis aeui perficiat lux plena viros Prud. Pſychom. v. 846.

CONSVMO, ſi, tum, ĕre. [δαπανάω, καταναλίσκω] *Totum ſumere, abſumere, in nihilum redigere. Vt*, Conſumere patrimonium Cic. de Fin. 2 c. 8. *pro* Deuorare Scribon. 140. Effundere et conſumere per luxuriam bona omnia Cic. pro Roſc. Amer. 6 c. 2. Interficiunt et conſumunt ſerpentes ibes aues Idem de Nat. Deor. 1, 101. *Et* de Legib. 1, 2 Sed quum ea tempeſtas vetuſtasue conſumſerit, *etc.* Aedes conſumuntur incendio Liu. 27, 11. Caeſ. Bell. Gall. 5, 4 Tamen ne Aeſtatem in Treueris conſumere cogeretur. Aetatem in ſtudio Cic. Off. 1, 2 c. 1. Aeuum in curis Lucret. 5, 1430. Aeuum bellis Lucan. 5, 276. Quid non longa dies, quid non conſumitis Anni Martial. 9, 50. Aurum omne in ludos Liu. 39, 5. Ter. Andr. 1, 1, 33 Simul ſceleratus Dauus, ſi quid Conſilî habet, vt conſumat nunc, quum nihil obſint doli. Cic. ad Brut. 18 Rogatus ſum a prudentiſſima et diligentiſſima femina matre tua, cuius omnes Curae ad te referuntur, et in te conſumuntur, vt venirem ad ſe. Curam in re vna Hor. Serm. 2, 4, 48. Cic. de Clar. Orat. 119 Propterea quod iſtorum in dialecticis omnis Cura conſumitur. Idem Fam. 4, 12 Ibi Marcellum collegam noſtrum conueni: eumque Diem ibi conſumſi, vt cum eo eſſem. Dies triginta conſumantur Scribon. 16. *Conf.* Rhod. Lex. Scrib. Diem in apparando Ter. Adelph. 5, 7, 2. Diligentiam in re aliqua Cic. Verr. 5, 18. Famem tenera in agna Stat. Theb. 8, 576. Salluſt. Fragm. Hiſt. 3 Epiſt. Pompeii *extr.* Ego non rem familiarem modo, verum etiam Fidem conſumſi. Ferrum conſumit vetuſtas Ouid. ex Pont. 4, 8, 49. Fruges conſumere nati Hor. Epiſt. 1, 2, 27. Hoſtem plagis Idem Epiſt. 2, 2, 97. Martial. 11, 78 In omnibus Vacerra quod conclauibus Conſumit Horas, *etc.* Horas multas ſuauiſſimo ſermone Cic. Fam. 11, 27. Horas duas in ſilentio Idem de Orat. 3, 6. Ignominiam Tac. H. 3, 24, 4. *i. vereri deſinere. Vid.* Miſericordiam conſumere. Ingenium in Muſicis Cic. de Fin. 5, 63. Idem Acad. 4, 2 Itaque quum totum Iter et nauigationem conſumſiſſet, partim in percontando a peritis, partim in rebus geſtis legendis, in Aſiam factus imperator venit. *Et* pro Font. 35 Plus ego in hac cauſa Laboris et operae conſumo in poſcendis teſtibus, quam caeteri defenſores in refutandis. *i. Plus laboro.* Cic. Att. 16, 2 Mihi autem quo laetiora ſunt, eo plus ſtomachi et moleſtiae eſt, Populum Rom. Manus ſuas non in defendenda Repub. ſed in plaudendo conſumere. Menſas Virg. Aen. 7, 125. Miſericordiam Curt. 6, 8, 6. *ea facere, poſt quae miſericordiae non amplius locus ſit. Vid.* Ignominiam conſumere. Sen. Hippol. 950 Nunquam ſupremum numinis Munus tui Conſumeremus. *Trium votorum a Neptuno patre poteſtatem habebat Theſeus. Nunc tertium votum facturus, tertium beneficium ſ. munus petiturus eſt, poſt quod nullum ſupereſt. Sic mox* Optionem conſumere. Nocte conſumta, *Mane* Virg. Aen. 2, 795. Nox tota exinanienda naui conſumitur Cic. Verr. 5, 63. Operam in re aliqua Ter. Heaut. 1, 1, 21. Cic. Fam. 6, 14 Me ſcito omnem meum Laborem, omnem Operam, Curam, Studium in tua ſalute conſumere. Operam in Graecis legendis Idem de Fin. 1, 1. Operam curamque in aliquo ſtudio Id. de Nat. Deor. 1, 6. Operae plurimum ſtudiique in praediis colendis Cic. pro Roſc. Amer. 13. Vlp. in l. 2 D. de opt. leg. Data igitur optione, ſi quis optauerit alienum ſeruum, vel hominem liberum, videndum eſt, an conſumſerit Optionem. Et puto non conſumi. *Vid.* Munus conſumere. Otium ſuum in hiſtoria ſcribenda Cic. de Orat. 2, 57. Pecuniam in agrorum coëmtionibus Idem de Lege Agr. 1, 12. Preces conſumere, *eſt Fruſtra diu precari* Ouid. Met. 8, 106. Ita ſum ab hominibus deſtitutus, vt tantum Requietis habeam, quantum cum vxore et filiola, et mellito Cicerone conſumitur Cic. Att. 1, 18. Idem Fam. 15, 21 Quin etiam antequam ad me veniatur, Riſus omnis paene conſumitur, *iam riſu fatigati ſunt homines.* Studium ſuum in virorum fortium factis memoriae prodendis Id. Fam. 6, 12. Tempus ſalutationibus Cic. de Vniuerſ. 2. Tempus in Poëtis euoluendis Cic. de Fin. 1, 71. Temporis multum in iſta vna diſputatione Id. Acad. 4, 12. Tempora longa Propert. 1, 3, 37. Vbera tota in dulces natos, *de vaccis foetus* Virg. Georg. 3, 178. Liu. 34, 5 Qui tamen plura Verba in caſtigandis matronis, quam in rogatione noſtra diſſuadenda, conſumſit. Ambigitur, conſumſeritne Vocem eius inſtans metus Tac. H. 1, 42, 1. *i. ademerit.* Auct. ad Heren. 1 c. 3 Inuentio in ſex partes conſumitur.

CONSVMENS, entis. Part. Aetas conſumens materiem omnem Lucr. 1, 226. *Add.* Vulg. Deut. 9, 3.

CONSVMOR. Paſſ. [λυμαίνομαι] *Minui, ad nihil paullatim redigi, vt*, Conſumor ſiti Caeſ. Bell. Gall. 8, 41. Incendio conſumi Liu. 27, 11. Inedia Cic. Fam. 16, 12. Senio et moerore conſumi Liu. 40, 54. Ab annis longis Ouid. in Ibin 145. Hic ipſo tecum conſumerer aeuo Virg. Ecl. 10, 43. ¶ 2 *Peculiare eſt illud*, Dolus conſumitur in pecuniam, pollicitationes, diſſimulationes, maturationes, *etc.* Auctor ad Herenn. 3, 3. *i. diuiditur, abſoluitur, conſtat his ſpeciebus.*

CONSVMTVS, a, um. Part. [λυμανθεὶς, δαπανηθεὶς] *Vt*, Conſumtus a peſte Plin. 11, 18. Acie conſumtus Vell. 2, 52, 4. Dolore lateris Cic. de Orat. 3, 6. Delubra Incendiis Tac. H. 1, 2, 3. Iniuria, fame, morbo, vaſtitate conſumti Cic. de Prouinc. Conſ. 5. Morte Tibul. 1, 3, 53. Cic. de Vniuerſ. 16 c. 6 Nec vero deſiderabat aut alimenta corporis, aut detractionem Confecti et conſumti cibi. Idem de Vniuerſ. 36 Ita orientur animantes, quos et Viuos alatis, et Conſumtos ſinu recipiatis. *Et* de Orat. 3, 100 In quo tanta commoueri Actio non poſſet, ſi eſſet conſumta ſuperiore motu et exhauſta. Annus Sil. 15, 408. Dies per diſcordiam Tac. H. 4, 43, 5. Salluſt. Iugurtha 25 Ac tametſi Senatus verbis graues minae nuntiabantur, quod ab oppugnatione non deſiſteret: multa tamen Oratione conſumta, fruſtra legati diceſſere.

CONSVMTIO, ōnis. f. [κατανάλωσις] Cic. de Vniuerſ. 16 c. 6 Itaque ſe ipſe conſumtione et ſenio alebat ſui. Auct. ad Heren. 4, 32 c. 22 Propterea quod non haec videntur reperiri poſſe ſine Elaboratione et conſumtione operae.

CONSVMTOR, ōris. m. [λυμαντὴρ] Cic. de Nat. Deor. 2, 41 c. 15 Atque noſter ignis, quem vſus vitae requirit, confector eſt et conſumtor omnium. Circumuentus adoleſcens ab illis veteranis conſumtoribus Sen. Exc. Contr. 3, 1.

CONSVMTRIX, īcis. f. Bruma eſt ampliflui conſumtrix ſaeua laboris Strabo Gall. Hort. praef.

CONSVMTILIS, e. Adi. Praedia cum omnibus — vſu conſumtilibus 32 D. l. 101.

CONSVO, ui, utum, ĕre. [συῤῥάπτω] *Simul ſuere.* Sen. Epiſt. 47 *pr.* Illi (*ſerui*) quibus non tantum coram dominis, ſed cum ipſis erat ſermo, quorum os non conſuebatur, parati erant pro domino porrigere ceruicem. Plin. 20, 9 Conſutum ſuſpenditur lino modicis interuallis. Plaut. Amph. 1, 1, 211 Huc adueniſti audaciae columen, Conſutis dolis. *Reſpondet ſeruus* Immo equidem conſutis tunicis huc aduenio, non dolis. *Add.* Pſeud. 1, 5, 126. Ibid. 1, 2, 14 Conſuta tapetia *Gruterus legit, vbi al.* Conchyliata. *Eadem varietas* Stich. 2, 2, 54 *vbi itidem* Conſuta tapetia *Grutero placent*, Conchyliata *tuetur Gronouius.*

CONSVTĬLIS, e. Adi. Caſſiod. Epiſt. 5, 42.

CONSVTVRA, ae. f. [συῤῥαφὴ] *Laudabant* Suet. in Vitell. c. 2 Cuius filius ſectionibus et conſuturis vberius compendium nactus. *Sed legendum eſt* Cognituris *de quo* in COGNOSCO.

CONSVPPLICĀTRIX, īcis. f. Inſcr. *apud Fabret.* p. 342 CONSVPPLICATRICES. CERVARIA. SP. F. FORTVNATA. MAGISTRA. MATRI. MATVTAE. D. D.

CONSVRGO, ſurrexi, ſurrectum, ĕre. [ἀνίστημι, ἐγείρομαι] *Simul et cum aliis ſurgere vel collectis viribus, ſi de vno ſermo eſt.* Veſper adeſt, iuuenes, conſurgite Catull. 63, 1. Quum ſenatus cunctus conſurgeret, et ad Caeſarem ſupplex accederet Cic. Fam. 4, 4. Salluſt. Conſurrexere omnes, ſimulque in eum impetum fecerunt. Cic. Q. Frat. 3, 2 Conſurrexit Senatus cum clamore ad vnum, ſic vt ad corpus eius accederet. Virg. Aen. 9, 681 Conſurgunt geminae Quercus, intonſaque caelo Attollunt capita. Charybdis fluctu imo ſublimis conſurgit Tibul. 4, 1, 74. Stratis Sil. 13, 421. Languida conſurgit Ouid. Faſt. 3, 25. *de Siluia Veſtali per quietem a Marte impraegnata.* Conſurgere ex inſidiis Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 37. Liu. 33, 19 Hiſpania quoque ad idem tempus magno tumultu ad bellum conſurrexit. Columel. 7, c. 9 Vt limen earum in tantam altitudinem conſurgat, quantam, *etc.* Virg. Aen. 10, 90 Quae cauſa fuit conſurgere in arma Europamque, Aſiamque? In iras truces Valer. Argon. 1, 673. In venerationem Principis theatra conſurgunt Plin. in Paneg. 54. Conſurgere carmine Maeonio Ouid. ex Pont. 3, 3, 31. Virg. Aen. 8, 637 Subitoque nouum conſurgere bellum Romulidis, Tatioque ſeni, Curibusque ſeueris. *Add.* Id. 9, 681. Obſequ. c. 114. Fama *alicuius* operis magni conſurgit in *aliqua* regione Valer. Argon. 1, 75. Pontus ingens conſurgit in vaſtum aggerem, *i. Cumulatione aquarum turget* Sen. Hippol. 1015. Remi conſurgunt ordine terno Virg. Aen. 5, 120. Idem Aen. 5, 20 Veſpere ab atro Conſurgunt venti.

CONSVRGĬTVR. Imperſ. [συνανίσταται] Cic. Verr. 4, 118 Itaque in curiam venimus, honorifice ſane conſurgitur. Conſurgitur ex concilio Caeſ. B. G. 5, 30. In plauſus conſurrectum eſt Phaed. 5, 8, 28.

CONSVRRECTIO, ōnis. f. [συνανάστασις] Cic. de Aruſ. Reſp. 2 c. 1 Cepi equidem fructum maximum et ex conſurrectione omnium veſtrum, *etc.* *Conf.* Att. 1, 16.

CONSVS, Deus conſilii putabatur: cui ludi fiebant, qui Conſualia dicta ſunt. Feſtus. Tertull. de Spectac. 5 Ludi Conſualia dicti, initio Neptunum honorabant. Eundem enim et Conſum vocant. *Mox* Deum Conſilii *dicit.* Cyprianus de Idolorum vanitate 2, 5 Conſus, quem deum fraudis, velut conſiliorum deum coli Romulus voluit, poſtquam in raptum Sabinarum perfidia prouenit. Arnobius aduerſus Gentes 3 p. 113 Salutaria et fida conſilia noſtris ſuggerit cogitationibus Conſus. *Add.* Auguſtin. de Ciu. Dei 4, 11. *Hunc eundem eſſe qui et Neptunus*, Auſonius *oſtendit in* Monoſyllabis, v. 46 Tum Iouis et Conſi germanus, Tartareus Dis. *Idem* Epig. 69, 9 Caenea conuertit proles Saturnia Conſus. *Cuius Caenei ex puella in virum a Neptuno transformati fabulam habes* Ouid. Metamorph. 12. *De Conſo pluſcula Plutarchus in Vita Romuli et Dionyſius Halicarnaſſ. Nobis ſatis eſt ponere verba* Seruii *in* Aeneid. 8, 636 Raptae ſunt Sabinae Conſualibus, hoc eſt menſe Martio. Conſus autem deus eſt conſiliorum: qui ideo templum ſub tecto habet, vt oſtendatur tectum eſſe debere

debere conſilium. Inde eſt quod et Fidei panno velata manu ſacrificabatur, quia fides tecta eſſe debet et velata. Ideo autem dicato Conſi ſimulacro rapuerunt Sabinas, vt tegeretur initum de rapto conſilium. Iſte Conſus et equeſtris Neptunus dicitur: vnde etiam in eius honorem Circenſes celebrantur. *Haec* Seruius. *Breuiter* Ouid. Faſt. 3, 119 *ſuadet Mars Romulo*, Feſta para Conſo, Conſus tibi caetera dicet, Ipſo feſta die dum ſua ſacra canes.

CONSVALIA, ium *et* iorum. [Κονσυάλια] *Vt*, Feſtus *ait*, Ludi dicebantur, quos in honorem Conſi faciebant, quem Deum conſilii putabant. Varro de L. L. 5, 3 p. 48, 11 Conſualia dicta a Conſo, quod tum feriae publicae ei Deo, et in circo ad aram eius ab ſacerdotibus fiunt ludi illi, quibus virgines Sabinae raptae. Aur. Vict. de Viris ill. 2 *de Romulo*, *Coniugiis* negatis, ludos Conſualia ſimulauit, ad quos cum vtriusque ſexus multitudo veniſſet, dato ſuis ſigno virgines raptae ſunt. Non. 1, 76 Ex Varrone de Vita Pop. Rom. Etiam pellis bubulas oleo perfuſas percurrebant, ibique cernuabant, a quo ille verſus vetus eſt in carminibus, Sibi paſtores ludos faciunt coriis, conſualia. *Ipſe* Liu. 1, 9 Romulus — ludos ex induſtria parat, Neptuno Equeſtri ſollemnes, Conſualia vocat. *Add.* Ouid. Faſt. 3, 199. Auſon. Ecl. de Fer. Rom. 19 p. 562 *Toll.* Aut duplicem cultum, quem Neptunalia dicunt, Et quem de Conſo conſiliisque vocant.

CONSVSVRRO, āre. Ter. Heaut. 3, 1, 64 Syrus cum illo veſtro conſuſurrat.

CONTABEO *et* CONTABESCO, bui, ſcere. [μαραίνομαι] *Tabeſcere totum*, *omnibus velut membris.* Cic. Tuſc. 3. 75 c. 31 Vt Artemiſia illa Mauſoli Cariae Regis vxor, quae nobile illud Halicarnaſſi fecit ſepulcrum, quamdiu vixit, vixit in luctu, eodemque etiam confecta contabuit. Plaut. Merc. 1, 2, 91 Cor miſerum meum guttatim contabeſcit quaſi in aquam indideris ſalem. Quam facile ſcelere veſtro contabuiſtis A. ad Her. 4 c. 15.

CONTABESCENS, entis. Part. Vulgata 2 Samuel. 13, 20.

CONTABEFĂCIO, ĕre. Plaut. Pſeud. 1, 1, 19 Me miſeria et cura contabefacit.

CONTABŬLO, āre. [σανιδῶμαι] *Tabulis conſternere.* Plin. 15, 16 Pomaria in loco frigido ac ſicco contabulari praecipitur. Sueton. Calig. c. 19 Aemulatione Xerxis, qui non ſine admiratione aliquanto anguſtiorem Helleſpontum contabulauerit, *i. ponte ligneo ſtrauerit.* Contabulare Naues Frontin. Strat. 3, 9, 8. Caeſ. Bell. Gall. 7, 22 Totum autem murum ex omni parte turribus Contabulauerunt. Liu. 24, 34 Turres Contabulatas, machinamentaque alia quatiendis muris portabant. *i. factas et compactas ex tabulis.*

CONTABVLATVS, a, um. Part. Mare molibus Curt. 5, 7, 8. Pons contabulatus ſuper nauium foros Ammian. 57 c. 10.

CONTABVLATIO, ōnis. f. [σανίδωσις] Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 9 Vbi turris altitudo perducta eſt ad contabulationem, *etc.* *Et paullo poſt aperte declarat*, *quid ſignificet* Contabulare. ¶ 2 Apul. Met. 11 p. 258, 26. *in deſcriptione habitus Iſidis*, Palla — circum circa remeans, et ſub dextrum latus ad humerum laeuum recurrens, vmbonis vice deiecta parte laciniae, multiplici contabulatione dependula, *etc.*

CONTACTVS, CONTAGIVM, *vid.* CONTINGO.

CONTĀMĬNO, āre. [σπιλόω, βεβηλόω] *q. d.* contagminare *a* contactu, *vt ab* exactu *eſt* examinare *pro* exagminare: *quid ſit dicamus verbis* Donati *ad* Ter. Andr. prol. 16 Proprie eſt Manibus luto plenis aliquid attingere et polluere *etc.* Contaminat, μιαίνει συγκόπτει Vet. Gloſſ. Contaminare ſe vitiis, *per translationem* Cic. Tuſc. 1, 72. *Ad etymon*, *quod diximus*, *alludit* Cic. pro Dom. 108 Qui ſe aliqua contagione praedae contaminauerunt. *Sic* contaminare ſe vitiis, ſceleribus Idem Off. 3 c. 8. Manus contaminare, *Manu ſcelus aliquod perpetrare* Sen. Oedip. 389. Contaminare ſe ſtupro Idem Hippol. 690. Cic. in Catil. 1, 29 Saturnini et Gracchorum et Flacci et ſuperiorum complurium ſanguine, non modo ſe non contaminarunt, ſed etiam honeſtarunt. Connubio patrum et plebeiorum contaminari ſanguinem ſuum patres rebantur Liu. 4, 1. Veritatem mendacio Cic. pro Sulla 45. Maleficio ſe Cic. pro S. Roſc. c. 40 *pr.* Contaminatus multis flagitiis homo Cic. pro Cluent. 97 c. 35 *extr.* Ter. in prol. Andr. 16 Id iſti vituperant factum, atque in eo diſputant, contaminari non decere fabulas, *i.* ex multis *Graecis* vnam *Latinam* facere. *Add.* Id. prol. Heaut. v. 17 Multas contaminaſſe Graecas, dum facit Paucas Latinas. *Intelligi et haec ſignificatio ex illa contingendi notione poteſt.* Fiſtulas, lacus, quidue aliud contaminare Paullus in l. 1 D. de Extraord. crimin. Culpa contaminari Auct. ad Heren. 2, . . *Quod laudatur* Ouid. Amor. 2, 7, 18 Obiicitur dominae contaminaſſe Torum; *rectius alii legunt* Contemeraſſe: *nam* Contamino *ſecundam producit*, *vt* Martial. 1, 54. Sic interpoſito vilis contaminat vncto, *etc.* Scelere Hoſpitum A. de B. Hiſp. 16, 6.

CONTAMINĀTVS, a, um. Part. [βεβηλωτὸς] Cic. Philipp. 12, 15 Quos nondum tantis parricidiis contaminatos vix ferebamus, hos nunc omni ſcelere coopertos tolerabiles cenſes ciuitati fore? Facinore contaminatus Caeſ. Bell. Gall. 7, 43, 3. Grex morbo contaminatus Hor. Carm. 1, 37, 9. Integra Contaminatis *opponuntur* Cic. in Topic. 96. Iudicia corrupta ac contaminata Idem Diu. in Caec. 70. Homo turpiſſimus, ſceleratiſſimus, contaminatiſſimus Id. pro Domo 23 c. 9. *Add.* Id. de Prou. Conſular. c. 6. *Conf.* Attamino, Incontaminatus, Intaminatus.

CONTAMINATIO, ōnis. f. *Pollutio* Vlp. l. 2 §. 3 Dig. ad leg. Iul. de Adult. coërc. Obſequens c. 89.

CONTĀMEN, ĭnis. *Idem.* Tertull. Carm. adu. Marc. 1, 1 Femineos vſus vulgi contamine mixtos. *Add.* ib. 4, 5.

CONTAMINĀTOR, ōris. m. Tertull. de Pudicit. 13 Paterni tori contaminator. Honorum Lamprid. Alex. c. 6.

CONTAMINABĬLIS, e. Adi. Tertull. adu. Marc. 4, 20 Prophetam, quem pro ſubſtantia humana contaminabilem ſciret.

CONTANTER. Adu. Apul. Met. 4 p. 412. *i. cunctanter.*

CONTARDO, āre. Hieron.

CONTECHNOR, āri. [τεχνάζω] *Commachinari*, *et fallaciam aliquam componere.* Plaut. Pſeud. 4, 6, 34 Vide modo, ne illic ſit contechnatus quidpiam.

CONTĔGO, xi, ctum, ĕre. [σκεπάζω] *Vndique tegere.* Plin. 15, 18 Paruarum genus arborum poſt Autumnum fimo contegunt. *Conf.* Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 10 Lateribus lutoque muſculus contegitur. Contegere tumulo Liu. 26. . . *et* Curt. 7, 9, 21. Tumulus contegit corpus Cic. pro Arch. 24 c. 10. Humo contegi, *i. ſepultum eſſe* Ouid. Epiſt. 16, 274. Membra ſepulcro Valer. Argon. 1, 813. Oſſaque nec tumulo nec ſepare contegat vrna Valer. Argon. 5, 58. Separe, *i. ſeparata.* Amictu caput Virg. Aen. 12, 885. Ter. Hec. 3, 3, 41 Et illi miſerae indigne factam iniuriam contexeris. Libidines tenebricoſas pudore et temperantia Cic. de Prou. Conſ. 8.

CONTĔGENS, entis. Partic. Martial. 12, 45 Hoedina tibi pelle contegenti Nudae tempora, verticemque caluae, *etc.*

CONTECTVS, a, um. Partic. [ἐσκεπασμένος] *Vt*, Caſa contecta ſtramine Ouid. Met. 5, 447. Vehiculum pellibus vndique contectum Curt. 5, 12, 16. Veſte contectus Nep. 7, 10, 6.

CONTEGVLATIO, ōnis. f. *et*

CONTEGVLĀTOR, ōris. m. *Apud* ICtos *eſſe dicitur.*

CONTEMĔRO, āre. [καταμιαίνω] *Polluere*, *Violare.* Martial. Spectac. 10 Laeſerat ingrato leo perfidus ore magiſtrum: Auſus tam notas contemerare manus. Ouid. Amor. 2, 7, 18 Ecce tuum ſolers caput exornare Cypaſſis Obiicitur dominae contemeraſſe torum.

CONTEMNO, mſi, mtum, *vel quod aliis magis placet*, *pari fere auctoritate* mpſi, mptum, nĕre. [ἐξουθενέω, ὑπερόπτομαι, καταφρονέω, ὑπεροράω, ἐξουδενόω, ἀπεύχομαι] *Deſpicere*, *ſpernere.* Plaut. Aſin. 2, 4, 10 Tu verbero imperium meum contemſiſti? Contemnere *et* Admirari, *contraria* Cic. in Orat. 131. Idem pro Muraen. 15 Contemſiſti L. Murenae genus, extuliſti tuum. Contemnere et Deſpicere, *cum iunguntur ex lege*, *qua creſcere debet oratio*, *debet* deſpicere *eſſe gravius*, *quam* contemnere Cic. ad Caeſ. 3 Amici nonnulli te contemni ac deſpici, et pro nihilo haberi Senatus voluit. Idem de Senect. 65 c. 18 Contemni ſe putant, deſpici, illudi. *Hoc reſpiciens credo* Non. 5, 57 *affirmauit* deſpicere *eſſe* grauius. *Sed ſunt etiam alia*, *vbi ordo inuertitur*, *v. g.* Act. 1 in Verr. c. 3 Non vſque eo deſpiceret contemneretque ordinem Senatorium. *Et* de Off. 2 c. 10 Deſpiciunt autem eos et contemnunt. Contemnere, et pro nihilo putare Cic. Off. 1, 28. Idem pro Milon. 65. *Et* pro Muraen. 25 Id enuntiatis veſtris myſteriis totum eſt contemtum et abiectum. Cic. Tuſc. 5, 85 Faciunt, vt grauitatem dignitatemque virtutis exaggerent, quam quum ad caelum extulerint, quos facere eloquentes homines copioſe ſolent, reliqua ex collatione, facile eſt conterere atque contemnere. Voluptatem contemni et reiici oportere Cic. Off. 1, 106 c. 30. Non curare, atque contemnere Idem de Fin. 3, 29 c. 8. Irridere et contemnere Id. de Lege Agrar. 2, 95. Per riſum ac per iocum contemnere aliquid Cic. de Lege Agr. 2, 95 c. 35. Ter. Eun. 2, 2, 8 Hic ego illum contemſi prae me. Honores Hor. Serm. 2, 7, 85. Laborem bene dicendi Quinctil. in prooem. lib. 1. Famam Sen. Hippol. 269. Idem Phoeniſſ. 197 Nemo contemſit Mori, Qui concupiuit. *Scilicet huic non iam indifferens eſt mori*, *quod debebat perfecte ſapienti.* Murmura famae Propert. 2, 5, 29. Non contemnere Se et reges odiſſe ſuperbos Cic. Att. 6, 3. Qui ipſus ſe contemnit, in eo eſt indoles induſtriae Plaut. Trin. 2, 2, 42. Tributis contemnuntur Tacit. Germ. 29 *ita contemtim habentur*, *vti cogantur ſoluere tributum.* *Sic Gronou.* Valde aliquem contemnere Cic. Fam. 8, 4. Ventos Virg. Georg. 2, 360. Martial. 11, 57 Rebus in anguſtis, facile eſt contemnere vitam. Apes contemnunt fauos, *quae facere mel ceſſant* Virg. Georg. 4, 104. Tibull. 1, 3, 37 Nondum caeruleas pinus contemſerat vndas, *i. nondum erant naues.* *De Saturni temporibus.*

CONTEMNENS, entis. Part. Quae res contemnentibus perniciei fuit Nep. 8, 2, 2. Tranſibit contemnens oſſa Prop. 2, 11.

CONTEMNENTER. Adu. Non. 11, 53. *Qui* Contemtim *ſic interpretatur.*

CONTEMTVS, *vel* CONTEMPTVS. Partic. [ὑπερεωραμένος] *Vt*, Dolor contemtus Propert. 1, 13, 9. Cic. pro Sext. 86 Qui nullo praemio propoſito, praeter hoc, quod iam contritum et contemtum putatur, iudicium bonorum, omnia pericula, *etc.* ſuſcepit. Contemtiores mage erunt, atque auidi minus. *Al.* Contentiores *quod melius* Plaut. Poen. 2, 1, 15. Contemtiſſimi philoſophi Cic. de Diuin. 2, 117 c. 57. Tenuiſſimus victus, atque contemtiſſime eſcae Idem de Fin. 2, 90. Contemtus et abiectus Id. de Lege Agr. 2, 93. Contemtior paucitate Ordo Liu. 1, 49. Deſpicatiſſimus et contemtiſſimus Cic. pro Sext. 36. ac deſpectiſſimi Idem Verr. 3 c. 41 *extr.* Res a contemtiſſimis poteſt contemni Sen. Ep. 70. Homo contemtiſſimae inertiae Sueton. Domit. c. 15. Res Hor. Od. 3, 16, 25. Homo vita contemta ac ſordida Cic. pro Planc. 12. Contemta relinquor Ouid. Epiſt. 3, 82 *ad Achillem Briſeis.* Quae Vox poteſt eſſe contemtior Cic. de Sen. c. 9.

CONTEMTVS, *ſ.* CONTEMPTVS, ûs. m. [ὀλιγωρία, ἐξουθένημα] Liu. 6, 2 Appareretque omnibus, non odio ſolum apud hoſtes, ſed contemtu etiam inter ſocios, nomen Romanum laborare. Corporis et formae mala quibusdam contemtum attulere Quinctil. 3, 7, 19. Prae magnitudine corporum breuitas contemtui eſt Caeſ. Bell. Gall. 2, 30. Turpis famae contemtus Lucret. 3, 65. Contemtu famae contemnuntur virtutes Tacit. Ann. 4, 38, 7. Armat mentem contemtu necis Sil. 4, 250. Augere contemtum hominis Cic. *ap.* Quinct. 8, 3, *Add.* Id. *ap.* Sen. de Tranquill. c. 11. Exire e contemtibus, *eſt paullatim in pretio haberi* Lucret. 5, 830.

CONTEMNENDVS, a, um. Partic. [ὀλιγωρητέος] *Vt*, Defenſiones non contemnendae, ſaneque tolerabiles Cic. de Clar. Orat. 272. Ne Titus quidem Poſtumius contemnendus in dicendo Idem de Clar. Orat. 268. Orator non contemnendus Id. de Clar. Orat. 51. Minime contemnendi Cic. in Orat. c. 69. Non contemnendus paſtillus Scribon. 91. Vitium 100. Copiae neque numero neque vſu rei militaris contemnendae Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 10.

CONTEMTIBĬLIS, e. Adi. [ἐκφαυλιστὸς] *Contemnendus.* Vlpianus l. Emptori D. de euict. Si margarita forte, aut ornamenta pretioſa, vel veſtis ſerica, vel quid aliud non contemtibile, veneat. *Add.* l. 9 §. 2 D. de Off. proconſ. Arnob. aduerſ. gent. 4 Soli ſunt apud vos ſuperi inhonorati, contemtibiles, viles. Habitaculum vile et contemtibile Saluian. de Auar. 4 p. 166. Presbyteros turba contemtibiles facit Hieron. Ep. 85 ad Eugarium. Contemtibilior poteſtas imperii Lamprid. in Alex. Seu. c. 20. Nihil temeritate contemtibilius Porc. Latro in Salluſt. Contemtibiliora noſtra Hieron. prol. Galeat. *Add.* Iſid. 10 C.

CONTEMTIBILĬTAS, ātis. f. Cael. Aurel. Tard. 1, 5 Continuatio contemtibilitatem parit.

CONTEMNIFĬCVS, a, um. Adi. Lucil. 36 Ego enim contemnificus fieri et faſtidire Agamemnonis. *Ex* Nonio 2, 154. *Puto contemtorem potius ſignificare*, *quam contemtibilem.* Agamemnonis *aut Accuſatiuus plur. eſt*; *aut deeſt ſubſtantiuum eius caſus.*

CONTEMTOR, ōris. m. [ὑπερόπτης] *Vt*, Contemtor gratiae, diuitia-

diuitiarum Liu. 39, 40. Aequi Ouid. Faſt. 3, 49. Deûm Mezentius Virg. Aen. 7, 648. Famae Claud. in Eutrop. 1, 434. Lucis animus, *i. Vitae* Virg. Aen. 9, 205. Religionum vſque quaque Suet. Ner. 56. Superûm Ouid. Met. 3, 514. Contemtor animus et ſuperbia, commune nobilitatis malum Sall. Iug. c. 64.

CONTEMTRIX, ícis. f. [ὑπερόπτις] Plin. 19, 8 Eruca praecipue frigorum contemtrix. Fortuna contemtrix timendorum eſt Sen. Ep. 88. Ferri ignisque contemtrix Plin. 37, 4. Pericli contemtrix turba Sil. 17, 411. *Add.* Plaut. Bacch. 3, 6, 2. Ouid. Met. 1, 161. Plin. 37, 4.

CONTEMTIO, *vel* CONTEMPTIO, ōnis. f. [ἐξουδένωσις, καταφρόνησις] *Vt*, Contemtio mortis Cic. de Fin. 2, . . *et ex eiusd.* Hortenſio *apud* Non. 3, 70. Fortunae Cic. in Parad. 4. Voluptatum Idem Acad. 1, 7. Adducere aduerſarios in contemtionem Id. de Inuent. 1, 22 c. 16. Animi magnitudo humanarumque rerum contemtio Cic. Off. 1, 13 c. 4. Idem Tuſc. 1, 95 Totamque vim bene viuendi in animi robore ac magnitudine, vt in omnium rerum humanarum contemtione ac deſpicientia, et in omni virtute ponamus. *Conf.* Non. 3, 70. Caeſ. Bell. Gall. 5, 49, 7 Vt in ſummam contemtionem hoſtibus veniat. Curt. 10, 5, 29.

CONTEMTIM. Adu. [ὑπερόπτα] Plaut. Poen. 3, 1, 34 Ne nos tam contemtim conteras. Contemtim deiicere aliquem Lucret. 5, 1124. Vagari contemtius Tacit. Hiſt. 3, 47, 5. Contemtim audire minas Liu. 2, 35. De iure differere Idem 2, 56. Contemtim eludere Curt. 9, 7, 19. Elidi contemtius Sen. de Breu. vit. c. 11. Magnifice de ſe et contemtim de aliis loqui Liu. 9, 41. Scribere alicui Tacit. Hiſt. 3, 9, 9.

CONTEMPERO, āre. Apic. 4, 2 In patina, quae inuicem contemperentur. *Add.* Marcell. Empir. c. 16.

CONTEMPERATVS, a, um. Partic. Vitruu. 9, 4 Sol, quae propiora ſunt, contemperata habet.

CONTEMPLOR, āri. [θεωρέω, κατανοέω] *Deponens*, dictum (*vt ait* Feſtus) a Templo, id eſt loco, qui ab omni parte adſpici, vel ex quo omnis pars videri poteſt, quam antiqui templum nominabant. *Itaque* Contemplari *eſt adſpicere, et diligenter intueri, et tum de oculis corporis, tum de mente accipitur.* Ter. Phorm. 1, 4, 33 Voltum contemplamini. Mirari noli, neque me contemplari Plaut. Poen. 5, 3, 10. Contemplari animo quod oculis non cernitur Cic. pro Deiot. 40 c. 14. Contemplari lituras codicis Cic. Verr. 3, 41. Secum conſiderare et contemplari aliquid Idem Off. 1, 153 c. 43. Omni acie ingenii Id. de Orat. 1, 151. Oculis contemplari caeli pulchritudinem Cic. Nat. Deor. 2 c. 38 *extr.* Idem de Nat. Deor. 2, 4 Quum caelum ſuſpeximus, caeleſtiaque contemplati ſumus. *Et* pro Flacc. 26 Totam cauſam quam maxime intentis oculis (vt aiunt) acerrime contemplemini. Intueri et contemplari Cic. pro Planc. 2. Numos contemplari Hor. Serm. 1, 1, 67.

CONTEMPLATVS, a, um. Partic. *Actiue* Curt. 4, 8 Alexander loci naturam contemplatus. *Add.* Id. 3, 4, 11. *et* 6, 14, 14. *Paſſiue apud* Ammian. 31, 15 Scriptis recitatis et contemplatis. *Conf.* Id. ib. c. 5. *et* 23, 5. *Nempe*

CONTEMPLO, āre. [θεωρέω] *Actiuum, ſaepius apud Plautum legitur: vt* Amph. 1, 1, 285 Quum illum contemplo, et formam agnoſco meam. *Item* Perſ. 4, 4, 15. Epid. 3, 3, 2. Plaut. Aſin. 3, 1, 35 Meum caput contemples, ſi quidem e re conſultas tua. *Laudat hunc verſum* Gell. 18, 12. Ennius *apud* Varr. L. L. 6, 2 Contempla et templum Cereris ad laeuam adſpice. *Vid. et* Non. 7, 11.

CONTEMPLANS, antis. Part. [θεωρῶν] Cic. de Senect. 55 Cuius quidem ego villam contemplans (abeſt enim non longe a me) admirari ſatis non poſſum. *Conf.* Curt. 8, 10.

CONTEMPLATIO, ōnis. f. [θεώρησις] *Vt*, Contemplatio rerum occultiorum Cic. de Fin. 4. Res diligenti contemplatione digniſſima Idem de Natur. Deor. 1 c. 19. Rerum naturae contemplatio Celſ. 1 praef. Conſideratio contemplatioque naturae Cic. Acad. 4, 127 c. 41. Quinctil. 2, 18, 4 Eſt aliquis etiam ex ſecretis ſtudiis fructus, ac tum pura voluptas literarum, cum ab actu, id eſt opere receſſerunt, et contemplatione ſui fruuntur. Plin. Epiſt. 2, 1 Volui tibi multa alia ſcribere, ſed totus animus in hac vna contemplatione defixus eſt. Petron. 12 Aſcyltos iniecit contemplationem ſuper humeros ruſtici emtoris. *Add.* Curt. 10, 9, 7. ¶ 2 *Idem eſt quod reſpectus:* Quam ſcelerum ſuorum ſuppliciis liberorum contemplatio vindicauerat Iuſtin. 7, 5, 7. Iulianus in l. Si pupilli §. Item ſi procuratori D. de negotiis geſtis. Item ſi procuratori tuo mutuam pecuniam dedero, tui contemplatione, vt creditorem tuum vel pignus tuum liberet, *etc.* Gerere negotia alicuius non contemplatione eius, ſed ſui lucri cauſa Iulianus in l. Si pupilli §. Sed et ſi quis D. de Negotiis geſtis. Papinian. in l. Arboribus D. de Contrahen. emt. et vendit. Arboribus quoque vento deiectis vel abſumtis igne, dictum eſt, emtionem fundi non videri eſſe contractam, ſi contemplatione illarum arborum, velut olineti, fundus comparabatur.

CONTEMPLĀTOR, ōris. m. [θεωρητής] *Vt*, Contemplator caeli ac deorum Cic. Tuſc. 1, 69 c. 28 *extr.* Animus contemplator admiratorque mundi Sen. *ad* Helu. c. 8. *Conf.* Virg. Georg. 1, 187. *et* 4, 61. Lucret. 2, 113. *et* 6, 188.

CONTEMPLATRIX, īcis. f. Ars contemplatrix alicuius rei Celſ. praef. l. 1. Diſciplina contemplatrix bonorum Apul. Dogm. Plat. 2 p. 16.

CONTEMPLĀTVS, ûs. m. [θεωρία] *Idem quod Contemplatio.* Ouid. Triſt. 5, 7, 66 Sic animum tempusque traho, meque ipſe reduco A contemplatu ſemoueoque mali. Macrob. in Somn. Scip. 1, 1 Pro contemplatu probi improbiue meriti, *i. reſpectu.*

CONTEMPLATIM. Adu. In Notis Tironis p. 133.

CONTEMPLATĪVVS, a, um. Adi. [θεωρητικός] Sen. Ep. 95 Ars nulla contemplatiua ſine decretis ſuis eſt, philoſophia autem contemplatiua ſimul eſt et actiua.

CONTEMPLATORIVS, a, um. Adi. στοχαστικὸς Gloſſ. Cyrill.

CONTFMPORANEVS, a, um. Adi. [σύγχρονος] *Eiuſdem temporis.* Gell. 19, 14 Contemporaneos fuiſſe Caeſari et Ciceroni, M. Varronem et P. Nigidium.

CONTEMPORĀLIS, e. Adi. *Idem.* Tertull. adu. Herm. 6 Inter contemporales ordo non eſt.

CONTEMPŌRO, āre. *Eodem tempore eſſe, vel agere aliquid.* Tertull. de Reſur. Carn. c. 45 Contemporant foetu, coaetaneant natu.

CONTENDO, di, ſum *et* tum, ĕre. [συντείνομαι, διατείνομαι] *Totis viribus tendere vel intendere: neruos ſuos omnes tendere: vires omnes adhibere.* Contendere poplitem, *i. Intendere, vehementer extendere* Hor. Serm. 2, 7, 97. Virg. Georg. 4, 412 Tanto nate magis contende tenacia vincla. Cic. Tuſc. 2, 57 c. 24 Baliſtae lapidum et reliqua tormenta telorum, eo grauiores emiſſiones habent, quo ſunt contenta atque adducta vehementius. Ilia riſu contendere Ouid. de Arte Am. 3, 285. *Metaphor.* Ouid. ex Pont. 1, 5, 11 Non libet in tales animum contendere curas. ¶ 2 Contendere, [πορεύεσθαι] *Proficiſci, neruos, vires, inceſſum, curſum contendere: et fere cum* Ad *conſtruitur.* Cic. Verr. 1, 67 Haec vbi filio nuntiata ſunt, ſtatim exanimatus ad aedes contendit, vt ei vitae patris, et pudicitiae ſororis ſuccurreret. Plaut. Ciſtel. 2, 1, 58 Sed quis hic eſt qui recta platea curſum huc contendit ſuum? Curſum contendere ad aliquem Virg. Aen. 5, 834. Contendere iter conſtitutum Cic. pro Roſc. Amer. 97. Salluſt. in Iugurth. 13 Ex praelio fugit in prouinciam, ac deinde Romam contendit. Nonius 4, 68 ex Cic. de Repub. Sed audiſſe te credo, tum vero Platonem Socrate mortuo primum in Aegyptum diſcendi cauſa, poſt in Italiam contendiſſe. Contendere magnis itineribus in Italiam Caeſ. Bell. Gall. 1, 10. Magnis itineribus ad exercitum Afranii contendit Idem Bell. Ciuil. 1, 37. In orbem diuerſum fama contendere, *i. nomen ſuum apud exteras nationes propagare* Ouid. ex Pont. 1, 5, 67. Curt. 3, 7 At Darius, nuntio de aduerſa eius valetudine accepto, celeritate quanta poterat tam graue agmen ad Euphratem contendit. ¶ 3 *Sed generatim* Contendere *eſt vehementer niti.* Virg. Aen. 1, 162 Quae proxima litora curſu Contendunt petere. Cic. pro Muraen. 65 Vt quum ad vltimum animo contendiſſemus, ibi tamen, vbi oporteret, conſiſteremus. Idem Off. 3, 42 Qui ſtadium currit, eniti et contendere debet quammaxime poſſit, vt vincat. *Et* Off. 3, 6 Quare quantum conniti animo potes, quantum labore contendere, *etc.* tantum fac vt efficias, *etc.* Dyrrhachium petere contendit Cic. pro Planc. 97. Contra vim grauitatemque morbi contendit, vt ad caſtra perueniret Cic. Philipp. 9, 15. Idem pro Sext. 5 Contendamque (ſi modo id conſequi potero) vt in hac cauſa atque vniuerſa defenſione, nihil a me quod, *etc.* praetermiſſum eſſe videatur. Contendit, vt ad caſtra perueniat Cic. Philipp. 9, 15. Viribus contendere Lucret. 3, 784. Maximis laboribus et periculis ad ſummam laudem gloriamque contendere Cic. Philipp. 14, 32 c. 12. *Plenae ſunt, et reliquarum intelligentiam iuuant eae formulae, in quibus* Neruorum *mentio fit, vt* Cic. Verr. 3, 130 Omnibus enim neruis mihi contendendum eſt, atque in hoc elaborandum, vt omnes intelligant. Idem Fam. 15, 14 De me autem idem tecum his ago literis, quod ſuperioribus: vt omnes tuos neruos in eo contendas, ne quid mihi ad hanc prouinciam, quam, *etc. i. Omnes tuas vires impendas.* *Sic* Contendere neruos aetatis induſtriaeque ſuae in re aliqua Cic. Act. 1 in Verr. 35. Id. Off. 2, 45 Magna ſpectare, et ad ea rectis ſtudiis debent Contendere. Fruſtra Virg. Ecl. 7, 69. ¶ 4 *Dicitur etiam* Contendere aliquid ab aliquo, *i. Vehementer petere.* Cic. Fam. 13, 8 Non erat cauſa, cur a te hoc tempore aliquid contenderem. Idem Fam. 12, 29 Sed a magiſtris quum contenderem de proferendo die, probauerunt mihi, *etc.* *Et* ad Brut. 14 Quare omni ſtudio a te, mi Brute, Contendo, vt Ciceronem meum ne dimittas. Cic. Act. 1 in Verr. 29 Ita manifeſtas proferam, vt nemo a vobis, vt iſtum abſoluatis per gratiam, conetur Contendere. Idem Q. Frat. 3, 1, 5 Pompeius a me Valde contendit de reditu in gratiam. Plurimis verbis aliquid ab aliquo Id. de Orat. 1, 166. Verecunde aliquid ab aliquo Cic. Fam. 2, 6. Is magiſtratus ſumma ambitione a populo contenditur Idem Verr. 2, 31 c. 53. *Affine eſt* Cic. pro Ligar. 6 c. 3 Quantum potero, voce contendam, vt hoc Pop. Rom. exaudiat. *Magis etiam huc pertinet, quod* Contendere, pro Extorquere, *poni ait* Nonius 4, 68 Turpilius Lemniis, Habet poteſtatem — pretio contendas, vt redemto Phaedria liceat redire antiquam in conſuetudinem. *Sic* Varro, Contendere honores *dixit ibid. i. ſtudio ſuo et ambitione impetrare.* *Sic* ¶ 5 Contendere, *pro Defendere, et affirmare.* Contendere auſim Dial. de Orat. 8, 1 Quum neminem hoc tempore oratorem eſſe contenderes Ibid. 15, 1. Ad Ephoros acceſſit, atque apud eos contendit Nep. 2, 7, 2. Vere videor poſſe contendere Id. 25, 12, 4. *Add.* 15, 8, 1. Celſus 1 praef. Si manantia corpuſcula per inuiſibilia foramina ſubſiſtendo iter claudunt, vt Aſclepiades contendit. *Idem paullo poſt,* Sed ne ad haec quidem aditum fieri potuiſſe, niſi ab aliqua ratione contendunt. *Add.* Scribon. Ep. ad Calliſt. *it.* Comp. 38. ¶ 6 Contendere, [ἐρίζειν, ἀμφισβητεῖν, φιλονεικεῖν] *Certare.* Cic. Att. 14, 13 Quod ſi duriorem te eius miſerae et afflictae fortunae praebes, non contendam ego aduerſus te. Hor. Epiſt. 1, 18, 28 Mihi contendere noli. Certare ingenio, contendere nobilitate Lucret. 2, 11. Cic. pro Cluent. 7 Itaque feci, ſic Pugnaui, ſic omni ratione contendi, ſic ad omnia confugi, quantum ego aſſequi potui, remedia, *etc.* Contendere aliquid contra aequitatem. Idem Off. 27 c. 20 Extremum autem praeceptum in beneficiis, operaque danda eſt, ne quid contra aequitatem contendas, ne quid pro iniuria. Contra naturam vniuerſam nihil contendamus Id. Off. 1 c. 31. Contendunt verbis inter ſe, non pugnis Cic. in Parad. 3. Idem pro Quint. 92 c. 30 Si Cauſa cum Cauſa contenderet, nos noſtram perfacile cuiuis probaturos ſtatuebamus, quod vitae ratio cum vitae ratione decerneret. Cauſam contra aliquem Lucret. 4, 473. Cic. Off. 1, 38 Vt enim quum ciuiliter contendimus, aliter ſi eſt inimicus, aliter ſi eſt competitor. Idem Tuſc. 3, . . Ita credo, de honore aut de dignitate contendimus. Caeſ. B. G. 5, 43 Omnibusque annis de loco ſummis ſimultatibus contendebant. Cic. Diu. in Caec. 18 Ecquis vnquam tam palam de honore, tam vehementer de ſalute ſua contendit, quam ille, aut illius amici? De amplitudine humilitas cum dignitate contendit Idem pro Roſc. Amer. 136. *Et* pro Caecin. Qua de re decertari oporteret, non contendere Armis. Armis cum aliquo Cic. Att. 7, 9. Virg. Aen. 4, 108 Aut tecum malit contendere bello? Curſu Ouid. Met. 4, 303. Inimiciſſime atque infeſtiſſime Cic. pro Quint. 66. Idem Att. 16, 14 (15) Ego ſi me non improbiſſime Dolabella tractaſſet, dubitaſſem fortaſſe, vtrum remiſſior eſſem, an ſummo iure contenderem. Iure cum aliquo Id. pro Quint. 96. Iurgio cum aliquo Cic. de Clar. Orat. 246. Lite de re aliqua Quinctil. 3, 4. Ludo cum aliquo, *i. Ludendo certare* Virg. Aen. 6, 643. Marte Idem Aen. 9, 518. Muneribus cum aliquo Martial. 7, 41. Pedibus cum aliquo Ouid. Met. 10, 570. *h. e. Curſu certare.* Pignore aliquo Catul. 42, 4. Cic. Fam. 7, 33 Vt Sacramento contendas mea non eſſe. Verbis Ouid. Met. 13, 9. Verſibus alternis Virg. Ecl. 7, 18. Vi ſumma impetuque contra aliquem Cic. de Finib. 3, 66. Idem Verr. 2, 52 Iam in tanta iſtius impudentia remittendum aliquid videtur, ne omnia contendamus, ne omnia cum dolore agere videamur. Propert. 1, 14, 7 Non

Non tamen iſta meo valeant contendere Amori: Neſcit amor magnis cedere diuitiis. Hirundo contendit cycnis, *i. Indoctus certat cum docto*, Lucret. 3, 6. ¶ 7 Contendere *eſt* Comparare Tacit. Ann. 4, 32 Nemo noſtros Annales cum ſcriptura eorum contenderit, qui veteres Populi Romani res compoſuere. Cic. Catill. 2, 25 c. 11 Neque vero caeteras copias, ornamenta, praeſidia veſtra, cum illius latronis inopia atque egeſtate debeo conferre. Sed ſi, his rebus omiſſis, ipſas cauſas, quae inter ſe confligunt, contendere velimus: ex eo ipſo, quam valde illi iaceant, intelligere poſſumus, *etc.* Quidquid tu contradixeris, id cum defenſione noſtra contendito: ita facillime cauſa S. Roſcii cum tua conferetur Cic. pro Roſc. Amer. 5 c. 33. Tacit. Ann. 13, 3, 4 *de oratione ab Annaeo Seneca compoſita, qua Nero Claudium ipſo funeris die laudauit*, Adnotabant ſeniores, quibus otium eſt vetera et praeſentia contendere, primum ex iis, qui rerum potiti eſſent, Neronem alienae facundiae eguiſſe. Apuleius Apologia p. 278, 40 Et quid tam petulans habent omnes verſus mei, ſi cum iſto vno contendantur? Auſonius in Gratiarum actione 14, 3 Non ego me contendo Frontoni, ſed Antonino praefero Gratianum.

CONTENTVS, a, um. Part. [συντεταμένος] *Intentus: cuius contrarium* Remiſſus. Cic. Tuſc. 2, 54 Vt onera contentis corporibus facilius feruntur, remiſſis opprimunt. Ouid. Met. 6, 286 Sonuit contento neruus ab arcu. *Vid. Burm. ad* Ouid. A. A. 2, 191. Tela contenta arcu parato Virg. Aen. 5, 513. Contentus *et* Laxus, *contraria* Hor. Serm. 2, 7, 20. Virg. Georg. 3, 536 Monteſque per altos Contenta ceruice trahunt ſtridentia plauſtra. *Sic Heinſ.* Legitur et Extenta. Cic. pro Muraen. 33 Quum contento curſu, hoſtium claſſis Italiam peteret. Cic. de Fin. 4, c. 27 Vt, inquit, in fidibus plurimis, ſi nulla earum ita contenta numeris ſit, vt concentum ſeruare poſſit, omnes aeque incontentae ſint; ſic peccata, quia diſcrepant, aeque diſcrepant: paria ſunt igitur. Hic ambiguo ludimur: aeque enim contingit omnibus fidibus, vt incontentae ſint; illud non continuo, vt aeque incontentae. Oculi contenti Suet. Tiber. c. 7. Poplite contento praelia *gladiatorum* Hor. Sat. 2, 7, 97. Cic. pro Sext. 23 c. 6 Ad Tribunatum, quia ipſe ad ſeſe iamdudum vocat, contento ſtudio, curſuque veniamus. Voce contenta atrociter dicere, et ſummiſſa leniter Cic. in Orat. 56. *Compar.* Aut rapax aut feritate contentior Ammian. 23, 11. *Superl.* Contentiſſima voce clamitare Apul. Mileſ. 4 p. 147.

CONTENTVS, a Contineo, *vid.* CONTINEO.

CONTENTVRVS, a, um. Part. Lucil. lib. 27 Tu Lucilium credis contenturum, quum me ruperim, ſumma omnia fecerim? Nonius 2, 149.

CONTENTE, ius, iſſime. Adu. [συντεταμένως] Cic. Tuſc. 5, 97 c. 34 Socratem ferunt, quum vſque ad veſperum contentius ambularet, *etc.* Contente pro ſe dicere Cic. Tuſc. 2, 57 c. 24 Plaga hoc grauior, quo eſt miſſa contentius *ibid.* *Metaphora a frenis ducta*, Contente arcteque aliquem habere Plaut. Aſin. 1, 1, 64. Contentiſſime clamitare Apul. Flor. 1 p. 345.

CONTENTIO, ōnis. f. [διάτασις] *Contendendi actus, Vehementia, Conatus ad aliquid agendum.* Cic. Off. 1, 87 Miſerrima eſt omnino ambitio, honorumque contentio. Impetus dicendi contentioque Cic. pro Deiot. 6. Id. de Orat. 2, 212 c. 53 Aſperitas contentionis oratoris ipſius humanitate conditur; remiſſio autem lenitatis quadam grauitate et contentione firmatur. Cic. de Senect. 82 Otioſam et quietam aetatem ſine vllo aut labore, aut contentione traducere. Cic. de Orat. 3, 5 Permulta tum vehementiſſima contentione animi, ingenii, virium ab eo dicta eſſe conſtabat. Animi magna, vocis parua contentio Cic. de Clar. Orat. 234. Id. de Orat. 2, 22 Verum otii fructus eſt non contentio animi, ſed relaxatio. Cic. in Hortenſ. . . . Magna etiam animi contentio adhibenda eſt explicando Ariſtotelem, ſi leges. *h. e. Intendendae ſunt ingenii vires.* Animoſa contentione aliquid perdiſcere Firmic. 6, 31. Cic. de Orat. 3, 222 Nihil pernicioſius, quam effuſa ſine intermiſſione vocis contentio. Contentio orationis plurimum valet, et maiorem vim habet ad gloriam Cic. Off. 2, 48. Plin. Pan. 82 Seriarum laxamenta curarum Vitiorum contentione ſupplere. Vocis contentio, *et* vocis Remiſſio *opponuntur* Cic. de Orat. 2, 212. Ad populum ſumma contentione dicere Id. de Clar. Orat. 80. Oratio non magnae in dicendo contentionis Cic. pro Cluent. 2 c. 1. Pugna ſumma contentione pugnata Cic. pro Muraen. 14. Id. de Orat. 1, 255 Neque minus haec tamen tua grauiſſimi ſermonis lenitas, quam illa ſumma vis et contentio probatur. ¶ 2 Contentio, [ἀμφισβήτησις, ἔρις] *Concertatio.* Cic. Acad. 4, . . . Haec autem eſt vna contentio, quae adhuc permanſerit. Cic. Fam. 2, 12 Ex eo quidam ſuſpicati fortaſſe ſunt, Animorum contentione, non opinionum diſſenſione me ab eo diſcrepare. Liu. 10, 23 Breuis altercatio inde ex iracundia muliebri in contentionem Animorum exarſit. Cic. pro Sext. 58 c. 27 Antiochum illum magnum, maiores noſtri magna belli contentione terra marique ſuperatum, intra montem Taurum regnare iuſſerunt. Libertatis dignitatiſque Liu. 4, 6 *extr.* Caninae contentionis iurgioſa certamina Firmic. 4 in princ. praefat. *de cauſis forenſibus.* Grauitatis et ponderum contentio Cic. de Nat. Deor. 2, 116. Abeſſe a contentione Caeſ. ſub Cic. ad Att. 10, 8. Decertare cum aliquo contentione dicendi Cic. Philipp. 2, 2. Cic. . . . Noſtras contentiones Reſp. diiudicauit. Excitare Cic. pro Cluent. 9. Habere cum aliquo Id. de Legib. 3, 25. Honoris contentio Cic. pro Muraen. 8. Medicorum contentiones Scribon. Ep. . . *Conſ.* Rhod. in Lex. Scribon. Cic. de Opt. gen. Orat. 20 Habet enim et legum interpretationem ſatis acutam in vtramque partem, et meritorum in Remp. contentionem ſane grauem. Accurata et inimicitiis incenſa Cic. de Opt. gen. Orat. 22. Acerrima Cic. in Orat. . . . Inter praetores magna fuit contentio Nep. 1, 4, 4. Cic. Acad. 4, 132 c. 43 Eſt enim inter eos non de terminis, ſed de tota poſſeſſione contentio. Impendet ſumma inter eos Cic. Att. 7, 1. Non mediocris Quinct. 5, 13. Fortunarum facere Cic. in Piſon. 51. Manet, *vid.* MANEO. Multae magnaeque contentiones mihi cum aliquo ſunt Cic. Phil. 2 c. 3 *extr.* Id. Diu. in Caec. 62 Neque fere vnquam Venit in contentionem de accuſando, qui Quaeſtor fuiſſet, quin repudiaretur. Res etiam dicitur venire in contentionem Cic. pro Quint. 24 c. 6. Vocare in contentionem Id. pro Muraen. . . . ¶ 3 Contentio, [σύγκρισις] *pro Comparatione et aeſtimatione.* Cic. pro Lege Manil. 36 Summa enim omnia ſunt Quirites, ſed ea magis ex aliorum contentione, quam ipſa per ſeſe cognoſci atque intelligi poſſunt. Contentio ipſorum hominum facienda Cic. pro Planc. 18. Cic. Off. 1, 58 Sed ſi contentio quaedam et comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum ſit officii: principes ſunt patria et parentes, quorum beneficiis maxime obligati ſumus, proximi liberi, *etc.* Contentio, *apud Rhetores, vt definit* Cicero, *eſt*, Quum ex contrariis rebus oratio conficitur, hoc pacto, Habet aſſentatio iucunda principia: eadem exitus amariſſimos affert. De Oratore et in Topicis. *Vid. et* Auct. ad Her. 4 c. 15. 18. 45.

CONTENTIOSVS, a, um. Adi. [ἐριστικός] *Contentionis plenus.* Plin. Epiſt. 2, 19 Oratio de qua loquor, pugnax et contentioſa eſt. Iuriſdictio l. 2 D. de offic. proc. Contentioſus paſſiue, *quod fit pertinaciter* Quinctil. Declam. p. 104 *Burm.* Auidiſſimam moriendi cupiditatem contentioſa mendicitate fallebam. Quid eſt contentioſius, quam vbi de re conſtat, certare de nomine Auguſtin. Ep. 174.

CONTENTIOSE. Adu. [ἐριστικῶς] *Vt*, Contentioſe dicere, *i. Pertinaciter*, Hieronym. adu. Iouin. 2, 10. *Add.* Id. Ep. 135 ad Iuniam et Fretill. Contentioſius loqui Quinct. Decl. 18 p. 354. *Add.* Hieron. Ep. 126 ad Damaſ. qu. 2. Auguſtin. Ep. 10, 4 ad Hieron. Contentioſiſſime Id. de C. D. 20, 1.

CONTENTO, āre. Frequentat. *a Tendo.* Si quis te contentauerit per vnum milliare Vulgat. Matth. 5, 41 ἀγγαρεύσει.

CONTENEBRO, āre. [σκοτίζομαι] *Neutrum verbum.* Varro de R. R. 2, 2, 11 Ab occaſu paruo interuallo interpoſito ad bibendum appellunt, et rurſus paſcunt, quoad contenebrauit, *i. Vſque ad tenebras.*

CONTENEBRĀTVS, a, um Partic. Tertull. de Ieiun. c. 10. Alcim. Auit. Ep. 33. P. Chryſolog. Serm. 87.

CONTENEBRESCO, ĕre. Auguſtin. *ap.* Goclen. Problem. Gramm. 1, 49 p. 41. Vulgata Ierem. 13, 16.

CONTENTE, *a* Contineor, *vid. ſuo loco.*

CONTEREBRO, āre. Oſſa Cael. Aurel. Tard. 2, 3.

CONTERMĬNO, āre. Ammian. 14, 6 Per municipia, quae iiſdem conterminant. Quibus Arabes beati conterminant Id. 23, 24.

CONTERMĬNVS, a, um. Adi. [ὅμορος] *Finitimus et vicinus: quaſi ad eoſdem terminos habitans.* Columel. 1, 3, 7 Niſi Autolycus ille cuiquam potuit tolerabilis eſſe conterminus, aut Auentini montis incola Palatinis vllum gaudium ſuis Cacus attulit. Pellere conterminos Plin. 2, 68. Contermina Indis gens Ariana Plin. 12, 8. *Et* 3, 26 His contermini Rheti. Ponto contermini Scythae Ib. Alexandria Africae Mela 1, 9 *extr.* Caedis contermina Sil. 5, 510. *vbi plura Poëtarum loca dat Drakenborch.* Ciuitas Tacit. Hiſt. 4, 67. Fonti contermina ſacro Sil. 8, 39. Flumen Tacit. Ann. 13, 57. Gens Tacit. Germ. 36, 4. Contermina Germania Scythiae Plin. 8, 15. Menſis Phrygiae contermina matri Ouid. Faſt. 2, 55. Natio Tacit. Ann. 15, 1. Stabula ripae contermina Ouid. Met. 8, 552.

CONTERNO, āre. *A ternis dicitur, vt a binis combinare, ternos coniungere.* Si permiſſum erit, vt intra conuenientes conternentur, conternati ſortiri debent Hygin. de Limit. p. 191 *Goeſ.*

CONTERNANS, antis. Part. Vitula conternans Vulgat. Eſai. 15, 5. *i. trima.*

CONTERNATIO, ōnis. f. Conternationes factae, conternationum ſortitio *etc.* Hygin. de Limit. p. 191 *Goeſ.*

CONTĔRO, triui, trītum, ĕre. [συντρίβω] *In minutias terendo redigere, vel metaphor. conſumere, et impendere.* Varro de R. R. 2, 7 Si faſtidium ſaliendi eſt, ſcyllae modicum conterunt cum aqua. In mortario Cato R. R. c. 95. Conterere radicem in puluerem Plin. 26, 11. Ouid. Med. Fac. 89 Haec vbi contriris (*contr. pro contriveris*) per denſa foramina cerne. *Al.* Contereris. Librum conterere legendo Cic. Fam. 9, 25. Aetatem in piſtrino Plaut. Bacch. 4, 6, 1. Aetatem in litibus Cic. de Legib. 1, 53. Boues, *i. fatigare et macerare laboribus* Lucret. 2, 1161. Ter. Hec. 5, 3, 17 Ita curſando, atque ambulando totum hunc contriui Diem. Diem in arte aliqua Propert. 2, 1, 46. Cic. Verr. 5, 26 Ita diei breuitas conuiuiis, noctis longitudo ſtupris et flagitiis conterebatur. Ferrum vſu Ouid. de Arte Am. 3, 91. Iniurias voluntaria obliuione conterere Cic. Fam. 1, 9. Maiorem partem aeui ſomno Lucret. 3, 1060. Plaut. Moſt. 3, 1, 14 Quid ego huc recurſem? aut Operam ſumam, aut conteram? *i. perdam.* Operam fruſtra Ter. Phorm. 1, 4, 32. Otium et tempus in ſtudiis Cic. de Amicit. 104 c. *vlt.* Plaut. Moſt. 4, 2, 68 Is vel Herculi (*lucrorum*) conterere quaeſtum poſſet. Plin. Epiſt. 1, 13 Tempus audiendis fabulis conterunt. Tempus fruſtra Cic. pro Roſc. Com. 41. Ter. Adel. 5, 4, 15 Contriui in quaerendo Vitam atque aetatem meam. Apud pauperes ambitioſos pluribus, et diuerſis officiis ſupellex conteritur Quinctil. 2, 4. Conterere ſe in muſicis, Geometria, numeris, aſtris Cic. de Fin. 1, 72 c. 21 *extr.* Conteri in cauſis et foro Cic. de Orat. 1, 249. Conterere aliquem oratione Plaut. Ciſt. 2, 3, 65. Quae ſunt horum temporum, ea iam contriuimus Cic. Att. 9, 4. *i. frequenter commemorauimus.*

CONTERENS, entis. Part. Vulg. Ierem. 23, 29.

CONTRĪTVS, a, um. Partic. [συντετριμμένος] Plin. 20, 13 Datur et dyſentericis cum caſeo in vino contrita. Contrita rubi vel myrti folia Celſ. 3, 19. Contritus liber Scribon. 174. *i. ſubtiliſſime tritus cortex.* *Metaph.* Cic. de Orat. 1, 137 c. 31 Non negabo me iſta omnium communia et contrita praecepta didiciſſe. Nullo praemio propoſito praeter hoc, quod iam contemtum et contritum putatur, iudicium bonorum Cic. pro Sext. c. 40. Id. de Finib. 2, 10 An verum eſt hoc vetuſtate contritum prouerbium, *i. Vulgatum apud antiquos.*

CONTRITIO, ōnis. f. *apud Theologos.* [συντριβή] Gloſſ. Lat. Gr. Vulg. Ieſ. 15, 5 *etc.* Lactant. 7, 18 Erit preſſura et contritio. *Legitur et in* Quinct. Declam. 15, 10 p. 317 *Burm.* Spem gaudia parant, aduerſa contritionem. *Sed locus eſt corruptus.* Contentionem *probant Gron. et Obrechtus.* Contritionem illi praebebimus Sen. Controu. 1, 1. *Sed* concionem *Gron. quod vnice verum.*

CONTEROBROMIVS, a, um. Adi. Libyamque oram omnem conterobromiam Plaut. Curc. 3, 76. *vbi multum vini conteritur i. conſumitur.*

CONTRĪTOR, ōris. m. [συντρίπτης] *Seruile conuicium.* Plaut. Perſ. 3, 3, 14 Contritor compedum. *i. frequenter ob malefacta compedibus detentus.*

CONTERRANEVS, a, um. Adi. [πατριώτης] *Qui ex eadem terra eſt, quapropter* Catullum conterraneum ſuum Plin. in praefat. 1 *vocat, qui non Veronae, ſed in Benaci inſula natus erat. Vid. Scalig. in Euſeb. p. 190.*

CONTERREO, ui, ĭtum, ēre. [φοβέω] *Vehementer terreo, Perterreo.* Liu. 10, 18 Nouum pugnae conterruit genus. Conterret latratu canis aduenientem Columel. 7, 12. Conterrere vultu, adſpectuque loquacitatem alicuius Cic. de Orat. 1, 214 c. 49. Pectora metu Lucret. 2, 623. Adſpectu conterritus haeſit Virg. Aen. 3, 597. Conterritus corporis cruciatu Vlp. in l. 3 D. ex quib. cauſ. maior. Regina pugnae conterrita ſorte Virg. Aen. 12, 54. Conterrita ſurgo Ouid. Heroid. 10, 13. Metu conterriti complures A. B. Hiſp. c. 22.

CONTESSĔRO, āre. Tertull. adu. Haeret. 36 Cum Africanis eccleſiis conteſſerarit. *i. amicitiam coluerit: ſumtum ab hoſpitum ſedere, qui ſe Symbolis mutuo datis, i.* teſſeris, *agnoſcerent.*

CONTESSERATIO, ōnis. f. Tertull. adu. Haeret. 20 Conteſſeratio hoſpitalitatis.

CONTESTOR, ari. [διαμαρτύρομαι] *Idem quod Obteſtari, praeſentibus teſtibus, appellatis certe et memoratis, aliquid denuntiare, vel petere, precari.* Cic. Verr. 4, 67 Deos, hominesque conteſtans, clamare coepit. Cic. Fam. 6, 10 De me tibi ſic conteſtans omnes Deos confirmo atque promitto. Idem pro Flacc. 102 Quum ego te Flacce, caelum, terramque conteſtans, flens flentem obteſtabar. Apul. Apol. p. 292, 24 Tunc denique te, Claudi Maxime, et omnes qui adſunt conteſtabor, puerum illum — non mea culpa — patruo potius quam fratri ſimilem futurum. Conteſtari Litem, Feſto, dicuntur duo, aut plures aduerſarii, quod ordinato iudicio, vtraque pars dicere ſolet, teſtes eſtote. Impp. Seuer. et Antonin. l. 1 C. de Litis conteſtat. Lis tunc conteſtata videtur, cum iudex per narrationem negotii cauſam audire coeperit. Cic. pro Roſc. Com. 53 c. 18 Qui per ſe litem conteſtatur, ſibi ſoli petit: alteri nemo poteſt, niſi qui cognitor eſt factus. *Add.* Id. Att. 16, 15. *c. not. Manut.* Feſt. in Reus. Sen. Ep. 13. Gell. 5, 10 Protagoras petere inſtitit ex pacto mercedem, litem cum Euathlo conteſtatur. Paullus in l. ſeruus. D. de his, qui notantur infamia, Non ſuo nomine condemnatur, quippe quum initio lis in eum conteſtata non ſit. Lis conteſtata inter primum et ſecundum Vlp. in l. 1 D. de litigioſis. Conteſtatam litem cum aliquo habere Cic. pro Roſc. Com. 35 c. 12.

CONTESTĀTVS, a, um. Partic. Paſſ. [διαμεμαρτυρομένος] Cic. pro Flacc. 25 c. 11 Quumque ab hac perenni, conteſtataque virtute maiorum non modo non degenerauit L. Flaccus, ſed id, *etc.* Cic. de Diuin. 1, 87 Clariſſimis monumentis conteſtata, conſignataque antiquitas. *Alia exemplaria habent* Teſtata.

CONTESTATO. Adu. *Teſtibus adhibitis.* Vlp. l. 1 §. 7 D. de agnoſc. et alend. liber. Si neque conteſtato dixerit, eam ex ſe praegnantem non eſſe.

CONTESTATIO, ōnis. f. Cic. pro Corn. 1 Petiuit a me maxima conteſtatione. Vlpian. in l. Pomponius ſcribit D. de procuratorib. Ratihabitionis autem ſatisdatio ante litis conteſtationem a procuratore exigitur. *Plura vid. in* LIS.

CONTESTATIVNCVLA, ae. f. Dimin. Sidon. Epiſt. 7, 3.

CONTESTIFĬCOR, āri. Tertull. adu. Gent. c. 1.

CONTEXO, texui, textum, ĕre. [συνυφαίνω, συμπλέκω] *Simul texere, texendo coniungere, et Metaph. coniungere generatim.* Cic. de Nat. Deor. 2, 158 c. 63 Quid enim oues aliud afferunt, niſi vt earum villis confectis, atque contextis, homines veſtiantur? Lilia contexere amarantis Tibul. 3, 4, 33. Plin. Epiſt. 5, 6 Sub his per latus omne, vineae porriguntur, vnamque faciem longe lateque contexunt. Amores contexere *laudatur* Catul. Argon. ſ. 62, 372. *Sed omnes, puto,* Quare agite, optatos animi coniungite amores. Valer. Argon. 2, 108 Puppes tenui contexere canna. Cic. de Legib. 1, 9 c. 3 Neque tam facile interrupta contexo, quam abſoluo inſtituta. Cic. Fam. 5, 12 Deeſſe mihi nolui, quin te admonerem, vt cogitares, coniunctene malles cum reliquis rebus noſtra contexere, an vt multi Graeci fecerunt, *etc.* Cic. pro Cael. 18 c. 8 At longius quidem mihi hoc carmen liceret contexere. Cic. pro Deiot. 19 c. 6 At quam feſtiue crimen contexitur. *vt Conſuere, componere.*

CONTEXENS, entis. Duplici ordine naues contexens Victor. Epit. c. 3.

CONTEXTVS, a, um. Partic. [συνύφαντος] *Vt,* Contextus vimine ſaccus Col. 9, 15, 12. Argento et auro contextus vir, *i. veſte indutus auro et argento contexta* Tibul. 1, 2, 71. Nep. 25, 16, 2 Volumina epiſtolarum *Ciceronis* — ad Atticum — quae qui legat, non multum deſideret hiſtoriam contextam illorum temporum. Oratio Quinct. 9, 4, 19. Contextus equus trabibus acernis Virg. Aen. 2, 112.

CONTEXTVS, ûs. m. [συνύφανσις] Cic. de Finib. 5, 32 c. 11 Pennarumque contextu corpori tegumenta faciebat. *Ex* Accio. Pallad. Oct. 19 Contextu rariore fiſcellae. Factorum dictorumque contextus Quinctil. 3, 7, 15. Lenis et fluens Idem 9, 4, 127. Literarum nomina et contextus Quinct. 1, 1, 24. Operis Val. Max. 5, 4, 7. *Conf.* Petron. c. 20. Contextus querelarum, et Contextus rerum aſperarum Valer. Max. 7, 2. *vbi de Socrate.* Auſonius in Periocha lib. 5 Odyſſ. Qui contextu ratis temere properare nauigationem ſolus aggreditur. Duodecima die tempeſtate commota, infeſtante Neptuno, trabium compago diſſoluitur. Contextus rerum Cic. de Finib. 5, 83. Contextus et continuatio ſermonis Quinctil. 8, 2, 14. 8, 3, 37. Contextum aliquem diſſoluere Lucret. 1, 244. Contextum dicendi intermittere veremur Quinct. 10, 7, 26. Interrumpere Quinct. 11, 3, 39. Idem 11, 2, 28 Contextum verborum continet crebra meditatio. In Contextu Quinct. 8, 4, 8. 9, 4, 55. Contextu longiore loqui Plin. 10, 42. Recto contextu ſcribere literas Quinct. 1, 1, 25. *Nempe ſic* A, B, C *etc.* Vlp. in l. hered. palam, in fine D. de teſtamentis, Vno contextu actionis teſtari oportet, *in vllum alienum actum teſtamento intermiſcere.*

CONTEXTIO, ōnis. f. *Idem quod* Contextus. Boëthius in Topica Ciceronis Comment. 5 Quae eorum natura ſit, propoſitionumque contextio. Rurſus paullo poſt initium lib. 2 De differentiis Topic. Sermonis Auguſt. de Doctr. Chriſt. 3, 3. Macrob. in Somn. Scip. 1, 2 Contextio narrationis. Ibid. 5 *ſub finem,* Quum ergo et contextio ipſius, pari aequalitate procedat, et reſolutio aequaliter redeat vsque ad monadem, *etc.* *Add.* ib. c. 6.

CONTEXTE. Adu. [συνυφασμένως] *Vt,* Omnia naturali colligatione conſerte contexteque fiunt Cic. de Fato 31 c. 14.

CONTEXTIM. *Aliud* Adu. Plin. 10, 53 Turdi in cacuminibus arborum luto nidificantes, paene contextim in ſeceſſu generant. *Add.* Auguſtin. Ep. 112 c. 15.

CONTĬCEO, *antiquum forte, pro quo deinde inualuit* CONTICESCO, ticui, ticĭtum, ĕre. [κατασιγάω] *Omnino vel cum aliis, tacere.* Virg. Aen. 2, 1 Conticuere omnes: intentique ora tenebant. Cic. in Catil. 3, 10 c. 5 Recitatis literis debilitatus atque abiectus conſcientia, repente conticuit. Sil. 1, 139 Fibraeque repente Conticuere. *i. nihil ſigni vel augurii dederunt exta ex diſciplina augurali, quam explicat hic D. Heinſius vid.* EXTA muta. Hiatu muto conticuit Lucan. 5, 132. Molae vacuae conticuere Ouid. Faſt. 6, 348. Tetricae tubae conticuere Martial. 7, 79. Cic. poſt redit. in Senat. 16 c. 7 Saltem dum conticeſceret illa lamentatio et gemitus vrbis. Si quis admouerit aurem, conticeſcent Sen. Ep. 10. Conticeſcebatque paullatim tumultus Liu. 25, 10. *Add.* 2, 29. Aetas nulla de tuis laudibus conticeſcet Cic. pro Marcell. 9 c. 3. Ad caſus aliquos Quinct. 6, 1, 42. Cic. pro Muraen. 22 Simulatque increpuit ſuſpicio tumultus, artes ilico noſtrae conticuerunt. *Sic* Offic. 2, 3 Literae forenſes et Senatoriae conticuerunt. *Et* Bruto 324 c. 94 Perterritum armis hoc ſtudium, Brute, noſtrum conticuit ſubito et obmutuit.

CONTICINIVM, i. n. [κατασιωπή] Varro de L. L. 5, 2 p. 45, 12 Intempeſta nox — Concubium — Silentium noctis. Quod idem Plautus tempus Conticinium. Scribit enim, Videbimus, factum volo. I, redito conticinio. *Et* 6, 4 p. 78, 5 *laudato iterum loco* Plauti ex Aſin. 3, 3, 95, *addit,* Conticinium puto a conticeſcendo dictum, ſiue (vt Opilius ſcribit) ab eo, quod conticuerunt homines. Nonius 1, 313 Conticinium, Noctis primum tempus, quo omnia quieſcendi gratia conticeſcunt. *Add.* Macrob. Sat. 1, 3.

CONTĬFEX, ĭcis. m. *Qui pugnat conto; vbi* Facere *eſt* Occidere; *vt in* Conficere *et* Interficere. Gloſſ. Vet. Contifices παράβολοι. *Inde*

CONTIFICIVM, i. n. Vopiſc. in Probo 19 Qui omnes contificiis interemti ſunt. *Vid. Salmaſ.*

CONTIGNO, āre. [συνδοκόω] *Tigna coniungere.* Plin. 9, 3 Gedroſos qui Arbin amnem accolunt, Alexandri Magni claſſium praefecti prodidere, in domibus fores maxillis belluarum facere, oſſibus tecta contignare, ex quibus multa quadragenûm cubitorum longitudinis reperta. *De belluis Indici maris.* Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 15 Et quidquid eſt contignatum, cratibus conſternitur. Itinera interioribus partibus turrium contignata Vitr. 1, 5.

CONTIGNATIO, ōnis. f. [συνδόκωσις] *Textura trabium ac tignorum.* Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 9. Vitruu. 4, 2 *et ſaepe alias.* Contignationes, *inquit Budaeus, vulgo* Eſtagia *dicuntur: quarum ſupremae, aut etiam ſuperiores,* Coenacula *dicuntur.* στέγαι *Graecis.* Liu. 21, 62 Bouem in tertiam contignationem ſua ſponte eſcendiſſe, atque inde — ſeſe deieciſſe, *inter Prodigia.* Columel. 1, 6, 3 Magna et alta culina ponetur, vt et contignatio careat incendii periculo. Papinian. in l. binas quis D. de ſeruit. vrb. praed. Binas aedes habebat vna contignatione tectas.

CONTIGNVM, i. n. Feſtus; Contignum, eſt Fruſtum carnis cum ſeptem coſtis demtum.

CONTIGVVS, *vid.* CONTINGO.

CONTĬNEO, tinui, tentum, ēre. [συνέχω, ἐπέχω, κατέχω, ἐπισχέω, περιέχω] *Intra ſe, vel totum, vel cum alio Tenere.* Plaut. Rud. 2, 6, 26 Perii: animo maleſit: contine quaeſo caput. Coercet et continet mundus omnia ſuo complexu Cic. de Nat. Deor. 2, 58 c. 22. Cic. Verr. 4, 117 Eorum *portuum* coniunctione, pars oppidi, quae appellatur Inſula, mari disiuncta anguſto ponte rurſum adiungitur et continetur. Cic. Off. 2, 84 c. 24 Nec enim vlla res vehementius Rempublicam continet, quam fides. Homines venis, et neruis, et oſſibus continentur Cic. de Nat. Deor. 2, 59. Phyſica noſtra continentur effectione et materia Id. Acad. 1 c. 2. *vid.* n. 3. Pro Detinere Scribon. 130. Ore et faucibus continere 66. *Sic* Succus contineatur *ore* paullo diutius 55 *et* 57.

¶ 2 Continere *pro Cohibere.* Traianus Plinio Epiſt. 10, 20 Nihil opus ſit, mi Secunde cariſſime, ad continendas cuſtodias plures commilitones conuerti. Belluas immanes ſeptis Cic. Philipp. 13, 5 c. 3. Canes catenis per diem Columel. 7, 12. Caeſ. Bell. Gall. 5, 3 Ad Caeſarem venire noluiſſe, quo facilius ciuitatem in officio contineret. Clauſtris aliquem Claud. de quart. Conſ. Hon. 230. Equos frenis Sen. Hippol. 1055. Exercitum vel equitatum caſtris Caeſ. Bell. Gall. 2, 39. Finibus rerum ſuarum ſe continere Cic. Off. 1, 92. Matronas ſi ſui iuris finibus contineret pudor Liu. 34, 2. Oppida metu magis quam fide continebantur Liu. 30, 20. Id. 27, 15 Conſul interim ſilentio continebat ſuos. *Quam late pateat, oſtendent Subſtantiua elementari ordine poſita:* Aluum Plin. 14, 6. *h. e. Adſtringere et comprimere aluum.* Cic. de Orat. 1, 161 Deinde quum ſpiritus eius eſſet anguſtior, tantum continenda Anima in dicendo eſt aſſequutus, vt, *etc.* Appetitiones animi regere ac continere Cic. Tuſc. 4 c. 9. Ter. Eun. 1, 2, 23 Quae vera Audiui, taceo, et contineo optime. Cibum ſ. cibos Scribon. 104. Corpus profluuio laborans Celſ. 1 Prooem. Cic. de Orat. 2, 222 Nam ea Dicta appellantur proprio iam nomine. Sed vt in Scaeuolam continuit ea Craſſus, *etc.* Cic. de Nat. Deor. 3, 91 A deo immiſſum Dolorem, non conceptum a ſe ipſo continebat. Dolorem tacitum Liu. 40, . . *i. Diſſimulare.* *Contra* Liu. 30, 17 Tacitum continere Gaudium non poterat. Gradum, *i. Subſiſtere* Virg. Aen. 3, 598. Impetum militum Liu. 7, 37. Cic. Fam. 11, 3 Et te miramur, quum haec reticueris, non potuiſſe continere Iracundiam tuam, *etc.* Plaut. Moſt. 3, 2, 135 Vix videtur continere Lacrimas. Cic. Quint. Frat. 1, 1, 9 Quumque ea maxime animum moueat, tamen tibi eſſe diligentiſſime Linguam continendam. Ter. Adelph. 4, 2, 26 Nae ille continebit poſthac, ſi ſapiet Manus. Manus ab aliquo Ouid. Epiſt. 11, 80. Cic. in Catil. 21 Quorum ego vix abs te iamdiu Manus ac tela contineo. Odium in aliquem conceptum iamdiu Idem poſt redit. ad Quir. 1. *Et* de Finib. 4, . . Riſum contine, ſi potes. Vaporem Scrib. 142. Cic. in Catil. 1, 6 Nec priuata domus parietibus continere Vocem coniurationis tuae poteſt, *quo minus ea in publicum erumpat.* Plin. 14, 22 Alii redituras per iugulum Voces non continent. *De temulentis.* Nondum iuuenes declamationibus continebantur Petr. c. 2. Attente diſcipulos iuuenes continere Gell. 19, 1. Aliquem in exercitatione Cic. Fam. 7, 19. *Add. Graeu. ad* Cic. Off. 1 c. 6. Valer. Max. 4, 3, 2. Phaed. 2, 1, 1. *c. not. Schefferi.* In ieiunio aliquem Celſ. 7, 26. Ter. Eun. 5, 2, 20 Vix me contineo, quin inuolem in capillum. Cael. Cic. Fam. 8, 6 Quum praeſertim is ſit, qui ſi pernicioſum ſciret eſſe loqui de hac re, vix tamen ſe contineret. Male ſe continere, *i. vix* Ouid. Met. 4, 351. Continere ſe a ſupplicio, et reprimere Cic. Verr. 5, 73. Continere ſe in aliqua libidine, et in alia ſe effundere Cic.

Cic. in Parad. 3. Continere ſeſe in occulto Caeſ. Bell. Gall. 2, 18. Continere ſe domi aut ruri Ter. Phorm. 2, 2, 16. *Sic* Continere ſe tectis Plin. 11, 10. Nec ſe ſolum intra verba continuit Petr. c. 11. Moenibus vrbis ſe Ouid. Met. 13, 207. Domi, atque intra priuatos parietes aliquem Quinct. 1, 2. Contineo me ab exemplis Graecis Cic. de Finib. 2, 62. Continere ſe ab aſſentiendo Idem Acad. 4, 104. Continere animo ac memoria fontes omnium rerum, quae ad dicendum pertinent Cic. de Orat. 1, 94. Idem de Diu. 1, 39 Quum praegnans hunc ipſum Dionyſium aluo contineret, ſomniauit, *etc.* In aluo ſpem a viro commendatam continet mulier Cic. pro Cluent. 34. Plaut. Amph. 2, 2, 5 An tempeſtas continet, qui, *etc. i. detinet, impedit, et remoratur.* ¶ 3 *Quae ſequuntur, idem fere atque ineſſe ſignificant. Vt*, Continet epiſtola tertia, eſſe tibi redditam orationem pro Clario Plin. Epiſt. 9, 28. *i. ineſt in epiſtola.* Cic. Att. 14, 22 ſ. lib. *extr.* Itaque me Idus Martiae non tam conſolantur, quam antea: Magnum enim mendum continent. Naturam eam in ſe ipſo continet motus voluntarius, vt ſit in noſtra poteſtate, nobisque pareat Cic. de Fat. 25 c. 11. Continetur publica ſalus incolumitate illius Plin. Epiſt. 10, 35. Contineri, *de medicamentis in vnum temperatis* Scrib. 106. Salute alicuius alterius ſalutem contineri Cic. pro Marcell. 23. Continetur honeſtas ex quatuor virtutibus Idem de Finib. 2, 35. *Et* pro Arch. 2 Etenim omnes artes, quae ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum, et quaſi cognatione quadam inter ſe continentur. Cic. pro Caecin. 55 Tamen et ipſi tuae familiae et genere et nomine continentur. Philoſophorum libris aliquid continetur Quinctil. in prooem. lib. 1. Atque haec omnia vno verbo continentur Cic. de Orat. 2, 150.

CONTINENS, entis. Partic. [συνεχὴς] *Vt*, Continentium morbos cauſarum notitia Celſ. 1 praef. Non continens lacrimas Aur. Vict. Vir. Illuſtr. 77. ¶ 2 Adi. *Temperantem ſignificat et abſtinentem, qui nempe* ſe contineat *intra limites virtutis.* Ter. Eun. 2, 1, 21 Hoc nemo fuit minus ineptus, magis ſeuerus quisquam, nec magis continens. Nep. 25, 13, 4 Non intemperanter concupiſcere, continentis debet duci. Plin. Ep. 5, 20 Parcus et continens. *Comparat.* Caeſ. Bell. Ciu. 1, 23 Quod aurum adduxerat Domitius, reddit, ne continentior in vita hominum, quam in pecunia fuiſſe videatur. Cic. Parad. 1 In quo equidem continentiſſimorum hominum, maiorum noſtrorum, ſaepe requiro prudentiam. ¶ 3 *Saepe in primis idem eſt, quod Continuus, coniunctusque.* Liu. . . Continens imperium vsque ad nos habebitis, *i. ſine vllo interuallo.* Huic continens aër Cic. de Natur. Deor. 2 c. 45. Cappadociae pars, quae cum Cilicia continens eſt Idem Fam. 15, 2, 3. *coll.* ib. ep. 4. Continens ager Labeo in l. vlt. D. de acquir. rer. dom. Continentia fundo alicuius praedia, atque adiuncta mercari Cic. pro Caec. 11. Continens Spiritus, *et* Intermiſſus, *contraria* Idem de Orat. 3, 214 c. 57. Longum Agmen, nec continens Liu. 10, 35. Labore continenti omnia ſuperare Caeſ. Bell. Gall. 7, 24. *i. continuo nec interrupto. Add.* B. C. 3, 63. *Sic* Diebus continentibus Caeſ. Bell. Ciu. 3, 84. Suet. in Calig. 19 Per hunc pontem vltro citroque commeauit, biduo continenti. Curſu continenti ſequi fugientem Liu. 22, 15. Idem 23, 44 Imber continens per totam noctem vsque ad horam tertiam diei inſequentis tenuit. Velut continenti incendio omnia ardere viſa Curtius 3, 8, 18. Iuga continentia Liu. 27, . . Continentia aedificia in l. eo iure §. 1 D. in quibus cauſ. pignus vel hypo. Marcellus l. 87 ff. de V. S. Vt Alphenus ait, vrbs eſt Roma, qua muro cingeretur. Roma eſt etiam, qua continentia aedificia eſſent. *Sic legit A. Auguſtin. Emend.* 2, 2. Vlp. l. 139 eod. Aedificia Romae fieri etiam ea videntur, quae in continentibus Romae aedificiis fiunt. *Et* Terentius Clemens l. 147 eod. Qui in continentibus vrbis nati ſunt, Romae nati intelliguntur. Cic. Acad. 4, 105 c. 33 Mare — diſſimile eſt proximo *(mari)* et continenti. Idem Tuſc. 16 c. 8 Sed nihil te interpellabo: continentem Orationem audire malo. Scripta Cic. Fam. 5, 2. Punicum bellum continenti ſcriptura expoſitum diviſit in ſeptem libros Suet. de Clar. Gram. 2 *de Cratete Mallote.* Silua Caeſ. Bell. G. 3, 28. Celſ. 3, 20 *de Lethargo*, Si vero continens ei ſomnus eſt, vtique excitandus eſt, *etc.* Terra continens *inſulae oppon.* Nep. 2, 3, 2. ¶ 4 *Saepe omittitur nomen* Terra, *et tanquam Subſtantiuum ponitur* Continens [ἤπειρος]. Nepos 1, 7, 3 Procul in continenti lucus, qui ex inſula conſpiciebatur. Curt. 3, 1, 13 Continenti adhaeret, ſed magna ex parte cingitur fluctibus. Id. 4, 2, 5 Vos fiducia loci, quod inſulam incolitis, pedeſtrem hunc exercitum ſpernitis: ſed breui oſtendam, in continenti vos eſſe. Plin. 4, 1 Leucadia opera incolarum abſciſſa a continenti, ac reddita ventorum flatu congeriem arenae accumulantium. *Et* 5, 31 ſ. 39 A proxima continente abeſt VII. M. D. paſſuum. *Et* 5, 29 Alexander continenti adnexuit. ¶ 5 *Alias etiam ſubſtantiue ponitur, vt*, In continenti *ſubaud. Tempore.* Vlp. in l. quod ait lex D. ad legem Iuliam de Adulteriis, Quod ait lex, In continenti filiam occidat: ſic erit accipiendum, ne occiſo hodie adultero, reſeruet, et poſt diem filiam occidat, vel contra. debet enim prope vno ictu, et vno impetu vtrumque occidere, aequali ira aduerſus vtrumque ſumta. Quod ſi non affectauit, ſed dum alterum occidit, profugit filia, et interpoſitis horis adprehenſa eſt a patre, qui perſequebatur, in continenti videbitur occidiſſe. *Sunt qui coniunctim legunt*, Incontinenti. Ex continenti. *Idem.* Ex continenti in regiam pergunt Iuſtin. 1, 9, 19. Vlp. in l. ſed etſi D. quod cum eo, qui in alien. pot. Sed an etiam temporis ratio haberi debeat: vt ſi quidem ex continenti cum filio agatur, detur actio in id, quod facere poteſt: ſi vero poſt multos annos, non debeat indulgeri? *Conf.* Tertull. de praeſcript. c. 2 *pr. it.* Apol. c. 23. ¶ 6 *Etiam apud Rhetores* Continens *ſubſtantiue ponitur* Cic. in Topic. c. 25 Quibus autem hoc, qua de re agitur, continetur, haec Continentia vocentur, quaſi firmamenta defenſionis: quibus ſublatis, defenſio nulla ſit. Continentia cum ipſo negotio, ſunt Ea, quae ſemper affixa eſſe videntur ad rem, neque ab ea poſſunt ſeparari Cic. de Inuent. 1, 37 c. 26. Idem Partit. 103 c. 29 Itaque ea, quae ſic referuntur, continentia cauſarum vocentur: quamquam non ea magis, quae contra rationem defenſionis afferuntur, quam ipſae defenſionis rationes, continent cauſas, *etc.*

CONTINENTIA, ae. f. [ἐγκράτεια] *Eſt Abſtinentia.* Cic. Off. 2, 86 Et continentia in omni victu, omnique cultu corporis tuendi cauſa, et in praetermittendis voluptatibus. Continentia eſt, per quam cupiditas conſilii gubernatione regitur Cic. de Inu. 2, 164 c. 54. *Add.* Idem pro L. Man. c. 13. *ad* Att. 5, 20. Ab integritate, continentia, deducere Cic. ad Q. Fratr. 1, 1, 2. Quod eſt ſignum non modo continentiae, ſed etiam diligentiae Nep. 25, 13, 4. ¶ 2 *Id, quod continetur*, Vet. Gloſſ. περιοχή. Macrob. Somn. Scip. 2, 12 Omnem operis continentiam reuoluam, *i. argumentum.* Fulgent. Mythol. 3, 6 Paene duorum librorum continentia Apuleius tantam falſitatum congeriem enarrauit, *poſſis interpretari, duobus libris continentibus. Exſtat eiusdem* Fulgentii liber de Expoſitione Virgilianae continentiae, *i. eorum, quae continentur in Aeneide. Vid. Muncker. ad principium.* Aethicus Coſmogr. *pr.* Ac ſic omnis orbis terrae — a dimenſoribus peragratus eſt, et de omni eius continentia perlatum eſt ad Senatum. Omnis terrae orbis habet maria XXX Inſulas LXXII *etc.* ¶ 3 *Cohaerentia*, συνοχή. Macrob. Sat. 5, 15 Sed nec in catalogo auxiliorum Turni, ſi velis ſitum locorum mente percurrere, inuenies illum continentiam regionum ſequutum. *Paullo ante dixerat*, Cohaerentiam regionum.

CONTINENTER. Aduerb. [ἐγκρατῶς, καθεκτῶς] *i. coniuncte, continueque ad locum et tempus refertur.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 1 Belgae cum Germanis continenter bellum gerunt. Biduum continenter lapidibus pluit Liu. 25, 7. Continenter vno ſpiritu multa dicere Auct. ad Her. 3 c. 12. Quae facta ſunt continenter vsque ad ipſum negotium Cic. de Inu. 1 c. 26. Continenter ire Paullus in l. ſeruitutes praediorum D. de ſeruit. ¶ 2 *Temperanter.* Cic. Offic. 1, 106 c. 30 Atque etiam ſi conſiderare volemus, quae ſit in natura hominis excellentia et dignitas, intelligemus, quam ſit turpe defluere luxuria, et delicate ac molliter viuere: quamque honeſtum parce, continenter, ſeuere, ſobrie. Continentiſſime diu vixit Auguſtin. Ep. 199.

CONTENTVS, a, um. [ἀρκέμενος, ἀγαπῶν] *Nomen adiectiuum potius, quam Participium, vt ait* Valla 1, 30 *qui continet, quod animo ſatisfacit, non qui continetur.* Plaut. Merc. 4, 6, 8 Nam vxor contenta eſt, quae bona eſt, vno viro. Contentiores mage erunt atque auidi minus Plaut. Poen. 2, 1, 15. Cic. pro Quint. 12 Poſteaquam neſcio, quid impendit, et in commune contulit, mediocri quaeſtu contentus eſſe non poterat. Idem Parad. 6 Opinor in eo, cui tanta poſſeſſio eſt, vt ad liberaliter viuendum facile contentus ſit. Cic. de Amic. 21 His communis vita contenta eſt. Contenti ſimus hoc Catone Suet. Auguſt. 87. Anguſto clauo paene contentus Vell. 2, 88. Contentus eſt paruo Cic. de Amicit. 88 c. 23. Honeſto paruo contentus Claud. in Ruff. 1, 201. Libertate Cic. de Fin. 1, . . Minimo Turpil. *apud* Priſc. p. 1326. Modico Iuu. Sat. 9, 9. Paucis Hor. Serm. 1, 3, 16. Contentum ſuis Rebus eſſe, maximae ſunt certiſſimaeque diuitiae Cic. Parad. 6, 3. Vno Teſtimonio erimus contenti Nepos 13, 4, 2. Viuit ſua ſorte Horat. Serm. 1, 1, 3. Contentus hac iniquitate non fuit Cic. Verr. 2, . . Contentus fueram hoc ſolum ſcribere tibi Plin. Epiſt. 10, 6. Quinctil. 5, 12 Haec breuiter demonſtraſſe contentus. *Sic* Contentus retinere titulum Vell. 2, 49, 5. Contenti ſuſtinuiſſe hoſtes Idem 2, 112, 6. Contentum abire Virg. Aen. 5, 314. Contentus *etiam cum Genitiuo conſtrui volunt viri docti, praeſertim Voſſius de Conſtruct. c. 55 et Nic. Heinſ. ad* Vell. 2, 88, 2 *vbi eſt in libro antiquo de Agrippa,* Vixit anguſti claui paene contentus. *Idem probat, quod habet Codex Florent.* Ouid. Met. 5, 169 Contentusque fugae eſt. *Et* ibid. 15, 515 Exilii contenta ſui. *Sed retinet Burm.* Exiliis contenta ſuis, *vt et apud Velleium*, Anguſto clauo. Curt. 6, 2, 5 *in membranis Florentinis eſſe, ait*, Non contentus artificum, quos Graecia exciuerat. *Sed Freinsh. probat* artificum turba, *et negat talia temere admittenda.* Claud. l. 37 §. Nuptura de Leg. 3 Quoniam in his expreſſit, vt contentus eſſet partis dimidiae dotis. Iuſtin. 42, 2 MSS. *habent*, Scythae autem contenti victoriae — in patriam reuertuntur. *Et* 18, 7 Contentumque victoriarum ſuarum, punitis auctoribus, *etc. Vtroque tamen loco* victoria ſua *dedit Burmannus.* Dictys 2, . . Caeterum Achilles haud contentus eorum, quae geſſerat, Cilicas aggreditur. *Laudatur etiam a Voſſio* Liuii *Locus e Linacro*, Contentus libertatis: et Apuleii *ex Schoppio* contenta manus vnicae. *Nondum certe plenum ius Latii huic conſtructioni aſſertum videtur.*

CONTENTVS, *eſt et* Partic. *verbi* CONTENDO.

CONTENTE. Adu. *Continenter.* Plaut. Aſin. 1, 1, 63 Volo amori obſequutum illius, volo amet me patrem, quamquam illum mater arcte contenteque habet. *h. e. parce et continenter eum tractat.* Vitae moderatores, qui refrenandis cupiditatibus reſtricte contenteque vixerunt Nazar. c. 15 *c. not. Liuineii.*

CONTENTIVVS, a, um. Adi. Vis contentiua, appetitiua, digeſtiua et expulſiua Conſtant. Afer 7, 1.

CONTINVVS, a, um. Adi. [διηνεκὴς, συνεχὴς, ἐχόμενος] *Idem fere, quod* Continens *ſignificatione tertia, et notat tam prope ſibi res vel tempore, vel loco coniunctas, vt nihil intercedat, vt*, Continuus ſpiritus Plin. 10, 29 *non interruptus.* Plin. 10, 73 In potu quibus ſerrati dentes, lambunt: quibus continui dentes, ſorbent, vt equi, boues. Idem Epiſt. 2, 17 Litus ornant varietate grauiſſima nunc continua, nunc intermiſſa tecta villarum. Amor continuus Propert. 1, 20, 1. Per continuos viginti annos Vell. 2, 48, 3. Continuum triduum, continuus dies Plaut. Mil. 3, 1, 144. Plin. in Paneg. 58 Qui continuis Conſulatibus fecerat longum quendam et ſine diſcrimine annum. Dies continuos complures in litore conuiuiisque iacuiſti Cic. Diu. in Caec. 9. Per continuos dies triginta Scrib. 16. Humum continuam diducere Ouid. Met. 8, 587 *continentem, vt fiant inſulae.* Ictu continuo vulnerari Idem ex Pont. 2, 7, 41. Labor Ouid. ex Pont. 1, 4, 8. Montes Horat. Epiſt. 1, 16, 5. Plin. Epiſt. 7, 30 Nunquam officiorum varietate continuam Laudem humanitatis confregit. Cic. pro Font. 31 Tum autem continuae Praeturae, quae, *etc.* Liu. 1, 47 Si quum Tanaquil, peregrina mulier, tantum moliri potuiſſet, vt duo continua regna viro, ac deinceps genero dediſſet, *etc.*

CONTINVO, āre. [διατελέω, συνείρω, συνάπτω] *Continuum facere aut eſſe.* Plin. 14, 22 Biduo duabusque noctibus perpotationem continuauit. Celſ. 2, 1 At ſi a prima hieme Auſtri ad vltimum ver continuarunt, laterum dolores, *etc.* Liu. 34, 4 Quid legem Liciniam excitauit de quingentis iugeribus, niſi ingens cupido Agros continuandi? Anni continuantur Plin. 17, 2. Claud. in Conſ. Stil. 1, 1 Continuant ſuperi pleno Romana fauore Gaudia. Liu. 1, 44 Vt neque interiore parte aedificia moenibus continuarentur, quae nunc vulgo etiam coniungunt, *etc. de pomoerio. Sic* Ouid. ex Pont. 4, 15, 16 Domus continuata foro. Idem Faſt. 2, 54 Poſtea creduntur ſpatio diſtantia longo Tempora bis quini continuaſſe viri, *de Februario menſe ad Ianuarium adiuncto, cum olim vltimus anni eſſet.* Cic. de Natur. Deor. 1, 54 In hac igitur immenſitate latitudinum, longitudinum, altitudinum, infinita vis innumerabilium volitat atomorum, quae interiecto inani, cohaereſcunt tamen inter ſe, et aliae alias apprehendentes continuantur. Iunctum, et continuatum Cic. de Nat. Deor.

Deor. 2, 117. Continuare nocte et die iter Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 11. Continuare diem et noctem opus aliquod Idem Bell. Ciu. 1, 62. Hiems continuatur Ouid. ex Pont. 1, 1, 26. Poſſeſſio retinetur et continuatur Afric. in l. ſi de eo D. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. Latus lateri Ouid. de Arte Am. 1, 496. Dapes continuare, *Ordine continuo apponere* Horat. Serm. 2, 6, 108. Somnos Ouid. Epiſt. 15, 90. Fletus continuati Celſ. 6, 6. Continuatum et Interruptum, *contraria. Laudatur, non accurate* Cic. de Orat. 3, 147. Singula verba, Continuatis et coniunctis *opponuntur* Idem de Orat. 3, 149 c. 37. *Add.* 166 c. 41. Continuari, *pro Contiguum et finitimum eſſe* Tacit. de Germ. morib. 45, 11 Sictionibus Sitonum gens continuatur.

CONTINVANS, *vnde*

CONTINVANTER. Adu. Auguſtin. Retr. 1, 24.

CONTINVATVS, a, um. Iter Caeſ. Bell. C. 3, 36. Labor Curt. 7, 11, 17. Continuata loco tria ſidera Ouid. Faſt. 2, 243. Continuatiſſimae curae Sidon. Ep. 8, 3.

CONTINVĀTE. Adu. Feſtus in Striges. Fronto *apud Putſch. p.* 2195, *ſ. in* Auct. L. L. p. 1330.

CONTINVĀTIM. *Aliud* Adu. Auguſtin. Ep. 112, 20. συνημμένως, συνεχῶς, Vet. Gloſſ.

CONTINVATIO, ōnis. f. [συνέχεια, συνάφεια] Cic. Acad. 1, 29 Intra quaſi fatalem et immutabilem continuationem ordinis ſempiterni. Naturae continuatio, coniunctioque, quam vocant συμπάθειαν Idem de Diu. 2, 119. *Et* de Natur. Deor. 1, 9 Eſt mirabilis quaedam continuatio ſerieſque rerum, vt alia ex alia annexa, et omnes inter ſe aptae colligataeque videantur. Verborum continuatio Cic. de Orat. 2, 261. Verborum nimis longa continuatio Idem de Orat. 3, 46 c. 13. Imbrium continuatio Caeſ. Bell. Gall. 3, 29.

CONTINVO. Adu. [παραχρῆμα] *i. Confeſtim, vel ſtatim.* Virgil. Georg. 4, 548 Continuo matris praecepta faceſſit. Cic. Fam. 14, 3 Vt ad me continuo initia rerum et rationem totius negotii poſſes ſcribere. Continuo exeo Ter. Eun. 3, 2, 50. Continuo hic ero, vel adero Idem Heaut. 3, 1, 96. Haud mora, continuo perfectis ſanguine votis, *etc.* Virgil. Aen. 3, 548. *Add.* Idem Aen. 3, 196. Georg. 1, 60. Pleonaſmus eſt, *vt annotat* Seruius. Labeo in l. apud Aufidium D. de opt. leg. Quin etiam res continuo eius fit, ſimul ac dixerit eam ſe ſumere. *Eleganter adhibetur, in neganda conſequentia ſ. connexione, v. g.* Cic. de Orat. 2, 199 c. 48 Non continuo, ſi quis motus populi factus eſſet, id — in fraude capitali eſſe ponendum. Idem pro Roſc. Amer. c. 33 Non continuo ſi me in gregem ſicariorum contuli, ſum ſicarius. Cic. de Fin. 4, 75 c. 27 Hic ambiguo ludimur. Aeque enim contingit omnibus fidibus, vt incontentae ſint: illud non continuo, vt aeque incontentae. Non continuo contingit, *i. non nexu quodam aut conſequentia, et cohaerentia naturae.*

CONTINVE, *pro* Aſſidue. Stillicidium ſtillatim cadit, flumen fluit continue Varro L. L. 4, 5. Quinctil. 2, 20, 3 Qui grana ciceris ex ſpatio diſtante miſſa in acum continue et ſine fruſtratione inſerebat. *Al.* Continuo. Idem 9, 1, 11 Cum in eoſdem caſus, aut tempora, aut numeros, aut etiam pedes, continue quis, aut certe nimium frequenter incurrit.

CONTINVĪTAS, ātis. f. [συνέχεια, συνάφεια] *Idem, quod* Continuatio. Plin. 8, 30 Collum et iuba continuitate ſpinae porrigitur, flectique niſi circumactu totius corporis nequit. *Conf.* Varro L. L. 6, 6 p. 82, 30 Protinam a Protinus, Continuitatem ſignificans.

CONTINGO, tĭgi, tactum, ĕre. [ἅπτομαι, ἔχομαι] *Ex* Tango, *cuius vix auget ſignificationem.* Virgil. Aen. 2, 239 Funemque manu contingere gaudent. Caeſ. Bell. C. 1, 21 Milites diſponit non certis ſpatiis intermiſſis, vt erat ſuperiorum dierum conſuetudo, ſed perpetuis vigiliis ſtationibuſque, vt contingant inter ſe, atque omnem munitionem expleant. Columel. 5, 6, 14 Cum deinde arbor conualuerit, quidquid falce contingi poterit, exputandum eſt. Cic. pro L. Manil. *pr.* Cum — nondum huius auctoritatem loci contingere auderem, *i. in roſtra prodire.* Plin. 17, 10 Ne ſe inter ſe contingant. Columel. 5, 10 Curato ne inter ſeſe contingant. Heluii, fines Aruernorum contingunt Caeſ. Bell. Gall. 7, 7. Infamia temporis contigerat noſtrás aures Ouid. Met. 1, 211. *Verba Iouis.* Cibum roſtris facile contingunt animalia quaedam Cic. de Natur. Deor. 2, 122. Contingere dextras victrices Conſulum cupientes Liu. 28, 9. Columel. 6, 2, 7 A latere *buculi* domitor ſtare debet, ne calce contingi poſſit. Auem ferro, *i. telo ferreo* Virgil. Aen. 5, 509. Limen contingere alicuius, *i. peruenire ad domum* Ouid. ex Pont. 4, 5, 16. Metam optatam curſu Horat. in Arte Poët. 412. Nox mediam caeli metam contigerat Virgil. Aen. 5, 836. *Sic* Ouid. ex Pont. 4, 8, 38 Et finem Pietas contigit illa ſuum. Portum Id. Met. 3, 634. Caeſ. Bell. Gall. 1, 38 in Veſontionis oppidi deſcriptione, Ita, vt Radices montis ex vtraque parte ripae fluminis contingant. Ripae *Nommatiuus eſt,* Radices *Accuſatiuus.* Sortiti ſunt, Contigit eum fors Vell. 1, 1, 4. Terram ſaltu Stat. Theb. 5, 171. Terram contingere oſculo Liu. 1, 56. Viſu aliquid Sil. 13, 506. Contingere exiſtimationem Vlp. in l. abſentem §. aduerſus D. de poenis. Liu. 24, 22 An quicunque aut propinquitate, aut affinitate, aut aliquibus miniſteriis, regiam contigiſſent, alienae culpae rei trucidarentur. Suet. in Ner. 32 Ante omnia inſtituit, vt e libertorum defunctorum bonis, pro ſemiſſe dextans cogeretur ei, ſi qui ſine probabili cauſa eo nomine eſſent, quo fuiſſent vllae familiae, quas ipſe contingeret. Suet. in Galb. c. 2 Neroni Galba ſucceſſit, Nullo gradu contingens Caeſarum domum. Horat. Serm. 2, 6, 52 Te ſcire, deos quoniam propius contingis, oportet, *i. quia acceſſus tibi eſt ad domum Auguſtam.* Animum cura contingere, *afficere ſolicitudine* Valer. Argon. 7, 173. ¶ 2 Contingit aliquid, [συμβαίνει, γίνεται] *pro Accidit.* Cic. *apud* Non. 4, 90 Quod non modo ſingulis hominibus, ſed potentibus populis ſaepe contigit. Idem de Orat. 2, 15 c. 4 Ego nunquam mihi minus, quam heſterno die placui: magis adeo id facilitate, quam alia vlla culpa mea contigit. *Qui locus eo magis notandus eſt cum paucis aliis, ne putemus, plane eſſe perpetuam Grammaticorum obſeruationem, de qua ſtatim dicemus, contra quam etiam facit* Cic. Off. 1, 74 c. 22 Multi bella ſaepe quaeſierunt propter gloriae cupiditatem: atque id in magnis animis ingeniiſque plerumque contingit. ¶ 3 *Interim verum eſt, plerumque certe, quod ait* Agroet. de Orthogr. p. 2269 *med.* Contingunt bona, Accidunt mala, Eueniunt vtraque. Caper de Orthogr. p. 2242 *fin.* Accidere aduerſi aliquid dicito; contingere aliquid, pulchrum eſt. Cic. Fam. 5, 21 Ita mihi commoda omnia, quae opto, contingant. Connubia contigerant illi tuae matris, *Neſtor ad Achillem apud* Ouid. Met. 12, 194. Non cuiuis homini contingit adire Corinthum Horat. Epiſt. 1, 17, 36. Nulli contigit impune naſci Sen. ad Marc. 15. Gaudia contingunt mihi Ouid. ex Pont. 2, 1, 7. Honor contigit tibi ex merito Ouid. ex Ponto 4, 7, 16. Abunde contingit *illi* valetudo, fama, gratia Horat. Epiſt. 1, 4, 10. Planc. ad Cic. Fam. 10, 24 Quod ſi mihi vita contigerit, omnes gratas amicitias, atque etiam pias propinquitates, in tui obſeruantia, indulgentia, aſſiduitate vincam. Sen. Ep. 110 Et ſcies plura mala contingere nobis, quam accidere, *i. bono noſtro euenire potius, quam malo. Nam addit,* Quoties enim felicitatis cauſa et initium fuit, quod calamitas vocabatur? Martial. 12, 6 Contigit Auſoniae procerum mitiſſimus aulae Nerua. Valer. Max. 5, 4, 2 *extr.* Nam etſi maximo tibi poſtea et ciui et duci euadere contigit. Ouid. Am. 3, 7, 43 Haec mihi contigerat, ſed vir non contigit ipſi. *Pulchre ergo* Plin. Pan. 24, 3 Ambulas inter nos, non quaſi contingas, et copiam tui non vt imputes facis. Quod vix euenit, Contigiſſe dicitur, *ait* Donatus *ad* Ter. Andr. 4, 2, 13 Hanc mihi expetiui: contigit: conueniunt mores. Cic. Philipp. 5, 49 Vtinam C. Caeſari, patri dico, contigiſſet adoleſcenti, vt eſſet Senatui cariſſimus. *Conf. Burmann. ad* Quinct. Decl. 10, 2 p. 213. *It. Nou. Comm. ad* Phaed. 4, 23, 9. *et ad* Ouid. Am. 3, 7, 43. ¶ 4 *Paſſiu.* Liu. 40, 14 Recte an perperam fecerint, ipſi ſui facti rationem reddent: meam cauſam, quae Nihil eo facto contingitur, ne miſcueris. Vlp. in l. 1 §. hoc autem Senatusconſultum D. de ſeruis fugitiuis, Et vt ii, apud quos deliteſcant, puniantur, ſi Crimine contingantur. Tryphoninus in l. bona fides §. incurrit D. depoſit. Si totius rei aequitatem, quae ex omnibus perſonis, quae Negotio iſto continguntur, impletur, mihi reddenda ſunt, *etc.* ¶ 5 Contingo, *interdum ita ponitur, quaſi eſſet ex* Tingo *compoſitum, certe idem fere, quod ſimplex* Tingo *ſignificat.* Columel. 9, 8, 8 Contingere apum terga feſtucis rubrica illitis, *i. ſpargere.* Contingitur ſale caſeus Idem 7, 8, 4. *Add.* Virgil. Georg. 3, 403 *vnde hauſiſſe videtur Columella.* Idem Georg. 3, 448 Contingunt corpus amurca. Scrib. 237 Inde (*vnguento*) linteoſa carpta continguntur. *Saepe ita* Lucretius. *V. g.* 1, 936

Sed veluti pueris abſinthia tetra medentes
Quom dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flauoque liquore.

*deinde applicat, ac dicit, ſe voluiſſe* rationem *Epicuream,* quaſi Muſaeo dulci contingere melle. *Repetit* 4, 11 ſq. *Et metaph.* 2, 754 Proinde colore caue contingas ſemina rerum, Ne tibi res redeant ad nilum funditus omnes. *i. quum omnia colorata ſint mutabilia, caue dixeris principia rerum eſſe colorata. Adfertur etiam* Lucret. 2, 742 Nullo contincta colore. *Sed Lambin. ex MSS.* Contacta, *vbi plura mox videbimus.*

CONTINGENS, entis. Partic. [ἁπτόμενος] Cic. de Diu. 2, 91 c. 43 Docet enim ratio Mathematicorum, *etc.* quanta humilitate Luna feratur, terram paene contingens. Sol contingens feruidus igni Lucr. 4, 408. Aethereo contingens vertice nubes Tibull. 1, 7, 15. *Add.* Catull. 67, 65. Marcellus in l. domino D. de Senatuſconſ. Silan. Pretii autem partem ſibi contingentem ſocium conſequi oportet. [τὸ ἐπιβάλλον μέρος] Contingens, [συμβεβηκὸς] Contingentia *dicuntur, quae in vtramque partem, accidere poſſunt, et quae accidere aeque ac non accidere natura comparata ſunt, quae ſunt ancipitis euentus. Budaeus.*

CONTACTVS, a, um. Partic. [ψαυστός] *Vt,* Colore croci contacta ſputa Lucret. 6, 1186 *quod probat contra* Contincta *aliorum Lambinus. Eadem varietas* 2, 742. Celſ. 2, 24 Stomacho autem aptiſſima ſunt, quaecunque auſtera ſunt: etiam quae acida ſunt, quaeque contacta ſale modico ſunt. Lucret. 2, 852 Odores — ſuo contactos perdere viro. Idem 4, 642 Serpens hominis contacta ſaliuis. Plin. 11, 53 Animae leonis virus graue, vrſi peſtilens: contacta halitu eius, nulla fera attingit. Cupidinibus nullis contactus Propert. 1, 1, 2. Liu. 4, 9 Nec vlla ſpecies cladeſque belli abeſt, velut contacta ciuitate rabie duorum iuuenum, funeſtas nuptias ex occaſu patriae petentium. Liu. 31, 8 Multis in Italia contactis gentibus Punici belli Societate. Idem 38, 55 Vt omnia contacta Societate peculatus viderentur, *i. velut contagione infecta.* Liu. 6, 28 Etenim ſi diem contactum Religione, inſignemque nomine eius loci timeant Romani, quanto magis Allienſi die Alliam ipſam, monimentum tantae cladis reformidaturos? Sacrilegio contactos milites furor agitat Liu. 29, 8.

CONTACTVS, ûs. m. [συναφή] *Actus contingendi et vitium, ſi quod inde contrahitur, contagium.* Columel. 11, 3 Contactu eius langueſcunt incrementa virentium. Plin. 10, 59 Pullis anſerum vrtica contactu mortifera. Celſ. 1 *pr.* Duritiem, mollitiem, laeuorem, contactum. *Vid. Morgagn. Ep.* 3 p. 586. Viriles contactus refugere dicuntur feminae Ouid. Met. 7, 241. Tacit. in Vita Agric. 30 Oculos quoque a contactu Dominationis inuiolatos habebamus. Puerum procul a contactu Deliciarum retinebimus Senec. de Ira 2, 21. Immundo contactu foedare aliquid Virg. Aen. 3, 227. Infecti quaſi valetudine et contactu Tac. Ann. 6, 7. Pollui cuncta ſanie, odore, contactu Idem 4, 49, 4. *Add.* Hiſt. 1, 11. *et* 2, 60.

CONTAGIVM, i. n. *Contactus.* Plin. Epiſt. 4, 31 Quumque ei carnifex manum daret, auerſata eſt, et reſiluit: foedumque contagium quaſi plane a caſto puroque corpore nouiſſima ſanctitate reiecit. Martial. 11, 48 Cur ſic feminei generis Contagia vitet, *etc.* Virgil. Ecl. 1, 51 Ne mala vicini pecoris contagia laedant: Seruius, Ne morbi vel peſtilentiae corrumpant. vnde contingit, vt vna aliquo morbo moriente, omnes idem morbus corruptas interimat. Ignaua contagia Claud. in Eutrop. 1, 489. Lucri Horat. Epiſt. 1, 12, 12. Sil. 11, 13 Ceu dira per omnes Manarent populos foedi contagia Morbi. Scelerum Lucan. 3, 322. Agunt contagia late Ouid. Met. 7, 551. Fugere contagia Idem Triſt. 5, 4, 33. Penetrant in aliquem morbi contagia Lucret. 3, 472. Vitare contagia Ouid. Rem. Amor. 613. Contagium *vocabulum eſſe in medio poſitum, tradit* Gell. 12, 9. *Et ſic vtitur* Lucret. 3, 345 Ex ineunte aeuo ſic corporis atque animaï Mutua vitalis diſcunt contagia motus, *illam coniunctionem, vi cuius in ſe mutuo agunt.* MALO CAELI CONTAGIO CECIDIT, Vet. Inſcript.

CONTAGIO, ōnis. f. *Idem.* Plaut. Ampb. prol. 31 Contagione mei patris metuo malum, *i. quia eius plane naturae ſum, cuius eſt meus pater.* Somno ſeuocatus animus a ſocietate et contagione corporis Cic. de Diu. 1, 63. Idem Tuſc. 1, 72 c. 30 Qui autem ſe integros caſtoſque ſeruauiſſent, quibuſque fuiſſet minima cum corporibus contagio, *etc.* Cic. de Nat. Deor. 2, 138 Quae ſpiritu in pulmones anima ducitur, ea caleſcit primum ab ipſo ſpiritu: deinde contagione pulmonum. Cic. pro Cluent. 193 c. 68 Nemo ex tot hoſpitibus inuentus eſt, qui non contagionem adſpectus fugeret, *h. e.* conta-

*contagioſum adſpectum.* Liu. 1, 15 Belli Fidenatis contagione irritati Veientium animi, et conſanguinitate, *etc.* Cic. Verr. 5, 122 c. 71 Deliberatum autem eſt, ſi res opinionem meam, quam de vobis habeo, feſellerit, non modo eos perſequi, ad quos maxime culpa corrumpendi iudicii, ſed etiam illos, ad quos conſcientiae contagio pertinebit, *h. e. qui eius culpae conſcii erunt, et eo crimine quodammodo infecti.* Cic. Offic. 2, 80 Nec vero ſolum ipſa cecidit, ſed etiam reliquam Graeciam euertit contagionibus Malorum, quae a Lacedaemoniis profectae manarunt latius. Idem de Fato 5 Quorum in aliis, vt, *etc.* in vrina, vt in vnguibus, vt in reliquis eiusmodi Naturae contagio valet. Contagio, *hic eſt ad verbum,* συνάφεια, *aut* συναφή, *id eſt* contactus *et* continuatio *rerum in mundo, vt arbitrantur Stoici, nihil disiunctum, nihil diſtractum habente. Ex hac autem continuatione naturae totius cohaerentis et continuatae, res rebus conſentiunt. ſit proinde, vt altera alterius cauſam contineat, altera alteri reſpondeat.* Sceleris Cic. pro Muraen. 78. Idem de Diuin. 1, 58 Sed et decoloratio quaedam ex aliqua contagione Terrena, maxime poteſt ſanguinis ſimilis eſſe. *Et* Att. 1, 13 Moeſti inter ſui diſſimiles et moerentes ſedebant, et contagione Turpitudinis permouebantur. Cic. pro Domo 108 Qui aliqua ſe contagione praedae, ſocietatis, emtionis contaminauerunt, nullius neque priuati, neque publici iudicii poenam effugere potuerunt. Dedit hanc contagio labem, Et dabit in plures Iuuen. Sat. 2, 78. Importare contagionem, *vid.* IMPORTO. Contagionem eſſe dicendum, non Contagium *ſcribit* Feſtus Pompeius. *Notandum eſt* Contagium *fere vſitatum eſſe in oratione metrica* Contagionem *vero in ſoluta.*

CONTAGES, is. f. *pro Contagio dixerunt veteres.* Lucret. 4, 336 Multaque ſunt oculis in eorum denique miſta, Quae contage ſua palloribus omnia pingunt. Contagi, *ſexto Caſu pro* Contage, *vt,* Parti, colli, voci, *et ſimilia, pro* Parte, colle, voce, *etc.* Lucret. 3, 734 Corpus enim magis his vitiis, affine laborat, Et mala multa animus contagi fungitur eius.

CONTAGIŌSVS, a, um. Adi. *Vt,* Contagioſa febris, Contagioſus morbus, et Peſtis contagioſa Celſi *eſſe dicuntur, quibus qui laborant, ſolo contactu alios inficiunt. Sed non inuenio.*

CONTIGVVS, a, um. Adi. [ἐχόμενος] *Quod contingit.* Gell. 9, 1 Vſu venit, vt contigui magis, directioresque ictus fiant, ſi, *etc.* Contiguas didicere ex artibus artes Grat. 8, *cognatas, quae ſe velut contingunt, cum vna alteram pariat.* Plin. 2, 9 Sed alias admota caelo, alias contigua montibus, *de Luna.* Contiguae domus Ouid. Met. 4, 57. Contiguus loco mihi erat, *i. iuxta me erat, vel ſtabat* Ouid. Faſt. 4, 378.

CONTIGVE. Adu. Mart. Capell. 9.

CONTINVO, CONTINVVS, *vid.* CONTINEO.

CONTOGĀTVS, a, um. Adi. Ammian. 29, 2.

CONTOLĔRO, āre. Auguſt.

CONTOLLO, ĕre. Contra tollere, Nonio 2, 100 *qui laudat* Plaut. Aulul. 5, 1, 6 Contollam gradum, *i. conferam gradum.*

CONTOMONOBOLON, i. n. *E* Cod. Iuſtin. l. 3 tit. 34 l. 3 *laudatur, et ludus eſſe dicitur, quo iactetur pertica. Vid. Salmaſ. ad* Solin. p. 726, a G.

CONTOR, āri. [πυνθάνομαι] *A* Conto *ductum, quo profunditas aquae exploratur, pro quo* Cunctari *malunt alii. Hic modo monemus* Contari *perpetuo ſcribi in* Apuleio, *qui frequenter hoc verbo et inde deriuatis vtitur, non tantum vbi explorandi et interrogandi vim habet, ſed etiam vbi dubitare, haeſitare, moras nectere ſignificat. Et ſane cognatas eſſe ſignificationes, apparet: nam ideo moras nectunt homines, vt interim explorent, quid agendum ſit; et hoc ipſum dum agunt, dum quaerunt, quid expediat, morantur. Etiam* Cic. Att. 11, 10 Quumque ex eo de me contaretur, eum ſibi ita dixiſſe narrabat, ſe mihi eſſe inimiciſſimum. *Sic Graeu. At Gronou.* Cunctaretur. Apul. Met. 4 p. 158, 7 Ac dum moeſti parentes — nefarium facinus perficere contantur, *i. tergiuerſantur. Et* 11 p. 271, 35 Impoenitendae te pauperiei contaris permittere? *Et* 1 p. 112, 29 Meque etiam nunc verecundia contantem arrepta lacinia detrahens, *etc.*

CONTABVNDVS, cunctabundus. Apul. Met. 8 p. 203, 6 Beſtia, quem primum inſiliat contabunda rimatur, *i. dubitans et velut quaerens.*

CONTATIO, cunctatio. Apul. Met. 2 p. 131, 28 *et ſaepe alias. Nec, puto, aliter apud Apuleium adhuc editum eſt.*

CONTĀTVS, *vid. ſub* CONTVS.

CONTORPESCO, ĕre. Apulei *eſſe dicitur. Non habet Index Floridi.*

CONTORQVEO, ſi, tum, ĕre. [συστρέφω] *Vehementer torquere, vel in ambitum et gyrum.* Plin. 11, 14 Iuba tradit arborem turis, contorti eſſe caudicis. Virgil. Georg. 1, 481 Proluit inſano contorquens vertice ſiluas Fluuiorum rex Eridanus. Cic. de Nat. Deor. 2, 55 Non eſt enim aetheris ea natura, vt vi ſua ſtellas complexa contorqueat. Id. in Arat. 61 *de Capricorno,* Brumali flectens contorquet tempore Currum. Frena Valer. Argon. 1, 455. Freta Nereus Sil. 3, 50 *de tempeſtate.* Gubernaculum *aliquo* Lucr. 4, 902. Virgil. Aen. 2, 52

Sic fatus, validis ingentem viribus Haſtam
In latus, inque feri curuam, compagibus aluum
Contorſit.

Haſtile Idem 12, 490. Ea celeritate contorquetur, cui par nulla ne cogitari quidem poſſit Cic. de Natur. Deor. 1, 24 c. 10. *de mundo.* Proram contorſit ad laeuas vndas Virg. Aen. 3, 462. Spicula lacertis contorquent Idem Aen. 7, 165. Cic. Tuſc. 3, 63 At quam Rhetorice, quam copioſe, quas ſententias colligit! quae Verba contorquet! *vt telum. Simili metaphora contorquere dicuntur, qui vel vera, vel falſa et ſophiſtica argumentatione vtuntur, eamque vti telum torquent in eos, contra quos diſputant.* Cic. de Diu. 2, 106 c. 51 Videsne igitur, quae dubia ſint, ea ſumi pro certis atque conceſſis? deinde contorquent, et ita concludunt: Non igitur et Dii ſunt, nec ſignificant futura: — Sunt autem Dii — Significant ergo. *Quem totum Syllogiſmum refellit. Neque tamen* contorquent *non dixiſſet, etiamſi veram argumentationem poſuiſſet. Vid.* TORQVERE Enthymemata. Contorquere in alium curſum amnes, et deflectere Cic. de Diu. 1, 38 c. 19. *Metaphor.* Contorquere aliquem tum ad triſtitiam, tum ad laetitiam Cic. de Orat. 2, 72.

CONTORQVENS, entis. Partic. Turbo contorquens flamine robur Catull. 65, 107. *Add.* Virg. Georg. 1, 481. *et* Aen. 12, 490.

CONTORTVS, a, um. Partic. [συνεστραμμένος] *Vt,* Contorta cornua Cic. de Natur. Deor. 2, 121. Sen. Hippol. v. 707 En impudicum Crine contorto caput. Cuſpis lacerto Ouid. Met. 8, 345. Cic. Orat. 235 Demoſthenis non tam vibrarent fulmina, niſi numeris contorta ferrentur. Idem de Orat. 1, 256 An vero ſi de ipſa, ſi de finibus, quum in rem praeſentem non venimus, ſi de tabulis et praeſcriptionibus controuerſia eſt, contortas Res, et ſaepe difficiles neceſſario perdiſcimus. Sophiſmata contorta et aculeata Cic. Acad. 4, 75 c. 24. *Vid.* SOPHISMA. Tela contorta Flor. 3, 4. Non poteſt ferri contorta vis Quinct. 10, 7 p. 953 Burm.

CONTORTVLVS, a, um, Dimin. Cic. Tuſc. 2, 42 c. 18 Sitne igitur malum dolere, necne, Stoici viderint, qui contortulis quibusdam ac minutis concluſiunculis, nec ad ſenſus permanantibus, effici volunt, non eſſe malum dolorem.

CONTORTIO, ōnis. f. [συστροφή] Cic. de Fato 16 c. 8 Maius eſt, enim has contortiones orationis, quam ſignorum ortus, obitusque perdiſcere. Contortione dexterae gladius ad corpus afferri videtur Auct. ad Her. 4 c. 19.

CONTORSIO, ōnis. f. Auguſtin. Retract. 1, 5.

CONTORTOR, ōris. m. Ter. Phorm. 2, 3, 27 Bonorum extortor, legum contortor, *i. calumniator, qui peruertit leges.*

CONTORTE. Adu. [συνεστραμμένως] Cic. de Inu. 1, 20 c. 9 Hic conſiderandum erit, ne quid perturbate, ne quid contorte dicatur. *Vid.* Perturbate, *in* PERTVRBO. Cic. Tuſc. 3, 22 c. 10 Haec ſic dicuntur a Stoicis, concluduntur que contortius, *ad argutiam et ſubtilitatem concludendi reſpicit, non ad calumniam et Sophiſmata: probat enim.*

CONTORQVENDVS, a, um. Partic. [συστρεπτέος] Cic. de Orat. 2, 72 Qui tanquam machinatione aliqua tum ad ſeueritatem, tum ad remiſſionem animi, tum ad triſtitiam, tum ad laetitiam eſt contorquendus: *de iudice reſpectu oratoris.*

CONTORREO, ēre. Ignis pubentes herbas contorruit Ammian. 18, 7.

CONTORTIPLICO, āre. [διπλόω] Plaut. Perſ. 4, 6, 26 Ita ſunt Perſarum mores, longa nomina contortiplicata habemus, *h. e. adeo dura, et quaſi confragoſa, vt vix efferri poſſint. Decompoſitum ex* Contorqueo *et* Plico.

CONTRA. [ἐναντίον, κατά, ἀντί] *Praepoſitio Accuſatiuo caſui ſeruiens, pugnam et aduerſum quiddam ſignificans.* Virgil. Aen. 8, 699 Contra Neptunum et Venerem, contraque Mineruam. Contra commodum ſuum facere quid Suet. Aug. c. 78. Contra diſciplinam meam te geſſiſti, *i. aliter, quam te docuiſſem. Apud* Plautum *eſſe dicitur.* Caelius Cicer. Fam. 8, 16 Nunc te contra victorem Caeſarem feciſſe, *etc.* ſummae ſtultitiae eſt. Contra ea, *pro e contrario* Nep. praefat. n. 6. Idem 6, 9, 5 *et ſaepius.* Liu. 2, 60 *pr.* 41, 24 *etc.* Caeſ. B. G. 5, 29. Id. B. C. 3, 24. Contra id Sall. Or. ad Caeſ. 1 *pr.* Cic. pro Cluent. 55 Poteſt eſſe dubium, quin illa damnatio Staleni, non modo non ſit contra Cluentium, ſed maxime noſtram cauſam defenſionemque confirmet. *Add.* Idem Acad. 4 c. 18. Sen. de Benefic. 6, 31. Caeſ. Bell. Gall. 8, 40 Quum contra omnium exſpectationem Caeſar Vxellodunum veniſſet. Idem Bell. Gall. 6, 29 Celeriter, contraque omnium opinionem confecto itinere, multos in agris, inopinantes deprehendit. Liu. 24, 45 Tum poſtea quam res Romana contra ſpem votaque eius velut reſurgeret, *etc.* Radix contra ſerpentium morſus efficax Plin. 20, 8. *Add.* Idem 5, 1. Contra leges *aliquid* accipere Cic. Verr. 2, 26 c. 10. Idem de Fin. 4, 71 Omnia, quae Secundum naturam ſint, bona appellare: quae autem contra, mala. *Add.* Offic. 3 c. 5. Cic. Offic. 1, 19 c. 6 Quae omnes artes in veri inueſtigatione verſantur: cuius ſtudio a rebus gerendis abduci, contra officium eſt. Obniti contra aliquid Virgil. Aen. 5, 21. Praeſidia contra vim collocata Cic. pro Mil. c. 1. ¶ 2 *E regione ſignificat* Plaut. Perſ. 2, 2, 26 Quid agis? P. feminam ſceleſtam te aſtans contra contueor. *Sic* Aſpice contra me Plaut. Moſtel. 5, 1, 56. Naues contra Liſſum in anchoris conſtiterunt Caeſ. Bell. C. 3, 28. Sicanio praetenta ſinu iacet inſula contra Plemmyrium Virg. Aen. 3, 692. Inſula, quae contra Brunduſinum portum eſt Caeſ. Bell. C. 3, 23. *Add.* Liu. 3, 26. Contendere contra aliquem Virg. Aen. 5, 370. Dicere contra Cic. pro Cluent. c. 48. *i. accuſare.* Ne contra te arma ferrem Nep. 25, 4, 2. *Add.* Cic. Offic. 1 c. 12. Auct. ad Her. 4 c. 39. Vell. 2, 21, 4. Quibus contra valetudinis commodum laborandum eſt Cic. pro Mur. c. 23. Retinere aliquos contra voluntatem Idem pro Mur. 36. Virg. Aen. 5, 414 His (*armis*) magnum Alciden contra Stetit. Tollere oculos contra aliquem Lucr. 1, 67. Munire ſe contra pudorem Tac. in Vita Agr. 45. ¶ 3 *An* Contra *etiam pretium ſignificet, diſputari poteſt. Scaliger* Varro de R. R. 2, 1, 10 *pro vulgata lectione,* vbi poma veniunt contra auream imaginem, *ex veſtigiis Codicis Florentini* contra aurum imago, *legi vult,* contra aurum, *i. (id eſt)* magno: *et firmat verſiculo Trabeae, veteris Poëtae: quem deinde ſuppoſitum eſſe a Mureto cum pudore aliquo ſuo agnouit. Loca autem Plautina ad Aduerbium* Contra *referre placet, cum caſum ibi non regat.*

CONTRA. Adu. [ἐξεναντίας] *i.* Viciſſim, *auctore Donato ad* Ter. Adelph. 1, 1, 25 Ille vt item contra me habeat, facio ſedulo. Seru. *ad* Aen. 10, 567 Iouis cum fulmina contra. Forte *contra* non aduerſus Iouem. Sed ſimiliter, vt Terentius in Adelphis, Ille vt item contra me habeat, facio ſedulo. Plaut. Merc. 5, 2, 41 Sapis o Charine: contra pariter fer gradum. *Add.* Ter. Hec. 4, 27. Quae me amat, quam contra amo Plaut. Amph. 2, 2, 25. Ter. Eun. 2, 3, 63 Immo enim ſi ſcias, quod donum huic dono contra comparet, *etc.* ¶ 2 *Oppoſitum et contrarium notat.* Vtrumque contra accidit Cic. Fam. 13, 18. *i. plane aliter.* Contra eſt Sen. Ep. 7. Contra fit a plerisque Cic. Offic. 1 c. 15. Tibi beati videmur, at contra nobis tu beatus Idem Fam. 4, 4. At contra grauis eſt culpa Ouid. Art. Am. 2, 604. *Add.* Nep. 2, 4, 5. 7, 5, 3. 7, 8, 1 *etc.* Vell. 2, 56, 3. Tacit. Ann. 5, 28, 4. Cic. Acad. 4, 105 Vt aliae probabiles videantur, aliae contra. Idem de Orat. 2, 330 c. 81 Ad ſummam totius cauſae pertinet, caute, an contra, demonſtrata res ſit. Contra tibi euenit Hor. Serm. 1, 3, 27. ¶ 3 Contra, *e regione.* Iuven. Sat. 3, 290 Stat contra, ſtarique iubet. Virg. Aen. 6, 23 Contra elata mari reſpondet Gnoſia tellus. Contra conſiſtere non audere Caeſ. Bell. G. 2, 17. Omnia contra circaque hoſtium plena erant Liu. 5, 37. Septentrionalia eius nullis contra terris mari pulſantur Tacit. Agric. 10, 2. ¶ 4 Contra ac, *vel* Contra atque; *pro Aliter quam.* Cic. pro Corn. Balb. 7 Si denique aliquid non contra ac liceret factum diceretur. ſed contra atque oporteret. Vides omnia certe contra ac dicta ſunt euenisse Idem de Diu. 2 c. 24 *extr.* Vt contra ac dicit, accipi velit Cic. in Orat. c. 40. Contra atque in

in caeteris cauſis fieri ſolet Cic. pro Sulla c. 24. Contra quam, Cic. pro Cluent. 12 Generi ſui, contra quam fas erat, amore capta. Contra, quam ipſe cenſuiſſet Idem in Piſ. c. 8. Contra quam decet Id. de Orat. 2 c. 20. Contra quam propoſueram Cic. pro Domo c. 46. ¶ 5 *In pretiis indicandis adhibere* Plautus *ſolet*, *vt* Curc. 1, 3, 45 Auro contra cede modeſtum amatorem, a me aurum accipe. PA. Cedo mihi contra aurichalco, cui ego ſano ſeruiam. Epid. 3, 3, 30 Nae tu habes ſeruum quantiuis pretii Non caru'ſt auro contra. Mil. 3, 1, 64 Cedo tres mihi homines aurichalco contra cum iſtis moribus. *Et* 4, 2, 84 Contra auro alii hanc vendere potuit operam. Pſeud. 2, 3, 22 Aurichalco contra non carum fuit meum mendacium. Truc. 2, 6, 57 Iam mihi auro contra conſtat filius. *In his omnibus ita ſupplenda videtur oratio*, Auro contra *appenſo*, *etc.* ¶ 6 *Poſterior ſyllaba in* Contra *a ſequioris tantum aeui Poëtis corripitur.* Manilii *quidem etiam affertur verſus* 2, 253; *at ibi ſequens* iacet, *per dialyſin tribus ſyllabis legendum videtur*, *eliſa vltima vocali vocis* Contra. *Sed Bentl.* Strata iacent, *etc.*

CONTRARIVS, a, um. Adi. [ἐναντίος] *quod ſignificationem Particulae* Contra *ſequitur.* Cic. de Vniuerſ. 32 Eos, qui prope copulentur contrariaque regione, aut pone quos, aut ante labantur, *etc.* Idem de Inuent. 1, 42 Contrarium, eſt quod poſitum in genere diuerſo, ab eodem, cui contrarium eſſe dicitur, plurimum diſtat: vt frigus calori, vitae mors. Id Aduerſum proprie dicitur. Arma contraria Ouid. Triſt. 1, 4, 41. Flamina claſſi Idem Met. 13, 183. *i. ventus aduerſus.* Humor ignibus Ouid. in Ibin 31. Liu. 2, 6 Contrario ictu per parmam vterque transfixus. Verba rebus Cic. ad Brut. 17. Voluptas honeſtati Id. Off. 3 *extr.* Vitia in contraria currunt ſtulti dum vitant Hor. Serm. 1, 2, 24. Cic. de Fin. 4, 67 Quarum, inquiunt, artium ſumma creſcere poteſt, earum etiam contrariarum ſumma poterit augeri. Ad virtutis autem ſummam accedere nihil poteſt: ne vitia quidem igitur creſcere poterunt, quae ſunt virtutum contraria. Vitae contrarius Ire priori videris Iuuen. Sat. 9, 21. Decernit contrarium, ac paullo ante decreuerat Cic. Verr. 2, 120 c. 46. Id. in Somn. Scip. 9 Qui ſubiecti ſunt ſeptem, qui verſantur retro contrario motu atque caelum. Conferre pugnantia, et comparare contraria Cic. in Orat. 38. Paria paribus referre, aduerſa contrariis Id. ibid. 65. Disiuncta maxime et contraria dicere Cic. Philipp. 2, 18. Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus Virg. Aen. 2, 243. Contrariis, diuerſis, et pugnantibus ſtudiis et cupiditatibus conflatum monſtrum Cic. pro Cael. 12. Ex contrario conferre aliqua in aduerſarios Id. de Orat. 2, 182. E contrario confiteri Auct. ad Herenn. . . . Ex contrario contendere aliquid Cic. pro Roſc. Com. 47. E *vel* ex contraria parte Auct. ad Her. 1 c. 3. Ex contraria parte dicere Cic. de Inuent. 1, 26. Plin. 14 Prooem. Omnes a maximo bono liberales dictae artes in contrarium cecidere. In contrario A. ad Her. 4 c. 19. Sententiam et contrarium et concluſionem frequentibus efferat verbis Ib. *Add.* c. 34 *etc.* Contrariorum contraria ſunt conſequentia Cic. Tuſc. 5 c. 17. Sin vult contraria Nep. 15, 4, 2. Contentio eſt, per quam contraria efferuntur A. ad Her. 4 c. 45. In contrariam partem afferre aliquid Cic. de Orat. 2, 215. In contrariam partem conſilium pium alicuius rapere Pollio Cic. Fam. 10, 33. In contrarias partes de omni re diſputare Cic. de Orat. 1, 158 c. 34. In contrarias partes flumina fluunt Id. de Diuin. 1, 62 c. 35. Inter ſe contraria capita de Rep. conferre Cic. de Orat. 2, 223 c. 55. Nihil eſt tam contrarium rationi et conſtantiae, quam fortuna Cic. de Diuin. 2, 18. Id maxime contrarium eſt Pollio Cic. 10, 31, 10. *i. noxium*, *certe periculoſum.* *Sic* Colum. 8, 17, 5. 9, 11, 2. *Coll.* 2, 2, 27. Contrarium eſt officio merces Paullus l. obligatio §. 2 D. mandat. vel contra. Contrarium aes, Graue aes, Feſtus. *Nempe quod contra appenditur in libra.*

CONTRARIĔTAS, ātis. f. Macrob. Saturn. 7, 9 Poteſtne excuſari huius contrarietatis auſum? *Sic ſaepe alibi*, *vt* Somn. Scip. 2, 15 *et* 16. *Legitur et apud* Tertull. adu. Hermog. c. 35. *et* Sidon. 4, 12.

CONTRARIE. Adu. [ἐναντίως] Cic. de Orat. 1, 140 c. 31 In quo aut ambigue quid ſit ſcriptum, aut contrarie. *Add.* Id. Partit. c. 31. Relata contrarie verba ornant in primis orationem Cic. de Orat. 2, 263. Cic. Timaeo c. 9 Biſariam contrarie ſimul procedentia.

CONTRARIO. *Aliud* Adu. Nep. 18, 1, 5 At apud illos contrario nemo ad id officium admittitur. Scribon. c. 199 Hoc enim proprium eſt medicinae, et illud exſecratiſſimi pharmacopolae contrario oppoſiti virtuti eius *(medicinae)* vt et in caeteris artibus inuenitur. Nulla enim eſt, quae non habeat aduerſantem ſibi ſua ſpecie ſimilitudinis malignam profeſſionem. *Quin ipſi* Ciceroni *quidam tribuunt* Tim. c. 12 Poſt iram et metum, et reliquos motus animi comites ſuperiorum, et his etiam contrario diſſidentes: *Plato dixerat* ἐναντίως διεστῶτας. *Sed vulgo editur* contrarios: *non bene.* *Vid. Boſius ad Nep. l. c.* Campeſtribus locis contrario non poſſunt haberi copiae Vitr. 8, 1 *extr.* *Sic optimi.* *Al.* e contrario.

CONTRARIO, āre. Infimae latinitatis vox, quam improbat Voſſius; defendit Scioppius Animadu. p. 9. *Add.* Aquitan. de Promiſſ. 2, 33.

CONTRACTVS, *vid.* CONTRAHO.

CONTRADĪCO, xi, ctum, ĕre. [ἀντιλέγω] Cic. Tuſc. 1, 8 Vt quum is, qui audire vellet, dixiſſet, quod ſibi videretur, tum ego contradicerem. Contradixerat Metellus Cic. Att. 1, 1, 17. Idem pro Roſc. Amer. 93 Et quidquid tu contradixeris, id cum defenſione noſtra contendito. *Alii ſeparatim legunt*, Contra dixeris. *Sine dubio autem diuidendum eſt in illo* Cic. Tuſc. 3, 71 c. 29 Ex quo intelligitur, non in natura, ſed in opinione eſſe aegritudinem. Contra dicuntur haec. Quis tam demens, vt ſua voluntate moereat? *Diſtinguitur etiam* pro Cluent. 134 c. 48 Si quis contra dicere vellet, vſurum eſſe eum ſuo teſtimonio.

CONTRADICTVS, a, um. Partic. [ἀντιλεγόμενος] *Vt*, Quinctil. prooem. 4, 6 Diſſoluere contradicta. *Etiam hoc diuiſim editur.* Contradictum iudicium l. 34 ff. de L. L. *i. contentioſum.*

CONTRADICTIO, ōnis. f. [ἀντιλογία] Quinctil. 2, 17, 36 Ponuntur hae quoque in ſecundo Ciceronis de Oratore libro contradictiones, *i. obiectiones.* Contradictionibus reſpondere, occurrere Quinct. 5, 13, 28 ſq. *et* 36 ſq. *Add.* 38, 27. 4, 2, 29. Tac. Ann. 14, 43 Aliquid crebris contradictionibus deſtruere.

CONTRADICTOR, ōris. m. Ammian. 31, 40 Contradictoris copia ſeruata. Oroſ. 3, 1 Contradictor pacis bello impetendus. Aug. de Ciu. Dei 21, 3 Attendunt iſti contradictores.



CONTRADICIBĬLIS, e. Adi. Tertull. de Carne Chriſti 23 Signum contradicibile, σημεῖον ἀντιλεγόμενον *ex* Lucae 2, 37.

CONTRĀDO, tradidi, traditum, ĕre. [παραδίδωμι] *Idem volunt*, *quod Tradere.* Lucret. 1, 401 Multaque praeterea tibi poſſum commemorando Argumenta, fidem dictis contradere noſtris. *Sed* Conradere, *ſ.* Corradere *probant Lambin. et Creech.*

CONTRADVCO, ĕre. *Legitur apud* Auctor. ad Her. 4 c. 16 *ſed diuiſe ſcribendum.*

CONTRAĔO, īre. Auctoritati Hieron. Ep. 84 ad Magnum. Inuidiae Arnob. 1 *pr.* Sententiae Caſſii nemo vnus contraire auſus eſt Tac. Ann. 14, 45. Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito Virg. Aen. 6, 95.

CONTRĂHO, xi, ctum, ĕre. [συλλέγω, συστέλλω, ἐπισπάω] *Conciliare*, *Cogere*, *Colligere.* Virg. Aen. 3, 8 Contrahimusque viros. *Sic* Contrahit celeriter eos ſimilitudo Liu. 1, 46. Pompeius Marcello *ſub* Cic. Att. 8, 12 Vos hortor, vt quodcunque militum contrahere poteritis, contrahatis. *Sic apud* Liu. 28, . . Contrahere auxilia. Contrahere perſonas ad aliquod negotium Plin. Epiſt. 10, 88. Cic. Att. 8, 1 Sin omnia In vnum locum contrahenda ſint, non dubito quin, *etc.* Liu. 26, 42 Periculum eſſe ratus, ne eo facto In vnum omnes contraheret. In aceruum Plin. 10, 20. Collum Quinctil. 11, 3, 82. Crura Ouid. Amor. 3, 2, 23. Flectit, contorquet, porrigit, contrahit quocunque vult membra ſua omne animal Cic. de Diu. 1, 120. Dilatare *et* Contrahere *contraria* Idem de Natur. Deor. 2, 136. *Et* de Amic. 24 Quae in rerum natura, totoque mundo conſtarent, quaeque mouerentur, ea contrahere amicitiam, diſſipare diſcordiam. Contrahere collum Cic. Tuſc. 2, 41. *Et* Contrahere brachia Virgil. Georg. 1, 34. Cic. de Natur. Deor. 2, 136 *de pulmonibus*, Tum ſe contrahunt adſpirantes, tum in reſpiratu dilatant, vt frequenter ducatur cibus animalis. Liu. 28, 18 Contrahere ad colloquium, dirimendarum ſimultatum cauſa, eſt conatus. Plin. 3, 5 Et tot populorum diſcordes, feraſque linguas ſermonis commercio contraheret ad colloquia. *Metaph. de amicis* Cic. in Lael. 48 Vt ex bonis amici quaſi diffundantur, et incommodis contrahantur. *Nempe laeti affectus ſanguinem agunt ad externas partes*, *in triſtitia refugiunt omnes humores verſus arcem et centrum.* *Sed* Hoc ſibi contraxiſſe videtur, quod noluit Vell. 2, 45, 2 *ad cauſas morbi aut mali refertur.* Cic. Q. Fratr. 1, 1 Ea moleſtiſſime ferre homines debent, quae ipſorum culpa contracta ſunt. *Alias* Contrahere *eſt Coagulare* Plin. 23, 7 Fici ſuccus lacteus, aceti naturam habet. Itaque coaguli modo lac contrahit. ¶ 2 *Subſtantiua ordine elementari digeſta.* Cic. Q. Fratr. 1, 1, 8 Conſtare inter omnes video, abs te ſummam adhiberi diligentiam, nullum Aes alienum nouum contrahi ciuitatibus, vetere autem magno et graui multas abs te eſſe liberatas vrbes. Luxu contractum erat Aes alienum Curt. 10, 2, 9. Plin. 34, 11 Ociſſime vero contrahit coronarium Aeruginem. *Sic*, Contrahere mucorem Columel. 12, 4. *Et* 6, 27 Noxam. *Et* 4, 17 Contrahere ſitum. Amicitiam virtus contrahit Cic. de Amic. 49 c. 14. Idem de Legib. 2, 38 *de muſica*, Namque et incitat languentes, et languere facit excitatos: et tum remittit Animos, tum contrahit. Cic. Q. Fratr. 1, 1 Quapropter hoc te primum rogo, ne contrahas aut demittas Animum. Animus contrahitur formidine Lucret. 5, 1218. Liu. 5, 37 Tribuni, quorum temeritate Bellum contractum erat, ſummae rerum praeerant. Beneuolentiam a perſona noſtra Auct. ad Her. 1, 8. Cauſam mortis ſibi Plin. 11, 19. Liu. 7, 26 Ibi circa iacentis Galli corpus contracto Certamine pugna atrox concitatur. Plin. 12, 17 In Arabia et olea dotatur lacrima, qua medicamentum conficitur ſingulari effectu contrahendis vulnerum Cicatricibus. Cicatricem inducere *dicit* Celſus. Liu. 25, 19 Metu futuri dedecoris ſi ſua temeritate contractae Cladi ſupereſſet. Commentarios, *i. in breuitatem redigere* Quinctil. 10, 7, 31. Culpam Papin. l. liberto §. litem D. de negot. geſt. Cic. de Fin. 5, 91 Nec mercatura quaeſtuoſa, ſi in maximis lucris parum aliquid Damni contraxerit. Digitum in pollicem Quinct. 11, 3, 92. Frontem contrahunt *ſubirati*, *et quibus aliquid non placet.* Plaut. Amph. prol. 52 Quid contraxiſtis frontem? *Add.* Quinct. 11, 3, 78. Idem 7, 1, 53 Inimicitias domui contraxeras. Inuidiam in vita Auct. ad Her. 4, 50. Iram alicuius ſibi Ouid. Met. 2, 660. Iter contrahere, *i. breuius facere*, *aut properare* Propert. 3, 20, 12. Iura contrahere, *ſignificat auſteritatem legum temperare*, *et minus quam pro imperio agere*, *ne ſummum ius ſumma ſit iniuria.* Stat. Theb. 11, 682. Cic. de Legib. 3, 6 Lites contractas iudicanto. Plaut. Caſin. 3, 2, 31 Nam ego aliquid contrahere cupio Litigii inter eos duos. Celſ. 2, 1 Hiems autem capitis dolores, tuſſim, et quidquid in faucibus, in viſceribus Mali contrahitur, irritat. Moleſtias liberalitate ſua Cic. Fam. 2, 15. Morbum Plin. 30, 8. Mucorem, *vid.* Aeruginem, *ſupra.* Nefas Liu. 5, 15. Columel. 6, 27 Aut ſi id facere prohibeantur, cupidine ſolicitati, Noxam contrahant, *i. incidant in morbum.* *De equis.* Odium Auct. ad Her. 4, 50. Cic. de Inuent. 1, 24 Si turpitudo cauſae contrahet Offenſionem. Opus ingens in minores gyros Stat. Silu. 4, 7, 4. Cic. in Partit. 23 c. 7 Quae ſimplicibus verbis ita tractatur, vt aut ex verbo dilatetur, aut in verbum contrahatur oratio. *Conf.* Quinctil. 11, 1, 45. Periculum Liu. 2, 23. Piaculum ſibi, et Reipublicae Liu. 5, 52. Pituitam Celſ. 4, 5. *i. gignere vel augere.* Caeſ. Bell. Gall. 8, 22 Sed tamen ſe contentum fore ea Poena, quam ſibi ipſi contraxiſſent. Paecepta in vnum Ouid. Rem. Amor. 424. Situm, *vid.* Aeruginem, *ſupra.* Tempora dicendi Quinctil. 6, 5, 4. Plin. in Paneg. 49 Non ipſum Tempus epularum tuarum, quum frugalitas contrahat, extendit humanitas? Cic. de Natur. Deor. 2, 102 Et modo accedens, tum autem recedens binas in ſingulis annis reuerſiones ab extremo contrarias facit: quarum in interuallo, tum quaſi triſtitia quadam contrahit terram, tum viciſſim laetificat, vt cum caelo hilarata videatur. *Vid.* n. 1 *ex* Cic. Lael. 48. Plin. 24, 6 Inuenio potu modico Triſtitiam animi reſolui, largiore contrahi. Celſ. 3, 18 Alterum genus inſaniae eſt, quod ſpatium longius recipit, quia fere ſine febre incipit, leues deinde febriculas excitat, et conſiſtit in Triſtitia, quam videtur bilis atra contrahere. Valetudinem aduerſam contrahere ex re aliqua Plin. Epiſt. 7, 18. Vela, *pro Reprimere ſeſe*, *et cautius agere* Cic. Att. 1, 13 Contraxi vela perſpiciens inopiam iudicum, *etc.* Horat. Carm. 2, 10, 22 Sapienter idem Contrahes vento nimium ſecundo Turgida vela. *Sumtum a nautis*, *qui vehementius ſpirante vento vela contrahunt*, *quo tutius navigent: vento languidiore pandunt*, *captantes auram.* *Eraſm. in Chiliad.* Plin. 22, 10 Ipſi nucleo viuunt, panem facientes praedulcem, et qui contrahat Ventrem, *i. adſtringat: Contrarium* Laxare. Vmbras rerum contraxit dies medius Ouid. de Arte Am. 3, 723. *Nempe quo ſol altior*

7 P

*altior eo breuior umbra.* Vultum contrahere, *eſt Auſterius intueri* Ouid. ex Pont. 4, 3, 7, *vt* Frontem. ¶ 3 Contrahere, [συμβάλλειν, συναλλάττειν] *Paciſci; vt fit in emendis, vendendisque mercibus. Vid.* CONTRACTVS. Cic. Offic. 3, 66 c. 15 Tollendum eſt igitur ex rebus contrahendis omne mendacium. Idem Verr. 4, 170 Nam quas pecunias iis ferebat expenſas, quibuscum contrahebat, *etc.* Cic. Offic. 2, 40 c. 11 Atque iis etiam, qui vendunt emunt, conducunt locant, contrahendisque negotiis implicantur, iuſtitia ad rem gerendam neceſſaria eſt. Quantis moleſtiis vacant, qui nihil omnino cum populo contrahunt? Cic. Tuſc. 5, 105 c. 36. Idem pro Cluent. 41 Cum illo iam nemo rationem, nemo rem vllam contrahebat. Paullus l. 1 ff. Mandati, Obligatio mandati conſenſu contrahentium conſiſtit. Item mandatum et in diem differri, et ſub conditione contrahi poteſt. Vlpian. l. 8 §. 10 D. ad ſenatusconſ. Vellcian. Si quum eſſem tibi contracturus, mulier interuenerit, vt cum ipſa potius contraham. Contrahentes curatores Cod. 2, 25 l. 5.

CONTRACTVS, a, um. Partic. [συνειλεγμένος] *Vt*, Contractus exercitus Liu. 27, 41. Plin. 18, 2 Contractis ad medium digitis. Contracta Breuitas ad verbum vnum Cic. de Orat. 3, 155 c 39. Copiae non multo ante contractae Nep. 18, 3, 3. Vndique contracto exercitu Liu. 27, 41 *pr.* Cic. pro Quint. 11 Id, quod facilius facere poſſitis, dabo operam, vt a principio res quemadmodum geſta et contracta eſt, cognoſcatis. Contractae res Cic. Offic. 1, 15. Propter res tuas ita contractas, vt nec caput, nec pedes Cic. Fam. 7, 31. *Ludit.* Homo contractus, *pro Parco* Virgil. in Moreto v. 78 Verum hic non domini; (quis enim contractior illo?) Sed populi prouentus erat. Hic turpis egeſtas contractum pannis triſtibus obſideat Paullin. in obitum Celſi, v. 459. *Conf.* Horat. Epiſt. 1, 7, 12. Contractus, [συνεσταλμένος] *Compreſſus.* Horat. Serm. 2, 7, 61 An turpi clauſus in arca Contractum genibus tangas caput. Contracta res eſt et adducta in anguſtum Cic. de Amic. 20 c. 5. Bellum contractum degunt cum ventis nautae Lucr. 4, 965. Cupido contractus, *i. temperata cupiditas, compreſſa auaritia* Horat. Carm. 3, 16, 39. Frigore contracto piger, *i. ob frigus contractum, quo contrahi ſolent homines* Virgil. Georg. 4, 259. Frons contracta, *i. rugoſa* Horat. Serm. 2, 2, 125. Paupertas contracta Idem Epiſt. 1, 5, 20 *quae metu quodam ſe contrahit.* Veſtigia contracta alicuius ſequi, *i. arcta, et ob id difficilia* Hor. Epiſt. 2, 2, 80. *Sed variat lectio.* Culpa contractum Malum aegritudinem acriorem facit Cic. Tuſc. 3, 52. Conſuetudines et familiaritates, multaeque cum multis res rationesque contractae Idem Offic. 1, 53. Contractus, [σύσταλτος] Introitus contractior, *arctior* Cic. de Natur. Deor. 2, 144. Ignis contractior, *i. minor* Lucr. 5, 570. Locus exiguus atque contractus Virg. Georg. 4, 295. Columel. 5, 5 Sed neque Spatioſiora, quam decem pedum, neque contractiora, quam quatuor. Spatio breui contracta Ouid. Faſt. 6, 495. Cic. in Parad. 1 Accipies igitur hoc paruum opuſculum lucubratum his iam contractioribus noctibus, *h. e. breuioribus.* Minor et contractior orbis Prud. adu. Symmach. 1, 322. Studia contractiora in ſenectute eſſe debent Cic. pro Cael. 76 c. 31. Contracta et adſtricta eloquentia putanda eſt dialectica Idem de Clar. Orat. 309. Contractus et breuis ambitus verborum Cic. de Clar. Orat. 162. *de periodo. Subſtant.* Solicitus non ſuis contractis Planc. Cic. Fam. 10, 18. *i. quae ipſe ſibi conſciuit, non ſua culpa.*

CONTRACTE. Adu. *Compar.* Sen. de Tranquillit. 9 Aſſueſcamus habitare contractius. *Conf.* Lactant. 2, 8, 39. *et* 7, 21, 2.

CONTRACTIO, ōnis. f. [συστολή] *Vt*, Contractio neruorum Plin. 20, 14. Contractio frontis Cic. pro Sext. 19 c. 8. *Seueritatis index.* Neruorum Scribon. 255. 269. Digitorum contractio facilis, facilisque porrectio, propter molles commiſſuras Cic. de Nat. Deor. 2, 150 c. 60. Id. de Orat. 3, 194 Aut Contractione breuius fieret, aut Productione longius. Cic. in Orat. 59 Brachii Proiectione in contentionibus, Contractione in remiſſis. Superciliorum Remiſſio et Contractio Cic. Off. 1, 146. Id. Att. 5, 4 Et ſi meam in eo parſimoniam huius paginae contractio ſignificat, *de parſimonia chartae.* Effuſio animi, et Contractio, *contraria* Cic. Tuſc. 4, 66 c. 31.

CONTRACTIVNCVLA, ae. f. Dimin. [συστόλιον] Cic. Tuſc. 3, 83 c. 34 Hoc detracto, quod totum eſt voluntarium, aegritudo erit ſublata illa moerens, morſus tamen et contractiunculae quaedam animi relinquentur.

CONTRACTVRA, ae. f. Vitruu. 3, 2 *et alibi frequenter.* Contracturam autem *vocat in ſcapis columnarum*, qua gracileſcunt. *Add.* 3, 3. *et* 5, 1.

CONTRACTVS, ûs. m. *Idem quod Contractura.* Varro R. R. 1, 68 Penſilia, vt vuae, mala, et ſorba, ipſa oſtendunt, quando ad vſum oporteat promi: quod colore mutato et contractu acinorum, ſi non demſeris ad edendum, ad abiiciendum deſcenſurum ſe minitantur. *Sic* Celſ. praef. p. 17 Contractus leuori *opponitur ſed variat lectio. Vid.* CONFRACTVS. *Conf.* Vitruu. 3, 3. ¶ 2 Contractus, *apud Iuriſconſultos, eſt Negotium inter duos pluresue data opera geſtum, vt vel vterque inuicem, vel alteruter obligetur.* Contractus ſponſionum ſtipulationumque dicebantur ſponſalia Seru. Sulpic. *ap.* Gell. 4, 4. Vlpian. l. 19 D. de verb. ſignif. Labeo libro primo Praetoris vrbani definit, quod quaedam agantur, quaedam gerantur, quaedam contrahantur. Et actum quidem generale verbum eſſe, ſiue verbis ſiue re quid agatur, vt in ſtipulatione vel numeratione. Contractum autem vltro citroque obligationem, quod Graeci συνάλλαγμα vocant, veluti emtionem venditionem, locationem conductionem, ſocietatem. Geſtum rem ſignificare ſine verbis factam. Contractuum *duo ſumma genera ſunt: nam alii* Nominati *dicuntur, quibus certum nomen Latinae linguae conſuetudo impoſuit, veluti* Emtio, locatio: *alii vero* Innominati, Do vt des, Do vt facias, *qui propterea ſic appellantur, quia nullum certum ac proprium nomen habent. Vid. Tit.* D. de praeſcript. verb. *Hotom.*

CONTRACTOR, ōris. m. *Conciliator.* Nuptiarum contractor Cod. l. 5 *t.* 5 l. 8.

CONTRACTORIVM, i. n. [σφιγκτήρ] Gloſſ. Gr. Lat.

CONTRACTO, *vel quod vſitatius* CONTRECTO, āre. [μεταχειρίζω, ψηλαφάω] *fere exceſſum aut vitium in tractando notat, certe vehementiam quandam, aut indecens quiddam in tangendo.* Columel. 12, 4, 3 Ne contractentur pocula. Sen. de Conſtant. 13 Hunc affectum aduerſus omnes habet ſapiens, quem aduerſus aegros ſuos medicus: quorum nec obſcena, ſi remedio egent, contractare, nec reliquias et effuſa intueri dedignatur *etc.* Id. Epiſt. 41 Aliter leo aurata iuba demittitur, dum contractatur, et ad patientiam recipiendi ornamenta cogitur fatigatus; aliter incultus, integri ſpiritus. Pſeudo-Cornelius Gallus 5, 57 Contractare (*al.* contrectare) manu coepit frigentia membra, Meque etiam digitis ſollicitare ſuis. *Refertur ad ſenſus etiam reliquos, ipſumque adeo animum et cogitationem. De inuidia, qua putabant oculis faſcinari aliquem poſſe.* Plin. 18, 1 Tabesque animi contrectata adurit, culpantium omnia. Sol nudum contrectans corpus aquaï Lucret. 6, 854. Oculis vulgi aliquid contrectandum permittere Tacit. Ann. 3, 12, 6 *Item* Lactantius de Opificio Dei 1, 15 Quae a nobis longe remotae, neque oculis contrectari, neque tangi manu, neque percipi ſenſibus poſſunt. *Vid. Bunem. ad h. l.* Aur. Vict. Epit. 5 Genitalia vultu contrectabat: *quanquam haec turpitudo vltra oculos progreſſa.* Cic. Tuſc. 3 c. 15 Impellit rurſum et incitat ad conſpiciendas, totaque mente contrectandas varias voluptates. Petulantius eas contrectantes Perſae Iuſt. 7, 3, 4. Contrectare aliorum vxores Suet. Domit. c. 1. *Add.* Plaut. Poen. 5, 5, 32. Contrectata filiarum pudicitia Tacit. Ann. 14, 36. Contrectare, *Iureconſultis eſt, Vt dominum circa rem verſari, et omnia in ea agere, quae domini ſolent. Auctor Theophil.* §. 1 Inſtit. de vſucap. Contrectare, *pro* Tractare, *de ſcriptore* Cic. de Orat. 3, 24 Haec facilius diuulſa et quaſi diſcerpta contrectant. *Sed proprie* Liber manibus contrectatus Hor. Epiſt. 1, 20, 11. Crimina diu contrectata Pſeudo-Corn. Gallus 6, 4.

CONTRECTATIO, ōnis. f. [ψηλάφησις] Cic. de Nat. Deor. 1, 78 c. 27 Quod ni ita eſſet, cur non geſtiret taurus equae contrectatione, equus vaccae?

CONTRECTĀTOR, ōris. m. Vlpian.

CONTRACTABĬLIS, *vel* CONTRECTABĬLIS, e. Adi. Lactant. 2, 8. Auſon. Parental. 9, 3. Prud. Apoth. 963. Tertull. de Anima c. 57 *extr.*

CONTRECTABILĬTER. Adu. [ψηλαφωμένως] Lucret. 4, 664 Leuiſſima corpora debent Contrectabiliter caulas intrare palati. *Sic Creech. Alii legunt*, Contrectabilis in caulas, *etc. Al.* Contractabiliter.

CONTRAIVRIS, is. m. παράνομος Gloſſ. Gr. Lat.

CONTRALĔGO, *vnde*

CONTRALEGENS, entis. Partic. Non ſemper illo contralegente, qui promiſerat operam ſuam Sidon. Ep. 5, 15. *Melius diſtinguit Sauaro. Eſt autem* contra legere *illius, qui attendente altero ſuo codici, de exemplari emendato praelegit, vt deprehendatur diſcordia.*

CONTRALICEOR, ēri. [ἀντωνοῦμαι] Caeſ. Bell. Gall. 1, 18 Propterea quod illo licente contraliceri audeat nemo. *Sed potius duae ſunt dictiones*, Contra liceri.

CONTRAPŌNO, ĕre. Tertull. ad Mart. c. 4.

CONTRAPOSĬTVS, a, um. Adi. [ἀντίθετος] *pro Oppoſito.* Quinctil. 9, 3, 32 *et* 102 De aequo, vero, iuſto, bono, deque iis, quae ſunt contrapoſita, diſputat. *Add.* c. 4, 18 *etc.*

CONTRASCRĪBO, ĕre. Apul. Apol. p. 324.

CONTRASCRIPTOR, ōris. m. Vet. Inſcr. CONTRASCRIPTOR RATIONIS SVMMI CHORAGI. *Vid. Salmaſ. in Hiſt. Aug. p.* 480.

CONTRASCRIPTVM, i. n. [ἐναντιόγραφον] Cic. Att. 16, 7 Antonii edictum legi a Bruto, et horum contraſcriptum praeclare. *Legitur ſeiunctum multo melius.*

CONTRASTO, āre. [ἐντίκειμαι] *Repugnare.* Naeuius, Contraſtat ſemper, nec me ſinit loquier. *Per metathesin vel anaſtrophen:* Stat contra ſtarique iubet Iuuenal. 3, 290. *Sed ſunt nimirum duae voces.*

CONTRASTANS, antis. Part. Sphaeriſtarum contraſtantium paria Sidon. Epiſt. 2, 9. *Add. ib.* Ep. 5.

CONTRAVĔNIO, ēni, entum, īre. [ἀπαντῶ] Caeſ. Bell. Gall. 6, 29 Hoc animo, vt ſi qua ex parte contraueniretur, acie inſtructa depugnarent. Cic. Tuſc. 1, 55 c. 23 Ego vero facile ſum paſſus, ne in mentem quidem aliquid contraueniret, ita iſti faueo ſententiae. *i. e.* Quod contrarium eſſet, et repugnaret. *Sed hic nimis aperte duae voces ſunt.* Cic. Verr. 2, 107 c. 43 Si de literis corruptis contrauenit. *i. eum accuſauit corruptarum literarum: etiam hoc recte diſtinguitur.* Cic. pro Muraen. 9 Si turpe exiſtimas te aduocato illum ipſum, quem contraueneris, cauſa cadere. *Legitur et hoc hodie* Quem contra veneris, *diſiunctim, et rectius.*

CONTRAVERSVM. Adu. *E contrario, e diuerſo.* Solinus 15 Denique recentem natum fletu parens excipit: contrauerſum laeta ſunt funera. *De Thracibus.*

CONTRECTO, *vid. ſub* CONTRAHO, CONTRACTO.

CONTREMISCO *ab inuſitato*

CONTRĔMO, ui, ĕre. [τρομέω] *Idem quod vehementer et ex omni parte Tremere.* Cic. de Orat. 3, 155 c. 39 Caelum tonitru contremuit. Aequora contremuerunt Catull. Argon. ſ. 62, 205. Timore perterritus contremuit Cic. de Diuin. 1, 58 c. 28. Periculum contremuit domus Hor. Carm. 2, 12, 8. *h. e. Cum tremore timuit.* Cic. pro Sext. 68 c. 31 Cuius in mea cauſa nunquam fides virtusque contremuit, *qui ea fuit virtute, vt nunquam contremiſceret.* Cic. de Orat. 1, 121 c. 26 Et tota mente atque omnibus artubus contremiſcam. Toto corpore Caecina *ad* Cic. Fam. 6, 7. Sen. Epiſt. 65 *fin.* Fortes ſimus aduerſus fortuita, non contremiſcamus iniurias, non vulnera, non egeſtatem.

CONTREMISCENDVS, a, um. Part. Sidon. Epiſt. 9, 11.

CONTREMVLVS, a, um. Adi. Varro apud Nonium 4, 318. *Conf. Turneb. Aduerſ.* 29, 28.

CONTREPIDANTER. Adu. Tertull.

CONTRIBVLO, āre. *a Tribula, quae a Terendo dicta eſt, ſignificat affligere vexare.* Vulg. Interpr. Sirac. 35, 22. *Hinc*

CONTRIBVLĀTVS, a, um. Adi. Tertull. adu. Iud. 5 Cor contribulatum. *Add.* ib. c. 13.

CONTRIBVLATIO, ōnis. f. Idem ibid. 13 Vos contribulatione ſpiritus vlulabitis.

CONTRIBVLIS, is. m. *Qui eſt ex eadem tribu, quem* Tribulem *dicunt veteres* Sidon. Epiſt. 8, 13.

CONTRIBVO, ui, utum, ĕre. [συνεκτίνω, συμπαρέχω] *Simul cum aliis, vel totum tribuere et conferre.* Cic. Philipp. 14, 39 c. 14 Vrbem ad eam rem pecuniam dare, contribuere, ſoluere iubeant. Ouid. Met. 7, 231 *de Medea, herbas magicas legente*, Nec non Peneae, nec non Spercheïdes vndae Contribuere aliquid. Sen. de Benef. 6, 5 Cum idem homo beneficium mihi dedit, et poſtea fecit iniuriam, vtrum et beneficium illi reddere debeam, et me ab illo nihilominus vindicare, ac veluti duobus nominibus ſeparatim reſpondere: an alterum alteri contribuere, et nihil negotii habere, vt beneficium iniuria

ria tollatur, beneficio iniuria ? Illud enim video in foro fieri. Regna aut iiſdem, quibus ademerat, reddidit, aut alienigenis contribuit Suet. Aug. c. 48. Contribuere laudem alicui Cic. pro Milon. 83. Vxiorum gentem ſubactam Suſianorum Satrapiae contribuit Curt. 5, 3, 16. Columel. 2, 2, 15 Quibus fere contribuuntur praedicti colores. Plin. 32, 4 Sed hoc vtilius eſt vitae contributa habere remedia. Columel. 2, 9, 17 Inter frumenta etiam panicum et milium ponenda ſunt, quamuis iam leguminibus ea contribuerim. Id. 9, 11, 1 Contribuere duas aluearum plebes in vnum, *de apibus.* Viti adminiculum Id. 3, 5, 8. Contribuuntur generibus ſpecies Id. 2, 2, 2. Contribuere in regna, *i. diuidere* Plin. 5, 18. Contribuuntur in eam oram Icoſitani Id. 3, 3. *Et* Contributi Megarenſibus Plin. 4, 7. Liu. 38, 3 Epirotis Ambraciam placebat aggredi, quae tum contribuerat ſe Aetolis. Contribuere omnes fideicommiſſarios, quaſi aequales Vlpian. in l. quia autem D. ſi quis omiſſ. *Declarat hoc locus* Sen. de Benef. 6, 5 *modo laudato.* Contribuere fideicommiſſa quaſi exaequata Ibidem. Contribuere omnia Tryphoninus in l. ſi vero D. de milit. teſtam.

CONTRIBVTVS, a, um. Part. Contributi Megarenſibus Plin. 4, 7. *Simpliciter ita dicuntur* Caeſ. B. C. 1, 60. *qui vnam ciuitatem conſtituunt, licet diuerſis locis habitent.*

CONTRIBVTIO, ōnis. f. Paullus in l. 1 D. ad leg. Rhod. de iactu, Lege Rhodia cauetur, vt ſi leuandae nauis gratia, iactus mercium factus eſt, omnium contributione ſarciatur, quod pro omnibus datum eſt. Contributiones, quae in poſſeſſionibus fiunt l. 4 ff. de Veteranis.

CONTRIBVTA Iulia, *Baeturiae oppidum eſt in tractu Celtico, qui eſt inter Baetim et Anan fluuios. Auctor* Plin. 3, 1.

CONTRISTO, āre. [κατα λυπέω] *Triſtem reddere. Metaphor.* Columel. 5, 9 Nonnunquam etiam in olea vnus ramus caeteris aliquanto eſt laetior: quem niſi recideris, tota arbor contriſtabitur, *h. e. Male afficietur.* Auſter contriſtat caelum frigore pluuio Virg. Georg. 3, 279. Contriſtauit haec ſententia Balbum Cael. Cic. 8, 9. Inuerſum contriſtat aquarius annum Hor. Sat. 1, 1, 36. Iuppiter moeſto contriſtat ſidera vultu Valer. Argon. 622.

CONTRISTATVS, a, um. Partic. Exhilarare contriſtatos Plin. 35, 17. Expauit et extimuit et contriſtata eſt Tertull. de Praeſcript. c. 49. Apes iniuria contriſtatae Columel. 9, 14, 11. *Add.* 8, 8, 4.

CONTRISTATIO, ōnis. f. Tertull. adu. Marc. 2, 11. *et* 5, 12. *it.* de Pudic. c. 7.

CONTRITIO, *vid.* CONTERO.

CONTROVERTOR, ti. *Eſſe in controuerſia* Iuſtinian. de Cod. confirm. Ep. 2 §. 1. *Hanc vocem improbat Voſſius de* L. L. 4, 4. *Sed*

CONTROVERSVS, a, um. Adi. [ἀμφισβητήσιμος] *De quo controuerſia eſt, quod in controuerſiam venit.* Cic. pro Muraen. 26 Etiam controuerſum ius noſſe et tractare videare. Res controuerſa et plena diſſenſionis inter doctos Cic. de Legib. 1, 52 c. 20. *Sic* Cic. de Clar. Orat. 46 c. 12 Quod eſſet acuta illa gens, et controuerſa natura, *i. ad diſputandum procliuis : agit de Siculis.* Cic. de Diuin. 2, 104 c. 50 Tantum ſat eſt intelligi, ſumere iſtos pro certo, quod dubium controuerſumque ſit. ¶ 2 Litoribus Cypriis contigui nauigabant, quae Iſauriae ſcopulis ſunt controuerſa Ammian. 14, 5. *i. ex aduerſo ſita ; niſi potius leg.* contrauerſa, *ſicut ap.* Solin. c. 27 *pr. et* c. 32 *reſtituit Salmaſ.*

CONTROVERSIA, ae. f. [ἀμφισβήτημα] *Quaeſtio litigantium, et contentio.* Plaut. Rud. 3, 5, 46 Apage, controuerſia eſt. Cic. Verr. 2 c. 18 Cuius haereditatis, quum ille aliquanto ante te Praetorem eſſet mortuus, controuerſia fuerat nulla. Abeſſe a ciuilibus controuerſiis Cic. . . . . Id. de Orat. 1, 183 c. 40 Mediocrisne res in controuerſiam adducta eſt ? Alere diutius Caeſ. Bell. Gall. 7, 32. Conſtituere Cic. de Orat. 1, 143. Deducta herba in controuerſiam inuentionis Plin. 25, 4. Dicere Quinctil. 9, 2, 77. Diiudicare Cic. pro Caecin. 49. Dirimere Id. Off. 3, 119 c. 33. Diſtrahere Suet. Caeſ. 85. Ducere aliquid in Quinctil. 3, 8. Auct. ad Heren. 1, 17 Interfectam eſſe matrem ab Oreſte conuenit mihi cum aduerſariis, iure interfecerit et licueritne facere, id Eſt in controuerſia. Cic. de Fin. 2, 38 Quod eo liquidius faciet, ſi perſpexerit rerum inter eas, verborumne Sit controuerſia. Plaut. Aulul. 2, 2, 83 Nulla controuerſia mihi tecum Erit. Cic. Verr. 3, 189 Si mihi tecum neque de annona, neque de aeſtimatione tua poteſt Eſſe controuerſia, quid ſedes ? Eſt mihi cum illo rei familiaris Cic. pro Roſc. Amer. c. 31. Eſt de re familiari Id. pro Cluent. c. 18. Eſt inter eos in eo controuerſia, vtrum Cic. de Orat. 2 c. 82. Id. Acad. 4, 34 Nitamur igitur nihil poſſe percipi : etenim de eo omnis Eſt controuerſia. Non Erat controuerſia, quin verum dicerent Cic. pro Caecin. 31. Exiſtunt controuerſiae ex hac re Cic. de Orat. 1, . . Id. in Orat. 121 Nihil ambigi poſſe, in quo non aut res controuerſiam Faciat, aut verba. Habent multae quaeſtiones controuerſiam Quinctil. 3, 11. Cic. Verr. 2, 122 c. 49 Quum Haberent inter ſe controuerſias de Senatu cooptando. *Conf.* Fam. 13, 30 *et* 69. Inferre et introducere controuerſiam Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 86 *ſeqq.* Intendere Auct. ad Herenn. 2, 45. Minuere, *vid. h. v.* Paullus in l. ex ſextante §. latinus D. de excep. rei iud. Quum de hereditate inter Maeuium, ad quem pertinebat, et Titium, qui controuerſiam Mouebat, tranſigeretur. Oriri Cic. pro Cluent. 161. Sedare Cic. pro Corn. Balb. 43 c. 19. Struere Auctor ad Herenn. 2, 7. Cic. Philipp. 9, 13 Neque conſtituere litium actiones malebat, quam controuerſias Tollere. Cic. de Orat. 1, . . In vtraque autem re, quidquid in controuerſiam Veniat, in eo quaeri ſolere, *etc.* *Conf.* Quinctil. 3, 6, 43. *it.* 7, 2, 9. Verſari in controuerſia aut contentione dicitur res Cic. in Orat. 45 c. 14. Vocari in controuerſiam *dicitur* res Cic. Fam. 13, 26. de Orat. 2, 291 Nulla enim fere res poteſt in dicendi diſceptationem aut controuerſiam vocari, quae non habeat, *etc.* Omnem eſſe contentionem inter homines doctos in verbi controuerſia poſitam Cic. de Orat. 1, 107. Si qui difficiliores erunt, vt rem ſine controuerſia confici nolint Cic. Fam. 13, 26. Ter. Phorm. 5, 6, 14 Nam ſine controuerſia a Dîs ſolus diligere Antipho. Sine controuerſia accuratiſſime Cic. Off. 3 c. 2. ¶ 2 Controuerſia *eſt genus declamationis i. exercitationis, quod forenſes illas imitatur. Hae ſunt* Quinct. 2, 1, 9 Fictae controuerſiae, *et* 4, 2, 92 Scholaſticae. *Ita in* Senecae *opuſculis rhetoricis ſ. declamationibus, eſt primo* Suaſoriarum liber ; *deinde* Controuerſiarum libri V, *etc.*

CONTROVERSIŎLA, ae. f. Diomed. *lib.* 1 p. 313.

CONTROVERSIĀLIS, e. Adi. Sidon. Epiſt. 7, 9. *et* 8, 11.

CONTROVERSIM. Adu. Apul. Apol. p. 336.

CONTROVERSIŌSVS, a, um. Adi. [ἀμφισβητήσιμος] *Idem quod Controuerſus.* Liu. 3 *extr.* Quem enim hoc priuatae rei iudicem feciſſe, vt ſibi controuerſioſam adiudicaret rem ? *Sic etiam Gron. Al.* Controuerſam.

CONTROVERSOR, āri. Depon. [ἀμφισβητέω] *Contendere.* Cic. in Protag. *ap.* Priſcian. 8 p. 803 Nunc a vobis ô Protagora et Socrates poſtulo, vt de iſto concedatis alter alteri, et inter vos de huiuſmodi non controuerſemini, non concertetis: *Conf.* Sidon. Epiſt. 4, 1.

CONTRVCĪDO, āre. [κατακόπτω] *Auget vim Simplicis* Trucidare, *h. e. Cum ſaeuitia perimere.* Cic. pro Sext. 79 c. 37 A quibus hic multis vulneribus acceptis, ac debilitato corpore, et contrucidato, ſe abiecit exanimatus. Taurorum opima corpora contrucidata Sen. Ep. 115. Adſpicere plebem immiſſo milite contrucidatam Id. de Ira 1, 2. Suet. Calig. c. 28 Miſit, qui vniuerſos contrucidarent. *Conf.* Tertull. adu. Marc. 5, 15.

CONTRV̄DO, ſi, ſum, ĕre. [συνωθέω] *Simul trudere, compingere.* Cic. Verr. 5, 66 c. 27 Et quod eodem caeteros piratas contrudi imperarat, intellexit, *etc.* Latrones ad latebroſa montium ſaxa contruſerunt Ammian. 27, 20. Contruſus eſt in inſulam Dalmatiae Boas Id. 22, 3. Raptim contrudere corpus in flumen Lucret. 4, 425. Cic. pro Cael. 63 Sed non dubito, quin ſint pergraues, qui primum ſint talis feminae familiares : deinde eam prouinciam ſuſceperint, vt in balneas contruderentur. Contrudi in dolia plena vinaceorum Varro de R. R. 1, 54. In vnum contrudere Lucret. 6, 210.

CONTRV̄SVS, a, um. Partic. [συνωθισμένος] *Vt*, Lucret. 6, 734 Ad altos denique montes Contruſae nubes coguntur, viique premuntur. *Sic* Corpora Lucr. 6, 1251.

CONTRVNCO, āre. *Idem quod totum Truncare et comminuere.* Plaut. Stich. 4, 1, 48 Dum equidem hercle quod edant, addas, meum ne contruncent cibum. *i. ne imminuant.* Apul. Met. 1 p. 103, 35 Dum polentae caſeatae offulam medico grandiorem, in conuiuas aemulus contruncare *(conficere et deuorare)* geſtio, mollitie cibi glutinoſi faucibus inhaerentis — minimo minus interii. *Sic* Met. 9 p. 222, 37 *de aſinis* contruncabant moles palearum. *Sed* Inermes et obſiſtentes contruncauerunt Lamprid. Alex. c. 61. *i. obtruncarunt, interfecerunt.*

CONTVBERNIVM, i. n. [ὁμοσκηνία, συσκηνία, κοινόβιον] *Tabernae ſ. tabernaculi ſocietas, eſtque proprie militum.* Veget. 2, 13 Rurſus ipſae centuriae in contubernia diuiſae ſunt : vt decem militibus ſub vno papilione degentibus vnus praeeſſet decanus, qui caput contubernii nominatur. *Pro ipſis proinde tabernaculis aut papilionibus poſuit* Feſtus, Contubernium dicitur Contubernalium habitatio. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 76 Depoſitis in contubernio armis, vallum relinquebant. *Add.* ib. 2, 29. Stipendia prima in Aſia fecit M. Thermi praetoris contubernio Suet. Caeſ. c. 2. Admouere contubernio Suet. Tib. c. 14. *Hic et alias* Contubernium, *eſt cohabitatio, conuictus et ſodalitas etiam extra militiam. Sic* Sueton. Aug. 89 Sphaeri, Arei Philoſophi, filiorumque eius Dionyſii et Nicanoris Contubernium iniit. *Ad militare autem illud alludit* Cic. Verr. 5, 103 c. 40 Vbi illud contubernium muliebris militiae in illo delicatiſſimo litore ? Plin. Epiſt. 3, 3 Adhuc filium pueritiae ratio intra contubernium tuum tenuit. Matris, proauiae contubernium Suet. Calig. c. 10. Inuitari in contubernium Suet. Calig. 22. Remouere a contubernio Suet. Tib. c. 56. Neceſſitudo contubernii Cic. pro Planc. 27 c. 11. *De conuictu prouinciali, et militari adeo. Verum* Sen. Ep. 6 *fin.* Metrodorum, Hermachum, et Polyaenum, magnos viros non ſchola Epicuri, ſed contubernium fecit. *Ridicule* Apul. Met. 9 p. 222, 34 Iumentale contubernium *vocat mulos eiusdem piſtrini. Grauiter* Sen. Qu. nat. 4 Praef. Neceſſe eſt aſſidua ſit in tam magno vitiorum contubernio rixa. Apul. Met. 11 p. 237, 8 Placuit, vt ipſe quidem in contubernio ſe tantiſper abſconderet. *i. in hoſpitio, de milite.* ¶ 2 Contubernium *in iure proprie dicitur in ſeruis, quod in liberis eſt coniugium* Col. 12, 1, 2 Curandum eſt, ne vagum villicum, et auerſum Contubernio ſuo habeamus, nec rurſus intra tecta deſidem, et complexibus adiacentem feminae. Paull. Sentent. 2, 20 Inter ſeruos et liberos matrimonia contrahi non poſſunt, contubernium poteſt. Vlp. l. 35 D. de Aedil. edict. Quod et in fratribus, et in perſonas contubernio ſibi coniunctas obſeruari oportet. *Conf.* l. 14 D. §. 3 de ritu nupt. l. 3 C. de inceſt. l. 23 C. ad L. Iul. de adult. *Sic* Si quos contubernii liberorumque, quos ſeruitus coëgiſſet agnoſcere, amor detineret Curt. 5, 5, 20. *Etiam dicitur in concubinatu.* Iſid. Orig. 9, 8 Contubernium eſt ad tempus coëundi conuentio. Suet. in Veſpaſ. c. 3 Poſt vxoris exceſſum Cenidem Antoniae libertam, et a manu, quondam dilectam ſibi, reuocauit in contubernium : habuitque etiam Imperator paene iuſtae vxoris loco. *Adde* Suet. Caeſ. c. 49. *et in* Calig. c. 36.

CONTVBERNALIS, is. c. *Tot modis dicitur, quot* Contubernium: *eſt enim* contubernalis *alterius, quicunque eius contubernio vtitur, vel militari illo, vel cohabitationis et conuictus, vel denique maritali.* Σύσκηνος, collega, contubernalis Vet. Gloſſ. Feſtus, Contubernales dicuntur a Tabernis, quae fiebant ex tabulis : vnde et Tabernacula ſunt dicta : licet ex tentoriis et pellibus fiant. *Hactenus* Feſtus. Militiae contubernales Cic. pro Lig. c. 7. *Add.* Suet. Caeſ. c. 42. Curt. 6, 2, 16. Africanus l. 21 §. 1 ff. Commodati, In exercitu contubernalibus vaſa vtenda communi periculo dedi. Cic. Fam. 9, 20 Habuiſſes enim non hoſpitem, ſed contubernalem. In Africam profectus eſt Q. Pompeio proc. contubernalis Cic. pro Cael. c. 30. Teſtes accuſatoris confeſſores, conuiuae, contubernales Cic. pro Flacc. 24. Hunc ego quum ſimul ſtuderemus, arcte familiariterque dilexi ; ille meus in vrbe, ille in receſſu contubernalis ; cum hoc ſeria, cum hoc iocos miſcui Plin. Ep. 2, 13. Contubernalis alicui in Conſulatu Cic. de Clar. Orat. 105 c. 27. Contubernalis, *pro Hoſpite.* Cic. pro Flacc. 41 Facis iniuſte Laeli, ſi putas, periculo noſtro viuere tuos contubernales, *etc.* Scaeuola l. vlt. ff. de auro, arg. mundo, Medico ſuo contubernali, et communi expeditionum comiti. *Poteſt hic ſeruus fuiſſe ; Lepide* Cicero Att. 13, 28 Caeſarem Quirini contubernalem *vocat, propter ſtatuam in aede Quirini ſ. Romuli ei poſitam. De eadem re* Att. 12, 45 Eum σύνναον Quirino malo, quam Saluti, *i. coli in Quirini templo eius ſtatuam, quam ipſum ſaluum eſſe. Acerbe de mulierculis libidinis cauſa aſſumtis* M. Caelius in Antonium *apud* Quinctil. 4, 2, 123 Namque ipſum offendunt ructuoſos ſpiritus geminare, praeclaraſque contubernales ab omnibus ſpondis tranſuerſas incubare, et reliquas circumiacere paſſim. ¶ 2 *Serui*

*coniuges* contubernales *ſunt* : Aeſopi conſerua quondam et contubernalis haec fuit Plin. 36, 12. *Conſ.* Petron. c. 56. ANTONIAE CONTVBERNALI SVAE Inſcript. Grut. p. 606 n. 7. CONTVBERNALI KARISSIMAE FEC. Ib. p. 985 n. 11. Columel. 1, 8, 5 Sed qualicunque villico contubernalis mulier aſſignanda eſt, quae contineat eum, et in quibusdam rebus tamen adiuuet. Idem 12, 1, 1 *de villica*, Ea porro iuuenis eſſe debet, id eſt non nimium puella, integrae quoque valetudinis, nec foedi habitus, nec rurſus pulcherrimi, foeditas faſtidioſum, nimia ſpecies deſidioſum faciet eius contubernalem. *Et* 12, 3, 7 Illud vero etiam in perpetuum cuſtodiendum habebit *villica*, vt eos, qui foris ruſticari debebunt, quum iam e villa familia proceſſerit, requirat: ac ſi quis (vt euenit) curam contubernalis eius intra tectum tergiuerſans fefellerit, cauſam deſidiae ſciſcitetur, exploretque, vtrum aduerſa valetudine inhibitus reſtiterit, an pigritia delituerit. *Tamen hoc non perpetuum eſſe, docet* Vlpian. l. 12 §. 7 D. de inſtrum. vel inſtructo leg. Vxores quoque vel infantes eorum (*ſeruorum*) qui ſupra enumerati ſunt, credendum eſt, in eadem villa agentes voluiſſe teſtatorem legato contineri. *Etiam nati ſeruorum* contubernales *ſunt* Vlpian. l. 12 §. 33 de inſtructo vel inſtr. leg. Contubernales quoque ſeruorum, id eſt vxores et natos, inſtructo fundo contineri, verum eſt.

CONTVBERNALĬTAS, ātis. f. Cyprian.

CONTVBVLO, āre. Tubulos coniungere Auguſtin.

CONTVBVLATIO, ōnis. f. *Tumiditas orbiculata in veſtibus quaſi e tubulis conſtructa propter plicas et ſinus.* Apul. Met. 11 p. 636. *Stew. Al.* contabulatione *et Elmenhorſt. p. 258, 26. it. Pricaeus.*

CONTVEOR, contuĭtus *vel* contūtus ſum, ēri. [προσβλέπω, ἀτενίζω] *Eſt fixo obtutu adſpicere. Dicitur et* CONTVOR, *de quo vid. ſuo loco.* Cic. Tuſc. 3, 35 Nam reuocatio illa, quam affert, quum a contuendis nos malis auocat, nulla eſt. Terram totam contueri Id. ibid. 1 c. 20. Cic. de Nat. Deor. 3, 8 c. 3 Similiter facis ac ſi me roges, cur te duobus contuear oculis, et non altero contuear: quum idem vno aſſequi poſſim.

CONTVENS, entis. Partic. [ἀτενίζων] Plin. 29, 6 Scarabei viridis natura contuentium viſum exacuit. Idem 7, 1 Contuentes Solem immobilibus oculis.

CONTVĬTVS, ûs. m. [ἀτενισμός] *Adſpectus.* Cic. pro Sext. 115 c. 54 Facit enim Iudices, veſter iſte in me animorum oculorumque contuitus, vt mihi iam licere putem remiſſiore vti genere dicendi.

CONTVMAX, ācis. Adi. [αὐθάδης] Proprie (*inquit* Donatus) dicitur Contemtor potiorum. Καταφρονητής, contemtor, ſpernulus Vet. Gloſſ. Gr. Lat. Iſidor. 10 lit. C. Contumax ab eo quod contemnat. *Sunt tamen, qui a tumore animi et ſuperbia inflante ſe deriuare malint. Vid.* CONTVMELIA. Martial. 2, 68 Me ne dixeris eſſe contumacem. Amomum contumax fricanti, *quod non facile fricando comminuitur, et fricanti reſiſtit* Plin. 12, 13. Columel. 6, 2 Hac machinatione conſequemur, vt etiam contumaces boues grauiſſima opera non recuſent. *h. e. reluctantes cum pertinacia.* Contumax aduerſus patris imperia Quinct. Decl. 9, 4 p. 193. Populus contumax regibus ſuis, *i. rebellis aduerſus reges* Sen. Thyeſt. 644. Contumax in alios Cic. Att. 15, 15. In ſuperiores contumax Auctor ad Herenn. 4, 52 c. 40. Syllaba contumax Martial. 9, 12. *i. quam metri lex reſpuit, vt* Earinos, Tuticanus; *conf.* Ouid. ex Pont. 4, 12 *et* 14. Plin. 16, 10 Quinto generi ſitus idem, eadem facies Larix vocatur: materies praeſtantior longe, incorrupta vis, emori contumax, *i. non facile comburitur, nec putreſcit.* Contumax, *etiam in bonum, Fortis et patiens, vim iniuſtam contemnens* Tac. Hiſt. 1, 3 Contumax etiam aduerſus tormenta ſeruorum fides, ſupremae clarorum virorum neceſſitates. Amore Chriſti contumax doloribus Prud. Romano 714. Contumax, *apud Iuriſconſultos dicitur,* Qui tribus edictis propoſitis, vel vno pro tribus, quod vulgo *peremtorium* appellatur, literis euocatus, praeſentiam ſui facere contemnit Hermog. l. 53 §. 1 D. de re iudicat. *Comparatur Gradibus, vt,* Quis contumacior Cic. Verr. 2 *extr.* Fortuna contumaciſſimum quemque aggreditur Senec. de Prouid. c. 3. Contumaciſſimos ebrietas in alienum cogit arbitrium Idem Epiſt. 83.

CONTVMACIA, ae. f. [ἀπείθεια, καταφρόνησις Vet. Gloſſ. αὐθάδεια, praeſumtio, temeritas Ibid.] *Inobedientia ex contemtu aliorum, et ſuperbia orta.* Cic. pro Roſc. Com. 44 Eſt tuae contumaciae, arrogantiae, vitaeque vniuerſae vox. Idem Verr. 4, 89 An vero ex hoc illa tua ſingularis ſignificatur Inſolentia, ſuperbia, contumacia. Ferocitas *et* contumacia Suet. Vit. c. 12. Nec ante libertas aut contumacia fraudi cuiquam fuit Idem Aug. c. 54. Abrupta contumacia Tac. Ann. 4, 20. *vbi opponitur* obſequio. Cic. in Piſ. 78 c. 31 Sed Torquatus praeter caeteros furebat contumacia Reſponſi tui. Liu. 2, 61 Idem habitus oris, eadem contumacia in vultu, idem in oratione ſpiritus erat. Cic. Verr. 3, 5 Vt iſti non modo dictis factisque omnibus, ſed etiam oris oculorumque illa contumacia ac ſuperbia quam videtis, diſſimillimus eſſe videar. Columel. 6, 2, 10 Neceſſitate contumaciam deponit bos. *Et mox,* Pervicax contumacia plerumque saeuientem fatigat. Contumacia, *in bonum, pro Libertate et conſtantia non obtemperantis iniuſto imperio.* Cic. Tuſc. 1, 71 c. 29 Adhibuitque liberam contumaciam, a magnitudine animi inductam, non a ſuperbia. Maxima eſt innocentiae contumacia Quinctil. Decl. 2, 5 p. 43.

CONTVMACĬTER. Aduerb. [αὐθαδῶς, ἀπειθῶς] Liu. 2, 58 Nec vlla vi domari poterant, tantum certamen animis imbiberant: ſegniter, otioſe, negligenter, contumaciter omnia agere. Cic. Att. 6, 1 Ad me autem, etiam quum rogat aliquid, contumaciter arroganter, ἀκοινωνήτως ſolet ſcribere. Et ſatis grauiter, et non contumaciter Idem Att. 16, 4. Contumaciter ſpernere imperia validiorum Columel. 6, 2. Cic. Q. Fatr. 2, 1 Tum Clodius rogatus, diem dicendo eximere coepit: furebat, a Racilio ſe contumaciter vrbaneque vexatum. Contumaciter repudiare morem patrium Cic. de Diu. 2, 71. Plin. 37, 7 Omnia autem haec genera, ſcalpturae contumaciter reſiſtunt, partemque cerae ſigno tenent. *Comparat.* Claudit ſuum vulnus, et ob id contumacius transmittit ferrum Plin. 16, 40. Contumacius ſe gerere Corn. Nepos 5, 2, 5. Contumacius parere Suet. Aug. c. 24.

CONTVMELIA, ae. f. [ὕβρις, ἀτιμία, διαλόγιον, Vet. Gloſſ.] *Leuior iniuria, quam a* Contumeo *recentiores deriuant (vid.* CONTVMAX*) antiqui fere a* contemnendo. *Sic* Vlpian. l. 1 de iniuriis, *et* Imperator inſtit. tit. de iniuriis. *Non poterimus melius rem declarare, quam ſi ponamus quaedam* Senecae de Conſt. Sap. *Nempe* c. 4 Diuidamus iniuriam a contumelia. Prior illa natura grauior eſt, haec leuior, et tantum delicatis grauis, qua non laeduntur, ſed offenduntur. Tanta eſt tamen animorum diſſolutio et vanitas, vt quidam nihil acerbius putent. Sic inuenies ſeruum, qui flagellis quam colaphis caedi malit, et qui mortem ac verbera tolerabiliora credat, quam contumelioſa verba. *Et* c. 10 Contumelia eſt minor iniuria, quam queri magis, quam exſequi poſſumus, quam leges quoque nulla dignam vindicta putauerunt. — Ille me hodie non admiſit, cum alios admitteret; ſermonem meum auerſatus eſt, aut palam riſit; et non in medio me lecto, ſed imo, collocauit — quorum maior pars conſtat vitio interpretantis. *Et* c. 11 Maiorem partem contumeliarum ſuperbi inſolentesque faciunt, et male felicitatem ferentes — Contumelia a contemtu dicta eſt, quia nemo, niſi quem contemſit, tali iniuria notat, *etc. ſunt enim ibi plura.* Contumeliam *autem grauiorem* iniuria *videri hominibus, praeter Stoicam Senecae ſententiam, declarabunt, quae mox ponemus.* Ter. Andr. 1, 5, 2 Proh deûm atque hominum fidem, quid eſt, ſi non hoc contumelia eſt? Contumeliae acerbiores principibus eſſe ſolent, quam iniuriae Senec. de Clem. 1, 11. Cic. Verr. 3, 126 Retinere ſolitus erat aratores; atque ab iis non modo per iniuriam, ſed etiam per contumeliam tantum exprimere frumenti, quantum Apronius imperaſſet. Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 71 Quo maior perfugis fides haberetur, commilitones appellans et magna Verborum contumelia interrogans, ſolerentne veterani milites fugere, in omnium conſpectu interficit. Omnis animaduerſio et caſtigatio contumelia vacare debet Cic. Offic. 1 c. 25. *Sic* Patior facile iniuriam, ſi eſt vacua contumelia Pacuu. *apud* Non. 5, 34. Cic. de Orat. 2, 222 c. 55 In quo nulli Aculei contumeliarum inerant. Iſthaec quidem contumelia eſt, hominem amicum recipere ad te Atque eius amicam ſubagitare Ter. Heaut. 3, 3, 5. *Conſ.* Eugraph. *Stupra contumeliam vocare videtur* Tac. Agric. 15, 4. Graues Hor. Epod. 11, 39. Inſanabiles contumeliae Cic. in Orat. 89. Inſignis, *vid. h. v.* Accipere contumeliam in ſe Ter. Eun. 4, 7, 1. Affici Quinctil. 9, 3, 13. Arcere ferro, Commutare ſua vita, *vid. hh. vv.* Plaut. Pſeud. 4, 7, 77 Contumeliam ſi Dices, audies. Deſcendere ad Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 83. Contumelias ſuas nulla crudelitate Exſequi Senec. de Clem. 1, 11. Facere Ter. Phorm. 5, 7, 79. Si ego digna hac contumelia ſum maxime, at tu indignus, qui faceres tamen Ter. Eun. 5, 3, 26. *Add.* Plaut. Aſin. 2, 4, 82. Gell. 10, 14. *et* 12, 9. Quinctil. Decl. 9, 18 p. 206. Facere contumeliam, *pro* pati, *in* Antonio *reprehendit* Cic. Philipp. 3 c. 9. *et* Quinct. 9, 3, 13. Gronou. Obſ. 3, 8, *qui XVI virorum eruditorum collegit ſententias. Breuiter, Antonius poſuerat,* Nulla contumelia eſt, quam facit dignus. Cicero *interrogat,* Quid eſt porro, facere contumeliam? Quis ſic loquitur? *Puto, Antonium ita intellexiſſe,* Nulla contumelia eſt, quam facit, *qui ius habet, qui laeſus eſt, qui poteſt contemnere alterum, vt modo vidimus ex* Ter. Eun. 5, 3, 26 Tu indignus, qui faceres, *etc. Cicero in eam rapit ſententiam, quaſi voluiſſet Antonius ita ponere,* facere contumeliam *ita ponere, vt* facere dammum, iacturam, *etc. i. pati.* Iacere in aliquem, *vid.* IACIO. Imponere plurimas iniurias contumeliasque alicui Cic. Verr. 4, 20. Incendere aliquem contumelia Tac. Ann. 1, 47. Liu. . . In liberos, in coniuges infandae contumeliae editae. Inſequi aliquem contumelia Cic. Att. 14, 16. Id. Tuſc. 4, 77 Alternis enim verſibus Intorquentur inter fratres grauiſſimae contumeliae. Lacerare contumeliis Cic. Philipp. 1, 5. Os contumeliis offerre Tac. Hiſt. 3, 31. *et* 85. *i. colaphis.* Onerare Cic. Philipp. 2, . . Operire Idem Verr. 4, 118. Cic. ad Brut. 16 Neque vsquam exul eſſe poſſum, dum ſeruire et Pati contumelias peius odero malis omnibus. Perferre, *vid. h. v.* Naues totae factae ex robore, ad quamuis vim et contumeliam perferendam Caeſ. Bell. G. 3, 15. *i. impulſum. Ponitur itaque, vt* Iniuria. Vertere in contumeliam Idem Bell. Ciuil. 1, 8. Vexare aliquem Cic. de Natur. Deor. 1, 73. Contumeliae debilitatis Plin. Epiſt. 8, 18, 9, *quas perferre cogitur aliquis ob debilitatem.* Lecti ſui contumelia ei vectigalis eſt, *de marito lenone ſuae vxoris* Apul. Apol. p. 322, 11. Cic. de Legib. 2, 28 c. 11 Nam illud Athenis vitioſum eſt, quod Cylonio ſcelere expiato, Epimenide Cretenſi ſuadente, fecerunt Contumeliae fanum, et Impudentiae.

CONTVMELIŌSVS, a, um. Adi. [ὑβριστής, ὑβριστικός] *Qui contumeliam facit.* Quinctil. 10, 7, 21 Tam contumelioſos in ſe ridet inuicem eloquentia. Cic. pro Corn. Balb. 24 In ſocios vero ipſos, et in eos, de quibus agimus, foederatos, Iniurioſum et contumelioſum eſt, his praemiis, et his honoribus excluſos eſſe. Cic. Philipp. 3, 15 At quam contumelioſus In edictis, quam barbarus, quam rudis! Idem Att. 15, 2 Non dubitares, eſſent quin otioſi futuri, vſurique Beneficio Antonii contumelioſo. Literae in aliquem contumelioſae Cic. Q. Fratr. 1, 2. Id. pro Planc. 6 Sin hunc illi antepono, contumelioſa habenda eſt Oratio. *Add.* Idem Fam. 5, 12. Nulla παρεγχείρησις fieri poteſt contumelioſior Cic. Att. 15, 4. Verbum contumelioſiſſimum Quinctil. 2, 12 *ſub fin.* Voces contumelioſae Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 69. Cic. pro Cael. c. 13. Idem Fam. 1, 10 Quamquam qui iſtinc nunc veniunt, partim te ſuperbum eſſe dicunt, quod nihil reſpondeas: partim contumelioſum, quod male reſpondeas.

CONTVMELIŌSE. Aduerb. [ὑβριστικῶς] Cic. de Orat. 2, 212 Dimitto autem eos, non tam contumelioſe, quam philoſophum illum, *etc.* Contumelioſe aliquid dicere de abſentibus Idem Offic. 1, 134 c. 37. Contumelioſe et aſpere dicere in aduerſarios Quinctil. 6, 3 p. 535 B. Contumelioſe laedere aliquem in concionibus Cic. Att. 1, 9. *Et* de Natur. Deor. 1, . . Contumelioſiſſime vexare. Philippum non contumelioſius, quam verius compedes Graeciae appellare Liu. 32, 37. Contumelioſiſſime alicui maledicere Cic. in Vatin. 50 c. 12. Teſtatus eſt patriam contumelioſiſſime Vell. 1, 7, 1. Ter. Phorm. 2, 2, 1 En, vnquam cuiquam contumelioſius audiſtis factam iniuriam, quam haec eſt mihi?

CONTVMELIOR, āri. Vet. Gloſſ. ἀτιμάζω, ὑβρίζω.

CONTVMESCO, ĕre. Gingiuae contumeſcunt C. Aurel. Tard. 2, 4, 71. *i. totae tumeſcunt.*

CONTVMIA, ae. f. *Deriſio.* Mart. Capell. l. 4 *extr.*

CONTVMVLO, āre. [θάπτω] *Tumulo vel terra tegere.* Martial. 8, 57 Collegitque ſinu fragmenta nouiſſima fracti Oris, *i. dentes ſuos*, et aggeſta contumulauit humo. Humo patria contumulari Ouid. Triſt. 3, 3, 33. Plin. 10, 33 Perdices ouis ſtragulum molli puluere contumulant, *i. aggerunt.*

CONTVMVLATIO, ōnis. f. Auguſt.

CONTVMVLATVS, a, um. Partic. Stat.

CONTVNDO, tŭdi, tūſum, ĕre. [συγκόπτω, φλάω] *Frangere, tunden-*

*tundendo, friare.* *Vt*, Contundere in pila Varro de R. R. 3, 16. *Et* Columel. 7, 7 Contundere ferreis pilis. Pro terere Scribon. 89. Aſper equus duris contunditur ora lupatis Ouid. Am. 1, 2, 15. Bello aliquem Enn. *apud* Priſc. p. 891. Cic. Tuſc. 2, 40 c. 17 Inde pugiles caeſtibus contuſi, ne ingemiſcunt quidem. Hor. Serm. 2, 7, 16 Poſtquam illi iuſta Chiragra Contudit articulos. Contundunt colla boues in arando Columel. 6, 2, 8. *et* 6, 14, 5. Haud quia grando contuderit vites Hor. Epiſt. 1, 8, 4. Nares alicui Ouid. Met. 14, 95. Plaut. Amph. 1, 1, 251 Nonne hic homo modo me pugnis contudit? *Add.* Bacch. 3, 3, 46. Cic. de Orat. 3, 218 c. 58 *ex Poëta veteri*, Maius miſcendum eſt malum, quî illius acerbum cor contundam et comprimam. Idem Att. 12, 43 (44) Contudi enim Animum, et fortaſſe vici, ſi modo permanſero. Audaciam exſultantis praedonis contundere et frangere Cic. Philipp. 13, 29 c. 13. Idem pro Caecin. 11 c. 7 Immo vt viro forti ac ſapienti dignum fuit, ita Calumniam, ſtultitiamque obtriuit ac contudit. Facta alicuius contundere, *pro Superare et vincere* Plaut. Stich. 2, 1, 33. Hor. Epod. 2, 1, 10 Speratum meritis, diram qui contudit Hydram, *de Hercule.* Impetum alicuius Idem Carm. 2, 6, 10. Ingenium contudit patientia longa malorum Ouid. Triſt. 5, 12, 31. Columel. 6, 2, 4 Si nimis aſperi erunt, patere vnum diem noctemque deſaeuiant: ſimulatque Iras contuderint, manu producantur, *de bubus domandis.* Populos feroces Virgil. Aen. 1, 264. Saeuitiam alicuius Propert. 1, 1, 10. Virtutem contundere Valer. Maxim. 3, 2, 5 *extr.* *Delectatur hoc vſu verbi hic ſcriptor.* *Conf. Brouckhuſ. ad* Tibull. 3, 6, 13 ſq. Crebro ictu contundi Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 427.

CONTVSVS, a, um. Partic. [συγκεκομμένος] Contuſum de medicamento Scribon. 10. 266. de membro 207. 209. 266. Contuſa tenuiter Scrib. 10. Contuſa cribrata 120. Siue contuſa, ſiue creta 70. Contuſa articulamenta Idem 214. Contuſa, *abſolute* 210. *ſc. membra.* *Metaphor.* Salluſt. Iugurth. 43 Noſtrae opes contuſae, hoſtiumque auctae erunt. Animi contuſi, *et fracti* Virg. Georg. 4, 240. Corpora labore Lucret. 4, 955. Flos nullo contuſus aratro Catull. 63, 39. Quemadmodum ſi vinum eſſet effuſum, vel Vaſis contuſis, vel qua alia ex cauſa Vlp. l. 1 in princip. D. de peric. et commod. rei vend.

CONTVSIO, ōnis. f. [σύγκοψις] Plin. 17, 24 Eſt et quaedam contuſio falcis hebetioris. Columel. 12, 47 Quia haec candidior eſt oliua, quam ea, quae contuſione liuorem contrahit. *Hinc* Celſ. . . *vocat* Contuſionem, quum pars aliqua ferro, vel baculo contuſa et laeſa, liuorem acquiſiuit, nec vlcus contraxit, ſed tantum inflata eſt. *Add.* Scrib. 101. 165. 208. Contuſio lateris Idem 265. Contuſione mutatae carnes Hier. ad Euſtoch. f. 63 a T. 1 Frob. *in ciborum deliciis.*

CONTVDITO, āre. Auguſt.

CONTVŎLVS, a, um. Dimin. Contuoli oculi ſunt in anguſtum coacti conniuentibus palpebris. *Auctor* Feſtus. *A contuendo dicti.*

CONTVOR, tuĕris, tuĭtus, *vel* tūtus ſum, ui. [ἐμβλέπω] *Diligenter videre et adſpicere.* Plaut. Aſin. 2, 3, 23 At hercule ipſum adeo contuor, quaſſanti capite incedit. Idem Merc. 4, 5, 15 Quid Periſtratam hic Demiphonis contuor? *Add.* Moſt. 3, 2, 150. *Sed* Contueor *frequentiori eſt in vſu, v. v.* Lucret. 4, 38 Atque in ſomnis quum ſaepe figuras Contuimur miras, ſimulacraque luce carentum. Contui, *pro* Contueri. Pomponius Maccis geminis, Incoepi contui, conſpicio coleatam cuſpidem Non. 7, 20.

CONTVRBO, āre. [διαταράττω] *Vehementer aut totum turbare.* Cic. Fam. 8, 12 Conturbat me mora ſerui huius, qui tibi literas attulit. Cic. Offic. 3, 40 c. 10 Incidunt ſaepe multae cauſae, quae conturbent Animos vtilitatis ſpecie. Violentia vini conturbare Animam Lucr. 3, 483. Baſia Catull. 5, 11. Cognitionem veri conturbare Cic. Acad. 4, . . Conturbari vocem, dum transuolat auras neceſſe eſt Lucret. 4, 563. *Obſcenum eſt* Plaut. Caſ. 2, 8, 24 Hodie, hercle opinor, hice conturbabunt Pedes. Eorum Fortunam non debes velle conturbare Cael. Cic. *ſub* Att. 10, 9. *Conf. Aerod. ad* Quinctil. Decl. 273 p. 526. Ter. Eun. 5, 3, 29 Ita conturbaſti mihi Rationes omnes. *Dicendi forma, contraria illi, qua vſus eſt* Plaut. Amph. prol. 4 Et vt res rationesque veſtrûm omnium bene expedire vultis. *Qui enim non ſunt ſoluendo, neque ſe extricare nominibus poſſunt et aere alieno, illi* conturbant: *nec enim eorum* Rationes explicari *et* expediri *poſſunt.* *Sic etiam accipitur* Conturbator aper *apud* Martialem 7, 26. *Sic* Qui actori ſuadet, vt rationem ſibi commiſſam conturbaret l. 1 D. fin. de ſeruo corr. *Nempe* Conturbare *proprie de ſeruis dicitur, qui cum rationibus dominicis paria non faciunt.* *Sic* Vlpian. l. 5 §. 9 D. de inſtitor. act. Si quis piſtor ſeruum ſuum ſolitus fuerit in certum locum mittere ad panem vendendum, deinde is — conturbauerit, dubitari non oportet, quin — teneri debeat. Alfen. l. 16 D. de in rem verſo, Seruus boues vendiderat, alios redemerat, numos venditori non ſoluerat, poſtea conturbauerat. *Sed tamen ſuas quoque* rationes *ipſe dominus* conturbare *dicitur.* *V. g.* Petron. 38 Inclinatis quoque rebus ſuis, cum timeret, ne creditores illum conturbare exiſtimarent, hoc titulo auctionem proſcripſit, Iulius Proculus auctionem faciet rerum ſuperuacuarum. *Metaphor. de gratia referenda* Cic. pro Planc. 68 c. 28 Verum fac me multis debere, et in iis Plancio. Vtrum igitur me conturbare oportet, an caeteris, quum cuiusque dies venerit, hoc nomen, quod vrget, nunc quum petitur, diſſoluere? *Iocoſum eſt* Cic. ad Q. Fratr. 2, 12 Nihil eſſe, quod poſthac arcae noſtrae fiducia conturbaret. *Metaphoricum etiam illud* Petr. c. 81 Qui poſtquam conturbauit, et libidinis ſuae ſolum vertit. *Sic* Pedo conturbat, Matho deficit Iuuenal. 7, 129. Martial. 9, 4

Grandis in aethereo licet auctio fiat olympo,
Coganturque dei vendere quidquid habent:
Conturbabit Atlas.

*i. Caelum totum, et Dii tibi decoquent, cum non poſſint tibi perſoluere quantum debent.* Fortunas conturbare Cic. Fam. 8, 12. *Et* Rem conturbare Sall. in Iug.

CONTVRBĀTVS, a, um. Partic. [διατεταραγμένος] Cic. Att. 1, 12 Quod praeterea ad te ſcribam, non habeo: et me hercule eram conturbatior. Triſtis et conturbatus Cic. Verr. 6 (4) 52 c. 14. *Add.* Salluſt. Iugurth. c. 98. Curt. 7, 2, 4. Ludi deformati, inquinati, peruerſi, conturbati. Cic. de Aruſp. Reſp. 25 Ludos eſſe pollutos ſignificaſtis, ac plane dicitis. quid magis inquinatum, deformatum, peruerſum, conturbatum dici poteſt?

CONTVRBATIO, ōnis. f. [διατάραξις] Ennius *apud* Cic. Tuſcul. 4, 19 cap. 8 Conturbationem, metum excutientem cogitata. *ſubaudi*, Expectorat. Conturbationes oculorum Scribon. 19.

CONTVRBĀTOR, ōris. m. [φυγάτης, Cic. Att. 7, 1.] *Qui conturbat. Significat nempe* Decoctorem. Martial. 7, 26 Conturbator aper, *in cuius condimenta tantum impendendum eſt, vt propterea conturbandum, i. decoquendum ſit.* *Eiusdem generis eſt* 10, 95 Conturbator macellus.

CONTVRMALIS, e. Adi. *Eiusdem Turmae Commilito.* Opitulatum conturmalibus ſuis venere Ammian. 16, 12. *Add.* Idem 17, 1. 24, 23. 26, 16.

CONTVRMO, āre. *i. Congrego in turmas equites diſperſos. V. g.* Cum eques in ipſo praelii articulo ſe fortiter conturmaret Ammian. 16, 12.

CONTVS, i. m. [κόντος] *Sudes eſt, ſiue haſta longior, duriorque, et acuta ſine ferro, ad percutiendum apta.* Pertica, Sudis, κάμαξ Vet. Gloſſ. Duris contis detrudere *hoſtem a muris* Virgil. Aen. 9, 510. Lucan. 6, 174 Nunc ſude, nunc duro contraria pectora conto Detrudit muris. Praefixa contis capita geſtans Tac. Hiſt. 1, 44, 3. *Add.* Ann. 14, 5, 5. *et* 6, 35, 2. Acuta cuſpide conti Virgil. Aen. 5, 208. ¶ 2 Contus *nautarum quoque eſt*, quo vtuntur ad exploranda loca nauibus opportuna, *vt ait* Donatus ad Ter. Hec. 1, 2, 2. *Sic* Ratem regere longo conto Sen. in Herc. fur. 768. Ratem ſubigere conto Virg. Aen. 6, 302. Contis remisque ſuperare aduerſum amnem Plin. Ep. 8, 8. ¶ 3 Contus, *pro membro virili praelongo.* Auctor carminis obſceni, Traiectus conto ſic extendêre pedali, Vt culum rugas non habuiſſe putes.

CONTATVS, *conto armatus, vt* Haſtatus. Veget. 3, 6 Vtrum contatis an ſagittariis amplius valeant.

CONTVSIO, CONTVSVS, *vid.* CONTVNDO.

CONTVTOR, ōris. m. [συνεπίτροπος] *Qui eſt cum alio tutor.* Iulianus in l. Ex facto D. de Neg. geſt. Valerius Seuerus reſpondit aduerſus contutorem negotiorum geſtorum actionem tutori dandam. *Et ſaepius.*

CONTVTOR, atus ſum, āri. Vulg. 2 Maccab. 1, 19.

CONVĀDOR, āri. [κλητεύω] *Idem, quod ſimplex, i. Vadimonio obſtringere, et metaph. condicere, conſtituere cum aliquo.* Plaut. Curc. 1, 3, 5 Vbi tu es, qui me conuadatus es Veneriis vadimoniis?

CONVĂLEO, *ſiue potius* CONVALESCO, valui, valĭtum, ĕre. [ὑγιάζω, ῥωννύω] *Valetudinem recipere, vires nanciſci.* Cic. Fam. 12, 22 Hirtius noſter tardius conualeſcit, *int. ex morbo.* Cic. de Fato 28 c. 12 Si fatum tibi eſt Ex hoc morbo conualeſcere, ſiue tu medicum adhibueris, ſiue non adhibueris, conualeſces. Magis indies conualeſcere, *de opibus candidati in Republ.* Cic. pro Milon. 25 c. 9. Idem pro Sull. 76 c. 27 Ex magnis et diuturnis, et iam deſperatis Reipubl. morbis iſta repente vis erupit: vt ea confecta et eiecta conualeſcere, et ſanari aliquando ciuitas poſſit. Ne rei crudelitas experrecta in me, in vos conualeſcat Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 14. Fama conualuit Curt. 9, 6, 1. Quinctil. 5, 13, 13 At ſi ſingula quaeque diſſolueris, iam illa Flamma, quae magna congerie conualuerat, diductis quibus alebatur, concidet. Ignis conualuit, *i. vires aſſumſit* Ouid. Met. 8, 477. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 16 Mihi credite hoc in vno Incommodum confirmatum, multorum infirmabit incolumitatem: et ſi initio non erit refutatum, impune ad omnium perniciem conualeſcet. Mala conualuere per longas moras, *i. confirmata ſunt* Ouid. Rem. Amor. 92. Atrum olus quocunque conualeſcit loco Columel. 11, 3. *i. comprehendit, radices figit.* *Sic* Non conualeſcit planta, quae ſaepe transfertur Sen. Ep. 2. Mens conualuit Ouid. Epiſt. 15, 73. Liu. 1, 14 Fidenates nimis vicinas prope conualeſcere Opes rati, prius quam tantum roboris eſſet, quantum futurum apparebat, occupant bellum facere. Columel. 3, 7 Cui noſtrae ſententiae ſcio paene omnium agricolarum diuerſam eſſe Opinionem, quae de amineis inueterata longo iam tempore conualuit. Marcian. in l. ſicut §. Venditionis D. Quibus modis pignus vel hypoth. ſol. Quod ita intelligemus, vt et ſi legatum repudiatum fuerit, conualeſcat Pignus, *i. vim et ius ſuum accipiat.* Senſus mei conualuere Ouid. Triſt. 1, 3, 14. Conualeſcere particulatim, *vid.* PARTICVLATIM.

CONVALESCENS, entis. Partic. Conualeſcentes et a ſolis ardoribus Plin. 23, 1 *circa fin.* Ignem modo conualeſcentem reſtinguere Petr. c. 136. *Add.* Vulg. Sap. 14, 16.

CONVALESCENTIA, ae. f. Symmach. Epiſt. 3, 11.

CONVALĬDO, āre. [στερεοποιῶ] Conſolid. Gloſſ. Gr. Lat.

CONVALLIS, is. f. [συνάγκεια] *Planities ex omni parte montibus collibusque comprehenſa.* Liu. 1, 38 Et infima vrbis loca circa forum, aliasque interiectas collibus conualles. In media conualle duorum montium Idem 1, 12. Roma in montibus poſita et conuallibus Cic. de Lege Agrar. 2, 95. Abrupta Lucan. 7, 174. Caua Virgil. Georg. 2, 186. Depreſſa Idem Georg. 3, 276. Obſcura Virg. Aen. 6, 139. Virens Idem Aen. 6, 679.

CONVALLO, āre. *Vallis vndique munire.* Tertull. de Iud. Dom. 6 de Angelis, Conuallantque Deum cum maieſtate ſuperna.

CONVALLĀTVS, a, um. Partic. Gell. 12, 13 Oceani vndarum ambitu terrae omnes conuallatae.

CONVALLATIO, ōnis. f. Tertull. adu. Iud. cap. 8.

CONVARIO, āre. *Vehementer et totum variare.* Apul. Apol. p. 306, 14 Pectoris enim primorem cutim vitiligine inſignit, et omnimodis maculationibus conuariat. Aurel. Tard. 1, 1. *Conf. Barth. Adu.* 38, 3.

CONVARIATIO, ōnis. f. Auguſt.

CONVĀSO, āre. [συσκευάζομαι] *Significat furtim colligere.* Figuratum a colligendis vaſis, *vt ait* Donatus *ad* Ter. Phorm. 1, 4, 13 Aliquid conuaſaſſem, atque hinc me coniicerem protinus in pedes. Nonius 2, 146 Conuaſare, dicitur Furtim omnia colligere. *Conf.* Sid. Ep. 1, 9.

CONVASATVS, a, um. Partic. Sid. Ep. 7, 2.

CONVASTATIO, ōnis. f. Auguſt.

CONVECTO, āre; *et* CONVECTOR, ōris. *Vid. ſtatim* CONVEHO.

CONVEGETO, āre. Auguſtin.

CONVĔHO, vexi, vectum, ĕre. [συνοχέω] *Comportare vehiculis.* *Vt*, Conuehere aes plauſtris ad aerarium Liu. 4, 60. Frumentum ex finitimis regionibus in orbem conuexerant Caeſ. Bell. C. 1, 34. Plin. 12, 14 Tus collectum Sabotam camelis conuehitur. Cic. pro Mil. 75 Repente lintribus in eam inſulam, materiam, calcem, caementa, atque arma conuexit. Plin. 11, 30 *de formicis*, Et quo-

quoniam ex diuerſo conuehunt, altera alterius ignara. Conuehere ex Hiſpania merces, *i. apportare, aduehere* Plin. 8, 14. *Et* Liu. 3, 23 Conuehere praedam ex caſtris.

CONVECTVS, a, um. Liu. 24, 36 Commeatus conuecti.

CONVECTIO, ōnis. f. Ammian. 14, 10 Annonae conuectio eſt impedita.

CONVECTO, āre. Frequent. [συνοχῶμαι] Virgil. Aen. 9, 613 Conuectare iuuat praedas, et viuere rapto. *Add.* Idem 7, 749. Scalas conuectant ex proximis agris Tac. Hiſt. 3, 27.

CONVECTOR, ōris. m. [συνάκτης] *Qui in eadem nauigat naui.* Cic. Att. 10, 17 Quin etiam naui eius me, et ipſo conuectore vſurum puto.

CONVELLO, velli *et* vulſi, vulſum, ĕre. [σπάω, ἐκσπάω] *Idem, quod vehementer Vellere vel Auellere.* Plaut. Amph. 4, 2 *ſuppoſ.* 3 *pr.* Quis tam vaſto impete has fores toto conuulſit cardine? *i. concuſſit?* Simulacrum Cereris conuellendum auertendumque curauit Cic. Verr. 4 c. 73. Conuulſa ſedibus domus Plin. Epiſt. 7, 18. Columel. 6, 16 Bos obuiae radici obluctatus conuellit armos, *luxat.* Clauſtra portarum Stat. Theb. 11, 296. Funem a terra conuellere Virgil. Georg. 1, 457. *i. ſoluere nauigium.* Glebam vomere Catull. 62, 4. Repagula conuellere, atque effringere valuas Cic. Verr. 4, 94 c. 43. Fundamenta Columel. 1, 4. Gradus conuellere ac remouere Cic. pro Domo 54 c. 21. Saxa conuellere infima, quibus fundamenta continentur Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 11. Cic. de Orat. 2, 205 Ne aut irriſione, aut odio digni puteinur, ſi aut tragoedias agamus in nugis, aut conuellere adoriamur ea, quae non poſſint commoueri. *Eſt gradatio, concutere, et euertere, quae ne moueri quidem poſſunt.* Dapes auido dente Ouid. Met. 11, 123. Diſcordia aliquem Tac. Ann. 4, 40. Turres et culmina domorum Virgil. Aen. 2, 446. Ferro aliquid Idem Aen. 6, 148. Flabra et imbres conuellunt aeſculum Virg. Georg. 2, 294. Siluam viridem ab humo Idem Aen. 3, 24. Vexilla Tac. Ann. 1, 20. ¶ 2 *Metaphorica ſunt:* Cic. pro Cluent. 4 Deinde ſi quam Opinionem iam veſtris mentibus comprehendiſtis, ſi eam ratio conuellet, ſi ratio labefactabit, *etc.* Pectus alicuius verbis Ouid. Epiſt. 17, 3. Vires conuellere, *i. eas labefactare infirmas facere* Celſ. 3, 4. Cic. pro Rabir. perd. reo, 3 c. 1 Quamobrem ſi eſt boni Conſulis, quum cuncta auxilia Reipubl. labefactari, conuellique videat, ferre opem patriae. Idem pro Corn. Balb. 61 Cur ea, quae mutare non poſſumus, conuellere malumus, quam tueri? Cic. Philipp. 2, 83 Nolo plura, ne Acta Dolabellae videar conuellere. Idem de Diu. 1, 107 c. 51 Haec ſi tenemus, quae mihi quidem non videntur poſſe conuelli, profecto hominibus a diis futura ſignificari neceſſe eſt. Conuellere atque auferre ex ſuis ſedibus Herculem, *i. ſignum Herculis* conatus eſt *Verres* Cic. Verr. 5, 186. Paene conuellit me ex hortulis meis Idem de Legib. 1, 54. *Et* Att. 8, 23 Secutae ſunt duae pridie Calendas, ambae datae: quae me conuellerunt de priſtino ſtatu, *i. conturbauerunt, et commouerunt.* Cic. de Legib. 1, 42 Ita fit, vt nulla ſit omnino iuſtitia, ſi neque natura eſt, et ea, quae propter vtilitatem conſtituitur, vtilitate alia conuellitur. Caeſ. Bell. Gall. 8, 50 Qui M. Antonii repulſa Caeſaris recedentis conuellere gratiam cupiebant. Conuellere et commutare conditionem amicitiae, et ius ſocietatis Cic. Verr. 3 c. 6 *extr.* Conuellere ſtatum Reipubl. Cic. in Piſon. 4. Idem Att. 5, 20 *in fine,* Des operam, vt quod tuo meoque beneficio puer habet, cures ne qua ratione conuellatur, *i. eripiatur, irritum reddatur.* Cic. Fam. 5, 13 Quae cogitatio quum mihi non omnino excidiſſet, (etenim penitus inſederat) vi tamen tempeſtatum, et concurſu calamitatum erat aliquantum labefactata atque conuulſa.

CONVELLENS, entis. Part. Iamque aſpera niſu Vndique conuellens Val. Flacc. 5, 159.

CONVVLSVS, a, um. Partic. [σπαϑεὶς, ἐκσπαϑεὶς] *Vt,* Plin. 20, 7 Conuulſa et luxata caulibus tritis cum polenta ex aqua frigida leniunt. Aequor conuulſum remis Virgil. Aen. 5, 143. Domus Tac. Ann. 12, 1. Loca conuulſa vaſta ruina Virg. Aen. 3, 414. Naues vndis euroque Id. Aen. 1, 387. Conuulſa penitus Reſp. Cic. de Clar. Orat. 115 c. 30. Cic. in Piſon. 52 c. 22 Quum mihi ipſa Roma prope conuulſa ſedibus ſuis, ad complectendum conſeruatorem ſuum procedere viſa eſt. *i. emota.* Vi dominationis conuulſus et mutatus Tiberius Tacit. Ann. 6, 48. ¶ 2 Conuolſum *dixerunt veteres pro* Conuulſum: *vt,* Artus conuolſi pereunt Lucr. 3, 344.

CONVVLSIO, ōnis. f. [σπασμὸς] *Motus muſculorum inuoluntarius, vt in tetano, epilepſia etc. Sic fere hodie Medici. Sed antiquis latius patet, et vſurpatur, vbicunque aliquid diſtractum luxatumue eſt.* Plin. 20, 15 Liguſticum aliqui panacem vocant, ſtomacho vtile eſt, item conuulſionibus et inflammationibus. Conuulſiones interiorum partium Scribon. 165.

CONVVLSIVVS, a, um. Adi. *Medic.*

CONVĒLO, āre. [σκεπάζω] *Vndique velare.* Plin. 17, 22 Plagam omnem obliquam fieri, vt facile decidant imbres, et ad terram verti, quam leuiſſima cicatrice acie falcis exacta, plagaque conuelata. Gell. 7, 3, 44 Epagogen multis argumentis conuelat. Capite conuelato Id. 19, 9.

CONVELIFICATIO, ōnis. f. Auguſtin.

CONVENA, CONVENIENTIA, *vid. mox ſub* CONVENIO.

CONVĔNIO, vēni, ventum, īre. [συνέρχομαι, σύνειμι] *Simul aut in eundem locum venire, congregari.* Plaut. Pſeud. 1, 2, 44 Facite hodie, vt mihi munera multa huc ab amatoribus conueniant. Cic. Verr. 2, . . . Huc conueniunt cum literis, veniunt cum mandatis. Ambo conuenimus Virg. Ecl. 5, 1. Multa conuenerunt, quae mentem exturbarent meam, ſubita defectio Pompeii, alienatio COSS. Cic. Q. Frat. 1, 4 *med.* Id. in Verr. Act. 1, 54 Quum haec frequentia totius Italiae Roma diſceſſerit: quae conuenit vno tempore vndique, comitiorum, *etc.* Cic. Off. 1, 144 c. 40 Cum de communi officio conueniſſent. In Aedem conueniunt Ouid. Faſt. 3, 205. In Colloquium Nep. 23, 6, 2. Alpini populi ſimul in Ditionem convenere Meſſala Coru. p. 20. Galliarum ciuitates in Remos conuenere Tac. H. 4, 68, 8. In vnum conuenire Pompei. Cic. Att. 8, 6. In vrbem Plaut. Truc. . . . Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 13 Aduentu Caeſaris cognito, decuriones Auximi, ad Actium Varum frequentes conueniunt. Ad Dapes conuenire Ouid. Faſt. 6, 672. Ad exequias conuenire Cic. pro Quint. 50 c. 15. Multitudo hominum conuenit ad hoc iudicium Cic. pro S. Roſc. c. 5. Plin. 10, 70 Conueniuntque ex alto etiam ad quoſdam odores. *De piſcibus.* Ad ſigna conuenire iubentur milites Caeſ. Bell. Gall. 6, 1. ¶ 2 Conuenire, *ad conſenſum, concordiam, contractus ſignificandos adhibetur, interuenientibus fere Praepoſitionibus* Inter, Cum, De. Inter ſe ſaeuis conuenit vrſis Iuuen. Sat. 15, 164. Cic. de Finib. 4, 47 Atqui ſi, vt conuenire debet inter nos, eſt quaedam appetitio naturalis, *etc.* Liu. 2, 23 Non modo inter Patres, ſed ne inter Conſules quidem ipſos ſatis conueniebat. Inter eos conuenit ratio accepti et expenſi Plaut. Moſt. 1, 3, 146. Cic. de Finib. 2, 4 Vt inter eos, qui ambigunt, conueniat, quid ſit id, de quo agatur. Vlp. in l. Si convenerit D. pro Socio, Si conuenerit inter ſocios, ne intra certum tempus communis res diuidatur, non videtur conueniſſe, ne a ſocietate abeatur. Plaut. Capt. 2, 3, 18 Nunc ita conuenit inter me, atque hunc, Tyndare, vt te aeſtumatum in Alidem mittam ad patrem. *Add.* Id. Pſeud. 1, 5, 129. Inter vtrumque conuenit Hor. Serm. 17, 10. Plin. 23, 1 ſ. 24 Heluenaco nimio caput tentari conuenit, *i. conſtat, conuenit inter omnes ſententia.* Cic. Verr. 4, 147 Illum noluiſſe ſua laudatione iuuare L. Lucullum, ſororis virum, quicum optime conueniſſet. Cum aduerſariis mihi conuenit, matrem eſſe interfectam a filio Cic. de Inuent. 1, . . De dote cum aliquo Plaut. Trin. 2, 4, 168. Plaut. Pſeud. 4, 7, 9 *de improbis ſeruis,* Nec boni ingenii quidquam in his ineſt, niſi vt improbis ſeſe artibus teneant: cum iis mihi nec locus nec ſermo conuenit, iis nunquam nobilis fui. Cic. Att. 6, 1 Mihi cum Deiotaro conuenit, vt ille in meis caſtris eſſet cum ſuis copiis omnibus. Liu. 24, 6 Pacto conuenit, vt cum Romanos Sicilia expuliſſent *etc.* *Et abſolute* Plaut. Amph. 1, 1, 70 Conuenit, victi vtri ſint eo praelio, vrbem, agrum, aras, focos, ſeque vti dederent. *Et* Pſeud. 4, 5, 9 Vt conuenit. *Sic* Liu. 1, 24 Cum trigeminis agunt reges, vt pro ſua quisque patria dimicent ferro. Nihil recuſatur: tempus et locus conuenit. Cum fratre tuo hoc mihi conuenit Cic. de Finib. 5 c. 29. Cum hoc de hac re conuenit mihi Plaut. Capt. 2, 3, 18. Ter. Adel. 1, 1, 34 Haec fratri mecum non conueniunt, neque placent. De facto conuenit Cic. de Inuent. 1, 11. De pretio Quinctil. 4, 2. Si conditiones conuenirent pacis Liu. 30, 40. *Conf.* Nep. 23, 6. Iuſt. 30, 3, 13. Liu. 1, 3 Pax ita conuenerat, vt *Add.* Liu. 29, 12. 30, 43. Id. 9, 23 Id conuenerat Signum. Quae ſignificatio coëuntium iam militum conuenerat Tac. H. 1, 27, 2. *i. de qua conuenerant.* Quod ſignum conuenerat Suet. Oth. c. 6. ¶ 3 *Sed et multo latius patet hoc verbum, vt conuenire dicantur, quaecunque vllo modo congruunt, ſe mutuo iuuant, apta ſunt, aut vtilia, vt decora etc. Quae per lancem ſaturam exemplorum declarabuntur.* Poſterius priori non conuenit Cic. de Finib. 3, 35 c. 22. Id. ibid. 2, . . Qui ſibi is conueniet, *(ſibi non contradicet)* ſi negabit voluptatem creſcere longinquitate? Cic. Fam. 9, 12 Quod quidem, ſi ita eſt, minime miror, caelum etiam et terras vim ſuam, ſi tibi ita conueniat, dimittere. *i. ſi tibi expediat, et voto tuo reſpondeat.* Pulchre conuenit illis Catul. 55, 1. Conuenit vt veſpis: *Prouerbiale eſt, de hisque dici poteſt, qui ſtudiis omnibus coniuncti adnituntur ad rem quampiam acerrime defendendam. Veſpae enim pro ſuis latibulis velut coniuratae magno conſenſu dimicant, petunt prope accedentes, et aculeis fodiunt. Extat* Probae *carmen huiusmodi,* Conuenit vt veſpis, quarum domus arce monetae Turbat agens ſtrictis per lutea corpora telis. *Suſpicor autem, vt in templo Concordiae fuit nidus ciconiarum, ſic in fano Monetae fuiſſe examen veſparum. Turnebus Adu.* 4, 2. Quomodo morbos curare conueniat Celſ. 1 Praef. *i. oporteat.* Conueniebat mulier viro in manum, *quae in mariti poteſtatem, vt filia in patris, tranſiret, ac proinde etiam, vt filia, heres mariti ſui eſſet: quod* Confarreatione, coëmtione, et vſu *factum.* Vlpian. Fragm. 9 Farre conuenitur in manum. Tac. Ann. 4, 16 Quaeque in manum Flaminis conueniret: *Flaminum enim nuptias confarreatas fuiſſe, aliunde conſtat.* Cic. pro Flacco c. 34 In manum convenerat? nunc audio. Sed quaero, vſu an coëmtione? Cic. in Topic. 23 Quum mulier viro in manum conuenit, omnia, quae mulieris fuerunt, viri fiunt, dotis nomine. Ibid. 14 Si ita Fabiae pecunia legata eſt a viro, ſi ea vxor materfamilias eſſet, ſi ea in manum viri non conuenerat, nihil debetur. Gell. 18, 7 Matronam eſſe, quae in matrimonium cum viro conueniſſet: Matremfamil. quae non in matrimonium tantum, ſed etiam in manum mancipiumque mariti veniſſet. *Nempe generatim* Conuenire in matrimonium *dicitur mulier, quae nubit* Papin. l. 121 §. 1 D. de verb. oblig. Mulier ab eo, in cuius matrimonium conueniebat, ſtipulata fuerat ducenta, ſi concubinae, tempore matrimonii, conſuetudinem repetiiſſet. *Vid. Chr. Vlr. Grupen Tr. de Vxore Romana toto paene libro, quo tres illos, quos diximus, modos conueniendi in manum, illuſtrat.* Ter. Andr. 4, 2, 13 Hanc mihi expetiui, contigit: conueniunt mores. Id ibid. 5, 4, 40 Nomen non conuenit, *i. nomen quod dicis, non eſt illud, quo nunc puella vocatur.* CR. fuit hercle aliud huic paruae. Cic. Att. 5, 25 Quid opus eſt inquam? rationes conferatis. Aſſidunt: ſubducunt: ad numum conuenit. *Conſtabat ergo ratio.* Conuenit numerus quantum debui Ter. Phorm. 1, 2, 3. Auctor ad Heren. 1, 18 Iuridicialis conſtitutio eſt, quum factum conuenit, ſed iure an iniuria factum ſit, quaeritur. *i. conſtat, non venit in controuerſiam.* Conueniunt vtriusque verba Plaut. Truc. 4, 3, 20. Conueniunt noſtris auribus magis Martial. 4, 41. Non conueniunt haec nuptiis Ter. Andr. 2, 2, 29. Cic. de Diuin. 1, 99 Quod quidem ſomnium Siſenna quum diſputauiſſet mirifice ad verbum cum re conueniſſe, tum inſolenter, *etc.* Voto conuenit res Ouid. Amor. 2, 4, 36. Cic. in Hortenſ. . . . Nam quid vereris ne non conueniat noſtris aetatibus oratio, quae ſpectat ad hortandum? *ap.* Non. 4, 75. Martial. 12, 32 Haec ſarcinarum pompa conuenit ponti, *vbi mendici inſidiantur praetereuntibus.* Non conuenit prudentiae eius Nep. 13, 11, 3. Conuenit aliam aetatem aliud factum Plaut. Merc. 5, 4, 24. *vbi conſtructio notabilis cum Accuſatiuo.* Cic. pro Roſc. Amer. 65 c. 23 Erat porro nemo, in quem ea ſuſpicio conueniret. *i. de nemine poterat eſſe ſuſpicio, quam de illo.* Hoc maledictum in illam aetatem non conuenit Cic. pro Deiot. 29. *Sed et cum Ablatiuo* Cic. de Nat. Deor. 2, 74, c. 29 Nec vero hoc in te vno conuenit, moribus — limato. *Ordinarie autem Accuſatiuus adhibetur.* Hoc conuenit in omnes luſcos Cic. de Orat. 2, 246. Conuenit in me quiduis harum rerum, quae ſunt dicta in ſtultum, caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus: In illum nil poteſt, exſuperat eius ſtultitia omnia haec Ter. Heaut. 5, 1, 3. Cic. Verr. 3, 206 Sunt quaedam omnino in te ſingularia, quae in nullum alium hominem dici, neque conuenire poſſint. Conuenit ad eum haec contumelia Cic. pro Sull. . . . . *i. pertinet.* Scribon. 97 Et res, quae in hac compoſitione ſunt, non vtique conueniunt ad antiquos. *i. non eaedem ſunt.* *De medicamentis:* Conuenit ad parotidas Scribon. 43. ad podagram 206. ad ſtomachicos 103. Conuenire tenſionibus Scribon. 101. Magna petis, quae non

non conueniunt iſtis viribus Ouid. Met. 2, 54. Cato 6 Caeterae vites, et de his miſcellae maxime, in quemuis agrum conueniunt. Cato 21 Eo fiſtulam ferream indito, quae in columnellam conueniat, et in cupam. Conuenit optime ad pedem cothurnus Cic. de Finib. 3, 49. ¶ 4 Aliquem conuenire, *eſt in ius vocare.* Vlp. in l. Neratius D. de relig. et ſumt. funer. Si vero alius funerauit, poſſe eum maritum conuenire. Conueniri, *in ius vocari* Papinianus in l. capitis D. de fideiuſſ. Actione conueniri Vlp. in l. 3 §. Quacunque D. de Iureiurando. *Sic* Vlp. in l. ſi procuratorem §. ſi ignorantes D. Mandati, Sed et ſi teſtato conuenerunt debitorem, vt ſi ipſe putaret, appellaret: puto rationem eis conſtare. Conueniri in vſuras Vlp. l. Idemque et §. Si procurator D. Mandat. vel contr. Pro re aliqua conueniri Paullus in l. Si mandat. §. Paullus reſpondit vnum D. Mandati. *Nempe generatim* Conuenire aliquem *eſt alloqui.* Ter. Heaut. 4, 7, 23 Dic conueniſſe, egiſſe de nuptiis. Plaut. Caſin. 3, 2, 15 Nihil moror, moleſta ei eſſe nolo, poſt conuenero. Cic. Fam. 5, 11 Eamque, ſi opus eſſe videbitur, conueniam. Nonius, Interpellare *interpretatur* 4, 96. Conuenire et colloqui Ter. Eun. 3, 2, 14. Poſtumia tua me conuenit Cic. Fam. 4, 2. Eius conueniendi habere poteſtatem Nep. 7, 9, 5. Conuenire *etiam de re Venerea dicitur.* Clunibus conueniunt aranei: pariunt vermiculos Plin. 11, 24 ſ. 29. Lucret. 2, 921

Scilicet vt nequeant homines, armenta, feraeque,
Inter ſe nullam rem gignere conueniundo
Per Veneris res, extra homines, armenta, feraſque.

Ouid. Art. 3, 585 Hoc eſt, vxores quod non patiatur amari: Conueniunt illas, cum voluere, viri. Conſtitui cum quodam hoſpite me eſſe illum conuenturam Ter. Hec. 1, 2 *extr.* Cupido cubiculi cuſtodia coërcebatur acriter, ne cum ſua cupita conueniret Apul. Met. 6 p. 177, 38. Amant ſuos foetus et gignendis conueniunt liberis Arnob. l. 7. *De* Conuentibus *iuridicis per prouincias* Cic. Verr. 2, 38 Aduerſarii poſtulant, vt in eam rem iudices dentur ex iis ciuitatibus, quae in id forum couenirent. Plin. 3, 3 ſ. 4, 3 Carthaginem conueniunt populi LXV, *eodem ſenſu, quo dixerat,* Tarracone diſceptant populi XLIII *etc.* *Vid.* CONVENTVS. ¶ 5 Conuenibo *futuro antique dictum* Plaut. Caſin. 3, 2, 18 Vbi nuptiae fuerint, tum iſtam conuenibo. *Paſſ.* Sen. de Breu. Vitae 14 Nocte conueniri et interdiu ab omnibus mortalibus poſſunt. Cic. Att. 8, 11 Verum quum habeo rationem dierum, ante puto transmiſſurum, quam poterit conueniri. *Conf.* Ouid. A. A. 2, 394 Non vno eſt omnis conuenienda loco. Saepe vnanimitatis tuae ſermone conuenior Symmach. Epiſt. 1, 6. *Add.* Id. 9, 21 *et* 30. ¶ 6 Conuenit, [συνήκει, πρέπει, καθήκει] *Imperſonale, i. decens et conueniens eſt.* Terent. Eun. 3, 2, 41 Haud conuenit vna ire cum amica imperatorem in via. Brut. ſub Cic. Fam. 11, 3 Neque enim decet aut conuenit nobis, periculo vlli ſubmittere animum noſtrum. Lucret. 2, 821 Conueniebat enim, cernos quoque ſaepe volantes Ex albis album pennis iactare colorem, εἰκὸς ἦν. Non conuenit enim, quum ego ad promerendum officium tam fuerim expeditus, vos ad referendam gratiam eſſe tardiores Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 6. Qui enim conuenit, vt qui in rebus improbis populares fuerint, iidem, *etc.* Cic. Philipp. 7, 4. Cogitaſſe, quid maxime conueniret Celſ. 1 praef. Quomodo morbos curare conueniat Ib.

CONVENIENDVS, a, um. Cic. Fam. 1, 8 Noſtrum ſtudium exſtabit in conueniendis magiſtratibus. *Et in forma gerundiua, vt,* Inter ſe conueniendo gignunt armenta Lucret. 2, 921. Vlpian. l. Idemque et §. vltimo D. Mandati, Si modo habuit facultatem rei conueniendi, deſiderandique vt, *etc.*

CONVENIENS, entis. Part. *Vt,* Copia agricolarum conueniens ex omni parte Lucret. 6, 1259. Diſciplinae ſeueritate conuenientium ad ſe mores adſtringere eſt praeceptoris Quinctil. 2, 2 *pr.* Bene conuenientes propinqui Cic. Off. 1, 58 c. 17. *i. Concordes.* Cic. de Amicit. 17 Nihil eſt enim tam naturae aptum, tam conueniens ad res vel ſecundas vel aduerſas, *h. e. aptum, accommodatum.* Motus conuenientes Lucret. 1, 1028. Sonus conueniens ad formam Ouid. in Ibin 438. Tempus operi Ouid. ex Pont. 3, 9, 36. Cic. Off. 1, 151 c. 40 Talis eſt igitur ordo actionum adhibendus, vt quemadmodum in oratione conſtanti, ſic in vita omnia ſint apta inter ſe et conuenientia. Sibi conuenientia finge Hor. de Arte Poët. 119. Modo conuenienti Lucret. 2, 939. Pede conuenienti Idem 4, 792. Reddere perſonae conuenientia Hor. A. P. 316. Conueniens homini eſt hominem ſeruare voluptas Ouid. ex Pont. 2, 9, 93. Quid facto conuenientius Valer. 3, 3, 1. Conuenientiſſimum bono ciui Plin. Ep. 3, 18. Parenti publico conuenientiſſimum Plin. Paneg. c. 87. Conuenientiſſima nemora Columel. 7, 4.

CONVENIENTER. Adu. [προσηκόντως] Cic. Acad. 4, . . . Non enim poteſt conuenienter dici, nihil comprehendi poſſe. Viuere conuenienter naturae Cic. Off. 3, 13. Congruenter naturae conuenienterque viuere Cic. de Fin. 3, 26 c. 7. *Add.* Hor. Epiſt. 1, 10, 12. Conuenienter rationi et ſententiae ſuae dicere Cic. de Fin. 2, . . . Liu. 23, 5 Morem magis loquendi cum ſociis ſeruaſtis Campani, *etc.* quam conuenienter ad praeſentem fortunae noſtrae ſtatum locuti eſtis. Mores conuenienter eunt ſtudio, *i. tales ſunt mores tui, quale eſt ſtudium, in quo exerceris* Ouid. de Arte Am. 3, 545. *Compar.* Similitudines exprimendi quae prima fuerit origo, in ea quam plaſticen Graeci vocant, dici conuenientius erit Plin. 34, 7. *Superl.* Conuenientiſſime Auguſtin. Epiſt. 3. *it.* de C. D. 18, 44.

CONVENIENTIA, ae. f. [ὁμολογία, ἐφαρμογή] *Similitudo, Congruentia, Proportio.* Cic. Off. 1, 14 c. 4 Nullum aliud animal pulchritudinem, venuſtatem, conuenientiam partium ſentit. Rerum conuenientia in amicitia eſt, in ea ſtabilitas, in ea conſtantia Cic. de Amicit. 100. Conuenientia conſeruatioque naturae Cic. Off. 1, 100 c. 27. Conuenientia coniunctioque naturae Cic. de Diuin. 2, 124. Naturae conuenientia cum extis Idem ibid. 2, 34. Temporum conuenientia Cic. N. D. 2 c. 21.

CONVĔNAE, ārum. c. [συνήλυτοι] *Qui ex diuerſis populis gentibusque in vna moenia conueniunt, ſimulque coaleſcunt.* Cic. de Orat. 1, 37 c. 9 An vero tibi Romulus ille, aut paſtores et conuenas congregaſſe, aut Sabinorum, *etc.* Plin. 5, 17 In diem ex aequo conuenarum turba renaſcitur. Romulus aſylum conuenis patefecit Aur. Vict. de Vir. Illuſtr. 2. Aquae conuenae Solin. 50. Serpentes Id. c. 60. *Sing.* Ammian. 15, 13 Conuena vndique multitudine.

CONVENTIO, ōnis. f. [συνέλευσις, σύνοδος, Vet. Gloſſ.] *Fere de conſenſu et pactis vſurpatur.* Vlpian. D. de Pactis l. 1 Conuentionis verbum generale eſt ad omnia pertinens, de quibus negotii contrahendi tranſigendique cauſa conſentiunt, qui inter ſe agunt. Adeo autem conuentionis nomen generale eſt, vt eleganter dicat Pedius, nullum eſſe contractum, nullam obligationem, quae non habeat in ſe conuentionem, ſiue re, ſiue verbis fiat. Ea conditione factam conuentionem, ſi nullis ex me ſuſceptis liberis vita demigraſſet Apul. Apol. p. 331. Conuentio publica eſt, quae fit per pacem, quoties inter ſe duces belli quaedam paciſcuntur l. 5 de pact. D. Sen. de Prouid. 2 Fortis et egregia fati conuentio *pactum, quo conuenit inter Petrium et Iubam, vt in vltima deſperatione ſe mutuo interficerent.* *Sed pro conuentu etiam ponitur v. g.* Conuentionem habere, *et* Ad conuentionem vocare Varr. de L. L. 5, 9. *i. ad comitia.* *Locum totum damus in* ILLICIVM. *Sic* Feciſtis conuentionem Cyprian. Epiſt. 1, 3. *Conſ. Cort. ad Sall.* Catil. 23, 1 *vbi legit,* Fuit in ea conuentione Q. Curius.

CONVENTIONALIS, e. Adi. *Apud ICtos, vt* Stipulationes l. 5 ff. de Verb. Oblig.

CONVENTVS, a, um. Partic. Salluſt. Iugurth. 112 Saepe antea cum imperatoribus Romanis pacem conuentam fruſtra. Conuentus eſt a me Cic. Att. 15, 1 *pr.* Conuento Antonio Tiburi Id. 16, 3 *pr.* Ianitori ait, opus eſſe ſibi domino eius conuento Liu. 7, 5. Cic. Att. 10, 4 Sed opus fuit Hirtio conuento. *Conf.* Plaut. Caſ. 2, 8, 58. Ciſt. 4, 2, 38. Conuenta conditio dicebatur, quum primus ſermo de nuptiis et earum conditione habebatur. *Auctor* Feſtus.

CONVENTVM, i. n. [σύνθημα] *Vt pactum, aliquid de quo conuenit.* Gell. 17, 9 Erat conuentum inter eos clandeſtinum. Cic. de Off. 1, 32 c. 10 Poteſt accidere promiſſum aliquod et conuentum, vt id effici ſit inutile ei, qui promiſerit. Idem de Orat. 2, 100 c. 24 At vero in foro, tabulae, teſtimonia, pacta, conuenta, ſtipulationes, cognationes, affinitates, decreta, reſponſa, vita denique eorum, qui in cauſa verſantur, tota cognoſcenda eſt. *de Formula cauſarum.* Dictorum conuentorumque conſtantia et veritas, fides eſt Cic. Off. 1, 13 c. 7. Sil. 1, 10

Ter Marte ſiniſtro
Iuratumque Ioui foedus, conuentaque patrum
Sidonii fregere duces.

Pacta conuenta *dicuntur vt* ſarta tecta, ruta caeſa, *non interueniente coniunctione.* *V. g.* Vlpianus in l. Iuris gentium §. Quinimmo D. de Pactis, Solemus enim dicere, pacta conuenta ineſſe bonae fidei iudiciis. *Copulam tamen adiecit* Seneca de Benef. 3, 15 Vtinam nulla ſtipulatio emtorem venditori obligaret, nec pacta conuentaque impreſſis ſignis cuſtodirentur. *Conf.* CONVENTVS n. 3.

CONVENTO, āre. *Frequenter conuenire.* Solin. 40 (27) Externos in ea plurimos conuentaſſe, argumentum de vrbibus et locis dabimus.

CONVENTVS, ûs. m. [συνέλευσις, σύνοδος] *Homines, qui in vnum locum conuenerunt.* Cic. Verr. 1, 94 Cur pudentiſſimas lectiſſimasque feminas in tantum virorum conuentum inſolitas inuitaſque prodire cogis? Conuentus, *inquit* Feſtus, quatuor modis intelligitur. Vno, quum quemlibet hominem ab aliquo conuentum eſſe dicimus. Altero, quum ſignificatur multitudo ex compluribus generibus hominum contracta in vnum locum. Tertio, quum a magiſtratibus, iudicii cauſa, populus congregatur: erant enim in prouinciis ſtatuti conuentus per rectores earum ad iudicia facienda. Quarto, quum aliquem in locum frequentia hominum, ſupplicationis aut gratulationis cauſa colligitur. *Hactenus* Feſtus. Conuentus et frequentia Cic. pro Deiot. 5. Conuentus et turba Virg. Aen. 6, 735. Senatorum Cic. Fam. 4, 13. Id. Verr. 3, 137 Domus erat non meretricio conuentu, ſed praetoria turba referta. Inter conuentum matronarum, *vid.* INTER. Celeberrimo virorum mulierumque conuentu dies feſtos anniuerſarios agere Cic. Verr. 4, 207 c. 48. Idem Brut. 223 c. 62 Minime dignos *Oratores* Elegantis conuentus auribus. Honeſtiſſimus Quinctil. 1, 2. In medios conuentus trahere aliquem Virg. Aen. 6, 753. Cic. Att. 1, 16 Itaque conuentus, qui initio celebrabantur, iamdiu eſſe deſierunt. Facere conuentum Cic. Att. 1, 16. Liu. 38, 29 Aegium a principio Achaici concilii ſemper conuentus gentis Indicti ſunt, ſeu dignitati vrbis id, ſeu loci opportunitati datum eſt. Inſtituere conuentus Quinctil. 3, 8. Vitare conuentum Cic. Verr. 5, . . ¶ 2 *Obſeruanda in primis eſt ſignificatio, quam tertiam* Feſtus l. c. *poſuit, nempe I. prouincialis illa, quos* Conuentus *oſtendit I. F. Gronouius, Obſſ. 3, 22 non eſſe tantum ciuium Roman. ſed omnium in ea vrbe verſantium, in qua* conuentus *illi iuridici haberi ſolerent.* *Sic explicat* Hor. Sat. 1, 7, 22 Perſius exponit cauſam, ridetur ab omni conuentu: *Et* Iuuenal. 8, 129 Nec per conuentus et cuncta per oppida curuis Vnguibus ire parat nummos raptura Celaeno. *Hinc emendat* Cic. Verr. 1 c. 13 Caeterarum rerum ſelecti iudices ex ciuium Romanorum conuentu proponi ſolent: *legi iubet* ciuium Romanorum ex conuentu. Idem Verr. 3 c. 59 Nemo erat Sicilia tota, qui neſciret, decumas eſſe Praetoris — praeterea conuentus honeſtus Syracuſis, multi equites Rom. viri primarii, ex qua copia recuperatores reiici oporteret, qui aliter iudicare nullo modo poſſent. *Sunt hic in conuentu* equites Rom. *ſed non ſoli.* *Sic* Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 20 Quod factum adeo eius conuentus (*res agitur Hiſpali*) ciues Romani comprobauerunt. *Et* c. 36 *de Vtica,* Erat in oppido — conuentus, qui ex variis generibus conſtaret. *Sed* 3, 29 Quo facto conuentus ciuium Rom. qui Liſſum obtinebat — Antonium recepit. Ibid. 2, 19 Simul ipſe Cordubae conuentus per ſe portas Varroni clauſit. *Sic* 3, 21 Conuentus arma ceperat. *In his omnibus exemplis* Conuentus *ſunt homines, qui iuris et iudiciorum cauſa in vnum locum conuenire ſolent.* II. *Sed ipſa quoque illa iudicia* conuentus *ſunt.* Hirt. Bell. Gall. 8, 46 Paucos ipſe dies in prouincia moratus, cum celeriter omnes conuentus percucurriſſet, publicas controuerſias cognouiſſet, *etc.* Caeſ. Bell. Gall. 2, 54 Caeſar — in citeriorem Galliam ad conuentus agendos profectus eſt. Cic. Verr. 5, 28 c. 11 Ex iis oppidis, in quibus Praetores conſiſtere, et conuentum agere ſolent. Suet. Caeſ. 7 Quaeſtori vlterior Hiſpania obuenit, vbi cum mandato Populi Rom. iuri dicundo conuentus circumiret. Caeſ. Bell. Gall. 5, 1 Ipſe conuentibus citerioris Galliae peractis in Illyricum proficiſcitur. *Add.* c. 2 *pr.* Agere Conuentus *eſt etiam* Cic. Verr. 5 c. 11. Indicere Verr. 4 c. 48. *Add.* Famil. 3, 8 in Vatin. c. 5. * *Hoc genus ita definit* Theophilus Inſtit. 1, 6 τί ἐστι κομβέντος; ἤγουν χρόνος πρὸς διάλυσιν δικῶν ἐπινενοημένος, *etc. ſunt enim plura.* III. *Hinc* conuentus *appellantur partes prouinciarum, ſ.* διοικήσεις, *vni alicui vrbi contributae, vt ibi iudiciorum cauſa conuenirentur, adeo, vt inde fundamentum diuiſionis, vt ita dicam, petant Geographi.* Plin. 3, 1 ſ. 3 *de Baetica parte Hiſpaniae,* Iuridici conuentus

tus ei quatuor, Gaditanus, Cordubenſis, Aſtigitanus, Hiſpalenſis. *Et* c. 3 ſ. 4 *de citeriori Hiſpania*, Vniuerſa prouincia diuiditur in conuentus VII — Tarracone diſceptant populi XLIII — Carthaginem conueniunt populi LXV — In conuentum Clunienſem Varduli ducunt populos XIV — In eundem conuentum Carietes et Vennenſes quinque ciuitatibus vadunt — Lucenſis conuentus populorum eſt XVI. Idem 5, 29 Conueniunt eo XXV ciuitates — Reliqui in eo conuentu, quos nominare non pigeat Hydrelitae — Alter conuentus a Synnada accipit nomen. Conueniunt Lycaones, *etc.* *Iam* Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 32 Nec minus ob eam cauſam ciuibus Rom. eius prouinciae, ſed in ſingulos conuentus ſingulaſque ciuitates, certae pecuniae imperabantur. ¶ 3 Conuentus, *pro Conventione etiam legitur* Iuuen. Sat. 6, 25 Conuentum tamen, et pactum, et ſponſalia, noſtra Tempeſtate paras, *etc.* *Videtur reſpicere ad* Conventionem in manum. Ex conuentu pacta obſeruantur Auctor ad Herenn. 2, 20 c. 13. *De quibus pactis Praetor edixit*, *apud* Vlpian. in l. Iuris gentium §. Praetor ait D. de Pactis, Pacta conuenta, quae neque dolo malo, neque aduerſus leges, *etc.* ſeruabo. Cic. pro Caecin. c. 8 Ex conuentu. Id. Att. 6, 3 Pomptinus enim ex pacto et conuentu (nam ea lege exierat) iam a me diſceſſerat. Dentium conventus Solin. c. 23.

CONVENTICVLVM, i. n. Dimin. Cic. pro Sext. 91 c. 42 Conuenticula hominum, quae poſtea ciuitates nominatae ſunt. Plebi vrbanae maiores noſtri conuenticula et quaſi concilia quaedam voluerunt Cic. pro Dom. c. 28. Conuenticula ipſorum ingreditur Iuuencus 2, 589. Immaniter conuenticula dirui Arnob. 4 p. 152. *ſc. Chriſtianorum.* *Saepius* conuenticula *vocat templa*, *ſ. eccleſias Chriſtianorum* Lactant. de Mort. Perſec. *v. g.* c. 15 Conſtantius — conuenticula, id eſt, parietes, qui reſtitui poterant, dirui paſſus eſt, verum autem Dei templum, quod eſt in hominibus, incolume ſeruauit.

CONVENNO, *vid.* COMBENNO.

CONVENTICIVS, a, um. Adi. Plaut. Ciſt. 1, 1, 42 Patres conuenticii, *quod interpretatur ex eo, quod* conuenire *quoque de re Venerea et meretricia dici obſeruauimus. Sed melius eſt cum Camerario* commenticii *legere*, *aut* commenti *cum Gronouio*, *qui videndus eſt.*

CONVENVSTO, āre. *Ornare, venuſtum reddere.* Suo cultu eccleſiam ſibi creditam conuenuſtare Sidon. Epiſt. 6, 12. *Add.* Id. ibid. 8, 6.

CONVENVSTANS, antis. Part. Aurora primo conuenuſtans habitu Mart. Capell. l. 2 *extr.* in metro.

CONVERBĔRO, āre. [τύπτω] *Idem, quod vehementer verberare.* Plin. 13, 22 Nocturnis graſſationibus conuerberatam faciem illinens. *Vid.* Sen. de Ira 3, 20. *et* Apul. Met. 9 p. 236. Ad virtutes exhortari et vitia conuerberare Sen. Ep. 121.

CONVERBERATIO, ōnis. f. Auguſt.

CONVERRO, verri *et* verſum, ere. [σαίρω] *Idem quod verrendo colligere, vel totum verrere.* Plaut. Stich. 2, 2, 64 Reuerram hercle hoc, quod conuerri modo. Columel. 7, 6, 6 Diligens paſtor quotidie ſtabulum conuerrit, nec patitur ſtercus aut humorem conſiſtere. Cellas ſeruorum conuerri Priſc. p. 900. *Metaph.* Plaut. Rud. 3, 6, 7 Conuerret iam hic me totum cum puluiſculo, *Vox lenonis damnum* metuentis.

CONVERRĬTOR, ōris. m. [καλλυντὴρ] *Tanquam Supinum ſit* Conuerritum, *eſt apud* Apuleium in Apologia p. 277, 13 *vbi* Conuerritorem pridianae relliquiae *vocat puluiſculum dentifricium.*

CONVERSVS, a, um. Partic. *A* Conuerro. Conuerſa et munda villa Cato de R. R. 143, 2. Conuerſum fimum progerere Colum. 1, 6, 22. *Add.* Priſcian. 10, p. 408.

CONVERSO, CONVERSOR, *et* CONVERSATIO, *vid.* CONVERTO.

CONVERTO, (*antique* Conuorto) ti, ſum, ĕre. [ϛρέφω, ἐπιϛρέφω] *Totum vertere, quod varias parit formulas.* Plaut. Stich. 3, 1, 1 Quom bene re geſta ſaluus conuortor domum, *i. conuerto me* : *ſicut* Ter. Adelph. 2, 4, 22 Ego iam transacta re conuertam me domum cum opſonio. Conuertemus nos in Aſiam Cic. Att. 3, 14. Conuerſa ad Aquilonem ſpelunca Idem Verr. 4, 107. *Et* Off. 3, 78 Ibi quum palam eius annuli ad palmam Conuerterat, a nullo videbatur, ipſe autem omnia videbat. Conuertere adſpectum aliquo Cic. de Nat. Deor. 2, 142 c. 57. Idem de Orat. 1, 6 c. 2 Ac quocumque te animo et cogitatione Conuerteris, permultos excellentes in quoque genere videbis. Ad ſe conuertere et rapere dicitur res *homines, quae admirabilis, amabilis etc. eſt* Id. Off. 2, 37. Liu. 22, 30 Profecti agmine incedentes ad Dictatoris caſtra, in admirationem et ipſum, et omnes qui circa erant, conuerterunt. Conuertit Aetas tua ſeptenos octies ſolis anfractus Cic. in Somn. Scip. 3. *h. e. Sex et quinquaginta annos natus es.* Plaut. Stich. 3, 1, 13 In Amicitiam atque in gratiam Conuortimus, *ſubaudi* Nos. Ne in graueis inimicitias conuertant ſe Amicitiae, cauendum Cic. de Amicit. 80 c. 21. Conuerſa in crudelitatem clementia Idem in Verr. 5, 114. Permouere et conuertere animos Id. in Orat. 20. Animum conuertere ad crudelem ſuperbamque vim Liu. 3, 44. Animos ad agrum colendum Idem 26, 40. Animos imperitorum ad deorum cultum a vitae prauitate conuertere Cic. de Nat. Deor. 1, 77. Animos in hilaritatem riſumue Idem in Orat. 138. Animum ad labores alicuius Valer. Argon. 4, 539. Animum ad negotia vrbana Liu. 1, 55. Animum alicuius in ſe Idem 24, 4. Cic. in Piſon. 19 Auxilio mihi opus fuerat et Conſulis et Senatus: quorum alterum etiam ad perniciem meam erat a vobis Conſulibus conuerſum, alterum Reipublicae penitus ereptum. Bellum ciuile periculoſiſſimum maximumque humanitate et ſapientia ad pacem concordiamque conuertere Idem Philipp. 5, 40 c. 15. Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 81 Tota nocte munitiones proferunt, Caſtraque caſtris conuertunt, *i. permutant.* Copias conuertere ad periculum patriae, quas ſimulatione Reip. comparabant Cic. Fam. 11, 13. Idem pro Flacc. 69 Quoniam quod Crimen eſſe voluiſti, id totum vides in laudem eſſe conuerſum. *Et* de Inuent. 1, 3 c. 2 Ac mihi quidem videtur hoc, nec tacita, nec inops dicendi ſapientia perficere potuiſſe, vt Homines a conſuetudine ſubito conuerteret, *i. auerteret.* Aur. Vict. de Vir. Illuſt. 14, 3 Veientes ad Dolos conuerſi, pecora ex aduerſo in conſpectu illorum poſuerunt. Gell. 5, 5 Oſtendebat ei Antiochus in campo copias ingentes, quas bellum Pop. Romano facturus, comparauerat, conuertebatque Exercitum inſignibus argenteis et aureis florentem, *i. exercebat armis*, *decurrere iubebat.* Ferrum in aliquem Virg. Aen. 9, 427. Fortunam in culpam Cic. pro Rabir. Poſt. 29. Liu. 30, 18 Poſteaquam femine transfixo cadentem, auferrique ex praelio prope exſanguem vidêre, extemplo in fugam omnes conuerſi. Fugam clamore conuertunt Virg. Aen. 12, 252. *i.* Redeunt cum clamore, ſicut in exercitu ſolet fieri. Seruius. Plin. Epiſt. 8, 23 Tot ſpes, tot Gaudia dies vnus in diuerſa conuertit. Greſſus conuertere, *Retro cedere, pedem referre* Sil. 13, 250. Impetum ſuum fortuna ad eos conuertit Cic. Tuſc. 3, . . Plaut. Pöen. 5, 5, 42 Heus tu, ſi quid per iocum dixi, nolito in ſerium conuertere. In iram ſubitam conuerti Ouid. Met. 10, 683. Iter conuertere ad vrbem Lucan. 3, 373. Iter conuertere in prouinciam Caeſ. Bell. Gall. 7, 56. *Omittitur et nomen* Iter Hirt. Bell. Afr. 9 Ipſe rurſus vnde pridie venerat, Ruſpinam cum reliquis copiis conuertit. *ſubaudi*, Iter. Iter conuertere ad fugam et in exilium Cic. Catil. 2, 14. Ter. Andr. 4, 1, 48 Non poſſe iam ad ſalutem conuerti hoc malum. Martem ad aliquos Lucan. 2, 629. *i. aggredi pugna aut bello.* Mentes hominum oratione Caeſ. Bell. Gall. 1, 41. Mentes militum conuertit terror et crudelitas ſuppliciorum Idem Bell. Ciuil. 1, 76. Minas in melius Sen. Hippol. 408. Nauem remigatio ad puppim conuertit Cic. Att. 13, 21. Omnium Oculos animoſque in ſemet conuerterant Curt. 3, 11, 24. Orationem traducere et conuertere in fugam alicuius increpandam Cic. de Orat. 2, 200. Plin. in Paneg. 72 Nam quod precatus es, vt illa ipſa Ordinatio comitiorum bene ac feliciter eueniret nobis, Reipublicae, tibi; nonne tale eſt, vt nos hunc Ordinem votorum conuertere debeamus? deos denique obſecrare, vt omnia, quae facis, quaeque facies, proſpere cedant tibi, Reipub. nobis? Os ad aliquem Caeſ. Bell. Gall. 6, 38. Cic. in Catil. 4, 1 Video P. C. in me omnium veſtrûm Ora, atque oculos eſſe conuerſos. Pecuniam conuertere, *aut rem aliam*, domum ſuam, *vel* in rem ſuam, aut ad commodum ſuum Idem pro Roſc. Amer. 122 c. 39. *Et* Off. 1, 42 c. 14. Pecuniam conuertere ad ſuos vſus Vlpian. in l. Idemque et §. Si procurator D. mandat. vel contr. Querelas in melius Propert. 1, 17, 9. Rationem bono conſilio a diis immortalibus datam, in fraudem malitiamque conuertunt homines Cic. de Nat. Deor. 3, 78 c. 31 Se conuertere Idem Q. Frat. 3, 5 Et in omni ſumma, vt mones, valde me ad otium pacemque conuerto. *Et* pro Sulla 17 Lentuli poena compreſſus, conuertit ſe aliquando ad timorem. Se conuertere ad verum Plaut. Rud. 4, 4, 107. Se ad ſapientiora Tacit. Ann. 3, 55. Cic. Fam. 4, 12 Gratulabor tibi prius (ita enim rerum ordo poſtulat) deinde ad me conuertar. Se totum ad alicuius voluntatem et nutum Idem Fam. 3, 10. Se conuertere ad philoſophum Id. de Fin. 5, 7. *intell. ſequendum.* Cic. in Somn. Scip. c. 2 In te vnum atque tuum nomen ſe tota conuertet ciuitas. *Add.* Nep. 25, 8, 1. Sen. de Clem. 1, 4. *Ad admirationem non modo ſed ad clientelam velut et ſpem auxilii refertur.* Cic. de Amicit. 94 Quid enim poteſt eſſe tam flexibile, tam deuium, quam animus eius, qui ad alterius non modo ſenſum ac voluntatem, ſed etiam vultum atque nutum conuertitur? Caeſ. Bell. Gall. 1, 25 Romani conuerſa Signa bipartito intulerunt. Conuertuntur Signa, *cum alia via pergit exercitus, quam qua coeptum erat.* Cic. pro Sext. 70 Quum omnes boni omnem Spem melioris ſtatus in eorum fidem conuertiſſent. Idem Off. 3, 19 Ad hanc ſcribendi operam omne Studium curamque conuertimus. Terga conuertere, *Fugere* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 80. Cic. pro Flacc. 41 Itaque eodem etiam M. Lurco, vir optimus, meus familiaris, conuertit Aculeum Teſtimonii ſui. Verum futurum in falſum conuerti non poſſe Idem de Fato 20 c. 9. *Sed Mſſ. et Dauiſ.* Conuertere, *vid. n.* 3. Viam conuertere, *eſt Viam repetere, per quam nunc primum veneras* Virg. Aen. 5, 582. Cic. de Clar. Orat. 141 Sed hoc Vitium huic vni in bonum conuertebat, *vid. n.* 3. Vſuras in ſuos vſus Vlpian. l. Idemque et §. Si procurator D. Mandat. ¶ 2 *Transmutare, et transformare ſignificat* Cic. Off. 3, 82 Quid enim intereſt vtrum ex homine ſe conuertat quis in belluam, an hominis figura immanitatem gerat belluae? Deum ſeſe in hominem conuertiſſe Ter. Eun. 3, 5, 40. Cic. de Nat. Deor. 3, 31 c. 12 Praetereaque omnia haec tum intereunt, quum in naturam aliam conuertuntur. *Sic* Conuertere *eſt ex vna lingua in aliam vertere* Idem de Opt. Gen. Orat. 14 Conuerti enim ex Atticis duorum eloquentiſſimorum nobiliſſimas orationes inter ſe contrarias. *Sic* de Fin. 1, 6 Conuerſa de Graecis. E Graeco in Latinum conuertere Cic. Off. 2, 87 c. 24. In Latinum Graeca conuertere Idem Tuſc. 3 c. 14. ¶ 3 Conuertor *pro* Conuerto *dici apud* Plaut. Amph. 1, 1, 83 Fugam in ſe tamen nemo conuertitur, *admonet* Nonius 7, 102. *Certius eſt* Conuerto *pro* conuertor. Sine aduocatis in amicitiam atque in gratiam conuortimus Plaut. Stich. 3, 1, 12. Conuertit ad me Gell. 1, 26. Femineam in ſpeciem conuertit maſculus ales Auſ. Epigr. 1, 68. Hoc vitium huic vni in bonum conuertebat Cic. Bruto 141 c. 38. Id. de Fato 20 c. 9 Nec poſſe verum futurum conuertere in falſum. *Et* c. 16 Nec hoc ex vero in falſum poterat conuertere. *Vtrumque locum ſic ex MSS. dedit Dauiſ. Quidam* Conuerti. *Conf. Cort. ad* Sall. Iug. 20, 4.

CONVERTENS, entis. Part. Conuertens machaeram in aratrum Tertull. adu. Gnoſt. c. 13. Vulgat. Sirac. 11, 29 *et* Pſalm. 19, 8.

CONVERSVS, a, um. Part. [ἐπιϛραφεὶς] Cic. in Somn. Scip. 17 Huius quidem anni nondum vigeſimam partem ſcito eſſe conuerſam. Ad caedem et funus ciuitatis conuerſi ludi Idem de Aruſp. Reſp. 24 c. 11. Lintea conuerſa domum, dare non pigeat, *i. redire* Hor. Epod. 15, 27. Lintea *vela ſunt.* Numina conuerſa, *i. Contraria* Virg. Aen. 5, 466. Studiis conuerſis *int. ad alia* Hor. in Arte Poët. 166. Timor conuerſus in iram Lucan. 4, 267. Via vitae Hor. Epiſt. 1, 17, 26. Cic. Att. 2, 9 Sic Orbem Reipub. eſſe conuerſum, vt vix ſonitum audire, vix impreſſam orbitam videre poſſemus. Quinctil. 11, 1, 81 Poteſt enim videri emendatus, qui in odium eorum, in quibus errauerat ipſe, conuerſus eſt. Conuerſus in poenitentiam, Sueton. in Claud. Caeſ. c. 13.

CONVERSVS, ûs. m. Macrob. Saturn. 7, 9 Qui gyros efficit, crebro conuerſu turbat. *Add.* Dig. 48 t. 6 l. 5.

CONVERSIO, ōnis. f. [ἐπιϛροφὴ, ἀνακύκλωσις] *Vt*, Conuerſio Aſtrorum Cic. Tuſc. 1 c. 25. Conuerſio Veſicae, *h. e. inuerſio et reuolutio* Plin. 8, 42 Et Vuluarum conuerſio. *Idem* 20, 22. Cic. in Somn. Scip. 12 Summus ille caeli ſtelliferi curſus, cuius conuerſio eſt incitatior, acuto et excitato mouetur ſono. *Conf.* de N. D. 2 c. 5. Incitatiſſima, *vid.* INCITO. Quinctil. 5, 10 Malorum euitationem, liberationem, imminutionem, conuerſionem, *i. mutationem in melius.* Menſium annorumque conuerſiones Cic. de Vniuerſ. c. 14. *h. e. Reuolutiones.* Reip. *Conuerſio* Idem de Diuin. 2 c. 2. *Et* pro Flacc. 94 c. 37 *extr.* Videtis, quo in motu temporum, quanta in conuerſione Rerum, ac perturbatione verſemur. Tempeſtatum Cic. pro Flacco c. 13. *Pro parte conuerſa* conuerſionem *dixit* Columel. 6, 17, 6

6, 17, 6 Vel ſi ante, quam tumor diſcutiatur, in Suppurationem conuertitur, optimum eſt in ea lamina conuerſionem reſecare, et quidquid vitioſi eſt, inurere. Verborum conuerſio *Periodus*, Cic. de Orat. 3, 188 c. 49 Et efficiendum eſt illud modo vobis, ne fluat oratio, ne vagetur, ne inſiſtat interius, ne excurrat longius: vt membris diſtinguatur, vt conuerſiones habeat abſolutas. Neque ſemper vtendum eſt perpetuitate et quaſi conuerſione verborum, ſed ſaepe carpenda membris minutioribus oratio eſt. *In ſignificatione theologica* Conuerſio fratrum Exemplo debenda tuo Alcim. Au. 6, 149.

CONVERSIVNCVLA, ae. f. Saluian. Epiſt. 4.

CONVERSIBILIS, e. *vel*

CONVERTIBILIS, e. Adi. Prudent. Apoth. 296 Non conuertibilis, nec demutabilis vnquam Eſt Deus. Materia conuertibilis Tertull. adu. Herm. c. 39. *Add.* Id. de Carne Chriſti c. 3. Syllogiſmi conuertibiles Apul. de Syllog. Categ. p. 379.

CONVERTIBILITAS, ātis. f. Oroſ. 1, 1 Conuertibilitas naturae.

CONVERSIM. Adu. Firmic. 2, 32 Decimatertia in decimamſeptimam, decimaſeptima rurſus in decimamtertiam: decimaquarta in decimamſextam, decimaſexta rurſus in decimamquartam: decimaquinta in decimamſeptimam, rurſusque conuerſim: et hoc modo facias, donec per graduum numerum, numeralem retrogrediens deſcenſum ad deſcenſum perducas. *Add.* M. Capella 5 p. 159.

CONVERSO, āre. Frequent. [ἀνακυκλῶμαι] Cic. de Vniuerſ. 23 c. 8 Quippe qui ex eadem vinctus, alteraque natura adiuncta materia, temperatione trium partium proportione compacta, ſe ipſe conuerſans, quum materiam mutabilem arripuiſſet.

CONVERSOR, āri. Dep. [ἀναστρέφομαι] *Cum aliquo viuere aut verſari.* Nemo libenter triſti conuerſatur, nedum triſtitiae Sen. Epiſt. 99. Conuerſari inter humano ſanguine delibutos Idem Contr. 1. Animus magnus et ſacer conuerſatur nobiſcum Id. Epiſt. 41. Sine diſcordia cum parentibus conuerſari Columel. 9, 11, 1. *de apibus. Pro* Viuere, *vſi ſunt ſcriptores eccleſiaſtici, v. g.* Cyprian. Epiſt. 75. Proconſul poteſt comminari et terrere filium, qui non, vt oportet, conuerſari dicatur Vlp. l. 9 §. 3 D. de Off. Proc.

CONVERSANS, antis. Part. Sumuntur a conuerſantibus mores, et animus mala ſua proximis tradit Sen. de Ira 3, 7. Socii taliter conuerſantium Vulgat. Hebr. 10, 33. Conuerſantibus eis in Galilaea Ib. Matth. 17, 22.

CONVERSATVS, a, um. In errore conuerſati Vulg. 2 Pet. 2, 18.

CONVERSATIO, ōnis. f. [συνεσία] *Conſuetudo.* ἀναστροφή, διαγωγή, βίος Vet. Gloſſ. Plin. 10, 33 Neue cui frequentior conuerſatio ſit ſuſpecta. Tutior conuerſatio inter ſeruos malos quam ingenuos parum modeſtos Quinctil. 1, 2, 4. Conuerſatio doctorum Idem 6, 3, 17. Tollere conuerſationem omnem Sen. de Tranquil. 3. Donec idem ſacerdos ſatiatam conuerſatione mortalium Deam templo reddat Tacit. de Germ. 40, 7. Aegris inimica eſt multorum conuerſatio Sen. Ep. 7. *Add.* Id. ad Helu. c. 15. Cuius conuerſatio continua etiam inuitos ad ſe oculos poterat deflectere Quinctil. Decl. 291. In illis non conuerſatio cum viris licentior Sen. Exc. Contr. 6, 8. Nec defuit conuerſatio hominum Vellei. 2, 102. Conuerſatio, *pro Conuerſione laudatur* Sen. Epiſt. 75 Sciatque illa ipſa, quibus laedi videtur, ad conuerſationem vniuerſi pertinere: et ex iis eſſe, quae curſum mundi conſummant. *Sed recte Gron.* conſeruationem. Conuerſatio, *pro Habitatione* Vlpian. l. 12 §. 1 D. de relig. et ſumpt. funer. Senatuſconſulto cauetur, ne vſus ſepulcrorum permutationibus polluatur, id eſt, ne ſepulcrum aliae conuerſationis vſum accipiat, *h. e. ne quis aliam ob cauſſam quam ſepulcri et religionis ibi habitet, aut verſetur, vt ex edicti verbis intelligitur, quae idem* Vlpian. *refert in* l. 3 D. de ſepulc. violat. *Hotom.* Conuerſatio *pro vita ſ. viuendi ratione.* Humanae vitae conuerſatio Veget. *ap. Salmaſ. in* Spartian. Humana Sulp. Seuer. de Virt. Monach. Or. Dial. 1, 11. Monaſterii Ib. c. 9. Ille fundator et eruditor huius conuerſationis et ſtudii in hac prouincia fuit Hieron. in Vita Hilarion. Antequam formetur Chriſtus in nobis in ipſo piae conuerſationis initio Cyprian. Serm. de ſtella et mag. *Conf.* Herald. *in* Apol. Tertull. *Digreſſ.* 2, 5 *extr.*

CONVERSATOR, ōris. m. Gloſſ. Graec. Lat. ὁμοδίαιτος contubernalis.

CONVESCOR, ſci. Nouat. de Cibis c. 5. Συναλίζεται Gloſſ. Lat. Gr. Conueſcens Vulg. Act. 1, 4.

CONVESTIO, īui, ītum, īre. [κατακαλύπτω] *Idem quod Veſtire et exornare.* Lucret. 2, 147 Quam ſubito ſoleat Sol ortus tempore tali Conueſtire ſua perfundens omnia luce, *h. e. radiis exornare.* Conueſtiuntur herbis prata Cic. Tuſc. 1, 69 c. 28. Idem Q. Frat. 3, 1, 2 Topiarium laudaui, ita omnia conueſtiuit hedera, *etc. Et* pro Domo 101 c. 38 Ergo eius domum euerſam duobus lucis conueſtitam videtis, *de Manlio, in cuius area tum luci erant.*

CONVETERANVS, i. m. [συνβετερανός] *Veteranus miles reſpectu commilitonis veterani ſic vocatur a* Gordiano Imperatore in l. Quod placuit C. de excuſat. veteran.

CONVEXO, āre. *Vndique aut vehementer Vexare.* Appia Caeſaris filia apud Gellium 10, 6 Sed vtinam reuiuiſcat frater, aliamque claſſem in Siciliam ducat, atque iſtam multitudinem perditum eat, quae me male nunc miſeram conuexarunt.

CONVEXVS, a, um. Adi. [περιφερής, συγκλινής] *Recte interpretatur* Feſtus, ex omni parte declinatum, qualis eſt natura caeli, ex omni parte ad terram verſus declinatum eſt, Vet. Gl. Conuexum κατωφερές, περιφερές. *Cognatum* deuexo, *quod et ipſum* κατωφερὲς *in* Vet. Gloſſ. *redditur. Non igitur opponitur* Concauo, *vt recentiores fere vtuntur, ſed ſimpliciter nutantem illam verſus vnum punctum, aut axim adeo, rotunditatem notat. Sic* Ouid. Met. 6, 697 Idem ego cum ſubii conuexa foramina terrae, Suppoſuique ferox imis mea terga cauernis *etc. Aperte* concauam *partem notat. Et quid frequentius, quam* caelum *reſpectu noſtri* Conuexum *dicere.* Iſid. 3, 38 Conuexa caeli extrema eius ſunt, a curuitate dicta, vt eſt illud, *Conuexum quoties claudit nox humida caelum.* Conuexum enim curuum eſt, quaſi *conuerſum* ſeu inclinatum, et ad modum circuli flexum. *Caetera recte: quod ad etymon, alii, vt Voſſius, malunt a* conueho *deriuare, vt* deuexum *a* deueho. *Sed videamus de caelo.* Ouid. Met. 1, 26 Ignea conuexi vis et ſine pondere caeli Emicuit, ſummaque locum ſibi legit in arce. *Deſcribit motum a centro ad peripherian.* Virg. Ecl. 4, 50 Adſpice nutantem conuexo pondere mundum. Seru. Curuo, inclinato. Idem Aen. 4, 451 Taedet caeli conuexa tueri, *i. caelum conuexum.* Queis lunae conuexum oculis contingimus orbem Cic. in Arat. v. 314. *Quidquid ſit de lectione, quod oculis contingimus, illud profecto* concauum *indicamus. Sic* Virg. Aen. 1, 612 Conuexa polus dum ſidera paſcet. *Vbi* Seru. Alii Conuexa ſidera volunt. *i.* Pendentia: vt *et caeli conuexa per auras. i.* Suſpenſa Planetaſque intelligunt, qui non ſunt fixi, ſed in aere feruntur. Alii *ſidera conuexa* nobis imminentia, vel quae per conuexum diſpoſita *etc. Sed nihil videtur melius, quam ita iungere:* dum montibus vmbrae luſtrabunt conuexa, *i. valles.* Vmbrae montibus, *quos velut pingunt, certe deſcribunt,* luſtrant, *dimidio circulo percurrunt valles, quas dum conuexa dici refugiunt Grammatici, ſine cauſa laborant. Sed redeamus ad caelum.* Virg. Aen. 6, 241 Talis ſeſe halitus atris Faucibus effundens ſupera ad conuexa ferebat. *i.* Ad caeli curuitatem, Seruius. *Sine dubio et hic motus deſcribitur e partibus vicinioribus centro verſus peripheriam concauam. Sic* Virg. Aen. 1, 314 Claſſem in conuexo nemorum ſub rupe cauata. Plin. 12, 22 Diſceſſimus a terris Oceanum ſpectantibus ad conuexas in noſtra maria, *i. decliues, inclinatas.*

CONVEXITAS, ātis. f. [συγκλινία] Plin. 18, 25 Super omnia eſt mundi conuexitatis, terrarumque globi differentia. Quacunque caeli conuexitas vergit Plin. 37, 13. *Quis non videt caeli partem terrae obuerſam, cauamque adeo, hic etiam intelligi?*

CONVEXIO, ōnis. f. *Idem.* Gell. 14, 1 Nam quanta, inquit, partium circulorumque caeli ex deuergentia et conuexionibus mundi varietas ſit, quis non videt, *i. prout nunc haec, nunc alia pars circumfuſi caeli imminet. Vid.* Declinatio mundi, *in* DECLINO. Concluſum rotunditatis conuexione Arnob. 4 p. 129. Caeli conuexiones Arnob. 1 p. 33.

CONVEXVS, ūs, m. *Idem.* Περιφέρεια Vet. Gloſſ.

CONVIBRO, āre. Apul. Flor. 2 p. 348. *et* Ammian. 17, 7. *auget vim ſimplicis.*

CONVICIVM, i. n. *Videtur eſſe clamor plurium, aut vnius repetitus, quaſi eſſet* Conuocium. *v. g.* Clamorem ranae ſuſtulere ad ſidera, Conuicio permotus quaerit Iupiter cauſam Phaed. 1, 6, 4. Querulae ſemper conuicia ranae *memorat etiam* Col. 10, 12. *Sic* Phaed. 3, 16, 3 Cicada acerbum noctuae conuicium Faciebat — Rogata eſt, vt taceret. Multo validius clamare coepit *etc.* Lucan. ad Piſon. 258 Stridula cicadarum conuicia. Cic. pro Arch. 12 c. 6 Quaeres a nobis, cur tantopere hoc homine delectemur? Quia ſuppeditat nobis, vbi et animus ex hoc forenſi ſtrepitu reficiatur, et aures conuicio defeſſae conquieſcant. Idem Fam. 10, 16 *med.* Flagitare Senatus inſtitit Cornutum, vt referret ſtatim de tuis literis. Ille, ſe conſiderare velle. Cum ei magnum conuicium fieret cuncto a Senatu *etc. Non hic de contumelioſis verbis cogitandum, neque* ad Q. Fr. 2, 11 *pr.* Epiſtolam hanc conuicio efflagitarunt codicilli tui. *Quod imitatur* Quinctil. Epiſt. ad Tryph. Efflagitaſti quotidiano conuicio *etc.* Cic. pro Sext. c. 55 Is qui antea cantorum conuicio conciones celebrare ſuas ſolebat, cantorum ipſorum vocibus eiiciebatur. Idem Verr. 3 c. 11 Erant autem conuiuia non illo ſilentio praetorum atque imperatorum, neque eo pudore, qui in magiſtratuum conuiuiis verſari ſolet, ſed cum maximo clamore atque conuicio. *Tale eſt illud:* Sex enim conuiuium Cum rege iuſtum, ſi ſuper, conuicium eſt Auſon. Ephemerid. de loco v. 5 p. 104. *Conf.* Capitolin. in Vero c. 5. *Haec omnia ſatis oſtendunt,* Conuicium *eſſe vel plurium voces, vel repetitam vnius vocem: quidquid ſit de etymologia, de qua ad* Vlpiani *verba* l. 15 §. 3 *et ſq.* D. de Iniuriis *vehementer diſputatum. Vid. omnino Opuſcula de Latinit. veter. ICtor. a Duckero edita* p. 187 *ſqq. Ponamus modo verba quaedam* Vlpiani, Conuicium vel iniuriam eſſe Labeo ait. Conuicium autem dicitur vel a Concitatione, vel a Conuentu, hoc eſt a collatione vocum. Quum enim in vnum plures voces conferuntur, Conuicium appellatur, quaſi Conuocium. Feſtus: Conuicium, a Vicis, in quibus primum habitatum eſt, videtur dictum: vel immutata litera, quaſi Conuocium. Nonius 1, 323 Conuicium dictum eſt quaſi e Vicis iocum, qui ſecundum ignobilitatem loci, meledictis, et dictis turpibus cauilletur. *Valla* 6, 52 *a* Vitio *vel a* Vitando *deriuari mauult, vt* Vitupero. *Nempe*

¶ 2 Conuicium *etiam genus iniuriae eſſe ICti diſputant ad l. c.* 15 D. de iniuriis: *qua de re vid. I. F. Chriſtius Noct. Acad. Obſ.* 5 *p.* 69 *ſq.* Cic. pro Caelio 6 Maledictio nihil habet propoſiti, praeter contumeliam; quae ſi petulantius iactatur, conuicium; ſin facetius, vrbanitas nominatur. Anteactae vitae conuicium Quinctil. 7, 3. Aurium conuicio extorta mihi veritas Cic. in Orat. 160. *i. aures flagitabant aliquid mollius vera illa et ſeuera ratione pronunciandi.* Suet. in Auguſt. c. 13 Hunc foediſſimo conuicio coram proſciderunt. Linguae ſtolidae conuicia Ouid. Met. 13, 306. Ruſtica Ouid. Met. 14, 522. Quinctil. 7, 3 Eoque ſatius eſt omni ſe anteactae vitae Abſtinere conuicio, quam leuibus, aut friuolis, aut manifeſte falſis reum inceſſere. Addere conuicia Ouid. Met. 14, 522. Adiicere conuicia facto, *i. vltra illud, quod male aliquem tractaueris, etiam conuiciis et contumeliis inceſſere illum* Idem Met. 6, 211. Confectari aliquem conuiciis et ſibilis Cic. Att. 2, 18. Plaut. Aſin. 5, 2, 49 Faxo vt ſcias, quid periculi ſit dotatae vxori conuicium Dicere. Ter. Adelph. 2, 1, 26 Ante aedeis non Feciſſe erit melius hic conuicium. *Add.* Plin. Epiſt. 6, 12 *fin.* Facere ac mereri deformia conuicia Quinctil. 6, 4. Facere alicui conuicium graue Cic. Att. 16, 8. Peſſimi debitoris eſt creditori Facere conuicium Sen. ad Marc. c. 10. Fert honeſtus vir inferioris conuicium Quinctil. 6, 2. Fundere in aliquem Ouid. Met. 13, 306. Iactari clamore conuicioque Cic. Fam. 15, 5. Inceſſere aliquem conuiciis Suet. Tiber. c. 11. *et* Ner. c. 35. Ingerere alicui Hor. Serm. 1, 5, 11. Pati ab aliquo Vlpianus in l. 1 §. Cum patronus D. de officio praefecti vrbi. Proſcindere aliquem conuiciis Plin. 33, 1. Reſpondere conuicio Cic. pro Domo 3. Suſtinere quotidianum conuicium Idem pro Quint. 62. *Et* in Piſon. 63 Si os tuum ferreum Senatus conuicio Verberari noluiſti. Auienus in Virgine, Non vt feſſa virum repararet gaudia vultu, Sed crepula vt late vomeret conuicia voce. Vrgeri conuicio alicuius Cic. Acad. 4, 125.

CONVICIOLVM, i. n. Lamprid. in Alex. c. 28.

CONVICIOR, āri. Depon. [λοιδορέω] *Conuicium dicere.* Quinctil. 3, 8 Contra ſententibus inhumane conuiciabantur. Accuſatoribus conuiciari aliquando patrocinii fides cogit Idem 5, 13. Coruus et pſittacus nihil aliud, quam quod didicerunt, pronuntiant: ſi conuicia docueris, conuiciabitur, diebus ac noctibus perſtrepens maledictis Apul. Flor. 2.

CONVICIATOR, ōris. m. [λοίδορος] *Qui conuicium dicit vel facit.* Pſeudo-Cic. in Salluſt. Si de mea vita atque actibus huic conuiciatori reſpondero. Maledicus conuiciator. Cic. pro Muraena 13 c. 6 Si vere obiicitur, vehementis accuſatoris: ſin falſo, maledici

conuiciatoris. Conuiciatorem rapi iuſſit in carcerem Suet. Tiber. c. 11. *Add.* Sen. de Ira 3, 24.

CONVICTVS, a, um. Partic. *Vid.* CONVINCO.

CONVICTOR, CONVICTVS, *vid.* CONVIVO.

CONVIGILO, āre. Auguſtin.

CONVINCO, vīci, victum, ĕre. [διελέγχω] *Argumentis, teſtibus, ratione efficere, vt alter repugnare et contradicere deſinat.* Cic. Verr. 3, 109 Sui quaeſtus cauſa irrupiſſe conuincam. Conuincit ratio ipſa et veritas, eum eſſe liberum Idem in Parad. 5. Conuincere aduerſarium auctoritate et teſtibus Id. Verr. 3, 169 c. 72. Conuincere facta alicuius turpia Plaut. Amph. 2, 2, 147. *oſtendere, illum turpiter feciſſe, vt negare non poſſit.* Argumentis peccata Cic. in Partit. 116 c. 73. Chirographo aliquem Idem Philipp. 2, 8 c. 4. Opinione hominum conuinci et condemnari Id. pro Cluent. 7. Conuictus in Affectatione imperii, *i. affectati* Suet. Tit. c. 9. In maiori Fraude conuicti Idem Claud. c. 14. In pari Peccato conuictus Cic. de Inuent. 2, 32. Scelere conuicti Suet. Ner. c. 31. A teſtibus conuinci, et vrgeri confeſſione Cic. Verr. 4, 104. Redargui et conuinci Idem de Vniuerſ. 6. Errores alicuius Id. de Nat. Deor. 2, 3. Falſum refutatu ancipiti Lucret. 3, 524. Teſtimonia aliquorum Cic. pro Font. 24. Voce inauditum facinus Idem pro Quint. 79. Amentiam alicuius Quinctil. 12, 1, 10. Factum Idem 5, 7, 19. Conuincere aliquem non inhumanitatis tantum, ſed et amentiae Cic. Philipp. 2, 9. Plaut. Truc. 2, 6, 5 Qui et conuicti et condemnati falſis de pugnis ſient. Deuotionis conuinci, iudicio deorum, teſtimonio Senatus, confeſſione inimicorum Cic. poſt red. ad Quir. 1. Leuitatis Idem de Amic. c. 17. Summae negligentiae Id. pro Sulla 44 c. 15. Maleficii Cic. Verr. 5 c. 53. Conuicta et commiſſa eſt deuotio Cic. pro Domo c. 57. *i. voti compos factus ſum, vt nempe* damnari votorum *dicimur: ante vero quam damnetur aliquis conuincendus eſt.*

CONVICTVS, a, um. Part. [διελεγχθεὶς] *Vt,* Manus conuictas dare Ouid. Epiſt. 17, 260. *al.* Coniunctas, *rectius.* Iudicio turpi conuictus Cic. pro Quint. 49. Fracta et conuicta ſecta Idem de Legib. 1, 38. Reprehenſus, conuictus, fractusque Mithridates Id. pro Flac. 41 c. 17. Cic. in Catil. 2, 13 c. 6 Quum ille homo audaciſſimus Conſcientia conuictus reticuiſſet, *etc.* Sall. Catil. 52, 36 Hique indicio T. Volturcii — conuicti confeſſique ſint, caedem, incendia — parauiſſe. *Etiam ad facta refertur.* Tac. A. 3, 13, 2 Quod neque conuictum noxae reo, ſi recentia purgaret; neque defenſum abſolutione erat, ſi teneretur maioribus flagitiis. Conuictum, Defenſum, *i. Demonſtratum, Depulſum.* Id. 14, 40, 4 Quod apud Patres convictum.

CONVICTIO, ōnis. f. Auguſt. de Trin. 13, 1.

CONVINCTIO, ōnis. f. *a* CONVINCIO. *Pars orationis, quae* Coniunctio *alias vocatur.* Quinctil. 1, 4, 18 Tum videbit, ad quem hoc pertinet, quot et quae ſint partes orationis: quanquam de numero parum conuenit. Veteres enim, quorum fuerunt Ariſtoteles atque Theodectes, verba modo, et nomina, et Conuinctiones tradiderunt: videlicet quod in verbis vim ſermonis, in nominibus materiam: quia alterum eſt quod loquimur, alterum de quo loquimur: in Conuinctionibus autem eorum complexum eſſe iudicauerunt: quas Coniunctiones a plerisque dici ſcio: ſed haec videtur ex συνδέσμῳ magis propria translatio.

CONVIŎLO, āre. *Vehementer violare* Tertull. Apol. c. 39. Prud. Pſychom. 398 *et.* Paſſ. 6 Fructuoſi v. 56.

CONVIRESCO, ĕre. Auguſtin.

CONVISCERO, āre. Conuiſcerari et incarnari Tertull. de Car- ★ Chr. c. 20.

CONVISCERATIO, ōnis. f. Conuiſcerationes exercere quotidianas Sariſb. 8, 2.

CONVĪSO, ĕre. [συνορῶ] Lucret. 1, 146 Res quibus occultas penitus conuiſere poſſis. Cic. in Arato 351 (Grot. 601) Et loca conuiſit cauda tenuis infera piſcis. Loca omnia oculis conuiſere Lucret. 2, 357.

CONVITIVM, *vid.* CONVICIVM. *Sed* ¶ 2 Conuitium *pro multarum partium ruinoſarum vitio profert Scaliger in* Catal. Virg. p. 120 *ex* Inſcript. Veronenſi.

CONVIVO, xi, ctum, ĕre. [συμβιόω, συνδιάγω] *Simul viuere et cibum vna capere, quod poſterius* conuiuari *frequentius dicitur.* Plaut. Amph. 4, 2 *ſuppoſ.* 2, 45 Miſiſti ad nauim Soſiam, vt hodie tecum conuiueret? *Add.* Martial. 1, 87. Arator in Act. c. 27. Quinct. 1, 6, 44 Lauamur, et tondemur, et conuiuimus ex conſuetudine. Conuiuere cum adoleſcentibus Quinctil. 5, 9, 14. *i. conuiuari. Add.* 7, 3, 31. *Vna viuere eſt* Quinct. 10, 1, 38 De omnibus ſuae aetatis quidem, quibusque conuiuebat, ſilentium egit. *Sic in optimis libris eſt.*

CONVICTOR, ōris. m. [ὁμόσιτος] *Qui viuit, ad menſam praeſertim, nobiscum familiariter.* Suet. in Tiber. c. 56 Nihilo lenior in conuictores Graeculos. Conuictorem eſſe alicui. Hor. Sat. 1, 6, 47. Me conuictore vſus amicoque a puero eſt Ib. 1, 4, 96. Ouid. ex Pont. 4, 3, 15 Ille ego conuictor, denſoque domeſticus vſu. Cic. Fam. 16, 21 Vtor familiaribus et quotidianis conuictoribus, quos ſecum Mitylenis Cratippus adduxit, *etc.* Conuictor delicatus paullatim eneruat et emollit Sen. Ep. 7.

CONVICTVS, ûs. m. [συσσιτία] *Conuerſatio eorum, qui vna viuunt et epulantur.* Columel. 11, 1, 13 In primis conuictum domeſticum, multoque etiam magis externum vitet. Cic. Fam. 5, 14 Vt iſtis te moleſtiis laxes, et ad conuictum noſtrum redeas, et ad conſuetudinem vel noſtram communem, vel tuam ſolius ac propriam. Conuictus humanus, et ſocietas Cic. Off. 3, 21 c. 5. Loca ipſa gratulationum et conuictuum Sen. ad Helu. c. 15. Martial. 10, 47 Conuictus facilis, ſine arte menſa, *h. e. nihil habens ſumtuoſi, aut paratu difficilis.* Conuictum habere cum domeſtico Columel. 1, 8, 5.

CONVICTIO, ōnis. f. *Idem.* Cic. Fam. 16, 21 Cuius cum frugi ſeueraque eſt vita, tum etiam iucundiſſima conuictio.

CONVĪVOR, āri. Depon. [εὐωχέομαι, ἑστιάω, συμποσιάζω] *Conuiuium facere.* Ter. Heaut. 1, 2, 32 Scortari crebro nolunt, nolunt crebro conuiuarier. Cic. Verr. 3, 105 c. 44 Quotidie ſolitum eſſe non ſolum in publico, ſed etiam de publico conuiuari. ¶ 2 Conuiuare, *pro* Conuiuari Ennius Sat. 1. Magno hercle ſuo malo conuiuat: ſine modo Nonius 7, 55.

CONVIVANS, antis. Part. Vulg. Ep. Iudae v. 12.

CONVIVĀTVS, a, um. Suet. Claud. c. 32 Conuiuatus et ſuper emiſſarium Fucini lacus ac paene ſubmerſus.

CONVIVIVM, i. n. [εὐωχία, ἑστίασις, συμπόσιον, σύνδειπνον] *Quid eſſet, declaret* Cic. de Senect. 45 c. 13 Bene enim maiores accubationem epularem amicorum, quia vitae coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt, melius quam Graeci, qui hoc idem tum compotationem, tum concoenationem vocant. *Conf.* Fam. 9, 24. Varro *apud* Gell. 13, 11 *inter alia,* Ipſum conuiuium conſtat ex rebus quatuor, et tum demum omnibus ſuis numeris abſolutum eſt, ſi belli homunculi collecti ſunt, ſi electus locus, ſi tempus lectum, ſi apparatus non neglectus. Arcta conuiuia *dicuntur, vbi arcte diſcumbitur* Hor. Epiſt. 1, 5, 29. Propert. 4, 6, 71 Candida nunc molli ſubeant conuiuia luco. Celebre Auſon. Epigr. 50. Domeſticum Suet. Claud. c. 44 *vbi opponitur epulo. Sed alias coena omnis Imperatorum* Conuiuium. *vt* Sueton. Calig. c. 39. Claud. c. 39. Foeda Ouid. Met. 1, 165. Inſtructa, *vid.* INSTRVO. Lautiſſima, *vid.* LAVTVS. Moderata Cic. pro Muraen. 13. Opipare apparata Idem Off. 3, 58 c. 14. Regalia Quinctil. 1, 10. Inter ſecreta conuiuii Tacit. Hiſt. 2, 57. Martial. 1, 67 Vt conuiuia Sumtuoſiora, Toto quae ſemel apparas in anno. Tempeſtiua Cic. pro Arch. 13. *Quae ſint vid. ſ. l.* Ouid. Amor. 3, 1, 17 Nequitiam vinoſa tuam conuiuia narrant, *h. e. Vinoſi et ebrii conuiuae.* Conuiuii ſat eſt, modo noſtra huc amica accedat Plaut. Stich. 5, 4, 28. Admoueri in conuiuium Suet. Claud. c. 44. Arceſſere in conuiuium Ter. Eun. 4, 1, 12. Cic. pro Cael. 35 c. 15 Baiis Acta conuiuia, comeſſationes, cantus, ſymphonias, nauigia iactant. Ter. Hec. 1, 2, 18 Agitarem inter vos libere conuiuium. Agitare Ouid. Met. 7, 432. Celebrare Sil. 11, 273. Concelebrare Cic. de Petit. Conſul. 34 c. 11. Conditor inſtructorque conuiuii, *vid. ſub* CONDIO. Curare mutua inter ſe conuiuia Virg. Georg. 1, 300. Ducere Baccho, *i.* Multo vino Tibull. 1, 9, 61. Ducere aliquem in conuiuia Ouid. de Arte Am. 3, 749. Sil. 11, 51 Quin etiam Exhilarare viris conuiuia caede Mos olim, et miſcere epulis ſpectacula dira. *De gladiatoribus loquitur, qui conuiuiis adhibebantur, mutuis vulneribus ſeſe confecturi.* Facere lauta conuiuia Catul. 45, 5. Fiunt conuiuia plena menſa Propert. 2, 16, 5. Hilarare Baccho Virg. Eccl. 5, 69. Implere conuiuia dictis, *i. narratiunculis, vel confabulationibus* Ouid. Met. 13, 675. Tacit. Ann. 4, 10 Si conuiuium, ſi ſpectaculum ſimul iniſſent, pro crimine accipi. Miſſum conuiuium, *vid.* MITTO. Obſcenis canticis conuiuium obſtrepit Quinctil. 1, 2. Ornare et apparare Cic. Verr. 4, 44. Parare Virg. Aen. 1, 642. Retrahere ſe a Celſ. 5, 9. Repetita conuiuii laetitia Tacit. Ann. 13, 16. Ruere ad conuiuium, *pro Irruere* Idem Hiſt. 2, 68. Struere Id. Ann. 15, 37. Turbare Ouid. Met. 12, 222. Verſari in conuiuiis Cic. pro Quint. 59 c. 18.

CONVĪVA, ae. c. [σύσσιτος, συμπότης, δαιτυμὼν, συνθοίνιος] *Qui ad conuiuium vocatus eſt.* Ter. Heaut. 1, 1, 120 Egomet conuiuas moror. Auidi conuiuae Hor. Serm. 1, 5, 75. Comis Idem Serm. 2, 8, 76. Commodus Plaut. . . Propert. 3, 7, 45 Viueret ante ſuos Dulcis conuiua penates. Ebrius Ouid. Faſt. 5, 337. Iuuen. Sat. 9, 10 Conuiua ioco mordente facetus. Frequens Ouid. Amor. 2, 5, 21. Gratus Hor. Serm. 2, 2, 119. Hilares et bene accepti Cic. Att. 16, 16. Laetus Hor. Serm. 2, 6, 111. Martial. 9, 23 Aeſtuet vt noſtro madidus conuiua miniſtro, *i. ebrius amet.* Plenus Lucret. 3, 932. Hor. Serm. 1, 1, 119

Inde fit, vt raro, qui ſe vixiſſe beatum
Dicat, et exacto contentus tempore, vita
Cedat vti conuiua ſatur, reperire queamus.

Serus, *v. h. v.* Ter. Eun. 3, 1, 17 Tum me conuiuam ſolum Abducebat ſibi. Agere conuiuam laetum Hor. Serm. 2, 6, 111. Soluere conuiuas, *i. dimittere* Ouid. Faſt. 6, 675. Martial. 11, 57 Conuiuas niueo Torſerat ore puer, *i. in amorem irritum coniecerat, cui ſatisfacere non poſſent.* Plaut. Aſin. 4, 1, 23 Vocet conuiuam neminem: illam tu voces. Conuiuis non Immunes annotator Plin. Paneg. 49, 6. *De conuiuarum numero* Gell. 13, 11.

CONVIVĀTOR, ōris. m. [συμποσιαστὴς, ἑστιάτωρ] *Qui ad conuiuium inuitat, vel qui conuiuium facit et apparat.* Liu. 35, 49 Eſt autem res ſimillima coenae Chalcidenſis hoſpitis mei, hominis et boni, et ſciti conuiuatoris, apud quem ſolſtitiali tempore comiter accepti, *etc.* Hor. Serm. 2, 8, 73 Sed conuiuatoris, vti ducis, ingenium res Aduerſae nudare ſolent, celare ſecundae.

CONVIVĀLIS, e. Adi. [συμποτικὸς] *Quod pertinet ad conuiuium.* Liu. 39, 6 Tunc pſaltriae, ſambuciſtriaeque, et conuiualia ludionum oblectamenta addita epulis. *Idem,* Multaque conuiualia ex auro et argento vaſa. Carmen Prud. Hamart. 317. Fabulae conuiuales Tacit. Ann. 6, 5. Laetitia conuiualis Macrob. Saturn. 7, 1. Sermones Idem Sat. 1, 1. Veſtis conuiualis Sen. Controu. 25.

CONVIVIALIS, e. Adi. Laetitia Macrob. Sat. 2, 1.

CONVIVIFĬCO, āre. Fulgent. l. 3 ad Traſim. regin.

CONVLA, *herba eadem, quae* Polium Apul. de Herb. 57.

CONVŎCO, āre. [συγκαλέω] *Simul vocare, vocare ad conuentum.* Plaut. Moſtel. 5, 1, 8 Capio conſilium, vt Senatum congerronum conuocem. Cic. Off. 3, 58 Piſcatores ad ſe conuocauit. Idem Tuſc. 1, 62 c. 25 Aut qui diſſipatos homines congregauit, et ad ſocietatem vitae conuocauit? Conuocare in animum conſilia Plaut. Milit. 2, 2, 42. Conuocare in corde Senatum conſiliarium de re argentaria Idem Epid. 1, 2, 56. Caeſ. Bell. Gall. 3, 3 Concilio celeriter conuocato, ſententias exquirere coepit. Cic. de Legib. 3, 7 Deſcriptus enim populus cenſu, ordinibus, aetatibus, plus adhibet ad ſuffragium conſilii, quam fuſe in tribus conuocatus. Conuocare in concionem, et ad concionem Liu. 7, 6. ¶ 2 *An etiam ad vnum refertur verbum* conuocare? *Sic ſuadet* Cic. contra Rull. 3 *extr.* Quoniam me in veſtram concionem vobis flagitantibus conuocauerunt. *Sed ſuſpicatur Gruterus fuiſſe* CON. *ſ.* COS. *i.* conſulem vocauerunt.

CONVOCANS, antis. Part. Vulgat. Act. 6, 2.

CONVOCATVS, a, um. Part. Auditores Cic. de Clar. Orat. c. 51. *Conf.* Sall. Catil. c. 50.

CONVOCATIO, ōnis. f. [σύγκλησις] Cic. poſt red. in Senat. 38 c. *vlt.* Nulla ad Remp. defendendam Pop. Romani conuocatio.

CONVOCĀTVS, ûs. m. *Apud* ICtos.

CONVŎLO, āre. [συμπέτομαι] *Simul volare, metaph. celeriter conuenire.* Populus conuolat; tumultuantur, clamant Ter. Hecyr. prol. 40. Cic. Tuſc. 3, 50 Et illi quidem pugnant, et quidem vicinorum fidem implorant: multi autem ſunt, qui ſtatim conuolent. Conuolare ad Roſtra Idem pro Rabir. Poſt. 18. Conuolarunt ex Italia ad me reuocandum Id. pro Domo 57 c. 22. Paullus in l. Si pluribus D. de leg. 1 Si quidem euidentiſſime apparuerit, ademtione a priore legatario facta, ad ſecundum legatum teſtatorem conuolaſſe.

CONVOLVO, volui, volūtum, ĕre. [συνελίττομαι] *Simul volvere,*

*vere, voluendo coniungere et vnire.* Plin. 12, 17 Atque attractis funiculis herbam eam conuolui, atque ita offas fieri. Cic. de Nat. Deor. 2, 113 c. 44 Quem propter nitens pennis conuoluitur ales. Plin. 12, 9 Nigrum vero bdellium, et in offas conuolutum, adrobolon vocant. Conuoluuntur in ſemet dracones Plin. 10, 72. Serpens conuoluit lubrica terga Virg. Aen. 2, 447. Mare conuoluit gentes Lucan. 5, 623. *i. vna plures inuoluit et obruit.* Sen. Epiſt. 40 Audiſſe te ſcribis Serapionem philoſophum, quum iſtuc applicuiſſet, ſolere magno curſu verba conuoluere: quae non effundit vna, ſed premit et vrget.

CONVOLVENS, entis. Part. [συνελίσσων] Cic. de Diuin. 1, 46 c. 23 Quum ſe conuoluens Sol elaberetur et abiret. Squamea conuoluens ſublato pectore terga Virg. Georg. 3, 426.

CONVOLVTVS, a, um. Part. Plin. 37, 7 Conuoluto igne flagrare.

CONVOLVTOR, ari. *i. Colluctari, vt ſolent in puluere.* Quum vagus et incertus ſpiritus conuolutatus eſt nouiſſime vni vis omnium cedit.

CONVOLVOLVS, i. m. [ἴψ] *Vermiculus, corrodens vites; qui* Volvox *etiam dicitur.* Plin. 17, 28 Simili modo ne conuoluolus fiat in vinea, amurcae congios duos decoctos in craſſitudinem mellis, *etc. Scribitur et* Conuoluulus. Cato 95, 1 Conuoluulus in vinea ne ſit. *Vid. Pius Annot. poſt. 34 et 170.* ¶ 2 Conuoluolus, *eſt etiam Herba.* Plin. 21, 5 *de lilio loquens,* Eſt flos non diſſimilis illi in herba, quam Conuoluolum vocant, naſcens per frutecta, nullo odore, nec crocis intus, candorem tantum referens, ac veluti rudimentum naturae lilia facere condiſcentis.

CONVOMO, ĕre. An tu Narbonae menſas conuomeres? Cic. Att. 2, 30. Illa maritum conuomuit Iuuenal. 6, 101.

CONVORO, are. Parentum cadauera cum pecudibus caeſa conuiuio conuorant Tertull. adu. Marc. 1, 1.

CONVŌTVS, a, um. Conuoti, dicebantur Iisdem votis obligati, Feſtus.

CONVS, i. m. [κῶνος] *Primo dictus videtur a Graecis fructus ſ. nux cupreſſorum, piceae et ſimilium arborum, quae inde coniferae dicuntur. Etiam* Columel. 6, 7, 2 Conos cupreſſinos *vocat:* Galbulos Varro R. R. 1, 40, 1. Seru. *ad* Aen. 3, 680 Et conus dicitur fructus cupreſſi, et ipſa κωνοειδὴς eſt: nam a rotunditate in acumen leuatur. ¶ 2 *Propter huius ſimilitudinem* Conus *dicitur* Curuatura, quae in ſummitate galeae prominet, ſuper quam criſtae ſunt, *vt deſcribit* Seruius *ad* Virg. Aen. 3, 468 Et conum inſignis galeae, criſtasque comantes. Sil. 4, 14 Niueum coni Decus *eſt criſta.* Picto cono nutantia capitum tegmina Ouid. Met. 3, 108. Gloria ardua coni Stat. Theb. 8, 706. ¶ 3 *Generatim apud Geometras* Conus *eſt meta, turbo, figura e circulari baſi aequabiliter in acumen conſurgens.* Cic. de Nat. Deor. 47 c. 18 *pr.* Conum tibi ais et cylindrum, et pyramidem pulchriorem quam ſphaeram videri. *Conf.* 1 c. 10. Lucret. 4, 428

Porticus — parte ab ſumma cum tota videtur
Paullatim trahit anguſti faſtigia coni
Tecta ſolo iungens, atque omnia dextera laeuis
Donicum in obſcurum coni conduxit acumen.

Idem 5, 763 *quam metam vmbrae vocat* Cicero, *conum appellat,* Dum rigidas coni perlabitur vmbras.

CONĪFER, era, um. Adi. [κωνοφόρος] *Vt,* Conifera arbor, *quae conos fert.* Apices coniferi Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 398 *de cupreſſis.* Cypariſſus conifera Virg. Aen. 3, 680. *Verba Seruii ad h. l. dedimus in* CONVS.

CONĪGER, era, um. *Aliud* Adi. [κωνοφόρος] *Vt,* Pinus conigera Catul. in Argon. 164.

CONOĪDES, idis. [κωνοειδὴς] *Quidquid eſt coni figura.* Seru. *ad* Aen. 3, 680 Cupreſſus et ipſa Conoides eſt: nam a rotunditate in acumen leuatur. *Sed melius Graecè ſcribitur.*

CONVVLNĔRO, are. [τραυματίζω] *h. e. Vulneribus afficere.* Plin. Paneg. 35 Neque vt antea, exſanguem illam et ferream frontem nequidquam conuulnerandam praebeant punctis, et notas ſuas rideant. Plin. 11, 37 Ipſe conuulneratus, et captus ſemel, per cauernam latomiarum euaſit. Conuulneratum ab apibus os Plin. 8, 36. Conuulneratis omnibus in tranſitu negotiatoribus Frontin. de Aquaed. p. 256. Qui eum conuulnerauerunt Tertull. de Ref. Carn. c. 51. Eo magis conuulneraberis et confodieris, quia neſcis praebere iugulum Sen. de Tranqu. An. c. 11.

CONVVLSIO, CONVVLSVS, *vid.* CONVELLO.

CONYZA, ae. [κόνυζα] *Herba, quae et* Cunilago *dicitur.* Plin. 21, 9 *et* 10. *Vulgo appellatur Pulicaria.* Minor Scribon. 167.

CONYZOIS, idis. f. *Herba* Plin. 19, 8. *Al.* Conyza.

## C O O

COŌDIBĪLIS, e. Adi. *Simul odioſus.* Tert. adu. Marc. 4 c. 9 *et* 36.

COOLESCO, ĕre. *Concreſcere, et conglutinari.* Lucret. 6, 1066 Saxa vides primum ſola cooleſcere calce. *Sic enim legendum, non,* Coaleſcere, *Lambinus putat cum Pelliſſerio: qui etiam* COOLITVM *probat, vbi alii* Coalitum.

COONĔRO, are. *Simul onerare.* Tacit. de Morib. German. 30, 4 *de Cattis,* Omne robur in pedite, quem ſuper arma ferramentis quoque et copiis coonerant.

COOPERIO, perui, pertum, ire. [συγκαλύπτω] *Operire ſ. Tegere vndique* Coopertum telis corpus Liu. 8, 10. Plin. 10, 54 Scitum de quodam vini potore reperitur, Syracuſis tamdiu potare ſolitum, donec ab eo cooperta terra foetum ederent oua. Cooperitur dens medicamento Scribon. 56. Pannis cooperta membra Lucret. 6, 1267. Liu. 4, 50 Eo indignatio erupit, vt Tribunus militum ab exercitu ſuo cooperiretur lapidibus. Cic. Verr. 1, 119 c. 46 Quem iſte collegam niſi habuiſſet, lapidibus coopertus eſſet in foro, *i. obrutus.* Idem Verr. 1, 9 c. 4 Qui iſtum tot, tantis, tam nefariis ſceleribus coopertum iurati ſententia ſua liberarent. Salluſt. in Iugurth. c. 14 Sicuti videtis, extorrem patria, domo, inopem, et coopertum miſeriis, effecit, vt vbiuis tutius, quam in meo regno eſſem. Coopertus famoſis verſibus Hor. Serm. 2, 1, 68.

COOPERCVLVM, i. n. [πῶμα] *Quo quid cooperitur. Vt,* Cooperculum doliorum Plin. 14, 21. *Legitur et* Operculum. *Add.* Plin. 23, 6. Pallad. 7, 7. Apul. Met. 6 p. 244.

COOPERIMENTVM, i. n. *Idem.* Gell. 5, 7 Os cooperimento perſonae tectum. *Add.* Auguſt. adu. Manich. 2, 16.

COOPERTORIVM, i. n. *Idem.* Veget. de Re Vet. 3, 77. L. 38 §. 1 ff. de aur. arg. leg. *Add.* Bynkershoek *Obſ.* 4, 24.

COOPĔROR, ari. [συνεργάζομαι Gloſſ. Vet.] *Vox apud ſcriptores eccleſiaſticos frequens. Vt* Vulg. Rom. 8, 28. Cooperans Vulg. Marc. 16, 20. 1 Cor. 16, 16. Auguſtin. de C. D.

COOPERATIO, onis. f. Quinctil. Declam. 16 *extr.* Habet omnia miniſteria ſua debilitas, ſuas cooperationes. *Add.* Vulg. Sirac. 51, 8.

COOPERĀTOR, oris. m. Apul. Flor. 2 p. 225 *Colu. aliter leg. Elmenhorſt.* p. 346. *Et apud* Hieron. Ep. 79. Ambroſ. Ep. 84 p. 260. Paullin. Nol. Ep. 37 (27) n. 6. Auguſtin. *aliosque ſcriptores Chriſtianos.*

COOPERARIVS, i. m. Apul. *Sed negat index Floridi.*

COOPTO, are. [προσαιρέομαι] *Collegam ſibi eligere. Dicitur enim proprie de collegiis, quae habent ius loca vacua in collegio ſua electione explendi.* Sueton. Claud. c. 22 In cooptandis ſacerdotibus neminem niſi iuratus nominauit. *Et* Neron. c. 2 Pontificibus offenſus, quod alium, quam ſe in patris locum cooptaſſent. *Sed ipſe etiam ſic* Cic. de Lege Agr. 18 Ab ea parte qui eſſet factus, is a collegio cooptaretur. Cooptare in collegium et in ordinem Cic. de Clar. Orat. 1. *Add.* Id. pro Cael. c. 2. Liu. 40, 42 Mortuus erat — P. Manlius — Triumuir Epulo. Q. Fuluius M. F. in eius locum Triumuir cooptatus. Cic. de Diuin. 2, 23 c. 9 Quid vero Caeſarem putamus? ſi diuinaſſet, fore, vt in eo Senatu, quem maiore ex parte ipſe cooptaſſet — trucidatus ita iaceret *etc. Nempe Cenſor Senatum legerat.* Cooptare ſibi collegam Suet. in Auguſt. c. 27. Cooptari in locum vacuum Liu. 5, 10.

COOPTATVS, a, um. Part. *Praeter dicta, numus laudatur Neronis.* CLAVD. CAES. DRVSVS GERMAN. PRINCEPS IVVENT. SACERDos COOPTatus IN OMNibus CONLegiis SVPRA NVMerum EX SC.

COOPTATIO, onis. f. [προσαίρεσις] Cic. de Legib. 3, 27 Neminem in ſummum locum niſi per populum venire, ſublata cooptatione Cenſoria. Cooptatio in patres Liu. 4, 4. Tribunorum Idem 5, 12.

COORIOR, cooriris *vel* coorĕris, coortus ſum, iri. [ἐκφύομαι] *Simul, vel totis viribus, et impetu oriri.* Plin. 11, 10 Si cooriatur procella, apprehenſi ponduſculo lapilli ſe librant. *de apibus loquitur.* Caeſ. Bell. Ciu. 1, 48 Tanta enim tempeſtas cooritur, vt nunquam, *etc.* Bellum coortum ingens in Hiſpania Liu. 29, 1. Caeſ. Bell. Gall. 3, 7. Febris coorta eſt ſuperante bili Lucret. 4, 668. Fluctus Id. 5, 1000. Fulgore coorto fulſerunt flammae Id. 1, 726. Mare coortum ſaeuit Lucret. 5, 1001. Milites Liu. 2, 30 *extr.* Peſtilentia coorta Liu. 4, 52. Riſus cum hilaritate Nep. 15, 8. Seditio coorta eſt in populo Virg. Aen. 1, 148. Cic. Verr. 1, 46 c. 18 Tum ſubito tempeſtates coortae ſunt maximae. *Add.* Lucr. 6, 956. Ventis coortis commiſerat ſe vnda Ouid. Met. 11, 512. Plin. 8, 16 Generoſitas maxime in periculis deprehenditur: non in illo tantummodo, quod ſpernens tela, diu ſe terrore ſolo tuetur, ac velut cogi teſtatur, cooriturque non tanquam periculo coactus, ſed tanquam amentiae iratus. *de leone.* Procella cooritur Plin. 11, 10. Liu. 4, 3 Volſcos et Aequos fama affertur, ſumma vi ad bellum coortos. Idem 21, 32 Qui ſi valles occultiores inſediſſent, coorti in pugnam, repente ingentem fugam, ſtragemque dediſſent.

COORTVS, ûs. m. Lucret. 2, 1104 Poſt mundi tempus genitale, diemque Primigenum maris, et terrae, ſolisque coortum. *Add.* 6, 671.

COORNO, are. Tertull. de Reſurr. Carn. c. 61.

CŌOS, *ſiue* COS. [Κόως, Κῶς] *Inſula in mari Aegaeo, ſeu, vt quidam malunt, in Icario, Rhodo proxima, et Cariae oppoſita, ex hominum et rerum plurium prouentu nobilitata. De hac* Stat. Silu. 1, 2, 252 Hunc ipſe, Coo plaudente, *(patria ſua)* Philetas, Callimachusque ſenex, Vmbroque Propertius antro Ambiſſent laudare diem. *Ab hac* Coo *vel* Co *inſula igitur eſt*

CŌVS, a, um. [Κῷος] *Variorum hominum ac rerum epitheton, pro quibus interdum per Antonomaſian ponitur. Sic* Marcello Carm. de medicina v. 5 Cous ſenior *eſt Hippocrates. Poëtis notior eſt* Philetas *Poëta ipſe quoque amatorius, de quo modo in* COOS. Propert. 3, 1, 1 Callimachi manes, et Coi ſacra Philetae. *Hinc intelligimus, quem notet* Ouid. R. A. 760 Et cum Callimacho tu quoque Coë, noces. *Sed quod* Propert. 3, 7, 44 *poſt Callimachi mentionem legebatur,* Et ceciniſſe modis, Coë Poëta, tuis: *illud erat e coniectura Beroaldi. In libris eſt* Dure *hoc eſt* Dore, *quod repoſuit Brouckhuſius, eadem ſententia. Porro* Cous *fuit* Apelles. Ouid. Art. Am. 3, 401 Si Venerem Cous nunquam poſuiſſet Apelles. *Sic etiam Burm. Quidam libri* Cois. *Inter res huius inſulae, nihil nobilius, quam* ¶ 2 Coa veſtis, *bombycina ſ. ſerica illa, pellucida.* Tib. 2, 4, 29 Hic dat auaritiae ſtimulos, hinc Coa puellis Veſtis, et a rubro lucida concha mari. *Et* 2, 6, 35 Illa geret veſtes tenues, quas femina Coa Texuit, auratas diſpoſuitque vias. Propert. 1, 2, 2 Quid iuuat ornato procedere, vita, capillo? Et tenues Coa veſte mouere ſinus. *Habent libri quidam antiqui* Cea, *quod nec damnari poſſe, oſtendimus ſupra in* CEA. *Pro* Cois *propugnat erudite Salmaſ.* ad Solin. p. 101 ſq. *vbi* Coas *recte defendit:* Ceas *non expugnauit.* Hor. Carm. 4, 13, 13 Nec Coae referunt iam tibi purpurae Nec cari lapides tempora, quae ſemel Notis condita faſtis Incluſit volucris dies. *Haec ſunt, quae* Iuuenal. 8, 101 Conchylia Coa *vocantur.* Horat. Sat. 1, 2, 101 *de muliere parum cuſtoditi pudoris, quam a matrona diſtinguit,* Altera nil obſtat: Cois tibi paene videre eſt Vt nudam; ne crure malo, ne ſit pede turpi: Metiri poſſis oculo latus. *Talis eſt, de qua* Propert. 4, 2, 23 Indue me Cois; fiam non dura puella. *Eadem eſt* 4, 5, 23 Coae textura Mineruae, *et* v. 55 Coae munera veſtis. Coa *ſimpliciter vocat* Ouid. Art. Am. 2, 298 Siue erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus: Siue erit in Cois, Coa decere puta. *Adiectiuum etiam addidit* Prop. 2, 1, 5 Siue illam Cois fulgentem incedere totis *(vidi)* Hoc totum e Coa veſte volumen erit. *Illud* fulgentem *ad perſpicuitatem pertinet, de qua paſſim ſeueriores conqueruntur.* M. Sen. Declam. 15 Vt tenui veſte perſpicua ſit, et nihil in corpore vxoris ſuae plus maritus, quam quilibet alienus peregrinusque agnouerit. *De Coa in triclinio vid.* CHOA *et* NOLA. *Add.* Sen. Philoſ. de Benef. 7, 9 *et quos laudat Faber. Sem.* 1, 16 *p.* 92. ¶ 3 *Sunt etiam alia quaedam huius inſulae nobilitata.* Amphoris Cois *(operis figlini)* laus maxima Plin. 35, 12 ſ. 46. Faecula Coa Hor. Serm. 2, 8, 9 *eſt inter ea,* quae ſtomachum peruellunt, *i. appetentiam cibi faciunt.* Cous iactus *in ludo talorum eſt Senio. Sed hoc Graecum eſt.* Coa Vua ſeruata nullius ſuauitati poſtponenda Plin. 15, 17. *De* Vino Coo *idem* Plin. 14, 8 ſ. 10 Coi marinam aquam largiorem miſcent vino (a ſerui furto origine orta, ſic menſuram explentis) idque tran-

tranſlatum in album muſtum Leucocoum appellatur. — Nec non apud nos quoque Coum vinum ex Italico faciendi rationem Cato demonſtrauit. *Locus eſt* de R. R. 112, 1.

## C O P

COPA, ae. *vid. ſub* CAVPO.

COPADIA, orum. n. pl. *Cibi genus memoratum* Apic. 5, 1. 7, 6. 8, 6. *Commodiſſimum videtur intelligere fruſta diſſecta carnis, offas, ſ. offellas a verbo* κόπτειν, *praeſertim cum* 8, 6 *dicantur* Copadia haedina vel agnina.

COPHĬNVS, i. m. [κόφινος] *Vas ruſticum vimine contextum, a leuitate dictum a Graecis, Priſcianus Corbem interpretatur:* Corbis, corbula, qualus Vet. Gloſſ. *Conf.* Iſidor. 20, 9. Iuuen. Sat. 6, 541 Quum dedit ille locum cophino, foenoque relicto. *Et* 3, 14 Iudaeis, quorum cophinus foenumque ſupellex. Columel. 11, 3 Confecta bruma ſtercoratum terram inditam cophinis obſerat.

COPIA, ae. f. [εὐπορία] *Abundantia, certe tantum, quantum opus eſt. Poſſis dictam putare quaſi* Coopiam, *vbi multae* opes *conueniunt in vnum. Vox latiſſimi vſus, quae nihil non comprehendat, quod ad efficiendum aut obtinendum aliquid vim habeat, cum hac notione, vt eius rei vel ſatis, vel plus, quam ſatis eſt, intelligatur adeſſe.* Cic. in Parad. 6 Etenim diuitiarum eſt fructus in copia: copiam autem declarat ſatietas rerum atque abundantia. Abundantia et copia Cic. de Amicit. 89. Circumfluere omnibus copiis, atque in omnium rerum abundantia viuere Idem de Amicit. 52 c. 15. Locuples et pecunioſus copiis rei familiaris Id. pro Roſc. Com. 44. Cic. Fam. 12, 7 Sic ſtatuebam, omnes quae in iſtis partibus eſſent opes copiaeque, tuas eſſe. Opibus et copiis maximeque virtute praeditum eſſe Cic. de Amicit. 51. Ingurgitare ſe in copias alicuius, *vid.* INGVRGITO. Cic. pro Lege Manil. 17 Nam et publicani homines et honeſtiſſimi et ornatiſſimi, ſuas rationes et copias in illam prouinciam contulerunt. Vbertas in dicendo et copia, cui opponitur Exilitas Cic. de Orat. 1, 50 c. 12 *pr.* Facultas dicendi et copia Idem Verr. 2 c. 4. Torrens dicendi copia Iuuen. Sat. 10, 9. Vbertas, varietas, copia dicendi Cic. pro Corn. Balb. 3. Omnium rerum affluentibus copiis Idem Off. 1, 153 c. 43. *Et* Att. 8, 11 Moderatori Reipubl. ciuium vita propoſita eſt, vt opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honeſta ſit. Plaut. Truc. 1, 2, 46 Male vortit mihi res pecuaria apud vos: Nunc viciſſim Volo habere aratiunculam pro copia apud vos, *i. vt potero, pro viribus ingenii.* Plaut. Ciſt. 1, 1, 14 Facere certum pro copia, et ſapientia, quae te velle arbitrabor. Pro rei copia Salluſt. Iug. 90, 1. Agri, vectigalium, pecuniae copia, *cui opponitur* Penuria Cic. de Inuent. 2, 115. Idem pro Quint. 2 Cui tenues opes, nullae facultates, exiguae amicorum copiae ſunt. *Parum auxilii ab amicis.* Argumentorum copia Lucret. 1, 418. Ter. Andr. 2, 1, 20 Neque pol conſilii locum habeo, neque Auxilii copiam. Cic. pro Roſc. Com. 2 Sed ego copia et facultate Cauſae confiſus, vide quo progrediar. Plaut. Epid. 3, 3, 34 Igitur perſpicere vt poſſint cordis copiam. Frugum copia, et Inopia, *contraria* Cic. pro Domo 17. Lactis Virg. Ecl. 1, 82. Orationis abundare Cic. de Orat. 2, 102. Rei frumentariae copiam aduectare Tacit. Ann. 6, 13. Rerum copia, verborum copiam gignit Cic. de Orat. 3, 123. Vitae copia deſit illis Lucret. 6, 814. Salluſt. in Iugurth. 98, 3 Tum ex copia rerum conſilium trahit: atque vti ſuis receptui locus eſſet, colles duos inter ſe propinquos occupat, *i. ex circumſtantiis, vt nunc loquuntur.* Ex copia rerum ſtatuit nihil ſibi agitandum Idem ib. c. 39 *extr.* Beata Copia pleno cornu Hor. in Carm. ſaecul. 59 Quaſi corporalem deam hic accipe Copiam, vtique rerum omnium abundantiam. Porphyrius. *Add.* Id. Epiſt. 1, 12 v. vlt. Od. 1, 17, 14. Luctatius Scholiaſt. Stat. Theb. 4, 106. *Vid.* Bona Copia *in* BONVS *et* EIVRO. Caſſa verborum Lucret. 4, 514. *i. Vana.* Propert. 1, 9, 15 Quid ſi non eſſet facilis tibi copia? *i. facultas fruendi.* Faſtidioſa Hor. Carm. 3, 29, 9. Cic. Att. 2, 6 Itaque aut libris me delecto, quorum habeo Antii Feſtiuam copiam. Larga quidem ſemper Drance tibi copia fandi, *i. facultas dicendi* Virg. Aen. 11, 378. Mala, *i. nimia et noxia* Hor. Serm. 2, 2, 42. Mirabilis dicendi Cic. in Topic. 67. Opulenta manabit benigno cornu Hor. Carm. 1, 17, 14. Stipata rei alicuius Lucret. 2, 294. ¶ 2 *Speciatim* Copia, [τροφὴ] *pro Commeatu ſeu annona eſt* Tacit. Ann. 15, 16 Contraque prodiderit Corbulo Parthos inopes copiarum, et pabulo attrito, relicturos oppugnationem. Auxiliares cohortes in agrum Veronenſium miſſae, vt ſpecie parandarum copiarum ciuili praeda miles imbueretur Tacit. Hiſt. 3, 15, 3. Quid ad copias reſpiciente ieiunius Sen. ad Helu. c. 6. Suggerunt affatim ligna proximae ſiluae, caeteras copias Oſtienſis colonia miniſtrat Plin. Ep. 2, 17. Ille exercitum Cn. Domitii ſuis copiis et tectis ſuſtentauit Cic. pro Dei. c. 5. Se eorum copiis aluerunt Caeſ. Bell. Gall. 4, 4. ¶ 3 Copia, [πλῆθος, δύναμις] *vel* Copiae, *tam in Singulari, quam in Plurali ſignificat Multitudinem vel Exercitum.* Reſpicio et quae ſit me circum copia, luſtro Virg. Aen. 2, 564. Ter. Eun. 4, 6, 17 Militem ſecum ad te quantas copias adducere? *Sic* Liu. 1, 2 Copias in aciem educere. *Sed* Cn. Magnus Marcello et Lentulo COSS. Att. 8, 12 Idcirco ad L. Domitium literas miſi, primum vt ipſe cum omni copia ad nos veniret. *Add.* ib. *p. p.* Omnis armatorum copia Cic. Att. 13 Ep. vlt. *Conf.* Hirt. B. Afr. c. 10. *Bernegg. ad* Suet. Aug. c. 21. Ter. Heaut. 4, 2, 2. *al.* 4, 1, 56 Ita hac re in anguſtum oppido nunc meae coguntur copiae. Pedeſtres, *v. h. v.* Leuis Tacit. Ann. 2, 52, 3. *i. leuis armaturae milites.* Naualis Idem Ann. 4, 56. Abundare copiis Cic. ad Brut. . . Adducere Ter. Eun. 4, 6, 17. Armare Salluſt. in Iugurth. 13. Comparare Cic. Fam. 12, 5. Contrahere Idem Att. 8, 18. Diſpoſita claſſiariorum copia Tacit. Ann. 4, 27. Educere Caeſ. Bell. Gall. 1, 51. Expedire Tacit. Ann. 13, 7. Exponere copias in terram Liu. 29, 27. Cic. Fam. 3, 3 Pergratum mihi feceris, ſi iſtas exiguas copias, quas Habuiſti, quam minimum Imminueris. Inſtructiores peditum copiae, *vid.* INSTRVO. Minuere Cic. Fam. 11, . . Parare Tacit. Hiſt. 3, 15. Liu. 42, . . Hoc copiarum in Hiſpanias portatum eſt. Profligare Hirt. de Bell. Alex. 76. Tranſponere, *v. h. v.* Copia, *pro alia Multitudine hominum* Cic. pro Muraen. 11 Tenuiorum, et amicorum non occupatorum eſt iſta aſſiduitas, quorum copia bonis et beneficis deeſſe non ſolet. ¶ 4 *Sed quam late pateat nomen, aliis exemplis declarabitur.* Cic. Att. 4, 2 *ſub finem*, Quorum ſtudiis ego, et copiis, facile eſſem omnia conſequutus: *hic nihil excluditur eorum, quibus iuuari poſſumus.* Plin. Epiſt. 2, 17 Suggerunt affatim ligna, proximae ſiluae: caeteras copias Oſtienſis colonia miniſtrat. Ter. Heaut. 5, 1, 54 Ne quam aliam quaerat copiam, ac te deſerat. *Hic videtur ſignificare Facultates, et neceſſaria ad ſumtum faciendum. Dicit enim paullo poſt*, Nam ſi illi pergam ſuppeditare ſumtibus, *etc.* *Facultatem ſignificat* Ter. in prol. Heaut. 28 Date creſcendi copiam, nouarum qui ſpectandi faciunt copiam. Tacit. Ann. 14. 14 *de Nerone*, Vetus, illi copia erat curriculo quadrigarum inſiſtere, *i. olim hoc vſu didicerat.* Dicendi facultas et copia Cic. Act. 1 in Verr. 10 c. 4. Data copia fandi Virg. Aen. 1, 520. Ter. Heaut. 2, 3, 41 Vbi de improuiſo eſt interuentum mulieri: nam ea res dedit tum exiſtimandi copiam, quotidianae vitae conſuetudinem. Copia eſt quae volumus, *ſubaud.* eorum Plaut. Capt. 2, 1, 21. *i. Habemus, quae cupiebamus.* Copia eſt, vt pedem efferamus ex aedibus Idem Bacch. 3, 3, 19. *Et* Ter. Heaut. 2, 3, 87 Nam apud patrem tua amica tecum ſine metu vt ſit, copia eſt, *i. facultas et occaſio.* Salluſt. in Catil. c. 17 Quibus in otio, vel magnifice vel molliter viuere copia erat, incerta pro certis, bellum quam pacem malebant, *i. qui poterant.* Copia vix fuit eum adeundi Plaut. Milit. 4, 6, 11. Ter. Phorm. 1, 3, 24 Vt neque mihi eius ſit amittendi, nec retinendi copia. Rara copia videndi aliquem Tibull. 2, 3, 84. Cunctandi copia non eſt Plaut. Epid. 1, 2, 59. Facere copiam conueniendi alterum Idem Capt. 3, 5, 90. *Sic* Liu. 4, . . Poſtero die iam militibus caſtra vrbemque ſe oppugnaturos frementibus, ni copia pugnae fiat. Copiam facere conſilii ſui Cic. de Orat. 3, 138 c. 33. *Sic* Plin. Epiſt. 6, 26 Ne ego quidem indignus, cui copiam ſcientiae tuae facias. Copiam facere argenti Plaut. Curc. 2, 3, 51. Habere copiam alicuius Sall. Iug. c. 111. Plaut. Milit. 3, 1, 174 Huic amanti ac Philocomaſio hanc efficiamus copiam, Vt hic eam abducat abeatque. Copiae Cornu, *vid.* CORNVCOPIAE. *Hic illud modo notamus,* Copiam *hic videri Deam eſſe*, Fortunamque *adeo.*

COPIS, e. *pro* Copioſo, *a veteribus dictum, vt annotat* Nonius 2, 119 *laudatque* Plaut. Pſeud. (2, 3, 8) Atque ego nunc vt glorioſum faciam, et copi pectore. Idem Bacch. 2, 3, 117 Vt amantem herilem copem facerem filium. Turpilius *ap.* Non. l. c. Te quidem omnium iam pater copem cauſarum facit. *Et* Pacuuius Periboea, O multimodis varie dubium et proſperum copem diem.

COPS *eſt apud* Priſcian. 7 p. 752. *Locum damus in* Ops.

COPIŎLA, ae. f. Dimin. [δυναμίδιον] Brut. Cic. Fam. 11, 13 Recurri ad meas copiolas: ſic enim eas vere appellare poſſum: ſunt enim extenuatiſſimae, et inopia rerum omnium peſſime acceptae.

COPIŌSVS, a, um. Adi. [εὔπορος] *Abundans, diues.* Cic. Verr. 1, 65 Magnifice et ornate, vt erat in primis inter ſuos copioſus, conuiuium comparat. Illa, *(via)* qua omnes commeabant, erat copioſa omniumque rerum abundans Nep. 18, 8, 5. Locus copioſus a frumento Cic. Att. 5, 18. Vrbs celebris et copioſa Idem pro Arch. 4 c. 3. Amplum et copioſum patrimonium Id. pro Roſc. Amer. 6. Lautum et copioſum patrimonium Cic. pro Rabir. Poſt. 38. Copioſa plane, et locuples mulier Idem Diu. in Caec. 55. Oppidum maximum et copioſiſſimum Caeſ. Bell. Gall. 1, 23. Copioſum Senatusconſultum Plin. Epiſt. 8, 6. Cic. Tuſc. 3, 46 Tenuem victum antefert copioſo. Doctus et copioſus homo, et paratus Idem Acad. 4, . . Copioſus homo ad dicendum, et in dicendo Id. pro Caecin. 64. Cic. Verr. 2 c. 36. Orator copioſior Idem de Orat. 3 c. 32. Rebus omnibus ornatus et copioſus Id. in Catil. 2, 18. Copioſa diſputatio Cic. Acad. 4, 30. Copioſa et elegans oratio Idem de Fin. 1, . . Multa, varia, et copioſa oratio Id. de Orat. 2, 214. Numquid copioſior L. Mummius, quum copioſiſſimam vrbem funditus ſuſtuliſſet Cic. Off. 2 c. 22. *i. locupletiorem, locupletiſſimam.* Idem Att. 13, 44 Multa de meo Catone, quem ſaepiſſime legendo ſe dicit copioſiorem factum. Plin. Epiſt. 9, 2 Illi enim et copioſiſſimum ingenium, et par ingenio materia. Solinus 16 *extr.* Ager Creticus ſilveſtrium caprarum copioſus eſt. Copioſus re cibaria Gell. 7, 1. Copioſa, *pro* copioſe Scribon. 12.

COPIOSE. Adu. [ἀφθόνως] *Abundanter.* Cic. de Senect. 58 Quam copioſe ab eo agricultura laudatur in eo libro, qui eſt de tuenda re familiari. Copioſe et abundanter loqui de re aliqua Cic. de Orat. 2, 151 c. 35. *Add.* Id. in Orat. c. 4. Cic. de Nat. Deor. 2, 121 c. 47 Paſtum autem animantibus large et copioſe natura eum, qui cuique aptus erat, comparauit. Neque ſententiis ſolum copioſe, ſed verbis etiam ornate dicere Cic. de Nat. Deor. 1, 58. Copioſius dicere Idem de Orat. 1 c. 62. Subtiliter et copioſe diſſerere Id. pro Flacc. 42 c. 17. Compoſite, ornate, copioſe eloqui Cic. de Orat. 1, 48. Grauiſſime et copioſiſſime dicere Idem Off. 1, 4. *Add.* Id. de Orat. 3 c. 32. Cic. Verr. 1, 91 Nam Malleolus in prouinciam ſic copioſe profectus erat, vt domi prorſus nihil relinqueret, *i. cum tanta opulentia.* Copioſe ornatus Cic. Verr. 4 c. 27 *qui ſplendidam habet ſupellectilem.* Copioſe reorum cauſas defendere Idem Verr. 2, 191. Copioſiſſime dicere Id. pro Cluent. 29. Defendi Cic. pro Quint. c. 28. Copioſiſſime laudare Idem de Orat. 2 c. 10. Copioſiſſime naſci *dicitur* herba Plin. 19, 5.

COPIOSITAS, atis. f. Pacuu.

COPIARIVS, i. m. *Dicitur, qui magiſtratibus praebenda, et eorum familiae praeſtabat, publice conducta ei; qui peregrinantes principes et magiſtratus ſectabatur, vinum cibariaque vendens. Turnebus* 12, 3. *Fundus eſt* Vet. Schol. *qui* Parochum *apud* Hor. Serm. 1, 5, 46 Copiarium *interpretatur.*

COPIOR, āri. *Caſtrenſe verbum eſt, pro Copia inſtrui et augeri.* Gell. 17, 2 *de verbis Quint. Claudii annalium primo,* Et Romani multis armis et magno commeatu praedaque ingenti copiantur: quod verbum haud facile reperias apud ciuilium cauſarum oratores: exque eadem figura eſt qua lignantur, et pabulantur, et aquantur. Non. 2, 141 *eadem verba profert, ſed auctorem laudat* Caelium lib. 1.

COPIS, ĭdis. f. Gladius leuiter curuatus falci ſimilis Curt. 8, 14, 29. Illum ſuccinctum chlamyde, copides et venabula venatorem fecerant Apul. Met. 11 p. 260. *Vid. Freinſh. Ind. in Curt. qui ex Graecis illuſtrat.*

COPO, ōnis. *vid.* CAVPO.

COPŌNA, ae. f. [καπηλεῖον] Taberna, *inquit* Feſtus, a Copiis dicta. Item ipſa Mulier, quae tabernae praeeſt. *Eſt ergo* Caupona.

COPREVS, i. m. COPREA, *vel* COPRIAS, ae. m. [κοπρίας] *Stercorarius, ſi verbum verbo reddere velis, i. vilis et contemtus, ridicularius ſ. ſcurra.* Sueton. Tib. c. 61 *mentionem facit* Nani adſtantis menſae inter copreas. Capreas *fere habent libri MSS. et editi, ac defendit Torrentius. Sed* Copreas *Caſaubonus hic et apud eundem* Suet. Claud. c. 8 Interdum ferula flagroue velut per ludum excitabatur, a copreis: ſo-

lebant

lebant et manibus ſtertentis ſocci induci. *Vt Graeco verbo Tranquillum vſum opinemur ob rei foeditatem, quod ſtercore obliti eius manibus ſocci inducerentur, vt et ſi diritate odoris non expergiſceretur, tamen ab aliis experrectus, ſibi alui profluuie faciem oblineret, eam ſoccis defricans. Sic Turnebus Aduerſ.* 22, 31. *Add. Lipſ. Elect.* 2, 17. *Taubm. ad Plaut.* p. 791. *Salmaſ. de Pallio* p. 334.

COPROS, i. m. [κόπρος] *Stercus.* Non Hercules poteſt, qui Augiae agebat copron, Varro *apud* Non. 4, 22 *ex emendat. Caſauboni ad* Sueton. Tiber. c. 61.

COPS, *vid.* COPIS, *poſt* COPIA.

COPTA, ae. f. [κόπτα] Martial. 14, 68 Peccantis famuli pugno ne percute dentes: Clara Rhodos coptam quam tibi miſit, edat: *in qua nempe dentes ſine opera tua poteſt frangere.* Copta *Genus panificii fuiſſe videtur, cui quaedam, quae tunderentur, vt ipſum vocabulum indicat, miſcerentur: vt nuclei pinei, amygdalae: ſed omnino duriſſima adferebatur Rhodo, vt e Martialis ioco intelligimus.* Coptae *meminerunt medici, vt Trallianus Alexander, his verbis:* Τῶνδε τραγημάτων συμφέρει μάλιστα τὰ κάσανα λαμβάνειν, μήτε καρύων, ἢ στροβίλων, ἢ ἀμυγδάλων ἐσθίειν, ἀλλὰ μηδὲ πλακούντων, ἢ κοπτῶν. *Et Oribaſius* κοπτάριον *purgans facit e ſimila, nucleis pineis, dacrydio, pipere, melle deſpumato: et alterum e ſimila, ſcammonia, nucleis pineis, pipere, melle.*

COPTOPLACENTA, ae. f. [κοπτοπλάκους] Porcelli ex coptoplacentis facti Petron. c. 40. Catal. *Pithoei* de iudicio coci et piſtoris, Nos facimus populo ſtudioſe coptoplacentas.

COPTVS, i. f. [Κόπτος] *Oppidum Thebaidis, commune Aegyptiorum et Arabum emporium, vergens ad mare rubrum.* Iuuen. Sat. 15, 28 Geſta ſuper calidae referemus moenia Copti.

COPTĬCVS, a, um. Adi. Apul. Met. 2.

CŌPVLA, ae. f. [χεὶρ, ἁλυσίδιον μέλος, ἀρθρογχαρὸς, χειράλυσις, χειρόδεσμος Gloſſ.] *Significat vinculum.* Gerens dextra manu clauam, ſiniſtra copulam, qua vinctum ante ſe Thyum agebat Nep. 14, 3, 2. Plaut. Epid. 5, 1, 11 Quaeritant me, in manibus geſtant copulas ſecuncias, *leg.* ſeſcuncias, *i. ſeſquiunciam lata lora, quibus me alligandum et caedendum curent.* Ouid. Met. 7, 774 Copula detrahitur canibus. *i. Vinculum colli. Conf.* Id. 8, 333. *vbi* vincula *vocantur.* Id. Tr. 5, 9, 28 Vtque canem pauidae nactum veſtigia, ceruae Luctentem fruſtra copula dura tenet. Tortas copulas *in nautico inſtrumento, pro rudentibus poſuiſſe videtur* Accius *apud* Non. 3, 66. Copula fuit Atticus Ciceronis et Hortenſii Nep. 25, 5, 4 *qui nempe conciliaret eos ſibi, nec pateretur ex obtrectatione in diſſidium venire. Nempe* Copula *dici poteſt vnaquaeque res, quae alias copulat, id eſt coniungit: quales ſunt apud Grammaticos,* ET, QVĒ, *et huiusmodi encliticae, quae idcirco* Copulatiuae *Coniunctiones dicuntur. Apud Dialecticos autem eſt Vinculum, quod coniungit ſubiectum et praedicatum; nempe verbum ſubſtantiuum* Sum. *Sic* Hor. Carm. 1, 13, 17 Felices teret amplius, quos irrupta tenet copula.

COPVLO, āre. [συμπλέκω, συνέργω] *Colligare, vincire, coniungere.* Plin. 17, 19. Plaut. Poen. 1, 2, 130 Quid ais tu, quando mecum caput et corpus copulas? An haec inter ſe iungi copularique poſſint Cic. de Orat. 1, 122 c. 51. Idem in Orat. 154 Libenter etiam copulando verba iungebant: vt ſodes, pro ſi audes; ſis, pro ſi vis. *Et* in Partit. 21 Conſtructioque verborum tum coniunctionibus copuletur, tum diſſolutionibus relaxetur. Copulare vno vinculo Liu. 28, . . . Honeſtatem cum voluptate, tanquam hominem cum bellua, copulare Cic. Acad. 4, 140 c. 45. Copulare cum praeſentibus futura Idem de Finib. 2, 45. Liu. 4, 43 Quin illi, remittendo de ſumma quisque iuris mediis copularent concordiam; Patres, patiendo tribunos militum pro conſulibus fieri; tribuni plebis, non intercedendo, quo minus quatuor *etc.* Mediis, *i. temperamento quodam, dum vtrique aliquid remitterent.* Plaut. Poen. 3, 3, 42 Sermonem nobiſcum ibi copulat. Societatem cum deo Plin. 2, 7. Cic. Fam. 3, 4 Non mediocre vinculum mihi quidem attuliſſe videtur ad voluntates noſtras copulandas.

COPVLOR, āri. Depon. [συζεύγνυμι] *Idem.* Plaut. Epid. 3, 3, 20 Caueſis cum filia mea hanc copulari, neque conſpicere. Idem Aul. 1, 2, 38 Adeunt, conſiſtunt, copulantur dexteras. Paſſiuum pro actiuo *hic poſitum ait* Nonius 7, 72. *Et per* Coniungunt *explicat* 7, 95.

COPVLĀTVS, a, um. Part. [συμπεπλεγμένος] Cic. Verr. 4, 148 c. 66 Retinere coepit tabulas Theomnaſtus — cum ſpumas ageret in ore, arderent oculi, voce maxima vim me ſibi inferre clamaret: copulati in ius peruenimus. Copula *hic erant tabulae, quas auferre Cicero volebat, retinebat Theomnaſtus.* Cic. Tuſc. 4, 24 Haec, quae dico, cogitatione quidem inter ſe differunt: re vero copulata ſunt. Copulata res et confatalis Cic. de Fat. 30. Idem de Fat. 30 Quaedam enim ſunt (inquit) in rebus ſimplicia, quaedam copulata. *Et* Tuſc. 1, 71 c. 29 Quoniam nihil ſit animis admiſtum, nihil copulatum, nihil concretum, nihil coagmentatum, nihil duplex. Cic. de Diuin. 2, 143 Quid naturae copulatum habuit Alcibiadis quod ſcribitur ſomnium? Idem Off. 1, 56 Nihil autem eſt amabilius, nec copulatius, quam morum ſimilitudo bonorum. Coplatus, *per Syncopen pro* Copulatus Lucret. 6, 1086 Eſt etiam, quaſi vt annellis, hamisque plicata Inter ſe quaedam poſſint coplata teneri, *etc. Quam ſcripturam quidam non intelligentes, vel inſolentem iudicantes,* Compacta *perperam repoſuerant.* Lambin.

COPVLATIO, ōnis. f. [σύμπλεξις] *Coniunctio.* Cic. de Fin. 1, 19 Ita effici complexiones, et copulationes, et adhaeſiones atomorum inter ſe. Copulatio rerum, et quaſi conſentiens ad mundi incolumitatem coagmentatio naturae Cic. de Nat. Deor. 2, 119 c. 46 *extr.* Congreſſus copulationesque conſuetudinum Idem de Fin. 1, 69 c. 20.

COPVLĀTVS, ūs. m. Arnob. lib. 1 *ſub init.*

COPVLĀTVM, i. n. Gell. 16, 8 Quod *Graeci* συμπεπλεγμένον, nos vel coniunctum, vel copulatum dicimus, quod eſt eiusdem modi: P. Scipio Paulli F. et bis conſul fuit, et triumphauit, et cenſura functus eſt, et collega in cenſura L. Mummii fuit.

COPVLĀTOR, ōris. m. Firmicus.

COPVLĀTRIX, īcis. f. Cras amorem copulatrix inter vmbras arborum Implicat, Peruigil. Ven. v. 5. *Add.* Ambroſ. Epiſt. 84. *et* Auguſtin. de Trin. 11, 9.

COPVLATĪVVS, a, um. Adi. [συμπλεκτικὸς, συναπτικὸς Vet. Gloſſ.] *Fictum a Grammaticis; quod copulat, vel copulare poteſt: unde* Coniunctio copulatiua *conf.* Iſid. 1, 11. Mart. Capell. 3 p. 70.

COPVLĀTE. Adu. [συμπλεκτικῶς] Gell. 10, 24 Diequinti, pro aduerbio copulate dictum eſt. *Add.* 17, 7.

COPVLATIM. εἱρμῷ Vet. Gloſſ.

COPOLVS, *vid.* CAPVLICVM, *ſub* CAPVLVS.

COQVINA, COQVINARIVS, *vid. ſtatim ſub* COQVO.

COQVO, xi, ctum, ĕre. [ἕψω, ἑψέω, ἑφθόω, πεπαίνω] *Cibos igne mollire, et eſui accommodare.* Varro *apud* Non. 12, 52 Cocula, qui (*ſic Merc. al. quae*) coquebat panem, primum ſub cinerem, poſtea in forno. Plin. 3, 1 Huius proprietas, vt ventiletur in coquendo, donec deſinat olere. *Conf.* Varro *apud* Non. 12, 52. Coctum, a Cogendo dicitur, quia coquendo coarctetur, vt ad vtilitatem veſcendi perducatur, Feſtus. Coquebatur ei coena Nep. 15, 5, 3. *i. apparabatur. Add.* Plaut. Pſeud. 3, 2, 100. Cibum coquere Lucret. 5, 1101. Coquere ex oleo Celſ. 5, 17. *i. in oleo. Sic* Coquere ex aceto Scribon. 252. Coquere igni 225. — prunae 220. — patella 228. — vaſe 58. — in vaſe 64. Cato 39 Inde Laterculos facito, coquito in fornacem. Iuuenal. 15, 166 Raſtra et ſarcula tantum Aſſueti coquere — fabri, *i. ignita procudere.* ¶ 2 *Varias patitur Metaphoras.* v. g. Cic. de Nat. Deor. 2, 24 Negat enim vllum eſſe cibum tam grauem, quin is coquatur die et nocte. *Legitur et* Concoquatur. *De ventriculo ſermo eſt.* Bene coquere Scribon. 118. Varr. de R. R. 3, 14 Locus is melior, quem et non coquit Sol, et tangit ros. Plin. 15, 24 Fructus anno matureſcit, pariterque floret ſubnaſcens, et prior coquitur, *i. matureſcit.* Martial. 2, 40 *vina*, Quae annus coxit opimi. *Vid.* COCTVRA. Aeſtas coquit glebas Virg. Georg. 1, 66. Radii Solis coquebant caua flumina ad limum, *i. exſiccabant* Idem Georg. 4, 428. Hor. Serm. 2, 2, 41 At vos Praeſentes Auſtri coquite horum opſonia: quanquam Putet aper, *etc. Ludit:* Coquite, *i. putrefacite.* Coquere Bellum, *Parare et moliri clanculum.* Liu. 8, 3 Omnibus conſultationibus inter ſe principes occulte Romanum coquebant Bellum. Latioque extrema coquebant Coepta Viri Sil. 10, 430. *Add.* Id. 16, 3. *Conf. ad* Sil. Cellar. 7, 403 Drakenb. 2, 327. Cic. Att. 5, 4 Tua profectio ſpem meam debilitat, ac me illud quidem modo coquit. Ennius *apud* Cic. de Senect. 1 O Tite, ſi quid ego adiuro, curamue leuaſſo, Quae nunc te coquit, et verſat ſub pectore fixa. Iras coquere Sil. 7, 403.

COCTVS, a, um. Partic. [πεπεμμένος, ἑψητὸς] *Vt*, Paruo coctus Hor. Sat. 2, 2, 28. Cibaria cocta decem dierum Nep. 18, 8, 7. Cibum coctum vendere Sall. Iug. c. 45. Cocta vendere Suet. Claud. c. 38. Coctus ſolibus fructus Plin. 12, 5 *de fructu ficus Indicae.* Gramina cocta per manus Medeae Propert. 2, 4, 8. Agger coctus, *Coctis lateribus factus* Idem 3, 11, 22. Poma matura et cocta, *cui contrarium* Cruda Cic. de Senect. 71 c. 19. Bene coctus et conditus ſermo bonus Idem Att. 13, 50. *Comp.* Coctiores iuris *ioco* Plauti Poen. 3, 2, 9 *i. magis forenſibus fraudibus ſubacti.*

COCTA, ae. f. *Subſtantiue pro aqua cocta dixit* Martialis 2, 85 Vimine clauſa leui niueae cuſtodia coctae, Donum aeſtatis. *Agit de lagena vitrea ac fictili texto vimine, vt hodie adhuc moris eſt contra fragilitatem munita, qua ſeruabatur* cocta niuea, *i. aqua decocta, quae deinde niui cum ſuo vaſe obruta tanto vehementius refrigerabatur.* Plin. 31, 3 ſ. 23 Neronis principis inuentum eſt decoquere aquam, vitroque demiſſam in niues refrigerare. Ita voluptas frigoris contingit, ſine vitiis niuis. Omnem vtique decoctam vtiliorem eſſe conuenit: item calefactam magis refrigerari. Idem 19, 4 ſ. 19, 2 Decoquunt alii aquas mox et illas hiemant. *Praeceſſit*, Hi niues, illi glaciem potant, poenasque montium in voluptatem gulae vertunt *etc. Huc pertinet* Martial. 14, 114 *vbi de* Lagena niuaria, *vt habet lemma*, Quo tibi decoctae nobile frigus aquae? *Et* 115 Non potare niuem, ſed aquam potare rigentem De niue, commenta eſt ingenioſa ſitis. *Haec eſt, de qua* Iuuenal. 5, 50 Si ſtomachus domini feruet vinoque ciboque, Frigidior Geticis petitur decocta pruinis. *Haec eſt* Neronis decocta *ab ipſo ironice ita vocata apud* Sueton. c. 48. *Et* Sidon. Apoll. 2, 2 *med.* Iam ſi tibi ex illo conclamatiſſimo fontium decocta referatur, videbis in calicibus repente perfuſis niualium maculas et fruſta nebularum, et illam lucem lubricam poculorum, quadam quaſi pinguedine ſubiti algoris hebetatam. *Huc denique, ad refrigerandam nempe, pertinet* Colum niuarium *et* Saccus niuarius, *quae lemmata ſunt* Martial. 14, 101 *et* 102. *Add.* 9, 23. 12, 17. Gell. 19, 5. Seneca Qu. nat. 4 vlt. *qui claſſicus locus eſt, ſed longior.*

COCTIO, ōnis. f. [πέπανσις, ἕψησις] Coctionem facere, *pro Concoquere et conficere cibum in ventriculo, quod vulgus Digerere vocat* Plin. 20, 9.

COCTOR, ōris. m. [ἑψητής] *Qui coquit.* Coctores inſularii que Petron. c. 95. Coctor, *pro Decoctore*, [ἄσωτος] Seneca de Benefic. 4, 26 Quis coctori pecuniam credet, aut depoſitum committet ei, qui iam pluribus abnegauit? *al.* decoctori, *et ſic Gronou.* Plaut. Poen. 3, 2, 9 Hodie iuris coctores non ſunt, qui lites creant. *Sic Pareus; ſed Turnebus aliique* Coctiores, *vid. Aduerſ.* 15, 7.

COCTVRA, ae. f. [ἕψημα] *Idem quod* Coctio. Sen. Epiſt. 90 Democritum inueniſſe, quemadmodum decoctus calculus in Smaragdum conuerteretur, qua hodieque coctura inuenti lapides coctiles colorantur. Columel. 12, 18 Si quinta pars picis Brutiae in vniuerſam cocturam adiiciatur, vtiliſſimum ſit omni vindemiae. Dimidia coctura decoques, dum obduretur Apic. 6, 2 *pr.* Cocturis crebris efficitur, vt adueniant minio colores Vitruu. 7, 9. Coctura, *dicitur Caeli temperies, a perfecta fructuum decoctione.* Plin. 14, 4 ſ. 6 Quum C. Gracchus Tribunus plebem ſeditionibus agitans interemtus, ea caeli temperies fulſit, quam cocturam vocant, Solis opere. *De Conſulatu* Opimii *et* vino Opimiano.

COCTVRARIVS. ἑψητής Gloſſ. Vet.

COCTĪVVS, a, um. Adi. [πέπειρος] *Quod facile vel coquitur, vel maturatur; vt*, Plin. 15, 23 *de Caſtaneis*, Laudatior Corelliana, et ex ea facta Etereiana, quam rubens cortex praefert triangulis, et popularibus nigris, quae coctiuae vocantur.

COCTĬLIS, e. Adi. [ἑφθὸς] *Quod coquendo fit. Vt*, Curt. 5, 1, 25 *de Babylone*, Murus inſtructus laterculo coctili, bitumine interlitus, ſpatium triginta et duorum pedum latitudinem amplectitur. Muri coctiles, *Lateritii* Ouid. Met. 4, 58. Coctilia Treb. Poll. Claud. c. 14 *dicuntur* ligna acapna.

COCTILICIVS, a, um. Adi. *Vt*, Coctilicia taberna Iul. Capitol. in Pertinace c. 3 *quam interpretantur*, *Caſaubonus et Salmaſius, in qua ligna vendebantur cocta, ne fumum emitterent, cuius generis fuerunt, quae Graeci* ἄκαπνα *vocarunt, de quibus* Vlp. l. ligni appellatio D. de verb. ſignif. Sed et titiones, et alia ligna cocta, ne fumum faciant, *etc. Caeterum alii apud Capitolinum legunt* Coactiliciam, *de qua ſ. l. in* COGO.

COCTIBĬLIS, e. Adi. [εὐέψητος] *Quod facile coquitur.* Plin. 16, 6 Glans fagea ſuem hilarem facit, carnem coctibilem ac leuem, et vtilem ſtomacho. *Alii legunt* Coquibilem.

COQVĪNA, ae. f. [μαγειρεῖον] *Locus, in quo cibi coquuntur.* Coquinae fuſoria Pallad. 1, 37. *Add.* Arnob. 4 p. 130. Auguſtin. de C. D. 22, 8. Nonius 1, 273 Colinam veteres, Coquinam dixerunt, non vt nunc vulgus putat. Donatus in primo actu Andriae, Coquina, Medicinae famulatrix eſt. *It.* Apul. de Philoſ. mor. p. 17 *ars coquendi eſt.*

COQVINO, āre, *pro Coquere Plautinum eſt, vt* Pſeud. 3, 2, 85 Quanti iſtuc vnum me coquinare perdoces? Aul. 3, 1, 3 Neque ego vnquam niſi hodie ad Bacchas veni in Bacchanal coquinatum. *Sic laudat etiam* Non. 2, 129. Pſeud. 3, 2, 64 An tu coquinatum te ire quoquam poſtulas.

COQVĪTO, āre. Feſtus, Coquitare pro Coctitare, i. frequenter coquere, Plautus poſuit. *Sed cum hodie non inueniatur apud Plautum, de* COQVINO *videtur intelligendum.*

COQVINARIS, e. Varro *apud* Non. 3, 32 Culter coquinaris.

COQVINARIVS, a, um. Adi. [μαγειρικὸς] *Vt*, Coquinaria vaſa Plin. 33, 11. Coquinarium inſtrumentum, *vid.* COQVINATORIVS.

COQVINATORIVS, a, um. Adi. *Quod ap.* Paullum in l. 6 D. de pen. leg. Cocitatoria vaſa *legitur.* Cocinatoria, id eſt coquinatoria *reponendum videtur Cuiacio Obſ.* 2, 6. *Nam* C *pro* Q, *frequenter in antiquis libris reperiri notum eſt.* Vlp. l. 19 §. 12 D. de aur. et arg. leg. Si cacabos argenteos habebat, vel miliarium argenteum, vel ſartaginem, vel aliud vas ad conquendum: dubitari poterit, an eſcario contineantur? Et haec magis cocinatorii inſtrumenti ſunt. *Sic Gothofr. pro* coquinatorii. *Halo. hic et apud Paullum* Coquinarii.

COQVĪNVS, a, um. Adi. Plautus Pſeud. 3, 2, 1 Forum coquinum qui vocant, ſtulte vocant, Nam non coquinum eſt, verum furinum eſt forum.

COQVVS, *vel* COCVS, i. m. [μάγειρος] *Qui cibos coquit et vendit.* Feſtus: Coquum et Piſtorem apud veteres eundem fuiſſe accepimus. Naeuius, Coquum, inquit, edit Neptunum, Venerem, Cererem. Significat per Cererem, panem: per Neptunum, piſces: et per Venerem, olera. Cic. pro Roſc. Amer. 134 Mitto haſce artes vulgares, coquos, piſtores, lecticarios. Quadrageſima coquorum decuria Petron. c. 47. *multitudinem horum ſeruorum indicat.* Donatus in Adelphos Terentii 3, 4, 60 Ciceronis dictum refertur in eum, qui coqui filius ſecum cauſas agebat, Tu QVOQVE aderas huic cauſae. Nam apud veteres Coquus non per c literam ſcribebatur, ſed per Q. Hactenus Donatus. *Conf.* Quinctil. 6, 3, 47 Ego QVOQVE tibi iure fauebo. Non ſatis eſt ars ſola coco, ſeruire palatum Nolo; cocus domini debet habere gulam Martial. 14, 218. Idem 12, 65 Vincentem roſeos, facieque, comaque miniſtros Cinna coquum fecit, Cinna guloſus homo eſt.

COQVA, ae. f. Plaut. Poen. 1, 2, 38 Coqua eſt haec quidem, — fecit muriatica, vt maceret.

COQVVLVM, i. n. Cocula vaſa aenea coctionibus apta. Alii Coquula accipiunt pro lignis minutis, quibus facile decoquuntur opſonia, Feſtus. Repetit Iſid. in Gloſſ. *Forte vſus eſt etiam* Plaut. Capt. 4, 2, 67 Laridum atque epulas foueri coculis feruentibus. *Sic certe legi vult Lambinus pro* foculis. Cato 11, 2 Ahenum coculum, quod capiat culleum. Iſid. 20, 8 Omnia vaſa coquendi cauſa parata cocula dicuntur. *Addit*, Plautus, Aeneis coculis mihi excocta eſt omnis miſericordia. Varro de Vita Pop. Rom. *apud* Non. 12, 52 Cocula, qui coquebant panem, primum ſub cinerem, poſtea in forno. *Sic qui fuerit Ablatiuus pro quomodo, niſi quis ſ.* queis *legendum. Sed non diſſimulandum eſt,* quae coquebat *eſſe in edit. Gothofr. et ſic laudari quoque in Fragmentis Varron. apud Scal.* p. 57. *Fuerit ergo*

COCISTRO Praeguſtator Coquinae Iſid. Gloſſ. Tabernarius Papiae.

## C O R

CŎR, cordis, n. [καρδία] *Nobiliſſima illa pars in corpore animalium, quae ſanguinem diſpenſat et recipit.* Cor animalibus caeteris in medio pectore eſt: homini tantum infra laeuam papillam ita palpitat, vt admota manu duo eſſe videantur. Hoc primum naſcentibus formari in vtero tradunt, deinde cerebrum, ſicut tardiſſime oculos, ſed hos primum mori, cor nouiſſime. *Haec* Plin. 11, 37 ſ. 69. Cordis globus Lucret. 4, 118. *a figura non ſatis exacte.* Aliis Cor ipſum animus videtur, ex quo *excordes, concordes vecordesque* dicuntur; et Naſica ille prudens bis conſul, *corculum*; et, *Egregie cordatus* homo catus Aelius Sextus Cic. Tuſc. 1 c. 9. En cor Zenodoti, en iecur Cratetis Fur. Bibulus *de Catone Gramm. apud* Sueton. Gram. 11. *Nempe* Cor *pro Mente ſaepe vſurpatur* Lucret. 5, 1106 Ingenio qui praeſtabant, et corde vigebant. Curae cordis Idem 3, 117. Plaut. Epid. 3, 3 *pr.*

Non oris cauſa modo homines equom fuit
Sibi habere ſpeculum, vbi os contemplarent ſuum:
Sed qui perſpicere poſſent cor ſapientiae,
Igitur perſpicere vt poſſint cordis copiam, *etc.*

Cor ſapientiae, *i. quo ſapimus et prudentes ſumus, non modo quo viuimus.* Improbitas cordis humani Plin. 2, 22. Cic. Philipp. 3, 16 c. 6 Qui propter haeſitantiam linguae ſtuporemque cordis, cognomen ex contumelia traxerit. *Sic* Sil. 13, 803 Ithacum corde aequantem Peleia facta *appellat, i. prudentia.* ¶ 2 Cor *pro homine.* Cor iubet hoc Enni Perſ. 6, 10. Quem credidit eſſe meum cor Suaforem ſummum et ſtudioſum robore belli Enn. *apud* Gell. 7, 2. *i. ego.* Lectos iuuenes, fortiſſima corda, Defer in Italiam Virg. Aen. 5, 729. *Hinc eſt vox blandientium.* Meum mel, meum cor Plaut. Poen. 1, 2, 154. *Conf.* ib. 170. ¶ 3 *Iam elementari ordine ponemus Epitheta, in quibus fere ad mentem et animum, qua cupit et diuerſimode afficitur, pertinet.* Lucret. 3, 295 Quibus Acria corda, Iracundaeque mens facile efferueſcit in ira. Acri corde tumere Valer. Argon. 6, 1. Aegrum Idem Argon. 6, 719. Aliena corda, *i. dura, et nullis precibus flectenda* Stat. Theb. 3, 281. Ouid. Met. 2, 621 Tum vero gemitus Alto de corde petitos Edidit. Alto corde vri Stat. Theb. 11, 396. Anhela flammis corda Sen. Oed. 38. *de aeſtuantibus in peſtilentia. Add.* Id. Agam. 713 *vbi* Anhela corda *de Caſſandra Deo plena.* Anxia Lucret. 6, 14. Aſpera Virg. Aen. 10, 87. Attonito gemitus a corde trahuntur Ouid. Met. 11, 709. Capax multorum ſcelerum Senec. Phoen. 52. Cupidum Lucret. 4, 1087. Diſcordantia Sil. 16, 2. Dura Ouid. Epiſt. 4, 156. Valer. Argon. 1, 798 — Sacer Eſſera raptet Corda pauor. Exſatiata cruore Sil. 16, 542. Idem 13, 283 Sacra fides agitat virûm Fallacia corda. Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 226 Ferrea laſciuis molleſcant corda ſagittis. Ferum cor ſatiare Ouid. Met. 9, 178. Fera equi corda fatigare Sil. 13, 143. Flammatum Virg. Aen. 1, 50. Fortiſſima Idem Aen. 5, 729. Lucret. 4, 51 Id licet hinc quamuis Hebeti cognoſcere corde. Importuna luxu Sil. 11, 389. Inertia Virg. Aen. 9, 55. Languida monſtris Sil. 3, 504. Leuiſomna canum Lucret. 5, 862. Libero corde fabulari, *vid.* LIBER. Plaut. Caſ. 2, 6, 62 Cor lienoſum *comice et iocolariter dicitur, quod affectu agitatum intumeſcat et tumultuetur, vt in lienoſis lien.* Maculoſa bidentum *in ſacrificiis exta* Stat. Theb. 3, 457. Noxia Ouid. Met. 10, 351. Patrio corde dolorem ferre Idem Met. 11, 329. *Et in* Ibin 170 Et ſcindent auidi Perfida corda canes. Purum vitio Hor. Serm. 2, 3, 213. Ruſtica Propert. 4, 1, 12. Sagax Sil. 8, 466. Sedatum Virg. Aen. 12, 18. Stat. Silu. 5, 1, 79 Et vigiles ſenſus, et digna euoluere tantas Sobria corda vices. Vices, *i. munera.* Virg. Aen. 6, 185 Atque haec ipſe ſuo Triſti cum corde volutat. Tumefactum Seneca in Agamemn. 958. Tumidum Hor. Serm. 2, 3, 213. ¶ 4 *Verborum formulae:* Acuere curis corda mortalia Virg. Georg. 1, 123. Amare inter ſe corde Plaut. Capt. 2, 3, 60. Aeſtuat pudor in vno corde Virg. Aen. 10, 871. Concipere metus corde Stat. Theb. 3, 310. Cumulatur cor ira, *vid.* IRA. SVVM MARITVM CORDE DILEXIT SVO, Inſcript. Domare dura corda Ouid. Epiſt. 4, 156. Ipſe ſuum cor Edens, hominum conſortia vitans Cic. Tuſc. 1 c. 26. Eſſe cordi, *i. Curae eſſe* Hor. Carm. 1, 17, 14. Id mihi Eſt cordi Cic. de Amic. c. 4. Dionyſius nobis cordi eſt Idem Att. 5, 3. Quod tibi magnopere cordi eſt, mihi vehementer diſplicet Lucil. *ap.* Non. 2, 155. Cordi mihi fuit quaerere explorareque Gell. 12, 13. Ter. Phorm. 5, 3, 17 Quia vterque vtrique Eſt cordi, *i. quia ſe inuicem amant.* Liu. 23, . . Id Diis Cordi non Eſſe, *i. diſplicere. Etiam* Cordi Sunt gregibus pabula Varr. R. R. 2, 10, 3. Tibi ſi nuptiae hae Sunt cordi Ter. Andr. 2, 1, 28. Eſt cordi forma virginibus Ouid. de Medicam. faciei 32. In meo corde, ſi Eſt quod mihi cor, eam rem volutaui Plaut. Moſt. 1, 2, 3. Nec tibi plus cordis, ſed magis oris Ineſt Ouid. Heroid. 17, 102. *Vtroque loco prudentiam notat. Sic mox* Habet cor. Exceſſit cura ex corde, *vid.* EXCEDO. Exſultantia corda pauor pulſans haurit Virg. Georg. 3, 106. Facere ludicram artem coepit cor meum, *iocus eſt* Plaut. Aul. 4, 3, 3. *quo trepidationem deſcribit.* Fatiſcunt corda longo ſudore Stat. Theb. 11, 92. Ferre aliquid aequo corde, *h. e. Aequo animo* Idem Theb. 3, 679. Martial. 12, 44 Quique Geris ſtudiis corda propinqua meis. Habet cor, *i. ſapit* Plaut. Perſ. 4, 4, 71. Et cor ſolus Habes ſolus et ingenium Martial. 3, 28. *Add.* ib. 27. Habes nec cor, Papile, nec genium Idem 7, 78. Cic. de Fin. 2, 91 c. 28 Non modo cor non habere, ſed ne palatum quidem. Muſa Rhetor multum habuit ingenii, nihil cordis Sen. Praef. l. 5 Contr. Indignantia pacem Stat. Theb. 3, 599. Ineſt cor *dedimus modo ſub* Eſt. Inſtituere aliquid in corde Plaut. Moſt. 1, 2, 3. Labant corda Valer. Argon. 3, 75. Laeſum vulnere cor Ouid. Met. 12, 421. Virg. Georg. 4, 470 Neſciaque humanis precibus Manſueſcere corda. Micat cor timore Ouid. Faſt. 3, 330. *Sic ſtatim* Palpitat. Oblita laborum Virg. Aen. 9, 225. Palpitat Cic. de N. D. 2 c. 29. *vt modo* Micat. Permulcere corda Sil. 13, 344. Perſequi aliquid corde et animo atque viribus Plaut. Capt. 2, 3, 26. Perurere cor Martial. 12, 49. Ponere ferocia corda Virg. Aen. 1, 306. *i. deponere ferociam.* Raptat corda pauor Valer. Argon. 1, 316. Riguerunt corda Lucan. 8, 60. Salit cor Plaut. Caſ. 2, 6, 62. Cic. de Fin. 2, 24 Nec enim ſequitur, vt cui cor Sapiat, ei non Sapiat palatus. Sepulta multo mero Ouid. de Rem. Amor. 806. Soluere corde metum Virg. Aen. 1, 562. Spernere corde Plaut. Trin. 3, 2, 34. Stupefacta Virg. Aen. 5, 643. Tremere corde et genibus Hor. Carm. 1, 23, 8. Cic. de Orat. 3, 166 At Romanus homo tamen, etſi res bene geſta eſt, Corde ſuo Trepidat. Trepidantia bello Virg. Georg. 4, 70. Tument rabie fera corda Idem Aen. 6, 49. ¶ 5 *De quantitate non dubitaturi videntur fuiſſe homines, quin breuis ſit ſyllaba, niſi libri veteres* Ouid. Her. 15, 79 *haberent* Molle meum leuibus cor eſt violabile telis. *Sed merito Micyllus, Heinſius, Burmannus dedere* Molle meum, leuibusque cor *etc. Nempe ita* Cic. Tuſc. 3 c. 26 *ex Homero de Bellerophonte*, Qui miſer in campis moerens errabat Aleis, Ipſe ſuum cor edens, hominum conſortia vitans. *Ipſe* Ouid. Triſt. 5, 8, 28 Molle cor ad timidas ſic habet ille preces. *Et* ex Ponto 1, 3, 32 Confiteor miſero molle cor eſſe mihi. Id. Met. 5, 384 Inque cor hamata percuſſit arundine Ditem. *Sic* Mart. 10, 15 Dotatae vxori cor arundine fixit acuta, *etc. Corripiendum ergo eſt ſine dubio: et fecerunt recentiores quoque, vt* Paullinus de Celſo 379 Ergo mei fratres, mea cura, meum cor, in iſta Moerentes animos laetificate fide.

CORCVLVM, i. n. Dimin. [καρδίον] Plaut. Caſ. 4, 4, 14 Meum corculum, meus molliculus caſeus. *Blandientis vox. Sed* Caſ. 2, 6, 9 Corculum aſſudaſſit iam ex metu. *Add.* Moſt. 4, 2, 70 Amburet miſero corculum carbunculus, *vehementer angetur.* Corculum, *inquit* Feſtus, a Corde dicebant antiqui Solertem et acutum. Cic. Tuſc. 1, 18 Aliis cor ipſum animus videtur: ex quo excordes, vecordes, concordesque dicuntur, et Naſica ille prudens bis Conſul, Corculum. *Sed* CORCVLVS *maſculino etiam dixere, ſi recte legitur* Plin. 7, 31 Praeſtitere caeteros mortales ſapientia ob id *cati, corculi* apud Romanos cognominati. *Sed* Vict. Vir. Ill. 44 Eloquentia primus, iuris ſcientia conſultiſſimus, ingenio ſapientiſſimus, vnde vulgo *corculum* dictus.

CORICILLVM, *aut* Corcillum, i. n. *Aliud* Dimin. Petron. 75.

CORDĀTVS, a, um. Adi. [νουνεχὴς] *Qui optimo corde praeditus eſt, id eſt, ſolers et ſapiens:* Cic. Tuſc. 1, 18 Egregie cordatus homo Catus Aelius Sextus. *Pro forti*, Cecidit pulchre Cordatus homo, Quo non alius Fuit in toto Fortior orbe Sen. de Morte Claudii p. 405. *Compar.* Lactant. 3, 20 Non inficior, fuiſſe Socratem paullo cordatiorem, quam caeteros.

CORDĀTE. Adu. [νουνεχῶς] *Sapienter, prudenter.* Plaut. Poen. 1, 1, 3 Quas tu ſapienter, docte, et cordate, et cate mihi reddidiſti certas, *etc. Add.* Mil. 4, 2, 96 Docte, docte et cordate.

CORDICĬTVS. Adu. *Intime.* Sidon. Epiſt. 4, 6.

CORDOLIVM, i. n. [καρδιαλγία] *Cordis dolor.* Plaut. Ciſt. 1, 1, 67 At mihi cordolium eſt. *Add.* Id. Poen. 1, 2, 86. Apul. Met. 9 p. 226 Non vxori, non vlli familiarium cordolio *(Zelotypia)* patefacto.

CŌRA, ae. f. *Latii oppidum.* Sil. 8, 380 Quos Cora, quos ſpumans inimico Signia muſto, *etc.*

CŌRANI, *Populi huius oppidi* Plin. 3, 5.

CORA, ae. f. [κόρη] *Puellam apud Graecos ſignificat, et pupillam oculi. Hinc* Auſon. Epiſt. 16, 59 Cuique vigiles luminum Vacare dignabunt corae.

CORACE-

CORACESIA herba, *qua et* Callicia Pythagoras aquam glaciari tradit *apud* Plin. 24, 17 ſ. 99. *Addit, apud alios earum mentionem ſe non inuenire.*

CORACINVS, a, um. Adi. *A* CORAX.

CORALITICVS, Lapis in Aſia *reperitur*, menſurae non vltra bina cubita, candore proximus ebori, et quadam ſimilitudine, *quem magni aeſtimari refert* Plin. 36, 8 ſ. 13.

CORALIVM, CŎRALLVM *vel* CV̄RĂLIVM, i. n. [κοράλλιον, κεράλιον] *Planta, an gemma, an vtrumque, maris, quae nomen hoc ſeruat vbique.* Solin. 8 *med.* Liguſticum mare frutices procreat, qui, quantiſper fuerint in aquarum profundis, fluxi ſunt, tactu prope carnulento: deinde, vbi in ſupera attolluntur, natalibus derogatis, lapides fiunt. Nec ſolum qualitas illis, ſed et color vertitur: nam puniceo protinus rubeſcunt. Ramuli ſunt, quales arborum viſimus, ad ſemipedem frequentius longi: rarum eſt pedaneos deprehendi. Excuduntur ex illis multa geſtamina. Habet enim, vt Zoroaſtres ait, materies haec quandam poteſtatem: ac propterea quidquid inde fit, habetur inter ſalutaria. Corallium alias dicunt. Nam Metrodorus γοργίαν nominat. *Multa Salmaſ. ad Solin.* p. 63. *et* p. 732. *Sed audiamus etiam* Plin. 32, 2 Quantum apud nos Indicis margaritis pretium eſt, tantum apud Indos in curalio. Gignitur quidem et in rubro mari, ſed nigrius. — Forma eſt ei fruticis, colos viridis. Baccae eius candidae ſub aqua et molles: exemtae confeſtim durantur et rubeſcunt, quaſi corna ſatiua ſpecie atque magnitudine. Aiunt tactu protinus lapideſcere, ſi viuat. Itaque occupari, euellique retibus, aut acri ferramento praecidi: qua de cauſa curalium vocitatum interpretantur (*ἀπὸ τῆς κερᾶς, quia detondeatur:*) Probatiſſimum quam maxime rubens, et quam ramoſiſſimum, nec ſcabioſum, aut lapideum, aut rurſus inane et concauum. Auctoritas baccarum eius non minus. Indorum viris quoque pretioſa eſt, quam feminis noſtris vniones Indici. Aruſpices eorum vatesque in primis religioſum id geſtamen amoliendis periculis arbitrantur. — Galli gladios, ſcuta, galeas, adornabant eo. Nunc tanta penuria eſt, vendibili merce, vt perquam raro cernatur in ſuo orbe. Surculi infantiae adalligati tutelam habere creduntur *etc. Hic itaque* curalium *legi ipſe* Plinius *voluit, et ſic dedit etiam Harduinus. Sed* 13 *extr.* Iuba tradit, circa Troglodytarum inſulas fruticem in alto vocari Iſidis crinem, corallio ſimilem, ſine foliis, praeciſum mutato colore in nigrum dureſcere, cum cadat frangi. Curalium *quoque* Ouidio *vindicauit Heinſius, v. g.* Met. 4, 749 Nunc quoque curaliis eadem natura remanſit. Idem 15, 416 Sic et curalium quo primum contigit auras Tempore dureſcit, mollis fuit herba ſub vndis. Meliteſia curalia Gratius v. 405. *celebrat, vbi multa viri docti. Primam corripit, ſecundam producit.* Auſon. in Moſella 69 Quum virides algas, et rubra corallia nudat Aeſtus. Claud. in Nupt. Honor. et Mar. 169 Mergit ſe ſubito, vellitque corallia Doto. Sidonius in Epithal. Ruricii, Carm. 15, 110 Lactea puniceo ſinuantur colla corallo. Auien. Deſcr. orb. 1302 Fuluo tamen inuenere corallo Pandere viuendi commercia: *de Arienis.*

CORALIVS. [Κοράλιος] *Phrygiae fluuius eſt, qui alio nomine* Sangarius *dicitur. Auctor* Plin. 6, 1.

CORALLI. [Κοράλλοι] *Populi ſunt Pontici, immanitate inſignes.* Ouid. ex Pont. 4, 2, 37 Hic mea cui recitem, flauis niſi ſcripta Corallis?

CORALLIS. *Gemma eſt* ſimilis minio: gignitur in India et Syene. *Auctor* Plin. 37, 10 ſ. 56.

CORALLOACHATES. [κοραλλοαχάτης] *Gemma eſt ex Achatae generibus*, ſimilis corallo, aureis guttis diſtinctae *ſic Hard.* Plin. 37, 10 ſ. 56.

CORAM. [ἐνώπιον, ἄντικρυς, ἔμπροσθεν] *In conſpectu; praepoſitio Ablatiuo caſui ſeruiens.* Cic. in Piſonem. 12 Coram genero meo. Coram populo Hor. A. P. v. 185. Coram conuentu Nep. 15, 6, 4. Contabit vacuus coram latrone viator Iuuenal. 10, 22. *Suo caſui aliquando poſtponitur.* Tacit. Ann. 1 Multaque eo coram. Idem Ann. 3, 14 Senatu coram. Ibid. Patribus coram. *et ſaepius.* Diomedonte coram Nep. 15, 4, 2. ¶ 2 Coram *aliquando eſt Aduerbium.* Cic. Fam. 11, 16 Nam quemadmodum coram qui ad nos intempeſtiue adeunt, moleſti ſaepe ſunt. Idem Attico 7, 3 *fin.* Sed haec coram: nam iſta multi ſermonis ſunt. Pſeudo-Cic. ad Octau. Non praetermittam quin, quoniam coram id facere prohibebor, abſens poſſim. Coram etiam ex ipſo audiebamus Cic. Acad. 1, 13. Idem de Lege Agr. 2, 77 Veniat, et coram mecum de agri Campani diuiſione diſputet. Coram inter nos conferemus Id. Att. 1, 20. Plaut. Pſeud. 4, 7, 43 Quia tu ipſus coram praeſens praeſentem vides. Cic. de Amicit. 3 Atque ideo feci, vt tanquam a praeſentibus coram haberi ſermo videatur. Idem de Lege Agr. 3, 1 Ea coram potius me praeſente dixiſſent. Ter. Eun. 4, 7, 24 Quae mihi ante oculos amatorem coram adduxti tuum? Idem Adel. 2, 4, 5 Ah vereor coram in os te laudare amplius. Adeſſe coram Virg. Aen. 1, 595. Curt. 8, 10, 1. Aliquid coram agnoſcere Idem Aen. 3, 173. Cernere coram Idem Aen. 2, 538. Coram me tecum eadem haec agere conantem Cic. Fam. 5, 12 *pr.* Coram eſſe Idem Att. 12, 1. Oſtendere coram Virg. Aen. 6, 716. Recitare coram quibuslibet Hor. Serm. 1, 4, 74. Cic. pro Cluent. 39 c. 13 Auilius ex altera parte coram Tenetur. Venire coram Hor. Serm. 1, 6, 56. Ter. Adel. 5, 3, 29 Sine me expurgem, atque illum huc coram adducam. Coram, pro Hic, hoc loco, *interprete* Donato Idem Phorm. 5, 7, 21 Ferme eadem omnia, quae tute dudum coram me incuſaueras.

CORAMBLE, es; *vel* CORAMBLA, ae. f. [κοράμβλη] *Herba, quae oculorum aciem retundit, et hebetem facit; ideoque dicta: nam* κόρα, *pupillam ſignificat;* ἀμβλὺς *vero retuſum et hebes.* Columel. in Horto 10, 178 Nunc veniat quamuis oculis inimica coramble. *Sunt, qui contendunt omnino legendum* Corymbe. *De* Coramble *in hanc ſententiam meminit Ariſtophanis in Hippes commentarius,* Crambe *apud antiquos* Cōramble *διὰ τὸ τὰς κορὰς βλάπτειν, id eſt, quod noceat oculis, appellata: quam ex Lycurgi oculis natam ferunt. Hunc enim Bacchus extimeſcens, vitibus ligatum ac collacrimantem proiecit in mare: ex cuius lacrima caulis eſt natus. Proinde factum aiunt, vt vitis et braſſica* ἀντίπαθος, *id eſt contrariam vim in ſe habeant. Credunt namque agricolarum filii, vitem, cui appenſa fuerit braſſicae radix, ſterileſcere: atque eam ob rem braſſica primum in ſympoſio exhiberi, et ab Aegyptiis elixa ante alios cibos comedi ſolita, vt ebrietatem moderetur. Haec commentarius ille: quorum maxima pars etiam a Suida recitatur. Sane braſſica viſum hebetari, Galenus, Auicenna, Dioſcoridesque teſtantur. Ex Conſtantin. Fanenſ. Annotatt.* c. 14.

CORAX. [Κόραξ] *Antiquus rhetor Siculus, primus artem dicendi et praecepta conſcripſit.* Cic. in Brut. 49 Itaque ait Ariſtoteles, quum ſublatis in Sicilia tyrannis, res priuatae longo interuallo iudiciis repeterentur, tum primum (quod eſſet acuta illa gens et controuerſa natura) artem et praecepta Siculos Coracem et Tiſiam conſcripſiſſe. Coracis item meminit de Orat. 1, 91. *Et* Quinctil. 3, 1, 8. *it.* 2, 17, 7. *Caeterum, quia* Corax Coruus *Latine dicitur, ludens ait* Cic. de Orat. 3, 78 Quare Coracem iſtum veſtrum patiamur nos quidem pullos ſuos excludere in nido, qui euolent clamatores odioſi ac moleſti. *De aue* Corace Solin. c. 43 *eiusque naturali diſſidio cum chamaeleonte.* ¶ 2 Corax *Machina eſt, apud* Vitruu. 10, 19 *fin. vid.* CORVVS.

CORACĪNVS, a, um. Adi. [κορακινὸς] *i. Coruinus.* Coracinus color, *Niger, qualis eſt coruorum, quem tamen a pullo diſtinxiſſe videtur* Vitruu. 8, 3 Per id tempus, *inquit*, adiguntur eo quotidie potum: ex eoque quamuis ſint alba, procreant aliis locis leucophaea, aliis locis pulla, aliis coracino colore. ¶ 2 *De Coracinis vel* Coracicis ſacris *apud Ambroſium Cael.* 12, 5. *et Reineſ. Epiſt. ad Hofm. et Rupert.* p. 649. ¶ 3 Coracinus *piſcis Nilo peculiaris, vt teſtatur* Plin. 32, 5. *Add.* ibid. c. 11 *it.* 9, 10. Martial. 13, 85 Princeps Niliacis raperis coracine macellis. Pallad. Mart. 10, 29 Contra formicas *laudatur.*

CORBIS, is. f. *et ſecundum* Priſcianum 5 p. 652 maſc. [κόφινος] *Vas eſt viminibus contextum.* Plaut. Bacch. 4, 4, 61 Geritote amicis noſtris aurum córbibus. Cic. pro Sext. 82 c. 38 Meſſoria ſe corbe contexit. Columel. 6, 3, 5 Si grano abſtinemus, frondis aridae corbis pabulatoria modiorum viginti ſufficit. Idem 11, 2, 99 *maſculino genere vſus eſt*, Frondis corbem pabulatorium modiorum viginti. Corbis dicta, *vt inquit* Varr. de L. L. 4, 31 p. 34, 11 Quod ſpicas, aliudue quid eo corruebant. *Aliter* Iſidor. 20, 9. Corbis *etiam inter Naualia inſtrumenta numeratur, vid.* CORBITA.

CORBV̆LA, ae. f. Dimin. *A* Corbis, teſte Varrone de L. L. 4, 31 p. 34, 12. Id. Varr. de R. R. 1, 15 Cogit aliquot corbulas vuarum, et frondem iucundiſſimam miniſtrat ouibus. Amerinae corbulae Cato 11, 5. Colum. 12, 50, 8. Surſum ſubducemus corbulis Plaut. Aul. 2, 7, 4. *Adde* Non. 3, 48. Sueton. Neron. c. 19 Primus raſtello humum effodit, et corbulae congeſtam humeris extulit.

CORBICV̆LA, ae. f. Pallad. 3, 10, 6 Fit ex vimine parua corbicula.

CORBĪTA, ae. f. Feſtus, Corbitae dicuntur naues onerariae, quod in malo earum ſummo pro ſigno corbes ſolerent ſuſpendi Non. 13, 2 Corbita, genus nauigii tardum et grande. *Idem ſeruauit fragmentum* Lucilii e Satyr. lib. 15

Multa homines portenta in Homeri (*ſic Mercer. ex libris, intell.* carmine) verſificata
Monſtra putant, quorum in primis Polyphemu' ducentos
Cyclops longu' pedes, et porro huic maiu' bacillum,
Quam malus naui (*ſic leg. pro* nauis, *vidit Fr. Douſa*). in corbita maximus vlla.

Plaut. Poen. 3, 1, 4 Homines ſpiſſigradiſſimos, Tardiores, quam corbitae ſunt in tranquillo mari. *Et mox* 3, 1, 40 Obſecro hercle operam celocem hanc mihi, non corbitam date, *i. celerem non tardam. Et* Caſin. 4, 1, 20 Ego noui illas eſtrices, corbitam cibi comeſſe poſſunt: *ſic Turnebus, pro* coruitant, *repugnante tamen Scaligero ad* Feſtum, *voce* Simpludearia. Cic. Att. 16, 6 Corbitane Patras, an actuariolis ad Leucopetram Tarentinorum, et, ſi oneraria, ſtatimne freto, an Syracuſis. Gellius *etiam* 12, 25 *inter nauium nomina recenſet. Quid ſi haec vox reddenda eſt* Iuuenali 3, 250 Corbulo vix ferret tot vaſa ingentia. *Quid hic* Corbulo *faciat, clariſſimus Imperator, nemo, puto, dixerit, aut quis alius* Corbulo *intelligatur. Itaque ſuſpicor, aut receſſiſſe ab antiquo modulo Syllabae Poëtam,* Corbita vix ferret: *aut, quod malim, dediſſe,* Vix Corbita ferat. *Qui* Corbitam *ignorarent, rarius nomen, librarii,* Corbulonem *ab illa aetate non multum remotum, ſubſtituere, deinde ne verſus reclamaret, curarunt ſedulo* etc. *Firmat ſuſpicionem noſtram Vet. Schol.* Alii dicunt athletam illius temporis fortem Corbulonem fuiſſe: alii genus nauis. *Hi* alii *ſunt, qui* Corbitam *interpretati ſunt.*

CORBITORES, *vid.* CORVITORES *ſub* CORVVS.

CORBVLO, *Dux Romani exercitus, cuius res feliciter Neronis auſpiciis geſtas narrat Tacitus.* ¶ 2 *De Athleta apud* Iuuen. 3, 250. *vid.* CORBITA.

CORCHŎRVS, i. m. *vel* CORCHŎRON, i. n. [κόρχορος] *Herba vulgaris* Plin. 25, 13 Anagallida aliqui corchoron vocant. *Add.* Id. 21, 32.

CORCVLVM, *vid.* COR.

CORCVS, i. m. *Morbi genus eſſe debet, quod* Marcellus Empir. 21 *cum* praecordiorum *et* cordis dolore *coniungit, et ſuperſtitioſis remediis curare docet:* Ad Corcum, carmen in lamella ſtannea ſcribes, et ad collum ſuſpendes haec, *etc.*

CORCȲRA, ae. f. [Κέρκυρα] *Maris Adriatici inſula inter Epirum et Calabriam ſita, Alcinoi et Phaeacum memoria, tum et Vlyſſis naufragio, et hortorum Alcinoi fama clariſſima.* Virg. Aen. 3, 291 Protinus aërias Phaeacum abſcondimus arces, Litoraque Epiri legimus, *etc.* Aërias arces Phaeacum, Corcyram, *inquit* Seruius, inſulam dicit, ſitam inter Epirum et Calabriam, vbi regnauit Alcinous. Lucan. 9, 32 Corcyrae ſecreta petit, ac mille carinis Abſtulit.

CORCYRAEVS, a, um. Adi. [Κερκυραῖος] Cic. Att. 6, 2 Εὐήθειαν Sempronii Rufi cognoui ex epiſtola Corcyraea. Bellum Corcyraeum Nep. 2, 2.

CORDATVS, CORDOLIVM, *vid.* COR.

CORDAX, acis, m. [ὁ κόρδαξ] *Saltationis comicae genus apud Graecos, et Graeculos Romanos* Petron. 52 *Trimalchio*, Nemo, inquit, veſtrum rogat Fortunatam meam, vt ſaltet? Credite mihi, Cordacem nemo melius ducit. *Comparant viri docti, v. g. Lindebrogius, cum* Cordace *illud* Ter. Ad. 4, 7, 34 Tu inter eas reſtim ductans ſaltabis. Cic. Orat. 193 c. 57 Trochaeum — Cordacem appellat *Ariſtoteles*, quia contractio et breuitas dignitatem non habeat. Quinctil. 9, 4, 88 *de ead. re* Trochaeum vt nimis currentem damnet, eique cordacis nomen imponat. *Quo minus auſim mutare, et ex Ariſtot. Rhet.* 3, 8, 7 Cordacicum *ſubſtituere.*

CORDACISTAS, Pſaltas, Sambucos, Hydraulas *iungit* Martian. Cap. 9 p. 313.

CORDILLA, *vel* Cordila, *vid.* CORDYLA.

CORDV̆BA. [Κορδύβη] *Baeticae Hiſpaniae vrbs clariſſima, vtriusque Senecae et Lucani patria.* Martial. 1, 62 Duosque Senecas, vnicumque Lucanum Facunda loquitur Corduba. *Nomen etiam nunc retinet.* Sil. 3, 401 Nec decus auriferae ceſſauit Corduba terrae.

CORDVBENSIS, e. Adi. Plin. 3, 1 Conuentus Cordubenſis. *Conf.* Hirt. Bell. Alex. c. 57.

CORDVS, *vid.* CHORDVS.

CORDYLA, *ſiue* CORDYLLA, ae. f. [κορδύλη] *Piſcis minutus, qui Partus thynnorum dicitur.* Plin. 9, 15 Limoſae cordylae a luto pelamides incipiunt vocari: et quum annuum exceſſere tempus, thynni. *Add.* Id. 32, 11. Martial. 13, 1 Ne toga cordylis, et penula deſit oliuis, *etc.* Perdite Niliacas, Muſae, mea damna papyros: *auguratur carmina ſua inuolucra fore ſalſamentorum. Id.* Martial. 11, 53 Mox vetus, et tenui maior cordyla lacerto.

CORELLIVS, Eques Romanus, Ateſte genitus, inſeruit caſtaneam ſuomet ipſam ſurculo in Neapolitano agro. Sic facta eſt caſtanea, quae ab eo nomen accepit inter laudatas. Poſtea Etereius libertus Corellianam iterum inſeruit. Haec eſt inter eas differentia, illa copioſior, haec Etereiana melior. *Verba ſunt* Plinii 17, 17 ſ. 26. *vt ea emendauit Harduinus.*

CORESIA, ae. f. Minerua, *vid.* CORIA.

CORFIDIVS, i. m. *De hoc* Plin. 7, 52 *auctore* Varrone, Adiicit miracula, quae tota indicaſſe conueniat. E duobus fratribus equeſtris ordinis Corfidio maiori accidiſſe, vt videretur exſpiraſſe, apertoque teſtamento recitatum heredem minorem funeri inſtitiſſe: interim eum, qui videbatur exſtinctus, plaudendo conciuiſſe miniſteria, et narraſſe a fratre ſe veniſſe, commendatam ſibi filiam ab eo. Demonſtratum praeterea, quo in loco fodiſſet aurum nullo conſcio, et rogaſſe, vt iis funebribus, quae comparaſſet, efferretur. Hoc eo narrante, fratris domeſtici propere annuntiauere exanimatum illum, et aurum vbi dixerat, repertum eſt. *Haec ille.*

CORFINIVM, i. n. [Κορφίνιον] *Pelignorum metropolis.* Silius 8, 522 Marrucina ſimul Frentanis aemula pubes Corfini populos, magnumque Teate trahebat, *pro* Corfinii.

CORFINIENSES, ium. m. pl. [Κορφινιεύς] Pelignorum populi, *quorum meminit* Plin. 3, 12.

CORGO, apud antiquos pro Aduerbio, quod eſt Profecto, ponebatur, Feſtus. *Quaſi* corde ago, *id eſt loquor, eſſe putat Martinius.* Vet. Gloſſ. Philox. Goreo ἀναμφίβολος; Gorgi ἀναμφίβολοι. *Priorem partem ita emendat Scaliger ad* Feſtum, Gorgo ἀναμφιβόλως.

CORIA, *Mineruae epitheton apud* Cic. de Nat. Deor. 2, 59 c. 23 Quarta Ioue nata et Coryphe, Oceani filia, quam Arcades Coriam nominant. *Firmatur haec lectio ex Pauſan. Arcad.* c. 21. *vbi* ναὸν καὶ ἄγαλμα Ἀθηνᾶς Κορίας *memorat. Forte inuenit hoc nomen a virginitate, quod* κόρη *puella, virgo, ſemper manſit. Vid. Dauiſ. Itaque nihil opus eſt Coniecturis, de* Coreſia *aut* Coryphaſia Minerua.

CORIACESIA, *vid.* CORACESIA.

CORIAGO, inis. f. [μαρασμὸς] *Morbus eſt, quo boues laborant,* Columel. 6, 13, 2 Eſt et infeſta peſtis bubulo pecori: coriaginem ruſtici appellant: quum pellis ita tergori adhaeret, vt apprehenſa manibus deduci a coſtis non poſſit. ea res non aliter accidit, quam ſi bos aut ex languore aliquo ad maciem perductus eſt: aut ſudans in opere faciendo refrixit: aut ſi ſub onere pluuia madefactus eſt. *Add.* Veget. Mulom. 3, 4, 17. 3, 54, 1.

CORIAGINOSVS, a, um. Adi. *Coriagine laborans.* Coriaginoſi equi Veget. Mulom. 1, 38, 2. A vermibus Id. 1, 44, 1.

CORIANDRVM, i. n. [κόριον] *Herbae genus.* Plin. 20, 20 Coriandrum inter ſilueſtria non inuenitur. *Add.* Scribon. 185, 245. *Conf.* Colum. 11, 3. Apic. 4, 3. Famoſa coriandra Colum. 10, 244. Corianon *vel* Corion *alias dicitur, it.* Coriannon. *Vid.* Dioſcor. *it.* Apul. de Herb. c. 102 *et* c. 8.

CORIANDRATVM, i. n. *Liquor coriandro infectus* Apic. 9, 1.

CORIARIVS, *vid.* CORIVM.

CORIAS, ae. f. *Genus piſcis.* Plin. 32, 11 Corias ſiue Parianus, ſiue Sexitanus a patria Baetica, lacertorum minimi. *Caſtigatiora exemplaria habent* Colias, *v. v.*

CORICEVM, i. n. Vitruu. 5, 11 *Gymnaſii pars eſt ſine dubio: cui rei ſeruiat, non aeque expeditum: aliis* tonſtrinum, ἀπὸ τῆς κουρᾶς, *aliis* puellarum palaeſtram, τῶν κορῶν, *vt* Ephebeum epheborum, *intelligentibus: Hieronymo Mercuriali de Arte Gymn.* 1, 8 *locum vbi exuuntur,* Apodyterium, *cuius alioquin mentio omiſſa eſſet a* Vitruuio. *Quidam libri habent* Corticeum. *Nobis poſt Turnebum placet* Coryceum, *de quo ſub* CORYCVS.

CORICVS, *vid.* CORYCVS.

CORIGIA, *vid.* CORRIGIA.

CORINNA, ae. f. *Thebana mulier Lyrica, a qua forte Ouidius puellam ſibi amatam appellauit, v. g.* Am. 2, 6, 48 Clamauit moriens lingua, Corinna, vale. Martial. 12, 44 Te poſt Naſonem blanda Corinna ſequi: *ſubaudi* poſſet.

CORINTHAS, adis. f. *Herba, quae* Menais *alio nomine dicitur* Plin. 24, 17.

CORINTHVS, i. f. [Κόρινθος] *Ephyre olim dicta,* Achaiae caput, *vt ait* Florus 2, 16 *pr.* Graeciae decus, inter duo maria, Ionium et Aegaeum, quaſi ſpectaculo expoſita. Cic. contra Rullum 2, 86 Corinthi veſtigium vix relictum eſt: erat enim poſita in anguſtiis, atque in faucibus Graeciae, ſic vt terra clauſtra locorum teneret, et duo maria maxime nauigationi diuerſa paene coniungeret, quum pertenui diſcrimine ſepararentur. *Vid.* Cic. pro Leg. Manil. 11 Legati quod eſſent appellati ſuperbius, Corinthum patres veſtri, totius Graeciae lumen, exſtinctum eſſe voluerunt. Ouid. Met. 6, 416 Nobilis aere Corinthus. Idem Faſt. 4, 501 Adriacumque patens late bimaremque Corinthum. *Sic et* Hor. Carm. 1, 7, 2 *Nempe quia Iſthmo appoſita, cuius hoc proprium epitheton eſt.* Ouid. Met. 5, 407 Qui virtute ſua bimarem pacauerat Iſthmum. Non cuiuis homini contigit adire Corinthum Hor. Epiſt. 1, 17, 36. *nempe vrbem beatam diuitiis, et abundantem voluptatibus, ſed quae magno conſtarent, excluderentque adeo pauperes.*

CORINTHIVS, a, um. Adi. [Κορίνθιος] *Nihil nobilius* aere Corinthio, *de quo locus claſſicus eſt* Plin. 34, 2 ſ. 3 *e quo praecipua huc transferemus.* Quondam aes confuſum auro argentoque miſcebatur — Adeoque exoleuit fundendi aeris pretioſi peritia, vt iam diu ne fortuna quidem in aere ius artis habeat. Ex illa autem antiqua gloria Corinthium maxime laudatur: hoc caſus miſcuit, Corintho cum caperetur incenſa: mireque (*forte* miraque) circa id multorum affectatio fuit, quippe cum tradatur, non alia de cauſa Verrem, quem Cicero damnauerat, proſcriptum cum eo ab Antonio, quam quod Corinthiis ſe ei ceſſurum negaſſet. — Corinthus capta eſt Olympiadis CLVI anno tertio, noſtrae vrbis DCVIII cum ante ſaecula fictores nobiles eſſe deſiiſſent, quorum iſta (*forte* iſti) omnia ſigna hodie Corinthia appellant. *Debebat inde hoc colligere Plinius,* Corinthium aes *non tantum eſſe, quod caſus ille incendii incredibilis miſcuit; ſed antiquam quandam et vſitatam Corinthiis temperaturam aeris. Hoc debebat arguere, inquam Plinius, non ſubiicere,* Sunt ergo vaſa tantum Corinthia, quae iſti elegantiores modo in eſculenta transferunt, modo in lucernas aut trulleos, nullo munditiarum reſpectu. Eius tria genera: candidum, argento nitore quam proxime accedens, in quo illa mixtura praeualuit; alterum, in quo auri fulua natura: tertium, in quo aequalis omnium temperies fuit. *Fabulam illam de* aere Corinthio repetit Florus 2, 16 Quidquid Corinthii aeris toto orbe laudatur, incendio ſuperfuiſſe comperimus. Nam et aeris notam pretioſiorem ipſa opulentiſſimae vrbis fecit iniuria; qua incendio permiſtis plurimis ſtatuis atque ſimulacris aeris, auri argentique venae in commune fluxere. Senec. in Thyeſt. 124 Iſthmi ſi quis amat regna Corinthii. Plin. 34, 3 ſ. 7 Porticus ad circum Flaminium Corinthia appellata, a capitulis aereis columnarum.

CORINTHIA, orum. pl. *Sine adiecto, pro Vaſis, per antonomaſiam.* Martial. 9, 58 Nil eſt tritius Edili lacernis: Non anſae veterum Corinthiorum, *etc. Sic a* CORINTHIS Vet. Inſcr. Grut. p. 579, 6. *it.* A CORINTHIS FABER p. 629, 8. *Vid.* CORINTHIARIVS.

CORINTHIACVS, a, um. Adi. [Κορινθιακὸς] *Vt,* Ouid. Met. 15, 507 Iamque Corinthiaci carpebam litora Ponti. Terrae Corinthiacae Idem Triſt. 1, 9, 9.

CORINTHIENSIS, e. *Aliud* Adi. Corinthienſes ex eo dici coeperunt, ex quo coloni Corinthum ſunt deducti, qui antea Corinthii ſunt dicti: quam conſuetudinem ſeruamus etiam, quum Romanenſes, et Hiſpanienſes, et Sicilienſes negotiatores dicimus, qui in alienis ciuitatibus negotiantur. *Haec* Feſtus *h. v. Sic* Hiſpanienſis. Fons Corinthienſis Pirene Plaut. Aul. 3, 6, 23. Litus Corinthienſe Tacit. Ann. 5, 10.

CORINTHIARIVS, i. m. *Conuicium in Auguſtum, de quo* Suet. c. 70 Notatus eſt, vt pretioſae ſupellectilis Corinthiorumque praecupidus — Nam praeſcriptionis tempore ad ſtatuam eius adſcriptum eſt, *Pater argentarius,* ego Corinthiarius: cum exiſtimaretur, propter vaſa Corinthia quoſdam inter proſcriptos curaſſe referendos.

CORINTHOTA, ae. f. [Κορινθώτη] Promontorium Acarnaniae eſt, non longe ab Aſtaco vrbe, cuius meminit Strab. 10.

CORIOLANVS, i. m. [Κοριολανὸς] *Cognomen* C. Marcii, *a* Coriolis deuictis Liu. 2, 33. *Hunc ſolet* Cicero *cum* Themiſtocle conferre. Nam bellum *ait* de Clar. Orat. 43 Volſcorum illud grauiſſimum, cui Coriolanus exul interfuit, eodem fere tempore, quo Perſarum bellum fuit, ſimiliſque fortuna clariſſimorum virorum. *Rurſumque paullo poſt,* Quare quoniam tibi quadrat omnia fuiſſe in Themiſtocle paria, et Coriolano, pateram quoque a me ſumas licet: praebebo etiam hoſtiam, vt Coriolanus ſit plane alter Themiſtocles. Idem de Amicit. 42 Quis clarior in Graecia Themiſtocle? quis potentior? qui quum imperator bello Perſico ſeruitute Graeciam liberaſſet, propterque inuidiam in exilium miſſus eſſet, ingratae patriae iniuriam non tulit, quam ferre debuit. Fecit idem quod viginti annis ante apud nos fecerant Coriolanus. His adiutor contra patriam inuentus eſt nemo, itaque mortem ſibi vterque conſciuit. *Coriolani vitam pluribus perſequitur Plutarchus.* Coriolana pira Plin. 15, 15. *Sed aliter Harduin.*

CORION, i. n. *Herba, quae et* Chamaepytis *dicitur* Plin. 26, 8 *et* 15.

CORIS, is. f. Altera hyperici ſpecies, folio tamaricis, et ſub ea naſcitur, ſed pinguioribus foliis et minus rubentibus, odorata, palmo altior, leniter ſuauis, aculeata. Vis ſemini excalfactoria, et ideo inflationem facit enterocelis: ſed ſtomacho non inutilis, praecipue ad ſtranguriam, ſi exulcerata non ſit veſica. *Haec* Plin. 26, 8. *Add.* ib. c. 11.

CORISCVS, Leue miſſile in modum ſagittarum Virg. Aen. 10, 169 Coriſcique leues humeris, et lethifer arcus. *Sic* Nonius 18, 31 Mercer. Corici. *Verum apud Virgilium* Coryti *v. v.*

CORITVS, *vid.* CORYTHVS.

CORIVM, i. n. [σκύτος, βύρσα] *Proprie animalium eſt, praeſertim eorum, quae craſſiorem pellem habent, ac duriorem: ſed deinde etiam ad aliarum rerum tegumenta tum naturalia, tum artificialia, refertur.* Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 10 Super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immiſſa lateres diluere poſſet. Cic. de Nat. Deor. 2, 121 c. 47 Quarum aliae coriis tectae ſunt, aliae villis veſtitae, aliae ſpinis hirſutae. Corium Apro tollere Apic. 8, 1. Corium Hyaenae Scribon. 172. Herus meus Elephanti corio circumtectus eſt Plaut. Mil. 2, 2, 80. *i. hebes eſt.* Cic. in Verr. 1, 95 Hoc ſcitote, his nominibus, quae res per eum geſtae ſunt, quum iſte ciuitatibus frumentum, coria, cilicia, ſaccos imperaret. Coriorum confectores Firmic. 3, 9 *et* 12. Plin. 13, 9 Semen in ſiliquis, quo coria perficiuntur, gallae vice. *Et* 16, 6 *fin.* Sed gallam hemeris optimam, et coriis perficiendis aptiſſimam. Iuſtin. 2, 2, 4 Plauſtra coriis tecta. Coria depſta Cato 135, 3. Hor. Serm. 2, 5, 83 Vt canis a corio non abſterrebitur vncto. *De fructibus* Amygdali corium Pallad. 2, 15, 12. Plin. 15, 28 Putamine clauduntur nuces, corio Caſtaneae. Corium Mali Cydonii Pall. Oct. 20, 1. Mali granati Scribon. 234 *et* Veget. Mulom. 2, 56, 2. Malorum Scribon. 111. Sine corio eruum Veget. Mulom. 3, 4, 21. Hominis corium *iocoſe* Plaut. Ciſtel. 4, 2, 36. *Conf.* Id. Epid. 5, 1, 19. *Sic* Amph. prol. 85 Concidere corium. *Et* Epid. 1, 1, 63 *et* 84 Detegetur corium de tergo meo, *etc. Huc pertinet etiam formula* Mart. 3, 16 In cerdonem munerarium, *i. ludos gladiatorios edentem,* vt velles corio ludere, cerdo, tuo, *i. pecuniam in ludos impendere, quam coriis peperiſti. Vid.* LVDO. Piſcium corium Plin. 6, 24. ¶ 2 *Eſt etiam inanimatorum* corium *per ſimilitudinem et proportionem, v. g.* Haec marmoris graui inductio quum ſiccari coeperit, aliud corium ſubtilius oportet imponi Pallad. 1, 15. Corio ſimili obducti parietes Idem 1, 17, 2. *Add.* 1, 11, 2. Laterum corium Vitr. 2, 3. Idem 7, 3 Itaque tres ſuſcitantur in ea ſtructura cruſtae, duae frontium, et vna media farcturae. Graeci non ita: ſed plana collocantes coriis alternis in craſſitudinem inſtruentes, non media farciunt, ſed e ſuis frontatis perpetuam, et in vnam craſſitudinem parietum conſolidant. Cato 18, 7 Fundamenta pauimenti primum feſtucato, poſtea caementis minutis, et calce arenato ſemipedem vnumquodque corium ſtruito. Papyri philyras coria *vocat* Plin. 13, 12. *Conf.* Salmaſ. *ad* Vopiſci Firm. 3 p. 450. *Et ſummas partes in aceruo granorum* Pallad. 1, 19, 3. ¶ 3 Corius apud antiquos maſculino genere dicebatur. Plautus Iam tibi tuis meritis craſſus corius redditus eſt, Feſtus. Plaut. Poen. 1, 1, 11 Tres facile corios contriuiſti bubulos.

CORIAGO, CORIAGINOSVS, *vid. paullo ante ordine ſuo.*

CORIARIA,

CORIARIA, ae. f. *Officina coriarii.* Petron. c. 2 In coriaria habitare. *Al.* in Culina.

CORIARIVS, i. m. [βυρσοδέψης] *Qui coria parat et concinnat.* Plin. 17, 9 In coriariorum officinis pilo madefacto. *Vtitur paſſim* Scribonius *v. g.* 41 Mala granata, quibus coriarii vtuntur. *Et* 47 Mali cortex, quo coriarii vtuntur. *Sic* Firmic. 4, 7. Coriarius frutex, *eſt rhus herba* Plin. 24, 11 Nam et herba eſt ſilueſtris, foliis myrti, cauliculis breuibus, quae venena et tineas pellit: et frutex coriarius appellatur, ſubrutilus, cubitalis, craſſitudine digitali: cuius aridis foliis, vt malicorio coria perficiuntur.

CORNE, Collis eſt ſuburbanus agri Tuſculani, in quo lucus viſitur antiqua religione Dianae ſacratus a Latio, velut arte tonſili coma fagei nemoris. *Auctor* Plin. 16 *vlt.*

CORNELIA, *Gens ampliſſima nobiliſſimaque, quam* Scipionum, et Lentulorum, Sullarum, *etc. magna nomina illuſtrant. Sed etiam innumerabiles humili ſorte fuere* Cornelii, *quod vel inde colligas, quod Appianus auctor eſt Ciu. lib. 1 p. 413 decies mille ſeruos ciuitate a Cornelio Sulla donatos, qui omnes hoc nomen habuere ſui patroni.*

CORNELIA Tribus. *Vid.* TRIBVS.

CORNEOLVS, CORNESCO, CORNEVS, *vid.* CORNV, *et* CORNVS arbor.

CORNĒTA, ae. f. Locus inter viam ſacram et macellum Varro de L. L. 4, 32 p. 35, 34.

CORNICEN, *vid.* CORNV.

CORNICOR, CORNICVLA, *vid.* CORNIX.

CORNICVLARIVS, *vid. poſt* CORNICVLVM *ſub* CORNV.

CORNIGENVS, CORNIGER, CORNIPES, *vid.* CORNV.

CORNISCAE, arum. f. pl. Locus in quarta decima regione vrbis trans Tiberim erat, *vt eſt apud* P. Victorem. Feſtus, Corniſcarum diuarum, cornicibus dicatus, quod in Iunonis tutela eſſe putabantur.

CORNIX, īcis. f. [κορώνη] *Auis ex coruorum genere, gerrula, diuinatrix, de qua* Plin. 10, 12. Plaut. Aſin. 2, 1, 13 Picus et cornix eſt ab laeua, coruus parra ab dextera: conſuadent. Annoſa cornix Hor. Carm. 3, 17, 13. *Vid. quae in fine huius capitis dicemus.* Garrula Ouid. Met. 2, 547. Improba Virg. Georg. 1, 389. Inauſpicatae garruli talis auis Plin. 10, 12. Raucae Lucret. 6, 751. Siniſtra Virg. Ecl. 9, 15. *appellatur, quod cantus cornicis iniucunde crocitantis, malum auſpicium eſſet aliquid incipienti, malumque portenderet. Erat tamen aliquando cantus eius auſpicatus, et fauſtus: vt,* Tarpeio quondam quae ſedit culmine cornix, *Eſt bene* non potuit dicere; dixit, *erit.* Turnebus 9, 29. Vaga Hor. Carm. 3, 27, 16. Vetula Idem Carm. 4, 13, 25. Cornicum puncta *vitium ligni ad menſas* Plin. 13, 15 ſ. 30. *vt vult Harduinus.* Cornicum oculos configere; *Prouerbium* Cic. pro Flacc. 46 c. 20 Hic Hercule cornici oculum, vt dicitur: nam hunc Hermippum hominem eruditum, ciuem ſuum, cui debebat eſſe notiſſimus, percuſſit. Eius enim fide pecuniam ſumſit a Fuſiis. Idem pro Muraen. 25 c. 11 Inuentus eſt ſcriba quidam Cn. Flauius, qui cornicum oculos confixerit, et ſingulis diebus ediſcendos faſtos populo propoſuerit, et ab ipſis cautis Iureconſultis eorum ſapientiam compilarit. *Originem, quam veriſſimam putem huius prouerbii, ad* Quinctil. 8, 3, 22. *expoſui ex* Prop. 4, 5, 15 *vbi de lena venefica,* Poſſit vt intentos aſtu caecare maritos, Ceruicum emeritas ernit vngue genas. *Itaque hoc agitur* cornicum oculis configendis *a venefica, vt maritum cautum et intentum in vitam vxoris caecum reddat ad furta coniugis adulterae. Hinc* oculos cornicum *dicitur* configere, *ſi quis fallit alioquin cautiſſimos.* Annoſa *et* Vetula cornicis *epitheta vidimus. Hinc* Theophraſtus moriens accuſaſſe naturam dicitur, quod coruis et cornicibus vitam diuturnam, quorum nihil intereſt, hominibus, quorum maxime interfuiſſet, tam exiguam vitam dediſſet Cic. Tuſc. 3 c. 28. Martial. 10, 67 Et cornicibus omnibus ſuperſtes. *Conf.* Cic. Tuſc. 1 c. 31. Iuuenal. 10, 246. Hor. Carm. 4, 13. 25. *Et in anus hoc conuicii genus iactari ſolitum fuiſſe, obſeruat Brouckhuſ. ad* Tib. 2, 2, 21. *et* Prop. 4, 5, 16.

CORNICV̆LA, ae. f. Dimin. [κορωνὶς] Hor. Epiſt. 1, 3, 19

Ne ſi forte ſuas repetitum venerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula riſum
Furtiuis nudata coloribus. *Ex apologo Aeſopi.*

CORNĪCOR, āri. [κρώζω] *Inepte garrire.* Perſ. Sat. 5, 12 Neſcio quid tecum graue cornicaris inepte. Intra ſe neſcio quid cornicantes Hier. Ep. 4 ad Ruſtic. *Add.* Priſcian. 8 p. 828.

CORNV, n. [κέρας] *Decus illud et honor, idemque munimentum atque arma capitis in bubus, ceruis, capris,* etc. *a* curuitate *deriuat nomen* Varro de L. L. 6, 3. *Sed melius e Graeco, vt Graecum ipſum ab Ebraico* קרן *deducitur.* Plin. 11, 37 ſ. 45 Cornua multis quidem et aquatilium et marinorum, et ſerpentum variis data ſunt modis: ſed quae iure cornua intelligantur, quadrupedum generi tantum — Nec alibi maior naturae laſciuia. Luſit animalium armis. Sparſit haec in ramos, vt ceruorum. Aliis ſimplicia tribuit, vt in eodem genere ſubulonibus ex argumento dictis. Aliorum finxit in palmas, digitosque emiſit ex iis: vnde platycerotas vocant. Dedit ramoſa capreis, ſed parua, nec fecit decidua. Conuoluta in anfractum arietum generi, ceu caeſtus daret: infeſta, tauris. In hoc quidem genere et feminis tribuit; in multis tantum maribus. Rupicapris in dorſum adunca, damis in aduerſum — Iam quidem aliis ad incurſum robuſta, aliis ad ictum; aliis adunca, aliis redunca: aliis ad iactum: pluribus modis ſupina, conuexa, conuerſa, omnia in mucronem migrantia, *etc.* Hor. Serm. 1, 4, 34 *prouerbialiter,* Foenum habet in cornu, *(alligatum, ſignum bouis petulci:)* longe fuge. Cic. de Nat. Deor. 2, 121 c. 47 Quarum aliae coriis tectae ſunt, aliae villis veſtitae, aliae ſpinis hirſutae: pluma alias, alias ſquama videmus obductas, alias eſſe cornibus armatas, alias habere effugia pennarum. In numeris ſtructam de cornibus aram *memorat* Ouid. Epiſt. 21, 99 *vbi vid. Burm.* Cornu *ſicut* ſtrigili *pro* infundibulo *vtuntur ruſtici cum animali aliquid infundendum eſt. Vid.* Colum. 6, 2, 7. 6, 10, 1 *etc. Add.* Nemeſi. Cyneg. 228. *Epitheta cornuum:* Ouid. Faſt. 5, 119 Cornibus Aëriis, atque in ſua terga recuruis *fuit capra Amaltheae, i. altis.* Arborea ceruorum cornua Virg. Aen. 1, 190. Aurata tauri *ſideris* Idem Georg. 1, 217. Hor. Od. 1, 17, 15 Hic tibi copia manabit ad plenum benigno ruris honorum opulenta cornu. *Vid.* CORNVCOPIA. Camura cornua, Seruio, Curua. Vnde et Camerae appellantur Virg. Georg. 3, 55 Et camuris hirtae ſub cornibus aures. Flexum circum caua tempora cornu Ouid. Met. 7, 313. *de ariete.* Latis cornibus vri Sen. Hippol. 65. Parata tollo cornua Hor. Epod. 6, 11. *Metaph. i. reſiſto.* Praelonga Lucret. 3, 614. Ramoſa cerui Virg. Ecl. 7, 30. Recurua Ouid. Met. 5, 328. Recurua in tergum Idem Faſt. 5, 119. Rigidum Id. Faſt. 2, 346. Sicciora cornu corpora Cat. 21, 12. Summis cornibus exſtare Virg. Georg. 3, 370. Torua tauri Lucan. 1, 612. Terribili cornu petit irritamina ſua taurus Ouid. Met. 12. 103. Turgida cornibus primis frons hoedo Hor. Carm. 3, 13, 4. ¶ 2 *Inſolentius paullo* Cornua *vocantur in* Cancris *et* Elephantis. Vet. Schol. German. *vbi de ſigno* Cancri p. 100 *extr.* Habet autem ſtellas in Cornibus anterioribus duas claras et tres obſcuras, *etc.* Elephantis Cornua *tribuunt* Varro de L. L. 6 p. 72 Nam quod dentes multi dicunt, ſunt Cornua. *Et* Iuba *apud* Plin. 8, 3 ſ. 4 Quae Iuba cornua appellat, Herodotus — et conſuetudo melius dentes. ¶ 3 *Formulae verborum:* Addere cornua pauperi *metaph. dicitur vinum, i. audaciam et animos* Hor. Od. 3, 21, 18. Feſtus, Cornua Liberi patris ſimulacro adiiciuntur, quem inuentorem vini dicunt, eo quod homines nimio vino truces fiunt. *Vid. mox* Sumere cornua. Curuare bima cornua fronte Virg. Georg. 4, 299. *de vitulo, cuius cornua, dum adoleſcunt, incuruantur.* Decernere inter ſe cornibus Idem Georg. 3, 218. *de tauris.* Ductus cornu hircus Id. Georg. 2, 395. Hor. Serm. 1, 5, 59

O tua cornu
Ni foret exſecto frons (inquit) quid faceres, quum
Sic mutilus miniteris?

*Ludit in eum, cui tuber in fronte exſectum fuerat.* Explorare cornua in truncis Lucan. 2, 603. Fregit in arbore cornu Ouid. Faſt. 5, 121. *de capra.* Gerere cornua fronte Idem Met. 15, 596. Incurſare aduerſis cornibus, *et* Inflexa in ſe cornua, *vid. hh. vv.* Hor. Carm. 3, 27, 72 Quum tibi inuiſus Laceranda reddet Cornua taurus? *i. cum Iupiter tuus, o Europa, ex taura reſumet formam humanam.* Luctantur inter ſe aduerſis cornibus hoedi Virg. Georg. 2, 526. Mutilus cornibus, *vid.* MVTILVS. Naſci cornua prae moleſtia *aerumnoſis dicit* Petron. c. 39. *vbi vid. Comment.* Obuertere alicui cornua Plaut. Pſeud. 4, 3, 5. *reſiſtere. Sic* Hor. Epod. 6, 7 Parata Tollo cornua. Profert iam cornua vultur Claud. in Eutrop. 1, 352. *de re minime veriſimili.* Ouid. Art. Am. 1, 239 Tunc pauper cornua ſumit. Tenere taurum cornu Virg. Aen. 5, 382. Trahere taurum prenſis cornibus Stat. Theb. 2, 616. Ouid. Am. 3, 11, 6 Venerunt capiti cornua ſera meo. Apul. Apol. p. 325, 20 Supereſt ea pars epiſtolae, quae ſimiliter pro me ſcripta in me ipſum Vertit cornua. Verſa in obnixos vrgentur cornua Virg. Georg. 3, 222. *de iuuenca.* Vires in cornua ſumit taurus Ouid. Met. 8, 883. ¶ 4 *Metaphor.* Cornu, *pro rei alicuius curuatura. In primis celebrantur a Poëtis* Cornua Lunae. *Vt,* Coactum cornu Phoebes Lucan. 1, 537. *i. Coniunctum, vt fiat orbis, de plenilunio.* Circuitis cornibus orbem alligat Phoebe Sen. Med. 98. Ouid. Met. 2, 454 Orbe reſurgebant lunaria cornua nono, *i. nonus incipiebat menſis.* Lunata, *vid.* LVNA. Virg. Georg. 1, 428

Luna reuertentes quum primum colligit ignes,
Si nigrum Obſcuro comprenderit aëra cornu,
Maximus agricolis pelagoque parabitur imber.

*De eadem re* Virg. Georg. 1, 433 Pura nec obtuſis per caelum cornibus ibit. *Sic* Puris cornibus it Luna rupta nube Sen. Hippol. 419. Stat. Theb. 12, 2 Inſtantem cornu Tenuiore videbat Luna diem. Velatis cornibus Luna Valer. Argon. 8, 29. Coëunt tota cornua, efficiuntque orbem Ouid. Met. 7, 179. Virg. Aen. 3, 645 Tertia iam Lunae ſe cornua lumine Complent, *i. iam tertium eſt plenilunium.* Euaneſcunt cornua Lunae Ouid. Met. 2, 117. Iunctis cornibus implerat orbem Luna Idem Met. 2, 344. Iungit Luna ſuos ignes coëunte cornu Sen. Hippol. 745. Reparat noua cornua Phoebe Ouid. Met. 1, 640. ¶ 5 *Sed aliarum quoque rerum eminentia et flexus hoc nomine vocatur: v. g.* Stat. Theb. 5, 532 Quantus et ille ſacri ſpiris intorta mouebat Cornua Parnaſi, *etc. i. vtrumque verticem.* Ouid. Met. 5, 410 Anguſtis incluſum cornibus aequor, *de ſinu vel portu.* Cic. Att. 9, 17 Ab vtroque portus cornu moles iacimus, *i. procurrente velut promuntorio.* Solin. 8 Italia vbi longius proceſſit, in cornua duo ſcinditur. *Sic* Cornua fluminum, *dicuntur flexus, et curuitates alueorum, ob quam rem etiam Taurino capite repraeſentantur, v. g.* Trans Rheni cornua victor Claud. quart. Conſ. Hon. v. 651. Virg. Georg. 4, 371 Et gemina auratus taurino cornua vultu Eridanus. Elatis cornibus amnes Valer. Argon. 1, 106. Terrificis vndans cornibus Hebrus Idem Argon. 6, 618. *Al.* Crinibus. Claud. de Laud. Seren. 176 Saucia truncato pallebant flumina cornu. Palladio Baetes vmbratus cornua ramo Sil. 3, 405. *Vid.* BICORNIS. CORNIGER. TAVRINVS. TAVRIFORMIS. *Spanh. de Num. Diſſ.* 7 p. 490. ¶ 6 Cornua *in acie ſunt agmen dextrum et ſiniſtrum, quae medium, quod robuſtiſſimum eſſe ſolet, velut amplectuntur, alas fere vocant hodie.* Ter. Eun. 4, 7, 4 In medium huc agmen cum vecti, Donax: tu Simalio in ſiniſtrum cornu, tu Syriſce in dexterum. Caeſ. Bell. Gall. 1, 52 Ipſe a dextro cornu praelium commiſit. Circumuenire a cornibus aciem Liu. 31, 21. Immittere equitatum in cornua hoſtium Liu. 31, 21. Locare equites pro cornibus Quinctil. 2, 13. Promouere vtrimque cornua Idem 2, 13. Tacit. Vit. Agric. 35 Inſtinctos ruentesque ita diſpoſuit, vt peditum auxilia, quae octo millia erant, mediam aciem firmarent: Equitum tria millia cornibus affunderentur. Equites cornibus praeſunt Apul. de Mundo p. 72. Acies inclinato cornu ruebat Sil. 10, 32. Cic. Philipp. 13, 47 Deinde Panſa et Hirtius? qui quaſi cornua duo tenuerunt Caeſaris, tum quum illae vere partes vocabantur. Idem de Diuin. 2, 26 c. 10 Nunc cominus agamus, experiamurque ſi poſſimus, Cornua commouere diſputationis tuae. *Comparat diſputationem, quam oppugnat, cum exercitu.* ¶ 7 *Etiam extrema quarundam rerum ſunt* cornua, *v. g.* Virg. Aen. 3, 549 Cornua velatarum obuertimus antennarum. *Et* Ardua cornua Aen. 5, 832. *Sic* Ardua cornua demittere Ouid. Met. 11, 482. *De iisdem* Extendere cornua Lucan. 3, 547. *Similiter* Cornua librorum ſunt Ornamenta *a ſurculi ſ. bacilli, cui inuoluta ſunt volumina, vtraque parte eminentia. Vid. Schwarz. de Ornam. libror. Diſſ.* 2, 17 ſq. Ouid. Triſt. 1, 1, 8 Candida nec nigra cornua fronte geras. Martial. 11, 108, 1 Explicitum nobis vsque ad ſua cornua librum, Et quaſi perfectum, Septitiane, refers. Cornua tribunalis Tac. Ann. 1, 75 *pr.* *Sic* Liu. 25, 3 *in comitiis in area capitolii habitis,* Forte in cornu primus ſedebat Caſca. *Hemicyclum formaſſe videntur praeſidentes comitiis tribuni, in extremo, vbi conſpicuus eſſet, vbi compellari, obſeruari, exaudiri facilius poſſet, ſedebat Caſca. Hinc* Cornua *etiam ſtibadio tricliniari tribuit* Sidon. Ep. 1, 11 Primus iacebat cornu ſiniſtro COS. Ordinarius Seuerinus. *Hinc* Iuuenc. 3, 616 πρωτοκλισίαν *ſ. primum accubitum ſic deſcribit*



Si vos

Si vos quisque vocat coenae conuiuia ponere
Cornibus in ſummis deuitet ponere membra
Quisque ſapit veniet forſan ſi nobilis alter,
Turpiter eximio cogetur cedere cornu.

¶ 8 *Frequens eſt* Arcum *a materia, qua conſtabat,* Cornu *dicere. Vt* Flexile cornu curuare, *Arcum tendere* Ouid. Met. 5, 383. Crebra Cydonaeo fundebat ſpicula cornu Sil. 2, 109. Lenta flectere cornua Ouid. Met. 1, 455. Virg. Aen. 11, 773 Spicula torquebat Lycio Cortynia cornu. *Vbi* Seruius, Cretenſes ſagittas Lycio arcu dirigebat: quod, vt ſupra diximus, ad ornatum poni conſueuit. Virg. Ecl. 10, 59 Libet Partho torquere Cydonia cornu Spicula. Lentare cornua Stat. Theb. 3, 588. Cornua dicebantur, quae nunc Tubae vocantur, eo quod ea, quae iam ſunt ex aere, tunc fiebant ex bubulo cornu Varro de L. L. 4, 24. Rauco ſtrepuerunt cornua cantu Virg. Aen. 8, 2. Inflexo tibia cornu Ouid. Faſt. 4, 181. Tibia inflato cornu Idem Met. 11, 16. Torua Perſ. Sat. 1, 99. Hor. Serm. 1, 6, 43 Magna ſonabit Cornua quod, vincatque tubas. Femineis laeſum Vana inter cornua corpus Vnguibus Sil. 15, 764. *de furentibus Bacchis.* Occanere cornua, ac tubas Sentius iuſſit Tacit. Ann. 2, 81. *Tandem* Cornua *pro Laterna cornea* Plaut. Amph. 1, 1, 185 Vulcanum in cornu concluſum gerit. *Et* Virg. Georg. 3, 88 Solido grauiter ſonat vngula cornu, *vbi duritiem vngulae exprimit. Vid. Ponted. ad* Varron. R. R. 2, 7, 2. *Saepius ita* Veget. Mulom. v. g. 2, 56, 2. 2, 57, 2. 3, 4, 29. *Add.* CORNEVS, CORNIPES, CORNVTVS. Plin. 19, 37 f. 55 *pr.* Media *oculorum* cornua feneſtrauit pupilla, *i. tunicam corneam.*

CORNVS, ûs. m. *et* CORNVM, i. n. *Idem quod* Cornu. Varro de R. R. 3, 9, 14 Cornum ceruinum. Per cornum infunduntur Scribon. 8. Sorbitio per cornum Colum. 6, 10. Cornum ceruinum Scribon. 141. Cornorum cerui vſtorum 60. Arietini cornus effigies Plin. 37, 10. Caprini cornus nidor Idem 28, 16. Cornus ceruini cinis Id. 28, 11. *Vid.* Priſcian. p. 685 *et* 714. Gell. 14, 6 Copiae cornuum. *Sic et Gronou.* Cornum *habent etiam boni libri* Colum. 7, 10, 3. 6, 2, 7. *et* Veget. Mulom. 3, 27, 3. Lucret. 2, 388 Praeterea lumen per cornum tranſit. Lucan. 7, 217 Cornûs tibi cura ſiniſtri. *Add.* Ouid. Met. 2, 874. *et* 5, 383 *citante* Priſciano p. 685. *et firmante Heinſio.*

CORNVCOPIA, ae. f. [κέρας ἀμαλθείας] *vel* CORNV COPIAE *potius diuiſis vocibus: licet etiam Gronouiana editio* Plaut. Pſeud. 2, 3, 5 *habeat,* Nam haec *(epiſtola)* allata cornucopiae eſt. *Et Grut. plane* cornucopia eſt. *Pro* Cornucopia *facit in primis* Ammian. 22, 9 *pr.* Quod ei — velut mundanam cornucopiam fortuna geſtans propitia, cuncta glorioſa deferebat. *Et* 25, 2 Speciem illam genii publici (ὁ δαίμων *nunc* genius, *ſupra* fortuna) — velata cum capite cornucopia — diſcedentem. *Reſpicit ad imaginem* Fortunae Pop. Rom. *quae gubernaculum altera, altera* cornucopiae *praefert in nummis. Sed nolim tamen hoc auctore* Cornucopiam *vocare.* Gell. 14, 6 *de libro, quem ibi deſcribit,* Accipio cupidus et lubens, tanquam ſi copiae cornum nactus eſſem. Plin. in praef. Nat. Hiſt. Alii κέρας ἀμαλθείας libros ſuos inſcripſerunt, quod eſt copiae cornu, velut lactis gallinacei ſperare poſſis in volumine hauſtum. Ouidius cornu copiae *dicit id fuiſſe, quod Hercules cum Acheloo in ſpeciem tauri mutato congreſſus, ei detraxit: hoc Naiades acceptum, et omnium fructuum primitiis refertum,* Copiae *conſecrarunt.* Met. 9, 80 *vbi* Achelous *ita finit,* Diteſque meo bona Copia cornu eſt. *Sed* Faſt. 5, 119 *cum Graecis ab* Amaltheae capra *illud ſumtum canit.* Hor. Epiſt. 1, 12, 30 Aurea fruges Italiae pleno diffudit Copia cornu. *Vid.* Idem Od. 1, 17, 15. *et* Carm. ſaecul. v. 60. Copia diuite cornu Sen. Med. 65.

CORNESCO, ĕre. [κερατῶμαι] *Dureſcere in cornua.* Plin. 11, 49 Vrſo quoque ſimul vt exſpirauerit, corneſcere aiunt genitalia.

CORNĬCVLVM, i. n. [κεράτιον] Dimin. *a* Cornu. Quaedam exſtantium corniculorum minae protuberabant Solin. c. 57. (45 Salmaſ.) Per corniculum infundere faucibus Colum. 7, 5. Plena in luna cornicula Nigid. Plin. 11, 28 *extr.* Aliis cornicula ante oculos praetenduntur ignaua. Idem 9, 32 *de cochleis,* Oculis carent: itaque corniculis praetentant iter. ¶ 2 Corniculum, *Ornamenti genus, quo donabantur milites ab Imperatoribus pro re bene geſta.* Liu. 10, 44 *ſcribit Papirium Conſulem* equites omnes, ob inſignem in bellis operam, donaſſe corniculis, armillisque argenteis. Plin. 10, 43 f. 60 *memorat* Coruos inſidentes corniculis humerisque venantis: *galeae, vt videtur ornamentum intelligit.* Aur. Vict. Ill. 72 *de M. Aemilio Scauro* Primo in Hiſpania corniculum meruit. *Sed* Corniculo mereri Sueton. de Gramm. c. 9. *Nempe apud Victorem praemium eſt; apud Suetonium munus, quod*

CORNICVLVS, *dicitur* l. 1 C. de apparitor. Praef. Praet. *Hinc* CORNICVLARIVS, i. m. Nomen e legionaria militia ſumtum, *vt ait* Aſcon. ad Cic. Verr. 1, 71 c. 28. *Forte ab inſigni* cornu *vel* corniculi in galea, *quod ſuſpicatur Salmaſ. ad Solin.* p. 386, b. *Talis eſt, de quo* Val. Max. 6, 1, 11 M. Lectorii Mergi Tribuni militaris foedus exitus ſequitur, cui Cominius Tribunus pl. diem dixit ad populum, quod cornicularium ſuum ſtupri cauſa appellaſſet. Sueton. de Gramm. c. 9 Primo apparituram fecit magiſtratibus, deinde in Macedonia corniculo, mox equo meruit. Corniculo meruit, *i. cornicularius fuit.* Symmach. 10, 56 Petronianus vrbanarum dudum cohortium miles ad corniculariorum gradum inculpati laboris diuturnitate prouectus, more inſtitutoque maiorum teſtimonium meruit caſtrenſis induſtriae. *Sed* ¶ 2 Cornicularii *etiam togatae militiae gradus.* Firmicus 3, 6 Erunt homicidiis publicis propoſiti, et exceptores earum ſententiarum, quae de hominum capitibus proferuntur, aut cornicularii, aut commentarienſes, quibus damnatorum cura committatur, ſeu clauicularii, vel carcerum cuſtodes, *etc. Horum nomen a* Corniculis, *i. atramentariis ducere mauult Hard. ad* Plin. 10, 43 f. 60 *Eorum mentio* Caſſiod. Var. 11, 18, 19, 36 *quo vltimo loco,* Praefuit, *inquit,* cornibus Secretarii Praetoriani, vnde ei nomen eſt deriuatum. *Horum frequens mentio in libris iuris,* Vet. Gl. l. 6 ff. de iur. immunit. l. 1 C. de apparit. Praef. Praet. *Omnia dedit Iac. Gothofr. in Paratitlo et ad* l. 8 C. Theod. de Cohortalibus, Principibus, Cornicularis et primipilaribus, *qui titulus eſt etiam in Iuſtinianeo* Cod. 12, 58.

CORNICVLO, āre. *Vnde*

CORNICVLANS, antis. Luna Solin. c. 45 (32.) Ammian. 20, 3 *et* 22, 14. *i. cornicula habens.*

CORNICVLATVS. Apul. de Deo Socr. *pr.* Luna corniculata. *Add.* Fulgent. Mythol. 1.

CORNVLVM, i. n. *Aliud* Dimin. Apic. 8, 1.

CORNĬCEN, ĭnis. n. [κεραύλης] *Qui cornu ſonat.* Iuuen. Sat. 2, 117 Quadringenta dedit Gracchus ſeſtertia dotem Cornicini, ſiue hic recto cantauerat aere. Cornicines atque tubarum concentus Iuuen. Sat. 10, 214. Cornicines tubicinesque ante vallum canere iubet Liu. 2, 64 *et* 24, 46. Sall. Iug. 94. *Vid. omnino* Veget. 2, 22.

CORNICINA, ae. f. Auguſtin.

CORNIFRONS, ontis. Adi. *A cornibus, quae frontes praeferunt.* Ennius *apud* Non. 3, 3 Tu paſcere cornifrontes armentas ſoles.

CORNĬGER, era, erum. Adi. [κερασφόρος] *Qui cornua gerit.* Plin. 11, 37 Camelus vna ex iis, quae non ſunt cornigera. Cornigera fere biſulca Idem 11, 46. Ammon Ouid. Met. 7, 17. *al. arietinis cornibus.* Cerui cornigeri Idem Met. 7, 701. Caput Id. Epiſt. 5, 137. Caſſis Sil. 15, 6. Caput Liberi cornigerum, *quod vinum inermi cornua et audaciam det* Sen. Hippol. 756. Fluuius corniger Virg. Aen. 8, 77. *Vbi* Seruius: Flumina ideo cum cornibus pinguntur, ſiue quod mugitum boum imitatur murmur vndarum, ſiue plerumque in cornuum ſimilitudine curuatas cernimus ripas. Taurus corniger apud Cic. de Nat. Deor. 2, 110 c. 43. *ex antiquo Poëta. Conf.* Ouid. Met. 15, 511.

CORNĬPES, ĕdis. Adi. [κεράτοπους] *Quod pedes corneos, i. dura vngula munitos habet, veluti Equus et Capra.* Ouid. Faſt. 2, 361 Cornipedi Fauno caeſa de more capella. *Faunus enim caprinos pedes habere fertur.* Equus cornipes Virg. Aen. 7, 779. Cornipedes, *ſubſtantiue, etiam dicuntur Equi* Sil. 3, 361. 7, 684. *et alibi. Vid.* Nemeſian. Cyneg. v. 240 *et* 252.

CORNARIVS κεραξόος Vet. Gloſſ.

CORNVARIVS, i. m. *Memoratur* l. vlt. ff. de iure immunit. *inter homines militares,* Tubarii, Cornuarii, Arcuarii, *etc. Videntur igitur, qui* cornua *elaborant, vel ad arcus, vel ad inflandum.*

CORNVTVS, a, um. Adi. [κεράστης] *Quod cornua habet.* Varro de L. L. 6, 3 p. 72, 37 Quadrupedes cornutas, *i. elephantos.* Idem de R. R. 2, 7, 2 Aetas cognoſcitur equorum, et fere omnium, qui vngulas indiuiſas habent, et etiam cornutarum, quod, *etc. quem locum Pontedera de vngulis accipit, quas* cornua *vocari, ante obſeruauimus.* Martial. 1, 19 Occubit tandem Cornuto ardore petitus, *i. ira cornutae beſtiae.* Cornutam beſtiam petis, *inquit* Plautus, *i. laceſſis eum, qui paratus ſit retaliare iniuriam, quemque non, niſi tuo malo, prouoces. Eraſmus.* Syllogiſmus cornutus, *vocatur Dilemma. Vid.* Hieron. Epiſt. 83, 1.

CORNVTA, ae. f. *Piſcis genus.* Plin. 32, 11. *et* 9, 27. Apic. 10, 3.

CORNVATVS, a, um. Adi. *Vt,* Vmbra cornuata Varr. de L. L. 6, 3.

CORNVPĔTA, *vel* CORNIPĔTA, ae. m. Qui petit cornu. Gloſſ. Cyrill.

CORNVPETO, *verbum itidem in Gloſſis legitur, ſed hoc quidem diuiſim ſcribi debet. Add.* Vulg. Exod. 21, 29.

CORNEVS, a, um. [κεράτινος] *Quod ex cornu eſt.* Cic. de Nat. Deor. 1, 102 c. 36 Velut ibes maximam vim ſerpentum conficiunt, quum ſint aues excelſae, cruribus rigidis, corneo proceroque roſtro. Arcus corneus Ouid. Met. 1, 697. Color corneus, *Qui cornu ſimilitudinem refert* Plin. 36, 8. *it.* 37, 2. Corda Sidon. Epiſt. 4, 1. Corpora piſcatorum Plin. 31, 9. Fibra cornea Perſ. Sat. 1, 47. *dicitur de duris et miſericordiae expertibus.* Plin. 7, 19 ad finem, Quibus natura concreta ſunt oſſa, qui ſunt rari admodum, cornei vocantur. Ora cornea Ouid. Met. 8, 545. *roſtra vocat auium.* Virg. Aen. 6, 894 Sunt geminae Somni portae, quarum altera fertur Cornea: qua veris facilis datur exitus vmbris. *Vbi* Seruius: Per Portam corneam, inquit, Oculi ſignificantur, qui et cornei ſunt coloris, et duriores caeteris membris: nam frigus non ſentiunt. Sicut etiam Cicero ait in libris de Deorum Natura.

CORNEŎLVS. Dimin. Cic. de Nat. Deor. 2, 144 c. 57 *de auribus loquens,* Sed duros et quaſi corneolos habent introitus, multisque cum flexibus: quod his naturis relatus amplificatur ſonus. Petron. c. 43 Corneolus fuit, aetatem bene ferebat, *de ſene vegeto ac viridi.*

CORNVS, ûs *vel* i. f. *it.* CORNVM, i. n. [κρανία] *Arbor, ramos habens duritie et rigiditate cornibus ſimiles: fructum circa ſolſtitia reddit, primo candidum, poſtea ſanguineum* Plin. 16, 26. Virg. Georg. 2, 448 Et bona bello Cornus, *i. apta haſtilibus.* Cornus Itala, pro Telo ex cornu facto Idem Aen. 9, 698. Coniecto ſternit iaculo, vocat Itala cornus. Seruius. Fixit in aduerſo cornum ſine cuſpide vultu Ouid. Met. 12, 451. Leuis cornus Armata ferro gracili Sen. Hippol. 546. Aerata torſit graue cuſpide cornum Ouid. Met. 8, 408. Sonans cornus, *Sagitta* Sil. 13, 235. Validam cornum torquere Idem 13, 204. *Vid.* Drakenborch. ad Sil. 10, 122.

CORNVM, i. n. [κράνεον] *Fructus corni.* Autumnalia corna Ouid. Met. 8, 664. Lapidoſa Virg. Aen. 3, 650. Rubicunda Hor. Epiſt. 1, 17, 9. Silueſtria Idem Serm. 2, 2, 57.

CORNEVS, a, um. Adi. [κρανέινος] *Quod eſt ex corno.* Plaut. . . Duram ac corneam virgam. Cornea pyxis Plin. 21, 20. Venabula Ouid. Epiſt. 4, 83. Virgulta Virg. Aen. 3, 22.

CORNĒTVM, i. n. *Locus vbi ſunt frequentes corni: ſicut a* Pino, Pinetum. κρανεών, Vet. Gloſſ. Varro de L. L. 4, 32 p. 26, 34 Corneta (*locus vrbis Romae*) a corneis (*i. cornis*) quae abſciſſae loco reliquerunt nomen, vt Eſculetum ab Eſculo dictum.

CORNĬFER, era, erum. Adi. *Qui cornos fert; vt,* Rami corniferi *laudatur* Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 204. *Sed recte al.* Coniferi.

COROEBVS, i. m. [Κόροιβος] *Athenienſis, qui primus figlinam invenit.* Auctor Plin. 7, 56. ¶ 2 *Alius, de quo* Virg. Aen. 2, 341

Iuuenisque Coroebus
Mygdonides, illis qui ad Troiam forte diebus
Venerat, inſano Caſſandrae incenſus amore.

*Vnde prouerbium.* Stultior Coroebo.

COROLLA, COROLLARIVM, *Vid.* CORONA.

CORŌNA, ae. f. [ςέφανος] *Sollemne et vſitatum antiquis magis quam noſtris ornamentum capitis, de quo claſſicus locus* Plin. 21 *pr. Sed nos non antiquitates coronarum tractamus, de quibus totis libris actum: verum nominis vſum declaramus. Igitur pauca excerpemus:* c. 2 Tenuioribus (*coronis*) vtebantur antiqui, ſtroppos (*ſic* Hard. *al.* ſtrophia) appellantes: vnde nata ſtrophiola. Quin et vocabulum ipſum tarde communicatum eſt inter ſacra tantum et bellicos honores coronis ſuum nomen vindicantibus. c. 3 Craſſus diues primus argento auroque folia imitatus ludis ſuis coronas dedit. Acceſſeruntque et lemniſci, quos adiici ipſarum coronarum honos erat — XII tabularum lex: Qui coronam parit ipſe, pecuniaue eius, virtutis ergo duc tor ei. Quam ſerui equiue meruiſſent, pecunia partam lege dici, nemo dubitauit. Quis ergo honos? vt ipſi mortuo parentibusque eius, dum intus poſitus eſſet, foriſue ferretur, ſine fraude eſſet impoſita, *etc. ſunt enim pluſcula. Totus fere ad* Coronae *antiquitates pertinet* Tertul-

Tertulliani liber de corona. *Et locus de* coronis *claſſicus eſt* Gell. 5, 6 *vbi* militares coronas *declarat*, *nempe* Triumphalem, Obſidionalem, Ciuicam, Muralem, Caſtrenſem, Naualem, *quarum finitiones ſub ipſis bis nominibus ſuis locis ponemus. Sine adſpiratione ſcribendum hoc nomen, contra morem ſui temporis, monet* Quinctil. 1, 5, 20. Feſtus, Corona, cum videatur a choro dici, caret tamen adſpiratione, ſiue coronae dicuntur, quod cohonorent eos, quibus imponuntur. *A Graeco χορωνὸς deriuat Scal. ad Feſtum. Sed eſt etiam apud Heſychium* Κορώνη *εἶδος στεφάνε.* Plaut. Aſin. 4, 1, 58 Tum ſi coronas, ſerta, vnguenta iuſſerit ancillam ferre Veneri, aut Cupidini. ¶ 2 *Videamus iam Epitheta.* Aegyptiae Plin. 21, 2. Aurea corona Ioui in capitolium miſſa a Latinis Liu. 2, 22. *etc.* Cic. Att. 14, 18 Mihi quidem videtur Brutus noſter iam vel coronam Auream per forum ferre poſſe. Liu. 7, 10 Dictator coronam Auream addidit donum. Tyrii Alexandro coronam auream donum afferebant Curt. 4, 2, 2. Domitianus *apud* Sueton. 4 certamini praeſedit, capite geſtans coronam Auream cum effigie Iouis ac Iunonis, Mineruaeque. *In conuiuio* datae aureae coronae Tacit. Ann. 2, 57. *De Ciuica ex Gellio et Plinio* f. l. *it.* Liu. 6, 20. 10, 46. Claſſica, *vid. ſub* CLASSIS. Donaticae victoribus in ludis donabantur, quae poſtea magnificentiae cauſa inſtitutae ſunt ſuper modum aptarum capitibus, quali amplitudine fiunt cum Lares ornantur. Feſtus. Capita maiora quaerentes *vocat* Tertull. de Coron. 15. Duplex gemmis auroque Virg. Aen. 1, 655. Equeſtris Plin. 15, 4. Etruſca Idem 21, 3 f. 4. *it.* 33, 1 f. 4 Etruſca ex auro. Suet. Calig. c. 45 Comites et participes victoriae nouo genere et nomine coronarum donauit, quas diſtinctas Solis ac Lunae ſiderumque ſpecie Exploratorias appellauit. Feſta Ouid. Met. 10, 598. Floreae et roſeae Plaut. Aul. 4, 2, 68. Florente corona cinctus Ouid. Met. 2, 27. Gemmifera Valer. Argon. 5, 447. Graciles Iuuen. Sat. 12, 87. Graminea, obſidionalis Plin. 22, 2 ſqq. Herculea Virg. Georg. 2, 66. Hibernae cum terra flores negat, ramento e cornibus tincto Plin. 21, 2. Ilignea, *vid.* ILEX. Inſignis gemmis Virg. Aen. 7, 75. Martial. 11, 90 Intactas quare mittis mihi, Polla, coronas? Laurea *ſacrificantium* Liu. 23, 11. Ouid. Faſt. 4, 738. Tegat ornatas Longa corona fores. *Add.* Met. 4, 760. *et* Lucan. 2, 356. Marcentes Claud. in Epith. 96. Minoa Stat. Silu. 1, 2, 228 *qualem geſſit a Baccho acceptam Ariadne, Minois filia. Vid. Barth.* Muralis *dabatur ei, qui primus murum conſcendiſſet. Vid.* Liu. 10, 46. 23, 18. 26, 48. Gell. 5, 6. Muralis corona Cybeles Lucret. 2, 606. Naualis Virg. Aen. 8, 684 *de Agrippa. Vid.* Gell. 5, 6. Nexae vel nexiles Hor. Carm. 1, 38, 2. Obſidionalis Gell. 5, 6. Plin. 22, 4. *v. h. v.* Oleaginea Gell. 5, 6. Oualis, *vid. ſub* OVO, as. Plin. 21, 3 Summaque auctoritas pactili coronae, vt in Saliorum ſacris inuenimus ſollemnes coenas. *Sic* Turnebus: *Harduini lectionem damus mox in* Sutilis. Pactiles *autem* coronae *aut* Compactiles: *aut quarum coronamenta in torulo rotundo, vel vſpiam figuntur panguntur que, vt* ſutiles, *quae filo intercedente conſuuntur.* Pieria Martial. 12, 52. Populea *qua Teucer in vino vſus*, Hor. Carm. 1, 7, 23. Martial. 12, 32 Quadrima nigri nec corona pulei. *Hic modo ſeruandi cauſa culinaris herba in coronam vincta. Sic* Scribon. 271 Coronae decem ſertulae Campanae. Querna, *qualis ciuica* Ouid. Faſt. 1, 614. Roſeae Claud. in pr. Conſ. Stil. 87. Roſacea Plin. 21, 3 f. 6. Sacerdotalis aurea Ammian. Marc. 29, 5. *Vid. Lindebr. et Valeſ.* p. 621 *Gronou.* Hor. Carm. ſaecul. 29 Fertilis frugum pecoriſque tellus Spicea donet Cererem corona. Sutiles Ouid. Faſt. 5, 335. Plin. 21, 3 f. 8 Sutiles Saliorum ſacris inuenimus, et ſollemnes coenis. Tranſiere deinde ad roſaria, eoque luxuria proceſſit, vt non eſſet gratia, niſi mero folio: ſutilibus mox petitis ab India, aut vltra Indos *etc. Vid.* SVTILIS *ſub* SVO. Tonſa Virg. Aen. 5, 556. *vid. ſub* TONDEO. Vallaris Liu. 10, 46. Virides Virg. Aen. 5, 110. Votiua puppis redimita corona Ouid. Amor. 3, 11, 29. ¶ 3 *Verborum formulae:* Capere coronam inſigni cum laude Lucret. 6, 94. Dare coronam ciuicam Cic. pro Planc. 72. Defluebant coronae Idem Tuſc. 5, 62. *i. paullatim, domino negligente decidebant.* Detracta capillis Ouid. Amor. 1, 6, 67. Donari Hor. in Arte Poët. 250. Donare Cererem ſpicea Idem in Carm. ſaecul. 30. Exornare aliquem tenui Iuuen. Sat. 9, 138. Fuſae per colla Ouid. Faſt. 2, 739. Cic. Att. 14, 22 De coronatis, quum ſororis tuae filius a patre accuſatus eſſet, reſcripſit, ſe coronam Habuiſſe honoris Caeſaris cauſa, Poſuiſſe luctus gratia. Cic. Verr. 5, 27 Ipſe autem coronam Habebat vnam in capite, alteram in collo. Virg. Aen. 4, 418 Puppibus et nautae laeti Impoſuere coronas *in diſceſſu. Vbi* Seru. Aut re vera coronas inquit, aut ſpiras funium accipimus. *Conf.* Sueton. Vit. c. 10. Induere cratera Virg. Aen. 3, 525. *i. inquit* Seruius, Aut vſque ad ſummum implere, aut re vera coronare. Inumbrare ora coronis Lucret. 3, 926. Merere laude coronam primam Virg. Aen. 5, 355. Mittere regni coronam cum ſceptro Idem Aen. 8, 505. Nectere alicui coronam Hor. Epiſt. 2, 2, 96. Petere inſignem coronam ſuo capiti Lucret. 1, 928 *ſignificat magnum nomen et honorem ſibi comparare.* Pingere tempora coronis *quidam legunt* Ouid. Faſt. 5, 335. *Sed recte* Cingere *Burm.* Premere crinem Stat. Silu. 1, 2, 228. *Vid.* Tonſus *ſub* TONDEO. Redimire plexis caput Lucret. 5, 1398. Votiua puppis Redimita corona Ouid. Amor. 3, 11, 29. Scindere haerentem coronam crinibus Hor. Carm. 1, 17, 49. Venire ſub corona, dicebantur mancipia iure belli capta Gell. 7, 4. Liu. 2, 17. 9, 42. 21, 51. 23, 37. Vendere ſub corona Caeſ. Bell. Gall. 3, 16. Iuſtin. 8, 3, 3. Hoc ſub corona iure belli venumdedit Flor. 4, 12, 52. Vincire tempora Hor. Carm. 1, 7, 23. ¶ 4 *Per Metaphoram* Corona, [ἄγυρις, ἄγυρμα] *Conuentus hominum circumſtantium, et veluti in circulum congregatorum.* Conſeſſus corona cinctus Cic. pro Mil. c. 1. Maxima corona cauſam dicere Cic. Tuſc. 1 c. 5. Cic. Verr. 3, 49 Tamenne putamus patronum tuum in hoc crimine ceruiculam iactaturum, et populo ſe ad coronam daturum? Corona dicitur circumſtans in orbe populus Lactant. 4, 26, 21. Cic. pro Flacc. 68 c. 28 A iudicibus oratio auertitur, vox in coronam turbamque effunditur. Hor. Epiſt. 1, 19, 53 Scis quo clamore coronae Praelia ſuſtineas campeſtria. Latior ſcena corona diffuſior Plin. Ep. 7, 17. Muros rara corona cingere Virg. Aen. 10, 122. *i. circumdare pauca multitudine militum. Add.* Liu. 7, 27. Corona cingere Caeſ. Bell. Gall. 7, 72. Liu. 4, 27. Corona vrbem capere Idem 43, 18. Circumdare Id. 4, 47. Hirt. B. Hiſp. 13. Curt. 4, 6, 10. Moenia aggredi Liu. 42, 63. Sil. 13, 140 Moenia — Spiſſa Vallata corona Alligat, et telis in modum indaginis ambit. Corona cingere aliquem, *pro Circumſtare aliquem* Lucan. 1, 321. Multiplex Cic. in Bruto 292 c. 84. *i. denſa. Ibid. eſt*, Cum iſti dicunt, a Corona relinquuntur: Significetur a corona ſilentium. Socia corona Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 56. Vulgi ſtante corona Ouid. Met. 13, 1. Spiſſa Hor. in Arte Poët. 381. Spiſſa viris corona interlucet Virg. Aen. 9, 508. Vell. 2, 59, 6. ¶ 5 Corona *pro Signo caeleſti ponitur, nempe Ariadnes Minois filiae, quae in ſidus conuerſa eſt a Baccho.* Ouid. Faſt. 3, 513 *poſt enarratam Ariadnes fabulam, Bacchum loquentem facit,*

Sintque tuae tecum faciam monumenta coronae,
Vulcanus Veneri quam dedit, illa mihi.
Dicta facit, gemmaſque nouem transformat in ignes,
Aurea per ſtellas nunc micat illa nouem.

Virg. Georg. 1, 222 Gnoſiaque ardentis decedat ſtella coronae. Haec Cancro et Leone exoriente occidit, exoritur cum Scorpio nonis Octobris, habet ſtellas nouem in orbem diſpoſitas *Auctor* Hyginus Poët. Aſtr. 5. *Conf.* Plin. 18, 31. Columel. 11, 2. Claud. in ſec. Conſ. Stil. 208 Seu tibi Dictaeae placuerunt aſtra coronae, *i. Cretenſis, vnde Ariadne.* Claud. de Nupt. Hon. et Mar. 272 Si Bacchus amator Dotali potuit caelum ſignare corona. *Eadem* Gnoſiaca Stat. Silu. 1, 6, 88. ¶ 6 Corona, *Circulus circa Lunam, Area, Halo.* Sen. Nat. Qu. 1, 2. Vell. 2, 59, 6. ¶ 7 Coronae *ſunt prominentiae et veluti ſupercilia quaedam parietum, arcendis ſtillicidiis inventa, fabri* Cornices *appellant.* Vitruu. 2, 8 Summis parietibus ſtructura teſtacea ſub tegula ſubiiciatur, altitudine circiter ſeſquipedali, habeatque proiecturas coronarum: ita vetari poterunt quae ſolent in iis fieri vitia. *Add.* 5, 2 *pr. Sic* Corona camerae Vitruu. 7, 3. *Etiam* Caeſ. Bell. Gall. 8, 9, 3 Caeſar iubet caſtra coronis inaedificari, *i. lorica intermiſſa, pinnis, vt coronae murales pinguntur. Sed variat lectio. Vid. Lipſ. Pol.* 2, 2. Muri corona Curt. 9, 4, 30. ¶ 8 Coronae *appellatione olim honorabantur Epiſcopi.* Sidonius 7, 8 *pr.* Domino Papae Euphronio *ſcribit*, de minimis videlicet rebus coronam tuam maximiſque conſulerem. *Plura dedit Sauaro ad h. l. et omnia Iac. Gothofredus ad* l. 38 C. Theod. de Epiſcopis, *vbi ob tonſuram orbicularem ſic appellatos eſſe probat. Negat idem Salmaſ. Epiſtola de Caeſarie virorum* p. 26. 104 *etc. Interim nec abſurdum videtur de tonſura interpretari* Virg. Aen. 5, 556 Omnibus in morem tonſa coma preſſa corona. Coma premitur, *i. coërcetur, vt* vitis falce premitur, corona tonſa *dum in orbem circumtondetur aequaliter, quam rationem tondendi delicatam habitam fuiſſe, docet* Varronis *locus, quem damus in* circumtonſus. *Conf. Sauaro ad* Sidon. 4, 13 p. 260 *vbi laudatur*, Crinis in rotae ſpeciem acciſus.

CORONVLA, ae. f. Vulg. Exod. 39, 28.

COROLLA, ae. f. Dimin. [στεφάνιον] Feſtus, Corollam noua nupta de floribus, verbenis, herbiſque a ſe lectis ſub amiculo ferebat. Plin. 21, 2 Paullatimque et Romae ſubrepſit appellatio, corollis inter initia propter gracilitatem nominatis: mox et corollariis, poſtquam e lamina aerea tenui inaurata et inargentata dabantur. Plaut. Pſeud. 5, 1, 21 Corollas dari dapſiles. Corolla plectilis, *quae ex herbis odoratis plectitur*, Plaut. Bacch. 1, 1, 37 Pro galea ſcaphium, pro inſigni ſit corolla plectilis. Indiſtinctis corollis flores plexos ferre Catul. in Argon. 62. 283. Floridis corollis redimita domus Idem 61 (64) 66. Soluere de ſua fronte corollas Propert. 1, 3, 21. Elephantus amauit quandam corollas vendentem Plin. 8, 5.

COROLLARIVM, i. n. [ἐπιφορὰ] *Auctore* Varr. de L. L. 5, 36 p. 42, 2 *ſignificat id, quod* additum *eſt* praeterquam quod debitum, *tanquam auctarium quoddam, et id, quod ſupra menſuram vel pondus iuſtum adiicitur. Pergit* Varro, Vocabulum fictum a Corollis, quod hae, quum placuerant actores, in ſcena dari ſolitae. *Conf. locus* Plin. 21, 2 *quem modo dedimus in* COROLLA. Gloſſ. Philox. Corollarium ἐπιστεφάνωμα. Plin. Epiſt. 7, 23 Ac deinde ſingulos geſtus dominae cum canticis reddebant: qui nunc exiguiſſima legata, theatralis operae corollarium, accipient ab haerede, qui non ſpectabat. Cic. Verr. 3, 118 c. 50 De viuo igitur erat aliquid reſecandum: vt eſſet vnde Apronio ad illos fructus arationum hoc corollarium numorum adderetur. Corollarium *coenae* Plin. 9, 35 f. 57 *quod praeter promiſſum, et caput coenae datur.* Sueton. in Auguſto c. 45 Itaque corollaria et praemia alienis quoque muneribus ac ludis, ac crebra et grandia de ſuo offerebat: nullique Graeco certamini interfuit, quo non pro merito certantium quemque honorarit. Cic. Verr. 3, 185 c. 79 Noli hos colligere, qui numulis corrogatis de nepotum donis ac de ſcenicorum corollariis quum decuriam emerunt, *etc.* Idem Verr. 4, 49 c. 22 Hic quaſi feſtiuum acroama, ne ſine corollario de conuiuio diſcederet, ibidem conuiuis inſpectantibus emblemata auellenda curauit. Sine cura ſis inquam; modo corollarium idoneum compara Apul. Met. 2 p. 125. ¶ 2 *In Philoſophia vocatur* Conſectarium, ſiue πόρισμα. Boëth. de Conſ. Phil. 3 Proſa 10 *et* 4 Proſa 3.

CORŌNO, āre. [στεφανόω] *Coronam imponere, corona ornare.* Plin. 15, 4 Athenae quoque victores olea coronant. Cic. de Legib. 2, 63 Sequebantur epulae, quas inirent propinqui coronati. *Metaph.* Virg. Aen. 9, 386 Hinc atque hinc, omnemque aditum cuſtode coronant. *Vbi* Seruius, Melior lectio *Abitum*, quam *Aditum*. Cingunt enim ſiluam ne abeant, non, ne adire poſſint. *Sed non* aditus *omnes iidem* abitus? *niſi quod* abitus *inſolitum hac notione videtur.* Cratera coronare Virg. Georg. 2, 528. Collum coronat pluma, *i. inſtar coronae collum circumdat* Lucret. 2, 801. Delubra coronare, *i. ſertis ornare* Sil. 12, 743 *vid. Drakenb.* Martial. 12, 18 Multa villica quem coronat olla, *de foco loquitur, quem circumdat ollis villica.* Pyram fronde funerea coronare Virg. Aen. 4, 506. *i. circumdare cupreſſo.* Ramis arborum in ſacris certaminibus Plin. 21, 2. Silua coronat aquas cingens latus omne Ouid. Met. 5, 390. Victoria coronat fronde aliquem Hor. Epiſt. 1, 19, 64. Virg. Aen. 1, 724 Crateras magnos ſtatuunt, et vina coronant. *Vbi* Seruius: Vina, pro Poculis poſuit, et eſt tropus ſynecdoche, vt Cererem dicimus pro Frumento. *Sic* Plaut. Vinum precemur. Nam hic deus praeſens adeſt. Coronant autem eſt aut Implent vſque ad marginem, aut quia antiqui coronabant pocula, et ſic libabant. Vnde eſt, Magnum cratera corona Induit, impleuitque mero. Coronare, *in coronamenta venire, coronis faciendis adhiberi ſignificat in illo* Plin. 21, 9 Folio coronat et trifolium. Sueton. Claud. c. 11 Comoediam docuit, ac de ſententia iudicum coronauit. Coronauit comoediam, *i. ita egit, vt pronunciarent iudices, illam comoediam meruiſſe coronam.*

CORŌNANS, antis. Partic. [στεφανῶν] Hor. Carm. 3, 23, 15 Paruos coronantem marino Rore deos, fragilique myrto. Mercurii et Veneris ſtellae ſolem ipſum vti centrum itineribus coronantes Vitruu. 9, 4.

CORONATVS, a, um. Part. [ἐστεφανωμένος] *Vt*, Amantes coronati Propert. 3, 3, 47. *Conf.* 3, 1, 10. Oleo nitens et coronatus Curt. 9, 7, 20. Au-

20. Aurum coronatum, *vocat Auream pyxidem* Stat. Silu. 3, 4, 2. *i. in rotunditatem et ſpeciem coronae elaboratam.* Ouid. Faſt. 6, 311 Ecce coronatis panis dependet Aſellis, Et velant ſcabras florida ſerta molas. *Nempe ex hoc ipſo Ouidii loco refert* Lactant. 1, 21, 26 apud Romanos *aſinum* Veſtalibus ſacris *in* honorem pudicitiae *(ſuae, cui inſidiatus eſſet Priapus)* conſeruatae, panibus coronari. Capilli coronati Ouid. Epiſt. 21, 161. Coronatus nitentes Malobathro Syrio capillos Hor. Carm. 2, 7, 7. Tibull. 2, 1, 8 Nunc ad praeſepia debent Plena coronato ſtare boues capite. Coronati olim appellati ſunt gentilium ſacerdotes Firmic. Aſtron. 3, 4 *et* 14. *Paſchal. de Cor.* 4, 13. Frons coronata Ouid. Faſt. 5, 341. Stat. Theb. 10, 604 Ille coronatos iam dudum amplectitur ignes, *i. ignes in altari coronato ardentes.* Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 328 Grata coronati peragunt conuiuia manes. *Tractum a veteri more, qua ſertis ornati conuiuia agitabant.* Nauis coronata Ouid. Met. 15, 696.

CORONĀLIS, e. Adi. Apul. Met. 1 p. 106, 29 Et vt illa Medea — totam domum filiamque cum ipſo ſene flammis coronalibus deuſſerat, *i. vitta et corona ſacrificantis primum conceptis. Medicis nota eſt* Coronalis Sutura *in anteriore capitis parte, quandoquidem coronae in ea potiſſimum capitis parte collocantur.*

CORONARIVS, i. m. *vel* CORONARIA, ae. f. [ϛεφανόπλοκος Vet. Gloſſ.] *Qui coronas conficit.* Plin. 21, 2 Florum inuicem odores coloresque accedere Sicyone, ex ingenio Pauſiae pictoris, atque Glycerae coronariae, dilectae admodum illi. *Conf.* Plin. 21, 9 ſ. 30. *Eſt nimirum*

CORONARIVS, a, um. Adi. [ϛεφανωματικὸς] *Quod ad coronas attinet vt*, Aurum coronarium, *quod proprie eſt aurum, quod aurearum coronarum loco offerri Imperatoribus ſolebat. Vid.* Cic. in Piſon. c. 37. Id. de Lege Agr. 1, 12 Quod ad quemque peruenit, peruenerit ex praeda, ex manubiis, ex auro coronario. Ibid. 59 c. 22 Coronarium *abſolute ponitur*, Ex praeda, ex manubiis, ex coronario, *etc. ſubaud.* Auro. *Et ſic* Gell. 4, 14 Eum venire cum coronario non decuiſſet. *Add.* Gell. 5, 6. Capitolin. in Pio c. 4. Titulum vtriusque Codicis de auro coronario, *ibique Gothoſredus. Caſaub. ad* Mon. Ancyran. p. 135 D. *et ad* Spartiani Hadrian. c. 6. Coronarium indultum, remiſſa debita Ammian. 25, 4. Coronariae herbae Plin. 21, 23 *ad coronas adhiberi ſolitae.* Coronarium opus, *in modum coronae factum.* Plin. 15, 30 Ramos ſpargit a radice dodrantales, topiarii ac coronarii operis. *Conf.* Vitruu. 7, 3 *et* 6. Plin. 33, 9 Miſcetur argento tertia pars aeris Cyprii tenuiſſimi, quod coronarium vocant, *etc.*

CORONĀTOR, ōris. m. Auguſtin.

CORONĀMEN, inis. n. Apul. Mileſ. 11 p. 261. Mulieres verno florentes coronamine, *i. coronis.*

CORONAMENTVM, -i. n. [ϛεφάνωμα] *Violae, roſae et alii flores, quibus corollae fiunt, et ſerta nectuntur.* Coronamenta omne genus Cato R. R. c. 8. Plin. 21, 1 In hortis ſeri et coronamenta iuſſit Cato, inenarrabili florum maxime ſubtilitate. In coronamenta folio venêre melothron, ſpiraea, *etc.* Idem 21, 9. *h. e. ex eorum foliis fiunt coronae. Pro corona ipſa dixit* Tertull. de Cor. ineunte, *it. c.* 7 *pr.*

CORONEOLA. *Genus roſae eſt*, e caule maluaceo, folia oleae habente, autumnalis Plin. 21, 4.

CORONIS, ĭdis. f. [Κορωνὶς] *Nympha Theſſalica Leucippi Lacedaemonii filia, ex Apolline concepit Aeſculapium. Poſtea ſimul cum amatore indicio corui deprehenſa ſagitta ab Apolline confecta fuit. Sed coruum, qui crimen indicauerat, ex albiſſimo in atrum conuertit Apollo: et puerum e ventre matris exciſum, Aeſculapium, Chironi enutriendum et erudiendum tradidit. Haec pulchre narrat* Ouid. Met. 2, 543 Pulchrior in tota, quam Lariſſaea Coronis, Non fuit Aemonia. *Vid.* Seru. in Aen. 6, 618. *et* 7, 773. *Hinc*

CORONIDES, ae. m. *Aeſculapius.* Ouid. Faſt. 6, 746 Nulla Coronides cauſa doloris erit.

CORŌNIS, ĭdis. f. [κορωνὶς] *Quidquid ſit apud Graecos, certe* Martiali 10, 1 *illud ſignificat, quod accedit abſolute operi: verba ſunt*, Si nimius videor, ſeraque coronide longus Eſſe liber: legito pauca, libellus ero. *Laudatur etiam alter, neſcio cuius, verſiculus* Et mage principio grata coronis erit. *Vid. Schwarzii de Ornam. libror. diſp.* 2 §. 16 *qui Graecorum locis prolatis illud maxime probat, Coronidem eſſe notam Grammaticorum et librariorum, qua finem partis, vel totius libri indicarent. Sic apud* Auſonium *poſt* Profeſſores XXIV *eſt velut Concluſio opuſculi, cui lemma antiquum praeſcriptum*, Coronis. *Videntur oppoſita ſigna fuiſſe* Coronis *et* Menis.

CORONŎPVS, ŏdis. m. [κορωνόπους] *Quaſi tu cornicis pedem dicas.* Oblonga herba eſt cum fiſſuris. ſeritur interim: quoniam radix caeliacis praeclare facit in cinere toſta. Plin. 22, 19. *Add.* Plin. 21, 16.

COROPHIVM. [κορόφιον] Piſcis de genere Cancrorum Plin. 32, 11. *Dalec.* Corophya, *Hard. fluctuat inter* Coluthia et Corythia *etc.*

CORPORATIO, CORPORATVRA, CORPOREVS, *vid. ſtatim* CORPVS.

CORPVS, ŏris. n. [σῶμα, χρὼς] *Latiſſimae ſignificationis nomen, quod vel quidquid ſenſu tangi aut comprehendi poteſt indicet; vel quidquid pluribus rebus conſtare et vnitum eſſe intelligitur; vel machinam illam, cui ſpiritus rector ſ. anima adiuncta ſit. Similiter fere* Pomponius l. 3 D. de vſurp. et vſuc. Tria genera ſunt corporum, vnum, quod continetur vno ſpiritu, et Graece ἡνωμένον *(vnitum)* vocatur, vt homo, tignum, lapis, et ſimilia: alterum, quod ex contingentibus, hoc eſt pluribus inter ſe cohaerentibus conſtat, quod συνημμένον *(connexum)* vocatur, vt aedificium, nauis, armarium: tertium, quod ex diſtantibus conſtat, vt corpora plura non ſoluta, ſed vni nomini ſubiecta: veluti populus, legio, grex. *Conf.* Sen. Quaeſt. nat. 2, 2. *et* Epiſt. 102. *Generaliſſima notione dixit* Cic. de Orat. 2, 358 Etenim corpus intelligi ſine loco non poteſt. *Pro homine toto* Virg. Aen. 7, 649 Quo pulchrior alter Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni. Lucan. 7, 671 Sed timuit ſtrato miles ne corpore Magni Non fugeret, ſupraque ducem procumberet orbis. *Sic* Curt. 4, 11, 6 Pro tribus corporibus XXX millia talentûm accipias. Idem 5, 13, 4 In illo corpore poſita eſt victoria. *Add.* Sen. Epiſt. 90. *Sed ſpecialiſſime pro carne et pingui* Cic. Fam. 7, 27 Ego hic cogito commorari quoad me reficiam: nam et vires et corpus amiſi. Idem de Nat. Deor. 2, 139 Quid dicam de oſſibus, quae ſubiecta corpori mirabiles commiſſuras habent, et ad ſtabilitatem aptas, et ad artus finiendos accommodatas et ad motum et ad omnem corporis actionem? Oſſa vt eſſe et adſtringi neruis ſuis debent, ſic corpore operienda ſunt Quinct. 1 Pro. 24. *Conf. Burm. p.* 11. Ad corpus Scribon. 162. *i. in nuda cute. Vtramque ſignificationem expreſſit* Martialis vnico verſu 1, 7 Viuebant laceri membris ſtillantibus artus, Inque omni nusquam corpore corpus erat. *i. vera ſpecies corporis, vt eſt cute veſtitum.* Quinctil. 2, 10 Quid ergo? Nunquam haec ſupra fidem, et Poëtica (vt vere dixerim) themata iuuenibus pertractare permittemus: vt exſpatientur, et gaudeant materia, et quaſi in corpus eant? *Latiſſime iterum patet illud* Cic. de Orat. 2, 35 His autem formis atque corporibus, ſicut omnibus rebus, quae ſub adſpectum veniunt, ſede opus eſt. *Item illud*, In ſpeciem vnius corporis res diuerſiſſimas colligere Quinctil. 4, 1. *Et* Cic. de Clar. Orat. 208 Sed nihil vitioſius, quam quum vnum corpus debeat eſſe defenſionis, naſci de integro cauſam, quum ſit ab altero perorata. ¶ 2 *Subſtantiua, quibus* Corpus *additur:* Artus corporis Hor. in Carm. ſaecul. 64. Auctus Lucret. 2, 481. Augmen Idem 2, 494. Ingenii dotes corporis adde Bonis Ouid. de Arte 2, 112. Caulae, *v. h. v.* Compagibus corporis includi Cic. de Senect. 77. Suet. in Domit. c. 16 His velut tranſacto iam periculo laetum feſtinantemque ad corporis Curam Parthenius cubiculo praepoſitus conuertit. Quinctil. 2, 8 Nec pauciores animorum paene, quam corporum formae. Habitus Idem 5, 10. Inclinatio Id. 1, 11. Infirmitas, *vid. ſub* INFIRMVS. Quinctil. 2, 12 Luctator, qui totius corporis Nixu in id, quod ſemel inuaſit, incumbit, fortior ab iis vocatur. Niſu corporis, et impetu equi peruaſit Tacit. Ann. 2, 17. Neque adſultibus, et Velocitate corporum vteretur Idem Ann. 2, 21. Vitium Quid. de Arte Am. 3, 262. Vmbra Idem ex Pont. 3, 3, 3. ¶ 3 *Subſtantiua, quae adiiciuntur ad* Corpus. Aquae corpus Lucret. 2, 232. Ciuitatis Liu. 26, 16. *v. n. 6.* Eloquentiae Quinctil. 10, 1, 87. *et* 12, 2, 9. Fera corpora Ferri, *h. e. Aſpera, dura, Niſi forte* fera *dixerit, quia ferro od feritatem vtimur* Lucret. 2, 102. Lapidum corpora condenſa Idem 6, 101. Qui multos legere, negant hoc corpore Metri Romanos aliquid veteres ſcripſiſſe Poëtas Terentian. p. 2424. *Putſch. i. hoc ſyſtemate et compoſitione.* Naturae rerum Vell. 2, 66, 5. Neptuni corpus acerbum, *i. Salſum mare* Lucret. 2, 471. Orationis Quinct. 3, 11, 23 *etc.* Rationum corpora, *i. ipſae tabulae, quibus rationes perſcriptae ſunt* Vlpian. l. 37 de fideicom. libert. Celſ. 5, 28 Vtrumque ſicut omnis cancer, fit maxime in ſenibus, vel his, quorum corpora mali Habitus ſunt. ¶ 4 *Adiectiua:* Abundans corporis, *vid.* ABVNDO. Aegrum vel aegrotum Iuuen. Sat. 9, 19. Aequaeuo corpore fratres Sil. 13, 191. Album Hor. Carm. 2, 16 *Hydropici.* Anile Ouid. Amor. 1, 8, 14. Amplum Suet. Tiber. c. 68. Caeca corpora Ventos *appellat* Lucret. 1, 278. *i. Corporeos quidem, ſed inuiſibiles: ſiue corpora inuiſibilia.* Cari corporis reliquiae Sen. Hippol. 1247. Caſtum anima Idem 3, 561. Caſtum diu vulgare populis corpus Sen. Hippol. 911. *i. vulgo proſtituere.* Celeri corpore elapſus Virg. Aen. 5, 445. Clarum, *i. Nobile* Sen. Troad. 1112. Conſortia poenae Ouid. Met. 13, 663. *al.* Pectora. Craſſum corpus terrae Lucret. 6, 857. Debile Idem 4, 949. Deforme Sen. Troad. 1117. Denſiſſima ſetis Ouid. Met. 3, 846. Dira Idem Met. 1, 156. Diuino corpore Luna Lucret. 5, 764. Durum Claud. in pr. Conſ. Stil. 2, 105. Effoetum Ouid. Met. 7, 251. Egenum decoris et frontis Sil. 6, 304. Egregium corpus, Formoſum Hor. Serm. 1, 6, 67. Exſangue Ouid. Met. 2, 647. Exſangue reddere ſepulcro Virg. Aen. 2, 542. Exanime, *vel* exanimum Quinctil. 4, 2. Exigui corporis homo Hor. Epiſt. 1, 20, 24. Exile Suet. Claud. c. 30. Ferentia laborum Tacit. Hiſt. 5, 6. Feſſa carpunt ſoporem Virg. Aen. 4, 522. Fidele ſenectae Perſ. Sat. 2, 41. Fluido corpore liquidae res Lucret. 2, 452. Fluxa et reſoluta Columel. 1 praefat. Formoſi corporis ſpolium dies aufert, *Forma paullatim dilabitur et perit* Sen. Hippol. 772. Virg. Aen. 1, 104 Vbi tot Simois correpta ſub vndis Scuta virûmgaleasque et Fortia corpora voluit. *h. e.* Virorum fortium corpora. nulla enim eſt in mortuis fortitudo. Seruius. Fortiſſimorum educatio Quinctil. 1, 1. Frigidum et exſangue alicuius complecti Idem 6 prooem. Gelidum Iuuen. Sat. 10, 217. Genitalia Lucret. 1, 53. *h. e. Elementa vnde gignuntur caetera.* Globoſa Lucret. 2, 468. Hor. Epod. 2, 58 Graui Maluae ſalubres corpori. *i. obſtructo.* Horridum Sen. Herc. Oet. 850. Tacit. Ann. 5, 9 Exin oblitis faucibus id aetatis corpora in Gemonias abiecta. Immani piſtrix Virg. Aen. 3, 427. Impube corpus Hor. Epod. 5, 13. Inane animae Ouid. Met. 2, 610. Inane corpus, *i. Mortuum* Ouid. Epiſt. 15, 116. Incolume Lucret. 1, 247. Incultum, *vid. h. v.* Indomitum Sen. Herc. Oet. 155. Inertia Stat. Theb. 5, 383. Infirmum Ouid. Epiſt. 20, 241. Informe Stat. Theb. 6, 818. Ingenti corpore cunctis praeſtare Ouid. Met. 4, 630. Ingenuum Ouid. Epiſt. 5, 144. Inſecabilia Quinctil. 2, 17. *i. atomi.* Intactum a vexatione, Intolerantiſſima laboris, *vid. hh. vv.* Inualidum Ouid. Epiſt. 21, 207. Inuiſum Sen. Hippol. 1158. Inutile leto dare Ouid. Met. 12, 344. Irriguum mero habere Hor. Serm. 2, 1, 9. Iuuenile Virg. Aen. 12, 221. Lacerum Ouid. Met. 6, 562. Laeta Lucret. 1, 258. Letata, *vid.* LETVM. Virg. Georg. 4, 255 Tum corpora Luce carentum Exportant tectis, et triſtia funera ducunt. Martial. 11, 48 Cur Lacedaemonio Luteum ceromate corpus Perfundit gelida virgine? *etc.* Magnum Virg. Georg. 2, 327. Meretricia, *i. meretrices nudae* Ouid. Triſt. 2, 311. Minuta corpora, *Atomos vocat* Lucret. 2, 115. Miſerabile Ouid. Met. 4, 58. Moribundum Lucret. 3, 1046. Mortale Horat. Carm. 1, 35, 3. Natiuum Lucret. 2, 542. Naufraga Virg. Georg. 3, 542. Niuei corporis femina Sen. Med. 61. Nudum Ouid. Faſt. 4, 148. Obeſum, *vid. ſub* OBEDO. Obnoxia corpora, *pro Valetudinariis, vid. h. v.* Obſcena viſu Claud. in Rufin. 1, 325. Onuſtum vitiis heſternis animum quoque degrauat vna Hor. Serm. 2, 2, 77. Orbum luminibus, *vid.* ORBVS. Parva neruorum Lucret. 1, 863. Paruiſſima, *vid.* PARVVS. Sine Pectore Hor. Epiſt. 1, 4, 6. Perfectum, *i. foetus iam conſummatus et maturus* Lucret. 3, 679. Perfracta arma caedibus corporaque Valer. Argon. 6, 184. Pigrum Stat. Theb. 10, 102. Plenum *Repletum cibo* Hor. Epiſt. 1, 7, 31. Quinctil. 2, 4 Erit illud Plenius interim corpus, quod mox adulta aetas adſtringat. Praedura Virg. Georg. 2, 531. Praeſtanti corpore taurus Virg. Georg. 4, 550. Praeſtantiora magnitudine, viribus, firmitate, patientia, velocitate corpora in illis mutis videmus Quinctil. 2, 16. Prima corpora, *Elementa vocantur* Lucret. 1, 56. Procerum corpus caudae Lucret. 3, 658. *de ſerpente.* Prodigioſa, et monſtris inſignia Quinctil. 1, 1. Prolixum Suet. Claud. c. 30. Prona Stat. Theb. 12, 289

12, 289. Protecti corpora ſcutis Virg. Aen. 8, 662. Pulchrum Virg. Aen. 5, 344. Quadratum, *vid.* QVADRVM. Quaſſatum viribus aeui Lucret. 3, 453. Rarum corpus *dicitur*, *cui contrarium eſt* Denſum Lucret. 1, 348. Rectum Quinctil. 2, 13. Ouid. Met. 7, 328 Iamque neci ſimilis, Reſoluto corpore, regem, Et cum rege ſuo cuſtodes ſomnus alebat. Reſupinum Ouid. Met. 2, 267. Rigens metu Sen. Thyeſt. 634. Robuſtum Suet. Tiber. c. 68. Salubria Tacit. Hiſt. 5, 6. Sancta diuûm Lucret. 1, 1014. Sanum Iuuen. Sat. 10, 356. Semianimum Lucret. 6, 1266. Semifero corpore mater Colaxis, *quae ancipiti erat forma, humana et ſerpentina* Valer. Argon. 6, 51. Semimarinum dicitur, *quod naturam habet duplicem, ab vna parte aquis, ab altera terris conuenientem, qualis eſt caſtorum* Lucret. 5, 890. *de Scylla.* Senex corpore nunquam animo Cic. de Senect. 37. Sicciora cornu Catull. 21, 12. Corpore et ſtatura Simillimus Nep. 14, 9, 3. Simulatum, *i. Imago corporis alicuius* Ouid. Met. 10, 253. Sincerum et ſine vulnere Ouid. Met. 12, 100. Sine nomine, *i.* Sine agnitione Virg. Aen. 2, 558. Seruius. Solidum Lucret. 2, 487. Solidum et ſucci plenum Ter. Eun. 2, 3, 26. Sparſum Senatus Lucan. 7, 293. Spatioſum Ouid. Met. 3, 56. Spirantia Lucan. 1, 363. Spiſſum Lucret. 6, 126. Spoliatum lumine, *i. Occiſum* Virg. Aen. 12, 935. Subductum, *i. Attenuatum* Ouid. Amor. 1, 6, 6. *Sed Burm.* Aptaque Subducto pondere membra dedit. Subtile ventorum Lucret. 4, 899. Hor. Serm. 2, 2, 109 Pluribus adſuerit mentem Corpusque Superbum. Tenerum Virg. Georg. 2, 23. Terrenum Lucret. 1, 1085. Transformia, *quae in varias figuras mutari poſſunt* Ouid. Met. 8, 871. Tenue Celſ. 2, 8. Truncum Sen. Herc. fur. 1025. Tuta corpora, *et* Periculis opportuna, *contraria* Celſ. 2 praefat. Vaſtum corpus, *Procerum* Sen. Hippol. 806. Veſcum Plin. 7, 20. Violatum crimine Sil. 17, 39. Vitioſum Hor. Serm. 2, 7, 108. Vulſum Quinctil. 5, 9. *i. e quo euulſi ſunt pili.*

¶ 5 *Verba:* Abiecta oſtentui Tacit. Ann. 1, 29. Abit ferrum in corpus, *vid.* ABEO. Abſcedere a corpore Tacit. Ann. 1, 7. Abſtrahere ſe a, *vid.* ABSTRAHO. Abſumti corporis ignes, *i. Corpus crematum* Sil. 13, 447. Conſurrexit ſenatus cum clamore ad vnum, ſic vt ad corpus eius Accederet Cic. ad Q. Frat. 3, 2 *med.* Afficere Cic. Off. 1 c. 23. *i. aſſuefacere.* Liu. 9, 3 In corpore tamen Affecto vigebat vis animi, conſiliique. Affecta labore et vigiliis Liu. 36, 24. Agitare corpus Ouid. de Arte Am. 3, 731. Alleuari corpus Cic. Att. 7, 1. Amittere Cic. Fam. 7, 26. Lucr. 1, 937. Amoue procul impudicos tactus corpore a caſto Sen. Hippol. 705. Applaudere cauis palmis Ouid. Met. 4, 352. Id. ibid. 2, 358 Nec ſatis eſt, truncis auellere corpora tentat. Conclamata corpora, *vid.* CONCLAMO. Concruciari omni corpore, *vid.* CONCRVCIOR. Concuſſum vulnere Stat. Silu. 3, 4, 70. Concutere corpus totum riſu Quinct. 6, 3. Corpora condire, *vid.* CONDIO. Condere ſepulcro Ouid. Met. 8, 234. Conficere corpus ſuum in labore, *vid.* LABOR. Conformare Cic. Fam. 16, 1. Corripere e Somno Virg. Aen. 4, 572. Corripere e ſtratis Virg. Aen. 3, 176. Corripiunt morbi Id. Georg. 3, 471. Cremare Lucan. 8, 744. Curare Virg. Aen. 8, 607. Dare tumulo fumantia Ouid. Met. 2, 326. Dare ſomno Ouid. Faſt. 2, 327. Dare tempus corpori Cic. Fam. 9, 20. Decedunt corpore febres Lucret. 2, 34. Decorare Quinctil. 5, 12. Deflectere prono pondere Catul. in Carm. Nupt. ſ. 60, 51. Defuncta corpora vita Virg. Georg. 4, 475. Delecta virûm ſortiti corpora includunt *equo Troiano, i. viros ipſos.* Virg. Aen. 2, 18. Demittere morti Ouid. Met. 3, 695. Depónere, *i. Proſternere, aut In terram ſubmittere* Lucret. 1, 259. Deponere ſub ramis arboris, *Sedere in vmbra* Virg. Aen. 7, 108. Depreſſum Ouid. Met. 3, 672. Deſerere corpora boum luco, *i. Boues ipſos* Virg. Georg. 4, 543. Deuoluere in humum Ouid. Met. 7, 574. Dirigere tela manusque in corpus alicuius Virg. Aen. 6, 57. Diſtorta, et quocunque modo prodigioſa Quinctil. 2, 5. Diſtrinxit ſummum corpus arundo Ouid. Met. 8, 383. Diuellunt corpora leones Ouid. Met. 4, 112. Diuellere Virg. Aen. 4, 600. Debitoris corpus inter creditores Diuidere Quinctil. 3, 6. Diuiſum in membra ſecare Sen. Thyeſt. 760. Educere corpore telum Virg. Aen. 10, 744 Effingere pictores corpora quam ſpecioſiſſima pingendo, fingendoue Quinctil. 5, 12. Effringere corpus alicui Sen. Phoen. 159. Elidunt corpus trunci Lucan. 2, 206. Euirare Catul. de Berecynt. ſ. 61, 17. Exanimatum Ouid. Met. 2, 267. Exercendum corpus et ita afficiendum eſt, vt obedire conſilio rationique poſſit in exſequendis negotiis et in labore tolerando Cic. Off. 1 c. 23. Exercendi corpora peritus Quinctil. 2, 8. Exercita curis Ouid. Met. 7, 634. Exhauſtum Stat. Theb. 6, 669. Experiri alicuius corpus Quinctil. 2, 8. Excitare Celſ. 1, 1. Exedere Idem 5, 6. Explere Sen. Hippol. 1110. *omnia membra lacerati corporis colligere.* Extenuare fame Celſ. 8, 9. Extenuatur longo morbo Id. 2, 6. Facere Phaedr. 3, 8, 5. *i. pingueſcere.* Fingere corpus, *Formare, inſtaurare, redintegrare* Sen. Hippol. 1265. Fingere lingua Virg. Aen. 8, 634. *i.* tergere, *vt* Cic. pro Sext. (77) Spongiis ſanguis effingebatur, *i.* Tergebatur. Seruius. Firmare athletico victu Celſ. 4, 6. Formare ad quosdam membrorum flexus Quinctil. 1, 1. Frangere ad ſaxum, *Cyclopis opus* Virg. Aen. 3, 623. Frigent effoetae in corpore vires Virg. Aen. 5, 219. Fundere corpora humi, *i. Proſternere* Virg. Aen. 1, 197. Fuſa vino ſomnoque per herbam corpora Id. ibid. 9, 317. Fuſum late corpus Tacit. Ann. 13, 27. Glomeratur corpus niuium ſpiſſa grandine Ouid. Met. 9, 222. Hebet corpus ſomno Valer. Argon. 4, 41. Humare corpus Virg. Aen. 6, 161. Iactare in toto cubili Lucan. 5, 812. Immittere in vndas Ouid. Epiſt. 2, 133. Implicare cadens laqueo Sen. Hippol. 1085. Imponere flammis Sil. 13, 461. Imponere lecto Quinctil. 6, 1. Imprimere, *vid. h. v.* Incondita, *i. non ſepulta* Lucan. 6, 101. Inflantur corpora non robore, ſed valetudine Quinctil. 2, 3. Infodere terrae, *vid. h. v.* Inhumata Virg. Aen. 11, 22. *i. non humata.* Inſcribere vulneribus, *vid. h. v.* Inſueſcere corpori meretricis, *vid.* INSVESCO. Iungere corpus cum corpore Lucret. 4, 1187. Languent triſti morbo Virg. Georg. 4, 252. Laniatus toto corpore Virg. Aen. 6, 494. Laſciua iactare Ouid. Met. 3, 636. Leuare corpus, *pro recreare et reficere* Hor. Epiſt. 2, 1, 149. Librare in alas Ouid. Met. 8, 202. *de Daedalo.* Mandare feſſum quieti Lucret. 4, 846. Marcet annis Lucret. 3, 959. Moliri ex ſomno affecta labore et vigiliis corpora Liu. 36, 24. Mouere corpus ex ſtatu quo detinetur Celſ. 3, 16. Obiectare bello Virg. Georg. 4, 217. Obruta mole aliqua Ouid. Met. 1, 156. Obſeſſum frigore Id. ibid. 9, 581. *al.* Pectus. Pauefacta Ouid. Met. 5, 636. *al.* Pectora. Pendet in aquis, *i. natat* Ouid. Epiſt. 19, 150. Perfuſum aeterno frigore leti, *i. mortuum* Lucret. 4, 922. Poſitum corpus, *i. ſepultum* Scaevola l. fin. §. Cibaria D. de alim. leg. Praebere plagis Ouid. de Nuce 171. Procurare corpora, *i. Conuiuari* Virg. Aen. 9, 157. Proiicere corpus, *pro Obiicere periculi.*, *et quaſi Deuouere* Catul. Argon. ſ. 62, 81. Pungere Lucret. 2, 459. Reddere expeditius Celſ. 2, 1. Reddere corpus morbo *dicitur* quies *et* ſomnus, *quum diſcedentibus illis, ad curas et dolores noſtros reuertimur* Sen. Herc. Oet. 1431. Relaxatum Celſ. 2, 1. Releuare e terra Ouid. Met. 9, 317. Replere carne Id. ib. 12, 155. Reuocare Cic. Fam. 7, 20. Rodere Celſ. 5, 6. Satiare Lucret. 4, 1096. Secuerunt corpora vepres Virg. Georg. 3, 444. Seruire corpori Cic. Fam. 16, 4. Sinuare in orbes Ouid. Met. 9, 64. *de Acheloo in anguem mutato.* Soluere in Venerem Virg. Georg. 4, 199. Sternere Virg. Aen. 12, 97. Subeſſe corpori Celſ. 1 praefat. Superinducti corporis ſpeciem adiicere Quinctil. 5, 8. Suſtentare epulis Lucan. 4, 307. Tegere corpus abſtruſum denſa ſepe Sen. Theb. 360. Tegere terra, *Sepelire* Sen. Theb. 96. Tenent corpus febres Celſ. 3, 9. Tentatum frigore Hor. Serm. 1, 1, 80. Tentatum recreare Id. ibid. 2, 2, 84. Ouid. Met. 2, 459 Nuda ſuperfuſis Tingamus corpora lymphis. Virg. Aen. 3, 140 Linquebant dulces animas, aut aegra Trahebant Corpora. Velare Ouid. Met. 3, 197. Verberata corpora nudantur Quinctil. 6, 1. Violare vulnere Virg. Aen. 11, 591. Vorare vsque ad oſſa Celſ. 5, 28. Vulnerare Tibul. 1, 2, 27.

¶ 6 *Corpus de aliis rebus:* Plin. 12, 5 Superiores rami in excelſum emicant, vaſto matris corpore. *Pro Opere aliquo ſcripto et volumine.* Cic. Fam. 5, 12 A principio enim coniurationis vsque ad reditum noſtrum, videtur mihi modicum quoddam corpus confici poſſe, in quo, *etc.* Id. Q. Fratr. 2, 12 Sed vtros eius habueris libros (duo enim ſunt corpora) an vtrosque, neſcio. *Conf. Graeu. ad* Cic. Fam. 5, 12. *et* ad Att. 2, 1. Quum corpus architecturae ſcriberem Vitr. 2, 1. Corpore in hoc manus eſt genetricis auique meaque Aem. Probus in Epigr. de volumine vitarum Nepotis. Corpus Homeri, *i. omnia Homeri opera* Vlpian. in l. librorum §. ſi cui centum D. de legat. tertio. *Pro parte, tribu, multitudine, populi.* Liu. 1, 17 Inter ordines certabatur, oriundi ab Sabinis, ne, quia poſt P. Tatii mortem ab ſua parte non erat regnatum, in ſocietate aequa poſſeſſionem imperii amitterent, ſui corporis creari regem volebant, *i. Sabinum.* Tutores eiusdem corporis erant Liu. 4, 9, 3. *i. plebeii generis. Add.* Id. 6, 34 *pr.* 26, 48 *pr.* Liu. 26, 16 Corpus nullum ciuitatis, nec Senatum, nec plebis conſilium, nec magiſtratus eſſe. Mercatorum corpus Ambroſ. Ep. 33. *i. ſocietas.* Corpus oleariorum, piſtorum, ſuariorum, vinariorum Inſcriptt. Caius in l. 1 §. Item collegia D. quod cuiusque vniuerſitatis, Item collegia Romae certa ſunt, quorum corpus Senatusconſultis, atque conſtitutionibus principalibus confirmatum eſt. Tac. Hiſt. 4, 64 Rediiſſe vos in corpus nomenque Germaniae. Id. Germ. 39 Centum pagis habitatur, magnoque corpore efficitur, vt ſe Sueuorum caput credant, *i. quia magnum corpus magna ciuitas ſunt.* Iuſtin. 3, 2, 2 Fiunt de vno populo duo corpora. Id. 7, 1, 12 Vnum corpus Macedoniae. Id. 5, 10, 11 Ciuitas per multa membra diſſipata in vnum corpus redigitur. *Add.* 7, 6, 9. 14, 2, 11. 18, 3, 9. *Sic* Reipublicae corpus totum curare Cic. Off. 1, 85. Vnum eſſe Reip. corpus, atque vnius animo regendum Tacit. Ann. 1, 12. Vnum vt corpus, et concilium totius Peloponneſi eſſet Liu. 39, 37. Vnius corporis eſſe Liu. 38, 34. Defenſor corporis Vlpian. in l. iusiurandum et ad §. defenſor D. de iureiur. Caius in l. 1 §. paucis D. quod cuiusque vniuerſitatis, Paucis admodum in cauſis conceſſa ſunt huiusmodi corpora, *i. collegia, vniuerſitates.*

¶ 7 Corpus *et* pectus *a librariis confundi notat Drakenborch.* ad Sil. 16, 479. *Burm. ad* Quinct. Decl. 258 p. 473.

CORPVSCŬLVM, i. n. Dimin. *Vnde Atomos.* Corpuſcula vocat Cic. *in* Acad. *paſſim.* Indiuidua Lactant. de Ira Dei c. 10. Corpuſcula manantia per inuiſibilia foramina Celſ. 1 praef. Paruum corpuſculum Plin. 10, 29. Iuuen. Sat. 10, 172 Mors ſola fatetur Quantula ſint hominum corpuſcula. Sen. Epiſt. 66 Ex deformi humilique corpuſculo. Florum breue corpuſculum Iuſtin. praef. §. 4. *vocat ſuam Trogi epitomen.*

CORPVLENTVS, a, um. Adi. [εὔσαρκος] Obeſi corporis homo, Ennius pro magnis dixit. Feſtus. Plaut. Epid. 1, 1, 8 Euge, corpulentior videre, atque agilior. *Graeci εὔσαρκον vocant, hoc eſt bene carnoſum.* Craſſior et corpulentior Apul. Met. 7 p. 198. Corpulentum pecus Columel. 6, 3. Litigator corpulentus Quinctil. 6, 1.

CORPVLENTIA, ae. f. [ἐνσαρκία] *Carnoſitatem ſignificat.* Plin. 11, 53 Somno concoquere, corpulentiae, quam firmitati vtilius. *Add.* Solin. c. 40.

CORPORĀLIS, e. Adi. [σωματικὸς] *Vt,* Corporalia bona Gell. 18, 1 *i. Corporis contra* Quinctil. 5, 10 Incorporale. Sen. Epiſt. 59 Dicimus quaedam corporalia eſſe, quaedam incorporalia. Item, Quod eſt, aut corporale eſt, aut incorporale. Papinian. l. debitor §. vltimo D. de pignor. actione, Soluta pecunia, creditor poſſeſſionem pignoris, quae corporalis apud eum fuerat, reſtituere debet. Res corporalis eſt, *vt Iurisconſulti loquuntur,* Quae et nomine cognoſcitur, et ſub tactum, oculosque recidit, veluti fundus, domus, veſtis, ſeruus: Incorporalis vero, Quae ſola mente intelligitur, neque ſub tactum, neque ſub oculos recidit, *ait Theophil.* tit. de reb. corporal. et incorpor. in princip. Res corporales Caius l. ſumma D. de rer. diuiſion.. Traditio corporalis Iabolen. l. penult. D. de acquir. poſſeſſ. Voluptates corporales morbus inhibet Sen. Ep. 78.

CORPORALĬTER. Adu. Vlpian. l. 1 D. quod legatorum, Si quis ex mortis cauſa donatione poſſideat, vtique ceſſabit hoc interdictum: quia portio legis Falcidiae apud heredem ipſo iure remanet, etſi corporaliter res in ſolidum translatae ſunt. Corporaliter iurare, *in plurimis Codicis conſtitutionibus, in Ethnicis, de his, qui Aras in iurando tenebant, intelligitur: in Chriſtianis vero, de his, qui Euangelii codicem.* Dioclet. l. 3 C. ſi min. ſe maior. dix. Huiusmodi autem ſacramento corporaliter praeſtito, nullum tibi ſupereſſe auxilium perſpicui iuris eſt. Iuſtin. l. 1 C. de iureiur. propt. calum. Non aliter concedimus, qui quaeſtiones ſeruorum expoſcunt, ad hoc venire, niſi prius tactis ſacroſanctis ſcripturis deponant, *etc.* *Vid.* Iurare corporaliter. *Add.* Cod. 2, 28. Non corporaliter iuraui aut propter res Venereas Petron. 61. Seruus corporaliter pignori datus l. 1 §. 15 D. de acquir. poſſ. Quod corporaliter ipſo felle careat columba Tertull. de Bapt. c. 8. *Conf.* Ambroſ. Serm. 69 *ſub fin.*

CORPORALĬTAS, ātis. f. Tertull. de Anim. 7 *et* 9.

CORPOREVS, a, um. Adi. [σωματώδης] *Quod eſt ex materia ſolida.* Cic. de Nat. Deor. 2, 27 Contra ille corporeus, vitalis, et ſalutaris omnia conſeruat, alit, auget, ſuſtinet, ſenſuque afficit. *De igne elementari loquitur.* Corporeum et adſpectabile, itemque tractabile omne neceſſe eſt eſſe quod natum eſt Cic. de Vniuerſ. 11 c. 4. Artus corporei Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 62. Plin. 11, 37 Perfracta non queunt ſolidari: ſed exemta modice non ſunt letalia, in vicem eorum ſuccedente corporea cicatrice. Dapes Ouid. Met. 15, 105. Vox Lucret. 4, 529.

CORPORO, āre, *ſecundum* Non. 1, 73 eſt interficere, et quaſi corpus ſolum ſine anima relinquere *(facere vt nihil ſit homo, quam corpus, id eſt cadauer)* Ennius Andromeda, Corpus contemplatur vnde corporaret vulnere. Accius, Corporare abs tergo es auſus. *Sed* ¶ 2 Corporari, [σωματοῦσθαι] *Corpus effici in corpus coire.* Plin. 7, 15 *de menſtruo ſanguine,* Quibusdam vero ſaepius menſe, ſicut aliquibus nunquam: ſed tales non gignunt, quando haec eſt generando homini materia, ſemine e maribus coaguli modo hoc in ſeſe glomerante, quod deinde tempore ipſo animatur, corporaturque. *h. e. in vnum corpus ipſa materia animalis coaleſcit, et formam accipit.* Lactant. 2, 9, 21 Quod fetus animantium calore atque humore corporentur, atque animentur ad vitam. *Et mox* Quod ex auium fetibus datur ſcire, quos craſſi humoris plenos niſi opifex calor fouerit; nec humor poteſt corporari, nec corpus animari. Non. 1, 168 Tractum a pictura, quae priusquam coloribus corporatur, vmbra fingitur. *De aſſumtione carnis, i. humanae naturae,* Nunquam fuit cauſa angelorum corporandorum Tertull. de carne Chr. c. 6.

CORPORATVS, a, um. Part. [σωματωθείς] Cic. de Vniuerſ. 4 c. 2 *de mundo,* Quandoquidem cernitur, et tangitur, et eſt vndique corporatus. Firmicus 4, 13 Luna facit homines magnos corpore, ſed tamen corpus ſatis proportionatum pro ſui qualitate decernit. facit enim corporatos, ſed quos honeſta corporis pulchritudo venuſtet. *Vid.* Barth. Aduerſ. 56, 17. Corporata rerum inaequalium multitudo concordat Apul. de Mundo p. 66. Is corporatus eſt et veſte carnis indutus Lactant. 4, 16. ¶ 2 Corporati, *Collegae, qui eiusdem ſocietatis ſunt et corporis.* Impp. l. Non plures C. de ſacroſ. eccleſ. Nulli alii corporatorum, praeter dictum numerum per patrocinia immunitate conceſſa. in l. Qui ſub eod. tit. Collegiatos eosdem appellant. *Hotomannus.*

CORPORATVRA, ae. f. [σωμάτωσις] Columel. 6, 2 *fin.* Humilis enim et modica corporatura pecoris operarii debet eſſe, neruisque et muſculis robuſta, non adipibus obeſa. Vitruu. 6, 1 Sed ex caelo roſcidus aër in corpora fundens humorem, ampliores efficit corporaturas.

CORPORATIO, ōnis. f. [σωμάτωσις] *Idem.* Columel. 6, 2, 13 Item cuſtodiendum eſt, ne in corporatione, vel ſtatura, vel viribus impar cum valentiore iungatur. *Alii* Incorporatione. Tertull. de Carne Chriſti 4 Neque vt impoſſibilem neque vt periculoſam Deo repudias corporationem. *Add.* M. Capella 7 p. 238.

CORPORATĪVVS, a, um. Adi. Cael. Aurel. Tard. 1, 6 Corporatiua adiutoria, *i. corroborantia, vt Ammannus explicat*

CORPORASCO, ĕre. *Corpus fieri vel aſſumere.* Claud. Mamert. 1, 14.

CORPORŌSVS, a, um. Adi. [εὔσωμος, corpulentus] Gloſſ. Gr. Lat. Cael. Aurel. Acut. 13, 17 Corporoſa inductura, *i. magnae molis.*

CORPORECVSTOS. Inſcript. *apud* Grut. p. 600 n. 12 BASSVS NERONIS CAESARIS CORPORECVSTOS. *Add.* ib. n. 13.

CORPORICĪDA, ae. m. μακελλίτης Gloſſ. Graec. Lat. *Fuerit itaque Lanio.*

CORRĀDO, ſi, ſum, ĕre. *Radendo, et minutias perſequendo colligere.* Terent. Adel. 2, 2, 34 Minas decem corradet alicunde. Ter. Phorm. 1, 1, 6 Ei, credo, munus hoc corraditur. Corradere, *eſt cum difficultate ſummam aliquam ex venditione redigere.* Vlpian. l. 5 D. de admin. tut. Ita autem depoſitioni pecuniarum locus eſt, ſi ea ſumma corradi, id eſt colligi poſſit, vt comparari ager poſſit. Numi corraſi l. 3 §. 9 ff. de ſtatu liberis. Corradere fidem dictis, *i. conciliare, comparare, conquirere* Lucret. 1, 401. *Ita enim eſt legendum, non vt alii* Contradere, *quod verbum non eſt Latinum. Sic* idem Lucret. 6, 303 Atque alia ex ipſo conradens aëre portat. *Et* 443 Vortex conradens ex aëre ſemina nubis.

CORRĀGO, inis. f. *Herba.* Apuleius de Herb. 41. *Alii* Borrago.

CORRECTOR, CORRECTIO, *vid.* CORRIGO.

CORRĒPO, pſi, ptum, ĕre. [ἕρπω] *Repere intra aliquid, vel vna.* Cic. de Nat. Deor. 1, 68 Quod quum efficere vultis, in dumeta correpitis. Lucret. 5, 1218 Cui non correpunt membra pauore? *i. contrahuntur.* Varro de R. R. 2 Prooem. Igitur quod nunc intra murum fere patres familiae correpſerunt, relictis falce et aratro, et manus mouere maluerunt in theatro, ac circo, quam in ſegetibus. Intra murum correpſimus Columel. praef. n. 6. Cic. Att. 10, 12 Igitur et occulte in aliquam onerariam corrependum. An rurſum ſenior matris correpet in aluum Iuuenc. Hiſt. Euang. 2, 192.

CORREPTVS, *vid.* CORRIPIO.

CORREVS, *vel* CONREVS, i. m. *Qui cum aliquo reus eſt.* Vlpianus in l. liberationem §. nunc D. de liberatione legata, Si cum alio ſum debitor (puta duo rei fuimus promittendi) et mihi ſoli teſtator conſultum voluit: agendo conſequar, non vt accepto liberer, ne etiam correus meus liberetur contra teſtatoris voluntatem: ſed pacto liberabor. Sed quid ſi ſocii fuimus? videamus, ne per acceptilationem debeam liberari. alioquin dum a correo meo petitur, ego inquietor.

CORRĪDEO, riſi, ēre. [συγγελάω] *Simul ridere.* Lucret. 4, 81 Omnia corrident concepta luce diei. *Add.* Auguſtin. Conf. 4, 8.

CORRIGIA, ae. f. [ἱμάς] *A Corrigo deductum nomen eſſe videtur, quia ſic vocatur lorum, quo calceamentum adſtringitur ad pedem. Quidam deducunt a* Corio, *quod e corio fierent, vt* Iſidor. 19, 34, *qui addit,* vel a colligatione, quaſi colligiae. Corrigia canina Plin. 30, 4. *i. lorum ex pelle canina.* Corrigia calceamenti Cic. de Diuin. 2 c. 40.

CORRĬGO, rexi, rectum, ĕre. [διορθόω, κατορθόω, εὐθύνω] Ex Con, *et* Rego; *ſignificat tortuoſum vel inclinatum dirigere, ſ. rectum facere.* Plin 7, 20 Crotoniatam Milonem athletam, quum conſtitiſſet, nemo veſtigio educebat: malum tenenti nemo digitum corrigebat. *Prou.* Hic nobis curua corriget Senec. de morte Claudii p. 23. *Add.* Plin. Ep. 5, 21. Ego te monere poſſum, corrigere non poſſum Auguſtus *apud* Macrob. Sat. 2, 4 *in cauſidicum gibboſum.* *Nempe* Corrigere, *per tranſlationem, pro emendare ponitur* Corrigere mendum Cic. Verr. 2, 104 c. 42. Ter. Adelph. 4, 7, 23

Ita vita eſt hominum, quaſi cum ludas teſſeris;
Si id, quod maxime opus eſt iactu, non cadit,
Illud, quod cecidit forte, id arte, vt corrigas.

Corrigere et coërcere praeſentia exercitus Cic. Fam. 10, 15. Idem de Fin. 1, 17 Vt ea, quae corrigere vult, mihi quidem deprauare videatur. Corrigi non poſſe neque doceri ab aliquo Cic. de Clar. Orat. 310. Perſpicere, corrigere, tum denique edere epiſtolas Idem Att. 16, 5. Ter. Andr. 3, 4, 17 Corrigere mihi gnatum porro enitere. Plaut. Trin. 1, 2, 81 Quin eum reſtituis? quin ad frugem corrigis? Cic. pro Muraen. 60 c. 29 *ad Catonem,* At ego te veriſſime dixerim nulla in re eſſe huiusmodi, vt corrigendus potius, quam leuiter inflectendus eſſe videaris. Corriguntur *nimirum praua, inflectuntur nimis rigida.* Diligentia alicuius quod minus ſapienter ab alio prouiſum eſt, corrigere Cic. Q. Fratr. 1, 1. Librum corrigere, *vid.* LIBER. Mores ciuitatis Cic. de Legib. 3, 30 c. 14. Nosmetipſos quaſi reprehendentes Cic. in Orat. 135. Orationem Idem Att. 15, 1. Peccatum alicuius Ouid. Epiſt. 20, 114. De Plebe corrigenda diſſerui Salluſt. de Rep. Ord. 2, 18. Sententiam alicuius Cic. Philipp. 8, 32 c. 11. Se ipſe correxit Iſocrates Idem in Orat. 76. *Et* Q. Fratr. 2, 15 Curſu corrigam Tarditatem cum equis, tum velis. Plin. 15, 29 Praecipua vi ad corrigenda Vina. Vitium legis, non iudicum ſententiam Cic. pro Sull. 63. Vota ſua Ouid. Met. 2, 89. Ambitioſe aliquid Cic. Att. 15, 1. Facillime corriguntur in diſcendo, quorum vitia imitantur emendandi cauſa magiſtri Idem Offic. 1, 146 c. 41. Corrigere atque emendare Cic. Acad. 1, 13. *Paſſiu.* Ter. Andr. 3, 3, 37 At ſi corrigatur, quot commoditates vide.

CORRECTVS, a, um. Partic. [διορθωθείς] Cic. Acad. 1, 13 Certe enim recentiſſima quaeque ſunt correcta et emendata maxime. Idem Att. 13, 48 Laudationem Porciae tibi miſi correctam. Temeritas Marii Sall. Iug. c. 94 Is, qui fortuito deliquit, attentior fiat correctiorque Gell. 6, 14.

CORRECTIO, ōnis. f. [διόρθωσις, κατόρθωσις] Cic. de Fin. 4, 21 c. 9 Haec videlicet eſt correctio philoſophiae veteris et emendatio, *etc.* Diſciplinae Cic. Acad. 1 c. 12. Adhibere correctionem Idem Offic. 3, 7 c. 2. Nulla indigens correctione Apul. de Mundo p. 74. Correctio *Figura.* Auct. ad Herenn. 4, 36 c. 26 Correctio eſt, quae tollit id, quod dictum eſt, et pro eo id, quod magis idoneum videtur, reponit: hoc pacto, Quod ſi iſte ſuos hoſpites rogaſſet, immo innuiſſet modo, hoc facile perfici poſſet. *Item,* Nam poſtquam iſti vicerunt, atque adeo victi ſunt, eam quomodo victoriam appellem, quae victoribus plus calamitatis, quam boni dederit? *Vid.* Quinctil. 9, 3, 88.

CORRECTOR, ōris. m. [διορθωτής] Ter. Adelph. 4, 7, 24 Illud, quod cecidit forte, id arte, vt corrigas. D. corrector. *Ironia.* Corrector atque emendator Cic. pro Corn. Balb. 20 c. 8. Inuidiae Horat. Epiſt. 2, 1, 129. Aſperitatis Idem Epiſt. 2, 1, 129. *Conf.* Liu. 45, 32. Plin. Paneg. c. 6. Correctores, *pro Rectoribus et gubernatoribus, apud* Hermog. in l. de omnibus D. de offic. praeſid. *Videntur fuiſſe antiquiſſimi, ſiquidem in veteribus inſcriptionibus ſaepe apparent. Vid.* Gruter. p. 279 n. 4 CORRECTOR ITALIAE; et ſaepe alibi. Reineſ. Inſcr. p. 399. Eutrop. 9, 9. Ammian. 27, 4. *Vid. Dreſigius* de Correctoribus imperii Rom. Lipſ. 1739.

CORRECTVRA, ae. f. *Ipſum officium correctoris.* Auſon. Parent. 24, 11 Nam correcturae tibi Tarraco Ibera tribunal Praebuit, affectans eſſe clienta tibi. Aur. Vict. Caeſ. 35, 5 Ipſe in triumphum ductus, Lucaniae correcturam cooptauit. A corrigendis et in priſtinum decorem reſtituendis Prouinciis, *ductum hunc honoris titulum nos docet* Rufinus 18, 4. *Vid. Barth. Aduerſ. 59, 14.*

CORRIGIBILIS. e. Adi. Cathol.

CORRĬPIO, ripui, reptum, ĕre. [ἐπιλαμβάνομαι] *Ex* Con *et* Rapio; *ſignificat vna, vno impetu Rapere, ſiue capere celeriter.* Virg. Aen. 1, 192 Conſtitit hic, arcumque manu, celeresque ſagittas Corripuit. Corripere aliquem in neruum Plaut. Rud. 3, 6, 34. Corripere morſu Plin. 10, 40. Corripere ſeſe intro, *i.* celeriter ingredi, Donatus *ad* Ter. Hec. 3, 3, 5 Nam modo me intro, vt corripui timidus, *etc.* Corripere ſe repente Plaut. Merc. 3, 4, 76. Ter. Hec. 4, 1, 3 Ita corripuit derepente tacitus ſeſe ad filiam, *i. raptim* intulit, *vt ait* Donatus. Campum certamine biiugo Virgil. Aen. 5, 144. *De equis.* E ſomno, vel ſtratis corpus Idem Aen. 4, 572. Curſum Liu. 26. Gradum corripere, *accelerare, et raptim facere* Horat. Carm. 1, 3, 33. Haſtam vi Virgil. Aen. 12, 93. Hominem corripi, ac ſuſpendi iuſſit Cic. Verr. 3, 57 c. 23. Locum Val. Arg. 4, 654. Horror extremus corripit lumina, *de eo, qui moritur* Idem Argon. 6, 277. Manu aliquid Virgil. Aen. 1, 192. Lucret. 5, 1222 Corripiunt diuûm perculſi Membra timore, *i. contrahunt, vt fit in metu.* Ouid. Met. 9, 282 Faueant tibi numina ſaltem, Corripiantque moras, *etc. h. e. feſtinent tibi parturienti auxiliari: vel, Omnia auferant partûs impedimenta, ſiue quidquid partum remorari poteſt.* Morbi ſingula corpora corripiunt Virgil. Georg. 3, 472. Partes omnium corripere et complecti Nep. 18, 2, 3. Neque cunctabatur, quin proximas praefecturas corripiat Tac. Ann. 11, 8, 4. Virg. Aen. 5, 316 Seruius: Corripiunt Spatia, *i.* raptim eunt: vt Aen. 6, 364 Et pariter greſſi per opaca viarum, Corripiunt Spatium medium, *i.* raptim peragunt. Virgil. Aen. 1, 422 Corripuere Viam interea, qua ſemita monſtrat. *Vbi* Seruius: Officium eundi celeriter arripuerunt: neque enim Via corripitur. *Metaphorica certe loquutio: quia, qui feſtinant, videntur raptim legere iter, quod faciunt.* Vtitur *et* Plin. Epiſt. 4, 1 Subſiſtemus fortaſſe et ſequenti die: ſed tanto celerius viam ipſam corripiemus. *Huc refer, quod* Syllabam corripere, *eſt celeriter, tanquam breuem pronuntiare, vt* Gell. 2, 17. *Hinc* Syllaba correpta Sen. Quaeſt. Natur. 2, 56. Quinct. 1, 5, 18. *et* 1, 6, 32. *Sic* Verba corripere Quinct. 10, 1, 29. Clepere, id eſt corripere Varro L. L. 6, 5. *Paſſiue.* Corripi aliquo dolore Plin. Epiſt. 1, 12. *Sic* Corripi comitiali vitio et dolore podagrae Idem 20, 17. Amore correptus Ouid. Faſt. 3, 681. Cupidine correpta fratris Idem Met. 9, 733. Liu. 28, 3 Correpti alii Flamma ſunt, alii ambuſti afflatu vaporis. Imagine formae Ouid. Met. 3, 416. Languore correptus, vi febrium laborabat Sulp. Seuer. in Vita Martini c. 7. Celſ. 6, 18 Ideoque curati quidam quum ſanguinis exitum non haberent, inclinata in praecordia ac viſcera materia, ſubitis et grauiſſimis Morbis correpti ſunt. *Sic* Correptus morbo Scribon. 6, 96. Malo 171. Vitio 16. Capitis dolore 99. *Sic* Correpti ſunt 101 *intell. aliquo*

*quo genere morborum, de quibus actum.* ¶ 2 *Metaph. pro obiurgare ponitur* Corripere, *vt Reprehendere.* Plin. Epiſt. 3, 5 Repeto me correptum ab eo, cur ambularem. Adulationes edicto grauiſſimo corripuit Sueton. Auguſt. c. 53. Animum dolentem corripere Lucan. 7, 191. Corripere carmina Martial. 11, 95. Peccata alicuius corripere Ouid. ex Pont. 2, 6, 5. Clamoribus iudices corripere Cic. Fam. 8, 2. Verbis corripere aliquem Ouid. Epiſt. 19, 22. Voce magiſtri correptus Horat. Serm. 2, 3, 257.

CORREPTVS, a, um. Partic. [ἐπιληφθεὶς] Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 17 Ego repente vi Tribunicia correptus, non modo loquendi libere in iudicio, ſed ne conſiſtendi quidem in ciuitate, habeo poteſtatem. Correptum manibus tenere Virgil. Georg. 4, 405. Syllaba Sen. Quaeſt. Nat. 2, 56.

CORREPTE. Adu. Chariſ. 1 Tergum, dorſum eſt: et declinatur ſic, hoc tergum, tergi, tergo; pluraliter, haec terga, horum tergorum producte. Tergus autem pellis, huius tergoris facit, pluraliter tergora, et genitiuo tergorum, correpte. Idem 2 Tertiae coniugationis verba indicatiui modi, temporis praeſentis, perſona ſecunda, IS, literis interdum producte, interdum correpte terminantur. Correpte, vt lego, legis: producte, vt audio, audis. Gell. 2, 17 Correpte pronunciari. Dici Ibid. *Add.* 9, 6. *Compar.* Ouid. ex Pont. 4, 12, 13 Aut producatur, quae nunc correptius exit Syllaba. Pronuntiari correptius Auguſtin. Conf. 11, 26.

CORREPTIO, ōnis. f. *Apprehenſio. Vt,* Correptio manus Gell. 20, 10. In ipſa correptione Scribon. 171 *ſc. morbi, i. in acceſſione. Reprehenſio* Tertull. de Pudic. 14 Correptione retundi, *i. reprehendi.* Vitruu. 9, 9 Correptiones aut creſcentiae dierum. Correptio vocalium Auguſt. de Doctr. Chriſt. 4, 10. Quinct. 7, 9, 13 Productio et correptio in dubio relicta. *Add.* 9, 3, 69.

CORREPTOR, ōris. m. [παιδευτὴς] Senec. de Ira 2, 10 Placidus itaque ſapiens, et aequus erroribus, non hoſtis, ſed correptor peccantium. Peſſimus quisque correptorem aſperrime patitur Idem ibid. 3, 37.

CORREPTORIVS, a, um. Adi. Literis correptoriis aliquem admonere Interpr. Irenaei 4, 3.

CORREVS, *vid.* CONREVS.

CORRĪVOR, āri. [συνοχετεύομαι] *Riuum ducere, ſeu facere.* Per meatus corriuati ſeptem amnes Plin. 36, 15. Idem 6, 14 Anguſtias impedit corriuatus ſalis e cautibus liquor, *h. e. permultis veluti riuis fluens ſal liquidus.* Idem 31, 4 Plerumque vero damnoſi torrentes corriuantur detracta collibus ſilua, continere nimbos, ac digerere conſueta. Tiberis tenuis primo, nec niſi piſcinis corriuatus emiſſusque nauigabilis Idem 3, 5 ſ. 9. Venae aquarum corriuatae Sen. Quaeſt. Nat. 3, 19. Foſſas corriuandae aquae cauſa fieri l. 1 §. 4 D. de aqua, et aqua pluu. arc.

CORRIVVS, i. m. Corriuos, *pro vulgato* corrugos *ap.* Plin. 33, 4 *leg. Dalechamp. vid.* CORRVGVS.

CORRIVATIO, ōnis. f. [συνοχέτευσις] Plin. 31, 3 Salix enim erratica, et alnus, aut vitex, aut hedera, ſponte proueniunt, et corriuatione aquae pluuiae in locum humiliorem e ſuperioribus defluentis, augurio fallaci. *Conf.* Id. 33, 4. *et* 36, 15 *extr.*

CORRIVĀLES, m. pl. [ἀντερασταὶ] *Qui eandem amicam habent: vel quod ad eundem riuum accedere videantur: vel, quod inuicem contendant, vt fere, qui ex eodem riuo hauſtum petunt. Sipontinus. Vid.* RIVALIS. Quinct. Declam. 14 Si patior miſer illas lupanarium inſultationes, illa corriualium maledicta, conuicia, *etc.*

CORROBŎRO, āre. [κατισχύω, κραταιόω] *Robuſtum et fortem reddere.* Sueton. in Galba 6 Veteranum ac tironem militem opere aſſiduo corroborauit. Se corroborare, et virum inter viros eſſe Cic. pro Cael. 11 c. 6. Plin. 20, 20 Stomachum in acetariis ſumta corroborat. Cic. pro Sext. 10 c. 4 Vt iam virilis tua vox poſſit aliquid ſignificare inimicis noſtris, quidnam quum Se corroborauerit, effectura eſſe videatur. Idem in Catil. 1, 30 c. 12 Qui ſpem Catilinae mollibus ſententiis aluerunt, coniurationemque naſcentem non credendo corroborauerunt. Manabat illud malum vrbanum, et ita corroborabatur quotidie Cic. Fam. 12, 1.

CORROBORĀTVS, a, um. Partic. [κατισχυθεὶς] Cic. pro Cael. 41 c. 17 Multarum rerum iucundiſſimarum varietatem dedit, qua non modo haec aetas, ſed etiam iam corroborata caperetur. Corroboratis iam confirmatisque et ingeniis et aetatibus, iudicandae ſunt amicitiae Cic. de Amicit. 76 c. 20. Vetuſtate corroborata hominis ſceleratiſſimi audacia Idem pro Milon. 32. Virtus Lacedaemoniorum non ſolum natura corroborata, verum etiam diſciplina Cic. pro Flacc. 62 c. 26.

CORROBORAMENTVM, i. n. Lactant. 5, 12 Labores et miſeriae ſunt exercitia et corroboramenta virtutis.

CORRŎCO, ōnis. m. *Piſcis, apud* Auſon. Epiſt. 4, 58. *Alii* CARROCO.

CORRŌDO, ſi, ſum, ĕre. [διαβιβρώσκω] *Simul vel totum rodere.* Cic. de Diuin. 2, 59 c. 27 Nos autem ita leues atque inconſiderati ſumus, vt ſi mures corroſerint aliquid, quorum eſt opus hoc vnum, monſtrum putemus. *Ponunt etiam* Varro de R. R. 3, 17 Quum eodem tempore inſulas Ludinorum ibi corroſas vidiſſes. *Sed eſt* CHOREVSAE, *v. v.* Oſſa corroſa Iuuen. Sat. 15, 80.

CORROSĪVVS, a, um. Adi. *Quod habet vim corrodendi.* Sen. Nat. Quaeſt. 7, 26 Corroſiua medicamenta.

CORRŎGO, āre. [ἐρανίζω] *Rogando colligere.* Cic. Philipp. 3, 20 c. 8 Conuenerunt corrogati, et quidam ampli homines. Carbunculos Auct. ad Herenn. 4, 10 c. 6. Ipſe ſuos neceſſarios corrogat, vt ſibi adſint Cic. pro Quint. c. 6. Liu. 33, 48 Magiſtros nauium, mercatoresque inuitare iuſſit, et vela cum antennis ex nauibus corrogari iuſſit, vt vmbra coenantibus in litore fieret. Corrogare numos de nepotum bonis Cic. Verr. 3, 184. Vaſa, veſtimenta corrogare Auct. ad Herenn. 4, 64 *de commodato acceptis.* Corrogati auditores dicuntur, quos ambitione recitator ſibi conciliat Quinctil. 10, 9. Corrogata ad neceſſarios vſus pecunia Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 102.

CORROGATIO, ōnis. f. Vulg. Sirac. 32, 3.

CORROTVNDO, āre. [συσφαιρόω] Senec. Natur. Quaeſt. 4, 3 Praeterea poteſt etiam, ſi non fuerit grando, talis quum defertur, corrotundari. Idem Q. N. 7, 26 Cometarum corpus ipſum corrotundatur, ſplendor autem longior, quam caeterorum ſiderum apparet. Petron. 39 Terra mater ſicut ouum corrotundata. *Sed* c. 76 Vno curſu centies ſeſtertium corrotundaui. *Vt* Horatius, Mille talenta rotundentur, *nempe vt fiat numerus rotundus, cui nihil deſit.* *Add.* Sen. Ep. 113 Si has quoque corrotundauerint, *i. rotundas eſſe pronuntiauerint, virtutes intellige, vt deum ſuum rotundum dicebant Stoici.*

CORRVDA, ae. f. [ὄρμινον, ἀγρέιον] *Silueſtris aſparagus.* Col. 10, 375 Prodit et aſparagi corruda ſimillima filo. Varro R. R. 1, 23, 5 Sicut vmbroſis locis alia ſeras, vt corruda, quod ita petit aſparagus. *Et* 24, 4 Ibi quoque corrudam (*ſeres*) vnde aſparagi fiant. Plin. 20, 10 Silueſtrem aſparagum aliqui corrudam, aliqui Libycum vocant, Attici orminium. Columel. 11, 3, 43. *Add.* Plin. 20, 5. *et* 16, 36. Cato R. R. 6, 3.

CORRŪGO, āre. [ῥυσσόω] *In rugas contrahere.* Horat. Epiſt. 1, 5, 22 Ne turpe toral, ne ſordida mappa Corruget Nares. *Paſſ.* Oliua corrugatur Colum. 12, 50, 19. Id. 12, 39 Vbi ſatis corrugata erunt acina, demito, et ſine ſcopionibus in dolium coniicito, *etc.*

CORRVGIS, e. Adi. Si chlamys aurato multum ſub tegmine cluſa, Corrugesque ſinus gemmatus baltheus arctet Nexibus Nemeſian. Cyneg. 92. *i. ſinus rugis et plicis veſtimenti conſtans.*

CORRVGVS, [συνοχέτευσις] *quid ſignificet, declarat* Plinius 33, 4 Alius par eſt labor, vel hoc maioris impendii, flumina ad lauandam hanc ruinam iugis montium ducere obiter a centeſimo plerumque lapide: corrugos vocat, a corriuatione credo: nimirum et hic labor eſt, *etc. Dalec. malit* Corriuos. *Puto ego verbum cognatum* Arrugiae, *v. v.*

CORRVMPO, rūpi, ruptum, ĕre. [φθείρω, διαφθείρω, στρεύγω] *Totum rumpere, vitiare, tam ad animum, quam ad corpus refertur.* Plin. 13, 22 Quae nec aqua, nec igni poſſet corrumpi. Corrumpere et interlinere tabulas publicas Cic. Verr. 2, 104 c. 38. *Conf.* pro Roſc. Am. c. 44. Corrumpere et deprauare Cic. pro Muraen. 27. Deliniri et corrumpi blanditiis voluptatum Idem de Fin. 1, 33. *Add.* Offic. 2, 53. *et* pro Caec. 72. Paullus l. vt tantum §. ſi ſeruus D. de ſeruo corrupto, Perinde atque ſi proprius meus ſeruus corrupiſſet conſeruum. *Vid. Torrent. ad* Suet. Oth. c. 3. *Add.* Nep. 6, 3, 2. *et* 15, 4, 1. Ouid. A. A. 1, 355. Plaut. Moſtel. 1, 1, 20 Nam eccum herilem filium video corruptum hic ex adoleſcente optimo. Quae nec aqua, nec igne corrumpi poſſet Plin. 13, 12. Animum et mores alicuius Cic. de Legib. 3 c. 14. Aqua concluſa facile corrumpitur Idem de Nat. Deor. 2, 20. Artus corrumpere febribus Ouid. Epiſt. 20, 117. Vlpian. in l. Neratius D. de ſeruo corrupto, Seruo perſuaſi, vt Chirographa debitorum corrumpat, videlicet tenebor. Salluſt. in Orat. Philippi 6 p. 947 *Cort.* Sibi quisque opes aut patrocinia quaerendo Conſilium publicum corruperunt. Emtorem corrumpere arte vafra Martial. 12, 67. Corpus ignauum corrumpunt otia Ouid. ex Pont. 1, 5, 5. Curam comitum corrumpere Idem Met. 6, 461. Feminas Suet. Iul. c. 50. Salluſt. in Iugurth. 55 Qua venturum hoſtem audierat, pabulum et aquarum Fontes, quorum penuria erat, corrumpere. Africanus l. et haec §. quum fundum D. locati, Tu quum annus tuus exiturus eſſet, conſulto Fructum inſequentis anni corrupiſti. Flumine et incendio Frumentum corrumpere Caeſ. Bell. G. 7, 55. Salluſt. Iugurth. 66 Ibique vino et epulis onerati, illaque et domum et ſemet Igni corrumpunt. Cic. Verr. 2 c. 38 Aiunt ab eo Literas eſſe corruptas. Manus corrumpit catena Propert. 3, 15, 20. Mentes Ouid. Triſt. 2, 301. *Mulierem* corrumpit ſine talione caelebs; *id enim nomen intelligendum* Mart. 12, 64. Ocellos lacrimis Ouid. Amor. 3, 6, 57. Plaut. Merc. 3, 1, 3 Ne plora, nimium ſtulte facis, Oculos corrumpis taleis. Opinionibus prauis corrumpi Cic. in Partit. 91. Salluſt. Catil. 43 Cethegus ſemper querebatur de ignauia ſociorum, illos dubitando, et dies prolatando magnas Opportunitates corrumpere. Ter. Adelph. 3, 3, 66 Piſces nactus ſum ex animi ſententia, Hi mihi ne corrumpantur, cautio eſt. Pollicitis aliquem Ouid. de Arte Am. 1, 355. Salluſt. in Iugurth. . . Quia diuturnitate belli Res familiares corruperant. Seipſum corrumpere Plaut. Merc. 3, 2, 1. Vlpian. in l. haec actio §. ſed et ſi quis D. de ſeruo corrupto, Sed et ſi quis Seruum hereditarium corruperit, hac actione tenebitur. Situ corrumpi Plaut. Curc. 5, 2, 3. Solicitare verbis, ſpe praemiisque corrumpere aliquem Cic. pro Deiot. 32. Spem corrumpere fraude Ouid. Epiſt. 21, 127. Stipulatio corrumpitur l. 2 D. de ſeruit. leg. Stomachum corrumpere Scrib. 137. Virgines Pand. l. 48 t. 19 l. 38 §. Vitio corrumpi Lucret. 6, 17. Vngues corrumpere dentibus Propert. 2, 4, 3. ¶ 2 Corrumpere *ſenſu Grammatico dicitur* Copulatio Praepoſitiones Quinctil. 1, 5, 69 *cum v. g. pro* Conrumpo *dicitur* Corrumpo. *Sic* 8, 3, 45 Corrumpere in naturam alterius. *Vid. mox* Corrupta Litera.

CORRVPTVS, a, um. Partic. [διεφθαρμένος] *Vt,* Corruptum iudicium Cic. pro Cluent. *ſaepiſſime.* A rege corruptus Nep. 1, 7, 5 *ſc. pecunia.* Corruptus et perditus Cic. Catil. 2, 7. Corrupta ſum atque abſumta Plaut. Amph. 5, 1, 6 *dicit, quae animo deficit.* Corruptus et ab hominibus nequam inductus adoleſcentulus Cic. pro Roſc. Amer. 39. In proditionem corruptus Tacit. Hiſt. 3, 62, 5. In ſpem rapinarum Idem ib. 3, 47, 2 Aetas corruptior Lucan. 10, 111. Animus corruptus Cic. Fam. 4, 4. Vell. 2, 72, 1. Boues corrupti, *i. macilenti* Plaut. Amph. 5, 1, 6. Phaed. 2, 9 (8) 21. *Vid. mox* Equi. Ceres corrupta vndis Virgil. Aen. 1, 181. Ceres, *frumentum.* Ciuitas in barbarum corrupta Tacit. Ann. 6, 42 *de Seleucia.* Conſuetudinem vitioſam et corruptam, pura et incorrupta conſuetudine emendare Cic. de Clar. Orat. 261. Corporis corrupti humor ater Lucret. 3, 502. Equi corrupti macie Caeſ. Bell. Ciuil. 3, 59. Paullus in l. vt tantum D. de ſeruo corrupto, De Filio Filiaue familias corruptis huic edicto locus non eſt. Fur corruptiſſime Prud. Apoth. 408. Nihil corruptum in eloquendo, obſcurumque ſit Quinctil. 6, 5, 2. Ingenio corruptus ac tumidus Idem 2, 8, 9. Iter factum corruptius imbri Hor. Serm. 1, 5, 95. Iudicia corrupta et contaminata paucorum vitio ac turpitudine Cic. Diuin. in Caec. 70. Iudex corruptus Horat. Serm. 2, 2, 9. Poëtarum quisque corruptiſſimus Quinctil. 8, 25 Pr. Populus Romanus largitionibus corruptus eſt, vt ſeſe ac fortunas ſuas venales habeat Pſeudo-Salluſt. in Cic. 1. *Conf.* Nepos 1, 6, 4. Hac mercede corruptae Plin. 13, 3. Litera Graeca corrupta ſono Latino Ouid. Faſt. 5, 195. Mores corrupti deprauatique admiratione diuitiarum Cic. Offic. 2, 71. Mores ciuitatis Nepos 25, 6, 2. Os, ſermoque corruptus in peregrinum ſonum Quinct. 1, 1, 13. Res omnium corruptiſſima Sen. Suaſ. 1. Sanguis Lucret. 6, 1201. Saecula Claudian. in Eutrop. 2, 113. Senatus Cic. pro Rabir. Poſt. 5. Segetes herbis corruptae Vlpian. l. ex conducto §. 1 D. locat. Seruus corruptus Idem in l. ſi quis ſeruum D. de ſeruo corrupt. Tractus caeli Virgil. Aen. 3, 138. Victoria toties Tac. Hiſt. 4, 35. Sardanapalus Vir muliere corruptior Iuſtin. 1, 3, 1. Virgo Ouid. Amor. 3, 8, 30. Voluptas dolore Hor. Serm 1, 2, 39.

1, 2, 39. Amor corruptiſſimae voluptatis Apul. de Philoſ. Mor. p. 19. ¶ 2 Corruptus; *aliter, et nouo more vſurpatum a* Salluſtio *in oratione* Lepidi (20 p. 942 *Cort.*) Ne alius alium principem exſpectantes ante capiamini, non opibus eius, quae futiles et corruptae ſunt, ſed veſtra ſocordia, quam captum ire licet. Corruptae, *i. vt ita dicam, Corruptibiles, et quae corrumpi facile poſſunt. Turnebus. Sed nihil prohibet etiam ſollemni ſenſu accipere* corruptas *affectas, fractas.*

CORRVPTE. Adu. [διεφθαρμένως] Cic. de Finib. 1, 71 c. 20 De quibus neque deprauate iudicant, neque corrupte. *Comparat.* Sen. Controu. 9 Diuitias deſcribere volo, et multa minus facunde et corruptius quam Fabianus. *Superl.* Corruptiſſime iudicare Aſcon. in prooem. Act. Verr. p. 48.

CORRVPTOR, ōris. m. [διαφθαρτὴς] *Qui corrumpit. Vt,* Corruptor iuuentutis Cic. in Catil. 2, 7 c. 4. *Et* Vlpian. l. ſi quis ſeruum ſin. D. de ſeruo corrupto. Corruptor et adulter Cic. Verr. 3, 4. Animoſus corruptor Tacit. Hiſt. 1, 24. Corruptor inſidiatur nuptae Plin. 22, 2. Nurus corruptor auarae Iuuen. Sat. 1, 77. Tribus venditor et corruptor et ſequeſter Cic. pro Planc. 38. Veſtalium corruptores Suet. Domit. c. 8.

CORRVPTRIX, īcis. f. [διαφθαρτὶς] Cic. Q. Fratr. 1, 1, 6 Tam deprauatis moribus, tam corruptrice prouincia. Morum corruptrix licentia Ammian. 25, 10.

CORRVPTIO, ōnis. f. [διαφθορὰ] Cic. Tuſc. 4, 29 c. 13 Morbum appellant totius corporis corruptionem.

CORRVPTĒLA, ae. f. [φθορὰ] *Quod corrumpit et contaminat.* Ter. Adelph. 5, 3, 7 Communis corruptela noſtrûm liberûm. Cic. Offic. 2, 53 Melius etiam, quod largitionem, corruptelam dixit eſſe. Dulcedine corruptelaque deprauari Idem de Legib. 2, 38 c. 12 Conſuetudinis malae corruptela Idem de Legib. 1, 33. Corruptelarum illecebris irretire Cic. Catil. 1 c. 6. Iudicii corruptelam moliri Idem in Parad. 6. Mulierum corruptelae Cic. Verr. 2, 134. De virginum defloratione vſurpat Suet. Claud. c. 16.

CORRVPTIBĬLIS, e. Adi. Arnob. 2 p. 68 Plato deos dicit et mundum corruptibiles eſſe natura. *Add.* Lactant. 5, 25 *et alias. Comparat.* Pulchritudine corruptibiliores Auguſtin. de Vera Religione 41 *pr.*

CORRVPTIBILĬTAS, ātis. f. Tertull. adu. Marc. 2, 16 Subſtantiae humanae corruptibilitas.

CORRVPTĪVVS, a, um. Adi. [φθαρτὸς] *Idem, quod Corruptibilis.* Tertull. de Reſurr. Carn. 51 Oportet corruptiuum iſtud induere incorruptionem, *etc.*

CORRVPTORIVS, a, um. Adi. *Idem. Vt,* Corruptoria conditio Tertullian. aduerſ. Marc. 2, 16. Senſus corruptorii Idem l. c.

CORRVO, *vel* CONRVO, rui, rŭtum, ĕre. [καταπίπτω] *Omnibus partibus ſuis, vel ſimul cum aliis ruere.* Liu. 1, 25 Duo Romani ſuper alium alius, vulneratis tribus Albanis, exſpirantes corruerunt Cic. Q. Fratr. 2, 9 Et ille paene timore, ego riſu corrui. Arbor corruit Ouid. Met. 8, 776. Equus Sil. 17, 137. Oppida Cic. de Diuin. 1, 78. Pallam aurei accipitres, velut roſtris inter ſe corruerent, adornabant Curt. 3, 3, 18. Rogus igne corruit Ouid. Met. 13, 601. Saucius enſe Propert. 2, 8, 22. Tabernae mihi duae corruerunt, reliquae rimas agunt Cic. Att. 14, 9. Vrbs tota Lacedaemoniorum Cic. de Diu. 1, 112 c. 50. *Metaphor.* Idem de Orat. 3, 7 O fallacem hominum ſpem, fragilemque fortunam, et inanes noſtras contentiones, quae in medio ſpatio ſaepe franguntur et corruunt, *etc.* Cic. de Senect. 64 Nec tanquam inexercitati hiſtriones in extremo actu corruiſſe, *i. ſpiritu, animo, deſtitutos eſſe.* Corruiſſe opes dicuntur, *quae corruptae ſunt* Idem Off. 1, 84. ¶ 2 *Etiam tranſitiue, vt ipſum* Ruo, *accipitur. Sic* Varro L. L. 4, 31 p. 34, 11 *dictos vult* Corbes ab eo, quod ſpicas aliudue quid corruebant, ſ. conruebant, *vt ſcribitur in Scaligerana, licet* corruebant *aptius cadat ad* corbem. Ibi corruere me poſſe aiebat diuitias Plaut. Rud. 2, 6, 58. *Sic* Lucret. 5, 369 Neque autem corpora deſunt, Quae poſſint — Corruere hanc rerum violento turbine ſummam. *Sic plerique libri. Sed praetulit Lambinus, et qui ſecuti ſunt,* Proruere. *Eadem ratio, iidem verſus 3, 824 niſi quod pro* rerum *eſt* mentis. Charite velut graui tonitru percuſſa corruit corpus et obnubilauit animam Apul. Met. 8 p. 204, 37. Catull. ad Mallium 69, 52 Nam mihi quam dederit duplex Amathuntia curam, Scitis, et in quo me corruerit genere. *Al.* Torruerit.

CORS, cortis, *vid.* COHORS.

CORSA, ae. f. Eſt *Tempus, pars capitis, quam κόρσην Graeci vocant. A capite humano transfertur ad mechanica; eſtque prima Antepagmenti in oſtiis faſcia.* Vitruu. 4, 6 Harum trium prima corſa fiat cum aſtragalo, *etc. Vid. ibi Salmaſ. et Baldi Lex. Vitruu.*

CORSALVIVM, i. n. *Herba, al. Saluia.* Apul. de Herb. c. 101.

CORSI, orum. m. pl. [Κόρσοι] Populi Sardiniae, *quorum meminit* Plin. 3, 7 ſ. 13.

CORSĬCA, ae. f. [Κύρνος, Κόρσικα] *Vt ait* Plin. 3, 6 ſ. 12 Inſula in mari Liguſtico, quam Graeci Cyrnon appellauere, ſed Tuſco propior, a Septentrione in Meridiem proiecta, *etc.* Iuuen. Sat. 5, 91 Mullus erit domino, quem miſit Corſica, vel quem Taurominitanae rupes. Ouid. Am. 1, 12, 10

Ite hinc, difficiles, funebria ligna, tabellae:
Tuque negaturis cera referta notis.
Quam, puto, de longae collectam flore cicutae
Melle ſub infami Corſica miſit apis.

Seruius, Corſicana mella eſſe amara ſcribit, *ad* Virgil. Georg. 4, 100. *Conf.* Solin. 9.

CORSĬCVS, a, um. Adi. [Κυρναῖοι] *Vt,* Apis Corſica Ouid. Amor. 1, 12, 10. Cera Corſica Plin. 21, 14. Mare Corſicum Sen. Octau. 7. Martial. 11, 43 Et thyma Cecropiae Corſica ponis api? *i. vilia ei, quae optimis aſſueta eſt.*

CORSOĪDES, is. m. [Κορσοίδης] Lapis canitiei hominis ſimilis Plin. 37, 10.

CORTEX, ĭcis. m. *et* f. [φλοιὸς, κελυφὸς, λέπος] *Veluti Corium et cruſta quaedam, praecipue arborum et plantarum, qua veluti cute conteguntur, et communiuntur aduerſus aëris externi iniurias.* Virgil. Aen. 7, 742 Raptus de ſubere cortex. Idem Ecl. 6, 63 Tum Phaëthontiadas muſco circumdat amarae Corticis. Sub eodem cortice condi Ouid. Met. 9, 362. Denudat foliis ramos et cortice truncos Cic. in Arato. Obducuntur libro aut cortice trunci, quo ſint a frigoribus, et caloribus tutiores Cic. de Nat. Deor. 2, 120 c. 47. Cauati cortices Virg. Georg. 2, 387. Derepto cortice nuda ligna Ouid. de Nuce 38. Direpto cortice cedrus Idem Amor. 1, 14, 12. Diſcuſſus cortex Ouid. Met. 8, 762. Fiſſa, *vid. mox* Sciſſus. Sectus Idem Met. 9, 658. Sciſſus Ouid. Met. 14, 630. *Sed Heinſius ibi legit ex pluribus MSS.* Fiſſa cortice. *Add.* 10, 512. Arefacta Scrib. 60. *Vid. Rhod. in Lexic.* Cauus Virgil. Georg. 2, 453. Exilis Claudian. in Apon. 46. Lentus Ouid. Met. 9, 353. Rugoſus Id. Epiſt. 5, 28. Siccus Ouid. Faſt. 2, 649. *et* Met. 8, 642. Viridis Ouid. de Arte Am. 2, 649. Leuior cortice, *in inconſtantem* Horat. Carm. 3, 9, 22. Sine cortice nare Idem Serm. 1, 4, 120. *i.* non egere alieno conſilio: ſumta metaphora a pueris, qui ope ſuberis natare diſcunt. Cortex malorum Scribon. 248. Mali granati vſtus 142. Mali Punici Veget. 4, 26. Papaueris decocti Celſ. 3, 18. Radicis Scribon. 60. Cortex, aliis tenuis, vt lauro, tiliae: aliis craſſus, vt robori: aliis laeuis, vt malo, fico. Idem ſcaber robori, palmae. Omnibus in ſenecta rugoſior. Quibusdam rumpitur ſponte, vt viti: quibusdam etiam cadit, vt malo, vnedoni: carnoſus ſuberi, populo: membranaceus, vt viti, harundini: libris ſimilis, ceraſo: multiplex tunicis, vt vitibus, tiliae, abieti; quibusdam ſimplex, vt fico, harundini Plin. 16, 31. Oui cortex Vitruu. 8, 3. ¶ 2 *Metaphora liberiore* Corticem *pro corpore hominis reſpectu animae dixiſſe videtur* Varro Prometheo *apud* Non. 3, 61 Tum viſus ſupremus cortex aut cacumina Morientum in quercu, et arborum altitudine. *Et* Tithono περὶ γήρως. Varro, Sic inuitata matura anima corpoream corticem facile relinquit. *Agitur de genere communi ſ. ancipiti, de quo vid. etiam* Quinct. 1, 5, 35. *add.* Ouid. Met. 4, 357. *et Index Lucret.*

CORTICVLA, ae. f. Dimin. [φλοιχίον] Columel. 12, 47 Tum reſolutis corticulis eximimus eam. *Et* c. 50 Poſtea reſolutis corticulis emolliri debebunt. *Vtrobique loquitur de oliuis.*

CORTICĀTVS, a, um. Adi. [φλοιοδωτὸς] *Quod corticem habet.* Col. 12, 23 Pix corticata appellatur, qua vtuntur ad condituras Allobroges. *Add.* Pallad. 4, 1.

CORTICEVS, a, um. Adi. *Vt,* Pilae corticeae Varro R. R. 1, 40, 1 *vocantur* galbuli cupreſſorum. *Eidem* 3, 16, 17 Alui apum optimae corticeae. *Sed* Plin. 11, 21 *vitium cerae eſt*, corticea. Prudent Cathem. 3, 43 Glutine corticeo.

CORTICŌSVS, a, um. Adi. [φλοιώδης] Plin. 20, 19 Silueſtrium vnum genus ceratitin vocant, nigrum, cubitali altitudine, radice craſſa et corticoſa, *i. quae multum corticem habet. Vid. et* Solin. 33 (*al.* 20.)

CORTICATA, ae. f. Inſula praecipui nominis in citeriore Hiſpania, vt refert Plin. 4, 20.

CORTĪNA, ae. f. *in libris quibusdam ſcribitur, quae* Gortyna *eſt, vbi vid. Sic et* CORTINIVS, *vid.* GORTYNIVS.

CORTĪNA, ae. f. [τρίπους] *Vas rotundum, ad calefacienda aquas, et vina decoquenda, et reliquos villae vſus. Scalig. in Coniectaneis p. 127 a Rotunditate nomen deducit, quod inſtar* cortis *rotundum ſit* Varro *autem* L. L. 6, 3 p. 74, 16 a corde *deriuat, non ſimpliciter, ſed i quantum Apollinis* Cortina *eſt. Ponamus locum, et interpretemur* Caua cortina dicta *(ab Ennio, vt videtur)* quod eſt inter terras *(quae hic vt orbis cogitatur)* et caelum, *(fornicem concauum)* a ſimilitudinem Cortinae Apollinis: ea (Apollinis cortina, *non vnaquaeque alia*) a corde *(dicta videri poſſit ludere volenti, vt ſolet Varro* quod inde ſortes primum aeſtimatae *(ſuo cuiusque* corde *et prudentia. Ita non habet locum quorundam emendatio in* chorte *vel* corte: *licet verior ſit illa origo.* Plin. 35, 6 Fit etiam apud infectores ex flore nigro, qui adhaereſcit aeris cortinis. Idem 9, 38 *in paranda purpura* cortinae *mentionem facit hoc modo* Feruere in plumbo — decimo fere die liquata cortina, *i. tantum purpurae, quantum vna cortina capit* — immatura viridique cortina, *i. nondum excocta ſatis in cortina purpura.* Idem 35, 12 ſ. 42 Pingunt et veſtes in Aegypto — candida vela poſtquam attriuere illinentes non coloribus, ſed colorem ſorbentibus medicamentis. Hoc cum fecere, non apparet in velis: ſed in cortinam pigmenti feruentis merſa, poſt momentum extrahuntur picta. Mirumque, cum ſit vnus in cortina color, *etc. Frequens alias quoque apud Plinium* cortinae *huius mentio. Non omnes* cortinas *fuiſſe pedibus inſtructas, docet* Plin. 36, 26 ſ. 65 Cum epulas pararent, nec eſſet cortinis attollendis lapidum occaſio, glebas nitri ſubdidiſſe. *Ad tinctorum* cortinas *Scaliger ad* Varron. l. c. *referri vult* Dial. de Or. 19 Cum vix in cortina quisquam aſſiſtat, *i. ſ. cum et colorem eloquentiae traxerit: infeliciter, ſi totum locum conſideres de quo mox iterum dicemus.* Cortinam plumbeam Cato 66, 1 *accipit pro eo vaſe, in quod oleum fluit e torculari,* Cortinam, *inquit,* plumbeam in lacum ponito, quo oleum fluat. *Repetit* Plin. 15, 6. Plaut Poen. 5, 5, 12 *in minis contra puellam*, Ita replebo atritate, vt atrior multo fiet, quam Aegyptii, aut qui cortinam ludis per circum ferunt *Atri et fuligine oppleti, qui* cortinas *coquinarias aut tinctorias vel cudunt, vel ſarciunt. Hi forte in ludicra pompa ducebantur, vt alia quoque opificum genera. Similes minae* Terent. Adelph. 5, 3, 63 Tam excoctam reddam atque atram, quam carbo eſt. ¶ 2 Plin 34, 3 ſ. 8 Ex aere factitauere et cortinas tripodum nomine Delphicas quoniam donis maxime Appollinis Delphici dicabantur. *Tales ſunt quae paſſim in numis conſpiciuntur, v. g. Arſchotani 5, 24. it. 9, 14 24, 3 etc. Lebetes tribus altis pedibus impoſiti. Talis fuit ſine dubio ipſa illa authentica, exemplar reliquarum, ipſis Delphis antro, ſ. adyto Apollinis impoſita, vnde is vaticinabatur per inſidentem Pythiam. Hanc paſſim Poëtae* Cortinam *ſimpliciter appellant, vt* Virg. Aen. 6, 347 Neque te Phoebi cortina fefellit. *Et* 3, 92 Mugire adytis cortina recluſis. Ouid. Met. 15, 635 Cortinaque reddidit imo Hanc adyto vocem. Valer. Flaccus Arg. 1, 5 *ſacerdotium ſuum ita indicat,* Si Cymaeae mihi conſcia vatis Stat caſta cortina domo. Propert. 4. 1, 49 Si modo Auernatis tremulae cortina Sibyllae Dixit, *etc. De ſtudio Peireſcii circa cortinam et tripodem Apollinis vid. Gaſſend.* l. 4 *ad A. 1630. Primus de illa* Cortina *Apollinis recte egit, eamque e Graecis quoque ſcriptoribus illuſtrauit Giſanius Collectan. ad Lucretium, voce* Praeſtringere; *illud in primis ex* Prudent. Apotheoſi 439 Non tripodas cortina tegit: *quod ad oculum illuſtratur illis numorum typis, quos modo laudauimus. Nugae* Seruii ad Virgilii l. c. *ſatis indicant, illum nihil habuiſſe veri.* Cortinas aureas Apollini Palatino *dedicatas ab Auguſto teſte* Sueton. c. 52 *ex Graecis illuſtrat Caſaubonus. Superſtitioſam imitationem* Cortinae Delphicae *vid.* Ammian. Marc. 29 p. 601 *Gron.* ¶ 3 Cortina, *pro Theatri capacitate conuexa et ſinuoſa.* Seuerus Aetna 296 Carmineque irriguo magni cortina theatri Imparibus numeroſa modis cadit arte regentis. *Nam id de vaſis, inquit Turnebus, quae in theatro ἠχεῖα vocabantur, non tam dici crediderim, quam de tota eius ſtructura; quae ſic exaedificata eſt, vt numeroſas voces*

*voces ad ſpectatorem perueniant, quum ſit muſicis deſignationibus modificata, vt Vitruuius ſcribit. Hactenus* Turnebus. *Sed locus eſt obſcurus. Caeterum huc ſunt, qui referant illud,* Quum vix in cortina quisquam aſſiſtat A. Dial. de Orat. 19, 6. *i. auditor in ſubſelliorum loca iuxta tribunal. Sed nihil melius, nihil certe, quod ſenſum habeat commodiorem apertioremque, quam ſi legamus* Corona, *quod etiam recepit Heumannus.* ¶ 4 Cortinae *apud recentiores auctores ſunt Aulaea.* Iſidor. 19, 26 Cortinae ſunt aulaea, id eſt vela de pedibus, dictae a coriis, *etc.* Regiae cortinae a pueris ſciſſae Ambroſ. Epiſt. 5, 33.

CORTINVLA, ae. f. Dimin. Ammian. p. 29, 1 p. 601 *Gron.* Cortinulis penſilem annulum librans. *Locus perquam obſcurus de caerimonia magica.*

CORTINĀLE, is. n. [τριποδεῖον] *Locus, in quo ſunt cortinae, hoc eſt vaſa, quibus ſapa decoquitur.* Columel. 1, 6, 19 Cortinale vbi defrutum fiat, nec anguſtum, nec obſcurum ſit, vt ſine incommodo miniſter, qui ſapam decoquet, verſari poſſit.

CORTINIPOTENS, entis. Adi. Lucilio *ſic appellatus Apollo dicitur.*

CORTVMIO, ōnis. f. *Vocabulum diſciplinae auguralis, quod ex formula templi capiendi, cum poſuiſſet* Varro de L. L. 6, 2 p. 67, 8 *ita explicat,* Addunt Cortumionem, quae dicitur a cordis viſu. Cor enim cortumionis origo. *Pro* Contumione *(a contuendo)* ἐνατενισμὸν *interpretatur Laurenbergius in Antiquario, cum iungatur cum* conſpicione.

CORVINVS, *vid. ſub* CORVVS.

CORVITO, CORVITOR, *vid. ſub* CORVVS.

CORVLVS, *vid.* CORYLVS.

CORVNCĀNVS, i. m. [Κορυγκανὸς] T. Iunius Coruncanus *primus de plebe Pontifex Max. factus, teſte* Cic. de Orat. 3 c. 33 *quem alias etiam laudat, et* Brut. c. 13 longe plurimum ingenio valuiſſe ait. *Add.* pro Domo 139 c. 54.

CORVS, *vel* CAVRVS, i. m. [Ἀργέστης] *Ventus, vt ait* Plin. 2, 47 ab occaſu ſolſtitiali flans. Zephyron et Argeſten vocant. Iuuen. Sat. 14, 268 Atque habitas Coro ſemper tollendus et Auſtro. *Conf.* Caeſ. B. G. 5, 7. Vitruu. 1, 6. Senec. Quaeſt. Natur. 5, 16. Feriens pontum Corus Idem Thyeſt. 650. Fuſcator caeli Eoi Lucan. 4, 66. Hiberni Virgil. Aen. 5, 126. Imbrifer Sen. Hippol. 1130. Mouens Corus Aeſtus Lucan. 5, 599. Ocior nubes glomerante Coro Sen. Hippol. 737. Violentus Lucan. 2, 617. *Add.* 7, 125. Virgil. Georg. 3, 356 Semper hiems, ſemper ſpirantes frigora Cauri. ¶ 2 Corus, *Menſurae genus, et vox Hebraica eſt, quae medimnos Atticos vnum et quadraginta capit, vt Ioſephus lib. 3 Antiquitatum ſcribit. Conf.* Prud. Apoth. v. 421.

CORVSCO, āre. [ἀστράπτω, σιλβόω] *Splendere.* Cic. de Orat. 3, 155 c. 39. Flamma inter nubes coruſcat, caelum tonitru contremit. Flammae coruſcant apices Stat. Theb. 12, 432. Virgil. Georg. 4, 98 Elucent aliae, et Fulgore coruſcant. *De apibus.* Ignis coruſcat Idem Aen. 5, 64. Nubibus coruſcandis Apul. de Deo Socr. p. 45. Pennis apes Virg. Georg. 4, 73. Telis facibusque Valer. Argon. 1, 603. Coruſcare mucronem, *vibrare* Sil. 17, 459. Virg. Aen. 10, 651. Idem Aen. 12, 431 Oditque moras, haſtamque coruſcat. Telum Virg. Aen. 12, 887. *Vid.* CONISSO.

CORVSCANS, antis. Partic. *Vt,* Clipeus coruſcans Claud. de Conſ. Hon. 3, 29.

CORVSCATIO, ōnis. f. *Fulgur.* Solin. 66 (Salmaſ. 53) Si repente micauerit coruſcatio. Fulminea coruſcatio Mart. Capell. 5 p. 136. Immanis coruſcatio Vopiſc. Caro 8. In lucem coruſcationis tuae Tertull. adu. Marc. 4, 39. *Add.* Auguſtin. de C. D. 2, 22.

CORVSCAMEN, inis. n. *Idem.* Apul. de Deo Socrat. p. 43 Rapidiſſimo coruſcamine lumen candidum intermicare.

CORVSCVS, a, um. Adi. [ἀστράπτων] *Reſplendens.* Coruſcum alias fulgens, alias tremulum eſt Seru. in Aen. 2. Virgil. Aen. 2, 333 Stat ferri acies mucrone coruſco
Stricta. Ibid. 172
Vix poſitum caſtris ſimulacrum, arſere coruſcae
Luminibus flammae arrectis.

Auro coruſcus Virgil. Aen. 9, 163. Idem Aen. 2, 470 Exultat telis, et Luce coruſcus ahena. Capitis inſigne coruſci Stat. Theb. 5, 572 *de ſerpente.* Fulgura Lucret. 5, 296. Ignis Horat. Carm. 1, 34, 6. Lampadibus coruſcis denſum funale Ouid. Met. 12, 247. Radii Idem Met. 1, 768. Sol Virgil. Georg. 1, 233. Tela Sen. Oedip. 1029. Tractus flammarum Lucan. 2, 271. Viri ferroque auroque Stat. Theb. 4, 175. Vis fulminis coruſca Cic. Tuſc. 2, 21 c. 9.

CORVSCIFER, a, um. Adi. Mart. Capell. Coruſciferi laquearia caeli.

CORVSSO, *vid.* CONISCO.

CORVVS, i. m. [κόραξ] *Auis nota.* Cic. de Natur. Deor. 1, 125 Miluo eſt quoddam bellum quaſi naturale cum coruis. Loquax coruus Ouid. Met. 2, 535. Plaut. Aul. 4, 6, 3 Non temere eſt, quod coruus cantet mihi nunc ab laeua manu. *Vanitas auguriorum auſpicia coruorum fauſta a dextra, a laeua infauſta iactabat. Itaque quum partes mundi ab ortu auguribus Romanis laeuae eſſent.* Horatius *ſcripſit* Carm. 3, 27, 11 Oſcinem coruum prece ſuſcitabo, Solis ab ortu. *Vt ſcilicet iter inſtitutum cantu ſuo dirimat. Turnebus. Conf.* Cic. Diuin. 1 c. 7 *et* 39. Crocitat coruus Auctor Philomelae *apud* Ouidium v. 28. In cruce paſcere coruos, *eſt ſuſpendio puniri* Hor. Epiſt. 1, 16, 48. Ridetur coruus inter Ledaeos olores Martial. 1, 54. *Prouerb.* Exercitus coruorum Virgil. Georg. 1, 382. Hiantem coruum deludere Horat. Serm. 2, 5, 56 *ex fabula corui raptum cibum.* Oſcen coruus Idem Carm. 3, 27, 11. Ouantes gutture Virg. Georg. 1, 423. ¶ 2 Coruus, *Piſcis.* Plin. 31, 11. ¶ 3 Coruus *eſt etiam Machinae genus, quo in naualibus praeliis vtebantur, quod deſcribit* Polyb. 1, 22. *Meminit etiam* Curt. 4, 2, 12. *et* 4, 3, 24. Vitruu. 10, 19. Diades inuenit etiam coruum demolitorem, quam non nulli grauem appellant. *Diſputat de eo Baldus in Lex. Vitr. Eadem forte eſt machina, quae capite extremo* Corax *Graeca appellatione dicitur.* ¶ 4 Stella *etiam dicitur* Coruus, qui ineſt in cauda Anguis Vitruu. 9, 7.

CORVĪNVS, a, um. Adi. [κορακινος] Coruina nigredo Apul. lib. 2 de Aſin. Aur. p. 118. ¶ 2 *Cognomen Valeriae gentis ortum ab illo, qui coruo adiutore feliciter contra Gallum pugnauit. Vid. Hiſtoriam* Gell. 9, 11.

CORVITO, āre. *Coruorum more celeriter capite innuere, vel cibi capiendi cauſa caput verſus menſam ſubinde demittere.* Plaut. Caſin. 4, 1, 20 Ego noui iſtas eſtrices, coruitant vbi comeſſe poſſunt. *Sic ſegunt vett. libri, et defendit contra Turnebi* corbitam cibi *Scaliger ad* Feſtum. *Vid.* SIMPLVDIARII, *vbi*

CORVITORES *legit, pro vulgato* Corbitores, *et interpretatur ſaltatores vel cernuatores.*

CORY̆BAS, antis. m. [Κορύβας] *Iaſonis, ſeu Iaſionis, vel Iaſii, et Cybeles filius, a quo cum ſacra matris deorum in Aſiam intuliſſet, furioſi illius ſacerdotes reliqui, vt illius ſucceſſores,* Corybantes *dicti ſunt.* Claudian. IV Conſ. Hon. 150 Non te progenitum Cybeleïus aere canoro Luſtrauit Corybas, *vt Iouem illum Corybantes, ſ. Curetes occultarunt ſtrepitu armorum ſuorum, ne vagitus illius exaudiretur. Vid. Callim. Hymn. in Iouem pr. Etiam in Cereris comitatu apud* Claudian. de Raptu Proſ. 1, 209 Corybas non impulit enſem, *in clipeum nempe, vt alias. Sunt qui* Curetas, *et* Corybantas, *et* Cabiros, *et* Idaeos Dactylos *eosdem eſſe putent. Vet. Schol. Lyſiſt. Ariſtoph. 558 vt nempe* Ceres, *et* Cybele, *et* Mater Deorum Rhea, *vel eadem ſunt, vel confunduntur. Res Graeca eſt: hic ſatis eſt, intelligi furioſos ſacerdotes cum armis ſaltantes, et ſine quiete perſtrepentes.* Horat. Carm. 1, 16, 8 Non acuta Sic geminant Corybantes aera, Triſtes, vt irae. *Nempe* Ira breuis furor eſt, *etc.*

CORYBANTIO, āre. [κορυβαντιᾷν] *Hoc verbum Rutgerſius* V. L. 6, 7 *et Harduinus reſtituere* Plinio 11, 37 ſ. 54 Quin et patentibus dormiunt lepores, multique hominum, quos corybantiare Graeci dicunt, *i. Corybantum more furere. Haec longe praeferenda doctis hariolationibus Turnebi* 13, 24 Quos Corybantia *(ſacra)* regrediunt, *i. reducunt ad ſanitatem.*

CORYBANTIVS, a, um. Adi. [Κορυβάντιος] *Vt,* Virgil. Aen. 3, 111 Hinc *(e Creta in Phrygiam ad Troianos delata eſt)* Mater Cultrix, Cybele, Corybantiaque aera, *quibus illa colitur. Vid. de* Corybantibus, *verbo* κορυβαντιᾷν, Corybantiaſmo *Langbaen. ad Longinum* 39. *Spankem. ad Callim. Hymn. in Iou. 52 p. 21 ſqq. Quae habet* Seruius *ad* Virgilium *variis locis, e Graecis emendanda ſunt.*

CORYCVS, i. m. [κώρυκος, κόρυκος] *Graecis ſaccus eſt, ſpeciatim ille, quem ſuſpendi iubebant medici, acinis, farina, arena pro diuerſis viribus eorum, quibus deſtinabatur, impletum, vt illo impellendo excipiendoque exercerentur, qui opus haberent. Totam rem ex veteri Medico Antyllo deſcriptam dedit H. Mercurialis de arte gymnaſt. 2, 4 quem locum denuo interpretatus ſum ego Geſnerus ad Luciani Lexiphanem Tom. 2 p. 327 ſq. Hinc dicta*

CORYCOMACHIA *apud* Caelium Aurel. Tard. 5, 11, 134: *pro quo vitioſe legitur* Choricomachia: *eſtque illud ipſum exercitationis genus in* Coryco, *quod leuiter deſcriptum dedimus.*

CORYCEVM *putamus cum Turnebo reſtituendum* Vitruuio 5, 11 *pro* Coriceo *v. v. locum* Corycomachiae *deſtinatum.*

CORȲCVS, i. m. [Κώρυκος] *Mons eſt Ioniae praecelſus, ac portuoſus, atque ob id piratarum inſidiis opportunus: quos ab eo monte* Corycaeos *vocabant. Hi nouam inſidiandi rationem excogitarant, ſiquidem diſperſi per portus miſcebant ſe negotiatoribus, vt quisque forte appulerat, ſubauſcultantes, et quid rerum portarent, et quo nauigare deſtinaſſent, denique quo tempore decreuiſſent ſoluere. Quae ſimul atque cognouerant, renuntiabant piratis, cum quibus ſocietatem maritimorum latrociniorum exercebant. Atque ita per occaſionem ſimul adorti, nauigantes ſpoliabant. Hinc receptum, vt curioſus quisque, et qui ſtudio clam dicta inaudiret,* Corycaeus *appellaretur, et in prouerbio ſit* τοῦ δ᾽ ἄρ᾽ ὁ κωρυκαῖος ἠκροάζετο, *Nimirum et hocce Corycaeus inaudiit: cum quis arcanum ſe aliquid agere aut dicere opinans non fallit eos, qui ad ſe nihil pertinentia explorare ſtudent. Ex Strabone* l. 13 p. 443. *Vſurpat* M. Tullius Att. 10 *vlt.* Itaque poſthac non ſcribam ad te quid facturus ſim, ſed quid fecerim. omnes κωρυκαῖοι videntur auſcultare, quae loquor.

CORY̆CVS, *vel* CORY̆COS, i. m. [Κώρυκος] *Oppidum Ciliciae, a quo*

CORYCIVS, a, um. Adi. Curt. 3, 4, 10 Corycium nemus, *vbi crocum gignitur.* Crocus Corycius Hor. Serm. 2, 4, 68. Lucan. 9, 809. Specus Corycius *a* Mela 1, 13 *poſt mentionem vrbis* Coryci, *ita deſcribitur:* Supra ſpecus eſt nomine Corycius, ſingulari ingenio, ac ſupra quam vt deſcribi facile poſſit, eximius. Grandi namque hiatu patens montem litori appoſitum, et decem ſtadiorum cliuo ſatis arduum, ex ſummo ſtatim vertice aperit. Tunc alte demiſſus, et quantum demittitur amplior, viret lucis pubentibus vndique, et totum ſe nemoroſo laterum orbe complectitur, adeo mirificus ac pulcher, vt mentes accedentium primo adſpectu conſternat: vbi contemplati durauere, non ſatiet. Vnus in eum deſcenſus eſt anguſtus, aſper, quingentorum, et mille paſſuum, per amoenas vmbras et opaca ſiluae quiddam agreſte reſonantis —— Totus autem auguſtus, et vere ſacer, habitarique a diis et dignus et creditus. Nihil non venerabile et quaſi cum aliquo numine ſe oſtentat.

CORYCIDES, *appellatae ſunt Muſae a colle, vel antro potius Corycio in Parnaſſo Delphis proximo, cuius meminit et Laërtius in vita Pherecydis, et Apollonii Rhodii expoſitores, qui nuncupatum illud aiunt a Nympha* Corycia, *cuius et Apollinis Lycoreus filius fuit, a quo Delphici incolae Lycores nuncupati ſunt.* Ouid. Met. 1, 320 Corycidas nymphas, et numina montis *(Parnaſi)* adorat.

CORYDĂLVS, i. m. [κορυδαλὸς] Seruius in Virgilii Ecl. 2, 1 CORYDON fictum nomen eſt ab aue, quae Corydalus dicitur. *Sunt qui Alaudam interpretentur. Nempe*

CORY̆DON, ōnis. m. [Κορυδὼν] *Paſtor Theocrito et Virgilio* Ecl. 2 *et* 7.

CORY̆LVS, *vel* CORVLVS, i. f. [ἡρακλεωτικὴ καρύα, ποντικὴ καρύα] *Nucis minoris ſpecies, quae et* Auellana *dicitur.* Virg. Georg. 2, 65 Plantis Edurae coruli naſcuntur. Duras autem dixit non ad Lignum, ſed ad Fructum ipſarum referens, *ait* Seruius. *Conf.* Id. Ecl. 3, 5 *et* 21. Denſae coruli Virg. Ecl. 1, 14. Fragiles Ouid. Met. 10, 95.

CORYLĒTVM, *ſ.* CORVLETVM, i. n. [τῶν καρυῶν πλῆθος] *Locus vbi coryli naſcuntur.* Ouid. Faſt. 2, 587 Illa modo in ſiluis inter coryleta iacebat, *etc.*

CORYMBVS, i. m. [κόρυμβος] *Racemus ſ. globus florum, ſpeciatim hederae, quo coronabatur Bacchus.* Tibull. 1, 7, 45 Sed varii flores, et frons redimita corymbis. Serta Phileteis certent Romana corymbis Prop. 4, 6, 3. *de corona poëtica.* Plin. 16, 34 *de hedera loquens,* Racemis in orbem circumactis, qui vocantur corymbi. Calpurn. Ecl. 4, 56 Modo te Baccheis muſa corymbis Munerat. *Add.* Ecl. 7, 9. Diffuſos corymbos veſtit hederâ Virg. Ecl. 3, 39. *loquitur de Vite.* Grauidi Ouid. Met. 3, 665. *i. vuas habentes.* Corymbis implicitum retineri Nemeſian. Cyneg. v. 7. Prop. 4, 7, 79 Velle hederam tumulo, mihi quae pugnante Corymbo Mollia contortis

tis alligat oſſa comis. *Sed et aliorum florum racemi ſunt* corymbi. *v. g.* Col. 10., 237 *de cinara*, Haec modo purpureo ſurgit glomerata corymbo. *i. flore.* *Sic* Crocei corymbi Colum. 10, 301. *i. flores.* Corymbus, *eſt etiam fructus chryſocomae, ſiue chryſitis herbae.* Plin. 21, 8 Chryſocome ſiue chryſitis non habet Latinam appellationem. palmi altitudine eſt, comantibus fulgore auri corymbis, radice nigra. *Vid. in* ROSA. ¶ 2 Corymbus *eſt in ornamentis capitis muliebris, certe apud Graecos.* Schol. Thucyd. ad 1, 6 Κρωβύλος ἐςιν εἶδος πλέγματος τῶν τριχῶν, ἀπὸ ἑκατέρων εἰς ὀξὺ ἀπολῆγον. Ἐκαλεῖτο δὲ τῶν μὲν ἀνδρῶν, κρωβύλος· τῶν δὲ γυναικῶν, κόρυμβος· τῶν δὲ παίδων, σκορπίος. *Tria genera plexorum capillorum memorat.* Crobylus *ab vtraque parte in acutum exit, et virorum eſt;* Corymbus *mulierum; puerorum denique* Scorpius. Petron. 110 Corymboque (*al.* Corymbio, *quod recepit Burm.*) dominae pueri adornat caput. *Add. Salmaſ. ad* Treb. Pollion. Claud. 17 p. 399 *ſq. qui intelligit ſuggeſtum capillorum in modum* Corymbi *ſ. racemi contextum, qualem etiam* Botronatum *recentiores, e Graeco* βότρυς, *vua, dixere.* ¶ 3 *In ornamentis nauium ſunt* Corymbi. Valer. Fl. 1, 273 Auratis Argo reditura Corymbis, *vbi oſtendit Burmannus, hoc nomine cum intelligi ſtricte* Acroſtolia, *eminentia ornamenta in prora, tum comprehendi non nunquam* Ἄφλαςα, *quae in puppi exſtant: poſterioris rationis exemplum* Valer. Fl. 4, 692 *in tranſitu Argûs per Symplegadas*, Saxa ſed extremis tamen increpuere corymbis, Parſque (nefas) deprenſa iugis. *Et* 8, 194 Non totis Argo redit ecce corymbis. *Conf.* CERVCHI. ¶ 4 *Ad papillas mammarum pulchre tranſtulit* Seren. Sammon. 356 Sin autem clauſas (*obſtructas papillas*) penitus dolor angit acerbus, Lumbricis terrae turgentes vnge corymbos.

CORYMBIVM, i. n. *Vid.* CORYMBVS n. 2.

CORYMBIA, ae. f. *Ferulae genus, cuius racemus, i.* Corymbus *decoctus, muriaque et melle condîtur.* Plin. 19, 9 Semen ferulae in Italia cibus eſt. Conditur quippe, Duratque in vrceis anni ſpatio. Duo eius genera: caules et racemi. Corymbiam hanc vocant, Corymboſque quos condiunt.

CORYMBIATVS, a, um. Adi. *Inſtar corymbi vel* Corymbii, *quod poſterius analogia poſtulat.* Treb. Pollio Claud. 17 Diſcus corymbiatus argenteus. *Vid. ibi Salmaſ.* p. 399 *ſq. Hack.*

CORYMBITES, ae. m. [κορυμβίτης] Tithymali ſpecies, alias πλατύφυλλος vocata, a foliorum latitudine. Piſces necat, aluum ſoluit radice, vel foliis, vel ſucco Plin. 26, 8 ſ. 44.

CORYMBĬFER, a, um. Adi. [κορυμβοφόρος] *Qui corymbos ſiue hederae racemos fert.* Ouid. Faſt. 1, 393 Feſta corymbiferi celebrabat Graecia Bacchi.

CORYPHAEVS, i. m. [κορυφαῖος] Eſt Cuiuſque ordinis caput et praecipuus. Cic. de Nat. Deor. 1, 59 c. 21 Zenonem, quem Philo noſter coryphaeum appellare Epicureorum ſolebat, quum Athenis eſſem, audiebam frequenter.

CORYPHASIA, ae. f. *Minerua, appellata eſt a* Coryphaſio *promontorio, in quo Pylos vrbs condita fuit, vt Pauſan. tradit. Stephanus* Coryphaſion *regiunculam Laconicam ſcribit Pylo proximam.* *Verum* Arnob. 4 p. 137 Quid arbitramur fore? deſiſtetne illa Mineruam ſe dicere, cui Coryphaſiae nomen eſt, vel ex Coryphae matris ſigno: vel quod e vertice [κορυφῇ] Iouis palmam ferens emicuit, atque armorum accincta terroribus, *etc.* *Add. ib. p. 136.* *Conf. Reineſ. Var. Lect.* 3, 2 p. 367.

CORYTHIA, ōrum. n. *vid.* COLVTEA.

CORY̆THVS, i. m. [Κόρυθος] *Oppidum Tuſciae, prope Aretium, in paruo colle eiusdem nominis ſitum, a* Corytho *rege ita appellatum.* Virg. Aen. 9, 10 Nec ſatis extremas Corythi penetrauit ad vrbes.

CORY̆TVS, i. m. [γωρυτὸς, σγωρυτὸς, σγώρδιον, Θήκη δερματίνη βελῶν Gloſſ. *ap. Reineſ. Inſcript. p. 106.*] *Theca ſagittarum.* Proprie Coryti ſunt arcuum thecae; dicuntur tamen etiam ſagittarum. *Haec* Seru. ad Virg. Aen. 10, 169 Corytique leues humeris, et lethifer arcus. *Hoc in loco legit* Nonius 18, 31 Corici, *ſed perperam: nonnulli* Coriti: *alii vero cum aſpiratione,* Choryti, *ſic Aldus.* *Sed cum a Graeco* γωρυτὸς *deriuetur, omnino ſcribendum eſt*, Corytus. Ouid. Triſt. 5, 7, 15. Sen. Hercul. fur. 1127. Sidon. Carm. 11, 56 *de Getis*, In quibus eſt nemo, qui non coryton, et arcum, Telaque vipereo lurida felle gerat. Stat. Theb. 9, 730 Caeleſtibus implet Coryton telis, quorum ſanguine nullum Effugit. *Vbi ſimilia* Lactantius *his, quae modo e Seruio vidimus.* *Quod autem Reineſ. l. c. apud* Val. Fl. 3, 524 *legit*, Et manicae virides, ſtricta corytus habena, *illud ad difficilem locum explicandum facit et forte amplexurus erat, ſi in mentem veniſſet, Burmannus.* Sil. 7, 443 *de Cupidine*

Paruulus ex humero corytos, et aureus arcus
Fulgebat, nutuque vetans trepidare parentem
Monſtrabat grauidam telis ſe ferre pharetram.

*Hinc ergo* Corytos *a pharetra diuerſus videtur.*

CORYZA, ae. f. [κόρυζα] *Corruptae naturae defluxio, nares obturans, et vocem obtundens, quam Latini* Grauedinem *appellant.* Celſus 4, 2 Grauedo nares claudit, vocem obtundit, tuſſim ſiccam mouet: ſub eadem ſalſa eſt ſaliua, ſonant aures, venae mouentur in capite, turbida vrina eſt. Haec omnia κορύζας Hippocrates appellat, *etc.*

## C O S

COS, Inſula. *Vid.* COOS.

COS, cōtis. f. [ἀκόνη] *Dicitur Plurali numero, vt* Cautes, *ſaxum aſperum atque abruptum: Singulari* Lapis, *quo cultri acuuntur.* Liu. 1, 36 Atqui hoc animo agitaui, inquit, te nouacula cotem diſciſſurum. Plin. 18, 28 Italia aquarias cotes dedit. *Sunt enim* Oleares *etiam, de quibus* Id. 34, 14 ſ. 41. Durae cotes Virg. Ecl. 8, 43. Propert. 1, 3, 4 Libera iam duris cotibus Andromede. Praerupta erant omnia, ſaxis et cotibus impedita Curt. 5, 3, 8. Cic. Tuſc. 4, 33 c. 14 E quibus tanquam e ſcrupuloſis cotibus enauigauit oratio. Hor. in Arte Poët. 304 Fungar vice cotis, acutum Reddere quae ferrum valet exors ipſa ſecandi. Cic. Acad. 4, 135 c. 44 Ipſam iracundiam, fortitudinis quaſi cotem eſſe dicebant. *Add.* Id. Tuſc. 4, 43 c. 19.

COTICVLA, ae. f. Dimin. [βάσανος] *Reſtringit fere ſignificatum primitiui: non enim eſt, quantum exemplis conſtat, Parua cos: ſed Lapis, quo fit auri vel argenti experimentum.* Plin. 33, 8 Auri argentique mentionem comitatur lapis, quem coticulam appellant: quondam non ſolitus inueniri, niſi in flumine Tmolo, vt auctor eſt Theophraſtus: nunc vero paſſim, quem alii Heraclium, alii Lydium vocant. ¶ 2 *Tamen ponitur etiam pro mortariolo* Coticula, Plin. 31, 9 *de Sale Hiſpanienſi*, Contraque ſuffuſiones oculorum cum lacte in coticulis teritur. Id. 34, 10 ſ. 23 *de Cadmia*, Aegyptii collyrii modo terunt in coticulis.

COTARIA, ae. f. *Locus, vnde eruuntur cotes.* Alphenus l. Caeſar D. de Publicanis, Caeſar quum inſulae Cretae cotarias locaret, legem ita dixerat, Ne quis praeter redemtorem poſt Id. Martias cotem ex inſula Creta fodito, neue eximito, neue auellito. *Legitur et* Cotorias.

COTIARIVS, i. m. Vet. Gloſſ. ἀκονητής, Cotiarius, acutiator.

COTIFICO, āre. *In cotaria laborare, cotem ſecare.* Apul. de Deo Socrat. p. 46, 4 Non pro maieſtate Deorum fuerit, vt eorum quiſpiam Accio Nauio cotificet. *i. illum iuuet in cote ſecanda.* *Sed Lipſius inde elicit* Cotem ſicet *i.* ſecet. *Lindebr. et Wower. ex MSS.* auem velificet, *quod recepit Floridus.*

COSCINOMANTIA, ae. f. *Diuinatio, quae per cribrum fit.* Auguſtin. T. 5 p. 426.

COSMĒTA, ae. m. *Graece* κοσμητὴς, *Latine Ornator fuerit. Laudatur* Vlpianus De leg. 3 l. 49 Item legato, Item mancipia alia, puellae fortaſſis, quas ſibi coſmetas mulieres exornant. *Legitur et*, Quae ſcilicet coment et exornent. *Gothofr.* Quas ſibi comatas. Cuiac. Queis ſibi comas. *Certior auctoritas.* Iuuen. Sat. 6, 476 Ponunt Coſmetae tunicas, tarde veniſſe Liburnus Dicitur. Scholiaſt. *ex emendatione Schurtzfl.* Eos dicit, qui ornamentis praeſunt, non ornatrices. *Nempe forma nominis Maſculina eſt. Femina eſt* κοσμήτρια.

COSMIANVM, COSMICVS, *vid.* COSMVS.

COSMITTO, pro Committo veteres dixere, *teſte* Feſto.

• COSMOGRAPHVS, i. m. [κοσμόγραφος] *Deſcriptor mundi;* Meſſ. Coruin. p. 1 Totus terrarum ambitus ab Hiſtoricis et Coſmographis trifarie diuiditur.

COSMOTORYNE. [κοσμοτορύνη] *Eleganti nomine* Varronis Satyra *quaedam inſcribebatur,* περὶ Φθορᾶς κόσμȣ. *Vt enim cochleari, quod* τορύνη *Graece dicitur, omnia in olla commiſcentur et confunduntur: ſic eleganter mundi interitum* mundi cochlear *appellauit, ob perturbationem rerum in antiquum chaos tum rediturarum, et in confuſionem priſtinam* Turnebus 17, 21.

COSMVS, i. m. [κόσμος] *Latine dicitur* Ornatus, *quo nomine vocatus eſt* Mundus. Cic. de Vniuerſ. 31 Hunc varietate diſtinctum bene Graeci κόσμον, nos lucentem mundum nominauimus. *Sic* Plin. 2, 4 Nam quem κόσμον Graeci nomine ornamenti appellauere, eum nos a perfecta abſolutaque elegantia mundum. *Vid.* MVNDVS.

COSMĬCVS, a, um. Adi. [κοσμικὸς] *i. Mundanus, Ciuis mundi.* Martial. 7, 40 Coſmicos eſſe tibi Semproni Tucca videris: Coſmica Semproni tam mala quam bona ſunt.

COSMVS, i. m. [Κόσμος] *Vnguentarius optimus.* Iuuenalis 8, 86 Et Coſmi mergatur aheno. Martial. 11, 9 Quod Coſmi redolent alabaſtra, focique deorum. *Hinc*

COSMIANVM, i. n. *Vnguentum magni pretii: ſic dictum a* Coſmo *excellenti vnguentario.* Petron. p. 674 *Burm.* Affer nobis alabaſtrum coſmiani. *al.* Coſmianum. Martial. 11, 16 Coſmianum pingue. *Sic* 12, 55 Aut libram petit illa coſmiani, *etc.* *Nempe*

COSMIANVS, a, um. *Adiectiuum eſt, vt* Martial. 3, 82 Coſmianis ampullis fuſus, *i. perfuſus vnguento.*

COSSIGĔRO, āre. *In* coſſam *vel* coxam *aggerare et attollere.* Accius *apud* Nonium 1, 305 Bene prociſſas coſſigerare ordine porcas. *Vid. Turneb. Aduerſ.* 29, 19.

COSSIM. Adu. Dictum quaſi Coxim. Pompon. Percaria, Hoc ſciunt omnes, quantum eſt qui coſſim cacant. Non. 1, 191. *i. infantiam illam primam, qua iacent parui, exceſſere.* *Et* Apul. Mileſ. 3 *pr.* Complicitis denique pedibus, ac palmulis, inter alternas digitorum viciſſitudines ſuper genua connexis, ſic grabatum coſſim inſidens, vbertim flebam.

COSSILIRIS, e. Adi. *Ignauus, otioſus et varicus incedens, vt qui* coſſim lirant *inter ſulcos. Neſcio vnde venerit in Lexica.*

COSSVS, i. m. [τερηδὼν] *Vermis, qui in ligno naſcitur.* Plin. 17, 24 ſ. 37 Iam quidem et in hoc luxuria eſſe coepit, praegrandeſque roborum delicatiore ſunt in cibo (coſſos vocant) atque etiam farina ſaginati, hi quoque altiles fiunt. Coſſum matris Deûm et Iſidis obſeruat ſuperſtitio gentilium *ap.* Hieron. contra Iouinian. 2 Tom. 3 f. 33, C. *de ciborum diſcrimine ſermo eſt.* *Et mox* f. 34, B. In Ponto et Phrygia vermes albos et obeſos, qui nigello capite ſunt, et naſcuntur in lignorum carie, pro magnis reditibus pater familias exigit. Et quomodo apud nos attagen et ficedula, mullus et ſcarus in deliciis computantur, ita apud illos ξυλοφάγον comediſſe luxuria eſt. *Add.* f. 38 *vbi* Coſſorum Iſidis et Cybeles *mentionem facit.* *Add.* Plin. 11, 33. Veget. de Arte Veter. 1, 53, 5. ¶ 2 Coſſi, *inquit* Feſtus, ab antiquis dicebantur Rugoſi natura corporis homines, A ſimilitudine vermium ligno editorum, qui coſſi appellantur. Vnde et Coſſutiorum familia apud Romanos dicta eſt. *Hinc igitur nomen habuerit ille* Cornelius, *qui primus* Coſſus *dictus eſt, cuius familiae fuit ille Lartis Tolumnii victor, a quo ſpolia opima reportauit.* *De quo* Virg. Aen. 6, 841 Quis te, magne Cato, tacitum, aut te, Coſſe, relinquat?

COSSES, um. m. pl. *Apud* Plinium *legitur* 30, 13 Coſſes, qui in ligno naſcuntur, ſanant vlcera omnia.

COSSVTIAE Tabernae. Cic. Fam. 16, 27 Nam iſti duo vix ſunt digni, quibus alteri Ceſenam, alteri Coſſutianarum tabernarum fundamenta credas. *Quem locum ſic exponit Turnebus*, Coſſutianae tabernae, *Coſſutiorum fuere, aut etiam Coſſutiae, quam ſibi praetextato deſponſatam Caeſar, vt et a Suetonio relatum eſt, dimiſit.*

COSTA, ae. f. [πλευρά] *Sic vocatur vnumquodque incuruorum oſſium, quibus crates pectoris continetur.* Plaut. Pſeud. 1, 2, 4 Ita plagis coſtae callent. Virg. Georg. 1, 273 Saepe oleo tardi coſtas agitator aſelli, Vilibus aut onerat pomis. *Vbi* Seruius, Aut reuera Coſtas, aut Clitellas. Perſ. Sat. 1, 95 Sic coſtam longo ſubduximus Apennino. *i. ſubtiliter abſtulimus Apennino particulam dorſo ſeu iugo continuam, ſicut coſta eſt in corpore humano.* *Metaph.* Coſtae nauium Plin. 13, 9 ſ. 19 *trabes incuruae e carina tanquam Spina dorſi exeuntes, quibus deinde aſſes et tabulae affiguntur.* *Sic* Aen. 2, 16 Sectaque intexunt abiete coſtas. *Et* Coſta ratis lacerae Perſ. . . . *Metaphoricae etiam ſunt* Aheni coſtae Virg. Aen. 7, 463. *i. latera.* *Sed proprie* Diripere tergora coſtis Virg. Aen. 1, 215. Exuta vellera coſtis leonis Ouid. Epiſt. 9, 111. Fricat arbore coſtas Virg. Georg. 3, 256. *de ſue.* Ruptae Virg. Georg. 4, 556. Transabiit enſis coſtas Stat. Theb. 2, 9. Transadigit enſis adactus coſtas Virg. Aen. 9, 432.

COSTĀTVS, a, um. Adi. [πλευρωτὸς] Varro de R. R. 2, 5, 8 Corpore amplo, bene coſtato, latis humeris, bonis clunibus *etc. De bubus.*

COSTVM, i. n. *vel* COSTVS, i. f. [κόϛος] *Frutex odoris gratiſſimi.* Plin. 12, 12 Radix coſti guſtu feruens, odore eximio, frutice alias inutili. Achaemenium coſtum Hor. Carm. 3, 1, 44. *i.* Perſicum: Achaemenii enim Perſae dicti, ab Achaemene rege. Vnde Coſtum venit. Acron. Coſtum molle date et blandi mihi turis honores Prop. 4, 6, 5. *Sed* Coſtus albus Scribon. 177. Recens 169.

COSȲRA, *vel* COSVRA, ae. f. [Κόσυρα] *Inſula maris Mediterranei prope Africam, cui vicina eſt Gaulos, et Melita.* Plin. 5, 7. Ouid. Faſt. 3, 567 Fertilis eſt Melite ſterili vicina Coſyrae Inſula, quam Lybici verberat vnda freti.

## C O T

COTANA, *vid.* COTONA.

COTARIA, *vid.* COS.

COTHON, ōnis. f. [Κώθων] *Inſulae exiguae nomen, quae Byrſae Carthaginienſium arci ſubiacebat, Euripo circumdata naualia in circuitu habens. Sic Strabo lib. 17.* Seruius *in illud Virg.* Aen. 1, 431 Hic portus alii effodiunt. Carthaginienſes Cothone foſſa vtuntur, non naturali portu. Cothona ſunt portus in mari non naturales, ſed arte et manu facti. Eſt autem et Maſculini et Neutri generis. Nam Cothon huius Cothonis, et Cothonum huius Cothoni. Feſtus, Cothones *(ſic enim legendum pro* Catones, *monuit Scaliger)* appellantur portus in mari interiores arte et manu facti.

COTHVRNVS, i. m. [κόθορνος] Cothurni ſunt Calceamenta venatoria, crura quoque vincientia: quorum quiuis aptus eſt vtrique pedi. *Haec* Seruius *ad* Aen. 1, 341. Cic. de Fin. 3, 46 Vt ſi cothurni laus illa eſſet, ad pedem apte conuenire, neque multi cothurni paucis anteponerentur, nec maiores minoribus. *Prouerbii locum ſubire poteſt,* Herculis perſonam, et cothurnos infantibus aptare Quinctil. 6, 1. Puniceo ſtabis ſuras euincta cothurno Virg. Ecl. 7, 32 Cothurnus, *Calceamentum ſubleuatum ſubere: quo mulieres grandiores appareant.* Iuuen. Sat. 6, 505 Breuiorque videtur Virgine Pygmaea, nullis adiuta cothurnis. Cothurnos *induebant tragoedi, in theatro fabulam acturi. Vnde pro ipſis Tragoediis, et pro alto dicendi genere accipiuntur.* Poëmata omne genus, apta virgae, lyrae, ſocco, cothurno Apul. Flor. p. 347. Virg. Ecl. 8, 10 Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno. Hor. in Arte Poët. 80 Hunc ſocci cepere pedem, grandesque cothurni. *de Iambo.* Cecropius Hor. Carm. 2, 1, 12. *i. Tragoedia Graeca.* Facundiae cothurnus Apul. Apol. 298. Sidon. Ep. 2, 9. Cothurnus et grauitas artis Plin. 35, 10. Ouid. Am. 3, 1, 45 *ex perſona Elegiae,* Quam tu non duro poteris reſerare cothurno, Haec eſt blanditiis ianua laxa meis. Sophocleus Martial. 5, 31. *et* Virg. Ecl. 8, 10. Tragici Hor. Serm. 1, 5, 64. Innixa muſa tragicis cothurnis Ouid. ex Pont. 4, 16, 41. Nitique cothurno Hor. in Arte Poët. 280. Succingi cothurnis Patercul. 2, 82, 4. *de Antonio, Bacchum agente. Caeterum quod* Cothurnus *et vtrique pedi, et ſexui vtrique aptus eſſet, hinc* Cothurnum *Graeci* Theramenon *appellabant oppoſitis factionibus ſeruientem.*

COTHVRNĀTVS, a, um. Adi. [κοθορνωτὸς] Cothurnati *opponuntur* excalceatis Sen. Ep. 8 *et* 76. Martial. 5, 5 Grande cothurnati pone Maronis opus, *h. e. grandia et alta loquentis. Conf.* Id. 7, 62. Ouid. Faſt. 5, 348 *de Flora,* Non eſt Illa cothurnatas inter habenda deas, *i. ſeueras et alti ſupercilii, vt Iuno, Pallas.* Sermo cothurnatus Macrob. Saturn. 7, 5. Vates Ouid. Amor. 2, 18, 18. Cothurnatus *dicitur diues ille epulo* (Luc. 16) Alcim. Au. 3, 222.

COTHVRNATE. Adu. *Compar.* Ammian. 28, 1 Cum cothurnatius ſtilus procederet lacrimoſus. *Vid. ibi Valeſium. Alii legunt* Cothurnarius.

COTHVRNATIO, ōnis. f. Tertull. adu. Valent. 13 Alia trans Siparium cothurnatio eſt.

COTIAE Alpes, *vid.* COTTIVS.

COTICVLA, *vid.* COS.

COTIDIE, [ὁσημέραι] *Quamuis a* Quoto *et* Die *componatur, per* C, *non per* Q *ſcribendum eſſe quidam, vt* Victorinus p. 2460 *Putſch. et* Velius Longus p. 2237 *exiſtimant, quia tanta eſt affinitas inter* C *et* Q, *vt* Q *in* C *mutari facile patiatur, vt* Sequor, ſecutus; Loquor, locutus; Quis, cuius. Quinctil. 1, 7, 6 *et ipſe probare videtur* Cotidie: Frigidiora his alia, vt *Quicquid,* c quartam habet, ne interrogare bis videremur: et *Quotidie,* non *Cotidie,* vt ſit Quot diebus. Verum haec iam inter ipſas ineptias euanuerunt.

COTĬNVS, i. m. Eſt in Apennino frutex ad linamenta, modo conchylii colore inſignis Plin. 16, 18 ſ. 30, *vt conchylio lana tingitur, ita* Cotino *linteamina.*

COTIONOR, āri, *vid.* COCIONOR.

COTĬSON, ōnis *et* ontis. *Regis Getarum nomen apud* Suet. Aug. c. 63. Horatius Dacum *vocat* Carm. 3, 8, 18 *quod* Getae a Romanis Daci appellarentur, *vt dicit* Plin. 4, 14.

COTŎNA, *vel* COCTŎNA, *ſiue* COTTŎNA: *vt alii volunt,* COTĂNA, *vel* COCTĂNA, *ſiue, quod optimum videtur,* COTTĂNA, ōrum. n. pl. [κόττανα] *Ficus paruae genus, quod cum prunis fere memoratur, vt* Plin. 13, 5 ſ. 10 Syria in ficorum genere habet caricas, et minores eius generis, quae cottana vocant. Martial. 7, 53 Paruaque cum canis venerunt coctana prunis. Idem 13, 28 Haec tibi, quae torta venerunt condita menta, Si maiora forent, coctana, ficus erat. *Etiam 4, 39 quaſi proprio epitheto* parua *dicuntur, quae res firmat ſuſpicionem Caſauboni et Voſſii appellationem eſſe ex* קטן, *quod* paruum *ſignificat. Et* Iuuen. Sat. 3, 83 Aduectus Romam, quo pruna et coctana vento, *nempe ex Syria. Vid. Caſaub. ad Athen.* 3, 33. *et Barth. ad* Stat. Silu. p. 419 ſ. 4, 9, 28 Prunorum globus, atque coctanorum.

COTONEA, ae. f. [σύμφυτον πετραῖον] *Herba, de qua* Plin. 26, 7 ſ. 26 Halus autem, quam Galli ſic vocant, Veneti cotoneam, medetur lateri, item renibus, conuulſisque et ruptis. Similis eſt cunilae bubulae, cacuminibus thymo, dulcis et ſitim ſedans, radicis alibi albae, alibi nigrae.

COTONEVM, i. n. [κυδώνιον] *Genus pomi.* Plin. 15, 11 His proxima amplitudine mala, quae vocamus cotonea, et Graeci cydonea, ex Creta inſula aduecta. incuruatos trahunt ramos: prohibentque creſcere parentem. Plura eorum genera. *Meminere* Varro R. R. 1, 59, 1. Cato 7, 3. *Vid.* STRVTHIA.

COTTA, ae. m. Aureliorum *praeſertim cognomen, e quibus Pontifex colloquitur in libris* de natura deorum, *de oratore Cotta in* Bruto 202 *etc.*

COTTAE. [Κόττοι] Populi circa Maeotim *habitantes, quorum meminit* Plin. 6, 7.

COTTANA, *ſ.* COTTONA, *vid.* COTONA.

COTTABVS, i. [κότταβος] *Aenea phiala, quam peracto conuiuio menſae imponere ſolebant vino plenam, deinde in minora pocula ab alto fundentes, ſonum edere, qui ſi illiſu maior ederetur, ab amaſiis amari ſe augurabantur. Accipitur et pro ipſo Sono, qui hoc pacto edebatur: vnde* κοτταβίζειν *verbum Graeci vſurparunt, pro eo quod eſt, Sonum huiusmodi edere: et* κοττάβισιν *pro hoc ludi genere. Item* κοττάβια *Praemia victori huius ludi dari ſolita, quae, teſte Athenaeo, fuerunt* πυραμοῦντες, *hoc eſt, triticeae placentulae, et ſeſamineae. Ariſtophanes quoque, qui hoc genere ludi ſe recreabant,* μεθυσοκοττάβους *appellauit, quod vix aliter quam vino madentes id agerent. Vid. Ariſtoph. Pac. Scho. 342. et 1243. et Flor. Chriſtian. ad l. c. Hinc* Plaut. Trin. 4, 3, 4 Cottabum *videtur appellaſſe Sonum flagrorum, qui inter verberandum redditur.* Caueſis, *inquit,* ne bubuli in te cottabi crebri crepent.

COTTIVS, i. m. *Alpium rex.* Suet. Tiber. c. 37. *Vid. et* Neron. c. 18. *et ibi Interpretes. Praeſertim memorabilem faciunt*

COTTIAE Alpes, *ab illo dictae. Locus claſſicus* Ammian. 15, 10.

COTTIANVS, a, um. Adi. *Vt,* Alpes Cottianae Tacit. Hiſtor. 1, 61.

COTV̆LA, *ſiue* COTY̆LA, ae. f. [κοτύλη] *Menſurae genus, quae* Hemina *alias dicitur.* At cotylas, quas, ſi placeat, dixiſſe licebit Heminas, recipit geminas ſextarius vnus Fann. de menſ. et pond. liqu. Martial. 8, 71 Poſt hunc in cotula raſa ſelibra data eſt. *Add.* Pallad. 12, 10.

COTVRNIVM, i. n. Vas, quo in ſacrificiis vinum fundebatur. Feſtus. *Videtur eſſe idem, quod* Gutturnium: *ſiue ipſi veteres ita corruperint nomen, ſiue hoc debeatur Feſti interpolatoribus.*

CŎTVRNIX, īcis. f. [ὄρτυξ] A ſono vocis ſic appellata, *inquit* Feſtus: *Parua auis, ſemper ante veniens, quam grues: et quum ad nos venit, terreſtris potius, quam ſublimis. Vid.* Plin. 10, 23. Ouid. Amor. 2, 6, 27 Ecce coturnices inter ſua praelia viuunt. *Prior ſyllaba longa eſt apud* Lucret. 4, 642 At capris adipes et coturnicibus auget.

COTYLA, *vid.* COTVLA.

COTYLĒDON, ōnis. f. [κοτυληδὼν] Paruula herba cauliculo tenero, puſillo, pingui folio, et concauo, vt coxendices. [κοτυληδὼν *Graecis eſt acetabulum, in quod inſertum eſt caput oſſis femoris*] naſcitur in maritimis, petroſisque, viridis, radice oliuae modo rotunda. — Eſt aliud genus eiusdem, ſordidis foliis, latioribus, denſioribusque circa radicem, velut oculum cingentibus, aſperrimi guſtus, longiore caule, ſed pergracili. *Haec* Plin. 25, 13 ſ. 101. *Conf.* Apul. de Herb. c. 43.

COTYS, yos. m. *Thracum rex, familiae, vt videtur, nomen. Pompeio fauit is, de quo* Caeſ. Bell. Ciu. 3, 4 Cotyi regi *ſcripta* Ouidii *epiſtola* ex Ponto 2, 9 *quae incipit,* Regia progenies, cui nobilitatis origo Nomen in Eumolpi peruenit vsque, Coty. *Genus ergo deriuabant ab Eumolpo. Alius de quo* Tac. Ann. 2, 64.

COTYTTO, ûs. f. [Κοτυττὼ] *Dea impudicitiae, Venus, Luna, Bendis, cui Athenis a Baptis (eo nomine vocabantur eius ſacerdotes) nocturna ſacra fiebant, quae ab illa vocabantur* Cotyttia. Iuuen. Sat. 2, 92 Cecropiam ſoliti Baptae laſſare Cotytto. *vbi* Vet. Schol. *Pſaltriam Deae cognominem intelligit. Vid. Politianum Miſcellan. cap. 10.*

COTYTTIA, ōrum. n. [Κοτύττια] *Sacra nocturna, quae Athenis fiebant a Baptis in honorem Cotyttûs. Vid.* BAPTAE. Horat. Epod. 17, 56 Inultus vt tu riſeris Cotyttia Vulgata ſacra liberi Cupidinis.

## C O V

COVELLA, ae. f. *i. Caeleſtis. Nam* Couum *veteribus idem ac Caelum. Sic Scalig. ad* Varr. de L. L. 5, 4 p. 49, 29 *interpretatur, quod habent veteres libri* Iuno Couella. *Interim ipſe emendat* Iana nouella. *Sed Scioppii editio* Iuno couella *reuocauit. Conf. Scal. de emend. temp. lib. 2 p. 174.*

COVĪNVS, i. m. *Vehiculi genus notum non Britannis ſolum, ſed Belgis etiam et Germanis. Erat autem Currus falcatus.* Pomponius Mela 3, 6 *de Britannis;* Dimicant non equitatu modo aut pedite, verum et bigis et curribus Gallice armati: couinos vocant, quorum falcatis axibus vtuntur. Lucan. 1, 426 Et docilis rector monſtrati Belga couini. Sil. 17, 418 Agmina falcifero circumuenit arcta couino. *Cum duplici N ſcribitur. Vid. ibi Drakenb. Habet etiam* Hieron. in Ieſ. c. 66.

COVINARIVS, i. m. *Qui couinum regit.* Tacit. in Vita Agric. 35, 4 Media campi couinarius eques ſtrepitu ac diſcurſu complebat. *Adde* 36, 4.

COVNIO, īre. Cathol.

COVS, a, um. Adi. *Vid.* COOS.

COVM, i. n. *i.* Cauum, quod ſub iugo medio aratri eſt Varro de L. L. 4, 31.

COVTERINVS, a, um. Adi. Auguſtin.

COVTOR, uti. Non coutuntur Iudaei Samaritanis Vulgat. Ioh. 4, 9 οὐ συγχρῶνται.

COXA, ae. f. [ἰσχίον] *Os, quod Caput femoris excipit.* In coxae doloribus frigeſcit crus et coxa Celſ. 2, 8. Ille humero, hic lumbis, hic coxa debilis Iuuenal. 10, 227. Renes — lumbis ſub imis — coxis inhaerent Celſ. 4, 1. *vbi tamen Morgagn. Epiſt. 1 in* Celſ. *reponit,* Coſtis, *pro* Coxis. Plin. Ep. 2, 1 Fallente veſtigio cecidit, coxamque fregit. Celſ. 4, 23 Coxis proxima ſunt genua. *Videtur latius accipere* Coxas, *vt femora ipſa comprehendant. Niſi tamen hoc indicat, inter* coxas *et* genua *non eſſe peculiaris morbi ſedem. Certe femur ſuperiori capite ſuo in* Coxam *conuenit, inferiori ad* genu *adiungitur. Sed poſterior certe aetas* Coxam *pro femore dixit.* Veget. Mulom. 3, 57, 2 Inter coxas ſuas mittit caudam bos ſtrophoſus. Ima ſpina in coxarum oſſe deſinit Celſ. 8, 2. *Mox* Sinus Coxae *vocat.*
¶ 2 Coxa *peculiari ſenſu occurrit apud* Fabrett. Inſcript. p. 180 T. CAPELLI. T. F. VINDICIS. IN F. P. XXXVII. A. T. COX. S. P. XXVII. INTRA. COX. P. XXXVII. *Vrſatus putat* Coxam *fuiſſe* Aggerem, *quo* Titi Capelli *monimentum circumdatum*

*tum eſſet.* *Sed* Sic. Flaccus *dicit* Coxam in agris Angulum internum ſignare. *Vid.* Siculum p. 6. *et* Auctorem de Limit. *Edit. Goeſ. p. 266.*

COXENDIX, ĭcis. f. [μηρὸς] *Eiusdem ſignificationis, cuius* Coxa. Varro R. R. 1, 20, 1 *in bouis deſcriptione*, Lata fronte, naribus ſimis, lato pectore, craſſis coxendicibus. Truncus ſuſtentatur coxendicibus Lucil. *apud* Non. 2, 193. Cato 160 Mediam *arundinem* diffinde, et duo homines teneant ad coxendices. Serenus 56 Clauſa acies inter geminae coxendicis vmbras. *Add.* Suet. cap. 80.

COXATIO, *pro* COAXATIO. Vitruu. 9, 2 Summa coxatio ad imum libramentum, *videtur typorum modo in Elzeuiriana vitium eſſe.*

COXĬGO, āre. *Claudicare.* Gloſſ. Lat. Gr. Coxigat, χωλαίνει.

COXO, ōnis. m. *Claudus.* Non. 1, 100 Catax dicitur, quem nunc Coxonem vocant. *Vid.* CATAX.

## C R A

CRABATTVS, i. m. [κράβαττος] *Lectulus meridiando idoneus, vt ait Hotomannus in locum* Scaeuol. l. 20 §. 8 D. de inſtruct. vel inſtrum. Inſtructis domibus legatis, crabattus argento inaurato tectus mortis Titiae tempore, in domibus non eſt repertus, ſed in horreis tantiſper conditus. *Vid.* GRABATVS.

CRABRA, *Nomen proprium Aquae Tuſculum tranſeuntis. Memoratur haec* Aqua Crabra Cic. de Lege Agr. 3, 9 c. 2. *et* Fam. 16, 18. *it.* Frontin. de Aquaed. 9 p. 40 *Poleni, qui vid.*

CRABRO, ōnis. m. [ἀνθρηνὸς] *Inſecti genus affine veſpis, pertinaciſſimum, aculeoque peſtilentiſſimo.* Plin. 11, 21 Veſpae in ſublimi e luto nidos faciunt, et in iis ceras. Crabrones in cauernis ac ſub terra. *Et paullo poſt*, Ictus eorum haud temere ſine febri eſt. Auctores ſunt, ter nouenis punctis interfici hominem. *Conf.* ib. c. 20. *Putatur naſci ex cadauere equi, vt apes ex boue :* Preſſus humi bellator equus crabronis origo eſt Ouid. Met. 15, 368. Spicula crabronum Id. ibid. 11, 335. Aſper crabro Virg. Georg. 4, 245. Plaut. Amph. 2, 2, 75 Irritabis crabrones. *i. mulierem biliosam magis concitabis.*

CRACCA, ae. f. Degenerans ex leguminibus, quae vocatur cracca, in tantum columbis grata, vt paſtas ea negent fugitiuas illius loci fieri Plin. 18, 16 ſ. 41. *Viciae genus adulterinum putat Harduinus.*

CRACENTES, pro Graciles, *apud* Ennium, Succincti gladiis, media regione cracentes. Feſtus, *et inde* Iſid. in Gloſſ.

CRAGVS, i. m. [Κράγος] *Mons Lyciae, Apollini ſacer : qui promontoria octo habere ſcribitur, et eiusdem nominis vrbem.* Ouid. Met. 3, 645 Iam Cragon, et Lymirem, Xanthique reliquerat vndas.

CRAMBE, es. f. [κράμβη] *Braſſicae ſpecies eſt.* Plin. 20, 9 *de* Braſſica *loquens*, In tres ſpecies diuiſere eam Graeci antiquiſſimi : Criſpam, quam ſelinada vocauerunt, a ſimilitudine apii foliorum, ſtomacho vtilem, aluum modice mollientem. Alteram leam, latis foliis e caule exeuntibus, vnde caulodem quidam vocauere : nullius in medicina momenti. Tertia eſt propria appellata crambe, tenuioribus foliis, et ſimplicibus, denſiſſimisque, amarior, ſed efficaciſſima. Cato criſpam maxime probat, dein leuem, grandibus foliis, caule magno. *Vid.* Catonem de R. R. 163. Crambem repetitam Iuuen. Sat. 7, 154 *appellat Declamationem maximo cum taedio iterum atque iterum audiendam. Alii legere vellent* Cambre. *Hinc prouerbium*, Crambe repetita mors eſt.

CRANTOR, ŏris. m. [Κράντωρ] *Philoſophus Solenſis Xenocratis auditor.* Hor. Epiſt. 1, 2, 4 *de Homero*, Quid ſit pulchrum — Planius et melius Chryſippo et Crantore dicit.

CRAPVLA, ae. f. [κραιπάλη] *dicitur, vbi vinum intemperantius hauſtum, capiti detrimenta adfert : quaſi dicatur apud Graecos* κρατὸς πάλη, *capitis lucta, fluctusque et agitatio, Galenus in Aphoriſmos Hippocratis ſcribens annotat, Omnem noxam ex vino factam, a Graecis* κραιπάλην *nominari,* παρὰ τὸ κάρηνον *caput,* καὶ πάλλεσθαι *concuti.* Liu. 9, 30 Nec prius ſenſere, quam plauſtris in foro relictis, plenos crapulae eos lux oppreſſit. Cibo et crapula diſtentos ſaeua et grauia ſomniare autumant Apul. Met. 1. Crapula et capitis errore lapſare Flor. 2, 10, 3. Diſcutere crapulas Plin. 21, 20. *Vid.* ORTHOPNOEA. Excutere crapulam oſcitanti Valer. Maxim. 6, 2, 1 *extr.* Edormiſcere Plaut. Rud. 2, 7, 28. Cic. Philipp. 2, 30 c. 12 Edormi crapulam inquam, et exhala. ¶ 2 Crapula *reſina ad vinum condiendum temperata.* Plin. 14, 20 ſ. 25 Ratio autem condiendi muſta, in primo feruore, qui nouem diebus vt plurimum peragitur, adſperſu picis, vt odor vino contingat, et ſaporis quaedam acumina. Vehementius id fieri arbitrantur crudo flore reſinae, excitarique lenitatem. E diuerſo crapula compeſci feritatem nimiam, frangique virus : aut vbi pigra lenitas torpeat, virus addi. Liguriae maxime circumpadanisque muſtis vtilitas diſcernitur hoc modo : Pugnacibus muſtis crapulae plus inditur, lenibus parcius. Sunt qui ex vtroque condiri velint. Idem 16, 11 ſ. 22 *de pice agens*, Alia, *inquit*, temperies ad crapulam. Namque flos crudus reſinae, cum multa aſſula tenui breuique auulſus, conciditur, *etc.* *Eſt igitur* Crapula *pix certo modo ad vſum vini condiendi parata. Videtur* Plin. 23, 1 ſ. 24 *hanc primam notionem facere, et alteram inde deriuare :* Nouicium reſinatum nulli conducit. Capitis dolorem et vertigines facit : ab hoc dicta crapula eſt.

CRAPVLENTVS, a, um. Adi. *Crapula grauatus.* Ammian. 29, 34 (Valeſ. cap. 5.) Vinoque conſulto diſtentus, et crapulentus. *Ita legit H. Valeſius ex Codice Colbertino ; alii legunt* Crapulentis.

CRAPVLATVS, a, um. Adi. *Idem.* Vulg. Interpr. Pſ. 77, 65 Tanquam potens crapulatus a vino.

CRAPVLARIVS, a, um. Adi. *Ad crapulam pertinens. Vt,* Vnctiones crapulariae Plaut. Stich. 1, 3, 74. *i. vnguenta in vino.*

CRAPVLŌSVS, a, um. Adi. Firmic. 8, 20 Edaces quoque, ac ventri, et gulae crapuloſis libidinibus ſeruientes.

CRAS. Aduerb. [αὔριον] *Die proxime futuro.* Cic. Att. 13, 43 Scies igitur fortaſſe cras, ad ſummum perendie. Horat. Carm. 1, 9, 13 Quid ſit futurum cras, fuge quaerere. Martial. 5, 59 Cras te victurum, cras dicis Poſtume ſemper : Dic mihi, cras iſtud Poſtume quando venit ? Perſ. 5, 66 *in eiusmodi procraſtinatores :*

Cras hoc fiet. Idem cras fiet : quid ? quaſi magnum :
Nempe diem donas. Sed cum lux altera venit,
Iam cras heſternum conſumſimus. Ecce aliud cras
Egerit hos annos, et ſemper paullum erit vltra.

Cras mane ſurgendum Hor. Serm. 1, 6, 120. Cras credo, hodie nihil. *Prouerbium ab hominum ſermone ductum, qui in praeſentia ſe negant credere, ſe cras facturos dicunt.* Varronis *quaedam ſatyra erat hac inſcriptione, vt pleraque eius, prouerbiali. Turnebus.*

CRASTĪNVS, a, um. Adi. [ἐπιάσιος] Plaut. Men. 1, 2, 62 Inde vsque ad diurnam ſtellam craſtinam potabimus. Stat. Theb. 3, 562 Quid craſtina volueret Aetas Scire nefas homini. Cic. Att. 15, 8 *extr.* Sed aliquid craſtinus Dies ad cogitandum nobis de ea re. Plin. 13, 9 Fertilitas aſſidua ei ſubnaſcente craſtino fructu. Hora craſtina, *pro Sequenti et proximo die* Virgil. Georg. 1, 425. Titan Idem Aen. 4, 118. *i. craſtina dies.* Non eſt, crede mihi, ſapientis dicere : viuam ; Sera nimis vita eſt craſtina : viue hodie Martial. 1, 16. Cic. de Orat. 2, 368 Poſt meridiem, ſi ita vobis eſt commodum, loquemur aliquid, niſi forte me in craſtinum Differre vultis. In craſtinum differo res ſeueras Nep. 16, 3, 2. Vocare in craſtinum, *vid.* IN.

CRASTINO. Adu. [αὔριον] *Intell.* die : *Idem, quod Cras.* Gell. 2, 29 Si dominus, *inquit*, meſſem ad amicos reiecit, craſtino ſeges non metetur.

CRĀSIS, f. [κράσις] *Vt a Medicis accipitur, idem eſt, quod Temperamentum, hoc eſt proportio quaedam primarum qualitatum in elementis, ex quibus corpus miſtum eſt et conflatum. A Grammaticis* Craſis *accipitur pro Contractione duarum ſyllabarum in vnam coaleſcentium, vt* τείχȣς *pro* τείχεος. *Dicta* κράσις, ἀπὸ τȣ̃ κεράννυμι, *quod eſt miſceo, ſiue tempero.*

CRASSAMENTVM, CRASSESCERE, *vid.* CRASSVS.

CRASSIVENIVM, i. n. *Aceris arboris genus vilius, a venarum craſſitudine dictum* Plin. 16, 15.

CRASSVS, i. m. [Κράσσος] *Cognomen* Liciniorum *in primis. V. g.* P. Licinius Craſſus ante aetatem Pontifex Maximus factus: quod nunquam antea contigit. *Vid.* Val. Max. 3, 2. *et* 8, 7. L. Craſſus orator, *ſuperioris filius, qui cum Antonio a Cicerone introducitur* in libris de Orat. In eo mirificus quidam pudor fuit, qui tamen non modo non obeſſet eius orationi, ſed etiam probitatis commendatione prodeſſet. Accuſauit C. Carbonem eloquentiſſimum hominem admodum adoleſcens : ſummam ingenii non laudem modo, ſed etiam admirationem eſt conſequutus. Defendit poſtea Liciniam virginem, quum annos XXVII natus eſſet. *Haec ex libris* de Orat. et Brut. Ciceronis, *in quo libro eſt elegantiſſima ipſius Craſſi cum Antonio et Scaevola comparatio. Deploratur multis verbis* Craſſi mors a Cicerone in exordio libri tertii de Oratore. M. Craſſus *Romanorum ditiſſimus, cum Pompeio et Caeſare Rempubl. quaſi diuiſit. Ad bellum miſſus gladiatorum, qui duce Spartaco in Campania inſurrexerant, victoria potitur: ex quo vrbem ouans ingreſſus eſt. Poſtremo quum ei Syria ſorte obueniret, profectus ad bellum Parthicum, ibi filium Publium amiſit. Ipſe demum infeliciter rem gerens, a Surina regis praefecto captus, atque interfectus eſt. Vid.* Valer. Maxim. 1, 6 Plinium 15, 19. *et* Paullum Oroſium 6, 13. Solebat autem dicere, Neminem eſſe diuitem, niſi qui exercitum alere poſſet ſuis fructibus Cic. in Parad.

CRASSIĀNVS, a, um. Adi. *Vt,* Craſſianus exercitus, *i. Craſſi* Paterc. 2, 82, 2.

CRASSVS, a, um. Adi. [παχὺς, παχυλὸς] *Significat, vel denſum et ſpiſſum, vel amplum et magnum cum reſpectu ad eam diametron, quae natura breuior eſt, vel horizonti parallela, vbi a* longo *diuerſum, et* tenui *ſ.* gracili *oppoſitum eſt.* Martial. 12, 26 Et ſubitus craſſae decidit Imber Aquae. Aër craſſus et concretus Cic. Tuſc. 1, 42. *i. turbidus et denſus. Sic* Craſſa *et* Liquida, *contraria ſunt* Lucret. 4, 351. Aër craſſiſſimus Cic. de Natur. Deor. 2, 17. *Vid.* Caelum craſſum. Horat Epiſt. 2, 1, 244 Boeotûm in craſſo iurares aëre Natum, *i.* ita ſtultum, vt eum diceres natum in Boeotia. Craſſo, *i.* Craſſos et hebetes faciente. Porphyr. Cic. pro Flacc. 71 Omnino mallem, et magis erat tuum, ſi iam te craſſi Agri delectabant, hic alicubi in Cruſtumino, aut in Capenati parauiſſes. *Sed locus eſt obſcurus : nec apparet, qui ſint* craſſi agri. Ouid. Amor. 3, 6, 8 Et turpi craſſas gurgite voluis Aquas. Arbores pedes duos craſſae Cato 18. Aurum craſſum Lucan. 10, 113. *i. laminae aureae.* Buxus craſſiſſima in Corſica Plin. 16, 16. Cic. de Fato 7 Athenis tenue Caelum, ex quo etiam acutiores putantur Attici : craſſum Thebis, itaque pingues Thebani et valentes, *i.* aër craſſus. Caligo Cic. Tuſc. 1, . . Caligine craſſus Virgil. Georg. 2, 309. Plaut. Pſeud. 4, 7, 80 Suram vbi adſpicias, ſcias eum poſſe gerere craſſas Compedes. Corpus Lucr. 6, 857. Cruor Virg. Aen. 5, 469. Emplaſtrum ſatis craſſum Scrib. 205. *i. ſpiſſum.* Virg. Georg. 3, 205 Tum demum craſſa magnum Farragine corpus, *etc.* Flumina Stat. Achil. 1, 87. Ter. Hec. 3, 4, 26 Magnus, rubicundus, criſpus, craſſus, caeſius. Plaut. Rud. 3, 5, 53 Quid eſt, quod caueam ? LO. ehem a craſſo Infortunio. Lutum craſſum Cato 92. Maceria craſſa Pedem vnum ſemis Cato 15. Mole craſſa leo Claud. in Eutrop. 2, 377. Paludibus craſſis alni naſcuntur Virg. Georg. 2, 110. Poſtes craſſi Plaut. Moſt. 3, 2, 135. Puluis Stat. Teb. 6, 816. Radice craſſa frutex Plin. 12, 12. Idem 11, 38 Animalium fortiora, quibus Sanguis craſſior. Sanies Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 212. Telum ſanguine Stat. Theb. 2, 659. Tenebrae craſſae Cic. Acad. 4, 122 c. 39 *pr.* Terra, craſſiſſima regio mundi Idem de Nat. Deor. 2, 17. Hor. Serm. 1, 3, 15 Toga, quae defendere frigus Quamuis craſſa queat. *i. filo craſſo et propterea vilis. Add.* Quinctil. 12, 10, 47. Sil. 13, 571 Triſtior his Acheron ſanie, craſſoque Veneno Aeſtuat. Vmbra Sil. 7, 698. Vnguentum Hor. de Arte Poët. 375 *ad vilitatem refertur, quod non ſubtili odore nares penetrat.* ¶ 2 Craſſus, *pro Stulto et hebeti.* Varro Sexageſ. Senibus craſſis humili non vidimus quid faciat *apud* Non. 2, 137. Craſſa Minerua *dicitur aliquid fieri, quod inconditius, ſimpliciusque, quaſique, indoctius fit, non autem exquiſita arte, nec exactiſſima cura.* Hor. Serm. 2, 2, 3 Oſellus Ruſticus, abnormis ſapiens, craſſaque Minerua. Quinctil. 1, 10, 28 de Muſice, et eius laudibus, Libet propter quosdam imperitiores, etiam craſſiore (vt vocant) muſa dubitationem huius vtilitatis eximere. ¶ 3 *Compar.* Martial. 12, 18 Celtiberis Haec ſunt nomina craſſiora terris, *i. Romanis auribus ingratiora.* Arbor craſſior quinque digitis Plin. 17, 11. *Superl.* Aër craſſiſſimus Cic. de Nat. Deor. 2, 17 c. 6. Cortex craſſiſſimus Plin. 16, 6. *Subſtantiue denique* Hor. Serm. 2, 4, 52 Nocturna, ſi quid craſſi eſt, tenuabitur aura.

CRASSĀMEN, ĭnis. n. [πάχος] Colum. 12, 25, 2 Semper in requieta aqua craſſamen aliquod in imo reperitur. *Rurſus* 41, 3 Donec craſſamen in modum faecis exiſtat.

CRASSAMENTVM, i. n. [πάχος] *Craſſitudo.* Gell. 17, 9 Surculi

Surculi duo erant teretes, oblonguli, pari craſſamento, eiusdemque longitudinis. *Reſtituit etiam* Plinio 16, 40. *Harduinus* Rigorem fortiſſime ſeruat vlmus, ob id cardinibus craſſamentisque (*al.* aſſamentisque) portarum vtiliſſima. ¶ 2 Craſſamentum, *pro* Craſſamen. Columel. 12, 12, 1 Nam quoties etiam per longum tempus diffunditur, aliquod craſſamentum in imo ſimile faeci reperitur.

CRASSITIES, ēi. f. Apul. Met. 7 p. 189, 18 Inter centunculos. Pectus et venter cruſtata craſſitie reluctabant. *Vid. etiam Labbaei* Gloſſ. ex vet. Onom.

CRASSITŪDO, ĭnis. f. [παχύτης] Plin. 11, 39 Hippopotami corii craſſitudo talis, vt inde tornentur haſtae. Cacumina infringenda ſunt, vt craſſitudine conualeſcant Colum. 4, 6. Aëris craſſitudo Cic. de Diuin. 1, 93 c. 42. Parietum craſſitudo quinque pedum Caeſ. Bell. Ciuil. 2, 8. Craſſitudine feminis ab ſummo praeacuti ſtipites teretes Id. Bell. Gall. 7, 73. Punctus, In quo nulla omnino craſſitudo ſit Cic. Acad. 4, 116. Referre craſſitudinem mellis Celſ. 5, 28. Craſſitudines Vitr. 3, 2. *et* 4, 4.

CRASSĒDO, ĭnis. f. Fulgent. de Cont. Virg. p. 143 Adipata craſſedo ingenii.

CRASSITAS, ātis. f. Apul. de Mundo p. 729 Adeo illis cognita eſt vis mali ad inferiora aëris noxii craſſitate denſa.

CRASSESCO, ĕre. [παχύνομαι] *Pingueſcere.* Colum. 8, 9. *de turturibus.* Nec quia tritico, vel aliis frumentis minus craſſeſcant, *etc.* Plin. 13, 18 *ad finem*, Nec aliunde magis, quam purgamentis eius ſues craſſeſcunt. *Craſſiorem fieri, aut denſiorem : de aëre* Plin. 2, 43 Qui neque in nebulam denſetur, nec craſſeſcat in nubes. *Ponitur pro Dureſcere* Plin. 35, 5 *pr.* Craſſeſcente limo vſque in duritiem pumicis.

CRASSIFĬCO, āre. vt, Corpus craſſificare Cael. Aurel. Tard. 5, 2.

CRASSIFICATIO, ōnis. f. Cael. Aurel. Tard. 5, 3 Viſcoſa craſſificatio.

CRASSE. Adu. [παχυλῶς] Columel. 12, 43 Lata vaſa in modum patinarum fieri iubebat : eaque intrinſecus et extrinſecus craſſe picari. *i. Spiſſe.* Craſſe oblinere Scribon. 46. *Metaph.* Craſſe compoſitum aliquid Hor. Epiſt. 2, 1, 76. *Compar.* Plin. 37, 7 Feminae pigriores, ſunt et craſſius nitent. Virens craſſius Idem 37, 8. *Add.* Scribon. 228.

CRASSO, āre. *Craſſum reddere.* Apul. de Aſino 3 p. 139, 39 Pili craſſantur in ſetas.

CRASSĀTVS, a, um. Part. *vt*, Aër denſiore terrarum halitu craſſatus Ammian. 19, 4. Spiritus craſſatus Idem loc. cit.

CRASTINO, CRASTINVS, *vid.* CRAS.

CRATAEGIS, is. f. *Herbae genus*, cuius ſemen teſtium eſt ſimile. *de qua* Plin. 26, 10.

CRATAEGŎNON, *ſiue* CRATAEOGŎNON, n. [κραταιόγονον] *Genus herbae.* Plin. 27, 8 Crataeogonon ſpice tritici ſimile eſt, multis calamis ex vna radice micantibus, multorumque geniculorum. Naſcitur in opacis, ſemine milii, vehementer aſpero guſtu. *De hac multo plura ibidem et aliis locis.*

CRATAEGVM, *vid.* CRATHEGON.

CRATAEIS, ĭdis. f. *Alias Hecate, mater Scyllae.* Virg. Ciri 66 Siue Crataeis, ſiue illam monſtro genuit Perſaea biformi. Ouid. Met. 13, 749 Nereis his contra reſecuta Crataeide natam.

CRĀTĒR, ēris. *Accuſ.* ēra. *Accuſ. Pl.* ēras. m. [Κρατὴρ] *It.* CRATĒRA, ae. f. *pro quo etiam* CRETERA *vel* CRETERRA *eſt in libris antiquis*, (*vt nempe etiam Graeci in prima Syllaba η admittunt*) *vnum idemque ſignificant, nempe vas conuiuale maius, vino miſcendo et temperando aqua* (*a* κεράννυμι, κέκραται) *inſeruiens. Ponamus exempla* Crateris, Craterae *et* Creterrae. Virg. Aen. 7, 528 Crateras magnos ſtatuunt, et vina coronant. Bacchus in altos Crateras, paterasque redit Stat. Theb. 10, 307. Virgil. Aen. 9, 165 Fuſique per herbam Indulgent vino, et vertunt crateras ahenos, *i. Ebibunt.* Virg. Aen. 9, 266 Cratera antiquum quem dat Sidonia Dido. Capax vrnae crater Iuuen. Sat. 12, 44. Caelatus Ouid. Met. 8, 668. Martial. 12, 32 Et cum lucerna, corneoque cratere. Stat. Achill. 1, 114 Conſanguineos fracti crateres in hoſtes, *de conuiuio cruento Centaurorum.* Impreſſus ſignis Virg. Aen. 5, 536. Inauratus Ouid. Faſt. 2, 251. Virg. Georg. 2, 457 Et Magno Hylaeum Lapithis cratere minantem. Solidus auro crater Virg. Aen. 2, 765. Vacui mero crateres Stat. Theb. 2, 76. Virg. Aen. 3, 525 Tum pater Anchiſes magnum cratera corona Induit, impleuitque mero. Laceſſere aliquem magno cratere Valer. Argon. 5, 571. *i. propinato cratere inuitare ad bibendum.* Ouid. Met. 8, 669 Poſthaec caelatus eadem ſiſtitur argilla crater. *Praeceſſit fictilium mentio. Talis eſt* Ouid. Faſt. 5, 522 Terra rubens crater, pocula fagus erant. ¶ 2 Crater *per Metaphoram de aliis cauis amplioribus dicitur. Sic de hiatu illo in monte Aetna, per quem ignis cinisque euomitur.* Plin. 3, 8 Mons Aetna nocturnis mirus incendiis : crater eius patet ambitu ſtadiorum viginti. *Sic* Crater *eſt quam vulgo* Peluim *appellant in fontibus manufactis, id eſt ſalientis aquae conceptaculum.* Plin. Epiſt. 5, 6, 22 Hic iuxta fonticulus : in hoc crater, circa ſiphunculi plures qui miſcent iucundiſſimum murmur. *Et mox* E ſtibadio aqua velut expreſſa cubantium pondere, ſiphunculis effluit, cauato lapide ſuſcipitur, gracili marmore (*Hic* crater *eſt*) continetur, atque ita occulte perforato, vt impleat nec redundet. *Vorago, ſeu hiatus terrae etiam eſt* Ouid. Met. 6, 424 *de Plutone Proſerpinam rapiente*

In gurgitis ima
Contortum valido ſceptrum regale lacerto
Condidit: icta viam tellus in tartara fecit,
Et pronos currus medio cratere recepit.

*Denique Sinus in litore Campano, a Miſeno Athenaeum* (*ſ. Promontorium Mineruae*) *vſque extenſus, duobusque paene coëuntibus promontoriis incuruatus, in quo etiam Baiae, a* Cicerone *intelligitur* Att. 2, 8 Quoniam putas praetermittendum nobis eſſe hoc tempore Cratera illum delicatum. *Vid. Interpretes.* ¶ 3 Crater *ſidus.* Seru. *ad* Georg. 1, 205 Anguis auſtralis, in quo ſunt Crater et Coruus. ¶ 4 CRATERA, *vt diximus, idem quod* Crater. Seru. *ad* Aen. 1, 728 Latine *haec Cratera* dicitur, vt Perſius (2, 52) Si tibi crateras argenti, incluſaque multo Auro Dona feram. *Amet* Horatius, *v. g.* Od. 3, 18, 7 Larga nec deſunt Veneris ſodali vina Craterae. *Haec conſtans lectio, qu*[illegible]*mquam* ſodalis *maſculinum arguere videri poſſit.* Idem Sat. 2, 4, 80 Siue grauis veteri craterae limus adhaeſit. *Vtroque loco caſum in I euitaſſe videtur.* Apul. Florid. p. 363 Sapientis viri ſuper menſam celebre dictum eſt. Prima, inquit, cratera ad ſitim pertinet, ſecunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad inſaniam. Verum enim vero Muſarum cratera verſa vice quanto crebrior quantoque meracior, tanto propior ad animi ſanitatem. Prima cratera Literatoris ruditatem eximit, ſecunda Grammatici doctrina inſtruit, tertia Rhetoris eloquentia armat. Hactenus a plerisque potatur. Ego et alias Crateras Athenis bibi, Poëticae commentam, Geometricae limpidam, Muſicae dulcem, Dialecticae auſterulam : enimuero vniuerſae philoſophiae inexplebilem ſcilicet, nectaream. *Ipſe* Cic. Verr. 4, 131 c. 59 Ideo praeteribo, quod iſte menſes Delphicas e marmore, Crateras ex aere pulcherrimas — Syracuſis abſtulit. *Sic ex MSS. Grut. et rell.* Liu. 5, 25 Crateram auream fieri placuit. *Et* c. 28 Crateramque auream donum Apollini Delphos legati qui ferrent. ¶ 5 CRETERA, CRETERRA, CRATERRA *forte librariis, certe ſemiueteribus et Grammaticis tribuenda ſunt. Apud* Feſtum *legitur*, Cretere (*forte* Creterae) vocabulum trahitur a Cratere, quod vas eſt vini. Non. 15, 36 Creterra eſt, quam nunc ſitulam vocant. Naeuius Lycurgo — Nam vt ludere laetantes inter ſe vidimus praeter amnem creterris ſumere aquam ex ponte. Varro de Vita Populi Rom. lib. 3 Ad Sybaritanam praedam, in qua ſunt tripodes creterrae, anancaea populo (*ſ.* pocula) nobilium Tarentinarum. Cic. de Deorum Natur. lib. 2 (114 c. 44) In medioque ſinu fulgens creterra relucet. *Sed, apud* Ciceronem *hodie* Cratera *ſine varietate legitur.* Craterras Perſio l. c. *etiam tribuit Caſaubonus.* Vet. Onom. Lat. Gr. Creterra ὑδρία. *Nempe* crater *ille caeleſtis quibusdam* Vrna aquaria *eſt, vt* Schol. Germanici. *Hoc poteſt etiam adhiberi ad* Naeuii *locum a* Nonio *laudatum, vbi pariter ad aquam hauriendam pertinet : vnde etiam ſitulam reddit* Nonius.

CRATERĪTES, ae. m. Gemma eſt inter chryſolithi et electri colorem Plin. 37, 10.

CRATES, ētis. [Κράτης] *Virorum aliquot celebrium nomen. Hic locum ſibi vindicat* Crates Mallotes *Grammaticus, de quo* Sueton. Gram. 2, *propter verſiculum* Bibaculi, *quem refert idem* Sueton. Gram. 11 En cor Zenodoti, en iecur Cratetis ! *qui prouerbii vim habet in homines, qui ſibi videntur acuti.*

CRATES, is. f. [ταῤῥὸς] *Tabula viminibus contexta.* Plaut. Poen. 5, 2, 65 Sub cratim vt iubeas ſeſe ſupponi, atque eo Lapides imponi multos, vt ſeſe neces. Liu. 1, 51 *de Turno*, Nouo genere leti Deiectus ad caput aquae Ferentinae, crate ſuperne iniecta, ſaxisque congeſtis, mergeretur. Idem 4, 50 Ad vociferationem eorum, quos necari ſub crate iuſſerat : *ita Poſtumius Coſ. rebelles in exercitu punire volebat.* Tacit. de Germanis 12 Ignauos et imbelles, et corpore infames, coeno ac palude, iniecta inſuper crate, mergunt. *Frequens vſus in munitionibus et re militari. Sic* Pinnae loricaeque ex cratibus attexuntur Caeſ. Bell. Gall. 5, 40. Liu. 10, 38 Ibi mediis fere caſtris locus eſt conſeptus cratibus, pluteisque et linteis contextus. Stat. Theb. 4, 110 *de clipeis craticiis, lamina aerea obductis*, Omnibus aeratae propugnant pectora crates. Arbuteae Virg. Georg. 1, 166. Ficariae crates, Catoni de R. R. 48, 2 *Quas praecipit* ſeminario imponi, *quibus fici, dum ſiccuntur, acclinatis in teſtitudinis morem, aduerſus iniuriam pluuiae noctisque rorem defenduntur, de quibus* Columel. 12, 15, 1 Paſtorales crates, culmo, vel carice, vel filice textae, *etc. Sic* in crate ſiccantur vuae Colum. 12, 16, 2. Iuuen. Sat. 11, 82 Sicci terga ſuis Rara pendentia crate Moris erat quondam feſtis ſeruare diebus. *Intelligo vas vimineum, quod aërem admittat et fumum, excludat aliam murium etc. iniuriam.* Stercorariae crates Cato 10, 2 *quibus ad ſtercus euehendum vtuntur.* Hor. Epod. 2, 45 Claudensque textis cratibus laetum pecus, Diſtentia ſiccet vbera. Soluere crates fauorum Virg. Georg. 4, 214. *Vtitur etiam* Pallad. Iun. 7, 1. *Metaph.* Ouid. Met. 8, 806 Ventris erat pro ventre locus : pendere putares Pectus, et a ſpinae tantummodo crate teneri, *i. a coſtis. Ponitur etiam pro* Occa *apud* Virgil. Georg. 1, 95 Multum adeo, raſtris glebas qui frangit inertes Vimineasque trahit crates, iuuat arua. *Et* Plin. 18, 18 Semen protinus iniiciunt, cratesque dentatas ſuper trahunt. Cratem facit vitis Colum. 4, 2, 1 *quod mox ita declarat*, cum inferius ſolum quaſi cancellauit atque irretiuit, cratem facit, et pluribus radicibus inter ſe connexis angitur.

CRATICŬLA, ae. f. Dimin. [ταῤῥύδριον] *In qua cibi torrentur.* Martial. 14, 221 Parua tibi curua craticula ſudet ofella. Argentea craticula Petron. 31. Craticulas duas *in torculario eſſe iubet* Cato 13, 1. Lucernae *enim* craticulae, *quas hic comminiſcuntur, puto, nullae ſunt.*

CRATICŬLVM, i. n. *A* Graeco κρατέω deducitur Feſtus. *Suſpicatur Scal. leg.* a Crate.

CRATICIVS, *vel* CRATITIVS, a, um. Adi. vt, Craticii parietes, *qui cratibus inſertis fiebant, ſeu aſſeribus arrectis, transuerſisque in modum cratis :* Vitruu. 7, 3 p. 133 Sin autem in Craticiis tectoria erunt facienda, quibus neceſſe eſt etiam in arrectariis et transuerſariis rimas fieri, ideo quod luto cum liniuntur, neceſſario recipiunt humorem, quum autem areſcunt extenuati in tectoriis faciunt rimas : id vt non fiat, haec erit ratio. Cum paries totus luto inquinatus fuerit, *etc. Craticii igitur dicuntur, quia* arrectariis et transuerſariis *lignis atque adeo in cratem velut diſpoſitis conſtant.* Vlpian. l. 52 §. 13 ff. pro ſocio, Item Mela ſcribit, ſi vicini ſemipedes (*ſpatii ſ. areae*) inter ſe contulerunt, vt ibi craticium (*antiquae editt.* concraticium) parietem inter ſe aedificarent, ad onera vtriusque ſuſtinenda ; deinde aedificato pariete alter in eum immitti non patiatur ; pro ſocio agendum. *Eſſe hunc etiam* intergerinum parietem, *facile dederim.* Vitruu. 2, 8 Craticii vero parietes velim quidem ne inuenti eſſent, quantum enim celeritate et loci laxamento proſunt, tanto maiori et communi ſunt calamitati, quod ad incendia vti faſces, ſint parati. *Add.* Oroſ. 5, 12.

CRATIO, īre. *Occare.* Plin. 18, 28 *pr.* Vtiliſſimum ſimul et herbae arare, deinde cratire, ſerere florem ex foenilibus, atque ex praeſepibus foeno delapſum ſpargere prius, quam cratiantur. Cratire *vocat, terram cratibus in puluerem reſoluere, et ſemen iactum obruere.*

CRATHIS, *cum* TH *adſpirato, Herodoto lib.* 1 *Achaeorum fluuius a quo, qui in Italia ſic cognominatur, nomen accepit.* De quo Ouid. Met. 15, 315 Crathis, et hinc Sybaris veſtris conterminus oris Electro ſimiles faciunt auroque capillos. *Hunc et* Lapidoſum *vocat* Faſt. 3, 581. *Huius fluuii meminit* Plin. 3, 10. *Hic, vt ait Strabo lib.* 6. *multis medetur morbis, hominesque in eo lotos, caeſarie candidos et flauos efficit.*

CRATICVLA, *vid.* CRATES.

CRATĪNVS, i. m. [Κρατῖνος] *Athenienſis comicus antiquae Comoediae.* Horat. Epiſt. 1, 20, 1

Priſco ſi credis Maecenas docte Cratino :
Nulla placere diu, nec viuere carmina poſſunt
Quae ſcribuntur aquae potoribus.

Audax Perſ. Sat. 1, 123.

CRATIO, īre. *vid.* CRATES.

CRATIPPVS, i. m. [Κράτιππος] *Mitylenaeus, quem Athenis docentem audiuit Ciceronis filius : vt eſt in prooemio librorum de officiis. Vt iucundum conuictorem laudat* Cicero filius Fam. 16, 21.

CREAGRA, ae. f. κρεάγρα: ex κρέας caro, et ἄγρα captura. Mart. Capell. 9 p. vlt. Artes creagris vix amicas Atticis. *Varia conantur hic viri docti. Acquieſcit Grotius in ſententia Scaligeri, Ipſa ingenia, eo quod ſcientias apprehendant,* creagras *dixiſſe* Capellam. *Certe, vt docent* Gloſſ. Iſidor. Creagrae, Fuſcinae ad carnes de caldariis proferendas.

CRĒBER, bra, brum. Adi. [συχνός, θαμινός] *Frequens, et inde denſus, quaſi Creſcens numero.* Virg. Georg. 3, 470 Non tam creber, agens hiemem, ruit aequore turbo. Crebri ad terram decidunt Plautus Poen. 2, 3, 8. *Et* Amphit. 1, 1, 81 Crebri hoſtes cadunt. Liu. 1, 31 Crebri e caelo cecidere lapides. Virg. Aen. 1, 85 Creberque procellis Africus. Agmen crebrius Ouid. de Arte Am. 1, 66. Amplexus crebri Ouid. Met. 9, 537. Anhelitus Virg. Aen. 5, 199. Idem ibid. 5, 764 Creber et adſpirans rurſus vocat Auſter in altum, *i. ſatis fortis.* Compellationes crebrae Cic. Fam. 12, 25 *i. frequentes.* Diluuia crebra, et aſſiduae tempeſtates Plin. Epiſt. 8, 17. Cic. de Sen. 44 c. 13 *de Duilio*, Delectabatur crebro Funali ac tibicine, *i. multos tibicines praeire, multa funalia ſibi praeferri iubebat. Neque enim opus eſt cum Gronou. Obſſ. 3, 6* Crebrum *interpretari quaſi lucernam πολύμυξον, et comparare cum* denſo funali lampadibus Ouid. Metam. 12, 247. *de quo in* FVNALE. *Talia enim candelabra ad praeferendum vix apta.* Gemitus Ouid. Met. 10, 509. Hor. Carm. 1, 25, 2 Parcius iunctas quatiunt feneſtras Ictibus crebris iuuenes proterui. Ictus creber, *aut* languidus Plin. 11, 37 ſ. 88 *de arteriis.* Virg. Aen. 12, 713 — tum crebros enſibus Ictus Congeminant. Ignes creberrimi Sall. Iug. 106. Literae crebrae Cic. Fam. 16, 5. Crebriores Id. Att. 11, 10. Caeſ. Bell. Gall. 5, 44. Ilicibus crebris ſacra nemus accubet vmbra Virg. Georg. 3, 3, 34. Mobilitas Ouid. Ep. 15, 48. Mortes Tacit. Hiſt. 2, 30. Nuntius creber recurrit Claud. in Eutrop. 2, 323. Sen. Herc. fur. 327 Nemo ſe tuto diu Periculis offerre tam crebris poteſt. Pocula Lucret. 4, 1226. Virg. Aen. 12, 533 Crebro ſuper vngula Pulſu Incita proculcat. Quaeſtu crebro petere aliquid Tacit. Ann. 3, 55. Repulſus Lucret. 4, 105. Rumore crebro vulgi lacerari Tacit. Ann. 15, 73. Salicto crebro oppletus locus Plaut. Aulul. 4, 6, 9. Cic. Philipp. 14, 14 c. 5 Scitis enim per hos dies creberrimum fuiſſe Sermonem: me per Idus Quinctiles, qui dies hodie eſt, cum faſcibus deſcenſurum. Sonus Plin. 10, 29. Silua Lucret. 6, 1304. Virg. Aen. 11, 611 Fundunt ſimul vndique Tela Crebra niuis ritu. Idem ibid. 3, 127 Crebris freta conſita Teris. Vocibus crebris petere aliquid Claud. in ſec. Conſ. Stil. 54. Venae et arteriae crebrae, multaeque toto corpore intextae Cic. de Nat. Deor. 2, 138. Crebrae vel potius quotidianae Compellationes Cic. Fam. 12, 25. Creber in eo fuiſti, *h. e. frequens, et aſſiduus.* Cicero pro Planc. 83. *Sic* Att. 1, 19 *pr.* Et in ſcripto multo eſſem crebrior quam tu. *Al.* ſcribendo, *quod certe vſitatius; de literarum enim officio ſermo eſt.* Cic. de Orat. 2, 56 Thucydides omnes dicendi artificio mea ſententia facile vicit, qui ita creber eſt rerum frequentia, vt verborum prope numerum ſententiarum numero conſequatur. Crebriſſimos fluctus *dixit* Gell. 2, 30 *pro* Creberrimos.

CREBRO. Adu. [συχνῶς] *Frequenter.* Ter. Heaut. 1, 2, 31 Scortari crebro nolunt. Cic. de Senect. 44 Delectabatur crebro funali et tibicine. Mittere literas Cic. Att. 6, 5. Crebro *et* Interdum, *contraria* Cic. de Legib. 1, 15 Crebro inſiſtens, interdum acquieſcens. Reuerberari crebro Curt. 8, 9, 7. *Compar.* Plaut. Rud. 1, 2, 14 Villam integundam intelligo totam mihi, Nam nunc perlucet ea, quam cribrum, crebrius, *i. pluribus foraminibus transmittit lucem.* Cic. de Diuin. 1, 93 Etruſci autem, quod religione imbuti ſtudioſius et crebrius hoſtias immolabant. Crebrius mittere literas Idem Fam. 5, 6 *extr.* *Add.* Scribon. 66. *Superl.* Cic. de Diuin. 1, 56 c. 27 Quae creberrime commemorantur a Stoicis. *Sed* Cael. Aurel. Tard. 2, 2 Adducere buccas crebriſſime.

CREBRĒ. Adu. *Idem.* Vitruu. 2, 9 Palationibus crebre fixa.

CREBRITER. Adu. Crebro, etiam Vitruu. 8, 3 *et* 10, 19.

CREBRĬTAS, ātis. f. [συχνότης] *Frequentia.* Cic. Fam. 3, 1 Vt longi temporis vſuram, qua caruimus, intermiſſa noſtra conſuetudine, et gratia, et crebritate et magnitudine officiorum meorum ſarciam. Idem Att. 13, 18 Tanta erat crebritas literarum. Concinnitas crebritasque ſententiarum Cic. de Clar. Orat. 327. Crebritates Vitruu. 2, 1 *et vlt.*

CREBRITVDO, ĭnis. f. *pro Crebritate ex* Siſenna lib. 4 Hiſtoriarum *laudari videtur a* Nonio 2, 178.

CREBRESCO, crebrui, ēre. [συχνοῦμαι] *Crebrum fieri.* Plin. Epiſt. 6, 26 Tum crebreſcere fragor, aduentare etiam, *etc.* Optatae aurae crebreſcunt Virg. Aen. 3, 530. Sermonem crebreſcere Idem ibid. 12, 222. Famam Germanicae cladis crebreſcentem nequaquam moeſta ciuitas excipiebat Tacit. Hiſt. 4, 12. Iamque rumor publice crebruerat Apul. Met. 10 p. 247. Crebeſco *ſcribunt alii: id quod defendit Manut. ad* Cic. Fam. 7, 20. *Conf. Drakenb. ad* Sil. 10, 1.

CREBRO, āre. Sin crebrauit, ipſus gaudet, res perit Plaut. Truc. 1, 1, 29. *Gronou.* Si increbrauit: *Videtur ſignificare, ſi crebro fuit amatori copia meretricis, ſi creber fuit apud illam et aſſiduus.*

CREBRISVRVS, a, um. Adi. *vt,* Vallum crebriſurum; ſignificat Vallum crebris ſuris, hoc eſt palis munitum. Feſtus.

CREDO, credĭdi, credĭtum, ĕre. [πιστεύω] *Eſt dictis vel factis, vel homini adeo fidem habere.* Quid credas, aut cui credas? Ter. Adel. 3, 2, 32. Credo, illum iam affuturum eſſe Idem Eun. 4, 6, 1. Credam fore, dum quidem ipſe in manu habeo Plaut. Aſin. 2, 4, 57. Ter. Andr. 5, 4, 45 Omnes nos gaudere hoc Chreme, te credo credere. Magis credo, *vid.* MAGIS. Auidiſſime credere Plin. 5, 1. Non facile ad credendum induci Nep. 9, 3, 1. Obſtinate credere, *vid.* OBSTINATVS. Tarde Ouid. Epiſt. 2, 9. Temere Idem ad Liu. 329. Cic. de Petit. Conſ. 30 c. 10 Neruos atque artus eſſe ſapientiae non temere credere. Si credere dignum Virg. Georg. 3, 391. Si credidit alta vetuſtas Sil. 1, 26. Vix credere poſſis, quam non ſibi ſit amicus Hor. Serm. 1, 24, 52. Vix credendi effectus Scribon. 19. Credo, addimus, *inquit,* Donatus, ad ea, quae apud nos parum certa ſunt, vt Dubitationem potius quam Certitudinem ſignificet. Ter. Adel. 1, 2, 71 Credo iam omnium taedebat. Ad precatorem abeam, credo, qui mihi ſic oret: nunc *etc.* Ter. Phorm. 1, 2, 90. Credere, Putare, *inquit* Donatus, *ad* Ter. Adel. 4, 5, 59 Quid credebas? dormienti haec tibi confecturos deos? *Sic* Inhoneſtam ſibi credidit orationem Socrates, quam ei Lyſias reo compoſuerat Quinctil. 2, 15. Credo, Ironice dictum, *inquit* Donatus, *ad* Ter. Eun. 5, 2, 23 Abi hinc inſana. P. quid ita vero? debeam credo iſti quidquam furcifero, ſi id fecerint. *Sic* Cic. de Nat. Deor. 1, 86 *de latronibus et ſacrilegis loquens,* Credo aut illos mortis timor terret, aut hos religionis. Credere, *Vere ſcire.* Ter. Phorm. 1, 1, 6 Ei credo munus hoc corraditur. Cic. Verr. 3, 216 At vberiora cibaria facta ſunt caritate. credo: neque id eſt nouum, neque reprehendendum. Donatus. *Idem* Credere, *dubitantis:* Certum eſſe, fidentis. Ter. Eun. 4, 7, 42 Quin redeamus: iam haec tibi aderit ſupplicans vltro. THR. credin'? G. immo certe. Plaut. Bacch. 2, 2, 7 Venire tu me gaudes: ego credo tibi. *Conf. Formulae quas damus* n. 4. Ter. Eun. 4, 4, 37 Age nunc bellua, credis huic quod dicat? PY. quid iſti credam? res ipſa indicat. Credone tibi hoc nunc, peperiſſe hanc e Pamphilo? Ter. Andr. 3, 2, 17. Chirographis alicuius Cic. Fam. 10, 21. Famae Ouid. Epiſt. 9, 119. Plaut. Stich. 3, 2, 43 Certum eſt, muſtellae poſthac nunquam credere. *Genus erat augurii domeſticum, quum vel ſerpens, vel muſtella viſa erat, vel gallina cecinerat, aut canis ater aedes ingreſſus erat.* Ter. Phorm. 4, 4, 25 Introiit in aedes ater alienus canis; anguis per impluuium decidit de tegulis; gallina cecinit, *etc.* Vtrumque vitium eſt, et Omnibus credere et nulli Sen. Ep. 3. Oraculis credere Curt. 10, 5, 33. Claud. de Birro Epigr. 42, 4 Si mihi nulla fides, credite vel Pretio, *i. ex ipſo pretio mihi credite, quam vilis ea fuerit veſtis.* Suet. Veſp. 6 Quaſi minus Rumori crederent. Verbis blandis Ouid. Epiſt. 2, 49. Cic. Att. 8, . . . Quod ſi voluerit tibi obtemperare, et nobis de Caeſare credere, *etc.* Ouid. ex Pont. 1, 8, 13 Caſpius Aegypſos, de ſe ſi creditur ipſis, Condidit, et proprio nomine dixit opus. Temere alicui de re aliqua Quinctil. 2, 14. Sententiae alicuius de vtilibus, atque honeſtis Idem 2, 8. Cic. Fam. 3, 11 Bis ad te ſcripſi me purgans diligenter, te leuiter accuſans in eo, quod de me cito crediſſes. Cic. Att. 9, 11 Recte non credis de numero militum. ¶ 2 *Ad fiduciam et bonam de virtute alterius opinionem pertinet.* Ouid. Epiſt. 17, 172 Moribus et vitae credidit ille meae. Virg. Ecl. 2, 17 O formoſe puer, nimium ne crede colori, *i.* Ne confide. Seruius. *Metaphora, qua indicatur incertum et inconſtantia formae.* Virtuti ſatis credebant Salluſt. . . . Cic. pro Flacc. c. 20 Qui tamen credidit P. Fuluii Verratii lectiſſimi hominis fidei, *i. fideiuſſori Verratio. Paullo aliter* Ter. Eun. 5, 2, 59 Crede hoc meae fidei, dabit hic aliquam pugnam denuo, *i. mihi, quem veracem noſti.* Plaut. Trin. 1, 2, 102 Crede huic tu te, iam ſuam rem melius geſſerit. *Per ironiam dictum.* Committere et credere aliquid fidei et poteſtati alicuius Cic. Quint. Frat. 1, 1. Rectiſſime et credere, et committere omnia alicui Idem ibidem 1, 1. Cauſam diis credere Lucan. 7, 77. Concubinas alicui Martial. 12, 49. Cuſtodiam alicui Clemens in l. vlt. D. de Cuſtod. reorum. Auctor ad Herenn. 4, 47 Nam quum canes fungantur officiis luporum, cuinam praeſidio pecuaria credemus? Pignora ſua alicui Ouid. de Arte Am. 3, 486. Virg. Aen. 10, 70 Num Puero ſummam belli? num credere muros? Claud. Epigr. 24, 4 Ionio credam turgida Vela Mari. Crede ratem ventis, animum ne crede puellis, Namque eſt feminea tutior vnda fide Petron. . . Se credere Neptuno, *pro Se committere mari.* Plaut. Rud. 2, 6, 2. Virg. Aen. 6, 14 Daedalus, (vt fama eſt) fugiens Minoia regna, Praepetibus pennis auſus ſe credere caelo. Virg. Georg. 2, 333 Inque nouos ſoles audent ſe gramina tuto Credere. *i. Egredi terra, et creſcere verno tempore.* Se hoſtibus perfidis credere Hor. Carm. 3, 5, 33. Ouid. Met. 12, 115 Dixit: et, anteactis veluti male crederet, haſtam Miſit in aduerſum Lycia de plebe Nemeten. Ter. Adel. 4, 5, 6 Quandoquidem hoc nunquam mihi ipſe voluit credere, *i. ſecretum ſuum fidei meae committere.* Animum ſuum credere alicui Ter. Andr. 1, 5, 38. Conſilia ſua credere alicui Idem Eun. 3, 1, 13. Idem Adelph. 5, 4, 18 Me fugitant, illi credunt conſilia omnia. Cerae aliquid credere Plaut. Perſ. 4, 3, 59. *i. ſcribere in tabellis cereis.* Virg. Aen. 9, 42 Neu ſtruere auderent aciem, neu credere campo. Libris arcana Horat. Serm. 2, 1, 31. Nocti veritus ſe credere Ouid. Met. 4, 620. Paludi alueos apum non credere Virg. Georg. 4, 48. Pedibus ſe Sil. 4, 302. Pugnae ſe Virg. Aen. 5, 383. Vltra non credere Solo *Hercules ad Antaeum* Lucan. 4, 647. *Et mox* 653 Terriſque diu non credidit hoſtem. *i. non deiecit in terram, a qua vires reciperet. Conf. Heinſ. ad* Sil. 4, 571. Rem tanti ſceleris, ignotis alienisque ſeruis non eſſe credendam Cic. pro Cael. 53. *Add.* Idem Catil. 3 c. 9. Facinus magnum credere timido pectori, ſtultum eſt Plaut. Pſeud. 2, 1, 3. Ter. Phorm. 1, 2, 11 Cuius tu fidem in pecunia perſpexeris, verere ei verba credere? Cic. Att. 3, 15 Ego ſi tuam fidem accuſarem, non me potiſſimum tuis tectis crederem, *i. non diuerſarer apud te.* Credere vni omnia Cic. pro Lege Manil. 68. *Sic* Ter. Eun. 3, 1, 12 Credere exercitum alicui. ¶ 3 *Ad contractus pertinet.* Credendi appellatio generalis eſt, *ait* Vlpian. in l. 1 D. de rebus creditis, Nam cuicunque rei aſſentiamur alienam fidem ſecuti, mox recepturi quid ex hoc contractu, credere dicimur. *Haec ille. Siue ergo pecuniam aliasque res, quae non in ſpecie, ſed in genere redduntur: ſiue quid aliud cuius ſolutio ſpeciem, id eſt indiuiduum ipſum creditum exigat, (vt in depoſito et pignore) alterius fidei committamus, recte* credere *dicimur. Hotom.* Credere, *eſt ſeruandum committere.* Plaut. Aſin. 4, 8, 7 Nunquam hodie induces: vt tibi credam hoc argentum ignoto. *Sic,* Credere aurum fidei alicuius Plaut. Aul. 4, 2, 8. *Vnde* Creditores *dicti. Hinc de mutuo frequens eſt: v. g.* Credere Pecuniam Cic. Fam. 1, 7. Idem pro Rabir. Poſt. 5 In dando et credendo proceſſit longius: nec ſuam ſolum pecuniam credidit, ſed et amicorum: — vt iam metuere Poſtumus cogeretur, ne quod crediderat perderet, ſi credendi conſtituiſſet modum. Liu. 27 *extr.* Statum quoque ciuitatis ea victoria mouit, vt iam inde haud ſecus quam in pace res inter ſe contrahere vendendo, emendo, mutuum dando argentum creditum ſoluendo, auderent. Plaut. Rud. 2, 7, 23 Ego nunquam hodie quidquam credam, niſi accepto pignore. Idem Merc. prol. 51 Conclamitare tota vrbe et praedicare, omnes tenerent mutuitanti credere, *i. cauerent ſibi, ne mutuum petenti pecuniam crederent.* Credere alicui male Plaut. Curcul. 4, 1, 20. Cic. de Aruſp. Reſp. 29 Alterum putabo regem, ſi habuerit, vnde tibi ſoluat, quod ei per ſyngrapham credidiſti. Cic. pro Rabir. Poſt. 39 An quum credebat, inductus vſuris, id agebat, vt haberet quamplurimum? Poſteaquam exegit, quod crediderat, vt exiſtimaretur non egere, nouum genus hoc gloriae concupiſcit? Martial. 12, 25 Quod mihi non credis veteri Theleſine ſodali, Credis colliculis, arboribusque meis, *i. quod ſine hypotheca mihi non dares, mutuo das hypotheca in agris conſtituta.* Credere ſub vſuris alicui Gaius in l. Mandatam inter §. 1 D. Mandat. vel contr. *Sic et* Sine vſuris credere, Ibid. Vlpian. l. idemque §. Si mandauero D. Mandat. vel contr. Quamuis ſi periculo ſuo crediſſet, ceſſaret, inquit Labeo, in vſuris actio mandati. *Subaudi,* Pecuniam. ¶ 4 *Formulae diuerſae.* Cic. Fam. 1, 9 Exarſi non ſolum praeſenti, credo iracundia. Ter. Eun. 2, 2, 41 Numquidnam hic quod nolis vides? P. Te G. Credo. at numquid aliud? Satis credo Ter. Andr.

Andr. 4, 1, 49. *Idem* Eun. 5, 9, 21. Gaudeo. C. Satis credo, nihil eſt Thaide tua dignius quod ametur. Cic. Verr. 4, 28 Fuit tanti, mihi crede: haberes quod defenderes. Cic. Att. 10, 4 Non ſum (mihi crede) mentis compos. Idem Verr. 4, 33 Pueri autem Siſennae, credo qui audiuiſſent, quae in iſtum teſtimonia eſſent dicta. *Et* pro Roſc. Amer. 111 Credo propterea, quod quibus in rebus intereſſe non poſſumus, in his operae noſtrae vicaria fides amicorum ſupponitur. *pro Vtique.* Creduis, *pro* Credas, *frequens apud* Plaut. *vt* Amph. 2, 2, 40 Nunquam edepol tu mihi diuino quid creduis poſt hunc diem. Idem Bacch. 3, 3, 72 Ipſus nec amat, nec tu creduas. Credo *a librariis confunditur* cum Quaero, *it. cum* Trado: *vid.* QVAERO *et* TRADO.

**CREDĬTVR.** Imperſ. [πιστεύεται] *Pro Fides adhibetur.* Plaut. Stich. 4, 1, 5 Nunc quia te amicum mihi experior eſſe, creditur tibi. Cic. pro Roſc. Amer. 62 Tamen non temere creditur, neque leui coniectura res penditur. Plaut. Menaech. 4, 3, 25 Neque domi, neque apud amicam mihi iam quidquam creditur. Idem Perſ. 2, 5, 19 Habe animum bonum: creditur, commodabo. Ter. Adelph. 3, 4, 28 Ignotum eſt, tacitum eſt, creditum eſt.

**CREDENS**, entis. Part. [πιστεύων] *vt*, Fallere credentem Ouid. Epiſt. 2, 63.

**CREDĬTVS**, a, um. Partic. [πεπιστευμένος] Hor. Carm. 1, 3, 5

Nauis quae tibi creditum
Debes, Virgilium, finibus Atticis
Reddas incolumem precor.

Tac. Ann. 3, 10 In deterius credita. Et Cuncta (vt mos famae) in maius credita Idem ibid. 3, 44. Haud creditus ſufficere Id ibid. 13, 30, 3. Virg. Aen. 2, 247 *de Caſſandra*, Dei iuſſu non vnquam credita Teucris. Fides eſſe nulla poteſt, niſi erit neceſſaria ſolutio rerum creditarum Cic. Off. 2 c. 24. Vlpian. in l. Si remunerandi §. Apud Iulianum D. mandat. vel contr. In creditam pecuniam videtur, *inquit*, accepiſſe. *Sic enim Florentina lectio. Alii legunt*, In creditum. Soluere pecunias creditas Cic. in Piſon. 38. De pecuniis creditis ius dicere Idem de Prouinc. Conſul. 7 c. 4. Requietus ager bene credita reddet Ouid. Art. 2, 351. Male credita Claudia, *i. Male audiens.* Sil. 17, 34. Creditus (*Iaſon*) Ouid. Met. 7, 98 *i. cui fides habita.*

**CREDĬTVM**, i. n. [δάνεισμα] *Quod nobis debetur.* Seneca de Benef. 2, 20 Accipiam ergo tanquam creditum, non beneficium. Publicum creditum Quinctil. 5, 10. Paullus in l. Multum §. Mutui datio D. de rebus creditis, Quoniam earum rerum datione poſſumus in creditum ire. Ire in creditum dicitur, non qui rem ſuam, ſeu certam ſpeciem vindicat, ſed qui in perſonam agit, vt ſibi ſatisfiat Vlpian. in l. procuratoris D. de tributor. action. *Plerumque tamen ſimpliciter pro* Credere *accipitur: vt apud* Paullum l. 2 D. ſi cert. petat. et Macetianum l. ſcio inuito *in fin.* D. ad Senatusconſult. Trebell. Poſſidere in creditum dicitur, qui in poſſeſſionem pignorum debitoris, ex decreto Praetoris miſſus eſt Vlpian. in l. a Diuo D. de re iudic. Sen. de Benef. 2, 34 Poſt deinde aliter beneficium, aliter creditum ſoluitur. *Caeterum latius patet* Creditum *quam* Mutuum. Mutuum *enim id vocamus, quod vel ex datione alienius, vel numeratione debetur: in caeteris rebus appellatio* mutui *non habet locum.* Creditum *autem dicitur et ipſum* mutuum, *et quod ex legati cauſa debetur, et quod ex pretio venditi redigitur, et quod ex teſtamento competit, et (vt vno verbo dicam) id, quod ex quacunque cauſa debetur.* *Haec Harmenopul. de Mutuo et pignoribus. Vid. ſtatim* CREDITOR.

**CREDĬTOR**, ōris. m. [δανειστής, χρήστης] Caius l. 11 de Verb. ſignificat. Creditorum appellatione non ii tantum accipiuntur, qui pecuniam crediderunt, ſed omnes, quibus ex qualibet cauſa debetur. ſicuti ex emto, vel ex locato, vel ex vllo alio contractu debetur. Cicero in Verr. 1, 73 Erant nonnulli togati creditores Graecorum, quibus ad exigendas pecunias improbiſſimi cuiusque legati, plurimum prodeſt gratia. Hor. Serm. 2, 3, 65 Integer eſt mentis Damaſippi creditor? eſto. *h. e. qui Damaſippo illi emaci credidit pecuniam.* Totius ſummae creditor Quinctil. 5, 10, 117. Inter creditores debitoris corpus diuidere Idem 3, 6, 84. Cicero pro Quint. 73 Etenim ſi ex edicto poſſediſti, quaero, cur bona non venierint, cur caeteri ſponſores et creditores non conuenerint? *Conf.* Idem Philipp. 6 c. 4. Fraudare Id. ibid. 6 c. 4. Creditoris ſui negotia gerere Vlp. l. Si remunerandi §. Apud Iulianum D. Mandat. vel contr. Soluere creditoribus Sen. Ep. 87. *Metaph. ap.* Plin. Ep. 1, 13.

**CREDĪTRIX**, īcis. f. [δανείστρια Gloſſ. Cyrilli.] Paullus in l. Claudius Felix §. Aut contra D. Qui potior. in pign. vel hyp. Poterit vti exceptione rei iudicatae aduerſus primam creditricem.

**CREDVLVS**, a, um. [πιστευτικός, εὔπιστος] *Qui quaecunque dicuntur facile nimis credit.* Cicero de Amicit. 99 Haec enim in fabulis ſtultiſſima perſona eſt, improuidorum et credulorum ſenum. Me quoque dicunt Vatem paſtores; ſed non ego Credulus illis Virg. Ecl. 9, 34. Cic. pro Font. 13 Vbi diſcerni ſtultus auditor et credulus, ab religioſo et ſapienti iudice poſſit? Animum credulum rebus laetis dare Sen. Troad. 3. Quando iſta vis autem euanuit? an poſtquam homines minus creduli eſſe coeperunt? Cic. de Diuin. 2, 117. Idem Att. 15, 16 Vel verba mihi dare facile patior in hoc, meque libenter praebeo credulum. Credula Res amor eſt Ouid. Epiſt. 6, 21. *et* Met. 7, 826. Rates credulae dicuntur, *Quibus qui ſe committunt creduli, qui ſe poſſe omnia pericula vitare credant.* Sen. Hippol. 530. Sequiturque vocantem credulus Calpurn. Ecl. 6, 35. *i. non ſuſpicax.* Spes credula Hor. Carm. 4, 1, 30. Credula vitam Spes fouet, et melius cras fore, ſemper ait Tibull. 2, 7, 1.

**CREDVLĬTAS**, ātis. f. [ταχυπιστία] *Facilitas ipſa credendi.* Planc. Cic. Fam. 10, 23 Credulitas enim error eſt magis, quam culpa eſt. Martial. 5, 1 Et tumidus Galla credulitate fruar. *Caeterum, quae eſſet Galla credulitas, forte Strabo optime doceat, qui* l. 4 p. 135 ἁπλοῦν καὶ οὐ κακόηθες φῦλον *Gallos vocat.* Addicere credulitatem alicui Curt. 7, 7, 8. Damno eſſe ſolet puellis credulitas Ouid. Epiſt. 17, 39. Capi credulitate Ouid. ex Pont. 1, 1, 44. ¶ 2 *In bonam partem Chriſtiani Scriptores vſi ſunt.* Saluian. de Prouid. 3 Qui tam magnam credulitatis et fidei mercedem hoc ſaeculo eſſe volumus, qualis credulitas et fides eſſe debeat conſiderate.

**CREDIBĬLIS**, e. Adi. [πιθανός] *Quod ita veriſimile eſt, vt credi facile poſſit.* Cic. Verr. 2, 180 Multa enim, quae ſcio abs te eſſe commiſſa, quod aut nimium turpia, aut parum credibilia ſunt, praetermittam. Quinct. 4, 2, 34 Sunt plurima vera quidem, ſed parum credibilia. Credibile eſt Ouid. Triſt. 2, 72. Vix credibile Scribon. 269. Vix credibile dictu Curt. 5, 13, 22. Fortior credibili Ouid. Faſt. 3, 618. *Dido in morte ſibi conſciſcenda.* Quis credibilior in caede pauperis, quam diues inimicus Quinct. Decl. 7, 9. Credibilius eſt Lactant. 2, 9. Coniectura rei alicuius credibilis Cic. de Diuin. 2, . . Narratio credibilis Idem de Orat. 124 c. 36. Ouid. de Arte Am. 1, 467 Sit tibi credibilis ſermo, conſuetaque verba. Stoicum eſt quidem, nec admodum credibile Cic. Acad. 4, 85.

**CREDIBILĬTER.** Adu. [πιθανῶς] Cic. pro Deiot. 17 c. 6 Id vos et a viro optimo, et ab homine minime ſtulto cogitatum eſſe confingitis: at quam non modo non credibiliter, ſed ne ſuſpicioſe quidem. Nihil his credibilius fingi poteſt Quinct. 4, 2.

**CREDVO**, ĕre. *pro Credere.* Plaut. Amphit. 2, 2, 40 Nunquam edepol tu mihi diuini quidquam creduis, *etc.* *Vid.* Bacch. 3, 3, 70. Capt. 3, 4, 74. Truc. 2, 2, 52. *etc.*

**CREMASTĒRES**, um. m. [κρεμαστῆρες] *Nerui, a quibus teſtes dependent.* Columel. 6, 26 Deinde prius quam ferrum admoueas, duabus anguſtis ligneis regulis (veluti forcipibus) apprehendere teſtium neruos, quos Graeci κρεμαστῆρας ab eo appellant, quod ex illis genitales partes dependent. *Vid.* Celſ. 7, 18.

**CREMATIO, CREMATOR**, *vid.* CREMO.

**CREMEN, CREMENTVM**, pro Augmento. [αὔξησις] *vid.* CRESCO.

**CREMĔRA**, ae. f. [Κρεμέρα] *Fluuius Tuſciae, apud quem Fabii a Veientibus occiſi fuerunt.* Iuuen. Sat. 2, 155 Quid Cremerae legio, et Cannis conſumta iuuentus Tot bellorum animae? *Vid.* Ouid. Faſt. 2, 205.

**CREMIVM**, i. n. [φρύγανον Gloſſ. Vet.] Columel. 12, 19, 3 Tenuibus admodum lignis, quae cremia ruſtici appellant, fornacem incendemus. *Sic* Virgulae, cremia (*ſic leg. pro* gremia) ſarmenta et ſuperamenta materiarum iunguntur l. 55 §. 4 ff. de Legatis III. *Errant igitur illi, de quibus Hermolaus in Plinium, Quidam Cremen frixum in frixorio interpretantur, quae quo magis torretur, eo magis virtus et humor euacuatur: et in hac ſignificatione Pſalmorum interpretem vſum paſſe affirmant, vbi inquit,* 101, 4 Et oſſa mea ſicut cremium aruerunt. *Sunt tamen, qui Frixorium velint eſſe; alii Durum illud, quod in frixorio remanet.* Cremia cinnamomi Plin. 12, 19 ſ. 42 *quae paullo ante* farmenta *dicta fuerant. Neque enim Harduinus audiendus, qui* gemina *ex libris quibusdam ſubſtituit.* Paſſio S. Hilariae, *etc. ap. Velſer. Rer. Aug. Vindel.* p. 479 Implete memoriam (*monumentum*, τὸ μνῆμα) cremiis, et ſiccis ſpinis, et claudite ſuper eas ipſam memoriam, et ita demum ignem ſupponite — Repleuerunt memoriam ſarmentis et ſiccis ſpinis, et clauſerunt ſuper eas, *etc.* *Hinc*

**CREMIALIS**, e. Adi. Cremiales arbores, *i. e quibus cremia caeduntur* l. 7 §. 12 ff. Soluto matrimonio. *Sic enim legendum, non* gremiales.

**CREMMYON**, i. n. [Κρεμμυὼν Stephano] *Oppidum non procul a Corintho, iuxta quod Theſeus ſuem, quae omnes agros deuaſtabat, occidit.* Ouid. Met. 7, 435 Quodque ſuis ſecurus (*nihil metuens ſuem*) arat Cremyona colonus, *etc.* *Vbi alterum* M, *verſus gratia a Poëta eſt eliſum. Scribitur et* Cromyon: *et ſic Burm.*

**CREMO**, āre. [καίω] *Comburere.* Plin. 17, 1 Ad Neronis principis incendia, quibus cremauit vrbem. In cinerem cremare Plin. 20, 5. Equos cremare Plin. 7, 30. Faces Ouid. Met. 8, 878. Igni cremari Cic. de Legib. 2, 57. Caeſ. Bell. Gall. 1, 4. Cic. Philipp. 14, 34 c. 13 Quod tamen ipſum pro patria non miſerandum putatur: nec diſperſis buſtis, humili ſepultura crematos, *etc.* Tepore leni cremari Ouid. Met. 2, 811.

**CREMANDVS**, a, um. Partic. [καυστέος] *vt*, Ouid. in Ibin 518. Des tua ſuccenſae membra cremanda pyrae. Sen. Octau. 17 Quum rogis artus tuos dedit cremandos.

**CREMĀTVS**, a, um. *Aliud* Partic. [καυθείς] Cic. de Diuin. 1, 47 O praeclarum diſceſſum (inquit) e vita, quum (vt Herculi contigit) mortali corpore cremato, in lucem, animus exceſſerit. *De Calano Indo.* Corinthus cremata flammis Sen. Med. 36. Hor. Carm. 4, 4, 53 Gens, quae cremato fortis ab Ilio, *etc.* Mortuos crematos excitare Idem Epod. 17, 79. Purgamenta cremata Plin. 20, 5.

**CREMĀTIO**, ōnis. f. [καῦσις] Plin. 23, 2 Crematio ei multum virium adiicit. *Conf.* Prud. Paſſ. Fructuoſi, Augurii, *et* Eulogii v. 88.

**CREMĀTOR**, ōris. m. *Qui cremat.* Tertull. adu. Marc. 5, 16 Cremator Deus, *i. qui flammis mundum exuſturus eſt.*

**CREMABĬLIS**, e. Adi. Gloſſ. Cyrill. Cremabilis, καύσιμος.

**CREMIĀLIS**, *vid. paullo ante ſub* CREMIVM.

**CREMŌNA**, ae. f. [Κρεμωνία] *Italiae ciuitas.* Virg. Ecl. 9, 28 Mantua vae miſerae nimium vicina Cremonae.

**CREMOR**, ōris. m. [κριμνός] *Id quod exprimitur ex grano aliquo aqua macerato.* Cato de R. R. c. 86 Selibram tritici — lauet bene, corticem deterat bene, eluatque bene. — Vbi coctum erit, lacte addat paullatim, vſque adeo, donec cremor craſſus erit factus. Celſ. 3, 7 Ducenda aluus, vel aqua, vel ptiſanae cremore. *Sic*, Hordea quem faciunt, illis Infunde cremorem Ouid. de Medic. fac. 95.

**CRENA**, ae. f. [Crenae γλυφίδες Onomaſt. Vet.] *Hermolaus in Plin.* 11, 37 Crenae *ſunt inciſurae, a quibus crenata herbarum folia vocantur, hoc eſt ſerrata, ſectaque per ambitum. Hodie quoque multis locis ſigna, quibus agreſtes numerum aliquem in ferulis deſcriptum habent,* Crenae *appellantur. In ſagitta quoque, partis extremae ſectio, in quam neruus inſeritur, arcum tendere volentibus,* Crena *dicitur. Sed et in ipſo arcu ſumma cornua, crenas ſuas habent, in quibus collocatur, ſedetque neruus. Hactenus Hermolaus ad illud* Plin. 11, 37 ſ. 68 Poſtea arteria et ſtomachus denticulatus callo in modum rubi ad conficiendos cibos, decreſcentibus crenis quidquid appropinquat ventri. *De teſtudine. In MSS. legitur* Renis, *aut* Venis. *Nihil forte melius, quam* quidquid *intelligere quantum, quo magis etc.*

**CRENIS**, idis. f. *Nymphae nomen, teſte* Priſciano *in ſeptimo, et* Ouid. in Metam. 12, 313. Κρηνίς, *a* κρήνη, *fons.*

**CREO**, āre. [κτίζω, γεννάω, ποιέω, δημιουργέω] *Efficere, vt, quod non erat, certe futurum alioqui non erat, eſſe incipiat: ſiue hoc per generationem fiat, ſiue per artem, ſiue quocunque facto humano, vel diuino, vel naturae.* Cic. de Fin. 5, 38 Etenim omnium rerum, quas et creat natura, et tuetur, quae aut, *etc.* Natura enim fingit homines et creat imitatores et narratores facetos Cic. de Orat. 2, 219. Creare et gignere artis maxime proprium eſt Cic. de Nat. Deor. 2, 37. Terra creauit genus humanum Lucret. 5, 820. ¶ 2 *Metaphoras habet plures:* Aerumnas creare alicui Plaut. Mil. 1, 1, 33. Ouid. Triſt. 3, 14, 14 Palladis exemplo, de me ſine matre creata Carmina ſunt: ſtirps haec progenieſque mea. Sueton. Auguſt. c. 37 Cenſores creari deſitos longo tempore creauit. Commoditates alicui Plaut. Poen. 4, 2, 94. Cic. Att. 9, 11 (9) Id aſſequitur, ſi per Prae-

Praetores Conſules creantur. Dictatorem Liu. 1, 23. *Sic deinde* Ducem, Magiſtratum, *etc.* Diſſolutionem ſtomachi Plin. 9, 48. Ducem creare bello gerendo Liu. 1, 23. Celſ. 2, 13 Nam et adſtringitur aliquid eo ademto, quod interpoſitum, vt id laxaretur, effecerat, et mollitur eo detracto quod duritiem creabat. Cic. de Diuin. 2, 55 Nonnunquam etiam Errorem creat ſimilitudo. Plin. 22, 24 Vſus deſpumati ſemper aptior, ſtomachum tamen inflat, bilem auget, Faſtidium creat, et oculis per ſe inutile aliqui arbitrantur. Fraudem ſuis cruribus capitique ſuo Plaut. Mil. 2, 3, 23. Lites creare et ferre Idem Poen. 3, 2, 9. Luxuries creatur in vrbe, ex luxuria exiſtat auaritia neceſſe eſt Cic. pro Roſc. Amer. 75. Idem de Diuin. 2, 54 Quod quidem inſtitutum Reip. cauſa eſt, vt comitiorum vel in iudiciis populi, vel in iure legum, vel in creandis Magiſtratibus, principes ciuitatis eſſent interpretes. *Add.* Caeſ. Bell. Gall. 7, 32. Liu. 23, 31 Creatur ingenti conſenſu Marcellus, qui extemplo magiſtratum occiperet. Cui ineunti Conſulatum quum tonuiſſet, vocati Augures vitio creatum videri pronuntiauerunt. *Adde* 8, 17. *et* 9, 7. Odium ſibi creare apud aliquem Iuſtin. 31, 4. Et malis et bonis rebus illa creatur (*ſc.* pecunia) Sall. de Ord. Rep. 2. Cic. Verr. 2, 90 c. 37 Itaque hortari homines coepit, vt aliquid Sthenio periculi crearent criminiſque confingerent. Lucret. 5, 835 Multaque tum tellus etiam portenta creare Conata'ſt. Regem creare icto foedere Phaedr. Fab. 1, 31, 8. *etc.* Senatores creare Suet. Aug. 40. Seditionem creare Vellei. 2, 20, 1. Tribunum aliquem rite Quinctil. 2, 4. Celſ. 1 prooem. Neque eſſe dubium, quin alia curatione opus ſit, ſi ex quatuor principiis vel ſuperans aliquid, vel deficiens aduerſam Valetudinem creat. *Etiam de animalibus aliis.* Ouid. Faſt. 3, 241 Nunc fecundus ager, pecoris nunc cura creandi. Pallad. Mart. 14, 2 Quod creante aſino naſcetur. *Et* Mart. 11, 6 Si creare mares volueris, *i. facere, vt taurus generet marem.* *Sic* Mart. 14, 1 Si quem creare mulorum genus delectet. *Sed* Iul. 4, 4 Si creari mares volueris, *i. naſci.* *Quin de vegetabilibus.* Virg. Georg. 2, 9 Principio arboribus varia eſt natura creandis. Lucret. 2, 170 Tempora mutare annorum frugeſque creare, *de natura.* Colum. 5, 5, 31 Creare materiam *dicitur* vitis. *Et* Arb. 9, 1 Creat vuas inſitio. Varr. de R. R. 2, 4 *pr.* Armentum non creat, quod in agro natum, *i. labore ſuo efficit.* Col. 11, 3, 12 Creat minimum herbarum ſtercus aſini. Voluptatem creare inimicis Plaut. Caſin. 2, 7, 3. Vomitum Plin. 9, 48. ¶ 3 *De generatione hominum et animalium ſaepe adhibetur. v. g.* Is Aeneam Syluium creat Liu. 1, 3. Pulchrius multo parari quam creari Nobilem Auſon. Sept. Sap. in Sol. 5. Fortes creantur fortibus, *i. generantur* Horat. Carm. 4, 4, 29. Quaeritur vxor pueris creandis Idem Epiſt. 1, 2, 44.

CREATVS, a, um. Part. *Idem plerumque quod natus.* Vt, Matre ſerua creatus Flor. 1, 6. Genere dubio creatus Ouid. Met. 5, 145. Sulmone creatos quatuor iuuenes Virg. Aen. 10, 517. Ouid. Met. 1, 103 Contentique cibis, nullo cogente, creatis, Arbuteos fetus, montanaque fraga legebant. Hoſtes tellure creati Idem ibid. 7, 30. Proles creata Idem ibid. 7, 30. Terrigenae creati Lucan. 4, 552. *Tamen etiam* Praetores creati Nep. 1, 4, 4.

CREĀTOR, ōris. m. [κτίστης] *Qui creauit, ſaepe pro patre ponitur.* Cicero de Diuin. 2, 64 Nobis haec portenta deûm dedit ipſe creator. Achillis magni creator; *i. Pater* Ouid. Met. 8, 309. Sen. Hippol. 888 Te, te creator caelitûm teſtem inuoco. Lucan. 10, 266 Ille creator Atque opifex rerum. Cicero pro Corn. Balb. 31 c. 13 Quod princeps ille creator huius vrbis Romulus, foedere Sabino docuit, etiam hoſtibus recipiendis augeri hanc ciuitatem oportere. Creator, *qui Magiſtratum aut rei alicuius adminiſtrum eligit.* L. 2 §. 7 D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. L. 2 C. quo quisque ord. conu.

CREĀTRIX, īcis. f. [κτίστρια] *vt,* Rerum creatrix natura Lucret. 2, 1116. *it.* 1, 622. Bellorum dira creatrix Sil. 15, 184. Belli creatrix manus Chalybum Valer. Argon. 5, 143. *i. armorum fabricandorum artifex.* Patria ô mea creatrix, patria ô mea genetrix Catull. 61, 50.

CREATIO, ōnis. f. [κτίσις] *vt,* Creatio magiſtratuum Cic. de Legib. 3, 10 c. 3 *extr.* Liberorum creationi ſtudere Vlp. in l. ſi paterfamilias §. vlt. D. de adoptionib.

CREATVRA, ae. f. Tertull. Apol. 30 Illius eſt ipſe (imperator) cuius et caelum eſt et omnis creatura. *Vid.* Alcim. Auit. 2, 47. *Pro Homine ponitur in ſacris libris, vt* Marc. 16, 15. *et ad* Coloſſ. 1, 13.

CREĀMEN, ĭnis. n. *Creatio.* Prudent. Hamartig. 505 Ex elementis Cuncta ſolubilibus, fluxoque creamine conſtant.

CREABĬLIS, e. Adi. Apul. Triſmeg. p. 85 Materia creabilis eſt, *i. Creari poteſt.* *Adde* Auguſt. Confeſſ. 12, 19 *et* 28.

CREOBVLA, ae. f. Mentaſtrum Apul. de Herb. 90.

CREON, ontis. m. [Κρέων] *Quod regem Graeca lingua ſignificat, proprium quorundam regum ſ. tyrannorum factum. Talis ille Corinthiorum rex, praedonis Siſyphi filius, qui Creüſam filiam Iaſoni, Medea repulſa, in matrimonium dedit. De quo Tragoedia eſt* Senecae Medea. Creon *alter rex Thebanorum, pater Iocaſtae, vxoris Oedipi, qui poſt Polynicem et Eteoclem interfectos, ſumſit imperium, filiamque ſuam Megaram Herculi iunxit, vt eſt apud* Senecam in Hercule furente. Immanſuetus Creon Stat. Theb. 12, 477. Sen. Med. 7 Perimere quum te vellet infeſtus Creon. Magni Creontis filia Hor. Epod. 5, 64.

CREPAE, a principio Caprae ſunt appellatae: quod cruribus crepent, auctore Feſto. *vid.* CAPRAE.

CREPAX, *vid.* CREPO.

CREPĔRVS, a, um. Adi. [ἀμφίβολος] Anceps et dubius, inquit Feſtus *cum* Nonio 1, 45. *qui praeter alia laudat* Lucret. 5, (1295) Exaequataque ſunt creperi certamina belli. Accius Phoeniſſis, Quae ego cuncta eſſe fluxa in mea re crepera comperi. Lucil. Sat. 5. In ſummo crepera iuuentus ſalutis. *Haec et plura* Non. l. c. Apul. de Deo Socr. p. 51, 36 Itidem cum rebus creperis et afflictis ſpectatores deligendi ſunt, qui nocte intempeſta caſtra hoſtium penetrent. Symmach. Epiſt. 1, 1 Res crepera et anceps. Idem 1, 13 Creperum noctis, *i. Crepuſculum, quod inde dictum etiam* Non. l. c. *docet.*

CREPI, orum. m. Luperci dicti ſunt a crepitu pellicularum, quem faciunt verberantes. Mos enim erat Romanis nudos diſcurrere in Lupercalibus, et obuias quasque feminas pellibus ferire. Feſt.

CREPĬDA, ae. f. [κρηπίς] *Solea.* Graiorum crepidae Perſ. Sat. 1 *ſub fin.* Gell. 13, 21 Omnia ferme id genus, quibus plantarum calces tantum infimae teguntur, caetera prope nuda, et teretibus habenis iuncta ſunt, ſoleas dixerunt: nonnunquam voce Graeca crepidulas. *Et paullo poſt,* Sed (vt dixi) crepidas et crepidulas, prima ſyllaba correpta, id genus calceamentum appellauerunt, quod Graeci κρηπῖδας vocant. Eiusque calceamenti ſutores, crepidarios dixerunt. Sempronius Aſellio in libro Rerum geſtarum, Crepidarium, inquit, cultellum rogauit a crepidario ſutore. Hor. Serm. 1, 3, 127 Chryſippus dicit: ſapiens crepidas ſibi nunquam, Nec ſoleas fecit, ſutor tamen eſt ſapiens. Cic. pro Rabir. Poſt. 27 Non ſolum cum chlamyde, ſed etiam cum crepidis in Capitolio ſtatuam videtis. Carbatinae crepidae Catul. 95, 4. In crepidis, *pro Crepidatus, vid.* IN. Plin. 35, 10 Feruntque Appellem a ſutore reprehenſum, quod in crepidis vna intus pauciores feciſſet anſas: eodem poſtero die ſuperbo emendatione priſtinae admonitionis cauillante circa crus, indignatum proſpexiſſe, denuntiantem, ne ſupra crepidam iudicaret, quod et ipſum in prouerbium venit.

CREPIDARIVS, a, um. Adi. *vt,* Crepidarius ſutor Gell. 13, 21 *Vid. ſupra in* CREPIDA.

CREPIDĀTVS, a, um. Adi. [κρηπιδωτός] Cic. in Piſon. 92 c. 38 Inde nocte intempeſta crepidatus, veſte ſeruili nauem conſcendit. *Et* Suet. Domit. c. 4 Certamini praeſedit crepidatus, *etc.*

CREPIDŬLA, ae. f. Dimin. [κρηπίδιον] *Vid.* Gellii *exemplum in* CREPIDA. *Adde* Plaut. Perſ. 4, 2, 3.

CRĔPĪDO, ĭnis. f. [κυματωγή] *Eſt moles, marginem vel oram cuiuscunque rei muniens et firmans.* Stat. Theb. 9, 492

Stabat gramineae producta crepidine ripae
Vndarum ac terrae dubio, ſed amicior vndis
Fraxinus.

Columel. 8, 17, 10 Sic enim maris atrocitas obiectu crepidinis frangitur. *Vid.* Curt. 5, 1, 28. Varr. de R. R. 3, 11, 2 *de νησσοτροφείῳ,* Circum totum parietem intrinſecus crepido lata, in qua ſecundum parietem ſint tecta cubilia. Vitruu. 4, 6 Crepidines *in antepagmentis ſunt, Philandro interprete, margines, extremitates, proiecturae atque adeo ornamenta omnia excurrentia.* Stat. Silu. 1, 3, 43 Graminea ſuſcepta Crepidine Balnea, *i. marginibus.* *Sic* Plin. 12, 1 ſ. 5 *de platano maxima in Academia,* Saxeae intus crepidinis corona muſcoſos complexa pumices. *Sic idem* 22, 22 ſ. 34 *de acantho,* crepidines marginum, aſſurgentiumque puluinorum toros veſtiens. Crepido, Abrupti ſaxi altitudo et moles etiam dicitur, vt ait Seruius: vel Ora praecipitii. Virg. Aen. 10, 653 Forte ratis celſi coniuncta crepidine ſaxi Expoſitis ſtabat ſcalis, et ponte parato. Stat. Achill. 1, 448 Prima rates Danaas Hecateïa congregat Aulis Rupibus expoſitis, longique crepidine dorſi, *etc. i. Aulis longe exporrecta in mare Euboicum ſcopulis prominentibus.* ¶ 2 *Baſis eſt:* Omnia quaſi crepidine quadam ſuſtinentur Cic. in Orat. c. 67. Stat. Silu. 1, 1, 38 Teneat quamuis aeterna crepido Quae ſuperingeſti portaret culmina montis. Crepidines obeliſci, *quibus inſiſtit* Plin. 36, 9 ſ. 14, 1. Crepido *etiam editioris cuiusque loci altitudo et extremitas, quam mendici inſidere ſolebant, inquit Merula ad* Iuuen. Sat. 5, 8 Nulla crepido vacat, nusquam pons? Seneca, Quis crederet iacentem ſuper crepidinem Marium, aut fuiſſe, aut futurum Conſulem? Cic. in Verr. 5, 97 c. 37 Piraticus myoparo — Syracuſis, vſque ad forum et ad omnes vrbis crepidines acceſſit. *Moles lapideae, quibus inſiſtunt domus ad portus marginem aedificatae.*

CREPIS, ĭdis. f. *Herba eſt* caule foliato, *de qua vide* Plin. 21, 16.

CREPITACVLVM, CREPITO, CREPITVS, *vid.* CREPO.

CREPITVLVM, i. n. Ornamentum capitis. id enim in capitis motu crepitum facit. Feſtus. *Vid.* Tertull. de Pallio 4.

CRĔPO, ui, ĭtum, āre. [ψοφέω] *Sonare ſignificat. Sed vix aliter quam de tremulo quodam et inconditio ſono, ex attritu et colliſione corporum vſurpatur: itemque de inteſtinis inflatis. De verberibus, vid. Brouckh. ad* Prop. Plaut. Men. 5, 5, 26 Dic mihi, en vnquam inteſtina tibi crepant, quod ſentias? MEN. vbi ſatur ſum, nulla crepitant: quando eſurio, crepant. Crepuit foris, *i.* Inſonuit, *inquit* Donatus *ad* Ter. Adel. 2, 3, 11 Sed quidnam foris crepuit? Plaut. Amph. 1, 2, 34 Orationem comprimam, crepuit foris. *Hoc more Attico dictum eſt. Nam quia Athenis fores in publicum aperiebantur, qui domo exibat, ne quem eas aperiendo forte praetereuntem laederet, eique fores impingeret, crepitum eas feriens ante edebat. Id vero eſt, quod Attici ψοφεῖν dicunt: Grammatici a κόπτειν differre tradunt, quod illud exeuntium ſit, hoc ingredientium. Turnebus.* Crepuit clare foris Plaut. Poen. 3, 2, 33. Fores Ter. Heaut. 1, 1, 121. Arma ciuilis crepuere belli Sen. Thyeſt. 762. Catenae Senec. Epiſt. 9. Dentes crepuere retecti Perſ. Sat. 3, 101. Malae *Sphingis eſurientis* Sen. Oed. 99. Verberum Sonus Sen. Herc. Oet. 1002. Sonabile ſiſtrum crepuit Ouid. Met. 9, 783. ¶ 2 Crepare, *Praedicare, cum ſtrepitu quodam dicere aliquid, ſed fere vt contemtus indicetur inanis iactatoris.* Horat. Sat. 2, 3, 33 Si quid Stertinius veri crepat. *Et* Epiſt. 1, 7, 83 Ex nitido fit ruſticus, atque Sulcos et vineta crepat mera. *Et* Art. Poët. 247 Aut immunda crepent, ignominioſaque dicta. *Et* Od. 3, 17, 26 Cum populus frequens Laetum theatris ter crepuit ſonum, *in quo ad fragorem et inconditos clamores reſpicitur.* Hor. Carm. 1, 18, 5 Quis poſt vina grauem militiam aut pauperiem crepet? *Sic etiam Bentl. Alii legunt* Increpet. Lucret. 2, 1166 Et crepat antiquum genus et pietate repletum. ¶ 3 Crepare, *Rumpi.* Virg. Aen. 5, 205 Et acuto murice remi Obnixi crepuere. *Per ſynecdochen conſequentis, dum rumpuntur crepuere, ſ. dedere ſonum. Poſteriores immodeſtius quaſi de ruptura dixere, quae nullum vel exiguum ſonum edit.* Si crepant poma Pallad. Mart. 10, 4. *i. rumpuntur, finduntur.* *Et* Mai. 2, 2 Sed tunc eſt opportuna pampinatio, cum teneri rami digitis ſtringentibus crepabunt (*vno et paruo niſu cum ſono quodam frangentur*) ſine difficultate carpentis. Apic. 7, 7 *de ventre porcino ſ. aqualiculo impleto.* Reples ſic, vt laxamentum habeat, ne diſſiliat in coctura, et in ollam bullientem ſubmittis, leuas, et pungis acu, ne crepet Gr. διαλακῆν.

CRĔPANS, antis. Partic. Martial. 12, 36

Libras quattuor, aut duas amico,
Algentemque togam, breuemque laenam,
Interdum aureolos manu crepanteis,
Poſſint ducere qui duas calendas,
Quod nemo, niſi tu Labulle donas, *etc.*

Hor. Epod. 16, 48 Leuis crepante lympha deſilit pede.

CREPĪTO, āre. Frequent. Plin. 12, 17 Myrtata, *tura myrti baccis adulterata,* deprehenduntur, crepitantque in igne. Auſter Virg. Aen. 3, 70. Bractea crepitat leni vento Idem ibid. 6, 209. Dentibus crepitare Plaut. Rud. 2, 6, 5. Tibul. 2, 5, 81 Vt ſuccenſa ſacris crepitet bene laurea Flammis. Virg. Aen. 5, 458 Multa Grandine nimbi Culminibus crepitant. *Vbi Seruius dicit eſſe* Hypallagen: nam debuiſſet dicere, Multo nimbo grando crepitat. *Nempe etiam contra nimbi grandine illiſo in tecta crepitum excitant.* Malae duro crepi-

crepitant ſub vulnere Virg. Aen. 5, 436. Venter mihi crepitat Plaut. Amph. 4, 2, 12. *A librariis cum* trepido *permiſcetur*, *vid.* TREPIDO.

CREPITANS, antis. Part. *vt*, Arma crepitantia Ouid. Met. 1, 143 *et* 15, 783. Aera crepitantia Virg. Georg. 4, 151. Flamma crepitans Sen. Agamemn. 850. Rami crepitantes auro Ouid. Met. 10, 648. Roſtrum crepitans Idem Met. 6, 97. Sinus carbaſei crepitantes Virg. Aen. 11, 775. Ouid. Epiſt. 12, 101 Squamis crepitantibus horrens draco.

CREPITANTER. Adu. *vt*, Crepitanter explicare Sidon.

CREPĬTVS, a, um. *Pro crepax ſ. crepulus.* Crepita maieſtas ap. Lactant. *legi dicitur: falſo puto.*

CREPĬTVS, ûs. m. [ψόφος, βρόμος] *Sonus eorum, quae crepare dici obſeruauimus, v. g.* Armorum Plin. 2, 57. Dentium Cic. Tuſc. 4, 19 c. 8. Forium Plaut. Curc. 1, 3, 1. Frenorum Varro R. R. 2, 7. Gladiorum Hirt. de Bell. Hiſp. 31. Imbrium Plin. 12, 1. Pedum Cic. in Topic. 52. Plagarum Id. Verr. 5, 162 c. 62. Teſtarum Iuuen. Sat. 11, 170. Verborum inanium Virtus, Philoſophia, Iuſtitia Sen. Ep. 123. Diſſonus crepitus Plin. 2, 12. Dare crepitum, *Crepitare* Iuuen. Sat. 3, 108. Crepitus, [κορκορυγμὸς] *eſt autem Eruptio ventris.* Crepitus ventre redditi Sen. Ep. 91 p. 541. Cic. Fam. 9, 22 *extr.* Stoici aiunt crepitus aeque liberos ac ructus eſſe oportere. Plinius, Crepitum reddere 27, 12 *βόμβος Graeci appellant. Vid.* REDDO. *et* Suet. Claud. 32. *et Scalig. Auſon. Lect. 1, 25 p. 72.*

CREPVLVS, a, um. Adi. Auienus in Virgine, Non vt feſſa virûm repararet gaudia vultu, Sed crepula vt late vomeret conuicia voce. *h. e. Voce crepitante et increpatoria. Adde* Sidon. Epiſt. 4, 15 *et* 9, 13.

CREPITACVLVM, i. n. [κρόταλον] *Inſtrumentum, quod manibus agitatum crepitantem reddit ſonum.* Columel. 9, 12 Crepitaculis aereis, aut teſtarum plerumque vulgo iacentium ſonitu terreatur fugiens iuuentus, *de apibus. Proprie puerorum ſunt.* Martial. 14, 54 *cuius lemma* Crepitaculum, Si quis plorator collo tibi vernula pendet, Haec quatiat tenera garrula ſiſtra manu. Paruuli puſiones ab ineptis vagitibus crepitaculis exterrentur auditis Arnob. 7 p. 233. Quinctil. 9, 4 Mediis quoque verbis non ea modo cura ſit, vt inter ſe cohaereant; ſed ne pigra, ne longa ſint: ne, quod nunc maximum vitium eſt, breuium contextu reſultent, et ſonum edant puerilium crepitaculorum. Lucret. 5, 233

At variae creſcunt pecudes, armenta, feraeque,
Nec crepitacula eis opu' ſunt, nec cuiquam adhibenda 'ſt
Almae nutricis blanda, atque infracta loquela.

CREPITACILLVM, i. n. Dimin. Tertull. adu. Iudaeos 9 Scilicet vagitu ad arma eſſet conuocaturus infans, et ſignum belli non tuba, ſed crepitacillo daturus. *Et adu.* Marcion. 3, 13. *Quidam etiam legunt ap.* Lucret. 5, 232.

CREPAX, ācis. *A Crepando. In verſibus* Maecenatis *quos refert* Sen. Epiſt. 114 *vbi vocat* Crepacem molam.

CREPVNDIA, ōrum. n. Pl. [δωρήματα παιδικὰ] *Sunt puerilia ornamenta a* Crepando, *hoc eſt tinniendo dicta: quoniam infantes huiusmodi crepitaculis maxime gaudent. Enumerat hoc genus* Plaut. Rud. 4, 4, 110 Sunt crepundia (*in ciſtella*) — Enſiculus aureolus literatus — In eo — mei nomen patris — poſt — ſecuricula — aurea literata, ibi matris nomen eſt. — Poſt eſt ſicilicula argenteola, et duae connexae maniculae, et ſucula, et bulla aurea eſt, pater quam dedit mihi natali die. Plaut. Ciſt. 3, 1, 5 Nam hîc crepundia inſunt, quibuſcum te illa olim ad me detulit. Cic. in Brut. 313 Nunc quoniam totum me non naeuo aliquo, aut crepundiis, ſed corpore omni videris velle cognoſcere, complectar nonnulla etiam, quae fortaſſe videantur minus neceſſaria. *Sumtum eſt de comoediis, in quibus ἀναγνώρισις ſeu recognitio fit multis modis, praeſertim per ſigna: quorum aliqua ſunt in corpore, vt hîc* naeuus: *alia aliis in rebus, vt* crepundia, *monilia, quibus ſaepe agnoſcuntur perditi, vt in Plauti* Ciſtellaria *puella crepundiis, quae modo inde enumerauimus, agnoſcitur.* Caduca haec et fragilia, puerilibusque conſentanea crepundiis Val. Max. 6, 9 *extr.* 7. Semeſtris locutus eſt Croeſi filius in crepundiis Plin. 11, 51. *Add.* Prud. Apoth. 711. *Add. Caſaub. ad Theophraſt. c. 5. Lindebrog. ad* Ter. Eun. 4, 5, 16.

CREPVSCVLVM, i. n. [ἀμφιλύκη, δείλης, δείλη] Extremum diei tempus, inquit Feſtus. Varro de L. L. 5, 2 p. 44, 28 Crepuſculum a crepero — ſignificat dubium, ab eo res dubiae dictae creperae, quod crepuſculum, dies etiam num ſit an iam nox, multis dubium. *Similia* 6, 4 p. 77, 36, *et illud,* Tam crepuſculum fere, vt ament lampadas accendere. *Vid.* CREPERVS. Columel. 6, 23 Id quoque ſemper crepuſculo fieri debet. Qualia ſublucent, fugiente crepuſcula Phoebo, Aut vbi nox abiit, nec tamen orta dies Ouid. Amor. 1, 5, 5. Quum ecce crepuſculum et nox prouecta, et nox altior, et deinde concubia altior, et iam nox intempeſta Apul. Met. 2 p. 125, 29. Plin. 18, 25 Oriente ſole vel Occidente matutini veſpertiniue cognominati, prout alterutris eorum mane vel crepuſculo contingit. *De ſtellarum ortu et occaſu duplici loquitur. Add.* Cenſorin. c. vlt. *In Gloſſ.* ἑσπερινὴ ὥρα, ἑσπέρα, *ſed etiam* ὄρθρος ὑπερῶρος. *Eſt enim matutinum quoque.* Seruius in Virg. Aen. 2, 268 De crepuſculo quod eſt dubia lux (nam creperum, dubium eſt) quaeritur: et licet vtrique tempori poſſit iungi, vſus tamen, vt matutino iungamus, obtinuit, aliquando autem iungitur veſpertino. Lucan. (*qui verſus in Pharſalia hodie non legitur, ſed eſt* Stat. Theb. 1, 344) Longa repercuſſo nituere crepuſcula Phoebo. Crepuſculo primo Plaut. Caſin. prol. 40. Lucis dubiae crepuſcula Ouid. Met. 11, 596. Opaca Id. ibid. 14, 122. Prima Ouid. Faſt. 4, 734. *et* 5, 455. Sera noctem trahunt Id. Met. 1, 219. Sil. 2, 215 Sicut agit leuibus per ſera crepuſcula pennis, E paſtu volucres ad nota cubilia Phoebus. Ouid. Epiſt. 14, 21 Modo facta crepuſcula terris, Vltima pars noctis primaque lucis erat. *Sic libri quidam. Sic probat Heinſ. Sed rectius Burm.* Vltima pars lucis primaque noctis erat. *Eſt tamen pro Seruii ſententia* Auienus in Prognoſt. p. 113 *Grot.* At decedentis poſtrema crepuſcula noctis. *Verum in hoc certe falſus eſt, quod de matutino crebrius dici putat. Contrarium enim apparet, niſi forte de ſui temporis vſu loquitur.*

CREPVSCVLASCO, ĕre. Sidon. Epiſt. 8, 3 Hora crepuſculaſcens.

CREPVSCI, *olim nominati,* Amiterno quod tempore *crepuſculi* nati erant Varro de L. L. 5, 2 p. 44, 29.

CRESPVLVS, a, um. Gloſſ. Gr. Lat. ὀρθρινός, matutinus, creſpulus.

CRESCO, crēui, crētum, ĕre. [αὐξάνω, πελάγομαι, ἐπιδίδωμι, ἀδρύνομαι] *Cognationem quandam habet cum verbo* Creare, *quaſi tu dicas* creaſcere, *quod indicat vim inteſtinam, qua aliquid e ſeminibus ſuis prodit et naturaliter augetur.* Varro R. R. 3, 1, 7 Qui poſtea creuerunt, *i. nati ſunt, poſteri.* Sen. Herc. fur. 870 Tibi, Mors, creſcit omne, *i. naſcitur. Hinc* Cretus *a nato vix differt. Verbum tamen* Creſcere *ſaepius de augmentis earum rerum, quae iam in lucem prodiere, accipitur.* Plaut. Merc. 4, 5 ſuppoſ. 2, 29 Par eſt aetas: vna creuimus. Cic. de Diuin. 2, 33 Oſtreiſque et conchyliis omnibus contingere, vt cum luna pariter creſcant, pariterque decreſcant. Lacte quis infantes neſcit creuiſſe ferino? Ouid. Faſt. 3, 53. Martial. 11, 39

Iam mihi nigreſcunt tonſa ſudaria barba,
Et queritur labris puncta puella meis.
Sed tibi non creui: *etc.*

*In Charidemum libertum, cui videbatur ferula adhuc coërcendus, quamuis eſſet adultus.* Suet. in Othon. c. 1 Per gratiam Liuiae Auguſtae, in cuius domo creuerat, Senator eſt factus. *i. adoleuerat.* De tenui origine creſcere Ouid. Faſt. 3, 433. Creſcere ad plenitudinem, et in longitudinem Plin. 11, 37. In aſtra molem maris Lucan. 5, 625. In altitudinem Liu. 5, . . In immenſum Ouid. Met. 4, 660. Immenſum Id. Faſt. 5, 537. In latitudinem Columel. de Arborib. 17. In mores patrios Stat. Silu. 4, 7, 43. Opes in tantas breui creuerant Liu. 21, 7. *de Saguntinis.* Vngues in aduncos Ouid. Met. 2, 479. Catul. Epig. 111 Manſerunt duo (*moechi*) ſed creuerunt millia in vnum ſingula. *Ex vno moecho mille facti.* Super ora, caputque creuit onus Ouid. Met. 12, 517. Id. Faſt. 3, 445 Vegrandia farra coloni Quae male creuerunt, veſcaque parua vocant. Paullatim Lucret. 1, 190. Aequor creſcit aquis Lucan. 5, 339. Amor creſcit Stat. Theb. 3, 553. Cic. pro Lege Manil. 45 c. 15 Cum accepta calamitate ex eo praelio hoſtium opes Animique creuiſſent. Audacia creuit Ouid. Met. 8, 82. Barbam creſcere Lucret. 5, 673. Cupido furioſa opum creuit Ouid. Faſt. 1, 211. Labor creſcit Sil. 3, 529. Mare creuit in aſtra, *Alte intumuit* Sen. Hippol. 1008. Cic. Att. 2, 12 Quod me, vt ſcribam aliquid, hortaris; creſcit mihi quidem Materies, *etc.* Moenia creſcunt Ouid. Met. 15, 451. Nomina creſcunt Id. Epiſt. 5, 23. Odium creſcebat in eos Cic. de Aruſp. Reſp. 45. Ouid. Faſt. 1, 211 Creuerunt et Opes, et opum furioſa cupido. Iuven. Sat. 14, 139 Creſcit amor numi, quantum ipſa Pecunia creſcit. Petra modicis ac mollibus cliuis in ſublime faſtigium creſcit, *i. Exſurgit, attollitur* Curt. 8, 11, 6. Seditionem fauore creſcere Ouid. Met. 9, 426. Strages in cumulum creſcunt Claud. Conſ. Prob. *et* Olyb. 110. Haec Villa inter manus meas creuit Sen. Ep. 12. Virtus animo creſcit Claud. Conſ. Mall. Theod. 15. Vis animi pariter creſcit cum corpore quoque Lucret. 3, 458. Voluptas creſcit Sen. in Med. 992. Voces auditae creſcunt in pectore Valer. Argon. 7, 308.

¶ 2 Creſcere, *pro Honoratiorem et ornatiorem fieri, vel etiam Diteſcere.* Date creſcendi copiam Ter. Heaut. prol. v. 28. Quum ad extremam ſenectutem non minus dignitate, quam gratia fortunaque creuiſſet Nep. 25, 21 *pr.* Cic. pro Cluent. 77 Condemnato Oppianico, ſtatim L. Quintius homo maxime popularis, qui omnes rumorum et concionum ventos colligere conſueſſet, oblatam ſibi facultatem putauit, vt ex inuidia Senatoria poſſet creſcere, quod eius ordinis iudicia, minus iam probari populo arbitrabatur. Liu. 35, 19 Itaque ſi quibus tuorum meis criminibus apud te creſcere libet, aliam materiam creſcendi, quam ex me quaerant. Factis alicuius Claud. Conſ. Hon. 6, 103. Cic. pro Roſc. Amer. 83 c. 30 Nam ſi mihi liberet accuſare, accuſarem alios potius, ex quibus poſſem creſcere. Ouid. Epiſt. 15, 117 Gaudet, et e noſtro creſcit moerore Charaxus Frater, *etc. i. fructum capit. Vid. ibi Burm.* Cic. Verr. 5, 172 Denique ſi videor hîc, id quod ego non quaeſiui, de vno iſto voluiſſe creſcere: iſto abſoluto, quod ſine multorum ſcelere fieri non poteſt, de multis mihi creſcere licebit.

¶ 3 *Peculiare eſt quod dixit* Creſcere *pro* Intumeſcere. Stat. Theb. 12, 110 Manant lacera ora cruentis Vnguibus, et molles planctu creuere lacerti. Creſſe *pro* Creuiſſe *dixit* Lucret. 2, 684.

CRESCENS, entis. Part. [ἐπιδιδόμενος] Martial. 1, 89 Raptum domino creſcentibus annis. Anni creſcentes Ouid. Met. 10, 24. Morbi creſcentes et aduenientes Cic. de Diuin. 2, 142 c. 69. Opus creſcens Ouid. ex Pont. 3, 9, 22. Hor. Carm. 3, 16, 17 Creſcentem ſequitur cura pecuniam. Poëta creſcens Virg. Ecl. 7, 25. Segetes Ouid. Met. 8, 290. Ventus Catul. Argon. f. 62, 274.

CRESCENTIA, ae. f. *Incrementum.* Vitruu. 9, 9 Horarum breuitates aut creſcentias cuneorum adiectus aut exemtus perficere cogit: *ſcil. in Horologio. et ſaepius eod. c.*

CRĒTVS, a, um. Partic. [φύς] *Natus: ſiquidem* creſcere *etiam naſci eſſe oſtendimus.* Virg. Aen. 2, 74 Hortamur fari quo ſanguine cretus, *i.* quibus ſit parentibus natus, *ait* Seruius. Troiano a ſanguine cretus Id. 4, 191. Animi natura creta conſiſtere natiuo corpore Lucret. 5, 61. Ouid. Met. 13, 31 Quid ſanguine cretus Siſyphio, furtiſque et fraude ſimillimus illi? Ab origine cretus eadem Acriſius, *etc.* Id. ibid. 4, 606. Corpore mortali Lucret. 5, 6. *Aliam ſignificationem, vid. ſub* CERNO.

CREMEN, ĭnis. n. *Incrementum eſſe dicitur* in Fragm. Poët.

CREMENTVM, i. n. *Idem.* Crementa, αὐξήσεις Vet. Gloſſ. Varr. *apud* Non. 2, 767 Cremento corpora fierent maiora. Mali foecundi crementa Arator in Act. 2. Vnguium et capillorum facilia crementa Tertull. Reſur. Carn. 58. Crementa lunae *reſtituit apud* Arnob. l. 1 p. 22 *pr. Salmaſius.*

CRES, CRESSA *pro Cretenſi. Vid.* CRETA.

CRETA, ae. *et* CRETE, es. f. [Κρήτη] *Inſula mediterranei maris nobiliſſima, de qua* Plin. 4, 12. Virg. Aen. 3, 134

Creta Iouis magni medio iacet inſula ponto:
Mons Idaeus vbi, et gentis cunabula noſtrae
Centum vrbes habitant, magnas, vberrima regna.

Alta Creta Virg. Aen. 5, 588. Caerula Crete Sen. in Herc. Oet. 1874. *quoniam in mari eſt ſita.* Dominatrix magna vaſti freti Creta Sen. Hippol. 85. Nobilis centum vrbibus Hor. Epod. 9, 29. Potens centum oppidis Id. Carm. 3, 27, 24. Spatioſa vrbibus centum Sen. Troad. 820.

CRES, Crētis. [Κρής] *Qui eſt ex Creta.* Cic. pro Muraen. 74 Neque vero Cretes, quorum nemo guſtauit vnquam cubans, *etc.* Epimenides Cres Cic. de Diuin. 1, 34. Tib. 4, 1, 8 Etiam Phoebo gratiſſima dona Cres tulit. Auſon. Monoſyll. 87 Praepetibus pennis ſuper aëra vectus homo Cres, *i. Daedalus.*

CRESSA, ae. f. [Κρῆσσα] *vt,* Puella Creſſa Ouid. Epiſt. 2, 76. *it.* Prop. 4, 7, 57 *Paſiphaë. Sic etiam Canes de Creta dicuntur.* Sen. Hippol. 177 Teneant acres lora moloſſos, et pugnaces tendant Creſſae fortia trito vinculo collo. Hor. Carm. 1, 36, 10 Creſſa ne careat

pulchra dies nota. *i. candida, de* creta, *nam* cretam *eſſe terram* Creſſam *ſ. Creticam e Creta inſula, vel a Cretenſibus mercatoribus aduehi ſolitam, probabile eſt, et ita putauit* Iſid. 16, 1. *Itaque alludit ad morem illum a Thraciae populis vſurpatum, quo dierum ſingulorum fortunas notare ſolebant, aduerſas quidem lapillo atro, felices autem candido. Hunc morem* Acron *et* Porphyrion *etiam* Cretenſibus *communem fuiſſe volunt. Sed nullo auctore idoneo. Et* Craſſa *nota ſic non magis felicitatem notaret, quam* Threſſa, *quod quidam ſubſtitutum eunt, i. Thracia. Harduin. ad* Plin. 7, 40 Creſſam notam *intelligit vinum Creticum: ſed cum non niſi* Paſſum Creticum *celebretur, quod parum ad hilaritatem facit, et vini ſeparata ſtatim ſubiiciatur mentio: acquieſcimus in ſententia Bentleii, quam propoſuimus; licet optemus,* Creſſam *vel* notam *vel* terram *aliunde quoque proferri.*

CRESSIVS, a, um. Adi. [Κρήσσιος] *vt,* Nemora Creſſia Virg. Aen. 4, 70. Regna Ouid. Epiſt. 16, 299.

CRETIS, idis. f. [Κρῆτις] *vt,* Nymphae Cretides, *quae Cretam incolunt* Ouid. Faſt. 3, 444.

CRETAEVS, a, um. Adi. [Κρητικὸς] *vt,* Cretaea humus Ouid. Epiſt. 10, 106. Ceruae Cretaeae Sen. Hippol. 60. *quae in Creta plurimae ſunt, in qua inſula naſcitur dictamnus, quo vulnerati cerui ſanantur.* Iuuencus Cretaeus *i. Minotaurus* Propert. 3, 17, 11. *Add.* 26. Vrbes Cretaeae Ouid. Met. 9, 665. *Sed quod* Propert. 2, 25, 29 *legebatur* Aut quid Cretaei tibi proſunt carmina lecta? *vitioſum erat: olim recte reſtitutum* Lucreti.

CRETENSIS, e. Adi. *Idem quod Cretaeus* [Κρηταῖος] Cic. Philipp. 5, 14 Iudex Cretenſis, isque nequiſſimus. Tertius Iupiter Cretenſis Saturni filius Id. de Nat. Deor. 3, 53.

CRETĬCVS, a, um. Adi. [Κρητικὸς] *Quod ex Creta vel ad Cretam eſt. vt,* Creticum mare Hor. Carm. 1, 26, 2. Plin. 16, 36 Suum genus, inquit, ſagittario calamo, vt diximus, ſed Cretico longiſſimis internodiis, obſequentique quo libeat flecti calefacto. ¶ 2 *Pes eſt triſyllabus in Proſodia, quem* Creticum *vocant, qui conſtat ex longa, et breui, et longa. Vid.* Cic. de Orat. 3, 183 c. 47. ¶ 3 *Cognomen fuit* Q. Metelli, *qui inſulam armis domuit. Vid.* Flor. 3, 7. *et* Eutrop. 6, 9. *Eſt etiam Oratoris nomen, cuius veſtitum effeminatum reprehendit* Iuuenal. 2, 78.

CRETA, ae. f. [κρήτη, κιμωλία] *Terra alba et tenax, a* Creta *forte inſula dicta. Sic certe* Iſid. 16, 1. *Claſſicus velut locus eſt* Plin. 35, 17 f. 57 Cretae plura genera. Ex iis Cimoliae duo ad medicos pertinentia, candidum, et ad purpuriſſum inclinans. — Eſt et alius Cimoliae vſus in veſtibus. Nam Sarda, quae affertur e Sardinia, candidis tantum aſſumitur, inutilis verſicoloribus. — Vmbrica non niſi poliendis veſtibus aſſumitur. — Primum abluitur veſtis Sarda, dein ſulfure ſuffitur: mox deſquamatur cimolia, quae eſt coloris veri. Fucatus enim deprehenditur, nigreſcitque et funditur ſulfure. Veros autem et pretioſos colores emollit Cimolia, et quodam nitore exhilarat, contriſtatos ſulfure. Alia creta Argentaria appellatur, nitorem argento reddens. Eſt et viliſſima, qua circum praeducere ad victoriae notam (*vid.* CALX, lapis) pedesque venalium trans mare aduectorum denotare inſtituerunt maiores. — Hoc eſt inſigne venaliciis gregibus, opprobriumque inſolentis fortunae. *Add. de* Creta *varia Rhod. Lexic. Scribon.* Hor. Epod. 12, 10 *de muliere fucata,* Neque illi iam manet humida creta, colorque Stercore fucatus crocodili. Cic. pro Flacc. 37 c. 16 Haec quae eſt a nobis prolata laudatio, obſignata erat creta illa Aſiatica, quae fere, *etc.* Carica et Chalcidica Varr. R. R. 1, 57, 1. Cimolia Colum. 6, 7, 4. Veg. Mulom. 2, 29. Cruda Cato 39. Figularis Plin. 31, 3. *Et* Columel. 3, 11, 9. 6, 17, 6. Foſſicia, qua ſtercorantur agri Varr. R. R. 1, 7, 8. Nigra Veg. Mulom. 2, 29. Samia creta Scribon. 83. 86. 112. 189. Martial. 12, 62

Quaeras cenſeo, ſi legi laboras,
Nigri fornicis ebrium Poëtam,
Qui carbone rudi, putrique creta,
Scribit carmina, quae legunt cacantes.

Sutoria creta, *vid.* MELANTERIA. *it.* Scribon. 208. 248. Tenax Virg. Georg. 1, 179. Viridis Plin. 35, 6. Vitr. 7, 7. Notare creta Perſ. Sat. 5, 107 *eſt Approbare; contra* Carbone notare, *Damnare. Album ad boni naturam pertinere, cenſuit Pythagoras:* Atrum *ad mali, etc.* Solidare aream creta Virg. Georg. 1, 162. Creta qua fiunt amphorae Columel. 12, 43. Virg. Georg. 2, 214 Nigris exeſa chelydris Creta, negant alios aeque ſerpentibus agros Dulcem ferre cibum, et curuas praebere latebras. Plaut. Poen. 5, 2, 8 Creta eſt profecto horum hominum oratio — vt mihi abſterſerunt omnem ſorditudinem. *Comparat orationem, qua ipſum a flagitio debortabantur cum* creta, *in quantum ea ad ſordes eluendas adhibetur.*

CRETŬLA, ae. f. Dimin. Cic. Verr. 4, 58 c. 26 Quum Valentio eius interpreti epiſtola Agrigenti allata eſſet, caſu ſignum iſte animaduertit in cretula. *i. Terra argilloſa et candida, qua in epiſtolis ſignandis vti ſolebant, ſicut et cera.* Plin. 35, 7 Ex omnibus coloribus cretulam amare, vdoque illini recuſant purpuriſſum, Indicum, *etc.*

CRETACEVS, a, um. Adi. [κρητινὸς] *Quod eſt ex creta.* Cretacea ſiligo, *quae creuit in loco cretoſo, vel quae cretae admiſtione adulterata eſt. Vid. ibid.* c. 11 *extr.* Plin. 18, 9 E ſiligine lautiſſimus panis, piſtrinarumque opera laudatiſſima. Praecellit in Italia, ſi Campana Piſis natae miſceatur. rufior illa, at Piſana candidior, ponderoſior vero cretacea.

CRETARIVS, a, um. Adi. *vt,* Cretaria taberna Varro L. L. 7, 30.

CRETĀTVS, a, um. *Aliud* Adi. [κρητωτὸς] *Creta infectus.* Plin. 35, 18 Tantumque non cum laureatis faſcibus remitti illo, vnde cretatis pedibus aduenifſent. Cretatis pedibus *homines intelligit ſeruos Venales.* Idem 35, 17 Eſt et viliſſima, qua circum praeducere ad victoriae notam, pedesque venalium trans mare aduectorum denotare inſtituerunt maiores. Iuuen. Sat. 1, 111 *in eandem ſententiam dixit,* Nuper in hanc vrbem pedibus qui venerat albis. *Vid. Brouckh. ad* Propert. 4, 5, 52. Ambitio cretata Perſ. Sat. 5, 177 *i. Candida togam induta, quam creta polire fullones ſolebant, vt ex* Plinio 35, 17 *in* CRETA *oſtendimus.* Iuuenal. Sat. 10, 65 Pone domi lauros, duc in Capitolia magnum Cretatumque bouem, *etc. i. ſigno in cornibus cretae impreſſo notatum, vnde intelligeretur, illum ſacrificari poſſe.* Crepidae cretatae *i. Candidae laudantur ex* Tertull. de pall. 4 *extr. Sed legitur* Graecatae: *quod Salmaſius mutat in* Graecatum, *quem vid.* p. 359. Faſciae cretatae Cic. Att. 2, 3. *Vid.* DIADEMA. Martial. 12, 29 Cretatam Praetor quum vellet mittere mappam.

CRETEVS, a, um. *Quod fit ex creta. vt,* Lucret. 4, 298 Sic eliditur, vt ſi quis prius, arida quam ſit Cretea perſona, allidat pilaeve, trabiue, *etc.*

CRETOSVS, a, um. *Aliud* Adi. [κρητώδης] *Quod creta abundat.* Plin. 15, 18 Cato de ficis ita memorat, Ficos mariſcas in loco cretoſo aut aperto ſerito. Catonis *locus eſt* 8, 1. *Et* Ouid. Met. 7, 463 Cretoſa rura. Terra Varro R. R. 1, 9.

CRETĬCE, es. f. *Herba, bibiſcus, a patria.* Plin. 25, 8. Apul. de Herb. 38 *et* 62.

CRETIFODINA, ae. f. *Locus, vbi creta effoditur.* Vlpian. l. 7 §. 14 de Soluto Matrim. *it.* l. 13 §. D. de Vſufr. et quemadm.

CRETERRA, *vid. ſub* CRATER.

CRETHEVS, eos. m. *Filius Aeoli, Iouis filii, qui ex Tyro Salmonei fratris filia Aeſonem genuit, Alcimedontem et Amythaonem, vt eſt apud Homerum libro Odyſſeae 11.* Valer. Flac. Argon. 1, 42 Noſtri de ſanguine Phryxus Cretheos, vt patrias, audis, effugerit aras. *Verba ſunt Peliae ad Iaſonem nepotem.*

CRETHEIVS, a, um. Adi. *vt,* Virgo Cretheia, *Helle Crethei neptis dicitur, quae Helleſponto dedit nomen.* Valer. Argon. 2, 612 Vndarum decus et gentis Cretheia virgo. Proles Cretheia Valer. Argonaut. 8, 112.

CRETHMON, i. n. *inquit Galenus lib. 7 de Simpl. medicam. facult. guſtantibus ſalſum eſt, cum paucula amaritate: quam ob rem vis eius eſt exſiccatoria, et abſterſoria. Vtraque tamen imbecillior in eo eſt, quam in amaris.* Plin. 26 vlt. herbam *dicit* vtilem interioribus feminarum morbis. *Eſt et* Crethmos agrios, qui gramias tollit oculorum impoſitus, tumorem quoque polenta addita. *Vid.* Plin. 25, 13. *Add.* Id. 26, 8 *et* 10, 27, 13.

CRETIO, *vid.* CERNO.

CREVI, *vid.* CERNO.

CREV̄SA, ae. f. [Κρέουσα] *Creontis Corinthiorum regis filia, quam Iaſon, repudiata Medea, vxorem duxit. Ei indignata Medea, quaedam dona miſit, e quibus flamma protinus exiit, quae Creüſam cum tota regia combuſſit.* Propert. 2, 16, 29 Aſpice quid donis Eryphila inuenit amaris, Arſerit et quantis nupta Creüſa malis. ¶ 2 *Fuit et* Creüſa, *Aeneae vxor* Virg. Aen. 2, 651 Nos contra effuſi lacrimis, coniuxque Creüſa.

## C R I

CRIBELLVM, CRIBELLO, *etc. Vid. mox ſub* CRIBRVM.

CRIBRVM, i. n. [κόσκινον, λίκμος, σιναστήριον] *Piſtorium vas, quo* cernunt *vel frumenta vel farinam, a* cerno, creui *dictum quaſi* crebrum. Plin. 18, 11 f. 28 Cribrorum genera Galli e ſetis equorum inuenere: Hiſpani e lino excuſſoria et pollinaria, Aegyptus e papyro atque iunco. Plaut. Rud. 1, 2, 14 Villam integundam intelligo totam mihi: nam nunc pellucet ea, quam cribrum crebrius, *i. plurimis locis ac paſſim.* Cic. de Diuin. 2, 59 c. 27 Quaſi vero quidquam interſit, mures diem noctem aliquid rodentes, ſcuta an cribra corroſerint. Plaut. Moſt. 1, 1, 52 O carnificinum cribrum, *de homine, cuius pellis loris et virgis ita perforata eſt, vt cribri ſpeciem exhibere videatur.* Farinarium cribrum Plin. 18, 11. Foratum cribrum Scribon. 10. Grandioribus foraminibus cribrum 269. Pollinarium cribrum Plaut. Poen. 3, 1, 10. Ouid. Met. 12, 437 Vtue liquor rari ſub pondere cribri Manat, et exprimitur per denſa foramina ſuccus. Tenue cribrum Scribon. 90. Tenuiſſimum 156. Tenuibus foraminibus cribrum 75. Decuſſa cribro farina Perſ. 3, 112. Eiicere per cribrum Scribon. 75. Plaut. Pſeud. 1, 1, 100 Non pluris refert, quam ſi imbrem in cribrum geras. Incernere cribro, vel Succernere Columel. 5, 6. *h. e. Cribrare.* Transmitti cribro Scribon. 10. — per cribrum 156. *An etiam maſculino genere ſit* criber *vel* cribrus, *dubitandi occaſionem ſuppeditare poteſt* Colum. 8, 5, 16 Cribro vitiario, vel etiam loliario, *qui* iam fuerit in vſu, pulli ſuperponantur *etc. Sed olim coniecimus, legendum* quod.

CRIBELLVM, i. n. Diminut. Pallad. 3, 24 Nitrum tritum cribello deſuper ſpargas. *et* 7, 11 Cribello ſpiſſo cernere, vt grana non transeant.

CRIBELLO, āre. *Cribrare.* Th. Priſcian. 1, 17 Crabrones contuſos terere et cribellare.

CRIBELLATVS, a, um. Part. Pallad. 1, 41 Seuum liquefactum cribellato cineri admiſtum.

CRIBRO, āre. [σήθω, κοσκινίζω, σινιάζω] *Cribro incernere.* Plin. 25, 5 Praeterea mirum inuentum eſt, quod inciſum forficulis, *vt* diximus, cribrant, cortex remanet. *Vid. et* Columel. 12, 23. *Add.* Scribon. 89.

CRIBRATVS, a, um. Part. *vt,* Ladanum cribratum Plin. 26, 8. Terra minutatim cribrata Idem 17, 11. Cribrata Scribon. 51. 60. Cribrata cribro perforato 61. Tenui cribro cribrati 90. Tunſa cribrataque Apic. . . *Legitur etiam* Crebrata *apud* Plin. 11, 24. *Vid. ibi Harduin.*

CRIBRARIVS, a, um. Adi. Plin. 18, 11 *de alica loquens,* Poſteaque gypſi pars quarta inſpargitur, atque vt cohaeſit, farinario cribro ſuccernunt, *etc.* Item cribraria, quae ſimili modo in tertio remanſit cribro anguſtiſſimo, et tantum arenas transmittente.

CRIBRARIVS, i. m. Κοσκινοποιός Gloſſ. Gr. Lat.

CRIMEN, ĭnis. n. [ἔγκλημα, αἰτίαμα] *Quod in iudicium defertur, vt de illo* cernatur, *quaſi* cernimen: *et nunc factum ipſum quod defertur, nunc accuſationem vel obiectionem adeo ſignificat, nunc vtrumque comprehendit: certe non ſemper diſcerni poteſt, vtrum horum intelligatur praecipue. Interdum non tam ad accuſationem et ſollemne iudicium, quam ad priuatam exprobrationem refertur, vt* Ouid. Epiſt. 2, 28 Crimine te potui demeruiſſe meo. *Eo facto, quod mihi nunc obiicitur et exprobratur.* Cic. Fam. 7, 3 Sunt enim qui, quum meus interitus nihil fuerit reipublicae profuturus, criminis loco putant eſſe quod viuam. *i. accuſant et reprehendunt me priuatis ſermonibus.* ¶ 2 *In quantum ad ea facta pertinet, quae in iudicium vocantur, repetantur hic etiam excerpta e Manutii libro de legibus:* Publica *ſunt crimina, et* priuata. publica capitalia, *et* non capitalia. priuata *aut* cum infamia, *aut* ſine infamia. Capitalia crimina *publicis iudiciis omnia cognoſcebantur: non item publica iudicia de capitalibus omnia criminibus fiebant. nam, vt* Inſtitut. lib. 4, 18, 2 *traditum eſt,* ſi quam infamiam irrogabant publica iudicia cum damno pecuniario, publica quidem erant, non tamen capitalia. *quod quidem ſi de cauſis publicis, in quibus cum detrimento rei familiaris famae iactura coniungeretur, verum eſt: multo magis de priuatis. et hoc ipſum declarat* Cicero *ſatis aperte* in Epiſtola ad Paetum (9, 21) *his verbis,* Iudicia non ſolemus omnia tractare vno modo. priuatas cauſas, et eas tenues, agimus ſubtilius: capitis, aut famae, ſcilicet

cet ornatius. *ſeiunxit enim a* cauſis capitalibus cauſſas famae, *ſiue publicas, ſiue priuatas. ſed ipſe me in dubitationem reuoco. Si* cauſae famae *capitales non ſunt: cur Quinctii cauſam, quae famae eſt,* capitalem Cicero *ſignificat? ait enim in exordio:* (8) Quid hoc iniquius, aut indignius, quam me, qui caput alterius, famam, fortunasque defendam, priore loco cauſam dicere? *et infra:* (31) Clamabat Quinctius, ſeſe idcirco nolle ſatisdare, ne videretur iudicaſſe bona ſua ex edicto poſſeſſa: ſponſionem porro ſi iſtiusmodi faceret, ſe, id quod nunc euenit, de capite ſuo priorem cauſam eſſe dicturum. *et in extrema oratione:* Horribile eſt, cauſam capitis dicere: horribilius, priore loco dicere. *Sane non leuiter aliquamdiu haec me loca, et alia huiusmodi in ea oratione perturbarunt. eoque magis, quod cauſa Quinctii ad recuperatorem agitur. ex quo ſequitur, vt priuata ſit. recuperatores enim, et centum viri, et arbitri, iudices ſunt (liceat hic arbitros inter iudices, vocabulo minime proprio, nominare) ciuilibus in controuerſiis ab vrbano praetore dati. cauſam porro capitalem ad recuperatorem agi ita mihi abſurdum, ita non rationi conſentaneum videbatur, vt perſuaderi nullo modo poſſet. ſed fortaſſe, vt ſaepe diſtinctione veritas illuceſcit, idem hic quoque poteſt euenire. cogitaui, numquid* cauſam eſſe capitalem, et agi de capite, *ſiue,* capitis eſſe cauſam, *idem ſit. non enim dubito, quin* cauſae capitales *quae vocantur, eaedem* cauſae capitis *vocari omnes poſſint: quae vero* capitis, *fortaſſe non omnes item* capitales. *nam* cauſa capitis *Quinctiana dicitur: quam tamen nullo modo* capitalem *fuiſſe concedo: quum in ea neque de libertate, neque de ciuitate adimenda, quae* capitalia *fuiſſe* iudicia *notum eſt, agatur. et cauſa Mancini, quem, vt Cicero, et alii prodiderunt, a patre patrato ex S. C. Numantinis deditum, Numantini non receperunt, cauſa quidem* capitis *eſt, (agitur enim in ea* de ciuitate, de libertate, de capite) capitalis *tamen non eſt. in* capitalibus *enim quaeritur de crimine, et damnatos diminutio capitis ex iudicum ſententia ſequitur: in aliis autem* capitis cauſis *agitur quidem de capite, non tamen quaeritur de crimine; capitisque diminutio vel nulla ſequitur, vt in cauſa Quinctii, vel ſi ſequitur, vt in cauſa Mancini, non ſequitur vti poena a iudicibus irrogata, ſed ideo ſequitur, quia is, qui iam deditus erat ex S.C. Numantinis, capite fuiſſe diminutus oſtenditur: ita vt iudex non iudicaret, ſit, necne, capite minuendus; quod fit in cauſſis capitalibus, ſed, fueritne antea, an non fuerit, capite diminutus: et ſtatus hominis non tunc mutatur, ſed, qualis ſit, cognoſcitur. itaque, quum de eo dixit* Cic. lib. 1 de Orat. (182) Quam poſſumus reperire ex omnibus rebus ciuilibus cauſam, contentionemque maiorem, quam de ordine, de ciuitate, de libertate, de capite hominis conſularis? *crimen nullum ſignificauit, cuius criminis cauſa vocatus in iudicium Mancinus, periculum amittendae ciuitatis, aut libertatis in eo iudicio ſubiret. ſed facultatem iudicibus cognoſcendi, ac ſtatuendi datam intellexit, easne res aeque Mancinus poſſideret, atque antea, quam a patre patrato eſſet deditus, an vero, quia deditus eſſet, amiſiſſet, etiam ſi receptus a Numantinis non eſſet. quare* capitalis cauſa *non fuit: actum tamen eſſe* de capite, *ob eam, quam expoſui, cauſam recte Cicero dixit. At, quod ad Mancini cauſam attinet, ferri poteſt. exſtat enim ratio, cur in ea* de capite *agi dicatur. in cauſa vero Quinctii, in qua nullo modo neque de ciuitate, neque de libertate agebatur, mentio* capitis *vnde ducta? an ex eo, quia* caput *pro exiſtimatione vſurpari poſſe videatur? repugnat vetus loquendi conſuetudo: nec huius generis exempla licet inuenire. potius igitur, ex orationis licentia, crediderim: vt exaggeretur res, ad inuidiam aduerſus Nueuium ex eius crudelitate, et miſericordiam erga Quinctium ex eius periculo quaerendam. atque hoc eo magis conſtat, quo Cicero nec in eo vere ac proprie loquitur, quum eam vocat* accuſationem, *quae* ſponſi cauſa *eſt: nec, quum ait,* Quem nunc interficere nefarie cupis: *quandoquidem ciuibus Romanis eripi nullo crimine vita poſſet. cauſam vero non eſſe* capitalem, *propriis ipſe verbis clare demonſtrat in eo loco,* (33) Iudicium, C. Aquilli, non de re pecuniaria, ſed de fama, fortunisque P. Quinctii vides. *et quum dixit:* Hortenſius partes accuſatoris obtinet: *oratorie loquitur. nec enim re vera accuſabat Hortenſius, ſed accuſare videbatur: nec eſt, niſi* capitalibus in cauſis accuſator. *Redeo vnde diuerti.* Publicorum criminum *alia* capitalia, *alia* non capitalia. *quodque notandum magis eſt, ne maieſtatis quidem iudicium capitale ſemper fuit, quum tamen publicum ſemper eſſet. nam Claudiae Veſtalis, Appii Caeci filiae, C. Fundanius, et Tit. Sempronius aediles pleb. quod populo Romano calamitatem eſſet imprecata, multam dixerunt aeris grauis* XXV *millia. quae capitalis poena non fuit. iudicium autem illud et* publicum *fuiſſe, inde patet, quod ad populum factum eſt. idque etiam Ateius Capito propterea inter publica iudicia retulit; et maieſtatis nomine notatam,* Suetonius in Tiberio *ſignificat his verbis* (2) Claudia nouo more iudicium maieſtatis apud populum mulier ſubiit, quod in conferta multitudine, aegre procedente carpento, palam optauerit, vt frater ſuus Pulcher reuiuiſceret, atque iterum claſſem amitteret, quo minor turba Romae foret. Publica *vero* capitalia crimina, *haec erant,* inceſtus, maieſtas, repetundae, vis publica duplex, ea, quae in rempub. ac magiſtratus inferebatur, *de qua lex Luctatia fuit, et ea, quae in priuatos ciues, de qua Plotia, et aliae leges: tum,* peculatus, de reſiduis, inter ſicarios, parricidium, veneficium, ambitus pecuniae ob iudicandum captae, adulterium, de falſis, de plagiariis, de tutorum fraude, de famoſis libellis, de furto, clandeſtina coitio. *quibus de criminibus aut ad praetorem, iudicem quaeſtionis, aut ad populum notio pertinebat.* de maieſtate, perduellione excepto, de vi, de repetundis, de crimine inter ſicarios, de ambitu *praetor quaerebat:* de inceſtu, et perduellione *populus, ſed tributis comitiis de inceſtu, tribunopleb. populum per tribus in forum cogente; centuriatis autem de perduellione, quum in campum conſul centuriatim populum aduocaſſet.* de veneficio autem, *et praetor, qui iudex quaeſtionis idem dicebatur, et iudex quaeſtionis, etiam ſi praetor non eſſet, cognoſcebat. Praetores, quae cuiusque futura eſſet quaeſtio, ante ſortiebantur: vt deinde ſingulis de criminibus ſinguli, prout ſors tuliſſet, cum conſilio quaererent. vnum excipio praetorem vrb. qui nullo de crimine publico quaerebat; itaque nec quaeſitor dicebatur; tantum, ciuilibus controuerſiis ad eum delatis ius dicebat, hoc eſt iudices, et iudicii formulam, quam ſequerentur, dabat. nec enim praetor ipſe iudicare ſolitus erat. ſed quum iudices ab ipſo dati, de controuerſia cognouiſſent, ac iudicaſſent, exſequebatur. ideo in omnibus ferme edictis praetorum legitur,* Iudicium dabo. *in quo poſteriores lapſi ſunt. eſt igitur aliud,* ius dicere, *aliud* iudicare: *contra quam, qui veterum iuriſconſultorum libros ignorant, opinantur. et quemadmodum ciuilibus in rebus praetor non cognoſcit, neque iudicat, ſed* ius dicit: *ſic, qui ab ipſo iudices dati ſunt, non ius dicunt, ſed* cognoſcunt, *ac* iudicant. *Verum et haec ipſa, et alia paullo plenius in actione* Praetor. *Haec ex Manutio.* Caeterum Crimen, *a* Delicto *ſiue* maleficio *Iuriſconſulti plerumque ſic diſtinguunt, vt* Criminis *nomine* Capitalis fraus *intelligatur, qua Reſpublica laeditur, veluti* Caedes, falſum, adulterium. Delicti *vero, priuata noxia, qua priuatim quisque laeditur, veluti* Furtum, iniuria, *etc.* Vlpian. l. 17 §. 16. D. de aedilit. edict. Noxas accipere debemus priuatas, hoc eſt eas, quaecumque committuntur ex delictis, non publicis criminibus. *Nonnunquam tamen* crimina, *eaque* priuata *nominantur: vt apud* Vlpianum in l. 1 §. 1 D. de poen. *Hotomanus.* ¶ 3 *Iam formulas ponemus, ac primo Subſtantiuorum:* Ambitus crimen Cic. pro Muraen. 3. Martial. 11, 94 O ſcelus, ô magnum facinus crimenque Deorum *i. quod Diis obiici exprobrarique poteſt. Sic* Fortunae, Ptolemace, pudor, crimenque Deorum Lucan. 5, 59. *Vid. Barth. ad* Conſ. Hon. Claud. v. 65. *et ad* Nemeſian. Cyneg. 44. *Wower. ad* Apul. Met. 2. Facti crimen Cic. pro Milon. 97. Fortunae crimen *etiam appellatur, quum quis caſu, non dedita opera peccat, vt adeo Fortuna potius, quam ipſe, ſi quid mali euenit, accuſanda videatur. Sic* Ouid. Metam. 3, 141. *de Actaeone.* Quinctil. 6 *pr.* 13 Nam fruſtra mala omnia ad crimen fortunae relegamus. Maleficii Cic. pro Roſc. Amer. 72. Id. pro Ligar. 5 Quod ſi criminoſum eſt, neceſſitatis crimen eſt, non voluntatis. Parricidii crimen Curt. 3, 6, 11. Proditionis inferre alicui Cic. Verr. 5, 105. Veneni Id. pro Deiot. 17. Infamia criminum Quinctil. 5, 7. Inuidia Id. 4, 3. ¶ 4 *Adiectiua:* Acerba alicui obiicere Quinctil. 6, 3. Aſperum Id. 5, 13. Credibile Id. 7, 3. Commune Virg. Aen. 12, 16. Felix criminibus nullus erit diu Auſon. Sept. Sap. in Cleobulo 3. Inane, Inuidioſum, *vid. hh. ll.* Legitima crimina, *quorum iudicium lege aliqua publicorum iudiciorum eſt conſtitutum.* Vlpian. l. 3 §. 1 D. de crimin. ſtellionat. Poena autem ſtellionatus nulla legitima eſt, quum nec legitimum crimen ſit. ſolent autem ex hoc extra ordinem plecti. *Hotom.* Cic. Verr. 5, 99 Deinde hoc quintodecimo die crimen eſſe natum poſtquam claſſis eſſet amiſſa. Nauale, *vid.* NAVIS. Senec. Hippol. 852 Nefanda iuueni crimina inſonti apparat. Nefarium crimen et fraus capitalis Cic. de Orat. 2, 199. Nobile Ouid. Amor. 2, 18, 37. Noxia Sil. 16, 530. Patens et ſine teſte probatum Ouid. Met. 15, 37. Tacitum Senec. Hippol. 691. Tribuarium Cic. pro Planc. 47. *Vid. ſub* TRIBVS. Turpe Hor. in Arte Poët. 262. Cic. Phil. 2, 40 Hereditatem mihi negaſti obueniſſe. Vtinam hoc tuum verum crimen eſſet! *i. viuerent, qui me heredem ſcripſere:* ἦθος *humaniſſimum.* ¶ 5 *Verba:* Abeſſe a crimine Cic. . . Longe Abſum ab eiusmodi crimine. Abſcondere crimen face iugali, *Matrimonii praetextu adulterium celare* Senec. Hippol. 597. Accuſari crimine Nep. 1, 8, 1. Arcerſere crimine Cic. pro Cael. 16. Acerbare crimen alicuius Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 208. Adducere in crimen Plin. 22, 22. Afferre veſtitus crimen alicui Cic. pro Rabir. Poſt. 27. Agi falſi criminis reum Ouid. de Rem. Amor. 388. Martial. 11, 80 Arguimur lentae crimine pigritiae. Auertere in aliquem Quinctil. 7, 2, 10. 11, 1, 65. Carere turpitudinis Id. 2, 2. Compellari crimine Nep. 7, 4, 1. Conferre cum vita Cic. pro Sulla 18. Conuinci manifeſtis Id. Verr. 1 c. 9. Damnari mortis Virg. Aen. 6, 430. Dare crimini Cic. Verr. 5, 131 c. 50. Deducere ad ipſos oculos Ouid. Amor. 3, 14, 45. Defendere crimen *non ſignificat malum facinus laudare, ſed accuſationem repellere, v. g.* Ouid. Met. 13, 304. Defendere atrocitatis Quinctil. 7, 3. Defendere varie Idem 4, 5. Defenduntur cauſae criminum plerumque inficiatione Cic. de Orat. 2, 104. Degere vitam ſine crimine Virg. Aen. 4, 550. Differre Quinctil. 7, 2. Diffundere paucorum crimen in omnes Ouid. de Arte Am. 3, 9. Virg. Aen. 6, 433 Quaeſitor Minos vrnam mouet: ille ſilentum Conciliumque vocat, vitasque et crimina Diſcit. Diſcutere, *vid. mox* Excutere. Diſſoluere crimina Cic. pro Sull. 56 *Accuſationes diluere.* Dotata crimine virgo Ouid. Epiſt. 6, 138. Ducere in crimen conuiualium fabularum ſimplicitatem Tacit. Ann. 6, 5 *i. crimini dare, eo nomine accuſare.* Efficere ſuſpicionem et crimen Cic. de Orat. 2, 330. Effugere ineptiarum crimen Id. ibid. 3, . . Elabi ex crimine Id. Verr. 2, 142. Eleuare Quinctil. 7, 3. Eluere Ouid. Met. 11, 141. Excuſare lacrimis Stat. Theb. 6, 44. Excutere (*al.* Diſcutere) aliquod extrinſecus Quinctil. 4, 2, 18. Exhibere tacitum crimen aliqua nota, *i. Patefacere* Sen. Hippol. 691. Expiare morte Sen. Med. 647. Cic. pro Flacc. 33 Qui igitur probari poteſt in ea pecunia non referenda, crimen ſibi ipſum Facere, in qua crimen eſſet nullum ſi referret? Ferre in aliquem Tacit. Ann. 12, 4. Fingere Cic. pro Cael. 56. Id. pro Cael. 51 Sed ex te ipſa requiro, quoniam et crimen accuſatores abs te, et teſtem eius criminis te ipſam dicunt ſe Habere: ſi qua mulier, *etc.* Habere crimen *de aliquo virgo dicitur, quae compreſſa eſt ab illo* Ouid. Faſt. 2, 162 *de Caliſto Hamadryade,* Foedera ſeruaſſet, ſi non formoſa fuiſſet: Cauit mortales: de Ioue crimen habet. *Sic* Deceptae a multis crimen amantis Habent Ouid. A. A. 3, 454. Haeret crimen in aliquo Cic. pro Cael. 14. Iacere falſum crimen, quaſi venenatum aliquod telum Id. pro Quint. 8. Incurrere in, *vid. h. v.* Induere alicui Stat. Silu. 1, 4, 17. Ineſſe alicui Ouid. ex Pont. 3, 3, 70. Cic. de Amicit. 66 Addendum eodem eſt, vt ne criminibus aut inferendis delectetur, aut credat oblatis. Inferre crimina, accuſatoris officium eſt: defenſoris, diluere et propulſare Auctor ad Herenn. 4, 47. Inſequi alicuius Ouid. Met. 8, 130. Inſidet in animo, Intendere in aliquem, *vid. hh. vv.* Intentare inuicem Quinctil. 3, 10. Laedere falſo crimine Sil. 15, 599. Liberari ficto Cic. pro Roſc. Amer. . . Maculare nomen alicuius Virg. Aen. 10, 851. Maculatae crimine mentes Sil. 11, 200. Manifeſtus criminum Tacit. Ann. 13, 26. Metuere, *vid. h. v.* Molitur crimina, et accuſatorem, qui obiiceret Chaldaeos, *etc.* Tacit. Ann. 12, 22. Mouere crimen alicui Suet. Claud. c. 16. Cic. Verr. 5, 99 Deinde hoc quintodecimo die crimen eſſe natum, poſtquam claſſis eſſet amiſſa. Notare libidinis crimine aliquem Id. pro Corn. Balb. 56. Obiicere melius crimina, quam defendere Quinctil. 6, 3. Obnoxius crimini, *vid. h. v.* Cic. Verr. 1, 20 His criminibus, his teſtibus et vrbanis et prouincialibus ſic Obrutus et Oppreſſus eſt. Obteritur laus imperatoria criminibus auaritiae Id. ibid. 5, 2. Onerare grauibus criminibus Quinctil. 4, 2. Patrocinari Id. 2, 4. Penſare vna laude, *vid.* PENSO. Peracta Iuuen. Sat. 13, 238. Perorare, *vid.* PERORO. Ponderare crimina rerum ipſarum magnitudine Cic. Verr. 1, 42. Ponere in crimine Id. de Orat. 2, 199. Premere Quinctil. 7, 3. Premere aliquem crimine ignoratae artis Hor. in Arte Poët. 262. Profertur crimen ex inimica, ex infami, ex crudeli, ex facinoroſa ex libidinoſa domo Cic. pro Cael. 55. Proponere et explicare crimina in teſtibus interrogandis Id. Verr. 1, 29. Purgare anteactae vitae crimina Quinctil. 7, 2. Putare loco criminis aliquid Cic. Fam. 7, 3. Refellere crimen gladio Virg. Aen. 12, 16. Regerere crimen alicui

Sen. Hippol. 720. Repellere Quinctil. 4, 2. Reperire exitum Cic. pro Cael. . . . Reſcindere crimina *alicuius*, *eſſe volunt peccatum alicuius antiquum in memoriam reuocare, et velut refricare vulnus* Ouid. Triſt. 3, 11, 63 Ergo quicunque es, reſcindere crimina noli. *Sed al.* Vulnera, *quibuscum Burm.* Reſeruare iudicio Cic. pro Milon. 14. Reſpondere Id. pro Planc. 4. Reticenda Stat. Theb. 1, 230. Reus criminis Ouid. Epiſt. 16, 324. Simulare Id. Met. 13, 299. Solui nefario crimine, et culpa liberari Cic. pro Roſc. Amer. 48. Struere crimina et accuſatores Tacit. Ann. 11, 12. Subire ἀχαριστίας crimen Cic. Att. 9, 6. Sum. *vt*, Id. Verr. 4, 100 c. 45 Daretque operam, vt is eo crimine damnaretur, ne ipſe eſſet in crimine. Fraudi aut Crimini eſſe alicui aliquid Id. pro Muraen. . . Cic. pro Roſc. Amer. 48 c. 29 Vitamque hanc ruſticam, quam tu probro et crimini putas eſſe oportere, et honeſtiſſimam et ſuauiſſimam eſſe arbitrantur. Id. Verr. 5, 105 Tibi vni parcam, et totius iſtius culpae crimen, vituperationemque inconſtantiae potius ſuſcipiam, *etc.* Suſcipere crimen facinorum tantorum et tam atrocium Id. pro Sulla 68. Suſpecti capitalium criminum Tacit. Ann. 3, 60. Ouid. Met. 10, 69 Quique in ſe Traxit crimen, voluitque videri Olenus eſſe nocens. Trahere in crimen, *i. Inter conſcios deferre* Tacit. Ann. 15, 68. Transferre in aduerſarium Quinctil. 6, 5. Transferre a ſe in alium Cic. de Inuent. 2, . . Vacat fama noſtra crimine Ouid. Epiſt. 4, 18. Vacua eſt nox crimine Ouid. Faſt. 4, 581. Cur quidquam contra leges paraſti? Valeret hoc crimen in illa veteri ſeueritate Cic. Verr. 5 c. 18. Venire in crimen Ter. Hec. 3, 1, 55. *i. accuſari.* Venire in partem criminis, *eſt Participem fieri ſceleris alicuius* Ouid. de Arte Am. 1, 392. Vertere in aduerſarium Quinctil. 7, 3. Vocare aliquid in crimen, *pro Crimini dare* Cic. pro Rabir. perduel. reo 24. Hoc tu in crimen vocas, quod cum iis fuerit C. Rabirius, quos *etc.* *Add.* Verr. 5 c. 50. Vulnerari crimine aliquo Ouid. Epiſt. 19, 105. *Haec longa inductio ſatis indicat, quod poſuimus, implicitas ſibi in nomine* criminis *ipſius facti quod accuſatur, et accuſationis, delationis, exprobrationis notiones, vt ſaepe, aut plerumque adeo altera praeualeat, diſcerni ſemper non poſſint. Vid. Burm. ad* Quinct. Decl. 1 p. 9. *it. ad* Decl. 379 p. 776. *vbi illuſtrat formulam* ſub crimine adulterii aliquem occidere. *Sic* Ter. Hec. 5, 2, 13 Nam ſi compererit crimini tua ſe falſo vxor credidiſſe, miſſam iram faciet. *Vbi* Donatus, Crimen nunc, pro Falſa ſuſpicione. Virg. Aen. 11, 122 Semperque odiis, et crimine Drances Infenſus iuueni Turno. *Semper illi moleſtus reprehenſionibus obiectionibus, calumniis, obtrectando.* *Sic* Virg. Aen. 2, 98 Hinc ſemper Vlyſſes Criminibus terrere nouis. *Verum* Id. ibid. 2, 65 Accipe nunc Danaum inſidias, et crimine ab vno Diſce omnes. *i. ab vno facinore malo et damnabili.* ¶ 6 Crimen *et* crinem *confundere librarios notat Burm. ad* Nemeſian. v. 44.

CRIMINŌSVS, a, um. Adi. [ἐγκληματικός, συκοφάντης] *Qui crimen inferre ſolet: ſed etiam criminoſum eſt, quod merito in crimen vocatur et reprehenditur.* Cic. pro Cluent. 94 Hic Trib. pleb. modeſtus, prudens, non modo non ſeditioſus, ſed etiam ſeditioſis aduerſarius: ille autem acerbus, criminoſus, popularis homo ac turbulentus. Iambi criminoſi *quibus crimina obiiciuntur alicui* Hor. Carm. 1, 16, 2. *Quamquam poteſt etiam intelligi paſſiue, quibus crimen contractum eſt.* Nomine criminoſo inquinare officioſam amicitiam Cic. pro Planc. 46 c. 19. Liu. 8, 12 Dictatura popularis, et orationibus in patres criminoſis fuit. Tempus Cic. pro Ligar. 5. *quod ſuſpicionem facit criminis.* Quod ſi eſt criminoſum, neceſſitatis crimen eſt, non voluntatis Cic. pro Lig. c. 2. Id. Verr. 2, 162 Ille hoc putabat Verri criminoſum fore, ſi eius ſtatuae eſſent deiectae, *i. hoc Verri obiectum iri.* Idem pro Sulla 36 Ne ſi argueret quidem tum denique, quum eſſet interrogatus, id mihi criminoſum videretur. *Conf.* Verr. 5 c. 18. *Compar.* Auctor ad Herenn. 4, 52 c. 40 Frequentatio eſt, cum res in tota cauſa diſperſae coguntur in vnum, quo grauior, aut acrior, aut criminoſior oratio ſit. *Superl.* Suet. Caeſ. 75 Aulique Caecinae criminoſiſſimo libro, laceratam exiſtimationem, ciuili animo tulit, *i. quo multa ſibi crimina obiiciebantur.* *Sed* Facultas ſupplicandi criminoſiſſimis patet l. 4 C. Theod. de poenis. *i. qui maximorum criminum rei et paene conuicti ſunt.*

CRIMINOSE. Adu. [ἐγκληματικῶς] Cic. pro Roſc. Amer. 55 c. 20 Quum enim aliquid habeat, quod poſſit criminoſe ac ſuſpicioſe dicere, aperte ludificari et calumniari ſciens non videatur. *Compar.* Cic. de Clar. Orat. 131 c. 34 Quid ſuſpicioſius aut criminoſius diceret. *Superl.* Suet. Tiber. 53 Criminoſiſſime inſectatus eſt.

CRIMĬNOR, āri. [ἐγκαλέω, αἰτιάομαι, διαβάλλω] *Crimini dare, reprehendere.* Cic. Att. 1, 14 Meſſalam Conſulem contumelioſe laedebat, me tantum comperiſſe omnia criminabatur: *obiiciebat mihi, me dixiſſe*, comperiſſe me, *de rebus incertis aut confictis adeo.* Ter. Eun. 5, 2, 16 Hanc metui, ne me criminaretur tibi. Verita, ne ſe ad regem criminaretur Hygin. Aſtron. 2, 18. *Sic* Plin. Ep. 6, 13, 2 Senatusconſultum criminari abſenti Principi. *Add.* Dial. de Orat. *extr.* Sueton. Cal. 56. Cic. Off. 3, 79 Apud Pop. Rom. criminatus eſt bellum illum ducere. Id. Verr. 4, 59 Iam enim non libet omnia criminari. Potentiam alicuius inuidioſe criminari Id. pro Milon. 20 c. 5. Id. pro Planc. 38 Libet enim tibi neſcio quid etiam de illa tribu criminari. ¶ 2 *Paſſiue* Sullanas res defendere criminor *i. accuſor* Cic. de L. Agr. 2, 13 c. 4. *Nempe etiam dicitur* Crimino, *actiue*, Enn. lib. 3 Sat. Nam is non bene vult tibi, qui falſo criminat apud te. *Ex* Nonio 7, 16. Plaut. Pſeud. 1, 5, 78 Herum vt ſeruus ſuum criminaret apud herum.

CRIMINĀTVS, a, um. *Actiue* Liu. 3, 9 Patrum ſuperbiam ad plebem criminatus. *Et* Vellei. 2, 74, 2 Criminatus apud veteranos Caeſarem. *Paſſiue* Hygin. Aſtron. 2, 18 Non criminatum ab Antia, ſed, *etc.*

CRIMINATIO, ōnis. f. [διαβολή] *Accuſatio publica vel priuata.* Liu. 10, 26 Adiecerunt et Appii criminationes de Fabio abſente ad populum. Cic. de Inuent. 1, 104 Quae in negotio gerendo acta ſunt, quaeque poſt negotium conſequuta ſunt, cum vniuscuiusque indignatione et criminatione colligimus. Allatas criminationes repellere Id. de Amicit. 67 c. 18. *Add.* Curt. 3, 6, 14. Falſa Cic. de Orat. 2, 321.

CRIMINĀTOR, ōris. m. Tacit. Ann. 4, 1, 5 Animus audax, ſui obtegens; in alios criminator. *Et* Plaut. Bacch. 4, 7, 28 Cum illum reſciſces criminatorem meum. *Conf.* Lactant. 6, 4, 2.

CRIMINATRIX, īcis. f. Vulg. Interp. Epiſt. ad Titum 2, 3.

CRIMINATORIVS, a, um. *Eſſe ap.* Plaut. *dicitur.*

CRIMINĀLIS, e. Adi. *De crimine: vt* Accuſatio criminalis l. 3 Cod. de Lege Aquilia. Cauſa criminalis, *quae* Pecuniariae *opponitur* l. 15 Cod. de quaeſtionibus.

CRIMINALĬTER. Adu. *Idem.* Vlpian. l. vlt. Dig. de furtis: meminiſſe oportebit, nunc furti plerumque criminaliter agi. *Adde* l. 18 Cod. de re militari §. 1.

CRIMISVS, *vid.* CRINISVS.

CRINVM. Pompon. in l. 21 §. 1 D. de aur. et arg. *numerat inter ea* Vnguenta, quibus vngimur valetudinis cauſa, qualia ſunt, *inquit*, commagena, glaucina, crina: *niſi forte* Crinonia *legendum ſit, vt ſit Oleum ex lilio confectum, et odoramentis conditum. Nam* Crinonis Plin. 21, 5 *meminit*, quod Lilium rubens appellat. *Hotomanus. Quid ſi* crinina, *vt voluit Haloander.*

CRINIS, is. m. [πλόκαμος, θρίξ] Crines, (*inquit* Feſtus,) a diſcretione dicti ſunt, ἀπὸ τοῦ κρίνειν. *Sunt nempe capilli, in quantum cerni, i. pecti et diſcriminari poſſunt.* Cic. Verr. 3, 76 Haec ciuitas mulieri redimiculum praebeat, haec in collum, haec in crines. Crine ruber Martial. 12, 54 *in Zoilum.* Firmicus 1 *vlt.* Quid iam de comarum crinibus dicam? Hor. Carm. 1, 15, 20 *ad Paridem, diuinans*, Tamen heu ferus adulteros Crines puluere collines. Adulti Stat. Silu. 2, 11, 122. Apollinei Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 173. Candidi Valer. Argon. 6, 62. Cani Stat. Theb. 9, 163. Comti Hor. Carm. 4, 9, 14. Decori Stat. Silu. 2, 1, 136. Erectus horret Sen. Herc. Oet. 707. Flaui Virg. Aen. 4, 559. Hirſuti Ouid. Met. 12, 280. Hirti Id. ibid. 8, 801. Ingenui Stat. Silu. 2, 1, 44. Intonſi Tibull. 1, 4, 34. Intorti Valer. Argon. 6, 563. Laceri Sen. Troad. 800. Longi Virg. Aen. 7, 73. Madidi Valer. Argon. 5, 415. Virg. Aen. 11, 35 Et moeſtum Iliades crinem de more ſolutae, *i. moeſtitiae hoc ipſo indicem, quod eum ſoluerant.* Nigro crine decori Hor. Carm. 1, 32, 12. Paſſi Virg. Aen. 2, 480. Purpurei Ouid. Met. 8, 193. Roſei Claud. de Nupt. Honor. 19. Simplices Ouid. Met. 8, 319. Sordidus puluere Sen. Her. Oet. 120. Sparſi Valer. Argon. 1, 293. Splendidi oſtro Ouid. Met. 8, 8. Vagi per colla Id. ibid. 2, 673. Virginei Id. Amor. 3, 13, 25. ¶ 2 *Formulae verborum:* Acciſis crinibus nudatam, coram propinquis expellit domo maritus Tacit. Germ. 19. Auferre crinem alicui Virg. Aen. 4, 699. Ouid. Amor. 1, 11, 1 Colligere incertos, et in ordine ponere crines. Collectus crinis in vnum nodum Id. Met. 8, 319. Comantes crines Sil. 16, 59. Comere crinem Stat. Silu. 2, 1, 122. Compoſiti Virg. Georg. 4, 417. Criſpare crinem annulatim, *vid. Salmaſ. in* Capitolin. Pertin. 12. Deducere pectine Ouid. Met. 4, 411. Demiſſus Id. Faſt. 6, 441. Tacit. Hiſt. 4, 61 Ciuilis barbaro voto, poſt coepta aduerſus Romanos arma, propexum rutilatum crinem, patrata demum caede legionum depoſuit. *vbi Lipſius obſeruat, hoc eſſe patrium et ſollemne Germanis votum, et citat* Tacit. de Morib. German. 31 Aliis Germanorum populis vſurpatum, rara et priuata cuiusque audentia, apud Cattos in conſenſum vertit, crinem barbamque ſubmittere, nec niſi hoſte caeſo exuere votiuum obligatumque virtuti oris habitum. *Vid. etiam Cluuer. in Antiq. German.* Deſecare Ouid. Triſt. 2, 394. Diſiicere Sil. 16, 60. Diſponere Tibull. 1, 9, 67. Diſtinguere docta manu Sen. in Troad. 885. Domat impexos certo ordine Stat. Achill. 1, 328. Ducunt crinem volantia ſidera Virg. Aen. 5, 528. Effundere Lucan. 1, 188. *i. ſolutum ventis permittere.* Effuſis ſtellatus aether Valer. Argon. 2, 41 *i. micantibus et radios velut crines iactantibus.* Effuſus crines Virg. Aen. 4, 509. Emiſſi, *i. Laxati aut ſparſi* Stat. Theb. 8, 763. Euinctus vitta crines albente ſacerdos Ouid. Met. 15, 676. Exutus canos lacero diademate crines Stat. Theb. 9, 163. Flauens Sen. Oedip. 420. Stat. Silu. 2, 1, 115 Crinemque decorum Fregiſſet roſea laſciua Thalia corona. Fuſi Virg. Aen. 10, 137. Iacens in collo Ouid. Epiſt. 15, 140. Iactare per auras Id. Met. 11, 6. Impexi Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 359. Implexum crinibus aurum Plin. 33, 1. Implicare auro Virg. Aen. 4, 482. Innectere lauro Ouid. Met. 6, 161. Intorti Sil. 3, 284. Inuoluere Id. 7, 461. Irrorare aquis Ouid. Met. 7, 189. Sen. Hippol. 876 In ſcelere quaerit crine lacerato fidem. Laniare arreptum Ouid. Met. 4, 557. Ligare Claud. de Nupt. Honor. 123. Madens Virg. Aen. 4, 216. Mouere per aëra Ouid. Met. 3, 726. Nectere pectine crines Claud. de Nupt. Honor. 235. Nitens crine Martial. 12, 38. Nodantur crines in aurum Virg. Aen. 4, 138. Ornatus crines apio Id. Ecl. 6, 68. *i. coronatus.* Perdere miſeros Valer. Argon. 1, 449. Perfundere amomo Sil. 11, 404. Ponere crines in ordine, *vid.* COLLIGERE, *ſupra.* Premere mitra Sen. Herc. Oet. 375. Promittere crinem barbamque Tacit. Ann. 2, 39, 3. Propexus Id. Hiſt. 4, 61. Redimitus arundine crines Ouid. Met. 9, 3. Repexo crine flaua Gallia Claud. in pr. Conſ. Stil. 2, 241. Reſolutus Ouid. Faſt. 3, 213. Retuſo crine languida ſtella Claud. de Conſ. Hon. 4, 184. Rutilatus Tacit. Hiſt. 4, 61. Scindere Ouid. Amor. 3, 6, 71. Secare Virg. Aen. 4, 704. Soluere Ouid. Met. 11, 682. Sil. 12, 598 Solutis Crinibus exululant matres. Sparſus odore Sen. Hippol. 393. Spiranti crine odoratus Valer. Argon. 6, 129. Subannulare, *vid. Salmaſ. in* Capitolin. Pertinac. c. 12. Subnixus crinem mitra Virg. Aen. 4, 216. Summittere crinem ac barbam, *vid.* Deponere crinem. Supplice crine humum verrere Claud. in Laud. Seren. 224. Toſti Ouid. Met. 2, 283. Sen. Hippol. 732 Crinis tractus, et lacerae comae vt ſunt remaneant. Vibrati calido ferro, *i. Criſpati calamiſtro* Virg. Aen. 12, 99 Seruius. ¶ 3 Crinis *figurate poſitus. Primum Synecdochice* Crines *ſunt ſectae crinium ſ. plectae, vid. Salmaſ. de Caeſarie* p. 570 *et* 572. *et* ad Solin. p. 339 *extr.* Fundus eſt Interpr. Vulg. Iud. 16, 13 Si ſeptem crines capitis mei cum licio plexueris. *Et* Feſtus Senis crinibus nubentes ornantur. *Sed male huc trahit Scaliger, quem Salmaſius ſequitur, illud* Martial. 12, 32 Portabat vxor rufa crinibus ſeptem. *Hic enim deridet caluitiem mulierculae. Metaphor.* Crinis, *etiam piſcium.* Plin. 9, 30 *de polypo* Namque et afflatu terribili canes agebat, nunc extremis crinibus flagellatos, *etc.* *Sunt quae* bracchia *alias, item* cirros *et* flagella *vocant.* *Sic* Apic. 2, 1 Iſicia de loligine. Sublatis crinibus in pulmentum tundes. *Eſt nempe* loligo *polyporum generis ipſa quoque.* Crinis *Genus vinculi apud* Plin. 17, 21. *de vinea*, Iugum fit pertica, aut arundine, aut crine, funiculoue, vt in Hiſpania, Brunduſioque. *Sed poteſt fieri, vt proprie crinem muliebrem, aut ſetas equinas intelligat.* Crines *pro fluminum bracchiis.* Aethicus de Danubio (p. 715) Et ex ipſo fluminali circulo ſeptem crines fluminum procedunt infundentes ſe in Pontum — Sed vnus diffunditur per crines ſupraſcriptos. Geographus *ined. Salmaſii, de Sauo*, et iungit ſe Danubio, — et omnes ſimul per crines Pontum ingrediuntur. *Haec Salmaſ. ad* Solin. p. 340 *pr.* *Suauis metaphora cum ad* plantas *transfertur. v. g.* Tempore ſubque hiemis foliorum crine reuulſo Venant. de Reſurr. v. 21. Vt concreta

creta vagis vinea crinibus Prudent. in Symmach. praef. 1 v. 71. *Vid. Buchner. ad Venant. c. l.* Plin. 13, 23 Vernacula putatio deiectis per ramos vitium crinibus circumueſtit arborem, crineſque ipſos vuis. *De flamma.* Protulit vt crinem denſis luctatus in extis Ignis Val. Flacc. 1, 205. *vid. Voſſ. Sic* Coma *vid. mox* Crinitum Miſſile, crinita Vox. ¶ 4 Crinem femininum fuiſſe probat Nonius 2, 77 *ex Plauto et Atta.* Crinem *et* crimen *a librariis miſceri notat Burm. ad* Nemeſ. 44.

CRINICVLVS, i. m. Dimin. Adelhelm. de Virg. c. 24 Raſi criniculi.

CRINALIS, e. Adi. [τριχικὸς] *Quod pertinet ad crines, vt,* Vitta crinalis Ouid. Met. 9, 770. Acus Apul. Met. 8 p. 207. Aurum Stat. Achill. 2, 97. Virg. Aen. 11, 576. Corpus crinale, *i. crinibus obductum* Ouid. Halieut. 30. Cultu crinali caeſariem ſtringere Claud. in Conſ. Prob. et Olyb. 85. Hedera Bacchi, *i. corona* Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 17. *Sic* Murus Cybeles Idem in Eutrop. 2, 284. Lauri Rutil. Itin. 1, 115. *Vid. Burm. ad* Rutil. l. c. *et ad* Ouid. Met. 5, 53.

CRINALIS, is. n. [τριχινὸν] *Ornamentum volunt eſſe capitis ad fingendum capillos, ne turbentur euagenturque.* Vlp. de aur. et arg. legat. l. 25 argumento §. 4 Faſciae, *inquit*, crinales, peduleſque. *Vbi iam Beroaldus legit* Crurules, *quaſi faſciae ſint crurum. Sed recte puto Gothofr.* Faſciae crurales, pedulesque. *Et ſi* crinales *etiam verum ſit, quod ſecus videtur, tamen fuerit nomen adiect. ad* faſciae *adiungendum.*

CRINALE, is. n. *Ornamentum capitis et crinium* Ouid. Met. 5, 53 Ornabant aurata monilia collum, Et madidos myrrha curuum crinale capillos. *Sed dubitatur de lectione.*

CRINESCO, ĕre. Cathol.

CRINIGER, a, um. Adi. [πλοκαμοφόρος] *Dicitur, qui multos habet crines.* Lucan. 1, 463 Et vos crinigeros bellis arcere Caïcos, *etc.*

CRINIOR, īri. [τριχόομαι] *Crinibus inſignem eſſe, vt comare, comis. Apud Statium legitur* Theb. 4, 217 Vatem cultu Parnaſia monſtrant Vellera, frondenti crinitur caſſis oliua *et* Silu. 4, 5, 10. *Hinc*

CRINITVS, a, um. Adi. [τριχωτὸς] *Quod crines habet.* Cic. de Nat. Deor. 2, 14 c. 5 Tum ſtellis his, quas Graeci cometas, noſtri Crinitas vocant. *Sed legitur in emendatis codicibus* Cincinnatas. *Conf.* Suet. Caeſ. c. 88. Aur. Victor. de Caeſ. 41, 16. Virg. Aen. 1, 740 Cithara crinitus Iopas Perſonat aurata. Apollo Cic. Acad. 4 c. 28. Arbuſculis crinitis apices ſunt pauonibus Plin. 11, 37. Colla toris crinita tument Stat. Theb. 6, 418. *de equis.* Galea crinita triplici iuba Virg. Aen. 7, 785. Gorgonis os crinitum anguibus Cic. Verr. 2 c. 56. Mulier male crinita Ouid. de Arte Am. 3, 243. Miſſile multa flamma Stat. Theb. 5, 387. Nox facibus luciferis Valer. Argon. 5, 370. Turba Martial. 12, 49. Vertex Stat. Theb. 9, 129.

CRINISATVS, a, um. Adi. *Ex crinibus factus.* Sidon. Carm. 22, 81 Hic criniſatas iungebat Pegaſus alas. *Vid. Sirmond. ad h. l.*

CRININVS, CRINVS, *vid.* CRINON.

CRINISVS, i. m. [Κρίνισος] CRIMISVS Seruio. *Siciliae fluvius, Segeſtae vrbi vicinus, de quo* Seruius *ad* Aen. 5, 30 *huiusmodi refert fabulam.* Quum Laomedon Neptuno et Apollini mercedem pro aedificatione murorum Ilii recuſaret, Neptunus iratus Troiae cetum immiſit, vt eam vaſtaret. Conſultus Apollo, ſiniſtra dedit reſponſa, puellas ſcilicet belluae eſſe obiiciendas. Hippotes igitur nobilis Troianus, timens ne et Hegeſta filia ſua ceto, vt Heſiona exponeretur, naui eam impoſuit, vt potius ſe non vidente immergeretur fluctibus, quam coram deuoraretur. Sed illa caſu in Siciliam delata Criniſo placuit. qui in canem ſeu vrſum mutatus, eam oppreſſit, ſuſcepitque ex eo concubitu Aceſten, Siciliae regem. Virg. Aen. 5, 38 Aceſtes Horridus in iaculis et pelle Libyſtidis vrſae, Troïa Criniſo conceptum flumine mater, Quem genuit, *etc.*

CRINOMENON, i. n. [τὸ κρινόμενον] *A Rhetoribus appellatur iudicatio, ſ. Contentio, quae ex ſtatu efficitur, et circa quod verſatur certamen totius controuerſiae. Latini* Quaeſtionem *vocant, vid.* Cic. in Orat. 126 c. 36. Top. c. 25. Auct. ad Her. 1 c. 16.

CRINON, i. n. [κρίνον] *Lilium Graecis ſic vocatur* Plin. 21, 5 ſ. 11 Eſt et rubens lilium, quod Graeci crinon vocant. Alii florem eius cynorrhodon. Laudatiſſimum in Antiochia, et Laodicea Syriae, mox in Phaſelide *etc. Dioſcorides tamen, Graecique fere omnes, nullo diſcrimine τῦ κρίνυ appellatione, omnia lilii genera intelligunt.*

CRININVS, a, um. Adi. [κρίνινος] *Liliaceus. Vt,* vnguentum *crininum* Dioſc. 1, 53. *Forte huc potius pertinet* Crinus *de quo ſtatim.*

CRINVS, a, um. Adi. *Idem. Vt,* Vnguenta crina l. 21 ff. de auro, arg. *etc. niſi leg.* Crinina.

CRIOBOLIVM, i. n. [κριοβόλιον] *Genus ſacrificii ab arietibus caeſis ita dictum; vt* Taurobolium *a bobus.* Inſcriptio arae Romanae *apud Gruter.* p. 27 n. 3 TAVROBOLIVM SIVE CRIOBOLIVM FECIT. et ibid. n. 4 PERCEPTO TAVROBOLIO CRIOBOLIOQVE. *Vid. Reineſ.* Inſcript. 1, 40 p. 76. *et Salmaſ. ad* Lamprid. Heliogab. c. 8.

CRIODOCHE, es. f. [κριοδόχη] *Machina arietaria* Vitruu. 10, 19. *i. In quam aries ſuſcipitur. Vid. Bald. Lex. Vitruu.*

CRIPA, ae. f. *Vt,* Cripa pampinacea Columel. 12, 20, 5 *inter odoratas herbas ponitur. Sed ſuſpicatus fuit Hermol. Barbarus* ſertam Campanicam *ſubſtituendam, quod probot Pontedera.*

CRISIS, is. f. [κρίσις] *Latine dici poteſt* Iudicium: *vnde* dies critici *dicti, h. e. Iudiciales et decretorii, de quibus poſtea. Item Naturae et morbi conflictus. Vnde euentus morbi pendet: de qua* criſi *multa medici diſputant.* Sen. Epiſt. 83 Puer ait, nos eandem criſim habere, quia vtrique dentes cadunt. *Nempe ſenectutem ſuam cum pueritia comparat Seneca.*

CRISPINVS, *Philoſophus Stoicus, de quo ſaepius, ſed parum honorifice,* Horatius *v. g.* Serm. 2, 7, 45 Dum, quae Criſpini docuit me ianitor, edo.

CRISPVS, *Cognomen Salluſtiorum v. g. Hiſtorici, de quo* Martial. 14, 191 Criſpus Romana primus in hiſtoria. *Eſt autem ortum ſine dubio a capillorum forma et habitu. Nempe*

CRISPVS, a, um. Adi. [οὖλος] *Intortus et in orbes vel annulos ſ. totos ſ. dimidiatos flexus, Capilli epitheton, et quidquid ex flexu elegans et pulchrum dicere volunt.* Plaut. Truc. 2, 2, 32 Compoſitos, criſpos, cinnos tuos vnguentatos. *ſubaud.* Expellam. Coma Sil. 16, 120. Iubae criſpiores leonum Plin. 8, 16. Abies criſpa Cic. Tuſc. 3, 44. *Sic* Elegantiae criſpioris materies, et ob id Perſis gratiſſima Plin. 13, 9 *de Perſica Aegyptiaca loquens, menſis et aliis operibus e ſectilibus ligni laminis apta. Sic* Fraxinus criſpa *et* ſpiſſa *diſtinguuntur* 16, 13. *Sic* 16, 17 *extr.* Tarde ſeneſcunt, quorum criſpa materies, vt acer, palma, populus. *Sic* menſa criſpa Mart. 14, 90. *Etiam dicitur* Folium criſpum, *vt* Plin. 12, 15 Folium oliuae, verum criſpius, et aculeatum. *De myrrha loquitur. Apud* Columellam *autem* 11, 3, 26 Criſpiſſimum folium. *Sic* Criſpa braſſica Cato 157, 2. Criſpae frondis apium Colum. 11, 3, 33. Criſpae rugis contrahentibus *(ſe)* oliuae Pallad. Nou. 22, 4. *Quin* Aër ſubtili nebula criſpus Idem Aug. 8, 1. *Sed* Auctor Copae 2 Criſpum ſub crotalo docta mouere latus, *i. fluctuans et vibrans.*



CRISPVLVS, a, um. Dimin. [οὐλοκόμος] Martial. 5, 62 Criſpulus iſte quis eſt? *Et* Senec. Epiſt. 95 Ne quis, cui rectior eſt coma, criſpulis miſceatur. *Vid.* Epiſt. 66.

CRISPO, āre. [οὐλόω] Plin. 28, 8 Fimi cinere criſpari capillum cum oleo. *Subaud.* Aiunt. Columel. 10, 167 Nunc apio viridi criſpetur florida tellus, *i. criſpis foliis induatur.* Aurora criſpat pelagus nouo Phoebo Valer. Argon. 1, 311. *ita deſcribit lucem ſolis orientis e fluctibus et vndis criſpis, i. curuis reſilientem.* Aurum miſtum cono criſpauerat Stat. Theb. 8, 568.

CRISPANS, antis. Partic. [οὐλῶν] *Intranſitiue pro criſpo* Plin. 16, 16 In primis vero materies honorata buxo eſt, raro, criſpanti, nec niſi radice, caetero leuis. *Legitur in vetuſtioribus exemplaribus* Criſpicanti. Virg. Aen. 1, 317 Bina manu lato criſpans haſtilia ferro. *i. Vibrans. de quo Scalig. Poët. 4, 1* Colorem *in oratione per metaphoram intelliges nitorem illum verborum. Eſt enim nitidius verbum, et quaſi coloratius* Criſpare, *quam* Quaſſare, *ſi id apud Virgilium ſignificat.* Criſpum *enim eſt Non rectum. Quaſſata haſta curuatur ac* criſpatur. Criſpari *etiam dici poteſt, id quod manu colligitur. Sic enim* Criſpatur *veſtis limbus, cum colligendo digitis corrugatur. Sic duo haſtilia veluti duae rugae. · Haec Scaliger. Verum poſterius nimis videtur ſubtile et criſpum.* Buxus Plin. 16, 16. Crepitus criſpans Idem 2, 82 *de terrae motu, flexus velut plures cum trepidatione habens.* Apul. Met. 11 p. 258, 35 *in deſcriptione ſiſtri,* Criſpante brachio tergeminos iactus, *i. celerrime peragente.* Perſ. Sat. 3, 87 His populus ridet multumque toroſa iuuentus Ingeminat tremulos naſo criſpante cachinnos, *i. corrugato.* Adridet placidum radiis criſpantibus aequor Rutil. Itin. 2, 13. *i. inflexis ſubito cum ipſis vndis.*

CRISPATVS, a, um. Partic. [οὐλωτὸς] *Vt,* Buxus criſpata denſo cacumine Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 110. *h. e. ſpirante vento vibrata.*

CRISPICO, āre. *Idem ac Criſpare.* Gell. 18, 11 Ventus mare caeruleum criſpicans. Plin. 16, 16 *dedimus modo in* CRISPANS.

CRISPICAPILLVS, a, um. Adi. Οὐλόθριξ Gloſſ. Lat. Gr.

CRISPISVLCANS, antis. [οὐλοπάλλων] Cic. in Topic. 61 c. 16 At quum in Aiacis nauim criſpiſulcans igneum fulmen iniectum eſt, inflammatur nauis neceſſario, *ex veteri Poëta, quod ſubito motu huc illuc vagatur.*

CRISPITVDO, ĭnis. f. Arnob. 2 p. 73 *de laſciue ſaltantibus;* Lumborum criſpitudine fluctuare.

CRISSO, āre. [σαυλοπρωκτιῶ] *Feminarum eſt, impudico femorum motu Venerem inuitantium vel adiuuantium, vt ceuere virorum.* Martial. 10, 68 Numquid, quum criſſas, blandior eſſe potes? *Vtitur etiam* 14, 202 *de puella Gaditana.* Tam tremulum criſſat *etc. Vid.* Donat. ad Ter. Eunuch. 3, 1, 34 *et Scalig. ad Priapeia.* Non. 1, 69 *ex* Lucilio, Criſſauit, vt ſi frumentum clunibus vannat.

CRISSANS, antis. Partic. Iuuen. Sat. 6, 322 Et frictum criſſantis adorat.

CRISTA, ae. f. [λόφος] *Ornamentum capitis naturale et velut corona carnea in gallis gallinaceis, plumea in aliis: tum artificiale e plumis auium, ſetis equorum etc. De naturali* Plin. 10, 29 Vpupa obſcena alias paſtu auis, criſta viſenda plicatili. *De Gallis* 29, 6 ſ. 36. *Artificiales galeis imponebant ad decus et terrorem.* Virg. Aen. 7, 185 Et criſtae capitum. Liu. 10, 39 Non enim criſtas vulnera facere, et per picta atque aurata ſcuta tranſire Romanum pilum. Galea decora criſtis Virg. Aen. 9, 365. Decus ſuperbum criſtarum Sil. 10, 400. Fercula cumulata criſtis Stat. Theb. 12, 524. Comantes Virg. Aen. 7, 468. Equina Idem Aen. 10, 869. Geminae ſtant vertice Id. Aen. 6, 780. Hoſtiles Claud. in Rufin. 1, 346. Puniceae Stat. Theb. 4, 218. Roſeae Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 14. Rubentes Virg. Aen. 9, 270. Rubra Idem Aen. 9, 50. Comere Stat. Theb. 3, 424. Excuſſit ſummas vertice Virg. Aen. 12, 493. Inſurgens nitenti cono Sil. 16, 557. Quatere terrificas capitum Lucret. 2, 632. Scintillant alte Sil. 7, 593. *Metaph. ab auibus ſumta* Surgebant illi criſtae Iuuenal. 4, 69. *i. ſibi ipſe placebat.* ¶ 2 Criſta, *Herbae ſpecies, de qua ſic* Plin. 27, 5 Alectorolophos, quae apud nos criſta dicitur, folia habet ſimilia gallinacei criſtae, plura, caulem tenuem, et ſemen nigrum in ſiliquis. ¶ 3 *Significare videtur* κλειτορίδα Iuuen. Sat. 6, 421.

CRISTVLA, ae. f. Dimin. [λοφίδιον] Columel. 8, 2 Rectis rutiliſque criſtulis.

CRISTATVS, a, um. Adi. [λόφον ἔχων] *Quod criſtas habet: vt,* Martial. 14, 229 Criſtataeque ſonant vndique lucis aues, *i. galli gallinacei.* Ales oris criſtati, *Gallus* Ouid. Met. 11, 497. Angues Sen. Herc. fur. v. 216. Apex Claud. de Phoen. 19. Achilles Virg. 1, 471. Caſſis Ouid. Met. 8, 25. Sil. 1, 401. Draco Ouid. Met. 4, 598. Galea criſtata Liu. 9, 40. Stat. Theb. 3, 223 Fulmine criſtatum galea Iubar, *etc.* Pullus criſtatus Suet. Tiber. c. 14.

CRITES, ae. m. [κριτὴς] *Iudex.* Tertull. adu. Gnoſt. c. 3 Inſtituit ſuper illos Deus critas, quos cenſores intelligimus. *Et mox* Vt quis Critarum obierat. *Et* omnes paene annales Critarum.

CRITICVS, a, um. [κριτικὸς] Critici, *Poëmatum erant iudices, quales Ariſtarchus et Ariſtophanes Grammatici fuerunt, quos* Quinct. 10, 1, 54 Poëtarum iudices appellat. *Lepide* Cic. Fam. 9, 10 Niſi forte ſcire vis, me inter Niciam noſtrum et Vidium iudicem eſſe. Profert alter, vt opinor, duobus verſiculis expenſum Niciae: alter Ariſtarchus hos ὀβελίζει *(obelo ſ. transuerſa linea notat, et velut ſpurios reiicit)* Ego tanquam Criticus antiquus, iudicaturus ſum, vtrum ſint τῦ ποιητῦ, an παρεμβεβλημένοι. *Iudicaturus erat Cicero de tabularum ſinceritate: hoc declarat ſub imagine iudicii talis Grammatici, quale Ariſtarchus et ſimiles in Poëtarum libros exercebant.* Hor. Epiſt. 2, 1, 51 Ennius et ſapiens, et fortis, et alter Homerus, Vt critici dicunt. *Sollemniori vocabulo dicti ſunt Grammatici. v. g.* Sen. Epiſt. 108. Quinct. 1, 4. *Conf.* Schol. *Cruqu.* ad Hor. Sat. 1, 10, 38. ¶ 2 Critici dies, [κρίσιμοι] *vocantur a Medicis quaſi Iudiciarii, quibus de morbis ratione fieri iudicium poteſt.* Celſ. 3, 4 Eſt autem alia etiam de diebus ipſis dubitatio: quoniam antiqui potiſſimum impares ſequebantur, eoſque tanquam tunc de aegris iudicaretur, κρισίμους nominabant.



In his

In his erat dies tertius, quintus, ſeptimus, nonus, vndecimus, quartusdecimus, vnus et viceſimus: ita vt ſumma potentia ſeptimo, deinde quartodecimo, deinde vni et viceſimo daretur. Igitur ſic aegros nutriebant, vt dierum imparium acceſſiones expectarent: deinde poſtea cibum quaſi leuioribus acceſſionibus inſtantibus darent. *Vid.* Gell. 5, 10. Macrob. Somn. Scip. 1, 5. Cenſorin. c. 11.

CRITICE, es. *ſiue* CRITICA, ae. f. *Philologiae pars eſt, quae in emendatione auctorum et in iudicio de eorum ſtilo, vitiis, virtutibus, ſinceritate ſ. νοθέᾳ etc. conſiſtit.* *Laudatur* Varro *apud* Diomed. 2: *ſed vereor, ne ſit ille locus, quem damus in* GRAMMATICVS. *De re ipſa vid. Voſſ. Ariſtarch. pr. Wower. de Polym. c. 16-18.*

CRITHE, is. f. [κρίθη] Tuberculum paruulum in palpebra ſuper pilorum locum, quod a ſimilitudine hordei ſic eſt dictum Celſ. 7, 7.

CHRITHOLOGIA, ae. f. [κριθολογία] *Cura hordei et frumenti colligendi.* Impp. Hon. et Theod. l. 1 Cod. Theod. de frumento Alex. Crithologiae et Zygoſtaſii munus.

CRITIAS, ae. m. *Vnus e triginta tyrannis, Athenienſibus a Lacedaemoniis impoſitis. Cuius mentionem facit* Cic. de Orat. 2, 93 Conſequuti ſunt hos (inquit) Critias, Theramenes, Lyſias: multa Lyſiae ſcripta ſunt, nonnulla Critiae, de Theramene audiuimus. *Rurſum idem* 3, 139 Quid Critias? quid Alcibiades? ciuitatibus ſuis quidem non boni, ſed certe docti atque eloquentes, nonne Socraticis erant diſputationibus eruditi?

CRITICE, CRITICVS, *vid.* CRITES.

CRITOLĀVS, i. m. [Κριτόλαος] *Athenienſis, nobilis Peripateticus,* Romam ab Athenienſibus miſſus legatus cum Carneade, et Diogene Stoico, *vt ſcribit* Cic. de Orat. 2, 155. *De huius libra,* Idem Tuſc. 5, 51 Quo loco quaero quam vim habeat libra illa Critolai, qui quum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis et externa, tantum propendere illam boni lancem putet, vt terram et maria deprimat.

## C R O

CRŌBIĂLON, i. n. *Oppidum non longe a Seſamo in Paphlagonia, quod alluit Parthenius amnis Dianae virgini admodum gratus.* Valer. Argon. 5, 102 Fugit omne Crobiali latus, *etc.*

CROBYLVS, i. m. [κρώβυλος] *Plexus capillorum puerilium apud Graecos. Huc referendum fuit hoc nomen, quod* Tertulliano de Veland. Virgin. 10 *reſtituendum* Crobylos *putat* Priorius. *Vid.* STROPVLVS *ſub* STROPPVS.

CROCĂLE, es. f. *Iſmeni fluuii filia* Ouid. Met. 3, 169.

CROCALLIS, is. f. *Gemma, quae* ceraſum, *(vel vt alii legunt,* ceram) repraeſentat, *auctore* Plin. 37, 10 ſ. 56.

CROCĀTVS, *etc.* *Vid.* CROCVS.

CROCIAS, ae. f. [κρόκιας] *Gemmae ſpecies,* a croci ſimilitudine ſic dicta *Auctore* Plin. 37, 11.

CROCIDISMVS, i. m. [κροκιδισμὸς] *A* Caelio Aur. Acut. 1, 3 *et* 5 *ſignum conſtituitur phrenitidis, et* c. 5 n. 48 *ſic deſcribitur,*, eſt ex operimentis fimbriarum veluti decerptio. *Nempe κροκὶς, ἰδος eſt floccus, fimbria. Sic* Plin. 7, 51 *pr. inter* ſigna letalia fimbriarum curam *refert.*

CROCĬNVM, i. n. [κρόκινον] *Genus vnguenti: cuius oleum eſt ex croco: de quo* Plin. 13, 13 Vnguentis cognomina dedere aliis patriae, aliis ſucci, aliis arbores, aliis cauſae, primumque id ſcire conuenit, mutatam auctoritatem, et ſaepius tranſiſſe gloriam. Laudatiſſimum fuit antiquitus in Delo inſula, poſtea Mendeſium. Crocinum in Solis Ciliciae diu maxime laudatum. Propert. 3, 8, 22 Et crocino nares myrrheus vngat onyx.

CROCINVS Color, *vid.* CROCVM.

CRŌCIO, īre. [κρώζω] *an* CRŎCĬTO? *vox coruorum. Priorem rationem et auctoritas codicum, et quantitatis ratio firmat. Itaque apud* Auctorem Philomelae 28 *melius legitur,* Et crocit coruus, *quam* Crocitat. *Et* Plaut. Aul. 4, 3, 2 *recte editum in Gronou.* Non temere eſt quod coruus cantet mihi nunc ab laeua manu, ſimul radebat pedibus terram, et voce crocibat ſua. *Si ponas* crocito *eſſe verbum et prima ob originem Graecam erit producenda, et altera, vt in* Dormito.

CROCITVS, ûs. m. Propriam coruorum vocem veteres eſſe voluerunt, *inquit* Nonius 1, 218.

CROCATIO, *ſiue, vt emendandum videtur,* CROCITIO, ōnis. f. [κρῶξις] Coruorum vocis appellatio, Feſtus.

CROCIS, īdis. f. [κρόκις] Herba eſt, cuius contactu phalangia emoriuntur, *vt* ex Apollodori ſententia *tradit* Plin. 27, 17.

CROCODILIVM, i. n. *Herbae ſpecies.* Plin. 27, 8 Crocodilion chamaeleontis herbae nigrae figuram habet, radice longa, aequaliter craſſa, odoris aſperi.

CROCODĪLVS, i. m. [κροκόδειλος] *Animal amphibium quadrupes, hominibus terra pariter atque in aquis infeſtum.* Plin. 8, 25 ſ. 37 Crocodilum habet Nilus, quadrupes malum, et terra pariter ac flumine infeſtum. Vnum hoc animal terreſtre linguae vſu caret. Vnum ſuperiore mobili maxilla imprimit morſum, alias terribilem, pectinatim ſtipante ſe dentium ſerie. Magnitudine excedit plerumque duodeuiginti cubita. Parit oua, quanta anſeres: eaque extra eum locum ſemper incubat, praediuinatione quadam, ad quem ſummo auctu eo anno acceſſurus eſt Nilus. — Et vnguibus hic armatus eſt, contra omnes ictus cute inuicta. Dies in terra agit, noctes in aqua, teporis vtrumque ratione *etc. ſunt enim plura. Conf.* Apul. Apol. p. 278, 13. *De vſu medico multa* Plin. 28, 8 ſ. 27. *De crocodilo in numis Spanhem. Diſſ.* 4 p. 175 ſq. Cic. de Nat. Deor. 1, 82 c. 29 Ne fando quidem auditum eſt, crocodilum, aut ibim, aut felem violatum ab Aegyptio. Iuuen. 15 *pr.* Quis neſcit, — qualia demens Aegyptus portenta colat? Crocodilon adorat Pars haec *etc.* Color fucatus ſtercore crocodili Hor. Epod. 12, 11. *Vid.* CROCODILEA. *Conf.* Ouid. A. A. 3, 270. Crocodili teſticulus Scribon. 14. Terreſtris crocodilus *quibusdam appellatus* eſt ſcincus: *vid.* Plin. 28, 8 ſ. 30. Primam *in* Crocodilus *produxit* Phaed. fab. 25, 4. *quum tamen natura breuis ſit.*

CROCODILĪNVS, a, um. Adi. [κροκοδείλινος, κροκοδειλεία] *Quod ad Crocodilum pertinet. v. g.* Ambiguitates crocodilinae Quinct. 1, 105 *argumenta ſunt perplexa et ſophiſtica. Vid. Politianum Miſcellaneorum cap. 55. Ductum eſt nomen ex fabula Aegyptiaca, quae eſt huiusmodi: Mulier quaedam cum filio ſecundum fluminis ripas ambulabat; ei crocodilus filium abſtulit, redditurum ſe dicens, ſi verum mulier reſponderet. Vid. Burm. ad Quinctil. l. c.*

CROCODILEA, ae. f. *De hac audiamus* Plin. 28, 8 ſ. 27 *de Crocodilo loquentem, cuius duo genera fecerat,* Alter illi ſimilis, multum infra magnitudinem, in terra tantum, odoratiſſimisque floribus viuit. Ob id inteſtina eius diligenter exquiruntur iucundo nidore farcta: crocodileam vocant, oculorum vitiis vtiliſſimam, — Illita quoque ex oleo cyprino moleſtias in facie enaſcentes tollit: ex aqua vero morbos omnes, quorum natura ſerpit in facie, nitoremque reddit. — Appoſita menſes ciet. Optima, quae candidiſſima *etc. Poſuimus pluſcula, ad expiandum et deportandum errorem Lexicorum, quae* Crocodileam *ex Plinii l. c. animal faciunt Crocodilo ſimile, cum ſit* ſtercus Crocodili *vt vocat* Horat. Epod. 12, 11.

CROCOMAGMA, atis. n. [κροκόμαγμα] Scribon. *ſubinde laudat v. g.* 4, 30. Plin. 21, 20 ſ. 82 Faex quoque expreſſi (croci) vnguento crocino *(faciendo)* quod Crocomagma appellant, habet ſuas vtilitates. Crocomagma *ergo eſt faex ſ. reliquiae croci, Vnde vnguentum crocinum expreſſum eſt.*

CROCŌTA, ae. f. [κροκωτὴ] *Veſtis muliebris eſt crocei coloris.* Cic. de Aruſp. Reſp. 44 c. 21 P. Clodius a crocota, a mitra, a muliebribus ſoleis, purpureisque faſciolis, a ſtrophio, ab pſaltrio, a flagitio, a ſtupro eſt factus repente popularis. *Et* Apul. Met. 11 p. 261, 2 Vidi et ſimiam pileo textili, crocotisque Phrygiis, catamiti paſtoris ſpecie, aureum geſtantem poculum. *Conf. Turneb. Adu.* 26, 29. *et* 29, 25.

CROCOTTA, *Vid.* CROCVTA.

CROCOTVˇLA, ae. f. Dimin. [κροκώτιον] Plaut. Epid. 2, 2, 46 Induſiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam.

CROCOTVLARIVS, i. m. [κροκωτεὺς] *Crocotarum veſtium infector.* Plaut. Aulul. 3, 5, 44 Quum incedunt infectores crocotularii.

CROCOTILVS, a, um. Adi. Veteres Valde exile dicebant. Plaut. (Fragm. 1, 14) Extortis cum crocotilis cruſculis, Feſtus. *Sunt, qui legendum putent,* Crotillis, *Vid.* SVCCROTILLA.

CROCOTINVM, i. n. Genus operis piſtorii, Feſtus.

CROCVFANTIA, orum. n. [κροκυφάντια] *Ornamenta villoſa ſunt, inquit Hotomanus, quae ſub reticulis contexta, per eorum plagulas apparent.* Turnebus Aduerſ. 18, 23 Crocuſantia, *inquit, Ornamenta capitis ſunt, et redimicula, quae tota e ſubtegmine ſine vllo ſtamine contexta ſunt, vnde et appellationem ſunt adepta. κροκύφαντον enim Grammatici Graeci exponunt, quod διὰ κρόκης ὑφαίνεται, et ab Atticis κεκρύφαλον ſcribunt vocari. De his mentio facienda propter* Vlpian. l. 25 §. 10 D. de aur. et arg. leg. Ornamentorum haec, inquit, vittae, mitrae, ſemimitrae, reticula, crocuſantia, *etc. Alciatus autem et alii eruditi homines alio vocabulo conquirendo mirabiliter exercentur.* Crocohyphanta *dedit Haloander.*

CROCVM, i. n. *vel* CROCVS, i. m. [κρόκον, κρόκος] Crocum *apud* Scribon. *ſaepius. Conf. Rhod. in Lex. Neutrius proprii generis eſſe vult* Lactantius *et* Scholiaſtes Statii. *Vid.* Arnob. 1 p. 36. *ed. Mair.* Plin. 21, 7 Hos certe flores Homerus tres laudat, loton, crocon, hiacynthon. *Idem* c. 6 Crocum ſilueſtre optimum ſerere in Italia minime expedit, ad ſcrupula vsque ſingula areis decoquentibus. Seritur radicis bulbo: ſatiuum latius, maiusque et nitidius, ſed multo leuius degenerans, ſed nec vbique fecundum, etiam Cyrenis, vbi ſemper flores laudatiſſimi. Plaut. Curc. 1, 2, 7 Tu crocum et caſia es: *ah* Crocinum, *blanditiae amatoriae.* Colore croci contactum Lucret. 6, 1186. Cilix crocus Id. 2, 416. *Vid. ad* Ouid. Ibin 202. Corycius Hor. Serm. 2, 4, 68. Scribon. 169. *In primis* Lucan. 9, 809

Vtque ſolet pariter totis ſe effundere ſignis
Corycii preſſura croci; ſic omnia membra
Emiſere ſimul rutilatum ſanguine virus.

*Nempe, quod hinc diſcimus crocum dilutum ſpargebant in theatris ſiphonum ope, quorum corpus in ſigna hominum vel animalium efformatum erat, quale quid in hortorum ſalientibus videre licet. Haec ſigna tota vndique perforata plurimis foraminibus iucundum rorem ſpargunt. Nihil emendatione indiget locus.* Liquidus Ouid. de Arte Am. 1, 104. *i. vnguentum crocinum purum.* Pallens Stat. Theb. 6, 210. Picta croco veſtis Virg. Aen. 9, 614. Puniceus Ouid. Faſt. 5, 318. Rubens Virg. Georg. 4, 182. Ruber Ouid. Amor. 2, 6, 22. Sicanius Stat. Silu. 2, 4, 36. Siculum Scribon. 29. Sollemnes crocos non oluere pulpita, *quod ſpargi croco ſolerent theatra* Propert. 4, 1, 16. Sparſus per vias Suet. Ner. c. 25. Spirantes Iuuen. Sat. 7, 208. Tyrius Claud. Epigr. de Zona 8. Ouid. Met. 4, 393 Redolent myrrhaeque crocique. Prodens incluſi ſemina denſa croci Auſon. Eidyll. 14, 32. *de roſis.* Crocum in medio lilii Plin. 21, 5. *De lilio.* Crocus *metaphorice pro Scena, quod croco, et floribus, et aliis odoribus conſpergi ſoleret, vt praeter iam dicta ex* Lucretio *apparet* 2, 416 Et quum ſcena croco Cilici perfuſa recens eſt. Hor. Epiſt. 2, 1, 79 Recte necne crocum, floresque perambulet Attae Fabula, ſi dubitem, *etc. i. agatur ab hiſtrionibus in ſcena ambulantibus. De* Croco *ampliſſima collectanea ſunt Spanhemii ad Callim.* p. 97 ſqq. ¶ 2 *Aliorum quoque florum* croci *ſunt: nempe apices illi, crocei coloris, flaui certe, puluiſculo velut conſperſi, qui in mediis quorundam calycibus ſurgunt. v. g.* Plin. 21, 5 Crocum in medio lilii. Auſon. Eidyll. 14, 32 *de roſis,* Prodens incluſi ſemina denſa croci.

CROCEVS, a, um. Adi. Plin. 22, 13 Mutat enim cum terra colores, hîc niger, illic viridis, aliubi cyaneus, aliubi croceus. Virg. Aen. 1, 715 Et circumtextum croceo velamen acantho. Amictus croceus Ouid. de Arte Am. 3, 179. Chlamys Virg. Aen. 11, 775. Croceum diem veſtita Aurora Claud. in Eutrop. 2, 529. Flores Virg. Georg. 4, 109. Frondes Valer. Argon. 4, 23. Honor Sil. 8, 444. *videtur color rutilus capillorum et barbae.* Ignes Claud. in I Conſ. Stil. 2, 467. Lutum Virg. Ecl. 4, 44 Hypallage eſt, pro Croco luteo, Seruius. Odores Idem Georg. 1, 56. Prata Claud. Conſ. Prob. et Olyb. 273.

CROCEATVS, a, um *Idem.* Adelhelm. de Virg. c. 2 Croceata geniſtarum cacumina.

CROCĀTVS, a, um. Adi. Plin. 16, 34 Alicui et ſemen nigrum, alii crocatum.

CROCĬNVS, a, um. Adi. *Vt,* Crocinus color Scribon. 173. Plin. 21, 19 Semen his optimum crocinum, nec anniculo vetuſtius, et in vmbra ſiccatur. Tunica crocina Catul. 66, 134. Vnguentum Celſ. 3, 19.

CROCVS, i. m. *A quibusdam Sagittarius caeleſtis dicitur, ſed vid.* CROTVS. *Fere ſimpliciter* Crocinum *vocatur: quare ſupra ſ. l. poſitum eſt.*

CROCV̄TA, CROCOTTA, *et* COROCOTTA, ae. f. [κροκοῦτα] *Fera eſt Aethiopiae familiaris, ex hyaena et leaena Aethiopica naſcens, quae et ipſa hyaenae more humanas voces imitatur.* Plin. 8, 30

*vbi*

*vbi hyaenae naturam multis explicuit, ſtatim ſubdit*, Huius generis coitu leaena Aethiopica parit crocutam, ſimiliter voces imitantem hominum, pecorumque. Acies ei perpetua in vtraque parte oris, nullis gingiuis, dente continuo, qui ne contrario occurſu hebetetur, capſarum modo includitur. *Vid. Aelian. Hiſt. Animal.* 7, 22. *Add.* Plin. 8, 21. Capitolin. Pio c. 10.

CROESVS, i. m. [Κροῖσος] *Lydorum rex, Halyattis filius, quem felicem in ſummis opibus dicere Solon recuſabat: cuius ille diſputationis memor, cum a Cyro iam cremandus eſſet, nomen* Solonis *exclamauit aliquoties. Interrogatus a Cyro, cum rem narraſſet, ille vices humanitatis cogitans, incolumem dimiſit. Reſpexit huc Iuuenal.* 10, 273

Feſtino ad noſtros, Regem tranſeo Ponti,
Et Croeſum quem vox iuſti facunda Solonis
Reſpicere ad longae iuſſit ſpatia vltima vitae.

*Pro Opulento ponitur* Ouid. Triſt. 3, 7, 42 Nempe dat id cuicunque libet Fortuna, rapitque, Irus et eſt ſubito, qui modo Croeſus erat. *Et* Martial. 11, 6 Ardua res haec eſt, opibus non tradere mores: Et cum tot Croeſos viceris, eſſe Numam.

CROMATARICAE. Petron. c. 53 *an recte legatur, aut quid ſit, ambigitur. Si quid ſtatuendum ſit, legerem*, reliqua animalia et acroamata tricas meras eſſe.

CROMYON, *vrbis nomen, vid.* CREMMYON.

CRONOS, i. m. [Κρόνος] *Saturnus, Latine dicitur:* Cic. de Natur. Deor. 2, 64 c. 25 Saturnum autem eum eſſe voluerunt, qui curſum et conuerſionem ſpatiorum ac temporum contineret: qui Deus Graece idipſum nomen habet. κρόνος enim dicitur, qui eſt idem χρόνος, id eſt ſpatium temporis. *Vid.* Macrobium Saturn. 1, 8 *et 22. ad finem.*

CRONIA, orum. n. pl. [Κρόνια] Saturnalia Graecorum. *Refert* Macrob. Sat. 1, 7 *extr. verſus* L. Accii *huc etiam ponendos:*

Maxima pars Graiûm Saturno, et maxime Athenae
Conficiunt ſacra, quae Cronia eſſe iterantur ab illis;
Eumque (Imque f. Enique) diem celebrant: per agros vrbesque fere omnes
Exercent epulis laeti, famulosque procurant
Quisque ſuos: noſtrique itidem. Et mos traditus illinc
Iſte, vt cum dominis famuli epulentur ibidem.

CROSMIS, is. f. Saluia Apul. de Herb. c. 101.

CROTĂLVM, i. n. [κρόταλον] *Crepitaculum eſt. Declarauit hoc nomen* Ioh. Sarisber. de nugis Curial. 8, 12 *primo refert verba quaedam* Scipionis Africani (*a* Macrobio Satur. 2, 10 *vt videtur, accepta*) *contra luxum ſaeculi ſui, in quibus et hoc*, In his, quod me reip. maxime miſertum eſt, vidi vnum filium petitoris, puerum bullatum, non minorem annis duodecim, cum crotalis ſaltare. *Deinde interpretandi cauſa addit*, Crotos Graece pulſus dicitur, et inde cymbala ſic dicuntur; vel muſicum notat inſtrumentum, quod in ſono vocem ciconiae Imitatur: nam ipſa apud Aegyptios Crotalus appellatur. Crotala quoque dicuntur ſonorae ſphaerulae, quae, quibusdam granis interpoſitis, pro quantitate ſui et ſpecie metalli, varios ſonos edunt. *Quam parum graue inſtrumentum fuerit* crotala *illa, apparet ex verbis, quae ſequuntur apud* Macrobium *et* Sarisberienſem, Africani, Quam ſaltationem impudicus ſeruulus honeſte ſaltare non poſſet. *Docet hoc etiam* Auctor Copae *pr.* Copa Syriſſa caput Graia redimita mitella, Criſpum ſub crotalo docta mouere latus. *It.* Cic. in Piſon. 20 c. 9 Quos neque hercule ego, neque ſupercilium tuum, neque collegae tui cymbala ac crotala fugi, *ad l. c. Copae Scaliger* Crotalo *accommodat deſcriptionem Siſtri Aegyptii apud* Apul. Met. 11 p. 258, 32 Nam dextera quidem ferebat aereum crepitaculum, cuius per anguſtam laminam, in modum balthei recuruatam, traiectae mediae paucae virgulae, criſpante brachio tergeminos ictus, reddebant argutum ſonorem. *Idem e Graecis monet*, Crotala *etiam ex arundine ſciſſa facta, vt cum quaterentur digitis, ſonus ederetur: et huc refert illud* Martial. 6, 71 Edere laſciuos ad Baetica cruſmata geſtus, Et Gaditanis ludere docta modis: *itemque* Iuuenal. 11, 170 Audiat ille Teſtarum crepitus cum verbis nudum olido ſtans Fornice mancipium quibus abſtinet. *Hoc itaque manet*, Crotalo *modos datos ſaltationibus et motibus impudicis.*

CROTALIA, orum. n. pl. *Appellari Margaritas quasdam, docet* Plin. 9, 35 f. 56 Subeunt, *inquit*, luxuriae eius nomina, et taedia exquiſita perdito nepotatu: ſiquidem quum id fecere, crotalia appellant, ceu ſono quoque gaudeant, et colliſu ipſo margaritarum. *Nempe dixerat de* elenchis, *margaritis*, Hos digitis ſuſpendere, et binos, ac ternos auribus, feminarum gloria eſt. Petron. 67 Domini mei beneficio crotalia habet nemo meliora.

CROTALISTRIA, ae. f. *Quae voce ſtrepitum crotalorum imitatur.* Petronius Arbiter *de Ciconia* c. 55 Ciconia etiam grata, peregrina, hoſpita, Pietaticultrix, gracilipes, crotaliſtria, *etc. Sic enim legit Turnebus* 8, 18 *atque ita vocari ſcribit a* Crotalis, *quorum ſtrepitum imitatur*, crepitante ciconia roſtro; *vt* Ouidius *loquitur* Met. 6, 97. *Hanc Turnebi emendationem recte receperunt poſteriores pro corrupta lectione* e tota liſtria: *ad quam propius accedit, quam aliorum* choraliſtria. *Similiter et apud* Propert. 4, 9, 11 (Brouckh. 4, 8, 39) Nilotes tibicen erat, choraliſtria Phyllis; *reſtituit idem Turnebus et Scaliger, probante Brouckhuſio*, Crotaliſtria.

CROTILVS, a, um. *Vid.* CROCOTILVS. Crotilus *probat Taubm. ad fragm. Plauti* p. 1465.

CROTO, *ſiue* CROTON, ōnis. f. [Κρότων] *Ciuitas Italiae in Sinu Tarentino, Milone athleta memorabilis, qui Pythagorae diſcipulus fuit. Peritiſſima autem rei bellicae fuit: nec paruam operam exercendis athletis dedit. In vno enim Olympico certamine victores omnes Crotoniatae fuerunt. Iure itaque dici viſum eſt*, Qui Crotoniatarum poſtremus eſt, is reliquorum Graecorum primus eſt. *Vetus quoque Prouerbium alterum*, Crotone ſalubrius. *Quod inde ortum eſſe aiunt: quia locus ipſe ad ſalubritatem, et bonas corporis habitudines, propter athletarum multitudinem plurimum conferat, Plurimos enim Olympionicas habuit. Ad eius gloriam accedit ingens Pythagoreorum numerus. Haec ex Strabonis lib.* 6. Sil. 11, 17 Pateſecit amicas Alta Croton portas. Crotonem *tradit* Ouid. Met. 15, 55 *A Mycilo Alemonis filio iuſſu Herculis conditam, habereque nomen a* Crotone *ipſius Herculis hoſpite ibi ſepulto.* Croto *etiam genere maſculino dicitur* Liu. 24, 1. Ad Crotonem oppugnandum pergunt ire. *Et mox*, Itaque optimum viſum eſt, ad Annibalem mitti legatos: cauerique ab eo, vt receptus Croto Bruttiorum eſſet. *Multa ibi de* Crotone *et* Crotoniatis.

CROTONIĀTES, is. m. Cic. de Nat. Deor. 2, 6 Cum ad fluuium Sagram Crotoniatas Locri magno praelio viciſſent. Crotoniatum, *Genitiuus pluralis contractus* Liu. 24, 3 Eam tum arcem ſatis, vt videbatur, tutam Crotoniatum optimates tenebant. *Mox*, Deductique Crotoniatae ad mare. *Add.* Cic. de Inu. 2 *pr.*

CROTONIENSIS, e. *Idem.* Salluſt. in Catil. 44 *et* Iuſtin. 20, 4.

CROTON, ōnis. f. *Arbor, ſ. frutex, quae et* CICI *vocatur, vbi vid. it.* RICINVS *quod Latinum nomen Graeco* Κρότων *reſpondet.*

CROTŌPVS, i. m. *Rex Argiuorum fuit, pater Pſamathes, quae ab Apolline compreſſa Linum peperit, quem quum inter vepres abſcondiſſet, canes extractum dilacerarunt.*

CROTOPIADES, is. Patronym. Ouid. in Ibin 482 Quique Crotopiadem diripuere Linum. *Add.* Stat. Theb. 6, 64 ſqq.

CROTVS, i. m. [κρότος] *quibusdam* CROTON, ōnis. Hygin. Poët. Aſtron. 2, 27 *de Sagittario*, Dicunt non nulli, hunc eſſe Crotum nomine, Euphemes, Muſarum nutricis, filium, — eum domicilium in monte Helicone habuiſſe, et cum Muſis ſolitum delectari — Iouem, cum omnia illius artificia vno corpore vellet ſignificare, crura eius equina feciſſe, quod equo multum ſit vſus, et ſagittas pro ingenio adiunxiſſe, vt ex his et acumen et celeritas eſſe (*vid. leg.* eius) videretur. Caudam Satyricam in corpore fixiſſe, quod non minus hoc Muſae, quam Liber Satyris ſit delectatus. *Conf.* Hygin. f. 224 *vbi* Croton (f. Crotos) et conlactius Muſarum vocatur. Crotus *enim ſ.* κρότος *plauſus eſt, quem ſectari muſae ſolent.* Colum. 10, 57 Et ſpicula Phoebus Dira nepae, tergoque Croti feſtinat equino, *i. per ſigna ſcorpii et ſagittarii ſol tranſit.*

## C R V

CRVCIARIVS, CRVCIATVS, CRVCIAMENTVM, CRVCIABILITER, CRVCIO, CRVCIVM, CRVCIFIGO, *vid.* CRVX.

CRVDARIA, ae. f. Argenti vena, quae in ſummo reperitur Plin. 33, 6 f. 31.

CRVDVS, a, um. Adi. [ὠμός, ἄπεπτος] *A* Cruore *dictum, quaſi* Cruidum, *vt a* fluore fluidum, *aut* humidum *ab* humore. *Vt* Crudum vulnus, *recens, et quaſi adhuc cruentum. Hinc* Crudum *etiam dicitur, quod nondum eſt coctum, a ſimilitudine* crudae *carnis, quae adhuc cruenta eſt.* Plin. Epiſt. 5, 16 Vt enim crudum adhuc vulnus medentium manus reformidat, deinde patitur, atque vltro requirit: ſic recens animi dolor conſolationes reiicit ac refugit, mox deſiderat, et clementer admotis acquieſcit. *Sed* Cruda caro Suet. Neron. c. 37. *Sed melius vis nominis ex Subſtantiuis intelligetur, quae vel proprie vel metaphorice iungi eidem ſolent: vnde patebit,* crudum *vocari non modo quidquid ſanguineum, aut ſanguinolentum ſ. crudele eſt; ſed quidquid non coctum, mollitum, ſubactum, corruptum, debilitatum; quidquid rude, immaturum, et ob id durum eſt.* Agricola crudus Martial. 12, 77 *qui nimis onerauit ſe cibo, vt concoquere non poſſit, ſed* crudos, *i. non coctos cibos ventre circumferat. Sic* Aluus cruda, *quae crudum adhuc et inconcoctum cibum egerit, vt in lienteria* Cato 125. *Vid.* Cibi. Homo. Virg. Aen. 5, 69 Seu crudo fidit pugnam committere caeſtu, *duro, e corio non ſubacto aut cerdonis opera mollito. Vid. mox* Tauri. Cibi, *qui indigeſti et nondum concocti ſunt.* Iuuen. Sat. 1, 143 Et crudum pauonem in balnea portas. Cortex crudus, pro Viridi Virg. Aen. 9, 743 Ille rudem nodis et cortice crudo Intorquet. *Sic* Servius. Enſis crudus, pro Crudeli vel Cruento Idem Aen. 10, 682 Et crudum per coſtas exigat enſem. *Iterum* Seruius. Equa cruda marito proteruo Hor. Carm. 3, 11, 12. *Nondum adſueta Veneri.* Exordia cruda magnae indolis, *i. aſpera, intractabilia* Stat. Achil. 1, 276. Fatum Sil. 13, 224. *al.* Factum. *Vid. Drakenb.* Stat. Theb. 9, 390 Quo iam néc cruda nepotis Funera, nec noſtri valeant perrumpere planctus, *i. immatura, acerba. Add.* Zeno Veron. Serm. de Iob. Homo, *qui cibum non concoxit.* Cic. de Fin. 2, 23 Crudique poſtridie ſe rurſus ingurgitent. *Sic* Horat. Serm. 1, 5, 49 Pila lippis inimicum et ludere crudis. *Add.* Quinctil. 11, 3, 27. Scribon. 122 Ne crudus ſumat medicamentum. *Hinc* Cruditas. Honor crudus Stat. Theb. 10, 342. *extemporalis, non elaboratus, arma hoſtium cruenta*, trunca arma, cruorque virorum. Indoles Claud. de tert. Conſ. Hon. 43. *i. dura, laboris patiens, nondum mollita voluptatibus. Sic* Iuuentus Sil. 3, 303. Lectio Quinctil. 10, 1, 19. Mens Sil. 4, 35. Nomen viri crudum Marte Idem 7, 113. *i. terribile.* Noualis, *vid.* NOVALIS. Palmes Lucan. 4, 317. *i. non coctus. Sic* Pauonem crudum in balnea portas Iuuenal. 1, 143. Piſtrinum crudiſſimum *apud* Suet. Aug. c. 4. Poma cruda, *nondum matura* Cic. de Senect. 71 c. 19 Et quaſi poma ex arboribus ſi cruda ſunt, vi auelluntur: ſi matura et cocta, decidunt. Praelia Stat. Theb. 12, 762. Puella cruda viro Martial. 8, 63. *Conf. Drakenborch. ad* Sil. 5, 569. *verbo, nondum matura.* Robur Stat. Theb. 2, 709. *illibatum, integrum.* Rudimenta Idem Achil. 1, 478. Saxum Valer. Argon. 2, 542. *inuium, in quo nihil molliuit manus hominum, aut poliuit.* Senectus viridis et cruda Virg. Aen. 6, 304. Tac. Agr. 29, 3. Seruitium, *i. nouum, inſuetum* Tacit. Ann. 1, 8, 7. Columel. 2, 2 Sed ita necubi crudum Solum et immotum relinquat, quod agricolae ſcamnum vocant. Spartum Colum. 12, 19, 4. *i. non malleatum et ita mollitum.* Sudores crudi Stat. Theb. 1, 422. *i. vehementes virorum fortium.* Valer. Argon. 4, 250 Aſpice et haec crudis durata volumina Tauris. *i. Taurino corio crudo, vt* caeſtus. Terra Lucan. 3, 387. Vellus Valer. Argon. 6, 82. Virago Stat. Theb. 11, 414. *Minerua rudis Veneris. Sic* Virginitas Claud. in ſec. Conſ. Stil. 246. Vua, *i. Immatura.* Vlpianus in l. ſi ſeruus §. ſi oliuam D. ad legem Aquil. Vulnera Ouid. ex Pont. 1, 12, 16. Ructare crudum Celſ. 1, 2. *In MStis. confundi ſolent* crudus *et* durus: Drakenb. ad Sil. 6, 78.

CRVDĬTAS, ātis. f. [ἀπεψία] *Affectus ventriculi, qui naſcitur ex aegra concoctione.* Cic. de Senect. 44 Caret ergo etiam vinolentia et cruditate et inſomniis. Cruditas cauſa eſt morbi Idem de Fato 54 c. 15. Plin. 17, 24 f. 37 Arbores laborant et fame, et cruditate, *i. et deficiente nutrimento et abundante, prae caloris inopia, non probe percocto humore.* Signa cruditatis Quinctil. 2, 21, 19. *Add.* 5, 9, 10. 7, 2, 8 *et* 13. Contrahere cruditatem Quinctil. 7, 3, 33. Excoquere cruditatem quotidianam Laconicis Columel. 1 praefat. 16. Subſtat cruditas Celſ. 2, 12. De cruditate boum Colum. 6, 6. Lumbrici fere naſcuntur cruditatibus Idem 6, 25.

CRVDESCO, ĕre. [ὠμοῦμαι] *Crudum fieri.* Sil. 1, 432 Fidebat magica ferrum crudeſcere lingua, *i. Crudelius fieri, et nocentius.* Irae crudeſcunt Stat. Theb. 2, 680. Morbus crudeſcit, Validior fit, Virg. Georg. 3, 504. Sin in proceſſu coepit crudeſcere morbus. *Sic* Seruius. Morbus crudeſcere incipiens Claud. in Ruff. 1, 301. Pugna crudeſcit, Crudelior fit caede multorum Virg. Aen. 11, 833 — deiecta crudeſcit pugna Camilla. *Sic* Seruius. Pugnae ſanguine effuſo crudeſcunt Idem Aen. 7, 788. Seditio crudeſcit Tacit. Hiſt.

3, 10. Credo, ex vigiliis nocturnis, quarum in praeſentia exiguus fuit ſenſus, noxa poſt cruduit Symmach. Epiſt. 8, 58.

CRVDĪTO, āre. *Male concoquere, vel nondum concoxiſſe.* Tertull. de Ieiun. c. 16 Sepultus eſt Populus carnis auidiſſimus vsque ad choleram ortygometras cruditando, *i. immoderate vsque ad cruditatem edendo.* Idem Scorpiace 5 Edit illicitum, et transgreſſione ſaturatus in mortem cruditauit, *i. mortiferam cruditatem, intemperantiae pediſſequam, contraxit.*

CRVDITATIO, ōnis. f. Cael. Aurel. Tard. 5, 2, 29.

CRVDĒLIS, e. Adi. [ὠμὸς, ἀπηνὴς, ἀνηλεὴς] *Aſper, immitis, velut crudam carnem et ſanguinem appetens.* Cic. pro Deiot. 2 Crudelis Caſtor, ne dicam ſceleratum et impium, qui nepos auum in diſcrimen capitis adduxerit. Crudelis atque importunus, *vid.* IMPORTVNVS. In hominis alicuius calamitate crudelem eſſe Cic. de Orat. 2, 198. Crudelis in liberos et ſanguinem ſuum Idem ad Brut. 12. In ira crudelis Ouid. Faſt. 5, 325. Amor Virg. Ecl. 10, 29. Animus ferus, crudelis, atque inhumanus Auct. ad Heren. 2, 29. Arae Ouid. Met. 13, 453. *ad quas mactanda erat Polyxena.* Auſa Idem Epiſt. 14, 49. Bellum crudele et exitioſum Cic. Att. 9, 5. Conſilia crudeliſſima Idem Philipp. 4, 3. Conuiuium Ouid. Met. 10, 621. *Al.* Coniugium. Egeſtas Valer. Argon. 4, 459. Epiſtola Ouid. Epiſt. 15, 219. Funus Virg. Ecl. 5, 20. Gaudia crudelia Ouid. Met. 6, 653. Hoſtis crudelior Idem Triſt. 2, 77. Ianua vel domina penitus crudelior ipſa Propert. 2, 16, 17. Catul. 61, 20 Heſpere, qui caelo lucet crudelior ignis, Qui natam poſſis complexu auellere matris. Letum Virg. Aen. 12, 636. Luctus vbique Idem Aen. 2, 368. Mens crudelior Ouid. Met. 11, 701. Martial. 11, 92 Ipſaque crudeles ederunt oſcula morbi, *de cancro, vel ſimili morbo.* Odium tyranni Virg. Aen. 1, 361. Propert. 3, 5, 3. *ad Auaritiam,* Tu vitiis hominum crudelia pabula praebes. Parricidae crudeliſſimi Salluſt. Catil. 52. Poenae, Saeuae, nimiae Virg. Aen. 6, 585. *Sic* Seruius. Ouid. Triſt. 4, 4, 81 Laeta deae ſignum crudelia ſacra peroſae Tranſtulit ex illis in meliora locis. Scelus artificis Virg. Aen. 2, 124. *de Vlyſſis inſidiis.* Somnia Tibul. 3, 4, 95. Sors Senec. in Octau. 3. Superi Sil. 8, 661. Terrae crudeles *i.* Crudelium et auarorum Virg. Aen. 3, 44 Heu fuge crudeles terras, fuge litus auarum. Seruius. Verbere lacerauit terga crudeli Ouid. Faſt. 2, 695. Virtus Stat. Theb. 6, 734. *Fortitudo.* Vita Virg. Aen. 9, 497. Vulnus Idem Aen. 2, 561. Crudelis, Inexorabilis, qui non flectitur precibus Id. Ecl. 2, 6 O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas. Seruius. ¶ 2 Crudele, *Aduerb.* Subriſit crudele pater Claud. in Eutrop. 2, 107. *Add.* Id. de Raptu Proſ. 1, 283. *et* 3, 340.

CRVDELĬTAS, ātis. f. [ὠμότης, ἀπήνεια] Cic. pro Roſc. Amer. 154 Veſtrum nemo eſt, quin intelligat Populum Romanum (qui quondam in hoſtes leniſſimus exiſtimabatur) hoc tempore domeſtica crudelitate laborare. Audacia et crudelitas ſingularis Cic. Verr. 3, . . Carnificina atque crudelitas Idem pro Sext. 135. *Et* pro Domo 60 Sed quid ego veſtram crudelitatem expromo, quam in ipſum me ac meos Adhibuiſtis? Anhelare ex infimo pectore crudelitatem Auct. ad Heren. 4, 68. Exercere inſatiabilem crudelitatem ſuam in aliquo Cic. Philipp. 11, 8 c. 3. Quorum crudelitas noſtro ſanguine non poteſt Expleri Idem de Orat. 1, 215 c. 52. Expromere crudelitatem Id. pro Milon. 34. Cic. Philipp. 3, 4 At ille crudelitate Imbutus, *etc.* Idem pro Domo 59 Quid enim vos vxor mea miſera violarat, quam vexauiſtis, omni crudelitate Lacerauiſtis? Satiata inimicorum crudelitas nondum noſtra calamitate Id. Q. Frat. 1, 3. Saturare crudelitatem Cic. ad Heren. 4, 45. Homo crudelitate barbarus Idem pro Flacc. 24 c. 11. Importuna, Inhumana, *vid. hh. vv.* Inimica maxime hominum naturae Cic. Off. 3, 46 c. 11. Nobilitata, *vid.* NOBILIS. Praeditus crudelitate Cic. pro Sulla . .

CRVDELĬTER. Adu. [ὠμῶς] Cic. Off. 1, 82 De euertendis autem, diripiendisque vrbibus valde conſiderandum eſt, ne quid temere, ne quid crudeliter fiat. Crudeliter et regie factum Idem Catil. 1 c. 12. *Et* in Catil. 4, 10 Quum de pernicie Reipub. exitio huius vrbis tam Acerbe, tamque crudeliter cogitarit. Curt. 10, 5, 23 Ipſum Darium floruiſſe paullisper, vt crudelius poſſit Extingui. Capta crudelius vrbe Catull. 63, 23. Dicere acerbiſſime crudeliſſimeque Caeſ. B. C. 1, 2. Interficere crudeliſſime Cic. Philipp. 1, 34. Necatus crudeliſſime Idem pro Mil. c. 33. Perire crudeliſſime Id. pro Sulla 75. Torqueri crudeliter Curt. 6, 11, 40. Vrere crudelius Tibul. 1, 8, 7.

CRVENTVS, *etc. vid.* CRVOR.

CRVMA, *vid.* CRVSMA.

CRVMĒNA, ſ. CRVMINA, ae. f. [βαλαντίον] *Sacculus, vel bulga de brachio vel collo ſuſpenſa, in qua pecunia fertur: itaque a verbo κρεμᾶν ſuſpendere ſatis commode deriuatur.* Vet. Gl. Crumina θύλακος. Non. 2, 76 Bulga eſt folliculus omnis, quam et cruminam veteres appellarunt, et eſt ſacculus ad brachium pendens. *De collo.* Plaut. Aſin. 3, 3, 67 Hic pone, hic iſtam colloca cruminam in collo plane. Pone, *quod etiam Voſſius obſeruat in etymol. aduerbium eſt. Idem etiam* I *vocalem in media Syllaba ex MSS. aſſerit; quod facit etiam Pareus et Gron. A tergo pependiſſe* Crumenam, *docet etiam* Plaut. Pſeud. 1, 2, 37 *vbi herus ad ſeruum* I puere prae, ne quisquam pertundat cruminam, cautio eſt. Idem Trucul. 3, 1, 8 Homo cruminam ſibi de collo detrahit, minas viginti mihi dat. Accipio libens: condo in crumenam. Ille abiit, ego perperas minas oues in crumena hac in vrbem detuli. Id. Aſin. 3, 3, 63 Viginti minae hic inſunt in crumina. *Et* 71 Crumina aere praegnans. Id. Perſa 2, 5, 16 Boues bini hic ſunt in crumena, *i. pretium pro illis.* Feſtus, Crumina ſacculi genus. Plauſus, Dii bene vortant, tene, crumina minxerint triginta minae. *Vidit Scal. legendum,* cruminam, in ea erunt, *etc.* Hor. Epiſt. 1, 4, 11 Et mundus victus non deficiente crumena. *Add.* Iuuenal. 11, 38 Quis enim te deficiente crumena Et creſcente gula manet exitus? ¶ 2 Crumena, *capiſtri genus eſt* Veg. Mulom. 2, 33, 1. *vbi* crumenam, curcumam, corbem *habent librarii; ſynonyma eiusdem rei.*

CRVOR, ōris. m. [αἷμα, ἰχώρ, λύθρον] *Sanguis, qui ex aliquo vulnere funditur.* Virg. Aen. 8, 106 Tepidusque cruor fumabat ad aras. Ferarum cruor Ouid. Met. 3, 148. Feritas ſitisque immenſa cruoris Idem Met. 15, 768. Cruoris veſtigia Scribon. 196. Atri cruores Virg. Aen. 4, 646. *vbi* Seruius, Cruores vſurpatum; nam nec ſanguines dicimus numero plurali, nec cruores. Tacit. Ann. 14, 30 Nam cruore captiuo adolere aras, *etc. i. captiuorum.* Ouid. Met. 12, 30 Caſtumque datura cruorem Flentibus ante aram ſtetit Iphigenia miniſtris. Virg. Aen. 5, 469 Craſſumque cruorem Ore reiectantem. Sil. 3, 315 Fama docet, caeſae rapuit cum Gorgonis ora Perſeus, in Libyam dirum fluxiſſe cruorem. Diri cruores draconis Valer. Argon. 7, 552. Sen. Troad. 297 Fluatque nulli Flebilis matri cruor. Foedo cruore ſparſa ora Sen. Octau. 18. Inſincerus Virg. Georg. 4, 285. Largus cruor inundat locum aliquem Sen. Hippol. 498. Virg. Aen. 4, 455 Vinaque in Obſcenum ſe vertere viſa cruorem, *i. mali ominis.* Puniceus Ouid. Met. 2, 607. Sacer Virg. Aen. 5, 542. Viperinus Hor. Epod. 3, 6. Virgineus Virg. Aen. 11, 804. Vndans Stat. Theb. 5, 234. ¶ 2 *Formulae verborum:* Addere cruorem ſtultitiae Hor. Serm. 2, 3, 275. *i. praeter ſtultitiam etiam crudelem eſſe in alios vel in ſe.* Affectare Stat. Theb. 11, 539. Animare cruorem calidum *gigantum, vt inde naſcantur homines* Ouid. Met. 1, 158. Canentem mandens aper ore cruorem Sil. 1, 424. *i. ſpumae permiſtum et in ſpumam mandendo verſum.* Cadaueribus, cruore, atque luctu omnia Compleri Sall. Iug. c. 51. Detergere ferro arentem Sil. 7, 343. Diffundit animam in arma vndanti cruore Virg. Aen. 10 vlt. Diffuſus Lucan. 1, 301. Effuſus Ouid. Met. 6, 244. Eiectare cruorem manantem ex ore Sil. 10, 277. It largus cadentum cruor Valer. Argon. 6, 724. Expiati cruores Hor. Carm. 2, 1, 5. Fuſus inficit terram Sen. Hippol. 551. Haurire Ouid. Met. 13, 331. Lauare fluidum Virg. Aen. 5, 663. Libare Sen. Herc. fur. 921. Manans cruore culter, *vid.* MANO. Oblitus faciem cruore Tacit. Ann. 2, 17. Oſtendere cruorem inimici quam recentiſſimum Cic. pro Roſc. Amer. 19. Perfuſus cruore, *vid.* PERFVNDO. Reiicere cruorem ex ſtomacho Scribon. 193. Rorans Sil. 10, 263. Sitire cruorem Sen. in Thyeſt. 103. Sparſus cruor Virg. Aen. 12, 308. *Al.* Sparſum cerebrum. Arma nondum Expiatis Vncta cruoribus Hor. Od. 2, 1, 4.

CRVENTVS, a, um. Adi. [αἱματώδης] *Cruore maculatus Sanguinolentus: vt,* Cruentus ſanguine ciuium Cic. Philipp. 4, 4. Arma cruenta Ouid. Epiſt. 5, 156. Vellei. 2, 71, 2 Non aliud Bellum cruentius caede clariſſimorum virorum fuit. Cadauer cruentum Cic. pro Milon. 34 c. 13. Caedes Sen. in Herc. fur. 1160. Ouid. Triſt. 3, 5, 44 Denique non poſſum nullam ſperare ſalutem, Quum non ſit poenae Cauſa cruenta meae. Dapes Virg. Aen. 3, 618. Dolor Lucan. 3, 741. Dies cruentiſſimus Romano nomini Vellei. 52, 2. Facinus, *propter quod funditur multum cruoris* Sen. Hippol. 4. Fata cruenta exigere Ouid. de Arte Am. 2, 130. Fatum cruentum Idem ad Liu. 401. Guttae Cic. de Nat. Deor. 2, 14. Haſta *ſubſcriptionum* Idem Off. 2, 29 c. 8. Hoſtis Stat. Theb. 9, 597. Humus Virg. Aen. 11, 688. Ira Hor. Carm. 3, 2, 11. Mars Idem Carm. 2, 14, 13. Mors Ouid. Epiſt. 2, 139. Morſus Sen. Agam. 740. Mucro Cic. in Catil. 3, 2. Sen. Hippol. 1107 Longum cruenta tramitem ſigna Nota. Noctes Claud. de Bell. Gildon. 85. Palma Ouid. Amor. 2, 5, 12. Praeda Idem Faſt. 5, 178. Spolia Virg. Aen. 10, 862. Idem Georg. 3, 203 Et Spumas aget ore cruentas. Cruorem canentem *vocat, vt vidimus* Sil. 1, 424. Tempeſtas campi Claud. de tert. Conſ. Hon. 75. Thalami Ouid. Met. 10, 620. Salluſt. Catil. c. 58 *extr.* Cauete, ne inulti animam amittatis, neu capti potius ſicut pecora trucidemini, quam virorum more pugnantes, cruentam atque luctuoſam victoriam hoſtibus relinquatis. Virtus Stat. Silu. 1, 6, 62. Ouid. Faſt. 5, 557 Vmbra cruenta Remi viſa eſt aſſiſtere lecto. Vrina Plin. 20, 13. *Compar.* Ouid. Met. 12, 592 Ille ferox, belloque cruentior ipſo. *de Achille.* Vellei. 2, 71 Non aliud bellum cruentius caede clariſſimorum virorum fuit. *Superl.* Lactant. de Mort. Perſec. c. 8. Cruentiſſimus fiſcus male partis opibus adfluebat. Vellei. 2, 52 Cruentiſſimus Romano nomini dies.

CRVENTĒ. Adu. Iuſtin. 39, 3, 8 Soror, quae tam cruente ſaeviat. Prudent. Rom. 1095 At ſi cruente puniamur, vincimus. *Compar.* Sen. de Benef. 5, 16 Caeteri arma cruentius exercuerunt. Et Vopiſc. Aurel. c. 21 Cruentius, quae mollius fuerant curanda, compeſcunt. *Superl.* Oroſius 1, 17 Bello cruentiſſime geſto.

CRVENTER. *Idem.* Apul. Met. 3 p. 73 Ciuium lanienam cruenter exercuit.

CRVENTO, āre. [αἱματόω] *Cruore inficere, cruentum facere.* Cic. de Diuin. 1, 60 Itaque huic omnia viſa obiiciuntur a mente ac ratione vacua, vt aut cum matre corpus miſcere videatur, aut cum quovis alio vel homine, vel deo, ſaepe bellua, atque etiam trucidare aliquem, et impie cruentari. Arua late cruentare *Hyperbole eſt vulnerati hominis* Sen. Hippol. 1093. Manus ſanguine ſuorum Nep. 15, 10, 3. Morſu cruentare aliquid Propert. 4, 9, 39. Cic. Philipp. 2, 86 Haec te, ſi vllam partem habes ſenſus, lacerat, haec cruentat Oratio. Prata cruentantur Propert. 3, 13, 41. Cic. poſt red. in Senat. 5 Ego meam ſalutem deſerui, ne propter me ciuium vulneribus Reſpub. cruentaretur. Idem de Aruſp. Reſp. 35 c. 16 Secures ſuas cruentari Scelere noluit: nomen quidem Pop. Rom. tanto ſcelere contaminauit, vt id nulla re poſſit, niſi ipſius ſupplicio, expiari.

CRVENTATVS, a, um. Part. *Vt,* Enſis cruentatus Stat. Theb. 5, 317. Cic. de Inuent. 2, 14 c. 4 Gladium cruentatum in vaginam recondidit. Manus cruentatae Ouid. in Ibin 228. Plin. 28, 7 Mulieris quoque ſaliuam ieiunae potentem diiudicant Oculis cruentatis. Os cruentatum Ouid. Met. 4, 104.

CRVENTATIO, ōnis. f. Tertull. adu. Marc. 4, 39 Nemo tanta ſanguinis flumina vnius altaris cruentatione adaequat.

CRVENTĬFER, ĕra, ĕrum. *Idem quod Cruentus: Vt,* Signa cruentifera Tertull. in Carm. de Iudic. Dom. c. 10.

CRVPELLARII, *vel vt habent MSS.* CRVPPELLARII, orum, m. [κρουππελλάριοι] *Qui ſint, explicat his verbis* Tacit. Ann. 3, 43, 4 Caeteri cum venabulis et cultris, quaeque alia venantibus tela ſunt, adduntur e ſeruitiis gladiaturae deſtinati, quibus more gentico continuum ferri tegmen (Crupellarios vocant) inferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles. *Conf.* CLIBANARII.

CRVS, cruris. n. [σκέλος] *Pars pedis a genu inde ad imum pedem ſ. ſoleam, non aequali modo ducta, ſed teretibus ſuris clementer extantibus, ſenſimque tenuatis firmata.* Plin. 10, 46 Porphyrionibus praelonga crura rubent. Celſ. 8, 1 Crus ex duobus oſſibus conſtat, ex tibia et ſura. Crure glaber Martial. 12, 38. Gracilitas crurum Suet. Calig. c. 3. Internodia crurum Ouid. Met. 11, 793. *de Aeſaco in auem mutato.* Sine nodis crura, vid. NODVS. Virg. Georg. 3, 192 Sinuetque alterna volumina crurum, *de equulo.* Curvata Ouid. Met. 13, 963. Dimidium Iuuen. Sat. 13, 95. Diſtorta Hor. Serm. 1, 3, 47. Lubricum crus compede decenni Martial. 9, 58. Malum Hor. Serm. 1, 2, 102. Mollia Virg. Georg. 3, 76. *i. mobilia ad curſum et flexilia.* Peruſtus crura compede Hor. Epod. 4, 4. Cic. de Nat. Deor. 1, 102 Velut ibes maximam vim ſerpentum conficiunt,

ciunt, quum ſint aues excelſae, cruribus Rigidis, corneo proceroque roſtro. Ruſtica, et ſemilata crura Catul. 52, 2. Iuuen. Sat. 9, 15 Sed fruticante pilo neglecta et Squalida crura. Subſtricta Ouid. Met. 11, 752. Velocia Idem ib. 1, 306. Ademto ſurgere crure Lucret. 3, 652. Admiſſa crura Ouid. Met. 6, 237. *fuerint incitata ad curſum. Sed legitur melius* colla. Captare crura micantia Ouid. Met. 9, 37. Circumdatum cruribus Scribon. 180. Martial. 11, 59 Frangam tonſori crura, manusque ſimul. Iactare crura Lucret. 4, 989. Suffringere crura alicui Cic. pro Roſc. Amer. 56 *et* 57. Et crurum tenus a mento palearia pendent Virg. Georg. 3, 53. *Metaph.* Columel. 5, 11 Ramum oliuae, qui videtur nitidiſſimus, deflecte, et ad crus arboris ficulneae religa. Idem 3, 13 Vnde etiam vehementiſſimae materiae reperiuntur aut in capite vitis, aut in crure vicino radicibus.

CRVRICREPIDAE, ārum. m. *a* Plaut. Trin. 4, 3, 14 *dicuntur quibus crura crepuerunt ferro, ſ. compedibus.*

CRVRIFRAGIVS, i. m. Plaut. Poen. 4, 2, 64 Continuo is me ex Syncerasto crurifragium fecerit, *cui crura debeant ſuffringi.*

CRVRIFRAGIVM, i. n. [Vet. Gloſſ. σκελοκοπία] *Per diaereſin* Apul. Met. 9 p. 227, 35 Crurum ei fragium abominata.

CRVSCŬLVM, i. n. Dimin. [σκελίδιον] Martial. 3, 51 Pectus cicadae, cruſculumque formicae. *Conf. ſupra* CROCOTILVS.

CRVRVLIS, *vel* CRVRALIS, e. Adi. *Beroaldus reponendum putat apud* Vlp. in l. 25 Argumento D. de aur. et arg. legat. *Pro eo quod vulgati codices habent*, Faſciae, crinales. *Probatque illam emendationem Caſaub. ad Sueton.* Aug. 82. Faſciae crurules Petron. 40.

CRVSMA, *vel* CRVMA, ătis. n. [κροῦσμα] *Siſtrum, et Cymbalum quoddam tintinnabulis refertum, quo geſtientes mulieres oblectabantur: dictum ἀπὸ τοῦ κρούειν, quod ſonum emittere videbatur, dum pulſaretur.* Martial. 6, 71 Edere laſciuos ad Baetica cruſmata geſtus. Baetica *autem* cruſmata *vocat, quod his mulieres Hiſpanae uti ſolerent.* Fragm. incerti ſcript. *ſub* Cenſorin. c. 11 Cruſmata pulſus decori ſine carmine vocantur. *Poſſis ergo etiam Martialis* cruſmata *de* pulſibus *et ſonis potius, quam de inſtrumentis, intelligere. Caeterum ab his cruſmatis dicitur*

CRVSMATICA pars Muſices *ibidem. Scribitur quoque* Cruma. *Vid. Scalig. ad* Copam. *princ.*

CRVSTA, ae. f. [πλάξ] *Excrementum in rei ſuperficie durius.* Cruſtae, quas ἐσχάρας vocant Scribon. 25. Quaſi cruſta perducta alba Idem 237. Cruſtam altam facere 240. *nim. in vlcere.* Virg. Georg. 3, 360 Concreſcunt ſubitae currenti in flumine cruſtae. *h. e.* Aquae congelaſcunt fluentes, *Seruius.* Vna nocte vias quoniam perſaepe videmus Siccari mollisque luti concreſcere cruſtas Lucret. 6, 625. Cruſta panis Plin. 19, 8. Idem 9, 30 Locuſtae Cruſta fragili muniuntur in eo genere, quod caret ſanguine. Vlpian. l. 9 D. de damno inf. §. 2 Alfenus ſcribit, Si ex fundo tuo cruſta lapſa ſit in meum fundum — Ita demum eam cruſtam vindicari poſſe — ſi non coaluerit, nec vnitatem cum terra mea fecerit. *Metaphor.* Cruſtae et emblemata argenti celati Cic. Verr. 4, 52 c. 23 *extr. Differunt* cruſtae *et* emblemata, *quod haec ſunt* ſigilla *plane eminentia et vndique rem exprimentia;* cruſtae *ornamenta tenuiora, varie perforata et ita ſuperinducta, vt ſuis locis fundus, vt hoc vtar, aureus per lacunulas cruſtae argenteae, vel conuerſa vice, emineat. Itaque* cruſtae *non minus quam emblemata ſunt artificioſa magis et eo nomine pretioſiora ipſis vaſis. Vid. Salmaſ. ad Solin.* p. 736. *qui monet etiam* cruſtas *eſſe Graecis* πρόστυπα, *περιφανῆ autem emblemata. Sed* Capaces cruſtae Heliadum Iuuen. Sat. 5, 38. *h. e. trullae, vel alia vaſa, in quibus bibitur, ex ſuccino.* Cruſtas *vocari puto, quia de cortice arborum ſtillare et fluere putabatur iam tum electri illius materia.* Vlpian. in l. Fundi §. Quae pictae tabulae D. de Action. empti, Quae pictae tabulae pro tectorio includuntur, item cruſtae marmoreae, aedium ſunt. Cruſtarum marmor earum *mentio* Vitr. 7, 5 *pr.* Plin. 36, 6 Primum Romae Parietes cruſtâ marmoris operuiſſe totius domus ſuae traditur Mamurra. *Hinc eleganti metaphora* Senec. de Prouid. 6 Non eſt iſta ſolida et ſincera Felicitas: cruſta eſt, et quidem tenuis. Vitruu. 7, 3 *in tectoriis deſcribendis occupatus*, Itaque, *inquit*, veteribus parietibus non nulli cruſtas excidentes pro abacis vtuntur. *Hic igitur* cruſtae *ſunt fruſta de tectorio, quo velut cruſta paries obducitur, exciſa.* Cruſta intecta quaedam piſcium genera Plin. 9, 14. Reſoluere cruſtas Celſ. 5, 26. *et* Reſoluere cruſtas puras Idem 6, 16. *ad vlcera et vulnera pertinet, de quibus ſupra ex Scribonio.*

CRVSTŬLA, ae. f. Dimin. [πλακίδιον] *Laudatur ex* Apuleio Paruas marmoreas cruſtulas parieti adiungens: *non habet index Floridi.* Vlcerum cruſtulae Plin. 22, 25.

CRVSTO, āre. [πλακόω, κονιάω] *Cruſtam inducere.* Mala cruſtare gypſo et cera Plin. 15, 17.

CRVSTATVS, a, um. Part. *Vt*, Animalia cruſtata Plin. 11, 37. *cuiusmodi ſunt Teſtudines, cancri, locuſtae, etc.* Domus cruſtata, *i. quae cruſtis marmoreis veſtita eſt* Lucan. 10, 114 Nec ſummis cruſtata domus, ſectisque nitebat Marmoribus. Porta craſſo ferro cruſtata Ammian. 24, 2 *ſub. f.* Apul. Met. 7 p. 189, 18 Inter quos *(pannos)* pectus et venter cruſtata craſſitie reluctabant, *ad pinguedinem refertur, qua velut cruſta obductus venter erat.* Sidon. Epiſt. 1, 5 Aggerem calcabili ſilice cruſtatum dixit. *i. ſtratum.*

CRVSTARIVS, i. m. [κονιάτης] *Qui cruſta operit.* Plin. 33, 12 Habuit et Teucer cruſtarius famam. *Nempe*

CRVSTARIVS, a, um. Adi. *Vt*, Cruſtariae tabernae, a vaſis potoriis cruſtatis dictae, Feſtus.

CRVSTŌSVS, a, um. Adi. [πλακώδης] *Quod cruſtam habet.* Plin. 12, 9 Facilius hoc et cruſtoſius, amariusque et gummoſum. *De* bdellio *arbore loquitur.*

CRVSTVM, i. n. [ψωμὸς] *Opus piſtorium.* Seruius: Cruſtum et Cruſta neutraliter dicimus de his, quae comedi poſſunt. Idem *ad* Georg. 3, 360 Quum Cruſtum dicimus, Edulium aliquod ſignificamus, partem panis vel placentae. Virg. Aen. 7, 115 Et violare manu, malisque audacibus orbes Fatalis cruſti.

CRVSTŬLVM, i. n. Dimin. [ψώμιον] Hor. Serm. 1, 1, 25 Vt pueris olim dant cruſtula blandi Doctores, elementa velint vt diſcere prima. Cruſtula, Placentas interpretatur Acron. *Vid. Lipſ. ad* Sen. Ep. 56. Apul. Met. 10 p. 245, 1 panis cruſtula *inter panificii delicias*, et ſcitamenta mellita *refert. Eraſmus in dialogo de Pronuntiatione, Vt autem ſtatim per luſum agnoſcere diſcat literarum figuras, rem adſero dictu humilem, ſed tamen a ſummis viris traditam. Profuerit eas cruſtulis exprimere, vt diuinanti nomen elementi, praemium ſit ipſe cibus. Hoc Flacci conſilium eſt. Fabius aliud, etc.* Varro de Lingua Latina 4, 22 p. 28, 3 Cruſtulum a cruſta pultis quoius ea, quae vt corium exuritur, cruſta ducta. Vetus Inſcriptio *apud Grut.* p. 228 n. 8 MVLSVM ET CRVSTVLA PECVNIA NOSTRA DEVOTIS OMNIBVS ET POPVLO DEDIMVS. Comminutum cruſtulum Plaut. Stich. 5, 4, 9. Conſolamur cruſtulo pueros Sen. Ep. 99. Noua cruſtula Hor. Serm. 2, 4, 47. Iuuen. Sat. 9, 5 Nos colaphum incutimus Lambenti cruſtula ſeruo, *ligurienti.*

CRVSTVLARIVS, i. m. *Cruſtulorum venditor.* Sen. Ep. 56 Et botularium et cruſtularium et omnes popinarum inſtitores.

CRVSTVLATVS, a, um. Adi. Spartianus in Vero c. 5 Pentapharmacum edulii genus eſt ex quinque confectum, quod reperiſſe dicitur Aelius Verus Romanorum Imperator, hoc eſt ſumen, phaſianus, pauo, perna cruſtulata, et aprugna.

CRVSTVMERIVM, i. n. [Κρουστομέριον *Stephano*] *Oppidum in Latio*, Albanorum colonia, *cuius meminit* Plin. 3, 5. Virg. Aen. 7, 631 Ardea, Cruſtumerique, et turrigerae Antemnae. *Idem videtur*

CRVSTVMIVM, *unde* CRVSTVMINI, *inter proximos vicinos Romanorum* Liu. 1, 9 ſqq. *Hinc*

CRVSTVMINVS, a, um. Adi. *Vt*, Pyra Cruſtumina ex parte rubentia, *de quibus* Plin. 15, 15. *Add.* Scrib. 104. *Item* Columel. 5, 10, 18. 12, 10, 4. *Vid. Hard. ad* Plin. l. c. Rhod. ad Scribon. 104. Tribus Cruſtumina, a Tuſcorum vrbe Cruſtumena dicta. Feſtus. *Ad quem de diuerſa ſcriptione multa Anton. Auguſtinus. Vid.* TRIBVS.

CRVSTVMIVM. [Κρουστούμιον] *Fluuius, qui Ariminum praeterlabitur: de quo* Lucan. 2, 406 In laeuum cecidere latus veloxque Metaurus, Cruſtumiumque rapax, et iunctus Sapis Iſauro.

CRVSTVMIVS, a, um. Adi. Virg. Georg. 2, 87 Cruſtumiis Syriisque piris, grauibusque volemis. *Vid.* Seru. in loc.

CRVX, crucis. f. [σταυρὸς] *Seruilis ſuplicii inſtrumentum, idque non vnius generis.* Sen. Conſ. ad Marc. 20 Video iſtic cruces, non vnius quidem generis, ſed aliter ab aliis fabricatas. Alii capite conuerſos in terram ſuſpendere, alii per obſcena ſtipitem egerunt, alii brachia patibulo explicuerunt. Ter. Andr. 3, 5, 15 Quid meritus es? D. crucem. Propert. 3, 22, 37 Arboreasque cruces Scinis, et non hoſpita Graiis Saxa, et curuatas in ſua fata trabes. Ouid. Amor. 1, 12, 18 *in exſecratione arboris*, Carnifici Diras praebuit illa cruces. Ingenua, *vid.* INGENVVS. Hor. Serm. 1, 7, 47 Peccat vter noſtrûm cruce Dignius. Diſcipulus crucis, *cruce dignus* Plaut. Aul. 1, 1, 20. Contubernalis Id. Mil. 2, 2, 28. Cic. Verr. 5, 162 c. 61 ſq. *de ſupplicio Gauii variis formulis vtitur:* Crux, crux, inquam infelici et aerumnoſo comparabatur. n. 164 Quem tu in crucem egiſti. n. 168 In crucem tolleretur. n. 169 Ex cruce Italiam cernere, et domum ſuam proſpicere. Ibid. Crucem figere in via. n. 170 Nonne eum grauiter tuliſſe arbitramini, quod illam ciuibus Rom. crucem non poſſet in foro, non in comitio, non in roſtris defigere. Cic. Verr. 1, 9 c. 4 Cum ciues Rom. morte, cruciatu, cruce, affecerit. Curt. 4, 4 *extr.* Cruci affixi per ingens litoris ſpatium pependerunt. *Add.* Curt. 7, 5, 40. Agi in crucem Cic. de Finib. 5, 92. *Add.* pro Cluent. c. 67. Dare cruci aliquem Plaut. Mil. 2, 2, 28. Tacit. Ann. 14, 33 Sed caedes, patibula, ignes, cruces, tanquam redituri ſupplicium, ac praerepta interim vltione Feſtinabant. Cic. Philipp. 7, 11 Vt quam damnatis ſeruis crucem fixeras, hanc indemnatis ciuibus Romanis reſeruares. Minari, *vid.* MINOR. Paſcere in cruce coruos Hor. Ep. 1, 17, 48. Suffigere Cic. in Piſon. 42 c. 18 Tranquil. in Caeſare 74 Piratas in poteſtatem redactos, quoniam ſuffixurum ſe cruci iurauerat, iugulari prius iuſſit, deinde ſuffigi. Suffigere in cruce Hor. Serm. 1, 3, 82. Tollere in crucem Cic. Verr. 1, 7. *et* ad Att. 7, 11. *it.* Verr. 5, 168. ¶ 2 *Metaph.* Crux *dicitur, quidquid nos cruciat, torquet et moleſtia afficit.* Multas cruces propoſitas effugere cupiebat Cic. Verr. 3 c. 29. Ter. Eun. 2, 3, 91 Et illis crucibus quae nos, noſtramque adoleſcentiam habent deſpicatam, *etc. De meretricibus loquitur. Et* Plaut. Rud. 1, 2, 87 Sed dextrouerſum auerſa it in malam crucem. *Vid. etiam* Aulul. 3, 5, 48. Curc. 5, 3, 15. Men. prol. 66. *et* Cic. Q. Frat. 1, 2. Col. 1, 7, 2 Summum ius antiqui ſummam putabant crucem. Sen. de Vita beata 19 Cum refigere ſe crucibus conentur, *(liberare moleſtiis humanae vitae)* in quas vnusquisque veſtrum clauos ſuos ipſe adigit. Ad ſupplicium tamen *(proprie dictum)* acti ſtipitibus ſingulis pendent: hi, qui in ſe ipſos animaduertunt, quot cupiditatibus, tot crucibus diſtrahuntur. ¶ 3 *Si* Nonium 3, 32 *audimus* Crux, maſc. gen. apud Ennium Annal. lib. 11 Malo cruce fatum vti des Iupiter. *Conf. tamen Heſſel. p. 95.* Feſtus, V. Maſculino: Malo cruce maſculino genere cum dixit Gracchus — tam repraeſentauit antiquam conſuetudinem, quam hunc frontem atque hunc ſtirpem iidem antiqui dixerunt.

CRVCICVLA, ae. f. Dim. Cathol.

CRVCIO, āre. [ἀνιάω, τιέω, βασανίζω] *Torquere, affligere* Ter. Eun. 2, 3, 91 Quae nos ſemper omnibus cruciant modis. Idem Heaut. 5, 5, 1 Chremes nimis grauiter cruciat adoleſcentulum. Dolore cruciari, fame, vigiliis Cic. de Finib. 2, 65 c. 20. *Add.* ib. c. 4. Ne crucia te, obſecro, anime mi Ter. Eun. 1, 2, 15. Illud me cruciat Martial. 11, 95. Crucior, lapidem non habere me, vt illi maſtigiae Cerebrum excutiam Plaut. Capt. 3, 4, 69. Sanguine ſerpentis cruciari Ouid. Met. 2, 651. Cruciari et ſollicitum eſſe Cic. pro Muraena . . Idem de Finib. 2, 14 Quorum alter Laetitia geſtiat, alter dolore crucietur. Difficultate cruciari Scribon. 171. Vulnere ac dolore corporis cruciari et abſumi Cic. de Aruſp. Reſp. 39. Conſcientia ſcelerum ſuorum cruciari Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 19. Hor. Serm. 1, 2, 22 Non ſe peius cruciauerit, atque hic. Validius aliquem cruciare Quinctil. 6 prooem. ¶ 2 *Forte antiquam et primitiuam ſignificationem verbi ſeruauit* Vet. Gloſſ. Cruciat, Crucifigit, σταυροῖ. *Sic* Lact. de M. P. 2, 1 Ieſus Chriſtus a Iudaeis cruciatus eſt: *vbi alia Bunemannus.* Capiebantur innumeri, (Iudaei) quingenti ferme ad diem cruciabantur Hegeſipp. 5, 18.

CRVCIANS, antis. Partic. [ἀνιῶν] Plaut. Capt. 4, 2, 34 Qui aduehuntur quadrupedanti, crucianti canterio.

CRVCIABVNDVS, a, um. Cyprian. Ep. 55 c. 4.

CRVCIĀTVS, ûs. m. [ἀνία, τίσις, βάσανος] *Tormentum, moleſtia* Cic. de Finib. 2, 36 Ex altera autem cruciatibus maximis toto corpore, nulla nec adiuncta nec ſperata voluptate. Per cruciatum interfici Caeſ. Bell. Gall. 2, 31. Diri cruciatus Ouid. Met. 9, 179. Impatibilis, *vid. h. v.* Incredibiles Plin. Epiſt. 1, 12. Summus Scribon. 171. Cic. de Finib. 2, 94 *ex antiquo Poëta*, Cui viperino morſu venae viſcerum Veneno imbutae Tetros cruciatus cient, *de Philoctete.* Agere vitam magno animi cruciatu Idem de Diuin. 2, 23. Agere in cruciatum et crucem Id. Verr. 5, 170. Afficere morte, cruciatu, cruce aliquos Cic. Verr. 1, 9. Angi maximo cruciatu timoris Idem Off. 2, 25 c. 7. Carere cruciatu et poena Iuuen. Sat. 10, 286.

286. Ciere cruciatus *modo vidimus ex* Cic. de Fin. 2, 94. Confectus cruciatu maximorum dolorum Idem Att. 11, 11. *Et* pro Roſc. Amer. 119 Poſtulabant autem pro homine miſerrimo atque infeliciſſimo, qui vel ipſe ſeſe in cruciatum Dari cuperet. Effugere maximos cruciatus praecipiti via Quinctil. 6 prooem. Inſilire in cruciatum, *vid.* INSILIO. Leuare cruciatum, *vid. ſub* LEVIS. Pati incredibiles cruciatus Plin. Epiſt. 1, 12. Perferre cruciatus Caeſ. B. G. 1, 31. Perire ſummo cruciatu ſupplicioque Cic. de Nat. Deor. 3, 81 c. 33. In cruciatum Venire Caeſ. B. G. 1, 32. Lateris cruciatibus vror Ouid. Triſt. 5, 13, 5. Tacit. Ann. 15, 59 Cruciatu, ac praemio cuncta peruia eſſe.

CRVCIVS, a, um. Adi. Feſtus, Quod cruciat: vnde Lucilius, Vinum inſuaue Crucium dixit.

CRVCIAMENTVM, i. n. [ἀνίασις] Cic. Philipp. 11, 8 c. 4 Nec grauiora vere ſunt carnificum tormenta, quam interdum cruciamenta morborum. Conferre cruciamenta Plaut. Aſin. 2, 2, 51. *Add.* Capt. 5, 4, 2. Sentire cruciamenta orbitatis Arnob. 7 p. 248.

CRVCIAMEN, ĭnis. n. *Idem.* Prudent. Hymn. Exeq. v. 90 Per cruciamina leti Via panditur ardua iuſtis.

CRVCIABĬLIS, e. Adi. [ἀνιατὸς] *Quod valet ad cruciandum* Apuleius Met. 10 p. 239, 20 Sed illa cruciabili ſilentio diutiſſime fatigata, et in quodam vado dubitationis haerens, omne verbum, *etc.* *Ita alias etiam Apuleius.* Exitus cruciabilis Gell. 3, 9. Mora cruciabilis Ammian. 29, 5. Mortem cruciabilem fugere Arnob. aduerſ. gentes 2. *Add.* Prud. Pſychom. v. 447.

CRVCIABILITAS, ātis. f. [ἀνίαμα] Plaut. Ciſt. 2, 1, 3 Qui omnes homines ſupero atque antideo cruciabilitatibus.

CRVCIABILĬTER. Adu. Hirt. Bell. Afr. 46 Sic extra vallum deducti ſunt, et cruciabiliter interfecti. *Et* Plaut. Pſeud. 4, 1, 40 Cruciabiliter me accipito.

CRVCIARIVS, a, um. Adi. [ϛαυροφόρος] Sidon. Apoll. 8, 6 *de piratis*, Mos eſt remeaturis decimum quemque captorum per aequales et cruciarias poenas — ſuperſtitioſo ritu necare. Tertull. adu. Haeret. c. 2 *pr.* Febris per cruciarios et mortiferos exitus erogat hominem.

CRVCIARIVS, i. m. *Dignus cruce*, Calpurn. Flacc. Declam. 17 *titulus eſt*, Paedagogus cruciarius, *et* Decl. 20 Peregrinus cruciarius. Sen. Controu. 6, 3 Fecit ſe ſimilem ſeruis, ſororem raptis, libertum cruciariis. Apuleius Met. 10 p. 242, 6 Nec tantillum cruciarius ille, vel fortuna tam magni iudicii, vel confertae conſpectu curiae, vel certe noxia conſcientia ſua deterritus, quae ipſe finxerat, quaſi vera adſerere incipit. *Et* Ammian. 29, 13 Longum eſt, quae cruciarius ille conflauit. *Vid.* Petron. 112 *de eo, qui iam pendebat et mortuus erat in cruce.* Iſidor. 10 in C. Cruciarius, eo quod cruce dignus.

CRVCIATŌR, ōris. m. Arnob. 1 p. 23 Poenas cruciatoris perpetitur faeuitate.

CRVCIFER, ĕri. m. *Idem qui Cruciarius*, Prudent. 3 Cathemer. *pr. Chriſtum dominum alloquitur*, O Crucifer bone, *etc.*

CRVCIFĪGO, xi, xum, ĕre. [ϛαυρόω] *In crucem tollere.* Plin. 8, 16 *de leonibus*, Eaque de cauſa crucifixos vidiſſe ſe cum Scipione. *Diuiſim legendum dicunt Graeu. ad* Suet. Domit. c. 10. *Munck. ad* Hygin. fab. 194 *extr.* et *Burman.* ad Quinct. 7, 1 p. 587 *et* Decl. 274 *extr. et ſemper apud veteres auctores ſeparatim legunt. Compoſitum tamen occurrit in Auct. Eccleſiaſticis paſſim.*

CRVCIFIXVS, a, um. Partic. [ϛαυρωθεὶς] Suet. Domit. c. 10 Occidit item Hermogenem Tarſenſem, propter quaſdam in hiſtoria figuras: librariis etiam, qui eam deſcripſerant, crucifixis. *Notandum hic, quod de verbo modo diximus.*

CRVCIFIXOR, ōris. m. Paullinus Nolanus Epiſt. 18, 7 Chriſtus ſuis crucifixoribus rogauit ignoſci. *Vid.* et Sariſb. Epiſt. 286.

CRVCISĂLVS, i. m. *Plauti fictum verbum pro eo, qui ſalit, i. tollitur in crucem*, Bacch. 2, 3, 128.

## C R Y

CRYPTA, ae. f. [κρύπτη] *Locus abditus et concameratus.* κρύπτω *enim abſcondo ſignificat.* Iuuen. Sat. 5, 105 Et ſolitus mediae cryptam penetrare ſuburrae, *h. e. ſubterraneam cauernam fornicatam, ſiue Cloacam.* Merſa latebroſis crypta patet foueis Prud. Paſſ. Hippolyti v. 154 *de arcuato ſepulcro.* Cryptae *etiam ſunt perfoſſorum montium fauces ac tranſitus; vt*, Crypta Neapolitana Sen. Epiſt. 57. *Item occulti atque anguſti tranſitus etiam ſupra terram.* Suet. Calig. c. 58 Cum in crypta, per quam tranſeundum erat, pueri nobiles ex Aſia, *etc. Vid. ibi Interpr.* Petron. 17 Ego ſum ancilla Quartillae, cuius vos ſacram ante cryptam turbaſtis. *Nihil melius, quam intelligere Specum, in qua ſacra Priapo fiebant, quodque* paullo poſt *ipſe* ſacellum Priapi *appellat:* ante *refertur ad* ſacram: ſacra *erat haec* crypta ante quam *a vobis* turbata *et violata eſſet. Sic Gronou. Obſ. 1, 15.* Vitruu. 6, 8 Qui fructibus ruſticis ſeruiunt, in eorum veſtibulis ſtabula, tabernae; in aedibus cryptae, horrea, apothecae. Cryptae *igitur foſſae teſtudinatae, ſubterraneae, quos* Cellas *hodie vocant.*

CRYPTĬCVS, a, um. Adi. [κρυπτικὸς] Occultum et ſubterraneum. Sidon. Epiſt. 1, 5 Pontes antiquitas crypticis arcubus fornicauit. Cryptici Firmico Matheſ. l. 3 *ſunt homines taciturni, qui occultant*, κρύπτουσι, *cogitata ſua.*

CRYPTOPORTĬCVS, ûs. f. [ὑπόγειος ϛοὰ] *Contecta porticus cum amplis feneſtris, qua refrigerandi gratia per aeſtatem vtimur.* Plin. Epiſt. 2, 17 Teporem ſolis infuſi repercuſſu cryptoporticus auget, quae vt tenet ſolem, ſic Aquilonem inhibet, *etc.* Plin. Epiſt. 5, 6 Subeſt cryptoporticus ſubterraneae ſimilis, aeſtate incluſo frigore riget: contentaque aere ſuo, nec deſiderat auras, nec admittit.

CRYSTALLION, i. n. *Vna eſt ex nomenclaturis Pſyllii herbae, apud* Plin. 25, 11 *De* Pſyllio *autem ſuo loco.*

CRYSTALLVS, i. f. [κρύϛαλλος] *vel* CRYSTALLVM, i. n. *Pellucens gemma, quae vt glaciei formam ac nomen Graecum habet, ita oriri putabatur e gelu vehementer concreto.* Plin. 37, 2 ſ. 9 Contraria huic cauſa cryſtallum facit, gelu vehementiore concreto. Sen. Qu. Nat. 3, 25 Vnde fiat eiusmodi lapis, apud Graecos ex ipſo nomine apparet. Κρύϛαλλον enim appellant aeque hunc perlucidum lapidem, quam illam glaciem, ex qua lapis fieri creditur. Aqua enim caeleſtis minimum in ſe terreni habens, cum induruit, longioris frigoris pertinacia ſpiſſatur magis ac magis: donec omni aëre excluſo in ſe tota compreſſa eſt, et humor qui fuerat, lapis effectus eſt. *Add.* Solin. c. 15. Propert. 4, 3, 52 Cryſtallusque ſuas ornet aquoſa manus. *Nempe frigoris iucundi cauſa in manibus pilas habere e* Cryſtallo *vel* Succino *ſolebant delicatae. Vid.* Brouckh. ad Prop. 2, 18, 60 Et manibus dura frigus habere pila. Candida nigreſcunt vetulo cryſtalla Falerno Martial. 8, 77. Lubrica cryſtalla Claud. Epigr. 61, 1. Gelantur cryſtalla niuibus Stat. Silu. 1, 2, 126. Corporari in cryſtallum Solin. c. 25 *ad finem.*

CRYSTALLĬNVS, a, um. Adi. [κρυϛάλλινος] *Quod eſt ex cryſtallo.* Plin. 37, 2 Inuenio medicos, quae ſunt vrenda corporum, non aliter vtilius id fieri putare, quam cryſtallina pila, aduerſis appoſita ſolis radiis. Plin. 33 prooem. *de poculis*, Murrhina, et cryſtallina, ex eadem terra effodimus, quibus pretium faceret ipſa fragilitas. Calices Capitolin. in Vero c. 5.

CRYSTALLĬNA, orum. n. *Vaſa ex cryſtallo.* Iuuen. Sat. 6, 154 Grandia tolluntur cryſtallina, maxima rurſus Myrrhina, *etc.* *Adde* Martial. 14, 111.

CRYSTALLOĪDES, is. m. [κρυϛαλλοειδὴς] Humor, oui albo ſimilis, a quo videndi facultas proficiſcitur Celſ. 7, 7, 13.

## C T E

CTESIBIVS, i. m. *Alexandrinus* laudatus eſt pneumatica ratione et hydraulicis organis repertis, *vt ſcribit* Plin. 7, 37. *Vid. dedita opera de illo agentem* Vitruu. 9, 9.

CTESIBĬCVS, a, um. *Vt*, Vitruu. 10, 12 Machina Cteſibica maxime extollens aquam, *deſcribitur.*

CTESILOCHVS, i. m. *Pictor.* Plin. 35, 11 Cteſilochus Apellis diſcipulus, petulanti pictura innotuit, Ioue Liberum parturiente depicto mitrato, et muliebriter ingemiſcente inter obſtetricia dearum.

CTESIPHON, ōntis. Regni Babylonici caput Plin. 6, 26.

## C V A *et* C V B

CVAZONES, *vid.* CNASON.

CVBA, ae. f. Cubam Sabini vocant eam, quam militares Lecticam: vnde videtur deriuatum eſſe Cubiculum, Feſtus. Lecticam *intellige, de qua* Varro L. L. 4, 35 *pr.* p. 39, 32 Lectica, quod legebant, vnde eam facerent, ſtramenta atque herbas, vt etiam nunc fit in caſtris. ¶ 2 Cuba Dea, *de qua* Donat. ad Terent. Phorm. 1, 1, 15 Legitur apud Varronem, initiari pueros Eduliae et Poticae et Cubae, diuis edendi et potandi et cubandi: vbi primum a lacte et a cunis tranſierunt *etc.*

CVBATVS, CVBICVLARE, CVBILE, *vid.* CVBO.

CVBĬTVS, i. m. *vel* CVBĬTVM, i. n. [ἀγκὼν] *Curuatura brachii, vbi lacerto iungitur, dicta, vt videtur, quod in eo cubamus, i. quieſcimus interdum.* Plaut. Stich. 2, 1, 13 Cubitis depulſa de via. Oſſa ingentia cubiti Ouid. Met. 12, 243. Preſſo cubito remanete Hor. Carm. 1, 27, 8. Inniti cubito Virg. Aen. 4, 690. Ponere cubitum apud aliquem Petron. c. 27. *i. coenare.* ¶ 2 Cubitus, *Os maius brachii et plenius, idemque inferius, cui radius adiunctus eſt. Vid.* Celſ. 8, 1. ¶ 3 *Pro Menſura cubiti* [πῆχυς] Plin. 7, 16 Inuenimus in monumentis Salamine, Euthimenis filium in tria cubita triennio adoleuiſſe. Cic. de Legib. 2, 66 Nam ſuper terrae tumulum noluit quid ſtatui, niſi columellam tribus cubitis ne altiorem, *etc.* Filices bina cubita excedentes longitudine Plin. 27, 9. Binorum cubitorum in altitudine Ib. c. 12. ¶ 4 *Etiam de montium flexa eminentia, vti Graecorum* ἀγκιὼν, *adhibetur.* Plin. 2, 44 Montium flexus crebrique vertices, et conflexa cubito, aut confracta in humeros iuga.

CVBITĀLIS, e. Adi. [πηχυαῖος] *Vnum cubitum altus vel longus, aut latus adeo.* Plin. 12, 12 Nardum Creticum quod alii quidem agrium vocant, caule cubitali. Liu. 24, 34 Archimedes murum ab imo ad ſummum crebris, cubitalibus fere cauis aperuit. Simulacra cubitalia Curt. 3, 3, 16.

CVBĬTAL, is. n. *Puluinus, cui innitebantur cubito inter commodum, vt* ceruical, *cui ceruice.* Hor. Serm. 2, 3, 255 Ponas inſignia morbi, Faſciolas, cubital, focalia.

CVBO, ui, ĭtum, āre. [κεῖμαι, λέχομαι, εὐνάζω] *Idem quod Iacêre.* Cic. Verr. 3, 56 Quum iſte etiam cubaret, in cubiculum introductus. Martial. 1, 110 Collo nexa cubat, capitque ſomnos. In faciem cubare, *et* ſupinum cubare Iuuen. Sat. 3, 280. *De concubitu venereo* Plaut. Amph. prol. 112 Et meus pater nunc intus hîc cum illa cubat. Nae ille ſunt fortunatae, quae cum iſto cubant Plaut. Mil. 1, 1, 65. *De accubitu ad menſam*, Cic. de Orat. 2, 353 c. 86 Simonides dicitur ex eo, quod meminiſſet, quo eorum loco quisque cubuiſſet. Plaut. Rud. 2, 6, 14 In carcere illo potius cubuiſſem die. In colle Hor. Epiſt. 2, 2, 68. Cubare in lecto Plaut. Milit. 2, 5, 60 Quid, domi? SC. lecto cubat. In morbo Plaut. Caſ. prol. v. 37. Cubare in ſpecu Plin. 12, 1. Propter aliquem Cic. pro Roſc. Amer. 64. *i. iuxta.* Cubare ſuper aliquem Curt. 8, 5, 22. Oſſa molliter cubent Ouid. Amor. 1, 8, 108. *Votum et* εὐφημία *pro mortuis.* Plaut. Truc. 2, 5, 22 Nunc prius praecauero ſciens, cumque ornatu, vt grauida, quaſi puerperio cubem. Aegrum cubare Suet. Aug. c. 72. *Et ſimpliciter* Hor. Serm. 1, 9, 17 Trans Tiberim longe cubat is, prope Caeſaris hortos. *Vid.* Epiſt. 2, 2, 68. *et mox* CVBANS. *Supina.* Primus cubitu ſurgat, poſtremus cubitum eat, *de villico* Cato de R. R. 5. Cic. de Diuin. 2, 122 c. 59 Quod ſi ita natura paratum eſſet, vt ea dormientes agerent, quae ſomniarent; alligandi omnes eſſent, qui cubitum irent: maiores enim, quam vlli inſani efficerent motus ſomniantes.

CVBANS, antis. Part. Feſtus, Cubans auſpicatur, qui in lecto quaerit augurium. Tibull. 1, 1, 39 Quam iuuat immites ventos audire cubantem. *Eſt etiam* Aegrotans. Suet. Neron. c. 34. Cum ex duritia alui cubantem viſitaret. Aegrotans in lecto cubans Auct. ad Her. 3 c. 20. Hor. Serm. 2, 3, 289 Mater ait pueri menſes iam quinque cubantis. *Sed loci epitheton eſt* Hor. Od. 1, 17, 11 Vſticae cubantis, *i. depreſſae, humilis.*

CVBĀTVS, ûs. m. [κατάκλισις] Plin. 10, 57 Medicina in fame, et cubatus in fumo. *De gallinis pituita laborantibus loquitur.*

CVBATIO, ōnis. f. *Idem.* Varro L. L. 7 p. 94 A cubatione cubiculum.

CVBĀTOR, ōris. m. Paullin. Epiſt. 21, 4 (vet. edit. 24) Ioannes beati Dominici pectoris cubator.

CVBĬTO, āre. Frequent. [λέχομαι] Cic. pro Cael. 36 c. 15 Qui propter neſcio quam credo timiditatem, et nocturnos quosdam inanes metus tecum ſemper, puſio cum maiore ſorore cubitauit. *Vid.* Senec. Epiſt. 90.

CVBĬTVS, ûs. m. [κατάκλισις] *Actus cubandi, vt Cubatio.* Plin. 28, 4 Supini cubitus oculis conducunt, at proni tuſſibus, in latera aduerſum diſtillationes. Cubitus ſibi ſternere foliis Idem 24, 9.

CVBITIO, ōnis. f. *Idem.* Auguſtin. Epiſt. 151 Legi literas tuas ad lucernam iam coenatus: proxima erat cubitio, ſed non ita etiam dormitio.

CVBITVRA, ae. f. *Idem.* Plaut. in Fragm. Taub. p. 1463. v. 12 Ad cubIturam mage ſum exercita, *etc. Conf. Muret.* Var. Lect. 18, 10.

CVBITOR, ōris. m. *Vt,* Bos cubitor Columel. 6, 2 *qui in opere decumbit.*

CVBITORIVS, a, um. Adi. *Vt,* Veſtimenta cubitoria Petron. c. 30. *Alii legunt* Accubitoria, *v. v.*

CVBĪLE, is. n. [εὐνή, κοίτη, δέμνιον] *Locus ad cubandum vel incubandum aptus, vbi cubatur.* Cic. Tuſc. 2, 39 c. 17 Abducet Patrocles, credo, vt collocet in cubili, vt vulnus obliget. Terra cubile erat Anacharſi Cic. Tuſc. 5, 90. Cubile et lectulum ſuum, nulli ſunt inuenti tam aut fortuna miſeri, aut voluntate perditi, qui non ſaluum eſſe velint Cic. in Catil. 4, 17 c. 8. Atrum Sen. in Thyeſt. 71. Caſtum Valer. Argon. 2, 137. Conſueta Ouid. Met. 11, 259. Humana Propert. 2, 3, 31. Hibernum Claud. in pr. Conſ. Stil. 130. Ingratum Virg. Aen. 12, 144. Obſcurum Seneca Hippol. 523. Patrium Ouid. Met. 15, 592. Praedura Claud. de Bell. Get. 359. Salutatorium cubile, *in quo ſimulacra Deorum poni ſolent: quod et* Lararium *alio nomine dicitur,* Plin. 15, 11 *cui fauet interpretationi, quod ſtatim* ſimulacra noctium conſcia *memorantur. Sed alii intelligunt* cubile ſalutatorium, *in quo matutini ſalutatores excipiuntur.* Secreta Ouid. Faſt. 1, 427. Tacitum Catul. 6, 7. Tenta cubilia Hor. Epod. 12, 12. *vid.* TORVS. Viduum Ouid. Epiſt. 16, 315. Aſcendere cubile Virg. Aen. 12, 144. Collocare aliquem in cubili Cic. Tuſc. 2, 39. Inire cubile alterius, *honeſta periphraſis concubitus. Vid. mox* Sociare, Temerare, Vſurpare Cic. Fam. 9, 22. Inſtratum Virg. Georg. 3, 230. Idem Aen. 6, 274 Primiſque in faucibus Orci Luctus et vltrices poſuere cubilia Curae. Ouid. Met. 10, 635 Vnus eras cum quo ſociare cubilia vellem. Idem Met. 2, 592 Non audita tibi eſt patrium temeraſſe cubile? *De Nyctimene.* Vſurpata duplex cubile mulier Cic. Fam. 9, 22 *aut ſimpliciter moecha, quae eodem tempore duobus duorum virorum lectis operam ex ſe dat: aut, quod placet aliis, quae* molitur per vtramque cauernam. ¶ 2 *Transfertur etiam ad Aues et Beſtias:* vt Cubilia et nidi gallinarum et auium Cic. de Nat. Deor. 1, 129. Deliteſcunt cubilibus beſtiae Idem de Nat. Deor. 2, 126 c. 49 *extr.* Moliri cubilia ferarum Quinctil. 2, 16. Rimoſa cubilia, *pro Aluearis* Virg. Georg. 4, 45. ¶ 3 *Quin ad alia quoque transfertur: vt,* Valer. Argon. 5, 144 Nam prius ignoti quam dura cubilia ferri Eruerent, *etc. De Chalybum populo.* Sen. Herc. Oet. 1440 Cubile noctis, *vbi Sol occidit.* Cic. Verr. 2, 190 Vt omnes mortales iſtius auaritiae, non iam veſtigia, ſed ipſa cubilia videre poſſint. Fraudum cubilia Claud. in pr. Conſ. Stil. 2, 214. *Etiam dicitur de Structura, pro cauo, in quod* aliud *immitti debet.* Plin. 36, 14 Ea maxima moles fuit, nec ſedit in cubili. *Vtitur* Vitruuius 2, 8 *pro cauo, quod recipit ſilices et caementa minora.*

CVBICVLVM, i. n. [κοιτών, οἴκημα] *Locus in quo cubile ſternitur. Membrum domus, in quo quisque habitat, ſtudet, dormit: nam lecti et lecticae etiam legentibus, ac die quieta negotia agentibus ſeruiunt.* Cic. Verr. 2, 132 Tantaque ambitione prouinciae totius in vno cubiculo incluſa. Praepoſitus cubiculo Suet. Domit. c. 16. Lares cubiculi Idem Domit. c. 17. Liu. 3, 57 Virginem miniſtro cubiculi ſui clienti dono dederit. Amplum cubiculum, quod altera feneſtra admittit Orientem, Occidentem altera retinet Plin. Epiſt. 2, 17. Curuatum cubiculum in abſida Idem Epiſt. 2, 17. Dormitorium cubiculum, quod diem, clamorem, ſonum excludit Id. Epiſt. 5, 6. *Sunt ergo diurna etiam. Ac diſerte Id.* Plin. Epiſt. 1, 3, 1 Cubicula diurna et nocturna *memorat.* Cubicula *igitur ſunt loca priuatae et familiariſſimae vniuscuiusque commorationis.* Idem Plin. Paneg. 83, 1 Habet hoc primum magna fortuna, quod nihil tectum, nihil occultum eſſe patitur; principum vero non modo domus, ſed cubicula ipſa, intimosque receſſus recludit *etc.* Politiſſimum cubiculum, grande, aeſtiuum, hibernum, omnibus ventis ſubductum, noctis et ſomni: *omnia ſunt* Plin. Epiſt. 2, 17. Viride et vmbroſum cubiculum a proxima platano: Cubiculum hieme tepidiſſimum, quia plurimo ſole perfunditur: Cubiculum obuium ſoli maxime hiberno *ſunt eiusdem* Plin. Epiſt. 5, 6. In cubiculum voluit me abducere anus Plaut. Moſt. 3, 2, 7. In cubiculum ſe recipere omnibus ſummotis Sueton. Domit. c. 16. Cubiculum *eſt etiam Suggeſtum, ex quo ludos ſpectare principes ſoliti.* Suet. Neron. c. 12 Icarus primo ſtatim conatu iuxta cubiculum eius decidit. *Vid.* Plin. Paneg. 51, 4 *et Lipſ. de Amphith. ex* Sueton. Caeſ. c. 76 *et* Neron. c. 12.

CVBICVLARIVS, i. m. [κατακοιμιστής, κατευναστής] *Qui in cubiculo miniſtrat.* Cic. Verr. 3, 8 c. 4 Hunc veſtri ianitores, hunc cubicularii diligunt. Commodo interfecto Laetus praefectus praetorio et Electus cubicularius ad Pertinacem venerunt, vt eum confirmarent, atque in caſtra duxerunt Capitolin. Pertin. c. 4. Sueton. Domit. c. 17 Saturius decurio cubiculariorum, et quidam e gladiatorio ludo vulneribus ſeptem contrucidarunt. *Vid. Pignor. de Seru. p. 237.*

CVBICVLARIVS, a, um. Adi. [κοιτώνειος] *Vt,* Cubicularia lucerna Martial. Lemma 14, 39. *Adde* Epigr. 150.

CVBICVLĀRIS, e. Adi. [κοιτωνικός] *Quod pertinet ad cubiculum. Vt,* Cubicularis lectus Cic. Tuſc. 5, 59 *in cubiculo dormitorio poſitus.* Imago cubicularis Suet. Aug. c. 7. Lectus cubicularis Cic. de Diuin. 2, 133 c. 65. Val. Max. 9, 3, 4. ¶ 2 Cubicularis, *pro Cubiculario* Sueton. Neron. c. 38 Incendit vrbem tam palam, vt plerique conſulares cubicularesque eius, cum ſtupa taedaque in praediis ſuis deprehenſos non attigerint, *etc. Quaedam tamen exemplaria legunt* Cubicularios*: illo* que *etiam omiſſo.*

CVBICVLĀTVS, a, um. Adi. Senec. de Benef. 7, 20 Cui triremes et ceratas (*melius* aeratas, *intell.* naues) non mitterem, luſorias et cubiculatas, et alia ludibria regum in mari laſciuientium, mittam.

CVBITISSIM. Adu. Plaut. Caſ. 5, 2, 42 Volo vt obuertam cubitiſſim.

CVBVS, i. m. *Mathematicis figura eſt ex omni latere quadrata, quales ſunt teſſerae, quibus in alueolo luditur: ex quo ipſae appellatae Cubi. Euclidi Cubus eſt figura ſolida, quae ſex quadratis aequalibus continetur.* Vitruu. 5 praef. Etiam Pythagorae, hisque qui eius haereſin fuerunt ſecuti, placuit cubicis rationibus praecepta in voluminibus ſcribere, conſtitueruntque cubum CCXVI verſuum (*Nempe, radix 6, quadratum 36, cubus ſ. cubicus numerus 216*) eosque non plus quam tres in vna conſcriptione eſſe oportere putauerunt. Cubus autem eſt corpus, ex ſex lateribus aequali latitudine planitierum quadratum. Is cum eſt iactus, quam in partem incubuit, dum eſt intactus, immotam habet ſtabilitatem: vti ſunt etiam teſſerae, quas in alueo ludentes iaciunt. *Hinc* Martian. Capella 7 p. 249 Teſſeram *vocat numerum cubicum.*



CVBICVS, a, um. Adi. *E* Vitruuio *modo vidimus: et recurrit ibid.* Cubica ratio.

C V C

CVCVBALVM, i. n. *Herba.* Plin. 27, 8. *Vid.* CACVBALVM.

CVCVBO, āre. *Vox noctuae. Auctor* Philomelae *in operibus Ouidii* v. 41 Noctua lucifuga cucubat in tenebris.

CVCVLIO, ōnis. f. [σχέπαστρον Vet. Gloſſ.] *Sic enim leg. pro* σχέπαστον *docuit Caſaub. ad* Capitolin. Verum c. 4. *Sed illud tamen tuetur Salmaſius. Idem qui* Cucullus, *de quo ſtatim.* Cato R. R. 2, 3 Funes veteres ſarciri, nouosque fieri: centones, cuculiones familiam oportuiſſe ſibi ſarcire. *Forte melius legamus* cucculliones: *Sic certe* Capitolinus Vero 4 Vt vagaretur nocte per tabernas ac lupanaria obtecto capite cucullione vulgari viatorio. *Sed* Lamprid. Heliog. 32 Ad — meretrices — ingreſſus tectus cuculione mulionico, ne agnoſceretur. *Habeant ergo paria iura* l *ſolitarium et* ll *geminatum.*

CVCVLO, āre. *Vid. mox* CVCVLVS.

CVCVLVM, i. n. *Herba. Vid.* CACVBALVM.

CVCVLVS. [κόκκυξ] *Auis nota, quae Plinio etiam Graeco nomine* Coccyx *vocatur, cuius locum damus h. v.* Vet. Gl. κόκκυξ, ὄρνεον, cuculus. *Ipſe Plinius alias hac voce vtitur. v. g.* 30, 10 ſ. 25 Ante Cuculi cantum. Aliud eſt cuculo miraculum, quo quis loco primo audiat alitem illam, ſi dexter pes circumſcribatur, ac veſtigium id effodiatur, non gigni pulices, vbicunque ſpargatur. Hor. Serm. 1, 7, 31 Cui ſaepe viator Ceſſiſſet, magna compellans voce cuculum. *Eſt hoc deſidiae probrum:* Plin. 18, 26 ſ. 66 Dum ſciat, inde natam exprobrationem foedam putantium vites per imitationem cantus alitis temporariae, quam cuculum vocant: dedecus enim habetur, opprobriumque meritum, falcem ab illa volucre in vite deprehendi, *etc.* Cuculum, *Maritum vocat mulier apud Plautum, qui cum alienis vxoribus dormiebat, quod* cuculus *auis, quum tempus ſuae partitudinis appetit, nidum auiculae, cui curruca nomen eſt, animaduertit, in eiusque nido excluſis illius ouis, oua ſua enititur. Vid.* COCCYX. *Locus Plauti eſt* Aſin. 5, 2, 73 At etiam cubat cuculus, ſurge amator, i domum. *Add.* Pſeud. 1, 1, 94. *Penultima ergo ſine dubio producta eſt. Viderit Ricciolus in Indice Syllabarum controuerſarum, vnde habeat Quintianus Stoa, quem laudat Epographe 6, 3 verſum Martialis,* Quamuis per plures cuculus cantauerit annos. *Nec multo pluris eſt* Philomelae auctor, v. 35 Et cuculi cuculant, fritinnit rauca cicada.

CVCVLLVS, i. m. *Capitis et humerorum tegmen.* Martial. 11, 99 Non te cucullis aſſeret caput tectum. Iuuen. Sat. 6, 118 Sumere nocturnos meretrix auguſta cucullos. *Et* 329 Illa iubet ſumto iuuene properare cucullo. Cucullis ſagatis, *an potius* ſagis cucullatis? *contra imbres et frigora ſerui muniuntur* Columel. 11, 1, 21. *Conf.* 1, 8, 9 *vbi pro* ſagis cucullis *etiam* cucullatis *legi vult Ferrar. de re Veſtiar.* 2, 1, 20 Contentusque illic (*apud Marſos et Sabinos*) Veneto duroque cucullo. Santonicus cucullus Iuuen. Sat. 8, 145. *Iidem ſunt* Cuculli Bardaici *ſ.* Bardiaci *apud* Capitolin. Pertin. 8. *vbi vid. Salm. p. 550 ſqq. Hack. vbi inter alia docet, fuiſſe etiam pedum cucullos. Nempe in* notis Tironis ac Senecae *ſunt* cucullopedones *et* pedocuculli. *Vid. Caſaub. ad* Capitolin. Verum p. 415. *Imaginem dedit Pignorius de ſeruis.* ¶ 2 Cuculus *an* Cuculum *planta eſt.* Plin. 27, 8 ſ. 44 Cuculi folia trita cum aceto ſerpentium ictibus et ſcorpionum mederi. Quidam hanc alio nomine ſtrumum appellant, alii Graece ſtrychnon. Acinos habet nigros. Ex his cyathus ſucci, *etc.* ¶ 3 Cucullus, *papyraceum tegmentum, quo pigmentarii vtuntur.* Martial. 3, 2 Vel turis, piperisque ſis cucullus. *De libro ſuo loquitur.*

CVCVLLA, ae. f. *Idem.* Paullinus Iambo ad Cytherium 389 Donumque tunicae, quae ſodalem ornauerat, Geminat cucullae munere. Ennodius 9, 14 Accepi cucullam. Derelinquere palliolum et cucullam alicui Hieronym. Vita Hilar. *ſub finem. Adde* Ambroſ. Serm. 92. *et* Gloſſ. Cyrill. καρακάλλιον.

CVCVLLĀTVS, a, um. Adi. Cucullo *indutus, aut, cum veſtis epitheton eſt, cucullo inſtructus.* Columel. 11, 1, 21 Cultam, veſtitamque familiam vtiliter magis habeat, quam delicate, id eſt munitam diligenter a frigoribus et imbribus: quae vtrumque prohibentur optime pellibus manicatis, centonibus confectis, et ſagis cucullatis: idque ſi fiat, omnis paene hiemalis dies in opere tolerari poſſit. *Sic legendum videtur hic et 1, 8, 9. Auctoritates ibi indicatae: ratio haec, quod* Cucullus *quaſi appendix quaedam ſagi, non contra. Sic* Veſtis cucullata Iſidor. 19, 24.

CVCVMA, ae. f. [κακκάβιον] *Vas aeneum ventroſum vt Cucumis, calefaciendae aquae idoneum.* Petron. 135 Cucumam ingentem foco appoſuit. Martial. 10, 79 Torquatus nitidas Pario de marmore thermas Exſtruxit, cucumam fecit Otacilius, *qua nempe imitaretur aut ridicule aemularetur Torquatum.* Martian. l. 1 D. §. 3 ad l. Corn. de ſicar. Sed ſi claui percuſſerit, aut cucuma in rixa, quamuis ferro percuſſerit, tamen non occidendi animo, leniendam eius poenam. *Nempe* clauis, cucuma *indicant furorem ſubitum, non conſilium interficiendi.* Politianus in Miſcellaneis c. 30 *obſeruauit ab Arriano Epicteti* κακκάβιον *dici vas aquae calefaciendae ad lauacrum, quod apprime facit ad lucem Martialis.*

CVCVMVLA, ae. f. Dimin. Petron. 136 Ceruix cucumulae. *Al.* cucumae.

CVCVMELLA, ae. f. Dimin. [κακκαβίδιον] Alphen. l. 17 ſi quando D. ſi ſeruit. vendic. *Genus eſt vaſculi curui, quod, vt arbitror, a forma cucumeris nomen ſuum inuenit, ad eundem vſum, ad quem et labra et crateres paratum. Haec Connanus.*

CVCVMER, *vel* CVCVMIS, ĕris. m. [σίκυον] a Curuore dicitur, vt curuimeris *vt ait ludens* Varr. de L. L. 4, 21 p. 27, 11. Virg. Georg. 4, 122 Creſceret in ventrem cucumis. Caerulus cucumis Propert. 4, 2, 43. Edulis Scribon. 147. 148. Recens 156. Tortus cucumis Virg. Georg. 4, 122. *Inflectitur etiam* Cucumis, is; Plin. 37, 4 Cucumis ſemini par; *vnde Datiuus* Cucumi Plin. 19, 12 Infirmiora autem ſunt atriplici, ocimo, cucurbitae, cucumi; *et Accuſatiuus Cucumim* Plin. 20, 1 Aliqui etiam ab eo ſcorpionium cucumim vocant, efficaciſſimum contra ſcorpionum ictus; *et Ablatiuus* Cucumi Plin. 20, 9 Cum vino, aut cucumi cocto. *De* Cucumerum *generibus, ſatione, cultura* Col. 11, 3, 48 *etc. Eſt etiam de* Cucumere *locus claſſicus* Plin. 19, 5 ſ. 23. Cucumeris ſemen purgatum Scrib.

189. Cucumis anguineus contra cimices etc. laudatur Varro de R. R. 1, 2, 25. Colum. 2, 9, 10. *Idem videtur* agreſtis, *qui facit* contra pulices, mures, locuſtas Pallad. 1, 35, 8 *etc.* Siluaticus Scribon. 80. *Idem* Aſininus Veget. Mulom. 2, 6, 5. *qui* 2, 28, 4 *etiam* Siluaticum *appellat.* Plin. 20, 1 *pr.* Cucumim ſilueſtrem *dicit* multo infra magnitudinem ſatiui. Ex eo fit medicamentum, quod vocatur elaterium, ſucco expreſſo e ſemine *etc.* Scribon. 70 Elaterium, qui eſt ſuccus cucumeris ſiluatici. ¶ 2 Cucumis, *Genus piſcis* Plin. 32, 11 *Sed Harduinus Fruticem marinum intelligit. Add.* 9, 2.

CVCVMERARIVM, i. n. [σικυών] *Locus, in quo ſunt cucumeres* Vulg. Interpr. Eſa. 1, 8. *Conf.* Tertull. adu. Iudaeos 3 *et* 13. *et* adu. Marc. 2, 23.

CVCVRBĪTA, ae. f. [κολοκύνθη] *Olus cucumeri cognatum* Plin. 19, 5 ſ. 24 Cucurbita quoque omni modo faſtigiatur vaginis maxime vitilibus, coniecta in eas, poſtquam defloruit. Creſcit qua cogitur forma, plerumque et draconis intorti figura. Libertate vero penſili conceſſa, iam viſa eſt IX pedum longitudinis. *Vid. ibidem plura: eſt enim locus claſſicus, vt et* Colum. 10, 234 *ſq. it.* 380 *ſq. et in proſa* 11, 3, 48. Propert. 4, 2, 43 Caeruleus cucumis, tumidoque cucurbita ventre. Cucurbitae ramenta Scribon. 39. Cucurbita ſilueſtris Scribon. 107. 154. 155. Apul. Met. 1 p. 109, 5 Hem! nos cucurbitae caput nos habemus, vt pro te moriamur, *i. non ita vilia capita ſumus.* ¶ 2 Cucurbita, *chirurgorum inſtrumentum eliciendo ſanguini e cute ſcariſicata, vel humoribus aliis.* Iuuen. Sat. 14, 57

Vnde tibi frontem, libertatemque parentis,
Quum facias peiora ſenex? vacuumque cerebro
Iampridem caput hoc ventoſa cucurbita quaerat?

*h. e. vt merito tibi e capite ſanguis ſit educendus, vt fieri ſolet in delirio.* Corn. Celſ. 3, 18 *de Phreniticis*, Neque alienum eſt, ſi neque ſanguis ante miſſus eſt, neque mens conſtat, neque ſomnus accedit, occipitio inciſo cucurbitulam admouere. Plin. 32, 10 Hirudinum eadem ratio, qui cucurbitarum medicinalium, ad corpora leuanda ſanguine, ſpiramenta laxanda, iudicatur. Cucurbitarum admiſſio Scribon. 67. Cucurbitam occipitio adfigere 46.

CVCVRBITVLA, ae. f. Dimin. [κολοκυνθὶς] Cucurbitula ſilueſtris Scribon. 106. ¶ 2 Cucurbitula [σίκυα] *qua medici vtuntur ad ſanguinem educendum.* Celſ. 2, 11 Cucurbitularum duo genera ſunt: aeneum, et corneum. Aenea, altera parte patet, altera clauſa eſt. Cornea altera parte aeque patens, altera foramen habet exiguum. In aeneam lineamentum ardens coniicitur: ac ſic os eius corpori aptatur, imprimiturque, donec inhaereat. Cornea per ſe corpori imponitur, deinde vbi ea parte, qua exiguum foramen eſt, ore ſpiritus adductus eſt, ſuperque cera cauum id clauſum eſt, aeque inhaereſcit. Accommodare cucurbitulam Celſ. 7, 2. Adhibere Idem 2, 11. Admouere Celſ. 3, 18. *locum dedimus in* CVCVRBITA *n.* 2. Defigere Celſ. 4, 14. Imponere Id. 2, 11.

CVCVRBITĪNVS, a, um. Adi. [κολοκυνθοειδής] Cucurbitina pira, *dicuntur ob cucurbitae ſimilitudinem* Cato 7, 4.

CVCVRBITELLA, ae. f. Plin. Valerian. 2, 28.

CVCVRBITO, āre. Cucurbitat, σικυάζει Vet. Gloſſ. *neſcio quo ſenſu. Sed* Cucurbitare *apud Feudiſtas dicitur vaſallus, qui domini vxorem adulterat, vel ad crimen iſtud ſaltem ſollicitat, turpiter tentat, affectat: item filiam, neptem, nurum, aut ſororem eius polluit. Zaſius de feud. priuatis. Et Salmuth. ad Panciroll. de perd. p. 214. Dilber. diſſp. Philolog. Tom. 1 p. 349.*

CVCVRBITATIO, ōnis. f. Cael. Aurel. Tard. 2, 1 *Cucurbitae medicae applicatio.*

CVCVRIO, īre. *Gallorum gallinaceorum proprium eſt.* Auctor Philomelae *in operibus* Ouidii 25 Cucurire ſolet gallus, gallina gracillat.

CVCVS, *an* CVCVM, *e genere prunorum fuiſſe videtur. Certe ſic deſcribitur* Plin. 13, 9 ſ. 18 At e diuerſo cuci (*arbor*) in magno honore, palmae ſimilis, quando et eius foliis vtuntur ad textilia. Differt, quod in brachia ramorum ſpargitur. Pomo magnitudo, quae manum impleat, color fuluus, commendabilis ſucco ex auſtero dulci. Lignum intus grande, firmaeque duritiae, ex quo velares detornant anulos. In eo nucleus dulcis dum recens eſt; ſiccatus dureſcit ad infinitum, vt mandi non poſſit, niſi pluribus diebus maceratus. Materies criſpioris elegantiae, et ob id Perſis gratiſſima. Theophr. Hiſt. Plaut. 4, 2 κουκιοφόρος eſt. ¶ 2 Cucus *pro* Cuculo *teſte* Iſid. 12, 7 *dicebant Hiſpani:* Cucos, quos Hiſpani Cuculos vocant. *Hinc firmat Gronouius lectionem* Plaut. Perſa 2, 1, 6 Cucus ſi in ludum iret, potuiſſet iam fieri, vt probe literas ſciret, Cum interim tu meum ingenium fans non edidiciſti atque infans.

CVCVTIVM, i. n. *Veſtimenti genus, vel vt Caſaubonus cenſet, Cuculorum ſpecies.* Treb. Pollio in Claudio 17 Cucutia villoſa duo. *Meurſius legit* Cuculia. *Salmaſius quaſi* Concutia *dicta cenſet a denſa et concuſſa velut textura.*

## C V D

CVDO, di, ſum, ĕre. [κόπτω, κολάπτω] *Praeterit.* Cuſi Diomed. Chariſ. *et* Phocas: Cudi Priſcian. p. 889 *cum aliis.* A Caedendo dictum, *inquit neſcio vbi*, Feſtus, *et eſt proprie ferire, percutere.* Columel. 2, 10, 12 Ac duriſſimae quidem acus reſectae ſeparataeque erunt a cudentibus. *Reſpicit ad id, quod p. a. dixerat*, homines qui baculis vel furcillis contundant fabam. Ter. Heaut. 4, 4, 18 Quam rem agis ſcelus? s. egone? argentum cudo. Cudere multa miſera oculis, *quidam cudunt* Plaut. Capt. 2, 1, 7. *Sed res incerta. Vid. Gronou.* In me haec cudetur faba Ter. Eun. 2, 3, 89. *Vbi* Donatus, *i.* In me hoc malum recidet, in me haec vindicabitur culpa: vt laborat ſolum in quo cuditur, id eſt batuitur faba, quum filiquis exuitur tuſa fuſtibus, vt in areis more ruſticorum fit. Vel quod quidam male Coctam fabam, et quae non maduerit, ſed dura permanſerit, ſupra caput coqui, velut ipſi fabae irati, ſaxo comminuunt, tum vniuerſum malum et omnis dolor ad coquum peruenit. Simile et alibi a pulmento prouerbium eſt, Tute tibi hoc intriſti, omne eſt exedendum, accingere. Plaut. Epid. 3, 4, 40 Quas tu mihi tenebras cudis *i. fraudes ſtruis. Sed Scalig. conjicit* Terebras trudis.

CVSO, āre. Frequent. *Apud* Priſcian. p. 890.

CVSOR, ōris. m. [ἐλάτης χρυσοῦ ἢ ἄλλης ὕλης Gloſſ. Gr. Lat.] Liu. 23, 21 Triumuiri menſarii creati ſunt, hique numulariis, et monetae omnis generis cuſoribus praeerant. *Vid.* l. 1 Cod. de Excuſat. artif.

CVDO, *vel* CVDON, ōnis. m. [κώδων] *Pellem crudam ſignificat, qua vice galeae nonnulli ſolebant vti ad munienda capita.* Sil. 16, 59 Scipio contorquens haſtam, cudone comantes Disiecit crines. *Et* 8, 495 Capiti cudone ferino ſat cautum. Gloſſ. Labb. Cudon περικεφαλαίας εἶδος.

## C V I

CVIAS, *vel antique* QVOIAS, ātis. [ποδαπός] *Interrogatiuum gentilicium, i. quo de gente et patria interrogamus.* Cic. Tuſc. 5, 108 c. 37 Socrates quidem, quum rogaretur, cuiatem ſe eſſe diceret, Mundanum, inquit: totius enim mundi ſe incolam et ciuem arbitrabatur. *Antiquus Nominatiuus eſt* Cuiatis, *contractus deinde in* Cuias. Ennius *apud* Cic. pro Balbo 51 c. 22 Hoſtem qui feriet, mihi erit Carthaginienſis Quisquis erit, cuiatis erit. Plaut. Men. 2, 2, 65 Si qua peregrina nauis in portum aduenit, Rogant cuiatis ſiet, quid ei nomen ſiet — Si pellexerunt perditum amittunt domum. Id. Poen. prol. 109 Rogitat — Vnde ſit, quoiatis, Captane an ſurrepta ſit, Quo genere gnata, qui parentes fuerint. *Et* 5, 2. 33 Qui ſit, quoiatis, vnde ſit? Non. 5, 19 *Cuius* ad perſonam refertur hominis, *Cuiatis* vnde ſignificat. Accius Telepho, Qui neque cuiatis eſſet, vnquam potuimus multa rogitantes ſciſcere. Plaut. Curc. 3, 37 Quid eum nunc quaeris, aut cuiatis? *ſc. es. Antiquarius ergo hic quoque* Apuleius Vt prius noritis, qui ſim et cuiatis Mileſ. 1 p. 104, 16. Praeconem rogat, cuiatis eſſem Ib. 8 p. 212, 31. Priſcian. 12 p. 950 *Cuius* gentile non ſolum *Cuias*, Sed etiam *Cuiatis* proferebant, communi genere.

CVIVS, *ant.* QVOIVS, cuia, cuium. [τίνος] *antiqui dicebant*, *vt*, Meus, mea, meum. Virg. Ecl. 3, 1 Dic mihi Damoeta, cuium pecus? an Meliboei? Ter. Andr. 4, 5, 24 Cuium puerum hic appoſuiſti? Idem Eun. 2, 3, 28 Quid virgo, cuia eſt? Plaut. Amph. 1, 1, 222 Cuius es? s. Amphitruonis inquam Soſia. *Sed hic poteſt etiam eſſe Genitiuus.* Id. Curc. 2, 1, 14 Quoiam vocem ego audio. *Et* Merc. 5, 2, 23 Neſcio quoia vox ad aurem mihi aduolauit. Cic. Verr. 1, 142 Vt optima conditione ſit is, cuia res ſit, cuium periculum? Cic. pro Vareno *ap.* Priſcian. 12 *extr.* p. 950 Ea caedes potiſſimum crimini datur ei, cuia interfuit, non ei, cuia nihil interfuit.

CVIVSMŎDI. [ποῖός τις, ὁποῖός τις] *Vox compoſita, quam, vt reliquas huius generis, quas ſubiiciemus, nihil obſtat diviſim legi.* Plaut. Men. 1, 4, 3 Cuiusmodi homines erunt? Cuiusmodi victoria eſſet futura Hirt. B. Afr. c. 31. Cuiusmodi res ſit Cic. Fam. 4, 7 *med.* *Et* de Inu. 1, 12 c. 9 Et quantum, et cuiusmodi, et omnino quale ſit, quaeritur. Cic. de Inuent. 2, 134 c. 45 Quod ſi haec cum ſumme inutilia, tum multo turpiſſima ſint, legem cuiusmodi ſit, in praeſentia conſeruari a iudicibus. *Sed fluctuat lectio:* Cuiuſcemodi *Grut. et Gron.* Cuiuſcunquemodi *al.* cuicuimodi *Lambin. Optimum videtur*, Cuiusquemodi, *i. cuiuſcunquemodi.* Plaut. Moſt. 3, 3, 5 Cuiusmodi gynaeceum! quid porticum!

CVIVSCEMODI. Hirt. Bell. Afric. 56 Cuiuſcemodi generis hominum delectus habere. *Vid. modo* CVIVSMODI. *Recte, puto, Cellar.* Cuiusquemodi. *Et ſic legendum etiam* Gell. 11, 16 *fin. vbi* πολυπραγμοσύνην *finit* Variam promiſcuamque — rerum cuiuſcemodi — cogitationem *etc.*

CVIVSDAMMŎDI. [τρόπου τινὸς] Cic. de Diuin. 2, 34 c. 15 Num etiam ſi fiſſum cuiusdammodi fuerit in iecore, lucrum oſtenditur? *Add.* de Fin. 5 c. 12.

CVIVSMODICVNQVE. [ὁποιουτινοσοῦν] Cic. pro Cluent. 17 c. 6 Nam illud me non praeterit, cuiusmodicunque mater ſit: tamen in iudicio filii, *etc.*

CVIVSCVNQVEMODI. [ὁποιουτινοσοῦν] Salluſt. in Catil. c. 39 Neque ſolum ciues, ſed cuiuſcunquemodi genus hominum.

CVIVSQVEMODI. [ὁποιόςτις] Cic. pro Flacc. 40 Sed tamen iudicium fieri videtur, quum tabulae illae ipſae, cuiusquemodi ſint, proferuntur. *i. cuiuſcunque modi. Sic* Cic. de Finib. 2, 3 c. 1 Quum enim fertur quaſi torrens oratio, quamuis multa cuiusquemodi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas. Foedare mortem ludibrio cuiusquemodi Flor. 3, 4, 2. *Al.* Huiuſcemodi. *Conf.* CVIVSCEMODI.

CVICVIMODI, *pro* Cuiuscuiusmodi, *vt ait* Priſcian. 13 p. 959 *laudatque* Ciceronis pro S. Roſcio . . Vereor enim cuicuimodi eſt Roſci, ne ita hunc videar ſeruare, vt tibi non pepercerim. Cic. Att. 3, 22 *in fine*, Ad me velim omnia quam diligentiſſime cuicuimodi ſint, ſcribas. *i. Siue laeta, ſiue triſtia.* Quod velim mihi cognoſcas, cuicuimodi eſt Cic. Att. 12, 18 *pr.* *Add.* Tuſc. 3 *extr.* Supereſt enim hoc, cuicuimodi eſt, otium. *Et* 5 *extr.* Vbi enim melius vti poſſumus hoc cuicuimodi eſt otio? *Vid. ſtatim* CVIMODI.

CVIMODI. Adu. Cuimodi fuerit pugna decertatum Gell. 9, 13. Atque illud etiam cuimodi eſſet, conſiderandum putabat Id. 14, 1. *Conf.* 14, 6. *et* 20, 1. *Apud* Cic. *ſaepius hoc legit Pareus in Lex. Crit. vbi al.* cuicuimodi. *Sed contra ea Victorius* cuicuimodi *probat ſemper. Vid. Pearce ad* Cic. de Orat. 3 c. 24 Nam apud Graecos cuicuimodi (*vulg.* cuiusmodi) eſſent, videbam tamen eſſe — doctrinam aliquam et humanitatem. *Et magis hoc plenius probabit, qui cogitabit et ipſum Pronomen* quisquis, *et quam ſollemne ſit librariis, ſemel tantum ponere literam, ſyllabam, vocem, quae repetenda erat. Haec olim fuit ſententia Voſſii de Anal.* 1, 47 *p.* 645.

CVIVIS tempori homo *vid.* QVIVIS.

CVIVSVIS, cuiauis, cuiumuis. Apul. Apol. p. 532, 1 *ed. Floridi*, Cuiauis oratio inſimulari poteſt, ſi ea, quae ex prioribus nexa ſunt *etc.*

## C V L

CVLBICIO, ōnis. f. *Dictus Affectus ſtranguriae ſimilis.* Gloſſ. Gr. Lat. στραγγουρία, culbicio.

CVLCĪTA, ae. f. [Vet. Gl. τύλη] *Omne ſtragulum, in quo aliquid quieſcendi gratia inculcatum ſit.* Varro de Lingua Latina 4, 35 p. 40, 4 Poſteaquam tranſierunt ad culcitas, quod in ea ſagum, aut totum aliudue quid calcabant, ab inculcando culcita dicta. *Repetit* Feſtus, quod tomento inculcatur. Culcita *eſt iam* Caton. 11, 5. Cic. Tuſc. 3, 45 c. 19 Collocemus in culcita plumea, pſaltriam adducamus. *Alii legunt* Culcitra, *ſed inuitis Criticis. Vid. Manut. Orthograph. et Torrent.* ad Suet. Tib. 54. Culcita in terra iacet, ego in culcita Sen. Ep. 87. Laudare ſolebat Attalus culcitam, quae corpori reſiſteret Sen. Ep. 108. Culcita cubicularis Macrob. Saturn. 2, 4. Culcitam gladium facere, et ei incumbere, *comice, pro ſe occidere* Plaut. Caſ. 2, 4, 28. *Conf.* Mil. 4, 4, 42. Vlp. l. 25 §. 4 ff. de auro et arg. leg. Martial. 11, 57 Lingonicis, agedum, tumeat tibi culcita, lanis.

CVLCITVLA, *vel* CVLCITELLA, ae. f. Dimin. Plaut. Moſt. 4, 2, 14 Is me ſuam quidem pol optat culcitulam. Culcitula, Faſciculus quidam ligneus in ſacris dicebatur. Feſtus.

CVLCITARIVS, i. m. Qui culcitas facit et vendit Diomed. 1 p. 313.

CVLEST, [ποῖος ἐστὶ] pro Qualis eſt, Neutro genere poſitum pro Maſculino: Plautus Amph. (1, 3, 39) Ecaſtor condignum donum culeſt, qui donum dedit. Nonius 3, 56. *Sed editur hodie, etiam in Taubm. et Gronou.* Quali'ſt, *i. qualis eſt: pro quo reuocari illud* Cul'eſt *vult Meurſius, qui oſtendit, Plautum alias quoque Neutrum poſuiſſe pro alio genere. Sed adhuc, vt diximus, illi non temperatum eſt.*

CVLĔVS, *vel* CVLLEVS, i. m. [κολεὸς *vel* κυλεός] *Vter ſiue ſaccus, ex corio factus.* Ἀσκός, βύσιος, ἀσκὸς ταύρειος Vet. Gloſſ. Plin. 7, 20 Iunius Valens meruit in Praetorio diui Auguſti centurio, vehicula cum culeis onuſta, donec exinanirentur, ſuſtinere ſolitus. Cic. pro Roſc. Am. 70 c. 25 Maiores noſtri — parricidas — inſui voluerunt in culleum viuos, atque ita in flumen abiici. *Et* 30 c. 11 Vtrum malit ceruices Roſcio dare, an inſutus in culeum ſupplicium parricidarum, per ſummum dedecus vitam amittere? Iuuen. 8, 214 *de Nerone*, Cuius ſupplicio non debuit vna parari Simia, nec ſerpens vnus, nec culeus vnus. *Produxit ergo primam, quia Graeci etiam* κυλεός, *pro* κολεός, *vel quia L duplicauit. Sic* Nep. 18, 8, 7 Culleos comparari *iubet, nempe iter facturus per viam aquae inopem.* Cic. de Inuent. 2, 149 Dum culeus, in quem coniectus in profluentem deferretur, compararetur. ¶ 2 Culeus, *Menſura vicenas amphoras continens, vel vrnas quadragenas, qua nulla maior menſura liquoris.* Plin. 14, 4 *de vinea Palaemonis grammatici loquens*, Digna opera, quae in Caecubis Setiniſque agris proficeret, quando et poſtea ſaepenumero ſeptenos culeos ſingula iugera, hoc eſt amphoras centenas quadragenas muſti dedere. ac ne quis victam in hoc antiquitatem arbitraretur, idem Cato denos culeos redire ex iugeribus ſcripſit. *Conf. Dalechamp. ad* Plin. 14, 32. *Nec aliud docet* Cato 148 Vinum in doliis hoc modo venire oportet. Vini in culleos ſingulos quadragenae et ſingulae vrnae dabuntur. *Illae* ſingulae *enim adiiciuntur propter ea, quae inter metiendum et transferendum facile pereunt, vt ratio conſtare poſſit remetientibus.* Culleûm *pro* Culleorum *eſt* Caton. 11, 1.

CVLEVM, *vel* CVLLEVM, i. n. Ex Catone Varro de R. R. 1, 2, 7 In ſingula iugera, dena culea vini fiunt.

CVLEOLA, ōrum. n. pl. [Τριβὰς, ἑταριστρία, διεταριστρία, Gloſſ.] Sunt Cortices nucum viridium, a ſimilitudine culeorum, quibus oleum aut vinum continetur. Feſtus.

CVLEĀRIS, e. Adi. [κυλεαῖος] *Vt*, Culeare dolium, Quod capit culeum. Cato c. 112 Vbi hauſeris de mari, in culeare dolium infundito. Culleare labrum Idem 154.

CVLEX, ĭcis. m. [κώνωψ] *Vermiculus alatus, muſca minor.* Plin. 11, 2 Vbi *natura* tot ſenſus collocauit in culice? — vbi viſum in eo praetendit? vbi guſtatum applicauit? vbi odoratum inſeruit? vbi vero truculentam illam et portione maximam vocem ingenerauit? qua ſubtilitate pennas annexuit? praelongauit pedum crura? diſpoſuit ieiunam caueam, vti aluum? auidam ſanguinis, et potiſſimum humani, ſitim accendit? Telum vero perfodiendo tergori, quo ſpiculauit ingenio? Atque vt in capaci, cum cerni non poſſit exilitas, ita reciproca geminauit arte, vt fodiendo acuminatum pariter, ſorbendoque fiſtuloſum eſſet. Plaut. Curc. 4, 2, 14 Vt muſcae, culices, pedeſque, puliceſque, cimices. Columel. 11, 3, 60 Qui aeſtate iſta feret, caueat, ne propter ſiccitates culex adhuc tenera folia prorepentia conſumat. Mali culices ranaeque paluſtres Auertunt ſomnos Hor. Serm. 1, 5, 14. *Nempe* Palus, *vt eſt* Columel. 1, 5, 6, Infeſtis aculeis armata gignit animalia, quae in nos denſiſſimis examinibus inuolant. Culices pati rotundos Hadrianus *apud* Spartian. c. 16. Culex, *figurate pro Amatore, quod cum ſua promuſcide formoſorum, et formoſarum cutem culices pertundant, et tanquam quodam ſiphone ſanguinem eliciant, ac amore quodam eorum capti eſſe videantur. Haec Turneb. ad* Plaut. Caſ. 2, 3, 22 Eho tu nihili cana culex, vix teneor, quin quae decent te dicam. *Sed Grut.* Canalicula.

CVLICARE, is. n. *Vid.* CONOPEVM.

CVLICVLVS, i. m. Dimin. Gloſſ. Cyrill. Culiculus, κωνώπιον.

CVLICVM, CVLICVLVM, *Herba. Vid.* CACVBVLVM.

CVLIGNA, ae. f. [κυλίσκη, κυλίχνη ex κύλιξ] Vas potorium. Cato, Culignam in foeno Graeco ponito, vt bene oleat. *Haec* Feſtus. Cato 132, 1 Ioui dapali culignam vini quantum vis polluceto.

CVLĪNA, ae. f. [μαγειρεῖον] COLINA *videtur antiquis fuiſſe.* Varro de Vita Popul. Rom. lib. 1 *ap.* Non. 1, 273 Qua ſini ſit antiqua et poſtica. in poſtica parte erat culina: dicta ab eo, quod ibi colebant ignem locupletiorem domus. quam fuerint anguſtiis pauperis coactae, ipſa nomina declarant. *Citat* Nonius *etiam hoc* Varronis, Et hoc intereſt inter Epicurum et ganeones noſtros, quibus modulus eſt vitae colina. Plautique Moſtell. *pr.* Exi e colina (*Gronou.* culina) ſis foras, maſtigia. Varro R. R. 1, 13, 2 In culina cibus paratur ac capitur. *Sic* Columel. 1, 6, 3 Magna et alta culina ponetur, vt et contignatio careat incendii periculo, et in ea commode familiares omni tempore anni morari queant. Cic. Fam. 15, 18 Vbi igitur, inquies, philoſophia tua? et quidem in culina mea moleſta eſt. Studioſa culinae iuuentus Horat. Serm. 2, 5, 80. Faciem nigra violare culina Martial. 10, 66. A magna non degenerare culina Iuuen. Sat. 14, 14. ¶ 2 Culina, *Latrina, ſeceſſus.* Ἀφεδρών, Vet. Gloſſ. *Conf.* Gloſſ. Iſidori. Ἀπόπατος, Vet. Gloſſ. *Vid. etiam* Varro de L. L. 4, 25. *et* Petron. 2 *et ibi Erhard. et Heinſ. et Burm. Hoc reſpectu* Culina *dicta videtur, quaſi* cluina, *vbi lauatur, a quo* latrina *quoque dicta eſt.* ¶ 3 Sunt in ſuburbanis loca publica, inopum deſtinata funeribus, quae loca culinas appellant, Aggenus Comm. in Frontin. p. 60 Goeſ. *Sic omnes libri MSS. teſte Goeſio, qui rationem ſe videre negat, cur Gutherius de iure manium 2, 24* Culignas *malit. Forte eodem pertinet illud* Feſti, Culina vocatur locus, in quo epulae in funere comburuntur. *Laudat hic Scalig. verſiculos e* catalectis p. 87 Neque in culinam et vncta compitalia, Dapeſque ducis ſordidas. *Et ſane huc aduocat Aggenum Scaliger, et notat* ἴυτρας *vocari ab Ariſtophane,* καυστήρια *ab Artemidoro,* vſtrinas, *nempe Romanorum. Addit* veterem inſcriptionem Gruter. p. 49, 3 HERCVLI SAXANO SACRVM SER. SVLPICIVS TROPHIMVS AEDEM, ZOTHECAM, CVLINAM PECVNIA SVA A SOLO RESTITVIT, *etc. Hic Herculi* propter viam ſacrificari *ſolitum. Vid. ſub* VIA Facere propter viam.

CVLINARIVS, i. m. Scribonius Largus 230 Teruntur ex cinere lixiua, qua culinarii vtuntur.



CVLIX, ĭcis. *Herba eſt*, qua trita ſemen cucumerorum maceratum ſeri iubent, vt ſine ſemine naſcantur Plin. 19, 5.

CVLMEN, ĭnis. n. [ὄροφος, ἔρεισμα] *Cognatum eſt vehementer* Columini, *quod hic conferendum. Plerumque tamen, quoties proprie accipitur, ſummam tecti partem notat, quod culmis tegitur:* quia veteres aedificia de culmis contegebant, id eſt paleis e meſſibus, *inquit* Seruius *ad* Virg. Ecl. 1, 69 Pauperis et tuguri congeſtum ceſpite culmen. Altum culmen Virg. Aen. 2, 410. Sen. Thyeſte 927. Candida Propert. 3, 16, 3. Clara Valer. Argon. 5, 646. Fulta culmina Martial. 12, 73. Nudatum tecto, *vid.* NVDVS. Virg. Ecl. 1, 83 Et iam ſumma procul villarum culmina fumant. Tecta domorum culmina conuellunt Virg. Aen. 2, 446. Admota aethereis culmina ſedibus, *aedium ſublimia faſtigia* Sen. Hippol. 1128. Aedis Iouis culmen, fulmine ictum Liu. 27, 4. Hominum, ac deorum, *templa et domus priuatae* Virg. Aen. 4, 671. ¶ 2 Culmen, *Summitas alicuius rei.* Plin. 9, 35 Principium ergo culmenque omnium rerum pretii margaritae tenent. Honoris Apul. Flor. 3. Paſtorale Claud. de Bell. Get. 355. Regale culmen, *Regia maieſtas* Claud. de ſext. Conſ. Honor. 64. Summum Iouis culmen Sil. 3, 510. Plin. 15, 15 Pars haec vitae iampridem peruenit ad culmen. Ruit alto a culmine Troia Virg. Aen. 2, 290. *vbi vid.* Seru. *it. ad* Ecl. 1. Liu. 1, 34 Circa ſummum culmen hominis auſpicium feciſſe, *i. circa caput.* ¶ 3 Culmen, *pro Culmo ſiue ſtipula.* Ouid. Faſt. 4, 734 Tertia res, durae culmen inane fabae. *h. e. Fabae culmus, qui ſuapte natura inanis eſt et vacuus.*

CVLMINIVS, a, um. Adi. *Vt*, Olea culminia Columel. 5, 8, 3. *et* 12, 49, 3. Bacca culminia Idem 12, 52, 1. *Conf. ſupra* COMINIA.

CVLMĬNO, āre. Mart. Capella 9 p. 309 Nunc igitur alma quae ſenatum lumina Deûm verendo culminatis vertice. *i. in culmine collocatis: vel, ſi* Senatus *legere liceret, in culmine conſtituta eſtis, tanquam Senatus.*

CVLMVS, i. m. [καλάμη, ἀνθέριξ, κάλαμος] *qui et* COLMVS, *frumenti calamus a radice vſque ad ſpicam.* Virg. Georg. 1, 111 Ne grauidis procumbat culmus ariſtis. *Vbi* Seruius: Culmus, Iunctio ſpicarum. *Ibidem* 321 Culmumque leuem, ſtipulaſque volantes. *Vbi* Seruius: Culmus dicitur ipſe Calamus: Stipulae vero, Folia quae ambiunt culmum. Cerealis culmus Virg. Georg. 2, 517. Crepitantes culmi meſſis Sil. 13, 672. Fragilis Virg. Georg. 1, 76. *al.* Calamus. Geniculato culmo erecta herba Cic. de Senect. 51 c. 15. Leuis Virg. Georg. 1, 321. Pallentes Stat. Silu. 3, 3, 128. Surgentes in ſegetem Lucan. 6, 110. Romuleoque recens horrebat regia culmo Virg. Aen. 8, 654. Curiam Calabram dicit, quam Romulus texerat culmis. Seruius. Homo tam bene culmo quam auro tegitur Sen. Ep. 8.

CVLMOSVS, a, um. Adi. Sidon. Carm. 9, 72 Madere culmoſos viridi cruore fratres: *de fratribus Cadmeis.*

CVLPA, ae. f. [αἰτία, ἔγκλημα] *Eſt aberratio quaedam ab officio, ſed vt fere intelligatur ignorantiam interceſſiſſe, certe negligentiam et ſocordiam potius, quam male agendi voluntatem: interim imputatur, et quaſi media eſt inter dolum et officium, atque ſignificat, ſi fas ſit ita loqui, imputabilitatem facti alicuius in partem ſequiorem, vt qui ſuam culpam fatetur, ille indicet, ſibi imputari poſſe euentus ſiniſtros, gradu quidem diuerſo, quos ICti nominibus* latae, leuis, et leuiſſimae culpae *aliquo modo diſtinguere ſtudent.* Plaut. Epid. 5, 2, 64 Mihi vt ignoſcas, ſi quid imprudens culpa peccaui mea. Cic. Off. 1, 89 Ne maior poena quam culpa ſit, cauendum. Quidquid huius factum eſt, culpa non factum eſt mea Ter. Eun. 5, 6, 10. Plaut. Ciſt. 1, 1, 78 Sed mea ego culpa et ſtultitia peius miſera maceror. Cic. Q. Fratr. 1, 1 Contracta ipſorum culpa moleſtiſſime ferre homines debent. Iniuſti oneris impoſiti tua culpa ſit, mea recepti Cic. in Orat. 35. Accidit culpa eorum Cic. Q. Fratr. 2, 12. Nemo, niſi ſua culpa, diu dolet Quinctil. 6 prooem. Abſtinere culpa Plaut. Men 5, 6, 20. Abeſſe a culpa facinus ſcitis mea Ouid. Triſt. 1, 2, 98. Ferenda eſt fortuna, praeſertim quae abſit a culpa Cic. Fam. 6, 2. Quidquid acciderit, a quo mea culpa abſit, animo forti fero Ib. 12, 22. Abhorrere a culpa, *i. remotum eſſe a culpa* Cic. de Inuent. 2, . . Accuſare culpam Cic. pro Planc. 9. Amittere, *vid. h. v.* Amouere, (*vel vt Acron et Bentleius legit*) Emouere Hor. Carm. 4, 15, 11. Arguere aliquem culpae Liu. 5, . . Aſſignare fortunae, *vid. h. v.* Attribuere alicui Cic. Verr. 5, 133. Auertere in aliquem, *vid. h. v.* Augere cum indignatione Cic. de Inuent. 2, 53. Carere Cic. Fam. 6, 1. Ter. Hec. 4, 4, 41 Cenſente vllam reperire poſſe mulierem, quae careat culpa? Caſtus a culpa, *vid.* CASTVS. Celare Ouid. Met. 2, 37. Ceſſant pectora culpa Sil. 13, 518. Coarguere culpam aliquorum Cic. Att. 9, 4. Commereri culpam Plaut. Capt. 2, 3, 43. *i. contraxiſſe culpam, ideoque caſtigationem ſiue poenam commeritum eſſe. Add.* Idem Aul. 4, 10, 8. *Sic* Ter. Hec. 4, 4, 10 Nullam de his rebus culpam commeruit tua. Committere, *vid.* COMMITTO. Commiſſa culpa Cic. Fam. 16, 12. Compeſcere ferro culpam Virgil. Georg. 3, 468. Conferre in alterum Ter. Eun. 2, 3, 96. Conicere in aliquem, *vid. h. v.* Conſortem eſſe culpae Ouid. Faſt. 3, 492. Contaminare ſe culpa Cic. ad Herenn. 2, 24. Contrahere aliquid culpa ſua, *vid. h. v.* Conuertere fortunam in culpam Cic. pro Rabir. Poſt. 2. Damnare ob culpam aliquem Id. de Orat. 1, 233. Deprenſa culpa Sen. Hippol. 719. Deriuare culpam in aliquem Cic. Verr. 2, 49. Dimouere ab aliquo Idem de Inuent. 2, 86. Dare vitio et culpae alicui ſummam laudem Cic. pro Roſc. Amer. 48 c. 16. Dare veniam culpae Ouid. Epiſt. 7, 105. Effugere poenam culpae non poſſe Cic. Fam. 16, 26. Ter. Hec. 2, 1, 31 Non mea culpa Euenit. Eximere ex culpa aliquem Cic. de Inuent. 2, 24. Exſoluere aliquem culpa Tacit. Hiſt. 4, 8. Fingere culpam Ouid. Amor. 2, 19, 13. Haeret culpa omnis in te Ter. Hec. 2, 1, 32. Ignara culpae Stat. Silu. 4, 6, 91. Impellere in culpam aliquem Catull. 15, 15. Impingere in aliquem, *vid. h. v.* Imponere nomina ſpecioſa culpae Ouid. Met. 7, 69. Inclinare culpam, *vid. h. v.* Inſcius culpae Virgil. Aen. 12, 648. Interuenit culpa Vlpian. l. ſi procuratorem §. vltimo D. mand. vel contra. Inuenire aliquem in culpa, *vid. h. v.* Liberare culpa aliquem Cic. Att. 13, 22. Liberare aliquem culpae eſſe dicitur Liu. 41, . . Luere culpam Sil. 13, 381. Occuluit culpam parentum Stat. Silu. 3, 3, 45. Piare culpam Virgil. Aen. 2, 140. Ponere extra omnem culpam cauſamque ſeſe Cic. de Vniuerſ. 39. Ponere in culpa et ſuſpicione aliquos Idem pro Cluent. 127. *Et* Fam. 6, 1 Simus igitur ea mente, quam ratio et veritas praeſcribit, vt

vt nihil in vita nobis Praeſtandum, praeter culpam, putemus. *Add.* Fam. 9, 16. 5 *vlt.* 6, 4. *et* ad Q. Fratr. 1, 1. Culpam poena premit comes Horat. Od. 4, 5, 24. Praetexit hoc nomine culpam Virgil. Aen. 4, 172. Ouid. Epiſt. Sabin. 2, 95 Ah cur neſcio, quam Properauimus heu mihi culpam. Reciditur culpa ſupplicio Hor. Carm. 2, 24, 34. Redimere culpam Cic. Fam. 10, 8. Idem pro Muraen. 73 Non et illa pie fecit, et hic a culpa Remotus eſt. Reſidet culpa in aliquo Cic. Fam. 16, 5. Subire culpam Claudian. in Eutrop. 1, 477. Virgil. Aen. 4, 19 Huic vni forſan potui Succumbere culpae. Summittere ſe culpae Ouid. Epiſt. 4, 151. Cic. pro Cluent. 153 Vt aliquid culpae Suſcipere ſe putarent recuſando. Sum. vt Cic. de Amicit. 78 Et hic honos veteri amicitiae tribuendus eſt, vt is in culpa ſit, qui faciat, non qui patiatur iniuriam. Extra culpam eſſe Cic. Verr. 5, 133. Ter. Adelph. 3, 2, 49 Quando ego conſcia mihi ſum, a me culpam eſſe hanc procul. Martial. 11, 80 Non eſt iſta quidem, non eſt mea, ſed tua culpa. Cic. de Amicit. 89 Maxima autem culpa in eo eſt, qui et veritatem aſpernatur, et in fraudem obſequio impellitur. Fati iſta culpa eſt Sen. Oedip. 1019. Suſtinere culpam alicuius rei Cic. Att. 7, 3. Idem de Legib. 3, 37 Caſſiae legis culpam Scipio tuus Suſtinet: quo auctore lata eſſe dicitur: tu ſi tabellariam tuleris, ipſe praeſtabis. Cic. pro Marcell. 13 Et ſi aliqua culpa Tenemur erroris humani, a ſcelere certe liberati ſumus. Teneri in media culpa Ouid. Amor. 3, 14, 43. Transferre omnem in alium Cic. Att. 15, 27. Ter. Andr. 2, 3, 5. Tueri deprehenſam pertinaciter Quinctil. 6, 4. Vacare Idem 3, 6. Vaneſcit culpa Ouid. Amor. 1, 8, 80. Vitaui denique culpam, Non laudem merui Horat. de Arte Poët. 267. Vocari in culpam Quinct. 7, 3. ¶ 2 *Cum nominibus:* Tac. Ann. 1, 45 Quin potius, vt nouiſſimi in culpam, ita primi ad poenitentiam ſumus. Ad culpam cauſas dedit Bacchus Virgil. Georg. 2, 455. Culpa Coloris, *i.* vitium Pallad. Mart. 13, 4. Fidem culpae debet, quae iuncta peccat Sen. Agamemn. 307. Fuga culpae Horat. de Arte Poët. 31. Cic. pro Ligar. 1 Quum a te non ſolum Liberationem culpae, ſed errati veniam impetrauiſſent. Proditor culpae Ouid. Amor. 2, 8, 26. Sceleris coacti culpa ad auctores redit Sen. Troad. 871. Temporum culpa Cic. Att. 9, 2. Via difficilis culpae Ouid. Epiſt. 17, 146. ¶ 3 *Epitheta:* Anceps Plin. 17, 22. Infauſta Sil. 13, 381. Magiſtra culpa potare Horat. Serm. 2, 2, 123. *i. vt culpam, contra leges conuiuii, ludicras et iocoſas procul dubio, admiſſam, luat aliquis poculo ebibendo: quod luſus genus inter Germanos vſitatiſſimum eſt hodie quoque, cuius beneficio familiares iuuenes praeſertim non modo ad bibendum hilarius ſe inuitant; ſed interdum inuitos, et prae malo pudore, vel intempeſtiuo metu repugnare non auſos, vino deponunt. Neſcio, an hoc ſpectauerit Cuningamus, certe lectionem omnium librorum Horatii tuetur contra Lambinum et Bentleium, qui* Cupa magiſtra *legunt, quod ille* de poculo magno, *et libertate bibendi, pro arbitrio explicat; hic de* Cupa, *i.* Copa, *ſ.* Caupona, *v. v.* Perennis Ouid. ex Pont. 1, 1, 64. Profeſſa Idem Amor. 3, 14, 6. Qua merui culpa fieri tibi vilis, Achille? Ouid. Epiſt. 3, 41. Scelerata Sil. 12, 305. *vid. ibi Drakenb.* Secreta Sen. Hippol. 724. Cic. pro Roſc. Amer. 112 Ergo idcirco Turpis haec culpa eſt, quod duas res ſanctiſſimas violat, amicitiam et fidem: *de mandato.* Idem Verr. 5, 41 In hoc vno genere omnes ineſſe culpas iſtius maximas auaritiae, maieſtatis, dementiae, libidinis, crudelitatis. ¶ 4 Culpa *eſt apud Iuriſconſultos,* Quod quum a diligente prouideri poterat, non eſt prouiſum l. 31 D. ad l. Aquil. Donat. *ad illud* Ter. Hec. 2, 1, 31 Non mea opera, neque pol culpa euenit. Opera eſt, *inquit,* ſi ſcientes laeſerimus: Culpa, ſi neſcientes. Quorum alterum ſceleris, alterum ſtultitiae eſt. *Haec ille.* Latior culpa, dolus eſt. Celſ. in l. quod Nerua D. depoſ. Quod Nerua diceret latiorem culpam dolum eſſe, Proculo diſplicebat. mihi veriſſimum videtur, *etc.*

CVLPO, āre. [αἰτιάομαι, διαβάλλω] *Culpae dare, reprehendere: contrarium eſt verbo Laudare.* Ter. Eun. 2, 3, 94 Quod qui reſcierint, culpent? Feras, non culpes, quod mutari non poteſt P. Syrus. Pſeudo-Cic. in Salluſt. 7 Quae ſi tu mihi vt vitia obiicis, temeritas tua reprehendetur, non mea vitia culpabuntur. Carmina culpare Ouid. Amor. 2, 4, 21. Faciem Idem Epiſt. 13, 45. Facinus Ouid. Epiſt. 6, 138. Leuitas culpanda Idem de Arte Am. 2, 429. Patientiam alicuius Pſeudo-Cic. in Salluſt. 12. Martial. 9, 60 Culpauit ſtatuas, et Polyclete tuas. *Metaphor.* Arbor aquas culpat Horat. Carm. 3, 1, 31. *Intelligit arborem nimia pluuia laedi. Homines enim quum laeduntur, culpare illum ſolent, cuius iniuria laeſi ſunt.*

CVLPOR, āri. Hor. Serm. 1, 2, 11 Laudatur ab his, culpatur ab illis. Suet. Veſp. c. 16 Sola eſt, in qua merito culpetur, pecuniae cupiditas.

CVLPANS, antis. Partic. *Vt,* Ouid. Amor. 2, 4, 22 Culpantis cupiam ſuſtinuiſſe femur. Audio culpantes agrorum infecunditatem Columel. *pr.* Operis. Culpari ob aliquid Suet. Caeſ. 72.

CVLPATVS, a, um. *Vt,* Corpus culpatum Ouid. Epiſt. 21, 36. Paris culpatus Virgil. Aen. 2, 602. *Vid. ibi* Seruium. *Compar.* Gell. 11, 7 Sed moleſtius equidem culpatiusque eſſe arbitror, verba noua, incognita, inaudita dicere, quam inuulgata et ſordentia.

CVLPATIO, ōnis. f. [αἰτίασις] *Reprehenſio.* Gell. 10, 22 Ne ipſi quoque culpationes huiuſcemodi mereamur.

CVLPABILIS, e. Adi. Apul. Apol. p. 223 Culpabile iudicandum eſt. Opinio culpabilis Arnob. 1 p. 222. *Compar.* Saluian. de Gubern. Dei 4 p. 110 Culpabilior tu, quam ille. *Et* Tertull. de Vxor. 2, 1 Tanto culpabilius eſt.

CVLPABILITER. Adu. *Idem.* Symmach. Epiſt. 9, 43 Nolo exiſtimes, culpabiliter ad me eſſe perlatum, *etc. i. cum criminatione.* Eligere culpabiliter Auguſtin. de Geneſ. ad lit. 11, 9. *Comparat.* Paullinus Nolan. Epiſt. 39, 4 Nos culpabilius inſulſi.

CVLPITO, āre. Frequent. Plaut. Ciſt. 2, 1, 19 Verum haud metuo, ne iurandum noſtrum quisquam culpitet.

CVLTER, tri. m. *et* CVLTRVM, i. n. [μάχαιρα] *Vulgatiſſimi vſus inſtrumentum, quo ad ſecandum vtimur in menſa, etc.* Cultrum, κοπίς, ἡ μάχαιρα, σφαγίς, Vet. Gloſſ. *Add.* Scholiaſt. Iuuenal. 12, 84. Plaut. Epid. 2, 2, 2 Acutum cultrum habeo. Ab lanio cultro arrepto Liu. 3, 48. Longi mucronem admittere cultri Iuuen. Sat. 14, 217. Dare iugulum cultris Ouid. in Ibin 104. Dare vulnera fixo cultro Idem Triſt. 5, 7, 19. Culter, quo gladiator iugulatus Scribon. 13. Linquere aliquem ſub cultro, *pro in praeſenti periculo deſerere: ſumtum a victima, quae iamiam ferienda, ſub cultro eſſe dicitur. Vtitur* Horat. Serm. 1, 9, 74 Fugit improbus, ac me ſub cultro linquit. Occidi cultro Scribon. 13. Soluere cultro curuo viſcera ferarum Sen. Hipp. 53. Stringere cultros in ſua colla Ouid. de Nuce 174. Manans cruore culter, *vid.* MANO. Lanionis culter, in l. cum de lanionis princ. D. de inſtrum. vel inſtruct. legat. Plin. 28, 7 Aciem in cultris tonſorum hebeteſcere. Cic. Offic. 2, 15 c. 7 Qui cultros metuens Tonſorios candente carbone ſibi adurebat capillum. *De Dionyſio tyranno.* Venatorius culter, *de quo epigramma* Martial. 14, 31. *Conf.* Sueton. Auguſt. c. 19. *et in* Claud. c. 13. ¶ 2 Culter, *Pars falcis vinitoriae.* Columel. 4, 25 Eſt autem ſic diſpoſita vinitoriae falcis figura, vt capulo pars proxima, quae rectam gerit aciem, culter ob ſimilitudinem nominetur; quae flectitur, ſinus; quae a flexu procurrit, ſcalprum; quae deinde adunca eſt, roſtrum appellatur: cui ſuperpoſita ſemiformis Lunae ſpecies, ſecuris dicitur: eiusque velut apex pronus imminens, mucro vocatur. Culter, *Pars aratri.* Plin. 18, 18 Vomerum plura genera. Culter vocatur, praedenſam, priusquam proſcindatur, terram ſecans, futurisque ſulcis veſtigia praeſcribens inciſuris, quas reſupinus in arando mordeat vomer. ¶ 3 *Pars extenuata, ſ. tenuior aliarum quoque rerum ſic vocatur. Ita* In cultrum, *vel* in cultro collocare Vitru. 10, 10 *et* 14. *i. ad perpendiculum recto ſitu, de rota ſ. tympano.*

CVLTELLVS, i. m. Dimin. [μαχαίριον] Varro de R. R. 1, 69 Ille flens narrat, ab neſcio quo percuſſum cultello concidiſſe. Eburneus vel oſſeus Scribon. 83. Diuidere oſſeo cultello Columel. 12, 14. Inciditur vitro, lapide, oſſeisue cultellis Plin. 12, 25. Praeparemus cultellos curuos minores Pallad. 1 *extr.* Purgare vngues cultello Horat. Epiſt. 1, 7, 51.

CVLTELLVLVS, i. m. Solin. c. 58.

CVLTRARIVS, i. m. *Qui victimam cultro immolat, qui alio nomine dicitur* Victimarius. Sueton. in Calig. c. 32 Admota altaribus victima ſuccinctus poparum habitu, elato alte malleo cultrarium mactauit. Cultrarius *etiam, qui cultros facit.* Grut. Inſcr. p. 640, 11 Q. TIBVRTI. Q. L. MENOLANI. CVLTRARI. OSSA. HIC. SITA. SVNT.

CVLTELLO, āre. *Verbum antiquum, de quo ſic* Frontinus in libro de Limitibus p. 43 Cultellandi ratio, quae ſit ſaepe quaeritur, cuius praemenſi ſoli ſpatium conſummamus, et illam eliuorum inaequalitatem planam eſſe cogimus, dum menſurae lateribus inſeruimus. Cultellamus ergo agrum eminentiorem, et ad planitiem redigimus. Cultellat *igitur* agrum *menſor, cum in metiendo non habet rationem plani inclinati, vel incurui adeo, quod ſenſui offertur; ſed illius, quod perpendicularibus planis (in* cultrum *poſitis) ad angulos rectos interiacet. Recte addit* Aggenus, Hanc nobis rationem ipſa ſeminum natura monſtrauit — quod de terra quidquid naſcitur, in aërem rectum exit, et illam terrae obliquitatem creſcendo atterit, nec maiorem numerum occupat, quam ſi ex plano naſcatur. *Nempe, vt ait* Quinctil. 1, 10, 45 In collibus vallibusque plus ſoli eſt, quam caeli. *Non eſt locus pluribus perpendicularibus (ad baſin perpendicularibus) in hypotenuſa, quam in ipſa baſi. In cliuo non poſſunt plures domus ſtare, quam in planitie a cliuo occupata. Add.* Hygin. p. 178. *Goeſ. Indic.*

CVLTELLĀTVS, a, um. Partic. [μαχαιρωειδής] *Qui formam cultelli habet.* Plin. 32, 2 Idem infixam hamo inuertere ſe, quoniam ſit dorſo cultellato, ſpinaque lineam praeſecare. Spina cultellata in dorſo delphini Plin. 8, 25 ſ. 38. ¶ 2 Lapis cultellatus Hygin. Goeſ. p. 214 qui pentagoni recipit rationem. *Sed parum reſpondet figura.*

CVLTRĀTVS, a, um. Adi. [μαχαιρωτός] *Vt,* Cultratus mucro, *qui ſcindit, velut culter.* Plin. 13, 4 Folia cultrato mucrone.

CVLTIO, CVLTVS, CVLTVRA, CVLTOR, CVLTRIX, *vid.* COLO.

CVLVLLVS, i. m. Calix fictilis, quo in ſacris vtebantur pontifices et Veſtales virgines. *Auctor* Acron in Horat. Carm. 1, 31, 11 Aureis Mercator exſiccet culullis Vina Syra reparata merce. Idem in Arte Poët. 434

Reges dicuntur multis vrgere culullis
Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborant
An ſit amicitia dignus.

*i.* Calicibus, et eſt diminutiuum a Culeo. Acron. *H. Stephanus putabat leg.* calillis *nomine bis deminuto a calice; ſed nullus fauet liber. Et quod putat primam in culeo eſſe longam, nec id certum, cum ob id ipſum duplicetur forte a quibusdam l, vt produci poſſit: et ſunt multa, quae contra naturam primitiuorum corripiantur, etc. Vid.* CVLEVS.

CVLVS, i. m. *Podex.* Macer Martial. 3, 98. Purior ſalillo Catull. 23, 19. *Add.* Id. Carm. 95 *et* 96. Tritior Martial. 9, 58. Olfacere culum Phaedr. 4, 17 *extr. de canibus.*

## C V M

CVM. [σύν, μετά] I. *Praepoſitio, Ablatiuo caſui ſeruit, et comitatum, ſocietatem, certe praeſentiam, eius rei indicat, quae nomine ſignificatur. V. g. Societatem notat in illo* Nepos 12, 3, 1 Quod Chabrias aduerſum regem bellum gereret cum Aegyptiis, *i. tanquam ſocius Aegyptiorum. Sed praeſentiam modo indicat in illo,* Bellum cum Iugurtha geſſit Salluſt. Iugurth. c. 5. *i. contra: et quoties cum pugnandi, contendendi, rixandi verbis iungitur: nam* conferuntur manus, *vel* arma conferuntur; *vel* committuntur *quocunque modo aduerſarii. Frequentiſſime* comitatum *notat, adeo quidem, vt ex eodem fonte ἢ* cum *et* comes *deriuata videantur. V. g.* Ter. Eun. 3, 2, 42 Haud conuenit vna cum amica ire imperatorem in via. Bona cum bona nubit alite virgo Catull. 60, 19. Cum alio conſentire Nepos 19, 2, 2. Cum aliquo facere Cic. Att. 6, 8. Quum animaduerteret Deorum numen facere ſecum Nepos 17, 2, 5. Cum Patrone Epicureo mihi omnia ſunt, niſi quod in philoſophia vehementer ab eo diſſentio Cic. Fam. 13, 1. Quid tibi cum alieno Sen. Ep. 12. Viciniam neminem amo merito magis, quam te, Nec quacum plura ſunt mihi, quae ego velim Plaut. Caſ. 2, 2, 12, *vid. h. l. Gron.* Mihi ante aedilitatem meam nihil erat cum Cornificio Cic. Att. 12, 17. *Subint. commune vel ſocietatis.* Cum animo recordari Cic. pro Cluent. 70. Ter. Phorm. 3, 1, 1 Enimvero Antipho multis modis, cum iſtoc animo es vituperandus. *Vbi* Donatus, pro Huius animi. Ennius, Optima cum pulchris animis Romana iuuentus. Cum magna calamitate et pernicie ciuitatis venire Cic. Verr. 3 c. 24. Statutum ac deliberatum aliquid cum animo habere Idem Verr. 3, 94. Plaut. Capt. 2, 1, 9 At nos pudet, quia cum Catenis ſumus. Cum Cauſa facere Cic. Q. Fratr. 1, 2. *Sic,* Cum Cauſa dicere: *cui opponitur* ſine cauſa Idem de Orat. 2, 46. Vehicula cum Culeis onuſta Plin. 12, 7 ſ. 19. *Sic infra* Fiſci cum Pecunia. Cum clamore inuolare Plaut. Amph. 1, 1, 90. Cum cura legere Idem Milit. 3, 1, 9. Cum cura aliquem curare Plaut. Men. 5, 4, 7. Cic. Verr. 3, 113 c. 47 In iugere Leontini agri, medimnum fere tritici ſeritur perpetua atque aequabili ſatione: ager efficit, cum octa-

octauo bene vt agatur: verum vt omnes dii adiuuent, cum decimo. *Ibidem*, Medimnum autem ex iugere decumano dari poterit, quum ager, id, quod perraro euenit, cum decumo extuliſſet. *Sic* Plin. 5, 4 Ita appellatur regio CL. M. P. circuitu, fertilitatis eximiae, cum centeſima fruge agricolis fenus reddente terra, *de Byzacio.* *Et* Cum centeſimo quidem et Leontini Siciliae campi fundunt Plin. 18, 10. *Etiam* Varro R. R. 1, 44, 1 Cum decimo redit ſemen. *In talibus comitatum ſignificat: et ſimilis fere ratio atque in illo* Plin. 12, 1 ſ. 5 Mucianus *memoriae prodidit*, epulatum ſe intra *ſpecum cauae arboris* cum duodeuiceſimo comite. Apuleius Met. 1 p. 104, 41 Et cum Dicto, futili centunculo faciem ſuam iamdudum punicantem prae pudore obtexit, *i. his dictis, vel ſtatim.* Plaut. Amph. 2, 2, 111 Tu dic, egone abs te abii hinc hodie cum Diluculo? Cic. de Nat. Deor. 2, 6 Quum e praefectura Reatina Romam venienti noctu duo iuuenes cum Equis albis dixiſſent, Regem Perſem illo die captum, Senatui nuntiauit. Immiſſi cum Falcibus multi purgarunt et aperuerunt locum Cic. Tuſc. 5, 65. Idem pro Caecin. 25 c. 9 De ſe autem hoc praedicat, Antiocho Aebutii ſeruo imperaſſe, vt in Caecinam aduenientem cum ferro inuaderet. Cic. de Orat. 2, 345 Erit explicandum in laude iuſtitiae, quid cum Fide, quid cum Aequabilitate, quid cum eiuſmodi aliquo Officio is, qui laudabitur, fecerit, *h. e. fideliter, etc.* Plaut. Trin. 4, 4, 3 Qualine amico mea commendaui bona? CA. probo et fideli, et fido, et cum magna Fide. Cum Fuga conſcenſio in naues Cic. de Diuin. 1, 68. Cum gratia bona dimittere aliquem Idem de Fato 7 c. 4. Cum Hoſtibus pangere, *vid. h. v.* Cum Imperio eſſe dicebatur apud antiquos, Cui nominatim a populo dabatur imperium, *vt ait* Feſtus. Cic. de Senect. 64 Neque enim ſolum honore antecedentibus, ſed iis etiam, qui cum imperio ſunt, maiores natu augures anteponuntur. *Add.* Cic. Fam. 1, 1. Plaut. Trucul. 1, 1, 74 Nam ego Lemno aduenio, Athenas nudiuſtertius legatus hinc, quo cum publico Imperio fui. Illud (opium ex lacte ipſo ſiluatici papaueris capitum) cum magno Labore exiguum conficitur Scribon. 22. Cum Labore operoſo ac moleſto moliri aliquid Cic. de Natur. Deor. 2, 59 c. 23. Plin. Epiſt. 2, 19 Quae ſcripſimus cum Labore, etiam cum Labore audiri putamus. Cic. de Legib. 2, 28 Neque ſolum cum Laetitia viuendi rationem accepimus, ſed etiam cum ſpe meliore moriendi. Ter. Adelph. 5, 3, 55 Caeterum rus cum filio, cum primo Luci ibo hinc. *Sed* Cic. Att. 4, 3 Metellus cum prima Luce furtim in campum itineribus prope deuiis currebat. *Conf.* Idem Offic. 3 c. 31. Cum Magiſtratu, *i. magiſtratu praeditus* Suet. Tiber. 12. Cum me, cum nobis *aut ſimili iunctura, cur noluerint dicere veteres, ac potius tranſpoſitis verbis* mecum, nobiſcum (*quae deinde alii ſecuti*, tecum *etiam et* vobiſcum, *et* quibuſcum *maluere*) *verbis potiſſimum* Quinctiliani *dicemus* 8, 3, 45 Si *cum hominibus nobis loqui* nos dicimus, niſi hoc ipſum *hominibus* medium ſit, in praefanda (*turpia, quibus honor praefandus, et venia petenda eſt*) videmur incidere; quia vltima prioris ſyllabae litera, quae exprimi niſi labris coëuntibus non poteſt, aut Interſiſtere nos indecentiſſime cogit, aut continuata cum inſequente, in naturam eius corrumpitur, *vt ſonet*, cunnobis *duabus prioribus ſyllabis obſcenum nomen efficientibus, etc.* *Conf.* Cic. Fam. 9, 22. Cum Metu dicere Cic. pro Cluent. 51. Cum Onere moram offerre alicui Plaut. Poen. 4, 2, 30. *i. oneratum morari et retinere.* Cum Ortu ſolis Salluſt. Iugurth. 106. Cic. Tuſcul. 5, 83 Nos illud quidem cum pace agemus, *vt neminis ſententiam impugnemus.* Fiſcos cum Pecunia Cic. Verr. 1 c. 8 *vt ſupra* vehicula cum Culeis. Cum Periculo Ter. Andr. 1, 1, 104. Cum Populo agere, *h. e.* Populum ad concilium aut comitia vocare. Feſtus. *Vid.* AGO. Cum Poteſtate eſſe, cui opponitur Priuatum eſſe: dicebatur, *inquit* Feſtus, de eo, qui a populo alicui negotio praeficiebatur. Cic. de Inuent. 1, 35 c. 25 Pecunioſus an tenuis: priuatus, an cum Poteſtate ſit. Cum Primis aliquid facere, *i. in primis* Plaut. Truc. 3, 1, 15. *Vid.* CVMPRIMIS. Cum Primis honeſtus Cic. Verr. 1, 137. Ter. Andr. 5, 3, 10 Tamen hanc habere ſtudeat cum ſummo Probro. Cum Querimonia Plaut. Pſeud. 1, 3, 78. Cum quibus vobis videbitur Cic. Fam. 14, 14 *pro vſitatiore* quibuſcum. Tera eum R vno ſcripta in Augurum libreis Varr. L. L. 4 p. 9, 21. Quinctil. 9, 4, 117 Occaſionibus vtendum, et cum re praeſenti deliberandum. *Add.* 5, 13, 59. Cic. de Sen. *pr.* Ille vir haud magna cum Re, ſed plenu' fidei. Cum Sacco adire, *poſtulare, vt ſibi e veſtigio, atque eodem temporis puncto pecunia ſoluatur.* Paullus l. 105 D. de ſolut. Quod dicimus in eo herede, qui fideiuſſori teſtatoris, id quod ante aditam hereditatem ab eo ſolutum eſt, debere ſtatim ſoluere, cum aliquo ſcilicet temperamento temporis intelligendum eſt: nec enim cum Sacco adire debet. Ter. Adelph. 4, 1, 3 Vtinam quidem (quod cum Salute eius fiat) ita ſe defatigarit velim, vt, *etc.* Cum Seueritate audire Cic. in Orat. c. 52. Cum Silentio animaduertere Ter. in prol. Eun. 44. Cic. pro Rabir. Poſt. 5 Id eſt difficile, quod cum Spe magna ſis ingreſſus, id non exſequi vsque ad extremum. Salluſt. ad Caeſ. de Republ. ord. Multi praeterea cum Spe bona adoleſcentes, ſicuti hoſtiae mactati ſunt. Cum Terebratu Scribon. 206. Liu. 29, 1 Exprómerent quid ſentirent, cum bona Venia ſe auditurum dicebat. Cum ſummis Vigiliis ſummaque prouidentia confeci Inſtitt. prooem. §. 2. Cum Voluptate audire Cic. in Orat. c. 52. ¶ 2 *Formulae peculiares.* Cum eo *adiicere ſolet aliquid ſuperioribus. Pleonaſticum quidem eſt* Varro R. R. 3, 5, 2 Quidam cum eo adiiciunt praeterea aues alias quoque. *Sic pro* praeterea *vel* inſuper *poſuit* Scribon. 135. Videtur autem vinum vetuſtius ventremque cum eo ſatis mollit. Idem Scribon. 61 Hoc cum eo, quod candidos facit dentes, tum etiam confirmat. *Conditionem notat*, Sit ſane, quoniam ita tu vis, ſed tamen cum eo, quod ſine peccato meo fiat Cic. Att. 6, 1 p. 574 Graeu. Antium noua colonia miſſa cum eo, vt Antiatibus permitteretur Liu. 8, 14 *vbi vid. et paullo praecedentia.* Columel. 5, 1, 4 Obſequar voluntati tuae cum eo, ne dubites, *etc.* Celſ. 3, 22 *de tabe*, Si nihil reliqua proficiunt, ſanguis mittendus eſt, ſed paullatim, quotidieque pluribus diebus, cum eo, vt caetera quoque eodem modo ſeruentur. *Familiarem valde Celſo eſſe hanc rationem, vt per illud ſuum cum eo, vt vel quod conditionem aliquam aut cautionem ſuperioribus adiiciat, iam obſeruatum Rhodio ad Scribon. l. c.* *Add.* 2, 17. 3, 5. 4, 6. 7, 2 et 27. *Abundare videtur non in his modo, quae retulimus*, vehicula cum Culeis onuſta *et* fiſci cum Pecunia: *ſed in aliis quoque. Sic* Cato 10, 2 Cum loris ornata iuga. Idem 77 Cum melle oblinito. Columel. Arb. 4, 5 Cum ſtercorata terra completo. Veget. Mulom. 1, 11, 8 Cum vino et oleo vngere. Idem 1, 27, 2 Cum tabula verberare. *Et* 1, 34, 1 Cum paſſo potionabis. *Add.* 1, 38, 9. Idem 2, 31 Cum fibulis conſuito. *Contra ſimul videtur abundare in talibus*, Ter. Eun. 2, 2, 10 Simul conſilium cum re amiſti? Cum, *pro* Et, Ouid. Faſt. 4, 54 Ilia cum Lauſo de Numitore ſati, *h. e. Ilia et Lauſus nati de Numitore.* Me cum ſimilibus noſtri Rempubl. defenſuros Cic. Fam. 14, 7. Virgil. Aen. 1, 556 Remo cum fratre Quirinus Iura dabunt, *i. Quirinus ſeu Romulus, et Remus frater.* Bocchus cum peditibus inuadunt Salluſt. Iugurth. 101. *i. Bocchus et pedites.* Demoſthenes cum caeteris erant expulſi Nepos 19, 2, 2. *Conf.* Idem 22, 1, 5. Dux cum aliquot principibus capiuntur Liu. 21, 60. *Vid. Gronou. h. l. et ad 22, 21. it. Bentl. ad* Hor. Sat. 1, 7, 20. *Burm. ad* Ouid. Met. 1, 320. ¶ 3 *Plane ſingulare eſt, quod refert* Feſtus, cumalter ſignificat cum altero, dictum ab antiquis ita breuitatis cauſa, vt ſodes, pro ſi audes; *ſcilicet*, pro ſcias licet; *ſis* pro ſi vis. *Scaliger magis appoſite confert* Impraeſentiarum, cumpartim, cumprime.

CVM. II. Adu. temporis. [ὅταν, ἡνίκα] *a nonnullis* QVVM, *ab aliis* QVOM *ſcribitur, more veterum.* Quinctil. 1, 7, 5 Illa quoque ſeruata eſt a multis differentia, vt AD quum eſſet praepoſitio, D literam: quum autem coniunctio, T acciperet. *Item* CVM, ſi tempus ſignificaret, per Q: ſi comitem, per C; ſi vero cauſam, per Q ac duas ſequentes VV, ſcriberetur. *Sed hoc quidem in nullo, qui exſtet hodie, libro obſeruatum putamus. Iungitur autem modo Indicatiuo, modo Subiunctiuo.* Ter. Eun. 2, 3, 50 Quum huc reſpicio ad virginem. Martial. 11, 57 Dormiat et tecum, qui, cum modo Caecuba miſcet, Conuiuas niueo torſerat ore puer. Cic. pro S. Roſc. c. 35 Qui ſi prodierit, atque adeo cum prodierit (ſcio enim proditurum eſſe) audiet. *Hic opponitur conditioni. Interdum vero includere eam videtur, vt* Plaut. Poen. 1, 2, 22 Nam quum ſedulo munditer nos habemus, vix aegre amatorculos inuenimus. Nunc, quum. Ter. Andr. 1, 1, 133 Vt confirmat nunc, quum nihil obſint doli. Cum — tamen Idem Adelph. 1, 2, 64 Cum placo, aduerſor ſedulo et deterreo, tamen vix humane patitur. ¶ 2 *In primis vero ſubiici ſolet particulae* cum, *alterum temporis aduerbium* tum: *quo indicatur, duas res eodem tempore fieri, quo fit, vt coniunctionum copulatiuarum vices ſubire videantur. Iungunt autem vel integras enuntiationes, vel earum partes: et ſi prius*, cum *illud modo Indicatiuum adſciſcit modo Coniunctiuum, quod exemplis declarabitur.* Ter. Phorm. 1, 4, 10 Cum mihi paueo, tum Antipho me excruciat animi. Eorum conſilio et periculo quum Repub. tum etiam rebus noſtris perfrui poſſumus Cic. pro Muraen. c. 11. Id. Off. 2, 123 c. 33 Luxuria vero cum omni aetati turpis, tum ſenectuti foediſſima eſt. Id. Fam. 2, 13 M. Fabio viro optimo et homine doctiſſimo familiariſſime vtor, mirificeque eum diligo, cum propter ſummum ingenium eius, ſummamque doctrinam, cum propter ſingularem modeſtiam. Cic. Fam. 2, 2 Graui teſte priuatus ſum amoris ſummi erga te mei, patre tuo clariſſimo viro, qui cum ſuis laudibus, tum vero te filio ſuperaſſet omnium fortunam, ſi ei contigiſſet, vt te ante videret, quam e vita diſcederet. Quare cum dolore conficiar, tum etiam pudore Idem Fam. 14, 3. *Et* de Natur. Deor. 1 *pr.* Cum multae res in Philoſophia nequaquam ſatis adhuc explicatae ſunt, tum perdifficilis Brute (quod tu minime ignoras) et perobſcura quaeſtio eſt de natura deorum. Cic. Fam. 15, 8 Nam cum te ſemper amaui, dilexique, tum mei amantiſſimum cognoui, in omni varietate rerum mearum, tum patris tui pluribus beneficiis, vel defenſus triſtibus temporibus, vel ornatus ſecundis: et ſum totus veſter et eſſe debeo, quum praeſertim, *etc.* Idem pro Domo 32 Sed cum me purgatum vobis eſſe cuperem: tum etiam veſtra in me attente audiendo benignitas prouexit orationem meam. Plin. Epiſt. 2, 11 Princeps praeſidebat, erat enim Conſul. ad hoc Ianuarius menſis, cum caetera, tum Senatorum frequentia celeberrimus. Cic. Diuin. in Verr. *pr.* Factum eſt, vti cum ſummum in veteribus patronis multis, tum nonnullum etiam in me praeſidium ſuis fortunis conſtitutum eſſe arbitrarentur. Idem Tuſc. 4, 68 Cum multis in locis noſtrorum hominum ingenia, virtuteſque Brute ſoleo mirari, tum maxime his in ſtudiis, quae ſero admodum expetita in hanc ciuitatem e Graecia tranſtulerunt. Quod quum in aliis rebus declarauit, tum maxime in Amyntae liberis tuendis Nepos 11, 3, 2. Cum in caeteris ciuitatibus, tum maxime in noſtra Cic. de Clar. Orat. 9. Cum — tum praecipue Scribon. Epiſt. Plin. Pan. 74, 2 Sed cum multa illo die dicta ſunt ſapienter et grauiter, tum vel in primis hoc, crede nobis, crede tibi. Haec cum ſumme inutilia, tum multo turpiſſima ſunt Cic. de Inuent. 2, 134. Sine quo cum in vita nihil quidquam egregium, tum certe hoc, quod tu expetis, nemo vnquam aſſequetur Cic. de Orat. 1, 134. Primum tibi, vt debeo, gratulor: laetorque cum praeſenti, tum etiam ſperata tua dignitate, *etc.* Idem Fam. 2, 8. Itaque quum meus me moeror quotidianus lacerat et conficit, tum vero haec addita cura vix mihi vitam reliquam facit Cic. Att. 3, 8. Cum ipſum Furnium per ſe vidi libentiſſime, tum hoc libentius, quod illum audiens te videbar audire Idem Fam. 10, 3. *Pleonaſmus eſt, modo non librariorum error, in illo* Columel. 1, 9, 18 Itaque diligens dominus cum et ab ipſis, tum et abſolutis — quaerat. ¶ 3 *Temporis aduerbium manifeſto eſt in illis*, Quum recte nauigari poterit, tum nauiges Cic. Fam. 16, 2. Quum venit calamitas, tum detrimentum accipitur Idem pro L. Manil. c. 6. *Add.* Idem pro Cael. c. 26. *et* Fam. 14, 3. *Sic in illis*, Difficile eſt tacere, quum doleas Cic. pro Sulla c. 10. *Conf.* Seru. *ad* Aen. 2, 455 *vbi alii* quum *legunt, alii* dum. Multi anni ſunt, quum ille in aere meo eſt Cic. Fam. 15, 14. Triennium eſt, quum virtuti nuntium remiſiſti Ibid. Ep. 16. Quid habuiſſet, quum perit Ter. Eun. 3, 3, 16 *quod* Donatus *per* quando *exponit.* Cic. Att. 13, 12 Biennium praeteriit, cum ille καλλιππίδης aſſiduo curſu cubitum nullum proceſſerit. Idem Verr. 2, 89 Vna nox interceſſerat, cum iſte Dorotheum ſic diligebat, vt, *etc.* Diu eſt cum dentes exciderunt Plaut. Trucul. 5, 51. Nondum ſex menſes ſunt, cum huc commigrauit Plaut. Perſ. 1, 3, 58. Cic. pro Cluent. 28 c. 9 Dies nondum decem interceſſerant, cum ille alter filius infans necatur. Dimidium fere ſpatium confecerat, quum allata eſt ſuſpicio Nepos 18, 9, 1. *Et tali tranſpoſitione* Curt. *inprimis et Poëtae ſaepe vtuntur. Inuerſe ordinatur alias, vt*, Quum Artaxerxes Aegyptio regi bellum inferre voluit, Iphicratem ab Athenienſibus petiuit ducem Nepos 11, 2, 4. *Sed pergimus exempla dare, vbi* cum *eſt in apodoſi.* Ter. Heaut. 5, 4, 1 Si vnquam vllum fuit Tempus mater, cum ego voluptati tibi fuerim. Cic. Att. 2, 19 Eandem iſtam virtutem veniet Tempus quum grauiter gemes. Vnum atque idem erat tempus, cum L. Flacco Conſuli portas tota Aſia claudebat Idem pro Flacc. 61 c. 25. Saepe enim de L. Craſſo familiari illo tuo videor audiſſe, quum te togatis omnibus ſine dubio anteferret Cic. de Natur. Deor. 1, 58. ¶ 4 *Iungitur aliis quoque Aduerbiis, vt*, Quum primum noſtri arbitrii eſſe coepimus Liu. 25, 29. Quum primum potuit, imperium depoſuit Nepos 20, 3, 4. Hercules cum primum pubeſceret Cic. Offic.

Offic. 1 c. 32. *Et praecedente* Tum. Tum abfuerat, cum primum dati ſunt iudices Cic. Verr. 4 c. 23. Se pertimuiſſe tum, cum primum reus a me factus ſit Idem Act. 1 in Verr. c. 2. Cum primum Romam veni, fuitque cui recte ad te literas darem; nihil prius mihi faciendum putaui Cic. Att. 4, 1. *Ex ſcriptione* quum primum *ortum videtur, vt* quam primum *pro eo ponerent poſteriores, quod tamen plane aliud ſignificat, vt ſ. l. docetur.* Columel. 1, 5 Igitur id ſtructurae vitium cum primum ſtatim fundamenta iaciuntur, euitandum eſt. Plin. 18, 16 Id ſexies euenit per annos: cum minimum quater. Idem 16, 12 Cum plurimum bipedali hiatu, vt a terra cubito cum minimum abſit. Cum maxime, *vel*, Vt cum maxime; vna pars orationis, pro Nimis, vel valde, *ait* Donatus *ad* Ter. Hec. 1, 2, 39 Hanc Bacchidem amabat, vt cum maxime, tum Pamphilus. *Debebat illud obſeruare potius, ſic notari ipſum articulum temporis, quo quid fiat, et velut ἀκμήν.* Cic. pro Cluent. 12 Quae multos iam annos, et nunc cum maxime, filium interfectum cupit. Atqui cum maxime Volo te dare operam, vt fiat Ter. Heaut. 4, 4, 40. Domus celebratur vt cum maxime Cic. ad Q. Fratr. 2, 8. Antiqua negligimus: etiamne ea negligemus, quae fiunt cum maxime Cic. de Aruſp. Reſp. c. 15 *pr.* Quae paret cum maxime mortuo Idem Offic. 2, 7. *Vid. h. l. Graeu. it.* ad Sueton. Domit. c. 10. Auſon. Grat. Act. p. 723. Nemo noſtrum nouit id tempus, quod cum maxime tranſit: ad praeterita rari animum retorquent Sen. de Benef. 3, 3. Tacit. Ann. 3, 59 Litora, et lacus Campaniae cum maxime peragrantem. Cumque *vid. mox ſeparatim.* Nepos 8, 2 *extr.* In ſecundo praelio cecidit Critias, cum quidem fortiſſime pugnaret. Idem 24, 2 *pr.* Neque hoc per ſenatum efficere potuit, cum quidem Scipio in ciuitate principatum obtineret. Plin. 18, 7 Erumpit a primo ſatu hordeum die ſeptimo, legumina quarto, vel cum tardiſſime ſeptimo. Ouid. Rem. Amor. 241 Cum ſemel exieris, centum ſolatia curae, Et rus, et comites, et via longa dabunt. Cum ſubito, *idem quod* cum primum Colum. 9, 9, 3 Nam quaedam ſolent, cum ſubito euaſerunt, ſine cunctatione ſe proripere.

CVM. III. Coniunct. *cauſalis vel conceſſiua, et ipſa pro ſententiae diuerſitate nunc Indicatiuo, nunc Coniunctiuo ſeruit.* Ter. Phorm. 1, 4, 26 Iſtaec cum ita ſint, Antipho, tanto magis te aduigilare aequum eſt. *Et quid frequentius illa tranſitione,* Quae cum ita ſint? *v. g.* in Verr. Act. 1, 8 c. 3. Plaut. Rud. 4, 4, 134 Cum iſtaec res male euenit tibi, Gripe, gratulor. Cic. Fam. 13, 25 Tibi maximas gratias ago, cum tantum meae literae potuerunt. Auct. ad Herenn. 4, 63 Bene facitis, cum venitis. Ter. Phorm. 5, 7, 77 Ego redigam vos in gratiam, hoc fretus, Chreme, cum de medio exceſſit, vnde haec ſuſcepta eſt tibi. Idem Andr. 3, 2, 8 Quandoquidem eſt ingenio bono, cumque huic veritus eſt optimae adoleſcenti facere iniuriam. Ter. Eun. 3, 5, 18 Cum ipſum me noris, quam elegans formarum ſpectator ſim. Idem Eun. 5, 2, 24 Cum praeſertim ſe ſeruum fateatur tuum. Sall. Iug. 2 *extr.* Cum praeſertim tam multae variaeque artes ſint animi, quibus ſumma claritudo paratur. *Conceſſiua coniunctio eſt* Cic. pro Deiot. *pr.* Quum in omnibus cauſis grauioribus initio dicendi commoueri ſoleam, tamen in hac multa ita me perturbant, *etc.* Idem Fam. 1, 2 Cui cum Cato et Caninius interceſſiſſent (*auctoritati Senatus*) tamen eſt perſcripta. Hirt. B. Alex. 50 Quum familiares eius in illa ſocietate verſarentur, nihilo minus oderant eum. ¶ 2 Cum *et* Iam *confundi in MSS. obſeruat Burm. ad* Calpurn. Ecl. 1, 88.

CVMCVMQVE *et* CVMQVE, *ſiue* CVNQVE *ſignificare videntur* quandocunque. *Nempe* cum *et* quando *ſaepe indifferenter ponuntur. Quemadmodum igitur* Quandocunque *et* Quandoque *idem ſignificant, vti ſuo loco oſtenditur; ſic* Cumcunque *et* Cunque *eandem vim videntur habere.* Lucret. 2, 113 Contemplator enim cum ſolis lumina cunque Inſertim fundunt radios, *etc.* Horat. Carm. 1, 32 *extr. ad lyram,* Mihi cumque ſalue Rite vocanti, *i. quotieſcunque te vocauero.* Vet. Schol. *diſerte interpretatur* Quandocunque. *Non concoquit rariſſimum verbum Bentleius, et ſuſpicatur legendum,* Cuique, *h. e. ſalue mihi vel cuicunque alii ritè vocanti. Heumannus Miſcell. Lipſ. P. 4 p. 141. it. Poeciles Tom. 3 p. 22 audacius,* Mihi nunc reſolue, *i. cauere incipe. Sed recte tuetur antiquam lectionem et Scholiaſtae interpretationem Cuningamus, laudatque praeter Lucretii l. c. etiam* l. 32 C. Theod. de Suſceptoribus, Praepoſitis et Arcariis (12, 6) Aurum ſiue argentum cumque a poſſeſſore confertur, *vbi etiam Iac. Gothofredus explicat* quandocunque. Cic. de Legg. 3 c. 3 Equitem cumque qui regat, habeto pari iure cum eo, quicunque erit iuris diſceptator. *Sed nimis dubius eſt hic locus, quam vt certi quid confici inde queat. Caeterum aliis partibus ſubiunctum hoc* cumque, *ſ.* m *litera, vt ſolet in vicinum elementum* n *tranſeunte,* cunque, *vniuerſalitatem illis inducit, vt* quicunque, quotieſcunque, *etc. Ex eodem fonte ipſum nomen* cunctus *deriuandum, non dubito. Huc vero non refero* Cic. pro Sext. 68 c. 31 Quiſquis erat, — quocunque venerat, quod iudicium cumque ſubierat, damnabatur. *Nam eſt tmeſis non inſolita. Vid. et* TALISCVNQVE.

CVMA, ae, *vel* CVME, es. f. *vel, quod vſitatius* CVMAE, arum. [Κύμη] *Vrbs Italiae, quam Sibylla nobilitauit. Hinc* Sil. 8, 538 Linternum, et quondam fatorum conſcia Cume. Seruius *in illud* Virgil. Aen. 3, 441 Huc vbi delatus Cumaeam acceſſeris vrbem, *etc. ait,* Euboea inſula eſt, de cuius ciuitate Chalcide profecti ſunt ad nouas ſedes quaerendas: et haud longe a Baiis inuenerunt vacuum litus, vbi viſa muliere grauida, ciuitatem condiderunt: quae res fecundam oſtendebat fore Rempubl. et eam Cumas vocauerunt: ſiue ab ἐγκύα, id eſt praegnante, ſiue ἀπὸ τῶν κυμάτων, id eſt ab vndis; nam κύματα dicuntur. υ autem Latini in V vertunt, vt Byrria, Burria. *Hactenus ille.* Virgil. Aen. 6, 2 Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris. *Vid.* Liu. 4, 44 *etc.*

CVMAEVS, a, um. Adi. [Κυμαῖος] *Qui Cumis eſt, ſpeciatim, quae ad Sibyllam Cumanam pertinent, vt* Anni Cumaei Ouid. ex Pont. 2, 8, 41. *i. Sibyllini.* Virgil. Ecl. 4, 4 Vltima Cumaei venit iam carminis aetas, *de quo cecinit Sibylla.* Vrbs Cumaea Idem Aen. 3, 441. Vatis Cumaeae cortina Val. Arg. 1, 5.

CVMANVS, a, um. Adi. *Vt,* Martial. 14, 114 *cuius lemma eſt,* Patella Cumana, Hanc tibi Cumano rubicundam puluere teſtam, Municipem miſit caſta Sibylla ſuam. Vates Cumana Lucan. 5, 183. *Sibylla.* Aſinus apud Cumanos, *competit in eos, qui cum ſint inepti, tamen apud ignotos habentur in pretio. Vid. Lucian. T. 1 p. 407 edit. Graeu.*

CVMANA, ae. f. *Vas fictile ſiue olla a Cumis* Apic. 4, 2 Apuam in cumana compones, *int.* patina. Munda cumana Idem 5, 4. *Laudat hic Liſterus diſtichon neſcio cuius,* At tibi laeta trahunt Samiae conuiuia teſtae, Fictaque Cumana lubrica teſta rota. *Add.* Idem 6, 6. *et* 7, 2.

CVMANVM, i. n. Caulis ſpecies Plin. 19, 8. Scribon. 126. 144, 271. *Nempe* Olus *intelligitur.*

CVMATĬLIS, e. Adi. [κυματικὸς] *Caeſius ſiue Caeruleus: nam Graeci κύματα, fluctus vocant.* Plaut. Epid. 2, 2, 49 Cumatile, aut plumatile, aut cerinum, *i. Veſtimentum caerulei coloris. Quidam* Cymatilem *colorem vocant. Sic* Non. 16, 1.

CVMBA, *vid.* CVBA.

CVMBO, *Veteres dixerunt in tertia coniugatione, quod elucet ex compoſitis, vt* Incumbo.

CVMĔRA, ae. f. Vas ingens vimineum, in quo frumenta conduntur. Siue, Cumerae dicuntur Vaſa fictilia ſimilia doliis, vbi frumentum ſuum reponebant agricolae. Tertio modo, Cumerae dicuntur Vaſa minora, quae capiunt quinque ſiue ſex modios, quae lingua Sabinorum Trimodiae dicuntur. *Hactenus* Schol. *ad* Horat. Serm. 1, 1, 53 Cur tua plus laudes cumeris granaria noſtris? Idem Epiſt. 1, 7, 30 Forte per anguſtam tenuis nitedula rimam Repſerat in cumeram frumenti. *Vide tuentem* Cumeram *hanc contra* Cameram *Dacerii Bentleium.*

CVMERVM, i. n. Vocabant antiqui Vas quoddam, quod opertum in nuptiis ferebant, in quo erant nubentis vtenſilia, quod et Camillum dicebant, eo, quod ſacrorum miniſtrum κάμιλλον appellabant: eſt autem vas hoc nuptiale, a ſimilitudine cumerarum, quae fiunt palmeae vel ſparteae ad vſum popularem, ſic appellatum. Feſtus.

CVMĪNVM, i. n. [κύμινον] *Herba culinaris. Eius duo ſunt genera,* ſatiuum *et* ſilueſtre. *De* ſilueſtri *ſic* Plin. 20, 14 Cuminum ſilueſtre eſt praetenue, quaternis aut quinis foliis veluti ſerratis. *Add.* Plin. 21, 13. *et* 19, 8 ſ. 47. Cumini ſiluatici ſemen Scribon. 119. Cuminum Aethiopicum, Thebaicum Idem 165. Exſangue cuminum Horat. Epiſt. 1, 19, 18. *i. pallidum, ab effectu, vt* Rugoſum piper, et Pallentis grana cumini Perſ. Sat. 5, 55 *quia pallidos reddit, qui bibunt.*

CVMINATVM, i. n. *Condimentum ex cumino factum* Apic. 1, 29 Cuminatum ſuperfundere. *Add.* 4, 2. *it.* Pallad. 12, 12. *Vid.* CYMINATVM.

CVMMI. n. Vſu monoptoton: Tamen feminini: Cinna, *Alpinaque cummi; vt* ſit Genitiuus eius huius cummis, vt puppis, febris, peluis. *Haec* Non. 3, 78. *Videtur legendum,* Alpinaque cummis. *Certe*

CVMMIS, is. Cato R. R. 69. Commis, *ſaepius ap.* Scribon. *Vt* Commis Alexandrina 72. *Sed* Commi Alexandrinum 24. *Frequentius ſcribitur* gummi, *v. v.*

CVMQVE, *vid. ſub* CVM.

CVMVLARE, is. n. *Quid eſſet, docet* Veget. Mulom. 4, 2, 2 A commiſſura renum, quod Cumulare dicitur, vſque ad imum muſcarium, commiſſurae ſunt duodecim. *Vtitur eo nomine etiam* 4, 1, 2.

CVMŬLVS, i. m. [σώρευμα, ἐπίμετρον] *Moles congeſta, aceruus: ſpeciatim ille aceruus, qui in rebus aridis vltra plenam, et exaequatam menſuram aſſurgit.* Liu. 10, 29 Conſulis corpus eo die, quia obrutum ſuper ſtratis Gallorum cumulis erat, inueniri non potuit. Arboreus immanis cumulus Ouid. Met. 12, 514 *arborum in Caenea coniectarum.* Immanis aquarum cumulus Idem Met. 15, 508. Immanibus cumulis aggerat vndas palus Claudian. in Eutrop. 2, 439. Auri cumulos ſtruere Idem in Eutrop. 1, 222. Cladis cumulus Ouid. Met. 14, 472 *quod accedit vltra menſuram iuſtam. Sic* Commendationis cumulus Cic. Fam. 13, 16, *quo illa vltra, quam opus erat, augetur.* Debiti cumulus Papin. in l. maiorem D. de pactis. Plin. 13, 1 Nunc dicetur cumulus ipſe Deliciarum, et ſumma auctoritas rei. Dierum Cic. de Prouinc. Conſ. 26. *Acceſſio vltra conſuetum numerum.* Cic. Fil. Fam. 16, 21 *pr.* Tum vero iucundiſſimae tuae literae cumulum mihi Gaudii attulerunt, *qui nempe ante iam gauderet.* Lapidum cumulus Curt. 4, 3, 7. Laudum beatus omni cumulo Stat. Silu. 4, 3, 158 *ſupra menſuram conſuetam.* Legum immenſus aliarum ſuper alias aceruatarum cumulus Liu. 3, 34 *qui modum excedit.* Malorum maximus Senec. Hippol. 1119. Cic. Att. 1, 16 Iam vero (ô dii boni rem perditam) etiam noctes certarum mulierum, atque adoleſcentulorum nobilium introductiones, nonnullis iudicibus pro Mercedis cumulo fuerunt, *pro corollario. Vid. Caſaub. ad h. l. p. 105 Graeuii.* Perfidiae Ouid. Met. 11, 206. Cic. pro Marcell. *extr.* Tamen ad tua innumerabilia in me vnum merita, quod fieri iam poſſe non arbitrabar, maximus hoc tuo facto cumulus acceſſerit. *Add.* Cic. Fam. 6, 9. Augere magno cumulo Idem Fam. 13, 63. *Et* Att. 16, 11 Deruam cumulum de laudibus Dolabellae, *i. quae modum et quaſi menſuram excedunt in laude illius, delebo e ſcripto.* Cumulus, pro Altitudine, et quaſi acumine aquae Virgil. Aen. 1, 109 Inſequitur cumulo praeruptus aquae mons. Seruius, *qui* augmentum *interpretatur* Aen. 2, 498

Non ſic aggeribus ruptis, quum ſpumeus amnis
Exiit, oppoſitaſque euicit gurgite moles,
Fertur in arua furens cumulo.

Super hos e praetorio auxiliiſque mille equites cumulus proſperis, aut ſubſidium laborantibus ducebantur Tacit. Hiſt. 2, 24, 6. *Recte ergo* Feſtus: Cumulus eſt Qui additur menſurae plenae. *Hinc* Quinct. 6, 1 *pr.* Peroratio ſequebatur, quam cumulum quidam, concluſionem alii vocant.

CVMŬLO, āre. [σωρεύω, ἐπισωρεύω, ἐπιμετρέω] *Coaceruare, augere, ſuperaddere: ſpeciatim vltra menſuram, et id, quod iuſtum eſt, aliquid adiicere.* Cumulare et adaugere Cic. pro Roſc. Amer. 30. Aes alienum cumulare vſuris Liu. 2, 23. Altaria donis cumulat Virg. Aen. 11, 50. Plaut. Capt. 2, 3, 64 Ergo quum optime feciſti, nunc adeſt occaſio Benefacta cumulare, vt erga hunc rem geras fideliter. Beneficia priora poſterioribus cumulare Plin. Epiſt. 3, 4. Cic. Att. 4, 1 Itaque hoc tibi vere affirmo, in maxima laetitia et exoptatiſſima gratulatione, vnum, ad cumulandum Gaudium, conſpectum, aut potius complexum mihi tuum defuiſſe. Gaudia praemiſſi cumulant inopina dolores Claudian. de Bell. Get. 208. Cic. Fam. 9, 14. *et ſub* Att. 14, 17 Tamen non poſſum non confiteri, cumulari me maximo Gaudio, quod vulgo hominum opinio ſocium me adſcribat tuis laudibus. Cic. Offic. 1, 116 c. 32 Quidam autem ad eas laudes, quas a patribus acceperunt, addunt aliquam ſuam: vt hic idem Africanus eloquentia cumulauit bellicam Gloriam. Sueton. Neron. c. 8 Ex immenſis quibus cumulabatur Honoribus, tantum, *etc.* Inuidiam cumulare ſibi Liu. 3, 12. Cic. pro Cael. 37 Nunc meum cor cumulatur Ira, *ex Poëta.* Laudibus aliquem Tacit. Hiſt. 2, 80. Cumulare aliquem multis laudibus apud alios Plin. Epiſt. 3, 11. Muneribus magnis cumulare aliquem Virgil. Aen. 5, 532. Officiis cumulare Plin. Epiſt. 10, 26. Cic. in Catil. 1, 14 Nonne etiam alio incredibili Scelere hoc Scelus cumulaſti?

CVMVIANS medicamentum et adſtruens medicus Scribon. 227.

CVMVLĀTVS, a, um. Partic. [ἐπισωρευθεὶς] Cic. Fam. 9, 14 Tamen Idibus Martiis tantum acceſſit ad amorem, vt mirarer locum fuiſſe augendi in eo, quod mihi iampridem cumulatum etiam videbatur, *i. vltra communem menſuram auctum.* Cumulata cochlearia Scribon. 122. *Sic* Cochlear cumulatum Columel. 12, 21, 3. *Et* cumulata ligula ſalis Idem 12, 21, 2. Locus cumulatus ſtrage ſemiruti muri, *i. aggeſtus et oppletus* Liu. 32, 17. Omni rerum genere cumulata oratio Cic. de Orat. 2 c. 8 *extr.* Orator omni laude cumulatus Idem de Orat. *1*, 20 c. *6*. Virtus perfecta et cumulata Cic. pro Sext. 86. Voluptatibus plurimis et maximis cumulatus Idem de Fin. 2, 63. Vitio cumulata eſt eruditiſſima illa Graecorum natio Cic. de Orat. 2, 18 c. 4. Venia cumulata, *i.* ſolida et plena, cui nihil deeſt. *Add.* Virgil. Aen. 4, 435 Extremam hanc oro veniam: miſerere ſororis: Quam mihi cum dederis cumulatam, morte remittam, *haec et plura* Seru. Vrbs ſtrage virorum cumulata Sil. 15, 409. *Compar. Vt*, Cumulatior gloria Liu. 2, 47. Item cumulatior menſura Cic. de Clar. Orat. 15 c. 4. *Superl.* Cumulatiſſimus ſcelerum Plaut. Aul. 5, 16.

CVMVLĀTE. Adu. [σεσωρευμένος, ἐκπλέως] *Abundanter.* Cic. Fam. 10, 29 De meo ſtudio erga ſalutem et incolumitatem tuam, credo te cognôſſe ex literis tuorum, quibus me cumulatiſſime ſatisfeciſſe certo ſcio. Explere cumulate Cic. de Finib. 2, 42. Facere aliquid planum cumulate Idem Verr. 5, 164. Cumulate haurire medicamentum Scribon. 227. Cumulate publicanis ſatisfactum Cic. Att. 6, 3. Idem de Diuin. 2, 2 Quae vt plene cumulateque Perfecta, de diuinatione ingreſſi ſumus his libris ſcribere. *Compar. Vt*, Augere cumulatius Cic. in Orat. 54 c. 17 *pr.* *Superlat.* Polliceri cumulatiſſime Cic. Fam. 13, 42. Idem Fam. 5, 11 Nec enim mihi tu habuiſti modo gratiam, verum etiam cumulatiſſime retuliſti. *Add.* 13, 4.

CVMVLĀTIM. Adu. [σεσωρευμένως] *Per cumulos.* Varro de R. R. 3, 15, 2 Quibus in tenebris, quum cumulatim poſitum eſt in doliis, fiunt pingues. *Sed Scaliger emendat*, Cum aular poſitum eſt Ambeſis dapibus cumulatim aggeſta redundant Fercula Prud. Apoth. 721.

CVMVLATIO, ōnis. f. *Coaceruatio.* Arnob. 3 p. 108 Buccarum cumulatione ſaccibucces.

CVMPRIME. Adu. Gell. 17, 2 *ex* Q. Claudii annalibus, Nam M. *inquit*, Manlius, quem Capitolium ſeruaſſe a Gallis ſupra oſtendi, cuiusque operam cum M. Furio Dictatore apud Gallos cumprime fortem, *etc.* *Et paullo poſt, ex ſua perſona Apprime* crebrius eſt, *Cumprime* rarius: traductumque ex eo eſt, quod *Cumprimis* dicebant, pro eo, quod eſt *In primis.*

CVMPRIMIS. Sapiens cumprimis noſtrae ciuitatis homo Cic. de Orat. 2 c. 55. Cumprimis reſpiciendum putauerunt ingenium Gell. 1, 13. *Prae caeteris* Lucretius *hac voce frequenter vtitur, v. g. 1, 131 et 717. 2, 536 et 848. Sed melius eſt ſeparatim ea ſcribere, vt in Ciceronis l. c. tanto iuſtius factum a Grutero et reliquis, quia cohaerent* cum primis noſtrae ciuitatis.

## C V N

CVNAE, arum. f. plur. *tantum.* [κοιτίδες, λῖκνα] *Lectus, in quo iacet infans.* Cic. de Senect. 83 c. 23 Et ſi quis deus mihi largiatur, vt ex hac aetate repueraſcam, et in cunis vagiam, valde recuſem. Martial. 11, 40 Cunarum fueras motor, Charideme, mearum, Et pueri cuſtos, *etc.* Perſ. Sat. 2, 31 Ecce auia aut diuûm metuens matertera, cunis Exemit puerum. Ouid. Faſt. 6, 167 Poſt illud neque aues cunas Violaſſe feruntur. Filius tener in cunis Idem Faſt. 4, 512. *Et* Met. 3, 313 Furtim illum Primis Ino matertera cunis Educat. Segmentatae cunae Iuuen. Sat. 6, 89. Cunae, *pro Auium nido* Ouid. Triſt. 3, 12, 10 Vtque malae crimen matris deponat hirundo, Sub trabibus cunas, paruaque tecta facit. *Nota eſt fabula Prognes; quae Ityn filium interfecit, in hirundinem verſa. Singulari vſus eſt* Prudentius, *ſiue quisquis auctor eſt* Diptychi n. 28 Praeſepe iacenti cuna erat. *Vid.* Barth. Aduerſ. 8, 12.

CVNV̆LAE, arum. f. pl. Dimin. Prudent. Cathem. 7, 164 Paruulorum cunulae. *Add.* 11, 98.

CVNABV̆LA, ōrum. n. pl. [κοιτίδια] Lectuli infantium et loca, in quibus naſcimur, *ſecundum* Seru. in Ecl. 4, 23. Cic. de Diuin. 1, 79 c. 36 Qui quum eſſet in cunabulis, educareturque in Solonio, qui eſt campus agri Lanuuini. A cunabulis *(h. e. a pueritia, ab ea aetate, quae in cunabulis agitur)* ſapere Plaut. Pſeud. 2, 4, 48. Columel. 1, 3, 5 Quum a primis cunabulis, ſi modo liberis parentibus eſt oriundus, audire potuerit. In cunabulis creatus Conſul, *i. propter nobilitatem et ius adeo naſcendi: cui opponitur* In campo creatus Cic. contra Rull. 2, 100. Cunabula auium Plin. 10, 33. Virg. Aen. 3, 205 Mons Idaeus vbi, et gentis cunabula noſtrae. Seruius, Nutrimenta *interpretatur. Simpliciter origines et initia intelligam, vt* Apul. Met. 2 p. 128, 27 Sollemnis dies a primis cunabulis huius vrbis conditae craſtinus aduenit. *Sic* Cunabula iuris Pomponius in l. 2 §. deinde Sextus D. de Origin. iuris. *Vid.* INCVNABVLA.

CVNALIS, e. Adi. Cunalis in altum Surgit honos Iſcan. de Bello Troi. . .

CVNARIA, ae. f. *Ancilla, quae cunas mouebat.* Gruter. Inſcript. p. 311

D. M.
TEIAE. TREPTAE. SOROR. PIISSIME. CVNARIAE.
RVFINAE. V. V. GLYPTVS. FRATER, *etc.*

CVNINA, ae. f. Dea, quae infantes in cunis tueri credebatur, et faſcinum ſummouere. *Auctor* Lactantius 1, 20, 36. *Eadem paene* Auguſtin. de Ciu. Dei 4, 8 *et* 11 *ex Varrone.* *Vid.* Non. 2, 756.

CVNCTVS, a, um. Adi. [σύμπας] *Vniuerſus, omnis. Origo nominis videtur eſſe ex* cumque *ſ.* cunque, *quo vniuerſalitatem indicari docemus ſub* CVM: *vt ex* Quinque *eſt* Quinctus, *ita* Cunctus *a* Cunque. Virg. Georg. 1, 343 Cuncta tibi Cererem pubes agreſtis adoret. Pſeudo-Cic. anteq. iret in exil. 13 Quoniam laborem pro cunctis ferre conſueuit. Cuncti ſignificat quidem Omnes, ſed coniunctos et congregatos. At vero Omnes dicuntur, etiam ſi ſint in diuerſis locis, Feſtus. *Similia* Seruius *ad* Aen. 1, 522 Sane cuncti non idem ſignificat, quod omnes. Cicero ſaepe ait, *Cuncti atque omnes*, quia omnes non ſtatim ſunt cuncti, niſi iidem ſint iuncti. *Sed neſcio, an non nimis ſubtilis ſit iſta diſtinctio: ac vellem poſuiſſet Grammaticus locum Ciceronis.* Aegyptus cuncta Cic. de Lege Agr. 2, 41 c. 16. Idem Philipp. 2, 21 In tanta laetitia cunctae Ciuitatis me vnum triſtem eſſe oportebat? Gens Virgil. Georg. 3, 473. Nunc autem ad te confugi exagitatus a cuncta Graecia Nepos 2, 9. Orbis terrarum Virg. Aen. 1, 233. Cic. de Legib. 3, 32 c. 14 Atque haec lex dilatata in cunctum ordinem, *etc.* Patres Horat. Epiſt. 2, 1, 81. Populus Cic. Fam. 3, 11. Prouincia Idem Fam. 10, 21. Senatus cunctus Cic. Fam. 4, 4. *Et* de Natur. Deor. 2, 99 Nemo cunctam intuens terram de diuina ratione dubitaret. *Plural. neutrius abſolute ponitur, vt in Adiectiuis aliis, v. g.* Nec in cunctis ſeruat fortuna tenorem — Amiſitque fidem variando cuncta per omnes Manil. 3, 523 ſq. *Et cum Genitiuo*, Cuncta camporum, *i. cuncti campi* Tacit. Hiſt. 5, 13. Hor. Carm. 2, 1, 23 Et cuncta terrarum ſubacta, Praeter atrocem animum Catonis, *i. cuncta, quae in terris ſunt.* Cuncti *et* Cunei, *item* Cuncti *et* Iuncti, *ſaepe confunduntur Heinſ. et Drakenb. ad* Sil. 4, 144. 6, 690. *et* 9, 641.

CVNCTIM. Adu. Apul. Florid. 2 p. 779 *Floridi.* Non ſigillatim ac diſcretim, ſed cunctim et coaceruatim offerre.

CVNCTALIS, e. Adi. *Generalis.* Mart. Capella 1 p. 16 Lar omnium cunctalis.

CVNCTICINVS, a, um. Adi. *Idem.* Mart. Capella 9 p. 306 Plenitudo cuncticinae voluptatis.

CVNCTIPĂRENS, entis. *Parens omnium.* Prudent. Paſſ. Agnet. v. 128 Cui poſſe ſoli cunctiparens dedit.

CVNCTIPĂTER, tris. *Omnium pater.* Theodulfus Carm. 1, 69 Cui tria cunctipater voluit ſuperaddere luſtra.

CVNCTIPŎTENS, entis. Adi. *Omnipotens.* Prud. Paſſ. Quirin. v. 56 Ieſu cunctipotens. *Add.* Drepan. Carm. ad Amic.

CVNCTOR, āri. [μέλλω, μελλητιάω, ἀναβάλλομαι, ὀκνέω, περιμένω] *Differre, morari. Tractum ab eo, quod cuncti, id eſt omnes ſimul, ſine difficultate moueri non poſſunt. Alii malunt* CONTOR, *vbi vid. Pertinet hoc ad totam velut verbi huius familiam. Si me audiant homines* cunctari *ſcribant, moras nectere;* contari; *explorare. Certe apud* Virgilium *ſemper in morandi ſignificatione, ſemper quincta vocali ſcribitur; neque, puto,* Fabium Contatorem *quisquam temere dixerit. Contra* Percontari *ſemper apud* Terentium, *explorandi intellectu ſemper legitur.* Cunctatus non ſum in curſu bonorum conſiliorum Cic. Fam. 10, 15. Idem de Vniu. c. 3 *extr.* Quam ob cauſam non eſt cunctandum profiteri, — hunc mundum animal eſſe. Diutius cunctari in vita Cic. Tuſc. 1, 111. Ad medium iter cunctari Valer. Argon. 3, 656. Fides cunctata eſt Stat. Theb. 9, 37. *i. credulitas, non ſtatim credidit Polynices.* Magno alicuius amore Valer. Argon. 3, 606. Metu cunctari Virgil. Aen. 12, 916. Cic. in Catil. 2, 13 Quum Haeſitaret, quum cunctaretur, quaeſiui quid dubitaret proficiſci eo, quo iampridem pararat. Idem Att. 7, 12 An cuncter et tergiuerſer, et iis me dem, qui tenent, qui potiuntur? Cic. pro Sext. 81 An etiam tunc Quieſceretis, cunctaremini, timeretis? Reſtituere rem cunctando, *vid. mox* CVNCTATOR. Virgil. Georg. 4, 107 Non illis quisquam cunctantibus altum Ire iter, aut caſtris audebit vellere ſigna. *De rege apum.* ¶ 2 Cunctare *actiue dixit* Plaut. Caſ. 4, 2, 13 Cunctas? intus alii feſtinant. ¶ 3 *Tranſitiue.* Stat. Theb. 6, 626 Furit vndique clamor Diſſonus, ambiguumque ſenis cunctantur Adraſti conſilium, *i. interpellant, retinent, non patiuntur illum proferre conſilium ſuum. Sic Barth. ex MS. et ſententia. Al.* cunctatur. *Sic ibid. 7, 1* Atque ea cunctantes Tyrii primordia belli — Pelaſgos, *i. tarde adminiſtrantes. Et* 11, 268 Vt dubium, et pugnas cunctantem Eteoclea vidit. *Et* 3, 719 Magnos cunctamur, nata, paratus. *Vt nempe* feſtinare aliquid, *et* properare, *et* morari *dicimus.*

CVNCTANS, āntis. Partic. Regina cunctans Virgil. Aen. 4, 133. Impellere cunctantem Claudian. ſext. Conſ. Hon. 360. Increpat cunctantes ſocios Virgil. Aen. 10, 831. Animus cunctans Claudian. in prim. Conſ. Stilich. 1, 75. Corda cunctantia Val. Argon. 3, 693. Glebae cunctantes, *i. validae, graues, magnae* Virgil. Georg. 2, 236 *vt* Seruius *declarat. Vid.* CVNCTOR, n. 3. Ira cunctante modeſtior Stat. Theb. 5, 680. Idem Silu. 1, 4, 52 Et ſubiti praeceps iuuenile pericli Nil cunctante Malo. Pectora cunctantia Valer. Argon. 7, 176. *i. quae ſunt in dubio.* Tauri cunctantes, *qui ſub iugo eunt tarde* Idem Argon. 7, 64. Sueton. Domit. c. 17 Cunctantibus conſpiratis, quando et quomodo, id eſt, lauantemne an coenantem aggrederentur. *Comparat. Vt*, Ad dimicandum cunctantior factus Suet. Caeſ. 6. Actus cunctantior Lucret. 3, 193.

CVNCTANTER. Adu. [ὀκνηρῶς] *Cum mora et tarditate.* Liu. 1, 36 Tum illum haud cunctanter diſcidiſſe cotem ferunt. *Add.* 3, 6. Cunctanter aliquid facere Plin. 33, 1. Dum cunctanter accedo Apul. Met. 4 p. 112. *Compar.* Tacit. Ann. 1, 71 Data vtrique venia: facile Segimero: cunctantius filio. *Add.* Valer. Max. 9, 3, 8.

CVNCTATVS, a, um. Adi. Curt. 5, 6, 2 Rex phalangem nil cunctatus inducit. *Compar.* Plin. Epiſt. 2, 16 *ſine varietate legitur*, Cunctatior fortaſſe et cautior eſſe deberem. Sum ad dicendum nimia reuerentia veſtri contatior Apul. Florid. p. 813, 7 *Floridi.* Suet. Caeſ. c. 80 Qui primum cunctati vtrumne illum in campo trucidarent, an in ſacra via, *etc.* *Add.* 81. *et* Calig. 58.

CVNCTATIO, ōnis. f. [μέλλησις, ὄκνος] *Tardatio, mora.* Velocitas iuxta formidinem, cunctatio propior conſtantiae eſt Tacit. Germ. 30, 5. Cic. Offic. 1, 72 Sed iis, qui habent a natura adiumenta rerum gerendarum, abiecta omni cunctatione, adipiſcendi magiſtratus, et gerenda Reſpublica eſt. Studium ſemper adſit cunctatio abſit Idem de Amic. c. 13. Nonnunquam cunctatione et tarditate, dum otium volunt etiam ſine dignitate retinere, vtrumque amittunt Cic. pro Sext. c. 47. Inter cunctationem ingrediendi flumen ab hoſtibus oppreſſi Liu. 21, 56. Sine cunctatione dicere, quod ſentimus Cic. in Vatin. 15. Preſſa et decora in ſermone cunctatio Plin. Epiſt. 1, 22. Hirt. Bell. Alex. 2 Neque vero Alexandrinis in gerendis negotiis cunctatio vlla aut mora inferebatur. Liu. . . . Quae res Senatui omnem cunctationem Macedonici belli Exemit. Iniicere, *vid. h. v.* Caelius Ciceroni Fam. 8, 16. *et ſub* Attic. 10, 9 Denique illud cogita, quod offenſae fuerit, in iſta cunctatione, te ſubiſſe.

CVNCTĀTOR, ōris. m. [μελλητὴς] *Qui cunctatur, et moras nectit.* Liu. 6, 23 Cunctatorem ex acerrimo bellatore factum. Cic. Fam. 8, 10 Noſti Marcellum quam Tardus et parum efficax ſit, itemque Seruius quam cunctator. *Eſt et virtutis nomen:* Liu. 22, 12 Dein propalam in vulgus pro cunctatore ſegnem, pro cauto timidum, affingens vicina virtutibus vitia, compellabat. *Magiſter equitum Dictatorem, Fabium, qui a Romanis* Cunctator *appellatus, honoris gratia, de quo* Ennius *apud* Cic. Offic. 1, 84 c. 24. *et* de Sen. c. 4

Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem.
Non ponebat enim rumores ante ſalutem.
Ergo poſtque magisque viri nunc gloria claret.

Virgil. Aen. 6, 846 Tu Maximus ille es, Vnus qui nobis cunctando reſtituis rem. *Sed* Non cunctator iniqui Stat. Theb. 3, 79. *paratus ad inique agendum.*

CVNCTABVNDVS, a, um. Adi. [μελλητιῶν] *Cunctans.* Liu. 6, 7 Quod vbi aciem iam inſtruenti Camillo Centuriones renuntiauerunt turbatas militum mentes eſſe, ſegniter arma capta, cunctabundosque et reſiſtentes egreſſos caſtris eſſe, *etc.* Nusquam cunctabundus, niſi quum in Senatu loqueretur Tacit. Ann. 1, 7. *de Tiberio Caeſare.*

CVNCTĀMEN, inis. n. *Cunctatio.* Pauidae cunctamine mentis Paullin. Carm. 23, 416 de S. Felice.

CVNEVS, i. m. [σφὴν] *Inſtrumentum formae pyramidalis, lateribus plerumque oppoſitis binis triangularibus, alteris e quadrato oblongis, quo ad aliquid ſcindendum et diuidendum vtimur.* Cic. Tuſc. 2, 23 Hos ille cuneos fabrica crudeli inferens (*al.* inſerens) Perrupit artus. Colum. 4, 29, 9 Calamus *inſerendus* figuretur in ſpeciem cunei, ſic vt ab ima parte acutus ſurculus latere altero ſit tenuior, altero plenior. Cato 20, 1 Cuneis ſalignis circumfigi oportet Columellam. Colum. 5, 11, 4 Cuneus ferreus vel oſſeus *in inſitione adhibendus.* *Sic* Cuneus affigitur Pall. Nou. 7, 5. Figitur Pall. Mart. 10, 30. Tedae radicibus inſeritur *Id.* Ian. 15, 3. Mergitur *ibid.* ſ. 9. Imprimitur ſ. 11. Virg. Georg. 2. 79 Et alte Finditur in ſolidum cuneis via: deinde feraces Plantae immittuntur. Gemit robur adactis cuneis Valer. Argon. 3, 164. Scindere lignum cuneis Virg. Georg. 1, 144. *Prouerb.* Hoc eſt quod vulgo dicitur, malo arboris nodo malus clauus vel cuneus inſigendus eſt Hieron. in Matth. c. 21. Vel inter cuneos ferreos Plaut. Stich. 4, 2, 39. *i. vel in arctiſſimo potero accumbere loco.* ¶ 2 Cuneus, [Vet. Gl. στρατιωτῶν λόχος] *per translationem a Similitudine* dicitur *apud* Veget. 3, 19 Multitudo peditum, quae iuncta acie primo anguſtior, deinde latior procedit, et aduerſariorum ordines rumpit, quia a pluribus in vnum locum tela mittuntur. Liu. 8, 10 Tantaque caede perrupere cuneos, vt vix quartam partem relinquerent hoſtium. Acies per cuneos, componitur Tac. Germ. 6, 8. Quinctil. 2, 13, 4 Nunc acie directa, nunc cuneis, — pugnabitur. Virg. Aen. 12, 457 Denſi, cuneis ſe quisque coactis Agglomerant. *De equitatu et peditatu coniunctis dici volunt Heinſ. et Drakenb. ad* Sil. 4, 144. Turbati Virg. Aen. 12, 269. ¶ 3 *Gradus et ſedilia theatrorum in orbem ſtructa, per minores gradus ſ. ſcalas verſus centrum directas, quas proinde partes radiorum imaginari licet, in* Cuneos *diuidebantur: quo enim remotior a centro quisque arcus inter ſcalas illas interceptus, tanto maior eſt; minor, quo propior. Hinc ipſi quoque ſpectatores in gradibus ita diuiſis ſedentes* Cunei *nomine vocantur.* Virg. Georg. 2, 509 Hunc plauſus hiantem Per cuneos (geminatus enim) plebisque patrumque corripuit. *Nempe in theatris et ſpectaculis plauſus datus non actoribus modo aut munerariis adeo, ſed aliis quoque gratioſis, theatrum ingredientibus.* Iuuen. Sat. 6, 61 Cuneis an habent ſpectacula totis Quod ſecurus ames? *Imprimis huc pertinet* Vitruu. 5, 6 Cunei ſpectaculorum in theatro ita diuidantur, vt anguli trigonorum, qui currunt circum curuaturam circinationis, dirigant aſcenſus, ſcalasque inter cuneos ad primam praecinctionem. *Et* Suet. Aug. c. 44 Maritis e plebe proprios ordines aſſignauit: praetextatis cuneum ſuum. *Sic* Ordinis ſenatorii et equeſtris cunei Idem in Domit. 4. Phaedr. 5, 7, 35 Vt vero cuneis innotuit res omnibus. Vet. Gl. Cuneus θεάτρου κερκὶς, *it.* φιλὴ θεάτρου. ¶ 4 Cunctus *et* Cuneus *confundi, ibi obſeruatum eſt.*

CVNEŎLVS, i. m. Dimin. [σφηνίον] Cic. de Vniuerſ. 41 c. 13 Easque (*particulas*) inter ſe copulabant haud iisdem vinculis, quibus ipſi erant colligati, ſed talibus, quae cerni non poſſent propter paruitatem, crebris quaſi cuneolis iniectis vnum efficiebant ex omnibus corpus. *Adde* Pallad. Febr. 17, 3 Cuneolum praemittere.

CVNEO, āre. [σφηνόω] *Cuneo diſtinere.* Plin. 16, 40 Aut ſi quid cuneandum ſit in ligno. Per vim cuneari, et quae natura iuncta ſunt, diſtrahere Quinctil. 4, 3, 4. *i. intrudi, inferciri.* Plin. 3, 3 Hiſpania cuneatur anguſtiis, inter duo maria, paullatim deinde ſe pandens. *i. Cunei formam habet.* *Sic* Se in diuerſos angulos cuneat Mela 3, 6. Sen. Epiſt. 119 (118) Vnus lapis facit fornicem, ille qui latera inclinata cuneauit, et interuentu ſuo vinxit. *i. cunei forma, quam habet, diſtinuit.*

CVNEĀTVS, a, um. Adi. [σφηνωτὸς] Liu. 9, 40 Forma erat ſcuti, ſummum latius qua pectus atque humeri teguntur, faſtigio aequali, ad imum cuneatior mobilitatis cauſa. *i. paullatim anguſtior, decreſcente latitudine.* Columel. 5, 2, 4 Sin autem cuneatus ager fuerit, vt puta longus pedes centum, latus ex vna parte pedes XX et ex altera (*oppoſita*) pedes X: — hos in eo cuneo quadratos pedes eſſe dicemus. *A cuneis theatri, de quibus* n. 3 *vocatur* Cuneatum Theatrum Auſon. Lud. VII Sap. prol. v. 21. *Add. Lipſ. de Amphith.* c. 13. Collis cuneatus Ouid. Met. 13, 778. *i. in cunei ſimilitudinem factus.*

CVNEATIO, ōnis. f. Scribonius Largus 47 Donec quum (Donicum *i.* donec) videatur pator narium Cuneatione quadam recipere poſſe fiſtulam: *iubet fiſtulam circumuoluendo linteolo ita conformari, vt anguſte velut Cuneum intruſum foramen narium illam recipere poſſit.*

CVNEĀTIM. Adu. [κατὰ στίφη Vet. Gloſſ.] *Per cuneos.* Caeſ. Bell. Gall. 7, 28 Hoſtes re noua perterriti, muro, turribusque deiecti, in foro ac locis patentioribus cuneatim conſtiterunt.

CVNICŬLVS, i. m. [δασύπους] *Animal lepori ſimile, ſub terra eſſoſſa latere ſolitum.* Varro de R. R. 3, 12, 6 Tertii generis eſt, quod in Hiſpania naſcitur, ſimile noſtro lepori ex quadam parte, ſed humile, quem cuniculum appellant. *Et paullo poſt*, Cuniculi dicti ab eo, quod ſub terra cuniculos ipſi facere ſoleant, vbi lateant in agris. *Nempe* Gaudet in eſſoſſis habitare cuniculus antris: Monſtrauit tacitos hoſtibus ille vias Martial. 13, 60. *Conſ.* Mollior capillo cuniculi Catul. 23, 1. Cuniculus, (*editur* Cuniculum) Foramen ſub terra occultum, aut ab animali quod ſimile eſt lepori, appellatur, cui ſubterfoſſa terra latere eſt ſolitum: aut a cuneorum ſimilitudine, qui omnem materiam intrant findentes. *Haec* Feſtus. Veget. 4, 24 Genus oppugnationis eſt ſubterraneum atque ſecretum, quod cuniculum vocant a leporibus, qui cauernas ſub terris fodiunt, ibique conduntur. Adhibita ergo multitudine, ad ſpeciem metallorum, in quibus auri argentique venas Beſſorum rimatur induſtria, magno labore terra defoditur, cauatoque ſpecu in exitium ciuitatis inferna quaeritur via. Quae fraus duplicibus operatur inſidiis. Aut enim penetrant vrbem, et — egrediuntur per cuniculum aut — murorum fundamenta — ſuffodiunt *etc.* *De priore genere* Quinctil. Declam. 255 Superuacuum eſt cuniculos fodere et per occultos ſpecus ingenti labore exhauſtos terrae in mediam ſubito emergere ciuitatem. *De poſteriore* Caeſ. Bell. Gall. 7, 22 Aggerem cuniculis ſubtrahebant, *de obſeſſis agit, qui actis ex vrbe cuniculis oppugnantium aggerem ita ſubruebant.* *Mataphor.* Cic. de Lege Agr. *pr.* Quae res aperte petebatur, ea nunc occulte cuniculis oppugnatur. *Sed proprie* Cic. Off. 3, 90 Quid ſi pater fana expilet, cuniculos agat ad aerarium, indicetne id magiſtratibus filius? *Conſ.* Curt. 4, 6, 8. Liu. 23, 18 Tranſverſis cuniculis hoſtium cuniculos excipere. Subruere muros cuniculis Curt. 4, 6, 21. *et* 7, 6, 23. Liu. 5, 19 *et* 21. Cuniculus ad alias cauitates transfertur *v. g.* Plin. 2, 43. *et* 2, 80. *Sic* Riui cuniculus Colum. 8, 17, 4. *tectus riuus.* Plin. 9, 38 Feruere in plumbo, ſingulisque aquae amphoris centenas atque quinquagenas medicaminis libras aequari, ac modico vapore torreri, et ideo longinquae fornacis cuniculo.

CVNICVLVM, i. n. *In* Feſti *editionibus eſſe, modo diximus.*

CVNICVLINVS, a, um. Adi. *Vt*, Cuniculinae pelles Cathol.

CVNICVLARIS, e. Adi. *Vt*, Herba cunicularis Marcell. Emp. 14.

CVNICVLARIVS, i. m. [ὑπονομευτὴς] *Qui ſub terris cuniculos fodit.* Vegetius 2, 11 Haec enim erit cura praecipua, vt quidquid exercitui neceſſarium videbatur, nunquam deeſſet in caſtris, vsque eo, vt etiam cunicularios haberent, qui ad morem Beſſorum ducto ſub terris cuniculo, murisque intra fundamenta perfoſſis, improuiſi emergerent ad vrbes hoſtium capiendas. *Vid.* Ammian. 24, 15 (4 Val.) *Conſ. Barth. ad* Stat. Theb. 2, 418 p. 496.

CVNICVLĀTIM. Adu. *Ad modum cuniculi.* Plin. 9, 36 Alterum genus concharum, purpura vocatur, cuniculatim procurrente roſtro, et cuniculi latere introrſus tubulato, qua proferatur lingua *Add.* Ib. c. 33.

CVNICVLATOR, ōris. m. *Cunicularius.* Luctat. in Stat. Theb. 2, 418 Foſſores dicuntur in exercitu cuniculatores, qui cuniculos faciunt, per quos introgreſſi milites murorum fundamenta conuellunt.

CVNICVLŌSVS, a, um. Adi. [ὑπονομώδης] *Cuniculis plenus.* *Vnde* Catullus Celtiberiam *vocat* Cuniculoſam. *Vid.* CELTIBERIA.

CVNĬLA, ae. f. [κόνυζα] *Herba eſt, quam Theodorus Gaza* Pulicarem *conuertit.* Cunilla, quam ſatureiam quidam vocant Scribon. 124. *Add. quae Rhod. in Lex. attulit.* Columel. 9, 4 Eadem regio foecunda ſit fruticis exigui, et maxime thymi, aut origani, tum etiam thymbrae, vel noſtratis cunilae, quam ſatureiam ruſtici vocant. Plin. 20, 16 ſ. 61 Cunilae praeter ſatiuam (Satureiam) plura ſunt in medicina genera. Quae bubula appellatur, ſemen pulegii habet, vtile ad vulnera commanducatum impoſitumque, vt quinto poſt die ſoluatur *etc.* *Et* ſ. 62 Eſt alia Cunila, Gallinacea appellata noſtris. Graecis Origanum Heracleoticum. Prodeſt oculis trita, addito ſale. Tuſſim quoque emendat, et iecinorum vitia. S. 63 Tertium genus eſt eius, quae a Graecis maſcula, a noſtris cunilago vocatur, Odoris foedi *etc.*

CVNILĀGO, ĭnis. f. [κόνυζα ἀγρία] *De qua modo dictum. Add.* Plin. 19, 8.

CVNINA, *vid.* CVNAE.

CVNIO, īre. *inquit* Feſtus, eſt Stercus facere: dictum a Cunis infantium, quae ſaepe ſtercore foedantur. *Potius cognatum puto* Coenum. *Notum eſt, quoties* OE *et* V *permutentur, vt in* Poena punio, Poeni Punicus, Munio moenia *etc.* *Caeterum ab hoc verbo etiam deriuant* Inquinare.

CVNNVS, i. m. [βίττος] *Nomen inhoneſtum certe Satyricum Pudendi muliebris.* Auctor carminis Priapeii Si qua eſt non fatui puella cunni. Nam fuit ante Helenam cunnus teterrima belli Cauſa Hor. Serm. 1, 3, 107. *i. mulier per Synecdochen.* *Sic* Mirator cunni Cupiennius albi: *Verſus eſt* Hor. Serm. 1, 2, 36 *ſatyricae obſcenitatis: de quo* Turnebus 11, 5. *Videtur, inquit, ex pudenda parte mulierem intelligere, ex albo ingenuam. At in ingenuis ſtupra legibus vindicabantur, non autem in libertinis. Ingenuae vero mulieres albatae erant, libertinae atratae, nobiliores purpuratae. Artemidorus* καὶ εἰ μὲν ἡ χλαμὺς εἴη λευκὴ, ἐλευθέραν ὁ ἰδὼν γαμήσει· εἰδὲ μέλαινα, ἀπελευθέραν· εἰδὲ πορφυρᾶ, εὐγενεστέραν ἑαυτοῦ. *Sic enim coniicit ſomnia iſta Artemidorus, quod his eſſent ſolitae veſtibus vti ingenuae, libertinae, et nobiles. Haec ille. Quam reformidarint hoc nomen in familiari etiam ſermone, illud indicat, quod* Ciceronis *verbis dicemus* Orat. 154 c. 45 Quid? illud non olet vnde ſit, quod dicitur *cum illis;* *cum* autem *nobis* non dicitur, ſed *nobiſcum?* quia ſi ita diceretur, obſcenius concurrerent literae, vt etiam modo, niſi *autem* interpoſuiſſem, concurriſſent. Ex eo eſt *mecum* et *tecum*, vt eſſet ſimile illis *vobiſcum* atque *nobiſcum.* *Add.* Famil. 9, 22.

CVNNILINGVS, i. m. Martial. 12, 59.

CVNQVE, *vid.* CVMQVE *ſub* CVM.

CVNYZAMIS, ĭdis. f. [κονυζαμὶς] Herba, quae alio nomine Cunilago dicitur Plin. 19, 8.

## C V P

CVPA, *vel, quod ſaepe libri praeferunt*, CVPPA, ae. f. *Vas vinarium maius, cui Germanorum* Kufe *reſpondere videtur.* Iſid. 20, 6 Dolium (*antiqua editio hic interponit R.*) Cupos et Cupas a capiendo *i.* accipiendo aquas vel vinum vocatas volunt, vnde et caupones. Nonius 15, 7 In generibus vaſorum et poculorum *ponit* Cupas et tinas, *laudatque* Varronis *verba*, Mori longi cum operculo ad cupas, tertio amphoras. Id. Nonius 2, 113 e Varrone *affert* Cupas vinarias ſirpare noli (*vid.* SCIRPO) *Et*, Alteram viam deformaſſe Carneadem virtutis e cupis acris aceti, *qua forma magnam vim acrimoniae et ſubtilis ingenii denotare videtur.* Cupas *in cella vinaria collocat* Pallad. 1, 18, 2 Si copia maior eſt, *intell. quam vt capiant illam dolia in terram defoſſa*, medium ſpatium cupis deputabitur, quas ne ambulacra prohibeant, baſellis altioribus impoſitas, vel ſuper obruta dolia poſſumus collocare ſpatio inter ſe longiore diſtantes, vt, ſi res exigat, curantis tranſitus poſſit admitti. Quod ſi cupis locum ſuum (*a doliis diuerſum*) deputabimus *etc.* *Sed* vinum de Cupa *quod Piſoni obiicit Cicero eſt* de Copa *ſ.* Cupa *h. e.* CAVPONA *v. v.* *Lambinus etiam huc vocat* Hor. Serm. 2, 2, 123 Poſthaec ludus erat cupa potare magiſtra: *Sic enim legit pro* Culpa, *quod habent omnes libri, et intelligit poculum, cyathum, quo quis pro arbitrio vteretur.* *Ac* cupam, *pro poculo poni putabatur in* Copa Virgilio *tributa* v. 6 Sunt cupae, calices, cyathi, roſa, tibia, chordae. *Sed Scaliger ex MSS. reſtituit*, Sunt topia et calybae. *Quod ex* Naeuio *citant*, Duas cupas mero plenas exhauſit *forte non eſt Naeuii, aut ſi eſt, hyperbolicum eſt.* *Cum igitur vas, in quo biberetur, cupam fuiſſe, probari non poſſit, forte facilius audias eum, qui dicat,*

dicat, cupa magiſtra potare *eſſe tam diu bibere, donec ſuppeditet cupa. Bentleius* Cupam *i.* Copam *vel* CAVPONAM *intelligit, v. v. Sed conſidera etiam, quae dicimus in* CVLPA. *Iam pergamus oſtendere* Cupam *eſſe vas maius* Vet. Gloſſ. Cupa *ſ.* Vagna Βῦττις μεγάλη, ἥν τινες γαυλὸν καλοῦσιν. *Vid. de hac gloſſa Salmaſ. ad* Lamprid. Maximinos 22. Vlp. l. 15 §. 6 D. de Vſufr. et quemadm. Dolia, cuppas, cados, amphoras *coniungit.* *Et* l. 3 §. 1 de trit. vino vel oleo leg. In dolio non puto verum, vt vino legato et dolia debeantur — in cuppis autem *ſ.* cuppulis puto admittendum, et ea deberi, niſi pari modo immobiles in agro, velut inſtrumentum agri, erant. *Et* l. 8 de inſtructo vel inſtr. leg. *inter* conſeruandi fructus inſtrumenta *ponit*, Dolia licet defoſſa non ſint, et cupas. Scaeuola l. 93 §. 4 D. de Legat. et fideic. III. Vaſa vinaria, id eſt cuppae et dolia, quae in cella defixa ſunt. Alfenus l. 31 D. Locati, Quod ſi ſeparatum tabulis aut aeronibus, aut alia cupa clauſum vniuſcuiuſque triticum fuiſſet, ita vt internoſci poſſet *etc.* Auguſtin. Conf. 9, 8 Nam cum de more puella iuberetur a parentibus de cuppa vinum depromere ſubmiſſo poculo. *Ligneas fuiſſe* cuppas, *cum* Plinius *docet* 16, 10 ſ. 18 Piceae ad fiſſiles ſcandulas, cupasque; *tum ſatis oſtendit vſus militaris.* Veg. 3, 7 Nauigeri amnes colligatis inanibus cuppis additiſque trabibus, tranſitum praebent. Lucan. 4, 420

Namque ratem vacuae ſuſtentant vndique cupae.
Quarum porrectis ſeries conſtricta catenis
Ordinibus geminis obliqua excipit alnos.

Capitolin. Maximinis 22 Ponte cuppis facto Maximinus fluuium tranſiuit. *Multa hic e Graecis Caſaub. et Salmaſ. Ingentes nonnunquam fuiſſe, ſatis docet* Plin. 23, 2 ſ. 31 Ergo vini faeci tanta vis eſt, vt deſcendentes in cupas enecet. Experimentum demiſſa praebet lucerna, quam diu extinguatur periculum denuncians. Caeſ. B. C. 2, 11 Cupas taeda ac pice refertas incendunt, casque de muro in muſculum deuoluunt. Frontin. 3, 14, 3 Hirtius Mutinenſibus obſeſſis ab Antonio, ſalem, quo maxime indigebant, cupis conditum per amnem Scultennam intromiſit. ¶ 2 Cupa Catonis de R. R. 20 *it.* 21 *et* 22 *alia res eſt, nempe* miliarium, *pyxis, ſ. receptaculum columellae in trapeto.* ¶ 3 *Salmaſ. ad* Capitolin. *l. c.* Cupam *vnice probat eo intellectu, quem tradimus, i. antiquo: Cuppam poculi nomen recentius eſſe, quam Galli* vne coupe *vocent. Placet* ἀκρίβεια. *Sed libri, vt initio diximus, confundunt.* Cuppa *pro poculo plane huius loci non eſt.*

CVPVLA, ae. f. Dimin. *Modo dedimus ex* Vlpian. l. 3 §. 1 D. de tritico vino vel oleo leg.

CVPELLA, ae. f. *Aliud* Dimin. Apic. 1, 2 In cupellam mittere.

CVPELLVM, i. n. *Idem.* Pallad. Febr. 25 Vel in cupellis, vel in vaſculis fictilibus condiuntur. κύπελλον, Polluci 6, 16.

CVPEDIA, CVPEDO, CVPEDINARIVS, *vid.* CVPES.

CVPENCVS, i. m. Lingua Sabinorum Sacerdos vocabatur, *quod notat* Seruius. *Hinc* Virg. Aen. 12, 539 videtur nomen deduxiſſe, quum ait, Nec di texere Cupencum.

CVPES, *et* CVPEDIA. [ἡδύσματα, πέμματα] Antiqui lautiores cibos nominabant: inde Macellum forum cupedinis appellabant. Cupedia autem a Cupiditate ſunt dicta. Vel ſicut Varro vult, quod ibi fuerit Cupedinis (*ſ.* Cupedii) equitis domus, qui fuerat ob latrocinium damnatus. *Haec* Feſtus. Varro de L. L. 4, 32 p. 35, 34 Ad corneta forum cupedinis, a Cupedio, quod multi forum Cupidinis, a cupiditate. *Quem hic* Cupedium *vocat de illo* Donatus ad Ter. Eun. 2, 2, 25 *ex* Varronis humanarum rerum, Numerius Equitius Cupes et Romanius Macellus ſingulari latrocinio multa loca habuerunt infeſta. His in exilium actis publicata ſunt bona, et aedes vbi habitabant dirutae, eque ea pecunia Scalae deum penatium aedificatae ſunt. Vbi habitabant, locus vbi venirent ea, quae veſcendi cauſa in vrbem erant allata. Itaque ab altero macellum, ab altero forum Cupedinis appellatum eſt. *Sed haec quidem fabellam ſapiunt. Melius Scaliger in Coniectan. ad l. c. et Voſſius in etymol. a* Caupone, Copa, *ſ.* Cupa *deriuant ſecundum hos ergo fuerit*

CVPES, [λίχνος, λαίμαργος] *qui lautioribus cibis inhiat, cupas ſectatur et cauponas.* Plaut. Trin. 2. 1, 13 Blandiloquentulus, harpago, mendax, cupes, (*Gron.* Cuppes) auarus. Vet. Gloſſ. Cuppes, faſtidioſus, ſuperbus, cupidus. *Nempe* faſtidium *guloſorum eſt,* ſuperbo *dente cibos delicati tangunt, vt ille mus vrbanus* Horat. Sat. 2, 6, 87.

CVPEDIA, orum. n. pl. [προσφάγια, ἀρτύματα] *Cibi delicatiores.* Plaut. Stich. 5, 4, 32 Melius dicis, nihil moror cupedia.

CVPEDIA, ae. f. [ὀψοφαγία, λιχνεία] *Videtur eſſe gulae ſtudium cum faſtidio et deliciis.* Cic. Tuſc. 4, 26 c. 11 Aegrotationi autem talia quaedam ſubiecta ſunt, auaritia, ambitio, mulieroſitas, peruicacia, liguritio, vinolentia, cupedia, et ſi qua ſimilia.

CVPEDIAE, ārum. f. Cibi lautiores. Gell. 6, 13 Ne omnino immunes et — aſymboli veniremus, coniectabamus ad coenulam non cupedias ciborum, ſed argutias quaeſtionum. Id. 7, 16 Has vndique vorſum indagines cupediarum maiore deteſtatione dignas cenſebimus. Ammian. 26, 18 Cupediarum mercatores.

CVPEDO, inis. f. *Eadem videtur, quam Cupediam dici a Cicerone, modo obſeruatum eſt, ſtudium Cupae ſ. Cauponae: aut eſt forte ſimpliciter* Cupido, *quam* Cuppedinem *eſſe Lucretio, mox oſtendamus poſt* CVPIDO. Forum Cupedinis *quod iam ex* Feſto *et* Varrone *dedimus, habet etiam* Apul. Met. 1 p. 113, 14 Vt prius aliquid nobis cibatui proſpicerem, forum cupedinis peto.

CVPEDINARIVS, i. m. [ζωμοποιός] *Eſculentarum rerum cupediarum, venditor, in foro cupedinis.* Ter. Eun. 2, 2, 25 Concurrunt laeti mi obuiam cupedinarii omnes. *Vbi* Eugraphius, Cupedinarii, qui cupiditatibus populi ſeruiunt. *Et* Donatus, Cupedinarii omnes, qui eſculenta et poculenta vendunt: a rebus cupidinis ob alimentum, cupedinarii appellantur. Apul. Apol. p. 295, 4 Eo pacto cupedinariis omnibus famem decernis. Quis enim ab illis obſonare audebit? Lamprid. Heliogab. 30. Pinxit ſe vt cupedinarium. *Per duplex* pp *ſcribi vbique, et a* Cuppedine *i. Cupidine Lucretii deriuari, vult Salmaſ. ad loc.*

CVPĪDO, ĭnis. m. [Ἔρως] *Deus amoris Venerei praeſes, qui filius Veneris fuiſſe fingitur a Poëtis.* Plaut. Merc. 5, 2, 13 Cupido quantus es. Cic. de Nat. Deor. 3, 59 Cupido primus Mercurio et Diana prima natus dicitur. Secundus Mercurio et Venere ſecunda. Tertius quidem eſt Anteros Marte et Venere tertia. Puer, ac volucer *cur ſit* Cupido, et Sagittis ac face armatus, *materia, in qua ſtilus exercetur* Quinctil. 2, 4, 26. Ouid. Amor. 1, 11, 11 Credibile eſt et te ſenſiſſe Cupidinis arcus. Arma violenta Cupidinis Ouid. Met. 9, 542. Idem ibid. 9, 733 Femina femineo correpta Cupidine nulla eſt. *i. Amore.* Sen. Hippol. 275 Quam vocat matrem, geminus Cupido, *nempe* Ἔρως *et* Ἀντέρως. *Add.* Oed. 300 Concutit taedas geminus Cupido, *vbi tamen potius mutuus videtur.* Ouid. Faſt. 4, 1 *Venus eſt* Geminorum mater Amorum. Laſciuus puer Sen. Hippol. 3. Lentum cupidinem ſollicitare Hor. Carm. 4, 13, 5. Idem Epod. 17, 57 Sacrum liberi Cupidinis, *libidines effrenes.* Paruus Ouid. Epiſt. 16, 113. Pharetratus Idem Amor. 2, 5, 1. Cic. de Nat. Deor. 3, 58 Dianae item plures: Prima Iouis et Proſerpinae, quae Pinnatum Cupidinem genuiſſe dicitur. Sedatum Cupidinem Plaut. Amphitr. 2, 2, 210 *Alcmena ſibi tribuit, i. temperantiam et mediocritatem in voluptatis rebus. Sed conf.* Cupido n. 4 *ſub* CVPIO. Volucer Ouid. Met. 9, 481. *Et* Quinctil. 2, 4, 26. *In Plurali habet* Catull. 3 *pr.* Lugete ô Veneres Cupidineſque. *Vid. etiam hic alterum* Cupido *ſub* CVPIO.

CVPIDĬNĔVS, a, um. Adi. [Ἐρωτικός] *Amatorius, vt,* Martial. 7, 86 Blanda Cupidinei cur non amet ora Labycae. Qui videt haec dominis monſtra placere ſuis? Sagittae Cupidineae Ouid. Rem. Amor. 157.

CVPIDO, *pro Deſiderio, et* CVPIDVS, *vid. mox ſub* CVPIO.

CVPIO, īui, ītum, ĕre. [ἐπιθυμέω, ἐφίεμαι] *Velle, Optare, Deſiderare.* Plaut. Curc. 4, 4, 34 Cupio dare mercedem, qui illuc vbi ſit commonſtret mihi. Cupii *pro* cupiui Stat. Silu. 5, 5, 80. Cic. de Orat. 1, 2 Neque vero nobis cupientibus atque optantibus fructus otii datus eſt, *etc.* Animo quidquam cupere Catul. 16, 3. Ardenter cupere aliquid Cic. Tuſc. 4, 39 c. 17. Cupide cupere Plaut. Caſin. 2, 3, 49. Flagrantiſſime aliquid cupere Tacit. Ann. 1, 3. Mirabiliter cupio Cic. Att. 15, 3. Nimis quam cupio, *vid.* NIMIS. Ouid. Arte Am. 1, 276 Vir male diſſimulat, tectius illa cupit. Cupio omnia, quae tu vis Plaut. Perſ. 5, 1, 14. Conuentum te cupit Plaut. Curc. 2, 3, 25. Factum cupere Plaut. Caſ. 2, 4, 7. Nuptias cupere Ter. Heaut. 5, 1, 12. Martial. 12, 37 Naſutus nimium cupis videri, *etc.* Cupit te videre Plaut. Truc. 4, 4, 38. *Sic,* Cic. Verr. 4, 29 Cupiſſe te celare de phaleris. Cupere alicui, *pro Bene velle.* Ipſi cupio Glycerio Ter. Andr. 5, 4 *pr.* Caeſ. Bell. Gall. 1, 18 Fauere et cupere Heluetiis propter eam affinitatem. Cic. Q. Fratr. 1, 2 Quid? ego Fundanio non cupio? non amicus ſum? non miſericordia moueor? nemo magis. Tibi, cui maxime cupio, ſatisfaciam Id. Fam. 10, 4. Caeſari honeſtiſſime cupio Id. ib. 2, 15. *Plenius dicitur,* Cupere omnia alicuius cauſa. Cic. Verr. 2, 10 Quem igitur ab iis Equitibus Romanis, qui iſtius cauſa cupiunt omnia, qui ab eo benigniſſime tractati ſunt, condemnari neceſſe eſſet, *etc.* Cic. Fam. 13, 65 Vehementer eius cauſa cupere eum intellexi. Cupere *de amore Venereo.* Martial. 7, 73 *ad Mercurium,* Sic tibi laſciui non deſit copia furti, Siue cupis Paphien, ſeu Ganymede cales. Cupire, *in quarta Coniugatione, apud antiquos.* Lucret. 1, 72 Perfringere vt arcta Naturae primus portarum clauſtra cupiret. *Partic.* Regna cupienda Ouid. Triſt. 4, 4, 66. *In MStis confunditur cum* Capio: *quod vide.*

CVPIENS, entis. Partic. Animo cupienti nihil ſatis feſtinatur Sall. Iug. c. 64 *extr.* Plaut. Bacch. 2, 3, 44 Poſtquam aurum abſtulimus, in nauim conſcendimus, domum cupientes. Idem Mil. 4, 2, 7 Huius cupiens corporis eſt. *Sic,* Cupiens liberorum Tacit. Ann. 16, 6. Terent. Hecyr. 1, 2, 67 Niſi cupiens tui. Nuptiarum cupiens Plaut. Mil. 4, 4, 29. Voluptatum vulgus cupiens Tacit. Ann. 14, 14. Maxime cupiens, *vid.* MAGIS. Tacit. Ann. 1, 59 Vt quibuſque bellum inuitis, aut cupientibus erat. *Quod auctores Graeci dicunt* ἀχθομένοις ἦν, *et* ἡδομένοις ἦν. *hoc enim ſermonis genus eſt illis perquam familiare. Hac de re fuſius Rhenanus in* Tacit. Ann. 15, 36. *Compar. vt,* Dominandi ſuis, quam ſubigendi externos cupientiores Aur. Vict. Caeſ. 24, 9. *Superl.* Salluſt. Iugurth. 84 Marius cupientiſſima plebe conſul factus eſt. Legis cupientiſſimus Fragm. Salluſt. apud Diomed.

CVPIENTER. Adu. Plaut. Pſeud. 2, 3, 17 Stulti haud ſcimus, fruſtra vt ſimus, quum quod cupienter dari petimus nobis, quaſi quid in rem ſit, poſſimus noſcere. *Et* Ennius Phoenice *apud* Nonium 2, 173 Stultus eſt, qui cupida cupiens cupienter cupit.

CVPIENTIA, ἐπιθυμία Gloſſ. Lat. Gr.

CVPĪTVS, a, um. Partic. Ennius *apud* Cic. de Diuinat. 1, 41 c. 20 Nec ſeſe dedit in conſpectum corde cupitus. Ouid. Faſt. 3, 21 Mars videt hanc, viſamque cupit, potiturque cupita. Cupitus atque exſpectatus Plaut. Poen. 5, 4, 88. Non Agrippinae, ſed Neroni cupitum id memorat Tac. Ann. 14, 2. Dies cupitus Sen. Hippol. 837. Florem tangere aetatis cupitum Lucret. 3, 771. *Neutrum abſolute pro Deſiderio.* Tandem huic cupitum contigit Plaut. Poen. 5, 4, 99. *Vid.* Aurel. Vict. Caeſ. 19, 4. *et* Apul. Met. 3 p. 91.

CVPĪTOR, ōris. m. Tacit. Ann. 15, 42 Nero, vt erat incredibilium cupitor. Amicitiae cupitor Apul. Florid. 3 p. 807 *ed. Floridi.* Tacit. Ann. 12, 7 Neque tamen repertus eſt niſi vnus talis matrimonii cupitor.

CVPĬDVS, a, um. Adi. [ἐπιθυμῶν] *Genitiuo iungitur.* Ter. Hec. 3, 3, 12 Eius videndi cupidus. Cupidos Moderatis opponit Cic. pro Font. 22. Lucret. 3, 5 Non ita certandi cupidus, quam propter amorem. Damni ſui cupidus Cic. Att. 4, . . Nouitatis Quinctil. 3, 3. Pacis Hor. Serm. 2, 1, 44. Homo cupidus ſatisfaciendi Reip. Planc. Cic. Fam. 10, 18. Studiorum Ouid. ex Pont. 1, 5, 35. Cic. Fam. 14, 4 Quod vtinam minus vitae cupidi fuiſſemus. *Compar.* Contentionis cupidiores Graeculi homines Cic. de Orat. 1, 47 c. 11. Pecuniae cupidior quam recte faciendi Vellei. 2, 97, 1. *Superl.* Noſtri cupidiſſimus Cic. de Orat. 1, 104 c. 22. Pecoris cupidiſſimi barbari Caeſ. Bell. Gall. 1, 15. *Quod Ablatiuum videtur regere in illo* Plaut. Pſeud. 1, 2, 50 Vino modo cupidae eſtis, *ea ellipſis eſt, quam explet* Cicero, Cupidus in perſpicienda cognoſcendaque rerum natura Off. 1, 154 c. 43. *Iam Subſtantiua ponemus, quibus attribuitur.* Amantes cupidi Ouid. Epiſt. 19, 67. *Sic* Ter. Phorm. 1, 3, 6. Ter. Heaut. 2, 3, 126 Cupidum vt illius animum inopia incenderet. Auaritia Martial. 11, 59. Cic. Off. 3, 59 Emit Homo cupidus et locuples tanti, quanti Pythius voluit. Vos ſigna tubaeque Ite procul, cupidis vulnera ferte viris Tibull. 1, 1 *extr.* Liuor Propert. 1, 8, 29. Manus Ouid. de Arte Am. 1, 116. Mens Ouid. Epiſt. 6, 71. Cupidus *etiam dicitur, qui nimio partium ſtudio abripitur.* Cic. Verr. 4, 124 c. 56 Nemo ſuſpicari debet me eſſe tam cupidum, *etc.* *Idem* pro Roſc. Comoed. 47 Tum enim forſitan improbis nimis cupidus videretur, qui, qua de re iudex fuiſſet, teſtis eſſet. Teſtes cupidi Cic. pro Fonteio 11 c. 6. *Conf.* Burm. ad Quinct. Decl. 1 p. 3.

CVPĬDE. Adu. *Vt*, Plin. 18, 5 Praedium ne cupide emas. Cupide accipiat faxo Ter. Andr. 2, 2, 2. Agere cupide, *eſt nimio partium ſtudio abreptum agere.* Cic. Fam. 6, 11 Nos agimus nihil cupide, eoque pluris eſt noſtra auctoritas. Id. pro Roſc. Amer. 50 c. 18 Suos enim agros ſtudioſe colebant, non alienos cupide appetebant. Cupere cupide Plaut. Caſ. 2, 3, 49. Suet. Caeſ. 12 Ac forte Iudex in reum ductus, tam cupide condemnauit. *i. tanto ſtudio partium.* Deſcendere ad aliquid cupide Quinctil. 5, 6. Dicere cupide Cic. pro Fonteio 19. *Vid.* Senec. Suaſ. 7. Elaborare Nep. 3, 1, 4. Facere cupide Quinctil. 1, 3. Cic. Philipp. 2, 52 Quid cupide a Senatu, quid temere fiebat, quum tu, *etc.* Id. pro Roſc. Com. 49 Ego vero cupide et libenter mentiar tua cauſa. *Compar. Vt*, Cupidius inſtare Caeſ. Bell. Gall. 5, 43. Inſequi Caeſ. B. G. 1 c. 15. *Superl. Vt*, Cupidiſſime aliquid petere Caeſ. Bell. Gall. 1, 40. Facere Ciuil. 1, 6, 85.

CVPĪDO, ĭnis. f. [ἔρως] *Animi cupientis aliquid affectio.* Cupido atque ira peſſimi ſunt conſultores Sall. Iug. 64. Virg. Aen. 6, 721 Quae lucis miſeris tam dira cupido? Cupido et Amor differt, *vid.* Amor in AMO. Nouiſſima gloriae cupido etiam ſapientibus exuitur Tacit. Hiſt. 4, 6. Habendi cupido Plin. 33, 3. Laudis titulique cupido Iuuen. Sat. 10, 143. Potentiae cupido vetus, ac iampridem inſita mortalibus cum imperii magnitudine adoleuit Tacit. Hiſt. 2, 38. Ouid. in Ibin 517 Quodque ferunt Brotean feciſſe cupidine mortis. Ventris Ouid. Met. 15, 173. *edendi cupiditas.* ¶ 2 *Epitheta:* Altior cupido adeundi ſacram ſedem Veſpaſiano, *etc.* Tacit. Hiſt. 4, 82. Arrecta cupido Virg. Aen. 5, 138. *vt apud Graecos ὀρέγεσθαι proprie ſignificat extendere ſe ad aliquid.* Caeca honorum cupido Lucret. 3, 59. Caeca praedae cupido Ouid. Met. 3, 620. Dira cupido, *i.* Cupiditas ex deorum ira veniens, aut certe magna, inquit Seruius *ad* Virg. Aen. 6, 373. Foeda vitae Stat. Theb. 3, 370. *militis ignauia.* Furioſa Ouid. Faſt. 1, 211. Ieiuna Lucret. 4, 874. *i. fames, vel edendi deſiderium.* Ignota cupido Valer. Argon. 1, 838. *laus viri moderati, qui nulla cupiditate abripitur.* Immenſa Virg. Aen. 6, 824. Improba Seneca Herc. fur. 406. Inſatiabilis cupido famae Curt. 9, 2, 9. Intempeſtiua Ouid. Met. 10, 689. Leuis et feſtina Valer. Argon. 6, 472. Hor. Epiſt. 1, 1, 33 Feruet auaritia, miſeraque cupidine pectus. Mutua Lucret. 5, 691. Turpis Virg. Aen. 4, 194. ¶ 3 *Formulae aliae:* Accenſus cupidine Stat. Theb. 1, 425. Adoleuit cupido, *vid.* ADOLEO. Capta coniux cupidine Virg. Aen. 7, 194. Liu. 1, 6 Romulum, Remumque cupido cepit, in iis locis vbi expoſiti, vbique educati erant, vrbis condendae. Corripi cupidine Ouid. Met. 9, 733. Differri cupidine Plaut. Poen. 1, 1, 29. Flagrare cupidine Ouid. Met. 2, 104. Inceſſit eum cupido, *vid.* INCESSO. Inceſſit illum cupido adeundi, viſendique templum Paphiae Veneris Tacit. Hiſt. 1, 36. Intrauitque animum militaris gloriae cupido Tacit. Agric. 5. Inuadit Caeſarem cupido ſoluendi ſuprema militibus, ducique Tacit. Ann. 1, 61. Inuolat truces etiam tum animos cupido eundi in hoſtem Tacit. Ann. 1, 49. Langueſcit cupido, *vid.* LANGVEO. Ludor nimia cupidine Ouid. ex Pont. 2, 8, 71. Succenſa Ouid. Met. 8, 300. Tactus cupidine laudis Idem Triſt. 4, 5, 11. ¶ 4 Cupido, *Ad vehementiam et vim* cupidinis *deſignandam, Deum facere, et quidem marem: eoque non tantum vtuntur de Veneris filio, quo nomine ſeparatim de illo paullo ante actum eſt; ſed etiam de vehementi aliarum rerum cupiditate. v. g.* Hor. Carm. 2, 16, 15 *de Auaritia*, Nec leues ſomnos timor aut cupido Sordidus aufert. *De eadem* Idem Serm. 1, 1, 61 At bona pars hominum decepta cupidine falſo. Auri caecus cupido Senec. Hippol. 528. Geminuſque cupido Laudis, et ad pugnas Sil. 4, 99. Hor. Carm. 3, 24, 51

Scelerum ſi bene poenitet,
Eradenda cupidinis
Praui ſunt elementa, *etc.*

Plaut. Amph. 2, 2, 210 *in dote ſua refert Alcmena*, ſedatum cupidinem. Cupidines, *pluraliter, vt*, Mater dulcium cupidinum Hor. Carm. 4, 1, 5. Cupidinibus incepta patrandi anxius Sall. Iug. 70. Omnium cupidinum victor Aur. Vict. Caeſ. c. 42, 23. *Etiam* Sil. 11, 390 *Venus* Spargere tela manu paſſim fallentia natis Imperat, et tacitas in pectora mittere flammas. Tum pueris dulce arridens, *etc.* v. 397 Verum agite, o mea turba, precor, nunc tempus, adeſte, Et Tyriam pubem tacitis exurite telis. v. 412 Applaudit laſciuus, et alto Mittit ſe caelo niueis exercitus alis. *Sed haec proprie ad Veneris filios.*

CVPPEDO, ĭnis. *Idem plane nomen, ſed antiquius, et prima per diplaſiasmum producta.* Lucret. 1, 1081 Haud igitur poſſunt tali ratione teneri Res in concilio *(connexione, vnione)* medii cuppedine victae, *i. niſu ſuo ad medium ſ. centrum.* Idem 3, 1007

Sed Tityos nobis hic eſt, in amore iacentem
Quem volucres lacerant, atque exeſt anxius angor,
Aut alia quauis ſcindunt cuppedine curae.

*Et* 4, 1084 Quoius quam pluria habemus, Tam magis ardeſcit dira cuppedine pectus. *Et* 5, 46 Quantae conſcindunt hominem Cuppedinis acres Sollicitum curae. *Denique* 6, 24 *in laudibus Epicuri*, Et finem ſtatuit cuppedinis atque timoris. ¶ 2 Cupedinis Forum, *vid. ſupra in* CVPEDO *ſub* CVPES.

CVPIDĬTAS, ātis. f. [ἐπιθυμία] *Vicina* Cupidini, *ſed in proſa vſitatior. Non vſque quaque verus eſt* Non. 5, 58 Cupiditas et Cupido diuerſa ſunt, nam cupiditas leuior eſt. *Laudat quidem* Lucil. 23 Cupiditas ex homine, cupido ex ſtulto nunquam tollitur, *additque*, quod cupiditas pars quaedam ſit temperatior defluens ex cupidine: *Sed hoc tantum indicat Lucilius, quod verum eſſe exempla probabunt, latius patere* cupiditatis *nomen, et moderatas etiam appetitiones complecti,* Cupidinem *proprie eſſe vehementem et confirmatam cupiditatem. Interim* Cupiditates *quoque de immoderatis et effrenibus deſideriis dici, ſatis docent, quae iam damus.* Homines caecos reddit cupiditas et auaritia Cic. pro Roſc. Amer. 100 c. 35. Studia cupiditateſque honorum, atque ambitio Idem Verr. 2, 132. *Et* de Inu. 1, 32 c. 23 Genus eſt omnium libidinum cupiditas: eius autem generis ſine dubio pars eſt auaritia. Lucis cupiditas Quinctil. 3, 8. Cic. in Parad. 1 Neque enim vnquam expletur nec ſatiatur cupiditatis Sitis. Caeca ac temeraria dominatrix animi cupiditas Idem de Inuent. 1, 2. Hiantes cupiditates amicorum in magna fortuna Tacit. Hiſt. 1, 12. Inceſta cupiditas Firmic. 4, 1. Indomitae animi, Inſatiabilis, *vid. ſſ. ll.* Inuida Firmic. 5, 2. Lubrica et praeceps cupiditas dominandi Cic. Philipp. 5, 50. Profunda confundendi omnia cupiditate, nouum ſtatum, nouam Rempublicam quaerebant Paterc. 2, 125. ¶ 2 *Formae verborum* Abiicere cupiditatem Cic. Fam. 4, 7. Aeſtuare cupiditatibus Firmic. 3, 8. Afficere cupiditate Cic. Fam. 5, . . Ardere cupiditate, *vid.* ARDEO. Coërcere omnes cupiditates Cic. de Orat. 1, 194 c. 43. Comprimere incenſam alicuius cupiditatem, *vid.* COMPRIMO. Ductus cupiditate gloriae Scribon. Ep. . . *Add.* Quinct. 7, 2, 24. Erigere cupiditatem Auct. ad Her. 4, 2. Eripere, *i. rem cupitam* Cic. ad Q. Fr. 1, 1, 7. Explere Idem de Inuent. 1, 2. *Et* Partit. c. 27. Cic. in Piſon. 59 Fertur ille vir, mihi crede, gloria: Flagrat, ardet cupiditate iuſti et magni triumphi. *Add.* Nep. 1, 5 *pr.* Frangere Cic. de Orat. 1, 86 c. 19. Habere impiam cupiditatem contra ſalutem alicuius Idem Fam. 8, 16. Imminuta cupiditas atque debilitata, Imperare cupiditatibus, Incendere cupiditatem et arrogantiam alicuius, *vid. his verbis.* Incenſus cupiditate Cic. Off. 3, 59. Nep. 23, 2, 1. Incitare cupiditatem Cic. in Brut. 317. Inflammari cupiditate aliquid auferendi, Iniicere cupiditatem hominibus, Inuadit cupiditas pleroſque, *vid. hh. vv.* Iudicare ſine amore et ſine cupiditate, et rurſus ſine odio et ſine inuidia Cic. pro Marcel. 30. Perfringere cupiditate omnia, *vid.* PERFRINGO. Prouectas eo Romanorum cupiditates, *etc.* Tacit. Ann. 14, 35. Capere cupiditatem aliquam Cic. in Piſon. 57. Refutare cupiditatem Idem Fam. 1, 9. Regere cupiditatem, conſilii gubernatione, *vid.* CONSILIVM. Reuertit cupiditas cibi Celſ. 8, 4. Satiare effrenatas animi ſui cupiditates Firm. 1, 3. Suffragari cupiditati Cic. Brut. 10. Idem Att, 7, 2 de triumpho, nulla me cupiditas vnquam tenuit, *etc. Sed* Tenere cupiditates *eſt cohibere, coërcere.* Cupreſſi baccae Scribon. 53 *et* 233. Cic. Verr. 3, 3 Niſi facile cupiditates noſtras teneremus, *etc.* Vincere aliquem cupiditate Idem Att. 13, 1. *De flagrantia Venerei amoris* Sueton. in Calig. c. 24 Reliquas ſorores nec cupiditate tanta, nec dignatione dilexit. *Dicit, Caligulam cum omnibus ſororibus ſuis conſuetudinem ſtupri feciſſe, impatientius tamen Druſillam amaſſe quam reliquas.* Cupiditas, *de Nimio partium ſtudio.* Cic. pro Fonteio 13 c. 7 Quorum virtuti, generi, rebus, fidem et auctoritatem in teſtimonio, cupiditatis atque inimicitiarum ſuſpicio derogauit.

CVPIDICOENVS, i. m. Τρεχέδειπνος Gloſſ. Lat. Gr.

CVPPES, CVPPEDO, ĭnis. *Vid.* CVPES, CVPEDO.

CVPRESSVS, i. *vel* ûs. f. [κυπάρισσος] *Arbor conifera: quae alias* Cypreſſus *vel Graeco nomine* Cypariſſus *dicitur. Locus de ea claſſicus* Plin. 16. 33 ſ. 60 Natu moroſa, fructu ſuperuacua, baccis torua, folio amara, odore violenta, ac ne vmbra quidem gratioſa, materie rara, vt paene fruticoſi generis. Diti ſacra, et ideo funebri ſigno ad Domos poſita — Tonſilis facta in denſitate parietum, coërcitaque gracilitate perpetuo tenera. Trahitur etiam in picturas operis topiarii, venatus claſſesue et imagines rerum tenui folio breuique et virenti ſemper veſtiens. Duo genera earum: meta in faſtigium conuoluta, quae et femina appellatur. Mas ſpargit extra ſe ramos, deputaturque. Vtraque autem immittitur in perticas, aſſeresue, amputatione ramorum, qui decimotertio anno denariis ſingulis veneunt: quaeſtuoſiſſima in ſatus ratione ſilua: vulgoque dotem filiarum antiqui plantaria appellabant, *etc. Vt ſerantur et propagentur cupreſſi, docet* Cato 28, 1. 48, 1. 151, 1. Cupreſſi ad fines tuendos Varro R. R. 1, 15. Cupreſſi baccae Scribon. 53 it cupreſſus baccae 233. pilulae Veget. Mulom. 3, 67, 3. Virg. Georg. 1, 20 Et teneram ab radice ferens Siluane cupreſſum. Columel. 4, 26, 1 Idque maxime probatur ex iunipero, et lauru, et cupreſſu: *de pedamine vitium.* Acuta cupreſſus Ouid. Met. 3, 155. Atra Virg. Aen. 3, 64. *i. funeſta.* Feralis Ouid. Triſt. 3, 13, 21. Funebres Hor. Epod. 5, 18. Illaeſa bruma cupreſſus Stat. Theb. 6, 99. Tectura tumulos cupreſſus Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 108. Tenera Virg. Georg. 1, 20. Hor. de Arte Poët. 19 Fortaſſe cupreſſum Scis ſimulare, quid hoc? *i.* pingere. Cupreſſum *maſculino genere vſurpat* Ennius *apud* Nonium 3, 34 Capitibus nutantes pinos, rectoſque cupreſſos. Cupreſſus *etiam quartae declinationis eſſe, oſtendit Bentl. ad* Hor. 2, 15, 5. *et* cupreſſu *legit* Art. Poët. 332. *Add.* Od. 2, 14, 23. *et* Epod. 5, 18. *et* Virg. Aeneid. 3, 64. Cupreſſu *etiam* Vitruu. 2, 9 *bis.* Feſtus. Cupreſſi mortuorum domibus ponebantur ideo, quia huius generis arboris ramus exciſus non renaſcitur: ſicut ex mortuo nihil iam eſt ſperandum. Quam ob cauſam in tutela Ditis patris eſſe putabatur. *Vid. Torrent.* ad Hor. Carm. 2, 14, 23.

CVPRESSĬNVS, a. um. Adi. [κυπαρίσσινος] *Ex cupreſſo.* Plin. 23, 4 Cupreſſinum oleum eoſdem effectus habet quos myrteum. Frondes cupreſſinae Columel. 2, 2.

CVPRESSEVS, a, um. Adi. *Idem.* Liu. 27, 37 Poſt eas duo ſigna cupreſſea Iunonis reginae portabantur. Foliatura cupreſſea Vitruu. 2, 9. Simulacra Obſequ. 108.

CVPRESSĒTVM, i. n. [κυπαρισσών] *Locus vbi ſeruntur cupreſſi.* Cic. de Legib. 1, 15 c. 5 Viſne igitur, vt ille Crete cum Clinia et cum Lacedaemonio Megillo aeſtiuo, quemadmodum deſcribit, die, in cupreſſetis Gnoſiorum, et ſpatiis ſilueſtribus crebro inſiſtens, *etc. Et* Cato 151 Quo pacto cupreſſeta ſeri oporteat.

CVPRESSĬFER, a, um. Adi. [κυπαρισσοφόρος] *Vt*, Ouid. Epiſt. 9, 87 Vt Tegeaeus aper cupreſſifero Erymantho Incubat, et vaſto, *etc.* Cyllenes cupreſſiferae Idem Faſt. 5, 87.

CVPRVM, i. n. [κύπριον] *Genus aeris apud recentiores, quod vetuſti* Cyprium *vocant. Nondum prolatus auctor antiquior* Spartiano Caracalla 9 Nam et ex aere vel cupro cancelli ſuperpoſiti eſſe dicuntur, *etc.*

CVPREVS, a, um. Adi. [κυπριακὸς] *Vt*, Plin. 23, 3 Coquitur in cupreo vaſe ad craſſitudinem mellis. Cyprio vaſe *legit Harduin.* Cuprei bidentes Pallad. Iul. 5. *al.* Cyprei.

CVPRINVS, a, um. Adi. Clauus Pallad. Ian. 15, 18. Cuprinum Cauterium Veget. Mulom. 1, 14, 3 *etc. Subſtant.* Cuprinum acutum Idem Mulom. 1, 12, 2. 2, 3, 27.

## C V R

CVR. [τίνος ἕνεκα, διατί, ἐφ' ᾧ] Adu. *interrogandi de cauſa. Scribitur a nonnullis* Quur, *vt alia interrogatiua a* qu *incipiunt, quaſi ſit* quoi rei. Cur imperium illi, aut cur illo modo prorogatum eſt Cic. Att. 7, 3. Ter. Andr. 5, 3, 15 Sed quid ego? cur me excrucio? cur me macero? Plaut. Mil. 2, 5, 37 Nihil moror aquam. PR. quur? Ter. Andr. 1, 1, 21 Cur ſimulas igitur? Cic. pro Cael. 68 An vobis aliam cauſam eſſe vllam putatis, cur in tantis praemiis eloquentiae, *etc. Conf.* pro Roſc. Com. c. 16. De me cauſa eſt cur mentiar Cic. de Orat. 2 c. 45. Idem pro Cluent. 147 Quid eſt Q. Naſo, cur tu

in iſto

in iſto loco ſedeas? Huius rei cauſam quum quaererem, quidnam eſſet cur Id. de Orat. 1 c. 25. Cic. pro Cluent. 169 Quae cauſa Auito fuerit, cur interficere Oppianicum vellet? Affert argumenta, cur dii ſint Idem N. D. 3 c. 4. Affert rationem, cur neget Id. Fam. 6, 8. Cur non? quia Plaut. Pſeud. 1, 5, 76. Cur haec tibi irata eſt? cur ego id curem? Idem Poen. 1, 2, 140. *Cur, ſine interrogatione relatiue tantum* Cic. pro Roſc. Amer. 146 Quod ſi tibi nulla cauſa eſt, cur hunc miſerum tanta calamitate affici velis, *etc. i. propter quam. Adde* Idem Att. 12, 29. *et* Fam. 6, 8. *et alibi.* Miror, cur me accuſes Id. Fam. 7, 2. *Conf.* Cic. Phil. 2 c. 26. Hor. Epiſt. 1, 8, 9 Iraſcar amicis Cur me funeſto properent arcere veterno. Liu. 5, 46 Negat ſe commiſſurum, cur ſibi aut deorum aut hominum quisquam imperium finiret potius, *etc.*

CVRA, ae. f. [φροντὶς, ἐπιμέλεια] *Animi aduerſio, et ſtudium atque diligens cogitatio rei*, dicta, *vt ait* Feſtus, quod Cor edat, vel quod vrat. Ter. Phorm. 2, 1, 26 Cura et ſumtu abſumitur. Ennius *apud* Ciceronem de Senect. *pr.* O Tite, ſi quid ego adiuro curamue leuaſſo, Quae nunc te coquit, et verſat ſub pectore fixa. Animi cura et cogitatio Cic. Off. 1, 19. Idem de Orat. 3, 182 Neque vero haec tam acrem Curam diligentiamque deſiderant. *Et* Fam. 15, 21 Quae tua ſolicitudo de me in armis, quae laetitia in reditu, quae Cura, qui dolor, quum ad te curae et dolores mei perferrentur *etc.* Cic. Fam. 16, 1 Studium tuum curaque de ſalute mea nulla me noua voluptate affecit. Cum cura Salluſt. Iug. 54. 66. *et ſaepe.* Tacito *ſimiliter in frequenti vſu eſt.* Non raptim relinquatur magnus vir et cum cura dicendus Sen. de Tranqu. An. c. 14. Cura tui anxiam me ſolicitat Idem Hippol. 438. Potior alicui cura ſuorum Valer. Argon. 4, 127. Aeſtus curarum Virg. Aen. 8, 19. Amara curarum eluere Hor. Carm. 4, 12, 20. Corporis curae aliquid dare Quinctil. 1 vlt. Domitor curarum ſomnus Senec. Agam. 76. Felix curarum Stat. Silu. 4, 4, 46. *i. propter genus vitae et ſtudiorum.* Fomenta Hor. Epiſt. 1, 3, 26. Fons Lucret. 3, 82. Ouid. ex Pont. 3, 9, 25 Frigus lentum curarum, *ſtudium emendandi, quod ardorem ſcribendi refrigerat.* Interpres et conſcia Virg. Aen. 4, 608. Leuamen omnis curae caſusque Idem Aen. 3, 709. Moles Tacit. Ann. 12, 66. Nox curarum nutrix Ouid. Met. 8, 81. Nominis futuri cura Idem Triſt. 5, 7, 37. Pretium curae, *vid.* PRETIVM. Requies Tibul. 4, 13, 11. Semina Propert. 3, 7, 4. Socius Stat. Silu. 3, 3, 161. Triſtitiae cura Plin. 23, 1. Vndae Catul. Argon. ſ. 62, 62. Minus cum cura, *vid.* MINOR. ❡ 2 *Epitheta:* Acrior illum cura domat Virg. Georg. 3, 539. Aequalis cura Quinct. 1, 1. Amaris curis corpus vitiatum Ouid. ex Pont. 1, 10, 3. Ambiguae Virg. Aen. 8, 581. Anceps, *vid. h. v.* Antiquiſſima Cic. Att. 10, 8. Antiquior cauendi, quam ictum inferendi cura eſt Quinctil. 4, 2. Anxia, *vid. h. v.* Anxiferae curae Cic. de Diu. 1, 22. *in verſu.* Argentaria, *vid. h. v.* Aſſidua inſidens cura, *vid.* INSIDEO. Atrae curae Hor. Carm. 3, 14, 40. Breuis Idem Epiſt. 2, 1, 216. Damnoſae Ouid. de Rem. Amor. 69. Deſes Claud. de Laude Seren. 226. Difficilis cura rerum alienarum Cic. Off. 1, 30 c. 9. Diurnae Ouid. Met. 8, 83. Dulces Stat. Silu. 2, 1, 71. Dura Tibul. 3, 6, 7. Exigua Claud. in ſec. Conſ. Stil. 238. Fortior Idem in ſext. Conſ. Hon. 233. Frigida tori Stat. Theb. 5, 71. *de viris coniuges negligentibus.* Funeſtae Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 277. Gratiſſima Cic. Att. 5, 4. Grauiore cura timetur proxima tempeſtas Iuuen. Sat. 13, 227. Grauem curam ſuſcipere, vehementerque de alio ſolicitum eſſe Cic. Fam. 12, 12. Humiles et ſordidae curae Plin. Epiſt. 1, 3. Impenſior Ouid. Met. 2, 405. Implacidae Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 110. Aeuum conſumere in Inanibus curis Lucret. 5, 117. Infandae Stat. Theb. 5, 450. Ouid. Triſt. 2, 1 Quid mihi vobiscum eſt, Infelix cura, libelli, *i. in quibus infelicem operam poſui.* Ingentes Virg. Aen. 5, 701. Innumera Plin. 18, 26. Inſignis Claud. . . Inſomnes longo veniunt examine curae Idem in Ruff. 1, 38. Intentiſſima, *vid. ſub* INTENDO. Inuida Hor. Epiſt. 1, 10, 18. *i. inuidens hominum quieti.* Leues Idem Carm. 1, 14, 18. Leuior Virg. Georg. 3, 305. Scribon. 122 Poſtea nos per Magnam curam compoſitionem accepimus, id eſt pretio dato, quod deſiderauerat. Maximae et grauisſimae Cic. de Clar. Orat. 9. Maxima tua cura ipſe tibi Virg. Georg. 4, 354. *h. e. interprete* Seruio, quem plurimum diligis. Mediocris Hor. Serm. 2, 4, 94. Memor Ouid. ex Pont. 4, 2, 7. Moleſta Idem Amor. 2, 2, 8. Mortales Sil. 1, 85. Nimia cura Iuuen. Sat. 10, 12. Nouae Ouid. Epiſt. 16. 134. Omni cura exercere vires Virg. Georg. 3, 229. Omni cogitatione curaque in aliquam rem incumbere Cic. Fam. 10, 1. Optimae ſunt curae de ſalute Reipubl. Idem de Somn. Scip. 21. Publica Hor. Carm. 2, 8, 8. Recens Ouid. Amor. 3, 19, 31. Reſides curas ſoluere Valer. Argon. 8, 220. Sagaces Hor. Carm. 4, 4, 75. Secretae Sen. Agam. 7. Sedatis requierunt pectora curis Stat. Theb. 12, 514. Sequaces Lucret. 2, 46. Solertes Manil. 2, 6. Solicitae Senec. Oedip. 981. Spinoſae Catul. in Argon. ſ. 62, 72. Tanta cura infans dignus Quinctil. 1, 1. Triſtes Virg. Georg. 4, 531. Vigilantes Claud. in Eutrop. 1, 364. Vigiles incumbunt Valer. Argon. 3, 447. Vigili perſpexerat omnia cura Ouid. Met. 15, 65. Animum, curamque Virilem gerere Virg. Aen. 9, 311. Vitioſa Hor. Carm. 2, 16, 21. Volantes circa tecta Idem Carm. 2, 16, 12. ❡ 3 *Verba:* Abducere curas alicui Claud. de Rapt. Proſerp. 3, 19. Abducere a cura Cic. Q. Frat. 3, 5. Abigere curas Hor. Epiſt. 1, 15, 19. Cic. Fam. 9, 24 Sed caue ſi me amas, exiſtimes me, quod iocoſius ſcribam, Abieciſſe curam Reipublicae. Abnuere, *vid. h. v.* Abrumpit ſomnos cura ſalubres Virg. Georg. 3, 530. Abſiſtere cura Sil. 13, 512. Abſumi curis, Accendere curas, *vid. ſſ. ll.* Accommodare curam alicui rei Quinctil. 1, 12. Ouid. Epiſt. 15, 70 Accumulat curas filia parua meas. Acuere corda curis Virg. Georg. 1, 123. Addere curam mortalibus Lucan. 2, 5. Adhibere curam in aliqua re Cic. Fam. 2, 6. Adiicere aliquid curae Quinctil. 1, 9. Ter. Hec. 5, 3, 9 Quot commoditates attuli? quot autem Ademi curas? *Add.* Id. Phorm. 5, 6, 46. Admouere curam Plin. Epiſt. 2, 5. Idem 27, 1 Creſcit profecto apud me certe, tractatu ipſo admiratio antiquitatis: quantoque maior copia herbarum dicenda reſtat, tanto magis Adorare priſcorum in inueniendo curam, in tradendo benignitatem ſubit. Cic. Att. 7, 5 In valetudine tua moueor: et Piliam in idem genus morbi delapſum, curam tibi afferre maiorem ſentio. Ter. Phorm. 2, 3, 1 Quanta me cura et ſolicitudine Afficit gnatus, qui me et ſe hiſce impediuit nuptiis. Afficior cura Plin. Epiſt. 2, 9. Agitare curas Sen. Herc. fur. 138. Agere curam alicuius Ouid. Epiſt. 16, 302. Sen. Ep. 14. Agere curam ſepulturae Inſcript. Grut. p. 555 n. 7. Quae me Angebat de Repub. cura, conſedit Cic. de Clar. Orat. 10. Aſſeruare intentiore cura, *vid. ſub* INTENDO. Cic. Caeſari *ſub* Att. 9, 11 Si qua de Pompeio noſtro tuendo — cura te Attingit. Auertere ſubitam Lucret. 2, 363. Auertere dictis curas Virg. Aen. 4, 394. *conſolari.* Capeſſere curas, *vid. h. v.* Carere Hor. de Arte Poët. 261. Circumſpicere ſolerti cura omnia Manil. 2, 6. Cogitare, *vid. h. v.* Committere auribus ſuas curas Senec. Hippol. 608. Complecti Cic. Fam. 3, . . Componere Virg. Aen. 4, 341. Concipere, *vid. h. v.* Confectus curis Virg. Aen. 6, 520. Conferre curas in rem aliquam, *vid. h. v.* Conferre curas omnes cogitationesque in Remp. Cic. Off. 2, 2. Conferre ſe ad curam Idem Att. . . Conferre curam ad aliquid Id. Fam. 4, 3. Confici cura et curis, Configere curas in Reipubl. ſalute, *vid. hh. vv.* Coniungere curam de re aliqua cum aliquo Cic. de Amicit. 15. Coniuncta alicui, *vid.* CONIVNGO. Conſedit cura, *vid. paullo ante*, Angere. Conſumere in re vna Hor. Serm. 2, 4, 48. Cura de re aliqua Cic. de Amicit. 15. Decedit cura patribus, *vid. h. v.* Defecit cura non natura Quinctil. 1, 1, 2. Defungi cura Liu. 5, . . Delegare curam alicuius rei alicui Quinctil. 4 Prooem. Demere Virg. Aen. 3, 153. Demouere aliquem cura rerum Tacit. Ann. 13, 14. Deponere triſtes animo Virg. Georg. 4, 531. Deponere curam pro aliquo Idem Aen. 12, 531. Deprendere alicuius Ouid. Met. 2, 94. Deriuare partem curae et cogitationis ſuae in alium locum Cic. Philipp. 12, 22. Deſtituere curam morum Quinctil. 1. prooem. Deſiderare curam alicuius in re aliqua Idem 2, 1. Diducere animum in curas Virg. Aen. 5, 720. Iuuen. Sat. 11, 181 Sed nunc dilatis auerte negotia curis. Dimittere Ouid. Met. 1, 209. Dare curas et actiones honeſtas Cic. Fam. 9, 8. Dat nec membris cura quietem Virg. Aen. 10, 217. Dare alicui millia curarum Propert. 1, 5, 10. Depellit cura ſomnos Hor. Epiſt. 1, 10, 18. Diſtringat innumera ruſticos cura Plin. 18, 26. Vates varia interpretatione curam diſtrinxerant Curt. 3, 3, 4. Emotae curae Virg. Aen. 6, 382. Eripere curam Celſ. 6, 5. Eſſe in cura Cic. Fam. 6, . . *Sed* Fam. 8, 5 Qua tu cura ſis, quod ad pacem attinet, Cura eſt quid ſit negotii Plaut. Merc. 1, 1, 11. De Tirone mihi curae eſt Cic. Att. 12, 49. Maximae mihi curae eſt, non de mea quidem vita — ſed me patria ſolicitat Idem Fam. 10, 1 *pr.* Ter. Hec. 4, 2, 20 Haec mihi nunc cura eſt maxima, vt ne cui mea longinquitas aetatis obſtet, mortemue exoptet meam. Ter. Adelph. 5, 6, 6 Nam is mihi eſt profecto ſeruus ſpectatus ſatis, cui dominus Curae eſt. Vitam et dignitatem alicuius alteri curae eſſe Cic. Att. 10, 8. Ergo illi curae contigit eſſe tuae Ouid. Amor. 3, 2, 8. Eſſe et fore curae alicui vt Cic. Philipp. 3, 39. Curae eſt quorſum euenturum hoc ſiet Ter. Hec. 1, 2, 118. Sine cura eſſe Cic. Q. Frat. 3, 20. Euoluere curas Stat. Silu. 1, 1, 41. Cic. Fam. 10, 8 Ex quo intelligi poteſt, curam rei publicae ſummae defendundae iam pridem apud nos Excubare. Exerceri curis Virg. Aen. 5, 779. Exercere curas Sil. 11, 374. Exercere vitam curis Lucret. 5, 1422. Eximere Hor. Carm. 3, 14, 14. Exſoluere aliquem curis Virg. Aen. 4, 652. Exonerare graves curas Senec. Hippol. 445. Expellere pectore Lucan. 3, 52. Extendere curas in annum venientem, *eſt, vt ait* Seruius, quaſi In tempore alieno praemeditari futurum laborem Virg. Georg. 2, 405. Exuere ſe mortalibus curis Sil. 1, 85. Tacit. Ann. 3, 52 Ventris et ganeae paratus aſſiduis ſermonibus vulgati fecerant curam, ne, *etc.* Fallere curam ſomno Hor. Serm. 2, 7, 114. Fatigare aliquem novis curis Quinctil. 6 prooem. Fatigare curas artificum, *adhibere illos ad opera efficienda* Stat. Silu. 5, 1, 9. Figere curam, *vel* Defigere Cic. Fam. 2, 6. Fluctuat aeſtu curarum Virg. Aen. 8, 608. Fluctuare vndis curarum Catul. Argon. ſ. 62, 62. Gerere curam pro aliquo Virg. Aen. 12, 48. Gerere rem aliquam cum cura, *vid.* CVM. Habere curae rem aliquam Cic. Fam. 8, 8. Habere curam alicuius rei Ouid. Triſt. 5, 2, 48. Habere ſibi aliquid curae Nep. 25, 20, 4. Habere ſermonem curae Quinctil. 1 prooem. Habere curam docendi liberos Idem 1, 1. Hebetatur cura vino Plin. 23, 1. Iactare curas pectore, *vid.* IACTO. Impendere curam Ouid. de Arte Am. 3, 297. Impendunt curas omnes denſo diſtendere pingui Virg. Georg. 3, 124. Impendat acrem quam maxime curam ſpei futuri oratoris pater Quinctil. 1, 1. Impendet cura pectori, *vid.* IMPENDEO. Imponere finem curis Virg. Aen. 4, 639. Inceſſit cura, *vid.* Inceſſo, *ſub* INCEDO. Incumbere in curam Cic. Fam. 10, 3. Omni cogitatione et cura in rem aliquam incumbere Idem Fam. 10, 1. *Et* Poſt red. ad Quir. *extr.* Atque haec cura Quirites, erit infixa animo meo. Ingeminant Virg. Aen. 4, 531. Ter. Adel. 4, 5, 76 Itaque adeo magnam mihi iniecit ſua commoditate curam. Inniti curae, tutelaeque vnius Quinctil. 6, 1. Inſidens, Inſiſtere curae rerum, Inſumere curam ad, *etc. vid. hh. vv.* Intendere curas Ouid. ex Pont. 3, 9, 29. Intentus ad curas Tacit. Hiſt. 4, 2. Intermittere curam rerum Idem Ann. 4, 13. Inuenire magna cura Scribon. 172. Inuigilat mens curis Sil. 10, 331. *Et* Inuigilat quieti cura Stat. Theb. 8, 624. *i. inter ſomnos cura moleſta eſt, et quietem vel intercipit, vel ſomniis turbat.* Iuuare cura et prudentia ſua aliquem Cic. Att. 9, 18. Laxare curas ſomno Virg. Aen. 9, 225. Laxare animos et curam ab aliqua contentione Cic. de Orat. 3, 228. Lenire curas ſomno Virg. Aen. 4, 528. Leuare aliquem cura, et magna ſolatia dare Cic. de Claris Orat. 11. Leuare curam et angorem animi, ſermone et conſilio Idem Att. 1, 15. Liberare magna cura et ſolicitudine aliquos Cic. Dolabellae, *ſub* Att. 15, 14. Loquuntur leues curae ingentes ſtupent Senec. Hippol. 607. Mandare curas alicui, *vid.* MANDO. Mitte hanc de pectore curam Virg. Aen. 6, 85. Mutare curas pectore Idem Aen. 5, 701. Naſcuntur curae plurimae metusque ex ſomno Cic. de Diuin. 2, 150. Obſtat cura ducis Claud. in ſext. Conſ. Hon. 233. Onerabat pauentium curas ordo Mutinenſis Tacit. Hiſt. 2, 52. *i. decuriones.* Partiri curas cum aliquo Virg. Aen. 11, 822. Pellere mortales curas Valer. Argon. 1, 837. Pellere curas vino Hor. Carm. 1, 7, 31. Perfungi cura, *vid. h. v.* Ponere omnem curam in re aliqua Cic. de Diuin. 1, 93. Ponere graues curas Sil. 8, 235. Populatur artus cura, *i. Amor* Senec. Hippol. 377. Praeſtare curam alicui Quinctil. 2, 3. Praeſtare curam in depoſito Celſ. in l. Quod Nerua D. Depoſiti. Premere curam ſub corde Virg. Aen. 4, 332. Pulſis e pectore curis Sil. 13, 263. Recipere Quinctil. 1, 10. Recurſat ſub noctem Virg. Aen. 1, 666. Redeunt in pectora Stat. Theb. 8, 606. Refectus curis Hor. Epiſt. 2, 2, 136. Reiicere cuncta curarum ad aliquem, *h. e. cunctas curas* Tacit. Ann. 3, 35. Relaxare anxiferas curas re

quiete Cic. de Diuin. 1, 22. *ex opere de conſulatu ſuo.* Relinquere fomenta curarum Hor. Epiſt. 1, 3, 26. Relinquere curam morum Quinctil. 1 prooem. Remittere Stat. Silu. 4, 6, 1. Remittere curam ſucceſſu Quinctil. 1, 2. Remordet te cura Virg. Aen. 1, 665. Remouens ſoporem Ouid. Met. 6, 293. Reſoluere curas Virg. Georg. 1, 302. Reſpondere curis alicui, *i. tantundem curare, aut eum amare* Idem Aen. 6, 474. Reſpuere Claud. de Conſ. Mallii 160. Secludere Virg. Aen. 1, 566. Semota mens cura metuque Lucret. 2, 19. Seponere curas graues Ouid. Met. 3, 319. Serere curas in pectore Catul. in Argon. ſ. 62, 72. Serpit cura altius Plin. 14, 11. Solari curas Virg. Aen. 9, 290. Senec. Hippol. 438 Namque anxia me cura Solicitat tui. Soluere curis aliquem Idem Hippol. 101. Solui a cura et liberari Cic. pro Domo 104. Soluit ſomnus curas Ouid. Met. 10, 368. Solutae curae Catul. 29, 7. Stupent curae, *vid.* Loquuntur. Senec. Hippol. 374 Nulla iam Cereris Subit cura, aut ſalutis, *i. neque de cibo, neque de vita cura eſt.* Suſcipere acreis curas Lucret. 3, 462. Suſcipere curam Cic. Att. 7, 1. Suſtinere maximam curam belli Cic. Att. 6, 5. Virg. Aen. 4, 551 Non liceat thalami expertem ſine crimine vitam Degere more ferae, tales nec Tangere curas. Idem Georg. 3, 157 Poſt partum, in vitulos cura traducitur omnis. Traducere a cura minore animos ad ſummum timorem Cic. Fam. 1, 5. Vacuus curis negotiisque neceſſariis Idem Off. 1, 13. Lucan. 2, 347 Non me laetorum ſociam, rebusque ſecundis Accipis, in curas Venio, partemque laborum. Plin. 27, 2 Sed antiquorum curam diligentiamque quis poſſit ſatis Venerari? Verſari in aliqua cogitatione curaque Cic. de Orat. 2, 186. Idem . . Omnis cura mea ſolet in hoc Verſari ſemper, *etc.* Vocant diuerſae curae animum Virg. Aen. 12, 487. Vocari in partem curarum ab aliquo Tacit. Ann. 1, 15. Voluere curarum triſteis in pectore fluctus Lucret. 6, 33. Vrgeri multis curis Idem 3, 164. Vrgentibus curis Valer. Argon. 8, 24. ¶ 4 Cura, [ ἐπιτροπὴ ] *Pro Munere, quo curator fungitur:* Vlp. in l. Haeres abſens §. Si quis tutelam D. de Iudiciis, Si quis tutelam, vel curam, vel negotia, vel argentariam, vel quid aliud, vnde obligatio oritur, certo loco adminiſtrauit. Liberari tutela et cura Idem in l. Quum filiofamilias D. de Legat. 3. Cura, *pro Curatione* Cic. Fam. 5, . . *Sic* Aretinum Clementem praetorianis praepoſuit, patrem eius ſub C. Caeſare egregie functum ea cura dictitans Tac. Hiſt. 4, 68, 4. Prouincias — quas Tiberius ad curam ſuam tranſtulerat, ſenatui reddidit Sueton. Claud. c. 25. Cura aerarii, operum publicorum, viarum, aquarum, aluei Tiberis, frumenti populo diuidundi Suet. Aug. c. 37. Cura *de medicae artis opere.* Curam adhibere in valetudine tuenda Nep. 25, 21, 5. Saucios cura ſuſtentare Tac. Ann. 4, 63, 6. *Conf. Barth. ad* Script. Venat. p. 129. *Drakenborch. ad* Sil. 6, 551. Cura, *qui curatur.* Tua cura, palumbae Virg. Ecl. 1, 58. *Et qui curat.* Immundae cura fidelis harae, *i. ſubulcus* Ouid. Her. 1, 104. *vbi vid. Burm.* Curam Praetorii vnum Pollio Claud. 14.

CVRIŌSVS, a, um. Adi. [πολυπράγμων, περίεργος] *A cura multa dictus, nunc in laude eſt, nunc in vitio. Sed non tam a* Cura, Curioſus *videtur deſcendere, quam a* Curia: *cuius compoſitum eſt in vſu* Incuria, *id eſt negligentia; tametſi* Curia *ipſa a* Cura *dicatur. In primis vero* Curioſus *dicitur, qui* Curat, *i. cupit ſcire omnia.* Cic. Att. 4, 11 οὐδὲν γλυκύτερον, ἢ παντ' εἰδέναι, *nihil dulcius, quam ſcire omnia,* quare vt homini curioſo, ita perſcribe ad me, quid primus dies, quid ſecundus, *etc.* Quidquid indagaueris de rep. facito vt ſciam, tametſi minus ſum curioſus Idem Att. 2, 4. *Et* Fam. 3, 1 Ita eſt homo non modo prudens, verum etiam (quod iuuet) curioſus, *qui proinde multa narrare poſſit.* Curioſus et negotiis plenus Cic. de Nat. Deor. 1, 54 c. 20. Erat curioſus non ſolum domus ſuae, ſed etiam amicorum, vt per frumentarios occulta omnia exploraret Spart. in Hadr. c. 11. Plin. 25, 2 Is ergo in reliqua ingenii magnitudine, Medicinae peculiariter curioſus, ab hominibus ſubiectis, *etc.* Chryſippus vt eſt in omni hiſtoria curioſus Cic. Tuſc. 1 c. 45. Idem Att. 5, 14 Si me nihilo minus noſti curioſum in rep. quam te, ſcribas, velim, ad me omnia, *etc.* In exquirendo iure augurum curioſus Id. pro Domo 33. Belle curioſus Cic. Att. 6, 1. *Sic* curioſus *eſt* πολυμαθὴς *ſ. philologus. Vid. Caſaubon. ad* Vopiſci Probum 2 p. 639 *ſq. Hack. et* Numerian. 13 p. 793. *Add.* CVRIOSITAS. Petron. 118 Et Horatii curioſa felicitas. Oculos curioſos reficere Apul. Mileſ. 10 p. 344 *Flor.* Pictor curioſus Petron. c. 29. *Iſta fere in bonam partem.* ¶ 2 *In vitio etiam eſt. v. g.* Cic. de Fin. 5, 36 Atqui Cicero, *inquit*, iſta ſtudia, ſi ad imitandos ſummos viros ſpectant, ingenioſorum ſunt: ſin tantummodo ad indicia veteris memoriae cognoſcenda, curioſorum. Ter. Eun. 3, 5, 5 Sed neminemne curioſum interuenire nunc mihi, qui me ſequatur, quoquo eam rogitando, obtundat, enecet? Quid tam curioſum, quam ea ſcire velle, de quibus maiores noſtri vos ſolos et conſuli et ſcire voluerunt Cic. pro Domo c. 12 *extr.* Curioſi ſunt hic quam plures mali, alienas res qui curant ſtudio maximo Plaut. Stich. 1, 3, 45. Curioſus nemo eſt quin ſit maleuolus Ib. v. 55. Cic. de Fin. 2, 29 Reperiam multos, vel innumerabiles potius, non tam curioſos, nec tam moleſtos, quam vos eſtis, quibus quidquid velim facile perſuadeam. In aliena Republica curioſum minime eſſe, officium eſt peregrini Idem Off. 1, 125. Satisfit difficilius curioſis Id. de Fin. 1, 4. Curioſus *differt a* Diligenti. Quinctil. 8, 3, 55 Eſt etiam quae περιεργία vocatur, ſupervacua (vt ſic dixerim) operoſitas, vt a diligenti curioſus, et a religione ſuperſtitio diſtat. Plin. 13, 12 Curioſa interpolatione tenuata charta. Curioſus agnus *laſciuia Comica* Plauti Aul. 3, 6, 26 *eſt macilentus, quaſi curis confectus. Sed al.* Curionem *legunt, v. v.* ¶ 3 Curioſus, *pro Delatore.* Sueton. in Aug. c. 27 Pinarium equitem Roman. quum concionante ſe, admiſſa turba paganorum, apud milites ſubſcribere quaedam animaduertiſſet, curioſum ac ſpeculatorem ratus, coram confodi imperauit. *Vid. quae de* Frumentariis et Curioſis *Salmaſ. ad Spartian. p. 103 ſq. Hack. et quae plena manu Iac. Gothofr. ad* Titulum C. Theod. (6, 29) de Curioſis: *quos* Curagendarios *etiam dictos ibi apparet, quique non publicum modo curſum regebant, et* euectiones *illius* inſpiciebant, *vt eſt in legibus: ſed et* reos iudicibus nunciabant, omniaque, quae geri in rep. viderent, ad principis notitiam deferebant *etc. Eſt et* Titulus C. Iuſtin. 12, 23 de Curioſis et Stationariis. *Meminit* Curioſorum *etiam* Tertull. de fuga in perſec. 13. *Sed inferioris haec aetatis ſi quis diſcere velit, adeundus eſt Gothofredus.* ¶ 4 *Gradibus etiam aſſurgit hoc nomen: Compar.* Cic. Fam. 4, 13 Quo minus familiaris ſum, hoc ſum ad inueſtigandum curioſior. Varro R. R. 2, 3, 5 Capras non vt reliqua animalia naribus *(intell.* ſolum) ſed *(etiam)* auribus ſpiritum ducere ſolere, paſtores curioſiores aliquot dicunt, *i. attentiores.* Phaedr. Fab. 4, 1 Quidam curioſior. Occultorum curioſior Macrob. Somn. Sc. 1, 2. *Superl.* Ne curioſiſſimi quidem homines exquirendo audire tam multa poſſunt Cic. de Nat. D. 1. Capitol. in M. Antonino Phil. c. 20 Erat enim famae ſuae curioſiſſimus, *etc.*

CVRIOSV̆LVS, a, um. Adi. Apul. Met. 10 p. 254, 8 Quam quidem laciniam curioſulus ventus reflabat.

CVRIOSĬTAS, ātis. f. [περιεργία] *Sciendi cupiditas.* Cic. Att. 2, 8 Sum in curioſitate ὀξύπεινος, ſed tamen facile patior te id ad me, *etc.* Curioſitas *videtur Philologiam, ſeu* πολυμάθειαν *ſignificare apud* Gell. 2, 18 Sed eſſe arcanas cauſas, ad quas paucorum potuit peruenire curioſitas. *In malum accipitur pro* περιεργίᾳ *ſ. vano et noxio ſciendi quaedam deſiderio. Apud* Tertull. de Praeſcript. adu. Haereticos c. 17 Notata ſunt etiam commercia haereticorum cum magis quampluribus, circulatoribus cum Aſtrologis, cum Philoſophis curioſitati deditis. *Vid. etiam* Apol. c. 25. *et* de Praeſcr. c. 3.

CVRIŌSE. Adu. *Diligenter* Columel. 3, . . . Sin autem ipſam vitem cernere voles, iuxta radicem ita ne ipſam laedas, curioſe fodito. Facere curioſe aliquid Plin. 18, 3. Quinctil. 8, 1, 2 Quos curioſe potius loqui dixeris, quam Latine. *Compar.* Conquirere curioſius aliquid Cic. de Clar. Orat. 133 c. 35. Animaduertunt ea, quae domi fiunt, curioſius Idem de Fin. 5, 42 c. 15. *Superl.* Columel. 11, 2, 18 Vitiaria diligenter facienda, malleolisque quam recentiſſimis curioſiſſime pangenda.

CVRIA, ae. f. [φρατρία] *A* Cura *deducitur, et primo eſt conuentus hominum remp. curantium.* Curia, *inquit* Feſtus, Locus eſt, vbi publicas curas gerebant, *deinde de* Curia Calabra, *quae in* CALABRA *dedimus. Tum, quod maxime ad rem noſtram pertinet,* Curiae nominantur, in quibus vnius cuiusque partis Populi Rom. quid geritur: quaeles ſunt eae, in quas Romulus populum diſtribuit numero triginta, quibus poſtea additae ſunt quinque, vt in ſua quisque curia ſacra publica faceret, feriasque obſeruaret: hisque curiis ſingulis nomina Curiarum (*Scal. ſuſpicatur* Curium, Curetium, Curienſium: *vid.* Liu. 1, 13) virginum impoſita eſſe dicuntur, quas virgines quondam Romani de Sabinis rapuerunt. *Quod narrat* Feſtus, *de* quinque curiis *ad triginta illas additis eo pertinet, vt numero tribuum reſponderent: quas cum* curiis *confundit etiam. Vid.* CENTVMVIRALIA IVDICIA, Nam cum eſſent Romae triginta et quinque tribus, quae et curiae dictae ſunt *etc. quale quid ipſi* Aſconio *accidiſſe videtur, qui* ad Cic. Act. 1 in Verr. 22 c. 8 Vtrum, *inquit*, legitimos habent omnes tribus diuiſores ſuos, quos Plautus *magiſtros curiarum* vocat — An diuiſores criminis nomen eſt? *Et* in Verr. 1, 14 c. 5 Tribus principio tres fuerunt — poſt de nominibus Sabinarum plures factae — ad poſtremum XXX et V factae. *Illud quidem de* nominibus Sabinarum *ad* curias *refertur etiam a Liuio, vt vidimus. Sic* Aur. Vict. de Vir. ill. 2, 12 Plebem in triginta curias diſtribuit Romulus, easque raptarum nominibus appellauit. *Occaſionem confuſioni dedit, quod* Curiae *Romuli* XXX *erant* decimae *partes trium tribuum, etc. Caeterum locus* Plauti, *ad quem Aſconius l. c. reſpicit, eſt* Aulul. 1, 2, 29 Nam noſter noſtrae qui eſt magiſter curiae, Diuidere argenti dixit numos in viros. *Add.* 2, 2, 3. *Sed haec in palliata, i. Graeca fabula, e Graecorum forte moribus explicanda. Vid. tamen* DIVISOR n. 2. *Caeterum ab his* Curiis Curiales *et* Curiata comitia *dicuntur.* Pomponius l. 2 D. de origin. iur. Initio ciuitatis noſtrae populus ſine certa lege, ſine iure certo primum agere inſtituit, omniaque manu Regis gubernabantur. Poſtea aucta ad aliquem modum ciuitate, ipſe Romulus traditur populum in triginta partes diuiſiſſe: quas partes Curias appellarit, propterea quod tunc Reipublicae curam per ſententias earum partium expediebat. Et ita leges quasdam et ipſe Curiatas ad populum tulit, tulerunt et ſequentes Reges. *Haec ille.* ¶ 2 *Locum conſilii publici, i. aedificium ei rei deſtinatum, ſignificat.* [βουλευτήριον] Varro de L. L. 4, 32 p. 37, 20 Curiae duorum generum. Nam et vbi curarent ſacerdotes res diuinas, vt Curiae veteres: et vbi Senatus humanas, vt curia Hoſtilia, — ante hanc roſtra *etc. Et* 5, 6 p. 53, 17 Curia vbi Senatus rem publicam curat. Illa etiam Curia dicitur, vbi Cura Sacrorum publica; ab his Curiones. *De Senatu* Cic. de Orat. 2, 6 c. 2 Veniebamus in curiam, vt veſtigium illud ipſum, in quo ille poſtremum inſtitiſſet, contueremur. Idem de Senect. 27 Non curia vires meas deſiderat, non roſtra, non amici, non clientes, non hoſpites. Si minus in curia atque in foro, at in literis et libris iuuare rempublicam debemus Id. Fam. 9, 2. *Sic* ad Att. 12, 21 Quod me in forum vocas, eo vocas, vnde etiam bonis meis rebus fugiebam. Quid enim mihi cum foro ſine curia? In forum, *ad agendas cauſas iudiciales:* ſine curia, *amiſſo Senatu, quum Senatus nullus ſit.* Templum ſanctitatis, amplitudinis, mentis, conſilii publici, caput Vrbis, aram ſociorum, portum omnium gentium, ſedem ab vniuerſo populo conceſſam vni ordini, Curiam Cic. *vocat pro* Milone 90 c. 33. *Hinc* Frequenti curia, *i. ſenatu* Liu. 2, 23 ad *extr. et* Suet. Iul. c. 22. Vindex temeritatis, et moderatrix officii curia Cic. pro Flacc. 91. Curia conſiliis aeſtuat orba ſuis Claud. 2 praefat. in Eutrop. 58. In curia incluſus Senatus Cic. Att. 6, 1. Aſpirare in curiam, *vid.* ASPIRO. Clauſa pauperibus Ouid. Amor. 3, 8, 55. *i. pauperes non poſſunt fieri Senatores. Eſt enim certus* cenſus Senatorius. Inducere ambitionem in curiam, *vid.* INDVCO. Inire curiam, *pro Ingredi* Tacit. Ann. 5, 4. Iubet curia Cic. pro Domo 77. Venit in curiam frequens Senatus Cic. de Orat. 3, 2. Martis curia, *i. Areopagus* Iuuen. Sat. 9, 101. Pompeia curia, *in qua Pompeii ſimulacrum erat, et in qua Iul. Caeſar trucidatus eſt* Cic. de Diuin. 2, 23. Saliorum curia *erat* in Palatio Idem de Diuin. 1, 30. Senatoria l. 1 C. Theod. de Conſul. *Recentior aetas* Curias *dixit pro aulis et domibus principum. Hinc* Curiales, Aulici.

CVRIĀLIS, e. Adi. [φρατριακὸς, φυλέτης] *Qui ad* curiam *primo praeſertim intellectu ſumtam pertinet, ſ. vt* Feſtus, qui eiusdem eſt curiae. Cic. Off. 2, 64 Theophraſtus ſcribit quidem Cimonem Athenis etiam in ſuos curiales Laciadas hoſpitalem fuiſſe. *Ipſa hac appellatione* curias *Romanorum, cum* δήμοις *ſ. populis Atticorum comparat.* Δῆμος *enim* λαχία. *Sed* Conſortia curialia. l. Curialibus, C. de Decurionibus Curialibus conſortiis conſulentes, cenſemus, *etc. Nempe* Curia *Senatus eſt. Porro* Senatores *dicere alios quam Romanos non ſolebant. Hinc* βουλευτὴς, Decurio, Curialis Vet. Gloſſ. Flamines curiales, Curiarum ſacerdotes erant, Feſtus. Menſae curiales, in quibus immolabatur Iunoni, quae Curis appellata eſt, Feſtus. *Conf. Scalig. ad h. l.* Curialis *etiam pro Aulico ponitur, in quantum nempe* Curia *etiam aulam ſignificat.* Ammian. 21, 22 Romulus et poſt eum Saboſtius curiales, conuicti ſine reſpectu *etc. Adde* 22, 9.

CVRIĀTVS, a, um. Adi. *Vt*, Curiata lex, *quae curiatis comitiis lata erat.* Cic. Fam. 1, 9 *fin.* Appius — dictitabat — ſeſe, ſi licitum eſſet, legem curiatam ferre *etc.* *Vid. quae viri docti ad h. l. it. ad* Qu. Fr. 3, 2 *extr.* Tacit. Hiſt. 1, 15 *et ibi Acidal.* *Item* Suet. Aug. c. 65. Gell. 5, 19. Comitia curiata, Conuentus qui litium cauſa in curiis fiebant, vt ait Feſtus. Gell. *vero* 15, 27 Curiata comitia erant, quae curiatim per lictorem calabantur, id eſt conuocabantur: quorum erant Pontifices arbitri. Cic. de Lege Agr. 2, 27 Nunc quia prima illa comitia tenetis centuriata et tributa, curiata tantum auſpiciorum cauſa remanſerunt. *Sed de his comitiis totis libris inter Car. Sigonium et Nic. Grucchium diſputatum eſt. Vid.* COMITIA.

CVRIĀTIM. Adu. *Per ſingulas curias. Modo laudatus eſt* Gell. 15, 27. *Sed alii legunt*, Per lictorem curiatum.

CVRIO, ōnis. m. [φρατριεὺς] *Sacerdos curiae.* Curio Maximus, Cuius auctoritate curia, omnesque curiones regebantur, Feſtus. Liu. 27, 8 Inter maiorum rerum curas comitia Maximi curionis, quum in locum M. Aemilii ſacerdos crearetur, vetus excitauerunt certamen; Patriciis negantibus, C. Mamilii Vituli, qui vnus ex plebe petebat, rationem eſſe habendam: quia nemo ante eum niſi ex patribus id ſacerdotium habuiſſet. Curiones *quoque dicti ſunt* Praecones. Epigrammata curione non egent, ſed contenta ſunt ſua, id eſt, mala lingua Martial. praef. l. 2. *Conf.* Trebell. Poll. in Gallien. c. 12 Ille per curionem dici iuſſit, impoſturam fecit, et paſſus eſt. ¶ 2 Agnus curio Plaut. Aulul. 3, 6, 27 ME. Volo ex te ſcire, qui ſit agnus curio. EV. qui oſſa atque pellis totus eſt, ita cura macet. ¶ 3 *Eſt etiam cognomen gentis* Scriboniae. Tres *deinceps ſ. vna ſerie oratores ex ea familia exſtitiſſe, inter humanae felicitatis argumenta refert* Plin. 7, 41 Ciceronis Familiarium *quas vocant* epiſtolarum liber ſecundus *eſt* ad Curionem *etc.*

CVRIONALIS, is. m. *Idem qui Curio.* Gruter. Inſcript. p. 305. n. 5 DIS. MANIBVS. FELICI. COMELIANO. PVBLICO. CVRIONALI. *etc.*

CVRIONĀTVS, ûs. m. Curionis dignitas. Feſt.

CVRIONIVS, a, um. Adi. *Vt*, Curionia ſacra, Quae a curionibus in curiis fiebant. Feſtus.

CVRIONIVM, i. n. dicebatur Aes, quod dabatur curioni ob ſacerdotium curionatus. Feſtus.

CVRO, āre. [φροντίζω, κήδομαι, ἐπιμελέομαι, θεραπεύω] *Operam dare, ſolicitum eſſe de re aliqua.* Cic. pro Cael. 54 Quod facinus in alienum hominem illatum ſeuere acciperet, id omiſiſſet curare in hoſpite? Cic. Fam. 9, 24 Sic tibi, mi Paete, perſuade, me dies et noctes nihil aliud agere, nihil curare, niſi vt mei ciues ſalui liberique ſint. - Curare et attendere Cic. Fam. 4, 13: Omnibus rebus cura et prouide ne quid ei deſit Idem Att. 11, 3. Alicuius cauſa curare aliquid Id. Att. 5, 2. *Ponitur de actionibus tum noſtris, tum alienis. De noſtris, e. g.* Varro, Nolui, inquit, ſcribere, quod neque indocti intelligere poſſent, neque docti legere curarent Cic. Acad. 1 c. 2 *pr.* Idem de Orat. 2 c. 6 C. Lucilius — ſcripſit *Perſium, non curo legere* (hic enim fuit omnium fere noſtrorum hominum doctiſſimus) *Laelium Decimum volo*, quem cognouimus virum bonum, et non illiteratum, ſed nihil ad Perſium. *Conf.* Plin. praef. operis p. 2 Hard. *vbi ita refertur*, Manium Perſium haec legere nolo. *Eſt ſane* non curo *idem quod* nolo. *Etiam* Perſ. 3, 29 Quod ſapio ſatis eſt mihi: non ego curo Eſſe quod Arceſilas aerumnoſique Solones. *Rurſus* Cic. Fam. 1, 9 Eſt vero probandum, qui et ſumma voluntate ceſſerit — neque ſane redire curarit, *i. non ſtuduerit.* Idem Att, 7, 15 Cato in Siciliam ire non curat. *Sic* Qui ſolas diuitias exſtruere curant Petron. c. 84. Currere curamus velis Rutil. Itin. 1, 429. *vbi conf. Barth. et Burm. De alienis, quarum nos tamen auctores ſumus, vt* Cedere Ciceronem domo et patria curaſti, *i. effeciſti, vt domo cederet* Cic. pro Domo c. 3. Ter. Andr. 5, 2, 24 Cura aſſeruandum vinctum. Caeſ. Bell. Gall. 8, 23 Qui eum per ſimulationem colloquii curaret interficiendum. Cic. Fam. 15, 10 Faciendum cures. *Add.* Nep. 10, 6 *extr.* Diligenter curare aliquem Cic. Att. 13, 21. Leuiter curare aliquid Hor. Epiſt. 2, 1, 51. Ter. Andr. 5, 2, 6 Omnia apparata iam ſunt intus. S. curaſti probe. Studioſe diligenterque curare aliquid Cic. Att. 16, 16. *et* Fam. 14, 13. *per ironiam.* Ter. Andr. 5, 4, 18 Ego iſtaec moueo aut curo. Martial. 11, 95 Hoc quoque non curo, quod tu mea carmina carpas, *etc.* *Conf. Brouckhuſ. ad* Tib. 1, 1, 57. Ter. Adel. 5, 1, 10 Exemplum omnibus curarem vt eſſes. Cic. Fam. 12, 28 Cura vt valeas. Ne illa quidem curo mihi ſcribas Cic. Fam. 2, 8. Quid me curas, quid rerum geram? Plautus Rud. 4, 4, 24. ¶ 2 *Iam ponemus nomina quaedam: Sic* Curare Aliquem delicatioribus cibis Sulp. Seuer. Hiſt. Eccl. 2, 1. Quum ad coenam inuitauerant, vltra Romanorum et mortalium etiam morem curabant exornatis aedibus per aulaea et inſignia, ſcenisque ad oſtentationem hiſtrionum fabricatis; ſimul croco ſparſa humus *etc.* Sall. *apud* Non. et Macrob. Sat. 2, 9. Aedes curare Plaut. Moſtel. 1, 1, 34. Aegrotos curare Idem Capt, 1, 2, 87. Aetatem ſuam et ſe curare Id. Pſeud. 4, 7, 34. Ter. in Adel. 5, 1, 1 *in eandem ſententiam dixit*, Te curaſti molliter. Plaut. Mil. 2, 1, 71 Faciemus, Alia cura. Ter. Phorm. 2, 1, 26 Atqui reperi iam: Aliud cura. *Ita ſaepius* Plautus. Aliena curare Ter. Heaut. 1, 1, 24. Plaut. Stich. 5, 3, 9 Amicos meos curabo huc aduenientes, *i. epulis accipiam. Sed pro Colere* Mart. 6, 50. Plaut. Moſt. 1, 1, 34 An ruri quaeſo non ſunt quos curem Boues? Cibum curare Varro L. L. 6, 3 p. 72, 27 Epeum fumificum cocum *vocat* Plautus, ab Epeo illo, qui dicitur ad Troiam — apte Cibum curaſſe: ideo ait Epeum fumificum, qui legioni noſtrae habet coctum cibum. *Sic* Ter. Andr. 1, 1, 3 Nempe vt curentur recte haec *etiam ad culinam et coquendi rationem pertinet.* Martial. 6, 50 Obſcenos poſtquam coepit curare cinaedos, *i. colere, amicos habere.* Conſcientiam animi non curat improbus Cic. de Fin. 2, 54. Conuiuia Virg. Georg. 1, 301. Corpora Idem Aen. 8, 607. *E re militari ſumtum cum coenant milites et quieſcunt v. g.* Curt. 3, 8, 22. Cutem curare, *Indulgere genio* Iuuen. Sat. 2, 105. Horat. Epiſt. 1, 4, 15. Officia curantia Deum Tertull. adu. Pſychic. c. 16. Equos Virg. Aen. 8, 607. Fidem ſuam, *Curam habere de fide praeſtanda* Plaut. Trin. 1, 2, 155. Genium mero Hor. Carm. 3, 17, 14. Hiſtriones curat Iupiter Plaut. Amph. prol. 87. Tacit. Ann. 6, 30 Gaetulicus ea tempeſtate ſuperioris Germaniae legiones curabat, *i. illis praeerat.* Secundum Locum Suet. Tib. 11, *i. tueri.* Mandata mea curabis Cic. Att. 4, 7. Munus aliquod Plaut. Truc. 2, 4, 76. Negotia aliena Cic. in Topic. 66. Officium ſuum curare Plaut. Bacch. 4, 4, 108. Velites excurſionem adornant, ordines principes curant, equites cornibus praeſunt Apul. de Mundo p. 72, 2. Parentes Plaut. Stich. 1, 1, 53. Ter. Adelph. 1, 2, 50 Curemus aequam vterque Partem, tu alterum, ego item alterum. Cic. Q. Frat. 2, 4 Redemtori tuo dimidium pecuniae curaui, *intell. numerandam, vel perferendam.* Pecunia Valerii mancipis nomine nobis erat curata Cic. Fam. 5, 20. Hor. Serm. 2, 5, 38 Ire domum, atque Pelliculam curare iube. Plaut. Men. 2, 3, 17 Prandium vt iuſſiſti, hic curatum eſt: vbi libet ire accubitum licet. Liu. 1, 20 Quaeque Prodigia fulminibus, alioue quo viſo miſſa ſuſciperentur atque curarentur, *i. procurarentur, expiarentur.* Cic. Att. 6, 1 Appius, quum ἐξ ἀφαιρέσεως prouinciam curarit, ſanguinem miſerit, *etc.* *Add.* Tac. Agric. 16, 4. Cic. pro Corn. Balb. 55 Sacra Cereris Iudices, ſumma maiores noſtri religione confici caerimoniaque voluerunt: quae quum eſſent aſſumta de Graecia, et per Graecas ſunt ſemper curata ſacerdotes, *etc.* Scrinia, *vid.* SCRINIVM. Se. Cic. de Orat. 3, 228 Sed iam ſurgamus, inquit, nosque curemus. *Sic* Cic. Philipp. 9, 6 Multis illi in vrbibus, qua iter faciebat, reficiendi Se, et curandi poteſtas fuit. Sublimia curare Hor. Epiſt. 1, 12, 15. Vitem curare falce Plin. 17, 22. *Add.* Virg. Georg. 2, 397. ¶ 3 *Formulae aliae, praeſertim tales, in quibus reſtringi videtur ſignificatio: licet non magis id opus ſit, quam in ſuperioribus. v. g.* Curare *poni aiunt pro Timere* Cic. Fam. 9, 24 Magis illos vereor, qui in bello occiderunt, quam hos curo, *etc.* *Et* Seruius *ad* Virg. Ecl. 7, 51 *dicit*, Curamus quidam timemus accipiunt. *Verba ſunt*, Hic tantum Boreae curamus frigora, quantum Aut numerum lupus aut torrentia flumina ripas. *Sed vtroque loco vim ſuam retinet verbum hoc, et ſignificat rationem habere, animum aduertere* etc. *Sic idem* Seruius Virg. Aen. 2, 536 curet *per* vlciſcatur *explicat: nempe vt* animaduertere *interdum eſt punire.*

At tibi pro ſcelere, exclamat, pro talibus auſis,
DI, ſi qua eſt caelo pietas, quae talia curet,
Perſoluant grates dignas, et praemia reddant
Debita *etc.*

*Haec transferamus ad alia, v. g.* Vlpian. in l. Itaque fullo D. de Furtis, Itaque fullo, qui curanda poliendaque veſtimenta accepit, ſemper agit. *Ita* Cura te, amabo! ſiccine immunda obſecro ibis Plaut. Ciſt. 1, 1, 114. Curare *abſolutum.* Ter. Andr. 1, 1, 144 Sat eſt, curabo. Salluſt. in Iugurth. c. 57 Legatis imperat, vbi quisque curaret, deinde ſigno dato vndique ſimul clamor ingens exoritur. *Add.* ib. c. 46. *Sic* Ego pro me et te curabo Plaut. Pſeud. 1, 3, 3. *Et* Ter. Andr. 2, 3, 28 Hanc fidem ſibi obſecrauit, qui ſe ſciret non deſerturum, vt darem. D. curabitur. Curatur, vt vinea vetus ſemel foſſa ſit Plin. 18, 27. *Imprimis Medicorum opus eſt curare.* Cic. pro Roſc. Amer. 128 Intelligo me ante tempus Iudices, haec ſcrutari, et propemodum errare: qui quum capiti Sexti Roſcii mederi debeam, reduuiam curem. *Sic* Corpora curari poſſunt, animorum medicina nulla eſt Cic. Tuſc. 3, 5. Detractione ſanguinis aliquem Quinctil. 2, 10. Herbis Ouid. Rem. Amor. 313. Cic. in Piſon. 13 Quod diceres vinolentis te quibusdam medicaminibus ſolere curari? Idem de Senect. 67 Facilius in morbos incidunt adoleſcentes, grauius aegrotant, triſtius curantur. Eum recte curaturum Celſ. 1 praef. Caput curare Scribon. 1, 3, 180. Morbos Celſ. 1 praef. Vitia curare Scribon. Ep. Victu morbos Celſ. 1 praef. Victu curare Ibidem. Curari Athenippo (*medicamento*) 27. Qui cum per oleum aliquando curauerat Tertull. ad Scap. c. 3. *Triſti Metaphora vtebatur Nero ap.* Sueton. c. 37 Mori iuſſis non amplius quam horarium ſpatium dabat. At ne quid morae interueniret, medicos admonebat, qui cunctantes continuo curarent: ita enim vocabat venas mortis gratia incidere. *Pro cicurari poſitum eſt, modo non ita legendum ſit, a* Nigidio *apud* Priſcian. 8 p. 793 Omne pecus indomitum habet quiddam in ſe ferum; ſed tamen ea natura eſt, vt curari et dominari poſſit. *Pro conſolari* Apul. Met. 5 p. 160, 24 Curant nouam nuptam interfectae virginitatis (*cauſa.*) Curari a multis, *Coli* Plin. Epiſt. 1, 5 Regulus enim eſt locuples, factioſus, curatur a multis, timetur a pluribus. *Quid hoc ſit ipſe 4, 2 his verbis explicat*, Conuenitur ad Regulum mira celebritate. Cuncti deteſtantur, oderunt, et quaſi probent, quaſi diligant, curſant, frequentant. *Huc facit et illud* Martialis 2, 74 Cinctum togatis poſt et ante Saufellum, Quanta reduci Regulus ſolet turba, *etc.* *Ipſe* Cic. Att. 5, 4 O prouincia! etiam hic mihi curandus eſt. ¶ 4 *Etiam cum Datiuo ponitur, vt* curare alicui *idem ſit, quod curam alicui impendere.* Apul. Apol. p. 297, 21 Quoniam vſque adeo rebus meis curat. Curare rebus alienis ſuo veſtimento et cibo Plaut. Truc. 1, 2, 35. Idem Trin. 4, 3, 50 Sed ego ſum inſipientior, qui rebus curem publicis potius quam, *etc.* Illis curandum cenſeo Plaut. Rud. 1, 2, 93. *i. operam dandam.* Solis hominibus et eorum paucis curare Apul. Apol. p. 281, 15. Daemones quidam certis poteſtatibus curant Id. de Deo Socr. p. 50, 30.

CVRĀTVS, a, um. Partic. [ἐπιμέλητος] Bene curata cute nitidus Hor. Epiſt. 1, 4, 15. Membra curata ſopori dare, *i. Coenatum dormire* Idem Serm. 2, 2, 80. Pecunia curata Cic. Fam. 5, 10. Curatus adeps ſuillus Scribon. 222. *i. purgatus. Add. a Rhod. in Lex. Scribon. producta.* Quae τεθεραπευμένα Graeci appellant, nos curata vocamus: quum ex ſeuo puta omnes membranulae diligenter exemtae ſunt, aut ex alio medicamento Celſ. 5, 19, 11 *extr.* Cadmia curata Idem 6, 5. Haedinum caput curatum Veget. 4, 8, 1. *Conf.* Colum. 9, 14, 1. 12, 18, 6. Plin. Epiſt. 9, 13 Me quidam ex Conſularibus amicis ſecreto, curatoque ſermone, quaſi nimis fortiter incauteque progreſſum corripit: reuocat, monet vt deſiſtam. *Compar.* Cato c. 103 Hoc ſi feceris, ita boues et corpore curatiores erunt, et morbus aberit, *i. meliore habitudine.* *Superl. Vt*, Preces curatiſſimae, *i. accuratiſſimae* Tacit. Ann. 1, 13.

CVRĀTE. Adu. [ἐπιμελῶς] *Pro Accurate. Compar.* Tacit. Ann. 2, 27 Eius negotii initium, ordinem, finem curatius diſſeram. Editi curatius ludi Idem Ann. 14, 21. *Superl.* Salluſt. Iugurth. 16 Eum Iugurtha curatiſſime recepit, *i. cum cura et honore. Sed* MSS. accuratiſſime.

CVRĀTOR, ōris. m. [ἐπιμελητὴς] *Generali nomine dicitur praepoſitus alicui negotio curando, vt*, Curator viae Flaminiae Cic. Att. 1, 1. Munerum ac venationum curator Suet. Calig. c. 27. Negotiorum Salluſt. Iug. 71. Idem in Iugurth. 110 Caeterum de Repub. noſtra, cuius huc curator miſſus es, paucis accipe. Reficiendis muris curator Demoſthenes fuit Cic. de Opt. gen. Orat. 19. Reſtituendi capitolii Gell. 2, 10. Vrbis et annonae curatores, aediles Cic. de Legib. 3, 7 c. 3. Idem in Vatin. 35 Non nuntios pacis ac belli, non curatores, non interpretes, *etc.* Senatus more maiorum deligere poſſet? *Quid.* Oratores. Iulian. l. ex facto D. de negotiis geſtis, Ex facto quaerebatur, quendam ad ſiliginem emendam curatorem decreto ordinis conſtitutum: eidem, *etc.* Conſtituere curatores legibus

Cic. de Lege Agr. 2, 17 c. 7. Praeficere curatorem, qui ſtatuis faciundis praeſit Idem Verr. 2, 144 c. 59. ¶ 2 *Specialiter* Curatores, [ἐπίτροποι] dicuntur, Qui pupillis loco tutorum dantur: *vt ait* Feſtus. Curator *nempe eſt, qui puberis patrimonium aut a magiſtratu, aut a teſtatore curare iuſſus eſt.* In Inſtit. ciuil. §. 1 de curatorib. Maſculi quidem puberes et feminae viripotentes, vſque ad viceſimum quintum annum completum curatores accipiunt: quia licet puberes ſint, adhuc tamen eius aetatis ſunt, vt ſua negotia tueri non poſſint. Curatores aut Legitimi ſunt, *i.* qui ex lege duodecim Tabularum dantur: aut Honorarii, *i.* qui a Praetore conſtituuntur. *Haec* Vlpian. Corp. tit. 12. Egere curatoris *dicimus eos, quos innuere volumus non compotes eſſe mentis* Hor. Epiſt. 1, 1, 102. Petere curatorem Quinctil. 7, 5. *Sed ſunt etiam* Curatores apum Colum. 9, 9, 1. Auiarii Varr. R. R. 3, 5, 5. *Eſt* Gallinarius Idem 3, 9, 7. Pauonini gregis Colum. 8, 11, 2.

CVRĀTRIX, īcis. f. Modeſt. in l. ſcire. D. de tutor. vel curator. dat. ab his. Scire oportet magiſtratus, quod curatrices minoribus mulieres non creabunt.

CVRATORIA, ae. f. *Munus curatoris pupillorum vid.* leg. 1 *et* 2 Dig. de Excuſat. vtramque. *pr.*

CVRATIO, ōnis. f. [θεραπεία, θεραπευσία, ἐπιμέλεια] Proprie eſt Medicorum, *auctore* Donato ad Andr. 1, 1, 3. Tres menſes ſine vllis doloribus, praeterquam quos ex curatione capiebat, conſumſit Nep. 25, 21. Cic. Fam. 16, 6 De medico, et tu bene exiſtimari ſcribis, et ego ſic audio: ſed plane curationes eius non probo. *Sed multo latius patet. v. g.* Cic. de Nat. Deor. 2, 96 Quae quidem neque ali, neque ſuſtentari, neque vllum fructum edere ex ſe ſine cultu hominum et curatione potuiſſent, *de ouibus.* Cic. de Nat. Deor. 1, 96 Omnis cultus et curatio corporis erit eadem adhibenda deo, quae adhibetur homini, ingreſſus, curſus, *etc. Verum frequens admodum eſt* Curatio, *vbi de medicorum opere ſermo eſt: vt* Morborum curatio Celſ. 1 praef. Neque valetudinis curatio ſine hominum opera vlla eſſe potuiſſet Cic. Off. 2, 12. Opportunus curationi Celſ. 3, 9. Acris curatio Scribon. 183. *i. valida.* Auſtera curatio, Periculoſa, *v. hh. vv.* Periculoſas et ancipites curationes morbis grauioribus medici adhibere coguntur Cic. Off. 1, 83 c. 24. Idem de Fin. 4, 65 Hi curatione adhibita leuantur in dies. Admittere curationem, *v. h. v.* Admouere curationem ad aliquem Cic. Tuſc. 4, 61. Explere curationem Celſ. 7, 7. Facere difficultatem curationi, *i. reddere curationem difficilem* Celſ. 7, 26. Ferre ſibi curationem Cic. pro Domo 51. *i. legem, qua ſibi ea mandetur.* Opus eſſe alia curatione Celſ. 1 praef. Cic. de Diuin. 2, 123 An Aeſculapius Serapis poteſt nobis praeſcribere per ſomnium curationem valetudinis? Procedit recte curatio Celſ. 7, 27. Idem 7, 20 Fere tamen hanc curationem puerilis aetas, et modicum malum recipit. ¶ 2 *Saepe etiam de adminiſtratione alicuius partis reip. adhibetur. v. g.* Agraria curatio Cic. Fam. 11, 21. Idem Att. 15, 11 Ego quod eram meditatus in via, ſuadere vt vteretur Aſiatica curatione frumenti, nihil eſſe iam reliqui quod ageremus, niſi vt ſalui eſſemus. *Et* de Nat. Deor. 1, 2 c. 1 Ab omni curatione et adminiſtratione rerum vacent. Munerum regiorum curatio Cic. Fam. 6, 19. Agere curationem publice aut priuatim Liu. 4, 13. Idem 2, 27 Populus dedicationem aedis dat M. Lectorio primipili centurioni: quod facile appareret, non tam ad honorem eius, cui curatio altior faſtigio ſuo data eſſet, factum, quam ad Conſulum ignominiam. Liu. 27, 30 Ibi curatione Hereorum, Nemeorumque ſuffragiis populi ad eum delata. Cic. de Aruſp. Reſp. 31 Aedes Telluris eſt curationis meae. ¶ 3 *Sed aeque fere late patet atque ipſum verbum* Curo. Plaut. Poen. 1, 2, 141 Cur ego id curem? namque iſtaec magis tua eſt curatio. Quid tibi hanc rem curatio eſt verbero, *i. quid cures* Plaut. Amph. 1, 3, 21. Cic. pro Rabir. Poſt. 28 Haec vna ratio a rege propoſita Poſtumo eſt ſeruandae pecuniae, ſi curationem et quaſi diſpenſationem regiam ſuſcepiſſet. Valere curatione et poteſtate in aliqua re Cic. pro Domo 14. Curatio hereditatis l. 13 ff. de negotior. geſtione. *Sic* Curatio, [ἐπιτροπὴ] *capitur apud Iuriſconſultos pro Munere publico curatoris* Papinian. in l. iuriſperitos de negot. §. quum oriundus D. de excuſat. tutorum, Placuit eum duas curationes adminiſtrare non videri. Et §. ſequenti, Qui priuilegio ſubnixus eſt, fratris curationem ſuſcipere non cogitur. Matris furioſae curatio ad filium pertinet Vlp. in l. furioſae D. de Curatore furioſi, *etc.*

CVRANTIA, ae. f. [ἐπιμέλεια] *Curatio, vt quidam volunt,* Cic. Q. Fratr. 2, 8 (9) Quod me admones, de non curantia, ſuadesque vt meminerim Iouis orationem. *Ita legunt Gruterus et alii. Sed ediderunt omnes*, de noſtra Vrania.

CVRATVRA, ae. f. *Ratio curandi.* Ter. Eun. 2, 3, 23 Si qua eſt habitior paullo, pugilem eſſe aiunt: deducunt cibum; tametſi bona eſt natura, reddunt curatura iunceas. Cura, *inquit* Donatus, mentis eſt: Curatio, medicinae: Curatura diligentiae. *Sed id diſcrimen non eſt perpetuum, vt exemplis apparet.*

CVRABILIS, e. Adi. Efficiunt, curabilis vt ſit vindicta Iuuen. 16, 21. *i. metuenda. Pro ſanabilis, improbatur Voſſ. de Vit. 3, 7.*

CVRAGENDARIVS, i. m. *Qui curam publicam agit.* L. 1 Cod. Theod. de Curioſis Hos, quos curagendarios ſiue curioſos prouincialium conſuetudo appellat.

CVRAX, ācis. Adi. [ἐπιμελητὴς] *Vt, Vigilax, pro Curioſo, i. diligente, et curam adhibente negotiis.* Caius in l. ſi quid venditor. D. de Aedil. edicto, Verbi gratia ſi conſtantem, aut laborioſum, aut curacem, aut vigilacem eſſe, aut ex frugalitate ſua peculium acquirentem affirmauerit: et ex diuerſo leuis, proteruus, deſidioſus, ſomniculoſus, tardus, comeſſor inueniatur, *etc.*

CVRIVS, a, um. Adi. *Curarum plenus.* Plaut. Pſeud. 4, 7, 44 Caue ſis tibi a curio infortunio. *Conf.* Taubm. p. 1020. *Probat etiam Salmaſ.*

CVRITO, āre. Frequent. *Legunt quidam* Apul. Met. 7 p. 194, 8 Exin me, ſuum ſoſpitatorem nuncupatum, matrona prolixe curitabat, *vbi Elmenhorſt.* Curabat: *ſed fatetur eſſe in libris* curutabat, quiritabat, quaeritabat.

CVRCVLIO, ōnis. m. [τρῶξ] *Animal paruum, frumentum corrodens.* Varro de R. R. 1, 63 Tuendi cauſa promendum id frumentum, quod curculiones exeſſe incipiunt. id enim quum promtum eſt in ſole, ponere oportet aquae catinos, quod eo conueniunt, vt ipſi ſe necent curculiones. *Vid.* Plin. 18, 30. Cato 92. *Add.* Varr. R. R. 1, 57, 2. *et* 63, 1. Virg. Georg. 1, 185 Populatque ingentem farris aceruum Curculio. *Vbi* Seruius, Varro, *inquit*, hoc nomen per antiſtoechon dictum ait quaſi gurgulio, eo quod nihil paene aliud ſit, quam guttur. Curculio, *per tertiam alphabeti literam ſcribendum, licet per ſeptimam* G, *proferatur: vt deprehendi poteſt ex argumento, quod Plauti comoediae, quam* Curculionem *inſcripſit, praepoſitum videmus: in quo ſingulorum verſuum prima litera componit dictionem* CVRCVLIO. Gurgulio *tamen ſcribitur* Pallad. 1, 19, 2. *et* Iun. 3. *quemadmodum primae editt.* Varron. R.R. 2, 3, 2 Curculionem *dedere pro* ..., *qui* Gurgulio *eſt.* Curculione infeſtantur etiam fabae et lentes Columel. 2, 10.

CVRCVLIVNCVLVS, i. m. Dimin. Plaut. Rud. 5, 2, 38 Minutos curculiunculos fabulare, *i. nihil dicis, quod ad rem ſit. Synonyma ſunt,* tricas: tramas putridas: caſſam glandem.

CVRCVMA, ae. f. *Capiſtri genus apud* Veget. 2, 33, 1 *vbi fluctuant certe librarii inter* corbem, curcumam, *et* crumenam. Curcuma *eſt etiam in* Leonis L. vnica Cod. nulli licere in frenis, *vbi recte ex Heſychio interpretatur Cuiac. Obſ. 11, 20. Is enim illud Pſalmi* ἐν κημῷ *interpretatur* ἐν κυρκύμῳ.

CVRENSES, ium. m. *Populi in quarta regione Italiae a* Plinio *collocati 3, 12. De his* Ouid. Faſt. 3, 94 A tribus hunc primum turba Curenſis habet. *Alii legunt* Forenſis; *ſed Burmannus* Curenſis *firmat.*

CVRES, ium. plur. [Κύριοι Steph.] *Sabinorum oppidum, cui imperabat T. Tatius: cuius ciues,* Quirites *dicebantur.* Virg. Aen. 8, 638 Tatioque ſeni, Curibusque ſeueris. Parui Cures, *i. Pauperes* Virg. Aen. 6, 811.

CVRĒTES, um. m. pl. [Κούρητες] *Cretae populi, de quibus* Ouid. Met. 4, 232 Largoque ſatos Curetas ab imbri. Virg. Aen. 3, 131 Et tandem antiquis Curetum allabitur oris. *Vbi* Seruius, Curetes ſunt populi, primi cultores Cretae. *Speciatim* Curetes *in Creta adoleſcentes quidam, armiſonam cum ſaltibus agilitatem edentes: proferentes quandam de Iouis origine fabulam, in qua Saturnum introducunt, mox filios, vt in lucem editi fuerint, deuorantem: Rheam vero dolores pariendi diſſimulare conatam, natum infantem longe ablegantem, et ei ſalutem pro viribus comparantem: quam quidem ad rem adiutores* Curetas *aſſumere: illos cum tympanis ac ſtrepitu armiſonantique chorea tumultuantes, deam curioſe circumſiſtere, vt Saturnus attonitus, et obliuione inuolutus, auulſum non agnoſcat infantem, nec eius vagitum exaudiat. Eisdem curam et ſtudium Iouis infantis nutriendi commendari.* Curetes *itaque, i.* Curatores, *vel quia ei miniſtrarent: vel quia Iouis* κουροτροφίαν, *id eſt alimoniam (vtrumque enim dicitur) operati ſint, appellationem hanc ſunt aſſequuti. Ex Strabone lib. 10: vbi et longe plura de* Curetibus *et eorum nomine tradit.* Seru. *ad* Virg. Georg. 4, 149 Curetibus, Corybantibus, et Idaeis Dactylis Ops Saturni vxor Iouem cuſtodiendum dedit in monte Cretae Dictaeo: ne eum Saturnus conſumeret, vt filios omnes ſolebat. Tunc itaque apes aeris ſonum ſequutae, Iouem melle aluiſſe dicuntur: pro qua re eis poſtea praeſtitit Iuppiter, vt haberent liberos ſine vllo concubitu. *Verba Poëtae ſunt,*

Nunc age, naturas apibus quas Iuppiter ipſe
Addidit, expediam: pro qua mercede canoros
Curetum ſonitus, crepitantiaque aera ſequutae,
Dictaeo caeli regem pauere ſub antro.

*Conf.* Hyginum fabula 139 Adamantea (*ſ. potius* Amalthea) pueri (*Iouis*) nutrix eum in arbore ſuſpendit, vt neque in caelo, neque in terra, neque mari inueniretur. Et ne pueri vagitus exaudiretur, impuberes conuocauit, eisque clipeola aenea et haſtas dedit, et iuſſit eos circum arborem euntes crepare, qui Graece Curetes ſunt appellati: alias Corybantes dicuntur: hi autem Lares appellantur. Dictaei Curetes Lucret. 2, 629. *Vid. ibi Lambin.*

CVRETĬCVS, a, um. Adi. Sil. 15, 308 Oeneasque domos, Curetica tecta ſubibat.

CVRIA, CVRIALES, CVRIATVS, CVRIO, *ſub* CVRA.

CVRIS, is. f. [κύρις] *Lingua Sabinorum* Haſta *dicitur. Vnde* Romulus Quirinus, *qui eam ferebat, eſt dictus, et Romani a* Quirino Quirites *dicuntur. Vid.* Macrobium Saturn. 1, 9. *Et* Seruium *in* Aen. 1, 296. Ouid. Faſt. 2, 477 Siue quod haſta curis priſcis eſt dicta Sabinis *etc. Vid.* QVIRINVS.

CVRITIS, is. f. Curitim Iunonem appellabant, quia eandem ferre haſtam putabant. Feſtus.

CVRIVS, i. m. [Κούριος] *Gentis Rom. nomen, quam nobilitauit* M' *id eſt* Manius (*non* M. ſ. Marcus) Curius Dentatus, *exactiſſimae frugalitatis, et perſpectae fortitudinis. Huic quum rapas in foco torrenti Samnitum legati magnum auri pondus publice miſſum attuliſſent, reſpondit,* Malo haec in fictilibus meis eſſe, et aurum habentibus imperare. *Hic primum de Samnitibus triumphauit, quos vſque ad mare ſuperum perpacauit. Deinde de Sabinis triumphauit. Poſtremo de Lucanis ouans vrbem intrauit. Pyrrhum regem Epirotarum ex Italia pepulit. Quaterna dena agri iugera viritim populo diuiſit: ſibique totidem conſtituit, dicens, neminem eſſe debere, cui non tantum ſufficeret. Haec fere* Aur. Vict. de Viris ill. 33. Iuuenal. Sat. 2, 3 Qui Curios ſimulant, et Bacchanalia viuunt. Idem 11, 78 Curius, paruo quae legerat horto Ipſe focis breuibus ponebat oluſcula, quae nunc ſquallidus in magna faſtidit compede foſſor. Capillis incomtis Curius Hor. Carm. 1, 12, 41. Pauper erat Curius reges quum vinceret armis Claud. quart. Conſ. Hon. 412.

CVRIANVS, a, um. Adi. *Vt,* Iudicium Curianum Quinctil. 7, 6 p. 640. *Vid.* Cic. de Orat. 1, 180.

CVRMEN, ζῦθος ἀπὸ σίτου Vet. Gloſſ. *Vid. Meibom. de Cereuiſia, Vet. 6, 7. Idem quod*

CVRMI. n. *Potionis genus, quod paratur e frugibus, nimirum hordeo, triticoque in aqua maceratis, vide Dioſcor. 2, 81. Quidam* Curmum *ſubſtituunt* Vlp. l. ſi quis 9 D. de tritic. vin. et oleo leg. *vbi editur* Camum, *quod damus ſ. l.*

CVRO, āre. *Vid.* CVRA.

CVROTROPHIVM, i. n. [κουροτρόφειον] *Domus alendis pueris deſtinata.* κοῦρος *enim ſ.* κόρος *puerum ſignificat. Vtitur* Iuſtin. l. illud 19 C. de ſacroſ. eccl. *Differt autem a* Brephotrophio, *quod in hoc infantes, recentesque partus aut expoſiti, aut parentibus egentibus nati alebantur: in illo pueri grandiuſculi, qui nondum labore ſuo victum ſibi parare poterant. Hotom.*

CVRRO, cucurri, (Cecurri *pro* cucurri *ap.* Gell. 7, 9) curſum, ĕre. [τρέχω, θέω] *Celerrime motis pedibus progredi, ſiue ſuis ſiue alienis: quin et nauigare celeriter.* Ter. Adelph. 3, 2, 55 Curre, obſtetricem accerſe. Cucurrit Puteolos Cic. Att. 10, 4. Longius currere, *vid.* LONGVS. Solito velocius currere Ouid. Met. 14, 389. *Metaphor.* Plin. Epiſt. 1, 22 Impetu quodam et inſtinctu currere ad mortem, commune eſt cum multis, *i. feſtinare, accelerare mortem ſuam.* Currere per vias Plaut. Poen. 1, 2, 80. Currere per campos Ouid. Met. 5, 613. Eosdem curſus, quos antea cucurrerunt Cic. de

Leg.

Leg. Agr. 2 c. 17. Cic. Off. 3, 42 c. 13 Qui ſtadium currit, eniti et contendere debet quam maxime poſſit, vt vincat. Subſidio currere Cic. Att. 12, 3 *extr.* *Saepe de nauigantibus.* Hor. Epiſt. 1, 1, 45 Impiger extremos curris mercator ad Indos Per mare pauperiem fugiens. Virg. Aen. 5, 862 Currit iter tutum non ſecius aequore claſſis. *Sic* Aen. 3, 191 Vela damus vaſtumque caua trabe currimus aequor. *Sic* Aen. 3, 337 Sed tibi qui curſum venti, quae fata dedere? Placido currere fluctu, *proſpere nauigare* Valer. Argon. 1, 265. ¶ 2 *Sed ponamus elementari ordine earum rerum nomina, quae currere dicuntur.* Acria currere debent Quinct. 9, 4, 139. *i. ita compoſita eſſe debet oratio acris, vt celeriter pronuntiari poſſit.* Aetas ferox currit Hor. Carm. 2, 5, 13. Currit mortalibus Aeuum, Nec naſci bis poſſe datur Sil. 15, 63. Martial. 11, 91 Carmina nulla probas, molli quae limite currunt, *etc.* Fluuii currunt Virg. Aen. 1, 611. Frigus per oſſa cucurrit Ouid. ad Liu. 153. Hiſtoria currere ac ferri debet Quinct. 9, 4, 18. Menſura currit, *vid.* Menſura in METIOR. Lucan. 2, 100 Quantoque gradu Mors ſaeua cucurrit. Nox inter pocula Propert. 3, 10, 21. Numeri currentes Quinctil. 9, 4, 31. Oratio currit procliuius Cic. de Finib. 5, 84. Rhythmi currunt Quinctil. 9, 4, 50. Hor. Serm. 1, 10, 9 Eſt breuitate opus, vt currat Sententia. Syllabae Quinct. 9, 4, 91. Tremor ima per oſſa Virg. Aen. 2, 121. Hor. Serm. 1, 10, 1 Nempe incompoſito dixi pede currere verſus Lucili. Vox currit Plin. 11, 51. *Imperſonale.* Ter. in prol. Heaut. 44 Si qua laborioſa eſt, ad me curritur. Cic. Verr. 5, 71 Curritur ad Praetorium. *Sed* Quinctil. 1, 4, 28 Campus curritur *paſſiue.*

CVRRENS, entis. Partic. [τρέχων] Ter. in prol. Eun. 36 Qui magis licet currentes ſeruos ſcribere, *etc.* Fata currentia Sil. 7, 307. Freta currentia Hor. Epiſt. 1, 3, 4. Hor. de Arte Poët. 22 Currente Rota cur vrceus exit? *de opere figuli.* Vnda Virg. Georg. 3, 330. Spatium currenti praemonſtrare Lucret. 6, 91. *Prouerbii vim habet illud* Cic. Att. 13, 42 Quod me hortaris, vt eos dies conſumam in Philoſophia explicanda, currentem tu quidem. Id. de Orat. 2, 186 Facilius enim eſt currentem (quod aiunt) incitare, quam commouere languentem. *Ducta eſt metaphora ab his, qui curſu certant, quibus acclamatio ſolet addere velocitatem.* *Conf.* Cic. ad Q. Frat. 1, 1 c. vlt. Supercilia currentia vsque ad malarum ſcripturam Petron. Sat. 126. *i. deducta pigmento.*

CVRRAX, ācis. [δρόμαξ Vet. Gloſſ.] Gratius Cynegetico v. 89 Nam fuit et laqueis aliquis curracibus vſus. *Vid. ibi Barth. it. Iuret. ad* Symmach. 9, 23.

CVRSO, āre. Frequent. Cic. de Diuin. 1, 14 c. 8 Fuſcaque nonnunquam curſans per litora cornix. Id. de Senect. 17 c. 6 Similesque ſunt, vt ſi qui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant, quum alii malos ſcandant, alii per foros curſent, *etc.* Curſare huc atque illuc via deterrima Id. Att. 9, 11. Id. Verr. 4, 41 Diodorus Romae ſordidatus circum patronos atque hoſpites curſare: rem omnibus narrare. Id. pro Roſc. Amer. 60 c. 22 Poſtea homines curſare vltro et citro non deſtiterunt. Vias Valer. Argon. 4, 108. *Imperſonale* Ter. Hec. 3, 1, 35 Trepidari ſentio, curſari ſurſum prorſum.

CVRSĬTO, āre. Frequent. *nouum a* Curſo, *Frequentatiuo ipſo.* Ter. Eun. 2, 2, 47 Ne ſurſum deorſum curſites. Id. ibid. 2, 2, 56 Ne quis forte internuntius clam a milite ad iſtam curſitet. Quomodo Ladas et Boius cum Sicyoniis curſitarint A. ad Her. 4 c. 3. Huc et illuc Hor. Carm. 4, 11, 10. *Add.* Id. Sat. 2, 6, 107.

CVRSATIO, ōnis. f. Donat. ad Ter. Hec. 3, 1, 35 Trepidatio ad vocem refertur loquentium, Curſatio ad ſonum pedum.

CVRSITATIO, ōnis. f. *Idem.* Solin. 54 Sollemni curſitatione lacum populus circuit.

CVRSVS, ûs. m. [δρόμος, δρόμημα] *Ipſe currendi actus.* Plin. 12, 19 ſ. 42 *Euri* recto curſu per ſinus impellunt *rates.* Acrior curſus Stat. Silu. 4, 3, 103. Aequorei Valer. Argon. 1, 483. *i. nauigatio.* Aërius Ouid. Met. 6, 709. *i. Volatus.* Agiles Stat. Silu. 4, 3, 32. Ouid. Met. 11, 348 De conſorte ſuo curſu feſtinus Anhelo. Apertus, *i. liber* Stat. Theb. 10, 863. Attoniti Sil. 17, 590. Auidi Virg. Aen. 12, 909. Stat. Theb. 11, 518 Caecusque auidos illidit in aegrum Cornipedem curſus. Breuiſſimus curſus vndis Virg. Aen. 3, 507. Lucan. 2, 557 Tam caeco trahis omnia curſu. *Fortunam alloquitur.* Sen. Thyeſt. 8 Aut membra celeri differens curſu Rota? Citato curſu miles hinc illinc ruit Sen. Phoeniſſ. 393. Clauſus intra limen eſſedo curſus Martial. 12, 57. Cic. pro Muraen. 33 Quum Contento curſu, acerrimis ducibus, hoſtium claſſis Italiam ſpe atque animis inflata peteret. Continenti curſu ſequi fugientem, *vid.* CONTINEO. Continuus Claud. Conſ. Hon. 6, 291. Lucan. 4, 114 Non habeant amnes Decliuem ad litora curſum. Ouid. Met. 1, 282 *de amnibus* Et defrenato voluuntur in aequora curſu. Id. ibid. 4, 629 Dum Lucifer ignes Euocet Aurorae, curſusque Aurora diurnos. Emeriti curſus anni Id. Faſt. 3, 43. Equeſtres Virg. Aen. 5, 667. Id. Georg. 1, 40 Da Facilem curſum atque audacibus annue coeptis, *de opere ſuo loquitur.* Fulmineus, *i. celerrimus et impetuoſus* Claud. Conſ. Hon. 6, 469. Furente curſu luſtrat tigris nemus Sen. Med. 864. Cic. Att. 8, 5 Infero mari nobis incerto curſu, hieme maxima nauigandum eſt. Id. in Orat. 201 Interdum enim curſus eſt in oratione incitatior, interdum moderata ingreſſio. Incitus, *i. velox* Sen. Phoen. 28. Valer. Argon. 3, 236 Infracti langueſcunt frigore curſus. Infrenus, *vid.* INFRENO. Inoffenſus, *vid. paullo poſt,* Agere. Inuicti certamine Ouid. Met. 8, 311. Liber, *vid.* LIBER. Ouid. ex Pont. 1, 2, 86 Quamque libet Longis curſibus aptus equus. Magnus Sil. 16, 82. Medius Virg. Aen. 10, 870. Catul. in Carm. ſaecul. ſ. 34, 17 Tu curſu, dea, Menſtruo Metiens iter annuum. *Sed* Plin. 11, 39 Cum menſtrui curſus ſtetere: *de ſanguine mulierum menſtruo.* Mobilis Sen. in Hippol. 446. Sil. 3, 546 Clauſum montiuagis infeſtat curſibus hoſtem. Multiuagus Lunae, *vid. ſub* MVLTVS. Ouid. Met. 9, 18 Curſibus Obliquis intra tua regna fluentem *Acheloum fluu.* Perpetui curſus conuerſionesque caeleſtes Cic. de Legib. 1, 24. Lucan. 3, 391 Tenuit flagrantis in omnia belli Praecipitem curſum. Praepes equi volucris Claud. in Ruff. 1, 262. A principe curſu rerum, *a principio naſcentis orbis* Valer. Argon. 1, 532. Propero Ouid. Epiſt. 15, . . Rapidus Virg. Aen. 5, 291. Rectus Hor. Serm. 2, 5, 78. Solicitus Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 29. Soſpes, *i. proſper et incolumis* Hor. in Carm. ſaecul. 40. *Proſperam intelligit nauigationem.* Summus ille caeli ſtelliferi Cic. in Somn. Scip. 12. Tacitus Ouid. Met. 14, 354. Timidus Id. ibid. 1, 525. Tranquillus Claud. in Ruff. 1, 45. Trepidus Virg. Aen. 4, 672. Vagus Claud. Conſ. Hon. 3, 181. Volucer Id. in Conſ. Stilich. 2, 321. ¶ 2 *Verborum formulae:* Aduertere curſus Ouid. Met. 3, 636. Sil. 15, 578 Illum augent curſus adnixi Aequare ſequendo. Aſtra aeterna Agant curſus inoffenſos; *i. Machina vniuerſi maneat vt ab Ioue inſtituta eſt.* Sen. Herc. fur. 929. Agere curſum Sen. Hippol. 5. Virg. Georg. 3, 409 Saepe etiam curſu timidos Agitabis onagros. Sen. Agamemn. 430 Aperitque curſus mille quos puppes ſecent. Capeſſere, *vid.* CAPESSO. Circumflectere longos Virg. Aen. 5, 131. Collatis curſibus, *Commiſſo praelio* Valer. Argon. 6, 270. Conficere aliquem Cic. de Clar. Orat. 324 c. 94. Conſtituere Quinctil. 1, 10. Virg. Aen. 5, 291 Hic qui forte velint rapido Contendere curſu. Contendere curſum, *vid.* CONTENDO. Contingere metam curſu Hor. in Arte Poët. 412. Conuerſo relegam veſtigia curſu Claud. de Bell. Get. 529. Corripere, Currere, *vid. hh. vv.* Virg. Aen. 4, 655 Vixi: et quem Dederat curſum fortuna peregi, *de curriculo vitae.* Da facilem curſum Id. ibid. 1, 40. *Vid.* n. 1 Facilis curſus. *Sed* Virg. Aen. 10, 870 Sic curſum in medios rapidus dedit, *i. irruit.* Defatigari curſu, *vid. h. v.* Ouid. Met. 2, 838 Pelle moram, ſubitoque celer Delabere curſu. Detorquere ad aliquem Virg. Aen. 4, 196. Dirigere aliquo Id. ibid. 5, 162. Id. ibid. 3, 115 Placemus ventos, et Gnoſia regna petamus, Nec longo diſtant curſu, *de nauigatione.* Ducere Id. ibid. 5, 667. Errare incerto Sen. Herc. fur. 144. Errare ſolicito Claud. de Rapt. Proſerp. 1, 29. Euadere pugna curſu Virg. Aen. 11, 702. Eunt curſu in eam ſententiam Plin. 2, 7. Euolat praepeti Sen. Hippol. 1061. Excutimur curſu, et caecis erramus in vndis Virg. Aen. 3, 200. *i.* A propoſito itinere auertimur, Seruius: *de nauigatione.* Exercere curſu ſe Plaut. Bacch. 3, 3, 25. Explicare curſum celerem citatis paſſibus Sen. Hippol. 1001. Extendere Virg. Aen. 12, 909. Ferri libero, *vid.* LIBER. Ouid. Faſt. 4, 461 Concita curſu Fertur. Figere Stat. Theb. 3, 503. Flectere aliquo Claud. Conſ. Hon. 3, 181. Flectere in laeuum Ouid. Triſt. 1, 10, 17. Fluere curſibus obliquis Id. Met. 9, 18. Frenare curſus aquarum glacie Virg. Aen. 4, 196. Frangere gyro curſum Lucan. 3, 555. Fugere timido Ouid. Met. 1, 525. Fugit mobili Sen. Hippol. 446. Habere Quinctil. 2, 13. Cic. de Nat. Deor. 3 c. 9. Impediunt curſum vndae Ouid. Met. 1, 703. Impedire veſtigia curſu Virg. Aen. 5, 592. Impellere fatorum Lucan. 5, 41. Ouid. Met. 2, 721 Sic ſuper Actaeas agilis Cyllenius arces Inclinat curſus. Virg. Aen. 5, 583 Inde alios Ineunt curſus, aliosque recurſus Aduerſis ſpatiis. Inſtituere curſum Ter. Phorm. 5, 6, 8. Inſtruere equorum curſus Virg. Aen. 5, 549. Iungere curſum equis, *i. aequare curſum equorum.* Liu. 44, 26 Veniebant decem millia equitum, par numerus peditum, et ipſorum iungentium curſum equis, et in vicem prolapſorum equitum vacuos capientium ad pugnam equos. Labat incerto mihi limite curſus. Te ſine, *i. oberro* Stat. Silu. 5, 3, 237. Librare in liquido aëre curſus Ouid. Amor. 2, 6, 11. Mutata ſuos requierunt flumina curſus Virg. Ecl. 8, 4 *caſus Graecus, mutata quoad curſus ſuos.* Peragere Id. Aen. 4, 452. Cic. Att. 3, 8 Ille incertus vbi ego eſſem, fortaſſe alium curſum petiuit. Petere curſu locum aliquem Virg. Ecl. 6, 80. Praeterire hos et illos curſu Id. Aen. 4, 157. Procedente temporis curſu Firmic. 4, 1 *non procul ab initio.* Prouocare auras curſibus Virg. Georg. 3, 193. Quatere aliquem Id. ibid. 3, 132. Sen. Hippol. 962 Curſusque vagos Rapis aſtrorum *de Ioue.* Claud. in Eutrop. 1, 375 Sic effata, rapit caeli per inania curſum Diua potens. Regere Virg. Aen. 6, 350. *de gubernatore nauis.* Repetit curſum mens priſtina, *i. recipio vſum rationis* Sen. Herc. fur. 1081. Cic. Topic. 1 Maiores nos res ſcribere ingreſſos C. Trebati, et iis libris, quos breui tempore ſatis multos edidimus, digniores, e curſu ipſo Reuocauit voluntas tua. Reuocare curſum ſanguini Celſ. 5, 26. Sum. *vt,* Eſſe in curſu Cic. de Orat. 1, 147 c. 32. Superare canem curſu Hor. Epiſt. 1, 18, 51. Ouid. Met. 6, 709 Nec prius aërii curſus ſuppreſſit habenas, Quam Ciconum tenuit populos, *etc.* *i. Non prius deſtitit volare.* Suſtinere curſum Cic. de Amic. 64. Tendere curſum per iuga Claud. Conſ. Hon. 6, 291. Tendere curſus, *vid. ſupra,* Aequoreus. Tendere curſu aliquo Virg. Aen. 2, 321. Cic. Verr. 5, 88 Sed tunc inopes relicti a duce, praefectoque claſſis, eundem neceſſario curſum Tenere coeperunt. Torquet medios nox humida curſus Virg. Aen. 5, 738. Tranſcurrere curſum ſuum, *vid. h. v.* Tranſit equum curſu pernicibus ignea plantis Virg. Aen. 11, 718. Tranſmittunt curſu campos Id. ibid. 4, 154. Valere curſu pedum Id. ibid. 5, 67. Venire magno curſu Sil. 16, 83. Vertere curſus, *iter, nauigationem* Virg. Aen. 3, 146. ¶ 3 *Formulae aliae:* Cic. Fam. 12, 6 Qui ſi conſeruatus erit, vicimus: ſin (quod dii omen auertant) omnis omnium curſus eſt ad vos, *i. omnes ad vos confugiunt.* Id. Att. 10, 4 Nam mihi curſus in Graeciam per tuam prouinciam eſt. Alui. Saepe etenim nimio curſu fluit impetus alui Sammonic. 541 *de diarrhoea.* Qui retinet curſus Id. 601 *de calculo veſicae.* Abiit animus in varios curſus, *vid.* ABEO. Animi et induſtriae curſus Cic. Att. 5, 15. Virg. Georg. 4, 136 Glacie curſus frenaret aquarum. Aſtrorum vagi Sen. Hippol. 962. Auium curſus inopinanti terrorem adiecere *laudatur ex* Apuleio. *Nihil tale index Floridi.* *Sed* Ouid. Am. 2, 6, 11 Omnes quae liquido libratis in aëre curſus, *i. aues.* *Vid.* Aërii curſus. Cic. de Amicit. 64 Eſt igitur prudentis, ſuſtinere vt curſum, ſic impetum beneuolentiae quo vtamur, quaſi aquis tentatis, ſic amicitiis aliqua parte periclitatis moribus amicorum. Curſus exhibitio, *pro rationum relatio, quaſi totius procurationis ac muneris ſui diſcurſus, ſiue διαδρομὴ edatur.* Conſtant. l. 4 C. de epiſc. et cleric. *vbi quum initio dixiſſet,* Officiales rationales, ſi exhibitione curſus, ſeu primipili neceſſitate neglecta: *mox infert,* Si vero obnoxii ratiociniis, vel neceſſitatibus non ſint. *Hotom.* Lucan. 5, 41 Tollite ſigna duces: fatorum impellite curſum. Dum Furor in curſu eſt, currenti cede furori Ouid. Rem. Am. 119. Cic. pro Planc. 17 Si doceo, Plancium non obrepſiſſe ad honorem, ſed eo veniſſe curſu, qui ſemper patuerit omnibus, *i. ordine, quo honores ſibi ſuccedunt.* Ingenii tui curſum, Brute, premit haec importuna clades ciuitatis Cic. in Brut. *ſub finem.* Loquendi curſus Ouid. Her. 6, 39. Lunae curſus Liu. 1, 19. Cic. Fam. 4, 2 Neque ſolum ea perſpicis quae geruntur, quaeque iam geſta ſunt, ſed etiam qui curſus rerum, qui exitus futurus ſit. Spes erat in curſu Ouid. Faſt. 6, 362. Cic. de Nat. Deor. 2, 49 Nam quum duo ſint genera ſiderum, quorum alterum ſpatiis immutabilibus ab ortu ad occaſum commeans, nullum vnquam curſus ſui veſtigium inflectat, alterum autem continuas conuerſiones duas, iisdem ſpatiis curſibusque conficiat. Stellae curſus certos et conſtantes habent Cic. de Nat. Deor. 3 c. 9. Id. de Senect. 33 Curſus eſt certus aetatis, et via vna naturae, eaque ſimplex. Vitae curſum implere, *vid. h. v.* Vitae,

breuis curſus: gloriae, ſempiternus Cic. pro Sext. 47. Id. Off. 1, 117 Itaque ante implicatur aliquo certo genere curſuque Viuendi, quam potuit, quod optimum eſſet, iudicare. Vocis curſus per omnes ſonos Id. de Orat. 3, 225. Vox erat in curſu Ouid. Am. 1, 8, 109. *et* Faſt. 5, 240. Plin. in Paneg. 43 Tenes Caeſar hunc curſum, et probatur experimento, ſitne feracius, *etc. i. hanc rationem vitae.* Curſus *de volatu.* Curſum per auras dirigere Virg. Aen. 6, 194. *Add.* Id. Ecl. 6, 80. Non. 4, 52. *Heinſ. ad* Ouid. Amor. 2, 6, 11. *De nauigatione.* Morandi tempus non habens curſum direxit quo tendebat Nep. 1, 1, 6. *Conf.* Vell. 1, 4, 1. *et* 2, 43, 2. *Lambin. ad* Hor. Od. 1, 28. *Sed de vtroque genere iam exempla poſuimus.* Concita curſu fertur Ouid. Faſt. 4, 461. Deprenſa curſu fera Sen. Herc. fur. 224. Exhauſtus curſu Lucan. 8, 3. Fortis curſu Ouid. Met. 3, 219. Iuuen. Sat. 14, 27

Exſpectas vt non ſit adultera Largae
Filia? quae nunquam maternos dicere moechos
Tam cito, nec tanto poterit contexere curſu,
Vt non ter decies reſpiret.

Curſus *et* Currus *confunduntur in* MSS. *Vid. Drackenb. ad* Sil. 16, 234.

CVRSVRA, ae. f. [δρόμημα] *Curſus.* Plaut. Bacch. 1, 1, 34 Palaeſtra, vbi pro diſco damnum capiam, pro curſura dedecus. Varro de R. R. 2, 7 Equi quod alii ſunt idonei ad rem militarem, alii ad vecturam, alii ad curſuram, *etc.* Ex curſura anhelitum ducere Plaut. Aſin. 2, 2, 61. Incipere curſuram, *vid. h. v.*

CVRSOR, ōris. m. [δρομεύς] *Cuius vel officium vel vitae genus eſt currere. De tabellario* Martial. 3, 100 Curſorem ſexta tibi Rufe remiſimus hora. *Sed* Cic. Tuſc. 2, 56 c. 23 In ſtadio curſores exclamant quam maxime poſſunt. Armillati curſores, *vid.* ARMILLA. Martial. 12, 24 Succinctus neque curſor antecedit. Curſores ſerui *memorantur* Paullo l. 99 §. vlt. D. de Legatis et fideic. 3. *Add.* Erh. ad Petron. 28 p. 100 *Burm.* Curſores, *abſolute Mauricio dicuntur Equites quidam, qui ante agmen et aciem excurrunt, hoſteſque verſos in fugam perſequuntur: ſicut defenſores, qui ex acie non exeunt, nec excurrunt, ſed ordines ſemper ſeruant. Turn.* 24, 16. Curſor etiam *Cognomen fuit L. Papirii, a velocitate curſus.* Liuius 8, 29 *etc.*

CVRSORIVS, a, um. Adi. [δρομικός] *Quod ad curſum pertinet: vt,* Curſoria nauis Sidonius Ep. 1, 5. Tiphim curſoriam (*ſic nauigio nomen*) aſcendi. *Vid. Scalig. Lect. Auſ.* 2, 6 *pr.* Iſid. 19, 1. Termini curſorii Frontin. de Colon. p. 141.

CVRSORIVM, i. n. Qua limitum terminus incedit Rigalt. Gloſſ. Agrimenſ. p. 299.

CVRSVĀLIS, e. Adi. Idem ac Curſorius Cod. Theod. 12, 11 Rheda curſualis.

CVRSILĬTAS, ātis. f. Fulgent. Mythol. 3, . . . Vagabunda curſilitas diſplicet.

CVRSIM. Adu. [δρομάδην] *Currendo vel curſu.* Cic. Philipp. 11, 4 Alter in Aſiam irrupit curſim. Dies noctesque curſim agmine acto feſtinans ad opem ferendam Liu. 27, 16. Agere cito et curſim aliquid Plaut. Poen. 1, 2, 156. Plin. Epiſt. 3, 5 Super hanc (*coenam*) liber legebatur, annotabatur, et quidem curſim. Arripere Cic. de Orat. 2 c. 89. Attingere curſim et breuiter quae ſint inculcanda Plin. Epiſt. 1, 20. Currere curſim Plaut. Pſeud. 1, 3, 124. Cic. Philipp. 2, 42 c. 17 Vide autem inter te et auum tuum quid interſit, ille ſenſim dicebat, quod cauſae prodeſſet: tu curſim dicis aliena. Curſim digeſſimus excerptiones noſtras Gell. 17, 21 *pr.* Plin. Epiſt. 5, 15 Rationes legebam inuitus et curſim. Pergere curſim ad dignitates Cic. Tuſc. 5, 13. Tranſire libros curſim Gell. 9, 4.

CVRSIO, ōnis. f. Varro de L. L. 4, 1 Corpus eſt, vt curſor: locus, ſtadium, qua currit: tempus, hora, qua currit: actio, curſio.

CVRRVS, ûs. m. [ἅρμα, ἅμαξα, δίφρος] *Vehiculi genus, dictum quod eo veteres veherentur curſim.* Virg. Aen. 12, 162 Quadriiugo inuehitur curru. De curru aurorae, lunae, noctis, ſolis, *aliiſque* Poetarum, *vid.* Burm. ad Rutil. Itin. 511. *et ad* Nemeſ. v. 9. *Sic* Sen. Med. 599 Auſus aeternos agitare currus, Immemor metae iuuenis paternae. *de Phaëthonte.* Phaëthon currus auriga paterni Ouid. Met. 2, 327. Hyperionis currus. *i. Phoebi* Valer. Argon. 2, 35. *Iam videamus Epitheta:* Alipes currus Valer. Argon. 5, 611. Altus Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 318. Liu. 1, 21 Ad id ſacrarium flamines bigis curru arcuato vehi iuſſit. *Sic meliores non* armato. Arcuatum *autem explicamus f. l.* Candidi Dianae Sen. Hippol. 787. Celeres Id. in Agamemn. 817. Citati Sil. 8, 663. Citi Sen. Hippol. 1075. Eburnus Tibul. 1, 7, 8. Falcati Valer. Argon. 6, 105. *i. falcibus armati.* Falciferi Lucret. 3, 642. Ferreus Martis Claud. Conſ. Hon. 4, 16. Fulgentes Hor. Serm. 1, 6, 23. Inanis Stat. Theb. 6, 520. Laboriferi Tithoniae, *i. Aurorae.* Stat. Theb. 6, 25. Ouid. Met. 2, 318 Sparſaque ſunt late Laceri veſtigia currus. Leuis Id. de Arte Am. 1, 4. Martius, *cuius equi* Terror *et* Pauor *dicuntur a* Valer. Argon. 3, 82. Nigri Plutonis Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 227. Nitidus Solis Hor. in Carm. ſaecul. 9. Nitidi Dianae Sen. Hippol. 311. Praeceps Virg. Georg. 3, 358. Quadriiugi Id. ibid. 3, 18. *et* Aen. 12, 162. Rapidus Virg. Aen. 12, 478. Superbus Sen. Troad. 158. Trepidi Valer. Argon. 6, 401. Ventoſus Hor. Epiſt. 2, 1, 177. Volucris Id. Carm. 1, 34, 8. Currum, *pro Equis poſuit* Virg. Aen. 12, 287 Infrenant alii currus. *Et* Georg. 1, 514 Neque audit currus habenas. *Add.* Claud. de Conſ. Mall. Theod. v. 187. *et mox* Domitant, Effuſi, Ruunt Currus *per ſynecd. pro Triumpho.* Cic. Fam. 15, 6 Et ſi non modo omnes, verum etiam multi Catones eſſent in ciuitate noſtra, in qua vnum exſtitiſſe mirabile eſt, quem ego currum, aut quam lauream cum tua laudatione conferrem! *Et* Florus 4. 12, 53 Digna res lauro, digna curru ſenatui viſa. *Vid. Heinſ. et Drakenb. ad* Sil. 6, 546. ¶ 2 *Formulae verborum:* Agere currus Ouid. Met. 2, 62. Agitare Virg. Georg. 3, 181. Aſcendere vel conſcendere Sil. 16, 376. *Vid.* CONSCENDO. Dirigere Ouid. Met. 12, 78. Domitant in puluere Virg. Aen. 7, 163. *i. equos iunctos.* Ducere Ouid. ex Pont. 3, 1, 67. Effuſi carcere Virg. Georg. 3, 104. *Etiam hoc magis ad equos pertinet* Stat. Theb. 10, 175 Attoniti currum erexere leones. Errans Stat. Theb. 6, 467. Excuti curru Ouid. Met. 15, 519. Flectere Sen. Hippol. 787. Gubernare citos Id. ibid. 1075. Impellere Sil. 16, 420. Ingredi habili curru Ouid. Met. 2, 531. Inſcendere in currum Plaut. Merc. 5, 2, 110. Inuehi, *vid.* INVEHO. Ouid. Met. 2, 135 Nec preme, nec ſummum Molire per aethera currum. Mouet gelidos Latonia Valer. Argon. 3, 415. Nouare Stat. Achill. 1, 415. Premit alipedem planta currum Sil. 7, 700. *Sed* premere currum, *quod modo ex Ouidio laudauimus, eſt via humiliore agere.* Procedere aurato curru Nemeſ. Cyneg. 9. *vbi vid. Burm.* Properante Sen. Hippol. 746. Rapiunt per auia equi Ouid. Met. 2, 205. Rapuere equi Sen. Hippol. 1069. Regendus arte Ouid. de Arte Am. 1, 4. Reportari equis inſignibus et curru aurato in patriam Cic. poſt redit. in Senat. 27. Retorquere auerſos Virg. Aen. 12, 485. Reuocare, *i. reducere* Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 318. Ruunt effuſi carcere Virg. Georg. 3, 104. Id. Aen. 7, 782 Exercebat equos, curruque in bella ruebat. Ruunt equi leui curru Sen. Hippol. 1089. Subire *dicuntur equi, aut animalia alia, quae currum trahunt* Virg. Aen. 3, 113. Subiungere curru tigres Id. Ecl. 5, 29. Curru, *pro* Currui Seruius. *Sic* Succedunt curru quadrupedes Id. Aen. 3, 541. Succutitur alte Ouid. Met. 2, 166. Cic. Att. 13, 21 Nec eſt melius quidquam, quam vt Lucullus Suſtineat currum, vt bonus ſaepe agitator, equoſque. Tardare alicuius Stat. Achill. 1, 88. Tremunt grauiore curru axes Sen. Hippol. 316. Vehi curru ad curiam Plin. 7, 43. *Conf.* Cic. Diu. 2 c. 70. Currum *pro Naui poſuit* Catull. de Nupt. Pel. et Thet. 9 Ipſe leui fecit volitantem flumine currum. *Vid. Voſſ. Inſtit. Orat.* 4 *p.* 88. *De confuſione cum* Curſus, *vid. in* CVRSVS.

CVRRICŬLVM *et* CVRRICVLVS, i. n. *et* m. [ἁρμάτιον, δίφρος] Dimin. *a Currus.* Excuſſis a rheda vel curriculo Scribon. 101. Curtius 8, 14, 8 Sed etiam in amnem praecipitauere curricula. Sereno curriculo errat Cytherea Claud. Paneg. 2, 440. Curriculum *pro Curſu, vid.* Gloſſ. Δρόμοι Curricula. Cic. de Legib. 2, 22 Ludis publicis, quod ſine curriculo et ſine certatione corporum fiat, *etc.* Plin. 14, 6 ſ. 8, 4 *de vinis generoſis,* Quartum curriculum publicis epulis obtinuere — Mamertina. *Dixerat* Secunda nobilitas, Ad tertiam palmam venere. *Metaph. a ludis curulibus in circo.* Cic. in Timaeo 25 Ratione igitur et mente diuina, ad originem temporis curriculum inuentum eſt ſolis et lunae. Coniicere pedes in curriculum Plaut. Merc. 5, 2, 91. *h. e. in curſum ſe dare.* Facere vnum curriculum Idem Trin. 4, 4, 11. Ire celeri curriculo Id. Stich. 2, 2, 13. Cic. pro Rabir. 30 c. 10 Exiguum nobis vitae curriculum natura circumſcripſit. *Sic etiam capio* Hor. Carm. 1, 1, 3

Sunt quos curriculo puluerem Olympicum
Collegiſſe iuuat, metaque feruidis
Euitata rotis. *i. curſu et agitatione currus.*

*Sic* Septem curricula ludorum Circenſium Gell. 3, 10. *Sic Metaph.* Auctor ad Herenn. 4, 4 Quaſi ſi quis ad Olympiacum venerit curſum, *etc.* ſic iſti, quum in artis curriculum deſcenderunt, illos, qui in eo quod eſt artificii elaborent, aiunt facere immodeſte. *Poſſis tamen hic, vt et in locis Horatii et Ciceronis modo laudatis ſpatium ſ. locum vbi decurritur intelligere. Eadem ratio* Cic. pro Marcell. 2 Nec fas eſſe ducebam, verſari me in noſtro veteri curriculo, *etc.* Id. Philipp. 7, 7 Omne enim curriculum induſtriae noſtrae in foro, in curia, in amicorum periculis propulſandis elaboratum eſt. Id. de Senect. 38 Hae ſunt exercitationes ingenii, haec curricula mentis. *Theodorus vertit* στάδια. *Sed poterat etiam* δρόμους. Cic. de Amicit. 40 Etenim eo loco Fanni et Scaeuola locati ſumus, vt nos longe proſpicere oporteat futuros caſus Reipub. deflexit enim iam aliquantulum de ſpatio curriculoque conſuetudo maiorum. Id. pro Muraen. 46 Tu quum te de curriculo petitionis deflexiſſes, animunque ad accuſandam transtuliſſes, *etc.* Chariſ. 1 p. 59 Curriculus maſculine diminutio eſt currus; neutraliter autem curriculum Spatium ad currendum aptum, vel ipſum currendi officium. Priſcian. 6 p. 715 Adeo cognatio eſt currus ad curſum, quod diminutiuum currus, curriculus, pro curſu accipitur. Cic. pro Marcello, Nefas eſſe ducebam, verſari me in veteri noſtro curriculo. Non. 4, 73 Curriculus, vt conſuetudo fert, a curru diminutio eſt; dicitur breuiſſimum vehiculi biroti genus. Curriculus curſus. Varro in Epiſtola Iulii Caeſaris, Quem ſimul ac Romam veniſſe, mihi attigit aures nuntius, Extemplo eas, (*ita legendum puto, vt haec aut verba ſint ille nuntius*) in curriculum conieci propere pedes. *Huc etiam pertinet*

CVRRICVLO, *quod volunt eſſe Aduerbium.* [δρομαίως] *Curſim.* Plaut. Milit. 2, 6, 43 Tranſcurre curriculo ad nos. Ter. Heaut. 4, 4, 11 Curriculo percurre. Vola Plaut. Perſ. 2, 2, 17. Affer huc duas clauas Id. Rud. 3, 5, 19. Apul. Met. 10 p. 243, 6 Iuſſi de meis aliquem curriculo taberna promtam afferre. *Et* Apol. p. 315, 3 Iuſſi curriculo iret aliquis et ex hoſpitio meo Mercuriolum afferret. Gell. 17, 8 Verbero, nonne is curriculo, atque oleum petis? *Sed apparet, poſſe in his omnibus Ablatiuum a* curriculus *vel* curriculum *intelligi: deinde illud non aliter, quam in imperiis herilibus obſeruatum. Denique* curriculus *eſt* curſiculus, *vt* Cherroneſus Cherſoneſus, *vt* ἄῤῥην ἄρσην, κόῤῥη κόρση *etc.*

CVRRŪCA, ae. f. *Parua auis; quae alienos pullos proprios putans, nutrit, maxime cuculi. Cuculus enim in currucae nido parit oua, quae curruca pro ſuis fouet, excludit, et educat, vid.* CVCVLVS. Iuuen. Sat. 6, 275 *per translationem ignominioſe* Currucam *appellat maritum, qui alienos educat liberos pro ſuis, vxoremque aliis praebet.* Vet. Scholiaſt. *it. Torrent. ad* Hor. Sat. 1, 8, 31.

CVRRVS, CVRSIM, CVRSITO, CVRSOR, CVRSVRA, CVRSVS, *vid.* CVRRO.

CVRTIS, is. f. *Idem quod* Cors *vel* Cohors. Sequioribus *et* ICtis *quandoque pro curia vel regia dicitur. Vid.* Iornand. de Reb. Get. c. 34. Barth. Adu. 46, 8.

CVRTIVS, i. m. [Κούρτιος Μάρκος] *Nomen gentis Romanae, quam circa annum* V. C. 393 *nobilitauit* M. Curtius iuuenis bello egregius. Cum forum medium ſpecu vaſto collapſum eſſet, et vates canerent; illi loco dicandum eſſe, quo plurimum populus Rom. poſſet. Dubitantibus caeteris, M. Curtius negauit vllum magis Romanum bonum eſſe, quam arma virtutemque. Equo deinde quam poterat maxime exornato inſidentem, cum ſe deuouiſſet, armatum ſe in ſpecum dicitur immiſiſſe, donaque ac fruges ſuper eum a multitudine virorum ac mulierum congeſtas: *La.umque Cu.tium,* non ab antiquo illo T. Tatii milite Curtio Metto, ſed ab hoc appellatum. *Addit, cuius fere verbis vſi ſumus,* Liu. 7, 6 Fama rerum ſtandum eſt, vbi certam derogat vetuſtas fidem, et lacus nomen ab hac recentiore inſignitius fabula eſt. ¶ 2 Curtius Fons inſigni aquaeductu memorabilis, vt qui a quadrageſimo lapide in vrbem fuerit perductus, opere arcuato tantae altitudinis, vt in omnes vrbis montes facile diſtribueretur Plin. 36, 15.

CVRTVS, a, um. Adi. [κολοβός] *Paruus, deminutus.* Hor. Serm. 1, 6, 104 Nunc mihi curto Ire licet mulo, vel ſi lubet vſque Tarentum.

Tarentum. Cic. in Orat. 168 Nihil curtum, nihil claudicans, nihil redundans. Dolia curta Lucret. 4, 1021. *i. fracta, quae aliis vſibus inutilia in angulis ſtatuebantur platearum, vrinae excipiendae, qua fullones vtebantur. Vid.* CHRYSARGYRVM. Equo curto nouantur luſtra Prop. 4, 1, 20. Latus curtum Martial. 12, 32. Hor. Carm. 3, 24, 64 *vt* res anguſta, *paupertas,* Curtae neſcio quid ſemper abeſt rei. *Sic mox* Curta ſupellex. Cic. de Finib. 4, 36 Eorum enim omnium multa praetermittentium dum eligant aliquid quod ſequantur, quaſi curta ſententia. Perſ. Sat. 4, 62 Tecum habita, et noris, quam ſit tibi curta ſupellex. *vt modo* Res curta. *Compar. vt,* Fines curtiores Innocent. de Caſis p. 228 *et* 230 *Edit. Goeſ.*

CVRTO, āre. [κολοβόω] *Deminuere.* Hor. Serm. 2, 3, 124 Quantulum enim ſummae curtabit quisque dierum? *Sic* Rem curtare, *bona ſua minuere* Perſ. Sat. 6, 34.

CVRVAMEN, CVRVATIO, CVRVATVRA, *vid.* CVRVVS.

CVRVLIS, e. Adi. [ἁρμάτειος, ἀπὸ τῶν δίφρων] *A Curru licet deriuatum, vnico tamen* R *ſcribi debet, quod breuis ſit prima, vt alia quoque primitiui quantitatem mutant, v. g.* diſerti *a* diſſero, mamilla *a* mamma. Equi curules Feſto *ſunt* Quadrigales, *i. currui iungi ſoliti.* Equi curules *ſunt etiam* l. 3 C. Th. de Spectaculis. *Et eſt eiusd.* Codicis 15, 10 titulus de equis curulibus: *vbi* l. 1 *etiam* curulis certaminis *mentio eſt.* Apul. Met. 4 *pr.* ſ. p. 145, 8 *Elmenh.* Vt ſentirem non aſinum me, verum etiam equum curulem. *Et* 9 p. 221, 6 Aegreque cohibita equorum curuli rabie. *Sic Beroaldus. Recentiores fere currili, quaſi a* currendo, *quos mouiſſe videtur illud, quod de equitibus hic ſermo eſt. Sed nempe etiam* currus *a* currendo *eſt dictus. Malim certe verbum notum hic retinere, quam inauditum fingere.* Gloſſ. Vet. Δρομεὺς ἵππος Currulus (*leg.* curulis) equus. *Al.* Gloſſ. τροχηλάτης ἵππος curilis (*leg.* curulis) equus. *Et* Gl. Lat. Gr. Currilis (*leg.* Curulis) equus σὺν ἅρματι ἀγωνιζόμενος ἵππος. *Sic* Triumphos curules Sueton. Aug. 23 ouationi *opponit,* Bis ouans ingreſſus eſt vrbem — curules triumphos tres egit. *Nempe ouatio pedeſtris triumphus eſt: triumphus in curru agitur. Sic* Tib. 9 Et ouans et curru vrbem ingreſſus eſt. ¶ 2 *Nihil nobilius* Sella curuli: *de qua audiamus primo* Gabium Baſſum *apud* Gell. 3, 18 Senatores dicit *Baſſus* in veterum aetate, qui curulem magiſtratum geſſiſſent, curru ſolitos honoris gratia in curiam vehi, in quo curru Sella eſſet, ſupra quam conſiderent, quae ob eam cauſam curulis appellaretur *etc. Similia* Iſid. Orig. 20, 11 Sellae curules erant, in quibus magiſtratus ſedentes iura reddebant. Dictae autem curules, quia apud veteres praetores et conſules propter itineris longinquitatem curru prouehebantur, ſellae autem, quae poſt eos vehebantur, quibus ſedentes dicere iura ſolebant, a curru curules ſellae ſunt nominatae. *Non poſſunt iſta vera eſſe, cum ſatis conſtet, pedibus ſuis in forum et ſenatum iuiſſe Romanos Magiſtratus.* Plin. 7, 43 ſ. 45 *de* Metello Pontifice Tribuit ei Populus Rom. quod nunquam vlli alii a condito aeuo, vt quoties in Senatum iret, curru veheretur ad curiam. Magnum et ſublime, ſed pro oculis datum, *quorum nempe vſum dum Palladium ſeruat ex incendio, amiſerat. Sed hoc tamen manet* curulem ſellam *a curru dictam, in quo collocari poſſent: non a* Curibus, *quod ſuſpicatur Lipſ. de Magiſtr. c. 12. Non enim ab his, ſed ab Etruſcis aſſumtam docent* Florus 1, 5, 6. *et* Sil. 8, 488 *qui ſpeciatim Vetuloniam appellat,* Haec, *inquit,* altas eboris decorauit honore curules: altas *vocat, quia in curribus etiam collocabantur,* itemque in tribunali, *nam aliuquin ſatis humiles oſtendunt numi, et monumenta alia. Quamquam* altae *dici quoque poſſunt metaphorice, quia faſtigium dignitatis indicant. Iam de forma, in* Vet. Gloſſ. Curulis ſella, ἀγκυλόπους, θρόνος βασιλικός. *Etiam* Plut. in Mario p. 408 A. aedilitatem curulem *deſcripturus,* ἡ μὲν, *ait,* ἀπὸ τῶν δίφρων τῶν ἀγκυλοπόδων, ἐφ᾽ ὧν καθεζόμενοι χρηματίζουσιν, ἔχουσα τοὔνομα τῆς ἀρχῆς. *Oſtendunt hoc etiam numi: e quibus colligas fuiſſe ſellas ſine anaclinterio, quadrupedes, cum duobus velut decuſſibus ligneis communi axi iunctis et ebore exornatis, corium intentum eſſet, vt extra vſum complicari, et commode ferri poſſet, ponique vbicunque aſſidere magiſtratui placeret. Inſpice e. g. Arſchotani numiſm. 6, 8. 8, 8. 9, 6 etc. in quibus imago honoris eius, de quo* Tac. An. 2, 83 Sedes curules ſuperque eos querceae coronae ſtatuerentur, *inter honores Germanici defuncti. Vid. Lipſ. in primis ex* Liu. 2, 31. Sueton. Aug. 43 Euenit, vt laxatis ſellae curulis compagibus caderet ſupinus. *Sequitur* ſella curulis *Magiſtratus, qui et ipſi inde* Curules *dicuntur, etiam in priuatas, ſi volunt domos. Vid.* Liu. 9, 45. Gell. 6, 9. *Vtuntur autem* Aediles *maiores ſ.* curules *ab ea ipſa ſella dicti, et qui ſupra hos ſunt magiſtratus, Praetores, Conſules, Dictatores. Vid.* Liu. 7, 1. *Hinc* Aedilitas curulis Cic. de Aruſp. Reſp. 27. *Quin* Curules *ſimpliciter dicuntur illi magiſtratus, quos diximus,* Stat. Silu. 4, 1, 5. *Cui* Silu. 1, 4, 82 Maior curulis *eſt conſulatus. Eundem vocat* ſummam curulem Silu. 3, 3, 115. *it.* Iuuenal. 10, 91. Horat. Epiſt. 1, 6, 53 Cui libet hic faſces dabit, eripietque curule Importunus ebur. *Nempe ebore culta erat* ſella curulis, *vnde a Graecis* ἐλεφάντινος δίφρος *dici ſolet.* Ouid. ex Ponto 4, 9, 27 Signa quoque in ſella noſſem formata curuli. Sella curulis *pro Conſulatu eſt etiam* Auſon. Epiſt. 20, 4 Quamquam et faſtorum titulo prior, et tua Romae Praeceſſit noſtrum ſella curulis ebur. *Multa talia apud Auſonium.* Martial. 11, 99, 17 Sedeas in alto tu licet tribunali, Et e curuli iura gentibus reddas, *i. Sella. Sic* Claud. Conſ. Mallii 17 Et dignum vita Curuli Traxit iter. *Ibid.* 266 Non hic violata curulis. Lucan. 3, 107 Vacuaeque loco ceſſère curules, *i. non adfuere in Senatu Conſulares. Interdum ſolum nomen* Sellae *ponitur: vt* Cic. Verr. 2, 94 Palam de ſella ac tribunali pronuntiat. *Sic* Verr. 3, 135. *it.* 1, 119.

CVRVVS, a, um. Adi. [καμπύλος, ἐπικαμπής, ἀγκύλος] *Inflexum, ac contortum.* Curuo dignoſcere rectum Hor. Epiſt. 2, 2, 44. Virg. Georg. 1, 58 Et curuae rigidum falces conflantur in enſem. Aequor curuum Ouid. Met. 11, 505 *ad litora reſpicit.* Aluus *equi Troiani* Virg. Aen. 2, 51. *Vid.* Carinae curuae. Anus Ouid. de Arte Am. 1, 768. *prae ſenio cernua.* Aquae Tibris Id. Faſt. 3, 520. Arator Virg. Ecl. 343 *dum incumbit, et inclinat ſe in aratrum.* Aratrum Id. Georg. 1, 498 *alii legunt* Incuruum. Arcus Ouid. Met. 9, 114. Carinae Virg. Georg. 1, 360 *vt* Aluus *equi lignei: ſic* Lebetes, Lyra, Naues. Cauernae Virg. Aen. 3, 674. Ouid. Met. 5, 53 Et madidos myrrha curuum crinale capillos. Cultro curuo ſoluere viſcera Sen. Hippol. 53. Delphines Ouid. Epiſt. 15, 151. *i. ſimi.* Dente curuo humum reuellere Id. Amor. 3, 10, 14. *de aratro.* Falces Virg. Georg. 1, 581. Forceps Ouid. Met. 12, 277. Freta Valer. Argon. 1, 615. Ouid. Epiſt. 15, 148 De noſtro curuum pondere gramen erat. Iuga Id. Faſt. 4, 216. Latebrae Virg. Georg. 2, 216 *reductae, anfractum habentes.* Lebetes Ouid. Met. 12, 243. Limite deſcendere curuo Ouid. Met. 14, 830. Litora curua Virg. Aen. 3, 223. Lyra Hor. Carm. 3, 28, 11. Naues Ouid. Met. 2, 163. Olympus Valer. Argon. 5, 414. Pedes curui aquilae Claud. de Bell. Gild. 469. Puppes Virg. Aen. 6, 5. Secures Idem ibid. 7, 184. Senecta Tibull. 3, 5, 16. *i. Quae ſenes curuos facit.* Ouid. de Arte Am. 2, 670. Theatrum Idem ibidem 1, 497. *rotundum, vt valles.* Theca Martial. 11, 59. Tibia Virg. Aen. 11, 737. Valles Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 72. Via curua, *Meatibus perplexis inuoluta.* Sen. Hippol. 650. Vngues Hor. Epod. 5, 93. Vomer Ouid. Amor. 3, 8, 39. Corrigere curua, *prouerbiale eſt in Cenſorios ſeuerosque homines.* Plin. Epiſt. 5, 21. *Add.* Sen. de Morte Claudii. Curuus *et* Furuus *confunduntur a librariis. Vid. Drakenb. ad* Sil. 6, 149.

CVRVO, āre. [καμπυλιάζω, κάμπτω, ἀγκυλόω] *Curuum facere,* flectere. Arcum manu curuare Stat. Achill. 1, 486. Bima curuans iam cornua fronte Virgil. Georg. 4, 299. *de boue.* Claud. 24, 306 Vaſtus aper nimio Dentes curuauerat aeuo. Lances curuare Hor. Serm. 2, 4, 40. *implere, et onerare.* Virg. Georg. 3, 448 Itureos taxi curuantur in arcus, *i. In arcuum ſimilitudinem. Alii legunt* Torquentur. In diuerſum curuari Plin. 16, 42. In terram curuare Idem 12, 5.

CVRVĀTVS, a, um. Partic. Stat. Silu. 5, 4, 4 Et ſimulant feſſos curuata cacumina ſomnos. Corpore toto curuatus Stat. Theb. 6, 649. Arbor curuata eſt pondere ſerpentis Ouid. Met. 3, 93. Corpuſcula curuata, et quaſi adunca Cic. de Nat. Deor. 1, 66. Cuſpis curuata Ouid. Met. 2, 199. Ignes curuati, *i. ſplendorem curuorum cornuum lunae referentes.* Hor. Carm. 4, 2, 57. Solis Orbis aequaliter curuatus Vell. 2, 59. Planities curuata tumore Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 102. Ponti curuati litora Sen. Hippol. 26. Vnda curvata Virg. Georg. 4, 360. *Conf. Drakenborch. ad* Sil. 1, 472.

CVRVOR, ōris. m. Varr. de L. L. 6, 3 Cornua a curuore dicta, quod pleraque curuantur. *Add.* 4, 21.

CVRVABĬLIS, e. Adi. *Quod facile curuatur.* Pallad. 12, 15 Vlmus et fraxinus curuabiles.

CVRVĀTIO, ōnis. f. [καμπυλίασις] Plin. 17, 23 In curuatione materiae. *Et* Columel. 4, 12 Curuatio vitis.

CVRVATVRA, ae. f. [κάμψις] Plin. 17, 19 Ne curuatura fugiat. Foramen habet curuaturam molliter circumactam Vitr. 10, 17. Montis curuatura Idem 2, 10. Portus curuatura Idem 5, 1. Rotae ſummae aurea curuatura Ouid. Met. 2, 108. Is locus eſt curuaturae Theatri ſimilis Vitruu. 2, 8. Vnguium curuatura, *Aduncitas.* Plin. 10, 19.

CVRVĀMEN, ĭnis. n. [καμπυλίασμα] *Ipſa curuatio.* Plin. Epiſt. 9, 7. Arquatum curuamen Ouid. Met. 11, 590. Ripae patulo curuamine Sil. 13, 29. Lato curuamine in obliquum ſectus limes Ouid. Met. 2, 130. Sub alio atque alio caeli curuamine Gell. 14, 1 *i. climate, ſ. inclinatione. Vocat* Gellius ibid. regiones, deuergentias, conuexiones.

CVRVĬTAS, ātis. f. *Idem.* Macrob. in Somn. Scip. 1, 15 Aduerſa Zodiaco curuitas obliquauit. *Et* Iſidor. 20, 16 Camus dictus a curuitate.

CVRVESCO, ĕre. [κυρτοῦμαι] Curuus fio. Auctor carminis de Laudibus Domini. *Vid.* INCVRVESCO.

CVRVIFRONS, ontis. Pacuu. *ap.* Non. *de pecudibus.*

CVRVĬPES, ĕdis. [ἀγκυλόπους] *Qui curuos pedes habet.* Onomaſt. Vet. Curuipes, ἀγκυλόπους.

## C V S

CVSCVLIVM, *vid.* QVISQVILIVM.

CVSOR, ōris. *vid.* CVDO.

CVSPIS, ĭdis. f. [αἰχμή, ἐπιδορατίς, ἀκωκή] *Acuta pars gladii, haſtae, claui, et huiusmodi.* Martial. 13, 93 Qui Diomedeis metuendus ſetiger agris Aetola cecidit cuſpide, talis erat. Haſtae praeacutae cuſpidis Ouid. Met. 7, 131. Achillea Idem ibid. 13, 580. Acuta Virg. Aen. 5, 208. Aerata Ouid. Met. 5, 9. Curuata Id. ib. 2, 199. Extrema Idem ibid. 2, 767. Infeſta Valer. Argon. 6, 617. Irrita Ouid. Met. 5, 38. Irrita voti cuſpis Stat. Theb. 11, 511. Martial. 14, 221 Spumeus in longa cuſpide fumet aper, *i. veru.* Mauortia Stat. Theb. 9, 838. Medicatae cuſpidis ictus, *i. Venenatae.* Sil. 13, 197. Praetenta cuſpis, *i. Obiectum iaculi ferrum* Ouid. Met. 3, 83. Subrecta Sil. 7, 650. Tremenda Hor. Carm. 4, 6, 7. Trifida cuſpis Neptuni Claud. de Rapt. Proſerp. 2, 181. Triplex Ouid. Met. 12, 594. Vana cuſpis, *h. e. Irrita* Idem ibid. 8, 346. Idem ibid. 8, 345 Cuſpis Echionio primum contorta lacerto Vana fuit. Fulget telum acuta cuſpide Ouid. Met. 1, 470. Fraudata ſanguine Sil. 13, 167. Fuſus inerti cuſpide Idem 7, 629. ¶ 2 *Peculiaris intellectus.* Varro de R. R. 1, 8, 4 *de pedamentis arundineis,* Inde enim aliquot colligatos libris demittunt in tubulos fictiles cum fundo pertuſo, quos cuſpides appellant, qua humor aduentitius tranſire poſſit.

CVSPĬDO, āre. *Cuſpide inſtruere* Plin. 11, 13.

CVSPIDĀTVS, a, um. Partic. *Cuſpidem habens* Plin. 18, 19.

CVSPIDĀTIM. Adu. *h. e. in cuſpidem, ſiue cuſpidis formam.* Plin. 17, 14 Donec cuſpidatim deciſus deſcendat in rimam calamus.

CVSSILIRIS, e. Adi. Cuſſilirem, pro Ignauo dicebant antiqui Feſtus. *Scal. quaſi* coſſim ſ. coxim lirans, *de ignaue incedente.*

CVSTOS, ōdis. c. [φύλαξ, φυλακτήρ] *Qui aliquam rem tuetur et curat.* Cic. Philipp. 2 c. 10 Etenim qui multorum cuſtodem ſe profiteatur, eum ſapientes ſui primum capitis aiunt cuſtodem eſſe oportere. Cuſtos, Miniſtra Virg. Aen. 11, 836 At triuiae cuſtos iamdudum in montibus Opis Alta ſedet. *Sic* Seruius. Ad limina cuſtos, *vid.* LIMEN. Cuſtos, *Ianitrix.* Plaut. Curc. 1, 1, 76. Capitis cuſtos, *i. vitae et ſalutis defenſor* Cic. poſt Red. in Sen. 35. Carceris cuſtos Plaut. Aſin. 2, 2, 31. Corporis cuſtos Lucret. 3, 325. *Conf.* Nep. 14, 9, 3. *et* Curt. 5, 1, 42. *c. not. Freinsh. Add. ſupra* Corpore cuſtos. Cupiditatum cuſtos ac vindex Cic. de Lege Agr. 2, 24. Dignitatis cuſtos, fortitudo Idem Tuſc. 2. Diuturnitatis malus cuſtos, metus Idem Off. 2, 23 c. 7. Fani cuſtodes Idem Verr. 4, 94. Gazae regiae Nep. 14, 5, 3. Gentis cuſtos, *de Rege, aut principe dictum* Horat. Carm. 4, 5, 2. Gregis cuſtos, *h. e. Opilio* Virg. Ecl. 10, 36. Hominis cuſtos et procuratrix Cic. de Finib. 4, 17. Hortis cuſtodem fructus ſeruandi gratia imponere Nep. 5, 4, 1. Iurium Tac. Ann. 4, 30. Libertatis tribunus plebis praeſes cuſtosque Cicero de Lege Agr. 2, 15. Luci Scythici cuſtos, draco Martial. 12, 53. *de vellere aureo.* Ouium cuſtos praeclarus, lupus Cic. Philipp. 3, 27 c. 11. Pecuniae regiae Curt. 5, 1, 20. Pontis, dum ipſe abeſſet, cuſtodes reliquit principes



Nep.

Nep. 1, 3, 1. *i. in praeſidium atque tutelam.* Cic. in Catil. 2, 27 Nullus eſt portae cuſtos, nullus inſidiator viae. Pueri Martial. 11, 40. Reipub. cuſtos Senatus, praeſes, propugnator Cic. pro Sext. 137. Rerum cuſtos Caeſar Horat. Carm. 4, 15, 17. Salutis cuſtos regi datus Curt. 3, 6, 1. *Add.* Tacit. Ann. 3, 14. Illyrice cuſtos Octauius Vndae Lucan. 4, 433. *i. praefectus militum praeſidiariorum Illyrici.* Vrbis cuſtos et conſeruator Cic. pro Sext. 54 c. 24. Fidiſſimus Valer. Argon. 8, 75. Herilis cuſtos, *i. Cui commiſſus eſt herilis filius* Plaut. Aſin. 1, 3, 65. Incorruptior cuſtos canis, *vid.* INCORRVPTVS. Incorruptiſſimus Horat. Serm. 1, 6, 81. Iupiter Tacit. Hiſt. 3, 74. Maximus Hor. Serm. 2, 6, 15. Tenax patrimonii Quinctil. 4, 2. Additi cuſtodes ducibus Tac. Hiſt. 1, 87. Amoti cuſtodes Id. Ann. 13, 24. Appoſitus Idem Germ. 41. Coronare abitum cuſtode Virg. Aen. 9, 380. *h. e. Cingere ſiluam, ne abeat,* Seruius. Corrumpere cuſtodem Lucan. 10, 57. Imponere alicui Ouid. Amor. 3, 4, 1. Indere Tacit. Ann. 3, 28. Petere cuſtodes ſalutis ſuae Quinct. 5, 11. Cuſtodem in frumento publico Poſitum eſſe Cic. pro Flacc. 45. Teneri cuſtode Lucan. 1, 26. Vacans cuſtode Ouid. Met. 2, 422. ¶ 2 *Iam Cuſtodum quorundam genera inſpiciamus:* Cuſtos, *pro Magiſtro ſeu paedagogo* Hor. de Arte Poët. 161. Idem Serm. 1, 4, 118 Dum cuſtodis eges, *etc. Et alibi ſaepius. Add.* Nep. 10, 4, 5. Iuuenal. 7, 218. *Ita modo* Herilis, Incorruptiſſimus. Cuſtodes *dicebantur*, qui accuſatori ſolebant dari, non ſolum chartarum cauſa, neque adiuuandi eius, (quemadmodum ſubſcriptores) ſed etiam, vt non facile accuſator corrumpi poſſet, Aſconius *ad illud* in Caecil. 51 c. 16 Cuſtodem, inquit, Tullio me apponite. Quid? mihi quam multis cuſtodibus opus erit, ſi te ſemel ad meas capſas admiſero — Fides mea cuſtodem repudiat, diligentia ſpeculatorem reformidat. *In Comitiis* Cuſtodes *adhibentur, qui videant, ne qua fraus Candidato, cui ſtudent, in ferendis et numerandis ſuffragiis inferatur. Vid.* Varr. R. R. 3, 5, 18 *vbi* cuſtos *ipſe talis* deprehenſus. Cic. poſt Red. in Sen. 28 c. 11 Quando illa dignitate rogatores, diribitores, cuſtodesque vidiſtis? *Et* ead. 17 c. 7 Me affinem tuum, quem comitiis praerogatiuae primum cuſtodem praefeceras. *Alii ſunt apud* Vlpianum, qui l. 3 D. de admin. tutor. de honorariis tutoribus *loquens, ait,* Dati ſunt enim quaſi obſeruatores actus eius, et cuſtodes. Cic. Verr. 5, 63 Quod vbi iſti nuntiatum eſt (*loquitur de Verre, et naue praedonum capta*) ſtatim quaeſtori legatoque ſuo cuſtodes miſit complures, omnia ſibi integra quamprimum exhiberentur. *Conf.* Suet. Tib. c. 12 *c. not. Torrent.* Curt. 5, 11, 2. ¶ 3 *Sunt et* Cuſtodes *in genere animalium. De canibus.* Bini cuſtodes accuſabant Plaut. Mil. 2, 2, 57. Cuſtode ſepulto Virg. 6, 424 *de Cerbero. Conf.* Sen. de Ira 3, 37. *Quin de inanimatis etiam dici, oſtendit* Turis cuſtos acerra Ouid. Met. 13, 705. *In vite quis eſſet cuſtos, docet* Colum. 4, 21, 3 In pollicem tondeatur, quod quidam cuſtodem, alii reſecem, nonnulli praeſidiarium appellant, id eſt ſarmentum gemmarum duarum vel trium, ex quo cum proceſſere fructiferae materiae, quidquid eſt ſupra vetuſti brachii amputatur. *Adde* Plin. 17, 22.

CVSTŌDIO, īre. [φυλάττω, διαφυλάττω φρουρέω] *Seruare, obſeruare, tum ne quid laedatur, tum ne laedat.* Plin. 12, 14 Neque vllus faucias arbores cuſtodit, nemo furatur alteri, *de turis arboribus inciſis loquitur, vt ſtillet tus.* Plaut. Capt. 3, 5, 71 Noctu neruo vinctus cuſtodibitur, *Antique, pro* Cuſtodietur. Cic. Fam. 9, 14 Fac vt diligentiſſime te ipſum mi Dolabella cuſtodias. *Add. ad* Att. 14, 17. Tueri, defendere, cuſtodire, incolumemque ſeruare aliquem Cic. Philipp. 10, 26. *Sic dicitur* Cuſtodire Aliquid ab aliquo Nep. 25, 9, 4. Honorate aliquem Tacit. Hiſt. 4, 63, 3. Aliquem ab iniuria Quinctilian. 2, 2. Ferias Plin. 35, 2. *i. obſeruare.* Breuitatem Id. Epiſt. 1, 20. Diſcrimina ordinum Idem ibid. 9, 9. QVAE FORMA INTERDICTI ET DISPOSITIO SVB GLADII PERICVLO PERPETVO CVSTODIENDA MANDATVR. Vet. Inſcript. Hoc igitur cuſtodire oportet villicum Columel. 9, 1. Iam illa, quae in maioribus imperiis difficulter cuſtodiuntur Ibid. Lugentem, timentemque cuſtodire ſolemus Sen. Epiſt. 10. Plin. 14, 12 Romulum lacte non vino libaſſe, indicio ſunt ſacra ab eo inſtituta, quae hodie cuſtodiunt morem. Nomen loci Plin. 37, 7. Parſimoniam Gell. 1, 24. Dum quaedam cuſtodienda praegnantibus omittit, facit omittenda Plin. Ep. 8, 10. Salutem alicuius Cic. pro Planc. c. 1. Verba cuſtodire ore male cluſo Sen. Agamemn. 719. Sollicite aliquid Quinct. 5, 14. Literis cuſtodire, quae a ſummis oratoribus de eloquentia diuinitus dicta ſunt Cic. de Orat. 2, 7 c. 2. Idem ibid. 1, 127 c. 28 Poſſe percipere animo, et cuſtodire memoria. Plin. 16, 44 Verum ex his, quas memoria hominum cuſtodit, durant in Liternino Africani prioris manu ſatae oliuae. Cuſtodire, *pro Obſeruare ne laedat.* Scribon. 84. *Conf. Rhod. in Lex. vbi tum huius tum aliorum, ſignificatuum plurima exempla profert.* Columel. 3, 10. Quinctil. 4, 1 Et cuſtodit nos recens audientium intentio. *De exordio loquitur.* Cic. de Petit. Conſ. 43 Fac itaque, vt ſe abs te cuſtodiri atque obſeruari ſciant. Idem in Catil. 1, 6 Multorum te etiam oculi et aures non ſentientem, ſicut adhuc fecerunt, ſpeculabuntur atque cuſtodient: *ſcil. ne quid nocere poſſis. Contra* Cic. Philipp. 12, 22 Hic quum in vrbe eſſem ac domi, tamen multa tentata ſunt. vbi me non ſolum amicorum fidelitas, ſed etiam vniuerſae ciuitatis oculi cuſtodiunt, *ne quid mihi noceri poſſit ſcilicet.* Col. 1, 8, 10 Id contingere poterit, ſi maluerit cuſtodire ſubiectos, ne peccent, quam negligentia ſua committere, vt puniat delinquentes. Sermones cuſtodire Tacit. Hiſt. 2, 52. *i. Obſeruare et captare.* Quinctil. 4, 2 p. 333 Quae ſi aliter dicta eſſent, ſtrepitu ipſum iudicem, ad cuſtodiendum patronum, excitaſſent. *Vbi Burm.* Cuſtodire patronum, *eſt Obſeruare, cauere, ne fraus ipſi fiat a patrono. Adde* Quinctil. p. 351. *et* Ouid. Epiſt. 17, 165.

CVSTODĪTVS, a, um. Partic. Suet. Tiber. 7 Vt cuſtoditum ſit, ne vnquam poſthac in conſpectum eius veniret, *i. Cautum, obſeruatum.* Codicilli cuſtoditi Suet. Tiber. 51. Plin. 16, 4 Cuſtodito tamen honore glandis, *conſeruato.* Modus cuſtoditus Plin. 20, 13. *i. obſeruatus.* Poma a dracone male cuſtodita Ouid. Met. 9, 190. Vacca cuſtodita Virgil. Aen. 8, 218. *incluſa.* Vices temporum cuſtoditae Apul. de Mundo p. 734. *obſeruatae.*

CVSTODĪTE. Adu. *vt,* Ludere cuſtodite, *i. inſpectante cuſtode* Plin. Epiſt. 5, 16. *Compar.* Idem ibid. 9, 26 An illa cuſtoditius preſſiusque? *ſubint. dicta, i. cautius moderatiusque.*

CVSTODITIO, ōnis. f. [φύλαξις] *eſt* Opera ad aliquid cuſtodiendum ſumta. Feſtus. *Vid.* Vulg. Interpr. Sapient. 6, 19.

CVSTODITĪVVS, a, um. Sariſb. Epiſt. 158 Aurum aliorum metallorum cuſtoditiuum eſt.

CVSTODELA, ae. f. A veteribus Cuſtodia dicebatur Feſtus. Acrior cuſtodela Apul. Met. 10 p. 245. Salutaris cuſtodela Id. ibid. 9 *ſub initium.*

CVSTODIA, ae. f. [φυλακή, φρουρά] *Cuſtodiendi actus, vel modus.* Canum cuſtodia fida Cic. de Natur. Deor. 2, 158 c. 63. Decoris, *i. obſeruatio* Quinctil. 11, 57. Cic. de Fin. 2 c. 34 Ineſt ad humanam ſocietatem iuſtitiae fida cuſtodia. Colum. 1, 8, 11 Nulla eſt maior vel nequiſſimi hominis cuſtodia, quam operis exactio, *etc.* Paedagogorum Quinctil. 1, 2, 25. Religionis Idem 6, 1, 20. Literae vna cuſtodia fidelis Rerum geſtarum Liu. 6, 1. Cuſtodiam facere Salutis Scribon. 84. Cic. pro Planc. 2 Itaque non extimeſco ne Cn. Plancio cuſtodia meae Salutis apud eos obſit, qui me ipſum maxime ſaluum videre voluerunt. Celſ. 2, 2 Ille ſollicitari debet, cui haec noua ſunt, aut, qui iſta nunquam ſine cuſtodia Sui tuta habuit, *i. ſine magna adhibita diligentia.* Ignauiam ſuam, tenebrarum ac parietum cuſtodiis tegere Cic. pro Rabir. perduel. reo 21. Hor. Epiſt. 1, 1, 22 Vt piger annus Pupillis quos Dura premit cuſtodia matrum. Solers cuſtodia pecudum Virg. Georg. 4, 327. *i.* Diligens et perita induſtria. Seruius. Cic. pro Muraen. 64 Quum in eiuſdem anni cuſtodia te atque L. Muraenam fortuna poſuiſſet, *vt alias dicitur,* in praeſidio: *cuſtodem te fecit fortuna, etc. Sic* Phil. 7, 19 c. 7 Idcirco in hac cuſtodia, tanquam in ſpecula collocati ſumus, vt vacuum metu Populum Rom. noſtra vigilia et proſpicientia redderemus. Idem ibid. 12, 24 Itaque in vrbe, ſi ſic licebit, manebo: haec mea ſedes eſt, haec vigilia, haec cuſtodia, hoc praeſidium ſtatiuum. Nep. 1, 3, 2 In hoc tum numero fuit Miltiades, cui ea cuſtodia (*pontis*) crederetur. Liberare cuſtodiis corporis, *vid. ſub* LIBER. Tradere ſe in cuſtodiam alterius Plaut. Moſt. 2, 1, 59. ¶ 2 Cuſtodia, [δεσμώτης] *Reus, qui cuſtoditur in carcere, aut a militibus ſeruatur.* Sen. Ep. 77 *ſub fin.* Vnus ex cuſtodiarum agmine. Plin. Ep. 10, 30, 1 An per milites adſeruare cuſtodias debeam. *Et* Epiſt. 31 Ad continendas cuſtodias. Apul. de Daemon. Socr. p. 50, 37 Raptare illico et trahere veluti cuſtodiam ſuam ad iudicium, *de ipſo genio loquitur. Add.* Sueton. in Domit. c. 14. *et* Tib. c. 62 *ſub fin. it.* Calig. c. 27. *Et* l. 8. D. de cuſt. Reor. ita ſcribit Paullus, Carceri praepoſitus, ſi pretio corruptus, ſine vinculis agere cuſtodiam, vel ferrum, vel venenum in carcerem inſerri paſſus eſt: officio iudicis puniendus eſt. Ibidem l. vlt. §. 3. Herennius Modeſtinus (*Haloand.* Terentius Clemens) Si cuſtodia ſe interfecerit, vel praecipitauerit, militis culpae adſcribitur, et caſtigabitur. Quod ſi ipſe cuſtos cuſtodiam interfecerit, homicidii reus eſt. *Sunt ibi plura. Add.* l. 6 ff. de Off. Proc. Eadem catena et cuſtodiam et militem copulat Sen. Epiſt. 5. ¶ 3 Cuſtodiae, [δορυφόροι] *pro Cuſtodibus et apparitoribus.* Cic. Verr. 3, 60 Equitem Romanum ſcitote biduum cibo, tectoque prohibitum: biduum Leontinis in foro cuſtodiis Apronii retentum atque ſeruatum. *Paullo poſt* Apparitores *vocat.* Acres cuſtodiae Tacit. Ann. 1, 5. Vigil Phrygios ſeruat cuſtodia muros Ouid. Met. 12, 148. Tuo aduentu vigilat cuſtodia Catul. 60, 33. Defendere veſtra tecta cuſtodiis vigiliisque Cic. in Catil. 2, 26 c. 12. Ducit noctem cuſtodia inſomnem ludo Virg. Aen. 9, 166. Munire aliquem locum praeſidiis, cuſtodiis, vigiliisque Cic. in Catil. 1, 8 c. 3. Polliceri excubias et cuſtodias alicui Idem pro Marcell. 33 c. 10. *Conf.* Caeſ. Bell. Ciuil. 1, 17. *et* 3, 23. ¶ 4 Cuſtodiae *etiam vocantur publicanorum, dum itinera obſeruant, ne merces euebantur, portorio non ſoluto.* Cic. de Provinc. Conſul. 10 Statuit ab initio, et in eo perſeuerauit, ius publicano non dicere, cuſtodias ſuſtulit, pactiones ſine vlla iniuria factas reſcidit, vectigales multos ac ſtipendiarios liberauit. ¶ 5 Cuſtodia [δεσμωτήριον] *Carcer,* Columel. 1, 8, 16 Vt explorent, an (*mancipia*) diligenter vincta ſint, an ipſae ſedes cuſtodiae ſatis tutae munitaeque ſint. *Vid.* Plin. 21, 3. Penes quem ſumma imperii eſt cuſtodiae Nep. 18, 11, 3. Vellei. 1, 11 Poſt victum captumque Perſen, qui quadriennio poſt in libera cuſtodia Albae deceſſit. *Vbi Boecler.* Libera cuſtodia *eſt, quae viris principibus aut dignioribus datur apud magiſtratum, aut militarem manum, vel in municipiis. Et ita* Salluſt. Catilin. 48 Senatus decreuit, vti abdicato magiſtratu, Lentulus, itemque caeteri in liberis cuſtodiis haberentur. *Vid. ibi Waſſ. et Lipſ. ad* Tacit. Ann. 6, 3. Aperta et libera et in vſum hominum inſtituta cuſtodia militaris l. 2 C. de exact. trib. *Conf. Bynkershoek. Obſſ. Iur.* 1, 2 *p.* 17. Liberalis cuſtodia, *i. Libera* Cic. de Clar. Orat. 330 c. 96. Militari cuſtodia haberi Tacit. Ann. 3, 22. Publica Cic. Quint. Frat. 1, 2. *it.* de Diu. 1 c. 25. Cic. pro Rabir. Poſt. 12 At Dioecetes fuit regius, et quidem in cuſtodia etiam fuit Regia, et vita eius poenae oblata eſt. Agere ſiue Agitare cuſtodiam, *vid.* AGO. Aſſeruari cuſtodiis Cic. Verr. 5 c. 30. Condere aliquem in cuſtodiam Tacit. Hiſt. 4, 2. Conſtringi cuſtodiis, *vid.* CONSTRINGO. Credere alicuius cuſtodiam alicui, *vid.* CREDO. Cic. in Catil. 1, 19 Tu te ipſum in cuſtodiam Dediſti. *Add.* Idem Verr. 5 c. 27. Educere aliquem ex Cic. Tuſc. 1, 71 c. 29. Emitti e cuſtodia et leuari vinculis Id. ibid. 11, 118 c. 49. Eripere aliquem ex cuſtodia, et conſeruare Cic. ad Brut. 6. Haberi in cuſtodia Tacit. Hiſt. 1, 58. Includere aliquem in cuſtodias Cic. Verr. 5, 143 c. 55. Paterc. 2, 42, 3 Aliquot naues, multosque mortales cepit: Mandatisque cuſtodiae quos ceperat, in Bythyniam perrexit. Teneri in cuſtodiis Salluſt. Catil. 51. Hominem comprehendere, et in cuſtodiam Tradere Cic. Quint. Fr. 1, 2. *Conf.* Id. Catil. 3 c. 6. Idem in Somn. Scip. 7 Quare et tibi Publi, et piis omnibus retinendus eſt animus in cuſtodia corporis. *Poteſt tamen hic non tam carcer, quam praeſidium ſiue ſtatio intelligi, vid. n.* 1.

CVSTODIARIVS, i. m. *Cuſtos.* Inſcript. Gruter. p. 48, 1 SANCTISSIMO HERCVLI INVICTO CORPOR. CVSTODIAR. L. CVRTIVS ABASCANTIVS, *etc.*

CVSTODIARIVM, i. n. *Locus, vbi quid cuſtoditur.* Tertull. ad Martyres 2. *et* adu. Iudaeos 3.

## C V T

CVTILIA, *Agri Reatini lacus eſt, in quo ſiluoſa inſula innatat, quae nunquam die et nocte eodem permanet loco. Auctor* Plin. 2, 95. *et* 3, 12. *De aquis ibi medicatis. Vid.* Vitruu. 8, 3. Sen. Nat. Quaeſt. 3, 25. Plin. 31, 3.

CV̄TIS, is. f. [δέρμα, δορά, χρώς] *Pellis ſiue corium.* Plin. 11, 39. Cic. Fam. 10, 18 Sed non poſſum non exhorreſcere, ſi quid intra cutem ſubeſt vulneris, quod prius nocere poteſt, quam ſciri, curarique poſſit. *Metaph.* Adſiccata cutis Lucan. 8, 690. *Sic Cort. Alii* Exſiccata, *de capite Pompeii.* Aegra cutis tumet Perſ. Sat. 3, 63. Stat. Theb. 6, 871 Riget Arcta cutis, durisque laborum Caſtigata toris. Arida cutis ſe laxat Iuuen. Sat. 6, 143. Cancellata, *vid.* CANCELLI. Candida, *vid.* CANDIDVS. Caſtigata Stat. Theb. 6, 872. Dura Ouid. Met. 8, 803. Maculoſa, *vid.* MACVLA. Summa cutis Scri-

Scribon. 135. *i. epidermis.* Tenax Claud. *de Hiſtrice* Epigr. 37. Tenuis Ouid. Triſt. 4, 6, 42. Adducit macies cutem Idem Met. 3, 397. Armauit natura cutem Claud. *de Locuſta*, Epigr. 15. Cogere aliquem intra cutem ſuam Sen. Epiſt. 9. Curare cutem Iuuen. Sat. 2, 105. In cute curanda plus aequo operata iuuentus Horat. Epiſt. 1, 2, 29. Idem ibidem 1, 4, 15 Me pinguem et nitidum bene curata cute viſes. Deripere cutem Ouid. Met. 6, 387. Finditur cutis Celſ. 5, 27. Findere cutem cornibus primis *dicitur iuuencus* Senec. Troade 538. Ego te intus et in cute Noui Perſ. 3, 30. Obducere cutem, *vid.* OBDVCO. Riget, *vid.* Arcta, *ſupra.* Rumpere Celſ. 5, 18. Tonſus ad cutem Idem 1, 4. *Metaphor.* Tenera elocutionis cute habitum orationis virilem operire Quinctil. 5, 12. Arboris cutis Plin. 12, 19. Fructus Scribon. 74. *De margaritis* Plin. 9, 35 ſ. 54 Multiplici conſtant cute, non improprie callum vt exiſtimari corporis poſſint. Terrae cutis Plin. 20, 19. Vuae et ceraſi cutis Idem 15, 28. Cutis, Graecam habet originem: hanc enim illi κύτος dicunt. Feſtus.

CVTICŬLA, ae. f. Dimin. [δερμάτιον] *Parua cutis.* Perſ. Sat. 4, 18 Aſſiduo curata cuticula ſole. Noſtra bibat vernum contracta cuticula ſolem Iuuen. Sat. 11, 203.

CVTICVLARIS, e. Adi. Meatus Plinii *eſſe dicitur.*

CVTALIS, e. Adi. Cauſa forenſis ſiue cutalis, *i. externa in cute haerens apud* Cael. Aurelian. Tard. 4, 1, 6 *legi vult Reineſ. Var. Lect.* 3, 18 *p.* 670.

CVTIO, onis. f. *Millepes, inſecti genus.* Marc. Empiric. c. 9. *Conf. Barth. Adu.* 40, 4.

## C V V

CVVI, *in heroo carmine apud Auſonium ſcriptum pro* Cui *vult Turn.* 19, 12 *vt verſus ruina hoc tanquam tibicine fulciatur, quae licentia Poëtis conceſſa eſt. Verſus ſunt*, Moſell. 3, 11 Dinochares, quadro cuui in faſtigia cono Surgit, et ipſa ſuas conſumit pyramis vmbras. *Sed aliis placet* cuii. *Sic ap.* Lucretium 1, 689 *pro* Rei, Reii *ſcribitur, vt ſyllaba tendatur. Sic pro* Eii, Eii *dicit. Sed forte optime, qui* cui *relinquunt, et diphthongum faciunt, ſeruantem vim ſuam et modum, etiam ante vocalem.*

## C Y A

CYAMEA, ae. f. [κυάμεια] *Gemma, de qua* Plin. 37, 11 Cyamea nigra eſt; ſed fracta, ex ſe fabae ſimilitudinem parit. *Nempe* κύαμος *faba eſt.*

CYAMOS, i. m. [κύαμος] *Graecis* Faba, *vt modo dictum.* ¶ 2 *Herba Aegypto peculiaris, latiſſimis foliis, quae et* Colocaſia *dicitur, et* faba Alexandrina. Plin. 21, 19 In Aegypto nobiliſſima eſt Colocaſia, quam Cyamon vocant aliqui. *vid.* COLOCASIA, *et* CIBORIVM.

CȲANEVS, *prima prod. et* CY̆ANVS, *prima corr.* Adi. [κυανὸς *et* κυάνεος] *Coloris nomen, caeruleum ſ. aqueum ſignificans, hinc rebus maritimis, vel colore illo inſignibus, tribuitur, vt ſequentia docebunt.* Plin. 10, 32 Ipſa auis paullo amplior paſſere, colore cyaneo ex parte maiore. *Add.* Idem 37, 9. Auien. Arateis v. 769. ¶ 2 Cyanos, *vel* Cyanus, *flos.* Plin. 21, 11 In Italia violis ſuccedit roſa, huic interuenit lilium, roſam cyanus excipit, cyanum amarantus. *Add.* Id. ib. c. 5 *et* 8. ¶ 3 Cyanos, gemma ex iaſpidum genere, colore caeruleo, *de qua* Plin. 37, 9. ¶ 4 Cyanee, *Nympha apud* Ouid. Met. 9, 451 *filia Maeandri fluuii, quae ex Mileto, Phoebi filio, Byblidem et Caunum gemellos genuit,*

Hic tibi dum ſequitur patriae curuamina ripae
Filia Maeandri toties redeuntis eodem,
Cognita Cyanee praeſtanti corpore nympha,
Byblida cum Cauno prolem eſt enixa gemellam.

Cyanam, Lypari filiam, *laudat* Seru. *ad* Aen. 1, 56. ¶ 5 Cyane *Nymphae nomen, quae Proſerpinae comes fuit, quam, ea rapta, nimio eius deſiderio in fontem delicuiſſe, ait* Ouid. Met. 5, 409. *Meminit eius et* Claudian. de Raptu Proſ. 3, 190. Lactant. Grammat. in Stat. Theb. 5, 347 *hanc ab Anapo amatam tradit, et aliam recitat fabulam. Nempe* Cyane *fons* Anapo *miſtus, iuxta Ortygiam inſulam ad Syracuſas in mare illabitur.* Ouid. ex Ponto 3, 10, 26 Quaque ſuis Cyanen miſcet Anapus aquis. ¶ 6 Cyaneae, contra Thracium Boſporum, inſulae duae paruae, paruoque diſtantes ſpatio, et aliquando creditae, dictaeque concurrere Mela 2, 7. *De his* Plin. 4, 13 Duae inſulae Cyaneae, ab aliis Symplegades appellatae, traditaeque fabulis inter ſe concurriſſe: quoniam paruo diſcretae interuallo ex aduerſo intrantibus geminae cernebantur, paullumque deflexa acie, coëuntium ſpeciem praebebant. *Graecos laudat Barth. ad* Stat. Theb. 5, 347. *Add.* Ouid. Met. 15, 338. *Eaedem* Planetae *dictae, id eſt errantes.* Plin. 6, 12. *Vid.* Valer. Flacc. Argon. 4, 562. Concurrunt ponto Scythico Cyaneae Valer. Argon. 1, 60. *Hinc* Fragores Cyanei Idem ib. 5, 483. Cautes Cyaneae Idem ibid. 1, 630. Montes Cyanei Idem ibid. 2, 382. Vada Stat. Theb. 5, 347.

CYĂTHVS, i. m. [κύαθος] *Vaſculum in quo bibebatur: et frequenter duodecima pars ſextarii, qui* AS *eſt, reſpectu Cyathi, quae vncia. Vid. ſupra* BIBERE Nomen. *Et* SEXTARIVS. Hor. Carm. 3, 19, 11 Tribus aut nouem Miſcentor cyathis pocula commodis. Qui muſas amat impares Ternos ter cyathos attonitus petet Vates: tres prohibet ſupra Rixarum metuens tangere Gratia. Iuuen. Sat. 5, 32 Cardiaco nunquam cyathum miſſurus amico, *i. pauxillum vini, quod appetunt cardiaci.* Iuuen. Sat. 9, 47 Et puerum te Et pulchrum, et dignum cyatho, caeloque putabas. *Alludit ad Ganymedem, qui* Iouis a cyathis *eſt. Nempe* Stat Iouis ad cyathos, genuit quem Dardanius Tros Auſon. Monoſyll. c. de Hiſtoriis p. 486 *Toll.* Iuuen. Sat. 13, 44 Nec puer Iliacus, formoſa nec Herculis vxor (*Hebe*) Ad cyathos. ¶ 2 *Menſurae genus eſt* Cyathus, *non fluidorum modo, quod iam monuimus, et frequentiſſimum eſt, v. g. in* Scribonio: *ſed aridorum etiam, de quo* Columel. 8, 4, 5 Nec tamen alius clauſae gallinae cultus: niſi quod ea non emittitur, ſed intra ornithonem ter die paſcitur meliore menſura: nam ſingulis capitibus quaterni cyathi, diurna cibaria ſunt: quum vagis terni vel bini praebeantur. *Quin ponderis etiam nomen eſt.* Plin. 21 *extr.* Cyathus pendet drachmas X. Q. Rhemn. Fannius de Ponderib. 73

At cotyle cyathos bis ternos vna receptat
Sed de abaco nobis id pondus ſaepe notatur:
Bis quinque hunc faciunt drachmae, ſi appendere tentes.

*De olei pondere intelligendum, docuit Agricola.* Demetr. Alabaldus *in Gothofr. Auctoribus L. L.* p. 1528 Cyathi pondus fere Drachmae X. *Repetit* Iſid. 16, 25. *Prou. De muliere contemtiſſima,* Cuius ego Nebulae cyatho ſeptem noctes non emam Plaut. Poen. 1, 2, 62.

CYATHISSO, āre. [κυαθίζω] *eſt Cyatho vinum miniſtrare.* Plaut. Men. 2, 2, 29 Non ſcis quis ego ſim? qui tibi ſaepiſſime cyathiſſo, apud nos quando potas. *Ad cyathos tibi eſſe vel ſtare ſoleo.*

CYATHISCVS, i. m. *Concaua pars ſpecilli.* Cael. Aurel. Tard. 5, 2, 33 *vindicat Reineſ. Var. L.* 3, 16 *p.* 673.

## C Y B

CYBEA, ae. f. *Genus nauis onerariae.* Cic. Verr. 5, 44 c. 17 Nauem vero Cybeam maximam, triremis inſtar, pulcherrimam atque ornatiſſimam, palam aedificatam ſumtu publico, ſciente Sicilia, per magiſtratum Senatumque Mamertinum tibi datam donatamque eſſe dico. *Vtitur etiam* Verr. 4 c. 8 Cybea, *dicta eſt, quaſi Cypaea,* κύπαι, *inquit Heſychius,* εἶδός τι νεώς. *Eſt igitur* Cybea, *nauis oneraria, rotunda, vt cupae nomen oſtendit. Turnebus. Nihil Schefferus. Non habet* Gell. 10, 25.

CYBĒBE, es. *vel* is. f. [Κυβήβη] *Eadem quae* Cybele. *Ita ſcribunt Viri docti, cum penultima producitur, poſtquam docuit librorum auctoritate et ratione Gudius ad* Phaedr. 3, 20. *Quod viderunt etiam Heinſ. ad* Prud. Periſt. 10, 196. *Spanh. ad Callim. Lau. Pall. pr. Vid. Drakenb. ad* Sil. 17, 8. *et Brouckhuſ. ad* Propert. 3, 15, 35. *Nempe eadem*

CYBĔLE, es. f. [Κυβέλη] Feſtus, Cybebe mater quam dicebant Magnam, ita appellabatur, quod ageret homines in furorem, quod Graeci κυβηβᾶν dicunt. Cybele vero eadem dicta a loco, qui eſt in Phrygia. *Nempe* κυβηβᾶν *eſt* κυβιστᾶν. *Sacerdotum autem* Cybeles *proprium erat, caput rotare. Suidas ſcribit* Rheam *quoque vocari, et montanam eſſe Deam: ideo vehi leonum iugo. Cinaedi ei ſacri ſunt. Haec primum* Ops, *et* Terra *dicta fuit, quod ſit Dea telluris, quae et* Veſta *dicitur: propter quod curru vehi a Poëtis fingitur, quia terra pendet in aëre: et rotis ſuſtineri, quia rotatur ſemper et voluitur mundus.* Mater deûm, *quia omnia gignit. Et* Mater alma, *ab alendo. Et* mater Phrygia, *a monte Phrygiae, quem pluratiuo numero* Dyndima *vocant. In eo ſacra ſibi per* Corybantes *inſtituit: a quo* Dyndime, *et* Dyndimene *vocatur. Et* Berecyntia, *a monte Phrygiae, qui* Βερέκυντος *appellatur. Et* Pales, *quod ſit pabulorum Dea.* Rhea, ἀπὸ τοῦ ῥέω, *fluo, quod terra affluens ſit omnium rerum. Dicta eſt* Idaea *etiam, et* Phrygia, *et* Peſſinuntia, *a locis, vbi colebatur. Conf.* Apul. Met. 11 p. 259 *et collectanea virorum doctorum ad* Fulgent. Mythol. 3, 5. *et* Alberic. de Imag. Deor. 12. *Cum* Cybele *ſcribitur, penultima ordinarie breuis eſt, v. g.* Martial. 1, 71, 10 Et Cybeles picto ſtat Corybante tholus. *Et ſimilia multa. Cum penultima producitur, viri docti, quos laudauimus,* Cybeben *malunt. Sunt tamen quibus vel* Cybelle *placet, quod paſſim inuenias; ſed repugnante analogia Graeci ſermonis, apud quos* κυβέλλη *non reperias. Alii retinent vnum* L, *ſed* e *penultimum tamen producunt, quaſi eſſet* κυβήλη. *Alii denique etiam penultimam* κυβέλης *produci poſſe arbitrantur propter liquidam, vt in* μέλος *factum obſeruant.* Seruius *ad* Aen. 10, 220 Nymphae, quas alma Cybele Numen habere maris, nymphasque e nauibus eſſe Iuſſerat. Cybele autem Bacchius eſt; nam *Cybele* Anapaeſtus eſt. *Videtur tamen Gudio l. c. tum apud* Virgilium, *tum apud* Schol. *loco priore legendum* Cybelle. *Sic* Propert. 3, 15, 35 Vertice turrigero Iuxta dea magna Cybebe, *vt dedit Brouckh.* Lucan. 1, 600 Et lotam paruo reuocant Almone Cybeben. *Cort. Oudend. et Burm. Sed* Claudian. de Raptu Proſ. 1, 211 Adytis gauiſa Cybelle. *Et* 3, 271 Turrita Cybelle *edidit Heinſius. Sed* 1, 179 Turrigeramque petit Cybelen. *Nempe coronam muralem habet, vt mater vrbium.*

CYBELEIVS, a, um. Adi. *Vt*, Cybeleius Attis Ouid. Met. 10, 104.

CYBIOSACTES, is. m. Sueton. in Veſpaſ. c. 19 Alexandrini Cybioſactem eum vocare perſeuerauerunt, cognomine vnius e regibus ſuis turpiſſimarum ſordium: Κυβιοσάκτην *a* Cybio *ſalſamento, de quo mox: quaſi qui conſtiparet et condiret auaritiae cauſa cybia.*

CYBIOTATES, *legunt quidam apud Sueton. l. c. pro* Cybioſactes *de quo modo dictum.*

CYBIRA, ae. f. [Κίβυρα] *Oppidum Lycaoniae, non procul a Maeandro fluuio.* Cic. Verr. 4, 30 Hoſce opinor Cybirae, quum in ſuſpicionem veniſſent ciuibus, fanum expilaſſe Apollinis, *etc.*

CYBIRATES, *vel* CYBIRATA, ae. m. *Nomen gentile.* Cic. Verr. 4, 30 Eo quum venio, Praetor quieſcebat, fratres illi Cybiratae inambulabant.

CYBIRATICVS, a, um. Poſſeſſ. Cic. Verr. 4, 47 Immittebantur illico Cybiratici illi canes, qui inueſtigabant et perſcrutabantur omnia. *De iisdem fratribus* Cybiratis. Negotia Cybiratica Horat. Epiſt. 1, 6, 33.

CYBIVM, i. n. Dictum, quia eius medium (*an idem quod* latus?) aeque patet in omnes partes, quod genus a Geometris κύβον dicitur. Vnde etiam Teſſellae quadratae κύβοι. Hinc et κύβιον, genus piſcis, quia piſcantes id genus piſcis velut aleam ludant, Feſtus, *qui melius vltimum genus deriuaſſet a teſſeris ſ. fruſtis cubicis, in quas conſectus piſcis vocatur* Cybium. Plin. 9, 15 ſ. 18 Pelamides in apolectos particulatimque diſſectae, in genera cybiorum diſpartiuntur. *Diſertius Graeci, quos hic laudat Harduin.* Plin. 32, 11 ſ. 53 Cybium, ita vocatur conciſa pelamis, quae poſt XL dies a Ponto in Maeotin reuertitur. *Nempe* Pelamis *poſt quadrageſimum diem reuerſa, ſi conciditur, illud Salſamentum* Cybium *vocatur. Ita ſi interpreteris, non opus erit accuſare Plinium, quaſi piſcem dixerit, quae pars piſcis eſt. Piſcem tamen ipſum* Cybium *dicere videtur* Varro L. L. 4, 12 *pr. Vid. Harduin. ad* Plin. 32 *not. mai.* 29. Martial. 5, 79 Diuiſis cybium latebat ouis. Idem 11, 28 Vel duo fruſta rogat Cybii.

CYBĬCVS, a, um. Adi. *Quadratus*, vt, Cybica ſoliditas Mart. Capella 2 p. 25. *Vid.* CVBVS, CVBICVS.

CYBIARIVS, i. m. *Qui cybia vendit* Arnob. 2 p. 70 Cybiarii, ſalinatores, bolonae. *Conf. Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 174 *ed. nou.*

CYBIOSACTES, *paullo ante explicatum.*

## C Y C

CYCA, ae. f. *Palmae genus.* Plin. 13, 4.

CYCEON, ōnis. m. [κυκεὼν] *Genus potionis ex multis liquoribus confectum.* Arnob. 5 p. 175 Ebibi cyceonem. Perducit totum cyceonis laeta liquorem Idem *ex Orphicis.*

CYCHRAMVS, i. m. *Auis, quae coturnicibus trans mare redeuntibus comitatum praeſtat.* Plin. 10, 23 ſ. 33 Cychramus perſeuerantior feſtinat etiam peruenire ad expetitas ſibi terras. Itaque noctu is eas excitat, admonetque itineris.

CYCLĂDES, um. f. [Κυκλάδες] *Inſulae ſic dictae, vt ait* Plin. 4, 12 ſ. 22 quod circa Delon, *earum clariſſimam*, in orbem ſitae *ſint. Tum ordine eas enumerat.* Crebrae Cyclades Stat. Theb. 5, 183. Sparſae Ouid. Met. 2, 264. *Singulariter dixit* Vitruu. 7, 7 *de vna illarum inſularum;* Eius vis metalli inſulae Cycladi Melo dicitur eſſe. ¶ 2 Cyclas *alio ſenſu vid. ſtatim poſt* CYCLAMINVS.

CYCLAMĬNVS, i. f. [κυκλάμινος] *Herba, quam ita deſcribit* Plin. 25, 9 ſ. 67 Folia habet minora, quam hedera, nigrioraque et tenuiora, ſine angulis, in quibus albicant maculae. Caule exiguo, inani, floribus purpureis, radice lata, vt rapum videri poſſit, cortice nigro. Naſcitur in vmbroſis: a noſtris tuber terrae vocatur, in omnibus ſerenda domibus, ſi verum eſt, vbi ſata ſit, nihil nocere mala medicamenta: Amuletum vocant. Narrant et ebrietatem repraeſentari addita in vinum. — Suum tamen venenum ei eſt, traduntque, ſi praegnans radicem transgrediatur, abortum fieri. *Add.* CISSANTHEMVM, *it.* Plin. 26, 8. 29, 3. Apul. de Herbis c. 17. Cyclamini ſuccus Scribon. 7, 8. Herbae cyclamini ſuccus Id. 71.

CYCLAS, ădis. f. [κύκλας] *Veſtis feminea, in qua rotundum aliquid fuiſſe, nomen innuit.* Iuuen. Sat. 6, 562 Haec ſunt, quae tenui ſudant in cyclade. Propert. 4, 7, 36 Haec nunc aurata cyclade ſignat humum. Vident in medio noctis ſilentio exercitum, virginum, quae omnes auro textis cycladibus indutae Ambroſ. Serm. 90 de paſſ. S. Agnetis p. 394. Pronuba Sidon. Ep. 1, 5. Vxoria amictus Vopiſc. in Saturn. *Vbi conf. Salmaſ.* Fortunat. 8, 4, 268 Bractea cycladem gemmatam fila catenant, *producta vitioſe penultima.*

CYCLADATVS, a, um. Adi. *Cyclade indutus.* Suet. Calig. c. 52 Saepe depictas gemmatasque indutus penulas, manuleatus et armillatus in publicum proceſſit, aliquando ſericatus, et cycladatus.

CYCLVS, i. m. [κύκλος] *Orbis, ſ. circulus.* Cic. de Natur. Deor. 2, 47 c. 18 Circulus aut orbis, qui κύκλος Graece dicitur. *Add.* Mart. Capell. 8 p. 277. ¶ 2 *De* Cyclo Epico, *Poëtarum corpore eſt diſſertatio C. G. Schwarzii, de cuius ſententia* Cyclus *ille eſt corpus quoddam fabularum poëticarum Epico carmine ſcriptum a Theogonia ad reditum Vlyſſis diuerſorum auctorum, quos recenſuit in chreſtomathia Proclus, qui ſimpliciter materiem Homeri et Heſiodi aliorumque forte nobilium Poëtarum in ordinem quendam ſuum redegere. Hinc*

CYCLĬCVS, a, um. Adi. Horat. de Arte Poët. 136 Nec ſic incipias, vt ſcriptor cyclicus olim. *Laudatus modo Schwarzius oſtendit, hoc nomine intelligi cum ipſos ſcriptores cycli epici, de quo modo dictum, tum qui nihil, praeter hunc cyclum ſaperent, meri deſcriptores. Vid. ipſum poſt Caſaubon. ad Athen. 7, 3 et Heinſ. ad* Horat. Od. 1, 7, 7. *Turneb. 19, 9.*

CYCLOEIDES, is. Adi. [κυκλοειδὴς] *Rotundus, orbis inſtar habens.* Plin. 37, 12 ſ. 75 *de gemmis*, Figura oblonga maxime probatur; deinde, quae vocatur lenticula: poſtea cycloides et rotunda. *Dixeritne* Cycloiden, *quam deſcribit punctum quoduis in rota, dum progreditur circumacta, an ſimpliciter* orbicularem *figuram: non dixerim. Quin ne lectio quidem ſatis certa; ſed Harduini forte ingenio debita. Ante ipſum enim edebatur* Clypeidos. Aſpidoeides *coniiciebat P. Francius.*

CYCLOPS, ōpis. m. [Κύκλωψ] *Quaſi tu* circuloculum *dicas, qui vnum* luminis orbem *in media fronte gerat. Poëtis miniſtri Vulcani in Sicilia dicti, Neptuni filii ex Amphitrite. Dicuntur Ioui conficere fulmina apud Liparum, quae eſt vna ex Aeoliis inſulis. Omnium praecipui* Virgil. Aen. 8, 424 Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro Brontesque, Steropesque, et nudus membra Pyracmon. *Vltimum nomen immutat* Ouid. Faſt. 4, 288 Hinc mare Trinacrium, candens vbi tingere ferrum Brontes et Steropes, Acmonidesque ſolent. *Nempe* Brontes, *ἀπὸ τῆς βροντῆς nomen habet ſ. a* tonitru, *et ſono officinarum illi ſimili:* Steropes *ἀπὸ τῆς στεροπῆς*, fulgore, *ſ. fulminis, quod Ioui faciunt, ſiue. ferri politi: ἄκμων* incus *eſt.* Rabidi Cyclopes Valer. Argon. 4, 104. *De triplici genere* Cyclopum, *vid. Caſaubon. ad Strabon. 8 p. 572. Et vniuerſum Collectanea Aug. von Staueren ad* Hygin. fab. 125. *Add.* POLYPHEMVS.

CYCLOPEVS, *et* CYCLOPIVS, a, um. Adi. [Κυκλώπειος] *Vt*, Tela Cyclopia, *i. fulmina* Claudian. de Rapt. Proſerp. 1, 97 Ignauosque putas, quod non Cyclopia tela Stringimus, aut varias tonitru deludimus auras. Fames Cyclopia, *i. immenſa* Idem in Eutrop. 2, 383. Regna Cyclopia Sil. 14, 33 *pars Siciliae, vbi habitabant.* Saxa Cyclopia Virgil. Aen. 1, 205. *in quibus paſcebat Polyphemus.*

CYCLOTES, ae. m. [κυκλωτὴς] Machina tractoria rotunda Vitruu. 10, 8.

CYCNVS, *vid.* CYGNVS.

## C Y D

CYDĂRVM, i. n. *Genus nauigii* Gell. 10, 25.

CYDIPPE, es. f. *Puella ab Acontio adamata.* Ouid. de Arte Am. 1, 457 Litera Cydippen pomo perlata fefellit: Inſciaque eſt verbis capta puella ſuis. *Nempe iurisiurandi formulam in pomo ſcripſerat, quod illa dum legit rea amandi facta eſt, ſuo quidem iudicio. Extant* Acontii ad Cydippen, et Cydippes ad Acontium epiſtolae *inter* Ouidianas.

CYDNVS, i. m. [Κύδνος] Ciliciae fluuius non ſpatio aquarum, ſed liquore memorabilis: quippe leni tractu e fontibus labens, puro ſolo excipitur, nec torrentes incurrunt. *Haec et multo plura de* Cydno Q. Curtius 3, 4, 7 *etc. Alexandrum in eo corpus abluiſſe deſcribens, indeque perículoſiſſimam aegritudinem contraxiſſe. Vid.* Iuſtinus 11, 8, 3. Tibullus 1, 2 Solinus *ſcribit* amnem a candore Syrorum lingua nomen ſortitum. Vitruuius 8, 3 Cydni aquas podagra laborantibus apprime ſalubres eſſe, cruribus in eis merſis: *de cuius rei experientia* Caſſii Parmenſis Poëtae ad M. Antonium epiſtola exſtitit, *vt adnotauit* Plinius 31, 1 ſ. 8.

CYDON, ōnis. m. [Κυδωνία] *Cretae inſulae vrbs, vel potius* CYDONIA, ae. *Vt vult Salmaſius ad* Flor. 3, 7, 4 Vrbium matrem Cydoniam. *Plutarchus, Dio, Caſſius, et Strabo* Cydonium *appellant. Sed* Sammon. cap. 25 Aut quae poma Cydon Cretaeis miſit ab oris. ¶ 2 Eſt et Cydon. *Viri proprium apud* Virgil. Aen. 10, 325. *Vid.* Seruium.

CYDŌNES, um. m. *Populi, apud* Lucan. 7, 229.

CYDONĒVS, a, um. Adi. *Vt*, Sil. 10, 261 Ecce, Cydonea violatus arundine plantam, *i. ſagitta Cretenſi.* Sagittae Cydoneae Stat. Theb. 7, 339.

CYDONIVS, a, um. *Idem ac Cretenſis.* Virgil. Ecl. 10, 59 Libet Partho torquere Cydonia cornu Spicula. *Nobiliſſima ſunt* Mala Cydonia, *ſ.* Cydonea, *alias* Cotonea Plin. 15, 11 *pr. Conf.* Col. 5, 10, 19. 12, 45, 1 *vbi nomen* mala *ſupprimitur. Sic* Cydonia grandia *id.* 12, 41, 2. *Add.* Martial. 13, 27. *Sic* Quaeque ſuos curuant natura Cydonia ramos Ouid. de Arte Am. 3, 705. *Add.* Scribon. 111. 193. Malorum cydoniorum ſuccus 104. *Dicunt etiam* Cydonius, *vt* Malus. Pallad. Febr. 25, 20 Cydoniis ſerendis tempora diuerſa dixerunt — Plantas Cydoniorum radicatas — Amant Cydonii locum frigidum humectum. — Ita ponendae ſunt arbores Cydonii. — Menſe Februario Cydonia inſeruntur.

CYDONEVM, i. n. *Potio ex pomis cotoneis.* Vlpian. l. 9 ff. de trit. vin. ol.

CYDONĪTES, ae. m. Vinum ex malis cydoniis ſeu cotoneis factum, de quo Dioſcorid. 5, 20. Cydonitae vuae Columel. 3, 2, 2. Vites ib. Cydoniten *appellat* Pallad. 11, 20. *Cibum ex cydoniis decoctis et melle confectum.*

CYDONIA, ae. f. Inſula Aſiae ante Lesbon, in qua fons eſt calidus, qui vere tantum fluit Plin. 2, 103. *Vid. et* 5, 31.

## C Y G

CYGNVS, *ſ.* CYCNVS, i. m. [Κύκνος] *Neptuni filius, omni ex parte inuulnerabilis, cum quo Achilles Troiani belli tempore congreſſus, quum fruſtra eum iaculis appetiſſet, tandem re intellecta humi eum proſtrauit, genibusque collo innixus animam eripuit, quumque cadauer ſpoliare vellet, arma vacua inuenit, Cygnumque in auem ſui nominis vidit commutatum, vt ſuo more, i. iucundiſſime, enarrat* Ouid. Met. 12, 72 *ſqq. Conf.* Sen. Agam. 215. *et* Troad. 183. ¶ 2 Cycnus *ſ.* Cygnus *amator ille Phaëthontis, eiusque deſiderio incaneſcens tandem in auem ſui nominis verſus. Vid.* Virg. Aen. 10, 186 *ſq. ibique* Seruius. ¶ 3 Cycnus *filius Martis apud Heſiodum. De confuſione illorum* Cygnorum *vid. viri docti ad* Ouid. Met. 12, 72. ¶ 4 *Equi nomen habet* Stat. Theb. 6, 463 Meritumque vocabula Cygnum. *i. candidiſſimum. Nempe*

CYGNVS, *vel* CYCNVS, i. m. [κύκνος] *Latine* Olor, *auis candida, anſere maior, quae quum moritur, ſuauiſſimum cantum emittere dicitur: quod falſum iam pronunciauit* Plin. 10, 23. *Originem forte dedit illa de Platone narratio, quam dabimus ex* Apul. de hab. doctr. Plat. 1 p. 1 Somnium etiam Socratis ſcitum ferunt. Nam vidiſſe ſibi viſus eſt Cygni pullum ex altari, quod in Academia Cupidini conſecratum eſt, volaſſe, et in eius gremio reſediſſe: et poſtea olorem illum pennis caelum petiſſe, canore muſico auditus hominum deorumque mulcentem. Cum hoc Socrates in conuentu hominum referret, Ariſto Platonem puerum oblaturus Socrati magiſtro commodum proſequebatur *etc. Vid. quae pro defendendo cantu Cygnorum Bartholinus lib. de Cygno* §. 44 - 54. *Poëtis certe placuit fabula.* Carmina iam moriens canit exſequialia cygnus Ouid. Met. 14, 430. Martial. 13, 77 Cantator cygnus funeris ipſe ſui. Cic. Tuſc. 1, 73 c. 30 Itaque commemorat, vt cygni, qui non ſine cauſa Apollini dicati ſunt, ſed quod ab eo diuinationem habere videantur, qua prouidentes quid in morte boni ſit, cum cantu et voluptate moriantur, *etc. Verius* Virgil. Aen. 11, 428 Dant ſonitum Rauci per ſtagna loquacia cygni. Cygnus amans flumina Ouid. Met. 2, 539. *Sed ad fabuloſum illum cantum pertinet*, Dulcior vocem moriente cygno Sen. Hippol. 302. Nanum cuiusdam Atalanta vocamus, Aethiopem cygnum Iuuenal. 8, 32 *κατ' ἀντίφρασιν.* ¶ 2 Cygnus, *per translationem pro Poëta*, Hor. Carm. 4, 2, 25 Multa Dircaeum leuat aura cygnum, *i. Poëtam Pindarum. Vid. et* Virg. Ecl. 9, 29.

CYGNĔVS, a, um. Adi. [κύκνεος] Cygnea vox, *vel* cantio; *Prouerbium quod conuenit in eos, qui ſupremo vitae tempore facunde diſſerunt, aut extrema ſenecta ſuauiloquentius ſcribunt. Id quod fere ſolet accidere ſcriptoribus, vt poſtrema quaeque minime ſint acerba, maximeque mellita, videlicet per aetatem matureſcente eloquentia. Haec Eraſmus.* Cic. de Orat. 3, 6 c. 2 Illa tanquam cygnea fuit diuini hominis vox et oratio, quam, *etc.*

CYGNEIVS, a, um. Adi. *Vt*, Cygneia Tempe Ouid. Met. 7, 371 *vbi cygni morari ſolent.*

## C Y L

CYLIBATHVM, *quid fuerit, declaramus verbis* Varronis de L. L. 4, 26 p. 30 ſq. Menſam vinariam rotundam nominabant Cylibathum, vt etiam nunc in caſtris. Id videtur declinatum a Graeco, *ἀπὸ τῦ κύλικος. Add.* CARTIBVLVM *et* VRNARIVM, *quae ipſa quoque menſarum nomina.*

CYLINDRVS, i. m. [κύλινδρος] *Eſt Corpus a ſubiecta baſi circulari ad aequalem et parallelam aequaliter erectum: qualis eſt columna lapidea rotatilis, qua rei ruſticae ſcriptores aream aequari iubent.* Virg. Georg. 1, 178 Area cum primis ingenti aequanda cylindro. Cum primis, *i. in primis:* Cylindro, *i. Lapide tereti, in modum columnae,* qui a volubilitate nomen accepit; κυλινδεῖν enim eſt voluere. Seruius. Cato 129 Aream vbi frumentum teratur, ſic facies: Confodiatur minute terra, et amurca bene conſpergatur, vt combibat plurimum. vbi bene comminuta terra fuerit, et amurcam combiberit, cylindro aut pauicula coaequato. *Geometrice capitur in his:* Si quis ſphaeram et quadratum, et cylindrum, et alias figuras per procliue ſimul iaciat, deferentur quidem omnia, ſed non eodem modo mouebuntur Apul. de Mundo p. 70, 30. Cic. de Fato 41 c. 19 Sed reuertitur ad cylindrum, et ad turbinem ſuum, quae moueri incipere, niſi pulſa, non poſſunt. Id autem quum accidit ſuapte natura, quod ſupereſt, et cylindrum volui, et verſari turbinem putat. Plin. 37, 5 vbi de beryllis, Indi mire gaudent longitudine eorum. *Et mox*, Ideoque cylindros ex iis facere malunt, quam gemmas: quoniam eſt ſumma commendatio in longitudine. *Add.* ibid. c. 8. Cylindri *et* Elenchi *in eo differunt, quod* Elenchi *ſunt faſtigatae longitudinis:* Cylindri *vero proceritatis aequaliter orbiculatae.* Cylindrorum *huius generis meminit et* Iuuen. Sat. 2, 61 Tu nube atque tace: donant arcana cylindros.

CYLINDRACĔVS, a, um. Adi. [κυλινδροειδὴς] *Quod factum eſt ad ſimilitudinem cylindri.* Plin. 18, 12 Siliquas piſo, quod genus leguminis eſt, cylindraceas *eſſe ſcribit.*

CYLLABARVS, *hic breuiter indicandus ex* Seruio *ad* Aen. 8, 9 Diomedes, poſtquam reperit, ira Veneris a ſe vulneratae, vxorem Aegialeam apud Argos cum Cyllabaro, vt Lucilius, vel Cometa, vt plerique tradunt, turpiter viuere, noluit reuerti ad patriam, vel, vt dicitur, ab adulteris proturbatus; ſed tenuit partes Apuliae, *etc.*

CYLLĂRVS, i. m. [Κύλλαρος] *Pollucis equus* Virgilio Georg. 3, 89 Talis Amyclaei domitus Pollucis habenis Cyllarus, et quorum Graii meminere Poëtae. Atqui Caſtor equorum domitor fuit: ſed fratrem pro fratre poſuit, poëtica licentia. vt, *Quas illi Philomela dapes;* pro Progne. Item, *Reuocato a ſanguine Teucri;* pro Dardano. Seruius. *Conf.* Claud. Conſ. Hon. 4, 557. *et ibi Barth.*

CYLLĒNE, es. f. [Κυλλήνη] Pomponius Mela 2, 3 *in Peloponneſi deſcriptione*, Cyllene *vrbs*, quod Mercurium ibi natum arbitrabantur, inſignis. *Sed* Cyllene, mons Arcadiae, vbi Maia Mercurium eſt enixa, Seruius *in illud* Aen. 8, 139 Vobis Mercurius pater eſt, quem candida Maia Cyllenes gelido conceptum vertice fudit. In Cyllene Inſula Arcadiae, laudatiſſimam herbarum, quam vocari a diis putat moly *Homerus*, naſci tradunt, ſpecie illa Homerica effodi autem difficulter Plin. 25, 4 ſ. 8.

CYLLENIVS, a, um. Adi. Cyllenius Mercurius dictus, *auctore* Feſto, quod omnem rem ſine manibus ſermo conficiat, quibus partibus corporis, qui carent κύλλοι vocantur, ideoque quadratum illum fingunt. Alii volunt ſic appellatum, quod in Cyllenia ſit nutritus: alii quod in monte Arcadiae Cyllene: alii quod a Cyllene ſit nympha educatus. *Add.* Seru. *ad* Aen. 8, 139. Lucan. 1, 663 Motuque celer Cyllenius haeret. Ignis Cyllenius, *i. Mercurii ſtella* Virg. Georg. 1, 337. Proles Cyllenia Idem Aen. 4, 258.

CYLLENĒVS, a, um. Adi. *Vt*, Fides Cyllenea, *i. lyra, cuius auctor fertur Mercurius* Hor. Epod. 13, 13.

CYLLĒNIS, ĭdis. f. *Mercurialis.* Sil. 16, 500 Credas Cyllenida plantam Aethereo nexis curſu talaribus ire, *i. pedes Mercurii. Vid.* Ouid. Met. 5, 176.

CYLLO, *vid.* CILO.

CYLON, *Vox ſemibarbara, certe quae primum legatur apud* Veget. Veter. 3, 38 Si cylon feceris, *et* 3, 66, 4 *vt* Quilon fiat, *quod idem plane eſſe ac* cylon, quatus *pro* cyatho, quima *pro* cyma, *etc. ſatis docent. Collatis autem inter ſe locis oſtendit Geſnerus ad h. l.* cylon *eſſe* zelum, *a* ζέω, *ius gelatum*, *gelatinam ſ. zelatinam Italorum*, *gelée Gallorum: idque firmauit auctoritate antiqui interpretis Germanici, qui reddidit*, eine Renne, oder eine zaehe Zuſammenflieſſung. Renn *autem in veteri vocabulario eſt* coagulum.

## C Y M

CYMA, ae. f. *et* CYMA, ătis. n. [κῦμα] *Quid ſit, declarat his verbis* Plin. 19, 8 Braſſica toto anno ſeritur, quoniam et toto ſecatur. Vtiliſſime tamen ab aequinoctio autumni: transferturque quum quinque foliorum eſt. Cymas a prima ſectione praeſtat proximo vere. hic eſt quidam ipſorum caulium delicatior, teneriorque cauliculus, Apicii luxuriae, et per eum Druſo Caeſari faſtiditus, non ſine caſtigatione Tiberii patris. Poſt cymam ex eadem braſſica contingunt aeſtiui, autumnalesque cauliculi, mox hiberni, iterumque cymae, nullo aeque genere multifero, donec ſua fertilitate conſumatur. Cael. 17, 27 Cymae, *inquit*, *ſeu* cymata *praeteneros dicimus in braſſica praecipue coliculos*, *Vere appetente progerminantes*, *velut* κυήματα *plane ſint*, *id eſt foetus.* Cymam *ſummitatem*, *et tenerum cacumen plantarum notare*, *et a* caule, *vt totum a parte diſtingui*, *docet etiam Reineſ. V. L.* 2, 8 p. 195. Cymam faciunt rapa et napi Colum. 12, 54, 3. In cymam proſilit braſſica Idem 11, 3, 24. Cymae tempus amiſit braſſica Pallad. Apr. 3, 1. Cymae conditura Colum. 12, 7, 1. Celſ. 2, 21 *inter ea, quae* mali ſucci *ſunt*, *eſt* braſſica, magisque etiam cyma eius. Colum. 10, 129

Tunc quoque conſeritur, toto quae plurima terrae
Orbe virens pariter plebi regique ſuperbo,
Frigoribus caules, et Veri cymata mittit.

*Conf.* Id. 7, 12. *Scribitur interdum* Quima, *v. g.* Pall. Apr. 3, 1. *it.* Sept. 13, 1 *in MSS.* Iſid. Orig. 17, 6 *et* 10 *eſt* Cima.

CYMATĬLIS. *vid.* CVMATILIS.

CYMŌSVS, a, um. Adi. *Braſſicae epitheton, in quantum* cymas *ſ.* cymata *profert.* Columel. 10, 137 Quae duri praebent cymoſa ſtirpe Sabelli.

CYMATIVM, i. n. [κυμάτιον] *Vndula, ſiue paruum membrum ornatus cauſa additum in architectura.* Vitruu. 3, 3 Proiectura cymatii, *etc. alibi ſaepe. Vocatur autem ſic a figura literae* S *non diſſimili, quam vndae etiam flexu ſuo referunt.*

CYMBA, ae. f. [κύμβη] *Parua nauicula.* Cic. Off. 3, 58 Opipare a Pythio paratum conuiuium: cymbarum ante hortulos multitudo; pro ſe quisque quod ceperat, afferebat. Virgil. Aen. 6, 413 — gemuit ſub pondere cymba. Non ideo debet pelago ſe credere, ſi qua Audet in exiguo ludere cymba lacu Ouid. Triſt. 2, 329. Non eſt ingenii cymba grauanda tui Propert. 3, 3, 22. Magiſter cymbae, *i. piſcator* Iuuen. Sat. 4, 45. Adunca Ouid. Met. 1, 293. Tranſire vadum cymba Iuuen. Sat. 2, 151. Mergit cymbas, *vid.* MERGO.

CYMBŬLA, ae. f. Dimin. [κυμβίδιον] Plin. Epiſt. 8, 20 Saepe minores maioribus, velut cymbulae onerariis, adhaereſcunt.

CYMBĂLVM, i. n. [κύμβαλον] *Inſtrumentum muſicum, quod in ſacris Matris deûm cum tympanis adhibebatur.* Cic. in Piſon. 20 c. 9 Quos neque hercule ego, neque ſupercilium tuum, neque collegae tui cymbala ac crotala fugi. *Vid.* Gonſ. de Salas ad Petron. cap. 22 p. 72 ſq. Nemeſian. Ecl. 3, 51. Cymbalis ſimilia folia Scrib. 55. Cymbalum mundi *dictus fuit* a Tiberio Caeſare Apion Grammaticus. *Vid.* Plin. in Praefat. Hiſtor. Mundi.

CYMBALISSO, āre. [κυμβαλίζω] *Cymbala quatere.* Caſſius Hemina lib. 4 Mulier cantabat tibiis Phrygiis, et altera cymbaliſſabat Nonius 2, 169.

CYMBALISTA, ae. [κυμβαλιστής] *Qui pulſat cymbala.* Apul. de Deo Socratis p. 49, 18 Barbaro autem numina gaudent ſtrepitu cymbaliſtarum, et tympaniſtarum, et choraularum.

CYMBALISTRIA, ae. f. Petron. 22 Intrans cymbaliſtria, et concrepans aera, omnes excitauit.

CYMBALICVS, a, um. Adi. *Vt*, Voces Cymbalicae, Fortunat. Venant. Carm. 2, 10.

CYMBALARIS, e. *Herba.* Apul. de Herb. cap. 43.

CYMBALĪTIS, ĭdis. f. *Eadem.* Marc. Empir. cap. 14.

CYMBIVM, i. n. [κύμβιον] Genus poculi ad cymbae ſimilitudinem facti, *inquit* Seruius *ad* Virgil. Aen. 3, 66 Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte. *Sic* Cymbiaque argento perfecta, atque aſpera ſignis Virgil. Aen. 5, 267. Haec cymbia pocula procera et nauibus ſimilia Macrob. Sat. 5, 21 *ex Graecorum libris illuſtrat.* Argentea, cruſtis aureis illigata l. 32 §. 1 D. de Auro arg. *etc.* Plin. 37, 8 ſ. 34 Huic et amplitudo ea eſt, vt cymbia etiam ex ea fiant, *de* Chryſopraſio *gemma.* Martial. 8, 6 Saguntino cymbia ficta luto. Apul. Met. 11 p. 261, 40 *in pompa Iſidis memorat* Lucernam, non adeo noſtris illis conſimilem, quae veſpertinas illuminat epulas: ſed aureum cymbium, medio ſui patore flammulam ſuſcitant largiorem.

CYME, es. f. *Cuma.* Sil. 13, 494 Cymes anus, *i. Sibylla Cumana.*

CYMAEVS, a, um. *Cumanus.* Adi. *Vt*, Silius 13, 498 Cymaeo populis vox noſtra ſonabat in antro. *Verba Sibyllae.*

CYMINDIS, is. f. [κύμινδις] Accipitris genus, noctu tantum volans, rarum etiam in ſiluis, interdiu minus cernens. Bellum internecinum gerit cum aquila, ſaepeque deprehenduntur cohaerentes Plin. 10, 8.

CYMĪNVM, *vid.* CVMINVM, *pro quo ſaepe* Cyminum *legitur. Vid.* Pallad. Mart. 9, 17 *etc.*

CYMINĀTVS, a, um. Adi. *pro* Cuminatus, *vt*, Acetum cyminatum. Vindicianus ad Valentinianum Imperatorem.

CYMININVS, a, um. Adi. *Vt*, Oleum cymininum Apul. de Herb. 74, 2.

CYMINALIS, e. f. Herba Gentiana Apul. de Herb. cap. 16.

CYMĬNVS, *melius* CIMINVS, i. m. *Hetruriae lacus eſt monti ſuppoſitus.* Virgil. Aen. 7, 697 Et Cimini cum monte lacum. Et lacus, et mons hoc nomine appellatur. Sane hoc fabula habet: Aliquando Hercules ad hos populos venit: qui quum a ſingulis prouocaretur ad oſtendendam virtutem, defixiſſe dicitur vectem ferreum, quo exercebatur: qui quum terrae eſſet affixus, et a nullo potuiſſet auferri, eum rogatus ſuſtulit. Vnde immenſa vis aquae ſequuta eſt, quae Cyminum lacum fecit. *Haec* Seruius. *Forte huc pertinet locus* Plinii, *quem ſtatim damus in* CYMINIA Silua.

CYMINIVS, a, um. Adi. *Melius ipſum quoque ſine Graeca litera ſcribitur, vt* κιμινία λίμνη *Straboni.* Silua Ciminia, *et* Saltus ciminii *ſunt* Liu. 9, 36 *ibidemque* Iuga Ciminii montis. Plin. 2, 96 ſ. 98 In ſilua ciminia loca ſunt, in quibus in terram depacta non detrahuntur.

CYMODŎCE, es; *vel* CYMODOCĒA, ae. f. [Κυμοδόκη] *Nympha marina Nerei et Doridis filia, teſte Heſiodo in Theogonia* Virg. Aen. 10, 225 Cymodoceam *numerat inter eas, quae ex nauibus Aeneae in nymphas marinas commutatae fuerunt:* Quarum quae fandi doctiſſima Cymodocea. *Vid.* Stat. Silu. 2, 2, 20.

CYMOTHŎE, es. f. [Κυμοθόη] *Nerei filia, et vxor Neptuni, de qua* Virgil. Aen. 1, 148 Cymothoë ſimul, et Triton adnixus acuto Detrudunt naues ſcopulo. Cymothoë, *i.* curſus fluctuum, ἀπὸ τοῦ θέειν καὶ κῦμα. Seru. *Eſt item* Cymothoë, Fons notiſſimus Achaiae *proprie dictae*, inter Patras et Pheras vrbes Plin. 4, 5.

## C Y N

CYNA, ae. f. [κύνα] Arbor Arabica. Plin. 12, 11.

CYNAEGĪRVS. [Κυναίγειρος] *Atbenienſis in pugna Marathonia nobilitatus, de quo* Iuſtin. 2, 9 Poſt praelii innumeras caedes, cum fugientes hoſtes ad naues egiſſet, onuſtam nauem dextra manu tenuit, nec prius dimiſit, quam (manum) amitteret. Tum quoque amputata dextra, nauem ſiniſtra comprehendit; quam et ipſam cum amiſiſſet, ad poſtremum morſu nauem detinuit, *etc. Haec Iuſtinus poſt Herodot.* 6, 114.

CYNAMOLGVS, i. m. Auis eſt Arabiae peculiaris, ex cinnami ſurculis nidum conſtruens, quem deinde accolae plumbatis ſagittis deiiciunt Plin. 10, 33. *Apud Aelianum haec auis non* Cynamolgus, *ſed* Cinnamonius *appellatur, et ita nonnulli etiam apud Plinium legendum ſuſpicantur.*

CYNANCHE, es. f. [κυνάγχη] *Morbus faucium, a canibus dictus, quos infeſtat.*

CYNARA, *et* CYNARVS; *item*, CYNARIS, *vide in* CINARA.

CYNĔAS, ae. m. [Κυνέας] *Theſſalus, Pyrrhi regis legatus, cuius memoriam commendat* Cic. in Tuſc. Quaeſt. 1, 59.

CYNEGETĬCA, orum. n. pl. [κυνηγετικὰ] *dicuntur Volumina de venatione conſcripta, quo nomine habemus elegans poëma* Gratii, *quod incipit* Dona cano diuûm, laetas venantibus artes, *etc. itemque alterum* Nemeſiani, *cuius principium*, Venandi cano mille vias.

CYNEGIRVS, *vid.* CYNAEGIRVS.

CYNĬCI, orum. m. [κυνικοὶ] *Sectae eius Philoſophi, cuius principes Antiſthenes, et Diogenes. Dicti* Cynici, *vel a* Cynoſarge *gymnaſio, vbi verſabatur Antiſthenes, vel a* κὺν, *quaſi canini, quia eſſent in cauillis, caſtigationibusque more canum mordaces contra vitia. Vel quia obſcenitate, licentiaque ſermonis, rabiem quandam caninam repraeſentarent.* Cic. Off. 1, 148 c. 42 Nec vero audiendi ſunt Cynici, *etc.* Et qui nec Cynicos, nec Stoica dogmata legit A Cynicis tunica diſtantia Iuuenal. 12, 121.

CYNĬCE, es. f. [Κυνικὴ] *pro Cynicorum philoſophorum ſecta.* Auſonius Epigr. 22 *cui lemma*, Antiſthenes Cynicus Philoſophus,

Inuentor primus Cynices ego. Quae ratio iſtaec?
Alcides multo dicitur eſſe prior.
Alcida quondam fueram doctore ſecundus:
Nunc ego ſum Cynices primus, et ille deus.

*Nempe Herculem ſuae ſectae principem laudare ſolebant Cynici.*

CYNICVS, a, um. Adi. *Vt*, Gens cynica Plaut. Perſ. 1, 3, 43 *e qua eſſe paraſitum vult, nihil habentem, viuentem de alieno.* Coena cynica Petron. 13 Ipſi qui cynica traducunt tempora coena, *i. qui ſiliquis et leguminibus, aliisque viliſſimis cibariis ſe tolerant atque ſuſtentant.* Hor. Epiſt. 1, 17, 18 Mordacem cynicum ſic eludebat. Tac. Ann. 16, 34 Maxime intentus Demetrio Cynicae Inſtitutionis doctori. Nudus Cynicus Iuuen. Sat. 14, 308 *de Diogene.*

CYNICE. Adu. Plaut. Stich. 5, 4, 2 Potius in ſubſellio cynice accipiemur, quam in lectis.

CYNIPHVS, *vid.* CINYPHVS.

CYNIPS, *vid.* CINIPS.

CYNOCARDĂMON, i. n. Naſturtium caninum Apuleius de Herb. c. 20.

CYNOCAVMA, ătis. n. [κυνόκαυμα] *Calor a Sirio excitatus* Chryſolog. Serm. 51 *pr. Conf.* Barth. *ad* Stat. Silu. 1, 2, 156.

CYNOCEPHALVS, i. m. Cynocephali, [Κυνοκέφαλοι] *vt ſcribit* Plin. 7, 2 Homines ſunt in montibus terrae Indiae caninis capitibus, qui ferarum pellibus velantur, et qui latratum pro voce edunt, vnguibusque armati venatu et aucupio veſcuntur. *Add.* Idem 6, 30. *Vid.* Gell. 9, 4. *Nempe e ſimiarum genere ſunt. Vid.* Plin. 8, 54. *De his in luxus prouincialis deſcriptione* Cic. Att. 6, 1 Erat praeterea cynocephalus

cephalus in eſſedo, nec deerant onagri. Cynocephalus *etiam vocatur a re ipſa* Anubis, *v. g.* Minuc. Fel. 23, 7 Iſis perditum filium cum Cynocephalo ſuo et caluis ſacerdotibus luget, plangit, inquirit — mox inuento paruulo — Cynocephalus inuentor gloriatur.

CYNOCEPHALIA, *vel* CYNOCEPHALĒA, ae. f. *ſiue* CYNOCEPHALION, i. n. Herba canino capiti ſimilis Plin. 30, 2. Apul. de Herb. c. 87.

CYNOCHALE, es. f. *Alias* Polygonon Apul. de Herb. 18.

CYNOCRAMBE, es. f. [κυνοκράμβη Dioſcoridi] *Herbae nomen.*

CYNODONTES, ium. m. [κυνόδοντες] *Graecis ſunt dentes, qui a noſtris* Canini *appellantur, quod acuminati ſint in formam dentium canis.* Cynodontes *ſunt etiam* portentoſi homines, quibus gemini procedunt dentes Iſidor. 12, 3. *ex* Solin. 4. *Vid. Salmaſ. in Solin. p.* 24.

CYNOGLOSSOS, i, *vel* CYNOGLOSSA, ae. f. [κυνόγλωσσος] *Herba, ſic dicta, quod folia caninae linguae ſimilia habeat.* Plin. 25, 8 Iungitur et cynogloſſos, caninas imitans linguas, topiariis operibus gratiſſima, *etc. Vid.* Apul. de Herb. c. 1 *et* 55, *et* 96. ¶ 2 Cynogloſſus, *item piſcis ſolea* Plin. 25, 8.

CYNOIDES, *vid.* PSYLLION.

CYNOMĀZON, i. n. [κυνόμαζον] *Herba ſic dicta,* quod in offa, vel in pulte data canes enecet Apul. de Herb. c. 109.

CYNOMORION, i. n. Plin. 22, 25 Orobanchen appellauimus necantem eruum et legumina, alii cynomorion eam appellant, a ſimilitudine canini genitalis: cauliculus eſt ſine foliis, pinguis, rubens.

CYNOMYĪA, ae. f. [κυνόμυια] *Muſca canina. Sed etiam* ¶ 2 Herba, *de qua* Plin. 25, 11 Pſyllion, alii cynoides, alii cryſtallion, alii ſicelion, alii cynomyian appellant, radice tenui, ſuperuacua, ſarmentoſum, fabae granis in cacuminibus, foliis canino capiti non diſſimilibus, ſemine autem pulici, vnde et nomen hoc in baccis, ipſa herba in vineis inuenitur.

CYNOPS, ŏpis. f. Herbae genus ſpicatum Plin. 21, 17.

CYNŎPVS, i. m. *Piſcis marinus, dicente Plinio, vbi de Conchis loquitur:* Extra has ſunt rotundae in oleario vſu cochleae, Cucumis, Cynopus, Cammarus, Cynoſdexia, Draco. *Haec* Plin. 32 vlt.

CYNORRHŎDON, i. n. Florem lilii naſcentis in Italia cynorrhodon *vocari* Plinius *eſt auctor,* quod et Hippocrates accepit, quum rubentia cynorrhoda feminarum purgationibus commendat in vino Plin. 25, 2. Cynorrhodos flos Plin. 21, 5.

CYNOSARGES, is. f. [Κυνόσαργες] *Gymnaſium in Attica Herculi ſacrum, ſic dictum a cane albo, qui ſacrificante Diomo, rapta femora in hunc locum detulit. In hoc gymnaſio Ariſtippus* Cyrenaicae *ſectae princeps philoſophiam ſolebat profiteri. Auctor Laërtius in vita eius.*

CYNOSBĂTVS, i. [κυνόσβατος] Alii Cynoſpaſton vocant, *vt ait* Plin. 24, 14 Genus rubi. *Add.* 13, 23.

CYNOSDEXIA, Piſcis, *vid.* CYNOPVS.

CYNOSORCHIS, i. f. κυνὸς ὄρχις, *canis teſticulus a figura. Herba, quam* aliqui Orchin vocant, foliis oleae, mollibus, ternis, per ſemipedem longitudinis, in terra ſtratis, radice bulboſa, oblonga, duplici ordine, ſuperiore quae durior eſt, et inferiore quae mollior. Eduntur vt bulbi cocti, in vineis fere inuenti, *etc.* Plin. 27, 8 ſ. 42.

CYNOSPASTOS, *vid.* CYNOSBATVS.

CYNOSPRASION, i. n. *Idem, quod* Marrubium Apuleius de Herb. 45.

CYNOSSĒMA, ătis. n. [Κυνόσσημα] *Locus eſt Troadis ad Helleſpontum, Hecubae ſepulcro nobilitatus. Latine* Canis tumulum *interpretari poſſumus. Fabulantur enim Poëtae, Hecubam, quum in Graeciam abduceretur captiua, poſt excidium patriae ac ſuorum, ibi doloris impatientia in canem eſſe conuerſam, et deinde ſepultam. Meminit* Plin. 4, 11. *Vid. Strabo* 13.

CYNOSVRA, ae. f. [Κυνόσουρα] Canis cauda *ad verbum, ſidus, quod* vrſa *dicitur: de qua* Cic. de Natur. Deor. 2, 106 c. 41 *Aratum interpretans,* Dicitur eſſe Polus: Hunc circum ἄρκτοι duae feruntur, nunquam occidentes, Ex his altera apud Graios Cynoſura vocatur, Altera dicitur eſſe Helice. *Vid.* ARCTOS. Ouid. Faſt. 3, 108 Cynoſura petatur Sidoniis, Helicen Graia carina notet. *Vid.* Hyginum 2 in Arcto minore, et Aratum Germanico Caeſare *interprete, qui dicunt* Cynoſuram *fuiſſe vnam e Iouis nutricibus. Add.* Manil. 1, 299. Lucan. 3, 219. Stat. Theb. 4, 295. Vitr. 9, 6.

CYNOSVRVS, a, um. Adi. Cynoſura oua, *quae dicantur, vid.* VRINVM ouum, *ex* Plin. 10, 60 ſ. 80.

CYNOSVRIS, ĭdis. f. *Eadem ac* Cynoſura Ouid. Triſt. 5, 3, 7 Stellis Cynoſuridos Vrſae.

CYNOZŎLON, i. n. [κυνόζολον] *q. d. Canem olens: Herbae chamaeleonis genus.* Plin. 22, 18 de chamaeleone *loquens,* Et ricinos canum necat: iuuencos quoque anginae modo: quare a quibuſdam vlophonon vocatur, et cynozolon, propter grauitatem odoris.

CYNTHVS, i. m. [Κύνθος] *Deli inſulae mons eſt, in quo natus eſt Apollo et Diana.* Virgil. Aen. 1, 502 Qualis in Eurotae ripis, aut per iuga Cynthi Exercet Diana choros. *Vnde*

CYNTHIVS, a, um. Adi. *Apollinis et Dianae patronymica.* Virg. Ecl. 6, 3 Cynthius aurem Vellit, et admonuit paſtorem, *etc.* Pura Cynthia Valer. Argon. 2, 56. *i. Diana ſ. Luna.* Moderatrix arcanae noctis Cynthia Stat. Theb. 10, 365.

## C Y P

CYPAPHAPI, ōrum. m. *Molles, cinaedi, impudici. Nempe aiunt* κύπη, *foramen.* κύπτω, *inclino me.* φάπη, *Venus. Fundus eſt* Firmic. 7, 16 In omni vero genitura, ſi Luna in cauda Leonis fuerit inuenta, cinaedos efficiet, matris Deorum cypaphapis ſeruientes. Molles et impudici cenſebantur Galli matris deorum ſacerdotes.

CYPARISSIAE, arum. f. *Vt ait* Feſtus, dicuntur Ignes prodigioſi, a ſimilitudine cypreſſorum.

CYPARISSVS, i. m. [Κυπάρισσος] Telephi filius, a Siluano dilectus, qui quum ceruum, quem puer amabat, imprudens occidiſſet, ille nimio dolore mutatus eſt in cupreſſum ſui nominis arborem. *Graeci enim* κυπάρισσον *cupreſſum appellant. Haec et plura* Seruius *in illud* Georg. 1, 20 Et teneram ab radice ferens Siluane cupreſſum. *Add.* Ouid. Met. 10, 121. *Nempe* ¶ 2 Cypariſſus, i. f. *Et per ſynaereſin* Cypreſſus: *deinde conuerſione Y in V* Cupreſſus *dicitur.* Virg. Aen. 3, 680 Aëriae quercus, aut coniferae cypariſſi. *Add.* Georg. 2, 84. Martial. 12, 49 Daphnonas platanos, ac aërias cypariſſos. *Vid.* CVPRESSVS. ¶ 3 Cypariſſos herba verbenacea Apul. de Herb. c. 3.

CYPARISSIAS, ae. f. *Genus tithymali.* Plin. 26, 8 Quintum genus, cypariſſiam vocant propter foliorum ſimilitudinem, caule gemino aut triplici, naſcentem in campeſtribus: cui eadem vis quae helioſcopio aut characiae.

CYPARISSĬFER, a, um. Adi. *Vt,* Cypariſſifer Lycaeus Sidon. Carm. 23, 417.

CYPERIS, ĭdis. f. Herba Indica Plin. 21, 18. Apic. 7, 4. *Eadem*

CYPĒRVS, ſ. CYPĪRVS, i. m. *et* f. [κύπειρος] *Iunci genus.* Scribon. 61 Cypiri id eſt iunci radicis. Id. 82 Cypiri radix, quem nos gladiolum appellamus. *Nempe* Iuncus eſt anguloſus, iuxta terram candidus, cacumine niger; pinguiſque: folia ima porraceis exiliora: in cacumine minuta, inter quae eſt ſemen. Radix oliuae nigrae ſimilis, quam quum oblonga eſt, cyperida vocant, magni in medicina vſus. *Haec* Plin. 21, 17 *et* 18. Cyperi radix Scribon. 258. Contuſus cyperus Id. 257. Siccata cyperus Id. 71. ¶ 2 Cyperum, i. n. *Idem.* Varro de R. R. 3, 16. *Et* Columel. 12, 20, 5. Petron. c. 127 Emicuere roſae, violaeque, et molle Cyperon. *Add.* Pallad. Nou. 18.

CYPHI, is. n. [κῦφι] *Thymiamatis compoſitio eſt dicata diis, qua abunde Aegyptii ſacerdotes vtuntur. Conſtat, vt Plutarchus ait, ex melle, vino, vua paſſa, cypero, reſina, ſeſeli, aſpalatho, myrrha, bitumine, iunco, bryo, calamo, vtroque iunipero, cardamomo, lapatho. Rationem componendi vid. apud Dioſcorid.* 1, 24. *Hic memorandum fuit, quia laudat* Scribon. 170 *vbi Graecos nominat Rhodius.*

CYPĪRVS, *vid.* CYPERVS.

CYPRESSVS, *vid.* CVPRESSVS.

CYPRĪNVS, i. m. *Piſcis genus,* ex congrorum genere, *de quo* Plin. 32, 11. *Quidam* Cyprinem *piſcem eum eſſe volunt, quem nos* Carpionem *appellamus vulgo.*

CYPRINVM, i. n. *Oleum vid.* CYPROS Arbor.

CYPROS, i. m. [κύπρος] Plin. 12, 24 ſ. 51 Cypros in Aegypto eſt arbor Ziziphi foliis, ſemine coriandri, candido, odorato. Coquitur hoc in oleo, premiturque poſtea, quod CYPRVS vocatur — Quidam hanc eſſe dicunt arborem, quae in Italia liguſtrum vocetur. *Ad hunc locum reſpicit* 15, 7 *vbi de oleis facticiis agit,* Cyprinum vt fieret dictum eſt. *Et* 23, 4 ſ. 46 Natura eius, inquit, excalfacit, mollit neruos. Folia ſtomacho illinuntur: et vuluae concitatae ſuccus quoque eorum apponitur. *Sunt ibi plura. Add.* Id. 13, 1. Celſ. 2 c. vlt. Iſid. 4, 12.

CYPRVS, i. f. [Κύπρος] *Inſula, olim et* Macaria *dicta (i. beata, nam mire fertilis eſt) in ſinu maximo, qui Iſſicus circa Ciliciam dicitur, ad Ortum Occaſumque Ciliciae, ac Syriae obiecta eſt:* nouem aliquando regnorum ſedes, *vt* Plin. 5, 31 *ſcribit, aere inprimis* Cyprio *nobilis.* Veneri ſacra Flor. 3, 9, 2. Hor. Carm. 3, 26, 9 Quae beatam, diua, tenes Cyprum. *Et* 1, 3, 1 Sic te diua, potens Cypri. *Vtraque Veneris Periphraſis.*

CYPRIVS, a, um. Adi. [Κύπριος] *Vt* Cyprius rex Cic. pro Domo 52 *et* 53 c. 20. Cypria Tellus Ouid. Met. 10, 645. Aes cyprium *dicitur, quod vulgo cuprum nominatur.* Plin. 33, 5 Teritur Cyprio aere in Cypriis mortariis. Idem 20, 13 In pyxide Cypria aſſeruatur. Bidentes Cyprei Pall. Iul. 5. Cyprium *abſolute, pro* Aere Cyprio. Plin. 36, 26. *Conf.* CVPRVM, CVPREVS. Boni Cyprio merendam. Ennius ſotadico verſu quum dixit, ſignificat id quod ſolet fieri in inſula Cypro, in qua boues humano ſtercore paſcuntur. Verba ſunt Feſti. Lactuca Cypria Colum. 10, 187. Cyprii generis braſſica Col. 11, 3, 27. Hirundo Cypria Plin. 24, 11. Merces Cypriae Tyriaeque *iunguntur* Hor. Carm. 3, 29, 60. Varro de L. L. 4, 78 Vicus Cyprius a Cypro, quod ibi Sabini ciues additi, qui a bono omine id appellarunt. Nam Cyprum Sabini Bonum.

CYPRIOS, *pes Poëticus* ex breui et longa, et duabus breuibus et longa, temporum ſeptem. *Sic* Diomedes l. 3 p. 479.

CYPRICVS, a, um. Adi. *Idem. Vt,* Laurus Cyprica Cato de R. R. 8, 2.

CYPRIS, ĭdos. [Κύπρις] *Veneris Patronymicum.* Auſon. Epigr. 57 Vera Venus Gnidiam cum vidit Cyprida, dixit, Vidiſti nudam me, puto, Praxitele *etc.* Pſeudo-Gallus 1, 92 Diligit et florem Cypris vbique ſuum. *In Auſonii Eclogario p.* 552 *Toll. eſt verſus,* Vngues Mercurio, *(i. die Mercurii reſeca)* barbam Ioue, Cypride crines, *i. die Veneris. Hunc refellit deinde* Auſonius Id. Auſon. Epigr. 106 Emerſam Pelagi nuper genitalibus vndis Cyprin, Apellei cerne laboris opus.

CYPSĔLVS, i. m. *Tyranni nomen apud Corinthum, cuius meminit* Cic. Tuſc. 5, 109 Demaratus Tarquinii regis noſtri pater, tyrannum Cypſelum quod ferre non poterat, fugit Tarquinios Corintho, et ibi fortunas ſuas conſtituit, ac liberos procreauit. ¶ 2 Cypſelus *eſt etiam auis ex hirundinum genere.* Plin. 10, 39 Plurimum volant quae apodes, quia careant vſu pedum, ab aliis cypſeli appellantur hirundinum ſpecie. Nidificant in ſcopulis. Hae ſunt, quae toto mari cernuntur: nec vnquam tam longo naues, tamque continuo curſu recedunt a terra, vt non circumuolitent eas apodes. Caetera genera reſidunt et inſiſtunt: his quies, niſi in nido, nulla: aut pendent, aut iacent. Et ingenia aeque varia, ad paſtum maxime.

CYPSELIDES, ae. m. Patronym. Virg. in Ciri v. 464 Cypſelidae magni florentia regna Corinthi.

## C Y R

CYRENE, es *vel* ae. f. *Nympha Penei Theſſaliae fluuii filia, ex Apolline mater Ariſtaei. Vid.* Virg. Georg. 4, 321 *ſq.* Mater Cyrene, mater quae gurgitis huius Ima tenes *etc. Add.* Hygin. f. 161. *Ab ea dicta.* ¶ 2 Cyrene *Africae vrbs et regio, de qua* Silius 3, 253 Nec non Cyrene Pelopeï ſtirpe nepotis Battiadas prauos fidei ſtimulauit in arma. ¶ 3 *Vrbs vocatur etiam pl.* Cyrenae, arum, *et quidem prima correpta.* Cic. pro Plancio 13 Deſiderarunt te oculi mei, cum tu eſſes Cyrenis. Catull. 7 Quam magnus numerus Libyſſae arenae Laſerpitiferis iacet Cyrenis. *Laudat hic Iſ. Voſſius* Virgil. Eleg. ad Val. Meſſalam, Si laudem adſpirem, humiles et adire Cyrenas. *i. muſas humiles Callimachi, Cyrenaei Poëtae.*

CYRENAEVS, a, um. Adi. [Κυρηναῖος] Cic. Acad. 4, 76 Quid Cyrenaei? *(Philoſophi)* Videntur mihi minime contemti Philoſophi. *Vſitatius eſt*

CYRENAICVS, a, um. Cyrenaica lacrima Scribon. 167. *i. laſer ſ. laſerpitium. Nobiles etiam* Cyrenaici Philoſophi, [Κυρηναϊκοὶ] *de quibus* Cic. Tuſc. 3, 52 Atqui ab Ariſtippo Cyrenaici Philoſophi nominati, omne bonum in voluptate poſuerunt, virtutemque cenſuerunt ob eam rem eſſe laudandam, quod efficiens eſſet voluptatis. *Qualis autem fuerit Cyrenaica philoſophia, docet Diogenes Laërtius lib. 2. in Ariſtippi vita. Vid.* Cic. de Orat. 3, 59. *et* Off. 3, 116.

CYRENENSIS, e. Gentile. Plaut. Rud. 3, 2 *pr.* Proh! Cyreneuſes populares. *Vid.* Tacit. Ann. 3, 70.

CYRNEA, ae. f. [κύρνεια] Vaſis vinarii genus, *teſte* Nonio 15, 29. Plaut. Amph. 1, 1, 73 Cadus erat vini, inde impleui cyrneam. *Sunt qui* Cirneam *ſcribant per I noſtrum, et παρὰ τὸ κιρνᾶν, hoc eſt a miſcendo dictum velint. Sed eſt etiam*

CYRNEARIVS *artifex ſ. mercator* Grut. Inſcript. p. 643, 2. *Apud* Plautum *legitur hodie* HIRNEA *v. v.*

CYRNI, ōrum. m. Indorum populi, *quos* Iſigonus ſcribit annis centenis quadragenis viuere Plin. 7, 2.

CYRNOS, i. f. [Κύρνος] *Inſula eſt* Corſica. *Vnde*

CYRNII, *Populi huius inſulae*, qui longiſſimo aeuo vtuntur Plin. 7, 2.

CYRNAEVS, a, um. Adi. Virg. Ecl. 9, 30 Sic tua Cyrnaeas fugiant examina taxos. *Nempe* mel Corſicum *infamē*, *vid.* CORSICA.

CYRRHA, *vid.* CIRRHA.

CYRRHVS, i. m. [Κύῤῥος *Stephano*] *Syriae oppidum*, *cuius* incolae CYRRHESTAE *dicuntur*, *et tota regio* CYRRHESTICE. *Vid.* Plin. 5, 23. *Sunt item* Cyrrheſtae Macedoniae populi, non procul a Pella *Alexandri patria* Plin. 4, 10.

CYRSILVS, i. m. [Κύρσιλος] Athenienſis, lapidibus obrutus, quod inhoneſta ſuaderet, Cicerone *auctore* Off. 3, 48.

CYRVS, i. m. [Κύρος] *Cambyſis et Mandanes filius*, *Aſtyagis nepos : conditor imperii Perſarum.* Horat. Od. 2, 2, 17 Redditum Cyri ſolio Phraatem. *i. in Parthorum regnum reſtitutum.*

CYREVS, a, um. Adi. *Quod eſt Cyri.* Cic. Att. 4, 10 Noſtram ambulationem, et Laconicum, eaque quae Cyrea ſunt, velim quum poteris inuiſas. *i. Quae Cyrus architectus fabricatus eſt.* *Sed al.* circa, *quod multo ſimplicius.*

## C Y S

CYSTHOS, i. m. [κύσθος] *Pudendum muliebre.* *Certe* Auſon. Epigr. 123, 5 *legendum*, Dum cyſthon coſtonque putas communis odoris.

## C Y T

CYTA, ae. *et* CYTE, es. f. [Κύτα] *Oppidum regionis Colchicae*, *et patria Medeae.* *Stephan.* *Hinc*

CYTAEVS, a, um. Adi. [Κυταῖος] *Vt*, Virgo Cytaea, *i. Medea* Valer. Argon. 6, 156. Cytaei, *populi qui et Colchici* Valer. Argon. 6, 426. Terrae Cytaeae, *Colchis* Val. Argon. 6, 693.

CYTEINVS, a, um. *Aliud* Adi. [Κυταιεὺς] *Vt*, Carmina Cyteina, *i. Medeae Colchicae* Propert. 1, 1, 24. *Sed Scal.* Poſſe, Cytaei, tuis ducere carminibus. Cytaei *vocandi caſu a* CYTAEIS, *de quo ſtatim.* *Brouckh. poſt Guyetum* Cytaeaeis, *quod analogiae Graece conuenit.*

CYTAEIS, ïdis. f. Propert. 2, 1, 73 *Medea eſt*, Non hic herba valet, non hic nocturna Cytaeis.

CYTHARVS, i. m. *Piſcis ap.* Plin. 32, 11.

CYTHĒRA, ae. f. *vel* CYTHERA, orum. n. [Κυθήρα] *Inſula et vrbs*, *de qua* Plin. 4, 12 Cythera cum oppido in Laconico ſinu, antea Porphyris appellata. Haec ſita eſt a Malleae promontorio V. M. paſſ. ancipiti propter anguſtias ibi nauium ambitu. *Veneris cultu antiquo nobilitata vid. Heſiod. Theog.* 192. Valer. Argon. 8, 229 Idalium furto ſubit, aut dilecta Cythera. Virg. Aen. 1, 680 Hunc ego ſopitum ſomno, ſuper alta Cythera. *Sic* Ouid. Faſt. 4, 286 Veneri ſacra Cythera petit.

CYTHĒRE, es. f. *Venus.* Auſonius in Epigram. Nec bis cincta Diana placet, nec nuda Cythere.

CYTHERĒA, ae. f. [Κυθέρεια] *Venus.* Virg. Aen. 1, 262 Parce metu Cytherea. *Dicitur et* Cythereia, *teſte* Seruio in Aen. 6, 505. *Sic* Ouid. Met. 10, 640 Inuocat Hippomenes : Cythereia, comprecor, auſis Adſit ait, noſtris. *Sed* Hor. Od. 1, 4, 5 Iam Cytherea choros ducit Venus. Ouid. *tamen ſecundam produxit* Faſt. 4, 15 Mota Cytherea leuiter mea tempora myrto, *etc.* *Sed in MSS. eſt* Cytheriaca. *Nempe ſecunda vocalis nunc ε eſt, nunc η.* Venus Cytherea, ab vrbe Cythera, in quam primum deuecta eſſe dicitur concha, quum in mari eſſet concepta., Feſtus.

CYTHERĒIS, ïdis *vel* ïdos. f. [Κυθερηΐς] *Venus.* Ouid. Met. 4, 288 Mercurio puerum diua Cythereïde natum.

CYTHERIĂCVS, a, um. Adi. *Venerius.* Martial. 14, 207 Sume Cytheriaco medicatum nectare ceſton. Ouid. Faſt. 4, 15 Mota Cytheriaca leuiter mea corpora myrto Contigit. *Ad Inſulam* Cytheren *proprie refertur* Ouid. Epiſt. 7, 60 Quia mater Amoris Nuda Cytheriacis edita fertur aquis.

CYTHEREĬVS, a, um. Adi. *Vt*, Cypros Cythereia Martial. 8, 45. Heros Cythereius Ouid. Faſt. 3, 611. *i. Aeneas Veneris filius.* Menſis Cythereius, *Aprilis Veneri dicatus.* Ouid. Faſt. 4, 195 Sic ego; ſic Erato, (menſis Cythereius illi Ceſſit, quod teneri nomen amoris habet.) Cythereia, *intell. Dea*, *pro Venere* Ouid. Met. 4, 190 Exigit indicii memorem Cythereia poenam.

CYTHERĒĬAS, ädis. f. *Veneria*, *Veneri ſacra*, *columbarum epitheton.* Ouid. Met. 15, 386 Armigerumque Iouis, Cythereiadasque columbas.

CYTHERIS, ĭdis. f. *Puella a Cornelio Gallo Poëta adamata*, *quae alio nomine* Lycoris *dicitur.* Seruius *ad* Ecl. Virg. 10 *pr.* *Eadem videtur* Cytheris, *Mima*, *cum qua vectus eſt Antonius poſt Pharſalicam pugnam*, *iunctis ad currum leonibus : quod primus Romae factitaſſe dicitur*, non ſine quodam oſtento temporum; generoſos ſpiritus iugum ſubire illo prodigio ſignificante Plin. 8, 16 ſ. 21. *Vid.* Cic. Phil. 2 c. 24 *et ibi Abram.*

CYTHAERON, *vid.* CITHAERON.

CYTHION, i. n. *Collyrium ap.* Celſ. 6, 6.

CYTHNOS, i. f. [Κύθνος] *Inſula vna Cycladum.* Ouid. Met. 5, 253 — Inde caua circumdata naue Seriphon Deſerit, a dextra Cythno, Gyaroque relictis.

CYTĬNVS, i. m. [κύτινος] *Flos ſatiuae punicae.* Plin. 23, 6 Primus pomi huius partus florere incipientis, cytinus vocatur Graecis. Celſus *tum alibi*, *tum* 5, 16 *in emplaſtro*, *quod* Rhypodes *dicitur*, Cytinos capitula mali punici appellauit.

CYTĬSVS, i. m. [κύτισος] *Genus fruticis.* Plin. 13, 24 Frutex eſt et cytiſus, ab Ariſtomacho Athenienſi miris laudibus praedicatus pabulo ouium, aridus vero etiam ſuum. Spondetque iugero eius annua HS. M. M. vel mediocri ſolo reditus. Vtilitas quae eruo, ſed ocyor ſatietas, perquam modico pingueſcente quadrupede, ita vt iumenta hordeum ſpernant. Non ex alio pabulo lactis maior copia, aut melior. Super omnia, pecorum medicina a morbis omni vſu praeſtante. Quin et nutricibus in defectu lactis aridum, atque in aqua decoctum, potui cum vino dari iubet, firmiores celſioresque infantes fore. Viridem etiam gallinis : aut ſi aruerit, madefactum. Apes quoque nunquam defore cytiſi pabulo contingente promittunt Democritus et Ariſtomachus. Nec aliud minoris impendii eſt *etc.* Virg. Ecl. 1, 79 Florentem cytiſum, et ſalices carpetis amaras. *Vbi* Seruius : Cytiſum genus fruticis, vel herba quae naſcitur inter campos et ſiluas in Cytiſa ciuitate, amara hominibus, non capris. Cytiſi *abunde meminit* Columel. 5 *vlt.* *Add.* Virg. Ecl. 2, 64.

CYTONIVM *malum.* Macrob. Sat. 7, 21 Mala ſeu ſimplicia, ſeu granata, vel Cytonia, quae Cotonia vocat Cato.

CYTŌRVS, i. m. [Κύτωρος] *Paphlagoniae mons buxo abundans*, *quem Macedoniae eſſe*, *magno errore credidit Seruius.* Virg. Georg. 2, 437 Et iuuat vndantem buxo ſpectare Cytorum. Buxifer Cytorus Catull. 4, 13.

CYTORIĂCVS, *et* CYTORIVS, a, um. Adi. [Κυτώριος] *Vt*, Iugum Cytorium Catul. 4, 12. Ouid. Met. 6, 132 Vtque Cytoriaco radium de monte tenebat. *i. e buxo.* Id. Met. 4, 311 Saepe Cytoriaco deducit pectine crines. *i. buxeo.*

## C Y Z

CYZICVS, i. m. [Κύζικος] *Inſula in Propontide*, *duobus pontibus iuncta Continenti*, *habens vrbem eiusdem nominis*, *moenibus*, *arce*, *et turribus marmoreis : cui nomen indidit* Cyzicus *rex*, *quem Iaſon per imprudentiam interemit.* *De hac* Ouid. Triſt. 1, 10, 29 Hinc Propontiacis haerentem Cyzicon oris: Cyzicon Aemoniae nobile gentis opus.

CYZICENI, orum. m. pl. *Incolae.* Cic. pro Lege Manil. 20 Vrbs Cyzicenorum.

CYZICENVS, a, um. Adi. *Vt*, Regio Cyzicena Plin. 35, 13. Stater Cyzicenus viginti octo drachmas valebat Vitruu. 6, 6. *et* Plin. 32, 6.